Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. GREGORII PAPA

1-2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

In homilia Epiphanie nominat angelum rationale animal metaphorice propter similitudinem
.s. [illegible] 2. 9. 51. n.1. ad. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI GREGORII PAPÆ huius nominis primi, cognomento magni, omnia quæ extant, opera, nunc iterum accuratiore diligentia à mendis multis repurgata. Quorum omnium elenchum in calce vitæ ipsius authoris habes.

Cum indice duplici, altero verum & verborum: altero locorum sacræ scripturæ explicatorum.

Accesit insigne corollarium è Cartusia Parisiensi.

FACULTAD DE TEOLOGIA
Univ. de Deusto
BILBAO



PARISIIS,

Apud Carolam Guillard, viduam Claudij Cheuallonij, sub sole aureo, & Gulielmum Desboys, sub cruce alba, in via ad diuum Iacobum.

M. D. L I.

BIBLIOTHEQUE DU GRAND SEMINAIRE DE BLOIS
IHS

Universidad de Deusto
Biblioteca

MIrari pro rei indignitate non queo satis, amice lector, quàta ignoratio veri nostra hac tempestate mentes alioqui studiosorum obsederit. Quum enim nemo non mecum agnoscat, primo nō videat (nisi si quis talpa aut quauis leberide sit cæcior) quàm conciso & breui curriculo vita hæc circumscribitur, quàm incertus sit exitus: perpaucos tamen reperias qui se totos cōferant ad exactam cognitionem vitæ illius perpetis & æternùm duraturæ, ad quam nemo non suspirat de hac valle lachrymarum, modò is piè sit Christianus. Ad hanc nos rectà in primis prouehūt disciplinæ morales & earum efficax operatio, quod vtrumque re ipsa præstitit vigilantissimus pastor Gregorius hoc nomine primus, cuius opera en tertio nostris typis excusa petunt publicū, nec sine insigni corollario. Dolebat fateor, ante clausulam posterioris nostræ editionis quòd pontificis tāti vita de integro toties conscripta è nullis posset erui bibliothecis: hinc factum, vt è diuersis fragmenta aliquot ad eam rem spectantia seligerem, & selecta digererem. Denique cùm postremæ huic emissioni coronis imponenda veniret, hac de re cœpi agere pluribus cum Godefrido Tilmanno Parisiensis huius Cartusiæ monacho, mihi quidem noto de meliore nota, vt vel hanc operam commodaret Gregorianæ sapientiæ candidatis, excuteret librariam supellectilem domus. Spes enim affulgebat illinc quod petebam, adfore nec me frustratū iri voto. Is in duo mox incidit exemplaria. Prius in libros quatuor excurrit cuius author scribitur Ioānes Romanæ ecclesiæ Diaconus: alterius libri sunt quinque, sed idem locis nec paucis colluxatū ac mutilum. Adde quia ἀνώνυμον est καὶ ἀδέσποτον. Si quid dandum est coniecturis, crediderim auctorem fuisse Ioannem de Columna Romanum, prædicatoriæ familiæ primum, dein Messanensem archiepiscopum. Vtroque prior Paulus Aquileiensis ecclesiæ Diaconus in idem argumentum nō pauca corraserat, quæ in compendium post contraxit: noster hic Ioannes Diaconus quem primi per prælum euulgamus, historiam eandem fusiùs executus est. Hoc igitur literarium munus nec minus sanctum, caue ne ingratus accipias: quādo gentium quoque leges in ingratos animaduertunt seueriſsimè. Laborem hunc nostrum boni & æqui consule. 1551.

Elogium venerandi Patris D. Ioannis de Trittenheim, Abbatis Spanhemen.

Pro reuerendo P. D. Ioanne Diacono S. Romanæ Ecclesiæ.

Ioannes Diaconus Ecclesiæ Romanæ vir in scripturis sanctis eruditus & secularium literarum non ignarus, vita & conuersatione non secus, quàm doctrina venerabilis. Scripsit ad multorum ædificationem, ad Ioannem Papam septimum satis illustri stylo grande volumen quod continet

Vitam sancti Gregorij Papæ primi lib. 4.

Et quædam alia. Claruit sub Carolo Caluo Imperatore, Anno Domini. 870.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ trinitatis, incipit Prolo-

gus Ioannis Diaconi ad Ioannem apoſtolicæ ſedis pontificem, de inſtitutione, vita, doctrina, & miraculis beati Gregorij Romani pontificis, hoc nomine primi.

Beatiſſimo ac feliciſſimo domino Ioanni catholicæ & apoſtolicæ ſanctæ Romanæ eccleſiæ præſuli, Ioannes vltimus Leuitarum.

NVper ad vigilias beati Gregorii Romani pontificis, Anglorum ſcilicet gentis Apoſtoli, lectione de Paulino ciuitatis Nolanæ præſule conſuetudinaliter perſonáte, viſus es à venerabilibus epiſcopis diuino quodam inſtinctu commotus, requirere, cur tantus pontifex, qui multorum ſanctorum vitas texuerat, geſtis propriis in propria duntaxat eccleſia caruiſſet: præſertim cum & apud Saxones, & apud Longobardorum ſibi prorſus infenſiſsimam gentem, geſtis propriis vbique polléret. Cumque venerabiles epiſcopi has ab vtriſque gentibus haberi quidem, ſed compendioſiſsimè, reſponderent: meam quoque paruitatem conſciſcens præceperas vt vitam ipſius de ſcrinio ſanctæ ſedis Apoſtolicæ tantò plenius, quàtò & certius carpere ſtuduiſſem. Sed dum ego propriæ inertiæ conſcius, me meis prioribus, ac per hoc ſapientioribus, qui vitam eius, licet breuiter, tamé pio conatu, pulcherrimóque ſtylo deſcripſerant, cõferre penitus dubitarem, idẽtidem iubendo vehementer hortatus es: vt Romanæ ſedis põtificem, eiuſdem ſedis *præſulis auctoritate* deſcriberem, cui deus omnipotens probandorum ſeu repellendorũ ſcriptorum omniũ ſpecialem dederit proculdubio poteſtatẽ. Itaque tam imperioſis auctoritatibus tandẽ compulſus, vix primum librum Gregorianæ vitæ compleueram: quando hunc in eiuſdem vigiliis annua vertigine reuolutis, tua probauit pariter ac publicauit auctoritas. Ergo ſollicitior factus ad cætera, pauca de multis te incentore, te præceptore, te fautore, téque iudice colligens, in libris quatuor auxiliante domino coartaui: & ſecundum diſtributionem eiuſdem doctoris, qua librum regulæ paſtoralis quadripartita ratione diſtinxerat, ego quoque illum qualiter ad culmen regiminis venerit, in primo huius operis libro perhibui, & ad hoc rite perueniens, qualiter vixerit, in ſecundo diſſerui: & bene viuens qualiter docuerit, in tertio deſignaui: & rectè docens, infirmitatem ſuam cotidie quanta conſideratione cognouerit, in quarto concluſi. Neque magnopere tempora temporibus cõtuli, ſed rebus ſimilibus ſimilia coaptaui: quoniam re vera non tãtum quãdo feciſſet, ſed quantũ feciſſet, ſollicitus deflorare curaui. In quibus quanquam multa & varia memoratu digna ſtudio breuitatis omiſerim, nihil me memini poſuiſſe, quæ ſcriptorum veterum auctoritate nequeant defendi, exceptis illis miraculis quæ noſtris temporibus facta, multorũ adhuc ſuperſtitũ viuis vocibus celebrãtur. Si cui tamẽ, vt aſſolet, viſum fuerit aliter: ad plenitudinẽ ſcrinii noſtri recurrens tot chartaceos libros epiſtolarũ eiuſdem patris, quot annos probatur vixiſſe, reuoluat. Et quia quædã illarum vario tempore deſtinatæ, varium ſenſum retinent: eædémque nonnullis integræ, quibuſdam verò parte aliqua diminutæ pro perſonarum, locorum, ſiue temporum diſpenſatione videntur: finétenus relegendo conſpiciat: ſicq; demum lucidam veritatem cognoſcens, me aut cum amaſiis defendat, aut cum oſoribus arguat: quanquam in eo quòd tuo iudicio placeo, cunctis veritatem tuentibus me perpetuò placiturum fore præſumam. Peto igitur vt ſicut tuis iuſsionibus parui humiliter: ſic beati Gregorii precibus, & in hoc ſeculo ab æmulorum inſidiis, & in futuro à peccatorũ nexibus merear miſericorditer liberari, Per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

EXPLICIT PROLOGVS.

INCIPIVNT CAPITVLA *libri primi.*

1 De genere beati Gregorij.
2 Quod φερώνυμος fuerit.
3 De institutione eius.
4 Vbi prætor vrbanus exprimitur.
5 Vbi sex monasteria in Sicilia fecit.
6 Vbi sub abbatibus in suæ domus monasterio militans, postmodum abbas efficitur.
7 Vbi paschali sabbato ieiunare non valet.
8 Vbi à domino ieiunandi fortitudinẽ impetrat.
9 Vbi mater Syluia ei consuetudinaliter legumina mandat.
10 Vbi duabus vicibus ab angelo dei tentatur, tertia verò liberalissimus comprobatur.
11 Vbi frater furtum faciens à dæmonio vexatur, & à Gregorio liberatur.
12 Vbi fugitiuꝰ frater cæcatur: & à nigri canis morsibus liberatur.
13 Vbi frater fugam molitus à dæmone corripitur, à Gregorio liberatur.
14 Vbi fratrum latebræ immobilitate caballorum cognoscuntur.
15 Vbi frater lustus pro re peculiari seueriter in morte punitur.
16 Vbi eius anima de inferni cruciatibꝰ liberatur.
17 Vbi dimissis peccatis Antonius mori iubetur.
18 Vbi Gerontius cum quibusdam fratribus se asserit moriturum.
19 Vbi Ioannes ab Apostolo sanatus à defuncto vocatur.
20 Vbi frater Merulus ex *albis floribus* se somniat coronatum.
21 Vbi de venalibus Anglorum pueris percõtatur.
22 Vbi pro conuertendis Anglis Britanniam petiturus absoluitur.
23 Vbi à præsule tribus sententiis consternato redire iubetur.
24 Vbi per locustam se cognoscit continuò reuersurum.
25 Vbi à monasterio tractus diaconus cõsecratur.
26 Vbi Constãtinopolim apocrisarius destinatur.
27 Vbi pro exponendo libro beati Iob enixe rogatur.
28 Vbi cũ Eutychio disputans victor agnoscitur.
29 Vbi liber Eutychij ab Augusto ignibus deputatur.
30 Vbi Eutychius moriens pellem manus suæ tenebat dicens se in ea veraciter resurrecturũ.
31 Vbi apocrisariatus Gregorij qualitas declaratur.
32 Epistola Pelagij papæ Gregorio mittitur.
33 Vbi Maximianus cum fratribus à naufragio liberatur.
34 Vbi Romana vrbs diluuio Tiberis inundatur.
35 Vbi Athesis fluuius mirabiliter solidatur.
36 Vbi dracone cum bestiis in mari necato aër corrumpitur.
37 Vbi sagittis cœlestibus cladem ferentibus Pelagius præsul extinguitur.
38 Vbi Theodorus à dracone liberatus cõuertitur.
39 Vbi Gregorius ad pontificatũ nolens eligitur.
40 Vbi pontificatum subterfugere gestiens, imperatori literas latenter mittit.
41 Vbi pro concione pœnitentiam prædicat.
42 Vbi septiformem litaniam localiter ordinat.
43 Vbi octoginta homines pestilentia prosternuntur.
44 Vbi ab vrbe diffugiens indicio cœlesti mõstratur: & reductus primæ sedis pontifex consecratur.
45 Vbi noluisse summum sacerdotium veraciter demonstratur.
46 Vbi discretionis eius perfecta qualitas indicatur.
47 Vbi conabatur extra mundum & extra carnem fieri, & ad speciem anhelare.
48 Vbi condoluit ruinæ suæ gemitum renouari.
49 Vbi ex scriptis Anastasij patriarchæ quasi beatitudinis requiem, salutem accipiens, fontem sitiens, vmbram æstuans inuenit.
50 Vbi ab Andreæ illustris charitate & animo non recessit.
51 Vbi Ioannis exconsulis bona excellentiæ sit expertus.
52 Vbi Leandro Hispalensi episcopo respondere noluit epistolis ad se transmissis.
53 Vbi cum magno angore animi summũ sacerdotium susceperit.
54 Vbi inuestigare superna iudicia nullus homo sufficere.

EXPLICIVNT CAPITVLA
libri primi vitæ beati Gregorij
Romani pontificis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INCIPIT TEXTVS EIVSdem: vbi Gregorius seruus seruorum dei se scribens mediocribus vestimentis amicitur.

I. GREGORIVS genere Romanus, arte philosophus, Gordiani viri clarissimi & beatæ Syluię filius, præfuit Romanæ sedi annis tredecim, mẽsibus sex, diebus decem, temporibus Tiberij, Mauritij & Phocæ augustorũ. Iste senatoria stirpe progenitus, tam nobilissimam quàm etiã religiosissimam genealogiam duxit, ita vt quartus Felix Apostolicæ sedis pontifex, vir magnæ in Christi Ecclesia reuerentiæ, qui basilicam sanctorũ Cosmæ & Damiani martyrum via sacra iuxta templum Romuli sicut hactenus cernitur venustissimè fabricauit, eius atauus fuerit: & beata virgo Tharsilla, quæ moritura promissionis cœlestis audiuit, harmoniam? Et Iesum Christum ad se recipiendum videre meruit, amita nihilominus eius extiterit.

II. Quam Gregorius geminæ nobilitatis lineam piis moribus extulit, probis actibus exornauit, adeò, vt præsagio quodam Græce γηγόρως, quod latinè Vigilantius resonat, vocaretur. Nam recta quæ docturus erat, dum viuis operibus adimpleuit: sibimetipsi vtique se vigilasse perdocuit. dum verò recta quæ faciebat, docendo quoque differuit: vigilasse quoque dinoscitur, non solum sibi, sed etiam futuri temporis Christianis.

III. Siquidem inerant ei in tenera ætate matura iam studia, & auditurus incognita, religiosis senibus indagator solertissimus adhærebat: sumptáque doctrinæ semina tenaci memoriæ ruminanda, quæ pòst in populos mellito declamaret gutture, congerebat. Denique docilis adolescens cum transmisso communiter stylo surgentis infantiæ ad biuium Pythagoricæ literæ peruenisset, incunctanter sinistrum ramum cum seculi voluptate relinquere, & ad dextrum cœpit cum cœlesti desiderio totis viribus anhelare.

IIII. Sed dum conuersionis suæ gratiam longius protrahens, tutius se Christo famulaturum putaret, si sub prætoris vrbani habitu mundo specietenus deseruiret, cœperunt multa contra eũ ex eiusdem seculi cũra succrescere, ita vt non iam, sicut proposuerat, specie, sed in eo retineretur & mente.

V. Tandem patre orbatus, vbi liberam disponendarum rerum suarum nactus est facultatem, sex monasteria in Sicilia fabricans, sufficientibus fratribus cumulauit: quibus tantum prædiorum contulit, quantũ posset ad victum cotidianum deo illic militantium sine indigentia suffragari.

VI. Septimum intra Romanæ vrbis mœnia sub honore sancti Andreę Apostoli iuxta basilicam sanctorum Ioannis & Pauli ad cliuum Scauri monasteriũ in proprio domate fabricauit. In quo, relictis sericis, auro gẽmísq; radiantibus togis, simúlque supellectilib⁹ reliquis, in vsum pauperum erogatis: ex huius mundi naufragio nudus euasit, diúque desideratum monachicum capiens indumentum, primo sub Hilarionis, deinde sub Maximiani venerabilium patrum regimine, multis sibi sociatis fratribus, regulari tramite militauit. Post verò, cum subesse mallet, fratrum votiua concordia imminente, præesse non renuit: sicut in consequentibus apparebit.

VII. Erat ei tanta abstinẽtia ciborum, sedulitas orationum & ieiuniorum, studiosítas tam desiderata sacrorum librorum, vt infirmato stomacho lacessitus, vix subsistere proculdubio videretur. Nam cum quodam tempore incisionem vitalium, quàm Græci συγκοπὴν dicunt, pateretur, crebrísque angustiis per horarũ momenta deficeret, & ad exitum appropinquaret, ac nisi cum fratres frequẽti cibo reficerent, vitalis ei spiritus funditus intercipi videretur, paschalis supuenit dies. & dum sacratissimo sabbato, in quo omnes etiã paruuli pueri ieiunant, ipse ieiunare nõ posset, cœpit plus mœrore quàm infirmitate deficere.

VIII. Mox accersito viro sanctissimo Eleutherio dudũ penes Spoletum multis præposito, tunc verò eiusdem sui monasterij monacho, à quo videlicet audierat fuisse mortuum suscitatum: oratorium petiit, seséque cũ lachrymis vt saltem die illo ad ieiunandum sibi virtus daretur, in orationem dedit. Et post paululum cõpleta oratione digressus, tantam virtutem suum stomachum percepisse cognouit, vt ei cibus & morbus de memoria funditus tolleretur. Cœpit secum mirari, quis esset, quis fuerit. & cum ad animum redibat infirmitas, nihil in se ex his quę meminerat, recognoscere prævalebat. Cúmque in dispositione monasterij occupata mens esset, obliuiscebatur funditus ægritudinis suæ. Si vero rediret ægritudo ad memoriam: cũ tam fortẽ se esse sentiret, mirabatur si nõ comedisset. Qui veniens ad vesperum, cognouit sibi tantam fortitudinem permanere, vt ad diem alterum ieiuniũ transferre potuisset. Verùm quanquam penè cotidiano languore tabescceret: nullam tamen corpori suo cupiebat quietem, quo minus aut oraret, aut legeret, aut scriberet, aut dictaret.

IX. In huius sacri monasterij penetralibus idem vir omnipotẽtis dei Gregorius à matre Syluia tunc temporis iuxta portam beati Pauli apostoli, loco qui dicitur Cella noua (quo hactenus oratorium nomini eius dedicatum, & famosum sancti Sabæ confessoris Christi monasteriũ, cuius laus est in sexta & septima synodo, constitutum videtur) degente, crudis leguminibus pascebatur.

X. Vbi hunc de more quædam scribẽtem angelus dei reperiens, misereri sibi flebiliter sub habitu naufragi postulabat. Cui Gregorius ex intimo corde compatiens, bis ternis nomismatibus datis, abire præcepit. Nec multo post eadem die idem naufragus rediit, séque multa perdidisse, pauca verò suscepisse perhibuit. à quo pari modo senis nomismatib⁹ sumptis, lętabũdus abcesit. Sed die tertia rediens, idemtidem adiutorium naufragus importunis vocib⁹ requirebat. Cui liberalisim⁹ pater accersito vestiario alia sex nomismata dari præcipiens, cognouit in vestiario nihil nomismatum vnde posset consolari naufragum, remansisse. Quid faceret, nescíebat. Aestuabat deo deuoti pectoris pietas, non sufferens vacuam proximi reliquisse miseriam. Rursus vestiarium suum, si fortè vas quodlibet aut vestimentum haberet interrogans, audiuit nil penitus remansisse præter matris argenteam quæ cum infusis leguminibus mitti solita erat scutellã. Mox alacrior factus, Ergo, inquit, frater hanc defer: ne tristis abeat qui consolari queritur pauper. Itaque delatã scutellam Gregorio satis hilariter largiente, pauper qui putabatur, lætus amplectitur, non

iam ad expetenda: sed ad conferenda suffragia rediturus. A quo videlicet angelicæ visitationis tempore tantis miraculis tantis est virtutibus publicatus, vt omnibus secum viuentibus exemplo fuerit & terrori: quippe qui non solus, sed socialiter cum beato Andrea Apostolo, suo monasterio signis euidentibus sit præfuisse putatus.

XI. Nam vt pauca de multis loquar, quadam die duos exinde fratres transmisit, qui aliquid emere pro eiusdem monasterij vtilitate debuissent: vnus iunior, qui prudentior videbatur: alter senior, qui custos iuniotis esset. Perrexerunt vtrique, & de precio quod acceperunt, ipse qui custos iunioris missus fuerat, nesciente altero furtum fecit. Qui mox vt in monasterium sunt reuersi, atque ante oratorij limen venerunt: arreptus à dæmonio is qui furtum fecerat, cecidit. Dimissus autem à dæmonio cõcurrẽtibus monachis, abbatis iussu requisitus est an forte de eo quod acceperat furtum fecisset. Negauit, & iterum vexatus est. Dimissus, atque iterum requisitus, negauit, atque iterum vexatus est Octo itaque vicibus negauit: octo vicibus vexatus est. Post octauam verò negationem Gregorio interrogante confessus est quòd nummos furto abstulerat: eique prostratus se peccasse testatus est, perceptáque pœnitentia, vlterius ad eum dæmonium non accessit.

XII. Alio quoque tempore dum in die natalitio eiusdem Apostoli iam meridianis horis fratres quiescerent, subitò quidam frater apertis oculis cæcatus, cœpit tremere, voces ingentes emittere: quibus vocibus testabatur ferre se nõ posse quod patiebatur. Concurrerunt fratres: viderunt cæcum apertis oculis trementem, & clamantem, & à presentibus alienum, nihilque quod foris agi poterat sentientem. Hunc in manibus leuauerunt, atque ante altare sancti Andreæ apostoli iussu Gregorij proiecerunt: ipsique pro eo in orationẽ prostrati sunt. Qui statim ad se reuersus, confessus est quia senex quidã ei apparuit. & canem nigrum ad eũ dilacerandũ dimisit, dicens: quare fugere voluisti de monasterio tuo? Cunque euadere de canis morsibus nullo modo potuissem: venerunt quidam monachi, & eundem senem pro me rogauerunt: qui statim iussit canẽ abscedere: & ipse ad me reuersus sum. Hic etiam sæpe confessus est postea, dicens quòd eo die quo ista pertulerat, cõsiliũ habuerit de monasterio fugiẽdi.

XIII. Alius quoque monachus discedere ex eodẽ monasterio latenter disponens, oratorium ingredi voluit, sed dæmone corripiente nequiuit. Relinquebatur à dæmone quandiu extra oratorium stabat. si ingredi conabatur, statim maligno spiritui traditus vexabatur. Hoc dum sæpius fieret, tandem Gregorio inquirente, se de monasterio fugere voluisse cõfessus est: eiusque per triduum simul cum fratrum precibus ita pietate diuina curatus est, vt ad eum postmodum malignus spiritus nunquam accedere tentaret.

XIIII. Alio quoque tempore duo fratres ex eiusdem patris monasterio fugerunt: qui aliqua prius colloquẽdo fratribus signa dederant, quòd per Appiam viam descendentes Hierosolymam tenderent. Hi exeuntes diuerterũt de itinere: & vt à sequentibus inueniri minimè possent, retrusas cryptas iuxta Flaminiam portã inuenientes, in eis se occultauerũt. Cum verò vespertinis horis iussu Gregorij requisiti, minimè in congregatione inuenti fuissent, ascensis caballis eos quidam fratres secuti sunt, per Metrouij portam exeuntes, vt eos in Latinam vel Appiam viam sequerentur: subitò eis consilium ortum est, vt eos in Salaria via extra ciuitatem requirere debuissent. Igitur pergentes deflexerunt iter: & in Salaria vetere eos non inuenientes, per portam Flaminiam decreuerunt redire. Cunque reuerterentur: mox vt equi ante cryptas illas venerunt, in quibus se monachi absconderant, fixerunt gradum: pulsati & compulsi, passum mouere noluerunt. Considerauerũt equites rem talem sine mysterio esse non posse, attenderunt ad cryptas, viderunt earum aditus missa maceria prædamnatos: sed caballis suis nusquam ire volentibus, descenderunt: & lapides qui ad ora cryptarum compositi fuerant, deponentes, ingressi sunt: eósque in eisdem tenebrosis latibulis consternatos terræ inuenerunt. Qui ad monasterium reducti, tam stupore miraculi, quàm exhortatione venerabilis patris Gregorij sic meliorati sunt, vt eis multum profuerit ad paruum tempus de monasterio recessisse.

XV. Alio quoque tempore quidam monachus Iustus nomine, medicinali arte imbutus beato Gregorio sedulè obsequi, atque in assiduis ægritudinibus eius excubare consueuerat. Hic itaque corporis languore præuentus: ad extrema perductus est. Cui in ipsa molestia frater germanus Copiosus nomine seruiebat. Sed prædictus Iustus cum iam se ad extrema peruenisse cognosceret, eidem Copioso fratri suo quia occultos tres aureos haberet, innotuit. Quod nimirum fratribus celari non potuit: qui subtiliter indagantes, atque illius medicamenta omnia perscrutantes, eosdem tres aureos inuenerunt in medicamine absconditos. Quod mox vbi Gregorio nuntiatũ est, tantum malum de fratre qui secum communiter vixerat, æquanimiter ferre non valuit: quippe qui eidem monasterio iam dudum regulam constituerat, vt cuncti fratres ita communiter viuerent, quatenus eis singulis nulla habere liceret propria. Tunc Gregorius nimio mœrore perculsus, cogitare cœpit vel quid ad purgationẽ morientis faceret, vel quid ad exemplũ viuentibus prouideret. Precioso igitur eiusdẽ monasterij præposito ad se accersito dixit: Vide vt nullus ex fratribus se ad eum morientẽ iungat, nec sermonẽ cõsolationis ex cuiuslibet eorũ ore percipiat: sed cum in morte cõstitutus fratres quæsierit: eis suus frater carnalis dicat quia pro solidis quos occultè habuit, à cũctis fratribus abhominatus sit: vt saltem in morte de culpa sua mentem illius amaritudo transuerberet, atque à peccato quod perpetrauerat purget. Cum vero mortuus fuerit, corpus illius cum fratrum corporibus non ponatur, sed quolibet fossam in sterquilinio facite, ibique super eum tres aureos quos reliquit, iactate, simul omnes clamantes: Pecunia tua tecum sit in perditionem, & sic eum terra cooperite. In quibus vtrisque rebus solertissimus pater Gregorius vnam morienti, alteram verò viuentibus fratribus prodesse decreuit: vt & illum amaritudo mortis à culpa solubilem faceret, & istos auaritiæ tanta damnatio misceri talibus prohiberet. Quod ita factum est. Nam dum idem monachus peruenisset ad mortem, atque anxiè se quereret fratribus cõmendare, nullúsque fratrum ei applicare, vel loqui tentaret: ei suus carnalis frater cur ab omnibus esset abominatus aperuit. Ille protinus vt audiuit, de reatu suo vehementer ingemuit, atque in ipsa tristitia de corpore exiuit. Qui ita est sepultus, vt Gregorius iusserat. Sed fratres omnes

eadem

eadem eius sententia perterriti, cœperunt singuli extrema quæque & vilia, & quæ eis regulariter semper habere licuerat, ad medium proferre: vehementérque formidare, nequid apud se esset vnde reprehendi potuissent.

XVI. Cum vero post mortem fratris triginta iam essent dies euoluti: cœpit animus Gregorij misericorditer ei compati, eiusque cum graui mœrore supplicia pensare. Et si quod esset ereptionis eius remedium quærere. Tunc euocato ad se eodem Precioso monasterij sui præposito, tristis dixit: Diu est quòd frater ille iustus qui defunctus est, in igne cruciatur, debemus ei aliquid charitatis impẽdere, & ei inquantum possumus vt eripiatur adiutorium nostrum accommodare. Vade itaque, & ab hodierna die cõtinuis triginta diebus offerre pro eo sacrificiũ stude, vt nullus omnino prætermittatur dies: quo pro absolutione illius salutaris hostia nõ mactetur. Qui protinus abscesit & paruit. Gregorio autem alia curãte, atque euolutos dies minime numerante, idem frater qui defunctus fuerat, nocte quadam fratri suo Copioso per visionem apparuit. Quem ille cum vidisset, inquisiuit dicens: Quid est frater? quomodo es? Cui ipse *respondit: Nunc vsque male fui: sed iam modo bene sum: quia hodie cõmunionẽ recepi. Quod idem Copiosus* pergens protinus in *monasterio* fratribus indicauit. Fratres vero *solicitè computauerunt* dies: & ipsum diem fuisse *inuenerũt*, quo pro eo tricesima oblatio fuerat completa: Cum & Copiosus nesciret quid pro eo fratres auctore Gregorio agerent, & fratres ignorarent quid de eo Copiosus vidisset: vno eodemque tempore dum agnoscit ille oblationem, isti audiũt somnium, trigesimumque diem cognoscunt, concordante simul visione & sacrificio res apertè claruit, quia frater quem sub animaduersione sententiæ Gregorius mori permiserat, per salutarem hostiam à supplicio liberatus esset.

XVII. Sed quia idem venerabilis pater quemadmodum fratribus terrori fuerit, ex parte iam tetigi: qualiter eius exemplis iidem profecerint, breuiter indicandum putaui. Frater quidam in eodem monasterio, nomine Antonius beato Gregorio sedulus adhærebat. Qui tãti patris verbis exemplis quę commonitus: multis cotidianisq; lachrymis ad gaudia patriæ cœlestis anhelabat. Cumque studiosissimè & cum magno feruore desiderij, duce Gregorio sacra eloquia scrutaretur, nõ in eis verba scientię, sed fletum compunctionis inquirebat, quatenus per hæc incitata mens eius exardesceret, & ima deserens, ad contemplationem cœlestis patriæ peruolaret. Huic per nocturnam visionem dictum est: Paratus esto: quia dominus iussit, migra. Cumque ille non habere se sumptus ad migrandum diceret, responsum protinus audiuit dicens: Si de peccatis tuis agitur: dimissa sunt. Quod cũ semel audisset, & magno adhuc metu trepidaret: nocte quoque alia in eisdem est verbis admonitus. Post quinque vero dies febre correptus cunctis fratribus flentibus, orantibusque defungitur.

XVIII. In eodem monasterio frater quidam Gerõtius dicebatur: qui dum graui molestia corporis fuisset depressus, in visione nocturna albatos viros & clari omnimodo habitus in hoc ipsum monasterium descendere de superioribus aspexit. Qui dum corã lecto iacentis assisterẽt, vnus eorum dixit: Ad hoc venimus, vt de monasterio Gregorij quosdam fratres in militiam mittamus. Atque alteri prȩcipiens dixit: Scribe Marcellum, Valentinianum, Agnellum, atque alios quorum cognitionem ego non non habeo. Quibus expletis, addidit dicens: Scribe & hũc ipsum qui nos aspicit. Ex qua visione Gerontius certus effectus, facto mane innotuit fratribus quot & qui essent ex eodem monasterio morituri, seq; illos continuò secuturum. Cumq; die alio prædicti fratres mori cœperunt, atque sub eodem ordine se in mortẽ secuti sunt quo fuerãt in descriptione nominati, ad extremum verò & ipse obiit, qui eosdem fratres morituros prævidit.

Alius quoque frater in eodem monasterio Ioannes dictus est, magnæ indolis adolescens: qui ætatẽ suam intellectus & humilitatis dulcedine, & grauitate morum, docente Gregorio transcendebat. Huic ægrotãti, atque ad extremum deducto, per nocturnã visionẽ sub habitu senis beatus apostolus Andreas apparuit, & hunc virga tetigit, eiq; dixit: Surge: ex hac enim molestia minimè morieris, sed paratus esto: quia longum tempus hic futurus nõ eris. Qui dũ iam esset à medicis desperatus: repẽtè sanatus est atque cõualuit. Rem quam viderat, narrauit, seque per biennium in dei seruitio sicut prædixi vltra ætatis suæ annos* exhibuit. *Euolutis* autem duobus annis cum quidã frater fuisset mortuus, atque in monasterij eiusdem cœmeterio à Gregorio fratribusq; sepultus cunctis inde discedẽtibus, idem Ioãnes, sicut postmodum pallẽs & tremẽs Gregorio indicauit, solus inuentus, ab eodẽ fratre qui sepultus fuerat, de sepulcro vocatus est. Quod mox etiam subsequens finis ostendit. Nam post dies decem correptus febribus, moriẽdo vocantẽ subsecutus est. *Verùm quia* longum est, & multa restant quę de huius viri *sanctimonia certis possunt* attestationibus prædicari, quæ etiam ex *relatione maiorũ* scriptisve priorum compererim, his inserenda decreui.

perduxit.

XIX.

XX.

Alius etiam frater in eodem monasterio Merulus dicebatur, vehementer lachrymis atq; eleemosynis ex Gregorij viri venerabilis doctrina intentus: psalmo diaverò ex ore illius penè nullo tẽpore cessare consuerat, excepto cũ aut alimentũ corpori, aut mẽbra dedisset sopori. Huic nocturna visione apparuit, quia ex albis* floribus corona de cœlo in caput illius descẽdebat, qui mox molestia corporis occupatus, cũ magna securitate animi atq; hilaritate defunctus est. Ad cuius sepulchrũ dum post annos quatuordecim Petrus qui põtificatus istius beati Gregorij tempore monasterio eiusdem* prȩfuit, sibi sepulturam facere voluisset: tanta de eodem sepulcro fratris Meruli fragrantia suauitatis emanauit, ac si illic florum omniũ fuissent odoramenta cõgesta. Ex qua re manifestè patuit, quia verum fuit quod per nocturnam visionem tanti patris discipulus vidit.

*lilij flo.

*eidem.

XXI. Quadã die cũ aduenientibus nuper negociatoribus multa venalia in forũ Romanæ vrbis fuissent proposita, multique ad emendum vndiq; confluxissent: cõtigit & Gregorium virum deo dignissimum præterire: qui cernens inter alia pueros corpore cãdidos, forma pulcherrimos, vultu venustos, capillorum quoque nitore perspicuos esse venales, interrogauit mercatorẽ de qua patria illos attulisset. Ille respondit, De Britãnia insula, cuius incolarum omnium facies simili cãdore fulgescit. Gregorius dixit: Christiani sunt, iidem insulani, an adhuc paganis erroribus implicantur? Mercator respondit: Non sunt Christiani, sed paganis tenẽtur laqueis irretiti. Tunc Gregorius grauiter in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gemiscens, heu prò dolor, inquit: quàm splendidas facies princeps tenebrarum nunc possidet: tantaque frontis species vacuam ab interna dei gratia mentem gestat: Rursum interrogauit quod esset vocabulum gentis filius. Mercator respondit: Angli vocantur. At ille: Bene inquit, Angli, quasi angeli: quia angelicos vultus habent: & tales in cœlis angelorum decet esse conciues. Iterum ergo interrogat, quod nomen haberet ipsa prouincia. Mercator respondit: prouinciales illi Deiri vocantur. Et Gregorius, Bene, inquit, Deiri, quia de ira sunt eruēdi, & ad Christi gratiā cōuocandi. Rex, ait, illius prouincię quomodo nuncupatur? Mercator respondit: *Aelle vocatur. Et Gregorius alludens ad nomen, dixit: Bene quia rex dicitur Aelle. Alleluia etenim in laude creatoris in partibus illis oportet decantari.

*Elle.

XXII. Mox itaque accedens ad Benedictum apostolicæ sedis pontificem cœpit vehementer expetere, vt in Britanniam aliquos verbi ministros mitteret. Quò cum neminē ire velle cognosceret, semetipsum quoque non dubitauit ingerere, dum modo sibi pontifex licentiam commodaret. Qui, licet cum magna cunctatione totius cleri ac populi, Gregoriū spontè proficisci cupientem abire permisit, imprecatus ei diuinitus prospera ministrari.

XXIII. De cuius absentia Romani plurimum perturbati, deliberato consilio trifariè per loca vię contigua vnde pontifex ad beati Petri basilicam profecturus erat, partiuntur: eumque turmatim taliter alloquuntur: Petrum offendisti, Romam destruxisti, quia Gregoriū dimisisti. Quibus sententiis omnino papa perterritus, misit continuò nuncios, qui virum domini reuocarēt Gregorium. Quod ipse sibi commeantibus iam prædixerat fore futurum.

XXIIII. Iamque trium dierum itinere profligato, ad quēdā locū requieturi, fortè diuerterāt: quò singulis quiescētibus Gregorius lectitabat. Quem locusta superueniēs coēgit paululum à legendo quiescere, & ex consideratione sui nominis docuit eum in eodem loco restare debere. Tunc fertur dixisse: Locusta, inquit, dici potest quasi loco sta. Statim que comites adhortatus, festinātius ire certabat: sed præuenientibus apostolicis nūtiis, licet magnopere tristaretur, redire ad proprij compulsus est monasterij curam.

XXV. Denique cernens Benedictus venerabilis pontifex virtutum gradibus Gregorium ad alta conscendere, violenter eum à quiete monasterij sui abstrahens, ecclesiastici ordinis officio sublimauit, leuitamq; septimum ad suū adiutoriū cōsecrauit. In quo venerabilis pater Gregorius tanta humilitate viguit, tanta solertia ministrauit: vt in ecclesiasticæ hierarchię ministerio videretur diuinis angelis non solum nitore habitus, verum etiam claritate morum probabilium veraciter coæquari.

XXVI. Nec multò post pro responsis ecclesiasticis ad vrbē Constantinopolim à Pelagio præsule destinatur: vbi quāuis in terreno conuersaretur palatio, vitæ cœlestis non intermisit propositum. Secuti nanque sunt eum multi ex suo monasterio fratres germana deuincti charitate. Quod diuina factum dispēsatione cōspicitur, vt eorum videlicet exemplo ad orationis placidū litus quasi anchoræ fune stringeretur: & dum causarū secularium continuatis vertiginibus fluctuaret, ad illorum consortium velut ad tutissimi portus sinum, refugeret. Ac licet illud cum ministerium à monasterio abstractū, à pristinæ quoque quietis vita mucrone suæ occupationis extinxerat, inter eos tamen per studiosæ lectionis alloquium, cotidianæ adspiratio compunctionis animabat.

XXVII. Horū ergo consortio non solùm à terrenis est munitus incursibus, verùm etiā & ad vitæ cœlestis exercitia magis magisq; successus. Nā ab eisdem fratribus enixè rogatus, maximeq; à Leādro Hispalensi episcopo, qui pro causis Vvisigothorū legatus eodem tēpore Constantinopolim venerat, compulsus est vt librum beati Iob multis inuolutum mysteriis enodaret. Neq; ille negare potuit opus quod sibi amor fraternus multis vtile imponebat futurum: sed eundē librum quomodo iuxta literam intelligēdus, qualiter ad Christi & ecclesię sacramenta referendus, quo sensu vnicuiq; fidelium sit aptandus, per trifarias intelligēdi species mirāda ratione perdocuit: in quibus tamē ita de virtutibus vitiisque disseruit, vt non solùm videatur eadem verbis exponere, sed formis quodammodo visibilibus seu palpabilibus demōstrare. Vnde non est dubium perfectionem ipsarum eum consecutum fuisse virtutum, quarum tā efficaciter valuit indicare profectus.

XXVIII. Præterea venerabilis Ieuita Gregorius ineadē vrbe regia constitutus nascentem nouā hæresim de statu nostræ resurrectionis cum ipso quo orta est initio, iuuante gratia nostri redemptoris attriuit. Siquidem Eutychius eiusdē ciuitatis episcop⁹, libro de resurrectione mortuorū confecto, dogmatizabat corpus nostrum in illa resurrectionis gloria impalpabile, ventis aëreq; subtilius esse futurum. Quod Gregorius audiens, & ratione veritatis, & exemplo dominicę resurrectionis probauit hoc dogma orthodoxæ fidei omnimodis esse contrarium. Catholica etenim fides habet, quòd corpus nostrum in illa immortalitatis gloria sublimatum, subtile quidem sit per effectum spiritualis potentiæ, sed palpabile per veritatem naturæ, iuxta exemplum dominici corporis, de quo à mortuis resuscitato dicit ipse discipulis. Palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Cúmque hoc euangelicæ veritatis testimonium Gregorius protulisset, Eutychius ait: Idcirco hoc dominus fecit, vt dubitationem resurrectionis suæ de discipulorum cordibus amoueret. Cui Gregorius dixit: Mira est res valde quā adstruis, vt inde nobis dubietas surgat, vnde discipulorum corda fuerunt à dubitatione sanata. Quid enim deterius dici potest, quàm vt hoc nobis de eius vera carne* dubium fiat, per quod discipuli eius ad fidem ab omni dubietate sunt reparati. Si enim hoc non habuisse adstruitur, quod ostendit: vnde fides discipulorum eius est confirmata, inde nostra destruitur. Eutychius ait: Corpus palpabile habuit, quod ostendit: sed post confirmata corda, palpatum omne illud in domino quod palpari potuit, in subtilitatem est aliquam redactum. Ad hæc Gregorius respondit: Scriptum est, Christus resurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur. Siquid ergo in eius corpore post resurrectionem potuit mutari: contra veridicam Pauli sententiam dominus rediit in mortem post resurrectionem. Quod quis dicere vel stultus præsumat, nisi qui veram carnis eius resurrectionem negat. Tunc Eutychius obiecit dicens: Cum scriptum sit, Caro & sanguis regnum dei possidere non possunt: qua ratione

Luc. 24. f

*vera resurrectione.

Roma. 6. b

tione credendum est resurgere veraciter carnem? Cui Gregorius respondit: In sacro eloquio aliter caro dicitur iuxta naturam, atque aliter iuxta culpam, vel corruptionem. Caro quippe dicitur iuxta naturam sicut scriptum est, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Caro verò iuxta culpam, sicut scriptū est: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, eò quòd sunt caro. Et sicut Psalmista ait: Memoratus est, quia caro sunt: spiritus vadens, & non rediens. Vnde & discipulis Paulus dicebat: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Neque enim in carne non erant, quibus epistolas transmittebat: sed quia passiones carnalium desideriorum vicerant, iam liberi per virtutem spiritus in carne non erant. Quod ergo Paulus apostolus dicit, Quia caro & sanguis regnum dei non possidebunt: carnem secundum culpam intelligi voluit, non secundum naturam. Vnde & mox quia carnem secundum culpam diceret, ostendit subdens: Neq; corruptio incorruptelā possidebit. In illa ergo cœlestis regni gloria caro secundū naturam erit, sed secundū corruptionē vel etiā passionis desideria non erit: quia deuicto mortis aculeo, in æterna incorruptione regnabit. Quibus auditis Eutychius consentire se protinus respondebat: sed tamen adhuc corpus palpabile resurgere posse denegabat: qui etiam in libello quē scripserat, Pauli quoque testimonium indiderat, dicentis: Tu quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur: & quia non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum. Hoc nimirum ostendere festinans, quia caro vel palpabilis, vel ipsa nō erit, dum sanctus Apostolus de resurrectionis agens gloria, non corpus quod futurum est, seminari dixerit, sed nudū granum. Sed ad hæc citius Gregorius respondit. Paulus apostolus dicens, Non corpus quod futurum est, seminas, sed nudum granum: hoc insinuat quod videmus, quia videlicet granum cum culmo & foliis nascitur, quod sine culmo & foliis seminatur. Ille itaque in augmento gloriæ resurrectionis non dixit grano seminis deesse quod erat, sed adesse quod nō erat. Tu autem dum verum corpus resurgere denegas: nequaquam dicis adesse quod deerat, sed deesse quod erat.

XXIX. Tunc itaque Gregorius Romanus diaconus, & Eutychius Constantinopolitanus episcopus, hac de re in longa contentione perducti, grauissima cœperunt ab inuicem simultate resilire, cū piæ memoriæ Tiberius Constantinopolitanus imperator secretò vtrūque suscipiēs, quid inter eos discordiæ versaretur agnouit: & vtriusque partis allegationem subtiliter pensans, eundem librum quem Eutychius de resurrectione cō scripserat, suis quoque allegationibus destruens, deliberauit vt flammis cremari debuisset. A quo videlicet piissimo imperatore vt simul egressi sunt post longissimæ disputationis conflictum, pariter ægrotantes in lectulum deciderunt.

XXX. Cum ergo Gregorius validissimus febribus æstuaret, Eutychius cum morte confligens, pellem manus suæ tenebat coram omnibus dicens, confiteor quia omnes in hac carne resurgemus. Postquam catholicę fidei cōfessionem defunctus est: quo mortuo quia penè nullus erat qui eius dicta sequeretur, Gregorius dissimulauit cœpta persequi, ne in fauillas videretur verba iaculari.

XXXI. Quanta autem auctoritate ministeriū sui apocriſariatus impleuerit, quantæ reuerētiæ apud augustos extiterit, quantáque sollicitudine afflictæ Italiæ succurrī sępius fecerit, si quis plenius nosse desiderat, epistolas antecessoris eius papæ Pelagij ad eū super multimodis ecclesiæ dei necessitatibus destinatas, quę hactenus in scrinio sanctæ sedis apostolicæ studiosissimē conseruantur, percurrat: ex quarum multitudine hîc vnam interfero, quatenus & illius ministerij qualitas, & reliquarum quoque consequentia cognoscatur. Quæ ita se habet:

Pelagius episcopus dilecto filio Gregorio venerabi XXXII.
li diacono. Omnia quidem quæ necessaria fuerūt, per Honoratū notarium tibi curauimus indicare: quē cū fratre & coepiscopo Sebastiano ad dilectionem tuam direximus: vt quia illis in partibus ad Rauennā vsq; nūc cū viro glorioso domino Decio patricio fuit: ipse sua relatione te ex omnibus studeat informare: vel si qua necessaria iudicaueris, possit domino imperatori suggerere: quia tātæ calamitates ac tribulationes nobis à perfidia Longobardorū illatę sunt contra suū propriū iusiurandum, vt nullus possit ad referendum sufficere. Prædictū autem fratrem Sebastianū quomodo susceperimus, vel in quali apud nos te suggerente fuerit charitate, ipsius poteris relatione cognoscere. Qui etiā iam promisit nobis, necessitates vel pericula Italię piissimo domino imperatori suggerere. Loquimini ergo & tractate pariter, quomodo nostris possitis celeriter subuenire periculis: quia ita hîc coangustiata est respublica, vt nisi deus piissimi in corde principis inspirauerit vt insitā sibi misericordiā suis famulis largiatur, & super illā diacoposin, vel vnū magistrū militū & vnū ducem dignetur concedere, in omni fimus angustia destituti: quia maximę partes Romanæ omni præsidio vacuatę videntur: & exarchus scribit nullum nobis posse remedium facere. quippe qui nec ad illas partes custodiendas se testatur posse sufficere. Imperet ergo illi deus nostris velociter periculis subuenire antè, quàm nefandissimę gentis exercitus loca quæ adhuc à republica detinentur, deo sibi contrario (quod absit) prævaleāt occupare. Presbyterum autem ad nos deo adiuuante re transmittere festina: quia & in monasterio tuo, & in opere cui eum præposuimus, necessarius esse omnino cognoscitur. Data quarto nonarum Octobrium, indictione tertia.

Huic siquidem monasterio, cuius hic papa Pelagius XXXIII.
meminit, Siculus Maximianus, qui post Syracusanus episcopus extitit, eodē tempore præfuit: qui ad venerabilem leuitam Gregorium in eiusdem regiæ vrbis palatio pro responsis ecclesiasticis desudantem, visitationis gratia cum fratribus venit: & dum ad monasterium eius sibi quoque cōmissum Romam rediret, in mari Adriatico nimia tempestate deprehensus, inæstimabili ordine atque inusitato miraculo erga se, cunctósque qui secum aderant, omnipotentis Dei & iram cognouit & gratiam. Nam cum in eorum morte ventorum nimietatibus fluctus eleuati sæuirent, ex naui claui perditi arbor abscissa est, vela in vndis proiecta, totúmque vas nauis nimiis quassatum fluctibus ab omni fuerat sua compage dissolutum. Rimis itaque patentibus intrauit mare, atque vsque ad superiores tabulas impleuit, ita vt non magis nauis inter vndas, quàm vndę iam intra nauim esse viderentur. Tunc in eadem naui residentes, non iam ex mortis vicinia, sed ex ipsa eius præsenti visione turbati, omnes sibimetipsis pacem dederūt, corpus & sanguinē redempto-

redemptoris acceperunt, deo se singuli commendantes, vt eorum animas benignè susciperet, quorum corpora ita pauendæ morti tradidissent. Sed omnipotens deus qui eorũ mentẽ mirabiliter terruit: eorum quoq; vitã per meritũ Gregorij famuli sui, pro cuius speciali amore venerant, mirabilius reseruauit. Nam diebus octo nauis eadem vsque ad superiores tabulas aquis plena iter proprium peragens enatauit. Nono autem die in Cothronẽsis castri portum deducta est. Ex qua exierunt omnes incolumes, qui cum prædicto Maximiano viro venerabili nauigabant. Cumq; post eos ipse quoque fuisset egressus, mox in eiusdem portus profundum nauis demersa est: ac si illis egredientibus pro pondere subleuatione caruisset? & quæ plena hominibus in pelago aquas portauerat, atque natauerat: Maximiano cum fratribus recedẽte, aquas sine hominibus in portu nec portare valuerit, nec natare: vt hinc omnipotens dominus ostẽderet, quia per meritum Gregorij quem fratres visitauerant, hanc onustam sua manu tenuerat, quæ ab hominibus vacua permanere non potuit super aquas.

XXXIIII. Igitur postquam Romam Gregorius venerabilis leuita reuersus est, aliquanto interiecto tempore tanta inundatione Tiberis fluuius alueum suũ egressus est, tantumque excreuit, vt eius vndæ super muros vrbis influerent, atque in ea regiones maximas occuparent, & antiquarum ædiũ plurima monimenta deiecerent, ecclesiastica quoque horrea violenter subuerterent, in quibus nonnulla tritici modiorum milia periere.

XXXV. Tunc enim apud Veronensem vrbem fluuius Athesis (vt idem Gregorius refert) excrescens, ad beati Zenonis martyris atque pontificis Ecclesiam venit. Cuius Ecclesiæ dum essent ianuæ apertæ, aqua in eam minimè intrauit. Quæ paulisper crescens, vsque ad fenestras Ecclesiæ quæ erant tecto proximæ peruenit: sicq; stans aqua Ecclesiæ ianuam clausit, ac si illud elementum liquidum in soliditatẽ parietis fuisset immutatum. Cũque essent multi interius inuenti, sed aquarum magnitudine circundata omni Ecclesia, quà possent egredi non haberent, ibíque fame & siti deficere formidarent, ad Ecclesiæ ianuam veniebant, ad bibẽdum hauriebant aquam, quæ vsque ad fenestras excreuerat, & tamen intra Ecclesiam vt aqua defluere nullo modo prævalebat. Stans autem ante ianuam, ad ostendendum cunctis meritum martyris, & aqua erat ad adiutorium, & aqua non erat ad occupandum locum. Quod nimirum miraculum Babylonici illius ignis miraculo nõ dissimile poterit æstimari, qui triũ puerorũ & vestimenta non tetigit, & vincula incẽdit.

XXXVI. Tunc etiam innumerabilis multitudo serpentium cum magno draconе in modum trabis validę per Tiberini fluminis alueum in mare descendit: sed suffocatæ bestiæ inter salsos maris turbidissimi fluctus sine mora in litore desederũt, suáque putredine totum aërem corruperunt.

XXXVII. Secuta est è vestigio clades inguinaria, quæ Romanam vrbem adeò vehementi pestilentia laniauit, vt etiam corporali visu sagittæ cœlitus venire, & singulos quosque percutere viderentur. Quæ in mense vndecimo veniens, primũ omnium iuxta illud quod in Ezechiele Propheta legitur, A sanctuario meo incipite, Pelagium papam perculit, & sine mora extinxit. Quo defuncto, ita in reliquum vulgus desæuit, vt subtractis habitatoribus domos in vrbe plurimas vacuas omnino reliquerit.

Eodem tempore in monasterio venerabilis leuitæ Gregorij puer inquietus valde Theodorus nomine cũ fratre religioso magis necessitate quàm voluntate degebat, cui nimium grauis erat, si quis ei pro sua salute quicq̃ dicebat? Bona autem nõ solùm facere, sed etiã audire non poterat. Nũquam se ad sanctæ conuersationis habitum venire, iurando, irascendo, ac detestando testabatur: qui tamen eiusdem pestilentiæ clade percussus in inguine est, & perductus ad mortem. Cúmque extremum spiritum ageret, conuenerunt cũ Gregorio fratres, vt egressum illius orando protegerent. Iam corpus eius ab extrema fuerat parte prę mortuum: in solo tantummodo pectore vitalis adhuc calor anhelabat. Cuncti autem qui aderant, tãtum pro eo cœperunt enixius orare, quantum eum iam videbant sub celeritate discedere: cum repente cœpit eisdem fratribus assistentibus clamare, atque cum magnis vocibus orationes eorũ interrũpere, dicens: Recedite, ecce draconi ad deuorandũ datus sum, qui propter vestram præsentiam me deuorare non potest. Caput meum in suo ore iam absorbuit. date locum, vt me amplius non cruciet, sed faciat quod facturus est. Si ei ad deuorandum datus sum, quare propter vos moras patior? Tunc fratres cum Gregorio cœperunt ei dicere. Quid est quod loqueris frater? signum tibi sanctæ crucis imprime. Respondebat ille cum magnis clamoribus dicens: Volo me signare, sed nõ possum: quia squamis huius draconis premor. Cúmque hoc fratres audirent: vnà cum leuita dei Gregorio in terram prostrati, cum lachrymis cœperunt pro ereptione illius vehementius dominum deprecari. Et ecce subitò cœpit æger cum magnis vocib⁹ clamare dicens: Gratias deo, ecce draco qui me ad deuorandum susceperat, fugit: orationibus vestris expulsus est: stare non potuit. Pro peccatis meis modò intercedite, quia conuerti, & secularem vitam relinquere funditus sum paratus. Homo igitur qui, sicut dictum est, ab extrema parte fuerat præmortuus, Gregorij precibus & morte corporis caruit, & salutem animę acquisiuit.

XXXIX. Sed pestilentia supra modum sæuiente, quia Ecclesia dei sine rectore esse non poterat? Gregorium licet totis viribus renitentẽ, clerus, senatus, populusq; Romanus sibi concorditer pontificem delegerũt. Quem ille apicem totis viribus euitare decernens, sese indignum omnino tali honore clamitabat, videlicet metuẽs ne mundi gloria quam prius abiecerat, ei sub ecclesiastici colore regiminis aliquo modo surrepere potuisset.

XL. At vbi decretum generalitatis euadere nequiuit, consensurum se tandem aliquando simulauit: & imperatori Mauritio, cuius filium ex lauachro sancto susceperat, latenter literas destinauit, adiurans, & multa prece deposcens, ne vnquã adsensum populis præberet, vt se huius honoris gloria sublimaret. Sed præfectus vrbis Germanus nomine eius nuntium anticipauit, comprehensũmque, ac disruptis epistolis, cõsensum quem populus fecerat, imperatori direxit. At ille gratias agens deo pro amicitia diaconi, eò quòd locum deferendi ei honoris vt cupierat reperisset, data prę ceptione ipsum ordinari præcepit.

XLI. Interim dum ab vrbe regia imperatoris præstolaretur adsensus, & lues ipsa populũ vehementius deuastaret: venerabilis leuita Gregorius verbũ ad plebẽ exorsus est dicẽs: Oportet, fratres dilectissimi, vt flagella dei quę metuere ventura debuimus, saltẽ prę sentia, & experta

experta timeam°. Cõuersionis nobis aditũ dolor aperiat, & cordis nostri duritiam ipsa quã patimur pœna dissoluat. Vt enim propheta teste prædictum est: peruenit gladius vsque ad animas nostras. Ecce etenim cuncta plebs cœlestis iræ mucrone percutitur, & repentina singuli cæde vastantur: nec languor mortem præuenit, sed languoris moras (vt cernitis) mors ipsa præcurrit. Percussus quisque antè rapitur, quàm ad lamenta pœnitentiæ cõuertatur. Pensate ergo qualis ante conspectum districti iudicis peruenit, cui non licet flere quod fecit. Et habitatores quidem non ex parte subtrahuntur, sed pariter corruunt. Domus vacuæ relinquuntur, filiorum funera parentes aspiciunt: & sui eos ad interitum hæredes præcedunt. Vnusquisque ergo nostrum ad pœnitentiæ lamenta confugiat, dum flere ante percussionem vacat. Reuocemus ante oculos mentis quicquid, errando commisimus; & quod nequiter egimus, flendo puniamus. Præueniamus faciem eius in confessione: Et sicut propheta admonet, leuemus corda nostra cum manibus ad dominum. Ad dominum quippe corda cum manibus leuare, est, orationis nostræ studium cum merito bonæ operationis erigere. Dat *profecto, dat tremori* nostro fiduciam, qui *per prophetam clamat*: *Nolo* mortem *peccatoris, sed vt conuertatur*, & viuat. Nullus autem *de iniquitatum* suarũ immanitate desperet. *Veternosas* nanque Niniuitarum culpas triduana pœnitentia absterſit: & cõuersus latro vitæ præmia
Præsentia etiam in ipsa sentẽtia * suæ mortis emeruit. Mutemus igitur corda, & presumamus nos iam percepisse quod petimus. Citius ad precem iudex flectitur, si à prauitate sua petitor corrigatur. Imminẽte ergo tantæ animaduersionis gladio, nos importunis precibus insistamus. Ea nanque quæ ingrata esse hominibus solet importunitas, iudicio veritatis placet: quia pius ac misericors deus vult à se precibus veniam exigi, quia quantum meremur, non vult irasci: hinc etenim per psalmistam dicit: Inuoca me in die tribulationis tuæ: eripiam te, & magnificabis me. Ipse ergo sibi testis est quia inuocãtibus misereri desiderat, qui admonet vt inuocetur. Proinde fratres charissimi cũ contrito corde & correctis operibus crastina die primo diluculo ad septiformem litaniam iuxta distributionẽ inferius designatam deuota cũ lachrymis mẽte veniam°. Nullus vestrum ad terrena opera in agros exeat: nullus quodlibet opus agere præsumat: quatenus ad sanctæ genitricis domini ecclesiam conuenientes, qui simul omnes peccauimus, simul omnes mala quæ fecimus deploremus: vt districtus iudex dum culpas nostras nos punisse considerat, ipse à sententia propositæ damnationis parcat.

XLII. Litania clericorum exeat ab ecclesia sancti Ioannis Baptistæ: litania virorum ab ecclesia sancti martyris Marcelli: Litania monachorum ab ecclesia sanctorũ Ioannis & Pauli: Litania ancillarũ dei ab ecclesia beatorum martyrũ Cosmę & Damiani: Litania fœminarum coniugatarum ab ecclesia beati promartyris Stephani: Litania viduarũ ab ecclesia beati martyris Vitalis: Litania pauperum & infantium ab ecclesia beatæ Ceciliæ martyris.

XLIII. Igitur dum magna multitudo diuersæ ætatis sexus atque professionis iuxta præceptionem leuitæ Gregorij die constituta dominum rogatura venisset: in tantum lues ipsa iudicio diuino desæuit, vt intra vnius horæ spatium dum voces plebs ad dominum supplicationis emitteret, octoginta homines ad terram corruentes spiritum exhalarent. Sed nequaquam destitit facundissimus rhetor populo prædicare ne ab oratione cessarent, donec miseratione diuina pestis ipsa quiesceret.

Enimuero cum adhuc futurus antistes putaret se XLIIII. principem à consensu consecrationis suæ penitus auertisse: cognouit tandem suas *literas* à Germano præfecto vrbis interceptas fuisse. Cuius rei gratia imperiale responsum, quod videlicet voluntati suæ cõtrarium rebatur, præueniens: quia palàm egredi portas ciuitatis non poterat, à negotiatoribus exponendum se dissimulatò (vt fertur) habitu callidus impetrauit, syluarum saltus expetiit, cauernarum latibula requisiuit. In quibus dum ab omnibus summa solicitudine quæreretur, indicio columnæ fulgidæ super se iugiter à cœlo dependentis agnoscitur: capitur, trahitur, & apud beati Petri Apostolorum principis templum summus pontifex consecratur.

Verùm quia sunt nonnulli Longobardorum per- XLV. fidi, qui Gregorium appetisse magis pontificium autument quàm fugisse, operæ precium reor pauca de *multis* inserere, quibus eum, inquantum sine pertinaciæ vitio potuit, noluisse pontificiũ, immo quasi pondus importabile penitus cauere voluisse, luce clarius manifestem. Ait enim penè in ipso consecratiõis suæ principio in epistola Paulo Scholastico: Quicquid mihi ex honore sacerdotalis officij extranei arrident, nõ valde penso: de vobis autẽ mihi hac ex re arridẽtibus non minimum doleo, qui desiderium meum plenissime scitis, & tamen profecisse me creditis. Summus enim mihi pfectus fuerat, si potuissem implere quod volui: si *voluntatem* meam quam dudum cognitam habetis, perficere optatæ *quietis perceptione* voluissem. At nunc quia honoris huius *vinculis in ciuitate* teneor Romana religatus: habeo aliquid quod etiam vestræ gloriæ exultem, quia viro eminentissimo domino Leone exconsule veniente vos in Sicilia remanere non suspicor: & cum ipse quoque tuo honore religatus Romæ retineri cœperis, quid mœroris, quid amaritudinis ego patior agnosces. Veniente autem viro magnifico domino Maurentio chartulario, ei quæso in Romanæ vrbis necessitate concurrite, quia hostilibus gladiis foris sine cessatione cõfodimur: sed seditione militũ interno periculo grauius vrgemur.

Item Gregorius Ioanni patriarchæ Constantinopo- XLVI. litano. Si charitatis virtus in proximi dilectione cõsistit, si sic diligere proximos sicut nos iubemur: quid est quòd me beatitudo vestra non ita vt se diligit? Quo enim ardore, quo studio episcopatus pondera fugere voluerim, scitis: & tamen hæc eadem episcopatus pondera ne mihi deberent imponi, non restitistis. Constat ergo quia non me sicut vos *diligitis*: quia illa me voluistis onera suscipere, quæ vobis imponi noluistis. Sed quia vetustam nauim vehementẽrque cõfractam indignus ego infirmúsque suscepi: (vndique enim fluctus intrant, & cotidiana ac valida tempestate quassatæ putridæ naufragium tabulæ sonant) per omnipotentem dominum rogo vt in hoc mihi periculo orationis tuæ manum porrigas: quia tanto enixius potestis exorare, quanto & à confusione tribulationum quas in hac terra patimur, longius statis.

Item Gregorius Theoctistæ sorori imperatoris. XLVII. Mens mea vestræ venerationi quanta deuotione substernitur, explere verbis nequeo: nec tamen me prodere

dere laboro: quia & me tacente in vestro corde legitis quid de mea deuotione sentiatis. Miror autem qꝫ in me collatas dudum continentias vestras, ex hac moderna pastoralis officij continentia distraxistis, in qua sub colore episcopatus ad seculum sum reductus: in qua tãtis terrenis curis inseruio, quantis me in vita laica nequaquam deseruisse reminiscor. Alta enim quietis meæ gaudia perdidi, & intus corruens, ascendisse extrius videor. vnde me à conditoris mei facie longè expulsum deploro. Conabar namque cotidie extra mũdum, extra carnem fieri, cuncta phantasmata corporis ab oculis mentis abigere, & supernа gaudia incorporaliter videre: & nõ solis vocibus, sed totis medullis cordis ad dei speciem anhelans, dicebam: Tibi dixit cor meum, quæsiui vultum tuum, vultum tuum domine requiram. Nihil autem in hoc mundo appetens, nihil pertimescens, videbar mihi in quodã rerum vertice stare, ita vt in me penè crederem impletũ, quod pollicitante domino ex propheta didicissem: Sustollam te super altitudines terræ. Super altitudines etenim terræ sustollitur, qui & ipsa quæ alta & glorioſa prẽsentis videntur seculi, per mentis despectum calcat. Sed repentè à rerum vertice tentationis huius turbine impulsus, ad timores paũorésque corrui: quia & si mihi nihil timeo, eis tamen qui mihi cõmissi sunt, multum formido. Vndique causarum fluctibus quatior, ac tempestatibus deprimor, ita vt rectè dicam. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Redire post causas ad cor desidero: sed vanis ab eo cogitationum tumultibus exclusus, redire non possum. Et hoc ergo mihi longè factum est quod intra me est: ita vt obedire nequeam propheticæ voci qua dicitur: Redite prævaricatores ad cor, sed stultis pressus cogitationibus, solummodo exclamare compellor. Et cor meum dereliquit me. Contemplatiuæ vitæ pulchritudinem velut Rachelem dilexi sterilem, sed videntem ac pulchram: quæ & si per quietem suam minus generat: lucem tamen subtilius videt. Sed quo iudicio, nescio, Lia mihi coniuncta est in nocte, actiua videlicet vita, fœcunda, sed lippa, minus videns, quamuis amplius pariens. Sedere ad pedes domini cum Maria festinaui, verba oris eius percipere: & ecce cum Martha compellor in exterioribus ministrare, atque erga multa satagere. Expulsa à me (vt credidi) legione dæmonum, volui obliuisci quos noui, & ad saluatoris pedes quiescere: & ecce mihi volenti atque compulso dicitur: Reuertere in domum tuam, & annuntia quãta tibi fecerit deus. Sed quis inter tot terrenas curas valeat dei miracula prædicare, cum iam mihi difficile sit saltem recolere? Pressum namque in hoc onere tumultu secularium negociorum, ex eis me esse video, de quibus scriptum est: Deiecisti eos dum alleuarentur. Neque enim dixit, Deiecisti eos postquam alleuati sunt, sed dum alleuarentur: quia praui quique dum seculari honore suffulti foras videntur surgere, intus cadunt. Alleuatio ergo ipsa ruina est: quia dum gloria falsa subnixi sunt, à vera gloria vacuantur. Hinc iterum dicitur: Deficientes vt fumus deficiant. Fumus quippe ascendendo deficit, & se dilatando euanescit. Sic videlicet fit cum peccatoris vitam præsens felicitas comitatur: quia vnde ostenditur vt altus sit, inde agitur vt non sit. Hinc rursus scriptum est: Deus meus pone illos vt rotam. Rota quippe ex posteriori parte attollitur, in anterioribus cadit. Posteriora autem nobis sunt bona præsentis mundi, quę reliquimus: anteriora verò sunt æterna & permanentia, ad quæ vocamur, Paulo attestante, qui ait: Quæ retro oblitus, in ea quæ sunt priora extendens me. Peccator ergo cum in præsenti vita profecerit, vt rota ponitur: quia in anterioribus corruens, ex posterioribus eleuatur. Nam cum in hac vita gloriam percipit quã relinquit: ab illa cadit quæ pòst hanc venit. Et quidem multi sunt, qui sic exteriores profectꝰ regere sciũnt, vt per eos nequaquam interius corruant. Vnde scriptum est, Deus potentes non abiicit, cum & ipse sit potens. Et per Salomonem dicitur. Et intelligens gubernacula possidebit. sed mihi hæc difficilia sunt, quia & valde onerosa. & quod mens voluntariè non recipit, congruè non disponit. Ecce serenissimus dominus imperator fieri simiam leonem iussit. Et quidem pro iussione illius vocari leo potest: fieri autem leo non potest. Vnde necesse est vt omnes culpas ac negligentias meas non mihi, sed suæ pietati deputet, qui virtutis ministerium infirmo commisit.

XLVIII. Item Gregorius Narsi patricio. Dum contemplationis dulcedinem alte describitis, ruinæ meæ mihi gemitum renouastis: quia audiui quod intus perdidi, dum foras ad culmen regiminis immeritus ascendi. Tanto autem me perculsum mœrore cognoscite: vt vix loqui sufficiã. Oculos enim mẽtis meę doloris tenebræ obsidẽt: triste est quicquid aspicitur: quicquid delectabile creditur, cordi meo lamentabile apparet. Pẽso enim ab alto quietis meæ culmine corruens, ad quàm deiectũ exterioris prouectus culmen ascendi: & ꝑ culpis meis in occupationis exiliũ à facie dominãtis missus, quasi destructę ludęæ vocibus cum prophe ta dico: Qui consolabatur me, longè recessit à me. Quod verò causæ & vocibus nominis similitudinem faciendo per scripturam, clausulas declamationésque formatis: certe frater charissime simiam leonem vocas. Quod eo modo vos agere conspicimus, quo scabiosos sæpe catulos pardos vel tigres vocamus. Ego enim, bone vir, quasi filios perdidi: quia per terrenas curas recta opera amisi. Nolite ergo me vocare Noëmi, id est pulchram, sed vocate me mara, quia amaritudine plenus sum.

XLIX. Item Gregorius Anastasio patriarchę Antiocheno. Scripta vestrę beatitudinis, vt fessus requiem, salutem æger, fontem sitiens, vmbram æstuans inueni. Neque enim illa verba per linguam carnis videbãtur expressa: quia sic spiritualem erga me amorem suum quem gestabat, aperuit, ac si mens per semetipsam loqueretur. Sed durum valde fuit quod secutum est: quia amor vester terrena me portare onera præcepit. & quẽ prius spiritualiter diligebatis: pòst (vt ęstimo) temporaliter amantes, vsque ad terram me superpositio onere depressistis, ita vt omnem mentis rectitudinẽ funditus perdens, contemplationisque aciem amittens, non per prophetiæ spiritum, sed per experimentum dicam, Incuruatus sum & humiliatus sum vsquequaque. Tanta quippe me occupationum onera deprimunt, vt ad superna animꝰ nullatenus erigatur. Multis causarum fluctibꝰ quatior: & pòst illa quietis otia, tumultuosæ vitę tempestatibus affligor: ita vt rectè dicam: Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Periclitanti igitur mihi orationis vestræ manum tendite vos qui in virtutum littore statis. Quod verò me os domini, quod lucernam dicitis, quod loquendo multis prodesse, multisque posse lucere perhibetis:

betis: æstimationem meam mihi (fateor) in dubietatem maximam perduxistis. Considero nanque quis sum,& nihil in me ex huius boni signo deprehendo. Considero autem qui estis: & vos mentiri posse non arbitror. Cum ergo credere volo quod dicitis, contradicit mihi infirmitas mea. cũ disputare discutere volo quod in laude mea dicitur, contradicit mihi sanctitas vestra. Sed quæso vir sancte, nobis aliquid de hoc certamine nostro conueniat: vt si non quod dicitis, ita est: sit ita quia dicitis.

II. Item Gregorius Andreæ illustri. Omnipotens deus dulcissimo cordi vestro indicet quia & absens corpore, à charitate vestra animo non recessi. Bona enim vestra etiã si volo, obliuisci non valeo. Hoc aũt quòd me ad episcopatus ordinem cognoscitis peruenisse: si me diligitis, plangite, quia tantę hîc huius mundi occupationes sunt, vti per episcopatus ordinem penè ab amore dei me videam esse separatum quod incessanter defleo: atque vt pro me dominum exoretis, rogo.

III. Item Gregorius Ioanni exconsuli & patricio atque quæstori. Bona vestræ excellentiæ expertus, tanto erga vos amore constringor, vt vestra memoria de meo pectore aboleri nullatenus possit. *Sed contra amorem non modice cõtristor: quia quietem me quærere cognouistis,& ad inquietudinẽ* pduxistis. Vobis quidem *omnipotens* deus, quia hoc bono animo fecistis, *bona æterna* retribuat: sed me à tanto loci huius periculo qualiter voluerit absoluat: ẽa sicut peccata mea merebantur: non Romanorum, sed Longobardorum episcopus factus sum: quorum syntychiæ spathæ sunt, & gratia pœna. Ecce vbi me vestra patrocinia perduxerunt. Gemo quotidie occupationibus pressus,& respirare non valeo. Sed vos qui adhuc valetis, mundi huius occupationes fugite: quia quantũ in eo quisque profecerit, tantum (vt video) ab amore dei amplius decrescit.

IIII. Gregorius Leandro Hispalensi episcopo. Respondere epistolis vestris tota intẽtione voluissem, nisi pastoralis curæ ita me labor attereret, vt mihi magis flere libeat, quàm aliquid dicere. Quod vestra quoque reuerentia in ipso literarum mearum textu vigilanter intelligit: quando ei negligenter loquor, quem vehementer diligo. Tantis quippe in hoc loco huius mundi fluctibus quatior, vt vetustam ac putrescentem nauim quam regendam occulta dei dispensatione suscepi, ad portum dirigere nullatenus possim. Nunc ex aduerso fluctus irruũt: nunc ex latere cumuli spumosi maris intumescunt: nunc à tergo tempestas insequitur: intérque hæc omnia turbatus, cogor modò in ipsam clauum aduersitatem dirigere: modo curuato nauis latere, minas fluctuum ex obliquo declinare. Ingemisco, quia sentio quòd negligente me crescit sentina vitiorum: & tempestate fortiter obuiante: iãiãmq; putridæ naufragium tabulæ sonãt. Flens reminiscor quod perdidi meæ placidum littus quietis: & suspirando terram conspicio, quam tamen rerum ventis aduersantibus tenere non possum. Si ergo me frater charissime diligis, tuæ mihi orationis in his fluctib⁹ manum tende: vt quò laborantem me adiuuas, ex ipsa vice mercedis in tuis quoque laboribus valentior existas.

Sed quia Gregorium non solum declinare voluisse, quinetiam cum magno angore animi summum sacerdotium suscepisse, satis (vt opinor) probatum est: qua discretione id fecerit, videtur breuiter indicandum: ne scilicet tantus vir, aut pertinaciæ, aut pusillanimitatis vitio saltem leuiter succubuisse putetur. Ait enim in epistola Anastasio Corinthiorũ archiepiscopo. Iudicia domini quanto sunt inuestigabilia, tanto debent esse humanis sensibus metuenda. & quia ea ratio mortalis comprehendere non valet: his se necesse est humili cordis ceruice substernat: quatinus quò eã regentis voluntas duxerit, illic obedientis mentis gressibus prosequatur. Ego autem considerans infirmitatem meam ad apostolicæ sedis culmen non posse pertingere, onus hoc malui declinare: ne in pastorali regimine imparis administrationis actione succumberẽ. Sed quia contraire non est domini disponentis arbitrio: obedienter secutus sum, quod misericors de me regentis manus voluit operari. Nam fraternitati vestræ & si præsens non eueniret occasio, necessariò fuerat indicandum, quòd indignum me apostolicæ sedi dominus præesse dignatus est. *LIIII.*

Idem de eadem re Philippico comiti excubitorum. In quantum homo discutere & inuestigare iudicia superna non sufficit, in tantum sub ea debet ceruicem cordis inflectere: & quia id quod sibi tribuitur, quo iudicio disponatur ignorat: nec ad appetendum locum procax insistere, nec ad repellendum contumax debet inueniri. Vnde indignus ego ad suscipienda episcopatus onera iussioni omnipotentis dei vestræque voluntati me subdidi, cui me præesse largitate magis gratiæ quàm iudicij æstimatione voluistis. Potens est enim deus, propter quem me indignum diligitis? hanc vobis in perpetuum repensare mercedẽ, vt gratiam quam indignis famulis eius impenditis, apud eum multiplicius inuenire valeatis. *LV.*

At ego hic à defloratione operis paululum respirabo, vt quæ specialiter de pontificio eius dicenda sunt, in libello alio suffragante domino referantur.

Explicit primus liber de vita beati Gregorij Romani pontificis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INCIPIVNT CAPITVLA
libri secundi.

1 Vbi Gregorius seruum seruorum dei se scribẽs, mediocribus vestimentis amicitur.
2 Vbi fidei suæ irreprehensibile symbolum dictat.
3 Vbi patriarchalibus thronis suam synodicam dirigit.
4 Vbi quinque concilia se venerari fateatur.
5 Vbi collecta synodo prauas consuetudines dãnat.
6 Vbi antiphonarium cẽtonizans, cantorum constituit scholam.
7 Cur occidentales, dulcedinem cantilenæ corrumpant.
8 Quòd per Ioãnem Romanum cantorem correcti sunt.
9 Qualiter Carolus rex dissonantia cantus offensus, duos clericorum suorũ erudiendos Romæ dimiserit.
10 Quemadmodum idẽ dissonãtia cantus offensus duos Romanos cãtores ab Adriano peperit.
11 Vbi Gregorius pulsis laicis familiares sibi clericos elegit.
12 Vbi talem ecclesiam Romanã exhibuit, qualis prima sub apostolis fuit.
13 Quanta & qualia tunc Romę studia reflorebãt.
14 Quòd non diuites sed sapientes ad consiliũ cõuocabat.
15 Quamobrem laici primò cœperint tonsurari.
16 Vbi laicos non ad ecclesiasticum officiũ admittit, sed tantũ ad monachicum habitum.
17 Vbi codicem Gelasianum coartat.
18 Vbi stationes constituens, tractatus euangeliorũ declamat.
19 Vbi verbi pabulo pauperibus alimenta ministrat.
20 Vbi consuetudines nouas inducit.
21 Vbi murmurantibus pro eisdem humiliter satisfacit.
22 Vbi pro hospite dominum recipit.
23 Vbi duodecim inuitatis, terciumdecimum angelum sibi deputatum diuinitus recognoscit.
24 Vbi quater in anno distribuendũ per polyptychũ censet.
25 Vbi aureos & peregrina vestimenta largitur.
26 Vbi Calendatim diuersas species erogat.
27 Vbi tribus milibus ancillis dei octoginta libras annualiter præstat.
28 Vbi dietim per veredarios cocta stipendia destinat.
29 Vbi pro paupere mortuo vehementissimè lamentatur.
30 Quot & qualium remunerandorum nomina in serinio teneantur.
31 Vbi Arrianorum basilicam in subura domino dedicat.
32 Quot & qualia miracula ibi diuinit⁹ sint ostẽsa.
33 Vbi pro conuertendis Anglis, Saxonibus, Augustinum cum aliis mittit.
34 Vbi sine profectu redire volentes ad proficiscendum hortatur.
35 Vbi prædicãtes miracula faciunt, multosque cõuertunt.
36 Vbi Augustinus episcopus consecratus postulat adiutores.
37 Vbi ei Gregorius pallium & diuersa necessaria simulque nonnulla responsa transmittit.
38 Vbi de consanguinitatibus, percunctatus ponit pontifici Felici rationem.
39 Quanta & qualia de conuersione Saxonum, signisque discipulorum suorũ Gregorius præconetur.
40 Vbi Augustinũ monet ne pro miraculis tumeat.
41 Vbi panis frustum in carnẽ, carnis rursus in panis primordia reformauit.
42 Vbi pannum pupugit, & sanguis effluxit.
43 Vbi maleficos cæcitate mulctauit.
44 Qualiter intelligi debet Gregorium Traiani animam de inferni cruciatibus liberasse.
45 Vbi monachum sub excõmunicatione defunctum mirabiliter soluit.
46 Vbi paganos pueros comparat, vt Christianos efficiat.
47 Vbi pro paganis rusticis episcopis comminatur.
48 Vbi Iudæos conuersos à pensionibus leuigat.
49 Vbi baptizandis vestimenta largitur.
50 Vbi pueris Arrianorum subueniri prædicat.
51 Vbi singulis diaconiis vel xenodochiis singulos rectores constituit.
52 Vbi Hierosolymis xenodochium cõstituens & ibi & in monte Sina monachis annualia stipẽdia assignauit.
53 Vbi singulis patrimoniis singulos rectores constituit.
54 Vbi vni personę, duo ministeria nullo modo cõmittenda definit.
55 Vbi eleemosynas localiter ac personaliter ordinat.
56 Quod omnipetenti se voluntariè tribuit.
57 Quod etiam nõ petenti necessaria ministrauit.
58 Vbi liberalitatis eius innocentia comprobatur.
59 Vbi pro faciendis eleemosynis frumenta comparat. l. libris auri.
60 Quale de eo somnium eremita cognouerit.

EXPLICIVNT CAPITVLA.

LIBER SECVNDVS.

I. AGe iã nũc, quoniã athletæ Chri sti Gregorij viriliter in gymna sio ſanctæ ipſius Eccleſię deſu dantis prẹlato libello toroſa mẽ bra deſcripta ſunt, qualiter in palæſtra quoq; conflixerit, aſpirãte domino proferatur. Siquidem mox vt ſummum pontificium feliciſsimæ Romanæ vrbis(Chriſto mortalibus conſulente)ſortitus eſt:ſuperſtitioſum vniuerſalis vocabulum,quod Ioãnes Conſtantinopolitanus epiſcopus inſolenter ſibi tunc temporis vſurpabat more anteceſſorum ſuorum pontificum,ſub diſtrictiſsimę interminationis ſententia refutauit:& primus omnium ſe in principio epiſtolarum ſuarum ſeruũ ſeruorum dei ſcribi ſatis humiliter definiuit:cunctisq; ſuis ſucceſſoribus documentum ſuæ humilitatis tam in hoc, qnàm in mediocribus põtificalibus indumentis,quod videlicet hactenus in ſancta Romana Eccleſia conſeruatur,hæreditarium reliquit.

II. Deniq; in ſpecula ſanctę vniuerſalis *eccleſię vir to* tĩ humilitatis,ac auctoritatis *orthodoxę*,*vnde* videri & audiri clarius *euãgelicus præco* valeret,conſiſtens, oris ſui *diuiniſsimo gladio*, & rectam fidẽ muniuit, & *cunctas hæreſes* vno ſymbolo diſsipauit.Quod videlicet ſacræ confeſsionis ſymbolum ita ſe habet:Credo in vnum deum omnipotẽtem, patrem & filium & ſpiritum ſanctum:tres perſonas,vnam ſubſtãtiã:patrẽ ingenitum,filium genitum, ſpiritum verò ſanctũ nec genitum nec ingenitum,ſed coæternum de patre & filio procedentem. Confiteor vnigenitum filium conſubſtantialem, & ſine tempore natum de patre, omnium viſibilium & inuiſibilium conditorem: lumen ex lumine:deum verum de deo vero: ſplendorem glorię,figuram ſubſtantiæ:qui manens verbum ante ſecula,perfectus homo creatus eſt iuxta finem ſeculorum, conceptus & natus ex ſpiritu ſancto & Maria virgine: qui naturam noſtram ſuſcepit abſque peccato: & ſub Pontio Pilato crucifixus eſt: & ſepultus, tertia die reſurrexit à mortuis:die autem quadrageſimo aſcendit in cœlum:ſedet ad dexteram patris: inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos, poſiturus ante oculos omnium omnia occulta ſingulorum: daturus iuſtis perpetua præmia regni cœleſtis, iniquis autem ſupplicia ignis æterni:innouaturus ſeculum per ignẽ, & carnis reſurrectionem. Confiteor vnam fidem:vnum baptiſma: vnam apoſtolicam & vniuerſalem Eccleſiam: in qua ſola poſſunt laxari peccata in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.

III Synodicam quoque ſuam Grẽgorius ſecundũ priſcum deceſſorum ſuorum morem Ioanni Conſtantinopolitano, Eulogio Alexandrino, Gregorio Antiocheno,Ioanni Hieroſolymitano,& Anaſtaſio patriarchæ Antiochiæ deſtinauit, quæ ita ſe habet: Conſideranti mihi quòd impar meritis,ac toto animo renitẽs paſtoralis curæ pondera portare compulſus ſim, caligo mœroris occurrit, & triſte cor nihil aliud niſi eas quæ videri nil ſinunt tenebras videt. Nam quid antiſtes ad dominum niſi pro delictis populi interceſſor eligitur? Qua itaque fiducia ad eum pro peccatis alienis intereeſſor venio, apud quem de propriis ſecurus non ſum? Si fortaſſe quiſpiam apud potẽtem virum, qui & ſibi iratus, & mihi eſſet incognitus, interceſſorem ſuum me fieri quæreret: protinus reſponderem: ad intercedendum venire nequeo,quia eius notitiam ex ſedula familiaritate non habeo. Si igitur rectè homo apud hominem de quo minimè præſumpſiſſem, fieri interceſſor erubeſcerem: quantæ hoc audacię eſt, quòd apud deum pro populo locum interceſſoris obtineo,cui familiarem me per vitę meritum non agnoſco? Qua in re eſt mihi adhuc aliud grauius formidãdum: quia (ſicut cuncti liquidò nouimus)cum is qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur,& valde pertimeſco ne commiſſa mihi plebs fidelium reatus mei additamento depereat, cuius nũc vſque dominus æquanimiter delicta tolerabat. Cùm verò vtcunque hunc timorem ſupprimo,& conſolatam mentem ad pontificalis operis ſtudia accingo: conſiderata ipſa rei immenſitate deterreor. Perpendo quippe quòd omni cura vigilandum eſt vt rector cogitatione ſit mundus,operatione præcipuus,diſcretus in ſilentio, vtilis in verbo,ſingulis compaſsione proximus, præ cunctis cõtemplatione ſuſpenſus:bene agentibus per humilitatem ſocius, contra delinquentium vitia per zelum rectitudinis erectus: & cætera quæ latius poſt in libro paſtorali proſequitur.

IIII. Præterea quia corde,inquit, creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem: ſicut ſancti euangelij quatuor libros, ſic quatuor concilia ſuſcipere, & venerari me fateor. Nicenum ſcilicet,in quo peruerſum Arrij dogma deſtruitur: Conſtantinopolitanum quoque, *in quo* Eunomij, & Macedonij error conuincitur: *Epheſinum etiam primum, in* quo Neſtorij impietas iudicatur: *Chalcedonenſe* verò, *in quo* Eutychis Dioſcorique prauitas reprobatur, tota deuotione complector, integerrima approbatiõe cuſtodio: quia in his velut in quadrato lapide ſanctæ fidei ſtructura conſurgit:& cuiuslibet vitæ atque actionis exiſtat,quiſquis eorum ſoliditatem non tenet, etiam ſi lapis eſſe cernitur, tamen extra ædificium iacet. Quintum quoque concilium pariter veneror,in quo epiſtola quæ Ibe dicitur,erroris plena, reprobatur,& Theodorus perſonam mediatoris dei &hominum in duabus ſubſtantiis ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe conuincitur: Scripta quoque Theodoriti, per quę beati Cyrilli fides reprehenditur,auſu inuidentię prolata refutantur. Cunctas verò quas prẹfata veneranda concilia perſonas reſpuunt, reſpuo:quas venerantur,amplector:quia dum vniuerſali ſunt conſenſu conſtituta,ſe, non illa deſtruit quiſquis præſumit, aut ſoluere quos religant, aut ligare quos ſoluunt. Quiſquis ergo aliud ſapit anathema ſit.

V. Hoc modo poſtquam Gregorius fundamentũ ſuæ fidei ſecundum priſcum deceſſorum ſuorum pontificum morem luculenter apoſtolicis thronis expoſuit, animaduertens ſe ideo à domino ſuper gentes & regna ſummum pontificem conſtitutum, vt iuxta illud propheticum, vitiorum radices euelleret, deſtrueret atque diſperderet, ſicque demum ædificaret plantarẽtque virtutes:omnes conſuetudines quas cõtra priſcam traditionem apoſtolicam nouiter pullulaſſe cognouerat,videlicet de miniſtris de cãtorib⁹, de laicis

pontifici

Universidad de Deusto
Biblioteca

pontifici familiariter adhęrentibus, de titulandis prę iudicialiter quibuslibet rebus, de contegendo Dalmaticis apostolico feretro, de pastillatico, pro pallio, vel consecratione pontificum, & de non admittendis passim laicis ad ecclesiastici iuris officiū: primo quidem à Romanæ ecclesiæ, postmodum verò collectis circunquaque positarum prouinciarum episcopis, à totius sanctæ vniuersalis ecclesiæ corpore segregauit, eaque sub interpositione terribilis anathematis tam generaliter quàm perpetualiter condemnauit.

VI. Deinde in domum domini more sapiētissimi Solomonis propter musicæ cōpunctionem dulcedinis, antiphonarium cētonē cantorū studiosissimus nimis vtiliter compilauit, scholam quoque cantorum quæ hactenus eisdē institutionibus in sancta Romana ecclesia modulatur, constituit: eique cum nonnullis prędiis duo habitacula, scilicet alterum sub gradibus basilicæ beati Petri apostoli, alterū verò sub Lateranēsis patriarchij domibus fabricauit: vbi vsq; hodie lectus eius in quo recubans modulabatur, & flagellum ipsius quo pueris minabatur, veneratione cōgrua cū authentico antiphonario reseruantur: quæ videlicet loca per præcepti seriē sub interpositione anathematis ob ministerij quotidiani vtrobique gratiam subdiuisit.

VII. Huius modulationis dulcedinem inter alias Europæ gentes Germani seu galli discere crebroq; rediscere insigniter potuerunt, incorruptam verò tam leuitate animi quia nonnulla de proprio Gregorianis cātibus miscuerunt, quàm feritate quoque naturali seruare minimè potuerūt. Alpina siquidem corpora vocum suarum tonitruis altisonè perstrepentia, susceptę modulationis dulcedinem propriè non resultāt: quia bibuli gutturis barbara feritas, dum *inflexionibus & repercussionibus mitem nititur edere cātilenam, naturali quodam fragore* quasi plaustra per gradus confuse sonantia rigidas voces iactat, sicque audientium animos quos mulcere debuerat, exasperādo magis ac obstrependo conturbat.

VIII. Hinc est quòd huius Gregorij tempore cum Augustino tunc Britannias adeunte, per occidentem quoq; Romanæ institutionis cantores dispersi, barbaros insigniter docuerunt. Quibus defunctis occidētales ecclesiæ ita susceptum modulationis organum vitiarunt, vt Ioannes quidam Romanus cātor cum Theodoro æquè ciue Romano, sed Eburaci archiepiscopo, per Gallias in Britannias à Vitelliano sit præsule destinatus: qui circunquaque positarum ecclesiarum filios ad pristinam cantilenæ dulcedinem reuocans, tā per se quam per discipulos suos multis annis doctrinæ Romanæ ragulam conseruauit.

IX. Sed & Carolus noster patricius, rex autem francorum, dissonantia Romani & Gallicani cantus Romæ offensus cum Gallorum procacitas cātum à nostratibus quibusdam neniis argumentaretur esse corruptū, nostrique è diuerso authēticum antiphonarium probabiliter ostentarent, interrogasse fertur quis interriuum & fontē lympidiorem aquam * conseruare soleret: respondentibus fontem, prudenter adiecit: Ergo & nos qui de riuo corruptam lympham vsque hactenus bibimus, ad perennis fontis necesse est fluenta principalia recurramus. Mox itaque duos suorum industrios clericos Adriano tunc episcopo dereliquit: quibus tandem satis eleganter instructis, Metensem metropolim ad suauitatem modulationis pristinæ reuocauit: per quam illam totam Galliam suam correxit.

* *conferre.*

X. Sed cum multa post tempora defunctis his qui Romæ fuerant educati, cantum Gallicanarum ecclesiarum à Metensi discrepare prudentissimus regum vidisset, ac vnumquenque ab alterutro vitiatum cantum iactantem aduerteret: Iterum, inquit, redeamus ad fontem. Tunc regis precibus, sicut hodiéque quidam veridicè astipulantur, Adrianus papa permotus, duos in Galliam cantores emisit: quorum iudicio rex omnes quidem corrupisse dulcedinem Romani cantus leuitate quadam cognouit: Metenses verò sola naturali feritate paululum quid dissonare peruidit. Denique vsque hodie quantum Romano cantui Metensis cedit, tantum Metensi cedere Gallicanarum ecclesiarum Germaniarúmque cantus, qui puram veritatem diligunt comprobant: Hæc ergo per anticipationem retulerim, ne indiscussam Gallorum leuitatem videar præteriisse.

XI. Cæterùm prudentissimus rector Gregorius remotis à suo cubiculo secularibus, clericos sibi prudentissimos consiliarios familiaresq; delegit: inter quos Petrum diaconum coætaneum suum: cum quo postea disputans, quatuor dialogorum libros composuit. Aemilianum quoque notarium, qui quadraginta homilias eūangelij cum sociis suis excepit, Paterium æquè notarium, qui ab eo secundicerius factus, ex libris ipsius aliqua vtilima deflorauit: & Ioannem defensorem, qui eius iussu in Hispanias cognitor destinatur: Ianuarium episcopum ciuitatis Malalitanę, ab episcopis suis cōpatriotis depositum sedi propriæ restaurauit: & depositores eius cum eo qui in locum eius obrepserat, pari sententia condemnauit. Monachorum verò sanctissimos sibi familiares elegit: inter quos Maximianum monasterij sui abbatem, quem Syracusis episcopum fecit: eique per Siciliam vices suas commisit. Augustinum eiusdem monasterij sui præpositum, & Mellitum, per quos Anglorum gentes ad Christianismi gratiam conuocauit, Marinianū eiusdem monasterij sui monachum, quem in Rauennati metropoli episcopum consecrauit, Probum, quem subitò abbatem spiritu reuelante constituens, pro construendo xenodochio Hierosolymis destinauit: simúlque Claudium Clasitanæ ciuitatis abbatem: qui de prouerbiis, de Canticis canticorum, de Prophetis, de libris Regum, dèque heptateucho papa disputante multa licet non eodem sensu composuit.

XII. Cum quibus Gregorius die noctúque versatus, nihil monasticæ perfectionis in palatio, nihil pontificalis institutionis in Ecclesia dereliquit. Videbantur passim cum eruditissimis clericis adhærere pontifici religiosissimi monachi, & in diuersis professionibus habebatur vita communis: ita vt talis esset tunc sub Gregorio penes vrbem Romanam Ecclesia, qualem hanc fuisse sub Apostolis Lucas, & sub Marco euāgelista penes Alexandriam Philo commemorat.

XIII. Tunc rerum sapientia Romæ sibi templum visibiliter quodammodo fabricarat, & septemplicibus artibus veluti columnis nobilissimorum totidem lapidū Apostolicę sedis atrium fulciebat. Nullus pontifici famulātium, à minimo vsque ad maximum, barbarum quodlibet

quodlibet in sermone vel habitu præferebat, sed toga ta Quiritum more seu trabeata Latinitas suum Latiũ in ipso Latiali palatio singulariter obtinebat. Reflo-ruerant ibi diuersarum artium studia: & qui vel sanctimonia vel prudentia forte carebat, suo ipsius iudicio subsistendi coram pontifice fiduciam nõ habebat.

XIIII. Arcessebantur pontificalibus profundis cõsiliis prudentes viri quos perhibui, potius quàm potentes: & pauper philosophia intrinsecus, quid potius aut potissimum in vnoquoquoque negotio sequendum putaretur, artificiosis argumẽtationibus rationabiliter inquirente, diues inertia, quæ modò se de sapiẽtibus pari sorte vlciscitur, pro cubiculi foribus despicabilis remanebat. Sola deerat interpretandi bilinguis peritia: & facundissima virgo Cecropia quæ quondam suæ mentis acumina Varrone cælibatum suum auferente, Latinis tradiderat, imposturarum sibi præstigia, sicut ipse in suis epistolis queritur, vindicabat,

XV. Nemo laicorum quodlibet palatij ministerium vel ecclesiasticum patrimonium procurabat, sed omnia ecclesiastici iuris munia ecclesiastici nihilominus viri subibant, nimirum laicis ad armorum solam militiam vel agrorum curam continuam deputatis. Ob hoc se nonnulli procerum sub *obtentu religionis primò* tonsurare cœperunt. *Quorũ tergiuersationi* Mauricius imperator *prudenter occurrens*, data per Longinum *Stratonẽ lege* præcepit, vt quisquis fuisset pu*blicis* administrationibus implicatus, ei ad ecclesiasticum officium venire non liceret. Quam legem Gregorius super hoc valde laudauit, dicens. Qui seculare habitum deserens, ad ecclesiastica officia venire festinat: non relinquere cupit seculum, sed mutare.

XVI. Verum dum ad clericalem professionẽ tam ex ecclesiastica quam ex seculari quoque militia diuersis occasionibus cotidie penè innumerabilis multitudo cõflueret: pastor ad omnia prouidus, nequaquam eos ad ecclesiastici decoris officium, sed ad capiendum solummodo monachicum propositum suscipiẽdos esse censabat, dicens: Multos ex ecclesiastica seu seculari militia nouimus ad omnipotentis Dei seruitium festinare, vt ab humana seruitute liberi, in diuino seruitio videantur familiarius cõuersari. Quod si passim dimittimus, omnibus fugiendi ecclesiastici vel secularis viris domini occasionem præbemus. Si verò festinantes ad omnipotentis dei seruitium incautè reti nemus, illi inueniemur negare quædam, qui dedit omnia. Vnde necesse est vt quisquis ex iuris ecclesiastici, vel secularis militiæ seruitute ad dei seruitium cõuerti desiderat, probetur prius in laicali habitu constitutus: & si mores eius atque conuersatio bono desiderio illius testimonium perhibuerint, absque vlla retractatione seruire in monasterio omnipotẽti domino permittatur, vt ab humano seruitio liber recedat, qui in diuino obsequio districtiorem subire appetit seruitutem. Si autem & in monachico habitu secundum patrũ regulas irreprehensibiliter fuerit conuersatus: post præfixa sacris canonibus tempora licẽter iã ad quodlibet ecclesiasticum officium promoueatur: si tamen illis non fuerit criminibus maculatus, quæ in testamento veteri morte mulctantur.

XVII. Sed & in Gelasianũ codicem de missarum solenniis, multa subtrahens, pauca conuertens, nonnulla adiiciens, pro exponendis euangelicis lectionibus in vnius libri volumine coartauit, in canone apposuit: Diesq; nostros in tua pace dispone, atq; ab æterna dãnatione nos eripe, & in electorũ tuorũ iubeas grege numerari.

XVIII. Stationes per basilicas, vel beatorum martyrum cœmeteria secundũ quòd hactenus plebs Romana quasi eo viuente certatim discurrit, sollicitè ordinauit: per quas & ipse simul discurrens, dum adhuc eloqui præualeret, viginti homilias euangelij coram Ecclesia diuerso tempore declamauit: reliquas verò eiusdem numeri dictauit quidem, sed lassescente stomacho languore continuo aliis pronunciandas commisit.

XIX. Sequebatur exercitus domini vltra citráque Gregorium præeuntem, & audituræ verbum doctrinæ innumerabiles vndique diuersi sexus ætatis ac professionis voluntariæ confluebant cohortes: quibus ille vtpote doctor cœlestis militiæ, cunctis duntaxat arma spiritalia suggerebat: pauperibus verò & aduenis, qui pro conditione temporum Romæ influxerãt, cotidiana stipendia ministrabat.

XX. Super corpora autem beatorum Petri & Pauli Apostolorum missarum solennia celebrari decreuit, acquisitis numerosissimis oliuetis, quorum summam in tabulis marmoreis pro foribus eiusdem basilicæ annotauit. Luminaria superaddidit, officia sedula deputauit. De sepultura iuxta Ecclesiam, commodum sperare prohibuit. Septem ex defensoribus honore regionario decorandos indixit. Alleluia per extrema Pentecostes tempora dici ad missas fecit. Subdiaconos expoliatos procedere statuit. Kyrie eleison cãtari præcepit: & orationem dominicam mox post canonem super hostiam censuit recitari.

XXI. De quibus cum postea quosdam murmurare sentiret, tanquam qui Constantinopolitanę Ecclesiæ consuetudines sequeretur: piissimus pater non dedignatus est reddere rationem, dicens: Nos in nullo horum aliam Ecclesiam secuti sumus. Nam & alleluia hic vt diceretur, de Hierosolymorum Ecclesia ex beati Hieronymi traditione tempore beatæ memoriæ Damasi papæ, traditur tractum: & ideo magis in hac sede illam consuetudinem amputauimus, quæ hîc à Græcis fuerat tradita. Subdiaconos autem vt spoliatos procedere facerem, antiqua consuetudo Ecclesię fuit: sed quia placuit cuidam nostro pontifici, nescio cur eos vestitos procedere præcepit. Nam Siciliæ Ecclesiæ nunquid traditionem à Græcis acceperunt? Vnde habent ergo hodie vt subdiaconi in lineis tunicis procedant, nisi quia hoc à matre sua Romana Ecclesia perceperunt? Kyrie eleison autem nos neque dicimus sicut à Græcis dicitur: quia in Græcia omnes simul dicunt: apud nos verò à clericis simul dicitur, à populo respõdetur, & totidem vicibus etiam Christe eleison dicitur: quod apud Græcos nullo modo dicitur. In cotidianis autem missis alia quæ dici solẽt, tacemus: tantummodo Kyrie eleison & Christe eleison dicimus, vt in his deprecationis vocibus paulo diutius occupemur. Orationem verò dominicam idcirco mox post precem dicimus, quia mos Apostolorum fuit, vt ad ipsam solummodo orationem oblationis hostiam consecrarent. Et valde mihi inconueniens visum est, vt precem quam scholasticus composuerat, super oblationem diceremus, & ipsam traditionem quam redemptor noster composuit, super eius corpus & sanguinem non diceremus. Sed & dominica oratio apud Græcos ab omni populo dicitur: apud nos verò à solo sacerdote cãtatur. In quo ergo Græcorum consuetudines secuti sumus, qui aut veteres nostras reparauimus, aut nouas & vtiles constituimus. In quibus tamen

Universidad de Deusto Biblioteca

bus tamen alios comprobamur imitari. Ergo vestra charitas cum occasio dederit, vt ad Catanensem ciuitatē pergat, vel in Syracusana Ecclesia eos quos credit aut intelligit, quia de hac re murmurare potuerūt facta collatione doceat, & quasi alia ex occasione eos instruere non desistat. Nam de Constantinopolitana Ecclesia quod dicunt, quis eam dubitet sedi apostolicæ esse subiectam? quod & pijssimus dominus imperator, & frater noster eiusdem ciuitatis episcopus adsiduè profitentur: tamen si quid boni vel ipsa, vel altera Ecclesia habet, ego & minores meos quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum. Stultus est enim qui in eo sē primum existimat, vt bona quæ viderit, discere contemnat.

XXII. Tantæ hospitalitatis Gregorius in ipso etiam patriarchio permansit, vt exceptis his quos tam per diuersas regiones quàm Romæ quoque Longobardorūm perfidiæ gladios fugientes, ecclesiastica stipe misericorditer nutriebat: ad mensam suam cotidie peregrinos quoslibet inuitaret. Inter quos die quadam vnus accessit, in cuius manibus dum ipse ex humilitatis ministerio aquam fundere vellet, conuersus vrceum accepit: sed repentè eum in cuius manibus aquam fundere voluerat, inuenire non potuit. Cúmque hoc factum secum ipse miraretur, eadem nocte dominus ei per visionem dixit. Cæteris diebus me in membris meis, hesterno autem die me in memet ipso suscepisti.

XXIII. Alio quoque tempore idem Gregorius iuxta consuetudinem suam præcepit sacellario vt duodecim peregrinos ad prandium inuitaret. Qui pergens iussa compleuit, eosq; ad mensam pariter ordinauit. Dum autem simul discumberent, intuens Papa tredecim numerauit, & accersito sacellario cur contra iussionem suam tertiumdecimum inuitare præsumpserit inquisiuit. Ille obstupefactus conuiuantes peregrinos curiosius numerauit: & duodecim solos inueniens, veluti securus respondit: Crede mihi honorabilis pater, non sunt nisi duodecim, sicut ipse iussisti. Ergo dum conuictus sæpius duodecim identidem numeraret, ac tertiumdecimum quem solus Papa videre poterat, non videret: animaduertit spiritualis pater Gregorius virum propius discumbentem vultus crebrò conuertere, & nunc adolescentem, nunc verò se vetulum veneranda quadam canicie simulare. Finito conuiuio duodecim quidē abire permisit: tertiūdecimū verò manu suscipiens, in cubiculū suum induxit, vehementer adiurans, vt ei se nomènque suum simpliciter prodere dignaretur. Qui respondens dixit: Et cur interrogas de nomine meo, quod est mirabile. Verumtamen scito memoria recognoscens, quia ego sum naufragus ille qui quondam veni ad te quando scribebas in cella monasterij tui ad cliuum Scauri, cui dedisti duodecim nomismata, & argenteam scutellam quam tibi miserat cū infusis leguminibus beata Syluia mater tua. Et hoc tibi pro certo sit cognitū, quia ab illo die quo mihi hæc hilari animo tribuisti, destinauit te dominus fieri præsulem sanctæ suæ Ecclesiæ, pro qua & proprium sanguinem fudit, & esse te successorem atque vicarium Apostolorum principis Petri, cuius & virtutem imitatus es, cum substantiam offerētium diuideret prout cuique opus erat. Hæc audiens Gregorius dixit: Et tu quomodo nosti quòd tūc me dominus præesse sanctæ suæ Ecclesiæ destinarit? At ille inquit, quoniam ego angelus eius sum, & tunc ab eo ad tuum inquirendum propositum destinatus. Tunc Gregorius quia nōdū manifeste viderat angelū, prorsus expauit: sibique hūc taliter dicēte audiuit: Ne timeas neque formides. Ecce enim remisit me dominus vt sim tibi custos quandiu fueris in isto mortali seculo: quatenus quancunque rem petieris, per me apud eum fiducialiter valeas impetrare. Illico Gregorius in faciem suam corruit, dicēs: Si propter meæ paruitatis munusculum tanta mihi retribuit omnipotentissimus dominus, vt & pontificem me sanctæ suæ Ecclesiæ faceret, & custodem mihi suum angelum deputaret: quanta putem mihi restitui, si in præceptis eius totis viribus permanens, plura studuero de pluribus erogare?

Igitur incipiens tantum largior esse decollato tem *XXIIII.* porali commodo, quantum certior de recipiendo præmio sempiterno: cunctorum patrimoniorum prædiorúmque reditus ex Gelasiano polyptycho, cuius nimirum studiosissimus videbatur, pedissequus adærauit, eorúmque pensionibus in auro argentóque collatis, omnibus ordinibus ecclesiasticis vel palatinis, monasteriis, Ecclesiis, cœmeteriis, diaconiis, xenodochiis vrbanis vel suburbanis, quot solidi singulis quater in anno distribuerentur, Pascha scilicet, natale Apostolorum, natale sancti Andreæ, natalitióque suo per polyptychum quo hactenus erogantur, indixit.

Extra quos primo dominicę resurrectionis dilucu *XXV.* lo in basilica quondam doctissimi Papę Vigilij, iuxta quam consuetudinaliter habitabat, ad* impertiēdum **pcipitādi* pacis osculum residens, cunctis episcopis, presbyteris, diaconibus aliisque axiomaticis aureos erogabat. Natalitio verò Apostolorum, vel suo, mixtos solidos offerens peregrinis nihilominus vestimenta donabat.

Omnibus omnino Calendis pauperibus generali- *XXVI.* ter eadem species quæ congerebantur ex reditibus erogabat: & suo tempore frumentum, suo vinum, suo caseum, suo legumen, suo lardum, suo manducabilia animalia, suo pisces vel oleum paterfamiliàs domini discretissimè diuidebat. Pigmenta verò, aliáque delicatiora commercia primoribus honorabiliter offerebat, ita vt nihil aliud quàm communia quædam horrea, communis putaretur Ecclesia.

Tribus milibus ancillis dei, quas Græci monastrias *XXVII.* vocant, quindecim libras auri pro lectisterniis dedit, eísque pro cotidianis stipendiis octoginta libras annualiter cōferebat. De quibus Theoctisto patricio scribens, Harum, inquit, talis vita est, atque in tantum lachrymis & abstinentia districta, vt credamus quia si ipsæ non essent, nullus nostrum iam per tot annos in loco hoc subsistere inter Longobardorum gladios potuisset.

Cotidianis quibusq; diebus p omniū regionū vicos, *XXVIII.* vel compita infirmis, seu qualibet corporis parte debilibus cocta stipendia per constitutos veredarios emittebat. Verecundioribus verò, antequam ipse cibum caperet, à mensa sua benedictionis Apostolicæ ostiatim dirigere curabat scutellam, ita vt neminē prorsus exciperet misericordissimi beneuolētia prouisoris, quem ad fidem traxerat omnipotentis cognitio creatoris.

Horum dum quendam pauperem in angustis An- *XIX.* dronarum recessibus à vespillonibus inueniri mortuum contigisset, æstimans eum stipis inopia periisse, ita per aliquot dies (vt dicitur) à missarū celebratione vacando tristatus est, tanquam si eum propriis manibus (quod dictu nefas est) peremisset.

Extat

XXX. Extat vsque hodie in sacratissimo Lateranensis palatij scrinio huius cõfectum temporibus chartaceum prægrande volumen, in quo communis sexus cũctarum ætatum ac professionum nomina tã Romæ, quã per suburbana, ciuitatésve vicinas necnon lõginquas maritimæ vrbes degentium cum suis cognominibus temporibus, & remunerationibus expressius continentur. Quorum summam, ne videlicet fastidiatur, ego transferre diffugio: meique lectoris oculum ad illius venerandi scrinij plenitudinem, cuius ipse penè in cunctis auctoritatem Papa largiente secutus sum, retransmitto.

XXXI. Præterea cum Arrianorum basilica in regione vrbis huius quæ Suburra dicitur, clausa vsque ad Gregorij pontificatus tẽpora remansisset, placuit ei vt in fide catholica, introductis illuc beati Sebastiani & sanctæ *Agathæ. Agnetis * martyrũ reliquiis, dedicari debuisset, quod factum est. Nam cum magna populi multitudine Gregorius laudes canendo perueniens, basilicam præfatã ingressus est. Cúmque venerabilis pontifex iam missarum solennia celebraret, ac propter eiusdem loci angustias populi se turba comprimeret, quidam ex his qui extra sacrarium stabant, porcum subitò inter suos pedes huc & illuc discurrere senserunt. *Quem dũ vnusquisque sentiret, & iuxta se stantibus indicaret, idem* porcus Ecclesiæ ianuas petiit, & omnes per quos transiit, in admirationem conuertit: sed videri nil potuit, *quamuis sentiri* potuisset. Quod ideirco diuina pietas ostendit, vt cunctis patesceret, quia veniente cum reliquiis sanctorum Gregorio, de loco eodem immundus habitator exiret.

XXXII. Peracta igitur missarum celebratione, Papa cũ plebe recessit: sed adhuc nocte eadem magnus in Ecclesiæ eiusdẽ tectis strepitus factus est, ac si in ea aliquis errando discurreret. Sequenti autem nocte grauior sonus excreuit, cum subitò tantus terror insonuit, ac si omnis illa Ecclesia à fundamentis fuisset euersa: & protinus recessit: ac nulla illic vlterius inquietudo antiqui hostis apparuit: sed per terroris sonitum quem fecit, innotuit, à loco quem diu tenuerat, quòd per inuocationem Gregorij coactus exibat. Post paucos verò dies in magna serenitate aëris super altare eiusdẽ Ecclesiæ nubes cœlitus descendit, suóque illud velamine operuit, omnèmque Ecclesiam tanto terrore, ac suauitate odoris impleuit, vt patentibus ianuis nullus illic præsumeret intrare: & sacerdos atque custodes, vel hi qui ad celebranda missarum solennia venerant, & rem videbant, ingredi minime poterant, & suauitatem mirifici odoris trahebant. Die verò alia in ea lampades sine lumine sunt accensæ. Post paucos iterum dies cum expletis missarum solemniis extinctis lampadibus custos ex eadem Ecclesia egressus fuisset, post paululũ intrauit, & lampades quas extinxerat, lucentes reperit: quas negligenter excinxisse se credidit, atque eas iam sollicitius extinxit: qui exiens Ecclesiam clausit. Sed post horarum trium spatium regressus lucentes lampades quas extinxerat, inuenit: vt videlicet ex ipso lumine aperte clarescceret, quia per beatum Gregorium locus ille de tenebris ad lucem venisset.

XXXIII. Sed cum sanctus Gregorius pro conuertendis Anglis Saxonibus (quemadmodum in monachatu suo proposuerat) assiduis cogitationum fluctibus vrgeretur, mox vbi Ecclesiæ statu composito quartum sui põtificatus annum intrauit, Augustinum cum aliis domus suæ monasterij monachis in Britanniam euangelizandi gratia destinauit. Qui susceptæ peregrinationis post dies aliquot inerti tædio prægrauati, redire domum potius, quam barbaram, feram, incredulámque gentem, cuius nec linguam intelligerent, adire decreuerunt. Nec mora, Augustinum quem eis episcopum consecrandum, si ab Anglis exciperentur, indixerat, Romam remittunt, summum præsulem deprecantes, vt tam laboriosam, tam incertam, támque periculosam peregrinationem sibi nuper impositam remoueret, & ad suos reuerti permitteret.

Quibus ille rescripsit dicens. Gregorius episcopus, XXXIII. seruus seruorum Dei, seruis domini nostri Iesu Christi. Quia melius fuerat bona nõ incipere quàm ab his quæ cœpta sunt, cogitatione retrorsum redire: summo studio dilectissimi filij oportet vt opus bonum quod cœpistis, auxiliante domino compleatis. Nec labor vos ergo itineris, nec maledicorum hominum linguæ deterreant, sed omni instantia, omníque feruore, quæ inchoastis, deo auctore peragite, scientes quòd laborem magnum maior æternæ retributionis gloria consequetur. Remeanti autẽ Augustino præposito vestro, quem & abbatem vobis constituimus, in omnibus humiliter obedite, scientes hoc vestris animabus per omnia profuturum, quicquid à vobis fuerit in eius admonitione completum. Omnipotens Deus sua vos gratia protegat, & vestri laboris fructum in æterna me patria videre cõcedat: quatinus & si vobiscum laborare nequeo, simul in gaudio retributionis inueniar, quia laborare scilicet volo.

His exhortationibus Augustinus cum fratribus ro- XXXV. boratus, per Aetherij Arelatẽsis vatis, pérque aliorum episcoporum Galliæ, regúmq; quibus eos mitissimus pater propriis literis cõmendarat, hospitia, Britãniam petiit, & ad Ildebertum regem Cantuariorum veniens, dei cooperante gratia, non solùm licentiam prædicandi, verum etiam victus & mansiones in ciuitate Doruernensi, quę erat regni eius metropolis, facilè impetrauit. Ad quam Augustinus cum sociis prę lata cruce, seu saluatoris imagine, appropinquans cecinit dicens. Deprecamur te domine in omni misericordia tua, vt auferatur furor tuus iráque tua à ciuitate ista, & à domo sancta tua, quoniã peccauimus. Prædicantibus autem eis, & in nomine Iesu miracula facientibus crediderunt multi, & baptizati sunt, mirantes innocentis vitæ simplicitatem, complectentésque dulcedinem cœlestis doctrinæ.

Quapropter Augustinus Arelatem venit, & secun- XXXVI. dum Gregorij iussionem ab Aetherio episcopus consecratus, in Britanniam remeauit: illicóque per Laurẽtium presbyterum & Petrum Monachum papæ Gregorio conuersionem gentis Anglorum, seque consecratum innotuit, suggerens vt sibi mitteret plurimos verbi ministros, eò quòd messem quidem multam haberet, operarios autem paucos.

Quibus relationibus Gregorius in Christo lętifica- XXXVII. tus misit Augustino plurimos verbi ministros, in quibus præcipui erant, Mellitus, Iustus, Paulinus, & Rufinianus: & per eos vniuersa quæ ad cultum erant Ecclesiæ necessaria, vasa videlicet sacra, & vestimenta altarium, ornamenta ecclesiastica, vestimenta clericalia, apostolorum & multorum sanctorũ reliquias, & codices multos. Misit ei & pallium, iubens vt sub metropoli sua Canticię duodecim episcopos ordinaret, ad Lundoniam & Eburacam singulos episcopos

Universidad de Deusto
Biblioteca

mitteret,qui ſub ſe duodecim nihilominus epiſcopos conſecrantes,pallium ab apoſtolica ſede perciperẽt,& poſt Auguſtini obitum ipſe inter eos primus haberi debuiſſet,qui prius cõſecrari meruiſſet.Præcepit quoque vt in Anglorum gente idolorum fana non deſtrueret,ſed ſanctificatis aquis reſperſa in baſilicas dedicaret.Et quia ſolebant Saxones in ſacrificio dæmonum boues multos occidere, iuſsit vt in die dedicationis, vel natalitiis ſanctorum martyrum quorum reliquiæ illic ponerẽtur,tabernacula ſibi circa eaſdem eccleſias quæ ex fanis commutatæ ſunt,de ramis arborum facerent,& religioſis conuiuiis ſollennitates debitas celebrarent. Et quia ſuper quibuſdam capitulis Auguſtinus eum interrogans,qualiter epiſcopus cum ſuis conuerſari deberet clericis,requiſiuit,doctor humillimus inter cætera ſic reſcripſit.Quia tua fraternitas monaſterij regulis erudita, ſeorſum viuere nõ debet à clericis ſuis,in Eccleſia Anglorum quæ nuper ad fidem conuerſa eſt,hanc debet conuerſationem inſtituere, quæ in initio naſcẽtis Eccleſiæ fuit patribus noſtris, in quibus nullus eorum ex his quæ poſsidebant, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia.Cum vna ſit fides,cur ſuper miſſarum celebratione,Gallicana Eccleſia à Romana diſcordet,Auguſtino quærenti, Gregorius ait: Nouit tua fraternitas Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem,in qua ſe meminit enutritam. Sed mihi placet, vt ſiue in Romana, ſiue in qualibet Eccleſia aliquid inueniſti quod plus omnipotenti deo poſsit placere, ſollicitè eligas,& in Anglorum Eccleſia(quæ adhuc noua eſt ad fidem)inſtitutione præcipua quæ de multis Eccleſiis colligere potuiſti,infundas. Non enim pro locis res,ſed pro bonis rebus loca amanda ſunt. Ex ſingulis ergo quibuſq; Eccleſiis quæ pia, quę religioſa,quæ recta ſunt eligas, & hęc quaſi in vaſculo collecta,apud Anglorum mẽſam in cõſuetudinem vertas. Interrogatus etiam quomodo ea quæ fures de Eccleſiis abſtulerint,reddere debeant:mitiſsimus pater, abſit, inquit, vt Eccleſia cum augmento recipiat,quod de terrenis rebusvidetur amittere,& lucra vana acquirere.

XXXVIII. Sane requiſitus ab eodem Auguſtino, vſq; ad quotam generationem fideles debeãt copulari:Gregorius diſpenſatorie ſic reſcripſit Quædã terrena lex in Romana republica permittit vt ſiue frater & ſoror, ſeu duorum fratrum germanorum,vel duarum ſororum filius & filia miſceantur.Sed experimento didicimus ex tali coniugio ſobolẽ non poſſe ſuccreſcere.Et ſacra lex prohibet cognationis turpitudinẽ reuelare. Vnde neceſſe eſt vt etiã tertia,vel quarta generatione generatio fidelium licenter ſibi iungi debeat.Nã in ſecunda quam prædiximus, omnimodo debet abſtinere. Verum poſt multum temporis à Felice Meſſanæ Siciliæ præſule requiſitus vtrum Auguſtino ſcripſiſſet vt Anglorum quarta generatione cõtracta matrimonia minime ſoluerentur, humilimus pater Gregorius inter cætera talem reddidit rationem: Quod ſcripſi Auguſtino Anglorum gentis epiſcopo alumno videlicet noſtro,vt recordor,de ſanguinis coniunctione,ipſi,& Anglorum genti quæ nuper ad fidem venerat,ne à bono quod cœperat, metuẽdo auſteriora recederet, ſpecialiter, & non generaliter cæteris me ſcripſiſſe cognoſcas. Vnde & mihi teſtis omnis Romana ciuitas exiſtit.Nec ea intẽtione hęc illis ſcriptis mãdaui,vt poſtquã firma radice fuerint in fide ſolidati, ſi infra propriã cõſanguinitatẽ inuenti fuerint, nõ ſeparẽtur: aut infra adñitatis lineam,id eſt,vſque ad ſeptimam generationem iungãtur,ſed adhuc illos neophytos exiſtentes,ſæpiſsime eos prius illicita docere,& verbis ac exemplis inſtruere: & quæ poſt de talibus egerint, rationabiliter ac fideliter excludere oportet. Nam iuxta apoſtolum qui ait,Lac vobis potum dedi,non eſcam: iſta illis modò,non poſteris(vt prẽfixum eſt)temporibus tenenda indulſimus: ne bonum quod infirma adhuc radice plantatum erat, exureretur, ſed aliquantulum firmaretur, & vſque ad perfectionem cuſtoditetur. Hæc ego idcirco perſtringẽda curaui, vt hi qui occaſione nouæ diſpenſationis illicita matrimonia contrahunt, eruditiſsimum papam Gregoriũ non regulariter quartę generationis copulam cenſuiſſe,imò venialiter ſimúlque temporaliter permiſiſſe cognoſcant.Cuius nimirum precibus deus omnipotens tantam Auguſtino eiúsque ſociis faciẽdorum ſignorum gratiam contulit: vt verbum vitæ quod ore prædicabant, ſignorum efficacia confirmarent. Vnde factum eſtvt paucis elabentibus annis,etiã cæteri Saxones ad Chriſti domini fidem per diſcipulos eius accederent.

XXXIX. De cuius gentis conuerſione, ſimúlque miraculorum prodigiis quę ibidem fiebant,ita Gregorius in libris moralibus perhibet dicens. Ecce lingua Britanniæ quæ nihil aliud nouerat quàm barbarum frendere, iam dudum in Dei laudibus Hebræa cœpit verba ſonare. Ecce quondam tumidus, iam ſubſtratus ſanctorũ pedibus ſeruit oceanus: eiúsque barbaros motus, quos terreni principes edomare ferro nequiuerãt, hos pro diuina formidine ſacerdotum ora ſimplicibus verbis ligant: & qui cateruas pugnantium infidelis nequaquam metuerat,iam nunc fidelis humilium linguas timet.Quia enim perceptis cœleſtibus verbis, clareſcentibus quoque miraculis, virtus ei diuinæ cognitionis infunditur, eiuſdẽ diuinitatis terrore refrenatur, vt prauè agere metuat, ac totis deſideriis ad æternitatis gratiam venire cõcupiſcat. Eulogio quoque patriarchæ Alexandrino, de doctrina ſuæ Eccleſiæ,conuerſione hęreticorum,concordiáque fidelium plauſibilia referẽti, Gregorius ita reſcripſit.Quoniam in bonis quæ agitis,ſcio quòd & aliis congaudetis,veſtræ quoque gratiæ vicem reddo: quia dum gens Anglorum in mundi angulo poſita, in cultu lignorum ac lapidum perfida nunc vſque remaneret, ex veſtræ mihi orationis adiutorio placuit, vt ad eam monaſterij mei monachum tranſmittere Deo auctore debuiſſem: qui data à me licentia à Germaniarum epiſcopis epiſcopus factus,cum eorum quoque ſolatiis ad prædictam gentem in finem mundi perductus eſt: & iã nunc de eius ſalute & opere ad nos ſcripta peruenerũt, quia tãtis miraculis vel ipſe vel hi qui cũ eo trãſmiſſi ſunt, in gente eadem coruſcãt,vt Apoſtolorum virtutes in ſignis quæ exhibent imitari videantur. In ſolennitate autem dominicæ natiuitatis, quæ prima indictione tranſacta eſt, pluſquam decem millia Angli ab eodem nunciati ſunt fratre & coepiſcopo noſtro baptizati. Quod idcirco narraui, vt cognoſcatis quod in Alexandrino populo loquendo, & quod in mundi finibus agitis orando. Veſtræ enim orationes ſunt in eo loco vbi non eſtis,quarum operationes ſanctæ monſtrantur in eo loco vbi eſtis.

XL. Nihilominus eidem Auguſtino pro eiſdem miraculis inter alia ſcribit, inquiens, Scio quia omnipotens deus per dilectionem tuam in gente quam elegit vt voluit, magna miracula oſtendit:Vnde neceſſe eſt

vt de

vt de eodem dono cœlesti, & timendo gaudeas, & gaudendo pertimescas. Gaudeas videlicet, quia Anglorum animæ per exteriora miracula ad interiorem gratiam pertrahuntur: Pertimescas verò ne inter signa quæ fiunt, infirmus animus in sui præsumptione se eleuet: vt unde foras per honorem tollitur, inde per inanem gloriam intus cadat, &c.

XLI. Quæ autem de Gregorij miraculis penes easdem Anglorum Ecclesias vulgo leguntur, omittenda non arbitror, ne studiosi lectoris animus, aut defraudasse se peruicaciter, aut negligenter præteriisse, me cognitionem congruam suspicetur. Matrona quædam beato Gregorio per stationes publicas missarum solennia celebranti, solitas oblationes obtulerat. Cui post mysteria traditurus cum diceret, Corpus domini nostri Iesu Christi conseruet animam tuam: lasciua subrisit. Ille verò continuò dexteram ab eius ore conuertens, partem illam dominici corporis super altare deposuit: expletis verò missarum solemniis, matronam coram populo inquisiuit quamobrem corpus dominicum sumptura ridere præsumpserit. At illa diu mussitans, tandem prorupit, quia panem, inquiens, quem propriis manibus me fecisse cognoueram, tu corpus dominicum perhibebas. Tunc *Gregorius pro incredulitate mulieris cum tota plebe se in orationẽ pro*strauit: & post *paululum surgens*, particulam panis quam super *altare* posuerat, carnem factam reperit: *quam corã* cunctis incredulæ matronæ demonstrans, *ad credulitatis* gratiam tam illam reuocare potuit, quam totum populum confirmare curauit. Rursus itaque in orationem cum eisdem prostratus, carnis frustum in panis primordia reformauit.

XLII. Alio quoque tempore vir Dei Gregorius miraculum pene huic simile perpetrauit. Nam cum petentibus quibusdam occidentalibus per legatos, in singulis pyxidibus sub nominibus petitorum martyrum, brandeum * solito more concludens, desuper sigillasset, legatis largitus est. Illi susceptas reliquias veneratione congrua deferentes, postquam quædam itineris miliaria consumpserunt, stultè se tantum viaticum confecisse murmurare cœperunt, si nesciant vtrum sanctorum ossa, an magis carnes à Romano pontifice suscepissent. Itaque communi consilio remoto pontificali signaculo, reseratisque pyxidibus particulas brandei repererunt. Mox ad vrbis mœnia cum furore nimio reuertentes, per archidiaconum à Gregorio se delusos fuisse, vt pro reliquiis vilem pannum susciperent, flebiliter querebantur, dicentes dominos suos pulcherrimis palliis abundare, ac per hoc Romanorum vilibus brandeis non egere. Forte tunc Gregorius missarum solennia celebrabat. Quibus expletis, ab eisdem legatis brandeum coram cunctis recipiens, super altare composuit: seque cum omnibus in orationem dedit, vt deus omnipotens vtrum quod à liminibus apostolorum de more transmissum est, pro reliquiis martyrum venerari deberet, quantocyus indicaret. Deinde ab oratione surgens, incredulos legatos propius astare fecit. Cultellum petiit: more sanctissimi Papæ Leonis brandeum pupugit: de cuius punctionibus sanguis protinus emanauit. Quo miraculo tã legati cõfusi, quam omnes qui aderant, tremefacti, iussu Gregorij cum eo terræ prostrati sunt: nec antè ab oratione cessauerunt, quàm cuncta prandeorum foramina diuinitus clauderentur.

* *prandeũ, & sic deinceps.*

XLIII. Quidam præterea diuitum Romanorum relicta coniuge, fuerat à Romano pontifice cõmunione priuatus. Quod ille molestissimè ferens, & auctoritatem tanti pontificis euacuare non prævalens, magorum suffragia requisiuit. Qui magnis muneribus persuasi, posse se suis carminibus agere vt immisso dæmone tã diu *caballus pontificis* vexaretur, quousque cum sessore suo periclitaretur, fiducialiter promiserunt. Hac incestus iudex pollicitatione lætatus, magos iuxta viam per quam pontifex ad stationem profecturus erat, in edito stare permisit, vt videre transeuntes, non videri à transeuntibus possent. Cúmque magi ex planetatorum mappulatorúmque processionibus magnum põtificem cognouissent, immisso dæmone tam fortiter eius equum vexari fecerunt, vt nunquam à sessore siue à stratoribus teneri posse putaret. Tunc Gregorius reuelante spiritu sancto dęmoniacã immissionem cognoscẽs, facto crucis signaculo tam caballum à præsenti rabie liberauit, quàm maleficos ex latente culmine iubens deponere, perpetua cæcitate mulctauit. Quos reatum suum suggestione incesti iudicis cõfitentes, ac postmodum ad sacri baptismatis gratiam venientes, luminibus quidem, ne magiam relegerent, reddere noluit: eos tamen ecclesiastica stipe nutriri *præcepit.*

XLIIII. *Legitur* etiam penes easdem Anglorum Ecclesias quòd Gregorius per forum Traiani, quod ipse quondam pulcherrimis ædificiis venustarat, procedens, iudicij eius quo viduam consolatus fuerat, recordatus atque miratus sit: quod scilicet (sicut à prioribus traditur) ita se habet. Quodam tempore Traiano ad imminentis belli procinctum vehementissimè festinanti, vidua quædam processit flebiliter dicens: Filius meus *innocens* te regnante peremptus est: obsecro, vt quia eum mihi reddere non vales, sanguinem eius legaliter vindicare digneris. Cúmq; Traianus, si sanus reuerteretur à prælio, hunc se vindicaturũ per omnia responderet, vidua dixit: Si tu in prælio mortuus fueris, quis mihi præstabit? Traianus dixit, Ille qui post me imperabit. Vidua dixit: Et tibi quid proderit, si alter mihi iustitiam fecerit? Traianus respondit: Vtique nihil. Et vidua, Nonne, inquit, melius tibi est vt tu iustitiã mihi facias, & pro hoc mercedẽ tuã recipias, quam alteri hanc transmittas? Tunc Traianus ratione pariter pietatęque commotus, equo descendit, nec antè discessit, quàm iudicium viduæ per semet imminens profligaret. Huius ergo mansuetudinem iudicis adserunt Gregorium recordatum ad sancti Petri basilicam peruenire: ibíque tam diu super errore tam clementissimi principis defleuisse, quousque responsum sequẽti nocte cepisset, se pro Traiano fuisse auditum: tantum pro nullo vlterius pagano preces effunderet. Sed cum de superioribus miraculis Romanorum nemo sit qui dubitet, de hoc quod apud Saxones legitur, huius precibus Traiani animam ab inferni cruciatibus liberatã, ob id vel maxime dubitari videtur, quòd tantus doctor nequaquam præsumeret pro pagano prorsus orare, qui quarto dialogorum suorum libro docuerit eandem causam esse cur nõ oretur à sanctis in futuro iudicio pro peccatoribus æterno igne damnatis, quæ nunc etiam causa est vt non orent sancti homines pro hominibus infidelibus impiísque defunctis: non aduertentes, quia nõ legitur pro Traiano Gregoriũ exorasse, sed tãtum fleuisse. Sic enim cũ non orauerit Gregorius plangendo, potuit exaudiri, sicuti Moyses cũ dolẽdo taceret, potuit clamasse videri: cui

dominus tacenti labiis, quid clamas, inquit, ad me? Nimirum deus omnipotēs corda renēsque scrutatur, & frequenter ea misertus concedit, quæ homo quanuis vt carnalis desideret, ea tamen petere non præsumit. Vnde Psalmista: Desiderium pauperum exaudiuit dominus: & desideria cordis eorū audiuit auris tua. Et notādum quia non legitur Gregorij precibus Traiani anima ab inferno liberata, & in paradiso reposita: quod omnino incredibile videretur propter illud quod scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum. sed simpliciter dicitur ab inferni solummodo cruciatibus liberata. Quod videlicet potest videri credibile, quippe cum ita valeat anima in inferno existere, & inferni cruciatus per dei misericordiam non sentire: sicuti vnus gehennæ ignis valet omnes peccatores pariter detinere: sed per dei iustitiam cunctos non valet æqualiter exurere. Nam vniuscuiusque quantum meruit culpa, iusto dei iudicio tātum sentietur & pœna.

XLV. Nihilominus ex libro qui à Græcis λειμών dicitur, à Latinis verò intelligitur campus vel pratum, præceptor meus inter alia toto orbe iam diffamata miracula interpretatus est, mihi scribens: Enarrauit nobis presbyter nomine Petr⁹ de sancto Gregorio Papa Romano: Illinc enim erat reuerentissimus hic presbyter. Is, inquit, effectus papa, ædificauit monasterium virorum, magnum, & dedit mandatum vt nullus monachorum proprium aliquid haberet vsq; ad vnum obolum. Frater ergo de monasterio habebat fratrem secularem, & postulauit eum dicens: Casulam non habeo: sed fac charitatem: eme mihi. Dicit ei secularis frater: Ecce tria nomismata suscipiens, compara quale tibi placet. Acceptis itaque monachus tribus nomismatibus habebat ea apud se. Alius autē frater vidēs eū habentem tria nomismata, pergens nūtiauit abbati. Abbas verò audiēs, retulit beatissimo papæ. Beatissimus autem Gregorius discēs hoc ab abbate, segregauit eū à communione, tanquam eum qui soluerat regulam monasterij. Igitur post modicum tēporis moritur frater segregatus, nesciente papa. Post duos ergo aut tres dies pergens abbas nuntiauit ei, quia frater requieuit. In hoc itaq; non mediocriter tristatus est, quia antè q̄ exiret de hac vita, non soluit eū ab excōmunicationis epitono, & scribens orationem in pyctatio, dedit vni diaconorum suorum, iubens ei ire, & super fratrem legi eam. Erat autem oratio soluens ab excommunicatione defunctum. Vadit ergo diaconus sicut præceptū ei fuerat, & super tumulum fratris legit pyctacium habens orationem. Et ipsa nocte vidit abbas fratrem illū defunctum, & dixit ei: Non es mortuus frater? Ille respondit, etiam. Et iterum interrogauit eum abbas: vbi eras vsque hodie? Respondit frater. Vere domine in custodia, & vsque heri non sum absolutus. Notum itaq; factum est omnibus, quia in hora qua diaconus orationem dixit super sepulchrum, in ea hora absolutus est ab excommunicatione, & liberata est à damnatione anima eius.

XLVI. Igitur Gregorius non solum Saxones in propriis sedibus commanentes Christo domino dedicauit, verū etiam pueros eorum per exteras regiones diffusos suis preciis comparans annualiter, ad cognitionem fidei deducebat. Vnde Cādidum presbyterum commonet dicens. Pergens auxiliante domino Deo nostro Iesu Christo ad patrimoniū quod est in Galliis, gubernandum: volumus vt dilectio tua ex solidis quos accepe rit, vestimenta pauperum, vel pueros Anglos qui sunt ab annis decem & septem, vel decē & octo, vt in monasteriis dati deo proficiant, cōparet, quatenus solidi Galliarum qui in terra nostra expendi non possunt, apud locum propriū vtiliter expendātur. Si quid verò de pecuniis redituum quę dicūtur ablatæ, recipere potueris, ex his quoque vestimēta pauperum comparare te volumus: vel, sicut præfati sumus, pueros qui in omnipotētis Dei seruitio proficiāt. Sed quia pagani sunt qui illic inueniri possunt, volo vt cum eis presbyter transmittatur, ne quid ægritudinis contingat in via: vt quos morituros conspexerit, debeat baptizare.

Sardinię quoque rusticos mitissimus rector Gregorius in errore vetustatis adeò permanere condoluit, vt Ianuarium Caralitanum episcopum pro negligentiis increpando, inter cętera scribat: Accidit aliud valde lugendum, quia ipsos rusticos quos habet Ecclesia, nunc vsque in infidelitate remanere negligentia fraternitatis vestræ permisit. Et quid vos admoneo, vt ad dominum extraneos adducatis, qui vestros ab infidelitate negligitis corrigere? Vnde necesse est vos per omnia in eorum conuersione vigilare. Nam si cuiuslibet episcopi in Sardinia insula paganum rusticū inuenire potuero, in eodem episcopo fortiter vindicabo. Iam verò si rusticus tātæ fuerit perfidiæ & obstinationis inuentus, vt ad dominum venire minime consentiat: tanto pensionis onere grauandus est, vt ipsa exactionis suæ pœna cōpellatur ad rectitudinē festinare. XLVII.

Quod cum Gregorius fructuose simulq; salubriter in Sardiniæ rusticos processisse cognosceret, etiam in Iudæos patrimoniorū suorū rusticos non dissimiliter est conatus extēdere. Vnde Cypriano diacono scribit dicēs: Peruenit ad me, esse Hebræos in possessionibus vestris qui conuerti ad dominum nullatenus volunt. Sed videtur mihi vt per omnes possessiones in quibus Hebræi esse noscuntur, epistolas transmittere debeas, eis ex me specialiter promittens, ꝙ quicunq; ad verum dominum, & dominum nostrum Iesum Christum ex eis conuersus fuerit, onus possessionis eius ex aliqua parte imminuetur. Quod ita quoq; fieri volo, vt si quis ex eis conuersus fuerit, si solidum pensionis habet, tremissis ei relaxari debeat: si tres vel quatuor, vnus solidus relaxetur. si quid amplius, iam iuxta eundem modū debet relaxatio fieri: vel certè iuxta quod dilectio tua prę̄uiderit: vt & ei qui conuertitur, onus releuetur, & ecclesiastica vtilitas non graui dispendio prematur. Nec hoc inutiliter facimus, sed pro leuādis pensionis oneribus eos ad Christi gratiā perducimus: quia & si ipsi minus fideliter veniunt, hi tamē qui de eis nati fuerint, iam fidelius baptizantur. Aut ipsos ergo, aut filios eorum lucrabimur, & ideo non est graue quicquid de pensione pro Christo dimittimus. XLVIII.

Enimuero tam leuigationibus dationum, quàm promissionibus regni cœlorū Iudæi p diuersa loca ad Christum, quem patres eorum negauerunt, venire cœperunt. Quibus cum salute animæ vestimēta quoque baptizandis habilia conferebat. Vnde Fantino defensori, Domina, inquit, abbatissa monasterij sancti Stephani quod in Agrigentino est territorio cōstitutum, indicante, comperimus multos Iudæorū ad christianam fidem diuina gratia inspirāte velle conuerti: sed esse necessarium vt aliquis illuc ex nostro mandato debeat proficisci. Proinde huius tibi auctoritatis tenore præcipimus, vt omni excusatione summota, ad prædictum locum pergere, & desiderium eorum tuis XLIX.

deo

deo propitio adhortationibus adiuuare festines. Quibus tamen si longum vel triste videtur solennitatem sustinere Paschalem,& eos nunc ad baptisma festinare cognoscis: ne (quod absit) longa dilatio eorum retro possit animos reuocare, cum episcopo loci ipsius loquaris, vt pœnitētia ac abstinentia quadraginta diebus indicta, aut die dominico, aut si celeberrima festiuitas fortasis occurrerit, eos omnipotentis dei misericordia protegente baptizet: quia & temporis qualitas propter eam quæ sibi imminet damnationem, impellit vt desideria eorum nulla debeant dilatione differri. Quoscunque verò ex eis pauperes,& ad vestem sibi emendam non sufficere posse cognoscis, te eis vestem quam ad baptismum habeant, comparare volumus ac præbere: in quibus precium quod dederis, tuis noueris rationibus imputandum. Si verò sanctū Pascha elegerint expectare, item cum episcopo loquere, vt modò quidem catechumeni fiant, atque ad eos frequenter accedat, gerátque sollicitudinem, & animos eorum admonitione suæ adhortationis accendat: vt quanto quæ expectatur elongatur festiuitas, tanto se præparare, & eam desiderio feruenti debeant sustinere. Item Petro episcopo Corsicæ inter alia transmisimus, ait, fraternitati tuæ quinquaginta solidos ad vestimenta eorum qui baptizandi sunt, comparanda.

L. Nihilominus pro Arrianorum paruulis fidei catholicæ sociandis Gregorius pastoralis curæ sollicitudinem prorsus extendit. Quapropter vniuersis episcopis Italiæ scribens ait: Quoniam nefandissimus Autharith in hac quæ nuper exempta est Paschali festiuitate Longobardorum filios in fide catholica baptizari prohibuit, pro qua culpa eum diuina maiestas extinxit, vt solennitatem Paschæ vlterius non videret: vestram fraternitatem decet cunctos per loca vestra Longobardos admonere, vt quia grauis mortalitas imminet, eosdem filios suos in Arriana hæresi baptizatos ad catholicam fidem concilient: quatenus iram super eos omnipotentis dei placent. Item Proiectitio episcopo Narniensi: Peruenit ad nos peccatis imminentibus in ciuitate vestra mortalitatem omnino grassari: quæ res nos nimis addixit. Quamobrem salutantes fraternitatem vestrā instantissime suademus, vt à Lōgobardorum siue à Romanorum qui in eodem loco degunt, admonitione, nulla ratione cessetis, & maxime gentilium & hæreticorum, vt ad veram rectámque fidem catholicam conuertantur. Sic enim aut diuina misericordia pro sua forsan eis conuersione, & in hac vita subueniet: aut si eos migrare contigerit, à suis (quod & magis optandum est) transient facinoribus absoluti.

LI. Igitur prudentissimus paterfamiliàs Christi Gregorius singulis diaconiis, vel xenodochiis virosidoneos deputauit: quos etiam vt securius, imò sagacius in opere pietatis ac misericordiæ laborarēt, huiusmodi priuilegiis muniendos esse decreuit. Licet eos qui pia intentione sollicitudinis curam debilibus ac egenis impendunt, sua apud omnes valeat tueri deuotio. melius tamen est si pro quiete sua de his fuerint muniti quæ gesserint: ne inde eis inquietudinis occasio, vnde magis laudandi sunt, oriatur. Quia igitur te virum religiosum intentionis tuæ studio prouocati, mē sis pauperū exhibendę diaconię elegimus præponendum: ne qua tibi ex hac nascatur administratione dubietas, hac te munitione prospeximus fulciendū, constituentes vt de hoc quod ad mensas pauperum, vel diaconię exhibitionem præcepisti siue subinde præceperis erogandum, nulli vnquam hominum quolibet modo seu ingenio cogaris ponere rationē, vel aliquā debeas molestiam sustinere. Sed quia ita humanis te omnibus esse volumus rationibus absolutum, vt deo nostro de his quę tibi commisimus, rationē te noueris positurū: Hortamur vt fidei in te synceritas vigeat, sit mēs in rebus intentior, cura propensior, studium vigilātius, deuotio clarior, exhibitio efficacior, quatenus dum diuino iutus auxilio hoc opus solerter impleueris: & illi pro quibus sollicitudinem geris, studij tui solatio vtiliter consolentur: & tu mercedis tuæ bonū in æterna vita redēptoris nostri gratia cōpēsāte recipias.

Hæc quidem Gregorius intra vel extra vrbem stu LII. dio pietatis exercuit: cæterum Probum religiosum abbatem cum multis pecuniis Hierosolymam destinauit: cuius instantia venerabile xenodochium constituit: & tam ibi quàm in monte Sina penes Arabiam dei famulis sub regimine Palladij cōstitutis cotidiani victus & vestimenti copiam quam diu viuere potuit, annualiter mittere procurauit.

Nihilominus per diuersas prouincias pro custodia LIII. sacræ religionis, rebúsque pauperum strenuè gubernandis, Ecclesiæ suæ viros industrios rectores patrimoniorum asciuit. In quibus & Cyprianum diaconum patrimonij Siculi, Pantaleonem notarium Syracusani, Fantinum defensorem Panormitani, Sergium defensorem Calabritani, Romanum notarium Apuli, Benenatum defensorem Samnitici, Antemium subdiaconum Neapolitani, Petrum subdiaconū Campani, Candidum defensorem Tusci. Vrbicum defensorem Sabini, Optatum defensorem Nursini, Benedictum defensorem Carseolani, Felicem subdiaconum Appiæ, Castorium chartularium Rauennatis, Castorium notarium Histriani, Antonium subdiaconum Dalmatini, Ioannem notarium Illyriciani, Symmachum defensorem Sardinię, Bonifacium notarium Corsicani, Panthaleonem notarium Liguriæ. Hieronymum defensorem Alpium Cocciarum, Hilarium notarium Germanitiani, & Candidum presbyterum Gallicani. Hæc autē prudentissimus pater Gregorius, non solum in Romana, sed & per diuersas ecclesias perpetualiter obseruanda cēsebat. Vnde Ianuario Caralitano episcopo inter cætera scribit dicens: Indicatum est nobis quòd laicis quibusdam curā vestri patrimonij cōmittentes, postmodum in rusticorū vestrorum deprędationibus, atque per hoc ex fatigationibus fuerint deprehensi? Quod si ita est, districtè à vobis discuti conuenit, atque inter eos ecclesiæque vestræ rusticos causam examinari subtilius: vt quicquid in eis fuerit fraudis inuentum, cum pœna legibus statuta reddere compellantur. De cætero verò cauendum à fraternitate vestra est, ne secularibus viris, atque non sub regula vestra degentibus, cuiuslibet res Ecclesiæ committantur, sed probatis de vestro officio clericis: in quibus si quid reperiri poterit prauitatis, vt in subditis emendare quod illicitè gestum fuerit, valeatis: quos videlicet apud vos habitus sui officium magis conueniat, quàm excuset.

Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibúsque LIIII. personis singillatim cómitti debere dicebat adserens, quia sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita in Ecclesiæ corpore secundum veridicam Pauli sententiam, in vno eodémque spiritu alij conferendū

Universidad de Deusto
Biblioteca

est hoc officium, alij committendum est illud: neque vni quantumlibet exercitatæ personæ vno tempore duarum rerum officia committenda sunt: quia si totum corpus oculus, vbi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem repræsentat: ita varietas personarum per diuersa nihilominus officia distributa, & fortitudinem & venustatem sanctæ dei Ecclesiæ manifestat. Et sicut indecorum est vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium simúlque turpissimum, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa. Hinc est quòd quibusdam ambitiosis (sicut in suis literis, quas ego studio breuitatis omisi, poterit inueniri) moderationis frena frequẽter imposuit. Vnde Anthemio subdiacono pro Paschasio episcopo, qui per semetipsum sibimet maior domus, & vicedominus permanebat, inter cætera præcipit dicens: Volumus autem vt frater noster Paschasius & vicedominum sibi ordinet, & maiorem domus: quatenus possit, vel hospitibus superuenientibus, vel causis quæ eueniunt, idoneus & paratus existere. Si verò vel negligentem eum prospicis, vel ea quæ dicimus, implere differentem: omnis clerus eius adhiberi debet, vt communi consilio ipsi eligant, quorum personæ ad ea quæ prædiximus, valeant ordinari. Item Rauennatibus clericis ad monasteriorum regimina importunè tendentibus restitit, Ioanni Rauennati episcopo scribẽs: Peruenit ad me, quòd in ecclesiis fraternitatis tuæ aliqua loca dudum monasteriis consecrata, nunc habitacula clericorum, aut etiam laicorũ facta sunt: dũq; hi qui sunt in ecclesiis, fingunt se religiosè viuere, monasteriis præponi appetũt, & per eorum vitam monasteria destruuntur. Nemo etenim potest & ecclesiasticis obsequiis deseruire, & in monachica regula ordinatè persistere: vt ipse districtionẽ monasterij teneat, qui quotidie in ministerio ecclesiastico cogit permanere. Proinde fraternitas tua hoc, quolibet in loco factum est, emendare festinet: quia ego nullo modo patior, vt loca sacra per clericorum ambitum destruantur. Item Mariniano episcopo Rauennæ. Dudum ad nos multorũ relatione peruenerat, monasteria in Rauennatibus partibus constituta omnino clericorum vestrorum dominio pregrauari, ita vt occasione quasi regiminis, & (quod dici graue est) velut in proprietate possideant. Quibus non modicum condolentes, decessori vestro literas misimus, vt hoc emendare per omnia debuisset. Sed quoniam vitæ est termino citius præoccupatus: ne hoc onus monasterio remaneret, fraternitati vestræ eadẽ nos scripsisse recolimus. Et quia (vt comperimus) in huius rei hactenus correctione cessatum est, hæc ad vos iterum præuidimus scripta dirigere. Hortamur ergo vt omni mora omníque excusatione submota, ita monasteria ipsa ab eiusmodi studeatis grauamine releuare, quatenus nullam deinceps in eis clerici, vel hi qui in sacro sunt ordine constituti, ob aliud habeant, nisi orandi tantũmodo causa, accedendi licentiam: aut si forte ad peragenda sacra missarum fuerint inuitati mysteria. Sed ne vel per cuiuslibet monachi, aut abbatis promotionem onus aliquod fortasse sustineant: studendum nobis est, vt si quispiam abbatum, aut monachorum ex quocunque monasterio ad clericatus officium, vel ordinem sacrũ accesserit: nõ illic aliquã habeat (vt diximus) vlterius potestatẽ, ne monasteria huius occasionis velamine, ea quæ prohibemus, sustinere onera compellantur. Hæc itaque omnia vigilanti cura emendare iam secundò commonita sanctitas vestra nó differat: ne si post hoc negligentes vos esse (quod non credimus) senserimus aliter monasteriorum quieti prospicere cõpellamur. Nam notum vobis sit, quia tantę necessitati seruorum dei congregationem amplius subiacere non patimur.

Itẽ* Maximiano episcopo Syracusano post aliqua. LV.
Presbyteros, diaconos, cæterósque cuiuslibet ordinis *Maxim.
clericos, qui ecclesiis quoquo modo militant, abbates fieri per monasteria non permittas, sed aut omissa clericatus militia, monachicis promoueãtur ordinibus: aut si in abbatis loco permanere decreuerint, clericatus nullatenus permittantur habere militiam. Satis enim incongruum est, si cum vnum ex his pro sui magnitudine diligenter quis non possit explere, ad vtrũque iudicetur idoneus; sicq; inuicem & ecclesiasticus ordo vitæ monachicæ, & ecclesiasticis vtilitatibus regula monachatus impediat. Qualiter sanè Gregorius per procuratores ecclesiasticorum patrimoniorũ velut Argus quidam luminosissimus per totius mundi latitudinem suæ pastoralis sollicitudinis oculos circumtulerit, non ab re forsitan duxerim perstringendum. Ait enim in epistola Anthemio subdiacono. Discedenti tibi mandauimus, & postmodum præceptis discurrentibus iniunxisse me memini, vt curam pauperum gereres: & si quos illic egere cognoscceres, scriptis recurrentibus indicares: & vix de paucis hæc facere curasti. Volo autem vt domnæ Patriarchiæ meæ mox vt præsentem iussionẽ susceperis, offeras ad calceamenta puerorum solidos quadraginta, & tritici modios quadringẽtos. Domnę Palatinæ relictæ Vrbici solidos viginti & tritici modios trecẽtos. Domnæ Viuianæ relictæ Felicis solidos viginti & tritici modios trecentos, qui omnes simul octoginta solidi in tuis rationibus imputentur. Summam verò pensionis sub festinatione transmitte, & ad Paschalem diem domino auxiliante occurrito.

Item eidem. Insinuatũ nobis est, ancillas dei quas- LVI.
dam Nolanæ ciuitatis in Aboridana domo commanentes, nimiam victus vestitúsque penuriam sustinere. Quibus ex præcepto dei subuenire nos conuenit, & inopiam earum, quantum possumus donante domino, subleuare. Propterea experientię tuæ præsenti iussione mandamus, vt de hac præsenti nona indictione quadraginta in auro eis solidos dare debeas, & deinceps succedentibus indictionibus annuatim viginti solidos ministrare, qui tuis possint rationibus imputari. Præterea Paulino presbytero monasterij sancti Erasmi quod in latere montis Seraptin situm est, sed & duobus monachis in oratorio sancti archangeli seruientibus, quod in Callano nostro castro iuxta sancti Petri basilicam esse dinoscitur, binos te tantummodo solidos dare præcipimus, qui & ipsi tuis rationibus imputentur. Ita ergo fac, vt impensæ mercedis tu quoque participium fortiaris.

Item eidem. Si in proximorum necessitatibus ha- LVII.
bita compassione benigna mente concurrimus, in nostris procul dubio petitionibus clementem dominum reperimus. Palatina siquidem illustris fœmina continua hostilitate insinuauit se plurimis necessitatibus subiacere. Propterea experientiæ tuæ præsenti auctoritate precipimus, vt ei pro sustentatione eius annuos solidos triginta dare nõ differas, qui tuis possint postmodum rationibus imputari. Ita ergo fac, vt & tu bene ministratę

ne ministratæ mercedis cõmodum pereipias,& nostra ad effectum præcepta perducas.

LVIII. Item Petro subdiacono. Insinuatũ nobis est Marcellum Baruntitanæ ecclesiæ,ibidẽ in ciuitate Panormitana in monasterio sancti Adriani in pœnitẽtiam deputatum,nõ solum victus necessitatem pati,sed & nuditatis nimiam sustinere molestiã. Pro quare necesse habemus strenuitati tuæ præsenti iussione præcipere,vt ipsi pro victu ac vestimẽto stratóque ad cõtinentiam,pueróque eius annonam,quantam prospexeris satis esse,constituas,vt inopia nuditasq; eius tali prouidẽtia possint habere cõsultum,& ea quæ eidem viro deputaueris, tuis postmodũ possint rationibus imputari. Ita ergo fac,vt & nostrã iussionem impleas: & tu quoq; hoc ipsum bene disponẽdo,hac ipsa possis participari mercede. Item eidem.Monasteriũ sancti Archangeli fratres,quod in Tropæis est cõstitutũ, indicante præsentium portitore, victus habere necessitatem didicimus. Ideóque experientia tua diligenter inuigilet:& si eiusdem loci monachos bene se tractare cognoueris, in quibus eos necessitatem habere manifesta veritate patuerit, eis subuenire hac auctoritate suffultus modis omnibus festinabis,sciturus tuis esse rationibus quicquid nostra *præceptione præbueris*, imputandum.Sed & *terrulã ecclesiæ nostræ vicinam* sibi, quam *solidum vnum* & tremisses duos pensatam *asserunt*, *si ita est*, libellario nomine ad summam tremissis vnius habere concede.Studij ergo tui sit hæc omnia ita complere,si(sicut diximus)eius monachi in dei seruitio sicut decet solertes perstiterint.

Item eidem: Diuina præcepta nos admonent diligere proximos tanquam nosmetipsos: & cum hac eos præcipiamur charitate diligere, quanto magis debemus his in subsidiis necessitatum carnaliũ subuenire: vt eorũ angustias si non ex omnibus,saltem aliquibus sustẽtaculis subleuem⁹?Quoniam ergo filiũ Filimoudi viri dignissimi nõ solum amissione visus, sed etiam inopia victus egestatem pati cognouimus,necessariũ duximus,in quantum possibilitas suppetit, ei præbere consultum.Propterea experientię tuæ presenti iussione precipimus, vt annis singulis vigintiquatuor modios tritici,fabæ quoq; modios duodecim,& vini decimatas viginti pro sustentatione vitæ debeat ministrare:quod tuis postmodum possit rationibus imputari.Ita ergo fac, vt præsentium lator nullas de percipiendis domini donis moras sustineat,& tu in die domini bene dispensatę mercedis possis particeps inueniri,

LIX. Itẽ Gregorius Cyprian diacono.Cosmas ex variis periculorũ necessitatibus multis se dicit debitis obligatum, ita vt pro eis à creditoribus suis suos dicat filios detineri. Quæ res si ita est,nos omnino commouet,Quamobrem hortamur dilectionẽ tuam,vt quia de rebus pauperum dandis agitur, causam eius cum subtilitate summa perquiras: & si inueneris eum prædictis debitis veraciter ita inuolutum, vt nõ sit substantia vnde possit hæc ipsa persoluere,prędictos creditores eius videas, & propter recolligendos filios eius,quanta cognoueris quantitate componas.Et quia ipse,sicut dicit,nõ habet vnde restituat:de rebus pauperum ex præsenti nostra auctoritate persolue: sciens quicquid illic te prouidẽte datum fuerit, patrimonij nostri pensionibus esse reputandum.

LX. Item eidẽ. Zeno frater & coepiscopus noster quosdam in ciuitate sua alimoniorum necessitatem innotuit sustinere.Quibus quoniã vt possibile est,aliquod desideramus ferre cõsultum: ideirco dilectionem tuã antè dicto fratri nostro mille modios tritici, aut, si plus leuare potuerit, vsq; ad duo milia scriptis te dare præsentibus deputamus.Hortamur ergo vt in his prębendis nullam moram aut excusationẽ adducas:quatenus dum tempus sinit,& hinc cum dei adiutorio sine periculo ad propria remeare,& citius necessitatem patientibus valeat subuenire. Item Gregorius Eusebio religioso abbati. Credat mihi charitas tua,quia valde contristatus sum de tristitia tua, & cætera. Propterea centum solidos per Petrum subdiaconum dilectioni tuę dari fecimus:quos peto vt absq; iniuria suscipias.

Item Gregorius Candido defensori:Necessitatem patientibus pontificale cõuenit adesse subsidium. Pro quare experientiæ tuæ præsenti auctoritate præcipimus,quatenus Albino priuato luminibus, filio quondam Martini coloni, singulis annis duos tremisses sine aliqua dilatione præstare non desinat,non dubitatura suis hoc sine dubio rationibus imputari. LXI.

Item Gregorius Fantino defensori. Lator præsentiũ Cosmas Syrus in negotio quod agebat, debitum se contraxisse perhibuit: quod & multis aliis, & lachrymis eius attestantibus verum esse credimus. Et quia centum quinquaginta solidos debebat, volui vt creditores illius cum eo aliquid paciscerẽtur: quoniã & lex habet quòd homo liber nullatenus pro debito teneatur, si res defuerint quæ possint eidẽ debito addici. Creditores ergo suos(vt asserit) ad octoginta solidos consentire possibile est. Sed quia multum est vt à nil habente homine octoginta solidos petant: sexaginta tibi solidos per notarium tuum transmisimus, vt tu cum eisdem creditoribus subtiliter loquaris,& rationem reddas,quia filium eius quem tenere dicuntur,secundũ leges tenere nõ possunt. Et si potest fieri, aliquid minus quàm nos dedimus,condescendant: & quicquid de eisdem sexaginta solidis remanserit, ipsi trade, vt cum filio suo exinde viuere valeat.Si autem nil remanet, vel ad eandem debitum eius summã incidere studę: vt possit sibi libere postmodum laborare, hoc tamen solerter age, vt acceptis solidis ei plenariam munitionem scripto conficiant. LXII.

Item Gregorius Castorio diacono & chartulario Rauẽnæ,inter cætera. Valerianum monachum,quem emẽdatum in monasterio beati Ioannis in Classe posito tradidisti:in eo cum monasterio sine dubio volumus permanere. Præterea ne quam necessitatẽ in expensis tua experiẽtia patiatur,de reditibus sanctę Romanæ ecclesiæ qui illic te prouidente aggregati sunt, omnes expẽsas tuas te facere volumus:& siquid superfuerit,nobis cum veneris defer. Item Gregorius Romano defensori. Diuinorum nos admonent eloquia præceptorum, necessitatem patiẽtibus ecclesiasticum præbere subsidium. Quia ergo dilectissimus filius noster Cyprianus diaconus Gaudiosum defensorem sedis nostræ, qui Syracusis degere comprobatur,paupertatis asserit inopia constringi: ideirco experientiæ tuæ presenti auctoritate mandamus, vt à præsenti secũda indictione sex solidos annis singulis ei dare nõ differas, vt & ille huius remedij solatio potiatur,& tu quod dederis, tuis, sine dubio noueris rationibus imputandum. LXIII.

Item Gregorius Libertino exprætori. Quanta vos seculi huius premat angustia, incognitum non habemus. Sed quia in summa tribulatione positis sola est consolatio LXIIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõsolatio misericordia creatoris: in eũ spem vestram ponite,ad ipsum vos tota mente conuertite,qui & iuste quem vult permittit affligi, & confidenté in se misericorditer liberabit.Ipsi ergo gratias agite, & patiẽter quęcunque illata sunt sustinete.Nam rectę mentis est,deum non solùm in prosperis benedicere, sed etiã in aduersitatibus collaudare. In his igitur quæ patimini,nullum contra dominum murmur cordi vestro surrepat: quia ad quid hoc creator noster operetur, ignotum est. Forsitan enim magnifice fili aliquid illum in prosperis positus offendisti, vnde te clemẽti amaritudine vult purgari. Et ideo nec temporalis te frangat afflictio, nec rerum damna discrucient: quia si in aduersis gratias referens, deum tibi patiẽtia feceris esse placabilẽ:& quę amissa sunt,multiplicata redentur:& super hæc gaudia æterna præstabuntur. Peto autem ne iniuriosum ducatis quòd viginti annuos vestitus ad pueros vestros per Romanũ defensorem scripsimus præberi, quia de beati Petri apostoli rebus quamuis parua sint quæ offerantur, pro magna benedictione suscipienda sunt semper: quoniam & hic vobis maiora valebit impendere, & apud omnipotẽtem deũ beneficia æterna præstare. Item Gregorius Philippo episcopo. Suscepi epistolas dilectionis tuæ, in quibus mihi innotescere curasti, quod vir venerabilis Andreas presbyter de hac luce migrauerit. De cuius ereptione gauisus sum, quia ad ea quæ expetiit gaudia æterna peruenit. De solidis verò qui pro faciendo xenodochio à filio nostro Probo abbate Hierosolymis relicti sunt, hoc quod deliberatum fuerat vt fieri debuisset, immutare non potui,sed benedictionẽ paruulam sanctitati vestræ quinquaginta solidos transmisi.

LXV. Longum est, nimisque difficile, si eleemosynarũ eius saltem huiusmodi prosequar actiones: hoc breuiter affero, quia & non petentibus vltro distribuit: & omnibus sibi petentibus hilariter ministrauit. Vnde Heliæ presbytero & abbati prouinciæ Isauriæ, euãgelia,inquit,sicut mãdastis,transmisimus.& post pauca: Solidos autem vobis voluistis pro necessitatibus cellę quinquaginta transmitti: quod multũ esse existimantes,ex eis nobis decem donastis, vt quadraginta mitteremus.Sed ne forsitan vel hoc graue esset,alios decẽ nobis ex eis adhuc dignati estis largiri. Sed quia vos valde in continentia vestra benignos inuenimus: eidem benignitati vice simili respõdentes,quinquaginta trãsmisimus.Et ne forsitan minus esset,alios decem superaddidimus.Ne verò & hoc adhuc minus esset,alios duodecim iungi fecimus. In hoc autẽ cognoscimus charitatem vestram, quia de nobis ita præsumitis,sicut vos pręsumere debetis.

LXVI. Item idem Iuliano gloriæ vestræ scripta suscipiẽs, legẽda lętus aperui,sed tristis perlecta replicaui.In eis quippe dicebatur quod pudoris causa fuerit,mihi vos ea quæ dicenda erant,tempore longo tacuisse.Et certum est quia minus amatur, qui adhuc erubescitur. Absque modo cõtristatus sum,quia me à vobis comperi minus quàm æstimaueram amari. In hoc autem valde me continetis, si mercedis causas mihi assiduè prouidendas studiosè requiritis. Nec debet esse verecundiæ ei aliquid de eleemosynis importunè dicere, quem constat non res suas, sed ad dispensandum res pauperum habere. De causis itaque mercedis apud episcopũ liberè agere debuistis, etiã si meum animum qualis in amore vestro existeret nesciretis. Postquam autem & nos omnino gloriam vestram diligimus, & dispensationis locum in rebus (sicut scitis) pauperum tenemus:vestra (fateor) verecundia valde accusabilis fuit. Quam ideo tot verbis increpando insequor, vt hanc à corde vestro funditus repellam:& in mercedis causis magnũ solacium vestræ pronisionis habeam. Monasterio itaque vestro quod à vobis in Catinensi vrbe constructum est,per Adrianũ notarium & rectorem patrimonij emissa præcepti pagina decẽ annuos solidos dare deputauimus.Quos petimus sine iniuria suscipi,quia non hoc vobis nostra oblatio, sed sancti Petri apostolorum principis benedictio offert.

LXVII. Sanè quia sunt nonnulli qui ea quidem quæ habẽt tribuunt,sed aliena quæ non habent, rapere non desistunt:& dum valde videri munifici appetunt, violẽter ab habentibus auferunt, quæ quasi misericorditer non habentibus largiantur:duas hic Gregorij epistolas insero, quibus liberalitatis eius innocẽtia mirabiliter doceatur.Ait enim in epistola Pantaleoni notario: Experiẽtia tua quod vel quale apud sacratissimũ corpus beati Petri apostoli iusiurandum præbuerit, memor est. Vnde nos quoque securi ei discussionis causas in patrimonia partis Syracusanæ cõmisimus. Oportet ergo te fidem tuam,& eiusdem beati Petri apostoli timorem semper ante oculos habere, atque ita agere,vt neque in præsenti vita ab hominibus, neque ab omnipotenti deo in extremo iudicio valeas reprehendi. Salerio siquidem chartulario nostro narrante cognouimus,quia modium eum quo coloni ecclesiæ frumenta dare compellebãtur, vigintiquinque sextariorum inueneris, quod omni modo execrati sumus, atq; eandẽ discussionis causam te tarde fecisse doluimus.Quia verò eũdem modium te fregisse,& iustum fecisse cõmemoras, gauisi sumus. Sed quia prædictus chartularius summam quoq; nobis indicare studuit, quæ de fraudibus conductorũ apud experientiam tuã iam de duobus territoriis est collecta,sicut te studiosè fecisse fracto iniusto modio gaudemus, quia in futuro nobis proderit: ita etiam de peccatis præteritis cogitamus,ne si ea quæ fraudulenter cõductores à rusticis abstulerũt,ad nos perueniãt:si peccata quæ ab ipsis perpetrata sunt,ad nos trahãtur. Et ideo volumus cũ omni fide omnique puritate,considerato timore omnipotẽtis domini, reducta ad memoriam districtione beati Petri apostoli,per vnã quanque massam colonos pauperes & indigentes experientiã tuã describere: atq; ex eis pecuniis quæ in fraudibus sunt inuẽtæ, vaccas,oues,porcosque cõparare, & singulis colonis pauperioribus eas distribuere.Quod facere te cum consilio viri reuerentissimi domini Ioannis episcopi, atq; Adriani chartularij & rectoris volumus. Si autẽ necesse propter cõsilium fuerit, etiam filius meus dominus Iulianus debet adhiberi,ita vt nullus alius hoc cognoscat,sed omnino secretũ sit. Vos igitur apud vos pertractate vtrũ in auro, an certè in pecuniis eisdem colonis pauperibus dari eadem continentia debeat. Quicquid verò cõmuniter steterit, prius descriptionem sicut prędixi facito,& postmodum singulis iuxta qualitatẽ suæ paupertatis distribuere studę. Ego enim (sicut magister gẽtium testatur) habeo omnia, & abũdo,nec pecunias, sed mercedẽ quæro. Ita ergo age, vt in die iudicij de eadem causa mercedis,quæ experiẽtiæ tuæ cõmissa est,mihi fructum quem feceris,ostendas. Quod si purè & fideliter ac strenuè egeris,& hic illum in filiis tuis recipies,& postmodum retributionem

Universidad de Deusto Biblioteca

hem plenariam in æterni iudicij examine habebis.

LXVII. Item idem Petro subdiacono. Quod responsalem tuum tardè dimisimus, Paschalis festiuitatis occupationibus implicati eũ relaxare citius minime valuimus. Causas verò in quibus indicandum curasti, omnes subtiliter perquirẽtes qualiter dispoſuerimus, infernus agnoſces. Cognouimus rusticos Eccleſię vehementer in frumẽtorum preciis aggrauari, ita vt instituta ſumma eis in comparatione, abundantiæ tempore non ſeruetur. Et volumus vt iuxta precia publica omni tempore ſiue minus ſiue amplius frumenta naſcantur, in eis cõparationis menſura teneatur. Frumẽta autem quæ naufragio pereunt, per omnia volumus reputari, ita tamen, vt à te negligentia ad trãſmittendũ minimè fiat: ne dum tranſmittendi tempus negligitur, damnum ex vitio veſtro generetur. Valde autẽ iniquum & iniuſtũ eſſe perſpeximus: vtà ruſticis Eccleſiæ de ſextariaticis aliquid accipiatur, & ad maiorem modium dare compellãtur, quàm in horreis Eccleſiæ infertur. Vnde præſenti admonitione præcipimus, vt plus quàm decem & octo ſextariorum modio nunquam à ruſticis Eccleſiæ frumenta debeãt accipi: niſi forte ſiquid eſt quod nautæ iuxta conſuetudinem ſuper accipiũt, quod minui ipſi *in nauibus atteſtãtur*. Cognouimus etiam *in aliquibus maſsis Eccleſiæ* exactionem valde *iniuſtiſsimam* fieri, *ita* vt ad ſeptuaginta *vnas & ſemis* (quod dici nefas eſt) conductores exigãtur. Et adhuc neq; hoc ſufficit: ſed inſup aliquid ex vſu iam multorum annorũ exigi dicũtur. Quã rem omnimodo deteſtamur, & amputari de patrimonio funditus volumus. Sed tua experientia ſiue in hoc quod per libram amplius, ſiue in aliis minutis oneribus, & quod vltra rationis æquitatẽ à ruſticis accipitur, penſet: & omnia in ſummam penſionis redigat, & prout vires ruſticorum portant, penſionem integram, & penſatam ad ſeptuaginta vini lagenas perſoluãt: & neque ſiliquas extra libras, neq; libram maiorẽ exigere debeant: ſed per eſtimationem tuam prout virtus ſufficit, in ſummam pẽſionis creſcat: & ſic turpis exactio nequaquam fiat. Ne verò poſt obitum meum hęc ipſa onera quæ ſuper penſum illata ſubtraximus, & in capite pẽſionis fecimus creſcere, iterum in quolibet addantur, & inueniatur ſumma penſionis augeri, & onera adiectionis inſuper ruſtici ſoluere compellãtur: volumus vt ſecuritatis libellos ita de penſionibus facias, quatenus in primis dicas tãtam penſionem vnũquenque perſoluere debere, inibi abiectis ſiliquis oleribus vel granaticis. Quod autem ex his minutiis in vſum rectoris accedebat, volo vt hoc ex præſenti iuſſione noſtra ex ſumma penſionis in vſu tuo veniat. Ante omnia hoc te volumus ſolicitè attẽdere, ne iniuſta pondera in exigendis penſionibus ponantur: ſed ſiqua talia inueneris, frange, & noua & recta conſtitue: quia & filius meus ſeruus dei diaconus iam talia inuenit quæ ipſi diſplicerent: ſed licẽt iam hæc immutare non habuit. Super iuſta ergo pondera præter ex-
& villicibalia. cepta & villicilia * nihil aliud volumus à colonis Eccleſiæ exigi. Præterea cognouimus quòd prima illatio burdationis ruſticos noſtros vehemẽter anguſtet, ita vt prius quam labores ſuos venundare valeant, compellantur tributa perſoluere. Quæ dũ de ſuo vnde dare non habent, ab actionariis publicis mutuò accipiũt, & grauia cõmoda ex eodem beneficio perſoluũt. Ex qua re fit vt diſpendiis grauibus coanguſtentur. Vnde præcipimus præſenti admonitione, vt plus quã decem & octo ſextariorum nũquam exigatur: & omne quod mutuum pro eadem cauſa ab extraneis accipere poterant, à tua experientia in publico detur: & à ruſticis Eccleſiæ paulatim vt habuerint accipiatur: ne dum in tempore coanguſtãtur, quod eis poſtmodum ſufficere inferendo* poterat, prius compulſi vilius vẽ- * *in inferẽdum.*
dãt, & hoc eis minimè ſufficiat. Peruenit etiam ad nos quòd de nuptiis ruſticorum immoderata cõmoda percipiantur. De quibus præcipimus vt omne cõmodum nuptiarum vnius ſolidi ſummã nullatenus excedat. Si qui ſunt pauperes, etiam minus dare debẽt. Si qui aut diuites, præfati ſolidi ſummam nullatenus tranſgrediãtur. Quod nuptiale commodum nullatenus volumus in noſtra ratione redigi, ſed vtilitati cõductorũ proficere. Cognouimus etiã quod quibuſdam conductoribus morientibus parentes ſui nõ permittuntur ſuccedere, ſed res eorum ad vſus Eccleſiæ pertrahuntur. De qua re diffinimus, vt parẽtes moriẽtium qui in poſſeſsione Eccleſiæ degunt, hæredes eis ſuccedere debeant, nec aliquid de ſubſtantia morientium ſubtrahatur. Si verò filios paruulos aliquis reliquerit, quouſque ad ætatem talem veniant, vt ſubſtãtiam ſuã regere valeant, perſonæ eligantur cautæ quibus parentum eorum res tradi debeant ad cuſtodiendum. Cognouimus etiã quòd ſiquis ex familia culpam fecerit, non in ipſo, ſed in eius ſubſtantia vindicatur. De qua re præcipimus, vt quiſquis culpam fecerit, in ipſo quidem vt dignũ eſt vindicetur: à cõmodo autẽ eius omnimodo abſtineatur, niſi forte parũ aliquid, quod in vſum executoris qui ad eum trãſmiſſus fuerit, proficere poſsit. Cognouimus etiã quia quotiẽs cõductor aliquid à colono ſuo iniuſte abſtulerit, hoc quidẽ à cõductore exigitur, ſed ei non redditur à quo ablatum eſt. De qua re præcipimus, vt quicquid violenter cuilibet ex familia ablatum fuerit, ipſi reſtituatur, cui ablatum eſt: & vtilitati noſtræ nõ proficiat: ne nos ipſi auctores eſſe violentiæ videamur. Præterea volumus, vt ſi quando eos qui ſunt in obſequio experiẽtiæ tuæ, in aliquibus cauſis quæ ſunt extra patrimonium, trãſmittis: parua quidem ex eis commoda accipiant, ſed tamen ita, vt in eorum vtilitate proficiant, vt nulla ſibi exinde lucri commoda ſub ſpecie noſtræ vtilitatis requirãt: quia nos ſacculum Eccleſiæ ex lucris turpibus nolumus inquinari. Iubemus etiam vt hoc experientia tua ſummopere cuſtodiat, vt per commodum conductores in maſsis Eccleſiæ nunquã fiant, ne dum commodum quæritur, conductores frequenter immutentur. Ex qua mutatione quid aliud agitur, niſi vt Eccleſiaſtica prædia nunquam colantur? Sed & ipſa etiam libellatica prout ſumma pẽſionis fuerit moderentur. Res, cellas, & cellaria nõ plus de maſsis Eccleſiæ te accipere volumus: niſi quantum cõſuetudo eſt. Tua autẽ quæ comparari * iuſsimus, * *Te autem quæ comparare.*
ab extraneis comparẽtur. Peruenit autem ad nos, tres libras auri Petro conductori de Subpatriana iniuſtè ablatas: de qua cauſa Fantinum defenſorem ſubtiliter require: & ſi manifeſtè iniuſte & incompetenter ablatæ ſunt, ſine aliqua tarditate reſtitue. Cognouimus etiam ruſticos burdationem quam iã ab eis exactam Theodoſius minime perſoluerat iterũ dediſſe: ita vt in duplo exacti ſint. Quod ideo factum eſt quia eius ſubſtantia ad debitum Eccleſiæ non ſufficiebat. Sed quoniã à filio noſtro ſeruo dei diacono edocti ſumus, quod ex rebus ſubſtãtię eius poſsit hoc ipſum dãnum ſufficienter reſarciri, volumus quingentos ſeptem ſolidos

Universidad de Deusto
Biblioteca

lidos eisdē rusticis sine aliqua imminutione restitui, ne in duplo videantur exacti. Si autem supra dānum rusticorum etiam quadraginta solidi de reb⁹ Theodosij remanent, quos & apud te diceris habere, volumus vt filiæ eius reddantur, vt res suas quas in pignore dederat recipere debeat. Cui etiā buciola patris sui restitui volumus. Campanianus gloriosus magister militū duodecim solidos annuos Ioanni notario suo reliquerat ex massa Varroniana: quos dare te annis singulis sine aliqua diminutione precipimus, nepti Eupli conductoris, quanuis omne mobile eiusdē Eupli perceperit, exceptis duntaxat solidis. Dare etiam de solidis illius te volumus solidos viginti quinque. Suppositorium aliquod argenteū pro vno solido dicitur esse appositum, & calix pro sex solidis dicitur esse appositus. Interrogato Dominico secretario, vel aliis qui scire possunt, debitū recipe, & vascula præfata restitue. Agimus autem gratias solicitudini tuæ, quia de causa fratris mei præcepi tibi vt argentum illius retrāsmittere debuisses: & sic obliuioni mandasti, ac si tibi aliquid ab extremo mancipio tuo diceretur. Quod iam vel modò nō experientia sed negligentia tua studeat implere: vel quicquid eius apud Antoninū fuisse cognoueris, sub omni velocitate retransmitte. De causa Salpingi Iudæi epistola aliqua est inuenta, quam tibi fecimus transmitti, vt eam relegens, & subtiliter causam eius, vel viduę cuiusdam quæ in eodem negotio dicitur implicata, cognoscens, de quinquaginta vno solidis qui redhiberi noscuntur, sicut iustum tibi visum fuerit, responsum facias, ita vt res alienæ iniustè nullo modo à credituariis defraudentur. Antonini* medietas legati sui data est, medietas redimetur: quā medietatem ex communi substantia eis volumus adimpleri: & non solùm eis, sed etiam defensoribus & peregrinis quibus legati titulo aliquid dereliquit: & familiæ legatū persolui volumus, quod tamen ad nos pertinet. Collecta ergo ratione pro nostra parte, id est pro nouem vnciis persolue. De solidis ecclesiæ Canusinæ volumus vt aliquid clericis eiusdē ecclesiæ largiaris, quatenus & ij qui nunc inopiam patiuntur: sustentationem aliquam habeant: & si illic deus voluerit ordinare episcopū, habeat vnde subsistat. De lapsis sacerdotibus, vel quolibet ex clero, obseruare te volumus, vt in rebus eorum nulla cōtaminatione miscearis, sed pauperrima regularia monasteria require, quæ secundum deum viuere sciunt: & in eisdem monasteriis ad pœnitētiam lapsos trade, & res lapsorum in eo loco proficiāt, in quo agere pœnitentiam traduntur: quatenus ipsi ex rebus eorum subsidium habeant, qui de correctione eorū solicitudinem gerūt. Si verò parentes habent, res eorum legitimis parentibus dentur: ita vt eorum stipēdium qui in pœnitentiam dati fuerint, sufficienter debeat procurari. Siqui verò ex familia ecclesiastica sacerdotes vel leuitæ, vel monachi, vel clerici, vel quilibet alij lapsi fuerint, dari eos in pœnitentiam volumus, sed res eorum ecclesiastico iuri non subtrahi, ad vsum tamen suum accipiāt, vnde ad pœnitendum subsistant: ne si nudentur, locis in quibus dati fuerint, oneroſi sint. Siqui parentes in possessione habent, ipsis res eorum tradendæ sunt, vt ab ipsis iuri ecclesiæ cōseruentur. Ante triennium subdiaconi omnium ecclesiarum Siciliæ prohibiti fuerant vt more Romanæ ecclesiæ suis vxoribus nullatenus miscerentur. Quod mihi durum atque incompetens videtur, vt qui vsum eiusdem continentiæ non inuenit, neque castitatem antè proposuit, compellatur à sua vxore separari, atq; per hoc (quod absit) deterius cadat. Vnde videtur mihi vt à præsenti die episcopis omnibus dicatur, vt nullum facere subdiaconū præsumant, nisi qui se victurum castè promiserit: quatenus & præterita quæ proposito mentis appetita non sunt, violenter non exigantur: & futura cautè caueantur. Qui verò post eandem prohibitionem quæ ante triennium facta est, cōtinenter cum suis coniugibus vixerunt, laudandi atque remunerādi sunt, vt in bono suo permaneant exhortandi. Eos autem qui post prohibitionem factam se à suis vxoribus continere noluerunt, peruenire ad sacrū ordinem nolumus: quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. Liberato negotiatori, qui se ecclesiæ cōmendauit, qui habitat in massa Cinciana*, annuam conti nētiam à te volumus fieri. Cuius cōtinentiæ summā ipse æstima, qualis esse debeat: vt renunciata nobis, in tuis rationib⁹ possit imputari. De præsenti verò indictione iam à filio nostro seruo dei diacono percepi, Fantinum defensorem Ioannes quidam monachus moriens in sex vncias hæredem dimisit. Cui hoc quidem quod dimissum est trade, sed contestare eum, vt hoc facere vlterius non præsumat: sed pro labore suo statue quod accipiat: vt ei vacuus labor suus esse non debeat: & hoc meminerit, vt qui ecclesiæ stipendiis subsistit, ad lucra propria non anhelet. Siquid verò sine peccato & sine appetitu cōcupiscentię, per eos qui causas ecclesiæ agunt, ad ecclesiā venerit: dignum est vt ipsi vacui ex labore suo esse non debeāt: sed nostro seruetur iudicio qualiter debeant remunerari. De argento Rusticiani causam subtiliter require: & quod tibi iustum videtur, exequere. Alexandrum virum magnificum admone, vt causam suam cum sancta ecclesia dicere debeat. Quod si forte facere neglexerit, eandem causam cum timore dei honestate seruata vt potes exequere. In qua re etiam largiri aliquid te volumus: & si potest fieri, quod aliis dandum est, ipsi relaxetur, dummodo causam quam nobiscum habent, peragat. Donationem ancillæ dei quæ lapsa est, & in monasterio præfato data, omni postposita tarditate restitue: quatenus ipse locus (vt superius dixi) rerū eius stipēdia habeat, qui eius solicitudinis labores portat. Sed & quicquid ab aliis ex eius substantia tenetur, recollige, & monasterio trade. Pēsiones xenodochij de via noua quantas mihi indicasti, quia apud te habes, nobis dirige. Actionario autē quem in eodē patrimonio deputasti, prout tibi videtur, ei aliquid elargire. De ancilla ei quę cum Theodosio fuit, Extranea nomine: videtur mihi vt ei continentiam facias, si vtile cōspicis: aut certè donationem quam fecit, reddas. Domum monasterij quam Antoninus datis* triginta solidis à monasterio tulerat, receptis solidis omni postposita tarditate restitue. Amulas onychinas requisita subtiliter veritate restitue, quas per portitorem pręsentium retransmisi. Saturninū, si vacat, & occupatus apud te non est, ad nos dirige.

Felix cōductor domnę Campanæ, quem liberum reliquerat, atque indiscussum esse iusserat, dixit sibi*à Maximo subdiacono septuaginta duos solidos ablatos: pro quibus dandis asseruit, quia omnes res suas quas in Sicilia habuit, vel venundedit, vel apposuit. Sed scholastici dixerunt quia de fraudibus indiscussus esse non potest, dum tamen ad nos de Campania reuertere-

*Antonio.

*Cātiana.

*gratis

*sibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reuerteretur, facta tẽpestate mortuus est. Cuius te volumus vxorem & filios requirere: & quicquid vel apposuerat vel vendiderat, apposita absolue, de venditis precium restitue: & insuper eis aliquod alimentũ prębe, quia Maximus Siciliam miserat: & ibi quæ asserebat ei abstulerat. Cognosce ergo quę culta sunt, & vxori filiisque eius sine aliqua mora restitue. Hæc omnia solicite relege: omnęque illã familiarẽ tuã negligentiã postpone. Scripta mea ad rusticos quæ direxi, p omnes mailas fac relegi, vt sciãt quid sibi cõtra violẽtias suas ex auctoritate nostra defendere debeãt: eisq; vel authẽtica vel exẽplaria eorum dẽtur. Vide vt omnia absque imminutione custodias: quia de his quæ tibi pro seruãda iustitia scribo, ego absoluor: & tu si negligis, obligaris. Terribilẽ iudicẽ venientẽ cõsidera: & de aduentu illius nũc tua cõsideratio cõtremiscat: ne tunc sine causa iam timeat, cum coram illo cœlum & terra tremuerint. Audistis quid volo: vide quid agas.

LXX. Hactenus de Gregorianę liberalitatis innocẽtia me retulisse sufficiat, cæterũm quia famis tempore, vt videlicet haberet vnde Christi pauperibus subueniret, frumenta cõparare studebat, nullo modo prætermittam. Ait enim in alia epistola eidem Petro subdiacono inter cætera: Quinquaginta auri libris noua frumenta ab extraneis compara: & in Sicilia in locis in quibus non pereant repone: vt mense Februario illuc naues quãtas possumus dirigamus, vt eadẽ ad nos frumenta deferãtur. Sed & si nos transmittere cessamus, ipse naues prouide, & ad nos auxiliãte domino hæc ea dẽ frumẽta Februario mẽse transmitte, exceptis duntaxat frumentis quę nunc mense Septẽbrio vel Octobrio iuxta consuetudinem trãsmitti præstolamur. Ita ergo tua experientia faciat, vt sine alicuius vexatione coloni ecclesiastici frumenta congregentur: quia tam hic parua natiuitas fuit, vt nisi auxiliante deo de Sicilia frumẽta cõgregentur, fames vehemẽter immineat.

LXXI. Huius liberalitatis multitudinem quidã eremitarũ vir magnæ virtutis (qui nihil in mundo possidebat præter vnam cattam, quam blãdiens crebrò quasi cohabitatricem in suis gremiis refouebat) cognoscẽs, orasse fertur ad dominum, vt sibi ostendere dignaretur quam futuræ remunerationis mansionem sperare debuisset, qui pro illius amore seculum deserẽs, nil ex eius diuitiis possideret. Cumq; nocte quadam dormiret, cognouit sibi reuelatum fuisse, vt cum Gregorio Romano pontifice mansionem sibi præparãdam sperare debuisset. At ille fortiter ingemiscens parum sibi profuisse volũtariam rerum inopiam, tantaq; suæ remotionis ieiunia putabat, si cum eo mansionem reciperet, qui tantis mundialibus diuitiis redundaret. Cũ verò Gregorianas diuitias suæ paupertati die noctuq; suspirando conferret, alia nocte quiescẽs audiuit sibi dominũ in somnis dicentẽ: Quãdò diuitẽ non possessio diuitiarum faciat, sed cupido: cur audes paupertatem tuã Gregorij diuitiis cõparare, qui magis illam cattã quam habes, cotidie palpãdo, nulliq; cõferendo, diligere cõprobaris, quam ille qui tantas diuitias non amando sed contemnendo cunctisque liberaliter largiendo dispergit? Ita solitarius increpatus deo gratias retulit: & qui meritũ suũ decreuisse putauerat si Gregorio conferretur, orare vehementius cœpit, vt cũ eo mansionem quãdoque percipere mereretur. Sed istius iam secũdi libri finis aduenit: vt quæ secuturã sunt, auxiliante domino tertius prosequatur.

EXPLICIT LIBER SECVNDVS.

INCIPIVNT CAPITVLA libri tertij.

1 Quibus Gregorius studiis cõmissam sibi regebat ecclesiam.
2 Quantis auctoritatibus contra simoniacam & neophytorum hæreses dimicarit.
3 Quòd pro eisdem fieri synodum iusserit.
4 Quòd contra easdem totis viribus non pugnantes, cum Simone mago portionem habituros prædixerit.
5 Quàm sapienter etiam pastellaticũ pro vsu pallij vel consecratione pontificis dari siue accipi prohibuerit.
6 Quòd tria genera simoniacæ datiõis notauerit.
7 Quòd in ordinandis episcopatibus neque cardinalibus ecclesiæ suæ neque monachis pepercerit.
8 Quòd violenter neminẽ omnino promouerit.
9 Quod violẽter promotos, in pristinum gradum reduxerit.
10 Quòd ab aliis calumnioſẽ deiectos in ordines suos restituit.
11 Quod cardinales in forensibus parochiis promotos ad cardinem reuocauerit.
12 Quod vndecunque meliores eligere potuerat episcopos consecrabat, & quanta districtione consecrandos examinaret.
13 Quod etiam alterius diœcesis episcopos ad regendas suæ diœcesis ecclesias inuitabat.
14 Quemadmodum episcopatuum sedes vnierit.
15 Quòd vacantes episcopos vacantibus incardinarit ecclesiis.
16 Quod inthronizatis episcopis expulsos præsules iunxerit.
17 Quod sedium loca mutauerit.
18 Quòd nulla occasione pontificem ab vna in aliam ecclesiã aut mutauerit, aut mutari permiserit.
19 Quod alterius parrochianũ sibi cardinalem sacrauerit.
20 Qualiter alterius ecclesiæ clericos aliis incardinari permiserit.
21 Quod nunquam prioribus clericis posterius ordinatos prætulerit.
22 Qualiter defunctorũ episcoporum ecclesias vicinas visitandas committebat.
23 Quod pro inuentario faciendo nihil accipiendum decreuerit.
24 Quòd consuetudines dationum vel xeniorum repulerit.
25 Quod episcopos ad vrbem Romanam nisi semel in quinquennio venire statuerit.
26 Quòd etiam rerum precia susciperе recusarit.
27 Quòd suffraganeis suis episcopis necessaria prerogarit.
28 Quam curioſe ab eisdem sanctitatem sapiẽtiam & liberalitatem quærebat.
29 Vbi Marinianum episcopum auaritia notat.
30 Vbi Serenum episcopum pro confractis imaginibus arguit.
31 Vbi Ianuarium episcopum suas iniurias vindicantem deterret.
32 Vbi eundem pro exaratione messis exasperat.

Vbi

33 Vbi Desiderium episcopum pro lectione librorum gentilium corripit.
34 Vbi natalem episcopum de negligentia simulq; conuiuiis reprehendit.
35 Quòd facetissimè eũdem propriis assertionibus obligat.
36 Quod episcopos ab ecclesia sua deesse vetuerit.
37 Quod episcopos per diuersa loca nõ vagari censuerit.
38 Quòd lapsum proprię amitę nõ dubitauerit memoriæ commendare.
39 Vbi Vitalianum episcopum pro fœmina quę religiosum habitum mutauerat arguit.
40 Vbi Sergium defensorem pro negligentia reprehendit.
41 Vbi Paschasium episcopum pro fabrica nauis & sui vilitate compescuit.
42 Vbi Campanorũ episcoporum & Victoris Panormitani negligentias increpat.
43 Quam moderatè Andream episcopum pro cõcubina diiudicat.
44 Quod à prauis consiliariis abstinendũ cẽsuerit.
45 Quod lapsos vel criminosos ab episcoporũ familiaritate repulerit.
46 Quod restringendam præpositorum iram & vnius culpam alij non esse nociuam statuerit.
47 Quod liberos homines verberari vel includi vetuerit.
48 Qualiter iudicum vitia redarguens publicarit.
49 Quod instigante diabolo iudices contra eum sæuierint.
50 Vbi Mauritio imperatori pessimã legem ferenti viriliter contradicit.
51 De hypocrisi Ioannis Constantinopolitani episcopi se vniuersalem fatentis.
52 Vbi augustales litteras pro eo supplicantes redarguit.
53 Vbi tempora Mauritij moresq; deturpat.
54 Vbi superbiam hypocritæ sapienter eneruat.
55 Vbi constantiam suam demonstrans asserit se pro imperatore fidem nullatenus perditurũ.
56 Quamobrem postulatas reliquias imperatrici non dederit.
57 Quod vsque ad illa tempora Romanus pontifex brandeum conferebat.
58 Quantis miraculis vestes sancti Ioannis claruerint.
59 Quid sit de eisdem vestibus sentiendum.
60 Quod Gregorius pestem vniuersalis nominis, à totius ecclesiæ suæ vniuersitate repulerit.

EXPLICIVNT CAPITVLA
libri tertij.

LIBER TERTIVS.

TALIBVS venerabilis papa Gregorius commissam sibi diuinitus ecclesiam studiis efficaciter gubernabat. Iam Ligures, Venetos, Hiberos, alioscq; à schismate sub libello confessos, Chalcedonensem synodum venerari cõpellens, ad vnitatem sanctæ ecclesiæ reuocarat. Iam Barbaricinos, Sardos & Campaniæ rusticos tam prædicationibus quàm verberibus emẽdatos, à paganizãdi vanitate remouerat. Iam Donatistarum hæresim penes Aphricam, Manichæorum penes Siciliam, Arrianorum penes Hispaniam, Agnoitarum verò penes Alexandriam, scriptorum suorum validissimis auctoritatibus, importunissimisque legationibus domino suffragante à corpore totius sanctę matris ecclesiæ sequestrarat. Sola penes Galliam neophytorum hæresis quot simoniacis muneribus, quasi tot radicibus pullulãs, lõgè lateq; prorsus excreuerat, & manebat. Contra quam venerabilis pater apud Brunichildem reginam, Theodoricum quoque & Theodobertum Francorum reges fortiter expugnauit, donec collecta generali synodo hãc sub anathemate damnãdam penitus impetraret: nec ante Syagrio episcopo Augustudunensi, regina & regibus multis precibus flagitantibus, palliũ dedit, quàm præsente Cyriaco suo abbate ipsi quod de propellẽdis hæresibus moniti fuerãt, adimplerent. Nam pro his Brunichildi reginæ inter cætera scribit dicens: Sacerdotale officium in tantam illic (sicut didicimus) ambitionem perductum est, vt sacerdotes subitò (quod graue nimis est) ex laicis ordinentur. Sed quid isti acturi, quid populo præstaturi sunt, qui non ad vtilitatem, sed fieri ad honorem episcopi concupiscunt? His igitur qui necdum quod docere debeant didicerunt, quid aliud agitur, nisi vt paucorum prouectus illicitus fiat multis interitus, & in confusionem ecclesiasticæ moderationis obseruantia deducatur? Quippe vbi nullus regularis ordo seruatur. Nam qui ad eius regimen improuisus vel præcipitatus accedit, qua admonitione subiectos ædificet, cuius exemplum nõ rationem docuit, sed errorem? Pudet profectò, pudet aliis imperare, quod ipse nescis custodire. Nec illud quidem, quod simili emendatione radẽdum est, præterimus, sed omnino execrabile & esse grauissimũ detestamur, eò quòd sacri illic ordines per simoniacam hæresim (quæ prima contra ecclesiam orta, & districta maledictione damnata est) conferantur. Hinc ergo agitur, vt sacerdotalis dignitas in despectu, & sanctus sit honor in crimine. Perit vtiq; reuerentia, adimitur disciplina: quia qui culpas debuit emẽdare, cõmittit, & nefaria ambitione honorabilis sacerdotij ducitur in deprauationem censura. Nam quis denuo veneretur quod venditur. Aut quis non vile putet esse quod emitur? Vnde valde contristor, & terræ illi condoleo: quia dũ spiritũ sanctũ quẽ per manus impositionem omnipotẽs deus hominibus largiri dignatur, diuino munere habere despiciunt, sed prẽmiis assequũtur: sacerdotium illic subsistere diu nõ arbitror. Nã vbi dona supernæ gratię venalia iudicãtur, ad dei seruitium non vita quæritur, sed magis contra dominum pecunia veneratur.

Item de eisdem Theodorico & Theodeberto regi- II.
bus

bus Francorum post aliqua. Fertur Simoniaca hæresis (quæ prima contra dei ecclesiam diabolica plantatione subrepsit, & in ipso ortu suo telo apostolicę vltionis percussa atque damnata est) in regni vestri finibus dominari: cum in sacerdotibus fides sit eligenda cum vita, quæ si deest, fides meritum non habet, beato Iacobo attestante, qui ait: Fides sine operibus, mortua est. Quæ enim opera esse valeāt sacerdotis qui honorem tanti sacramenti cōuincitur obtinere per præmium. Ex qua re agitur, vt ipsi quoq; qui sacros ordines appetunt, non vitam corrigere, non mores componere studeant, sed diuitias quibus sacer honor emitur, cōgregare. Hinc fit etiam vt insontes & pauperes à sacris ordinibus prohibiti despectiq; resiliant: & dum innocentia pauperis displicet, dubium non est quòd præmium illic delicta commendet: quia vbi aurum placet, & vitium. Hinc igitur nō solùm in ordinatoris & ordinati animam lethale vulnus infigitur, verùm etiā excellētiæ vestræ regnum, episcoporū culpa (quorum magis intercessionibus iuuari debuerat) pregrauatur. Si enim is dignus sacerdotio creditur, cui nō actionis merita, sed præmiorū copia suffragatur: restat vt nihil sibi in honores ecclesiasticos gratuitas, nihil defendat industria, sed totum auri *profanus amor obtineat*: & dum vitia honore *munerātur, in locum vitoris, is qui* fortasse fuerat *vlciscendus*, adducitur: atque hinc sacerdotes *non proficere*, sed perire potius indicantur. *Vulnerato* nanque pastore, quis curādis ouibus adhibeat medicinam? Aut quādo populum orationis clypeo tueatur qui iaculis se hostium feriēdum exponit? Aut qualem de se fructum productus est, cuius graui peste radix infecta est? Maior ergo metuēda est locis illis fore calamitas, vbi tales intercessores ad locū regiminis adducuntur, qui dei in se magis iracundiam prouocent, quam per semetipsos populis placare debuerant. Nec hoc quoque malum solicitudo nostra patitur negligēter omittere, quòd quidam instinctu glorię inanis illecti, ex laico repentè habitu sacerdotij honorem arripiunt: & (quod dicere pudet, & tacere graue est) regendi, rectores: & qui docendi sunt, doctores nec erubescunt videri, nec metuunt. Ducatū animarum impudenter assumunt, quibus via omnis ignota doctoris est: & quò vel ipsi gradiantur, ignari sunt. Nam dum dux exercitus non nisi labore & solicitudine expertus eligitur quales animarū duces esse debeant, qui episcopatus culmen immatura cupiunt festinatione conscendere. Huius saltim rei se comparatione considerent, & aggredi repentè inexpertos labores timeant ne cęca honoris ambitio & ipsis in pœna sit, & *aliis* pestifera erroris semina iaciant, quippe qui non didicere quod doceant. Proinde paterno salutantes affectu, petimus præcellentissimi filij, vt tā detestabile malū de regni vestri studeatis finibus prohibere: & nulla apud vos excusatio, nulla contra animam vestram suggestio locum inueniat: quia faciēntis proculdubio locum * habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare. Item pro eisdem hęresibus Syagrio episcopo Augustudunensi. Nuncio apud nos olim discurrente vulgatum est, quòd in Galliarū partibus sacri ordines per Simoniacā hæresim conferantur. Et vehementi tædio mœroris afficimur, si in ecclesiasticis officiis quenquam habet locum pecunia, & fit seculare quod sacrum est. Quicūq; ergo hoc precij studet datione percipere: sacerdos nō esse, sed dici tātummodo inaniter concupiscit. Quod scilicet quid per hoc aliud agitur, nisi vt nulla de actu pbatio, nulla solicitudo de moribus, nulla sit de vita discussio, sed ille solummodo dignus, qui dare precium sufficerit, æstimetur? Ex qua re, si recti libraminis examinatione pensetur, dum improbè ad inanem gloriam locum festinat vtilitatis arripere, eo ipso magis, quòd honorem quærit, indignus est. Sicut autem is qui inuitatus renuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus admouēdus: sic qui vltro ambit, vel importunum se ingerit, est proculdubio repellēdus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid aliud agit nisi vt crescēdo decrescat, & ascendendo exterius, interius in profunda descendat. Itaque frater charissime in sacerdotibus ordinādis synceritas vigeat, sit simplex sine venalitate consensus, pura pręferatur electio: vt ad summa sacerdotij non suffragio venditorum prouectus, sed dei credatur esse iudicio. Nam quia graue omnino sit facinus, dei donum vel precio comparare, vel vendere, euangelica est testis auctoritas. Templum enim dominus & redēptor noster ingressus, cathedras vendētium columbas euertit. Quid aliud est columbas vendere, nisi precium de manus impositione percipere, & sanctum spiritum quem omnipotens deus *hominibus tribuit*, venundare. Quorum sacerdotium ante *dei oculos* cadere, cathedrarum vtique patenter euersione signatum est: & tamē exerit adhuc nequitiæ prauitas vires suas. Nam cogit vendere, quos decepit vt emerent. Et dum nō attenditur quod diuina voce præcipitur, Gratis accepistis, gratis date: agitur vt crescat, & geminata fiat in vno eodemq; delicto conditio ementis scilicet & vendentis. Et cū liqueat hanc hæresim ante omnes radice pestifera surrepsisse, atque in ipsa *sua origine* apostolica esse detestatione dānatam: cur non cauetur, cur non perpenditur, quia bene dictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc, vt fiat hæreticus, promouetur? Plerunq; igitur aduersarius animarum dum nō potest in his quæ ad faciem sunt praua, surripere, callida specie quasi pietatis iniecta nititur supplantare: suadetque forsitan debere ab habentibus accipi, vt sit quod possit non habentibus erogari, dum modo vel sic venena mortifera eleemosynæ celata obumbratione transfundat. Nam nec venator feram, nec auem auceps deciperet, vel piscem piscator caperet, si aut ille laqueum in aperto proponeret, aut ille hamum esca absconditum non haberet. Omnino ergo metuenda & cauenda est hostis astutia, ne quos aperta nequit tentatione subuertere, latente telo sæuius valeat trucidare. Neq; enim eleemosyna reputāda est, si pauperibus dispensetur quod ex illicitis reb° accipitur: quia qui hac intētione male accipit, vt quasi bene dispēset, grauatur potius quàm iuuatur. Eleemosyna redemptoris nostri oculis illa placet, quę non de illicitis & iniquitate cōgeritur, sed quæ de rebus concessis & bene acquisitis impenditur. Vnde etiam illud certum est, quia & si monasteria aut xenodochia, vel quid aliud construatur, mercedi non proficit: quoniā dum peruersus & emptor honoris in locum transmittitur, & alios ad sui similitudinem sub commodi datione constituit: plura malè ordinando destruit, quàm ille potest ædificare, qui ab eo pecuniā ordinationis accepit. Ne ergo sub obtentu eleemosynæ cū peccato aliquid studeamus accipere, apertè sacra scriptura nos prohibet, dicens: ostiæ impiorum abominabiles domino quę offerūtur ex scelere. Quicquid enim in dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis

*Culpam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

potentis dei iracundiam non placat, sed irritat. Hinc rursus scriptum est: Honora dominũ de tuis iustis laboribus. Qui ergo male tollit, vt quasi bene præbeat: constat sine dubio quia dominum nõ honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur: Qui offert sacrificiũ de substãtia pauperis, ac si victimet filium in cõspectu patris. Quantus autem dolor patris sit perpendamus, si in eius conspectu filius victimetur: & hinc facilè cognoscimus quãto deus omnipotens dolore exasperatur, quãdo ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum est dilectissime frater, sub obtentu eleemosynæ peccata Simoniacæ hæresis perpetrare. Nam aliud est propter peccata eleemosynas facere, aliud propter eleemosynas peccata committere. Hoc quoq; ad nos peruenisse non dissimili, dignũ detestatione complectimur, quòd quidam desiderio honoris inflãmati, defunctis episcopis tonsurantur, & fiunt repentè ex laicis sacerdotes, atque inuerecundè religiosi prepositi ducatum arripiunt, qui nec esse adhuc milites didicerũt. Quid putamus quod isti subiectis præstaturi sunt, qui antè quàm discipulatus limen attingant, tenere locum magisterij non formidãt? Qua de re necesse est vt quamuis inculpati quisque sit meriti, antè tamen per distincta ordinis ecclesiastici exerceatur officia: videat quod imitetur: discat quod doceat: informetur quod teneat: vt postea non debeat errare, qui eligitur viam errantibus demonstrare. Diu ergo religiosa meditatione poliatur vt placeat: & sic lucerna super cãdelabrũ posita luceat, vt aduersa vẽtorũ vis irruens cõceptam eruditionis flammã nõ extinguat, sed augeat. Nã cum scriptum sit, vt prius quis probetur, & sic ministret: multo amplius antè probãdus est, qui populi interessor assumitur, ne fiant causa ruinæ populi, sacerdotes mali. Nulla igitur contra hoc excusatio, nulla potest esse defensio, quia cũctis liquidò notum est quæ sit in huius rei diligentia sancti Gregorij solicitudo doctoris, qui neophytũ ad ordines vetat sacros accedere. Sicut autem tũc neophytus dicebatur, qui initiò in sanctæ fidei erat eruditione plantatus: sic modò neophytus habẽdus est, qui repentè in religionis habitu plantatus, ad ambiẽdos honores sacros irrepserit. Ordinatè ergo ad ordines ascendendũ est. Nam casum appetit, qui ad summa loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quæritascensum. Et cum idẽ apostolus doceat inter alia sacri ordinis instituta discipulum, manum non esse cuiquam citius imponendam: quid hoc scelestius quídue præcipitatius, quàm vt exoriatur à summitate principiũ, & antè quàm esse incipiat discipulus, sit magister? Quisquis igitur sacerdotium non ad elationis pompam, sed ad vtilitatem adipisci desiderat: prius vires suas cum eo quod est subiturus onere metiatur: vt & impar abstineat, & ad id cum metu etiam qui se sufficere existimat, accedat. Ab re autem nõ facimus, si ad argumentum rationabilium, vsum rerum irrationabiliũ colligamus. Apta nanque ædificationibus de syluis ligna succiduntur: nec tamen adhuc viridibus ædificij põdus imponitur, nisi eorũ viriditatem multorum dierum mora siccauerit, & apta ad necessarium vsum effecerit. Quæ si obseruantia forte negligitur, citius superimposita mole frãguntur: & gignit ruinam, ad auxiliũ res prouisa. Hinc etenim medici qui corporum curam gerunt, quædam adiutoria recenti adhuc confectione formata indigenti nõ offerunt, sed maturanda temporibus derelinquunt. Nam si immaturè quis dederit, dubium non est quia sit causa periculi, res salutis. Discant itaque discant in officio suo sacerdotes, quibus animarũ credita est cura, seruare, quod diuersarũ artium homines docente ratione custodiunt: & à præcipiti se ambitione & si non metu, saltem pudore contineant. Sed ne forsitan adhuc praua se consuetudinis quisquam velit obiectu defendere, fraternitatis tuę discretio rationis eos freno coërceat, & labi in illicitis non permittat: quia quicquid vltione dignum est, non ad imitationis, sed potius ad exemplum debet correptionis adduci. Et post pauca,

III. De his itaque quæ superius dicta sunt, fraternitatẽ vestram auctore deo volumus synodum congregare: atque in ea reuerentissimo fratre nostro Aregio episcopo, & dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate mediantibus, omnia quæ sanctis canonibus (sicut prædiximus) sunt aduersa, districtè sub anathematis interpositione damnentur: id est, vt nullus pro adipiscendis ecclesiasticis ordinibus dare aliquid præsumat, vel pro datis accipere: neq; ex laico habitu quisquam repetè audeat ad locum sacri regiminis peruenire: neq; vt aliæ mulieres cum sacerdotibus habitent, nisi eæ quæ sacris canonibus sunt permissæ.

IIII. Has pestiferas hæreses cernens prudentissimus doctor Gregorius per sacerdotum cõniuentiam siue taciturnitatem magis magisq; diffusis muneribus (quasi pestifer cancer) nõ solùm infirma posse corrodere, verùm etiam fortia membra mucrone pulcherrimarum rerum corrũpere, diuino zelo commotus, Victori episcopo generalem sententiam protulit dicens: Quisquis ad hoc facinus, videlicet Simonię ac neophytorum hæresim emendandum, officij sui consideratione vehementer non arserit: cum ipso se habere nõ dubitet portionem, à quo prius hoc piaculare flagitium sumpsit exordium.

V. Cum verò quosdã cognosceret ad euitanda simoniacę hęresis crimina, pestiferę negociationis munera pastellaticum callidè vocitare, ac huiusmodi mutato nomine suę cupiditatis auaritiam velle cõtegere, prudentissimus doctor Gregorius sententiam quam in primordio sui pontificatus corã synodo promulgauerat, iteratò protulit, dicẽs: Antiquorum patrum regulam sequẽs, nulli quicquam de ordinationibus accipiendum esse constituo, neque ex datione pallij, neque ex traditione chartarum, neque ex ea quam noua per ambitionem simulatio inuenit, appellatione pastelli. Quia enim in ordinando episcopo põtifex manum imponit, euangelicam verò lectionem minister legit, cõfirmationis autem eius epistolã notarius scribit: sicut pontificem non decet manum quã imponit, vendere: ita minister vel notarius non debet in ordinatione eius vocem suam vel calamum venundare. Pro ordinatione ergo vel vsu pallij, seu chartis atque pastellis eundẽ qui ordinandus est, vel ordinatur, omnino aliquid dare prohibeo. Ex quibus prædictis rebus siquis hinc aliquid commodi appellatione exigere vel petere forte præsumpserit, in districto dei omnipotentis examine reatui subiacebit.

Item Ioanni episcopo Corinthiorum post multa, Nouit, inquit, fraternitas vestra quia prius palliũ nisi dato commodo nõ dabatur. Quod quoniam incongruum erat, facto concilio ante corpus beati Petri apostolorũ principis tam de hoc quàm de ordinationibus aliquid accipere sub districta interdictione vetuimus. Oportet ergo vt neque per commodum, neq;

per

per gratiam, aut quorundam supplicationem aliquos ad sacros ordines cõsentiatis vel permittatis adduci.

VI. Sed astuta turpissimæ cupiditatis iniquitas non sufferens tantis se commodis, licet turpissimis, immo periculosissimis, angustari, commentum satis artificiosum repert, quo scilicet illos sacerdotio sublimaret, qui sibi post cõsecrationem tãto subiectiores esse debuissent, quãto nõ diuino, quin potius humano iudicio se fuisse promotos ipsi proculdubio reputarent. Quapropter omnipotẽtis dei prẽco Gregorius in euãgeliorũ tractatib⁹, vt scilicet frequẽtius legi vel audiri potuisset, disputat inquiens: Sunt nõnulli qui quidem nũmorum præmia ex ordinatione nõ accipiunt, & tamẽ sacros ordines pro humana gratia largiuntur: atq; de largitate eadẽ laudis solũmodo retributionẽ quærunt. Hi nimirum quod gratis acceperunt, gratis non tribuunt: quia de impenso officio sanctitatis, expetunt nummũ fauoris. Vnde bene cum iustũ virum describeret ꝓpheta, ait: Qui excutit manus suas ab omni munere. Neq; enim dixit: Qui excutit man⁹ suas à munere, sed adiũxit, ab omni: quia aliud est mun⁹ ab obsequio, aliud munus à manu, aliud munus à lingua. Mun⁹ quippe ab obsequio est subiectio indebitè impẽsa: munus à manu, pecunia: *munus à lingua, fauor. Qui* ergo sacros ordines *tribuit, tũc ab omni munere* manus excutit, *quãdo in diuinis* rebus nõ solùm nullam pecuniam, *sed etiam* humanam gratiam nõ requirit.

VII. Hæ sunt Gregorij super Simoniacis & illicitis ordinationibus doctissimi papę sentẽtiæ, quas ipse sum mo cultu seruasse docetur, in eo quod ab ipso suæ cõsecrationis exordio per omnem diœcesim suã episcopos vndecũq; meliores inuenire potuit, studiosissimus ordinauit. Et si quando necessitas ordinãdi sacerdotis obrepsit: neq; cardinales ecclesiæ suæ neque monachos monasterij sui penitus excusauit quo minus illis ecclesiam regendam cõmitteret, qui exemplis & verbis pariter illam ædificare melius potuissent. Nam vt pauca de multis cõtingam, ex presbyteris cardinalib⁹ ecclesiæ suæ cõsecrauit episcopos. Bonifaciũ regij, habentium Perusij, & Donatũ Messanæ *Siciliæ*. Ex subdiaconibus verò Glorioſum Hostiæ, Festum Capuæ, Petrum Trecas, & Castoriũ Arimini. At verò ex monachis monasterij sui Marinianum Rauennæ, Maximianum Syracusis, & Sabinum Callipoli præsules ordinauit. Sed & Augustinũ penes Anglos à Galliarum episcopis ordinari præcepit. Post quem nihilominus ad episcopatum in eadem gente monachi eiusdẽ patris tempore diuerso puecti sunt, Mellitus, Iustus, Laurentius, & Paulinus. Solis diaconibus apostolicæ sedis sup hac quodãmodo parte parebat: quorũ cũ decem & nouem plenitudine redundaret, ipse Bonifacium, Florentium & Epiphanium consecrauit. Nec quenquam eorum ab officio, nisi Laurentium archidiaconum ꝓ superbia reliquisq; criminibus, in basilica Lateranẽsi quæ dicitur aurea, vbi mox Honoratũ archidiaconum constituit, sequestrauit.

VIII. Cumq; Gregorius percepta occasione suæ ecclesiæ cardinales, si tamen cõsentirent satis voluntariè, proueheret: neminem prorsus quãtacunq; necessitate coactus violenter ꝓmouere certabat: ne sub huiusmodi occasione quenquã eliminando deponere videretur. Vnde Scholastico duci Campaniæ scribens ait. Dum de Neapolitanæ ciuitatis cura destitutæ sacerdotis, solatio vehementius angeremur, superuenientes præsentium latores cum decreto in Florentium subdiaconum nostrum confecto, aliquid nobis in tanto cogitationis pondere releuationis inuenerant: sed dum præfatus subdiaconus noster refugiens ciuitatem ipsam, ordinationem suam lachrymabiliter euitasset: quasi ex maiori quadã desperatione nostram cognoscite creuisse mœstitiam. Atque ideo salutantes hortamur magnitudinem vestram, vt conuocantes priores vel populum ciuitatis, de electione alterius cogitetis, qui dignus possit cum dei solatio ad sacerdotiũ promoueri. In quo decreto solenniter facto, atque ad hanc vrbem transmisso, ordinatio illic tandem Christo auxiliante proueniat.

IX. Ab aliis quoque violenter promotos, in gradus pristinos reuocabat. Vnde Antonino subdiacono scribẽs ait: Honoratus archidiaconus ecclesiæ Salonitanæ à sanctæ memoriæ decessore meo missa supplicatione poposcerat, vt ab antistite suo inuitus prouehi ad fortioris gradus ordinem cõtra moram nullo modo cogeretur. Hoc enim fieri sibi nõ prouehendi gratia, sed causa ingratitudinis prohibebat. Pro qua re tunc iam sanctæ memoriæ decessor noster scriptis suis Natali fratri coepiscopóque nostro interdixerat, ne prædictum Honoratum archidiaconum inuitum proueheret, néve dolorem conceptę ingratitudinis diutius in corde retineret. Cúmque & à me hæc eidem summopere fuerint interdicta: nõ solùm mandata dei negligens, sed etiam scripta nostra contemnens, præfatum archidiaconum quasi ad fortiorem honorem puehẽs, conatus est callidè degradare. Vnde actũ est vt eo de archidiaconatus loco summoto, alium accerseret, qui eius obtemperare moribus posset. Quem Honoratum archidiaconũ arbitramur antistiti suo aliunde displicere nõ potuisse, nisi quòd eũ vasa sacra suis dare parẽtibus prohibebat. Quam causam subtili voluimus, & tunc sanctæ memoriæ decessor meus, & nunc ego, indagatione discutere. Sed ipse suorũ actuũ conscius, personam ad iudicium postposuit destinare. Proinde experientiam tuã præsentis præcepti auctoritate duximus fulciendam, quatenus cõueniẽs in Salonẽ, Natalem fratrem coepiscopumq; nostrum saltẽ tot scriptis admonitum studeat adhortari, vt supramemoratum archidiaconũ in suo statim loco suscipiat. Quod si hoc facere cõtumaciter (vt consueuit) fortè distulerit, vsum ei pallij, qui ab hac sede concessus est, ex auctoritate sedis apostolicæ cõtradicito. Quem si etiam amisso pallio adhuc in eadem perseuerare pertinacia perspexeris, dominici quoq; corporis ac sanguinis eũdem antistitẽ participatione priuabis. Eum verò qui cõtra iustitiæ regulã ad locũ alterius prouehi cõsensit, ab eiusdẽ archidiaconat⁹ honore deponi præcipimus. Qui si vlterius in loco eodem ministrare præsumpserit, cõmunionis sacræ participatione priuam⁹. Aequũ enim est vt asperos de iustitia sentiat, quos erga se positos in charitate contemnit. Restituto ergo loco suo Honorato archidiacono, instructã personam supradictus antistes te cõpellente dirigat, qui intentionem eius esse vel fuisse iustã suis nobis allegationibus possit ostendere. Sed & eundem archidiaconum ad nos venire præcipimus, vt quicquid iustũ, quicquid omnipotenti deo placitum fuerit, cognitis assertionibus partium decernamus. Nos enim nullum ꝓ personali amore defendimus, sed auctore deo normam iusticię postposita cuiuslibet acceptione seruamus.

X. Item Honorato Salonitano iam ex presbyterio in diaconatum reducto. Dudum quidem decessoris nostri

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtri noſtraque præceptio ad dilectionem tuam cucurrerat, in qua & de obiectis tibi calumnioſe capitulis fueras abſolutus,& in tui gradus ordinem ſine aliqua inſtituimus altercatiõe reſtitui. Sed quia rurſus ante non multum temporis ſpatium ad Romanam ciuitatem veniens,de quibuſdam illic actis incongruè,& de ſacrorum es conqueſtus alienatione vaſorum atque dum pro hac re quæ tuis obiectionibus reſpondere potuiſſent ſuſtineremus in hac ciuitate perſonas, Natalis epiſcopus tuus de hac luce migrauit neceſſarium iudicamus eaſdem præceptiones tam deceſſoris noſtri quàm noſtras, quas dudum (vt dictum eſt) pro tua abſolutione tranſmiſimus, præſentibus deinceps apicibus confirmare. Quamobrem à cunctis tibi obiectis capitulis te plenius abſoluentes, in tui te ordinis gradu ſine aliqua volumus altercatione permanere: vt nihil tibi penitus mota à præfato viro quæſtio, qualibet occaſione præiudicet.

Item eidem in alia epiſtola poſt multa. Sed etiam nunc dico, aut eaſdem perſonas, videlicet Ioannem Chalcedonenſem, & Athanaſium Iſaurios presbyteros in ſuis ordinibus ſuſcipe, eiſque quietem præbe: aut (ſi hoc fortaſſe volueris) omni altercatione poſtpoſita, de eorum cauſa ſtatuta maiorum, aut canonum terminos cuſtodi. Sin verò, nos quidem inferre rixam nolumus: ſed tamen venientem à vobis non deuitamus. Quid autem de epiſcopis qui verberibus timeri volunt,canones dicant:bene fraternitas veſtra nouit.Paſtores etenim facti ſumus, non perſecutores. Et egregius prædicator dixit. Argue, obſecra, increpa, cũ omni patientia & doctrina.Noua vero atq; inaudita eſt iſta prædicatio,quæ verberibus exigit fidẽ.

XI. Item cardinales violenter in parœciis ordinatos forenſibus,in priſtinum cardinem Gregorius reuocabat. Quapropter Ioanni epiſcopo Syracuſano ſcribens ait:Quorundam ad nos relatione peruenit,Coſmam qui ex monacho monaſterij ſanctæ Luciæ à deceſſore tuo venerandæ memoriæ Maximiano in eccleſia Syracuſana ſubdiaconus factus, atque à te poſtea in poſſeſsione quæ Iuliana vocatur, presbyter dicitur ordinatus, ita nimia triſtitia & loci qualitate vehementer afflictum, vt vitã ſibi pœnam exiſtimet, & contritioni ſuæ fugæ quęrat auxilium.Et ideo quia tales erga ſubiectos noſtros debemus exiſtere, quales nos, ſi ſubiecti fuiſſemus, noſtros volueramus eſſe præpoſitos: magnæ benignitatis eſt, ſi eum in eccleſiam vbi ſubdiaconatus eſt functus officio, ſanctitas tua reducere,atque illic presbyterum ſtuduerit conſtituere cardinalem.Quod & facere (quantum arbitramur) debes, ſi nihil eſt quod iuſtè contra ipſum animum tuum exaſperet.Si vero aliqua culpa eſt,ſuis nobis hoc epiſtolis fraternitas tua vt ſcire poſsimus inſinuet.

XII. Quanta curioſitate Gregorius idoneos quoſque ad regimen deſtitutarum quæſierit plebium, breuiter indicabo: vt tantus vir non ſolùm doctrinis, quin & operib° verus paterfamilias fuiſſe gregis dominici p̃babiliter colligatur. Ait enim in epiſtola Maximiano Syracuſano epiſcopo. Felix vir clariſsimus præſentium lator,edocuit nos eſſe quendam in illis partibus presbyterum, qui ad epiſcopatus ordinem prouehi p̃batæ vitæ merito dignus appareat.Hunc ergo fraternitas tua coram ſe deduci faciat: eumque(ſicut certus ſum)propter animæ periculum diligenter examinet. Quem ſi ad hunc prouehi gradũ dignum eſſe perſpexerit,ad nos ſtudeat deſtinare, vt eũ (domino diſponente) loco cui præuiderimus,poſsimus ordinare paſtorem. Item Cypriano diacono. Amariſsimas dilectionis tuæ epiſtolas de domini Maximiani obitu menſe Nouembri ſuſcepi. Et quidem ille ad præmia deſiderata peruenit: ſed infelix populus Syracuſanæ ciuitatis lugendus eſt, qui paſtorem talem diu habere non meruit. Proinde dilectio tua ſolicitudinem gerat, vt in eadẽ eccleſia talis debeat ad ordinationem eligi,qui poſt dominum Maximianum eiuſdem regiminis locum non indignus videatur aut immeritus ſortiri.Et quidem credo quod Traianum presbyterũ maxima pars eligat, qui(vt dicitur) bonæ mentis eſt: ſed quantũ ſuſpicor, ad regendum locum illum idoneus non eſt. Tamen ſi melior inueniri non valet, & ipſe nullis criminibus tenetur inuolutus, condeſcendi ad eum cogente nimia neceſsitate poteſt. Si autem mea voluntas ad hanc electionem quæritur, tibi ſecretè indico quod volo: quia nullus mihi in eadem eccleſia poſt dominum Maximianum tam dignus videtur,quàm Ioannes archidiaconus Catinẽſis eccleſiæ.Qui ſi fieri poteſt vt eligatur,credo quòd apta valde perſona inueniatur. Sed ipſe quoque prius de criminibus quæ impedire poſſunt, à te ſecretius requirendus eſt: à quibus ſi liber inuentus fuerit, eligi iure poteſt. Quod ſi factum fuerit, etiam frater & coepiſcopus noſter Leo ei ceſsionem facere debebit, vt liber ad ordinandum valeat inueniri. Item Clementinæ patriciæ. Amandum presbyterum à Surrentinis ad epiſcopatũ glorioſa filia electũ eſſe cognoſcas. Quem quia huc ſcripſimus debere tranſmitti, contriſtari de eius abſentia nõ debetis: quia nec abſcedere creditur, qui mente vobiſcum eſt. Et quoniam paſtorem quærentibus, is qui vobis olim placuit,gratus eſt: omnipotentem dominum benedicentes, Chriſtiana magis in hoc deuotione gaudete. Et vt ad nos celerius aliis p̃futurus venire debeat, hilariter ſtudete: quia ſynceræ charitatis eſt exultare,quando is qui diligitur,ad hoc vocatur vt creſcat. Itẽ Paſsiuo epiſcopo. Bene nouit fraternitas veſtra quam longo tempore Aprutium paſtorali ſit ſolicitudine deſtitutum. Vbi diu quęſiuimus qui ordinari debuiſſet, & nequaquam potuimus inuenire.Sed quia importunus mihi in moribus ſuis, in pſalmodię ſtudio,in amore orationis valde laudatur, & religioſam vitam omni modo agere dicitur. Hunc volumus vt fraternitas veſtra ad ſe faciat venire,& de anima ſua admoneat, quatenus in bonis ſtudiis creſcat: & ſi nulla ei crimina quæ per legis ſacræ regulam morte mulctata ſunt, obuiant: tunc hortandus eſt vt vel monachus,vel à vobis ſubdiaconus fiat: & poſt aliquãtulum temporis,ſi deo placuerit, ipſe ad paſtoralem curam debeat promoueri. Item Venantio patricio Panormitano petẽti ſibi quẽdã presbyterũ epiſcopũ cõſecrari,reſcribit inter cætera dicẽs:Hũc presbyterũ dare omnino nobis excellẽtia veſtra ſciat eſſe difficile: quia perſonarũ nos neceſsitas ad ordinãda alia loca paſtoribus deſtituta nõ leuis anguſtat.

Sed quia neceſsitate ordinandarum ſe anguſtatum meminit perſonarum: ne indiſcuſſe quenquam promouiſſe putetur,vno exemplo videtur eſſe docendum.Ait enim in epiſtola Ioanni epiſcopo.Ne incauta eorum ordinatio qui ad epiſcopatum eligũtur, valeat prouenire:vigilanti de eorum perſonis eſt ſolicitudine requirendum. Indicatum ſiquidem nobis eſt, Florentium archidiaconum eccleſiæ Anconitanę,qui

ad

ad episcopatum electus fuerat, scripturæ quidem sacræ scientiam habere, sed ita ætatis esse senio iam cõfractum, vt ad regiminis officium non possit assurgere, adiicientes etiam ita illum tenacem existere, vt in domum eius amicus ad charitatem nunquam introeat. Rusticus autem diaconus eiusdem ecclesię, qui similiter electus fuerat, vigilans quidem homo dicitur, sed (quantum asseritur) psalmos ignorat. Florentinum verò diaconum ecclesiæ Rauennatis, qui electus ab omnibus memoratur, solicitum esse nouimus: sed qualis sit interitus, omnino nescimus. Ideoq; fraternitas tua vnà cum fratre & coepiscopo nostro Armenio suprascriptæ Anconitanæ ecclesiæ visitatore illuc festinet accedere, & diligenter de vita ac moribus singulorum requirere, vel si nullos sibi sunt crimine conscij, quod eos ad hoc officium vetet accedere. Pariter etiam requirendum est, si hoc quod de prędicto archidiacono dictum est, quia nunquam amicus domũ eius ingressus est, ita se veritas habeat, & vtrum ex necessitate, an ex tenacia talis sit, aut si ita senex est, vt ad regẽdum nó possit assurgere: vel si tactis sacrosanctis euãgeliis (sicut nobis nunciatum est) iusiurandum præbuit nunquam se ad episcopatum accedere. Sed & de Rustico diacono quantos psalmos minus tenet, scrutandum est. Florentino autem diacono Rauennati si nullum (sicut diximus) crimen est quod obsistat, apud episcopum eius agi necesse est, vt ei debeat cessionem concedere, non tamen ex nostro mandato vel dicto, ne contra suam eum voluntatem cedere videatur.

XIII. Et quidem Gregorius prudenter cognoscẽs totum corpus ecclesiæ tam per bonos episcopos feliciter stare, quam per malos infeliciter cadere: non solùm diuersarum gentium diuersi ordinis clericos, verum etiam vacãtes episcopos in suæ diœcesęos episcopatus inuitabat. Vnde Sebastiano Smirnensi episcopo inter cætera scribit dicẽs: Debitum salutationis alloquium soluens, indico quod ad me Bonifacio defensore referente peruenerit, quia vir sanctissimus frater noster dominus Anastasius patriarcha in vna suarũ ciuitatum regendam vobis ecclesiam committere voluit, & consentire voluistis. Quem sensum & sapientiam vestram valde ego libenter amplexus sum, & laudaui vehemẽter: & vos felices, me infelicẽ esse deputaui, qui tali hoc tempore regimen ecclesiæ susciperе consensi. Si tamen animus vester fortassis fratribus cõdescendendo, & misericordię operibus intentus, ad hoc vnquam cõsentire decreuerit: peto vt amori meo alium minimè pręponatis. Sũt enim in Sicilia insula ecclesię vacãtes episcopis: & si vobis placet auctore deo ecclesiã regere, iuxta beati Petri apostoli limina cũ eius adiutorio melius potestis. Si vero nõ placet, feliciter state & pro nobis infelicibus exorate.

XIIII. Interea Gregorius locis munitis episcopis constitutis, dissipatas ecclesias adunabat. Quapropter Bagaudæ Formiẽsi episcopo scribit dicens: Et temporis necessitas nos perurget: & imminutio exigit personarum, vt destitutis ecclesiis salubri ac prouida debeamus dispositione succurrere. Et ideo quoniam ecclesiam Minturnẽsem funditus tam cleri quã plebis destitutam desolatione cognouimus: tuãq; pro ea petitionem, quatenus Formianæ ecclesiæ in qua beati Erasmi martyris corpus requiescit, cuiq; fraternitas tua præsidet, adiũgi debeat, piam esse ac iustissimam prævidentes: necessarium duximus consulentes tam desolationi loci illius, quam tuæ ecclesię paupertati, reditus supradictæ ecclesiæ Minturnensis, vel quicquid ei antiquo modernoq; iure vel priuilegio potuit potèstve qualibet ratione competere: ad tuæ ecclesiæ ius potestatemq; hac præcepti nostri auctoritate migrare, vt à prędicti tẽpore sicuti de ppria ecclesia debeas cogitare, eique competentia tua prouisione disponere, quatenus deinceps quod perire nunc vsq; potuit, pauperum ecclesiæ tuæ vtilitatibus clerique proficiat.

Itẽ Benenato episcopo. Et temporis qualitas, & vicinitas nos locorum inuitat, vt Cumanam atque Misenatium vnire debeamus ecclesias: quoniam hę non longo à se itineris interuallo seiũctæ sunt: nec (peccatis facientibus) tanta populi multitudo est, vt singulos (sicut olim fuit) habere debeant sacerdotes. Quia igitur Cumani Castri sacerdos vitæ huius cursum expleuit, vtrasque nos ecclesias prędicti auctoritatis pagina vnisse, tibiq; cõmisisse cognosce: propriũque vtrarumque ecclesiarum scito te esse pontificem: & quæcũque tibi de earum patrimonio, vel cleri ordinatione pmotionève iuxta canonum statuta visa fuerint, ordinare atque disponere habebis (vt proprius reuera sacerdos) liberam ex nostræ auctoritatis cõsensu atq; permissione licentiam. Vbi verò cõmodius ac vtilius esse pspexeris, habitato: ita sane, vt alteram ecclesiam à qua corporaliter ad præsens absens es, solicita prudentiq; cura disponas, quatenus diuina illic ministeria solenniter auxiliante domino peragantur. Fraternitas ergo tua tanto in adhortationibus lucrandisque animabus solicitiore cura semper inuigilet, quãto se vnitarum ecclesiarum gubernationis onera suscepisse cognoscit.

XV. At verò ciuitatum desolatarum pontifices Gregorius vacantibus ciuitatibus incardinare curabat. Vnde Martino episcopo Corsicæ inter cætera scribit dicens: Quoniam inquit, ecclesia Tamate, in qua dudum fuerat honore sacerdotali tua fraternitas decorata, ita est (delictis facientibus) hostili feritate occupata & diruta, vt illuc vlterius spes remeandi nulla remanserit: in ecclesiam te Alirensem, quæ iam diu est põtificis auxilio destituta, cardinalem secundum petitionis tuæ modum hac auctoritate constituimus sine dubio sacerdotem. Ita ergo studio vigilanti cum dei amore secundum canonum præcepta cuncta dispone, & ordina, vt & fraternitas tua suis desideriis se gaudeat fuisse potitam, & ecclesia dei alterno gaudio repleatur cardinalem te suscepisse pontificem. Item Ioanni episcopo Squillaceno. Pastoralis officij cura nos admonet, destitutis ecclesiis proprios constituere sacerdotes, qui gregẽ dominicũ pastorali debeãt solicitudine gubernare. Propterea te Ioannẽ ab hostibus captiuatæ Lisitanæ ciuitatis episcopũ in Squillacena cardinalem necesse duximus constituere sacerdotem: vt & susceptam semel animarum curam intuitu futuræ retributionis impleas, & licet à tua (hoste imminente) depulsus sis: aliam quæ pastore vocat, debeas ecclesiam gubernare: ita tamen, vt si ciuitatem hostibus liberam effici, & domino protegente ad priorem statum contigerit reuocari: in eam in qua prius ordinatus es, ecclesiam reuertaris. Si autem prædicta ciuitas continua captiuitatis calamitate premitur, in hac in qua à nobis incardinat⁹ es debeas ecclesia permanere. Item Ioanni episcopo Veliterno. Postquam hostilis impietas diuersarum ciuitatum (ita peccatis facientibus) desolauit ecclesias, vt reparandi eas spes

Universidad de Deusto Biblioteca

nulla populo deficiente remanserit: maiori valde cura constringimur, ne defunctis earum sacerdotibus, reliquiæ plebis nullo pastoris moderamine gubernatæ,per inuia fidei hostis callidi rapiantur (quod absit) inuidia. Huius ergo rei solicitudine sæpe commoniti,hoc nostro sedit cordi consilium, vt vicinis eas mãdaremus pontificibus gubernandas. Ideoque fraternitati tuæ curam gubernationẽmque Triumtabernensium ecclesiæ præuidimus committendam:quam tuæ ecclesiæ aggregari vnirique necesse est:quatenus vtrarumque ecclesiarum sacerdos & rector Christo adiutore posis existere: & quæcunque tibi de eius patrimonio,vel cleri ordinatione seu promotione, vigilãti ac canonica visa fuerint cura disponere, quippe vt pontifex proprius liberam habebis ex præsenti nostra permissione licentiam. Item Gratioso Numentano episcopo curam gubernationẽmque sancti Anthemij ecclesiæ Curium Sabinorum territorio constitutæ incardinando coniunxit. Item Agnello episcopo Fundano post aliqua. Quoniam propter cladem hostilitatis, nec in ciuitate nec in ecclesia tua est cuiquam habitandi licentia: ideo hac te auctoritate Terracinensi ecclesiæ cardinalem constituimus sacerdotem. Et post pauca. Illud quoque fraternitatem tuam scire necesse est,quoniam sic te prędictæ Terracinensis ecclesiæ cardinalem esse constituimus sacerdotem, vt & Fundensis ecclesiæ pontifex esse non desinas,nec curam gubernationẽmque eius prætereas.

XVI. Sed & expulsos episcopos, quos tam citò Gregorius vel incardinare non poterat, vel quorum reditum ad sedes proprias contingere posse sperabat, aliis episcopis, qui tunc videlicet in locis suis degebant, interim pro sustentatione ac stipendiis præsentis vitæ iungebat,generaliter dicens: *Fratres & coepiscopos nostros,quos & captiuitatis diuersarumque necessitatum angustię comprimunt,studete consolandos conuiuandosque vobiscum in ecclesiasticis sustentationibus libenter suscipere*: non quidem vt per communionem episcopalis throni dignitas diuidatur, sed vt ab ecclesia iuxta possibilitatem sufficientia debeant alimenta percipere. Sic enim & proximum in deo,& deum in proximo diligere comprobamur. Nullam quippe eis nos in vestris ecclesiis auctoritatẽ tribuimus,sed tantum vestris solatiis eos cõtineri summopere hortamur.

XVII. Loca quoque sedium prudentissimus pontifex accepta iusta occasione mutabat. Vnde Ioanni episcopo Veliterno scribit dicẽs: Temporis qualitas admonet episcoporum sedes antiquitus certis ciuitatibus constitutas, ad alia quæ securiora putamus eiusdem diœceses loca transponere, quò & habitatores nunc degere, & barbaricum possit periculum facilius declinari Propterea te Ioannem fratrem coepiscopumq; nostrum Veliternensis ciuitatis, sedemque tuam in loco qui appellatur Arenata, ad sanctum Andream apostolum præcipimus exinde transmigrare: quatenus & ab hostilitatis incursu liberior existere valeas: & illic consuetudine solennium festa disponas.

XVIII. Et notandum quòd Gregorius licet monasteria & episcopatus vnierit, atque vacãtes episcopos vacantibus ciuitatibus incardinare studuerit, nunquam tamen episcopum ab integritate suæ ecclesiæ vel ipse in aliam cõmutauit, vel sub quacunque occasione migrare consensit. Nam postquam Demetrium Neapolitanum episcopum super criminibus manifestis deposuit:cum ab eisdem Neapolitanis incardinari sibi Paulum Nepesinum episcopum magnopere quæreretur:discretissimus pontifex visitatione ciuitatis Nepesinæ Ioanni episcopo delegata,eundẽ quidem Paulum visitatorem illis tribuit: cardinalem verò constituere tam primò dispensatoriè distulit, quam postea penitus recusauit. Cui postmodum licentiam reuertendi ad suam diœcesim concedens, centum solidos de Neapolitana ecclesia, & vnum puerulum orphanum,qualem ipse de familia eiusdem ecclesiæ voluisset,dari præcepit.

Aliarum paroeciarum clericos sibi & aliis discre- XIX.
tissimus pontifex discretissimè incardinare curabat. Quapropter Heliæ presbytero & abbati prouinciæ Isauriæ post aliqua scribens, filium, inquit, vestrum Epiphanium mãdastis vt ad sacrum ordinem prouehere deberemus,vobisque retransmittere. Sed in vno vos audiuimus, in altero verò audire minimè potuimus. Diaconus quidem factus est: sed quisquis semel in hac ecclesia sacrum ordinem acceperit,egrediendi ex ea vlterius licentiam nõ habet. Si ergo videre vos non potui,hac ex re consolationem habeo, quia in filio vestro requiesco.

Item Maximiano episcopo Syracusano. Præsen- XX.
tium lator Felix diaconus, cum nullatenus in hęreticorum dogmata lapsus sit,nec à catholica fide discessserit, prauis illectus aduersus Constantinopolitanam synodum suspicionibus, in Istricorum se separatione remouerat. Qui cum Romam venisset, recepta à nobis iuuante domino ratione, excessum suum recepta dominici corporis communione correxit. Quia ergo (vt dictum est)non in hæresim incidit,sed à sacris generalis ecclesiæ ministeriis quasi rectæ studio intentionis errauit, imbecillitati eius atque necessitatibus consulentes, maximèq; sustentationi eius pietatis intuitu prouidẽtes,in tua Syracusana ecclesia eũ pręuidimus cardinandũ. Item Fortunato episcopo Neapolitano. Fraternitatem tuam à nobis petisse recolimus, vt Gratianum ecclesiæ tuæ Venafranæ diaconũ tuæ cõcederemus ecclesiæ cardinandum. Et quoniam nec episcopum cui obsecundare, nec propriam habet ecclesiam, hoste scilicet prohibente, quò suum debeat ministerium exhibere: petitionem tuam non præuidimus differendam. Idcirco scriptis tibi pręsentibus eum necessariò duximus concedendum, habiturus licentiã diaconũ illũ nostra interueniẽte auctoritate ecclesiæ tuæ deo propitio cõstituere cardinalẽ.

Item Cypriano diacono. Sicut dilectio tua studiosè laborauit pro persona fratris & coepiscopi nostri Ioãnis,vt in Syracusana ecclesia auctore deo debuisset ordinari:ita nunc necesse est vt per dilectionis tuæ studia ei quoq; regiminis solatia ministrentur. Quendam enim presbyterũ proprium habuisse se perhibet, qui tamen à fratre & coepiscopo nostro Leone in Catanensi ecclesia dicitur ordinatus. Et quia in nouã ecclesiã vadit, & suos illic proprios homines habere necesse est, vt dum causarũ tumultibus premitur, in secreto suo inueniat vbi requiescat: prædicto fratri & coepiscopo nostro Leoni blãdè & dulciter persuaderi debet, vt ei præfatum presbyterum cedere debeat: ne quem tam benignus ad ordinãdum cesit,ordinatum destituere fortasse videatur.

Antiquissimum ecclesiasticæ consuetudinis ordi- XXI.
nem Gregorius ab apostolis traditum,& ad sua vsque tempora solenniter conseruatum, adeò studiosissimè retinebat,

Universidad de Deusto Biblioteca

rctinebat, vt nullum, quantalibet sanctitate, sapientia, nobilitate ve polleret, anterioribus clericis in conuentu, cõsessu, statione siue subscriptione præponeret. Vnde Ianuario Caralitano episcopo scribens, Liberatus, inquit, de quo nobis tua fraternitas indicauit, qui diacono fungi perhibetur officio, si à decessore tuo nõ factus est cardinalis, ordinatis à te diaconis nulla debet ratione præponi: ne eos quos consecrando probasse cognosceris, reprobare supponendo quodammodo videaris. Prædictum itaque Liberatum, quem reprimendus ambitionis inflat spiritus, omni instãtia ab intentus sui prauitate compesce: & vltimum inter diaconos stare constitue: ne dum se illicite præferri contendit, immeritus loco in quo nunc situs est iudicetur. Cuius tamen si obedientia fueris inuitatus, & eum post hoc facere cardinalem volueris, nisi pontificis sui cessionem solenni more meruerit, abstinẽdum ab eius incardinatione memineris: quoniam æquitati conuenire non ambigis, vt aliis seruare non differas, quod ipse quoque tibi seruari desideras.

XXII. Huius videlicet antiquissimæ cõsuetudinis ordine Gregorius prouocatus, defunctorum episcoporum ecclesias pro faciendo inuentario, & eligendo legitimæ opinionis episcopo, vicinis *episcopis commẽdabat*, hoc modo scribens: *Obitum illius antistitis* directa relatio patefecit. *Quapropter* visitationis destitutæ ecclesiæ *fraternitati* tuæ operam solenniter delegamus: quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouectionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriisq; vel quicquid illud est, in patrimonio eiusdem à quoquam præsumatur ecclesiæ. Et ideo fraternitas tua ad prædictã ecclesiam ire properabit: & assiduis adhortationibus clerum plebemque eius admonere festiner, vt remoto studio, vno eodemq; cõsensu talẽ sibi præficiendum expetant sacerdotem, qui & tanto ministerio dignus valeat reperiri, & à venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati, & dilectionis tuæ testimonio literarũ ad nos veniat consecrandus: prouisurus ante omnia, ne ad cuiuslibet conuersationis meritum laicæ personæ aspirare præsumant, & tu periculum ordinis tui (quod absit) incurras. Monasteria autem siqua sunt in ipsius parœcia constituta, sub tua cura dispositionéque, quousque illic proprius fuerit episcopus ordinatus, esse concedimus: vt solicitudinis tuæ vigilantia proposito suo congrua deo adiuuante actione respondeat.

XXIII. Item clero, ordini, & plebi. Vestri antistitis obitum cognoscentes, curæ nobis fuit destitutæ ecclesiæ visitationem *illi* fratri & coepiscopo nostro soleniter delegare: cui dedimus in mandatis, vt nihil de prouectionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriisque, à quoquam vsurpari patiatur, cuius vos assiduis adhortationibus conuenit obedire, quatenus in ecclesiastico obsequio sacerdos exquiratur, qui à venerandis canonibus nulla discrepet ratione. Qui dum fuerit postulatus cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati, & visitatoris pagina prosequẽte, ad nos veniat ordinandus: prouisuri ante omnia, ne cuiuslibet vitæ vel meriti laicam personam præsumatis eligere: & non solum ille ad episcopatus apicem nulla ratione prouehetur, verùm etiam vos nullis intercessionibus veniam promereri cognoscite: sed omnes quos ex vobis de laica persona aspirasse constiterit, ab officio & à cõmunione alienos faciendos proculdubio noueritis. Nulla occasione Gregorius quicquã de donariis siue prædiis quarumlibet ecclesiarũ patiebatur auferri. Idcirco Maximiano Syracusano episcopo inter alia scribit dicens: Charitatẽ tuã commonere curauimus, vt si quispiam episcoporũ de hac luce migrauerit, vel (quod absit) pro suis fuerit remotus excessibus: cõuenientibus hieraticis, cunctisq; cleri prioribus, atque sui præsentiam in inuẽtario ecclesiæ rerum facientibus, omnia quæ reperta fuerint, subtiliter describantur: ne (sicut antea fieri dicebatur) species quædam aut aliud quodlibet de rebus ecclesiæ quasi pro faciendi inuentarij labore tollatur. Sic nãq; ea quæ ad munitionem facultatis pauperũ pertinent, desideramus expleri, vt nulla penitus in rebus eorum ambitiosis hominib⁹ venalitatis relinquatur occasio. Visitatores ecclesiarũ, clerici quoq; eorum qui cũ ipsis per non suæ ciuitatis parœcias fatigãtur, aliquod laboris sui capiãt te disponente subsidium. Iustum nãq; est vt illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium.

XXIIII. Consuetudines dationum vel xeniorũ à suis episcopis accipere Gregorius quasi pondus quoddam pestiferum toto mẽtis conanime detrectabat. Vnde *Felici episcopo* Mesanensi, Consuetudines, inquit, quæ *ecclesiis* noscũtur grauamen inducere, nostra nos decet consideratione remittere, ne illic aliqua cogantur inferre, vnde sibi referenda debent potius expectare. Clericis quidẽ tuis vel aliorum cõsuetudinẽ te oportet illibatam seruare, eisq; annis singulis quæ sunt cõsueta transmittere: nobis verò decætero ne quid trãsmitti debeat, inhibemus. Et quoniam nõ delectamur xeniis, palmatianas quas tua direxit fraternitas, cum gratiarum actione suscepimus: sed eas, ne quod exinde sentire potuisses dispẽdium, digno fecimus precio venundari: & id tuæ fraternitati transmisimus sigillatum. Sed quia charitatem tuam ad nos velle venire cognouimus, scriptis præsentibus admonemus, vt ad veniendum non debeas laborem assumere, sed ora pro nobis, vt quanto nos itineris interualla dissociant, tanto animis nostris adinuicem Christo adiuuante simus in charitate coniuncti: quatenus alterna nos obsecratione iuuantes, susceptum officium venturo integrum iudici resignemus. Item Ioanni episcopo primæ Iustinianæ, cui & pallium mittit, & vices suas committit, post multa scribit. Xenia autem vestræ sanctitatis suscipere omnino nolueram, quia valde est incongruum vt à prædatis atque afflictis fratribus munera percepisse videremur: sed responsales vestri alio me argumento vicerũt, ad eum illa deferentes, à quo non possent vestræ fraternitatis oblationes repelli.

XXV. Hinc est quòd Gregorius episcoporum neminem ad vrbem fatigare delectans, Maximiano Syracusano episcopo vices suas per Siciliam totam commisit, præcipiens vt omnes episcopi semel in quinquennio Romam venirent. Vnde Cypriano diacono scribens, Nouit, ait, dilectio tua hanc olim consuetudinem tenuisse, vt fratres & coepiscopi nostri Romam semel in triennio de Sicilia conuenirent: sed nos eorum labori cõsulentes scias cõstituisse, vt suam hic semel in quinquennio præsentiam exhiberent, & cætera. Vbi notandum quia si beatus Gregorius xenia (quod credi nefas est) anhelaret, nõ episcoporũ aduẽtus à triennio in quinquennium protelaret, imò à triennio in biennium proculdubio festinaret.

Universidad de Deusto Biblioteca

XXVI. Sed quando xenia gratè ſuſciperet, qui quãuis diſpẽſandas alterius eleemoſynas recuſare timeret, eas tamen & timendo ſuſcipiebat, & cautiſsimè diſpenſabat, quique adeò ſua dare, & aliena non accipere conſueuerat, vt etiã rerum quarundam precia penitus refutaret. Vnde Eulogio patriarchæ Alexandrino inter cætera ſcribit dicẽs: De lignis quod ſcribitis quia breuia fuerint, nauis per quam tranſmiſſa ſunt, qualitas fecit: quia ſi maior nauis veniſſet, potuiſſem ligna etiã maiora tranſmittere. Quod autem dicitis quia ſi maiora tranſmittimus, precium datis: largitati quidẽ gratias agimus, ſed accipere precium euangelio interdicente prohibemur. Nos enim ea quæ trãſmittimus ligna non emimus: & quomodo poſſumus precium accipere, cum ſcriptum ſit, Gratis accepiſtis, gratis date? Nunc ergo iuxta modum nauis per nauclerum parua ligna tranſmiſimus: ſequenti verò anno, ſi omnipotẽti deo placuit, maiora præparamus.

XXVII. Non mirum ſi liberaliſsimus pontifex nullas conſuetudines à ſuis ſuffraganeis, nulla xenia capiebat, quibus ipſe ſiqua neceſſaria habere videbantur, ſatis hilariter miniſtrabat. Vnde Venantio epiſcopo Perusino ſcribit dicens: Fratrem & coepiſcopum noſtrum Eccleſium frigore omnino laborare cognouimus, pro eo quòd hyemalem veſtẽ non habeat. Et quia aliquid ſibi à nobis petiit debere trãſmitti, fraternitati tuæ ad hoc per latorem præſentium trãſmiſimus amphimalum tunicam & pectorale, vt à te ei debeant ſine mora tranſmitti. Et ideo ad prędictum fratrem noſtrum ſub omni illud celeritate ſtude trãſmittere: atque nobis hoc ipſum quia trãſmiſeris, tuis renuntiare epiſtolis non omittas: ſed ita fac, vt ad tranſmittendũ, quia vehemens frigus eſt, moram aliquam minimè facias.

Item eidem Eccleſio Cluſino epiſcopo. Scripta fraternitatis veſtræ ſuſcipientes contriſtati ſumus, quòd vos per ea & graniter infirmatos, & adhuc debiles eſſe cognouimus. Et licet ſanctitatem veſtrã videndi deſiderium haberemus, bene tamen feciſtis iſto vos illic tempore continere: ne venientes huc de ægritudinis noſtræ* moleſtia recidiuam nobis triſtitiã faceretis.* Et poſt pauca: Vnum autem caballum, vobis qualem inuenire potuimus, de benedictione ſancti Petri trãſmiſimus, vt habeatis cum quo poſt infirmitatem vectari poſsitis.

*veſtræ *regenerarei.

XXVIII. Tali patrono tũc illius temporis põtifices ampliati, tam nouas eccleſias à fundamẽtis conſtruentes ornare, quàm veteres quoque ſplendidiſsimè renouare cœperunt. Nã Gregorius nihil in ſuis coepiſcopis magis quam ſanctitatem, ſapientiam, & liberalitatẽ curioſiſsimè quæritabat. Quod vt ſignificãti* eluceſcat, quaſdam epiſtolarũ eius adhibebo, quarũ teſtimonio lector meus quorundam epiſcoporum vitia reprehẽſa cognoſcat. Ait enim in epiſtola Secundo ſeruo dei inter cætera.

XXIX. Fratrem noſtrum Marinianum epiſcopum verbis quibus vales excita, quia eũ obdormiſſe ſuſpicor. Nã venerunt quidam ad me, in quibus erant quidam ſenes mendicãtes, qui à me diſcuſsi ſunt à quibus quid acceperint: & per ſingula retulerunt quãta eis & à quibus in itinere data ſint. Quos dum ſolicitè de prædicto fratre requirerem quid eis dediſſet, reſponderunt ſe eum rogaſſe, ſed ab eo nihil accepiſſe, ita vt neque panem in via acceperint, quod dare omnibus illi eccleſiæ ſemper familiare fuit. Dixerunt enim, Reſpondit nobis dicens: Nõ habeo quod vobis dem. Et mirror ſi is qui veſtes habet, cellaria habet, argentum habet, quod pauperibus debeat dare, non habet. Die ergo illi, vt cum loco mutet mentem. Non ſibi credat ſolam lectionem & orationem ſufficere, vt remotus ſtudeat ſedere, & de manu nihil fructificare: ſed largã manum habeat, neceſsitatẽ patientibus occurrat, alienam inopiam ſuam credat: quia ſi hæc non habet, vacuum epiſcopi nomen tenet.

XXX. Item Sereno epiſcopo Maſsiliẽſi poſt aliqua. Perlatum ad nos fuerat, quòd inconſiderato zelo ſuccenſus, ſanctorũ imagines ſub hac quaſi excuſatione, ne adorari debuiſſent, confregeris. Et quidem quia eas adorari vetuiſſes, omnino laudamus: fregiſſe verò reprehendimus. Dic frater, à quo factum ſacerdote aliquando auditum eſt quod feciſti? Si non aliud, vel illud te debuit reuocare, ne deſpectis aliis fratribus, ſolum te ſanctum eſſe crederes & ſapientem. Aliud eſt enim picturam adorare, aliud per picturæ hiſtoriam quid ſit adorandum addiſcere. Nam quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis prẽſtat pictura cernentibus: quia in ipſa ignorantes vident quod ſequi debeant: in ipſa legunt qui literas neſciũt. Vnde & præcipuè gentibus pro lectione pictura eſt. Quod magnopere à te, qui inter gentes habitas, attendi decuerat: ne dum recto zelo incautè ſuccenderis, ferocioribus animis ſcandalum generares. Frangi ergo non debuit, quod non ad adorandum in eccleſiis, ſed ad inſtruendas ſolummodo mentes fuit neſcientium collocatum. Et quia in locis venerabilibus ſanctorum depingi hiſtorias nõ ſine ratione vetuſtas admiſit, ſi zelum diſcretione condiſſes, ſine dubio & ea quæ intendebas, ſalubriter obtinere: & collectum gregem non diſpergere, ſed diſperſum potius poteras congregare: vt paſtoris in te meritum nomen excelleret, non culpa diſperſoris incumberet. Hæc autem dum in hoc animi tui incauto nimis motu exequeris, ita tuos ſcandalizaſſe filios perhiberis, vt maxima eorum pars à tua ſe communione ſuſpenderet. Quando ergo ad ouile dominicum errantes oues adduces, qui quas habes, retinere non prævales? Proinde hortamur vt vel nunc ſtudeas eſſe ſolicitus, atque ab hac te præſumptione compeſcas: & eorum animos quos à tua diſiunctos vnitate cognoſcis, paterna ad te dulcedine omni anniſu omnique ſtudio reuocare feſtines.

XXXI. Ianuario quoque Caralitano epiſcopo poſt aliqua ſcribit dicens: Inter querelas multiplices Iſidorus vir clariſsimus à fraternitate tua fruſtra ſe excõmunicatũ anathematizatúmq; conqueſtus eſt. Quod quã obrem factũ fuerit, dum à clero tuo qui præſens erat, voluiſſemus addiſcere, p nulla alia cauſa, niſi pro eo quòd te iniuriauerat, factum innotuit. Quæ res nos vehementer afflixit: quia ſi ita eſt, nil te oſtendis de cœleſtibus cogitare, ſed terrenã te conuerſationem habere ſignificas, dum pro vindicta propriæ iniuriæ, quod ſacris regulis prohibetur, maledictionem anathematis inuexiſti. Vnde decætero omnino eſto circunſpectus atque ſolicitus, & talia cuiquam pro defenſione iniuriæ tuæ inferre denuo non præſumas. Nam ſi tale aliquid feceris, in te ſcias poſtea vindicandum.

XXXII. Item eidẽ. Prædicator omnipotentis domini Paulus apoſtolus præcipit dicens: Seniorem ne increpaueris. Sed eius regula in eo ſeruanda eſt, cũ culpa ſenioris exemplo ſuo non trahit ad interitum corda iuniorum. Vbi enim ſenior iuuenibus exemplum ad interitum prębet, ibi diſtricta increpatione feriẽdus eſt. Nã

ſcriptum

scriptum est. Laqueus iuuenum omnes vos. Et rursum propheta dicit: Peccator centum annorũ maledictus erit. Tanta autem nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit, vt eam nisi adhuc humanitus pensaremus, hxa iam maledictione feriremus. Dictum quippe mihi est, quòd dominicorum die prius quam missarum solemnia celebrares, ad exarandã messem latoris præsentium perrexisti: & post exarationem eius missarum solennia celebrasti. Post missarum verò solennia etiam & terminos possessionis illius minimè eradicare timuisti. Quod factũ quæ pœna debuit insequi, omnes qui audiunt sciunt. Dubij autem de tanta hac peruersitate fueramus: sed filius noster Cyriacus abbas à nobis requisitus, dum esset Caralis ita se cognouisse perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus: hortamur, aliquando resipisce senex, atque à tanta leuitate morum, & operum peruersitate cõpescere: quia quãto morti vicinior efficeris, tanto fieri solicitior atque timidior debes. Et quidem pene sententia, in te fuerat iaculanda: sed quia simplicitatem tuam cum senectute nouimus, interim tacemus.

XXXIII. Omnes omnino põtifices à lectione librorum gentiliũ Gregorius inhibebat. Quapropter desiderio Galliarum episcopo pallium postulanti scribit *inquiens*: Cum multa nobis bona de *vestris fuissent studiis nũciãta*, ita cordi nostro *est nata lętitia*, vt *negare* ea quę sibi fraternitas *vestra concedenda* deposcerat, minimè *pateremur*. *Sed* post hoc peruenit ad nos (quod sine verecundia memorare non possumus) fraternitatẽ tuam grammaticam quibusdã exponere. Quam rem ita moleste cepimus, ac sumus vehementius aspernati, vt ea quæ prius dicta fuerant, in gemitum & tristitiam verteremus: quia in vno se ore cum Iouis laudibus, Christi laudes nõ capiunt. Et quam graue nefandumque sit episcopis canere quod nec laico religioso cõueniat, ipse considera. Nã quanuis dilectissimus filius noster cãdidus presbyter postmodũ veniens hac de re subtiliter inquisitus negauerit, atq; vos conatus fuerit excusare: de nostris tamen animis adhuc nõ recessit: quia quãto execrabile est hoc de sacerdote narrari, tanto vtrum ne ita sit, districta & veraci oportet satisfactione cognosci. Vnde si post hoc euidẽter hæc quæ ad nos perlata sunt, falsa esse clarũerint, neq; vos nugis & secularibus literis studere cõstiterit: & deo nostro gratias agemus, qui cor vestrũ maculari blasphemis nefandorum laudibus non permisit: & de cõcedendis quæ poscitis, securi iam & sine aliqua dubitatione tractabimus.

XXXIIII. Nihilominus Natali Salonitano episcopo scribit dicens: Multis ab vrbe tua venientibus frater charissime didici, pastorali cura derelicta, solis te conuiuiis occupatum. Quæ audita nõ crederem, nisi hæc actionum tuarum experimẽtis approbarem. Nam quia nequaquam lectioni studeas, nequaquam exhortationi inuigiles, sed ipsum quoque vsum ecclesiastici ordinis ignores: hoc est in testimonio, quòd eis sub quibus es positus, seruare reuerentiam nescis.

XXXV. Sed cum Natalis per inanem philosophiã scriptis propriis se niteretur inculpabilem demonstrare, mitissimus doctor Gregorius ita rescripsit: In conuiuiorum defensione vestra fraternitas Abrahæ cõuiuium memorat, in quo (teste sacro eloquio) tres angelos suscepisse perhibetur. Sed hoc exemplo neque nos beatitudinem vestram reprehendimus, si hanc suscipere angelos in hospitalitatẽ cognoscimus. Rursum narrat tua fraternitas Isaac satiatũ filio benedictionẽ dedisse. Quæ vtraque veteris testamenti quia ita sunt gesta per historiã, vt tamen signarent aliquid per allegoriã: vtinã valeamus sic res gestas legẽdo percurrere, vt possimus etiã gerendas prouidendo sentire. Ille quippe in tribus angelis vnũ salutãs, trinitatis subsistẽtias vnius substantiæ esse declarauit. Iste verò satiatus benedicit filium: quia qui diuinis epulis repletur, illius sensus in prophetiæ virtutem extenditur. Diuinæ autem epulæ, sacri eloquij verba sunt. Si igitur assiduè legitis, si exemplũ ab exterioribus trahentes, interna penetratis: quasi de agri venatione satiati, mentis ventrem repletis, vt antepositio filio, suscepto videlicet populo positis ventura nuntiare. Sed etiã in hoc seculo caligat, qui de deo aliquid pphetat: quia profectò dignũ est vt hic iã per concupiscentiam minus videat, cuius sensus per intelligentiam intus coruscat. Hæc ergo ad vosmetipsos trahite: & si vos tales agnoscitis, nihil est quod de nostra æstimatione dubitetis. Gaudere quoq; beatitudinem vestrã inuenio, si voracis nomen cũ rerũ auctore sustineat. Quod ego breuiter expono, quia si de vobis falsum dicitur, nomen hoc veraciter cum rerũ auctore sustinetis. Si verò de vobis verũ est quod de illo falsum fuisse quis dubitet, absoluere vos nõ valet *par nomen*, quorũ dispar est causa. Nã cum eo crucem etiã periturus latro suscepit: sed quẽ reatus proprius tenuit, par crucifixio non absoluit. Ego tamen quãtis valeo precibus deposco, vt sanctissimã fraternitatem vestrã auctori nostro deo nõ solùm nomen, sed etiã causa cõiungat. Cõuiuia autem quæ ex intentione impendẽdæ charitatis fiunt, rectè vestra sanctitas in suis epistolis laudat: sed tamẽ sciendum est, quia tũc veraciter ex charitate prodeunt, cũ in eis nulla absentium vita mordetur, nullus ex irrisione reprehẽditur: & non in eis *inanes* seculariũ negociorum fabulę, sed verba sacræ lectionis audiuntur: cum nõ plus quã necesse est, seruitur corpori, sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsus exercẽdæ virtutis habeatur. Hęc itaque si vos in vestris conuiuiis agitis, abstinentium fateor magistri estis. Quod ergo Pauli apostoli ad me testimonium posuistis, Qui non manducat, manducantem nõ iudicet: omnino existimo incongruũ fuisse: quia neque ego non comedo, neque ob hoc à Paulo apostolo dictum est, vt membra Christi quæ in eius corpore, id est, in ecclesia inuicem sibi charitatis cõpage cõnexa sunt, nullam de se vllo modo curam gerant. Sed si neque ego ad te, neque tu aliquid pertineres ad me: iure tacere compellerer, vt eum non reprehenderem, qui emendari non posset. Hęc ergo sententia propter eos solummodo dicta est, qui illos iudicare student, quorum cura sibi cõmissa non est. At postquam nos auctore deo vnum sumus: si vobis ea quæ corrigenda sunt tacemus, valde delinquimus.

Neminem sanè pontificum à parœcia sua saltem *XXXVI.* parũper absque ineuitabili prorsus necessitate discedere Gregorius permittebat: quos nimirum in causis mundialibus occupari vehementissimè prohibebat. Vnde Romano defensori scribit dicẽs: Perlatũ est ad nos, reuerentissimũ fratrem nostrum Basilium episcopum velut vnũ de laicis in causis occupari, & prætoriis inutiliter obsecũdare. Quæ res quoniam & ipsum vilem reddit, & reuerentiam sacerdotalem annihilat: statim vt experientia tua hoc præceptum susceperit, eum ita ad reuertẽdum districta executione compellat, quatenus ei illic (te insistente) quinque die-

Universidad de Deusto Biblioteca

bus sub qualibet excusatione immorari non liceat:ne si quolibet modo eum ibidem amplius moram habere permiseris, cum ipso apud nos grauiter incipias esse culpabilis.

XXXVII. Itē Anthemio subdiacono. Peruenit ad nos, Pimenium Amalsitanæ ciuitatis episcopum in ecclesia sua residere non esse contentum, sed foras per loca diuersa vagari. Quod videntes alij, nec ipsi in castro se retinent, sed eius exemplum sequētes, foris magis eligunt habitare. Et quia hoc agentes, ipsi potius ad suā hostes deprædationem inuitant, idcirco hac tibi auctoritate præcipimus, vt suprascripto episcopo interminari non desinas, quatenus hoc decætero facere nō præsumat: sed in ecclesia sua sacerdotali more resideat. Quem si forte non emendari post tuam interdeat. Quem si forte non emendari post tuam interminationem cognoueris, in monasterio eum deputare, & nobis curabis modis omnibus indicare: vt quid facere debeas, nostra iterum cognoscas præceptione.

Non mirum si Gregorius ex ministerio sibi credito curabat vitia quorumlibet præpositorum verbis salubribus increpare, qui lapsum propriæ amitæ non dubitauerit ad instructionē populi posterorū memoriæ cōmendare. Siquidem euāgelica sententia qua dicitur, Multi sunt vocati, pauci verò electi: volēs multorum vocationē à paucorum electione formis exemplorum discernere, perhibet dicēs: Pater meus tres sorores habuit: quæ cunctæ sacræ virgines erant: quarū vna Tharsilla, alia Gordiana, alia Aemiliana dicebatur. Vno omnes amore conuersæ, vno eodemq; tempore sacratæ, sub districtione regulari degentes in domo propria socialem vitā ducebant. Cúmque essent diutius in eadem conuersatione, cœperunt cotidianis incrementis in amorem conditoris sui Tharsilla & Aemiliana succrescere: & cū solo hic essent corpore, cotidie animo ad æterna transire. At contrà Gordianæ animus cœpit ab amore caloris intimi per cotidiana detrimenta tepescere, & paulisper ad huius seculi amorem redire. Crebrò autē Tharsilla dicere Aemilianæ sorori suæ cū magno gemitu solebat, Video Gordianam sororem nostram de nostra sorte non esse. Perpēdo enim quia foras defluit, & cor ad quod proposuit nō custodit. Quā curabāt blāda cotidie redargutione corripere, atque à leuitate morum ad grauitatem sui habitus reformare. Quæ quidem resumebat vultū subitò grauitatis inter verba correptionis: sed cum eiusdem correptionis hora trāsisset, trāsibat protinus & supradicta grauitas honestatis: moxq; ad leuia verba redibat. Puellarū gaudebat societate laicarū: eique persona valde onerosa erat, quæcunq; huic mūdo dedita non erat. Quadam verò nocte huic Tharsillæ amitæ meæ, quæ inter sorores suas virtute orationis continuæ, afflictionis studiosæ, abstinentię singularis, grauitate vitæ venerabilis, in honore & culmine sanctitatis excreuerat, sicut ipsa narrauit, per visionē atanus meus Felix huius Romanę ecclesiæ antistes apparuit: eiq; mansionem perpetuæ claritatis ostendit, dicens: Veni, quia in hac te lucis māsione suscipio. Quæ subsequenti mox febre correpta, ad diem peruenit extremum. Et sicut nobilibus fœminis virisque morientibus multi conueniunt, qui eorum proximos consolentur: eadem hora eius exitū præstolantes viri ac fœminæ lectulum circunsteterunt, cū subitò sursum illa respiciēs Iesum venientē vidit, & cū magna animaduersione cœpit circunstātibus clamare dicēs: Recedite, recedite, Iesus venit. Cumq; in eum intenderet quē videbat, sancta illa anima carne soluta est: tantaque subitò fragrātia miri odoris aspersa est, vt ipsa quoq; suauitas cunctis ostēderet illic auctorē suauitatis venisse. Cúmq; corpus eius ex more mortuorū ad lauādum esset nudatum, lōgo orationis vsu in cubitis eius & genibus camelorū more inuenta est obdurata cutis excreuisse: & quid viuēs eius spiritus semp egerit, mortua caro testabatur. Hæc autē gesta sunt ante domini natalis diē. Quo trāsacto mox Aemilianę sorori suę p visitationē nocturnæ visionis apparuit, dicens: Veni, vt quia natalē dominicum sine te feci, sanctū Theophaniç iam tecum faciā. Cui illa protinus de Gordianæ sororis suæ salute solicita, respondit: Et si sola venio, sororem nostrā Gordianā cui dimitto? Cui tristi vultu iterum dixit, Veni: Gordiana etenim soror nostra inter laicas deputata est. Quā visionem mox molestia corporis est secuta: atq; ita vt dictum fuerat, ante dominicæ apparitionis diem eadem molestia ingrauescente defuncta est. Gordiana autē mox vt solā remānsisse se reperit, eius prauitas excreuit: & quod prius latuit in desiderio cogitationis, post effectu pravæ actionis exercuit. Nam oblita dominici timoris, oblita pudoris & reuerētię, suę oblita cōsecrationis, cōducto rem postmodum agrorū suorum maritum duxit. Ecce omnes tres vno prius ardore cōuersę sunt: sed nō omnes in vno eodemque studio permānserunt: quia iuxta dominicam vocem, Multi sunt vocati, pauci vero electi.

XXXVIII. Subditorum quoque negligētias Gregorius & subtiliter inquirebat, & districtissimis redargutionibus emendabat. Vnde Vitaliano episcopo Sypontino scribens, Si custos, inquit, religiosi habitus, aut esse nosses episcopus, filiæ gloriosæ memorię Tulliani magistri militiæ, te illic posito, nec pie ctis religiosis vestib° ad secularem reuerti habitū, nec ad nos licuisset peruersam epistolam destinare. Sed quia nimia desidia nimióque torpore deprimeris, in tuo dedecore res ad presens illicita impune commissa est. Nam si (vt præfati sumus) solicitus extitisses: prius ad nos vltio mulieris prauissimæ, quam culpa debuit peruenire. Quia ergo tantum hebes, tantumq; es negligens, vt nisi canonicam in te fueris coërcitionem expertus, in aliis districtionem & disciplinam nescias custodire: qualiter debeas esse solicitus, congruo tibi (si domino placuerit) tempore demonstrabimus.

XXXIX. Itē Sergio defensori. Si homo esses, aut districtionem aliquā habuisses, ita regularis disciplinæ debuisti custos existere, vt ea quæ illic illicitè cōmittuntur, antè vindicta corrigeret, quàm ad nos eorum nūtius peruenire. Sed dum nimia te facit stultitia negligētem: non solùm de illis offendimur, sed etiā ad vlciscendum desidiam tuam nihilominus prouocamur.

XL. Item Anthemio subdiacono Cāpanię. Peruenit ad nos, fratrem & coepiscopum nostrum Paschasium ita desidem negligentemq; in cunctis existere, vt in nullo quia est episcopus agnoscatur, adeò vt neque ecclesia ipsius, neque monasteria, siue filij, vel oppressi pauperes eius erga se dilectionis studiū sentiant, nec aliquam supplicantibus sibi in quibus iustum est, opem defensionis accōmodet: & quod adhuc dici grauius est, consilia sapientium & recta suadentium nulla patiatur ratione suscipere, vt quod ipse per se nequit attendere, ab alio saltem possit addiscere: sed rebus quæ ad pastoris curam pertinent, prætermissis, ad fabricā-

dam nauim toto se studio omissis inutiliter occupet.

Vnde,

Vnde ſicuti fertur, contigit quadringentos, aut eo amplius illum tam ſolidos perdidiſſe. Hoc quoque eius culpis adiungitur, quòd ita cotidie deſpectus cum vno aut duobus clericis dicitur ad mare deſcendere, vt & apud ſuos in fabula ſit, & extraneis ſic vilis & deſpicabilis videatur, vt nihil in ſe habere epiſcopalis genij, vel reuerentiæ iudicetur. Quod ſi ita eſt, non ſine culpa tua eſſe cognoſcas, qui eum obiurgare atque coercere vt dictum eſt diſtuliſti. Quia ergo hoc totũ non ſolum illum reprobat, ſed etiam ad ſacerdotalis officij pertinere probatur opprobrium: volumus vt eũ coram aliis ſacerdotibus, vel quibuſdam filiis ſuis nobilibus conteſtari debeas ac hortari, vt vitio torporis excuſſo, deſes eſſe non debeat, ſed in Eccleſiæ ſuæ ac monaſteriorum cura ſit vigilans: paternam filiis ſuis charitatem exhibeat: in defenſione pauperum ſit alacer cum diſcretione: in quibus iuſtitia ſuaſerit, ſit erectus: conſilia ſapientium libenter ſuſcipiat: quatenus & ciuitas illa eius queat ſollicitudine conſolari, & ipſe deſidiæ ſuæ culpas valeat operire. Si verò (quod nõ credimus) poſt hanc adhortationem noſtram ſolito adhuc more negligens eſſe tentauerit, ad nos eſt modis omnibus tranſmittendus: vt hic poſitus diſcere poſsit quid vel qualiter ſecundum Dei timorem agere conueniat ſacerdotem.

XLII. Item eidẽ. Quotiens *illa de fratribus coepiſcopiſq;* noſtris audimus, *quę & illos reprehenſibiles* oſtendere, & *nobis triſtitiam* valeant generare, de eorum nos *emendatione* non mediocriter coegit neceſsitas cogitare. Quia ergo nuntiatum nobis eſt Campaniæ epiſcopos ita negligẽtes exiſtere, vt immemores honoris ſui ingenio, neque erga Eccleſias, neque erga filios ſuos paternæ vigilantiæ curam exhibeant, vel monaſteriorum ſollicitudinem gerant, ſeu in oppreſſorum ſe pauperum tuitionem impendant: ideo hac tibi auctoritate præcipimus, vt eis ad te cõuocatis, ex noſtro illos mandato diſtrictè commoneas, quatenus deſides vlterius eſſe non debeant, ſed ſacerdotalem ſe habere zelum & ſollicitudinem opere doceãt: atque ita in his quæ eos iuſtè ſecundum deum agere conuenit, vigilantes exiſtant, vt nullum nos de eis denuo murmur exaſperet. Si quem verò eorum poſt hęc negligentem cognoueris, ad nos eum ſine alqua excuſatione tranſmitte: vt quam ſit graue nolle ab his quæ reprehenſibilia, & valde vituperanda ſunt, corrigi, regulari in ſe valeat diſtrictione ſentire.

Item Victorio epiſcopo Panormitano poſt aliqua, Cuius, inquit, iam culpæ ſis, intelligis: vt ego tam longè poſitus, quæ in ciuitate tua aguntur agnoſcam, & tot curis occupatus, quæ fieri debeant diſponam.

XLIII. Notandum ſanè quia ſicut manifeſta crimina diſcretiſsimus præſul Gregorius, aut vix, aut nunquam ſine vindicta laxabat: ita nimirũ in rebus dubiis nunquam aliquando certam ſentẽtiam proferebat. Quapropter Andreæ Tarentino epiſcopo ſcribit, dicens. Tribunal iudicis ęterni ſecurus aſpiciet, quiſquis reatus ſui conſcius, digna eum modo pœnitentia placare contendit. Habuiſſe ſiquidem te concubinam manifeſta veritate comperimus, de qua etiam contraria eſt quibuſdam nata ſuſpicio. Sed quia in rebus ambiguis abſolutum non debet eſſe iudicium, hoc tuæ cõſcientiæ eligimus committendum. Qua de re ſi in ſacro ordine conſtitutus eius te permixtione eſſe recolis maculatum: ſacerdotij honore depoſito, ad miniſtrandum nullo modo pręſumas accedere: ſciturus in animæ tuæ periculo miniſtrare: & Deo noſtro te ſine dubio reddere rationem, ſi huius ſceleris conſcius, in eo quo es ordine celãs veritatẽ permanere volueris.

Ob hoc ſollicitiſsimus Eccleſiæ dei cuſtos Gregorius vniuſcuiuſque conſiliarios arguens, quantum in ſe erat, omnes omnino ſaluare certabat. Vnde Venantio exmonacho patricio poſt aliqua ſcribens ait: Scio quia cum epiſtola mea ſuſcipitur, protinus amici conueniunt, literati clientes vocantur, & de cauſa vitæ, conſilium ex fautoribus mortis quæritur: qui dũ non te, ſed res tuas diligunt, nulla tibi niſi quæ ad tempus placeant, loquuntur. Tales etiam fuerũt (ſicut ipſe reminiſceris) dudum conſiliarij qui te ad tanti facinus perduxerunt delicti. Et vt tibi aliquid ſecularis auctoris loquar, cum amicis omnia tractãda ſunt, ſed prius de ipſis. Si verò in cauſa tua hominem conſiliarium quæris, conſiliarium me ſuſcipe. Nullus tibi fidelior eſſe ad conſiliũ poteſt, quàm qui nõ tua, ſed te diligit. XLIIII.

Item Ioanni Conſtantinopolitano epiſcopo, poſt nonnulla. Ego beatiſsimo viro domino Ioãni reſcripſeram: ſed credo quia mihi familiaris ille veſter iuuẽculus reſcripſit, qui adhuc de deo nihil didicit, qui viſcera charitatis neſcit, qui in ſceleſtis rebus ab omnibus accuſatur, qui inſidiari quotidie diuerſorum *mortibus per occulta* teſtamenta nec deum metuit, *nec homines* erubeſcit. Mihi crede frater chariſsime, ſi zelũ veritatis perfectè habes, ipſum prius debes corrigere, vt ex his qui vobis vicini ſunt, etiam hi qui vicini non ſunt, exemplo melius emendentur. Illius linguam noli recipere. Ille ad conſilium veſtræ ſanctitatis debet dirigi, non autem veſtra ſanctitas ad verba illius inflecti. Si enim illum audit, ſcio quia pacẽ cum ſuis fratribus habere non poterit.

Itẽ Ianuario Caralitano epiſcopo: Eos, inquit, quorum cõſiliis meſſem alterius exaraſti, & eradicare terminos minimè timuiſti, in duobus menſibus excommunicatos eſſe decernimus, ita vt ſi quid eis intra duorum menſium ſpatium humanitus euenerit, benedictione viatici non priuentur. Deinceps autem ab eorum cõſiliis cautus exiſte, teq; ſollicitè cuſtodi: ne ſi eis in malo diſcipulus fueris, quibus magiſter in bono eſſe debuiſti: nec ſimplicitati tuę nec vlterius ſenectuti parcamus.

Item Gallinico exarcho Italiæ poſt nonnulla. Illud verò cognoſcite, quia me non modicè contriſtauit, quòd maior domus qui petitionem epiſcopi volentis à ſchiſmate reuerti, ſuſcepit, eam ſe perdidiſſe profeſſus eſt, & poſtmodum ab aduerſariis Eccleſiæ tenebatur. Quod ego non negligentia, ſed venalitate eius factum arbitror. Vnde miror quia in eo culpam hanc minimè veſtra excellentia vindicauit: ſed tamẽ quia hoc miratus ſum, memetipſum citius reprehendi. Nã vbi domnus Iuſtinus conſilium præbet, qui pacem cũ catholica Eccleſia non habet: ibi non poſſunt hęretici addici. Præterea ſancti Petri Apoſtolorum principis natalitium diem in Romana ciuitate vos facere velle perhibetis: & oramus omnipotentem dominum, vt ſua vos miſericordia protegat, & vota veſtra vos implere concedat. Sed prædictus vir eloquentiſsimus peto vt ſimul veniat: qui ſi nõ venerit, à veſtris obſequiis recedat: vel certè ſi veſtra excellentia fortaſſe emergentibus cauſis venire nequiuerit, ipſe tamen ſanctæ Eccleſiæ vnitati communicet. Bonum enim virum audio, ſi peſsimi non eſſet erroris.

Item Sereno Maſsilitano epiſcopo poſt multa. Peruenit XLV.

Universidad de Deusto Biblioteca

uenit ad me quòd dilectio tua libenter malos homines in societate vel consilio suo recipiat,adeò vt presbyterum quendam qui postquam lapsus est,& in suæ adhuc dicitur iniquitatis pollutione versari,familiarem habeat:quod quidem nos ex toto non credimus: quia qui talem recipit,scelera non corrigit,sed magis aliis talia perpetrare videtur dare licentiam. Sed ne forte aliquid tibi surreptione,vel dissimulatione vt à te reciperetur, atque adhuc habeatur gratis suaserit: non solùm hunc à te longius expellere, verùm etiam excessus ipsius sacerdotali te zelo modis omnibus cõuenit resecare: alios verò qui praui esse memorantur, paterna adhortatione à sua prauitate compescere, & ad viam stude rectitudinis reuocare. Quod si (quod absit)salubri monitu eos videris in nullo proficere, & hos quoque curabis à te procul abiicere, ne prauitates eorum ex eo quòd recipiuntur,disiplicere minime videantur,& non solum ipsi inemendati remaneãt,sed etiam eorum receptione alij corrumpantur. Et considera quàm & hominibus execrabile, & periculosum ante dei sit oculos,si per eum à quo plectenda sunt crimina,nutriri vitia videantur.Hæc igitur dilectissime frater diligenter attende,& ita agere stude, vt prauos salubriter corrigas, & scandalum de malorum societate,filiorum tuorum animis non inducas.

XLVI. Pro vnius culpa iudicari alium rectissimus iudex Gregorius minimè permittebat.Ideoque Godescalco duci Campaniæ scribens ait. Illa præpositorum sollicitudo vtilis, illa est cautela laudabilis,in qua totum ratio agit,& furor sibi nil vindicat. Restringenda ergo sub ratione potestas est, nec quicquã agendũ prius quam concitata ad trãquillitatem mens redeat. Nam commotionis tempore iustum putat ira quod fecerit. Peruenit itaque ad nos, magnitudinem tuam vsque ad hoc esse impetu furoris impulsam, vt non solum frangi ianuas monasterij sancti Archangeli,verum etiam diripi exinde quod ibi inuentum est feceris. Insuper autem sic contra abbatem eiusdem monasterij diceris exarsisse,vt nisi occultans se iracundię tuæ tẽpore latuisset,non leue discrimen incurreret, denique vt metu tuo perterritus,de domo in qua se olim receperat,exire hucúsque non audeat.Quod ne frustra fecisse forsitan videreris, fugam monachi ipsius qui ad hostes abiit, ad eius(quantum ad nos perlatum est)crimen impingis, adseres quod illius voluntate fugerit. Quod si ita est, contristamur,& valde sapientiam vestram miramur. Nam si licitum putatis vt aliorũ culpa alij sit nociua,multi huic possunt crimini subiacere.Diuersorum enim nobilium serui,multarum ecclesiarum clerici,diuersorum monasteriorum monachi, multorum iudicum homines sæpe se hostibus tradiderunt.Ergo si hoc creditur, seruorum vtique domini,clericorum episcopi, monachorum abbates diuersorum fugacium iudices,omnes sub culpa sunt & crimine constituti.Nũquid & diebus magnitudinis tuæ multi de ciuitate in qua consistis, ad Lõgobardorum milites non fuga lapsi sunt?Et quis tantę indiscretionis tantæque possit stultitiæ reperiri, vt eorum iniquitatem tibi æstimet applicandam?

XLVII. Libertatem vniuscuiusque hominis Gregorius cõtra iudicum insolentias liberis nihilominus vocibus defendebat. Vnde Leontio exconsuli post aliqua scribens ait:Si Libertinus in ista causa cautionis culpabilis inuenitur:de aliis causis quid pro se alleget,nescio: vnũ tamen hoc bene atque constanter noui,quia & si quã rebus publicis fraudem fecit, substantia eius cędi debuit, non libertas. Nam in hoc quòd liberi homines cæduntur, vel includuntur,vt taceam quòd omnipotens deus offenditur,vt taceam quòd vestra opinio vehementer grauatur: piissimi tamen imperatoris nostri omnino tempora fuscantur. Hoc enim inter reges gẽtium,& imperatores Romanorum distat, quòd reges gentium,domini seruorum sunt: imperator verò Romanorum,dominus liberorum. Vnde & vos quicquid agitis,prius quidem seruata iustitia,deinde custodita per omnia libertate agere debetis. Scriptum est enim:Quod tibi non vis fieri: vide ne alteri facias.Et per semetipsam veritas dicit: Quæ vultis vt faciãt vobis homines, & vos eadem facite illis. In libertate ergo eorum qui vobis in discussione commissi sunt, vestram specialiter attẽdere debetis:& si ipsi à maioribus vestris iniuriari libertatẽ vestrã nõ vultis, subiectorum vestrorum libertatem honorando custodite.Scimus enim qui dixit: Cœlum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Cuius quia verba non transeunt, sed per omnia implentur, metuamus quod iterum dicit:In qua mensura mensi fueritis,in ea remetietur vobis.Quod autem gloria vestra existimat,quia si superbè,si crudeliter agimus despecto deo, nobis hominem placamus: nullo modo. Nam ipse qui despicitur,eum contra nos quem despecto deo placare volumus, irritat. Curemus ergo per omnia placare deum,qui potens est,& iratos homines ad mansuetudinem reducere. Nam (sicut dixi) etiam mansueti homines indignante Deo ad iracundiam prouocantur. Si autem dicitur, quia sine verberibus atque terroribus fraudes publicæ inueniri non possunt:hoc admittere poteram, si in ratiocinationũ causa domnus Leontius non venisset. Nam verũ est quia illi solent manibus excedere, qui in sensu & lingua deficiunt.

XLVIII. Cunctorum iudicum cupiditates vel scelera Gregorius quasi camo frenóq; pontificij sui, validissimis auctoritatibus refringebat:& si quos dulciter à prauitate corrigere non valebat,scriptorum suorum redargutionibus publicabat. Vnde Romano exarcho Italiæ residenti Rauennę scribit,inquiens:Apud excellẽtiam vestram prauorum audacia correptionis debet aculeos magis quam defensionis inuenire solatium. Nam satis graue est, vt contingat illic habere prauarũ actionum refugium, vnde disciplinæ decet prodire censura. Peruenit itaque ad nos,Speciosum quendam presbyterum, qui causa poscente in monasterio à Ioanne fratre & coepiscopo nostro fuerat deputatus, contra sui pastoris exinde voluntatem exisse, & ecclesiasticę constitutionis vigore despecto,antedicto episcopo vestra fretum tuitione resistere. Quod quia excellentiæ vestræ sine dubio pulsat inuidiam, necesse est vt ab eius vos (habita discretione)debeatis tuitione suspendere:ne si nominis vestri occasione pastoris suo inobediens vel contumax fuerit:ad tempus vestros contra vos iudices defensare, atque excellẽtiam vestram hac ex re cogatur offendere,& nos pariter de vestra discordia contristari. Comperimus præterea (quod dici nefas est) quasdam mulieres quæ nunc vsque in religioso atque monachico habitu permanserunt,religiosam vestem deponere,& cõiugibus (quod sine graui dolore referre non possumus) sociari. Sed hoc quidem vt licere vel attentare presumant, fauoris vestri patrocinio fulciri dicuntur. Quod nos credere

dere peruersitatis ipsius acerbitas non permittit. Petimus ergo vt in tanto vos peccato miscere nullatenus debeatis. Nam huiusmodi iniquitatē impunitā propter deum nullo modo patimur remanere. Vnde iterum quæsumus vt excellentia vestra in talium se causarum defensione nō misceat: ne & deus suā defendat iniuriam, & inter nos aliorum pariat culpa discordiā.

Item Venantio exmonacho patricio. Multi homines stulti putauerunt quòd si ad ordinem episcopatus ueherer, te alloqui ac per epistolas frequentare recusarem. Sed non ita est: quia ipsa iam loci mei necessitate compellor vt tacere non debeam. Et post pauca. Hac igitur consideratione compulsus, velis an nolis locuturus sim: quia omni virtute, aut te cupio saluari, aut de tua morte me eripi. In quo enim habitu fueris, recolis: & supernę districtionis animaduersione postposita, ad quid sis delapsus, agnoscis. Culpam ergo tuā pensa dum vacat: districtionem futuri iudicis dum vales exhorresce: ne tunc illam amaram sentias, cum eam iam nullis fletibus euadas. Et infra: Teste Euangelio scis, quia diuina seueritas de ocioso sermone nos arguit, & de verbo inutili rationes subtiliter exquirit. Pensa ergo quid factura est de peruerso opere, si quosdā in iudicio suo reprobat de sermone. *Ananias Deo* pecunias vouerat, quas post *diabolica victus persuasione* subtraxit: *sed qua morte mulctatus est, sapis. Si* ille igitur *mortis periculo* dignus fuit, qui eos quos dederat *numos* deo abstulit: considera quanto periculo *in diuino* iudicio dignus eris, qui nō nummos, sed temetipsum omnipotenti domino, cui te sub monachico habitu deuoueras, subtraxisti. Quapropter si correctionis meę verba secuturus audieris, quàm sint blanda & dulcia, in fine cognosces. Ecce (fateor) mœrens loquor, & facti tui tristitia addictus, edere verba vix valeo: & tamen animus tuus actionis suæ cōscius, vix sufficit ferre quod audit: erubescit, confunditur, auersatur. Si ergo ferre non valet verba pulueris, quid facturus est ad iudicium conditoris? Fateor tamen quia supernę gratiæ esse misericordiam maximā credo, quòd te effugere vitam conspicit, & tamen adhuc ad vitam reseruat: quòd superbientem te videt, & tolerat. Cúmque Venantius in eadem apostasia permanens, obortis quibusdam simultatibus oblationes suas à Ioanne Syracusano episcopo execratas cognosceret, contra episcopum hostili more commotus est, eúmque non timuit Gregorio accusare. Cui ipse rescribit dicens: Multum nos ea quam direxistis, iam cō tristatos inuenit epistola, quòd inter vos & Ioannem fratrem & coepiscopum nostrum (de quorum desiderabamus gaudere concordia) scandalum prodiisse cognouimus. Quæuis enim causa fuisset, nō vsq; ad hoc debuit furor erūpere, vt armati homines vestri (sicut audiuimus) in episcopum irruerent, & diuersa hostili more mala committerent, atque vos hæc res à paterna interim charitate diuideret. Nunquid non poterat si quælibet contentio fuit, tranquillè disponi, vt nec partium vtilitas detrimētum, nec sentiret gratia lęsionem? Cuius autem grauitatis, cuius sanctitatis, cuius manſuetudinis suprascriptus frater noster sit, non habemus incognitum. Ex quare colligimus, quia nisi vis eum doloris nimia coegisset, ad hanc rem de qua vos contristatos adseritis, eius fraternitas nullatenus peruenisset. Nos tamen vbi hoc eo scribente comperimus, illico ei scripsimus, admonentes, vt & oblationes vestras, sicut antè, susciperet, & missas in domo vestra non solùm celebrari permitteret, sed (si velitis) etiā ipse perageret & cætera. Verùm Venantius cum episcopo in concordiam rediens, cum per vndecim annos à Gregorio multiplicibus literis exhortatus redire ad monachicum propositum detrecta ret, in grauissimam ægritudinem cecidit: quod à Ioanne Syracusano episcopo Gregorius audiens, rescripsit dicens: Fraternitatis vestrę scripta suscepi, quæ mihi de dulcissimi filij mei domni Venantij ægritudine loquebantur, & cūcta erga eum qualiter acta sunt enarrabant. Sed vno tempore auditis & illum desperare ac grauiter ægrotare, & in rebus orphanorum, filiorū scilicet eius, homines iniquos insistere, vix se in corde meo dolor capere poterat. Sed in hoc fuit solatium, quòd lachrymæ mihi per gemitus erumpebant. Vestra igitur sanctitas primam quam debet curam negligere non debet, vt de anima eius cogitare debeat, exhortando, rogando, dei terribile iudiciū proponendo, ineffabilem eius misericordiam promittendo, vt ad habitum suum redire, vel in extremo debeat, nę ei reatus tantæ culpæ in æterno iudicio obsistat.

Si quos tamen iudicum à suis prauitatibus inconuertibiles Gregorius aduertebat, eos scriptis propriis *penes principes* denotabat. Vnde Constantinę Augustæ *queritur dicens*: Dum in Sardinia insula multos esse gentilium cognouissem, eósque adhuc prauę gentilitatis more idolorum sacrificiis deseruire, & eiusdē insulæ sacerdotes ad prædicandum redemptorē nostrū torpentes existerent: vnum illuc ex Italiæ episcopis misi, qui multos gentilium ad fidem domino cooperante perduxit. Sed rem mihi sacrilegam nuntiauit, quia hi qui in ea idolis immolāt, iudici prēmium persoluunt, vt hoc eis facere liceat. Quorum dū quidā baptizati essent, & iam immolare idolis deseruissent, adhuc ab eodem *insulæ iudice*, etiā post baptismum prēmiū illud exigitur, quod dari prius pro idolorum immolatione consuerat. Quem cum prædictus episcopus increparet, tantum se suffragiū promisisse respondit, vt nisi de causis etiam talibus impleri non possit. Corsica verò insula tanta nimietate exigentium, & grauamine premitur exactionum, vt ipsi qui in illa sunt, eadēmq; exiguntur, complere vix filios suos vendendo sufficiant. Vnde fit, vt derelicta pia republica, possessores eiusdem insulæ ad nefandissimam Longobardorum gentem cogantur effugere. Quid enim grauius, quid crudelius pati possunt à barbaris, quàm vt constricti atque compressi suos filios vendere compellantur? In Sicilia autē insula Stephanus quidam marinarum chartularius, tanta præiudicia, tantásque oppressiones operari dicitur inuadendo loca singulorum, atque dictione causarum per possessiones ac domos titulos ponendo, vt si velim acta eius singula quæ ad me peruenerunt, dicere: magno volumine hæc explere non possim. Quæ omnia serenissima domina solerter aspiciat, & oppressorum gemitus compescat. Et post pauca. Quæ enim mentes, qualia viscera parentū esse possunt perpendite, quando filios suos distrahunt ne torqueantur. Qualiter autem miserendum sit filiis aliorum, hoc bene sciūt qui habent proprios. Vnde mihi breuiter hæc suggessisse sufficiat, ne si ea quę in his partibus aguntur, pietas vestra non cognosceret: me apud districtum iudicem silentij mei culpa multaret. Hinc est quòd huius Gregorij tempore tot sacerdotes & laici per diuersas regiones miraculis coruscasse (dialogo teste) probantur,

quot

Universidad de Deusto
Biblioteca

quot nunquam ſub poſterioribus pontificibus inueniri poſtea potuerunt.

Tantis igitur Eccleſiæ Dei felicitatibus hoſtis humani generis inuidens, nonnullos pontificum ſimúlque ſecularium iudicum ad eius inuidiam conflagrauit Super quorum afflictione Ioanni Rauennati epiſcopo inter cætera queritur dicens: Peccatis meis hoc reputo,quia iſte qui nunc intereſt,haud dubium quin Romanus exarchus, & pugnare contra inimicos noſtros diſſimulat,& nos facere pacem vetat:quanuis iã modò,etiã ſi velit,facere omnino non poſſumus:quia Ariulfus exercitum Auarith & Nodulfi habens, eorũ ſibi dari precario deſiderat, vt nobiſcũ loqui aliquid de pace dignetur.

Item Sebaſtiano epiſcopo Sirmienſi poſt aliqua. Quæ, ſanctiſsime frater, de amici veſtri domni Romani perſona in hac terra patimur,loqui minimè valemus: breuiter tamen dico, quia eius in nos malitia, gladios Longobardorum vincit,ita vt benigniores videantur hoſtes qui nos interimunt, quàm reipublicæ iudices, qui nos malitia ſua rapinis atque fallaciis in cogitatione conſumunt. Et vno tempore curam epiſcoporum atque clericorum,monaſteriorum quoque & populi gerere ,contra hoſtium inſidias ſollicitum vigilare, contra ducum fallacias atque malitias ſuſpectum ſemper exiſtere : cuius laboris ſit , cuius doloris ſit, veſtra fraternitas tanto verius penſat , quanto me qui hæc patior,purius amat.

Item Anaſtaſio patriarchę poſt multa.Quæ mala à barbarorum gladiis , quæ à peruerſitate iudicum patimur, beatitudini veſtrę narrare refugio,ne eius gemitum augeam,quem minuere conſolando debuerã.

Item Palladio preſbytero de monte Sina poſt plurima.Peto vt pro me orare debeas,quatenus omnipotens deus,& à malis me ſpiritibus, & à peruerſis hominibus cuſtodire dignetur: quia in hac vitæ meæ peregrinatione mala me ſimul,& multa circundant,ita vt cum Pſalmiſta iure dicam:In me tranſierunt iręꝰ tuæ, & terrores tui conturbauerũt me. Circũdederunt me ſicut aqua tota die, circundederunt me ſimul.

L. Porrò Mauricio tunc auariſsimo ſimúlque rapaciſsimo principi , ſuggeſtionibus inimicorum ſuorũ funeſtiſsimam legem ferenti , vt nulli militum , qui videlicet in manu ſignatus fuiſſet , liceret conuerti, inter cętera ſic reſpondit: Ad hoc poteſtas ſuper omnes homines,pietati dominorum meorum cœlitus data eſt , vt qui bona appetunt, adiuuentur, vt cœlorum via largius pateat , vt terreſtre regnum cœleſti regno famuletur.Et ecce aperta voce dicitur,vt ei qui ſemel in terrena militia ſignatus fuerit , niſi aut expleta militia,aut pro debilitate corporis depulſus, Chriſto militare nõ liceat. Ad hæc ecce per me ſeruum vltimum ſuum & veſtrum reſpondet Chriſtus dicens. Ego te de notario comitem excubitorum, de comite excubitorum Cæſarem , de Cæſare imperatorem,& non ſolum hoc,ſed etiã patrem imperatorum feci.Sacerdotes meos tuæ manui commiſi: & tuà meo ſeruitio milites tuos ſubtrahis ? Reſponde(rogo) piiſsime domine ſerno tuo , quid venienti,& hæc dicenti reſponſurus es in iudicio domino tuo?Et poſt pauca.Requirat ergo dominus meus quis prior imperator talem legẽ dederit, & ſubtilius æſtimet ſi dari debuerit.

Item Theodoro medico, poſt aliqua, Peccatis, inquit,meis facientibus,ex quorum ſuggeſtione, vel cõſilio neſcio talem in republica ſua legem protulit imperator,vt nullus qui actionem publicam egit, nullus qui optio vel manu ſignatus,vel inter milites habitus eſt,ei in monaſterio conuerti liceat, niſi forte militia eius fuerit expleta.Quam legem primùm (ſicut hi dicunt qui leges veteres nouerunt) Iulianus protulit, de quo ſcimus omnes quantum à deo auerſus fuerit.

Confortabat inſaniam iudicum ſiue fouebat Ioan- II.
nes tunc ex monacho regiæ vrbis antiſtes,qui eo tempore quo Gregorius à Pelagio præſule deſtinatus Apocriſarius penes Conſtantinopolim morabatur,fugere ſe ſummum ſacerdotiũ quaſi humiliter finxit : ſed eo ſuſcepto vſque adeò in ſuperbiam doloſæ mentis excreuit,vt ex cauſa alia occaſionem quęrens ſynodum faceret, in qua ſe vniuerſalem appellare conatus eſt. Quod mox papa Pelagius vt agnouit, directis epiſtolis ex auctoritate ſancti Petri Apoſtoli eiuſdem ſynodi acta caſſauit.Diaconum verò qui iuxta morem pro reſponſis eccleſiaſticis faciendis imperatoribus adhærebat,cum eo miſſarum ſolennia celebrare prohibuit. Cuius ſententiam beatus Gregorius ſequens,prędictũ Ioannem ſæpe commonitum acquieſcere differẽtem, ſententia pari multauerat, omnibúsque pontificibus ſub interminatione proprij honoris mandauerat , ne vnquam vniuerſalis prophanum vocabulum aut ſcriberent,aut ſcriptum ſuſciperent,aut vbi fuiſſet ſcriptum,ſubſcriberent. Quapropter Ioannes multis fallaciis ad ſuam hypocriſin conſenſum auariſsimi imperatoris redimẽs,obtinuit vt imperator Gregorio ſcriberet,quod ſibi pacificꝰ extitiſſet. Quapropter ipſe imperatrici Conſtantinæ inter aliqua ſcribit dicens: Sabiniano diacono reſponſali meo ſcribente cognoui, in cauſis beati Petri Apoſtolorum principis contra quoſdam ſuperbè humiles,fictè blandos,quanta ſe iuſtitia veſtra ſerenitas impendat.Vnde adhuc peto, vt nullius prævalere contra veritatẽ hypocriſin permittatis: quia ſunt quidam qui iuxta egregij prædicatoris vocem,per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium : qui veſte quidem deſpecti ſunt,ſed corde tumẽt : & quaſi in hoc mundo cuncta deſpiciunt : ſed tamen ea quæ mundi ſunt, cuncta ſimul adipiſci quærunt. Qui indignos ſe omnibus hominibus fatentur,ſed priuatis vocabulis contenti eſſe non poſſunt:quia illud appetunt,vnde omnibus digniores eſſe videantur. Et poſt pauca.

Præterea indico, quia piiſsimi domini ſcripta ſu- III.
ſcepi, vt fratri & conſacerdoti meo Ioanni debeã eſſe pacificus . Et quidem ſic religioſum dominũ decuit, vt ſacerdoti iſta præciperet.Sed cum ſe noua præſumptione atque ſuperbia idem frater meus vniuerſalem epiſcopum appellet,ita vt ſanctæ memoriæ deceſſoris mei tempore ſcribi ſe in ſynodo tali hoc ſuperbo vocabulo faceret: quanuis cuncta illius ſynodi,ſede apoſtolica contradicente , ſoluta ſint : triſte mihi aliquid ſereniſsimus dominus innuit , quòd non eum corripuit,qui ſuperbit,ſed me potius ab intẽtione mea declinare voluit, qui in hac cauſa, euangeliorum & canonum,humilitatis atque rectitudinis defendo veritatẽ.Qua in re à prædicto fratre & conſacerdote meo contra euangelicam ſententiam,contra beatum quoque Petrum apoſtolum, & contra omnes Eccleſias canonúmque ſtatuta agitur . Sed eſt omnipotens Deus, in cuius manu ſunt omnia , de quo ſcriptum eſt: Non eſt ſapientia,non eſt prudentia, non eſt conſilium cõtra dominum.Et quidem ſæpe fatus ſanctiſſimus frater ſereniſſimo domino multa ſuadere conatur: ſed

bene

bene noui quia tantæ illæ orationes eius & lachrymæ nil ei à quoquam contra rationem aut animam suam subripi permittunt. Triste tamen valde est, vt patienter feratur, quatenus despectis omnibus prædictus frater & coepiscopus meus solus conetur appellari episcopus. Sed in hac eius superbia quid aliud nisi propinqua iam Antichristi tempora esse designantur? Quia illum videlicet imitatur, qui spretis in sociali gaudio angelorum legionibus, ad culmen conatus est singularitatis erumpere, dicens: Super astra cœli exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascēdam super altitudinem nubium: similis ero altissimo. Vnde per omnipotentem dominum rogo, ne pietatis vestræ tēpora permittatis vnius hominis elatione maculari: neque tam peruerso vocabulo vllum quoquo modo præbeatis adsensum, atque in hac causa nequaquam me pietas vestra despiciat: quia & si peccata Gregorij tanta sunt, vt pati talia debeat: Petri apostoli peccata nulla sunt, vt vestris temporibus pati talia mereantur. Vnde iterum atque iterum per omnipotentem dominum rogo, vt sicut priores principes sancti Petri apostoli gratiam quæsiuerunt, vos quoque hanc vobis & quærere, & seruare curetis, & propter peccata nostra, qui ei indignè seruimus, eius apud vos honor *nullatenus minuatur, qui* & modò vobis adiutor *esse in omnibus, & postmodū* vestra valeat *peccata dimittere.* Viginti autem iam & septem *annos ducimus*, quod in hac vrbe inter Longobardorū gladios viuimus: quibus quàm multa ab hac Ecclesia cotidianis diebus erogantur, vt inter eos viuere possimus, suggerenda non sunt. Sed breuiter indico, quia sicut in Rauennæ partibus dominorum pietas apud primi exercitum Italiæ sacellarium habet, qui causis superuenientibus cotidianas expensas faciat: ita & in hac vrbe in causis talibus eorum sacellarius ego sum: & tamen hæc Ecclesia quæ vno eodēq; tempore clericis, monasteriis, pauperibus, populo atq; insuper Longobardis tam multa indesinenter expendit: ecce adhuc ex omnium ecclesiarum afflictione premitur, quia de vnius hominis superbia multi gemunt, etsi dicere nil præsumunt.

LIII. Auariſſimo quoque principi Gregorius voce libera contradicit, post aliqua scribens: Ecce claues regni cœlestis haud dubium est quin Petrus accepit: potestas ei ligandi atque soluendi tribuitur: cura ei totius Ecclesię & principatus committitur, & tamen vniuersalis Apostolus non vocatur, & vir sanctissimus consacerdos meus Ioannes vocari vniuersalis episcopus conatur. Exclamare compellor ac dicere, O tempora, ô mores. Ecce cūcta in Europæ partibus Barbarorum iuri sunt tradita: destructæ sunt vrbes: euersa castra: depopulatæ prouinciæ: nullus terram cultor inhabitat: sæuiunt & dominātur cotidie in necem fidelium cultores idolorum: & tamen sacerdotes qui in pauimento & cinere flentes iacere debuerunt, vanitatis sibi nomina expetunt, & nouis ac profanis vocabulis gloriantur. Nunquid ego hac in re, piissime domine, propriam causam defendo? Nunquid specialem iniuriam vindico? Causam omnipotentis dei ago, causam vniuersalis Ecclesiæ. Quæro, quis est iste qui cōtra statuta euangelica, contra canonum decreta, nouum sibi nomen vsurpare præsumit? Vtinam vel sine imminutione vnus sit, qui esse appetit vniuersus. Et certè multos Constantinopolitanæ Ecclesię in hęreseos voraginē cecidisse nouimus sacerdotes: & nō solùm hęreticos, sed etiam hęresiarchas factos. Inde quippe Nestorius, qui mediatorem dei & hominum Christum Iesum duas esse personas existimans, quia Deum hominem fieri potuisse nō credidit, vsque ad Iudaicam perfidiam erupit. Inde Macedonius, qui consubstantialem patri & filio spiritum sanctum, deum esse denegauit. Si igitur illud nomen in ea ecclesia sibi quisquam arripit, vnde tot hæresiarchæ prodisse noscuntur, vniuersa ergo Ecclesia (quod absit) à statu suo corruit, quando is qui appellatur vniuersalis, cadit. Sed absit à Christianis cordibus nomē istud blasphemiæ, in quo omnium sacerdotum honor adimitur, dum ab vno sibi dementer arrogatur. Certè pro beati Petri apostolorum principis honore per venerādā Chalcedonensem synodum Romano pontifici oblatū est: sed nullus eorum vnquam hoc singularitatis nomine vti consensit: ne dum priuatim aliquid daretur vni, honore debito sacerdotes priuarentur vniuersi. Quid est ergo quòd nos huius vocabuli gloriam & oblatam non quęrimus, & alter sibi hanc arripere etiā nō oblatā præsumit? Ille ergo magis est piissimorum dominorum præceptione flectendus, qui præceptis canonicis obedientiam prębere contēnit. Ille coërcendus est, qui sanctæ vniuersali Ecclesiæ iniuriam facit: *qui corde tumet: qui gaudere de nomine singularitatis appetit: qui honori quoque* vestri imperij se per priuatum vocabulum superponit. Ecce omnes hac de re scandalum patimur. Ad viam igitur rectam reuertatur auctor scandali, & omnia sacerdotum iurgia cessabunt. Ego enim cunctorum sacerdotum seruus sum, inquantum ipsi sacerdotaliter viuunt. Nam qui contra omnipotentem deum per inanis gloriæ tumorem, atque contra statuta patrum suam ceruicem erigit, *in omnipotente domino confido, quia meam sibi nec cum gladiis flectet. Quid autem nuper in hac vrbe ex huius vocabuli auditu gestum sit, Sabiniano diacono ac responsali meo subtilius indicaui.*

Item Ioanni episcopo Constantinopolitano. Eo tē LIIII. pore quo fraternitas vestra in sacerdotali honore prouecta est, quantam ecclesiarum pacem atque concordiam inuenerit, recolit: sed quo ausu quóue tumore nescio nouum sibi conata est nomen arripere, vnde omnium fratrum corda potuissent ad scādalum peruenire. Qua in re vehementer admiror, quia ne ad episcopatum venire potuisses, fugisse te velle memini: quem tamen adeptum ita exercere desideras, ac si ad eum ambitioso desiderio decurrisses. Qui enim indignum te esse fatebaris vt episcopus dici debuisses, ad hoc quandoque perductus es, vt despectis fratribus episcopus appetas solus vocari. Et paulò post. Verè enim flens dico, atque ex intimo viscerum dolore peccatis meis reputo, quòd ille meus frater nunc vsque reduci ad humilitatem non valuit, qui ad hoc in episcopatus gradu constitutus est, vt aliorum animas ad humilitatem reducat: quòd ille qui veritatē docet alios, semetipsum docere, nec me quoque deprecante consensit. Item post aliqua. Quis (rogo) in hoc tā peruerso vocabulo, nisi ille ad imitandum proponitur, qui despectis angelorum legionibus secum socialiter constitutis, ad culmē conatus est singularitatis erumpere, vt nulli subesse, & solus præesse omnibus videretur? Qui etiā dixit: In cœlum conscendam: super astra cœli exaltabo soliū meum: sedebo in monte testamēti, in lateribus Aquilonis: ascēdam super altitudinem nubium: similis ero altissimo. Quid enim fratres tui

omnes

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes Ecclesiæ vniuersales episcopi, nisi astra cœli sunt: quorum vita simul & lingua inter peccata errorésque hominum quasi inter noctis tenebras lucent? Quibus dum cupis temetipsum vocabulo elato præponere, eorúmque nomen tui comparatione calcare: quid aliud dicis, nisi, In cœlum conscendam, super astra cœli exaltabo solium meum? An non vniuersi episcopi nubes sunt: qui & verbis pluunt, & bonorum operum luce coruscant? Quos dum vestra fraternitas despiciens sub se premere conatur, quid aliud dicit, nisi hoc quod ab antiquo hoste dicitur, Ascendam super altitudinem nubium? Quæ cuncta ego cum flens conspicio, & occulta dei pertimesco iudicia: augentur lachrymæ, gemitus se in meo corde non capiunt, quòd ille vir sanctissimus dominus Ioannes, tantæ abstinentiæ atque humilitatis, familiarium seductione linguarũ ad tantam superbiam erupit, vt in appetitu peruersi nominis illi esse conetur similis, qui dum superbè esse deo similis voluit, etiam donatę similitudinis gratiam amisit: & veram beatitudinem perdidit: quia falsam gloriam quæsiuit. Certè Petrus princeps Apostolorum membrum sanctæ & vniuersalis Ecclesię est: Paulus, Andreas, Ioãnes, quid aliud quàm singularum sunt plebium capita? Et tamen sub vno capite omnes membra. Atque vt cuncta breui cinglo locutionis astringam, sancti ante legem, sancti sub lege, sancti sub gratia, omnes hi perficiẽtes corpus domini, in membris sunt Ecclesiæ constituti, & nemo se vnquam vniuersalem vocari voluit. Vestra ergo sanctitas agnoscat quantum apud se tumeat, quæ illo nomine vocari appetit, quo vocari nullus præsumpsit, qui veraciter sanctus fuit. Itẽ post pauca. Certè olim clamatur per Apostolum: Filioli, nouissima hora est. Et secundum quòd veritas prędixit, pestilentia, & gladius per mundum sæuit: gentes insurgunt gentibus: terræ concutitur orbis: cum habitatoribus suis terræ dehiscentes soluuntur, omnia quæ prædicta sunt, fiũt. Rex superbiæ prope est: & (quod dici nefas est) sacerdotum ei præparatur exercitus, quia ceruici militant elationis, qui positi fuerant vt ducatum præberent humilitatis. Sed hac in re etiam si nostra lingua minimè contradicat: illius virtus contra elationem erigitur, qui supbiæ vitio per semetipsum specialiter aduersat. Et infra. Considerare vos cõuenit, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam co inquinentur multi. quod tamen si nos considerare negligimus, contra tantæ elationis tumorem iudicia superna vigilabunt.

LV. Item Sabiniano diacono Cõstantinopolitano. De causa fratris nostri viri reuerentissimi Ioãnis episcopi Cõstãtinopolitani duas epistolas facere nolui: sed vna breuiter facta est, quæ vtrunque habere videretur admixtum, id est, & rectitudinem, & blandimentũ. Tua itaque dilectio eam epistolam quam nunc direxi, pro voluntate imperatoris ei dare studeat. Nam de subsequenti talis alia transmittetur, de qua eius superbia non lætetur. Ad hoc enim vsque peruenit, vt sub occasione presbyteri Ioannis gesta huc transmitteret, in qua se penè per omnem versum œcumenicon patriarcham nominaret. Sed spero in omnipotentem deum, quia hypocrisin illius superna maiestas dissoluet. Miror autẽ quod dilectionem tuã fallere potuit, vt permitteres domino imperatori persuaderi, quatenus ad me de hac causa sua scripta transmitteret, in quibus admoneret vt cum eo pacem habere debuissem: qui si iustitiam tenere vult, illum debuit admonere, vt se à superbo vocabulo compesceret: & protinus inter nos pax fieret. Tamen qua calliditate à prædicto fratre nostro Ioanne factum sit, vt suspicor, minimè pensasti. Idcirco enim hoc ille fecit, vt aut audiretur domnus imperator, & ille in sua vanitate confirmatus esse videretur: aut non à me audiretur, & eius animus cõtra me irritaretur. Sed nos rectam viam tenebimus, nil in hac causa aliud nisi omnipotentem dominum metuentes. Vnde tua dilectio in nullo trepidet. Omnia quę in hoc seculo videt alta esse cõtra veritatem, pro veritate despiciat: & in omnipotentis dei gratia atq; beati Petri adiutorio confidat. Vocem veritatis recolat dicentis: Maior est qui in vobis est, quam qui in hoc mundo. Et in hac causa quicquid agendum est, cum summa auctoritate agat. Postquam enim defendi ab inimicorũ gladiis nullo modo possumus, postquam pro amore reipublicæ argentum, aurum, mancipia, vestèsque perdidimus: nimis ignominiosum est vt per eos etiam fidem perdamus. In isto enim scelesto vocabulo consentire, nihil est aliud, q̃ fidem perdere. Vnde sicut iam transactis epistolis scripsi, nunquam cum eo procedere præsumas.

LVI. At verò Ioannes nouæ præsumptionis inuẽtor, vbi Mauricium deo aduersum, Gregorio cum suis complicibus fecit infensum, cernens Constantinam imperatricem totis conatibus Romanæ Ecclesię seruanda priuilegia suadere: quantis valuit artibus incitauit, vt propter eam quam in honorem sancti Pauli apostoli in palatio ædificabat Ecclesiã, à Gregorio caput eiusdem Apostoli, aut aliud quid de ipsius corpore sibi dirigi postularet. Quam calliditatem beatissimus papa cognoscens, imperatricis animis taliter satisfecit. Dũ illa mihi desiderarem imperari, de quibus facillimã obedientiam exhibens, vestram erga me gratiam potuissem ampli⁹ pronocare: maior me mœstitia tenuit, quod illa præcipitis, quæ facere nec possum, nec audeo. Nam corpora sanctorum Petri & Pauli apostolorum tantis in Ecclesiis suis coruscant miraculis atque terroribus, vt neque ad orandum sine magno illuc timore possit accedi. Denique dum beatę recordationis decessor meus, quia argentum quod supra sacratissimum corpus beati Petri apostoli erat, longè tamen ab eodem corpore fere quindecim pedibus, mutare voluit, signum ei non parui terroris apparuit. Sed & ego aliquid similiter ad sacratissimum corpus sancti Pauli apostoli meliorare volui: & quia necesse erat vt iuxta sepulchrum eiusmodi effodi altius debuisset: præpositus loci illius ossa aliqua non quidem eidẽ sepulchro coniuncta reperit: quæ quoniam leuare præsumpsit, atque in alium locum transponere, apparentibus quibusdã tristibus signis subita morte defunct⁹ est. Præter hæc autem sanctæ memorię decessor meus idem ad corpus sancti Laurentij martyris quædã meliorare desiderans, dum nescitur vbi corpus esset venerabile collocatum, effoditur exquirendo: & subitò sepulchrum ipsius ignoranter apertum est: & hi qui præsentes erant atque laborabant monachi & mansionarij, quia corpus eiusdem martyris viderũt, quod quidem minimè tangere præsumpserunt, omnes intra decem dies defuncti sunt, ita vt nullus vitę superesse potuisset, qui semiustum corpus illius viderat.

LVII. Cognoscat autem tranquillissima domina, quia Romanis consuetudo non est, quando sanctorum reliquias dant, vt quicquam tangere prę sumant de corpore,

Universidad de Deusto Biblioteca

* prandeũ & sic deinceps.

pore, sed tantum modo in pyxide brādeum *mittitur, atque ad sacratissima sanctorum corpora ponitur: quod leuatum in Ecclesia quæ est dedicanda debita cum veneratione reconditur: & tantę per hoc ibidem virtutes fiunt, ac si illic specialiter eorum corpora deferantur. Vnde contigit, vt beatę recordationis Leonis papæ tempore (sicut à maioribus traditur) dū quidam Græci de talibus reliquiis dubitarent, prædictus pontifex hoc ipsum brandeum allatis forficibus incidit, & ex ipsa incisione sanguis effluxit. In Romanis nanque vel totius occidentis partibus omnino intolerabile est atque sacrilegum, si sanctorum corpora tangere quisquam fortasse voluerit. Quod si præsumpserit, certum est quia hæc temeritas impunita nullo modo remanebit. Pro qua re de Græcorum consuetudine qui ossa leuare sanctorum se adserunt, vehementer miramur, & vix credimus. Nam quidam Græci monachi huc ante biennium venientes, nocturno silentio iuxta Ecclesiam sancti Pauli corpora mortuorum in campo iacentia effodiebant, atque eorum ossa recō debant, seruantes sibi dum recederent. Qui cum tenti, & cur hoc facerent, diligenter fuissent discussi: confessi sunt quòd illa ossa ad Græciam essent tanquam sanctorum reliquias portaturi. *Ex quorum exemplo* (sicut prædictum est) *maior nobis dubietas nata* est, vtrum verum *sit quòd leuari* ossa sanctorum dicuntur. De *corporibus* verò beatorum Apostolorum quid *ego dicturus* sum? Dum constet quia eo tempore quo passi sunt, ex Oriente fideles venerunt, qui eorum corpora sicut ciuium suorum repeterent. quæ ducta vsque ad secūdum vrbis miliarium, in loco qui dicitur Catacumbas, collocata sunt. Sed dum ea exinde leuare omnis eorum multitudo conueniens niteretnr, ita eos vis tonitrui atque fulguris terruit ac dispersit, vt talia denuo nullatenus tentare pręsumerent. Tunc autem exeuntes Romani eorū corpora qui hoc ex domini pietate meruerunt, leuauerunt, & in locis quibus nunc sunt condita posuerunt. Quis ergo, serenissima domina, tam temerarius possit existere, vt hæc sciens, eorum corpora non dico tangere, sed vel aliquatenus pręsumat inspicere? Dū igitur talia mihi à vobis præcepta sunt, de quibus parêre nullatenus potuissem: quantum inuenio, nō vestrū est, sed quidam homines contra me pietatem vestram excitare voluerunt, vt mihi (quod absit) voluntatis vestrę gratiam subtraherent: & propterea quæsierunt capitulum de quo vobis quasi inobediens inuenirer. Sed in omni potente deo confido, quia nullo modo benignissimæ vestræ voluntati surripitur: & sanctorum Apostolorum virtutem, quos toto corde & mente diligitis, non ex corporali præsentia, sed ex protectione semper habebitis. Sudarium verò quod similiter transmitti iussistis, cum corpore eius est: quod ita tangi non potest, sicut nec ad corpus illius accedi. Sed quia serenissimæ dominę tam religiosum desideriū esse vacuū non debet, de catenis quas ipse sanctus Paulus apostolus in manib⁹ & collo gestauit, ex quibus multa miracula in populo demonstrantur, partem vobis aliquam transmittere festinabo, si tamen hanc tollere limando valuero: quia dū frequenter ex cathenis eisdem multi veniunt, & benedictionē petunt, vt parum quid ex limatura percipiant, assistit sacerdos cum lima, & aliquibus petentibus ita concitè aliquid de cathenis eius excutitur, vt mora nulla sit. quibusdam verò petentibus diu per cathenas ipsas lima ducitur, & tamen vt aliquid exinde exeat, non obtinetur.

In quibus Gregorij veracibus vtique verbis appa- *LVIII.*
ret, quia vsque ad illa tempora pro reliquiis brādeum Romanus pontifex conferebat, cum posteriori tempore de vestibus quæ sub altari sancti Ioannis in Basilica Constantiniana seruantur, particulæ cœperunt pro sacris reliquiis petentibus dari. Quæ quidem vestes vsq; hactenus tantis miraculis coruscare probantur, vt siccitatis tempore foras excussæ pluuiam conferant: inundationis verò, serenum reducant. Nam super hæc quæ per singulas Ecclesias faciunt, quæ in oratorio domus meæ in Subura positæ per eas deus omnipotens fecerit, non celabo. Nuper Adriani pontificis tempore visum mihi est vt altare sanctæ dei genitricis Mariæ quod extra oratorium sancti Ioannis in apertissimo atrio positum, congruis luminaribus honorari non poterat, intra oratorium locari debuisset. Accersitus ergo Gaudericus Veliternus (qui adhuc superesse videtur) episcopus, cum hymnis & canticis ab altari veteri pyxidulas duas sigillatas excussit. Quarū alteram me deprecante nimium timoratus aperiens, de illis tunicis, quantum ex similitudine curiosis oculis potuit deprehendi, particulas reperit, quas solenniter sub nouo altari deposuit. Vbi extunc (sicut multi norunt qui adhuc superstites esse probantur) diuinitus accensæ lampades frequentius solito patuerūt. Nam ista octaua indictione in hebdomada ante dominici natalis diem, cum ego super huiusmodi parū quid dubitarē, completis matutinalibus hymnis mansionarius candelam extinxit. Quam post vesperū succendere cupiens, accensam reperit: eamque se neglige ter extinxisse perpendens, die alia sollicitius prorsus extinxit: & obseratis ianuis ad vesperum succensurus lampadem remeauit. Quam vbi nihilominus accensam reperit, ex conscientia seruatæ à se clauis, & miraculo nō diminuti olei, profectò cognouit, quia lampadem ille succēderat, qui ne oleum in ea diurna succensione minui potuisset, diuinitus ampliarat.

Harum quidem vestium (sicut opinor) altera quæ *LIX.*
strictioribus manicis constat, veraciter sancti Ioannis est tunica, quam beatus Gregorius suo tempore quodam episcopo deferente suscepit. Vnde Ioanni abbati inter cętera scribit, dicens: De tunica sancti Ioannis omnino gratè suscepi, quia sollicitus fuisti mihi indicare. Sed studeat dilectio tua mihi ipsam tunicā, aut (quod est melius) eundem episcopum qui eā habet, cū clericis suis, & cum ipsa ad me transmittere: quatenus & benedictione tunicæ perfruamur, & de eodem episcopo vel clericis mercedem habere valeamus. Altera verò quæ largioribus manicis, non tunica, sed planè videtur esse dalmatica, nisi fallor, sancti Paschasij Apostolicæ sedis diaconi constat, qui iuxta quod idem beatus Gregorius in quarto dialogorum libro meminit, cum temporibus Symmachi papæ fuisset defunctus, eius dalmaticam feretro superpositam dæmoniacus tetigit, statimque sanatus est. Sed quamobrem ambæ vestes sancti Ioannis dicantur, ideo priscā consuetudinem obtinuisse crediderim, quòd sub eius altari consuetudinaliter recōdantur. Nam quod earum altera Ioannis Euangelistæ, non autem Baptistæ sit, nemo est qui dubitet: præsertim cum omnis sapiens nouerit Baptistam camelorū pilis pro vestibus vsum fuisse, euangelistā verò, qui per tot annos post passionem domini pontificium gerens, missarum solennia frequentissimè celebrabat, sine sacerdotalibus esse ne-

quaquam

quaquam vestibus potuisse. Si autem dicitur ꝙ tunica & dalmatica quia pontificalia sunt indumenta, vtraque sancti Ioannis credi debeant: considerandum est quia Gregorius Ioanni abbati nō dalmaticam, sed tunicam nominarit: qui si dalmaticam quoque sancti Ioannis fuisse sentiret, eius tunicam quærens consequenter habere se ipsius dalmaticam non taceret.

Hæc de sancti Ioannis vestibus, de quibus à quamplurimis dubitatur, me vtcunque in beati Gregorij gestis inseruisse sufficiat. Cæterum Ioannes Constantinopolitanus hypocrita, qui ab vniuersalis nominis ambitione conuerti multis tergiuersationibus recusabat, iuxta eiusdem patris prophetiam iudicia domini super se vigilare cognoscens, post nō multi temporis spatium subita morte defungitur: & cuius ambitiosam superbiam totus capere mundus vix poterat, in vnius sepulchri angustia facilè collocatur. Post cuius paulatim discessum, cum Mauricius imperator, sacerdotum videlicet Christi contemptor, pro Cyriaco qui Ioanni successerat, suaderet ne pro causa tam friuoli nominis Gregorius laboraret, ipse tam diu pontificatus sui auctoritatibus restitit, quousque pestem vniuersalis nominis ab ipsis etiam subdolis adulatorum labiis penitus abstulisset. Quapropter Eulogio patriarchæ Alexandrino post aliqua scribēs ait: Indicare vestra beatitudo studuit, iam se quibusdam non scribere superba vocabula, quę ex vanitatis radice prodierunt: & mihi loquitur, dicens, sicut iussistis. Quod verbum iussionis, peto à meo auditu remouete: quia scio qui sum, qui estis. Loco enim mihi fratres estis, moribus patres. Non ergo iussi: sed quæ vtilia visa sunt, indicare curaui. Non tamen inuenio vestram beatitudinem hoc ipsum quod memoriæ vestræ intuli, perfectè tenere voluisse. Nam dixi, nec mihi vos, nec cuiquam alteri tale aliquid scribere debere: & ecce in præfatione epistolæ quam ad me ipsum qui prohibui, direxistis, superbæ appellationis verbum, vniuersalem me papam dicentes, imprimere curastis. Quod peto dulcissima mihi sanctitas vestra vltrà non faciat: quia vobis subtrahitur, quod alteri plusquam ratio exigit præbetur. Ego enim non verbis quæro prosperari, sed moribus: nec honorem meum esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus nanque honor est, honor vniuersalis Ecclesiæ. Meus honor est, fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego verè honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus nō negatur. Si enim vniuersalem me papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse quod me fatetur vniuersum. Sed absit hoc. Recedant verba quæ vanitatem inflant, charitatem vulnerant. Et quidem in sancta Chalcedonensi synodo atque post à subsequentibus patribus hoc decessoribus meis oblatum vestra sanctitas nouit: sed tamen nullus eorum vti hoc vnquam vocabulo voluit: vt dum in hoc mundo honorem sacerdotum diligerent omnium: apud omnipotentem deum custodirent suum.

Explicit liber Tertius vitæ beati Gregorij Romani pontificis.

INCIPIVNT CAPITVLA libri quarti.

1 De temperantia Gregorij.
2 Qualiter Ioanni Rauennati episcopo vsum pallij mappularúmque subduxerit.
3 Quòd eidem suppliciter vsum pallij repetenti, quater in anno per plateas concesserit.
4 Vbi eidem pro diuersis vitiis increpato, diē suæ vocationis prædixit.
5 Vbi Ioanne defuncto Rauennatem Ecclesiam visitatori committit: Mariniano episcopo consecrato pallij vsum simili modo cōcedit.
6 Vbi Andrea supplicante pro pallio præcipit iusiurandum.
7 Quod Mariniano consuetudinem pallij sicut conuenerat defendere non valente, Gregorius in sententia sua permanserit.
8 Quod pro vsurpatione campagarum diaconos Catanenses arguerit.
9 De Maximo Salonitanæ Ecclesiæ peruasore.
10 Qualiter auctoritatem sui pontificatus cōtra tyrannum imperatorem defenderit.
11 Vbi contra votum imperiale Maximum cū suis complicibus excommunicans, episcopos ipsius ad Ecclesiam reuerti coēgit.
12 Vbi Maximi causam Rauēnæ prę̄cipit vētilari.
13 Vbi Maximus in terram procidens lachrymabiliter veniam petit.
14 Vbi Gregorius Maximo coram sancti Apollinaris corpore satisfacienti miserendum esse decernit.
15 Vbi Maximo humiliter satisfacienti communionis gratiam reddit, & pallium se daturū promittit.
16 Quàm didascalicis responsionibus superbū imperatorem terruerit.
17 Vbi Mauricio in Gregorium sæuiente, mors per gladium imminet.
18 Vbi Mauricius pœnitens videt in somnis se diuino iudicio cum vxore & filiis Phocæ militi tradi.
19 Vbi seditione commota Mauricius Phocæ iussu cum cuncta cognatione sua perimitur.
20 Vbi imagine augustali suscepta sapienter Mauricij vitia Phocæ Imperatori dinumerat.
21 Vbi ei apocrisarium ex more transmittit.
22 Vbi pondere grandi remoto imperiale iugum leuius reddidisse fatetur.
23 Quod ex cōsuetudine synodicam suam direxit, & quòd Orientales nullius in diptychis nomen suscipiant, donec synodicam fidei eius cognouerit.
24 Quod susceptis decretis Mediolanensium, eis episcopum ordinari consenserit.
25 Quòd Anastasium Antiochenū post multos annos throno reddiderit.
26 Quòd Adrianum Thebanum episcopum ordini suo restituens, diœcesim ipsius Alarici episcopi potestati subduxerit.
27 Quòd exceptis manifestis criminibus neminem de sacerdotio deposuerit, sed communione priuauerit.
28 Quanta districtione accusatorum lites iudicauerit, & qualia in ordinibus iudiciorum decreuerit.

ceuerit.

29 Qualiter aliorum auctoritates episcoporum sua auctoritate confirmabat, non minuebat.

30 Quod cunctis episcopis propria iura conseruãs, executores dari, & iudices eligi ab accusatis voluerit.

31 Quòd falsarios delatores talione multauerit.

32 Quòd semel ingesta crimina indiscussa præterire non passus sit, & qualibus pœnis peccatorũ accusatores multauerit.

33 Quod consueta stipendia etiam infirmis clericis iusserit ministrari.

34 Quod cautiones episcoporũ suis clericis factas firmauerit, eisq; quartas pleniter dari iusserit.

35 Quod ab aliis obligatos absoluerit.

36 Quod ab hæresi se purgantes receperit.

37 Quod schismaticos ad suscipiẽdam satisfactionem Romam inuitare curauerit.

38 Quod Seuerum Aquileiensem episcopum Rauennam venire coëgerit: qui postquam ad vnitatem rediit, denuo ad suum schisma recurrens, catholicósque sacerdotes affligens, causa perpetuæ diuisionis suæ diœcesis effectus est.

39 Quod per ægritudinem corporis *nemini* successorem dederit, & *quòd renuntiantibus suis sedibus successores* nõ denegarit, eísque de *sumptibus* eiusdem cómoda ministrari præceperit.

40 Quod stupratam in vxorem à stupratore sumi iusserit.

41 Quod virum iam tonsuratum coniugi reddi mandauerit.

42 Quod vim nullam Iudæis inferẽdam statuerit.

43 Quod Christianos eis subiici nulla occasione debere censuerit.

44 Quod Christianos eis violẽter auferri iubebat, quorũ siq auferri nõ poterãt, redimi fãciebat.

45 Quod eorum mancipia confugientia ad Ecclesiam reddi vetuerit.

46 Quod pagana eorum mãcipia venire ad fidem volentia non reddenda statuerit.

47 Quod Iudæorum mancipia suos dominos ad fidem præcedentia in eorum seruitiũ nullatenus redigendos indixerit: etiam si ipsi eos ad baptismatis gratiam sequerentur.

48 Quod neminẽ circuncidi paganorũ permiserit.

49 Quod à Iudæis munera non suscipienda decreuerit.

50 Qualiter Iudæi fuerint à Romanis pontificibus habiti.

51 Quod Gregorius non obseruari sabbatum iusserit, & lauari dominico permiserit.

52 Quãtæ compassionis extiterit in infirmitatibus Castorij, Eulogij, & Mariniani episcoporum siue Rusticianæ patriciæ.

53 Quòd pro barbaricis incursionibus litanias fieri voluerit.

54 Quod spiritum prophetiæ habuerit.

55 Quod peiora prioribus futura prædixerit.

56 Quod neminem iniuste ab Ecclesia defendi permiserit.

57 Quod confugientibus ad Ecclesiam sacramenta præstari iusserit de seruandis sibi iustitiis.

58 Quod omnes sacerdotes, fratres & cõministros, clericos autem cæteros dilectissimos filios, vtriusq; vero sexꝰ laicos dominos vocauerit.

59 Quòd tam fideli Theudelindę reginę quàm suo subdiacono satisfecerit.

60 Vbi se indignum memorat reuelatione dei.

61 Vbi se presbytero comparans, illum superiorem meliorẽmque pronuntiat.

62 Vbi se indignum alieno fauore fatetur.

63 Vbi monacho sibi procidẽti se in terrã pstrauit.

64 Quod accusatus innocentiam suam exposuit.

65 Quid de fine seculi senserit.

66 Qualia de incommoditate vrbis scripserit.

67 Quod ab hostilibus incursionibus ab exponendis libris destiterit.

68 De eius obitu & fastigiis argenteis ab eo paratis, necnon sepulturæ ipsius loco vel titulo.

69 Qualiter æmulis libros eius incendere molientibus Petrus diaconus moriendo defenderit.

70 Quanta Claudius ex verbis eius notauerit, & ꝙ Gregorius multa dictauerit quæ nunc nequeant inueniri.

71 Quod duodecim epistolarũ suarũ libros reliquerit, ex quibus Adriani Papæ tempore duo volumina videntur excerpta.

72 Quod in diaconatu suo Moralia cœperit, & qualiter ea in episcopatu suo per libros digesserit, eaq; Leandro Hispano episcopo roganti direxerit.

73 Quod in episcopatus sui exordio librũ regulæ pastoralis Ioanni episcopo Rauennati exponẽs, imperitos compresserit.

74 Quod per stationes discurrens quadraginta lectiones dictauerit, quas Secundo seruo dei petenti mandauerit.

75 Qualiter dialogorũ quatuor libros descripserit, quos postea Zacharias apostolicæ sedis episcopus in Græcam linguam conuertit.

76 Quod ciuibus suis petentibus primam & vltimã Ezechielis prophetę partes per homilias viginti duas tractauerit.

77 Quàm humilia ipse de suis tractatibus senserit, quę à posteris doctoribꝰ facetissima prędicãt.

78 Quod libros suos in cõparatione Augustini tractatuum furfures nominans, quousque vixit legi vetuerit.

79 Quanta consideratione cotidie infirmitatẽ cordis sui cognouerit.

80 Quod corpus eius à Gregorio quarto papa translatum sit, & de antiquitate ipsius, vel mediocritate, ac regulari specialitate.

81 Quod Græcam nescius, falsos tractatus suo nomine titulatos inuenerit.

82 Quod monachi qui ab eo in Saxoniã missi sunt, sancti Benedicti regulis fuerant mancipati.

83 De formis & vestimentis patris & matris eius.

84 De forma & habitu siue districho eius.

85 Quod postea Saturninus monachus iuxta eius effigiem imagines apostolorum depinxerit.

86 De Ioanne præposito, qui cum diabolo coram Christo conflixit: & de reuelatione atque terribili transitu ipsius.

87 De cruciatibus Andreæ conductoris qui eum in eodem præposito monasterij chartulas se vẽdisse professus est.

88 De præsagio mortis Athanasij œconomi, qui cõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

suetudines pauperum defraudauit.
89 De diabolo à monasterij claustro fugato, qui monachum iacentem percussit.
90 De visione monachi qui duodecí homines intra dies totidem morituros præuidit.
91 De Lucidi Ficulēsis episcopi cōuersiōe & trāsitu.
92 De reuelatione monachi qui per excussionē lachrymarum cuiusdam inclusi presbyteri fratris sui sanitatem reuersionémque cognouit.
93 De dęmone à fundo Barbiliano excusso, qui cō ductorē & bubulcos occidēs Caucum fuerat persecutus.
94 De visiōe Tetgandi Treuerēsis quōdā episcopi, qui à beato Gregorio pulsꝰ est à monasterio.
95 De increpatione Faraldi qui à dæmonibus tota nocte suspensus est.
96 De Indulfo desertore monasterij à sene percusso, & de reuelatione clerici, & digressione supponis.
97 De dnico presbytero qui Gregorianū fontē dete xerat, ligato & verberato, eiúsque miserabili transitu.
98 De modo monasterij & diuersitate ipsius redun dationis nec non miraculo multiplicati diuinitus panis.
Quàm frequēter in diuersis locis Gregorius demonstretur.
99 De diuisione scriptoris qui ab æmulo terreri potuit, & à beato Gregorio meruit consolari.

Explicunt capitula libri quarti.

LIBER QVARTVS.

I. HAEC est Gregorij de refutatione nominis vniuersalis, plena rationis humilitatisque sententia: qui videlicet contra superbos prudenter vti nouerat serpentis astutia, & à columbę simplicitate circa humiles minimè recedebat. Quapropter suæ temperantiæ conscius, Dominico Carthaginensi episcopo post cætera, De ecclesiasticis, inquit, priuilegiis quod vestra fraternitas scribit, hoc postposita dubitatione teneat, quia sicut nostra defendimus, ita singulis quibusq; Ecclesiis sua iura seruamus. Nec cuilibet fauente gratia vltra quam meretur impartior: nec vlli hoc quod sui iuris est, ambitu stimulante derogo: sed fratres meos honorare per omnia cupio: sicque studeo honore singulos subuehi, dummodo non sit quod alteri iure ab altero possit opponi. Item Eulogio Alexandrino & Anastasio Antiocheno patriarchis scribit dicens: Cum prædicator egregius dicat: Quandiu quidē sum gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo: qui rursus aliàs dicit, Facti sumus paruuli in medio vestrum: exemplum proculdubio nobis sequētibus ostendit, vt & humilitatem teneamus in mente: & tamen ordinis nostri dignitatem seruemus in honore: quatenus nec in nobis humilitas timida, nec erectio sit superba & cętera. Quod Gregorius sicut ex precedentibus ac subsequentibus manifestissime colligi poterit, & fecit & dixit.

II. Nam Ioannem Rauennatem episcopum typo superbiæ pallium frequentantem, suosq; presbyteros ac diaconos in mappulis procedere permittētem, primo per Castorium chartularium familiariter arguit. Post ex consuetudine siue priuilegio sibi hæc concessa pertinaciter defendentem, tali sententia post nonnulla multauit, Vt enim, inquit, ea quę superius dixi, breuiter colligam, admoneo quatenus nisi decessorum meorum munificentia tibi hæc per priuilegium attributa docueris, vti in plateis pallio vlterius non præsumas: ne non habere & ad missas incipias, quod audacter & in plateis vsurpas. De secretario autem quod fraternitas tua resedisse cum pallio, & filios Ecclesiæ suscepisse se & fecit & excusauit, nunc interim nihil quærimus, quia synodorum sententiam sequentes, minores culpas quæ negantur, vlcisci recusamus. Hoc tamen quia semel & iterum sit factum, cognouimus. Fraternitas autem tua sit omnino sollicita, ne hoc quod præsumptioni inchoanti adhuc ceditur, in proficiente deteriusvindicetur. Et post pauca. Illud autem quod pro vtendis à clero vestro mappulis scripsistis, à nostris est clericis fortiter obuiatum, dicentibus nulli hoc vnquam alię cuilibet concessum fuisse Ecclesiæ: nec Rauennates clericos vel illic, vel in Romana ciuitate tale aliquid cum sua conscientia præsumpsisse: nec si tentatum esset, ex furtiua vsurpatione sibi præiudicium generari, sed etiam si in qualibet Ecclesia hoc præsumptum fuerit, adserunt emendandum: quod non concessione Romani pontificis, sed sola surreptione præsumitur. Sed nos seruantes honorem fraternitati tuæ, licet contra voluntatem antedicti cleri nostri, tamen primis diaconis vestris, quod nobis quidam testificati sunt etiam ante eos vsos fuisse, in obsequio duntaxat tuo mappulis vti permittimus. Alio autem tempore, vel alias personas hoc agere vehementissimè prohibemus.

III. Quā sententiam vir vanæ gloriæ cupidissimus, molestissime ferens, per quoscunque poterat vsum pallij sibi restitui magnopere flagitabat. Cui Gregorius ita scripsit. Fraternitatem vestram valde inuenio contristatam pro eo quod in litaniis induere pallium rationis censura prohibetur, sed per excellentissimum Romanum patricium, & per eminentissimum præfectū, atque per alios ciuitatis suę nobiles viros importunè expetit vt hoc debeat cōcedi. Nos autem sollicitè requirentes ab Adeodato quondam diacono fraternitatis tuę cognouimus quia nunquam consuetudo fuerit decessoribus tuis vt in litaniis pallio, nisi in solennitate beati Ioannis Baptistæ, beati Petri Apostoli, & beati martyris Apollinaris, vterentur. Cui quidem nequaquam credere debuimus: quia multi apud ciuitatem fraternitatis vestræ responsales sæpius fuerūt qui se fatentur tale aliquid nunquam vidisse: & hac de re multis potius credendum est, quàm vni pro sua ecclesia aliquid attestanti. Sed quia nos fraternitatem vestram contristari nolumus, & petitionem filiorum nostrorū apud nos minime frustrari: vsum pallij, donec subtilius veriusq; aliquid cognoscamus, in litaniis solennibus, id est, die natalitio beati Ioannis Baptistæ, beati Petri apostoli, & beati Apollinaris martyris, atq; in ordinationis vestræ celebratione concedimus. In secretario verò secūdum morem pristinum susceptis ac dimissis ecclesię filiis induere vestra fraternitas pallium debeat, atque ad missarum solennia ita proficisci, & nihil sibi amplius ausu temerariæ præsumptiōis arrogare: ne dū in exteriori habitu inordinatè aliquid ambitur ordinatè etiā quæ licere poterāt amittantur.

IIII. Sed enim Ioannes ab inanis gloriæ ambitione frenō apostolicę

nis apostolicæ moderationis coërcitus, ad detractationem pontificis totus conuertitur. Vnde prudentissimus pontifex sic eum admonet, dicens: Primum me hoc contristat, quia mihi fraternitas tua duplici corde describit, & alia blandimenta in epistolis suis exhibet, alia in lingua sua secularitèr ostendit. Deinde grauè nimis et quia irritiones illas quas habere adhuc pueri notarij adhuc solent, vsque hodie frater meus Ioannes in lingua sua retinet. Mordenter loquitur, & quasi de tali astutia lætatur. Amicis præsentibus blanditur, de absentibus obloquitur. Tertio graue mihi & omnino execrabile est, quia seruis suis qua hora fuerit cõmotus, turpia crimina imponit, vt effœminati & adhuc grauiter hoc apertius vocentur. Post hoc accessit quòd disciplina ad vitam clericorum custodiendam nulla est, sed tantummodo clericis suis dominiũ exhibet, vltimum verò est, quòd tamen pondere elationis primum, quia de vsu pallij extra Ecclesiam, quod temporibus decessorum meorum facere nunquã præsumpsit, nunquam à decessoribus eius præsumptũ est, sicut responsales nostri testantur, excepto nisi reliquiæ conderentur: quod tamẽ de reliquiis vnus tantummodo potuit inueniri qui diceret meis diebus in despectu meo cum summa audacia non solum *faciebat*, sed etiam frequentabat. Ex quibus *omnibus inuenio quia* honor episcopatus *totus foras in ostentione* est, nõ in mente. Et *quidem ago omnipotenti* deo gratias, quia *eo tempore quo* ad me hoc peruenit, quod ad aures *decessorum* meorum nunquam peruenerat, Lõgobardi inter me & Rauennatem ciuitatem positi fuerunt. Nam ostendere forsitan hominibus habui, quantum scio esse districtus. Ne autem credas quia ego Ecclesiã tuã in aliquo grauari aut minui volo, recordare inter missarum Romanorũ solennia vbi Rauennas diaconus stabat, & require vbi hodie stat: & cognosces qa Rauennatam ecclesiã honorare desidero. Sed vt quicunq; quodlibet ex superbia arripiat, hoc ego tolerare non possum: tamen hac de re iam diacono Constãtinopolim scripsi, vt per omnes qui sub se etiam tricenos & quadragenos episcopos habent, requirere debeat sicubi iste vsus est, vt in litaniis cũ palliis ambulent. Absit vt per me honor Rauennatis Ecclesiæ in aliquo minuatur. Hæc ergo omnia quæ superius dixi, frater charissime recogita: diem tuæ vocationis attende: quas rationes de sarcina episcopat⁹ redditurus es, considera. Emenda illos mores notarij: vide quid in lingua, quid in actu episcopum deceat. Esto totus purus fratribus tuis. Non aliud loquaris, aliud in corde habeas: nec appetas vltrà videri quàm es, vt possis vltra esse quam videris.

V Hæc quia Ioannes emendare superbię fastu despexit, eodem anno iuxta quod Gregorius ei prædixerat, diem suæ vocationis dum non attẽdit incurrit: & antè tumidus crepuit, quam meruisset amictu pallij saturari. Cuius rei gratia Gregorius visitationem Rauennatis Ecclesiæ Seuero Ficulino episcopo secundũ consuetudinem priscam committens, Marinianum monachum familiarem suum Rauennatibus episcopum consecrauit: cui & pallium dirigit, scribẽs: Apostolicæ sedis benenolentia, & antiquę consuetudinis ordine prouocati, fraternitati tuæ quam in Rauennati Ecclesia gubernationis constat suscepisse officium, pallij vsum prędidimus concedendũ: quo nõ aliter vti te memineris, nisi in propria tuæ ciuitatis Ecclesia, dimissis iã filiis Ecclesię procedens à salutatorio ad sacra missarum solẽnia celebranda. Pactis verò missis id in salutatorio rursum curabis deponere. Extra ecclesiã vero nõ aliter illo tibi, nisi quater in anno i litaniis quas ad decessorẽ tuũ Ioãnẽ expressimus, vti permittimus.

Sed Marinianus clericorũ suorum suggestionibus *VI.* delinitus, tam per Andream virum magnificum quã per quoscunq; poterat, restitui suæ Ecclesiæ vsum pallij flagitabat. Quapropter Gregorius Castorio Chartulario inter cętera scribit dicens. Tua experiẽtia nullius personam, nullius verba consideret: solum dei timorem & rectitudinem ante oculos habeat: & seniores personas, eiusdem Ecclesiæ archidiaconum, quem non suspicor pro alterius honore peierare, & alios antiquiores qui in sacris ordinibus ante Ioãnis episcopi tempora fuerãt, requirat, vel si qui maturiores sunt extra sacros ordines: & veniant ante corpus sancti Apollinaris: & tacto eius sepulchro iurent quę consuetudo ante Ioannis episcopi tempora fuerit: quia sicut scis, idem vir multũ præsumptor extitit, & multa sibi per superbiam conabatur arrogare: & quicquid à fidelioribus viris & grauibus iuratum fuerit, secundum indiculum qui subter annexus est, hoc volumus in eadem Ecclesia conseruari. Sed vide ne negligẽter agas, ne quis fidem aut deuotionem tuã in hac causa corrumpat. Zelum enim tuum scio. Age sollicitè, ita tamen, vt prædicta Ecclesia contra iustitiam nõ grauetur: sed vsus qui ante Ioãnis episcopi tempora extitit, ei conseruetur. Personas autem non duas, vel tres ad satisfaciendũ tibi, sed quantas antiquiores & graniores inueneris require: vt neq; quod vsus fuit antiquit⁹ eiusdem ecclesiæ denegemus, neque quod nouo ausu appetitum est, concedamus. Sed omnia age blandè & dulciter, vt & actio tua districta sit, & lingua mitis. Iuro ego. N. per patrem & filium & spiritum sanctum inseparabilis diuinæ potentiæ trinitatẽ, & hoc corpus beati Apollinaris martyris, me pro nullius fauore personæ, neq; commodo aliquo interueniente testari: sed hoc scio & per memetipsum cognoui, quia ante tempora Ioannis quondam episcopi Rauẽnas episcopus prẽsente apocrisario sedis Apostolicæ illo atque illo, illis & illis diebus consuetudinem vtendi pallio habuit: & non cognoui quia hoc latenter vel absente apocrisario vsurpasset.

Hoc Gregorius per indictionem quartamdecimã *VII.* iusiurandum præceperat. Quod quia, sicut rei exitus manifestat, deficientibus testimoniis per tres continuos annos infectum remanserat: iterum Marinianus suorum suggestione compulsus, vsum pallij quem ex consuetudine sicut cognouerat vindicare non poterat, importunitate precum se posse recipere confidebat. Quapropter Gregorius in eadem sentẽtia permanẽs eidem chartulario per indictionem secundã scribit dicens: Dum Florentinus Rauennatis Ecclesię diaconus apud nos pro reuerentissimo fratre & coepiscopo nostro Mariniano de vsu pallij ageret, requisitus à nobis quæ esset antiqua consuetudo, respondit quòd in omnibus litaniis pallio Rauennas episcopus vteretur. Quod ita non esse, & ab aliis didicimus, & ex epistolis Ioannis quondam episcopi, quas ei ostendi fecimus, euidenter apparuit: sed hoc adseruit quod dicere iussus est. Nam tempore quo à te idem Ioannis quondam episcopus est inhibitus ne pallio inordinatè ac temere vti præsumeret, scripsit nobis hanc fuisse priscã consuetudinẽ, vt ciuitatis ipsius episcopus pallio in litaniis solennibus vteretur, quarum tibi litera-

Universidad de Deusto Biblioteca

rum exemplaria pro tua informatione transmisimus. Adeodatus verò prædictæ ecclesiæ diaconus dum apud nos tempore quo hic fuit, similiter de eiusdē vsu pallij agere enixius studeret, volentes cognoscere veritatem, cum similiter quæ esset consuetudo curauimus requirendum. Qui vti credi sibimet suaderet, atque à nobis valeret quod petebat exigere, sub iureiurando testatus est antiquam consuetudinem fuisse, vt in quatuor aut quinque solēnibus litaniis pallio ciuitatis suæ episcopus vteretur. Experientia ergo tua diligenter inuigilet, & cū omni sollicitudine quot litaniæ solennes ab antiquitate fuerint requirat: nec eas solennes nominando requirere studeat, sed maiores: vt per hoc quod nobis prefatus Adeodatus diaconus testatus est, & prædicti Ioannis episcopi fatetur epistola, dum cōstiterit quantæ litanię solēnes fuerint, quotiens indui solebat in litaniis pallio cognoscētes, libentissime cōcedamus. Sed hoc non ab illis perquirat, qui ab ecclesiasticis exhibentur: sed ab aliis quos sine fauore partis suæ esse cognouerit: & quæque sollicita indagatione repererit, nobis subtiliter indicet: vt veritate sicut dixim⁹ cognita: fratris & coepiscopi nostri reuerētissimi Marinianianimos releuemus. At quia prisca consuetudo à nostratibus subtiliter inquisita, à Rauennatibus probari nullo modo potuit: Gregorium in sua sententia permansisse proculdubio illud ostendit, quod neque ob hoc (quātum ex apicibus eius dinoscitur) à quoquam sollicitatus extitit, neque à semetipso commotus vlterius omnino rescripsit.

VIII. Non solùm in magnis rebus Gregorius sollicitudinis suæ oculos conuertebat, verùm etiam ne impune præsumerētur quandoque maiora, hoc in rebus minimis curiosissime præcauebat. Vnde Ioanni Syracusano episcopo scribit dicēs: Ecclesiastici vigoris ordo confunditur, si aut temere illicita præsumātur, aut impune non concessa tententur. Peruenit itaque ad nos, diaconos Ecclesiæ Catanensis calceatos cāpagis procedere presumpsisse. Quod quia nulli hactenus per totam Siciliam licuit, nisi solis tātummodo diaconibus Ecclesiæ Misenēsis, quibus olim à predecessoribus nostris non dubitat esse concessum: bene recolitis. Quia ergo tantæ temeritatis ausus non est leuiter attendendus, cum omni hoc fraternitas vestra subtilitate perquirat: & si ita sicut ad nos peruenit inuenerit: vtrum à se vel alicuius auctoritate hoc præsumpserit, nobis subtiliter innotescat: vt cognita veritate quid fieri debeat disponamus. Nam si negligēter ea quę male vsurpantur omittimus, excessus viā aliis aperimus.

IX. Interea natali episcopo defuncto cum Dalmatinorum generalitas Honoratum archidiaconum, quē ipse ex presbytero in diaconum conuerterat, sibi prefici ex approbasset, factione Malchi episcopi rectoris apostolici patrimonij, manúq; militari Maximus multis criminibus inuolutus episcopatum Salonitanæ ciuitatis inuasit. Quod Gregorius audiens, Dalmatinis & Iadertinis episcopis ne illi manus imponerent, sub magna interminatione prohibuit. At verò Maximus qui episcopatus sedem contra canones inuaserat, etiā sacerdotium contra deum per simoniacam hæresim ab episcopis duntaxat excommunicatis corruptis nó timuit promereri, fauente sibi occasione temporis ex cupiditate simul insolentiáque augusti, quem dispergendo facultates in vase Ecclesiæ adeò defensorē scelerum suorum effecit, vt à Gregorio non solum frequēter postularet, quatenus indiscussam Maximi promotionem relinqueret, verum etiam Romam satisfacturum pro simoniaca hæresi aliisque criminibus venientem cum honore susciperet.

Gregorius verò faciem nullius contra veritatē cu- X.
stodiens, tam ipsum Maximum primo à missarum solenniis, post à communione corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, quousque suam præsentiam exhiberet, priuauit. Maximus autem imperialibus militiis fultus, post excommunicationem & missas cecinit, & sacramenta satis indignus accepit. Quapropter Constantinæ Augustę post multa alia scribit, dicens: Salonitanę ciuitatis episcopus me ac responsale meo nesciente ordinatus est: & facta res est quæ sub nullis anterioribus principibus euēnit. Quod ego audiēs, ad eundē præuaricatorem, qui inordinatè ordinatus est, protinus misi: vt omnino missarum solennia celebrare nullo modo præsumeret, nisi prius à serenissimis dominis cognoscerē si hoc fieri ipsi iussissent. Quod ei sub excōmunicationis interpositione mādaui: & cō tempto me atq; despecto in audacia quorundam secularium hominum, quibus denudata sua Ecclesia, præmia multa prębere dicitur, nunc vsque missas facere præsumit, atque ad me venire secundum iussionē dominorum noluit. Ego autem pręceptioni pietatis eius obediens, eidem Maximo qui me nesciēte ordinatus est, hoc quod in ordinatione sua me, vel responsalem prætermittere pręsumpsit, ita ex corde laxaui, ac si me auctore fuerit ordinatus. Alia verò peruersa illius, sci licet mala corporalia quæ cognoui, vel quia cum pecuniis est electus, vel quòd excommunicatus missas facere pręsumpsit: propter deum irrequisita præterire non possum: sed opto, & dominum deprecor quatenus nihil de eo de his quæ dicta sunt valeat inueniri, & sine periculo animæ meæ causa ipsius terminetur: prius tamen quàm hæc cognoscantur, serenissimus dominus discurrēte iussione pręcepit vt eum veniētē cū honore suscipiam. Et valde graue est vt vir de quo tanta & talia nuntiantur, cum ante requiri & discuti debeat, honoretur. Et si episcoporum causę mihi commissorum apud piissimos dominos aliorum patrocinio disponantur, infelix ego in Ecclesia ista quid facio? Sed vt episcopi mei me despiciant, & contra me refugium ad seculares iudices habeant omnipotenti deo gratias ago: peccatis meis deputo. hoc tamen breuiter suggero, quia aliquantulum expecto: & si ad me venire diu distulerit, exercere in eo districtionem canonicam nullo modo cessabo. In omnipotente autem deo confido, quia longa piissimis dominis vita tribuetur, & nos sub manu vestra non secundum peccata nostra, sed secundum gratiæ suæ dona disponat.

Hæc Gregorius dissimulatrici augustæ. Cæterū eo- XI.
dem Maximo in sua præsumptione manente, conseeratores atque omnes Dalmatinos & Iadertinos episcopos ab eius communione sub excommunicatione disiunxit: adeò vt ne nomen quidem Maximi inter sacra missarum solennia memorarent. Quo facto ita omnes consternati sunt animo, vt sub pœnitentię satisfactione relicto Maximo veniam postularent. Vnde misericordissimus pontifex Sabiniano Iadertino episcopo scribens, Sicut, inquit, perseueranti culpæ debetur iure vindicta, ita resipiscentibus est venia concedenda. Nam vt res illa contra se merito iracundiam excitare: sic hæc in sua prorsus dilectione solet cōcordiam propagare. Et ideo quia fraternitatem tuam à consortio

cõsortio & communione Maximi vbi te prius neglectus impulerat, in tantum postea grauitas sacerdotis ad animum reducta suspẽdit, vt eius sola nullatenus patereris esse segregatione contentus, nisi & in monasterij te claustra recipiens, dudum commissa defleres: eapropter in nostra te gratia à communione receptũ esse non dubites. Nam quantum nos prius culpa tuæ charitatis offenderat, tantum pœnitentia mitigauit.

XII. Itaque Maximus cernens tandem aliquando durũ esse contra stimulum calcitrare, relictis imperialibus adminiculis per Gallinicum exarchum satis humiliter concedi sibi pœnitentiam simúlque veniam à Gregorio postulauit. Quem ipse Romam fatigari nolens, causam eius discutiendam Rauennæ commisit Constantino Mediolanensi episcopo scribens: Maximus, inquit, Salonitanæ Ecclesiæ pręuaricator, postquã per potestates maiores seculi obtinere nil valuit, ad minores sese contulit: nobisq; tam nimietate precum, q̃ attestatione bonorum operum prævalere contendit. Ex qua re inhumanum credidi, si is qui se quasi multum timere me dicit, in aliquo me temperatiorem minimè inuenire potuisset: & ideo decreui vt reuerentissimus frater & coepiscopus noster Marinianus eius causam debeat in Rauennati vrbe cognoscere. Si autem persona eius suspecta forsitã habebitur, *volumus* vt vestra fraternitas, si ei *laboriosum non est, ad eandẽ* ciuitatem fatigare *se debeat, & cum prędicto* fratre in eodem *iudicio pariter sedere.* Quicquid autem vestrę vtrorumq; sanctitati placuerit, scitote mihi modis omnib⁹ placiturum: & vestrũ ego iudiciũ meũ deputo.

XIII. Inter hæc prævaricator Maximus anno septimo excommunicationis suæ post castigationes & flagella Gregorij ad cor reuertens, Rauennam petiit, & iactauit se tensus intra ciuitatem in media silice, clamans & dicens: Peccaui Deo, & beatissimo papæ Gregorio. Et agente eo pœnitentiam tribus horis, cucurrit Gallinicus exarchus & Castorius chartularius Ecclesiæ Romanæ cum Mariniano episcopo, & eleuauerunt eum de silice: qui etiam cœpit ampliorem pœnitentiam coram eis agere. Quod Gregorius vt audiuit, ad misericordiam protinus rediit, Mariniano episcopo inter cætera scribens: Qualis de causa Maximi fraternitatis vestræ voluntas sit, ac magis petitio, præsentium latore Castorio chartulario nostro renuntiante cognouimus. Ideoq; si idem Maximus coram vobis & prædicto chartulario nostro de simoniaca hæresi præstito se sacramẽto purgauerit, atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris tantummodo requisitus liberum se esse responderit: causam ipsius fraternitati vestræ de eo quòd excommunicatus missarum solennia agere præsumpsit, iudicio committimus qua debeat pœnitentia *talis culpa* purgari. Et ideo quicquid vobis secũdum deũ placet, securi disponite: nec aliquid de nobis dubium habeatis. Nã quicquid à vobis hac de causa fuerit ordinatum, nos & gratè suscipimus, & libenter admittimus. Hortamur tamẽ vt debeatis esse solliciti, & ita quæ fienda conspicitis, temperetis, quatenus & illi (si ita videbitur) communionem præstetis, & vigoris ecclesiastici genium congrua vt oportet dispensatione seruetis. Supra scriptum vero portitorem in præsenti, quid vobis cum eo sit agendum instruximus: à quo cuncta subtiliter addiscentes, sic vos in omnibus exhibete, vt in vestra sollicitudine nostram fuisse præsentiam sentiamus.

XIIII. Iẽ Castorio notario & chartulario Rauennæ, quã-

to tibi credi à nobis, & necessarias vides causas iniungi, tanto te magis strenuum debes, & sollicitum exhibere. Proinde si Maximus Salonitanus prestito sacramento firmauerit se simoniaca hæresi non teneri, atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris tantummodo requisitus innoxium se esse responderit, & de inobedientia sua pœnitentiã sicut deputauimus egerit: volumus vt ad consolandum illum epistolam quã ad eum scripsimus, vbi ei & gratiam nostram & communionem nos reddidisse signauimus, experiẽtia tua dare debeat: quia sicut in contumacia persistentibus seueros esse nos conuenit, sic iterum humiliatis & pœnitentibus negare locum veniæ non debemus.

XV. Cumque Maximus penes corpus beati Apollinaris secundum iussum Gregorij de cunctis humiliter satisfeciſſet, Castorius chartularius consolatoriam ei epistolam præbuit, verbis Gregorij adserentem, Quanuis culpabilibus ordinationis tuæ primordiis grauem aliam per inobedientiam culpam addideris: nos tamẽ sedis Apostolicæ auctoritatem eo quo decuit moderamine temperantes, nũquam contra te vsque ad hoc quod causa poscebat exarsimus: sed vt longius se ingratitudo nostra, quam tu tibi excitasti, produceret, credita nos sollicitudo vehementer angebat: ne quædam *illicita* quę de te audieramus, negligenter omittere *videremur.* Quæ si bene consideres, ipse te satisfacere differendo firmabas: atque ex hoc aduersum te zelum nostrum acrius incitabas. At vbi salubri tandem consilio vsus: iugo te obediẽtiæ humiliter submisisti, & dilectio tua pœnitentiam agens, digna se (vt deputauimus) satisfactione purgauit, redditam tibi gratiã fraternæ charitatis intellige: atque in nostro te receptum consortio gratulare: quia sicut perseuerantibus in culpa districtos, ita resipiscẽtibus nos benignos decet esse ad veniam. Postquã ergo fraternitas tua apostolicæ sedis communionem se reparasse cognoscit, personam ad nos transmittat quæ palliũ tibi deferendum ex more percipiat. Nam quemadmodum illicita perpetrari non patimur: sic ea quæ sunt consuetudinis, non negamus. Licet autem ad hęc concedenda dispensatio nos loci nostri vocauerit, multum tamen à nobis petitio dulcissimi atque excellentissimi filij nostri domini Gallinici exarchi vt temperantius erga te ageremus exegit: cuius charissimam misericordiã ac voluntatẽ, nec pertulimus, nec potuimus contristari.

XVI. Præterea cupidissimus ac tenacissimus imperator, qui consuetudinibus antiquissimis dationes, legionum quoque milites frequentissimè (sicuti Romanorum narrat historia) defraudabat, cernens Gregorium contra omnes mũdi strepitus augustalibus defensionibus (quarum suffragio ad arcem pontificatus hunc se prouexisse iactabat) penitus non egere, imò canonicis auctoritatibus sanctitatis ac prudentiæ suæ virtutibus Christo propitio cunctis alta sapientibus prevalere: ad odium detractionẽmque famæ illius magis magisq; conuersus est, liberalitatem põtificis, quia famelicis militibus tã ecclesiastica quàm publica frumenta diuiserat, subdolis adsertionibus reprehendẽs. Cui Gregorius, vtpote qui prouectionem suam diuino iudicio in cuius nimirum manu corda regum cõsistentia, quocunque voluerit inclinantur, non caducis humanis fauoribus deputabat, voce libera contradicens, his eum responsionibus fregit, deturpauit, atq; nonnulla de futuro dei iudicio differendo deterruit. In serenissimis, inquit, iussionibus suis dominorum

pietas dum me de quibusdam redarguere studuit, parcendo mihi minimè pepercit. Nam in eis vrbanæ simplicitatis vocabulo me fatuum appellat. In scriptura etenim sacra cũ in bona intelligentia simplicitas ponitur, vigilanter sæpe prudentiæ aut rectitudini sociatur. Vnde etiã de beato Iob scriptum est, Erat vir simplex & rectus. Et beatus Paulus apostolus admonet dicens: Estote simplices in malo, & prudentes in bono. Et per semetipsam veritas in euangelio admonet dicens: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut colũbæ. esse valde inutile indicans, si aut simplicitati prudentia, aut prudentiæ simplicitas desit. Vt ergo seruos suos ad cuncta eruditos efficeret, esse eos & simplices sicut columbas, & prudentes vt serpentes esse voluit: quatenus in eis & columbæ simplicitatem, serpentis astutia, & serpẽtis astutiã colũbæ simplicitas tẽperaret. Ego igitur qui in sereniſsimis dominorũ iussionibus ab Arnulfi astutia deceptus, nõ adiũcta prudentia simplex denuntior: constat proculdubio quia fatuus appellor. Quod ita esse ego quoq; ipse confiteor. Nam si hoc vestra pietas tacet, causæ clamant. Ego enim si fatuus non fuissem, ad ista toleranda quę inter Longobardorum gladios hoc in loco patior, minime venissem. In ea autem re quam de Arnulfo perhibui, quia toto corde venire ad rempublicam paratus fuit, dum mihi non creditur, etiam mentitus esse reprehendor. Sed & si sacerdos nõ sum, scio grauem esse hanc iniuriam sacerdoti, vt veritati seruiens, fallax credatur. Et dudum noui, quia Nordulfo plus est creditum, quàm mihi. Leoni amplius quàm mihi. Et nunc eis qui esse ad medium vidẽtur, plusquam meis adsertionibus credulitas impenditur. Et quidem si terræ meæ captiuitas per cotidiana mo menta non excresceret, de despectione mea atque irrisione lætus tacerem. Sed hoc me vehementer afflixit, quia vnde ego crimen falsitatis tolero, inde Italia cotidie ducitur sub Longobardorum iugo captiua: dúmque meis suggestionibus in nullo creditur, vires hostium immaniter excrescunt. Hoc tamen piissimo domino suggero, vt de me mala omnia quælibet existimet: de vtilitate verò reipublicæ, & causa ereptionis Italię non quibuslibet facilè pias aures præbeat, sed plus rebus quam verbis credat. Sacerdotibus autem non extrema potestate dominus noster citius indignetur, sed excellẽti consideratione propter eum cuius serui sunt, eis ita dominetur, vt etiam debitam reuerentiam impendat. Nam in diuinis eloquiis sacerdotes aliquando dij, aliquando angeli vocantur. Et per Moysen de eo qui ad iuramentum deducendus est, dicitur: Applica illum ad deos: videlicet ad sacerdotes. Et rursum scriptum est: Diis non detrahes, scilicet sacerdotibus. Et propheta ait: Labia sacerdotis custodiunt scientiam: & legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Quid ergo mirum si illos vestra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens eos aut angelos, aut deos ipse etiam appellat Deus? Ecclesiastica quoque testatur historia, quia cum piæ memoriç Constantino principi scripto oblatæ accusationes contra episcopos fuissent: libellos quidem accusationis accepit: & eosdem qui accusati fuerant episcopos conuocans, in eorum conspectu libellos quos acceperat incendit, dicens: Vos dij estis, à vero deo constituti. Ite, & inter vos causas vestras disponite: quia dignum nó est vt nos iudicemus deos. In qua sententia pie domine sibi magis ex humilitate, quàm illis aliquid præstitit ex reuerentia impensa. Ante eum quoque pagani in Republica principes fuerunt, qui verũ Deum nescientes, deos ligneos & lapideos colebant: & tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid igitur mirum si Christianus imperator veri dei sacerdotes dignetur honorare, dum pagani (vt prædixi) principes honorem impendere sacerdotibus nouerunt qui diis ligneis & lapideis seruiebant? Hæc ego pietati dominorum non pro me, sed pro cunctis sacerdotibus suggero. Ego enim peccator homo sum: & quia omnipotenti Deo incessanter cotidie delinquo, aliquod mihi apud tremendum examen illius esse remediũ suspicor, si incessantibus cotidie plagis ferior. Et credo quia eundem omnipotentem Deum tanto vobis amplius placatis, quanto ei me male seruientem districtè affligitis. Multas enim iam plagas acceperam: & superuenientibus dominorum iussionibus inueni consolationem quam non sperabam. Si possum, has celeriter plagas enumero. Primò quòd mihi pax subducta est quam cum Longobardis in Tuscia positis sine vllo reipublicæ dispendio feceram. Deinde corrupta pace de Romana ciuitate milites ablati sunt. Et quidem alij ab hostibus occisi, alij verò Narniis & Perusiæ positi: vt & Perusia teneretur, Roma relicta est. Post hæc plaga grauior fuit aduentus Agilulfi, ita vt oculis meis cernerem Romanos more canum in collis funibus ligatos, qui ad Franciã ducebantur venales. Et quia nos qui intra ciuitatem fuimus, deo protegente manus eius euasimus: quæsitum est vnde culpabiles esse videremur: videlicet cur frumenta defuerint, quæ in hac vrbe diu multa seruari nullatenus possunt, sicut in alia suggestione plenius indicaui. Et quidem de memetipso in nullo turbatus sum: quia teste conscientia fateor, aduersa quælibet pati paratus sum, dummodo hæc omnia cum salute duntaxat animæ meæ euadam. Sed de glorioſis viris Gregorio prçfecto, & Castorio magistro militũ nõ mediocriter sum afflictus: qui & omnia quę potuerunt fieri, nullo modo facere neglexerunt, & labores vigiliarum & custodiæ ciuitatis in obsidione eadem vehementissimos pertulerunt: & post hæc omnia grauí dominorum indignatione percussi sunt. De quib⁹ patenter intelligo, quia eos non sua acta, sed mea persona grauat, cum quo quia pariter in tribulatione laborauerant, post labore pariter tribulantur. Quod autem dominorum pietas illud mihi pauendum & terribile omnipotentis Dei iudicium intentat, rogo per eũdem omnipotentem dominum, ne hoc vlterius faciat: nã adhuc nescimus quis ibi qualis sit: Quòd Paulus egregius prædicator dicit: Nolite iudicare ante tẽpus, donec veniat dominus, qui & illuminabit abscõdita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Hoc tamen breuiter dico, quoniam peccator & indignus plus de venientis Iesu misericordia quam de vestræ pietatis iustitia prçsumo. Et sunt multa quæ de iudicio illius homines ignorãt: quia fortasse quę vos laudatis, ille reprehendet: & quæ vos reprehẽditis, ille laudabit. Inter ergo omnia incerta ad solas lachrymas redeo, petens vt idem omnipotens deus piissimũ dominum nostrum, & sua hic manu regat, & in illo terribili iudicio liberum ab omnibus delictis inueniat: & me ita placere, sine cessatione omnibus faciat, vt æternam eius gratiam non offendam.

Deniq; Mauricius imperator libertatem vocis tanti pontificis, XVII.

ti pontificis, reprehensionisque constantiam admiratus, quia de futuro dei iudicio se terruerat, ad exercendam in eum tyrannidem prodire nitebatur, cum protinus eodem anno vir quidam monachicis indutus vestimentis diuina quadam virtute commotus dextera spatham cepit, quam videlicet à foro vsque ad æneam statuam gladiatoris nudam circumferens, imperatorem gladio cũctis moriturum prædixit. Quod Mauricius vt audiuit, à tyrannide Gregorio inferenda semet continuit, & iudicium diuinum quod ei minatus fuerat, citò se subiturum tanto magis timuit, quanto Gregorium credidit non posse mentiri.

XVIII. Mox itaque scripto preces compositas tam eidem quàm cunctis patriarchis episcopis, & monachis ciuitatum siue solitudinũ pecunias multas, cereos & thymiamata destinauit, hoc potissimum deprecãs, vt domino supplicaret quatenus in hoc seculo merita suorum malorum reciperet: tantùm vt à futuris cruciatibus redimi meruisset. Cumq; hoc & ipse vehemẽtius per multa tempora cum lachrymis postulasset, quadã nocte dormiens vidit apud æneam palatij portam se coram multo populo æneæq; statuę saluatoris adsistere. Tunc vox terribilis facta est ex ipso incarnati verbi charactẽre dicens: Date Mauritium. Et *capientes eum* iudiciorum ministri posuerũt *iuxta purpureum* vmbilicum qui illic erat. *Cui eadem vox characteris* ait. Vbi vis *reddam tibi mala* quæ in hoc seculo perpetrasti? *Ille respondit*: Amator hominum domine, & iudex *iuste*, hic potius ea mihi, & non in seculo futuro retribue. Statim diuina vox iussit tradi Mauritium & Constantiam vxorem eius cum filiis & filiabus omniq; cognatione ipsius Phocæ militi. Euigilans ergo Mauritius misit Parrochenum, & vocauit ad se Philippicum generum suum, quem dudum suspicatus fuerat imperiũ sibi velle subripere. At ille pro suspicione se perdẽdum coniiciens, aduocatæ Gordiæ vxori suæ tanquam non se reuisuræ vltimum vale dixit: sacramẽtoque communionis accepto, ad palatium venit. cubiculum imperatoris ingrediẽs, ad pedes eius procidit. Cui imperator adsurgens ad pedes eius nihilominus corruit, dicens: Ignosce, deprecor, mihi: quia nunc profectò diuina reuelatione doctus cognoui, quòd nihil in me vnde suspicabar commiseris. Sed si quẽ in agminibus, nostris cognoscis qui Phocas soleat vocari, dicito mihi. Et Philippicus diu apud se recogitãs ait: Vnum Phocam cognosco, qui nuper procurator ab exercitu nũcupatus contradicebat tuo imperio. Cum verò Mauritius de qualitate ipsius inquireret, Philippicus ait. Est quidẽ iuuenis, & temerarius: at timidus. Et Mauritius, Si timidus, inquit, profectò & homicida. Dúmque super huiusmodi titubaret, in crastinum Magistrianus ab eremitis quibus imperatoris preces portauerat rediens, responsum retulit dicẽs: Deus recepta pœnitentia tua saluabit animam tuam: & cum sanctis te cum tota domo tua constituet: ab imperio verò cum ignominia & discrimine decides.

XIX. Quibus auditis Mauritius deum glorificans pœnitentiam tenuit: sed à cupiditatis auaritia vsque adeò non recessit, vt exercitus in periculosis locis hyemaret, & transito Danubio victus sibi de Sclauorum regione periclitabundè quæreret: ne videlicet alimenta publica manducarent: quod cum Petro prætori feralibus literis immineret, ille taxiarchis vocatis ait: Nimis mihi videntur grauia imperatoris præcepta Romanos in aliena terra hyemare iubentia. Nam illi nõ obedire, sæuum est: & rursus obedire, sæuissimum. Nullum bonum parit auaritia: quia mater omniũ malorũ consistit: qua imperator languens, horum maximorum malorum causa Romanis efficitur. Exercitus itaque hoc per taxiarchas audito, ad seditionem conuertitur: exaltatúmque super clypeum Phocam centurionem exarchum acclamauerunt: fugatóque prætore Theodosio filio imperatoris, & Germano socero eius, dirigunt vt alter eorum sibi imperare studeret. Illi nullo modo consenserunt, imò hoc Mauritio retulerunt. At ille germanum perdere voluit: qui quoniam in Ecclesiam fugerat, filium tanquam proditorem sui consilij flagellauit: multósque hunc ab eadem Ecclesia extrahendum transmittens, nũquam permittitur, imò multis conuitiis à populo laceratus Marcionista hæreticus appellatur, & commoto intra Constãtinopolim graui tumultu, Mauricius dissimulato habitu cum vxore & filiis nocte dromonem conscendit: & fugiens apud sanctum Antonomen venit. At vero Phocas cum exercitu in Septimum veniens imperator efficitur, à quo Mauricius cum vxore, filiis & filiabus penes Chalcedoniã iussus quemadmodum sibi denuntiatum fuerat, decollatur. Et quia oratio Gregorij qua illum petierat in terribili Dei iudicio liberum ab omnibus delictis inueniri, vacua esse non poterat: idem Mauricius id recepit quod meruit: & in cunctis suis incommodis deum benedicens, à sempiterno supplicio meruit liberari.

XX. Igitur septimo Calendarum Maiarum indictione sexta imago Phocæ & Leontiæ augustorum cum eorundem fauoralibus literis Romam delata est. Et post quam à clero & senatu acclamatum est eis in basilica Iulij, iussu Gregorij in oratorio sancti Cęsarij Lateranensi palatio constituto reponitur. Qui etiam Phocę imperatori ita rescripsit: *Gloria in excelsis deo*, qui iuxta quod scriptum est, mutat tempora, & transfert regna: & qui hoc cunctis innotuit, quod per prophetã suum loqui dignatus est dicens, Quia dominatur excelsus in regno hominum: & cui voluerit, ipse dat illud. In omnipotentis quippe dei incomprehensibili dispositione alterna vitæ mortalis moderamina consistunt: & aliquando cum multorum peccata ferienda sunt, vnus erigitur, per cuius duritiã tribulationis iugo subiectorum colla deprimantur. Quod nos in nostra diutius tribulatione probauimus. Aliquãdo verò cum misericors deus mœrentia multorum corda sua decernit consolatione refouere, vnũ ad regiminis culmen prouehit, & per eius misericordiæ viscera in cunctorum mentibus exultationis suæ gratiam infundit. De qua exultationis abundantia irroborari nos citius credidimus, qui benignitatem vestræ pietatis ad imperiale fastigium peruenisse gaudemus. Lætẽtur cœli, & exultet terra: & de benignis vestris actibus vniuersę reipublicæ populus nunc vsq; vehementer afflictus hilarescat. Comprimantur iugo dominationis vestrę superbæ mentes hostium: releuẽtur vestra misericordia contriti ac depressi animi subiectorum. Virtus cœlestis gratiæ inimicis vos terribiles faciat, pietas subditis benignos. Quiescat felicissimis temporibus vestris in vniuersa republica prolata sub causarum imagine præda pacis. Cessent testamentorum insidiæ: donationum gratiæ violenter exactæ. Redeat cunctis in rebus propriis secura possessio: vt sine timore habere se gaudeant, quę non sunt ab eis fraudibus acquisita. Reformetur iam singulis sub iugo pij imperij libertas sua.

Universidad de Deusto Biblioteca

tas sua. Hoc nanque inter reges gentium, & reipublicæ imperatores distat, quod reges gẽtium, domini seruorũ sunt: imperatores verò reipublicæ, domini liberorum.

XXI. Cum Phocas mandari sibi Romanę sedis diaconũ cum magna humilitatis reuerentia postularet, Gregorius ita rescripsit: Considerare cum gaudiis & magnis actionibus gratiarum libet quantas omnipotẽti Deo laudes debemus, quòd remoto tristitiæ iugo, ad libertatis tempora sub imperiali benignitatis vestræ pietate peruenimus. Nam quod permanere in palatio iuxta antiquam consuetudinem apostolicæ sedis diaconum vestra serenitas non inuenit, non hoc meæ negligentiæ, sed grauissimæ necessitatis fuit: quia dum ministri omnes huius Ecclesiæ tam contrita asperáque tempora cum formidine declinarent atq; refugerent, nulli eorum poterat imponi vt ad vrbem regiam in palatio permãsurus accederet. Sed postquam vestram clementiã omnipotentis dei gratia disponente ad culmen imperij peruenisse cognouerunt, ipsi quoque suadente lætitia ad vestra vestigia venire festinant, qui illuc prius accedere valde timuerant. Sed quia eorum quidam ita senecture sunt debiles, vt laborẽ ferre vix possint, quidam verò ecclesiasticis curis vehementer implicãtur, & lator præsentium, qui primus omnium defensor fuit, bene mihi ex longa adsiduitate compertus est vita fide ac moribus approbatus: hunc aptum vestræ pietatis vestigiis esse iudicaui. Vnde eũ auctore deo diaconum feci, & sub celeritate transmittere studui, qui cuncta quæ in his partibus aguntur, inuento opportuno tempore valeat clementiæ vestræ suggerere. Cui rogo vt serenitas vestra pias aures inclinare dignetur: vt tãto nobis celerius valeat misereri, quanto afflictionem suam verius ex eius relatione cognouerit. Qualiter enim cotidianis gladiis, & quantis Lõgobardorum incursionibus ecce iam per triginta, & quinq; annorum longitudinem premimur, nullis explere suggestionis vocibus valemus. Sed in omnipotente deo confidimus, quia ea quæ cœpit cõsolationis suæ nobis bona perficiet: & qui suscitauit in republica pios dominos extinguet crudeles inimicos.

XXII. Item Leontiæ augustæ. Quæ lingua eloqui, qui animus cogitare sufficiat, quantas de serenitate vestri imperij omnipotẽti deo gratias debemus, quòd tam dura longi temporis pondera ceruicibus nostris amota sunt, & imperialis culminis leue iugum rediit, quod libeat portare subiectis? Reddatur ergo creatori omnium ab hymnidicis angelorum choris gloria in cœlo: persoluatur ab hominibus gratiarũ actio in terra, quia vniuersa respublica quæ multa mœroris pertulit vulnera, iam nunc consolationis vestræ inuenit fomenta. Vnde nobis necesse est omnipotentis dei misericordiam enixius orare, vt cor vestrę pietatis sua semper dextera teneat, eiusq; cogitationes cœlestis gratiæ ope dispenset: quatenus tranquillitas vestra tanto rectius valeat sibi seruientes regere, quanto dominatori omnium nouerit verius deseruire. In amore catholicæ fidei faciat defensores suos, quos fecit ex benigno opere imperatores nostros. Infundat in vestris mentibus zelum simul & mansuetudinem: vt pio semper feruore valeatis, & quicquid in deo exceditur, non inultum relinquere: & si quid in vobis delinquitur, parcendo tolerare.

XXIII. His Gregorius laudibus, aut ideo nouos principes demulcebat, vt audientes quales esse debebant, fierẽt mitiores quam Mauritius fuerat: cuius tot criminib⁹ inuoluta tempora cognoscebãt: aut quia eos sibi subiectos Ecclesiæ deuotissimos cernens, non eos ad tyrannidẽ ruituros esse putabat. Qui sicut quorumlibet vitia liberis vocibus arguebat, & cõtra canones priscásve cõsuetudines venire neminem permittebat: ita quæ consuetudinis fuerãt, nulli penitus denegabat. Nam mox vt episcopus apostolicę sedis enituit, patriarchalibus sedibus suam synodicam destinauit, & postmodum Secundo seruo dei incluso inter cętera scribit dicens: Hinc est vt quotiens in quatuor præcipuis sedibus antistites ordinantur, synodales sibi epistolas vicissim mittant: in quibus se sanctam Chalcedonensem synodum cum aliis generalibus synodis custodire fateantur. Item Anastasio presbytero de Isauria post multa. Fratri nostro Cyriaco Constantinopolitanæ ciuitatis antistiti, qui nuper in Ioannis reuerentissimi episcopi loco ordinatus est, nostra volumus scripta trãsmittere: sed quia nõ est consuetudo vt prius quam ad nos eius synodica deferatur, ei scribere debeamus: idcirco nunc distulimus, postea autem indicabimus. Quam videlicet consuetudinem sicut nostri quoque qui ante biennium ab Adriano liberalissimo papa in sancta octaua synodo præfuere, testantur: ita Orientales præcipuè retinent vsque hactenus sedes, vt in sujs diptychis nullius pontificis nomen describant, quousque synodicam ipsius susceipiant, & tam diu defunctũ põtificem inter viuentes annumerent, quandiu successor illius suas literas studuerit destinare.

XXIIII. Hinc est nimirum quòd Gregorius à cõsuetudine prisca non discrepans, Ioanni subdiacono rectori patrimonij Liguriæ scribit dicens. Quanto apostolica sedes deo auctore cunctis prælata constat ecclesiis, tãto inter multiplices curas & illa nos valde sollicitat, vbi ad consecrandum antistitem, nostrum expectatur arbitrium. Defuncto igitur Laurentio Ecclesiæ Mediolanensis episcopo, sua nobis relatione clerus innotuit, in electione se filij nostri Constantij diaconi sui vnanimiter consensisse. Sed quoniam eadem nõ fuit subscripta relatio, ne quid quod ad cautelã pertinet omittamus, idcirco huius præcepti auctoritate suffultum Genuam te proficisci necesse est. Et quia illic multi Mediolanensium coacti Longobardorum barbarica feritate consistunt: eorum te voluntates oportet cõuocatis eis in commune perscrutari. Et si nulla eos diuersitas ab electionis vnitate disterminat, si quidem in prædicto filio nostro Constantio omnium voluntates atque consensus perdurare cognoscis, tunc eum à propriis episcopis (sicut antiquitatis mos exigit) cum nostrę auctoritatis adsensu solatiante domino facias consecrari: quatenus huiusmodi seruata consuetudine, & apostolica sedes proprium vigorem retineat, & à seipsa concessa aliis sua iura non minuat. Sed cum post annos aliquot Constantius functus insigniter põtificio, dormisset in domino, clerus & plebs Mediolanensis Deusdedit diaconum eligentes, ab Agilulfo rege terrerentur quatenus illũ eligerent, quem Longobardorum barbaries voluisset. At illi decretum suũ Gregorio dirigentes, consilium & licentiam petunt. Quibus ipse inter cętera sic rescripsit. Illud quod vobis ab Agilulfo indicastis scriptum, dilectionem vestram non moueat. Nam quòd nos vtilitati vestræ salubriter consulere velimus in homine qui non à catholicis, & maxime Longobardis eligitur, nulla præbebimus ratione consensum: quia vicarius sancti Ambrosij

brosij indignius euidenter ostenditur,si electus à talibus ordinatur,& post pauca. Vt igitur in ordinando Deusdedit diacone,qui à vobis electus est, nulla possit mora cõtingere, Pantaleonem notarium nostrum transmisimus,qui eum (vt moris est) annitente cõsessus nostri auctoritate faciat consecrari.

XXV. Aduersis potestatibus prægrauatos fortissimus miles Christi Gregorius viriliter defendebat:iniusteq; deiectos non solùm inter depositos non habebat, verùm etiã pristinis gradibus auctoritatis suæ priuilegio reformabat. Nã Anastasiũ antiochenũ patriarchã,qui Ioãnem Cõstãtinopolitanum præsulẽ voce libera reprehendẽs,imperatoris Iustini iussu detrusus in exiliũ, ab ipsis Ioannis papæ temporibus vsque ad sui pontificatus tempora permanebat,mox vt summum sacerdotium meruit,inter patriarchas eum reputãs,scriptis talibus animauit. Præterea,inquit, sicuti patriarchis aliis paribus vestris, synodicam vobis epistolã direxi: quia apud me semper hoc estis, quod ex omnipotẽtis dei munere accepistis esse, nõ quod ex voluntate hominũ putamini non esse. Item eidem in alia epistola post nonnulla scribens ait: Fraternitati tuæ indico, quia à sereniss imis dñis quãtis valui precibus postulaui,vt vos honori pprio restitutos,ad sãcti Petri apostolorũ principis limina venire,&quousq; ita deo placuerit,hic mecum viuere cõcedat,quatenus dum vos videre meruero,peregrinationis nostræ tædium de æterna patria inuicem loquendo releuemus. Deniq; studiosissimus pater Gregorius tandiu penes Mauritium imperatorem suggestionibus suis imminuit,donec post multorum annorum curricula magnus Anastasius throno proprio redderetur.Cui cõgratulabundus rescripsit dicens:Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ volũtatis: quia magnus ille fluuius qui quõdam arentia Antiochiæ saxa reliquerat, ad proprium alueum reuersus,subiectas & iuxta positas valles rigat: vt vnum trigesimum,aliud sexagesimum,aliud vero centesimum ferat fructum.

XXVI Adrianum Thebanæ ciuitatis episcopum à Ioanne primæ Iustinianæ & altero Ioanne Larissæo episcopis iniustè depositum, non solùm sedi propriæ reddidit, verùm etiam ipsius ecclesiã Romano iure defendens, à Larissæi episcopi potestate subduxit,inter cætera dicẽs:Adrianum episcopum reperimus: & tuo cõtra sacerdotales mores odio laborasse, & nullo iure pecuniariis in causis eum fraternitatis tuæ condemnatum fuisse sentẽtia. Quia igitur & ab antefato Ioãne primæ Iustinianę episcopo contra ius canonésque depositus,honoris sui gradu carere non potuit:in suã eum reformari ecclesiam, atque in propriæ dignitatis ordinem decreuimus reuocari.Et cum oportuisset ex eo te dominici corporis communione priuari,quod admonitione sanctę memoriæ decessoris mei contẽpta, per quã eum ecclesiámq; eius quẽ de tui iuris ditione exemit,rursus in eis aliquid tibi iuris & ditionis seruare præsumpseris: tamẽ nos humanius decernentes, communionisque tibi sacramẽtum interim cõseruãtes,decernimus vt fraternitas tua ab eo ecclesiáque eius omnem antehabitam potestatẽ iurisdictionis abstineat, sed secundum scripta decessoris nostri siqua causa vel fidei vel criminis vel pecuniaria aduersus præfatum Adrianum cõsacerdotem nostrum potuerit euenire: vel per eos qui nostri sunt vel fuerint in vrbe regia respõsales,si mediocris est quæstio, cognoscatur:vel huc ad apostolicam sedem,si est ardua, deducatur:quatenus nostræ audientię sententia decidatur. Quòd si contra hæc quæ statuimus,quolibet tempore qualibet occasione vel surreptione venire tentaueris: sacra te communione priuatum, nec eam te excepto vltimo vitę tuæ tempore,nisi cõcessa Romani pontificis decernimus iussione recipere. Hoc enim cõsona sanctis patribus definitione sancimus, vt qui sacris nescit obedire canonibus, nec sacris administrare vel communionem capere sit dignus altaribus.

Item Ioanni episcopo primæ Iustinianæ. Post lõgas tribulationes quas Adrianus Thebanæ ciuitatis episcopus à cõsacerdotibus suis velut ab hostibus pertulit,in Romanam ciuitatem cõfugit: & licet aduersus Ioannẽ Larissæum episcopum eius fuisset prima suggestio,non ab eo in causis pecuniariis lege esse iudicatum,tamẽ post hoc magis cõtra personam fraternitatis tuæ, à qua non iustè sacerdotij gradu se flagitabat esse deiectum,grauissime querebatur. Et infra. Quod verò,inquit,ad prẽsens attinet,cassatis prius atque ad nihilum redactis prædictæ sententiæ tuæ decretis, ex beati Petri apostolorum principis auctoritate decernimus triginta dierum spatio sacra te communione priuatum, ab omnipotente deo nostro tanti excessus veniam cum summa pœnitentia lachrymis exorare. Quòd si hanc sententiam nostram te cognouerimus impleſſe remissius,nõ iam tantùm iniustitiam, sed & contumacium fraternitatis tuæ cognoscas adiuuante domino seuerius puniendam. Præfatum verò Adrianum fratrem & coepiscopum nostrum ex tua sentẽtia (vt diximus) nequaquã canonibus atque legibus subsistẽte damnatum, in suum locum atque ordinem reuerti Christo comitãte disponimus: vt nec illi fraternitatis tuæ noceat contra iustitiæ tramitem prolata sententia, nec charitas tua pro placanda futuri indignatione iudicis incorrecta remaneat.

Hinc est quòd exceptis criminibus neminẽ de sa- XXVII.
cerdotio Gregorius deponebat, imò pro qualitatibus delictorum venialiter communione priuabat. Vnde Ioanni episcopo Calliopolitano post aliqua scribens ait:Matriculam quã frater & coepiscopus noster Andreas Tarentinus episcopus fecit fustibus castigari, quanuis exinde post octo menses hanc obisse nõ credamus, tamen quia eam cõtra propositi sui ordinem huiusmodi fecit affligi,duobus hunc mensibus à missarum solennitate suspende:vt vel hæc eum verecundia qualem se decætero exhibere possit,instituat.

Si quando super sacerdotum criminibus erat aliquid XXVIII.
ventilandum, cum summa districtione grandique cautela Gregorius vnius cuiusque capituli modulos quærens,sententiam suam magis difficulter quam faciliter promulgabat. Vnde Natali Salonitano episcopo scribens ait:Dum cuncta negotia indagandæ solicitudine veritatis indigeãt,cum quæ ad deiectionem sacerdotalium pertinent graduũ,sunt districtius trutinanda: in quibus non tam de humilibus cõstitutis, quam de diuinæ quodammodo benedictionis refragatione tentatur.Nuntiatum siquidem nobis est, Florẽtium Epitauranæ ciuitatis episcopum à quibusdam fuisse in causis criminalibus accusatum, & nullis canonicis probationibus exquisitis,nec sacerdotalis cõcilij præueniente iudicio, eum honoris officio nõ auctoritate sed iure depositũ.Quia ergo nõ potest quenquam ab episcopatus gradu, nisi iustis ex causis, concors sacerdotum summouere sentẽtia: hortamur fraternitatem vestram,vt præfatum virum ex eodem in

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod detrusus est eiici faciatis exilio: causamque eius episcopali disceptatione perquiri: & si in his in quibus accusatus est, canonica fuerit pbatione conuictus, canonica proculdubio est vltione plectendus. Quod si aliàs quam de eo æstimatũ est, synodali fuerit inquisitione compertum: necesse est vt & criminatores, iusti districtionem iuris exhorreant, & in criminatis innocentiæ suæ seruentur illibata suffragia. Executionem verò antefati negotij Antonino subdiacono nostro ex nostra pręceptione mandauimus, quatenus eius instantia & quæ sunt legibus canonicis placita, decernantur, & decreta iuuante domino mancipentur effectui. Item Constantino episcopo Mediolanensi. Relectis epistolis quas ad nos per Maurinum latorem præsentium transmisistis, gratam nobis solicitudinem vestram fuisse rescripsimus, quod eam quæ ad vos de fratre & coepiscopo nostro Pompeio (qui à nobis ita est nominandus) peruenit, causam dissimulare minime pertulistis. Sed qualis fuit in requisitione cura, si talis fuisset in discussione subtilitas, nihil ex hoc quod de eo dictum est, fuisset ambiguum, sed vtrum verum an esset compositum, patuisset quia iam cõtra ipsum dudũ in Sicilia apud reuerendæ memoriæ fratrem nostrum Maximianum episcopum talis quæstio (vt cognouimus) mota est. Sed quia causa ipsius subtili omnino inuestigatione quæsita est, inuẽtus est innocens, qui fuerat accusatus in crimine. Nunc igitur quoniam illa quæ contra eum dicta sunt, non sub illa qua decuit districtione quæsita sunt: & gesta quę exinde apud fraternitatẽ vestrã cõfecta sunt, neq; ad cõdẽnationẽ neq; ad absolutionẽ eiº pbãtur posse sufficere: nõ leuis res agitur, vt incautè vel in transcursu debeat diffiniri. Nã graue est satis & indecens, vt in re dubia certa dicatur sentẽtia. Et hæc quidẽ gesta esse poterãt ad diffiniendũ idonea, si accusati ea cõfessio sequeretur, si tamẽ eandẽ cõfessionem subtilitas examinis ex occultis eliceret, & non afflictio vehemens extorqueret, quæ frequenter hoc agit, vt noxios se fateri etiam cogantur innoxij. Nam postquam præfatus episcopus (vt dicitur) cruciari custodia, cremarique fame se asserit: scire debetis, si ita est, vtrum noceat si sic fuerit extorta confessio. Nunquid quando sententiam tales causæ suspiciunt, & ad sedem apostolicam appellatur, nõ & persona quæ iudicatur, præsens est, vt districtissime atque ab omni latere veritas requiratur: vti tũc si debeat nẽcne manere sententia, decernatur. Necnõ & si prædictus episcopus ad sedem apostolicã appellare voluerit, causa ipsius interius & cum omni est diligentia perscrutãda: & ideo postquam & persona absens est, & gesta quæ ad nos transmisistis, nobis (sicut præfati sumus) idoneè satisfacere non videntur: temere aliquid de episcopi persona decernere nec debemus, nec possumus: ne (quod absit) reprehensibiles inueniamur in nostris, quibus aliorum iure competit retractare sententias. Item Ioanni defensori post aliqua: Quia, inquit, Stephanus episcopus in odio suo quædã ficta, & de falsis se capitulis accusatum, neque aliquid ordinabiliter factum, & iniustè se asserit condemnatum, diligenter quærendum est, primò si iudicium ordinabiliter est habitum: si alij accusatores, alij testes fuerunt: deinde causarũ qualitas, si digna exilio vel depositione fuit: si eo pręsente sub iureiurãdo cõtra eum testimonium dictum est: si scriptis actum est: si ipse licentiam respõdendi & defendendi se habuit. Sed & de personis accusantiũ ac testificantium subtiliter quærendum est, cuius conditionis, cuiusque opinionis, aut ne inopes sint, ne forte aliquas contra præfatum episcopum inimicitias habuissent: vtrum testimonium ex auditu dixerunt, aut certè se scire testati sunt: si scriptis iudicatum est, & partibus præsentibus sententia recitata est. Quod si forte hæc solẽniter acta nõ sunt, neque causa probata est quæ exilio vel depositione digna sit: in ecclesiam suam modis omnibus reuocetur.

XXIX. Auctoritatem quorumlibet summorum põtificum Gregorius auctoritatis suæ magnitudine nullo modo minuebat, quin potius multipliciter roborabat: & quanuis inter culpabiles auctoritatem sui prioratus cognosceret, tamen inter insontes episcopos se præbebat prorsus æqualem. Quapropter Ioanni Syracusano episcopo inter cætera scribens ait: Quod primas Bizacenus à suis episcopis impetitus, se sedi apostolicæ dicit subiici: siqua culpa in episcopis inuenitur, nescio quis ei episcopus subiectus nõ sit. Cum verò culpa nõ exigit, omnes episcopi secundum rationem humilitatis æquales sumus, & cætera. Item in libro regulę pastoralis, Liquet, inquit, quòd omnes homines natura æquales genuit: sed variante meritorum ordine, alios aliis culpa postponit. Ipsa autem diuersitas quæ accessit ex vitio, diuino iudicio dispensatur: vt quia omnis homo æquè stare non valet, alter regatur ab altero. Vnde cuncti qui præsunt, non in se debent potestatem ordinis, sed æqualitatem pensare conditionis: nec præesse hominibus gaudeant, sed prodesse. Antiqui etenim patres nostri non reges hominum, sed pastores pecorum fuisse memorantur. Et cum Noe dominus filiisq; eius diceret, Crescite & multiplicamini, & replete terrã: protinus adiunxit: Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ. Quorũ terror ac tremor quia esse super animalia terræ præcipitur, pfecto super homines esse phibetur. Homo quippe brutis animalibus, non autem hominibus cæteris natura prælatus est: & idcirco ei dicitur vt ab animalibus & non ab homine timeatur: quia cõtra naturam superbire est, ab æquali velle timeri: & tamen necesse est vt rectores à subditis timeantur, quãdo ab eis deũ minimè timeri deprehendunt: vt humana saltem formidine peccare metuant, qui diuina iudicia nõ formidant. Nequaquam tamen præpositi ex hoc quæsito timore superbiant, in quo non suam gloriam, sed subiectorum iustitiam quærunt. In eo enim quòd metum sibi à peruersè viuentibus exigunt, quasi non hominibus sed animalibus dominãtur: quia videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi, ex ea debent etiam formidini iacere substrati. Sed plerũque rector eo ipso quo ęteris præminet, elatione cogitationis intumescit: & dum ad vsum cuncta subiacẽt, dum ad votum velociter iussa complentur, dum omnes subditi siqua bene gesta sunt laudibus efferunt, male gestis autem nulla auctoritate contradicunt, dum plerunque laudant etiam quæ reprobare debuerant: seductus ab his quæ infra suppetunt, super se animus tollitur: & dum foras immẽso fauore circundatur, intus veritate vacuatur: atque oblitus sui, in voces se spargit alienas: talemque se credit, qualem foris audit, non qualem intus decernere debuit: Subiectos despicit, eosq;, æquales sibi ordine naturæ non agnoscit: & quos forte potestatis excesserit, transcendisse etiam vitæ meritis credit. Cunctis se æstimat amplius sapere, quibº se videt amplius posse. In quodam quippe se constituit culmine apud semet-

semetipsum, & qui æqua cæteris naturæ conditione constringitur, ex æquo cæteros respicere dedignatur: sicque vsque ad eius similitudinem ducitur, de quo scriptum est: Omne sublime videt: & ipse est rex super omnes filios superbiæ. Qui singulare culmen appetēs, & socialem angelorum vitam despiciens, ait: Ponam sedem meam ad aquilonem: & ero similis altissimo. Miro ergo iudicio intus foueam deiectionis inuenit, dum foris se in culmine potestatis extollit. Apostatæ quippe angelo similis efficitur, dum homo homin⁹ esse similis dedignatur. Sic Saul post humilitatis meritum in tumorē superbiæ culmine potestatis excreuit. Per humilitatem quippe prælatus est, & per superbiam reprobatus, domino attestante, qui ait: Nonne cum esses paruulus in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israël? Paruulum se prius in suis oculis viderat, sed fultus temporali potentia iam se paruulum non videbat. Cæterorum nanque cōparationi se præferens, quia plus cunctis poterat, magnum se præ omnibus æstimabat. Miro autem modo cum apud se paruulus, apud deum magnus: cum verò apud se magnus apparuit, apud deum paruulus fuit. Plærūque ergo dū ex subiectorum affluentia animus inflatur, in luxum superbiæ ipso fastigio lenocinante corrūpitur. Quam videlicet potētiam bene regit, qui & tenere illam nouerit, & impugnare. Bene hanc *regit, qui scit per illam* super culpas erigi: *scit cum illa cæteris æqualitate cō*poni. Humana *etenim mens plerunque* extollitur etiā *cum nulla* potestate fulcitur quātomagis in altum se erigit, cum se etiam potestas ei adiungit? Quam tamē potestatem recte dispensat, qui solicitè nouerit & sumere ex illa quod adiuuat, & expugnare quod tentat: & æqualem se cū illa cæteris cernere, & tamen se peccantibus zelo vltionis anteferre. Sed hanc discretionem plenius agnoscimus, si pastoris primi exēpla cernamus. Petrus nanque auctore deo sanctæ dei ecclesię principatum tenens, à bene agente Cornelio, & sese ei humiliter prosternente immoderatius venerari recusauit, seq; illi similem recognouit, dicens: Surge, ne feceris: & ego ipse homo sum. Sed cum Ananiæ & Sapphiræ culpam reperit, mox quanta potentia super cæteros excreuisset ostendit. Verbo nāque eorum vitam pertulit, quā spiritu perscrutante deprehendit: & summum se intra ecclesiam cōtra peccata recoluit, quod honore sibi vehementer impenso coram bene agentibus fratribus non agnouit. Illic quippe communionem æqualitatis meruit sanctitas actionis: hic zelum vltionis vis aperuit potestatis. Et paulo post. Sed cum delinquentes subditos præpositi corrigunt, restat necesse est vt solicitè attendant, quatenus per disciplinæ debitum culpas quidem iure potestatis feriāt, sed per humilitatis custodiā æquales se ipsis fratribus qui corriguntur agnoscant: quamuis plerunque etiam dignum est vt eosdē quos corrigimus, tacita nobis cogitatione præferamus. Illorum nanque per nos vitia disciplinę vigore feriuntur: in his verò quæ ipsi committimus, ne verbi quidem ab aliquo inuectione laceramur. Tanto ergo apud deum obligatiores sumus, quanto apud homines inultè peccamus, & reliqua.

XXX. Hac Gregorius æqualitate seruata, Romano defensori Siciliæ scribit dicēs: Peruenit ad nos, quòd siquis cōtra quoslibet clericos causam habeat, despectis eorum episcopis eosdem clericos in tuo facias iudicio exhiberi. Quod si ita est, quia valde constat incōgruū, hac tibi auctoritate præcipimus, vt hoc denuo facere non præsumas: sed siquis contra quemlibet clericum causam habuerit, episcopum ipsius adeat, vt aut ipse cognoscat, aut certè ab ipso iudices deputentur. Aut si ob hoc fortasse ad arbitros eundum est, partes ad eligendos iudices ab ipso executio deputata compellat. Siquis verò vel clericus vel laicus contra episcopum causam habuerit, tunc te interponere debes: vt inter eos aut ipse cognoscas, aut certè te admonēte sibi iudices eligant. Nam si sua vnicuique episcopo iurisdictio non seruatur, quid aliud agitur, nisi vt per quos ecclesiasticus custodiri ordo debuerat, confundatur?

Sicut cōuictum de crimine, sine vindicta canonica Gregorius neminem relinquebat: sic nimirum falsarium delatorem regulari tramite puniebat. Vnde Anthemio subdiacono scribens ait. Cam fortius punienda sint crimina quæ insontibus, & maximè sanctis ordinibus ingerūtur, quam sitis culpabiles omnes qui in causa Ioannis diaconi resedistis, attendite, vt Hilarium criminatorem eius nulla ex diffinitione vestra pœna veniens castigaret. Nec illud ad excusationem vestram esse credatis idoneum, quod vobis quasi iudicare volētibus, solus frater & coepiscopus noster Paschasius dicitur distulisse. Nam si zelus in vobis rectitudinis viguisset, facilius vni à multis rationabiliter suaderi, quā multi ab vno poterant sine causa differri. Quia ergo tantæ nequitiæ malum non debet sine vltione transiri: supra scriptum fratrem nostrum Paschasium volumus admoneri, vt eundē Hilarium prius subdiaconij quo indignus fungitur, priuet officio, atque verberibus publicè castigatum faciat in exilium deportari: vt vnius pœna multorū possit esse correctio. Cuius si forte lenitatem diaconij sui adhuc opinio lacerata non commonet, & in hoc (quod non credimus) torpens extiterit, experientia tua hæc quæ diximus faciat, & de illius nobis neglectu renuntiet. XXXI.

Idcirco Gregorius non probātem quod obiecerat subdiaconum officio iubet priuari, quia iuxta canonicas patrum sententias qui calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere: quam si pbasset, reus vtique sustineret. Ac per hoc quia subdiaconus crimē diaconi probare non potuit, quoniam impositionem manus qua carere potuisset, non habuit: non sacerdotio, sed officio caruit: & tanquam reuera infamis meruit verberibus castigari. Nam cui cum tribus testibus veluti laico crimen quodlibet approbatur, nō est mirum, quod obiecit, dum probare non sufficit, si corporali infamiæ quemadmodum laicus ex iuris similitudine subiugatur. Quod enim esset diacono gradum amittere, hoc fuit subdiacono famæ plenitudine caruisse.

Crimina semel audita Gregorius indiscussa nullo modo præteribat, etiam si accusatus cum accusatore suo rediisset in gratiam. Quapropter vniuersis episcopis Corinthi scribens ait: Desiderij nostri est ad concordiam redire discordes, & vnitos esse in gratia eos quos diuisos ab alterutra dilectione voluntatis facit esse diuersitas. Scripta igitur fraternitatis vestræ relegentes agnouimus quòd ij qui contra Adrianum fratrem & coepiscopum nostrum aliqua dixerant, modò cum eodem episcopo in amicitiam conuenissent: & magna nobis ad præsens facta est de eorū vnitate lætitia. Sed quoniam ea quæ dicta sunt, indiscussa remanere nō patimur: sedis nostræ diaconum ad ea inuestigāda dirigimus: quia nuntiati nos facinoris qualitas vehementer impellit, vt ea quæ audiuimus, dissimulare XXXII.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſimulare nullatenus debeamus, præſertim cum accuſatores & accuſatum inter ſe feciſſe gratiam indicaſtis. Hoc nobis neceſſe eſt ſubtilius perſcrutari: ne fortaſſe eorum ſit comparata cõcordia: quæ ſi (quod abſit) non ex charitate ſed ex præmio facta conſtiterit, maiori hoc emendatione plectendum eſt. Nam nos qui canonicè reuelãte deo mala, ſi quidem vera ſunt, reſecare præcedentia feſtinamus: cõmiſſam poſtmodum culpam ſine vindicta nulla ratione dimittimus.

Item Ioanni epiſcopo Corinthiorum poſt aliqua, Paulum, inquit, diaconum latorem præſentium quãuis culpa ſua vehemẽter confundat atque redarguat, quòd deceptus promiſsione, ab accuſatione nuper depoſiti quondam epiſcopi ſui deſtiterit, & cupiditatis ſtudio ſilere contra animam ſuam potius quam prodere vera conſenſit: tamen quia pios plus nos eſſe cõuenit, quam diſtrictos: hanc ei culpam ignoſcimus, atque eum in ordine locoq; ſuo recipiendum eenſemus. Nam ei à tempore prolatæ ſententiæ afflictionem quã pertulit, credimus ad vindictã huius culpæ poſſe ſufficere. Euphemiũ verò atq; Thomã, qui pro deſerẽda accuſatione ſacros ordines acceperũt, eiſdẽ ordinibus priuatos eſſe: atque ita ſicuti ſunt depoſiti, volumus permanere: nec vnquam eos ſub qualibet excuſationis ſpecie in ſacros ordines reuocari decernimus. Nã nimis indignum, & contra eccleſiaſticæ regulam diſciplinæ eſt, vt honore quem non ex meritis, ſed pro ſceleris prẽmio percepere, fungantur: quia tamẽ plus miſericordiæ quam diſtrictæ nos conuenit operam dare iuſtitiæ: eoſdem Euphemium atque Thomã in ordinem locũque tantũmodo vnde ad ſacros ordines promoti fuerant, volumus reuocari, & cunctis diebus vitæ ſuæ eorundem locorum cõtinentiam ſicut cõſueuerant antè, percipiant. Clementium verò lectorem ſimiliter benignitatis intuitu in ordinem locũque ſuũ reuocandum eſſe conſtituo: Quibus etiam omnibus, id eſt Paulo diacono, Euphemio, Thomæ atque Clementio commoda ſua ſecundum locum & ordinem in quo quiſque eorum eſt, ſicut ſolitus erat accipere, à præſenti indictione fraternitas veſtra ſine aliqua ſtudeat imminutione præbere.

XXXIII. Conſueta clericorum ſtipendia nullis quarumlibet ægritudinum occaſionibus miſericordiſsimus pater Gregorius retrahebat. Vnde Candido epiſcopo vrbis veteris ſcribens ait: Cum percuſsio corporalis vtrum pro purgatione an pro vindicta contingat, dei in hoc iudicium ignoratur: non debet à nobis addi flagellatis afflictio: ne nos culpæ (quod abſit) offẽſa reſpiciat. Et quia præſentium lator calumnioſus p hac percuſſione quam ſuſtinet, conſueta ſibi cõmoda ab eccleſia veſtra aſſerit denegari: idcirco fraternitatem tuã præſentibus hortamur epiſtolis, quatenus nihil eum ad percipienda quæ conſueta ſunt, hæc ęgritudo debeat impedire: quia diuerſis in eccleſia militantibus varia (ſicut noſti) ſæpe cõtingit infirmitas: & ſi hoc fuerint exemplo deterriti, nullus de cætero qui eccleſiæ militet poterit inueniri: ſed ſecundum loci ipſius ordinẽ, quæque ei ſi ſanus eſſet, poterant miniſtrari: de ipſa exiguitate quę eccleſiæ poteſt accidere, fraternitas tua diuini cõtẽplatiõe iudicij ægrotãti prębere nõ deſinat.

XXXIIII. Epiſcoporum venerabilium factas propriis clericis ſponſiones Gregorius apoſtolicæ ſedis auctoritatibus roborabat. Vnde Ioanni Panormitano epiſcopo ſcribit dicens: Implenda ſemper ſunt poſtulãtium deſideria, quotiens illa poſcuntur, quæ à ratione nõ deuiant. Et ideo quia quædã capitula quæ ſeruaturum te clericis tuis petentibus promiſiſti, noſtra ab eis poſtulamur auctoritate firmare: Fraternitatem tuam his hortamur affatibus, vt ea quæ præſentia ſcripta cõtinẽt, ſine aliqua debeat refragatione ſeruare. Primùm, vt de reditibus eccleſię quartã in integro portionem eccleſiæ tuæ clericis ſecundum meritum vel officium ſiue laborem ſuum, vt ipſe vnicuiq; dare proſpexeris, ſine aliqua debeas præbere tarditate. De hoc vero quod ex fidelium oblatione acceſſerit, id eſt quartam partem in ſolidis vel cellario eis iuxta priſtinam conſuetudinem dare non differas. Reliqua autem omnia mobilia in tua retineas poteſtate: immobilia cuncta eccleſiaſticis reditibus aggregentur: vt multiplicata quantitate clericorum tuorum, quarta deo largiente proficiant. Tabularium autem vnà cum conſenſu ſeniorum & cleri memineris ordinãdum, qui annis ſingulis ad amputãdam fraudis ſuſpicionem ſolenniter ſuas debeat rationes exponere. Vindemiarũ verò tempore idem clerus emẽdi vinum de poſſeſsionibus eccleſiæ tuæ ad iuſta precia, inquãtum vendendum eſt, remedium conſequatur. Nã ſatis contra rationem eſt, vt quod poteſt extraneis venundari, clericis dato precio denegetur. Poſſeſsiones igitur vel ſiqua ſunt alia eccleſiaſtico iuri competẽtia, & ab extraneis indebitè detinentur, cum omni ſtudio ſeruata ciuilitate in ius eccleſiæ tuæ reparare feſtina, vt negligẽs in aliquo videri nõ valeas. Siquid verò de quocunq; clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuſtè poſsit offendere: facilè non credas, nec ad vindictam te res accendat incognita: ſed præſentibus eccleſiæ tuæ ſenioribus diligenter ſi eſt veritas perſcrutandum: & tunc ſi qualitas rei popoſcerit, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis. Hæc itaque omnia ſic ſolicitè ac manſuetè ſtudij tui ſit cuſtodire, quatenus nec tu p̃miſsionis tuæ videaris immemor extitiſſe, nec illi iuſtam cõtra te occaſionem inuenire valeant murmurãdi. Item Maximiano Syracuſano epiſcopo poſt pauca. Cognouimus de reditibus eccleſiæ nouiter acquiſitis canonicam diſpoſitionem quartarum minime prouenire: ſed epiſcopos locorum tantũmodo diſtribuere quartam antiquorum redituum, nunc verò quæſita ſuis vſibus retinere. Quamobrem prauam ſubintroductã conſuetudinem fraternitas tua viuaciter emẽdare feſtinet: vt ſiue de præteritis reditibus, ſiue de his quæ nouiter obuenire, vel obuenientibus quarta ſecũdum diſtributionem canonicam diſpenſetur. Incõgruum nanque eſt, vnam eandemque eccleſię ſubſtãtiam duplici quodammodo iure cẽſeri, id eſt vſurpationis, & canonum.

XXXV. Ab aliis epiſcopis communione priuatos Gregorius communioni priſtinæ reformabat. Quapropter Magno presbytero Mediolanenſis eccleſię ſcribẽs ait: Sicut exigente culpa dignè quis à ſacramento cõmunionis abigitur, ita inſontibus nullo modo talis irrogari debet vindicta. Cõperimus ſiquidem quòd Laurẽtius frater & coepiſcopus noſter nullis te culpis extantibus communione priuauerit: ideoque huius pręcepti noſtri auctoritate munitus, officium tuũ ſecurus perage: & communionem ſine aliqua ſume formidine.

XXXVI. Purgãtes ſe à crimine cuiuſlibet hæreſis Gregorius non ſolùm recipiebat, imò etiam catholicos declarabat. Vnde Ioanni Cõſtantinopolitano epiſcopo ſcribit dicẽs: Sicut hæreticorum prauitas zelo rectæ fidei compri-

cõprimenda, ita veræ confessionis est integritas cõplectenda. Nam si credi fideliter cõfitenti despicitur, cunctorum in dubium fides adducitur: atque errores ex incauta districtione mortiferi generantur: & hinc non solùm errantes oues ad caulas minimè dominicas reuocantur, sed etiam intus positæ ferinis dẽtibus laniandæ crudeliter exponuntur. Hoc ergo subtiliter frater charissime perpendamus, vt sub prætextu hæresis affligi quempiam veraciter profitẽtem fidem catholicam non sinamus. Valde enim miratisumus cur ij qui in causa fidei iudices contra Ioannem Chalcedonensis ecclesiæ presbyterum à vobis fuerant deputati, negligẽtes veritatem, opinioni crediderũt, & credere districte profitẽti noluerunt, maxime cum accusatores ipsius, Marcionistarum (quam memorabant) hæresim, vnde eum reum moliebantur efficere, interrogati quæ esset, nescire se manifesta professione respõderint. Ex qua re euidenter agnoscitur, quia personam ipsius sine dei respectu non iustè sed contra animas suas sola grauare voluntate tantũmodo voluerunt. Nos itaque facto concilio (sicut gestorum apud nos habitorum tenor ostendit) cuncta quæ erant necessaria subtiliter perscrutantes atque tractantes, quoniam in nullo antè dictum presbyterum reum *inuenire potuimus, præcipuè quia libellus quem delegatis à vobis iudicibus obtulit, rectè fidei per omnia sinceritati concordat: eapropter* eorũdem iudicum reprobantes *sententiam*, nostra eum diffinitione catholicũ, *& ab omni* hæreticorum crimine liberum esse Christi *dei* redemptoris nostri gratia reuelante denunciauimus. Item Mauritio imperatori post pauca. Relectis in cõcilio quæ contra Ioannem ecclesiæ Chalcedonẽsis presbyterum acta sunt, simul & serie iudicati, maiorem illũ iniustitiam sustinuisse cognouimus, quippe quem clamantem se atque mõstrantem esse catholicum, non reatus culpa, sed diu accusatio incerta protriuit, in tantum quia accusatores ipsius, Marcionistarum (quã memorabant) hæresim nescire se aperta responsione professi sunt: & qui illico in ipso iudicij fuerant limine repellendi, in accusatione eius incerti permanere permissi sunt. Sed ne dicta eum saltẽ lacerare potuisset opinio, libellũ fidei obtulit, in quo se patenter ostendere fidei rectæ professorem studuit & sequacẽ. Sed hũc à sanctissimo Ioanne & coepiscopo meo iudices deputati, iniustè ac irrationabiliter negligentes, dum in eius se nisi sunt occupare grauamine, se potius reprehensibiles ostenderũt. Nam nullus ambigit infidelitatem esse, fidem fidelibus nõ habere. Item Narsi comiti de eodem post alia. De Ioanne vero presbytero cognoscite, quia causa illius per synodũ decisa est: in qua apertè cognoui quia eius aduersarij eum facere hæreticum voluerunt, & diu conati sunt, sed minimè potuerũt. Item Athanasio presbytero de Isauria. Sicut de eis quos ab vnitate ecclesiç hæreticæ prauitatis error abscidit, affligimur & dolemus: ita de his quos intra sinum suum catholicæ fidei professio continet, congaudemus: & vt pastorali solicitudine illorum nos oportet impietatibus obuiare, sic piis horum professionibus congruit fauorem impendere, & syncera esse quæ sapiunt declarare. Atque ideo dum tibi Athanasio presbytero monasterij sanctæ Miliç cui est vocabulum Tannaco quod in Lycaonia est prouincia constitutum, contraria integræ fidei orta suspitio est vt professionis tuæ potuisset, integritas apparere, ad apostolicam sedem (cui præsidemus) elegisti recurrere, asserens etiam te corporaliter verberatũ, aliqua iniuste ac violenter fecisse. Et quãquam ea quæ vi impulsionis fiunt, canonum minime censura recipiat, & iure habeantur infirma, quia ipse ea dissoluit, qui iniustum fateri compellit, sed magis illa est suscipienda & amplectẽda confessio, quæ spõtanea mõstratur voluntate procedere, sicut apud nos fecisse dinosceris: nequid tamẽ nobis ambiguum potuisset existere, sanctissimo Ioanni quõdam fratri nostro Constantinopolitanæ ciuitatis antistiti de te prævidimus scribendum, vt suis nos quid actum esset epistolis informaret. Qui sæpe à nobis admonitus rescribens innotuit quẽdam codicem apud te fuisse inuentum, quo plura continebantur hæretica: & ob hoc aduersus dilectionem tuam fuisse cõmotum. Quem quia ad nos studuit p satisfactione trãsmittere, priores eius partes solicita lectione percurrimus: & quoniam manifesta in eo hæreticæ infectionis venena reperimus, ne denuo debuisset legi vetuimus. Sed quia hunc te simpliciter legisse testatus es, ad amputãdam ambiguæ suspicionis materiam, libellum nobis manu tua porrexisti per scriptum, in quo fidem tuam exponens, omnes generaliter hæreses, vel quicquid aduersus catholicæ p fessionis integritatem est, apertissimè condemnasti: & cuncta quæ sanctę quatuor vniuersales synodi recipiunt, te semper recepisse ac recipere, & quæ condemnauerunt, condemnasse cõdemnareq; professus es. Eam quoque synodum quæ imperatoris Iustiniani tẽporibus de tribus capitulis facta est, te suscipere & custodire promisisti: & prohibitus à nobis codicẽ ipsum legere, in quo pestiferę virus fraudis innexum est, libentissimè consensisti: reprobans etiam atque condemnans omnia quæ in eo contra catholicæ fidei integritatem dicta vel latenter inserta sunt: nec eum te legere denuo promisisti. Hac ratione permoti, postquã etiam exprobrata est à te libelli pagina, & fides tua nobis catholica deo custodiẽte perclaruit, ab omni te hæreticæ peruersitatis macula iuxta professionẽ tuam liberum esse decernimus, & catholicum, atque synceræ in omnibus fidei p fessorem, ac sequacẽ Iesu Christi saluatoris gratia claruisse pronunciamus: liberam quoque tribuendo licentiam ad tuum monasterium in tuo te loco vel ordine nihilominus remeare.

XXXVII. Schismaticos ad recipiendam satisfactionem venire Gregorius inuitabat: quibus ẽtiam si nunquam ad vnitatem ecclesiæ redire voluissent, nullam se facturum violẽtiam promitebat. Vnde Petro & Prouidentio episcopis de Istria scribens ait: Deus qui lætatur in vnitate fidelium, & reuelat quęrentibus veritatem, cordi vestro dilectissimi fratres aperiat quanto vos desiderio in gremio cupiã sanctæ vniuersalis ecclesiæ cõtineri, & in eius manere vnitate concordes. Quod fore non dubito si abiecto cõtentionis stimulo, satisfieri vobis veraciter de his quibus est dubietas, intendatis. Remeãtis autem Castorij notarij mei edoctus relatione sum fraternitatem vestram ad me habere desiderium veniendi, si promissum fuerit quia nullam molestiam sustinebit. Hoc ego cognoscens, & opto, & succensus ardore charitatis, inuito vt ad me veniendi debeatis laborem assumere: quatenus pariter conferentes quæ vera & redẽptori nostro sunt placita & communiter loquamur, & modis omnibus teneamus. Ego verò diuinę protectionis gratia suffragãte satisfacere vobis de quibus dubitatis paratus sum: & con-

Universidad de Deusto Biblioteca

& confido de omnipotentis dei noſtri clementia, quia ita vobis ſatisfactio mea interius inhærebit, vt nihil charitati veſtræ decætero poſsit ambiguum remanere. Nam illa quæ ſanctiſsimæ quatuor ſynodi ſapuerunt atque diffinierunt, & prędeceſſor noſter Leo ſanctiſsimus papa, ita & nos ſapimus, ſequimur, ac tenemus: nec ab eorũ fide aliquo modo diſſentimus. Sed quia plus perſona præſens quã epiſtola ſatisfacit, hortor dilectiſsimi fratres vt ad me venire ſicut præfatus ſum debeatis, dummodo ratione percepta, à concordia ſanctæ vniuerſalis eccleſię diſſenſio vos nulla diſſociet. Hoc tamen certa ſit veſtra charitas, quia vos & cum affectu quo decet ſuſcipio, & cum gratia relaxabo: nec aliquam vos, vel quoſcũque alios qui pro hac ad me cauſa venire voluerint, afflictionem vel moleſtiam ſuſtinere permitto: ſed ſeu ad cõſentiendũ mihi cor veſtrum miſericordia diuina cõpunxerit, ſiue (quod abſit) in ea vos durare diſſenſione cõtigerit, ad propria vos remeare quãdo volueritis iuxta promiſſionem meam ſine læſione vel moleſtia relaxare curabimus.

XXXVIII. Seuerum Aquileienſem epiſcopum caput totius ſchiſmatis exiſtentem Romam venire compellit, dicens: Sicut gradientem per auia, carpentem denuo rectum tramitem, tota dominus auiditate cõplectitur: ita demum deſerentem cognitam veritatis viam, maiori mœrore quam gaudio quo de cõuertente lætatus fuerat, cõtriſtatur: quia minoris exceſſus eſt veritatem non cognoſcere, quàm in eadem agnita non manere: aliudq; eſt quod ab errante committitur, aliud quod per ſcientiam perpetratur. Et nos ſiquidem quãto incorporatum te iam pridem fuiſſe in vnitate eccleſiæ gauiſi fueramus, abundantius nunc diſſociatum à catholica ſocietate confundimur. Pro qua re imminente latore præſentium iuxta Chriſtianiſsimi & ſereniſſimi rerum domini iuſsionem, ad beati Petri apoſtoli limina cum tuis ſequacibus venire te volumus: vt auctore deo aggregata ſynodo, de ea quæ inter vos vertitur dubietate iudicetur. At Seuerus apoſtolica ſimul imperialique iuſsione coactus imminente Smaragdo exarcho, ſimulq; Antonino eccleſiæ Romanæ defenſore Rauennam perducitur: Vbi veritus cum Gregorio ſynodalem ſubire conflictum, ad vnitatem ſanctæ vniuerſalis eccleſiæ mediante Ioanne Rauennati põtifice remeauit. Sed cum poſt anni ſpatium ad propria rediſſet, ab aliis ſchiſmaticis perſuaſus, nõ ſolùm ad priſtinum vomitum rediit, verùm etiã Mauricij deo ſemper aduerſi iuſsione ſurrepta, qua iubebatur vt ſchiſmatici redire ad vnitatẽ eccleſię minimè cogerentur, reliquis epiſcopis eccleſię ſe iungentibus, maximas ſeditiones conflabat. Quapropter Gregorius neminem iam reuertentium ſine cautione iuratoria penitus ſuſcipere ſatagebat. Qua præſtita huiuſmodi literis eidem patricio exarcho commendabat: Firminus frater & coepiſcopus noſter Tregeſtinæ antiſtes eccleſiæ, ante aduentum veſtræ excellẽtiæ ſalubri cõſilio à ſchiſmate quo inhæſerat reſipiſcens, atque ad vnitatem matris eccleſiæ rediens, noſtris eſt epiſtolis confirmatus, quatenus in veræ quem agnouerat ſinu matris eccleſię, fortitudine animi fixus ac ſtabilis permaneret. Quo audito Seuerus Gradenſis epiſcopus eiuſdẽ caput ſchiſmatis cum diuerſis primum cœpit (ſi poſſet) ſuaſionibus à bono reuocare propoſito. Quod dum perficere auctore deo minimè valuiſſet, ſeditionem illi ſuorũ ciuium excitare non timuit.

Quanta verò prædictus frater & coepiſcopus noſter Firminus ex eadem immiſsione pertulerit, plenius illic ac veracius è vicino poteritis agnoſcere. Directis itaque excellentiæ veſtrę iuſsionibus iis qui in Hiſtrię partibus locum veſtrum agere deo auctore noſcũtur, diſtrictius iubetote, quatenus & ſæpedictum fratrem noſtrum ab illatis debeãt defenſare moleſtiis, & quietem illius multis ad imitandum profuturam, modis omnibus procurare: vt hæc veſtra prouiſio & conuerſorum ſit optata ſecuritas, & occaſio oborta ſequentium. Denique ſeuerus quia ad vnitatem ſanctæ vniuerſalis eccleſiæ radire non meruit, ad ſcindendum quoque ſuæ ipſius diœceſeos vnitatẽ, Romanum põtificem ſua vecordia ſuſcitauit: adeò vt ab ipſo illius obitus tempore Aquileienſis diœceſis in duos metropolitanos, catholicorum videlicet ſchiſmaticorumq; diuiſa ſit: neque potuit poſtmodum, licet omnes generaliter ad vnitatem de ſchiſmate repedauerint, ad priſtinæ coniunctionis vnionem vſque hactenus reformari.

XXXIX. Sicut nulli clericorum p infirmitate corporis quartarum ſubſidia Gregorius minuebat: ita nulli pontificum pro ægritudine qualibet ſuccedendum fore docebat. Vnde Anatolio Conſtantinopolitano ſubdiacono reſcribens ait: Scripſit mihi dilectio tua, piiſsimum dominum noſtrum reuerentiſsimo fratri meo primæ Iuſtinianæ epiſcopo p ægritudine capitis quã patitur, præcipere ſuccedi, ne fortaſſe dũ epiſcopi iura eadẽ ciuitas non habet (quod abſit) ab hoſtibus pereat. Et quidem nuſquam canones præcipiunt vt pro ęgritudine epiſcopo ſuccedatur: & omnino iniuſtum eſt, vt ſi moleſtia corporis irruit, honore ſuo priuetur ægrotus: atque ideo hoc per nos fieri nullatenus poteſt: ne peccatũ in mea anima ex eius depoſitione veniat. Sed ſuggerẽdum eſt, vt ſi is qui eſt in regimine, ægrotat, diſpenſator illi talis requiratur, qui poſsit eius curam omnẽ agere, & locum illius in regimine eccleſiæ ipſo non depoſito, ac in cuſtodia ciuitatis implere: vt neque deus omnipotens offendatur, neque ciuitas inueniatur eſſe neglecta. Si verò idem reuerentiſsimus Ioãnes fortaſſe pro moleſtia ſua petierit vt ab epiſcopatus honore debeat vacare, eo petitionem dãte ſcripto, concedendũ eſt. Aliter autem nos id facere pro omnipotentis dei timore omni modo non valemus. Quod ſi hoc petere ille noluerit, quod piſsimo imperatori complacet, quicquid iubet facere, in eius eſt poteſtate: ſicut nouit, ipſe prouideat: nos tãtummodo in depoſitionẽ inſontis non faciat permiſceri. Quod vero ipſe fecerit, ſi canonicum eſt, ſequimur: ſi verò canonicum non eſt, in quantum ſine peccato noſtro valemus portamus. Pontificibus voluntariè ſuis renũtiantibus ſedibus ſucceſſores Gregorius nullo modo denegabat: eoſq; poſtmodum de reditibus relictæ eccleſiæ ſufficienter nutriendos eſſe cenſebat. Vnde Mariniano Rauennati epiſcopo ſignificans ait: Qualiter ordinati à nobis ſacerdotis corporis qua notũ eſt impediente moleſtia, Ariminenſis eccleſia paſtorali hactenus ſit regimine deſtituta, dudũ fraternitas veſtra cognouit. Quem dum habitatorũ loci illius precibus permoti ſępius hortaremur, vt ſi de eadem capitis qua detinebatur moleſtia, melioratum ſe eſſe ſentiret, ad ſuam auxiliante domino reuerteretur eccleſiam: datis induciis in hoc quadriennio expectatur. Quem dum nos clericorũ vel ciuiũ illinc venientium noſque precibus arguentium inſtãtius hortaremur, vt ſi valeret, auxiliante

auxiliãte domino cum eis remearet: data ſcriptis ſupplicatione nos petiit, vt quia ad eiuſdẽ eccleſiæ regimẽ vel ſuſceptum officium pro eadem qua detinebatur moleſtia aſſurgere nullatenus poſſet, eccleſiæ ipſi ordinare epiſcopum deberemus. Vnde quia cunctarũ eccleſiarum iniuncta nos ſolicitudinis cura conſtringit: ne diutius gregi fidelium deſit cuſtodia paſtoralis, illorum precibus huiuſq; ex ſui impoſsibilitate renunciatione compulſi, viſum nobis eſt eidem Ariminenſi eccleſiæ debere epiſcopum ordinari: & datis ex more præceptis, clerum plebemq; eiuſdẽ eccleſiæ non deſtitimus admonere, quatenus ad eligẽdum ſibi antiſtitem concordi prouiſione concurrant.

XXXIX. Item Etherio epiſcopo. Quãuis triſte nobis ſit valde quod loquimur, atque fraterna nos magis cõpaſſione vrgeat quã aliquid de auditis diffinire permittat: ſuſcepti tamen ſolicitudo regiminis cor noſtrum inſtãti pulſat aculeo, magna nos eccleſiis cura proſpicere, & antę quã harum poſsit vtilitas deperire, quid fieri debeat, deo auctore diſponere. Peruenit igitur ad nos, quẽdam epiſcopum ita paſsionem capitis incurriſſe, vt quæ mẽte alienata agere ſoleat, gemitus & fletus audire ſit. Ne verò lãguẽte paſtore grex (quod abſit) inſidiatoris dentibus laniandus exponatur, vel eccleſiæ ipſius vtilitates depereant: cauta *nos neceſſe eſt* prouiſione tractare. Et ideo *quia viuente epiſcopo*, quem ab officio ſuo *neceſsitas infirmitatis*, nõ crimen abducit, *alium loco eius*, niſi recuſante eo, nulla ſinit ratio ordinari: ſi interualla ægritudinis habere eſt ſolitus, *ipſe* data petitione, nec ſe vlterius ad hoc miniſterium ſubuertente infirmitate, intellectũ, nec ad alia officia poſſe fateatur aſſurgere, & aliũ loco ſuo expetat ordinandum. Quo facto, omnium electione ſolenni alter qui dignus fuerit epiſcopus conſecretur, ſic tamen, vt quouſque eundem epiſcopum in hoc ſeculo vita tenuerit, ſumptus ei debiti de eadem eccleſia miniſtrentur. Enimuero ſi nullo tempore ad ſanę mentis redit officium, perſona eſt fidelis ac vitæ probabilis eligenda, quæ ad regimen eccleſiæ idonea poſsit exiſtere, atque de animarũ vtilitate cogitare, inquietos ſub diſciplinæ vindicta reſtringere, eccleſiaſticarum rerũ curam gerere, & maturum atque efficacem ſe in omnibus exhibere: qui etiam ſi epiſcopo qui nunc ægrotat, ſuperſtes extiterit, loco eius debeat conſecrari.

XL. Virginem ſtupratam Gregorius iubebat vxorem percipere, aut ſtupatorem eius caſtigatum verberibus in monaſterio deputare. Vnde Felici Sypontino epiſcopo ſcribit dicens: Expectabamus fraternitatem tuã ſua aliquos ad deum prædicatione conuertere, & male agentes ad rectitudinẽ reuocare. Qua de re nimis cõtriſtamur, quia è diuerſo in nepotis tui Felicis prauitate tua euidenter (qui talem nutriſti) culpa mõſtrata eſt. Peruenit itaque ad nos, quòd ſupraſcriptus felix Euangeli diaconi tui filiam ſtupro deceperit. Quod ſi verum eſt, quanuis graui eſſet de lege pœna plectendus, nos tamen aliquatenus legis duritiam molliẽtes, huiuſcemodi diſponendo, id eſt, vt aut quam ſtuprauit, vxorem habeat: aut certè ſi renuendum putauerit, diſtrictus, ac corporaliter caſtigatus excõmunicatuſq; in monaſterium, in quo pœnitẽtiam peragat, retrudatur: de quo ei nulla ſit egrediendi ſine noſtra præceptione licentia.

XLI. Virum ſine vxoris propriæ voluntate conuerſum, etiam ſi fuiſſet iam tonſuratus, Gregorius vxori reddi iubebat. Quapropter Adriano Panormitano notario ſcribens ait: Agathoſa latrix preſentium queſta eſt maritum ſuum contra voluntatem ſuam in monaſterio Vrbici abbatis eſſe cõuerſum. Quod quia ad eiuſdem abbatis culpam & inuidiam nõ eſt dubium pertinere, experientiæ tuæ præcipimus, vt diligẽti inquiſitione diſcutiat, ne forte cum eius voluntate conuerſus ſit, vel ipſa ſe mutare ꝓmiſerit: & ſi hoc repererit, illum in monaſterio permanere prouideat, & hanc ſicut promiſit, mutare compellat. Si verò nihil horum eſt, nec quondam fornicationis crimen (propter quod viro licet vxorem relinquere) prædictã mulierem cõmiſiſſe cognoueris: ne illius conuerſio vxori relictę in ſeculo fieri poſsit perditionis occaſio, volumꝰ vt maritum ſuum illi, etiam ſi iam tõſoratus eſt, reddere debeas omni excuſatione ceſſante: quia & ſi mundana lex præcipit cõuerſionis gratia vtrolibet inuito ſolui poſſe coniugium, diuina lex fieri non permittit. Nam excepta fornicationis cauſa virum vxorem relinquere nulla ratione concedit: quia poſtquam copulatione coniugij viri atque mulieris vnum corpus efficitur, non poteſt ex parte conuerti, & ex parte in ſeculo remanere.

XLII. Iudæorum perfidiam rationibus magis quàm violentiis excutere Gregorius decertabat. Quapropter *Virgilio* & Theodoro epiſcopis Galliarũ poſt aliqua ſcribẽs ait: *Plurimi* Iudaicæ religionis viri in hac ꝓuincia commanẽtes, ac ſubinde in Maſsiliæ partibus pro diuerſis negotiis ambulantes, ad noſtram perduxere noticiam, multos conſiſtentium in illis partibus Iudæorum vi magis ad fontẽ baptiſmatis quàm prædicatione perductos. Nam intentum quidem huiuſcemodi & laude dignum cenſeo, & de domini noſtri deſcendere dilectione profiteor: ſed hanc eandem intentionem niſi competens ſcripturæ ſacræ comitetur effectus, timeo ne aut mercedis opus exinde non proueniat, aut iuxta aliquid animarum quas eripi volumus (quod abſit) diſpendia ſubſequantur. Dum enim quiſpiam ad baptiſmatis fontẽ nõ prædicationis ſuauitate, ſed neceſsitate peruenerit, ad priſtinam ſuperſtitionem remeans, inde deterius moritur, vnde renatus eſſe videbatur. Fraternitas ergo veſtra huiuſmodi homines frequenti prædicatione prouocet, quatenus mutare veterem magis vitam de doctoris ſuauitate deſiderẽt. Sic enim & intentio veſtra rectè perficitur, & conuerſi animus ad priorem denuo vomitum non mutatur. Adhibẽdus ergo illis eſt ſermo, qui & errorum in ipſis ſpinas vrere debeat, & prædicando quod in his tenebreſcit illuminet: vt pro his admonitione frequenti mercedem fraternitas veſtra recipiat, & eorum quantos deus donauerit ad regenerationem nouæ vitæ perducat. Item Victori epiſcopo Panormitano. Sicut Iudæis nõ debet eſſe licentia quicquam in ſynagogis ſuis vltra quàm permiſſum eſt lege, præſumere, ita in his quæ eis conceſſa ſunt, nullum debent præiudicium ſuſtinere.

XLIII. Quemadmodum Iudæos violenter baptizari Gregorius denegabat, ita Chriſtianos eis quoquo modo ſubiici nullatenus permittebat. Vnde Libertino prætori Siciliç ſcribens ait. Fertur quòd Naſas quidã ſceleratiſsimus Iudæorum ſub nomine beati Heliæ altare punienda temeritate conſtruxerit, multoſque illic Chriſtianorum ad adorandum ſacrilega ſeductione deceperit: ſed & Chriſtiana (vt dicitur) mancipia cõparauit, & ſuis ea obſequiis ac vtilitatibus deputauit. Dum igitur ſeueriſsimè in eum pro tãtis facinoribus debuiſſet

Universidad de Deusto Biblioteca

debuisset vlcisci, glorioſus Iuſtinus medicamento auaritiæ (vt nobis ſcriptũ eſt) delinitus, dei diſtulit iniuriam vindicare. Gloria autem veſtra hęc omnia diſtricta examinatione perquirat: & ſi huiuſcemodi manifeſtũ eſſe repererit: ita diſtrictiſsime ac corporaliter in eundem ſceleratum feſtinet vindicare ludæũ, quatenus hac ex cauſa & gratiam ſibi dei noſtri cõciliet, & his ſe poſteris pro ſua mercede imitandum mõſtret exemplis. Mancipia autem Chriſtiana quęcũque eum comparaſſe patuerit, ad libertatem iuxta legum præcepta ſine ambiguitate pducite: ne (quod abſit) Chriſtiana religio Iudæis quoquo modo ſubdita polluatur. Item Venãtio epiſcopo Lunenſi. Multorum ad nos relatione peruenit, à Iudæis in Lunẽſi ciuitate degentibus in ſeruitium Chriſtiana detineri mancipia. Quæ res nobis tanto viſa eſt aſperior, quanto à fraternitate tua & patientia operoſior. Oportebat quippe te reſpectu loci tui, atque Chriſtianæ religionis intuitu, nullam relinquere occaſionem ſuperſtitioni Iudaicæ, vt ſimplices animæ non tam ſuaſionibus quàm poteſtatis iure quodammodo deſeruirent. Quamobrẽ hortamur fraternitatem tuã vt ſecũdum piiſsimarum legum tramitem nulli Iudęo liceat Chriſtianum mãcipium in ſuo retinere dominio: ſed ſiqui penes eos inuentuntur, libertas eis tuitionis auxilio ex legum ſanctione ſeruetur.

XLIIII. Siquos Chriſtianorum pro longitudine itineris per prouincias ab Hebræorum ſeruitio per legalem violẽtiam Gregorius liberare non poterat, ſuis preciis redimendos eſſe cenſebat. Vnde Candido presbytero per Gallias ſcribens, Dominicus, inquit, præſentiũ portitor lachrymabiliter nobis innotuit, quatuor fratres ſuos de captiuitate à Iudæis redemptos eſſe, atque eos nunc Narbonæ in eorundem Iudæorum ſeruitio detineri. Et quia omnino graue execrandumq; eſt Chriſtianos in ſeruitio eſſe Iudæorum, dilectionem tuam ſcriptis preſentibus adhortamur, vt cum omni ſubtilitate & ſolicitudine ſtudeat perſcrutari: & ſi re vera ita eſt, atq; manifeſta veritate tibi cõſtiterit quia neq; ipſi vnde ſe redimãt, neque ſupraſcriptus portitor habet, eos ſtudij tui ſit redimere, ſciens quia quicquid in eis dederis, tuis ſine dubio rationibus imputabitur.

XLV. Iudæorum mancipia ſemel confugientia ad eccleſiam, nũquam quibuſlibet ſuaſionibus reddi iubebat. Vnde Ianuario Caralitano epiſcopo inter cętera ſcribens ait: Peruenit ad nos, ſeruos ancillaſq; Iudæorum fidei cauſa ad eccleſiam confugientes, aut infidelibus dominis reſtitui, aut eorum ne reſtituantur, precium dari. Hortamur igitur vt nullatenus tam prauam cõſuetudinem manere permittas: ſed cum quilibet Iudæorũ ſeruus ad venerabilia loca fidei cauſa cõfugerit, nullatenus eum patiamini prędiudicium ſuſtinere: ſed ſiue olim Chriſtianus, ſiue nunc fuerit baptizãdus, ſine nullo pauperum Chriſtianorum damno, religioſo eccleſiaſticæ pietatis patrocinio in libertatem modis omnibus defendatur.

XLVI. Non ſolùm Chriſtiana mancipia Gregorius in libertatem priſtinam legaliter reuocabat, verùm etiam pagana ad fidem venire volentia, vendi nullo modo permittebat. Vnde Fortunato Neapolitano epiſcopo inter cætera ſcribens ait: Fraternitatẽ veſtram oportet eſſe ſolicitam: vt ſi de Iudæorum ſeruitio non ſolùm Iudæus, ſed etiam quiſquã paganorũ fieri voluerit Chriſtianus, poſtquam voluntas eius fuerit patefacta, ne hũc ſub quolibet ingenio vel argumẽto cuiſquam piam Iudæorum venundãdi facultas ſit: ſed is qui ad fidem Chriſtianam conuerti deſiderat, defenſione veſtra in libertatem modis omnibus vendicetur. Hi vero quos huiuſcemodi oportet ſeruos amittere, ne forſitan vtilitates ſuas irrationabiliter ęſtiment impediri, ſolicita vos hoc conuenit cõſideratione ſeruare, vt ſi paganos quos mercimonij cauſa de externis finibus emerunt, intra tres menſes dum emptor cui vendi debeant inueniatur, fugere ad eccleſiam forte contigerit: & velle ſe fieri dixerint Chriſtianos, vel etiã extra eccleſiam hãc talem volũtatem prodiderint: precium eorum à Chriſtiano ſcilicet emptore percipiant. Si autem poſt præfinitos tres mẽſes quiſquam huiuſmodi ſeruorum Iudaicorũ velle ſuum dixerit, & fieri voluerit Chriſtianus: nec aliquis eum poſtmodũ emere nec dominus qualibet occaſionis ſpecie audeat venundare: ſed ad libertatis proculdubio prędmia perducatur: quia hunc non ad vendendum ſed ad ſeruiendum ſibi intelligitur reſeruaſſe.

XLVII. Pagana mancipia Iudæos videlicet dominos ſuos ad fidem præcedẽtia, in eorum ſeruitium, etiam ſi ipſi eos ad Chriſtianitatem ſubſequebantur, nullo modo reuocabat. Vnde Ioanni Syracuſano epiſcopo, Felix, inquit, præſentium portitor queſtus nobis eſt, cum ſit de Chriſtianis parentibus natus, à quodam Chriſtiano Samaræo (quod dici ſcelus eſt) ſe eſſe donatum: & dum huiuſcemodi ſuperſtitionis homines Chriſtiana quolibet modo mancipia poſsidere nec ratio legis nec reuerentia religionis admittat, ſe tamen per decẽ & octo annos in eius aſſerit ſeruitio permanſiſſe. Sed cognoſcente hoc deceſſore veſtro ſanctæ memoriæ Maximiano, ſano zelo (ſicut decuit) ſacerdotali commoto, de Samaræi nephario ſeruitio liberauit. Sed quia eiuſdem Samarei filius poſt quinq; annos factus dicitur Chriſtianus, & ſupraſcriptum Felicem in eius ſeruitium (quãtũ ipſe dicit) quidã nituntur redigere, ſanctitas veſtra hæc quæ edocti ſumus, diligenter inquirat: & ſi ita ei eſſe conſtiterit, eum tueri ſtudeat: & à nullo ſub qualibet occaſiõe grauari permittat: quia dum ſuperſtitioſæ ſectæ mancipia dominos ſuos ad fidem præcedentia, ſeruitio eorum apertè redigi iura prohibeant, quanto magis hic de Chriſtianis parentibus natus, & factus à paruulo Chriſtianus, hanc nõ debet quæſtionem aliquo modo ſuſtinere? Maximè quia nec patris eſſe ſeruus potuit, quẽ liquet ex praua potius præſumptione pœnam poſſe venientem de legibus ſuſtinere.

LXVIII. Circuncidi ſaltem paganorum neminem Gregorius permittebat. Quamobrem Leoni Catanẽſi epiſcopo, Res, inquit, ad nos omnino deteſtabilis & legibus inimica peruenit: quæ ſi vera eſt, fraternitatẽ tuã vehementer accuſat: quia eam de minori ſolicitudine probat eſſe culpabilem. Comperimus autem quòd Iudæi vel Samaræi degentes Catanæ pagana mancipia emerint, atque ea circuncidere auſu temerario præſumpſerint. Idcirco neceſſe eſt vt omni modo zelum in hac cauſa ſacerdotalem exerceas, & cum omni hoc viuacitate ac ſolicitudine ſtudeas perſcrutari: & ſi ita repereris, mancipia ipſa ſine mora in libertatem modis omnibus vendica: & eccleſiaſticam eis tuitionem impende, nec quicquam dominos eorum de precio quolibet modo recipere patiaris: qui non ſolùm hoc damno multandi, ſed etiam alia erunt pœna de legibus feriendi.

XLIX. Sane quia Iudæorũ perfidia zelũ Chriſtianorũ datis

tis contra se muneribus ludificare solebat: non solùm nil penitus ab eis capiebat, quin imò eorum munera Gregorius execrabilia iudicabat. Vnde Recaredo regi Vvisigothorum post cætera scribit dicēs: Præterea indico quia creuit de vestro opere in laudibus dei hoc quod dilectissimo filio meo Probino presbytero narrante cognoui, quia cum vestra excellentia cōstitutionem quandam contra Iudeorum perfidiam dedisset, ij de quibus prolata fuerat, rectitudinem vestræ mētis inflectere pecuniarum summā offerendo moliti sunt. Quā excellentia vestra cōtempsit: & omnipotētis dei placere iudicio requirens, auro innocētiam prætulit. Qua in re mihi Dauid regis factum ad memoriā venit, cui dum cōcupita aqua de cisterna Bethleemitica quæ inter hostiles cuneos habebatur, ab obsequētibus militibus fuisset oblata, protinus dixit: Absit à me vt sanguinem istorum hominum bibā. Quam quia fudit & bibere noluit, scriptum est, Libauit eā domino. Si igitur ab armato rege in sacrificium dei versa est aqua cōtempta: pensemus quale sacrificium omnipotenti deo rex obtulit, qui pro amore ipsius nō aquam, sed aurum accipere cōtempsit. Itaque fili excellentissime, fidēter dicam, quia libasti aurum domino, quod contra eum habere nullo modo voluisti, & cætera.

I. Hinc est quod sicut à maioribus traditur, & *nos* vsque ad tempora nostra dū adhuc *pubescēremus, oculis* nostris *conspeximus, cōsuetudo vetus obtinuit*, vt omnes illius *superstitionis homines* quantuncunque pulcherrima *mercimonia* detulissent, nunquā pōtificalibus *alloquiis* fruerētur, nunquam obtutibus apostolicis potirentur, sed extra velum longissimæ porticus, non quidē in scamnis sed in marmoreo pauimēto sedentes, susceptа precia numerabant: ne videlicet viderentur aliquid de manu pōtificis accepisse. Nam reuerendæ memoriæ Nicolaus pontifex Arseniū quōdam Hortanæ ciuitatis episcopum Iudaicas tunc primum pellitias introducere molientem, adeo auersatus est, vt ei palatinam processionem vellet adimere, nisi superstitioſę gentis vestibus abiurādo, cū sacerdotalibus infulis cōsuetudinaliter ꝓcedere studuisset.

II. Antichristi præcursores obseruari debere sabbatū prædicantes, Gregorius cōminando taliter refutauit. Peruenit ad me, quosdam peruersi nominis homines praua inter vos aliqua & sanctæ fidei aduersa seminasse, ita vt die sabbati aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud nisi Antichristi prædicatores dixerim? Qui veniens diem sabbatum atque dominicū ab omni faciet opere custodiri. Quia enim mori se simul & resurgere simulat, haberi in veneratione vult diem dominicū: & quia iudaizare populū cōpellit, vt exteriorem ritum legis reuocet, & sibi Iudæorum perfidiā subdat, coli vult sabbatum. Hoc enim quod per prophetā dicitur, ne inferatis onera per portas vestras die sabbati: tā diu teneri potuit, quandiu legem licuit iuxta literam seruari. At postquā gratia omnipotentis domini nostri Iesu Christi apparuit, præcepta legis quæ per figuram dicta sunt, iuxta literam seruari non possunt. Nā siquis dicit hoc de sabbato esse seruādum, dicat necesse est etiā carnalia sacrificia persoluēda: dicat præceptum quoq; de circūcisione corporis adhuc vsq; retinēdū. Sed contra se paulū apostolū audiat dicentē. Si circuncidamini, Christus vobis nihil ꝓdest. Nos itaq; hoc quod de sabbato scriptū est, spiritualiter accipimus, spiritualiter retinemus. Sabbatū enim requies dicitur. Verū autem sabbatū ipsum redēptorem dominum nostrū Iesum Christū habemus: & qui lucē fidei cognoscit, si peccata concupiscentiæ ad mētem per oculos trahit, in die sabbati onera per portas introducit. Non ergo in die sabbati onera per portas introducimus, si in redēptoris nostri gratia cōstituti, pōdera peccati ad animā per sensus corporeos nō trahamus. Nā idem dominus ac redemptor noster multa in die sabbati legitur operatus, ita vt Iudæos reprehēderet, dicens: Quis vestrum bouē aut asinum suum nō soluit in die sabbati, & ducit ad aquare? Si ergo ipsa ꝓ se veritas non custodiri iuxta literā sabbatū ꝓcepit, quisquis otiosus sabbatū secūdū legis literā custodit, cui alteri nisi ipsi veritati contradicit? Aliud quoq; ad me perlatum est, vobis à peruersis hominibus esse prædicatum, vt dominicorū die nullus debeat lauari. Et quidem si ꝓ luxu animi atq; voluptate quis lauari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus. Si autem pro necessitate corporis, hoc nec dominico die prohibemus. Scriptum quippe est: Nemo vnquam carnē suā odio habet, sed nutrit & fouet eā. Et rursum scriptum est: Carnis curā ne feceritis in concupiscentiis. Qui igitur carnis curam in concupiscentiis fieri prohibet, profectò in necessitatibus cōcedit. Nā si dominicorū die corpus lauare peccatum est, lauari ergo die eodem nec facies debet. Si autem hoc in corporis parte cōceditur, cur hoc exigēte necessitate toto corpori denegetur? Dominicorum verò die à labore terreno cessandum est, atq; omni modo orationibus insistendū: vt siquid negligentiæ per sex dies agitur, per diem resurrectionis dominicæ precibus expietur.

Tanta compassionis gratia circa omnes Gregorius redūdabat, vt alterius infirmitatē in suo corpore hūc sustinuisse, si velis aspicias. Vnde Ioanni Rauennati episcopo scribens ait: Dominicis mandatis ꝓcipimur proximos sicut nosmetipsos diligere, eorumq; lāguoribus tanquā *propriis infirmitatibus* condolere. Quorum memor vestra fraternitas cōpetēti sibi more Castorium fratrem & coepiscopum nostrū & prius ꝓ cōpassionē studuit visitare, & cū postmodū ꝓ excrescente molestia corporis in Rauēnati vrbe susciperе. Vnde non solum nos impensę charitatis, sed & deum vobis fecistis ꝓculdubio debitorē, cui in fratris infirmitate condoluisse probamini, ipsumq; ęgrum in sui membri molestia non solùm visitasse, sed etiā susceпisse. Quē quidem ipse ꝓ sua simplicitate illic ordinare omnino renuebam: sed petentiū importunitas fecit vt contradicere nullatenus potuissem. Si autē fieri potest, multum mihi & ipsi consulitis, si eum ad me vel per Siciliā transmittatis. Item Leontio episcopo vrbis Rauennatis, Castorium fratrem coepiscopumq; nostrum Romę ꝓ corporis sui molestia retinemus: & quia nūc ad suam nō valet ecclesiā remeare, ꝓpterea eo absente ecclesiæ ipsius fraternitati tuæ visitationis operā præuidimus delegandā. Itē vniuersis habitatorib⁹ Arimini. Si culpā vestrā filij dilectissimi intentius velitis attēdere, assidua vos apud deū debetis oratione purgare, quòd episcopum vestrum nō deuota mente, nec vt filij susceпistis: quem inquietudo & tribulatio à vobis illata ad hoc vsq; perduxit, vt molestiā corporalē incurreret: quanuis in eo nihil de his quæ nobis sunt scripta cognouimus, sed solā in esse debilitatem vidimus, pro qua eum hic retinere curauimus. Itē Eulogio patriarchæ Alexandrino. Ante hoc tēporis Bonifacij chartularij responsalis mei, qui in vrbe regia demoratur, vehementer me scripta turbauerunt, quæ

III.

Universidad de Deusto Biblioteca

dicebant dulciſsimã mihi atq; ſuauiſsimam ſanctitatem veſtram defectum corporei luminis pertuliſſe. Ex quib° ſcriptis graui mœrore percuſſus ſum: ſed ſubitò creatoris ac redemptoris noſtri gratia ꝑſperãte, beatitudinis veſtræ ſuſcepi epiſtolam, & ſanum de ea corporis moleſtia quã audieram, agnoſcens, exultaui vehementer: quia tanta cordis lætitia ſecuta eſt, quanta prius triſtitiæ amaritudo præceſſerat. Scimus enim quia in omnipotentis dei adiutorio multorum ſalus eſt vita veſtra. Item Ruſticianæ patriciæ. Quotiens de vrbe regia ad nos aliquis venit, curæ nobis eſt de corporis veſtri ſoſpitate requirere. Sed peccatis meis facientibus, ſemper audio quæ me tædet audire, quia in tanta tenuitate atque debilitate adhuc in vobis referunt podagræ dolores excreſcere. Sed oro omnipotẽtem dominũ, vt omnia quæ in veſtro corpore agũtur, ad ſalutem animæ dirigãtur. Flagella temporalia ęternam vobis quietem præparent: & per eos dolores qui cum fine ſunt, gaudia vobis ſine fine concedat.

Itẽ Mariniano Rauennati epiſcopo. Venientes quidam Rauẽnates homines grauiſsimo me mœrore innenerunt percuſſum, quia fraternitatẽ tuam retulerũt de vomitu ſanguinis ægrotare. Ex qua re ſolicitè & ſingulatim eos quos hic doctos lectione nouimus medicos, fecim° requiri: & quid ſinguli ſenſerint, quidve dictauerint, ſanctitati veſtræ ſcriptũ miſimus: qui tamen quietem & ſilentium prę omnibus dictant. Quã ſi tua fraternitas in ſua eccleſia poſsit habere, valde ſum dubius: & ideo videtur mihi vt ordinata illic eccleſia, vel qui miſſarũ ſolennia explere valeant, vel qui epiſcopij curam gerens, hoſpitalitatem & ſuſceptionẽ poſsit exhibere, quive monaſteriis cuſtodiendis pręeſſe, tua fraternitas ad me ante æſtiuum tempus debeat venire: vt ægritudinis tuæ ego ſpecialiter inquantum valeo, curã gerã, quietemq; tuam cuſtodiã: quia huic ægritudini ęſtiuũ tempus medici vehementer dicunt periculoſum. Et valde pertimeſco ne ſi curas aliquas cum aduerſitate corporis cœperis, amplius ex eadem moleſtia pericliteris. Ego enim ipſe valde ſum debilis, & omnino eſt vtile vt cum dei gratia ſanus ad tuã eccleſiã redeas: aut certè ſi vocandus es, inter manus tuorum voceris: & ego quidem qui me morti proximũ video, ſi me omnipotens deus antè vocare voluerit, inter tuas manus debeam tranſire.

LIII. Pro barbarorum incurſionibus bis in hebdomada fieri letanias Gregorius decernebat. Quapropter vniuerſis epiſcopis Siciliæ ſcribens ait: Super afflictiones & gemitus quos annoſa hic cõtinuatione de hoſtibus ſuſtinem°, maior nos metus excruciat, quòd inimicos noſtros omni anniſu ad Siciliæ inuaſionẽ cognoſcimus feſtinare. Sed ne hoc illis moliẽtibus proſperitatẽ multitudo noſtrorũ prębeat peccatorũ, toto nos corde ad redemptoris noſtri remedia conferamus, & quibus reſiſtere virtute non poſſumus, lachrymis obuiemus. Nã quid vobis cauendũ, quidve ſit vehementius formidãdum, ex iſtius ꝓuincię debetis deſolatione colligere. Itaq; hortor fratres chariſsimi vt omni hebdomada quarta & ſexta feria litaniã inexcuſabiliter indicatis: & contra hos barbaricæ crudelitatis incurſus ſupernę protectionis auxilium imploretis.

LIIII. Tandem Siciliam ſimoniaca hæreſi libidineq; ſordentem Gregorius (ſicut modo cernitur) perituram prædixit. Maximiano Syracuſano epiſcopo ſcribens. Tanta nobis ſubinde mala quæ aguntur in illa ꝓuincia, nunciantur, vt peccatis facientibus (quod auertat omnipotens deus) celeriter eam perituram credamus.

Sed & peiora prioribus eſſe futura, præſago ſpiritu *LV.* Maximo Salonitano epiſcopo ſcribit dicens. Ad Romanam vrbem veniẽs communis filius preſbyter Veteranus ita me podagræ doloribus debilem reperit, vt fraternitatis tuæ epiſtolis per me reſpondere nullatenus valuiſſem. Et quidem de Sclauorũ gente, quæ vobis valde imminet, & affligor vehementer & turbor. Affligor in his quæ iam in vobis patior, conturbor autem quia per Hiſtriç aditum iam ad Italiã intrare cœperunt. De Iuliano autem Scribone quid dicam, quãdo vbiq; video quia nobis peccata noſtra reſpõdeãt: vt & foris à gẽtibus, & intus à peruerſis iudicibus cõturbemur? Sed nolite de talibus omnimodo cõtriſtari: quia qui poſt nos vixerint, deteriora tempora videbũt: ita vt in cõparatione ſui temporis felices nos eſtimẽt dies habuiſſe. In quantũ verò fraternitas tua præualet, opponere ſe pro oppreſsis debet: quæ etiã ſi prodeſſe minime valuerit, ipſa omnipotenti deo mentis deuotio ſufficit quam dedit. Scriptum eſt enim, Eripe eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitũ, liberare ne ceſſes. Quod ſi dixeris, Vires non ſuppetunt: qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit. In omni ergo quod agis, inſpectorẽ cordis appete habere *placatum. Quicquid* eſt vnde illi placeas, facere nõ omittas. *Nã humani terrores* & gratiæ, fumo ſunt ſimiles: *qui leni aura raptus euaneſcit. Hoc* certiſsime ſcito, quia placere deo *ſine prauis hominibus nullus* poteſt. In tanto ergo ſe æſtimet *fraternitas tua omnipo*tenti deo placuiſſe, quanto ſe peruerſis *hominibus* diſplicuiſſe cognouerit. Ipſa tamẽ defenſio pauperũ moderata & grauis ſit: ne ſi quid nimis rigidè agitis, ex iuuentute vos arbitrentur homines ſuperbire. Sed talis neceſſe eſt vt *inueniatur* pro oppreſsis veſtra defenſio, quatenus & humiles protectionẽ ſentiãt, & oppreſſores nõ facilè inueniant quod ex maleuola mente reprehendãt. Attende ergo quod ad Ezechielẽ dicitur: Fili hominis, increduli & ſubuerſores ſunt tecũ: & cũ ſcorpionibus habitas. Et beatus Iob ait: Frater fui draconũ, & ſocius ſtruthionũ. Et Paulus diſcipulis dicit: In medio nationis prauæ & puerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo. Tãto ergo debem° cautius ambulare, quãto nos ſcim° inter dei inimicos viuere.

Huius cautelę ſuæ cõſcius Romano defenſori Gre *LVI.* gorius ait: Peruenit ad nos, quia quidam homines minorẽ omnimodo diſcretionẽ tenentes, in ſuis nos periculis implicari deſiderant: atq; ita volũt ab eccleſiaſticis perſonis defendi, vt ipſæ quoq; eccleſiaſticę perſonæ ex eorũ culpa teneantur. Idcirco præſenti te pręceptione admoneo, & per te fratrẽ & coepiſcopũ noſtrũ dominũ Ioanẽ, vel cæteros qui intereſſe poſſũt, vt patrocinia eccleſiaſtica, ſiue mea ſuſcipiatis ſcripta, ſiue etiã ea minime fuerint directa, ſub tanto moderamine debeatis impendere, quatenus ſi qui in furtis publicis implicati ſunt, à nobis nõ videãtur iniuſtè defẽdi: ne opinionem male agentium ex indiſcretæ defenſionis auſu, in nos vllo modo transferamus: ſed quantum decet Eccleſiam admonẽdo verbum intercеſſionis adhibẽdo, quibus valetis ſuccurrite, vt & illis opẽ feratis, & opinionem ſanctæ Eccleſiæ non inquinetis.

Item Ioanni epiſcopo poſt aliqua. Si qui eorum de *LVII.* quib° eſt aliqua quæſtio, in eccleſiam fortaſſe refugerint, ita debet cauſa diſponi, vt nec ipſi violentiã patiant, nec hi qui dicunt oppreſsi, dãna ſuſtineãt. Curæ ergo veſtrę ſit, vt eis ſacramẽtũ ab his quorũ intereſt, de

ſeruanda

seruanda lege & iustitia promittatur,& per omnia cõmoneantur exire, atque suorum actuum reddere rationem. Quibus etiam ecclesiæ vestræ defensorẽ deputare vos conuenit,cuius solicitudine ea quę illis fuerint promissa seruentur.

LVIII. Quantę humilitatis Gregorius fuerit,cum ex multis,tũ ex his manifestissimè poterit deprehendi,quòd omnes quidem sacerdotes fratres & cõministros,clericos autem diuersi ordinis dilectissimos filios,at verò laicos viros dominos, & fœminas dominas in suis literis nominabat: neque ab aliquo se summum põtificem aut vniuersalẽ siue dominũ vocari æquanimiter permittebat. Nam vt ea quæ super huiusmodi cõprehẽsa sunt prætermittam,Rusticianæ patriciæ scribens ait:Excellentiæ vestræ scripta suscepi,quæ me in grauissima ęgritudine positũ,de salute,de deuotione, ac de dulcedine sua omnino releuarunt. Vnum vero ægrè suscepi,quia in eisdẽ epistolis ad me(quod semel esse poterat)sæpius dicebatur,ancilla vestra, & ancilla vestra.Ego enim qui per episcopat⁹ onera seruus sum omnium factus,qua ratione te mihi ancillã dicis, cuius ante susceptum episcopatum proprius fui ? Et ideo rogo per omnipotentẽ deum, ne hoc verbum aliquãdo ad me in scriptis vestris inueniam.

LIX. Huius humilitatis mansuetudine *Gregorius nõ* solum Theudelindæ reginę *Lõgobardorum pro tribus* capitulis, *verũ etiã inter alios* Sabino quoq; suo subdiacono *satisfacere non* renuit,dicẽs: Euntes maligni *homines turbauerunt* animos vestros,non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, astruentes quòd aliquid de sancta Chalcedonensi synodo piæ memoriæ Iustiniani tẽporibus sit imminutum: quam nos omni fide omniq; deuotione veneramur:& sic quatuor synodos sanctæ vniuersalis ecclesiæ sicut quatuor libros sancti euãgelij recipimus. De personis verò de quibus post terminũ synodi aliquid actum fuerat, eiusdem piæ memoriæ Iustiniani tẽporibus est ventilatum, ita tamen,vt nec fides in aliquo violaretur,nec de eisdẽ personis aliquid aliud ageretur,quam apud eandẽ sanctam Chalcedonensem synodum fuerat cõstitutum. Anathematizamus autẽ siquis ex definitione symboli quæ in eadem synodo plata est,aliquid imminuere præsumit, vel quasi corrigendo eius sensum mutare:sed sicut illic prolata est, per omnia custodimus. Te ergo fili charissime decet ad vnitatẽ fidei remeare, vt finẽ tuum valeas in pace concludere, ne malignus spiritus qui cõtra te per alia opera prævalere nõ potest,ex hac causa inueniat vnde tibi in die exitus tui in aditu regni cœlestis obsistat.

LX. Item Cregoriæ cubiculariæ augustorũ post cætera. Quòd dulcedo tua in suis epistolis subiunxit, importunã se mihi existere quousq; scribã mihi esse reuelatum quia peccata tua dimissa sint:rem & difficilem & inutilem postulasti. Difficilem quidẽ, quia ego indignus sum cui reuelatio fieri debeat. Inutilẽ verò,quia secura de peccatis tuis fieri nõ debes, nisi cum iam in die vitæ tuæ vltimo plangere eadem peccata minimè valebis : quæ dies quousque veniat, semper suspecta, semper trepida metuere culpas debes, atque eas cotidianis fletibus lauare.

LXI. Item Anastasio presbytero Isauriæ post aliqua: Tua itaq; fraternitas quãtũ in charitate perfecta sit, scio: & qui omnipotẽtẽ deum multum diligit, oportet vt de proximo multũ præsumat. Nõ enim loca vel ordines creatori nostro nos pximos faciũt, sed ei nos aut merita bona cõiungunt,aut mala disiungunt. Quia ergo adhuc incertũ est quis interi⁹ qualis sit, cur nõ audeas scribere, dũ inter me & te quis sit superior ignores: Et quidẽ bene te viuere scio, me autẽ multis oneratũ peccatis cognosco. Sed & si ipse peccator es mihi, tamen me multo melior es:quia tua tu tantũmodo, ego verò & eorũ qui mihi cõmissi sunt peccata porto. In hoc ergo ego te altũ, in hoc magnũ aspicio, quia ante humanos oculos in magno atq; in alto loco minime p̃fecisti,in quo sæpe dum exterius ab hominibus honor tribuitur,ad ima animus mergitur: quia curis discerpentibus grauatur. Tibi autem omnipotẽs deus iuxta hoc quod scriptum est,ascensus in corde disposuit in conualle lachrymarum.Multo nãq; mihi altior, multo sublimior videri poteras, si neq; ducatũ monasterij quod Neas dicitur,suscepisses.

LXII. Item Stephano episcopo inter alia. Multũ mihi, & vltrà quàm indignus audire debui fauorem in vestris epistolis demõstrastis:& scriptũ est,Ne laudes hominẽ quandiu viuit. At tametsi audire talia dignus nõ fui, orationibus vestris peto vt dignus efficiar : vt si bona ideo in me dixistis,quia nõ sũt:ideo sint,quia dixistis.

Sed ne solis verbis tãti præsulis humilitas inculcari credatur:supereſt vt ex Grecorũ relationibus ad me *nuper interpretatis* eadẽ patris humilitas viuis operibus demõstretur:in quib⁹ videlicet ita refertur.Enarrauit nobis abbas Ioãnes Persa sanctus & reuerẽd⁹ vir existẽs de magno Gregorio beatissimo Papa Romano dicẽs:Quoniã iui Romã ad adorãdũ loculos sanctorũ apostolorũ Petri & Pauli:& vna dierũ cũ starem in medio ciuitatis,video papã Gregoriũ per me trãsiturũ:& cogitaui me mittere ante eũ.Cum ergo appropinquasset mihi papa,vidẽs quia pergerẽ vt mitterem me ante eũ sicut corã deo,dico fratres,primus misit se ante me sup terrã:& nõ ante surrexit, quàm ego prior surgerem : & amplexatus me cum magna humilitate, tribuit mihi per manũ nomismata tria : & iussit mihi dari casulam & necessitates meas omnes. Glorificaui ergo deum, qui donauit ei talem humilitatem circa omnes & eleemosynam & charitatem.

LXIII. Hinc est quòd patiẽtissim⁹ pastor Gregorius penes imperatorẽ Mauritiũ sibi prorsus infensum dudũ accusatus quòd Malchũ episcopum sui patrimonij prouisorẽ pro retentis pensionibus tã diu in custodiis afflixisset, quousq; spiritũ exhalaret: Sabiniano suo diacono Constantinopolitano scribens ait:Vnũ est quod breuiter suggeras serenissimis dominis nostris,quia si ego seruus eorum in mortẽ Longobardorũ me miscere voluissem,hodie Longobardorum gens nec regem nec duces nec comites haberet, atq; in summa confusione diuisa esset.Sed quia deum timeo, in mortẽ cuiuslibet hominis me miscere formido. Malchus autẽ idem episcopus neque in custodia fuit, neq; in aliqua afflictione, sed die qua causam dixit, & addictus est, nesciẽte me à Bonifacio notario in domum eius ductus est:ibiq; prãdidit,& honoratus est ab eo: & nocte subitò mortuus est inuentus.

LXIIII. Igitur in omnibus suis dictis vel operibus Gregorius imminentẽ futuræ retributionis diẽ vltimum perpẽdebat:tãtoq; cautius cuncta cũctorũ negotia põderabat,quanto ꝑpinquius finẽ mundi insistere ruinis eius crebrescentibus aduertebat. Quapropter in homiliis euãgelicis prohibet dicens: Exurget gens cõtra gentem,& regnum aduersus regnũ: & erunt terræmotus magni per loca & pestilentia & fames:& quibusdã

interpositis adiunxit. Et erunt signa in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentiũ, præ cõfusione sonitus maris & fluctuum. Ex quibus profectò omnibus alia iam facta cernimus, alia è proximo ventura formidamus. Nã gentem super gentẽ exurgere, earumq; pressuram terris insistere, plus iã in nostris tribulationibus quàm in codicibus legimus. Quod terremotus vrbes innumeras subruat, ex aliis mũdi partibus scimus quã frequenter audiuimus: pestilẽtias sine cessatione patimur. Signa verò in sole & luna & stellis adhuc apertè minimè vidimus: sed quia hęc non lõge sint, ex ipsa iã aëris immutatione colligimus: quanuis prius quã Italia gẽtili gladio feriẽda traderetur, igneas in cœlo acies vidim°: ipsumq; qui postea humani gẽneris fusus est, sanguinẽ coruscãtẽ. Cõfusio autẽ maris & fluctuũ necdum noua exorta est: sed cum multa iã prænũtiata sint cõpleta, dubium nõ est quin sequãtur etiam pauca quæ restant: quia sequentiũ rerum certitudo est præteritarũ exhibitio. Et paulò pòst. Ecce fratres mei iã cernimus & audiebamus: nouis cotidie crebrescentibus malis mundus vrgetur. Ex illa plebe innumera quanti remãseritis, aspicitis: & tamẽ cotidie flagella vrgent: repentini casus opprimũt: nouę nos & improuisæ clades affligũt. Sicut enim in iuuẽtute viget corpus, forte & incolume manet pectus, torosa ceruix, plena sunt brachia: in annis autẽ senilib° statura curuatur, ceruix exsiccata deponitur, frequẽtibus suspiriis pectus vrgetur, virtus deficit, loquẽtis verba anhelitus intercidit, nã si languor desit, plerunq; senibus ipsa salus ægritudo est: ita & mũdus in annis prioribus velut in iuuentute viguit: ad propagandam humani generis prolẽ robustus fuit: salute corporum viridis, opulentia rerum pinguis: at nũc ipsa sua senectute deprimitur, & quasi ad vicinã mortem molestiis crebrescentibus vrgetur. Et iterum eũtes prædicate dicẽtes quia appropinquabit regnum cœlorũ. Hoc iam fratres dilectissimi, etiã si euãgelium taceat, mundus clamat. Ruinæ nanq; illius voces sunt. Qui enim tot attritus persecutionibus à gloria sua cecidit, quasi iam nobis è proximo regnum aliud qđ sequatur ostendit. Ipse enim ei° ruinę prędicant quòd amandus nõ est. Si enim ruinã sui domus quassata minaretur, quisquis in illa habitaret, fugeret: & qui stantẽ dilexerat, recedere quãtocyus à cadẽte festinaret. Si igitur mũdus cadit, & nos eũ amando amplectimur, opprimi volum° potius quã habitare: quia nulla nos ratio à ruina illius separat, quos in eius passionibus amor ligat. Facile ergo est nunc iã cum destructa omnia cernimus, animum nostrũ ab eius dilectione disiungere. Sed hoc illo in tempore difficilimum fuit, quo tunc apostoli prædicare cœleste regnũ inuisibile mittebantur, cum longè lateq; omnia cernerent florere regna terrarum.

LXVI. Quę autem de istius vrbis Gregorius incõmoditate descripserit, indicabo, quatenus ij qui nunc in ruinis eius habitantes, eam ordinatiorem, ac per hoc valentiorẽ fuisse nõ autumant, contremiscant. Ait enim in expositionis Ezechielis homilia octauadecima sic: Quid est iam, rogo, quod in hoc mundo libeat? Vbiq; luctus aspicimus, vndique gemitus audimus. Destructæ vrbes, euersa sunt castra, de populati sunt agri, in solitudinem terra redacta est. Nullus in agris incola, penè nullus in vrbibus habitator remãsit: & tamẽ ipse paruæ generis humani reliquiæ adhuc cotidie & sine cessatione feriuntur, & finem non habent flagella cœlestis iustitiæ, quia nec inter flagella correctæ sunt actiones culpæ. Alios in captiuitatẽ duci, alios detrũcari, alios interfici videm°. Quid est ergo quod in hac vita libeat, fratres mei. Si talem mũdum adhuc diligimus, nõ iam gaudia sed vulnera amamus. Ipsa autẽ quæ aliquando mundi domina esse videbatur, qualis remanserit Roma, conspicitis immensis doloribus multipliciter attrita, desolatione ciuiũ, impressione hostium, frequentia ruinarũ: ita vt in ea completum esse videamus: quod contra Samariã per Ezechielem prophetam prædictum est, Pone ollam, pone inquam, & mitte in ea aquam, & congere frusta eius in ea. Et paulò pòst. Efferbuit coctio eius, & decocta sunt ossa eius in medio illius. Atque iterum, Congere ossa quæ igne succendã, consumentur carnes, & coquetur vniuersa compositio, & ossa tabescent. Pone quoque eam super prunas vacuã, vt incalescat, & liquefiat æs eius. Tunc enim nobis olla posita est, cum hæc est ciuitas constituta. Tunc in ea aqua missa est, & frusta eius cõgesta sunt, quando ad eam vndique populi cõfluebãt, qui velut aqua calens actionibus mundi feruescerent, & quasi frusta carnium in ipso suo feruore liquarentur. De qua bene dicitur: Efferbuit coctio eius, & decocta sunt ossa illius in medio eius: quia prius quidẽ in ea vehementer incaluit actio gloriæ secularis: sed postmodum ipsa gloria cum suis sequacibus defecit. Per ossa etenim potẽtes seculi, per carnes verò populi designãtur: quia sicut carnes ossibus portãtur, ita per potentes seculi, infirmitas regitur populorum. Sed ecce iam de illa omnes huius seculi potẽtes ablati sunt: ossa ergo excocta sunt. Ecce populi defecerunt: carnes eius liquefactæ sunt. Dicatur itaque, Cõgere ossa quæ igne succendã: consumentur carnes, & coquetur vniuersa compositio, & ossa tabescẽt. Vbi enim senatus? vbi iam populus? Contabuerunt ossa: consumptę sunt carnes: omnis in ea secularium dignitatum ordo extinctus est. Excocta est ergo vniuersa cõpositio eius: & tamẽ ipsos nos paucos qui remansimus, adhuc cotidie gladij, adhuc cotidie innumeræ tribulationes premunt. Dicatur ergo, Pone quoque eam super prunas vacuã. Quia enim senatus deest, populus interiit: & tamẽ in paucis qui sunt, dolores & gemitus cotidie multiplicãtur, iam ergo vacua ardet Roma. Quid autem ista de hominibus dicimus, cũ ruinis crebrescentibus ipsa quoque eius destrui ędificia videmus? Vnde aptè de ciuitate iam vacua subditur, incalescat & liquefiat æs eius. Iã enim & ipsa olla consumitur, in qua prius carnes & ossa consumebantur: quia postquã defecerunt homines, etiam & parietes cadũt. Vbi autem sunt qui in eius aliquãdo gloria lætabãtur? Vbi eorum pompa? Vbi superbia? Vbi frequens & immoderatum gaudium? Impletum est in ea quod cõtra destructam Niniuen per prophetam dicitur: Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum? An eius duces ac principes, leones nõ erant, qui per diuersas mũdi prouincias discurrentes prædam sæuiendo & interficiendo rapiebãt? Hinc leonum catuli inueniebãt pascua: quia pueri, adolescentes, iuuenes, seculares, & secularium filij, huc vndique concurrebant, cum proficere in hoc mũdo voluissent. Sed ecce iam desolata, ecce contrita, ecce gemitibus oppressa est. Iã nemo ad eam currit vt in hoc mundo proficiat. Iã nullus potẽs & violentus remansit, qui opprimẽdo prædã diripiat. Dicamus ergo, vbi est habitaculũ Leonum, & pascua catulorum leonũ? Cõtigit ei quod de Iudæa nouimus per prophetã dictũ, Dilata caluitium tuũ sicut aquila.

Caluitium

Caluitiū quippe hominis in ſolo capite fieri ſolet: caluitiū verò aquilæ in toto ſit corpore: quia cum valde ſenuerit, plumæ eius ac pennæ ex omnibus illius mẽbris cadunt. Caluitium ergo ſuum ſicut aquila Roma dilatat, quia plumas perdidit, dum populum amiſit. Alarum quippe pennæ ceciderunt, cum quibus volare ad *prædatū* conſuecerat: quia omnes eius potentes extincti ſunt, per quos aliena rapiebat. Item in dialogorum libro ſecũdo, Præterea, inquit, antiſtes Canuſinæ eccleſiæ ad benedictũ domini famulum venire cõſuenerat, quem vir dei pro vitæ ſuę merito valde diligebat. Is itaque dum cũ illo de ingreſſu regis Totilæ & Romanæ vrbis ꝓditione colloquiũ haberet, dixit. Per hũc regẽ ciuitas iſta deſtruetur, vt iã ampliꝰ nõ inhabitet. Cui vir dei reſpõdit: Roma à gentibus nõ exterminabitur, ſed tẽpeſtatibus coruſcis & turbinibus ac terremotu fatigata marceſcet in ſemetipſa. Cuius ꝓphetię myſteria nobis iã facta ſũt luce clariora, qui in hac vrbe diſſoluta mœnia, euerſas domos, deſtructas eccleſias turbine cernimꝰ, eiuſque ædificia lõgo ſenio laſſata, quia ruinis crebreſcentibus proſternãtur videmus. Itẽ in epiſtola Ioãni epiſcopo Rauẽnati poſt aliqua. Siquomodo eſt aliquãdo locꝰ obtinẽdi, agat apud exarchũ fraternitas veſtra vt pacẽ cũ *Ariulfo, ſi aliquid poſſumus, faciamꝰ, quia miles de Romana vrbe vltus eſt, ſicut ipſe nouit: Theodoſiaci* verò *qui hic remanſerunt, togam nõ accipientes*, vix ad murorum quidẽ *cuſtodiã* ſe accõmodant, & deſtituta ab omnibus *ciuitas* ſi pacẽ eius non habet, quomodo ſubſiſtet.

LXVII. Tãtis curarũ tumultibus ꝓ animarũ pariter ac ciuitatis cuſtodia Gregoriꝰ grauabat vt incoli moleſtias corruẽs, nõ ſolũ (ſicut ꝓpoſuerat) per ordinẽ Ezechielis myſteria minimè pertractaret: verũ etiã hoſtilibus incurſionibꝰ multiſque corporis debilitatibꝰ aggrauatꝰ, à ſtudio expoſitiõis omnino deſiſteret, & ad dies illos ſe putriſſe deſleret, atque diſſolutionẽ ſui corporis totis conatibꝰ flagitaret. Quapropter eidẽ Ioãni epiſcopo queritꝰ dicẽs: Quod multis veſtræ beatitudini minime reſpõdi, nõ hoc torpori meo, ſed languori deputate: quia peccatis meis faciẽtibꝰ eo tẽpore quo Ariulfus ad Romanã vrbẽ veniẽs, alios occidit, alios detrũcauit, tãta mœſtitia affectꝰ ſum, vt in coli moleſtiã caderẽ. Itẽ in expoſitione vltimæ viſionis Ezechielis prophetę: Quia multis curis premẽtibus Ezechielis ꝓphetæ librũ corã charitate veſtra totũ per ordinẽ perſcrutari nõ licuit, bonis veſtris deſideriis placuit petere, vt ſaltẽ extrema eius viſio quæ ei facta eſt de ædificio in mõte cõſtituto, quæ & cũctis eſt viſionibus eius obſcurior, exponi debuiſſet. Et quidẽ volũtati veſtræ me parere neceſſe eſt: ſed duo ſunt quæ hac in re perturbãt animũ meũ. Vnũ, quòd hęc eadẽ viſio tãtæ obſcuritatis *nebulis* tegit, vt vix in ea aliquid intellectu interlucẽte videatur. Aliud ꝙ iã Agiulfum Lõgobardorũ regẽ ad obſidionẽ noſtrã ſummopere feſtinãtem Padũ tranſiſſe cognouimus. Vnde pẽſate fratres chariſſimi in caliginoſis ac myſticis ſenſibus quid valeat mens miſera timoris ſui perturbationibus occupata. Quãto enim circa terrena plus ſatagit, tãto in his quę ſunt cœleſtia, minꝰ videt: & ꝓ eo quòd curis ſuis extra ſe ducitur, valde intus minor eſt: quia ſcriptũ eſt: Deprimit terrena inhabitatio ſenſũ multa cogitãtẽ. Quæ enim ſuperiora penetrare etiã collecta nõ ſufficit, pẽſate quid agere poterit diuiſa. Scimus omnes quia & fluuiꝰ qui in multis riuis diuidit, à ſuo alueo ſiccatur.

Itẽ eidẽ in eiuſdẽ prophetæ tractatibꝰ homilia xxj. Siue, inquit, iuſtꝰ in culpã, ſiue peccator in mortẽ corruat, ſpeculatori timendũ eſt: ne hũc ex ſuo ſilẽtio reatus peccãtiũ pariter inuoluat. Sed interim dũ loquor, auertere à memetipſo oculos volo: & ecce iterũ ſermo diuinus me impingit in memetipſo, vt meã negligẽtiã videã, & mihi dici hæc quæ audio, pertimeſcã. Sicut enim ſuperiꝰ dixi, cuius cor innumeris curis ſparſum, ſe ad ſe colligat. Quãdo etenim poſſum & ea quę circa me ſunt ſolicite omnia curare, & memetipſum adunato ſenſu cõſpicere? Quãdo poſſum prauorũ nequitias in ſequẽdo corrigere, bonorũ actus laudãdo & admonẽdo cuſtodire, aliis terrorem, atq; aliis dulcedinẽ demõſtrare? Quãdo valeo & de his quæ ſunt neceſſaria fratribus cogitare, & cõtra hoſtiles gladios de vrbis vigiliis ſolicitudinẽ gerere, ne incurſione ſubita ciues pereant ꝓuidere: & inter hæc omnia ꝓ animarũ cuſtodia plenè atq; efficaciter verbũ exhortatiõis impendere? Loqui etenim de deo quietæ valde & liberæ mẽtis eſt. Tũc nãq; bene lingua dirigitur in ſermone, cũ ſecurè ſenſus quieuerit in tranquillitate: quia nec cõcuſſa aqua imaginẽ reſpicientis reddit: ſed tũc in ea vultus intẽdentis aſpicitur, cũ nõ mouetur. Quã ergo exhortationẽ vobis ſpeculator veſter fratres chariſsimi faciat, quẽ tot rerũ confuſio pturbat? Et paulò poſt. *Sacerdos etiã* poſt cõpunctionẽ ac lachrymas cogitur neceſſaria quęq; filiorũ ſuorũ cognoſcere, & ea quę refugit, animo, patiẽter audire: atque poſt ſuſpiria cœleſtiũ, quorũlibet carnaliũ hominũ onera portare, & ſępe cũ ſuperueniẽtibꝰ cor in diuerſam qualitatẽ trãsfundere. Nã aliquãdo de lucris ſpiritualibꝰ gaudet: ſed cũ quilibet mœrẽs ſuperuenerit, niſi eius mœrorẽ in ſe ſuſceperit, tribulationi illius cõpatiẽs nõ eſt. Et aliquãdo de dãnis animarũ luget: ſed repẽtè ſuperueniũt qui de ſuis *ꝓſperitatibus lætãtur*: quorũ ſi lætitię ſacerdos nõ cõgaudet, minus amare creditur filios, in quorũ gaudio nõ exultat: præcipuè cũ Paulus dicat, Gaudere cũ gaudentibus, flere cũ flẽtibus. Nihil ergo tã oneroſum in ordine ſacerdotũ video, quàm rigorẽ mentis cõpatiendo flectere, & cũ perſonis ſuperuenientibus animũ mutare: & tamen hoc valde eſt neceſſariũ. Nã quando ex prædicatiõe eius ad boni operis gratiã peccator reducitur, ſi ipſe qui prædicat videtur ingratus? Item in fine eiuſdẽ voluminis. Ecce hæc vt domino largiente potuimus corã vobis fratres chariſsimi rimati ſumus. Nemo autẽ me reprehẽdat, ſi poſthac à locutione ceſſauero, quia ſicut omnes cernitis, noſtrę tribulationes excreuerunt. Vndiq; gladiis circunfuſi ſumus: vndiq; imminens mortis periculũ timemus. Alij detruncatis ad nos manibus redeũt: alij capti, alij interempti nũtiantur. Iã cogor linguã ab expoſitione retinere: quia tædet animã meam vitæ meæ. Iã nullus in me ſacri eloquij ſtudium requirat: quia verſa eſt in luctũ cithara mea, & organũ meum in vocem flentium. Iã cordis oculus in myſteriorũ diſcuſſione nõ vigilat, quia dormitauit anima mea præ tędio. Iã minus lectio animo dulcis eſt: quia oblitus ſum mãducare panẽ meũ à voce gemitus mei. Cui autẽ viuere nõ licet, de ſcripturæ ſacræ ſenſibus loqui myſtica qualiter libet? Et qui cogor cotidie amara bibere, quando poſſum dulcia ꝓpinare? Item Italicæ patriciæ, & Venãtio ex monacho patricio. Quoſdã de Sicilia venientes, affectu quo debui, de ſoſpitate excellẽtię veſtræ requirere curaui: ſed de aſsiduitate ægritudinum mihi triſtia reſpõderunt. Hæc autem dicens, nec ego vobis de me ipſo inuenio aliud quod debeã nũtiare, niſi quòd peccatis meis faci-

 cientibus

cientibus ecce iã vndecim mẽſes ſunt quòd valde rarũ eſt ſi delecto ſurgere aliquando potui. Tãtis enim p̃dagræ doloribus tãtiſq; moleſtiarũ premor angoribus, vt vita mea mihi grauiſsima pœna ſit. Cotidie enĩ in dolore deficio, & mortis remediũ expectãdo ſuſpiro. In clero verò huius vrbis & populo tãti febriũ languores irruerũt, vt penè nullus liber, nullus ſeruus remãſerit, qui idoneus eſſe ad aliquod officiũ vel miniſterium poſsit. De vicinis autẽ vrbibus ſtrages nobis mortalitatis cotidie nuntiãtur. Aphrica autem qualiter mortalitate & languoribus vaſtetur, quãto viciniores eſtis, tanto credo quod ſubtilius cognouiſtis. De oriente verò qui veniunt, grauiores deſolationes nuntiãt. In his itaq; omnibus quia appropinquante fine mundi, generalem percuſsionem eſſe cognoſcim⁹, affligi nimis de ꝓpriis moleſtiis nõ debemus. Item Eulogio patriarchę Alexãdrino: Tranſacto anno ſuauiſsima ſanctitatis veſtræ ſcripta ſuſcepi, quibus ꝓ ægritudinis meę nimietate reſpõdere nunc vſq; nõ valui. Ecce enim iã biennium penè expletur, quo lectulo teneor, tantiſq; podagræ doloribus affligor, vt vix in diebus feſtis vſq; ad horarũ trium ſpatiũ ſurgere valeam miſſarum ſolennia celebrare. Mox autẽ cũ graui depellor dolore decũbere, vt cruciatũ meũ nõ poſsim gemitu interrũpente tolerare. Qui dolor interdũ mei lentus eſt, interdum nimius: ſed neq; ita lẽtus, vt recedat: neq; ita nimius, vt interficiat. Vnde fit vt qui cotidie in morte ſum, repellar à morte. Nec mirũ, quia peccator grauis tali corruptionis carcere diu teneor incluſus: vnde cõpellor exclamare: Educ de carcere animam meã ad confitendũ nomini tuo domine. Sed quia meis adhuc precibus obtinere non mereor, rogo vt veſtrę ſãctitatis oratio ſuæ mihi interceſsionis adiutorium præbeat, mèq; à peccati & corruptionis põdere liberũ reddat in illa quã bene noſtis libertate gloriæ filiorũ dei. Item eidem. Peto autẽ vt pro me enixius veſtra ſanctitas orare debeat, quia podagrę doloribus, & barbarorũ gladiis, & curarũ afflictionibus inceſſanter premor. Sed ſi mihi orationis veſtrę opem impenditis, credo quòd me cõtra aduerſa omnia fortiter iuuetis. Itẽ eidẽ. Rogo ergo vt ꝓ me peccatore enixi⁹ oretis: quia & dolor corporis, & amaritudo cordis, & immenſa vaſtitas mortalitatis inter tot barbarorum gladios me vehementer affligit. Inter quę omnia nõ tẽporalem ſed æternã conſolationem requiro, quã per me impetrare nõ valeo, ſed per interceſsionẽ veſtræ beatitudinis hanc me obtinere cõfido. Item Mariano epiſcopo Arabię. Multum iã tempus eſt quo ſurgere de lecto nõ valeo. Nã me modò podagræ dolor cruciat, modo neſcio quis in toto corpore ſe ignis cũ dolore expãdit. Et fit plerũq; vt vno in me tempore ardor cũ dolore cõfligat, & corpus in me animuſq; deficiat. Quãtis autẽ aliis neceſsitatib⁹ extra has quas ꝓtuli infirmitates, afficiar, enumerare nõ valeo: ſed breuiter dico, quia ſic me infectio noxij humoris imbibit, vt viuere mihi pœna ſit, & mortẽ deſiderãter expectẽ, quã gemitibus meis ſolã eſſe credo remedium. Proinde frater ſanctiſsime diuinę ꝓ me pietatis miſericordiã deprecare: vt pcuſsionis ſuæ erga me flagella ꝓpitius mitiget, & patientiã tolerandi cõcedat: ne nimio (quod abſit) tędio in impatiẽtiã cor erũpat: & quę curari per plagam poterat, culpa, creſcat ex murmure.

Itẽ Ruſticianæ patriciæ. De podagræ moleſtia quã vobis eueniſſe ſignaſtis: & cõtriſtatus vehemẽter ſum, & lætat⁹. Lætatus: quia humor noxius inferiora petẽs, ſuperiora ꝓfectò deſeruit. Cõtriſtatus vero, quia in tã tenuiſsimo corpore dolores vos nimios perpeti pertimeſco. Vbi enim deeſt caro, quæ virt⁹ eſſe poterit doloribus reſiſtens: Me etenim (quẽ qualis fuerim noſtis) ita amaritudo animi, & aſsidua exacerbatio, atque per hoc podagrę moleſtia affecit, vt corp⁹ meum tanquã in ſepultura ſiccatũ ſit: vnde fit vt iã raro de lecto ſurgere valeã. Itẽ eidẽ Ego in tanto gemitu & occupationibus viuo, vt ad dies quos ago, peruenisſe me pœniteat: ſolaq; mihi in cõſolatiõe ſit mortis expectatio. Vnde peto vt pro me orare debeatis, quatenus de hoc carnis carcere citius educar, ne tãtis laborib⁹ diutius torquear. Itẽ Anaſtaſio Antiocheno. Rogo vt pro mei cordis infirmitate enixius oretis, quatenus omnipotens deus mentẽ meã à malis omnib⁹ pro veſtra interceſsione tueatur, & citius me de tot ꝓcellis hui⁹ tẽpeſtatis eripiat, atq; in æternæ quietis litore perducat.

Tãtis precibus Gregorius tãdẽ aliquãdo diuinitus exaudit⁹, poſtquã ſedẽ catholicę & apoſtolicæ ſanctę Romanæ eccleſiæ annis tredecim, mẽſib⁹ ſex, & dieb⁹ decẽ, doctrinis pariter ac operib⁹ feliciſsimis illuſtrauit, anno ĩperij Phocæ ſecũdo, indictiõe ſeptima, quarto iduũ Martiarũ, à carnis corruptinne ſubtractus eſt, incorruptionis perpetuæ gloria ſublimãdus. Qui videlicet omni vitę ſuæ tẽpore ſicut nouas baſilicas minime fabricarat, ita nimirũ fabricatarũ veterũ ſartatecta cũ ſũmo ſtudio annualiter reparabat: quas redditibus, luminaribus, officiis atq; donariis cumulãs, in baſilica beati Petri apoſtoli faſtigiũ de argẽto puriſsimo, quod à Leone tertio põtifice in baſilica Sixtiana ſãctę Mariæ nomini dedicata tranſlatũ eſt, fabricauit: & in baſilica beati Pauli apoſtoli ſuper altare nihilominus aliud faſtigiũ procurauit. Huius præterea venerabile corp⁹ in extrema porticu baſilicæ beati Petri apoſtoli ante ſecretarium tũc antiquiſsimũ quo videlicet, Leo, Simplicius, Gelaſius atq; Symmachus apoſtolicæ ſedis epiſcopi cum nonnullis aliis tumulati, ſuis hactenus epitaphiis prædicãtur, ſepultum tali titulo decoratur. LXVIII.

Suſcipe terra tuo corpus de corpore ſumptum.
Reddere quod valeas viuificante deo.
Spiritus aſtra petit: lethi nil iura valebunt.
Cui vitæ alterius mors magis ipſa via eſt.
Pontificis ſummi hoc claudũtur membra ſepulchro.
Qui innumeris ſemper viuit vbique bonis.
Eſuriem dapibus ſuperauit, frigora veſte.
Atque animas monitis texit ab hoſte ſacris.
Implebátque actu, quicquid ſermone docebat:
Eſſet vt exemplum myſtica verba loquens.
Anglos ad Chriſtum conuertit mente benigna.
Sic fidei acquirens agmina gente noua.
Hic labor, hoc ſtudiũ, hęc tibi cura, hoc paſtor agebas,
Vt domino offerres plurima lucra gregis.
Hiſque dei conſul factus, lætare triumphis,
Nam mercedem operum iam ſine fine tenes.

Quo ſcilicet liberaliſsimo paſtore defuncto, vehementiſsima fames eodẽ anno incubuit: & quanto patrono tũc Roma caruerit, licet rerũ inopia toto penè mũdo mõſtrauerit, inuidorum tamen feritas minimè recognouit. Nã ſicut à maioribus traditur, cũ calumniarũ veterum incẽtores, Gregorium prodigum dilapidatorẽq; multiplicis patriarchatus theſauri perſtreperent, deficiẽte perſonali materie, ad cõburendos libros eius cœperũt pariter anhelare. Quorum dũ quoſdam iam cõbuſsiſſent, ac reliquos vellent exurere, Petrus diaconus familiariſsimus eius, cum quo quatuor LXIX.

Dialogo-

Dialogorū libros disputauerat,creditur vehementius obstitisse, dicens, ad obliterandā eius memoriam, librorum exustionem nihil pficere,quorum exemplaria diuersis petētibus mundi ambitum penetrassent: subiungens immane sacrilegium esse,tāti patris tot & tales libros exurere,super cuius caput ipse spiritum sanctum in similitudine columbæ tractantis frequentissimè perspexisset. Cumq; dudū deuotū populum diaconus cerneret occasione temporis cum inuidis resultare,in hoc omniū sententiā dicitur prouocasse, vt si quod dixerat,iureiurando confirmans, mori cōtinuo meruisset,ipsi à librorum exustione desisterent:si verò testimonij sui superstes extitisset,ipse quoq; cōbustoribus manus daret. Itaque cum euangelijs in ambonem venerabilis leuita Petrus ascendēs, mox vt Gregorianæ sanctitati testimonium præbuit, inter verba veræ confessionis spiritum efflauit, & à dolore mortis extraneus iuxta pyrgi basim(sicut hactenus cernitur) cōfessor veritatis meruit sepeliri.

LXX. Hinc est quòd cōsuetudinaliter spiritus sanctus in specie columbæ super scribētis Gregorij caput depingitur,& quòd expositionum illius pars maxima, quæ vtique ab inuidis exusta recolitur,nō habetur. Quarū ipse summam Ioanni subdiacono Rauennæ respōsali suo significare videtur,inter cętera *sic describēs Quia* charissimus quódam *filius meus Claudius aliqua* me loquente de *prouerbiis,de canticis canticorū*,de prophetis,de *libris quoque regum*,& de heptatico audierat, *quæ ego* scripto tradere præ infirmitate nō potui, ipse ea suo sensu dictauit,ne obliuione deperirent, vt apto tempore hęc eadem mihi inferrētur, & emendatius dictarētur. Quæ cum mihi legisset,inueni dictorum meorum sensum valde inutilius fuisse permutatum.Vnde necesse est vt tua experientia, omni excusatione atque mora cessante,ad eius monasterium accedat:eūque venire faciat:& cum omni veritate quātascūque de diuersis scripturis chartulas detulit, ad medium deducat:quas tu suscipe,& mihi celerrimè trāsmitte. Enimuero quia studiositas Gregorij qui post hæc tribus ferme annis superfuit, falli non potuit: constat nimirum quia plures libros quàm nunc habeantur composuit. Quorum memoriam quidam in episcopali eius perstringens ait,Iob,Ezechiel, Euāgelia,& pastoralem exposuit,& multa alia vt subaudias, quæ iam inueniri non possunt : quoniam re vera antè succensa sunt,quàm edita, sicut reliqua ipsius opera, quæ nunc in sancta Romana ecclesia retinentur adhuc sub custodia, ne penitus vulgarentur.

LXXI. Itaque si curiosius perpēdatur, omne Gregorij tractādi tempus quo libros qui nunc habentur exposuit, à diaconio suo vsque ad penultimum sui pōtificatus annum extenditur: & licet Longobardorum perfidia sæuiente,post Exechielis tractatus, ab expositione librorum destiterit, ab exponendis tamē epistolis,quādiu viuere potuit,nunquā omnino cessauit:quarū videlicet tot libros in scrinio dereliquit,quot annos adiunxit. Vnde tertiumdecimum epistolarū librum septimę indictionis imperfectum reliquit,quoniam ad eiusdem indictionis terminum nō pertigit. Ex quarū multitudine primi Adriani papę temporibus quędā epistolæ decretales per singulas indictiones excerptæ sunt,& in duobus voluminib⁹ (sicuti modò cernitur) cōgregatæ.Et Gregorius iādudum in monasterio positus,vbi eū angelus domini sub habitu naufragi scribentem repererat, nimirū quædam dictauerat, vt ad expositionem tantæ profunditatis quam in libro Iob penetrare potuit,eo paratior, quo ex dictandi consuetudine doctior,perueniret.

LXXII. Ergo Gregorius in diaconio suo,dum illum in Cōstātinopolitana vrbe sedis apostolicæ respōsa cōstringerent,& Leādrum Hispanum episcopū iniuncta pro causis fidei Vvisigothorū ibi legatio perduxisset, eodē Leandro (sicut in primo libro dixisse me recolo) cum fratribus tūc Gregorio adhærētibus importunissime, compellente librum beati Iob cepit exponere.Quibus corā positis priora libri sub oculis dixit: & quia tempus Paulo vacantius reperit, posteriora tractando dictauit.Cumq; ei spatia largiora suppeterent,multa augens,pauca subtrahens,atq; ita vt inuenta sunt nōnulla derelinquens,ea quæ se loquente excepta sub oculis fuerant,per libros emendādo cōposuit. Qui cum iam factus episcopus Romæ postrema dictaret: quo stilo prima dixerat solicite attendēs,egit vt ea quæ locutus fuerat,studiosa emendatione trālcurrens, quasi ad similitudinē dictatus erigeret:& ea quę dictauerat,non longè à colloquentis sermone discreparent : quatenus dum hoc tenditur,illud adtrahitur, edita modo dissimili res non dissimilis formaretur: quanuis tertiam ipsius operis partem vt colloquendo protulit,penè ita dereliquit: quia dum eum fratres ad alia exponenda pertraherent,hanc subtilius emēdari noluerunt. Quibus multa iubentibus,dū parere modò per expositionis mysterium, modò per cōtemplationis ascensum, modò per moralitatis instrumentū studeret: hoc opus per triginta & quinque libros extensum,in sex codicibus expleuit: Quorum exemplaria primò per vrbis monasteria subdiuisit:postremò verò eidem Leādro episcopo destinauit.

LXXIII. Sed in ipso sui episcopatus exordio, dum à Ioanne Rauennatis vrbis episcopo humiliter reprehēsus fuisset,cur pastoralis curę delitescendo pōdera fugere virtam idoneus voluisset,librum regulæ pastoralis cōposuit:quē quadripertita ratione distinguens, valde pēsandum esse perdocuit, cum rerū necessitas exposcit, ad culmen quisque regiminis qualiter veniat : atq; ad hoc rite perueniens,qualiter viuat:& bene viuēs,qualiter doceat:& rectè docens, infirmitatem suā cotidie quanta consideratione cognoscat : ne aut humilitatis accessum fugiat: aut peruentioni vita cōtradicat : aut vitam doctrina destituat: aut doctrinam præsumptio extollat. Primum ergò appetitum timor tēperet: post autem magisterium quod à non quærente suscipitur, vita cōmendet. Deinde necesse est vt pastoris bonum quod viuendo ostenditur, etiā loquendo propagetur. Ad extremū verò supereſt vt perfecta quæq; opera cōsideratio ppriæ infirmitatis deprimat:ne hæc ante occulti arbitri oculos tumor elatiōis extinguat. Et quia quosdā imperitos ad sacerdotium cōspirasse cognouerat,quosdā conspiraturos esse prędebat:qui metiri se nescientes,quæ nō didicerunt, docere cōcupiscerent,quiq; pondus magisterij tanto leuius ęstimarent, quāto vim illius magnitudinis ignorarēt: hos in ipso libri sui reprehendit exordio, vt siquando indocti ac præcipites doctrinæ arcem tenere appetissent,à pręcipitationis suæ ausibus in ipsa Gregorianæ locutionis ianua pellerentur. Hunc librum Anatolius diaconus eius apocrisarius quærēti ac iubenti imperatori quōdam obtulerat: quē magnus Anastasius Antiochenus episcopus in græcam linguā trāstudit, & orientalibus ecclesiis opus venerabile procurauit.

Universidad de Deusto Biblioteca

LXXIIII. Deinde(sicut in secũdo huius operis libro iam retuli)dum adhuc Gregorius ad loquendũ voce flatuq; sibi sufficeret:per stationes discurrẽs,viginti homilias Euangelij diuerso tempore coram populo declamauit: reliquas verò eiusdem numeri dictauit quidem, sed lassescente stomacho languore continuo, aliis pronunciare permisit:quarũ exemplaria Secũdo seruo dei petenti mandauit.

LXXV. Cumque à suis familiaribus vt aliqua de miraculis patrum describeret Gregorius enixius rogaretur:Maximiano Syracusano episcopo scripsit dicens: Fratres mei,qui mecũ familiariter viuũt, omnimodo me cõpellunt aliqua de miraculis patrum quę in Italia facta audiuimus,sub breuitate describere. Ad quã rem solatio vestræ charitatis vehementer indigeo: vt quæque vobis in memoriam redeunt,quæque cognouisse vos cõtigit,mihi breuiter indicetis. De domino autem Nõnoso abbate qui iuxta domnũ Anastasium de Pẽtoniis fuit,aliqua retulisse te memini,quæ obliuioni mandaui. Et hęc ergo & siqua sunt alia, tuis peto epistolis imprimi,& mihi sub celeritate trãsmittiisi tamen ad me ipse non proficiscceris.Hinc Gregorius roboratus, sanctorum miracula patrum cum Petro suo diacono quæ per inquisitionem atque responsionem protulerat,expositionis altius studium interrumpens, sola nominũ prænotatione distinxit, & in libros quatuor ordinauit: vt sicut in libris expositionũ suarum, quibus esset virtutibus insudãdũ, docuerat: ita etiam de scriptis sanctorum miraculis quæ virtutum fuisset earũdem claritas,luce clarius ostentaret. Quos libros Zacharias sanctæ ecclesiæ Romanæ episcopus græco latinóque sermone doctissimus temporibus Constantini imperatoris post annos ferme cẽtum septuaginta quinque in græcam linguam conuertens,orientalibus ecclesiis diuulgauit,quãuis astuta Græcorũ peruersitas in commemoratione spiritus sancti à patre procedentis,nomen filij suaptim radens abstulerit.

LXXVI. Primam quoque & vltimam Ezechielis prophetæ partes,quæ videbantur obscuriores, Romanis postulantibus pertractauit, easque per homilias viginti duas distinguens,quantum lucis intus habeãt demõstrauit,& in his tractandi(sicut superius patuit) finem fecit.

LXXVII. Qui libri dum à doctoribus sequentis tẽporis tam rectissimis sententiis editi,quàm luculentissimo rhetoricę facundiæ stilo compositi veraciter doceantur: eos beatus Gregorius ex humilitatis suæ dulcedine incultos perhibet,Leandro episcopo inter cętera scribens:Quæso vt huius operis(haud dubium quin Moralium)dicta percurrens, in his verborũ folia non requiras: quia per sacra eloquia ab eorum tractatoribus infructuosæ loquacitatis leuitas studiose cõpescitur, dum in templo dei nemus plantari prohibetur.Et cũcti proculdubio scimus, quia quotiens in foliis male lætę segetis culmi proficiunt, minori plenitudine spicarum grana turgescunt.Vnde & ipsam loquendi artem, quam magisterium disciplinæ exterioris insinuat,seruare despexi. Nam sicut huius quoq; epistolæ tenor enuntiat,non miotacismi collisionẽ fugio, non barbarismi confusionem deuito, hiatus motusque etiam,& præpositionum casus seruare contemno: quia indignũ vehementer existimo vt verba cœlestis oraculi restringam sub regulis Donati.Neq; enim hoc ab illius tẽporis interpretibus in scripturæ sacræ auctoritate seruata sunt. Ex quare nimirũ quia nostra expositio oritur, dignum profectò est vt quasi edita soboles speciẽ suæ matris imitetur. In quibus verbis agnoscitur Gregorius non affectasse locutionem põpaticam, sed ex pristina secularis exercitij consuetudine potius incurrisse. Cuius facundiæ cõsonantiam Isidorus Hispalẽsis vrbis episcopus in expositione Geneseos admiratus,Sumpta,inquit, sunt ab auctoribus hæc Origene,Victorino,Ambrosio,Hieronymo,Cassiano,Augustino, Fulgẽtio, ac nostris temporibus insigniter eloquente Gregorio.Sed & Beda presbyter in libro de schematibus oratores homœoteleutõ facere perhibens,exemplum proposuit dicẽs:Beatus Iob deo soli sibique cognitus, in tẽtatione ad nostram notitiã perducendus tactus est vulnere, vt odorem suarũ virium tanto latius spargeret, quanto more aromatum melius ex intentione fragraret.Quo schemate ipse qui hoc dixit beatus papa Gregorius sæpissime vsus fuisse cognoscitur:& huiusmodi orationes esse reor,quas Hieronymus concinnas rhetorum declamationes appellat.

LXXVIII. At Gregorio humilitatis suæ cautela cõmonito,nõ solùm facundiæ suæ redolentiam contemnebat, verũ etiam in cõparatione tractatus alterius dictatum suũ furfurem nominans, libros suos legi quam diu viueret vehementissime prohibebat, Innocentio præfecto Aphricæ inter cętera scribẽs:Quod in expositiõe sãcti Iob transmitti vobis codicẽ voluistis, vestro oĩno studio congaudemus:quoniã illi rei eminentiam nostrã studere cõspicimus,quæ nec totos forasvos exire permittat, & ad cor iterũ secularibus curis dispersos recolligat.Sed si delitioso cupitis pabulo saginari:beati Augustini patriotæ vestri opuscula legite: & ad cõparationem siliginis illius nostrum furfurem nõ quæratis.Item Ioanni episcopo Syracusano.Prętera audio quòd aliqua de his quæ scripsisse me memini, fraternitas vestra ad mẽsam suam coram extraneis legi faciat. Quod mihi nõ videtur esse faciendũ: quia hoc quod vos pro charitate facitis,possunt quidam quantum est vanę gloriæ deputare.Ideoq; coram extraneis antiquorum dicta legite, ex quorũ auctoritate valeãt qui audiunt,reformari. Itẽ Ioanni subdiacono Rauennæ post multa.Illud,inquit,quod ad me quorundam relatione perlatum est, quia reuerentissimus frater & coepiscopus meus Marinianus legi commenta beati Iob publicè ad vigilias facit, non gratè suscepi: quia illud opus nõ suscepi postulare, & rudibus auditoribus impedimentum magis quam prouectum generat.Sed dic ei vt commenta psalmorum legi ad vigilias faciat, quæ mentes secularium ad bonos mores præcipuè informent.Neque enim volo dũ in hac carne sum siqua dixisse me contigit, ea facilè hominibus innotescI.

LXXIX. Quanta sanè cõsideratione Gregorius (qui ad culmen regiminis humiliter peruenisse,ad hoc opus perueniens bene vixisse,bene viuẽdo recte docuisse,satis, vt opinor,monstratus est) infirmitatem suam cognouerit,in extremo libro Moralium manifestat, cũ dicit: Expleto itaq; hoc opere,ad me mihi video esse redeũdũ.Multũ quippe mẽs nostra etiã cũ recte loqui conatur,extra semetipsam spargitur. Integritatem nanque animi,dũ cogitantur verba qualiter proferantur,quia trahũt extrinsecus,minuunt.Igitur à publico locutionis redeundum est ad curiam cordis: vt quasi in quodam concilio cõsultationis ad me ipsum discernendum cõuocem cogitationes mentis: quatenus ibi videam

deam ne aut incaute mala, aut bona non bene dixerim. Tũc enim bene dicitur bonum, cum is qui dicit, ſoli ei à quo accepit, per id appetit placere quod dicit. Et quidem mala me aliqua, & ſi dixiſſe non inuenio, tamen quia omnino non dixerim, non defendo. Bona verò ſi qua diuinitus accipiens dixi, meo videlicet vitio minus me bene dixiſſe profiteor. Nam ad me intrinſecus rediens, poſtpoſitis verborum foliis, poſtpoſitis ſententiarum ramis, dum ipſam ſubtiliter radicem meæ intentionis inſpicio: Deo quidem ex ea me ſummopere placere voluiſſe cognoſco: ſed eidem intentioni qua deo placere ſtudeo, furtim ſe neſcio quomodo intẽtio humanæ laudis interſerit. Quod cũ iam poſtmodum tardèque diſcerno, inuenio me aliter agere, quod ſcio me aliter inchoaſſe. Sic enim ſæpe intentionem noſtram, dum ante dei oculos rectè inci pitur, occultè ſubiuncta & eam velut in itinere comprehendens humanæ laudis intentio adſequitur, ſicut pro neceſsitate quidem cibus ſumitur: ſed in ipſo eſu dum furtim gula ſurrepit, edẽdi delectatio permiſcetur: vnde plerunque contingit, vt refectionem corpo ris, quam ſalutis cauſa cepimus, cauſa voluptatis expleamus. Fatendum eſt igitur quòd rectam quidem intentionem noſtrã, quę ſoli deo placere appetit, nonnunquam intentio minus recta quæ de *donis dei placere hominibus quærit, inſidiando comitatur. Si autem de his diuinitus diſtrictè diſcutimur, quis inter iſta remanet ſalutis locus,* quando & mala noſtra pura *mala ſunt,* & bona quæ nos habere credimus, pura *bona* eſſe nequaquam poſſunt? Sed hoc mihi operæprecium credo, quòd fraternis auribus omne quod in me latenter ipſe reprehendo, incũctãter aperio. Quia enim exponendo non celaui quod ſenſi, confitendo non abſcondo quod patior. Per expoſitionem patefeci dona, per confeſsionem detego vulnera. Et quia in hoc tam magno humano genere, nec parui deſunt qui dictis meis debeant inſtrui: nec magni deſunt, qui cognitæ meæ valeant infirmitati miſereri: per hæc vtraque aliis fratribus quantum poſſum curam cõfero ab aliis quero. Illis dixi exponendo quod faciant, iſtis aperio confitendo quod parcant. Illis verborum medicamenta non ſubtraho, iſtis lacerationem vulnerum non abſcondo. Igitur quæſo vt quiſquis hoc legerit, apud diſtrictum iudicem ſolatium mihi ſuæ orationis impendat, & omne quod in me ſordidum deprehendit, fletibus diluat. Orationis autem atque expoſitionis virtute collata, lector meus in recompenſatione me ſuperat, ſi cum per me verba accipit, per me lachrymas reddit.

LXXX. Huius beatiſsimi Gregorij venerabile corpus à Gregorio quarto ſedis apoſtolicæ prę ſule poſt annos circiter quinquaginta translatũ ante nouellum ſecretarium conſtructis abſidibus (ſicuti modo cernitur) ſub altari ſui nominis collocatur: quo eius anniuerſaria ſolennitas cunctis certatim pernoctantibus veneratione gratiſsima celebratur: in qua pallium eius & phylacteria, ſed & baltheus eius cõſuetudinaliter oſculãtur. Quæ ſigillatim conſiderata, & antiquitatem viri, & mediocritatem habitus, & ſpeciem regularis propoſiti ſignis perſpicuis repræſentãt. Nam in eo quod pallium eius byſſo candente contextum nullis fuiſſe cernitur accubiis perforatũ, ſic ipſum circa ſcapulas obuolutum fuiſſe, non autem confixum dignoſcitur, ſicuti vetuſtiſsimis muſiuis, vel picturis oſtẽdit: quod autem reliquiarum phylacteria tenui argento fabricata, vilióq; pallio, de collo ſuſpenſa fuiſſe videntur, habitus eius mediocritas demonſtratur. Porrò in exilitate balthei quæ vnius pollicis menſuram nunquam excedit, ſpeciem propoſiti regularis olim à ſancto Benedicto ſtatuti, cuius ipſe vitam deſcribens, in dialogo regulam quoque laudauerat, eum ſeruaſſe luce clarius manifeſtat: præſertim cum idem venerabilis doctor Gregorius Græcam linguam neſcierit, & ſui monaſterij monachos Benedicti vtique regulis mancipatos in Saxoniam deſtinarit.

Siquidem quod Græcam linguam neſcierit, ipſe te- *LXXXI.*
ſtatur in epiſtola Euſebio Theſſalonicenſi epiſcopo ſcribens. Lator præſentium Theodorus Eccleſiæ veſtræ lector ad ſanctorum Apoſtolorum limina veniens, dum homo (quippe vt nouus) haberetur incognitus, Andreæ monacho qui ad ſanctum Paulum inclu ſus fuerat, res & chartas quas detulit, vt re vera olim noto, innocenter depoſuit, credens quod mens ipſius (ſicut & nos ante putaueramus) eum habitu concordaret. Sed illę tantæ prauitatis inuentus eſt, vt ſi eius ſtultitiæ ſub incluſionis ſpecie paulo adhuc amplius licuiſſet, multorum animas malitię ſuę falſitati deciperet: & quęcunque potuiſſet non leuia ſcandala generaret. Nam inter alia quæ idem Andreas peſsimè cogitauit & fecit: eam quoque quam ad nos miſiſtis, dũ apud *ipſum à præfato lectore* eſſet depoſita, infalſauit epiſtolam: vt quicunque eam legeret, vos nec catholica, nec recta ſapere euidenter argueret. Ex qua re contigit vt dum veritatem ſtudioſè quæreremus, eiúsque latebat iniquitas vulgaretur: & tãta in eo reperta ſunt, quanta nec de ſcelerato quocunque laico crederẽtur. Et quia inter diuerſa mala aliquos etiã ſermones ſeripſit, atque eos ex noſtro nomine titulauit, & ſuſpecti ſumus ne eos alicubi tranſmiſerit, fraternitas veſtra ſollicitudinem gerat: & ſi quid tale repererit, eos excindi, & omnimodo faciat aboleri: vt quod imperitus literarũ, & ſcripturæ diuinę neſcius noſtro ſicut diximus nomine prẽnotauit, quorundam animos non poſsit inficere. Nam nos nec Græcè nouimus, nec aliquod opus Græcè aliquando conſcripſimus.

Quod vero monachi qui à Gregorio in Saxoniam *LXXXII.*
miſsi ſunt, ſancti Benedicti regulæ fuerint mancipati: inter alia etiam illud oſtendit, quod ex ipſius diſcipulis vix poteſt in illis partibus monachus aliquis inueniri, à quo non obſeruetur tam in propoſito quam in habitu regula Benedicti. Quapropter ſicut conſtat Gregorianum monaſterium à Latinitate in Græcitatem neceſsitate potius quam voluntate conuerſum, ita fideliter prẽſtolatur in Latinitatis cultum fauente domino denuo reuerſurum.

In cuius venerabilis monaſterij atrio iuſſu Grego- *LXXXIII.*
rij iuxta nymphium duæ iconiæ veterrimæ artificialiter depictę vſque hactenus videntur: In quarũ altera beatus Petrus Apoſtolus ſedẽs conſpicitur ſtantẽ Gordianum Regionarium videlicet patrem Gregorij manu dextera per dexteram nihilominus ſuſcepiſſe. Cuius Gordiani habitus caſtanei coloris planeta eſt, ſub planeta dalmatica, in pedibus caligas habens, ſtatura longa, facies deducta, virides oculi, barba modica, capilli condenſi, vultus grauis. In altera vero mater Gregorij ſedens depicta eſt Syluia, candido velamine à dextro humero taliter contra ſiniſtram reuoluto contecta, vt ſub eo manus tanquam de planeta ſubducat: & circa pectus ſub gula inferior tunica pſeudolactini coloris appareat: quæ magno ſinuamine ſuper ſedes defluat:

Universidad de Deusto Biblioteca

defluat: duabus zonis ad similitudinem dalmaticarũ, sed latioribus omnino distincta: statura plena: facies rotũda quidem & candida, sed senio iã rugosa: quam ipsa quoque senectus pulcherrimam fuisse significat: oculis glaucis & grandibus: superciliis modicis: labellis venustis: vultu hilaris: ferens in capite matronalem mitram candentis brandei raritate niblatam: duob⁹ dexterę digitis signaculo crucis se munire velle prętendens, in sinistra verò patens psalterium retinens, in quo hoc scriptum est: Viuit anima mea, & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me. A dextero verò cubitu vsque ad sinistrum circa scapulas versus ascendens reflectitur, qui ita se habet. Gregorius Syluiæ matri fecit.

LXXXIII. Sed & in absidicula post fratrẽ Cellariũ Gregorius eiusdem aurificis magisterio in rota gypsea pictus ostenditur, statura iusta & bene formata: facie de paternæ faciei longitudine, & materna rotunditate ita mediè temperata, vt cum rotunditate quadam decentissimè videatur esse deducta. barba paterno more subfulua & modica: ita caluaster, vt in medio fronte gemellos cincinnos raruſculos habeat, & de extrorsum reflexos: corona rotũda, & spacioſa: capillo subnigro, & decenter intorto, sub auriculæ medium propendente: fronte speciosa: elatis & longis, sed exilibus superciliis: oculis pupilla furuis, non quidem magnis, sed patulis, subocularibus plenis, naso à radice vergentium superciliorum subtiliter directo, circa medium latiore: deinde paulùm recuruo, & in extremo patulis naribus præminente: ore rubeo: crasis & subdiuiduis labiis: genis compositis, mento à confinio maxillarũ decibiliter prominente: colore aquilino & liuido, nondum (sicut ei postea contigit) cardiaco: vultu mitis: manibus pulchris: teretibus digitis, & habilibus ad scribendum. Præterea planeta super dalmaticam castanea: euangelium in sinistra: modus crucis in dextra: pallio mediocri, à dextro videlicet humero sub pectore super stomachum circulatim deducto: deinde sursum per sinistrum humerum post tergum depositio, cuius pars altera super eundem humerum veniens propria rectitudine non per medium corporis, sed ex latere pendet: circa verticem verò tabulæ similitudinem, quod viuentis insigne est, preferens, non coronã. Ex quo manifestissime declaratur: quia Gregorius dũ adhuc viueret, suam similitudinem depingi salubriter voluit, in qua posset à suis monachis non pro elationis gloria, sed pro cognitæ districtionis cautela frequentius intueri. Vbi huiusmodi distichon ipse dictauit:

Christe potens domine nostri largitor honoris,
Indultum officium solita pietate guberna.

LXXXV. Ibi etiam iam tempore Petri archidiaconi, & Ioannis œconomi Saturninus monachus dextera læuáque Gregorij beati effigies sanctorum apostolorum quemadmodum modò videntur depinxit. Quo scilicet nonnunquam diuinitus candela succenditur, & in eiusdem similitudinis effigie pro regimine sui monasterij sæpe beatus Gregorius pręsentatur.

LXXXVI. Nam vt pauca de multis contingam, leonis quarti pontificis tempore, cum Megistus Ostiensis episcopus & apostolicę sedis bibliothecarius eidem monasterio præesset, Ioannes presbyter eiusdem præpositus cum quadam fœmina turpiter viuens, vehemẽtissimo podagræ dolore correptus est: qui medicorũ manu cauteriatus, per exustionis vulnus calcem cœpit effundere. Quam restringere nullis artibus pręualens, in tantã desperationem perductus est, vt ab omni illius fœminę visitatione desisteret, & illa sibi alterum sub eodẽ facinore copularet. Sed post annum presbyter ad pristinam sanitatem reuertens, quanquam propositum sibi fuisset, vt vlterius nullam contingeret, ad eandem tamen misso nuntio futuro die dominico se redire professus est. Quo recepto, vbi suo desiderio votum quoque mulierculę conuenire gauisus est, ad balnea processit. Vnde reuertens, tantum lętitiæ potionibus, & cantionibus se dissoluit, vt subrepẽte somno interesse nocturnis cum fratribus nunquam potuisset officiis. Eadẽ nocte cuidam presbytero & monacho beatus Gregorius in somnis apparẽs ait: Surge & dic prępposito vt pœnitentiam agens, peculium suum quod eum aggregare non puduit pro peccato conscientiæ suæ, dispergat: quia die tertia funditus extinguetur à vita. Quod præpositus vt audiuit, vehementer expauit. Et quia Gregorij mandato incredulus esse nõ poterat, pœnitentiam cœpit: cunctáque sua sanus distribuens, tanto febris ardore correptus est, vt à diluculo diei tertij vsque ad horam tertiam cum ingenti fragore præ incendio linguam ab ore percutiens, vltimũ flatum protraheret. Quem presbyteri tam duriter laborare videntes, deputatis illic monachis cum psalmodiis eius exitum commẽdarunt: ipsi pro eo omnipotenti deo studuerunt solennes hostias immolare. Sed monachi psalmodiam deserentes, non timuerũt inter se morienti fratri detrahere: cum ecce presbyteri à missarum solenniis circa horam septimam remeantes, Ioãnem presbyterum, quem incredibiliter cum morte luctantem reliquerant, leuius se habere mirati sunt: eúmque nominatim clamare cœperunt. Mox ille oculos subridendo concutiens, Parcat, inquit, vobis dominus fratres: quare me sollicitare voluistis? Qui ab ipso huius diei principio vsque nunc coram Christo præsidenti multis milibus angelorum cum diabolo ad iudicium steti: & adiuuantibus me sanctis Andrea & Gregorio cunctis eius obiectionibus bene respõdi. Sciatis autem quia monasterij sextarium, modium, libram, consuetudinem eleemosynarum & luminum, omnêmque mensuram curiosissimè Christo quærenti vsq; ad scabellum pedum eius portaui. Sed de vna obiectione fateor cõuictus erubui, de me quanimium (sicut vidistis) laborãdo vexaui, & me adhuc liberare non potui. Cúmque fratres de ea requirerẽt, ait: Non audeo dicere, quia quando vos me clamastis, & à sancto Gregorio redire iussus sum, vt vobis etiã de mensuris & consuetudinibus monasterij ponerem rationem, diabolus questus est, putans quòd me pater ad pœnitentiam remisisset. Quapropter beatum Gregorium vadem dedi, ne commotam calumniam cuilibet reuelarem. Illis imminentibus & se pro eo deprecaturos deum promittentibus vt causam fratribus reuelaret defunctorum quorundam domos & viuentiũ merita proferebat, dicens. Omnia in quibus mihi detraxistis fratres audiui: quanquam respondere nequiuerim: & impedimentum mihi non modicum generastis: quia tam à vobis quam à diabolo sub vno tempore accusatus, nesciebam cui calumniæ respondere. Sed si quando quemlibet migrantem videritis, compatimini sorti communi, & nolite de eo iudicare, qui ad tam districti iudicis cum criminatore suo iudiciũ vadit. His expletis cũctos iubet abscedere: solum presbyterum qui sibi mortẽ prænuntiauerat, secũ tenens.

Qui

Qui solus remanere pauescēs, alterum secum tenuit, hortatus vt causam pro qua conflixerat, saltem sibi pā dere non timeret. At ille vehementer ingemuit, & cōuerso ad parietem capite clamabat dicens: O Andrea Andrea, hoc anno pereas, qui me prauo consilio ad periculum compulisti. E vestigio Zacharias medicus, qui anno præterito ad suos, videlicet Sarracenos, apostatando reuersus est, adfuit: tactisque temporibus iurare cœpit presbyterum ex eadem valetudine minimè moriturum. Quem languidus vt audiuit, cum ingenti animaduersione repulit, dicens: Fratres, iam omne corpus meum est mortuum, in extremis faucibus spiritum permissum retineo, continuò moriturus. tātùm psallite, vt reuideam angelos quos videbam, & innuens vobis ostendā. Quibus orantibus totus cœpit tremere, pallescere, sursum desiderāter aspicere: cum spiritus aduentare conspiciens, reuolutis terribiliter oculis, monachis innuit, & abscessit: eósque tanto terrore perculsos dimisit, vt multis noctibus soli iacere timuerint.

LXXXVII. Eodem die (sicut postea deprehensum est) eodémq; momento quando presbyter moriens Andreæ periculum fuerat imprecatus, idem Andreas, fundi Barbiliani, positi scilicet via Ostiensi, cōductor, in lectulum decidit: in quo per multum temporis *continuo languore* correptus, ita totus *emarcuit, vt omne corpus* eius particulatim *videretur* dissolui. Cumq; defluentibus *carnibus consumi* posset, mori autem non posset: vxor quæ fœtorem vulnerum, virique cruciatus iā sustinere non poterat, intellexit tanti languoris incōmoda sine diuinæ vltionis sententia hunc nullatenus incurrisse. Quem flendo curauit inquirere, vt quoniam à moriente præposito frustra vocari non poterat, quid cum ipso commiserat, vt monachis reuelaret, si forte dominus eius confessionem recipiens, eum à tantis cruciatibus liberaret. At ille malum cognoscens quod fecerat, latêre non posse, monasterij monachos conuocari rogauit: eísque confessus est cum eodem præposito quasdam monasterij chartulas rapuisse, ac receptis preciis extraneis tradidisse, sèque certum existere, quia pro hoc flagitio mori nō posset, quousque hoc coram omnibus reuelaret. Quod videlicet verum fuisse, rei exitus euidenter ostendit. Nam mox vt tantum facinus cunctis innotuit: is qui dudum mori volens non poterat, inter verba suę confessionis efflauit. Quem idcirco deus omnipotens diu cruciari voluit, mori autem donec reatum suum confiteretur, non post se permisit, vt exemplo sui cruciatus ostenderet quid consumptores rerum Gregorij de semetipsis vtique sperare debuissent.

LXXXVIII Ipsius quoque pontificis tempore eiusdem patris monasterio Athanasius præfuit, vir quidem castitate conspicuus, & sui monasterij cautissimus executor. Qui cum seruientis inopiæ tempus agnosceret, ne monachis necessitas fortasis incumberet, quadraginta pauperum quos beatus Gregorius pasci semel in anno decreuerat, refectionem subduxit Quod impune se fecisse perpendens, etiam duodecim pauperum totidem denarios, qui die depositionis beati Gregorij pro cōmemoratione duodecim ab eo quondam inuitatorum, quorum tertiusdecimus angelum se esse professus est, consuetudinaliter pascebantur, penitus intercepit: cum eiusdem quadragesimæ tempore beatus Gregorius eidē presbytero, cui suprà & monacho, in somnis apparuit, dicens: Vade & dic œconomo, quia diminuit consuetudinem quam ego constitui, dominus quoque eius dies diminuit. Quod œconomus vt audiuit, primò quidem contremuit, post verò tanto minus credidit, quanto vitam suam longius cognoscebat extendi. Et ecce sub ipsis albis paschalibus in oratorio sancti Seuerini cum fratribus vespertinis adsistens officiis, ardere parietem vidit, quem fratribus extinguere imperauit. Quibus hunc vinolentum credentibus ipse tandem ferulam quam tenebat proiiciens, manúsque per parietem circunducens conabatur foris flammas extinguere, quas constabat intima eius depascere. Denique tandem ad hospitium rediens, tantæ febris ardore succensus est, vt peruenire ad diem septimum nullatenus potuisset. Quia ergo dum consuluisse putauit se monachis, pauperibus nocuisse non timuit, ac per hoc quo se placare posse Gregorium credidit, prorsus offendit: frustra flāmas parietis extinguere voluit, qui tenacitatis suæ flammas extinguere recusauit.

LXXXIX. Eodem nihilominus tempore post absidem oratorij sanctæ Marię semper virginis oratorio sanctę Barbarę vbi Gregorius laudes domino celebrare solebat, coniuncto, dæmon apparuit, sibíque in antro quod illic cernitur, hospitium faciens, nocturnis horis tanto crepitabat fragore, vt omnia fundamenta monasterij putaretur conuellere. Nonnunquam equos de stabulis auferēs audiebatur tota nocte discurrere: quorum duos præcipitio demersisse probatus est. Cúmque pauore tanti sonitus monachos à triclinio in quo ad auram propter feruorem caumatis iacere solebant, penitus auertisset, vnus eorum confisus in virtute Dei omnipotentis ante foramen decumbens oratione facta cœpit dormire. Cui dæmon in similitudine catti apparuit: eúmque vnguibus est aggressus discerpere. Quo monachus oratione repulso, identidem sopori se tradidit, cum subitò dæmon in similitudine cuiusdam Aethiopis lancea minando apparuit, dicēs. Ego quidem hinc vado, sed te vulneratum dimitto. Quo dicto lanceam vibrauit, monachúmque sicut videbatur) in somnis percussit. Qui tantis clamoribus eiulauit, tanquam si re vera percussus extiterit: accurrentibúsque monachis, licet pauidus, quod viderat indicauit, & deinceps ibi vlterius dæmonium nō accessit.

XC. Benedicti quoque pontificis tempore Lucido, Ficulino episcopo eidem monasterio præminente, cum pestilentia faucium multitudo cotidie maxima deperiret: idē monachus præclusis faucibus venit ad mortem: cui desperanti beatus Gregorius in somnis apparuit dicens: Vis sanus fieri? At ille respondit se velle. Et beatus Gregorius, si mihi, inquit, promiseris ea quę tibi dixero, fore dicturum, scito te esse sanandum: sin verò, citius moriturum. Cúmque ille se dicturum tota certitudine promitteret, audiuit, Ito denuncians, Sabæ, Ioanni, Benedicto, Aiartino, Palumbo & Antonio monachis, Laurentio coco, Gemmoso carpentario, Accepto pistori, Andreę Romano, & Leoni laicis, quoniam à crastino incipientes omnes diatim se moriendo subsequentur. Post quorum decessum denuntia Lucidum episcopum qui tenet id monasterium, die septimo moriturum. His dictis, monachum oscitare præcipiens, duos digitos in faucem coniecit: vulnúsque disrumpens vt excrearet iniunxit. Ille tussiēs, partem coagulatam sanguinis in modum lapidis re vera proiecit: & ab ipsis penè mortis ianuis liberatus, eadem nocte cōtra spem omnium matutinalibus

hymnis

Universidad de Deusto Biblioteca

hymnis interfuit. Mirantibus fratribus, ſanitatis ſuæ modum innotuit: quos quando & qualiter ex monaſterij familia morituros præuiderit, indicauit: deſola interim epiſcopi morte dubitando conticuit. Et è veſtigio in cunctorum morti deputatorum auribus volans fama diſcurrit: & dum ex relatione monachi ſe morituros certo die cognoſcerent, diſpoſitis ſuis reculis, ita ſe in mortem ſecuti ſunt, ſicut fuerãt in ſomnio nominati.

XCI. Cúmque presbyter & monachus Lucido epiſcopo tam dirum nuntium reuelare timeret, tacere autem penitus non auderet: monaſterio ſe tandem proripuit, & ad domum epiſcopi non longè à flumine Tiberi regione videlicet iuxta baſilicam Ciri & Ioannis poſi tam, ſomnium nunciaturus acceſsit. Quem ſcilicet vbi eum pontifice in palatio prandere cognouit, expectans redeuntem, ſacerdotalibus veſtimentis indutum, colore fulgidum, valetudine quoque ſaniſſimũ, ſalutare curauit. Cui epiſcopus ait: Iam nunc in tota vrbe pro diuino haberis, quia de his quos morituros prænunciaſti, ſolus vnus remanſit. At ille, Vtinam ſicut & ille quem viuere putas, defunctus eſt: ſic ipſe qui hunc ſequi prædictus eſt, exiliret. Cúmque epiſcopus de eo tota curioſitate requireret, & monachus dicere palpitaret, tandem vbi die ſexto ſe moriturum cognouit, expalluit atque contremuit: reſumptísque viribus frenduit: quem redire volentem retinuit. Interiora cubiculi peruagus penetrauit: paulatim ſibi fauces dolere perſenſit. Deinde ſibi tacto pulſu, mox febris ſigna cognouit: monacho credidit: domum ſuã diſpoſuit: ad monaſterium cui præerat, eiſdem infulis redimitus, quibus à patriarchio reuerſus fuerat, venit. Secunda feria cunctis tam ſubitam conuerſionem mirantibus monachicum habitum ſuſcepit: & paulatim ingraueſcente moleſtia, ſextæ feriæ diluculo ſubdormiuit. Ac denuo ſuſcitatus apparuiſſe ſibi ſanctum Andream apoſtolum, ſeque circa horam tertiam vocãdum eſſe, ſibíque præceptum perhibuit, vt quia ſuæ mortis expectatione ſuſpenſi monachi, ſancti Fabiani munia ſolita celebrare non poterant, mox corpus ſuum ſepulturæ traderent: Acceptis à ſe cereis ac thymiamatibus ad peragenda ſolennia feſtinarent. Hora itaque tertia epiſcopus lętus defungitur, vt in ipſa vultus eius lætitia conuerſio ipſius deo fuiſſe placabilis cunctis videntibus monſtraretur.

XCII. Eodem tempore Germanus cuiuſdam monachi mentis inſaniam paſſus eſt, ita vt humana conſortia fugiens, multo tempore peruagus per cryptas ſolitarias, & cœnoſa monumenta diſcurreret. Cuius inſaniæ frater nimium condolens, cotidie ſanctum Gregorium profuſis lachrymis precabatur, vt ſibi fratrẽ ſoſpitem reddere dignaretur. Itaque cum nocte quadam poſt huiuſmodi fletus quieſceret, beatus Gregorius apparuit ei dicens: Videns lachrymas tuas, ſuſcepi orationem tuam: & ecce germanum tuum tibi hodie ſanum reducam. Et hoc tibi ſignum, quia ſtatim vt dies illuxerit, iuſſu pontificis presbyter qui hic incluſus eſt extrahetur. Qui ſurgens matutinali tempore fratribus indicauit. Forte tunc idẽ presbyter Campanus de loco qui Clauſtrum non longè à Terracina vocatur, vbi à ſuis pro quodam crimine accuſatus in eodem monaſterio tenebatur, & temporibus multis labentibus à ſuis accuſatoribus iam cõtemptus, à ſuis cunctis fuerat in obliuionem deditus, cum nullum propinquum, nullum in vrbe cognitum habere potuiſſet, qui de eo põtifici ſuggeſsiſſet, & monachi quidem pro eo ſatagerent, ſed proficiendi aditum nõ haberent: pontifex diuinitus recordatus eiuſdem, diluculo hunc ab ergaſtulo iuſsit extrahi, liberúmque dimitti. Nec multò poſt monachi frater ita ſanus reuerſus eſt, vt videretur hactenus in eiuſdem patris monaſterio tanto fidelius deſeruiſſe, quanto ſe illius adminiculo meminit ad priſtinam ſanitatem remeaſſe. XCIII.

Reuerendæ quoque memoriæ Nicolai pontificis tempore, regimen eiuſdem monaſterij Zacharia ciuitatis Anagninæ præſule ſicut hodie ſupereſt procurante, fundum Barbilianum cuius ſuperius feceram mentionem, pro incolarũ ſceleribus dęmon aggreſſus eſt: & in ſimilitudine taurelli de pratis mugiendo ad domum recurrens, inuiſibiliter ſuis corniculis virum ſentiebatur noctu percutere: bouésque à præſepiis extrahens, per contiguos campos, & compita curſu velociſsimo fatigare. Cumque hoc diutius faceret, crebróque ruſticis noxius immineret: huiuſmodi percuſſionibus ſaxulum quendam eiuſdem prædij conductorem affligendo diſperdidit. Deinde bubulcos aggreſſus, tanta cęde perdomuit, vt intra trium mẽſium ſpatium neminem illic præter vnum tantum Vrſellum nomine, quem ſimiliter affligebat, reliquerit. Qui Romam veniens, dum tantæ cladis periculum fratribus indicaret, interrupto ſermone monaſterij portis egreſſus eſt: & obſtupentibus monachis non niſi mane facto reuerſus eſt. A quibus curioſe diſcuſſus quonam ſe pridem tam ſubita velocitate proriperet, confeſſus eſt dicens: Dum vobis inſaniam dæmonis reuelarem, taurellus adfuit, anterioribúsque pedibus me complectens, ac ſuis corniculis tundens, ante ſe cœpit minare, & tota nocte me ſubire muros coëgit & arbores. Cúmque nouiſsimè per pontem me conaretur demergere, de complexibus ipſius exilui: eumq; toto conamine fugiens: ad portas quas Euthymius œconomus fecerat monaſterij huius perueni: quas clauſas inueniens, ambabus manibus ambos eius anulos apprehendi: & dum ab eis me luctaretur auellere, quidam caluus pontifex obliquo latere ſe inter portarũ rimas excutiens, ferula caput taurelli percuſsit: eumq; in fugam compellens, me ab illius perſecutionibus liberauit. Ergo dum incolæ deperiſſent, & nullus ibidẽ habitator accederet, ac per hoc monachi pro deſolatione loci ſatagerent, cuidam eorum Gregorius in ſomnis apparens iubet, vt ſi dęmonem à monaſterij fundo voluiſſent repellere, ab oratorio ſanctæ Martinæ in eodem fundo vſque ad oratorium ſanctæ Mariæ ibidem in dominico conſtitutum, fratres cum litaniis aquam ſpargentes exorcizatam procederent. Quo facto ita dæmon ab omni monaſterij fundo repulſus eſt, vt poſtea per confinij limites ore naribus atque oculis flammas eiicere, porcósq; cogere à ſubulco notatus ſit: ſed intra fines monaſterij nunquam intrare permiſſus.

XCIIII. Alio quoque tempore Tetgaudus quondam Treuerenſis epiſcopus qui cum Guntario Agrippinæ Colonię epiſcopo à reuerendę memoriæ Nicolao fuerat ſacerdotali priuato officio, liberalitate Adriani pontificis in eodem monaſterio manſionem ſuſcepit. Cui beatus Gregorius in ſomnis apparens, maximum terrorem, quo de ſuo monaſterio concitus egrederetur, incuſsit. Ille perpendens viſum fuiſſe phantaſticum, oratione facta rurſus dormire cœpit. Cui Gregorius pontificali habitu redimitus apparẽs: Nónne, inquit, dixi

dixi tibi vt à monasterio meo, quod in rebus propriis per inuocationẽ sancti Andreæ apostoli domino dedicaui recederes, quia diuersorium fieri nullo modo licuisset: Cunque Tetgaudus hospitãdi sibi licentiam suscepisse se à pontifice respondisset, Gregorius ait: Et tu qui petisti, & ille qui dedit, vtrique cõtra deum fecistis, cuius vindictã citius incurretis. Euigilans Thetgaudus intremuit, & facta oratione sopori se reddere voluit, cum repentè veniẽtium sonitum audiens expauit, sèque dormire simulauit. Appropinquans ergo Gregorius sanctum Andream Apostolum per dexteram tenens, præcepit subdiacono qui se præibat cum lumine, dicens: Corripe eum: Qui dum correptus in lectulo clausis oculis resedisset, Gregorius ait: Aspice in nos. Intuitus in eos Thetgaudus magis intremuit: eúmque sibi taliter comminantem audiuit. Quia secundo commonitus verbis oris mei, credere noluisti. & me tua inobedientia adeò prouocasti, vt hunc apostolum dei huc fatigare studuerim, scito cognoscens, quia nisi hodie ab hoc monasterio meo recesseris, futura hebdomada cum tuis omnibus vita priuaberis. Si verò recesseris, ab hac quidem momentanea sentẽtia liberaberis: sed neque tu neque aliquis hic tecum degẽtium suam patriam reuidebit. Mox Thetgaudus lectulo se proripuit, & primo *suis, deinde monasterij* monachis, postremo *quibuscunque potuit somnium* reuelauit. *Et quia aliud hospitium citius* à pontifice impetrare *non potuit*, apud Sabinos consedens eodẽ anno cum suis omnibus vita priuatus est.

XCV. Eodem quoque tempore Suppo Piceni comes ibi applicuit: qui monachis quidem plurimam dapsilitatem ostendit, & in rebus tam venerabilis monasterij vsurpationem suorum prohibuit. Huius familiaris quidam nomine Faraldus existens, siquando Suppo ad palatium processisset, fornicarias illuc detestantibus monachis non verebatur inducere, atque cum eis comessationes & saltationes illicitas celebrare. Idémque noctis principio secessum petens, à spiritibus immundis in aëre per capillos apprehensus est. cúmque tota nocte pendens vocis officium non haberet, matutinalibus horis beatus Gregorius ei videndum se præbuit, dicens: Inimice dei, non sufficiunt tibi alia mala quæ in meo monasterio peruicaciter perpetrasti, nisi insuper scenicas meretriculas in claustro monachico tanquam in theatro conducas? Crede mihi, hoc anno peribis. Tunc ille magnis cœpit viribus pœnitentiam supplicare, & de cætero plenam correctionem promittere. Continuò Gregorius iussit eum dimitti. Qui ad terram decidens, quia corrigi noluit, eodem anno veram fuisse Gregorij sententiam moriendo probauit.

XCVI. Eiusdem comitis homo sub alio tempore Indulfus vocatus est: cui dum cocus pro comparãdis lignis denarios peteret, nullo modo potuit impetrare, sed nefario iure percepit licentiam, vt ategias & fenestras & vicini dormitorij tabulas aggressus diriperet, earũque ignibus sibi prandium præpararet. cum sequenti nocte idem Indulfus ad secessum pergens, cur monasterij tabulas tã petulanter incendi præcepisset, à quodam sene discussus est. At ille more Gallico sanctum senem increpans follem, ab eo quidem virga leniter percussus est: sed vir superbus tanto põdere lapsus est, vt semiuiuus humi decũberet. Eodem momento sub eadem specie cuidam clerico foris dormienti idem senex apparuit, dicens: Surge, & dic Comiti, vt ab hoc meo monasterio in quo diuersoriũ fieri omnino non licet, antè quàm me ad iracundiam puocet, saluus recedat. Ecce ego familiari eius mihi obnoxio, quẽ videlicet percussum ante secessum dimisi, congruã medelam refundam. Quem cum quis esset clericus requireret, ipsum se esse perhibuit, qui ex pictura quę eius lectulo præminebat, agnosci facilè potuisset. Statim clericus surgens lumen arripuit, & ex picturæ similitudine sanctum Andream apostolum sibi apparuisse cognouit. Itaq; ad Indulfum iacentem perrexit: cum semiuiuum iam reperit. Quem magnis eiulatibus clamare incipiẽs, tam comitem quàm cunctos qui sub eisdem domibus dormiebant, miserabili vociferatione venire coẽgit, & in faciem iacentis aquam suffundens, per inuocationem sancti Andreæ apostoli tãdem aliquando loqui fecit: atque cuncta quæ sibi reuelata fuerant, cum eo pariter Comiti reuelauit. Qui die facto monachos euocauit, quid contra sanctum Andream cõmiserit, querelabundus. At illi deletum dormitorium cocorum manibus ostenderunt. Cumque deo deuotus Comes eos vellet supplicio subiugare, cõfessi sunt se illud ædificium Indulfi iussionibus deleuisse. Pro cuius reparatione dum Comes monachis argentum voluisset tribuere, Sergius magister militum restitit, *promittens* se pro eo melius refecturum. Mox Comes humiliter à monasterij claustro secedens, ad domum Petri filij quondam Caroli cum omnibus suis concessit: neque vlterius in eodem monasterio hospitium sibi dari concessit. Indulfus verò in domo eiusdẽ Sergij magistri militum derelictus disperiit, sibíque sanctum Apostolum præualuisse suo ipsius detrimento monstrauit.

XCVII. Nuper Dominicus quidã presbyter, Zacharia episcopo, de quo prędatus sũ, Gregoriani monasterij curã gerente, prępositus extitit monasterij: qui carnis fragilitate corruptus, Eupraxiam quandam sanctimonialem à monasterio sancti Andreę apostoli quod appellatur cliuus Scauri, diripuit vel subduxit, & in regione septem viarum loco qui dicitur Vipera, collocauit. Cui cum corrupta sanctimonialis, quia latrinam & furnum contiguum non habebat, crebrò videretur molesta: infelix presbyter peccatum peccato connectens, vt meretriculæ placere potuisset, beatum Gregorium non recusauit offendere: cuius mirabilis imò saluberrimi fontis tegulas diripiens, secessum & furnum prostitutæ fœminæ non erubuit fabricare. Quibus peractis, cum sequenti nocte iam securior à querelis lasciuæ mulieris in eadem domo dormiret, vidit duos quosdam terribiles cubicularios se ligatis manibus ad venerabile monasteriũ reducentes. Quos interrogans cuius prędecepto sibi talia facerent, audiuit hoc Romanum pontificem præcepisse. Forte tunc Ioannes sanctæ sedis apostolicæ pontifex contra Sarracenorum incursus littora peragrabat: cuius absentiæ ligatus presbyter recordatus, increpãdo subiũxit: Dõnus Papa pridie contra Sarracenos perrexit, & vos quomodo dicitis quòd ipse me ligari iusserit, qui eũ postea non vidistis? At illi dixerunt: Si Ioannes Papa hinc abiit, sanctus Gregorius hic remansit, qui monasterij sui claustra solito more perlustrãs, à te suũ fontẽ reperit dissipatum, & nos ex eius tegminibus tuæ meretriculę furnum ac necessarium vidimus coopertũ. Quod presbyter vt audiuit, erubescens intremuit: eorúmque violentia se in corte monasterij teneri cõspiciens, quendam subdiaconum ab intimis egredientẽ,

atq;

atque cubiculariis dicentem audiuit: Extendite eum, & cum quadraginta rubricis ventrem, totidemq; dorsum fornicatoris atque sacrilegi presbyteri verberate. Quarum doloribus re vera presbyter iam febricitans, excitatus ad monasteriũ caballo impositus, dextra læuáq; ab aliis sustentatus recurrit: reatus sui sentẽtiam fratribus indicauit: inuisibilibus verberibus sub febris specie laniatus. Cunque interrogaretur cur hoc tã frequenter repeteret, dicebat se sub* hac miserabili voce defunctus est. Siquidem plurimis documentis probatum est in eodem venerabili monasterio fornicationis cõtagiõe pollutos diu subsistere omnino nõ posse.

* *hic nonnulla desiũt*

XCVIII. Quo scilicet hactenus libra omnisq; mẽsura quam idem beatus Gregorius instituit, cum modio reseruatur: de cuius mensura siquis ad opus monasterij panes velit efficere, triginta & quinque fiunt, singuli duntaxat trium librarum, si quis verò ad opus alterius, ad eundem numerum nunquam pertingit. Quod cum præfatus Zacharias episcopus pro certo vellet addiscere, pro celebranda festiuitate beati Andreę apostoli decem modiorum tritici mẽsuram pistoribus dedit: è quibus pro vndecim modiis multiplicatos obstupescentibus eisdem pistoribus, panes recepit: qui vtique sollicitè prius dinumerantes, si superfluos aliquot inuenissent, sibi proculdubio reseruarent.

XCIX. Sanè quam frequenter beatus Gregorius tam illic quàm in apostolorum basilicis, necnõ in patriarchio nunc exhortans innoxios, nunc verò deterrens obnoxios in ipsa suæ cognitionis effigie appareſcat, quia nunc narrare non valeo, hic huius operis adminiculante domino terminum facio: & reliqua eiusdem patris miracula post me doctioribus memoranda relinquo. Cuius nimirum venerabile meritum quousque mundi huius orbita voluitur, vt cum Paulo viro diserctissimo fatear, semper accipiet incremẽtum: quia ipsius sine dubio gratiæ ascribitur, vel q̃ Ecclesia noua semper sobole fœcundatur, vel q̃ illius doctrinis multi per peccatum elongati, ad Christi clementiam reuertũtur: vel quòd boni quiq; ipsius suasionibus inflammati cœlestem patriã desideranter inquirunt. Ecce studiosè pontificum, iussionis tuæ virtute coactus, dum quędam gestorum beati Gregorij prędecessoris, Saxonum videlicet gẽtis apostoli, defiorare desidero, virum descripsi rhetoricum scriptor ignarus. Sed deprecor vt ea curiositate qua me dudum hæc decerpere iusseras, ad omnium (sicut cœpisti) facias peruenire notitiã: vt in eo quod sacrosancto vestro iudicio placuisse me gaudeo, nulli penitus diiudicandus addicar, quin potius iudicaturus inueniar.

C. Siquidem nuperrime quando hunc quartum librũ cooperante domino claudere gestiebã, nocte qua dominicę resurrectionis dies venerabilis illucescebat, in somnis describens, quidam sub effigie cuiusdã veteris insidiatoris palàm videndum se præbuit, & candidissima tunica simulq; tenuissima, cuius nimirum raritate nigredo subterioris tunicę extra lucebat, sacerdotaliter insignitus mox propius astitit, & inflatis buccis risum cõtinere nõ potuit. Cui dũ curulem prẽparare cogitarem, hunc supra modũ cachinnãtẽ conspiciens, cõpellare videbar, quamobrem nocturno silentio tã petulanter vir officij grauioris perstreperet. At ille, quia, inquit, tu scribis de mortuis, quos viuentes aliquando nunquam vidisti. Cũq; ego tantò me veracius scribere, quanto incognitum facie, nõ autem incognitũ lectione, sine vllo liuoris, vel adulationis vitio retulissem, respõdit: Tu, sicut video, quod voluisti fecisti: at ego, quæ facere potero, nõ cessabo. Hæc dicẽs lucernæ flãmas cuiuis lumine forte fruebar, prorsus extinxit: & lychnum totum quidem extinguere nõ potuit, me tamen in tenebris constitutũ ita perterruit, vt putarẽ me gladiis ab eo protinus iugulari: cũ post paululũ de speranti mihi beatus Gregorius comitante secũ dextrorsum reuerẽdæ memorię Papa Nicolao, sinistrorsum verò (sicut mihi videbatur) Petro suo diacono, multo lumine clarificatus apparuit, dicens: Modicę fidei, quare dubitasti? Cui dũ ego priori pauore perculsus respondere non possem, beneuolus mihi pater Nicolaus latentem aduersarium post cortinam quæ tũc meum lectulũ circundabat, digito manifestans, quia, inquit, hic inuidus lucernę ipsius flammas quantum in se fuit, extinxit. Mox Gregorius manũ diaconi qua magnam facem tenere videbatur, arripiens, eiusq; flãmis os faciẽq; petulantis exurens: ad instar Aethiopis denigrauit. Qua exustione paruissima scintilla defecẽdens, candentẽ tunicam dicto citius cõflagrauit: sicq; nigerrimus totus apparuit. Cũq; diaconus diceret satis aduersariũ denigratum, beatus Gregorius, nos, ait illũ nõ denigrauimus, sed nigrũ fuisse monstrauimus. Deinde infortunium meum diuersis cõsolationibus exhortans abscessit: & facere quidẽ secum detulit, sed tanto lumine locum in quo dormiebam, re vera fulgentem dimisit, vt expergefactus pueros ante me dormientes crebrius inclamarem: nec ante quicquam sub graui sopore quoquo modo responderẽt, aut surgere potuissent, quàm relictæ lucis copia paulatim se subtrahens, penitus effluxisset. At de his deus viderit: ego tamen diuinę spei fiducia roboratus, quia Gaudericus episcopus Veliternus expostulat, ad Clementem Romanę sedis antistitem suffragante domino stilum cõuertã: quatenus q̃ cõtinuis infortuniis tenuat⁹, amicis meis à quib⁹ vtcũq; sustẽtor, meritũ repẽdere nequeo, saltem verba quę valeo minimè denegasse cognoscar.

Explicit liber quartus Vitæ beati Gregorij Romani pontificis.

SVscipe Romuleos pastor venerande triumphos
Gregorij sancti susceipe gesta tui
Qui nituit factis, verbis, scriptísq; beatis,
Vt iubar auricomi solis in orbe fuit.
Forma, decus, speculum tibi sit via, vita per æuum,
Si cupis æternum ferre sacerdotium
Nam qui non huius sequitur vestigia præsul,
Ante deum præsul non erit, imò pecus.
Hinc Psalmista canit hominem simulare caballis
Ignauum stultis, qui sub honore perit.
Nocturnum dedimus sancto cantumq; diurnum,
Carminibus clarum concinimúsq; virum,
Redde vicem scriptor seruans cola, cõmata, puncta:
Ne tua mendosum pagina seruet opus.
Dissimilis cunctis vox, vultus, vita, voluntas,
Mens sociata bonis, dissociata malis.
Ludere me libuit variabilis ordine campi:
Postquam prosa fugit, musa iocosa redit.
Hæc mihi tu tribuis doctor precioſe Gregori,
Qui bona das famulis, sed mala nulla tuis.
Vestitus cœpi, nudus tua numina dixi:
Indue me factis velleribusq; tuis.
Et quia mortalis desunt commercia carnis,
Da mihi sub pedibus posse iacere tuis.

BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI
in laudem D. Gregorii papæ epigramma.

CVrrite pastores ouium, quæ pascua tondent
Cœlica, quæ Christi fontes, & flumina potant
Currite, Gregorius Romanæ maximus vrbis
Pastor adit superos, totus lætatur olympus.
Hæc Martis bissexta dies, iam duxit Apollo
Frigore ab hyberno meliora ad sydera currum.
Insignis pietate pater fugitiua relinquens
Gaudia, & ad cœlum nixu conuersus anhelo
Vela dedit, nostroq; ratem de littore soluit.
Nomina, rura, domos, terrena peculia vendens
Emit opes immortales. patrimonia factis
Grandia cœnobiis (meminit Trinacria Roma,
Helia ab antiquis Luza appellata) reliquit.
Sic diues, sic factus inops, & viuere adortus
Cœlestem vitam in terris consortia Diuum
Emeruit, sicut quando sub imagine Nautæ
Naufragium passi matris cratera recepit
Angelus, & rursum quando inter prandia finxit
Nunc iuuenis, nunc ora senis, cum sacra litanti
Ante oculos Romæ diui responsa dederunt.
Et cum Romanæ post tot crudelia gentis
Funera Cæsarei residens in mole sepulchri
Angelus abscondit rutilantem cæde machæram.
Altus erat, fecit se humilem, potuitq; putari
Decoxisse, tulit piceo vestita cucullo
Tempora, purpureas vestes pertęsus, & aurum,
Sed quantò magis ima petit, tantò altius alis
Præpetibus fertur virtus: est lucida quanquam
Non velit, apparet, solíque simillima mittit
Per rimas tenues radios, sęque indicat ipsam.
At quid opus multis? Petro succesit, & alto
In solio residens fastum nesciuit, & ægra
Mente tulit summum tanquam graue põdus, honorẽ.
Ore, manu facundus erat. monumenta supersunt
Plurima, fatur adhuc, nec fari desinet vnquam.
Hic docuit cantare choros, melicísque animauit
Verba notis, sacrísque dedit formámque, modúmq;.
Composuit mores hominum, sua secula fecit
Sancta, sacerdoti decus vsque in sydera misit.
Sancte Pater cymbæ, cuius proreta fuisti
Atque gubernator, faueas, Scyllam, atque Charybdim
Nunc legit, aduerso Syrtes nunc remigat Euro.

INDEX OPERVM DIVI GREGORII PAPAE.

Primo tomo hæc insunt.

In Iob, Expositionum moralium libri XXXV.
Pastoralis curę liber vnus, in tres sectus partes.
De vita & miraculis patrum Italicorum: & de æternitate animæ, Dialogorum libri IIII.

In secundo tomo habentur hæc.

In Cantica canticorum expositio.
In Ezechielem prophetam, homiliæ XXII.
In diuersas euangelij lectiones, homiliæ XL.
Expositio in septem Psalmos pœnitentiales.
Epistolarum, ex regístro pontificatus eiusdem collectarum, libri XII.
In primum Samuëlis (qui & regum primus dicitur) variarum enarrationum libri VI.
Scripsit vero & alia nonnulla D. Gregorius, vt Ioannes de Trittenheym testatur, scilicet in quinque libros Moysi, in libros Regum, in Prophetas, & alias scripturas sanctas, quæ post ipsius mortem nõdum in publicum data, æmuli eius nequissimi, gloriæ vi delicet sancti viri inuidentes, igne perdiderunt, sicut Ioannes Diaconus in vita Gregorij conqueritur.

Si non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur. Apoca. 3.



Μακάριος ὁ γρηγορῶν καὶ τηρῶν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἵνα μὴ γυμνὸς περιπατῇ.
Apoca. 16.

שמרוני חסיד כי־אמוני נצרים
Psalmo 12

Μακάριοι οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι, οὓς ἐλθὼν ὁ κύριος εὑρήσει γρηγοροῦντας.
Luc. 12.

Index egregie di-

CTORVM, ET SEN-tentiarum, quas materias vocãt, in omnia opera Diui Gregorii papæ, cognomento Magni, iam recens & collectus denuo & impressus.

Universidad de Navarra Biblioteca

Aaron.

AARON & Vx manus Moysi orantis sustinẽt. tomo.2.folio. 318.D E

Abbas.

Abbas Prenestini mõtis eiusq; presbyter. tomo.2.32.M

Abbas mortuus sese vertit in sepulchro. tomo.2.33.A

Abbas nõ potest fieri quis ex presbytero vel diacono secularis ecclesiæ. to.2.173.H

Iuuenculæ non debent fieri abbatissæ. Ibidem.I

Abbas lapsus, post pœnitentiam loco suo restituitur. to.2.177.F

Pro abbatis vel monachi promotione, nullo modo grauentur monasteria. to.2.198.K

Nullus de alia abbatia debet eligi. to.2.201.F

Abbas solus debet ad ecclesiasticum, quem voluerit, eligere officium. Ibidem.F G

Abbatis conditiones. to.2.212.L

De abbate instituendo. Ibidem.

Abbas antè probandus quàm eligendus. to.2.220.K

Abbates de substantia sua postquam monasterium ingressi sunt, nihil possunt ordinare. tomo.2.227.C

Abbas ex dispensatione papæ potest res, suas alienare. Ibidem.E

Abbati, prius monacho non existenti, conceditur facultas disponendi res suas. Ibidem.

Abel.

Abel occidenti fratri restitisse non legitur. tomo.1.22.G

Abel agnum offerens, passionem Christi figurauit. tomo.1.174.A

Abel, Esaias, & Ioannes diuersis temporibus idem prædicauerunt. Ibidem.

Abies.

Abies quos repræsentet. tomo.2.11.K

Abigail.

Abigail viro suo Nabal ebrio culpam suam tacuit. tomo.2.11.G

Abner.

Abner & Azabel dissidium, quid signet. tomo.2.11.H

Abner, pater meus lucerna interpretatur. tomo.2.317.F G.

Abortiuus.

An abortiui saluentur. to.1.16.L

Abortiuum tanquam extinctum occultatur. tomo.1.22.F

Patres primi seculi abortiui dicuntur. tomo.2.22.F.& sequentibus.

Abraham.

Abraham peregrinus, amicus factus est deo. tomo.1.22.G

Quare Abraham vxorem suam in sepulchro duplici sepelinit. to.1.36.C

Abraham in sacrificio aues abigebat. to.1.95.K

Abraham duos filios habuit: vnum innocẽtem, alterum fratris persecutorem. to.1.123.M

Obedientia Abrahæ. to.1.158.A

De genere Abrahã nat⁹ est Caiphas. to.1.173.A

Abrahã tres vidit, & vnũ adorauit. to.2.109.F

Abrahæ sinus quid sit. to.2.133.C

Quare Abraham vocat diuitem epulonem filiũ. Ibidem.E

Absalon.

Absalon pax patris interpretatur. to.2.150.A

Absalon populum Iudaicum signat. Ibidem.

Absalon persequens patrẽ, quid signet. Ibidem.

Abscondi.

Abscondi deo nihil potest. to.2.186.B

Absoluere.

Modus absoluendi officium in altari sancti Petri. tomo.2.183.L M

Absolutio quando dicatur vera. to.2.116.M

Abstinentia.

Per abstinentiam non caro, sed carnis vitia sunt extinguenda. to.1.124.C

Discretio in abstinentia seruanda. Ibidem.

Abstinentia violenta gulæ desideria reprimit. tomo.1.180.A

Abstinentia nimia sæpe vitiũ generat. to.2.12.D

Abstinẽtia adeo parua est, quæ nõ nisi aliis virtutibus commendatur. Ibidem.E

Abstinentia sine eleemosyna paruũ prodest. Ibid.

Abstinentia à concordia non est separanda. tomo.2.13.E

Abstinẽtia per tympaniũ significatur. to.2.197.D

Abstinentia velut miles contra fornicationẽ pugnare potest, superare nõ potest. to.2.316.D E

Abstinentia ciborum sola non prævalet contra fornicationem. to.2.316.D

Abstinentia cum humilitate potest fornicationem superare. tomo.2.316.E

Abstinentiæ probatio nõ est in attenuatione corporis, sed perfectione castitatis. to.2.303.M

Abstinentiæ sacræ fructus & dignitas. Ibidẽ.K

Abstinentiæ & gulæ discordia. tomo.2.302.L M.& sequentibus.

Abstinentia & fornicationem minuit, & gulam frangit. tomo.2.310.L

Per abstinentiam corpus atterendo multos carnis motus eneruamus. to.2.304.M

Abstinentiæ gulæ fatigati ad gulam se inclinãt. tomo.2.302.K

Abstinentiam ciborum corporalium non habet qui mentem spiritualibus cibis non replet. tomo.2.310.L

Abstinentiæ dedita corpora gula præcipitare nõ cessat. tomo.2.302.H

Abstinentes.

Abstinentes cum serpente pugnant si gulam deprimere curent. tomo.2.301.L

Abstinentibus gula prævalet, cum eos sola curare carnalia facit. Ibidem.K

Abundantia.

Abundantia vituperatur. to.1.90.A.& sequẽ.

Abundantia superbiæ vicina est. Ibidem.C

Abundius.

De Abundio mansionario ecclesiæ beati Petri. tomo.2.33.C

Abundius mansionarius authoritate Petri paralyticam curauit. Ibidem.

Abyssus.

Abyssus corda hominum tenebrosa significat. tomo.1.108.F

Quid est diabolum religari in abysso. Ibidem.

Abyssum abyssum inuocare, est de iudicio ad iudicium peruenire. tomo.1.161.A

Quid sit abyssi faciẽ constringere. to.1.173.L

Accaron.

Accaron sterilis interpretatur. tomo.2.283.F.& 286.B

Accaronitæ interpretantur steriles. to.2.280.C D

Accedere.

Accedere ad dominum est voluntatem eius agnoscere. to.2.314.G

Accedendi ad deum consilio nil sanctius. to.2.314.H I

Accessus.

Accessus, recessusq; dei à mente nostra, non cognoscitur. to.1.53.D

Accipere.

Accipere aliquando auferre, & rapere significat. tomo.1.199.L

Accipiter.

Accipitris natura. tomo.1.183.E

Quid per accipitrem designetur. tomo.1.182.E F & 145.F

Accipiter quotannis pennam veterem mutat. tomo.1.189.L

Natura accipitrum, & domesticorum, & syluestrium. tomo.1.189 L M

Accusatio.

Accusationem propter promissiones deferens punitur. to.1.397.E

De eo qui promissione illectus ab accusatione destitit. Ibidem.

Accusantium personæ inuestigandæ sunt cuius conditionis existant. to.2.245.D E

Achab.

Achab rex, exigentibus meritis suis, dignus erat decipi. to.1.7.M

Achab reprobus, quia coram deo humiliatus est, meruit sentẽtiæ diuinæ reuocationẽ. to.2.72.F

Acheron.

Pontis fluminisque Acherontis descriptio. tomo 2.41.A

Quare domus iuxta Acherontem fœtebant aliquæ, aliæ vero non fœtebant. Ibidem.D

Actio. Actus. Actus.

Actio omnis huius mundi, mola est. to.1.33.I

Actionis tempus primum, est contemplationis extremum. tomo.1.36.I

Actionum meritum vitæ præsentis qualitas non probat. tomo.1.79.K

Actiones carnis sunt priores in corde reprobo. tomo.1.117.I

Actus boni considereturqualitas, figura, & quantitas. tomo.1.203.I K

Actamala & bona sunt abscõdẽda. to.2.99.M

Actuũ bonorum & malorum retributio districtissimè agitur. tomo.2.133.I

Adam.

Adam in tempore iustitiæ cõditus est. to.1.17.I K

Adam post culpam audacior exstitit. to.1.21.B

Adam mortalis & immortalis conditus est. Ibidem.F

Quare Adã in paradisum positus fuerit. Ibidẽ.

Primum Adæ peccatum. Ibidem.G

Si Adam non peccasset, filios gehennæ non generaret. tomo.1.22.F

Adam cum stare potuit, noluit. to.1.44.E

Adam præcepto cõditoris resistens prostratus est. to.1.51.L

Adam homo erat, non filius hominis. to.1.100.C

Adam interpretatur terra rubra. to.1.109.D

Duos filios Adam habuit: vnus electus, alter reprobus fuit. to.1.123.M

Adã post primũ peccatũ se abscõdit. to.1.130.M

Adam peccatum suum excusare voluit per mulierem, & mulier per serpentem. to. 1.131.A

Adam conditus fuit vt tempora illo manente decederent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cederent. to.1.144.M
Quare Adam post peccatum pudenda contexit. to.1.151.H
Quia Adam Deo subditus esse noluit, ius carnis subditæ, quam regebat amisit. Ibidem.
Adam dormiens nostrum silentium figurauit. to.1.179.L
Adam non acceperat mortem cõditus, quam accepit elatus. to.1.182.C
Quomodo Adam & Eua simul creati sint. to.1.193.D E
Adam suam voluntatem sequens eiectus est à paradiso. to.1.211.M
Adam triplici tentatione tẽtatus est. to.2.106.M
Quia Adam se confiteri culpabilem renuit, mortiferæ damnationis sententiam ad posteros misit. to.2.136.B
Adã & Euam vnusquisque habet. to.2.144.D
Adam vocatus est post meridiem. to.2.145.E
De anima Adæ in peccato mortua. tom.2.187.H
De anima Adæ, quòd in peccato mortua est. tom.2.197.K L
Anima Adæ, non substantia, sed qualitate in peccato mortua est. Ibidem.L
Adam per pœnitentiam ad vitam rediit. Ibidẽ.
Adam non furto, non rapina, nec adulterio, nec homicidio, sed inobedientia corruit. to.2.272.H
Adam vir non fuit ex congressione, qui fuit ex munere. to.2.254.L.

Adiutor.

Adiutores dei esse nolunt, qui de suo sensu alta sapiunt. to.1.100.E
Quomodo dei adiutores simus. Ibidem.
Adiuuare imbecillem, charitatis est: adiuuare velle potentem, elationis. Ibidem.
Qui sint adiutores nobis cõquirendi. to.2.122.M
Adiutores Paulus vocat discipulos. to.2.302.B.

Admonere.

Admonitiones 36. cum suis declarationibus incipiunt. to.2.7. vsque 17.M.

Admonitio.

Domini sunt diuersæ admonitiones. to.2.107.F
Non est contristandum de admonitione superioris. to.2.236.A
Triginta sex admonitiones cuiusuis status hominum. to.2.7.H. & seq.

Adolescentia.

Adolescentia bonis apta est operibus. to.1.70.B
Adolescentia pro nouitate vitæ ponitur. to.1.140.C
Adolescentiæ & iuuentutis peccata deflemus. to.2.124.B.

Adolescentulæ.

Per adolescentulas animæ sanctæ designantur. to.2.44.I
Per adolescentulas, vagas animas intelligimus. to.2.51.G.

Adoptio.

Nullus supernæ adoptionis gratiam nisi per vnigeniti cognitionem accepit. to.1.133.I

Adorare.

Adorant dominum reges & lubrici differenter. to.2.323.F G
Adorare quis dicatur. to.1.11.B & to.2.259.L M

Aduentus Christi.

Aduentus Christi ad iudicium. to.1.102.E F.
Horror aduentus Christi ad iudicium. Ibidem.C D
Ante Christi aduentum etiam iusti ad inferna descendebant. to.1.123.B
Aduentus Christi effectus. to.2.261.E F

Aduersa.

Qui recta agit, & aduersa sustinet, laborare in aduersitate cernitur sed in gloria consummabitur. to.1.97.K
In aduersis magis se cognoscit homo, quàm in prosperis. to.1.139.D
Aduersa non deiiciunt, quem prospera nulla corrumpunt. to.1.187.B
Quomodo in aduersis sit exultandum. Ibidem.
Qui ventura aduersa non metuit, pauorem despicit. to.1.187.G

Aduersarius.

Aduersariorum pugna constanter aliquando appetenda est, & aliquãdo prudẽter declinãda. tomo.1.187.E
Aduersarij possunt dici adiutores. to.2.126.M
Aduersarius noster in via, est sermo dei. tom.2.132.C
Aduersarius admonendus est vt ad audiendos testes veniat. to.2.246.C

Aduersitas.

Plerique aduersitatibus afflicti superna præmia cogitare negligunt. to.1.82.K
Aduersitatum fractus tribulatione, à quo factus est non contemplatur. to.1.151.C
De aduersitatibus huius mundi. to.2.199.D
Aduersitas probatio virtutis est. tom.2.217.K
Aduersitates patienter tolerandæ. to.2.221.G
Aduersitas auget studium nostrum ad amorem dei. to.2.194.K

Vide infrà, Tribulatio.

Adulatio.

Adulatio si ad tempus patienter suscipitur, augetur. to.2.73.G

Adulator.

Adulatores dicuntur mortuos sepelire. to.1.21.E
Adulatorum conditiones. to.1.186.D E
Adulatores dicuntur olei venditores. tomo.2.104.F
Adulatores signantur per canes lingentes. to.2.133.C
Adulatores laudando se placere credunt. to.2.321.C
Adulatorum consuetudo. Ibidem.A B

Adulterari.

Adulterari verbum dei, quid sit. tomo.1.97.E. & .131.K.

Adulterium.

Qui adulterium perpetrare desiderat, tenebras exquirit. to.1.17.E.
Adulterium hæresi comparatur. to.1.97.E
Adulteriũ, & fornicatio, differunt. to.1.126.H
Solo visu concupiscens adulterium perpetrat. Ibidem.

Aduocatus.

Aduocatus moriens futura prædixit. to.2.39.C
Iustus aduocatus, iniustas causas nullo modo suscipit. to.2.64.G H

Aedificatio.

Non dissar ædificatio oritur ex memoria virtutum. to.2.19.D
Aedificij ostensi Ezechieli ratio. to.2.77.C D
Intrare cœleste ædificium, est contemplari contenta in eo. Ibidem.K L
Latitudo ædificij, ad charitatem pertinet. to.2.80.C D
Latitudo ædificij tanta est, quanta est altitudo. Ibidem.D
Per frontes ædificij, bona opera exteriora designantur. to.2.85.F
Per atriũ ædificij, charitas designatur. Ibidem.H
In spiritali ædificio, alter aditus ad Orientem, alter ad Aquilonem, & ad Austrũ alius patet. to.2.89.K
Fides spes & charitas sunt spiritalis ædificij porta. Ibidem.L
Atrium spiritalis ædificij, est multitudo fidelium populorum. to.2.97.D
Aedificium cœleste, & terrenum, differunt. to.2.129.B

Aegri.

Aegri considerent quanti sit muneris molestia corporalis. to.2.10.E
Aegri patientiæ virtutem seruent. Ibidem.F
Christi supplicia ab ægris meditanda. Ibidem.

Aegritudo.

Aegritudo diutius premit propter prolixiora vitia. to.2.110.G

Aegyptus.

Aegyptus, huius mundi speciem gerens, muscis percutitur. to.1.108.H

Aemulatio.

Aemulatio in bonũ, & in malũ dicitur. to.2.53.H

Aer.

Aer ex cœli qualitate disponitur. to.1.21.H
Aer respectu cœli, & terræ respectu aeris, & centrum eius respectu superficiei infernus dicitur. to.1.79.D
Quid per aerem designetur. to.1.162.L M

Aes.

Aere & lapidibus insensibilium hominum corda signantur. to.1.39.C
Per æs perseuerantia designatur. to.1.206.A

Aestimare.

Nemo se alicuius virtutis æstimet. to.1.139.F

Aestus.

Per æstum persecutio designatur. to.1.172.A

Aetas.

Aetates hominis. to.1.70.B. & to.2.109.M
Aetas nostra ad senium vsque robustior viget, postea verò morbis quotidie deficit. tomo.1.204.H & sequentib.
Aetas virilis tempus est administrandi sacerdotij. to.2.270.G
Aetas virilis tẽpus est dominicæ incarnationis. to.2.268.F
Aetate virili mori. to.2.270.G H

Aeternitas & æternum.

Aeternitas non habet præteritum vel futurum. to.1.21.I
Aeterna labore quæsita repentè dantur oblitioni to.1.47.H
Aeternitas præterita & futura conspicit. to.1.57.H
Aeterna desiderans, præsentibus non mutatur. to.1.64.D
Aeternitas dei interminabilis. to.1.96.A
Aeternitatis conditiones. Ibidem.
Aeternitatis præmia præstolantes, vires ex aduersitatibus sumunt. to.1.151.A B
Aeternitatis gaudium sumant quos aduersitas vitæ præsentis humiliat. to.2.15.A
Quòd æterna ac spiritalia ideo à carnalibus minimè credantur, quia ea quæ audiunt per experimentum non nouerunt. to.2.36.D E
Aeternitatis contemplatio, cella vinaria dicitur. to.2.46.A

Aethan.

Aethan interpretatur fortis. to.1.199.E

Affectus & affectio.

Affectus ad promerenda cœlestia tanto sit capax, quanto fuerit expectando longanimis. to.1.122.G
Qui carnali affectioni succumbunt, non homines sed potius iumenta dicuntur. to.1.140.I

Affinis & affinitas.

De affinitatis coniunctione. to.2.250.F. & seq.
Affinium carnalis coniunctio deo & homini abominabilis.

abominabilis. Ibidem.

Afflictio.

Moderata afflictio lachrymas exprimit. tom.1. 59.E
Locus afflictionis, est vita præsens. tom.1.122.C.
De reuelatione afflictionis Reipublicæ. tomo.2. 243.G H
Diuersitas afflictorum. to.1.102.L M
Affligi non debet longo tempore innocentis hominis simplicitas. to.2.227.F
Afflictis, concomitante iustitia, subueniendum. tomo.2.157.B
Deus famulos suos magis respicit cum iniustè eos nequitia persequentis affligit. to.1.154.B
Afflictio mentis diabolicæ tentationis mucro est. to.2.307.H

Agabus.

Agabi prophetia. to.1.212.C

Agag.

Agag meditãs vel lequẽs ĩterpretatur.t.2.319.K

Agapitus.

De sancto Agapito papa. to.2.29.E
Agapitus papa claudũ & mutũ curauit. Ibidẽ.

Agathus.

Agathus episcopus. to.2.43.L
Agathus pro nauta victimam obtulit, & ipsum in Italia quo petebant inuenit. Ibidem.L M

Ager.

Agri nomine quid signetur. to.1.96.G
Ager mundum præsentem designat. to.1.197.C
Ager Iosue Bethsamitæ quis. to.2.283.A
Agri bonorum dicuntur deuotæ mentes subditorum. to.2.288.D

Agere.

Qui agere dissimulat, etiam rectè offerens peccat. to.1.13.E.
Non solum intueamur quod agimus, sed etiam cũ quanta discretione agamus. Ibidem.F
Omne quod hic agitur, pœna & miseria est. to.1. 70.H
Per hoc quod foris agitur, quicquid intus latet aperitur. to.1.91.A

Agna.

Agnam offerre. to.1.191.I

Agnes.

Diuæ Agnetis commendatio. to.2.103.HI

Agnoitæ.

Agnoitæ ex Nestorianis prodeunt. to.2.223.C

Agnus.

Discretio agnorum & hœdorum in iudicio. to.1. 69.D
Agnum paschalem comedere. to.1.118.M
Agni paschalis comestio. to.2.113.F
Agnum paschalẽ comedimus in nocte. Ibidẽ.G
Agnum nec aqua coquamus, nec crudum comedamus. Ibidem.I
Agni carnes crudæ. Ibidem.
Agni intestina vorare Ibidem.K
Caput agni vorare. Ibidem.
Agnum integrum offerre. to.2.285.E
Agnum offerre. Ibidem.D E
Agnus vnus Christus est. Ibidem.D
Agnorum nomine solent viri magnæ prudentiæ designari. to.2.318.L

Ahias.

Ahias propheta prædixit mala ventura domui Hieroboam. to.2.55.A

Ala.

Alas ad Austrũ extendere quid sit. to.1.189.I

Albugo.

Albuginem in oculo habere. to.2.5.K

Alienum.

Aliena appetens suis citò priuatur. to.2.199.E

Allegoriæ.

Allegoriæ rebus notis conficiuntur. to.2.44.D

Allophyli.

Allophyli puteos Isaac replentes dæmones figurabant. to.1.93.H

Altare.

Altare dei, est cor nostrum. to.1.145.M
Altare domini est cor iusti. to.2.286.H
Fracto pede, vel manu, non admittitur ad altare. to.2.3.I
Altare dei quid sit. to.2.97.B
Altare aureum quid sit. Ibidem.D
Altarium tabernaculi diuersitas. Ibidem.
Altare æreum quid sit. Ibidem.
Altare dei, filius est. to.2.143.A
Nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi castitas eius fuerit prius approbata. to.2. 158.D
Altaria duo in tabernaculo fœderis.to.2.314.E

Amalechita.

Amalechita populus lambens interpretatur. to.2.127.M

Amantius.

De Amantio presbytero prouinciæ Thusciæ.to.2. 34.K I.
Amantius solo contactu ægros curauit. Ibidem.
Amantius phreneticum curauit. Ibidem.I.
Amantius signo crucis serpentes necat. Ibidem.

Amare & amari.

Dominus se magis quam ea quæ condidit vult amari. to.1.89.L M
Superna amare, iam sursum ire est. Ibidem.M
Summa & infima æqualiter amari non possunt. to.1.103.M
Plus debemus amare quod sumus, quàm ea quibus vtimur. to.1.184.E
Nemo potest amare quod non crediderit. to.2. 83.I
Amemus nos & proximos. to.2.108.C
Contra huius seculi amatores. to.1.116.B

Amarum.

Dulcia non meruit qui non gustauit amara. to.2. 117.M

Ambitio & Ambitiosus.

Duo sunt genera hominũ ambitioni suæ seruientium. to.1.119.H
Ambitio sola ambitiosum ab ordinatione impedit & damnat. to.2.174.G
Contra ambitiosos. to.2.12.M

Ambulare.

Ambulare in die. to.2.300.C
Ambulare coram Christo quid. to.2.268.I
Ambulare omnibus diebus coram deo. tomo.2. 270.M
In vacuum ambulare, quid sit. to.1.40.G
Ambulare ante faciem, & in præsenti. tomo.2. 59.G
Ambulare in hyeme. to.2.156.K
Tanto debemus cautius ambulare, quanto nos scimus inter dei inimicos esse. to.2.222.C

Amicus.

Amicus veritatis, est rectæ amator actionis.to.1. 159.B
Amicus animæ custos dicitur. Ibidem.& to.2. 117.M
Amici possunt dici qui persequuntur. Ibidem.I.
Cum amicis omnia tractanda sunt, sed prius de ipsis. to.2.156.M
Amicus dei sit qui alios facere amicos eius satagit. to.2.296.I.

Aminadab.

Aminadab spontaneus populi mei interpretatur. to.2.52.B.& 283.M

Ammonites.

Ammonites populus mœroris interpretatur.to.2. 302.H

Amor.

Nunquam sine dolore amittitur quod cum amore possidetur. to.1.1.H
Sine dolore amittitur, quicquid sine amore possidetur. to.1.184.E
Qui pro dei amore se contemnunt, sublimes coram deo iudices erunt. to.1.33.D
Amor pigras mentes sæpe ad opus excitat. to.1. 36.G
Amor proximi, per dei amorẽ gignitur.to.1.39.E
Amor dei per amorem proximi nutritur. Ibidem.
Amor dei per timorem nascitur. Ibidem.
Amor seculi & amor dei se in vno corde non capiunt. to.1.103.M.104.A
Amor & spes sanctorum mentem eleuant ad superna. to.2.95.D F
Amor priuatus vehementer claudit oculum cordis. Ibidem.H
Amorem nostrum erga proximum plus loquitur nostra operatio, quàm lingua. to.2.84.I.
Amor dei ad contemplatiuam, amor proximi ad actiuam vitam spectat. to.2.87.H
Amor interior vincit quandoque dolorem carnis to.2.99.D
Amor multiplicat inquisitionem. to.2.115.E
Amor dei nunquam est ociosus. to.2.120.C
Amoris signum non est in affectione animi, sed in studio bonæ operationis. to.2.271.K
Amore nihil leuius aut gratius. to.2.305.C D

Ampulla.

De ampulla vitrea in saxis proiecta, & non fracta. to.2.27.D

Ananehel.

Ananehel gratia dei interpretatur. to.1.146.K
Ciuitatem domini à turre Ananehel vsque ad portam anguli ædificari, quid sit. Ibidem.

Ananias.

Ananias deo pecunias vouerat, quas subtraxit. to.2.156.L

Anastasius.

De Anastasio abbate monasterij quod Suppentonia vocatur. to.2.21.F
Anastasius ex notario ecclesiæ Romanæ, factus est monachus. Ibidem.G
Septem fratres cũ Anastasio accepta voce à monte ordinatim obierunt. to.2.Ibidem.G.
Septem fratres cum Anastasio ad montem vocati Ibidem.

Anathema.

Anathema alienatio dicitur. to.1.125.H

Anchora.

Anchora cordis, est pondus timoris. to.1.36.D

Anchonitana vrbs.

Vrbs Anchonitana igne succensa. to.2.21.C

Andreas.

De Andrea Fundanæ ciuitatis episcopo. to.2. 29.I
Andreas episcopus monialem secum habitare permisit. Ibidem.I.
Quidam diabolus inter cæteros palmam nactus, quòd monialem in animum Andreæ episcopi impressisset. to.1.241.M
Andreas episcopus omnes mulieres ab episcopio eiecit. Ibidem.M
Iudæus Andreæ episcopo quæ de ipso audiuit, retulit. Ibidem.
Andreas templum Apollinis in diui Andreæ templum dedicauit. Ibidem.
De miraculis monasterij sancti Andreæ. to.2. 228.K & seq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De peruersitate Andreæ monachi. to.2.234. C.& seq.

Angelus & Angelicus.

Angeloram spiritus loco circumscripti sunt. to.1. 5.E

Angeli dei cùm semper deo assistant, quomodo dicantur venisse ad deum. Ibidem.

Angeli ad ministerium pro nostra salute semper mittuntur. Ibidem.

Angelorum scientia quomodo dilatatur. Ibidem.EF

Angeli quocunque mittantur, semper faciem dei vident. Ibidem.F

Angelicorum spirituum ad deum & homines comparatio. Ibidem.F

Angeli beati non interrogantur à deo vnde veniant. Ibidem.H

Angelos ascendere,& descendere,quid sit. to.1. 5.K

Vox angelorum est in laude conditoris, ipsa admiratio intimæ contemplationis. Ibidem.L

Angeli loquuntur deo, cùm per hoc quòd superscipsos respiciũt, in motum admirationis surgunt. Ibidem.

Quòd sancti angeli ad adiutorium electorum, Satan verò ad probationem, deo seruiat. to.1.7.M

Angelus est solummodo spiritus. to.1.18.A

Angelorum ordines menses designant. to.1.18.E

Quòd sancti angeli diabolo quòd diuinitatem promiserit homini exprobrent. Ibidem.F

Sancti angeli nos à diabolo defendunt. Ibid.

Sancti angeli Leuiathan in inferno premunt. Ibidem.G

Angeli præsunt hominibus. to.1.21.H

Archangeli præsunt angelis. Ibidem.

Quare angeli reges & consules dicantur. Ibidem.III.

Angelos ascendentes & descendentes cernere. to.1.28.D

Deus angelicam naturam condidit mutabilem. to.1.29.F

Deus naturam angelicam cum libero arbitrio cõdidit. Ibidem.F.& to.2.63.M

Lapsus angelicus propter inquietudinem. to.1. 51.K

Angeli interdum dicuntur prædicatores. to.1. 66.F.205.I

Angeli hominibus apparentes præcepta dederunt. to.1.70.A

Singulis prouinciis singuli angeli præponuntur. to.1.99.HI

Quomodo Græcorum princeps angelus venit in adiutorium angelo Danielis. Ibidem.IK

Quomodo angelus Persarum princeps contradicebat angelo Danielis. to.1.99.K

Quomodo angeli dicuntur præliari inuicem. Ibidem.K

Angeli sancti contra diabolum potestatiuè decertant. to.1.99.L

Angeli beati contra malignos spiritus decertãt. Ibidem.M

Angelici spiritus milites dei dicuntur. Ibid.

Cur deus non angelos ad redimendum genus humanum misit, sed ipse venit. to.1.108.LM

An angeli videant deum in natura. to.1.110.L

Quomodo angeli desiderant videre faciem dei. Ibidem.LM

Quare angelus cinctus zona aurea super mammillas Ioanni apparuit. to.1.125.D

Angeli ex natura conditi sunt mutabiles, vt sua sponte caderẽt, aut ex arbitrio starẽt. to.1.145.F

Angeli creatoris potentiam plenè contemplari non possunt. to.1.150.K

Ante Christi aduentum angeli se permittebant adorari, non autem post. to.1.155.BC. to.2. 53.B.Et quare.Ibidem.102.A

Angelica natura prius subtilis creata est, postea impeccabilis confirmata. to.1.162.I

Angelorum ministeria coram deo ordine graduũ distincta sunt. to.1.164.K

Electi angeli mysterio incarnationis redempti non sunt. to.1.167.BC

Angeli inter omnes creaturas fuerũt primò creati. Ibidem.C

Quare angeli astra matutina dicuntur. Ibidẽ.C

Angeli continuò diuinam potentiam laudant. Ibidem.D

Angeli quare dicãtur prupti silices. to.1.190.F

Angelus est prima dei creatura. to.1.196.D

Nouem ordines angelorum. to.1.196.E & to.2. 124.K

Angeli beati inuicem charitate ligati sunt. Ibidem.L

Quomodo angeli boni per lapsum malorum sint confirmati. to.1.205.IK

Apostatæ angelo similis efficitur, qui homo hominibus esse similis dedignatur. to.2.5.E

Angeli persistentes in munere, acceperunt, vt omnino cadere non possent. to.2.64.A

Beatitudo angelorum contemplatione lustratur. to.2.65.A

Angelus interpretatur nuncius. to.2.100.L 115.H

Christo nato ad pacem nostram angeli redeunt. to.2.102.A

Quare angelus stola coopertus apparuit. to.2. 112.E

Per duos angelos, duo testamenta designantur. to.2.115.H

Quare angeli in albis vestibus ascendente Christo apparuerunt,& non nascente. to.2.119.I

Angelorum vocabulum nomen est officij. to.2. 125.A

Angelorum officia. Ibidem.A

Angeli, secundum Dionysium, visibiliter, vel inuisibiliter, mittuntur ad humana solatia. to.2.125.F

Angelus angelum mittit interdum. Ibidem.G

Angelum mitti, quid sit. to.2.125.FG

Angeli & archangeli non sunt æquales. to.2. 185.D

Angeli mali virtute stare potuerunt. to.2.287.E

Angeli maligni per Philistæos figurantur. to.2. 277.C

Angeli reprobi pœnitentiam agere de superbia non possunt. to.2.281.I

Angeli sanctificati credũtur in filio. to.2.261.L

Angelorum reproborum ruina. to.2.277.C

Angli.

Anglorum conuersio ad fidem. to.2.202.IK. 215.F.&.231.L.232.GM.& seq.

Distinctio episcopatuũ Angliæ. to.2.248.K

Anima.

Animas vindictam petere, est ipsas diẽ iudicij & corporũ resurrectionẽ desiderare. to.1.5.L

Clamor magnus animarum, est desiderium magnum. Ibidem.

Animarum verba, sunt earum desideria. Ibid.

Quare animæ vindictam expetãt à deo. Ibid.L

Præ omnibus conditis animam nostram charius amare debemus. to.1.4.A

Humana anima ita immortalis est vt mori possit, ita mortalis est vt morinõ possit. to.1117.K

Quòd fletu suo anima pascatur. to.1.24.I

Animas possidere. to.1.26.G

Anima in nocte huius vitæ contemplans deum, ad magnitudinis eius inhorrescit aspectum. to.1.28.A

Anima ex sua diuersitate iudicat quantum ab ipsa diuinitatis natura differt. to.1.28.M

Anima pœnitione reducitur ad salutẽ. to.1.35.A

Animæ captio à diabolo. to.1.38.K

Anima omnis viuentis, vita inuẽtorum dicitur. to.1.66.H

Animam in manibus portare. to.1.69.B

Ex anima rationali homo habet vt in perpetuũ viuat. to.1.80.H

Anima aliquando vidua dicitur. to.1.98.G

Anima nunquam potest esse sine delectatione. to.1.103.M

Quanto anima est despectior in oculis suis, tanto erit ante oculos dei pretiosior. to.1.107.G

Animæ per ventos designantur. to.1.111.K

Quanto anima malis adhæret, tanto minus intelligit bona quæ perdit. to.1.120.F

Anima incorporea, corporearum rerum delectatione non tangitur, nisi inquantum corpori inhæret. to.1.125.A

Humana anima non peccasset, si mutabilis non fuisset. to.1.145.F

Quo casu anima venit ad infima, eo gradu reuertatur ad summa. to.1.150.I

Anima quanto præcipitatur in infimis, tãto obscuratur à summis. Ibidem.L

Anima ad deum solam appetendam facta est. to.1.156.C

Cur anima remoueatur à re cui inhẽdit. Ibidem.

Animæ oratio. to.1.202.B

Pulchritudo sanctarum animarum ad hæc terrena incomparabilis est. to.1.213.H

Nemo animarum subditarum curæ oblitus secularibus curis inseruiat. to.2.5.L

An animæ excommunicatæ possint absolui post mortem. to.2.26.M

Quomodo anima exeat à corpore & non videatur. to.2.36.M.37.A

Anima inuisibilis est. Ibidem.

De egressibus animarum. to.2.37.D

De anima cuiusdam inclusi. Ibidem.E

Quod aliquando animæ meritum non in ipso suo ingressu, sed post mortem verius declaratur. to.2.38.K

Si ante restitutionem corporis, recipiantur animæ iustorum in cœlo. to.2.39.B

Quædam animæ à corpore in cœlum transferuntur. to.2.39.B

Quid animæ saluatæ in die iudicij pro iniustitiæ suæ retributione recipient. Ibidem.B

Animæ in die iudicij binas stolas possidebunt. to.2.39.C.

Animæ egressuræ possunt etiam mysteria cœlestia videre. to.2.39.F

Quòd sicut perfectorum animæ in cœlo, ita iniquorum in inferno esse credantur. Ibidem.I

Animæ diuitis epulonis in flãma ignis realis & corporei detinebatur. Ibidem.K.&.240.D

Quòd se etiam ignotæ animæ nonnunquam exituræ cognoscant. to.2.40.F

Quare animæ egredienti ignis apparuit. Ibid.I

Quòd quorundã animæ adhuc in corpore pœnale aliquid de spiritalibus vident. to.2.41.F

Cur in extremis temporibus tam multa de animabus clarescunt, quæ antea latuerunt. to.2. 42.A

Anima dãnata, & mortalis & immortalis dicatur. to.2.42.H

Quomodo anima immortalis dicitur, quæ in perpetuo igne moritur. to.2.43.A

An prosit animabus si mortuorũ corpora in Ecclesia sint sepulta. to.2.43.A
Quid posit mortem valeat animabus ad absolutionem prodesse. to.2.43.E
Anima fastidit omnia quæ per corpus sentit. to.2.44.H
Quomodo sancta anima sit nigra & formosa. Ibidem.M
Anima qualiter à sole decoloratur. to.2.45.A
Sancta anima turturi comparatur. Ibidem.
Anima sancta columbæ comparatur. Ibidem.E
Anima deuota columbæ comparatur. to.2.46.E
Anima deuota propter operationem dicitur formosa. Ibidem.E
Quomodo anima surgit & venit. Ibidem.H
Anima quãdo dicitur ĩ deserto viuere. to.2.47.E to.2.67.I
Animæ sanctorum sunt reginæ. to.2.51.D
Anima quæque lunæ cõparari potest. to.2.51.K
Anima palmæ decenter comparatur. to.2.52.I
Quomodo anima dicitur domus exasperans. to.2.67.L
Obdurata animæ status. to.2.75.K
Anima tota in qualibet parte corporis, agit per corpus diuersa. to.2.85.B
Anima sine imaginibꝰ corporis seipsam cogitat. Ibidem.
Anima vita est corporis, deus est vita animarũ. Ibidem.
Nemo dubitat se habere animam quam non videt. to.2.98.L
Anima quandoque dicitur esse recta, quãdoque curua. to.2.121.L
Animæ cuiusque fidelis vir deus est. to.2.138.B
Anima insti potest dici cœlum. to.2.130.A
Anima peruersa suã diem hic habet. to.2.131.M
Anima humana nullos habet maiores inimicos quàm spiritus malignos. to.2.32.A
Anima peruersa futura præuidere refugit. Ibid.
Anima quãdoq; ad terrã cõsternitur. to.2.232.B
Animam prauam visitat deus multis modis. Ibidem.C D
Anima tribus vegetatur naturis. to.2.34.K
Anima quomodo turbata dicitur. to.2.135.C
Tanto anima sit preciosior ante oculos dei, quãto fuerit despectior ante oculos suos. to.2.138.B
Animæ suæ salutis memor, quid agere debeat. Ibidem.C
Animæ præparatio ad contemplationem. to.2.260.I.& seq.
Anima electa quomodo deo assistere debet. to.2.259.M.& seq.
Anima infirmitate grauata à dei contemplatione repellitur. to.2.260.K
Anima habet inimicos intrinsecos & extrinsecos. to.2.139.D
Menstruata anima quæ dicatur. to.2.149.K.L
Anima Christiana qd agere debeat. to.2.151.L
De cura animarum. to.2.165.M
Si anima plusquã debeat atteritur, Christus minus amatur. to.2.171.M
Quidam philosophi dixerunt eandem animam in diuersis esse corporibus. to.2.172.D
Quomodo vna anima est in duabus mentibus. Ibidem.D E
Quomodo anima Adæ mortua sit cum peccato. to.2.187.H
De origine animæ hominis. to.2.209.D
Animarum vtilitatem quærere, magnum lucrũ est apud deum. to.2.203.K
Rationes de origine animæ & immortalitate eius. to.2.209.D
Anima Adæ mortua est post esum pomi subitò, & non corpus. to.2.197.K L
Anima amat amantem se. to.2.211.M

Animal.

Animalia sanctos homines designãt. to.1.141.B
Quatuor animalium perfectiones à Christo manauerunt. to.2.57.C
Quatuor animaliũ sanctorũ descriptio. Ibid.G
Quatuor sancta animalia quomodo quatuor pẽnis vtantur. to.2.59.F
Quomodo animalia vadunt & non reuertũtur, & tamen vadunt & reuertuntur. to.2.60.G & seq.
Quatuor animalia euãgelistas, & quoslibet perfectos significant. to.2.61.H
Quare corpora animalium oculis plena describantur. to.2.62.K L
Quomodo animalia dicantur ambulare & elenari. to.2.63.C
Alæ animaliũ, sũt virtutes sanctorũ. to.2.64.K

Animus.

Diuersæ sunt animorum conspersiones. to.1.36.D
Humani animi proprium. to.1.120.F
Multi habitum, non animum, mutant. to.2.70.C
Animus in vita monastica quietus. to.2.19.B
Animi inquietudo secularibꝰ negotiis occupati. Ibidem.C
Animus cum diuiditur ad multa, fit minor ad singula. to.2.20.L
Quidam secularem habitum, non secularem animum gerunt. to.2.128.H
Animus inter signa & miracula premendus est. to.2.232.K

Anna.

Quare Anna obtinere meruit quod poposcit. to.2.44.B
Anna mater Samuelis prophetiæ spiritum habebat. to.2.261.D

Annus.

Quid per annum, diem, mensemq; intelligatur. to.1.18.A B
Annus prædicationem supernæ gratiæ designat. Ibidem.B
Annus placabilis domini, quid sit. Ibidem.
Annus benignitatis quis sit. to.1.19.M

Anseris.

Anseris fluuius agros Lunenses euertebat. to.2.30.B

Antemurale.

Antemurale muri Ecclesiæ, fuerunt prophetæ. to.2.79.E

Antichristus.

Antichristus in fine mundi aduenit. to.1.18.F
Antichristus est iniquorum caput. to.1.74.H
Sicut Christus simplices & idiotas elegit, ita Antichristus astutos & duplices in fine mũdi eliget. to.1.76.I K
Antichristus omnium peccantiũ peccata transcẽdet. Ibidem.
Antichristi ambitio. to.1.81.C
Antichristi persecutio. Ibidem & 91.F
Dãnatio Antichristi nouissima. to.1.81.D.& F
Antichristi per vniuersos terror. Ibidem.E
Antichristus est caput reproborum. to.1.87.C
Antichristi in fine superbia, non patietur ipsum argui. to.1.91.D
Quomodo Enoch & Helias Antichristum arguent. Ibidem.
Multi nunc vias Antichristi arguunt. Ibidem.E
Multi tempus Antichristi non viderunt, qui tamẽ in eius tẽtationibus versantur. to.1.169.H
Non desunt in pace ecclesiæ, Antichristi tentamenta. Ibidem.L
Antichristi regnum. to.1.169.B
Antichristi tabernaculum est amor perfidiæ. to.2.261.M
Apud iniquos quotidie res Antichristi agitur. Ibidem.
Antichristus volet videri deus. Ibidem.
Antichristus in fine temporum dominabitur. to.1.174.I
Antichristus deum se esse mentietur. to.1.175.M
Antichristus sua fallacia breui tempore prosperabitur. Ibidem.M
Antichristus de tribu Dan futurus perhibetur. to.1.185.L
Tota virtus Diaboli, in Antichristo stringitur. to.1.193.L M
Crudelitas Antichristi parũ durabit. to.1.194.B
Antichristus prodigia & miracula faciet. Ibidem.D
Antichristi tyrannis. to.1.194.C.& sequen.
Quomodo Antichristus inge sacrificium tollet. Ibidem.D
Quare Antichristus per vndecimum cornu bestiæ signatur. Ibidem.E
Tota virtus diaboli in Antichristo congeretur. to.1.194.G
Multi sunt iam testiculi Antichristi. to.1.194.H
Ossa Antichristi, qui sint. Ibidem.I
Tyranni Antichristo, adhærent. Ibidem.K
Antichristus siue in se, siue in corpore suo, est veniam petiturus. to.1.202.A
Antichristus summas huius seculi potestates obtinebit. Ibidem.E
Antichristi descriptio. Ibidem.G
Antichristus, propter signorum & miraculorum multitudinem, Christus à multis æstimabitur. to.1.203.E
Pseudoprædicatores Antichristi, multos ad perfidiam accendent. Ibidem.G
Quomodo agnoscendi sint Antichristi prædicatores. to.1.203.H I
Pseudoprædicatores Antichristi, in his quę agũt intentionis rectæ vim nesciunt. Ibidem.K
Miracula pseudoprædicatorum Antichristi. Ibidem.
Antichristi potentia in fine mundi superbiæ suffragabitur. to.1.204.I
Miracula & prophetiæ in aduentu Antichristi subtrahentur. to.1.205.B
Antichristi miracula, ecclesiæ signa obscurabũt. to.1.205.C
In persecutione Antichristi, prædicatio & patiẽtia sanctorum periclitabitur. to.1.205.I, & 206.E C
Antichristus erit gladius diaboli. Ibidem.E
Antichristo adhærentes ita cæci fient: vt persequendo bonos arbitrentur se obsequium præstare deo. to.1.207.E.& seq.
Persecutio sub Antichristo. to.1.276.G
Antichristi semita multis miraculis fulgebit. Ibidem.F
Antichristi sequaces pacem inuicem habebunt. to.2.14.L
Antichristus dicet se deum. to.2.197.F

Antiquus.

Antiquorum gesta nobis prophetiæ sunt. to.2.149.M.150.A

Antonius.

Antonij monachi in morte visio. to.2.42.I

Aperire.

Aperire oculos deo quid sit. to.1.70.I

Apostata.

Apostatæ duobus modis fiunt. to.2.67.H

Apostoli.

Quare duodecim Apostoli, sunt electi ad prædicandum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicendum. to.1.2.C
Quid sit Apostolos in domo fratris primogeniti conuiuari. to.1.8.B
Apostoli prædicantes à Iudæa perfidia repulsi: ad gentes venerunt. to.1.51.M
Quare Apostoli dicti sint labia ecclesiæ.t.1.83.K
Apostoli accepto spiritu sancto, ornati sunt miraculis. to.1.101.I
Persecutio Apostolorum à Iudæis. Ibidem.M
Quomodo deus ornauit Apostolos. Ibidem.
Apostoli è Iudæa indignè repulsi transierunt ad gentes. to.1.106.I
Apostoli dicũtur pedes Christi. Ibid.to.2.139.D
Apostoli dicuntur filij prophetarum. to.1.107.C
Apostoli prophetis successerunt. to.1.157.I
Apostoli stellæ, & nubes dicuntur. Ibidem.L
Apostoli per scripturas suas, corda ieiuna satiãt fidelium. to.1.158.G
Quare Apostoli vocabantur ad Macedoniam, & tanẽ prohibẽtur ire in Asia.to.1.165.F G
Apostoli ecclesiæ ostia exiliunt. to.1.167.G H
Apostolorum à Iudæa expulsio. to.1.177.K
Apostoli à synagoga abiecti, sunt nunc in veneratione gentium. to.1.185.F
Ante Apostolorum prædicationẽ totus penè mundus rebellis fuit. to.2.45.A
Apostoli per cruce sponsi designantur. to.2.50.K
Apostoli plusquam prophetæ edocti sunt. to.2.83.III
Apostoli portæ interiores, & exteriores sunt. to.2.91.A B
Quare Apostoli per spiritum prohibiti sunt in Asia prædicare. to.2.99.H & seq:
Apostolorum cursus ad monumentum non vacat mysterio. to.2.113.A
Apostoli cœlorum nomine repræsentantur. to.2.141.I
Apostoli dicuntur lapides Sion. to.2.145.A
Apostoli adipsam solam dominicam orationem consecrabant to.2.210.F
Apostoli dicuntur cœli to.2.263.F
Apostoli dicuntur principes to.2.263.B
Apostolorum infirmitas ante confirmationem. to.2.262.F.illorum firmitas.G
Apostolorum profectus. to.2.267.H

Apostolicus.

Sedes Apostolica de aliarum ecclesiarũ tuitione debet esse sollicita. to.1.160.G
Causæ arduæ sunt ad sedem Apostolicam deducendæ. to.2.166.I
De quatuor Apostolicis sedibus. to.2.198.E & sequen.
De ordinatione apostolicæ sedis. to.2.208.H
Quæ semel authoritate apostolica firmata sunt, non amplius egent firmitate. to.2.216.E
De sponsalibus apostolicis. to.2.244.D
Statuta apostolicorum præceptorum apostolicus destruere non debet. tomo.2.250.G

Apparere.

Apparere ingiter in conspectu domini. tom.2.258.B
Apparet dominus variis modis. to.2.274.G H

Appetere.

Omnes qui illicita appetunt, densis cogitationum tumultibus in corde comprimuntur. to.1.21.L
Qui nihil huius mundi appetunt, nullis cogitationum tumultibus premuntur. to.1.22.A
Durum est appetere quod cruciat, & sequi quod vitam fugat. to.1.58.G

Appetitus.

Quid sit appetitui dominari. to.1.20.A
Appetitus laudis humanæ, est quasi latrunculus. to.1.54.G
Aliena appetentes, suis sæpe priuantur. to.2.199.E

Aqua.

Aqua scientia prædicationis dicitur.t.1.66.L M
Aqua etiam spiritus sancti gratia dicitur. Ibidem.& 71.G.& .111.I.
Aqua scripturam sacram designat. to.1.100.L & .111.L
Quomodo aqua dicitur in nubibus ligata. to.1.100.L M
Aquæ in sacra scriptura varia designant. to.1.111.L
Aqua, prauæ scientia. Ibidem.M
Aqua, bonorum mentes fidelium. 111.M
Aqua tribulationes signat. Ibidem.
Aqua populos designat. Ibidem.& .173.B & to.2.64.I
Decursus aquarum quis sit. to.1.116.E
Aquæ contradictionis, sunt populi resistentes. to.1.151.B
Aquæ sunt prædicatorum mentes. to.1.160.H
Per aquas corda fluxa reproborum designantur. to.1.173.G
Aqua ab ecclesia hauiri poterat, influere non poterat. to.2.32.G
Aqua Christi, sitim totaliter extinguit.t.2.49.A
Aquarum nomine, angelorum chori designantur. to.2.69.C
Aquæ diluuij, multiplicitatẽ doctrinarum figurant. to.2.136.I K

Aquila.

Aquila radios Solis aspicit. to.1.55.D
Aquila multipliciter dicitur. to.1.189.M
Aquila insidiantes malos spiritus designat.to.1.190.A
Aquilæ nomine potestas terrena designatur. to.1. Ibidem.
Aquilæ nomine intelligentia sanctorum, vel volatus dominicæ ascensionis signatur. Ibidem. H.to.1.190.A.& seq.
Aquilæ acies sanctarum animarum visum superat. to.1.190.A
Aquilæ natura. Ibidem.
Aquilam in arduis ponere nidum, quid sit. to.1.190.B
Cur aquila nec à dextris nec à sinistris esse, sed superuolitare dicatur. to.2.59.A

Aquilo.

Aquilonis nomine diabolus appellatur. to.1.100.H.& .10.B.& to.2.49.E
Facies Aquilonis, est suggestio diaboli. tomo.1.105.B
Per Aquilonem gentilitas signatur. to.1.163.A & to.2.87.L
Aquilonis nomine torpor maligni spiritus designatur. to.2.56.G
Aquilo significat peccatores. to.2.88.D
Porta Aquilonis, gentilitas aliquando dicitur. to.2.91.M
Per portam Aquilonis, quid designetur. tomo.2.96.A.& seq.
Vix Aquilonis, Austri & Orientis. Ibidem.

Aranea.

Telas araneæ texere. to.1.87.C

Arare.

Arare est prædicare. to.1.182.I

Arbitrium liberum.

Ex libero arbitrio ad malum ducimur.to.1.77.C
Liberum arbitrium nostrum sequitur gratiã præuenientem. to.1.94.B.& .141.F
Homo in libero arbitrio conditus est. to.1.101.I
Liberum arbitrium in bono formatur electis.to.1.201.L
Libera arbitrio vitiato, bonũ velle sine dei adiutorio non possumus. to.2.151.A

Arbor.

Arbor non faciens fructum, in ignem mittetur. to.2.111.E
Arbor huius mundi, est vniuersum genus humanum. Ibidem.
Arbor reuiuiscit ad fructum ex fœtore. to.2.121.H. Infructifera.F
Arbor quædam bona voluntas est. to.2.323.C D

Arca.

Arca dei in domo Aminadab. to.2.284.A & seq.
Arca vacua est scientia dei sine bona operatione. to.2.280.K
Arcæ domini reductio. to.1.40.M
Per arcam testamenti sancta ecclesia signatur. to.2.7.E
Arca testamenti. to.2.97.D
Arca domini ferebatur per vaccas. to.2.128.M
Arca Noe sanctã figurabat ecclesiã. to.2.83.M
Arcæ Noe mensura. Ibidem.
Quid in arca Noe continebatur. Ibidem.
Arca testamenti est cor sacerdotale. to.2.202.L

Arcturus.

Arcturi nomine ecclesiæ vniuersalis designatur. to.1.52.G
Quare deus primò produxit Arcturum, deinde Orionas, & tandem Hyades. to.1.52.H
Arcturus septem stellis componitur. to.1.174.D
Arcturi motus, labores designat ecclesiæ. Ibidẽ.
Arcturus quis sit. to.1.173.M.174.D.& seq.
Arcturus ab Aquilone surgens legem designat. to.1.174.F

Archidiaconus.

Archidiaconus non parens episcopo, ab ordine deponendus est. to.2.175.C

Arcus.

Arcus insidias figurat. to.1.116.G
Arcus dies extremi iudicij. Ibidem.
Arcus in sacro eloquio multipliciter dicitur. Ibidem.
Arcus sacram scripturam designat. to.1.116.H
In manu arcum tenere, quid sit. Ibidem.I
Arcus fortium superbia est dæmoniũ. to.2.264.F
Arcus semper tensus debilitatur. to.1.166.I

Area.

Area est ecclesia. to.1.183.A

Arelatenses.

Arelatenses episcopi olim primates totius Galliæ erant. to.2.185.D& seq.

Arena.

Calamitas hominis arena grauior dicitur. to.1.37.G

Arentia.

Arentia quæ dicantur. to.1.180.H.& 181.M

Argentum.

Per argentum diuina eloquia designantur. to.1.22.E.& .31. M.& .93. H.& .104.E.to.2.292.H.& .268.A
Argentum innocentem diuidere. to.1.104.G & seq.
Argentum non solum diuinum eloquium, sed diuini eloquij scriptores designat. to.1.109.A
Per argentum sancta prædicatio designatur. to.2.45.F

Arguere.

Arguere minus est, q corripere. to.2.134.M

Arianus.

De Ariano episcopo cæcato. to.2.53.I K
Arianus Longobardorum episcopus ecclesiam beati Pauli suo voluit dedicare errori. to.2.53.I K

Arius & Ariana hæresis.

Arius tres filios in diuinis credidit. to.1.114.A
Arianæ hæreseos damnatio. to.2.33.I K
& sequentibus copiose.
De Arianorũ ecclesia quæ in Romana vrbe catholica consecratione dedicata est. to.2.33.I
Magnus fonitus in ecclesia Arianorum, post dedicationem auditus est. to.2.33.L
Baptizati in Arianã hæresi an sint rebaptizãdi. to.2.154.B

Aries.

Per Arietem primus ordo designatur sacerdotum in ecclesia. to.1.175.L

Ariolari.

Ariolandi peccatum inobedientia dicitur. to.1.211.L

Arioli.

Arioli qui sunt. to.2.322.B

Arma.

Arma & currus tyrannorum. to.2.288.C
Arma peccantium sunt membra corporis sui. to.1.59.I
Arma quid significent. to.1.175.G
Arma carnis contra fornicationem. to.2.316.F & 318.D

Armilla.

Armilla quid significet. to.2.116.C

Arnulfus.

De persecutione Arnulfi. to.2.249.E

Aromata.

Aromata virtutes designant. to.2.49.B

Arrogantia & Arrogantes.

Arrogantes & hypocritæ solam laudẽ quærunt. to.1.19.A B
Arrogantium hominũ propriũ. to.1.73.M.74.A
Arrogantes qui dicantur. to.1.134.E
Arrogantes dona percepta despicabilia faciunt, quibus non rectè vti nouerunt. to.1.134.K
Arrogantes iuxta dei præcepta non viuunt, deũ tamen dominum esse recognoscunt. Ibidem.
Arrogantes alios nihil scire, alios non bene viuere iudicant. to.1.134.M
Arrogans sanctis se sociat, à quibus elationis prauitate disiungitur. Ibidem.
Arrogantes fastu scientiæ elati, hæreticis sunt iuniores. to.1.134.M
Arrogantium conditiones. Ibidem.
Arrogantes ecclesiam plerunq; quam defendunt. edespiciunt. to.1.135.A B
Quatuor modis arrogantium tumor dignoscitur. to.1.135.B
Prima species arrogantiæ, est à semetipso habere bonum putare. Ibidem.B C
Secunda species arrogantiæ, est donũ cœleste suis posse meritis se accepisse putare. tomo.1. 135.C
Tertia species arrogãtiæ, est se iactare de eo quod non habet. Ibidem.
Quarta species arrogantiæ, est despectis cæteris velle videri habere bonum quod habet. Ibidem.
Arrogantes, ecclesiæ voces sibi dici dissimulant. to.1.135.F
Arrogantes de superbia redargui nolunt, quia humiles se esse putant. Ibidem.
Arrogantes interdum ecclesiam contra hæreticos defendunt. Ibidem.F G
Arrogans scientiam non tam habere, quàm ostendere appetit. Ibidem.G
Arrogantes ecclesiæ non contradicunt prauæ prædicando, sed prauè viuendo. Ibidem.
Arrogantes cum scientiam accipiunt, nihil se accepisse putant si occultã fore cõtingat. Ibidẽ.H
Tota arrogantium intentio est, vt clari hominib⁹ ostendantur. Ibidem.I
Arrogantes dum pro locutione prædicatores sanctos venerari conspiciunt, locutionem & non intentionem imitantur. Ibidem.
Arrogantium doctrinæ proprium. to.1.136.D L & 142.H
Arrogantes sæpe arrogantiam, quam tenent, se fugere ostendunt. to.1.136.G
Arrogantes interdum vera falsis permiscent. Ibidem.H
Arrogantes prudentibus stultitiæ verba miscent. Ibidem.
Arrogantes in natura se omnibus æquant, sed in scientia omnibus seipsos præponunt. Ibidem.H I
Arrogantes quicquid hominibus accidit, ex peccatis accidisse putant. Ibidem.M
Arrogans dum vera loquitur, per cordis tumorẽ quædam inania permiscet. to.1.142.H
Arrogantes iustos in correptione imitari appetũt. Ibidem.I
Modus prædicandi arrogantium. to.1.143.A
Arrogantes in prædicatione sua aures tãtum sapientium expectant. Ibidem.B
Arrogantes aliquid humilitatis dictis suis permiscent. Ibidem.
Arrogantes solent suos auditores afflictos districtius corripere, quàm blandè refouere. to.1. 142.D
Arrogantes in correctione magis terribiles quàm mites esse volunt. to.1.143.G
Arrogantes aliquid fortè acutum sentiẽtes, alios in sui comparatione despiciunt. Ibidem.H
Cum arrogantes aliquid dixerint laudabile ab auditoribus requirunt, an quid inordinatum dixerint. to.1.149.B
Propria fraus arrogantium quæ est. Ibidem.
Error arrogãtium in correctione iustorum & iniustorum. to.1.150.B
Arrogantes non solum student inepta dicere, sed multa. to.1.150.C
Arrogantes cum non possunt iustè reprehendere quæ sunt, reprehendunt mentiendo quæ non sunt. to.1.150.E
Arrogantes sua semper dicere volunt, aliena audire non possunt. to.1.152.H I
Arrogantes graue damnum iudicãt, si scientiam suam breuitate loquendi constringant. Ibidẽ.I
Arrogantes laudant bona quæ dicunt ad laudẽ suam. Ibidem.H
Arrogantes coram deo testimonium conscientiæ suæ non habent. to.1.152.K
Arrogantes si quod forte bonum dicunt, hoc velut incognitum proferunt. to.1.155.F
Arrogantes in ecclesiam inuehunt. Ibidem.H I
Arrogantes se solos sapientes, & dignos honore putant. Ibidem.I
Arrogantes iustorum vitam ex iniquorũ æstimatione contemnunt. to.1.155.L
Arrogantes plus videri iudices quàm consolatores volunt. to.1.156.H
Modus corrigiendi arrogantium. to.1.156.H I
Arrogantia generatur de superbia. tom.1.192.K
Arrogantis proprium. to.2.313.G.M.& seq.
Arrogans videat quanta virtute redemptor noster apparuit. to.2.314.B

Arundo.

Arundo vento agitata esse non debemus. to.2. 100.I
Arundo carnalem animum designat. Ibidem.

Ascendere.

Dominus quando dicitur ascendere super eccasum. to.2.107.F
Ascensuri in imo se esse considerent. to.1.136.L
Ascendere reprobis est de malo ad peius proficere. to.2.324.C
Ascendere in Bethel. to.2.297.M
Ascendere deum à nobis. to.2.283.K
Ascendere malignus spiritus est, alta per desiderium cœleste corda expugnare. to.2.285.A
Ascendere superbo est ad mensuram qua dãnandus est, se extollere. to.2.324.C

Ascensio.

Ascensionis suæ dominus prænuncios habuit. to.2.119.G

Ascensor.

Ascensoris nomine dicitur deus. to.1.184.K

Ascensus.

Ascensus ad contemplationem. to.1.36.G H
Omnis ascensus in labore est. to.1.39.H
Ascensus ad cœlum quomodo possibilis homini terrestri. to.1.159.B C
Ascensus ordinatus contemplantis quis. Ibidem.L M

Asini & Asinæ.

Asini interdum pigros, interdum luxuriosos, interdum gentilium designant simplicitatem. to.1.2.G
Asini gentiles designant. Ibidem.G H
Asinas possidere quid sit. to.1.3.I
Asinæ simpliciter viuentes designant. to.1.8.G
Asinæ pascentes simplices motus cordis sunt. to.1. 10.A
Asinæ significãt animas peccatrices. to.2.292.A
Asinæ pascentes etiam patientiæ mansuetudinem notant. Ibidem.
Asinorum nomine quid designetur. to.1.112.K L

Aspis.

Aspidis natura. to.1.87.B
Ova aspidum rumpere quid quid sit. Ibidem.
Per aspides latentes diaboli suggestiones designantur. Ibidem.
Aspis subitò suo veneno occidit. to.1.87.C
Quid per aspidis caput designetur. Ibidem.C D

Assumptio.

Assumptio matutina quæ est. to.2.149.C

Assur.

Assur rex superbus Luciferum designat. to.1. 60.C

Assurgere.

Assurgere decertantis est. to.1.10.M

Astra.

Astrorum nomina, à cultoribus sapientiæ carnalis inuenta sunt. to.1.52.G

Astutia.

Astutia inimicorum nostrorum. to.1.80.G

Athesis fluuius.

Athesis fluuij apud Veronam miraculum. to.2. 32.F G

Atrium.

Atrium latitudo vitæ præsentis. to.1.165.G

Auaritia & Auarus.

Auaritia quomodo vincitur. to.2.310.L
Auaritiam sectantes. to.2.289.H I
Sæpe ad auaritiam cor parentis allicit fœcunditas prolis. to.1.1.H
Auari rari æternam gloriam possidebunt. to.1. 16.K L
Auarorum tentatio. to.1.39.I M
Auaritia velut amphora est. to.1.84.D
Impietas auaritiæ sui peccati pondere grauatur. Ibidem.
Auari per superbiam & inanem gloriam elati, proximos quosq; despiciunt. Ibidem.G
Quare auari dicãtur esse inter cœlum & terram. to.1.84.G

Universidad de Deusto
Biblioteca

to.1.84.G
Auaritia desideratis rebus non extinguitur, sed augetur. to.1.87.I.
Tanta infelix auarus patitur, quanta pati timet. Ibidem.L
Omnis dolor super auarum irruit. Ibidem.
Mens auari quæ ex abundãtia requiem quærit, ad custodiam grauius laborat. Ibidem.
Auaritiæ proprietates. to.1.88.A
Olla succensa est cor auarorum. to.1.105.B
De auaro volẽte destruere horrea sua, vt ampliora construeret. to.1.128.G
Rami auaritiæ. to.1.189.G
Auari quomodo monendi. to.2.12.L M
Rapterum auaritia per mundi contemptum corrigitur. Ibidem.M
Auari tot quotidie perimunt, quot morientium pauperum subsidia abscondunt. to.2.13.A
Excusatio auarorum non facientium elemosynas. Ibidem.B
Quomodo auaritia est siccanda. Ibidem.C
Auaritiæ detestatio. to.2.90.B.& seq.
Auaritia, curiositas & voluptas priuant homines cœna dominica. to.2.127.K
Auarus & luxuriosus ore suo deum nõ laudant. to.2.142.C
Auaritia, est idolorum seruitus. to.2.230.F M

Audire.

Absconditum verbum audire quid sit. to.1.27.K
Audire vocem populi. to.2.29.F
Audire volentis est, sustinere nolentis. to.1.89.C

Auditor.

Secũdum capacitatem auditorum moderetur lingua doctorum. to.1.100.M
Auditorum verbi dei diuersitas. to.1.117.A
Boni auditores verba non impugnant audita, sed credunt. Ibidem.
Mali auditores, auditis nõ credunt, sed ea pro viribus impugnant. Ibidem.
Sonum de superioribus audire. to.1.160.D
Audire nostrum quid sit. to.1.209.L
Pro qualitate audientium formari debet sermo doctoris. to.2.7.G
Boni auditoris mores. to.2.57.L
Alia sunt quæ iacentes, alia quæ stantes audire debemus. to.2.67.F
Auditorum diuersitas. to.2.71.B
Propter bonos auditores malis doctoribus sermo datur. to.2.75.F G
Propter malos auditores sermo bonis prædicatoribus tollitur. Ibidem.
Auditores perfectiores vicini sunt rectori suo. to.2.293.B
Qui quærunt audire quod iustum est, æquanimiter expectant audire quod quærunt. to.1.142.I
Audientes libenter prædicatorum verba facilè à domino exaudiuntur. to.2.233.C

Augustinus.

Augustinus nec cum sorore sua habitare consensit to.2.207.B
De libris sancti Augustini. to.2.222.D E
Augustini Anglorum episcopi laudes. tomo.2. 232.I
Interrogationes vndecim Augustini Cantuarien. ad beatum Gregorium. to.2.252.D

Auis.

Auis nascitur ad volatum. to.2.32.K

Aura.

Per auram lenem spiritus sanctus intelligitur. to.1.29.C

Auris.

Qui auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. to.1.65.F
Humanæ aures verba nostra talia indicant qualia foris sonant. to.1.150.E
Aurem ab iniquitate reuelare. to.1.154.E
Aurem in tribulatione reuelare. to.1.155.A
Aures corporis sunt ad corporalia, aures vero cordis sunt solum ad spiritualia. to.2.79.B
Aures cordis quæ sint. to.2.206.E
Aures tinnire quid. to.2.273.F G.& seq.
Auricula quomodo reuelatur à dño. to.2.293.M

Aurora.

Aurora ecclesia dicitur. to.1.18.M
Ortus auroræ, exordium est claroscentis ecclesiæ. to.1.19.A
Ortus auroræ, est noua natiuitas resurrectionis. to.1.20.K
Aurora mens iusti dicitur. to.1.97.H
Quid est locus auroræ. to.1.168.K L
Quomodo locus suus auroræ monstratus est. Ibidem.

Aurum.

Aurum obryzum sanctos angelos signat. to.1. 108.M
Aurum cæteris metallis lucidius. to.1.109.B
Aurum & vitrum summam designant fœlicitatem. Ibidem.
Quid aurum obryzum. to.1.128.G L
Aurum designat ingenium. Ibidem.L
Aurum ab Aquilone venire. to.1.162.C
Per aurum diuinitatis claritas designatur. to.1. 206.L
Aurum multipliciter dicitur. Ibidem
Per aurum nitor gloriæ temporalis accipitur. Ibidem.
Per aurum splendor designatur sanctitatis. to.1. 206.L
Per aurum splendor supernæ ciuitatis exprimitur Ibidem.M.& to.2.288.D
Per aurum charitas innotescit. Ibidem.
Aurum quasi lutum sternere. to.1.206.M
Qui videtur clari in ecclesia, si diabolo subiiciẽtur nunquàm ante dei oculos aurum fuerunt, sed lutum. to.1.207.A B
Per aurum sapientia significatur. to.2.45.E F
Aurum obscuratum quid sit. to.2.108.H
Vbi aurum pluet, ibi & vitium. to.2.216.A

Auster.

Interiora austri, sunt secretißimi patriæ cœlestis sinus. to.1.52.M
Per austrum spiritus sanctus designatur. to.1. 162.F.& 289.I. to.2.49.E
Quid per austrum signetur. to.1.163.A
Porta ad austrum quibus patet. to.2.89.I K
Porta australis Iudæa aliquando signatur. to.2. 91.M
Per portam austri quid designetur. to.2.96.A

Author.

Nullus authoris verba reprehendere audeat. to.1.54.K

Auxilium diuinum.

Auxilium diuinum nunquam deest animis iustorum tribulatorum. to.1.121.L

Axa.

Axa filia Caleph quid significet. to.2.195.L

Azotij.

Azotij primordia gentilitatis designant. to.2. 179.F.I
Azotij successiue credidisse dicuntur. tomo.2. 179.E F

Babylon, & Babylonia.

Babylon confusio interpretatur. to.1. 33.G.& to.2.71.A
Filia Babylonis virgo quæ dicatur. to.1.33.G
Rex Babylonis est antiquus hostis. to.1.40.F
Qui dicantur Babyloniæ ciues, & qui Hierusalem. to.1.108.K
Babylonis nomine huius mundi gloria dicitur. to.1.206.M
A Hierusalem in Babylonem venire quid sit. to.2.70.M.
In Babyloniam veniens propheta liberatus est. to.2.71.A.& seq.

Balaam.

Balaam post consilium contra Israelitas vidit in pœna quid prius in culpa commiserit. to.1. 90.F
Asina Balaã verba rationalia ædidit. to.1.156.L
Balaam antichristi nequitiam sequutus est. to.1. 169.H
Asina Balaam impedit eum à peccato. to.2. 10.E
Balaam reuertentes ad peccata, post contritionem, figurat. to.2.16.G
Balaam propter auaritiam in populi necem consensit. to.2.106.F

Baldad.

Baldad interpretatur vetustas sola. to.1.14.L & 134.A
Baldath typum hæreticorũ de prosperitate huius vitæ sese extollentium tenet. to.1.79.M
In Baldath & Eliphas hæretici signati. to.1. 134.A

Balneum.

Balneum Ciceronis, monasterium. to.2.20.B

Balthasar.

Visio Balthasar non fuit prophetia. tomo.1. 68.E.

Baptismus.

Quantum apud nos valet baptismus, tantũ apud priscos valebat fides parẽtum vel circuncisio. to.1.16.I
Nisi baptismo ab originali abluamur, parentum peccata portamus. to.1.90.B
Quare Christus post baptisma tentatus est. to.1. 141.I
Baptismus Ioannis erat in aqua. to.1.101.E
Baptismus Ioannis non debebat peccata, nec conferebat gratiam. Ibidem.
Baptismus Ioannis non conferebat gratiam. to.2. 110.K
De trina immersione baptismi. to.2.157.F
Trina immersio in baptismum quid designet. Ibidem.G
Vnica immersio non impedit baptismum. Ibidem.G H
Error dicentium in baptismo omnia peccata dimitti. to.2.229.D.& seq.
Baptismus præterita peccata dimittit. tomo.2. 230.B
Baptismi virtus. Ibidem.
Baptismum non recipiens spiritus sancti gratia ab omni peccato redimitur. to.2.326.I

Baptizatus, & Baptizari.

Non baptizatus, reatus primi vinculis ligatur. to.1.16.I
Baptizati inuiti, ad pristinam infidelitatem reuertuntur. to.2.158.I
De baptizatis non rebaptizandis. to.2.164.B & seq.
Baptizatos infantes, presbyteri bis in frontibus vngere non debent. to.2.175.E
Quomodo recipiantur ab ecclesia, qui in nomine trinitatis apud hæreticos baptizantur. to.2.233.E
Baptizati ab hæreticis in nomine trinitatis, non sunt rebaptizandi. Ibidem.

Rebaptizandi sectarij non in trinitatis nomine fuerint baptizati. Ibidem.F
Si dubitetur de baptizatione, confirmatione, aliquorum, vel de Ecclesiæ cõsecratione, quid faciendum. to.2.250.K

Baptisterium.

Baptisterium non est in monasteriis fundandum. to.2.171.C
De baptisterio construendo. to.242.H

Barachel.

Barachel interpretatur benedictio dei. tom.1. 134.K

Barba.

Quid per barbam domini rasam significetur. to.1.9.D

Barbari.

De Barbarorum gladiis. to.2.199.D.& 248.H

Barbaricini.

De Barbaricinis mancipiis comparandis. to.2. 226.K
De Barbaricinis convertendis. to.2.175.BE

Bases.

Per Bases aliquando propheta signantur. to.1. 165.I
Bases sunt animæ intentiones. to.1.166.L M

Basilæus.

Basilæus terræ princeps interpretatur. to.1.53.K

Basilica.

De constructione Basilicæ. to.2.235.K

Basilius.

De Basilio magico. to.2.20.C
Basilius magus ab episcopo præsentatus est Equitio. Ibidem.D
Basilius sub habitu monachi diabolus Equitio apparebat. Ibidem.
Basilij magici actus. Ibidem.E
Basilius magus tãdẽ Romæ crematus est. Ibid.E
Virgo febricitans Basilium magum quærebat ad medicinam. Ibidem.
De decẽ auri libris Basilio Cypriano trãsmissis. to.2.219.H

Beatus.

An beatos culparum præteritarum tangat recordatio. to.1.23.G
Beati videtes supplicia damnatorum magis deo se esse sentiunt debitores. to.1.200.E
Duplex est futura beatorum commutatio. to.2. 147.K L
Ordo beatorum in paradiso. to.2.66.B

Beatitudo.

Homo carne indutus, beatitudinis gloriam videre non potest. to.1.20.K L
Beatitudinis disparitas. to.1.23.E
Beatitudinis requies. Ibidem.F G

Behemoth.

Behemoth interpretatur animal. to.1.193.C D
Quare Behemoth boui comparetur. Ibidem.G
Cauda Behemoth, est Antichristus. to.1.193.L M
Quomodo Behemoth caudam suam dilatet. Ibidem.
Behemoth tot testes habet, quot iniquitatis suæ prædicatores. Ibidem.
Quid est quòd Behemoth caput herba est, & cauda cedrus. to.1.194.K L M
Qui Behemoth caput non cõterunt, plerumque cauda, & etiam nolentes, ligantur. Ibidem.
Nervi testiculorum Behemoth, sunt pestifera argumenta machinationum. Ibidem.G
Ossa Behemoth, consilia eius. to.1.195.E & seq.
Quæ sint consilia Behemoth. Ibidem & seq.
Quomodo ossa Behemoth sunt sicut fistulæ æris. to.1.195.F. & seq.
Deus Behemoth eminentiorem cæteris angelis fecit. to.1.196.D
Sabolus Behemoth scientia cunctos transcendisse putatur. to.1.196.F G
An Behemoth fuerit cõditus in charitate & gloria. Ibidem.
Gladius Behemoth, ipsa nocendi malitia est. to.1.196.H. & seq.
Quomodo gladius Behemoth applicatur. Ibid.
Quomodo Behemoth ab electis vincatur. to.1. 196.K
Cur multos Behemoth ferire permittitur. Ibidem.
Behemoth in frigidis mentibus iacet. to.1.197.D & seq.
Behemoth in sanctorum mentibus dormire non potest. Ibidem.
Behemoth Christum nouit incarnatum, sed redemptionis nostræ ordinem nescivit. to.1.198.I & sequen.
Per nares Behemoth, callidæ eius insidiæ designantur. Ibidem.
Behemoth à deo laxatus, de culpa in culpã trahit. to.1.200.A
Behemoth vno vitio homines percutit vt concidant, & alio ligat ne resurgãt. Ibidem.A B
Fraudes tentationum Behemoth. Ibidem.B

Belial.

Belial filij. to.2.301.M.302.C D

Bellum.

De ipsa victoria sæpe bellum oritur. to.1.15.M
Bellum deo pluere quid sit. to.1.87.M
Aliud est bella fortiter perpeti, aliud bellis impugnari. to.1.136.A
Ducis belli conditiones. to.1.187.G
Bellum procul odorari, quid sit. to.1.188.D.& seq.& 189.D
Bella & seditiones differunt. to.2.126.D
Bellum contra duos mouet diabolus. Ibidem.K
Bellum cum malignis spiritibus habet qui eorũ obedit voluntati. to.1.277.E
Ad bella spiritualia non per seculares literas, sed animas instruimur. to.2.309.E
Bellum electorum & desideriorum carnalium. to.2.302.I
Bella spiritualia sunt sicut & corporalia. to.2. 302.G

Benedictus.

De vita & miraculis beati Benedicti. to.2. 23.I.& seq.
Benedicti origo & adolescentia. Ibidem.
Benedictus solitudinem petiit. Ibidem.
Benedictus capisterium fractum refecit. Ibidem.
Specus Benedicti. Ibidem.
Deus quẽdam presbyterum misit ad Benedictũ. Ibidem.
Benedictus diem paschalem ignorabat. Ibidem.
Benedictus carnis tentatione superata, à tentationis vitio liber deinceps exstitit. Ibidem.
Benedictus vitrũ venenatum signo crucis fregit. to.2.24.C.& seq.
Monachi de morte Benedicti conspirauerunt. Ibidem.
Benedictus multis victus precibus abbas effectus. Ibidem.
Benedictus relicta abbatia solitudinem repetiit. Ibidem.
Quare Benedictus cum monachis dissimilibus conuiuere nequiuit. Ibidem.
Benedictus an susceptum monasterium deserere debuit. Ibidem.
Benedictus duodecim monasteria construxit. Ibidem.
Benedictus virgis monachum vagum castigauit. Ibidem.
De fonte in vertice montis Benedicti oratione producto. Ibidem.
Benedictus falcastri ferrum manubrio reuinxit. Ibidem.
Benedictus coruo suo præcepit vt venenatum panem Florentij longe deferret. Ibidem.
Benedictus Florentij persecutione fractus monasterium deseruit. Ibidem.
Benedictus confertur ad Moysen, Helisæum, Heliam, Dauid, & Petrum. to.2.25.A.& seq.
Benedictus fanum Apollinis in sancti Martini templum commutauit. Ibidem.
Diabolus maledictum Benedictum vocabat. Ibidem.
De ingenti saxo per Benedicti orationem leuato. Ibidem.
Benedictus lapidem à diabolo grauatum, oratione leuem fecit. Ibidem.
Fantasticum ignem Benedictus oratione extinxit. Ibidem.
Benedictus dilaceratum puerum oratione vinificauit. Ibidem.
Benedictus prophetiæ spiritu pollebat. Ibidem.
Benedictus in absentia fratrum eos in spiritu vidit. Ibidem.
De fratre Valentiniani monachi, quem Benedictus in via comedisse carpsit. Ibidem.
Benedictus in spiritu absentem comedere vidit. Ibidem.
Benedictus Totilam increpat sibi prædicens futura, & mortem suam. Ibidem.
Benedicti prophetia super Romanæ vrbis excidio. Ibidem.
Benedictus dei secreta habebat, quia eius mandata seruabat. Ibidem.
Benedicti præceptum datum obsesso. Ibidem.
De destructione monasterij Benedicti ab ipso prædicta. to.2.26.C.& seq.
De abscessione stasconis à beato Benedicto cognita. Ibidem.
Benedictus ad Paulum confertur. Ibidem.
De cogitatione monachi superba à Benedicto cognita. Ibidem.
De ducentis modiis farinæ ante Benedicti cellã inuentis. Ibidem.
Benedictus apparuit quibusdam in somnis. Ibidem.
Abacuch & Benedictus conferuntur. Ibidem.
Benedictus mulieres excommunicauit minando. Ibidem.
Benedictus moniales defunctas absoluit. Ibid.
Benedictus leprosum sanauit. to.2.29.C
Benedictus. xiij. solidos diuinitus accepit. Ibidem.
Benedictus quicquid olei restabat monachorum prouisioni, Agapito erogauit. Ibidem.C
Benedictus vacuũ dolium sua oratione oleo impleuit. Ibidem.
Benedictus per alapam obsessum liberauit. Ibidem.
Quomodo Benedictus tot & tanta miracula faciebat. Ibidem.
De ligato rustico solo aspectu Benedicti soluto. Ibidem.
Rusticus à Galla vexatus res suas Benedicto cõmendauit. Ibidem.
Galla ad Benedictum ductus. to.2.29.C
Galla à Benedicto correptus ab insania resipuit. Ibidem.
Benedictus oratione sua puerum suscitauit. Ibidem.
Scholastica plus benedicto potuit, quæ amplius amauit. Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Benedictus vidit animã sororis defunctæ. Ibid.
Benedictus quod voluit non potuit. Ibidem.
De mundo ante oculos Benedicti collecto, & de anima Germani Capuani episcopi. Ibidem.
Totus mũdus in quadam noctis claritate Benedicto apparuit. Ibidem.
Benedictus animam Germani Capuani vidit egredientem. to.2.28.B
Benedictus vidit animam Capuani episcopi ab angelis in cœlum portari. Ibidem.
Benedictus misit ad vrbem Capuam, quid de Germano episcopo accidisset. Ibidem.C
Quòd Benedictus regulam monachorum scripserit. Ibidem.
Benedictus fratribus denunciat diem obitus sui. Ibidem.
Expiratio sancti Benedicti. Ibidem.
Mulier furibunda in specu Benedicti sanata est. Ibidem.
Sepultura Benedicti. Ibidem.
De Benedicto monacho. to.2.32.E
Miraculum ignis in cella Benedicti. Ibidem.
Benedictum monachum Gothi in clibanum posuerunt. Ibidem.

Benedictio.

Benedictionem Iacob quidam audientes historicè, quidã vero allegoricè capiunt. to.2.61.A B

Beneficium.

An liceat appetere beneficium. to.2.2.K
Plerique cum adepti fuerint beneficiũ, obliniscũtur quicquid animo cogitauerant. to.2.3.D
Beneficia & alia bona ex deo esse cognoscantur. to.2.162.M

Benenatus.

De facinoribus Benenati Messenatis episcopi. to.2.243.C

Beniamin.

Beniamin, filius dextræ interpretatur. tom.2. 294.B

Benignitas.

Benignitatis exemplum Samuel est. to.2.82.B

Bersabee.

Bersabee puteus septimus dicitur. to.1.15.G & 274.E
Bersabee legem litteræ significat. Ibidem.

Bestia.

Bestia terræ, dicitur etiam motus carnis. to.1.35.I
Bestia agri quid sit. to.1.183.K
Bestiæ agri sunt dæmones. to.1.197.C

Bethauen.

Bethauẽ interpretatur domus inutilis. to.2.312.L

Bethchar.

Bethchar, domus agni interpretatur. to.2.285.HI

Bethel.

Bethel domus dei interpretatur. to.2.46.M & to.2.286.D E

Bethleem.

Bethleem domus panis interpretatur. to.2.101.L
Bethleem domus panis dicitur. to.2.324.K

Bethsamis.

Bethsamis domus Solis interpretatur. to.2. 119.A.& 282.C

Bethsamitæ.

Bethsamitæ in sancta Ecclesia sunt mortui sacerdotes & ministri reprobi. to.2.283.L
Bethsamitæ perfectè contemplatiuos designant. to.2.282.I K

Bonus & bonum.

Nullum est bonum extrinsecum, nisi innocentiæ victima in ara cordis deo immoletur. to.1.4.I
Quomodo cognoscamus bona nostra vnde sint. to.1.10.H
Cui volenti bonum, posse subtrahitur. tom.1. 93.L
Bonum nostrum immortalis est gratiæ donum. to.1.130.D
Bonum bene & male dicitur. to.1.134.C
Qui sibi quod bonum est tribuit, solida basis nõ est. to.1.165.K
Bonum quod agimus, & dei est, & nostrum. to.1. 201.M
Qui maius bonum proposuit, illicitè ad minus redit. to.2.15.G
Bonum quod alter habet, alteri impendat. to.2. 64.C
Bonum si quod à deo habeamus, pertimescamus. to.2.133.K
Qui alterius bonum adiuuat, suum facit. to.2. 232.E
Quòd bona malis admixta deo accepta esse nõ possint. to.1.1.F G
Bona dei quæ dicuntur. to.1.12.H
Bona quæ agere præcipimur, non præceptori, sed nobis prosunt. to.1.47.F
Bona quæ agimus, intus seruanda sunt. tom.1. 50.F
Bona nostra latrocinanti fraude sæpe pereunt. to.1.55.M
Quòd bona malis, & mala bonis in hac vita indifferenter eueniunt. to.1.79.L
Quòd in vita futura sola mala malis, & sola bona bonis euenient. Ibidem.
Bona mundi non habita in amore sunt, habita vero vilescunt. to.1.80.D
Quomodo licet alicui bona de seipso dicere. to.1.82.D
Bona temporalia quomodo in manu habentur. to.1.90.A
Bona prodesse nequeunt, si mala quæ surrepunt non caueantur. to.1.114.H
Minora bona aliquando prætermittenda sunt, pro vtilitate maiorum. to.1.115.E
Bona præterita ad memoriam reuocata sæpe ingerunt superbiam. to.1.129.F G
Bona nostra in exitu reuocanda sunt ad memoriam, ne nos desperatio premat. Ibidem.G
Debemus bona nostra à memoria repellere, ne extollant. Ibidem.
Quæ sint bona summa, & quæ media. to.1.163.E
Latitudo bonorum interiorum non facilè comprehenditur. to.1.170.I.M
Ex bonis plerunque mala nascuntur. to.1.189.E
Multa videntur bona, quæ non sunt. to.2.22.H
Illi maiora bona nõ habent, qui in se minora vitia vincere non possunt. to.2.31.B
Bona temporalia propter Christum relinquentes inæstimabilem recipient retributionem. to.2. 54.D
Bona nostra omnipotentis dei dona sunt. to.2. 67.D
Ad bona surgere non possumus, nisi nos spiritus & præueniendo eleuet, & subsequendo confortet. to.2.72.F
Bona agens non quærat fauorem humanum. to.2. 104.C
Bona quæ volumus non nisi magna mentis quiete diiudicamus. to.2.275.H
Bona spiritalia cognoscens in eis securius requiescit. to.2.276.A
Bona mundana qualiter sint tenẽda. to.2.128.D
Bona propria non largiens, damnatur interdum. to.2.133.F
Bona malis admixta non sunt deo accepta. to.2. 137.K
Bona huius mundi sunt dona conditoris. to.2. 227.K
Bonum cum malis esse, laudabile est. to.1.1.E
Quid est quod in hac vita nonnunquam bonis male sit, & malis bene. to.2.23.H
Quare interdum bonis bene sit, & malis male. Ibidem.
Boni viri, consilij sereno verba sua moderantur. to.1.26.C
Bonorum vita vsque ad tenebras doloribus repletur. to.1.44.E
Differentia bonorum sanctorum, & hypocritarum. to.1.48.H
Cur interdum credantur praua verba bonorum. to.1.82.D
Boni in suis locutionibus auditoribus prodesse & sibi semper intendunt. to.1.89.B
Bonos mala inconsummata non condemnant. to.2.16.H
Boni malos, & mali bonos post mortẽ agnoscent. to.2.42.D
Boni post mortem non solum quos viuentes nouerant, sed quos nunquam viderant cognoscent. Ibidem.
Nemo perfectè bonus est, nisi qui fuerit & cum malis bonus. to.2.68.K
Boni timendi sunt ne offendantur. Ibidem.L
Bonis quandoque graues cõtingunt afflictiones. to.2.106.G
Bonorum prosperitatem cõtemnimus ad voluptatis peruersitatem. to.2.226.E
Boni quando separabuntur à malis. tomo.2. 130.E
Bonus non fuit, qui malos tolerare recusauit. Ibidem.F G
Bonus non fuit, quem malorum prauitas nõ probauit. Ibidem.G
Boni pauci sunt, & multi mali. Ibidem.
Bona Ecclesiæ debent pauperibus prodesse. to.2. 153.I
Nõ accepta sunt deo bona malis admixta. to.2. 136.A
Boni quanto plus à malis premuntur, tanto debent esse feruentiores. to.2.193.C
Boni malorum odia sustinent, & ab his lacerantur. Ibidem.
Boni sine malis, perfecti boni esse non possunt. to.2.229.F
Bonum alterius iuuans, suum facit. tomo.2. 232.E
Boni sine malis in hac vita esse non possunt. to.2.229.G
Bonarum mentium est ibi agnoscere culpam, vbi culpa non est. to.2.253.E
Bonorum & malorum discrimen in Ecclesia. to.2.307.I
Boni videri sine elatione non valemus. tom.2. 310.C
Bonum de quo potest nasci elatio abscõdi debet. Ibidem.E

Bonifacius.

De Bonifacio Ferentinæ ciuitatis episcopo. to.2. 21.I
Bonifacius de paucis à grandine relictis racemis omnia vasa sua vino repleuit. Ibidem.K
Bonifacius prohibuit miraculum, dum viueret, publicari. Ibidem.L
Bonifacius iaculatori mortem prædixit. tom.2. 22.A
Bonifacius duodecim aureos pauperibus diuisit. Ibidem.B
Bonifacius duodecim aureos à beata virgine impetrauit. Ibidem.B
Bonifacius prædixit Constantio, quòd non esset futurus episcopus. Ibidem.C

Universidad de Deusto Biblioteca

Bonifacius duos Gothos baptismo recepit. Ibidē.
Vasculum à Bonifacio acceptum vinum multiplicauit. Ibidem.
Erucæ de præcepto Bonifacij ex horto migrauerunt. Ibidem.
Bonifacij pueritia. Ibidem.C D
Bonifacius puer tritici ex horreo matris pauperibus erogabat. Ibidem.
Bonifacius oratione horreum tritico impleuit. Ibidem.
Bonifacius oratione vulpem occidit. Ibidem.E
De violentia Bonifacij notarij. to.2.226.L

Bos & Boues.

Boues interdum fatuos, interdum operarios designant. to.1.2.G
Boues Iudæos operarios designant. Ibidem.G H
Bouum iuga quingenta, bene laborantibus requiē signant. Ibidem.H
Iuga boum possidere quid sit. to.1.3.I
Boues, bene operantes designant. to.1.8.G
Boues arantes, nostras graues cogitationes significant. to.1.10.A
Boues etiam arātes, charitatis cogitationes significant. Ibidem.
Bouis nomine plebs Iudaica significatur. tomo.1. 37.K
Bos prædicatores significat. to.1.38.D
In primogenito bouis operari, quid sit. tomo.1. 49.M
Bouis nomine plebs Israelitica designatur. to.1. 212.K
Bouis nomine, luxuriosorum dementia signatur. Ibidem.
Bouis nomine, prædicatoris labor exprimitur. Ibidem.
Per iugatos boues possunt prædicatores intelligi. Ibidem.M
Bouis nomine aliquando fatuus signatur. tomo. 2.88.F
Bouis nomine aliquando sapiens designatur. Ibidem.
Bouum quinque iuga, quinque sensus repræsentāt. to.2.127.H

Brachium.

Brachia, hominis opera designant. to.1.80.I
Brachium dei dicitur filius eius. to.1.159.K
Excelsum brachium dicitur superba Antichristi celsitudo. to.1.169.I

Britannia.

Britannia ad fidem tempore Gregorij conuersa. to.158.F

Brucus.

Per brucum ventris inguines exprimitur. tomo.1. 204.B

Butyrum.

Butyrum ex carne animalium producitur. tomo. 1.87.E

Buzi.

Buzi interpretatur despectus. to.2.56.D

Buzites.

Buzites interpretatur contemptibilis. tomo.1. 134.K

Byssus.

Per byssum, coccum, atque hyacinthum vita sanctorum tenera, sed clara, designatur. tomo.1. 148.L
Byssus quid designat. to.2.155.A

Cadere & Cadens.

Cadere in faciem. to.1.185.M. & to. 2.67.A
Retro cadere quid sit. Ibidem.
Quomodo interdum cadere, interdū surgere iubemur. to.2.67.E
Qui cadens apertos habet oculos. to.1.162.B

Cadauer.

Cadauer à casu dicitur. to.1.190.M

Cæcus.

Cæcus quis dicitur. to.1.115.B.C.& to.2.3.H
Quare duo cæci à Christo illuminati contra prohibitionem miraculum publicauerunt. tomo. 2.21.I
Cæcus à deo illuminatus humanū genus designat. to.2.98.G
Cæcum iuxta viam sedere & mēdicare, quid sit. Ibidem.

Cain.

Cain in tempore culpæ natus est. to.1.17.K
Cain fratricidium. to.1.31.D
Cain primus ciuitatem construxit. to.1.32.A
Cain primam ciuitatem ædificās, nomine primogeniti sui Enoch appellauit. to.2.51.G
Cain primus in terra ciuitatem primam dicitur construxisse. to.1.93.A
Cain fuit membrum Antichristi. to.1.169.H
Inuidia, Cain fratrem Abel occidit. to.2.9.H I
Cain admonitus à deo, audire contempsit. tomo. 2.120.E
Cain peccauit in spiritum sanctum. to.2.141.G

Calamus.

Per calamum prædicatores designantur. tomo.1. 172.I
Calamus doctrinam scriptorum designat. tomo.1. 197.G
Calamus, vel arundo, verbi æternitatē designat. Ibidem.
Calamus mentis exprimit mobilitatem. Ibidem.
Calamus nitorem gloriæ temporalis designat. Ibidem.
Calamus Iudæorum regno comparatur. tomo.1. 197.H
Calami de hastili procedentes, sunt prædicatores. to.2.61.F
Quidam in ecclesia calami nomine designantur, alij nomine iunci. to.2.78.C
Calamus quid repræsentat. Ibidem.
Calamus, nostræ perfectionis & profectus mensura est. to.2.79.F

Calamitas.

In calamitate esse. to.1.119.K
Calamitates ad Orientis dextram surgere. to.1. 121.H
Calamitas sequitur peccata. to.2.168.G

Calciamenta.

Calciamenta ecclesiæ, sunt exempla præcedentiū patrum. to.2.52.D
Calciamenta habeamus in pedibus, quādo agnū paschalem comedimus. to.2.113.L

Caligo.

Caligo dicitur ipsa, per pœnitentiam, mentis nostræ confusio. to.1.19.L

Calumniator.

Calumniator grauius peccat malè viuendo vim bonorum moribus inferens, quàm bona æterna auferens. to.1.150.M
Calumniator est qui bonos suo exemplo malè viuere compellit. to.1.151.A

Calumniosus.

De condumia Calumnioso episcopo danda. to.2. 226.G H

Camelus.

Camelus interdum Christum designat. tomo. 1. 2.E
Cameli gentilium vitiositatem designāt. Ibidem.
Cameli etiam Samaritanorum vitam signabant. Ibidem.F
Camelos possidere quid sit. to.1.3.H
Cameli terrenarū rerum dispensationes, designāt. Ibidem.H I
Cameli bonas rerum temporalium dispensationes designant. to.1.10.C
Cameli nomine quid designetur. to.1.212.H

Campania.

De negligentia & desidia episcoporū Campaniæ. to.2.243.E

Campus.

Camporum Elysiorum descriptio. tomo.2.40.M. & 41.A

Candidus.

De laude Candidi Abbatis. to.2.227.L

Canes.

Canes gregis, ecclesiæ sunt doctores. to.1.118.G

Canon.

Canones & priscorum statuta frangens, peccat. to.2.170.H
Canones transgredientes pœna canonum sunt puniendi. to.2.174.K

Canonicus.

Is in quem canonica non fertur sententia, pœnam non debet ferre canonicam. to.2.166.I

Canterma.

Canterna quid sit. to.2.248.G

Canticum.

Quare liber dicitur canticum canticorum. tomo. 2.44.E F
Quare liber cantici canticorum tertius in ordine librorum Salomonis ponitur. Ibidem.

Capillus.

Mos antiquorum de rescindendis capillis. tomo. 1.7.E
Quid per decisos domini capillos, aut per caput eius designetur. to.1.9.C
Capilli defluentes, animi cogitationes designant. to.1.10.M
Per capillos populi designantur. to.2.40.A
Capilli denotant abundantem terrenam substantiam. to.2.123.H
Capillus incisus non dolet. to.2.126.H
Capillos tondere. to.2.154.M
Capilli superfluam rerum copiam significant. to. 2.256.K

Capisterium.

De capisterij fracti reparatione. to.2.23.K

Caprea.

Caprea Ecclesiam designat. to.2.46.M

Captiuitas.

Qui redimitur, ex aliqua captiuitate liberatur. to.1.108.A

Captiui.

De multitudine captiuorum qui pro eo quòd caprę caput adorare noluerunt, occisi sunt. to.2. 33.H
De receptione captiuorum. to.2.189.M
De precio in captiuos expenso. to.2.201.L M

Caput.

Caput tondere, est cogitationes superfluas à mente resecare. to.1.11.A.& to.2.155.M
Caput in lapide ponere, est Christo adhærere. to. 1.28.D
Caput appellatur interdum corpus, & contra. to. 1.78.E
Caput monere quid sit. to.1.211.I
Caput sponsæ mens dicitur. to.2.46.B
Caput nostrum Christus est. to.2.63.G
Caput inclinare spiritualibus viris. to.2.198.C

Carbones.

Per carbones, iusti simplices & occulti designantur. to.2.60.C
Carbonum & lampadum differentia. Ibidem.

Cardo.

Cardines

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cardines terræ sunt prædicatores ex gentibus electi. to.2.263.B

Carmelus.

Carmelus mollis siue tener interpretatur. tomo.2. 320.H

Carmen.

Carmen in nocte, est Latitia in tribulatione. to.1. 151.D
Carmen & in bono & in malo sumitur. tomo.2. 69.E

Caro.

Per carnem & sanguinẽ solent peccata designari. to.1.14.B
Carnis suggestio, quidam clamor est contra quietem mentis. to.1.21.F G
Remedium aduersus carnis motus. to.1.35.I K
Carnis delectatio in rebus principatur. tomo.1. 67.F
Per carnes discipuli fugientes in passione Christi. to.1.83.I
Caro, secundum naturam & secundum culpam dicitur. to.1.85.B.& seq.
Caro nostra post resurrectionẽ eadem erit per naturam, & diuersa per gloriam. Ibidem.F
In carne non esse, est nihil amoris carnalium habere. to.1.88.F G
Caro interdum sterilis dicitur. to.1.98.F G
Caro quid significet. to.1.139.C
Quomodo carnis incentiua castigentur. tomo.1. 180.F G
Carnis cura quomodo facienda est. Ibidem.
Carnis delectationes sunt arguendæ. to.2.290.G
Caro per abstinentiam fornicationis impetum minuit. to.2.310.L
Caro fortis est quorum mens est debilis. tomo.2. 302.M
Caro impinguata ad lapsum linguæ & aliorum sensuum facilis est. to.2.304.C
Carnis motus omnino tolli non potest violẽtia autem tolli potest. to.2.303.M.& seq.
Quò plus caro premitur, eo de cœlesti spe animus securius lætatur. to.1.188.I
Caro ea quæ sunt spiritus capere non valet. to.2. 33.C
Per carnes populi designantur. to.2.88.B
Carni & menti quotidie adhibẽda sunt alimẽta. to.2.100.A
Carnis locus proprius est terra. to.2.102.D
Salutare dei videbit omnis caro. to.2.111.B
Caro constat ex quatuor elementis. to.2.134.K
Carnis & animæ diuersa sunt alimenta. tomo.2. 139.C

Carnalis.

Carnales in Ecclesia Christum premunt. tomo. 1. 14.E
Carnalium persecutiones in Ecclesia. Ibidem.F
Mentes carnalium, quæ fluxa deo intentione deseruiunt, mulieres vocantur. to.1.14.I
Carnales in Ecclesia, sunt diaboli aditores. to. 1.31.H
Carnalium vita, fœni nomine & palearum designatur. to.1.193.G
Carnales dum cœlestia loquuntur, velut ægri rebus vtantur. to.2.292.H
Carnalium exaltatio causa est multorum malorũ. to.2.288.D.& seq.
Carnales motus non habẽt delectationem in corpore virginali. to.2.306.I
Carnales ad culmen sanctæ Ecclesiæ prouehentes grauissimè peccant. to.2.305.D

Casiopus.

De Casiopi castro iniustè pernaso. tomo.2.247. A B

Cassius.

De Cassio Narniensis ciuitatis episcopo. tomo.2. 29.I
Totila Cassium episcopum propter ruborem faciei despexit. Ibidem.
Cassius episcopus spatarium obsessum coram Totila liberauit. Ibidem.
Cassij episcopi visio. to.2.44.K
De vita & transitu Cassij episcopi. Ibidem.
De Cassio Narniensi episcopo hostias quotidie offerente. to.2.129.F.& seq.

Castigatio.

De castigatione monachi vagi. to.2.24.H

Castimonia.

Qui de castimonia carnis superbiunt, in immunditiam carnis cadere permittuntur. to.1.67.E

Castitas.

Nulla est castitas carnis, quam non commendat suauitas mentis. to.1.35.L
Nec castitas sine humilitate, nec humilitas sine castitate valet. to.1.125.E.& sequen.
Castitas in Ioseph. to.1.158.A
Castitas exemplum, est Ioseph. to.2.82.B
Castitas non est magna sine bono opere, nec contra. to.2.105.A
Qui castitatem non promisit, ab vxore sua separari non cogatur. to.2.158.D
Castitatis exempla quæ sunt. tomo.2.318.M. & sequentib.

Castrum.

Castra prædicantium, continentium, bonorũ coniugatorum. to.2.65.E F
Castra designantur diuersa. Ibidem.

Casus.

Casus vnius, solet esse cautela alterius. tomo. 2. 186.A B

Casurus.

Casuri semper in præcipiti stant. to.1.136.L

Catenæ.

Catenæ obligationis quæ sint. to.1.154.D

Cauernæ.

Cauernæ terræ, dicuntur occultæ hæreticorum prædicationes. to.1.119.E
Cauernæ etiam dicuntur cogitationes prauæ. to.1. 120.D
Cauerna maceriæ, dicitur vulnus lateris Christi. to.2.46.H I

Causæ.

Causarum occupationibus agitatus debet ad aliquem habere recursum. to.2.195.B
Causæ dubiæ sunt Romæ determinandæ. tomo.2. 188.H
Causarum inter turbas non moueri, magni est animi. to.2.194.B

Cedar.

Cedar tenebræ interpretatur. to.2.44.M

Cedrus.

Cedri nomine prauorum potentia designatur. to.1. 193.I
Cedri nomine aliquando cœlestis gloriæ celsitudo designatur. Ibidem.
Cedrus quid designet. to.2.45.A
Cedrus quos designet. to.2.111.I
Quare cedrus, spina myrtus &c. in Ecclesia poni dicantur. Ibidem.K L

Celeritas.

Celeritas, seu festinatio, commẽdatur. to.2.113.M

Cella.

Per cellam vinariam potest etiam sacra scriptura designari. to.2.46.A

Census.

Non est census in crimine, sed affectus. tomo. 1. 65.C

Centenarius, & Centum.

Centenarius numerus decemplicato denario perfectus est. to.1.87.A
Centenarius maximam perfectionem continet. to. 2.87.H I
Vitam aliorum per centum metiri. Ibidem. K. & sequentib.
Centenarij numeri perfectio. to.2.89.F.G.& 96. L.& 124.E

Centumcellensis.

De Centumcellensi presbytero, qui à cuiusdam spiritu petitus est, vt post mortem per Eucharistiã posset iuuari. to.2.43.E

Cerastes.

Cerastes serpens cornutus dicitur. to.1.185.L
Cerastes antichristum significat. Ibidem.

Cerbonius.

De Cerbonio Populonij episcopo. to.2.30.D
In naum non pluit in qua corpus Cerbonij deferebatur. Ibidem.E

Certamen.

Mos describendi palæstræ certamen. to.1.1.G
Certantium conditiones. Ibidem.G H

Cerua.

Ceruarum natura. to.1.178.E
Quid per Ceruas designetur. Ibidem.F
Parturientes ceruas obseruare. Ibidem.L

Cerunus.

Cerui dicuntur patres antiqui. to.2.46.M

Cernix.

Cernix in malis superbiam, in bonis libertatis erectionem signat. to.1.77.A

Cetus.

Cetus nomine, antiquus hostis designat. to.1.46.A

Chaldæi.

Chaldæi Iudæos Christum crucifigentes figurabant. to.1.8.I
Chaldæi feroces interpretantur. Ibidem.& 33.G
Chaldæorum turmæ, Pharisæos, Herodianos, & Sadducæos designabant. Ibidem.M
Quid per Chaldæos rapientes camelos designetur. to.1.10.E F
Quid per Chaldæos feriẽtes pueros camelorum cu stodes, intelligatur. Ibidem.F
Chaldæi interpretantur captiuantes, vel dæmones. to.2.56.D

Chalcedonensis.

De Chalcedonensi synodo, & aliis tribus synodis recipiendis. to.1.166.M
Excommunicandus est qui concilio Chalcedonensi aliquid addere vel minuere præsumit. tomo. 2.172.H.& sequent. & to.2.176.G.& 199. M.& 208 K L
Chalcedonensis concilij auctoritas. to.2.176.G
De Chalcedonen. synodo. to.2.204.C
De Chalcedonensi synodo omnino recipiẽda. to.2. 208.H
De quadam synodali epistola Chalcedonẽ. synodo aduersa. Ibidem.M.& seq.

Chamus.

Per chamum & frenum quid intelligatur. tomo.2. 137.C

Chanaam.

Cur Chanaam filius Cham vltionem peccati paterni pertulit. to.1.152.G
Quare terra Chanaã Iudæis data sit. to.2.14.M

Chananæus.

Chananæus factus est tributarius tribui Ephraim. to.1.20.G
Chananæus, populus gentilis, virium significat. Ibidem.

Charitas.

Ex charitate virtutes oriuntur. to.1.3.F

Duo præcepta charitatis, dei amor, & proxi to.1.7.B & to.2.3.A.& 193.G
Charitas est mentis oculus. to.1.31.F
Charitas in culmen contemplationis elenat. to.1. 38.H
Ordo charitatis. to.1.39.E.& 149.A B
Et duo eiusdem præcepta. Ibidem.
Charitatis vitio superares antiquos. to.1.61.G.& sequentib.
Virtus charitatis. Ibidem.G.& seq.
Quomodo charitas patiens est, & benigna. Ibidem.K
Quomodo charitas nec æmulatur, nec inflatur. Ibidem.
Charitas non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate. Ibidem.L
Charitas non agit perperam, nõ est ambitiosa, nec quærit quæ sua sunt. Ibidem.
Charitas calori comparatur. to.1.97.L
Dare consilium stulto, charitatis est: dare sapiẽti, ostentationis: dare ipsi sapientiæ, peruersitatis. to.1.100.F
Charitas omnibus virtutibus antefertur. to.2. 284.A
Charitas præstat ieiunio. to.2.272.I
Charitas pastorem debet ornare. to.2.326.B C
Charitatis feruor per concupiscentiã extinguitur. to.2.311.A
Summa perfectio charitatis, est inimicos diligere. to.1.130.E
Duobus modis charitas ostenditur. Ibidem.
Sola custodia charitatis probat nos dei discipulos. Ibidem.
Charitatis effectus. to.1.160.I.& 294.L.& seq. & to.2.215.F
Iram reprimit charitas. to.1.168.E
Charitas reprimit vitia. Ibidem.
Charitas luxuriam domat. Ibidem.
Charitas auaritiam castigat. Ibidem.
Charitas est vinculum perfectionis. Ibidem.
Charitas superbiam debilitat. to.1.168.F
Charitas, quæ diuisa sunt, vnire consuevit. to.1. 177.I
Paulum charitas impellebat ad ecclesiæ augmentum. Ibidem.H I
Charitas deum simul & proximum diligit. to. 2.4.F
Charitas per impatientiæ vitium amittitur. to. 2.9.A
Charitas est mater custósque omnium virtutum. Ibidem.
Lex Christi charitas est. to.2.15.D
Charitas est legis plenitudo. to.2.35.H
Charitas sancta cor pacificat. to.2.44.I
Quomodo charitas in sponsa per cellam vinariã ordinatur. to.2.46.A
Plus in charitate animorum vnitas, quàm corporalis præsentia venerari solet. to.1.169.L
Charitas est ascensus propè ad gloriam. to. 2.81.F G
Charitatis feruoris exemplum est Ioannes. to.2. 82.D
Charitate dei & proximi vita nostra debet mensurari. Ibidem.I
Per arcum charitas designatur. Ibidem.
Charitas ad proximum. to.2.84.L M
Homo in omnibus operibus suis se in charitatis amplitudine dilatet. to.2.85.G
Charitas quomodo lata est. Ibidem.
Quomodo via charitatis angusta est, & lata. Ibidem.
Charitas est maior fide & spe. to.2.96.L
Charitas vera in duobus consistit. to.2.102.H
Charitatẽ in nobis ferire quærit hostis antiquus. to.2.117.K
Virtus charitatis in quo consistat, Ibidem.L
Charitatis vere affectum fratribus impendere debemus. to.2.118.F
Charitas in prælatis non cesset lingua tacente. to. 2.124.C D
Charitas est plenitudo legis. to.2.125.D
Charitas vera quæ est. to.2.130.L
Charitas quomodo probatur. Ibidem.
Charitatem verè habet qui & amicum diligit in deo, & inimicum propter deum. to.2.135.K
Charitate frigescente cor à bonis silet. tomo. 2. 138.F
Charitas est mater omnium virtutum. to.2.183. E.& 192.C D
Charitatis super cæteras virtutes excellentia. to. 2.184.M
De laude charitatis. tomo.2.192. C. G. & 203. A.& 217.E
Charitas locis diuidi non potest. to.2.222.M
De charitate clericis exhibenda. to.2.245.A
Charitatis opera. to.2.250.H

Cherubin.

Cherubin plenitudo scientiæ dicitur. to.1.101.C.& 196.G.& to. 2.115.H.& 125.B. & D.& G
Duo Cherubin, duo testamenta signabant. to.2. 61.M.& 62.A
Dominus quare dicitur sedere super Cherubin. to.2.125.G

Chobar.

Chobar interpretatur grauitas. to.2.56.D

Chrisma.

Ex quibus conficitur chrisma. to.2.45.H

Christus.

Christus in carnem veniens, simplicitatem cum rectitudine tenuit. to.1.2.A
Christus iuxta humanitatis naturam deum timuit. Ibidem.B
Christus Iob comparatur. Ibidem.
Christus Oriens dicitur. Ibidem.K
Quid nobis Christus sua petitione impetrauerit. to.1.3.A
Quare Christus Apostolorum pedes post prædicationem lauerit. Ibidem.B
Christi incarnatio nostræ emundationis oblatio est. Ibidem.C
Ordo appæritionum Christi post resurrectionem. to.1.7.K
Vis incarnationis Christi. to.1.8.B C
Quomodo Christus venit simplex, & rectus, ac timens deum, & recedens à malo. Ibidem.D
Quomodo Christus vniuersa quæ habebat in manum tentantis dedit. Ibidem.F
Quomodo Christus nudus de vtero matris synagogæ exiit. to.1.9.F
Quando Christus in vterum matris reuertetur. Ibidem.G
Christus vt deus dat omnia, vt homo accipit omnia. Ibidem.
Christus per corpus adhuc multa quotidie patitur. to.1.13.G
Christus passus non fuisset, nisi primus homo deliquisset. Ibidem.H
Christus est mediator dei & hominum. Ibidem.
Christus à debita morte nos non liberasset, nisi indebitam mortem suscepisset. Ibidem.I
Christus frustra iuxta seipsum afflictus est, iuxta nos verò non frustra. Ibidem.
Quomodo Christus frustra afflictus est. tomo.1. 13.I
An diabolus cognouerit Christum fuisse filium dei. Ibidem.K
Christus pro nostra redemptione, membrorum, satanæ manibus seipsum tradidit. Ibidem.L
Christus ipsos à quibus tenebatur, tenebat. to.1. 13.M
Anima Christi non est tentatione turbata. Ibid.
Animam Christi diabolus seruare præcipitur. Ibidem.M.& sequen.
Ab ipso mundi exordio membra Christi expugnare diabolus conatus est. to.1.14.B
Multi qui gladiis non possunt, peruersis actibus Christum persequuntur. Ibidem.D
Christus quotidie patitur omne quod à reprobis eius electi lacerantur. Ibidem.
An Christus ab hominibus tot peruersa toleraverit, quot pia intulit. Ibidem.
Christus dicitur petra. to.1.15.L
Quòd Christus non angelus, sed homo factus est. to.1.18.D
Christus est caput bonorum, hi autem corpus eius. Ibidem.L
Quare Christus vno die & duabus noctibus in sepulchro iacuit. to.1.19.K
Christus per vmbram suæ mortis, nostra peccata deleuit. to.1.19.K
Christus tres mortuos suscitauit. to.1.21.D
Quare Christus quartum mortuum non suscitauerit. Ibidem.D E
Ante Christi passionem iusti inferni claustra tenebant. Ibidem.K
Mors Christi ad coniunctionem sui corporis valuit. to.1.34.C
Persecutorum Christi cæcitas. to.1.34.D.& seq.
Incarnationis Christi mysterium. to.1.37.L.M
Caput nostrum Christus est. to.1.47.C D
Instabilis est domus, quæ Christum non habet in fundamento. to.1.49.F
Christi pauperes huius mundi potestates calcauerunt. to.1.52.E
Mirabilia Christi. to.1.53.A
Christus ad pœnam culpæ sine culpa peruenit. to.1.56.I
Christi opera redemptionis humanæ. Ibidem.
Christus nouus homo factus, ad nos deo placandos. Ibidem.
Christus contradictor est ad culpam amicus ad pœnam. Ibidem.
Christus non venit vt timeretur. Ibidem.K
Quare Christus dicitur fortitudo & sapientia patris. to.1.67.B C
Christus hominibus peccata quæ ignorabant aperuit. to.1.69.I
Christus solus mundus dicitur, quia sine carnis delectatione conceptus est. to.1.70.M
Quomodo Christus potest dici radix. to.1.71.H
Ante Christi aduentum quisque, quantumcumque probatæ vitæ, ad infernum descendebat. Ibidem.M
Sanguis Christi melius loquitur, quàm sanguis Abel. to.1.77.F
Sanguis Christi clamor eius est. Ibidem.
Christus est testis cuiusuis fidelis. Ibidem.G
Christus nec cogitatione, nec opere peccauit. to.1. 78.C
Christus est expectatio iustorum. to.1.79.B
Christus in domo sua incognitus, quasi peregrinus extitit. to.1.83.B C
Christus postquam per prophetas Iudæis locutus est, tandem ore proprio est locutus. Ibidem.D
Quomodo Christus ferum rogauerit. Ibidem.
Habitus Christi, odor est carnis eius. to.1.83.D
Quomodo Christus incarnatus filios rogauerit. Ibidem.E
Christus & ecclesia vna persona est. Ibidem.H & 113.B.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& 113.B.& 133.M
Discipuli Christi in passione eius fugerunt. Ibidem.
Christus exẽplo monstrauit quod promisit in præmio. to.1.84.I
Quomodo Christus nos butyro & melle satiauit. to.1.87.E
Solus Christus æquitatis nomine designatur. to.1.94.H
Christus mare calcans, eius repressit procellas. to.1.101.H
Prudentia Christus, non virtute, percussit superbum. Ibidem.
Christus post baptisma tentatus est à diabolo. Ibidem.I
Christus pro nobis mortem soluit indebitam, vt nos à morte debita liberaret. Ibidem.K
Modus tentationis Christi & victoriæ eius. Ibidem.
A quanta probra Christus propter nos venire consensit. to.1.102.G
Christus nos persecutores vna prostrauit voce. Ibidem.
Quis Christi iram toleret, cuius mansuetudo non potuit tolerari. Ibidem.G H
Egens homo dicitur Christus. to.1.106.I
Christus vulturis nomine appellatur. to.1.107.B
Christo nec quisquam in antiquis vel nouis patribus aut angelis æquatur. to.1.109.E
Christus non est alter in humanitate, alter in diuinitate. to.1.110.C
Christus non conceptus aut natus, purus homo. Ibidem.
Christus solus veraciter sanctus natus est. Ibidẽ.
Christus aliud ex patre, & aliud ex matre est, nõ tamen alius. to.1.110.D
Christus transiens ab Hierico duos cæcos illuminauit. to.1.111.G
Quomodo Christus petra vinos olei fudit. to.1.113.I
Quare Christus duobus cæcis illuminatis prohibuit miraculum reuelari, quos postea permisit reuelare. to.1.114.K
Christus non primum locum habet, sed vltimum, in his qui carnem animæ præponunt. tomo.1.117.I
Quomodo Christus quasi rex sedet in corde nostro. Ibidem.K
Christus dicitur murus. to.1.121.M
Christi milites aliquando Christum impugnant. Ibidem.F
Christus sine sua morte reuocare nos potuit à passione. to.1.123.E
Christus duodecim apostolos habebat, sed vnus eorum persecutor erat. Ibidem.M
Christus positus nobis est in exemplum. to.1.125.M
Quare Christus apparuit hominibus in carne. to.1.126.A
Quare Christus coram Herode tacuit. tomo.1.131.I
Quare Christus in passione tacebat. Ibidem.K L
Constantia Christi in omnibus. Ibidem.
Quomodo Christus sit mediator. Ibidem.M
Christus adiunit hominem factus homo. Ibidem.
Quomodo Christus interpellat pro nobis. to.1.132.A
Christus nunc mansuetus est in suo testamẽto, sed districtus erit in iudicio. Ibidem.C
Christus ad reprimendam elationem, iudicium magistri elationis in medium profert. to.1.134.C D
Christus detestatur appropinquantes ad eum per ordines, & subsidia vitæ præsentis exquirentes. to.1.138.L
Quare Christus dictus est angelus. to.1.139.H.& 140.A
Christus ad nos venit tanquam medicus. Ibid.H
Christus nullam pœnam ex necessitate suscepit. to.1.139.I K
Christi mors & resurrectio distat à nostra. Ibidem.
Christus in quo nobiscum concordat, & in quo discordat. to.1.139.K
Christus pro nobis patri loquitur. Ibidem.
Dicere Christi quid sit. Ibidem.M
Christus in quo misereatur homini. Ibidem.
Christus pro nobis patrem interpellat. tomo.1.140.C
Cur Christus in agone factus, prolixius orauit. to.1.141.E
Quare Christus per seipsum æs nummulariorum fudit, & cathedras vendentium columbas euertit. to.1.148.G
Christus non solum patris sapientia, sed æquitas nominatur. to.1.150.G
Christus mira iudicia exhibuit quæ cogitari non possunt. to.1.157.A B
Christi opera nostram scientiam excedunt. Ibidem.B
Christo nato angeli concinunt, Gloria in excelsis deo &c. to.1.159.B
Iudæi Christi mortem apud Pilatum procurauerunt. to.1.161.F
Christus Iudæorum sæuitiam vsque ad mortem pertulit. Ibidem.G
Christi miracula corda Iudæorum indurauerũt. Ibidem.
Christus in carne ad ecclesiam veniens, fines ecclesiæ occulti iudicij subtilitate distinxit. to.1.165.F
Christus duos parietes coniunxit in vnum. Ibidem.I
Quare Christus in vrbe miracula faciebat, & in monte orando pernoctabat. to.1.167.A
Christus dicitur semper de patre natus, & nõ semper nascitur. to.1.168.G
Christus in natiuitate diuina ab homine cognosci non poterat. Ibidem.H
Christus ex patre natus sine tempore, ex matre natus est in tempore. Ibidem.
Dum Christus vmbras nostræ temporalitatis suscepit, lumen nobis suæ æternitatis infudit. Ibidem.I
Quomodo extrema terræ Christus tenuit. tomo.1.169.A
Quomodo Christus concussit impios terræ. Ibidem.
Qui non arguunt cùm possunt, Christum tacendo negant. to.1.169.K
Quomodo Christus deambulauerit in nouissimo abyssi. to.1.1170.F
Innumeræ gentes post Christi resurrectionem in illum crediderunt. Ibidem.G
Christus est via per quam lux spargitur. tomo.1.171.K
Christus in carne venieus septem pleiades coniũxit. to.1.174.G
Nemo præter Christum omnes gratias spiritussancti habuit. Ibidem.
Quomodo Christus dicitur Lucifer. Ibidem.H
Quare Christus verme, scarabæo, & vilibus rebus figuretur. to.1.180.I
Quare infirmitates Christus assumpserit. Ibidem. K L
Christus, vt deus, cum patre dat omnia: vt homo, à patre accipit omnia. Ibidem.M
Christus homo inter homines factus, vsum tenere hominum noluit. Ibidem.
Christus noua cõuersatione vsus est inter homines. Ibidem.
Christus fugit quod omnes appetũt, appetit quod omnes fugiunt. Ibidem.
Christus vitam nobis ignotam demonstrauit. Ibidem.
Qui verè Christum sequantur. to.1.181.G
Quare Christus natus ponitur in præsepe. to.2.182.G
Christus quatuor animalibus euangelistarum cõparatur. to.1.190.B
Petra dicitur Christus. Ibidem.D
Christus incarnatus est, vt angelica damna sarciret. Ibidem.F
Christus dicitur manꝰ, brachiũ, dextera & vox. to.1.191.E
Christus in carne diuinitatem abscondens, quasi hamo cepit diabolum. to.1.198.H
Christi incarnatio. Ibidem.I
Diabolus Christum incarnatum confessus est. Ibidem.K
Per incarnationem Christi captus est diabolus. to.1.199.A
Corpus Christi dicitur domus & templum dei. to.1.200.K
Quare Christus laudauit Nathanaelẽ. Ibidem.
Quomodo Christus se humiliauerit. to.1.209.B
Christus corda regit humilium. Ibidem.D
Positum in flagellis Christum Iudæi non consolabantur, quem post flagella consolabuntur. to.1.211.K
Christus non suam, sed patris sequens voluntatẽ, eos qui ad se veniunt non eiicit. Ibidem.M
Quare Christus sedisse super asinam perhibetur. to.1.212.L
Quare Christus Apostolos misit binos ad prædicandum. Ibidem.M.& to.2.107.F
Christus rex fieri noluit, ad crucis verò patibulũ sponte peruenit. to.2.2.F
Quare Christus duodecim annos natus, doctores interrogabat in templo, & non docebat. to.2.14.I.& 56.A
Christus ante tricesimum annum, noluit esse hemi num magister in terra. to.2.14.I
Christus quicquid egit, nobis in exemplum actionis præbuit. to.2.21.M
De immolatione Christi per Eucharistiam representata. to.2.44.A
Sanguis Christi animam redemit, & eam quotidie nutrit. Ibidem.M
Christus dicitur flos campi. to.2.45.I
Christus dicitur malus. Ibidem.
Christus dicitur arbor fructifera. Ibidem.M
Salutis verbum in solo Christo designatur. Ibid.
Christus propter miracula dicitur venisse, quasi saliens in montibus. to.2.46.D
Christus quomodo similis capreæ dicitur. Ibidẽ.
Qualiter Christus per fenestras & cancellos prospicere dicitur. to.2.46.E
Christus, propter fidem, sponsam suam amicã vocat. Ibidem.
Christus dupliciter nos exhortatur. Ibidem.H
Christus dicitur candidus & rubicundus. to.2.50.E
Caput Christi deus. Ibidem.
Per comas Christi fideles intelliguntur. Ibidem.F
Christus cedris est excelsior. Ibidem.I
Odorus est super omnia Christus. Ibidem.
Christus lilia colligit, dum bonos ad se trahit. to.2.51.A

Caput Ecclesiæ Christus. to.2.52.G
Christus hostro comparatur & synagoga processit. to.2.54.C
Christus pernersos dimittit, & sanctos visitat. Ibidem.F
Quantum debemus Christũ imitari. to.2.57.C
Christus caput est omnium electorum. to.2.58.M
Christus per quatuor animalia figuratur. Ibidẽ.
In candelabro Christus designatur. to.2.61.E
An Christus iuxta virtutes animæ, percussionibus proficere potuerit. to.2.61.E
Corpus Christi sunt omnes fideles. Ibidem.
Christus multis actibus figuratus est. Ibidem.L
Christi corpus in aliquibus aquæ simile fuit. to.2.64.A
Excellentia Christi cæteras superat. tomo.2.255.AB.& sequentib.
Quomodo Christus sit sub throno angelorum, & super thronum eorum. to.2.66.E
Quomodo Christus habere speciem ignis in circuitu dicatur. Ibidem.
Christus mores nostros & culpas solus portat. to.2.77.H
Quare Christus æri comparatur. Ibidem.LM
Quare Christus miracula fecit, & tamen passus est humana, Iudæis ingessit dubium. to.2.78.G
Christus natus est vt ad sanctæ Ecclesiæ fidem nos introduceret. Ibidem.H
Christus imminente passione, discipulis suis vitæ præcepta dedit. Ibidem.I
Murus Christus dicitur incarnatus. to.2.79.E
Christus murus nobis intus est deus, foris verò deus homo. Ibidem.
Christus mundi aduersa non timuit, & prospera vitauit. Ibidem.F
Christi labores in hoc mundo. Ibidem.FG
Christus cum sancta Ecclesia vna substantia est. to.2.80.E.& 143.E
Quomodo Christus per portam, & virũ ad portam venientem, designetur. Ibidem.
Qualiter Christus est pastor ouiũ, ostium, & ouis. Ibidem.
Qualiter Christ⁹ intret, & per semetipsum intret. Ibidem.
Christus corporis Ecclesiæ caput est, Ecclesia verò capitis Christi corpus est. Ibidem.
Christus est Oriens. Ibidem.G
Christus est via, veritas, & vita. Ibidem.
Christus est finis noster. to.2.83.M.& 134.I
Omnia incarnationis Christi mysteria in Ezechiele continentur. Ibidem.D
Christus natus Synagogam deseruit, & gentes collegit. to.2.96.D
Quare Christus ante discipulorum oculos cæcum illuminauit. to.2.98.K
Miracula Christi vltra ipsam veritatem aliquid innuunt. Ibidem.
Christus cæcum transiens audiuit, sed stans illuminauit. Ibidem.K
Humanitatis Christi transire est, sed stare diuinitatis. Ibidem.
Christus pro hominibus multa toleranit. Ibidem.M
Christum suo itinere ambulantes inuenimus. to.2.99.A
Christi incarnatio vix inuestigari potest. to.2.101.G
Nativitas Christi, & mysteria eius. tom.2.317.E
Christus solum per suggestionem tentatus est. Ibidem.L
Christus si voluisset, suos persecutores exterminasset. to.2.109.G
Christus fuit rex & sacerdos. to.2.110.K
Christus creuit, & Ioannes minutus est. tom.2.111.A
Christus solus mortuus est, qui solus non resurexit. to.2.112.K
Passio Christi longe distat à nostra. to.2.113.C
Christus fuit mors mortis, & morsus inferni. Ibidem.E
Quare Christus duobus discipulis, euntibus in Emaus, se non manifestauit. to.2.114.C
Quando dicatur Christus in corde nostro ascendere ad patrem. to.2.115.L
Quomodo Christus corpus suum incorruptibile palpabile fecit. to.2.116.H
Christus mitis resurgendo, districtus erit iudicãdo. to.2.117.E
Quare Christus ad Centurionem, non ad Regulum ire promittit. to.2.118.I
Quare Christus describitur sedens à Marco, stãs verò videtur à Stephano. to.2.119.H
Christi mansuetudo. to.2.120.D
Christus apud Pharisæum fuit passus intus & foris. to.2.123.B
Christus appellatur cornuorum binnulus. Ibidẽ.
Christus confessioni peccatorum non pœnam, sed vitam promittit. Ibidem.L
Christus non componitur ex duabus personis. to.2.130.A
Christus quare voluit esse pauper. to.2.143.C
Christus cum tota sua Ecclesia, est vna vera persona. Ibidem.E
Christus dicitur catulus leonis. to.2.144.C
Christus est propitiatio pro peccatis nostris. to.2.148.M
Christus est primitiæ dormientium. to.2.149.D
Mori in Christo quid sit. to.2.150.H
Christus humanam carnem assumpsit, vt nos à vinculo seruitutis eriperet. to.2.187.F
Christus ad inferos descendens, quos secum assumpserit. to.2.194.L
Christus ab inferis extraxit, quos viuentes in sua fide & bona operatione seruauit. Ibidem.M
Christus est caput nostrũ. to.2.214.G.& 250.E
Quare Christus quærebat fructum in ficu, cùm nondum tempus esset ficuum. to.2.223.A
Christus nescit quod scit, quomodo intelligatur. Ibidem.C
Quare Christus aliquando Iudæorum scandalũ curauit, aliquando non curauit. to.2.223.H
Christus multas passus est iniurias. to.2.229.H
Quomodo Christus est vnctus. to.2.233.M
Christi corpus Iudæi crudum comedunt, hæretici coctum aqua. to.2.266.D
Christi miraculorum ad prophetarum comparatio. to.2.262.AB
Christi humilitas & obedientia. to.2.255.K
Christi sanctitas excellens. to.2.261.H.& seq.
Christum incarnari non oportuisset nisi Adam peccasset. to.2.287.F
Christum stare est Ecclesiæ compati. to.2.256.C
Christus cæteris hominibus sibi durior extitit. to.2.291.M
Christus Mariæ Magdalenæ peccata dimisit, & suæ resurrectionis præconem fecit. to.2.290.M & seq.
Christus immolauit & immolatus est. tomo.2.255.KL
Christus pro his orauit pro quibus nemo orare dignus fuit. to.2.267.DE
Christus conditor noster factus est præliator noster. to.2.254.L
Christus per humanitatem assumptam magnas virtutes operatus est. Ibidem.LM
Christus mundis à seculi inquinatione apparuit, & eos spiritu sancto replenit. to.2.297.KL.
Christus super omnes vir fuit. to.2.254.LM
Christus vir fuit qui angelum apostatã separauit. Ibidem.L
Christus multiplicem habuit excellentiam. to.2.255.AB.& sequent.
Christus quomodo sit dominus scientiarum. to.2.262.DE
Christi pacificus ingressus. to.2.327.D
Christus ante mortem gloriam fugit, post mortem cognosci voluit. to.2.314.BC
Christus quos maximè diligit. to.2.313.KL
Christi incarnatio quare tandiu dilata. to.2.327.FG
Christus paruulus dictus. Ibidem.F

Christianus.

Multi appetunt videri, & non esse Christiani. to.1.113.D
Multi gloriantur dici Christiani, sed negligunt esse quod dici gloriantur. to.1.147.E
Perfectus Christianus res terrenas defendere non debet. to.1.184.E
Christicolarum multitudo à paganis occisa. to.2.33.H
Christiani à bono opere cessantes, vix se excusabunt apud dominum. to.2.209.M
Christiani multi sunt nomine, sed non fide. to.2.122.K
Qui Christianus fieri voluerit, libertate donetur. to.2.189.HI
Christianus plus misericors, quàm districtus esse debet. to.2.206.M
Christiani, sunt membra Christi. to.2.215.LM

Cibare.

Deus quomodo nos cibat volumine sacro. to.2.69.M

Cibaria.

Cibaria Aegypti, quid significent. to.1.120.IK

Cibus.

Abiectiores cibi, cum reatu conscientiæ sæpe sumuntur. to.1.180.D
Cibus animæ est sermo dei. to.2.291.I
Cibus electæ animæ persona est redemptoris. to.2.266.C.
Cibus spiritualis. to.2.256.G
Cibus mentis æterna eius lætitia est. tomo.2.314.A
Lautiores cibi sine culpa sæpe sumuntur. tom.1.180.D.
Cibi carnis non sunt inordinatè appetendi. to.2.12.F

Cis.

Cis bonos designat pastores. to.2.297.E
Cis Christũ & omnes electos figurat. to.2.291.M
Cis durus interpretatur. to.2.289.C

Cineus.

Cineus, possessor interpretatur. to.1.190.C

Circuitus.

Circuitus per gyrum, laboris designat anxietatem. to.1.5.H

Circulus.

Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. to.1.182.E.
Per circulum diuinæ virtutis omnipotentia signatur. to.1.199.F
Per circulum occulti iudicij adiutorium signatur. to.1.199.E

Ciuis & Ciuitas.

Ciuitas à conuiuentium conuersatione dicitur. to.1.74.K

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ciuitates desolatæ quid significent. Ibidem.K L
Ciuitatis nomine Ecclesia designatur. to.1.96.M
Supernorum ciuium numerus infinitus & definitus est. to.1.99.K L
Ciues Hierusalem angarias soluunt Babyloniæ. to.1.108.K
Porta ciuitatis bona actio dicitur. to.1.113.K
Quid ciuitas super montem condita. to.1.179.K
Quid multitudinem ciuitatis contemnere. Ibidē L.& 80.M
Superna ciuitas ex angelis & hominibus cōstat. to.1.125.B.& 130.D
In ciuitate stare. to.2.293.L
In ciuitatem venire vel ascendere. Ibidem.K L
Ciuitatis partes quatuor. to.2.296.G

Clamare.

Clamare & tacere inter se repugnant.to 2.136.D

Clamor.

Clamor est & bonus & malus. to.2.143.F

Claudus.

Claudus quis dicatur. to.1.115.C.& sequen.& tomo.2.9.G

Clauis.

Clauis apertionis, sermo correptionis est. tomo.2.4.H.& 155.D
Clauium Petri potestas. to.2.176.M
Clauis in qua aliquid est de catenis Petri inclusum. to.2.218.A
Clauis sancti Petri mirabile prodigium. tomo.2.196.A B

Clericus.

De clerico à dæmone liberato. to.2.26.A
Clericus ordine suscepto iterū obsessus est. Ibidē.
Ignoti vel peregrini non sunt ad clericatum promouendi. to.2.163.H
Qui clerici fieri prohibeantur Ibidem.
Clericus mappulis sine apostolica licentia, vti nō debet. to.2.171.B
Clericorum officium ad Ecclesiæ ornatum, non ad fæditatem actuū pertinere debet. to.2.172.L
Clericorum maleficorum pœna. to.2.175.A
Clerici à laicis iudicibus, non sunt opprimendi. Ibidem.C
Clerici sub disciplina vitam custodiant clericalē. tomo.2.178.D
Clerici vel monachi non debent à laicis cōueniri. tomo.2.187.D
Importunitas clericorum in monasterio. tomo.2.189.C D
De submouendo clericorum dominio in monasteriis. to.2.298.H
De portionibus clericorum. to.2.200.D
De clericis sacra vasa vendentibus. to.2.201.E
Clerici ad modum episcoporum viuere debent. Ibidem.H
Clerici pro suis excessibus ab episcopis suis puniti, non sunt ab aliis defendendi. to.2.210.H I.& 228.F
De clericis episcopo non obedientibus. Ibidem.I
Clericus clericum ad publica iudicia non pertrahat. to.2.228.F G
Clerici contra episcopos suos non defendendi. Ibidem.
Clericus coram laico non cōueniatur. to.2.224.K
Clericus ratiociniorum causas suscipere nō debet. tomo.2.237.F
Lex imperatoris contra trahentes clericos ab ecclesia. to.2.245.L
Immunitas clericorum, ad ecclesiam confugientium. Ibidem.L
Clerici nihil proprium possideant. to.2.252.D E
Clerici extra sacros ordines constituti, contrahere possunt. Ibidem.E
An clerici continere non valentes, possint contrahere, & ad seculum redire. Ibidem.

Cliuus.

Cliuum ascendat qui cupit inuenire videntem. to.2.293.A

Cocytus.

Cocytus, luctus dicitur. to.1.9.G H
Sapientes huius seculi, cocyton apud inferos fluxium currere putauerunt. Ibidem.

Cœlum.

Cœlum, infernus, terra & mare à deo subuertuntur. to.1.62.G
Cœlum, infernus, terra & mare in vnum coarctantur. Ibidem.
Cœli iustos designant. to.1.88.G
Quomodo cœlū & terra transibunt. to.1.99.B C
Cœli, spiritus cœlestes designant. to.1.162.I
Per cœlos etiam electi designantur. Ibidem.K
Cœlum quid significet. to.1.173.A
Quid sit rationē cœli in terra ponere. to.1.174.L
Quid sit ordinem cœli nosse. Ibidem.
Quid cœlorum concentus. to.1.176.H.& seq.
Quid cœlorum ratio. Ibidem.
Cœli concentus in reproborum ignorantia extrinsecus dormit. Ibidem.K L
Cœli concentus in mentibus electorum non dormit. Ibidem.
Cœlum dicitur Ecclesia electorum. to.1.179.I
Cœlum, per viam angustam quærendū. to.2.47.B
Cœlum est anima iusti. to.2.80.B
Cœlorum virtutes quæ dicantur. to.2.97.M
Cœlum æthereum, & aereum differūt. to.2.119.F
Ornamenta cœlorum, sunt virtutes prædicantium. to.2.120.K
Regnum cœlorum, est Ecclesia iustorum. to.2.129.M.& 130.A
Cœlum nulli homini pateret, nisi filius hominis carnem sumpsisset. to.2.143.A B
Cœli, doctores Ecclesiæ dicti sunt. to.2.147.H
Cœli peribunt, & non peribunt. Ibidem.I

Cœlestis.

Cœlestibus aduersatus pœnis tartareis præparatur. to.2.311.B

Cœna.

Cœnam magnam fecit dominus. to.2.127.E
Cœna facta, nullum restat conuiuium. Ibidem
Alij vocantur ad cœnam, & contemnunt: alij vocantur, & veniunt: alij compelluntur intrare. to.2.128.A
Compelluntur aliqui intrare ad cœnam domini. Ibidem.C

Cogitatio, & Cogitare.

Quisquis in cogitatione à rectitudine exorbitat, in tenebris peccat. to.1.1.M
Repressio suggestionis cogitationis illicitæ. tomo.1.16.D
Cogitationum vitiosarum in virtutes conuersio. Ibidem.G
Omnes qui in hoc mundo videri aliquid volunt, densis cogitationibus comprimūtur. to.1.21.L.
Diuersitas cogitationum vexantium animos. Ibidem.L.& seq.
Cogitationum tumultus, somniis æquiparantur. to.1.21.M
Cogitationes amputari funditus nequeunt. tomo 1.28.I K
Prauæ cogitare, peccare est. to.1.103.F
Quomodo ex prauæ cogitatione, homo non habet quod reprehendat. Ibidem.
Nimis difficile est ab illicita cogitatione cor tergere. to.1.142.D
Cogitationes variæ, tentationes alliciunt. to.1.156.G
Nemo suarū cogitationum sibi victoriā tribuat. to.1.168.F
Cogitatio interior libidinis exteriorem sensum mouet. to.2.319.K
Cogitatio immunda glutinum est illecebrosorum motuum. to.2.324.A
Cogitatio immunda præuenit sæpius ad sanctorum conflictum. to.2.304.B
Cogitationes turpes sunt paleæ. to.2.318.G
Cogitationes turpes vitare non potest qui honestas non habet. to.2.316.E
Cogitationes libidinum greges & armenta dicuntur. to.2.319.M
Cogitare immunda cum mundis non possumus. to.2.320.B
Cogitationes quomodo auferendæ. to.2.291.A B

Cognoscere.

Aliud est deum cognoscere per fidem, aliud per speciem. to.1.94.E

Cognitio.

Quomodo in cognitionem æternorum ducamur. to.1.7.K
Impedimenta cognitionis secretorum dei. to.1.137.G
Cognitio dei, facies dicitur. to.1.140.F
Cognitio diuini consilij absconditur reprobis. to.2.274.F

Cohabitare.

Cohabitare mulieribus, clerici & monachi prohibentur. to.2.158.M

Collis.

Collis altitudo est montis. to.2.298.F
Collis domini in lege Moysi reperitur. Ibidem.I

Collum.

Erecto collo contra deum currere. to.1.74.I
Per collum sponsæ prædicatores sanctæ ecclesiæ designantur. to.2.45.E

Columba.

Columba, simplicitatem designat. to.1.1.F
Quid per duos columbarum pullos. to.1.191.K
Oculi columbarum, quid designent. to.2.45.I.
Columbæ, quare residentiuxta aquas. tomo.2.50.F.
Columbas vendere, quid sit. tomo.2.99.L.& 185.A E.& M.
Columbæ natura. to.2.100.E
Cathedra vendentium columbas, quando euertitur. to.2.108.E
Columbas vendere qui dicantur. Ibidem.
Columbæ donum spiritus sancti designant. to.2.131.L
Qui columbas vendere præsumpserunt, eorum cathedræ deo indice corruerunt. to.2.187.A

Columna.

Columnæ cœli, sunt ipsi beati. to.1.101.E F
Columna ignis & nubis, quare Israeliticum populum præcedebat. to.2.112.F

Comedere.

Librum sacrum comedere. to.2.70.E
Comedere in vespere. to.2.33.B

Comminatio.

Comminatio dei, est terror adhuc sequentis supplicij to.1.22.C D

Commissarius.

Commissarius apostolicus authoritatē se mittentis habet. to.2.152.K
Commissarius non integre exequens committentis mandatum, culpabilis est. tomo.2.165.K
Commissarius debet diuinum iudicium & admonitionem committentis semper in agendis considerare. to.2.201.D

Communicare.

Universidad de Deusto

Communicare non licet his qui excommunicatis communicant. to.2.191.C

Communio.

Communione corporis & sanguinis Christi, quis propter culpam priuatur. to.2.168.B C
Communione priuantur contumaces & inobedientes, etiam si alia culpa desit. to.2.188.M
Communionem potest recipere mulier post partum sine peccato. to.2.253.H

Compassio.

Compassio vera in quo consistat. to.1.123.D
Compassionis efficacia. to.1.123.E F
Compassio proximi, in quo consistat. to.2.122.E
Fraterna compassio, multum valet. to.2.132.K

Compunctio.

Quatuor modis in compunctione efficimur. tomo. 1.137.I.
Compunctionis species. Ibidem.I.M
Compunctionis principalia sunt, timor, & amor. to.2.34.H I
Quot sint compunctionis genera. Ibidem.
Compunctionum diuersitas. to.2.97.C
De duobus generibus compunctionis. tomo. 2. 195.K
Compunctio prima electorum ex timore nascitur. to.2.314.E

Computrescere.

Cicatrices computrescere quid sit. tomo.1.58.E. to.2.137.M

Concilium.

Concilia debent cum maturitate celebrari. tomo. 2.152.I
Concilia sine odio & inuidia, celebranda sunt. Ibidem.
Concilia debent celebrari ad vtilitatem prouinciarum & pauperum. Ibidem.
Quatuor conciliorum virtus. to.2.156.A
Quatuor concilia, sicut quatuor Euangelia sunt obseruanda. to.2.166.M
Contra quinque concilia prima errantes, excommunicantur. to.2.166.M
Quintum concilium approbatur à Gregorio. Ibidem.
Quatuor concilia, sunt inuiolabiliter obseruãda. to.2.166.M.& 207.L.& fo.seq.A
De concilio congregando. to.2.169.M. & seq.
Concilij Chalcedonen. fides inuiolabiliter est seruanda. to.2.172.I.& seq.208.K & seq.
De peruersu concilio Nsanidiæ. to.2.173.A
De quarto concilio. to.2.175.M.& seq.
Quatuor concilia sunt tenenda, sub pœna excommunicationis. to.2.176.A
Quatuor prima concilia. to.2.186.F
Qui contra quatuor concilia, & Leonis papæ tomum loquitur, anathema sit. Ibidem.
De obseruatione quatuor conciliorum. tomo. 2. 207.K L
Concilia sine auctoritate Romani pontificis congregata, nihil valent. to.2.211.D
Concilium bis faciendum est in qualibet diœcesi, per singulos annos. to.2.215.A B
Quatuor conciliorum approbatio. to.2.247.K L
Concilium patrum, bis in anno fieri statutum est. to.251.A

Concipere.

Concipere dolorem, quid sit. to.1.75.H
Conceptio hominis, dicitur nativitas. to.1.171.E

Concordia.

Bonum concordiæ, per patientiam deseritur. tomo. 1.127.L M
Concordia facta inter Ecclesias, & monasteria. to.2.206.A B

Concubitus.

Concubitus & menstrua, quando vitanda. tomo. 2.253.B
Quanto tempore vir post vxoris partum abstinere debet à concubitu. Ibidem.C
An concubitus viri & vxoris sit peccatum. Ibidem.F
An concubitus cum sua vxore, impediat communionem Eucharistiæ. Ibidem.G
An concubitus cum vxore ex voluptate sola, sit peccatum. Ibidem.H

Concupiscentia.

Concupiscentia sæpe intus dominatur. tomo. 1. 126.B
Studiosa concupiscentia tantum inquinat in sacro ordine constitutum, quantum adulterium secularem. Ibidem.H
Concupiscentia in mente locum sibi vendicans mentis oculos ad peccati blandimentũ leuat. to.2.310.M & seq.
Concupiscentiæ effectus. Ibidem.M
Concupiscentiarum remedium. to.2.311.A B
Concupiscentiæ quomodo sint eradicandæ. tomo. 2.290.G H

Condemnari.

Condemnari nullus debet sine indicio. tomo. 2. 223.A

Condere.

Sicut deus ex nihilo bona condidit, ita per incarnationem perdita bona reparauit. to.1.18.A

Confessio.

De vtilitate confessionis, & pœnitentiæ. tomo.1. 45.K
Vera confessio quæ sit. to.1.48.D
Differẽtia confessionis iusti & iniusti. to.1.69.D
Confessionis effectus. to.1.131.B C
Plerique homines culpas confitentur, sed humiles non sunt. Ibidem.D
Confessionis veræ indicia. to.1.131.D
Mala quæ fecimus, spõte confiteamur, & hæc aliis arguentibus non negemus. Ibidem.
Confessionem beatus Iob, vocalem obseruabat. Ibidem.D
Apud aures Dei vox valida, deuota cõfessio est. to.1.154.H I
Confessio est via ad portã paradisi. to.2.82.G H
Confessionis fructus. tomo.2.95.C.& 136.M & 148.I.
Per amarum poculum confessionis, peruenitur ad gaudium salutis. to.2.118.M
Confessio aperit vulnus peccati. to.2.133.A
Confiteri aduersum se quid est. to.2.136.G
Confessio est & peccati & laudis. to.2.148.M
Confessio vi extorta, non recipitur à iure. tomo. 2. 192.M
Confessio extorta, facit crimen non factum fateri. to.2.221.F
Confessionem peccati non honor aut gloria, sed vtilitas & contemptus sequi debet. tomo. 2. 323.B
Confessionis veræ signum est in afflictione pœnitentiæ. Ibidem.C

Confidere.

Confidere ordinate vel inordinate de Dei misericordia. to.2.274.A

Coniugium, Coniuges.

Bonum est coniugium: sed quæ circa ipsum succrescunt, mala sunt. to.1.153.B
Coniuges quomodo sunt admonendi. to.2.15.B
Coniuges suscipiendæ prolis causa meminerint se esse coniunctos. Ibidem.D
Ex coniugiis terrenæ sollicitudines prodeunt. Ibidem.F
Coniugibus coniugalis honestas instanter est imperanda. to.2.319.F
In coniugibus omnis obscœnitatis turpitudo dãnatur. Ibidem.E
Coniugatorum virtus. to.2.83.A B
Coniugium bonum est. to.2.127.K
Coniugia religionis gratia non soluantur. tomo.2. 229.D
Neuter coniugum continentiam profiteatur, sine alterius consensu. to.2.230.A
Coniugia causa religionis, solui non debent. Ibidem.E

Conscientia.

Quòd de alterius conscientia non sit temerè iudicandum. to.1.1.M
Conscientia nostra, pulsatis virtutibus turbatur. to.1.10.G
Conscientia in tentatione turbata, subitò obnumbratur in corde genitæ virtutes. Ibidem.K
Leuis conscientia concipit, leuior protinus lingua prodit. to.1.26.C
Humana conscientia semper in lubrico est. tomo. 1.69.G
Conscientia semper remanet accusatrix. Ibidem.H
Conscientia hominis dum turbatur in homine, ye-paratur similitudo conditoris. to.2.124.I
Conscientia delictorum, est maxima omnium afflictionum. to.2.152.D
Conscientia debet attestari, quòd lingua loquitur. Ibidem.I.
Liber est, quem conscientia non accusat. to.2.194. I.& 229.E
Conscientia peccato obnoxia, etiam si non est accusata, non est libera. to.2.229.E

Consecratio.

Consecratio ab excommunicatis celebrata, nulla est. to.2.174.F G

Consecratus.

Consecratus per violentiam, suspensus est ab officio. Ibidem.

Consensus.

Consensus in delectationem quomodo admittitur. to.1.20.M

Considerare.

Considerat deus malos quos puniat, hos autẽ ante non vidit. to.1.98.E
Consideratio meliorum, multum prodest ad humilitatem sanctorum. to.1.191.A

Consilium.

Qui sine consiliis viuunt, nullo interim cogitationum dolore fatigantur. to.1.3.E
Consilia nostra viribus nostris non tribuamus. to.1.10.I
Vis diuini consilij, vitari non potest. to.1.34.D
Consilium diaboli, totum est in perditione generis humani. to.1.57.F
Consilium quid sit. to.1.66.I
Consilia Dei occulta super nos, timenda sunt. to. 2.99.I
Consilia diuina in sacra scriptura per patres nostros expressa sunt. to.2.275.E
Consilium religionis ab irreligiosis petere non est consilium accipere. to.2.312.E
Consilio accedendi ad deum nil sacerdotes sanctius dare possunt. to.2.314.I
Consilium in rebus arduis, nõ debet esse præceps. to.2.161.M

Consiliarius.

Consiliarij mali debent cauteri. tomo.2.182.K.& 205.H

Consolatio.

Consolatio in bonorum amissione. to.1.7.E F
Magna consolatio tribulationis est, auctoris nostri ad memoriam dona reuocare. to.1.12.L

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quis ordo in consolatione tenendus sit. tomo. 1. 13. B
In afflictorum cõsolatione, abstinẽdum est ab increpatione. to.1.76.A B
Consolationis modus. Ibidem.B C
Consolatio super morte amicorum. to.2.215.C. & seq.& 234.F
Consolatio infirmorum. to.2.242.K

Conspectus.

Duobus modis in conspectum domini venimus. to.1.69.D

Constantes.

Constantium conditiones. to.1.116.C

Constantia.

Constantia in Iosue. to.1.158.B

Constantinopolis.

De synodo Constantinopoli congregãda. tomo.2. 211.C D

Constantinus.

Constantinus imperator, de causis episcoporũ noluit se intromittere. to.1.29.M
Constantinus, rempublicam Romanam, ab idolorum cultu purgauit. to.2.233.B C

Constantius

De Constantio mansionario Ecclesiæ sancti Stephani. to.2.20.M
Constantij sanctitas. to.2.21.A
Constantius, aquam loco olei, ardere fecit. tomo. 2.21.A
Constantij humilitas magna. Ibidem.B
Constantij forma, & statura. Ibidem.
Quidam rusticus venit ad videndum Constantium. Ibidem.
Constantius Bonifacij nepos, queritur de duodecim aureis sibi sublatis. to.2.22.B
De Constantio Aquinæ ciuitatis episcopo. tomo. 2.30.A
Constantij responsum, in eius obitu. Ibidem.
Constantius episcopus, prophetiæ spiritum habuit. Ibidem.
Constantij episcopi prophetia impleta. Ibidem.
De obedientia Constantio exhibenda. tomo. 2. 249.G

Constuprari.

Constuprari vsque ad verticem, quid sit. tomo.1. 147.G

Consuetudo.

Consuetudo ex peccato tandem inducitur. tomo.1. 21.B C
Difficilè post vsum malæ consuetudinis, quis revocatur. to.1.21.D
Consuetudo praui operis est domus transgressoris. to.2.324.C
Consuetudo bona viri electi. to.2.143.I
Consuetudo, quæ nihil contra fidem catholicam vsurpat, immota mancat. to.2.160.M
Consuetudines antiquæ, sunt obseruandæ. tomo. 2.160.A
Consuetudines antiquas secularium, sacerdotes arripere non debent. tomo. 2. 176. G. & 211.E
Quæ sunt consuetudinis, non sunt neganda. tomo. 2.212.D
Quod constat ratione prohibitum, tandem sit consuetudine licitum. to.2.216.K
De diuersis consuetudinibus diuersarum Ecclesiarum. to.2.252.F
Consuetudo Ecclesiastica in populo nouo, ex diuersarum Ecclesiarum consuetudinibus est ordinanda. Ibidem.
Non locus consuetudinem, sed consuetudo locum commendat. Ibidem.

Consulere.

Consulere quomodo oportet dominum. tomo. 2. 292.L M

Contemnere.

Contemnunt Christum qui negant eum esse mundi redemptorem. to.2.268.D
Contemnenda etiam non sunt minima. to.2.272.I

Contemplatio.

Contemplatio interdum humanis ministeriis occupatur. to.1.24.C
Contemplationi deditus, quasi dormire dicitur. to.2.28.C
In suauitate contẽplationis intimæ mens non diu figitur. Ibidem.H
Mons est nostra contemplatio. to.1.29.C
Contemplationis sublimitas. Ibidem.D
Contemplatio nunquam commotioni iungitur. to. 1.31.A
Homo cõditus fuit ad contemplandum creatorẽ. to.1.45.H
Animus contemplantis videre valet, quod loqui non valet. to.1.87.E
Contemplationi intentus, potest minimis interdũ negociis implicari. to.1.115.H
Contemplationis fructus. to.1.138.A. to.2.77.K. & 85.L.& sequent.
Effectus contemplationis. to.1.159.H.& 179.K
Contemplatione æternæ patriæ, cor nostrum de loco suo mouetur. Ibidem.
Vis contemplationis. to.1.190.F.& seq.
Contemplatio diuinarum perfectionum. tomo. 2. 65.H I
Ne contemplatio inflet, tentatio aggrauat. tomo. 2.79.C
Perfectus actus contemplationis. to.2.85.A B
Cuilibet officio & statui contemplatio tribuitur. to.2.85.L M
Contemplatio non semper summis, sed interdum infimis datur. Ibidem.
Diuisio contemplationum. Ibidem.E
Atrium ædificij contemplatio est. to.2.87.H
Contemplatiuæ vitæ fructus. Ibidem.
Contemplatio interdum tumultus tolerat. tomo.2. 136.K
In contemplatione, quæ sint meditanda. tomo. 2. 209.G
Contemplantium eleuatio. to.2.282.K L.& fo.sequen.C
Contemplantes in terra paleas metunt, in cœlo panem. to.2.282.K L
Contemplationis effectus. to.2.286.F
Contemplatiuæ vitæ studiosi. to.2.297.I
Contemplatio vsque ad lucem in qua est deus. to. 2.297.M
Contemplatio internæ lucis clarissima dies est. to. 2.312.L
Contemplandi modus doctorum. to.2.310.D E
Contemplatiuam vitam nullas qui in aliqua bona operatione non fuit. to.2.316.L M

Contemptus.

De contemptu huius seculi. to.2.196.F G

Contendere.

Cum deo cõtendere, est non ei tribuere, sed sibi gloriam suæ virtutis arrogare. to.1.51.I

Contentio.

Contentiones diu de terrenis habere indignum est religiosis. to.2.206.A
Contentionibus finis non imponitur, si ea quæ iudicata fuerint compleri differantur. tomo. 2. 231.C
Contentiones per formam pacis concordiam componere, valde laudabile est. Ibidem.

Continentia.

Ars continentiæ, quomodo tenenda est. tomo. 1. 180.F
Continentium excellentia. to.2.83.A.& seq.
Continentium perfectio. to.2.306.G

Contritio.

Cotritionis modus. to.1.19.M.20.A
Contritio impiorum quæ est. to.1.146.G
Contritio peccatorum. to.2.97.C D

Contumelia.

Qualis quisque apud se latet, illata contumelia probat. to.2.21.B

Conuersatio.

Conuersationis bonæ vir cœlestia amat, terrena despicit. to.2.299.F
Conuersatio bonorum. to.2.297.H I
Conuersatio electi prædicatoris non in omnibus subditis, sed in solis electis exploranda est. to.2.293.A
Conuersatio fidelium quomodo eligenda. tomo.2. 292.M.& seq.
Conuersationis profectus quis. to.2.269.H
Quòd res immensi præmij sit, inter malos laudabiliter conuersari. to.1.1.D E
Sunt quædam quæ in familiarium conuersatione corrigi nequeunt sine culpa corrigentis. tomo. 1.130.I
Conuersatio bona de præterito, præsumere facit melius in futurum. to.2.161.L

Conuersio.

Latronis, in cruce, subita conuersio. to.1.108.A
Declaratio primæ vicis conuersionis. tomo.1. 141. G H I K
Tres sunt modi conuersorum. Ibidem.
Vitam cuiusque conuersi inchoatio blanda permulcet, aspera meditatas probat, & plena perfectio roborat. Ibidem.
Conuersionum initia bonis moribus malisq; sunt permixta. to.1.188.C
Cõuersorum gemitus deus clementer accipit. tomo. 2.280.F
Conuersio finalis peccatoris. to.2.271.D
Conuersio perfecta. to.2.283.G H
Conuersio vera peccatoris non in ore sed in corde accipitur. to.2.271.B C
Conuersionis vis est affectio charitatis. tomo.2. 271.C
Cõuersio beati Pauli facta est proverbiũ peccatoris. to.2.300.L
Conuersio flagitiosorum facilis non est. tomo. 2. 311.C
Conuersio peccatorum multa indiget compassione prædicatorum. to.2.311.I
Conuersio perfecta peccatorum. to.2.312.H I
Conuersio peccatoris nulla est sine bono opere & vnitate charitatis. to.2.312.I K
Conuersorum difficultas. to.2.312.F
Conuersi in monasteriis alios conuertere debent. to.2.312.G H

Conuitia.

Conuitia quis facilè tolerat, cùm in secreto mẽtis ad mala perpetrata recurrit. to.1.178.H

Conuiuium.

Quòd conuiuia sine culpa celebrari vix possint, & penè epulas comitatur voluptas. tome.1.1. K.& 7.A
Quædam sunt vitia quæ à cõuiuiis separari vix vel nunquam possint. to.1.1.K
Conuiuium domini vltimum fuit cum septem discipulis. to.2.115.A
Conuiuia sunt plena loquacitatis. to.2.133.K
De conuiuiis iustis & iniustis. to.2.164.M
Quæ in conuiuiis tractari debeant. to.2.165.B

Cophinus.

Cophinus sterceris est memoria peccatorum. to.2.121.G H

Universidad de Deusto
Biblioteca

to.2.1.G H

Coquina.

De phantastico coquinæ incendio. to.2.25.E

Cor.

Si cor veraciter dolet, linguam contra nos vitia non habeat. to.1.16.F
Corda male sana sunt, cum nullo dei amore sauciantur. to.1.35.A
Cor hominis, est saeculus dei. to.1.72.H
Nihil simplici corde fœlicius. to.1.74.D
Cor sine disciplina exaltari non valet. to.1.78.D
Plus est interdum ex corde compati, quàm dare. to.1.123.E
Magna est securitas cordis, nihil habere concupiscentiæ seculare. to.1.131.E
Afflicti cordis proprium. to.1.137.C
Aliena corda humanis oculis clausa sunt. to.1.146.E
Cæcitas cordis nox vocatur. to.1.147.C
Apud homines cor ex verbis apud deum verba pensantur ex corde. to.1.150.E
Nihil nobis vicinius est corde nostro, & tamen sæpe longius euagatur. to.1.154.K
Locus humani cordis, est delectatio vitæ præsentis. to.1.159.G H
Quomodo cor nostrum nube vestitur. tom.1. 168.C
De affligendo corde inter sacra mysteria, & de mentis custodia post compunctionem. to.2. 44.B
Cor domino præparare. to.2.284.G
Cor ecclesiæ sanctæ. to.2.256.M.& seq.
Cor & anima dei est sacra eius scriptura. to.2. 270.I
Cor nostrum in medio nostri est. to.2.284.G
Cor nostrum non habemus quotiens graviter delinquimus. to.2.263.K
Cor dei voluntatem eius designat. to.2.308.E
Cor aliud quomodo immutatur. to.2.300.B C
Corda secularium aspera sunt, si prius religiosorum exempla non vident. to.2.313.C
Cor suũ sancti vix invenire possunt. to.2.315.A
Cordi nostro, linguæ, & operi hostes inserere perversa moliuntur. to.2.309.A
Cordis ostium multi contra virtutem claudunt. to.2.101.E
Multi habent cor contritum, qui non habent humiliatum. to.2.142.E
Cor sacerdotis, est arca dei. to.2.202.K

Cornelius.

Cornelij conversio. to.1.163.B
Cornelius antequam fidelis esset, pro bonis operibus meruit audiri. to.2.67.H
Cornelij eleemosynæ, ante baptismũ acceptæ sunt. to.2.89.D
Cornelius non operibus venit ad fidem, sed fide venit ad opera. Ibidem.
Cornelius fidem habuit, cuius orationes deo placuerunt. Ibidem.

Cornu.

Cornu signat elationem. to.1.182.E
Quid sit cornu in nare gestare. to.1.184.M
Undecimum cornu bestiæ, quid designet. to.1. 192.E
Cornu mentis est intentio. to.2.263.L
Cornu Christi est eius imperium & regnum. to.2. 263.G H
Cornu oleo impleri quid. to.2.324.H I
Cornu multipliciter accipitur. to.2.326.M
Cornu oleo plenum. to.2.326.M.& seq.
Cornu plenum quis habet. to.2.326.E F

Corona.

Corona victoriæ præmium est. to.1.82.I K
Corona non datur sine victoria. to.2.45.D

Corpus, & Corporalis.

Corpus nostrum tactus usum habet, caput verò omnium sensuum. to.1.11.G
Unum corpus sunt diabolus, & omnes iniqui. to.1.78.C
Nihil in rerum corporalium natura, cœlo & terra durabilius. to.2.98.B
Corpus si non reficitur, vox ipsa subtrahitur. to.2. 111.G
Corpus domini quomodo potuit ad discipulos ianuis clausis intrare. to.2.116.G

Corrigere & Correctio.

Pro qualitate personarum, temperanda est correctio doctorum. to.1.76.B
Proteruus difficilè corrigitur. Ibidem.D
Ars corrigendi proteruos. Ibidem.E
De manu fugit ferientis, suam corrigens prauitatem. to.1.105.F
Correctionis modus in reprobos. to.1.121.E
Prima, secunda, & tertia correctionis considerationes. to.1.136.F
Cõsiderationes habendæ in aliorum correctione. Ibidem.
Vitiosus homo corrigi non poterat, nisi per deum. to.1.139.I
Quanto moderamine sancti in correctione vtantur. to.1.143.F G
Modus correctionis sanctorum. to.1.149.L
Modus correctionis rectorum. to.1.153.F G
Correctorus alios seipsum prius intueri debet. to.1.156.A.& 165.C
Multi non corrigunt, ne gratiam subditorum amittant. to.1.169.K
Difficile est malè inchoata corrigere. tom.1. 193.K
Facilè culpa corrigitur, quæ erubescitur. tom.1, 195.M
Effectus correctionis. to.1.211.D
Correctionis conditiones. to.2.5.K
Qui nulla adhuc bona agere cœperunt, quomodo sint corrigendi. to.2.17.H
Correctio inutilis deserenda. to.2.23.F
Correctionis modus. to.2.183.A B
Qui non corrigit resecanda, committit. to.2. 204.E
De maleficiis corrigendis. to.2.210.I M
Qui corrigere negligit, participem se delicti facit. to.2.233.L
De correctione malorum. to.2.234.A B
Correctio fraterna. to.2.250.M
Correctioni modus pensandus est. to.2.314.L
Correctio inferiorum à superioribus. to.2.302.E

Corrigia.

Corrigiam calciamenti solvere, quid signet. to.2. 101.F G
Corrigia calciamenti, quid signet. Ibidem.G

Corripere, & Correptio.

Quare iusti viri de correptione sua gaudẽt, & tamen conturbantur. to.1.24.K
Correptio diuina. to.1.34.K L
Differentia correptionis iustorum & iniustorum. to.1.60.I M
Correptionem perdit, qui fallaciter vivit. to.1. 99.E
Modus corripiendi iustorum. to.1.142.I.143.E & 171.G H
In correptione non superet ira. to.1.156.A
Quid servandum in correptione vitiorum. Ibid.
Furens frustra per invectionem corripitur. to.1. 177.F
Negligentia correptionis licentiam maiora audendi inducit. to.1.173.A
Maior delinquentibus est adhibenda correptio, quando peccata plangenda augentur. to.2.237.M
Sup. Correctio Castigatio.

Corruptio.

Grauis est sarcina corruptionis. to.1.71.E
De corruptione ad gladium transire, quid sit. to.1.138.D

Corui.

Corui de torrentibus, qui dicantur. to.1.106.H
Quid corui pulloriumque eius nomine designetur. to.1.177.G &.seq.
Natura coruorum in nutriendis pullis. Ibid.I M

Costa.

Costæ vniuscuiusque, sunt sensus animi. tom.1. 80.H I

Creare.

Deus non minus nos creat, quàm custodit. to.1. 58.C D
Quomodo deus omnia simul creauerit. tom.1. 193.C

Creatio.

Differẽtia creationis hominis, ab aliis creaturis. to.1.57.K
Creatio cœlestium in terrestrium simul facta est. to.1.192.C
Distinctio specierum in creatione. Ibidem.C D

Creator.

Creator omnium cuncta per seipsum tenet tom.1. 21.H
Creator vt se visibilem faceret, humanitatem nostram assumpsit. to.1.29.A
Creator transire interdum dicitur. Ibidem.A B
Qui dicantur se contra suum creatorem erigere. to.1.74.I
Vestigia creatoris nostri, sunt mira opera visibilis creaturæ. to.1.150.H
Creator eo immortalis est, quo creaturæ more mutabilis non est. to.1.192.G
Dignum fuit, vt qui fuerat creator, esset recreator. to.2.140.K

Creatura.

Duas creaturas ad se intelligẽdum, deus fecerat. to.1.18.A
Creatura, quomodo à seruitute corruptionis eripitur. to.1.23.B
Quomodo creatura nõ volens vanitati subditur. Ibidem.
Rationalis creatura, ad imaginem dei facta est. to.1.29.A
Diuisio creaturarum. to.1.33.B
Omnis creatura seipsa ad nihilum tendit. to.1. 28.M
Omnes creaturæ suum fatentur creatorem. to.1. 66.D E
Spiritualis creatura, deum cõsiderare non sufficit. to.1.53.M
Noua creatura in quo consistat. to.2.70.C D
Gradus creaturarum. to.2.119.B

Creatum.

Intelligere creata perfectè, non sufficimus. to.1. 28.A
Omnia quæ creata sunt, bona sunt. to.2.55.C
Cuncta creata ex nihilo facta sunt. to.1.95.D
Ex creatis agnoscimus quantũ à creatoris sublimitate distamus. to.1.150.I K
Omnia creata habuerunt principium. tom.1. 157.F G
Quædam creata principium habuerunt, sed nunquam finem habitura. Ibidem.G
Omnia simul creata sunt in materia, nõ in specie. to.1.193.D E

Credere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Credendum est melioribus nobis de nobis, & nō nobis. to.2.297.D

Creditor.

Creditores filios debitorum suorum tenere non possunt. to.2.177.A

Crescere.

Crescere quidam putantur qui minuuntur. to.2.174.C

Crimen.

Ad crimen trahitur quod recta prædicatione cōtra crimen profertur. to.1.60.K
Crimina digna vltione plectenda sunt, & falsò imposita digna vltione aboleri debent. to.2.195.C

Criminator.

Criminatores falsi puniendi sunt. to.2.166.K L
Criminosorum difficilis reconciliatio. tom.2.281.F

Crisorius.

De morte Crisorij & monachi cuiusdam Iconiæ. to.2.41.C
Crisorius vitiosus homo. *Ibidem.*
Crisorius instante hora mortis, dæmones sibi imminentes vidit. *Ibidem.H*
Crisorius dæmones ante mortem vidit, & inducias petiit non ad suam, sed nostram vtilitatem. *Ibidem.*
Crisorius cum clamaret inducias vel vsque mane, defunctus est. *Ibidem.*

Crux.

Crucem Iesu in angaria portare. to.1.49.E
Crux lignum dicitur. to.1.71.E
Crux per arborem malam designatur. to.2.53.F
Crux duobus modis tollitur. to.2.122.D.129.A
Crucem domini portauit Simon in angaria. to.2.122.E
Baiulare crucem, & post dominum ire, quid sit. to.2.129.A
De cruce in qua erat particula catenæ beati Petri, & partes craticulæ beati Laurenty. to.2.168.K
Crux in quo de ligno domini erat, & de capillis sancti Ioannis Baptistæ. tom.2.217.H I 218.A

Cubicularius.

Cubicularij papæ non debent esse pueri, vel seculares. to.2.183.M

Cubitus.

Cubiti thalamos mensurantes, qui sint. to.2.81.C

Culpa.

Per culpam deo discordes sumus, & per flagella ad eum redimus. to.1.12.L
Diuersos diuersæ culpæ transfigunt. to.1.16.A
Culpa cùm defenditur, geminatur. to.1.20.C
Quis culpam suam insequi dicatur. *Ibidem.D*
Culpa fauoribus nutrita, incessanter crescit. to.1.21.D
Culpæ in vsum redactæ, vix resistitur. *Ibidem.*
Culpæ memoria in beatitudine erit. to.1.23.F G
Culpa oculos concupiscentiæ aperit. to.1.28.D
Duobus modis ad culpam quis pertrahitur. to.1.34.I
Si quempiam semel culpa ad pœnam pertrahit, misericordia vlterius ad veniam non reducit. to.1.45.F
Nunquam sumus à culpa liberi, quandiu in corpore tenemur. to.1.47.K
Deus reatu culpæ originalis astrictos, sine operibus damnat. to.1.54.C
Non statim dimittitur reatus culpę remissæ. to.1.55.L
Culpa deleta, si delectet, rursum animam maculat. to.1.58.D E
Cùm culpa animum tentat, mēs vitæ brevitatem aspiciat. to.1.59.D E
Citius culpa dimittitur, quæ malitiæ studio non perpetratur. to.1.61.A
Vitam animæ, quælibet culpa polluit. to.1.63.G
Irrisus propter culpam, nullum virtutis meritum acquirit. to.1.65.A
Qui sibi nunc in culpa parcit, ei postmodum in pœna non parcitur. to.1.69.D
Deus nobis relaxat culpas, quas intuēdo & pœnitendo cognoscimus. to.1.72.H
Culpa prius in cogitatione est, postmodum in opere. to.1.80.M
Origo pravæ inchoationis causas culpæ etiā præsumendo multiplicat. to.1.86.G
Qui multa inuenit ad culpam, nouis inuentionibus cruciatur in pœna. to.1.87.F
Culpa peruersis sua pœna est. *Ibidem.*
Nulla est libertas in culpa. *Ibidem.*
Culpa superbiæ est, docere meliorem. to.1.93.E
Reatu culpæ depressus, ad deum faciem leuare veretur. *Ibidem.K*
Culpas plangimus, cùm pensare cœperimus. to.1.94.H
Culpas nostras negligendo, eorum iudicium ignoramus. *Ibidem.*
Culpa hominis non nisi per sacrificium deleri potuit. to.1.101.I
In sola ecclesia est purgatio culpæ. to.1.105.M. 106.A
Anget reatum culpæ sequentis, præconium gloriæ præcedentis. *Ibidem.L*
Culpa præcedens est causa sequentis, & sequens pœna præcedentis. to.1.146.L M
Culpæ culpis feriuntur. *Ibidem.M*
Ad diem vltionis culpæ cumulātur. to.1.147.A
Pœna debetur culpæ, non præmium. to.1.150.C
Diabolus ex culpa culpam elicit, & ex virtute culpam. to.1.189.B
Omnes culpæ non pari accessu cor occupant. *Ibidem.F*
Deus culpas non sine increpatione deserit, nec reatum sine cōuersione derelinquit. to.1.210.E
Omnis culpa tribus modis perpetratur. to.2.16.D
Qui admissum plangit, nec tamen deserit, penè graniori culpæ se subiicit. *Ibidem.F*
Culpam flere, est suæ deuotionis deo humilitatem ostendere. *Ibidem.*
Plerunque culpa dum absconditur, effugatur. *Ibidem.K*
In parua deterius aliquando, quàm in maiori culpa peccatur. to.2.17.D
Quomodo culpa tēporalis, meretur pœnam æternam. to.2.42.E F
Reuertimur quotidie ad vitam, post culpas. to.2.116.B
Vsitata culpa obligat mentem, vt nequeat surgere ad rectitudinem. to.2.121.K
Carnis culpa plerunque regnat in rerum opulentia. to.2.125.M
Sine culpa esse non potest in mundo, qui cum culpa venit in mundum. to.2.132.G
Culpa plebium, multum nocet vitæ pastorum. to.2.194.B C
Perseuerantiæ culpæ, debetur iure vindicta. to.2.200.I
Res quæ culpa caret, ad damnum vocari nō debet. to.2.206.I
Quem maior sequitur culpa, maiori plectatur vindicta. to.2.209.A
Peccantis culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare. to.2.216.C
Culparum remissio, aliquando plus valet, quàm punitio. to.2.220.C
Sunt culpæ, in quibus culpa est relaxare vindictam. to.2.246.L
Nullus sine culpa deponendus est. *Ibidem.M*
Culpa ante iudicanda non est quàm certis signis demonstretur. to.2.315.D E
Culpa populi aliquando prælato ascribitur. to.2.314.M
Culpæ non omnes acriter feriendæ sunt. tom.2.314.L
Culpæ graues non æqua asperitate insequendæ sunt. to.2.314.L

Cupiditas.

Radix omnium malorum, est cupiditas. to.1.84.G. & to.2.214.G
Cupiditatis vituperium. to.2.90.E
Quàm mala sit cupiditas, & præcipuè in ecclesia. to.2.231.F G

Cura.

Mens curis occupata, ad superna non attollitur. to.1.25.B
Quanto quis hic altius erigitur, tanto curis grauioribus oneratur. to.1.100.H
Curam habere secularium, reddit hominem seruum. to.1.131.E
Qui adhuc vitiis impugnari se sentiunt, aliorum curā suscipere omnino nō præsumāt. 1.1.135.M
Cura animarum qualibus debeat committi. to.2.135.H I

Curialis.

De morte Curialis cuius sepultura incensa est. to.2.40.B
Ossa Curialis in sepulchro arsa. *Ibidem.M*

Cursor.

Cursoris officium quod est. to.1.55.C

Curuus.

Curuus terram semper intuetur. to.2.121.L

Custodia.

Custodia matutina, pro quo accipitur. tom.1.149.E
Custodiens rem sibi datam, hostis declinat insidias. to.2.225.M

Cutis.

Quid sit cutem ossibus adhærere. to.1.196.C

Cyathus.

Quid cyathi ad mensam tabernaculi præparati. to.1.117.B

Cyphus.

Cyphi hastilis, sunt mentes auditorum. to.2.61.G

Cypressus.

Cypressus quid designet. to.2.45.K

Cyprus.

Cyprus in qua vberiores vineæ, quàm alibi nascuntur. to.2.45.H
Per Cyprum, Ecclesia vniuersalis designatur. *Ibidem.*

Cyrillus.

Cyrillus in Chalcedonensi synodo catholicus est reputatus. to.2.208.M

Dæmones.

Dæmones in huius cœli terræq; medio vagantur. to.1.10.C
Ludus dæmonum vbi est. to.1.197.C
Dæmones in hoc mūdo, nil proprium possident. to.2.122.B
Dæmonis insidias quomodo facilius vitare poterimus. to.2.282.B
Dæmonum manus euadere magnum imo maximum est. to.2.284.I K
Demonibus crescit in damnationis augmentum, quòd ab electis vincuntur. to.2.290.I
Dæmones in multis sanctis viris seruiunt. to.2.290.H

Universidad de Deusto
Biblioteca

29.I
Dæmones bene agentibus semper insident. to.2.285.A
Dæmones in subditos incunt bellum, cum pastores in se stare feruentius vident. to. 2.285.F
Dæmones quomodo dicantur fortes. to.2.264.F
Dæmonia in cordibus reproborum tot requiescunt quot desyderia immunda. to.2.284.G
Dæmones ab omni parte bellum in nos expectant to.2.297.A
Dæmones sublimia & vetera loquuntur. to.2.264.C

Dalmatica.

De vsu Dalmaticarum. to.2.215.C D

Damascus.

Damascus sanguineus interpretatur. to.2.52.F

Damnari.

Aliud damnare, aliud affligere. to.1.143.K
Anstatim ex vtero egressus moriens, damnaretur. to.1.16.L

Damnatus.

Damnati, non solum foris sentiunt tormenta, sed etiam intus cruciantur. to.1.35.E
Damnati nunquam se ignium carere tormentis, adiuncto desperationis supplicio, agnoscunt. to.1.45.C
Pœna damnatorum. to.1.59.H.& sequent. copiosè.
Supplicia damnatorum ex iustitia iudicis ordinem habent, in damnatis confusionem. Ibidē.
Damnati in pœnis videbunt, quos dum viuerent inordinatè dilexerunt. to.1.60.B
Damnati per ignem cruciantur in corpore, & per dolorem ardent in mente. to.1.88.F
Sæpe diu tolerantur damnandi. to.1.91.B
An animæ damnatorum ante iudicium cruciabuntur. to.2.39.I
Quare tormenta damnatorum ostenduntur plærisque in hac vita. to.2.40.I K
Damnati an ad saluatos transire velint, an econtra. to.2.133.L M
Damnati quandoque in supplicij augmentum vident damnatos. Ibidem.M
Damnatis ad pœnam seruatur cognitio, & memoria. Ibidem.
Damnati & corpore & anima semper essentialiter viuentes, & carne & spiritu sine fine moriuntur. to.2.134.A
Nullus sine cognitione damnandus est. tomo.2.168.B
Pœna iniustè quempiam damnantium. Ibidem.C
Damnati in inferno vident beatos in cœlo. to.2.270.E

Damnum.

Damna maiora, ad maiorem dolorem concitant mentem. to.1.1.H
Damna minora timentes, cœlestis iræ damna incurrunt. to.1.59.I
Damna parua quandoq; magni lucri causa fiunt. to.2.31.B
Damnum quis pati non debet, qui pro communi bono aliquid expendit. to.2.184.K
Nullus lucrum de damno alterius expectet. to.2.206.M

Dan.

Quare Dan dicitur coluber & cerastes. tomo.1.185.L
Dan ad Aquilonem in partitione castrorum castrametatus est. Ibidem.

Daniel.

Daniel continentes in ecclesia notat. to.1.2.D
Daniel princeps magistratuum regis Babylonis, sapientia vigebat. to.1.108.K
Daniel per sui corporis prostrationem meritorum incrementa signauit. to.1.132.G
Daniel interpretatus est somnium regis Babylonis. to.2.54.K

Datius.

De Datio Mediolanēn. episcopo. tomo.2.29.E F
Datius episcopus diabolum alloquitur. Ibidem.
Datius domum à diabolo inhabitatā sibi in hospitium elegit. Ibidem.
Datius domum à diabolo habitatam fecit habitabilem. Ibidem.

Dauid.

Quare Dauid maledixit montibus Gelboe. to.1.17.A B
Dauid pro scipso iram dei temperare non valuit. to.1.53.H
Dauid iustum pater suus despexerat. to.1.65.F
Dauid adulterium cum homicidio. to.1.72.K L
Dauid ecclesiæ afflictionem prospiciens psalmum pro torcularibus condidit. to.1.96.L
Dauid fideles designat. to.1.104.F
Correctio Dauid per Nathan. to.1.131.B
Dauid humilitatis hostiam deo sæpe offerebat. to.1.153.H
Misericordia in Dauide. to.1.158.B
Dauid in humilitate omnia dona virtutum perceperat. to.1.163.F
Dauid plus saltans admirandus est, quàm pugnans. Ibidem.
Dauid coram area saltat. Ibidem.
Dauid, Esaias, & Paulus, diuersis tēporibus idē senserunt. to.1.174.B
Dauid ostendit deum in trinitate vnum. Ibidem.
Dauid pro peccato Bersabeæ vexatus, conuitia æquanimiter pertulit. to.1.178.G
De lapsu suo Dauid surgente, nemo desperet. to.1.199.K
Dauid suscepto regimine, in crudelem euasit. to.2.2.H
Dauid citharasua, spiritum malignum à Sauli fugabat. to.2.8.A
Dauid ante regnum rectior fuit, quàm in regno. to.2.15.A
Dauid contra Ionathæ filium innocentem, dedit sententiam. to.2.20.K L
Dauid humilitas & præclara gesta. to.2.101.H
Dauid per pœnitentiam, scelus suum correxit. to.2.125.K
Dauid in Saulem pietas. to.2.135.L
Quare Dauid, & non Salomon, prohibitus sit tēplum domino ædificare. to.2.143.B
Dauid rex, quomodo manebat in solitudine. to.2.149.G
Quare populus vindictam, pro Dauid peccante, suscepit. to.2.194.B C
Dauid aquam de cisterna Bethleemitica bibere noluit. to.2.217.K.230.A
Dauid recusatis fame & gladio, pestem elegit. to.2.222.K
Dauid contra Goliath pugnaturus arma deposuit. to.2.269.C D
Dauid quare in medio fratrum vngitur. to.2.326.G H
Dauidis vnctio in regem. to.2.326.E
Dauid in multis Christum figurauit. to.2.327.A & seq.
Dauid perseueraturus in gratia vngitur. to.2.326.I K
Dauid manu fortis interpretatur. to.2.326.K
Figuræ multæ Christi in Dauide. to.2.327.A & seq.

Debilis.

Debiles fieri non possunt virgines, cōtinentes, aut martyres. to.2.306.H

Debita.

Debitis obligatus liber homo, secundum leges, teneri non debet. to.2.177.A

Decalogus.

Decalogi summa in millenario & centenario numero concluditur. to.2.319.A

Decem.

Decem milia vivorum sunt quæ in sanctis angelis & electis hominibus in cœlis exultant. to.2.312.L

Decima.

Decimas rerum & dierum, deo debemus offerre. to.2.107.C

Decipula.

Decipula inimicorum nostrorum. to.1.80.F

Decreta.

Decreta beati Gregorij papæ. to.2.251.K & seq.copiosè.
Decreta Gregorij papæ, circa matrimonium. to.2.152.C

Dedicare.

Dedicationis ecclesiæ tēpore, elecmosynæ sunt paupertibus erogandæ. to.2.159.E F
Dedicanda non est ecclesia, vbi corpus fuit inhumatum. to.2.162.B
Dedicanda sunt loca, erroribus quondam dicata, in ecclesias. to.2.167.G
Dedicatæ ecclesiæ in synagogis Iudæorum, non debent eis restitui. to.2.209.M
Dedicationis solennitas to.2.234.G

Defendere.

Turpe est defendere, quod constat iustum non esse. to.2.224.D

Defluere.

Quisquis defluere formidat, id quod fluit fugiat to.1.128.G

Defuncti.

Defunctorum voluntates, non sunt cassandæ. to.2.173.E
Non sunt deflendi defuncti, quos credendum est ad veram vitam moriendo peruenisse. to.2.215.D E

Delectari.

Qui delectatur in mundo, in deo delectari non potest. to.1.103.M

Delectatio.

Delectatio in malum, grauiorem facit culpam cū consensu, quàm sine consensu. to.1.19.L M
Delectationes vitandæ sunt. to.1.25.A

Delegatus.

Quæstiones mediocres possunt delegati tractare. to.2.166.I

Delictum.

Nullum delictum sine vltione deseritur. to.1.56.A
Differentia delictorum & scelerum. to.1.69.K
Quomodo signantur in sæculo delicta nostra. to.1.72.G H
Delictum cognitum facere, plus est quàm ipsum manifestare. to.2.136.F

Delinquere.

Aliqui plus ore, quàm opere delinquunt. to.2.19.K
Qui de se negligenter mala opinari permittunt, multipliciter delinquunt. to.2.18.A
Impossibile est sanctos hic in opere, in locutione, aut cogitatione non delinquere. to.2.59.E

Delitiæ.

Super omnipotentem delitiis affluere. to.1.93.I
Corporis & cordis delitiæ plurimum inter se differunt. to.2.127.D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Delitiæ ſeculi mors ſunt potius quàm vita. to.2.270.G H

Denarius.

Denarius numerus, quomodo perfectus eſt. to.2.213.A B

Denarij numeri perfectio. to.2.87.H

Eundem denarium cuncti vineæ operarij accipiunt. to.2.110.B

Dentes.

Per dentes quid intelligatur. to.1.68.M.& ſeq.

Per dentes, ſancti prædicatores deſignantur. to.2.48.A

Dentes damnatorum ſtridebunt, & eorum oculi flebunt. to.2.131.A

Deponi.

Deponatur, qui locum alterius inuadere nõ timet. to.2.162.G I.

Depoſitus.

Depoſitus iniuſtè eſt reſtituendus. to.2.154.F

Dpoſiti ab epiſcopatu, propter crimen, bona epiſcopatus auferre non debent. to.2.218.L

Deprecatio.

Quare deprecatio noſtra à conſpectu iudicis ſæpe repellitur. to.1.54.A

Derogantes.

An derogantium verba ſint ſemper deſpicienda. to.2.68.D

Deſertum.

Regio deſerti, eſt cor infidelium. to.1.9.A

Quid ſit ventus veniens è regione deſerti. Ibidẽ.

Regio deſerti, eſt immundorum ſpirituum multitudo derelicta. to.1.10.F

Deſertum dominus in ſtagna aquarum poſuit. to.2.111.H

Deſertum infernum ſignificat. to.2.309.D

Deſiderare.

Multi ſunt qui neſciunt quid deſiderare debeant. to.2.127.D

Deſiderium.

Omne deſiderium pœna eſt, cùm differtur. to.1.54.L

Prana deſideria, ad peſſimam actionem trahunt. to.1.80.G

Remedium aduerſus deſideria carnalia. to.1.98.B

Deſideriis religioſis facilè eſt conſentiendum. to.2.159.D

Deſperatio.

Deſperatio quomodo animam interimit. to.1.21.D E

Deſperatio cum perpetratione nequitiæ ſociatur. to.1.45.G

Corda deſperantium malabus comparantur. Ibidem.

Licèt non exaudiamur de tribulatione, non eſt tamen deſperandum. to.1.152.D

Deſpicere.

Deſpiciens perfectè terrena vir eſt ex fortitudine. to.2.259.B C

Deſponſatus.

De deſponſata conuerſa. to.2.195.E

Detractio.

Permittitur detractio, vt caueatur elatio. to.1.129.M

De detractionibus non curandis. to.2.223.G. 229.D

Detrahentes in terram exſufflant, & pulucrem in ſuos oculos mittunt. to.2.223.H

Deuotio.

Deuotio mentis quanta eſſe debeat. to.2.293.G

Deuoti quidam per deſiderium ſunt, remiſſi per vitiorum debilitatem. to.2.302.L

Deus.

Quòd maledicere deo ſit, de eius beneficio ſuperbire. to.1.3.B

Quòd neſcire dei, reprobare ſit. Ibidem.

Deus peccatores ignorare perhibetur. Ibidem.

Deus non vocauit ſatan, ſed requiſiuit. Ibidem.G

Quomodo differunt in deo vocare, & quærere. to.1.5.G

Aliter deus loquitur ad angelos, aliter autẽ angeli ad deum. Ibidem.I K

Dicere dei, quid ſit. to.1.6.B

Fruentium deo in hoc ſeculo, diuerſitas. Ibidem.D E

Quomodo deus tẽtatori in aliquibus dat licẽtiã, in aliis verò retinet & refrenat. Ibidem.G

Quòd deus eſt extra omnia, & intra omnia ſupra omnia, & infra omnia. Ibidem.G

Deus eſt inferior & ſuperior ſine loco. tomo.1.6.H I

Quare apud deum aliquid quadam die factum dicatur. to.1.7.I.& ſeq.

Quod deus tempora ſine tempore intuetur, & in luce tenebras videt, & diuerſa ordinans non eſt diuerſus. Ibidem.I K

Deus ſine diſtentione, bona & mala comprehendit. Ibidem.K

Dei ad ſatan per figuram dicere, quid ſit. to.1.8.C D

Deus veſtitur, à quibus diligitur. to.1.9.C

Quomodo deus veſtem, qua indutus erat, ſcidit. Ibidem.

Quod ſolius dei ſit dare & auferre, & quòd redemptori noſtro nullum ex conſortio carnis adhæſit peccatum. to.1.9.G

Deum laudare quempiam, quid ſit. Ibidem.K

Quid ſit quòd Deus in hoc ſeculo ſic deſpicit, quos ante ſecula ſublimiter elegit. to.1.12.D E

Quomodo Deus iuſtus ſit, qui eum qui non debet puniri, condemnat. to.1.13.I

Quare Deus dixit ad ſatan, vnde venis? to.1.5.F

Quare deus oppreſſos ſanctos, à malis interdum differt eripere. to.1.15.G H

Quare Deus potius hominem redemit, quàm diabolum. to.1.18.A

Quæ requirat Deus, & quæ non. to.1.19.G

Quare Deus quorundam mala percutit, aliorum multa permittit. to.1.26.H I

Deus iniquos patitur, vt iuſtorum vita purgetur. Ibidem.I

Deus aliquando iniuſtos celeriter trucidat. Ibidẽ

Flare Deus dicitur. Ibidem.K

Deus multis modis ſe nobis dat intelligi. to.1.27.L

Reſpondere Dei, eſt effectum precibus præbere. to.1.30.G

Deus ex omni hominum genere, ad ſuam cognitionem vocat. to.1.33.C

Quibus modis vulnerat Deus, quos ad ſalutem reducere parat. to.1.34.L M

Duobus modis Deus affligit hominem. Ibidem.

Deus aliquando nos conterit. to.1.38.I

Deus manum ſoluere dicitur, cùm ſuũ exercet affectum. Ibidem.K

Deus quem expectando vult corrigere aſpiciendo non vult punire. to.1.45.E

Deus eſt cuſtos hominum. to.1.47.F

Deus ſapiens & fortis quare dicitur. to.1.51.K

Deus tot in his fluctibus greſſus poſuit, quot ſuperbis perſecutoribus miracula oſtendit. to.1.52.E

Deus nos repentè interrogat. to.1.53.E

Deus in ſanctorum patientia & mortificatione delectatur. to.1.54.K

Ridere dei, eſt humanæ nolle afflictioni miſereri. Ibidem.I

Cur Deus condidit, quem perituram præſciuit. to.1.55.H

Cur Deus non fecit hominem, qui perire nõ poſſet. Ibidem.

Deus nos ſordibus intingere quomodo dicitur. to.1.56.D

Nemo poteſt arguere deum. Ibidem.G

Deus in hac vita duobus modis hominem iudicat. to.1.57.D

Deus neminem iniuſtè affligit. Ibidem.E

Quomodo Deus hominem plaſmat, plaſmatum viuificat, viuificatum cuſtodit. Ibidem.M

Qui perfectè deo placere deſiderat, ſibi deſe nihil relinquat. to.1.61.E

Deus per ſui amoris veſtigia indagandus eſt. to.1.62.B

Deum in quibuſdam donis ſuis, quaſi ex veſtigiis cognoſcimus. Ibidem.

Deus angelicæ atque humanæ ſubtilitati inueſtigabilis eſt. to.1.62.C

Deus eſt excelſior cœlo. Ibidem.D.& ſequentib.

Deus eſt terra longior. Ibidem.& ſeq.

Deus quatuor dimenſiones ſuas in nobis exercet. Ibidem.G

Deus minora delicta non inulta deſerit. Ibidẽ.I

Aliud eſt quod Deus miſericorditer tribuit, aliud quod iratus haberi permittit. to.1.66.A B

Quod Deus fieri prohibet, iuſtum eſt vt fieri ſinat. Ibidem.B

Deus humanum cor ædificat, cùm replet. Ibidem.I

Deus humanum cor deſtruit, cùm relinquit. Ibidem.

Quare Deus tardius delinquentes percutit. Ibidem.

Includere dei, eſt clauſis non aperire. Ibidem.K

Scire Dei, eſt vel cognoſcere, vel approbare. to.1.67.D

Deus aliquando conſiliarios adducit in ſtultum finem. Ibidem.E

Diſputare cum Deo, eſt conſcientiæ noſtræ facta ſubtiliter diſcutere. to.1.68.F

Deus mendacio non eget. Ibidem.G

Faciem dei in abſcondito accipere. Ibidem.

Dei facies, quid ſit. to.1.69.H

Vocare dei quid ſit. Ibidem.I

Deus ab æterno futura prænidit & decreuit. to.1.71.B

Furor dei quomodo tranſire, & pertranſire, dicitur. to.1.72.A

Quare Deo nunc non reſpondemus. Ibidem.E

Solus deus eſt naturâ immortalis & immutabilis to.1.73.L

Deus non attendit quantũ quiſque facit, ſed quãtum velit. to.1.74.B

Quare Deus finem noſtrum nos latere voluit. Ibidem.

Quare Deus dolentium diſſimulet exaudire vocem. to.1.82.G

Deus perſecutor bonus dicitur. to.1.83.M

Deum Dolores furoris diuidere, quid ſit. to.1.90.B

Quare Deus permittat malos deteriora perpetrare. to.1.91.B

Deus non indiget iuſtitia noſtra. to.1.91.C

Deus ſemper ita omnipotens eſt, vt non minus intendat omnibus quàm ſingulis. Ibidem.L

Deus mutat ſententiam, conſilium verò immobile manet. Ibidem.K

Benignitas Dei eſt, peccatoribus ſpatium pœnitentiæ largiri. Ibidem.L

Quomodo Deus dat ad ſe conuerſis pro terra ſilicem, &

licem & pro filice terrentes aures. to.1.93.G
Deus fit nobis dulcis in miraculis, in sua tamen celsitudine manet occultus. to.1.94.F
Deus nos aspicit, vt à nobis aspici nequeat. Ibidem.I
Deus vbique est non in parte. Ibidem.L M
Deus qualis in natura sua est, à cogitatione mortali videri non potest. Ibidem.L
Solus deus principaliter & immobiliter est. Ibidem.M.& so.seq.A
Quomodo deus solus sit. to.1.95.D
Quare cogitationem dei nemo auertit. to.1.95.F
Deus est quod habet. Ibidem.L
Natura dei simplex est. Ibidem.
Deus non permittit inultum abire, quod iustè fieri permisit iniustum. to.1.96.A
Deus propriè nec obliuisci nec recordari dicitur. to.1.98.E
Quomodo deus obliuiscitur, & recordatur. Ibidem.F
Solus deus mortalium corda veraciter terret. to.1.99.H
Deus bonos ad meritum prouehit, quum malos contra vitam eorum sæuire permittit. Ibidem.
Quomodo deus fugit nos. to.1.101.C
Deus ab homine sumpsit naturam, non culpam. Ibidem.K
Quare deus laudes suas narrat, nobis autem nostras narrare prohibet. to.1.103.I
Deus in principio vitæ quosdam ad virtutis culmen prouehit, cæteros deserit. tomo.1.106.A
Deus interdum quos in exordio vitæ deseruerat, ad virtutis culmen reuocat. Ibidem.A B
Deus finem electorum & reproborum intuetur & considerat. to.1.106.D
Videre dei, quid sit. to.1.107.G
Quomodo similes & dissimiles deo esse possimus. to.1.109.H
Solus deus veraciter est. Ibidem.L M
Deus per quasdam imagines pro hac vita videri potest, per essentiam autem non potest. tomo.1.110.H I
Nullus deum spiritaliter videt, & carnaliter viuit. Ibidem.
An deus in beatitudine, in sua claritate conspiciatur, an in sua natura. Ibidem.K
Quomodo deus videbitur in patria. Ibidem.
Dei sapientia aliter vbique habet, & aliter locum. to.1.111.F
Dei stare quid sit. Ibidem.
Solius dei est scire ad quos veniat, & in quibus requiescat. Ibidem.G
Respicere dei quid sit. Ibidem.
Dies sicut palma multiplicare. to.1.115.M
Videre dei quid sit. to.1.117.E F
Lucem vultus dei in terram cadere. Ibidem.H I
Quomodo deus quosdam deterret, & quosdam resonet. Ibidem.L
Deus quosdam electos interioribus donis & exterioribus honoribus subleuat. to.1.120.C
Quos deus in æternum diligit, aliquando ad tempus relinquit. to.1.121.K
Quomodo deus crudelis dicatur. tomo.1.122.H. & sequen.
Quomodo indignum aliquid de deo dicatur. Ibidem.
Deo impropriè attribuuntur passiones. Ibidem.
Deus zelare dicitur. Ibidem.I K
Deus irasci quomodo dicitur. Ibidem.
Deus misericors dicitur. Ibidem.
Deus quomodo pœnitere dicitur. Ibidem.
In deo nec præterita, nec futura reperiri possunt. Ibidem.I K
Deus nullo modo mutabilis est. Ibidem.
Cognoscere dei quid sit. to.1.125.M
Quare deus tres amicos Iob reconciliari per septem sacrificia præcipit, Heliu verò per vnum. to.1.133.C
Nescire dei reprobare est. to.1.134.E
Quid sit deum ad omnia verba non respondere. to.1.137.D
Deus in scriptura sacra quicquid potest singulis euenire comprehendit. Ibidem.I
Deo nec præteritum tempus competit, nec futurum. Ibidem.
Loqui dei, est verbum genuisse. Ibidem.
Vox dei quasi per somnium auditur. Ibidem.G
Deus nobis per somnium loquens prius nos à corruptione & inde à gladio liberat. tomo.1.138.D
Quare deus factus est homo. tomo.1.139.I
Ingestimabili pietate deus peccatores conuertit vel tolerat. to.1.143.I
In deo non est impietas, nec iniquitas. Ibidem.
Deus frustra condemnare non potest. Ibidem.K
Deus per se mundum regit quem per se condidit. Ibidem.K
Deus nonnullos ad amorem suum & corpore, & spiritu trahit. Ibidem.
Deus non est acceptor personarum. to.1.144.K
Omnia sunt aperta in conspectu dei. to.1.145.D
Deus est immutabilis. Ibidem.
Quare deus solus dicitur habere immortalitatẽ. Ibidem.E
Nihil deus ignorat, nihil obliuiscitur. Ibidem.D. & seq.copiosè.
Quo deus suos tenere diligit, eo sollicitè ab externis actionibus abscondit. to.1.148.K
Scire dei, approbare est: nescire, reprobare. Ibidẽ. M.&.164.I
Facere dei, aliquãdo est irascẽdo permittere quod fieri prohibet. Ibidem.
Deo nec peccata nostra nocent, nec bene gesta concurrunt. to.1.150.G
Quare deus suos permittit temporaliter opprimi, & violentorum malitiam nequiter augeri. to.1.151.L
Deus suorum voces propter damnationem persequentium non exaudit. Ibidem.M
Deus hominem quem benignè condidit nõ iniquè spernit. to.1.152.E
Deus diuersimodè videt homines. to.2.154.A B
Procul Deum intueri. to.1.157.D
Deum cognoscimus, & eius opera ignoramus. Ibidem.D E.
Æternitas Dei cognosci non potest. Ibidem.F
Deus non localiter vbique est, sed per prædicatores suos in mundi partes localiter ambulat. Ibidem.D E
Deus magna & inscrutabilia facit. to.1.160.F
Deus est ineffabilis. to.1.162.K
Deus magnus est fortitudine, iudicio, & iustitia. to.1.163.C D
Tribus modis deus interrogat. to.1.165.A
Quomodo Deus ostia maris primò & secundò clausit. to.1.167.K
Deus vnigenitum cõtra lasciuos humani generis motus misit. Ibidem.M
Quomodo deus perfectus dicitur. to.1.168.G
Deus hominem ad similitudinem suam, quasi potentiæ suæ signaculum, fecit. to.1.170.B
Quid sit Deum mentem ingredi & penetrare. Ibidem.H
Deus auctor est naturæ, non culpæ. tomo.1.173.B
Deus non aperta maiestatis suæ specie, sed prædicatorum suorum voce locutus est. to.1.176.G
Contra superbientem diabolum, apparuit inter homines homo factus humilis Deus. to.1.182.D
Deus potentes diu passus ad præsepe alligauit. Ibidem.H
Deus & per homines & sine hominib⁹ loquitur. to.1.183.I
Nihil in Deo corporeum suspicandum. to.1.192.C
Quare Deus rerum similitudinibus nominetur. Ibidem.
Deus aliquando à corporibus similitudinem trahit. Ibidem.D
Deus aliquando à mentibus in se similitudinem trahit. Ibidem.
Deus aliquando insensatis rebus se comparat. Ibidem.E
Deus præterita & præsentia æqualiter videt. Ibidem.
Deus aliquando ab auibus similitudinem in se trahit. Ibidem.
Aliqua sensibilia ostendunt in deo effectum operationis. Ibidem.E
Item substantiam maiestatis. Ibidem.
Deum voce tonare quid sit. Ibidem.E
Deum brachium habere, quid sit. Ibidem.
Deus angelo aliquid maiꝰ tribuit quàm homini. to.1.196.E
Quare deus fomenta terrori, & contra nobis miscet. to.1.198.H
Deus pius ac iustus est. to.1.199.H
Deus homini dedit ne peccet, & peccãti remedia ne desperet. Ibidem.
Quomodo deus dicitur illusisse diabolo. tomo.1.200.H
Deus non plus quàm expediat diabolum sæuire permittit. to.1.201.C
Audire Dei, quid sit. to.1.209.I
Respondere Dei, quid sit. Ibidem.
Ante faciem Dei stare. to.2.15.I K
Post tergum Dei stare. Ibidem.
Deus quibus magna dona tribuit, etiam parua quædam reprehensibilia relinquit. to.2.31.B
An deus crudelitate pascatur. to.2.42.F
Deus in superficie non iacet. to.2.44.K
Quare deus permisit populum suum duci in captiuitatem. to.2.55.I
Fortitudo Dei ex contemptu nascitur. to.2.56.D
Esse Dei, est hunc æternum immutabilémque permanere. to.2.57.E
Aliquando Deus nuncupatiuè, aliquando essentialiter dicitur. to.2.64.L
Per sonitum sublimis Dei quid designetur. Ibidem.M
Quare Deus loquatur aliquãdo sub dubitatione. to.2.67.I K
Deo se amicum denegat, qui eius placet inimico. to.2.68.B
Deus suas virtutes tacere non debuit. Ibidem.F
Quare deus vnam perfectionem dat vni electo, quam denegat alteri. to.2.71.I K
Deus vni regioni non dat quod alteri. Ibidem.K
Deus alios ab iniquitatibus suis educit, alios in suis iniquitatibus relinquit. to.2.78.D
Deus promittentem secum ire, deserit: & recedentem ab eo, secum ire iubet. Ibidem.E
Domus Dei non solum angeli, sed & viri sancti dicuntur. to.2.79.E
Deus Israelitico populo per legem minora dedit præcepta. to.2.83.E
Deus altiora præcepta suis apostolis dedit. Ibidem.G
Quare Deus diem mortis nostræ incognitum

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis esse voluit. to.2.84.L
Deus omnipotens, sibimetipsi semper similis, eadē virtute omnia agit. to.2.85.B
Deus sine mutatione mutabilia disponit. Ibidem.
Dei vestigia in creaturis. Ibidem.
Deus est superior & inferior, exterior & interior. Ibidem.C
Deus est vbique totus. Ibidem.
Deus facta hominum cùm approbat, vel indicat, non intrinsecus metitur. to.2.87.K
Minus est deo reparare quod erat, quàm fecisse quod non erat. to.2.91.H
Deus non quærit quòd pro eo moriamur. tomo.2.103.K
Deum nescientes dei famulos falsò venerantur. to.2.109.E
Deus vbique est per præsentiam maiestatis. to.2.112.F
Deus est vbique. to.2.118.H
Deus aliquādo aliud rebus, aliud verbis loquitur. to.2.121.E
Deus eligit quos mundus despicit. to.2.127.L
Deus vult placari precibus. to.2.129.I
Amicus dei, & non amicus, quandoque potest aliquis esse. to.2.13 .K
Deus in cœlis non erubescet, qui deum in terris nō erubuit. to.2.132.I
Quare deus nomen Lazari dixit, nomen verò diuitis epulonis tacuit. to.2.133.G
Quomodo deus iudicatus vicit. to.2.140.G
Solus deus verè immortalis est. to.2.147.I
Respectum ad deū debemus habere. to.2.152.M
An deus possit nobis fieri debitor. to.2.154.B
Deus non permittit homines nobis nocere quantū volunt. to.2.163.D
Deus quæ impossibilia sunt ad possibilitatē valet flectere. to.2.171.E
Deus in omnibus agendis attendi debet. tomo.2.178.H
Causa dei cum magno timore debet disponi. to.2.193.M
Deus non solum in prosperis sed & aduersis benedicendus. to.2.221.I
Deus sæpe humano more loquitur. to.2.223.B
Deo nihil præferre debemus. to.2.227.K
Deus qui minora cōcessit, maiora non prohibuit. to.2.230.A
Dei mandata cum timore seruantes aliis eminēt. to.2.232.F
Deus cur permisit eligere regem quem sciebat reprobandum. to.2.287.C.& seq.
Deus nec cor nec animam habet. to.2.268.H
Deus sic loquitur homini vt homo homini. tomo.2.268.H
Deus nō per seipsum Samueli sed per spiritum loquutus est. to.2.272.F
Deus electorum corda duplici eruditione docet. Ibidem.
Dij designant sublimes & sapientes viros. tomo.2.281.G
Deus exercituum dicitur deus pater. to.2.255.L
Deus cum reprobos punit, sanctos erudit. tomo.2.287.E
Deus bona promissa reuocat & minarū effectus retrahit. to.2.274.B
Deus iustus est & pius. to.2.274.B
Deus cur mala fieri permittit. to.2.287.E F
Deus cognoscitur per speculum & per seipsum. to.2.297.M
Deo nihil est absens aut latens. to.2.208
Dij electi prædicatores intelliguntur. to.2.310.H

Deusdedit.

Deusdedit suam domum sabbato tantum ædificabat. to.2.41.C.& sequen.

Dextera.

Dextera dei, & sinistra dei, quid sit. to.1.7.M
Per dexterā dei filius eius designatur. to.1.72.F
Ad dexteram ire quid. to.1.94.M. to.2.282.F
Per dexteram vita æterna designatur. to.2.46.B. 112.D
Dextera perpetuam vitam designat. to.2.147.D
Pro dextro aliquem habere. to.1.121.D
Pro dextro haberi, magnum ducitur. Ibidem.
Dexter oculus est intuitus æternæ claritatis. tomo.2.302.K

Diabolus.

De diabeli manu non euaditur, nisi citius ad pœnitentiam recurratur. to.1.4.H
Diabolus tribus modis bona nostra insequitur. to.1.4.E
Respondere diaboli ad deum, est maiestati eius nihil posse cælare. to.1.5.M.& seq.
Dicere diaboli quid sit. to.1.6.A
Quod diabolus non contra Iob, sed contra dominum iniit certamen. Ibidem.C
Diabolus primò opera nostra, deinde verba, & tandem cogitationes accusat. Ibidem.C
Cùm diabolus mala quæ accuset non inuenit ad malum inflectere ipsa bona quærit. Ibidem.
Quòd diabolus nihil possit nisi permissus. tomo.1.6.E
Non est formidandus diabolus, sed vis diuina timenda. Ibidem.F
Diabolus vires feriendi sibi non tribuit. Ibidē.E
Diabolus à facie domini exiit, quia potestatē tentationis accipiens ad malitiæ suæ vota peruenit. Ibidem.I
Diabolus non solū intuetur quid faciat, sed quādo faciat. to.1.6.K
Diabolus acrius insurgit quando disciplinæ custodes ventri seruire cognoscit. to.1.7.B
Quomodo diaboli iaculis obsistendum est. Ibidem.G H
Quòd diabolus humilitate nostra sternitur. Ibidem.F
Quod diabolus patientia nostra superetur. Ibid.
Diabolus tot nos iaculis percutit, quot tentationibus affligit. Ibidem.G
Diabolus redemptorem humani generis cognouit venisse in mundum. to.1.8.D
Diabolus superbus Christum esse deum ex humilitate dubitauit. Ibidem.D E
Diaboli captiuātiū nomine intelligūtur. Ibid.H
Diabolum requirere, est eius nobis insidias declarare. to.1.9.I
Diabolus sæpe nostris cogitationibus se interserit. Ibidem.
Quomodo diabolus terram circuit. Ibidem.I K
Fraudes diaboli in tollendis bonis cogitationibus. to.1.10.E
Diabolus ex rebus exterioribus colligit quod bonis viris ad mentis crimen infligit. to.1.11.M
Quòd diabolus cùm nos tentat, antiquæ artis insidias repetit. to.1.12.F
Diabolus duobus modis humanum genus tentare consueuit. Ibidem.G
Quia diabolus scit quomodo Adam decipi soleat, ad Euam recurrit. Ibidem.
Diabolus occupauit animam coniugis Iob. Ibid.
Diabolus non solum per seipsum, sed & per eos qui nobiscum sunt, nos tentat. Ibidem.13.K
Diabolus quò valentius vincitur, eo adhuc ad insidias ardentius instigatur. to.1.13.A
Nullus in hunc mundum venit qui non diaboli aduersa sustinuit. to.1.14.B
Diabolus cur à tentatione quandoque cesset. to.1.15.I
Diabolus cogitationes nostras non capit. Ibidem.
Calliditas diaboli in palliatione vitiorum. tomo.1.16.E
Diaboli insidiæ, vt ad crudelitatis terminū perducat. Ibidem.F
Remedium contra diaboli insidias. Ibidem.F
Diabolus dies perditionis interpretatur. tomo.1.17.K
Diabolus se diē exhibet, sed noctis tenebras infert. Ibidem.I
Quomodo diabol⁹ dies est, & quomodo nox est. Ibidem.
Quare diabolus non potest pœnitere. tomo.1.18.C
Diabolus aliud patietur in fine quàm nunc patiatur. Ibidem.
Diaboli versutia baptismi sacramēto superatur. Ibidem.G
Diabolus non cessat primam quam intulit culpā angere. Ibidem.H
Diabolus cum reprobis vna persona est. to.1.18. I.55.B.78.E
Diabolus primi hominis rectitudinem quatuor ictibus fregit. to.1.20.M
Diabolus leo & formica dicitur. to.1.27.D
Diabolus contra consentientes fortis est, cōtra resistentes debilis. Ibidem.
Diabolus aliis leo est, aliis formica. Ibidem.
Diabolus per omne vitium cordi humano virus infundit. to.1.31.D
Diabolus armatus Iudaicum populum rapuit. Ibidem.I
Diabolus quando armatus, & quando inermis dicitur. to.1.32.E
Diabolus multipliciter nos impugnat. to.1.35.D
Diabolus dicitur bestia terræ. Ibidem.G
Diaboli dum insidiantur affligunt. Ibidem.H
Diabolus aliquando nos conterit. to.1.38.I
Diabolus solus egressus domum conscientiæ, cum septem aliis redit. Ibidem.K
Quomodo diabolus carcere constrictus dicatur. to.1.46.A
Diabolus quos vitæ præsentis amore intercipit vigilantes, prospera dormientibus promittit. Ibidem.G
Diabolus insterum corda somniis afficere nititur. Ibidem.H
Diabolus tribus tentationibus redemptorem temerare voluit. to.1.55.A
Diabolus est caput iniquorum. Ibidem.& 81.C
Nō minus quàm carnales in nos sæuit diabolus. to.1.76.H
Diabolus occultas tētationes per singulos mouet. Ibidem.
Diabolus per membra sua crudelia exercet. Ibidem.I
Dentes diaboli, sunt bonorum persecutores. Ibidem.
Qui sœcij, & qui filij diaboli. to.1.78.E
Diabolus vitam nostrā peccatis, illaqueans mortem nostram sitit. to.1.80.D
Diabolus dicitur interitus, vel mors. Ibidem.I
Diabolus bene esse non naturæ essentiā perdidit. to.1.81.A
Diaboli ex omni latere mentem obsident. tomo.1.82.M
Diaboli neminem nisi instē affligunt. to.1.83.A
Diaboli potestatem nocendi non habent, nisi eos voluntas dei permittat. Ibidem.
Diaboli dicuntur horribiles. to.1.88.D
Diaboli suggestiones dulces sunt his quos amor huius mundi voluit in profundum damnationis. to.1.91.G

Volu-

Voluptates huius sæculi diabolus extollit honoribus. Ibidem.
Diabolus ingredietur hominem Antichristum. Ibidem.91.H
Diabolus plures traxit ab initio mundi, quàm in fine cum Antichristo trahet. Ibidem.I
Diabolus nunc non vasto trahit carnales, tempore vero Antichristi omnes trahet. Ibidē.I K
Quot vitia carnalibus diabolus inserit, tot potus suæ dulcedinis porrigit. Ibidem.I
Diaboli nituntur obseruare in nobis eloquia dei. to.1.93.G H
Insidiæ diaboli bonorum vtilitati seruiunt, quos purgant dum tentant. to.1.95.G
Diabolus præter omnes superbus dicitur. to.1.101.H
Diabolus dictus est coluber tortuosus. to.1.102.C
An diabolus ad interiora cordis peccatorū possit illabi. Ibidem.
Quare diabolus ore serpentis locutus est. Ibidem.
Quia diabolus dominium intus perdidit, bella molitur foris. Ibidem.C D
Omnis voluntas diaboli iniusta est, & tamē omnis eius potestas iusta. Ibidem.M
Quare cum diabolus sit malus, dicatur spiritus domini. Ibidem.M
Duobus verbis comprehenditur potestas iusta in diabolo, & voluntas iniusta. Ibidem.
Quomodo diabolus quemlibet peruersum tollere dicitur. to.1.105.A
Diabolus ventus vrens dicitur. Ibidem.
Diaboli perditionis & mortis nomine signantur. to.1.111.E
Diaboli famam de Christo audierunt, sed eandem non viderunt. Ibidem.F
Per dentes diaboli aperta culpæ perpetratio demonstratur. to.1.115.K
Diaboli à tentationibus quiescere nesciunt. to.1.122.D
Diabolus leuigat quæ deus minatur. to.1.140.G
Diabolus eos tentare negligit, quos q; recto iure possidere se sentit. to.1.141.I
Diabolus in reproborum cordibus quasi in antro suo latet. to.1.161.B
Latibulum & antrum diaboli quid sit. Ibidē.BC
Diabolus mentes bonorum & malorū vario modo ingreditur. Ibidem.C D
Diabolus reproborum mentes ingreditur, & ibidem moratur. Ibidem.& seq.
Diabolus deum sublimitate imitari voluit. to.1.169.I
Diabolus lapsus. Ibidem.M
Quare diabolus non sit redemptus. Ibidem.
Diabolo quod per se nobis facere nequit, per alios ipse facit. to.1.171.H
Diabolus singulis hominibus vitiis conuenientibus insidiatur. to.1.172.B
Diabolus est exactor. to.1.180.A.181.B
Diabolus sub virtutum specie iniqua nobis opponit. to.1.188.I
Diaboli tentantis calliditas. to.1.188.L M
Diabolus contra dei militem diuersos dolos parat. Ibidem.
Diabolus victus de tentatione libidinis, elationem suggerit de seruata castitate. tomo.1.189.A
Diaboli machinationes singulæ in homines. to.1.193.B C
Quare diabolus modo leo, modo Behemoth dicitur. to.1.194.C
Diabolus malorum mentes in virtute possidet. to.1.193.K
Diabolus recepta in corde tentatione ex iure dominatur. to.1.194.M
Diabolus in peccatoribus ardentius ante mortem satagit omne exaggerare peccatū. to.1.195.A
Diabolus expulsus acriores conatur infligere stimulos. Ibidem.
Diabolus ante mentis deceptæ oculos, culpas virtutes fingit. to.1.195.L
Diaboli natura & conditio. to.1.196.C D
Diabolus capax charitatis cōditus est. Ibid.E F
Casus diaboli debet hominem ab elatione terrere. Ibidem.G
Diabolus humanum genus, vel per elationem, vel per luxuriam premit. to.1.197.K
Diaboli frandes. to.1.198.K.& seq.
Diabolus inter iustos mala seminat. Ibidem.L
Diabolus est dei seruus sempiternus ex pacto. to.1.200.D
Quomodo diabolus est sempiternus dei seruus. Ibidem.D E
Quare diabolus multis vocetur nominibus. Ibidem.F.
Quare diabolus dicitur auis. Ibidem.
Quare diabolus dicitur draco. Ibidem.F G
Quare diabolus dicitur irrationale animal quadrupes. Ibidem.
Diabolus Christum velut purum hominem mori credidit. Ibidem.H
Diabolus à pugnantibus non visus vincitur. Ibidem.G
Quomodo dominus suscitat diabolum. tomo.1.201.I K
Diabolus non est suarum culparum veniam petiturus. to.1.202.A
Diabolus se transfert interdum in angelum lucis. Ibidem.D
Diabolus aliter tentat iustos, aliter mundanos. Ibidem.
Diabolus extrema mundi atrocius tentabit. to.1.204.H
Quare diabolus tanto crudelius sæuit, quanto magis mundus senescit. Ibidem.
Diabolus prius tentandum virtutibus spoliat, quàm qui tentatur agnoscit. Ibidem.L M
Diabolus est impœnitens. to.1.205.G
Diabolus tanto atrocius in electos sæuiet, quanto velocius se ab illis vinci conspiciet. to.1.206.D
Diabolus superni in se iudicij tormenta contēnit. Ibidem.
Quomodo diabolus permittitur tot sapientes claros q; sibi subiicere. to.1.207.A B
Diabolus plures variis illusionibus decipit. Ibi.
Diabolus naturæ suæ magnitudinem non amisit. Ibidem.M
Diabolus ante lapsum deū timebat, & amabat: post verò lapsum nullum timet. Ibidem.
Diabolus sua potestate omnia humana superat. to.1.208.A
Lapsus diaboli. Ibidem.
An diabolus appetierit similitudinem dei. Ibi.B
Diabolus bonis inuidos subornat. to.2.31.D
Diabolus cogitationi, locutioni, atq; operi nostro semper insistit. to.2.32.H
Diabolus à mente pulsus, à bene viuentibus terretur. Ibidem.G
Diabolus nullam in hominem potestatem habet nisi domino permittente. Ibidem.
Diaboli immissio ventus turbinis appellatur. to.2.56.H
Diabolus charitatem veram in nobis timet. to.2.65.D
Diabolus virtutes in nobis sine charitate non timet. Ibidem.
Locus diaboli, sunt corda peccatorum. to.2.71.EF
Diabolus est lupus mentes dilaniās. to.2.105.I K
Diabolus est caput omnium iniquorū. to.2.106.L
Diabolus à secundo homine iisdem tentationibus victus est, quibus primum vicerat hominem. to.2.107.A
Diabolus dicitur fluuium absorbuisse. t.2.117.D
Diabolus erit terribilis in die exitus. to.2.132.G
Diabolo consentire periculosum est. to.2.137.L
Diabolus est humani generis inimicus. t.2.150.F
Diabolus sola interiora appetit. Ibidem.
Diaboli frandes & insidiæ. to.2.151.K & to.2.182.K.186.B.208.H I
De diabolo corruptore animæ. to.2.191.L
Diabolus qui primum hominem deiecit, etiam nunc Christianos inficere non cessat. tomo.2.163.E.181.M.& seq.
Diabolus viris bonis per superbiam insidiatur. to.2.181.M.& seq.
Diaboli insidias subtiliter cauere debemus. to.2.186.A.& seq.
An diabolus cor hominis ingrediatur. tomo.2.197.H K
Quanto quis cautius diabolo resistit, tanto molitur subtiliori arte subuertere. to.2.198.B
Diabolus ociosæ mēti cautè insidiatur. t.2.208.I
Diabolus tanto ardentius sæuit, quanto ad cœlestem patriam feruentius anhelare cognoscit. Ibidem.
Insidiæ diaboli in via præsenti. to.2.217.L
Quanto diabolus nouit se superatum, tāto acrius insidiatur. to.2.238.G

Diaconi.

Diaconi in ecclesia Romana cantare non debent. to.2.183.L M
Diaconos absque apostolica licētia compagis vti non præsumant. to.2.202.F

Diadema.

Per diadema quid designetur. to.2.47.L

Dicere.

Rectè scit dicere, qui scit ordinatè tacere. to.1.177.F

Dicta.

Dicta quæ grauitate carent, intenta expositione non indigent. to.1.150.B

Dies.

Dies dominicus à morte Christi tertius est, ordine vero conditionis octauus. to.1.1.L
Quare dies dominicus iubetur obseruari. to.1.210.M
An sit licitum corpus, sicut & facie, die dominico lauare. to.2.240.C
Dominicæ diei celebratio. Ibidem.F
Dies vocatur intellectus. to.1.2.L
Per diem intelligentia designatur. to.1.15.C
Dies natiuitatis totum mortalitatis huius tempus designat. to.1.17.I
Quomodo dies vertitur in tenebras. Ibidem.M
Quid per dies intelligatur. to.1.18.D
Quid per diem natiuitatis designetur. to.1.19.D
Quid sit diem vertere in tenebras. Ibidem.20.B
Diem amaritudine imolui quid sit. to.1.19.L
Qui sunt dies anni benignitatis. to.1.20.B
Dies lætitiam delectationis designat. to.1.20.E
Diei maledicere quid sit. Ibidem.
Dies dimidiare quid sit. to.1.29.M
Quid dies & menses vacuos ducere. to.1.44.C
In nocte dies, & in die vespera desideratur. Ibidem.D
Dies æternam patriam designat. to.1.52.B
Differentia dierum & annorū hominis ab annis & diebus æternitatis. tomo.1.57.H
Dies dei ipsa æternitas appellatur. to.1.96.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

Plenus dierum quis dicitur. to.1.213.K
Vacuus dierum quis dicitur. Ibidem.
Dies dominicus vnde dicatur. to.2.82.H
Per dimidium dierum imperfectionem vitæ accipimus. to.2.147.B
Longitudo dierum quid significet. Ibidem.DE
Sancti dicuntur dies. Ibidem.M
Dies antiqui quid denotent. to.2.150.K
Diem in hac vita non habemus. to.2.151.E
Dies quid designat. Ibidem.E
Manè diei quid sit. Ibidem.
Perfectus dies quis dicatur. to.2.217.D
Lauari die dominico non est peccatum. to.2.240.E
Dies ascensus ad immolandum, & dies immolationis differunt. to.2.260.B
Dies ascensus Christi. to.2.255.H I
Dies ascensus qui sunt. to.2.259.I
Dies est vita ipsi. to.2.294.A
Dies statuti sunt dies electæ mentis. to.2.259.H
Dies vitæ electi sunt virtutes. to.2.256.K
Dies tres perfectionis. to.2.300.G H
Dies mentis est splendor eruditionis. to.2.313.K
Dies primus lux prædicationis, crastinus est diuinæ gratiæ. to.2.303.G

Diffinitum.

Quod rationabiliter diffinitum est, in nullo debet violari. to.2.216.D

Digitus.

Digitus significat discretionem. to.1.89.D
Digitum ori superponere quid sit. Ibidem.
Digitus dei, spiritus eius vocatur. to.2.70.I.
Digitus dei spiritus sanctus est. to.2.319.C.

Dignitas.

Quòd multi secularibus dignitatibus præditi, vas fictile quod gestant, quam citò sit conterendum non attendunt. to.1.12.C
Dignitas ad quam ambitiosè cum culpa peruenitur, sine culpa relinqui non potest. to.1.80.C
Occupatio secularium dignitatum, tanto facilioribus vitiis premitur, quanto maioribus curis granatur. to.1.100.H I
Dignitatis honor contemni debet. to.2.301.G
Dignitates sunt fugiendæ his qui se impares agnoscunt. to.2.301.F G
Dignitatem plærique ambiunt, laborem pauci. to.2.298.E

Dilectio.

Quòd per diem dilectio peccati, per noctem cæcitas mentis posit intelligi. to.1.17.L
In prosperitate dilectio vix cognoscitur. to.1.39.E
Dilectio proximi ad duo derivatur. to.1.61.E & sequen.
Dilectio dei, ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute fieri debet. Ibidem.
Inimici dilectio quantæ sit vtilitatis. to.1.130.E
Dilectio nostra non præuenit deum. to.1.201.K
Dilectio dei & proximi per manuas significatur. to.2.48.I
Dilectio est signum quo cognoscuntur veri catholici. to.2.53.G
Dilectionis effectus. Ibidem.H
Dilectionem dei & proximi capimus in eloquiis diuinis. to.2.63.L
In dilectione proximi patientia & benignitas debet custodiri. to.2.93.B
Dilectum quando dicamur in lectulo quærere. to.2.115.E
Mãdatum omne est de sola dilectione. to.2.117.I
Dilectio inimici. Ibidem.K L
Probatio dilectionis, exhibitio est operis. to.2.120.B
Dilectio est ignis, & culpa rubigo. to.2.123.F
Dilectio proximi in duo præcepta subdiuiditur. to.2.130.I.
Signorum maximum est dilectio. to.2.232.L
Pro dilectione proximorum à dei amore non est flectendum. to.2.128.M
Dilectionis tres sunt gradus. to.2.275.F
Dilectionis gradibus ad summa sustollimur. to.2.275.G

Diligere.

Qui visibilia diligunt, inuisibilia non diligunt. to.1.106.G
Soli recti Christum diligunt. to.2.445.M
Pulchritudinem duplicem habet, qui deum & proximum diligit. to.2.45.I
Deus non diligitur cupiditate terrenæ substãtiæ. to.2.53.K
Qui deum diligunt, ex mundi fine gaudere inbentur. to.2.98.A
Mundum diligere non est tutum. Ibidem.G
Diligitur quandoque proximus per odium. to.2.128.I
Diligere proximum, sicut nos, sacris præceptis cõpellimur. to.2.163.D
Diligendi sunt homines propter iustitiam, & iustitia propter homines non est postponenda. to.2.224.D

Diluculum.

Quid sit diluculo consurgere. to.1.4.B
Quid per diluculum vel auroram designetur. to.1.168.I

Dimensio.

Diuinæ dimensiones quomodo intelligantur. to.1.62.C D

Dimittere.

Maior pars misericordiæ est dimittere, quàm dare. to.1.130.K

Dina.

Dinæ factum pœnitentibus debet esse figura. to.2.16.C

Disciplina.

Disciplina & misericordia sese comitari debent. to.2.5.I K
Disciplinam ecclesiasticam transgredientes puniendi sunt. to.2.186.G
Quem diuina disciplina conterit, humanis flagellis non est conterendus. to.2.249.G H

Discipulus.

Discipuli Christi quare prohibiti sint prædicare gentibus & Samaritanis. to.2.99.H
Discipulorũ Christi mirabilis dignitas. t.2.116.L

Discordia.

Quàm mala sint peccata discordiæ. to.2.13.F
Quàm grauis sit culpa discordiæ. to.2.44.C
Munus non accipitur nisi discordia antè ab animo repellatur. Ibidem.
Quantum malum sit discordia. to.2.65.E
Discordia inimica est deo. to.2.154.F
Discordia aditum dispendij potius habet quàm vtilitatis. to.2.161.B C
De malis hominibus discordiam seminantibus. to.2.220.B C

Discretio.

Sola discretio perturbatis cogitationibus non succumbit. to.1.10.D
Vbi virtus discretionis perditur, intẽtio quæ virtutis initium habuit, criminis finem accipit. to.1.13.A
Discretio sanctorum virorum in actione. to.1.119.K
Discretiones virtutum. to.1.166.H & seq.
Discretio inter necessitatem & voluptatem. to.1.180.E F
Discretionis spiritum qui habere dicantur. to.2.45.A
Discretio in afflictione carnis seruanda. to.2.282.F

Discutere.

Quisque debet causas suas apud dominum & causas domini contra se sollicita inquisitione discutere. to.1.145.I

Discumbere.

Discumbere nostrum, in regno quiescere est. to.2.105.C

Dispensatio.

Quanta sit in rerum terrenarũ dispensatione difficultas. to.1.10.D
Iacula hostis in eos præcipuè qui dispensandis terrenis præsunt. Ibidem.
Dispensatorum errores. to.2.12.D
Bene dispensare propria monstrat, qui fideliter administrat aliena. to.2.168.K
Dispensatio in negotiis ecclesia mortifera est, vbi inepti promouentur. to.2.325.K

Displicere.

Qui deo & hominibus displicere se credit tristari debet. to.1.89.C

Diuersitas.

Diuersitas hominum processit ex vitio. tom.1.127.A
Diuersitas virtutum in vna conuersatione. to.2.50.A
Delictorum diuersitas, diuersitatem meretur pœnarum. to.2.252.H I

Dives.

Dives epulo non arguitur loquacitatis. to.1.1.L
Quare dives epulo in inferno existens filius Abrahæ vocatur. to.1.15.B
Dives epulo Lazarum in sinu Abrahæ videbat. to.1.21.K
Quare dives epulo timebat fratres suos damnãdos. to.1.60.A
Dives epulo in inferno petitionis suæ passus est repulsam. Ibidem.
Diuitum abusus. to.1.65.C
Diuites in sacris literis qui dicantur. Ibidem.D
Differentia finium pauperum & diuitum. Ibid.
Latera diuitum, sunt coniuncti illis. to.1.74.K
Quare dives epulo stillari sibi aquam ex Lazari digito in linguam postulabat. to.1.75.A
Iniqui diuites non bona habent, sed ab ipsis habentur. to.1.90.A
Praui diuites huius mundi. to.1.99.D
Diuitum imperfectio. to.1.104.L
Dives in inferno oculos suos aperuit quos hic clausos tenuit dum viueret. Ibidem.
Dives epulo in inferno cognouit quod in mundo cognoscere neglexit. Ibidem.
Dives epulo guttam aquæ petiit, qui panis micas negauit. Ibidem.M
Diuites consideratione diuitiarum suarum maiorem ortum denincunt. to.1.108.E
Superbus dives interdum exhortationis blandimento placandus est. to.2.8.M
Contra diuites qui electis pauperibus nutriunt histriones. to.2.12.K
Dives epulo non propter rapinam dicitur damnatus. to.2.13.B
Dives epulo quare timebat fratres suos venturos secum in locum pœnarum. to.2.40.D
Qui non habens habere non appetit, dives est. to.2.87.I
Diuites debent esse liberales. to.2.102.I
Dives epulo Iudaicum populum repræsentat. to.2.133.A
Dives epulo dicitur habuisse quinque fratres. Ibidem.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ibidem.I.
Diuitum nomina plus solent fœtere, quàm paperum. *Ibidem.G*
Diuitis & Lazari comparatio. *Ibidem.H & sequentib.*
Dives quomodo habuit bona in vita sua. *Ibid.L*
Lingua diuitis quidnam quare dicitur plus ardere cæteris membris. *Ibidem.K*
Diuitem velle fieri periculosum est. *to.2.150.G*

Diuitiæ.

Diuitiarum copia tanto à deo retrahit, quanto cogit diuersa cogitare. *to.1.1.I*
Diuitiæ mentis, sunt verba sacræ locutionis. *to.1.32.F*
Facilè est diuitias habitas despicere, difficilè verò non habitas viles æstimare. *to.1.66.A*
Diuitiæ & honores cum humilitate haberi possunt. *to.1.80.I*
Diuitiæ dolore acquiruntur graui, sed grauiori custodiuntur. *to.1.87.L*
Nec diuitiæ debent mentem extollere, nec inopia perturbare. *to.1.90.K*
Non diuitiis, sed deo soli confidendum est. *to.1.128.G*
Diuitiarum temporalium contemptus. *to.1.184.C & seq.*
Differentia inter spiritales & fallaces diuitias. *to.2.86.E F*
Qui veras in se diuitias continent, rectè gazophylacia nominantur. *Ibidem.*
Diuitiæ dicuntur fallaces. *to.2.106.D*
Quæ sint veræ diuitiæ. *Ibidem.*
Sollicitudines & voluptates diuitiis iunguntur. *Ibidem.F*
Diuitiarum contemptus. *to.2.122.B*
Diuitiæ veræ valde discrepant à falsis. *to.2.134.G*
Diuitiarum gaudiũ est momentaneũ. *to.2.152.D 199.F*

Diuinitas.

Ortus diuinitatis ante & post non habet. *to.1.168.H*
Diuinitas carnem animæ mediante suscepit. *to.1.185.I*
Diuinitas præteritũ & futurum nõ habet. *to.2.109.F*

Diuisus.

Diuisus à Romana ecclesia, qui vult saluari nemo esse debet. *to.2.176.M*

Docens.

Releuatio docentis, est immutatio proficientis. *to.1.211.I*
Propter docentium meritũ, & audientium iustificationem sermo doctrinæ tribuitur. *to.2.75.F*

Docere.

Minoris laboris est, aut docere cùm nihil toleras, aut tolerare, cùm nihil doces. *to.1.141*

Doctor.

Magni doctores sæpe ex nimia charitate modum correctionis excedunt. *to.1.61.L M*
Doctores noui testamenti allegorias ex veteri rimantur. *to.2.107.H*
Doctorum ecclesiæ conditiones. *to.1.118.L*
Doctor à suis vocibus moribus discrepans, ferit ictinnus. *to.1.126.E*
Doctoris progenies aliquando eradicatur. *Ibid.*
Sancti doctores ex quibusdã signis solent occulta rimari, quæ sanent. *to.1.149.I*
Sancti doctores solent minuta grauiter discutere. *Ibidem.L*
Doctoris mentem dei zelus frigit & excruciat. *to.1.150.E*
Zelus doctorum, erga peccatores, quãtus esse debeat. *Ibidem.*
Doctores sancti sæpe repetunt si qua obscurius dicunt. *to.1.152.L*
Doctrina, non laudem: sed animarum lucrum quærere debet. *to.1.163.E*
Intelligentia doctorum tanto subtilior esse debet, quanto se ad inuisibilia exercet. *to.1.176.A*
Pro qualitate audientium formari debet sermo doctorum. *Ibidem.B*
Perfecti doctores priscorum patrum sunt filij, & subsequentium patres. *to.1.177.D*
Discretio doctorum erga discipulos. *tom.1. 177.M*
Quare doctores per ceruas, & non per ceruos, designantur. *to.1.178.M*
Propter auditorum reprobationem, bonis doctoribus sermo subtrahitur. *to.1.182.B*
Doctores super discipulos habent claritatis viscera. *to.1.183.L*
Doctores dicuntur vigiles. *to.2.47.C*
Propter malos, & auditores, & doctores sermo doctrinæ tollitur. *to.2.75.G*
Doctorum custodia, est venerabilis vita auditorum. *to.2.86.K*
Doctor malus vocatur minimus. *to 2.104.D*
Doctoris lingua in vanum laborat, nisi intus sit qui doceat. *to.2.120.D*
Doctorum virorum cautela nobis debet esse instructio. *to.2.207.B*
Doctoris perfecti officium. *to.2.258.F*
Doctor quando est in ciuitate. *to.2.293.C*
Doctor ecclesiæ raro sit in publico, frequenter in secreto. *to.2.293.D*
Doctores præcipites arguuntur. *to.2.276.F*
Doctor quomodo hominibus placet & deo. *to.2. 267.H I*
Doctoris cornu spiritualis eius conuersatio est. *to.2.324.I*
Doctores electi per opera reproborum electos ad bene viuendum conuertunt. *to.2.324.B*
Doctores electi sciunt propriam fortitudinem, & populi infirmitatem. *to.2.315.C*
Doctoris oleum amor est cordis. *to.2.324.H*
Doctorum pacificus ingressus. *to.2.325.D*
Doctor quantis virtutum fulgoribus ornari debet. *to.2.326.A*
Doctoribus arrogantibus, & lubricis propria. *to.2.320.H I & seq.*
Doctorum sanctæ Ecclesiæ propria. *tom.2. 316.H I*
Doctor prior debet bonum ostendere quod alios intendit docere. *to.2.311.F*
Doctor quomodo nocte iacere & surgere dicitur. *to.2.320.G*
Doctor non solum viuendo, sed etiam docendo diuicat. *to.2.316.A*
Doctorem in libro scribere quid. *to.2.301.L*
Doctores electi auditores suos non solum artem bellandi docent, sed exercitium. *to.2.304.L*
Doctor exhortando non proficit, nisi auditor ad ea quæ loquitur intendat. *to.2.304.L*
Doctor peccantem terreat, & territum ad spem reducat. *to.2.305.G*
Doctor pugnat dum prædicat. *to.2.315.L*
Doctoris electi profectus. *to.2.306.G*

Doctrina.

Per gradus virtutum ad doctrinam dei ascenditur. *to.1.132.M*
Doctrina senum à Iudæis sublata est. *to.1.67.G*
Vera doctrina elationis vitium fugit. *tom.1. 136.D*
Doctrinæ subtrahitur fiducia quando conscientia præpedit linguam. *Ibidem.E*
Quis ordo sit rectus in doctrina. *Ibidem.F*
Doctrina euangelica hominem abstrahit à vitiis in quibus computrescebat. *to.1.151.E*
Nõ omnia tempora sunt doctrinæ congrua. *to.1. 177.F*
In doctrina & silẽtio magna est diuersitas. *to.2. 75.G*
Doctrina est alimento corporali præferenda. *to.2.101.A*
Doctrina electi prædicatoris dies est eruditi discipuli. *to.2.300.C*

Dolens & dolor.

Dolentem non potest consolari qui non concordat dolori. *to.1.13.B*
Mensura doloris suscipienda. *Ibidem.C*
Dolores præteritos ad memoriam sine dolore reducimus. *to.1.23.F*
Dolores seminare. *to.1.26.H*
Dolores metere. *Ibidem.*
Dolorem plangimus nostrum, cùm mala quæ fecimus dominus adiumando demonstrat. *to.1. 59.F*
Infinitus est dolor omnium damnatorum. *to.1. 87.H*
Multi in hac vita dolores, ad amorem cœlestiũ impellunt. *to.2.181.G*

Dolium.

De dolio vacuo oleo impleto. *to.2.27.E*

Dominari.

Modus dominandi subditis. *to.1.127.B*
Solus altissimus ita dominatur super omnia, vt alteri subesse non possit. *to.1.169.I*
Dominari & principari differunt. *tom.2. 125.A*

Dominationes.

Dominationum cœlestium officium. *tom.2. 125.A*

Dominicus.

Dominici diei celebritas. *to.2.240.D E*
Dominico die à labore terreno cessare & orationibus insistere debemus. *Ibidem.E*
Dominico die corpus lauare non prohibetur. *Ibidem.*

Dominus.

Dominus legem daturus in igne fumóque descẽdit. *to.1.36.G*
Dominorum gregum felicitates. *to.1.89.G*
Cùm domini honoribus tument, subditi in ludicris gaudent. *Ibidem.*
Quidam dominum tangendo non tangunt. *to.1. 121.B*
Domini contra deum de munere eius non superbiant. *to.2.8.H*
Dominus quomodo multis nominibus se nominat. *to.2.44.F*
Dominorum est misereri. *to.2.146.K*
Dominorum officium. *to.2.134.L*
Dominum nescire quis dicitur. *to.2.275.I K L*

Domus.

Per domos conscientiæ designantur. *to.1.22.E*
Domus multipliciter dicitur. *to.1.45.G*
Domus desertæ, sunt cogitationes prauæ. *tom.1. 74.L*
Quid sibi vult in locis amœnis domus instructio. *to.2.41.C*
Domus nostræ quid spiritaliter repræsentent. *to.2.113.G*
Domus dei domus orationis est. *to.2.131.L*
Domus quando dicatur euerti. *to.2.124.I*
Domus damnati infernus est. *to.2.270.C*
Domus dei quæ sit. *tom.2.297.L*
Domus domini æternam patriam designat. *to.2. 261.A*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Domus fidelis & infidelis. to.2.270.I M
Domus inutilis est reprobus. to.2.307.F
Domus reproborum domus est superborum & luxuriosorum & carcer. to.2.324.D
Domus panis olim Iudæa fuit. to.2.326.L
Domus superbi est nequitiæ suæ mensura. tomo.2. 324.C D
Domus regis alia est, alia populi. to.2.302.B

Donatistæ.

De Donatistis comprimendis. tomo. 2. 175. I. & fol. sequen.
De Donatistis. to.2.190.D.& 192.K

Donatus.

De corpore beati Donati in Cassiopi castro. tomo. 2.247.M

Donec.

Donec dictio explicatur. to.1.50.M

Donum.

Quæ dona nobis dantur & auferuntur. tomo.1. 11. G
Quare Dominus ingratis sua dona non denegat. to.1.93.C
Qui spiritalibus donis ditati sunt, nõ debent terrenis negotiis implicari. to.1.115.F
Quare vnus dona habet quæ non alter. tomo. 1. 141.A
Dona Dei omne opus præueniunt. to.2.20.F
Multi per septem donorum gradus profecti sunt, qui adhuc curis terrenis inhiant. to.2.89.G
Donis crescentibus rationes crescunt donorum. to. 2.102.C
Dona spiritalia percipiuntur à paucis. tomo. 2. 111. H
Vbi dona Dei venalia habentur, ad Dei seruitium non vita quæritur. to.2.215.K
Donum Dei custodiunt qui verbi auctoritate sanctam defendunt Ecclesiam. to.2.306.H
Dona spiritualia per ministerium hominum in electis rectoribus cumulantur. to.2.326.H

Dormire.

In itinere dormire quid sit. to.1.28.D
Dormire, est in peccatis iacere. to.1.44.F
In puluere dormire, quid sit. to.1.90.M
Dormire: mori est. to.2.104.E
Dormire & dormitare differunt. Ibidem.
Dormire prædicatorum in templo. to.2.275.C D

Dormiens.

Dormientes defuncti dicũtur, propter resurrectionis certitudinem. to.1.71.L
Corpore dormiente in morte, anima euigilat in vera cognitione. to.1.104.K
Quomodo dormientes responsum à distantibus capiant. to.2.26.I

Dormitio.

Dormitio quinta Samuelis. to.2.276.E F

Dorsum.

Dorsum Deo peccando vertimus, & tamen nos sustinet. to.2.125.L

Draco.

Dracones malitiam designant. to.1.40.C
Draconum nomine quid designetur. to.1.123.L
Draco monacho vago apparuit. to.2.27.B
Draco iuueni in morte apparuit. to.2.110.F

Drachma.

Drachmam mulierẽ perdere quid significet. to.2. 124. H

Dubitatio.

Dubitatio electis oritur ex virtute humilitatis. to.2.292. E

Dubius.

Dubius de dedicatione Ecclesiæ vel aliquo sacramento potest reiterare. to.2.250.K

Duci.

Duobus modis extra nos ducimur. to.2.24.E

Duplex.

Duplices præ nimia fallacia sese prudentes præ cæteris gloriantur. to.2.9.M

Dux.

Duces aduersæ partis sunt erroris auctores. tomo. 1.188.E
Duces impij sunt qui verbo & exemplo ducatum præbent erroris. to.1.144.F G

Ebrietas.

Ebrietas cor mutare, & mentẽ alienare solet. to.2.257.B

Ecce.

Ecce dictio quomodo accipitur. tomo. 1.156.M

Ecclesia.

Ecclesia sancta dicitur lilium inter spinas. tomo. 1.1.E F
Tres sunt in ecclesia distinctiones fidelium. t.1.2.D
Ecclesiæ vestimenta cuncti sunt Ecclesiæ fideles. to.1.5.B
Ecclesia aduersitatibus proficit. Ibidem.
Ecclesiæ rectores principes dicuntur. to.1.22.D
Quod sancta Ecclesia simplicitatis & rectitudinis vias à timore incipit, & in charitate consummat. to.1.3.E F
Ecclesia vacuos menses habet. to.1.44.B
Ecclesia mutabilitatis flere damna non desinit. Ibidem.E
Ecclesia aliquando carnis putredine, aliquando sordibus pulueris grauatur. Ibidem.I
Duplex hominum genus in Ecclesia. Ibidem.K
Ecclesia in fide fundata contra persecutorum procellas proficit. to.1.52.F G
Quicquid in Ecclesiæ initiis latuit, finis quotidie ostendit. Ibidem.K
Ecclesia duplicem habet pulchritudinem. tomo. 1.53.A
Ecclesia ex gentibus electa iuuenula dicitur respectu synagogæ. to.1.67.H
Quare Deus variis affligit Ecclesiam aduersitatibus. to.1.73.H
Quomodo sancta Ecclesia malis parcat. tomo.1. 76.C D
Membra Ecclesiæ quomodo ad nihilum redigantur. to.1.76.F
Dolore Ecclesia premitur quãdo peruersos in sua malitia crescere intuetur. Ibidem.
Quomodo Ecclesia non habet rugam. Ibidem.G
Ecclesia nunc multos reprobos tenet. Ibidem.G
Ecclesia falsiloquium pacis suæ tempore patitur. Ibidem.
Maxillam Ecclesiæ peruersi feriunt. Ibidem.L
Quomodo sancta Ecclesia lanceis ab hoste suo circundatur. to.1.77.A
Ecclesia in infirmis suis vulnere super vulnus cõciditur. Ibidem.C
Ecclesiæ viscera quæ sint. Ibidem.
Ecclesia peccata per pœnitentiam ad se pœnitentium reuocat. Ibidem.D
Quare Ecclesia aduersa vitæ præsentis tolerat. Ibidem.H
Ecclesia in tranquillitate, modo animarum lucra, modo terrena cogitat. to.1.78.K
Ecclesia quosque etiam falsos prædicatores intra sinum rectæ fidei colligere studet. to.1.79.I.
Extra Ecclesiam nõ esse salutem credunt fideles, at contra hæretici. Ibidem.
Ecclesia in omnibus quæ sapit sensum suum humiliter deprimit. to.1.81.L
Ecclesia omnes ab hæreticis ad veritatem reuertentes recipit. to.1.92.F
Sancta Ecclesia delitiis affluit & ascendit. tomo. 1.93.I
Vidua sancta Ecclesia debet intelligi. to.1.96.E
Omnes qui sanctam Ecclesiam persequũtur quasi torcular calcant. Ibidem.K
Ecclesia sine gratia præueniente non tot clareret donis. to.1.100.A
Columnæ Ecclesiæ sunt prædicatores. to.1.101.E
Duobus modis Ecclesia ab aduersariis tentari solet. to.1.102.K L
Ecclesia inquantum cognoscere expedit nihil veritatis abscondit. to.1.104.B
Extra Ecclesiam non est locus conflationis. tomo. 1.105.L
Ecclesia comparatur auroræ. to.1.106.D
Sacræ Ecclesiæ fundamentum. Ibidem.M
Ecclesia per synagogam transiit, sed non pertransiit. to.1.107.D
Ecclesia sancta per spiritum agnoscit quod synagoga antè non valuit. to.1.107.I
Ecclesiæ incrementum ex signis & prodigiis emicuit. to.1.110.A
Tempora nouissima Ecclesiæ. to.1.112.H.& seq.
Ecclesia duobus modis ab aduersariis patitur. Ibidem.I
Ætates Ecclesiæ. to.1.113.A
Ecclesia in senio reminiscitur fœunditatis suæ. Ibidem.B
Pueri Ecclesiæ qui Dei mandatis inseruiunt. tom. 1.113.D
Nemo Ecclesiam imitatur, nisi quæ videt in ea curet. to.1.114.B C
Sancta Ecclesia opera pietatis exhibet. tomo. 1. 114. E
Quomodo Ecclesia est oculus cæco, & pes claudo. to.1.115.B
Sancta Ecclesia consistit vnitate fidelium, sicut corpus vnitate membrorum. to.1.115.G
Ecclesia filios suos in nido nutrit. Ibidem.M
Radix Ecclesiæ, incarnatio est redemptoris. tomo. 1.116.D
Ecclesia quotidie corda mœrentium consolatur. to.1.117.I.
Ecclesia in suæ prædicatione spem miscet & metum. Ibidem.
Ecclesia non solos hæreticos sibi aduersarios putat, sed etiam carnales. to.1.119.G
Ecclesia afflictionis tempore prouerbium prauis efficitur. to.1.121.C
Ecclesia in passionibus crescit. Ibidem.D
Pedes Ecclesiæ qui dicantur. Ibidem.I
Sanctam Ecclesiam reprobi quasi tunicæ capitio constringunt. to.1.122.F
Sancta Ecclesia persecutionis suæ tẽpore fide stat, desideriis clamat. Ibidem.G
Reprobi Ecclesiam luto comparant. Ibidem.
Ecclesia multa mala vltima persecutione passura est. to.1.123.H
Ecclesia deflet quos exhortãdo trahere non valet. to.1.124.D E
Locus videntium Deum est Ecclesia. to.1.147.C
Deus Ecclesiam suam sine digna administratione non deserit. to.1.155.K
Intra Ecclesiæ mensuras sunt omnes electi, extra sunt omnes reprobi. to.1.165.G
Lineas Ecclesiæ & mensuras quid significet. Ibidem.G
Ecclesia corpus est Christi capitis. to.1.166.D
Compositio Ecclesiæ. Ibidem.
Quando sancta Ecclesia dies erit. to.1.168.K
Ecclesia adhuc tentationum molestias sustinet. Ibidem.
Ecclesia tot vestibus induitur, quot fidelium veneratione decoratur. to.1.169.E

Non solum ex Iudæis, sed ex gentibus Ecclesia doctores accepit. to.1.177.G
Ecclesia primitiua a potẽtibus grauiter oppressa est. to.1.181.E F
Ecclesia intus tolerat fictos fratres. to.1.183.C
Ecclesia semper habet suos hostes. Ibidem.
Ecclesia ex bonis malisque congregatur. tomo. 1. 184.K
Ecclesia tribus constat ordinibus. to.1.195.C
Sola Ecclesia pro errantibus intercedit, per quam deus sacrificium libenter accipit. to.1.210.H
Extra Ecclesiam non est salus. Ibidem.
Extra Ecclesiam nullum opus bonum fructuosè peragitur. Ibidem.H
Vna erit in fine mundi degentibus & Iudæis Ecclesia. to.1.211.E
Quid est Ecclesiam in fine duplicia recipere. Ibidem.
Duratio sanctæ Ecclesiæ. to.1.213.L
Dies suos Ecclesia non amittit. Ibidem.M
Quomodo Ecclesia plena dierum moritur. Ibidẽ.
Nemo magis in Ecclesia nocet, quàm qui peruersè agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. to.2.1.E
Nasus Ecclesiæ sanctorũ prouidam designat discretionem. to.2.17.B
Ordo sanctæ Ecclesiæ. to.2.45.K
Per genas Ecclesiæ prædicatores intelliguntur. to. 2.48.C
Martyres. to.2.50.G
Ecclesia tribus virtutib⁹ theologis debet esse munita. to.2.48.G
Quomodo Ecclesia coronatur de potẽtibus mũdi. Ibidem.H
Ecclesia sancta quasi aurora consurgens in vltimo iudicio progreditur. to.2.51.I
Ecclesia sic nouum testamentum recipit, vt vetus non abiiciat. to.2.53.A
Ecclesia in veteri lege Christum exoptabat. Ibidem.B
Ecclesia de deserto ascendere dicitur. Ibidem.E
Ecclesia sancta murus dici potest. Ibidem.L
Ecclesia soror Christi vocatur. Ibidem.
Rivi Ecclesiæ sunt sancti prædicatores. to.2.72.C
In sancta Ecclesia omnes vicissim se tolerare debent. to.2.77.G
Differentia lapidum Ecclesiæ. Ibidem.
Sancta Ecclesia ad Austrum vergit. Ibidem.K
Deus de tota simul Ecclesia loquitur, ac si de vna anima loquatur. to.2.80.C D
Forculum regis nostri Ecclesia est. to.2.81.D
Ab Abel sanguine passio incepit Ecclesiæ. Ibidem.H
Ianuen Ecclesiæ interius & exterius. Ibidem.
Propugnacula Ecclesiæ quæ sint. to.2.82.D
Sancta Ecclesia est spiritale ædificiũ. to.2.89.K
Sãcta Ecclesia duas vitas habet, temporalem & æternam. to.2.96.I
Quæ spectant ad Ecclesiam. Ibidem.
Ecclesia habet atrium exterius, & sua interiora Ibidem.K
Ordines Ecclesiæ fidelium. Ibidem. I. & sequent.
Ecclesia multos habet qui meliores vitæ vias aggredi metuunt. to.2.102.F
Ecclesia sagenæ comparatur. to.2.103.K
Boni & mali in Ecclesia permiscentur. Ibidem.L
Ecclesia ab Abel iusto incepit. to.2.109.K
Ecclesia posterior venit ad monumentum, vidit linteamina & cætera mysteria. tomo. 2. 113.K
Ecclesia nunc spiritaliter facit quod per Apostolos coporaliter fiebat. to.2.119.E
Ecclesia præsens vocatur regnum Dei. tomo.2. 122.I
In Ecclesia nec boni sine malis, nec mali sine bonis esse possunt. to.2.130.F
Quanto sanctiores quique sunt in Ecclesia, tanto sunt pauciores. Ibidem.H
Ex Iudæis & gentibus ædificata est Ecclesia. to. 2.146.A D
Ecclesia filios deo sine dolore generat. tomo. 2. 146.F
Ecclesia dicitur terra. to.2.147.F
Destitutio Ecclesiæ alicuius, est causa sufficiens eã annectendi alteri. to.2.153.I
Sæculum Ecclesiæ non decet turpibus lucris inquinari. to.2.157.M
Qui Ecclesiæ stipẽdiis subsistit, ad lucra propria non anhelet. Ibidem.D
De stipendiis in dedicatione Ecclesiæ dandis. to. 2.159.E
Res ad ius Ecclesiæ pertinentes amitti non debẽt. to.2.159.M
Ecclesia ante Petri apostoli corpus patrimonij potestatem accepit. to.2.160.F
Ecclesia defuncto pastore, diu sacerdotio priuari non debet. to.2.161.K
Qui metu hostilitatis ad alium locum transierit, postea ad suam Ecclesiam redire oportet. tomo. 2.163.H
Ecclesia constructa in locis inimicorum, nõ debet carere episcopo. to.2.165.E
Iure proprietatis res Ecclesiæ monasteriorũ ædificiis tradere licet. to.2.167.F
Ecclesia debet redimere captiuos soluto precio. to. 2.169.E & 174.D
Alienam Ecclesiam nõ licet inuadere. Ibidem.G
Ecclesia animo potest retinere res alienas. Ibidẽ. G H
De reditibus Ecclesiarum. to.2.173.G H
De reditibus Ecclesiæ (etiam noniter quæsitis) quarta pars clericis erogetur. tomo.2.200.D. & 245.A
Ecclesia non potest bona aliena retinere. tomo. 2. 176.E F
Nihil alienandum est de bonis Ecclesiæ. Ibid.H
Res Ecclesiarum non possint alienari. to.2.178. B. & fo.seq.C
Quatuor portiones de reditibus Ecclesiæ fieri debent. to.2.183.I. & 252.E
Ecclesiæ militantis ordines Ecclesiæ triumphanti conformari oportet. to.2.185.D
A nullo debet suscipi quem Romana depellit Ecclesia. to.2.189.A
De vnitate sanctæ Ecclesiæ. to.2.193.E
Ecclesia non potest vltra tres menses carere episcopo. to.2.198.I
Ecclesia subtilius instruitur, dum hæreticorũ quæstionibus impugnatur. to.2.199.E
Ecclesia gratis conferat quæ gratis accepit. tomo. 2.202.H
Ecclesia habet in se vasa preciosa & abiecta, scilicet bonos & malos. to.2.203.D
Ecclesiæ patrimonium commẽdatur. tomo.2.205. E & sequen.
Ecclesia pro malis intercedat, non eos temerario ausu defendens. Ibidem.L
Ecclesia tenetur necessitatem patientibus præbere subsidium. to.2.207.A
Ecclesia vna est fundata supra petram confessionis & humilitatis. to.2.208.L
Quæ ab Ecclesia ordinata vel decisa fuerint, non debent in posterum refragatione turbari. to.2. 210.B
Bona Ecclesiæ, vel in reparationem eius vel cleri sustentationem. to.2.211.H
Laudes redeuntium ad Ecclesiæ vnitatem. tomo. 2.213.G
Bona Ecclesiæ auferens grauiter puniatur. tomo. 2.218.K L
Ecclesiæ relicta retinere sacrilegium est. tomo.2. 219.F
De reditibus Ecclesiæ hospitibus dandis. tom.2. 221.D
De Helenæ hominibus ab Ecclesia iniustè detentis. to.2.226.F
Ecclesia sola succedit in bonis episcopi defuncti in episcopatu acquisitis. Ibidem.H
Ecclesia habet pauperes defendere. to.2.234.K
De argento Ecclesiarum secum deferendo. tomo.2. 239.A
De reditibus Ecclesiæ suscipiendis. Ibidem.C
Ne ad consignãdos infantes egressi, nimium aggrauent Ecclesias. to.2.242.E F
De Ecclesiis vacantibus. to.2.246.E F
Iniustè ab Ecclesia depositæ sub graui pœna repoenantur. to.2.247.C
De Ecclesia sanctæ Mariæ consecrãda. Ibidem.G
De reditibus Ecclesiæ sancti Pauli concessis. to. 2.248.B. & seq.
De construenda Ecclesia. Ibidem.C
De Eboracensi Ecclesia. Ibidem.I
Ecclesiæ bona non distrahenda. to.2.250.C D
De dedicatione Ecclesiarum. Ibidem.K
De obuentionibus Ecclesiasticis diuidendis. to.2. 252.E
Cur sint tam diuersæ Ecclesiarum consuetudines, cùm vna sit fides. Ibidem.E
Ecclesiam sine augmento sibi ablata recipere oportet. Ibidem.G
Ecclesia sancta pro fœcunditate dicitur mulier. to.2.257.C
Ecclesia nullum alium præter Christum redemptorem habuit. to.2.255.A
Ecclesia prius sterilis sed tandem fœcũda fuit. to. 2.255.G H
Ecclesia compatitur Iudæorum cæcitati. tomo. 2. 256.E H
Ecclesia creditur à Iudæis ebria. to.2.257.A B
Ecclesiæ dilatatio. to.2.276.K L
Ecclesia doctorum electa synagoga magnã apud gentes reuerentiam inuenit. to.2.276.K
Ecclesia vsque in mundi finem ducitur. tomo. 2. 276.M
Ecclesia ante Christi aduentum cornu habuit. to. 2.261.E
Ecclesiæ patientia. to.2.257.F
Ecclesiæ sublimatio est synagogæ depressio. tomo. 2.262.M. & seq.
Ecclesiæ rectoris conditiones. to.2.291.K
Ecclesiæ sanctæ vir redemptor noster est. tomo. 2. 257.H
Ecclesia sancta diuersis electorum ministeriis vtitur. to.2.290.F
Ecclesia perfectos & imperfectos parit. tomo.2. 266.K
Ecclesiam Christus crucis hæredem constituit. to. 2.256.C
Ecclesiastica potestas erecta est in humanitate redemptoris. to.2.261.E
Ecclesiæ rationes contra Iudæorum perfidiam. to. 2.261.G H
Ecclesiæ auctoritas sine misericordia nulla est. to.2.326.E
Ecclesiæ regimen nullus subire debet, qui non habet robur magni operis. to.2.326.E
Ecclesiæ sublimitas per cornu designatur. tomo.2. 327.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesiæ principes multa consideratione sunt eligendi to.2.301.E
Ecclesiæ diuersi gradus. to.2.296.G
Idonei ad ecclesiæ regimen quãto studio sunt quærendi. to.2.325.H & seq.

Ecclesiasticus.

Potestas ecclesiastica nec ex libidine amplecti debet, nec amplexa pro formidine deseri. to.1.144.H
De ecclesiasticis priuilegiis. to.2.165.F
Priuilegia ecclesiastica apostolicus debet seruare illæsa. Ibidem.H
Publicis administrationibus implicitus ad ecclesiasticum officium venire non debet. tomo.2.171.H
Ecclesiasticus ordo, & monachica regula se impediunt. to.2.173.H
Vasa sacra réfque ecclesiarum distractæ, restitui debent. to.2.174.A
Nemo ecclesiasticum ministerium, & religionis distinctionẽ simul tenere potest. to.2.177.C D
Ecclesiasticis famulantes obsequiis, ecclesiasticum debent adipisci subsidium. to.2.179.H
Ecclesiastici reditus in quatuor partes diuidantur. to.2.183.I

Vide supra Ecclesia.

Res ecclesiasticæ possint pro redemptione captiuorum impendi. to.2.205.B
Ecclesiasticæ res laicis non committantur. to.2.210.M
In rebus ecclesiasticis nulla debet induci confusio. to.2.216.K
De rebus ecclesiasticis in publico competentibus. to.2.221.C
De pecunia ecclesiastica concedenda. to.2.228.A
De transmutatione rerum ecclesiasticarum. to.2.246.I
Res ecclesiasticæ possint præscribi. Ibidem.
Si quis ecclesiasticorum vnquam titulos ponere sine in rustico, sive in vrbano prædio sua sponte præsumpserit, anathema sit. to.2.251.L

Ecclesiastes.

Ecclesiastes liber quare sic nominatur. to.2.36.I
Ecclesiastes concionator dicitur. Ibidem.

Elatio.

Quomodo elatio nostra succidenda est. to.1.38.L
Elatio nunquam surgat ex merore. to.1.127.H
Elatio cordis ad vocem prorumpens quanta animaduersione puniatur. to.1.153.B
Si radix elationis abscinditur, cõsequenter rami prauæ assertionis arescunt. to.2.14.B

Elatus.

Elati propter abstinentiam minimorum, cadunt in maiora. to.2.19.E

Eleazarus.

Eleazarus dei adiutor dicitur. to.2.284.A B

Electus.

Per Iob, & Hus electi designantur. to.1.3.D
Status electorum pro hac vita. Ibidem.E
Filij dei electi angeli vocantur. to.1.5.C
Quòd electi in tentatione proficiunt: & quod eis diabolus præparat in ruinam, hoc eis deus cõuertit in gloriam. to.1.9.L
Quare deus permittit electum affligi. to.1.12.A
Deus electum suum custodiendo deserit, & deserendo custodit. Ibidem.
Differentia electorum & reproborum. to.1.16.C
Electi fortiter omnia superant. to.1.23.A
Electi sunt in amaritudine. to.1.23.L M
Electorum timor à iudicio diuino. to.1.24.K
Deus eligit quos hic mundus despicit. to.1.30.B
Quomodo electus æterna supplicia euadat. to.1.34.K L
Electos suos non permittit deus tentari supra id quod possunt. Ibidem.M
Electi non compatientur damnatis. to.1.35.E
Electorum à reprobis separatio. to.1.36.L
Electorum vita. to.1.43.I K
Electos pœna corruptionis aggrauat. Ibidem.M
Electus menses vacuos quasi mercenarius ducit. to.1.44.A
Electi deo seruientes, vitæ præsentis subsidiis indigent. Ibidem.
Electus somno pressus peccati, ad iustitiæ vigilias exurgere conatur. to.1.44.F
Electorum lux tentatione non extinguitur. Ibi.G
Electi post somnum, surrectionem: & post surrectionem vesperam expectant. Ibidem.H
Electi ad æternitatis intentionem tendunt. to.1.45.A
Electos reproborum supplicium purgat. to.1.45.I
Electi peccata quæ confitentur districtæ animaduersionis fletibus insequuntur. Ibidem.K
Electi hic elationem non habent. to.1.51.D
Electi ante Christi aduentum ipsum nuncIantes dicuntur cursores. to.1.55.C
Deus electorum suorum maculas temporali pœna affligit, quas in æternum non vult vindicare. to.1.56.A
Electi grauantur non intelligentes sensum sui reprehensoris. to.1.56.G
Deus electos aduersitatum loris sæpissimè ligat. to.1.63.A
Sicut contra electos reprobi, sic contra catholicos hæretici effrenantur. Ibidem.C
Electi post tẽtationes quasi sol repentè ex tenebris erumpunt. to.1.63.K
Electi à reprobis passim deprimuntur. to.1.65.E
Electus mundi honores metuit. Ibidem.
Electi culpis suis nesciunt parcere. to.1.69.D
Electus non omnibus diebus suis superbit. to.1.74.B
Quanta aduersitatum tempore à falsis & fictis fratribus patientur electi. to.1.76.F
Electorum populus apud iniquum concluditur. Ibidem.M
Quanto electi iudicio magis proximãt, tanto ad discutiendas mentes magis tremiscunt. to.1.78.A
Electi ad cœlestia duobus modis inuitantur. to.1.78.I
Electi nonnunquam ignorantia, vel infirmitate, peccant. to.1.81.H
Electi plus studeant agere quàm sit eis præceptum. to.1.87.G
Electi casum in peccatum præuident. to.1.90.F
Electos ad vitam flagella reuocant. Ibidem.I
Electis & reprobis vita dispar est, carnis in morte corruptio dispar non est. Ibidem.
Dei adiutorio electi, vt resistere valeant, fulciuntur. to.1.91.E
Differentia voluptatis electorum & reproborum. Ibidem.H
Electi ædificationes suas in septimo tempore expectant. to.1.93.B
Electi nil præsentis gloriæ quærunt, vt possint in fine coronari. Ibidem.
Electis Enoch in septima generatione nascitur. Ibidem.
Electus nisi deum cognosceret, vtique non amaret. to.1.94.F
Electi deum fide cognoscentes, ipsum per fidem videre anhelant. Ibidem.
Prouidentia electorum circa finem. to.1.105.D
Electi tenuerunt Christum deum, quem videbant hominem. to.1.109.I
Electi sunt iustitia iustificata. Ibidem.K
Omnes electi participatione, non comparatione, sunt sapientes. Ibidem.
Electi neminem, quantumuis sublimẽ, dei sapientiæ conferunt. Ibidem.
Quare electi quibusdam tẽtationibus reprimuntur. to.1.111.M
Electorum perseuerantia & consummatio. to.1.116.C D
Electi non promittant sibi, pro hac vita, securitatem. to.1.117.F
Tanto quisque electus apud reprobos despectior est: quanto iustior esse potest. to.1.120.C
Deus electorum suorum aduersarios temporaliter permittit excrescere. to.1.121.K
Electorum anima nunc marcescit. to.1.122.B
Electi persecutionis tempore paratiores sunt mori quàm tacere. to.1.122.F
Electi pro fide morientes, à reprobis infœlices arbitrantur. Ibidem.
Electi sciunt contra exterioris excellentiæ tentamenta pugnare. to.1.123.I
Negantur electis bona terrena. to.1.125.G
Electis cùm foris ætas corporis, intus crescit ætas mentis. to.1.127.F
Electi de multa abundantia minimè lætantur. to.1.128.I
Electi, si in scientia sua inanis gloria surrepat, statim ad cor redeunt. to.1.129.B
Electi tanto acrius timent, quanto æterna retributio vicinior est. to.1.142.D
Electorum discussio circa futurum iudicium. to.1.145.I
Electorum numerus certus ac definitus ostenditur: dum aliis cadentibus, ad stadium alij solidantur. to.1.146.H
Non est discutiendum cur dominus populum Israeliticum primò elegit, & postea reprobauit: & contra de gentili. to.1.148.B
Electi sunt dei frumenta, cœlestibus horreis recõdenda. to.1.161.H
Deus electos suos in fine sollicitus purgat. to.1.170.B
Mors carnis electos luci suæ restituit, lucem suam reprobis tollit. Ibidem.C
Electorum vitæ proficit etiam vita reproborum. to.1.171.F
Deus non sic colligit electos, quin iudicet reprobos. to.1.172.M
Nemo perscrutetur cur alius eligatur, & alius repellatur, vel econtra. to.1.173.C
Argumenta prauorum ad electorum salutem proficiunt. to.1.182.C
Electi iudicare debent se vel in cogitatione vel in opere deliquisse. to.1.191.I
Deus electos diabolo erudiendos subiicit. to.1.200.D
Deus rationabiliter agit cum diabolo, electos recipiens, & impios damnans. to.1.201.K
Deus electis suis pietatem sine iustitia non exhibet. Ibidem.L
Electi facilè discernunt inter virtutes & vitia. Ibidem.I K
Electi in desideria prana aliquando ruentes, à domino reuinciuntur. to.1.204.I
Egestas electorum alia est ab egestate reproborũ. to.1.204.L. *Et quæ ea sit.* Ibidem.M
Si electi tanti iudicij terrorem expauescunt, quid facient qui iudicis aduentum oderunt? to.1.205.K
Electorum propriũ est, quòd de se semper sentiunt infra quàm sunt. to.1.208.C D
Electi de nulla virtute superbiunt. Ibidem.D E

Electus haec vitare malo. Ibidem.D
Differentia exaltationis electorum & reproborũ. Ibidem.D E
Electis nihil vel parũ datur, sicut pueris quibus tota hereditas reseruatur. to.2.15.A
Electorum & reproborum distinctio. Ibidem.
Electi in hoc mundo debent purgari. to.2.40.D
Omnes electi sunt membra nostri redemptoris. to.2.58.I.
Omnis electus per quatuor animalia figuratur. Ibidem.M
Electi in operibus suis pennas desuper extẽdunt. to.2.59.D & seq.
In electis & reprobis diuersi sunt impetus. to.2.59.M
Impetus electorum. Ibidem.
Electi sic ad bona tendunt, vt ad mala perpetrãda non redeant. Ibidem.
Electi in faciem, reprobi retrorsum cadunt. to.2.67.G
Electi quantumuis à deo donentur bonis, humiliantur amplius. to.2.71.I.M
Vnum signum electionis est soliditas charitatis. to.2.86.C
Deus quandoque suos electos labi permittit. to.2.112.B
Electi qui membra Christi sunt, caput suum in passione sequuntur. to.2.126.G
Angeli congaudent, cùm ad cœlum assumuntur electi. to.2.130.I K
Electi orantes vt ad deum perueniant, infirmitatis suæ excessus incessanter deplorant. to.2.136.H
Qualis debeat esse eligendus. tomo.2.168.E
Clerus & populus pontificis electioni intercerunt. to.2.168.G
In electione non sit venalitas. to.2.179.E
Electus precio, indignus efficitur sacerdotio. Ibidem.F
Electum præmiis & eligentes par pœna respicit. Ibidem.E
Electi interdum operibus se immiscent reproborum: & contra. to.2.203.E
Contra eos qui eliguntur imperiti ad sacerdotia. to.2.214.M
Non ex fauore, sed iudicio, debet fieri electio. to.2.222.H
Extraneus non præponatur intraneis in electione Ibidem.I
Electio differri potest si non inueniatur idoneus. to.2.235.L
Electi spirituales esse curant, sed non videri to.2.296.H
Electorum est peccare & resipiscere. to.2.315.E
Electum carnali affectu non monstrat deus. to.2.325.B C
Electorum resistentia aduersus dæmonum insultus to.2.306.I.M
Electi per virtutum gradus proficiscuntur. to.2.290.F
Electi non solum prædicatio, sed & conuersatio deo placet. to.2.297.E
Electum se à deo quomodo quis cognoscere potest. to.2.297.D
Electorum nemo nisi in Christo est. to.2.261.M
Electi à reprobis dominica virtute in fine diuidentur. to.2.285.L
Electorum mores. to.2.284.K
Electorum multiplicatio diminutio est reproborũ. to.2.264.M
Electi à malis etiam prædicatoribus bona suscipiunt. to.2.270.F
Electorum saturitas. to.2.264.K
Electi sine peccato esse non possunt. to.2.264.K

Electio.

Electionis prælati magnum consilium requiritur. to.2.286.A
Electio boni antistis non sit humano iudicio, sed diuino. to.2.300.C
Electio prælatorum ecclesiæ. to.2.324.H

Eligere.

Eligendus ad sanctæ ecclesiæ culmen ab hominibus est discutiendus. to.2.308.F
Eligendi pastoris conditiones. tomo.2.324.H & sequen.
Eligendi ad ecclesiam à deo monstrari debent. to.2.325.B C
Eligitur potius spiritualibus quàm secularibus negotiis strenuus. to.2.325.H

Electrum.

Per electrum mediator dei & hominum designatur. to.1.164.F
Electrum quid sit. Ibidem.
Electri specie Christus designatur. to.2.56.L
Electrum Christum incarnatum designat. to.2.66.F

Eleemosyna.

Eleemosynas ex rapinis non suscipit deus. to.1.75.A
Quando eleemosynæ prosint. Ibidem.E
Qui semper vult peccare, non redimit animam suam dando eleemosynas continuas. Ibidẽ.B
Eleemosyna superbi diuitis eum redimere nõ valet. Ibidem.
Intentio eleemosynæ superborum. Ibidem.B C
Qui dat egenti rem suam, manens in peccato, rem suam dat deo, & se peccato. to.1.115.A B
Plerique eleemosynam faciunt ne dei iram incurrant. Ibidem.D
Qui cum fastu eleemosynam tribuit, maiorem culpam intus peragit superbiendo: quàm extra largiendo mercedem. to.1.127.I
Mundari debet prius animus qui dat eleemosynã to.1.130.L
Eleemosyna quomodo facienda est. to.2.12.H
Quibus detur eleemosyna inspiciendum est. Ibidem.I
Nemo putet peccata commissa eleemosynis redimendo impunè posse peccare. Ibidem.K
Peregrini sua in eleemosynam vestimenta receperunt. to.2.31.A
Aliud est eleemosynam ex præcepto facere, aliud ex charitate. to.2.71.G
Eleemosynæ tergunt maculas peccatorum. to.2.129.I
Eleemosynæ laudes. to.2.196.E F
Eleemosyna deo placita. to.2.214.K
Eleemosyna ex pecunia simoniace acquisita fieri non potest. to.2.214.I K
Eleemosyna de denariis sancti Petri. to.2.219.A
De eleemosyna sæpius facienda. to.2.235.G

Elementa.

Elementa omnia deum venisse testata sunt. to.2.103.A

Eleutherius.

Eleutherius abbas virginem sæpe exhortari solebat. to.2.32.I
De Eleutherio seruo dei. to.2.34.E
Eleutherius plorando mortuum suscitauit. Ibidẽ.
Puer obsessus bis ab eodem Eleutherio sanatus est. Ibidem.F
Eleutherius orando impetrauit vt Gregorius iciunare posset. Ibidem.
Eleutherius vir magnæ compunctionis. Ibidem.
Eleutherius lachrymando Gregorium curauit. Ibidem.F

Eligere.

Eligerem indignas personas. to.2.269.L

Eliphas.

Eliphas dei contemptus interpretatur. tomo.1.14.K.

Elizabeth.

Elizabeth prophetiæ spiritu ex præterito præsenti & futuro tacta. to.2.55.B

Eloquium.

Diuina eloquia bibi & comedi dicuntur. to.1.31.M
Diuina eloquia, messes & diuitiæ vocantur. Ibidem.
Sacrum eloquium à plærisque contemnitur. to.1.116.I.
Eloquij diuini stillatio. to.1.117.A
Quanta libratione pensandus est intellectus sacri eloquij. to.1.124.F
Multæ sunt sacri eloquij sententiæ quæ non solum secundum historiam exponi possunt. Ibidem.F
Diuina eloquia carmen & væ continent. to.1.151.E F
Sacrum eloquium est cœlum. to.2.173.F
Quam mira est eloquiorum dei profunditas. to.2.56.I.
Eloquiorum dei obscuritas magnæ est vtilitatis. to.2.61.A
Sacra eloquia visioni maris similia dicuntur. Ibidem.K
Diuina eloquia cum legente crescunt. to.2.63.C
Sacri eloquij virtus. Ibidem.
Sacri eloquij lector quicquid scire quærit historicum, mysticum, aut morale, hæc illũ sequuntur. Ibidem.D
Liber sacri eloquij scriptus est intus per allegoriam, & foris per historiam. to.2.69.C
Diuina eloquia aliquando ex tempore, aliquando ex loco causas designant. to.2.74.I
Eloquium omne sacrum intelligere difficillimum est. to.2.113.K

Engaddi.

Engaddi interpretatur fons hœdi. to.2.45.H
In Engaddi balsamum gignitur. Ibidem.

Enoch.

Enoch translatus est cum domino. to.1.22.G
Enoch in electa prole septimus nascitur. to.1.51.C & 93.B
Enoch & Helias Antichristo occurrent. to.1.81.E
Enoch dedicatio interpretatur. to.1.93.C
Enoch & Helia prædicante multi Iudæorum cõuertentur. to.2.75.A
Enoch & Helias dicũtur duæ oliuæ, & duo candelabra. Ibidem.
Ascensus Enoch & Helia Christi ascensionem figurauit. to.2.119.G
Enoch in cœlum translatus, vxorem & filios habuit. Ibidem.

Ensis.

Per ensem rigor conuersationis designatur. to.2.47.H

Ephesus.

Ephesina synodus. to.2.197.L

Ephod.

Ephod lineum gentilis populi electum ordinem designat. to.2.266.H
Ephod lineum candorem continentiæ designat. to.2.269.B C

Ephraim.

Ephraim fructificans interpretatur. to.2.255.B

Episcopus.

Episcopi officium. to.2.4.C
De episcopis Aphricanis pro fidei defensione lingua

Universidad de Deusto
Biblioteca

lingua priuatis ab Arianis Vuandalorum. to.2.34.C D
Episcopi lingua priuati loquelam non amiserũt. Ibidem.D
Vnus Episcoporum lingua priuatorum in luxuriã lapsus dono miraculi priuatur. Ibidem.B
Episcoporum grandis est honor, sed grande pondus huius honoris. to.2.116.L
Episcopi per Siciliam constituti, semel in anno conueniant. to.2.152.K
Episcopus eligitur vt sit intercessor ad dominum pro populo. to.2.154.K
Episcopi conditiones. Ibidem.& sequen.copiosè. to.2.218.F
Episcopi violenter à suis locis expulsi ab aliis sunt susciipiendi. to.2.158.G.168.I
De episcopo eligendo. to.2.159.F G.& 212 I
Electus indignus in episcopum non est approbandus. to.2.159.F G
Episcopus ad exemplum Christi debet habere curam orphanorum & viduarum. to.2.160.L
Episcoporum sedes propter hostiles incursus mutari solent. to.2.160.D
Episcopus conuiuiis occupatus corripiendus est. Ibidem.
Episcopus moribus inordinatus quomodo puniendus sit. Ibidem.
Assumendus in episcopum debet antea examinari. to.2.163.A
Purgatio etiam ab episcopis est exigenda. Ibidem.E
Episcopus debet potius animarum lucris intendere, quàm temporalibus. Ibidem.H
Episcopus sua prædicatione debet in lucrandis animabus laborare. to.2.164.A
Pro iniuria propria episcopo aliquem excommunicare non licet. Ibidem.H I
Non deponatur episcopus, nisi in cõcuentu episcoporum. to.2.166.K
De ordinatione episcopi. to.2.167.A
Vnus episcopus duabus præficitur ecclesiis. Ibidem.
Ad electionem episcopi populus poterat olim cõuocari. Ibidem.D
Tota electio episcopi potest in tres personas remitti. Ibidem.
In electione episcopi non munerum datio, nec aliquorum patrocinia conualescant. Ibidem.I
Eligendus in episcopum debet esse deo gratus & hominibus. to.2.168.B
In electione episcopi communi vtilitati non suo lucro quisque prospiciat. Ibidem.E
Episcopi, qui mulierem fustibus cædendam deputauit, pœna. to.2.168.M
Episcoporum concilia bis sunt in anno celebranda. to.2.173.D
Episcopus verborum correctione, nõ verberibus, timeri debet. to.2.170.G
Episcopi se facere verberibus timere non debent. Ibidem.
In episcopali cernice nil splendidius fulget quàm humilitas. Ibidem.K
Episcopi officium est in ecclesiæ vnitatem reducere qui à fidei veritate dissentiũt. to.2.171.G
Quomodo episcopus in sua ecclesia conuersari debeat. Ibidem.H
Pro labore inuentarij defuncti episcopi nihil accipiatur. to.2.173.H
Episcopus non debet clerum relaxare ab his quæ non sunt officij clericatus. Ibidem.
Episcopus negligens scelera subditorum, grauius est quàm scelerati arguendus & puniendus. Ibidem.
Vbi episcopi desunt, baptizatos presbyteri in frõte chrismate tangunt. to.2.175 E
Episcopi modestia. to.2.178.E
Episcopi exhibeant in opere quod signantur in nomine. Ibidem.G
Qualitas eligendi in episcopum. Ibidem.L
De peruersitate episcoporum. to.2.180.G & 216.G
Episcopi ecclesiæ dicũtur astra cœli. to.2.182.H
Episcopi sunt nubes. Ibidem.
Episcopus prohibetur missas in monasteriis celebrare. to.2.183.K
In ordinando episcopo, nec episcopus manum nec notarius calamum vendere debet. to.2.184.B
Episcopus non debet fieri nisi prius bonis moribus exercitatus. to.2.185.B
Omnes episcopi metropolitæ vtũtur pallio. Ibid.C
Episcopus non potest peregrè proficisci sine licentia archiepiscopi. Ibidem.
Periculum eligendi imperitum episcopum. to.2.185.G
Quæ monasteriis ab episcopo conferuntur, reuocari non debent. to.2.186.D
De rebus quas episcopus ante ordinationem habebat potest testari. Ibidem.& 208.G
Episcopus de monasteriis & religiosis vigilem debet habere curam. to.2.187.D E
In monasterio deputetur episcopus, qui in ecclesia sua residere contemnit. to.2.188.G
Episcopus non solum lectioni & orationi, sed & eleemosynis vacare debet. to.2.189.F
Ecclesia post episcopi depositionem nõ dicitur ante tres menses vacare. to.2.194.L
Nullus de altera ecclesia eligendus est in episcopum. to.2.195.B.202.B C
De conuentu episcoporum Siciliæ quinto quoque anno in vrbe Romana. to.2.195.D E
Quidam episcopus die dominico messem cuiusdam exarauit. to.2.199.A
Episcopus monasterium gratia visitandi aut exhortandi adire potest. to.2.201.G
Episcopi cum mulieribus non habitent. to.2.207.B.214.G.244.B
Propter infirmitatem episcopi alter est eligendus. to.2.208.C & seq.
Quicquid episcopus in episcopatu acquisierit: debet post mortem eius in Ecclesiæ manere dominio. Ibidem.G
Nullus est reputandus episcopus qui non sequitur synodum Chalcedonensem. Ibidem.K
Episcoporũ causæ magna cum diligentia debent scrutari. to.2.210.B
Episcopus Byzantinus criminis accusatus delegato iudicandus committitur. Ibidem.G
Omnes secundum rationem humilitatis episcopi sunt æquales, nisi culpa exigat. Ibidem.G
Episcopis aut diaconis vti dalmaticis absq; apostolica auctoritate non licet. to.2.215.E
Episcopus secularibus causis occupari nõ debet. to.2.219.K
Episcopus in causis pauperum exercendus est, vel saltem bonæ sit voluntatis. to.2.222.B
Qui longam corporis sui continentiam non habet, in episcopum eligi non debet. Ibidem.H
Secularium negotiorum imperiti non sunt in episcopos ordinandi. Ibidem.I
De episcopo cautè eligendo. to.2.223.I
Episcopus tenetur scandalum datum auferre. to.2.226.B C
Quæ episcopus episcopatus tempore acquisiuit sola succedit ecclesia. to.2.226.H
Episcopo ægroto sufficiatur vices gerens. tom.2.230.K
Nullus episcopus propter infirmitatem est deponendus. Ibidem.
Episcopus pro molestia corporis suo non priuetur honore. Ibidem.
Episcopus olim à clero & populo eligebatur. to.2.234.I K
Episcopi electores in duos conuenire possunt. Ibidem.
In episcopum electus non sit reus criminum quæ morte puniuntur. to.2.235.L M
Promissio cuiusdam episcopi hæresim suam anathematizantis. to.2.237.G
Episcopi criminis accusati & conuicti depositio. to.2.238.A
Episcopus depositus non debet bona Ecclesiæ seruari, immo quæ malè cõsumpsit debet restituere. Ibidem.
Depositus ab episcopatu non abstinens, in monasterium ad vitam retrudatur. Ibidem.
Episcopus de bonis ante episcopatum quæsitis testari potest. Ibidem.I.
Episcopus de rebus quas ante episcopatum habebat, testari aut alienare non potest. Ibidem.
Episcopo infirmitate grauato nullus, nisi petierit, surrogetur. to.2.240.K
Episcopum solum crimen ab officio deponit. Ibidem.I.
Episcopus iuramento purgari potest. tom.1.241. A B
Episcopi eligendi discretio. to.2.242.B C
Episcopus qualiter debeat conuersari. Ibidem.I
Corripiatur episcopus circa officium suum negligens. to.2.243.B
Episcopus non debet frequenter discurrere. Ibidem.
Episcopus causas clericorum non nisi cum senioribus audiat. to.2.245.B
De lege multimoda episcoporum & aliorum. Ibidem.
Ordinatus in episcopum, & eius ordinatores in locum iniustè depositi, priuantur officio. Ibidem.B.& seq.
Pœna iniustè accusantium & testificãtium super episcopi iniusta depositione. to.2.245.E
Epistola Ioan. defensoris de cognitione de qua inter episcopos resedit. Ibidem.G H
Pœna trahentium aliquem episcopum à sua ecclesia. Ibidem.K
Episcopus non innitus producendus est ad secularem iudicem. Ibidem.M
Episcopus ab episcopis alterius concilij iudicari non debet. Ibidem.
Pœna iniicientium manus in episcopum. tom.2.246.A
Episcopus criminis læsæ maiestatis accusatus. Ibidem.A.& seq.
Conditiones episcopi eligendi. to.2.247.H I
Episcopi Eboracen.& Londonen. ecclesiarũ. pares sunt dignitate. to.2.248.K
Episcopus in ferendis sententiis non sit præceps. to.2.250.B
De episcopis non detrahendis. Ibidem.F G H
Episcopi necessarij sunt in episcopi consecratione to.2.152.K
Episcopales sedes non debent à se longè distare. Ibidem.L
Episcopus Arelaten. præfertur aliis episcopis Galliarum. Ibidem.M
Episcopus vnius diœcesis vel prouinciæ nihil in aliena diœcesi vel prouincia exerceat. Ibid.
Quilibet episcopus priuilegium suæ dignitatis seruare debet. Ibidem.
Episcoporum eligẽdorum formam dat dominus. to.2.

Universidad de Deusto

to.2.308.F

Episcopatus.

Episcopatus quærere aliquando fuit laudabile. to.2.3.C

Qui episcopatum ad gloriam honoris quærit, non ad ministerium quærit. Ibidem.

Si quis dignus episcopatu in aliqua ecclesia reperiatur, debet eligi omnibus aliis. to.2.162.B I

Duos episcopatus in vnum redigere apostolica potest authoritas. to.2.164.A & I

Nemo ad episcopatum ordinetur, nisi sufficiente inuestigatione probatus. to.2.184.D E

Depositus ab episcopatu non potest renocari. to.2.198.I

Episcopatus nomen non est in honore, sed in onere. to.2.216.G

Eques.

Equitis nomine anima sancti viri designatur. to.1.184.I

Equitum tyrannus. to.2.287.M

Equitius.

De Equitio abbate prouinciæ Valeriæ. to.2.20.C

Equitius per visionem eunuchizatus est. Ibidem.

Equitius eunuchizatus nõ solum viris sed & fœminis præerat. Ibidem.

Equitius Basilium magnum expulit, & virginem febricitantem sanauit. Ibidem.

Licentia prædicãdi Equitij sine sacris ordinibus. Ibidem.F

Monialis arrepta à diabolo, per Equitiũ liberatur. Ibidem.

Equitij vita & labores. Ibidem.

Equitius viles vestes ferebat. Ibidem.G

Equitij equitandi modus. Ibidem.G

Equitium adulatores apud sedem apostolicã accusant. Ibidem.

Equitij prædicatio & doctrina. Ibidem.

Equitius fœnum secabat. Ibidem.H

Iulianus mittitur ad Equitium quærendum. Ibidem.

Equitius clauatis calciatus erat caligis. Ibidẽ.I

Summus pontifex visione cognouit Equitium non esse sibi præsentandum. Ibidem.K

Equitij sepulchri miraculum. Ibidem.L

Equitius monachos ad sepulchrum suum fugientes tutatur. Ibidem.M

Longobardos in monachos Equitij sentientes diabolus inuasit. Ibidem.

Equus.

Equus corpus nostrum designat. to.1.184.I

Per equum quid designetur. to.1.185.K

Equi nomine lubrica vita prauorum designatur. Ibidem.M

Item dignitas temporalis. Ibidem.

Item præsens seculum. Ibidem.L M

Ascensor equi dicitur quisquis extollitur dignitatibus mundi. Ibidem.M

Vngulas equi mordere. Ibidem.

Equi nomine sanctus quisque prædicator dicitur. Ibidem.M

Equi nomine præparatio rectæ intentionis signatur. to.1.185.M

In equi vngula laboris fortitudo cognoscitur. to.1.186.K

Erigi.

Primùm contra nos, deinde contra malos erigamur. to.2.82.A

Ermigildus.

De Ermigildo rege Liuigildi Visigothorum regis filio, pro fide catholica ab eodem patre suo occiso. to.2.34.A

Ermigildi regis in morte miracula. Ibidem.B

Error.

Errori venienti occurrendum est. to.2.176.D

De his qui quasi per errorem educi videntur è corpore. to.2.40.L

Error negantium satisfactionem post cõfessionem. to.2.321.H

Eruca.

Per erucam luxuria designatur. to.1.204.B

Esaias.

Esaias domino quærenti quem mitteret ad prædicandum, vltro se obtulit. to.2.3.A & seq.

Esaias prophetis aliis eloquentior extitit. to.2.309.F G

Esau.

Esau venatio quid figuret. to.1.25.C

Esau agricola. Ibidem.

Esau persecutio. to.1.31.D

Esau primogenita fratri pro esca vendidit. to.1.66.L

Dominus reprobauit Esau quem pater approbare voluit. Ibidem.

Esau non inuenit pœnitentiæ locum, quamuis ipsum cum lachrymis quæsiuisset. Ibidem.

Esau primogenitorum gloriam per gulam amisit. to.1.180.D

Essentia.

Essentiam vita habet, mors verò non habet. to.1.101.M

Esus.

Esus & potus ad lusum impellit. to.1.62.L M

Aethiopia.

Aethiopia præsentem mundum designat. to.1.110.B

Eua.

Comparatio Euæ ad vxorem Iob. to.1.12.H I

Euæ à latere Adæ productio, figurat ecclesiam à latere Christi mortui productam. to.2.61.L

Euæ in paradiso tentatio. to.2.302.H

Euanescere.

Euanescere dicitur quod repentè ab intuentium oculis aufertur. to.1.62.K

Euangelista. Euangelium.

Quatuor euangelistæ comparantur quatuor animalibus. to.1.190.B & 56.L M & 58.L M

Quicquid vnus quatuor euangelistarum sentit, & quilibet alius eorum sentit. to.2.57.G H

Quantum sanctum euangelium testamentum vetus præcellit, tantum prædicatores huius prædicatoribus illius. to.2.61.H

Per euangelium lignum crucis ostenditur. Ibidem.K

Euangelium qualiter prædicari potest omni creaturæ. to.2.119.B

Euangelistæ tres humanitatem Christi descripserunt. to.2.258.D

Euangelizare.

Euangelizare, est denunciare. to.1.139.H

Eucharistia.

Eucharistiam indignè sumentes saturari non possunt. to.2.264.I K

Euenire.

Plerumque multa euenium quæ præuidentur. to.1.10.E

Eumorphius.

Eumorphius Stephanum secum vocauit morituũ to.2.40.H

Eunuchus.

Eunuchi qui dicantur. to.2.15.L

Eunuchi qui sunt. to.2.29.L

Europa.

Calamitas Europæ. to.2.180.I

Eusebius.

De libris Eusebij. to.2.202.G

Euthicius.

Euthicius moriens fidem resurrectionis confessus est. to.1.85.E

De Euthicio, & Florentio seruis dei. to.2.31.C

Euthicius monasterium rexit. Ibidem.& seq.

Quatuor Euthicij discipuli vrsum Florentij occiderunt. Ibidem.E

Euthicius post mortem multis clarnit miraculis. Ibidem.I

Euthicij tunica clata, pluuiam aut serenitatẽ adducebat. Ibidem.

Exactor & Exactio.

Exactor dicitur diabolus. to.1.23.C

Exactoris vox tentatio est. Ibidem.D

Differentia inter audientes & exaudientes vocẽ exactoris. Ibidem.D

Exactiones graues in Corsica insula. to.2.180.M

Examinare.

Examinandi accusati discretio. to.2.221.F G

Excedere. Excessus.

Qui sensu & lingua deficiunt, manibus excedere dicuntur. to.2.224.C D

Minoris excessus est veritatem non cognoscere, quàm in eadem cognita non manere. to.2.154.C

Excelsa.

Quid sit in excelsis habitare. to.1.190.H

Excommunicatio.

Sententia excommunicationis pastoris siue iusta, siue iniusta, timenda est. to.2.117.A

Excommunicationis sententiam nullus propria iniuria vindicanda fulminare debet. to.2.164.H

Secunda vel tertia admonitione interposita, excõmunicationis sententia procedat. to.2.165.E

Si quis illicitè quempiam excommunicat, semetipsum, non illum, condemnat. to.2.168.B

Excommunicatis nullus commisceatur. tomo.2.175.A

Contra baptismum & pœnitentiam sentientes excommunicati sunt. to.2.230.D

Excõmunicetur qui pro ordinibus sacris aliquid dat, vel accipit. to.2.237.L & seq.

De consiliariis excõmunicatis Ianuarij episcopi. to.2.245.G

Excusare.

Excusant se semper reprobi. to.2.320.M

Excusatio Saulis sicut & aliorum peccatorum super inobedientia sua. to.2.308.B

Exempla.

Antiquorum exempla ad insinuandam huius vitæ instabilitatem intuenda sunt. to.1.48.F G

Negligentes præcepta confunduntur per sanctorũ exempla. to.1.59.A

Aliena exempla ad bonum perficiendum nobis vtiliter persuadent. to.1.129.I

Qui præsunt, exempla mali operis subiectis non præbeant. to.1.133.G

Quantum exempla patrum conducant ad nostrã conuersationem. to.1.145.M & seq.

Quanta granitas est malorum exemplum. to.1.150.M

Sine Priscorum exemplis, intellectus noster diuina pertingere nequit. to.1.157.M

Exemplis patrum inuamur. Ibidem.

Exempla antiquorum patrum sunt considerauda. to.1.166.F

Exempla priscorum sunt remedium contra vitia. to.1.178.I K

Grex per exempla melius quàm verba pastoris graditur. to.2.4.D

Nonnullos ad cœlestis amorẽ patriæ plus exẽpla quàm prædicamenta succendunt. to.2.19.D

Ad exemplũ non sunt ostendenda nisi quæ firma sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt. to.2.56.B
Exempla priscorum patrum imitari debemus. to.2.81.I
Exempla iustorum sunt in sacra scriptura. Ibidē. M & sequen.
Exempla priorum patrum nos debent ad patientiam mouere. to.2.87.G
Exemplum cuiusdam peruersi, qui tandem bonus effectus est. to.2.110.E. & seq.
Exemplum cuiusdam matronæ venientis ad ecclesiam sanctorum martyrum. to.2.122.K
Exempla adiungit deus cùm eius verba audire nolumus. to.2.130.C
Exempla plus mouent quàm verba. to.2.131.C
Exemplum de tribus sororibus beati Gregorij. Ibidem.C & seq.
Exemplum cuiusdam mundani qui fratrem religiosum habebat. Ibidem.F
Exemplum cuiusdam sanctimonialis pietati dedita. to.2.134.D & seq.
Exemplum præcepti generalis. to.2.239.I

Exercitus.

Exercitui dux non nisi probatus præficitur. to.2.185.H
Exempla cæterorum nos ad virtutem inuitant. to.2.312.B C
Exempla castitatis peccatorum tenebras cordibus destruunt. to.2.319.A
Exempla prauorum qualiter vitanda sunt. to.2.307.G

Exhortatio.

Non vna eademq; cunctis exhortatio congruit. to.2.7.G
De exhortatione multis adhibenda. to.2.18.B
De exhortatione quæ vni adhibenda est contrariis passionibus laboranti. Ibidem.C D
Exhortatio ad sacram scripturam. to.2.183.F G

Expectare.

Expectamus prospera, formidamus aduersa. to.1.44.G

Expositores.

Sacri expositores apostolis succedunt. to.2.157.K
Sacri expositores in scientia nō sunt apostolis præferendi. Ibidem.
Sacrorum expositorum prædicatio gurgitibus cōparatur. Ibidem.

Exteriora.

Exteriora nos occupant, ne nosmetipsos consideremus. to.1.146.C D
Si vigilanter exteriora conspicimus, per ipsa ad interiora reuocamur. to.1.150.H

Extraneus.

Extranei non asperis sed blandis ad fidem verbis sunt prouocandi. to.2.241.M & sequen.

Extrema.

Quidam in extremis suis ad deum redeunt. to.1.160.B

Ezechias.

Ezechias ostendendo diuitias suas hostibus suis, à propheta reprehensus est. to.1.50.D
Ezechias vna prece, centum octogintaquinque milia hostium, angelo feriente, prostrauit. Ibidem.
Quomodo Ezechiæ. 15. anni additi sunt contra diuinam sententiam. to.1.71.B C & .93.A
Ezechias se iustificauit in cogitatione. to.1.73.I
Ezechias alienigenis thesauros ostendens, non putabat peccare. to.2.2.I

Ezechiel.

Ezechiel magistrorum speciem tenet. to.1.149.I M
Ezechiel electri speciem in medio ignis vidit. to.1.164.F
Quare Ezechieli in altari dei fieri fossa præcipitur. to.2.9.B
Ezechiel contemplaturus cœlestia, prius filius hominis vocatur. to.2.18.L
Ezechiel in captiuitate cum ceteris Israelitis missus. to.2.55.I
Quare Ezechiel incepit per copulam. to.2.56.A
Ezechiel interpretatur fortitudo dei. to.2.56.C D
Quòd Ezechiel pennam dicebat, hoc Petrus gratiam appellat. to.2.64.D
Cur Ezechiel & Paulus in faciē ceciderūt. to.2.67.G
Quare Ezechiel filius hominis appellatur. to.2.76.A
Quot annis prophetiæ Ezechieli reuelatæ sunt. to.2.77.A B
Ezechiel typum & figuram prædicantium tenet. to.2.76.B
Ezechiel durus peccatoribus prædicator. to.2.291.H I

Facies.

Facies manus dei, est percussio iusti iudicij. to.1.22.C
Interna facies hominis, mens est. to.1.63.E
Facies hominis immutatur, cùm eius species morte atteritur. to.1.72.M
Faciem crassitudo operit. to.1.74.K
Ad deum faciem leuare quid sibi velit. to.1.93.K
Quomodo dicuntur quatuor facies vni quatuor animalium. to.2.57.G H
Per faciem notitia designatur. Ibidem.
Facies & pennas habere. to.2.58.F
Quis à facie dei proiiciatur. to.2.141.F
Facies dei cognitio eius est. to.2.297.M
Facies notat conuersationem. to.2.326.A B
Faciei Christi decor. to.2.327.H I

Falx.

Falcis nomine diuinum iudicium dicitur. to.1.199.G

Fama.

Fama absentes facit præsentes. to.2.160.K
Fama bonorū sicut lumē lucernæ diffunditur. Ib.

Fames.

Fames mentis est, silentium diuinæ locutionis. to.1.35.B
Fames carnis est, subtractum subsidium corporis. Ibidem.

Famelicus.

Famelicorum natura. to.2.97.H

Familia.

Quòd multa familia sit sub mentis dominio restringenda. to.1.3.I
Quid sit multam familiā possidere. Ibidem.I K

Famulus.

Cur deus famulos suos sæpe molestet. to.1.201.C

Fanum.

Fanum Apollinis in Cassino monte. to.2.25.D

Fatuitas.

Fatuitas stultorum. to.1.154.F

Fatum.

Fatum nihil est. to.2.103.B
Confutatio erroris de Fato. Ibidem.B C

Fauces.

Per fauces occulta tractatio designatur. to.1.43.A

Fauni.

Fauni Græcè, incubi dicuntur. to.1.40.C D

Faustus.

De possessionibus Fausti iniustè peruasis. to.2.228.H

Felicitas.

Felicitatis huius vitæ gaudia. to.1.89.E
Felicitas huius mundi nulla est, si læta non est. Ibidem.
Multos sua felicitas strauit. to.1.189.
Felicitatis beatæ mirabilis commendatio. to.1.99.C
Felicitatis beatæ martyrium. Ibidem.
Beata Felicitas est plus quàm martyr. Ibidem.E
Felicitatis æternæ conditiones. to.2.151.F G
Non omne quod feliciter, bene incedit: nec omne quod bene, feliciter. to.1.175.M

Fenestra.

Fenestræ templi sunt sacerdotes & speculatores. to.2.74.E

Ferentina.

Paupertas grauis ecclesiæ Ferentinæ. to.2.21.I

Ferrum.

De terra ferrum tollitur cum terrenus ad virtutem eleuatur. to.1.106.C
Per ferrum virtus exprimitur. to.1.106.A
De reunctione ferri cum manubrio. to.2.24.K

Festum.

Festa hominum ita celebrantur vt non perdantur festa angelorum. to.2.117.D
Festa paganorum qualiter sensim in Christianismum conuerti debent. to.2.234.G

Ficulnea.

Ficulnea, & mulier curua, humanā naturam repræsentant. to.2.121.E
Ficulnea Euangelij quomodo exponitur. to.2.223.A

Fides.

Fides Christi à Iudæis in gentes translata est. to.1.38.C
Fides nostra de resurrectione Christi, regulanda est per fidem apostolorum. to.1.85.B
Qui deum fide tenent, adhuc speciem ignorant. to.1.96.A
Fidem perdere qui dicantur. to.1.147.F
Fides tempore Grego. ab Oriente in Occidentem extensa erat. to.1.158.F G
Plurimi fidem tenent, sed vitam fidei non tenent. Ibidem.H & .198.D
Quicunque in Christi fide nati sunt, eius corpus existunt. to.1.159.D
Quomodo fides iam accepta sit seruanda. to.1.165.M
Fidei lumen non eos illustrat qui malitiam suam fidei nomine palliant. to.1.169.F
Deus militibus suis ante omnia fidei fortitudinē præbet. to.1.188.F
Fides sine operibus non sufficit. to.1.198.F & to.2.119.C
Nisi quis fidei soliditatem tenuerit, diuinam præsentiam non cognoscit. to.1.210.H
Infidelis fidem habet. to.2.36.G
Fides qua à deo cognoscimur, per faciem designatur. to.2.46.I
Fides & operatio maximè debent à speculatore prædicari. to.2.73.F
Fidei defensionis exemplum est Petrus. to.2.82.C
Mortis appetitus pro fide, exemplum est Paulus. Ibidem.
Clypei fidei, qui sint. Ibidem.D E
Fides eadem fuit præcedentium, quæ est præsentiū & futurorum. to.2.83.C D & .84.F G
Per marginem ante thalamos fides exprimitur. to.2.83.H
Non charitas fidem, sed fides charitatem præcedit. Ibidem.
Cùm Christus se nobis ostenderit, fides finitur. to.2.84.A
Per portam fides designatur. to.2.85.K
Per fidem pertingitur ad virtutes, & non contra. to.2.89.D
Fides per vestibulum ædificij intelligi potest. Ibidem.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ibidem.
Altitudo fidei eorum est fides intrà filium. tomo. 1.94.A
Per fidem omnia nobis peccata in baptismate laxantur. to.2.96.A
Ad fidem plures veniunt, ad regnum pauci perducuntur. to.2.110.C
Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. to.2.116.G
Vera fides est, quæ verbis quæ credit, moribus nõ contradicit. to.2.119.C
Fides ædificatur per allegoriam. to.2.133.A
Iustus ex fide vivit. to.2.141.M
Fide carens iustus esse non potest. Ibidem.
Merito Fidei, bellorũ paratur victoria. to.2.160.I
Fides percepta bonis operibus est exercenda. to. 2.175.E
In nomen vniuersale consentire, est fidem perdere. to.2.183.E
Fidei negotia non sine. 12. episcopis tractari debent. to.2.185.C
Fides regni Galliarum inter omnia regna cornscat. to.2.186.K
Fidei ad gremium redeuntes sunt suscipiendi. to. 2.187.K
Fidem fidelibus non habere, infidelitas est. to. 2.189.A
Christus est fidei fundamentum. tomo. 2.207.L. & 230.E
Fidei nostræ sacramenta aliis sublata, aliis sunt revelata. to.2.280.B
Fide velut fama deum cognoscimus. to.2.272.L
Fidem vnumquẽque habere oportet. to.2.327.G

Fideles.

Fideles quare tolerant hæreticos. to.1.42.H I
Fidelis populus in signum hosti suo positus est. to. 2.77.A
Omnes fideles sunt membra Christi. to.1.83.G
Fideles cò ampliùs gemunt, quò malos blandiri conspiciunt. to.1.94.E
Qui fidelium mores instituunt, spirituale negotium gerunt. to.1.107.C
Ordo Ecclesiæ fidelium. to.1.117.K
Fidelis se pati denunciat, quãdo quos diligit pati videt. to.1.122.B
Fideles expectant bona, & suscipiunt mala. tom. 1.123.G
Excelsus est fidelium populus, qui huius vitæ abiecta contemnit. to.1.134.L
Fidelis domus à domino fideli sacerdoti ædificatur. to.2.270.L M
Fideles subiecti non sunt liberi. tomo.2.302.A
Falsorum fidelium finis. to.1.169.G
Fidelis insensibilis ad verbum dei præbeat auditum verbo, & cumulabitur mysterio. tomo. 1.172.K
Plarique fideles ad verba dei insensibiles sunt. Ibidem.
Omnes fideles greges vocantur. to.2.45.C
Fideles pacem tenentes, hostibus apparent terribiles. to.2.51.C
Fideles multi bene viuentes & in simplicitate, vna columba dici possunt. Ibidem.H
Diuersitas fidelium in Ecclesia. to.1.94.B C
Virtutes & vita fidelium debent metiri in quadrum. to.2.96.M.97.A
Fideles verè sunt, qui quod verbis promittunt, operibus complent. to.2.119.C D
Omnes fideles apostolorum dicuntur filij. tomo.2. 147.I M
Omnes fideles vnum sunt in Christo. to.2.18.H
Omnes fideles corpus cõstituũt Ecclesiæ. to.2.182.I

Fiducia.

Fiducia non est ponenda in his quæ temporaria & fluxibilia sunt. to.1.128.G H

Fieri.

Nemo alteri faciat, quod sibi non vult ab alio fieri. to.1.61.E

Filius & Filij.

Filius est imago patris. to.1.29.B
Filius stulti ambitiosus dicitur. to.1.32.C
Filius dei, dicitur manus eius. to.1.104.B
Filius per incarnationem dicitur angelus. to.1. 164.I
De filio prodigo. to.2.24.D E
Quare filius dei dicitur minor patre. to.2.115.M
Sermo filij, est ipsius patris. to.2.120.C
Pater filio dedit iudicium. to.2.146.C
Initium dei filius est. to.2.147.E
Filius dei est domus Dauid. to.2.149.K
Filium mulier absque peccato parere posset. tom. 2.146.E
Filij Sion. to.1.27.C
Filij Babylonis. Ibidem.
Filij dei esse non possunt qui inimicos non diligunt. to.2.148.M
Filius dei dicitur fons patens. to.2.148.K
Filiorum est diligere, non timere. to.2.146.F
Filij prodigi vilis & pulchra applicatio. tomo. 2.151.M
Filij Belial qui sunt. to.2.269.A
Filij electorum sunt qui eorum virtutes imitãtur. to.2.287.L
Filij Heli Israelitas designabant. to.2.266.B
Filij Heli dicuntur sacerdotes domini & filij Belial. to.2.255.M
Filij Heli duos ordines sacerdotum Iudæorum designabant. to.2.268.G
Filiorum Heli mors vna die domum Iudaicam simul interitoram figurabat. to.2.268.G
Filios incorrectos permittere periculosum est. to. 2.273.H
Filij Samuelis patri dissimiles. to.2.286.K L
Filij Samuelis non ambulauerunt in viis patris. to.2.289.H
Filij vitæ actiuæ & contemplatiuæ qui sunt. to. 2.259.G. & fol. sequenti. C
Filij culpæ originalis sunt concupiscentiæ, & peccata. to.2.323.K
Filij & filiæ Saulis. to.2.316.H I. & seq.
Filiæ Saulis duas vitas designant. to.2.316.L M
Filios peccantes qualiter debent parentes corrigere. to.2.314.K L
Filij Belial qui dicuntur. to.2.301.M.302.C D
Filius dextræ Christus est sedens ad dextram patris. to.2.308.I
Filij dei qui sunt. to.2.301.B

Finis.

Prauorum hominum finis. to.1.99.B
Sicut non est finis gaudio bonorum, ita nec est finis tormento malorum. to.2.42.D
Finem suum nemo cognoscit. to.2.131.H
De finibus possessionis cuiusdã iniustè peruasis. to.2.228.I

Firmamentum.

Vox de firmamento, & super firmamentum. tomo. 2.65.G. & seq.
Firmamentum quid designet. to.2.63.M.65.F
Firmamentum aliquando cœlestes designat potestates. to.2.65.F. & seq.
Firmamentum aliquando signat Christum. tomo. 2.66.A. & seq.

Firminus.

De conuersione Firmini Historia episcopi ad catholicam Ecclesiam. to.2.238.E

Flagellari.

Ex nobis causa est cur flagellamur. to.1.32.H
Flagellari concupiscunt sancti. to.1.38.K
Quare deus quosdam flagellat, alios successibus fulcit. to.1.39.E F
Quisquis flagellatur, quasi in proverbium ponitur vulgi. to.1.78.F
Cum flagellamur per ea quæ videmus, hunc timeamus sollicitè quem non videmus. to.1.95.E
Deus sanctos flagellat, vt illis pareat. to.1.105.D & seq.
Iusti dum temporaliter flagellantur, probantur. to.1.125.G
Dum flagellamur, à tentationibus defendimur. to.1.201.C D
Deus flagellat omnẽ filiũ quẽ recipit. to.2.206.F
Flagellatis à domino, non est danda afflictio. to. 2.161.L

Flagellum.

Duobus modis flagella pensanda sunt. to.1.12.B
Flagella dei dicuntur mala. Ibidem.K L
Qui de flagello dei murmurant, iustitiam feriẽtis accusant. to.1.29.F
Cùm caro flagellis afficitur, mens ad altiora appetenda eleuatur. to.1 32.I
Flagellum linguæ quid sit. to.1.35.F
Quomodo anima a flagello linguę abscõdit. Ibi.
Flagellum desiderat beatus Iob. to.1.38.K
Quidam flagellati vt æs sonum confessionis emittunt. to.1.39.C
Quidam in flagellis vt lapides indurãtur. Ibid.
Vir sanctus flagella ad probationem interdum percipit. to.1.57.E
Dolor flagelli temperatur, cùm culpa agnoscitur. to.1.61.L M
Non solum flagella atterunt, sed dæmonis tentamenta. to.1.63.K
Diuina flagella prauis mentibus incorrigibilibꝰ optari benignè debent. to.1.76.B C
Quomodo praui in flagellis constituti sint consolandi. Ibidem.
Aliud est flagellis percuti, aliud cingi. to.1.82.F
Qui percussione flagelli superatur, nõ quasi filius, sed quasi hostis feritur. Ibidem.L
Diuinis flagellis afflictum non corripere, sed consolari debemus. to.1.83.M
Flagella bonorum, vel vitia purgant, vel futura deuitant. to.1.95.I
Flagella præsentia reproborum, sunt initia tormentorum. to.1.105.D & seq.
Flagellum diluit culpam, cùm mutat pœnam. Ibidem.
Flagelli diuini causa ignoratur. to.1.121.D
Qui in flagellis positus murmurat, iustitiam ferientis accusat. to.1.192.A
Flagella diuina nos à diaboli flagello liberant. to.1.201.E
Flagella Dauid à culpa ad veniam reuocauerũt. to.2.2.H
Incorrecti per flagella dulcius admonendi sunt. to.2.10.K
Deus nos donis non solum reficit, sed etiam flagellis erudit. to.2.90.C
Oculi flagellis aperiuntur. to.2.139.E
Velle deũ à flagellis cessare, & nolle à peccatis quiescere, est primũ genus demẽtiæ. to.2.222.L

Flamma.

Flamma ignis impiorum quæ sit. to.1.80.A
Flamma ignis iustorum quæ sit. Ibidem.
Eodem momento habuit flamma virtutem, & nõ habuit. to.2.32.F

Flatus.

Flatus vnde sit. to.1.26.K

Flere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Flere dolorem suum non valet, qui culpæ suę reatum considerat, & gemere negat. to.1.59.F

Fletus.

Ad fletum per gaudia peruenitur. to.2.98.M
Per fletum ad æterna gaudia ducimur. Ibidem.

Florentius.

Florentius Benedicti suorúmque æmulus. tomo.2.24.M
Florentius septem puellas nudas fratribus obiecit. to.2.25.A
Florentij supplicium & ruina. to.2.25.B
Florentio versus ad obsequium à deo missus est. to.2.31.D
Versus in omnibus Florentij mãdatis obediebat. Ibidem.
Florentius versum fratrem vocabat. Ibidem.E
Florentius vltionem mortis versi sui imprecatus, & quatuor Euticij monachi elephantino morbo perierunt. Ibidem.E
Diaconus quidam ad Florentium veniens cellulam eius inuenit serpentibus plenã. Ibidem.F
Aues oratione Florentij serpentes occisos extulerunt. Ibidem.G
Florentius orando serpentes occidit. Ibidem.

Flores.

Per flores teneri quique fideles designantur. to.2.46.A
Flores diuersi olent diuersa. to.2.61.C.& seq.
Flores æternorum fructuum sunt opera sanctorũ. to.2.297.G H

Fluctus.

Fluctuum pericula. to.1.128.A

Flumen.

Fluminis torrens, & fluminis riuuli in quo differunt. to.1.87.E
Flumina dicuntur antiquorum patrum dicta. to.1.107.H

Foca.

De Foca imperatore coronato. to.2.239.M

Fœmina.

Fœminæ deo dicatæ non debent pro negotiis tractandis exire monasterium. to.2.173.C D

Fœmur.

Per duo fœmora sponsæ, duo populi ecclesiæ designantur. to.2.5.D

Fœnum.

Fœnum bonis quid significet. to.1.37.L
Populus quomodo est fœnum. to.2.105.F
Fœnum facile aret. to.2.145.F

Fons.

Fons & puteus sacram scripturam designant. to.2.49.C
Fons occultus, est vnigenitus inuisibilis filius deus. to.2.92.H
Fons patens est filius dei incarnatus est. Ibidem.

Formatio.

Formatio hominis in vtero matris. to.2.91.H

Fornicari.

Hierusalem in suo nomine fornicari, quid sit. tom.2.18.K

Fornicatio.

Fornicatio quantum sit peccatum. to.2.15.G
Fornicatio non ante vincitur quàm per abstinentiam corpus atteratur. to.2.316.F
Fornicationis spiritus nõ vnica vincitur virtute. to.2.316.D.318.D
Fornicationis certamen quanta difficultate superatur. to.2.313.D
Fornicatio quò fœdior cernitur, eo subtilius à reprobis occultatur. to.2.320.L
Fornicationis pugna valde fortis & violẽta est. to.2.318.C.& seq.
Fornicationis spiritus continentia depellitur. to.2.310.L

Fortis.

Qui verè fortes dicãtur. to.1.22.L.& to.2.193.F
Fortes infirmitatis verba aliquando suscipiunt. to.1.72.C

Fortitudo.

Quomodo fortitudo nostra turbatur. to.1.10.G
Fortitudo non nisi in aduersitate ostenditur. tom.1.26.F
Fortitudo quid sit. to.2.97.A
Fortitudo in quo consistat. to.2.136.B

Fortunatus.

De Fortunato Tudertinæ vrbis episcopo. to.2.22.F
Fortunatus eiiciendis dæmonibus perpotens. Ibidem.
Fortunatus diabolum à quodam obsesso eiecit. Ibidem.G
Diabolus à fortunato eiectus in forma peregrini contra Fortunatum clamabat. Ibidem.
Fortunatus matronam à legione dæmonum liberat. Ibidem.
Fortunatus pro equo sanato argentum nõ accepit, sed equum suis pecuniis emit. Ibidem.K
Fortunatus cæco visum restituit. Ibidem.I
Fortunatus signo crucis equum furiosum mansuetum reddidit. Ibidem.K
Fortunatus quicquid petiit à deo, impetrauit. Ibidem.
Fortunatus aqua benedicta coxam Gothi sanauit. Ibidem.M
Fortunatus resuscitauit Marcellum mortuum. to.2.23.A
De Fortunato abbate iniustè deposito. to.2.246.M

Frater.

Quomodo quis potest fieri frater & mater domini. to.2.99.C
Dolendum est de casu fratris. to.2.186.A B
Duo fratres possunt contrahere cum duabus sororibus. to.2.252.H
Frater redemptoris quis. to.2.301.B

Fraus.

Fraus tribus modis committitur. to.1.55.L

Frenum.

Frenum ori imponẽdũ apud reproborum auditorium. to.1.121.E

Frigidianus.

De Frigidiano Lunensis ciuitatis episcopo. tomo.2.30.B
Frigidianus episcopus flumiñ oratione sua à proprio alueo diuertit. Ibidem.

Frigus.

Per frigus desiderium signari potest. to.1.96.G

Fructus.

Fructus doloris est retributio damnationis. tom.1.26.H
Fructum facere, & fructum pœnitentiæ dignum facere, in quo differant. to.2.111.C
Perpetuus fructus quis dicatur. to.2.148.B
Fructus bonorum operum sunt vitæ actiuæ filij. to.2.259.G

Fruges.

Fruges domini quæ sint. to.2.72.I K

Frumentum.

Quid in frumento figuretur. to.1.153.F.& 161.I
Frumentum perditur seruando, sed renouatur seminando. to.2.122.F

Fuga.

Fuga nostra non fiat in hyeme vel sabbato. tomo.2.104.L

Fugere.

Fugit veniente lupo, qui tacet cùm possit loqui. to.1.169.K

Fulgentius.

De Fulgentio Vticulano episcopo. to.2.30.F
Fulgentius episcopus regi Totilæ xenia misit. Ibidem.
Totila fecit Fulgentium episcopum comprehendi. Ibidem.G
Intra circulum Fulgentij non pluebat. Ibidem.

Fulgor.

Fulgor meridianus quis dicatur. to.1.63.L

Fulgurare.

Aliud est splendere, aliud fulgurare. to.1.88.C

Fulgur.

Quid fulgura ex nubibus exire. to.1.175.F

Fulmen.

Fulmina, iudicij sententiam designãt. to.1.205.F

Funda.

Per fundam sancta ecclesia signatur. to.1.206.D

Fundamentum.

Fundamentum quid sit. to.1.155.C D
Fundamentum dominus dicitur. to.1.165.E
Fundamenta dicuntur prædicatores. Ibidem.
Fundamentum animæ humanæ est fides. Ibidẽ.M
Vbi Christus est fundamentum, bonorum operum sequetur ædificium. to.2.230.F

Fundis.

Fundis monasterium ab Honorato fundatum. to.2.19.F

Funis.

Funis accipitur pro peccato. to.1.67.E.&.199.B
Funis aliquando dimensionum sortes hereditarias signat. Ibidem.

Funiculus.

Funiculus quid repræsentet. to.2.78.D E
Funiculus linea prædicatio subtilis est. Ibidẽ.B

Fur.

Fur hortum Fundensem diripiebat. to.2.20.A
Miraculosè fur deprehensus. Ibidem.B
Fur domum persodit patre familiãs nesciente. to.2.105.E
Fures verum ecclesiasticarum qualiter puniri debeant. to.2.252.G

Furor.

Quomodo furor attribuitur diuinitati. tomo.2.134.M
Furor humanus non nisi in corpus se extendit. Ibidem.
Furor an sit in deo. Ibidem.
Maior est furor, quàm ira. to.2.135.A

Futura.

Futura præuisa, minoris sunt timoris cùm præsentia fuerint. to.2.17.B

Gabaa.

Gabaa, sublimis dicitur. tomo.2.302.B

Gabriel.

Gabriel archangelus quare fuit ad Mariam missus. to.2.124.L

Galaad.

Galaad interpretatur aceruus testimonij. tomo.2.14.A
Galaad Ecclesiam catholicam designat. Ibidem.

Galgal.

Galgal rota dicitur. to.2.286.E
Galgala interpretatur rota. to.2.299.K

Galilæa.

Galilæa transmigratio facta interpretatur. tomo.2.112.G

Galla.

Galla Gothus in rusticum crudelis. to.2.27.H
Galla mortuo marito monasterio sancti Petri seipsam tradidit. to.2.37.L
Galla vlcere cancri in mammilla percussa. Ibi.
De transitu Gallę ancillę dei. Ibidem.

Gallia.

De

De multis vitijs corrigendis in regno Galliæ. to.2.188.G

Regnum Galliæ cæteris regnis excellit. tom.2. 186.I K

Galliæ regnum cæteris religione præstat. tom.2. 215.M

Gallus.

Galli natura. to.1.176.D E.to.2.18.G H

Galli nomine prædicatores designantur.to.1.175.L

Intelligentiam gallus accepit. to.1.176.A

Gaudere.

Nemo potest hic gaudere cùm seculo, & sursum regnare cum Christo. to.2.104.A

Gaude,sed tanquam non gaudeas. to.2.128.F

Gaudium.

Ad æterna gaudia redire non possumus, nisi per temporalia detrimenta. to.1.151.D

Gaudium primatum vanum est. to.2.90.C D

Gaza.

Gaza ciuitas infernum designat. to.2.112.I

Gazophylacium.

Gazophylacia doctorum corda scientiis plena designant. to.2.86.E

Quomodo gazophylacia,cantores,sacerdotes,templum,altare, sacrificia sint contra portam, & tamen in ecclesia. to.2.95.H & seq.

Gazophylacium cantorum in ecclesia. Ibidem.I & sequentib.

Gedeon.

Gedeon contra Madianitas. to.1.181.D E

Gedeon non solum opere, sed & nomine Christũ significauit. Ibidem.F

Gedeon interpretatur circuniens in vtero.Ibid.G

Quid designent trecenti viri Gedeonẽ sequentes. Ibidem.G

Ex militibus Gedeonis quidam curuauerunt genua,& quidam non. Ibidem.

Quid est quòd Gedeon cum lampadibus, & lagenis,& cum tubis init ad prælium. Ibidem.

Quare milites Gedeonis tubas in dextra,& lagenas in sinistra portabant. Ibidem.I K

Gehenna.

Gehenna vna est omnibus damnatis, diuersa tamen qualitate illus succendit. to.1.59.K

Vtrum vnus gehennæ ignis sit,an diuersi. to.2. 41.D

Si semper ardeant qui gehennæ incendiis deputantur. Ibidem.

Gelboe.

Gelboe interpretatur decursus. to.1.17.A

Gelboe montes superbia Iudæorũ corda designãt. Ibidem.

Celu.

Per gelu & glaciem frigida Iudæorum corda signantur. to.1.172.M

Per gelu & glaciem satan potest intelligi. to.1. 173.C

Per gelu & glaciem potest præsentis vitæ aduersitas designari. Ibidem.K

Gemere & Gemendus.

Gemendus est qui non gemere curat. to.2.125.E

Generatio.

Per quatuor generationes,quatuor tẽpora signantur. to.1.213.L

Genimina.

Genimina,sunt bonæ operationes animæ. tom.1. 126.K

Gentes.

Gentes sunt primitiuæ Ecclesiæ. to.1.17.B

Vocatio gentium ab antiquo in dei consilio abscõdita est. to.1.58.C D

Vocatio gentium processit ex repulsione apostolorum. to.1.107.D E

Vocatio gentiũ. to.1.110.B & 121.G & 172.G & seq.176.M & 177.G.& 187.L M & to. 2.99.H

Facilis gentium obedientia ad dei verbum.to.2. 70.G

Miseria & ingratitudo gentium. to.2.88.A

Gentium vocatio. to.2.262.H I fol.seq..A

Gentium conuersionem impij non potuerunt impedire. to.2.280.H

Gentilis.

Gentilis populus,minor est filius domini. tom.1. 8.F G

Per nihilum gentiles designantur. to.1.100.K

Gentiles quare sub arcturo frigere dicantur.to.1. 161.F

Gentiles in fide Iudæis successerunt.to.1.173.B C

Gentiles per Euangeliũ legem didicerunt & non contra. to.2.61.I

Gentiles ad cognitionem domini per signa sunt perducti. to.2.102.M

Gẽtiles quare vocati sunt ligna syluæ t.2.128.A

Gentilitas.

Gentilitas vitiis obnoxia fuit quantum suum cõditorem ignorauit. to.1.1.D

Gentilitas conuersa est ab infidelitatis suæ tenebris.to.1.10.A

Locus misericordiæ dei est ipsa gentilitas. tom.1. 161.M

Gentilitas quare dicitur desertum. to.1.172.F

Gentilitas erat inuia. Ibidem.B

In gentilitate, nec patriarcha, nec propheta fuit. to.1.180.K

Per campum gentilitas designatur. to.2.74.K

Gentilitas ante synagogam fuit. to.2.91.M

Georgius.

De Ecclesia sancti Georgij restaurãda.t.2.234.C

Germanus.

Germanus Capuanus in thermis animam Pascasij inuenit. to.2.41.M

Gerontius.

Gerontius monachus accepit ab angelis se aliósque de monasterio breui morituros.t.2.39.D E

Geth.

Geth,torcular interpretatur. to.2.286.B

Getulia.

Getulia piscatores non habet. to.2.103.C

Gibbus.

Gibbus quis dicatur. to.2.3.I

Gigas.

Gigantes quid designent. to.1.100.G H

Gladius.

Faciem gladij fugere,quid sit. to.1.85.H

Gladius est verbũ dei.to.1.116.I & to.2.94.E F

Habere, & tenere, gladium quomodo differunt. to.1.116.I

Gladius multipliciter dicitur. to.1.205.L

Gladius dicitur sancta prædicatio. Ibidem.

Gladius tribulatio temporalis accipitur. Ibid.

Gladius æternam damnationem signat. Ibidem.

Gladius,ira vel persuasio diaboli. Ibidem.M

Glarea.

Glarea lapilli sunt fluminum. to.1.91.H

Per glareas Cocyti reprobi designantur. Ibidem.

Glarea minutissimos fluuiorũ lapides significat. to.1.119.E

Glarea vitam præsentem designat. to.1.120.D

Gleba.

Glebæ dicuntur collectiones ordinum ecclesiæ. to.1.106.M

Quid per glebas intelligatur.to.1.176.M 182.K

Quid glebas compingere. Ibidem.

Gloria.

Gloria humana nihil est. to.1.32.B

Inanis gloriæ conditio. to.1.40.B

Gloria cœlestis patriæ. to.1.53.A

Superbia,& inanis gloria, per omnia opera sua satanæ famulantur. to.1.84.E

Quærẽda est gloria dei per vias eius. to.1.98.M

Iniquorum gloria quantumuis longa, post mortẽ breuissima iudicatur. Ibidem.M

Breuitas gloriæ carnalis. Ibidem.M

Gloria dei in hac vita ex parte solum cognoscitur. to.1.101.B C

Gloria habita per gratiam,non potest æquari gloriæ vnigeniti habitæ per naturam.to.1.110.C

Præsentis vitæ gloria quasi in alto cernitur, sed nulla stabilitate solidatur. to.1.122.M

Rami inanis gloriæ. to.1.189.F

Gloria dei in rebꝰ videri potest,in seipso pro hac vita non potest. to.2.66.M

Gloria domini de loco suo benedicitur.to.2.71.B

Gloria inanis fugienda est. to.2.99.L M

Gloriam temporalem multi conantur apprehendere,& nequeunt. to.2.128.B

Gloria Israel nõ periit,sed trãsfertur.to.2.279.D

Gloriam deo dare. to.2.281.F

Sedes gloriæ quæ est. to.2.265.E

Vana gloria excitat ad maiora audenda. to.2. 313.F G

Vanæ gloria ex operibus cauenda. to.311.E F

Gloriari.

Qui gloriatur in se,non exanditur. to.2.150.C

Glorificare.

Glorificat dominꝰ qui cũ glorificãt.t.2.270.A B

Golias.

Golias hæreticos designat. to.1.104.F

Gothi.

Gothorum equi diuina vltione fluuiũ transire nequeunt. to.2.19.I

Gothus,coxa fracta, pueros Fortunato reddidit. to.2.22.M

Gothorũ ab Ariana hæresi cõuersio.to.2.217.H I

Gradiri.

Graditur vno itinere qui quod agit exterius intendit interius. to.2.282.F G

Gradus.

Quare quindecim gradibus ad templum ascendebatur. to.1.210.M

Gradus portæ ecclesiæ,sunt merita virtutum.to.2. 80.G

Gradus ascensionum qui sint. to.2.85.A B

Gradus creaturarum inferiorum. Ibidem.C

Gradus ascensus ad cœlum. to.2.89.A B

Octauus gradus quis est. to.2.91..A & seq.

Septem gradus ecclesiæ, sunt septem dona spiritussancti. Ibidem.B

Per quindecim templi gradus quid designetur. to.2.148.D

Apud deum non gradus elegantior,sed vitæ melioris actio comprobatur. to.2.180.H

Gradum sublimiorem nõ approbat deus,sed vitæ meritum. Ibidem.M

Gradus maior aliquando propter ingratitudinẽ confertur. to.2.162.F H M

Graduum & ordinum distributio, ecclesiæ vnitatem conseruat. to.2.185.D

Gradus consanguinitatis & affinitatis in matrimonio prohibiti. to.2.252.H I

Grammatica.

Grammaticam artem episcopus docere nõ debet. to.2.231.D E

Granum.

Granum sinapis Christum significat. to.1.111.D

Gratia.

Quòd gratia dei aliquando à studiosis se vtiliter subtrahat. to.1.110.G H

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gratiæ gratis datæ aliquando vtiliter subtrahuntur. to.1.11.D
Gratia sæpe putatur ira, & contra. to.1.53.C
Deus peccantem per gratiæ infusionem præuenit. to.1.58.M & 92.A B.94.A B.141.F.201. K L to.2.44.K.58.F G
Gratia præueniens, est lumen dei. to.1.99.M
Gratia præueniens, est lumen dei. to.1.102.B to.2.71.I 120.K
Ex gratia præueniente opera in corde generantur, vt ex libero arbitrio subsequatur actio. to.1.107.M
Gratia iusti animam vocat, tentatio interrogat. to.1.121.K
Gratiæ gratis datæ dantur diuersis diuersimodè. to.1.141.A
Gratiæ gratis datæ conuersis plerisque dantur. Ibidem.K
Error circa gratias gratis datas in primitiua ecclesia. to.1.159.M
Dominus gratia aliquem replens, eius vitam in lamentum conuertit. to.1.160.C
Gratiæ gratis datæ quibus conferantur. tom.1. 166.B C
Ex dei gratia homo veterem hominẽ exuit. to.1. 189.K L
Nullus primam gratiam meretur. to.1.201.K
Duodecim apostoli, gratiæ septiformis spiritu repleti, fidem trinitatis per quatuor mundi partes docuerunt. to.1.210.K
Diuisiones gratiarum sunt. to.2.71.I
Gratiæ gratis datæ, aliquando dantur reprobis. to.2.86.B
Gratiæ gratis datæ, differenter dantur electis & reprobis. Ibidem.C E
Punitione graui dignus est qui sæpius dei gratiã contempsit. to.2.129.F
Gratiæ diuinæ ascribitur omne quod prosperum à nobis geritur. to.2.285.M
Gratia spiritus sancti pluribus datur ad bene viuendum nõ autẽ ad bene docendũ. to.2.325.I
Gratia spiritus sancti à synagoga tollitur, & sanctæ ecclesiæ datur. to.2.327.I M
Gratiam recipiens nescit an in ea perpetuò perseuerare debeat. to.2.326.I
Gratiam dei à se expellunt, qui carnalẽ sibi præesse eligunt. to.2.305.A
Gratiæ spiritus sancti effectus. to.2.300.C

Graue.

Graue multipliciter dicitur. to.1.111.K

Gregoria.

Gregoria sanctimonialis effecta. to.2.30.I

Gregorius.

Disputatio Gregorij & Eutbicij coram imperatore. to.1.85.A & seq.
Victoria Gregorij in Eutbicium in vrbe Constantinopolitana. Ibidem.
Gregorius ægrè ex religionis quietẽ dimissam. to.2.19.C
Gregorius vidit animam Speciosi fratris egreatientem. to.2.37.E
Prouidum Gregorij factum in morte monachi. to.2.43.H I
Gregorius fecit monachum suũ, cum tribus aureis suis reseruatis, in sterquilinio sepeliri. Ibid.
Gregorij querimonia super negligentia sua in cura pastorali. to.2.72.M & seq.
Gregorius se maram vocari iubet. to.2.153.G
Gregorij humilitas. tom.2.180.B & seq. copiosè.
Gregorius potius mori paratus, quàm patrum decreta violare. Ibidem.E
Gregorij exclamatio in sui temporis miserias. Ibidem.I
Gesta synodi habitæ à beato Gregorio in vrbe Romana, tẽpore Mauricij augusti. to.2.183.L
Gregorius Episcopum non misericordem arguit. to.2.189.E F
Gregorius excommunicat quendam, qui nocte cõtestationem posuit. Ibidem.G
Gregorius potius mori paratus erat, quàm Petri iura violari permittere. to.2.199.A
Gregorius noluit se immiscere bello Longobardorum. Ibidem.
Gregorius in morte alicuius se immiscere noluit. Ibidem.B
Gregorius ex humilitate vniuersalem se papam appellari prohibebat. to.2.202.L
Gregorius cõqueritur de doloribꝰ suis. t.2.218.C
Gregorius futura coniectat. to.2.222.B
Gregorius podagræ morbo laborabat. Ibidem. 227.H
Gregorius scripta sua respectu Augustini furfuri comparat. to.2.222.E
Gregorij variæ infirmitates. to.2.227.H L & so.sequen.K L
Gregorius gratulatur regiæ & reginæ Anglorũ super gentis suæ conuersione. to.2.232.M
Gregorius Græcarum literarum inscius erat. to.2. 234.D
Gregorius aliqua quæ non extant composuit opera. to.2.236.K
Pastorale Gregorij in linguam Græcam trãstulit Anastasius Antiochenus. Ibidem.I.
Commentaria Gregorij in beatum Iob, non sunt rudibus legenda. Ibidem.
Sermo beati Gregorii Papæ, tẽpore mortalitatis. to.2.240.A
Gregorius petit pro se orare. to.2.251.B

Gressus.

Quomodo deus gressus nostros dinumeret. to.1. 72.G
Quid gressus nomine designetur. to.1.125.I
Dominus districtè numerat gressus vnusquisque. Ibidem.K
Quotiẽs gressus noster de via declinet. t.1.126.B
Gressus hominum, sunt singulæ ipsorum operationes. to.1.145.C

Grex.

Gregum nomine imperiti designantur. to.1.96.D
Grex sanctæ ecclesiæ, quis est. to.1.118.G
Grex per pastoris lapsum non debet manere destitutus. to.2.154.F
Quomodo grex dei gubernari debeat. to.2.155.C

Gula & Gulosus.

Gula quot mala fecerit. to.1.180.C D
Non cibus, sed appetitꝰ in vitio gulæ est. Ibid.D
Rami gulæ. to.1.189.G
Gula sæpe loquacitatem & luxuriam generat. to.2.12.B & seq.
Gulosi quomodo sint admonendi. Ibidem.D
Gulæ detestatio. Ibidem.F
Gula per abstinentiam frangitur. to.2.310.L
Gula innumera vitiorum agmina ad animæ cõflictum producit. to.2.303.L M
Gulæ vitio reciso multa simul vitia subiugantur. to.2.303.M
Gulam pugnare est corpora abstinentiam ad vẽtris repletionem prouocare. to.2.302.I
Gulæ sancti viri illudunt. to.2.303.I
Gulæ effectus. to.2.302.H I
Gulæ origo. to.2.302.H
Gulæ species tres. to.2.269.B

Guttur.

Gutturis appellatione prædicatio designatur. to.2.52.K

Habitus.

Habitus militaris nulli ante triennium est suscipiendus. to.2.200.H
Habitus exterior clarus cum mentis granitate est accipiẽd. to.2.215.G
Habitus monachi, est contemptus mundi. tom.2. 236.K

Hæreditas.

Qui hæreditatem aut successionem parentum renuit, hæreditaria nõ debet onera subire. to.2. 190.A
Hæreditatis onera nõ fert, qui hæreditati aut redit aut renunciat. Ibidem.

Hæresis.

Anthropomorphitarum hæresis. to.1.192.C
Hæresis Arrij confutatio. to.1.196.I
Hæresis simoniaca est prima omniũ. to.2.144.K
Hæresis dicentium ecclesiam non esse generalem. to.2.147.D
De hæresi Donatistarum. to.2.164.E F & 175.I.176.C
Hæresis Nestoriana. to.2.180.I.233.F & sequentib.
Hæresis Macedoniana. to.2.180.I
Inquisitio super hæresi quomodo fieri debeat. to.2.185.D & seq.
De Pelagiana hæresi. to.2.187.H
Hæresis de descensu Christi ad inferos. tom.2. 194.I M
Eudoxij hæresis. to.2.202.K
De simoniaca hæresi. to.2.214.G & seq. copiosè.215.I.238.F
De hæresi Agnoitarum. to.2.221.I.222.M
Hæresis Ariana. to.2.233.E
Hæresis Bonosiacorum. Ibidem.F
Hæresis Cathaphrigarum. Ibidem.
Hæresis Montani. Ibidem.
Hæresis Nouati. to.2.274.H I
Hæresis Origenis. Ibidem.

Hæreticus.

Hæretici solam vetustatem quærunt. to.1.14.M
Hæretici plus ardẽtius appetũt sapere, ideo plusquàm necesse est student calere. Ibidem.
Hæretici nouæ vitæ cõuersationi negligunt. Ibid.
Hæreticorum conditiones. Ibidem M & seq.
Hæretici ad Ecclesiam quasi consolantes propinquant. to.1.15.A
Hæretici per decorem linguæ peruersa persuadere studeant. Ibidem.
Quare hæretici vocantur ecclesiæ amici. Ibidem.
Hæreticorum vitiorum ordo. Ibidem.
Hæretici dectinõ esse, sed videri appetũt. Ibid.B
Hæreticorum vestes sunt, qui eorum erroribus inuoluuntur. Ibidem.
Hæreticorum proprium quid sit. Ibidem.
Hæretici diuina verba plus discutiunt, quàm capiunt. Ibidem.C
Hæretici in præceptis dei per terrenam intelligentiam vltra suarũ mentiũ vires enitũtur. Ibid.
Quò diutius hæretici progrediuntur, eò maiorem confusionem acquirunt. Ibidem.C
Hæretici circa Christi incarnationem à fidelibus sæpe discordant. Ibidem.D
Hæretici tam in his quæ sciunt, quàm in his quæ ignorant infirmanti Ecclesiæ condescẽdere simulant. Ibidem.
Hæreticorum aduersus ecclesiam fraudes. Ibid.D
Hæretici malis amici sunt, loquẽtibus aduersantur. Ibidem.E
Hæreticorum aduersus fideles discordiæ. Ibid.
Hæreticorum simulationes. Ibidem.E F & 27.H. & 44.G H
Hæreticorum proprium est, bona malis permiscere. to.1.25.I

Hæretici mollitiem requirunt in Deo. to.1.26.
Hæreticorum fraus in reprehendendis alterum bonis. Ibidem.C D
Hæretici quasi de sanctitate securi sunt.to.1.27.C
Hæretici de sanctitatis præsumptione superbiunt. Ibidem.D E
Hæretici magnos se in omnibus æstimant. Ibidem.
Hæretici & hypocritæ nouas, & inaudita promittunt. Ibidem.
Hæretici latenter prædicant. Ibidem.
Hæretici communem scientiam habere nolunt. Ibidem.F
Hæretici occulta, vel noxia, semper exquirunt. Ibidem.
Hæretici alios sibi putant inferiores. Ibidem.G
Hæretici dum altiora dicere conantur, ipsi sibi testes sunt. Ibidem.F
Hæretici interdum vera & sublimia loquuntur. Ibidem.G & 73.I K & 104.G
Hæretici vocem domini se audisse simulant. to.1.27.H
Omnes hæretici Iudæorum perfidiã reprehendunt to.1.31.K
Hæretici quicquid ab ecclesia rectè agitur, semper ad vitium inflectunt. to.1.34.M
Ecclesia hæreticorum substantia non indiget. to.1.41.F
Hæretici iurgia quærunt. to.1.42.I M
Hæretici de temporali ecclesiæ animadversione gaudent. to.1.48.D
Hæretici se lucem veritatis tenere existimant. Ibidem.E
Hæreticorum verba ad catholicos. Ibidem.
Hæreticorum verbis difficilè creditur. Ibidem.F
Hæretici antiquos patres nobiscum laudant. Ibidem.G
Hæretici Ecclesiæ vitam detestantur. Ibidem.
Heretici vmbram falsitatis ad probandum quod prauè intelligunt de deo, instanter requirunt. to.1.68.H
Fraudem deo hæretici exhibent. Ibidem.I
Hæretici contra bonos falsa fingunt. to.1.73.E
Hæretici sanctæ Ecclesiæ in mysteriis incarnationis contradicunt. Ibidem.F
Hæretici diuinis mysteriis contradicunt. Ibidem.
Hæretici præsentes despiciunt, & antiquos secum sensisse fatentur. Ibidem.G
Omnes hæretici à sancta ecclesia sunt egressi. Ibidem.G & 106.H & 118.G
Hæretici verba dominicæ defensionis assumunt, vt docti esse videantur. Ibidem.
Hæretici interdum vera dictis permiscere solent. Ibidem.I K & 104.G H
Hæretici se doctis existimant doctiores. tomo.1.74.A & 92.G & I.
Hæretici putant magistros suorum errorum solos Ecclesiam rexisse. Ibidem.A
Consolatio hæreticorum, siue prauorum, est mala persuasio. to.1.76.A
Hæretici Ecclesiam in quibusdam incognitis superbire putant. to.1.79.I
Hæretici propter labores & flagella fidelium in arrogantiam extolluntur. Ibidem.M
Hæreticorum proprium est de suæ scientiæ arrogantia inflari. to.1.81.K
Hæretici tribulationes non nisi ex peccato esse suspicantur. to.1.82.C
Hæretici suos discipulos vestitos putant, quandiu suam retinent doctrinam. to.1.92.F G
Hæretici sanctam Ecclesiam de imperitia irrident Ibidem.
Heretici eloquentiæ student, & contra catholicos super doctrina gloriantur. Ibidem.
Hæretici inuident prosperitati Ecclesiæ. Ibidē.H
Hæretici quidam virtutibus studentes in vitia labuntur. to.1.92.H
Hæretici tribuunt fortitudini, & non veritati, quòd Ecclesia prosperet. Ibidem.
Hæretici fidelem populum perfidiæ culpis oppressum existimant. Ibidem.I
Hæreticorum error circa dei omnipotentiam. Ibidem.K
Hæretici fidelem populum à deo discessisse existimant. to.1.93.F
Typus hæreticorum. to.1.94.B
Hæretici quod capere non possunt, se perfectè scire gloriantur. to.1.96.C & seq.
Hæretici patrum instituta transgrediuntur. Ibi.D
Hæretici à gremio Ecclesiæ sunt alieni. Ibidem.
Hæretici non opus dei, sed suum peragunt. Ibid.F
Hæretici vt sanctiores videantur, solitariam vitam sibi deligunt. Ibidem.
Ad prædam vigilant hæretici. Ibidem.
Hæretici infirmis bona opera subtrahunt. Ib.G H
Hæretici deprædantes pupillos, vim faciunt. Ib.I
Hæretici peruersis mundanis adhærere cõtendunt Ibidem.& 97.D E
Hæretici & quilibet peruersi super insontum electione gaudent. Ibidem.G
Hæretici nec in fide Ecclesiæ, nec in via charitatis ambulant. Ibidem.K
Hæreticos vita sua arguit. to.1.98.I
Violenti dicuntur hæretici. to.1.104.C
Quomodo hæretici partem & hæreditatem à deo suscipiunt. to.1.104.D
Quomodo filij hæreticorum non satiantur pane. Ibidem.
Viduæ hæreticorum quæ sint. Ibidem.E
Hæretici adductis authoritatibus sæpe vincuntur. Ibidem.F
Hæretici per decem leprosos à deo mundatos figurantur. to.1.104.G
Hæreticus sequaces suos ab æterno igne liberos fore pollicetur. Ibidem.H
Hæretici potentum seculi patrociniis fulciuntur. Ibidem.
Hæreticus tineæ comparatur. Ibidem.
Hæretici assertionum suarum principia de sanctis libris assumunt. to.1.105.I K
Hæretici proferunt sæpe quæ in sacris non continentur libris veteribus. Ibidem.
Gaudent hæretici nouitate verborum. Ibidem.
Hæreticus deum non diligit. Ibidem.M
Quomodo differunt hæretici & schismatici. Ibidem.
Hæretici de iustitia sua gloriantur, nos iniquos esse aut fuisse criminantes. to.1.106.B
Hæretici conuersos de præteritis peccatis accusant Ibidem.
Hæretici contra matrem suam bella parauerunt. to.1.110.A
Quidam hæreticus dixit, nõ inuideo Christo deo facto: quoniã si volo, & ipse possum fieri. Ib.C
Persecutiones verborũ ab hæreticis. to.1.112.I K
Persecutiones gladiorum ab hæreticis. Ibidem.
In culpa hæretici cõcordant, in sententia vero discordant. to.1.114.A
Fraus hæreticorum. Ibidem.
Hæresiarchæ pessimi. to.1.118.G
Sancta Ecclesia cuncta hæreticorum opera contemnit. Ibidem.
Hæretici charitatem dei & proximi deserunt. Ibidem.G H
Hæretici interdum signa atque miracula faciunt. Ibidem.
Hæretici quò de deo plus volunt sapere, eò plus amittunt. Ibidem.K
Hæretici sub nomine Christi militant contra nomen Christi. Ibidem.
Hæretici ea scire negligunt, ex quibus eruditi potuerant. Ibidem.
Hæretici non ad medullam scripturæ perueniunt, sed solum corticem rodunt. Ibidem.M
Hæretici quasi certas sententias dare de incognitis præsumunt. Ibidem.
Quare hæretici dicuntur esse in solitudine. Ibidem.
Hæreticorum intentio in auaritia est. to.1.119.B
Hæretici in verbis suis plærunq; sola exteriora lucra sectantur. Ibidem.C
Hæretici culpis culpas addere non credunt. Ib.F
Quid sit hæreticos herbas & arborum cortices mandere. Ibid.B & 119.M & seq.
Hæreticorum sacrificia accepta deo esse non possunt, nisi pro eis vniuersalis Ecclesia offerat. to.1.134.D
Hæretici quos in Ecclesia venerari conspiciũt, de vectationibus lacerare cõtendunt. to.1.135.E
Hæretica doctrina nitore eloquij resplendet. to.1.182.E
Hæretici pectum mundi defensionibus quasi armis se tegunt. to.1.187.C
Hæretici sonum bene loquendi habent, sed sensum bene viuendi non habent. to.1.194.K
Hæresiarchæ & principes malitiæ sunt ossa Antichristi. Ibidem.I K
Quidam hæretici existimant inferni tormẽta esse solum minas ad arcendos homines à peccatis. to.1.207.G H
Hæretici ad ecclesiam sine eius precibus redire nõ possunt. to.1.210.G
Hæretici extra Ecclesiam positi, incarnationis mysteria sicut sunt non agnoscunt. Ibidem.I
Hæreticorum reuertentium superbia septem sacrificiis expiatur. Ibidem.
Hæretici per tauros & arietes designantur. Ibidẽ
Per vulpes. to.2.46.K
Hæretici sunt monendi ne legem dei in sacrificiũ satanæ vertant. to.2.14.A B
Hæretici etiam cum periculo sunt in communionẽ suscipiendi. to.2.55.H
De concilio contra hæreticos faciendo. to.2.160.G
Hæretici, si possunt, contra catholicam ecclesiã venena sua effundunt. Ibidem.
Qui corpus & sanguinem Christi hæreticis vendiderit, ab illis tractandis submouetur. to.2.164.F
De compescendis hæreticis. to.2.177.E
Et quòd eorum prauitatem lex persequitur. to.2.175.I
De condemnatione hæretica. to.2.192.I
Hæreticorum bella noua. to.2.199.E
De Frontinianistis hæreticis. to.2.222.B C
Quid hæretici reuersi promittere debeant. to.2.233.E F
Forma abiurandi hæresim. to.2.257.G
Hæretici inter fideles non habitent. to.2.259.I K
Hæretici per humanam sapiẽtiam diuinitatis & humanitatis Christi sacramenta euacuant. to.2.266.D
Hæreticorum punitio. to.2.283.I

Halleluia.

Halleluia, ex Hieronymi traditione, à Hierosolymorum Ecclesia tractum est. to.2.210.E

Hamus.

Hamus linea est per antiquorum patrum propagine memorata. to.1.199.A
In hamo captus est diabolus. to.2.116.E & seq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hasta.

Hastæ & thoracis differentia. to.1.205.M
Per hastam prædicationis iaculum designatur. Ibidem.
Hastam vibrare quid signet. to.1.206.G

Hastile.

Hastile candelabri ipsa Ecclesia est. to.2.61.F

Hebes.

Hebetibus prædicandum est quicquid de superna sapientia cognoscitur. to.2.8.H
Hebetes melius aliorum exempla conuertunt. Ibidem.I

Hebræi.

Vir vnde Hebræi appellati sunt, ex gentibus electus est. to.2.92.A

Helena.

Helena Constantini mater imperatores conuertit ad fidem. to.2.232.M

Heli.

Heli cum filiis percussus est, quia eos noluit delinquentes castigare. to.2.5.I
Heli non solum vetus sacerdotium, sed & veterũ doctrinam designabat. to.2.266.L
Heli non sufficienter humilis erat. tomo.2.273.M & seq.
Heli mortuus est cum esset.98.annorum. tomo.2.278.E F
Heli pro dissolutione suæ percussus. to.2.315.H
Heli vita propria iustus, sed auctoritate pastorali remissus. to.2.315.H

Helias.

Helias audito sibilo auræ tenuis, vultum suum operuit. to.1.29.E
Helias in Achab idololatram. to.1.41.K & LM
Helias à domino visitatus mulieris insidias expauit. to.1.47.B
Et hoc post multa miracula. to.1.111.M
Helias & Enoch in fine prædicantes occidentur. to.1.52.C
Helias pro aliis deum placauit, pro se non potuit. to.1.53.H
Helias in fine reducet corda filiorum ad patres suos. to.1.67.H
Quomodo Helias restituturus est omnia. to.1.123.C
Helias ad cœlum raptus mortem distulit, nõ euasit. Ibidem.
Helias erit præcursor dici iudicij. to.1.212.E
In Heliæ timoris erat infirmitas, licèt fortitudinis custodia esset. to.2.79.C
Helias in cœlum assumptus est. to.2.119.F G
Helias nec vxorem nec filios habuisse reperitur. Ibidem.

Helisæus.

Helisæus in Ioram. to.1.41.K
In Naaman. Ibidem.L M
Helisæus filium Sunamitis per seipsum suscitauit. to.1.56.K
Helisæus Christum figurauit in suscitatione filij Sunamitis. Ibidem.
Helisæus aquas Iordanis non virtute chlamydis Heliæ, sed dei nomine diuisit. to.2.19.L
Helisæus misit lignum in aquam, & natauit ferrum amissum. to.2.55.C
Helisæus ignorabat quoties Syria peruenteretur à rege Israel. Ibidem.D
Helisæi miraculum de vidua. to.2.57.L

Heliu.

Heliu iunior tribus amicis Iob adiungitur. to.1.134.B
Heliu vanæ gloriæ amatores signat. Ibidem.M
Item arrogantes. Ibidem.F
Nomen Heliu, loci & cognationis intentionem ipsius designant. Ibidem.K
Heliu interpretatur, deus meus iste. Ibidem.E

Herba.

Herba multipliciter dicitur. to.1.172.H
Herba scientia atque doctrina æternæ vitæ. Ibi.
Herba bona operatio dicitur. Ibidem.
Herba sustentatio prædicantium. Ibidem.
Herba dicitur vigor gloriæ temporalis. Ibidem.
Herba dicitur refectio diaboli. Ibidem.

Herculanus.

De Herculano Perusino episcopo. to.2.30.G H
Crudele Totilæ edictum in Herculanum episcopum. Ibidem.
Herculani caput corpori post mortem reunitum. Ibidem.
Martyrium Herculani. Ibidem.

Hericius.

Hericius malitiosos designat. to.1.203.B
Hericij nomine impiæ mentis, seq; callidè defendentis duplicitas designatur. to.2.9.I
Hericij natura. Ibidem.L M

Herodes.

Herodes cupiens à Christo miraculum videre, non vidit. to.1.65.I K
Herodis simulatio fraudulenta. to.2.103.B

Herodius.

Herodij natura. to.1.183.C
Per Herodiũ quid designetur. Ibid.CD & .185.F

Hieremias.

Quare Hieremias maledixit homini nuncianti patri suo natiuitatem. to.1.17.B
Hieremias cùm à deo ad prædicandum mittitur, ne mitti debeat humiliter reluctatur. to.2.3.A
Quare Hieremias renuit mitti à deo ad prædicandum, & Esaias se obtulit. to.2.193.F G

Hiericho.

Hiericho, luna interpretatur. to.2.98.G

Hieroboam.

Hieroboam fecit altare idolis in Bethel. to.1.41.I
Manus Hieroboam in virum dei extensa aruit. to.1.41.K
Vir dei prophetes ad Hieroboam missus. Ibi.I M

Hierosolyma.

Hierosolyma euersa Iudæi per vniuersum orbem translati. to.1.51.M
Hierosolymæ vrbis obsessio & destructio prædicitur. to.2.75.M
Hierosolymorum excidium. to.2.278.A B

Hierusalem.

Quid sit Hierusalẽ vsque ad fundamentũ exinanisse. to.1.147.F G
Quid sit ciuitatem Hierusalem in latere describere. to.1.149.L M
Hierusalem visio pacis interpretatur. to.2.47.K 70.M.148.K
Per Hierusalem ecclesia designatur. to.2.51.A 142.G & seq.
A Hierusalem ad Babyloniam venire. tomo.2.70.M
Locus dei est Hierusalem. to.2.71.B
Hierusalem visitauit Christus per suam incarnationem. to.2.131.K
De cœlesti Hierusalem. to.2.203.E
Ciues Hierusalem operibus Babyloniæ interdum seruiunt, & contra. Ibidem.

Hiezabel.

Hiezabel Antichristi operibus adhæsit. to.1.169.H

Historia.

Quæ secundũ historiam accipi possunt, plerunque spiritaliter accipienda sunt. to.2.77.C

Histriani.

Histriani ad fidem reuersi. to.2.213.D

Hœdus.

Per hœdos immundæ cogitationes designantur. to.2.45.D

Holocaustum.

Holocaustum dare, est totam mẽtem igne compunctionis incendere. to.1.4.C
Holocaustum dicitur totum incensum. to.1.4.C. & .191.K & to.2.76.I
Holocaustum nostrum & sacrificium, quomodo differant. to.2.76.I. & .92.D
Holocaustum lachrymis lauandum est. tomo.2.92.B C E F G
Holocaustum domino fieri quid sit. Ibidem.B & sequen. copiosè.
Holocaustum in ostio portarum lauare quid sit. Ibidem.D
Holocaustum sine fletu imperfectum est. tomo.1.304.G
Holocausta & victimæ non sunt quæ præter obedientiam fiunt. to.2.321.K L M

Homilia.

Homilia vnde dicatur. to.2.97.G
Homiliæ.40.Gregorij, quare recto ordine nõ sunt positæ. Ibidem.I
Homiliarum liber diuisus est in duas partes. Ibidem.H

Homo.

Homo est spiritus & caro. to.1.18.A
Homo tribus modis dicitur. to.1.19.E
Homo in quibusdã hosti suo etiã nolens inseruit. to.1.21.G
Homines iumentis præsunt. Ibidem.H
Tria sunt hominum genera. to.1.26.B
Si homo non peccasset, fuisset in carne spiritalis, qui est in mente carnalis. to.1.28.L
Homo nascitur ad laborem. to.1.32.I
Homo est omnis creatura. to.1.33.C. & to.2.119.C
Homo ad contemplandum creatorem suum conditus est. to.1.37.F.44.E.55.G
Primus hominis lapsus. to.1.44.E & .169.M
Locus hominis est conditor eius. to.1.45.F
Carcere quomodo homo circundatur. Ibidem.M
In breuitate huius vitæ magnificatur homo dono virtutum. to.1.46.L
Quomodo deus hominem magnificat. Ibidem.M
Quomodo deus hominem sibi contrarium ponit. to.1.47.F
Quia homo de humo sumptus est, iudicia dei discutere dignus non est. to.1.53.F
Quod homo apprehendere non valet, non requirat. Ibidem.
Homo ne finiatur viuere appetit, sed quotidie ad finem tendit. to.1.55.G
Hominis expulsio à paradiso. Ibidem.
Homo factus est vt lutum. to.1.57.M
Quomodo homo interior sicut lutum existit. to.1.58.A
Homo reductus ad veniam, sub disciplina melius viuit. Ibidem.K
Homo acceptis virtutibus, sæpe in audaciam suæ præsumptionis erigitur. Ibidem.
Homo lapsus in peccati foueam suis viribus surgere non valet. Ibidem.L
Homo est cœlum, infernus, terra, & mare. tomo.1.62.D E
Plerunque homini non vacat quod & brutis animantibus. to.1.63.A
Homo quomodo dicitur includi à deo. to.1.66.K L
Homo ex culpa venit ad pœnam, ex pœna verò ad amorem. to.1.69.I
Quare homo stipula dicitur. Ibidem.M
Pes hominis quomodo in neruo ponitur. to.1.70.C
Quare homo folio comparetur. to.1.69.M

Homo quasi putredo consumitur, dum carnis suæ corruptione conteritur. to.1.70.D
Homo nascitur in mundo sicut flos in campo. Ibidem.H
Homo nō solum exterius, sed interius patitur mutabilitatem. Ibidem.I
Quare homo umbræ & non soli instabili cōparatur. Ibidem.
Homo semper ad deteriora tendit, nisi disciplina arceatur. Ibidem.K
Homo per seipsum mundus esse nō potest. Ibid.L
Homo lignum dicitur. to.1.71.E
Homo patriam volens perdidit, à peregrinatione verò sua inuitus expellitur. Ibidem.I
Homo peccator moritur in culpa, nudatur à iustitia, & consumitur à pœna. Ibidem.
Homo ab humo appellatus est. to.1.73.K
Omnes homines per naturam sunt mutabiles, sed per gratiam sunt immutabiles. Ibidem.L
Quomodo homo quasi aquas iniquitatem bibat. Ibidem.M
Homo est abominabilis & inutilis. Ibidem.
Homo tanto diabolum intolerabiliorē facit quāto se ei magis subiicit. to.1.77.D
Homo putredini subiectus est propter peccatum. to.1.79.A
Homines suspicātur sibi fieri quod aliis faciunt. Ibidem.K
Homo ex robore & infirmitate compositus est. to.1.80.H
Homines ex anima inuisibili & corpore visibili consistunt. to.1.89.L
Plus appetunt homines seruire hominibus quos vident, quàm deo quem non vident. Ibidem.
Homines quidam deo militant. to.1.99.L
Homo sponte sua factus est debitor mortis. to.1.101.I
Aliud est homines esse sapientes in deo, & esse sapientiam dei. to.1.109.H
Quanto magis homines in sapientia diuina proficiunt, tanto magis se nihil esse cognoscunt. Ibidem.I.
In homine aliud est esse, aliud viuere. Ibidem.
Terrenorum hominum conditiones. to.1.116.A to.2.131.F
In hominibus charitatis humilitas, nō autem debent virtutum signa venerari. to.1.118.I
Homo ceteris animalibus nō hominibus natura prælatus est. to.1.127.A B
Plus libet homini intueri quod sibi in se placet, quàm quod sibi in se displicet. to.1.129.F
Homo non perfectè sufficit ad vtraque diuisus. to.1.137.G
Homo de seipso nil nisi peccatū fecit. to.1.138.C
Homo debet se suis meritis agnoscere infirmum. to.1.139.M
Homo redemptus ad hoc percipiendum rediit ad quod conditus fuerat. to.1.140.B G
Homo pulvis est & cinis. to.1.143.M
Homo debet hominū ducatū suscipere, qui nescit homines bene viuendo præire. to.1.144.F
Homo nō ex eo quod ipse est, sed ex his quæ circa ipsum sunt honorari debet. Ibidem.I
Homo post primū peccatū cœpit per ætates trāsire ad mortem. Ibidem.M
Dum homo hominibus esse similis dedignatur, apostatæ angelo similis efficitur. to.1.153.D
Duæ sunt partes hominum, quæ simul combinatæ quatuor ordines constituunt. Ibidem.K
Omnis homo inquantum rationalis, debet ex ratione cognoscere eum à quo cōditus est esse deū. to.1.157.D
Homo naturaliter cognoscit, quid bonū & quid malum. to.1.160.M
Homo potest dici deus, nō coli vt deus. to.1.169.M
Homo peccando dei similitudinē perdidit. to.1.170.C
Homines quando esse incipiunt. Ibidem.E
Homo de terra factus est, & in terra positus. to.1.173.M
Homo exterior & interior, quomodo sibi inuicē seruiant. to.1.180.G
Nullum irrationale cum homine creatum est. to.1.193.F
Nōnulli apud homines carnales reputantur, qui apud deum sunt spiritales. Ibidem.G
Homo ex septem qualitatibus cōstat. to.1.213.B
Quomodo isdem homines dei iudicia sciant & nesciant. to.2.26.C
Quomodo similitudo hominis sit in quatuor animalibus. to.2.57.C & seq.
Cur homo & leo à dextris ipsorum quatuor, vitulus verò à sinistris ipsorum quatuor perhibetur. to.2.59.A
Vetus homo in quo consistat. to.2.70.D
Hominum diuersitas in ecclesia. to.2.84.A
In quo cōsistat hominis perfectio. to.2.87.I K
Hominum mutabilitas. to.2.98.B C
Genus humanum quando receperit lumen quod amiserat. Ibidem.G
Homines, ante Christum natum, discordiam cum angelis habuerunt. to.2.101.M
Homines varij variis inuoluuntur vitiis. to.2.116.D E
Hominum dignitas magna est, qui amici dei vocantur. to.2.117.L
Homines quare honorare debemus. to.2.118.L
Homo sexto die factus est. to.2.121.I
Homo non valet apprehendere quod vltra ipsum est, si nescierit mactare quod est. to.2.122.D
Homines cum angelis in cœlum ascendere cupiētes, angelos imitari debent. to.2.125.C
Distinctæ conuersationes hominum, singulorum agminum cœlestium ordinibus congruunt. Ibidem.C & seq.
Tot ascendent homines in cœlum, quot illic remāserunt angeli electi. Ibidem.
Prius corda hominum, & pòst elementa turbantur. to.2.126.F
Trimus homo duos habuit filios, vnū electum, alterum reprobum. to.2.130.F
Homine nihil infirmius. to.2.137.I
Homo vetus quid facit. to.2.141.F
Homo fœno comparatur. to.2.144.B
Hominis dignitas super cætera animalia. to.2.145.D
Homo mirabiliter conditus est, sed mirabilius redemptus. Ibidem.H
Homo liber non habens vnde soluat, non teneri debet pro debito. to.2.177.A
Hominibus ignotis non est passim credendum. to.2.210.H
De malis hominibus nō admittendis in societatem. to.2.226.A D
Homines cur non facile spiritalia credunt. to.2.36.E
Homo nummus est argenteus. to.2.271.A
Homines & filij dei differunt. to.2.266.G
Homo foris deus intus & nō homo operatur. to.2.326.H

Honor.

Honores sæpe mutant mores. to.2.2.G
Honores & diuitias honoramus potius, quàm homines ipsos. to.2.118.I
Honores transeūtes cōtemnendi sunt. to.2.134.G
Honori huius mundi non est arridendum. to.2.153.A G
Honor malis exhibitus, in eorum cōmutatur ruinam. Ibidem.E
Honor prælationis facit perdere alta contemplationis Ibidem.E
Honorem aliorum præripere quis nō debet vt seipsum honoret. to.2.181.K
Honore crescente sollicitudo crescere debet. to.2.185.A
Honore crescente dignitatis, maior vigilantia crescere debet. Ibidem.
Honor nulli prouenire debet cū iniuria alterius. to.2.202.I.
Honorem exhibere maioribus, valde laudabile est. to.2.238.D
Honoribus ecclesiæ pauci se subtrahunt, multi se ingerunt. to.2.301.G H
Honor dignitatis per seipsum magnum sit onus mentis. to.2.301.G

Honorari.

Qui honoratur in vita, in peruentione damnabitur. to.1.32.B

Honoratus.

De Honorato abbate monasterij Fundensis. to.2.19.E F
Honoratus carnes non edebat. Ibidem.F
Honorati abstinentia. Ibidem.
Piscis montanus Honorati. Ibidem.
Honoratus saxi molem cadentem, nomine Christi inuocato, fecit in montis latere stare. Ibid.F G

Hora.

Horæ ministerij statuendæ sunt. to.2.293.D E

Hortulanus, & Hortus.

Hortulani Fundensis ad fidem liberalitas. to.2.20.B
De Hortulano monacho monasterij Fundensis. Ibidem.A
Hortus sancta ecclesia dicitur. to.2.48.M
Hortus nucum, corda sunt sanctorum. to.2.51.L

Hospes.

Hospitem suscipiens, suscipit Christum. tom.2.144.E
De hospitibus & pauperibus. tom.2.165.M & sequentib.

Hospitalitas.

Hospitalitas cuius sit fructus. to.1.130.K L
Hospitalitatis commendatio. to.2.114.C
Hospitalitatem nesciens non fiat episcopus. to.2.247.H I

Hostia.

Partes hostiarum sacrificatarum quid significent. to.1.58.F G
Salutari hostia post mortem non indigebimus, si ante mortem dei ipsi hostia fuerimus. tom.2.44.C
Hostiam altaris magnæ esse efficaciæ, notabili ostenditur exemplo. to.2.129.E
Hostia altaris multum valet ad absolutionem nostram. Ibidem.
Hostia mentis eius deuotio est. to.2.293.F
Hostia interdum munda, interdū munda & mūdans. to.2.293.G
Hostia solennis ecclesiæ. to.2.258.E

Hostis.

Hostes sabbata videntes irrident. to.1.28.E
Facilè hosti resistitur si nō ei, vel in multis lapsibus, vel in vno diutius cōsentiatur. to.1.77.D
Contra hostis nostri insidias, cautela est adhibenda. to.1.117.G
Hostes armati, sunt immundi spiritus. to.1.188.I
Armatis hostibus in occursum pergere. Ibidem.
Hostes humani generis qualiter disperdantur à deo. to.2.151.F

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De inuasione hostium. to.2.231.B
Hostes nostri in circuitu nostro sunt. to.2.297..A
Hostis antiquus in iuuenum nequitia valde reficitur. to.2.290.M
Hostis antiquus semper bene agentibus aduersatur. to.2.290.C

Humanitas.

Humanitatis nomine carnalium sectatores designantur. to.1.110.M
Humanitatis vocabulum non habet rationem elationis. to.1.127.C

Humanus.

Humanum genus in primo parente à sublimibus ad ima corruit. to.1.55.H
Humana natura non nisi dei gratia erigitur. to.1.72.F
Cur deus humanam naturam in tantã cadere cæcitatem permisit. to.1.90.I
Omnis dignitas humanæ conditionis, ad obsequium Christi inclinatur. to.2.145.M
Omnis humana, iusta aut pulchra, iustitiæ dei aut pulchritudini cõparata, nec iusta nec pulchra sunt, nec omnino sunt. to.1.209.I
De humanis laudibus vitandis. to.2.166..A

Humiliare.

Qui se sponte non humiliat, non hunc sequens gloria exaltat. to.1.50..A
Quot nunc pro dei amore se humiliant, tot in iudicio lampades exorescabunt. to.1.65.I
Humiliari pro defectu virtutis sæpius accipitur. to.2.307.D

Humilis.

In sublimi humiles ponuntur. to.1.33.D.& seq.
Humilium conditio. to.1.130..A
Humiles ad locum superborum eriguntur. tomo.1.146.G
Ille est verè humiles in bonis, qui non est defensor in malis. to.1.149.B
Deum non nisi humiles contemplari possunt. tom.1.163.D
Quidam humiles corde refugiunt despectum exteriorem. Ibidem.G
Humiles cœlum petunt, dum se inferius deiiciũt. to.1.192.M
Non est verè humilis, qui diuino nutu vt debeat præesse intelligit, & tamen præesse contemnit. to.2.2.M
Humiles dum se deiiciunt, ad dei similitudinem ascendunt. to.2.11.I
Humiles sæpe ex timore peccant. Ibidem.
Vallis humilem designat. to.2.110.L M
Humilibus deus misericordiæ suæ dona non denegat. to.2.169.L
Humilis est in oculis suis qui se perfectè respicit. to.2.321.D E
Humilis quis dicitur. to.2.325.L M

Humilitas.

Locus sanctorum, humilitas. to.1.14.K L
Humilitas lamenti, curatio est peccati. Ibidem.
Vera humilitas per Iob in sterquilinio designatur. to.1.15.M
Humilitas generat amorem. to.1.41.L
Humilitas ante districti iudicis oculos, cæteris virtutibus præeminet. to.1.56.C
Humilitatis effectus est salus. to.1.93.M
Paupertatis nomine humilitas designatur. tomo.1.96.E
Potentibus viris, magna est virtus humilitatis. to.1.127..A
Humilitas & pietas debent inter se esse cõnexæ. Ibidem.F G
Minus inops est qui vestem non habet, quàm qui humilitatem. Ibidem.I
Perfectæ humilitatis indicium est peccatum accusare, & accusantibus non negare. to.1.131.C
Ex humilitate vera, secura nascitur auctoritas. Ibidem.E
Humilitas est magistra & mater omnium virtutum. to.1.136.E.& seq.
Item custos. to.2.101.H
Lumen intelligentiæ humilitas aperit, superbia abscondit. to.1.147.L
Per humilitatis custodiam, seruanda est munditia castitatis. to.1.151.G
Saul per humilitatem prælatus est, per superbiam reprobatus. to.1.153.D
Seruanda est in corde humilitas, & in opere disciplina. Ibidem.G
In cordibus sublimium, regnat humilitas morũ. Ibidem.H
Cùm humilitas per tentationem proficit, prospera est ipsa aduersitas quæmentem ab elatione custodit. to.1.156.F
Humilitas est origo virtutis. to.1.163.F
Comparatio humilitatis Christi ad superbiam diaboli. to.1.209.B
Auctoritates humilitatis Christi, & superbiæ diaboli. to.1.209.B
Euidentissimum electorum signum, est humilitas. Ibidem.F
Humilitas non debet deiicere prælatos. to.2.5.G
Humilitas dei inuenta est nostræ redemptionis argumentum. to.2.11.I
Quantum in exhibendis virtutibus humilitas valeat. to.2.19.L
In rebus dubiis humilitas seruari iubetur. tomo.2.75.H
Humilitas in proximos libera esse debet. Ibidẽ.
Opera bona sine humilitate nihil sunt. tomo.2.101.I
Qui sine humilitate virtutes congregat, quasi in ventum pulucrem portat. to.2.137.K
Humilitas vera per quid cognoscitur. to.1.139.E
Humilitatis virtus quomodo est seruanda. tomo.2.155.K
Humilitas habenda est erga eos qui nos affligũt. to.2.163.F
De humilitate tenenda in prosperis, & aduersis. to.2.170.D E
Humilitas concordiam Ecclesiasticam custodit. to.2.182.G
Humilitatis & superbiæ collatio. Ibidem.M
Humilitatis laudes. Ibidem.L M
Humilitas valde commendatur in episcopis. Ibidem.
Humilitas subditorum acquirit arcana quæ superiores per superbiam perdunt. to.2.271.M
Humilitas vera est quæ se ad culpæ emendationem offert. to.2.273.M
Humilitas magna acta laudabiliter celat. tomo.2.310.C

Hus.

Hus terra est gentilium. to.1.1.D
Hus interpretatur conciliator. to.1.2..A

Hyades.

Hyades pluuias prognosticant. to.1.52.K
Hyades stellæ, signant Ecclesiæ doctores. Ibidem.

Hyems.

Hyems est vita præsens. tomo.1.160.I.& tomo.2.46.F

Hypocrisis.

Hypocrisis contra veritatem prænalere non permittatur. to.2.181.B

Hypocrita.

Quòd hypocritæ, qui quasi stellæ in nocte videntur, erroris sui caligine obscurentur. to.1.18.K.& seq.
Hypocritarum fraudes. to.1..G.M
Hypocrita omnes virtutes vitiis simulat. Ibidẽ.
Hypocritarum laus præda dicitur. Ibidem.
Vita hypocritarum. to.1.48.H.& seq.
Hypocritæ ex munere diuino viriditatem bonæ operationis accipiunt. Ibidem.
Hypocritæ sanctus esse non appetit, sed vocari. Ibidem.K
Hypocritarum opera, ante finem vitæ deficiunt. Ibidem.
Spes hypocritarum quæ sit. Ibidem.M
Hypocritæ vitibus neglectis assimilantur. tomo.1.49.B
Tandem hypocrita sapit. Ibidem.B.& seq.
Hypocritarum fiducia aranearũ telis similis est. Ibidem.C D
Hypocritarum abstinentia. Ibidem.D
Hypocrita nisi opinionis suæ gloriam quærit. Ibidem.F
Hypocritæ domus, est delectatio fauoris. Ibidem.
Hypocritæ multa in occulto mala faciunt, in publico bona. Ibidem.G
Hypocritæ in hac vita recipiunt mercedem suam. Ibidem.H
Hypocritæ reprobatio in iudicio. to.1.49.H
Hypocrita dum vivit, sanctus ab omnibus reputatur, in iudicio iniquus. Ibidem.K
Hypocritæ suæ opera perdidisse putant, si à nemine conspiciantur. to.1.50..A
Hypocritæ quotidie altiores videri cupiunt. Ibidem.C
Hypocrita cogitationes suas in exquirenda hominum admiratione multiplicat. Ibidem.
Deus hypocritis largitur dona operis, sed sortem denegat hæreditatis. Ibidem.G H
Hypocritæ pro peccatis alienis cruciabuntur. Ibidem.I
Hypocritæ nomen suum dilatare student. tomo.1.51..A
Hypocritæ sola præsentia curant. Ibidem.B
Hypocritæ dum hominum iudicia quærunt, diuino se iudicio non exhibent. to.1.69.D
Conditiones hypocritarum. Ibidem.E F.& 184.E.& seq.& to.2.59.C
Hypocritæ, in conspectu dei, aridi sunt & infœcundi. to.1.75.D
Hypocritæ congregatio inutilis est. Ibidem.D.& sequentibus.
Cæpta bona non amitteret, si hypocrita nõ fuisset. to.1.75.G
Mens hypocritæ nunquam vacat à malitiæ cogitatione. Ibidem.H
Mens hypocritæ semper præparat dolos. Ibidẽ.I
Hypocrita ab his qui exteriora & non interiora cernunt, gloria afficitur. to.1.86.B
Hypocritæ conuersatio. Ibidem.
Hypocritæ gaudium, ad similitudinem pũcti est. Ibidem.C
Hypocritæ superbia, quomodo ad cœlum ascendere dicitur. Ibidem.
Hypocrita sterquilinio similis dicitur. Ibidem.D
Vita hypocritarum in fine ab omnibus plerũque recognoscitur reproba. Ibidem.C
Vita hypocritarum visio phantasmatis est. Ibidem.D
Hypocritarum finis. Ibidem.D E.& G H
Locus hypocritæ cor adulantium est. Ibidem.F
Adolescentia hypocritæ. Ibidem.G
Ossa hypocritæ cum eo in pulucre dormiunt. Ibidem.G H
In ore hypocritæ malum dulce est. to.1.86.H
Hypocrita malum sub lingua, non in lingua, habent.

bent. Ibidem.H I
Hypocrita sacris literis interdum studet ad inanem gloriam. Ibidem.L
Hypocrita sæpe in hæresim labitur. Ibidem.
Hypocritæ studium inane. Ibidem.
Hypocrita vult scire diuina, & non facere, rectè loqui, & non viuere. Ibidem.L M
Hypocrita propter doctrinam grauius damnabitur. Ibidem.M
Hypocrita vt sic iudicabitur. to.1.87.A
Hypocrita lucra præsentia quærens, futura despicit. Ibidem.D
Hypocrita nec deum, nec proximum, diligit. Ibidem.F
Hypocritarum & peccatorum damnatio, & tormenta. Ibidem.F
Hypocrita moriens nil de bonis suis secum tollet. Ibidem.I
Dominus super hypocritam bellum suum pluit. Ibidem.M
Hypocrita actiones bonas in superficie ostendit. to.1.88.E
Hypocritæ supremum iudicium. Ibidem.I
Hypocrita Græcè, dicitur Latinè simulator. tomo. 1.103.C
Hypocritarum proprium. Ibidem.H
Quæ est spes hypocritarum. Ibidem.L
Deus tempore angustiæ hypocritæ clamorem non audit. Ibidem.
Hypocrita in deo delectari non potest. tomo. 1. 104.A
Hypocrita deum invocat solum in angustia.
Hypocritarum fictiones. to.1.182.C
Quis verè hypocrita. to.1.148.D E
Quomodo dominus regnare faciat hypocritam. to.1.148.M.149.A
Hypocritæ etiam cum vincti ad infernū trahuntur, sua peccata confiteri recusant. to.1.154.F
Hypocritæ foris ostendendo seruant, quæ intus vi uendo impugnant. Ibidem.H
Hypocritæ tales cupiunt apud humana iudicia remanere, quales studuerūt se semper ostendere. Ibidem.I K
Hypocritarum deceptio. Ibidem.& seq.
Hypocritæ sanctitatis speciem, non charitatis habent. to.1.183.C D
Hypocritæ recta loqui non desinunt, licèt peruersa semper operentur. Ibidem.G
Quàm parum hypocrita discipulos suos foueat. Ibidem.I K
Hypocritæ charitatis viscera nesciunt. tomo. 1. 184.A
Hypocritæ vtilitatem temporalium, vtilitati animarum præponunt. Ibidem.C D
Hypocrita suorum subditorum correctionē negligit. Ibidem.D
Hypocritæ animas hominum quæ dei sunt, perdere non timent. Ibidem.E
Hypocritarum & infirmorum differentia. Ibidē. F.& seq.
Hypocritas deus dedit in reprobum sensum. Ibidem.H I.
Hypocritam deridere deum quid sit. Ibidem.K
Hypocritam deridere equitem, quid sit. Ibidem.K
Deus sanctis suis hypocritarum mētes manifestat. to.1.201.E
Hypocritarū facies rationalis, sed corpus bestiale est. to.1.203.B
Hypocritarum prædicantiū fraudes. Ibidem.H I
Hypocritæ monendi sunt, ne quæ agunt recta, despiciant. to.2.17.L
Hypocritæ viuunt aliis, & sibi moriuntur. Ibidem.M
Hypocritæ pardis comparantur. to.2.48.H
Hypocritæ sunt reprobati. to.2.138.F
Hypocritæ qualiter decipiant homines. tomo. 2. 181.C
Hypocritæ vnum intus alterum foris simulant. to. 2.323.E

Hyssopus.

Hyssopum offerre quid sit. to.1.36.C D
Hyssopus est herba, Christi humilitatem significans. to.2.140.K

Iacere.

Iacere in malam partem sæpissimè capitur. tomo. 2.272.D
Iacere ad negligentiam pertinet. to.2.272.B

Iacob.

IAcob Iudaicum designat populum. tomo.1.9.E
Iacob fratrem fugiens, ipsum domuit. to.2.62.G
Iacob qui angelum tenuit, vno pede claudicauit. Ibidem.M
Iacob in tabernaculis. to.1.25.C
Iacob pro Rachel seruiuit, & Liam accepit. tomo. 1.36.I
Quare Iacob prius Liam quàm Rachelē duxit. Ibidem.
Iacob deum non nisi in angelo vidit. to.1.110.H
Iacob duodecim filios habuit, vnum innocentem, ceteros fratris venditores. to.1.123.M
Quid sit, quòd Iacob virgas populeas, & amigdalinas decorticauit. to.1.124.G H
Labor in Iacob. to.1.158.A
Iacob, filiis Ioseph benedixit. to.2.54.M
Allegoria benedictionis Iacob. to.2.61.A B
Iacob desiderans Rachelem, accepit in nocte Liā. to.2.79.K
Iacob lucta cum angelo. Ibidem.L.& seq.
Angelus neruum fœmoris Iacob marcescere fecit. Ibidem.M
Laboriosæ fortitudinis exemplum est Iacob. tom. 2.82.A
Iacob proficiscens ad quærendam coniugem cognouit dominum. to.2.272.K

Iacula.

Iacula domini, sunt verba sanctorum. to.2.60.I
Iacula præmissa minus feriunt. to.2.126.D

Ianuarius.

Ianuarij episcopi consiliarij excommunicati. tom. 2.245.G
De infirmitate Ianuarij episcopi tempore sacrificij. to.2.246.E

Ibix.

Ibices quæ dicuntur. to.1.178.D E
Quid per Ibices designetur. Ibidem.E.& seq.

Idolum.

Idola auaritia designant. to.1.181.C
Idolum zeli quid sit. to.1.184.B
De cultoribus idolorum conuertendis. to.2.171.G. 199.B
De his qui idola colebant & arbores. tomo. 2. 201.H
Templa idolorum non necesse est, sed ipsa idola, destrui. to.2.234.G
Templa idolorum quomodo sint purganda. Ibidem. G H

Idololatria.

Idololatria circa Solem & Lunam. to.1.128.I
Quasi scelus idololatriæ est, nolle acquiescere monitis superiorum. to.1.211.L
Idololatræ qui sunt. to.2.322.B
Idololatræ non solum exteriora sacrificia, sed iniqua desyderia dæmonibus offerūt. to.2.279 H

Idololatra.

Contra idololatras Gallos. to.2.199.M

Iechonias.

Iechonias rex lapidis angularis typum tenuit. to.1.165.L

Ieiunium.

Ieiunium sanctificare. to.2.107.C D
Ieiunium magis deo gratum. Ibidem.
Dispensat Papa in ieiunio. to.2.227.M
Ieiunij præmium. to.2.272.I
Ieiunantes à vitiis sacramenta diuina rite percipiunt. to.2.264.I K
Ieiunare multi in futurum proponunt, nunquam in præsens. to.2.302.L M
Ieiunare quidam disponentes consueta gula vincuntur. to.2.302.L
Ieiunium quadragesimale. to.2.303.K
Ieiunia legis, prophetiæ & euangelij commendātur. to.2.303.K

Iesus.

Iesus saluator, vel salutaris, dicitur. tom.2.55.G. 77.I.118.C
Iesus à spiritu sancto ductus est in desertum. tom. 2.106.L

Ignis.

Ignis zelum indicat. to.1.1.F
Ignis inferni non habet lucem. to.1.55.H I
Ignis inferni non lucet ad consolationem sed ad desolationem. to.1.60.A
Ignis gehennæ ab ipsa mundi origine creatus est. to.1.88.E
Ignis gehennæ conditiones. Ibidem.
Ignis gehennæ incorporeus, in se missos reprobos corporaliter exurit. Ibidem.
Ignis diuinus, inter reprobos & electos diuidet. to.1.106.E F
An ignis corporeus tenere animam incorpoream possit. to.2.39.I K
Ignis inferni, corporeus & visibilis est. Ibid.K L
Corporeus ignis in spiritum peccatoris agit. Ibidem.
Quare ignis & sulphur super Sodomitas pluit. to.2.41.E
Ignis aliquando spiritum sanctum designat. to.2.56.I
Ignis aliquando mentis malitiam designat. Ibi.
Ignis iudicij Christo in reproborum vindicta famulabitur. to.2.57.A
Ignis iudicij effectus. Ibidem.
Ignis spiritum sanctum designat. to.2.60.D
Deus tuus ignis consumens est. Ibidem.
Ignis ardorem sancti spiritus designat. tomo.2. 66.G
Ignis ardor in sanctis patribus ardebat. Ibidem.H

Ignorans & Ignorantia.

A luce veritatis in tantas ignorantiæ tenebras corruimus, vt nosipsos ignoremus. to.1.69.I K
Ignorantium deum in hac vita interitus. to.1. 81.F
Tolerabilius deo quempiam in ignorantia cum humilitate iacere, quàm cum elatione alta sapere. to.1.99.F
Deus per ignorantiam nostram nobis absconditur. to.1.101.C
Ignorantia iudicij nox dicitur. to.2.105.A
Ignorantiæ humanæ magnum est pelagus. to.2. 315.A
Ignorans in nocte est. to.2.296.D

Imago.

Terrenæ imagines, mentis compunctionem impediunt. to.2.65.H
De imaginum veneratione. to.2.209.F
De imaginibus in ecclesia non confringendis. to. 2.214.F

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.214.F.226.B
Imagines sunt libri imperitorum. Ibidem.
Imaginum vtilitas. Ibidem.
Imagines non adorantur, sed quod per imagines repræsentatur. Ibidem.
Imago & similitudo dei. to.2.271.AB

Imaginari.

Imaginari duas res simul non possumus. to.2.320.B

Imber.

Imbres mõtium, sunt verba doctorum. to.1.96.H
Imber infirmitatis dei, est prædicatio incarnationis. to.1.160.L
Imber fortitudinis dei, est prædicatio diuinitatis. Ibidem.
Per imbrem sermo dei designatur. to.1.172.D
Vehemens imber, & vehementissimus. Ibidem.

Imitari.

Seruata veritate historiæ imitari spiritaliter possumus quod carnaliter audiuimus. to.1.3.H
Deum imitari desiderat, qui fastigium potentiæ adeptus, aliis prodesse appetit non præesse. to.1.153.I
Turpe est non imitari quod sumus. to.2.9.H
Imitari nolle bonum, & apud deum & apud homines pœna est. to.2.186.I.

Imitatores.

Imitatores doctorum reproborum, in idem præcipitium corruunt. to.2.270.GH
Imitatores Heli sunt qui propter timorẽ suos subditos corrigere non audent. to.2.274.A

Immanis.

Immanes sunt qui se elatis cogitationibus extollunt. to.1.158.I
Immanes in multa vitia declinant. Ibidem.
Immanes per Ruben & Gad, & dimidiam Manasse tribum figurantur. Ibidem.KL
Immanes aliquando superna gratia respicit. Ibi.

Immobilis.

Nemo potest immobilis stare, qui mobilia diligit. to.1.49.A

Immolatio.

Immolatio sacrificij hostiarum. to.1.58.FG

Immolare.

Immolare deo victimas. to.2.269.K

Impatiens.

Impatientes quædam nescita prodimt. to.1.131.H
Contra impatientes. to.2.87.FG
Homines vt plurimum sunt impatientes. to.2.107.A
Dominus iratus sæpe cõcedit impatientibus quod petunt. to.2.150.E

Impatientia.

Impatientia quantum sit peccatum. to.2.9.C
Impatientia sæpe amica est potestati. to.1.123.K

Imperator.

Imperator siniam iussit fieri leonem. to.2.153.F

Imperitia.

Imperitiæ vitium est, rectum non rectè sapere. to.1.164.L

Impetigo.

Impetiginem habere in corpore. to.2.3.L

Impietas.

Humana impietas ei nocet, quem peruertendo inquinat. to.1.150.K
Impietas non differt à superbia. to.1.192.K
Impietas ad infidelitatem pertinet. to.2.73.E

Impius.

Impius à conditore consumitur. to.1.54.K
Impij nomine diabolus designatur. to.1.55.A
Impij tentationibus non reluctãtur, sed quiescunt in eis. to.1.58.H
Oculi impiorum, sunt intentiones eorũ. to.1.64.E
Impij tot habent in mundo effigia, quot sibi præparant delectamenta. Ibidem.D
Impius cunctis diebus vitæ suæ superbit. to.1.74.B
Impiorum superbia, tyrannis vocatur. Ibidem.C
Deus corda impiorum in præsenti vita pœnis implicat. Ibidem.D
Impius aliquando iudicia dei metuit. Ibidem.E
Impius nil nisi tentat veritatem falsitate impugnare. Ibidem.FG
Impius semper passionibus agitatur. Ibidem.
Impius tribulatione & angustia vallatur. Ibidẽ.
Lux impiorum, est prosperitas vitæ præsentis. to.1.80.A
Consilium impiorum. Ibidem.C
Impium sitire, est bona huius mundi concupiscere. Ibidem.E
Impius tales omnes suspicatur, qualis ipse esse contra omnes nititur. Ibidem.G
Impij in fine cognoscent quàm breuis sit laus vitæ presentis. to.1.86.A
Impij non esse boni, sed dici quærunt. Ibidem.
Impij, tanto magis in culpa proficiunt, quanto minus ex culpa feriuntur. to.1.89.F
Impij scire nolunt, quod facere contemnunt. Ibidem.I
Impij non verbis, sed moribus, dicunt deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Ibidem.HI
Impij carnalibus dediti, spiritualia contemnunt, & interdum deum non esse suspicantur. Ibi.K
Impij deum non quærunt. Ibidem.
Impij carnales, quare deum videre non possunt. Ibidem.
Pœna præsens impios non immutans à supplicijs æternis non liberat. to.1.90.C
Inundatio impijs quomodo supervenit. to.1.90.B
Impiorum oculos culpa claudit, sed pœna aperit. Ibidem.F
Impij diabolici potus dulcedinem non percipiunt, nisi qui præsentibus voluptatibus dediti, ad perpetuum luctum trahunt. to.1.91.HI
Quomodo impij auferuntur ante tempus suum. to.1.92.M
Impij hic pro malis actibus, varijs feriuntur. to.1.93.D
In fine carnem suam impij resument, vt in ea audeant cum qua peccauerunt. Ibidem.E
Differentia inter impium & iniquũ. to.1.103.FG
Inter impium & peccatorem. to.1.147.D
Impij vocantur hæretici. to.1.104.C
Impius est qui à religionis pietate separatur. to.1.147.D
In hoc mundo non omnia impiorum scelera punit deus. to.1.152.E
Impij qui dicantur. to.1.153.I
Impij maledictionis fulmine, in die iudicij ferientur. to.2.205.F

Inauris.

Per inaurem obedientia designatur. to.1.211.L

Incantatio.

De incantationibus & sortilegiis insequendis. to.2.231.D

Incarnatio.

Incarnationis Christi commoda. to.1.37.F
Incarnationis Christi ordo. to.1.101.H
Incarnato domino discordantia corda concordata sunt. to.1.101.H
Mirabilia incarnationis dei. to.1.110.D
Modus incarnationis verbi. Ibidem.
Via incarnatæ sapientiæ quæ sit. to.1.147.K
Tempus incarnationis ante prophetarũ voces cognitum non fuit. to.1.178.F
Incarnationis Christi mysterium. to.2.233.G

Incolumis.

Incolumes exerceant salutem corporis, ad salutem mentis. to.2.10.E

Inconstans.

Inconstantes quomodo sint admonendi. to.2.11.M & seq.B
Inconstantes seipsos negligunt. Ibidem.

Inconstantia.

Inconstantia ex lenitate generatur. to.2.12.A

Increpare.

Qui semper increpare appetunt, multa plærumque increpando mentiuntur. to.1.127.A

Increpatio.

Increpationem domini reprobat, qui pro peccato percussus murmurat. to.1.34.L

India.

India hunc mundum designat. to.1.109.C
Qui dicantur tincti colores Indiæ. Ibidem.

Indigni.

Indignos nulla dispensatione ad ecclesiæ regimen doctor præferat. to.2.325.KL
Indignos promouere est illos deo proponere. to.2.269.L

Indocti.

Indocti contemplari superna præsumentes potius deuiant quàm veritatem apprehendant. to.2.282.H

Infamari.

Infamari facit diabolus quos non potest ad se conuertere. to.2.163.E

Inferi.

Apud inferos non est redemptio. to.1.45.F & 59.H

Infernus.

Terra tenebrosa, infernus est. to.1.59.G
Infernus, lacus dicitur. Ibidem.
Infernus dicitur terra miseriæ & tenebrarum. Ibidem.H
Quomodo in inferno nullus est ordo. Ib.K & LM
In inferno dolor dilaniat, & pauor angustat. Ibidem.L
Nihil prodest peccatoribus inferni tormenta cognoscere, nisi studeant illa euadere. tomo.1.60.D
Deus est profundior inferno. to.1.62.D & se.
Diuersa inferni loca. to.1.72.A
Graue tædium erat iustis in inferno. to.1.78.M
Quomodo in profundissimum infernum descendebant olim omnia, & sancti ad superiorem limbum descendebant. to.1.79.C
Infernus quid significet. to.1.100.I
Infernus nullo sensu à nobis penetratur. tomo.1.170.D
Inferni descriptio. to.2.40.M.41.A
Quare inferni supplicia quibusdam demõstrantur. to.2.41.C
Vbi infernus esse credendus sit. to.2.42.B
Opiniones de loco inferni. Ibidem.
Infernus sub terra esse creditur. Ibidem.C
Vnus est inferni ignis, non æquè cunctos crucians peccatores. Ibidem.D
An infernũ minctur deus, vt à peccatis homines compescat. Ibidem.E

Infidelis.

Infideles Christum contumeliis lacessere non cessant. to.1.34.G
Infidelis quisque etiam impius dicitur. to.1.55.B
Resurgunt infideles, non ad iudicium, sed ad tormentum. to.1.153.K
Omnes infideles fidei prædicationem (excitatis seculi potestatibus) impugnant. to.1.187.C
Sine obedientia quisque infidelis esse cõuincitur. to.1.211.M

to.1.217.
Infideles ad fidem inducendi sunt mansuetudine. to.2.157.A

Infirmitas.

Infirmitas considerata propria, mala nobis excusat aliena. to.1.30.M
Quisquis alios propter infirmitatem eorum percutit, infirmus esse non debet. to.1.83.M
Infirmitas custos virtutis est. to.1.112.B
Infirmitatis causa, loco suo quis priuari nõ debet. to.2.173.I.
Prima virtus est cognitio suæ infirmitatis. to.1.45.I.
De infirmitate Raymundi episcopi. to.2.227.M

Infirmus.

Infirmi fortium facta non reprehendant. t.1.25.G
Infirmi videntes peruersos florere, iustosq; cruciari, sæpe ab opere desistunt. to.1.78.G
Quare infirmi inuident iniquorum bonis successibus. Ibidem.
Infirmi ex flagellis aliorum, culpas metiuntur. to.1.91.B
Infirmi tanto quempiam iustum putant, quanto fœlicior est. to.1.93.I.
Infirmis eloquia infirma debent prædicari. to.1.101.A
Infirmorum animus de auditu veritatis trepidat. to.1.105.G
Multi infirmi, persecutione cogente, in fine decidunt. to.1.112.I.
Infirmorum damna, ad fortiorum corda trãseunt. Ibidem.
Infirmi, valida tribulatione pulsati, pusillanimitate deficiunt. to.1.151.C
Infirmum populum timor à culpa coercuit. to.1.167.K
Qui occulta sua infirma considerat, sese in humilitate premit. to.1.184.G
Infirma & ignobilia mundi elegit deus, vt fortitudinem diaboli destrueret. to.1.200.I & seq.
Ruinæ fortium, augmenta præstant perditionibus infirmorum. to.1.206.I
Infirmi debent fugere societatem malorum. to.2.68.I.
Nemo est insanabilior infirmo qui sibi sanus videtur. to.2.140.B
Infirmi clerici propter suas infirmitates suis stipẽdiis priuari non debent. to.2.161.I.173.I.
Ille cæteris est infirmior, qui suam nequit considerare infirmitatem. to.2.193.D

Ingressus.

Ingressus pacificus qui cum pacis præsentia venit to.2.327.D

Inimicus.

Lætificat nos quandoque inimicorum ruina. to.1.130.F
An lætandum sit de malo inimici. Ibi. F & seq.
Homo omnem inimicum, quem tolerat, impium putat. Ibidem.
Non est inimicus maledictionibus impetendus. Ibidem.G
Frustra exteriores inimicos vincimus, si interioribus parcimus. to.1.180.B
Inimici sanctorum dicuntur malignus spiritus. to.2.313.A

Iniquitas.

Omnis iniquitas apud dei iudicia habet voces suas. to.1.25.D
Omnis iniquitas est vanitas, & non econtra. to.1.62.K
Iniquitas plus q̃ peccatum sonat. to.1.69.K
Iniquitas quomodo os docet. to.1.73.E F
Parcere iniquitatem, quid sit. to.1.75.I
Qui diu in iniquitate tolerati sunt, subita morte rapiuntur, vt nec flere liceat ante mortem qui peccauerunt. to.1.89.H
Filius patris iniquitatem imitans, patris pœnas in vita præsenti persoluit. to.1.90.E
Quisquis parentis prauã sequitur iniquitatem, ex eius delicto etiam constringitur. Ibidem.
Iniquitatẽ esse in tabernaculo, quid sit. to.1.93.G
Iniquitas frigori comparatur. to.1.97.I.
Quæ est iniquitas maxima. to.1.130.D
Quid iniquitatem sequi post miseriam. t.1.156.H
Quare deus iniquitatem nõ obseruat. to.2.148.I.

Iniquus.

Spes iniquorum. to.1.18.I M
Iniqui flante deo pereunt. to.1.26.I
Iniqui nolunt suæ iniquitatis retributionem agnoscere. to.1.29.M
Iniquorum aduersus iustos inuidia. to.1.34.H I
Iniquorum potentium proprium. to.1.47.G
Iniqui membra sunt diaboli. to.1.76.H
Iniquus fugiens arma, irruit in arcum. to.1.88.B
Iniquus fulguri comparatur. Ibidem.C
Quomodo iniquus dicitur quasi gladius in vagina. Ibidem.
Iniquis, obsequẽte diabolo, vitia vitiis succedũt. Ibidem.D E
Iniquus iustis & iniustis nocet. Ibidem.G H
Iniqui maiorum malorum debitores, suppliciis traditi vsque ad nouissimum quadrantẽ persoluent. Ibidem.I.
Iniqui partem à domino, quàm ipsum dominum habere maluerunt. Ibidem.I M
Iniquorum consilium. to.1.9 .B
Iniquorum lætitia transit ad pœnam. to.1.90.K
Iniqui appetunt, non obstantibus suppliciis futuris, hic secundum votum florere. to.1.91.B
Quomodo iniquorum via arguitur. Ibidem.E
Iniquus permittitur prosperari, & iustus sub flagello retinetur. Ibidem.I
Quomodo iniqui ante tempus subtrahuntur. to.1.92.I.
Iniqui nihil post hanc vitam requirunt. t.1.93.A
Iniqui solis inhiant terrenis. Ibidem.I
Iniquis semper iustorum afflictionem expectant. to.1.97.G
Iniqui quotidie ad supplicium trahuntur, & nesciunt. Ibidem.H
Iniqui mens plus quàm aquæ superficies instabilis est. Ibidem.I
Iniquus in hac vita benedicitur, sed in futura maledicitur. Ibidem.K
Iniquus, carnis non animę curam gerit. to.1.98.G
Iniquus moriens quosdam reuocat terrore tormenti, quos ad peccatum traxerat. to.1.105.F
Quomodo iniqui longè fugiunt ab ecclesia. to.1.121.C D
Iniquorum semitæ fluctibus comparantur. Ibid.I
Quomodo iniqui pedes ecclesiæ subuertunt. Ibidem.
Subitò & repente de hac vita tolluntur iniqui. to.1.144.K
Diuina seueritas eo acrius iniquum punit, quò diutius pertulit. to.1.145.A
Iniquus conteritur dupliciter. to.1.146.I.
Omnes iniqui dicuntur rectè calumniatores. to.1.150.M
Quare deus permittit iniquos perseuerare in malis. to.1.152.A B
Iniquus duplex est. to.1.154.H I
Iniqui sunt vmbræ diaboli. to.1.197.I.
Iniqui audito dei verbo, sancto timore percussi, à diaboli se imitatione suspendunt. to.1.200.I.
Iniqui sub specie boni, multa mala committunt. to.1.202.C
Iniqui scutis fulsilibus comparantur. to.1.202.K
Iniqui, contra correptionem, scuta diaboli opponunt. Ibidem.I.
Iniqui peccata præterita vident, sed instantia non vident. to.1.204.B
Iniqui superbiæ fastu omnes despiciunt. tomo.1.208.B

Initium.

Sicut nemo suum cognouit initium, sic nec cognoscit exitum. to.1.171.D

Iniuria.

Glorioſius est tacendo iniuriam fugere, quàm respondendo superare. to.2.109.H
Sibi iniuriam facit, qui fratrum suorum iura perturbat. to.2.165.E
Non indignum est pro Christo iniurias pati. to.2.229.H
Iniuriam faciens à quo honoratur digne ab honore repellitur. to.2.269.M

Iniustus.

Iniustus ex laude sua polluitur. to.1.130.B

Innocens.

Innocentes hic sæpe pereunt. to.1.26.G
Innocens, carne, sed non spiritu, perire dicitur. Ibidem.I
Innocens à creatore conseruatur. to.1.54.I K
Pœnæ innocentum, sunt desideria iustorum. Ibidem.I.
Quomodo deus de innocentum pœnis videre dicitur. Ibidem.M
Quomodo innocentes contra hypocritas succenduntur. to.1.78.G
Innocentis afflicti pœna transit ad gloriam. to.1.90.K

Innocentia.

Ab innocentia recedere. to.1.103.C
Innocentiæ exemplum, Abel est. to.2.82.A
Innocentia Samuelis in regimine. to.2.304.H I K

Inobedientia.

Inobedientia q̃ grane sit peccatum. to.2.39.A
Inobedientia quàm sit detestabilis. to.2.39.I
Inobedientia quantum sit cauenda. to.2.320.E
Inobedientia quantum sit vitanda. to.2.307.I.
Inobedientia ex superbiæ radice nascitur. to.2.308.B
Inobedientes suorum Imperiis prælatorum quare repugnant. to.2.322.B
Inobedientes deteriores sunt ariolis & idololatris. to.2.322.A B
Inobedientium conditiones. to.2.308.A B

Inops.

Inopes sunt consolandi. to.2.7.I M

Inquisitio.

Inquisitio in rebus dubiis diligenter inquirenda est. to.2.221.F
In inquisitione criminum nullius personæ gratia considerandæ est. to.2.193.C

Inquisitor.

Pœna inquisitorum negligentium inuestigare hæreticos. to.2.177.E F
Inquirenda est semper veritas vt innocens absoluatur, & culpabilis puniatur. to.2.246.I.

Insula.

De insulis Neapolitanis. to.2.224.G

Intellectus.

Intellectus cùm intenditur, eius in deum ardentior affectus aperitur. to.1.122.G
Intellectus donum exercitandum est, ne ocio torpeat. to.1.129.C
Humanus intellectus, multis cogitationibus est occupatus. to.1.141.A

Intelligentia.

Cur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cur negligenti intelligentiæ donum tribuatur. to.1.32.G
Intelligẽtia nobis data est quasi pecunia mutuata. to.1.129.A B
Quidam de intelligentia, alij de operatione exultant. Ibidem.K

Intelligere.

Qui vult intelligere qualis est, tales debet respicere qualis non est. to.1.140.I

Intentio.

Intentio in omnibus pensanda est. to.1.166.I.
Intentio peruersa si fuerit, prauum est omne quod sequitur, licet rectum videatur. to.2.22.H I
Bona agens, non deo placens, sed hominibus, intentionem deorsum deprimit. to.2.59.C
Omne bonum quod agitur, per intẽtionem ad cœlestia tendere debet. Ibidem.

Intercedere, Interceſſor.

Quisquis pro aliis intercedere nititur, sibiipsi potius ex ipsa charitate suffragetur. to.1.211.C
Homo præsumit esse apud deũ pro populo interceſſor, qui familiarem se eius gratiæ esse per vitæ merita nescit. to.2.3.G
Nemo quem crimen depranat proprium, interceſſor fieri appetat pro culpis aliorum. Ibidẽ.H
Cùm is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad detcriora prouocatur. Ibid.H
Probandus est qui populi interceſſor assumitur. to.2.214.L

Interitus.

Quomodo sit idem interitus hominum & iumẽtorum. to.2.36.I
De quæstione Salomonis qua dicitur, vnus est interitus hominis & iumentorum. Ibidem.

Interrogare.

Interrogare nostrum, ad deum, quid sit. tom.1. 209.I

Intueri.

Intueri non decet quid licet cõcupiſci. to.1.125.B

Inuenire.

Inuenire peccata nostra, & inuenta pensare negligimus. to.2.315.A

Inuentarium.

Inuentarium de rebus ecclesiæ defuncto episcopo fieri debet. to.2.167.K

Inuentores.

Inuentores peruersorum dogmatum, torrentes dicuntur. to.1.119.D & seq.

Inuidia.

Quemodo inuidia cognoscatur. to.1.31.B
Inuidia est in meliores. Ibidem.C
Inuidia cuncta bene gesta consumit. to.1.31.D
Inuidiæ repreſſio. Ibidem.E
Cauſæ inuidiæ. Ibidem.
Inuidia de ſuperbia naſcitur. to.1.1 6.K
Rami inuidiæ. to.1.189.F

Inuidi.

Inuidorum natura. to.1.169.I
Dum inuidi ſe à liuore non cuſtodiunt, in antiquam diaboli nequitiam demergũr. to.2.9.G
Inuidis nihil infœlicius, quos dum aliorum fœlicitas afficit pœna, nequiores reddit. Ibidem.

Inuiſibilia.

Inuiſibilia rebus viſibilibus præſtantiora ſunt. to.1.89.K

Ioannes.

Ioannes baptiſta in vtero matris prophetiæ ſpiritu fuit repletus, to.1.12.E
Ioannis baptiſtæ commendatio ex multis. Ibid.
Decollatio Ioannis baptiſtæ. to.1.78.G
Ioannes baptiſta pro veritate iuſtitiæ Chriſti occubuit. to.1.169.K
Quare Ioannes mel & locuſtas edere dicitur. tom.1.186.D
Ioãnes baptiſta magiſtrũ non habuit. to.2.19.G
Ioãnes baptiſta natus eſt ex parentibus antiquis. to.2.49.G
Liberæ locutionis exemplum eſt Ioannes. tom.2. 82.B C
Quomodo Ioãnes erat pluſquam propheta. to.2. 99.D.100.L
Quare Ioannes mittens ad Chriſtum quærit, tu es qui venturus es &c. to.1.101.C
Ioannes baptiſta dubitauit an Chriſtus ad infirna deſcenſurus eſſet. Ibidem.D
Ioannes baptiſta camelorum pilis veſtitus erat. Ibidem.I
Quomodo Ioãnes dixit ſe non eſſe Heliam, cum dominus dixerit ipſum eſſe Heliã. to.2.101.C
Ioannes baptiſta, in quibus eſt imitatus Heliam. Ibidem.D
Ioannes baptiſta, quare dictus eſt vox. Ibidem. D.110.L
Ioannis teſtimonium de Chriſto. to.2.101.E
Ioãnes fuit Chriſti præcurſor baptizando & prædicando. Ibidem.
Ioannes baptiſta quo tempore prædicationis officium acceperit. to.2.110.K
Ioannes non ſolum baptiſmum pœnitentiæ prædicauit, ſed etiam contulit. Ibidem.L
Ioannis baptiſtæ clamor. Ibidem.M
De tunica ſancti Ioannis. to.2.165.M
Ioannes eſt adoleſcens, qui ſequens Chriſtũ à Iudæis captũ relicta ſyndone aufugit. to.1.83.I
Quid charius Ioanne? to.1.157.M
Quare Ioannes euangeliſta, aquilæ comparatur. to.1.190.B
Ioannes iunior ſynagogam ſignificat. to.2.113.A
Ioannes euangeliſta, per martyrium vitam nõ finiuit. to.2.126.L M
De ſancto Ioanne papa. to.2.29.D
Ioannes papa cæcum illuminauit. Ibidem.
Equus qui Ioannẽ papam portauit, mulierem amplius ferre noluit. Ibidem.
Ioannes papa equum ſedendo ſibi ſoli dedicauit. Ibidem.
Quidam monachus, nomine Ioannes, ſuum exitũ fratribus ante dies quatuordecim prædixit. to.2.40.G
Ioannes monachus moriens, Vrſum monachum ſecum moriturum vocauit. Ibidem.
Antiphona Ioannis monachi. Ibidem.
Ioãnis monachi, imminẽte morte, viſio. to.2.42.K
Vniuerſale nomen Ioannes Cõſtantinopolitanus vſurpauit. to.2.180.F & ſeq. copioſè
Ioannis Conſtantinopolitani mores & ſuperbia. to.2.181.I & ſo.ſeq.B C
De ſuperbia Ioannis epiſcopi Conſtãtinopolitani, & Cyriaci. to.2.211.B
Ioannes baptiſta durus prædicator. to.2.291.H

Iob.

Iob liberalitas erga deum & proximũ. to.1.1.H
Iob conſtantia in ſubſtantiæ filiorũmque amiſſione. Ibidem.
Iob multa poſſidebat. Ibidem.I
Iob euangelicam ſecutus eſt perfectionem, ſubſtãtiam ſuam mente relinquendo. Ibidem.
Iob ſily licet diuites, concordes tamen erant. to.1. 1.I
Iob ſeptem diebus reuolutis, octauo die ſacrificãs myſterium reſurrectionis colebat. to.1.1.L
Iob ſolicitudo circa filiorum ſuorum munditiam. Ibidem.M
Filij Iob perfecti in opere erant & ſermone. to.1.1.M
Quid ſit Iob terram Hus inhabitare. to.1.2.A & 3.E
Iob interpretatur dolens. to.1.2.A & 31.G & 98.D
Septem filij Iob, Apoſtolos deſignabant. to.1.2.C
Filiæ Iob, quid ſignificent. Ibidem.C D
Iob coniugatos in eccleſia deſignat. Ibidem.D
Poſſeſſio Iob quid deſignet. Ibidem.E
Quare prius animalia Iob quàm familia eius deſcripta eſt. Ibidem.I K
Quid per conuiuium filiorum & filiarum Iob ſignetur. to.1.2.K
Iob Chriſtum deſignat. to.1.3.C
Tres filiæ Iob: fidem, ſpem, & charitatem deſignant. to.1.3.F G
Septem filij Iob, ſeptiformem ſpiritus ſancti gratiam deſignant. Ibidem.
Quid poſſeſſio ouium, aſinorum, & camelorum ipſius Iob. Ibidem.G
Filios per domos conuiuiũ facere, eſt virtutes ſingulas iuxta modum proprium mẽtem paſcere. to.1.3.L
Dies vniuſcuiuſque filij, eſt illuminatio vniuſcuiuſque virtutis. Ibidem.
Quid ſit tres ſorores ad fratrum cõuiuia vocari. to.1.4.A
Quid ſit filios poſt conuiuium ſanctificare. to.1. 4.A B
Quid ſit filios deo maledicere. Ibidem.D E
Iob in ſermonibus ſuis inter flagella nõ deliquit. to.1.6.C & 7.H & 12.I M
Deus niſi Iob in ſua iuſtitia permanſurum noſſet, non illum diabolo propoſuiſſet. to.1.6.C & 21C.E
Quomodo ex comeſſatione filiorum Iob, diabolus tentandi occaſionem acceperit. to.1.6.K
Quare diabolus, à minimis ad maxima progreſſus, Iob gradatim afflixit. to.1.7.A
Ordo afflictionis Iob à diabolo. Ibidem.& 17.E F
Filij Iob, non ingurgitando ventri, conuiuiis vacabant. to.1.7.B
Quàm immobilis in dei & proximi charitate inter flagella Iob extiterit. to.1.7.C
Quare diabolus filios Iob, in domo maioris oppreſſit. Ibidem.
Iob veræ philoſophiæ regulam tenuit. to.1.7.D
Quare Iob ſcidit veſtimenta, & tonſo capite in terram corruit. Ibidem.
Quare Iob inter gemitus adorauit. Ibidem.D
Iob percuſſus hymnum gloriæ domino reddidit. to.1.7.F
Iob ſuperbum heſtem humilitate percuſſit, crudelem patientia ſtrauit. to.1.7.H
Iob acriora vulnera heſti inflixit quàm ſuſtinuit. Ibidem.
In quibus Iob Chriſtum figurabat. to.1.8.C
Filij Iob & filiæ, apoſtolorum ordinem, vel fidelium deſignant multitudinem. Ibidem.F
Quomodo per Iob cadentem in terram dominus deſignetur. to.1.9.E
Iob in terram corruens adorauit. to.1.11.B C
Sãctus Iob erat ſoli deo ſibique cognitus. Ibid.L
Iob permiſſiones non cedunt in exemplum. Ibid.
Quare Iob fruſtra & non fruſtra percutitur. Ibidem.L M
Quare Satan iubetur animam Iob ſeruare. to.1. 12.B
Quare Iob ſaniem teſta radebat. Ibidem.C
Quare Iob in ſterquilinio iacebat. Ibidem.D
Iob mulierem ſibi ſubiectam & non præpoſitam attendit. Ibidem.F
Poſt omnia rerum damna & vulnera diabolus vxorem Iob in eum concitauit. to.1.12.G H

Ordo tentationis Iob. Ibid.H &.133.M
Iob cognouit quid deo, & quid proximo deberet. Ibidem.M
Amici Iob, vt afflictum à dolore suspenderent, coarauerunt necessario simul dolere. to.1.13.B
Amici Iob plus quàm necesse fuerat, in consolatione dilucrunt. Ibidem.C
Incertum est an amici Iob septem diebus cõtinuis cum eo manserint. Ibidem.D E
Amicorum Iob quanta cum illo compassio fuerit. to.1.13.E
Amici Iob ex locutione peccauerũt, qui prius taciturnitate meruerant. Ibidem.
Passiones beati Iob referuntur ad Christum. to.1.13.F G &.31.H &.98.C &.133.M & seq.
Vxor Iob malorum elatione succumbentium figuram tenuit. to.1.14.G H &.133.M
Loca amicorum Iob congruunt hæreticorum actibus. to.1.14.M
Amici Iob hæreticorum speciem tenent. tom.1.14.L M &.31.H I &.133.H
Quid sit quòd amici Iob septem diebus cum eo in puluere sedere perhibentur. to.1.15.C
Cum Iob in terra sedere quid sit. Ibidem.E
Per ea quæ ab amicis Iob bene gesta sunt, malè ab hæreticis gerenda signantur. Ibidem.H
Quare Iob maledicebat dici suæ, & nocti. to.1.16.K &.19.D
Maledictio Iob non est ex malitia delinquentis. to.1.17.I
Amici Iob ipsum pro iniquitate percussum crediderunt. to.1.25.F &.90.K
Amici Iob contra eum insurgentes peccant. to.1.25.H
Amici Iob multa bona illi prædicant. Ibidẽ.I K
Iob celsitudo in doctrina morum. to.1.26.C D
Iob temporalia regendo æterna prædicauit. Ibidem.D
Quatuor gradus virtutum beati Iob. Ibidem.E
Amicorum Iob dicta non omnia reprobantur. to.1.31.I
Iob amicis suis tria respondit. to.1.41.H
Opera bona beati Iob. to.1.55.K
Iob inimicos dilexit. Ibidem.
Diaboli intentio affligendo beatum Iob. tom.1.57.G
Iob per patientiam typum seruat ecclesiæ. to.1.75.I &.98.D
Quare Iob se in multis peccasse confitetur. to.1.78.B
Quomodo Iob dicit omnia sua ad infernum descensura. to.1.79.D
Iob contra tormenta patientiam, contra verba sapientiam tenuit. Ibidem.G
An Iob iusto dei iudicio fuerit afflictus. to.1.82.D
An Iob in suis flagellis peccauit. Ibidem.& seq.&.133.K
Cur deus beatum Iob se frustra afflixisse testetur. Ibidem.E
Iob flagellis credidit peccata sua deleri, non merita augeri. Ibidem.&.150.F.191.A
Iob à Satan percussus, percussionem suam Satanæ non tribuit. to.1.83.L
Fides beati Iob de Christo incarnato. to.1.84.H
Amici Iob ipsum propter peccata flagellatum suspicati sunt. to.1.85.I M
Iob inter flagella deo displicuisse se credit. to.1.89.C
Quare Iob flagellari permissus est. to.1.95.A &.192.A & seq.
Iob minus se exiſtimauit quàm erat. Ibidem.
Quid miseri peccatores timere debeant, si Iob frustra afflictus timeat. Ibidem.I
Iob prophetiæ spiritu sæpe futura narrat, & præsentia transcendit. to.1.98.D
Quare Iob se dicebat patrem pauperum, & non patronum. to.1.115.D E
Quantæ reuerentiæ fuit Iob apud auditores suos. to.1.117.A
Noua translatio beati Iob ex Hebræo & Arabico siampta est. to.1.122.H
Sæpe Iob narrat gesta vt gerenda prænuncict. to.1.124.A
Humilitas Iob quanta fuerit. to.1.126.L
Auctoritas regiminis Iob quãta fuerit. Ibidem.
Beatus Iob pauperes multos in sua conuersatione habebat. to.1.127.D
Miserationem ab vtero beatus Iob munere conditoris accepit. Ibidem.
Iob ab eodẽ accepit esse, & pium esse. to.1.127.F
Beatus Iob non solum magnus fuit in excellentia virtutum, sed in confessione peccatorum. to.1.131.D
Cõstantia Iob aduersus omnes diaboli machinas. Ibidem.K &.133.K
Damna beato Iob illata. to.1.133.I
Quare beatus Iob tanto verbere afflictus est. Ibidem.
Quot vulnera diabolus Iob intulit, tot sancto viro victorias contulit. Ibidem.K
Diabolus amicos Iob de singulis locis in eum cõmouit. Ibidem.
In tribus amicorum Iob nominibus, tres in hæreticis perditionum casus exprimuntur. to.1.134.A
Quare tauros & arietes pro amicis Iob obtulerunt. Ibidem.D
Iob pro gratia flagellatus est. to.1.136.L
Iob innocenter flagellatus est. to.1.149.G
Et quare. to.1.163.L
Dolorum Iob epilogus. Ibidem.K
Iustus Iob ante flagella fuit, sed iustior post illa permansit. Ibidem.L
Collatio locorum Iob & Esaiæ. to.1.190.I K
An Iob in locutione peccauerit. to.1.191.H I
Iob iniustè se feriri credidit. to.1.192.A
Iob in nulla culpa deo diserepauit. Ibidem.
Iob quare sit à domino verbis correptus. Ibid.
Quomodo cũ beato Iob Behemoth fuerit creatus. to.1.193.E
Iob flagella à Behemoth illata. to.1.196.H I
Quare Iob se dicit insipienter locutum. tom.1.209.I K
Quantum Iob ex flagellatione profecerit. tom.1.210.A
Amicorum Iob verba dei sententia reprobantur. Ibidem.C
Iob credidit se pro culpa, & non pro gratia flagellari. Ibidem.D
An Iob post flagella peccauerit. Ibidem.E
Quare amici Iob offerre tauros & arietes iubentur. Ibidem.I
Quare dominus liberos Iob non duplicauit sicut aliam substantiam. to.1.212.F.& seq.
Quid per animalia beato Iob post flagella redita. Ibidem.H
Ratio numerorum animalium beato Iob redditorum. to.1.213.A B
Nomina filiarum Iob. Ibidem.& seq.copiosè.
Iob virtutes & diuitiæ. to.2.90.E F
Iob per flagella notus est sibi & nobis. Ibidem.
Iob patientia, & aduersitas. Ibidem.F G
De libris in expositionem beati Iob. to.2.184.F
De libris beati Iob transmittẽdis. to.2.222.D E

Ionathas.

Ionathas, donum columbæ interpretatur. to.2.306.F

Ionas.

Ionas ad prædicandum Niniuitis, ire recusauit. to.1.34.B
Historiæ Ionæ expositio. Ibidem.
Ionas clamauit ad dominum & exauditus fuit. to.2.148.F

Iordanis.

Iordanis quid signet. to.1.198.F &.to.2.117.D
Iordanis descensio eius interpretatur. to.1.198.G

Iosaphat.

Iosaphat à domino increpatur, quia Achab seruet auxilium. to.2.13.H

Ioseph.

Ioseph Ismaelitis à fratribus vẽditus. to.1.31.D
Ioseph somnia. to.1.33.I K
Historiæ Ioseph expositio. Ibidem.to.2.94.L. & sequen.
Ioseph Aegypto præfectus sapientia pollebat. to.1.108.I K
Ioseph pro bono malum à fratribus recipit. to 2.94.L M
Ioseph fratrum facinus & dimisit & vindicauit. Ibidem.
Ioseph venditio Christi venditionem designauit. to.119.G
Ioseph Mariam cognoscere non potuit postquam deum concepisse cognouit. to.1.50.M

Iosue.

Iosue mirabilia. to.2.262.B

Iouinianus.

Iouinianus virginitatis munditiã despexit. to.1.114.A

Ira.

Ira sæpe iungitur inchoatæ iustitiæ nostræ. to.1.4.F
Potestas iræ dei quæ sit. to.1.24.L
Quantum peccatum sit ira. to.1.30.F
Ira homicidio æquiparatur. Ibidem.I K
Ira per silentium in mente clausa vehementius æstuat. Ibidem.K
Ira duobus modis reprimi potest. Ibidem.L M
Ira interdum ex virtute, interdum ex vitio oritur. Ibidem.M
Ira per vitium stultos trucidat. to.1.31.B C
Ira per zelum sapientes turbat. Ibidem.
Quomodo sancti iræ dei quandoque resistant. to.1.53.G H
Quomodo iræ dei nemo resistere potest. to.1.53.H & seq.
Nullius interuentu ira diuina restringitur, cùm implacabiliter excitatur. to.1.53.K
Ira dei quomodo nobis multiplicata dicitur. to.1.59.B
Quomodo differunt ira, racha, & fatue. tom.1.125.I K
Iram dei mereri. to.1.154.G
Iram dei prouocare, quid sit. Ibidem.
Ira plus in vindicta exigit, quàm iniuria accepit. to.1.167.L
Quid fulgura iræ. to.1.175.G & seq.
Rami iræ. to.1.180.F
Ira multiplex. to.2.11.F G
Præcones iræ sequentis, sunt terrores quos cernimus. to.2.98.E
Ad iram deus prouocatur, cùm mala in deum nõ puniuntur. to.2.168.C
Iræ effectus. to.2.217.I & 224.C
Ira in vindicta malorum sequi rationem, & nõ præire debet. to.2.226.D
Ira contra vitia laudabilis est, licet molesta. to.2.153.D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ira sanctorum metuēda si spiritus in eos insiliat. to.2.303.D
Ira quomodo vincitur. to.2.310.I

Iracundi.

Iracundorum quatuor species. to.1.30.I M
Iracundorum varietas. Ibidem.
Iracundi damnent perturbationem. to.2.17.F
Iracundi mansuetudinem æmulationi adiungāt. Ibidem.G
Iracundi ab impatientibus differunt. Ibidem.H
Iracundi nulla consideratione se mitigant. tomo. 2.11.G

Iracundia.

Iracundiæ conditiones. to.2.126.K

Irasci.

Quidam citò irascuntur, & facilius sedantur. to.1.30.I
Quidam tardè irascuntur, & facilè sedantur. Ibidem.
Quidam tardè irascuntur, & difficilius sedantur. Ibidem.
Dominus in suos iratus quid faciat. to.2.143.G
Irati cum præsunt, sæpe iram suā iustitiæ zelo imputant. to.2.11.E

Irenæus.

Irenæi scripta. to.2.231.I

Iris.

Iris testis est iudicij facti & faciendi. to.2.66.K
Iris arcus cœlestis. Ibidem.
Quare ignis & aqua in iride apparēt. Ibid.K L

Irriguum.

Irriguum superius, & irriguum inferius. tomo. 2. 54.I K.195.L M

Irrisio.

Duplex irrisio. to.1.65.A

Isaac.

Isaac caligantibus oculis futura multa prænidit. to.1.22.G
Isaac risus interpretatur. to.1.60.F
Isaac nolendo benedixit Iacob, quem dominus voluit. to.1.66.L
Isaac aperire Esau filio non potuit, quem deus in suæ carcere malitiæ inclusit. Ibidem.
Isaac duos filios habuit: alterum electum, alterū reprobum. to.1.123.M
Patientia in Isaac. to.1.158.A
De Isaac seruo dei. to.1.30.I
Isaac tribus diebus totidémque noctibus oranit. Ibidem.K
Custos Ecclesiæ Isaac alapam dedit, vnde à dæmone statim est arreptus. Ibidem.
Isaac eiecit diabolum ab obsesso. Ibidem.
Isaac multa bona oblata respuit. Ibidem.L
Isaac in deserto sibi fecit habitaculum. Ibidem.
Fures horti Isaac versi sunt in operarios. Ibidē.L
Isaac fraudes peregrinorum agnouit. Ibidem.I
Isaac in spiritu furtum vidit. Ibidem.
Isaac oblatus Christum figurabat. to.2.61.L
Isaac benedicens Iacob, futura multa cognouit, & præsentē filium non cognouit. to.2.103.A

Isboseth.

Isboseth occisus. to.1.4.C D
Isboseth vir confusionis intepretatur. Ibidem.D

Israel.

Israel gentium designat populum. to.1.9.D
Reliquiæ filiorum Israel in fine salvæ fient. tom.1. 52.G.113.B.& 158.M
Israel cōtra tribum Beniamin bis certamine prostratus est, & tertio conualuit. to.1.82.B

Israeliticus.

Plebs Israelitica in fine colligetur, quæ in principio vsque adeo indurnit. to.1.52.C
Israeliticus populus olim prophetiæ dono infusus propheriam perdidit. to.1.55.E
Israelitæ manna abhorrentes cibaria Aegypti desiderabant. to.1.120.I
Beneficia Israeliticæ genti ante & post terræ promissionis ingressum collata. to.1.169.B C
Israeliticus equitatus non statim Pharaone submerso ingressus est terram promissionis. tom.2. 45.E
Israeliticus populus primum sacrificiū deo obtulit in Aegypto, secundum in eremo. to.2.92.E
Israelitico populo quare promittitur terra promissionis. to.2.122.I

Italia.

Italiæ persecutio signis quibusdam ostēsa fuerat. to.2.97.I.
Italiæ desolatio per Longobardos. Ibidem.

Iter.

Qui in itinere deprædari formidat, abscondat bona quæ portat. to.1.50.E
Cur nonnulli non perseueraturi angustum iter arripiant. to.1.207.D

Iubilatio.

Iubilatio quid sit. to.1.167.C

Iubileus.

Annus iubileus quid signat. to.1.2.C.to.2.114.I
Iubilei requies quinquagenarij numeri mysterio continetur. to.1.96.M
Quare annus iubileus obseruari præcipitur. to.1. 210.M
Iubileus in requiē datus est. to.2.85.I.K.& 88.K

Iuda.

Tribus Iuda clara ac multiplex præ cæteris dicitur. to.1.161.M
Iuda confitens interpretatur. to.2.319.C

Iudas.

Iudas cum cæteris Christi mortis conscijs in manus impij dicuntur fuisse. to.1.55.A
Mirabile de fine Iudæ & latronis. to.1.146.F
Iudas de apostolatu lapsus est in tartarum. tomo. 1.171.K
Iudas grauius nocuit domino, quàm si nō fuisset de eius familia. to.2.126.G

Iudæa.

Columnæ terræ Iudææ. to.1.51.M
Qui ab Iudæa repulsi sunt, per totum orbem bonorantur. to.1.52.D
Iudæa solebat legis panem frangere. to.1.106.K
Iudæa in prædicatores fidei exarsit, eósque scriendo repulit. to.1.107.B
Iudæa solam literę superficiem ignotis profundis seruauit. Ibidem.H
Iudæa super se regem regnare nōluit. to.1.148.D
Postquam gentilitas crediderit, Iudæa ad fidem veniet. to.1.177.K
Iudæa posita est in medio gentium. to.1.181.L
Iudæa per aduentum Antichristi superbi, laqueo seductionis capitur. to.1.185.I
Iudæa errore capta, pro Christo Antichristum expectat. Ibidem.M
Iudææ prius mysteriorum non insciæ, & postea cæcæ per Isaac caligantē figuratur. to.1.211.H
Iudæa incarnato domino diaboli tentatione in perfidiam est versa. to.2.56.H
Iudææ cęcitatē secuta est crudelitas persecutionis. Ibidem.K
Iudææ crudelitas lucem gentibus sparsit. Ibid.L
Iudææ duritia ad audiendum verbum. tomo. 2. 70.G
Iudæa in extremis ad fidem conuertetur. to.2.54. L M.& 113.D
Iudææ regnum in Christi aduentu in quatuor erit diuisum. to.1.110.I
Iudæam & gentilitatem venerat deus redimere. to.2.105.L
Iudæa nunc dicitur terra. to.2.277.I
Iudæa in cæcitatis suæ tenebris non semper deseretur. to.2.268.A
Iudææ cæcitas & obstinatio. tomo.2.276.D.& sequen.
Iudææ destitutio. to.2.276.B D E
Iudææ reprobatio. to.2.256.D E
Iudææ repulsio. to.2.267.I K

Iudæi.

Iudæorum reprobatio. tomo.1.19.B.68.A.121.G 172.H I
Populus Iudæorum stultus fuit, dominum præsentem in carne spernendo. to.1.31.I K
Iudæi morte Christi fideliū sperabant tollere deuotionem, sed inde fides creuit. to.1.34.C
Iudæi gentibus subditi sunt, quia deo subdi noluerunt. to.1.51.M
Iudæi expulsis à Iudæa apostolis in ea manere nō potuerunt. to.1.52.A
Iudæi prius Christum venturum credentes incarnatum non crediderunt. to.1.67.H
Quomodo cor principum Iudæorum sit immutatum. to.1.68.B
Iudæorum superbia incarnationis mysterium despicere maluit, quàm sequi. to.1.67.C
Iudæi Christum toties prophetatum venientem oblitioni dederunt. to.1.83.B
Quare Iudęi Christū non cognouerunt. Ibidem.C
Iudæi dominum suum despexerunt. Ibidem.E F
Iudæus populus lapis caliginis dicitur. tomo. 1. 106.F
Iudæus populus vmbra mortis fuit. to.1.106.F
Iudæi iuuj quare dicuntur. Ibidem.I
Iudæi in ore tenebant legem, sed legis persequebātur auctorem. Ibidem.K
Iudæi peccauerunt ex studio & industria. tomo. 1.147.H
Iudæi quare sub meridiano sole feruere dicātur. to.1.161.F
Iudæi post tot beneficia à deo collata illius mortem procurauerunt. to.1.169.B
Quare Iudæi sunt excæcati ne legem agnoscant. Ibidem.C
Iudæi dicuntur onagri & draconcs. to.1.172.I
Quomodo deus dicitur genuisse Iudæos. tomo.1. 173.A
Deus locutus est Iudæis in ænigmatib⁹ & in nube. to.1.175.B
Iudæi sensus mysticos legis negligentes, debitum fidei suæ propter nebulā perdiderunt. Ibidē.C
Cæcitas Iudæorum. Ibidem.D E
Iudæi in fine ad fidei cognitionem venient. to.1. 211.G H.& to.2.47.D
Iudęi ante passionem Christi ipsum cognouerunt. Ibidem.H
Iudæi in fine venient ad conuiuium domini. tom. 1.212.E
Concio dæmonum coram Iudæo. to.2.29.K
Dictum dæmonum de Iudæo cruce signato. tom. 2.29.I.
Iudæus viso dæmonum concilio baptizatur. Ibidem.M
Iudæorum inuidia. to.2.53.H
Iudæi redemptorem promissum videntes, negabant. to.2.56.I
Iudęi Christum promissum vidētes turbari sunt. to.2.78.F
Iudæi videntes Christum mortalem, & humana patientem dubitauerunt de eo. Ibidem.
Iudæorum obduratio. to.2.109.E
Multi Iudæos operatione imitantur. Ibidē.G H
Iudęi deteriores ex prędicatione facti sunt. Ibidem.

Iudæorum malitia in Christum. to.2.104.I
Iudæi erant sinendi. to.2.144.M
Iudei debent coleari suas festiuitates celebrare. to.2.157.A
Similiter alias suas ceremonias. to.2.240.A B
De Iudæis non persequendis. to.2.157.A & 202.E
Iudei sunt inuitandi ad fidem. to.2.157.A
Iudæi prædicatione ad fidem trahi debent. to.2.55.M
Iudæi non debent vi baptizari. Ibidem.
Iudæis non licet Christiana habere mãcipia. to.2.169.B & 174.H
Iudæis conducti, ad colendos agros, non auferãtur. to.2.174.H
De Iudæis conuertendis. to.2.175.L
Iudæis, si ad fidem conuertãtur, possessionis onus debet ex parte imminui. to.2.177.H I
De Iudæis & de mancipiis ab eis comparatis. to.2.189.H.206.H I.215.I & seq.
De conuersione Iudæorum in Agrigentino territorio. to.2.202.A
Mancipium à Iudæo emptũ, si non infra quadraginta dies venundetur, poterit liberum abire. to.2.206.H I
De synagogis Iudæorum irrationabiliter occupatis. to.2.209.L M
Nihil debet Iudæis in suis synagogis molestiæ fieri. Ibidem.M
Quod semel consecratum est, non debet Iudæis restitui. Ibidem.
Quare Christus Iudæorum scandala aliquando curauit, aliquando non curauit. to.2.219.I
De Iudæis non opprimẽdis. to.2.241.M & seq.
De synagoga Iudæorum. to.2.249.A
Iudæi si voluerint fieri Christiani: aliquantulum eis pensi relaxetur. to.2.249.L
Iudæorum obstinatio. to.2.261.G H & seq.
Iudæi saluatorem expectant: quem deum fore non credunt. to.2.261.G H I K
Iudæi expectant Antichristum. to.2.261.H M
Iudæi patrum miracula ad elationis ostensionem habent. to.2.261.M & seq.
Iudæi occisione Christi sua spe falsi sunt. tom.2.262.G H
Iudæorum repulsio. to.2.265.M & seq.
Iudæi prophetarum scripta, sciebant promissum vero per ea nesciebant. to.2.266.B
Iudæorum perfidia ex senectute. to.2.266.M & sequen.
Iudæorum peccatum grande est. to.2.266.G
Iudæorum hæreses. to.2.267.A
Iudæi in omnibus scripturis redẽptori nostro contradicunt. to.2.267.A
Iudæi sacram scripturam iuxta literam intelligẽtes varias hæreses statuunt. to.2.267.A B
Iudæi quare cæci remanent. to.2.267.G
Iudæi hactenus cæci sunt, vt promissa patribus suis signa in Christo audisse non credant. to.2.267.G
Iudæorum reprobatio. to.2.275.A B
Iudæi per infidelitatem malignis spiritibus subditi sunt. to.2.277.C
Iudæi hostibus non resistunt quia fidem in redẽptorem non ponunt. to.2.277.D
Iudæi patres suos non cõsequuntur. to.2.277.K L
Iudæorum versutiam fideles facile impugnant. to.2.277.L M
Iudæorum temeritas magna regem petendo. to.2.287.H & seq.
Iudæi qui regem petendo deum abiecerant postea idola coluerunt. to.2.287.K
Iudæi propter infidelitatem, & spiritali & materiali plaga percussi sunt. to.2.278.A B
Iudæus sensum legis carnaliter retinens, fidelibus resistere disputando non potest. to.2.278.K
Iudæi nobiscum ad sacrificium venire nequeunt. to.2.327.E
Iudæi errorum suorum gladio à demonibus perimuntur. to.2.298.I

Iudaicus.

Iudaicus populus, maior est filius domini. to.1.8.E F
Quod primogenitus frater sit Iudaicus populus: & domus quatuor angulorum scribæ, pharisæi, sacerdotes & seniores populi. Ibidẽ.L M
Quòd plebs Iudaica & legis sacramẽta à capite & corpore suo amissa sunt & scissa. to.1.9.B
Iudaicus populus in fine saluabitur. Ibidem.G 17.A.to.2.61.A
Iudaicus populus legem portat, qua conuincente moriatur. to.1.15.H
Iudaicus populus seruus dei fuit. to.1.83.C
Iudaicus populus vidit Christum mortalem, sed quòd morte sua nos liberaret non intellexit. to.1.107.B
Dives epulo Iudaicum designat populum. tom.1.148.A
Populus Iudaicus legẽ trinitatis ignorauit. to.2.83.F G
Populus Iudaicus solam decalogi legẽ seruabat. Ibidem.
Iudaicus populus Oriens dicitur. to.2.87.L

Iudaizare.

Iudaizat qui vult diem sabbati solennizare. to.2.240.D

Iudex.

Iudex animarum esse non debet, qui mentis speculationem non habet. to.2.285.A
Deus iudex & testis peccatorum est. to.1.54.E
Apud misericordem iudicem nunquam sine venia culpa relinquitur. to.1.61.M
Qui iudices cum summo iudice sint futuri. to.1.65.H
Iudices dicuntur qui examinandis aliorum moribus præsunt. to.1.67.E
Quomodo iudex deduci dicitur in stuporem. Ibidem.
Iudex supremus ante iudicium precibus placari potest, in iudicio non potest. to.1.85.H
Iudex nunc peccantes considerat & expectat. to.1.88.H
Iustus iudex transfert se in personam proximi. to.1.114.I
Iusti iudicis officium. Ibidem.I K
Quanta cura adhibẽda est in cogitatione venturi iudicis. to.1.126.M
Qui supererogationis opera sequuntur, erunt in iudicio iudices & non iudicabũtur. to.1.153.M
In examine recti iudicis, mutat merita ordinum qualitas actionum. to.2.15.M
Christus cùm iudex apparuerit, & speciosus iustis, & terribilis erit iniustis. to.2.64.B
Iudex internus potius considerat mentem quàm verba. to.2.118.E
Iudicem aditurus, patronum conquirere debet. to.2.122.L
Iudicem misericordem hic cum lachrymis adire debemus. to.2.126.B
Iudex exteriora & interiora iudicabit. tom.2.129.D
Iudex districtus dum sustinet, debemus cogitare quid nobis sit futurum. to.2.132.E
Iudex non ex sublimioris gradus prærogatiua, sed ex operũ meritis approbabit. to.2.160.M
Iudex præ oculis debet dei timorem habere. to.2.168.C & 189.I
Iudex laicus sacerdotes opprimere nõ debet. to.2.175.C
Iudex debet habere actionem districtam, & linguam mitem. to.2.189.L
Iudex debet vtrique parti litigantium se exhibere communem. to.2.207.G
Iudices secundum rationem & nõ impetuosè, vel furiosè, iudicare debent. to.2.209.G
Iudex citius ad precẽ flectitur, si à pranitate sua petitor corrigatur. to.2.240.B
Metu coram iudice deponens in depositionem episcopi, mitius puniatur. to.2.245.D
Pœna iudicum præsumentium aliquid in causis clericorum. Ibidem.M
Iudicum discretio. to.2.246.L

Iudicare.

Iudicare subditos non potest qui spiritum huius mundi habet. to.2.285.A
Quòd deus iudicat, lumine illustrat. tomo.1.19.G
Mos iudicandi aliena, naturæ humanæ. tomo.1.32.B
Christus quotidie facta mortalium iudicat. to.1.67.C
Quisquis in fine iudicari formidat, hic quantum potest seipsum iudicat. to.1.69.L
Qui se prius non iudicat, quid in aliis rectum iudicet, ignorat. to.1.82.A
Coram domino iudicari quis dicatur. tom.1.145.H
Qui seipsum coram deo non iudicat, tum dum affligitur non expectat. to.1.152.E
Nemo bene iudicat quod ignorat. tomo.1.157.B
Debemus nos iudicare antequã alios iudicemus. to.2.59.I
Qui aliter sua, & quæ sunt proximi iudicat pondus & pondus habet. Ibidem.
In quo debemus iudicare facta aliorum. tom.2.87.K & seq.
Iudicum discretio. to.2.287.A

Iudicium.

Fugere iudicium dei, est se in pœnitentia abscondere. to.1.19.H
Occulta dei iudicia. to.1.23.H
Dies iudicij dicitur porta regni. to.1.32.C
In iudicium dominus veniens peccatorem videt vt feriat. to.1.45.D
In die iudicij reprobi erubescent. to.1.51.A
Quilibet in iudicio sui cæcus est. to.1.54.H
Iudicium dei nec peccator nec iustus effugit. Ibidem.I
Disputatio ad iudicium pertinet. to.1.68.E F
Nulla sine occulto dei iudicio hominibus fiunt. to.1.71.B
Occulta dei iudicia ab ecclesiæ prælatis non cognoscuntur. to.1.77.E
Terror supremi iudicij mala præterita cogitare facit. to.1.85.L M
Malos in iudicio boni & mali accusabunt. to.1.88.G
Iustum dei iudicium in discretione angelorum. to.1.90.H
Secreta dei iudicia nemo ad plenum intelligit. Ibidem.
Coram deo iudicium ponere. to.1.94.G
Qui subtile dei iudicium intuetur, amaritudine pœnitentiæ seipsum persequitur. Ibid.G H
Quanto terrore Christus veniet ad iudicium. to.1.102.E & to.2.104.G
Iudicium dei aduersus negligentes præcepta sua. to.1.103.L M

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudicij turbo tempestas dicitur. to.1.105.A
Non est ante sufficientem probationē præcipitandum iudicium. to.1.115.I
Deus Sodomitas igne iudicij ante iudicium prævenit. Ibidem.K
Quid est venienti ad iudicium librum offerre. to.1.132.M
Conversus quisque attendere non cessat quàm districtus index æternus adveniat. to.1.142.C
Quis dicitur amare iudicium. to.1.144.C
Proponendum est contra se futurum iudicium. to.1.145.G
In iudicio mentis, nullum deest causæ mysterium, vbi cōscientia accusat & ratio iudicat. Ibid.H
Iudicium futurum multiplex. to.1.145.H
Quale debet esse examen conscientiæ in discussione iudicij futuri. Ibidem.I K
Pro hac vita in potestate nostra est, internū mentis nostræ contra nos subire iudicium. Ibidem.K
Quomodo diuina iudicia intenduntur, super vnā animam, vnam vrbem, & vnam gentem. to.1.148.C
Diuina iudicia talia verba nostra audiunt, qualia ex intimis proferuntur. to.1.150.E
Quidam in iudicio non iudicantur, & pereunt. to.1.154.K
In iudicio hi verba iudicis audiunt, qui eius fidei verba tenuerunt. Ibidem.L
Ex parte electorum quidam in iudicio iudicantur & regnant. Ibidem.
Quidam in iudicio non iudicantur & regnant. Ibidem.M
Iudicia dei incomprehensibilia. to.1.157.B & 174.K
Et quomodo incomprehensibilia. to.2.26.B C
Iudiciorum dei similitudines. to.1.157.B C
Tanta debent iudicia dei humilitate venerari, quanta obscuritate nequeunt conspici. Ibid.
Instante iudicio nō erit opus prædicatione. to.1.160.K
Diuini iudicij occulta mensura est. to.1.167.H
Iudicia dei quàm mirabilia sint. to.1.171.A
Diuina iudicia cùm nesciuntur, non sunt discutienda. to.1.191.E
Deus in iudicio mansuetus iniustos puniet. to.1.192.G H
Christus in iudicio, trāquillus iustis, & iratus apparebit iniustis. Ibidem.
Quare deus in iudicio mansuetus iustis apparet. Ibidem.H I
Quare deus in iudicio iratus peccatoribus appareat. Ibidem.
In die iudicij pœnitentia impiorum irrita erit. to.1.200.C
Iudicium vltimum sine misericordia erit. to.1.201.F
Iudicij vltimi sententia. Ibidem.G
Iudicia dei abyssi dicuntur. to.1.207.H
Iudicia dei profunda cogitare, est alas deponere. to.2.65.K & seq.
Iudicij dies semper ante oculos ponendus est. to.2.98.D
Ad iudiciū sine intermissione properamus. to.2.106.D
Iudicij extremi horror mirabilis erit omnibus, præsertim pastoribus. to.2.108.K
In iudicio pastores cum suis gregibus apparebūt. Ibidem.
Longè magis timendum est iudiciū diuinū, quàm humanum. to.2.117.E & 230.D
Iudicia duo deus ex vna re exhibuit. to.2.117.E & 133.H I
Iudicia dei quanto sunt inuestigabilia, tanto debēt humanis mētibus esse metuēda. to.2.156.D
Admonitio de die iudicij. to.1.168.F G
Iudicium absolutum esse non debet in rebus dubiis. to.2.169.H
Peruersitas iudicij in Sardinia. to.2.180.M
Qui bonis studiis comptus est, iudicio non fauore magnus est. to.2.222.D
Iudicij vniuersalis diē nemo scit nisi solus pater. to.2.223.D
Iudicij venturi sententiam fugere per pœnitentiā possumus. to.2.227.I K
Nullum seruetur iudicium, nisi rationabiliter habitum. to.2.245.C
Iudicij peruersio ex acceptione munerum quæ ex auaritia procedit. to.2.289.I
Iudicia diuinæ districtionis plærique metuunt qui prima agere non desistunt. to.2.305.C

Iugum.

Asperum iugum & diræ seruitutis pondus est, subesse temporalibus. to.1.179.G
Iugum est verbum dei. to.2.149.F
Iugū portare debemus ab adolescentia &c. Ibid.

Iulianus.

Iuliani Apostatæ lex. to.2.172.C

Iumentum.

Per iumenta sensu pigriores designantur. tom.1.66.D
Iumenta terræ qui dicantur. tom.1.151.E & sequen.
Iumenta in stercore putrescere. to.2.103.E.& 121.H

Iuniperus.

Radix Iuniperi auaritiam designat. to.1.119.B

Iura.

Iura regis interdum in bonam partem dicuntur. to.2.289.L M
Iura regia potius vitanda sunt quàm imitanda. to.2.287.L
Iura hominum proponuntur contemnentibus iura dei. to.2.287.H

Iuramentum.

Iuramentum proferre, est nos voto diuinæ virtutis alligare. to.1.191.I
Cauti in iuramentis esse debemus. to.2.315.I
Iuramentis quanta cautela inesse debet. tom.2.215.I
Iuramentum regis quale sit. to.2.313.E
Iurando cauti esse debemus, & discreti ne peruersa iuremus. to.2.315.H I
Iurare domino, repromittere est. to.2.305.L
Iusiurandum dimittitur cum male iuratur. to.2.315.I

Iustinus.

De peruerso consilio Iustini. to.2.204.H

Iustitia.

Quomodo iustitia nostra peruertitur aliquando. to.1.10.G
Iustitia nostra examine diuinæ iustitiæ, iniustitia est. to.1.25.D
Idem si comparetur ad diuinam. to.1.29.F & 99.M
Quantacunque iustitia electi polleant, ad innocentiam sibi non sufficiunt. to.1.47.L
Ex iustitia non in nobis, sed in domino gloriandum est. to.1.53.M
Iustitia pro vestimento capitur. to.1.82.K
Gloria cuiusque sua iustitia est. Ibidem.
Apud deum nulla est iustitia hominis, si eam extollat arrogantia mentis. to.1.93.M
Operimētum ad iustitiam pertinet, frigus ad culpam. to.1.96.G
Iustitia præponenda est pietati. to.1.115.A
Humana iustitia iniustitia est, si diuinitus distrīgit iudicetur. to.1.127.I
Iustitia nostra, quomodo nostra. to.1.140.F
Iustitia nostra cum adiuuat, quem à prauis actionibus mutat. to.1.256.K
Quomodo iustitia conuertitur in iudicium. to.1.154.B
Debemus pro defensione iustitiæ nosipsos obiicere. to.1.187.C
Bonorum causa iustitia est. to.1.155.E
Vnde agnoscitur quid est iustitia, inde eruditur vt videat quid est culpa. to.1.191.C
Iustitia quid sit. to.2.97.A
Iustitia vera compassionem habet. to.2.124.D
Iustitiam falsam habentes alios despiciunt. Ibidem.E
Iustitiam vendere quid est. to.2.132.D
Iustitiam quam quis mente gerit, operibus etiam monstrare debet. to.2.158.K
Summum in regibus bonum est, iustitiam colere. to.2.216.L
Iustitiam diuinam post peccatum non timere periculosum est. to.2.274.B C

Iustus.

Iusta sunt cuncta quæ patimur. to.1.7.G
Deus qui sibi iusti videntur deserens, qui se iniustos fatentur assumpsit. to.1.9.D
Quòd iusti frustra percutiuntur, & non frustra. to.1.11.L
Sicut iniusta dicere, ita iusta reticere peccatum est. to.1.12.M
Iusti in dolore tribulationis propriæ positi, nō deserunt curam vtilitatis alienæ. to.1.14.G I
Iustorum proprium quid sit. Ibidem.I
Iustorum fortitudo in bello. Ibidem.I K
Nullus carnalium desideriorum tumultus iustos tenet. to.1.23.A
Bona iusti agunt, vt soli deo placeant. tom.1.23.I
Iusti in prosperitate turbantur. Ibidem.
Iusti in hac vita magis prospera quàm aduersa formidant. Ibidem.K
Iustorum meditationes. Ibidem.
Iusti viri deflent & pauent. to.1.24.K
Deus permittit iustos affligi. to.1.25.E
Iusti in hoc seculo sic custodiunt à leone, leæna, & catulis eorum. to.1.27.C
Iusti in sapientia moriuntur. to.1.30.E
Iusti progenies herbæ terræ comparatur. tom.1.36.A
Iusti verba dolore plena sunt. to.1.37.G
Iusti amarum putant esse dulce. Ibidem.M & 38.G
Iusti afflictionem requiem putant. to.1.38.A B & Ibidem.H
Iustorum timor. Ibidem.G & 45.E
Mens iusti cruciatus appetit. to.1.38.H
Fortitudo iustorum quid sit. Ibidem.M
Iustus ad mundi pericula, pro mundo toleranda, debilis est. to.1.39.B
Iusti huius vitæ gaudia plenè despiciūt. to.1.41.I
Iustus peccata sua semper detestatur in cōfessione. to.1.45.I
Contemplatio iustorum. to.1.46.D E
Quæ sit desperatio iusti. Ibidem.K
Iustus de diuinæ misericordiæ largitate nū desperat. Ibidem.
Iniustis semper grauia sunt verba iustorum. to.1.48.A
Iustorum bona vsque ad terminum vitæ crescūt. to.1.48.K
Iusti nec præsentia bona curant, nec præsentia mala timent. to.1.51.B
Iustis exercitium virtutis est, si sola exterius aduersa

tolerare. to.1.54.E
Iustum aliquando iniustè quæsitum exequitur. Ibidem.G
Tædet iustum viuere. Ibidem.H
Quare iusti aliquando cadere permittuntur. to.1.58.I
Iusti ex reprehensione corriguntur. to.1.60.M
Iusti vita Luciferi condemnatur. to.1.63.M
Iusti in hac vita aduersa tolerantes in fine lumine corrisc abant. to.1.64.A
Prudentia iustorum à sapientibus mundi fatuitas creditur. to.1.65.A B
Iusti simplicitas à reprobis despicitur. Ibidem.F
Iustus in vita præsenti despectus, in futura potestate magna fulgebit. Ibidem H
Quomodo lampas iustorum passim contemnitur. Ibidem.H & seq.
Lampas iustorum quæ nunc contemnitur, ad statutum tempus ventura præparatur. Ibidem.K
Differentia timoris iustorum & iniustorum. to.1.68.K
Iusti & si sæuiendo aliorum facta arguant, cum compassione reprehendunt. Ibidem.H
Iustorum proprium est non solum suam sed & proximorum ædificationem in dictis & factis quærere. to.1.69.B
Si iusti non labantur in opere, labuntur tamen in cogitatione. Ibidem.F
Iustorum merita dominus flagellis auget, non tergit delicta. Ibidem.G
Iustorum labor est vt seipsos inueniant. Ibidem.K
Verba & opera iustorum & iniustorum similia sunt, intentio tamen diuersa. to.1.73.H I
Iustus ne iustitiam deserat, non facit quod potest. to.1.76.B
Iustis æterna non deerunt, quando pravis terrena bona non denegantur. to.1.78.H
Cœlestia iustus appetit quæ sibi cum reprobis communia esse non possunt. Ibidem.
Desiderium iustorum ante Christi aduentum. to.1.79.C
Iustus non est qui iustitiam in dolore deserit. to.1.82.C
Iustus iniusta patiens, non tam ad iram, quàm ad preces mouetur. to.1.83.K
Iusti huius mundi gloriam quasi stercus reputant. to.1.86.C
Iustorum conuersatio in cœlis est. to.1.88.F
Iusti partem à domino non accipiunt, sed ipsum dominum. Ibidem.K
Multi iusti diuites fuerunt qui bona in manu habebant. to.1.90.A
Iusti de errore pereuntium lætari non possunt. to.1.93.C
Quando iusti de iniustorum interitu gaudebunt. Ibidem.D
Iusti de iniustorum nequitia tabescunt. Ibidem.
Quanto plus iusti hic laborãt, tanto amplius dũ contemplari desiderant. tomo.1.94.D E
Animæ iustorum probantur quasi aurum quod per ignem transit. Ibidem.M
Iustorum mentes per intentionem domino semper assistunt. to.1.95.C
Iustorum sollicitudo est, actus suos quotidie iuxta viam veritatis examinare. Ibidem.
Iusti semper ad cordis secretarium redeunt. Ibidem.H
Corda iustorum sæpe cogitationes polluunt. Ibidem.I
Anima iustorum vulneratur, cùm fides turbatur infirmorum. to.1.97.A
Indignum est iustum ab iniustis iudicari. tom.1.99.E
Iustus dei illustratione, non comparatione, iustus est. Ibidem.M
Iusti mœrore afflicti, consideratione cœlestium cõsolantur. to.1.108.D E
Iusti aurum esse possunt in hac vita, sed obrizum esse non possunt. Ibidem.M
Iustorum iudicia diademati comparantur. to.1.114.I
Quare iustorum iudicium diadema dicatur. Ibidem.I K
Iusti & iniusti comparatio, ex fine. to.1.125.G H
Iustorum vita palmæ comparatur. to.1.116.A
Vtilitati iustorum, militat potestas iniquorum. to.1.121.K
Iusti quos clementer tolerant, docere non cessant. to.1.123.G
Non inuident iusti fœlicitati reproborum. tom.1.125.G
Vir iustus audita sua laude purgatur. tomo.1.130.B
Iusti malo culpæ se participes esse credũt, si in iniquitate eos crescere silẽdo permittunt. t.1.135.I
Iustorum vita conspicienda est. to.1.140.K
Quandiu indigeamus resici exemplis iustorum. Ibidem.L
Iustorum interitus cum lætitia est. to.1.142.F
Iusti aliquando in correctione mites, aliquando seueri sunt. to.1.143.F G
Iusti in hac vita à reprobis affligi permittuntur. to.1.150.L M
Iusti in tribulatione supernum solatium temporaliter percipiunt, quod non temporaliter implorant. to.1.151.M
Profectus dilationis desiderij iustorum. tomo.1.152.B
Iusti plærunque laudant bona quæ dicunt. Ibidem.M
Laus sua iustos cruciat, iniquos exaltat. tomo.1.154.I
In hac vita duo sunt genera iustorum. tomo.1.157.H
Mira dei misericordia in exaltatione iustorum in cœlum. to.1.159.D E
Quomodo iustus & iniustus differẽter expectant iudicium. to.1.186.I
Iusti fecunditas leoni comparatur. to.1.187.C
Esca iustorum est conuersio peruersorum. tomo.1.191.A
Differentia iustorum est iniustorum in iudicio. to.1.192.H
Iusti videntes miserias damnatorum, in laudibus dei crescunt. to.1.200.F
Iusti æquanimiter flagella tolerant diuina. to.1.201.E
Eripiuntur iusti dum diuiduntur iniusti. tomo.1.205.E
Iusti cum laborem suum sine fructu fore considerant, in alium locum ad laborem cum fructu migrant. to.1.24.F
Monachus iustus nomine tres aureos secum retinuerat. to.2.43.G
Iustorum honesta occupatio. to.2.49.G
Iusti vt sibi adhærentes ad amorem accendunt, carbones sunt: vt verò remotos illustrant, lampades sunt. to.2.60.C
Iusti non humana, sed diuina iudicia aspiciunt. to.2.68.B C
Iusti aliquando bona opera sua aliis narrant. Ibidem.E
Iusti vituperium sui non semper patiuntur. Ibidem.E F
Iusti detractionum verba red arguunt. Ibidem.G
Solis iustis regni cœlestis præmia debentur. to.2.112.A
Mors iustorum bonis est in adiutorium. tomo.2.126.F
Iusti iniustorum tormenta videre possunt. tom.2.134.A
Iustus esse non potest qui fidem non habet incarnationis. to.2.261.M
Iusti quare permittuntur cadere. to.2.320.E F

Iuuenes.

Iuuenes, etiam rectè sapientes, non debent incautè ad prædicandum prosilire. to.1.66.H
Iuuenes optimi principum. to.2.290.M

Iuuenculæ.

Iuuenculæ ante sexagesimum annum virgines nõ consecrentur. to.2.173.I

Iuuentus.

Iuuentutem qui sine fructu præteriit, saltem in senectute resipiscat. to.2.110.A

Kyrie eleison.

Kyrie eleison vnde profectum sit. tom.2.210.F

Laban.

Laban dealbatio interpretatur. to.1.181.B C
Laban mundum designare potest. Ibidem.
Laban exactoris typum tenuit. Ibidem.
Quare Laban idola sua apud Iacob non inuenit Ibidem.C
Filiarum Laban & Saulis comparatio. tomo.2.317.A B

Labium.

Duobus modis labiis delinquimus. to.1.12.M
Dei labia iudicia eius. to.1.61.B
Quomodo deus labia sua aperit. Ibidem.B C
Labium veracium mutari quomodo intelligitur. to.1.67.G
Per labia ecclesiæ prædicatores dicuntur. to.2.48.B
Labia mensarum quid designent. tomo.2.94.C & sequen.

Labor.

Subleuatio est laboris, visitatio collaborantis. to.1.24.D E
In laborem os mittere quid sit. to.1.45.I
In omnibus laboribus fructus semper pensandus est. to.1.137.E
Laborani sustinens. to.2.113.C
Sine labore transire non possumus æstum huius seculi. to.2.182.C D

Lachryma.

Gratia lachrymarum à bonis expetenda. tom.2.34.I
Lachrymarum legationem mittamus ad regem. to.2.129.I

Lactare.

Lactare paruulos sanctæ ecclesiæ interest pastorũ. to.2.258.A

Lætitia.

Lætitia immoderata sæpe bono operi subiungitur. to.1.4.F
Lætitia satietatis, præuncia est tribulationis. to.1.6.I
Inanis lætitia dulcis est, sed in fine amara. tom.1.86.K
Non est secura lætitia multa cognoscere, sed cognita custodire. to.2.129.A
Lætitia arcana mentis aperit, aperiendo amittit. to.1.173.L

Læua.

Per læuam sponsæ vita præsens designatur. to.2.46.B

Laguncula.

Lagunculæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Laguncułæ quid designent. to.1.135.L

Laicus.

De iniustis ponderibus laicorum. to.2.157.L
Laicus cuiusuis meriti non venit eligendus. to.2.163.B K
De violentiis laicorum reprimendis. to.2.166.B
Laicæ personæ non assirent ad sacerdotium. to.2.188.F
Laici non præsumant aspirare ad episcopatum. to.2.195.A.205.M 215.I & seq.
Laicis non temere tuitionem ecclesiasticam impendere. to.2.205.K
De laicis qui tonsurantur vt fiant episcopi vel abbates. to.2.214.M & fo.seq.K M
Laici ministerio cubiculi pōtificalis non obsequantur. to.2.251.L

Lamenta.

Lamenta sine humilitate non prosunt. tomo.1.56.C
Lamentæ sequuntur gaudia. to.2.104.A

Lamia.

Lamiæ hæreticos significant. to.1.114.B
Lamia hypocritas designat. to.1.203.B

Lamina.

Per plumbi laminam Iudæa intelligitur. tomo.1.84.B

Lampas.

Lampades diuinitus accensæ to.2.33.M
Per lampades iusti manifesti figurantur. tomo.2.60.C

Lapis.

Lapides regionum, electi sunt ecclesiarum. to.1.35.H
Lapides homines designant. to.1.50.B
Lapidum nomine viri in ecclesia sortes designantur. to.1.96.I
Lapis dicitur calore solui, cum cor durum igne diuini amoris tangitur. to.1.106.C & sequen.
Lapides aliquando in bono, aliquando in malo dicuntur. Ibidem.I
Lapis angularis quis dicatur. to.1.165.K L
Lapidis angularis intellectus duplex. to.1.167.A
Per lapides qui designentur. to.1.173.B D
Nouem genera lapidum, qui sunt nouem ordines angelorum. to.1.195.H
Per lapides quadros quid intelligatur. tomo.2.93.E F
Per lapides intelliguntur gentes. to.2.121.D
Lapides nouem preciosi, nouem angelorum ordines notant. to.2.124.L
Lapis magnus Christus est. to.2.283.B
Lapis Christum significat. to.2.285.L
Lapidem reuoluere. to.2.314.C

Lapsus.

Lapsus in culpam. to.1.19.L M
Ordo lapsus in culpam. to.1.20.M
Clericus lapsu carnis damnatus, vlterius ad altaris mysterium admitti non debet. tomo.2.175.C D & 178.I K.
De lapsu presbyterorum, diaconorum, & subdiaconorum. to.2.178.I
Lapsi quomodo possint reparari. to.2.209.A
Lapsus post dignam satisfactionem ad pristinum redit honorem. to.2.209.A & seq.

Latitudo.

Latitudo ad charitatem proximi pertinet, altitudo ad intelligentiā cōtēplatoris. to.2.80.C D

Latro.

Latrones dei sunt diaboli. to.1.82.M
Latro in cruce clauatus manus & pedes. tomo.1.108.B
Latro in cruce subita repletus gratia, habuit fidē, spem, & charitatem. Ibidem.
Mors Christi alterum conuertit latronem, alterum excaecauit. to.1.160.E
Latro de patibulo transiuit ad regnum. tomo.1.171.B
Latro prius ad paradisum quàm Petrus est perductus. to.2.110.A
Latro bonus magnam peccatoribus præstat fiduciam. to.2.112.A

Laus.

Qui laudes humanas appetit, testem suum quærit in terra. to.1.77.I
Si laudibus erigimur, vituperationibus humiliamur. to.2.209.E
Laus indenota nulla est. to.2.261.A
Laudes moribus æquare, & laudes appetere in quo differunt. to.2.313.H I
Laudes quærere vt maiora operetur, fallitur. to.2.313.I
Laudibus diuinis imputandum est quicquid magnum agere pensamus. to.2.311.H
Laudari interdum iusti appetunt interdum refugiunt. to.2.313.H I

Lazarus.

Lazarus erat mortuus, sed nō à mortuis sepultus. to.1.21.E
Lazarus pauper in fine requiem habuit, epulo vero cruciatum. to.1.65.C
Suscitatio Lazari quid figuret. to.1.131.B
Lazarus vulneratus significat gentilem populum. to.1.148.A
Suscitatio Lazari aliis fidem, aliis inuidiam suscitauit. to.1.160.E
Lazarus gentilem populum repræsentat. tomo.2.133.A B
Lazarus adiutus interpretatur. Ibidem.C

Lectulus & lectus.

Lectulus, cubile, & stratum, secretum cordis designat. to.1.46.C
Lectus siue grabbatum aut stratum. to.1.138.D & seq.
Per lectulum sponsæ ocij quietem intelligimus. to.2.45.I
Lectulum facere Salomoni quid sit. to.2.47.G
Lectus conscientiam repræsentat. to.2.135.G
Lectum per singulas noctes lauare. Ibidem.G

Leo.

Rugitus leonis, viri seueritas dicitur. tomo.1.26.L
Dentes catulorum leonum filij Iob edaces. Ibidē.
Leo virtute deum, sæuitia diabolum signat. to.1.27.B
Catuli leonum reprobos signant. Ibidem.B & sequen.
Leo Christum figurat. tomo.1.175.L. & to.2.88.F
Aliquando etiam diabolum. to.2.88.F
Leo custodiuit eadauer Iusti. to.2.39.A

Lexna.

Vox lexnæ, coniugis est loquacitas. tom.1.26.L
Lexna ecclesiam & Babylonem signat. tomo.1.27.B
Modus capiendi lexnam. to.1.58.I K
Ecclesia sacra lexna dicitur. to.1.107.E
Per lexnam quid intelligatur. to.1.177.D
Catuli lexnæ sunt Apostoli. Ibidem.

Leprosus.

Leprosi hæreticos exprimunt. to.1.25.M
Leprosi carne nil est abiectius. to.2.132.K

Letania.

De letania maiore. to.2.161.G
De letaniis faciendis. to.2.231.D
Vt plebs faciat septem letanias diuisim secundū status in vno die. to.2.240.A
Letaniarum lex. Ibidem.C

Leuare.

Nemo suis viribus se valet in alta leuare. tom.1.32.K
Corda cum manibus leuare. to.1.103.E

Leuiathan.

Leuiathan interpretatur additamentum hominū. to.1.18.H
Item additamentum eorum. to.1.199.A
Qui dicuntur contra se suscitare Leuiathan. to.1.20.E
Leuiathan potest per irrisionem vocari. tomo.1.199.A
Quomodo Christus linguam Leuiathan ligauit. Ibidem.D
Quomodo deus ancillis suis fortitudinem Leuiathan ligauit. to.1.200.I & seq.
Per caput Leuiathan quid designetur. tomo.1.201.B C
Per pellem eius quid. Ibidem.
Quid sit intrare in medium oris Leuiathan. to.1.202.C & seq.
Portæ vultus Leuiathan, sunt iniqui doctores. Ibidem.
Leuiathan sternutatio quæ dicatur. to.1.203.E
Quomodo fumus de naribus Leuiathan, exire dicitur. Ibidem.I
Quare Leuiathan dicitur regulus. Ibidem.M
Fumus egrediens à naribus Leuiathan, obscurat cordis oculos electorum. Ibidem.M
Leuiathan luxuriæ facibus cor Salomonis excussit. to.1.204.E
Leuiathan faciem superbiæ menti Euæ suppositit. to.1.204.E
Leuiathan inuidiæ flamma Cain animam succendit. Ibidem.
Leuiathan auaritiæ igne Achab animum concremauit. Ibidem.
Quid Leuiathan primas halitus perflare. Ibidem.E F
Quid Leuiathan ex ore emittere flammam. Ibi.F
Quomodo egestas faciem Leuiathan præcedere dicitur. to.1.205.A
Carnes Leuiathan sunt omnes reprobi. Ibidē.C D
Quare Leuiathan malorum vnitatem in iustos cōgregare permittitur. Ibidem.E F
Leuiathan incudi comparatur. Ibidem.G
Leuiathan à cœlo cadēte angeli electi territi sunt & purgati. Ibidem.H
Quomodo Leuiathan apprehendi à gladio dicitur. Ibidem.M
Leuiathan ex reprobis virtute prædicationis non mouetur. to.1.206.C D
Leuiathan verba prædicantium despicit. Ibidem.
Sapientiores in fine potestati Leuiathan subiicientur. Ibidem.I & sequen.
Quomodo Leuiathan reproborum corda infatuet to.1.207.H
Quare per corporeum animal Leuiathan figuratur. to.1.208.F
Leuiathan rex est superborum. tom.1.209.D
Absq; scientia Leuiathan cælat consilium. to.1.209.I
Leuiathan designat diabolum. to.2.116.B
Leuiathan hamo capit pater omnipotens. Ibidem
Quid subtrahi ab ore Leuiathan. Ibidem.C

Leui.

Leui interpretatur assumptus. to.2.96.H

Leuitæ.

Leuitarum pili iussi sunt radi, non euelli. to.1.28.I K
Leuitæ ab anno vigesimo quinto tabernaculo seruiebant, & à quinquagesimo custodes vasorū fiebant. to.1.135.M

Leuita peccatorem ecclesia debet parcere. to.2.13.H
Leuite inter pretantur assumen. to.2.283.D

Lex.

Qui lege accepta nati sunt, plærique lucem nõ viderunt. to.1.122.H
Qui legem carnaliter accipit, insulsum cibum comedit. to.1.137.M
Lex carnaliter data, mortem detulit. tom.1. 38.A
Legis dei initium, dilectio est dei & proximi. to.1.61.D
Lex dei charitas eius est. Ibidem.
Lex dei, multiplex est. Ibidem.G & seq.
Vmbra mortis erat legis duritia. to.1.67.K
Lex vetus sub percussionis vltione populũ tenuit. to.1.69.H
Lex ostendere peccata potuit, non auferre. tom.1. 109.A
Non necesse est lege perimi qui lege nunquam potuit teneri. to.1.153.L
Legis veteris rigor. to.1.174.E F
Christus laborem legis mutauit in libertatem. Ibidem.H
Legis veteris obseruantia. to.2.93.B C
Dominus venit ante legem, in lege, & post legem. to.2.121.F
Lex non patitur Iudæos nouas erigere synagogas sed veteres sine inquietudine permittit. to.2. 204.E
Adueniente lege Christi, præcepta quæ per figurã dicta sunt iuxta figuram prohibentur seruari. to.2.240.D
Lex carnis tolli non potest quin membra moueat. to.2.303.M
Lex crudelis regni vltio est domini abscidentis populi. to.2.301.I
Legem regni Christus loquitur ad populum. to.2. 301.L

Legislator.

Nullus legislatorum priscorum Christo similis est. to.1.156.I.
Legislatores qui fuerint. Ibidem.

Lia.

Lia lippa, sed fœcunda, actiua vita est. to.1.36.I
Lia laboriosa dicitur. Ibidem.& 291.L
Lia & Rachel vtranque vitam figurant. to.2. 79.K L
Lia lippa erat, sed fœcunda. Ibidem.L

Libanus.

Per Libanum baptisma interpretatur. to.2.48.F

Liber pro volumine.

Libri sacri sunt quasi quædam venæ argenti. to.1.105.K
Libri nõ canonici ad ecclesiæ ædificationem sunt editi. to.1.114.H
Librum in humero portare. to.1.132.E
Liber vitæ, visio aduenientis iudicis. tom.1. 140.K
Libri antiqui ad veritatis affirmationem multũ valent. to.2.187.I
Libri Romani veriores sunt quàm Græci. Ibid.

Liberare.

Quem deus liberare voluit, deserendo percussit. to.1.146.M
Liberari de manu dæmonum maximum est. to.2. 284.I K

Liber.

Beatius est liberum exire, quàm post vincula libertatem quærere. to.2.44.A
Quis dicatur liber. to.1.179.G H
Liber homo si fraudem committit, in persona non debet puniri, sed in facultate. to.2.224.B
Liberorum hominum Romani imperatores domini sunt, cæteri autem reges sunt domini seruorum. Ibidem.

Libertinus.

De Libertino præposito Fũdensis monasterij. to.2. 19.H & seq.
Libertini patientia. Ibidem.
Equus Libertino à Gothis ablatus est. Ibidem.
Caballus Libertino restituitur. Ibidem.I
Libertinus Francis inuisibilis. Ibidem.
Libertinus quocunque ibat magistri sui Honorati ferebat caligulam. Ibidem.K
Libertinus caligula Honorati puerum mortuum resuscitauit. Ibidem.
An Libertinus meritis suis, an caligula Honorati puerum suscitauerit. Ibidem.K L
Libertini mira patientia. Ibidem.L
Abbas Fundensis Libertinum iniuria affecit. Ibidem.
Libertini modestum responsum. Ibidem.M
Abbas Fũdensis ad pedes Libertini humiliatus. Ibidem.
Libertini causa. to.2.224.B

Libido.

Si per cordis mundítiam libidinis flamma non extinguitur, frustra quælibet virtutes oriũtur. to.1.126.K
Causa libidinis ex culpæ prorumpit elationis. to.1.151.G H
Libido ad perfectionem tendentibus arma voluptatis parat. to.2.318.C
Libido mentem per multos modos obscenitatis illicit. to.2.320.A
Libido nihil est nisi ignis. to.2.318.G
Libido more ignis succenditur. to.2.323.M
Libidinis aculei innumeri. to.2.303.M
Libido super omnia vitia maiores menti ingerit tenebras. to.2.321.E
Libidinum incitamenta perimuntur cum gulam domamus. to.2.303.M
Libidinis victoria subita est, circunspectio cogitationis. to.2.320.B
Libidinis fortia bella sustinemus dum in carne sumus. to.2.318.C

Librari.

Non solum facta, sed & cogitata librantur. to.1.145.C

Licita.

Multa de se licita sunt quæ malè fieri possunt. to.2.253.G

Lignum.

Lignum in panem mittere. to.1.71.E
Lignum in sacra scriptura vultipliciter dicitur. Ibidem.

Lilium.

Quid per lilia signetur. to.1.140.L
Per lilia mundæ animæ designantur. to.2.46.L
Lilia de cãdelabro prodeuntia, sunt merces prædicantium. to.2.61.G

Lingua.

Linguæ incontinentia discordiam parit. to.1. 26.C
Lingua cum non restringitur semper ad deteriora descendit. to.1.29.C
Confusio linguarum in ædificatione turris Babel. to.2.120.F
Imperitus linguarũ multas interdum patitur difficultates. to.2.223.D

Linum.

Linum sacerdotium designat. to.1.197.H

Lippus.

Lippus quis dicatur. to.2.3.K

Lis.

Mos veterum in decidendis litibus. to.1.127.K

Litera.

Quòd multa verba secundum literam accipienda non sunt. to.1.16.I
Cùm ratio literæ deficit, ad mysticum recurrendũ est sensum. to.1.133.A
Litera tegit spiritum, sicut palea frumentum. to.2. 44.E

Liuigildus.

Liuigildus filium suũ nec prece nec precio ad hæresim Arianam reducere potuit. to.2.34.A
Liuigildus Arianum ad filium cõuertendum misit. Ibidem.
Liuigildus moriens filium suum Richardum Leandro episcopo catholico commendauit. Ibidem.B
Liuigildus filium suum Ermigildum vita priuauit. Ibidem.

Liuor.

Liuor vulneris quid sit. to.1.137.L

Locus.

Loca arida quæ sint. to.1.197.I
Loca humentia quæ sint. Ibidem.
Locum appetens indebitè superiorem, in vltimo est constituendus. to.2.161.E
Loca quondam erroribus deputata possunt in diuinum cultum dedicari. to.2.167.G
Locum maiorem apud deum retinet, qui etiam est abiectioris vitæ. to.2.194.E F
Loca, vel ordines, proximos deo nos non faciunt. to.2.197.C
Loca dæmonum quæ sunt. to.2.315.K
Locus certaminis est cor verbum dei audientis. to.2.312.F
Locus iustorum bona conuersatio est. to.2.311.E
Locus prædicatoris non iacendi, sed standi officium habet. to.2.272.A
Locus sanctæ ecclesiæ quis. to.2.266.I

Locusta.

Locustarum natura. to.1.186.C
Locustarum nomine Iudaicus populus designatur. Ibidem.
Locustæ nomine lingua adulantis exprimitur. Ibidem.D E
Locustæ nomine redemptoris nostri resurrectio designatur. Ibidem.D
Locustarum nomine prædicatorum perfectio designatur. Ibidem.E & seq.
Per locustam inanis gloria designatur. tom.1. 204.B

Longobardus.

Longobardus quidam apes furari paratus à dæmone coram Mena vexatus est. to.2.33.D
Lõgobardi ad spectaculum mortis Sanctuli læti aduenichant. to.2.35.F
Longobardorum tyrannis. Ibidem.K
De conuersione Longobardorum. to.2.161.I
De persecutione Longobardorum. to.2.192.C
De pace facta cum Longobardis. tomo.2. 213.K

Loquacitas.

Loquacitas inter epulas valde effrenis est. to.1. 1.K

Loqui, & Loquutio.

Aliter deus ad diabolum loquitur, aliter ad deũ diabolus. to.1.5.I M
Aliter deus ad sanctorum animas loquitur aliter sanctorum animæ ad deum. Ibidem.I & sequen.
Deus angelis loquitur, cum eis voluntas eius intima videnda manifestatur. Ibidem.K
Loqui dei ad diabolum, est vias eius increpare. Ibidem.M
Loqui in auribus amicorum. to.2.291.F

Loqui in auribus domini quid sit. to.1.288.I M & 291.F
Loqui diuina appetentes spiritu sancto statim docentur. to.2.299.F
Loquitur deus ad diabolum quatuor modis. to.1.5.M
Loquitur diabolus ad deum tribus modis. Ibid. M & seq.
Stultè contra deum loqui quid sit. to.1.7.H I
Diuersitas loquendi. to.1.13.D
Effrenatè loqui, cœpta effrenatius plærique exequuntur. Ibidem.
Quanta humilitate debeat magistro loqui discipulus. to.1.25.H
Quadrifaria loquentium varietas. to.1.48.A
Loqui cum deo, est orare humiliter. to.1.68.F
Examinandum est quid sit loquendum. to.1.42.L
Alij loqui dissimulant, alij recta audire contemnunt. to.1.124.E
Coram deo loqui quid sit. to.1.131.K
Ex synceritate loqui quid sit. Ibidem.
Ex deo loqui quid sit. Ibidem.
In faucibus loqui quid sit. to.1.136.G
Quid sit dominum loqui de turbine. to.1.164.C
Dominus seruis suis loqui dicitur, cum per districtionem ne extollantur premit. Ibidem.
Dominus seruis suis loqui dicitur, cum eos per cõpunctionem interiorem prouehit. Ibidem.
Quibus modis deus hominibus loquatur. Ibid.
Loqui nostrum quid sit. to.1.191.H I
Loqui nostrum ad deum, quid sit. to.1.209.L
Loqui de deo, quietæ valde & liberæ mentis est. to.2.74.D
Loqui nõ debet quis vnum in lingua, & aliud in corde habere. to.2.178.D

Loquutio.

Differentia loquutionis angelicæ & humanæ. to.1.5.I
Duo sunt genera loquutionum importuna generi humano. to.1.42.C & seq.
Per linguam aperta loquutio designatur. tom.1. 43.A
Magnæ virtutis laus est simplicitas loquutionis. to.1.136.G
In omni loquutione attendendæ sunt circumstãtiæ. to.1.144.C
Duobus modis locutio diuina distinguitur. to.1. 164.C
Locutio incauta in errorem pertrahit. to.2.155.C
Vtilis est docti viri locutio. to.2.202.G
Locutio dei externa & interna. to.2.272.F

Lora.

Lora ecclesiæ, sunt præcepta disciplinæ. to.1.182.I

Loth.

Loth à Petro laudatur, quia inter malos bonus erat. to.1.1.E
Loth historia coniugium signat. to.2.15.E F
Loth in Sodomis sanctus extitit, in mõte peccauit. to.2.84.K
Loth in peruersa ciuitate iustus fuit, in monte peccauit. to.1.193.H

Lucas.

Lucas & Marcus quod scripserunt euangelium, non visu, sed auditu didicerunt. to.2.19.E
De Luca presbytero hæretico. to.2.204.C

Lucerna.

Lucerna lumen in testa est. to.1.80.B
Lucerna impiorum quando extinguitur. tom.1. 90.B
Lucerna est sacræ scripturæ lumen. to.1.112.M
Quid lucernam ardere in nocte. to.1.129.D
Lucerna lux prædicationis dicitur. to.1.181.K
Lucernam sub modio ponere. Ibidem.
Lucerna sacram scripturam figurat. to.2.317.F

Lucifer.

Quid sit patrem producere Luciferum. tom.1. 174.I
Per occultum dei iudicium is qui electis est Lucifer, reprobis auditoribus sit vesper. Ibidem.K
Lucifer in fine cum Michaele præliabitur. to.2. 124.M

Lucillus.

De depontendo Lucillo episcopo. to.2.210.C

Ludere.

Quid bestias in herbis ludere. to.1.197.C

Lumbi.

In lumbis luxuria est. to.1.77.B & 165.A
In lumbos ferire, est ad luxuriam pertrahere. Ibidem.
Lumbos mentis & carnis succingere. tom.1. 125.C D
Lumbos accingere quid sit. to.1.165.A
Lumbi animam repræsentare possunt. to.2.138.C

Lumen.

Lumen in viis iustorum splendere. to.1.93.M
Lumen creatum nobis non lucet, nisi illuminetur à lumine non creato. to.2.63.M
Lumen magnum quid sit. to.2.149.E
Lumen est cognitio dei. Ibidem.

Luna.

Luna ecclesiam totam significat. to.1.100.A. to.2.77.D
Lunam incedentem clarè videre, quid sit. tom.1. 128.I K
Lunæ proprium quid sit. to.1.129.H
Luna defectum carnis exprimit. to.2.98.G

Lupus.

Lupus quando dicitur super oues venire. to.2. 105.I

Lutum.

Lutum pro iniquitate accipitur. to.1.169.D
Per lutum terrenarum rerum multiplicitas significatur. to.1.206.M & seq.
Per lutum designatur desiderium sordidæ voluptatis. Ibidem.
Per lutum doctrina iniqua, sordidum sapiens. Ibidem.

Lux & Lucere.

Nos vno eodémque contuitu lucem & tenebras intueri non possumus. to.1.7.L
Multi in tenebris vitæ præsentis lucent. tom.1. 20.I
In luce dei nec tumultus cõcupiscẽtiarum, nec labor peccati, sed munditia est mentis & pacifica quies. to.1.22.I K
Lux beatorum, locus est eorum. Ibidem.M
Lucis appellatione intelligitur prosperitas. to.1. 23.K
Lux miseris quomodo datur. Ibidem.
Humanum genus in luce intima creatum, per peccatum suum lumen conditoris perdidit. to.1. 69.L
Lux post tenebras speratur. to.1.78.L
Lux nostra æterna patria est. to.1.97.I
Lux visibilis si incautè diligatur, à luce inuisibili cor cæcatur. to.1.128.K
Differunt lux viuentium, & lux moriẽtium. to.1. 142.G
Lux æterna, quæ deus est, quanto immutabiliter fulget, tanto penetrabiliter videt. to.1.145.G
Lucem aduenire quid sit. to.1.158.M
Lux superbi est gloria vitæ præsentis. to.1.170.C
Lux sparsa quid sit. to.1.171.K. & seq.
Lucis nomine iustitia designatur. Ibidem.L
Lux à domino quæratur, non terrena dona. to.2. 98.I
Lux gregis flamma est pastoris. to.2.203.A
Lux diei plena est quando deus sanctis viris eloquitur. to.1.294.A
Lux diuina reprobos & fictos fugit. to.2.274.F
Lux operis non est quam non præcedat rectitudo intentionis. to.2.294.A
Lux in tenebras reprobis commutatur. tom.2. 307.F
Lux inaccessibilis & ineffabilis. to.2.297.I M

Luxuria & Luxuriosus.

Luxuria dicitur ignis dei. to.1.10.C
Luxuriæ conditio. to.1.39.M.40.A B
Luxuriosi cæcitas. to.1.98.B
Luxuria in corde frenanda est. to.1.125.B C
Malum luxuriæ aut cogitatione perpetratur, aut opere. Ibidem.C
Luxuria est ignis vsque ad perditionem deuorãs. to.1.126.I
Luxuria omnia bona obruit. Ibidem.K
Luxuriæ damna. Ibidem.
Luxuria ex superbia nascitur. to.1.151.G H
Luxuriosi mens corrumpitur, si rebus transitoriis delectatur. to.1.154.M
Alia est luxuria carnis, alia est luxuria cordis. to.1.165.A
Remedium contra stimulos luxuriæ. to.1.178.H
De ventris ingluuie luxuria nascitur. to.1.189.H
Vterque sexus virtute diaboli luxuriæ infirmitate substernitur. to.1.193.K
Seminarium luxuriæ mulieribus in vmbilico dicitur esse. Ibidem.& to.2.104.M
Seminarium luxuriæ in lumbis inesse viris dicitur. Ibidem.& to.2.104.M
Lati ex propinquo habent luxuriam. to.2.8.C
Luxuriam fugere non prodest, si auaritiã sectaris. to.2.125.I
Luxuriæ proprietates per Amalech & eorum bona designantur. to.2.318.G. & seq.
Luxuriæ parcit qui vel cogitationem turpem aut linguam non cohibet. to.2.318.G
Luxuria omnis in carne perfecte demanda est. to.2.318.H
Luxuria quando dicitur percuti. to.2.318.A
Luxuriæ inquinamenta deo valde odibilia sunt. to.2.318.B
Luxuria plus quàm cætera vitia diffamat. to.2. 320.M
Luxuriosus iustitia dei proiicitur. to.2.318.B

Machabæi.

Machabæorum libri tempore Gregorij nondum erant canonici. to.1. 114.H

Magdalena.

Maria Magdalena recipit amorem & perdidit culparum maculam. to.2.64.K
Magdalenæ conuersio. to.2.115.D
Magdalenam maxima amoris vis accendit. Ibidem.
Magdalena putans Christum hortulanum nõ erabat. Ibidem.K
Magdalena citò credens, minus nobis præstitit quàm Thomas diu dubitans. to.2.119.A
Magdalenæ pœnitentia fuit perfecta. to.2.123.B
Magdalena habuit septem dæmonia. Ibidem.
Magdalena fuit in ciuitate peccatrix. to.2.195.G H
Magdalena vitam cõtemplatiuam tenebat. Ibid.
Magdalena typum gessit ecclesiæ. to.2.203.E
Magdalenæ vocatio & electio. to.2.291.A

Magister.

Christus per magistros vitam indicat plebiũ, sed per seipsum vitam examinat magistrorum. to.1.148.G
Magistri necessarij sunt infirmis. to.2.19.G

Magisterium.
Ne venire inmeritis ad magisterium audeant. to. 1.2.B
Magna temeritas suscipientium magisterium pastor. &c. Ibidem.
Quidam Magisterium spiritus habent. to.2.19.G
Magmas.
Magmas interpretatur humilitas. to.2.306.F G
Magnus.
Magnus est qui æterna concupiscit. to.1.31.F
Qui magna agit, scit magna esse quę agit. tomo. 1.156.D
Magnum est soli deo seruire. to.2.284.K
Maledicere & Maledictio.
Quare Iudæi susceperunt maledictionem. tomo.1. 17.A
Maledictiones sacræ scripturæ quid significent. Ibidem.B C
Maledictionem sacra scriptura prohibet. Ibidem. G
Deus maledicit & maledicere homo prohibetur. Ibidem.
Effectus sequens ostendit quare quid maledictū fuerit. Ibidem.H
Quid sit maledicere diei natiuitatis suæ. Ibidē.I
Quid sit maledicere pulchritudini stulti. tomo.1. 32.A B
An maledicere ex linguæ incūria, & non ex malitia, sit graue peccatum. to.2.31.F
An maledicere alicui sit graue peccatū. Ibidem.
Malitia.
Malitia remanentium meretur, vt hi qui prodesse possunt festiùs subtrahantur. to.2.31.F
Malleus.
Malleus aliquando cœlestem percussionem designat. to.1.206.E
Malleus aliquando diabolum signat. Ibidem.
Malus, Malignus, Malum.
Mali circa temporalium tumultus semper vacāt. to.1.25.C
Mali facta meliorum non reprehendant. Ibidem. G
Maligni vocantur hypocritæ. to.1.50.K
Dissimulatio malorum. to.1.61.A
Quicquid malus excogitat aduersus alios, de se putat excogitari. to.1.74.D
Mali deo permittente iustos persequuntur. tomo. 1.83.M
Malorum domos bonis dominus implet. tomo. 1. 92.C
Mali incorrigibiles aliquando sunt tolerandi. to.1.121.E
Mali rupto muro super bonos irruunt. Ibidem.M & sequen.
Malos bona imperfecta non adiuuant. to.2.16.G
Cur mali æternaliter puniantur. to.2.42.F
Mali non sunt timendi. to.2.279.M.& seq.
Tanto magis sunt tolerandi mali, quanto magis abundant. to.2.130.H
Malorum obtrectationes non sunt curandæ. tomo. 2.194.I K
Mali non sunt familiaritate bonis coniungendi. to.2.231.G
Malus homo ab aliorum familiaritate est segregandus. to.2.234.D E
Mala à deo inflicta quæ sint. to.1.12.I K
Quos præsentia mala non corrigunt, ad futura perducunt. to.1.57.D
Firmi prius quam mala veniant, prouident. tomo. 1.76.M
Plerique obtusi sensus ad malum sunt cæteris promptiores. to.1.84.D
Inuentores malorum grauius in inferno torquebuntur. to.1.87.H
Malum timetur quod nondum susceptum est. to.1. 95.G
Propheta non optat mala. to.1.97.M
Festina consolatio bonorum, est consideratus finis malorum. to.1.125.G
Malum nostrum est à primi parentis delicto. tom. 1.130.D
Malum bene & malè dicitur. to.1.134.C
Malis exterioribus interiora puniuntur. tomo.1. 151.G
Malum sine substantia est. to.1.55.C
Mala quę agunt homines, pensare contemnunt. to.1.160.M
Difficilius malū corrigitur, quod perfectionis etiam prosperitate fulcitur. to.1.104.I.
Mala nostra solum nostra sunt. to.2.67.D
Mala non agere non sufficit, nisi etiam bona fiāt. to.2.105.A
Malorum societas fugienda est præcipuè à prælato. to.2.226.D
Mala quę p peccatis patimur bona & iusta sunt. to.2.289.D
Mala sunt magna quæ per primæ culpæ meritum patimur. to.2.287.F
Mali lugendi non sunt. to.2.324.F
Malum punicum.
Per mala punica fidei vnitas designatur. tomo.2. 4.K
Per malum punicum Ecclesia designatur. tomo.2. 48.C
Mala punica quando dicuntur in Christi Ecclesia germinare. to.1.52.A
Mala punica quid designent. to.2.155.E
Mancipia.
Ad libertatem perducantur mancipia Christiana à Iudæis comparata. to.2.169.C
Pagana mancipia empta & circuncisa libertate donentur. to.2.189.K
Mandragorā.
Mandragoræ virtutes perfectorum repræsentant. to.2.53.A
Manè.
A manè ad vesperam peccator succiditur. tomo. 1.29.I.97.C D
Manè huius mundi prosperitas, vespere aduersitas est. to.1.29.L
Manè dominicæ incarnationis aduentus. tomo. 1.97.C
Manè multipliciter dicitur. Ibidem.
Manè aduentus iudicis dicitur. to.1.97.C
Manhu.
Manhu interpretatur quid est hoc. to.1.160.F
Manichæus.
Manichæorum error destruitur. to.1.57.I
Manichæus duo principia rerum posuit. Ibidem. I K
Manna.
Manna omne saporis delectamentum habebat. to.1.33.D
Manna esca gratiæ dicitur. to.1.120.K
Manna de supernis accipere. to.1.160.F
Manna est verbum dei. to.1.184.L
Mansio.
Quomodo multæ mansiones sunt in domo dei. to.2.40.I K
Deus in quorundam corda venit, sed mansionem non facit. to.2.120.B
Mansuetus & Mansuetudo.
Multi mansuetè patientes iniuriam, postea mansuetudinem in malitiam vertunt. to.2.9.E F
Mansueti iustitiæ æmulationem habere studeant. to.2.11.E
Mansueti sollicitudinem amplectantur. Ibidem.
Mansueti cùm præsint sæpe torporem desidiæ patiuntur. Ibidem.
Mansueti homines, indignante deo, ad iracundiā prouocantur. to.2.224.C
Mansuetudo in Moyse. to.1.158.A B
Mansuetudinis ac patientiæ exemplum est Moyses. to.2.82.B
Mansuetudo cum fide quomodo imitanda. tom.2. 290.K
Manue.
Manue viso angelo contremiscit. to.1.28.G
Vxor Manue viso domino fit audax. Ibidem.
Manus.
Idem est in manu dei, & in manu diaboli. tomo. 1.12.B
Contra deum manum tendere. to.1.74.H I
Manus designant operationes. to.1.36.K L
Manus hostis, fortitudo est satanæ. to.1.41.G
Per manus opera designantur. to.1.56.D.& to.2.50.A
Manus plagæ quid sit. to.1.94.E
Manus stringere quid sit. to.1.105.F
Manus dei quomodo dura dicitur. to.1.122.M
Manum super os ponere. to.1.151.F
Manus sit munda quæ aliorum curat diluere sordes. to.2.4.B
Per manus Christi opera eius nobis imitanda intelliguntur. to.2.50.H
Manus domini vnigenitus filius eius dicitur. to. 2.56.E.72.G
Manus in visione, est virtus in contemplatione. to.2.77.D
Manus immunda tactu inquinat, non mundat. to.2.154.L
Manu vtraque vtitur, qui cœlestia & terrestria simul exercet. to.2.182.C
Manus domini est vnigenitus patris æterni. tom. 2.282.E
Manus domini est virtus diuinæ potestatis. tomo. 2.279.I
Manus domini diuinæ est seueritas vltionis. tom. 2.305.D
Mappula.
De mappulis à monacho pro prædicatione acceptis. to.2.26.E
Marcellinus.
De Marcellino, Anchonitanæ ciuitatis episcopo. to.2.21.C
Marcellinus ignem æstuantem compescuit. Ibidē.
Marcianus.
De mendacio Marciani episcopi nescienter dicto. to.2.221.I
Marcius.
De Marcio monacho de monte Marsico. tomo.2. 31.I
Marci miraculum de aqua stillante in speciē suā, ad vsum quotidianum. Ibidem.
Diabolus in specie serpentis Marcium molestat. Ibidem.K
Marcius cum serpente triennio iacuit securus. Ibidem.
Marcius statuit nullam mulierē videre. Ibidem.
Marcus.
Marcus euangelista ad Alexandriam à Petro apostolo missus est. to.2.192.D
Mare.
Mare viua in se corpora retinet, mortua reiicit. to. 1.124.B
Mare carnalium corda diuersis cogitationibus fluctuantia signat. to.1.46.A
Deus est mari latior. to.1.62.D.& seq.
Mare dicitur mens hominis. to.1.91.K

Maris fluctus dicuntur mētis cogitationes. Ibid.
Mare præsens seculū designat. to.1.101.H.167.D
Mare secularium inquietudinem designat. to.1.108.G
Quid mare designet. to.1.167.I.& 170.H
Solus dominus ostiis mare cōcludit. to.1.168.A
Quomodo dominus terminis suis mare circūdat. Ibidem.D
Profunda maris, inferni claustra dicuntur. to.1.170.D
Lingua maris est scientia doctrinæ secularis. to.1.199.D
Maris littus seculi finem significat. to.2.103.L

Margarita.

Margarita quandoque latet in sterquilinio. to.2.134.F

Maria.

Maria verba dei residendo audiens, vita contēplatiua est. to.1.36.K
Mariæ obumbratio. to.1.105.C
Maria virgo, & ancilla domini & mater fuit. to.1.110.D
Et quare sic dicatur. to.1.133.E.& seq.
Quomodo virtus altissimi Mariā obumbrauit. to.1.197.E
Maria Christum diademate coronauit. tom.2, 47.I.
Mariæ sponsus ad eius nuptias non peruenit. to.2.117.B
Maria virgo, mons & domus dicitur. to.2.255. D E
Maria virgo per Ramatha designatur. tom.2. 255.D
Maria virgo mōs Ephraim dicitur. t.2.255.D E

Marinianus.

De infirmitate & medicamine Mariniani episcopi Rauennæ. to.2.243.D

Marsi.

De transitu diaconi ecclesiæ Marsorū. to.2.38.M

Martha.

Martha multis occupata obsequiis, vita actiua est. to.1.36.K
Martha, & Maria vtraque vitam figurant. to.2.58.A.79.I

Martyr.

Veri martyres nō nisi in ecclesia fiūt. to.1.106.A
Martyrum diuersæ pœnæ. to.1.194.A.& seq.
Duo sunt martyrij genera. to.2.33.F.126.I.
Martyres pacis tempore. to.2.32.G
Sancti martyres præsentem vitam non despexissent, nisi certiorem animarum vitam subsequi scirent. to.2.37.C
Martyrum multitudo per Galaad designatur. to.2.48.A
Martyres & alij sancti fructus pomorum gerere dicuntur. to.2.49.B
Martyres charitate ardebant. to.2.53.I
Martyrem non facit pœna, sed causa. to.2.164.K
Nomina martyrum, dies, loca & tempora passionum Romæ habentur. to.2.202.G

Martyrius.

De Martyrio monacho prouincia Valeriæ. to.2. 23.B C
Martyrius panes in cineribus coopertos cruce digito signauit. Ibidem.
Martyrij monachi mirabilis deuotio. to.2.132.I

Masphat.

Masphat contemplatio dicitur. to.2.284.I.
Masphath, speculatio interpretatur. to.2.301.C

Matrimonium.

Matrimonium dicitur castum. to.2.140.I
Matrimonium est inseparabile. to.2.173.K
Matrimonium non dissoluendum, nisi ex cōsensu pro religionis ingressu. to.2.229.M

Matrona.

Matrona ob carnis vitium à diabolo correpta. to.2.22.F G

Matthæus.

Matthæus de terra sublatus dicitur. to.1.105.C
Matthæi vocatio. to.1.181.M
Cur Matthæus ad officium suum non est reuersus sicut Petrus. to.2.114.G
Matthæi vocatio. to.2.291.A

Matthias.

Quare Matthias duodecimum apostolorum locū sortitus est. to.1.194.E

Mauricius.

De Mauricio imperatore cum filiis suis interfecto. to.2.239.M
Maurus fuit discipulus Benedicti. to.2.24.G
De ambulatione Mauri super aquam. Ibidem.I.

Maximianus.

De Maximiano Syracusanæ ciuitatis episcopo. to.2.34.M

Maximus.

De Maximi inquisitione. to.2.248.D

Medardus.

Priuilegium ecclesiæ sancti Medardi Sueßionensis. to.2.251.C
Electio abbatis sancti Medardi Sueßionensis solis monachis pertinet. Ibidem.D
Subscriptiones bullæ priuilegiorum sancti Medardi Sueßionensis. Ibidem.H I

Mediator.

Nisi pro nobis interpellatio mediatoris intercederet, ab aure dei nostræ preces silerent. to.1.132.A
Mediator dei & hominum. to.1.156.I.& seq.
Salutaris est mediator dei & hominū. t.2.141.H

Medicina.

Medicina aliquando similia similibus, aliquando contraria contrariis curat. to.1.139.H

Medicus.

Periti medici officium. to.1.143.F
Medici boni officium. to.2.135.D

Meditatio.

De supernorum meditatione. to.2.209.G

Mel.

Mel ex aere desuper cadit. to.1.87.E

Mellitus.

Mellitus monachus præuidit diem mortis suæ. to.2.39.E

Membrum.

Membra diaboli sunt, qui ei peruersè viuendo iunguntur. to.1.13.I
Membra Christi fuerunt, qui à principio mundi pie viuendo crudelia passi sunt. to.1.14.B
Cur in deo mēbra corporis nominantur. to.1.83.E
Membrorum corporis officia. to.1.115.G
Membra ecclesiæ debent esse officio distincta, sed charitate coniuncta. Ibidem.
Non sentimus in nobis augmentum vel mutationem membrorum. to.1.145.L
Dum vnum membrum inordinatè reficitur, aliud ad contumelias excitatur. to.1.189.H
Omnia membra vnum sunt eo quo sibi vicissim congruunt. to.2.9.H
Non aliter efficimur membra Christi, quàm inhærendo deo. to.2.132.H
Mēbra omnia ad vitium inclinamus. to.2.138.C
Si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. to.2.248.I

Menas.

De Mena monacho solitario. to.2.33.D E
Menas vrsos ferula de apibus suis fugauit. Ibid.
Menas oblationem Carthery in spiritu cognouit. Ibidem.F

Mendacium.

Mendacium sermonibus, sicut ædificium lapidibus fabricatur. to.1.68.G
Omne mendacium iniquitas est, & econtra. to.1.103.A
Aliquod est mendacium veniale. Ibidem.B
Mendacia veteris testamenti. Ibidem.C
Mendaciū dicere peius est, quàm carnes comedere. to.2.170.F
Mendacium quàm graue sit peccatum. Ibid.F G

Mens.

Ratio ad mentem rediens reprimit cogitationes. to.1.3.K
Mens plerūque decipitur, vt aut qualitate mali, aut quantitate boni fallatur. to.1.4.B
Mentis aditus tota virtute munīdus est. Ibid.D
Pia mens cum se aduersa ab hominibus perpeti conspicit, in diuinæ gratiæ cōsolatione requiescit. to.1.6.I.
Quantumcūque mens ab hoste patiatur, rationis discretio semper ad animum redit. to.1.10.C
Recta mens qualiter curas dispensationis terrenorum accipit. Ibidem.F
Caput cuiusque actionis præcipuum mens signat. to.1.11.A
Mens cum se in elationem erigit, quasi in tyrannidem erumpit. Ibidem.B
Mens diutius discussis rebus inuoluta, peruenire ad indiscussa præpeditur. to.1.13.G
Mens iusti, arca testamenti. to.1.25.G
Mens reproba coram iudice turbatur. to.1.26.I.
Mens nunquam perfectè contemplatur, nisi prius à terrenorum desideriorum tumultu sopiatur. to.1.28.E F
Mens ad cœlestia secreta eleuata contremiscit. Ibidem.E F
Humana mens per primum peccatum lumen inuisibilium perdidit. Ibidem.I.
Mens incorporea ex sua qualitate localis cognoscitur. Ibidem.M
Machina mentis, est vis amoris. to.1.36.I
Mens intus cōsilio carēs foris anxia est. t.1.33.H
Mens quæ cessat ad ea quæ supra se sunt inhiare, sub se indesinenter ruit. Ibidem.I
Prius mēs ab appetitu terrenorū tergenda, quàm ad arcem cōtemplationis erigenda. to.1.36.H
Mens peccati consuetudine cæcata nescit quo vadat. to.1.40.E
Carnales mentes præsentia diligunt. to.1.44.K
Mens concupiscentiis exterioribus occupata, igne diuini amoris non calet. to.1.49.B
Quæ perturbationes mētem nostram ab oratione impediant. to.1.54.A
Accusat mens ipsa quod perpetrat. to.1.57.C
Mens fidelis aliquādo dubietate mouetur. to.1. 62.I
Mens nostra tabernaculum nūcupatur. to.1.63.D
Quò mens diuiora tolerat, eò æternitatis præmia certius sperat. to.1.64.B C
Mens à luce veritatis exclusa, nil in se nisi tenebras inuenit. to.1.69.I.
Mens fortis, leuiter surripiente vitio absorbetur. to.1.72.I
Vera lætitia mentis, creator est. to.1.73.B
Mens prauа semper est in laboribus. to.1.74.D
Mentis intentio per faciem designatur. Ibidem.K
Virtutibus ditatur cuius mentem inhabitat deus. Ibidem.I.
Ecclesia prohibet infirmis mentibus alta perscrutari. to.1.92.G
Tanto altius ad deum pertingitur, quanto mens apud se verius humiliatur. to.1.101.G

Perturbatæ mentes secularium, à sapiẽtia alienæ sunt. to.1.108.L
Mens pro sapiẽte sumitur. to.1.111.M & to.2.104.F
Terrenæ mentes arboribus similes. to.1.116.K
Ad tumorem mentis virtutes interdum eleuant. to.1.126.K
Mens nescit vetera sæcere per torporem, quæ studet per desiderium semper inchoare. to.1.128.L
Mens prauis dilatata cogitationibus ventri pleno comparatur. to.1.137.L
Quomodo mens inueterata renouetur. to.1.145.L
Cauendum est ne mens, dum extollitur, cadat. to.1.146.H
Cõcussa mens citius in portum spei se locat, si causas suas cũ deo subtiliter pensat. to.1.152.D E
Locus mẽtis & vnaquæque intẽtio cogitationis. to.1.156.B
Causa & origo instabilitatis mentis. Ibid.B C
Quomodo sanctis mentibus populi subiguntur. to.1.156.G
Mẽs nostra amore præsentis seculi prostrata dormitat. to.1.159.H
Dus duras mẽtes multipliciter terret. to.1.170.B
Nullus in aliena mente diuinorum incremẽta seminum considerat, nisi ille qui creat. tom.1. 178.I
Quomodo bona in mente concipiuntur, & proficiunt ad partum. Ibidem.
Mens quæ apud se tota non est, seipsam cogitare non potest. to.1.184.A
Mens quanto ab exterioribus abstracta cõpescitur, tanto arcta in intimis inflammatur. Ibid.
Tanto tardius mens vitium deserit, quanto quod perpetrat non erubescit. to.1.195.M
Loca mentium mutauit ordo meritorũ. to.1.196.K
Nisi mentis leuitas caueatur, cogitationum inconstantia non vincitur. to.2.12.B
Loca mentem non muniunt. to.2.68.K
Verecundæ mentes, & asperę quomodo arguendæ sint. to.2.73.H.& seq.
Quomodo deus permittit vt cæcata mens in alia peccata labatur. to.2.24.B C
Quanto mens circa terrena plus satagit, tanto in cœlestibus minus videt. to.2.76.M.121.A
Quies mentis in hac vita perfecta esse non potest. to.2.80.B
Domum mentis præparet, qui dominum dignè recipere volet. to.2.120.B
Inter verba laudantium, vel vituperantium, ad mentem semper recurrendum est. to.2.223.G
Duris mentibus simul omnia abscindere impossibile est. to.2.234.H
Bonarum mentium est agnoscere culpam vbi culpa non est. to.2.253.E
Mentis electæ inimici sunt spiritus maligni. to.2.263.M
Mens quomodo concipere & parere dicatur. to.2.263.I
Mẽs electa quare tentari permittitur. to.2.303.H
Mens humana per ignorantiam tenebrosa est, per veritatem lucida. to.2.296.D
Mentis geminum remedium contra duplum diaboli bellum. to.2.303.H
Mentis eleuatæ ad lucem ineffabilem cõditiones. to.2.297.I M
Mentes nostras regis imperio subingamus. to.2.299.L

Mensa.

Duæ mensæ vestibuli portarũ, sunt fides & vita. to.2.93.B
Per quatuor mensas exteriores quid designetur. to.2.93.H
Per interiores quid. Ibidem.E F.& fo.seq.K

Mensis.

Qui sint menses anni benignitatis. to.1.20.B
Mensium nomine, dierum collectio signatur. to.1.44.C
Quomodo numerus nostrorum mensium apud deũ est. to.1.71.B
Mensis multipliciter dicitur. to.1.112.L
Quid per menses designetur. to.1.179.B

Mensura.

Iuxta mensurã vniuscuiusque peccati cæcitas generatur. to.1.69.A
Mensura mensurarum quid designet. to.2.93.K
De mensura rusticorum iniusta. to.2.243.M

Mercenarius.

Mercenarij dies qui sint. to.1.44.B.& seq.
Mercenarius quanto distat à fine operis, tanto & à retributione mercedis. to.1.71.D
Mercenarius quis dicatur. to.2.6.D
Mercenarius quando fugere dicitur. to.2.105.K
Mercenarius in periculo ouium stare non potest. Ibidem.

Merces.

Merces duplex debetur vni nostro operi. tom.2. 107.L
Deus pro temporalibus actibus æternam mercedem parat. to.2.181.B

Meridies.

Per meridiem ardor vitiorum exprimitur. to.2. 45.B

Mereri.

Aliud homo per iustitiam meruit, aliud per gratiam accepit. to.1.107.M
Naturali ratione deus homini insinuat, quid agat, & quid mereatur. to.1.160.M
Nemo potest à deo mereri quod petit, qui hic noluit audire quod iussit. to.2.104.H

Meritum.

Superna gratia hominis meritum non vt veniat inuenit, sed postquam venerit facit. tom.1. 108.A
Deus hominum vitam interrogat ex sola qualitate meritorum. to.1.144.K
Nemo meritis deum præuenit. to.1.201.K
Iuxta meritum plebis deus solet prouidere de pastore. to.1.168.F
Merita & misericordia in quo differant. tom.2. 151.G
Præter ecclesiam non est locus vbi merita crescãt. to.2.258.H
Merita personarum pensanda sunt in electorum examine. to.2.315.G

Merulus.

Merulimonachi instante morte, visio. to.2.42.I

Messis.

Messis apertam designat operationem. to.1.81.B
Messis quid designet. to.1.161.I
Messis ecclesiæ quæ est. to.1.116.E

Metuere.

Plærique deum non metuunt, quem videre nõ possunt. to.1.92.K

Michael.

Michael archangelus prælatus erat populo in Iudææ terra remanenti. to.1.99.H I

Michol.

Michol Dauid saltantem videbat. to.1.163.G

Miles.

Militum dei exercitium. to.1.188.E
Quomodo miles dei custodiatur. to.1.189.B
Miles dei omnium virtutũ moderationi prouidet. Ibidem.E
Miles quidam Acheronta & campos Elisios vidit. to.2.40.M
De iniusta lege imperatoris, ne miles conuertatur. to.2.172.C
De milite qui ancillam dei de monasterio rapuit. to.2.247.G
Milites suos deus non deserit, sed victores facit. to.2.297.B
Milites apti & inepti ad prælium Christi. to.2. 317.L M

Militia.

Militia est in hostes exercitium. to.1.43.C
Militia diuersa in peccata. Ibidem.D.& seq.
Militiæ cœlestis ordo. to.2.285.H

Millenarius.

Millenarius numerus pro vniuersitate solet intelligi. to.1.51.I
Millenarius non temporis quantitatem, sed quæ ecclesia regnat vniuersitatẽ designat. to.1.108.F
Millenarius numerus quid significet. to.1.132.L
Millenario numero perfectum tempus ecclesiæ designatur. to.1.193.L
Millenarius quomodo perfectus est. to.1.213.B
Millenarius numerus omnes numeros comprehendit. to.2.48.D
Millenarius perfectus est numerus. to.2.54.C
Millenarius numerus summam perfectionis insinuat. to.2.306.D

Minæ.

Minæ maiorũ humiliter ferẽdæ sunt. to.2.314.M

Ministrare.

Qui sint qui domino ministrant. to.2.96.I
Qui ministrat fideliter aliena, mõstrat quàm bene dispenset propria. to.2.168.K
Ministrare domino in laborẽ prædicationis pergere est. to.2.174.K L

Minister.

Ministri altaris sedis apostolicæ cantare non debent. to.2.251.K
Nullus secularis ad dei ministeriũ assumatur, nisi prius fuerit sufficiẽter probatus. to.2.252.A
Ministri prius debent instrui quàm consecrari. to.2.284.A

Ministerium.

Nemo innocens debet ab ordinis sui deiici ministerio iniustè. to.2.154.F
Qui vnicum non rite potest exequi ministerium, ad duo non censetur idoneus. to.2.173.H
Nullus debet ad ecclesiæ ministerium, nisi exercitatus ordinari. to.2.199.L
De ministeriis ecclesiasticis recipiendis. to.2. 206.D E
Ministerium deo debitum. to.2.274.K L

Minor.

Quicquid à minoribus voluptuosè agitur, à maioribus cohibetur. to.1.7.B
Oppressiones minorum à maioribus in Sardinia. to.2.222.F

Mirabilia.

Mirabilia dei inscrutabilia sunt. to.1.32.L
Mirabilia dei in producẽdis arboribꝰ. to.1.33.A
Mirabilia dei in deserto. to.2.262.B C

Miracula.

Miracula dei naturalibus effectibus comparata. to.1.23.M
Miracula diuina consideranda sunt, & non discutienda. Ibidem.
Quare Christus miracula in die faciebat, & in nocte orationibus in mõte vacabat. to.1.36.C
Qui inuisibilia despiciunt, visibilibus miraculis moueri aliquando possunt. to.1.152.A
Miracula sanctorum insensibilitatis nostræ tenebras illustrant. to.1.158.E.& seq.
Primitiua ecclesia miraculorum adiutoriis indiguit. to.1.159.M.& to.2.119.D

Quidam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quidam dei miracula iacentes considerant. to.1. 162.A
Miraculis sanctorum fracta est violentia tyrannorum. to.1.167.D
Miracula aliquando ex potestate, aliquando ex postulatione fiunt. to.2.27.H
Miraculum ex potestate factum. Ibidem.
Qui deo familiarius seruiunt, aliquando miracula ex potestate facere possunt. Ibidem.I
An maximum sit omnium miraculorum, animam ad corpus reuocare. to.2.32.C D
Vtrum maius miraculum suscitatio Lazari, an conuersio Pauli. Ibidem.
Maius est miraculum prædicationis verbo atque orationis solatio peccatorem conuertere, quàm mortuum suscitare. Ibidem.
Per miracula sanctorum probat Grego. animam immortalem. to.2.37.D
Miracula sanctorum sententias comitatur. to.2. 60.K
Miraculorum effectus. to.2.99.K
Miracula non omnes videntes conuertunt. to.2. 312.A B
Miracula sacerdotalis dignitatis. to.2.289.F
Miraculum à deo est quod sine homine facit deus to.2.312.B
Miracula facere quare permissum sit sanctis prædicatoribus. to.2.99.K
Miracula ex assiduitate vilescunt. to.2.117.F
An signa miraculorum sint necessaria ecclesiæ. to.2.119.C
Miracula sanctitatem ostendunt, sed non faciunt. Ibidem.F
Nemo de miraculorum gratia gaudeat. tomo.2. 232.H I
Miraculum à deo, & quasi à deo differunt. to.2. 312.B C

Misereri.

Misereri volens proximo, sibiipsi prius debet misereri. to.1.115.A

Miseria.

Quanta sit miseria mutabilitatis humanæ. to.1. 47.F
Miseria ad dolorem pertinet. to.1.59.H
In æterna miseria nullum est impiis effugium. to.1. 64.E
Miseria vitæ hominis. to.1.70.H
Miseria humana ex carne propria. to.1.119.I K
Miseria & labor animæ labentis in peccatum. to.1.142.E

Misericordia.

Misericordia dei, est summum solatium mœstorũ. to.1.11.C
Post mortem misericordia nulla. to.1.45 C D
Sine dei misericordia, nemo posset dæmonum tentationibus resistere. to.1.57.G
Vita sine misericordia dei non valet. to.1.58.B
Largitas misericordiæ diuinæ, qua tantam homini post culpam confert gloriam. to.1.72.F
Dei misericordia illius obliuiscitur qui eius iustitiam fuerit oblitus. to.1.98.A
Ad misericordiam exhibendam duo requiruntur. to.1.115.B
Opera misericordiæ cum benignitate & hilaritate debent fieri. to.1.127.F
Opera misericordiæ in quo consistant. Ibidẽ.G H
Qui dat & non dimittit, nullam misericordiam facit. to.1.130.K
Opera misericordiæ. Ibidem.& to.2.84.I. K.& 255.G H
Misericordia dei in peccatores. to.1.170.A to.2.15.I K.125.H
Aliud est pro peccatis misericordiã facere, aliud pro misericordia faciendã peccare. to.2.13.C
Misericordes quomodo sint admonẽdi. to.2.12.G
Misericordiæ dei vis in peccatores. to.2.55.K L
Perscientiam charitatis, misericordia discitur. to.2.71.K
Diuinam misericordiam non intelligit, qui suę misericordiæ memor non est. to.2.87.M
In fonte misericordiæ multi loti sunt. to.2.92.K
Misericordia conditoris nostri est immensa. to.2. 116.D
Ineffabilis. to.2.149.I
Misericordia superat omnem legem. to.2.124.A
Misericordiæ tempus nemo perdat. Ibi.& 134.C
Misericordia, & miseratio, differunt. to.2.140.B
Misericordia quid sit. to.2.141.L
Et de ea plura. to.2.195.G
Misericordia dei est benignissima. to.2.143.G
Memoriale dei, est sua misericordia. to.2.145.H
Lex dei, misericordia est. to.2.148.M
Disciplina & misericordia separari non debent. to.2.155.L
Misericordiæ opera & hic iuuant, & in futuro præmiant facientem. to.2.168.C D
Misericordia dei quàm magna sit. to.2.227.G H
Misericordia dei quomodo facilè meretur. to.2. 281.G

Missa.

Missæ non debent prohiberi celebrari in monasterio. to.2.154.A
Missa quotidie in veneratione omnium sanctorũ Romæ celebratur. to.2.262.G
Ratio de missæ ordinatione. to.2.210.E F

Missio.

Missio in diuinis, quid sit. to.2.116.H I

Mittere.

Qualiter intelligatur, mitto vos sicut misit me pater. Ibidem.

Modestia.

Modestiæ exemplum est Dauid. to.2.82.B C
Modestia hominis impellit alios ad tum diligendum. to.2.152.M

Mœchus.

Mœchus græcè, dicitur adulter latinè. to.1.126.H

Mœnia.

Mœnia & munitiones à Iudæis dominus abstulit, & gentibus tribuit. to.1.67.I K

Mœrens.

Deus sospitate mœrentes erigit. to.1.33.D E
Mœrere non quomodolibet, sed affectuosissimè flere est. to.2.313.K

Mœror.

Mœror confessionis vocem excutiat, necesse est. to.1.45.K
Tres sunt vices quibus quilibet homo anxietate mœroris afficitur, & post mœrorem ad lætitiã reuocatur. to.1.141.G

Mola.

Per molas diaboli, occultæ eius insidiæ intelligũtur. to.1.115.L
Quid sit molas diaboli frangere. Ibidem.L M
Per molam asinariam, quid significetur. to.2.2.F

Molestia.

Quare deus nos molestiis aliquando exercere permittit. to.1.173.K
Molestia corporis, magna est salus cordis. tomo.2. 10.E

Monachus.

De monachis qui extra cellam comederant. to.2. 25.G
De monacho qui de monasterio discedens, draconem inuenit. to.2.27.B
Monachus in terra sepultus, manere nõ potuit, donec dominicum corpus super pectus poneretur. Ibidem.
De monacho à dæmone liberato. Ibidem.F
Monachus qui in terra possessiones quærit, monachus non est. to.2.30.L
De monacho ex monte argentario, qui mortuum suscitauit. to.2.32.A
Quidam monachus ex altari puluere accepto, post longam orationem, mortuum suscitauit. Ibid.C
Monachus quidam ab abbate suo petiuit facultatem sibi fodiendi sepulchrum. Ibidem.M & seq.
Monachi suspensi ad arborem, canebant. tomo.2. 38.K
De duobus monachis Valentij abbatis. Ibidem.
Quidam monachus quia ieiunare fingebat, in morte à draconc deuoratus est. to.2.41.I
Monachi vagi sunt ad monasterium reducendi. to.2.157.D
Item profugi. to.2.179.I
Qui à clericatu in monachicam conuersionem venerit, non licet pro uxore sibi ire. to.2.157.E
Monachi non transeant de monasterio ad monasterium sine abbatis licentia. Ibidem.
Monachi faciendi non sunt in monasteriis in insulis constitutis, ante decimum octauum annũ. to.2.159.A
Monachi litigiis forensibus impediri nõ debent. to.2.160.C
De monacha quæ ad lapsum adulterij ducitur. to.2.173.D
Monachis non licet facere commatres. to.2.176.L
Monachi possunt trahi ex monasterio ad officium episcopi. to.2.189.C
Monachi in presbyteros paræciales ordinari possunt. Ibidem.
Ne monachi contra abbates ab episcopis defendantur. to.2.197.M
De libertate & priuilegiis monachorum. to.2. 201.D E
De monachis Surentinis. to.2.220.E
De cohabitatione monachorum & mulierum. Ibidem.G.& seq.
Monachus tonsurari non debet ante biennii suæ conuersionis. Ibidem.K
Monachorum mores. to.2.225.L M
Quidam monachus pro furto à dæmone vexatus. to.2.228.M
Cuidam monacho fugienti, canis niger apparuit. to.2.229.A
Quidam monachus fugere volens, à dæmonis arreptus est. Ibidem.
Peculiaritas nõ conuenit monacho. to.2.236.H I
Monachus solus ire non præsumat. Ibidem.
Monachus peculiaritati studens, non debet fieri abbas. Ibidem.K
Monachus qui solus ambulat, non rectè vivit. Ibidem.
Monachus qui regulam tenere nescit, alios non poterit eam facere tenere. Ibidem.
Habitus monachi, designat contemptum mundi. Ibidem.
De monachis Capreæ insulæ. to.2.245.G
De monachis fugitiuis restituendis. to.2.249.C

Monasterium.

De dispositione monasterij per visionem habita. to.2.26.I
In monasterio recludantur monachi vxoribus sociati. to.2.157.E F
Res eorum qui ex clero labuntur, simul cum ipsi monasterio tradantur. to.2.158.L
Mulieres circa monasteria monachorum non maneant. Ibidem.M
Pueri ante octodecim annos, in monasterio non susci-

suscipiantur. to.2.159.A
Lex iniusta est, si mules in monasterio non suscipiatur. to.2.171.H
Debitis grauatus, in monasterio recipi non debet. Ibidem.I
Res à monasterio ablatæ reddantur cum fructibus & accessionibus. tomo.2.172.M. & sequen.
Mulieres monasteria frequentare non debent. to.2.176.L
Monasteria nec clericorum nec laicorum debent fieri habitacula. to.2.177.C
Monasteria non debent clericis secularibus dare. Ibidem.D
Congregatio monasterij, non episcopus, aut alius extrancorum, abbatem instituat. to.2.183.K
De contentionibus monasteriorum terminandis. to.2.198.D
De consecrando monasterio. to.2.200.B
Res monasterij non sunt segregandæ. tomo.2.103.C D
Ad habitum redire cogatur, & recludatur in monasterio, quæ religiosam vestem abiecit. tomo.2.200.E
Non sunt bona monasterij minuenda. to.2.201.E
Nec auferenda. to.2.222.G H
Post monasterij ingressum, nulli relinquitur licentia testandi. to.2.204.E
Ne milites in monasterio virginum hospitentur. to.2.214.D
Monasteriorum bona, nulli debent concedi. tomo.2.218.M
De monasterio Romano consecrando. to.2.219.B
Monasteriorum esse debent quæcunq; per abbatē acquisita. to.2.218.M
De infractione monasterij sancti Archangeli. to.2.219.K
De vnitate monasterij Gazarēn. ad Neopolitanum. to.2.222.F G
De monasterio construendo. to.2.225.L M
Monasterium monachorum non rite fit iuxta monasterium religiosarum. to.2.226.M
Diffirmatio monasterij. to.2.230.L
Peculiaritas à monasterij monachis prohibeatur. to.2.236.K
Coniunctio duorum monasteriorum. to.2.240.F
De monasterio sanctæ Mariæ Augustudunēn. to.2.241.H
Monasterium sancti Medardi Suessionēn. est caput omnium monasteriorum Galliæ. to.2.251.E

Monialis.

Monialis per lacticæ morsum, arrepta est à diabolo. to.2.20.E
Monialis sepulta in ecclesia semiusta apparuit. to.2.43.B
Moniales ex præcepto dei, in necessariis sunt subleuandæ. to.2.154.I
Monialibus se carnaliter commiscentes clerici, officio priuentur: laici excommunicentur. to.2.173.D
Moniales velari ante annum ætatis suæ sexagesimum prohibentur. Ibidem.I
Moniales in coniugium ducentes, excommunicentur. to.2.252.C

Monos.

Monos, latinè dicitur vnus, vnde monachus to.2.259.C

Mons.

Montium nomine, prædicatium altitudo designatur. to.1.51.I.M
Montes dicuntur, huius seculi potentes. to.1.107.E
Radices montium, dicuntur cogitationes superborum. Ibidem.
Montes pascuæ qui sint. to.1.180.H.& so.seq.L
Montes pluraliter multipliciter dicitur. tomo.1.196.M.& seq.
Mons dei testamentum exprimit. Ibidem.
Mons sanctam designat ecclesiam. Ibidem.
Mons dominum designat. Ibidem.
Mons singulariter multipharie dicitur. Ibidem.
Mons angelum apostatam designat. Ibidem.
Mons designat hæreticum. Ibidem.
Montes prophetarum & apostolorum designant celsitudinem. Ibidem.
Per montes secularium potestatum tumor designatur. Ibidem.
Herba montium, est voluptas superborum. to.1.197.B
Mons vel collis, superbum designat. to.2.110.M

Monophysitæ.

Monophysitarum conuersio. to.2.239.G

Mores.

Diuersa morum genera. to.1.176.C D
Non omnes par morum qualitas astringit. tomo.1.176.B
Qualitas morum, permutat ordinem personarum. to.2.7.M

Mori.

Nemo alio in tempore mori potuit, nisi ipso quo moritur. to.1.93.A
Mori dominus pro inimicis venit. to.2.117.L

Mors.

Nos pœna duplæ mortis astringimur. to.1.54.L
Mors exterior animam à carne, interior verò animam à deo diuidit. to.1.59.H
Mors peccatum est, quod animam occidit. tomo.1.80.I
Præsens mors, est pœna peccati. to.1.47.K
Vmbra mortis, est obscuritas diuisionis. tomo.1.59.H
Fit miseris mors sine morte. Ibidem.M
Redemptor noster suscepit mortem, ne mori timeremus. to.1.84.I
Post mortem, nulla est absolutionis facultas. to.1.98.A
Declaratio tertiæ vicis quæ est mors. to.1.142.C
Quid considerandum sit instante morte. Ibidē.E
Appropinquante morte cuiuslibet animanon immeritò terretur. Ibidem.E & seq.
Nemo post mortem, ad iudicium reduci potest. to.1.145.G
Corpus nostrum debet nos incitare ad mortis considerationem. to.1.204.H.& seq.
De morte viri dei, qui missus Bethel fuerat. to.2.38.M
Morti cui pastor non contradicit, adiungitur. to.2.73.E
Morte non eripitur, quod pro æterna vita agitur. to.2.118.B
Fructus dei à morte incipit. Ibidem.
Mortis nostræ hora, quantum sit timenda. to.2.132.F G
Mortalitatem & passibilitatem, nemo euadere poterit. to.2.137.H
Quòd quidam, ne in morte timeant, reuelatione roborantur. to.2.42.I
Portæ mortis, sunt sensus nostri. to.2.144.E
Mors quid sit. to.2.150.H
Mors animarum tolerabilior est, quoniam mortalis conditio id exposcit. to.2.153.M
Mors duobus modis accidit. to.2.187.L
Quanto quis morti proximior sit, tanto sollicitior atq; timidior effici debet. to.2.203.H
Qui mortis vrgentur periculo, viaticum non negetur. to.2.210.D

Mortificare, & Mortificatio.

Mortificemus nos si viuere velimus. to.2.152.C
Mortificantes seipsos, quasi effodientes thesaurum quærunt. to.1.24.D
Mortificationis suiipsius effectus. Ibidem.E F
Mortificatio carnis facienda. to.2.299.A

Mortuus.

Quid per tres mortuos à Christo suscitatos designetur. to.1.21.D E
Mortui sepeliunt mortuos. Ibidem.D
Mortui non sentientes, pro nescientibus ponuntur. to.1.104.C
Quibus modis morientes aliqua prædicunt. to.2.39.C
De mortuo suscitato. to.2.27.I K
Mortuus balneanti famulabatur. to.2.43.E
Mortuorum corpora olim lauabantur. to.2.131.D
Nobiles morientes multi conueniunt. Ibidem.
Mortui non prohibeantur sepeliri in monasterio. to.2.153.M

Motus.

Motus carnis nobis pacem cum deo faciunt. to.1.35.I K
Robusti sunt motus cordis, cùm nulla nisi quæ virtutis sunt, sentiunt. to.1.156.E
Motus diuinus. to.2.273.C
Motus quibus dæmones nostra corda pulsant sciri non possunt omnes. tomo.2.307.A
Motus carnis quomodo in fugam vertitur. to.2.304.A B
Motus carnis quomodo sint dispergendi. tomo.2.324.A B
Motus carnis quomodo frenandus sit. t.2.324.A

Moyses.

Moyses in Pharaonem. to.1.41.I M
Moyses quare terram promissionis ingredi non potuit. to.1.53.H.& 232.I K
Quare Moyses cùm populo loqueretur, faciem suā velabat. to.1.107.I
Moyses deum in imagine vidit. tomo.1.110.H I
Moyses septuaginta viros prose ad populum constituit. to.1.115.G
Moyses descendens de monte, occidit viginti tria milia hominum. to.1.118.B
Moyses exemplum misericordiæ cum seueritate erga subditos ostendit. Ibidem.B C
Moyses in Aegypto vocem domini nō audiebat, sed in deserto plenè audiuit. tomo.1.137.H
Quomodo Moyses renitente Pharaone Israelitas etiam inuitos de Aegypto extraxit. tomo.1.150.I
Moyses, & nubes & tentorium dei factus est. to.1.158.E
Moyses in deserto pascens gregem, domino humiliter obedit. to.1.212.B C
Moyses vtranq; vitam exercebat. to.2.5.A
Moyses pro diuinis secularia aliis commisit. Ibidem.M & seq.
Moyses Obab cognatum suum adulatione exhortatus est. to.2.11.L
Moyses caruit magistro. to.2.18.G
Moyses plusquam Abraham in scientia dei eruditus est. to.2.83.H
Moysi miracula. to.2.232.I
Deus culpam Moysi longo tempore seruauit puniendam. Ibidem.K
Moyses plenus spiritu erat. to.2.324.I
Moyses quomodo facie ad faciem deum alloquebatur. to.2.297.M.& seq.
Moysi miracula. to.2.262.A B.& seq.

Mulier.

Diabolus ex primo hominis lapsu nouit quòd decere mulier recta nesciret. to.1.12.G
Sensus prauæ voluntatis, non autem sexus, mulieribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

vibus in vitio est. Ibidem.M
Mulier pro sexu & infirmitate ponitur. tomo.1. 70.G
Mulier dicitur mens infirma & indiscreta. Ibidem.H
Mulier primam viro iniustitiam intulit. tomo. 1. 73.K
Quid significet mulier, quæ filium dormiẽdo suffocauit. to.1.126.E.& seq.
Mulieres olim inter viros hæreditatem non sortiebantur. to.1.213.I
Mulier à diabolo correpta, maleficis offertur curanda. to.2.22.G
De insana muliere in specu sanata. to.2.28.G
Denoti cum mulieribus habitare non debent. to. 2.29.I
Mulieres dominum viderunt, quæ cum aromatibus venerunt. to.2.112.D
Mulier viro propinauit mortem, mulier viro nunciauit vitam. to.2.116.A
Mulieris religiosæ optima indicia. tomo.2.134.D
Mulier absq; viri consensu monasterio deputata, ad eius consortium non prohibetur redire. to. 2.176.B
Mulieres monasteria virorum nõ intrent. Ibidẽ.I
Mulieres non fiant monachorum commatres. Ibidem.
Mulieris stulta petitio. to.2.195.H
Mulieribus cohabitare episcopus non debet. tom. 2.207.A B
De muliere religiosa violenter viro coniuncta. to. 2.216.H
Mulier pregnans & puer natus, potest baptizari. to.2.253.B
Mulier quanto tempore post partum ab ingressu Ecclesiæ abstinere debet. Ibidem.C
Mulier menstrua patiens, ab ecclesiæ ingressu non prohibetur. Ibidem.D

Multiloquus.

Multiloquus iustitiæ rectitudinem tenere non potest. to.1.42.D
Multiloqui quomodo sint admonendi. to.2.10.M

Mundari, & Mundus.

Prius mundentur, per quos aliorum peccata mundantur. to.1.81.M
Mundus debet esse à vitiis, qui aliorum culpas arguit. to.2.42.B
Qui per se mundus est, mundare prævalet immunda. to.1.70.L

Munditia.

Qui cordis munditiam non appetit, munditiæ auctorem à se repellit. to.1.125.E
Munditiæ exemplum est Enoch. to.2.82.A

Mundus.

Mundus quomodo cuipiam est crucifixus. tomo.1. 24.A
Mundo quomodo quis crucifixus est. Ibidem.
Mundi contemptus & amor. Ibidem. A B. & to. 2.99.I.& seq.& .118.I.134.G.196.G.219.K
Quomodo perfectè moriendum est mundo. tomo. 1.24.D
Quidam mundi actiones fugiunt, sed nullis virtutibus exercentur. to.1.28.D
Hic Mundus ex sensibilibus & insensibilibus cõstat. to.1.32.I
Qui mundum deserunt, ad exteriora officia prouehi non debent. to.1.49.I
In Mundo nihil fit quod deus non fecerit. tomo.1. 52.H
Mundus tot floribus, quot hominibus plenus est. to.1.70.I
In Mundo varitas bonorum est, & multitudo malorum. to.1.91.G
Vilis deo est Mundus præsens. to.1.107.G
Origo Mundi. to.1.165.D
Quare datur huius Mundi prosperitas. tomo.2. 14.M
Quomodo vnus homo, totum simul Mundum videre queat. to.2.28.D
Mundus est despiciendus. to.2.35.L
Ager est hic Mundus. to.2.52.M
Quatuor Mundi partes. to.2.57.M
Infirmitas huius Mundi. to.2.75.I
Quanto Mundus ad extremitatem ducitur, tanto nobis æternæ scientiæ aditus largius aperitur. to.2.83.I
Contemptus mundi, & eorum quæ in eo sunt. tom. 2.99.F
Ex ruina mũdi prope esse agnoscitur regnum dei. to.2.98.B
Mundi fructus ruina est. Ibidem.
Mundi mutabilitas. Ibidem.C
Mundus non est amandus. to.2.99.I
Mundus quare describitur Christo nascituro. to. 2.101.L
Mundus varias habet ætates. to.2.109.L
Totus Mũdus martyribus plenus est. to.2.118.A
Mundum totum lucrari, & se perdere, nihil proficit. to.2.122.F
Princeps huius mũdi habet aliquid in omnibus qui in peccatis concipiuntur. to.2.132.G
Signa aduenientis finis mundi. to.2.233.D

Mundani.

Omnes Mundani eorum quæ agunt memoriã relinquere conantur. to.1.68.L
Mundani omnem præsentis vitæ copiam, inopiã deputant. to.1.128.L

Munus.

Tres sunt acceptiones munerum. to.1.155.M
Quid sit munus ab ore & à manu recipere. tomo. 1.75.G
Exteriora munera ex interna cordis munditia cõdiuntur. to.1.130.L
Munera in conferendis ordinibus, vel nuptiis, nõ conferantur. to.2.175.A
Munera quæ dantur non respicit deus, sed à quo dantur. to.2.217.I
Spiritualia munera inferiorum ad superiores. to. 2.301.D
Munera superioribus debita. to.2.302.D E

Murena.

Murena piscis est. to.2.45.F

Murenula.

Murenulæ dicuntur inaures. Ibidem.
Per murenulas, sancta scriptura designatur. Ibid.

Murmurantes.

Contra prælatos murmurantes, contra deum murmuramus. to.2.250.K
Murmuratores dicuntur intrare in iudicium cum deo. to.2.150.D

Murus.

Murus interdum munitio est disciplinæ. tomo. 1. 121.M

Musa.

De transitu Musæ puellæ. to.2.38.F
Musa virgo beatam virginem in transitu vidit. Ibidem.

Musca.

Musca huius mundi insolentes significat. tomo.1. 108.H

Mutabilitas.

Mutabilitatem huius vitæ, sanctus quisque perire desiderat. to.1.17.I

Mutus.

Muti qui dicantur. to.1.91.D

Myrmicaleon.

Myrmicaleon animal. to.1.37.A D

Myrrha.

Myrrham adhibere membris nostris debemus. to.2.45.G
Myrrha quid designet. to.2.47.C

Myrtus.

Per myrtum qui designantur. to.2.111.I

Mysterium.

Diuinę virtutis mysteria, quę intellectu comprehendi non possunt fide veneranda sunt. tomo. 2.91.K
Mysteria nostrę redemptionis. to.2.46.D

Naama.

Naama interpretatur decor. tomo.1. 14.M

Naaman.

Naaman Syrus in Iordane sanatus. to.1.41.K

Naas.

Naas interpretatur serpens. to.2.302.G

Nabuchodonosor.

Nabuchodonosor propter superbiam in irrationale animal conuersus est. tomo.1.25.A. tomo. 2.2.I
Nabuchodonosor propter superbiam eiectus est à regno. to.1.208.I

Nardus.

Nardus frigus gustata expellit, & membrum calefacit. to.2.45.F

Naris.

Narium nomine fatuitas designatur. tomo. 1. 186.G H
Quare redemptoris nostri spiritus in naribus esse dicitur. Ibidem.H
Narium nomine diaboli insidiæ designantur. Ibidem.
Narium nomine præscientia designatur. Ibid.H I
Quomodo gloria narium dei terror est. Ibidẽ.H
Narium nomine spei nostræ cogitationes exprimuntur. to.1.188.H
Per Nares insidiæ designantur. to.1.199.F

Nasa.

Nasæ Iudæi pœna. to.2.169.B

Nasus.

Parum Nasum habens, non admittitur ad offerendum deo. to.2.3.H I
Nasus grandis & tortus, quis dicitur. Ibidem.I
Nasus prædicatores repræsentat. to.2.52.F

Nathan.

Nathan in Dauid. to.1.41.I M
Nathan durè Dauid de adulterio increpauit. to. 2.73.F
Nathan propheta, Dauid correxit. to.2.139.K

Natiuitas.

Ineffabilis vnigeniti natiuitas. to.1.137.E F
Superstitio astronomicarum natiuitatum. tomo.1. 199.D

Natura.

Natura diuina à mente inhiante sine aspectu cernitur, sine voce auditur, sine motu suscipitur. to.1.28.M
Natura diuina vbique præsens est. Ibidem.
Sola natura diuina immutabilis est. to.1.29.H
Naturæ nostræ facta est extranaturam. to.1.44.I
Quomodo ex natura corrupta & mala consuetudine curæ oriantur. to.1.79.A
Periculum circa necessitates naturales. to.1.119.K
Natura omnes homines æquales genuit. tomo.1. 127.A
Ea sumenda sunt, quæ naturæ necessitas requirit. to.1.180.E
Studium naturæ humanæ. Ibidem.M
Natura omnes homines æquales genuit, sed alios alijs

aliis culpa nocuit. to.2.5.C
Status naturæ lapsæ. to.2.135.B C
Infirmitates Naturæ. to.2.253.D
Quicquid in hac mortalitate patimur, ex infirmitate naturæ est. Ibidem.
Natura nostra in Adam facta infirma, facta est in Christo valida. to.2.254.L
Natura humana ad perpendas erumnas in hoc seculo est ligata. to.2.309.C

Nauis.

Per nauem Petri, Ecclesia designatur. to.1.100.M
Nauis aqua plena ad portũ peruenit. to.2.35.A

Nazaræi.

Quare Nazarei capillos nutriebant. to.1.11.B
Nazaræorum nomine continentium & abstinentium vita signatur. to.1.196.A

Neapolitanus.

Annona Neapolitana subtracta. to.2.220.F

Nebula.

Quid sit dominum in nebula loqui. to.1.175.D. & sequen.

Necessitas.

Omnis necessitas ferrum vocatur. to.1.11.A

Negligens.

Negligentes vix saluari possunt. to.2.281.G

Negligentia.

Negligentia sæpe de virtute facit peccatum. tomo. 1.123.E
Negligentia est causa excessuũ, & incurrit in ea quæ cauenda sunt. to.2.207.A
Negligentia Ecclesiastica sollicitudinis animabus nocet. to.2.248.E

Negociatio.

In Negociationem ire quid sit. to.2.130.C

Neophytus.

Quis dicatur neophytus. to.2.185.B.& 214.M
Neophytus non ordinetur. to.2.214.G
Neophyti in gradu prohibito iuncti, nec separãdi sunt, nec sacra communione priuandi. tomo. 2. 252.I

Nescire.

Qui interna nesciunt, de malis exterioribus desperant. to.1.76.C
Aliud est nescisse, aliud scire noluisse. to.1.89.I
Nescire ignorantia est, scire noluisse superbia est. to.1.147.K
Nescire dominum. to.2.275.I.& seq.

Nestorius.

Nestorius hæreticus, in Chalcedonẽ. synodo est denunciatus. to.2.208.M

Niger.

Nigri post candorem sunt, qui amissa dei iustitia in peccata ignorata labuntur. to.1.196.B

Nix.

Aquæ niues, sunt lamenta humilitatis. to.1.56.C
Nix quid designet. to.1.160.H I.& 171.H

Nocere.

Nocere bonis elati desiderant, à quibus solatia sperant. to.1.46.A
Aliud est quòd inimicꝰ noster bonis nocet, aliud est quòd sibi & cæteris. to.1.130.F

Noë.

Noe pastores in Ecclesia signat. to.1.2.D
Noe à diluuij vastatione superstes fuit. tomo. 1. 22.G
Quid sit quòd filij Noe, auersi verenda patris aperuerunt. to.1.148.H I
Noe tres filios habuit, duos humiles, & tertium superbum. to.1.123.M
Item duos electos, & vnum reprobũ. to.2.130.F

Nonnosus.

De Nonnoso præposito monasterij in monte Soractis. to.2.21.D
Nonnosus abbatis mores æquanimiter tolerabat. Ibidem.
Nonnosus lampadem vitream sua oratione integrauit. Ibidem.E
Nonnosus saxum ingens sua oratione amouit. Ibidem.
Nonnosus Heliseum in olei augmentatione imitatus. Ibidem.F

Nonus.

Nonus frater ab Anastasio mortem deprecatus est. Ibidem.G

Notarius.

Notariorum mores. to.2.178.D
De morte primogeniti notarij. to.2.236.B

Nouacula.

Nouacula malorum pastorum cupiditas est. tomo. 2.256.K

Nouatus.

Nouati error circa impœnitentiam. to.2.274.H

Nox.

Nox ignorantiæ obscuritas est. to.1.2.L. & 15.C. & 44.C
Quomodo solitaria nox dicatur. to.1.18.E F
Noctis appellatione, intelligitur aduersitas. tom. 1.23.K
Nox vitam præsentem designat. to.1.51.B
Nox quomodo in lucem vertitur. to.1.47.A
In media nocte transire. to.1.144.L
Dominus dicitur inducere noctem. to.1.147.C
Noctem protrahere quid sit. to.1.155.M
Per Noctem cæcitas nostræ infirmitatis & debilitatis exprimitur. to.2.17.A
Per Noctes quærere deum, qui dicantur. tomo. 2. 47.A
Peccatores dicuntur nox. to.2.147.M

Nubes.

Nubes designant prædicatores. to.1.100.L
Nubes multipliciter dicuntur. to.1.157.K
Per Nubes aliquando mobilitas humanæ mentis signatur. Ibidem.
Per Nubes aliquando prophetæ designantur. Ibidem.L M
Per Nubes etiam apostoli designantur. Ibidem.L
Quid sit dominum extendere nubes. to.1.158.C
Nubes lumen suum spargere. to.1.161.K
Nubes cœlitus ascendit super aram. to.2.33.M

Nuces.

Nuces perfectos designant. to.2.51.L

Nudus.

Aliud est nudum esse, aliud nudum incedere. to.1.96.K

Numisma.

Examinatio numismatis. to.1.203.I

Nummularius.

Pecuniam Nummulariis dare, quid signat. tomo. 2.102.G

Nuncius.

Nuncij verba quandoque non despiciuntur. tom. 2.127.G

Nundinæ.

Populus ad Nundinas & solennitates libenter pergit. to.2.106.A

Nuptiæ.

Carnales nuptiæ à lætitia incipiunt, & in luctũ terminantur. to.2.37.I.
Spiritales Nuptiæ à luctu incipiunt, & in lætitiam terminantur. Ibidem.
Dominus quando ad Nuptias abiit. to.2.105.B
Nuptias filio suo quando dicitur pater fecisse. to.2.130.A
Nuptiarum domus dicitur sancta Ecclesia. Ibidem.H
Vestis Nuptialis est charitas. Ibidem.I K
Commodum Nuptiarum vnius solidi summam non excedat. to.2.157.L

Obdurare & obduratio.

Obdurare dicitur deus per iustitiam, quando non emollit per gratiam. to. 1.66.K
Obduratio in quo consistit. tomo. 2. 74.C

Obedientia.

Sola Obedientia virtutes cæteras menti inserit, insertásque custodit. to.1.211.L
Quanta sit virtus Obedientiæ. Ibidem.
Nullum malum debet per obedientiam fieri. tom. 1.212.A
Aliquod bonum debet aliquando per Obedientiam intermitti. Ibidem.
Obedientia aliquando si de suo quid nõ habeat, minima est. Ibidem.
Obedientia aliquando si quid de suo habeat nulla est. Ibidem.
Obedientia debet in aduersis aliquid ex suo habere, in prosperis nihil. Ibidem.B
Obedientia prosperis huius seculi ex sola infusione, aduersis autem etiam ex deuotione militat. Ibidem.C
Obedientiæ exemplum Abraham est. to.2.82.A
De Obedientia maioribus exhibẽda. to.2.177.K
Obedientiæ dilatio post citationem, ostendit hominem culpabilem. to.2.188.M
Obedientia sua nulli debet inferre iacturam. to. 2.227.E
Obedientiæ effectus. to.2.272.G H
Obedientia Iacob. to.2.272.K L
Obedientia vera. to.2.272.G
Obedientiæ bonitas vnde oritur. to.2.321.M
Obedientia præfertur victimis ab holocaustis. to.2.321.K M
Obedientia vincimus dæmones, cæteris virtutibus impugnamus. to.2.299.M
Obedientia perfecta quæ sit. Ibidem.K L

Obedire.

Qui obedire præceptis diuinis student, dies suos in bono complebunt. to.1.154.E
Nemo deo Obedit, nisi innocens: & econtra. to. 1.212.A
Obedire deo qui dicuntur. to.2.284.K

Oblatio, Oblata.

Oblatio deo recta est, cum de iustitiæ radice procedit. to.1.115.B
Oblatio iram iudicis placare non potest, nisi ex munditia placeat offerentis. to.1.130.K
Oblatio hostiarum, mortuis vtilis est. to.2.43.F
Per Oblationem hostiæ, Iustus monachus à pœnis est liberatus. Ibidem.I
Captiuus oblationibus coniugis liberatus est. Ibidem.K
Victima sacræ oblationis non modo vinis, sed & mortuis prodest. Ibidem.M
Carnes oblationis super mensas portare. tomo. 2. 95.B
Oblationes luminariorum, in sepulturis mortuorũ, accipi non prohibentur. to.2.209.I
Oblata rectè dividere, quid sit. to.1.13.D
Oblatio domini est. to.2.299.M

Obscurus.

Cur rebus patentibus obscura permisceantur. to. 1.165.E

Obsequens.

Presbyter duas coronas mortuo sibi in balneis obsequenti obtulit. to.2.43.E F

Obsequium.

Obsequia vera deo reddere. to.1.56.M

Obstetrices.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare deus Obstetricibus domos ædificauit.to.1. 103.A B

Obtrectatores.

Contra obtrectatores. to.2.68.E F.& I K

Obumbratio.

Obumbratio aliquando mentis refrigerium à feruore carnalium cogitationum. to.1.197.D
Obumbratio, Christi incarnationem aliquando designat. Ibidem.

Occidens.

Ad Occidentem ire quid sit. to.1.94.L

Occidentales.

Quid sit magnum esse inter omnes Occidentales. to.1.3.L

Occisor.

Occisor Diaconi,statim à diabolo occiditur.tomo. 2.38.M

Ocium,& Ociosus.

De Ocioso & inordinato verbo. to.1.42.C
Ociosum verbũ quid sit. Ibidem.D.& to.2.11.B
De verbo Ocioso,nec sancti excusari possunt.tom. 1.191.F
Omne verbum Ociosum quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij. to. 2.11.B
Viri sancti,ociosa verba non loquuntur. tomo. 2. 31.G
Ociosa non sunt loquenda. Ibidem.
Ab Ociosis ad noxia verba,à leuioribus ad grauiora venimus. Ibidem.
Ociosa non sunt loquenda. to.2.264.E

Octaua,& Octauus.

Octaua quid designet. to.2.134.I K
Octaua dies æternam figurat beatitudinem. tom. 2.82.H
Octaui numeri perfectio. to.2.91.C D

Octonarius.

Octonarij numeri causa & ratio. to.2.82.H

Octogenarius.

Octogenarij numeri ratio. to.2.51.F

Oculus.

Oculus amoris,tenebras illustrat hebetudinis. to. 1.32.F
Oculi dicuntur intentiones. to.1.78.E
Oculos declinare quid sit. to.1.93.M.& seq.
Quid est habere oculos in circuitu & intus.tomo. 1.113.B
Oculi pulsante delectatione sunt restringendi. to. 1.126.C
Oculi per animam vident. to.2.37.B
Dũ alia negligimus,oculũ nõ habem⁹. to.2.63.A
Oculi corporis ad corporalia,oculi verò cordis solum sunt ad spiritalia. to.2.79.B
Oculi sunt fenestræ animæ. to.2.100.E
Oculi prædicatorum sunt intuitus rationis. tomo. 2.314.G
Oculus dexter & sinister. to.2.302.K
Sinister oculus est concupiscentia carnalis.Ibidẽ.

Odium.

Odium tenebrat conscientiam. to.1.31.E
Odientes nos debemus diligere, & quantum in nobis est pacem habere. to.2.223.H
Odium proximi,impedit orationis fructum. tom. 2.63.G H
Odia aliquando sunt pro veritate sustinenda. to. 2.201.C

Odor.

Bonus odor ex virtute est,sicut malus ex vitio. to. 1.84.G

Offerre & Offerri.

Quòd omnibus diebus sacrificium deo pro nobis filius offerre non cessat. to.1.3.C
Quòd holocaustum per singulos offerre, sit singulare virtutum circumspecta & pura intẽtio. tomo.1.4.B
Coccum bis tinctum offerre quid sit. to.1.36.C D
Homo sine culpa debuit pro nobis offerri.tomo.1. 101.I
Oportuit hominem rationalem pro hominibus offerri. Ibidem.
Sacrificium deo offerre quid sit. to.1.304.K
Pigmenta offerre. to.2.97.E
Thuris sacrificium offerre. Ibidem.
Myrrhæ sacrificium offerre. Ibidem.
Vide oblatio.

Officium.

Indignus est diuino officio, qui quod mereri debuit precio mercari non metuit. to.2.185.H
Nemo suo officio sine sufficienti causa priuandus est. to.2.235.H.& seq.
Officia regis interdum in bonum sumuntur. tomo. 2.290.A B
Officia regis iniusta. tomo.2.288.B C.& sequen. & 290.B
Officium sacerdotij tria continet. to.2.267.K L
Officium sacerdotale cognoscere. to.2.266.B

Oleum.

Oleum multipliciter dicitur. to.1.113.I
Per Oleum nitor gloriæ designatur. to.2.104.D
Olei virtutes. to.2.296.I
Oleum,misericordiam,prædicationis gratiam,& peccatorum remissionem. Ibidem.

Oliua.

Oliua misericordes denotat. to.2.111.I K

Onager.

Onager gentilium designat populum. to.1.37.K
Herba Onagri quid significet. Ibidem.I
Onager fideles designat. to.1.38.E
Onager,agrestis est asinus. to.1.96.F
Onagris comparantur hæretici. Ibidem.
Onager quid significat. to.1.179.G
Solutio vinculorum onagri. Ibidem.H
Onager, Christum incarnatum figurat. tomo. 1. 180.I K

Onocentaurus.

Onocentaurus designat lubricos & elatos. tomo. 1.40.C

Onus.

Quomodo onus dei est leue,& est durũ & graue. to.2.85.G
Onera seruitutis impertabilia prædicuntur his qui mitia dei consilia spernunt. to.2.287.H

Operans.

Laus humana, mentem operantis sæpe immutat. to.1.4.F
Non præueniemus deum operando. to.1.201.K

Operari.

Quisquis sibi tribuit quod operatur,gratiam auctoris sui negat. to.1.130.D
Si negligunt bona operari quæ possunt, sine actiua intrare non possunt. to.2.58.A
Sine contemplatiua cœlum intrare possunt,qui bona quæ possunt,operari non negligunt. Ibidẽ.

Operarius.

Sua bona pdit operarius,qui aliena mala renuit perpeti. to.1.128.A

Operatio.

Omnis operatio & virtus nostra per decem, & septem plenè comprehenditur. to.2.114.L
Arbori infructuosæ comparatur,qui bonæ operationis fructum non exhibet. to.2.121.F

Operator.

Diuersitas dissensationis in operatoribus iustitiæ. to.1.141.A

Opus.

Quanta sollicitudine abstinendum sit à malo operę. to.1.4.D
Bonis operibus prauis non sunt miscenda. tomo. 2.284.H.
Boni Operis sollicitudo contemplationi nocet. to. 2.260.E
Quòd in vanum bono opere laboramus, si vsque in finem non perseueramus. to.1.4.I M
Discretio Operum in hac vita est. to.1.23.D
Opus sæpe damnationis causa est, quod putatur esse virtutis. to.1.24.G
Vt Opera digniora videantur,necesse est vt indigna reputentur. Ibidem.M
Opus nostrum quomodo hominibus ostendendum est. to.1.50.G
Desidia & fraus in bonis Operibus formidãda sunt. to.1.55.L
Opera exteriora resecans, interiora discernat. to. 1.63.D
Cuncta bona opera ex cogitatione prodeunt. Ibidem.
In Omnibus operibus nostris,nos & non deũ inuamus. to.1.92.C
Sicut vestimentum corpus, ita bona Opera protegunt animam. to.1.96.G
Quidam in quibusdam rebus peccata faciunt,in quibusdam rectà Opera sequuntur. Ibidem.
Opera interiora nostra, solius dei oculis patent. to.1.113.B
Non bona sunt opera,quæ prauis inquinantur. to.1.114.E
Bona Opera occultentur studio,sed necessitate publicentur. Ibidem.K
Aliud est Opus ex præcepto, aliud ex affectu facere. to.1.115.D
Virtus in manu, magnitudo est in operatione. to. 1.118.F
Quanto quis in bonis operibus attollitur, tanto ampliore, ab ore laudantium, flatu fatigatur. to.1.129.L
Super fidem Opera construuntur. to.1.147.F
Ecclesia nunc exigit Operum merita, non virtutũ signa. to.1.160.A
Multi fidei quam credunt,Operibus contradicũt. to.1.169.G
Nemo de suis Operibus extollatur. to.1.171.I
Secretorum dei,inter hominum Opera diuersitas. to.1.174.L M
Hostis Christi est,qui per rectà Opera sua Ecclesię placere cupit. to.2.6.E
Cùm pro rectò Opere laus trãsitoria quæritur,re æterna retributione digna pro vili precio vendatur. to.2.17.L
Quomodo opus nostrum ita faciendum est vt videatur,& tamen vt debeat videri præcipitur. Ibidem.M.& seq.
Bonum opus plærunque occultum est cùm publicè fit,& publicum cùm fit occultè. to.2.18.A
Quidam bona Opera facere student, vt gratiam alienæ operationis obnubilent. tomo.2.22.I
Aliter retro respicitur ex opere, aliter ex cogitatione. to.2.58.H
Merces ex bono Opere quæsita, ex malo perditur. to.2.59.I
Nec fides sine Operibus, nec opera sine fide prosunt. to.2.67.H
Fructus operum trieſimus,sexagesimus, & centesimus. to.2.85.F G
Aliud est secundum Opera reddere, aliud propter opera reddere. to.2.151.G
Opera exteriora virtuti,nos eminentes in hac vita constituunt. to.2.160.I
Nulla Opera sunt bona,si à soliditate fidei distinguantur. to.2.176.A

Opus dei homo sæpe ex hominis vitium. to. 2.181.M
Sine Operibus boni, fideles non saluantur. tomo. 2.194.M
Perseuerantia boni Operis commendatur, atque laudatur. to.2.200.M
Bonis Operibus auxilium præstans, mercedis est particeps. to.2.226.K
Bonis Operibus consilium ferre debemus. Ibidē.
Opus hominis indignum esse sine gratia ad promerendam gloriam. to.2.268.H I
Opera bona non facere & esse in Ecclesia Ephratheus dicitur. to.2.259.F
Opera bona requiruntur ad fidem. tomo.2.280. K L
Opera sanctorum sunt flores æternorum fructuū. to.2.297.G H
Opus bonum qualiter dæmon tentat impedire. to. 2.309.B C
Opus vel scientia in Ecclesia sine humilitate non probatur. to.2.325.F G
Opera bona electorum quæ sunt. to.2.321.K
Opus bonum lumen est. to.2.317.F
Opera patrum filiis prosunt. to.2.315.G

Opes.

Prius Opes cordis, quàm corporis describuntur. to.1.1.H

Orare, & Orans.

Quid sit verè orare. to.1.202.C
Quomodo beati Orant pro inimicis suis. tomo. 2. 207.K L
Quisquis Orat inimici detrimentum, contra deū pugnat. to.2.118.D
Quis dignus est exaudiri cum orat. to.2.143.F
Orans & non attendens, clamans tacet. tomo. 2. 132.B
Modus orandi. to.1.63.E F
Quomodo Orandum sit, ne inducamur in tentationem. to.1.78.D
Non est Orandū pro damnatis, sicut nec pro diabolo. to.1.207.K L
Orare sine intermissione. to.2.260.G H
Orans pro aliis quando exauditur. to.2.285.F

Oratio.

Cur Moysi & Samuelis Orationes, sanctorum patrum orationibus præferuntur. to.1.53.I
Ante orationem conspiciendum est, quid potest in oratione reprobari. to.1.63.F
Oratio multa illicita impedit. Ibidem.
Duo impediunt Orationis fructum. Ibidem.H
Oratio grata deo quando dicitur. Ibidem.
Quæ in oratione postulanda sint, & quomodo. to. 1.89.L M
Cùm deus in Oratione non quæritur, citius in oratione animus lassatur. Ibidem.
Importunæ cogitationes in Orationis sacrificio se sæpe ingerunt. to.1.95.I K
Apud deum Oratione fulciatur operatio, & operatione oratio. to.1.103.E
Vtilitas Orationis. Ibidem.
Attentio in Oratione quantum prodest. tomo. 1. 131.A B
Quomodo Opponitur nubes ne transeat oratio. to.1.167.E
Orationes vanæ. to.1.201.A
Quare in Orationibus nostris tardè exaudimur à domino. to.2.31.H
De quodam ab hostibus capto, cuius vincula orationis hora solue bantur. to.2.43.K
Orationem impedientia. to.2.65.H
Orationis vires. to.2.97.D E, & 118.C D
Orationes inutiles. to.2.118.C D
Oratio deuota, protegit à deuoratione diabolica. to.2.131.G
Oratio vnicuique salutaris. to.2.142.M
Oratio debet esse perseuerans. to.2.148.H
Oratio & deprecatio differunt. Ibidem.K
Oratio & obsecratio differunt. to.2.150.C
Stultū est ab oratione cessare, si deus differat cùm rogatur exaudire. to.2.150.D
Oratio beati Gregorij pia, & satis artificiosa. to. 2.152.H
Orationis præsidio temporum procellas superam⁹. to.2.154.G
Oratio mutua, orantes inuicem sustentat. tomo. 2. 156.A
Orationes nostræ à domino exaudiuntur, si nos proximorum necessitatibus subuenimus. tom. 2.159.G
Orationes seruorum dei, congregant principibus exercitum. to.2.171.I.
Orationes in charitate factæ, à deo exaudiuntur. to.2.188.D
Oratio dominica à toto populo in Græcorum missa dicebatur. to.2.210.F
Inanis fit oratio, vbi prauæ est actio. to.2.231.C
Oratio electi deuota nunquam est infructuosa. to. 2.288.M
Oratio iusti quibus prodest. to.2.271.A
Orationes Ecclesiæ pro Iudæis. to.2.256.M
Oratio cum abstinentia & humilitate vincere poterit fornicationem. tomo. 2. 316. E. & 318.D

Oratorium.

De Oratorio consecrando. to.2.235.M

Ordinari.

Qui debeant Ordinari. to.2.169.M. & seq.
Vxorati Ordinari cupientes, aut à suis vxoribus abstinebant, aut ministrare prohibebantur. to.2.176.B C
Pestiferum est quempiam non meritis, sed precio ordinari. to.2.185.H
Nullus per præmium ordinetur. to.2.186.B
Qui cum precio ordinatur, sit hæreticus. to.2.185. B. & 186.A. & fo.seq.A
Apostolica permissione vnius Ecclesiæ clericus in altera valet ordinari. to.2.187.D
Quare sit constitutum ne curiales ordinentur. to. 2.200.G H
Quisquis simoniacè ordinatur, frustra sacerdos dicitur. to.2.214.H
Succedens intruso per iniustam depositionem, nūquam in ea ordinetur Ecclesia. tomo.2.245.D. & sequentib.

Ordinatus, & Ordinandus.

De Ordinatis non reordinandis. tomo. 2. 174. A B C
Ordinatus in carnis vitium lapsus ad altaris ministerium non accedat. to.2.175.D
Ordinatus per simoniam non præsumat in ordine ministrare. to.2.286.G
Ordinandus non est quis in subdiaconum, qui nō antea castitatem se seruaturum promiserit. to. 2.158.D
Nullus hæreticus est ordinandus. tomo. 2. 160. L M
Ordinandorum conditiones. to.2.163.H
Nullus cuius vita reprehendi potest, est ordinandus. to.2.174.C
Visitans Ecclesiam habet potestatem ordinandi ea quæ in illa sunt, tanquam episcopus. tom.2. 168.A. & seq.
Qualitates ordinandorum. tomo. 2. 170. A. & sequen. & tomo. 2. 175. D. & 186. I. & 188. F. & fo.seq.I.

Ordo.

Ordines ab ortu Ecclesiæ distincti. to.2.174.C
Nemo fauore, venalitate aut supplicatione ad sacros promoueatur ordines. to.2.169.M
Nihil accipiatur pro actibus Ordinum, nuptiarum, clericorum, aut velationis virginum. to. 2.175.A
De sacris Ordinibus lapsi reparari non possunt. Ibidem. D. & 177. H. & 178. I. & seq.
Voluntas principis in Ordinatione pontificis desideratur. to.2.178.F
Quisquis in Romana Ecclesia sacrum ordinem acceperit, ab ea vlterius egredi non poterit. to. 2.179.M
De his qui accusationes deserunt, vt Ecclesiasticos ordines accipiant. to.2.184.K
Ordines maiores & minores debent esse in Ecclesia, instar angelorum in cœlo. to.2.185.C D
Districta interdictione prohibitū est aliquid pro pallio vel ordinantibus capere. tomo. 2. 185. M. & seq.
De sacris ordinibus præmio non concedendis. to. 2.199.K
Ordo Ecclesiæ bene custoditus lætitiam generat, expellendo tristitiam. to.2.201.A
Ordo Ecclesiæ confunditur, si illicita præsumantur. to.2.202.F
Nulli homines non rectæ fidei ad sacros ordines debent promoueri. to.2.207.L
Ordines per simoniacam hæresim non conferantur. to.2.214.G
Qui vltro Ordines ambit, vel importunè se ingerit, est repellendus. Ibidem.H
Ex pecunia ex Ordinibus acquisita, nō potest fundari xenodochium aut monasteriū. Ibidem.K
Nullus pro Ordinibus dare vel accipere præsumat. to.2.215.B
In Ordinatione constituti non debent mulieribus cohabitare. Ibidem. A. & fo.seq.C
Excōmunicatur qui pro Ordine aliquid dat vel accipit. to.2.216.C
Ad sacros Ordines vsurarij promoueri non debent. to.2.222.I
De persona quadam ad sacrum Ordinem promouenda. to.2.225.G
Nihil p ordinationibus, datione, vsu pallij, traditione chartarum, consecratione episcopi, vel scriptura apostolica accipi debet. tomo. 2. 251. M. & seq.
Ordinis sacerdotum initium. to.2.289.F
Ordinum Ecclesiæ in dei seruitio varietas. tomo. 2.301.E F
Sanctæ Ecclesiæ Ordines. Ibidem.E

Organum.

Quid per Organum, & fistulas eius. to.1.124.C

Origenistæ.

Confutatio erroris Origenistarum & obiectionū eorum. to.2.207.H. & seq.
Error Origenistarum, de pœnarum inferni fine. Ibidem.
Origenis error circa dæmonum liberationem. to. 2.274.H

Oriens.

Ad Orientem ire, quid sit. to.1.94.L
Oriens, iustos significat. to.2.88.D
Quare porta Orientalis est inter Australem & Aquilonarem. to.2.96.C D

Orientales.

Orientales diuites erant. to.1.1.I
Fideles omnes in Christo, dicuntur Orientales. to.1.2.K
Quid sit magnum esse inter omnes Orientales. to. 1.3.K L

Oriones.

Universidad de Deusto Biblioteca

Oriones stellæ excitant tempestates. to.1.52.I
Per Oriones stellas martyres designatur. Ibidem.

Orphanus.

Orphanis paruulis dentur tutores. tom.2.157.M
Officium pontificis, est orphanis subuenire. to.2.167.I

Osanna.

Osanna, salua nos interpretatur. to.2.84.A

Os.

Per os domini, fortitudo eius in passione designatur. to.1.83.H
Os dei, dicitur vnigenitus eius filius. to.1.159.K
Os sponsi, inspiratio Christi. to.2.44.G
Os aperire. to.2.69.M
Ori parcens quis dicitur. to.2.310.G H

Osculari.

Osculari pedes redemptoris, quid sit. to.2.123.H

Osculum.

Osculum oris sponsi, dulcis amor inspirationis. to.2.44.G
Osculum prophetæ quid. to.2.296.L

Ossa.

Ossa fortia facta designant. to.1.28.F.& 31.E
Item fortes ipsos. to.1.122.D
Ossa & medullas in ossibus habere, quid significet. to.1.90.L
Ossa, in scriptura sacra, virtutes sunt. to.1.138.G. & to.2.135.B.& fo.seq.C
Ossa quid significent. to.1.139.C
Per ossa populi potentes designantur. tom.2.82.B
Ossa sicut cremium arescunt. to.2.143.M

Ostium.

Ostia ventris, sunt desideria concupiscentiæ carnalis. to.1.20.L
Quid sit egredi ostium. to.1.131.H
Per ostia prædicatores sancti designantur. to.1.167.G
Per ostia quid designetur. to.1.168.A.& 170.E. & seq.
Ostium contra ostium quid signet. to.2.85.A
Ostium in portarum frontibus aperire, est dicta Apostolorum discutere. to.2.92.A
Ostium portæ, est historicus intellectus legis. to.2.93.D
Ostia domus domini. to.2.276.G

Oua.

Per oua quid designetur. to.1.183.F
Quomodo dominus oua in pulvere derelicta, calefacit. Ibidem.G

Oues.

Oues innocentiam fidelium designant. to.1.2.E
Quid septem milia ouium, & tria milia camelorum designent. Ibidem.E F
Oues Iudæos designabant. Ibidem.F
Oues possidere quid sit. to.1.3.H
Per oues cogitationum munditia designatur. to.1.10.C
Ouium primogenita tondere, quid sit. tomo.1.49.I. M
Per ouem innocentia designatur. to.1.211.K
Per oues quid designetur. to.1.213.L

Ouile.

Ouile sanctæ ecclesiæ, hædos cum agnis recipit. to.2.110.D

Oza.

Oza robustus domini interpretatur. to.2.25.G.
Oza tangens arcam, mortuus est. Ibidem.G H

Pacatus.

Pacatus est deus iis qui in deum peccauerunt. to.2.267.E

Padus.

Padus chartam à Sabino episcopo recipiens terras ecclesiæ, inundare non amplius præsumpsit. to.2.30.C

Paganus.

Festa paganorum quomodo sensim in Christianissimum commutari debeant. to.2.234.G

Pallium.

Pallium auferre dicuntur prædicatores. tomo.2.50.D
De illicita vsurpatione pallij. to.2.170.K
Archiepiscopo non nisi ad missarum solennia vti pallio licet. tomo.2.170.K L.& 185.I K
Nullus episcopus per plateas pallium, nisi ex priuilegio sedis apostolicæ ferre præsumat. to.2.170.L M
Vsus pallij non permittitur extra ecclesiam. to.2.178.D
De vsu pallij. tomo.2.178.A F.& 211.K.& 244.C.& 248.I K
Honor pallij non detur nisi meritis exigentibus. to.2.199.K
Priuilegia cum vsu pallij, semper debent concedi. to.2.215.H
De vsu pallij, & diuersis ornatibus. to.2.239.H I

Palma.

Palma tardè proficit, sed diu in viriditate persistit. to.1.115.M
Palma in aliquo ab omni specie arborum differt. to.1.116.A
Sine labore certaminis, non est palma victoriæ. to.2.32.G
Per palmas præmium victoriæ signatur. tomo.2.86.B
Palmam à dextro, & à sinistro gestare. to.2.89.L
Palmarum pictura & calatura in quo differunt. Ibidem.
Palmam in fronte gerere. to.2.90.A

Palmes.

Palmes infructuosus tollitur, quãdo peccator eradicatur. to.2.206.F
Palmes fructuosus purgatur, quando peccator emendatur. Ibidem.

Palmus.

Palmus inchoatio contemplationis exprimitur. to.2.84.E

Palpebræ.

Palpebræ dei, sunt iudicia eius. to.1.165.B

Palumbus.

Negligentia Palumbi episcopi. to.2.242.M

Panis.

Panis est stipendium vitæ præsentis. to.1.74.E
Item subsidium. to.1.138.L
Panis sacræ scripturæ designat intelligentiam. to.1.86.L
Panis multiplex. to.1.138.I
Panis signat gratiam spiritus sancti. Ibidem.
Panis dominum signat. Ibidem.
Panis, hæreticorum prædicatio. Ibidem.K
Panis diuinæ doctrinæ eruditio. Ibidem.
Panis sacræ scripturæ refectio. to.1.138.K
Panis iocunditas humanæ delectationis. Ibidẽ.L
De septem panibus satiati qui sint. Ibidem.
Satiatos de panibus dominum sequi. Ibidem.
Miraculum multiplicationis panum à Christo. to.1.96.M
Qui dat panem peccatori, vt est homo: non peccatorem, sed iustum nutrit. to.2.12.K
De infecto per venenum pane per eorum longius proiecto. to.2.14.M
Vnus panis pluribus sufficit decem diebus. to.2.35.D
Panes azymos quis comedere dicatur. to.2.113.H
Panis primi hominis. to.2.144.C
Panis noster est verbum dei. Ibidem.
Panis terrenam delectationem interdum designat to.2.271.D.F
Panis delectationem vitæ præsentis significat. to.2.298.B
Panis multiplex. Ibidem.C D

Papa.

Papa quendam acolytum, episcopo requirente, ordinauit. to.2.199.C
Exhortatio papæ ad imperatorem. to.2.243.G H

Papyrus.

Per papyrum, secularis scientia designatur. tom.1.76.K

Parabola.

Parabola quintupliciter dicitur. to.1.102.K

Paracletus.

Paracletus dicitur aduocatus. to.2.120.D

Paradisus.

In paradiso non obstabit corporis crassitudo, quominus pateant intima cordium. to.1.109.F
Quare deus omnes paradisi arbores ad esum concesserit, cùm ab vna prohibuerit. to.1.212.A
Multa nunc exhibenda sunt, quæ in paradiso necessaria non fuerunt. to.1.213.F
Paradisus quotidie pœnitentibus aperitur. to.2.5.C

Parcere.

Quomodo deus non parcit delinquenti. tomo.1.56.A

Parens.

Quod in primis parentibus primò actum est, hoc in nobis peccatum quotidie agitur. tomo.1.20.M
Primi parentes, si in statu suo perstitissent, sine morte in cœlum transferri potuissent. to.1.21.G
Relinquendi sunt parentes propter deum. tom.1.49.L
Primi parentes similitudinem diuinitatis appetẽtes, immortalitatis munera perdiderunt. to.1.111.D
Primi parentes fuerunt de culpa requisiti, vt confiterentur. to.1.130.M
Primi parentes dum peccatũ suum defendere moliuntur, addunt vt culpa eorum atrocior fieret. to.1.131.A
Primi parentes, peccatum suum in deum retorquebant. Ibidem.

Pares.

Pares paribus in tormentis similibus sociant. to.2.40.K

Paries.

Parietem ædificare & linire. to.1.103.D

Parœcia.

Nullus potest alterius parœciam occupare. to.2.247.B

Pars.

Quid sit partem à domino accipere. to.1.88.K

Partus.

Partus varius ecclesiæ & synagogæ. to.2.256.I K

Parua.

Parua non sunt negligenda. to.1.62.L

Paruulus.

Paruulus est, qui liuore occiditur. to.1.31.C F
Paruulus est qui terrena diligit. Ibidem.E
Cur paruuli plærunque à dæmoniis arripiantur. to.1.90.E
Quis dicatur esse paruulus in oculis suis. tom.1.208.C
Quòd quibusdam paruulis regni cœlestis aditus, à parentibus, clauditur. to.2.38.G
De paruulorum animabus sine baptismo mortuorum. to.2.208.H.& 209.C.& seq.

Pascasius.

De anima Pascasij diaconi. to.2.41.M
Pascasij laudes. Ibidem.

Dæmoniacus tacta dalmatica Pascasij defuncti sanatus est. Ibidem.
Pascasius cœnam sum consecrat. Ibidem.
Pascasius quomodo miraculum circa mortuum se cit. to.2.42.B
Desidia Pascasij episcopi increpãda. to.2.243.B

Pascha.

De tempore Paschæ requirendo. to.2.204.G

Dubitatio.

Paschalis solemnitas, dicitur solennitas solennitatum. to.2.113.D

Pascua.

Pascua ouium Christi, quæ sint. to.2.105.M

Passer.

Passer hominem prudentem notat. to.2.144.F

Passio.

Passio Christi non sit in nobis ociosa. to.1.77.G
Passionibus propriis quidam non mouentur, sed alienis. to.2.319.L

Pastor.

Pastorum bonorũ officiũ. to.1.114.D. & to.2.12.A B.& 72.M.& seq. copiosè. & 178.G H
Pastores nõ propriam gloriam, sed auctoris quærere debent. to.1.133 E
Pastorum defectus. Ibidem.F G
Superbia Pastorum in subditos. to.1.144.D E
Pastores superbi subditos ad impietatem trahũt. Ibidem.E
Ex culpa Pastorũ fit deterior vita plebium: & ex plebiũ merito mutatur vita pastorũ. to.1.148.G
Mali pastores non sunt imitandi, sed tamen venerandi. Ibidem.I
Prologus in pastoralia beati Gregorij papæ. tomo.2.A
Deus quos pastores permittendo tolerat, per iudicium reprobationis ignorat. Ibidem.C
Qui pastores sint indigni. Ibidem.
Imperitia pastorum meritis sæpe congruit subiectorum. Ibidem.D
Quisquis virtutibus pollens gregem dei pascere vennit, pastorem summum conuincitur non amare. to.2.2.L
Boni Pastoris proprietates. to.2.3.D. & sequẽ.& 154.M.& seq.
Quis pastor indignus ad pascendum. tomo.2.3.G.& seq.
Pastores cum silentio mercenariorum vice deserunnt. to.2.4.G
Pastores non solum contemplatiuæ vitæ, sed & actiuæ vacent. Ibidem.L M
Tãto facilius pastor à suæ tẽtatione eripitur, quãto misericordius ex aliena fatigãtur. to.2.5.A B
Multi pastores se amplius sapere putant cunctis, quibus se vident amplius posse. Ibidem.D
Languente pastore, gregem languere oportet. Ibidem.L
Non solum pastoribus spiritalia, sed & corporalia conueniunt. to.2.6.B C
Pastoris prædicatio sine misericordia nõ prodest. Ibidem.B
Pastorum incuria. Ibidem.B C
Multi pastoralis mansuetudinis obliti, iure dominationis terrent. Ibidem.E
Multi pastores subditis in nullo parcunt, qui sibi in omnibus parci volunt. Ibidem.F G
Correptionis pastorum indiscretio. Ibidem.F. & se.sequen.C
Pastores Benedictum inuenerunt, & vulgauerũt. to.2.23.M
Pastoris causa emergentes. to.2.72.M. & sequen.
Pastoris sollicitudo. Ibidem.L M. & sequentib.
Vigilantia. to.2.207.L M
Pastorum & subditorum connexa sunt peccata. to.2.73.C
Tot Pastores occidunt, quot ad mortem ire quotidie negligentes vident. Ibidem.D
Quantus debeat esse ordo & consideratio locutionis in ore pastoris. Ibidem.E
Pastores vigiles sublimia videre merentur. tomo.2.101.M
Pastor bonus, dat pro ouibus impendere debet. to.2.105.H
Pastorum grauis error. to.2.107.L
Exhortatio ad pastores. Ibidem.M
Pastores lupos fieri gregibus, periculosum est. tom.2.108.G
Oratio Pastorum ad deum. Ibidem.M
Onus curæ Pastoralis. tomo.2.153.C.& 156.B.D & 217.F
Et quantum sit. to.2.154.K
Pastoris opera. Ibidem.L
Pastorum potestas. to.2.155.B
Si gregi Pastoris cura defuerit, facilè laqueos insidiatoris incurrit. to.2.161.D
De cura pastorali. t.2.164.E F.& so.seq.F.178.G.& 187.D E.& 192.G.& seq.& 207.K.& 230.E.& so.seq.H.& seq.copiosè.
Boni Pastoris est ad concordiam redigere discordes. to.2.169.C
Nulla est excusatio Pastoris, si lupus eo sciente oues comedat. to.2.170.F
Cùm pastor deest, nullus contra lupos vigilat. to.2.189.A
Pastores non plus pecuniæ quàm animabus studeant. Ibidem.D
Pastor simoniacus, nullam præbet ouibus medicinam. to.2.216.A
De exhortatione pastorali. to.2.235.A
Peccata communia pastorum. Ibidem.B
Pastorum exemplum in subditos. to.2.290.D
Pastoribus spiritalibus subiectio indissolubilis est. to.2.291.D
Pastores dei contemptores similes angelis lapsis erunt, quorum imaginem vestiunt. to.2.27.B
Pastor datur secundum exigentiam populi. tomo.2.294.E
Pastorum culpæ subtilius iudicantur. to.2.265.I
Pastores cupiditate intrusos dominus ignorat. to.2.270.A B
Pastores pro populo orantes secundum capacitatẽ populi exaudiuntur. to.2.289.A
Pastor bonus à domino magnis precibus quærẽdus est. to.2.294.B
Pastorum pericula. to.2.270.G H
Pastores negligentes sæpius suaspe fraudantur. to.2.271.K
Pastores sic debent alienam quærere salutem, vt non negligant suam. to.2.297.F
Pastoris negligentis manifesta visio non est. tom.2.271.K
Pastorum imperfectio. Ibidem.L M
Pastorum peccata non solum pœnas eorum aggrauant, sed & munera auferunt. to.2.269.I
Pastores tam conuertendis quàm conuersis debẽt vigilare. to.2.312.K
Pastor negligenter præest qui subditorum & fortitudinem & infirmitatem nescit. to.2.315.D
Pastores idoneos quærere oportet. tom.2.325.I.& sequentibus.
Pastores remissi bella quæ docent suscipere nõ curant. to.2.310.A
Pastores cunctis Ecclesiæ vnum habent pastorem. to.2.299.C
Pastorum reproborum negligentia. Ibidem.
Pastorum omnium sanctæ Ecclesiæ profectus. tom.2.300.F
Pastorum reproborum conditiones, & supplicium. to.2.304.H
Pastorum reproborum principale propositum est in rapina subditorum. Ibidem.
Pastoris conditiones. to.2.296.B

Pastus.

Per pastum quid designetur. to.1.179.E F

Pater.

Quomodo intelligitur pater commotus aduersus Christum filium. to.1.13.D.& I
Testis filij dei est pater. to.1.77.G H
Quomodo Pater dicitur esse cõscius filij. Ibid.H
Pater, filius, & spiritus sanctus non vocantur angeli. to.1.164.K
Pater verbum sine tempore genuit. to.1.137.E
Patris culpa nõ debet ingrauare filiũ. to.2.176.F
Pater non est sine filio laudandus. to.2.263.F

Patres.

Antiqui patres dicuntur naues poma portantes. to.1.55.C
Patres antiqui instar aquilæ solem conspiciebãt, & inde incarnandũ iudicabãt. Ibidem.D E
Patres antiqui à timore legis ad euangelij libertatem transire optabant. to.1.56.K
Patres prisci dicti sũt vasa auri excelsa. t.1.109.I
Antiqui patres fructiferis arboribus similes fuerunt. to.1.133.L
More nubium extensa super nos vita patrum regimur. to.1.158.C
Antiqui patres nostri, non reges hominum, sed pastores fuere pecorum. to.2.5.C
Antiqui patres à bonis in cœlo cognoscentur. to.2.40.E
Patres antiqui operati sunt in fabrica Ecclesiæ sanctæ. to.2.78.C D
In sacra scriptura miracula patrum, & virtutes bonorum leguntur. to.2.82.D
Patres antiqui tripartiti sunt. to.2.83.A
Patres noui testamenti tripartiuntur. Ibidem.B
Comparatio priscorum patrum ad Apostolos. to.2.87.G
Patres sancti, Ecclesiæ statum custodiũt. t.2.115.F
Patres antiqui inter bonos filios, malos habuerunt. to.2.229.F G
Patres Christi ex generationis origine. to.2.255.F
Patres antiqui vt deo placerent, filius etiam ad mortem non parcebant. to.2.314.K
Patres huius temporis peccantes filios aut obiurgare nolunt, aut timent. Ibidem.I
Patres huius tẽporis deum minus quàm filios diligunt. Ibidem.
Patres deum diligẽtes filij eius sunt. to.2.300.I K

Patria.

Quomodo solam patriam cœlestem diligentes terrenis inhiant curis. to.1.108.K
De spe ad æternã patriam tendenda. to.2.242.H

Patrimonium.

Patrimonium papæ apud Gallias, de pensionibus ecclesiarum. to.2.191.G.& seq.
De patrimonio Ecclesiæ Rauennæ. tomo.2.225.H & sequen.

Pati.

Nulla nisi quæ domino placuerint, pati possum⁹. to.1.7.G
Inuiti pati omur oportet, quæ ex arbitrio & sponte fecimus. to.1.20.L
Quicquid patimur, peccata nostra meruerunt. to.1.32.H
Minus patimur, quàm meremur. to.2.222.K

Patiens.

Verè patiens quis dicitur. to.1.69.C
Nullus perfectus est, qui inter proximorum mala patiens non est. to.1.123.M

Universidad de Deusto Biblioteca

Patientes studeant diligere, quos sibi necesse est tolerare. to.2.9.D

Qui malum non retribuit, quia nequit: non est patiens. to.2.126.H I

Patientia.

Quomodo patientiam nostram modestè feramus. to.1.7.F G

Modus patientiæ. to.1.12.M

Patientiæ scutum opponendum est tribulationum bello. to.1.14.G

Patientiæ in quo consistat. to.1.26.G

Patientiæ modus in flagellis. to.1.63.K

Virtus patientiæ, non in prosperis, sed in aduersis agnoscitur. to.1.69.C

Patientia sanctorum. to.1.75.K

Patientia ecclesiæ exercetur, cùm tentatur gladiis. to.1.102.L

Patientia quantæ sit vtilitatis. to.1.128.A

Patientia est custodia conditionis nostræ. t.2.9.C

Patientia vera est, quæ & ipsum amat quem portat. to.2.63.H.& 85.H

Patientia Christi alios ad patientiam exhortari debet. to.2.109.D

Per patientiam possidemus animas nostras. to.2.126.H

Patientiæ diffinitio. Ibidem.

Patientiæ conditiones. Ibidem.H I & 224.E

Patientiæ seruandæ exempli singulare. t.2.126.M

Patientia est exercēda in operatione. to.2.127.A & seq.

Patiētiæ fructus. to.2.101.C D.& 221.G.224.E

Patientia in infirmitatibus. to.2.227.H

Patientia dei in peccatores. Ibidem.H I

Patruus.

Patruus dicitur frater patris. to.2.301.B

Pauci.

Pauci ex Iudæis Christo prædicante crediderunt. to.1.170.G

Pauimentum.

Pauimentum designat fideles. to.2.86.F

Paulinus.

De sancto Paulino Nolanæ vrbis episcopo. to.2.28.M

Paulinus omnia bona sua captiuis largiebatur. Ibidem.

Paulinus se dedit in seruum loco alterius captiui. Ibidem.H

Paulinus se dixit hortulanum. Ibidem.I

Paulinus prædixit regem Vandalorum statim moriturum. Ibidem.

Paulinus cum omnibus suis ciuibus Nolanis in patriam reuersus est. to.2.29.C

Paulini cubiculum in domo consistente, terræ motu tremuit. Ibidem.

De peruersitate Paulini Regensis episcopi. to.2.237.H I

Paulus.

Pauli aduersitates & cruinæ. to.1.14.H I

Pauli verba ad principem sacerdotum. Ibid.K L

Paulus ad tertium cœlum raptus, certamen carnis passus est. to.1.47.B

Paulus vsque ad tertium cœlum raptus. to.1.62.H.& 103.H

Paulus apud diuites contemptus fuit. to.1.65.G

Pauli conuersio. to.1.67.A & 111.M & seq.& 171.H I & 185.A B & seq. & 202.M & to.2.17.H

Paulus de tribu Beniamin natus. to.1.104.G

Paulus non obstantibus multis virtutibus, varia passus est pericula. to.1.112.A

Labores Pauli. t.1.112.A & 158.D & 200.A

Quare Paulus quærebat honorari. to.1.114.M

Paulus honorem pro vtilitate suorum auditorum quærebat. Ibidem.

Paulus & Helias conferuntur. to.1.136.K

Modus correctionis Pauli. to.1.143.E & seq.

Paulus peccauit ex ignorantia. to.1.147.H

Paulus gelu erat, sed in aquam rediit. to.1.161.H

Paulus patrem Publij sanauit & non Timotheū. to.1.160.A

Quomodo satanas prohibuit Paulum ire ad Thessalonicenses. Ibidem.K

Paulus in raptu interrogatus à deo, postea respondit. to.1.165.C D

Paulus Timotheum circuncidit. to.1.166.I

Quomodo Paulus in contemplatione cœlestiū adhuc infirmus erat. to.1.168.C

Paulus ex persecutionis sæuitia, vocatus est ad Apostolatum. to.1.171.E C

Paulus per Apostolatus gratiam Stephanum præcedit. Ibidem.I

Paulus rorem spargebat. to.1.172.M

Vagatio Pauli. to.1.177.H I

Quàm diligēter Paulus fouebat discipulos suos. to.1.183.K & seq.

Et consolabatur. Ibidem.M

Paulus ante conuersionem cornu in naue gestabat. to.1.185.A & seq.

Paulus ante conuersionem ab adolescentia, lapidantium adiutor extitit. Ibidem.C

Prædicatio Pauli post conuersionem. Ibid.C D

Quare Paulus volebat intrare theatrum apud Ephesum, & tamen Damasci per sportam dimissus est. to.1.187.D

Cur Paulus imperterritus petiit Hierosolymam, in qua sciebat se ligandum. Ibidem.F

Quadraginta viri in Pauli mortem coniurauerant. Ibidem.I

Paulus lapidatus Lystris, & extra ciuitatē pulsus, non timuit eam regredi. to.1.187.M

Pauli fernor ad prædicandum. to.1.188.A

Paulus occidi poterat, superari non poterat. Ibid.

Paulus fortis perseuerat in laboribus, & exultat in aduersis. Ibidem.

Quomodo Paulus mori desiderat, & carne expoliari formidat. Ibidem.B C

Labores & victoriæ Pauli. Ibidem.L M

Quare Paulus Corinthium, in interitū carnis, tradidit satanæ. to.1.198.L

Paulus Christum incarnatum contemnebat. to.1.203.A

Paulus contra prophetiam Agabi perrexit Hierusalem. to.1.211.C

Paulus quindecim scripsit epistolas. to.1.213.L

Paulus aliquando se esse prælatum nesciebat, aliquando se magistrum esse dicebat. to.2.5.F

Paulus ad infirmorum defectus condescendebat. to.2.4.L M

Quomodo Paul⁹ correxit pusillanimes. t.2.8.L M

Quare Paulus aliter Titum, aliter Timotheū admonet. to.2.11.F & 73.G

Paulus inter Pharisæos & Sadducæos diuisionē posuit. to.2.13.M

Pauli fuga à Damasco. to.2.24.F

Paulus optat pro fratribus mori, quorum morte prius gaudebat. to.2.32.D

Paulus ex præterito euangelium cognoscebat, sed quid pro eodem passurus esset ignorabat. to.2.55.C

Plangit Paulus quod ante baptisma commiserat. to.2.59.F

Quare Paulus Galatas sine modestia increpat. to.2.73.K

Quare Paulus prius Corinthios laudat, & statim post increpat. Ibidem.H I

Paulus iustè reprehendit Petrum. to.2.86.M

Paulus in epistolis suis scripsit Petrum reprehensibilem. Ibidem.

Paulus erat minus Petro. Ibidem.

Pauli mansuetudo. to.2.87.B.& seq.

Paulus à Corinthijs stipendia prædicationis non accepit. Ibidem.C

Paulus apud Corinthios anno integro & sex mēsibus prædicauit. Ibidem.D

Paulus implenit quod prædicauit. Ibidem.

Paulus Corinthios arguit impietatis. Ibidem.E

Miracula Pauli. to.2.99.K L

Paulus animam suam amādo oderat. to.2.128.I

Paulus vas electionis. to.2.141.I

Quidam Orientales corpora Petri & Pauli statim post martyrium in Orientem deferre parātes, sunt diuinitus prohibiti. to.2.175.I

Catenæ beati Pauli miracula fecerunt. Ibidem.K

De Paulo Dyaclinæ ciuitatis episcopo depositio & relapso. to.2.237.M & seq.

Absentia Pauli episcopi. to.2.243.A

De vltione Pauli scholastici in maleficos. to.2.246.D

Pauli conuersio. to.2.278.G H

Paulus cōuersus admirationi multis erat. to.2.300.I

Paulus cæteris apostolis per doctrinam excellit. to.2.309.G

Pauor.

Quid sit pauor. to.1.159.G

Pauper, & paupertas.

Pauper est, qui apud seipsum elatus nō est. t.1.34.I

Erepto paupere egenus ad spē reducitur. to.1.34.F

Paupertas est quædam macies. to.1.74.I

Verè pauperes qui sint. to.1.127.D

In sacra scriptura dici pauperes humiles solent. Ibidem & 153.I

Pauperes clamant aduersus pastores mutos. to.1.148.A

Paupertatis funibus vinciri quid sit. to.1.154.D

Pauperem de angustia sua eripi. Ibidem.M

Paupertas in mentis inopia est, non in quantitate possessionis. to.2.87.I

Pauperes & debiles qui dicantur. to.2.127.K

Deus pauperes humiles scit, sed superbos nescit diuites. to.2.133.G

Pauperes procurare debemus nobis pro aduocatis. to.2.134.C

Pauper reprehensibilis moneri debet, non despici. Ibidem.D

Pauperibus non subuenientes, dicuntur manus cōtractas habere. to.2.150.M

Pauperū cura pastoribus habenda est. to.2.157.C

De rebus pauperum cum mansuetudine disponendis. to.2.171.D

Pauperi datum, non est donum: sed mutuum. to.2.220.F

Pauperum & captiuorum subuentio. to.2.222.B

Quis mensis pauperum præponendus. to.2.227.G

Pauperem domino facere. to.2.264.B

Pauperes sunt qui propter euangelium ea quæ sæculo sunt reliquerunt. to.2.265.D

Pax.

Pax inchoata, & pax plena. to.1.35.E

Omnis pax à deo est. to.1.99.H

Quomodo est pax in sublimibus, si angeli inter se certent. Ibidem.I

Qui seruare pacem non curat, ferre fructum spiritus recusat. to.1.13.D

Pacis commendatio. Ibidem.D E

Pax transitoria, est quoddā vestigium pacis æternæ. Ibidem.G

Pax præsens quomodo tenenda est. Ibidem.

Peccati temporalem pacem sibi perturbari formident.

formidem. to.2.13.H
Pax ex duarum partium consensu subsistit. Ibid.I
Pacis absentia, à bonis & à malis, semper nocitura. Ibidem.L
Legationem ad dominum mittamus, & rogemus quæ pacis sunt. to.2.129.D
Pacem super pacē tribuit deus dilectis suis. to.2.152.A
Pacem mali habere cum bonis non possunt. to.2.181.L
Pax debet inter fideles esse. Ibidem.
Pacem mali fugiunt. Ibidem.
De conservanda pace sanctæ ecclesiæ. to.2.193.D E
Pacem debet custodire, qui vult esse hæres regni cœlestis. to.2.204.C
De pace. Ibidem.
Pacem dedit Christus discipulis pro magno munere, vt essent in opere fidei consortes. Ibidem.
Pacis vtilitas. to.2.207.D
Pacem amantes, deum qui est auctor pacis, amat. Ibidem.
De pace in ecclesia habenda. to.2.230.I
De pace ordinanda. to.2.240.M.& fo.seq.C D
Pacis radix est humilitas. to.2.244.G H
De pace & vnitate ecclesiæ. Ibidem.
Pax inter electos & reprobos. to.2.286.C
Pacē cum carne habere non possumus. to.2.302.I
Pacificus ingressus. to.2.325.D & 327.D

Paxillus.

Paxilli ærei ferculi Salomonis, sunt prædicatores. to.2.81.I

Peccare.

Si homo non peccasset, ad paradisum sine redemptione pertingeret. to.1.21.H
Homo peccat si optat hoc à deo fieri quod ipse facere vel non posset, vel facere non liceret. to.1.130.H
Commune humani generis vitium est latenter peccare, & commissum negare, & conuictum defendendo multiplicare. Ibidem.M
Qui peccat, seruus est peccati. to.1.180.K
Aliud est infirmitate, aliud malitia peccare. to.1.184.F
Nullus tā perfectus, & tam deuotus, qui nō inter ipsa (quātumcunq; pia) peccet vota. t.1.191.K
Tanto apud dominum obligatiores sumus, quanto apud homines inultè peccamus. to.2.5.G
Quantum peccent, qui cùm possint prædicare refugiunt. to.2.14.E.& seq.
Omnis qui peccat conditoris sui in se iracundiam iritat. to.2.68.M
Homo homini non peccat. to.2.140.I
Aliud est peccare ignoranter, aliud scienter. to.2.154.D
Peccare est à deo fugere. to.2.196.L
Peccare desinimus cum futura tormenta formidamus. to.2.265.A
Peccare in deum, & in hominem. to.2.269.F G
Peccare ex studio & voluntate & peccare ex infirmitate differunt. to.2.322.F

Peccator, & Peccans.

Deus quasi vbi sint peccatores ignorat. to.1.5.G
Qui lætant peccatores. to.1.21.D
Peccantium tres modi facilè corriguntur, quartus difficilius. Ibidem.
Quanta maneant peccātes supplicia, si tanta districtio in hac vita iustos castigat. to.1.25.E
Cùm deus peccatores non ferit, manum ligatā dicitur habere. to.1.38.K
Peccator deum non metuit & viuit, sed blasphemat & proficit. to.1.45.E
Peccator post veniam ad mentem suam redeat. Ibidem.G
Peccator afflatu spiritus sancti tactus, periculum suum agnoscit. to.1.58.M
Peccator sit quotidie tanto securior, quanto peior. Ibidem.
Peccator à deo visitatus, ab ipso grauius lachrymis affligitur. Ibidem.
Peccator vinculis peccatorum ita ligatur, vt pondus quod tolerat ignoret. to.1.59.E
Peccatoris lumen in die est, obscuritas in vespere. to.1.64.A
Spes misera peccatorum. Ibidem.G
Peccatores in malæ consuetudinis carcere inclusi, per seipsos exire non possunt. to.1.66.K
Peccator mortuus dicitur. to.1.71.L
Peccator se in peccatis esse agnoscit, sed pro quibus flagelletur ignorat. to.1.77.K
Omnis peccator prudens erit in pœna, qui stultus fuit in culpa. to.1.90.G
Peccatores non vias dei, sed suas suspiciunt. to.1.98.K
Quare deus peccatores diutius tolerat. Ibidem.
Viæ peccatorum quæ sint. Ibidem.L
In peccatoris corde semper debet stes & timor cō iungi. to.1.99.F
Confunditur peccator mandata dei respiciendo quæ contempsit. to.1.103.D
Peccatores deum non putant præsentem esse, quem non vident. to.1.113.D
Exordium illuminationis peccatoris, est humilitas confessionis. to.1.131.B
Qui peccatorem se intelligit, iam ex parte iustus esse inchoauit. to.1.140.H
Falsò dicentes se esse peccatores. to.1.141.D
Verè dicentes se esse peccatores. Ibidem.E
Multi peccatores sub pace ecclesiæ abscondūtur. to.1.147.E
Deus peccātes misericorditer expectat. to.1.152.F
Peccatores sibi in conscientia testes sunt. t.1.161.A
Duobus modis à domino peccator respicitur. to.1.192.I
In quo quisque peccator conscius est, in eo cæteros peccatores defendit. to.1.197.L
Excusationes à peccato. to.1.203.A.& seq.
Peccatores pertinaciter sibi inhærent inuicem. Ibidem.C D
Contra propriam scientiam peccantes quàm grauiter punientur. to.2.16.K L
Peccatores ex ignorantia securi. to.2.71.D
Peccatorum conuersio. Ibidem.D.& seq.
Increpandus peccator est, & nunquam timendus. to.2.70.K
Peccatores sunt inexcusabiles. to.2.97.B
Conuersio peccatorum ad dominum per quid impeditur. to.2.98.H
Tormenta peccatorum. to.2.103.L
Peccatores cuiuslibet status per sacerdotes sunt admonendi. to.2.108.M
Peccatori (vt Lazaro) dicendum est, veni foras. to.2.117.A
Peccator terrena cogitans sursum respicere nequit. to.2.121.I
Peccatores dum conspicimus, nosmetipsos defleamus. to.2.123.E
Peccatores deus videt & sustinet. Ibidem.L
Quare maius gaudium de conuersis peccatoribus sit in cœlo quàm de stantibus. to.2.124.G
Peccatores qui se aliquando illicita egisse meminerint, optimi quādoque efficiuntur. Ibidem.
Finis peccatorum mors est. to.2.135.L
Peccatores dicuntur terra. to.2.145.L
Peccatorum exēpla ad se conuertendū. to.2.149.I
Peccator ad se redeat, vt prodigus, si à deo recipi velit. to.2.150.I
Peccator cùm in præsenti vita profecerit, vt vetā ponitur. to.2.153.E
Peccatores terræ nomine designantur. to.2.265.F
Peccatoris pœna est non videre. to.2.272.C
Peccator conuertitur quando spiritus sancti gratia illustratur. to.2.271.C
Peccatoribus inuolui est æterna pœna damnari. to.2.319.F
Peccatores cum malignis spiritibus sunt propositō & voluntate peccati. to.2.312.I
Peccator peccando ad nihilum tendit. to.2.311.G
Peccatorum miseria & cæcitas. Ibidem.E
Peccatores varij variis modis sunt saluandi. to.2.310.K

Peccatum.

In peccato originali moriens, culpæ supplicia non amittit. to.1.16.L
Nullum peccatum dominus inultum relaxat. to.1.19.I.& 152.F G
Cùm peccata impunita relinquimus, à nocte possidemur. to.1.20.A
Cùm peccata per pœnitentiam plectimus, noctem possidemus. Ibidem.
Peccatum peccato adiicit, qui malè gesta defendit. Ibidem.C
Peccatum quatuor modis in corde, & quatuor cōsummatur in opere. Ibidem.M
Quomodo contradicendum est dominio peccati. to.1.23.E F
Peccata deferentes ad iustitiā tendimus. t.1.24.G
Peccatum fit cogitatione, locutione, & operatione. Ibidem.M
Duobus modis vitantur peccata. to.1.34.K
Peccata, etiam grauissima, per pœnitentiam relaxantur. to.1.37.F
Peccatiū ex peccato nascitur. to.1.39.I.& 77.D
Abusus peccatorum. to.1.43.G
Pœna primi peccati. to.1.47.G & seq.& 55.G
Peccatum originale tormentis punitur. to.1.53.C
Homo ad veniam peruenit, cùm irremissibile sit diaboli peccatum. to.1.57.L
Quare peccatum diaboli est irremissibile. Ibid.
Peccata per pœnitentiam deleta, importuna cogitatio reducit ad mentem. to.1.58.D & seq.
Omne peccatū aut sola cogitatione cōmittitur, aut cogitatione simul & opere ppetratur. t.1.63.D
Delectatio peccatorum, est abominatio iustorum. to.1.64.E
Dum peccato anima pascitur, panem iustitiæ edere non valet. to.1.69.A
Differentia peccati operis, & cogitationis. Ibidem.K
Quomodo peccata nostra deus scribere dicitur. to.1.70.A
Nullus homo, præter Christum, sine peccato est. to.1.71.I
Peccata occulta sunt corrigenda occultè, publica publicè. to.1.76.E
Peccatum vnum euadere tētans, sæpe in aliud incidit. to.1.77.B
Peccati flagella quæ sint. to.1.78.C
Per gloriam peccati, peccata multiplicantur. to.1.80.C
Peccatum incēdio sulphuris cōparatur. to.1.81.A
Quomodo peccata patrum redundant in filios. to.1.90.D E
Peccatum originale à parentibus trahimus. Ibidem.
Deleto peccato originali, filij ex parentum nequitia non amplius tenentur. Ibidem.E
Cur filij adulti ex patris peccato puniantur. Ibidem.
Peccata dicuntur debita. to.1.92.E

Universidad de Deusto
Biblioteca

Peccatum ad mortem quid est. to.1.98.A
Peccatum per pœnitentiam nõ deletum, vsque ad inferos ducit. Ibidem.
Nemo pro hac vita immunis est à peccato. to.1.99.M
Peccatum originale vnde nascatur. Ibidem.
Rerum celsitudines sine peccatis non ministrãtur. to.1.100.I
Quædam peccata à iustis vitari possunt, & quædam non possunt. to.1.103.F
An quis pro eodem peccato bis flagelletur. to.1.105.E
Frustra quis cauet sibi ab vno peccato, nisi etiam ab omnibus caueat. to.1.114.F G
Peccatum sæpe vel ignorãtia, vel infirmitate perpetratur. to.1.115.B
Maiora peccata tardius credenda sunt cũ audiũtur, & citius puniẽda cum agnoscũtur. Ibid.I
Peccato pro hoc statu omnino carere nõ possumus. to.1.125.F
Peccatum in mortali corpore non regnare potest, sed non esse non potest. Ibidem.
In hac vita multi sunt sine crimine, nulli sine peccato. to.1.126.I
Distantia inter peccatum & crimen. Ibidem.
Nonnulla peccata animam polluũt, quam crimina extinguunt. Ibidem.
Peccatum ex infirmitate nõ perdit spẽ. to.1.130.E
Homo vult peccatum suũ dño abscõdi. t.1.131.A
Difficilius est commissa peccata prodere, quàm non admissa vitare. Ibidem.E
Qui pro peccato sine murmure flagellatur, iam iustus esse incboat. to.1.137.B
Omnis peccator ab hac corruptione vitiorum, ad gladium transit pœnarum. to.1.138.D
In peccato quisquis positus mortalitatis suæ obliniscitur. to.1.143.M
Peccatis præteritis exigentibus, peccatores excæcantur. to.1.146.L
Peccatum non citò dilutum, aut peccatum est & causa peccati: aut peccatum est, & pœna peccati. to.1.146.L.& to.2.73.M.& seq.
Peccatum ex altero nascens peccatum est, & pœna peccati. to.2.73.M
Peccatũ quod pœnitentia non diluit, ipso suo pondere mox ad aliud trahit. Ibidem.
Peccatis inuoluti lumen videre non possunt, quod quando poterant videre noluerunt. Ibidem.I
Peccatum tribus modis committitur. to.1.147.H & 194.M.& to.2.138.M.& 253.M
Quid peccatum ex infirmitate. to.1.147.H
Quid peccatum ex ignorantia. Ibidem.
Peccatũ ex infirmitate, grauius est quàm ex ignorantia. Ibidem.
Quid peccatum ex studio. Ibidem.
Vnum peccatum custoditur ex altero. to.1.151.F G
Occulta peccata publicè puniuntur. Ibidem.
Peccator peiore vltione dãnatur cùm ei nulla aduersitate resistitur. to.1.152.A
Quædam peccata deus in hac vita ferire inchoat, quæ æterna damnatione cõsummat. Ibid.F G
Quare quædam peccata à domino hic feriuntur, & quædam seruantur inulta. Ibidem.G
Peccata, & quæ circa peccata versantur, sunt nobis noxia. to.1.153.B
Tanto quis à peccato facilius egreditur, quanto minori consuetudine coarctatur. to.1.155.A
Nullum peccatum habet fundamentum. Ibid.C
Nemo excusatur à peccatis contra legem naturæ, to.1.161.A
Qui in peccati mortem ceciderit, cadauer dicitur. to.1.190.M
Quid peccata tegere. to.1.191.F.& to.2.135.M
Et quomodo tegenda. to.2.157.I M
Peccatum primorum parentum. to.1.193.K
Omne peccatum vndenarium est. to.1.194.E
Quædam peccata ita perplexa sunt, vt ea si fugere appetas peccatũ aliud nõ euadas. t.1.195.B
Perplexitas in peccatis. Ibidem.
Peccata tanto augentur, quanto per potentium defensionem diu inulta remanent. to.1.197.M
Primi parentes post peccatũ suum scuto Leuiathan se defendere nitebantur. to.1.202.L
Sæpe homo multis occultè peccatis inuoluitur, & in vna virtute magnus videtur. to.1.207.B
Quare quidam suis peccatis finem imponere negligunt. Ibidem.H
Peccata cordis & si homines, non tamẽ deum latent. to.2.2.H I
Peccata carnis experti quomodo sint admonendi. to.2.15.H
Item ignorantes, &c. Ibidem.K
Suggestione peccatum agnoscimus, delectatione vincimur, consensu ligamur. to.2.16.D
Peccata cordis deus eò citius abluit, quò exire ad opera non permittit. Ibidem.
Non prodest peccatum deserere, nisi fletibus mundetur. Ibidem.H
Tardius peccatum soluitur quod per consilium solidatur. to.2.17.B
Peccata ex infirmitate, & peccata ex certa malitia, in quo differunt. Ibidem.B C
Peccata præcipitationis leniora sunt peccatis ex studio factis. to.2.17.C
Prius sunt plangenda admissa peccata, quàm noua inferenda. Ibidem.G
An peccatum dimissum redeat. to.2.44.B
Deus peccata insequitur, peccatores autem protegit. to.2.55.I
Omne peccatum graue est. to.2.56.D
Multa peccata quæ committimus, nobis gratia non videntur. to.2.59.H
Peccatum fugat omnia bona præterita. to.2.73.L
Peccatum quod ex alio sequitur, peccatum est, & pœna peccati. to.2.74.A
Peccata quæ alia generant. to.2.76.F G
Quid contra cuiusuis peccati tentationem sit obiiciendum. to.2.82.D E
Peccata quæ gehẽna ignibus feriri possunt, disciplinæ verberesunt corrigenda. to.2.89.B
Differentia inter peccatũ, & delictum. to.2.93.D
Peccata populi comedere. to.2.107.M
Nemo de proximo peccatis addicto desperet. to.2.110.E
Peccatum cum voce, & cum clamore. to.2.136.D
Peccatum omne spina dicitur. Ibidem.E
Remissio peccatorum est à deo, super omnes diuitias expetenda. to.2.140.B
Carnalis delectatio pœna peccati est. Ibidem.H
Peccata nisi hic puniantur, in altero seculo seuerissimè punientur. Ibidem.I
Remissio peccatorum, opus spiritus sancti est. to.2.141.G
Peccatorum remissio quàm vtilis sit. Ibidem.L
Peccatum est mors. to.2.150.H
Peccata si non puniantur, dei iram prouocant. to.2.168.C
An liceat de peccatis suis velle fieri securum. to.2.195.H
Peccatũ nihil est aliud q̃ fuga à deo. to.2.196.I.
Magna est contra peccatum virtus pœnitentiæ. to.2.230.C
Peccata non debent relinqui impunita, ne ex hoc cæteri audaciam sumant. to.2.238.C
Peccata manifesta non sunt occulta correctione purganda. to.2.250.M
Peccata in proximũ leniora sunt peccatis in deũ to.2.267.D
Peccata quotidie sunt exhauriendа. to.2.264.K
Peccata populi sacerdotum precibus delentur. to.2.269.G
Peccatum grande est quod pœnitentiæ lachrymis non deletur. to.2.266.G
Peccata subditorum incorrepta percutit pœnæ nos obligant. to.2.273.H
Peccatum originale vnde processit. to.2.323.I
Peccatum motionis carnis sit ex culpa originali. Ibidem.
Peccatum quod diligitur, confitendo non deletur. Ibidem.B
Peccata subditorum in prælatorum comparatione despicienda sunt. to.2.320.M
Peccatum est tenebræ. to.2.317.F
Peccata aliorum multi quærunt, & sua non curãt. to.2.315.A
Nemo sine peccato nisi solus deus. to.2.314.F
Peccata subditorum etiam prælatis & communis nocent. to.2.314.I
Peccata qui nolunt vitare cum possunt, postea non possunt cum volunt. to.2.320.B
Peccatum in confessione prodendum est. to.2.315.F
Peccata in confessione non sunt minuẽda. Ibid.E
Peccati cognitio est præparatio diuini muneris. to.2.301.C
Peccata latẽtia nisi exposita nõ curãtur. t.2.314.B
Viua peccata quæ dicuntur. to.2.321.B

Peculiaritas.

Peculiaritas à monachis est extirpãda. to.2.236.I

Pecunia.

Pecuniam in sudario ligare quid sit. to.2.3.F

Pedes.

Pedes sanctorum suorum deus seruat. to.2.265.F
Pedes sanctorum, vel mentes eorum, vel fidem & amorem redemptoris significant. to.2.263.D E
Pedes lauari butyro quid sit. to.2.113.E.& sequentib.
Pedes ecclesiæ sunt prædicatores. Ibidem.
Pedes ecclesiæ inter dũ sunt infimi ministri. Ibi.G
Lauare pedes quid significet. to.2.49.L
Pedes calciare quando dicimur. to.2.52.D
Per pedes gressus actuum designantur. t.2.57.H
Quomodo pedes quatuor animalium dicũtur recti. Ibidem.
Pedes speciosos habere debemus. to.2.45.K

Pelagius, & Pelagianus.

Pelagianorum hæresis. to.1.193.A
Confutatio erroris Pelagij. to.2.67.D E
Pelagius papa Constantinopolitanum cassauit cõcilium. to.2.181.I.& 182.E F
De damnatione Pelagij & Celestini. to.2.287.L M.& seq.

Pellicanus.

Pellicani natura. to.2.144.E

Pellis.

Quomodo homo interior pelle & carnibus vestitur. to.1.58.B
Per pellẽ sanctæ mulieres Christo in passione adhærentes designantur. to.1.83.H
Per pelles & cilicia tabernaculi, mundani designantur. to.1.148.K

Penetrare.

Tanto quis superiora subtilius penetrat, quanto humilius pro amore dei nec inferiora contemnit. to.1.115.H

Penna.

Per pennam contemplatio signatur. to.2.57.G
Quomodo dicuntur quatuor pennæ vni quatuor animalium. Ibidem.H

Quæ sint quatuor pennæ sanctorum, quarum duæ superius iunguntur, duæ tegunt corpora eorum. to.2.59.E

Quare vtraq; extentæ iunguntur, quæ verò corpora tegunt non sunt coniunctæ. Ibidem.F G

Pennæ quomodo rectæ debent esse. to.2.176.D

Pennæ quomodo tenduntur, & corpora tegunt. Ibidem.E

Pennæ columbæ de argentate, sunt charitas dei & proximi. to.2.199.F

Pentecoste.

Pentecostes solennitas est valde laudabilis. to.2.120.M

Percussio.

Omnis diuina percussio est purgatio vitæ præsentis, aut initium pœnæ subsequentis. to.1.105.E

Perdere.

Alij perdunt quod tenere videbantur, alij accipiunt quod alij perdunt. to.1.146.E

Perditur homo cum peccat. to.2.192.B

Perditio.

Perditionis indicium est, quãdo affectatis iniquitatibus subsequens fauet affectus. to.1.151.B

Peregrinus.

Diabolus in forma peregrini puerum extinxit. to.2.22.H

Quare deus permisit filium occidi eius qui peregrinum recepit. Ibidem.

Peregrini sunt ad hospitium trahendi. to.2.114.D

Perfectio.

Perfectio solet in septenario numero designari. to.2.325.I

Perfectionis tres sunt gradus in ecclesia. to.2.306.D E F

Perfectionis tres sunt gradus. to.2.309.G

Perfectio de patientia nascitur. to.1.26.G

Perfectus.

Perfectus quis dicitur. Ibidem.

Tanto quisq; perfectus est, quanto perfectè dolores sentit alienos. to.1.112.L

Perfectæ magnitudinis laus est, aduersa perpeti. to.1.130.I

Omnes perfecti, perfectionis suæ rectitudinem ex quatuor euangeliis didicerunt. to.2.57.B

Periculum.

Periculum & malum ex indignorum electione. to.2.325.L

Periculũ multũ manẽtibus in seculo. to.2.307.D E

Perire.

Perire duobus modis dicitur. to.1.17.K

Persecutio.

Persecutionis vltimæ tribulatio. to.1.122.D

Persecutio vltima Antichristi. to.1.169.G & seq.

Persecutio vltima. to.1.201.G

Persecutio non proficit ad salutem, nisi rationabiliter sustineatur. to.2.164.K

De persecutione non timenda. to.2.196.I

Persecutiones patiuntur qui piè viuunt. Ibidẽ.I K

Persecutio ecclesiam nõ potuit à prædicatione auertere. to.2.257.E F

Persecutiones pati non valentes, piè non viuunt. Ibidem.

Persecutores.

Persecutores nostri sunt, qui ad mala nos vel verbis vel exemplis illiciunt. to.1.14.F

Persecutores crudeles non studio purgationis, sed liuoris facibus feriunt. to.1.83.M

Persecutores ecclesiæ peruersi sunt & multi. to.1.112.D

Persecutores Christi quidam conuersi alij periere. to.2.267.E

Persona.

Personarum acceptio prohibetur. to.2.168.C

Acceptio personarum non est in ecclesiastica censura. to.2.315.H

Pertinacia. & pertinax.

Quidam pertinacia insensibilitatis induratus cor firmare dicitur. to.1.63.B

Pertinaces quomodo sint admonendi. to.2.11.M & seq.

Pertinaces plus de se quàm sint sentiunt. Ibidem.

Pertinaces seipsos vincere studeant. to.2.12.A

Pertinacia ex superbia oritur. Ibidem.

Perturbatio.

In interna perturbatione ad dominum recurrendum est. to.1.11.C

Vltimæ perturbationis concussio. to.1.56.M

Peruersus.

Peruersi duobus modis bonorum vitam impetunt. to.1.26.D

Peruersi interdum loquuntur bona de iustis. Ibid.

Peruersorum proprium. to.1.75.K

Locus peruersorum quis est. to.1.105.G

Peruersi pro huius mundi gloria amant tribulationes. to.1.120.H I

Cùm peruersis populis potestas tribuitur, ianua erroris aperitur. to.1.121.M

Peruersi inter reprobos locum sumunt honoris, vt contra Ecclesiam ex authoritate sæuiant. to.1.124.B

Pessulum.

Pessulum claudere, & aperire, quid significet. to.2.50.B

Pestis, & pestilentia.

Pestis vniuersalis. to.2.218.C

De pestilentia Africana. to.2.222.I K

Pestis violentia. to.2.240.A

Petentes.

Cur deus differat voces petentium. to.1.122.G

Petentes superbè non accipiunt, eo quòd malè petunt. to.1.127.D

Petentes iniusta audire non debent, & iusta petẽtes exaudiri. to.2.186.D

Petra.

Petra dicitur Christus. to.1.113.I

Petræ etiam pluraliter sunt sublimes cœlestium virtutum potestates. to.1.190.E

Petræ pluraliter sunt membra Christi. Ibidem.

Petræ foramina, dicuntur Christi vulnera. to.2.46.H

Per foramina petræ possunt sacramenta designari. Ibidem.I

Petrus.

Petrus carnalem mentem ante Christi mortem resurrectionemq; retinebat. to.1.14.E

Petrus in Iudæos. to.1.41.K & seq.

Petrus reprehenditur, quia tabernacula in terra figere conatur. to.1.51.C

Petrus primus apostolorum quomodo Christũ negauit. to.1.101.L

Petri fortitudo & constantia post acceptum spiritum sanctum. Ibidem.M & seq.

Petrus propter verbera & minas nõ timet annũciare Christum. Ibidem.

Petrus non aliud de sapientia dei quàm erat intellexit. to.1.109.I

Petri incrementa. to.1.132.G

Petrus peccauit ex infirmitate. to.1.147.H

Petrus Ananiam & Sapphiram pro culpa punire non distulit. to.1.153.E

A Cornelio humiliato immoderatè Petrus venerari recusauit. Ibidem.& 155.I K

Quid deuotius Petro? to.1.157.M

Petrus non timuit annunciare verbũ dei propter superiorum minas. to.1.166.G

Quomodo Petrus ostium fuerit. to.1.167.G

Petrus officium pastoris iustè exercuit. to.1.5.F

Comparatio Petri & Pauli apostolorũ. to.2.23.E

Eductio Petri è carcere Herodis. to.2.24.E

Sanctus Petrus Galliæ apparuit. tomo.2.37.M

Petrus monachus defunctus postq; inferni pœnas vidit, ab angelo eductus & monitus est de futuro. to.2.40.I

Petrus monachus defunctus, corpori restitutus est. Ibidem.

Petrus sanauit claudũ ex vtero matris. to.2.60.K

Petrus in hypocrisim culpa grauiorem inciderat. to.2.86.M

Petrus in epistolis suis Paulum asserit admirandum. Ibidem.

Petri mansuetudo. Ibidem.

Petri summa charitas. Ibidem.

Petri eminentia. to.2.87.A B

Petrus patitur reprehendi à minori. Ibidem.

An Petrus à Paulo reprehensus, fuerit ille Petrus apostolorum primus. Ibidem.B

An secũda Petri epistola sit illius, vel alterius. Ibi.

Petrus & Andreas Christum adhuc illis ignotũ secuti sunt. to.2.100.B

Petrus & Andreas multum pro Christo dimiserunt. Ibidem.C

Petrus quare permissus est dominum negare. to.2.112.G

Petrus senior ecclesiam designat. tom.2.113.A

Quare Petrus à piscatore conuersus, post cõuersionem ad piscationem rediit. to.2.114.G

Rete Petri plenum fuit 153. piscibus & quare hoc Ibidem.K

Petrus spiritu sancto repletus gaudebat in verberibus, qui prius timebat in verbis. to.2.120.L

Petrus vltionis pœnas in Ananiam & Sapphiram exercuit. to.2.155.I K

Catenæ sancti Petri. to.2.156.F G

Claues corporis sancti Petri miracula operabatur. Ibidem.

Miracula Petri & Pauli apostolorũ. to.2.175.G

Signum terribile in auferente Papa argentum à sepulchro beati Petri Apostoli. Ibidem.H

Diuisus ab ecclesiæ Petri claibus, sibi timeat. to.2.176.M

Petro apostolorum principi ecclesiæ cura commissa est. to.2.180.H

Petrus apostolus est primum membrũ ecclesiæ vniuersalis. to.2.182.I

Patrimonium beati Petri in Gallia. to.2.187.C

De claue sancti Petri miraculum. to.2.196.B

De claue sancti Petri cum parte catenæ eius. to.2.196.F

Petrus à petra dicitur. to.2.198.F

Petri acolyti fugitiui pœna. to.2.200.C

Petri neophyti excessus in synagogam Iudæorum. to.2.203.M & seq.

Petrus post Christi negationẽ pœnituit. to.2.209.C

De mulieribus sancto Petro trãsmissis. to.2.217.I

De denariis sancto Petro transmissis. to.2.219.A

Petri apostoli prærogatiuæ. to.2.229.K I

Petrus passus est contumelias. Ibidem.L

Ecclesia sancti Petri specialiter honoranda est. to.2.244.F

Patrimonium beati Petri apud Gallias. tomo.2.248.M & seq.

Petrus in monte transfiguratus domino per Samuelem figuratur. to.2.273.E

Petri fides tam in transfiguratione, quàm post resurrectionem. to.2.327.I K

Pharao.

Visio Pharaonis per somnium non fuit prophetia. to.1.68.E

Quomodo dominus obduranit cor Pharaonis. to.1.184.H

Universidad de Deusto
Biblioteca

to.1.184.H

Pharetra.

Pharetra dei quid sit. to.1.121.D
Pharetra dei quid designet. to.1.187.H

Pharisæus.

Pharisæus se iustificauit in opere. to.1.73.I
Pharisæus oculum ad gratias referendas deo habebat, ad humilitatem non habebat. t.2.63.A
Pharisæi elatio in cõuersione Mariæ. t.2.123.D E

Phiala.

Quid phialæ ad mensam tabernaculi præparatæ. to.1.117.B
In mensa tabernaculi erant phialæ & cyathi. Ibidem.

Philistæi.

Quare dominus permisit Philistæos & Chananæos in terra promissionis remanere. to.2.31.B
Philistæi vel dæmones vel prædicatores designãt to.2.277.E F

Philistiim.

Philistiim cadentes poculo interpretantur. tomo.2. 277.C
Philistiim aliquando malos spiritus designant. to.2.284.I

Philosophi.

An philosophi prisci naturalem legem sectantes, potuerint sine mediatore saluari. to.1.109.B

Philosophia.

In quo consistat vera dei philosophia. to.1.7.C

Phinees.

Phinees iratus iram dei placauit. to.2.13.H

Pictura.

Pictura gentibus pro lectione est. to.2.226.B C

Pietas.

Superna pietas prius agit aliquid in nobis sine nobis. to.1.94.A
Pietatis perfectio. to.2.89.B C
Opera pietatis & misericordiæ apud deum præmiantur. to.2.168.D

Pignus.

Pignus etiam peccati confessio dicitur. to.1.92.D
Pignoris appellatione aliquando dona spiritus sancti designantur. Ibidem.

Pilatus.

Pilatus membrũ erat diaboli. to.1.13.L.& 106.I.

Piscari, & Piscatores.

Piscari his dominus iussisse legitur. to.2.114.H
Deus per piscatores subegit oratores, & nõ ecõtra. to.1.201.C

Pisces.

Pisces pinnulas habentes, saltare super aquas solent. to.2.25.B
Per pisces maris, curiosi huius seculi designantur. to.1.66.D
Pisci asso quare dominus fauum comunxit. to.2. 114.M

Placere.

Nemo deo placet per formidinem. to.1.69.I
Placere ita debet appetere quis hominib⁹, vt gratiam non ostendat. to.2.180.F
Placere tam deo quàm hominibus magnæ virtutis est. to.2.269.H

Placens.

Deo placens, & hominibus displicẽs, causas nullas habet tristitiæ. to.1.89.C

Placidus.

Placidus discipulus fuit Benedicti. to.2.24.G
Placidus puer in aquam lapsus à Mauro est liberatus. Ibidem.I

Plaga.

Plaga in secretioribus ventris quid sit. t.1.137.I.
Plagæ diuersæ peccatorum. to.2.311.I.

Plantare.

Plantare & rigare, adiuuare est. to.1.100.F

Plantatio.

Prima plantatio ex deo est, secunda ex homine. to.1.71.G

Platea.

Plateæ à latitudine dicuntur. t.2.6.B.& 108.H

Plebs.

Plebs reprobare reprobum pastorem habere permittitur. to.2.294.E

Pleiades.

Pleiades quæ sint. to.1.173.M
Pleiades stellę ἀπὸ τ. πλείσου dictæ sunt. Ibidẽ
Pleiades sanctos denunciant. to.1.134.A
Pleiades ab Oriente venientes noui testamẽti gratiam designant. to.1.174.F.& seq.

Plumbum.

Per plumbum peccatũ auaritiæ signatur. t.1.84.D

Plouia.

Pluuiæ prædicantium dictæ designant. to.1.112.C
Pluuiæ nubium, sunt verba prædicationum. to.1. 162.B
Quomodo deus dicitur pater pluuiæ. to.1.172.L & 173.H
Pluuia quid significet. Ibidem.I.

Poculum.

Poculum in bonũ & malũ capitur. to.2.277.D E

Pœna.

Pœna primi peccati. to.1.44.I
Pœna præsens non semper certificat de gloria futura. to.1.57.D
Pœnæ infernales nec transitoriæ sunt, nec phantasticæ, sed solidæ & perpetuæ. to.1.59.G
Pœna debet respondere culpæ. Ibidem.K
Eadem est pœna dæmonum, & hominum damnatorum. to.1.60.C
Pœna æterna premitur, qui gloria temporali extollitur. to.1.80.C
Metu pœnarum institiam deserens, quas metuit pœnas non euadit. to.1.82.I.
Pœna deiecti ab ordinibus præsumentis iterum ministrare. to.2.278.I M
Pœna præsens si animum afflicti conuertit finis est culpæ præcedentis. to.2.227.H

Pœnitentia.

Quòd à nobis nõ requirat deus per pœnitentiam dimissa. to.1.19.G
Pœnitentia quantum valeat. Ibidem.G H
Quòd à venturo iudice non obiicietur, quod per pœnitentiam insecuti sumus. to.1.20.A B
Pœnitentiæ modus. to.1.23.E
Dum anima gemitu pœnitẽtiæ afficitur, cõsolationis diuinæ refectione satiatur. to.1.24.I
Vis amaritudinis pœnitentiæ. to.1.45.I.
Pœnitentiæ præsentis amaritudo iram dei extinguit. to.1.57.C D
Pœnitentia peccatorum occulterum. to.1.58.E F
Pœnitentiæ initium. to.1.67.I.
Virtus pœnitentiæ. to.1.77.B
Tardè pœnitentium interitus. to.1.145.B C
Duplex in pœnitentia gemitus debetur. t.1.191.K
Pœnitentiã in fauilla & cinere agere. to.1.210.A
Pœnitentia munditiam facit, & conseruat. tom.2. 48.E
Pœnitentia parulorum. to.2.64.G
Post pœnitentiam virtus virtutem excitat. to.2. 71.F.& seq.
Pœnitentiæ effectus. to.2.98.M
Pœnitentiæ tempus perdentes mirabilia verba audient à domino. to.2.104.H
Pœnitentiæ diffinitio. to.2.125.I.& 230.D
Pœnitentiam verè non agit, qui ex peccatorũ suorum recordatione tribulationem non sentit. to.2.142.D

Pœnitentia est vnum de perfectis donis descendentibus à patre luminum. to.2.151.D
Pœnitentiam in præsenti pro peccatis facientes, tribunal Christi securus aspicit. to.2.169.H
Post dignam pœnitentiam communionẽ recipiunt, qui in religiosas mulieres excesserunt. tomo.2. 175.B
Pœnitentia sola est quæ euacuat quod culpa adimat. to.2.264.K
Pœnitẽtiæ bonũ quando intelligitur. t.2.281.A B
Pœnitentiæ effectus. to.2.264.K
Pœnitentię dolor est plagę molestia ex dęmonum percussione. to.2.280.I
Pœnitentię lamẽta quotidie quęrenda. t.2.264.K
Pœnitentię partes tres. to.2.323.B C
Pœnitentiam fructuosam post mortem agere non valemus. to.2.314.D
Error dicentium post pœnitentiam triennio sanctã, licentiam esse peccandi. to.2.229.D M & seq.
Pœnitentia mitior per metum peccantibus impenenda est. to.2.243.C

Pœnitens.

Suspirat antequam comedat pœnitens. to.1.24.I
Pœnitentis cura. to.1.44.D
Pœnitentes de peccatis operum, quomodo sint admonendi. to.2.16.A
Pœnitens de misericordia dei quam postulat præsumat. to.2.16.B
Pœnitentes de spe fiduciam habeant. Ibidem.
Pœnitẽtes de peccatis cogitationum quomodo sint admonendi. Ibidem.C
Pœnitentes de peccatis præteritis nec tamen ea deserentes, quomodo sint admonendi. Ibidem.E
Ex luctu pœnitentium oriuntur virtutes sanctorũ. to.2.71.F
Pœnitenti veniam, sed non peccanti crastinũ, premittit deus. to.2.104.I
Pœnitentis spiritus quomodo anxiatur. to.2.150.I
Pœnitentis mens bene dirigitur si diuina iudicia metuat. to.2.305.G

Pœnitere

Plerique pœnitere incipiunt, sed statim ad solita recurrunt. to.1.75.C D
Modus verè pœnitendi. to.1.141.E & seq.145.G
Pœnitendi modus de singulis peccatis. t.2.16.B C
Pœnitendi modus & fructus. to.1.146.M
Pœnitere quomodo dicitur dominus. to.2.320.D
Pœnitendo saluantur non solum qui agere bona negligunt sed qui abundanter iniquitatem faciunt. to.2.286.E

Pollutio.

Pollutio nocturna celebrationem & communionẽ impedit. to.2.153.I & seq
Pollutio nocturna ex quibus causis procedat. Ibidem.I K

Poma.

Quid per poma designetur. to.2.51.M

Pompeianus.

Pompeianus abbas. to.2.24.H
De Pompeiana religiosa. to.2.246.E & seq.

Pompeius.

De Pompeio episcopo innocenter condemnato. to.2.221.E & seq.

Ponderosus.

Ponderosus ad altare non accedat. to.2.3.M

Pontifex.

Pontifex necessitatem patientibus subuenire debet. to.2.275.F
Solus pontifex Romanus vniuersalis dici debet. to.2.180.I K
Pũtifex districtus debet esse superbis. t.2.204.M
Feretrum quo Romani pontificis corpus ad sepeliendũ ducit, nullo tegmine velatur. t.2.251.M

Pontif-

Pontificis summi sollicitudo. to.2.312.D E

Pontificalis.

De honore extrinseco pontificalis dignitatis. to.2. 217.F G.

Populus.

Populus ecclesiæ pupillus dicitur. to.1.42.H I
Populus peregrinus, numerus est electorum. to.1. 106.G

Porcus.

Porcus inuisibilis ex ecclesia Arrianorum exiit. to.2.33.I.

Porta.

Porta Christum designat. to.1.31.K
Portæ mortis quæ sint. to.1.170.F K
Porta scientiam sacrã designare potest. to.2.80.G
Porta fidem catholicam designare potest. Ibidem.
Portæ nomine prædicator intelligi potest. Ibid. & .83.G H
Limen portæ fuerunt antiqui patres. to.2.80. L M & fol.seq.G
Frons portæ est meritum vitæ præsentis. to.2.82.I
Latitudo liminis portæ, lex est veteris testamenti. to.2.83.F
Longitudo liminis portæ, est gratia noui testamenti. Ibidem.
Quare latitudo portæ mensuretur decem cubitis. Ibidem.F
Quare longitudo portæ mensuretur tredecim cubitis. Ibidem.F G
Porta quid designet. Ibidem.G
Atrium portæ quis habere dicatur. to.2.85.H
Porta inferior ædificij, fides est. to.2.87.H
Porta ad Orientem patet. to.2.89.K
Porta ad Aquilonem quibus patet. Ibidem.
Porta Australis est charitas. Ibidem.L
Porta Aquilonis est spes. Ibidem.
Tres portæ interiores ecclesiæ quæ sint. to.2.90.I M
Portæ interiores ecclesiæ sunt prædicatores noui testamenti. Ibidem.M
Portæ quare septem vel octo gradus habent. Ibidem.M
Portæ ecclesiæ sunt prædicatores. Ibidem.
Portæ exteriores ecclesiæ sunt prædicatores veteris testamenti. Ibidem.
Porta Orientis dominus aliquando designatur. to.2.91.M
Ordo portarum adinuicem. Ibidem.M & seq.
Duo latera portarum, sunt dilectio dei & proximi. to.2.93.B
Porta exterior testamentum vetus. Ibidem.
Portæ inferi quæ sint. to.2.147.F

Portare.

Qui dicantur orbem portare. to.1.53.L

Possessio.

De possessione quadraginta annorum. tom.2. 153.K & seq.
Possessio quadraginta annorum, etiam contra ecclesiam Romanam, acquirit dominium. Ibid.
De possessionibus iniustè detentis. to.2.161.D
Et inuasis. to.2.207.G
De possessione ecclesiæ. to.2.211.M

Postulari.

Dominus vult æterna potius quàm terrena postulari. to.1.89.L
Vera postulatio non in oris est vocibus, sed in cogitationibus cordis. to.1.132.K

Potens.

Quomodo huius seculi potentes sint arguendi. to.2.8.A

Potentia.

Potentia temporalis quanti meriti sit apud deum. to.1.153.C
Potentiam deus tribuit, elationem verò potentiæ malitia nostra adinuenit. Ibidem.I
Potentiam bene regit, qui & tenere illam nouerit & impugnare. to.2.5.F

Potestas.

In potestate constituti vtilia sæpe amittunt. to.1. 24.M
In potestate constituti quibus periculis subiiciantur. Ibidem.M & seq.
Quis potestatem bene exercere potest. to.1.153.E
Potestas tanto premi interius debet, quanto exterius eminet. to.1.153.G
Potestas culminis est tempestas mentis. to.2.3.E
Potestatem cœlestium officium. to.2.125.A
Potestas principibus data est, vt boni adiuuentur & commodius subleuentur. to.2.171.I
Potestas ecclesiæ. to.2.261.E F

Potus.

Potus amarus quomodo delectat ad sanitatem. to.1.184.C

Prauus.

Praui nil nisi quod ipsi senserint rectum putant. to.1.60.I.
Prauũ calamitati suæ miseriam sociãt. to.1.119.L

Præcepta.

Præcepta decalogi magnum est gaudium seruare. to.1.81.K
Qui dei præcepta contemnunt, rogant dominum, & non exaudiuntur. to.1.93.K
Qui diuina præcepta metuunt, dei tabernacula sunt. to.1.113.C
Qui dei præceptis inseruiunt, aduentum illius spe certa præstolantur. to.1.186.H
Præcepta dei sunt in sacra scriptura. to.2.81.M
Præceptorum dei obseruator fuit Noe. Ibidem.
Præcepta dominica per decalogum sunt accepta. to.1.107.B
Præcepta dei comparantur speculis mulierum. to.2.108.B
Præcepta dominica, & multa sunt & vnũ. to.2. 117.I
Præceptanoua dedit redemptor nouus homo. to.2. 122.A
Præcepta noui testamẽti non sunt faciliora quàm veteris. to.2.133.F
Præcepta noui testamenti subtiliora sunt præceptis legis. to.2.134.B
Præcepta dei sunt maiora quàm præcepta principum. to.2.158.G
De præceptis domini custodiendis. to.2.232.E F
Præcepta quædam in scriptura dispensatione dei præcepta sunt, non amore dei. to.2.270.K
Præcepta quędam iuxta cor & animam dei, altera iuxta alterum tantum. to.2.270.K
Præceptamaiorum & timori esse debẽt & amori. to.2.313.G
Præcepta quędã dei sunt communia omnium, non specialia aliquorum. to.2.308.C

Præceptor.

Disciplinam præceptoris negligentes, in die afflictionis non inuenient eum adiutorẽ. to.2.32.D

Præco.

Præconis officium suscipit, quisquis ad sacerdotiũ accedit. to.2.4.H & .155.D

Præda.

Quid sit prędam de dentibus diaboli eripere. to.1.115.K L

Prædo.

Prędones qui dicantur. to.1.66.A & seq.

Prædestinatio.

Quicquid foris futurum est in opere, intus iam factum est in prędestinatione. to.1.165.F
Nemo suam prędestinationem, intelligere aut cognoscere potest. to.1.174.L M
De prędestinatione. to.2.21.H
An prędestinatio possit precibus iuuari. Ibid.
Obtineri nõ possunt quę pdestinata nõ sunt. Ibid.
Deus prędestinauerat semen Abrahę per Isaac multiplicare. Ibidem.
Prędestinatio quomodo precibus iuuetur. Ibid.I
Prędestinati & non prędestinati in quo differũt. to.2.315.K
Prędestinare deo, est facere. to.2.308.F

Prædicare.

Quid prędicare debeant sancti prędicatores. to.1.161.L
Multi verbis prędicant quę moribus impugnãt. to.2.2.D
Quomodo scientes prędicare, & non prędicantes sint admonendi. to.2.14.E
Imperfecti prędicare ne presumant. Ibidem.H
Infirmis mentibus non debent alta prędicari. to.2.18.G
Iuuenes non debent prędicare. to.2.56.A B
Idem prędicant lex, prophetę, euangelium, & apostoli. to.2.61.L
Vt seruetur veritas prędicandi, teneatur necesse est altitudo viuendi. to.2.73.B
Prędicanda infidelibus. to.2.199.B C
Prędicans Iesum, debet eius passiones imitari. to.2.327.C

Prædicatio.

Effectus gratię prędicationis. to.1.66.M.107. F.& .160.M
Qui ratione laudis vel muneris prædicat, æterna mercede se priuat. to.2.107.L
Radix insti sancta prædicatio dicitur. to.1.71.F
Verba prædicationis sicut pluuiam sustinere. to.1. 117.B
Prędicatio fortè despicitur, quorum vita nescitur. to.1.114.L
Modus prędicandi iustorum. to.1.143.A
Deus rudes primò prædicatione non aperta edocuit. to.1.167.K
Effectus prædicationis apostolorum. to.1.171.I & seq.
Timor non terruit apostolos à prædicatione. to.1. 172.C
Prædicatione cessante interna gratia ad corda audientium non pertransit. Ibidem.D
Quòd nonnunquam prædicationis officium nonnulli laudabiliter appetunt, & ad hoc nonnulli coacti pertrahantur. to.2.3.A
Qui ad officium prædicationis excubant, à sacra lectionis studio non recedant. to.2.7.F
Prædicatio debet auditorio cõformari. to.2.18.G
De opere prædicationis & voce. Ibidem.H
Prædicatio non facilè accipitur eius qui moribus leuis esse videtur. to.2.57.I
Verbum prædicationis, semen est in corde audiẽtis. Ibidem.L
Prædicationis euangelicæ fructus. to.2.64.I K
An prædicatio pro solis malis auditoribus, an pro vitio prædicãtis subtrahatur. to.2.75.F G
Inanis gloria nõ est de prædicationis labore quærenda. to.2.94.G
Laudem de prædicatione quærere, est rem magnã vili precio venundare. Ibidem.G H
Prædicatio à quibusdam subtrahitur. to.2.99.H
Difficile est inter terrenas curas prædicare. to.2. 153.D
Ignari literarum debent prædicatione instrui. to.2.167.B
Prædicationis varius effectus. to.2.256.H I
Prædicationis finis. to.2.269.I.
Prædicationis officium duplex. to.2.276.C
Prædicationem sanctorum spernentes exemplo reproborum

Universidad de Deusto Biblioteca

reproborum ad ima corruunt. to.2.307.F
Prædicatio & opus bonum virga & manus est. to.2.313.E

Prædicator.

Prædicatores synagogæ cœlum rectè vocati sunt. to.1.8.I
Reges sunt sancti prædicatores ecclesiæ.to.1.21.K
Consules. Ibidem.K L & 67.D
Cœli, & Sol to.1.52.D & to.2.147.G
Maxilla Ecclesiæ. to.1.76.L
Torrentes. to.1.120.D
Nubes & operarij. to.1.161.K
Portæ Sion. to.1.202.E
Dentes Ecclesiæ. Ibidem.F G
Angeli. to.1.205.I
Canes. to.2.46.K & 133.B
Boues. to.2.57.I
Spinæ. to.2.111.I
Perfectus prædicator quis dicatur. to.1.36.C
Prædicatores & vitæ actiuæ studeant, & contemplatiuæ. Ibidem.D
Prædicator peruersus talis durabit quousque vinet in corpore. to.1.98.I
Prædicator erroris, huius mundi diuitibus iungitur. Ibidem.H
Fortitudo peruersi prædicatoris, est elata scientia locutionis. Ibidem.H
Prædicator dicitur hos viduæ ecclesiæ.to.1.96.E
Item os dei. to.1.201.A
Et quare. Ibidem.
Medicus. to.2.70.I
Prædicatores non debent terrena, sed cœlestia moderatè prædicare. to.1.100.M
Prædicator audientis modũ consideret.to.1.101.B
Prædicator prius euellat nociua ab auditoribus & postea plantet vtilia. to.1.104.A
Prædicator causarũ origines à sacris paginis sumat. to.1.105.K
Lex est ipsis prædicatoribus posita. to.1.112.D
Boni prædicatores non de rerum munere gaudent, sed de conferentium fructu. to.1.113.F
Prædicatores boni non causa victus prædicant. Ibidem.
Cùm auditores prædicantiũ vitam suspiciũt vim prædicationis necessariò admirãtur.t.1.114.I.
Boni prædicatores honorem propter elationem fugiunt, licet honorari propter imitationẽ velint. Ibidem.M
Prædicator accommodet se auditorio.to.1.117.A
Prædicatores prudentes ad prædicationis fructũ solerter inuigilant. to.1.124.D
Quomodo auditores obtemperare debent prædicatoribus. to.1.126.E & seq.
Fidelis prædicator nemini inuidet, sed optat vt veritatem ora omnium sonent. to.1.133.E
Prædicator Ecclesiæ sanctæ caueat ne vitio elationis se extollat. to.1.134.F
Prædicator non solum bene dicere studeat, sed viuendo bene quæ dicit ornet. Ibidem.
Prædicatoris boni officium. Ibidem.
Et quale. to.2.7.A
Prædicatores sancti intus de sapientia gaudent, foris verò alios ab errore cõpescũt.t.1.135.G H
Iusti prædicatores in vitia auditorum solent districta increpatione sæuire. to.1.143.D
Verba prædicatorum sunt quasi clani. Ibidem.
Prædicatores non solum insinuant quomodo vitia mentem expugnent: sed etiam quomodo virtutes roborent. to.1.149.M
Prædicatorum fidei constantia. to.1.158.F G
Plarique ex duris persecutoribus magni prædicatores sunt. to.1.161.H & 182.I K
Prædicatores sancti quosdam exhortari volunt, sed nequeunt. to.1.161.K
Prædicatorum erga subditos cura. Ibidem.L
Prædicatores sancti aliquando prodesse cupiunt, sed non possunt. Ibidem.M
Feruor auditorũ incitat prædicatores.t.1.162.F G
Prædicatores nõ sibi tribuant profectum auditorum, sed deo. Ibidem.G H & to.1.175.F
Sparsis per mundum fidei prædicatoribus, æstus persecutionis incaluit. to.1.171.I
Prædicator verba auribus dare potest, corda vero aperire non potest. to.1.172.E
Ad Iudæos missus quisque prædicator, ad gentes deflexit. to.1.172.F G
Quare prædicatores dicuntur succincti lumbos. t.1.175.L
Prædicatorũ erga cunctos accõmodatio.t.1.176.C
Prædicatorum discretio.Ibid.E & seq.& 179.D
Prædicator sibi perfectè vigilet, & dormientes ad vigilias vocet. to.1.176.F
Dum doctrinæ discretio à prædicatore cautè custoditur, ei diuinitus largior copia prædicationis datur. to.1.178.A
Quid prædicator considerare debet. to.1.179.B
Prædicatores quod loquendo docent, viuẽdo concordent. Ibidem.
Prædicatores sancti in lachrymis seminãt. Ibi.C
Prædicatores à deo vitam habent & doctrinam. to.1.185.M
Prædicatoris operatio sine locutione alios excitãte non prodest. Ibidem.
In prædicatore necesse est sermonẽ vocis cum fortitudine esse actionis. Ibidem.
In prædicatore nisi sermo & vita cõuenerint, virtus perfectionis non apparebit. Ibidem.
Prædicator ad perfectionis culmẽ erigitur, qui nõ solum actiua, sed & contemplatiua vita solidatur. to.1.186.F
Forma bellica pdicatorib⁹ est seruãda.t.1.187.G
Contra prædicatorẽ praui machinãtur.t.1.187.K
Prædicatores sancti propter persecutiones à prædicatione non desistunt. Ibidem.
Prædicatorum fortitudo. Ibidem.M & seq.
Prædicatores cũ vidẽt auditores diuinorũ incapaces, ad Christi incarnationẽ descẽdũt.t.1.191.K L
Quare sancti prædicatores nunc ancillæ dei, nũc eius amici dicuntur. to.1.200.I M
Prædicatorum negocium. Ibidem.I & seq.
Differentia inter sanctos & iniquos prædicatores. to.1.202.D E
Cautelæ prædicatorum. to.2.4.I K
Inanis gloria sæpe inuadit pdicatores. to.2.14.D
Prædicatorum conditiones. to.2.18.H & 57.C & seq.67.M & seq.86.H I.94.E F
Prædicator plus actib⁹q̃ vocib⁹ insonet.t.2.18.H
Prædicator post aliorum curationem ad se ipsum redeat. Ibidem.I
Quisque prædicator infirmitatẽ ad memoriã reuocet, ne de acceptis virtutib⁹ intumescat.Ibi.I M
Prædicatores sunt tanquam columnæ. to.2.47.I
Prædicatores sancti gemellos dicuntur habere. to.2.48.B
Prædicatores ecclesiæ collo comparãtur. Ibid.C
Prædicatores quomodo dicũtur percutere & vulnerare Ecclesiam. to.2.50.D
Prædicatores per labia sponsi designati, debent esse mundi. Ibidem.H
Prædicator armatus libenter auditur. t.2.54.E
Quomodo sanctis prædicatoribus planta pedis est quasi planta pedis vituli. to.2.57.I
Prædicatoris mores. Ibidem.& 75.B
Voces prædicantium æri comparantur. Ibidem.K
Prædicatorũ verba scintillæ appellantur. Ibid.
Prædicatorum duplex vita. Ibidem.I
Prædicatores Antichristi miracula faciẽt.t.2.67.I
Ad prædicandum conscientia sancti amoris plus ædificat, quàm exercitatio sermonis. t.2.70.E
Prædicatori necessaria. Ibidem.E F & 73.E
Prædicator vt auditorib⁹ placeat aliquid mẽtitum componens, sua & nõ dei verba loquitur. to.2.70.F
Prædicatorem quomodo dicitur spiritus assumere. to.2.71.D
Quanto auditores in charitate proficiũt, tãto prædicatoribus gratia datur. to.2.72.C D
Prædicatoris vita semper in alto esse fixa debet. to.2.73.B C
Prædicator sanguinis insti cadentis reus erit, si tacuerit. Ibidem.L
Prædicatores virtutes vitiis opponũt.t.2.76.D E
Prædicatores ponunt contra dæmonum insidias, castra & munitiones. Ibidem.F
Prædicatorum eminentia. to.2.83.A B
Prædicatores longè excedere suos auditores debent. to.2.86.I
In pdicatoris vita sunt operaq̃ videãtur.t.2.88.K
Prædicator debet operari quod pdicat.t.2.94.E F
Sanctorum prædicatorum perfectio. to.2.100.F
Prædicator quando dicitur doctus. to.2.104.A
Prædicantium vox ex subditorum vitio subtrahitur. to.2.107.G H
Prædicantium lingua pro sua nequitia sæpe restringit. Ibidem.
Prædicatoris in deum confidentia. Ibidem.I
Prædicator quomodo optat aliis pacẽ. Ibidem.K
Prædicator potest petere sumptꝰ & alimẽta. Ibid.
Prædicator meritum accipit, etiam si auditores nõ conuertantur. to.2.172.A
Prædicatorum virtus manifestatur vbi est multus fructus animarum. to.2.194.D
Prædicatores quidam hominibus & non deo placent, alij deo & hominibus. to.2.267.H I
Prædicatorum nouus ordo Iudæorum sacerdotio successit. to.2.275.B
Prædicatores aspiciunt magna electorum opera. to.2.294.F
Prædicator electus & suorum & suæ vacet vtilitati. to.2.297.F
Prædicator electus omnium sanctorum ordinum exempla sequitur. to.2.286.E F
Prædicatorib⁹ mũditia sine humilitate non sufficit, nec humilitas sine conuersatione sancta. to.2.278.D
Prædicatores gratiam spiritus sancti abundanter excipientes carnalem vitam ex toto derelinquunt. to.2.277.E
Prædicatorum electio. to.2.281.I M
Prædicatores habent loca diuersa. to.2.293.B
Prædicatorum vita & sublimis, & humilis est. to.2.266.L
Prædicator quando inuenitur. to.2.293.H I
Prædicatores dij dicuntur. to.2.257.I M
Prædicator nõ solum noua, sed & vetera scribat. to.2.258.L
Prædicatores sancti prædicatoribus mollia non loquuntur. to.2.291.H I
Prædicatoris locus. to.2.276.B
Prædicator rudis per electorum exempla proficit. to.2.297.H
Prædicator carnalis dicitur lucerna cæca. to.2.272.B
Prædicatorum officium. to.2.283.E F
Prædicatoris officium. to.2.286.F G
Prædicator in ordine pdicationis perfectꝰ nõ est contẽplationis reuelatione caruerit. t.2.286.F
Prædicator circunstãtias considerare habet. to.2.276.F

Prædicatori gradus labor præcipitur. to.2.297.A
Prædicatoris vita. to.2.274.D
Prædicatoris domus. to.2.276.D
Prædicator missus qualis esse debet. to.2.312.D
Prædicatorum ordo Iudæam prius conuertere studuit, & postea gentes. to.2.327.C
Prædicator rex dicitur. to.2.316.I K
Prædicatorum sanctæ ecclesiæ propriũ. t.2.314.B
Prædicator in vmbra redemptoris requiem habet to.2.310.D E
Prædicatores sancti non solum opere, sed etiã contemplatione sublimes sunt. to.2.310.D
Prædicatorum prouidentia contra spiritus malignos. to.2.309.K
Prædicatorum sanctorum exhortatio dies est. to.2.303.G
Prædicatorum hortamenta spernentes eorum vitæ detrahunt. to.2.311.A
Prædicatores clamare quid. to.2.305.F
Prædicatorum verbo per inobedientiam discedentes dominum derelinquunt. to.2.320.D
Prædicatores sancti considerent quid, quantum, quando, & quibus loquantur. to.2.311.D
Prædicatoris spiritualis profectus. to.2.300.G
Sancti prædicatores clarissimum diem auditoribus produnt. to.2.300.D E
Signa bonipdicatoris & auditoris. t.2.300.D E
Prædicatores falsi mel in lingua non sub lingua portant. to.2.48.L
Prædicatores falsi cõcubinis æquiparãtur. t.2.51.
Prædicatores falsi eadem quæ & veri prædicant Ibidem.I

Pseudoprædicator.

Pseudoprædicatores secularium violentia potestatum vtuntur. to.2.202.E F
Pseudoprædicatores dicuntur dentes Leuiathan. Ibidem.F
Pseudoprædicatores quicquid à piis patribus gestum memoratur, impugnant. to.1.203.K

Prælatio. & Prelatus. & Præsul.

Qui de prelatione sua gloriã ab hominibus quærunt, apud deum sine gloria sunt. to.1.67.F
Signa spiritualis prælationis. to.2.300.D & se.
Signa spiritualis prælationis non habita nos terrere debent. to.2.300.F
Ecclesia prelati subditorũ peccata quasi propria plangunt. to.1.77.E
Prælatus peruersus cæteris hominibus videri appetit. to.1.91.I
Qualis sit grauitatis prælatus ad subditos. to.1.117.C D
In prælatis debet esse consolans misericordia & piè sæuiens disciplina. to.1.118.A
Prælati nisi spiritu sancti freno teneantur, in subditos sæpe sæuiunt. to.1.123.K
Prelati, cum non est vitium subditorum quod corrigatur, nõ de excellẽtia potestatis, sed de æqualitate conditionis gaudent. to.1.127.B
Aduersus prælatos Ecclesia terra clamat. to.1.133.A B
Prælatus quid aliud quàm terram incolendam tenet. Ibidem.
Si prælatorum verbo, vel exemplo, fideles subditi nõ fructificant, prælati rationẽ reddẽt. Ibid.
Officium prælatorum. Ibidem.C D. tom.2.154.I. & seq.167.B
Prælatus mutua exigit quod debetur suo corpori, sed non impendit quod subiectorum debetur cordi. to.1.133.C
Multi prælati non tam propter dominũ quàm pro domino venerari volunt. to.1.144.D
Multi prælati præ timore cunctos subditos despiciunt. Ibidem.
Prælati singularitate gaudent culminis, & non æqualitate conditionis. to.1.144.C
Boni prælati conditiones & proprietates. to.1.144.F G & to.2.154. L & seq. copiosè. & 250.G & seq.
Potestas prælati, non honor, sed onus æstimatur. to.1.144.H
Prælati omnes subditos minus sapientes quàm ipsi sint arbitrantur. to.1.148.G
Non sunt semper arguendi prælati qui interdum temporalia curant. Ibidem.I & seq.
Prælati considerare debent se æqualiter esse cum cæteris conditos, non temporaliter cæteris prælatos. to.1.153.G
Tantum debet actionem populi actio transcendere præsulis, quantum distare solet à grege vita pastoris. to.2.4.A
Elatio prælatorum. to.2.5.D
Prælatorum potentia quãto maior exterius cernitur, tãto interius apud eos deprimatur. Ib.G H
Prælati debent humiliter pati increpationẽ à subditis. to.2.6.G
Prælatus debet studere se diligi, & amorem suum pro scipso non quærere. Ibidem.
Nonnulla peccata aperte cognita, sunt à prælato maturè tollenda, aliqua dissimulanda, aliqua subtiliter & occultè perscrutanda, aliqua vehementer increpanda, aliqua leniter arguenda. Ibidem.I M
Prælati tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittũt. to.2.8.C
Prælatorum vigilantia. Ibidem.D E
Prælati circunspectionis studio oculos pervigiles habeant. Ibidem.E
Prælatus non sit crudelis in subditos. to.2.107.H
Prælatos deus puniet per scipsum. to.2.108.F
Prælatorum negligentia. Ibidem.G
Prælatorum peruersa exempla subditos corrumpunt. to.2.121.G
Peccatum prælati grauius est peccato subditi. to.2.140.C
Prælatus vices suas potest vicario committere. to.2.152.K L
Prælationes multis anxietatibus sunt permixtæ. to.2.153.B C
Prælatus & si nihil sibi timeat, commissis tamen sibi timere debet. Ibidem.C
Prælati suis precibus debent adiuuare subditos. to.2.154.G
Prælatus si silentio suo perire permittat aliquem, negligentiæ condemnatur. Ibidem.B
Prælatus sine cessatione debet prædicare vt possit coram indice lucrum pastoris portare. Ibidẽ.D
Prælatus qui habet alios mũdare, debet esse mundus. Ibidem.L
Prælatus qui gratiam humanam perdere timens rectè non loquitur, mercennarij vice deseruit. to.2.155.C
Prælatus afflictis quantum potest debet iustitia subuenire. to.2.157.B
Concordia debet vnire prælatos cum subditis. to.2.164.H
Prælati defectu non debet grex pastorali cura destitui. to.2.154.E
Prælato negligente crescunt vitia. to.2.157.G
Prælati cura plebis destituta laqueos inimici incurrunt. to.2.159.H & 161.D
Prælatus debet esse sollicitus de animabus sibi commissis. to.2.158.M
Prælatus debet sibi commissos ab omni hæresim zizania conseruare. to.2.160.L
Prælati debent corrigere subditos: quod si non faciunt peccant. to.2.165.D
Prælati tenentur suis exhortationibus subditos ad deum trahere. Ibidem.
Prælati diuino iudicio secundum plebium merita tribuuntur. to.2.168.F
Prælati crudeles similes sunt filiis Iacob qui Sichen interfecerunt. to.2.171.M
Prælatus non corripiens delinquentes, arripiẽdus est. to.2.173.K
Prælati debent corrigere clericos & religiosos delinquentes. to.2.174.I K
Deus perditorum animas de manu negligentium prælatorum requiret. to.2.175.I
Prælatus effici non debet: qui est causa damnationis subditorum. to.2.177.F
Concordia inter prælatos ecclesiarum esse debet. to.2.182.A B
Prælatus plus misericors, quàm seuerus esse debet to.2.184.K
Prælatus tunc bene proximos diligit, cum deum ex toto corde diligit. to.2.192.I
Prælati debent suos subditos diligere. Ibidem.
Prælati giganti pulchrè comparãtur. to.2.193.H
Omnes prælati exteriores sollicitudines habere debent. Ibidem.I
Prælati mala vita subditis suis nocet. tomo.2.194.B C
Prælatus qui pascit oues, debet diligenter in oues intendere. to.2.207.L M
De honore prælationis. to.2.217.E
Prælatus per ignorantiam peccans, negligentiæ arguitur: per scientiam verò dignus est magna punitione. to.2.220.G H
Prælati sollicitudo erga subditos maiorem gratiã acquirit. to.2.223.F
Prælati sibi commissos debent prohibere à gula, superbia, & auaritia. to.2.225.M
Prælatorum vitam subditi nulla dissimulatione negligunt. to.2.238.D
Prælati hæretici subditos submergunt in fœtorem to.2.267.C
Prælatis propria vita non sufficit, subditis verò sufficit. to.2.269.E
Prælatus reprobus non dormire sed iacere dicitur. to.2.272.D
Prælatorum reproborum exempla non debemus imitari. to.2.292.M
Prælatorum orationes super omnia subditos iuuant. to.2.285.F
Prælatorum discretio. to.2.291.E
Prælati videntes se abiectos adhuc velle honorari audent. to.2.323.D
Prælatus electus dicitur salus domini. t.2.324.K
Prælatus secundum cor dei eligendus. to.2.308.F
Prælatum carnalem constituens quàm graviter peccat. to.2.305.D E
Prælati & subditi reprobam vitam ducentes dei vltionem pariter subeunt. to.2.305.B

Prælatio.

Prælationis officiũ electi viri refugiũt. t.2.301.G
Prælationis culmen pro aliis non pro nobis ascendimus. to.2.304.I
Prælationis culmen diuersi accipiunt. to.2.296.K
Prælationis honorem multi ambiunt, ministerij laborem pauci. to.2.298.E

Prælatura.

Labores in dirigendo prælaturam. to.2.157.F G

Prælium.

Prælia spiritualia. to.2.277.B

Præmium.

Qui vera cœlestis patriæ præmia negligunt, in suis hic voluptatibus cadunt. to.1.67.F
Cœlestium præmiorum gustatio. to.2.72.D

Præpositus.

Universidad de Deusto Biblioteca

Quòd dissolutio præpositorum sit ruina minorum. to.1.7.B

Quòd dum Præpositi gloriam propriam quærũt, subditorum corda subuertuntur. to.1.8.I

Præpositorum bonitas, subiectorũ salubris est regula. to.2.191.L

In præpositorum operibus sibi ratio totum vendicet. to.2.219.K

Præpositorum sollicitudo, subiectorum est cautela. to.2.225.L

Præscire.

Deus quomodo præscire dicatur. to.1.122.H I

Præscriptio.

Præscriptio quadraginta annorum requiritur ad acquirendum dominium rei Ecclesiæ. tomo.2. 198.E

Præsentia.

Præsentia quærens amissionem metuit. to.1.64.C

Præsepe.

Præsepe quid designet. to.1.182.G

Præsumptio.

Vnde generetur præsumptio in corde. to.1.11.A

Præsumptio quàm grauè sit peccatum. to.1.130.D

Præsumptio docentium, quæ non didicerunt. tom. 2.1.B C

De Præsumptione tonsuratoris in Sicilia. tomo.2. 239.B

Præesse.

Qui infidelibus vel hæreticis præsunt, praua præcepta sua quasi ex ratione persuadent. tomo.1. 188.E

De his qui præesse concupiscunt, & ad vsum suæ libidinis instrumẽtum sermonis apostolici arripiunt. to.2.3.C

Quòd mens præesse volentium plærunque sibi ficta honorum operum promissione blanditur. Ibidem.D

Appetens præesse vires suas prius metiatur. Ibidem.E.& seq.

Nemo Præesse audeat qui subesse non didicerit. to.2.19.G

Præuidere.

Quanto infirmi futura mala præuidere nesciunt, tanto eis graniora sunt. to.1.76.M

Preces.

Humanæ preces non nisi per aduocatum audiri possent ad requiem æternam. to.1.132.A

Plus pro se suas valere preces efficit, qui has etiã aliis impendit. to.1.211.C

Cur deus in paruis & vilibus rebus Preces exaudiat. to.2.22.E

Preces nostræ tanto celerius ad diuinas feruntur aures, quanto eas viciſsim efferimus. tomo. 2. 188.D

Presbyter.

De Presbytero prouinciæ Valeriæ, qui furẽ ad sepulchrum suum tenuit. to.2.32.L

Presbyter vel diaconus secularis Ecclesiæ potest eligi in abbatem. to.2.173.H

De Presbyteris ordinandis. to.2.189.C

Presbyter post lapsum non potest in sacro ordine reparari. to.2.202.D

Presbyter apud episcopum tantũ iudicari debet. to.2.245.K

Princeps, Principari, Principatus.

Principes qui suis semper cogitationibus principantur. to.1.67.L

Principes erudeles leonibus comparantur. tomo. 2.48.H

Principari & dominari differunt. to.2.125.A

Principatuum cœlestium officium. Ibidem.

Principes mali subditos sæpius corruere faciunt. to.2.288.E.& seq.

Principium.

Quod inter Principium & finem clauditur breue est. to.1.86.A

Prisci.

Termini Priscorum non sunt transcendendi. tom. 2.239.H

Priscillianistæ.

Priscillianistarum hæresis. to.2.103.B

Priuare, Priuatus.

Priuare aliquem dignitate, vel officio, pro aliorũ arbitrio contra iustitiam est valde peruersum. to.2.246.M

Priuata vita multa pace & quiete potitur. tomo. 2.153.D

Priuilegium.

Prilegia ita vni Ecclesiæ concedãtur vt alteri iniuria non irrogetur. to.2.165.H

Priuilegium primicerij papæ. to.2.201.C D

Priuilegia monasteriis olim indulta non sunt abroganda. to.2.203.B.& seq.

Priuilegium monasterij Arelatensis. to.2.216.D

Priuilegia & vetera & noua non sunt obliteranda. to.2.239.H & seq.

De Priuilegiis monasteriorum. to.2.240.M

Priuilegia xenodochij Augustiduneñ. to.2.241. E.& seq.

Pœna infringentium decretum priuilegij Augustudunẽ. Ibidem.H I

Priuilegia præ cæteris apostolis Petro data. tomo. 2.244.G

Probare, Probatio.

Quomodo deus hominem probat. to.1.47.B

Minus tentat probatio, quàm remuneratio consolatur. to.2.211.D

Onus probationis reo non incumbit. to.2.288.K

Probus.

De anima Probi Reatinæ vrbis episcopi. tomo. 2.37.I

Probus episcopus sanctos vidit. Ibidem.K

Forma testamenti Probi abbatis. to.2.229.B

Probus renitens abbas est effectus. Ibidem.C.& sequen.

Procax.

Procaces nota iactanter proferunt, vt loquẽdo docti videantur. to.1.48.C

Rectè dictis Procaces semper ex aduerso respondent. to.1.60.K

Proficere, profectus.

Nemo quantum profecerit, nisi inter aduersa cognoscit. to.1.139.B.& seq.

Profectus hominum comparatur incrementis arborũ. to.1.129.L

Proficere ad meliora quid. to.2.282.D

Proficere quomodo oporteat in conuersatione. tom. 2.269.H

Promissio.

Quare duo solum Caleph & Iosue de reliquiis Aegypti ascenderunt in terrã promissionis. to. 2.148.A

Prõmissio verbi est gaudium sine fine mansurum. to.2.277.A

Promoueri.

Nemo debet promoueri inuitus. to.2.154.F

Prophetæ.

Prophetæ non à semetipsis locuti sunt. to.2.275.D

Prophetæ in disponendis suis prophetiæ spiritum non semper habent. to.2.286.K

Prophetia.

Prophetia non solum de futuris, sed & de præteritis enunciat. to.1.22.F

Prophetica dona quædam sunt mœnia mentis. to.1.67.I

Prophetia non est, nisi intelligatur quod ostenditur, vel auditur. to.1.68.F

Prophetiæ spiritus an semper mentes prophetarum irradiet. to.2.26.H

Prophetiæ tempora aliquando inuicem sibi concinunt. to.2.54.H I

Prophetiæ spiritus quot modis, & qualiter prophetæ animum tangat. Ibidem.I.& seq. cepiosè.

Prophetia quare sic dicatur. Ibidem.H

Et eius tria tempora. Ibidem.

Prophetiæ moris est subitò mutare materiam. tom. 2.62.I K

Prophetia tripliciter sit. to.2.149.M

Propheta & Prophetica locutio.

Prophetæ dicti sunt institores. to.1.107.C

Antemurale. to.1.121.M

Quid sit quòd filiis prophetarum ligna cædentibus ferrum de manubrio lapsum Heliseus restituit. to.1.129.A B

Quid sit prophetam per aquam mitti vsq; ad talos, ad genua, ad renes. tomo.1.132.K L

Non omnes prophetæ sanctitatis meritum attingunt. to.1.156.L

Prophetæ non minus verbo quàm scripto & exẽplo terram rigauerunt. to.1.157.H

Prophetæ quot modis tangantur. to.2.55.E F

Quidam prophetæ sæpe ex suo spiritu loquentes à spiritu sancto correcti seipsos reprehendunt. Ibidem.H

Prophetiæ spiritus aliquando prophetis abest. Ibidem.G

Differentia inter veros & falsos prophetas. Ibidem.I

Prophetiæ locutionis ordo. Ibidem.M

Propheta aliquando de se, aliquando ex seipso loquitur. to.2.56.F

In prophetica locutione alter est qui præsidet, alter qui obsequitur. Ibidem.G

Prophetæ falsi sua, & non dei verba loquuntur. to.2.70.F

In prophetis verbis res, & verba rebus exponuntur. to.2.72.I

Quare Propheta de medio Israel exiit in campũ à quo regreditur domum. to.2.54.L M. 75.B.& sequen.

Prophetæ plusquam Moyses scientiam diuinam apprehenderunt. to.2.83.H

Mercedem prophetæ, & mercedem de prophetare cipere, differunt. to.2.111.G

Prophetæ persona qualis esse debeat. to.2.300.F

Prophetæ quandoque doctores vocantur. tomo.2. 155.D

Prophetæ ministerium est occulta reuelare & futura prædicere. to.2.298.H

Prophetarum instrumenta varia. tom.298.M.& sequen.

Propugnacula.

Quid inter propugnacula & clypeos differt. tomo. 2.82.D

Prosperа, Prosperitas.

Qui nulla prospera appetit, nulla aduersa pertimescit. to.1.131.L

Cõstitutus in prosperis vix custodit se à superbia & luxuria. to.1.151.I

Prospera sunt metuenda. to.2.139.L

Per sola prospera soluimur, ad virtutem verò per aduersa solidamur. to.1.173.L

Tẽporalis prosperitas ad tribulationis tenebras perducit. to.1.19.D

Statutum est quantum prosperitas vel aduersitas cuiuis homini sit futura. to.1.71.B

Prosperitas atque aduersitas in hac vita alternãt. to.1.78.L

Prosperitas mundi impedit ad bona opera redi-

tum. to.1.80.C
Prosperitas temporalis habet finem suum mortem. to.2.213.L

Prospicere.

Prospicere est à longè intueri. to.2.146.H

Protegere.

Protegere alios non potest, qui bona conuersatione lucéque non fulget. to.2.310.I

Protectio.

Nihil sumus si à nra protectione deseramur. tom. 1.139.E

Prouerbium.

Prouerbium quid sit. to.2.300.L

Prouidentia.

Prouidentia dei in factis humanis. to.1.145.C

Prouocare.

Deum Prouocare quid sit. to.1.66.C

Proximus.

Nemo suam cogitans vtilitatem proximorum negligat. to.2.2.M
Tantum quisque portat proximum, quantū amat. to.1.81.B
Proximus est amandus, si ad deum peruenire velimus. to.1.121.B
Proximis in arcta necessitate subueniendum est. to.2.158.H

Prudentia.

Quomodo Prudētia in nobis frigescit. to.1.10.G
Prudentiæ huius mundi conditiones. to.1.65.A
Prudentia plurima cui competit. to.1.100.F
Prudentia quid sit. to.2.97.A B
Prudentia summa in quo consistat. to.2.13.C M

Psalmodia, Psalmus, Psalterium.

Psalmodiæ vocis effectus. to.2.55.G
Psalmus quid sit. to.2.134.I
Psalmi graduum quid designent. to.2.148.E F
Psalterium quid sit. to.2.134.I

Pudicitia.

Pudicitiæ bonum non solum externum sed etiam internum esse oportet. to.2.285.E

Puer.

Quid sit puerum solum fugere, vt domino suo nūciaret. to.1.8.K M
Ludus puerorum diuitum. to.1.89.G H
Tres pueri Hebræi in camino ignis. tomo.1.60.B. & 180.C
Diabolus morum euertendo puerum contriuit. to. 2.25.F
De puero confracto à pariete sanato. Ibidem.
De puero post sepulturam à terra proiecto. tomo. 2.27.A
Puer à morbo elephantino per Benedictum sanatus. Ibidem.C
Puer lapsus ex summo monte Marsico in vallem, repertus est incolumis. to.2.31.L
Puer sanctos vidit. to.2.37.K
Puer quinque annorum à dæmonibus in gremio patris raptus. to.2.38.G H
Quidam puer armentarius post mortem rediit. to. 2.39.F
Puer reductus à cœlo, loquebatur omnes linguas. Ibidem.F G
Mors pueri terribilis. Ibidem.G
Tres pueri cibis regis Babylonici vti noluerunt. to.2.230.A
De puero quodam de transmarinis adducto. tom. 2.235.C
Puer ordinatus in diaconum. to.2.244.I
Pueri Dauid à panibus propositionis arcebātur nisi à mulieribus mundi essent. to.2.253.I
Tu Puer propheta altissimi vocaberis. to.2.268. M.& sequen.

Pugnare.

Pugnat omnibus diebus qui multa alios docet. to.2.317.I K

Pulchritudo.

Pulchritudo cutis est gloria temporalis. to.1.80.I

Pulsare.

Dominus quando dicatur pulsare. to.2.105.B

Puluis.

Quid Puluerem in cœlum super caput spargere. to. 1.15.C
Per Puluerem peccatores designantur. to.1.176.M
Per puluerem quid designetur. to.1.183.H

Puniri.

Aliter punitur ciuis, aliter hostis. to.1.153.L

Pupillus.

Pupilli vocantur electi dei. to.1.96.D
Pupillus quis dicatur. Ibidem.I.& 114.E
Causam pupillorum vel viduæ pro pecunia defendere, est præmium terrenum & non æternum quærere. to.2.94.I

Purgatorium.

Ignis purgatorij granior est quacunque pœna tēporali. to.2.137.G
Purgatorium quasdam iustorum animas detinet. to.2.39.A
Purgatorium auctoritatibus scripturæ probatur. to.2.41.K
Purgatorium post mortem ad vitam mittit qui bonam voluntatem habuerunt in confessione peccati. to.2.271.D

Pusillanimis.

Pusillanimes arbustis comparantur. to.1.116.C
Pusillanimes ad viam rectè agendi facilius reducuntur quàm proterui. to.2.8.L

Quadragenarius.

Quadragenarius numerus ad peccatores pertinet. to.2.279.A

Quadragesimus, Quadragesima.

Quadragesima quare est abstinentia 40. Dierum. to.1.107.B
Quadragesimæ tempus in sancta Ecclesia consecratum est. to.2.279.A
Quadragesimus subdiaconus. to.2.32.B

Quadraginta, Quadripertitum.

Quadraginta dierum abstinentia Iudæis baptizandis adiicitur. to.2.202.A
Quadraginta rustici à Longobardis occisi. tomo. 2.33.G
Omne quod dicitur, quadripertita potest qualitate distingui. to.1.134.C

Quadrigæ.

Quadrigæ regis sunt bona exempla electi prædicatorum. to.2.289.M.& seq.
Quadrigæ regum quæ dicuntur. tomo.2.287.M. & sequen.

Quærere.

Quid est stantem quietem in præsenti semper quærere. to.1.22.I
Deum quærere hominem, quid sit. to.1.47.K
Quærendus est deus dum tempus habemus. to.1. 60.D.& 103.K
Quidam à deo exteriora quærunt dona. tomo. 1. 89.K L
Quærere deum & summum bonum. Ibidem.L M
Quomodo & vbi quærendus est deus. to.1.105. M.& seq.
Quærentibus primo regnum dei, & iustitiā eius dominus venit & in corū corde sedet primus. to.1.117.K

Quasi.

Dictio quasi, aliquando pro similitudine aliquādo pro veritate ponitur. to.1.147.C

Quercus.

Quercus Thabor secretam signat conuersationem to.2.297.H I

Quidam.

Quidam dicitur de eo quem aut exprimere nolumus, aut non possumus. to.1.28.L

Quies, Quiescere.

Quies in labore & fatigatio in quiete. tom.1.98. A B
Quiescere est bene in potestate esse. to.1.25.B
Quiescere post dominum quid. to.2.284.E F

Quinarius.

Quinarij numeri ratio. to.2.84.I
Quinarij numeri perfectio. tomo.2.88.M.& 104.D

Quinquagenarius. Quinque.

Quinquagenarius numerus quietis perfectionem designat. to.1.2.F G
Quinquagenarij numeri ratio. tomo.2.85.I.& 88.K
Quinquagenarius requiem æternam signat. tomo. 2.85.I K.& 88.K
Quinque sensus exteriores virtutem & discretionem à cerebro trahunt. to.1.66.F
Quinque sensuum vigore omne peccatum perficitur. to.2.311.I.
Quinque latibula quinque sensibus corporis contraria. to.2.307.G H
Quinque gradus pessimæ vitæ per quinque nationes designati. to.2.316.B C

Rabboni.

RAbboni interpretatur magister. tomo. 2.115.K

Racha.

Racha in Hebræo vox indignantis est. to.1.125.I

Rachel.

Rachel pulchra, sed sterilis, contemplatio est. to.1. 36.I.& to.2.79.K
Rachel visum principium interpretatur. Ibidem.
Rachel quæ ouis dicitur, Ecclesiam figurauit. to. 1.181.C
Quare Rachel sedendo idola operuit. Ibidem.
Rachel interpretatur ouis. to.2.79.K

Radere.

Quid sit testa faniem radere. to.1.14.B C
Testa faniem radimus, cū culpam à voluntate & actione mundamus. to.1.15.K

Radix.

Radices latentes designant cogitationes. tomo. 1. 50.B
Radix iusti natura humanitatis intelligi potest. to.1.71.G
Radix cogitationem designat. tomo.1.74.M.& 81.B.
Radicem iuxta aquas aperiri. to.1.116.E

Ramatha.

Ramatha, visio consummata dicitur. tom.2.255. B.& 259.D
Ramatha vocationem gentium designat. tomo.2. 257.H

Raphaël.

Raphael ad curandum Thobiam missus est. tom. 2.124.M
Raphael interpretatur medicina dei. Ibidem.

Rapere, Raptor.

Homo inuisibiliter rapitur, qui visibiliter rapiebat. to.1.145.A
Si tanta pœna mulctatur qui non dedisse sua conuincitur, quanta feriendus est qui aliena rapuit. to.1.87.H
Plus metuendi sunt raptores animarum, quàm rerum temporalium. to.1.184.E
Qui raptorem proximum odit, seipsum peius ipso raptore persequitur. Ibidem.H

Rapto-

Universidad de Deusto Biblioteca

Raptores repentè æterna perenssio corripiet. tomo. 1.145.B C

Ratio, Rationalis.

Sicut absente domina ancillæ vagãtur, sic absente ratione cogitationes. to.1.3.K

Aliqui magis ratione quàm fide in deo tenẽtur. to.1.97.L

Homo rationalis per victimam irrationalium non potuit redimi. to.1.101.I

Rationale in pectore Aaron ferebat. to.1.154.L

Reddere deo rationem debemus de eo quod aliis præsumus. to.2.304.I

Reatus.

Reatus primæ culpæ ab ingressu regni quemque prohibebat. to.1.21.K

Rebecca.

Rebecca gentilitatem designat. to.1.2.E

Rebellare.

Quanto magis rebellamus, tãto amplius hostis nos fieri nos expugnare contendit. to.1.141.E

Reblatha.

Reblatha, multa hæc interpretatur. tomo.1.40.F

Recedi.

Duobus modis à domino receditur. to.2.67.G

Rectus, & Rectitudo.

Quantumcunque rectè agere credimus, sit ne rectum ignoramus. to.1.24.F G

Rectitudo iustitiam designat. to.1.2.A

Malè se rectum putat, qui regulam summę rectitudinis ignorat. to.1.29.G

Veraciter recti. to.1.26.H

Hic rectus nondum est, qui à prauitatis desiderio liber non est. to.1.56.M

Rector.

Cura rectorũ erga sibi subiectos. to.1.1.M

Vtres rectorũ ordines in synagogã erãt. to.1.9.A

Boni rectoris conditiones. tomo.1.118.B C. & to. 2.154.L

Quisquis superbus rector toties ad apostasiã labitur, quoties præsse hominibus delectatur. to.1.144.K

Contra superbos rectores. Ibidem.

Ecclesiæ rectores de animabus sibi commissis in iudicio reddent rationem. Ibidem.H

Rectores aliorum fortiora tentationum certamina patiuntur. to.1.188.M

Quisque signum palam defert sub quo rectore militet. to.2.209.D E

Rector bonus qualis esse debeat. tom.2.4.B. & seq. copiosè. to.1.154.L

Rectorum negligentium reprobatio. to.2.296.M

Rectoris discretio arguendo, increpando & corripiendo. to.2.326.E F

Rector quando dicitur descendere in oppidum. to.2.296.B C

Rector quãdo dicitur esse in excelso. to.2.296.B

Rectores Ecclesiæ magna sunt subtilitate ordinandi. to.2.304.E F

Vt sit rector internorum curam, in exteriorum occupatione non minuens, prouidentiã in internorum sollicitudine non relinquens. to.2.5.I.

Ne placere rector suo studio hominibus appetat, sed tamen ad quid placere debeat intendat. to.2.6.E

Ex amore suo mens rectoris in mollitiẽ vertitur. Ibidem.

Boni rectores hominibus placere non appetant. Ibidem.G

Rector animarum vitia & virtutes vigilanter discernat. Ibidem.I

Quòd scire sollicitè rector debeat, quòd plærũque vitia virtutes se esse mentiuntur. Ibidem.

Quòd esse rectori debet, & discretio correctionis & dissimulatio feruoris & mansuetudinis. Ibidem.K

Quantum rector sacræ legis meditationibus esse debeat intentus. to.2.7.E

Rectoris compassio. to.2.155.F. & seq.

Rector spiritalis gubernatori nauis comparatur. to.2.193.G

Rectorem sancti spiritus gratiam petere est necesse. Ibidem.H

Reconciliari, & Reconciliatio.

Reconciliari appetentes patronos quærunt. tomo. 2.134.L

Reconciliatio fratris ad alterum. to.2.122.H

Redemptor, & Redemptio.

Redemptoris nostri conditio. to.1.139.I

De redemptione captiuorum à Iudæis detentorũ. to.2.195.F

Redemptor creauit matrem, in qua crearetur. tom. 2.115.M

Redemptori nostro multa debemus. to.2.116.C

Redemptor noster quare excelsus & cœlum dicitur. to.2.146.H

Redemptoris nostri mirabilia. tomo.2.261.H & sequen.

Redemptoris filij & frater. to.2.301.B

Redemptus.

De visione Redempti Ferẽtinæ ciuitatis episcopi. to.2.35.I

Redemptus episcopus Euthycium per visionem vidit & audiuit. Ibidem.K

Redimere.

An deus potuerit redimere genus humanum in alia, ab homine, natura. to.1.101.I

Regentes, & Rex.

Quatuor sunt ordines regentium in Ecclesia. tom. 2.93.G

Quòd per reges & consules sanctos angelos intelligat. to.1.21.H

Reges vocantur qui membrorum suorum motus bene regere sciunt. to.1.67.E

Regum munera Christo oblata quid signent. tom. 2.103.D

Regis iniqui conditiones. to.2.144.K

Reges propriè qui dicuntur. to.2.146.M

Reges quales debent esse. to.2.187.I K

Reges in suo regimine iustitia & æquitate indigent. to.2.216.L

Differentia inter reges gentium, & imperatores Romanorum. to.2.224.B C

Regis adhortatio perpulchra. to.2.233.B. & sequentibus.

Regibus prudentes viros adhærere valde laudabile & bonum est. to.2.248.M

Regis ira. to.2.287.G

Reges Ecclesiarum sunt sancti prædicatores. to.2. 301.K

Regis boni conditiones. to.2.301.I

Regum mala & magnatum quandoque toleranda sunt. to.2.323.F

Rex quare vngendus est. to.2.296.I K

Regere, & Regi.

Nemo potest rectè terrena regere, nisi nouerit prius diuina tractare. to.2.180.F

Summus locus bene regitur, cum is qui præst, vitiis potius quàm fratribus dominatur. tomo.1. 153.F. & to.2.5.G

Quare alter regitur ab altero. to.2.5.C

Regimen.

Diuersitas regiminis corporis nostri. to.1.23.B

In Regimine constituti gloriã suæ dignitatis dissimulent. to.1.24.M

Potestas Regiminis ministrari non potest sine studio curæ temporalis. to.1.148.I K

Quid discutere teneatur is cui Regimen committitur. Ibidem.M

Ne locum Regiminis subeant, qui vinendo non perficiunt, quæ meditando didicerũt. to.2.2.D

De pondere Regiminis eo quòd aduersa quæque despicienda sunt, & prospera formidanda. Ibidem.F

Quòd plærumque occupatio regiminis solidũ dissipat mentis. Ibidem.H

De his qui in Regiminis culmine prodesse exemplo virtutum possunt, sed quietem propriã sectando refugiunt. Ibidem.I

Quòd hi qui pondus Regiminis per humilitatem refugiunt, tunc verè humiles sunt cùm diuinis iudicijs non resistunt. Ibidem.M

Qualis quisque ad regimen venire debet, & ecõtra. to.2.3.F. & seq

Is qui ad regimen ordinatè peruenerit, qualem se in ipso debeat exhibere. to.2.4.A

Locus Regiminis desiderãtibus est negandus, & fugientibus offerendus. to.2.193.F G

Quàm periculosum est locum subire Regiminis. to.2.193.H I

In regni Regimine, iustitia & potestas eget æquitate. to.2.216.M

Regio.

Regio nostra, paradisus est. to.2.103.E

Regnare.

Error quorumdam negantium deum vbique regnare. Ibidem.D

Regnum.

Regnum diaboli, & gloria huius mundi, & concupiscentia carnis in seruis dei contrita sunt. to.2.27.B

Regnum cœlorum Ecclesiam præsentem aliquando significat. to.1 112.C. to.2.104.C

In regno dei simplex est adhuc stola sanctorum. to.1.211.D

Regnum cœleste æquè Iudæis ac gentibus, iustis & iniustis ad fidem conuersis aperitur. tomo. 2.89.E

Regnum dei quare æstati comparatur. to.2.98.B

Regnum dei tantum valet quantum habes. tomo. 2.100.C

Regnum Christi sancta Ecclesia est. to.2.263.H

Regnum quomodo debilitatur. to.2.315.L

Regni verbum quid. to.2.301.A

Regnum cœlorum quare rebus terrenis simile esse dicitur. to.2.103.H

Regnum cœlorum penetrabit qui hic rectè viuere studebit. Ibidem.M

Cur Regnum cœlorum decem virginibus comparetur. to.2.104.C

Regnum cœlorum an possit dari murmurãtibus. to.2.110.B

Regnum cœlorũ quibus denegabitur. Ibidem.D

Regnum cœlorum quomodo vim perpeti dicitur. to.2.111.M

Regnum cœlorum est locus iustorum. Ibidem. & sequentibus.

Regnum quomodo decenter regitur. to.2.118.A

Regulus.

Quomodo regulus minus in deum credidit. tom. 2.118.H

Regulus serpentum rex dicitur. to.1.87.C

Reguli natura & conditio. to.1.203.M

Relaxari.

De Relaxandis pœnis alienis, vt nostræ relaxentur. to.2.41.B

Religio.

Quanta religione reges debent deo famulari. to. 1.183.B

Ecclesiasticæ religionis inimici etiam bellis sunt exercendi

cercendi. to.2.160.H
Qui prohibentur converti ad religionem. tom.2. 170.H & seq.
Si alter coniugum convertatur ad religionem, incongruum est alterum in seculo manere. to.2. 191.D
Bona religiosibus concessa sunt perpetuò possidenda. to.2.250.C D

Religiosus.

De quodam religioso, qui moriens vidit prophetas. to.2.40.F
Soli religiosi sunt xenodochiis præficiendi. to.2. 174.M
Nullus religiosus excommunicatis iungatur. to.2. 175.A
Religiosus res à se monasterio datas potest disponere ad diuersos vsus monasterij. to.2.240.H

Relinquere.

Multum propter deum relinquit, qui sibi nihil retinet. to.2.100.C
Relinquere nosipsos quomodo possumus. tomo.2. 122.B
Omnia relinquere possumus etiam retinendo. to. 2.128.E

Reliquiæ.

Reliquiarũ transferendarũ modus. to.2.175.G H
De reliquiis apostolorum Petri & Pauli suscipiendis. to.2.191.E
De reliquiis concedendis. to.2.204.M
De reliquiis sanctorum martyrum Ioannis & Pancratij. to.2.212.H
De reliquiis Adeodatæ mulieri concessis. to.2. 225.B
De reliquiis sancti Leuticij. to.2.234.I
De reliquiis sancti Sanini. to.2.242.C
Reliquiæ sancti Sixti martyris translatæ sunt ad Anglos. to.2.253.A

Remedia.

Remedia aduersus diaboli impugnationes. to.1. 35.D
Remedia contra aerias potestates. to.2.81.M & seq. copiosè.
Remedium contra fornicationem, & turpes cogitationes. to.2.316.E.318.A B
Remedium contra innumeras dæmonum tentationes. to.2.307.C
Remedium contra desideria carnis. to.2.310.L
Remedium contra turpes libidinis cogitationes. to.2.320.B
Remedium contra ẽs tentationes. to.2.316.A

Remissio.

Remissio authoritatis & potestatis diaboli. to.1. 102.C D
Remissio offensæ. to.2.220.C

Reparatus.

De morte Reparati. to.2.40.A
Reparatus loca pœnarum vidit. Ibidem.B

Reprehendi.

Ad reprehendendos nosipsos semper accincti esse debemus. to.1.187.A
Vtilis est reprehensio, quando sequitur correctio. to.2.210.A
In quibus alios reprehendimus, elationem nostræ cogitationis inclinemus. to.1.184.H

Reprobare.

Christus Scribas, Pharisæos, ac pontifices reprobauit. to.1.169.B
Reprobare cur dicitur deus. to.2.287.F

Reprobus.

Status reproborum pro hac vita. to.1.3.D
Locus reproborum superbia. to.1 13.K
Reproborum conditiones. tomo.1.18.M & seq. Mores. to.1.48.C D
Reprobi sunt in amaritudine. to.1.23.M
Reprobi vnde generentur. to.1.27.C
Fortitudinis reproborum declaratio. tomo.1. 29.A
Et quid sit. to.1.38.M
Reprobi augmentum malitiæ suæ semper ingeminant. to.1.29.L M
Reproborum interitus. tomo.1.30.A B & seq. & 45.I & 154.K & seq.
Reprobi electos despiciunt. to.1.30.E
Reproborum mentes peruersis cogitationibus semper inuigilant. to.1.33.K L
Reproborum semitæ. to.1.39.L & seq.
Reprobi super bonorum casu hilarescunt. to.1. 41.D
Reproborum iudicium finale. Ibidem.D & seq.
Reprobi in iudicio videbunt quod perdiderunt. Ibidem.E
Reprobi semper hic appetunt viuere. to.1.44.M
Reproborum finis insperatus. Ibidem.
Reproborum mentes quare præsentis vitæ rursum æstimare non sufficiunt. to.1.45.A
Reprobi sæpe peccata confitentur, sed deflere contemnunt. to.1.45.K
Æterna damnatio reprobum sequitur. tomo.1. 58.H
Quomodo deus reprobos nouit, & non nouit. to.1. 67.C D
Reprobis non timor requiem, sed pœna timorem parit. to.1.68.K
Deus reprobos ab inferno non retraxit. to.1.72.B
Deus reprobos quasi sine flagello dimittit. tomo.1. 73.H
Ora sua reprobi quomodo exprobantes aperiunt. to.1.76.K
Reprobi plurima nequiter agunt, quia se diutius viuere putant. to.1.78.A
Reproborum corpus sub disciplina est, mens verò procul. Ibidem.C & seq.
Omnes reprobi qui ex anima & carne peccauerunt, in igne gehennæ in anima & carne cruciabuntur. to.1.88.E F
Reproborum vita faullæ & paleæ comparatur. to.1.90.C
Reprobos à malis actibus nulla flagella reuocant Ibidem.I
Reprobus non curat, modo voluptates suas perficere non desistat. Ibidem.H
Reprobi summum bonum in genere & familia quærunt. Ibidem.
Deus per reproborum iniustitiam culpas percutit electorum. to.1.97.A
Reprobi per superbiam, & non per ignorantiam, peccant. Ibidem.B
Reprobi quæ recta sequenda cognoscunt sequi despiciunt. Ibidem.
Imitatores reproborum, dicuntur filij eorum. tom. 1.119.G
Reprobi peccatorum consuetudinem delitiosam putant. to 1.120.F
Reprobi subiecti flendis peccatis gaudent. Ibidẽ.
Multi reprobi veritatem cognoscendo premunt. to.1.121.B
Reprobi nihil esse existimant, quicquid de virtutibus electorum vident. to.1.122.E
Reprobi, qui in laboribus hominũ non sunt, æterno anathemate condemnantur. to.1.125.G
Quare reprobis dantur quæ appetunt. Ibidem.
Reprobi meliorum vitã inspicere negligunt. to.1. 141.D
Reprobi ad meliora proficere non possunt. Ibid.E
Quotidiani reproborum defectus. to.1.144.B
Reproborum proprium est semper prauа agere, & nunq; acta retractare. to.1.145.K
Numquam reprobi culpam suam nisi in pœna cognoscunt. to.1.146.F
Reproborum conditiones. Ibidem.E F
Reprobi increscente multitudine ecclesiæ etiam colliguntur. Ibidem.I
Reproborum nequitia purgat vitam electorum. to.1.150.L
Reprobi bona electorum calumniantur. Ibidẽ.M
Reprobi in iudicio Christum non videbunt in diuinitatis forma. to.1.157.D
Omne visibile quod hic reprobos figit, electos ad alia impellit. to.1.176.K
Reprobi solis visibilibus seruiunt. Ibidem.I
In reprobis est imago diaboli. to.1.197.L
Deus reprobis iustitiam sine misericordia non exercet. to.1.201.H
Quare reprobi squamis compacti sint. to.1.202.E
Conuiuium reproborum est delectatio temporalium voluptatum. to.1.203.D
Egestas reproborum quæ sit. to.2.205.A
Quantæ virtutis in fine futura sit feritas reproborum. Ibidem.C D
Reprobi cõtra bonos vehementer prævalent. Ib.
Deus mala actione reproborum vtitur ad vtilitatem electorum. Ibidem.I
Quare deus occulta aliquando mala tolerat reproborum. to.1.207.C
Bona reproborum applicabuntur electis. Ibi. C D
Sæpe reprobi viam sanctitatis aliis ostendunt. Ibidem.
Reprobi humilitatis formam tenere contemnunt. to.1.205.D E
Reprobus malè vtitur bono. to.1.208.E F
Reprobis datur quicquid petunt, sicut ægris desperatis. to.2.15.A
Reprobi ab ecclesia tanquam sacramẽta inutilia amputantur. to.2.46.G
Reproborum virtutes non redolent. to.2.48.K
Impetus reproborum. to.2.59.M
Reprobi mala bonis ingerunt. to.2.67.M
Reprobi non cogitant vnde bona sibi proueniant to.2.71.L
Reprobi ex mũdi destructione lugent. to.2.98.A
Iniquis suis operibus reprobi se manifestant. tom. 2.109.C
De reproborum miraculis. to.2.232.K
Reprobi cum arguuntur, vel culpas tegunt, vel in alios transferunt. to.2.320.M.321.I
Reprobis optima quæcunq; habent in corde videntur. to.2.319.M
Reprobi ante mundi constitutionem præcogniti. to.2.315.K
Reprobi quando in hac vita ponuntur in opprobrium. to.2.302.K
Reprobi seculum exeuntes tenebras subeunt quas lucem esse crediderunt. to.2.307.F
Reproborum vita veritatem obscuritatis habet. to.2.307.E
Reproborum corda malum cito proponunt, à quo non cito resipiscunt. to.2.288.I
Reprobi corda sua non habent sed diabolus. to. 2.263.K
Reprobi dæmonum impetus imitatur. to.2.285.C
Reprobi non omnino retributione priuantur. to.2. 256.E
Reprobi in adimplendis suis prauitatibus à deo exanduntur. to.2.289.A
Reprobos prouehere est ipsum ordinem promotionis confundere. to.2.269.L
Reprobi superna loquuntur & audiunt, nec tamẽ resciuntur. to.2.292.I
Reprobi verba dei audiunt, & tamen nulla opera bona

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra bona illis proponunt. to.2.184.K
Sacri eloquij virtus in reprobis deficit. tomo. 2. 267.B

Requies.

Perfecta Requies est quæ deus cernitur. to.1.111.B
Requies mensæ, est refectio satietatis internæ. tom. 1.155.E
Qui cœlestem requiem considerat, facilè inferiores labores tolerat. to.2.10.D

Res.

Quòd nonnunquã res gestæ in actione malæ sint, & in significatione virtutem prophetiæ contineant. to.1.15.F
Res insensibiles ducunt nos in cognitionem sensibilium & intelligibilium. to.1.21.H
Res semel dicta pro confirmatione replicatur. to. 1.167.I
Cum rebus desideria crescunt. to.1.196.M
Quomodo res corporea rem incorpoream affligat. to.2.39.L
Ex Rerum imaginibus pensantur merita causarum. to.2.41.D

Resistere.

Resistere deo quis dicatur. to.1.51.L

Resolutio.

Hora Resolutionis erit terribilis. to.2.132.E

Respondere.

Respondere deo, & alteri, quid sit. to.1.56.M
Respondere nostrum quid sit. to.1.69.K
Respondere alicui quomodo dicamur. to.1.72.E
Respondere dei quid. to.2.314.I

Restituere.

De Restituendis iniustè ablatis. to.2.220.F

Resurrectio, & Resurgere.

Resurrectio corporum exemplis deprehendi potest, ratione non potest. to.1.33.A
Resurrectio mortuorum non erit nisi prius elementa ardore soluantur. to.1.71.K
Certitudinem de resurrectione, Iob indicat. tomo. 1.72.D
Fides Resurrectionis Christi & nostræ. tomo.1. 84.H I
Redemptor noster ostendit resurrectionem, vt nos resurrecturos speremus. Ibidem.I M
Dubitantes nostram resurrectionem. Ibidem.L
Resurrectionem nostram in elementis suis mundus imitatur. Ibidem.L
Resurrectionis nostræ ex naturalibus demonstratio. Ibidem.I.& seq.
Exemplo Iob credimus Resurrectionem Christi factam, qui cognouit faciendam. to.1.85.A
Euthyeij error circa Resurrectionem. Ibidem.B
Modus resurrectionis. Ibidem.
Resurrectionis integræ probatio. Ibidem.E F.& to.2.91.F.& seq.
Tempus resurrectionis. to.1.176.I
Error de Resurrectione nouissima. to.2.91.D
Confutatio erroris de resurrectione nouissima. Ibidem.E.& seq.
Resurrectio credenda est, non inuestiganda. Ibidem.I
Resurrectioo Christi, est festinitas hominum & angelorum. to.2.112.E
In Christi Resurrectione ablata sunt omnia argumenta perfidiæ. Ibidem.H
Resurrectionis possibilitas multis ostenditur modis. to.2.117.F
Resurrectionis gloria, est virtus Christi. tomo. 2. 147.A
Resurrectionem dubitare nephas est. Ibidem.I
Multi cum Christo surrexerũt, ne de resurrectione nostra dubitaremus. to.1.84.I
An iidem resurgemus qui morimur. to.1.85.A

Resurgens.

Christus resurgens corpus palpabile habuit. Ibidem.B
Status resurgentium. to.1.176.H
Mirandum est quòd Christus resurrexit potius, quàm quòd mori potuit. to.2.262.H
Resurrectionis vltimæ claritas. to.2.264.B C

Rete.

Rete rumpi, est Ecclesiam hæresibus scindi. tom.2. 114.I K

Retractatio.

Retractatio errorum. to.2.192.M.& seq.

Retributio.

Gloria retributionis, semper sequitur laborem operis. to.1.33.D
Qui æternam retributionem expectat, necesse est vt ad omnem causam secuturæ mercedis seipsum extendat. to.1.115.E
Retributio vltima pastorum mutorum. to.1.133.F
Quare ex merito retributionem quærimus, & tamen deo gratias agimus. to.1.201.M

Reuelatio.

Reuelationes dei quomodo fiunt. to. 1.164.C.& sequentibus.
Reuelatio diuinitatis lux est inaccessibilis. tomo. 2.297.L

Rhinoceros.

Rhinocerotis natura. to.1.181.D E
Rhinoceros quid designet. Ibidem.E.& 184.M. & sequen.
Rhinoceros idem quod monoceros, siue vnicornis. to.1.184.M
Rhinocerotis fortitudo & natura. Ibidem. & 185.D E
Modus capiendi rhinocerotem. Ibidem.M

Richardus.

Richardus rex fratrem suum Ermigildum secutus est. to.2.54.C.& sequen.
Richardus rex Vuisigothorum totam gentem suã ad fidem catholicam conuertit. Ibidem.D

Riggo.

Riggo Totilæ spatarius à Benedicto cognitus & simulatione reprehensus. to.2.25.K

Risus.

Risus corporis, & cordis differentia. to.1.50.L

Riuulus.

Riuuli fluminis, sunt dona spiritus sancti. tomo. 1.87.D

Robur.

Robur hominis est anima rationalis. to.1.80.H

Roma.

Vrbis Romæ desolatio & miseria. tomo.2.88.A & sequen.
Calamitates vrbis Romæ durante Gregorio. to. 2.180.D.& seq.
Prouisio Romanæ ciuitatis. to 2.218.D
Mala quæ patiebatur Romana ciuitas. tomo. 2. 249.K
De necessitatibus annonæ in vrbe Roma. Ibid.L

Romanus.

Tyrannis olim Romanorum. to.2.88.G
Romani codices multo veriores sũt, quàm Græci. to.2.187.K

Romanus monachus.

Romanus monachus Benedicto necessaria ministrauit. to.2.23.L
Diabolus Romani tintinabulum fregit. Ibidem.
De mancipiis Romani spectabilis viri. tomo. 2. 219.C

Romphæa.

Romphæa flammea ad paradisi aditum posita fuit Adæ discedente. to.1.72.A

Romula.

De transitu Romulæ ancillæ dei. to.2.32.B
Romula paralysi percussa. Ibidem.C
Romulæ laudes. Ibidem.C
Cœlestes exequiæ Romulæ. Ibidem.D

Ros.

Ros desuper veniens, gratia dei est. to.1.116.E

Rota.

Rota sacram scripturam designat. to.1.61.A
Quomodo Rota dicitur habere quatuor facies. Ibidem.K.& 62.A
Rotæ signant ambo testamenta. to.2.62.A
Rota interior habet staturam, altitudinem & horribilem aspectum. to.2.62.E
Vox Rotarum est sermo testamentorum. to.2.71.M
Rotæ plaustri vel vtrung, testamentum, vel electi cuiusque geminum desiderium. to.2.281.K

Rubigo.

Rubigo peccati purgari non potuit, nisi igne tormenti. to.1.13.I
Per Rubiginem ira intelligitur. to.2.91.D

Rubus.

Rubus ardens Iudaicum populum figurabat. to. 2.63.E

Ruga.

Rugæ Ecclesiæ sunt, qui fidem vocibus clamant, sed operibus negant. to.1.76.G
Per rugas duplicitas designatur. Ibidem.

Ruina.

Ordo Ruinæ in opus extrinsecum malum. tomo.1. 20.M.& seq.

Rupes.

Rupes euulsa per saltum miraculosum longius cecidit. to.2.31.M

Rusticus.

Rusticus ad dominum onere pensionis conuerti cogatur. to.2.175.C
De quadraginta Rusticis, qui pro eo quòd carnes comedere immolatitias noluerunt, à Longobardis occisi sunt. to.2.33.G
De Rusticis idolis seruientibus. to.2.124.K
De Rusticis in Sardinia idolorum sacrificiis seruientibus. to.2.180.M

Saba, Sabæi.

Saba rete interpretatur. to.1.40. II
Sabæi captiuantes interpretantur. to.1.8.H

Sabaoth.

Sabaoth, interpretatur exercitus. to.2.130.D

Sabbatum.

In Sabbato ab exteriori opere cessandum est. to. 1.28.E
Populus deum sequens, accipit Sabbatum, hoc est requiem. to.1.108.H
Quare Sabbatum obseruari præcipitur. tomo. 1. 210.H
Sabbatum, requies interpretatur. tom.2.137.F.& 240.D
Nec die Sabbati feriandum, nec die dominico lauachrum est prohibendum. Ibidem.C
Sicut Sabbatum spiritaliter acceptum est, ita spiritaliter est tenendum. Ibidem.D

Sabellius.

Sabellius vnam in deitate credidit esse personã. to.1.114.A

Sabinus.

Sabinus episcopus prophetiæ spiritum habuit. to.2.29.G
Totila rex Gothorum prandere cum Sabino voluit, ad prophetiã eius experiendam. Ibidem.
Sabinus episcopus cæcus est senio factus. Ibidem.
De Sabino Samisinæ vrbis episcopo. Ibidem.
Sabinum eius archidiaconus intoxicare voluit. Ibidem.H

Sabinus venenum bibit quo is obiit qui dare fecit. Ibidem.
De Sabino episcopo Placentino. to.2.30.C
Sabini mandato Padus mundans intra suum alueum sese retraxit. Ibidem.

Sacerdos.

Principes sacerdotum corpus diaboli erant. to.1.13.L
Magna sacerdotis gloria est rectitudo subditorū. to.1.67.F
Sacerdotes membrorum domini prima pars sunt. tom.1.82.K
Sacerdotes dicuntur domus dei inquilini. tomo.1.83.B
Quare sacerdos tabernaculum ingrediēs duodecim lampades in pectore portabat. to.1.165.E
Sacerdos irreprehensibilis graditur, cùm priscorū patrum exempla indesinenter intuetur. to.2.4.B
Quid rationale iudicij in pectore sacerdotis. Ibidem.B C
Quare sacerdoti pectusculum cum armo in esu tribuitur. Ibidem.D
Quare sacerdos armum dextrum in sacrificium accipit. Ibidem.D
Quanta sacerdos virtutum diuersitate claresceré debet. Ibidem.E
Quare sacerdos in vtroque humero velamine superhumeralis astringitur. Ibidem.
Superhumerale sacerdotis ex auro, hyacintho, purpura, bis tincto cocco, & torta fieri bysso præcipitur. Ibidem.E F
Dignitas sacerdotalis quanta sit. Ibidem.F
Sacerdos prædicationis nescius, est præco mutus. Ibidem.H
Quare sacerdos olim tabernaculum ingrediens tintinabulis ambiebatur. Ibidem.I
Sacerdos ante caulas gregis sepultus furē vetuecis retinuit. to.2.32.L
Sacerdos inter celebrandum quid agere debeat. to.2.44.B
Sacerdotum ordo & officium. to.2.74.E.162.A 154.A
Sacerdotibus nil tam oneroſum quàm rigorē mentis compatiendo flectere. to.2.94.F
Et quòd cum sacerdotes intrinsecus ministrant, vestibus lancis non vtantur, &c. Ibidem.F G
Sacerdotes custodientes templum qui sint. tomo.2.96.E
Sacerdotes ministrantes altari qui sint. Ibidem.F
Sacerdos quilibet angelus dicitur. to.2.10.L
Mundus sacerdotibus plenus est. to.2.107.G
Sacerdos debet esse petra salis in populis. to.2.108.A
Ira sacerdotis qualis esse debet. Ibidem.D
Sacerdos sit seuerus & mansuetus. Ibidem.
Sacerdotes vitiosi plus præiudicant, quàm quicunque alij. Ibidem.G
Sacerdotes fermè omnes actiones seculi administrant. Ibidem.H
Mundus multas ex sacerdotibus malis calamitates patitur. Ibidem.L
Sacerdotes sunt causa mortis subditorum. Ibidē.I 233.L
Sacerdotes officio suo, cæteros ad viā salutis adducunt, ipsi verò ad infernum festinant. Ibidem.L
Sacerdotes mali, similes sunt aquæ baptismatis. Ibidem.L
Sacerdotes etiam hodie dæmonia possunt eiicere. to.1.119.E
Sacerdotes etiam iusti subiectos non deficiant. to.2.123.D
Populus sæpe ruit ex culpa sacerdotum. to.2.131.L
Sacerdotis opera debent charitate decorari. to.2.155.B
Sacerdotes sonitum dare debent. Ibidem.E
Locutionis sacerdotis cautela. Ibidem.
Sacerdotes prohibentur cum mulieribus habitare to.2.159.C.244.B
Graue est pondus sacerdotij. to.2.165.G
Sacerdos debet prædicationi intendere. Ibid.G H
Sacerdotis magna merces est post iniurias in veritate permanere. Ibidem.L
Sacerdos concubinarius est deponendus à sacerdotio. to.2.169.H I
Sacerdotalis indignatio virtute sit admixta dulcedinis. to.2.172.F
Contumelia sacerdotum est de diuinis cultibus admoneri. Ibidem.I
Sacerdotes à laicis iudicibus opprimi nō debent. to.2.175.C
Sacerdos depositus celebrans, priuatur cōmunione perpetua, nisi in mortis articulo. to.2.177.H
Sacerdotem pati necessitatem, indignum est ecclesiæ. to.2.179.H
De sacerdotibus honorandis, exemplum. tomo.2.180.B & seq.
Sacerdotes interdum dij, interdum angeli vocantur. Ibidem.C
Sententia Constantini de sacerdotibus. Ibidem.C
Sacerdotis arrogantia mordetur. Ibidem.G & sequentibus.
Multi sacerdotes Constantinopolitani lapsi sunt in hæreses. Ibidem.H
Sacerdos humilitatē in mente, & dignitatem sacerdotij in honore seruare debet. to.2.181.I
De his qui subitò fiunt sacerdotes, vt fiant episcopi. to.2.185.B C
Principes in causis sacerdotalibus nō se misceant. to.2.188.K L
Deus à sacerdotis officio non quærit aurum, sed animas. to.2.189.D
Cor sacerdotis dicitur arca testamenti. to.2.202.L
Sacerdotum mores & vita. to.2.203.A
De sacerdotali officio post lapsum restituendo. to.2.208.H
Sacerdotes ex laicis non sunt ordinandi. tom.2.215.I.216.C
In sacerdotibus fides est eligenda cum vita. to.2.216.A
Sacerdotes ab episcopis suis supra modū nō grauentur. to.2.242.F
Dignitas sacerdotalis, vita, ac officium declaratur. to.2.154.K
Sacerdotis culpa à superiori persona non expiatur. to.2.269.G
Sacerdotes Dagon adhuc sunt qui per immunda desideria dæmonibus sacrificant. to.2.279.H
Sacerdotium Iudaicum sacram scripturam habet, sed virtutem eius non habet. to.2.275.A
Sacerdotes reprobi causa sunt ruinæ populi. to.2.267.B C
Sacerdotibus veteris legis mortuis nouos dominus suscitauit. to.2.268.G H
Sacerdotes summi & minores Christus à Iudæis amouit. to.2.268.D E
Sacerdos fidelis iuxta cor & animam dei debet assumi. to.2.270.I K
Sacerdos fidelis quomodo cognoscitur. tomo.2.270.L
Sacerdotes dei electi eius sunt. to.2.271.E
Sacerdos iudicat, cum non humanum arbitrium, sed diuinum sequitur. to.2.284.M

Sacerdotium.

Sacerdotij veteris domus Iudæa fuit. to.2.276.D
Sacerdotium Iudæorum in perfidiæ suæ cæcitatē sepultum est. to.2.274.M & seq.
Sacerdotium à Iudæis ablatum. to.2.268.E
Sacerdotij veteris æmulus est ordo nouorum prædicatorum. to.2.268.E

Sacramentum.

Sacramenta foris percipimus, vt intus sancti spiritus gratia repleamur. to.2.326.H
Sacramenti virtus est gratia spiritus sancti. to.2.300.C
Sacramenta suscipit vnctionis, qui in culmine ponitur. to.2.296.I

Sacrificium.

Quid sacrificia animalium in veteri lege designabant. to.1.167.M
Gratum deo sacrificium, est afflictio contra peccatum. to.2.102.F
Sacrificium deo magis acceptum. to.2.126.H
Sacrificium deo acceptabile, est ipsum puro corde laudare. to.2.142.C
Deus in cultu proprio reseruauit vsum sacrificiorum diabolo oblatorum. to.2.234.H
Sacrificium multiplex. to.2.258.F G

Sacrilegus.

Sacrilegum, est sanctorum corpora tangere. to.2.175.G & seq.
Pœna sacrilegi. to.2.252.G

Sadoc.

Sadoc, Latinè dicitur iustus. to.2.96.H

Sagena.

Per sagenas vel gurgustium piscium, ecclesia fidelium designatur. to.1.201.B

Sagitta.

Sagittæ verba designāt prædicationis. to.1.37.H & 206.C
Sagittæ animaduersionis sententias signant. Ibidem.I
Sagittæ domini spiritum hominis ebibunt. Ibidem.I K
Sagittam dominus de pharetra iacit. to.1.121.D
Sagittæ de cœlo in vrbem Romanā cadentes visæ sunt. to.2.40.M
Sagittæ sunt verba dei. to.2.137.H

Sal.

Sal literæ, in lege quid sit. to.1.37.M

Saliua.

Saliua in os ex capite delabitur. to.1.47.C & se.
Saliua sapor est intimæ contemplationis. Ibi.C D
Saliuam glutire quid sit. Ibidem.D E
Saliua oris dei, est sapientia eius. to.2.70.L

Salix.

Salices quid designent. to.1.198.A

Salomon.

Salomon accepta diuinitus sapiētia, certamen turpium mulierum accepit. to.1.47.B
Salomon ex mulierum assiduitate in idololatriā versus est. to.1.72.L
Iudicium Salomonis inter duas mulieres. tomo.1.126.E F
Salomon nihil prius aduersitatis habuit, quàm in idololatriam laberetur. to.2.15.B
Ratio librorum Salomonis. to.2.44.F
Salomon pacificus dicitur. Ibidem.M
Per Salomonem Christus intelligitur. Ibidem. & 47.G

Saluandus.

Quis saluandus sit in extremo examine. tomo.1.94.A

Saluari.

Nemo sua dextera saluari, sine dei adiutorio, potest. to.1.193.A

Saluus.

Quidam saluos suis se viribus exultant. tomo.1.108.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

Salus.

Salus corporis non æstimatur, donec sentiatur amissa. to.2.10.B
Salutē vt recuperemus, amara potamus. t.2.99.D
De salute plurimorum amicorum. to.2.196.I
Salutis viam quomodo à prædicatoribus discere possimus. to.2.293.M
Salutatio viri sancti. to.2.298.C

Salutare.

Salutare in itinere quis dicatur. to.2.107.K

Samaræi.

De Samaræis qui mācipia emunt & circuncidūt. to.2.189.IK
Samaræis non debent Christiana inseruire mancipia. to.2.201.K

Samaritani.

Samaritani domino prædicanti crediderunt. to.1.8.I
Samaritanus, seminiuus relictus, fouetur vino & oleo. to.1.118.A
Samaritano vulnerato applicatur vinū & oleum to.2.5.K
Samaritanus custos interpretatur. to.2.109.C

Samson.

Samson, amissis oculis, ad molam deputatus est. to.1.47.EF
Samson Philistæos occidens Christum figurabat. to.1.170.G
Samson Christi resurrectionem figurauit. tom.2.112.I
De Samsonis gestis exponendis. to.2.238.M

Samuel.

Benignitas in Samuele. to.1.158.B
Samuel in vnctione Dauidis Saulem timebat. to.2.55.E
Samuelis & Saulis comparatio. to.2.288.K
Samuelis interpretatur nomē eius deus. to.2.257.L
Samuel gentilem populum fidelem repræsentat. to.2.265.M
Samuelis conuersatio. to.2.271.G & seq.
Samuel senex & propheta dicitur. to.2.289.G
Samuel mala quæ non fecit exposuit, bona vero quæ fecit, tacuit. to.2.304.K
Samuel de prælatione sua non terrena, sed cœlestia quæsiuit. to.2.304.K

Sancti & Sanctus.

Viri sancti maledicentes non peccant. to.1.17.H
Viri sancti maledicentes, non vltione, sed iustitia hoc faciunt. Ibidem.
Quòd sancti nolentes aliquas peccati reliquias trahant. to.1.20.G
Sancti viri videre verum mauē appetunt. Ibid.K
Quantalibet virtute nunc sancti fulgeant, resurrectionis gloriam quam expectant non intelligunt. Ibidem.KL
Sancti viri ad patriam festinantes, huius peregrinationis prosperitatem contemnunt. to.1.23.K
Sancti viri claresce re in prosperitate refugiunt. Ibidem.
Sancti se mundo mortificare cupientes, præsse in regimine compelluntur. to.1.24.B
Viri sancti vnde locupletiores fiunt, se destructiores existimant. Ibidem.B
Sancti quomodo peccatis occurrunt. Ibidem.M
Sancti viri in prosperitate dissimulant. tome.2.25.C
Silent & quiescunt. Ibidem.D
Sancti qui in hoc mūdo pereunt, ad æternam gloriam pereundo seruantur. to.1.26.G
Sancti viri spe exultant, pauore trepidant. to.1.27.E
Sancti viri foris despecti sunt. to.1.33.F
Sanctis bonorum studiis malorum vita contradicit. to.1.38.F
Sancti viri nec ex elatione liberi, nec ex timore sunt submissi. to.1.42.A
Armatura sanctorum in hæreticos. to.1.42.I
Sancti viri ex conscientia bonæ vitæ, fideiter expectant præmium æternum. to.1.43.K
Qui sancti videntur, macula peccati non carent. to.1.45.E
Sancti ad cordis secreta semper redeunt. t.1.46.D
Sancti certissimè sciunt quia in hac vita requiem habere minimè possunt. Ibidem.H
Sanctorum suspendium est elenatio ad astra. Ibidem.
Sanctorum desperatio est terrenarum voluptatum abdicatio. Ibidem.I
Quò verius sancti summa cognoscunt, eò sublimius terrena despiciunt. Ibidem.M
Sanctorum & hypocritarum differentia. tomo.1.49.IK
Sancti etiam sine causa flagellantur, non vt puniantur, sed vt probentur. to.1.54.BC
Viri sancti incerti sunt vt confidant. to.1.56.B
Sancti, quantumcumque mūdi, se reputāt immundos. Ibidem.BC
Viri sancti tentationum miseria afficiuntur. to.1.58.H
Sancti viri cùm à deo relinquuntur, ruinæ suæ dispendia non sentiunt. Ibidem.M
Viri sancti, ab impiis deuisi, ad testem conscientiæ deum concurrunt. to.1.64.M
Quomodo sancti viri carnes suas lacerare dicantur. to.1.68.M
Sancti patres ad legem amoris à lege timoris desiderabant venire. to.1.69.H
Sancti in laboribus huius mundi quasi mercenarij gemunt. to.1.71.D
Sanctorum mors in nobis per exemplum fructificat. Ibidem.DE
Sancti propter excellentiam vitæ cœli vocantur. to.1.73.I
Sancti ante iudicium mundi ad perfectum esse nō possunt. Ibidem.I.
Sancti & si interdum peccent, nō tamen in superbia perseuerant. to.1.74.B
Sancti admirantur cur peruersi aduersus eos prævalere permittantur. to.1.78.F
Sancti dum à cœlestium consideratione ad terrenas curas descendunt, torqueri dicuntur. Ibidem.KL
Sancti ab Adam vsque ad Christum, ad infernum descenderunt. Ibidem.LM
Sancti in inferno sine tormentis tenebantur. Ibidem.M
Sancti possunt esse sine regno peccati, non autem sine peccato. to.1.80.KL
Sancti viri irrideri non metuunt. to.1.89.B
Sanctos culpa fallaciæ torquet alienæ. to.1.91.L
Sancti, pessimorum consortia execrantur. tom.1.103.F
Sancti operum suorum gloriam non appetunt, sed refugiunt quod esse meruerunt. Ibidem.H
Quare sancti viri aliquando laudes suas manifestant. Ibidem.I
Nulli sancti dici debent nisi se sapientiæ seruos esse agnoscant. to.1.109.A
Sanctorum virorum est bona sua occultare. to.1.114.K
Sancti viri interdum coram hominibus compelluntur bona facere, vel facta narrare. Ibi.KL
Quidam sancti venerari appetunt, vt reuerenter audiantur. Ibidem.L
Sanctorum lux in terrenorum desideriis non est, quorum conuersatio est in cœlis. to.1.117.E
Sancti sic de spe certi sunt, vt tamen sint semper de tentatione timidi. Ibidem.G
Probatio sanctitatis non est signa facere. t.1.118.I
Sanctos suos dominus remunerando adimit, derelinquendo probat, donis firmat, tribulationibus tentat. to.1.121.K
Sancti in extrema persecutione victi tormētis deficient. to.1.122.EF
Sancti mortem præsentem non ad consumptionem sibi esse intelligunt, qui de resurrectione confidunt. to.1.123.B
Verè sancti sunt qui inter malos conuersari innocentes possunt. Ibidem.IM
Sancti viri quanto se subtilius in cogitatione cōstringunt, tāto à supernō iudice sua districtius considerari conspiciunt. to.1.125.L
Sancti viri non præesse cæteris gaudent, sed prodesse. to.1.127.A
Sancti viri cùm præsunt, non in se potestatē ordinis, sed æqualitatem conditionis attendunt. Ib.
Sancti virī non suam gloriam, sed subditorum iustitiam quærunt. Ibidem.I
Sancti viri à subditis interdum timeri appetunt. to.1.127.B
Sancti non sibi, sed deo tribuunt, si quid bonihabent. Ibidem.E
Sancti viri cum inferioribus contēdentes, malunt grauari quàm grauare. Ibidem.K
Sancti viri aurum robur suum non deputant. to.1.128.L
Sancti viri exultant cùm faciunt quæ cognouerūt to.1.129.C
Sancti nec de bono opere vel fama, nec coram hominibus, nec in conscientia gloriantur. Ibid.D
Viri sancti nec de scientia, nec de operis magnitudine iactantur. Ibidem.K
Sancti viri interdum de bona opinione sua gaudent. to.1.13..A
Sancti in commotionis tentatione, seipsos ostendere refugiunt. to.1.131.I
Sancti sententiam suam abscondunt, quādo aliorum vitam loquendo lucrari non possi nt. Ibidem.IK
Non solum quod sancti viri dicunt propheticum est, sed etiam quod agunt. to.1.132.M
Cautela sanctorum virorum. to.1.137.H
Sancti in hac vita diuinæ naturæ secreta quasi sub quadam imaginatione conspiciunt. Ibid.I
Sanctis viris dormire in lectulo. Ibidem.K
Sanctorum exempla conspiciens, iniquam se esse deprehendit. to.1.140.I
Sancti viri vicissim alios sibi cōsideratione virtutum præferunt. to.1.141.BC
Sancti humiles in nulla voluptate carni obediunt. to.1.143.L
Exempla sanctorum ad renouationem nos multū adiuuant. to.1.145.M & seq.
Sancti humanum iudicium non timent, sed diuinum. to.1.149.DE
Quomodo sancti viri luxuriæ cogitationibus occurrunt. to.1.151.I
Sancti transitoria quæque despiciunt. Ibidem.K
Quomodo sancti viri super iumenta terræ, & super volucres cœli virtute eruditionis excrescūt Ibidem.
Sancti viri, reges in sacra scriptura vocantur. to.1.154.B
Modus corrigendi sanctorum virorum. to.1.156.I
Quomodo sancti coniuncti sunt intentione, & disiuncti tempore. to.1.174..A
Sancti viri intra se collecti occulta etiam aliena delicta deprehendunt. to.1.184.B
Sancti viri de suis & auditorum cordibus terre-

mas eiicimus cogitationes. to.1.186.E.& seq.
Sancti viri nec insidiis, nec minis, nec disputationibus, nec pœnis terrentur. to.1.187.I
Vir sanctus quò maiore persecutione premitur, eò ad prædicandum acrius instigatur. Ibidem.L
Vir sanctus ad regnum non potest, nisi interposita morte transire. to.1.188.C
Qui viam sanctitatis appetunt, in errorem lapsi tardius emendantur. to.1.196.A
Sancti dum tentantur humiliantur, dum humiliantur iam diaboli esse desinunt. to.1.200.B
Diabolus elatos in sanctitate non amitteret, nisi tentaret. Ibidem.
Quanto viri sancti contemplando diuiniora cognoscunt, tanto minus se esse reputant. tomo.1. 209.I
Bona quæ de sanctorum vita cognoscimus, si veritate carent, nulla sunt: si mysteria nõ habent, minima sunt. to.1.214.A
Sancti viri sunt templa dei. to.2.12.A
An sancti viri omnia quæ volunt possint, & cũcta impetrent quæ desiderant. to.2.27.L
Quare sancti extra loca suorum corporũ maiora miracula faciant. to.2.284.G
Sancti viri vt ab illicitis longè absint, etiam illicita abscindunt. to.2.37.H
Cur sancti pro damnatis non orent. to.2.42.F G
De quodam sancto viro, qui ad mortem veniens expauit. Ibidem.H
Sancti viri inter illusiones & reuelationes somniorum discernunt. Ibidem.M
Viri sancti sfretis terrenis, ea ad quæ facti sunt contemplantur. to.2.48.I
Sancti qui perfectè mundum reliquerunt, iudices erunt. to.2.57.A
Quomodo sancti similes erunt Christo. Ibidem.F
Sancti omnia opera sua in laudem creatoris referunt. to.2.60.L
Sancti amando discunt, quod docendo proferunt. Ibidem.
Sancti viri cauent ne vitia sub specie virtutis nutriantur. to.2.62.L
Nemo sanctorum ad cœlestem gloriam, nisi patiẽtiam seruando, peruenit. to.2.63.H
Deus sanctorum mentes cœlesti implet desiderio, & ipse exaudit impletas. to.2.64.K
Quicquid in sanctorũ virtutibus agitur, eius est gratiæ qui merita largitur. Ibidem.L
Sancti viri sortia agentes, de se vitia sentiunt. to.2.101.I
Impossibile est viros sanctos in cogitatione, vel locutione, non peccare. to.2.136.A
Sancti viri quantumcunq; virtute polleant, habẽt tamen adhuc de culpa quod fleãt. Ibidem.H
Viri sancti dicuntur compediti & gementes. to.2.146.I
Sancti dicuntur opertorium dei. to.2.147.L
De gestis sanctorum per Italiam. to.2.170.D
An corpora sanctorum possint à terra extrahi. to.2.175.H I
Sancti viri duobus modis à licitis solent abstinere. to.2.230.A
Sancti viri in iudiciis suis faciles nõ sunt qui deo displicere metuunt. to.2.287.A
Sanctus quisq; hoc accepit à Christo quo sanctus est. to.2.261.L
Sanctorum gesta sequentium solatia sunt. tomo. 2.286.K

Sanctificatio.

Sanctificationis gratiã extra filium homines inuenire non possunt. to.2.261.L
Sanctificationem quomodo à deo accipimus. tom. 2.264.B
Sanctificatio corporis pudicitia, mentis charitas & humilitas. to.2.325.E
Sanctificare quid sit. to.2.325.E

Sanctimoniales.

De Sanctimonialibus fœminis post mortem absolutis. to.2.26.L
De quadã sanctimoniali fœmina in Ecclesia sancti Laurentij sepulta, quæ dimidia apparuit incensa. to.2.43.A B
De sanctimonialibus ad seculum reuersis. tomo. 2.179.A
De Sanctimoniali de monasterio egressa, & marito sociata. to.2.219.G

Sanctuarium.

Lapides sanctuarij qui sunt. to.2.6.B

Sanctulus.

De Sanctulo presbytero prouinciæ Nursiæ. tomo. 2.35.A
Sanctulus à Longobardis oleum petẽs irrisus est, & iniuriis afflictus. Ibidem.B
Sanctulus aquam benedicendo in oleum conuertit. Ibidem.
Sanctulus panem in clibano miraculosè reperit. Ibidem.C
Sanctulus Ecclesiam beati Laurẽtij à Longobardis incensam restaurare cœpit. Ibidem.
Sanctulus diaconum captiuum in custodiam recepit. Ibidem.
Sanctulus captiuum fugere præcepit. Ibidem.E
Carnifices electi ad Sanctulum decollandum manus in aere cum gladio remanfit. Ibidem.E F
Sanctulus omnes secum reduxit captiuos. Ibidem.E
Sanctulus carnificem iuramento recepto, nunquã Christianum se occisurum, sanauit. Ibidem.

Sanguis.

Sanguis dicitur peccatum. to.1.77.D. & tomo.2. 217.G
Quid Sanguinem Christi lambere. to.1.190.I.
Sanguinem subditorum dominus de manu speculatoris requirit. to.2.73.C
Sanguinis nomine quid designetur. Ibidem.D
Non est mundus à sanguine subiectorum, qui dei consilium illis non annunciat. to.2.156.K

Sanies.

Sanies corporis, est lutum. to.1.12.C
Sanies peccata longa vetustate peiora designat. to.1.14.B

Sanitas.

Nihil prodest sanitas in superficie corporis, si vulnus animæ intrinsecus latet. to.2.171.D

Saphyrus.

Saphyrus lapis preciosus aeream habet speciem. to.2.109.D.& 196.A
Saphyrus prædicatores noui testamenti potest designare. to.1.109.D
Saphyrus angelos designat. Ibidem.

Sapiendum.

Non plus sapiendum quàm oportet. to.1.96.C

Sapiens.

Deus sapientes reprehendit in astutia eorum. tom. 1.33.L.34.B
Sapientes huius seculi in proprium sensum præcipites ruunt. to.1.80.C
Difficile est eum qui se sapientem existimat, mentẽ ad humilitatem reducere. to.1.97.M
Quomodo plærique antiquorũ sapientes essent & curis temporalium insisterent. to.1.108.I
Differunt verba Sapientum mundi, & sapientiæ dei. to.2.109.C
In sapiente requiritur senectus cordis. to.1.113.L
Finis locutionis sapientium est consque dicere donec aduersarius silentium imponant. tomo. 1. 135.F G
Sapientes mundi Antichristo adhærebunt. tomo. 1.203.F
Sapientes huius seculi in se destruant, quod se sapientes arbitrantur. to.2.8.H
Sapiens illicita superat, qui etiam concessis non vtitur. to.2.207.B
Sapientis viri proprium. to.2.224.E
Sapientes nõ in inferno, sed in cœlo sibi domũ parant. to.2.270.D

Sapientia.

Sapientia prior bonorum sequentium in electorũ corde nascitur. to.1.9.M
Dominus Hebræorum Sapientiam reprobauit. to.1.34.B
Sapientia huius mundi. to.1.65.A
Sapientia istorum. Ibidem.B
Vna & eadem sapientia diuersos diuersè afficit. to.1.66.G
Incarnata dei sapiẽtia lignum dicitur. to.1.71.E
Qui falsæ sapientiæ suæ fiducia decipiuntur, ad veram sapientiam venire non possunt. tomo.1. 78.I K
Sapientia Ecclesię exercetur, cùm tentatur verbis. to.1.102.L
Humana Sapiẽtia, nec teneri loco, nec emi diuitiis potest. to.1.107.L
Quid precium Sapientiæ diuinæ nescire. Ibidem. L M
Sapientia diuina non inuenitur in terra suauiter viuentium. Ibidem.L.& 108.E
Sapientia non est in corde iniquorum. to.1.108.E & sequentibus.
Sapientia non est in corde inquieto. Ibidem.H I
Cur dei Sapientia in mundũ venerit. to.1.109.B
Verba Sapientiæ mundanæ, verborum cõpositionibus sæpe mentiuntur. Ibidem.C
Sapientia dei non fucatur coloribus. Ibidem.
Quare Sapientia sardonico vel saphyro non confertur. Ibidem.D E
Sapientia non habet aliud esse, aliud sapere. Ibidem.K
Differentia sapiẽtiæ dei & hominũ. Ibidem.K L
Sapientia dei hoc quod habet, ipsa est. Ibidem.L
Sapientia dei non nisi inuisibiliter inuenitur. to. 1.110.A
Sapientia abscondita est ab oculis omnium viuẽtium. Ibidem.G
Sapientia humanam replens animam, sanctã facit. Ibidem.
Locus sapientiæ pater est, sicut locus patris sapientia est. to.1.111.G
Sapientia est bonorũ operum magistra. to.1.132.K
Contemplari dei sapientiam non possunt, qui sibi videntur sapientes. to.1.163.H
Quid requiratur ad dei sapientiam contemplandam. Ibidem.I
Vera Sapientia hominis quæ sit. to.1.164.I M
Sapientia Sanctorum à deo est. to.1.175.L
Quid sit sapientiam in visceribus hominis poni. Ibidem.M
Sapientia huius mundi infidelis est. to.1.190.I
Qui seipsum nondum despicit, humilem dei sapientiam non apprehendit. to.1.208.C
Omnis sapientia humana, diuinæ comparata, insipientia est. to.1.209.H I
Sapientia dei ineffabilis, quæ sit. to.2.65.K L
Sapientes seculi quomodo fallantur. to.2.287.A

Saponaria.

De Saponariis ciuitatis Neapolitanæ. to.2.221.B

Sara.

Sara post ostium se abscondit. to.1.60.F
Sara promissiones dei audiens, videt. Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sardonicus.

Sardonicus lapis preciosus terræ rubræ similitudinem tenet. to.1.109.C D
Sardonicus hominem designat. Ibidem.D
Sardonicus patres veteris testamenti designare potest. Ibidem.

Satan.

Quòd Satan inter filios dei affuit absens præsenti, sicut cæcus non videns lumen à quo illustratur. to.1.5.B
Quomodo Satan inter filios dei astitisse dicatur. Ibidem.E F
Satan venit coram domino, non vt videret, sed vt videretur. Ibidem.F
Quomodo Satan dicatur circuisse terram, & eam perambulasse. Ibidem.G
Quid sit quòd dominus Satan interrogasse, & Satan domino respondisse perhibetur. Ibid.H
Satan nil se facere putat, nisi animam sauciet. to.1.6.F
Satanæ voluntas semper iniusta, numquam iniusta potestas. Ibidem.F
Quomodo egreditur Satan à facie domini. Ibidē. H & seq.
Quare Satan inter filios dei affuisse dicitur. to.1.7.I.
Quòd ab Adam vsque ad aduētum Christi, Satan nullum qui sibi plenè resisteret, repererit. to.1.8.B
Quare Satan in die requiritur de viis suis. Ibid.
Quare Satan expetiuit à domino omnē Iob tangi substantiam. Ibidem.F
Satanæ manus, non potestas, sed tentatio eius intelligitur. Ibidem.
Quid sit Satan à facie domini exiisse. Ibidem.
Quòd Satan dicitur seruare, quæ non permittitur tangere. to.1.12.A
Satanæ manus, eius potestas intelligitur. to.1.13.L
Satan caput erat Pilati. Ibidem.M
Satanas tenetur ligatus in abyssō vsque ad finem mundi. to.1.18.I
Satan, leo dicitur, & tigris. to.1.27.D
Satanæ fraudis varietas. Ibidem.D
Satan transfigurat se velut angelum lucis. to.1.173.D

Satiari, & Satietas.

Ars magna est satiari. to.2.90.E
Angustia ex satietate nascitur. to.1.87.L

Satisfacere.

Solus deus potuit satisfacere pro genere humano. to.1.139.L.140.A
Satisfacit deo qui malè acta dimittens ad bona conuertitur. to.2.203.L
Satisfaciendum est prius deo, quàm hominum gratiam inueniamus. Ibidem.M

Satisfactio.

Magna satisfactio percussionis, est voluntas iusta conditoris. to.1.192.B
Satisfactione non facta, culpa non est remittenda to.2.203.L
Satisfactio quantum requiratur ad confessionem. to.2.323.B & seq.
Satisfactio requiritur post confessionem. tomo.2. 321.H

Saul.

Saul vultus & mortuus Christū signat. t.2.17.A
Saul Dauid lancea persequitur. to.1.31.D
Saul volebat dare Dauid in manus Philistinorum. to.1.34.A
Historiæ Saul expositio. Ibidem.
Saul fuit de numero prophetarum. to.1.156.I.
Quare Saul fuerit reprobatus. to.1.208.C
Saul prius dignus assumpto regimine inuenit, & factus est indignus. to.2.2.G
Saul per humilitatem prælatus est, per superbiam reprobatus. to.2.5.E
Saul non secundum gratiam sed secundum iudicium electus est. to.2.289.C D
Saulis electio & mores. to.2.291.K & sc.
Saul & corpore & virtute cæteris præstans eligitur in regem. to.2.288.K & fo.seq.B C D
Saul propter humilitatem electus, propter superbiam reprobatur. to.2.321.D E
Saul sorte quæritur ad eligendum. to.2.301.E
Saulis inobedientia ex superbia. to.2.319.H I
Saul cor immutatum habere dicitur. t.2.300.B C
Saul multis gradibus est electus. to.2.304.E
Saulis reprobatio. to.2.308.A & seq.
Saulis immutatio subita. to.2.300.G
Saul quomodo vnius esset anni cum regnare cœpisset. to.2.306.C
Saul tempora quibus factus est superbus ad regnum deputata non sunt. to.2.306.C
Saulis prima inobedientia. to.2.307.M & sc.

Saulus.

Saulus lapidantium Stephanum vestimēta seruabat. to.2.110.D
Saulum persecutorem suum dominus de cœlo allocutus est. to.2.126.A

Scabies.

Ingem habere scabiem. to.2.3.L

Scandalum.

Qui per verba sua aliis scandalum dederit, reus erit peccati eorum. to.1.101.A
In dominicæ incarnationis mysterio, aliis lux veritatis ostenditur, aliorum verò corda per scandalum tenebrantur. to.1.174.H
Non est ponendum scandalum pro negligentia debiti operis. to.2.18.B
Scandalum proximi aliquando cauendum in nostro bono opere, aliquando permittendum. to.2. 63.A
Si de veritate scandalum sumitur, vtilius permittitur nasci scandalum, quàm veritas relinquatur. Ibidem.B
Scandalum proximorum vitare debemus in quātum sine peccato possimus. Ibidem.
Scandalum à Christianis pellatur. to.2.193.K
Scandala quædam vitanda sunt, alia vitanda non sunt. to.2.229.I
Scandalum quàm malum sit in ecclesia. tomo.2. 244.H

Scelus.

Graue peccatum est scelus permittere quod potest impediri. to.2.176.D
Scelus non nisi magnum peccatum dicitur. to.2. 322.B C

Schisma.

Schisma fuit in Ecclesia propter nomen vniuersale. to.2.183.A
Iuramenta redeuntis à schismate ad vnitatem. to.2.237.G H

Schismaticus.

De schismaticis ad ecclesiam redeuntibus. to.1. 213.E
Schismaticus proximum non diligit. to.1.105.M
De schismaticis. to.2.199.I.204.H.212.M & seq.

Scholastica.

De miraculo Scholasticæ sororis Benedicti. to.2. 27.I.
Scholastica Benedicti soror, ad eum semel in anno visitandum veniebat. Ibidem.
Scholastica orando pluuiam, tempestatemq; impetrauit. Ibidem.M

Scientia.

In comparatione dei scientia nostra ignorātia est. to.1.92.B
Nulli æternitatis scientia tribuitur, in hac vita. to.1.101.E
Veræ scientiæ virtus. to.1.136.M
Ex scientia aditus elationis panditur. to.1.156.D
Tanto à dei scientia longè repellimur, quanto eius potentiam nos comprehendisse suspicamur. to.1.157.F
Quæ sint perfectæ scientiæ. to.1.162.F & seq.
Ter incrementa temporum, creuit scientia spiritalium patrum. to.2.83.H
Scientiæ doni perfectio. to.2.89.H C
Fons scientiæ est deus. to.2.125.H
Scientia secularis nihil facit contra malignos spiritus. to.2.309.E

Scirpus.

Scirpus, & carectum, hypocritæ vitam signant. to.1.48.H
Scirpus hypocritas, cæteræ herbæ sanctos designant. to.1.49.I

Scorpio.

Scorpiones sunt blandi, mali, & noxij. to.2.68.I

Scriba.

Scribæ & legislatores consiliarij dei erant. to.1. 83.G

Scriptura.

Paucorum est fortia & occulta scripturæ cognoscere, multorum verò aperta sentire historiæ. to.1.2.M
Scriptura sacra aliquando nobis cibus est, aliquando potus. Ibidem.
Scriptura sacra est quasi quoddam mentis speculum. to.1.5.A
Sacræ scripturæ vires & materiæ. Ibidem.
Quomodo sancta scriptura ex qualitatibus actu vel temporis, vel ex corporis situ, locorum finem exprimat, effectusq; causarum. to.1.5.B C
Quæ de die sacra scriptura cœpta memorat, satis felicem habuere exitum. to.1.5.C
Contrarium de nocte. Ibidem
Modus sacræ scripturæ in enarrandis æternis. to.1.7.I K
Sacra scriptura sicut pro toto partem, sic pro parte totum ponere solet. to.1.13.C.to.2.115
Sacra scriptura interdum reprehendenda præcipit, & præcipienda reprehendit. to.1.16.B
Sensus literalis sacræ scripturæ, & faciestim. Ibidem.
Solam historiam scripturæ agnoscere, est ipsam faciem tenus videre. Ibidem.
Scriptura ex præmissis indicat sequētia. t.1.17.E
Scriptura sacra duobus modis maledictum memorat. Ibidem.
Sacræ scripturæ studij vtilitas. to.1.24.I
In sacra scriptura per quamlibet rem, licitè diuersa figurantur. to.1.27.B
Quibus modis sacra scriptura somnum accipiat. to.1.18.A & seq.
Quare in sacra scriptura vtitur nominibus afferū, impositis à poetis. to.1.52.G
Quare in sacra scriptura vtimur sermonib⁹ septem seculi. Ibidem.
Sacra scriptura damnatio est his qui vel scire nolunt, vel sciendo contemnunt. to.1.87.I
Quare sacræ scripturæ longitudo est.20. ambitus, & latitudo.10. Ibidem.
Multæ delitiæ in sacra scriptura reperiuntur. to.2. 93.I
Multi sensus ex sacra scriptura trahuntur. Ibidem.K
Expositio spiritalis sacræ scripturæ illuminat quod litera caliginosa obscurabat. to.1.107.H

Sacræ scripturæ secreta & vtilitates. t.1.116.M
Sacra scriptura transcendit nostram scientiam. Ibidem.
Sacra scriptura terret nos ne terrenis nimium inhiemus, sed æternis inhæreamus. to.1.146.D
Sacra scriptura à plurali ad singularem, & econtra, sæpe transire solet. to.1.151.C
Aliud est quod per sacræ scripturæ omnibus præcipitur, aliud quod perfectioribus. to.1.153.M
Sacra scriptura eodem verbo superbos premit, quo humiles leuat. to.1.199.K
Scriptura sacra aliquando præterito pro futuro, & contra, vtitur. to.1.205.H
Quare sacra scriptura membra humani corporis ad spiritalem cognitionem trahat. to.2.44.D E
Sacram scripturam diuersi diuerso modo audientes capiunt. to.2.61.A B
Sacra scriptura lignum crucis per legem nobis prænunciat. Ibidem.K
Statura sacræ scripturæ. to.2.62.B C.& seq.
Altitudo sacræ scripturæ. Ibidem.& seq.
Sacra scriptura habet staturam, altitudinem & horribilem aspectum. to.2.62.B C.& seq.
Aspectus horribilis sacræ scripturæ. Ibid.& seq.
Per præcepta sacræ scripturæ reuiuiscimus, qui in culpa mortui iacebamus. to.2.63.K
Liber inuolutus, est sacræ scripturæ eloquium obscurum. to.2.69.B
Quare in libro sacræ scripturæ scribantur lamentationes, carmen, & væ. Ibidem.F.& seq.
Liber sacræ scripturæ est speculum. Ibidem.G
In libro sacræ scripturæ, cuncta quæ ædificant, omnia quæ erudiunt, scripta continentur. Ibidem.
Scriptura sacra quomodo cibus est. Ibidem.L
Cibus & potus. Ibidem.
Per ea quæ in sacra scriptura occultantur, nostra humilitas approbatur. to.2.84.K
Tota nostra munitio in sacra continetur scriptura. to.2.81.M.& seq.
In intellectu sacræ scripturæ respui nō debet, quicquid sanæ fidei non resistit. to.2.172.A
Scriptura sacra est epistola dei ad creaturam suā. to.2.183.F
Sacram scripturam, non grammaticam, debet episcopus docere. to.2.231.D E
Sacræ scripturæ virtutem non habens, ad fidem non erigitur. to.2.275.A
Scriptura sacra quotidie Iudæis caliginem sui erroris insinuat. to.2.267.G
Scripturarum regulæ per fines Beniamin designātur. to.2.297.C
Scriptura vetus ad nouæ confirmationem adducatur. to.2.258.L
Scripturas veteres sine præceptore intelligere non possumus. to.2.258.L
Scripturæ sacræ male exponendo peruertuntur. to.2.298.K
Testimoniis sacræ scripturæ vti debent rectores in nostra correctione. to.2.308.H

Scutum.

Scutum multipliciter dicitur. to.1.202.H
Scutum pro diuina defensione sumitur. Ibidem.
Scutum pro humana repugnatione dicitur. Ibid.

Secretum.

Secreta dei nemo inquirendo valet inuenire. to.1.61.B C

Seculum, & Secularis.

Seculum, beatæ vitæ designat æternitatem. to.2.148.A B
Pericula multa sunt in via præsentis seculi. to.2.151.K
In rebus secularibus suum cuique ius & ordo seruandus est. to.2.276.K

Secum.

Quid est aliquem secum esse. to.2.24.D

Secundinus.

De scriptis Secundini. to.2.247.K

Securis.

Redemptor noster dicitur securis. to.2.111.E
Securis nō ad ramos, sed ad radicem, quare posita dicitur. Ibidem.

Securitas.

Differentia securitatis mentis bonæ, & pravæ. to.1.24.D.& seq.
Securitas, mater est negligentiæ. to.1.141.I to.2.195.H
Conuersio securitatem parit. Ibidem.

Sedechias.

Occidit rex Babylonis filios Sedechiæ in Reblatha, in oculis eius, &c. to.1.40.F

Sedere, & Sessio.

Sedere quiescentis est. to.1.10.L
Sedere cum senatoribus terræ, quid sit. tom.1. 32.C
Sedere in pulure. to.1.33.G
Sedere, est humilitatem pœnitentiæ appetere. to.1. 181.C
In cathedra pestilentiæ sedere. to.2.17.C
Sedere quid sit. to.2.149.G
Fructus sessionis Christi in corde nostro. tom.1. 117.K

Sella.

De sellis plectilibus dirigendis. to.2.236.M

Semen.

Semen quid significet. to.1.136.H
Semen est verbum prædicationis. to.1.183.A
Quare deus voluit per se explanare parabolam de semine iacto in terram. to.2.106.D
In semine cuncta simul latent. to.2.117.G

Seminantes.

Seminantes iurgia, similes sunt diabolo. tom.2. 13.I K

Seminatores.

Seminatores zizaniorum quomodo admonendi sint. to.2.13.I K

Semita.

Semita Christi humilitas, seculorum superbia. to.1.92.L
Angustior est semita, quàm via. to.1.97.B
Ex semita viæ suæ dominus vitā facit. t.1.147.A
Quæ sint magnæ viuendi semitæ. to.1.162.D

Senarius.

Senarius numerus quomodo perfectus est. to.1. 213.A.& to.2.121.I
Per senarium numerum vitæ actiuæ perfectio signatur. to.2.58.C
Senarij numeri ratio. to.2.84.M.& seq.

Senes.

Iusti senes peccata adolescentiæ formidant. to.1. 70.B

Sennaar.

Sennaar vallis est in qua ædificata est turris Babylon. to.1.84.G
Sennaar factor eorum interpretatur. Ibidem.
Sennaar interpretatur excussio dentiū. to.2.143.H

Sensualitas.

Sensualitatis vigor quomodo euitandus. to.2. 323.I M
Sensualitas quantū hominē deprimat. to.2.319.I

Sensus.

Sensus communis interior, est exteriorum iudex. to.1.66.F G
Sensus diuersi sacræ scripturæ quomodo eliciuntur. to.1.124.G H
Sensus exteriores, sunt viæ mentis. to.1.125.A
Sensibus exterioribus corporis, cura summa adhibenda est. Ibidem.A.& seq.
Pluribus intentus minor est ad singula sensus. to.2.2.H
Quinque sensus corporis exteriores. to.2.84.I
Sēsuū corporis propria & cōtraria. to.2.307.G H

Sententia.

Sententia in ore, consiliū in cogitatione. to.1.93.C
Quid in proferenda sententia agendum sit. to.1. 114.K
Sententia in bonum semper accipitur, si sine reprobationis adiectione ponatur. to.1.134.B
Sententia à sensu vocata est. to.1.136.M
Sententiæ Christi sunt manentes. to.2.98.C
Sententia canonica non prolata, nullus damnari potest. to.1.166.L
Sententia certa in re dubia ferri non debet. to.2. 221.F
Sententia à non suo iudice lata, est nulla. to.2. 245.K
Sententiam ferentes non debent esse præcipites. to.2.249.H

Sentes.

Sentes designant peccatorū punctiones. to.1.119.F

Sepeliri.

Sepeliri in ecclesia quibus mortuis prosit. t.2.43.A

Sepulchrum.

Sepulchrum, est contemplatio diuina. to.1.24.E &.36.E
Sepulchrum etiam vitā actiuā designat. t.1.36.E
Sepulchrum fœlicitatem supremam designare potest. Ibidem.L
Per sepulchra reproborum corda signantur. to.1. 91.F

Sepultura.

De precio pro sepultura non recipiendo. tom.2. 199.G H
Nihil pro sepultura exigendum est. to.2.209.H I

Septem.

Septem diebus vniuersum tempus euoluitur. to.2. 82.G
Septem diaconorum electio. to.2.267.H

Septenarius.

Septenarij numeri compositio. to.1.2.C
Quòd septenarium numerum frequentissimè sacra scriptura pro perfectione ponit. Ibidem.
A septenario numero in duodenarium surgitur. Ibidem.
Septenario numero summa vniuersitatis exprimitur. to.1.15.C D
Septenarius numerus vitæ præsentis decursum signat. to.2.35.B C
Per septenarium ecclesiarum numerum, vniuersalis ecclesia designatur. to.1.134.D
Septenarius numerus multipliciter dicitur. to.1. 210.I.& seq.
Septenarij numeri ratio. Ibidem.
Septenarius numerus quomodo perfectus est. to.1. 213.A B
Septenarij numeri perfectio. to.2.85.I
Septenarius numerus quomodo perfectus sit. to.2. 299.L

Septimus.

Septimus dies quid designet. to.1.2.C

Sequi.

Nemo deum sequitur sine illius adiutorio. to.1. 201.K
Sequentium rerum certitudo, est præteritarum exhibitio. to.2.97.L
Sequi deum quid sit. to.2.98.M
Quomodo sit sequendus deus. Ibidem.
Redemptorē sequamur passionibus amoris. to.2. 119.M

Universidad de Deusto
Biblioteca

Seraphin.
Seraphin incendium dicitur. to.2.66.I
Seraphin cœlestium officium. tom.2.125.B
& sequen.
Seraphin dicuntur ardentes. Ibidem.B.& G
Serere.
Serere, est verba vitæ prædicare. to.1.126.D
Sermo.
Sermonis multiplicitatem ori tribuens, cordis inopiam reprehendit. to.1.48.C
Pro auditoris gratia datur bonus sermo malis doctoribus. to.1.182.A B
Sermo propter bonos & malos auditores aliquando datur, aliquando subtrahitur. to.1.182.B
Eundem dei sermonem alij gaudendo, alij vero inuidendo audiunt. to.1.174.K
Sermo dulcedinem non habet, quem vita reproba in conscientia remordet. to.1.282.I.
Sermo conueniat auditorio. to.1.285.A.& D
Sermo dei contemni non debet. to.2.132.C
Sermo dei quando est preciosus. to.2.274.I M
Sermo domini quomodo proiicitur. to.2.322.D
Serpens.
Serpens non est de culpa requisitus. to.1.131.A
Quid est serpentem pectore & ventre repere, to.1.125.D
Callidus serpens quotidie agit quod in paradiso fecit. to.1.140.G
Prima serpentis suggestio mollis ac tenera est. to.1.194.L M
Quare serpens non interrogatur sicut primi parentes. to.1.202.I.
Serpens hortum custodire iussus. to.2.20.A B
Seruire.
Seruit soli domino qui bonis operibus mala non interserit. to.2.284.H
Seruire domino in omni corde. to.2.305.H M
Seruus.
Seruus quando sit liber à domino. to.1.23.F
Quanta sit securitas seruorum dei. to.1.41.G
Seruus quousque æstum tolerauerit, umbram desiderat. to.1.43.I.
Serui dei pro insanis reputantur, qui tamen in fine gaudebunt. to.1.50.K
Serui dei cum pupillis & viduis temporalia subsidia, & mensam debet habere communē.1.1.127.E
Serui dominos non despiciant. to.2.8.G
Præmium seruorum fidelium. to.1.102.E
Inutilis seruus dominum durum vocat, Ibid.F
Seruorum dei humilitas in afflictionis tempore apparere debet. to.2.163.F
Serui ecclesiarum in eorum dominium transferri possunt qui ecclesiasticis vtilitatib⁹ deseruiūt. to.2.167.F G
Graue peccatū est seruire in seruos dei.to.2.170.F
Serui Iudæorum baptizari volentes libertate donentur. to.2.173.D E
Serui ecclesiarum possunt manumitti. to.2.187.F
Si seruus infra tres menses ab emptione fieri Christianus voluerit, debet vēdi Christiano: si post tres menses, debet manumitti. to.2.189.I
Seruientibus ecclesiis non debent alimoniarum deesse suffragia. to.2.191.E
De seruis dei Blerana ciuitatis. to.2.139.E
Serui non sunt audiendi in accusatione domini sui episcopi. to.2.246.A
Serui regum qui sunt. to.2.291.B C
Seruitus.
Seruitus actiua, libertas contemplatiua vocatur. to.2.58.A
Seruitutis & libertatis vtriusque vitæ differētia. Ibidem.A B
Seruitutis occasione dimitti non debet, quæ pro libera est accepta. to.2.193.B
Seruolus.
Seruolus patientiam habuit maximam. tom.2.106.G H
Seruoli mors glorioſa. Ibidem.H
Seruulus.
Seruul⁹ in exitu angelos cātare audiuit.t.2.38.B
Seueritas.
Seueritas dei post mortem increpantis.to.1.103.K
Sententia iustæ seueritatis plærunque per clementiam temperatur. to.2.273.H
Seuerus.
De Seuero presbytero prouincię Valerię.t.2.27.C
Seuerus lachrymis suis mortuum resuscitauit. Ibidem.D
Suscitatus à Seuero septem diebus pœnituit, & octauo lætus de corpore exiuit. Ibidem.
Violentia Seueri contra Firminum episcopū. to.2.243.K
Sexagenarius.
Sexagenarij numeri ratio. to.2.47.H.& 51.E & 85.E F
Sexaginta.
Per sexaginta sortes, omnes perfectos præcedentes intelligimus. to.2.47.G H
Sichimitæ.
De Sichimitis à filiis Iacob occisis. tom.2.171.M
Sichimitæ Abrahæ pro Sara mortua sepultura gratis concesserunt. to.2.169.H
Sicut.
Dictio sicut, non semper pro similitudine, sed pro veritate interdum ponitur. to.1.103.F
Signaculum.
Signaculum pro fide accipitur. to.1.169.D
Silere.
Silere est mentem à terrenorum desideriorum voce restringere. to.1.25.A
Silentium.
Silentium imponendum est vbi prædicatio contēnitur. to.1.121.E
Silentium est quoddam verbi nutrimentum. to.2.72.I.
Simeon.
Simeon cum multis Israelitis desiderauit videre diem incarnationis. to.1.37.I
Simila.
Simila in sartagine quid sit. to.2.76.I
Simon.
Simon Magus à Petro maledictus est. to.1.17.H
Simon Magus superbia Antichristi abundauit. to.1.169.H
Simon Magus donū spiritussancti pecunia emere voluit. to.2.99.I
Simon Magus fuit ab apostolis baptizatus. to.2.144.K
Simonia.
Simonia damnatur per canones. to.2.108.E
Simonia fuit prima hæresis in ecclesia orta. to.2.185.B.& 214.I.215.K
Simoniæ execratio. to.2.185.B
Mala ex simonia prodeuntia. to.2.215.K
Simonia à beato Petro fuit punita. to.2.230.H
Simoniacus.
Simoniacus indignus est sacerdotio, & aliis culpis obnoxius. to.2.179.E
Simoniaca hæresis est contra sanctam ecclesiam exorta. to.2.185.A
Simoniacè ordinatus, ordine & beneficio priuatur. to.2.173.I.
Simoniacus est qui sacros ordines emit & paratus est vendere. to.2.185.I M
De simoniaca hæresi. to.2.231.I.& seq.copiosè.& 233.I.244.I
Simoniacæ hæresis extirpatio iubetur. to.2.237.I & sequen.
Simoniacus est qui vt eligatur præmia largitur. to.2.189.A
Simoniaci, sacerdotes esse non possunt. to.2.214.I
Simplex.
Quòd simplices perfectissimis adhærētes, eorum intellectu pascuntur. to.1.8.G H
Simplicitas.
Quòd simplicitas sine virtute pro rectitudine habenda non sit. to.1.1.F
Simplicitas nimia nocet. Ibidem.
Simplicitas mansuetudinem notat. to.1.1.A
Iusti simplicitas lampas esse dicitur. to.1.65.F
Simplicitas morum, exēplum est Isaac. to.2.82.A
Simplicitas prudentiæ sociatur. to.2.180.A B
Simulatio.
Simulationis falsitatem exequi nemo nisi subtilioris ingenij potest. to.1.154.G
Potentum simulatio. to.1.169.I
Simulator.
Simulatoris conditiones. to.1.154.G
Sinistra.
Ad sinistrā ire quid sit.t.1.94.M.& to.2.282.F
Sinistrum.
Pro sinistro aliquem habere. to.1.121.F
Pro sinistro haberi quod nihilum est dicitur. to.1.181.I
Sinus.
Sinus significat mentem. to.1.131.C
Sion.
Sion speculatio dicitur.to.1.196.M.& to.2.142.F
Filiæ Sion, sunt filiæ ecclesiæ. to.2.51.H
Sion ecclesiam significat. to.2.142.F
Sion notat Iudæos & gentiles. to.2.145.I
Sisunius.
Idololatria Sisunij presbyteri. to.2.219.C
Scelera Sisunij Ibidem.C D
Soboles.
Quibus soboles deficit, sua potentia pœna est. to.1.89.E
Societas.
Societas malorum incorrigibilium, fugienda est. to.2.68.L
Pauca est societas in qua non sint praui homines inter bonos. to.2.229.F G
Sodoma.
Deus contra Sodomam, ignem & sulphur pluit. to.1.81.A
Quare deus videtur dubitasse de clamore Sodomorum, an ita esset. to.1.115.I
Sodomorum conflagratio. Ibidem.
De pœna Sodomorum. to.2.41.E
Sodomitæ.
Sodomitæ Loth domus ostium inuenire nequibāt. to.1.34.H
Sol.
Solis appellatione dominus signatur. to.1.49.I
Solis nomine aliquando prædicatorum claritas designatur. to.1.52.A
Sol & luna humanis ministeriis deputata, ceu militiæ vocantur. to.1.128.I K
Solem fulgentem videre quid sit. Ibidem.
Quid solem fulgere in die. to.1.129.B
Sol in fulgore, trinum opus in manifestatione. Ibidem.
Solis proprium, quid sit. to.1.129.H
Per Solem dominus figuratur. to.1.206.H
Sol multipliciter dicitur. Ibidem.
Per Solem persecutio designatur. Ibidem.
Per Solem visionis manifestæ ostensio designatur. Ibidem.I
Per Solem sapientium intellectus exprimitur. Ibidem.

Ibidem.
Per Solem Christus significatus. to.2.45.A
Sol diuersa agit, secundum diuersitatem passionū. to.2.85.D
Sol aliquando significat Christum. to.2.88.F
Sol aliquando significat persecutionem. Ibidem.
Quomodo Sol obscuratus est, & luna stetit in ordine suo. to.2.119.L
Solem recte inspicere nemo potest. to.2.121.A
Solis ad dei virtutem comparatio. Ibidem. & seq.

Solicitudo.
Terrenæ solicitudines, impediunt orationis affectum. to.1.63.G
Solicitudo terrenorum nos à contemplatione cœlesti repellit. to.2.300.F

Solidus.
De solidis per miraculum presbytero redditis. to.2.27.C

Solitudo.
Nō prodest solitudo corporis, si desit solitudo cordis. to.1.179.I
Quid ædificare solitudines. to.1.21.B

Solium.
Solium dei, sunt angelici spiritus. to.1.94.G
Ad solium dei venire quid est. Ibidem.G H
Solium dei, quid sit. to.1.101.D

Solus.
Solus est qui à deo derelinquitur. to.2.298.H

Solutio.
Solutionis & ligationis vires. to.2.116.M

Somnus.
Somnus tribus modis accipitur. to.1.28.C
Somnus corpori, vigilia animæ tribuitur. to.1.104.K
Somnus Samuelis quintuplex. to.2.276.E F

Somnium.
In somnio exteriores sensus dormiunt, & interiora cernuntur. to.1.137.G
An obseruanda sint somnia, & quot sint genera somniorum. to.2.42.L
Somnia vel visiones, sunt imaginationes districti iudicij. to.1.46.D
Somnia, sex modis tangunt animum. Ibid.E F
Somniorum sex genera. to.2.42.L M
De quodam cui per somnium longæ vitæ spacia promissa sunt, & in breui tempore morte resecata. Ibidem.M
Quidam somnio deceptus. Ibidem.

Sonus.
Sonus ex ore dei procedens, quis sit. to.1.159.K

Sophar.
Sophar speculam dissipans interpretatur. to.1.14.M. & .134.B

Sophin.
Sophin specula interpretatur. tom.2.255.B & .259.D

Sors.
Sortes spirituales mittere. to.2.315.C
Sorte Ionas in mare missus, sorte Matthias in apostolum electus. to.2.315.C
Sors vniuscuiusque propria est conuersatio. Ibidem.

Sosomenus.
Historia Sosomeni non recipitur ab ecclesia. to.2.197.I

Species.
Species hominis est alter homo. to.1.35.L
Species ab exterioribus ad interiora deducta, nō facilè dissoluitur. to.1.125.B

Speciosus.
De excessu animæ Speciosi monachi. to.2.37.E

Speculari.
Speculari nobis est de altitudine scripturarum æterna bona contemplari. to.2.284.L

Speculator.
Speculator dicitur, cui aliena cura committitur. to.2.72.I
Speculator excelsus per vitam esse debet. Ibidem.
Speculatoris vita alta debet esse, & semper circūspecta. to.2.73.B
Speculatoris officium. to.2.72.M. & seq.
Per nasum speculatorum, discretio designatur. to.2.73.B

Sperare.
Frustra sperat, qui deum non timet. to.1.101.F

Spes abbas.
Spes abbas quadraginta annis cæcus fuit. to.2.37.F
De egressu animæ Spei abbatis. Ibidem.
Spei anima visa in specie columbæ. Ibidem.G
Spes abbas cæcus sanatus est. Ibidem.

Spes virtus.
Spes ad maiora audenda sese erigit. to.1.28.G
Spes in æternitatem animum erigit. to.1.34.I
Spes remunerationis alleuiat pondus laboris. to.1.43.M
Tota spes iustorū, in auctorem figitur. to.1.64.M
Velle in rebus labentibus spem solidare, est in aquis fluctibus fundamentū ponere. to.1.128.G
Spes infirma quomodo firmetur. to.1.152.D
Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationē de ea quæ in vobis est spe. to.2.7.F
Spes huius seculi, sicca est. to.2.79.D
Spei certitudinis exemplum est Iosue. to.2.82.B
Spes cœlestium mentem solidat. to.2.85.I
Per locum tendētem ad faciem vestibuli, spes exprimitur. Ibidem.K
Terrena spem tollunt cœlestium. to.2.88.H
Spem in carne ponere non debemus. to.2.148.G
Spe indubitata misericordiam dei expectamus. to.2.198.A
Spes in homine ponenda non est. to.2.234.L
Spei effectus. to.2.305.G H

Sphærula.
Sphærula volubilis, est prædicatio. to.2.61.G

Spica.
Spicarū grana, sunt verba prophetarū. to.1.31.L

Spina.
Spinam configi, vel confringi. to.2.136.E

Spiritus.
Spiritus sanctus in columba & igne suā hominib⁹ præsentiā patefecit. to.1.1.F. & to.2.11.F.110.G
Spiritus sanctus apostolis missus quicquid eis culpæ inesse potuit, emundauit. to.1.3.A
Quodlibet spiritus sancti donum, suum dicm habet. Ibidem.L M
Dona spiritus sancti vsque adeo nectuntur, vt separari nequeant. Ibidem.M & fo.seq.B C
Dona spiritus sancti mentem nostram contra tentamenta erudiunt. to.1.10.H
Quòd prophetis sanctis & adest & abest spiritus prophetiæ. to.1.11.D
Duplicia sunt dona spiritus sancti. Ibidem.F
Spiritus sanctus semper manet in his donis, sine quibus non potest acquiri vita æterna. Ibid.
Quòd sunt quædā dona spiritus sancti, sine quibus nemo ad vitam peruenit. Ibidem.
Spiritus sanctus per sonum se discipulis manifestauit. to.1.29.C
Quare spiritus sanctus, dicitur spiritus vehemēs. Ibidem.
Sanctus spiritus nō acceptat personas. to.1.33.C
Quanto in nobis spiritus dei virtus crescit, tanto spiritus noster deficit. to.1.132.F
Spiritus sub dei iure seruiens, habet commissum sibi carnis dominium. to.1.151.H
Effectus inspirationis spiritus sancti. tom.1.159.I. & seq.
Spiritus sanctus terrore pellit timorem. Ibidem.L
Nemo perfectè spiritus sancti investigat effectū. to.1.160.D
Aduentus spiritus sancti. to.1.164.C D
Spiritus sancti gratia mentes irradians, diaboli tentationes modificat. to.1.172.B
Septiformis gratia spiritus sancti non solum triū theologarum virtutum, sed quatuor cardinalium operationem præbet. to.1.210.K L
Quare spiritus sanctus in linguarum specie super apostolos insedit. to.2.4.I
Spiritus sancti donum lege non constringitur. to.2.19.G
Quomodo qui domino adhæret, vnus spiritus cū eo est. to.2.26.A. & seq.
Spiritus sanctus mentem quam replet, obumbrat. to.2.45.M
Vmbra Christi, protectio est spiritus sancti. Ibid.
Cur spiritus sanctus currere dicatur. to.2.60.D
Cur spiritus sanctus mobilis & stabilis dicatur. Ibidem.E F
Spiritus sanctus inter perfectos discurrit. Ibid.F
Spiritus sanctus in quibusdā virtutibus, electis suis aliquando adest, aliquando se subtrahit. Ibidem.
Spiritus sanctus in quibusdam virtutibus perfectorum corda non deserit. Ibidem.
Per sacra eloquia dono spiritus vinificamur. to.2.63.G
Spiritus vitæ animum tangit legentis diuersis modis & ordinibus. Ibidem.G H
Spiritus vitæ animum legentis ad studium prædicationis tangit. Ibidem.H
Spiritus vitæ tangit animum legentis ad seruandam patientiam. to.2.63.H
Spiritus vitæ tangit animum legentis ad seruandam zelum. Ibidem.
Spiritus vitæ animum legentis tangit ad pœnitentiæ lamenta. Ibidem.I
Quidam per spiritum prophetiæ eleuantur, qui tamen non assumuntur. to.2.72.D
Per septiformem sancti spiritus gratiam, aditus nobis regni cœlestis aperitur. to.2.89.A
Septem dona spiritus sancti. Ibidem. & seq. & .114.K
Spiritus Christi in quibus non est. to.2.115.B
Spiritum sanctum quare semel dedit dominus in terra, & semel in cœlo. to.2.116.I
Quomodo spiritus sanctus pro nobis postulare dicatur. to.2.120.D
Spiritus sanctus vocatur consolator. Ibidem.
Quomodo spiritus sanctus suggerere dicatur. Ibidem.E
Spiritus sanctus quare sub diuersis figuris apparuisse dicitur. Ibidem.
Spiritus sanctus quos replet, simplices facit & ardentes. Ibidem.H
Spiritus sanctus quare apparuit super redemptorem in columba, & super discipulos in igne. Ibidem.I
Spiritus sancti dona varia sunt. Ibidem.K
Differentia doctorum ante aduentū spiritus sancti, & pòst. Ibidem.L
Spiritus sancti opera in multis. Ibidem.M
Spiritum inuocare quid est. to.2.141.F
Vbi spiritus sancti præsentia est, ibi desperatio esse non potest. Ibidem.H
De spiritu corporis Christi non viuit hæreticus, schismaticus, excommunicatus. to.2.143.E
Spiritus dei super quos requiescit. to.2.151.B
Graue facinus est spiritum sanctum, qui omnia redemit, venundare. to.2.199.L

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quòd hi quos inhabitat consilij spiritus in præsentibus dolent, & ad æterna suspirãt t.1.3.C
Occulta iustitiæ licentia malignis spiritibus datur. to.1.8.A
Spiritus hominis, est spiritus elationis. to.1.37.I
Spiritus, & animę substantiam, & spiritalem designat efficientiam. to.1.66.E
Nullos hostes magis patimur, quàm malignos spiritus. to.1.93.H
Numerus supernorum spirituum non est in humana cognitione. to.1.99.K
Quidam spiritus assistunt deo, alij ministrant ei. Ibidem.
Nobilioris naturæ est spiritus, quàm corpus. to.2.26.K
Quòd tres sunt vitales spiritus creati. to.2.36.G
Spiritus triplex à deo creatus: angelus, homo, iumentum. Ibidem.
Carne quiescente, spiritus deficit: sed ea laborãte, conualescit. to.2.139.C
Spirituum malorum facies est concupiscentia secularis. to.2.285.B
Spiritus sancti visitationis effectus. to.2.271.C
Spiritus sanctus super humiles donorum multitudine requiescit. to.2.264.I
Spiritus sancti directio in operatione sacramentorum. to.2.326.I
Spiritus immundi vastatores dicuntur. tomo.2.316.G H
Spiritus fornicationis omnia virtutum dona tollit. to.2.316.G
Spiritus sancti motus ad conuertendos peccatores. to.2.312.B C
Spiritus sanctus per scriptores sacros loquebatur. to.2.302.F
Spiritus maligni perpetui sunt sanctorum hominum serui in hac vita. to.2.290.H I
Spiritu diuino pleni dei magnalia tacere nõ possunt. to.2.299.E
Spiritu sancto repleti cœlestia prædicant & amãt Ibidem.F
Spiritus sanctus more suo erigit pauperes, humiles, & simplices. to.2.300.K
Spirituum reproborum insidiæ. to.2.306.I M
Spiritus maligni nobis semper insidiantur. to.2.273.I

Spiritalis.

Spiritalis natura non componitur ex corpore & anima. to.1.5.I
Spiritualibus alta secudi vitanda, quæ ad inferna perducunt. to.2.297.D

Spolia.

Spolia diuidere. to.1.104.G

Sponsa.

Mater sponsæ sanctæ ecclesia. to.2.45.A
Sponsa dormiente pulsat sponsus, vt ei aperiatur. to.2.49.I

Sponsus.

Abscondit se sponsus cùm quæritur, vt ardentius quæratur. to.1.24.C
Nomen sponsi Christus est. to.2.44.I
Per sponsi cellaria, sacræ scripturæ arcana designantur. Ibidem.I
Sponsus animarum castitate delectatur. to.2.46.I
Caput sponsi, deus est. to.2.49.K
Venter sponsæ, quare ad tactum sponsi tremere dicitur. Ibidem.M
Sponsus interdum quæritur, & non inuenitur. to.2.50.C
Sponsus perfectè diligi non potest, nisi etiam proximus diligatur. to.2.52.M
Per guttur sponsi, testamentum eius intelligitur. to.2.50.I
Oculos ad sponsum tendere quando dicamur. to.2.51.C

Stare.

Stare solius creatoris est. to.1.29.A
Stare est recta agere. to.1.162.A
Quidam stant ad vtilitatem proximi, custodiam sui, & contemplationem dei. to.2.63.K
Stare coram domino præcipimur. to.2.301.D
Stare in conspectu domini. Ibidem.
Stare retro. Ibidem.
Stare dei est mentes quas tangit gratiæ dono retinere. to.2.273.B
Stare fortitudinis est. to.2.284.C
Stare ad laborem operis pertinet, & ad pugnæ necessitatem. to.2.272.B

Stater.

Quarta pars stateris à quatuor diuersis prædicatoribus distributa. to.2.292.I

Statera.

Stateræ nomine mediator dei & hominum designatur. to.1.125.M

Status.

Fixum statum hic habere non possumus. t.1.70.K
Status maior maiores patitur tẽtationis difficultates. to.2.310.B

Stella.

Quid stellarum nomine designetur. to.1.18.K
Stellæ animas bene viuẽtiũ designant. t.1.100.A
Per stellas pluuiæ apostoli designantur. to.1.157.I
Stellæ roris, sunt ipsi prædicatores. to.1.172.L
Stellas de cœlo in terrã cadere, quid sit. to.1.194.C
Stellæ sunt homines sancti. to.2.77.D
Quare stella Magos gentiles, & angelus Iudæos ad Christum adorandum excitauit. t.2.102.M

Stephanus.

Stephanus in Iudæos. to.1.41.I
Stephanus inter lapides pro persecutoribus orabat. to.1.124.E
Ecclesia beati martyris Stephani. to.2.20.M
De Stephano presbytero prouinciæ Valeriæ cui diabolus caligas è tibiis traxit. to.2.32.H
Diabolus discalciauit Stephanum. Ibidem.
De transitu Stephani viri dei. to.2.38.H
Stephani laudes. Ibidem.
Stephani virtus eximia. Ibidem.I
Stephanus quidã pœnas inferni vidit. to.2.40.M
Certamẽ in ponte Acherontis inter viros cãdidos & nigerrimos pro anima Stephani. to.2.41.B
Stephani Zelus & feruor. to.2.87.F

Sterilis.

Quid sterilem pascere. to.1.98.G
Steriles sunt qui aut fide, aut bona conuersatione carent. to.2.283.F

Sternutatio.

Sternutationis effectus, & causa. to.1.203.E

Sterquilinium.

Quid sit in sterquilinio iacere. to.1.14.C D
In sterquilinio sedere quid sit. to.1.15.M

Stilus.

Per stilum ferreum fortis dei sententia designatur. to.1.84.C

Stola.

Prima stola & vestis innocentia. to.1.71.I

Struthio.

Struthionum nomine hypocrisis designatur. to.1.40.C. & 123.I
Struthionis natura. to.1.183.C D
Per struthiones quid designetur. Ibidem.
Per struthionem synagoga designatur. to.1.185.F

Studiosus.

Diuersitas studiosorum, & vitiosorum. to.1.161.E & seq.

Stultus, Stultitia.

Stulti iustos non reprehendant. to.1.25.G H
Quomodo stultus sumat radice attollit. to.1.31.I K & 32.A
Stultus iuxta scientiã suam non viuit. t.1.32.D E
Stultus intelligere bona negligit. Ibidem.
Stultus si tacuerit, an sapiens, an stultus fuerit, abscondet. to.1.68.G
Stulti tanto intentius de alienis iudicant, quanto sua profundius ignorant. Ibidem.H
Stulti fiant apud se, qui volunt apud deum sapientes reputari. to.1.78.I K
Tanto quis stultior fit, quanto conatur sapiens videri. to.1.108.F
Quidam vocantur stulti nobiles, quidam stulti ignobiles. to.1.120.K
Et qui dicantur stulti nobiles, & ignobiles. Ibidem.K L
Quomodo stultus seruit sapienti, illum premendo. to.1.121.L
Sicut nec auris escas, nec guttur verba agnoscit, ita nec stultus sapientiam sapientis intelligit. to.1.143.B
Stultitia huius seculi, nobilitas est apud deum. to.1.120.K L

Suauenses.

De fide Suauensium. to.2.249.I

Subdiaconus.

Subdiaconis vices suas Romana confert ecclesia. to.2.152.K
Subdiaconorum castitas. to.2.158.D
Nullus subdiaconus ordinetur, nisi qui se victurum castè promiserit. to.2.172.L
Quare subdiaconi spoliati procedunt. to.2.210.E

Subditus, & Subiectus.

Subditi promouendi non sunt præter prælatorum conscientiam. to.2.325.A B
Secundum mores subditorum dantur rectores. to.1.148.C F
Non est subditorum temerè vitam iudicare regentium. Ibidem.G. & to.2.250.I
Subditorũ vitia quæ à magistris vel dissimulantur iudicari, vel nequeunt, diuino iudicio reseruantur. to.1.148.G
Subditi Dauid peccantis vindictam pro eo sustinuerunt. Ibidem.
Subditi se posse melius agere putant, quàm prælatos, si eos præesse contingeret. Ibidem.I
Subditi plærunque malorum prælatorũ per exempla gradientes, in infidelitate errant. Ibi.I M
Aliud debemus iniustis subditis, aliud iustis & non subditis. to.1.150.I
In correctione subditorum miscenda est lenitas severitati. to.2.5.K
Subditi prælatorum suorum vitam non temerè iudicare debent. to.2.8.I
Quantam reuerentiam subditi habere debẽt prælatis, etiam discolis. Ibidem.F G
Peccatum subditi culpa pastoris si tacuerit repetatur. to.2.73.F
Subiectorum culpa, prælatorum deprimit vitam. to.2.174.K
Subiecti à superbis dominis oppressi clamant ad deum contra eos. to.1.147.M
Subiecti vt plurimum imitantur pastores. tom.2.323.G H
Subiecti maligni. to.2.271.H I
Subiectus ad superiorem obedientiam debet. Ibi
Subiecti humiles sæpe quæ superioribus desunt accipiunt visiones. to.2.271.I M
Subiecti malorum principum quamuis boni, sæpe periclitantur. tom.2.288.E F. & seq.

Subesse.

Imitatur diabolum qui subesse superioribus fastidit.

stidit. to.1.169.I

Sublannatio.

Quid sublannationē sibere vlaquam. t.1.143.C

Substantia.

Maior inter fratres substantia, solet esse maioris discordiæ causa. to.1.1.I

Sudes.

Per sudes quid designetur. to.1.198.K.& M

Suggestio.

Quomodo suggestioni occurrendum est. tomo.1. 20.M.& sequen.

Suites.

Suites interpretatur loquens. to.1.14.K

Sulphur.

Sulphur peccatum carnis designat. to.1.81.A

Summus.

Nemo infima deserēs, repetē sit summus. t.1.132.E

Superior.

Superiora agmina cœlestium nunquam mittuntur to.2.125.E

Per superiorum duritiem subiecti sæpè deprimuntur. to.2.243.G

Superbia.

Principium hæresis, est superbia. to.1.14.L

Superbia odium generat. to.1.41.L

Magna superbia est in iudiciis diuinis rationem quærere. to.1.53.E

Per cernicem solet superbia designari. to.1.68.L

Pinguis ceruix, est opulenta superbia. to.1.74.I

Primogenita mors, superbia dicitur. to.1.80.K

Superbiæ & inanis gloriæ proprium. to.1.84.F

Superbia & inanis gloria impietati coniuncta sunt. Ibidem.

Superbia cordis quasi quædam pinguedo est crassitudinis. to.1.90.I.

Superbia quot modis animum pulsat. to.1.129.K & seq.

Immensa superbia à seniore sibi reuerentiam exigere. to.1.142.H

Alienа semper à veritate est superbia. to.1.143.H

Ex abundantia rerum nascitur. to.1.90.L

Superbia vbi nasci intelligitur, statim eradicāda est. to.1.144.A

Quanto superbia se latius in mente dilatat, tanto vehementius lumen angustat. Ibidem.C

Remedium contra superbiam. Ibidem.

Difficilè quis in se inueteratam superbiam deprehendit. Ibidem.

Superbia lumen intelligentiæ abscōdit. to.1.47.I.

Nimia superbia est de melioris scientia dubitare. to.1.149.F

Omni custodia mens est à superbia seruanda. to. 1.151.G

Superbia lumē intelligentiæ à synagoga abstulit. to.1.185.H

Radix cūcti mali superbia. t.1.189.F.& 208.H

Superbia vitiorum regina est. Ibidem.

Prima superbiæ filia, est inanis gloria. Ibidem.H

Superbia mox ad carnis corruptionem deiicit. to.1.193.K

Superbia potentum seculi. to.1.97.B

Multi per opera & dona virtutum, in superbiam cadunt. to.1.199.M

Superbia per cellum exprimitur. to.1.204.I

Superbia omnia alia mala superat. to.1.208.G

Superbiæ conditiones. Ibidem.G H

Superbia omnes virtutes corrumpit. to.1.208.H

Superbiæ nil nisi sua placent. Ibidem.B

Cætera à superbia vitia, virtutem sibi oppositam solum impugnant. Ibidem.

Superbia vel est de rebus secularibus, vel de rebus spiritualibus. Ibidem.I

Quomodo superbia aliter prælatos, aliter subditos tentat. Ibidem.K

Superbiæ effectus. Ibidem.K & sequen.

Euidentissimum reproborum signum est superbia. to.1.209.D

Superbia sæpe excedit in verbis. to.2.62.K

Superbia nostra increpatur per hoc quod dominus Centurionis seruum personaliter visitauit. to.2. 118.I

Superbia sine inuidia atq; inani gloria esse nullatenus potest. to.2.76.F

Superbiæ detestatio. to.2.182.K.& seq.

Superbia fumo oculos lædenti comparatur. Ibidem.I.M

Superbiæ exprobatio. Ibidem.& to.2.193.K

Superbia in clericis detestanda est. to.2.239.H I

Superbiæ & inobedientiæ mala. to.2.307.L

Superbia abiicit à deo. to.2.325.L

Superbire.

Superbit, qui peccatum si liceat puniri non deserit. to.1.21.B

Contra naturam superbire est. to.1.127.B

Contra conditorē superbire, est præcepta eius peccando transcendere. to.1.138.C

Superbiens propter scientiam diuinam, in eadem cæcatur. to.1.173.F

Nemo de doctrina superbiat, aut indoctiorem rideat. to.1.182.B

Nemo de statu suo cadente Dauid superbiat. to.1. 199.K

Contra naturam superbire est ab æquali velle timeri. to.2.5.D

Superbire studiosius vitandum est electis quàm cætera mala. to.2.307.L

Superbus.

Superborum conditio. to.1.16.A.& 39.I.M

Superbi imitantur diabolum. to.1.16.A

Superbi portam salutis non inuenient. to.1.32.D

Superbi contra suos eriguntur correctores. tom.1. 60.I.M

Vita superborum & finis. to.1.68.I.

Superborum gloria luto & cineri in fine comparatur. Ibidem.K

Superbi virtutibus non ditantur. to.1.74.L

Superborum status est sine radice. Ibidem.M

Socij superborum, participes sunt pœnarum illorū. Ibidem.

Superborum lingua maledica. Ibidem.

Quomodo intelligitur quòd superbus antequam dies eius impleantur, peribit. to.1.75.C

Longos animo dies, superbus sibi proponit. Ibidem.

Superbi cùm se despici suspicantur, ad contumelias prosiliunt. to.1.79.K

Superbi tanto aliquem deo despectum putant, quā afflictum vident. to.1.82.B

Superbis graue onus est doctrina humilitatis. to. 1.89.C

Superborum diuersitas. Ibidem.M

Si qui lætantur qui similes iniustis non sunt, hi superbi sunt. to.1.93.D

Superborum labor. to.1.100.H

Superbi sibi attribuūt, quicquid sciūt. to.1.104.B

Superbi cùm de se falsa dicuntur, exultant. to.1. 130.A

Superbi spiritu sancto se esse plenos asserunt. to.1. 135.I

Superbi ea quæ rectè sentiunt, rectè proferre non possunt. to.1.136.D

Superbi vias dei intelligere nolunt. to.1.47.L

Superbi non tam consolari quàm increpare desiderant. Ibidem.L

Superbi perdunt quod acceperunt, si de gratia intumescant. to.1.146.G

Superbi deum despiciunt, & relicta creatoris sui gloria propriam quærunt. Ibidem.H

Superbi humilitatis dominicæ facta contemnunt. to.1.147.I.

Superbis mentibus humilitas alta est. to.1.149.C

Superbi iudicium diuinum non timent, sed humanum. Ibidem.D

Superbi afflictorum tribulationibus non compatiuntur. Ibidem.G

Elatio superborum, iustis viris solet esse occasio virtutum. to.1.152.H

Superbis cognitio denegatur veritatis. to.1.158.I

Superborum arrogantia. to.1.169.I

Superbi potentes, nascentem ecclesiam ridebant. to.1.182.G

Superbi ex respectu domini confunduntur. tom.1. 192.K

Superbis sua in pœnam vertitur culpa. Ibidem.I

Superborum vita, in iudicio non cognoscitur. Ibidem.

Superborum facies in foueam demergitur. tom.1. 192.M

Superbi quò magis se erigunt, eo magis ruendo inferius tendunt. Ibidem.

Quomodo superbi Behemoth herbas ferunt. to.1. 197.B

Superbi nullum malum cogitando prætereunt. Ibidem.D

Superbi cunctorum vitam meritumq; sibi postponunt. to.1.208.B

Quare superbus aliena opera spernit, & sua semper miratur. Ibidem.H

Multæ authoritates contra superbos. to.1.209.A

Superbus esset qui regimen plebis sine timore susciperet, nec minus si authoris imperio obedire recusaret. to.2.3.B

Superbi dum se erigunt, apostatam angelum imitantur. to.2.11.K

Corripiendo superbos, interdum laudum fomenta miscentur. Ibidem.

Superbi fide sola saluari æstimāt sine pœnitentia. to.2.322.G

Superbi in sua sapientia glōriantes ad diuinorū mysteriorum cognitionem pertingere nō possunt to.2.277.G

Superbi videri parui aut peccatores vitant. to.2. 322.E

Superbi compulsi cōfiteri peccatum accusando minuunt. Ibidem.

Superbos verba non corrigunt. Ibidem.

Superbi domus, & ascensus. to.2.324.C D

Superbi notari peccatores erubescunt. t.2.321.H I

Superbi non sunt qui in voluntate dei non sunt. to.2.320.D

Superba mens diuina mādata despicit. t.2.316.C

Superborum reprobatio. to.2.308.D.& seq.

Superbi arguendi. to.2.308.B C

Suranus.

De transitu Surani abbatis. to.2.38.I.

Terra tremuit in cæde Surani abbatis. Ibidem.

Surgere.

Ante lucem surgere, quid significet. to.1.50.A

Surgere de sepulchro plus fuit, quàm de cœlo descendere. to.2.112.I

Sustinere.

Nemo sustinere debet iniustè dispendium, vnde nullum sensit commodum. to.2.190.B

Susurrium.

Susurrium occulti verbi quid sit. to.1.27.I.

Sycomorum.

Sycomorus ficus fatua dicitur. to.1.163.I

Quid sit Christum per sycomorum transire. Ibidem.K

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sylo.

Sylo, missio interpretatur. to.2.255.M.& seq.
Sylo veteris legis signat traditionem. to.2.258.H

Syna.

Dominus in Syna monte, populum à mulieribus abstinere præcepit. to.2.253.H

Synagoga.

Vestimentum domini, Synagoga dicebatur. tomo. 1.9.C
Quòd Synagoga adultera pallio literæ vetento, dum lege carnaliter vti voluit contẽpta est, & legislatorẽ criminata, nudum abire permisit. Ibidem.F
Synagoga redemptoris mater iuxta carnem extitit. Ibidem.
Synagoga vxor domini dicitur. to.1.83.D
Synagoga quem videbat hominem Christum, deũ credere expauit. Ibidem.
Synagoga Ecclesiam persequens, inuidiæ se igne consumpsit. to.1.106.K
Quos Synagoga genuit, à terra non suspendit. to. 1.185.G
Synagoga in persecutione fidelium diuini timoris impulsu duci arbitratur. Ibidem.
Synagoga non solum dei humanitatem, sed & diuinitatem irridet. Ibidem.I
Synagoga expectat tempus antichristi, ad persequendam Ecclesiam Christi. Ibidem.
Synagoga antichristum, mendacij hominem, deũ credet. Ibidem.I K
Mater Ecclesiæ Synagoga fuit. to.2.47.D
Synagoga quomodo dicitur esse pulchra, & amica. to.2.51.A
Synagoga tandem Christi fidem suscipiet. tomo.2. 52.B.& 53.E
Synagoga ad Aquilonem vergebat. to.2.77.I
Synagoga venit prior quàm Ecclesia ad monumẽtum, sed non intrauit. to.2.113.A B
Synagogæ doctores à scripturarum intelligentia repulsi sunt. to.2.256.H
Synagoga aduersus Ecclesiam. to.2.262.D
Synagoga persequebatur Ecclesiam. to.2.256.D
Synagoga quomodo cecidit. to.2.278.K L
Synagoga primus fœcunda fuit, & tandem sterilis. to.2.255.G H
Synagoga quomodo senuit. to.2.266.M
Synagoga in primis patribus gloriat. to.2.262.L
Synagoga quomodo informatur. to.2.252.L M
Synagoga in sanctis patribus lucerna dei fuit. to.2.275.A B
Synagogæ magisteriũ quare perit. to.2.278.I M
Synagoga parieus inciuratamoritur. to.2.279.B

Synodus.

Quinta synodus nihil cõtra quatuor principales synodos continet. to.2.176.H
De synodo Ephesina. to.2.187.H
De Synodo faciendâ. to.2.215.C.& seq.& 231. H I.232.F.& 250.E F.251.A

Tabernaculum.

Tabernaculum iusti, quomodo pacem habere dicitur. to.1.35.L
Tabernaculum cõstruitur, vt ab æstu corpus & frigore defendatur. to. 1.51.A B
Tabernaculum multipliciter dicitur. to.1.93.F
Tabernaculum ventem significat. to.1.113.B
Tabernaculum figurabat Ecclesiam. to.1.148.K
Quare tabernaculum intus bysso, cocco, atq; hiacynthо, extrà verò pellibus & ciliciis tegebatur. Ibidem.
Tabulæ tabernaculi quid significabãt. to.1.165. I K
Tabernaculum cum singulis ornamentis suis, Ecclesiam sanctam designat. to.1.177.B C
Tabernaculum, & domus, quomodo differant. to.1.180.M
Per Tabernaculum pastorum, conuenticula hæreticorum designantur. to.2.45.D
Tabernaculi compositio. to.2.88.L
Quid cortinæ tabernaculi designẽt. Ibidem.L M
Sacerdos tabernaculum ingrediẽs tintinnabulis ambiebatur. to.2.155.E

Tacens.

Quomodo tacens consumitur. to.1.69.H

Tacere.

Quomodo idẽ simul tacet & clamat. to.2.136.D

Talaris.

Talaris tunica, actio est consummata. to.1.4.M

Talentum.

Talentum erogare quisque pro virili tenetur. to. 2.100.M
Talenta quinque, duo, & vnum, quid significent. to.2.102.D
Talentum in terra abscondere. Ibidem.E
Talẽta duo qui accepit, plus habuit, quàm is qui habuerat quinque. Ibidem.G
Talentum vnum, intellectũ significat. Ibidem.I
Talentum quilibet à deo accepit. Ibidem.
Talẽtũ à quolibet vẽturo iudex exiget. Ibid.I K

Tarsilla.

De transitu Tarsillæ sacræ virginis. to.2.38.E
Tarsilla in transitu Iesum vidit. Ibidem.

Taurus.

Tauri & altilia quid repræsentant. to.2.130.B

Temperantia.

Quomodo tẽperãtia in nobis marcescit. t.1.10.G
Temperantia quid sit. to.2.97.A

Templum.

Templum Salomonis, ciuitatis supernæ figuram gestauit. to.2.143.L
Quid templũ ostendere peccatoribus. to.1.141.A
Templum dei fidelis quisque est. to.2.80.B
Templum dei est conscientia. to.2.132.D
Templum dei non potest esse pollutum. to.2.141.E
Templum dei quid sit. to.2.97.A B
Templa idolorum non sunt destruenda, sed in Ecclesias dedicanda. to.2.234.G
Templum dei superna patria est. to.2.270.D
Templum domini spiritale quid. to.2.256.G

Tempus.

Modus est Temporis vt statum non habeat mansionis. to.1.16.I K
Tempus redimere quid sit. to.1.29.M
Tempus in quo deus recordatus est nostri, fuit tempus aduentus eius. to.1.72.B
Tempus opportunum est post Christi aduentum. to.2.136.I
Tempora vanitati dedita vitæ nostræ non memorantur. to.2.306.C D

Temporalia.

Temporalibus occupati exteriora quomodo disponant. to.1.25.B
Diligentes temporalia vix vera docẽt. to.1.67.G
Si Tẽporalia magna essent, deus aduersariis suis non tribueret. to.1.78.H
Quicquid temporale est, subitum est. to.1.89.H
Qui temporalia minus diligit, potius habetur ab illis quàm habeat illa. Ibidem.M.& seq.
Temporalibus dediti vix spiritalia amplectũtur. to.2.98.I
Vana sunt omnia etiam temporalia, in comparatione æternorum. to.2.305.I

Tenaces.

Tenaces monendi sunt de iniuria deo illata. tom. 2.13.B

Tenebræ.

Per Tenebras occulta indicia designãt. to.1.19.G
Tenebris quomodo homo circũdatur. to.1.24.H
Tenebræ pertinent ad cæcitatem. to.1.59.H
Profunda de Tenebris reuelare, est nostra de occultis prophetarũ verbis agnoscere. to.1.67.K
Quomodo domin⁹ profunda de tenebris reuelat. Ibidem.M
Tenebratum dies, est tempus vltionis. to.1.74.E
Tenebræ dicuntur peccatores. to.1.101.E
Per Tenebras ignorãtia designatur. to.1.145.D E
Tenebræ sunt vbi Christus nõ respicit. to.2.151.D

Tentari, & Tentare.

Cur deus nos tentari permittit ab hoste. to.1.9.L
Intantum diabolo tentare permittitur, inquantũ necesse est vt tentationibus erudita solidentur. Ibidem.L M
Cùm culpa tentamur, ad lamenta accendimur. to. 1.10.M
Deus non permittit tentari fideles supra id quod possunt. to.1.57.G.& 63.L M
Quicunque tentatur, iustè tentatur. to.1.102.M
Homo interdum tentatur nolens. to.1.70.L
Aliud est tentari, aliud tentationi consentire. to. 1.25.F
Cur tentari permittitur. to.1.139.A
Differẽter tentamur vitiis, & atterimur flagellis. Ibidem.A B
Cur incipientes non sæpe tentantur. to.1.141.L
Tentare dei quid sit. to.1.165.B
Tentauit Christum diabolus. to.1.198.M

Tentatio.

Tentationis diabolicæ cautelæ. to.1.4.E F
Tentationis vires. to.2.5.A
Tempora tentationibus congrua. to.1.6.K
Tentationis vtilitates. to.1.10.H.& seq.
Cautelæ in vitandis tentationibus. Ibidem.& sequentibus.
Quomodo in tentationibus crescendum sit. tom. 1.11.C
Tentationum genera diaboli aduersus rebellantes. to.1.20.E
Tentationũ diuersitas. to.1.39.L.& seq.& 141. M.& 202.C D
Tentatio est pugna contra malignos spiritus. tom. 1.43.C
Tentatio est militia. Ibidem.C D.& H I
Tentatio innat ad salutem. to.1.44.F
De Tentatione incertum est, vtrum probet vel occidet deus. to.1.53.D
Quomodo deus nos in tẽtatione roborat. t.1.58.B
Differẽtia Tẽtationũ iusti & iniusti. Ibidem.H I
Tentatio interdum iustos ad desperationem vsque inclinat. to.1.63.L
Quot tẽtationibus homo quatitur, tot flatibus mouetur. to.1.69.M
Immunda tentatio ab ipso homine nascitur. tom. 1.70.D
Duo sunt genera tentationum. to.1.72.I.& seq.
Diaboli variæ tentationes. to.1.82.M.& 173.B
Tentatio exterior culpam non perficit. to.1.12.C
Tentationes vitiorũ nõ desunt perfectis. Ibidem.
Tentationibus resistere non potest, qui verbi dei gladium posponit. to.1.116.K
Tentatio humana quæ sit. to.1.125.F
Tentatio dæmoniaca quæ sit. Ibidem.F G
Sicut Tẽtatio per oculos trahitur, sic intus cõcepta cõpellit oculos sibi extra deseruire. to.1.126.B
Festinè resistendum est tentationi in corde nascenti: nam statim roboratur. Ibidem.D
Viuere sine tentationibus nullatenus homo potest. to.1.138.F
Quantum tentatio faciat profectum. Ibidem.G
Tentatio dat sui cognitionem. to.1.139.A

Per

pass dura tentationes mentis nostræ lux veritatis erumpit. to.1.140.D
Tentatio sequitur conuersionem. to.1.141.H
Declaratio secundæ vicis tentationis. Ibidem.
Remedium aduersus tentationes in conuersis incipientibus. Ibidem.M
Occulta tentationum vadia euitanda est radicitus. to.1.142.A
Deus semper adiutor est in mitigandis tentationibus diuturnis. Ibidem.B
Tentationum stimuli insurgunt nonnunquam longiores, etsi non acriores. Ibidem.
Tentationis violentia cogitationes virtutum deturbat. to.1.156.E.& seq.
Quid faciat tentationibus pressus. Ibidem.F
In tentatione deprehensus tenebras mœroris incidit. to.1.156.F G
Tentationis violentia. to.1.168.E
Bonum virtutis irruente cordis tentatione, facilè destruitur. Ibidem.
Tentatio diaboli. to.1.172.A
Post illuminationem diuini muneris, tentationis certamen augetur. Ibidem.
Tentatio cuique sit iuxta meres suos. Ibid.A B
Remedia contra tentationes. Ibid.C.& 204.F
Exactoris clamor est violenta tentatio. tom.1. 180.A B.& 81.B
Miles dei fortis tentationem despicit. to.1.188 L
Tentationum repulsio. Ibidem.L M
Tentatio de luxuria. Ibidem.M
Qua tentatione vitia capitalia mentem exhortẽtur. to.1.189.H I
Initia tentationis maximè fugienda sunt. to.1. 195.A
Tentatio religiosorum. Ibidem.I
Tentatio diaboli reprobos ad varia inflammat vitia. to.1.2 4.E.& seq.
Carnis tentatio asperrimo medio superata. to.2. 24.A
De tentatione carnis superata. Ibidem.
Tentatio tripliciter agitur. to.2.106.L
Non solum anima à voluptatibus arcenda est, nisi à tentatione arceatur. to.2.135.C D
Contra tentationes, deus quærendus est adiutor. to.2.208.K
Tentationum cauta prouisio. to.2.225.L M
Tentationes dæmonis radiis charitatis vincũtur. to.2.263.E
Tentationi nemo sine deo resistit. to.2.265.G H
Tentatio immundorum spirituum nox est. tom.2. 273.K
Tentationes maiores quanto quis est in maiori statu patitur. to.2.310.B
Tentationes diabolicæ in vesperè euanescunt. to.2.313.B
Tentatus deuotione vincit dæmonem. to.2.307.C
Remedia contra tentationes. to.2.290.E F

Tentator.

Tentatoris calliditas. to.1.6.K.& seq.

Tentatus.

Tentatus non solum à quo vires accipiat discit, sed quanta eas vigilantia seruet. to.1.10.K L
Tentati morti appropinquant, nisi per deum liberentur. to.1.139.D

Tentorium.

Tentorium multipliciter dicitur. to.1.158.D

Tepidi.

Tepidi in monasteriis medendi sunt quasi ægri. to.2.291.G

Terminus.

Termini terræ qui dicantur. to.1.160.B
Terminus cogitationis & verbi est consummatio boni operis. to.2.309.B
Termini Israelis sunt cœli. to.2.286.A

Ternarius.

Ternarius sanctæ trinitatis fidem insinuat. to.2. 295.K

Terra.

Quare terram matrem vocamus. to.1.7.F
Per terram homo peccator designatur. to.1.9.D & 66.M.& 71.G.& 88.G
In terra considere quid sit. to.1.15.D
Mediatoris incarnatio potest per terrã designari. to.1.15.D
Terra aere fœcundatur. to.1.21.H
Nihil est in terra sine causa. to.1.32.G
Terræ nomine caro exprimitur. to.1.55.A
Per terram, terrena sapientes dicimus. to.1.66.D
Quomodo terra dicitur subuerti. Ibidem.M. & seq.
Terra sanguinem Christi non abscondit. tom.1. 77.F
Terræ nomine sancta ecclesia designatur. tom.1. 100.K
Esse in terra, & apparere. to.1.121.A
Esse in terra, & non apparere. Ibidem.
Quid terram clamare, deflere sulcos, & fructus proprios emendo comedere. to.1.133.A
Fructus terræ absque pecunia comedere. Ibid.C
Terra des tota Iudæa nominatur. to.1.161.M
Terra bases, sunt ecclesiæ doctores. to.1.165.I
Per terram anima ipsa designatur. Ibidem.M
Extrema terræ deminũ tenere, & concutere, quid sit. to.1.16 .C D
Quid per terram designetur. to.1.170.A
Terra est verbum dei. to.1.184.L
Altitudines terræ quæ sint. to.1.190.D
Inferiora terræ quæ sint. Ibidem.
Terra quando dicitur clamare contra suum possessorem. to.2.107.M
Terram occupare qui dicantur. to.2.121.F
Terra spinosa aliquando plus amatur quàm illa quæ nunquam spinas habuit. to.2.124.G
Orbis terrarum quomodo pugnabit contra insensatos. to.2.126.E

Terrenus.

Terrenis addicti præmiis. to.1.26.H
Terrena non curans rarò inuidet. to.1.31.F
Terrena diligẽtes sunt sicut torrẽtes. to.1.39.G H
Cura multiplex terrenarum rerum, excæcat. to.1. 74.I
In terrenis actibus frigescit animus, nisi fuerit per intima dona solidatus. to.1.75.E
Terrena quæ seruando amittimus, largiendo seruamus. to.1.104.I
Terrena somno comparantur. Ibidem.
Bona terrena seruando totaliter amittuntur. to.2. 100.A
Terrena efficiunt animas curuas. to.2.121.I
Qui terrenarum rerum amore vincitur, in deo nõ delectatur. to.2.137.E
Terrenorum contemptus, est salubberrimus. tom.2. 151.I
Pro terrenis æterna speranti, est in æternitatis vita partem habere. to.2.196.H
Contemptus rerum terrenarum. to.2.242.H I

Terror.

Quomodo terror conuertitur in potestatem. to.1. 159.L
Humani terrores fumo sunt similes. to.2.222.B

Testa.

Testa, Christi carnẽ ex nostra sumptam designat. to.1.14.B

Testamentum.

Plærique patres veteris testamẽti dicuntur vidisse deum. to.1.110.G
Testamenti noui & veteris comparatio. tom.1. 116.H I
In chorda arcus testamentum nouum, in cornu verò testamentũ vetus designatur. to.1.116.H I
Antiqui patres noui testamenti librum legere desiderabant. to.1.131.E
Vtrumque testamẽtum in quatuor partibus est distinctum. to.2.61.I
Testamentum nouum per allegoriam latuit in veteri testamento. Ibidem.
Quod vnum testamentum promittit, alterum exhibet. Ibidem.M
Testamentum vetus mutabile erat. to.2.62.A B
Testamentum nouum immutabile est, & æternum. Ibidem.B
Testamenta simul concordant. to.2.88.I
Porta interior, testamentum nouum. to.2.93.B
Testamentum abbatissæ in præiudicium monasterij, est nullum. to.2.204.F
Testamentum vtrũque per rotas plaustri signatur. to.2.281.K
Testamenti veteris & noui differẽtia. t.2.266.H

Testimonium.

Nemo coram deo pro se testimonium ferre potest. to.1.54.E F
Testimonium superni discipulatus, est donum fraternæ dilectionis. to.1.118.K

Testis.

Testes dei, qui sint. to.1.59.A
Testes suos contra nos deus instaurat. Ibidem.B
Dei testes contra nos militant. Ibidem.C
De testibus producendis & examinandis tom.2. 246.B C
Testium conditiones. Ibidem.C

Thalamus.

Qui sint thalami in ecclesia. to.2.80.M.& 81.C
Thalamus ecclesiæ tantum habet longitudinis, quantum latitudinis. to.2.81.B
Thalami qui sint. to.2.82.M

Tharsis.

Tharsis exploratio gaudij dicitur. to.1.19.M

Thema.

Thema interpretatur Auster. t.1.14.M.& 40.H

Theodoricus.

De morte Theodorici regis Ariani. to.2.39.M

Theodorus.

De Theodoro mansionario ecclesiæ beati Petri apostoli vrbis Romæ. to.2.33.B
Theodoro beatus Petrus apparuit. Ibidem.
Theodorus puer prauus. to.2.41.F
Theodorus puer vidit draconem sibi mortem minantem. Ibidem.
Theodori pueri conuersio. Ibidem.G
De querimonia Theodori episcopi. to.2.243.G

Theophanius.

De morte Theophanij comitis. to.2.39.G
Theophanius comes futura prædixit. Ibidem.H
Theophanij comitis commendatio. to.2.128.G

Thesaurus.

Thesaurus in agro, spes est in pœnitentia. tom.1. 4.H
Thesaurus noster, cognitio est. to.1.24.C
Thesaurus ἀπὸ τῆς θησις nominatur. tom.1. 171.G
Thesaurum publicè in via portãs, deprædari desiderat. to.2.103.H
Thesaurus est cœleste desiderium. Ibidem I

Thomas.

Thomæ incredulitas, vulnera infidelitatis sanauit. to.2.117.B
Thomas aliud vidit, aliud credidit. Ibidem.C

Thorax.

Per thoracem, fortitudo patientiæ designatur. to.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

to.1.205.M

Thronus.

Per thronum filij, singulare culmen iudiciariæ potestatis designatur. to.1.154.C
Per thronos duodecim, vniuersale iudicium designatur. Ibidem.
Throni ad ministerium missi nunquam leguntur. to.2.66.A
Per thronum virtutes angelicæ designantur. Ibidem.
Thronorum cœlestium officiũ. to.2.125.B.& H

Thus.

Thus quid designet. to.2.47.F
Thus orationẽ designat. to.2.48.E M.& 103.D

Tigris.

Tigris Iob appellatur. to.1.26.M
Tigris hypocritas designat. Ibidem.M.& seq.

Timere.

Deum timere quid sit. to.1.1.F
Quidam, nisi territi, deum timere nequeunt. to.1.41.E F
Quantum timere debeat, qui scienter peccat. to.1.55.K
Multum timere debent hi, quos ad pœnitentiam deus expectat. to.1.98.K
Qui timere deum se cognoscit, se sapientiam dei habere intelligit. to.1.112.E
Diabolus nec deum, nec tormẽta timet. to.1.208.B
Timendum est iudicium diuinum ne timeatur. to.2.117.E

Timor.

Ex timore vnumquodque vitiũ premitur. to.1.3.F
Qui timore bona agit, à malo penitus nondum recessit. Ibidem.
Quis timor bonus. to.1.21.B
In via dei à timore incipitur. to.1.26.F
Timor inquietas mentes in contemplatione refrenat. to.1.36.G
Timor nos à peccati morte suscitare non potuit. to.1.56.F
Timor est testis nequitiæ impiorum. to.1.74.F
Timores nocturni qui sint. to.1.117.G
Timor diuinus, est fidei fundamẽtum. to.1.165.M
Timor iustorum. to.1.188.H
Duplex est timor. to.1.207.M.& to.2.15.D
Timor mentẽ rectoris humilians, purgat. to.2.4.C
Timor seruilis. to.2.10.G H
Timor & pœnitentia sanctorum mala præterita abscondunt. to.2.59.D F
Timor pœnitentiæ iungitur. to.2.64.G
A timore ad sapientiam absciditur. to.2.89.B
Timor sine pietate nullus est. Ibidem.
Bona tẽporalia timere, ne desint vanus est timor. to.2.122.F
Timor ad contemplandum requisitus. tom.2. 259.M.& seq.
Timor sine spe in desperationem præcipitat. to.2.305.G
Cum spe salutem operatur. Ibidem.
Timor quis eligendus. to.2.305.C
Timor sæpius nos in vinculum perducit charitatis. to.2.303.D E

Tinctor.

De Tinctoris corpore in ecclesia sepulto, pòst non inuento. to.2.43.D.& seq.
Tinctoris corpus in sepulchro combustum. Ibid.

Tinctura.

Tincturæ mundissimæ sint verè humiles. to.1.110.E

Tinea.

Tinea de qua veste oritur, eam oriẽdo corrumpit. to.1.19.I
Tinea damnum facit, & sonitũ non facit. Ibid.I
Tinea sibi domũ corrũpendo ædificat. t.1.104.H

Tintinnabula.

Tintinnabula quid designent. to.2.155.E F

Titulus.

Titulorum psalmorum interpretatio. to.2.134.I

Tolli.

Subitò tollitur, qui diu toleratur. to.2.145.C

Tonitruum.

Per tonitruum aliquãdo Christus incarnatus designatur. to.1.172.D
Per tonitruum prædicatio superni terroris designatur. Ibidem.
Tonitrua cœlorum sunt perfecta desideria electorum. to.2.265.H

Topazius.

Topazius lapis preciosus qd significet. to.1.110.B

Tormenta.

Tormenta plerosque cruciant, sed non emendant. to.1.37.H I
In huius vitæ tormentis timor dolorem habet, dolor timorem non habet. to.1.59.M
Quosdam à perditis moribus tormenta non compescunt. to.1.154.F
Torměta à notis illata plus nocent, quàm ab ignotis. to.2.126.G

Torpentes.

Quod torpentes latuit, sentibus subtilius innotescit. to.1.45.L

Torques.

Potẽter dimicãtib⁹ torques collo datur. t.1.186.B

Torrens.

Torrens diuidens quid significet. to.1.106.F H
Dominus de torrente in via bibit. to.2.116.A
Torrens nostræ mortalitatis decursum signat. to.2.319.D

Totila.

De simulatione regis Totilę deprehẽsa. t.2.25.I K
Fraus Totilæ regis Gothorum. Ibidem.
De prophetia regi Totilæ, & Canusinæ antistiti. Ibidem.I
Totila Vrsi mansuetudinẽ imitatus est. to.2.30.D
Totila rex Cerbonium vrsis laniandum obiecit. Ibidem.
Totila Perusiũ septẽnio obsessum intrauit. Ibi.H

Trabes.

De trabibus in ecclesia beati Petri necessariis. to.2.237.C

Tranquillitas.

Quæ in tranquillitate persistere nequeunt, seipsa confundunt. to.1.51.K

Transfiguratio.

Transfiguratio Christi ipsum magnificauit. to.2.317.I K

Transire.

Differẽtia inter trãsire, & pertransire. t.1.145.A

Translatio.

Dissonantia vetustæ translationis. to.1.122.H

Trecentenarius.

Trecentenarius numerus perfectam trinitatis cognitionem designat. to.2.181.F G
Trecẽtenarius numerus in Tau litera continetur, quàm crucis speciem tenet. Ibidem.

Tribulatio.

Cur coniugibus inest cæruis tribulatio. to.1.73.B
Tribulationes per flumina designãtur. to.2.53.K
Vltima tribulatio multis tribulationibus præuenitur. to.2.126.D
Tribulatio nostra superni gaudij introitus est. to.2.307.H I

Tricenarius.

Tricenarij numeri perfectio. to.2.86.H
Tricenarius quid designat. to.2.295.K
Tricenarius numerus ad fidem & operationem pertinet. to.2.303.E

Trinitas.

Esaias insinuauit trinitatem. to.1.274.B
Paulus trinitatem designauit. Ibidem.
Post resurrectionem beati distinctè trinitatem agnoscent. to.1.176.I

Tristis.

Tristes ex propinquo habent iram. to.1.8.C

Tristitia.

Tristitia sæpe granitatẽ cordis sequitur. to.1.4.F
Rami tristitiæ, sine accidiæ. to.1.189.F
Tristitia quomodo vincitur. to.2.310.L

Tuba.

Tubam clangere quid sit. to.1.187.L M
Quid sit equum tubæ clangorem non metuere. Ibidem.M
Quid sonare clangorem tubæ. to.1.189.C

Tumor.

Obstaculum veritatis est tumor mẽtis. to.1.136.M

Tumultus.

Exteriores tumultus nunquam ad interiora iostorum perueniunt. to.1.108.L
Tumultus quid. to.2.278.E

Tunica.

Tunicam vendere, vt gladius ematur. to.2.49.L

Turtur.

Turturi & columbæ sacrificatis guttur secabatur, sed non penitus abscindebatur. to.1.34.C
Quid per duos turtures signetur. to.1.191.K
Per turturem ecclesia designatur. to.2.46.G
Turtur quid designet. to.2.63.F
Turturis pulchra conditio. to.2.45.E

Tyrannus.

Tyrannus quis dicatur. to.1.74.C
Tyrannorum interitus. to.1.145.A B
Tyrannum in corde sustinere quid sit. to.1.151.A
Tyrannorum superbia. to.1.182.L M
Tyrannorum versutia pia fraude deludenda. to.2.324.M

Vacare.

Vacare deo, quid sit. to.1.25.B

Vacca.

Vaccam mactare, est carnis lasciuiam extinguere. to.1.36.C
Vacca humanitatẽ Christi significat. to.2.140.L

Vacuus.

Per vacuum Iudææ infidelitas intelligitur. to.1.100.K
Quæ vacua & laboriosa seorsum, vel simul. to.1.44.B

Væ.

Væ in scriptura potius de æterno luctu, quàm de præsenti solet intelligi. to.2.69.F

Vah.

Vah verbum est exultationis. to.1.188.B

Valentinus.

De corpore Valentini ab ecclesia post mortem proiecto. to.2.43.C
Corpus Valentini à dæmonibus extra ecclesiam extractum. Ibidem.

Valentius.

Valentius abbas. to.2.38.K

Valerianus.

De Valeriani patricij sepultura. to.2.43.B
Valeriani corpus insssum est ab ecclesia depeni. Ibidem.

Vanitas.

Ex vanitate homo ad culpã labitur. to.2.62.L M
Vanitatis finis. Ibidem.M
Vanitas, & dolus, quomodo differãt. to.1.126.A

Vas.

Vasa ira fecit deus vasa misericordiæ. t.2.151.G
Pœna vendentium sacra vasa & ministeria ecclesiastica.

clesiastica Iudæi. to.2.160.B
Sacra vasa pro redemptione captiuorum sunt vendenda. to.2.194.H I
De Vasis sacris pro redemptione captiuorum distrahendis. to.2.198.C D

Vastari.

Vastari quis dicitur. to.2.316.G

Vbera.

Quid per duo vbera signetur. to.1.140.L
Vbera sponsi, dilectio dei & proximi. to.2.44.H
Per duo vbera, duo prædicatorum ordines signãtur. to.2.48.E
Per Vbera, duo populi designantur. to.2.52.E

Vectis.

Per Vectem, Christus incarnatus designatur. tom. 1.167.G

Vena.

Venæ susurrij diuini, quæ sint. to.1.27.L & seq.

Venantius.

De infirmitate Venantij. to.2.228.C D
Consolatio filiarum Venãtij super infirmitate patris earum. Ibidem.

Vendere.

Vili precio opus vendere quis dicitur. to.1.49.A

Venenum.

Venenum mors est homini, vita serpenti. to.1.12.K

Venia.

In quibusdam factis certi de venia reddimur. to.1.58.D

Venire.

Venire sapientiæ dei, quid sit. to.1.111.I
Qui dicantur ad dominum de longinquo venire. to.2.95.D
Venire deum. to.2.273.B C

Venter.

Ventris vel vteri nomine, mens solet intelligi. tom. 1.75.I
Venter potest dici exactor. to.1.180.A
Quanta custodia sit ventri adhibenda. Ibid. B C
Venter mentem plærunque designat. to.2.10.F
Dum venter ingluuie extenditur, virtutes animæ per luxuriam destruuntur. to.2.12.C
Ventris viscera quid sint. to.2.70.A B

Verbum.

Quòd verbum dei non pereat, etiam cùm non perierint hi aduersus quos mala prædixit. tomo. 1.8.H
Verbum absconditum, inuisibilis dei filius. tom. 1.27.I
Verbum absconditum, aliquando spiritus sancti consolatio dicitur. Ibidem K
Vtilitas verbi dei. to.1.36.A
In ventum verba proferre, quid sit. to.1.42.C
Verba dei ad nos, sunt sæpe iudicia illius. tomo. 1.53.M
Deus verbum veritatis facientibus tribuit, & nõ facientibus tollit. to.1.67.G
Verbum diuinum electi & reprobi diuersimodè audiunt & gustant. to.1.66.G H
Verba ventosa quæ dicantur. to.1.76.A
Verbum dei sapientia est: stultitia huius sapiẽtię, dicta est caro verbi to.1.83.F
Qui dicentis verba despiciunt, doctrinã eius ad contumeliæ causam sumunt. to.1.85.M
Verba diuina in sinu cordis abscondere. tomo.1. 95.C
Verba ante deum ponere, quid sit. to.1.99.F
Modus annunciandi verbum dei. to.1.100.L M
Verba dei quasi pigmenta sunt nostri adiutorij. to.1.170.A
Quomodo deus miro modo nos disponit ad verbum dei suscipiendum. to.1.172.H I
Effectus dei verbi. Ibidem K
Quomodo Verbum dei resurgitur. to.1.175.D
Quomodo huius mundi principes semen Verbi diuini multiplicant. to.1.183.M
Verbi dei efficacia. to.1.200.L M
Verba dei sunt humiliter loquenda. to.2.14.C
Verbum quod fecit linguam, sine lingua loqui potest. to.2.34.D
Audimus Verba dei si facimus. to.2.70.L
Radix Verbi, virtus est operis. to.2.72.I K
Nihil in rerum natura tam velociter, quàm verbum transit. to.2.98.B
Hi Verba dei non audiunt, qui hæc exercere opere contemnunt. to.2.109.C
Verbi dei auditio probos ab improbis secernit. Ibidem.
Verborum domini auditores sunt in multiplici differentia. Ibidem.
Memorando nouissima verbis dei possumus eruditi. to.2.132.E
Dum proprietas verborum attenditur, sensuũ virtus amittitur. to.2.156.F
Verba nutrientium sunt lac, vel venenum. tomo.2. 195.M
De Verbo dei instantius prædicando. to.2.244. K.& seq.
Verbum dei cum mala deliberatione conuenire non potest. to.2.314.H
Verbi diuini cognitio superbis absconditur, humilibus reuelatur. to.2.394.F
Verbi doctorum multiplex effectus. to.2.277.A
Verbum domini multotiens apud prophetas repli catur. to.2.262.D
Verbum domini est vnigenitus dei. to.2.261.L
Verbum domini apud prophetas est promissio redemptoris. to.2.276.M
Verbum fidei vsque ad finem mũdi fidelibus exhibetur. to.2.292.I
Verba prædicatoris non audit qui ea implere negligit. to.2.313.F
Verbum prædicatoris in terram cadere. tomo.2. 274.D
Vetera seculi verba non sunt loquenda. tomo. 2. 264.D E

Verbosus.

Verbosus nequit iustificari. to.1.60.L

Verecundia.

Plærique per exteriorem verecundiam, interiorem culpam corrigunt. to.1.81.K
Plærique à malitia inuitati, ab humana verecundia reuocantur. Ibidem.
Verecundia laudabilis est in malo, reprehensibilis in bono. to.2.70.I

Veritas.

Ante veritatis examen securi non sumus, si in humano iudicio quod reprehendi debeat nõ habemus. to.1.153.A
Nihil est ad dicendum veritate facilius. to.2.9.K
Veritas ipsa absconsa fuit Iudæis. to.2.109.H
Dum veritas iustificat, hominem mendacium condemnat. to.2.140.F
Veritas quibus occultatur. to.2.271.K

Verum.

Non omnia vera dicenda sunt. tomo.1.150.G. to. 2.9.I K

Vermis.

Vermes tam diuites quàm pauperes superbos operient. to.1.90.M
Natura Vermium, est incessanter moueri. tomo.1. 98.B
Vermis quid designet. Ibidem.
Quilibet descendens à primo homine, Vermis dicitur. to.1.100.C

Vespasianus.

Vespasianus & Titus Hierusalem euerterunt. to. 2.131.I

Vespera.

Vesperæ nomine quid designetur. to.1.44.G
Vir sanctus vesperam expectat. Ibidem.
Quid sit dominum super filios terræ facere vesperum consurgere. to.1.174.I

Vestibulum.

Vestibulum interius æternæ vitæ latitudinem designat. to.2.82.G
Per Vestibulũ interius Ecclesiæ quid designetur. to.2.91.K
Per vestibulum exterius Ecclesię, quid designetur. Ibidem.

Vestigium.

Vestigia dei quæ sint. to.2.62.B
Vestigia pedum, quid designent. to.1.70.C
Vestigia dei, quomodo sequimur. to.1.95.A B

Vestimentum.

Vestimenta scindere, quid significet. to.1.10.M
Vestimentum, terrenum corpus dicitur. to.1.56.E
Quomodo vestimenta dicuntur abominari. Ibidem.F
Vestimentum quid designet. to.1.122.E
Vestimenta Ecclesiæ quæ sint. to.1.162.F
Natura vestimentorum est calorem à corpore attrahere, & eam corpori reddere. Ibidem.G
Vestimenta sanctorum, sunt corpora eorum. tomo. 2.147.K
Vestimenta dei, quomodo mutentur. Ibidem.L

Vestiri, & Vestis.

Mollibus vestiri, quid sit. to.2.100.K
Vestem ex lana linóque induere. to.1.50.K
An vestibus vti preciosis, peccatum sit. to.2.100. K.133.F
Albæ vestes, quid designent. to.2.119.I
Vestis pontificis ostensio est bonæ conuersationis. to.2.301.A

Vetustas.

Quomodo Vetustas nostra renouari debet. tomo. 1.116.F

Vexatio

Vexatio dat intellectum. to.2.137.C

Via.

Viro via sua quomodo abscondita est. to.1.24.G
Via dei, & via seculi, quomodo differunt. tom. 1.26.F
Quæ sint viæ domini. to.1.89.I
Quid est vias domini nolle. Ibidem.
Viam dei custodire, & ab ea non declinare. tom. 1.95.B
Per Viam vinearum ambulare. to.1.97.K
Viæ redemptoris nostri. to.1.98.M
Hæc via, ad patriam peregrinatio dicitur. tomo. 1.106.G
Quid Via & locus domini. to.1.111.G H
Viæ actiones designant. to.1.125.I
Dominus vias nostras subtili examinatione considerat. Ibidem.L
Viæ ad creatorem, sunt opera cõsiderata creatoris. to.1.150.H
Via perfectionis quæ est. to.2.87.I K
Via domini quomodo dirigitur ad cor. tomo. 2. 101.D
Viam redemptoris asperam sequi debemus. tomo. 2.91.F
Viæ nostræ maceria sepiuntur. to.2.128.C
Viæ, in sacris scripturis, pro actionibus accipiuntur. to.2.130.E
Viæ peccatorum. to.1.98.L
Via bona & recta quæ sit. to.2.305.M.& seq.
Viæ dei difficiles. to.2.289.G H
Via ad æterna gaudia non per delectationes est. to.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

to.2.282.D
Via salutis quæ sit. to.2.278.D
Viæ vitæ sunt afflictiones pœnitentig. to.2.271.F

Viator.

Viator dicitur, qui hic viam & non patriam attendit. to.1.91.C
Viatoris stulti conditio. to.1.106.A

Vicenarius.

Vicenarij numeri perfectio. to.2.284.D

Victima.

Victimæ sunt obsequia obediendiũ. to.2.299.M
Victimæ quæ sunt. to.2.321.L
Victimas deo offerre. to.2.300.A

Victor, Victoria.

Victores sunt contra dæmones qui per nullum sensum illis subdi nolunt. to.2.316.A
Victoria dei laudibus tribuitur. to.2.309.F
Victoria nõ minor est hostes tolerare quam hostes vincere. to.2.304.D E
Victoria quomodo potiuntur electi in dæmones. to.2.307.H I
Victoria in dæmones extolli non debemus. tomo. 2.307.B
Victoria aduersus spiritalia prælia. to.2.277.B
Excellentior nascitur ex desperatione victoria. to.2.213.B

Victorinus.

Victorini cuiusdam commendatio. tom.2.125.M. & sequen.

Videre.

Non Videbimus deum, sicut videt seipsum. tomo. 1.111.A
Videre dei, sapientiam est habere. Ibidem.E F
Videre dei, quid sit. to.1.112.E
Aliud est Videre per iudicium, aliud per appetitum. to.1.128.I K
Cum Videri nos non credimus, in sole clausos oculos tenemus. to.1.145.G
Quibus modis videndus est nobis deus pro hac vita. to.1.150.H
Ab inuisibilibus, per visibilia cadimus. Ibid.I
Videre deum, quid sit. to.1.157.D
Quanto se quisque minus videt, tanto sibi minus displicet. to.1.210.A
Videre & sequi deum, quomodo intelligatur. tom. 2.95.I.M
Videre dominum non potest, qui fidẽ Ecclesiæ doctoribus non adhibet. to.2.276.F
Videns quibus modis dicatur. to.2.292.K

Visibilia.

Visibilia per inuisibilia videntur. to.2.37.B

Visio & Visus.

Horror nocturnæ visionis, est pauor occultæ contemplationis. to.1.28.A
Visus hominis, est misericordia redemptoris. tom. 1.45.C
Differentia visionis beatorum & carnalium. to. 1.72.M.& seq.
Visio nostra erit vtcunque visioni dei similis, sed non æqualis. to.1.111.A
Visio dei nunc fide inchoatur. Ibidem.B
An visiones nocturnæ debeant obseruari. tomo. 2.42.K
Visio dei per essentiam. to.2.57.D E
Visio dei, & cognitio eius, pro hac vita impossibilis est. to.2.148.E

Vidua.

Vidua impigrerans duos filios, Ecclesia est. tomo. 2.57.I

Vigilare.

Mundanis vacantes, vigilare dicũtur. to.1.28.C
Sancti viri laboriosius dormiunt, quàm vigilare potuerunt. Ibidem.E
Vigilamus opere, locutione, & cogitatione, dum negligenter hoc seculo vtimur. tomo.2.272.M. & sequen.

Vigiliæ.

Vigiliæ tres sunt. to.2.105.C

Vilis.

Quidam viles videri appetunt, & propterea intumescunt. to.1.163.G

Villa.

Villa terrenam substantiam significat. tomo. 2. 127.H
In Villam ire, quid sit. to.2.130.C

Vinctus.

Vincti sumus in hoc mundo. to.1.23.B C

Vinculum.

Quomodo vincula vnius cuiusque soluantur. to.1. 179.H
Quomodo anima vinculis ligetur. Ibidem.
Quomodo vincula Christi sint soluta. tomo. 1. 180.K
Vinculũ perfectionis est charitas dei & proximi. to.2.308.K

Vinea.

Vineæ nomine, quid designetur. to.1.96.G
Via namque vinearum, est rectitudo ecclesiarum. to.1.97.K
Non est discutiendum cur dominus laborantes in vinea sua, inæquales labore & æquales in præmio fecit. to.1.148.B
In Vinea domini laborantes non æquè sortiuntur denarium. to.1.23.D
Vineæ mentis concupiscentias rectè designant. to.2.290.G
Per Vineam Iudæa designatur. to.2.45.B
Vineam nouam coluerunt apostoli. to.2.54.C
Deus nullo tempore destitit mittere operarios in vineam suam. to.2.109.L
Vineam domini qui dicantur rectè colere. tomo. 2.110.A

Vinum.

Vinum necat, & vbera nutriunt. to.2.44.I
Per vinum cura temporalis exprimitur. Ibidem.
Vinum absconditum in serpentem versum. tomo. 2.26.E
Vinum sponsæ, quid sit. to.2.52.K L

Violentum.

Violentorum non est adiutor deus. to.1.66.B
Filij violentorum sunt sequaces hæreticorum. to. 1.104.C D
Violenti rapiunt cœlum. to.2.112.A

Violentia.

Violentia est cœlis inferenda. to.2.148.H
De Violentia Luminosi. to.2.239.C

Vipera.

Viperæ natura. to.1.87.B
Per Viperæ linguam, violenta diaboli tẽtatio dicitur. Ibidem.
Vipera suo veneno tardius occidit. Ibidem.C
Quid per viperæ linguam. Ibidem.C D
Viperarum genimina, qui dicantur. to.2.111.C

Vir.

Vir Ecclesiæ, est humani generis redemptor. tomo. 1.32.C
Vir quisque dicitur fortis & discretus. tomo. 1. 70.G
Vir in scriptura, multipliciter dicitur. tom.1.157. B.164.M
Viros esse fœminis remissiores, valde turpe est. to.2.99.E
Vir vxori commixtus non nisi lotus aquæ Ecclesiam intrare debet. to.2.253.F
Vir à virtute nominatur. to.2.254.K
Vir in virum quomodo peccare dicitur. tomo. 2. 269.F
Vir & vnus vir in quo differunt. to. 2.259.B C
Viri interdũ capitalia crimina sunt. to.2.314.F
Viri electi desideriorum carnalium impetum sentiunt. to.2.302.I
Viri fortes & ad prælium apti sunt, qui sciunt pugnare & volunt. to.2.317.L
Viri perfecti audire suas laudes possunt, à rigore iustitiæ flecti nequeunt. to.2.320.L
Viri sancti præsentia despiciunt, æterna inquirũt. to.2.302.C
Viri sancti in auribus domini loquuntur. tomo. 2.288.L
Viri sancti pro reprobis orãtes exaudiri nequeũt. to.2.289.A
Viros plures Ecclesia sed vnum præcipuũ habuit. to.2.255.A

Virentia.

Virentia quæ dicantur. to.1.180.H.& fo.seq.M

Vires.

Nemo Vires suas in pace cognoscit. to.1.139.B

Virga.

Virga Aaron reliquis vndecim aridis manentibus floruit. to.1.84.K
Virga Aaron corpus Christi statim ad viriditatem rediens. Ibidem.
Virgam in manu tenere. to.2.313.E

Virgilius.

Virgilius Arelatensis episcopus, cæteris Galliarũ episcopis prælatus est. to.2.285.D G

Virginitas.

Virginitas non est de præcepto. to.1.87.G
Virginitas præminet coniugio. to.2.15.L
Nemo pro Virginitate se cæteris præferat. Ibidem. M
Virginitas aurea non est, si foris & intus non est. to.2.319.B
Virginum chorus aduersus immundos spiritus. to.2.308.M
Virginum perfectio. to.2.306.F
Virginei decori omnis pudicitia comparari non potest. to.2.319.B

Virgo.

Virgines quantam sui sollicitudinem habere debeant. to.2.15.K
Virgo sanctimonialis, solo imperio diabolum tecit. to.2.32.K
An virgo licitè inferit diabolum ingredi porcum. Ibidem.
Tam prudentes Virgines, quàm fatuæ, lampades habent. to.2.104.E
Quid per decem virgines designetur. Ibidem.
Quid est quòd fatuæ virgines à prudentibus oleum petunt. Ibidem.F
Qui Virginem violauerit, eam ducat in vxorem: vel excommunicatus ingrediatur religionem, actuarus pœnitentiam. to.2.169.E G
Pœna stupratoris virginum. tom.2.172.M.& sequen.D
Pœna rapientis virginem à monasterio. tomo.2. 247.G H

Virtus.

Virtutes & vitia chordis harmonicis comparantur. to.1.1.I
Quomodo singulæ virtutes in suo die conuiuium faciunt. to.1.3.L
Virtutes interdum nos aliquantula elatione polluunt. to.1.4.A
Virtutum sensus melius preces quàm disputationes inueniunt. Ibidem.B C
Nulla virtus est verè virtus, nisi alijs sit mixta virtutibus. Ibidem.K.& 128.E
Omnes virtutes connectuntur in fide. to.1.9.M

Virtutes sine prudentia, nec virtutes non sunt. to.1.10
Quatuor virtutes cardinales, sunt quatuor anguli nostræ domus. Ibidem.G
Virtus habita deterius, quàm si deesset, interficit. to.1.39.B
Nostris virtutibus sine dei misericordia resurgere non valemus. to.1.47.F
Virtutes theologæ sunt mentis munitiones. to.1.67.I
Nemo tantum virtutis apprehendit, quantum desiderat. to.1.71.C
Tremor cœlestium virtutum non timoris, sed admirationis. to.1.101.G
Virtutes cœlestes continuè deum videntes contremiscunt. Ibidem.
Vera virtus in amore est. to.1.118.I
Nulla virtus sine alia, vel nulla est omnino, vel minima. to.1.125.E
Tanto minor vna virtus est, quãto desunt cæteræ. to.1.128.E
Quisquis virtute pollere creditur, tunc verè pollet, cùm vitiis non subiacet. Ibidem.
Virtutum connexio inter se. Ibidem.E F
Virtutes cardinales tãto sunt perfectæ, quãto sunt inter se coniunctæ. Ibidem.F
Gradus virtutum in quo consistant. to.1.132.F G
Per gradus virtutum ascenditur, vt ad cœlestia obtinenda veniatur. Ibidem.M
Virtutes sunt interdum causa superbiæ. to.1.138.F
Virtutibus crescentibus plærunque bella tentationis augentur. to.1.149.M.& seq.
Virtus laudis transitoriæ innixa, non est virtus. to.1.163.E
Non eadem res semper est virtus. to.1.166.H
Virtus cùm indiscretè tenetur, amittitur. Ibidem.I
Quomodo virtutes à deo datæ in vitia abeunt. to.1.173.E
Homines plærunque ad virtutes quas appetunt, pertingere non valent. Ibidem.K
Iuxta mensuram virtutum, effectus subsequitur fructuum. to.1.179.B
Quomodo virtus ante dei oculos non est virtus. to.2.207.B
Nil infœlicius quàm cùm ex virtute nascitur vitium. to.2.13.C
Quomodo singulis virtutum contraria sint prædicanda. to.2.18.B C
Sæpe magnitudo virtutis occasio perditionis fuit. Ibidem.I
Virtus diuina, diuersimodè in diuersis operatur. to.2.37.A
Virtutes theologæ per cervos & capreas designantur. to.2.46.B
Virtutes qui dicantur congregare. to.2.47.G
Virtutes diuersæ, diuersis congruunt populis. to.2.54.A
Quatuor virtutes cardinales. to.2.96.M.& seq.
Sine cõcordiæ virtute, cæteræ virtutes non esse virtutes monstrantur. to.2.64.D
Virtutes cœlestium, saphiro designantur. tomo.2.66.A B
Virtutum & vitiorum oppositio. to.2.76.D E
Virtutes habent gradus ad perfectionem. tom.2.80.G H
Virtutis aliud est exordium, aliud profectus, aliud perfectio. Ibidem.
Tres sunt virtutes sine quibus adultus saluari non potest. to.2.82.M
Virtus veræ orationis est, celsitudo charitatis. to.2.118.E
Virtutum cœlestium officium. to.2.125.A
Virtutes seiunctæ, parum proficiunt. to.2.137.I
Virtus vna non sufficit ad extinguendum fornicationis spiritum. to.2.316.D.318.D
Virtus hominis debilis est sine auxilio conditoris. to.2.263.D
Reuerti ad virtutem est amorem religiosæ vitæ resumere. to.2.312.I
Virtutes quatuor Iudæis inerant. to.2.255.F
Virtutes inentis ex quibus bona opera procedunt, matres sunt. to.2.323.L
Virtutes electorum tacendæ sunt. to.2.310.E
Virtutum addecimatio. to.2.290.K
Virtutes spiritales exemplo prauorum dissipantur. to.2.188.F G H
Virtutibus quidam crescunt, qui elatione corruũt. to.2.274.C
Virtutes electorum quasi in thesauro dei occulti sunt. to.2.325.K

Visio.

Visionis internæ claritatem nemo sine bonis operibus inuenict. to.2.282.I

Visitare.

Quomodo deus hominem visitat. to.1.47.A B
Deus hominem diluculo visitat. Ibidem.

Visitatores.

Visitatores ecclesiarum, possunt aliquid accipere pro labore. to.2.173.I.178.B

Vita.

Vita amaricatis datur. to.1.24.A
Deus pro hac vita videri non potest. to.1.27.M
Flærique presentis vitæ oblectamenta calcant. to.1.30.A
Vita carnis, infirmitas est. to.1.31.E
Grauis labor est, præsentis vitæ gloriam quærere. to.1.32.I
Duæ vitæ, actiua & contẽplatiua, sunt duo oculi. to.1.36.E
Vtriusque vitæ commoda. Ibidem.
Vitæ præsenis ad futuram comparatio. to.1.41.C
Quare vita hominis est tentatio. to.1.43.C
Quomodo vita hominis sit militia. to.1.72.D
Vita carnalium, & cogitationum pulucre, & operum putredine inquinatur. to.1.44.E
Vita carnalis telæ comparatur. Ibidem.L
Vita præsens, morum defectus non habet. Ibidẽ.L
Finis vitæ inter electos & reprobos discrimina. to.1.45.C D
Sapor diuinæ dulcedinis in hac vita gustatus nõ reficit. to.1.47.C
Vita præsens sanctis vilescit, quãto propinquius conditoris dulcedine senserint. to.1.57.C
Cura vitæ æternæ pro hoc statu habenda est. to.1.60.E
Homo indefessus in actiua vita figitur, in cõtemplatiua lassatur. to.1.63.I
Differentia vitæ actiuæ, & contemplatiuæ. to.1.63.I.167.A. to.2.57.M.& seq.60.G
Vita contemplatiua stabilitatem suam nõ perdit, si aliquando non deficiat. to.1.63.I
Præsentis vitæ miseriæ aquis præterecuntibus cõparantur. Ibidem.K
Mala vitæ tanto durius animus sentit, quãto pẽsare bonum quod sequitur negligit. Ibidem.
Qui habere bonam vitam recusat, iusto dei iudicio quæ agit prana docere subiectos incipit. to.1.67.G
Quare omnia quæ habentur in hac vita, sunt nobis incerta. Ibidem.K
Humanæ vitæ brenitas & calamitas. tomo.1.70.G H
Statutum est quantum homo in hac vita mortali viuat. to.1.71.B
Vita præsens comparatur mari, & fluuio. Ibidẽ.K
Vita spiritus longè est à vita carnis. tomo.1.73.A
Perfecta vita est mortis imitatio. to.1.78.B
Præsentis vitæ prosperitas, innocentiæ testis non est. to.1.83.H
Qui in hac vita auertit oculos à crimine, in futura non valet sententiam damnationis declinare. to.1.90.F
Ad vetustam vitam vitia pertinent, virtutes ad nouam. to.1.116.F
Nox est vita præsens. to.1.137.I
Præsentis vitæ mala sicut sunt conspicere nequit, qui bona æternæ patriæ per contemplationem intueri non potest. to.1.138.A
Quare in hac vita tot perturbationibus conterimur. to.1.138.F
Vita præsens via est ad patriam. Ibidem.
Nostra vita cõparatur viæ Israelis de Aegypto in terram promissionis per desertum. tomo.1.141.H.& sequen.
Præsentem vitam sine culpa transire non possumus. to.1.142.E
In hac vita nõ semper dominus reddit iuxta opus singulis. to.1.143.H
Vitæ spacium vnde crescere creditur, decrescit. to.1.144.M
Vita hominum, remota pietate, laudabilis non est. to.1.171.D
Duæ vitæ sunt hominis. to.1.181.A
Vita nostra bonis malisq; permixta est. tomo.1.188.H
Quantumuis in hac vita quis profecerit, nondum tamen satiatur. to.1.190.G
Actiuæ vitæ virtutes. Ibidem.H
Tolerabilius est vitam rectam nõ arripere, quàm post arreptam post tergum redire. to.2.17.K
Vera vitæ existimatio, in virtute est operũ, non in ostensione signorum. to.2.23.E
Quòd vita animæ in corpus deprehenditur per motum membrorum, sic post corpus in sanctis pensanda est ex virtute miraculorũ. t.2.37.A
In hac vita nox est, in æterna dies. tomo.2.46.I
Vita præsens per læuã Christi, & futura per eius dexteram designatur. to.2.53.C
Vita actiua minor est meritò quàm contẽplatiua. to.2.57.M.& seq.
Vitæ contemplatiuæ fructus. to.2.60.G H
Vita sanctorum qualis esse debeat. to.2.62.K L
Vita peccatorum indigna est. to.2.66.D
Cui vita præsens dulcis est, hic nondum prædicator elenatus aut assumptus est. to.2.72.D
Vita præsens & æterna non simul dulces videntur. Ibidem.
Per manus scribentium, mensuratur vita auditorum. to.2.79.G
Actiua vita quid sit. Ibidem.& seq.
Contemplatiua. Ibidem.H
Vitæ actiuæ & contemplatiuæ per sacrũ eloquiũ à Christo eruditur. Ibidem.
Contemplatiua vita hic incipitur, vt in cœlo perficiatur. Ibidem.I
Actiua vita cum corpore deficit. Ibidem.
Actiua debet nos ad contemplatiuã vitã transmittere. Ibidem.L
Vitæ contemplatiuæ & actiuæ conditiones. Ibidem.I.& seq.
Præsens vita adhuc nobis est sexta feria. tomo.2.82.H
Longè distat vita populorum, à vita docentium. Ibidem.I
Vita mortalis via est. to.2.98.A
Quomodo creditur vita inuisibilis quæ non sentitur. to.2.98.L
Pauca sunt omnia bona huius vitæ, respectu cœlestium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stium. to.2.102.E
Vita humana neque à stellis, neque à fato, sed à deo gubernatur. to.2.303.B
Vita temporalis æternæ comparata mors est. tom. 2.128.I
Vitæ temporalis mutabilitas. to.2.148.C D
Vita actiua & contemplatiua per numerum dierum quindecim designantur. Ibidem.D
Duæ sunt vitæ: vna mortalis, altera immortalis. to.2.112.G
Vitæ beatæ excellentia. to.2.152.G
Vita quàm brevis sit aspicere debemus. Ibidē.M
Vita contemplatiua per Rachelem figuratur. tom. 2.152.D
Vita contemplatiua per Magdalenam figuratur. Ibidem.
Vita actiua per Liam figuratur. Ibidem.
Vita actiua per Martham designatur. Ibidem.
In hac vita nulla est stabilitas. to.2.170.D E
Nemo in hac vita potest sanctus iudicari. tomo. 2. 194.A
Quem ætas non vita seniorem facit, increpandus est. to.2.203.G
Vita præsens est peregrinatio. to.2.234.F
Vita debet sicut lingua prædicare. to.2.311.F
Vitæ actiuæ propria. to.2.317.C.& seq.
Vitæ actiuæ & contemplatiuæ conuenientia & discrimen. to.2.316.M.& seq.
Vitæ vtriusque filij. to.2.259.G
Vita hæc æternæ comparata nox dicitur. tomo. 2. 314.F
Vitæ innocentiam pro nobis habemus. tomo. 2. 304.I
Vita electorum alta est meritis. to.2.310.I
Vita peccatoris nox est. to.2.320.G
Vitæ pessimæ gradus per quinque gentes designãtur. to.2.316.B C
Vita præsens dicitur media pars ingeri. tomo. 2. 311.I
Vita sanctorum quàm cautam & circumspectam esse oportet. to.2.307.A

Vitium.

Vitia donis spiritus sancti opposita. to.1.10.H
Sub specie virtutis vitia ad nos blanda facie veniunt, sed quid veneni intus habeant tandem ostendunt. to.1.16.D
Qui vitia subigere appetit, virtutum se armis accingit. Ibidem.
Vitia quædam sub virtutis specie se tegunt. Ibidem.D E
Vitia nos afflictos non agnoscunt. Ibidem.E
Ramus erroris defendendi vitiũ, ab Adam hactenus perseverat. to.1.20.D
Pilosi nomine, cuiuslibet vitij asperitas designatur. to.1.40.D
Vitiorũ actus refrenans, in bonis operibus molestatur. to.1.43.D
Ex Vitiis vitia nascuntur: & qui minima negligit, paulatim cadit. to.1.62.K
Vitium ostẽdit quicquid intus habet. to.1.109.E
Qui omnia vitia superant, si de victoria superbiunt, ab hoste superantur. to.1.114.H
Vitia sæpe mentiuntur se esse virtutes. to.1.135.K
Aliud est vitia suadere vinẽdo, aliud iubere terrendo. to.1.151.A
Quædam vitia etiam obtusiores sensu perpetrãt. to.1.154.G
Eisdem alimẽtis vitia superbiunt, quibus nutrite virtutes viuunt. to.1.180.G
Vitia colore virtutum tincta, tãto nequiora sunt, quanto esse vitia ignorantur. to.1.185.H
Vitia tentantia aliquando more ducum, aliquando more exercitus insequuntur. to.1.189.E F
Cætera vitia sunt duces superbiæ. Ibidem.F
Septem principalia vitia sunt proles superbiæ. Ibidem.
Ex septem vitiis capitalibus quinque spiritalia sunt, & duo carnalia. Ibidem.G
Quomodo vnum vitium capitale ex altero generetur. Ibidem.
Quomodo omnia vitia mentem deceptam inuadunt. Ibidem.G H
Remedium militis Christiani aduersus vitia capitalia. Ibidem.H I
Non est sine vitio, quod ignoscitur & non præcipitur. to.1.195.F
Duo sunt vitia quæ maximè humano generi dominantur. to.1.197.K
Melius est ardere flamma febrium, quàm igne vitiorum. to.1.201.D
Cùm vitia vitiis succedunt, agrum mentis alia pestis deuorat, quod alia reliquit. to.2.204.C
Quàm periculosum est per vitia corporis salutem expendere. to.2.10.B C
Cum vitiũ virtus creditur, sine metu culpa cumulatur. to.2.11.E
Quædam vitia ex semetipsis gignunt alia. tomo. 2.12.A
Vitia virtutibus opposita. to.2.18.C
Aliquando leuiora vitia relinquenda sunt, vt graviora subtrahantur. Ibidem.E
Vitium vnum quidam edomant, alia nõ edomãt. to.2.71.B
Vitia permixta contra mentem veniunt. tomo. 2. 76.F
Contra vitia sumatur virtus adiutorij. to.2.82.D
Sæpe vitia se virtutes mentiuntur. to.2.155.L
Vitia honore remunerari indignum est. tomo. 2. 216.A
Vitia capitalia. to.2.302.C H
Vitia per confessionem deleta sunt pœnitentiæ auferitate delenda. to.2.321.H
Vitiis singulis propriæ curationes adhibendæ. to.2.310.K

Vitrum.

De vitro fracto per virtutem crucis. to.2.24.C
Vitreum vas lapidibus illisum, non fractum. to. 2.27.E

Vitulus.

Vitulorum vngulæ discretionem signant. tomo. 2. 143.B

Viuere. Viuus.

Quomodo differant beatè viuere, & essentialiter viuere. to.1.17.K
Per spiramentum viuimus, per sapientiam sapiẽtes sumus. to.1.100.F
Illi non viuunt qui peccando vitam iustitiæ perdiderunt. Ibidem.G
Viui sentientes pro scientibus ponuntur. tomo. 1. 104.C
Qui hic suauiter viuunt, adhuc stulti sunt. tom. 1. 108.F
Quanto incipit quisque superius viuere, tanto incipit inferius interire. to.1.143.M
Deum bene viuẽdo nõ irritamus, nec malis actionibus grauamus. to.1.150.K
Viuere, & permanere, multum differunt. tomo. 2. 145.H
Nemo sine crimine viuit. to.2.235.B
Ars viuendi subtilissima, quæ est. to.1.153.I
Arcta bene viuendi censura, non est ampla via, sed semita. to.1.162.D
Viuit in diebus, qui vitam virtutibus plenam ducit. to.2.317.K
Viuimus solum tempore quo innocenter & humiliter viuimus. to.2.306.C D
Viuit dominus in cuius conspectu sto. to.2.305.H
Viuere deo per amorem non valemus, nisi seculum amare desistamus. to.2.264.M

Viuentes.

Viuentes perfecti timent iudicem, ne morientes inueniant accusatorem. to.1.35.G

Vlmus.

Vlmus quos designet. to.2.111.K

Vltio.

Quare deus differat vltionem peccatorum. tom. 1. 146.M.& seq.
In vltiscendis vitiis sæpe crudelitas agitur, & iustitia putatur. to.1.195.L

Vmbra.

Vmbra mortis oblivio dicitur. to.1.18.B
Vmbra mortis quid sit. to.1.19.I
Vmbram desiderare quid sit. to.1.43.K
Vmbra mortis dicitur prava operatio. to.1.67.M
Per vmbram mortis oblivio designatur. tomo. 1. 145.E
Per vmbram torpor frigidæ mentis recedente claritate exprimitur. to.1.197.E
Vmbra redemptoris sacrum euangelium. tomo. 2. 310.E

Vngere. Vnctio.

Vngere multiplex est. to.2.327.A B
Vnctio diuersa. to.2.296.K
Vnctionis fructus est cultus diuinæ hæreditatis. to.2.296.M

Vnguentum.

Odor vnguentorum, opinionem signat. to.2.207.F
Per Vnguenta, virtutes ortæ ex charitate intelliguntur. to.2.48.K

Vngula.

Quid per vngulam designetur. to.1.186.K
Quid vngula terram fodere. Ibidem.K L M

Vnitas.

Quisquis extra vnitatem Ecclesiæ pœnas patitur, martyr fieri non potest. to.1.105.L
Vnitas bona, & vnitas mala, in quo differant. to. 2.205.D
Malorum vnitas semper noxia est. Ibidem.E
Vnitas spiritalis in quibus reperitur. to.2.259.C

Vniuersale.

Vniuersale nomen soli pontifici Romano pertinet. to.1.181.I.K.182.H

Vniuersitas.

Vniuersitatis nomine signatur homo. to.1.33.B C

Vniuersus.

Vniuersa deum aquis irrigare, quid sit. Ibidem.C
Vniuersorum nomine morum dissimilitudines signantur. Ibidem.
Prophanum vocabulum vniuersalis, quid significet. to.2.196.D.& so.seq.A
Qui vniuersalẽ se nominat, præco est antichristi. to.2.197.E H
Papa Romanus in Chalcedonensi synodo vniuersalis est appellatus, sed renuit. to.2.202.I
Nec etiam Romanus pontifex vniuersalis est appellandus. Ibidem.M.& seq.
De vocabulo vniuersale. to.2.211.B C

Vocare.

Vocare nostrum, est humili prece deum deposcere. to.1.30.G
Deus nos vocat multipliciter. to.2.118.D
Multi vocant deum, sed non inuocant. to.2.143.E
Multi sunt vocati, pauci verò electi, verbũ valde tremendum. to.2.131.B
Vocare dei. to.2.275.F
Vocare dei est electam mentem ad augmentũ maioris gratiæ excitare. to.2.273.B
Vocare dei per vim maioris gratiæ excitare est. to.2.272.D

Vocatio.

Nemo præsumat de vocatione sua. to.1.110.E
Vocationis triplex effectus. to.2.176.C
Vocatio gentium. to.2.257.H.& seq. & 266.A
Vocatio Gentium est expulsio Iudæorum. tom.2. 262.M.& sequentia.

Volatilia.

Per volatilia cœli, sublimia sapientes intelligimus. to.1.66.D

Volucres.

Volucres aliquando in bono, aliquando in malo dicuntur. to.1.111.C D
Volucres cœli qui dicantur. to.1.151.E F

Volumen.

Volumen volans, est sacra scriptura. to.1.86.M

Voluntas.

Plærique consiliis diuinis resistentes dei voluntatem peragunt. to.1.33.L
Voluntas dei in omnibus operibus nostris inquirenda est. to.1.34.D
Nos ex voluntate propria implemus quod nobis diabolus malè suggerit. to.1.77.C
Quomodo homines se conformant diuinæ voluntati. to.1.108.L
Voluntas requiritur ad omne quod in hac vitacõ cupiscitur. to.1.149.A
Quibus modis dominus voluntatem suam indicat. to.1.164.E
Nil difficilius quàm proprias voluntates frangere. to.1.196.B
Quos voluntas prana peruertit, plærumque aduersitas corrigit. to.1.204.L
Bonæ voluntatis holocaustum. to.2.100.E
Nunquam vacua est manus à munere, vbi arca cordis repleta est bona voluntate. to.1.312.E
Voluntas bona, quã deus appetit, in quo consistat. Ibidem.D
Non sufficit bene velle, nisi sequatur facere. to.2. 150.M
Non sunt cassandæ piæ voluntates viuorum ac defunctorum. to.2.173.E
Vltima voluntas defuncti interdum potest interpretari. to.2.227.A
Voluntatem & statuta decessorum suorum custodiant, qui suam seruari volunt. to.2.287.G
Vltima voluntas defuncti nõ est omittenda. to.2. 226.M
Voluntas bona vxor prædicatoris. to.2.317.E
Voluntas bona infunditur à deo. to.2.317.F
Voluntas bona sola trahit ad exercenda vitiorũ opera. to.2.283.M
Voluntas dei quomodo perficienda. to.2.305.D
Voluntatem propriam sequi eligentes à deo non probantur. to.2.321.M
Voluntatem propriã alienæ subiicere maioris est meriti. to.2.322.A
Voluntatem suam subdere maioris arbitrio summa excellentia est. to.2.272.I

Voluptas.

Cùm maiores voluptati inseruiunt, minoribus lasciuiæ frena laxantur. to.1.7.B
Voluptatis perfectio frustra quæritur. to.1.21.L
Omnis descensus est in voluptate. tom.1.39.H
Qui nunc malè in voluptatibus se dilatat, eum pòst in supplicijs pœna angustat. to.1.80.B
Dediti temporalium voluptati, sapientiæ perfrui tranquillitate non possunt. to.1.108.G
Voluptatibus dediti cœlestia non gustant. to.1. 120.G
Quomodo in iumentorum voluptatem decidant homines. to.1.158.G
Voluptas sub necessitate interdum se palliat. to.1. 180.E
Contra mundi voluptates. to.2.103.F
Voluptates pristinæ ad memoriam redeunt. to.2. 103.F
Voluptas carnis, nõ dolor, in culpa est. to.2.253.C

Voluptuosus.

Voluptuosorum vita nil nisi pũctus est. to.1.89.H
Voluptuosi labores temporalium voluptatem putant. to.1.120.G
Voluptuosi absinthio inebriati sunt. Ibidem.
Voluptuosorum interitus. to.1.123.C

Votum.

Quanto citius malum votum impleri permittitur, tanto celerius punitur. to.1.87.I
Bona vota quotiens effectum percipiunt, multipli cantur. to.1.209.M
Votum est persoluendum. to.2.156.L
Dignus est supplicio qui seipsum deo subtrahit à voto resiliens. Ibidem.

Vouere.

Quid sit vouere. to.1.191.I K
Vouere se cœlestibus gaudiis quomodo mens dicitur. to.2.260.H

Vox.

Vox capitis, sæpe ad vocem corporis: sæpe vox corporis ad vocẽ capitis trãsfertur. to.1.117.E
Vox dei non in gaudio, sed in terrore audiri dicitur. to.1.159.I K
Vocem domini & spiritus audiue. to.1.160.E
Per vocem prædicationem intelligimus. to.2.46.I
Vox plus excitat quàm lectio. to.2.112.D
Viua vox strictius cor trahit quàm lectio. to.2. 194.G
Vocem domini quis audit. to.2.305.C

Vrbani.

Vrbani qui sunt. to.2.325.H

Vrias.

Vrias lux mea dei dicitur. to.1.15.G
Vrias Iudaicum populum designat. Ibidem.
Vriæ historia quid designet. Ibidem.

Vrsinus.

Presbyter Vrsinus suam presbyteram longè à se manere curabat. to.2.37.H
De egressu animæ Vrsini presbyteri. Ibidem.
Presbyter Vrsinus, laborans in extremis, presbyteram suam discedere fecit. Ibidem.I
Presbyter Vrsinus moriens apostolos vidit. Ibid.

Vrsus.

Vrsus, ferocitatis oblitus, Cerbonij episcopi pedes lambebat. to.2.30.D
Vrsus pastor animi effectus est. to.2.31.D

Vtilitas.

Vtilitatem etiam paucorum procurare debemus. to.2.112.M
Vtilitas afflictionis. to.1.35.H

Vuisigothus.

Mortuus est vnus Vuisigothus vt multi viuerent. to.2.34.C

Vulgus.

Vulgus pauper est populus indoctus. to.1.96.I K

Vulnus.

Qui vno vulnere nõ prosternitur, idcirco bis terq; percutitur, vt vsque ad intima feriatur. to.1. 6.M
Vulnera clausa plus cruciant. to.1.42.G
Sine causa vulnera multiplicantur. to.1.54.C
Per vulnus peccatum exprimitur. to.2.137.M

Vulpes.

Vulpes quid designent. to.1.111.C D

Vxor.

Vxor malè suadens, carnalis cogitatio. to.1.16.C
Quomodo vxor sit diligenda, & odienda. to.2. 128.I M
De vxoribus clericorum. to.2.157.I
De vxore zelotipa. to.2.221.H
Ad vxorem suam redire cogatur, qui sine eius cõsensu religionem intrauit. to.2.231.A B

Xenodochium.

Xenodochiorum rationes sunt episcopis reddendæ. to.2.174.M
Xenodochiorum rectores vita & moribus polleant. Ibidem.
Xenodochium sancti Theodori. to.2.219.M
De xenodochio construendo. to.2.235.L
De xenodochio Augustinensi. to.2.241.E
Bona xenodochiis oblata, nunquam sunt auferenda. Ibidem.
De xenodochio neglecto. to.2.246.E F

Zachæus.

Zachæus pusillus sycomorum ascendit & dominum vidit. to.1.163.I

Zelus.

Zelus spiritalis. to.2.76.G H
Nullum deo tale est sacrificium, quàm zelus animarum. Ibidem.H
Zelis rectitudinis exemplum est Phinees. to.2.82.B

Zeno.

De ecclesia beati Zenonis martyris, in qua aquæ vltra portam inundantes non intrauerunt. to.2.32.F

Finit Index Materiarum.

Tabula

TABVLA AVTHORITATVM SCRIpturæ, per ordinẽ librorum, à D. Gregorio sparsim explicatarũ.

Genesis.1.



N principio creauit deꝰ cœlum & terrã.to.1.162.I

Facta est lux, factúmque est vespere. to.1.44.G

Germinet terra herbam virẽtem. to.1.114.D & 172.H

Protulit terra herbam virentem. to.1.35.L

Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. to.1.57.K

Et creauit deus hominem ad imaginem.to.1.29.B

Masculum & fœminam creauit eos. to.1.193.D

Gen.2.

Et requieuit die septimo. to.1.2.C

Istæ sunt generationes cœli & terræ. to.1.193.D

Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. to.1.109.L.& 136.I

Et posuit illum in paradiso voluptatis. tom.1.114.H

Ex omni ligno paradisi comedite, de ligno autem scientiæ boni & mali, &c. to.1.212.A

Qua hora comederitis, morte moriemini. to.2.187.H.197.K & 310.M

Immisit dominus soporem in Adam. to.1.179.L

Hoc nunc os ex ossibus meis. to.1.85.C

Gen.3.

Cur præcepit vobis deus vt non comederetis &c. to.1.114.G

In quacunque die comederitis aperientur oculi vestri. to.1.17.L.& 20.M.& 169.M & to.2.106.M

Vidit igitur mulier quòd bonum esset. to.1.20.M & 125.B

Tulit de fructu illius & comedit. to.1.28.D

Consuerunt folia ficus & fecerũt sibi perizomata. to.1.151.H.& 193.K

Et cum audisset vocem domini dei. to.1.164.G 197.E.& to.2.145.E

Abscondit se Adam & vxor eius. to.1.131.A

Adam vbi es? to.1.5.G.& to.2.292.B

Mulier quam dedisti mihi sociam. to.1.20.B & 131.A.& to.2.136.B

Serpens decepit me & comedi. to.1.202.L

Pectore & ventre repes. to.1.125.D to.2.12.C

Terram comedes cunctis diebus. to.2.145.L

Ipsa tuam obseruabit caput, & tu calcaneũ eius. to.1.4.I

Maledicta terra in opere tuo. to.1.17.G

Terræ es, & in terram ibis. to.1.9.D.& 170.A

Gen.4.

Abel quoque obtulit de primogenitis. tom.2.174.A

Respexit dominus ad Abel & ad munera eius. to.1.130.L.& to.2.9.I.& 217.I

Iratúsque est Cain vehementer. Ibidem.

In foribus peccatum tuum aderit, sub te erit appetitus tuus. to.1.20.A

Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. to.1.77.G

Cain ædificauit ciuitatem. to.1.32.A.& so. seq.A & 93.A

Et vocauit nomẽ ciꝰ ex nomine fratris sui Enoch. to.1.51.C

Gen.6

Non permanebit spiritus meus in homine. to.1.85.C

Finis vniuersæ carnis venit coram me. to.2.35.K

Fac tibi arcam de lignis. to.2.230.E F

Bitumine linies extrinsecus. to.2.193.I

Trecentorum cubitorum erit lẽgitudo. to.2.83.M

Gen.7.

Aquæ leuauerunt arcam in sublime à terra. to.1.210.H

Gen.8.

Requieuítque arca die septimo. to.2.230.F

Gen.9.

Et terror vester ac tremor sit super cuncta animãtia terræ. to.1.127.A.& to.2.5.C

Arcum meum ponam in nubibus. to.2.66.K

Faciésque eorum auersæ erant. to.1.148.H I

Maledictus puer Chanaam. to.1.152.G

Gen.11.

Cúmque proficiscerentur de Oriente. to.1.142.H

Venite faciamus nobis ciuitatem & turrem eius. Ibidem.& seq.

Venite descendamus & confundamus ibi linguã eorum. to.1.5.K

Gen.12.

Maledicam maledicentibus tibi. to.1.17.G

Semini tuo dabo terram hanc. to.2.14.M

Gen.15.

Et reputatum est ei ad iustitiam. to.2.141.M

Descenderúntque volucres, & abigebat eas. to.1.95.K.& to.2.138.C

Gen.17

Infans octo dierum circumcidetur. to.2.91.D

Gen.18.

Apparuerunt ei tres viri. to.1.60.F.& 164.H to.2.109.A.& 164.M

Clamor Sodomorum & Gomorræorum multiplicatus est. to.1.25.D.& 115.I to.2.16.K 136.D.194.K

Loquar ad dominũ meum, cùm sim puluis & cinis.to.1.15.M.& 63.C.& 109.M.& 143.M

Gen.19.

Et introduxerunt ad se Loth. to.1.34.H

Loth ardentem Sodomam fugit. to.2.15.E

Igitur dominus pluit super Sodomam & Gomorram. to.1.81.A.& to.2.41.E

Gen.22.

Tulit ergo ligna holocausti. to.2.61.L

Nunc cognoui quòd timeas dominũ. to.1.125.M to.2.223.A B

Gen.23.

Sepeliuit Abraham vxorem in spelunca duplici. to.1.36.C

Ephron ad Abraham pro Sarræ sepultura nihil voluit accipere. to.2.209.I

Gen.24.

Dixítque ad seruum suum seniorem domus suæ. to.1.8.H

Rebecca ad Isaac veniẽs dorso cameli deducitur. to.1.2.E.& 212.I

Inclinata iam die egressum in agro Isaac in camelo sedens. to.1.212.H

Gen.25.

Deprecatus Isaac pro vxore sua. to.2.21.I

Factus est Esau vir gnarus venandi. to.1.25.C

Iacob autem vir simplex habitans in tabernaculis. Ibidem.

Accepto pane & lentis edulio comedit. tom.2.180.D

Gen.26.

Inuidentes ei Palæstini omnes. to.1.93.H

Rursum fodit alios puteos. to.1.186.L

Gen.27.

Senuit autem Isaac & caligauerunt oculi eius. to.1.211.H

Cúmque venatu aliquid attuleris. to.2.61.A

Quos cùm oblatos comedisset. to.2.164.M

Benedixit Isaac Iacob. to.2.61.A.164.M

Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. tom.2.61.C D

Det tibi dominus de rore cœli & de pinguedine terræ. to.2.61.D

Gen.28.

Tulit ergo de lapidibus & dormiuit in eodem loco. to.1.28.C

Angelos quoque ascendentes, & descendentes. Ibidem.to.2.155.G

Gen.29.

Et vespere Lyam filiam suam introduxit. to.2.79.K.& seq.

Nõne pro Rachel seruiui tibi? to.1.361

Gen.30.

Tollens ergo Iacob populeas virgas virides. to.1.124.G

Gen.31.

Cur furatus es deos meos? to.1.181.B

Iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit. Ibidem.C

Gen.32.

Et ecce vir luctabatur cum eo. to.2.79.L

Vidi dominum facie ad faciem. to.1.110.G to.1.140.F.

Ipse verò claudicabat pede. to.1.22.M.& to.2.148.G

Gen.33.

Eleuãs autem Iacob oculos, vidit veniente Esau. to.1.51.D

Gen.34.

Egressa est autem Dyna vt videret mulieres.to.2.16.C

Tristémque blanditiis deliniuit. Ibidem.

Gen.37.

Fecítque tunicam polymitam. to.2.115.E

Putabam nos ligare manipulos. to.1.33.M to.2.42.L.94.L

Ecce somniator venit ille, venite occidamus eum. to.1.33.M

Gen.39.

Quomodo ergo possum hoc malum facere? to.1.178.H

Qui relicto in manu eius pallio fugit. to.1.9.I

Gen.41.

Vidit Pharao somnium. to.1.68.E.211.B

Gen.42.

Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. to.2.94.M

Gen.46.

Omnes animæ domus Iacob, quæ egressæ fuerant. to.1.13.D.to.2.115.I

Gen.47.

Accipite semina & serite agros. to.1.36.A

Gen.49.

Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti. to.2.144.G

Isachar asinus fortis, accubans inter terminos. to.1.2.I

Fiat Dan coluber in via, & cerastes in semita cadat ascensor eius retrò. to.1.183.L

Salutare tuum expectabo domine. to.1.185.M to.2.66.H

Beniamin lupus rapax, manè comedit prædam. to.1.104.G

Exodi, Cap.1.

Bene ergo fecit deus obstetricibus. tom.1.103.B

Exod.2.

Qui

Universidad de Deusto Biblioteca

Qui fugiens de conspectu eius. to.1.137.H

Exod.3.

Videbat quòd rubus arderet, & non combureretur. to.2.63.E

Vadam & videbo visionem hanc to.1.91.C

Vocauit eum de medio rubi, & ait. to.1.164.H I to.2.43.E

Qui est misit me ad vos. to.1.109.M.& to.2.147.L

Ego sum qui sum. to.2.261.M

Exod.4.

Obsecro domine non sum eloquens. to.1.212.B to.2.65.M

Ego indurabo cor eius. to.1.66.K.148.M. & 173.G.184.H.to.2.74.C

Exod.5.

Videat dominus & iudicet, quoniam fœtere fecistis odorem nostrum. to.2.76.C

Exod.6.

Et nomen meum Adonai non indicaui eis. to.2.85.K

Ego audiui gemitum filiorum Israel. to.1.150.L

Exod.7.

Ego constitui te deum Pharaonis. to.2.64.L. 80.L

Exod.8.

Et venit musca grauissima in domos Pharaonis. to.1.108.H

Exod.10.

Ventus vrens leuauit locustas, quæ ascenderunt. to.1.186.D

Exod.12.

Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua. to.2.266.C

Tollat vnusquisque agnum per familias. to.2.92.E

Et sument de sanguine eius ac ponent. to.2.113.F & sequen.

Et comedetis festinantes. Ibidem.M

Si quid residuum fuerit, igne comburetis. to.1.118.M

In vna domo comedetis. to.1.210.H

Exod.13.

Primogenitum asini mutabitis bene. to.1.160.B

Igitur cum emisisset Pharao populum. to.1.141.L

Dominus autem, &c. Et per noctem in columna ignis. to.1.9.D.to.2.112.F

Exod.14.

Quid clamas ad me. to.2.132.B

Et erat nubes tenebrosa. to.1.9.D

Diuisáque est aqua. to.1.205.E

Et ingressi sunt filij Israel per medium ficci maris. to.2.230.B

Persequentésque Aegyptij ingressi sunt post eos. Ibidem.

Exod.15

Qui similis tui in diis domine, &c. to.2.311.M

Exod.16.

Ecce ego pluam vobis panes de cœlo. to.1.120.I

Nec contra nos est murmur vestrum. to.1.133.H

Dixerúntque ad inuicem, Manhu. to.1.160.F

Et sabbatizabit populus die septimo. to.1.108.H

Exod.17.

Moyses virtute orationis cõtra Amalech pugnabat. to.2.318.D E

Manus autem Moysi erant graues. to.2.123.L

Exod.18.

Solus illud nõ poteris sustinere. to.2.5.M.& seq.

Exod.19.

Moyses autem ascendit in montem ad deum. to.1.29.C.137.H

Mons Sinai fumabat eo quòd descendisset dominus in igne. to.1.36.G

Omnis qui tetigerit montem, morte morietur. Ibidem.H

Bestia quæ tetigerit montem, lapidabitur. Ibidem.H

Non poterit vulgus ascendere in montem. tomo.1.5.B

Descenditque Moyses ad populum. to.2.74.I

Exod.20.

Ego sum dominus deus tuus, visitans iniquitatem patrum in filios. to.1.90.D

Altare de terra facietis mihi. tomo.1.15.D.& to.2.143.A

Exod.21.

Si emeris seruum Hebræum, sex annis &c. tom.2.58.B.& seq.

Et erit ei seruus in seculum. Ibidem.E

Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit &c. to.2.19.G

Exod.22.

Applicabitur ad deos. to.2.64.L

Si pignus à proximo tuo acceperis. to.1.92.D

Exod.24.

Moyses ascendit, & dominus in montem descendit. to.1.29.C

Exod.25.

Hæc sunt quæ accipere debetis. to.1.148.K

Facies quatuor circulos aureos. to.2.7.E

Nec vnquam extrahentur ab eis. Ibidem.E F

Ponésque in arca testificationem quam dabo tibi. to.2.102.K L

Duos quoque Cherubin aureos & productiles. to.2.115.H

Parabis & acetabula & phialas. to.2.100.M

Facies & candelabrum ductile de auro. tomo.2.61.E

Exod.26.

Tabernaculum verò ita fiet: decem cortinas &c. to.2.88.K.130.K

Cocco bis tincto opere plumario facies. to.2.108.C.130.K

Facies & tabulas stantes tabernaculi. to.1.165.I

Quibus quadraginta bases argenteas fundes. Ibidem.I K

Exod.27.

Facies & altare de lignis cethim. to.2.97.C

Columnas habebit quatuor, cum basibus totidẽ. to.1.165.I

Exod.28.

Facient autem superhumerale de auro & hiacintho. to.2.82.I.155.B

Coccóque bis tincto. to.2.82.I.155.B C

Portabítque Aaron nomina eorum. to.2.4.B

Super vtrumque humerum. to.2.4.D.155.B

Vtstringatur rationale &c. vitta hiacinthina. to.2.4.B.to.2.155.C

Et gestabit iudicium filiorũ Israel in pectore suo. to.2.4.B

Deorsum verò quasi mala punica facies. tomo.2.155.E F

Mixtis in medio tintinnabulis. to.2.4.H.155.H

Vt audiatur sonitus, quando ingreditur & egreditur. to.2.4.H

Exod.29.

Sanctificabis pectusculum consecratũ & armũ. to.2.155.D

Exod.30.

Facies quoque altare ad adolendum. to.2.97.C

Sume tibi aromata, & stacten, & onycham &c. to.1.4.A

Cúmque in tenuissimum puluerem vniuersa aromata contuderis. Ibidem.K

Exod.32.

Et sedit populus mãducare & bibere, & surrexit ludere. to.1.1.K.& 62.L to.2.12.C & 314.L

Vade descende, peccauit populus tuus. tomo.1.118.B

Ponat vir gladium super femur. to.2.14.G

Et occidat vnusquisque fratrem. Ibidem.

Exod.33.

Cumq; egrederetur Moyses ad tabernaculum. to.2.78.K

Loquebatur Moysi dominus facie ad faciem. to.2.297.M.& seq.

Stabat vnusquisque in ostio papilionis. to.1.129.E

Nube in tabernaculum descendente, Israelitæ, è longinquo cernebant. Ibidem.

Ostende mihi faciem tuam. to.1.110.H

Facies mea præcedet te. to.1.204.L

Et teipsum noui ex nomine. to.2.115.K

Ecce inquit est locus apud me. to.1.147.D & to.1.210.H.to.2.208.L

Non enim videbit me homo & viuet. to.1.110.I

Tu videbis posteriora mea. to.1.208.L

Exod.34.

Nullusq; apud te innocens est. to.1.94.A

Qui reddis iniquitatem patrum in filios. to.1.90.D

Posuit velamen super faciem suam. tom.1.107.I & to.2.18.G

Exod.35.

Coccumq; bis tinctum. to.2.108.D

Quicquid ad cultum & ad vestes sanctas &c. to.1.177.A

Exod.37.

Et vasa &c. Phyalas & cyathos. to.1.117.B

Exod.38.

Fecit & labrum æneum cum basi sua. to.2.108.B

Columnæ autem in ingressu fuere. to.2.91.E

Leuitici.Cap.1.

Et cæsa pelle hostiæ. to.1.4.L

De turturibus &c. & retorto ad collum to.2.63.F

Leuitici.2.

Si rectè offeras, rectè autem non dividas, peccasti. to.2.73.F

Leuitici.3.

Et offerent &c. vsque, Et caudam. to.2.115.D

Leuitici.5.

Anima quæ iurauerit & protulerit &c. Offerat agnam de gregibus, siue capram, orabitq; pro eo sacerdos. to.1.191.I

Retorquebit caput eius ad pennulas. to.2.63.F

Leuitici.6.

Ignis autem in altari semper ardebit. to.1.145.M

Ignis est iste perpetuus qui nunquam deficiet. Ibidem.

Quæ in sartagine oleo conspersa frigetur. tom.2.76.H

Offerent autem eam calidam. Ibidem.

Leuitici.7.

Armus quoque dexter de pacificorum &c. to.2.154.M

Pectusculum enim eleuationis &c. Ibidem.

Leuitici.11.

Quicquid autem pennulas & squamas nõ habet. to.1.25.B.121.L

Omne animal &c. nec ruminat, immundum erit. to.2.52.L

Leuitici.15.

Vir qui patitur fluxum seminis, immundus erit. to.1.136.H to.2.4.K

Leuitici.18.

Turpitudinẽ patris tui nõ discooperies. t.2.252.I

Leuitici.19.

Non maledices surdo, nec coræ cæco pones offendiculum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diculum. to.2.18.B
Quando ingressi &c.& plura in ea ligna pomifera. to.1.50.A
Diliges amicum tuum,& odio habebis inimicũ. to.2.130.B
Non augurabimini,nec obseruabitis somnia.to.1.46.F.to.2.42.I

Leuitici.21.

Homo de semine tuo per familias. to.2.3.H & sequentibus.
Si impetiginem in corpore,si herniosus &c. Ibidem.H I
Si gibbus. Ibidem.&.121.L

Leuitici.26.

Ambulabo inter vos. to.1.158.D

Numeri.Cap.6.

Vnde reddetur Nazaræus ad ostium.to.1.11.B

Nume.7.

Cumq; ingrederetur Moyses tabernaculum. to.1.137.H

Nume.8.

Leuitæ radant omnes pilos carnis suæ. to.1.28.I.
Hæc est lex leuitarum,à xxv.annis & supra. to.1.135.M.to.2.24.B

Nume.10.

Fac tibi duas tubas argenteas ductiles.1.1.176.E
Si autem prolixior atque concisus clangor increpuerit. Ibidem.
Proficiscimur ad locum quem dominus daturus est nobis,veni nobiscum,& benefacimus tibi. to.2.11.L M

Nume.11.

Quis dabit nobis ad vescendum carnes. tomo.1.120.I
Congrega mihi de senioribus lxx.viros. tom.1.113.L.

Nume.19.

Præcipe filiis Israel vt adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ &c.to.1.36,C.1.2.140 L
Lignum quoque cedrinum & hyssopũ ,coccumq;. to.1.36.C
Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper,immundum erit. to.1.135.G

Nume.20.

Ingressusq; Moyses & Aaron &c. to.1.137.H

Nume.22.

Dixit auditor sermonum dei,qui novit doctrinam altissimi &c. to.2.69.A
Cernens asina angelum stantem. to.2.10.E
Aperuitq; dominus os asinæ. to.1.156.L

Nume.23.

Moriatur anima mea,morte iustorum. to.1.202.B

Nume.24.

Qui cadens apertos habebat oculos. to.1.147.E
Robustum quidem est habitaculum tuum. tom.1.190.C

Nume.26.

Nullusq; remansit ex eis nisi Caleph.to.2.148.A

Nume.32.

Precamur vt des nobis &c. to.1.158.L
Caulas ouiũ fabricabimus & stabula. Ibidem.L

Nume.35.

Postquam autem ille obierit homicida. tomo.2.61.K

Deuterono.1.

Hæc sunt verba &c.in solitudine campestri. to.1.5.B
Nocte ostendens vobis iter per ignem. to.2.112.F
Non videbit quisquam præter Caleph.1.2.148.A

Deut.4.

Dominus deus tuus ignis consumens est. to.2.60.D.66.I.120.F
Diliges dominum deum tuum ex toto corde. to.1.39.E &.105.M.130.I

Deut.10.

Circumcidite præputium cordis vestri. tomo.1.165.A

Deut.11.

Dabit pluuiam terræ vestræ. to.1.117.C

Deut.13.

Tẽtat vos dominus deus vester. t.1.165.B.112.D
Vt palam fiat si diligitis eum. to.1.112.D

Deut.14.

Quæ habent pennulas & squamas. to.1.25.B

Deut.15.

Non arabis in primogenito bouis. to.1.49.M to.2.56.B
Non tondebis primogenita ouium. tom.1.49.M

Deut.16.

Non apparebis in conspectu domini vacuus.to.1.40.G
Iustè quod iustum est prosequeris. to.1.54.G

Deut.19.

Si quis abierit cum amico simpliciter ad siluam, ad ligna cædenda &c. to.1.61.M.to.2.7.D
Et percutiat animam eius,non est reus mortis. to.1.61.M

Deut.22.

Non arabis in boue simul & asino. to.1.2.G.to.2.303.C
Non indues vestem ex lana linoq; contextam. to.1.50.K

Deut.23.

Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit somnio,egredietur extra castra &c. to.1.58.E
Habebis locum extra castra, ad quem egrediaris ad exquisita naturæ,gerens paxillum in baltheo. to.1.186.M & sc.
Si intraueris segetem &c. falce autem non metes. to.2.252.M

Deut.24.

Non accipies loco pignoris superiorem, aut inferiorem molam. to.1.199.L

Deut.25.

Non obturabis os bouitrituranti. to.1.212.K
Vxorem fratris sine filiis defuncti superstes frater accipiat &c. to.2.2.L

Deut.32.

Attende cœlum & loquar,& audiat terra verba ex ore meo. to.1.8.I
Suxerunt mel de petra,& oleum de firma petra. to.2.116.K
Ignis exarsit ab ira mea,& ardebit vsque ad inferos deorsum. to.1.105.E
Deuorabitq; terram cum germine suo. to.1.126.K
Ego retribuam in tempore,vt labatur spes eorum. to.1.147.A
Ego occidam & ego viuere faciam, percutiam & ego sanabo. to.1.34.M.to.2.281.A
Gladius meus deuorabit carnes. to.1.104.D
Ex vinea Sodomorum vinea eorum & de suburbanis Gomorrhæ,Vua eorum vua fellis, &c. to.2.290.G H

Deut.33.

In dextera eius ignea lex. to.2.63.E.120.H
Qui dixerit patri suo & matri suæ, nescio vos, &c. to.1.40.L
Ferrum & æs calciamentum eius. to.1.206.A

Iosuæ.5.

Noster es an aduersariorum. to.1.202.D

Iosuæ.15.

Axa filia Caleph sedens super asinum suspirauit:cui dixit pater suus. Quid habes, &c. to.2.34.I.195.I.
Dedit q; ei Caleph irriguum superius,& irriguum inferius. to.2.34.I

Iosuæ.16.

Habitauitq; Chananæus in medio Ephraim.to.1.20.G

Iosuæ.20.

Tunc reuertetur homicida & ingredietur. tom.2.61.L

Iudicum.3.

Hæc sunt gentes quas dominus derelinquit,vt erudiret. to.1.20.H
Dimisitq; eos vt in ipsis &c. to.2.31.B

Iudic.6.

Hieroboal cum à paleis frumenta excuteret,angelum vidit. to.1.15.L
Ascenditq; ignis de petra. Ibidem.

Iudic.7.

Qui manu & lingua lãbunt aquas.t.1.181.D G
Tenuerunt sinistris manibus lampades &c. Ibidem.H & seq.

Iudic.13.

Morte moriemur quia vidimus dominum. to.1.28.G
Si dominus nos vellet occidere de manibus.Ibid.

Iudic.15.

Inuentamq; maxillam asini &c. to.1.76.L

Iudicum.16.

Abiit quoque in Gazam, & vidit ibi mulierem meretricẽ,ingressusq; est ad eã &c. to.2.111.I
Et clausum in carcere molere fecerunt. to.1.403
Multoq; plures interfecit moriens. to.1.170.C

Iudicum.20.

Exire vltra debemus ad pugnam. to.1.82.I

Ruth.1.

Nolite me vocare Noemi, sed vocate me Mara. to.2.217.I

1.Reg.1.

Vltusq; illius non sunt amplius indignata mutati. to.1.202.I to.2.44.B.74.F

1 Reg.2.

Dominus iudicabit fines terræ.to.1.160.B.170.I
Audiuit omnia quæ faciebãt filij sui. to.2.75.I

2.Reg.6.

Tollentes duas vaccas quæ lactabãt vitulos,iunxerunt ad plaustrum,vitulosq; earum clauserunt domi &c. to.1.40.M
Ibant autem in directum vaccæ per viã quæ ducit Bethsamis:vno itinere gradiebantur,&c. to.2.128.M

1.Reg.15.

Nónne cùm parvulus esses in oculis tuis, caput in constitui in tribubus Israel. tomo.1.107.G &.153.D &.208.C.to.2.5.E.101.H
Melior est obedientia quàm victimæ, & auscultare magis quã offerre adipẽ arietũ.to.1.211.I

1.Reg.18.

Spiritus domini malus irruebat in Saul. to.1.63
Dauid oram chlamydis Saulis abscidit.to.2.8.I

1.Reg.30.

Inuenerunt virum Aegyptium in agro,& adduxerunt eum ad Dauid. to.1.30.B.to.2.125.I & seq.

2.Reg.2.

Locutus est Abner ad Azahel dicens, recede a me,noli me persequi &c. to.2.11.G H

2.Reg.3.

Ioab Amasæ mentum dextera tenuit ,sed frustra ad gladium latenter mittens,eius viscera effudit. to.1.88.I

2.Reg.4.

Venientes filij Rẽmon Berothitæ Rechab & Baanaa,ingressi sũt feruẽte die domũ Isbosceth.&c to.1.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

to.1.4.C D

2.Reg.6.

Extendit Oza manum ad arcam dei, & tenuit eã &c. to.1.25.G

Viuit dominus quia ludam ante dominum qui elegit me. to.1.163.G

2.Reg.7.

Non tu ædificabis mihi templum, quia vir sanguinum es. to.1.42.B

Inuenit seruus tuus cor suum. to.2.295.I

2.Reg.8.

Dauid valles salinarum percutit. to.1.14.M

2.Reg.11.

Dauid in solario deambulans Bersabee Vriæ cõcupiscit vxorem. to.1.15.F

2.Reg.12.

Tu fecisti in abscondito, ego verò faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu solis. to.1.206.H

2.Reg.13.

Thamar Dauid regis filia humiliata est. tomo.2. 307.D

2.Reg.16.

Nunquid pro his verbis non occidetur Semei, qui maledixit Christo domini. to.1.14.F

Quid mihi & vobis filij Saruiæ, dimittite eũ vt maledicat &c. to.1.178.G

3.Reg.2.

Quia in vasis templi inter coronas & plectas, boues & leones, & Cherubin exsculpta sunt. to. 2.94.K

3.Reg.6.

Domus autem cùm ædificaretur, lapidibus dedolatis atq; perfectis ædificata est &c. to.1.206.F

3.Reg.7.

Mare æneum duodecim boues portabãt. to.2.5.B

In templi ministerio in basibus templi sculptorio opere leones, & boues, & Cherubin expressa sunt. to.2.108.D

3.Reg.8.

Nebula impleuit domum domini, & non poterãt sacerdotes ministrare ppter nebulã. to.1.175.C

3.Reg.10.

Regina Saba audita sapientia Salomonis &c. to.2.151.B

3.Reg.19.

Ecce dominus transit, & spiritus grandis & fortis subuertens montes & conterẽs petras &c. to.1.29.D

Quod cùm audisset Helias, operuit vultum suum pallio. to.2.78.L

3.Reg.22.

Vidi dominum sedentẽ super solium suũ, & exercitum cœli à dextris eius, & à sinistris &c. to.1.7.M

4.Reg 1.

Si homo dei sum, descendat ignis de cœlo. tomo. 1.17.H

4.Reg.2.

Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. to 2.94.G

Et ascendit Helias per turbinem. to.2.119.E

4.Reg.20.

Dispone domui tuæ quia morieris tu, & nõ vives. to.1.71.B

4.Reg.25.

Princeps cocorum destruxit muros Hierusalem. to.2.12.C

1.Para.11.

LIbauit eam domino. to.2.125.K

Absit à me, vt sanguinem istorum hominum bibam. to.2.217.K

Num sanguinem istorum hominum qui profecti sunt, bibam. to.2.230.A

2.Para.4.

Et ipsum mare duodecim boues &c. to.2.155.H

Tho.4.

PAnem tuum & vinum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. to.2.12.I

Iob.1.

ERat vir simplex & rectus. to.2.120.H

Iob.5.

Cuius messẽ famelicus comedit. to.2.94.E

Iob.7.

Tentatio est vita hominis super terram. tomo.2. 148.C

Iob.13.

Animam meam porto in manibus meis. tomo. 2. 263.K

Iob.16.

Ecce in cœlo testis meus. to.2.223.G.229.D

Iob.18.

Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitas. to.2.150.F

Habitent in tabernaculo eius socij eius qui nõ est. to.2.261.M

Iob.19.

Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum &c. to.2.144.A

Iob.26.

Ecce gigantes gemunt sub aquis. to.2.193.G

Spiritus eius ornauit cœlos. to.2.120.K.& 326.A

Iob.28.

Semitam ignorauit auis. to.2.119.K

Aquas appendit mensura. to.2.79.C

Iob.31.

Si aduersum me terra mea clamat &c. t.2.107.M

Iob.35.

Vbi est qui fecit me, qui dedit carmina in nocte. to.2.69.E

Iob.38.

Posui ori meo custodiam cum consisteret peccator aduersum me &c. to.2.292.D

Quis dedit gallo intelligentiam. to.2.18.G

Iob.39.

Nunquid qui contendit cum deo, facilè conquiescit &c. to.2.150.D

Manum meam ponam super os meum. to.2.59.E

Iob.40.

Absorbebit fluuium & nõ mirabitur. to.2.117.C D

Nunquid capies Leuiathan hamo. to.2.116.A

Aut armillã perforabis maxillã eius. Ibidem.C

Psal.1.

ET in cathedra pestilentiæ non sedit. tomo. 1.17.C

Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. tom.1.116.E.to.2. 56.D & to.2.355.G

Psal.2.

Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. to.1.38.I.& to.2.146.C

Psal.5.

Manè astabo tibi & videbo. to.1.137.K

Dirige in conspectu tuo viam meam. to.1.210.E

Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. tomo.1. 202.H I

Psal.6.

Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me. to.2.82.H

Turbatus est præ ira oculus meus &c. to.2.224.E

Inueterani inter omnes inimicos meos. to.1.116.F

Psal.7.

Deus iudex iustus, fortis & longanimis. tomo.2. 105.D

Arcum suum tetẽdit, & parauit illum, & in ipso parauit vasa mortis &c. to.1.116.H

Psal.8.

Vt destruas inimicum & defensorem. to.1.68.I

Quoniam videbo cœlos opera digitorum tuorũ, lunã & stellas quæ tu fundasti. to.2.77.C D. 147.G

Psal.9.

Adiutor in oportunitatibus in tribulatione. tom. 1.152.D

Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. to. 1.113.K. to.2.144.E

Non in finem oblinio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem. to.2.127.B

Sub lingua eius labor & dolor. t.1.86.I.202.H

Insidiatur in occulto, quasi leo in spelunca sua. to.1.194.B

Psal.10.

In domino confido, quomodo dicitis animæ meæ transmigra in montẽ sicut passer. to.1.197.A

Palpebræ eius interrogant filios hominum. to.1. 165.B. to.2.84.K

Pluit super peccatores laqueos ignis, sulphur, & spiritus procellarũ pars calicis eorũ. to.1.90.B

Psal.11.

Propter miseriã inopũ & gemitum pauperũ nunc exurgam dicit dominus. to.2.141.H

Eloquia domini eloquia casta, argentũ igne examinatum. to.1.22.E

In circuitu impij ambulant. to.1.5.H

Psal.14.

Elevatio manuum mearum sacrificiũ vespertinũ. to.1.117.C

Psal.15.

Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi. to.1.199.C

Notas mihi fecisti vias vitæ. tomo.2.149.D. & 271.K

Psal.16.

Ego clamaui quoniam exaudisti me. to.1.209.M

Mirifica misericordias tuas domine, qui saluos facis sperantes in te. to.1.193.B. to.2.87.M

Sub vmbra alarum tuarũ protege me. to.1.192.E

Psal.17.

Caligo sub pedibus eius, & ascendit super Cherubin & volauit, volauit super pennas ventorũ &c. to.1.101.C & to.2.258.C

Qui ambulat super pennas ventorum. to.1.111.K

Posuit tenebras latibulum suum. to.1.24.H

Tenebrosa aqua in nubibus aeris. to.1.100.I.& 157.I. to.2.60.M

Præfulgore eius nubes transierunt, grãdo, & carbones ignis. to.1.171.G

Fulgura multiplicabis & conturbabis eos. to.1. 175.F G

Et in deo meo transgrediar murum. to.1.151.B

Qui perfecit pedes meos quasi cerui. Ibidem.

Psal.18.

Cœli enarrant gloriam dei. to.2.150.L

In sole posuit tabernaculum suũ. to.1.206.H. to. 2.150.A

Psal.19.

Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. to.2.92.E

Psal.20.

Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui &c. to.1.35.E.&.88.F

Psal.21.

Deus meus clamabo per diem & nõ exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mihi. to.1.152.C

Exaruit velut testa virtus mea. tom.1.14.B. to.2. 113.G.124.H

In conspectu eius procidunt vniuersi qui descendunt

Universidad de Deusto Biblioteca

dunt in terram. to.2.91.E
Edent pauperes & saturabuntur. to.2.292.I

Psal.22.

Virga tua & baculus tuus ipsa me cõsolata sunt. to.1.118.B.to.2.5.K
Impinguasti in oleo caput meum. to.1.112.M & .211.H & .to.2.277.E

Psal.24.

Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. to.2.141.L

Psal.25.

Proba me domine & tenta me. to.1.6.G
Vrenes meos, & cor meum. to.2.113.K L

Psal.26.

Dominus illuminatio mea, & salus mea quem timebo. to.1.82.H.115.C
Vnam petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. to.1.22.B
Nunc autem exaltauit caput meum, super inimicos meos. to.2.80.F
Circuibo & immolabo in tabernaculo dei hostiã iubilationis. to.2.86.B

Psal.29.

Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. to.2.18.L

Psal 30.

Statuisti in loco spacioso pedes meos. to.1.155.B C
Infirmata est in paupertate virtus mea. tomo.1.204.M
Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine. to.2.60.H
Abscondes eos in abscondito vultus tui, à cõturbatione hominum. tom.1.19.A & .24.E
Ego dixi in pauore meo, proiectus sum à vultu oculorum tuorũ. to.1.108.D.138.A.to.2.60.H
Viriliter agite & confortetur cor vestrum. to.1.91.H.154.M

Psal.31.

Conuersus sum in eruumna mea dum configitur spina. to.2.280.L M
Dixi pronunciabo aduersum me iniustitias meas domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. to.2.16.E

Psal.32.

Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. to.2.120.K.141.I
Congregans sicut in vtre aquas maris. to.1.52.E & 112.I.to.2.230.G

Psal.33.

Accedite ad eum & illuminamini. to.1.110.M to.2.149.E
Gustate & videte quoniam suauis est dominus. to.2.127.E
Diuites eguerunt & esurierunt. to.1.86.F
Declina à malo & fac bonũ. to.1.138.E.t.2.87.K
Oculi domini super facientes mala vt perdat de terra memoriam eorum. to.2.141.C
Multæ tribulationes iustorum. to.2.139.I

Psal.34.

Fiant tanquam puluis ante faciem venti, &c. to.1.16.C
Fiant viæ eorum tenebræ & lubricum. tom.1.115.C
Anima autem exultauit in domino & delectabitur. to.2.77.I
Omnia ossa mea dicent, domine quis similis tibi. to.1.28.G

Psal.35.

Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. to.2.70.C

Psal.36.

Deficientes vt fumus deficient. to.2.155.E
Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani, &c. to.2.143.M
Mansueti autem hæreditabunt terram. tomo.2.152.A

Psal.37.

Computruerunt & deteriorauerũt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. tomo.1.58.E
Rugiebam à gemitu cordis mei. to.2.271.E
Cor meum dereliquit me. to.2.295.I
Iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo. to.1.45.K
Qui retribuunt mala pro bonis detrahebãt mihi, quoniam sequebar bonitatem. to.2.68.B

Psal.38.

Posui ori meo custodiam, cùm consisteret peccator aduersum me obmutui & humiliatus sum &c. to.1.135.K
Vniuersa vanitas omnis homo viuens. to.1.62.K
Quanquam in imagine dei ambulet homo, tamen vanè conturbatur. to.1.131.F

Psal.39.

Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis: statuit supra petram pedes meos, &c. to.2.67.F
Multiplicati sunt super numerum. to.1.146.I to.2.110.D

Psal.41.

Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum dei, in voce exultationis, &c. to.1.176.L
Memor ero tui de terra Iordanis & Hermoniim. to.1.198.F
Abyssus abyssum inuocat, in voce cataractarũ tuarum. to.1.161.A
In die mandauit dominus misericordiam suam, &c. to.1.139.C

Psal.43.

Humiliasti nos in loco afflictionis, & operuit nos vmbra mortis. to.1.19.K.154.D.122.C.197.F

Psal.44.

Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. to.1.197.G
Accingere gladio tuo super fœmur tuum, potentissime. to.2.66.G
Intende prosperè procede & regna, propter veritatem & mansuetudinem & iusticiam. to.1.2.B
Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. to.2.233.H
Myrrha & gutta, & casia, à vestimẽtis tuis à gradibus eburneis, &c. to.1.213.G to.2.147.L
Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. to.2.319.A
Adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus. to.1.212.E
Omnis gloria eius filiæ regum abintus. to.1.50.F 213.H.to.2.319.A B
Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos super omnem terram. to.1.155.K
Constitues eos principes super omnem terram, &c. to.2.263.B

Psal.45.

Transferentur montes in cor maris. tomo.1.51.M & .106.I
Venite & videte opera domini, quàm terribilis in consiliis super filios hominum. to.2.99.I
Arcum conteret, & confringet arma. to.1.202.I
Vacate & videte quoniam ego sum deus. tom.1.25.B.204.A

Psal.47.

Deus in gradibus eius dignoscetur, dum suscipiet eam. to.2.80.G
In spiritu vehementi conteres naues Tharsis. to.1.19.M

Psal.48.

Inclinabo ad similitudinem aurem meã, aperiam in psalterio propositionem meam. to.2.73.C
Non dabit deo placationem suam, nec pretium redemptionis animæ suæ. to.1.13.B

Psal.49.

Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida. to.2.94.D
Aduocauit cœlos de sursum & terram, vt discerneret populum suum. to.1.88.H
Proiecisti sermones meos retrorsum. to.1.112.C D
Inuoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te & magnificabis me. to.2.240.B
Existimasti inique quòd ero tui similis, arguam te & statuam contra faciem tuam. to.2.141.C
Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter est quo ostendam illi salutare dei. to.2.55.C

Psal.50.

Auerte oculos tuos à peccatis meis, &c. to.2.162.
Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis &c. to.2.209.B
Redde mihi lætitiã salutaris tui, & spiritu principali confirma me. to.2.92.I
Cor contritum & humiliatum deus non spernit. to.2.16.I

Psal.51.

Videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt &c. to.1.35.B

Psal.53.

Voluntariè sacrificabo tibi. to.2.204.B

Psal.54.

Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. to.1.22.C.to.2.149.G
Descendant in infernum viuentes. to.1.104.C to.2.16.L
Diuisi sunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius. to.1.199.E
Viri sanguinum & dolosi, non dimidiabunt dies suos. to.1.29.I

Psal.55.

Ipsi calcaneum meum obseruabunt. to.1.4.H I
In me sunt deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi. to.2.100.I

Psal.57.

Super eos cecidit ignis, & non viderunt solem. to.1.59.I
Lætabitur iustus cùm viderit vindictam impiorum, manus suas lauabit in sanguine peccatorum. to.1.105.I

Psal.58.

Adiutor meus tibi psallã, quia tu deus susceptor meus es, deus meus, misericordia mea. t.2.110.G

Psal.59.

Commouisti terram & conturbasti eam, sana contritiones eius quia commota est. to.2.71.E
Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis, dedisti metuentibus te significationem. to.1.116.G
In Idumæam extendã calciamẽtũ meũ. t.2.101.G

Psal.62.

Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. to.2.9.E
Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. to.1.44.K

Psal.63.

Sagittæ parulorum factæ sunt plagæ eorum. to.1.206.C

Psal.64.

Riuos eius inebriãs multiplica generationes eius in stillicidiis eius lætabitur cum exoriens. to.2.72.C
Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. t.2.110.I
Et conualles abundabunt frumento. to.2.110.M

Psal.65.

Holocausta medullata offeram tibi. to.2.92.E

Universidad de Deusto Biblioteca

Ad ipsum ore meo clamaui & exultaui sub lingua mea. to.1.261.B

Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. to.1.128.K

Psal.65.

Vt cognoscamus in terra viam tuam. to.2.96.D

Terra dedit fructum suum. to.2.255.E

Benedicat nos deus deus noster, benedicat nos deus, & metuant eum omnes fines terræ. to.1.174.B

Psal.67.

Iter facite ei qui ascendit super occasum. to.1.111.H.to.2.55.G.107.F

Pluuiam voluntariam segregabis deus hæreditati tuæ. to.1.172.L

Et speciei domus diuidere spolia. to.1.67.K

Pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in specie auri. to.1.81.E.199.F

Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatē &c. to.2.119.K

Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. tom.1.118.G.133.B

Aethiopia præueniet manus eius deo. to.1.110.B

Psal.68.

Quæ non rapui tunc exoluebam. to.1.13.I

Eripe me de luto vt non inhæream. to.1.207..A

Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum. to.1.155..A

Propter inimicos meos eripe me. to.1.151.M

Sustinui qui simul mecum contristaretur, & non fuit, consolantem me quæsiui, & non inueni. to.1.211.K

Obscurentur oculi eorum ne videant. tomo.2.2.D

Psal.71.

Deus iudicium tuum regi da. to.2.146.C

Psal.72.

Deieciſti eos dum allenarentur. tom.1.192.K.to.2.14.M.153.E.217.F

Psal.73.

Signa nostra non vidimus iam non est propheta. to.1.370.F

Tu diuisti fontes & torrentes, tu siccasti fluuios Ethan. to.1.199.DE

Psal.74.

Dixi iniquis, nolite iniquè agere: & delinquentibus nolite exaltare cornu. to.2.16.I

Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus quoniam deus iudex est. to.1.199.G

Psal.75.

Ibi confregit cornua, arcum, scutum, gladium & bellum. to.1.202.I

Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. to.1.157.M

Dormitauerunt qui ascenderunt equos. tomo.1.185.L

Psal.76.

In die tribulationis meæ deum exquisiui manibus meis. to.2.150.M

Negauit consolari animam meam. to.1.108.E

Memor fui dei ac delectatus sum. Ibidem.

Exercitat⁹ sum & paulisper defecit spiritꝰ meus. to.1.132.F

Etenim sagittæ tuæ pertransierunt. to.1.172.D

Psal.77.

Filij Effraim intendentes arcum & mittentes sagittas conuersi sunt in die belli. to.2.94.F

Statuit aquas quasi in vtre. to.1.46.A

Et memoratus est quia caro sunt. to.1.18.B

Immissiones per angelos malos, viam fecit semitæ iræ suæ. to.1.147.A

Conuersi sunt in arcum peruersum. to.1.163.D

Tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici. to.1.50.E.to.2.18.L

Psal.72.

Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum. to.1.131.C

Psal.79.

Qui sedes super cherubin. to.2.125.G

Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. to.2.281.A

Psal.80.

Sumite psalmum & date tympanum. to.1.200.M

Exaudiui te in abscondito tempestatis, probaui te apud aquas contradictionis. to.1.151.B

Et erit tempus eorum in sæcula. to.1.17.K

Psal.81.

Vos sicut homines moriemini. to.1.19.E

Psal.82.

Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. to.1.97.K.153.E

Psal.83.

Concupiuit & defecit anima mea in atria domini. to.1.22.L.46.K

Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum vbi reponat pullos. to.1.115.M

Etenim benedictionem dabit legislator. tomo.2.317.H

Ascensus eius in corde eius disposuit, in conualle lachrymarum &c. tom.1.180.H.to.2.89.D.148.C.217.F

Ibūt de virtute in virtutem: videbitur deus deorum in Sion. to.2.80.H

Psal.85.

Lætetur cor meum vt timeat nomē tuum. to.1.117.G.to.2.141.I

Liberasti animam meam ex inferno inferiori. to.2.47.C

Iustitia tua sicut montes dei, iudicia tua abyssus multa. to.2.273.G

Psal.86.

Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. to.2.146.A

Psal.87.

In me pertransierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me. to.1.37.K

Psal.88.

Misericordias tuas domine in æternum cantabo. to.1.23.F

Beatus populus qui scit inbilationē. to.1.140.D

Auertisti adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello. to.2.94.F

Psal.89.

Manè sicut herba transeat, manè floreat & pertranseat. to.1.172.H

Quis nouit potestatem iræ tuæ. to.1.24.L

Psal.90.

Ipse liberabit me de laqueo venantium, & à verbo aspero. to.1.35.C

In scapulis suis obumbrabit tibi. to.1.192.C

Psal.91.

Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi & bene patientes erunt vt annuncient. to.1.212.F

Psal.92.

Dominus regnauit, decorē induit &c. to.2.322.K

Psal.93.

Donec iustitia conuertatur in iudiciū. to.1.154.B

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuę lætificauerunt animā meam. to.1.211.D

Qui fingis dolorem in præcepto. to.1.105.E

Psal.94.

Altitudines montium ipse conspicit. to.1.181.L

Psal.95.

Tunc exultabunt omnia ligna siluarum à facie domini quia venit. to.2.128.A

Psal.96.

Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. to.2.324.I.

Montes sicut cera fluxerunt à facie domini. tomo.1.181.L.157.A

Psal.97.

Viderunt omnes fines terræ salutare dei nostri. to.2.261.H

Psallite domino in cithara, in cithara & voce psalmi &c. to.2.161.H I

Psal.98.

Commoueatur à facie eius vniuersa terra &c. to.2.280.G

Psal.99.

Intrate portas eius in confessione, atria eius in hymnis confessionum. to.2.82.G

Psal.100.

Misericordias & iudicium cantabo tibi domine. to.2.95.L

Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. to.1.96.F

Psal.101.

Cinerem sicut panem manducabam. to.2.89.A

Potum meum cum fletu temperabam. to.1.146.F

Psal.102.

Ipse enim scit figmentum nostrum. to.1.77.I

Memoria retinentibus mādata eius, vt faciāt ea. to.1.86.M

Psal.103.

Confessionem & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento. to.1.192.G

Extendens cœlum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius. to.2.69.C.84.H

Qui ponit nubem ascensum suum. to.2.66.I.

Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. to.1.66.F.to.2.124.L

Ascendunt montes, & descendunt campi. tom.1.197.A

Qui emittit fontes in conuallibus. to.2.110.M

Montes excelsi cervis, petra refugium erinaciis. to.1.180.H.to.2.69.D

Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ siluæ. to.1.161.H

Ortus est sol & cōgregati sunt, & in cubilib⁹ suis collocabuntur. Ibidem.

Auferes spiritum eorum & deficient, & in pulueren suum reuertentur. tomo.1.143.M. & seq. to.2.151.B

Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. to.1.172.K

Psal.104.

Verbi quod mandauit in mille generationes. tom.1.213.B

Psal.106.

Ascendunt vsque ad cœlos, & descendūt vsque ad abyssos. to.1.54.A

Effusa est contentio super principes eorum, &c. to.1.113.M

Psal.107.

Saluum me fac dextera tua. to.2.14.L

Psal.108.

Fiat oratio eius in peccatum. to.2.118.D

Excussus sum sicut locusta. to.1.186.E

Induantur sicut diploide confessione sua. tomo.1.57.D

Psal.109.

Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. to.1.50.M

De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput. to.1.84.I.193.B.to.2.116..A

Universidad de Deusto Biblioteca

Psal.110.

Magna opera domini, exquisita in omnes voluntates eius. to.1.34.D

Virtutem operum suorum annũciabit populo suo, vt det illis hæreditatem gentium. to.1.105.I

Psal.110. & Prouerb.9.

Initium sapientiæ timor domini. to.2.89.B

Psal.111.

In memoria æterna erit iustus. to.1.68.L

Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. to.2.13.A

Psal.114.

Custodiens parvulos dominus. to.2.118.K

Psal.115.

Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. to.1.131.G

Psal.117.

Quoniam in seculũ misericordia eius. to.1.45.D

Dominus mihi adiutor, & ego videbo inimicos meos. to.1.170.F

Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. to.2.194.A

Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. to.2.68.I

Hæc dies quam fecit dominus, &c. to.2.194.A

Constituite diem solennem in confrequentationibus, vsque ad cornu altaris. to.1.54.M

Psal.118.

Non me derelinquas vsquequaque. to.1.121.K

In quo corrigit adolescentior viam suam. to.2.149.F

In labiis meis pronũciaui omnia iudicia oris tui. to.2.26.C

In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas. to.2.57.D

Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. to.1.95.F

Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco incolatus mei. Ibidem.L

Funes peccatorum circumplexi sunt me. to.1.199.C

Defecit in salutare tuum anima mea. to.1.22.L

Latum mandatum tuum nimis. to.2.80.C

Super senes intellexi. to.1.67.H

Incuruatus sum & humiliatus sum vsquequaq; to.2.121.K

Declinate à me maligni, & scrutabor mandata dei mei. to.1.93.H

Os meum aperui, & attraxi spiritũ. to.2.69.A B

Faciem tuam illumina super seruum tuum, &c. to.2.151.D

Fiat manus tua, vt salvum me faciat. to.2.56.E

Vide quoniã mandata tua dilexi domine, in tua misericordia viuifica me. to.2.71.G

Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. to.1.104.G

Psal.119.

Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, cùm loquebar illis impugnabant me gratis. to.2.13.H

Psal.120.

Dominus custodiat introitum tuũ & exitum tuũ. to.2.78.H

Psal.121.

Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas. to.2.77.F

Psal.124.

Qui confidunt in domino sicut mons Sion. to.1.196.M

Psal.125.

Conuerte domine captiuitatem nostram sicut torrens in Austro. to.2.77.I & 276.F

Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. to.1.40.G

Psal.126.

Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis. to.1.50.A

Cùm dederit dilectis suis somnum. to.2.118.B

Psal.128.

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. to.2.6.K

Fiant sicut fœnum ædificiorum, quod priusquam euellatur exaruit. to.1.48.M

Psal.130.

Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. to.1.166.E & seq.

Psal.131.

Exurge domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. to.2.91.E

Pauperes eius saturabo panibus. to.1.138.K

Psal.136.

In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. to.1.198.B

Exinanite exinanite vsque ad fundamentum in ea. to.1.147.F

Beatus qui tenebit, & illidet parvulos suos ad petram. to.2.143.A

Psal.138.

Mirabilis facta est scientia tua ex me, &c. to.2.85.E

Et nox illuminatio mea in delitiis meis. tom.1.93.K

Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. to.1.123.K

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus. to.2.117.M

Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabũ to.2.118.A

Nonne qui oderunt te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam. to.2.13.G.68.B

Psal.139.

Fumes extenderunt in laqueum, &c. to.2.309.C

Labor labiorum suorum operiet eos. to.2.9.K

In miseriis non subsistent. to.1.7.C & 76.C

Psal.140.

Pone domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis. to.1.42.G to.2.10.M

Psal.143.

Domine inclina cœlos tuos, & descende. tom.1.179.E

Qui liberasti Dauid seruum tuum de gladio maligno. to.1.205.L

Psal.144.

Memoriam suauitatis tuæ eructabunt. to.2.60.H

Psal.145.

In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. to.2.132.B

Psal.146.

Humiliat autem peccatores vsque ad terram. to.1.146.H & 192.M

Producit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum. to.1.172.H

Qui dat iumentis escam ipsorum, & pupillis coruorum inuocantibus eum. to.1.177.G

Psal.147.

Qui posuit fines tuos pacem. to.2.286.C

Velociter currit sermo eius. to.1.172.D

Psal.150.

Laudate eum in tympano & choro to.2.13.E.65. D.197.D

Prouerbiorum.1.

Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. to.1.21.D

Frustra iactatur rete ante oculos pennatorum. to.1.94.B

Ego quoque in interitu vestro ridebo. to.1.54.M

Auersio parvulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos. tomo.2.75.K143.M

Prouer.2.

Si quæseris illam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis eam. to.1.124.E

Qui lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis. to.1.33.E

Prouer.3.

Honora dominum de tuis iustis laboribus. to.2.214.K

Longitudo dierum in dextera eius, in sinistra verò eius diuitiæ & gloria. to.2.14.L.147.D

Dominus erit in latere tuo, & custodiet pedem tuũ ne capiaris. to.1.129.B

Cum simplicibus sermocinatio eius. to.2.9.M 143.K

Prouer.4.

Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque perfectum diem. to.2.60.B 217.D

Palpebræ tuæ præcedunt gressus tuos. tomo.2. 11.E

Prouer.5.

Fili mi attende sapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam, vt custodias cogitationes. to.2.10.L

Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, &c. to.2.10.B

Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui, &c. to.2.14.C D.75.C

Prouer.6.

Fili mi si spopõderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, &c. to.2.8.D

Fac ergo quod dico fili mi, & temetipsum libera, quia incidisti in manus proximi tui, &c. to.2.8.D

Homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, &c. to.2.13.K

Prouer.9.

Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. to.1.101.F

Immolauit victimas, miscuit vinum, & proposuit mensam, misit ancillas suas, &c. Ibidem

Si quis est parvulus, veniat ad me. to.1.208.B

Noli arguere derisorem, ne oderit te. to.1.48.L

Aquæ furtiuæ dulciores sunt. to.1.138.L

Prouer.10.

Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. to.2.9.M

In multiloquio non deerit peccatum. to.2.11.B

Prouer.11.

Manus in manu non erit innocens malus. to.1.145.C D

Anima quæ benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. tom.1. 14.F G

Qui abscondit frumenta, maledicitur in populis. Ibidem.E

Qui stultus est, seruiet sapienti. to.1.121.L

Prouer.12.

Cogitationes iustorum, iudicia. to.1.114.I

Verte impios, & non erunt. to.2.121.L

Prouer.14.

Vbi plurimæ segetes, ibi manifesta fortitudo boum. to.2.101.I

In ore stulti virga superbiæ. to.1.143.D

Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. tom.1. 33.E.to.2.260.H I

Corona sapientium, diuitiæ eorum. to.1.28.M

In timore domini fiducia fortitudinis. tom.1. 26.F

Vita carnium sanitas cordis: putredo ossium invidia. to.1.31.E.to.2.9.I

Prouer.15

Cu

Universidad de Deusto

Cor stulturum diffunde eis. to.2.12.A
Via animæ peruersa, & vir iracundus effundit peccata. to.1.30.I
Iter pigrorum quasi sepes spinarum. to.1.179.H

Prouer.16.

Abominatio dei est omnis arrogans. to.2.14.C
Est via quæ videtur homini recta, nouissima autē eius ducunt ad mortem. to.1.24.G
Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum. to.2.86.I
Melior est vir patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium. to.2.9.B 86.K.126.I

Prouer.17.

Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum. tom.1. 16.C & 41.D & to.2.11.A

Prouer.18.

Qui mollis & dissolutus in opere suo fuerit, frater est sua opera dissipantis. to.2.17.I

Prouer.19.

Doctrina dei per patientiam noscitur. to.2.9.A 94.F.126.I
Pigredo immittit soporem. to.2.11.C
Anima dissoluta esuriet. Ibidem.
Abscondit piger manum suā sub axilla sua, &c. to.1.130.C

Prouer.20.

Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate & non dabitur ei. tomo.2.11.D & 58.H
Pondus & pondus, mensura & mēsura, vtrunque abominabile. to.2.59.H
Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. to.1.12.M
Lucerna domini spiraculum hominis, quæ inuestigat omnia secreta ventris. to.1.75.I.to.2.10.F
Liuor vulneris abstergit mala, & plagæ in secretioribus ventris. to.1.137.L.to.2.10.F

Prouer.21.

Vir qui erraverit à via doctrinæ, in cœtu gigantium commorabitur. to.1.100.H
Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. to.1.22.D
Hostiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere. to.2.13.C.& 214.K
Vir obediens loquitur victorias. to.2.211.M
Equus præparatur in die belli, sed dominus salutem tribuit. to.1.186.A

Prouer.22.

Quis poterit habitare cum homine, cuius spiritus facilis est ad irascendum. to.1.30.I

Prouer.23.

Si sederis ad mensam potentis sapienter attende, &c. to.2.295.M
Noli esse in conuiuiis potatorum, neque comedas cum eis qui carnes ad vescendum conferunt. to.1.84.A
Quia vacantes potibus & dantes symbolum consumentur, & vestietur pannis dormitatio. to.1. 84.A
Eteris quasi dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo. to.2.17.A
Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi, &c. to.2.16.M

Prouer.24.

Septies in die cadit iustus, & resurgit. t.2.320.E
Præpara foris opus tuū, & diligenter exerce agrū tuum, vt postea ædifices domum tuam. to.1. 63.D.& 188.I
Per agrum hominis pigri transiui. & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ. to.1.122.A

Prouer.25.

Gloria regum, celare verbū: & gloria dei est, inuestigare sermonem. to.2.60.M
Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne fortè satiatus euomas illud. to.1.92.G.& 118.L
Acetum in nitro, qui cantat carmina corde pessimo. to.2.69.E
Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. to.1.81.L
Sicut vrbs patens, & absque murorum ambitu: ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. to.2.11.A

Prouer.26.& 2.Pet.2.

Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti. to.2.16.E

Prouer.27.

Sicut probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum, ita probatur homo ore laudantis. to.1.130.B

Prouer.28.

Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. tom. 1.187.C
Qui auertit aurem suam, ne audiat legem, ratio eius erit execrabilis. to.1.130.G
Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & dereliquerit ea, misericordiam consequetur. to.1.131.C
Beatus homo qui semper est pauidus: qui vero mētis est duræ, corruet in malum. to.2.132.A
Qui festinat ditari, non erit innocens. to.2.12.L

Prouer.29.

Totum spiritum suum profert stultus. to.2.9.C

Prouer.30.

Oculum qui subsannat patrē, & qui despicit partum matris suæ, effodiant illum corui de torrētibus. to.106.H
Regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas. to.1.186.D
Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. to.1.32.E
Tria sunt quæ bene gradiuntur, & quartum quod fæliciter incedit, &c. to.1.175.L
Qui fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit sanguinem. to.1.124.H

Prouer.31.

Aperi os tuum muto, & causis omnium filiorum qui pertranseunt. to.1.91.D
Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. to.1.120.L
Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit. to.1.200.M
Fortitudo & decor indumentum eius. to.2.142.K
Considerat semitas domus suæ, & panem ociosa non comedit. to.1.213.M
Date ei de fructu manuū suarum, & laudent eā in portis opera eius. to.2.32.D

Ecclesiastes.1.

VAnitas vanitatum, & omnia vanitas. to.2.305.I
Generatio vadit, & generatio venit, terra autem in æternum stat. to.2.147.C
Ad locum de quo exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant. to.1.175.I
Eo quòd in multa sapientia multa sit indignatio: & qui apponit scientiam, apponit dolorem. to. 2.72.E
Qui addit scientiam, addit & dolorem. tomo.1. 3.E.108.C

Ecclesiastes.2.

Oculi sapientis in capite eius. tom.1.98.L.117.E. to.2.57.D
Melius est comedere, & bibere: melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. to. 1.16.H

Ecclesiastes.3.

Tempus mittendi lapides, & tempus colligendi. to.2.35.I
Tempus tacendi, & tempus loquendi. tomo.2.10. M.72.L
Vnus est interitus hominum & iumentorum, & æqua vtriusque conditio. to.2.36.K

Ecclesiastes.4.

Væ soli, quoniam si ceciderit, non est qui erigat eum. to.2.298.H
Funiculus triplex difficilè rumpitur. to.1.199.C

Ecclesiastes.5.

Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, non capiet fructum ex eis. to.2.12.L

Ecclesiastes.6.

Omnis labor hominis in ore eius, sed anima eius &c. to.2.133.D

Ecclesiastes.7.

Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domū conuiuij. to.1.16.H.& to.2.36.I K
Melior est patiens arrogante. to.2.9.A
Ira in sinu stulti requiescit. tomo.1.30.H.& tom. 2.309.B
Cuncta tentaui in sapientia, & dixi, sapiens efficiar & ipsa longius recessit à me. to.1.191.E

Ecclesiastes.9.

Omni tempore sint vestimenta tua candida. tomo. 1.56.E
Oleum de capite tuo non deficiat. to.1.56.E
Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus &c. to.2.105.E

Ecclesiastes.10.

Si spiritus potestatem habentis ascēderit super te, locum tuum ne dimiseris. to.1.14.L
Vidi seruos in equis, & principes ambulantes quasi seruos super terram. to.1.185.K
Væ tibi terra cui⁹ rex puer est, & cuius principes manè comedunt. to.1.97.C

Ecclesiastes.11.

Da partes septem, necnon & octo, quia ignoras quid malo futurum sit super terram. to.2.82.I. & to.1.210.M.& to.2.148.D
Si ceciderit lignum ad aquilonem, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. tomo. 1.71.E
Qui ventum obseruat, non seminat: & qui considerat nubes, nunquàm metit. tom.1.157.K.to. 2.58.I.11.D
Lætare iuuenis in adolescētia tua. t.1.16.H.140.C

Ecclesiastes.12.

Florebit amigdalum, impinguabitur locusta, dissipabitur capparis. to.1.186.D

Canticorum.1.

OSculetur me osculo oris sui. to.1.83.D. 159.K.to.2.123.I
Meliora sūt vbera tuo vino. t.1.179.E
Adolescentulæ dilexerunt te. to.1.113.A.140.C
Posuerunt me custodem in vineis. to.2.108.G
Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie. to. 1.181.M.to.2.123.K
Nisi cognoueris te, ô pulchra inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum. tomo. 1. 96. D.179.M
Collum tuum sicut monilia. to.2.146.I
Donec rex in recubitu suo est, nardus mea dedit odorem suum. to.1.213.E
Oculi tui columbarum. to.2.138.B
Quæ est ista quæ ascendit dealbata. to.1.110.F

Canticorum.2.

Sub vmbra illius quem desideraueram sedi. tom. 1.157.E.& 310.E

Universidad de Deusto Biblioteca

Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. to.2.81.A

Vulnerata charitate ego sum. to.2.80.M

Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. to.2.14.L

Ecce iste venit saliens in montibus. to.2.119.L

En ipse stat post parietem nostrum. to.1.109.G

Respiciens per fenestram, prospiciēs per cancellos. to.2.78.F

Surge propera amica mea, columba mea formosa mea, & veni: iam enim hyems transiit, &c. to.2.83.L

Iam enim hyems transiit, imber abiit, & recessit. to.1.160.K

Tempus putationis aduenit. to.2.83.L

Canticorum.3.

In lectulo meo per noctes quæsiui quē diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni. tom.1.24.C.46.C 156.M.to.2.89.H.115.E

Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem. to.1.109.K

Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus. to.1.4.L

En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. to.2.142.K

Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. to.1.116.L

Vniuscuiusq; ensis super femur suum, propter timores nocturnos. to.1.17.G to.2.17.A

Ferculum fecit sibi rex Salomon: de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas &c. tomo.2.81.D

Propter filias Hierusalem. Ibidem. & sc.

Canticorum.4.

Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es, oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet. to.1.53.A

Dentes tui sicut greges detonsarum ascendentium de lauacro. to.1.202.F

Sicut vitta coccinea labia tua sponsa, & eloquium tuum dulce. to.1.10.M

Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis suis: mille clypei pendent ex ea, &c. to.2.81.L.82.D

Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, quæ pascuntur in liliis donec aspiret dies, &c. to.1.140.L

Mel & lac sub lingua tua. to.1.86.I

Surge Aquilo & veni Auster, perfla hortum meum & fluent aromata illius. tomo.1.52.M. 162.F.to.2.56.G

Hortus conclusus soror mea sponsa. to.2.316.G

Canticorum.5.

Ego dormio & cor meum vigilat. to.1.28.C.137.I

Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius. to.2.89.F

Anima mea liquefacta est, vt dilectus loquutus est to.1.22.L.to.2.115.G

Dilectus meus candidus & rubicundus. tom.2.40.L

Caput eius aurum optimum. to.1.206.L

Canticorum.6.

Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Hierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata. to.2.65.B C

Sicut cortex mali punici gena tua, absque occultis tuis. to.2.83.D E

Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens. tomo.1.18.M.106.D E.110.F

Canticorum.7.

Nasus tuus sicut turris quæ est in Libano. to.1.189.D.17.B.72.B

Manè surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus pariunt. to.1.75.F

Canticorum.8.

Quæ est ista quæ ascendit de deserto deliciis affluens. to.1.93.I K

Pone me vt signaculum super cor tuum. tomo.1.169.E

Fortis est vt mors dilectio. to.2.103.I

Vinea fui pacifico, in ea quæ habet populos. to.2.145.A

Quæ habitas in hortis amica auscultā, fac me audire vocem tuam. to.2.79.D.14.G

Fuge dilecte mi, fuge. to.1.101.C

Sapientiæ.1.

SEntite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. to.2.143.K

Sapientiæ.2.

Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbē terrarum. to.2.9.H

Sapientiæ.3.

Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos sc. to.1.139.D

Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. to.1.197.H

Sapientiæ.5.

Errauimus à via veritatis, & lumen iustitiæ non luxit nobis, & sol non est ortus nobis. tom.1.206.H

Et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. to.1.32.H.to.2.126.E

Sapientiæ.6.

In viis ostendit se illis hilariter, & omni prouidentia occurrit illis. to.1.150.H

Sapientiæ.7.

Mihi autem dedit deus dicere ex sententia. to.1.136.M

Sapientiæ.16.

Paratum panem de cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem. tom.1.33.D

Sapientiæ.17.

Cum sit timida nequitia, dat testimonium cōdemnationi. to.1.161.A

Ecclesiastici.2.

FIli accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia, & in timore, & prepara animam tuam ad tentationem. to.1.20.F

Væ peccatori terram ingredienti duabus viis. to.1.3.F.to.2.282.G

Væ his qui perdiderunt sustinentiam. tomo.1.41.B.to.2.308.D

Ecclesiastici.4.

Est confusio adducēs peccatum, & est confusio adducens gloriam. to.1.19.L.to.2.70.I

Ecclesiastici.5.

Altissimus enim est patiens redditor. to.2.105.D

Ecclesiastici.6.

Iniice pedes tuos in compedes eius, & in torques illius collum tuum. to.2.146.I

Ecclesiastici.7.

Ne iteres verbum in oratione tua. tomo.1.63.F to.2.16.F

Ecclesiastici.9.

Ignorat homo an odio vel amore dignus sit. to.2.315.A

Ecclesiastici.10.

Initium omnis peccati superbia. to.2.86.K

Ecclesiastici.11.

Fili ne in multis sint actus tui. to.2.2.H

In die bonorum ne immemor sis malorum, & in die malorum ne immemor sis bonorum. to.2.90.H

Ecclesiastici.12.

Verba sapientium quasi stimuli, & sicut claui in altum defixi. to.1.143.D

Ecclesiastici.18.

Adde verbum super datum bonum, & vtraque cum homine iustificato. to.1.127.G

Ecclesiastici.19.

Qui modica spernit, paulatim decidit. to.1.62.M to.2.27.D

Ecclesiastici.20.

Homo sapiens tacebit vsque ad tempus. tomo.2.149.G

Ecclesiastici.21.

Peccasti, non adiicias iterum. to.1.20.C

Ecclesiastici.22.

Destercore boum lapidatus est piger. to.1.86.C

Ecclesiastici.28.

Ori tuo fac ostium & vectem, & in verbis tuis ingum & stateram. to.2.142.I

Ecclesiastici.29.

Transi hospes, & orna mensam. to.1.193.H

Ecclesiastici.34.

Qui immolat sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. to.2.13.D.& 214.K

Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodest lauatio eius? tomo.2.16.F. 142.F.230.C

Ecclesiastici.42.

Melior est iniquitas viri, quàm benefaciens mulier. to.1.70.G

Esaiæ.1.

COgnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. tomo.1.2.H.& 212.K

Lauamini, mundi estote. to.2.16.E

Quiescite agere peruerse, discite benefacere, quærite iudicium, &c. to.1.56.G

Esaiæ.2.

Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium. tomo.1.196.M.to.2.77.E

Ingredere in petram, absconde fossa humo à facie timoris domini, & à gloria maiestatis eius. to.1.186.M

Quiescite ab homine, cuius spiritus est in naribus eius. Ibidem.H

Qui excelsus reputatus est ipse. Ibidem.

Esaiæ.3.

Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. to.2.16.K

Stat ad iudicandum dominus, stat ad iudicandos populos. to.2.68.D

Et erit pro suaui odore fœtor, pro zona funiculus. to.2.142.I

Esaiæ.4.

Qui cœlum metitur palmo, & terram pugillo concludit. to.2.85.D

Esaiæ.5.

Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrū agro copulatis, &c. to.2.11.I

Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habebat scientiam. to.1.81

Nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. to.1.2.H

Dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino. to.1.155.D

Et deserta in vbertatem versa aduenæ comedent. to.2.58.K

Væ qui trahitis iniquitatē in funiculis vanitatis. to.1.199.C

Væ qui potentes estis ad hibendum vinum & fortes ad miscendam ebrietatem. to.2.190.H

Esaiæ.6.

Anno quo mortuus est Ozias, vidi dominum sedentem super solium excelsum, &c. tom.2. 80.

Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth. to.1.174.B to.2.83.C

Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum. to.2.31.G

Et volauit ad me vnus de Seraphin, & in manu eius calculus quem forcipe tulerat, &c. to.2. 125.F

Esaiæ.7.

Nisi credideritis non intelligetis. to.1.9.M

Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum, Ecce virgo concipiet, &c. to.2.146.F

Cum sagittis & arcu egrediuntur illuc. tom.1. 116.H I

Esaiæ.9.

Iugũ enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrũ exactoris eius superasti, &c. to.1.181.D

Populus qui ambulabat in tenebris. to.1.145.E

Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem. to.1.56.E

Verbum misit dominus in Iacob, & cecidit in Israel. to.1.9.E

Lateres ceciderunt, sed quadris ædificabimus. to.2.92.F.141.I

Esaiæ.10.

Computrescet iugum à facie olei. to.2.116.L

Esaiæ.11.

Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, &c. tom.1.3.G to.2.89.A

Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit. to.2.82.K

Vitulus & leo simul morabuntur. Ibidem.

Et puer parvulus minabit eos. Ibid.L.& seq.

Delectabitur infans ab vbere super foramina aspidis, & in cauernam reguli, &c. to.1.102.C D

Et desolabit dominus linguam maris Aegyptij. to.1.199.D

Esaiæ.13.

Super montem caliginosum leuate signum. tom.1. 197.K

Esaiæ.14.

In cœlum conscendam, super astra cœli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamẽti, &c. to.2.182.H

Ponam sedem meam ad Aquilonem, & ero similis altissimo. to.2.5.E

Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. to.2.56.G

Esaiæ.18.

Væ terræ, cymbalo alarum quæ est trans flumina Aethiopiæ quæ mittit in mare legatos, &c. to.1.76.K

Esaiæ.19.

Clamabunt ad dominum à facie tribulantis, & mittes eis saluatorem, & propugnatorem. to.2. 146.B

Esaiæ.21.

Custos quid de nocte, custos quid de nocte, &c. to.1.34.E

Qui habitabis in terra Austri, cum panibus occurrite fugienti. to.1.138.K

Esaiæ.23.

Erubescet Sidon, ait mare. to.2.15.M

Esaiæ.26.

Ponetur in ea murus & antemurale. to.1.121.M to.2.79.D

Anima mea desideravit te in nocte. tomo.1. 137.K

Omnia opera nostra operatus est nobis. tom.2. 60.L

Mortui non vivent, gigantes non resurgent. to.1. 100.G

Intra in cubicula tua, & claude ostia tua. tom.1. 20.L

Dabo illis solatium verum, pacem super pacem. to.2.152.A

Esaiæ.27.

Super Leviathan serpentem vectem. to.1.18.H

Esaiæ.28.

Percussêrũt fœdus cũ morte & inferno. to.2.320.F

Et tantummodo sola vexatio intellectum dat auditui. to.1.39.K.& 68.K.& to.2.137.C

Vt faciat opus suum, alienum est opus eius, &c. to.2.84.C

Esaiæ.30.

Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum post tergum monentis. to.2.15.I.125.L

Et frenum erroris quod erat in maxillis populorum, canticum erit vobis, &c. to.2.87.M

Esaiæ.31.

Vivit dominus, cuius ignis est in Siõ, & caminus eius in Hierusalem. to.2.93.M

Esaiæ.32.

Cultus iustitiæ silentium. to.2.11.B

Beati qui seminatis super omnes aquas, immittẽtes pedem bouis & asini. to.1.126.D E.212.L

Esaiæ.33.

Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. to.1.55.M

Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum, &c. to.1.138.I

Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius, &c. to.1.190.H I

Locus fluuiorum riui latissimi, & patentes. to.1. 107.I

Esaiæ.34.

Erit cubile draconum, & pascua struthionum. to.1.40.C

Inebriatus est in cœlo gladius meus. to.1.196.H

Orientur in domibus eius spinæ & vrticæ, & palinurus in munitionibus eius. to.1.197.K

Ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem. to.1. 203.B

Ibi habuit foueam hericius. to.1.203.B to.2.9.L

Esaiæ.35.

Orietur in ea viror calami & iunci. to.2.38.C

In cubilibus in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci. to.1.172.I

Esaiæ.37.

Ponam circulum in naribus tuis. to.1.199.F

Et hoc quod saluatum fuerit de domo Iuda, & quod reliquum est mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum. to.1.50.B

Mittet radicem deorsum, & faciet fructũ sursum. to.1.74.M.

Esaiæ.40.

Et erunt prana in directa, & aspera, &c. to.2. 111.B

Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius sicut flos fœni. to.1.99.A

Verè fœnum est populus. to.2.105.F

Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion. to.2.4.D.72.M.154.M

Cœlum meritur palmo, & omnem terram pugillo concludit. to.1.6.H

Qui confidunt in domino, mutabunt fortitudinẽ suam: assument pennas vt aquilæ, &c. to.1. 116.C.to.2.142.I K

Esaiæ.41.

Ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in rinos aquarum. to.2.111.H

Esaiæ.42.

Calamum cassatum non confringet, & linum fumigans non extinguet. to.1.197.H

Tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiẽs loquar. to.1.54.E.65.K

Esaiæ.43.

Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. to.2.193.H

Glorificabunt me bestiæ agri, dracones & struthiones. to.1.183.D

Ego sum qui deleo iniquitates tuas, & memor nõ ero. to.2.141.D

Reduc me in memoriam, vt iudicemur simul. to.2. 127.I

Esaiæ.44.

Germinabũt inter herbas, sicut salices iuxta prætersluentes aquas. to.1.198.A

Esaiæ.45.

Ego dominus, & non est alter, formans lumen, & creans tenebras: faciens pacem, & creans mala. to.1.12.K

Esaiæ.46.

Redite prævaricatores ad cor. to.1.154.K

Esaiæ.47.

Descende, sede in pulvere virgo filia Babylonis, sede in terra, &c. to.1.33.G.& 80.H

Denuda turpitudinem, & discooperi humerũ, revela crura, &c. to.1.33.I

Esaiæ.48.

Non est pax impiis, dicit dominus. to.2.137.E

Esaiæ.49.

Et si illa oblita fuerit, ego tamẽ nõ obliuiscar tui. to.1.192.D

Esaiæ.50.

Dominus dedit mihi linguam eruditam. to.2. 142.A

Esaiæ.51.

Posuisti profundum maris viam, vt transirent liberati. to.1.170.D

Qui dixerunt animæ tuæ, incurvare vt transeamus. to.2.121.K L

Esaiæ.52.

Mũdamini qui fertis vasa domini. to.2.4.B.94.B

Esaiæ.53.

Sicut agnus coram tondente se obmutescet. to.1. 14.B

Esaiæ.54.

Ad dexteram enim & ad lenam dilataberis, & semen tuum gentes hæreditabit. to.1.146.K

Ecce ego sternam per ordinẽ lapides tuos, & fundabo te in saphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua. to.1.106.M.to.2.86.F

Esaiæ.55.

Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate. tom.1.31.K

Quare appenditis argentum, & non in panibus. to.1.138.K

Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum propè est. to.1.103.L

Quomodõ descendit imber & nix de cœlo, &c. to.2.147.G

Pro saliunca ascendet abies, & pro vrtica crescet myrtus. to.1.105.B

Esaiæ.56.

Qui custodierint sabbata mea, & legerint quæ volui, & fœdus meum tenuerint, &c. tom.2. 15.L

Speculatores eius cæci. to.1.147.E

Canes muti non valentes latrare. to.2.271.L

Esaiæ.57.

Iustus perit & nemo est qui recogitet. to.1.29.M

Esaiæ.58.

Clama ne cesses, sicut tuba exalta vocem tuam. to.2.

Universidad de Deusto Biblioteca

to.1.155.D
Quare ieiunauimus & non aspexisti. to.2.150.D
Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. to.2.12.E
Sustollam te super altitudines terræ. to.1.190.D

Esaiæ.59.

Ova aspidum ruperunt, & telas aranearum texuerunt: qui comedet de ouis eorum, morietur, &c. tom.1. 87.B C

Esaiæ.60.

Qui sunt hi qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas. to.1.109.E.125.A to.2.87.G.100.E.& 304.C D.& 310.D

Esaiæ.61.

Qui dicunt animæ tuæ incurua vt transeamus. to.2.307.D

Esaiæ.63.

Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. to.2.77.M

Esaiæ.64.

Cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos. t.1.69.M

Esaiæ.65.

Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. to.1.98.K

Esaiæ.66.

Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedũ meorum. to.2.85.D.146.H.147.H
Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos. to.1.30.I
Ecce dominus in igne veniet, & quasi turbo quadriga eius. to.1.164.C
Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato, & venit omnis caro, &c. to.2.62.D
Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Ibidem.E

Hieremiæ.1.

Ecce enim constitui te hodie, super gentes, & super regna, vt euellas & destruas, &c. to.2.17.G
Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis. to.1.105.E 204.D.to.2.56.K

Hiere.2.

Sanctis Israel domino, primitiæ frugum eius. to.2. 72.I
Et tenentes legem nescierunt me. to.2.2.D
Filij quoque Memphæos, & Taphneos constupraverunt te vsque ad verticem. to.1.147.G
Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui. to.1.96.F
Omnes qui quærunt eam nõ deficient, in mensibus eius inuenient eam. to.2.92.I

Hiere.3.

Si dimiserit vir vxorem suam, & illa recedẽs duxerit virum alium, &c. to.2.15.I
Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. to.2.135.L
Numquid vidisti quæ fecerit aduersatrix Israel, abiit sibimetipsa super omnem montem excelsum, &c. to.2.75.I

Hiere.4.

Ventrem meum, ventrem meum doleo. tomo.2. 70.A

Hiere.5.

Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. tomo.1.7.C 105.E
Posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum quod non præteribit. to.1.52.F
Dabo vobis pluuiam temporaneam & serotinam to.1.117.C

Hiere.6.

Laboraui sustinens. to.2.77.H

Hiere.8.

Attendi & auscultaui, nemo quod bonum est loquitur, &c. to.2.124.A
Dan anditus est fremitus cursuum & equorum. to.2.267.C
Immittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio. to.1.206.D

Hiere.9

Decurerunt linguam suam loqui mendacium, vt iniquè agerent laborauerunt. to.2.9.K
Ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras. tomo.1.125.A.to.2.144.E

Hiere.11.

Oliuam vberem, pulchram, fructificam, speciosam to.2.94.H
Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium. to.1.13.K.& 71.E

Hiere.12.

Congrega eos quasi gregem ad victimam. tom.1. 160.K

Hiere.14.

Onagri steterunt in rupibus, traxerunt vẽtos quasi dracones, defecerunt oculi eorum quia non erat herba. to.1.123.L.172.H

Hiere.15.

Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea, &c. to.1.53.I
A facie manus tuæ solus sedebam, quoniam comminatione replesti me. to.1.22.C D
Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meũ eris. to.1.197.G.201.A

Hiere.17.

Maledictus homo qui spem suam ponit in homine to.1.19.E
Ne inferatis onera per portas vestras die sabbati. to.2.240.D

Hiere.20.

Non recordabor eius, neque loquar vltra in nomine illius. to.1.135.I
Maledictus vir qui dixit patri meo, natus est tibi masculus. to.1.17.A C

Hiere.25.

Deserta facta est terra à facie iræ columbæ, à facie furoris domini. to.1.192.G H

Hiere.31.

Postquam conuertisti me, egi pœnitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi fœmur meum. to.1.143.L M
Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines. to.1. 189.D
Ædificabitur ciuitas domino à turre Ananehel, vsque ad portam anguli, &c. to.1.146.I

Hiere.38.

Extraxerunt Hieremiam funibus, & eduxerunt eum de lacu. to.1.146.B

Hiere.41.

Venerunt octoginta viri de Sichem, & de Sylo, & de Samaria, rasi barba, & scissis vestibus, &c. to.1.4.G
Decem autem viri reperti sunt inter eos qui dixerunt ad Ismael, noli occidere nos, &c. Ibid.H

Hiere.48.

Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine. to.2.14.F

Hiere.50.

Quomodo confractus est & cõtritus malleus vniuersæ terræ. to.2.206.E

Hiere.51.

Calix aureus Babylon. to.1.206.M
Curauimus Babylonem & non est sanata. to.2. 10.I

Threnorum.1.

Plorans ploranit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius. to.1.76.L
Facti sunt hostes eius in capite. to.1.4.F
Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius. to.1.28.E
Omnis populus eius gemens & quærens panem, dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam. tomo.1.138.M
Vide domine & considera quia facta sum vilis. to.1.138.M
Foris interficit gladius, & domi mors similis est. to.1.16.C

Thren.2.

Factus est dominus velut inimicus: præcipitauit Israel, præcipitauit omnia mœnia eius. tom.1. 67.I
Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperuerunt iniquitatem tuam, &c. to.2.4.H

Threno.3.

Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. to.1.204.M
Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar, aggrauauit compedem meum. to.2.75.E
Inebriauit me absinthio. to.2.39.B.& 120.G H
Scrutemur vias nostras, & quæramus, & reuertamur ad dominũ. Leuemus corda nostra, &c. to.1.103.E
Leuemus corda nostra cum manibus ad deum. to.2.150.M.& 240.A
Diuisiones aquarum deduxit oculus meus. to.2. 16.B.143.I
Opposuisti nubem ne transeat oratio. tomo.1. 167.E
Oculus meus deprædatus est animam meam. to.1. 125.B
Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me. to.1.155.B
Reddes eis vicem domine iuxta opera manuum suarum. to.1.202.K
Dabis eis scutum cordis, laborem tuum. Ibidem. & to.2.113.C

Threno.4.

Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus. tomo.1.107.A.& 163.A.206.M & to.2.6.A.108.H
Sed & lamiæ nudauerũt mammã, lactauerũt catulos suos. to.1.114.B
Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. to.1.2.M
Candidiores Nazaræi eius nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, saphiro pulchriores, &c. tomo.1.196.A
Velociores sunt persecutores nostri aquilis cæli. to.1.190.A

Baruch.1.

Ex ore suo loquebatur quasi legens. tomo.1. 3.M

Ezechielis.1

Et similitudo manus hominis subtus pennas eorum erat. to.1.36.L
Iunctæq; erant pennæ eorum vnius ad alterum. to.1.174.L
Non reuertebantur cùm incederent. to.1.63.I
Cùm fieret vox supra firmamentum quod erat supra caput eorum, stabant, & submittebãt alas suas. to.1.205.L
In circuitu & intus plenæ erant oculis. tomo.2. 192.K

Ezechiel.3.

Et audiui post me vocem commotionis magnæ, benedicta gloria domini de loco sancto suo: & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram. to.1.141.B

Lingua

Universidad de Deusto Biblioteca

Linguam tuã adhærescere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, &c. tom. 2.107

Ezechiel.4.

Fili hominis sume tibi latercm, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem. tomo.1.149.L.& to.2.7.A. & seq.

Ezechiel.5.

Tu fili hominis sume tibi gladium acutum radentem pilos, & assumes eum, & duces super caput tuum & barbam. to.1.9.D

Ezechiel.6.

Contriui cor eorum fornicans & recedens à me. to.1.146.G

Ezechiel.8.

Emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei, & eleuauit me spiritus, &c. to.1.184.A B

Fili hominis fode parietem, & cùm fodissem parietem apparuit ostium vnum, &c.to.1.149.I. 186.L.& to.2.6.K

Et vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete. to.2.6.L

Ezechiel.9.

Ecce sex viri veniebant de via portæ superioris quæ respicit ad Aquilonem, &c. to.1.132.C

Ezechiel.13.

Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis murũ pro domo Israel, vt staretis in prælio in die domini. to.2.4.G.& 105.I.155.C

Ipse ædificabat parietem, illi autem liniebant eũ. to.1.103.D

Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manꝰ, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis. to.1.103.C.& to.2.6.F

Mortificabant animas quæ non moriuntur. to.2. 116.M

Ezechiel.16.

In die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus. to.1.193.K

Perfecta eras in decore meo, quem posueram super te dicit dominus, &c. to.2.18.K

Habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo. to.2.217.M

Eezechie.17.

Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorũ ductu, plena plumis & varietate, &c. to.1.190.A

Ezechiel.18.& Hiere.31.

Omnis homo qui comederit vuam acerbam, obstupescent dentes eius. to.1.69.A

Ezechiel.18.

Peccator in quacunque die conuersus ingemuerit, saluus erit, &c. to.2.209.B

Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. to.2.167.E

Ezechiel.20.

Ego dedi eis præcepta non bona. to.1.167.L

Ezechiel.22.

Versa est mihi domus Israel in scoriam, omnes isti mihi facti sunt æs, & stannum, &c. to.2.10.I

Ezechiel.23.

Fornicatæ sunt in Ægypto in adolescentia sua, ibi subacta sunt vbera earum, &c. to.2.15.H

Ezechiel.24.

Sanguis eius in medio eius est, super limpidissimam petram effudit illum, &c. to.1.88.H

Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo, &c. to.2.10.K

Oues meæ bis quæ conculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur, &c. to.1.133.H

Ezechiel.28.

Tu signaculum similitudinis dei, plenus sapiẽtia, & perfectus decore, in deliciis paradisi dei fuisti. to.1.196.E.& to.2.124.K

Omnis lapis preciosus operimentũ tuum, Sardius & Topazius, & Iaspis, & Chrysolytus, &c. tom.1.196.E.& to.2.124.K

Tu Cherub extentus, & protegens in monte sancto dei in medio lapidum ignitorum, &c. tom. 1.196.G

Ezechiel.31.

Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei. to.1.196.D E

Ezechiel.32.

Quò pulchriores descende, & dormi cum incircumcisis. to.1.139.M.& to.2.18.K.217.M

Ibi Assur, & omnis multitudo eius, & in circuitu eius sepulchra illius. to.1.60.C

In circuitu illius sepulchra eius, omnes interfecti & qui ceciderunt gladio. to.1.91.G

Descenderunt in infernum cum armis suis. tomo. 1.59.I

Ezechiel.33.

Quia quacunque die iustus peccauerit, omnes iustitiæ eius in obliuione erunt coram me. tomo. 2.125.H

Ezechiel.34.

Quod fractum est nõ alligastis, & quod abiectũ fugrat non reduxistis. to.2.5.I

Pone ollam, pone inquã, & mitte in ea aquã, &c. to.2.88.A

Cùm ipsi limpidissimam aquam biberetis, reliquã pedibus vestris turbabatis, &c.to.2.2.E

Ezechiel.36.

Tollam à vobis cor lapideũ, & dabo vobis cor carneum. to.1.63.B

Ezechiel.40.

Et in manu viri calamus sex cubitorum, & palmo. to.1.179.K

Portæ ciuitatis in monte cõstituæ vestibulũ duobus cubitis mensuratur. to.2.130.K

Ezechiel.43.

Ostende domui Israel templum, &c. to.1.140.M

Ezechiel.44.

Sacerdotes caput suum non radant, neque comam nutriant, &c. to.2.6.D.& 155.M.193.I

Ezechiel.47.

Mensus est cubitos mille, & transduxit me per aquam vsque ad talos. &c. to.1.132.K

Danielis.4.

NOnne hæc est Babylon quam ego ædificaui. to.1.125.D

Daniel.7.

Considerabam cornua, & ecce cornu aliud parvulum ortum de medio eorum, &c. to.1.194.E

Thronus eius flamma ignis, rotæ eius ignis accensus. to.2.60.E

Miliamilium ministrabant ei, & decies milies centenamila assistebant ei. to.2.125.F

Daniel.8.

Deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas, &c. to.1.194.C

Consurget rex impudens facie, & intelligens propositiones: & roborabitur fortitudo eius. Ibidem.

Et dolus in manu eius dirigetur. tom.1.152.B.& 204.I.L

Daniel.10.

Ego Daniel elägui, & ægrotaui per dies. to.1.22. I.& to.2.33.C.65.M

Audiui vocem verborum eius, & audiens iacebam consternatus super faciem meam, &c. to. 1.132.G

Ego veni propter sermones tuos, princeps autẽ regni Persarũ restitit mihi viginti & vno diebus, &c. to.1.99.H

Oseæ.2.

ECce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiã eam maceria, & semitas suas non inueniet, &c. to.1.204.K.& to.2.128.B

Vadam & reuertar ad virum meum priorẽ, quia bene mihi erat tunc magis quàm nunc. Ibidem.C

Dedi eis frumentum, vinum, & oleum, & argentum multiplicaui eis & aurum quo fecerunt Baal. to.2.14.B

Oseæ.4.

Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. tomo.1.77.D.& tomo. 2.74.C.217.G

Peccata populi mei comedent. to.2.107.M

Et erit sicut populus, sic sacerdos. tomo.2.6. A.& 108.H

Oseæ.5.

Dabo tibi regem in furore meo. to.1.148.E

Victimas in profundum deferebant. tom.2.59.C

Et respondebit arrogantia Israel in faciem eius. to.1.151.G H

Oseæ.7.

Factus est Ephraim panis subcinericius, qui non reuersatur. to.1.67.B.& 192.L

Comederunt alieni robur eius, & ipse ignorauit. to.1.205.A

Oseæ.8.

Ipsi regnauerũt, & non ex me: principes extiterũt, & ego ignoraui. to.2.2.C

Culmus stans, non est ei germen, & nõ faciet farinam. to.1.49.B

Oseæ.10.

Ephraim vitula docta diligere triturã. to.1.120. H.& to.2.70.H

Oseæ.13.

Dabo tibi regem in furore meo. to.1.148.E.& to. 2.294.E

Ero mors tua ô mors: ero morsus tuus inferne. to.1. 72.B.& to.2.113.E

Oseæ.14.

Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum. tom.2. 260.M.& seq.

Iohelis.1.

REsiduum erucæ comedit locusta, residuũ locustæ comedit brucus, residuũ bruci comedit rubigo. to.1.204.B

Expergiscimini ebrij & flete. Ibidem.C

Posuit vineam meam in desertum, decorticauit ficum meam, nudans expoliauit eam, &c. tomo. 1.50.E

Sanctificate ieiunium. to.2.12.E.107.D

Computruerunt iumenta in stercore suo. to.1.140. I.& to.2.103.E.121.H.142.I

Amos.1.

DIssecuerunt prægnantes Galaad, ad dilatandum terminum. to.2.14.A

Amos.2.

Ecce ego stridebo super vos, sicut stridet plaustriũ onustum fœno. to.1.192.F

Amos.4.

Et sacrificate de fermento laudem. to.2.113.H

Plui super ciuitatem vnam, & super alteram non plui, &c. to.2.71.B

Amos.5.

Et constituite in porta iudicium. to.1.127.K

Amos.7.

Vocauit dominus iudicium ad ignem, & deuorabit abyssum multã, & comedet partẽ domus. domini. to.1.198.G

Non

Universidad de Deusto Biblioteca

Non sum propheta neque filius prophetæ, sed armentarius puer ego sum vellicans sycomoros. to.1.11.D

Amos.8.

Mittam famem in terram, non fanè panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum domini. to.2.69.L

Amos.9.

Si cælauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti & mordebit eos. to.2.151.E

Ionæ.1.

SVrrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis à facie domini, &c. & facta est tempestas magna in mari. to.1.34.B

Micheæ.1.

DIlata caluitium tuum sicut aquila. to.2.88.C

Micheæ.3.

Prophetæ tui qui seducunt populum meum, &c. to.2.256.L

Micheæ.4.

Et venies vsque ad Babylonem: ibi liberaberis. to.2.71.A

Naum.1.

NOn consurget duplex tribulatio, vbi translatio.lxx. habet sic: Non vindicabit deus bis in idipsum, in tribulatione. to.1.105.E

Sicut spinæ inuicem se complectuntur sic conuiuiũ eorum pariter potantium. to.1.203.D

Naum.2.

Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorũ leonum. to.2.88.C

Abacuch.1.

ET cibus eius electus. to.1.193.G.& 198.F

Abacuch.2.

ISuper custodiam meam stabo. to.1.131.F

Iustus autem in fide sua viuet. to.2.48.F

Dilatauit quasi infernus animam suam. tomo.1. 155.D

Væ ei qui multiplicat non sua, vsquequo aggrauat contra se densum lutum. tomo.1.207.A & to.2.12.L

Abacuch.3.

Deus à Libano veniet, & sanctus de monte vmbroso & condenso. to.1.196.M

Pedes eius sicterunt, & mota est terra. to.1.211.I

Dedit abyssus vocem suam, ab altitudine phantasiæ suæ. to.1.54.H

Elevatus est sol, & luna steit in ordine suo. to.1. 100.A.& to.2.119.K

In lumine iaculatæ tuæ ibunt, in splendore fulguris armorum tuorum. to.1.175.G.& to.2.60.I

Præcidisti in alienatione capita potentium, monebuntur in ea gentes.&c. Nostra autem translatio habet, maledixisti sceptris bellatorum eius, &c. to.2.72.B

Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. to.1.207.A

Misisti in mare equos tuos, turbantes aquas multas. to.1.186.A

Et introiuit tremor in ossa mea, & subtus me turbata est virtus mea. to.1.131.F G

Super excelsa statue me, vt vincam in claritate ipsius. to.2.263.E

Sophoniæ.

DIsperierunt omnes inuoluti argento. to.1. 104.F

Ecce dies domini venit magnus & horribilis, dies illa dies iræ, dies tenebrarum & caliginis, &c. to.2.11.M

Pastores tui lupi vespere, non relinquentes in mane to.2.256.L

Aggæi.1.

POnite corda vestra super vias vestras: seminastis multum, & intulistis parum, &c. to.2.70.B

Qui merces cõgregauit, misit eas in sacculum pertusum. to.2.13.D.59.I

Zachariæ.1.

ET dixit ad me angelus qui loquebatur in me, &c. to.1.164.I

IConuertimini ad me, & conuertar ad vos. to.2.151.C

Zacha.2.

Ecce angelus qui loquebatur ad me, egredicbatur in occursum eius, &c. to.2.125.G

Zacha.3.

Et ostendit mihi Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo domini, & satan stabat à dextris eius, &c. to.1.121.F G

Super lapidem vnum septem oculi sunt. tomo.1. 174.G

Zacha.5.

Quid tu vides Zachariæ? Et dixi, Ego video volumen volans, &c. to.1.86.M

Leua oculos & vide, quid est hoc quod egreditur, & dixi, quidnam est, &c. to.1.84.C D

Zacha.6.

Oriens est nomen eius. to.1.121.H

Zacha.7.

Cùm ieiunaretis & plangeretis in quinto & in septimo mense per hos septuaginta annos, numquid ieiunium ieiunastis mihi? to.2.12.E. 107.D

Cùm comeditis & bibitis, nunquid non vobis, & vobismetipsis bibitis? to.2.107.D

Zacha.9.

Deuorabunt & subiicient lapidibus fundæ. to.2. 206.D

Zacha.12.

Et erit qui offenderit ex eis in illa die, quasi David: & domus David, quasi dei, &c. tomo.2. 92.H

Zacha.13.

In illa die erit fons patens domus David habitantibus in Hierusalem, &c. to.2 92.H & 149.K L.195.H

Zacha.14.

Pedes eius stetcrunt, & commota est terra. to.2. 71.E

Malachiæ.3.

ECce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. to.2.100.L

1.Machabæorum.6.

ELeazar elephãtem strauit, sub quo cadente occubit. to.1.114.H

Matthæi.1.

IOsias autem genuit Iechoniam, &c. tomo.1. 165.L

Et non cognouit eam donec peperit filium suũ primogenitum. to.1.50.M

Matth.3

Facite ergo dignos fructus pœnitentiæ. tomo.2. 323.C

Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. to.1.98.F

Vox clamantis in deserto, parate viam domini. to.1.111.H

Locustas & mel siluestre edebat. to.1.186.C

Potens est enim deus de lapidibus istis, &c. to.1. 106.L.173.B

Et vidit spiritum dei descendentem. to.2.120.H I

Matth.3.&.17.

Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. to.2.66.B

Matth.4.

Tunc ductus est Iesus in desertum. to.1.13.M

Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiant. to.1. 8.E.141.I K

Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit, &c. to.2.294.K

Assumpsit eum in montem excelsum seorsum. to.1. 13.M

Et ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. to.2 66.E

Matth.5.

Videns Iesus turbas ascendit in montẽ & sedens docebat eos. to.2.74.I

Aperiens os suum dixit, &c. to.1.17.F

Beati pauperes spiritu. to.1.153.I

Beati qui lugent. to.2.139.L

Beati mundo corde. to.2.141.D

Beati pacifici, quoniam filij dei, &c. to.2.13.K & 204.C

Vos estis sal terræ. to.2.108.A.I

Neque accendunt lucernam & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum. tomo.1.181.K 114.L

Sic luceat lux vestra corã hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificẽt patrem vestrũ, qui in cœlis est. tomo.1.114.L. & to.2.17.M

Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. to.1.111.D

Qui iratus fuerit fratri suo, reus erit iudicio: qui dixerit fratri suo racha, reus erit concilio: qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis. to.1.125.I

Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, &c. to.2.65.E.& 194.K

Scriptum est, non adulterabis: ego autem dico vobis, omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, &c. to.1.125.C

Diligite inimicos vestros, & benefacite his qui oderunt vos: & orate pro persequentibus vos, &c. to.2.9.D.42.F

Matth.6.

Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. to.1.50.G.& to.2.17.M

Receperunt mercedem suam. to.1.18.M.& 49.A.& to.2.17.M

Nesciat sinistra quid faciat dextera tua. to.2. 12.H

Intra cubiculum tuum, & clauso ostio tuo, &c. to.1.132.B

Fiat voluntas tua. to.1.88.G.& 162.I

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. to.1.140 F

Et dimitte nobis debita nostra sicut & nos, &c. to.1.63.H

Et ne nos inducas in tentationem. to.1.78.D

Exterminant facies suas vt appareãt hominibus ieiunantes. to.1.49.E

Lucerna corporis tui est oculus tuus: si oculus tuus simplex fuerit, &c. to.1.166.K

Si fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum lucidum erit. to.1.77.I.166.K.& to.2.61.L

Nemo potest duobus dominis seruire. to.2.28.E I

Melior est anima quàm esca, & melius corpus quàm vestimentum. to.2.11.K

Quærite primum regnum dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. to.1.89.M

Matth.6.

Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. to.2. 310.I

Universidad de Deusto

310.I

Matth.7. & Lucæ.6

Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo, &c. to.2.9.D

Matth.7.

Hypocrita eiice primùm trabem de oculo tuo, &c. to.2.9.D

Omnis enim qui petit, accipit. to.2.198.A

Quæ vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. to.1.35.M.61.E.& .114.I & to.2.130.L

Intrate per angustam portam. to.2.85.G

Angusta porta & arcta via est, &c. to.1.162.D & to.2.41.D

Ex fructibus eorum cognoscetis eos. to.1.91.A 183.F.& to.2.87.K

Nónne in nomine tuo prophetauimus. to.1.118.I & .200.C.& to.2.86.C

Erat enim docens sicut potestatem habens, non sicut Scribæ & Pharisæi. to.1.136.E

Matth.8.

Sequar te quocunque ieris. to.2.78.E

Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. to.1.111.C

Permitte mihi prius ire, & sepelire patrem meum. to.1.40.K

Si eicis nos hinc, mitte nos in porcos. to.1.196.I & to.2.32.M

Matth.9.

Vade in domum tuam. to.1.22.E

Vidit hominem sedentem in telonio. to.1.106.C

Et cùm ejecta esset turba, intrauit, & tenuit manum eius, & surrexit puella. to.1.108.I

Videte ne quis sciat: abeuntes autem diffamauerunt eum per totam terram illam. to.1.114.K

Messis quidem multa, operarij autẽ pauci: rogate autem dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. to.1.161.I.& to.2.145.A 279.I

Matth.10.

Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. to.1.1.F.& to.2.9.K.& .120.H 180.B

Cum tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. to.2.165.C

Non enim estis vos qui loquimini, sed spiritus, &c. to.2.138.I

Nihil opertum est quod non reueletur, &c. to.2.286.B

Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. to.1.67.K.& to.2.60.M.& seq.

Quid putatis, quia pacem veni mittere in terram? non vtique, sed gladium. to.2.13.H

Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. to.2.111.G M

Matth.11.

Tues qui venturus es, an alium expectamus? to.2.54.M

Quid existis in desertum videre, arundinem vẽto agitatam. to.1.197.G.& to.2.68.D & .229.E

Regnum cœlorum vim patitur. to.2.111.M

Confiteor tibi pater cœli & terræ: qui abscondisti hæc à sapientibus, &c. to.2.294.G

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis & ego reficiam vos, &c. to.1.22.K.120.I & to.2.316.L

Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde. tomo.1. 120.I

Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. to.2.85.G

Matth.12.

Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij. to.2. 101.A

Signum non dabitur, nisi signum Ionæ prophetæ. to.2.25.C

Matth.13.

Venerunt volucres cœli & comederunt ea. to.1. 151.K

Nata sine radicibus semina, orto sole aruerunt. to.1.206.H

Matth.13.& Mar.4.

Aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum ascendentẽ & excrescentẽ, &c. t.2.85.F

Matth.13.

Qui seminatus est in spinis, hic est qui verbũ dei audit. to.1.1.I

Colligite primùm zizania, & ligate ea in fasciculos ad comburendum. to.1.59.K

Simile est granum sinapis, quod acceptum homo misit in hortum, & creuit, & factum est in arborem magnam, &c. to.1.111.D

Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. to.1.122.I

Simile est regnũ cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. to.2. 101.B

Simile factum est regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo, &c. to.2. 69.B

Tunc dicam messoribus, Colligite zizania & ligate ea in fasciculos ad comburendum. to.2. 40.K

Matth.14.

Missitque & decollauit Ioannem in carcere. to.1. 12.E

Date illis manducare. to.1.2.K

Matth.15.

Scis quia pharisæi audito verbo hoc scandalizati sunt. to.2.62.M

Sinite eos, cæci sunt, & duces cęcorum. to.2.321.E

Matth.16.

Absit à te domine, non erit tibi hoc. to.1.14.F

Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &c. to.2.180.H

Portæ inferi non præualebunt aduersus eam. to.2. 147.F

Qui vult venire post me, abneget semetipsum. to.2.70.C

Quid prodest homini si totum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentũ faciat. to.2.12.M

Matth.17.

Helias veniet, & ille restituet omnia. to.1.211.F

Vt autem non scandalizemus eos. to.2.62.M

Matth.18.

Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria, &c. to.1.36.E.& to.2.2.F

Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proijce abs te. to.1.36.E

Nonne relinquit nonaginta nouem in montibus, &c. to.2.124.F

Vbi fuerint congregati duo vel tres in nomine meo, ibi sum in medio eorum. to.2.215.B & .251.A

Matth.19.

Non omnes capiunt verbum hoc. to.2.15.L

Sunt eunuchi qui castrauerunt se propter regnum. to.2.290.L

Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm divitem intrare in regnum cœlorum. to.1.212.H I

In regeneratione, cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos, &c. to.1. 20.K.65.H

Omnis qui reliquit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrẽ, aut vxorem, &c. to.1.87.A.& to.2.87.H

Matth.20.

Acceperunt & ipsi singulos denarios. to.1.213.B

Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? to.1.98.M.& to.2.33.F.& .117.M

Calicem quidem meum bibetis. to.2.126.L

Matth.20.& Mar.10.

Si quis vult inter vos primus esse, erit omnium minimus. to.2.183.A

Matth.21.

Christus sedit super asinam, tendens Hierusalem. to.1.2.G

Alij cædebãt ramos de arboribꝰ, &c. t.2.84.F

Benedictus qui venit in nomine domini. to.2. 146.H

Cathedras vendentium columbas euertit. to.2. 185.I M.186.M.214.I.230.H

Matth.22.

Ligate ei manus & pedes, & mittite eum in tenebras exteriores. to.1.146.L

Magister scimus quia verax es, &c. to.2.144.I

Matth.22.& Leuit.19.

Diliges proximum tuum sicut teipsum. to.2.111.F 130.I K.& .275.F

Matth.23.

Quæ dicunt facite, iuxta opera verò eorum nolite facere. to.1.32.E.& .319.H

Decimatis mentam & anetum, & ciminũ, & relinquitis quæ graviora sunt legis, &c. to.2. 17.F.& .94.C

Liquantes culicem, camelum autẽ glutientes. to.1. 2.E.& to.2.17.E

Matt.24.

Orate ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. to.2.104.I.156.K

Matth.24.& Marc.13.

Dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiã electi. to.1. 81.D E.& to.2.67.I

Matth.24.

Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. to.1.194.A

Amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. to.2.295.F

Veniet dominus serui illius, in die qua non sperat, & hora qua ignorat, &c. to.2.5.I

Matth.25.

Et fatuæ virgines in vasis suis oleum non sumpserunt, sapientes autem sumpserunt, &c. to.2. 229.D.& .285.E

Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. to.1.49.G

Nescio vos. to.2.326.B C

Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. to.2.114.F.132.L

Esurui & non dedistis mihi manducare: sitiui & non dedistis mihi potum, &c. to.2.12.K

Matth.27.

Inuenerunt hominem Cyrenæum, venientem obuiam sibi, nomine Simonem: hunc angariauerunt, vt tolleret crucem Iesu. to.1.49.E.122.E

Si rex Israel est, descẽdat de cruce, & credimus ei. to.2.112.H

Matth.28.

Erat aspectus eius sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix. to.2.112.E

Marci.2.

TOlle grabbatum tuum, & vade in domum tuam. to.2.75.B C

Marci.3.

Universidad de Deusto Biblioteca

Marci.3.

Et fecit vt essent duodecim cum illo. to.1.210.K

Marci.4.

Vltrò enim terra fructificat, primùm herbã, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. to.1.132.F

Sic est regnum dei, quemadmodum si iaciat homo semen in terram, & dormiat, &c. to.2.80.I

Marci.5.

Quis me tetigit? Cui cùm discipuli respondissent: Turbæ te premunt, & affligunt, &c. to.1.14 E

Marci.6.

Discubuerunt in partes, per centenos & quinquagenos. to.1.96.M

Marci.7.

Adducunt ei surdũ & mutum, & deprecabantur eum vt imponat illi manũ, &c. to.2.70.L

Marci.8.

Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent. to.2.95.C

Dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. to.1.2.K

Marci.9.

Credo domine: adiuua incredulitatem meã. to.1.62.1.132.K.& to.2.80.I

Surde & mute spiritꝰ, ego tibi præcipio, exi ab eo & amplius ne introeas in eũ, &c. to.1.195.A

Clamans & multum discerpens eum exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, &c. to.1.65.D & to.2.76.C

Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos. to.2.4.1.13.E.&.155.E.197.D

Marci.10.

Iesu fili Dauid miserere mei. to.1.111.G

Marci.11.

Adduxerunt asinam, &c. & eum desuper sedere fecerunt, &c. to.2.84.F

Non enim erat tempus ficorum. to.2.223.A

Marci.13.

Surgent Pseudochristi & Pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. to.1.203.I

Quia diem & horam neque filius, neque angeli sciunt. to.2.223.A.& seq.

Marci.14.

Accepto pane, gratias egit. to.1.9.H

Ioannes adhuc adolescens per pallium tenetur. to.2.322.I.

At ille negauit, &c.& cœpit flere. to.2.138.M

Marci.16.

Emerunt aromata vt venientes vngerent Iesum. to.2.317.B C &.326.M

Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. to.2.33.C.&.316.D

Lucæ.1.

ERant autem iusti ambo ante deum. to.2.210.E

Occultabat se mensibus quinque. tom.2.299.M

Virtus altissimi obumbrabit tibi. to.1.105.C &.197.E

Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbũ tuum. to.2.233.G

Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Heliæ. to.2.101.C

Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. to.2.322.K

Illumina ac his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. to.1.19.I

Ad dirigendos pedes nostros in viã pacis. to.2.123.F

Lucæ.2.

Cùm factus esset annorũ duodecim, remansit puer Iesus in Hierusalem, &c. to.2.14.I

Lucæ.3.

Iam enim securis ad radicem arboris posita est. to.2.13.B

Venit in omnem regionẽ Iordanis prædicans baptismum pœnitentiæ, &c. to.2.307.K L

Lucæ.4.

Scimus quòd sis sanctus dei. to.1.13.K

Lucæ.5.

Ascẽdit Iesus in naviculam Petri, & rogauit vt à terra reduceret pusillum, &c. to.1.100.M

Lucæ.6.

Væ vobis qui nunc ridetis, quia flebitis. to.2.285.C

Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. to.2.130.M &.305.M

Dimittite & dimittetur vobis, date, & dabitur vobis. to.1.130.K.& to.2.118.F

Luc.7.

Ecce defunctus efferebatur, filius vnicus ei, &c. to.2.144.E

Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. to.2.195.G

Luc.8.

Qui habet aures audiendi, audiat. to.2.79.B

Turbæ te comprimunt & affligunt, & dicis quis me tetigit? to.1.121.A

Si eiicis nos, mitte nos in gregem porcorum. to.1.6.E

Reuertere primum in domum tuã, & narra quãta tibi fecerit deus. to.1.36.I.&.94.F

Luc.9.

Si quis vult venire post me, abneget semetipsum. to.1.198.F

Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retrò aptus est regno dei. to.2.58.G

Luc.10.

Nolite gaudere super hoc, sed potius gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cœlo. to.2.90.C.&.232.H

Infundens vinum & oleum. to.2.155.L

Maria sedebat secus pedes domini. to.2.316.M &.317.C

Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima: porrò vnum est necessarium, &c. to.1.36.K.& to.2.79.I

Luc.12.

Omnis qui se exaltat humiliabitur. to.2.307.D

Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, &c. to.2.312.M

Quid faciam quia non habeo quo congregem fructus meos, &c. to.1.87.K

Hac nocte repetent animam tuam à te. to.1.144.I

Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes, &c. to.1.165..A

Quis putas est dispensator fidelis & prudens? to.2.18.G

Ignem veni mittere in terrã, quid volo nisi vt ardeat. to.2.56.I.&.120.F

Cùm vadis cum aduersario tuo ad principem in via. to.2.132.C

Luc.13.

Arborem fici quidam habebat transplantatam in vinea. to.2.13.B

Luc.14.&.18.

Omnis qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur. to.2.197.G

Luc.14.

Si quis venit ad me & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem & filios, &c. to.1.40.L

Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. to.2.122.B

Qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. to.2.129.A

Luc.15.

Gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. to.1.14.C

Quanti mercenarij in domo patris mei abundãt panibus? to.2.127.L

Citò proferte stolam primam. to.1.71.I

Indignatus est autem, & nolebat introire. to.2.150.A

Luc.16.

Audiebant autem hæc omnia Pharisæi, qui erãt auari, & deridebant eum. to.1.80.E

Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum vt intinget extremũ digiti sui in aquam. to.1.1.K L.45.B & to.2.13.B

Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus. to.2.118.K

Recepisti bona in vita tua. to.2.15.A

Rogo te pater Abraham vt mittas in domum patris mei, &c. to.1.45.B

Luc.17.

Occurrerunt Christo decem viri leprosi. tomo.1.25.L M

Luc.18.

Deus gratias ago tibi, non sum sicut cæteri hominum. to.2.63.A

Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo, &c. to.1.114.G

Deus propitius esto mihi peccatori. to.2.136.C

Luc.19.

Zachæus præcurrens ascendit in arborem sycomorum, vt videret eum, quia inde erat transiturus. to.1.163.I

Negotiamini dum venio. to.2.108.K.&.165.G

Omni habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. to.2.52.H

Qui præibant & qui sequebantur clamabant dicentes, Osanna filio Dauid. to.2.84.F

Luc.21.

In patientia vestra possidebitis animas vestras. to.1.26.G.& to.2.9.C.&.229.F

Luc.22.

Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. to.2.272.A

Luc.23.

Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. to.2.117.K

Hodie mecum eris in paradiso. to.2.122.A

Luc.24.

Apparuit angelus qui ab ostio monumenti lapidem reuoluit. to.2.314.B C

Vos autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto. to.2.144.I

Hæc sunt verba quę locutus sum ad vos, cùm adhuc essem vobiscum. to.2.114.H

Ioannis.1.

IN principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. to.1.27.I

In propria venit. & sui eum non receperunt. to.1.83.B

Quotquot autem crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. to.2.62.E

Verbum caro factum est, habitauit in nobis. to.2.233.F

De plenitudine eius omnes accepimꝰ. to.2.294.M

Non sum propheta. to.2.99.D

Super quem videris spiritum descendẽtem, manentem super eum, hic est qui baptizat. to.1.11.E

Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. to. 2. 54. I.

Ioan. 2.

Quid mihi & tibi mulier, nondum venit hora mea. to. 2. 123. B
Implete hydrias aqua. to. 2. 61. D.
Cathedras vendentium columbas euertit, &c. to. 2. 108. E

Ioan. 3.

Spiritus vbi vult spirat. to. 1. 160. E. to. 2. 326. I
Qui habet sponsam, sponsus est. to. 2. 110. M
Illum oportet crescere, me autem minui. tomo. 2. 111. A

Ioan. 5.

Surge tolle grabbatum, & vade in domū tuam. to. 1. 138. D. & to. 2. 75. B
Vade in domum tuam. to. 2. 22. E
Pater meus vsque modo operatur. to. 2. 300. K
Non possum ego à meipso facere quicquam sed sicut audio iudico. to. 1. 211. M & to. 2. 12. A
Ille erat lucerna ardens & lucens. to. 2. 73. B

Ioannis. 6.

Iesus ergo cùm cognouisset, quia venturi essent vt raperent eum & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. to. 2. 2. F G
Quæritis me, nō quia vidistis signa, sed quia māducastis ex panibus meis, & saturati estis. to. 1. 138. L
Eum qui venit ad me non eiiciam foras: quia de cœlo descendi, vt faciam voluntatem meam, &c. to. 1. 211. M

Ioannis. 7.

Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. tomo. 1. 107. F. & to. 2. 70. A

Ioannis. 8.

Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. to. 1. 2. B
Omnis qui peccat, seruus est peccati. to. 1. 23. E
Ego sum lux mundi. to. 1. 18. L
Si vos filius liberauerit verè liberi eritis. tomo. 2. 320. B

Ioan. 9.

Me oportet operari opera eius qui me misit. to. 2. 145. A
Da gloriam deo. to. 2. 266. F

Ioan. 10.

Qui intrat per ostium, pastor est ouium. to. 2. 77. L
Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. to. 1. 27. G. & to. 2. 80. F. 207. L. & 230. F
Per me si quis introierit, saluabitur, &c. tomo. 2. 78. H
Oues meæ venient, & pascua inuenient. tomo. 2. 248. M
Hyems autem erat. to. 1. 5. C. to. 2. 74. I

Ioan. 11.

Iesus infremuit spiritu, & turbauit seipsum. tom. 1. 14. A
Vbi posuistis eum. to. 2. 227. C
Lazare veni foras. to. 1. 131. B. & to. 2. 116. M
Quid facimus, quia hic homo multa signa facit. to. 1. 106. L

Ioan. 12.

Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. to. 1. 102. C
Si exaltatus fuero à terra, omnia trahan ad me. to. 2. 113. E. & 195. A

Ioan. 13.

Cùm diabolus iam misisset in cor vt traderet eum Iudas, &c. to. 2. 263. K
Sciens Iesus quia omnia dedit ei pater in manus. to. 1. 13. M
Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. to. 2. 230. B

Ioan. 14.

In domo patris mei mānsiones multæ sunt. to. 1. 23. D. & 213. I. & to. 2. 40. I. & 83. C
Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis. to. 1. 27. K
Qui habet verba mea & facit ea, hic est qui me diligit, &c. to. 2. 282. I
Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. to. 2. 13. G. & 152. A
Venit enim princeps mundi huius, & in me nō habet quicquam. to. 2. 132. F

Ioan. 15.

Pater meus agricola est, & omnem palmitē in me non ferentem fructum, tollet, &c. to. 2. 206. F
Manete in me, & ego in vobis. to. 2. 149. B
Si de hoc mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret. to. 2. 223. G

Ioan. 16.

Si ego non abiero, paracletus non veniet. tomo. 1. 46. D
Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. to. 2. 118. B
Palam de patre meo annunciabo vobis. tom. 1. 179. F
Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis: in mundo pressuram habebitis, &c. tomo. 1. 151. E
Vsque modo non petistis quicquam. to. 2. 118. C
Venit hora cùm iam non in proverbiis loquar vobis. to. 1. 176. I

Ioan. 18.

Quia frigus erat, & stās ad prunas calefaciebat se. to. 1. 5. C

Ioan. 19.

Nō haberes in me potestatem vllam, nisi tibi esset data desuper. to. 1. 13. L

Ioan. 20.

Tulerunt dominum meum & nescio vbi posuerūt eum. to. 1. 13. D
Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrē. to. 1. 154. C
Cùm sero esset vna sabbatorū, & fores essent clausæ, &c. to. 2. 297. K

Ioan. 21.

Simon Ioannis amās me, pasce oues meas. to. 2. 193. F & 326. C
Cùm senueris extendes manus tuas, & alius te cinget & ducet quo non vis. to. 1. 188. B

Actorum. 1.

QVæ cœpit Iesus facere & docere. to. 2. 79. F
Conuescens præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent, &c. to. 2. 119. A
Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis. to. 1. 56. E

Actorum. 2.

Dum complerentur dies Pentecostes, &c. tom. 2. 297. K L
Nonne isti qui loquuntur Galilæi sunt? tomo. 2. 300. H
Factus est repentè de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, &c. to. 1. 29. C 164. D & 294. M
Cecidit spiritus domini super eos. to. 1. 9. E
Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. to. 2. 16. I

Actorum. 4.

Verbum dei cum fiducia prædicabant. tomo. 2. 300. C
Erat eis cor vnum & anima vna. to. 2. 259. C

Actorum. 7.

Video cœlos apertos & Iesum stantem. to. 2. 256. C

Actorum. 8.

Pecunia tua tecum sit in perditionem. to. 1. 17. H

Actorum. 9.

Saulus spirans minarum & cædis in discipulos domini. to. 2. 300. L
Ego sum Iesus Nazarænus, quem tu persequeris. tom. 1. 203. A
In conuersione Pauli, squamæ ceciderunt ab oculis eius. to. 1. 202. M
Aenea sanet te dominus Iesus Christus, surge & sterne tibi. to. 1. 138. E

Actorum. 14.

Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. to. 2. 307. H
Macta & manduca. to. 1. 107. D
Surge, & ipse ego homo sum. to. 1. 127. B

Acto. 20.

Mundus sum à sanguine omnium. tomo. 2. 73. D & 156. K

Actorum. 23.

De spe & resurrectione mortuorum ego iudicor. to. 1. 105. E

Romanorum. 1.

IVstus autem ex fide viuit. to. 2. 48. F
Cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, &c. tom. 2. 74. B

Romanorum. 2.

Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit, &c. to. 2. 74. D
Inter semmicem cogitationum accusantiū, aut etiā defendentium. to. 1. 19. F

Romanorum. 5.

Christus pro impiis mortuus est. to. 1. 22. K

Romanorum. 6.

Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. to. 1. 80. I. & 125. F
Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, &c. to. 1. 116. B
Quem ergo fructum tunc habuistis in illis in quibus nunc erubescitis? to. 1. 167. H

Romanorum. 7.

Itaque iam non operor illud, sed quod habitat in me peccatum. to. 2. 323. I K
Velle adiacet mihi, perficere autem bonum nō inuenio. to. 1. 173. I
Video aliam legem in membris meis, repugnantē legi mentis meæ, & captiuum ducentē me, &c. to. 2. 304. A

Romanorum. 8.

Qui in carne sunt, deo placere non possunt. tom. 2. 235. C
Qui enim spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt. to. 2. 152. A
Si quis spiritum Christi non habet, hic nō est eius. to. 2. 115. B
Vnusquisque mercedem accipiet secundum laborem. to. 2. 295. F
Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. to. 1. 9. E
Vanitati enim subiecta est creatura non volens, &c. to. 1. 23. B
Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. to. 1. 43. L & to. 2. 58. E
Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. to. 2. 137. D & 307. B
Christus Iesus qui mortuus est pro nobis, imò qui & resurrexit, qui est in dextera dei, &c. to. 2. 132. A

Universidad de Deusto Biblioteca

Roman.9.

Quorum patres, ex quibus Christus secũdum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. to.2.80.L

O homo, tu quis es qui respondeas deo? to.1.53.E

Roman.10.

Finis legis Christus ad iustitiam credenti. to.2.83.K

Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. to.2.323.C

Quàm speciosi pedes euangelizãtium pacem, &c. to.2.145.A

Roma.11.

Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia ipsi gloria in secula seculorum, amen. to.1.174.B & to.2.83.D

Romano.12.

Vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem. to.2.97.B & 107.C

Si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. to.2.13.I 182.L & 213.H

Roma.13.

Vis non timere potestatem, bonum fac & habebis laudem ex illa. to.2.18.F

Nox præcessit, dies autem appropinquauit. to.1.168.K

Carnis curam ne feceritis in desideriis. to.1.180.F & to.2.240.E

Roman.14.

Qui non manducat manducantem non iudicet. to.2.165.B

Alius iudicat diem inter diem, alius iudicat omnem diem. to.1.2.L

Nemo nostrũ sibi viuit, & nemo sibi moritur: sive enim viuimus domino, &c. to.2.96.K

Roman.15.

Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. to.2.165.C

Roman.16.

Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos. to.2.302.B

1.Corinth.1.

GRatias ago deo meo semper pro vobis, in gratia dei quæ data est vobis in Christo Iesu, &c. tomo.1.143.E & to.2.73.H

Quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiã prædicationis saluos facere credentes. to.1.83.E & 168.H

Ego sum Pauli, ego Apollo, ego verò Cephæ. to.2.182.G

Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. to.2.100.H

Qui factus est sapientia nobis à deo & iustitia. to.1.94.I

1.Corinth.2.

Nil me iudicaui scire inter vos, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. to.2.69.D

1.Corinth.3.

Non potui vobis loqui tanquam spiritualibus, &c. to.2.295.I

Lac vobis potum dedi non escam. to.2.324.K

Cùm sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? to.1.19.E

Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. to.1.100.E

Vnusquisque mercedem accipiet secundum laborem. to.2.295.F

Adiutores enim dei sumus. Ibidem.

Si quis superædificauerit super vos fundamẽtum, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, &c. to.2.41.K

Sic salui fient quasi per ignem. to.2.271.D

Sapientia huius mundi, stultitia est apud deum. to.1.67.C & seq.

1.Corinth.4.

Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, &c. to.1.68.B C

Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. to.1.25.D 28.H & t.2.315.A

Quid vultis in virga veniam ad vos, &c. to.2.155.K

1.Corinth.6.

An nescitis quia angelos iudicabimus. tom.2.286.A

Contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. to.1.115.F

Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicandum. to.2.5.M

Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis. to.2.16.I

Omnia mihi licent, sed sub nullius redigar potestatem. to.1.25.A

Qui adhæret domino, vnus spiritus est cum eo. to.2.26.A 299.G H & 287.C

1.Corinth.7.

Propter fornicationes autem vnusquisque suam vxorem habeat. to.2.155.F

Vxori vir debitum reddat, & vxor viro. tom.2.319.E

Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. to.2.253.H

Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. to.1.73.B

Qui habent vxores, tanquã non habentes: & qui flent, tanq̃ non flentes, & qui gaudent, tanquã non gaudentes. to.2.15.C & 128.E

Qui gaudent tanquam non gaudentes sint. to.2.123.A

Præterit enim figura huius mundi. to.2.15.C

Hoc ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis iniiciam: sed ad id quod honestum est, &c. Ibidem.F

1.Corinth.8.

Scientia inflat, charitas autem ædificat. tom.1.49.D

Vt sit sancta carne & spiritu. to.2.319.A

1.Corinth.9.

Factus sum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer: & his qui sub lege erant, quasi sub lege essem, &c. tomo.1.35.M & to.2.4.M & 155.G

Castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo, &c. to.2.122.D

1.Corinth.10.

Petra autem erat Christus. to.2.143.A

Neque idololatræ efficiamini sicut quidã ex ipsis, quemadmodum scriptum est, Sedit populus manducare, &c. to.1.62.L

Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. to.1.125.F & to.2.3.L

Fidelis deus qui non patietur vos tentari suprà quam potestis. to.1.57.G.167.D

1.Corinth.11.

Probet autẽ seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. to.2.264.K

1.Corinth.12.

Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. &c. to.1.166.D

Vos estis corpus Christi, & membra de membro. to.1.205.D

1.Corinth.12. & Ephe.4.

Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, &c. to.2.93.G

1.Corinth.13.

Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, &c. to.1.194.E

Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. to.1.105.M

Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non inflatur, non agit perperam. to.1.61.E 130.K & to.2.9.A 126.H. & 149.A

1.Corinth.14.

Prophetiæ fidelibus datæ sunt, non infidelibus: signa autem infidelibus, non fidelibus. to.2.102.M

1.Corinth.15.

Ego enim sum minimus Apostolorum, qui nõ sum dignus vocari Apostolus, &c. to.2.71.K

Plus illis omnibus laboraui. to.2.67.D

Tu quod seminas non vinificatur, nisi prius moriatur, &c. to.1.85.D

Gratia autem dei sum id quod sum, &c. to.1.94.A & 116.F

2.Corinth.1.

Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. to.1.50.F

Nunquid leuitate vsus sum, aut quæ cogito secundum carnem cogito? &c. to.2.12.B

Non quia dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri. to.1.153.F & to.2.5.F

2.Corinth.2.

Cui aliquid donastis, & ego, &c. to.1.198.L & to.2.62.L

Christi bonus odor sumus deo, in omni loco. to.2.123.G & 203.F

Non enim sumus sicut plurimi adulterantes, &c. to.1.131.K

Sicut ex deo, coram deo, in Christo loquimur. to.2.14.C

2.Corinth.3.

Litera occidit spiritus autẽ viuificat. to.2.295.A

Vsq; in hodiernum diem cùm legitur Moyses, velamen est positum super cor eorum. to.1.55.B

2.Corinth.4.

Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum dei. to.1.97.E

2.Corinth.5.

Si qua igitur in Christo noua creatura, vetera trãsierunt, ecce facta sunt omnia noua. to.2.90.D

2.Corinth.7.

Nam cùm venissemus Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra. to.1.187.B

Foris pugnæ, intus timores. to.1.14.G

2.Corinth.8.

Scimus quia nihil est idolum. to.1.18.F

2.Corinth.11.

Ipse enim Satanas transfigurat se in angelum lucis. to.1.17.M

In labore, in erumna, in vigiliis multis, in fame & siti. to.1.14.H & tomo.2.96.I

In periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, &c. to.1.14.H

Sollicitudo omnium ecclesiarum. to.2.312.C

Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? to.2.122.D

2.Corinth.12.

Parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. tomo.1.103.H

2.Corinth.13.

Vosmetipsos tentate si estis in fide, ipsi vos probate. to.1.188.D

Galatas.1.

Vos autem iam non ego, &c. tomo.2. 122.C

Galatas.4.

Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis, &c. to.1.179.C

Illa autem quæ sursum est Hierusalem, libera est, mater nostra. to.2.141.K

Galatas.5.

Per charitatem seruite inuicem. to.1.166.C

Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerũt cum vitiis & concupiscentiis. to.1.49.E

Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. to.2.9.B & 15.C

Galatas.6.

Si quis præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, &c. to.2.6.M

Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. to.2.149.A

Opus suum probet vnusquisq; & sic in semetipso gloriam habebit, & non in altero. tomo.2. 229.D

Quæcunque seminauerit homo, hæc & metet. to.2. 148.A

Qui seminat in carne, de carne metet corruptionẽ. to.2.290.G

Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. to.1 24.A & 110.K

Ephesiorum.1.

Proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, & quæ in terra sunt, in ipso. to.1.190.F

Ephesiorum.3.

Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. to.2.62.G

Ephesiorum.4.

Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis to.2.13.E

Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia auferatur a vobis, &c. to.2.9.D

Ephesiorum.5.

Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. to.1. 29.M

Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam. tomo.1.9.C 76.G & 122.E

Philippenses.1.

Mihi vivere Christus est, & mori lucrũ. to.2.81.A

Desiderium habens dissolui, & cum Christo esse, multo melius. Ibidem.

Cupio dissolui, & esse cum Christo. to.1.23.C

Philippenses.2.

Superiores sibi inuicem arbitrantes. to.1.208.D

Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, &c. to.1.8.C

Qui cùm esset dives, pauper pro nobis factus est. to.2.143.C

Philippenses.3.

Vnum autẽ quæ retrò sunt oblitus, ad ea quæ ante sunt extentus. to.1.202.G & to.2.58.H

Philippenses.4.

Scio & humiliari, scio & abundare: vbique & in omnibus instructus sum, &c. to.2.90.A

Scio manducare & esurire. to.2.302.I

Non quæro datum sed requiro fructum. tomo.1. 113.F

1.Thessalonicenses.2.

Nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis, cum possimus oneri esse vt Christi apostoli, &c. to.1.144.F

1.Thessal.3.

Nemo moueatur in tribulationibus istis: ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus. to.1.14.H

Ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus. tomo.1. 77.A

1.Thessal.4.

Nolumus autem ignorare vos fratres de dormientibus, vt non contristemini, &c. to.1.71.L

1.Thessal.5.

Vos autem fratres nõ estis in tenebris, vt vos dies illa tanquam fur comprehendat. to.1.144.L

Sine intermissione orate. to.2.260.G

2.Thessal.1.

Ita vt & nosipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei, pro patientia vestra, & fide, &c. to.1.25.E

2.Thessal.2.

Dominus Iesus interficiet eum spiritu oris sui. to.1. 81.D

2.Thessal.3.

Et nolite vt inimicum existimare illum, sed corripite vt fratrem. to.2.13.I

Colossenses.2.

Ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum dei. to.2.61.F

Quæ sunt rationem quidam habentia sapientiæ, in superstitione & humilitate. to.2.12.D

Colossenses.4.

Orantes simul & pro nobis, vt deus aperiat nobis ostium verbi, ad loquendum mysteriũ Christi. to.1.172.E

1.Timothei.2.

Quia salua erit per filiorum generationẽ. to.1.73.A

1.Timoth.3.

Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. to.2.3.C

Oportet autem episcopum irreprehensibilem esse. Ibidem.

Apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in hoc mundo, assumptũ est in gloria. to.1.205.I

1.Timoth.4.

Præcipe hæc & doce cũ omni imperio. to.1.136.E

1.Timoth.5.

Viuens mortua est. to.2.294.K

Manus citò nemini imposueris, neq; communicaueris peccatis alienis. to.1.30.D

Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere, propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Ibidem.

1.Timoth.6.

Lucem habitat inaccessibilem. to.1.110.M

Radix omnium malorũ est cupiditas. to.1.119.B

2.Timoth.2.

Labore vsque ad vincula, quasi malè operãs, sed verbum dei non est alligatum. to.1.187.L

2.Timoth.4.

Prædica verbum, insta opportunè, importunè. to.2. 4.L

Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat: bonum certamen certaui, &c. to.2. 95.M

Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Ibidem.

Ad Titum.1.

Vi confitentur se nosse deum, factis autem negant. to.1.18.L

Hebræorum.4.

Vluus est sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, &c. to.2.94.I

Hebræorum.10.

Non deserentes collectionẽ nostram, sicut est consuetudinis quibusdam. tomo.1.24.D

Tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem. Ibidem.B

Hebræorum.11.

Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. to.2.117.C

Hebræorum.12.

Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniã, sine qua nemo videbit, &c. to.2.230.I

Hebræorum.12.& Deute.4.

Deus noster ignis consumens est. tomo.2.66.I & 130.F

Iacobi.1.

Concupiscentia peccatum parit. tomo.2. 319.G

Apud quem nõ est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. to.1.73.L

Ira viri iustitiam dei non operatur. to.1.30.I

Iacobi.4.

Quicunque amicus huius seculi esse voluerit, inimicus dei constituitur. to.2.137.E

Iacobi.5.

Orate pro inuicem, vt saluemini. to.2.188.D

Qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, &c. tomo.1. 114.E

1.Petri.1.

Regenerauit nos in spem viuã. to.1.36.D

Aduersarius vester diabolus tanq; leo rugiens circuit, &c. to.2.315.M

Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrij perfectè sperate in eam quæ offertur vobis gratiam. to.1.125.C

1.Petri.2.

Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. to.1.9.H

1.Petri.3.

Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes. to.1.166.C

1.Petri.4.

Si quis loquitur, quasi sermones dei: si quis ministrat, tanquam ex virtute quam administrat deus. to.2.64.E

Nemo vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus. to.1.14.K

1.Petri.5.

Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. to.2.294.G

2.Petri.1.

Ministrate in fide vestra virtutem, in virtute scientiam, in scientia autem abstinentiam, &c. to.2. 12.C

2.Petri.2.

Et iustum Loth oppressum à nephandorum iniustitia, &c. to.1.124.A

Correptionem habuit suæ vesaniæ subingalẽ mutum, &c. to.2.10.E

2.Petri.3.

Qui vult omnes homines saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire. to.2.316.D

Sicut & charissimus frater noster Paulus, secũdũ datam sibi sapientiam scripsit vobis. tom.2. 71.K

1.Ioannis.1.

Omne quod in mundo est, concupiscentia est carnis, concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. to.2.90.C

Si dixerimus quia peccatũ non habemus, ipsi nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

seducimus, & veritas in nobis non est. tom.2. 307.B

1.Ioannis.2.

Qui se dicit nosse deum, & mandata eius nõ custodit mendax est. to.2.96.M

Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. to.1.103.M

1.Ioannis.3.

Similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. to.2.57.E

Omnis qui natus est ex deo nõ peccat. to.2.317.G

Qui non diligit, manet in morte. to.2.295.K

Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud deum: & quicquid petierimus ab eo, accipiemus. to.1.63.E F & 103.E

1.Ioannis.4.

Perfecta charitas foras mittit timorem. tomo.2. 197.B C

1.Ioannis.5.

Mandata eius grauia non sunt. to.2.305.D

Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt quis roget. to.1.98.A & to.2.322.F

Apocalypsis.2.

Dabo illi calculum cãdidum, & in calculo nomẽ nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. to.1.111.F

Apocalypsis.3.

Esto vigilans, & confirma cætera quæ moritura erant: non enim inuenio opera tua plena coram deo meo. to.2.17.I

Qui vicerit faciã illũ columnã in templo dei mei. to.1.101.E

Vtinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es, &c. to.2.17.K

Dicis quòd dives sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, &c. tomo.2. 205.A

Suadeo tibi emere à me aurum ignitum. to.2.2.E

Collyrio inunge oculos tuos, vt videas. to.2.3.K

Apocalypsis.4.

Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor, &c. to.2.295.K

Apocalypsis.5.

Nemo inuentus est dignus, neque in cœlo, neque in terra, neque subtus terram, aperire librum, &c. to.2.42.C

Apocalypsis.6.

Vidi subter altare animas interfectorum propter verbum dei, & propter testimonium quod habebant, &c. to.1.5.I to.2.141.A

Datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est eis, &c. to.2.111.F & seq.

Factus est sol vt saccus cilicinus. to.1.52.A

Apocalypsis.7.

Et palmæ in manibus eorum. to.2.86.B

Apocalypsis.8.

Factum est silentium in cœlo quasi dimidia hora to.1.179.I & to.2.80.B

Apocalypsis.9.

Potestas equorum in ore & in caudis eorum erat. to.2.202.G

Apocalypsis.11.

Atrium quod foris templum est, eiice foras & ne metiaris illud. to.1.165.G

Apocalypsis.12.

Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius. to.1.206.H

Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cœli, &c. to.1.194.C & 18.K

Proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusabat illos ante conspectum dei die ac nocte to.1.6.D

Væ terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet. to.1.204.H

Apocalypsis.13.

Vidi aliam bestiam ascendentem de terra habentem duo cornua similia agni, & loquebatur vt draco. to.1.203.H

Ita vt ignem faciat descendere de cœlo in terram. *Ibidem.M*

Apocalypsis.14.

Et canticum cantant, quod nemo potest dicere, nisi illa centum quadraginta quatuor milia. to.2. 15.L

Apocalypsis.16.

Quartus angelus effudit phialam suam in solem, &c. to.2.206.I

Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinẽ eius. to.1.10.M 17.I & to.2.144.F

Apocalypsis.19.

Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. to.2.115.A

Et exercitus qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis. to.1.184.I

Habebat in vestimẽto, & in fœmore suo scriptum rex regum, & dominus dominantium. tom.1. 77.M

Apocalypsis.20.

Vidi angelum descendentem de cœlo, habentem clauem abyssi, &c. tom.1.18.H I 108.I & 193.M

Cùm completi fuerint mille anni, soluetur Satanas to.1.18.I

Apocalypsis.21.

Et erat structura muri eius ex lapide Iaspide, ipsa verò ciuitas aurum mũdum, similis vitro mundo. to.1.109.I

Ipsa ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo. to.1.206.L

Apocalypsis.22.

Stella splendida & matutina. to.1.174.I

Finit Index authoritatum Scripturæ, à D. Gregorio Papa sparsim in suis libris explicatarum.

TABVLA AD PROMptius inueniendum Euangelia. 40. Homiliarũ diui Gregorii ordine alphabetico.

Universidad de Sevilla Biblioteca

Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ. tomo. 2.100.A

Anno duodecimo imperij Tiberij. tom.2. 100.H

Arborem fici habebat quidam plantatam. to.2.121.C

Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos. to.2. 98.E

Cùm appropinquaret Iesus Hierusalem videns ciuitatem fleuit super eam dicens. to.2.131.H

Cùm audisset Ioannes in vinculis opera Christi. to.2.100.F

Cùm audieritis prælia & seditiones. to.2.126.B

Cùm esset sero die illa vna sabbatorum. tomo.2. 116.F

Cùm natus esset Iesus in Bethleem Iudæ. tom.2. 102.K

Cùm turbæ plurimæ conuenirent. to.2.106.B

Designauit dominus Iesus & alios septuaginta duos. to.2.107.E

Dicebat Iesus turbis Iudæorum, & principibus sacerdotum. to.2.109.A

Ductus est Iesus in desertum à spiritu. to.2.106.I

Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum to.2.113.M

Ego sum pastor bonus. to.2.105.G

Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. to.2.118.G

Erant appropinquantes ad Iesum publicani. to.2.124.B

Erunt signa in sole & luna. to.2.197.I

Exiit edictum à Cæsare Augusto. to.2.101.I

Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem. to.2.117.H

Homo quidam erat dives. to.2.132.L

Homo quidam fecit cœnam magnam. to.2.127.C

Homo quidam peregrè proficiscens. to.2.102.A

Loquente Iesu ad turbas, ecce mater eius. tomo.2. 99.A

Loquebatur Iesus principibus sacerdotum. to.2. 129.K

Manifestauit se iterum Iesus discipulis suis. to.2. 114.E

Maria Magdalenæ & Maria Iacobi & Salomæ. to.2.112.B

Maria stabat ad monumentum foris plorans. to.2.115.C

Misit dominus Iesus duodecim discipulos suos. to.2.99.G

Miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes. to.2. 101.A

Recumbentibus vndecim discipulis. to.2.118.M

Rogabat Iesum quidam Pharisæus, vt manducaret cum illo. to.2.122.M

Simile est regnum cœlorum decem virginibus. to. 2.104.A B

Simile est regnũ cœlorum homini patri familiæ. to.2.109.I

Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito. to.2.103.G

Sint lumbi vestri præcincti. to.2.104.L M

Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. to.2. 119.M

Si quis venit ad me & non odit patrem suum. to.2.128.H

Si quis vult venire post me, abneget semetipsum. to.2.121.M

Vna sabbati Maria Magdalene. to.2.112.L

FINIS.

Index quaternionum primi tomi.

a. b. c. d. e. A. B. C. D. E. F. G. H. a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t v. x. y. z. A. B. C. D.

Omnes sunt quaterniones præter H in primo ordine ternionem & D ternionem postremam quarti ordinis.

Secundi tomi.

aa. bb. cc. dd. ee. ff. gg. hh. ii. kk. ll. mm. nn. oo. pp. qq. rr. ss. tt. vv. xx. yy. zz. AA. BB. CC. DD. EE. FF. GG. HH. II. KK. LL. MM. NN. OO. PP. QQ. RR. SS.

Omnes sunt quaterniones.

MIRACVLVM DE INVENTIONE LIbrorum Moralium beati Gregorii.

BEatus Gregorius papa librum beati Iob, petente sancto Leandro Hispaléſi episcopo, exposuit: sicut in prologo Moralium patenter videri potest: & ei expositum tradidit. Illeq; expositum eum in Hispaniã ad sedẽ Hispalensem detulit. Hispalensis autem ciuitas vulgari nomine Sybilia vocatur: & est metropolis Hispaniæ. Decedente ergo beato Leãdro, sanctus Isidorus, germanus eius, doctor præcipuus, loco eius factus est archiepiscopus. Post cuius decessum, libri Moralium, quos beatus Leander attulerat, ita per negligentiã perditi sunt, vt in tota Hispania non inuenirentur. Post aliquot ergo annos Cyndesindus rex Hispaniæ concilium triginta episcoporum in vrbe Toletana congregauit: vbi querimonia facta de amissione Moralium, vnanimi consilio episcoporum, præfatus rex Tagionem* Cæsaraugustanum episcopum Romam misit cum epistolis ad papam, pro quærendis eisdem libris. Erat enim Tagio episcopus diuinæ scripturæ amator seruentissimus. Venit ergo Romam: præsentatisque regalibus epistolis & muneribus: cùm de die in diem videret petitionem suam à papa differri, quasi præ multitudine aliorum librorum, illi quos quærebat, non possent in archiuo sedis apostolicæ reperiri: ad vltimum postulauit, vt saltem sibi licẽtia daretur, vna nocte integra in ecclesia beati Petri vigilandi & orandi. Qua accepta, cum enixius obsecraret deum, vt iam iámque sui itineris effectus prosperaretur: ecce circa mediã noctem in ipso orationis feruore persistens, vidit totam ecclesiam immenso lumine repleri. Deinde prospicit magnam reuerendorum virorum, niueis vestibus indutorum, multitudinem, ianuam ecclesiæ ingredientem: & decenti ordine binos & binos ad altare sancti Petri tendentem. Cúmque nimio terrore perterritus, de loco in quo stabat, se mouere non auderet, ecce vidit duos ex eis de cœtu illorum egressos ad se venientes. Ex quibus vnus dulciter salutans eum, percontatur quis esset, vnde & cur veniſſet: & cur ea hora ibi vigilaret. Episcopo verò ad singula respondente, totámque itineris sui & orationis causam referente, is qui aduenerat, digitum protẽdens: In scrinio inquit illo quod cernis, continentur libri quos quæris. Tunc verò episcopus fiducia assumpta: Obsecro, inquit, mi domine, vt mihi seruo tuo pãdere digneris: quæ nam sit illa quam cerno, tam præclara virorum processio? Protinus ille respondens: Duo, inquit, illi, quos præcedentes, séque inuicem manu inserta vides complectentes, beati apostoli sunt, Petrus & Paulus. Reliqui verò quos post eos cernis stantes, ipsi sunt successores eorum, huius apostolicæ sedis pontifices. Et eodem ordine quo eos in episcopatu sunt secuti, etiam nunc eos sequũtur. Et sicut hanc ecclesiam in vita sua dilexerunt, ita & nunc post obitũ diligunt: & frequenter eam inuisere veniunt. Tũc episcopus: Oro, inquit, mi domine, vt dicas mihi: quisnam tu ipse sis. Ille respondit: Ego sum Gregorius: pro cuius libris tãti itineris laborem sustinuisti. Ideóque nunc veni: vt tuæ satisfacerem petitioni. Tunc episcopus inquit, Obsecro domine mi (si hic est) mihi dicas quisnam istorum est beatus pater Augustinus, cuius libros non minus quàm tuos dilexi. Respõdit: Beatum Augustinum virum excellẽtissimũ (de quo quæris) altior à nobis cõtinet locus. Hæc dixit: statímque cum socio qui secũ venerat, ad cœtum aliorum rediit. Postea videẽte episcopo, omnes simul ad altare beati Petri reuerẽter submissis capitibus inclinantes, eodem quo venerant ordine, ianuam ecclesiæ repetierunt, & cum lumine quod prius viderat recesserunt. Mane autem facto præfatus episcopus domino papæ cuncta quæ viderat retulit. Sícque acceptos & descriptos libros Moralium in Hispaniam reportauit. Hánceque visionẽ eis deinceps prænotari & præscribi instituit.

Hispalensis ciuitas.

**aliàs Tajonem.*

REVERENDISSIMVS DOMINVS Dominicus episcopus Brixien. summi põtificis Sixti vicarius, hãc præfationem Moralibus beati Gregorij papæ inseruit.

SAnctus Iob, exemplar patientiæ, librũ ædidit, in quo dei prouidẽtiam magna ex parte nobis aperit: & quorũdam hominum falsas de iudiciis dei opiniones refellit: qui plærunque pœnas & huius mundi molestias atque incommoda, & econtra corporis & externa bona, in causas referunt eis prorsus incognitas: cum tamen propheta dicat: Iudicia dei abyssus multa. Et iterum de eisdem: Existimabam vt cognoscerem: hoc labor est ante me, donec intrem in sanctuarium dei, & intelligã in nouissimis eorum. Scripsit autem metro: cuius mensura in translatione seruari non potuit. Multa nanque sunt versuum genera, quibus prisci vtebantur, nobis incognita: ceu illud Deuteronomij canticum: Audite cœli quæ loquar: metro currit. Et hoc similiter carmẽ, ab eo loco: Pereat dies in qua natus sum, vsque ad calcem fere operis hexametrum est. Ex quo liquet non poëtas modo gẽtilium, sed vates quoque nostros numerosis versibus vsos: & eorum fuisse inuentores. Siquidẽ Moyses, qui cecinit carmen illud, Cãtemus domino, glorioſe enim honorificatus est. & quod suprà memoratum est, eos omnes præcesſit, quos Græci vetustissimos putant: Homerũ scilicet & Hesiodum, & ipsum Troianum bellum: & longè superior fuit Musæo, Orpheo, Mercurio, & Apolline, quemadmodũ Eusebius Cæsariensis clarè sipputauit. Non magnum autem tẽporis decursum inter hos duos: scilicet Iob & Moysen autumant: qui rectè coniectari existimantur ab Esau Iob descẽdisse: & ipsummet historiam suam texuisse. Describit etiam hic propheta resurrectionem futuram omnibus aliis clarius, dicens: Scio quod redemptor meus viuit: & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circundabor pelle mea: & in carne mea videbo deum saluatorem meũ: quem ego ipse, non alius, visurus sum. Diabolum etiam super omnes filios superbiæ regem, sub figuris Behemoth & Leuiathan. i. elephantis & piscis magni: siue serpentis marini, imitandis conditionibus, & multa alia: quæ legentibus eruditionem egregiam, & delectationem afferant. Hunc beatus Gregorius declarandũ suscepit: commentariáque in eum ædidit, vt plurimum iuxta sensum tropologicum: in triginta & quinque libros distincta tanta eloquentia, tanta copia, tanta sententiarum grauitate, vt qui sacris literis delectantur, nihil ferè habeant, in quo magis possint, quæ ad mores & beatè viuendum spectant, contemplari: & ideirco Moralia appellata sunt. Eorum si auctorem spectes, non solum magnæ doctrinæ, sed & auctoritatis tibi erunt: quippe qui inter præcipuos enumeratur ecclesiæ doctores. Si verò eiusdem auctoris sanctitatem & religionem cõtemplatus fueris, tunc pietatis speculum, frugalitatis exemplar, pœnitentiæ normam, beatæ viuendi regulam, & omnis virtutis ornamenta reperies. Hæc commentaria, quia magni admodum erant voluminis: non facilè haberi etiam à cupientibus poterant. Placuit autem clementissimo deo his nostris temporibus nouam artem docere homines, vt per impressionem characterum facillima esset scriptio librorum: adeo vt à tribus hominibus, solum tres menses laborãtibus, per impressionem formata sint horum Moralium trecẽta volumina: ad quæ tota eorum vita haud quaquam sufficeret: si digitis & calamo, aut penna, scribenda forent. Hac ipsa arte cum multa opera hominum generi vtilia, in primis sacra, dehinc philosophorum, poëtarum, oratorum, historicorum, grammaticorũ, & iurisconsultorum formata sint: tum etiam nuper hæc Moralia Gregorij pontificis maximi & sanctissimi, ad quæ habẽda & legenda literarum studiosos, quàm maximè possum exhortor: & si quid in me est auctoritatis, etiã admoneo: ne tanta dei beneficentia abutantur, tantam sacrarũ scripturarum explanationem paruifaciant, tantam negligant disciplinam: quę in hoc codice possunt paruo precio comparari.

Psal.35. *Psal.72.* *Deut.32.* *Iob.3.* *Exod.15.* *Iob.9.*

SANCTISSIMI

SANCTISSIMI CELEBERRIMIQVE ECCLESIÆ doctoris Gregorii papæ, ad Leandrum episcopum, in expositionem libri beati Iob, Epistola.

REuerẽdissimo atque sanctissimo fratri suo Leãdro coëpiscopo Gregorius seruus seruorum dei. Dudũ te frater beatissime in Constantinopolitana vrbe cognoscens: cum me illic sedis apostolicæ responsa constringerent: & te illuc iniuncta pro causis fidei regis Vuisigothorum legatio perduxisset, omne in tuis auribus quod mihi de me displicebat, exposui: quoniam diu longéque conuersionis gratiam distuli: & postquam cœlesti sum desiderio afflatus, sæcularem habitum contemnere* melius putaui. Aperiebatur mihi iam tunc de æternitatis amore quod quærerem: sed inolita me cõsuetudo deuinxerat, ne exteriorem cultum mutarem. Cúmque adhuc me cogeret animus præsenti mundo quasi specietenus deseruire, cœperunt multa contra me ex eiusdem mundi cura succrescere, vt in eo iam non specie, sed (quod est grauius) mente retinerer. Quæ tandem cuncta sollicitè fugiens, portum monasterij petij: & relictis quæ mundi sunt (vt frustra tũe credidi) ex huius mundi naufragio nudus euasi. Quia enim plærunque nauem incautè religatam, etiam de sinu tutissimo littoris vnda excurit, cum tempestas excrescit, repente me sub prætextu ecclesiastici ordinis, in causarum sæcularium pelago reperi: & quietem monasterij (quia habendo non fortiter tenui) quàm strictè tenenda fuerit, perdendo cognoui. Nam cùm mihi ad percipiendum sacri altaris ministeriũ, obediẽtiæ virtus opponitur: hoc sub ecclesiæ colore susceptum est: quod si inultè liceat, iterum fugiendo deflectatur. Post quæ nolenti mihi atque renitenti (cum graue esset altaris ministerium) etiam põdus est curæ pastoralis iniunctum. Quod tanto nunc durius tolero: quanto me ei imparem esse sentiens, in nulla fiduciæ consolatione respiro. Quia enim mundi iam tempora, malis crebrescentibus, termino appropinquante turbata sunt, ipsi nos qui internis mysteriis* deseruire credimur, curis exterioribus implicamur: sicut eo quoque tempore quo ad ministeriũ altaris accessi, hoc de me ignorante me actum est, vt sacri ordinis pondus acciperem: quatenus in terreno palatio licentius excubarem. Vbi me scilicet multi ex monasterio fratres mei germana vincti charitate secuti sunt. Quod diuina factũ dispensatione conspicio, vt eorum semper exemplo, ad orationis placidum littus quasi anchoræ fune restringerer, cùm causarum sæcularium inceſſabili impulsu fluctuarem. Ad illorum quippe consortiũ velut ad tutissimi portus sinum, post terreni actus volumina fluctúsque fugiebã: & licet illud me ministerium ex monasterio abstractum, à pristinæ quietis vita mucrone suæ occupationis extinxerat: inter eos tamen per studiosæ lectionis alloquium quotidianæ me aspiratio compunctionis animabat. Tunc eisdem fratribus etiam cogente placuit, sicut ipse meministi, vt librum beati Iob exponere importuna me petitione compellerent: & prout veritas vires infunderet, eis mysteria tantæ profunditatis aperirẽ. Qui hoc quoque mihi in onere suæ petitionis addiderunt: vt non solum verba historię per allegoriarũ sensus excuterem, sed allegoriarum sensus protinus in exercitium moralitatis inclinarem: adhuc aliud grauius adiungentes, vt intellecta quæque testimoniis cingerẽ: & prolata testimonia si implicita fortasse viderẽtur, interpositione superadditæ expositionis enodarẽ.

sæculari habitu contegime.

aliàs, ministeriis.

Caput. II.

MOx verò vt in obscuro hoc opere atq; ante nos hactenus indiscusso, ad tanta me pertrahi ac talia cognoui, solo auditus pondere victus (fateor) lassatúsque succubui. Sed repẽte inter formidinem deuotionémque deprehensus, cùm in largitorem munerum oculos mentis attollerem, cunctatione postposita, ilicò certus attẽdi: quia impossibile esse non poterat, quod de fraternis mihi cordibus charitas imperabat. Fore quippe idoneum me ad ista desperaui: sed ipsa mea desperatione robustior, ad illum spem protinus erexi, per quem aperta est lingua mutorũ, qui linguas infantiũ facit disertas: qui immẽsos brutósque asinæ ruditus, per sensatos humani colloquij distinxit modos. Quid igitur mirum, si intellectũ stulto homini præbeat, qui veritatẽ suam (cùm voluerit) etiam per ora iumẽtorum narrat? Huius ergo robore considerationis* accinctus, aridítatem meam ad indagandum fontem tãtæ profunditatis excitaui, & quamuis eorũ quibus exponere compellebar, longè me vita transcenderet, iniuriosum tamen esse non credidi, si fluenta vsibus hominũ plumbi fistula ministraret. Vnde mox eisdem corã positis fratribus priora libri sub oculis dixi, & quia tẽpus paulò vacantius reperi, posteriora tractãdo dictaui. Cúmque mihi spatia largiora suppeterent multa augens, pauca subtrahẽs, atque ita vt inuẽta sunt nonnulla derelinquens, ea quæ me loquẽte excepta sub oculis fuerant, per libros emendando cõposui: quia & cùm postrema dictarem, quo stylo prima dixeram, sollicitè attendi. Egi ergo vt & ea quæ locutus sum studiosa emendatione transcurrens, quasi ad similitudinem dictatus erigerem: & ea quæ dictaueram, non longè à colloquentis sermone discreparent: quatenus dum hoc tenditur, illud attrahitur, ædita modo dissimili res non dissimilis formaretur: quamuis tertiam huius operis partem vt colloquẽdo protuli, penè ita dereliqui: quia cùm me fratres ad alia pertrahunt, hanc subtilius emendari noluerunt. Quibus nimirum multa iubentibus dum parẽre modo per expositionis ministerium, modo per contemplationis ascẽsum, modo per moralitatis instrumentũ volui, opus hoc per triginta & quinque volumina extẽsum in sex codicibus expleui. Vnde & in eo sæpe quasi postponere ordinem expositionis inuenior: & paulò diutius contemplationis latitudini ac moralitatis insudo. Sed tamen quisquis de deo loquitur, curet necesse est, vt quicquid audientiũ mores instruit, rimetur: & hunc rectum loquendi ordinem deputet, si cùm opportunitas ædificationis exigit, ab eo se quod loqui cœperat, vtiliter deriuet. Sacri enim tractator eloquij morem fluminis debet imitari. Fluuius quippe dum per alueum defluit, si valles concauas ex latere contingit, in eas protinus sui impetus cursum diuertit, cúmque illas sufficienter impleuerit, repentè se in alueum refundit. Sic nimirum sic diuini verbi esse tractator debet: vt cùm de qualibet re disserit, si fortasse iuxta positam occasionem congruæ ædificationis inuenerit: quasi ad vicinam vallem linguæ vndas intorqueat, & cùm subiectę instructionis campum sufficienter infuderit, ad sermonis propositi alueum recurrat.

Sap. 10. Num. 22.

** cõsolationis.*

Similitudo pulchra.

Caput. III.

SCiendum verò est quòd quædam historica expositione transcurrimus: & per allegoriam quædam typica inuestigatione perscrutamur, quædam per sola allegoricæ moralitatis instrumenta discutimus, nonnulla autẽ per cuncta simul sollicitius exquirentes tripliciter indagamus. Nam primũ quidem fundamenta historiæ ponimus: deinde per significationem typicam, in arcem fidei fabricam mentis erigimus: ad extremum quoque per moralitatis gratiã quasi superducto ædificium colore vestimus. Vel certè quid veritatis dicta, nisi reficiendæ mentis alimenta credenda sunt? Quæ modis alternantibus multipliciter differendo, ferculum ori offerimus, vt inuitati lectoris quasi conuiuæ nostri fastidium repellamus: qui dum sibi multa oblata considerat, quod elegantius decernit assumat. Aliquando verò exponere aperta historiæ verba negligimus: ne tardius ad obscura veniam*. Aliquando autem intelligi iuxta literam nequeunt: quia superficietenus accepta nequaquã instructionem legẽtibus, sed errorẽ gignunt. Ecce etenim dicitur: Sub quo curuantur, qui portãt orbẽ. Et de tanto viro quis nescíat quòd nequaquam vanas poëtarum fabulas sequitur: vt mundi molem subuehi giganteo sudore suspicetur: qui rursum pressius percussionibus dicit, Elegit suspendiũ anima mea, & mortẽ ossa mea. Et quis rectum sapiens, credat virum tanti præconij (quem videlicet constat ab æterno iudice præmia pro patientiæ virtute recipere) decreuisse inter verba suspendio vitam finire? Aliquando etiam, ne fortasse intelligi iuxta literam debeant,

Iob. 9.

Iob. 7.

Universidad de Deusto Biblioteca

Iob.3. ipsa se verba literæ impugnãt. Ait nanque, Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo, & paulopost subiecit: Occupet eam caligo, & inuoluatur amaritudine. Atque in eiusdem noctis maledictione subiungit: Sit nox illa solitaria. Qui nimirum natiuitatis dies ipso impulsu temporis euolutus, stare non poterat.

Caput. IIII.

Q Vo igitur pacto hunc inuolui caligine optabat, qui elapsus iam non erat: & tamen si in natura rerũ subsisteret, sentire amaritudinem nequaquã posset? Constat ergo quòd nullo modo de die insensibili dicitur: qui sensu percuti amaritudinis optatur. Et si conceptionis nox reliquis noctibus coniuncta decesserat, quo pacto hãc fieri solitariam exoptat? Quæ vt à lapsu temporis figi non potuit, ita etiam nec à reliquarum noctium coniunctione separari. Qui

Iob.7. rursum dicit: Vsquequo non parcis mihi, nec dimittis me vt

Iob.6. glutiam saliuam meam? & tamẽ paulò superius dixerat: Quæ prius tangere nolebat anima mea, nũc præ angustia cibi mei sunt. Quis autem nesciat saliuam facilius posse glutiri quàm cibum? Qui itaque se sumere cibum denunciat, incredibile est valde quo ordine glutire posse saliuam negat. Atque iterũ dicit: Peccaui, quid faciam tibi ô custos hominũ? vel certè: Cõ-

Iob.7. sumere me vis peccatis adolescentiæ meæ? Et tamen alia re-

Iob.27. sponsione subiungit: Nec enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Quo ergo pacto à corde suo minimè in omni vita sua reprehenditur, qui peccasse se publica voce testatur? Neque enim simul vnquam conueniunt culpa operis, & irreprehẽsibilitas cordis. Sed nimirum verba literæ dum collata sibi conuenire nequeunt, aliud in se aliquid quod quęratur ostendunt, acsi quibusdam vocibus dicant: Dum nostra nos conspicitis superficie destrui, hoc in nobis quærite: quod ordinatum sibíque congruens apud nos valeat intus inueniri. Aliquando autem qui verba accipere historiæ iuxta literam negligit, oblatum sibi veritatis lumen abscondit. Cúmque laboriosè inuenire in eis aliud intrinsecus apperit, hoc

Iob.31. quod foris sine difficultate assequi poterat, amittit. Sanctus nanque vir dicit: Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci: si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea: si despexi prætereuntem, eo quòd non habuerit indumentum: & absque operimẽto pauperem, si non benedixerint mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est. Quæ videlicet si ad allegoriæ sensum violenter inflectimus, cuncta eius misericordiæ facta vacuamus. Diuinus etenim sermo sicut mysteriis prudentes exercet: sic plærunque superficie simplices refouet. Habet in publico vnde paruulos nutriat: seruat in secreto vnde mẽtes sublimium in admiratione suspẽdat. Quasi quidam quippe est fluuius (vt ita dixerim) planus & altus: in quo & agnus ambulet, & elephas natet. Vt ergo vniuscuiusque loci opportunitas postulat, ita se per studium expositionis ordo immutat: quatenus tanto verius sensum diuinæ locutionis inueniat, quanto vt res quæque exegerit, se per causarum species alternat. Quam videlicet expositionem recensendam tuæ beatitudini (non quia velut dignam debui, sed quia te petente memini promisisse) trãsmisi. In qua quicquid tua sanctitas tepidum incultúmque repererit: tanto mihi celerrimè indulgeat, quanto hoc me ægrum dicere non ignorat. Nam dum molestia corpus atteritur, afflicta mente etiam dicendi studia languescunt. Multa quippe annorum iam curricula deuoluũtur, quòd crebris viscerum doloribus crucior: horis momentísque omnibus fracta stomachi virtute lassescо: lentis quidem,

Heb.12. sed tamen continuis febribus anhelo. Inter quæ dum sollicitus penso, quia scriptum est: Omnis filius qui à deo recipitur flagellatur: quo malis præsentibus durius deprimor, eò de æternis certius præsumptione respiro. Et fortasse hoc diuinæ prouidentiæ consilium fuit, vt percussum Iob percussius exponerem: & flagellati mentem melius per flagella sentirẽ.

Caput. V.

S Ed tamen rectè considerantibus liquet, quia aduersitate non modica, laboris mei studiis in hoc molestia corporalis obsistit: quòd carnis virtus cùm locutionis ministerium exhibere vix sufficit, mens dignè non potest intimare quod sentit. Quid nanque est officium corporis, nisi organum cordis? Et quamlibet peritus sit cantandi artifex, explere artẽ non valet, nisi ad hanc sibimet ministeria exteriora concordent: quia nimirum canticum quod docta manus imperat, quassata organa propriè non resultãt: nec artem flatus exprimit, si scissa rimis fistula strident. Quãto itaque grauius expositionis meæ qualitas premitur: in qua dicendi gratiã sic fractura organi dissipat, vt hanc peritiæ ars nulla cõponat? Quæso autem vt huius operis dicta percurrens, in his verborum folia non requiras: quia per sacra eloquia ab eorũ tractatoribus infructuosæ loquacitatis leuitas studiosè compescitur, dũ in templo dei nemus plantari prohibetur. Et cũcti proculdubio scimus, quia quotiens in foliis malè lætæ* segetis culmi proficiunt: minori plenitudine spicarũ grana turgescunt. Vnde & ipsam artẽ loquendi, quam magisteria disci- Grãmatici
plinæ exterioris insinuant, seruare despexi. Nam sicut huius in sacris
quoque epistolæ tenor enunciat, non metacismi collisionem obseruãt
fugio: nõ barbarismi confusionẽ deuito, situs motúsque prępositionũm casúsque seruare contemno: quia indignũ vehementer existimo, vt verba cœlestis oraculi restringam sub regulis Donati. Neque enim hæc ab vllis interpretibus in scripturæ sacræ auctoritate seruata sunt. Ex qua nimirũ quia nostra expositio oritur, dignum profectò est: vt quasi ædita soboles speciem suæ matris imitetur. Nouam verò translationem differo, sed vt comprobationis causa exigit: nũc nouam, nunc veterem per testimonia assumo: vt quia sedes apostolica (cui auctore deo præsideo) vtraque vtitur: mei quoque labor studij ex vtraque sulciatur.

Finis Epistolæ.

PRAEFATIO DIVI GREGORII Papæ, in expositionem beati Iob.

De qua stirpe, vel quo tempore, fuerit Iob. Cap. I.



NTer multos sæpe quæritur quis libri beati Iob scriptor habeat. Et alij quidẽ Moysen, alij vnũ quẽlibet ex Prophetis scriptorẽ huius operis fuisse suspicãtur. Quia enim in libro Geneseos Gen.36
Iobab de stirpe Esau descẽdisse, & Bale* filio Beor in regnum successisse de- * alibi Iacb.
scribitur: hunc beatum Iob longe ante Moysi tempora extitisse crediderunt, morem profectò sacri eloquij nescientes: quia in superioribus suis partib' solet breuiter longe post secutura perstringere, cũ studet ad alia subtilius enũcianda properare. Vnde & illic Iobab priusquam reges in Israël existerent, fuisse memoratur. Nequaquam ergo extitisse ante legem cognoscitur, qui Israëliticorum iudicum tempore fuisse signatur. Quod dum quidam minus cautè cõsiderant, Moysen gestorum illius quasi longè antepositi scriptorem putant: vt videlicet is qui potuit ad eruditionem nostram legis præcepta ædere, ipse credatur etiã ex gentilis viri historia, virtutis ad nos exempla mandasse. Nõnulli verò (vt dictum est) scriptorem huius operis vnũ quemlibet ex prophetis arbitrantur: asserentes quòd nullus tam mystica dei verba cognoscere potuit, nisi cuius mentem prophetiæ spiritus ad superna subleuauit. Sed quis hæc scripserit, valde superuacuè quæritur: cum tamen auctor libri spiritus sanctus fideliter credatur. Ipse igitur hæc scripsit, qui hæc scribẽda dictauit. Ipse scripsit, qui & illius operis inspirator extitit: & per scribentis vocem imitanda ad nos eius facta transmisit. Si magni cuiusdam viri susceptis epistolis legeremus verba: eáque quo calamo fuissent scripta, quæreremus: ridiculum profectò esset, si non epistolarũ auctorem scire, sensúmque cognoscere: sed quali calamo earum verba impressa fuerint, indagare studeremus. Cùm ergo rem cognoscimus, eiúsque rei spiritum sanctum auctorem tenemus, quia scriptorem quęrimus: quid aliud agim', nisi legẽtes literas, de calamo perscrutamur?

Caput. II.

A Rbitrari tamen verius possumus, quod idem beatus Iob qui certamina spiritualis pugnæ sustinuit etiam cõsummatæ suæ victoriæ gesta narrauit. Nec mouere debet quòd in eodẽ libro dicitur, dixit Iob: vel hæc atque

Universidad de Navarra Biblioteca

que illa pertuli Iob. Moris enim scripturæ sacræ est: vt ipsi qui scribunt, sic de se in illa quasi de aliis loquantur. Hinc est
Nume. 12. enim quod Moyses ait: Erat Moyses vir mitissimus super o-
Ioan. 19. mnes homines qui morabantur in terra. Hinc Ioannes dicit:
Luc. 24. Hic est discipulus ille quem diligebat Iesus. Hinc Lucas ait: quòd ambularent duo ex discipulis in via: Cleophas, & alius. Quem profectò alium dum tam studiosè tacuit: vt (quidam dicunt) quid nisi seipsum fuisse monstrauit? Scriptores igitur sacri eloquij, qui impulsu sancti spiritus agitantur: sic de se in illo testimonium quasi de aliis proferunt. Spiritus ergo sanctus per Moysen locutus est de Moyse. Spiritus sanctus per Ioannem, locutus est de Ioanne. Paulus quoque, quia non ex
2. Corin. 13. seipso loqueretur, insinuat dicens: An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Hinc est quòd angelus qui Moysi apparuisse describitur: modo angelus, modo dominus memoratur. Angelus videlicet, propter hoc quòd exterius loquendo seruiebat: dominus autem dicitur, quia interius præsidens, loquendi efficaciam ministrabat. Cùm ergo loquens ab interiori regitur, & per obsequium angelus, &
Psal. 77. per inspirationem dominus nominatur. Hinc Dauid ait: Attendite popule meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei. Non enim lex Dauid, aut populus Dauid erat: sed personam eius ex quo loquebatur assumens, ipsius auctoritate loquitur, cuius inspiratione replebatur. Hoc quotidie fieri in ecclesia cernimus, si vigilanter intuemur. Nam
Exod. 3. stans in medio populi lector clamat: Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob. Et quòd ipse deus sit, verè profectò non dicit: nec tamen per hoc quod dicit, veritatis regulam deserit: quia cui ministerium lectione exhibet, eius dominium voce prætendit. Itaque scriptores sacri eloquij, quia *repleti spiritu sancto* super se trahuntur, quasi extra semetipsos fiunt: & sic dei sententias quasi de aliis proferunt. Vnde & beatus Iob sancto spiritu afflatus, potuit sua gesta (quæ erant videlicet supernæ aspirationis dona) quasi non sua scribere, quia eo alterius erant quę loquebatur, quo homo loquebatur quæ dei sunt: & eo alter quæ erant illius loquebatur, quo spiritus sanctus loquebatur quæ hominis sunt.

Quòd ad confutandam impudentiam populi Christiani Iob homo gentilis introducitur. Cap. III.

SEd iam debemus ista postponere, & ad considerandа sacræ historiæ gesta properare. Omnis homo eoipso quo homo est, suum intelligere debet auctorem: cuius voluntati tanto magis seruiat, quanto se de seipso nihil esse pensat. Ecce autem conditi deum considerare negleximus, adhibita sunt præcepta. Præceptis quoque obtemperare noluimus, adiunguntur exempla: ipsa quoque imitari exempla declinauimus, quæ ædidisse nobis positis sub lege conspicimus. Quia enim deus apertè quibusdā sub lege positis locutus est: quasi alienos nos ab eisdē præceptis aspicimus, quibus hæc specialiter locutus non est. Vnde ad confutandam impudentiā nostram, gentilis homo ad exemplum deducitur: vt quia obedire homo legi sub lege positus despicit, eius saltem comparatione euigilet, qui sine lege legaliter vixit. Erranti igitur homini data est lex: erranti verò etiam sub lege, adducitur testimonium eorum qui extra legem sunt: vt quia conditi, conditionis nostræ ordinem seruare noluimus, præceptis admoneremur: & quia præceptis obedire contempsimus, exemplis confunderemur: nec (vt dictum est) eorum exemplis quos lex astringeret, sed quos lex à peccato nulla cohiberet. Circunscripsit nos diuina prouidentia: circunuenit excusationē nostram: vndique conclusus est aditus tergiuersationis humanæ. Homo gentilis, homo sine lege, ad medium adducitur: vt eorum qui sub lege sunt, prauitas confundatur. Quod bene
Esaiæ. 23. per prophetam, ac breuiter dicitur: Erubesce Sydon, ait mare. In Sydone quippe figuratur stabilitas in lege positorum: in mari autem vita gentilium. Erubesce ergo Sydon, ait mare: quia ex vita gentilium redarguitur vita sub lege positorū: atque ex actione secularium confunditur vita religiosorum: dum illi etiam promittendo non seruant, quæ in præceptis audiunt: & isti viuendo ea custodiunt, in quibus nequaquam mandatis legalibus astringuntur.

Capit IIII.

Q Va verò auctoritate liber iste sit præditus, ipsa sacrarum paginarū soliditas attestatur: dum per prophetam Ezechielem dicitur, quòd tres solummodo viri liberētur, Noë scilicet, Daniel, & Iob. Nec immeritò inter Hebræorū vitas, in auctoritatis reuerentiam vita iusti gentilis adducitur, quia redemptor noster sicut ad redemptionem Iudæorum & Gentilium venit, ita vtrorunque vocibus prophetari voluit: vt per vtrunque populum diceretur, qui pro vtroque populo quandoque pateretur. Vir itaque iste summis virtutibus fultus, sibi notus erat & deo: qui si non flagellaretur, à nobis nullatenus agnosceretur. Virtus quippe etiam per quietem se exercuit: sed virtutis opinio cōmota per flagella fragrauit: & qui quietus in seipso quod erat continuit, commotus ad notitiam omnium odorem suæ fortitudinis aspersit. Sicut enim vnguenta, nisi commota, redolere latius nesciunt: & sicut aromata fragrantiam suam non nisi cum incendūtur expandunt: ita sancti viri omne quod virtutibus redolent, in tribulationibus innotescunt. Vnde & re-
Ezech. 14.
Matth. 17. cte in Euangelio dicitur: Si habueritis fidem tanquam granū sinapis: dicetis huic monti, transi hinc, & transibit. Granum quippe sinapis nisi cōteratur, nequaquam vis virtutis eius agnoscitur: nam non contritū lene est, si verò cōteratur, inardescit: & quod in se acerrimum latebat, ostendit. Sic vnusquisque vir sanctus cùm non pulsatur, despicabilis ac lenis aspicitur: si qua verò illum tritura persecutionis opprimat: mox omne quod calidum sapit, ostendit: atque in feruorem virtutis vertitur, quicquid in illo antè despicabile infirmúmque videbatur, quódque in se per tranquillitatis tempora libens operuerat, exagitatus tribulationibus coactus innotescit. Vnde
Psal. 41. bene per prophetam dicitur: In die mandauit dominus misericordiam suam, & in nocte declarauit. Misericordia enim domini in die mandatur, quia in tranquillo tempore cognoscendo percipitur: in nocte verò declaratur, quia donum quod in tranquillitate sumitur, in tribulationibus manifestatur.

Quantis virtutibus Iob claruerit. Cap. V.

S Ed subtilius perscrutandum est, cur tot flagella pertulit, qui tantam virtutum custodiam sine reprehensione seruauit. Humilitatem quippe habuit, quia &
Iob. 31. ipse testatur: Si contempsi iudicium subire cum seruo meo & ancilla mea, cum disceptarent aduersum me. Hospitalitatem exhibuit, sicut ait: Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Disciplinæ vigorem tenuit: vt ipse indicat di-
Iob. 29. cens: Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo. Mansuetudinem in vigore custodiuit, sicut ipse fatetur
Ibidem. dicens: Cúmque sederem quasi rex circunstante exercitu, erā tamen mœrentium consolator. Eleemosynarum largitatem
Iob. 31. amplexatus est: vt insinuat dicēs: Si comedi buccellam meam solus, & pupillus non comedit ex ea. Cùm igitur omniū mandata virtutum perficeret: vnum ei deerat, vt etiam flagellatus agere gratias sciret. Notum erat quia seruire deo inter dona nouerat: sed dignum fuit vt districtio seueritatis inquireret, vtrum deuotus deo & inter flagella permaneret. Pœna quippe interrogat, si quietus quis veraciter amat. Quē hostis quidem vt deficeret petiuit, sed vt proficeret accepit. Fieri enim dominus benignè permisit, quod diabolus iniquè postulāuit. Nam cùm idcirco illum expetisset hostis vt consumeret, tentando egit vt eius merita augeret. Scriptum quippe est: In o-
Iob. 1. mnibus his non peccauit Iob labiis suis. Et quidem quædam verba responsionum illius imperitis lectoribus aspera resonant: quia sanctorum dicta piè intelligere (sicut dicuntur) ignorant: & quia animum dolentis & iusti in semetipsis assumere nesciunt: ideo doloris verba bene interpretari non possunt. Mentem quippe patientis bene pensire nouit condescensio passionis. Credunt ergo beatum Iob in suis sermonibus deliquisse, minus cautè intuentes: quia si beati Iob respōsa redarguunt, falsam etiam de eo domini sententiam fuisse te-
Ibidem. stantur. Diabolo nanque à domino dicitur: Considerasti seruum meum Iob quòd non sit ei similis super terram? vir simplex & rectus ac timens deum, & recedens à malo? Cui à diabolo mox respondetur: Nunquid gratis Iob colit deum? Nōne tu vallasti eum, cunctáque substantiam eius? Sed mitte manum tuam & tange eum: si non in faciē benedixerit tibi. Hostis itaque in beato Iob vires suas exercuit, sed tamen contra

Universidad de Deusto
Biblioteca

deum certamen assumpsit. Inter deum nanq; & diabolũ beatus Iob in medio materia certaminis fuit.

Caput VI.

Quis ergo sanctũ virũ inter flagella positum in dictis suis peccasse asserit, quid aliud quàm deũ qui pro illo proposuerat, excessisse reprehendit? Ipse quippe in se tentati causam suscipere voluit: qui eum & ante flagella prætulit, & præferens tentari per flagella permisit. Si ergo excessisse Iob dicitur, laudator illius succubuisse perhibetur: quamuis eum nullatenus deliquisse etiam dona testantur. Quis enim nesciat, quòd culpis non præmia, sed pœnæ debeantur? Qui ergo duplicia recipere quæ amiserat meruit, ex remuneratione edocuit: quia nequaquam vitium, sed virtus fuit omne quod dixit. Assertioni quoque huic adhuc adiungitur, quòd ipse pro amicis delinquentibus intercedit. In grauibus nanque peccatis quis positus, dum suis premitur, aliena non diluit. Mundus ergo ostenditur esse de se, qui emundationem potuit obtinere pro aliis. Si verò hoc quibusdam displicet, quòd bona sua ipse narrauit: sciendum est, quia inter tot rerum damna, inter tot corporis vulnera, inter tot pignorum funera: amicis ad consolationem venientibus, & ad increpationem prorumpentibus: de vita sua desperare cogebatur, & quem tot detrimenta afflixerant, contumelioſa insu per increpantium verba feriebant. Hi nanque qui ad consolandum venerãt, dum quasi iniustitiæ eius exprobrabant: desperare cum de semetipso funditus compellebant. Quòd ergo bona sua ad mentem reuocat, non se per iactantiam eleuat, sed quasi collapsum inter verba & vulnera ad spem animũ reformat. Graui enim desperationis stimulo * mens percutitur, cùm supernæ iræ tribulationibus * premitur, & foris linguarum opprobriis vrgetur. Beatus igitur Iob tot dolorũ iaculatione confossus: dum labefactari per opprobria timuit, ad statum se fiduciæ ex anteacta vita confirmãdo reuocauit. Nequaquam ergo in iactantię vitium cecidit, quia contra internum desperationis impulsum, per exteriora præconiorum suorum verba pugnauit, vt dũ bona quæ fecerat diceret: nequaquam de bono quod præscierat, * desperaret.

* *al. tclo.*
* *cùm pro bonis malorũ retributionib⁹.*

* *al. quæfierat.*

Quòd cunctas tentationum machinas contra Iob Satan erexit. Caput VII.

Sed iam nunc ipsum ordinem tentationis eius exequamur. Inimicus sæuiens, & sancti viri validissimum pectus debellare contendens: cunctas contra eum tentationum machinas erexit: abstulit substãtiam, interfecit filios, percussit corpus, instiganit vxorem, amicos ad consolationem adduxit, sed in asperitatem increpationis excitauit, alium quoque amicum durius increpantem in extrema & acriori inuectione seruauit, vt saltem crebrius feriendo cor attingeret, quod nouo vulnere semper iteraret. Quia enim in sæculo potentem vidit, damnis substantiæ eum mouere credidit: quem non concussum ex filiorum morte pulsauit. Videns autem quia ad augmentũ diuinæ laudis etiam ex vulnere creuit orbitatis, petiuit feriendam salutem corporis. Intuens etiã quia per dolorem corporis peruenire nequiuerat ad passionem mentis: instigauit vxorem. Ciuitatem quippe quam expugnare appetiuit, nimis munitam vidit: & idcirco exterius tot plagas inferens, quasi foris exercitum admouit: animum verò vxoris in verbis malæ persuasionis accendens, quasi intus ciuium corda corrupit. Ex bellis enim exterioribus discimus, quid de interioribus sentiamus. Inimicus nanque sæuiens, & vrbem exercitibus circunfusis vallans: si eius munimina inuicta conspexerit, ad alia se pugnandi argumẽta conuertit: vt intus etiam quorundam ciuium corda corrũpat: quatenus cùm extrinsecus, impugnatores admouerit, internos quoque habeat adiutores, atque increscente * belli foris certamine, de quorum intus fide confiditur, eorum perfidia vrbs destituta capiatur. Itaque exterius quasi aricte constituto, murum ciuitatis istius tot ictibus perculit, quot vicibus aduersa nunciauit. Intus autem quasi ciuium corda corrupit, dum fortia huius vrbis munimina persuasione destruere coniugis studuit. Foris itaque admouit impetum belli: intus venena consilij: vt tanto citius vrbem caperet, quanto eã interius exteriúsque turbaret.

* *intus grassante.*

Caput VIII.

Via autem nonnunquam plus conturbant verba, quàm vulnera, amicorum se, vt dictum est, linguis armauit. Qui quidem quia seniores erãt: de eorum verbis minus fortasse dolere poterat. Heliu iunior subrogatur, vt sanctum pectus tanto acriori vulnere percuteret, quãto contra illud ictus brachij validioris * excitaret. Ecce ad se riendum inuictissimum robur inimicus sæuiens, quot tentationum iacula inuenit: ecce quot obsidionum machinamenta circumposuit, ecce quot percussionum tela transmisit: sed in his omnibus mansit mens imperterrita, stetit ciuitas incõcussa. Student hostes cùm contra faciem veniunt, alios ex occulto transmittere, qui eo licentius pugnantis latus feriant, quo is qui pugnat, intentius venientes hostes contra faciẽ spectat.

* *al. ri-*
ris.

Quanta fuerit patientia Iob, & de diuersis percussionum generibus.

Igitur Iob in huius certaminis bello deprehensus, suscepit damna quasi hostes contra faciem: sustinuit verba consolantium, quasi hostes ex latere: sed in his omnibus circũacto grauitatis suæ clypeo, vbique munitus astitit, vndique venientibus gladiis vigilanter obuiauit: amissam substantiam tacitè despicit, carnem in filiis mortuã æquanimiter dolet, in se carnem percussam patienter tolerat, carnẽ in coniuge malè suadentem sapienter docet. Super hęc amici in asperã correptionem prosiliunt: & pro sedando dolore venientes, vim doloris adiungunt. Omnia ergo machinamenta tentationum sancto viro vertuntur in augmenta virtutum. Per vulnera quippe probatur eius patientia: per verba verò exercetur eius sapiẽtia. Vbiq; fortiter occurrit, quia & flagella robore, & verba ratione superauit. Amici verò eius, qui ad consolationem quidem veniunt, sed vsque ad verba increpationis excedũt, ignorantia magis credendi sunt, quàm malitia deliquisse. Neque enim tantum virum amicos iniquos habuisse credendũ est: sed dum discernere causas flagellorum nequeunt, in culpam dilabuntur.

Caput. IX.

Percussionum quippe diuersa sunt genera. Alia nãque est percussio qua peccator percutitur, vt sine retractatione puniatur, alia qua peccator percutitur, vt corrigatur: alia qua nonnunquam quisque percutitur, non vt præterita corrigat, sed ne ventura committat: alia qua plærumque percutitur, per quam nec præterita culpa corrigitur, nec futura prohibetur: sed dum inopinata salus percussionem sequitur, saluantis virtus cognita ardentius ametur: cúmque innoxius flagello atteritur, ei per patientiam meritorum summa cumuletur. Aliquando enim peccator percutitur, vt absque retractatione puniatur, sicut perituræ Iudææ dicitur: Plaga inimici percussi te, castigatione crudeli. Et rursum: Quid clamas ad me super cõtritione tua? Insanabilis est dolor tuus. Aliquando percutitur peccator vt corrigatur, sicut cuidam in Euangelio dicitur: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Verba enim saluantis indicant: quia peccata præcedentia habiti vim doloris exigebant. Aliquando quisque non pro præterita culpa diluenda, sed pro futura vitanda percutitur, quod apertè Paulus Apostolus de semetipso testatur, dicens: Ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizet. Qui enim non ait, quia extulit: sed, ne extollat: apertè indicat, quòd percussione illa ne eueniat compescitur, non autem quæ euenit culpa purgatur. Nonnunquam verò quisque nec pro præterita, nec pro futura iniquitate percutitur: sed vt sola diuinę virtutis potentia ex amputata percussione monstretur. Vnde cum domino in Euangelio de cæco nato diceretur, Quis peccauit, hic aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? respondit dominus dicẽs: Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera dei. In qua manifestatione quid agitur: nisi vt ex flagello & meritorũ virtus augeatur, & cùm nulla præterita iniquitas tergitur, magna de patientia fortitudo generetur? Vnde beatus idem Iob præfertur prius voce iudicis: & post manui committitur tentatoris, quem post flagella deus dum remunerans

Hiere. Ibidem

Ioan.

2. Cor.

Iacob.

munerans familiarius alloquitur, apertè quantum de verbere creuerit, indicatur. Amici ergo beati Iob, dum percussionũ genera distinguere nesciunt, percussum pro culpa crediderunt: & dum deum iustum in persecutione sua conantur asserere, beatũ Iob compulsi sunt de iniustitia reprobare, nescientes videlicet ideo flagellatum, vt pro flagello eius, diuinæ gloriæ laus cresceret, non autẽ vt per flagella peccata, quę nunq̃ commiserat, emendaret. Vnde & ad veniam citius redeunt, quia ignorantia potius, quàm malitia peccauerunt. Quorum superbia diuina iustitia eò vehementer humiliat, quo nequaquam illos ad suam gratiam, nisi per eum quẽ despexerant reformat. Valde quippe elata mens retunditur, si ipsi super quem se exaltauit, supponatur.

Quòd sancti quasi stellæ noctem vitæ præsentis illuminant. Caput. X.

S Ed libet inter hæc mira diuinæ dispensationis opera cernere, quomodo ad illuminandam noctem vitæ præsentis, astra quæque suis vicibus in cœli faciẽ veniant: quousque in finem noctis redemptor humani generis quasi verus Lucifer surgat. Nocturnum nanque spatium dum decedentium succedentiúmque stellarum cursibus illustratur, magno cœli decore peragitur. Vt ergo noctis nostræ tenebras suo tempore æditus, vicissímque permutatus stellarum radius tangeret, ad ostendendam innocentiam venit Abel. Ad docendam actionis munditiam venit Enoch. Ad insinuandam longanimitatem spei & operis venit Noë. Ad manifestandam obedientiam venit Abraham. Ad demonstrandam coniugalis vitæ castimoniam venit Isaac. Ad insinuandam laboris tolerantiam venit Iacob. Ad rependendam pro malo bonæ retributionis gratiã venit Ioseph. Ad ostendendam mansuetudinẽ venit Moyses. Ad informandã contra aduersã fiduciam, venit Iosue. Ad ostendendam inter flagella patientiam venit Iob. Ecce quàm fulgẽtes stellas in cœlo cernimus: vt inoffenso pede operis, iter nostræ noctis ambulemus. Nam cognitioni hominum diuina dispẽsatio quot iustos exhibuit, quasi tot astra super peccantium tenebras cœlum misit, quousque verus lucifer surgeret: qui æternum nobis mane nuncians, stellis cæteris clarius ex diuinitate radiaret. Quem electi omnes dum bene viuendo præeunt, & rebus & vocibus prophetando promiserunt. Nullus etenim iustus fuit, qui nõ eius per figuram nuncius extiterit. Dignum quippe erat vt in semetipsis bonum omnes ostenderent, de quo & omnes boni essent, & quod prodesse omnibus scirẽt. Vnde & sine cessatione promitti debuit, quod & sine æstimatione dabatur percipi, & sine fine retineri: vt simul omnia sæcula discerent, quid in redemptione communi sæculorum finis exhiberet. Vnde & necesse fuit vt etiam beatus Iob, qui tanta incarnationis eius mysteria protulit, eum quem voce diceret, ex conuersatione signaret: & per ea quæ pertulit, quæ passurus esset ostenderet: tantóque verius passionis illius sacramenta prædiceret, quanto hæc nõ loquendo tantummodo, sed etiam patiendo prophetaret.

Caput. XI.

S Ed quia redemptor noster vnam se personam cum sancta Ecclesia, quam assumpsit, exhibuit (de ipso enim dicitur: Qui est caput omnium nostrum, & de Ecclesia eius scriptum est: Corpus Christi, quod est Ecclesia.) quisquis eũ in semetipso significat: modo hunc ex capite, modo ex corpore designat: vt non solum vocem capitis, sed etiam corporis teneat: Vnde & Esaias propheta eiusdem domini verba exprimens ait: Quasi sponso posuit mihi mitram: & quasi sponsam ornauit me ornamento. Quia igitur ipse in capite sponsus, ipse est in corpore sponsa: necesse est vt cum nonnunquam aliquid de capite dicitur, sensim ac subitò etiam ad vocem corporis deriuetur: & rursum eũ de corpore aliquid dicitur, repentè ad vocem capitis ascendatur.

Ephes.1. *Coloss.1.* *Ephes.5.* *Esa.61.*

Caput. XII.

B Eatus ergo Iob venturi cum suo corpore typũ redemptoris insinuat: vxor verò eius, quæ eũ ad maledicendum prouocauit, vitam carnalium designat: qui intra sanctam Ecclesiam incorrectis moribus spositi, quo per fidem bonis iuxtà sunt, eò per vitam durius premunt: quia dum quasi fideles vitari non possunt, à fidelibus tanto deterius, quanto & interius tolerantur. Amici verò eius qui dum consulunt inuehuntur, hæreticorum figuram exprimunt: qui sub specie consulendi, agunt negocium seducendi. Vnde & ad beatum Iob quasi pro domino loquuntur, sed tamen à domino non approbantur: quia videlicet omnes hæretici dum deum defendere nituntur, offendunt. Vnde eis aptè & ab eodem sancto viro dicitur: Disputare cum deo cupio: prius vos ostendens fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum. Constat ergo eos hæreticorum typum errando gerere: quos sanctus vir redarguit cultui peruersorum dogmatum deseruire. *Iob.13.*

Quòd ex ipso nomine Iob, vel amicorum eius, vitæ meritum vel actio designatur.

Omnis verò hæreticus in eo, quòd deum defendere nititur, veritati illius aduersatur: psalmista attestante, qui ait, Vt destruas inimicum & defensorem. Inimicus quippe & defensor est qui deum quem prædicat, moribus impugnat. Nam quia beatus Iob venturi redemptoris speciem teneat: etiam nomine demonstrat. Iob quippe interpretatur dolens. Quo nimirum dolore: vel mediatoris passio, vel sanctæ Ecclesiæ labor exprimitur: quæ multiplici præsentis vitæ fatigatione cruciatur. Amici quoque eius ex vocabulo nominis, meritum suæ indicant actionis. Nam Eliphas Latina lingua, domini contemptus dicitur. Et quid aliud hæretici faciunt, nisi quòd dum falsa de deo sentiunt, eum superbiendo contemnunt? Baldath interpretatur, vetustas sola. Bene autem omnes hæretici in his quæ de deo loquuntur: dum non intentione recta, sed appetitione temporalis gloriæ videri prædicatores appetunt, vetustas sola nominantur. Ad loquendum quippe non zelo noui hominis: sed vitæ veteris prauitate concitantur. Sophar quoque Latino sermone dicitur dissipatio speculæ, vel speculatorem dissipans. Mẽtes nanque fidelium ad contemplanda superna se erigunt: sed dum hæreticorum verba peruertere recta contemplãtes appetunt, speculam dissipare conantur. *Psal.8.* *Eliphas.* *Baldath.* *Sophar.*

Caput. XIII.

I N tribus itaque amicorum Iob nominibus tres hæreticarum mentium perditionis casus exprimũtur. Nisi enim deum contemnerent, nequaquam de eo peruersa sentirent: & nisi vetustatis praua verba elatè loquẽdo contraherent: in nouæ vitæ intelligentia non errarent: & nisi in se speculationem bonorum destruerent: nequaquam eos superna iustitia tam districto examine, pro verborũ suorum culpa reprobaret. Contemnendo igitur deum, in vetustate se retinent: sed in vetustate retinendo, prauis suis sermonibus speculationi rectorum nocent.

Quòd hæreticorum sacrificia deo accepta esse non possunt, nisi catholicis manibus offerantur.

Quia verò nonnunquam hæretici diuinæ gratiæ largitate perfusi, ad vnitatem sanctæ Ecclesiæ redeunt: bene hoc ipsa amicorum reconciliatione signatur, pro quibus tamen beatus Iob exorare præcipitur: quia hæreticorum sacrificia accepta deo esse nequeunt, nisi pro eis vniuersalis Ecclesiæ manibus offerantur: vt eius meritis remedium salutis inueniãt, quam verborum iaculis impugnando feriebant. Vnde & septem pro eis sacrificia memorantur oblata: quia dum septiformis gratiæ spiritum confitentes accipiunt, quasi septem oblationibus expiantur. Hinc est quod in Ioannis apocalypsi per septem Ecclesiarum numerum vniuersalis Ecclesia designatur. Hinc per Salomonem de sapientia dicitur: Sapientia ædificauit sibi domum: excidit columnas septem. Ipso ergo sacrificiorum numero reconciliati hæretici: quid prius fuerint exprimunt: qui perfectioni septiformis gratiæ non nisi redeundo iunguntur. Bene autem tauros pro se & arietes obtulisse describuntur. In tauro quippe ceruix superbiæ: in ariete autem ducatus gregum sequentium designatur. Quid est ergo pro eis tauros arietésque mactare: nisi eorum ducatum superbum interficere: vt de se humilia sentiant, & post se corda *Apoc.1.* *Prouer.9.*

Universidad de Deusto Biblioteca

se corda innocentium non seducant? Ceruice enim tumenti ab Ecclesiæ vnitate resilierant: & infirmos post se populos quasi sequentes greges trahebant. Veniant igitur ad beatum Iob, id est, reuertantur ad Ecclesiam: & septenario sacrificio tauros & arietes mactandos offerant: quia vt vniuersali Eccle siæ coniungantur, humilitate interueniente interficiant quicquid prius tumidum de superbo ducatu sapiebant.

Quòd hæretici arrogantes argui debent, licèt pro eis sacrificium feruenter non possit offerri.

Per Heliu autem qui rectis quidē sensibus loquitur, sed ad stulta elationis verba deriuatur: persona vniuscuiusque arrogantis exprimitur. Multi nanque intra sanctam Ecclesiam positi, recta quæ sapiunt, rectè proferre contemnunt. Vnde diuinæ increpationis verbis arguitur: nec tamen pro illo sacrificium offertur: quia fidelis quidem est, sed tamen arrogans: per veritatem credulitatis intus est, sed per tumoris sui obstaculū acceptabilis non est. Hunc ergo increpatio redarguit, sed sacrificium non reducit: quia in ea quidem fide est in qua esse debuit: sed superna hunc iustitia increpans pro superfluis repellit. Vnde & bene Heliu Latino sermone dicitur, deus meus iste: vel dominus deus. Arrogantes enim viri intra sanctam Ecclesiam positi, quamuis deum elatè viuendo refugiāt, cum tamen veraciter credēdo confitētur. Quid est enim deus meus iste, nomine dicere, nisi eum cui crediderit, aperta professione monstrare? Vel quid est dominum deum dicere: nisi hūc & deum per diuinitatem credere, & dominum ex incarnatione perhibere?

Quòd sicut Iob in præsenti duplicia, ita sanctæ Ecclesiæ post huius vitæ pressuras duæ stolæ in vnitate Iudæorum & gentium, & animæ & corporis incorruptione reddentur.

Caput. XIIII.

B Ene autem post damna rerum, post funera pignorum, post cruciatus vulnerum, post certamina pugnásque verborum, duplici remuneratione subleuatur: quie nimirum sancta Ecclesia, adhuc etiam in hac vita posita, pro laboribus quos sustinet, duplicia munera recipit: cum susceptis plenè gentibus, in fine mundi Iudeorum etiam ad se corda conuertit. Hinc enim scriptum est: Donec pleni- Rom.
tudo gentium subintroiret: & sic omnis Israël saluus fieret. Duplicia & postmodū recipiet: quia finito labore præsentis Esai.
temporis, non solum ad animarū gaudiū, sed etiam ad beatitudinem corporū ascēdit. Vnde bene per prophetam dicitur: In terra sua duplicia possidebunt. Sancti quippe in terra viuentium duplicia possident: quia nimirum beatitudine mentis simul & corporis gaudēt. Vnde & Ioannes in apocalypsi: Apo.
quia ante resurrectionem corporum clamantes sanctorum animas vidit: accepisse eas stolas singulas aspexit, dicens: Et datæ sunt illis singulę stolę albæ: & dictum est illis: vt requiescerent tempus adhuc modicum, donec impleretur numerus conseruorum & fratrum eorum. Ante resurrectionem quippe stolas singulas accepisse dicti sunt: quia sola adhuc mentis beatitudine perfruuntur. Binas ergo accepturi sunt: quando cum animarum perfecto gaudio, etiam incorruptione corporum vestientur. Rectè autem afflictio quidem beati Iob dicitur: sed quantitas temporis in eius afflictione reticetur: quia sanctæ ecclesiæ in hac vita tribulatio cernitur: sed quanto hic tempore conterenda atque differenda sit, ignoratur. Vnde & ore veritatis dicitur: Non est vestrum nosse tempora vel mo- Actu.
menta, quæ pater posuit in sua potestate. Per hoc ergo quòd beati Iob passio dicitur: docemur quod experimento nouimus. Per hoc verò quòd quantitas temporis in passione reticetur, docemur quid nescire debeamus. In lōgum præfationis verba protraximus: vt quasi totum breuiter perstringendo loqueremur. Sed quia ad loquendi initium diu loquendo peruenimus: debemus prius historiæ radicem figere, vt valeamus mentem postmodum de allegoriarum fructu satiare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

INCIPIT TEXTUS libri primi Iob. Cap. I.

VIR erat in terra Hus, nomine Iob. Et erat vir ille simplex, & rectus, ac timens deum, & recedens à malo. Natiq; sunt ei septē filij, & tres filiæ. Et fuit possessio eius septem milia ouium, & tria milia camelorum. Quingenta quoque iuga boum, & quingentę asinæ, ac familia multa nimis. Eratq; vir ille magnus inter omnes Orientales. Et ibant filij eius, & faciebant conuiuia per domos, vnusquisque in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas, vt comederēt & biberent cum eis. Cumq; in orbem transissent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos: cōsurgensq; diluculo offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim: Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint deo in cordibus suis. Sic faciebat Iob cunctis diebus. Quadam autē die cum venissent filij dei vt assisterēt coram domino, affuit inter eos etiam Satan. Cui dixit dominus: Vnde venis? Qui respondens ait, Circuiui terrā, & perambulaui eam. Dixitq; dominus ad eum: Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei *similis in* terra: homo simplex, & rectus, ac timens deum, & recedens à malo? Cui respondens Satan ait: Nunquid frustra timet deum? Nonne tu vallasti eum ac domum eius, vniuersamque substantiam eius per circuitum? Operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra: sed extende paululū manum tuam, & tange cūcta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Dixit ergo dominus ad Satan: Ecce vniuersa quæ habet, in manu tua sunt: tātum in eum ne extendas manum tuā. Egressusq; est Satan à facie domini. Cùm autem quadam die filij & filiæ eius comederent & biberent vinum in domo fratris sui primogeniti, nuncius venit ad Iob qui diceret: Boues arabāt, & asinæ pascebantur iuxta eos: & irruerunt Sabæi, tuleruntq; omnia, & pueros percussērunt gladio, & euasi ego solus vt nūciarem tibi. Cumque adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit: Ignis dei cecidit è cœlo, & tactas oues, puerósque consumpsit: & effugi ego solus vt nunciarem tibi. Sed & adhuc illo loquēte, venit alius, & dixit: Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaserūt camelos, & tulerunt eos: necnon & pueros percussērunt gladio, & ego fugi solus vt nunciarem tibi. Adhuc loquebatur ille & ecce alius intrauit, & dixit: Filiis tuis & filiabus vescētibus & bibentibus vinū in domo fratris sui primogeniti, repentè ventus vehemens irruit à regione deserti: & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt: & effugi ego solus vt nunciarem tibi. Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram, adorauit & dixit: Nudus egressus sum de vtero matris meę: & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictū. In omnibus his non peccauit Iob labiis suis: neque stultum quid contra deum locutus est.

MORALIS EXPOSITIO sanctissimi patris Gregorij magni: Ecclesiæ doctoris celeberrimi, In beatum Iob.

INCIPIT LIBER PRIMVS SVPER primo capite textus. Caput. I.

Quòd res immensi præconij sit, inter malos laudabiliter cōuersari.

VIR erat in terrā Hus, nomine Iob.) Idcirco sanctus vir vbi habitauerit dicitur: vt eius meritū virtutis exprimatur. Hus nanque quis nescīat quòd sit terra gentilium? Gentilitas autem eo obligata vitiis extitit: quo cognitionē sui conditoris ignorauit. Dicatur itaq; vbi habitauerit, vt hoc eius laudibus ꝓficiat, quòd bonus inter malos fuit. Neque enim valde laudabile est bonum esse cum bonis: sed bonū esse cum malis. Sicut enim grauioris culpæ est inter *bonos bonum non esse: ita immēsi est præconij bonum etiā inter malos extitisse. Hinc est quòd iisdē beatus Iob sibimet attestatur dicens: Frater fui draconū, & socius struthionū. Hinc Petrus magnis Loth laudibus extulit: quia bonum inter reprobos inuenit, dicens: Et iustum Loth oppressum à nefandorum iniusta conuersatione eripuit. Aspectu enim & auditu iustus erat: habitās apud eos, qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabāt: Qui nimirum cruciari non posset, nisi praua propinquorum opera, & audiret, & cerneret. Et tamē aspectu & auditu iustus dicitur: quia iniquorum vita, non delectando iusti aures atque oculos, sed feriendo tangebat. Hinc Paulus discipulis dicit: In medio nationis prauæ & peruersæ: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Hinc Pergami Ecclesiæ dicitur: Scio vbi habitas, vbi sedes est Satanæ: & tenes nomen meum, & nō negasti fidem meam. Hinc sancta Ecclesia spōsi voce laudatur, cùm ei in amoris cantico dicitur: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Bene ergo beatus Iob, memorata terra gentili, inter iniquos vixisse describitur: vt iuxta sponsi præconium inter spinas lilium creuisse mōstretur. Vbi rectè mox subditur: Simplex & rectus.)

aliàs intra.

Hus.

Iob.30.

2.Petri.2.

Philipp. 2.

Apo. 2.

Canti.2.

Quòd simplicitas sine virtute pro rectitudine habenda non sit. Caput. II.

NOnnulli nanque ita sunt simplices, vt rectū quid sit ignorent: sed eo veræ simplicitatis innocentiā deserunt, quo ad virtutē rectitudinis non assurgunt: quia dum cauti esse per rectitudinem nesciūt, nequaquā innocentes persistere per simplicitatem possunt. Hinc est quod Paulus discipulos admonet, dicens: Volo vos sapientes esse in bono: simplices autem in malo. Hinc rursus dicit: Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Hinc per semetipsam veritas discipulis præcipit, dicens: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Vtraque enim necessariò in admonitione coniunxit: vt & simplicitatem columbę astutia serpentis instrueret, & rursum serpentis astutiam columbę simplicitas temperaret: Hinc est quòd sanctus spiritus præsentiam suam hominibus, nō in columba solummodo, sed etiam in igne patefecit. Per columbā quippe simplicitas: per ignem verò zelus indicatur. In columba ergo, & in igne, sanctus spiritus ostenditur: quia quicunque illo pleni sunt: sic mansuetudini simplicitatis inseruiunt: vt contra culpas delinquentium etiam zelo rectitudinis accendantur. Sequitur:

Romā.16.

1.Cor.14.

Matt.10.

Act.2.

Quòd bona malis admixta deo accepta esse non possint.

Timens deum: & recedens à malo.) Deum timere, est nulla quæ facienda sunt bona, præterire. Vnde per Salomonem dicitur: Qui deum timet, nihil negligit. Sed quia nonnulli sic bona quædam faciunt: vt tamen à quibusdam malis minimè suspendantur: bene postquam timens deum dicitur, recedens quoque à malo perhibetur. Scriptum quippe est: Declina à malo, & fac bonum. Neque enim bona deo accepta sunt, quæ

Eccleſiaſtes.7.

Pſalm. 36.

Universidad de Deusto Biblioteca

G ante eius oculos malorum admixtione maculantur. Hinc nã-
Eccliſia-ſtes.7. que per Salomonem dicitur: Qui in vno offenderit, multa bo-
Iaco.2. na perdet. Hinc Iacobus atteſtatur dicens: Quicunque totam
1.Corin.5. legẽm ſeruauerit, offendat autem in vno: factus eſt omnium reus. Hinc Paulus ait: Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Caput. III.

BEatus igitur Iob vt oſtendatur quàm mũdus in bonis extirit: ſolerter indicatur quàm alien⁹ à malis fuit, Mos verò eſſe narrantium ſolet: vt cùm paleſtræ certamen inſinuant, prius luctantiũ mẽbra deſcribãt, quàm latum validumque ſit pectus, quàm ſanum, quàm pleni tumeant lacerti: quàm ſubter poſitus vẽter, nec mole grauet, nec extenuatione debilitet, vt cũ prius aptos certamini artus oſtẽderint, tũc demũ magnæ fortitudinis ictus narrẽt. Quia ergo athleta noſter cõtra diabolum fuerat certaturus: quaſi ante arenæ ſpectaculũ ſacræ ſcriptor hiſtoriæ, in athleta hoc ſpiritales virtutes enumerans, mentis mẽbra deſcribit, dicens: Erat ille vir ſimplex & rectus: ac timens deum & recedẽs à malo:) vt dum mẽbrorum poſitio magna cognoſcitur, ex hac ipſa iam fortitudinis poſitione ſubſequens etiam victoria prænoſcatur. Sequitur:

Quòd conſtans Iob, in amiſſione ſubſtantiæ & filiorum extiterit.

Natiq́ue ſunt ei ſeptem filij & tres filiæ.) Sæpe ad auaritiã
H cor parentis illicit fœcunditas prolis. Eò enim ad ambitum congregandæ hæreditatis accenditur: quo multis hæredibus fœcundatur. Vt ergo beati Iob quàm ſancta mẽs fuerit, oſtẽdatur: & iuſtus dicitur, & multæ prolis pater fuiſſe perhibetur. Qui in libri huius exordio deuotus ſacrificiis offerẽdis aſſeritur: promptus autem largitatibus etiã pòſt à ſemetipſo memoratur. Penſemus ergo quanta fortitudine præditus extitit: quem ad hæreditatis tenaciam, nec tot hæredum affectus inclinauit. Sequitur: Caput. IIII.

ET fuit poſſeſsio eius ſeptem milia ouium: & tria milia
H camelorum. Quingenta quoque iuga boum, & quingẽtæ aſinæ, ac familia multa nimis.) Scimus quia ad maiorem dolorem mentem commouent damnæ maiora. Vt igitur oſtendatur quãtæ virtutis extitit: multum fuiſſe dicitur quod patienter amiſit. Nunquam quippe ſine dolore amittitur: niſi quod ſine amore poſsidetur. Itaque dum ſubſtantia magna deſcribitur, & tamen paulopòſt patienter amiſſa perhibetur: quam ſine dolore perdidit, conſtat: quia ſine amore poſſedit. Notandum quoque eſt, quòd prius cordis diuitiæ, & pòſt opes corporis deſcribuntur. Solet etenim rerum abundantia, tanto magis à diuino timore mentem ſoluere, quanto magis hanc exigit diuerſa cogitare. Nam dum per multa ſpargitur:
I ſtare in intimis fixa prohibetur. Quod per ſemetipſam veritas
Matth.13. cùm parabolam ſeminantis exponeret, indicauit dicens: Qui
& Luc.8. ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt qui verbum dei audit: & ſollicitudo iſtius ſeculi, & fallacia diuitiarum, ſuffocant verbum: & ſine fructu efficitur. Ecce beatus Iob & multa poſsidere dicitur: & paulopòſt diuinis ſacrificiis inſtanter deſeruire perhibetur. Conſideremus ergo cuius ſanctitatis iſte vir fuerit: qui ad tam ſedula dei obſequia ſic occupatus vacauit. Necdum præcepti virtus emicuerat: quæ omnia relinqui præciperet: ſed tamen beatus Iob eiuſdem iam præceptionis vim in corde ſeruabat: quia nimirum ſubſtantiam ſuam mente reliquerat: quam ſine delectatione poſsidebat. Eratq́ue vir ille magnus inter omnes Orientales.) Orientales viros eſſe prædiuites quis ignorat? Magnus verò inter Orientales extitit, ac ſi apertè diceretur: quia & diuitibus ditior fuit. Et ibant filij eius, & faciebant cõuiuia per domos, vnuſquiſque in die ſuo: & mittentes vocabant tres ſorores ſuas, vt comederent & biberent cum eis.) Solet inter fratres maior ſubſtantia, diſcordiæ ſieri grauioris cauſa. O ineſtimabilem paternę inſtitutionis laudem. Et pater diues dicitur: & filij concordes aſſeruntur. Et dum dituidenda inter eos ſubſtantia aderat: corda tamen omnium indiuiſa charitas replebat. Cumque in orbem tranſiſſent dies conuiuij: mittebat ad eos Iob & ſanctificabat illos: ſurgenſq́ue diluculò offerebat holocauſta per ſingulos.) Cùm dicitur, mittebat & ſanctificabat illos: apertè demonſtratur quid diſtrictionis erga illos præſens ageret: quibus abſens ſollicitudine non deeſſet.

Quòd conuiuia ſine culpa celebrari non poſſunt: & penè epulas comitatur voluptas. Caput. V.

SEd hoc nobis ſolerter intuẽdum: quòd peractis diebus K
cõuiuij purgatio per ſingulos adhibetur holocauſti. Vir quippe ſanctus nouerat, quia celebrari cõuiuia ſine culpa vix poſſent, nouerat quia magna purgatione ſacrificiorũ, diluẽdæ ſunt epulæ cõuiuiorum: & quicquid in ſemetipſis filij cõuiuantes inquinauerãt: pater ſacrificiũ immolãdo tergebat. Nõnulla quippe ſunt vitia quæ à cõuiuiis aut ſeparari vix poſſunt: aut certe nequaquã poſſunt. Pene enim ſemper epulas comitatur voluptas. Nã cum corpus in refectionis delectatione reſoluitur: cor ad inane gaudiũ relaxatur. Vnde ſcriptũ eſt: Se- *Exod.*
dit popul⁹ mãducare & bibere, & ſurrexerũt ludere. Pene ſem per epulas loquacitas ſequitur. Cũq; vẽter reficitur, lingua defrenatur. Vnde rectè diues apud inferos aquã appetere deſcribitur, dicẽs: Pater Abraam miſerere mei: & mitte Lazarum vt *Luce.*
intingat extremum digiti ſui in aquã, & refrigeret linguã meã, quia crucior in hac flãma. Prius epulatus quotidie dicitur ſplẽdide: & poſt aquã petere in lingua memoratur. Quia enim, vt diximus, inter epulas valde defluere loquacitas ſolet: ex pœna indicat culpam: cùm eum quẽ epulatum quotidie ſplẽdide veritas dixerat, in lingua plus ardere perhibebat. Hi qui chordarũ harmoniã tẽperãt: tanta hãc arte diſpenſant, vt plerũque cũ vna tãgitur, lõge alia ac multis interiacẽtibus poſita chorda quatiatur: cumq́ue iſta ſonitum reddit, illa quæ in eodẽ cantu
L tẽperata eſt, aliis impercuſsis tremit. Sic ergo in ſcriptura ſacra plerumque de virtutibus, ſic de vitiis agitur: vt dum loquẽdo aliud inſinuat, aliud tacendo innoteſcat. Caput. VI.

NIhil enim cõtra diuitem de loquacitate memoratur: ſed dum pœna in lingua dicitur: quæ in conuiuio inter alias grauior fuerit culpa monſtratur. Cum vero ſeptem, per ſingulos dies, fratres conuiuia facere deſcribuntur: & peractis diebus conuiuij Iob ſeptem ſacrificia offerre perhibetur: aperte hiſtoria indicat, quod beatus Iob octauo die ſacrificium offerens, *myſterium* reſurrectionis colebat. Dies nanque qui nunc dominicus dicitur, à morte redẽptoris eſt tertius: ſed in ordine conditionis octauus: qui & primus in conditione eſt. Sed quia reuolutus ſeptimũ ſequitur: octauus rectè numeratur. Qui ergo octauo die offerre ſeptẽ ſacrificia dicitur: plenus ſeptiformis gratiæ ſpiritu pro ſpe reſurrectio- *Pſal.*
nis domino deſeruiſſe perhibetur. Vnde & Pſal. pro octaua præſcribitur: in quo gaudium de reſurrectione nunciatur.

Caput. VII.

SEd quia beati Iob filij tanta fuerant diſciplina bonæ inſtitutionis accincti: vt neque per facta in cõuiuiis, neque per verba delinquerent: apertè monſtratur cũ ſubditur: Dicebat enim: Ne forte peccauerint filij mei & benedixerint M
deo in cordibus ſuis.) Perfectos quippe eſſe in opere & ſermone docuerat, ꝑ quib⁹ de ſola pater cogitatione metuebat.

Quòd de alterius conſcientia non ſit temerè iudicandum.

Quia vero de alienis cordibus iudicare temerè non debeamus: in ſancti huius viri verbis agnoſcimus: qui non ait, quia benedixerunt deum in cordibus ſuis: ſed, ne forte benedixe- *1.Cor.*
rint deo in cordibus ſuis. Vnde bene per Paulum dicitur: Nolite ante tempus iudicare, quoadũſque veniat dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum: & manifeſtabit conſilia cordium. Caput. VIII.

QViſquis enim in cogitatione à rectitudine exorbitat: in tenebris peccat. Nos ergo tanto minus debemus aliena corda audacter reprehendere: quanto ſcimus quia viſu noſtro non poſſumus alienæ cogitationis tenebras illuſtrare. Sed in hac re ſolerter intuendum eſt, quanta pater ſeueritate potuit filiorum opera corrigere, qui tanta ſollicitudine ſtuduit corda mundare. Quid ad hæc rectores fidelium dicunt: qui diſcipulorum ſuorum & aperta opera neſciunt? Quid in ſua excuſatione cogitant: qui in commiſsis ſibi nec vulnera actionum curant? Vt verò huius ſancti viri operis etiam perſeuerantia demonſtretur: rectè ſubiungitur: Sic faciebat Iob cunctis diebus.) Scriptum quippe eſt: Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit, *Matth.*
In ſacrificio igitur ſancta actio: in cunctis autem diebus ſacrificij, conſtantia ſanctæ actionis oſtenditur. Hæc breuiter hiſtoriam ſequendo tranſcurrimus: nunc ordo expoſitionis exigit: vt exordium repetentes allegoriarum iam ſecreta pandamus. Caput. IX.

Vir erat

A VT erat in terra Hus, nomine Iob.) Hæc per hiſtoriã nõ cõsimus, ſed per allegoriã iam qualiter ſint impleta, videamus. Iob nãque, vt diximus interpretatur dolẽs: Hus vero cõſiliator. Quẽ ergo alium beatus Iob ſuo nomine exprimit, niſi eum de quo propheta loquitur dicẽs: Dolores noſtros ipſe portauit. Qui Hus terram inhabitat quia in corde populi cõſiliatoris regnat. Paulus quippe ait: Chriſtum dei virtutẽ, & dei ſapientiã. Atque hæc ipſa ſapiẽtia per Salomonẽ dicit: Ego ſapiẽtia habito in cõſilio, & eruditis interſum cogitationibus. Hus ergo terrã inhabitat Iob: quia ſapientia, quæ pro nobis paſſionis dolorem ſuſtinuit, corda vitæ cõſiliis dedita, ſibimet habitationem fecit. Caput. X.

Eſaiæ.53.

1.Cor.1.

Prouer.8.

ET erat vir ille ſimplex & rectus.) In rectitudine iuſtitia: in ſimplicitate autẽ manſuetudo ſignatur. Plærunq; nos cùm rectitudinem iuſtitiæ exequimur, mãſuetudinem relinquimus: & cùm mãſuetudinem ſeruare cupimus, iuſtitiæ rectitudinem declinamus. Dominus autem in carne veniens, ſimplicitatem cum rectitudine tenuit, quia nec in manſuetudine diſtrictionem iuſtitiæ, nec rurſum in diſtrictione iuſtitiæ virtutem manſuetudinis amiſit. Vnde cùm quidam deducta adultera hunc tentare voluiſſent, vt in culpam, aut immanſuetudinis, aut iniuſtitiæ haberetur, ad vtraque reſpondit dicens: Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem

Ioan. 7.

B mittat. Dat ſimplicitatem mãſuetudinis, Qui ſine peccato eſt veſtrum: Dat zelum iuſtitiæ, Primus in illam lapidem mittat. Vnde & ei propheta dicit: Intẽde proſpere, procede, & regna: propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam. Veritatem quippe exſequens, manſuetudinem cum iuſtitia conſeruauit: vt nec zelum rectitudinis in manſuetudinis pondere amitteret, nec rurſum pondus manſuetudinis zelo rectitudinis perturbaret. Sequitur: Caput. X I.

Pſal.44.

AC timens deum & recedens à malo.) Scriptum eſt de illo: Et repleuit eum ſpiritus timoris domini. Incarnatus enim dominus in ſemetipſo, omne quod nobis imperauit, oſtendit: vt quod præcepto diceret, exẽplo ſuaderet. Iuxta humanitatis ergo naturã redẽptor noſter deum timuit, quia vt ſuperbum hominẽ redimeret, mẽtẽ* pro illo humilẽ ſumpſit. Cuius bene per hoc quòd recedere à malo, Iob dicitur, & actio deſignatur. Ipſe quippe receſſit à malo, non quod faciendo contigit: ſed quod inueniẽdo reprobauit: quia vetuſtã qua natus inuenit, humanæ conuerſationis vitã deſeruit: & nouã quam ſecum detulit, ſequaciũ moribus impreſſit.

Eſaiæ.11.

**aliàs mortem.*

Quod ſeptenarium numerum frequentiſſimè ſacra ſcriptura pro perfectione ponere conſueuit.

Natique ſunt ei ſeptem filij, & tres filiæ.) Quid in ſeptenario numero, niſi ſumma perfectionis accipitur? Vt enim humanæ rationis cauſas de ſeptenario numero taceamus, quæ aſſẽrũt quod idcirco perfectus ſit, quia ex primo pari cõſtat, & primo impari: ex primo qui diuidi poteſt, & primo qui diuidi nõ poteſt: certiſſime ſcimus quod ſeptenariũ numerum ſcriptura ſacra pro perfectione ponere conſueuit. Vnde & ſeptimo die

C

Gen.2.

dominum requieuiſſe ab operibus aſſerit. Hinc eſt etiã quòd ſeptimus dies in requiẽ hominibus, id eſt, in ſabbatum datus eſt. Hinc eſt quod iubileus annus, in quo plena requies exprimitur, ſeptem hebdomadibus cõſummatur: qui monade addita noſtræ adunationis ſumma impletur. Caput. X I I.

NAti ſunt ergo ei ſeptem filij.) ad prædicandum. ſ. viriliter incedentes apoſtoli. Qui dũ perfectionis præcepta peragunt: quaſi ſuperioris ſexus fortitudinem in conuerſatione tenuerunt. Hinc eſt enim quod perfectione ſeptiformis gratiæ ſpiritus implendi duodecim ſunt electi. A ſeptenario quippe numero, in duodenarium ſurgitur. Nã ſeptenarius ſuis in ſe partibus multiplicatus, ad duodenariũ tẽdit. Siue enim quatuor per tria, ſiue per quatuor tria ducãtur: ſeptem in duodecim vertuntur. Vnde & ſancti apoſtoli, quia ſanctam trinitatẽ in quatuor mundi partibus prædicare mittebãtur, duodecim ſunt electi: vt etiã numero perfectionẽ oſtenderẽt, quã vita & voce prædicarẽt. Natæ ſunt & ei tres filiæ.) Quid in filiabus, niſi infirmiores fidelium plebes accipimus, fidem ſanctæ trinitatis tenentes? Quæ & ſi in perfectione operis nequaquam forti virtute permanent, fidem tamen trinitatis cognitam conſtanter tenent. In ſeptem ergo filiis ordo prædicãtium: in tribus vero filiabus multitudo auditorum ſignatur. Poſſunt etiam per tres filias, tres ordines fidelium deſignari. Poſt filios quippe filiæ nominãtur: quia poſt apoſtolorum cõſpectam fortitudinem, tres diſtinctiones fidelium in Eccleſiæ cõuerſatione ſecutæ ſunt, paſtorum videlicet, & cõtinentium atque coniugatorum. Caput. X I I I.

D

VNde & Ezechiel propheta tres liberatos viros audiſſe ſe aſſerit. Noë ſcilicet, Danielẽ & Iob. Quid enim per Noë (qui arcã in vndis rexit) niſi præpoſitorum ordo deſignatur, qui dum ad formã vitæ populis præſunt, ſanctam Eccleſiã in tẽtationum fluctibus regunt? Quid per Danielem (cuius mira abſtinẽtia deſcribitur) niſi cõtinentiũ vita figuratur, qui dum cuncta quæ mundi ſunt deſerunt, deſpectę babylonię alta mẽte dominãtur? Quid per Iob, niſi bonorum cõiugatorũ vita ſignatur, qui de rebus mundi quas poſſident, dum pia opera faciunt: quaſi per terræ viã ad cœleſtem patriã tendunt? Quia igitur poſt ſanctos Apoſtolos tres iſtæ fideliũ diſtinctiones ſecutæ ſunt: rectè poſt filios, tres filiæ natæ memorantur. Sequitur: Et fuit poſſeſsio eius ſeptẽ milia ouium, & tria milia camelorum.) Quia fideles auditores ex varia cõuerſatione collecti ſunt, quod prius vniuerſaliter memoratis filiis & filiabus dicitur: hoc diſtinctè poſtmodum appellatione animalium ſubinfertur. Quid enim aliud in ſeptẽ milibus ouium, niſi perfectam quorundam innocẽtiã exprimit, quæ ad perceptionẽ gratiæ, *ex legis paſcuis venit? Quid verò in tribus milibus camelorum, niſi ad plenitudinẽ fidei veniens, torta gentilium vitioſitas deſignatur. Cap. X I I I I.

Tres fideliũ diſtinctiones quæ figurantur per Noe, Danielem, & Iob.

H

**aliàs perfectionis gratiam,*

IN ſcriptura autem ſacra aliquãdo cameli nomine ipſe dominus, aliquando autem populus gentilis exprimitur. Cameli enim nomine dominus deſignatur, ſicut ab eodẽ domino Iudæis aduerſantibus dicitur: Liquantes culicem, camelum autem glutientes. Culex enim ſuſurrando vulnerat, camelus autem ſponte ſe ad ſuſcipienda onera inclinat. Liquauerunt ergo Iudæi culicem, quia ſeditioſum dimitti latronem petierunt: Camelum verò glutierunt, quia eum qui ad ſuſcipienda noſtræ mortalitatis onera ſponte deſcenderat, extinguere clamando conati ſunt. Rurſus cameli nomine gẽtilitas deſignatur. Vnde & Rebecca ad Iſaac veniens, dorſo cameli deducitur: quia ad Chriſtum ex gentilitate Eccleſia properãs, in tortis vitioſiſque vitæ veteris conuerſationibus inuenitur. Quæ viſo Iſaac deſcendit: quia domino cognito, vitia ſua gẽtilitas deſeruit, & ab elatione celſitudinis, ima humilitatis petiuit. Quæ & verecundata pallio velatur: quia coram illo ex ante acta vita confunditur. Vnde & per Apoſtolum eiſdẽ gẽtibus dicitur: Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Quia igitur per oues, Hebræos à paſcuis legis ad fidem venientes accipimus: nihil obſtat vt per camelos, tortos moribus, atq; onuſtos idolorum cultibus, gẽtilium populos ſentiamus. Quia enim ex ſemetipſis ſibi inuenerunt deos, quos colerẽt: quaſi à ſemetipſis eis onus in dorſo excreuerat quod portarent. Caput. X V.

Matth. 23.

Gene.24.

Roma.6.

F

POteſt etiam per camelos (quia communia ſunt animalia) Samaritanorum vita ſignari. Cameli nanque ruminant, ſed nequaquã vngulã findunt. Samaritani quoque quaſi ruminant, quia ex parte legis verba recipiunt: & quaſi vngulam non findunt, quia eam pro parte contemnunt. qui etiam graue onus in dorſo mentis tolerãt: quia in omne quod faciunt, ſine ſpe æternitatis elaborant: fidem quippe reſurrectionis neſciũt. Et quid eſſe grauius atq; onuſti* poteſt, quàm afflictionẽ ſeculi prætereuntis perpeti, & nequaquã ad releuationẽ mentis, gaudia remunerationis ſperare? Sed quia in carne dominus apparẽs, & Hebręorum populũ perfectionis gratia impleuit, & Samaritanorum quoſdã ad cognitionẽ fidei, mira opera oſtẽdendo, perduxit: dicatur rectè de vmbra quæ veritatem exprimeret, quòd & ſeptem milia ouium, & camelorum tria milia poſſideret. Sequitur: Quingenta quoque iuga boum: & quingentæ aſinæ.) Iã ſuperius dictum eſt quòd in quinquagenario numero (qui ſeptem hebdomadibus ac monade addita impletur) requies deſignatur: denario autem numero ſumma perfectionis exprimitur. Quia verò fidelibus perfectio quietis ꝓmittitur, quaſi quinquagenario decies ducto ad quingentenarium peruenitur.

Caput. X V I.

Universidad de Deusto Biblioteca

G IN ſcriptura autem ſacra boum nomine aliquãdo hebetudo fatuorum: aliquando bene operantium vita deſignatur. Quia enim bouis nomine, ſtultorum vecordia figuratur: rectè per Salomonẽ dicitur: Statimq; eam ſequitur, quaſi
Prouer.7. bos ductus ad victimam. Rurſum: quia boum nomine vita vniuſcuiuſque operantis exprimitur, legis præcepta teſtantur,
Deut.25. quæ per Moyſen præcepit, dicens: Non alligabis os boui tri-
Luc.10. turãti. Quod apertè rurſus dicitur: Dignus eſt operarius mercede ſua. Aſinorum quoque nomine aliquãdo ſtultorum pigritia, aliquando immoderata petulantium luxuria, aliquãdo gẽtilium ſimplicitas deſignatur. Stultorum pigritia, aſinorum
Deut.22. appellatione figuratur: ſicut per Moyſen dicitur: Non arabis in boue ſimul & Aſino. Ac ſi diceret: Fatuum ſapientibus in prædicatione non ſocies: ne per eum qui implere rem nõ valet, illi qui præualet obſiſtas. Immoderata quoque petulantiũ luxuria, aſinorum appellatione exprimitur, vt propheta te-
Ezech.23. ſtatur, qui ait: Quorum carnes ſunt vt carnes aſinorum. Aſi-
Mat.21. norum rurſus nomine, ſimplicitas gentilis oſtenditur. Vnde Hieruſalem tẽdens dominus, aſellũ ſedeſſe perhibetur. Quid eſt enim ſedendo aſinam Hieruſalem venire, niſi gẽtiliũ ſimplicia corda poſsidendo, ea ad viſionem pacis regẽdo & præſidendo perducere? Quod vno & facili teſtimonio oſtenditur: quia & per boues Iudæi operarij, & per aſinum gentiles
Eſaiæ.2. H populi deſignãtur: cùm per prophetã dicitur: Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui. Quis enim bos, niſi Iudaicus populus extitit: cuius ceruicem iugum legis attriuit? Et quis aſinus, niſi gentilitas fuit, quam quilibet ſeductor reperit, quaſi brutum animal, & nulla ratione renitens, quo voluit errore ſubſtrauit? Bos ergo poſſeſſorem, & aſinus domini præſepe cognouit: quia & Hebraicus populus deum quem colebat, ſed ignorabat, reperit: & gentilitas legis pabulum quod non habebat, accepit. Quod igitur ſuperius nominatis ouibus & camelis dicitur: hoc inferius in bobus & aſinis replicatur. Habuit verò & ante redemptoris aduẽtum Iudæa boues: quia ad prędicandum miſit operarios, quibus voce ve-
Mat.23. ritatis dicitur: Væ vobis hypocritæ, qui circumitis mare & aridam, vt faciatis vnum proſelytum: & cùm fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos. Quos graue iugum
Mat.11. legis preſſerat, quia exteriora literæ mandata tolerabãt. Quibus veritatis voce dicitur: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me: quia mitis ſum & humilis corde. Quod ergo in Euangelio bene laborantibus requies promittitur, hoc eſt quod hic iuga boum quingenta memorantur. Quia qui redemptoris dominio colla ſubiiciũt, quò, niſi ad requiem tendunt?

Caput. XVII.

I VNde & aſinæ quingentæ perhibentur: quia vocatæ plebes gentilium, dum ad requiem peruenire deſiderant: cuncta mandatorum onera libenter portãt. Vnde bene quòd hanc requiem populus gentilis appeteret, Iacob filios alloquens, prophetica hoc ſtuduit voce ſignare, di-
Gene.49. cens: Iſachar aſinus fortis, accubans inter terminos, vidit requiem quòd eſſet bona, & terram quòd optima, & ſuppoſuit humerum ad portandum. Inter terminos nanque accubare, eſt preſtolato mundi fine requieſcere: nihilq; de his, quę nunc in medio verſãtur, quærere, ſed vltima deliderare. Fortiſque aſinus requiem ac terram optimam videt: cùm ſimplex gentilitas idcirco ſe ad robur boni operis erigit: quia ad æternæ vitæ patriam tendit. Quę & ad portandum onus humerum ſupponit: quia conſpecta ſuperna requie, præceptis etiam grauibus in operatione ſe ſubiicit, & quicquid intolerabile puſillanimitas aſſerit, hoc ei leue ac facile ſpes remunerationis oſtendit. Quia ergo ad æternam requiem pro electorum parte Iudæa, gentilitaſque colligitur: rectè quingenta iuga boum, & quingentæ aſinæ haberi perhibentur. Sequitur:

Caput. XVIII.

AC familia multa nimis.) Quid eſt quòd prius animalium multitudo deſcribitur: & familia in extremo memoratur, niſi quòd ad cognitionem fidei prius ſtulta mundi collecta ſunt: vt poſtea aſtuta eius etiam voca-
1.Corin.1. rentur? Paulo atteſtante, qui ait: Non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: ſed quæ ſtulta ſunt mũdi, elegit deus: vt confundat ſapientes. Ipſa nãque ſanctæ eccleſiæ principia, literarum perhibentur ignara: vt videlicet cunctis prædicatoribus ſuis redemptor oſtende- K
ret, quòd ad vitam credentes populos non ſermo, ſed cauſa ſuaderet. Sequitur:

Caput. XIX.

ERat vir ille magnus inter omnes orientales.) Quòd redemptor noſter oriens dicitur, propheta teſtante perhibetur, qui ait: Et ecce vir oriens nomen eius. Omnes *Zacha.6.*
ergo qui in hoc oriente fide conſiſtunt: rectè orientales vocãtur. Sed quia omnes homines tantummodo homines ſunt: ipſe autem oriẽs deus & homo: rectè dicitur. Erat magnus inter omnes orientales.) Ac ſi aperte diceretur: Omnes qui in fide deo naſcuntur, ſuperat: quia nõ vt cæteros adoptio, ſed natura illũ diuinitatis exaltat: qui etſi humanitate cæteris apparuit ſimilis: diuinitate tamen manſit ſuper omnia ſingularis.

Quid per allegoricum ſenſum, per conuiuium filiorum, & vocationem filiarum intelligatur.

Et ibant filij eius & faciebant cõuiuia per domos.) Filij facturi conuiuia per domos ibant: cùm prædicatores Apoſtoli in diuerſis mundi regionibus, virtutum epulas audientibus, quaſi edentibus miniſtrabant. Vnde & eiſdẽ filiis de eſuriẽtibus plebibus dicitur: Date illis vos mãducare. Et rurſum: Di- *Matt.*
mittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via, id eſt, in prędica- *Marc.*
tione veſtra verbum cõſolationis accipiant, ne à veritatis pabulo ieiuni remanentes, in huius vitæ labore ſuccũbant. Hinc L
rurſum eiſdem filiis dicitur: Operamini non cibum qui perit: *Ioan.*
ſed qui permanet in vitam æternam.

Caput. XX.

QVæ conuiuia quomodo exhiberentur, adiungitur: cùm protinus ſubinfertur: Vnuſquiſq; in die ſuo.) Si ignorantiæ obſcuritas, ſine dubitatione, nox cordis eſt: intellectus non immerito dies vocatur. Vnde & per Paulum dicitur: Alius iudicat diem inter diem: *Roma.*
alius iudicat omnem diem. Ac ſi apertè dicat: Alius quædam nõnullis intermiſsis intelligit: alius verò omnia intellectu poſſibilia, ita vt ſunt videnda, cognoſcit. Vnuſquiſque ergo filius in die ſuo conuiuium exhibet: quia ſanctus quiſque prædicator iuxta menſuram illuminatæ intelligentiæ, mentes audientium epulis veritatis paſcit. In die ſuo Paulus fecerat conui- *1.Cor.5.*
uium, cùm dicebat: Beatiores erunt, ſi ſic permanſerint: ſecundum meum cõſilium. De die ſuo vnumquenque admonebat *Rom.*
cogitare, cùm diceret: Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet. Sequitur: Et mittentes vocabant tres ſorores ſuas, vt comederent & biberent cum eis.) Sorores filij ad conuiuium vocant: quia infirmis auditoribus ſancti Apoſtoli refectionis ſupernæ gaudia prædicant: eorumq́ue mentes, quia à veritatis pabulo ieiunas aſpiciunt, diuini eloquij epulis paſcunt. Bene autem dicitur: Vt comederent & biberent cum eis.

Caput. XXI.

SCriptura enim ſacra aliquando nobis eſt cibus, aliquando potus. Cibus eſt in locis obſcurioribus, quia quaſi exponendo frangitur, & mandendo glutitur. Potus verò M
eſt in locis apertioribus: quia ita ſorbetur ſicut inuenitur. Cibum vidit propheta ſcripturam ſacram: qui exponendo frangeretur, cum diceret: Paruuli petierunt panẽ, & non erat qui *Thre.*
frangeret eis: id eſt infirmi quique ſcripturæ ſacræ valentiores ſententias petierunt exponendo comminui: ſed qui exponere debeat, non valet inueniri. Potum vidit ſcripturam ſa- *Eſaiæ.*
cram propheta, cùm diceret: Omnes ſitiẽtes venite ad aquas. *Ioan.*
Si potus aperta mandata non eſſent, per ſemetipſam veritas non clamaret: Si quis ſitit, veniat ad me & bibat. Quaſi cibum *Eſaiæ.*
& potum vidit propheta Iudææ defuiſſe, cùm diceret: Nobiles eius interierunt fame: & multitudo eius ſiti exaruit. Paucorum quippe eſt, fortia & occulta cognoſcere: multorum verò, hiſtoriæ aperta ſentire. Idcirco Iudææ nobiles non ſiti, ſed fame interiiſſe aſſerit: quia hi qui præeſſe videbantur: dum totos ſe exteriori intelligentiæ dederant, quod de intimis diſcutiendo manderent, non habebant. Quia vero ſublimioribus ab intellectu interno cadentibus, paruulorum intelligentia & in exterioribus exſiccatur: rectè illic adiungitur: Multitudo eius ſiti exaruit. Ac ſi apertè diceret: Dum vulgus ſtudium vitæ ſuæ deſerit: iam nec fluenta hiſtoriæ exquirit. Et tamen occulta ſacri eloquij mandata & aperta ſe intellexiſſe teſtantur, qui reprobanti ſe iudici cõquerentes dicunt: Manducauimus & bibimus corã te. Quod apertè exponendo ſubiungunt:

A iungunt: Ecce in plateis nostris docuisti. Quia ergo sacra eloquia in locis obscurioribus exponēdo franguntur, in locis verò apertioribus, ita vt inuenta fuerint, potātur: dicatur rectè: Mittentes vocabant tres sorores suas, vt comederēt & biberēt cum eis.) Ac si apertè diceretur: Infirmos quosque blanda ad se persuasione deducebant: quatenus eorum mētes & magna per contemplationem differentes pascerent, & parua per historiam indigentes nutrirent. Sequitur: Caput. XXII.

CVmque in orbem transissent dies cōuiuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos: Consurgensque diluculo, offerebat holocausta per singulos.) In orbem dies conuiuij transeunt, cùm prædicationis ministeria peraguntur. Peractisque conuiuiis, holocaustū Iob pro filiis obtulit: quia pro Apostolis de prædicatione redeuntibus, patrem, Christus redemptor exorauit. Bene autem mittendo sanctificare dicitur, quia dum spiritū sanctum, qui à se procedit, discipulorum cordibus tribuit: quicquid eis culpę inesse potuit, emundauit. Rectèque ad offerēda holocausta diluculo consurgere perhibetur: quia per hoc quòd pro nobis intercessionis suæ petitionem obtulit, discussa erroris nocte, humanæ mentis tenebras illustrauit, ne quo peccati contagio, ex ipsa prædicationis gratia, mens in occulto polluatur, ne sibi quæ agit, tribuat: ne sibi tribuendo quæ agebat, amittat.

Quòd maledicere deo, sit de eius beneficio superbire. Ca. XXIII.

B VNde rectè subiūgitur: Dicebat enim: Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint deo in cordibus suis.) Deo quippe benedicere, id est maledicere, est de eius munere sibi gloriam præbere. Vnde rectè sanctis Apostolis post prædicationem dominus pedes lauit, vt videlicet apertè mōstraret: quia plærunq; & in bono opere peccati puluis cōtrahatur, & inde inquinētur vestigia loquētiū, vnde audiētiū corda mundātur. Nā sæpe nōnulli dum exhortationis verba faciunt, quanquā tenuiter, sese intrinsecus: quia per eos gratia purgationis *deriuatur, extollunt. Cūque verbo aliena opera diluunt, quasi ex bono itinere puluerē malæ cogitationis sumunt. Quid ergo fuit post prædicationē pedes discipulorum lauare, nisi post prædicationis gloriam cogitationum puluerē tergere, gressusq; cordis ab interna elatione mūdare? Nec obstat ab omnimoda mediatoris scientia quod dicitur: Ne forte peccauerint. Nā cuncta sciens, sed in semetipso *ignorātiā nostrā suscipiens, atque dum suscipit docens: nōnunquam quasi ex nostra dubitatione loquitur, sicut dicit: Filius hominis veniēs, putas inueniet fidē super terram? Expletis ergo conuiuiis sacrificium pro filiis Iob offerens dicebat: Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint deo in cordibus suis. Quia redēptor noster postquā prædicatores suos à malis impugnātibus diluit: etiā inter bona quæ egerant, & à tētationibus defendit.

** aliàs prædicationis.*

** aliàs locutiōe sua.*

Luc. 18.

Quòd omnibus diebus sacrificium deo pro nobis filius offerre non cessat. Caput. XXIIII.

C SIc faciebat Iob cunctis diebus.) Cunctis diebus Iob sacrificium offerre non cessat, quia sine intermissione pro nobis holocaustum redemptor immolat, qui sine cessatione patri suā pro nobis incarnatiōnē demonstrat. Ipsa quippe eius incarnatio nostræ emundationis oblatio est. Cumque se hominem ostendit, delicta hominis interueniens diluit, & humanitatis suæ mysterio perenne sacrificium immolat, quia & hæc sunt æterna quæ mundat. Caput. XXV.

IGitur quia in ipso expositionis exordio sic personā beati Iob nunciare dominū diximus: vt designan per illū caput & corpus, id est, Christum & ecclesiam diceremus. Postquā caput nostrū quomodo designatum credatur, ostēdimus: nunc corpus eius, quod nos sumus, quomodo exprimatur, indicemus: vt quia audiuimus ex historia quod miremur: cognoumus ex capite quod credamus, consideremus nunc ex corpore quid viuendo teneamus. In nobismetipsis nanque debemus transformare quod legimus, vt cùm per auditum se animus excitat, ad operandum quod audierat, vita concurrat.

Quòd hi quos inhabitat consilij spiritus in præsentibus dolent, & ad æterna suspirant. Caput. XXVI.

VIr erat in terra Hus, nomine Iob.) Si Iob dolens, & Hus consiliator dicitur, non immerito per vtraq; nomina electus quisque figuratur: quia nimirum cōsiliatorem animum inhabitat, qui dolēs de præsentibus ad æterna festinat. Nā sunt nōnulli qui vitā suā negligunt, & dū trāsitoria appetunt: dū æterna vel non intelligunt, vel intellecta cōtēnunt, nec dolorē sentiūt, nec habere cōsilium sciunt. Cūque superna quæ amiserunt, nō cōsiderāt, esse se (heu miseri) in bonis fœlices putant. Nequaquā enim ad veritatis lucē, cui cōditi fuerāt, mētis oculos erigunt, nequaquā ad cōtēplationē patriæ æternæ desiderij aciē tēdunt: sed semetipsos in his ad quæ proiecti sunt deserentes, vice patriæ diligunt exiliū quod patiuntur, & in cæcitate quā tolerant, quasi in claritate luminis exultant. At cōtrà electorum mētes dum transitoria cuncta nulla esse cōspiciunt, ad quæ sint cōditæ exquirunt: cūq; eorū satisfactioni nihil extra deum sufficit, ipsa inquisitionis exercitatione fatigata illorum cogitatio in cōditoris sui spe & cōtemplatione requiescit, supernis interseri ciuibus appetit: & vnusquisq; eorum adhuc in mundo corpore positus, mēte tamen extra mundū surgit: ærumnā exilij quā tolerat, deplorat: & ad sublimē patriam incessantibus se amoris stimulis excitat. Cùm ergo dolēs videt quàm sit æternum quod perdidit, inuenit salubre cōsilium, tēporale hoc despicere quod percurrit: & quo magis crescit cōsilij scientia vt peritura deserat, eo augetur dolor, quòd nondum ad mēsura pertingat. Vnde bene per Salomonem dicitur: Qui addit scientiā, addit & dolorē. Qui enim scit iam summa quæ adhuc nō habet, magis de infimis in quibus retinetur, dolet. Rectè ergo in terra Hus, habitare Iob dicitur, quia in scientiæ consilio electi vniuscuiusque dolēs animus tenetur. Intuēdum quoque est, quòd nullus dolor mētis sit in actione præcipitationis. Qui enim sine consiliis viuunt, qui seipsos rerum euentibus præcipites deserunt, nullo interim cogitationum dolore fatigātur. Nam qui solerter in vitæ consilio figit mentē, caute sese in omni actione circunspiciendo considerat: & ne ex re, quæ agitur, repentinus finis aduersusque surripiat, hunc prius molliter posito pede cogitationis palpat, pensat ne ab his quæ agenda sunt, præpediat formido: ne in his quæ differenda sunt, præcipitatio impellat: ne praua per concupiscentiam aperto bello superent, ne recta per inanem gloriam insidiando supplantent. Iob ergo in terra Hus habitat, dum mens electi quo magis per consilium viuere nititur, eo angusti itineris dolore fatigatur. Sequitur:

Ecclesiastes. 1.

Quòd sancta ecclesia simplicitatis & rectitudinis vias à timore incipit: & in charitate consummat. Caput. XXVII.

SImplex & rectus ac timens deum, & recedens à malo.) Quisquis æternam patriā appetit, simplex proculdubio & rectus viuit, simplex videlicet opere, rectus fide: simplex in bonis, quæ inferius peragit, rectus in summis, quæ in intimis sentit. Sunt nanq; nonnulli, qui in bonis quæ faciunt, simplices non sunt: dum nō in his retributionem interius, sed exterius fauorem quærunt. Vnde bene per quendā sapientem dicitur: Væ peccatori terram ingredienti duabus viis. Duabus viis peccator quippe terram ingreditur: quādo & dei est quod opere exhibet, & mundi, quod per cogitationem querit. Bene autem dicitur: Timens deum, & recedēs à malo.) Quia sancta electorum Ecclesia simplicitatis suæ & rectitudinis vias timore inchoat, sed charitate cōsummat: cui tunc est funditus à malo recedere, cùm ex amore dei cœperit iā nolle peccare. Cùm vero adhuc timore bona agit, à malo penitus nō recessit: quia eoipso peccat, quo peccare vellet, si peccare inultè potuisset. Rectè ergo cùm timere deum Iob dicitur, recedere etiā à malo perhibetur: quia dum metū charitas sequitur, ea quæ metu relinquitur etiam per cogitationis propositū culpa calcatur.

Eccli. 2.

Caput. XXVIII.

ET quia ex timore vnumquodque vitium premitur, ex charitate autem virtutes oriuntur, rectè subiungitur:

Quòd fœcunditas spiritalis propter septiformem spiritum in filiis septem, & in tribus filiabus, fides, spes, & charitas intelligantur.

Nati sunt ei septem filij & tres filiæ.) Septem quippe filij nobis nascuntur cùm per conceptionem bonæ cogitationis, sancti spiritus septem in nobis virtutes oriuntur. Hanc nanque internam prolem Propheta dinumerat, cùm spiritus mentem fœcundat, dicens: Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus

Esa. 11.

Universidad de Deusto Biblioteca

G timoris domini. Cum ergo per aduentum spiritus sancti, sapientia, intellectus, consilium, fortitudo, scientia, pietas, ac timor domini in animo vnicuique nostrũ gignitur: quasi mansura posteritas in mente propagatur, quæ supernæ nostræ nobilitatis genus eo ad vitam longius seruat, quo amori æternitatis sociat. Sed habent in nobis septem filij, tres proculdubio sorores suas, quia quicquid virile hi virtutum sensus faciunt, spei, fidei, charitatiq; coniungunt. Neq; enim ad denarij perfectionem septem filij perueniunt: nisi in fide, spe, & charitate fuerit omne quod agunt. Quia vero hanc præeuntium virtutum copiam multimoda bonorum operum cogitatio sequitur, rectè subiungitur:

Quòd possessio ouium & asinorum & camelorum sit subiugatio illorum, quos aliquando vel formido dissoluit, vel superbia inflat, vel luxuria inquinat.

Et fuit possessio eius septẽ milia ouium & tria milia camelorum.) Seruata quippe veritate historiæ imitari spiritaliter possumus, quod carnaliter audiuimus. Ouium enim septẽ milia possidem⁹, cùm cogitationes innocuas perfecta cordis mũditia, intra nosmetipsos inquisito veritatis pabulo pascimus. Eruntq; nobis in possessionẽ etiam tria milia camelorum, si omne quod in nobis altũ ac tortuosum est, rationi fidei subditur: & sub cognitione trinitatis, sponte in appetitu humilitatis inclinatur. Camelos quippe possidemus, si quod altũ sapimus, humiliter deponamus. Camelos proculdubio possidemus, cùm cogitationes nostras ad infirmitatis fraternæ compassionẽ flectimus, & vicissim onera nostra portantes, alienæ infirmitati cõpati condescendẽdo nouerimus. Possunt etiam per camelos (qui vngulam nequaquàm findunt, sed tamẽ ruminant) terrenarum rerum bonæ dispensationes intelligi, quę quia habẽt aliquid seculi, & aliquid dei, per commune eas necesse est animal designari. Neque enim terrena dispensatio (quanuis æternæ vtilitati seruiat) sine perturbatione mentis valet exhiberi. Caput. XXIX.

QVia igitur per hanc & ad præsens mẽs consunditur, & in perpetuum merces paratur, quasi cõmune animal, & aliquid de lege habet, & aliquid non habet. Vngulã nanque non findit: quia non se penitus anima ab omni terreno opere disiungit: sed tamen ruminat: quia bene dispẽsando tẽporalia, per certitudinis fiduciã cœlestia sperat. Terrenæ igitur dispẽsationes quasi camelorũ more capite legi cõcordant, pede discrepant: quia & cœli sunt illa, quæ iustè viuentes appetũt: & huius mũdi sunt ea, in quibus opere versantur. Nos ergo cũ easdẽ terrenas cognitioni trinitatis dispensationes subdimus, quasi camelos intra indiuisibilem numerum fide possidemus. Sequitur: Cap. XXX.

QVingenta quoq; iuga boũ, & quingẽtæ asinæ.) Iuga boũ in vsum nostræ possessionis sunt, dũ concordes virtutes exarant duritiam mentis. Quingentas quoque asinas possidemus, cùm lasciuientes motus restringimus: & quicquid in nobis carnale exurgere appetit, spiritali cordis dominatu refrenamus. Vel certè asinas possidere, est cogitationes intra nos simplices regere. Quæ dum in subtiliori intellectu currere non valent: quo quasi pigrius ambulant, eo fraterna onera mansuetius portant. Sunt nanque nonnulli qui dum alta non intelligunt, per exteriora conuersationis opera se humilius premunt. Bene ergo per asinas (pigrum quidem animal, sed tamen portãdis oneribus deditum) simplices cogitationes accipimus, quia dum nostram plerumque ignorãtiam cognoscimus, leuius onera aliena toleramus. Cumque nos quasi singularis sapientiæ altitudo nõ eleuat: ad perferendam alieni cordis inertiam, mens se nostra æquanimiter inclinat. Rectè autem siue iuga boum, siue quingentę asinæ referuntur: quia vel in hoc quod prudenter sapimus, vel in hoc quod humiliter ignoramus, dum æternæ pacis requiem quærimus, quasi intra iubilei numerum tenemur. Sequitur.

Quòd multa familia, id est, multitudo cogitationum sit sub mentis dominio restringenda. Caput. XXXI.

AC familia multa nimis.) Multam familiam nimis possidemus, cùm cogitationes innumeras sub mentis dominatione restringimus, ne ipsa sui multitudine animum superent, ne peruerso ordine discretionis nostræ principatum calcent. Et bene cogitationum turba multæ familiæ appellatione signatur. Nam scimus quod absente domina ancillarum linguæ perstrepunt, silentium deserunt, deputati operis officia negligunt, totumque ordinem sibimet viuendi confundunt. At si repente domina veniat, mox perstrepentes linguę reticent, officia vniuscuiusque operis repetunt: sicque ad opus proprium, ac si non recesserint, reuertũtur. Si igitur à domo mentis ad momentum ratio discedat, quasi absente domina cogitationum se clamor, velut garrula ancillarũ turba multiplicat. Vt autem ratio ad mentem redierit, mox se confusio tumultuosa compescit, & quasi ancillæ se ad iunctum opus tacitè reprimunt: dũ cogitationes protinus causis se propriis ad vtilitatem subdunt. Possidemus ergo multam familiam, cùm recto iure innumeris cogitationibus rationis discretione dominamur. Quòd nimirum cùm solerter agimus, iũgi per eandem discretionem angelis conamur. Vnde rectè subiungitur. Erátque vir ille magnus inter omnes Orientales.) Tunc nanque magni inter omnes Orientales efficimur, cùm eis spiritibus qui Oriẽtali luci inhærent, pressa carnalis corruptionis nebula, discretionis nostræ radiis, inquantum possibilitas suppetit, sociamur. Vnde & per Paulum dicitur: Nostra conuersatio in cœlis est. Quisquis temporalia ac defectiua sequitur, occasum petit: quisquis verò superna desiderat, quia in Oriente habitet, demonstrat. Magnus ergo non inter Occidentales, sed inter Oriẽtales efficitur, qui non inter malorum actiones, ima & fugitiua quærentium, sed inter choros proficere supernorum ciuium conatur. Sequitur: Philip.

Quomodo singulæ virtutes in suo die conuiuium faciunt.

Caput. XXXII.

ET ibant filij eius, & faciebant conuiuium per domos, vnusquisque in die suo.) Filij per domos conuiuium faciunt, dum virtutes singulę, iuxta modum propriũ, mentem pascunt. Vnde bene dicitur, vnusquisque in die suo. Dies enim vniuscuiusque filij, est illuminatio vniuscuiusque virtutis. Vt enim hæc ipsa dona breuiter septiformis gratiæ replicem: alium diem habet sapientia, alium intellectus, alium consilium, alium fortitudo, alium scientia, alium pietas, alium timor. Neque enim hoc est sapere quod intelligere: quia multi æterna quidem sapiũt, sed intelligere nequaquam possunt. Sapientia ergo in die suo conuiuium facit: quia mentem de æternorum spe, & certitudine reficit. Intellectus in die suo conuiuium parat: quia in eo ꝙ audita penetrat, reficiendo cor, tenebras eius illustrat. Consilium in die suo conuiuium exhibet: quia dum prȩcipitem esse prohibet, ratione animũ replet. Fortitudo in die suo conuiuiũ agit: quia dum aduersa nõ metuit, trepidanti menti cibos confidentiæ apponit. Scientia in die suo conuiuium parat: quia in ventre mentis ignorantiæ ieiunium superat. Pietas in die suo conuiuium exhibet: quia cordis viscera misericordiæ operibus replet. Timor in die suo cõuiuium facit: quia dum premit mentem ne de præsentibus superbiat, de futuris illam spei cibo confortat. Sed illud in hoc filiorum conuiuio perscrutãdum video, ꝙ semetipsos inuicem pascunt. Valde enim singula virtus quælibet destituitur, si nõ vna alij virtus virtuti suffragetur. Minor quippe est sapiẽtia, si intellectu careat, & valde inutilis intellectus est, si ex sapientia non subsistat: quia cùm altiora sine sapientię pondere penetrat, sua illum leuitas grauius ruiturum leuat. Vile est consilium, cui robur fortitudinis deest: Quia quod tractando inuenit, carens viribus, vsque ad perfectionem operis non perducit. Et valde fortitudo destruitur, nisi per consilium fulciatur: quia quo plus se posse conspicit, eo virtus sine rationis moderamine deterius in prȩceps ruit. Nulla est scientia si vtilitatem pietatis non habet: quia dum bona cognita exequi negligit, sese ad iudicium arctius stringit. Et valde inutilis pietas, si scientiæ discretione caret: quia dum nulla hanc scientia illuminat, quomodo misereatur, ignorat. Timor quoq; ipse nisi has etiam virtutes habuerit, ad nullum opus proculdubio bonæ actionis surgit: quia dum ad cuncta trepidat, ipsa sua formidine à bonis omnibus torpens vacat. Quia ergo alternato ministerio virtus à virtute reficitur, rectè dicitur quòd apud se filij vicissim conuiuantur. Cúnque vna aliã subleuando subleuat: quasi per dies suos numerosa soboles pascenda cõuiuium parat.

A parat. Sequitur:

Tres sorores ad fraternum conuiuia vocantur, quando gaudent virtutes virtutibus, & inuicem sibi subseruiunt ac ministrant.

Caput. XXXIII.

ET mittentes vocabant tres sorores suas vt comederent & biberent cum eis.) Cũ virtutes nostræ in omne quod agunt, spem, fidẽ, & charitatem ciunt: quasi operãtes filij, tres ad conuiuium sorores vocant: vt fides, spes, charitas in opus bonum gaudeant, quod vnaquæque virtus administrat. Quæ quasi ex cibo vires accipiunt, dum bonis operibus fidẽtiores fiunt: & dum post cibum contemplationis rore infundi appetunt, quasi ex poculo ebriantur. Caput. XXXIIII.

SEd quid est quod in hac vita sine quauis tenuissimi cõtagij inquinatione peragatur? Nonnunquam nanque ipsis bonis quæ agimus, ad deterius propinquamus: quia dum lætitiam menti pariunt, quandam etiam securitatem gignunt: dumque mens secura redditur, in torporẽ laxatur. Nõnunquam vero virtutes aliquantula elatione nos polluunt: & tanto deiectiores apud deum faciunt, quanto apud nosmetipsos tumidiores reddunt. Vnde bene subiungitur:

Quòd filios post conuiuium sanctificare, est retractatio operum & discussio cogitationum.

Cumque in orbẽ transissent dies conuiuij, mittebat Iob & B sanctificabat illos.) Peracto quippe orbe dierũ conuiuij mittere ad filios & eos sanctificare, est, post virtutũ sensum intentionẽ cordis dirigere: & omne quod agitur, districta retractationis discussione mũdare: ne bona æstimẽtur quæ mala sunt: ne saltem veraciter bona putentur sufficientia, cùm perfecta non sunt. Sic enim mens plærunque decipitur, vt aut qualitate mali, aut boni quantitate fallatur. Caput. XXXV.

SEd hos virtutũ sensus melius preces quã discussiones inueniũt, nam ea quæ perscrutari in nobismetipsis plenius nitimur, sæpe verius orando quã inuestigando penetramus. Cùm enim mens per quãdam cõpunctionis machinã ad alta sustollitur: omne quod ei de seipsa occurrerit, sub seipsa diiudicando certius contemplatur. Vnde & rectè subiũgitur:

Quòd holocaustum per singulos offerre sit singularium virtutum circumspecta & pura intentio.

Consurgẽsq; diluculo offerebat holocausta per singulos.) Diluculo nãque consurgimus, cum compunctionis luce perfusi humanitatis nostræ noctem deserimus: & ad veri luminis radios oculos mentis aperimus. Atque holocaustum per singulos filios offerimus, cum pro vnaquaq; virtute domino hostiam nostræ precis immolamus, ne sapientia eleuet: ne intellectus, dũ subtiliter currit, aberret: ne consilium, dum sẽ multiplicat, confundat: ne fortitudo, dum fiduciam præbet, precipitet: ne scientia, dũ nouit & non diligit, inflet: ne pietas, dum se extra rectitudinem inclinat, intorqueat: ne timor, dum plus C iusto trepidat, in desperationis foueã mergat. Cùm ergo pro vnaquaque virtute, vt pura esse debeat, preces domino fundimus: quid aliud quàm iuxta filiorum numerum holocaustum per singulos exhibemus? Holocaustum nanque totum incensum dicitur. Holocaustum igitur dare, est totam mentem igne compunctionis incẽdere: vt in ara amoris cor ardeat: & quasi delicta propriæ sobolis, inquinamenta cogitationis exurat.

Caput. XXXVI.

SEd hæc agere nesciunt, nisi hi qui priusquã cogitationes ad opus prodeãt, internos suos motus sollicitè circũspiciẽtes frenãt. Hæc cauere nesciũt, nisi hi qui virili custodia munire mentẽ nouerũt. Vnde rectè inopinata morte extinctus Isboseth dicitur, quem & scriptura sacra, nõ in domo ostiariũ, sed ostiariam habuisse testatur, dicens: Venientes filij 2.Reg.4. Rẽmon Berothitæ Rechab & Banaa, ingressi sunt feruẽte die domũ Isboseth, qui dormiebat super stratum suum meridie. Ingressi sunt autẽ domũ: & ostiaria domus purgãs triticũ obdormiuit: sumentes spicas tritici, latẽter ingressi sunt, & percusserunt eũ in inguine. Ostiaria triticum purgat, eũ mẽtis custodia discernendo, virtutes à vitiis separat. Quæ si obdormierit, in mortẽ proprij domini sui, insidiatores admittit: quia cum discretionis sollicitudo cessauerit: ad interficiẽdum animum malignis spiritibus iter pandit. Qui ingressi spicas tollũt: quia mox bonarũ cogitationũ germina auferunt: atque in inguine feriunt: quia virtutem cordis delectatione carnis occidunt. D In inguine quippe ferire, est vitam mentis, delectatione carnis perforare. Nequaquàm vero Isboseth iste hac morte succumberet: si non ad ingressum domus mulierem, id est mollem custodiam ad mentis aditum depurasset. Fortis nãque virilisque sensus præponi cordis foribus debet: quem nec negligentiæ somnus opprimat, nec ignorantiæ error fallat. Vnde Bene & Isboseth appellatus est, qui custode fœmina hostilibus gladiis nudatur. Isboseth quippe vir confusionis dicitur. Vir autem confusionis est, qui forti mentis custodia munitus non est: quia dum virtutes se agere æstimat, subintrantia vitia nescientem necant. Tota itaque virtute muniẽdus est aditus mentis: nequando eam insidiantes hostes penetrent foramine neglectæ cogitationis. Hinc Salomon ait: Omni custodia ser- Prouer.3. ua cor tuum: quoniam ex ipso vita procedit. Virtutes ergo quas agimus, dignum est vt summoperè ab intentionis origine pensemus: ne ex malo ortu prodeant, etiam si recta sunt quæ ostentant.

Quanta sollicitudine abstinẽdum sit à malo opere, cum etiam districtè serui dei iudicentur de cogitatione.

Caput. XXXVII.

VNde hic quoque rectè subiungitur: Dicebat enim, Ne forte peccauerint filij mei: & benedixerint deo in cordibus suis.) Filij in cordibus maledicunt, cùm recta nostra opera à non rectis cogitationibus prodeunt: cum bona in aperto exerunt, sed in occulto noxia moliuntur. Deo E quippe maledicunt, cum mentes nostræ se de se æstimant habere, quod sunt. Deo maledicunt, cùm se & ab illo accepisse vires intelligunt: sed tamen de eius muneribus propriam laudem quærunt. Caput. XXXVIII.

SCiendum vero est: quod bona nostra tribus modis antiquus hostis insequitur: vt videlicet hoc quod rectũ coram hominibus agitur, in interni iudicis conspectu vitietur. Aliquando nanque in bono opere intẽtionem polluit: vt omne quod in actione sequitur, eo purũ mundumque non exeat, quo hoc ab origine perturbat. Aliquãdo vero intentionẽ boni operis vitiare nõ prævalet, sed in ipsa actione se quasi in itinere opponit: vt cum per propositũ mẽtis securior quisque egreditur, subiuncto latenter vitio, quasi ex insidiis perimatur. Aliquãdo vero nec intentionẽ vitiat, nec in itinere supplantat: sed opus bonum in fine actionis illaqueat: quantoque vel à domo cordis, vel ab itinere operis lõgius recessisse se simulat, tãto ad decipiendũ bonæ actionis terminũ astutius expectat: & quo incautũ quenq; quasi recedẽdo securũ reddiderit, eo illũ repẽtino nõnunquã vulnere durius, insanabiliusque trãsfigit. Intentionẽ quippe in bono opere polluit: quia cũ facilia ad decipiendũ corda hominũ cõspicit, eorũ desideriis aurã trãsitorij fauoris apponit: vt in his quæ recta faciunt, ad appetenda ima, tortitudine intẽctionis inclinẽtur. Vnde rectè sub F Iudææ specie de vnaquaq; anima miseræ intẽctionis laqueo capta, per prophetã dicitur: Facti sunt hostes eius in capite. Ac si Thren.1. apertè diceretur: Cum bonum opus non bona intentione sumitur: huic aduersantes spiritus ab ipso cogitationis exordio principãtur: tãtoq; eã plenius possident, quanto & per initium dominantes tenẽt. Cùm vero intentionem vitiare nõ prævalent, in via positos laqueos tegunt: vt in eo quod bene agitur, cor exaltans se ex latere ad vitium deriuetur: quatenus quod inchoans aliter proposuerat, in actione longe aliter quàm cœperat, percurrat. Sæpe enim bono operi dũ laus humana obuiat, mentem operantis immutat: quæ quanuis quæsita nõ fuerat, tamẽ oblata delectat. Cuius delectatione cũ mens bene operãtis resoluitur, ab omni intentionis intimæ vigore dissipatur. Sepe se bene inchoatę nostrę iustitię ex latere ira subiũgit, & dũ zelo rectitudinis immoderatius mentẽ turbat, cunctam quietis intimæ salutem fauciat. Sæpe grauitatem cordis quasi ex latere subiuncta tristitia sequitur, atque omne opus quod mens bona intentione inchoat, hæc velamine mœroris obumbrat. Quæ & nonnunquam tanto tardius repellitur, quanto & pressæ menti quasi serior famulatur. Sæpe se bono operi lætitia immoderata subiungit, cumque plus mentem quàm decet hilarescere exigit, ab actione bona omne pondus grauitatis repellit. Quia enim etiam bene inchoantibus subesse in

G itinere laqueos psalmista conspexerat: rectè prophetico ple-
Psal.141. nus spiritu dicebat: In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi. Quod bene ac subtiliter Hieremias insinuat: qui dum gesta foris referre studuit, quæ intus apud nosmetipsos gererentur, indicauit dicens: *Hier.41.* Venerunt octoginta viri de Sychē, & de Sylo, & de Samaria, rasi barba, & scissis vestibus, squalentes: munera & thus habebant in manu, vt offerrent in domo domini. Egressus autem Ismaël filius Nathaniæ in occursum eorum de Maspha, incedens & plorans ibat. Cúmque occurrisset eis, dixit ad eos: Venite ad Godoliam filiū Aichā. Qui cùm venissent ad medium ciuitatis, interfecit eos. Barbam quippe radunt, qui sibi de propriis viribus fiduciam subtrahunt. Vestes scindunt, qui sibimetipsis in exterioris decoris laceratione non parcunt. Oblaturi in domo domini thus & munera veniūt, qui exhibere se in dei sacrificio orationem cum operibus pollicentur. Sed tamen si se in ipsa sanctæ deuotionis via cautè circunspicere nesciunt: Ismaël Nathaniæ filius in eorum occursum venit: quia nimirum quilibet malignus spiritus: prioris sui satanæ videlicet exemplo in superbiæ errore generatus, se ad laqueum deceptionis opponit. De quo & bene dicitur: Incedens & plorans ibat: quia vt deuotas mentes interimere feriendo præualeat, semetipsum quasi sub velamine virtutis occultat: & dum concordare se vere lugentibus simulat, ad cordis intima securius admissus, hoc quod intus de virtute latet, occidit: qui plerunque se spondet ad altiora prouehere. vnde & dixisse perhibetur. Venite ad Godoliam filium Aicham. Atque dum maiora promittit etiam mi-
H *al. animā* nima* subtrahit. Vnde & rectè dictum est: Qui cùm venissent ad medium ciuitatis, interfecit eos. Viros ergo ad offerenda deo munera venientes, in medio ciuitatis interficit: quia diuinis deditæ operibus mentes, nisi magna se circunspectione custodiant, hoste surripiente, dum deuotionis hostiam portant, in ipso itinere perdunt vitam. De cuius hostis manu non euaditur, nisi citius ad pœnitentiam recurratur. Vnde illic aptè
Hier. 41. subiungitur: Decem autem viri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismaël: Noli occidere nos, quia habemus in agro thesauros frumenti, & hordei, & olei, & mellis, & non occidit eos. Thesaurus quippe in agro est spes in pœnitentia, quæ quia non cernitur, quasi in terra cordis suffossa cōtinetur. Qui ergo thesauros in agro habuere, seruati sunt: quia qui post incautelæ suæ vitium, ad lamenta pœnitentiæ redeunt, nec capti moriuntur. Cùm vero antiquus hostis neque in exordio intentionis ferit, neque in itinere actionis intercipit, duriores in fine laqueos tendit. Quem tanto nequius obsidet, quanto solum sibi remansisse ad decipiendum videt. Hos nanque fini suo laqueos oppositos propheta conspexerat, cùm dicebat:
Psal 55. Ipsi calcaneum meum obseruabunt. Quia enim in calcaneo finis est corporis: quid per hunc nisi terminus signatur actio-
I nis? Siue ergo maligni spiritus, siue praui quique homines, illorum superbiæ sequaces, calcaneum obseruant, cùm actionis bonæ finem vitiare desiderant. Vnde & eidem serpenti dici-
Gene.3. tur: Ipsa tuum obseruabit caput, & tu calcaneum eius. Caput quippe serpentis obseruare, est initia suggestionis eius aspicere, & manu sollicitæ considerationis à cordis aditu funditus extirpare. Qui tamen cùm ab initio deprehenditur, percutere calcaneum molitur: quia etsi suggestione prima intentionem non percutit, decipere in fine tendit. Si autem semel cor in intentione corrumpitur, sequentis actionis medietas, & terminus ab hoste callido securè possidetur: quoniam totam sibi arborem fructus ferre conspicit, quam veneni dente in radice vitiauit. Quia ergo summa cura vigilandum est, ne vel bonis operibus seruiens mens, reproba intentione polluatur: rectè dicitur: Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint deo in cordibus suis.) Ac si apertè diceretur: Nullum est bonum quod foris agitur: si non pro eo, intus ante dei oculos, innocentiæ victima in ara cordis immolatur.

Caput. XXXIX.

TOta itaque virtute perspiciendus est fluuius operis, si purus emanat ex fonte cogitationis. Omni cura seruandus est à malitiæ puluere oculus cordis, ne hoc quod in actione rectum hominibus ostentat, apud semetipsum per vitium praue intentionis intorqueat. Curandum itaque est, ne bona nostra pauca sint: curandum ne indiscussa: ne aut pauca agētes, inueniamur sterilesnant indiscussa relinquē- K
tes, vecordes. Neque enim vnaquęque verè virtus est, si mixta aliis virtutibus non est. Vnde rectè ad Moysen dicitur:
Exod.30. Sume tibi aromata & stactem & onycham, galbanum quoque boni odoris, & thus lucidissimum, faciesque thymiama compositum opere vnguentarij, mixtū diligenter & purum. Thymiama quippe ex aromatibus cōpositum facimus, cùm in altari boni operis, virtutū multiplicitate redolemus. Quod mixtum & purum fit, quia quanto virtus virtuti iungitur, tāto incensum boni operis sincerius exhibetur. Vbi & bene
Ibidem. subiūgitur: Cumque in tenuissimum puluerem vniuersa aromata contuderis: pones ex eo coram testimonij tabernaculo. In tenuissimum puluerem aromata vniuersa cōterimus: cùm bona nostra quasi in pilo cordis: occulta discussione tundimus, & si veraciter bona sint, subtiliter retractamus. Aromata ergo in puluerem redigere, est virtutes recogitando terere, & vsque ad subtilitatem occulti examinis reuocare. Et no-
Ibidem. tandum quòd de eodem puluere dicitur: Pones ex eo coram testimonij tabernaculo: quia tunc nimirum bona nostra veraciter in conspectu iudicis placent, cùm hæc mens subtilius recogitando conterit, & quasi de aromatibus puluerem reddit, ne grossum durumque sit bonum, quod agitur: ne si hoc arcta retractationis manus non comminuat: odorem de se subtilius non adspergat. Hinc est enim quòd sponsæ virtus L
sponsi voce laudatur, cùm dicitur: Quæ est ista quæ ascendit *Cant.3.* per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? Sancta quippe Ecclesia sicut fumi virgula ex aromatibus ascendit: quia ex vitæ suæ virtutibus in interni quotidie incensi rectitudinem proficit, nec sparsa per cogitationes defluit, sed sese intra arcana cordis in rigoris virga constringit. Quæ ea quæ agit, dum recogitare semper ac retractare non desinit: myrrham quidem & thus habet in opere, sed puluerem in cogitatione. Hinc est quod de oblatoribus hostiæ ad Moysen iterum dicitur.

Caput. XL.

Leuit.1.

DEtracta pelle hostiæ artus in frusta concídant. Pellem nanque hostiæ detrahimus, cùm à mentis nostræ oculis superficiem virtutis amouemus. Cuius artus in frusta concidimus, cùm distinguentes subtiliter eius intima, membratimque cogitamus. Curandum ergo est, ne cùm mala vincimus, bonis lasciuientibus supplantemur, ne fortasse fluxa prodeant, ne incircunspecta capiantur, ne per errorem viam deserant, ne per lassitudinem fracta, anteacti laboris meritum perdant. In cunctis enim vigilāter debet se mens circunspicere: atque in ipsa circunspectionis suæ prouidentia perseuerare. Vnde & rectè subiungitur.

Quòd in vanum bono opere laboramus, si vsque in finem non perseueramus.

Sic faciebat Iob cūctis diebus vitæ suæ.) Incassum quippe M
bonum agitur, si ante terminum vitæ deseratur: quia & frustra velociter currit, qui prius quàm ad metas veniat, deficit. *Ecclesiast.* Hinc est enim quod de reprobis dicitur: Væ his qui perdiderunt sustinentiam. Hinc electis suis veritas dicit: Vos estis qui *Luce 22.* permansistis mecum in tentationibus meis. Hinc Ioseph qui *Gene.* inter fratres vsq; in finē iustus perseuerasse describitur: solus talarem tunicam habuisse perhibetur. Nam quid est talaris tunica, nisi actio consummata? Quasi enim protensa tunica talum corporis operit: cùm bona actio ante dei oculos vsque ad *Exodi 28. & Leuit.* vitæ nos terminum tegit. Hinc est quòd per Moysen caudam hostiæ in altari offerre præcipimur, vt videlicet omne bonum quod incipimus, etiam perseuerāti fine compleamus. Bene igitur cœpta, cunctis diebus agenda sunt, vt cùm malum pugnando repellitur, ipsa boni victoria constantiæ manu teneatur. Hæc itaque sub intellectu triplici diximus, vt fastidienti animæ varia alimenta proponentes: aliquid quod eligendo sumat, offeramus. Hoc tamen magnopere petimus, vt qui ad spiritalem intelligentiam mentem subleuat, à veneratione historiæ non recedat.

Libri primi moralium sancti Gregorij finis.

Liber

A

LIBER SECVNdus continuans moraliter primum caput textus beati Iob. Caput. I.

SCRIPTVRA sacra mentis oculis quasi quoddam speculum opponitur: vt interna nostra facies in ipsa videatur. Ibi etenim fœda, ibi pulchra nostra cognoscimus. Ibi sentimus quantum proficimus, ibi à profectu q̃ lõgè distamus. Narrat autem gesta sanctorum: & ad imitationem corda prouocat infirmorum. Dũque illorum victricia facta commemorat, contra vitiorum prælia debilia nostra confirmat, fitque verbis illius, vt eo mens minus inter certamina trepidet, quo ante se positos tot virorum fortium triumphos videt. Nonnunquam vero non solum no bis eorum virtutes asserit, sed etiam casus innotescit, vt & in victoria fortium quod imitando arripere, & rursum videamus in lapsibus quod debeam' timere. Ecce enim Iob describitur tentatione auctus, sed Dauid tentatione prostratus, vt
B & maiorum virtus spem nostram foueat, & maiorum casus ad cautelam nos humilitatis accingat: quatenus dum illa gaudentes subleuant, ista metuentes premant, & audientis animus illine spei fiducia, hinc humilitate timoris eruditus: nec temeritate superbiat, quia formidine premitur: nec pressus timore desperet, quia ad spei fiduciam virturis exemplo roboratur.

Quòd Satan inter filios dei affuit absens præsenti, sicut cæcus non videns lumen à quo illustratur. Et quomodo sancta scriptura ex qualitatibus aeris, vel temporis, vel ex corporis situ, vel positione, locorum fines exprimat, effectúsque causarum. Caput. II.

QVadam autem die cum veniissent filij dei, vt asisterent coram domino, affuit inter eos etiam satan.) Intueri libet quomodo sacra eloquia in exordiis narrationum qualitates exprimant, terminósque causarum. Aliquando nanque à positione loci, aliquando à positione corporis, aliquando à qualitate aëris, aliquando à qualitate temporis signant, quid de ventura actione subiiciant. A positione quippe locorum diuina scriptura exprimit
Deute. 2. subsequentium merita, finésque causarum, sicut de Israël dicit: quia verba dei in monte audire non potuit, sed præcepta in campestribus accepit: subsequentem nimirum infirmitatem populi indicans, qui ascendere ad summa non valuit, sed
C semetipsum in infimis neglectè viuendo laxauit. A positione corporis futura denunciat: sicut in actibus apostolorum Stephanus Iesum, qui à dextris virtutis dei sedet, stantem se vidisse manifestat. Stare quippe adiuuantis est. Et rectè stare
Act. 7. cernitur, qui in bello certaminis opitulatur. A qualitate aëris res subsequens demonstratur, sicut Euangelista, cum prædicante domino, nullos tunc ex Iudæis credituros diceret, præ-
Ioan. 10. misit dicens: Hyems autem erat. Scriptum nanque est: Quo-
Matth. 24. niam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Idcirco ergo hyemis curauit tempus exprimere, vt inesse auditorum cordibus malitiæ frigus indicaret. Hinc est quòd de-
Ioan. 18. negaturo Petro præmittitur: Quia frigus erat, & stans ad prunas calefaciebat se. Iam nanque intus à charitatis calore torpuerat, & ad amorem præsentis vitæ, quasi ad persecutorum prunas infirmitate æstuante, recalebat. A qualitate quoque tẽporis finis exprimitur actionis, sicut nõ rediturus ad veniam, ad traditionis perfidiam nocte Iudas exiisse perhibetur, cum
Ioan. 13. egrediente illo ab Euangelista dicitur: Erat autem nox. Hinc
Luc. 22. enim & iniquo diuiti dicitur: Hac nocte repetent animam tuam abs te. Anima quippe quæ ad tenebras ducitur: non in die repeti, sed in nocte memoratur. Hinc est quòd Salomon
3. Regũ. 3. qui sapientiam non perseueraturus accepit, in somnis hanc & *Gene. 18.* nocte accepisse describitur. Hinc est quòd angeli ad Abraham meridie veniunt, punituri autem Sodomam, ad eam vespere veniisse memorantur. Quia igitur beati Iob tentatio ad
Gene. 19. victoriam deducitur, à die cœpta perhibetur, cum dicitur:

Quadam autem die cum veniissent filij dei, vt asisterent coram domino, affuit inter eos etiam satan. Qui autem dei filij, nisi electi angeli vocantur? De quibus cum constet quòd obtutibus maiestatis inseruiant: valde quærendum est vnde veniant, vt coram domino asistant. De his quippe voce veritatis dicitur: Angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est. De his propheta ait: Milia milium *Matt. 18.*
ministrabant ei, & decies milies centena milia asistebant ei. *Dan. 7.*
Si igitur semper vident, & semper asistũt: vigilanti cura quærendum est, vnde veniant, qui nunquam recedunt. Sed cum de illis per Paulum dicitur: Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? per hoc quod missos cognoscimus, vnde veniant inuenimus. *Hebr. 1.*

Caput. III.

SEd ecce quæstioni quæstionem iungimus, & quasi dum ansam soluere nitimur, nõdũ ligamus. Quomodo enim aut semper asistere, aut videre semper faciem patris possunt, si ad ministerium exterius pro nostra salute mittuntur? Quod tamen citius soluimus, si quantæ subtilitatis sit angelica natura, pensamus. Neque enim sic à diuina visione foras exeunt, vt internæ contemplationis gaudiis priuentur: quia si conditoris aspectum exeuntes amitterent, nec iacentes erigere, nec ignorantibus vera nunciare possent, fortémque lucis quẽ egredientes ipsi perderent, cæcis nullatenus propinarent. In hoc itaque est nunc natura angelica à naturæ nostrę condi E
tione distincta, quòd nos & loco circunscribimur, & ęcitatis ignorãtia coartamur: Angelorum vero spiritus loco quidem circunscripti sunt, sed tamen eorum scientię longè super nos incomparabiliter dilatantur. Interius quippe exteriúsque sciendo diffusi sunt, quia ipsum fontem scientiæ contemplantur. Quid enim de his quæ scienda sunt, nesciunt, qui scientem omnia sciunt? Eorum itaque scientia comparatione nostræ scientiæ valde dilatata est, sed tamen comparatione diuinæ scientiæ angusta: sicut & ipsi illorum spiritus comparatione quidem nostrorum corporum, spiritus sunt, sed comparatione summi, & incircunscripti spiritus, sunt corpus. Et mittuntur igitur & asistunt, quia per hoc q̃ circunscripti sunt, exeunt, & per hoc quòd intus quoque præsentes sunt, nunquam recedunt. Et faciem ergo patris semper vident, & tamen ad nos venniunt, quia & ad nos spiritali presentia foras exeunt: & tamen ibi se, vnde recesserant, per internam contemplationem seruant. Dicitur ergo: Venerunt filij dei, vt asisterent coram domino, quia illuc spiritus conuersione redeunt, vnde nulla mẽtis auersione discedunt. Affuit inter eos etiam satan.) Valde quærendum est, quomodo inter electos angelos satan adesse potuerit, qui ab eorum sorte, exigente superbia, dudum damnatus exiuit. Sed rectè inter eos affuisse describitur, quia etsi beatitudinem perdidit, naturam tamen eis similem non ami- F
sit: etsi meritis prægrauatur, conditione naturæ subtilis attollitur. Inter dei ergo filios coram domino affuisse dicitur: quia eo intuitu quo omnipotens deus cuncta spiritalia conspicit: etiam satan in ordine naturæ subtilioris videt, attestante scriptura, quæ dicit: Oculi domini contemplantur malos & bo- *Prouer. 15.*
nos. Sed hoc quòd affuisse satan corã domino dicitur, in grauí nobis quæstione versatur. Scriptum quippe est: Beati mun *Matth. 5.*
do corde, quoniam ipsi deum videbunt. Satan verò qui mundo corde esse non potest: quomodo videndo domino affuisse potest? Sed intuendum quia affuisse coram domino, non autẽ vidisse dominum perhibetur. Venit quippe vt videretur, nõ vt videret. Ipse in conspectu domini, non autem in cõspectu eius dominus affuit: sicut cæcus cum in sole consistit, ipse quidem solis radiis perfunditur: sed tamen lumen non videt quo illustratur. Ita ergo etiam inter angelos in conspectu domini satan affuit, quia vis diuina quæ intuendo penetrat omnia: nõ se videntem immundum spiritũ, vidit. Quia enim & ipsa quæ deum fugiunt, latere non possunt, dum cuncta nuda sint superno conspectui, satan affuit absens præsenti. Sequitur:

Quòd nescire dei, reprobare sit. Caput. IIII.

CVi dixit dominus: Vnde venis?) quid est quòd veniẽtibus angelis electis nequaquã dicitur: Vnde venitis: satan verò vnde veniat percontatur? Non enim requirimus nisi vtique quę nescimus. Nescire autem dei reprobare est. vnde

Universidad de Deusto Biblioteca

G est. vnde quibusdam in fine dicturus est: Nescio vos vnde sitis. Discedite à me omnes operarij iniquitatis. Sicut & nescire
Luc.13. mentiri, vir verax dicitur, qui labi per mendacium dedignatur: non quia si mentiri velit, nesciat: sed quòd falsa loqui veritatis amore contemnat. Quid est ergo ad satan dicere, vnde venis, nisi vias illius quasi incognitas reprobare? Veritatis igitur lumen tenebras quas reprobat, ignorat, & satanæ itinera, quia iudicans damnat: dignum est, vt quasi nesciens requirat. Hinc est quòd Adæ peccanti conditoris voce dicitur: Adam
Gene.3. vbi es? Neq; enim diuina potentia nesciebat, post culpam seruus ad quæ latibula fugerat: sed quia lapsum vidit in culpa, iã sub peccato velut ab oculis veritatis absconditum, quia tenebras erroris eius non approbat, quasi vbi sit peccator ignorat, eúmque & vocat, & requirit, dicens: Adam vbi es? Per hoc q; vocat, signum dat, qui ad pœnitẽtiam reuocat. Per hoc quòd requirit: apertè insinuat, quia peccatores iure damnandos ignorat. Satan ergo dominus non vocat, sed tamen requirit dicens. Vnde venis? quia nimirum deus apostatam spiritum ad pœnitentiam nequaquam reuocat: sed vias superbiæ eius nesciens damnat. Igitur dum satan de itinere suo discutitur, electi angeli requirendi vnde veniant non sunt: quia eorum viæ tanto deo notæ sunt, quanto & ipso auctore peragũtur: dúmque soli eius voluntati inseruiunt, eo esse incognitæ nequeũt:
H quo per approbationis oculum ex ipso semper ante ipsum fiunt. Sequitur: Respondens Satan ait: Circuiui terram & perambulaui eam.) Solet per gyrum circuitus, laboris anxietas designari. Satan ergo laborans terram circuiuit: quia quietus in cœli culmine stare cõtempsit. Cumque se non transuolasse, sed perambulasse insinuat: quanto peccati pondere in imis prematur, demonstrat. Perambulans ergo terram circuit: quia ab illo spiritalis potentię volatu corruens: malitiæ suæ pressus grauedine, foras ad gyrum laboris venit. Hinc est enim quod
Psalm.11. & de eius membris per Psalmistam dicitur: In circuitu impij ambulant: quia dum interiora non appetunt, in exteriorum labore fatigantur. Sequitur: Nunquid consideraſti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra: vir simplex & rectus, ac timens deum, & recedens à malo?) Hoc quòd diuina voce beatus Iob simplex & rectus, ac timens deum, & recedens à malo dicitur: quia subtiliter membratimque suprà exposuimus, replicare quæ diximus deuitamus: ne dum discussa repetimus, tardius ad indiscussa veniamus.

Quid sit quod ad satan dominus loqui dicitur, vel quòd satan domino respondere perhibetur. Caput. V.

HOc ergo nobis est solerter intuendum, quid sit quòd vel ad satan loqui dominus dicitur, vel quòd satan domino respondere perhibetur. Discutienda quippe
I est, quænam sit ista locutio. Neque enim vel à domino (qui summus atque incircunscriptus est spiritus) vel à satã (qui nulla est carnea natura vestitus) humano modo aëreus flatus folle ventris attrahitur, vt per organum gutturis, vocis expressione reddatur. Sed dum naturæ inuisibili natura incomprehensibilis loquitur, dignum est, vt mens nostra qualitatem corporeæ locutionis excedens, ad sublimes atque incognitos modos locutionis intimæ suspendatur. Nos nanque vt ea quę sentimus intrinsecus, extrinsecus exprimamus: hæc per organum gutturis, per sonum vocis eiicimus. Alienis quippe oculis intra secretũ mentis, quasi post parietem corporis stamus: sed cùm manifestare nosmetipsos cupimus, quasi per linguæ ianuam egredimur: vt quales sumus intrinsecus, ostendamus. Spiritalis autem natura non ita est, quæ ex mente & corpore composita dupliciter non est. Sed rursus sciendum est, quia ipsa etiam natura incorporea cum loqui dicitur, eius locutio ne quaquam vna atque eadem qualitate formatur. Aliter enim loquitur deus ad angelos, aliter angeli ad deum: aliter deus ad sanctorum animas, aliter sanctorũ animæ ad deum: aliter deus ad diabolum, aliter diabolus ad deum. Nam quia spiritali naturæ ex corporea appositione nihil obstat: loquitur deus ad angelos sanctos eo ipso, quo eorum cordibus occulta sua inuisibilia ostendit, vt quicquid agere debeant, in ipsa contemplatione veritatis legant, vt velut quædam præcepta vocis, sint ipsa gaudia contemplationis. Quasi enim audiẽtibus dicitur, quod videntibus inspiratur. Vnde cùm eorum cordibus, deus contra humanam superbiam, animaduersionẽ vltionis infunderet, dixit: Venite descendamus, & cõfundamus ibi linguam eorum. Dicitur eis qui aderant, venite, quia nimirum hoc ipsum nunquam à diuina contemplatione decrescere, in diuina contemplatione semper adcrescere est: & nunquam corde recedere, quasi quodam stabili motu est semper venire. Quibus & dicit: Descendamus & confundamus ibi linguam eorum. Ascendunt angeli in eo quòd creatorem conspiciunt: descendunt angeli, in eo quòd creaturam sese in illicitis erigentem, examine districtionis premunt. Dicere ergo dei est: Descendamus & confundamus ibi linguam eorum, in seipso eis hoc quod rectè agatur ostendere, & per vim internæ visionis, eorum mentibus exhibenda iudicia occultis motibus inspirare. Aliter loquuntur angeli ad deum, sicut & per Ioannis apocalypsim dicunt: Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam. Vox nanque angelorum est in laude conditoris ipsa admiratio intimæ contemplationis. Virtutis diuinæ miracula obstupuisse, dixisse est: quia excitatus cum reuerentia motus cordis, magnus est ad aures incircunscripti spiritus, clamor vocis. Quæ vox se quasi per distincta verba explicat, dum sese per innumeros modos admirationis format. Deus ergo angelis loquitur: cum eis voluntas eius intima videnda manifestatur. Angeli autem loquuntur domino: cùm per hoc quòd super semetipsos respiciunt, in
L motum admirationis surgunt. Aliter deus ad sanctorum animas, aliter sanctorum animæ loquuntur ad deum.

Apoc.

Gene.

Caput. VI.

VNde & in Ioannis Apocalypsi rursum dicitur: Vidi subter altare animas interfectorum propter verbum dei, & propter testimonium quod habebant: & clamabant voce magna, dicentes: Vsquequo domine sanctus & verus, non iudicas & vindicas sanguinem nostrum, de his qui habitant in terra? Vbi ilico adiungitur: Datæ sunt illis singulæ stolæ albę, & dictum est illis, vt requiescerent tempus adhuc modicum, donec impleatur numerus cõseruorum & fratrum eorum. Quid est enim animas vindictæ petitionem dicere, ni si diem extremum iudicij, & resurrectionem extinctorũ corporum desiderare? Magnus quippe earum clamor, magnum est desiderium. Tanto enim quisque minus clamat, quanto minus desiderat: & tanto maiorem vocem in auies circunscripti spiritus exprimit, quanto se in eius desiderium plenius fundit. Animarum igitur verba, ipsa sunt desideria. Nam si desiderium sermo non esset, Propheta non diceret: Desiderium cordis eorum audiuit auris tua. Sed cùm aliter moueri soleat mẽs quæ petit, aliter quæ petitur: & sanctorum animæ ita in interni secreti sinu deo inhæreant, vt inhærendo requiescant: quomodo dicuntur petere, quas ab interna voluntate constat nullatenus discrepare? Quomodo dicũtur vindictam desiderare,
M quas & voluntatem dei certum est, & ea quæ futura sunt, non ignorare? Sed in ipso positæ: ab ipso aliquid petere dicuntur, non q; quicquam desiderent quod ab eius voluntate, quẽ cernunt, discordat: sed quo deo mente ardentius inhærent, eo etiã de ipso accipiunt, vt ab ipso petant, quod eum facere velle nouerunt. De ipso ergo bibũt, quod ab ipso sitiunt: & modo nobis adhuc incomprehensibili, in hoc quod petendo esuriunt, præsciendo satiantur. Discordarent ergo à volũtate conditoris, si quæ eum vident velle, non peterent: eiq́ue minus inhærerent, si volentem dare, desiderio pigriori pulsarent. Quibus responsum diuinitus dicitur: Requiescite tempus adhuc modicum: donec compleatur numerus conseruorum & fratrum vestrorum. Desiderantibus animabus, requiescite tempus adhuc modicum dicere, est, inter ardorem desiderij ex ipsa præsciẽtia solatium consolationis adspirare: vt & animarum vox sit, hoc quod amantes desiderant: & respondentis dei sermo sit, hoc quod eas retributionis certitudine inter desideria confirmat. Respondere ergo eis est, vt collectionem fratrum expectare debeant: eorum mentibus libenter expectandi moras infundere: vt cum carnis resurrectionem appetunt: etiam ex colligendorum fratrum augmento gratulentur. Caput. VII.

Apoc.

ALiter Deus loquitur ad diabolum, aliter diabolus ad deum. Loqui enim dei est ad diabolum: vias eius ac negocia animaduersione occultæ districtionis increpare, sicut hic dicitur: Vnde venis? Diabolo autem ei respondere,

bolus ad deum.

A spondere est omnipotenti maiestati eius posse nihil celare. Vnde hic ait: Circuiui terram,& perambulaui eam. Quasi enim dicere eius est quid egerit,scire quòd actus suos oculis illius occultare non possit. Sciendum verò est,quia sicut hoc loco discimus, quatuor modis loquitur deus ad diabolū: tribus

Loquitur de ad diabolū quatuor modis.

diabolus ad deum. Quatuor modis loquitur deus ad diabolū, quia & iniustas vias eius arguit, & electorum suorum contra illum iustitiam proponit, & tentandam eorum innocentiam ei concedendo permittit,& aliquando eum ne tentare audeat prohibet. Iniustas enim vias eius redarguit: sicut iam dictum est: Vnde venis?) Electorum suorum contra illum iustitiam proponit,cùm ait: Nunquid considerasti seruum meum Iob: quòd non sit ei similis super terram?) Tentandam eorum innocentiam concedēdo permittit,sicut ait: Ecce vniuersa quæ habet,in manu tua sunt.) Rursúmque eum à tentatione prohibet cùm dicit: Tantum in eum ne extendas manum tuam.)

Loquitur diabol⁹ ad deū tribus modis.

Tribus autem modis loquitur diabolus ad deū: cùm vel vias suas insinuat, vel electorum innocentiā fictis criminibus accusat,vel tentandam eandem innocentiam postulat. Vias quippe suas insinuat qui ait: Circuiui terram, & perambulaui eam. Electorum innocentiam accusat, qui dicit: Nunquid frustra Iob timet deum? Nonne tu vallasti eum, ac domum eius vniuersāmque substantiam eius per circuitum? Tentandam eandem innocentiam postulat,cum dicit: Extēde manum tuam,

B

Dicere dei.

& tange cuncta quæ possidet: nisi in faciem benedixerit tibi. Sed dicere dei est: Vnde venis? sicut & supra insinuauimus,vi suæ iustitiæ itinera malitię eius increpare. Dicere dei est: Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis super terram? tales electos suos iustificando facere: qualibus nimirum apostata angelus possit inuidere. Dicere dei est: Ecce vniuersa quæ habet, in manu tua sunt: ad probationem fidelium,contra eos occulta vi incursum illum suæ malitiæ relaxare. Dicere dei est: Tantum in eum ne extēdas manum tuam: ab immoderatæ tentationis impetu eum etiam permittendo

Dicere diaboli.

restringere. Diaboli autem dicere est: Circuiui terram,& perambulaui eam: sagacitatem suæ malitię inuisibilibus eius oculis occultare non posse. Dicere diaboli est: Nunquid frustra Iob timet deum: contra bonos intra cogitationum suarum latibula conqueri: eorúmque profectibus inuidere, atque inuidendo reprobationis rimas exquirere. Dicere diaboli est: Extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet: ad afflictionem bonorum, malitiæ ęstib⁹ anhelare. Quo enim eorum tentationem inuidens apetit, eo illorum quasi probationem deprecans petit. Quia igitur internarum locutionum modos succinctè diximus: ad intermissum paululum expositionis ordinem reuertamur. Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit similis ei super terram, vir simplex

C

& rectus: ac timens deum,& recedens à malo?)

Quòd diabolus non contra Iob, sed contra dominum certamen iniit.

Caput. VIII.

PRæcedenti iam sermone tractatum est: quia diabolus non contra Iob, sed contra deum certamen proposuit, materia verò certaminis beatus Iob in medium fuit. Et si in sermonibus suis dicimus Iob inter flagella deliquisse, quod sentire nefas est, deum dicimus in sua propositione victoriam perdidisse. Nam ecce & in hoc loco intuendum est: quia nō prius diabolus beatum Iob à domino petiit, sed eum dominus in diaboli despectum laudauit. Et nisi in sua iustitia permansurum nosset, non vtique pro illo proponeret. Nec peritурum in tentatione concederet, de quo ante tentationē, ex dei laudibus, in tentatoris mente, inuidię fuerant faces excitatæ. Sed antiquus aduersarius cùm quæ accuset mala, non inuenit: ipsā ad malum inflectere bona quærit. Cúmque de operib⁹ vincitur, ad accusandum verba nostra perscrutatur. Cùm nec in verbis accusationem reperit: intentionem cordis fuscare contendit, tanquam bona facta bono animo non fiant, & idcirco perpendi à iudice bona non debeant. Quia enim fructus arboris esse, & in æstu virides conspicit: quasi vermē ponere ad radicem quærit. Nam dicit: Nunquid frustra Iob timet deum? Nonne tu vallasti eum ac domum eius, vniuersāmque substantiam eius per circuitum? Operibus manuum eius benedixisti, & possessio illi⁹ creuit in terra. Ac si apertè dicat: Qui tot bona in terra recipit: quid mirum est si pro eis se innocenter gerit? Innocens verè esset, si bonus inter aduersa persisteret. Cur autem magnus dicitur, quem merces sui vniusque iusque operis, tanta rerum multiplicitate comitatur? Astutus quippe aduersarius cum sanctum virum inter prospera bene egisse considerat: reprobare apud iudicem per aduersa festinat. Vnde rectè in Apocalypsi voce angelica dicitur: Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte.

D

Apoc. 12.

Caput. IX.

SCriptura autem sacra sæpe diem pro prosperis, noctem autem pro aduersis ponere consueuit. In die ergo & nocte accusare non desinit: quia modo nos in prosperis, modo in aduersis accusabiles ostendere contendit. In die accusat, cùm prosperis male nos vti insinuat. In nocte accusat, cùm in aduersis nos non habere patientiam demonstrat. Beatum ergo Iob, quia necdum flagella attigerant: quasi adhuc vnde in nocte accusare posset, omnino non habebat. Quia verò in prosperis magna sanctitate viguerat, pro eisdem prosperis bona illum egisse simulabat: versuta assertione mētiens, ꝙ non ad vsum domini substantiam possideret, sed ad vsum substantiæ dominum coleret. Sunt enim nonnulli, qui vt fruantur deo, dispensatoriè vtuntur hoc seculo. Et sunt nonnulli qui vt fruantur hoc seculo, transitoriè vti volunt deo. Cum ergo bona diuini muneris narrat, putat quòd fortis operarij

E

facta leuiget: vt cuius vitam reprehendere de operibus nō valet, eius mentem quasi ex cogitationibus addicat: mentiens ꝙ non amore domini, sed temporalis prosperitatis appetitione seruierit, omne quod innocuè exterius vixit. Vires ergo beati Iob nescius, sed tamen vnumquemque aduersis probari verius sciens, tentandum hunc expetit: vt qui per diem prosperitatis inoffenso gressu incesserat: saltem in nocte aduersitatis impingeret, & ante laudatoris sui oculos offensione impatientiæ prostratus iaceret. Vnde subiungit:

Quòd diabolus nihil possit nisi permissus.

Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet: nisi in faciem benedixerit tibi.) Cùm sanctum virū Satan tentare appetit, & tamen domino, vt manum suam extendere debeat dicit: valde notandum est: quia feriendi vires, nec ipse sibi tribuit, qui contra auctorem omnium singulariter superbit. Scit nanque diabolus: quia quodlibet agere ex semetipso non sufficit, quia nec per semetipsum in eo quòd est spiritus existit. Hinc est quod in Euāgelio expellenda de homine legio dicebat: Si eiicis nos, mitte nos in gregem porcorum. Qui enim per semetipsum ire in porcos non poterat: quid mirum si sine auctoris manu, sancti viri domum contingere non valebat?

Diabolus vires feriendi sibi non tribuit. Lucæ. 8.

Caput. X.

SCiendum verò est: quia satanæ voluntas semper iniqua est, sed nunquam potestas iniusta: quia à semetipso voluntatem habet, sed à domino potestatem. Quod enim ipse facere iniquè appetit, hoc deus fieri non nisi iustè permittit. Vnde bene in libris Regum dicitur: Spiritus domini malus irruebat in Saul. Ecce vnus idémque spiritus, & domini appellatur & malus: domini videlicet per licentiam potestatis iustę: malus autem per desiderium voluntatis iniustę. Formidari ergo non debet, qui nihil nisi permissus valet. Sola ergo vis illa timēda est, quæ cùm hostem sæuire permiserit, ei ad vsum iusti iudicij, & iniusta illius voluntas seruit. Paululū verò manum postulat extendi: quia exteriora sunt, quę expetit cōteri. Neque enim satan facere se aliquid multum putat, nisi cùm in anima sauciat, vt ab illa patria feriens reuocet, à qua ipse longè telo superbiæ suæ prostratus iacet. Sed quid est quod ait:

F

Satanæ voluntas semper iniqua, nunquam iniusta potestas. 1. Reg. 18.

Non est formidandus diabolus, sed vis diuina timenda.

Nisi in faciem benedixerit tibi?) Nos nempe quod amamus, respicimus: quod verò auersari volumus, ab eo faciem declinamus. Quid itaque dei facies, nisi respectus eius gratię perhibetur intelligi? Ait ergo: Extende paululum manum tuā, & tange cuncta quæ possidet: nisi in faciem benedixerit tibi.) Ac si apertè dicat: Ea quæ dedisti subtrahe: nam si accepta perdiderit, respectum gratiæ tuæ ablatis rebus temporalibus non requiret. Si enim ea quibus delectatur nō habuerit, fauorē tuum etiam maledicendo conténet. Cuius petitione callida nequaq̄

pronocata

Universidad de Deusto Biblioteca

G prouocata veritas vincitur,sed ad deceptionē suam hosti conceditur:quod fideli famulo ad augmentum muneris suffragetur. Vnde mox subditur: Ecce vniuersa quæ habet, in manu tua sunt:tantum in eum ne extendas manum tuam.)

Quomodo deus tentatori in quibusdam dat licentiam,in aliis vero retinet & refrenat. Caput. XI.

COnsideranda est in verbis domini dispensatio sanctæ pietatis,quomodo hostem nostrum permittit,& retinet,relaxat & refrenat. Alia ad tentandum dat,alia ad affligendum, sed ab aliis religat. Ecce vniuersa quæ habet in manu tua sunt:tantum ne in eum extēdas manum tuam. Substantiam prodit,sed tamen corpus protegit:quod quidē postmodum tentatori traditurus est, sed tamen non simul ad omnia relaxat hostem:ne vndique feriens frangat ciuem. Mala enim cùm multa electis eueniunt, mira conditoris gratia ex tempore dispensantur:vt quæ coaceruata perimerent,possint
1.Cor.10. diuisa tolerari. Hinc Paulus ait:Fidelis deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione
Psalm.25. etiam exitum,vt possitis sustinere. Hinc Dauid ait:Proba me domine & tenta me. Ac si apertè dicat: Prius vires inspice,& tunc vt ferre valeam tentari permitte. Hoc tamen quod dicitur:Ecce vniuersa quæ habet, in manu tua sunt:tātum in eum ne extendas manum tuam: Intelligi & aliter potest,quia fortem quidem pugnatorem suum dominus nouerat, sed tamen diuidere ei certamina contra hostem volebat: vt quanuis ro-
H busto bellatori victoria in cunctis suppeteret,prius tamen de vno certamine hostis ad dominum victus rediret:túnque ei aliud iterum vincendo concederet,quatenus fidelis famulus eo mirabilius victor existeret, quo victus hostis se contra illum iterum ad noua bella repararet. Sequitur:

Quòd deus est intra omnia, & extra omnia, & supra omnia, & infra omnia. Caput.XII.

EGressúsq; est Satan à facie domini.) Quid est quòd Satan à facie domini egressus dicitur? Quò enim exitur ab eo qui vbique est? Hinc nanque ait: Cœlum & terram
Hiere.23. ego impleo. Hinc est quòd sapientia illius dicit:Gyrum cœli
Ecclesiastic. circumiui sola. Hinc de eius spiritu scriptum est:Spiritus do-
24. mini repleuit orbem terrarum. Hinc est quòd dominus dicit
Sapien.1. iterum:Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum
Esaiæ.66. meorum. Hinc rursum de eo scriptum est: Cœlū metitur pal-
Esaiæ.40. mo,& omnem terram pugillo concludit. Sedi quippe cui prę-sidet, interior & exterior manet. Cœlum palmo metiens, & terram pugillo concludens ostenditur: quòd ipse sit circumquaque cunctis rebus,quas creauit,exterior. Id nanque quod interius concluditur à concludente exterius continetur. Per sedem ergo cui præsidet, intelligitur esse interius supraq;. Per pugillum quo continet,exterius subtérq; signatur. Quia enim ipse manet intra omnia,ipse extra omnia,ipse supra omnia,ip
I se infra omnia,& superior est per potentiam,& inferior per sustentationem: exterior per magnitudinem,interior per subtilitatem:sursum regens, deorsum continens:extrà circundans: interius penetrans,nec alia ex parte superior,alia inferior, aut alia ex parte exterior,atq; alia manet interior:sed vnus idémque totus vbique præsidendo sustinens, sustinendo præsidēs, circundando penetrans, penetrando circundans. Vnde superius præsidens,inde inferius sustinens,& vnde exterius ambiens, inde interius replens, sine inquietudine superius regens, sine labore inferius sustinens,interius sine extenuatione penetrans,exterius sine extensione circundans. Est itaque inferior & superior sine loco: est amplior sine latitudine: est subtilior sine extenuatione. Quò igitur ab eo exitur,qui dum per molē corporis nusquàm est: per incircunscriptam substātiam nusq; deest? Sed quandiu Satan pressus maiestatis potentia appetitū suę malitię exercere non valuit,quasi ante faciē domini stetit.

Caput.XIII.

AFacie autem domini exiit,quia relaxatus diuinitus ab internæ retētionis angustia, ad sui desideri j effectum venit. A facie domini exiit,quia diu vinculis disciplinæ religata quandoque voluntas noxia ad opus processit. Cū enim(sicut dictū est)id quod voluit,implere non valuit,quasi ante faciem domini stetit, quia illum ab effectu malitię superna dispensatio coarctauit. Sed à facie domini exiit,quia potestatē tētationis accipiens,ad malitię suę vota peruenit. Sequit- K

Quòd conuiuantibus filiis Iob ex ipsa comessatione diabolus tentandi occasionem accepit,& quomodo de minoribus ad maiora paulatim progreditur.

Cùm autem quadam die filij, & filiæ eius comederent, & biberent vinum in domo fratris sui primogeniti,nuntius venit ad Iob, qui diceret:Boues arabant,& asinæ pascebantur iuxta eos,& irruerunt Sabæi,tuleruntque omnia,& pueros percusserunt gladio,& ego euasi solus,vt nunciarem tibi.)Notandum quæ tempora tentationibus congruant. Tunc quippe diabolus tentandi tempus elegit, quando beati Iob filios in conuiuio inuenit. Neque enim solummodo intuetur hostis quid faciat,sed etiam quando faciat. Nam quāuis potestatem acceperit, aptum tamen ad subuersionem tempus exquisiuit, vt videlicet nobis deo dispensante proderetur, quia prænuncia tribulationis est lætitia satietatis. Intuendū vero est,quàm callidè ipsa damna quæ illata sunt nunciantur. Non enim dicitur,boues à Sabæis ablati sunt:sed qui ablati sunt, boues arabant,vt videlicet memorato fructu operis,causa crescat doloris. Vnde & apud Græcos,non solum asinæ: sed asinæ fœtæ raptę referuntur, vt dum minima animalia audientis animum minus ex sui qualitate perouterent,amplius ex fœcúditate vulnerarent. Et quia eo magis aduersa animum feriunt, quo cùm multa sunt, etiam subita nunciantur,aucta est mensura gemitum, etiam per particula nunciorum. Nam sequitur: Cum adhuc ille loqueretur venit alius & dixit:) L

Caput.XIIII.

IGnis dei cecidit de cœlo, & tactas oues puerosque consumpsit, & effugi ego solus,vt nunciarem tibi.) Ne rebus perditis minorem audiēti dolorem moueat: eius animum ad exercendum etiam ipsis nunciorum verbis instigat. Intuēdum quippe est quàm callidè dicitur ignis dei, ac si apertè diceretur: Illius animaduersionem sustines,quem tot hostiis placare voluisti:Illius iram toleras, cui quotidie seruiens insudabas. Dum enim deum cui seruierat aduersa intulisse indicat:ęso* cōmemorat, in quo excedat:quatenus antecacta obsequia *al.ideo ad mentem reduceret, & frustra se seruisse æstimans,in auctoris iniuriam superbiret. Pia etenim mens cùm se aduersa ab hominibus perpeti conspicit, in diuinæ gratiæ consolatione requiescit: cumque tentationum procellas increscere extrinsecus viderit,secessum spei dominicę appetens,intra conscientiæ portum fugit. Vt vero versutus hostis vno eodémque tempore sancti viri robustissimum pectus, & humanis aduersitatibus,& diuina dispensatione*concuteret, & prius Sabæos ir- *al.ira ruisse intulit, & mox ignem dei de cœlo cecidisse nunciauit: vt quasi omnem aditum consolationis excluderet,dum & ipsum aduersantem ostenderet,qui consolari animum intra aduersa potuisset:quatenus dum se tentatus vndique destitui atque vndique premi considerat, in contumeliam tanto audacius, quanto & desperatius erumpat. Sequitur: Et adhuc lo- M
quente illo,venit alius & dixit: Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaserunt camelos: & tulerunt eos,necnon & pueros percusserunt gladio,& effugi ego solus,vt nunciarem tibi.)Ecce iterum ne quid minus de humana aduersitate doluisset, Chaldæorum turmas irruisse denunciat, & ne illum minus desuper veniens aduersitas feriat: iteratam iram in aëre demonstrat. Nam sequitur: Loquebatur ille, & ecce alius intrauit & dixit: Filiis tuis & filiabus vescentibus, & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti repente ventus vehemens irruit à regione deserti,& cōcussit quatuor angulos domus, quę corruens oppressit liberos tuos,& mortui sunt,& effugi ego solus vt nunciarem tibi.)

Caput.XV.

QVi vno vulnere non prosternitur,idcirco bis térque percutitur, vt vsque ad intima quandoque feriatur. nunciata itaque fuerat aduersitas de Sabæis:nunciata diuina animaduersio per ignem de cœlo:nūciatur ab hominibus iterum camelorum raptus, cædésq; puerorū, & diuinæ indignationis ira repetitur, dum ventus irruēs concussisse domus angulos, atq; extinxisse liberos indicatur. Quia enim notum est,quòd absque superno nutu moueri elementa non possint, latenter infertur, quòd ipse contra illum

elementa

A elementa mouerit, qui moueri permisit, quanuis Satan à domino senet accepta potestate ad vsum suæ nequitiæ etiam elementa concutere prævalet. Nec mouere debet si spiritus de summis proiectus turbare in ventos aërem potuit: cùm nimirum conster, quia & damnatis in metallum, ad vsum aqua & ignis seruit. Quæsitum est igitur, vt nunciarentur mala: quæsitum est, vt multa: quæsitum est, vt subita. Sed cùm prius aduersa nũciauit, tranquillo adhuc pectori quasi sanis membris vulnus inflixit: cùm verò percussum cor feriendo repetiit, vt ad impatientiæ verba compelleret, super vulnera vulnus irrogauit. Intuendum verò est, quàm callidè curauit hostis antiquus, non tam iactura rerum sancti viri patientiam rumpere, quàm ipso ordine nunciorum. Qui studens prius parua, & pòst nunciare maiora, in extremo filiorum mortem intulit: ne vilia pater rei familiaris damna duceret, si illa iam orbatus audiret, & minus percuteret rerum amissio prægnognita morte filiorum: quia videlicet nulla esset hæreditas, si illos prius subtraheret, qui seruabantur hæredes. Sed à minimis incipiẽs, in vltimum grauiora nunciauit, vt dum gradatim deteriora cognosceret, in eius corde doloris locum omne vulnus inueniret. Notandum quàm callidè tot malorum pondera, & diuisa, & subita nunciantur: vt & repentè, & particulatim crescens, in audientis corde dolor sese ipse non caperet, & tanto ardentius in blasphemiam accenderet, quanto subitis, ac multiplicibus nunciis in se angustius æstuaret.

B *Quòd dissolutio præpositorum sit ruina minorum.*

Caput. XVI.

al. neglegẽ. SEd neque hoc negligenter * prætereundum puto: quòd filij in maioris fratris domo conuiuantur cùm pereunt. Dictum nanque est superius, quòd conuiuia peragi sine culpa non * possunt. Vt ergo nostra, non illorum loquamur: sciendum nobis est, quia omne quod à minoribus voluptuose agitur, maiorum disciplina colubetur. Cùm verò maiores ipsi voluptati deseruiunt, nimirum minoribus lasciuiæ frena laxantur. Quis enim sub disciplinæ se constrictione retineat, quando & ipsi qui ius constrictionis accipiunt, sese voluptatibus relaxant? Dum ergo in maioris fratris domo conuiuantur, pereunt: quia tunc contra nos hostis vehementius vires accipit, quando & ipsos qui pro custodia disciplinæ prælati sunt, ventri seruire cognoscit. Tanto enim licentius ad ferien dum occupat subditos: quanto & hi qui intercedere pro culpis poterant, voluptati vacant. Absit autem ne tãti viri filios per conuiuiorum studia, ingurgitando ventri vacasse suspicemur: sed tamẽ veraciter nouimus, quia etsi per disciplinę quisque custodiam nécessitatis metas edendo non transit, accensa tamen mentis intentio inter conuiuia torpescit: & minus in quanto sit tẽtationum bello considerat, qui se per securitatem relaxat. In domo ergo primi fratris filios obruit: quia antiquus hostis in minorum morte subuersionis aditum per negligentiam maiorum quærit. Sed quia quantis nunciorum iaculis sit percussus, agnouimus: vir fortis noster, qualis inter vulnera consistat audiamus. Sequitur:

Filij Iob nõ ingurgitando ventri conuiuiis vacabant.

C *Quòd Iob in eo quòd filios luxit, & deum adorauit, manifestè ostẽdit, quàm immobilis in dei & proximi charitate extiterit.*

Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua: & tonso capite corruens in terram adorauit.) Nonnulli magnę constantiæ philosophiam putant, si disciplinæ asperitate correpti, ictus verberum dolorésque nõ sentiant. Nonnulli verò tam nimis percussionum flagella sentiunt: vt immoderato dolore cómoti, etiam in excessu linguæ dilabantur. Sed quisquis veram philosophiam nititur tenere: necesse est, vt inter vtraque gradiatur. Non est enim pondus veræ virtutis, insensibilitas cordis, quia & valde insana per stuporem membra sunt: quę & incisa sentire dolorem nequaquam possunt. Rursus virtutis custodiam deserit, qui dolorem verberum vltra quàm necesse est sentit: quia dum nimia afflictione cor tangitur, vsque ad impatientiæ contumelias excitatur: & qui per flagella corrigere malefacta debuerat, agit vt nequitia per flagellum crescat. Cõtra insensibilitatem quippe percussorum per prophetam dicitur: Percussisti eos, nec doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. Contra pusillanimitatem percussorum per Psalmistam dicitur: In miseriis non subsistent. In miseriis nanque subsisterent: si æquanimiter aduersa tolerarent. At post quam mente inter flagella corruunt: quasi inter illatas miserias subsistendi constantiam perdunt.

Hiere. 5.

Psalm. 139.

Caput. XVII.

BEatus itaque Iob, quia veræ philosophiæ regulam tenuit: contra vtraque mira se æquitatis arte seruauit: vt nec quasi dolorem non sentiens flagella sperneret: nec rursum vltra modum dolorem sentiens contra iudicium flagellantis insaniret. Cunctis enim rebus perditis, cunctis liberis amissis, surrexit: scidit vestimenta sua: & tonso capite corruens in terram adorauit. Quòd vestimenta scidit: quòd tonso capite in terram corruit: monstrat nimirum, quia flagelli dolorem sensit. Quòd verò additur, adorauit: apertè ostenditur, quia in dolore positus contra flagellantis iudicium non excesit. Nec omnino ergo non motus est, ne deum ipsa insensibilitate contemneret: nec rursum omnino motus est, ne nimis dolendo peccaret. Sed quia duo sunt præcepta charitatis, dei videlicet amor, & proximi: vt dilectionem proximi exolueret, impendit filiis luctum: ne dilectionem dei desereret, expleuit inter gemitus adorationem. Solent nonnulli in prosperis deum diligere, in aduersis autem positi flagellantem minus amarè. Beatus autem Iob per hoc quòd motus exterius exhibuit, ostendit: quia flagella patris agnouit. Per hoc quòd adorando humilis mansit, ostendit: quia amorem patris nec in dolore deseruit. Ne igitur superbus esset non sentiens, in percussione corruit: ne autem se feriẽti extraneum faceret, ad hoc corruit vt adoraret. Mos autẽ veterũ fuit: vt quisquis speciem sui corporis capillos nutriendo seruaret: eos tempore afflictionis abscinderet: & rursum qui tranquillitatis tempore capillos abscinderet: eos in ostensione afflictionis nutriret. Beatus igitur Iob tranquillitatis tempore capillos seruasse ostenditur: cùm ad doloris vsum caput totondisse memoratur: quatenus cùm in cunctis eum rebus manus superna percuteret, etiam sponte illum pœnitentiæ species diuersa fuscaret: sed iste exutus rebus, filiis orbatus, qui vestimenta scidit, qui caput totondit, qui in terram corruit, quid dicat audiamus:

D

E

Quòd in amissione exteriorum magna consolatio sit, considerare, q̃ hæc temporalia, nec aliquando habuimus, nec semper habebimus,

Nudus egressus sum de vtero matris meæ: nudus reuertar illuc.) O quàm altæ sedi interni consilij præsidet iste, qui scissis vestibus in terra prostratus iacet. Quia enim iudicante domino cuncta amiserat, pro seruanda patientia illud tempus ad memoriam reduxit: quo necdum ista quæ perdidit habebat: vt dum intuetur quòd aliquando illa non habuit: dolorem tẽperet quòd amisit. Magna enim consolatio est in rerum amissione, illa tempora ad mentem reducere: quibus nos contigit res quas perdidimus non habuisse. Quia verò omnes nos terra genuit: hanc non immeritò matrem vocamus. Vnde scriptum est: Graue iugum super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem eorum omnium. Beatus igitur Iob, vt patienter lugeat, quod hic amisit, vigilanter attendit qualis huc venerit: ad augmentum autẽ seruandæ patientiæ, adhuc solertius inspicit, hinc qualis recedat, & dicit: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc.) Ac si dicat: Nudũ me huc intrantem terra protulit: nudum me hinc exeuntem terra recipiet. Qui ergo accepta habui, sed relinquenda perdidi: quid proprium amisi?

F

Eccli. 40.

Quòd diabolus humilitate nostra sternitur, & patientia superatur.

Caput. XVIII.

QVia verò consolatio, non solum ex consideratione conditionis exhibenda est: sed etiam ex iustitia conditoris: rectè subiungit: Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est.) Sanctus vir tentante aduersario cuncta perdiderat: sed tamen sciens: quia contra se Satan tentandi vires, nisi permittente domino non habebat: non ait, Dominus dedit, diabolus abstulit: sed dominus dedit, dominus abstulit. Fortasse enim fuerat dolendum, si quod dominus dedit, hostis abstuliset: at postquam non abstulit, nisi ipse qui dedit, sua recepit: non nostra abstulit. Si enim nos ab illo accipimus, quibus in hac vita vtimur: cur doleamus quod ipso iudicante exigimur: quo largiente fœneramur? Nec aliquando iniustus est creditor, qui dum præ-

G dum præfixo reddendi tempore non conſtringitur: quando vult exigit quod fœneratur. Vbi & bene ſubiungitur: Sicut domino placuit, ita factum eſt. Cùm enim in hac vita ea quæ nolumus patimur, neceſſe eſt, vt ad eum qui iniuſtum velle nihil poteſt: ſtudia noſtræ voluntatis inclinemus. Magna quippe eſt conſolatio in eo quod diſplicet, quod illo ordinante erga nos agitur, cui non niſi iuſtum placet. Si igitur iuſta deo placere ſcimus: pati autem nulla, niſi quæ domino placuerint poſſumus: iuſta ſunt cuncta quæ patimur: & valde iniuſtum eſt, ſi de iuſta paſsione murmuramus. Sed quia orator ſortis quomodo aſſertionem partis ſuæ contra aduerſarium allegauit, audiuimus: nunc quomodo in orationis ſuæ termino iudicem benedicendo laudet, audiamus: Sequitur: Sit nomen domini benedictum.) Ecce omne quod rectum ſenſit, domini benedictione concluſit: vt hinc aduerſarius inſpiciat, & ad pœnam ſuam victus erubeſcat: quia ipſe domino contumax etiam in beatitudine conditus extitit: cui homo hymnum gloriæ etiam percuſſus dicit.

Caput. XIX.

INtuendum verò eſt, quia hoſtis noſter tot nos iaculis percurit, quot tentationibus affligit. Quotidie nanque in acie ſtamus, quotidie tentationum eius tela excipimus. Sed & nos contra illum iacula mittimus, ſi confoſsi tribulationibus, humilia reſpondemus. Beatus igitur Iob percuſſus damno rerum, percuſſus morte filiorum: quia vim doloris vertit in lau-
H dem conditoris, dicens: Dominus dedit, dominus abſtulit: ſicut domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen domini benedictum.) Superbum hoſtem humilitate percuſsit, crudelem patientia ſtrauit. Nec credamus quòd bellator noſter accepit, & non inflixit vulnera. Quot enim voces patientiæ in dei laudẽ percuſſus reddidit: quaſi tot in aduerſarij pectore iacula intorſit, & acriora valde quàm ſuſtinuit, inflixit. Afflictus enim terrena perdidit: ſed afflictionem humiliter ſuſtinens, cœleſtia multiplicauit. Sequitur:

Quòd Iob percuſſus, nec verbo, nec cogitatione in deum peccauit.

In omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis: neque ſtultum aliquid contra deum locutus eſt.) Quia tentationum tribulationibus deprehenſi, etiam tacito cogitationum motu poſſumus non loquendo peccare: beato Iob & oris teſtimonium perhibetur & cordis. Prius enim dicitur, non peccauit Iob labiis ſuis, & tunc demum ſubditur: Neque ſtultum aliquid contra deum locutus eſt. Qui enim ſtultum locutus non eſt, culpam à lingua compeſcuit: ſed cum præmittitur, non peccauit: conſtat quòd murmurationis vitium etiam à cogitatione reſtrinxit. Nec ergo peccauit, nec ſtultum locutus eſt: quia nec per conſcientiam tacitus tumuit, nec linguam in contumaciã relaxauit. Stultè autem contra deum loquitur, qui inter diuinæ animaduerſionis flagella poſitus, iuſtificare ſemetipſum
I conatur. Si enim innocentem ſe aſſerere ſuperbè audeat: quid aliud quàm iuſtitiam ferientis accuſat? Hucuſque nos verba hiſtoriæ tranſcurriſſe ſufficiat: iam nunc ad indaganda allegoriæ myſteria expoſitionis ſe ſermo conuertat.

Quòd deus tempora ſine tempore intuetur: & in luce tenebras videt: & diuerſa ordinans non eſt diuerſus. Caput. XX.

SEd in hoc quod ſcriptum eſt: Quadam die cùm veniſſent filij dei, vt aſsiſterent coram domino: affuit inter eos etiam Satã). diſcutiendum prius eſt: cur quadam die factum aliquid coram domino dicitur: cũ apud illum nequaq; curſus temporis mutatione diei noctisq; varietur. Neq; enim in ea luce, quæ ſine acceſſu ea quæ eligit illuſtrat, & ſine receſſu ea quę reſpuit deſerit, defectus mutabilitatis venit: quia in ſemetipſa manendo immutabilis, mutabilia cuncta diſponit: ſicque in ſe tranſeuntia condidit: vt apud ſe tranſire nequaquã poſsint: nec tempus intus in cõſpectu eius defluit: quod apud nos foris decurrit. Vnde fit vt in ęternitate eius fixa maneant ea, quæ non fixa exterius ſeculorum volumina emanant. Cur ergo apud eum dicitur quadam die, cui nimirum dies vna eſt æternitas ſua? Quam videlicet nec fine claudi, nec initio vidit
Pſal. 83. aperiri Pſalmiſta, cùm dicit: Melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper milia. Sed cùm ſcriptura ſacra de temporaliter editis loquitur: dignũ eſt vt verbis temporalibus vtatur: quatenus condeſcendendo leuet: & dum de æternitate aliquid temporaliter narrat, aſſuetos temporalibus ſenſim, ad æterna traiiciat: ſeque K
bene noſtris mentibus æternitas incognita, dum verbis cognitis blãditur, infundat. Quid autem mirum ſi in ſacro eloquio incommutabilitatem ſuam deus præproperè humanæ menti non aperit: quando & reſurrectionis ſuæ ſolẽnitate celebrata, quibuſdam prouectionum acceſsibus innotuit, in corruptionem corporis quod reſumpſit? Luca quippe atteſtante didici- *Luca.*
mus: quòd quibuſdam ſe in monumento quærentibus prius angelos miſit: & rurſum diſcipulis in via de ſe loquentibus ipſe quidem, ſed non cognoſcendus, apparuit: qui poſt exhortationis moras, cognoſcendum ſe in panis fractione monſtrauit. Ad extremum verò repentè ingrediens, non ſolum ſe cognoſcibilem, ſed etiam palpabilem præbuit. Quia enim infirma adhuc geſtabant corda diſcipuli: in cognitione tanti myſterij ita fuerant diuina diſpenſatione nutriendi, vt pauliſper aliquid quærentes inuenirent: inuenientes creſcerent: & creſcentes cognita robuſtius tenerent. Quia igitur non repente, ſed cauſarum verborúmque incrementis, quaſi quibuſdam ad æternitatem paſsibus ducimur: intus apud eum quadam die aliquid factum dicitur, qui ipſa quoque tempora ſine tempore contuetur. An quia etiam Satã affuit die quadam, dum hoc factum dicitur, indicare ſacra ſcriptura ſtuduit: quia in luce deus tenebras vidit?

Caput. XXI.

NOs quippe vno eodémque contuitu lucem, & tene- L
bras contueri non poſſumus: quia cùm in tenebris oculus figitur, lux fugatur: & cùm ad lucis ſe coruſcationem verterit, tenebrarum vmbra diſcedit. Illa autem vis quæ cuncta mutabilia immutabiliter videt: quaſi in die ei ſatan affuit: quia apoſtatę angeli tenebras ſine obſcuritate comprehẽdit. Nos (vt dictum eſt) vno eodémque intuitu contemplari non poſſumus, & quæ approbando eligimus, & quæ reprobando damnamus: quia cùm ad hanc animus vertitur, ab illa cogitatione ſeparatur: cùm verò ad illã reducitur, ab hac cui inhæſit, remouetur. Deus verò qui ſine mutabilitate ſimul cuncta reſpicit, ſine diſtentione comprehẽdit: videlicet & bona quæ adiuuat, & mala quæ iudicat, & quę adiuta remunerat, & quæ iudicans damnat, in his quę diuerſo diſponit ordine: diuerſus non eſt. In die ergo ei Satan affuiſſe deſcribitur: quia lumen æternitatis eius nulla mutabilitatis fuſcatione tangitur, & in hoc ꝙ ei tenebræ præſentes ſunt, affuiſſe inter filios dei dicitur: quia ea vi iuſtitiæ immundus ſpiritus penetratur: qua videlicet mundorum ſpirituum corda complentur: eoque radio luminis iſte transfigitur: quo illi vt luceant perfunduntur. Inter filios dei affuit: quia & ſi illi deo ad electorũ adiutoriũ: iſte ad probationem ſeruit. Inter filios dei affuit: quia & ſi ab illis in hac vita laborantibus auxilium pietatis impenditur: iſte oc cultę eius iuſtitię neſciẽdo ſeruiẽs, miniſteriũ exequi reproba- M
tionis conatur. Vnde bene in libris Regũ ꝑ prophetã dicitur:

Quòd ſancti angeli ad adiutorium electorum, Satan verò ad probationem, deo ſeruiat.

Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum: & exercitum *3. Reg.*
cœli à dextris eius & à ſiniſtris: & dictum eſt: In quo decipiam Achab: vt aſcẽdat & cadat in Ramoth Galaath? Et dixit alius ita, & alius aliter. Et egreſſus eſt vnus, & dixit: Ego decipiam Achab, & dictum eſt? In quo decipies? Qui reſpondit dicens: Egrediar, & ero ſpiritus mẽdax in ore omnium prophetarum eius. Quid enim ſoliũ dei: niſi angelicas poteſtates accipimus, quarum mẽtibus altius præſidens inferius cuncta diſponit? Et quid exercitus cœli, niſi miniſtrantium angelorum multitudo deſcribit? Quid eſt ergo ꝙ exercitus cœli à dextris & ſiniſtris eius ſtare perhibetur? Deus enim qui ita eſt intra omnia, vt etiam ſit extra omnia: nec dextra, nec ſiniſtra concluditur. Sed dextra dei, angelorum pars electa: ſiniſtra autem dei, pars angelorum reproba deſignatur. Non enim miniſtrant deo ſolũmodo boni qui adiuuent: ſed etiam mali qui probent. Nõ ſolum qui à culpa redeuntes ſubleuent: ſed etiam qui redire nolentes grauent. Nec quod cœli exercitus dicitur: angelorũ pars reproba in eo intelligi poſſe prohibetur. Quas enim ſuſpendi in aëre nouimus, aues cœli nominamus. Et de eiſdẽ ſpiritibus *Epheſ. 6.*
Paulus dicit: Contra ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus. Quorũ caput enũcians ait: Secundũ principem poteſtatis aëris huius. *Epheſ. 2.*
A dextera ergo dei & ſiniſtra angelorũ exercitus ſtat, quia &

voluntas

A voluntas electorum spirituum diuinæ pietati concordat: & reproborum sensus suæ malitiæ seruiens, iudicio districtionis eius obtemperat. Vnde & mox fallax spiritus in medium prosiliisse describitur: per quem Achab rex, exigentibus suis meritis decipiatur. Neque enim fas est credere bonum spiritum fallaciæ deseruire voluisse, vt diceret: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius: sed quia Achab rex ex precedentibus peccatis dignus erat, vt tali debuisset deceptione damnari: quatenus qui sæpe volens ceciderat in culpam: quandoque nolens caperetur ad pœnam. Occulta iustitiæ licentia malignis spiritibus datur: vt quos volentes in peccati laqueo strangulant, in peccati pœnam etiam nolentes trahant. Quòd ergo illic à dextris atque à sinistris dei, exercitus cœli astitisse describitur: hoc hic inter filios dei Satan affuisse perhibetur. Ecce à dextris dei steterunt angeli, qui nominantur filij dei: ecce à sinistris angeli stant, quia affuit inter eos etiam Satan.

Caput. XXII.

SEd quia allegoriæ mysteria indagare decreuimus non inconuenienter accipimus quòd in die dominus Satan vidit: quia vias eius in sapientiæ suę incarnatione corripuit: quasi eum non vidisse, fuerit, tandiu prauitatem illius in humani generis perditione toleraſſe. Vnde & ei diuina voce mox dicitur: Vnde venis? In die Satã requiritur de viis suis: quia in luce manifestatæ sapientiæ, occulti hostis insidiæ detegun-
B tur. Quia ergo incarnato domino diabolus increpatur, & à sua pestifera effrenatione corripitur: rectè subiungitur, Cui dixit dominus: Vnde venis? Tunc enim satanæ, vias requirẽdo arguit, cùm per mediatoris aduẽtum persuasionis eius nequitias reprimẽs, increpauit. Nec immeritò in hoc die filij dei coram domino astitisse referũtur, quia videlicet ad eternę patriæ vocationem, electi omnes, luce sapientiæ se illustrãte, collecti sunt. Quos quãuis incarnata sapientia aggregare effectu operis venerat, diuinitati tamen illius iam per eius præsentiã* intrinsecus assistebant. Sed quia de viis suis antiquus hostis, redemptore veniente, discutitur, quid dicat audiamus:

*al. præscientiam.

Quòd ab Adam vsque ad aduentum Christi Satan nullum qui sibi plenè resisteret, repererit.

Circuiui terram, & perambulaui eam.) Ab Adam quippe, ante aduentum domini, omnes post se gentium nationes traxit. Circuiuit terram & perambulauit: quia per corda gentium iniquitatis suę vestigia impressit. Cadens enim à sublimibus, humanas mentes iure possedit, quia in culpæ suæ vinculo volentes adstrinxit: tantoque latius in mũdo vagatus est, quanto à reatu illius quisquam liber per omnia inuentus non est. Cui quasi ex potestate mũdum circuisse, est nullum hominem qui sibi plenè resisteret inuenisse. Sed iam Satan redeat, id est, ab effectu suæ malitiæ vis illum diuina constringat: quia iam apparuit in carne, qui in peccati contagione, ex carnis nihil habebat infirmitate. Venit humilis, quem & superbus hostis admiraretur: quatenus qui fortia diuinitatis eius despexerat, etiã humanitatis eius infirma pertimescat. Vnde & mox significatione mirifica, contra eum ipsa humanitatis infirmitas obstupescenda proponitur: vt dicatur: Nunquid considerasti seruum meum Iob: quòd non sit ei similis in terra?) Quòd Iob interpretetur dolens, pauloante iam diximus. Dolens verò ipse veraciter per figuram dicitur: qui portare dolores nostros
Esa. 53. Propheta attestante, perhibetur. Cui in terra similis non est, quia omnis homo tantummodo homo est, ipse autem deus & homo. In terra ei similis non est: quia etsi adoptiuus quisque filius ad percipiendam diuinitatem proficit, nequaquã tamen vt deus naturaliter esset, accipit. Qui bene etiam seruus dictus est, quia formã serui susciperе dignatus est. Nec maiestati iniuriam intulit assumpta humilitas carnis: quia & vt seruanda susciperet, nec tamẽ habita permutaret, nec diuina humanitate minuit, nec humana diuinitate consumpsit: quia etsi per Pau-
Philip. 2. lum dicitur: Qui cùm in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo: sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiens: ei semetipsum exinaniuisse, est, ab inuisibilitatis suæ magnitudine se visibilem demonstrasse: vt serui forma tegeret hoc quod incircũscriptè omnia ex diuinitate penetraret. Dei autem ad Satan per figuram dicere, est, nunquid considerasti seruum meum Iob? vnigenitum filium cõtra eum in forma serui admirabilem demonstrare. Eo enim ipso quo illum tantæ virtutis in carne innotuit: quasi superbienti aduersario quòd dolens consideraret, indicauit. Sed quia bonum quod miraretur intulerat: restat, vt ad reprimendam eius superbiã, virtutes illius adhuc enumerãdo subiungat. Sequitur:

D

Caput. XXIII.

HOmo simplex & rectus, ac timens deum, & recedens à malo.) Venit nãque inter homines mediator dei & hominum, homo Christus Iesus: ad præbendum exẽplum vitæ hominibus simplex, ad non parcendum verò malignis spiritibus rectus, ad debellandam superbiam timẽs deũ, ad detergendam verò in electis suis vitæ immunditiam, recedens à malo. De ipso enim per Esaiam principaliter dicitur: Et replebit eum spiritus timoris domini. Et ipse à malo singu- *Esaiæ 11.*
lariter receſsit, quia facta imitari noluit, quæ in hominibus inuenit: quoniam attestante Petro: Peccatum non fecit, nec in- *1. Pet. 2.*
uentus est dolus in ore eius. Sequitur: Respondens Satan ait: Nunquid frustra Iob timet deũ? Nõne tu vallasti eũ ac domũ eius, vniuersamque substantiam eius per circuitum? Operibus manuum eius benedixisti, & possessio illius creuit in terra.) Antiquus hostis redemptorem humani generis, debellatorem suum in mundum venisse cognouit: vnde & per obsessum hominem in Euangelio dicitur: Quid nobis & tibi fili dei? Ve- *Matt. 8.*
nisti huc ante tẽpus torquere nos? Qui tamen prius cùm hunc passibilem cerneret: & posse mortalia perpeti humanitatis videret: omne quod de eius diuinitate suspicatus est, ei fastu superbiæ suæ in dubium venit. Nihil quippe nisi superbum sapiens, dum esse hunc humilem cõspicit, deum esse dubitauit. E
Vnde & ad tentationum se argumenta conuertit, dicens: Si fi- *Matt. 4.*
lius dei es, dic vt lapides isti panes fiãt. Quia igitur passibilem vidit, non deum natum, sed dei gratia custoditũ credidit. Vnde & nunc inferre perhibetur: Nõne tu vallasti eum ac domũ eius, vniuersamque substantiam eius per circuitum? Operibus manuum eius benedixisti, & possessio illius creuit in terra. Eũ quippe ac domum eius à deo vallatam dicit, quia tentãdo eius conscientiam penetrare non potuit. Substãtiam eius vallatam asserit, quia electos eius inuadere non presumit. Operibus manuum eius benedixisse deum, & possessionem eius excrescere in terra quæritur: quia scilicet tabescens videt, q̃ fides eius in notitiam hominum prædicantibus apostolis multiplicatur. Possessio quippe eius crescere dicitur, dũ laborantibus prædicatoribus, fidelium quotidie numerus augetur. Hæc itaq; Satã deo dixisse est, talia inuidendo sensisse. Hæc satan deo dixisse, est, de his tabescendo doluisse. Sequitur. Caput. XXIIII.

SEd extende paululum manum tuam, & tange cũcta quę possidet, nisi in faciem benedixerit tibi, Quẽ enim tranquillitatis tempore, dei gratia custoditum credidit, peccare posse per passionem putauit. Ac si apertè dicat: Interrogatus afflictionibus homo, & peccator agnoscitur, qui in miraculis deus putatur. Dixit ergo dominus ad Satan. Ecce vniuersa quæ habet, in manu tua sunt: tantum in eum ne exten- F
das manum tuam.) Cùm sacram historiam sub figurali intellectu discutimus, Satanę manus non potestas, sed tentatio debet intelligi. Vniuersa itaque quæ habet, in manum tentantis dantur, & in eum tentationis manus extẽdi prohibetur: quod tamen fieri substantia amissa conceditur: quia nimirum prius Iudæa, quæ possessio eius fuerat, in infidelitate sublata est, & pòst eius caro patibulo crucis affixa. Qui igitur prius Iudęam aduersantẽ pertulit, & postea vsque ad crucẽ venit: quasi prius habita amisit, & pòst in semetipso aduersantis nequitiã pertulit. Egressúsq; est Satan à facie domini.) Sicut & superius dictum est, satan à facie domini exiit, quia ad desiderij suij vota peruenit. Quasi enim ante ipsum erat, dũ propter ipsum quod male sitiebat, implere non poterat. Cùm autem quadam die filij eius, & filiæ comederent, & biberent vinum in domo fratris sui primogeniti.) Beati Iob filios ac filias, vel Apostolorũ ordinem, vel cunctorum fidelium multitudinem diximus designasse. Incarnatus autem dominus prius ex Iudæa ad fidem paucos elegit, & post sibi multitudinem populi gentilis aggregauit. Quis autem maior domini filius, nisi Iudaicus populus accipi debet, qui ei dudum datę legis fuerat doctrina generatus: minor autem gentilis populus, qui in mundi extremitate collectus est? Quia igitur cùm Satã vtilitati hominum nesciẽs

deseruiret,

G deseruiret,& corruptis persecutorum cordibus,licentiam dominicę passionis expeteret:sancti Apostoli necdum aggregandam deo gentilitatem nouerant,& soli Iudææ fidei arcana prę dicabant:cùm Satã exiisse à domino dicitur,filij & filiæ in domo fratris primogeniti conuiuari referuntur. Dictum quippe
Matt.10. eis fuerat:In viam gentium ne abieritis. Post mortem nanque resurrectionémque domini in gentium prædicationem con-
Act.13. uersi sunt. Vnde & in suis actibus dicunt: Vobis oportebat loqui primùm verbum dei,sed quia repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad gentes. Hi itaque filij sponsi, de quibus & eiusdem voce sponsi dicitur:
Matth.9. Non ieiunabunt filij sponsi, quandiu cum illis est sponsus. In domo fratris primogeniti conuiuantur, quia videlicet adhuc Apostoli sacræ scripturæ delitiis,in solius Iudaici populi collectione,vescebantur. Nuncius venit ad Iob,qui diceret:

Quòd simplices perfectißimis adhærentes eorũ intellectu pascũtur.

Boues arabant,& asinæ pascebantur iuxta eos: & irruerunt Sabæi, tulerúntque omnia,& pueros percusserunt gladio, & euasi ego solus,vt nunciarem tibi.)

Caput. XXV.

QVid aliud in figura per boues, quàm bene operantes:quid aliud per asinas,quàm quosdam simpliciter viuentes accipimus? Quæ bene iuxta boues pasci referuntur: quia mentes simplicium etiam cùm
H alta capere non possunt,eo magis vicinę sunt,quo & fraterna bona sua per charitatem credunt: cúmq; intuidere alienis sensibus nesciunt,quasi in pastu se minimè diuidunt. Simul ergo se asinæ cum bobus reficiunt,quia prudentibus coniuncti tardiores eorum intelligentia pascuntur. Sabæi autem captiuantes interpretantur. Et qui alij captiuantium nomine, nisi immundi spiritus designantur, qui cunctos quos sibi subiiciunt, in infidelitatem captiuos ducũt? Qui & pueros gladio feriũt, quia eos tentationis suæ grauiter iaculis vulnerant, quos necdum iuuenilis constantia liberos,vel robustos seruat. Qui bene quidem bona incipiunt,sed in ipsa adhuc inchoationis suę teneritudine captiuantibus immundis spiritibus substernuntur. Quos gladio hostis percutit,quia æternitatis desperatione transfigit.

Quòd verbum dei non pereat, etiam cùm non perierint hi, aduersus quos mala prædixit.

Quid est autem hoc quòd nuncius venit, qui diceret ego euasi solus? Quis est iste nuncius,qui aliis pereuntibus solus euadit,nisi propheticus sermo, qui dum fiunt mala omnia quæ prædixit,quasi sanus ad dominum solus redit? Dum enim vera dixisse de perditorũ casu cognoscitur: quasi inter mortuos
Gene.24. vixisse monstratur. Hinc est quòd ad Rebeccam in Isaac coniugio deducendam puer mittitur:quia videlicet ad despõsandam Ecclesiam domino,interposita prophetia famulatur. Sabęis igitur irruentibus,solus puer qui nũciaret,euasit:quia malignis spiritibus infirmorum mentes in captiuitatem ducentibus sententia prophetica conualuit,quę eandem captiuitatem
I prænũciãs dicit:Propterea captiuus ductus est populus meus,
Esaiæ.5. quia nõ habuit scientiam. Prophetia ergo quasi saluatur,dum captiuitas quam prędixit ostenditur. Sequitur: Cũmq; adhuc ille loqueretur, venit alter & dixit:Ignis dei cecidit de cœlo,& tactas oues,puerośque consumpsit:& effugi ego solus,vt nunciarem tibi.

Quòd dum præpositi gloriam propriam quærunt, subditorum corda subuertuntur. Caput. XXVI.

OMnes qui prædicationis officium in synagoga tenuerunt, cœlum rectè vocati sunt, quia nimirum sapere cœlestia credebant. Vnde & Moyses cùm sacerdotes
Deutt.32. ac populum ad verba suę admonitionis excitaret,dixit:Attende cœlum & loquar,& audiat terra verba ex ore meo. Per cœlum videlicet significans præpositorum ordinẽ, per terrã verò subditorum plebem. Hoc igitur loco cœlum, sacerdotes,vel pharisæos, vel legis doctores non inconuenienter accipimus, qui ante oculos hominum dum cœlestibus officiis inseruirẽt, quasi desup lucere videbãtur. Sed quia ipsi summopere in redemptoris nostri aduersitate cõmoti sunt,quasi ignis de cœlo cecidit:dũ ad decipiendum imperitum populum,ab his etiam qui vera docere putabantur flamma inuidię exarsit. Testante quippe Euangelio nouimus,quòd doctrinę veritatis inuiden K
tes opportunitatẽ dominicæ traditionis exquirebant:sed me- *Luc.*
tuentes populum,quę moliebãtur, innotescere non audebãt. Hinc etiam in eo scriptum est,qꝺ dissuadendis populis dicunt: Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum, aut ex pha- *Ioan.*
riseis? Sed turba hæc quę non nouit legẽ, maledicti sunt. Quid autem in ouibus atque in pueris,nisi innocentes quosque, sed tamen adhuc infirmos accipimus? Qui dum aduersitatem Pharisæorum ac principum tolerare timuerunt,infidelitatis concremationẽ cõsumpti sunt, Dicatur ergo:Ignis dei cecidit de cœlo,& tactas oues puerósq; consumpsit,id est,à prepositorũ cordibus flamma inuidię corruit,& quicquid boni in plebib' oriebatur, incendit:quia dum mali præpositi suum contra veritatem honorem exigunt,ab omni rectitudine corda sequentium subuertunt. Vbi & bene adiungitur: Et effugi ego solus vt nunciarem tibi:quia dum implerur prædicta causa malitię, fallacię interitũ euadit sermo prophetię,qui ait: Et nunc ignis aduersarios consumit. Ac si apertè dicat,Malos non solum ignis per vindictam pòst cruciat: sed nunc etiam per liuorẽ cremat:quia qui pòst puniendi sunt retributionis supplicio, nũc semetipsos afficiunt inuidiæ tormento. Puer ergo solus fugiés remeat: & igne perisse oues puerósque denunciat: dum prophetia Iudaicum populum deserẽs,vera se dixisse manifestat, quę ait:Zelus apprehendit populum ineruditum. Ac si apertè dicat:Dum verba prophetarum discutere plebs noluit, sed credulitatem suam verbis inuidentium dedit, zeli igne periit: L
quia in alienæ inuidiæ se flamma concremauit. Sequitur: Sed & illo adhuc loquente, venit alius & dixit: Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaserunt camelos & tulerunt eos, necnon & pueros percusserunt gladio:& effugi ego solus, vt nunciarem tibi.

Caput. XXVII.

QVia Chaldæos feroces interpretari nouimus, qui alij Chaldæorum nomine designentur, nisi persecutionis auctores vsque ad apertos clamores malitiæ prorũpentes,cùm dicunt:Crucifige,crucifige? Qui *Luc.*
de semetipsis tres turmas faciunt,cùm se ad proponẽdas quæstiones domino Pharisæi,Herodiani & Sadducæi diuiserunt. Qui ore quidem sapientiæ victi sunt, sed quia stultos quosdã post se eos traxisse credendum est,factis turmis Camelos tulerunt. Vnusquisque nanque eorum ordo in praua quæ sapuit insipientium corda corrupit, & dum persuadendo ad interitũ pertraxit,quasi tortuosas mentes infirmantium ad captiuitatẽ duxit. Prędicante quippe in Samaria domino,multi ex Samaritanis fuerunt in possessionem eiusdem redemptoris nostri asciti. Sed nunquid ij,qui pro septem virisvnius mulieris mortuis, de resurrectionis desperatione dominum tentant, nequaquam conati sunt credẽtes Samaritanos à fide reducere, quos constat spem resurrectionis ignorare? Qui dum ex lege nonnulla recipiunt,nonnulla contemnunt:quasi Camelorum more velut animal mundum ruminant:sed vt immũdum nequaquam vngulam findunt: quanuis & eos Cameli ruminantes, sed tamen vngulam non findentes indicãt,qui in Iudæa iuxta literam historiam audierant, sed virtutem eius spiritaliter discernere nesciebant. Quos tribus turmis Chaldæi rapiunt, dũ Pharisæi,Herodiani,& Sadducæi ab omni sensus rectitudine iniqua persuasione peruertunt. Simúlq; pueros gladio feriũt, quia & si qui in populo vti iam ratione poterant: eis ipsi non virtute rationis,sed potestatis auctoritate contraibant:dúmq; se quasi præpositos imitari à subditis volunt:etsi intelligere aliquid sequentes possunt:ex auctoritate tamẽ suscepti regiminis eos ad perniciem pertrahũt. A quibus bene solus puer qui nunciet fugit:quia Pharisæis Herodianis atque Sadducęis iniqua patrantibus eos nimirum deserens propheticus sermo cõualescit, qui ait: Et tenentes legem nescierunt me. Sequitur: *Hier.2.*

Quòd primogenitus frater sit Iudaicus populus:& domus quatuor angulorum Scribæ, & Pharisæi, & sacerdotes & seniores populi: & ventus à regione deserti immũdorũ spirituũ in sanctos cursus.

Caput. XXVIII.

ADhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit & dixit: Filiis tuis & filiabus vescentibus, & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti: repentè ventus vehemens irruit à regione deserti: & concussit quatuor angulos

A angulos domꝰ. Quæ corruẽs oppreſsit liberos tuos: & mortuos sunt.) Paulo ante iam diximus, quòd filios & filias prædicantes apoſtolos & plebes ſubditas ſentiamus, qui in domo fratris primogeniti cõuiuari reſeruntur: quia in habitatione adhuc Iudaici populi ſacræ prædicationis delitiis veſcebantur. Repentè autem vehemens ventus irruit à regione deſerti. Regio deſerti eſt cor infidelium, quod dum creator deſerit, nullus inhabitator colit. Ventus autẽ vehemẽs, quid aliud q̃ tẽtatio ſortis accipitur? Ventus ergo vehemẽs à regione deſerti irruit: quia in paſsione redẽptoris noſtri contra fideles eius, ſortis tentatio à cordibus Iudæorũ venit. Poteſt etiam deſerti regio, derelicta immundorum ſpirituum multitudo non inconuenienter intelligi. A qua ventus venit, & domum concutit: quia ab eis tentatio prodiit, & perſecutorum corda commouit. Sed hæc domus in qua conuiuabantur filij: in quatuor angulis ſtabat. Tres enim regentium ordines in ſynagoga cognouimus: ſacerdotum ſcilicet, ſcribarum atque ſeniorũ populi. Quibus & ſi Phariſæos iungimus: quatuor in hac domo angulos inuenimus. A regione igitur deſerti ventus venit: & quatuor angulos domus concutit: quia ab immundis ſpiritibus tentatio irruit, & mentes quatuor ordinum in malitiam perſecutionis excitauit. Quæ domus corruẽs oppreſsit liberos: quia dum Iudæa in crudelitatem dominicæ perſecutionis cecidit: Apoſtolorum fidem deſperationis formidine obruit. Tene-
B ri enim tantummodo magiſtrum viderunt: etiam negantes per diuerſa fugiebant. Et quamuis manus interna eorum ſpiritum in præſcientia ad vitam tenuit: à vita tamen fidei eos interim carnalis timor extinxit. Qui ergo authoré ſuũ, Iudæa ſæuiente, reliquerunt, quaſi concuſsis angulis domo euerſa necati ſunt. Quid autem illo tempore de grege fidelium factum credimus, quo fugiſſe ipſos etiam arietes ſcimus? Sed inter hæc vnus qui enunciet, euadit: quia conualuiſſe ſe ſermo propheticus, qui hęc denunciauerat, oſtendit dicens de perſecutore populo: Dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa, dicẽs de bonis prædicatoribus, ſed tamen in paſsione fugientibus: Proximi mei à longe ſteterunt. Dicens de cunctis valde formidantibus: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis. Sequitur.

Hierem.11.

Pſalm. 37.

Zacha. 13.

Quòd plebs Iudaica & legis ſacramenta à capite & corpore ſuo amiſſa ſunt & ſciſſa. Cap. XXIX.

TVnc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua.) Ruente domo extinctis filiis, Iob ſurrexit: quia Iudæa in infidelitate perdita, prædicatoribus in pauore mortis cadentibus, redemptor humani generis ſemetipſum à carnis ſuæ morte ſuſcitauit: quia quanto iudicio perſecutores ſuos deſeruerit, demonſtrauit. Surgere quippe eius, eſt, qua diſtrictione peccatores derelinquat oſtẽdere: quaſi enim iacere eius eſt, patienter mala tolerare. Surgit ergo cũ contra reprobos iudicium iuſtitiæ exerit. Vnde & rectè ve-
C ſtimenta ſcidiſſe perhibetur. Quid enim veſtimentum domini niſi ſynagoga extitit: quæ prophetis prædicantibus expectationi incarnatiõis illius adhæſit? Sicut enim his nũc veſtitur à quibus diligitur, Paulo atteſtante qui ait: Vt exhiberet ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam aut rugam. Quæ enim maculam aut rugam non habere dicitur: profecto veſtis rationalis & per actionem munda, & per ſpem tenſa monſtratur. Ita cùm incarnandum eum Iudæa credidit adhærendo, nihilominus veſtis fuit. Sed quia expectatus venit, veniens noua docuit, docens mira exercuit, mira faciens, praua tolerauit. Veſtem qua indutus fuerat, ſcidit: dum in Iudæa alios ab infidelitate ſuſtulit, alios in incredulitate dereliquit. Quid eſt igitur veſtis ſciſſa, niſi Iudæa in contrariis ſententiis diuiſa? Si enim veſtis eius ſciſſa non eſſet, Euãgeliſta non diceret, ꝙ prædicante domino contentio oriebatur in populo vt alij dicerẽt, bonus eſt: alij autẽ non, ſed ſeducit turbas. Quaſi ſciſſa veſtis illius fuit, quæ diuiſa per ſententias vnitatẽ cõcordiæ perdidit, cùm & poſt reſurrectionem ſuam quibuſdã crediturus apparuit, & quibuſdam non crediturus ſe abſcondit. Sequitur: Et tonſo capite corruẽs in terrã adorauit.) Quid per deciſos capillos: niſi ſacramẽtorum ſubtilitas: quid per caput, niſi ſumma ſacerdotij dignitas deſignatur? Vnde &

Ephe.5.

Ioan.7.

ad Ezechielem prophetã dicitur: Tu fili hominis ſume tibi gladium acutum, radentem pilos, & aſſumes eũ, & duces ſuper caput tuum & barbam: vt videlicet prophetæ facto, iudicium redemptoris exprimatur, qui in carne apparens caput raſit: quia à Iudaico ſacerdotio præceptorum ſuorum ſacramenta abſtulit. Barbam raſit: quia regnum Iſraeliticũ deſerens, decorem virtutis eius amputauit. Caput. XXX.

D

Ezech.5.

QVid vero hoc loco per terrã, niſi homo peccator exprimitur? Primo quippe peccanti homini dictũ eſt: Terra es, & in terram ibis. Terrę ergo nomine peccatrix gentilitas deſignatur. Nam cùm iuſtam Iudæa ſe crederet, conſtat quàm reproba de gentilitate ſentiret, Paulo atteſtante qui ait: Nos natura Iudęi, & non ex gentibus peccatores. Mediator igitur noſter quaſi detonſo capite in terram corruit: quia Iudęam deſerens, dũ ſacramenta ſua ab eius ſacerdotio abſtulit, ad notitiam gentium venit. Capillos enim à capite raſit: quia ſacramenta legis ab illo ſuo primo ſacerdotio ſuſtulit: & in terrã corruit: quia ſaluandis ſe peccatoribus dedit: dumque eos qui ſibi iuſti videbantur, deſeruit: hos qui ſe iniuſtos & fatebãtur, & nouerant, aſſumpſit. Hinc ipſe in Euangelio dicit: Ego in iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vidẽt, videant: & qui vident, cæci fiant. Hinc & columna nubis quæ in eremo populum præibat, ſplendore ignis non in die, ſed in nocte radiabat: quia videlicet redemptor noſter ſuæ cõuerſationis exemplo, ducatum ſequentibus præſtans, de iuſtitia ſua confidentibus, nulla luce claruit: peccatorum vero ſuorum tenebras agnoſcentibus, ignem ſui amoris inſulſit. Nec ꝙ corruere Iob dicitur: indignum mens hoc ſignificationi redemptoris arbitretur. Scriptum namque eſt: Verbũ miſit dominus in Iacob, & cecidit in Iſrael. Iacob quippe ſupplantator, Iſrael vero videns deum dicitur. Et quid per Iacob niſi Iudaicus populus: quid per Iſrael niſi gentilis populus deſignatur? Quia quem Iacob per carnis mortẽ ſupplantare ſtuduit, hunc nimirum per oculos fidei gentilitas deum vidit. Ad Iacob ergo miſſum verbum, in Iſrael cecidit: quia eum quem ad ſe venientem Iudaicus populus reſpuit, hunc repente confitens populus gẽtilis inuenit. De ſancto quoque ſpiritu ſcriptum eſt: Cecidit ſpiritus domini ſuper eos. Idcirco aũt verbũ domini vel ſpiritus ſanctus in ſacra ſcriptura cadere dicitur, vt inopinatus eius aduentus exprimatur. Quod enim ruit vel cadit, ad ima repẽte venit. Mediatori ergo in terram quaſi corruiſſe, eſt nullis ſignis præcurrentibus inopinatè ad gentes veniſſe. Bene autem dicitur quod corruens adorauit: quia dum ipſe humilitatẽ carnis ſuſcepit, in ſe credentibus vota humilitatis infudit. Fecit enim, quia fieri docuit: ſicut & de eius ſpiritu dicitur: Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilib⁹. Neque enim petit qui æqualis eſt, ſed poſtulare dicitur: quia nimirũ quos repleuerit, poſtulãtes facit: quãuis hoc & in ſemetipſo redẽptor noſter oſtẽdit, qui patrẽ etiã, dum paſsioni propinquaret, exorauit. Quid enim mirum, ſi in forma ſerui exorando ſe patri ſubdidit, in qua etiam manus peccãtũ vſque ad mortis extrema tolerauit? Sequitur:

E

Eſaiæ. 9.

Actor. 2.

Roma. 8.

F

Quòd ſynagoga adultera pallio literæ retento, dum lege carnaliter uti uoluit, contempta eſt: & legislatorem criminata, nudum abire permiſit. Caput. XXXI.

NVdus egreſſus ſum de vtero matris meæ: nudꝰ reuertar illuc.) Redemptoris mater iuxta carnem ſynagoga extitit, ex qua ad nos per corpus viſibilis proceſsit. Sed hunc intra ſe tegmine literæ adopertum tenuit, dum ad ſpiritalem eius intelligentiam mẽtis oculos aperire neglexit. Hunc quia in carne humani corporis latẽtem videre deum noluit, quaſi in diuinitate nudum cõſpicere contempſit. Sed nudus de vtero matris exiit: quia à ſynagogæ carne prodiens conſpicuus ad gentes venit. Quod bene Ioſeph relicto pallio fugiẽte ſignatũ eſt. Dũ enim mulier adultera male illo vti voluiſſet, relicto pallio fugit foras: quia dum ſynagoga dominum purum hominẽ credens, quaſi adulterino cõplexu conſtringere voluit: ipſe tegmen literæ eius oculis reliquit, & ad cognoſcendam diuinitatis ſuæ potentiã, cõſpicuũ ſe gẽtibus præbuit. Vnde & Paulus dixit: Vſque hodie dum legitur Moyſes velamẽ eſt poſitũ

Genes.26.

1.Corin. 3

Universidad de Deusto Biblioteca

G ſuper cor eorũ:quia videlicet adultera mulier apud ſemetipſam pallium retinuit, & quem malè tenebat, nudum amiſit. Quia ergo à ſynagoga veniens, fidei gentiũ conſpicuus apparuit, ex vtero matris nudus exiit. Sed nũquid hanc omnino deſeruit? Et vbi eſt quod per Prophetam dicitur: Si fuerit numerus filiorum Iſrael quaſi arena maris, reliquiæ ſaluæ fient? Vbi eſt quod ſcriptũ eſt: Donec plenitudo gentiũ intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret? Erit ergo qñq; conſpicuus: vt etiam ſynagogę appareat. Erit in fine mũdi proculdubio, quãdo gentis ſuæ reliquiis ſemetipſum, ſicut eſt dominus, innoteſcit. Vnde & bene hic dicitur: Nud⁹ reuertar illuc.) Nudus quippe ad vterũ matris reuertitur, cũ in mũdi hui⁹ termino, qui in ſeculo fact⁹ homo deſpicitur, ſynagogæ ſuę oculis deus ante ſecula declaratur. Sequitur:

Oſee. 11.

Roma. 11.

Quòd ſolius dei ſit dare & auferre, & quòd redemptori noſtro nullum ex conſortio carnis, peccatum adhæſit.

Dominus dedit, dominus abſtulit: ſicut domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen domini benedictum.) Redemptor noſter per hoc quòd deus eſt cum patre dat omnia: per hoc vero quòd homo eſt, à patre accipit omnia. Dicatur igitur de Iudęa, cum venturum incarnationis eius myſterium crederet, dominus dedit. Dicatur de Iudæa, cùm expectatam incarnationis eius præſentiã contempſiſſet, dominus abſtulit. Data quippe eſt cùm per quoſdam futura credidit, ſed exigente merito ſuæ cæcitatis ablata eſt, cùm credita per quoſdã venerari cõtempſit. In ſe autem credentes edocet, vt in flagellis poſiti benedicere domino ſciãt, cũ ſubditur: Sicut domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen domini benedictum. Vnde & teſtãte Euangelio cùm appropinquare paſſioni dicitur, accepto pane gratias egiſſe phibetur. Gratias itaque agit, q flagella alienę iniquitatis ſuſcipit. Et qui nihil dignũ percuſsione exhibuit, humiliter in perſecutiõe

Matt. 14.

H benedicit: vt hinc videlicet oſtendat quid vnuſquiſque in flagello culpæ propriæ facere debeat, ſi ipſe æquanimiter flagella culpæ portat alienæ: vt hinc oſtendat quid in correctiõe faciat ſubditus, ſi in flagello poſitus patri gratias agit æqualis. Sequitur: In omnibus his non peccauit Iob, neque ſtultũ aliquid contra deum locutus eſt.) Quod nec peccaſſe, nec ſtultum aliquid contra deum locutus aſſeritur: hoc de illo Petrus (ſicut iam prædiximus) apertè teſtatur, dicẽs:

Petri. 2.

Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Dolus quippe in ore quãto apud homines prudẽtius callet, tanto apud deum ſtultius deſipit, Paulo atteſtante, qui ait:

1. Cor. 3.

Sapientia huius mundi, ſtultitia eſt apud deum. Quia ergo dolus in ore eius non fuit, ſtultum proculdubio nihil dixit. Hunc contra deum, ſacerdotes & principes ſtultè locu

I tum crediderunt, cum interrogatus paſsionis tempore, dei ſe filium teſtaretur. Vnde & conquirentes dicunt: Quid

Matt. 26.

adhuc egemus teſtibus? ecce ipſi audiuimus blaſphemiam. Sed contra deum nihil ſtultè dixit: quia vera loquens, hoc de ſe infidelibus etiam moriendo intulit, quod paulopoſt redemptis omnibus reſurgendo monſtrauit.

Caput XXXII.

HAec in ſignificationem noſtri capitis breuiter tractata tranſcurrimus, nunc ad ædificationem eius corporis, ea moraliter tractanda replicemus: vt quod actum foris narratur in opere, ſciamus quomodo intus agatur in mente. Nã cum filij dei aſsiſtũt corã deo, intereos quoque aſsiſtit & ſatan: quia plerũque bonis noſtris cogitationibus, quæ in corde noſtro, aductu ſpiritus ſancti operante, ſeminãtur: antiquus ille callidè ſe interſerit, & ſubiũgit inimicus: vt bene cogitata perturbet, maleq́ue perturbata dilaniet. Sed nequaquam nos in tentatione deſerit, qui creauit. Nam hoſtem noſtrum qui ſe contra nos in inſidiis cõtegit, illuſtratione ſui luminis nobis deprehenſibilẽ reddit: propter quod ei mox dicitur: Vnde venis? Callidũ nãque hoſtem requirere, eſt eius nobis inſidias declarare: vt quo eum ſubintrare ad cor cernimus, forti contra illum circunſpectione vigilemus. Qui reſpondens ait: Circuiui terram, & perambulaui eam.) Satanæ terram circuire, eſt carnalia corda perſcrutari: & vnde occaſionem accuſationis inuenire poſsit, exquirere. Terrã circuit: quia humana corda circumuenit, vt bona tollat, vt mala mentibus inſerat, vt inſerta cumulet, vt cumulata perficiat, vt perfectos in K iniquitatibus ad pœnãſocios acquirat. Et notandum q̃ nõ tranſuolaſſe, ſed perambulaſſe ſe aſſerit: quia nimirum nequaquam quem tentat, velociter deſerit: ſed vbi molle cor inuenerit, ibi pedem miſeræ perſuaſionis figit, vt immorando actionis prauæ veſtigia imprimat: & ex ſuæ iniquitatis ſimilitudine, quos valet, reprobos reddat. Sed contra hunc beatus Iob laudatur, & dicitur: Nũquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quòd nõ ſit ei ſimilis ſuper terram: Vir ſimplex & rectus, ac timens deũ, & recedens à malo?) Quę diuina inſpiratio contra hoſtem roborat: hunc quaſi in ſatanæ auribus deus laudat. Laudare quippe eius eſt, & prius bona concedere, & pòſt conceſſa cuſtodire. Sed antiquus hoſtis eo contra bonos grauius ſæuit, quo vallari eos diuinæ protectionis munere conſpicit. Vnde & ſubiungens dicit: Nunquid fruſtra Iob timet deum? Nonne tu vallaſti eũ ac domum eius, vniuerſamq́ue ſubſtantiam eius per circuitum? Operibus manuum eius benedixiſti, & poſſeſſio illius creuit in terra.) Ac ſi apertè dicat: Cur laudas cum quem protegendo roboras? Deſpecto enim me, dignus tuis laudibus homo eſſet, ſi ſuis cõtra me viribus ſtaret. Vnde mox & malitioſè de homine expetit: quod tamen protector hominis benignè concedit. Nam ſubditur:

Quòd electi in tentatione proficiunt, & quod eis diabolus præparat in ruinam, hoc eis deus conuertit in gloriam.

Sed extende paululum manum tuam, & tãge cuncta quę poſsidet: niſi in faciem benedixerit tibi.) Plerumque enim dum fœcundè virtutum fructus reddimus, dum continua proſperitate pollemus, aliquãtulum mens erigitur: vt à ſemetipſa ſibi exiſtere bona quę habet, arbitretur. Quæ nimirum bona antiquus hoſtis malitioſè attrectare appetit: ſed hæc tentari deus non niſi benignè permittit: vt dum mens tentatione pulſata, in bonis de quibus gaudebat, cõcutitur: imbecillitatis ſuę debilitate cognita, in ſpe diuini adiutorij robuſtius ſolidetur. Fitq́ue mira diſpenſatione pietatis: vt vnde malignus hoſtis cor tentat, vt interimat: inde miſericors conditor hoc erudiat, vt viuat. Vnde & bene ſubiungitur: Ecce vniuerſa quæ habet, in manu tua ſunt: tantum L in eum ne extendas manum tuam.) Ac ſi apertè dicat: Electi vniuſcuiuſque bona ſic tibi tentanda exterius tribuo, vt tamen ipſe noueris: quia perſeuerantem mihi illum in mentis radice cõſeruo. Vbi & bene ſubditur: Egreſſúſque eſt ſatan à facie domini:) quia per hoc quòd vſque ad defectum cordis prævalere nequaquam permittitur, excluſus ab intimis, exterius vagatur. Qui etiamſi virtutem mentis plerumque turbat: eoipſo foris eſt, quo reſiſtente domino, vſque ad interitum, bonorum corda non vulnerat. Intantum quippe contra illa ſæuire permittitur, inquantum neceſſe eſt vt tentationibus erudita ſolidentur: ne ea quæ agunt bona, ſuis viribus tribuant, ne in ſecuritatis torpore ſe deſerant: & à formidinis accinctione diſſoluant: ſed ad profectus ſui cuſtodiam tanto ſolertius inuigilent, quanto ſe contra aduerſarium ſtare ſemper in acie tentationum M vident. Cùm autem quadam die filij & filiæ eius comederent & biberent vinum in domo fratris ſui primogeniti: nuncius venit ad Iob qui diceret: Boues arabant: & aſinæ paſcebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi, tuleruntq́ue omnia, & pueros percuſſerunt gladio.) Caput. XXXIII.

IN electorum corde prior bonorum ſequentium ſapientia naſcitur, atque hæc per donum ſpiritus quaſi primogenita proles profertur. Quæ profectò ſapientia, noſtra fides eſt, propheta atteſtante, qui ait: Niſi crediderit is, non intelligetis. Tunc enim verè ad intelligendũ ſapimus, cùm cunctis quæ conditor dicit, credulitatis noſtrę fidem præbemus. In domo ergo fratris primogeniti conuiuantur filij, dum virtutes reliquæ epulantur in fide. Quæ ſi non prima in corde noſtro gignitur: reliqua quæque eſſe bona non poſſunt, etiamſi bona videantur. In domo fratris primogeniti, filij conuiuantur, dum virtutes noſtræ in habitaculo fidei, ſacri eloquij cibo ſatiantur. Scriptum quippe eſt: Sine fide impoſsibile eſt placere deo. Tunc ergo virtutes noſtræ veras vitæ epulas ſumunt, cùm nutriri ſi dei ſacramentis incipiunt. In domo fratris primogeniti cõ

uiuantur

Cur deus nos tẽtet permittat ab antiquo hoſte.

Eſaiæ. 6.

Hebr. 11.

A uiuunt: illi quia nisi virtutes reliquæ sapientiæ epulis repletæ, ea quæ appetunt, prudenter agũt: virtutes esse nequaquam possunt. Sed ecce dum bona quæ agimus, sapientiæ epulis fideique pascuntur: hostis noster arantes boues & pascentes asinas subtrahit, & pueros gladio occidit. Quid arantes boues, nisi graviores nostras cogitationes accipimus? Quæ dum cor studiosa exercitatione conficiunt, vberes profectuum fructus reddunt. Quid pascentes intelligimus asinas, nisi simplices motus cordis? Quos dum studiosè à duplicitatis errore cõpescimus, quasi in campo liberæ puritatis nutrimus. Sed plærunque hostis callidus cùm graues cogitationes in corde conspicit, subintroducta eas voluptatis delectatione corrumpit: & dum motus cordis simplices videt, subtilia inuentionum acumina ostendit: vt dum laus de subtilitate quæritur, puritatis simplicitas amittatur: & si vsque ad opus prauum pertrahere non valet, tentando tamen bonorum cogitationibus subrepens nocet, vt cùm turbare bona mentis agnoscitur, ea quasi funditus abstulisse videatur. Possunt etiam per arãtes boues, cogitationes charitatis accipi: quibus prodesse aliis conamur, cùm fraterni cordis duritiam prædicando scindere cupimus. Potest etiam per asinas (quæ nimirum sese onerantibus, nulla ferocitatis insania resistunt) patientiæ mansuetudo signari. Et sæpe hostis antiquus cùm velle prodesse nos loquẽdo aliis conspicit, in quodam torpore otij mentem mergit: vt aliis
B prodesse non libeat, etiam cùm à propriis vacat. Arantes ergo boues subtrahit, cùm cogitationes mentis, fraternæ vtilitatis fructibus deditas, per submissum negligentiæ torporem frangit. Et quanuis electorum corda intra arcana suæ cogitationis inuigilent, & quid à tentatore sustineant, superantes pẽsent eo tamen ipso malignus inimicus aliquid raptasse se gaudet, quo cogitationibus bonorum vel ad momentum prævaler.

Caput. XXXIIII.

SAepe autem cum præparatam mentem ad tolerantiam videt, quid ab ea maximè diligatur, exquirit, & ibi scandali laqueos inserit: vt quo magis res quæque diligitur, eo per eam facilius patientia turbetur. Et quidem electorum corda ad se semper sollicitè redeunt, & semetipsa grauiter vel pro leui motu excessionis affligũt: & dum mota discunt quomodo stare debuerint, aliquando melius concussa solidantur. Sed antiquus hostis, dum tolerantiæ cogitationes vel ad momentum turbat, quasi abstulisse se ab agro cordis asinas exultat. In his autẽ quæ agere disponimus, rationali custodia quid quibusque rebus congruat, sollicitè pensamus. Sed plerunque hostis dum subita ad nos perturbatione tentationis irruit, circunspectiones cordis inopinatè præueniens, quasi ipsos custodes pueros gladio occidit. Sed tamen vnus fugit, qui alios periisse nunciet: quia in eo quod mens ab hoste patitur, ratio-
C nis discretio semper ad animum redit: & quasi solam se euasisse indicat, quæ apud semetipsam fortiter quicquid pertulerit, pensat. Aliis ergo pereuntibus vnus ad domum redit, dum turbata tentationis motibus discretio ad conscientiam recurrit, vt quod repentinis incursibus præoccupata mens se perdidisse pensat: hoc compunctionis studio afflicta recipiat. Cunque adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit: Ignis dei cecidit de cœlo, & tactas oues pueroscque consumpsit, & effugi ego solus vt nunciarem tibi. Quid per oues nisi cogitationum innocentia, quid per pueros, nisi bonorum cordium munditia designatur? Cœlum verò aërem dici paulo ante iam diximus: vnde & aues cœli nominamus. Et scimus quòd immundi spiritus qui de cœlo æthereo lapsi sunt, in huius cœli terræque medio vagantur, qui tanto magis corda hominum ascendere ad cœlestia inuident, quanto se à cœlestibus per elationis suæ immũditiam proiectos vident. Quia ergo ab aëris potestatibus, contra cogitationum nostrarum munditiam, flamma liuoris irruit, de cœlo ignis ad oues venit. Sæpe enim mundas mentis nostræ cogitationes ardore libidinis accendunt, & quasi igne oues concremant, dum castos motus animi, luxuriæ tentatione perturbant. Qui ignis dei dicitur: quia etsi non faciente deo, tamen permittente generatur. Et quia impulsu subito ipsas nonnunquam circunspectiones mentis obruunt, quasi custodes pueros gladio occidunt. Sed tamen v-
* al. morte gladij. nus incolumis fugit, dum omne quod mens patitur, perseuerans discretio subtiliter respicit, solaq; mortis periculum* euadit, quia etiam perturbatis cogitationibus discretio non succumbit, vt damna sua animo renunciet: & quasi dominum ad lamentũ vocet. Sed illo adhuc loquente venit alius, & dixit: Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaserunt camelos, & tulerunt eos, necnon & pueros percusserunt gladio, & effugi ego solus vt nunciarem tibi.) Per camelos qui mundum aliquid habent, dum ruminant: & immundum dum nequaquam vngulam findũt, suprà iam diximus, bonas rerum temporalium dispensationes intelligi, in quibus quo est cura distentior, eo nobis multiplicius insidiatur inimicus. D

Quanta sit in rerum terrenarum dispensatione difficultas.

Caput. XXXV.

OMnis enim qui dispensandis terrenis rebus præsidet, occulti hostis iaculis latius patet. Nonnulla enim prouidens agere nititur, & sæpe dum cautus futura subtiliter præuidet, incautus damna præsentia nequaquã videt: sæpe dum præsentibus inuigilat, ad instantia prævidenda dormitat: sæpe dum aliqua torpens agit, quæ vigilanter agenda sunt, negligit: sæpe dum plus iusto vigilantem se in actione exhibet, ipsa actionis suæ inquietudine rebus subditis peius nocet. Aliquando autem linguæ modum ponere nititur, sed onere dispensationis exigente silere prohibetur. Aliquando dum nimia se censura restringit, tacet etiam quæ loqui debuit. Aliquando ad inferenda necessaria dum se latius relaE xat: dicit etiam quæ loqui non debuit. Plerunque autem tantis cogitationum voluminibus implicatur: vt ipsa ferre vix valeat, quæ intra se prouidus versat, & cùm nil opere faciat, sub magno cordis sui pondere vehementer insudat. Quia enim dura sunt quæ apud semetipsum intus patitur, quietus foris otiosusque lassatur. Plerunque enim quasi ventura animus conspicit, totamque contra hæc intentionem proponit, magnusque ardor contentionis se inserit, sopor fugit, nox in diem vertitur: & cùm quieta foris mẽbra lectulus teneat, intus magnis clamoribꝰ in cordis foro litigatur. Et fit plerũque vt nulla eueniant quæ præuidentur: totaque cogitatio illa quę diu plena se intẽtione parauerat, repẽtè vacua quiescat. Tanto autem longius mens à necessariis cessat, quanto inania latius cogitat. Quia igitur dispensationis curam maligni spiritus modo torpenti vel præcipiti actione feriunt: modo pigra vel immoderata locutione confundunt: penè autem semper nimiis cogitationũ molibus premunt: tribus turmis Chaldæi camelos rapiunt. Quasi enim tres turmas contra camelos facere, est terrenarum dispensationum studia modo illicito opere, modo superflua locutione, modo mordinata cogitatione vastare, vt dum se ad administranda exterius mens efficaciter extendere nititur: à sui consideratione sẽparetur: & eo damna quæ de semetipsa patitur, nesciat: quo erga aliena fortiori studio quàm decet, elaborat. Recta autem mens cùm curas F dispensationis suscipit, quid sibi, quid proximis debeat, attendit: & nec per alienæ sollicitudinis immoderationem sua studia negligit: nec per se vtilitatis vigilantiam, aliena postponit. Sed tamen plærunque dum ad vtraque solerter mens inuigilat, dum magnis, erga se & ea quæ sibi commissa sunt, circunspectionibus vacat, repentino turbata cuiuslibet causæ emergentis articulo, ita in præceps rapitur: vt ab ea subito cunctæ circunspectiones eius obruantur. Vnde & custodes camelorum pueros, Chaldæi gladio feriunt: & tamen vnus redit: quia inter hæc discretionis ratio mentis nostræ oculis occurrit, & sollicita sibimet anima, quid subito impulsu tentationis intrinsecus amittat, intelligit. Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit: Filiis tuis & filiabus vescentibus & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti, repentè ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt: & effugi ego solus vt nunciarem tibi.) Sicut suprà iam diximus regio deserti est immundorum spirituum multitudo derelicta: quæ dum conditoris sui beatitudinem deseruit, quasi manum cultoris amisit: à qua ventus vehemens venit, & domum subruit: quia ab immundis spiritibus fortis tentatio surrepit, & à tranquillitatis suæ statu conscientiam euertit. Sequitur:

Iacula hostis in eos qui dispensandis terrenis præsunt.

Fit plerunque vt nulla eueniant quæ præuidentur.

Quòd his qui iustitia, prudentia, fortitudine, & temperantia:

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *aliisque bonis spiritalibus præditi sunt, gratia dei aliquando se vtiliter subtrahat: vt qui de se præsumit, quantum in se sit infirmus, agnoscat.* Caput.XXXVI.

IN quatuor verò angulis domus ista consistit: quia nimirũ solidum mentis nostræ ædificium, prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia sustinet. In quatuor ergo angulis domus ista subsistit: quia in his quatuor virtutibus tota boni operis structura cõsurgit. Vnde & quatuor paradisi flumina terram irrigant: quia dum his quatuor virtutibus cor infunditur: ab omni desideriorum carnalium æstu tẽperatur. Sed nõnunquã dum mẽti ignauia surrepit, prudentia frigescit: nam cum sessa torpet, ventura non prouidet. Nonnunquam dum nonnulla mẽti delectatio surrepit, tẽperantia nostra marcescit. Inquãtũ enim ad delectationem præsentium ducimur, intãtum minus ab illicitis temperamur. Nõnunquam se timor cordi insinuat, & vires nostræ fortitudinis turbat: & eo minores contra aduersa existimus, quo quædam perdere immoderatius dilecta formidamus. Nonnunquam vero amor suus se menti ingerit, eamque latenti motu à rectitudine iustitiæ diuertit, & quo se totam auctori reddere negligit: eo in se iustitiæ iuri contradicit. Ventus ergo vehemens quatuor angulos domus concutit, dum fortis tentatio occultis motibus quatuor virtutes quatit: & quasi quassatis angulis domus obruitur: dũ pulsatis virtutibus cõscientia turbatur. Intra hos autem quatuor domus an-
H gulos filij conuiuantur: quia intra arcana mentis, quæ principaliter his quatuor virtutibus ad summę rectitudinis culmen erigitur: virtutes cæteræ quasi quædam cordis soboles scinuicem pascunt: Donũ quippe spiritus, quod in subiecta mente, ante alia prudẽtiam, temperantiã, fortitudinem, iustitiam formatꝫ eandem mentem vt cõtra singula quæq; tentamenta eruditat, in septem mox virtutibus temperat: vt cõtra stultitiam, sapientiam: contra hebetudinem, intellectum: cõtra præcipitationẽ, consilium: contra timorem, fortitudinẽ: contra ignoratiam, scientiam: contra duritiam, pietatẽ: contra superbiam, det timorem. Sed nonnunquã dum mens nostra tanti muneris plenitudine atque vbertate fulcitur: si continua in his securitate perfruitur, à quo sibi hæc sint, obliuiscitur: seque à se habere putat, quod nunquam sibi abesse considerat. Vnde fit vt aliquando se hæc eadem gratia vtiliter subtrahat, & præsumẽti menti quantum in sẽ infirmetur, ostendat. Tunc enim verè cognoscimus bona nostra vnde sint: quando hæc quasi amittendo, sentimus, quia à nobis seruari non possunt. Ad hoc itaque intimandæ humilitatis magisterium, fit plerunque vt irruente tentationis articulo, tanta stultitia sapientiam nostram feriat: vt turbata mens, qualiter malis imminentibus obuiet, vel contra tentationẽ quomodo se præparet, ignoret. Sed hac ipsa stultitia cor prudenter eruditur: quia vnde ad momentum desipit, eo pòst verius quo & humilius sapit, & sapientia vnde quasi amittitur, inde certius possidetur. Aliquãdo dum sublimia intelligendo in elatione se animus erigit, in rebus imis & vilibus graui hebetudine pigrescit: vt repente sibi etiam ima clausa videat, qui pernix summa penetrabat. Sed hęc ipsa hebetudo intellectum nobis dum subtrahit, seruat: quia
I dum ad momentum cor humiliat, verius ad sublimia intelligenda confirmat. Aliquando dum cuncta nos agere consilij grauitate gaudemus, pulsante causæ emergentis articulo, præcipitatione subita rapimur: & qui nos semper dispositæ vixisse credidimus, repentè intima cõfusione vastamur: sed tamen eiusdem confusionis eruditione discimus, ne nostris viribus consilia nostra tribuamus, & tanto maturius ad grauitatem restringimur: quanto ad hanc quasi amissam redimus. Aliquãdo dum mens fortiter aduersa contemnit, subortis aduersitatis euentibus hanc metus vehemens percutit: sed per hunc cõcussa discit cui tribuat, quòd in quibusdam fortiter stetit: & tanto pòst validius fortitudinem retinet, quanto hanc repentè irruente formidine sibi iam quasi elapsam videt. Aliquando dum magna nos scire gaudemus, repentinæ ignorantiæ cæcitate torpescimus: sed quo ignorantia mentis oculus ad momentum clauditur: eo pòst ad scientiam verius aperitur: vt nimirum flagello suæ cæcitatis eruditus, scire ipsum à quo habeat, sciat. Aliquando dum religiosè cuncta disponimus, dum pietatis viscera plenè nos habere gratulamur, quadã mẽ-

Dona spiritussancti mentem nostrã contra tentamenta erudiũt & temperant &c.

Gratia spiritussancti aliquando vtiliter subtrahitur.

tis duritia irruente percutimur: sed quasi obdurati cognoscimus cui pietatis habitæ bona tribuamus, & pietas verius velut extincta recipitur, dum quasi amissa amplius amatur. Aliquando dum subiectum se diuinæ formidini animus gaudet, repente superbia tentante rigescit: sed tamen valde mox timens, quia non timet, ad humilitatem se iterum festinus inflectit, & tanto hanc solidius recipit, quanto eius virtutis põdus quasi amittendo pensauit. Euersa igitur domo moriuntur filij: quia turbata in tentatione conscientia, ad vtilitatem propriæ cognitionis raptim & in momento tẽporis obruuntur genitæ in corde virtutes. Caput.XXXVII.

QVi profecto filij intus per spiritum viuunt, dum exterius carne moriuntur: quia videlicet virtutes nostræ tentationis tempore etsi in mometo turbatæ ab
K status sui incolumitate deficiũt, per intentionis tamen perseuerantiã integrè in mentis radice subsistunt. Cum quibus etiam tres sorores occumbunt: quia in corde nonnunquam per flagella turbatur charitas, per formidinem concutitur spes, per quæstiones pulsatur fides. Sæpe enim quasi à cõditoris amore torpescimus, dũ vltra quàm nobis congruere credimus, flagello fatigamur. Sæpe dum plus quàm necesse est mens formidat, fiduciam sibimet spei debilitat. Sæpe dum immensis quæstionibus animus tenditur, perturbata fides quasi
L defectura fatigatur. Sed tamen viuunt filiæ quæ domo cõcussa moriuntur: quia etsi intra conscientiam, spem, fidem, charitatemque penè occumbere perturbatio ipsa renunciat: has tamen ante dei oculos viuas perseuerantia rectæ intẽtionis seruat. Vnde & puer qui hæc nunciet, solus euadit: quia mentis discretio etiã inter tentamenta incolumis permanet. Agitque puer vt Iob filios flendo recipiat: dum discretione nunciante dolens animus vires quas quasi amittere cœperat pœnitendo conseruat. Mira autẽ hoc nobiscum dispensatione agitur, vt mẽs nostra culpæ nonnunquã pulsatione feriatur. Nam esse se magnarum virium homo crederet, si nullum vnquam earundem virium defectum intra mentis arcana sentiret. Sed dũ tẽtatione irruẽte quatitur, & quasi vltra quàm sufficit, fatigatur: ei cõtra hostis sui insidias munimen humilitatis ostenditur: & vnde se ptimescit eneruiter cadere, inde accipit fortiter stare. tentatus autem non solum vires à quo accipiat, discit: sed quãta eas vigilãtia seruet intelligit. Sæpe enim quẽ tẽtationis certamen superare non valuit, sua deterius securitas strauit. Nam dum lassum se quisque in otio remittit, dissolutã mentẽ corruptori prostituit: at si eũ ex dispẽsatione supernæ pietatis, tẽtatio non repentè vehementer irruens, sed tẽperato accessu eruditꝫ pulsat: nimirũ ad insidias prouidendas euigilat, vt cõtra hostẽ se in certamine cautius accingat. Vnde & bene subiungitur: Tunc surrexit Iob.) Sedere enim quiescẽtis est: assurgere decertantis. Auditis ergo aduersis surgere, est expertis tẽtationibus mentẽ ad certamina robustius parare. Quibus nimirum tẽtationibus etiam discretio proficit: quia vt virtutes à vitiis subtilius distinguat, agnoscit. Vnde & bene subiungitur: Scidit vestimẽta sua.) Vestimẽta scindimus cùm discernendo opera nostra retractamus. Caput.XXXVIII.

SI enim nos apud deum opera nostra quasi vestimenta non tegerent, nequaquam voce angelica diceretur: Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Turpitudo enim nostra tunc cernitur, cùm vita reprehensibilis ante iustorum oculos in iudicio, nequaquam subsequentis boni operis tegmine velatur. Sed quia cum culpa tentamur ad lamenta accẽdimur: atque ipsis lamentis excitati, ad perspiciendam lucem iustitiæ subtilius oculos mentis aperimus, quasi in dolore vestimenta scindimus: quia ex fletu discretione crescente cuncta quæ agimus, districtius irata manu iudicamus. Tunc omnis nostra elatio corruit, tunc cuncta ab animo cogitationum superfluitas cadit. Vnde & subditur: Et tonso capite corruens in terram adorauit.) Nam quid moraliter per capillos, nisi defluentes animi cogitationes accipimus? Vnde & aliàs Ecclesiæ dicitur: Sicut vitta coccinea labia tua sponsa, & eloquium tuum dulce. Vitta quippe crines capitis astringit. Labia ergo sponsæ sicut vitta sunt: quia exhortatione sanctæ Ecclesiæ, cunctæ in auditorum mẽtibus diffusæ cogitationes ligantur, ne remissæ defluant, ne seu per illicita spargant, ne

sparsæ

A figuræ cordis oculos deprimant: sed quasi ad vnam se intentionē colligant, & vitta eas sanctæ predicationis ligat. Quam rectè & coccineam asserit, quia sanctorum prædicatio solo charitatis ardore flammescit. Quid vero per caput nisi ea quæ principale vniuscuiusque actionis est, mens ipsa signatur? Vnde & aliàs dicitur: Et oleum de capite tuo non deficiat. Oleū quippe in capite, est charitas in mente, & deficit oleum à capite, cum charitas discedit à mente. Caput ergo tondere, est cogitationes superfluas à mente resecare. Et tonso capite in terram corruit, qui repressis præsumptionis suæ cogitationibus, quàm in semetipso infirmus sit, humiliter agnoscit. *Eccles.9.*

Caput. XXXIX.

DIfficile nanque est quempiam magna agere, & apud semetipsum de magnis actibus cogitationum fiduciā non habere. Eoipso enim quo contra vitia fortiter viuitur, cogitationū præsumptio in corde generatur, & cùm mens foris culpam suam valenter conterit, plerūque apud semetipsam latenter intumescit: iamq; sese magni alicuius meriti æstimat, nec se peccare in cogitatione suæ æstimationis putat. Ante districti autem iudicis oculos tanto deterius delinquitur, quanto culpa occultius, & penè incorrigibiliter perpetratur, & tanto ad vorandum latius patet fouea, quanto de semetipsa elatius gloriatur vita. Vnde (vt sæpe iam diximus) pia conditoris dispensatione agitur: vt de se confidens anima dispensatoria tentatione pulsetur: quatenus infirmata, quid sit,
B inueniat: & præsumptionis propriæ fastum deponat. Mox enim vt tentatio mētem pulsauerit: omnis cogitationis nostrarum præsumptio, tumultusque conquiescit. Mens enim cùm se in elationem erigit, quasi in tyrannidem erumpit. Habet autem tyrannidis suæ satellites fauentes sibimet cogitationes suas. Sed si super tyrannum hostis irruat: fauor mox satellitum cessat. Intrante nanque hoste, satellites fugiunt, eumque territi declinant, quem in pace positi callida adulatione laudabāt. Subductis verò satellitibus, ante hostem solus remanet: quia recedentibus elatis cogitationibus, perturbatus animus se solummodo in tētatione videt. Auditis ergo aduersis caput tōdetur, cùm tentationibus vehementer irruentibus à præsumptionis suæ cogitationibus mēs nudatur. Quid est enim quòd Nazaræi capillos nutriunt: nisi quòd per vitam magnæ continentiæ præsumptionum cogitationes crescunt? Sed quid est quòd deuotione completa caput Nazaræus radere, capillosq; in igne sacrificij ponere iubetur: nisi quòd tunc ad perfectionis summam pertingimus, cùm sic exteriora vitia vincimus: vt etiam cogitationes superfluas à mente resecemus? Quas nimirum sacrificij igne concremare, est flamma eas diuini amoris incendere: vt totum cor in dei amore ardeat: & cogitationes superfluas concremans quasi Nazaræi capillos deuotionis perfectione consumat. Et notandum quòd in terram corruēs adorauit. *Num.6.*

Caput. XL.

C ILle enim veram deo orationem exhibet, qui semetipsum quia puluis sit humiliter videt, qui nihil sibi virtutis tribuit, qui bona quæ agit, esse de misericordia conditoris agnoscit. Vnde & competēter dicit. Nudus egressus sum de vtero matris meæ: nudus reuertar illuc.) Ac si tentatus animus & infirmitatis suæ inopia deprehensus dicat: Nudum me in fide prima gratia genuit, nudum eadem gratia in assumptione saluabit. Est nanque magnum animi turbati solatium: vt pulsatus vitiis, cùm se quasi nudari virtutibus conspicit: ad solam misericordiæ spem recurrat: & eo se nudari non sinat, quo se à virtutibus humiliter nudum putat: qui etsi fortasse aliqua virtute in tentatione detegitur, infirmitatem tamen propriam agnoscens, ipsa melius humilitate vestitur, & valde robustius quàm steterat, iacet: cùm sibi sine diuino adiutorio cessat tribuere quod habet. Vnde & manum mox largitoris & iudicis humiliter agnoscit, dicēs: Dominus dedit, dominus abstulit.) Ecce tentationibus eruditus creuit, qui & in virtute habita largitatem dantis, & in perturbatione fortitudinis, potestatem tollentis agnoscit. Quæ tamen fortitudo non tollitur, sed perturbata fatigatur: quatenus concussa mēs, dum se hanc iam iamque quasi amittere trepidat, semper facta humilis nūquam perdat. Sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictū.) In hoc quòd interna perturbatione concutimur: dignum est vt ad conditoris iudicium recurramus, vt inde cor nostrū adiutori nostro maiores laudes exhibeat, D
vnde pulsatum verius imbecillitatem suæ infirmitatis pensat. Bene autem dicitur: In omnibus his non peccauit Iob labiis suis, nec stultum aliquid contra deum locutus est:) quia solerti cura custodire dolens animus debet, ne cùm se intus tentatio stimulat, in verba foras illicitæ locutionis erumpat, ne de probatione murmuret: & ignis qui hunc velut aurum cōcremat, per excessum sermonis illiciti in paleæ fauillam vertat.

Quòd prophetis sanctis & adest & abest spiritus prophetiæ.

Caput. XLI.

NIhil verò obstat si hoc quod de virtutibus diximus: de his quæ in ostensione virtutis dantur, donis sancti spiritus sentiamus. Alij nāque prophetiæ: alij genera linguarum: alij virtutes curationum dantur. Sed quia dona hæc ipsa non semper in mente eodem modo sunt, liquidò ostenditur: quòd ne se mens in præsumptione eleuet: aliquādo vtiliter subtrahuntur. Nam si prophetiæ spiritus prophetis semper adesset: nimirum Heliseus propheta non diceret dimitte eam, anima enim eius in amaritudine est, & dominus celauit à me verbum. Si prophetiæ spiritus prophetis semper adesset: inquisitus Amos prophera non diceret: Non sum propheta, vbi & subdidit: Neque filius prophetæ: sed armentarius puer ego sum, vellicans sycomoros. Quomodo autem propheta non fuit, qui de futuris tot vera prædixit? Aut quo- E
modo propheta fuit, si de se in præsenti vera denegauit? Sed quia eadem hora qua requisitus est, prophetiæ sibi spiritum deesse sensit, de semetipso testimonium veraciter intulit, dicens: Non sum propheta. Qui tamen secutus adiunxit: Et nūc audi verbum domini: Hæc dicit dominus: Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filiæ tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur: & tu in terra polluta morieris. Quibus prophetiæ verbis apertè ostenditur: quia dum de se illa loqueretur, impletus est: & mox habere prophetandi spiritum meruit: quia se prophetam non esse humiliter agnouit. Et si prophetiæ spiritus prophetis semper adesset: Dauid regi de templi se constructione consulenti, nequaquam Nathan propheta concederet: quod post paululum negaret. Vnde bene & in Euangelio scriptum est: Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum: hic est qui baptizat. In cunctis nanque fidelibus spiritus venit, sed in solo mediatore semper singulariter permanet: quia eius humanitatem nunquam deseruit, ex cuius diuinitate procedit. In illo igitur manet, qui solus & omnia & semper potest. Nam fideles qui hunc accipiunt, cùm signorum dona semper habere, vt volunt, non possunt: hunc se accepisse quasi in transitus ostensione testantur. Sed cùm rursum de eodem spiritu veritatis o- *Ioan.14.*
re discipulis dicitur: Apud vos manebit, & in vobis erit, quid
F est quòd diuina voce mediatoris signum hoc, eadem sancti spiritus mansio declaratur, cùm dicitur: Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum? Si igitur iuxta magistri vocem & in discipulis manet: quomodo iam singulare signum erit quod in mediatore permanet? Quod tamen citius cognoscimus, si dona eiusdem spiritus discernamus. *4.Reg.4.* *Amos.7.* *2.Reg.7.* *Ioan.1.*

Quòd sunt quædam dona spiritus sancti, sine quibus nemo ad vitam peruenit, & alia in præsenti vita ad subsidium temporalium necessitatum vtilia.

Caput. XLII.

ALia nāque sunt dona illius sine quibus ad vitā nequaquam pertingitur, alia quibus vitæ sanctitas pro aliorum vtilitate declaratur. Mansuetudo nanque humilitas, patientia, fides, spes, charitas, dona eius sunt: sed ea sine quibus ad vitā homines peruenire nequaquā possunt. Prophetię autē, virtus curationū, genera linguarum, interpretatio sermonū, dona eius sunt: sed quæ virtutis eius præsentiam pro correctione intuentium ostendunt. In his igitur donis sine quibus ad vitam peruenire non potest, spiritus sanctus, siue in prædicatoribus suis, siue in electis omnibus semper manet: in illis autem quibus per ostensionem illius non nostra vita seruatur, sed aliorum quæritur: nequaquam semper in prædicatoribus permanet, quia semper quidem eorum cordi ad bene viuendum præsidet, nec tamen per eos virtutum signa semper ostendit: sed aliquando se eis à signorum ostensioni- *Duplicia sunt dona spiritus.*

G bus subtrahit,vt eo humilius virtutes eius habeantur,quo habitæ teneri non possunt. Mediator autem dei & hominũ homo Christus Iesus:in cunctis eum & semper & cõtinuè habet præsentem:quia ex illo idem spiritus per substantiam profertur. Rectè ergo cùm in sanctis prædicatoribus manet,in mediatore singulariter manere perhibetur:quia in istis per gratiã manet ad aliquid, in illo autem per substantiã manet ad cuncta. Sicut enim corpus nostrum sensum tantũmodo tactus agnoscit,caput autem corporis, vsum simul omnium quinque sensuum possidet:vt videat,audiat,gustet,odoretur, & tãgat: ita membra superni capitis in quibusdam virtutibus emicãt: ipsum vero caput in cunctis virtutibus flagrat. Dissimiliter ergo spiritus in illo manet cui se ad votum substantialiter exhibet,& à quo per naturam nũquam recedit. Dona verò eius quibus ad vitam tenditur, sine periculo amitti non possunt: dona autem quibus vitæ sanctitas demonstratur, plerunque, vt dictum est, sine dispendio subtrahuntur. Illa ergo pro nostra eruditione tenenda sunt, hæc pro alienis profectibus exquirenda. In illis nos terreat formido,ne pereant: in istis verò ad tempus aliquando sublatis consoletur humilitas:quia ad elationem mentem fortasse subleuant. Cùm igitur cõcessa nobis virtutũ signa subtrahuntur, dicimus rectè: Dominus dedit,dominus abstulit,sicut domino placuit, ita factum est: sit
H nomen domini benedictum. Tunc enim verè ostendimus, quia accepta rectè tenuimus: cùm profectò æquanimiter ad momentum sublata toleramus.

Libri secundi Moralium sancti Gregorij finis.

SANCTI GREgorij Liber tertius in expositionem moralem capitis secundi textus beati Iob.

BEATVS Iob ad mortem petitus in tentatione, ad vitam creuit ex verbere: & antiquus hostis vnde se bona eius æstimauit extinguere: inde doluit multiplicasse. Sed quia in primo certamine se succubuisse considerat,ad alia se tentationum bella restaurat, & de sancto viro mala adhuc impudẽter sperat;quia bona malus credere non potest, vel experta. Ea autem quæ in prima eius percussione præmissa sunt, iterum subnectuntur cum dicitur. Caput.I.

I FActum est autem cùm quadam die venissent filij dei & starent coram domino: venisset quoque Satã inter eos: & staret in conspectu eius, vt diceret dominus ad Satan: Vnde venis? Qui respondens ait: Circuiui terram,& perambulaui eam. Et dixit dominus ad Satan: Nunquid considerasti seruum meum Iob,quòd nõ sit ei similis in terra: vir simplex & rectus,ac timens deum,& recedẽs à malo,& adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouisti me aduersus eum,vt affligerem eum frustra. Cui respondens Satan ait: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua: alioquin mitte manum tuam,& tange os eius & carnem, & tunc videbis quod in faciem benedicat tibi. Dixit ergo dominus ad Satan:Ecce in manu tua est: veruntamen animam illius serua. Egressus igitur Satan à facie domini, percussit Iob vlcere pessimo à planta pedis vsque ad verticem eius,qui testa saniem radebat, sedens in sterquilinio. Dixit autem illi vxor sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua:benedic deo, & morere: qui ait ad illam: Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu domini, mala quare non sustineamus? In omnibus his nõ peccauit Iob labiis suis. Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei,venerũt singuli de loco suo,Eliphas Themanites, & Baldath Suites,& Sophar Naamathites. Cõdixerãt enim vt pariter venientes visitarẽt eum & cõsolarentur. Cúmque eleuassent procul oculos suos, nõ cognouerunt eum. Et exclamantes plorauerunt: scissisq; vestibus sparserunt puluerẽ super caput suum in cœlum. Et sederunt cum eo in terra septem diebus & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum. Videbant enim dolorem esse vehementem. K

Hæc quia latius suprà disseruimus,melius silẽdo prætermittimus: nedum sæpius discussa repetimus,tardius ad indiscussa veniamus. Quãuis hoc quod voce domini ad Satã dicitur:vnde venis?nequaquã æstimo quòd ita ei vt prius dicatur. Cum enim ab eo certamine in quo relaxatus fuerat,victus redit: & vnde venit,requiritur,qui vnde veniat,scitur, quid aliud quã infirmitas superbiæ eius increpatur? ac si ei apertè diuina vox dicat: Ecce ab vno & in infirma carne posito homine vinceris, qui te cõtra me auctorem omniũ erigere conaris. Vnde mox dominus cùm beati Iob bona sicut prius diceret, hæc cũ victoria & triumphis enumerans adiungit: Et adhuc retinẽs in- L nocentiam suam.) Ac si apertè dicat: Tu quidem exercuisti malitiam:sed ille innocentiam nõ amisit:& vnde te æstimasti profectum eius imminuere:inde compulsus es eius profectui deseruire: quia mentis innocentiam quam glorioſè tenuit in tranquillitate,glorioſius seruauit in verbere. Sequitur:

Quòd iusti & frustra percutiuntur & non frustra:nõ frustra ,quia augetur vitæ meritum:frustra,quia in eis non punitur peccatum.

Tu autem commouisti me aduersus eum, vt affligerẽ eum frustra.)Cùm sit deus iustus & verax: valde quærendum est, quomodo beatum Iob frustra afflixisse se indicat. Quia enim iustus est,frustra affligere non potuit. Sed rursum quia verax est:aliter non potuit dixisse quàm fecit. Vt ergo iusto & veraci vtraque conueniant:quatenus & vera dicat, & iniusta non faciat,cognoscamus beatũ Iob & iuxta aliquid frustra,& rursum iuxta aliquid non frustra percussum. Quia enim iustus & verax hæc de semetipso asserit:ostendamus & verum extitisse quod dixit,& rectũ fuisse quod fecit. Necesse quippe erat vt sanctus vir deo soli sibique cognitus,quanta virtute polleret, ad imitandum cunctis innotesceret. Aperta nanque aliis virtutis exẽpla non daret,si ipse sine tẽtatione permaneret. Actũ M est ergo vt vires eius cunctis imitandas ipsa vis percussionis ostenderet,& flagella proderent quod in tranquillitate latuisset. Sed eisdem flagellis creuit virtus patientiæ: atque ex dolore verberis,aucta est gloria remunerationis. Vt ergo in dicto domini veritas,rectitudo autem teneatur in facto: beatus Iob & nõ frustra percutitur: quia augetur meritum, & tamen frustra percutitur,quia nullum punitur admissum. Frustra enim percussus est,cui culpa nulla reciditur,& non frustra percussus est,cui virtutis meritum cumulatur. Sed quid est quod dicitur,commouisti me aduersus eum? Caput.I I.

NVnquid Satanæ verbis veritas accenditur, vt in subditorum suorũ cruciatus instigetur? Quis hæc de deo senserit,quæ recto etiam homini indigna perpendit? Sed quia nos ferire nisi cõmoti nescimus: ipsa diuina percussio commotio vocatur: & ad nostra verba diuina voce descẽditur:vt eius factum ab homine vtcũq; capiatur. Illa enim vis quæ absque necessitate omnia creauit, & sine defectu omnibus præsidet,& sine labore cuncta sustẽtat: & sine occupatione regit, etiam sine cõmotiõe corrigit: sicque humanas mẽtes ad ea quæ voluerit, flagellis format:vt in diuersitatis vmbrã à suæ incommutabilitatis luce non transeat. Sequitur: Respõdens Satan ait:Pellẽ pro pelle,& cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua: alioquin mitte manum tuam,& tãge os eius & carnẽ,& tũc videbis quòd in faciẽ benedicat tibi.) Antiquus hostis ex rebus exterioribus colligit quod beato viro ad mentis crimẽ infligit. Pellẽ enim pro pelle dari asserit:quia sæpe dũ venire ictum cõtra faciẽ cernimus, manum palpebris opponimus,

A ipsonimus, vt ab ictu oculos defendamus: & corpus vulneri obijcimus, ne in corpore teneriori vulneremur. Satã ergo hæc consuetè fieri sciens, dicit: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua. Ac si apertè dicat: Idcirco Iob tot extra se flagella æquanimiter patitur: quia pauet ne ipse feriatur. Cura ergo carnis est quòd damno affectuũ carnaliũ mortuus non est, quia dum sibimetipsi metuit, minus suorum percussiones sentit. Vnde & mox eius carnem feriendam postulat, dicens: Mitte manum tuam, & tange os eius & carnem, & tũc videbis quòd in faciem benedicat tibi.) Superius dixerat. Tange cuncta quæ possidet, & tunc videbis quòd in faciem benedicat tibi. Nunc quasi prioris propositionis oblitus factus, de aliis alia postulat. Quod tamen rectè diuina dispensatione permittitur: quatenus altercator impudens vel sæpe victus obmutescat. Sequitur:

Quòd Satan dicitur seruare quæ non permittitur tangere.

Dixit ergo dominus ad Satan. Ecce in manu tua est, verũtamẽ animã illius serua:) Ecce iterũ permissionẽ verberis comitatur custodia protectionis, & electũ suum diuina dispẽsatio custodiendo deserit, deserendo custodit: alia illius prodit, alia protegit. Si enim totum Iob desereret in manu tanti aduersarij, homo quid esset? In ipsa ergo iustitia pmissionis permiscetur quędã libra pietatis: quatenus in vno eodẽque certamine & seruus humilis ex oppressione proficiat, & hostis superbiẽs ex permissione succũbat: Manui itaq; aduersarij sanB ctus vir traditur, sed tamen in intimis adiutoris sui manu retinetur. De illis quippe ouibus fuit, de quibus in Euãgelio ipsa veritas dicit: Nõ rapiet eas quisquã de manu mea: & tamẽ expetẽti hosti dicitur: Ecce in manu tua est. Idem ergo in manu dei, idem in manu est diaboli. Nam dicens: In manu tua est, cum protinus adiungit, veruntamen animam illius serua: patẽter pius adiutor innotuit: quia tenuit quẽ cõcessit, & dãdo nõ dedit, quẽ aduersarij sui iaculis eiiciens abscõdit. Cap. III.

Ioan. 10.

QVid est autẽ hoc quod ad Satã dicitur: Animã illius seruа? Quo enim pacto ille custodit, qui custodita semper irrũpere appetit? Sed seruare Satan dicitur, irrumpere nõ audere: sicut ecõtrario patrẽ in oratione postulamus dicentes: Ne nos inducas in tentationem. Neq; enim in tentationẽ dominus inducit: qui semper à tẽtatione subditos misericorditer protegit: sed tamẽ in tentationẽ quasi eius inducere est à tentationis nos illecebra nõ munire. Et tũc nos in tentationis laqueũ non inducit, cùm tentari nos vltra quàm possumus, nõ permittit. Sicut ergo dominus inducere nos in tentationẽ dicitur, si nos ab aduersario induci patiatur: ita aduersarius seruare animã dicitur, cùm hanc tentando superare prohibetur. Egressus igitur Satã à facie domini.)

Matt. 6.

C Quomodo Satan à facie domini exeat, ea quæ iã superius dicta sunt, manifestant. Sequitur: Percussit Iob vlcere pessimo, à plãta pedis vsq; ad verticẽ eius.) Duobus semper modis flagella pensanda sunt: vt scilicet perpendatur aut qualia sint, aut quanta. Nã sæpe multa ex qualitate, sæpe grauia ex quantitate leuigantur: si videlicet cùm multa sunt, non sint grauia: cùm verò grauia, nõ sint multa. Vt igitur ostendatur quomodo per asperitatẽ flagelli aduersarius cõtra sanctum virum nõ solũ per nequitiã qualitatis, sed etiã per põdus quantitatis exarsit: ad demõstrandam qualitatem dicitur, percussit eũ vlcere pessimo: ad insinuandam verò quantitatem subiungitur, à planta pedis vsque ad verticem: vt nimirũ nihil in mẽte vacet à gloria, in cuius nil corpore vacat à pœna. Sequitur:

Quòd multi secularibus dignitatibus prædicti vas fictile quod gestant, quàmcito sit conterendum non attendunt.

Qui testa saniem radebat, sedens in sterquilinio.) Vnde testa nisi ex luto cõficitur? quid verò est sanies corporis nisi lutum? Saniem ergo radere testa perhibetur, ac si apertè diceretur: Luto tergebat lutum. Pensabat quippe vir sanctus vnde sumptum fuerat quod gestabat, & fragmento vasis fictilis cõfractũ vas fictile radebat. Quo facto patenter ostenditur corpus suum quomodo sibi sanum subdidit, quod & percussum sic despiciens curauit: quam ille mollitiem sanè suæ carni cõcessit, qui non vestem, non digitos, sed testam etiam vulneribus admouit. Testa ergo radebat saniem: vt semetipsum & in fragmento cõsiderans, etiam de exterione vulneris sumeret curam mentis. Caput. IIII. D

QVia verò sæpe per ea quæ circa corpus sunt, animus inflatur & per hoc quod erga nos agitur: fragilitas nostri corporis ab oculis cordis amouetur, (sicut nonnulli seculares cùm temporalibus dignitatibus fulciuntur, dum locis altioribus præsidẽt, dum multorum obsequia sibi supperere ad votum vident: fragilitatem suã intueri negligunt, & vas fictile quod gestant, quàm sit velociter conterendum, obliuiscentes omnino non attendunt) beatus Iob vt considerationem suæ fragilitatis etiam ex circunstantibus traheret, & ante oculos suos vim suæ despectionis augeret, non qualibet in terra, quæ penè vbique immunda * reperitur, sed in sterquilinio sedisse perhibetur. In sterquilinio ponebat corpus, vt ex terra assumpta quę esset carnis substantia, bene proficiens perpenderet animus. In sterquilinio ponebat corpus, vt etiam ex loci fœtore caperet, quòd festinè corpus ad fœtorem rediret.

** al. mũda.*

Quid sit quòd deus in hoc seculo sic despicit quos ante secula sublimiter elegit.

Sed ecce cùm beatus Iob tot rerum damna sustinet: tot funeribus pignorũ percussus dolet, tot vulnera tolerat, dum decurrentem saniẽ testa radit: dum per putredinem defluens in sterquilinio residet, intueri libet quid est quòd omnipotens deus quos sibi tã charos in æternum cõspicit: tam vehementer quasi despiciẽs affligit. Ecce autẽ dum beati Iob vulnera cruciatusque cõsidero: repentè mentis oculos ad Ioannem reduco, & nõ sine grauissima admiratione perpẽdo, quòd ille prophetiæ spiritu intra matris vterum impletus: atq;, vt ita dixerim, priusquam nasceretur renatus: ille amicus sponsi, ille quo inter natos mulierum maior nemo surrexit: ille sic propheta, vt plus etiam quàm propheta, ab iniquis in carcerẽ mittitur, & pro puellæ saltatu capite truncatur, & vir tantæ seueritatis pro risu turpium moritur. Nunquid nã credimus aliquid fuisse, quod in eius vita illa sic despecta mors tergeret? Sed quãdo ille vel in cibo peccauit, qui locustas solummodo & mel siluestre edit? Quid deo vel de qualitate sui tegminis deliquit, qui camelorum pilis corpus operuit? Quid de cõuersatione sua offendere potuit, qui de eremo non recessit? Quid illum loquacitatis reatus polluit, qui disiunctus longè ab hominibus fuit? Quando illum vel silentij culpa attigit, qui ad se venientes tã vehementer increpauit, dicẽs: Genimina viperarum, quis demõstrauit vobis fugere à vẽtura ira? Quid est ergo quòd Iob dei testimonio præfertur: & tamen plagis vsque ad sterquilinium sternitur? Quid est quòd Ioannes dei voce laudatur, & tamẽ p temulenti verbis in saltatricis præmiũ moritur? Quid est quòd deus omnipotens sic vehementer in hoc seculo despicit, quos sic sublimiter ante secula elegit, nisi hoc quod pietati fidelium patet: quoniam idcirco sic eos premit in infimis, quia videt quomodo remuneret in summis, & foras vsque ad despecta deiicit: quia intus vsque ad incomprehensibilia perducit? Hinc ergo vnusquisque colligat, quid illic sint passuri, quos reprobat, si hic sic cruciat, quos amat. Aut quomodo ferientur, qui in iudicio arguendi sunt: si sic eorum vita premitur, qui ipso iudice teste laudantur. Sequitur:

Matt. 3. Luc. 3.

Quòd diabolus cum nos tentat, antiquæ artis insidias repetit, & quia scit quomodo Adam decipi soleat, ad Euam recurrit, & quòd iustus sit in sterquilinio, qui iniustus fuerat in paradiso.

Dixit autem illi vxor sua: Adhuc permanes in simplicitate tua? Benedic deo & morere.) Antiquus hostis humanũ genus duobus modis tẽtare consueuit, vt videlicet corda stantiũ aut tribulationibus frãgat, aut persuasionib⁹ molliat. In vtrisq; ergo cõtra beatũ Iob se vehementer exercuit. Nam prius patrifamiliãs intulit damna rerũ, orbauit patrem morte filiorum: percussit incolumem putredine vulnerũ. Sed quia putrescẽtem foris, sanum adhuc interius stare cõspexit, & quem exterius nudum reddidit, hunc interius ditiorem fieri per exhibitam laudem conditoris inuidit, callidè cogitans pensat, quòd contra se athleta dei vnde premitur, inde subleuatur, victúsque ad subtilia tentandi argumenta conuertitur. Cap. V.

NAm antiquæ artis insidias repetit, & quia scit quomodo Adã decipi soleat, ad Euã recurrit. Beatũ enĩ Iob inter tot rerũ damna, inter tot percussionũ vulnera,

Commẽdatio Ioannis Baptistæ.

E

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quasi in quadam virtutum arce stare inuictum vidit. In alto quippe mentem fixerat: & ideirco hãc hostiles insidiæ irrumpere nõ valebant. Quæritur ergo ab aduersario, in hãc arcem munitissimam quibus gradibus ascendatur. Vicina est autem viro mulier, atq; subiecta. Cor igitur mulieris tenuit: & quasi scalam qua ad cor viri ascendere potuisset, inuenit. Occupauit animam cõiugis, scalã mariti. Sed nihil hac arte præualuit, quia sanctus vir subiectam sibi mulierem, & non præpositam attendit: & recta loquens docuit, quam serpens vt peruersa loqueretur, instigauit. Dignum quippe erat vt fluxam mentem virilis censura restringeret, cùm profecto & de ipso primo lapsu humani generis nocet, quòd docere mulier recta nesciret.

1.Tim.2. Vnde bene & per Paulum dicitur: Docere autẽ mulieri non permitto. Quia nimirum aliquando cùm docuit, à sapientiæ æternitate separauit. Antiquus itaque hostis ab Adam in sterquilinio victoriam perdidit, qui Adam in paradiso superauit: atque adiutricem suam mulierem dum ad verba malæ persuasionis accendit: ad doctrinam sanctæ eruditionis misit, & quę excitata fuerat vt perderet, erudita est ne periret. Sic à nostris viris fortibus hostis percutitur: vt sua ei etiam tela rapiãtur. Vnde enim se exaggerare æstimat dolorem vulneris, inde ei cõtra semetipsum suggerit arma virtutis. Ex verbis autem malè persuadentis cõiugis vigilanter debemus aspicere, quòd antiquus aduersarius non solum per semetipsum, sed per eos etiam qui nobis adhærent, statum satagit nostræ mentis inclinare. Cùm enim cor nostrum sua persuasione non subruit, ad hoc nimirum per linguas adhærentium repit. Hinc enim scriptum est: A filiis tuis caue, & à domesticis tuis attende. Hinc per prophetam dicitur: vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam. Hinc rursum scriptum est: Inimici hominis domestici eius. Callidus nanque aduersarius cùm à bonorum cordibus repelli se conspicit: eos qui ab illis valde diliguntur, exquirit & per eorum verba blandiens loquitur, qui plus cæteris amantur: vt dũ vis amoris cor perforat, facilè persuasionis eius gladius ad intima rectitudinis munimina irrumpat. Post damna igitur rerum, post funera pignorum, post vulnera scissuraque membrorum, antiquus hostis linguam mouit vxoris. Et notandũ quo tempore viri mentem studuit virulento sermone corrumpere. Verba enim post vulnera intulit, vt nimirum cùm vis doloris ingrauesceret, facilè persuasionis suggestio peruersa præualeret. Caput. V I.

Diabolus nõ solũ per seipsũ, sed & eos qui nobis adhærent nos tentat.

Eccli.32.

Hiere.9.

H

Matth.10.

Ordo tẽtationis cõtra Iob.

SEd si ipsum subtiliter tentationis eius ordinem perpendimus, qua calliditate sæuiat, inuenimus. Mouit nanque prius damna substantiæ, quæ & extra naturam profecto essent, & extra corpus. Subtraxit filios, quod iam extra naturã quidem non esset: sed tamen adhuc aliquatenus extra propriũ corpus: ad extremum percussit & corpus. Sed quia vulneribus carnis ad mentis vulnus peruenire non valuit, etiã coniunctæ

I mulieris lĩguã quęsiuit. Quia enim aperto certamine superari se doluit, de ore coniugis iaculum quasi de insidiis intorsit, quæ profecto diceret. Adhuc permanes in simplicitate tua? benedic deo, & morere.) Ecce tentando omnia abstulit, ecce tentando mulierem reliquit, & sancto viro callidè cuncta diripuit: sed valde callidius adiutricem suam mulierem reseruauit, quæ dicat: adhuc permanes in simplicitate tua?) Verba sua Eua repetit. Nam quid est dicere: Simplicitatem defere, nisi obedientiam, pomum vetitum comedẽdo, cõtemne? Et quid est dicere: Benedic deo, & morere: nisi transcendendo præceptum vltra quàm es conditus viue? Sed Adam noster fortis in sterquilinio iacuit, qui in paradiso quõdam debilis stetit: nam ilico ad malè suadentis verba respondit dicens:

Quid sit quod Esaiæ, 45. scriptum est: Ego dominus formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans mala.

Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Si bona accepimus de manu domini, mala quare non sustineamus?) Ecce vbique hostis frangitur, vbique superatur. Per cuncta tentationum argumenta succubuit: quia & illud suum familiare solatium etiam de muliere amisit. Inter hæc igitur sanctum virum intueri libet, foris rebus vacuum, intrinsecus deo plenũ. Cùm Paulus apostolus in semetipso diuitias sapientiæ internæ conspiceret, seque ipsum exterius esse corruptibile corpus videret, ait: Habemus thesaurum istũ in vasis fictilibus. Ecce K in beato Iob vas fictile scissuras vulnerũ exteri⁹ sensit: sed hic 2.Co. thesaur⁹ interius integer mãsit. Foris enim p vulnera crepuit, sed indeficiẽter interius nascẽs thesaur⁹ sapiẽtiæ per verba sanctæ eruditionis emanauit, dicẽs: Si bona accepimus de manu domini, mala quare non sustineamus?) Bona scilicet dona dei vel tẽporalia vel æterna, mala autẽ flagella prẽsentia appellãs, de quibus per prophetã dominus dicit: Ego domin⁹, & nõ est *Esaiæ* alter, formãs lucẽ, & creãs tenebras, faciẽs pacẽ, & creans mala. Neq; enim mala, quę nulla sua natura subsistũt, à domino creãtur: sed creare se mala dominus indicat, cùm res benè cõditas nobis malè agẽtibus, in flagellũ format: vt ea ipsa & per dolorẽ quo feriũt, delinquẽtibus mala sint, & p naturã qua existũt, bona. Vnde & venenũ mors quidẽ est homini, sed tamẽ vita serpenti. Amore enim præsentiũ ab auctoris nostri dilectione recessimus, & peruersa mẽs dũ dilectioni creaturæ se subdidit, à creatoris societate disiũxit. Ex his ergo ab auctore feriẽda erat, quæ errans auctori pręposuerat: vt vnde homo culpã non timuit superbus admittere: inde pœnã corrigẽdus inueniret, & tanto citius resipiscceret ad illa quæ perdidit, quanto doloris plena esse conspiceret quæ quæsiuit. Vnde & bene dicitur. Formans lucem, & creãs tenebras: quia cùm per flagella exterius doloris tenebræ creantur, intus per eruditionem lux mẽtis accenditur. Faciens pacem, & creans mala: quia tunc nobis L pax cum deo redditur, cùm hæc quę bene sunt cõdita, sed malè cõcupita: in ea quæ nobis mala sunt, flagella vertuntur. Per culpam quippe discordes deo existimus, dignũ ergo est vt ad pacem illius per flagella redeamus: vt cum vnaquæque res bene condita nobis in dolorem vertitur, correcti mẽs ad auctoris pacem humiliter reformetur. Hæc itaque flagella beatus Iob mala nominat: quia salutis & tranquillitatis bonum qua perturbatione feriant, pẽsat. Sed illud valde in eius verbis intuendum est, contra persuasionem coniugis quanta considerationis arte se colligat dicẽs: Si bona accepimus de manu domini, mala quare non sustineamus?) Caput. V I I.

MAgna quippe cõsolatio tribulationis est, si cùm aduersa patimur, auctoris nostri ad memoriã dona reuocemus. Nec frãgit quod ex dolore obuiat, si mẽti *Eccl.* citius hoc quod ex munere subleuat, occurrat. Hinc nanque scriptũ est: In die bonorum ne immemor sis malorũ, & in die malorum ne immemor sis bonorũ. Quisquis enim dona percipit: sed donorum tempore nequaquam etiam flagella pertimescit: in elationẽ per lętitiam corruit. Quisquis autẽ flagellis atteritur, sed flagellorum tempore, nequaquã se ex donis quæ eum contigit accepisse, consolatur: à statu mentis omnimoda desperatione destruitur. Sic ergo vtraq; iungenda sunt: vt vnum semper ex altero sulciatur: quatenus & flagelli pœnam memoria tẽperet doni, & doni lætitiam mordeat suspicio ac M formidõ flagelli. Sanctus ergo vir vt oppressam mẽtem inter vulnera mulceat, in flagellorum doloribus blandimẽta donorum pensat, dicens: Si bona suscepimus de manu domini, mala quare non sustineamus?) vbi & benè præmittit dicens: Locuta es quasi vna ex stultis mulierib⁹.) Quia enim sensus prauæ voluntatis mulieribus, nõ autem sexus in vitio est: nequaquã ait: locuta es quasi vna ex mulieribus, sed quasi ex ineptis mulieribus, vt videlicet ostẽdatur: quia quod prauũ sapit, accidentis stultitiæ, non autem conditæ sit naturæ. Sequitur:

Quòd sicut iniusta dicere, ita iniusta reticere peccatum est.

In omnibus his non peccauit Iob labiis suis.) Duobus modis labiis delinquimus, cùm aut iniusta dicimus, aut iusta reticemus. Nam si aliquando & tacere culpa non esset, propheta *Esaiæ.* non diceret: Væ mihi quia tacui. Beatus igitur Iob in cunctis quæ egit, labiis suis minimè peccauit: quia nec contra ferientem superba dixit, nec contra suadentem, recta reticuit. Nec loquens ergo, nec tacens deliquit: quia & flagellanti patri gratias reddidit, & malè suadenti coniugi doctrinæ sapientiam ministrauit. Quia enim sciuit quid deberet deo, quid ꝓximo: scilicet patientiã cõditori, sapientiã coniugi: idcirco & hãc redarguẽdo docuit, & illũ gratias agendo laudabit. Quis autem nostrum si vnum quodlibet vulnus tantæ huius percussionis acciperet, non mox ab intimis prostratus iaceret? Ecce stratus foris vulnerib⁹ carnis, erectus intrinsec⁹ munimine permanet mentis:

A meatis: & sub semetipso omne iaculum transuolare conspicit, quod in se exterius discricta manu sæuiens hostis figit. Vigilanter deprehendit iacula, modo vulneribus contra se à facie, modo verbis quasi ex latere intorta. Et bellator noster circũstantium certaminum feruore deprehensus, vbique patientiæ suæ clypeum opponit: vndique venientibus spiculis obtuiat, & per cuncta virtutum latera circunspectam contra irruentia vulnera mentem roborat. Caput. VIII.

SEd antiquus hostis quo valentius vincitur, eo adhuc ad insidias ardentius instigatur. Nam quia vxor increpata tacuit, protinus alios qui increpandi ad contumelias surgerent, excitauit. Sicut enim damna rerum studuit crebrius nunciando percutere, ita nunc robustum pectus satagit verborum contumeliis sæpius feriendo penetrare. Sequitur: Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo: Eliphas Themanites, Baldath Suites, & Sophar Naamathites. Condixerant enim, vt pariter venientes visitarent eum, & consolarentur.)

Quòd vbi virtus discretionis perditur, intentio quæ initium virtutis habuit, finem accipit criminis.

Quia ex condicto ad afflicti consolationem veniunt, & inter se & erga percussum quantæ charitatis fuerint, demonstratur. Quanuis & per hoc quod scriptura eos tanti viri amicos fuisse testatur: quia boni studij & rectæ fuerint intentionis, o-
B stenditur. Sed tamen hęc ipsa illorũ intentio eis ad verba prorumpentibus, ante districti iudicis oculos suborta indiscretione fuscatur. Sequitur: Cúmque eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum, & exclamantes plorauerunt, sciſisq; vestibus sparserunt puluerem super caput suum in cœlum.)

Quis ordo in consolatione tenendus sit.

Quia percussi speciem plaga mutauerat, amici plorantes exclamant, vestes scindunt, capita puluere aspergunt: vt cùm mutatum ad quem venerant, cernerent: ipsam etiam consolatorum speciẽ spontaneus dolor immutaret. Ordo quippe consolationis est, vt cùm volumus afflictum quempiam à mœrore suspendere, studeamus prius mœrendo eius luctui concordare. Dolentem nanque non potest consolari, qui non concordat dolori: quia eo ipso quo à mœrentis afflictione discrepat, minus ab illo recipitur, à quo mentis qualitate separatur. Sed emolliri prius debet animus, vt afflicto congruat, congruens inhæreat, inhærens trahat. Neque enim ferrum ferro coniungitur, si non vtrunque exustione ignis liquetur: & durum molli nõ adhæret, nisi prius eius duritia temperata mollescat, vt quasi hoc ipsum fiat quod curatur, vt teneat. Sic nec iacentes erigimus, nisi à rigore nostri status inclinemur: quia dum rectitudo stantis à iacentis situ discrepat, eum cui condescendere negligit, nequaquam leuat. Amici igitur beati Iob vt af-
C flictum à dolore suspenderent, curauerunt necessariò simul dolere. Et cùm vulneratum illius corpus viderent, studuerunt ipsi vestes scindere: & cùm immutatum conspicerent, studuerunt puluere capita fœdare: quatenus afflictus vir tanto facilius eorum verba reciperet, quanto in eis suum aliquid de afflictione cognouisset. Caput. IX.

SEd inter hæc sciendum est, quia is qui afflictum consolari desiderat, mensuram necesse est dolori quem suscipit, ponat: ne non solum dolentem non mulceat, sed intemperatè dolens, afflicti animum ad pondus desperationis premat. Sic enim dolor noster mœrentium dolori iungendus est, vt per temperamentum subleuet, non autem per augmentum grauet. Vnde fortasse colligendum est, q̃ amici beati Iob plusquam necesse fuerat, in consolatione doluerunt, qui dum percussionem cernunt, sed percussi mentem nesciunt: ita in immensum luctum versi sunt, ac si percussus vir tantæ fortitudinis, in plaga corporis etiam à corde cecidisset. Sequitur: Sederũntque cum eo in terra septem diebus & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem eius esse vehementem.) Vtrum continuis septem diebus & septem noctibus cùm afflicto Iob sederint, an certe diebus septem, & noctibus totidem instantia ei crebræ visitationis adhæserint, ignoramus. Sæpe enim rem quamlibet tot diebus agere dicimur, quanuis non eisdem diebus ad eam continuè vacemus. Sæpe vero scriptura sacra sic totum pro parte, sicut pro toto partem ponere consueuit. Pro toto enim partẽ loquitur: sicut D
Iacob familiam describẽs dicit: Intrauit Iacob in Aegyptum *Genes. 46.*
cum animabus septuaginta. Quæ nimirum cùm animas memorat, constat, quia intrantium & corpora comprehẽdit Rursum totum pro parte insinuat: sicut ad monumentum Maria
queritur, dicens: Tulerunt dominũ de monumento, & nesci- *Ioan. 20.*
mus vbi posuerunt eum. Solum quippe corpus domini quæsitura venerat, & quasi totum simul dominum sublatũ deplorat. An ergo & in hoc loco totum pro parte dicatur, incertum est. Sed tamen hoc quod diu tacuerunt, & quandoque loquendo reprobati sunt: neglectè prætereundum non est. Sunt nanque nonnulli qui & loqui præcipitanter incipiunt, & effrenatè cœpta, effrenatius exequuntur. Et sunt nonnulli qui tarde quidem loqui inchoant: sed semel inchoãtes, habere modum elocutionis ignorant. Amici igitur beati Iob dolorem videntes diu tacuerunt: sed tardè inchoantes, indiscretè locuti sunt: quia parcere dolenti noluerunt. Tenuerunt linguam ne properè inciperet, sed incipientem semel nequaquam moderati sunt, ne se ex consolatione vsque ad contumelias effrenaret. Et bona quidem intentione ad consolandum venerant: sed hoc quod pia mens deo mundum obtulit, locutio præcipitata vitiauit. Scriptum quippe est: Si rectè offeras, nõ rectè autem diuidas, peccasti. Rectè nanq; offertur, cùm recta intentione quid agit. Sed rectè nõ diuidit, si nõ hoc quod piè agitur, etiã subtiliter discernat. Oblata enim rectè diuidere, est quælibet
bona nostra studia sollicitè discernendo pensare. Quod nimi- E
rum qui agere dissimulat, etiã rectè offerens peccat. Cap. X.

SAEpe ergo & quod bono studio gerimus, dum discernere cautè negligimus, quo iudicetur fine, nescimus: & nõnũquam hoc fit reatus criminis, quod putatur causa virtutis. Quisquis autem amicorum beati Iob facta considerat: quàm pia ad eum intentione venerint, nõ ignorat. Pensemus enim cuius charitatis fuerit, ad afflictum concorditer conuenisse: quanta virtus longanimitatis extiterit, septem diebus & septem noctibus cum afflicto tacuisse: quæ humilitas in terra tot diebus ac noctibus sedisse: quæ compassio, puluere capita consperſisse. Sed tamen inchoantes loqui, vnde se æstimauerunt premium mercedis acquirere: inde eos contigit reatũ reprehensionis inuenire: quia incautis sæpe ad peccati finẽ vertitur etiam quod pro solo studio mercedis inchoatur. Ecce præcipiti locutione perdiderunt bonum, quod tanto labore mercati sunt. Et nisi diuina gratia offerre eos sacrificium pro suo reatu præcepisset, inde à domino iustè puniri poterant: vnde se placere domino mirabiliter æstimabant: inde iudici displicent, vnde sibi quasi pro defensione iudicis per effrenationem placent. Idcirco verò hæc dicimus, vt ad memoriam legentium reuocemus: quatenus sollicitè quisque consideret ea quæ malo voto perpetrantur: quanta dominus animaduersione puniat, si inchoata bono studio, sed negligẽtia indiscretionis admixta, tanta inuectione castigat, Quis non mercedis F
causam peregisse se crederet, si aut in defensiõe dei quicquam contra proximum diceret: aut certè septem diebus ac noctib⁹ pro proximi dolore tacuisset? Et tamen amici beati Iob hæc agentes ad culpam laborando venerunt: quia consolationis quidem bonum quod agebant, nouerant: sed cùm quãta agendũ esset discretionis libra, nesciebant. Vnde necesse est, vt non solum intueamur quod agimus, sed etiam cum quanta discretione agamus. Primum quidem ne mala quoquo modo: postmodum verò ne bona incautè faciamus. Ad quę nimirũ bona sollicitè peragenda, propheta nos admonet, dicens: Male- *Hiere. 48.*
dictus homo qui facit opus dei negligenter. Ad hoc verò ista proficiunt: vt ante terribilis iudicis subtile atque incomprehẽsibile examen, non solum mala quæ commisimus, sed ipsa etiã si qua in nobis sunt bene gesta, timeamus: quia sæpe in iusto iudicio culpa esse deprehenditur, quod virtus ante iudicium putatur. Et vnde expectatur pia merces operis, inde supplicium iustæ sequitur vltionis.

Quòd hæc quæ superdicta sunt in persona Iob, allegoricè referuntur ad Christum. Caput. XI.

HAec iuxta historiam breuiter tractata percurrimus: nunc ad allegoriarum mysterium verba vertamus. Sed quia in exordio huius operis dum de vnitate capitis

Universidad de Deusto
Biblioteca

G pitis & corporis tractaremus, ſollicita intentione præmiſimus quanta in eis ſit compago charitatis: quia nimirum & dominus multa adhuc per corpus, quod nos ſumus, patitur: & iam eius corpus, id eſt eccleſia, de ſuo capite, videlicet domino, in cœlo gloriatur: ita nũc paſsiones exprimi eiuſdem capitis debent, vt oſtẽdatur quàm multa etiam in corpore ſuo ſuſtinet. Si enim caput noſtrũ tormenta noſtra non tangerent: nequaquam pro afflictis membris perſecutori ſuo etiã de cœlo clamaret: Saule, Saule, quid me perſequeris? Si cruciatus noſtri, eius pœnæ non eſſent: conuerſus afflictúsque Paulus minimè diceret: Suppleo ea quæ deſunt paſsionum Chriſti, in carne mea. Et tamen reſurrectione iam ſui capitis exaltatus dicit: Qui nos cõreſuſcitauit, & conſedere fecit in cœleſtibus. Nempe hunc in terra perſecutionum tormenta conſtrinxerant: ſed pœnarum ſuarum ponderibus preſſus: ecce iam per gloriam capitis in cœlo reſidebat. Quia ergo in omnibus vnitum caput, & corpus nouimus, ſic à perſecutione capitis incipimus: vt ſubſequenter tamẽ ad corporis flagella veniamus. Sed hoc quòd quadam die Satan coram domino aſtitiſſe dicitur: quòd vnde veniat, percontatur: quòd beatus Iob magnis conditoris præconiis præfertur: quia iam ſæpe diſcuſsimus, replicare deuitamus. Si enim diu mens rebus diſcuſsis inuoluitur, peruenire ad indiſcuſſa præpeditur. Ibi ergo allegoriæ nunc initiũ ponimus, vbi poſt verba ſæpe repetita, adiunctum noui aliquid ſcimus. Itaque ait: Commouiſti me aduerſus eum, vt affligerem eum fruſtra.) Si beatus Iob redẽptoris noſtri in paſſione poſiti ſpeciem tenet, quomodo à domino ad Satan dicitur: Commouiſti me aduerſus eum? Mediator quippe dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, vt culpas noſtræ tranſgreſſionis extingueret: venit mortalitatis noſtræ flagella tolerare. Sed quia vnius cum patre eiuſdémque naturæ eſt, quomodo per Satan motum ſe aduerſus eum pater aſſerit? cùm conſtet quòd patris filiúque concordiam nulla poteſtatis inæqualitas: nulla voluntatis diuerſitas interrumpat? Sed tamen idem qui patri eſt æqualis per diuinitatem: venit propter nos ad flagella per carnem. Quæ nimirum flagella non ſuſciperet, niſi formam damnati hominis redimendo ſumpſiſſet. Et niſi primus homo delinqueret, ſecũdus ad paſsionum probra minimè veniret. Cùm ergo primus homo per Satã à domino motus eſt, tunc eſt dominus in homine ſecundo commotus. Satan itaque ad huius afflictionem dominum tunc commouit, quando in paradiſo primum hominem à iuſtitiæ culmine, inobedientiæ culpa, proſtrauit. Niſi enim Adam primum per voluntarium vitium in animæ mortem traxiſſet: Adam ſecundus ſine vitio in carnis mortem voluntariam non veniret. Bene ergo ei etiã de redemptore noſtro dicitur: Commouiſti me aduerſus eũ, vt affligerem illum fruſtra. Ac ſi apertius dicatur: Dum iſte non ſua, ſed illius cauſa moritur: tũc me in huius afflictionem commouiſti, cùm illum à me callida perſuaſione traxiſti. De quo & bene additur, fruſtra. Fruſtra quippe afflictus eſt, qui & culpæ vltione preſſus eſt, & culpæ contagio inquinatus nõ eſt. Fruſtra afflictus eſt, qui in carne natus, propria admiſſa non habuit, & tamen pœnam carnalium ſine culpa ſuſcepit. Hinc eſt enim quod per prophetam loquitur, dicens: Quæ nõ rapui, tunc exoluebam. Alius nanque ad paradiſum conditus, diuinæ potentiæ ſimilitudinem ſuperbè rapere voluit: ſed tamen culpas huius ſuperbiæ ſine culpa mediator exoluit. Hinc eſt quod patri quidã ſapiens dicit: Cùm ſis iuſtus, iuſtè omnia diſponis: eum quoque qui non debet puniri, condemnas. Sed penſandum eſt quomodo iuſtus ſit, & omnia iuſtè diſponat, ſi eum qui non debet puniri, condẽnat. Mediator etenim noſter puniri pro ſemetipſo non debuit: quia nullum culpæ contagium perpetrauit. Sed ſi ipſe indebitam mortem nõ ſuſciperet, nunquam nos à debita morte liberaret. Pater ergo cùm iuſtus ſit, iuſtum puniens, omnia iuſtè diſponit: quia per hoc cũcta iuſtificat, q̃ eum qui ſine peccato eſt, pro peccatoribus dãnat: vt eo electa omnia ad culmẽ iuſtitiæ ſurgerent, quo is qui eſt ſuper omnia, damna iniuſtitiæ noſtræ ſuſtineret. Quòd ergo illic damnatus cùm non debeat, dicitur: hoc hic afflictus fruſtra, memoratur. Qui tamen iuxta ſemetipſum fruſtra afflictus eſt. iuxta vero noſtra acta nõ fruſtra. Rubigo quippe peccati purgari non potuit, niſi igne tormenti. Venit itaque ſine vitio, qui ſe ſubiiceret ſponte tormento: vt debita noſtræ iniquitati ſupplicia, eo reos ſuos iuſtè amitterent, quo hunc à ſemetipſis liberum iniuſtè tenuiſſent. Fruſtra ergo & non fruſtra afflictus eſt: quia in ſe quidem admiſſa non habuit, ſed proprio cruore reatus noſtri maculam terſit. Caput. XII.

REſpondens Satan ait: Pellem pro pelle, & cuncta quę habet homo, dabit ꝓ anima ſua: Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem, & tunc videbis quòd in faciem benedicat tibi.) Malignus ſpiritus cùm redemptorem noſtrum miraculis coruſcare conſpicit, clamat: Scimus quòd ſis ſanctus dei. Qui hæc dicens, cognoſcẽdo dei filium pertimeſcit: ſed tamen vim ſupernæ pietatis ignorans, dum paſsibilem conſiderat, hominem purum putat. Multos autem ſub ſanctitatis ſpecie in paſtorali poſitos loco didicerat, qui alieni valde à viſceribus charitatis, pro minimo aliena damnat penſabant. Hunc ergo quaſi ex aliis colligens: quia ſubtractis multis ſuperari non vidit: vſque ad eius carnem per tactum paſsionis exarſit. Velut ſi diceret: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima ſua: Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius & carnem, & tunc videbis q̃ in faciẽ benedicat tibi. Ac ſi apertè dicat: Moueri ex his quæ extra ſe ſunt, negligit: ſed tunc veraciter qui ſit, agnoſcitur: ſi in ſeipſo quod doleat, experiatur. Hæc per ſe Satan cùm fieri appetit, non verbis & deſideriis dixit. Hæc per membra ſua, & verbis, & deſideriis intulit. Ipſe quippe loquitur, cùm iuxta prophetæ vocem, eius ſequaces dicunt: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium. Lignum quippe in panem mittere, eſt configẽdo eius corpori ſtipitem crucis adhibere: & vitam illius de terra viuentium eradere ſe poſſe exiſtimant: quem dum mortalem conſpiciũt, finiri morte ſuſpicantur. Dixit autem dominus ad Satan: Ecce in manu tua eſt, veruntamẽ animam illius ſerua.) Conditorem omniũ Satanæ manui traditum quis vel deſipiens credat? ſed tamen edoctus veritate, quis neſciat quod eiuſdem Satanæ membra ſunt omnes qui ei peruerſẽ viuendo iunguntur. Membrum quippe eius Pilatus extitit, qui vſque ad mortis extrema venientem in redemptionem' noſtram dominum non cognouit. Corpus autem eius principes ſacerdotum extiterunt, qui redẽptorem mundi à mundo repellere, vſque ad crucem perſequẽdo, conati ſunt. Cùm ergo ſe pro noſtra redemptione dominus membrorum Satanæ manibus tradidit: quid aliud quàm eiuſdem Satanæ manum in ſe ſæuire permiſit, vt vnde ipſe exterius occumberet, inde nos exterius interiúsque liberaret? Si igitur Satanæ manus, eius poteſtas accipitur, eius manum iuxta carnem pertulit, cuius poteſtatem corporis vſque ad ſputa, colaphos, flagella, crucem, lanceámque tolerauit. Vnde & Pilato, eius videlicet corporis membro, ad paſsionem veniens dicit: Non haberes in me poteſtatem vllam, niſi tibi data eſſet deſuper. Sed tamen hanc poteſtatem quam contra ſe ei extrinſecus dederat, ſuis ſeruire lucris intrinſecus compellebat. Pilatus enim vel Satan (qui eiuſdem Pilati caput extiterat) ſub poteſtate illius ſuper quẽ poteſtatem acceperat, tenebatur: quia & ſuperior ipſe diſpoſuerat hoc quod inferius accedens à perſecutore tolerabat: vt cùm ex mala mẽte infidelium ſurgeret, vtilitati tamen electorum omnium, ipſa quoq; crudelitas deſeruiret. Piè igitur diſponebat int', quod ſemetipſum pati nequiter permittebat foris. Hinc eſt enim quod de illo in cœna dicitur: Sciẽs Ieſus quia omnia dedit ei pater in manus: & quia à deo exiuit, & ad deum vadit: ſurgit à cœna, & ponit veſtimẽta ſua. Ecce in manus perſequẽtium iturus, ſciebat q̃ in manu ſua ipſos etiam perſecutores acceperat. Qui enim omnia accepiſſe ſe nouerat: conſtat quia & ipſos à quibus tenebatur, tenebat: vt ipſe in ſe ad vſum pietatis intorqueret, quicquid eorũ contra ſe malitia permiſſa ſequiret. Dicatur ergo ei: Ecce in manu tua eſt, quia ad feriendam carnem ſæuiens licentiam accepit, ſed poteſtati illius neſciens deſeruiuit. Caput. XIII.

ANimam verò illius ſeruare præcipitur, non q̃ hanc tentare prohibeatur, ſed quòd hanc ſuperare non poſſe, conuincitur. Neque enim ſicut nos, qui puri homines ſumus, irruente ſæpe tentatione concutimur: ita redemptoris noſtri anima tentationis eſt neceſsitate turbata. Hoſtis nanque noſter, etſi in excelſum montem eum, quem permiſſus aſſumpſit, duxit: ſi daturum ſe regna mundi perhibuit, ſi quaſi in panes vertendos lapides oſtendit: mentem tamen

mediatoris

A mediatoris dei & hominum tentatione quaſſare non valuit. Sic enim dignatus eſt hæc exterius cuncta ſuſcipere: vt tamen mens eius interius diuinitati ſuæ inhærens inconcuſſa permaneret. Qui etſi quando turbatus ſpiritu infremuiſſe dicitur: ipſe tamen diuinitus diſponebat, quantum ipſe humanitus turbaretur: qui immutabiliter omnibus præſidens, & ſemetipſum mutabiliter in ſatisfactione infirmitatis oſtendit. Quietus ergo in ſemetipſo manens, diſpoſuit quicquid pro oſtendenda humanitate quam ſuſceperat, etiam turbulentus fecit. Quia verò cum rectè diligimus, nihil in rebus conditis anima noſtra charius amamus, & ſicut animam noſtram eos diligere dicimus, quibus amoris noſtri exprimere pondus conamur: poteſt per eius animam electorum vita ſignari. Et cùm Satan ad feriendam redemptoris carnem permittitur, ab anima ſeparatur: quia cùm corpus eius ad paſsionem accipit, electos eius à iure ſuæ poteſtatis amittit. Cúmq; illius caro per crucem moritur, horum mens contra tentamẽta ſolidatur. Dicatur ergo: Ecce in manu tua eſt, veruntamen animam illius ſerua.) Ac ſi apertè audiat: Licentiam contra corpus eius accipe, & ab electis illius quos apud ſe ante ſecula præſciens poſsidet, ius prauæ dominationis perde.

Caput. XIIII.

B EGreſſus igitur Satan à facie domini, percuſsit Iob vlcere peſsimo, à planta pedis vſque ad verticem.) Nullus in hac vita electorum venit, qui non huius hoſtis aduerſa ſuſtinuit. Membra autem noſtri redemptoris extiterunt, etiam qui ab ipſo mundi exordio dum piè viuũt, crudelia paſſi ſunt. An non huius membrum Abel ſe eſſe perhibuit, qui eius mortem, de quo ſcriptum eſt: Sicut agnus coram tondente ſe obmutueſcet, & non aperiet os ſuum, non ſolum placens in ſacrificio: ſed etiam moriens tacendo ſignauit? Ab ipſo itaque mundi exordio redemptoris noſtri corpus expugnare Satã conatus eſt. A planta ergo pedis vſque ad verticem vulnus intulit, quia prius ab hominibus inchoans, vſque ad ipſum caput Eccleſiæ ſæuiendo peruenit. Bene autem dicitur teſta ſaniem radebat. Quid enim aliud in manu domini teſta eſt, niſi caro ex noſtræ ſubſtantiæ luto ſumpta? Etenim teſta igne ſolidatur. Caro autem domini eo ex paſsione ſua robuſtior extitit, quo per infirmitatem moriens, à morte ſine infirmitate ſurrexit. Vnde rectè etiam per Prophetam dicitur: Exaruit velut teſta virtus mea. Sicut teſta enim eius virtus exaruit, quia ſuſceptæ carnis infirmitatẽ paſsionis ſuæ igne roborauit. Quid vero per ſaniem niſi peccatum debet intelligi? Per carnẽ quippe & ſanguinẽ ſolent carnis peccata deſignari. Vnde per Pſalmiſtam dicitur: Libera me de ſanguinibus. Sanies itaque putredo ſanguinis eſt. Quid vero accipimus ſaniem, niſi carnis peccata ex longa vetuſtate peiora? Vulnus itaque in ſaniem C vertitur, cùm neglecta culpa vſu deterius grauatur. Mediator itaque dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, corpus ſuum manibus perſequentium tradens, ſaniem teſta raſit: quia peccatum carne deleuit. Venit enim, ſicut ſcriptum eſt, in ſimilitudinem carnis peccati: vt de peccato damnaret peccatũ. Dúmque hoſti obiicit innocentiam carnis ſuæ, exterſit contagia carnis noſtræ: & ex qua nos captiuos inimicus tenuit, per illã nos liberos expiauit, quia quam nos inſtrumentum fecimus culpæ, hæc nobis per mediatorem verſa eſt in arma iuſtitiæ. Teſta ergo ſanies raditur, cùm carne culpa ſuperatur. Bene autem ſubditur: Sedens in ſterquilinio.) Non in foro, in quo lex perſtrepit: non in ædificio, quod ſe culmine in alta ſuſtollit: ſed in ſterquilinio reſidet: quia videlicet redemptor humani generis ad carnem veniens, atteſtante Paulo, infirma mundi elegit, vt confunderet fortia. An non quaſi ruentibus ædificiis in ſterquilinio reſidet, qui relictis Iudæis ſuperbientibus: in ea quam dudum abiecerat, gentilitate requieſcit? Extra habitaculum reperitur in vulnere, qui in eo q; Iudæam aduerſantem pertulit, paſsionis dolorem agente propria deſpectus ſenſit: Ioanne atteſtante, qui ait: In propria venit, & ſui eum non receperunt. Sed quomodo ſedens in ſterquilinio cõquieſcat: hęc eadem de ſemetipſa veritas dicat. Ait enim: Gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agẽte, quàm ſuper nonagintanouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia. Ecce dolens in ſterquilinio ſedet, qui poſt perpetratas culpas libẽter corda pœnitentium poſsidet. An non quaſi quoddam ſterquilinium ſunt corda pœnitentium, qui dum mala ſua flendo D conſiderant, quaſi ante ſe ſtercora, ſeſe abiiciendo coarceruãt? Percuſsus ergo Iob montem non petiit, ſed in ſterquilinio ſedit: quia ad paſsionem redemptor veniens, alta ſuperborum corda deſeruit, & in afflictorum cordium humilitate requieuit. Quod tamen de ſe & prius quàm incarnaretur, indicauit: cùm per prophetam dixit: Ad quem reſpiciam, niſi ad humilem & quietum, & trementem ſermones meos? Quis vero cõſideret, is qui tot pia hominibus intulit, quot ab hominibus peruerſa tolerauit? Quis conſideret quanta nunc vſque tolerat, etiam cùm de cœlo ſuper corda fidelium regnat? Ipſe quippe quotidie patitur omne quod à reprobis eius electi laceran tur. Et quanuis caput huius corporis, quod videlicet nos ſumus: iam ſeſe ſuper omnia liberum erexerit, reproborũ tamen vulnera adhuc per ſuum, quod deorſum retinet, corpus ſentit. Sed quid iſta de infidelibus dicimus, cùm in ipſa quoq; Eccleſia multos carnalium, prauis moribus contra redemptoris vitam pugnare videamus? Sunt nanque nonnulli qui hunc, quia gladiis non poſſunt, peruerſis actibus inſequuntur: quia dum ſibi in Eccleſia vident deeſſe quod ambiunt, hoſtes bonorum fiunt, & non ſolum prauæ ſemetipſos actioni inſerũt: ſed etiam iuſtorum rectitudinem inflectere ad peruerſa moliuntur. Aeterna quippe intueri negligunt, & appetitui temporalium mentis puſillanimitate ſuccumbunt, tantoque ab æternis altius corruunt, quanto bona temporalia eſſe quaſi ſola E ſuſpicantur. His iuſtorum ſimplicitas diſplicet, & cùm occaſionem perturbationis inueniunt, ſuam eos arripere duplicitatem ſuadent. Vnde hoc quoque congruit aptè quod ſubditur: Dixit autem illi vxor ſua: Adhuc permanes in ſimplicitate tua? Benedic deo, & morere.) Cuius enim ſpeciem maleſuadens mulier tenuit, niſi quorumlibet carnalium in Eccleſiæ ſinu poſitorum, qui quo verbis profeſſę fidei intus ſunt, eo bonos incorrectis ſuis moribus peius premunt? Nam minus fortaſſe nocuiſſent, ſi non eos ſancta Eccleſia introrſus admittẽs, vſque ad fidei cubile reciperet, quos dum per profeſſam fidẽ recipit, ſibi ꝓculdubio penè ineuitabiles facit. Hinc eſt quòd premente turba, vna redemptorem noſtrũ mulier tetigit: vnde & idem redemptor noſter protinus dicit: Quis me tetigit? *Marci. 5.* Cui cùm diſcipuli reſponderent: Turbæ te premunt & affligunt, & tu dicis: quis me tetigit? illicò adiunxit: Tetigit me aliquis. Nam & ego noui virtutem de me exiſſe.

Caput. XV.

MVlti ergo dominum comprimũt, & vna tangit, quia carnales quique in eccleſia eum premunt à quo longè ſunt, & ſoli tangunt qui huic veraciter humiles adiungũtur. Turba igitur premit: quia multitudo carnalium quo intus admittitur, eo grauius toleratur. Premit, & non tangit: quia & importuna eſt per præſentiam, & abſens per vitã. Nonnunquam enim prauis nos ſermonibus, nõnunquam verò ſolis peruerſis moribus inſequuntur. Suadẽt nanq; aliquando quæ tenent, aliquando verò etſi non ſuadeant, prębere tamen iniquitatis exempla non ceſſant. Qui igitur ad mala nos vel verbis, vel exemplis illiciũt, profectò perſecutores noſtri ſunt, à quibus tentationum certamina ſumimus, quæ ſaltem in corde vincamus: Sciendum verò eſt: quia carnales in Eccleſia aliquando metu, aliquando verò audacia ſuadere peruerſa cõtendunt: cũque ipſi vel puſillanimitate, vel elatione deficiunt: hæc iuſtorum cordibus infundere, quaſi ex dilectione moliũtur. Carnalem videlicet mentem Petrus ante redẽptoris mortem, reſurrectionemque retinebat. Saruiæ filius carnali mente duci ſuo Dauid adiunctus inhæſerat: ſed tamen vnus formidine, alter elatione peccabat. Ille quippe mortẽ magiſtri audiẽs dixit: Abſit à te domine, nõ erit tibi hoc. Hic verò iniurias ducis non ferens ait: Nunquid pro his verbis non occidetur Semei, qui maledixit Chriſto domini? Sed illi mox dicitur: Redi poſt me Satana: & hic cum germano audiuit protinus: Quid mihi & vobis filij Saruię, cur efficiamini mihi hodie in Satan? Malè itaq; ſuadentes angeli, apoſtatę appellatione cenſentur: qui verbis blandis ad illicita quaſi diligentes trahunt. Valde verò deteriores ſunt, qui huic culpæ nõ formidine, ſed elatione ſuccumbunt: quorum ſpecialiter beati Iob vxor figurã tenuit, quæ marito ſuadere ſuperba tentauit, dicens: Adhuc permanes in ſimplicitate tua? Benedic deo, & morere. Simplicitatem in

Iob. 11. *Eſaiæ. 66.* *Eſaiæ. 53.* *Pſalm. 21.* *Pſalm. 50.* *Roma. 8.* *1. Cor. 1.* *Ioan. 1.* *Luc. 15.* *Matth. 16.* *2. Reg. 16.*

Universidad de Deusto Biblioteca

G tem in marito redarguit, quòd transitoria cuncta despiciens, puro corde sola æterna concupiscit. Ac si apertè dicat: Quid simpliciter æterna appetis, & sub malis præsentibus æquanimiter ingemiscis? Excedens æterna despice, & mala presentia, vel moriens euade.

Caput. XVI.

SEd electi quique cùm praua intus à carnalibus tolerant, quantam in se formam rectitudinis ostendant, discamus ex verbis vulnerati & incolumis, sedentis & erecti qui ait: Locuta es quasi vna ex stultis mulieribus: Si bona accepimus de manu domini, mala quare non sustineamus? Sancti viri tribulationum bello deprehensi, cùm vno eodémq; tempore alios feriétes, alios suadentes ferunt, illis opponunt scutum patientiæ: istis iacula intorquét doctrinę: atq; ad vtrúq; pugnandi modum mira virtutis arte se erigunt: quatenus & peruersa intus sapienter doceant, & foris fortiter aduersa contemnant: hos docentes corrigant, illos tolerantes premant. Insurgentes nanque hostes patiendo despiciunt, infirmantes verò ciues cõ patiendo ad salutem reducunt: illis resistunt, ne & alios subtrahant, istis medentur, ne vitam rectitudinis funditus perdant.

Quòd ad exemplum apostoli Pauli, iusti positi in dolore tribulationis propriæ, non deserunt curam vtilitatis alienæ.

Videamus castrorum dei militem, contra vtraque prælian-
tem. Ait enim: Foris pugnæ, intus timores. Enumerat bella
2. Corin. 7. quæ extrinsecus tolerat, dicens: In periculis fluminum, peri-
H culis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, pe-
2. Corin. 11. riculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, pe-
riculis in falsis fratribus. In hoc autem bello quæ contra aduer-
Ibidem. sarium spicula intorqueat, adiungit: In labore & ærumna, in vigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate. Sed inter tot certamina deprehensus dicat, quanto vigiliarum munimine etiam castra custodiat. Nam protinus adiungit: Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Ecce in se bella fortiter susceptt, & tuendis se proximis misericorditer impendit: Narrat mala quę patitur, subiungit bona quę impartitur. Pensemus ergo cuius laboris sit, vno eodémque tempore foris aduersa tolerare, intus infirma protegere. Foris pugnas patitur: quia verberibus scinditur, catenis ligatur: intus metũ tolerat: quia passionem suam non sibi, sed discipulis obesse formidat. Vnde & eisdem scribit, dicens: Nemo moueatur in tribula-
1. Thess. 3. tionibus istis. Ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus. Aliorum quippe casus in propria passione metuebat, ne dum discipuli ipsum afflictum pro fide verberibus agnoscerent, fideles se esse profiteri recusarent. O immensa charitatis viscera, despicit quod ipse patitur, & curat ne quid praua persuasionis discipuli in corde patiantur. Ipse in se cõtemnit vulnera corporis, & in aliis vulnera medetur cordis. Habent quippe hoc iusti proprium, vt in dolore positi tribulationis suæ, curã non
I deserant vtilitatis alienæ: & cùm de se aduersa patientes dolent, aliis necessaria docentes prouident: & quasi percussi quidam magni medici ægrotant. Ipsi tolerant scissuras vulneris, & aliis proferunt medicamenta sanitatis. Valde autem minoris laboris est, aut docere cùm nihil toleras: aut tolerare, cùm nihil doces. Vnde sancti viri ad vtraque se solerter extẽdunt, & cũ tribulationibus fortasse feriuntur, sic exteriora bella susciptunt, vt sollicitè cogitent, ne proximorum interiora lacerentur. Sic sancti viri fortiter in acie consistunt, & illinc inculis aduersantia pectora feriunt: hinc scuto postpositos debiles tuentur: atque ita vtrobique velocitate circunspectionis inuigilant: quatenus & ante se audaces confodiant: & post se trepidos à vulnere defendant. Quia igitur sancti viri sic sciunt foris aduersa tolerare: vt intus etiam nouerint peruersa corrige-
Psalm. 30. re, dicat rectè: Locuta es quasi vna ex stultis mulieribus. Quia enim electis dicitur: Viriliter agite, & confortetur cor vestrũ, mentes carnalium quæ fluxa deo intentione deseruiunt, non immerito mulieres vocantur. Si bona accepimus de manu domini, mala quare non sustineamus? Ac si dicat: Si ad bona eterna tendimus, quid mirum si temporalia mala sufferamus? Hęc
Roma. 8. autem bona sollicitè Paulus inspexerat, quando illata æquanimiter mala tolerabat, dicens: Nõ sunt condignæ passiones huius temporis ad superuenturam gloriam, quæ reuelabitur in nobis. In omnibus his non peccauit Iob labiis suis.) Sancti vi K
ri cùm persecutionem intus foriśque patiuntur, non solum in dei iniurijs minimè excedunt: sed neque contra ipsos aduersarios contumelioſa verba iaculantur. Quòd dux bonorum rectè Petrus admonet, dicens: Nemo vestrum patiatur quasi ho 1. Petr.
micida, aut fur, aut maledicus. Maledicꝰ enim patitur, qui passionis suæ tempore, in sui saltem iniuriam persecutoris effrenatur. Sed quia redemptoris corpus, sancta nimirum Ecclesia, ita pondus dolorum portat: vt humilitatis modum per verba non transeat: rectè de hoc dolente dicitur: In omnibus his nõ peccauit Iob labiis suis: neque stultum aliquid contra deum locutus est.

Caput. XVII.

IGitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo: Eliphas Themanites, & Baldad Suites, & Sophar Naamathites.) In præfatione huius operis diximus, quia amici beati Iob etsi bona intentione ad eum conuenerint, hæreticorum tamen idcirco speciẽ tenent: quia ad culpam indiscretè loquendo dilabuntur. Vnde & illis ab eodem beato Iob dicitur: Disputare cum deo cupio, prius vos ostendens fabricatores mendacij, & peruersorum cultores dogmatum.

Quòd locus sanctorum sit humilitas, sicut econtra reproborũ locus superbia.

Sancta itaque Ecclesia omni hoc tempore peregrinationis suæ in afflictione constituta, dum vulnera sustinet, dum mem L
brorum suorum lapsus dolet: insuper alios sub Christi nomine tolerat hostes Christi. Ad augmẽtum nanque doloris eius, etiam hæretici in contentionem conueniunt, eámque quasi quibusdam iaculis, irrationabilibus verbis transfigunt. Bene autem dicitur: Venerunt de loco suo.) Hæreticorum quippe locus ipsa superbia est: quia nisi prius in corde intumescerent, ad praua assertionis certamina non conuenirent. Ita nanque malorum locus est superbia, sicut est econtra humilitas locus bonorum. De quo loco per Salomonẽ dicitur: Si spiritus po- Eccles.
testatem habentis ascenderit super te: locum tuum ne dimiseris. Ac si apertè dicat: Si tentatoris spiritum contra te in aliquo prævalere consideras: humilitatem pœnitentiæ non derelinquas. Qui quia locum nostrum humilitatem pœnitentiæ dixerit: verbis sequentibus ostendit, dicens: Quia curatio ces- Ibid.
sare faciet peccata maxima. Quid enim est aliud humilitas lamẽti, nisi medicina peccati? Heretici igitur de loco suo veniunt: quia contra sanctam Ecclesiam ex superbia mouentur: quorũ peruersa quoque actio ex ipsa suorum nominum interpretatione colligitur. Dicuntur enim, Eliphas, Baldad, Sophar: & M
sicut superius diximus, Eliphas interpretatus est dei contemptus. Nisi enim deum contemnerent, nequaquam de eo peruersa sentirẽt. Baldad autem interpretatur vetustas sola. Dum enim verè vinci refugiunt, & puerso studio esse victores quę-runt: nouæ vitę conuersationem negligunt: & ex sola vetustate est quod intendunt. Sophar verò speculam dissipans interpretatur. Hi etenim qui in sancta Ecclesia siti sunt, redemptoris sui mysteria fide vera humiliter contemplantur. Sed dum hæretici cum falsis allegationibus veniunt, speculam dissipãt: quia eorum montes quos ad se trahunt, ab intentione rectæ contemplationis inclinant.

Quòd tres amici Iob hæreticorum typum habeant, & ex ipsorum nominibus eorum actio, & intentio exprimatur. Caput. XVIII.

BEne autem loca de quibus veniunt, congrua hęreticorũ actibus describũtur. Dicitur enim: Themanites, Suites, Naamathites. Thema nãq; interpretatur Auster: Sui, loquẽs: Naama, decor. Austrũ aũt ventũ calidũ esse quis nesciat?

Hæretici igitur quia ardentius appetunt sapere: quasi plusquam necesse est, student calere. Desidia quippe torpori frigoris: & rursum inquietudo immoderatæ curiositatis, immoderato concordat calori. Quia ergo amplius quàm debent, calorem sapientiæ percipere appetunt, ab Austro venire referuntur. Ab hoc calore immoderatæ sapientiæ, mentes fidelium Paulus temperare curauerat, cum dicebat: Non plus sa- Rom. 12.
pere quàm oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Hinc 1. Reg. 2.
est quòd Dauid valles salinarum percutit: quia videlicet redemptor noster suæ districtionis examine in his qui de illo

praua

A prauis sentiunt, stultitiã immoderati saporis extinguit. Sui autem dicitur loquens. Calorem quippe non vt benè viuant, sed vt elatè loquantur, habere desiderant. A Thema igitur & Sui, id est, à calore, & loquacitate venire referuntur: quia per hoc quòd scripturarum lectioni se studiosos exhibent, solius verbis loquacitatis, non autem visceribus charitatis calent: Naama verò interpretatur decor: quia enim docti non esse, sed videri appetunt, ex eruditionis verbis speciem bene viuẽtium sumunt. Et per calorem loquacitatis in se imaginẽ ostendunt decoris, vt eo per decorem linguæ peruersa facilè persuadeant, quo fœditatem vitæ sensus calliditate occultant. Sed neque ipsa locorum nomina, inordinata sunt narratione distincta. Prius enim Thema, postmodu Sui, ac deinde Naama ponitur: quia prius illos inordinatus calor accendit in corde: deinde nitor loquacitatis erigit, & tunc demum decoros hominibus hypocrisis ostendit. Condixerant enim vt pariter venientes visitarent eum, & consolarentur. Condicunt enim sibi hæretici quando praua quædam contra Ecclesiam concorditer sentiunt, & in quibus à veritate discrepant, sibi in falsitate concordant. Omnes autem qui nos de æternitate eruditunt: quid aliud faciũt, nisi in peregrinationis nostræ nos afflictione consolantur? Hæretici autem quia sanctam Ecclesiam sua docere desiderant, ad eam quasi consolantes appropinquant. Nec mirum quòd qui aduersantium formam exprimunt, no-

B minantur amici, cùm ipsi quoque traditori dicitur: Amice ad quid venisti? Et dives qui in inferni igni exuritur, Abraham filius vocatur: quia etsi per nos mali corrigi negligũt: dignum tamen est vt à nobis non ex sua nequitia, sed ex nostra benignitate amici nominẽtur: Cúmque eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum.) Hæretici quique cùm sanctæ Ecclesiæ facta considerant, oculos leuant: quia ipsi videlicet in imo positi sunt, & cùm eius opera respiciunt, in alto sunt sita quę cernunt, sed tamen hanc in dolore positam, non cognoscunt. Ipsa quippe appetit hìc mala recipere, vt possit ad æternæ remunerationis præmium purgata peruenire. Plærunque prospera metuit, & disciplina eruditionis hilarescit. Hæretici igitur quia pro magno presentia appetunt, eam in vulneribus positam non cognoscunt. Hoc nanque quod in illa cernunt, in suorum cordium cognitione non relegunt. Cùm ergo hæc & aduersitatibus proficit, ipsi suo stupori inhærent: quia per experimentum ignorant quæ vident.

Matth. 26.

Caput. XIX.

Cisisque vestibus sparserunt puluerem super caput sum in cœlum.) Sicut vestimenta Ecclesiæ cunctos fideles accipimus: Vnde & per Prophetam dicitur: Omnibus hisvelut ornamento vestieris: ita hęreticorum vestes, sunt omnes qui eis concorditer inhærentes, illorum erroribus inuoluuntur. Habent vero hæretici hoc proprium, quòd in eo

Esaiæ. 49.

C gradu in quo de ecclesia exeunt, diu stare non possunt: sed ad deteriora quotidie ruunt, & sentiendo peiora, in multis se partibus scindunt: atque à semetipsis plærunque longius confusionis suæ altercatione diuiduntur. Quia ergo hos quos suæ perfidiæ adiungunt, adhuc in multa diuisione dilaniant: dicatur rectè, quòd amici qui veniunt, vestes rumpant. Ruptis autem vestibus corpus ostenditur: quia sæpe scissis sequacibus, malitia eorum cogitationis aperitur, vt discordia dolos patefaciat, quos grauis prius cõcordiæ culpa claudebat. Puluerem vero in cœlum super capita spargunt. Quid vero per puluerem, nisi terrena intelligentia: quid per caput, nisi hoc quod principale nostrum est, mens videlicet, designatur? Quid per cœlum, nisi præceptum supernæ locutionis exprimitur? Puluerem ergo super caput in cœlum spargere, est seculari intellectu mentem corrumpere, & de verbis cœlestibus terrena sentire. Diuina autem verba plus discutiunt plerunque quàm capiunt. Super capita igitur puluerem spargunt: quia in præceptis dei per terrenam intelligentiam vltra suarum mentium vires enituntur.

Quid sit q; amici Iob septẽ diebus cum eo sedere in terra perhibentur.

Sederuntque cum eo in terra septem diebus & septem noctibus.) In die quæ videmus, agnoscimus: in nocte autem aut cæcitate nil cernimus, aut dubietate caligamus. Per diem itaque intelligentia, per noctem ignorantia designatur. Septenario verò numero summa vniuersitatis exprimitur. Vnde & D non amplius, quàm septem diebus omne hoc tempus transitorium consummatur. Quid est ergo quòd amici Iob considere ei septem diebus, & septẽ noctibus referuntur, nisi quòd hæretici, vel in his in quibus verum lumen intelligunt: vel in his in quibus ignorantiæ tenebras patiuntur, quasi infirmanti sanctæ Ecclesiæ se condescendere simulant, eique sub blandimentorum specie dolos deceptionis parant? Et quanuis vel in his quæ intelligunt, vel in his quę intelligere non possunt, elationis typho turgidi, magnos se apud semetipsos estimant, nonnunquam tamen se Ecclesiæ sanctę specietenus inclinant, & dum verba molliunt, virus infundunt. In terra ergo considere, est aliquid de imagine humilitatis ostendere: vt dum humilia exhibent, persuadeant superba quæ docent.

Caput. XX.

POtest verò per terram ipsa etiam mediatoris incarnatio designari. Vnde & ad Israël dicitur: Altare de terra facietis mihi. Altare enim de terra domino facere, est in *Exodi. 20.* incarnationem mediatoris sperare. Tũc quippe à deo munus nostrũ accipitur, quando in hoc altari nostra humilitas, id est, super dominicæ incarnationis fidem, posuerit quicquid operatur. In altari ergo de terra oblatũ munus ponimus, si actus nostros dominicæ incarnationis fide sõlidamus. Sed sunt nõnulli hæretici qui factam mediatoris incarnationem non denegant: sed aut de diuinitate aliter quàm est, æstimant, aut in

E ipsa à nobis incarnationis qualitate discordant. Qui ergo veram nobiscum incarnationem redemptoris perhibent, quasi cum Iob in terra pariter sedẽt. Septem verò diebus & septem noctibus in terra considere describitur: quia vel in hoc q; aliquid de plenitudine veritatis intelligunt, vel in hoc q; suę stultitiæ tenebris excæcantur, incarnationis mysteriũ negare non possunt. Cum beato ergo Iob in terra sedere, est veram redemptoris carnem cum sancta Ecclesia credere. Aliquando verò hæretici contra nos etiam suppliciis sæuiunt, aliquando nos solis verbis insequuntur: aliquando quietos lacessunt, aliquando si nos tacentes videant, quiescunt: & mutis amici sunt, loquẽtibus aduersantur. Vnde quia beatus Iob necdum ad illos aliquid differens dixerat, rectè subiungitur: Et nemo loquebatur ei verbum.) Tacentes enim aduersarios habemus, si veræ fidei filios prędicando generare negligimus. Si autem recta loqui incipimus, graues mox contumelias ex eorũ respon sione sentimus, protinus in aduersitatem prosiliunt: & contra nos in vocem doloris erumpunt: quia videlicet metuunt, ne corda quæ in infimis pondus stultitiæ aggrauat: ad altum vox rectè loquentis trahat. Quia ergo (vt diximus) mutos nos aduersarij diligunt, loquentes oderunt: rectè apud tacentem Iob dicitur: Nemo loquebatur ei verbum. Nonnunquam tamen cùm per torporem inertiæ, fidelium corda considerant, erro-

F ris semina spargere loquendo non cessant. Cùm verò mentes bonorum vident alta sapere, & ad patriam reditum quærere, de ærumna huius exilij strenuè dolere, circunspectione sollicita linguam frenant: quia vident quòd contra corda dolentium incassum loquentes citius obmutescunt. Vnde & rectè cùm diceretur: Nemo loquebatur ei verbum, mox causa silentij subinfertur, cùm dicitur: Videbant enim dolorem eius esse vehementem. Cùm enim amoris dei dolor vehemens corda nostra transfigit: passim praua loqui aduersarius metuit: quia videt quòd intentam mentem lacessens, non solum ad peruersitatem trahere non valet, sed per excitatam forsitã sapientiã, & quos tenuerat, perdit.

Quòd nonnunquam res gestæ in actione malæ sint, in significatione verò virtutem prophetiæ contineant: sicut in Dauid & vxore Vriæ accipitur. *Caput. XXI.*

SEd fortasse aliquos mouet nos hæc ita dixisse, q; quę bene ab amicis gesta sunt, malè ab hęreticis gerenda significent. Sed sic plerũq; res quælibet per historiam virtus est, per significationẽ culpa, sicut aliquando res gesta, in facto causa dãnationis est, in scripto autẽ prophetia virtutis. Quod verum citius ostẽdimus, si vnum sacræ scripturæ testimonium ad vtraque probanda proferamus. Quis nanq; audiens, nõ solum fidelium, sed ipsorum quoque infidelium nõ omnimodo detestetur, q; Dauid in solario deambulans, Bersabee Vriæ cõ *2. Regũ. 11* cupiscit

G cupiſcit vxorem? Quem tamen à prælio reuertentem, ire ad domum admonet, pedes lauare. Qui protinus reſpondit dicēs: Arca domini ſub pellibus eſt, & ego in domo mea requieſcā? Quem Dauid ad menſam propriam ſuſcepit, eiq́ue epiſtolas
Pſalm. 18. per quas mori debeat, tradit. Cuius autē Dauid in ſolario deambulans typum tenet, niſi eius de quo ſcriptū eſt: In ſole poſuit tabernaculum ſuum? Et quid eſt Berſabee ad ſe perducere, niſi legem literæ, carnali populo coniunctam, ſpiritali ſibi intellectu ſociare? Berſabee enim puteus ſeptimꝰ dicitur: quia nimirum per cognitionē legis, infuſione ſpiritalis gratię, perfecta nobis ſapientia miniſtratur. Quem vero Vrias, niſi Iudaicum populum deſignat? Cuius nomen interpretatum dicitur, lux mea dei. Iudaicus enim populus: quia de accepta legis ſcientia extollitur, quaſi de dei luce gloriatur. Sed huic Vriæ Dauid vxorem abſtulit, ſibiq́ue coniunxit: quia videlicet manu fortis, quod Dauid dicitur, in carne redemptor apparens, dum de ſe ſpiritualiter loqui legem innotuit: per hoc quod iuxta literam tenebatur, hanc à Iudaico populo extraneam demonſtrauit: ſibiq́ue coniunxit: quia ſe per illam prædicari declarauit. Vriam tamen ad domum ire Dauid admonet, pedes lauare: quia incarnatus dominus veniens Iudaico populo præcepit, vt ad conſcientiam redeat, ſordes operum fletibus tergat, ſpiritaliter legis mandata intelligat, & poſt tantam duritiam præceptorum, fontem baptiſmatis inueniens: ad aquam
H poſt laborem recurrat. Sed Vrias qui arcā domini eſſe ſub pellibus meminit: reſpondit quòd domum ſuam intrare nō poſſit. Ac ſi Iudaicus populus dicat: Ego mandata dei in ſacrificiis carnalibus video, & redire ad conſcientiam per ſpiritalem intelligentiam non requiro. Quaſi enim arcam eſſe ſub pellibus dicit, qui præcepta dei non niſi ad exhibendum miniſterium ſacrificij carnalis intelligit. Hunc tamen etiam redire ad domum nolentem, Dauid ad menſam vocat: quia quanuis Iudaicus populus ad conſcientiam reuerti contemnat, ei tamen
Ioan. 5. redemptor veniens mandata ſpiritalia prædicat dicens: Si crederetis Moyſi, crederetis forſitā & mihi: de me enim ille ſcripſit. Legem itaque Iudaicus populus tenet, quæ eius diuinitatem loquitur: cui idem populus credere dedignatur. Vnde & Vrias ad Ioab cum epiſtolis ex quibus occidi debeat, mittitur: quia idem ipſe Iudaicus populus legem portat, qua conuincēte moriatur. Dum enim mandata legis retinens implere renitur: ipſe nimirum deſert iudicium vnde damnetur. Quid ergo per factum iſtud, Dauid ſceleſtius: quid Vria mundius dici poteſt? Sed rurſus per myſteriū quid Dauid ſanctius, quid Vria infidelius inuenitur: quādo & ille per vitæ culpam, prophetiæ ſignat innocentiam, & iſte per vitæ innocentiam, in prophetia exprimit culpam? Non ergo incongruè per ea quæ bene ab amicis Iob geſta ſunt, malè ab hæreticis gerenda ſignantur: dum virtus ſacri eloquij ſic tranſacta narrat, vt ventura exprimat: ſic in facto rē approbat, vt ei in myſterio cōtradicat: ſic geſta damnat, vt hæc myſticè gerenda perſuadeat.
I

Caput. XXII.

IGitur quia allegoriæ myſteria membratim enodantes explcuimus: nunc moralitatis intelligentiam raptim tangentes exequamur. Ad obſcuriora quippe diſſerēda mens properat: & ſi apertis diu inuoluitur, clauſa, vt dignum eſt, pulſare præpeditur. Sæpe antiquus hoſtis poſtquam menti noſtrę tentationum certamen inflixerit: ab ipſo ſuo certamine ad tempus recedit, non vt illatæ malitiæ finem præbeat, ſed vt corda quæ per quietem ſecura reddiderit, repētè rediens facilius inopinatus irrumpat. Hinc eſt quòd ad tentandum beatum virum iterum redit: eiúsque cruciatus expetit, quem tamen ei ſuperna pietas retinendo concedit, dicēs: Ecce in manu tua eſt, tantum animam illius ſerua.) Sic quippe ille non deſerit, vt cuſtodiat: ſic cuſtodit, vt tamen permiſſo tentationis articulo, ſtatum nobis noſtræ infirmitatis oſtendat. Qui mox à facie domini exiit: atque à planta pedis vſque ad verticem acceptū feriendo vulnerauit: quia nimirum cùm licentiam percipit, à minimis incipiens, atque vſque ad maiora perueniens, quaſi omne corpus mentis illatis tentationibus lacerando trāsfigit. Sed tamen ad animam feriendo non peruenit: quia cūctis cogitationibus interior, inter ipſa vulnera delectationū quæ ſuſcipit, arcani propoſiti intentio reſiſtit: vt quanuis delectatio mentem mordeat: deliberationem tamen ſanctæ rectitudinis

Diabolus cur quādo que à tentatione ceſſet.

vſque ad conſenſus mollitiem non inflectat. Debemus tamē K per aſperitatem pœnitentiæ, ipſa delectationum vulnera tergere, & cenſura diſtrictionis rigidę, ſi quid fluxum emanat in cogitatione mundare. Vnde bene mox ſubditur:

Quòd moraliter teſta ſaniem radimus, cùm culpam à voluntate, & actione mundamus. Et quid myſterij ſacrificium Hieroboal contineat.

Qui teſta ſaniem radebat.) Quid enim per teſtam niſi vigor diſtrictionis: quid per ſaniem, niſi fluxus illicitæ cogitationis accipitur? Percuſſi ergo teſta ſaniem radimus, cùm poſt pollutionem cogitationis illicitæ, noſmetipſos aſperè diiudicando mūdamus. Poteſt etiam teſta fragilitas mortalitatis intelligi. Teſta ergo ſaniem mundare, eſt mortalitatis curſum, fragilitatemq́ue penſare, & putredinem miſeræ delectationis abſtergere. Nam dum quiſque conſiderat, quàm citius caro ad puluerem redeat: feſtinè ſuperat hoc quod ſe de carne intus turpiter impugnat. Cùm ergo ex tentatione praua menti cogitatio influit: quaſi ex vulnere ſanies decurrit. Sed citiꝰ ſanies tergitur, ſi in conſideratione noſtra fragilitas quaſi in manu teſta teneatur. Neque enim paruipendenda ſunt, quæ quanuis vſque ad effectum non pertrahunt, tamē illicitè in mente verſantur. Hinc eſt quòd quaſi à vulneribꝰ redemptor ſaniē radere venerat, cùm dicebat: Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quòd ſi quis vide- *Matt.*
rit mulierem ad concupiſcēdum eam, iam mœchatus eſt eam *L*
in corde ſuo. Sanies itaque tergitur, cùm culpa non ſolum ab
opere, ſed etiam à cogitatione reſecatur. Hinc eſt quòd Hie- *Iudic.*
roboal cùm à paleis frumenta excuteret, angelum vidit, ad cuius imperium protinus hædum coxit, quem ſuper petram poſuit: & ius carnium deſuper effudit, quæ angelus virga tetigit, eaq́ue ignis exiens de petra conſumpſit. Quid eſt enim frumē tum virga cædere, niſi rectitudine iudicij à vitiorum paleis virtutum grana ſeparare? Sed hæc agētibus angelus apparet: quia tanto magis dominus interiora denunciat, quanto ſe ſtudioſius homines ab exterioribus purgant. Qui occīdi hædum pręcipit, id eſt, omnem appetitum carnis noſtræ immolari, carnésque ſuper petrā poni, & ius carnium deſuper fundi. Quem alium ſignat petra, niſi eum de quo per Paulum dicitur: Petra *1. Cor.*
autem erat Chriſtus? carnes ergo ſuper petram ponimus, cùm corpus noſtrum in Chriſti imitatione cruciamus. Ius etiā carnium deſuper fundit, qui in conuerſatione Chriſti ipſas etiam à ſe carnales delectationes exinanit. Quaſi enim ius ex carne liquidum in pētram funditur, quando mens à cogitationum carnalium fluxu vacuatur. Quæ tamen mox angelus virga tāgit: quia intentionem noſtram nequaquam poteſtas diuini adiutorij deſerit. De petra autem ignis exit, & ius carnésque conſumit: quia afflatus à redemptore ſpiritus, tanta cor noſtrum flamma compunctionis concremat, vt omne quod in eo illicitum eſt, & operis & cogitationis exurat. Quod ergo M
illic eſt in petram ius fundere, hoc eſt hìc ſaniem teſta mundare. Perfecta enim mēs ſolerter inuigilet: vt non ſolum peruerſa agere renuat, ſed omne etiam quod in ſe per cogitationes turpiter liquatur, tergat.

Caput. XXIII.

SEd ſæpe de ipſa victoria bellum oritur, vt cùm immunda cogitatio vincitur, victoris animus elatione pulſetur. Sic ergo mentem neceſſe eſt per munditiam erigi, vt tamen ſollicitè debeat in humilitate ſubſterni.

Quòd in eo quòd Iob in ſterquilinio ſedere dicitur, deſcribitur veræ humilitatis conſideratio.

Vnde & cùm de ſancto viro diceretur, teſta ſaniē radebat, protinus apertè ſubiungitur: Sedens in ſterquilinio.) In ſterquilinio quippe ſedere, eſt de ſe vilia quæpiam & abiecta ſentire. In ſterquilinio nobis quippe ſedere, eſt ad ea quæ illicitè geſſimus, mentis oculos pœnitētdo reducere, vt cùm ante nos peccatorū ſtercora cernimus, omne quod in animo de elatione ſurgit, inclinemus. In ſterquilinio ſedet, qui infirmitatē ſuā ſollicitus reſpicit, & ſeſe de bonis quæ per gratiam percepit, non extollit. An non in ſterquilinio apud ſe Abrahā ſederat, qui dicebat: Loquar ad dominū meū, cùm ſim puluis & cinis? Apertè cm̄ cernimꝰ in quo ſe apud ſe loco poſuerat, q puluerē *Gene. 18.*
ſe ac cinerē, etiā cū deo loquerē, eſtimabat. Si igit̄ ita ſe deſpicit, qui

A cit quod ad honorem diuinæ collocutionis ascendit, solicita intentione pensandum est qua pœna illi feriendi sint qui & ad summa non proficiunt, & tamen de minimis extolluntur. Nam sunt nonnulli qui cum parua agunt, de semetipsis magna sentiunt: in altum mentē subleuant, & præire se cæteros virtutum meritis putant. Hi nimirum apud se introrsus humilitatis sterquilinium deserunt, & elationis fastigia ascendunt: illum videlicet imitantes, qui se primus apud se extulit, sed eleuando prostrauit: illum imitantes, qui accepta conditionis dignitate contentus non fuit,
Esaiæ. 14 dicens: In cœlum conscendam, super astra cœli exaltabo solium meum. Vnde & ei malè coniuncta Babylonia, id est cōfusa multitudo peccantium dicit: Sedeo regina, & vidua
Esaiæ. 47. non sum. Quisquis ergo introrsus intumescit, in altum se apud semetipsum ponit. Sed eo se grauius in infimis deprimit, quo de se infima veraciter sentire contemnit. Sunt vero nonnulli qui nihil quidem virtutis student agere, sed tamen cùm alios peccare conspiciunt, iustos se in eorum cōparatione suspicātur. Neque enim corda omnium, vna vel similis culpa transfigit. Hunc nāque superbia illaqueat, illum forsitan ira supplantat: hunc autem auaritia cruciat, illum vero luxuria inflammat. Et plerūque contingit vt is quem superbia deprimit, alium respiciat qualiter ira succē dat: & quia se non citius ira instigat, meliorem se iractndo iam reputat, atque apud semetipsum quasi de iustitia extol litur: quia pensare vitiū negligit quo grauius tenetur. Plerūque contingit vt is quem auaritia fauciat, aliū in luxuriæ voragine mersum cernat: & quia se à pollutione carnali alienū respicit quibus ipse sordibus spiritalis vitij intrinsecus polluitur, nō attendit, dumque in alio pensat malum
B quod ipse non habet, in se negligit cōsiderare quod habet: sicque fit vt dum ad aliena diiudicāda mens ducitur, proprij iudicij lumine priuetur, & eo durius contra aliena superbiat, quo sua negligentius ignorat. Caput. XXIIII.

AT contrà hi, qui ad alta virtutum surgere veraciter appetunt, cùm alienas culpas audiunt, mox ad cor proprias reducunt: & tanto rectius illas diiudicāt, quanto verius istas deplorant. Quia igitur electus quisque in infirmitatis suæ cōsideratione se comprimit, dicatur rectè quòd vir sanctus in sterquilinio dolēs sedet. Qui enim verè se humiliat, continuæ considerationis oculo, quibus circumseptus sit delictorum sordibus, proficiens pensat. Sciendum verò est quia plerūque in prosperis importuna
C tentatione mens tangitur. Sed tamen aliquando & aduersa exterius patimur, & intus tētationis impulsu fatigamur: vt & carnem flagella crucient, & tamen ad mentem carnalis suggestio inundet. Vnde & bene post tot beati Iob vulnera, adhuc subiuncta sunt etiam malè suadentis vxoris verba, quæ ait: Adhuc permanes in simplicitate tua? Benedic
Vxor male suadēs, carnalis cogitatio. deo, & morere.) Vxor quippe malè suadens, est carnalis cogitatio mentem lacessens. Sæpe enim (vt dictum est) & foris flagellis atterimur, & intꝰ carnali suggestiōe fatigamur.
Threno. 1. Hinc est enim quod Hieremias deplorat dicens: Foris interficit gladius, & domi mors similis est. Foris enim gladiꝰ interficit, cùm nos exterius feriens vindicta configit. Sed domi mors similis est: quia & flagella quidem sustinet, & tamen intus conscientia à tētationis sordibus munda nō est.
Psalm. 34. Hinc Dauid ait: Fiant tanquam puluis ante faciem venti, & angelus domini affligens eos. Qui enim in corde suo aura tētationis rapitur, quasi ante venti faciem puluis eleuatur. Et cùm inter hæc diuina districtio percutit: quid aliud q̄ angelus domini affligit? Sed hæc aliter aguntur à reprobis, aliter ab electis. Illorum nāque corda ita tentantur, vt consentiant: istorum vero tentationes quidem suscipiunt, sed repugnant. Illorum mens delectabiliter capitur: etsi ad tempus, quod malè suggeritur, displicet: sed postmodum per deliberationem libet. Isti vero sic tentationum iacula excipiunt, vt semper resistendo fatigentur: etsi quando vsque ad delectationem tentata mens rapitur, ipsam tamen citius subreptionem suę delectationis erubescunt, & forti censura redarguūt: quicquid intra se exurgere carnale deprehendunt. Vnde & bene mox subiungitur:

Qsēd sub uirtutis specie blanda ad nos facie uitia ueniunt: sed quid ueneni intus habeant, in fine ostendunt. D

Locuta es quasi vna ex stultis mulieribus: Si bona suscepimus de manu domini, mala quare non sustineamus?) Dignum quippe est vt sanctā mens, spiritali correptione comprimat, quicquid apud se carnale insolenter immurmurat, ne caro aut loquens aspera, ad impatientiam pertrahat, aut loquens blanda, ad libidinis fluxa dissoluat. Censura igitur virilis, illicitæ cogitationis suggestionem redarguens, dissolutam turpitudinis mollitiem deprimat, dicens: Locuta es quasi vna ex stultis mulieribus.) Et rursum consideratio munerum: cogitationis asperæ impatientiam refrenet, dicens: Si bona suscepimus de manu domini, mala quare non sustineamus? Quisquis autem subigere vitia appetit, *Qui uitia subigere appetit, uirtutū se armis accingit.* & ad æterna internæ retributionis culmina veræ intentionis gressibus tendit: quo magis vallari se vitiorum bello vndique cōspicit, eo se virtutum armis robustius accingit, & tanto minus iacula metuit, quanto contra hæc venientia fortiter pectus munit. Sed plerumque dum contra hoc tentationum bellum sulciri magnis virtutibus nitimur: quædam se nobis vitia sub specie virtutum tegunt, & quasi blā da ad nos facie veniunt: sed cuius aduersitatis sint, discussa sentiuntur. Vnde & amici beati Iob quasi pro consolatione conueniunt: sed in contumelias erumpunt: quia insidiantia vitia virtutum faciem sumūt, sed hostili inuectione nos feriunt. Nam sæpe immoderata ira, iustitia: & sæpe dissoluta remissio, misericordia vult videri. Sæpe incautus timor, humilitas: sæpe effrēnata superbia appetit libertas apparere. Ad consolandum ergo amici veniunt, sed ad increpationis verba dilabuntur: quia nimirum vitia virtutum specie palliata, blanda quidem superficie inchoant: sed aspera nos contrarietate perturbant. Bene autem dicitur: E

Condixerant enim sibi, vt pariter venientes visitarent eum.) Vitia quippe sibi sub virtutum prætextu cōdicunt: quia sunt quędam vitia quæ aduersum nos inter se quadam conuenientia coniunguntur, sicut superbia & ira, remissio & timor. Vicina namque est ira superbiæ, & remissio timori. Condicendo ergo veniunt, quæ contra nos sibi ex quadam prauitatis cognatione sociantur. Caput. XXV.

SEd si ærumnam nostræ captiuitatis agnoscimus, si ex amore æternæ patriæ in intimis dolemꝰ: vitia quæ malè lætis surrepunt, bene tristibus prævalere non possunt. Vnde & bene subditur: Cumque eleuassent procul oculos suos, non agnouerunt eum.) Afflictos enim nos vitia minimè cognoscunt: quia triste cor mox vt pulsauerint, reprobata resiliunt: & quæ nos lætos quasi nouerant, quia penetrabant: mœrentes cognoscere nequeunt, quia ipso *Calliditas hostis antiqui.* nostro rigore franguntur. Sed antiquus hostis, quo in eis fortiter deprehendi se conspicit: eo illa sub virtutum imagine altius abscondit. Vnde & subditur: Et exclamantes plorauerūt: scissisque vestibus sparserunt puluerem super caput suum in cœlum, & sederunt cum eo in terra septem diebus & septem noctibus.) Signatur enim pietas per ploratum, discretio per scissionem vestium, affectus operum F per puluerem capitum, humilitas per sessionem. Aliquando enim quasi pium quid hostis insidians simulat, vt ad crudelitatis terminum deducat, sicut est, cum plecti per disciplinam culpam prohibet: quatenus quæ hic nō reprimitur, igne gehennæ feriatur. Aliquando discretionis imaginem oculis obicit, vt ad indiscretionis laqueos perducat, sicut est, cum impulsu eius pro infirmitate nobis plus alimentorum quasi discretè concedimus: sed indiscretè contra nos bella carnis excitamus. Aliquando affectum simulat bonorum operum, sed per hunc, inquietudinem irrogat laborū: sicut est, cùm quis quiescere non valet, & quasi de otio iudicari timet. Aliquando imaginem humilitatis ostendit, vt effectum vtilitatis subtrahat: sicut est, cùm quosdam, plusquam sunt, infirmos atque inutiles sibimetipsis asserit, vt dum se nimis indignos considerant, res in quibus prodesse proximis poterant, ministrare pertimescant. Sed hæc vitia *Remediū.* quæ sub virtutū specie antiquus hostis occultat: valde subtiliter manus compūctionis examinat. Qui enim veraciter intus dolet, quæ agēda foris, quęve non agenda sint, fortiter prævidet. Si enim nos virtus compunctionis in intimis afficit,

Universidad de Deusto Biblioteca

G afficit, o... ſtrepitus prauæ ſuggeſtionis obmuteſcit. Vn de & ſubditur: Et nemo loquebatur ei verbum, videbant enim dolorem eius eſſe vehementem.) Si enim cor veraciter dolet, linguam contra nos vitia non habét. Nam cùm plenè vita rectitudinis quæritur, ſuperuacua ſuggeſtio prauitatis obturatur. Sępe autem ſi forti nos ſtudio contra vitiorum incentiua ſtringimus: ipſa etiam vitia ad vſum virtutis immutamus. Nonnullos nãque ira poſsidet, ſed hanc, dum rationi ſubiiciunt, in ſancti zeli miniſterium vertunt. Nonnullos ſuperbia erigit, ſed dũ diuinæ formidini animũ inclinant, hanc ad defenſionem iuſtitiæ in vocem liberæ authoritatis immutant. Nõnullos fortitudo carnis illecebrat: ſed dum exercendis piis operibus corpus ſubdunt, vnde iniquitatis ſtimulos paſsi ſunt, inde pietatis lucra mercantur. Vnde & bene idem beatus Iob poſt multa certamina hoſtias pro amicis immolat. Quos enim per contentionem diu hoſtes pertulit, quandoque per ſacrificium ciues reddit: quia dum vitioſas quaſque cogitationes ſubigendo in virtutes vertimus: tentationum aduerſa ſtudia per intentionis hoſtiam, quaſi ad amica corda permutamus. Hęc nos in tribus voluminibus tripliciter diſſeruiſſe ſufficiat. In ipſo nanque operis huius exordio velut in molem naſcituræ arboris linguæ radicẽ fiximus: vt expoſitionis ramos poſtmodum, prout ſingula expetunt loca, ducamus.

Libri tertij Moralium ſancti Gregorij finis.

Liber quartus moralis expositionis beati Gregorij, deducens ſecundum caput finaliter, & tertium inchoatiuè.

H

Caput primum.

QVi textum conſiderat, & ſenſum ſacræ locutionis ignorat, non tam ſe eruditione inſtruit, quàm ambiguitate confundit, quia nõnunquã ſibi literæ verba contradicunt: ſed dum à ſemetipſis per contrarietatem differunt, lectorem ad intelligentiam veritatis mittunt. Quid enim eſt quòd Salomon ait: Melius eſt comedere & bibere: & non longè pòſt ſubiicit: Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij? Cur luctum conuiuio prætulit, qui prius eſum potumque laudauit? Si enim per electionem bonum eſt comedere & bibere, proculdubio melius eſſe debet ad domum gaudij, quàm ad domum lamẽti properare. Hinc eſt quod iterum dicit: Lætare iuuenis in adoleſcentia tua. Et paulopoſt adiunxit: Adoleſcẽtia & voluptas vana ſunt. Quid eſt hoc quòd vel prius reprehendenda præcipit, vel pòſt præcepta reprehendit, niſi quòd ipſis literæ verbis innuit: vt qui difficultatẽ exterius patitur, veritatis intelligentiam conſideret quam I ſequatur. Quæ nimirum veritatis intelligentia cũ per cordis humilitatem quæritur, aſsiduitate legendi penetratur. Sicut enim ignotorum hominum facies cernimus, & corda neſcimus, ſed ſi familiari eis locutione coniungimur, vſu colloquij eorum etiam cogitationes indagamus: ita cùm in ſacro ... loquio ſola hiſtoria aſpicitur: nihil aliud q̃ facies videtur: ſed ſi huic aſsiduo vſu coniungimur, eius nimirum mentem quaſi ex collocutionis familiaritate penetramus. Dum enim alia ex aliis colligimus, facile in verbis agnoſcimus, aliud eſſe quod intimant, aliud quod ſonant. Tanto autem quiſque notitiæ illius extraneus redditur, quanto in ſola eius ſuperficie ligatur. Sequitur:

Eccles. 17.

Eccles. 12.

Quòd hæc verba ſecundum literam accipienda non ſunt. *Caput ſecundum.*

ECce enim quòd beatus Iob diei ſuo maledixiſſe deſcribitur, dicens: Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt, conceptus eſt homo) ſi ſuperficietenus hiſtoria attenditur: quid his verbis reprehenſibilius inuenitur? Quis autem neſciat diem in quo natus eſt, nequa quam tunc ſtare potuiſſe? Modus quippe eſt temporis, vt K ſtatum non habeat mãſionis. Quia enim per ventura tẽdit ad eſſe, ſemper ex prẽteritis feſtinat non eſſe. Cur ergo vir tantus ei malediceret rei, quam nequaq̃ ſubſiſtere nõ ignoraret? Sed fortaſſe aliquis dicat, quòd ex eo põdus virtutis eius aſpicitur: quia tribulatione commotus, illi rei maledictum irrogat: quæ conſtat, quòd minime ſubſiſtat. Sed hoc citius perſpecta ratio deſtruit: quia ſi ſubſiſtebat res cui maliceret, pernicioſum maledictum intulit: ſi autẽ non ſubſiſtebat, otioſum. Quiſquis vero eius ſpiritu plenus eſt, qui Mat. ait: Omne verbum otioſum quod locuti fuerint homines, rationẽ reddẽt de eo ĩ die iudicij: ita otioſa admittere, ſicut etiam pernitioſa formidat. Cui adhuc ſententiæ adiũgitur.

Dies ille vertatur in tenebras, non requirat eum deus deſuper, & non ſit in recordatione, & non illuſtretur lumine, obſcurent eum tenebræ & vmbra mortis, occupet eũ caligo, & inuoluatur amaritudine. Noctẽ illam tenebroſus turbo poſsideat, non cõputetur in diebus anni, nec numeretur in menſibus: ſit nox illa ſolitaria, nec laude digna, expectet lucẽ, & nõ videat, nec ortũ ſurgentis auroręe.) Dies quidem ipſius curſu tẽporis ſcitur, cur verti in tenebras dicitur? Et cùm conſtaret quia non ſubſiſteret, cur optatur vt eum vmbra mortis obſcuret? vel quem diem caligo occupet, quem implicatio amaritudinis non inuoluit? Aut quam noctẽ tenebroſus turbo poſsideat: quã nullus ſtatus tenet? Aut quomodo optatur fieri ſolitaria, quæ tranſeundo iam fuerat nulla? Aut lucem quomodo expectet, quæ & ſenſu caret, & in proprio ſtatu nõ permanet? Quibus adhuc verbis ſubiicit.

Quòd quantum apud nos ualet aqua baptiſmatis, tantum apud ueteres ualuit uel pro paruulis ſola fides, uel pro maioribus ſacrificium, uel pro Hebræis circunciſionis myſterium. L

Quare non in vulua mortuus ſum, egreſſus ex vtero nõ ſtatim perij? Quare exceptus genibus? Cur lactatus vberibus. Nunc enim dormiens ſilerẽ, & ſomno meo requieſcerẽ.) Nunquid ſi egreſſus ex vtero ſtatim periſſet, retributionis meritũ ex hac ipſa perditione ſuſciperet? Nunquid æterna requie abortiui perfruuntur? Quiſquis enim regenerationis vnda non ſoluitur, reatus primi vinculis ligatus tenetur. Quod vero apud nos valet aqua baptiſmatis, hoc egit apud veteres vel pro paruulis ſola fides, vel pro maioribus virtus ſacrificij, vel p̃ his, qui ex Abrahæ ſtirpe prodierant, myſterium circunciſionis. Nam quia vnuſquiſque cum primi parentis culpa concipitur, propheta teſtatur, dicens: Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in pec- Pſal. catis concepit me mater mea. Et quia is quem ſalutis vnda non diluit, originalis culpæ ſupplicia nõ amittit, apertè per ſemetipſã veritas perhibet, dicens: Niſi quis renatus fuerit Ioan. ex aqua & ſpiritu ſancto, non habebit vitam æternã. Quid eſt ergo quòd in vulua ſe mortuum fuiſſe deſiderat, & potuiſſe ſe quieſcere eiuſdem mortis beneficiis ſperat, dum cõſtat q̃ nequaquam eum requies vitæ ſuſciperet, ſi à reatu illum originalis culpæ nequaquam diuinæ cognitionis ſacramenta liberaſſent? Qui adhuc cum quibus quieſcere M potuiſſet, adiungit dicens: Cum regibus & conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines.) Quis ignoret, q̃ reges terræ ac conſules eo à ſolitudine longè ſunt, quo innumeris obſequentium cuneis conſtipantur? vel q̃ difficile hi ad requiem tendunt, qui tam duris rationum multiplicių nexibus aſtringuntur? ſcriptura teſte, quæ ait: Iudicium duriſſi- Sapie. mum his qui præſunt, fiet. Vnde & in Euangelio veritas dicit: Cui multũ datum eſt, multum quæretur ab eo. Qui ad- Luc. xii. huc quos in eadem requie ſocios habuiſſet, inſinuat, dicẽs: Aut cum principibus, qui poſsident aurum, & replent domos ſuas argento. Rarum valde eſt vt qui aurum poſsidẽt, ad requiẽ tendant, dum per ſemetipſam veritas dicat: Diffi- Matth. xix. cile qui pecunias habent, intrabunt in regnum cœlorũ. Nã qui hic multiplicandis diuitiis inhiãt, quæ alterius vitę gaudia ſperant? Quod tamen vt redemptor noſter valde rarũ, & ex ſolo diuino miraculo euenire poſſe monſtraret: apud homines, inquit, hoc impoſsibile eſt, apud deum autẽ poſſibilia omnia ſunt. Quia igitur verba hæc in ſuperficie à ratione diſcordãt, ipſa iam litera indicat, quòd in eis ſanctus vir iuxta literam nihil dicat.

Caput

A

Caput. III.

SEd si prius in sacro eloquio alia maledicta discutimus, hoc quod beati Iob ore prolatum est, subtilius indagamus. Quid est enim quòd Dauid qui retribuentibus sibi mala non reddidit, cùm Saul & Ionatha bello occumberent, Gelboë montibus maledixit, dicens: Montes Gelboë, nec ros, nec pluuia veniat super vos, neque sint agri primitiarum: quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo. 2. Reg. 1.

Quid sit quod Hieremias dixit: Maledictus vir qui dixit patri meo, natus est tibi masculus.

Quid est quod Hieremias cùm prædicationem suam cerneret audientium difficultate præpediri, maledixit dicens: Maledictus vir qui annunciauit patri meo dicens: Natus est tibi puer masculus? Quid ergo montes Gelboë Saul morientem deliquerunt, quatenus in eos nec ros, nec pluuia caderet, & ab omni eos viriditatis germine sententiæ sermo siccaret? Sed quia Gelboë interpretatur decursus, per Saul autem vnctum & mortuum, mors nostri mediatoris exprimitur: non immerito per Gelboë mõtes, superba Iudæorum corda signantur, quæ dum in huius mundi desideriis defluunt, in Christi, id est, vncti se morte miscuerunt. Et quia in eis vnctus rex corporaliter moritur, ipsi ab omni gratiæ rore siccantur. De quibus & bene dicitur: vt agri primitiarum esse non possint. Superbæ quippe Hebræorum mentes primitiuos fructus non ferunt: quia in redemptoris aduentu ex parte maxima in perfidia remanentes, primordia fidei sequi noluerunt. Sancta nanque Ecclesia in primitiis suis multitudine gentium fœcundata, vix in mundi fine Iudæos quos inuenit, suscipit: & extrema colligens, eos quasi reliquias frugum ponit. De quibus nimirum reliquiis Esaias dicit: Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiæ saluę fient. Possunt tamen idcirco Gelboë montes ore prophetæ maledici, vt dum fructus exarescente terra non oritur, possessores terræ sterilitatis damno feriantur, quatenus ipsi maledictionis sententiam acciperent, qui apud se mortem regis suscipere, iniquitate sua exigente, meruissent. Hieremi. 20. Esa. 10.

B

Caput. IIII.

SEd quid est quòd à propheta maledictionis sententiam vir ille suscepit, qui natiuitatem illius patri nunciauit? hoc nimirum tãto intrinsecus maiori mysterio plenum est, quanto extrinsecus humana ratione vacuum. Nam si quid exterius rationabile fortasse sonuisset, nequaquã nos ad studium interioris intellectus accenderet. Eò ergo nobis plenius aliquid intus innuit, quo foris rationabile nihil ostendit. Si enim ex matris suæ vtero hoc in mundo propheta affligendus prodiit, natiuitatis eius nuncius quid deliquit? Sed quid persona prophetæ fluctuantis, nisi per pœnæ meritum veniens humani generis mutabilitas designatur? Et quid per patrem illius, nisi iste de quo nascimur mundus exprimitur?

C

Et quis est ille vir qui natiuitatem nostram patri annunciat, nisi antiquus hostis? Qui cùm nos in cogitationibus fluctuare considerat, malorum mentes qui ex auctoritate huius mundi præeminent, ad persuasionem nostræ deceptionis instigat. Cumque nos agere infirma cõspexerit, ea quasi fortia fauoribus extollit, & quòd sit natus masculus loquitur: cùm corruptores veritatis, per mendacium nos extitisse gratulatur. Patri ergo masculum natum denunciat: quando huic mũdo eum quem persuaserit factum innocentiæ corruptorem demonstrat. Nam cùm cuilibet peccanti atque superbienti dicitur: Fecisti sicut vir: quid aliud quàm natus masculus in mundo perhibetur? Iure igitur vir qui masculum natum nunciat, maledicitur: quia ipso eius nuncio reprobum gaudium nostri corruptoris indicatur. His ergo scripturæ sacræ maledictionibus discimus, quid apud beatum Iob in voce maledictionis inquiramus, ne quem deus post vulnera & verbera remunerat, lector verba eius redarguere non intelligens præsumat. Quia igitur vtcunque hæc quæ in præfatione fuerant exquirenda distinxmus, verba iam historiæ differentes exequamur.

Tertium Caput beati Iob.



OSt hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & locutus est: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictũ est, conceptus est homo. Dies illa vertatur in tenebras. Non requirat eum deus desuper, & non illustret lumine. Obscurent eũ tenebræ & vmbra mortis. Occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine. Noctem illam tenebrosus turbo possideat. Non cõputetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria, nec laude digna. Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan. Obtenebrentur stellæ caligine eius. Expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis auroræ, quia nõ conclusit ostia vẽtris qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis. Quare nõ in vulua mortuus sum, egressus ex vtero nõ statim perij? Quare exceptus genibus? cur lactatus vberib⁹? Nunc enim dormiẽs silerem, & somno meo requiescerem cum regibus & consulibus terræ, qui ædificãt sibi solitudines, aut cũ principibus, qui possident aurũ, & replent domos suas argẽto, aut sicut abortiuum absconditũ non subsisterem, vel qui concepti nõ viderunt lucẽ. Ibi impij cessauerunt à tumultu, & ibi requieuerũt fessi robore, & quõdam vincti pariter sine molestia. Non audierunt vocem exactoris. Paruus & magnus ibi sunt, & seruus & liber à domino suo. Quare misero data est lux, & vita his qui in amaritudine animę sunt? Qui expectant mortem, & non venit, quasi effodientes thesaurum, gaudẽtque vehementer cum inuenerint sepulchrum. Viro cuius absc̃dita est via, & circundedit eum deus tenebris. Antequã comedo, suspiro, & quasi inundantes aquæ, sic rugitus me⁹, quia timor quem timebam euenit mihi, & quod verebar, accidit. Nõnne dissimulaui? nõnne silui? nõnne quieui? Et venit super me indignatio. D E F

Post hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo dicens: Pereat dies in qua natus sum.) Non est neglectè differendum quod dicitur, aperuit os suum. Scriptura enim sacra ex his quæ tenuiter præmittit, reuerenter expectanda indicat quæ subiungit. Sicut enim clausa vascula, quid intus habeant ignoramus, aperto vero ore vasculorum, quid intrinsecus contineatur agnoscimus: ita sanctorũ corda quæ clauso ore occulta sunt, aperto ore deteguntur: & cùm cogitationes detegunt, os aperire referuntur, vt intenta mente quasi apertis vasculis quid intus contineant, festinemus cognoscere, ac nosmetipsos eorum intimo odore recreare. Vnde & sublimia præcepta domino in mõte dicturo, prę̃mittitur: Aperiens os suum dixit, quanuis illic & hoc accipi debeat, quia tunc os suum in præceptis aperuit, in quibus dudum aperuerat ora prophetarum. Valde autem solerter intuendum est quòd dicitur, post hæc, vt nimirum rei virtus quæ agitur, veraciter ex tempore sentiatur. Prius enim vastitas rerum, extinctio pignorum, dolor vulnerum, persuasio coniugis, aduentus amicorum describitur, qui scidisse vestes, exclamãtéſque fleuisse, puluere capita conspersisse, & diu considentes in terra tacuisse memorantur, ac deinde subiungitur: Post hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, vt ipso videlicet narrationis ordine perpendatur, quia nequaquam maledictum per impatientiam protulit, qui ad maledictionis vocem amicis adhuc tacentibus erupit. *Matth. 5.*

Cap. V.

SI enim ira motus malediceret, audito damno substantiæ, cognita morte filiorum, eum proculdubio ad maledictionem dolor excitaret. Sed tunc quid dixerit audiuimus. Ait nanq;: Dominus dedit, domin⁹ abstulit. Rursum: Si ira motus malediceret, saltẽ percussus in corpore, vel malè suasus à coniuge, maledictum inferre potuisset. Sed quid tunc respõdit agnouimus. Ait nanq;: Locuta es quasi vna ex stultis mulieribus. Si bona suscepim⁹ de manu domini, mala

Universidad de Deusto Biblioteca

G quare non sustineamus? Post hæc verò describitur, quia amici veniunt, flent, considunt, tacent, moxque subiungitur hoc, quòd diei suo maledixisse perhibetur. Nimis itaque incongruum est, vt suspicemur eum nullo instigante, nullo pulsante, ex impatientia ad vocem maledictionis erumpere, quem nimirum nouimus inter damna rerum, mortemque filiorum, inter vulnera corporis, inter verba malè suadétis vxoris, magna creatori præconia humili mente reddidisse. Patefecit ergo qua mente hæc quietus dixerit, qui tot dei laudes etiam percussus enarrauit. Neque enim postmodum percussus superbire potuit, quem & in percussione dolor humilem ostendit. Sed cùm certò nouimus quòd maledictum sacra scriptura prohibet, cur rectè aliquãdo fieri dicimus, quod vetari eodem sacro eloquio non ignoramus?

Quibus modis scriptura proferat maledictum.

Sciẽdum verò est quòd scriptura sacra duobus modis maledictũ memorat, aliud videlicet quòd approbat, aliud quod damnat. Aliter enim maledictum profertur iudicio iustitiæ, aliter liuore vindictę. Maledictum quippe iustitiæ iudicio, ipsi primo homini peccãti prolatum est, cum audiuit: Maledicta terra in opere tuo. Maledictũ iudicio iustitiæ profertur, cum ad Abraham dicitur: Maledicam maledicẽtibus tibi. Rursum quia maledictũ non iudicio iustitiæ, sed liuore vindictæ promitur, voce Pauli apostoli prædicantis admonemur, qui ait: Benedicite, & nolite maledicere. Et rursum: Neque maledici regnum dei possidebunt. Deus ergo maledicere dicitur, & tamen maledicere homo prohibetur, quia quod homo agit malitia vindictæ, deus non facit nisi examine & virtute iustitiæ.

Gene.3. *Gene.12.* *Rom.12.*

Cap. VI.

CVm ergo sancti viri maledictionis sententiam proferunt, non ad hanc ex voto vltionis, sed ex iustitia examinis erumpunt. Intus enim subtile dei iudicium aspiciunt, & mala foris exurgentia, quia maledicto debeant ferire, cognoscunt: & eo in maledicto non peccant, quo ab interno iudicio non discordant. Hinc est quòd Petrus in offerentem sibi pecunias Simonem, sententiam maledictionis intorsit, dicens: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Qui enim non ait, est, sed sit, non indicatiuo sed optatiuo modo se signauit hæc dixisse. Hinc Helias duobus quinquagenariis ad se venientibus dixit: Si homo dei sum, descendat ignis de cœlo, & consumat vos. Quorum vtrorumque sentẽtia quanta seueritatis ratione conualuit, terminus causæ monstrauit. Nam & Simon æterna perditione interiit, & duos quinquagenarios desuper veniens flamma consumpsit. Virtus ergo subsequens testificatur, qua mente maledictionis sententia promitur. Cùm enim & maledicentis innocentia permanet, & tamen eum qui maledicitur vsque ad interitum maledictio absorbet, ex vtriusque partis fine colligitur, quia ab vno & intimo iudice in reum sententia sumpta iaculatur. Igitur si subtiliter beati Iob verba pensamus, non est eius maledictio ex malitia delinquentis, sed ex rectitudine iudicis: non est ira commoti, sed doctrina tranquilli. Qui enim tam recta maledicens intulit, non perturbationis vitio succubuit, sed doctrinæ magisterium impendit. Vidit quippe amicos cum clamore flere, vidit vestes scindere, vidit puluere capita conspergere, vidit consideratione suæ percussionis obmutescere, & vir sanctus inspexit, quia hi qui prospera temporalia requirebãt, ex comparatione mentis propriæ, cum temporali fractum aduersitate crediderant. Perspexit quòd transitoria afflictione percussum desperatè non flerent, nisi ipsi desperatam mentem ab spe incolumitatis internæ subtraherent: & dum erumpit foras in vocem doloris, vulneratis intus ostendit virtutem medicaminis, dicens:

4. Reg. 1.

Quòd mutabilitatem huius transitoriæ vitæ in qua nati sumus, sanctus quisque perire desiderat.

Pereat dies in qua natus sum.) Quid enim debet per diem natiuitatis, nisi omne hoc tempus nostræ mortalitatis intelligi? quod quandiu nos in hac nostræ mutabilitatis corruptione retinet, æternitatis nobis incommutabilitas non apparet. Qui igitur diem iam æternitatis videt, ægrè diem suæ mortalitatis sustinet. Et notandum quia non ait, pereat dies in qua conditus sum, sed pereat dies, in qua natus sum. In die quippe iustitiæ homo est conditus, sed iam in tempore culpæ natus. Adam enim conditus, sed Cain primus est natus. Quid est ergo, diei natiuitatis maledicere, nisi apertè dicere, dies mutabilitatis pereat, & lumen æternitatis erumpat?

Cap. VII.

SEd quia perire duobus modis dicere solemus: aliter enim perire dicimus, quando aliquid optamus vt non sit, & aliter perire dicimus, quando optamus vt malè sit: hoc quod de hoc die subditur: Obscuret eum caligo, & inuoluatur amaritudine: liquido ostendit quia dies iste non ita vt non sit, sed ita perire optatur, vt male sit. Inuolui enim amaritudine nõ potest, quod omnino perditum penitus [non] est. Hoc autem tempus nostræ mutabilitatis non quandoque ita periturum, id est, transiturum est, vt malè sit, sed vt penitus non sit, angelo in sacro eloquio attestante, qui ait: Per viuentem in secula, quia tempus iam nõ erit. Nam etsi propheta dicit: Erit tempus eorum in æternum: quia per momenta temporis deficit, nomine temporis eorum defectũ vocauit, ostendens, quòd sine fine omnimodo defectu deficiunt hi, qui à visionis intimæ consolatione separantur. Quia ergo nostræ mortalitatis hoc tempus non ita vt malè sit, sed ita perit, vt non sit, quærendum est quid sit quod non ita vt non sit, sed ita perire optatur, vt malè sit. Humana enim anima seu angelicus spiritus, ita immortalis est, vt mori possit, ita mortalis, vt mori non possit. Nam beatè viuere, siue per vitium, siue per supplicium perdit. Essentialiter autem viuere, neque per vitium, neque per supplicium, amittit. A qualitate enim viuendi deficit, sed omnimodo subsistendi interitum nec moriens sentit. Vt ergo breuiter dixerim, & immortaliter mortalis est, & mortaliter immortalis.

Apoc.

Psal.

Quòd antiquus hostis, dies interpretatur, qui promittens, eritis dii, quasi transfigurans se in angelum lucis, humano generi peccatum tentando persuasit.

Dum igitur dies vt pereat optatur, & paulò post inuoluendus amaritudine dicitur, quem credamus quòd vir sanctus diei nomine exprimere voluit, nisi apostatam spiritum, qui in viuendi essentia etiam moriendo subsistit? quem perditio vitæ non subtrahit, quia in æterno dolore positum, seruando mors immortalis extinguit. Qui iam à beatitudinis gloria dejectus, adhuc optatur vt pereat, vt videlicet retrusus dignis suppliciis, etiam tentandi licentiam amittat.

Quòd per diem dilectio peccati, per noctem vero cæcitas mentis possit intelligi. Cap. VIII.

IS nimirum diem se exhibet, quia per prospera incipit, sed in noctis tenebras semper desinit, quia ad aduersa perducit. Diem nanque se ostẽdebat cùm diceret: In quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij. Sed noctem intulit, cùm ad mortalitatis tenebras perduxit. Dies itaque est illata promissio meliorum, sed nox est exhibita ipsa experientia calamitatum. Antiquus hostis dies est, per naturam bene conditus, sed nox est per meritum ad tenebras delapsus. Dies est, cùm pollicendo bona, humanis aspectibus lucis se angelum simulat, Paulo attestante qui ait: Ipse enim satanas transfigurat se in angelum lucis. Sed nox est cùm mentes consentientium erroris tenebris obscurat. Vir ergo sanctus in dolore proprio causam totius humani generis deflens, & nihil speciale omnimodo in speciali vulnere cogitans, reducat ad animum originem culpæ, & consideratione iustitiæ, dolorem temperet pœnæ. Videat humanum genus, vnde & quò cecidit, & dicat: Pereat dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est, conceptus est homo. Acsi apertè dicat: Pereat spes ab apostata angelo illata, qui diem se simulans ex promissione diuinitatis emicuit, sed noctem se exhibens, lucem nobis nostræ immortalitatis obscurauit. Pereat antiquus hostis, qui lucem promissionis ostendit, sed peccati tenebras contulit. Qui quasi diem se blandiendo innotuit, sed vsque ad tenebrosam noctem ex impressa cordis cæcitate perduxit. Sequitur: Dies illa vertatur in tenebras.) Quasi lucet dies ista mentibus hominum, cùm prauitatis eius persuasio prospera creditur, & qualis sit intrinsecus, non videtur. Sed cùm iniquitas illius sicut est agnoscitur, dies falsæ promissionis quasi quibusdam ante iudicis nostri oculos tenebris obscuratur, quia videlicet, qualis est ex merito, talis perspicitur in blandimento. In tenebras ergo dies ver-

A dies vertitur, quando aduersa intelligimus, etiam quæ prospera laudando pollicentur. In tenebras dies vertitur, quando antiquus hostis qualis est sæuiens, talis à nobis perspicitur etiam sub blanditiarum specie latens, ne fictis prosperitatibus quasi ex diei lumine illudat, & veris miseriis ad peccati tenebras pertrahat. Sequitur: Non requirat eum deus desuper, & non illustret lumine.) Omnipotens deus sicut ex nihilo bona facere potuit, ita cùm voluit per incarnationis suæ mysterium, etiam perdita bona reparauit.

Caput. IX.

DVas vero ad intelligendum se, creaturas fecerat, angelicam videlicet & humanam. vtrãque verò superbia peculit, atque ab statu ingenitæ rectitudinis fregit. Sed vna tegmen carnis habuit, alia verò nihil infirmũ de carne gestauit. Angelus nanque solũmodo spiritus, homo verò & spiritus est & caro. Misertus ergo creator vt redimeret, illam ad se debuit reducere, quam in perpetratione culpæ, ex infirmitate aliquid cõstat habuisse, & eo amplius debuit apostatam angelum repellere, quo cùm à persistendi fortitudine corruit, nihil infirmum ex carne gestauit. Vnde & rectè Psalmista cùm misertum redemptorem hominibus diceret, ipsam quoque causam misericordiæ expressit, dicens:

Quòd ideo misertus est homini, quia cùm caro esset,
ex infirmitate peccauit.

B Et memoratus est, quia caro sunt. Ac si diceret: Quo eorum infirma vidit, eo districtè culpas punire noluit. Est adhuc aliud, quo & perditus homo reparari debuit, & superbiens spiritus reparari non possit. Quia nimirum angelus sua malitia cecidit, hominem verò aliena prostrauit. Quia ergo humanum genus ad lucem pœnitentiæ, redemptoris aduentu reducitur, apostata vero angelus ad restaurationis lucem nulla spe veniæ, nulla conuersionis emendatione, reuocatur: dicatur rectè: Non requirat eum deus desuper, & non illustret lumine.) Ac si apertè diceretur: Quia ipse tenebras intulit, toleret sine fine quod fecit, nec vnquam lumẽ pristini status recipiat: quia hoc etiam non suasus amisit. Sequitur: Obscurent eum tenebræ & vmbra mortis.) Per vmbrã mortis, obliuio debet intelligi, quia sicut mors interimit vitam, ita obliuio extinguit memoriam. Quia ergo apostata angelus æternæ obliuioni traditur, vmbra mortis obscuratur. Dicatur igitur: Obscurent eum tenebræ & vmbra mortis, id est, sic eum erroris sui cæcitas obruat, vt nequaquam vlterius ad lucem pœnitentiæ per diuini respectus memoriam resurgat. Sequitur: Occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine.)

Psal. 77.

Caput. X.

C ANtiquus hostis nequitiæ suæ vinculis astrictus, aliud est quod nunc patitur, aliud quod in fine patietur. Quia enim à lucis intimæ ordine cecidit, nunc semetipsum intrinsecus erroris caligine confundit. Sed post hoc amaritudine inuoluitur, quia ex merito spontaneæ caliginis, æterno gehennę tormento cruciatur. Dicatur ergo: Is qui serenitatem lucis intimæ perdidit, quid est quod ante extremum suppliciũ tolerat? Occupet eum caligo. Subiũgatur etiam quę illũ pœna subsequẽs etiam sine termino deuastat: Inuoluatur amaritudine. Omne quippe quod inuolutum est, finem suum quasi nusquam indicat, quia sicut non ostendit quo incipit, ita non detegit quo desistit. Inuolui ergo amaritudine antiquus hostis dicitur, quia superbiæ eius supplicia non solum omnimoda, sed etiam infinita præparãtur. Quæ videlicet eius pœna tũc initium accipit, cum districtus ad extremum iudicium iudex venit. Vnde & bene subditur:

Quid per annum, diem, mensemq; intelligatur, & quid
sit annum domini placabilem prædicari.

Noctem illam tenebrosus turbo possideat.) Scriptũ quippe est: Deus manifestè veniet, deus noster, & nõ silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida. Tenebrosus ergo turbo hanc noctem possidet, quia apostatam spiritum à cõspectu districti iudicis ad æterna supplicia, pauenda illa tempestas rapit. Turbine ergo nox ista possidetur, quia superba eius cæcitas districta animaduersione percutitur. Sequitur: Non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus.) Annum prædicationem supernæ gratiæ non inconuenienter accipimus, quia sicut in anno congestis diebus tempus perficitur, ita in superna gratia virtutum multiplex vita completur. Potest per annum etiam multitudo intelligi redemptorum, quia sicut ex dierum multitudine annus ducitur, ita ex collectione bonorum omnium, illa electorum innumerabilis vniuersitas expletur. Hunc nanq; annum perfectę multitudinis Esaias prædicat, dicẽs: spiritus domini super me, eo quòd vnxerit me. Ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, vt prædicarem annum placabilẽ domini. Annus enim placabilis domini prædicatur, cùm futura plebs fidelium, veritatis lumine illustranda prædicitur. Quid Verò per dies, nisi singulæ quæque electorum mentes, quid per menses nisi multiplicatæ eorum Ecclesiæ, quæ vnam catholicam faciunt, designatur? Illa ergo nox non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus, quia antiquus hostis superbiæ suæ tenebris pressus, aduentum quidem redemptoris conspicit, sed nequaquam ad veniã cum electis redit. Hinc enim scriptum est: Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.

Esa. 61.

Hebr. 2.

Quòd Christus non angelus sed homo factus est. Hoc
enim fieri debuit quod redemit.

Idcirco nanque redemptor noster, non angelus, sed homo factus est, quia hoc penè dubio fieri debuit quod redemit, vt & perditum angelum non apprehẽdendo desereret, & hominem in semetipso appprehendendo repararet. Cap. XI.

POssunt etiam dies hi qui in interna luce permanent angelici spiritus, menses autem, eorum ordines & dignitates intelligi. Singuli enim quique spiritus quia lucent, dies sunt. Sed quia certis quibusdam dignitatibus distinguuntur, vt alij throni, alij dominationes, alij principatus, alij potestates sint, pro hac ipsa distributione agminum, menses vocantur, sed quia antiquus hostis nequaquam ad meritum lucis, nequaquam ad ordinem supernorum agminum reducitur, nec in diebus anni, nec in mensibus numeratur. Sic quippe illum perpetratæ cæcitas superbiæ grauat, vt vltra ad illa claritatis intimæ superna agmina non redeat. Nequaquam iam stantibus lucis dignitatibus admiscetur, quia tenebrarum suarum merito semper ad ima deprimitur. Qui quia ab illa patriæ cœlestis frequentia exors in perpetuum permanet, rectè adhuc subiungitur: Sit nox illa solitaria, nec laude digna.) Nox illa solitaria efficitur, quia distinctione perpetua à frequentia patriæ supernæ separatur. Quod tamen intelligi & aliter potest, vt videlicet hominẽ quem sibi socium ad perditionem fecerat, amittat, & solus cum suo corpore hostis pereat, dum multos quos destruxerat, redemptoris gratia reformat. Solitaria ergo nox efficitur, cùm sublatis eis qui electi sunt, solus hostis antiquus æternis gehennæ ignibus mancipatur. Bene autem dicitur: Nec laude digna.) Cùm enim humanum genus erroris tenebris pressum, deos lapides crederet, per hoc quòd idolis seruiebat, quid aliud quàm seductoris sui facta laudabat? Vnde per apostolum Paulum bene dicitur: Scimus quia nihil est idolum, sed quæ immolant gentes, dæmoniis immolant. Qui ergo idolorum veneration i substrati sunt, quid aliud quàm noctis tenebras laudauerunt? Sed ecce iam cernimus quia nox illa non esse laude digna cognoscitur, cùm iam à redempto humano genere, idolorum veneratio reprobatur: & nox solitaria relinquitur, quia cum damnato apostata spiritu ad tormenta non itur. Sequitur: Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan.) In translatione veteri ita non dicitur, sed maledicat eam qui maledixit diem, qui capturus est grandem cetum. Quibus verbis apertè ostenditur, quòd à sancto viro in fine mundi ventura antichristi perditio præuidetur. Malignus nanque spiritus qui per meritum nox est, diem se in mundi fine simulat, cum se quasi deum hominibus ostentat, cũ claritatẽ sibi diuinitatis fallaciter tribuit, & supra omne se quod deus vel dicitur vel colitur, extollit. Noctem igitur maledicit, qui maledicit diem, quia ille nunc eius malitiam destruit, qui illustratione aduentus sui tunc etiam potentiam eius fortitudinis extinguet. Vnde & bene subiungitur: Qui capturus est grandem cetum.) Huius enim ceti fortitudo in aquis

Psal. 49.

Universidad de Deusto Biblioteca

G capitur, quia antiqui hostis versutia baptismi sacramento superatur. Sed quod translatione veteri de auctore omnium dicitur, hoc translatione hac, quæ ad nos ex Hebræo est Arabicoque sermone deriuata, de electis eius angelis memoratur. De his nanque dicitur.

Quòd sancti angeli diabolo quòd l diuinitatem homini promiserit exprobrent, quorum potestati sul.stratus, & ad probandum electos excitatur, & religatur ne extinguat infirmos.

Maledicant ei qui maledicunt diei.) Diem se quippe iste superbiēs spiritus ostentare etiā angelicis potestatibus voluit, cùm se super cæteros quasi in potentia diuinitatis extollēs, tot post se ad interitum legiones traxit. Sed hi nimirū qui in auctore suo humili corde perstiterunt, cùm errori eius noctem inesse conspicerēt, diem claritatis illius de semetipsis humilia sentiendo calcauerunt: qui nūc nobis doli eius tenebras indicant, & quàm sit illius despicienda ficta claritas, demonstrāt. Dicatur ergo de tenebrosa nocte, quæ humanæ infirmitatis oculos claudit: Maledicant ei qui maledicunt diei, id est, illi electi spiritus erroris eius tenebras dānandas denuncient, qui magnitudinem claritatis illius iam ab exordio fictam vident. Bene autem subditur: Qui parati sunt suscitare Leuiathan.) Leuiathan quippe interpretatus dicitur additamentū eorum.

H Quorum scilicet nisi hominum? Rectè autem additamentum eorum dicitur, quia postquàm primam culpam mala suggestione intulit, hanc quotidie augere grauioribus persuasionibus nō desistit. Vel certè per exprobrationem Leuiathan vocatus est, id est, additamentum hominum dictus. Eos nanque in paradiso immortales reperit, sed diuinitatem immortalibus promittendo, quasi eis aliquid vltrà quàm erant se addere spopondit. Sed dum blandè non habita se daturum perhibuit, callidè & habita subtraxit. Vnde & eundem Leuiathan

Esa.27. ita propheta describit dicēs: Super Leuiathan serpentem vectem, super Leuiathan serpentē tortuosum. Leniathan quippe iste in eo quòd se addere homini spopondit, tortuosis ad eum sinibus irrepsit, quia dum falsò impossibilia promisit, verè & possibilia sustulit.

Caput. XII.

QVærendum verò nobis est, cur qui serpentem dixerat, tortuosumque ilicò subiungens, interposuit vectem, nisi fortè quòd in serpentis tortitudine fluxa mollities, in vecte autem est duritiæ rigiditas. Vt ergo hunc & durum signaret & mollem, & vectē nominat & serpentem. Durus quippe est per malitiam, mollis per blandimenta. Vectis ergo dicitur, quia vsque ad necem percutit, serpens autem, quia se per insidias molliter infundit. Sed hunc Leuiathan electi angelorum spiritus, nunc in

Apoc.20. puteo abyssi clausum premunt. Vnde scriptum est: Vidi an-

I gelum descendentem de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & satanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eū in abyssum. Quem tamē in mundi fine ad apertiora certamina reuocant, & totum contra nos

Ibidem. in suis viribus relaxant. Vnde illic rursum scriptum est: Cùm completi fuerint mille anni, soluetur satanas. Ille enim apostata angelus qui ita conditus fuerat vt angelorum cæteris legionibus emineret, ita superbiendo succubuit, vt nunc stantium angelorum ditioni substratus sit, quatenus vel nunc ad vtilitatem nostrā eis ministrantibus religatus lateat, vel tunc ad probationem nostram eis relaxantibus totis se suis contra nos viribus solutus exerceat. Quia igitur hi electi spiritus superbum apostatam comprimunt, qui humiles hunc sequi noluerunt, ipsisque administrantibus disponitur, vt ad intentionem aperti certaminis destruendus funditus quandoque reuocetur, dicatur rectè: Qui parati sunt suscitare Leuiathan. Quia tamen hostis callidus ad aperta bella necdum suscitatus est, quomodo quorundam mentes nox ista nunc latenter obscuret, insinuat. Sequitur:

Quòd hypocritæ qui quasi stellæ in nocte videntur, erroris sui caligine sæpe ita obscurentur, vt etiam foris in actione confundantur.

Caput. XIII.

OBtenebrentur stellæ caligine eius.) In scriptura sacra stellarum nomine aliquando sanctorum iustitia, quæ in huius vitæ tenebris lucet, aliquando vero hypocritarum fictio demonstratur, qui bona quæ faciunt ad percipiendas laudes hominibus ostendunt. Si enim rectè viuentes, stellæ non essent, nequaquam Paulus discipulis dice- *Philip.*
ret: In medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Rursum si inter eos qui recta agere videntur, quidam de actione sua retributionem fauoris humani non quærerēt, nequaquam stellas Ioannes ruere à cœlestibus videret: dicens: Misit draco caudam, & traxit tertiam *Apoc.*
partem stellarum. Draconis enim cauda stellarum pars trahitur: quia extrema persuasione antichristi quidam qui videntur lucere, rapientur. Stellas nanque in terram trahere, est eos qui videntur studio vitæ cœlestis inhærere, ex amore terreno iniquitate aperti erroris inuoluere. Sunt nanque nonnulli qui ante humanos oculos velut magnis operibus lucent, sed quia hæc ipsa opera à mundo corde non prodeunt, capti in occultis cogitationibus, noctis huius tenebris obscurantur. Qui sæpe à quæ mundo corde non faciunt, etiā opera amittūt. Quia ergo nox præualere permittitur, quando & inter bona opera cordis intentio minimè mundatur, dicatur rectè: Obscurentur stellæ caligine eius, id est, eos qui ante humanos oculos L
quasi bonis operibus splendent, malitia antiqui hostis obscurare præualeat, & hoc quod ante humana iudicia sumpserant, lumē laudis deponāt. Caligine quippe noctis obscurātur, cùm eorum vita aperto errore cōfunditur, vt nimirum tales etiam foris in actione appareant, quales apud semetipsos intus diuino parere iudicio nō formidant. Sequitur: Expectet lucem & non videat, nec ortum surgentis auroræ. Caput. XIIII.

IN euangelio veritas dicit: Ego sum lux mundi. Sicut au- *Ioan.*
tem idem redemptor noster vna persona est cum congregatione bonorum, ipse nanque caput est corporis, & nos huius capitis corpus: ita antiquus hostis vna persona est cum cuncta collectione reproborum, quia ipse eis ad iniquitatem quasi caput præeminet, illi autem dum ad persuasa * deseruiunt, velut subiunctum capiti corpus inhærent. Quod ergo de hac nocte, id est, antiquo hoste dicitur, dignum est vt ad corpus eius, id est, ad iniquos quosque deriuetur. Quia igitur redemptor noster humani generis lux est, quid est quod de hac nocte dicitur: Expectet lucē & nō videat: nisi quòd sunt nōnulli qui fidē quā operibus destruūt, tenere se sermonibus ostendunt? De quibus per Paulum dicitur: Qui confitentur *ad Tit.*
se nosse deum, factis autem negant. Hi nimirum aut praua sunt quæ faciunt, aut recta opera non recto corde sectantur. Nō enim de suis operibus retributiones perpetuas, sed transitorios fauores quærunt, & tamen quia quasi sanctos laudari se audiunt, esse se veraciter sanctos arbitrantur, & quanto se ex multorū æstimatione irreprehensibiles putant, tanto diem M
districti iudicij securius expectant. De quibus bene per prophetam dicitur: Væ desiderantibus diē domini. Quibus beatus Iob debitam sententiam profert, prædicentis studio, non optantis voto dicens: Expectet lucem, & non videat.) Nox quippe illa, ille videlicet tenebrosus hostis, in membris suis lucem expectat, & non videbit: quia vel hi qui fidem sine operibus retinent, cùm pro eadem fide in extremo iudicio saluari se posse confidunt, spes eorum frustrabitur, quia hāc malè viuendo demoliti sunt, quam confitendo tenuerunt, vel hi qui pro humana laude in bona actione se exhibent, incassum à veniente iudice retributionem bonorum operum sperant, quia dum hæc in ostentationem faciunt laudis, iam præmium *Mat.*
ab humano ore receperunt, veritate attestante, quę ait: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Vbi & bene subiungitur: Nec ortum surgentis auroræ.

Caput. XV.

AVrora quippe Ecclesia dicitur, quæ à peccatorum suorum tenebris ad lucem iustitiæ permutatur. Vnde & hanc sponsus in Canticorum cantico miratur, dicens: Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora cōsurgens? *Cant.*
quasi aurora quippe electorum surgit Ecclesia, quæ prauitatis pristinæ tenebras deserit, & sese in noui luminis fulgorem conuertit. In illa igitur luce quæ in districti iudicis aduentu monstratur, corpus damnati hostis ortum surgētis auroræ non

A roræ non videt, quia cùm districtus iudex ad retributionem vegetat, intimum quisque suorum caligine meritorum pressus, quanta claritate sancta Ecclesia in intimum lumẽ cordis surgat, ignorat. Tunc nanque electorum mens in altum rapitur, vt diuinitatis radiis illustretur, & quo eius respectu persunditur, eo vltra se gratia coruscante subleuatur. Tunc sancta Ecclesia plena auroræ fit, cùm mortalitatis atque ignorantiæ suę tenebras funditus amittit. In iudicio ergo adhuc aurora est, sed in regno dies, quia etsi iam cum restauratione corporum videre lumen in iudicio inchoat, eius tamen visum plenius in regno consummat. Ortus itaque auroræ, est exordium claresscentis Ecclesiæ, quem videre nequeunt reprobi, quia à conspectu districti iudicis malorum suorum pondere pressi ad tenebras pertrahũtur. Vnde rectè per prophetam dicitur: Tollatur impius, ne videat gloriam dei. Hinc est quod de hac aurora per Psalmistã dicitur: Abscondes eos in abscondito vultus tui, à conturbatione hominum. Electus enim quisque in iudicio per internum visum in vultu diuinitatis absconditur, dum reproborum foris cæcitas districta animaduersione iustitiæ repulsa turbatur. Quod etiam non inconuenienter ad præsens accipimus, si simulatorum corda subtilius indagamus. Arrogantes nanque & hypocritæ bonorum facta exterius aspiciunt, eosque in factis suis laudari ab hominibus agnoscũt, eorumque celebre nomen mirantur, & quòd pro bene gestis laudes suscipiant vident, sed quanto studio easdem laudes fu-
B giant, non vident. Aperta eorum opera cõsiderant, sed quòd sola spe intima hæc operentur, ignorant. Qui enim vera luce iustitiæ clari sunt, prius à tenebris internæ intentionis immutantur, vt obscuritatem intus terrenæ appetitionis plenè deserant, & corda sua ad supernæ lucis desideria perfectè conuertant, ne cùm aliis apparent lucidi, sibimetipsis sint obscuri. Arrogantes ergo quia bonorum facta considerant, corda non pensant, imitantur vnde laudari foris valeant, non vnde intus ad iustitiæ lumen surgant: & quasi ortũ surgentis auroræ videre nesciunt, quia intentionem religiosæ mentis considerare contemnunt.

Psal.30.

Caput. XVI.

PRoest etiam sanctus vir gratia prophetici spiritus plenus, Iudææ perfidiam redemptore veniente conspicere, eiusque cæcitatis damna per verba hæc quasi ex optantis qualitate prophetare, vt dicat: Expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis auroræ. Iudæa quippe lucem expectauit, & non vidit: quia humani generis redemptorem vẽturum quidem prophetando sustinuit, sed venientem minimè cognouit, & quos ad spem aperuit mentis oculos, ad præsentiam lucis clausit. Quæ & surgentis auroræ ortum non vi-
C dit, quia infirma illa sanctæ Ecclesiæ primordia venerari con-
al. sanctorum. tempsit: dumque hanc labefactari suorum *mortibus credidit, ad quæ sortia peruenirent, ignorauit. Sed quia de infidelibus loquẽs, iniqui capitis membra innotuit, ad ipsum rursum iniquorum caput verba conuertit, dicens: Quia non concluſit ostia ventris, qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis.) Quod vnicuique hominum vẽter est matris, hoc vniuerso humano generi extitit habitatio illa summa paradisi. Ex ipsa nanque proles humani generis velut ex ventre prodiit, & quasi ad incrementa corporis, sic ad augmenta propaginis foras emanauit. Ibi conceptio nostra coaluit, vbi origo hominum homo primus habitauit. Sed huius ventris ostia serpens aperuit, quia persuasione callida in corde hominis mandatũ cœleste dissoluit. Huius vẽtris ostia serpens aperuit, quia munita supernis monitis claustra mentis irrupit. Sanctus igitur vir in pœna quam tolerat, ad culpam mentis oculos reducat. Doleat hoc quod tenebrosa nox, id est, antiqui hostis obscura suggestio humanis mẽtibus intulit: doleat hoc quod suggestioni callidæ humana mens in sua deceptione consensit, & dicat: Quia non concluſit ostia ventris, qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis. Nec moueat quòd non concluſisse quæritur, quem aperuisse paradisi ianuam detestatur. Non concluſit enim dicit, aperuit: & mala non abstulit, irrogauit. Quasi enim auferret, si quiescceret: & quasi clauderet, si ab irruptione cessaret. Pensat nanque de quo loquitur, & perpendit quòd prauo spiritui quasi lucra nobis dediſſe fuerat, si damna non intuliſſet. Sic nos de latronibus loquimur, quia captiuis suis donant vitam, si non abstulerint. Libet hæc ab in- D
choatione repetere, atque ex eo quod in vsu præsentis vitæ recognoscimus, moraliter retractare.

Caput. XVII.

BEatus Iob considerans, postquam à mentis statu succubuit genus humanum, quanta in rebus prosperis fiducia subleuetur, vel quanta ex aduersis perturbatione frangatur, ad illum quem habere in paradiso potuit incommutabilitatis statũ, mente recurrit, & mortalitatis lapsum per prospera & aduersa variantem, quàm despicabilem cerneret, maledicendo declarauit, dicens:

Quid sit quòd Iob diem in qua natus est, perire optat, & noctem in qua est conceptus: & cur homo in die dicatur nasci, in nocte verò concipi.

Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, cõceptus est homo.) Quasi dies quædam est, cùm mundi huius prosperitas arridet. Sed dies iste in noctem desinit, quia sæpe temporalis prosperitas ad tribulationis tenebras perducit. Hunc prosperitatis diem propheta despexerat, cùm dicebat: Diem hominis non concupiui, tu scis. Hanc tribulationis noctem postremo incarnationis suę tempore passurum se dominus nunciabat, cùm per Psalmistam quasi ex præterito diceret: Vsque ad noctem increpuerunt me renes mei. Potest autem per diem, peccati delectatio, per noctẽ vero cæcitas mentis intelligi, per quam se homo patitur in culpæ perpetratione prosterni. Optat igitur perire diem, vt omne quod blandiri culpa cernitur, vigore iustitiæ interueniente destruatur. Optat etiam perire noctem, vt quod cæcata mens etiam per cõsensum perpetrat, animaduersione pœnitentiæ extinguat. Sed quærendum nobis est, cur in die homo natus dicitur, in nocte conceptus? Scriptura sacra tribus modis hominem appellat, scilicet aliquando per naturam, aliquando per culpam, aliquando per infirmitatem. Homo quippe per naturam dicitur, sicut scriptum est: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Homo per culpam, sicut scriptum est: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes, vos autem sicut homines moriemini. Ac si apertè dicat: Sicut delinquentes obibitis. Vnde & apostolus Paulus ait: Cùm sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Ac si apertè dicat: Qui discordes mentes ducitis, nónne adhuc ex reprehensibili humanitate peccatis? Homo per infirmitatem dicitur, sicut scriptum est: Maledictus homo qui spem suam ponit in homine. Ac si apertè diceret, in infirmitate. Homo ergo in die nascitur, sed in nocte concipitur, quia nequaquam ad delectationem peccati rapitur, nisi prius per voluntarias mentis tenebras infirmetur. Antea enim cæcus in mente fit, & postmodum se reprobæ delectationi substernit. Dicatur ergo: Pereat dies in qua natus sum, & nox in F
qua dictum est, conceptus est homo, id est, pereat delectatio quæ in culpam hominem rapuit, pereat incauta mentis infirmitas, quæ eum vsque ad tenebras praui consensus excæcauit. Homo enim dum blandimenta delectationis cautè non perspicit, etiam in noctem nequissimę perpetrationis ruit. Solerter ergo vigilandum est, vt cùm blandiri culpa inchoat, ad quantum interitum mens trahatur, agnoscat. Vnde & aptè subditur: Dies illa vertatur in tenebras.) Dies quippe in tenebras vertitur, cùm culpa in ipso delectationis exordio ad quem perditionis finẽ rapiat, videtur. In tenebras ergo diem vertimus, cùm nosmetipsos districtè punientes, ipsa delectationis prauæ blandimenta per districta pœnitentiæ lamenta cruciamus, & cùm flendo insequimur, quicquid in corde taciti ex delectatione peccamus. Quia enim fidelis quisque cogitationes in iudicio exquiri subtiliter non ignorat, Paulo attestante, qui ait: Inter seinuicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium, semetipsum introrsus discutiẽs, ante iudicium vehemẽter examinat, vt districtus iudex eo iam tranquillus veniat, quò reatum suum quem discutere appetit, iam pro culpa punitum cernit. Vnde & rectè subiungitur:

Hier.17.

Psal.15.

Homo tribus modis dicitur.

Gene.1.

Psalm.81.

1.Cor.3.

Hier.17.

Rom.2.

Quòd à nobis non requirat deus quæ per pœnitentiam constat esse dimissa.

Caput. XVIII.

Universidad de Deusto Biblioteca

G *Quærequirit deus.* NOn requirat eum deus desuper.) Requirit deus quæ iudicando discutit, non requirit quæ ignoscendo in suo iam iudicio impunita derelinquit. Hic itaque dies, id est, hæc peccati delectatio à domino non requiritur, si 1. *Corin.* 11. animaduersione spontanea punitur, Paulo attestante qui ait: Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique à domino iudicaremur. Deo ergo diem nostrum requirere, est contra mẽtem nostrã subtiliter in iudicio, omne quod de culpa gratulamur admissum indagare. In qua scilicet requisitione, illum tunc seuerius percutit, quem sibi nunc mollius pepercisse deprehendit. Bene autem sequitur: Et nõ illustret lumine.) In iudicio nanque dominus apparens, omne quod tunc redarguit, lumine illustrat. Quasi enim sub quadam obscuritate tegitur, quicquid tunc in memoriam iudicis nõ reuocatur. Scriptum *Ephes.* 5. quippe est: Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifestantur. Quasi quędam tenebræ peccata pœnitentium abscõduntur, de quibus per prophetam dicitur. Beati quorũ remissę *Psalm.* 31. sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Quia ergo õm ne quod tegitur, velut in tenebris occultatur, in die extremi iudicij non illustratur lumine, quod non discutitur vltione. Actus nanque nostros, quos tunc iustè punire noluerit, ipsa sibi aliquo modo sciens diuina misericordia abscondit. In lumine vero ostenditur, quicquid tunc in conspectu omnium demonstratur. Hic ergo dies vertatur in tenebras, vt videlicet omne quod delinquimus, nos per pœnitentiã feriamus. Hunc H diem dominus non requirat, & lumine non illustret, vt scilicet nobis culpam nostram ferientibus, ipse hãc extremi iudicij animaduersione non increpet. Ipse autem iudex venturus est, qui cuncta penetret, cuncta perstringat. Qui quia vbique est, locus quo fugiatur, non est. Caput. XIX.

SEd quia correctionis nostræ fletibus placatur, solus ab illo locum fugæ inuenit, qui post perpetratam culpam nunc se in pœnitentia abscondit. Vnde & aptè adhuc de hoc delectationis die subiungitur:

Quòd carnalis delectationis diem tenebræ fletuum & pœnitentiæ lamenta, & recordatio mortis obscurent.

Obscurent eum tenebræ & vmbra mortis.) Diem profecto tenebræ obscurant, quando delectationẽ mentis inflicta pœnitentiæ lamenta transuerberant. Possunt etiam per tenebras occulta iudicia designari. In luce nanq; quod videmus agnoscimus, in tenebris vero aut omnino nihil cernimus, aut incerto visu caligamus. Occulta nanque iudicia quasi quædam ante nostros oculos tenebræ sunt, quia perscrutari nequaquã *Psalm.* 17. possunt. Vnde & de deo scriptũ est: Posuit tenebras latibulũ suum. Et quia absolui non meremur agnoscimus, sed præueniente nos diuina gratia per eius iudicia occulta liberamur. I Diem igitur tenebræ obscurant, cum flendum nostræ delectationis gaudium, ab illo iustæ animaduersionis radio, inscrutabilia eius iudicia misericorditer occultant. Vnde & aptè subiungitur: Et vmbra mortis.)

Caput. XX.

IN scriptura enim sacra vmbra mortis aliquando obliuio mentis accipitur, aliquando imitatio diaboli, aliquando mors carnis. Vmbra enim mortis, obliuio mẽtis accipitur, quia, vt & superius diximus, sicut mors hoc quod interficit, agit vt non sit in vita, ita & obliuio hoc quod intercipit, agit, vt non sit in memoria. Vnde & rectè quia Ioannes Hebræorum populo eum cuius obliti fuerant deum prædicare venie- *Luc.* 1. bat, per Zachariam dicitur: Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. In vmbra enim mortis sedere, est à diuini amoris notitia in obliuione latescere. Vmbra mortis imitatio antiqui hostis accipitur. Ipse enim quia mortem in- *Apoc.* 6. tulit, mors vocatur: Iohanne attestante, qui ait: Et nomen illi mors. Per vmbrã igitur mortis, eius imitatio designatur, quia sicut vmbra iuxta qualitatem corporis ducitur, ita actiones iniquorum de specie imitationis eius exprimuntur. Vnde & rectè Esaias cùm gentiles populos ab antiqui hostis cerneret imitatione defeciisse, eosque ad veri solis ortum resurgere, quę certò futura considerat, quasi ex præteritis narrat, dicens: Se- *Esa.* 9. dentibus in tenebris & vmbra mortis, lux orta est eis. Vmbra enim mortis, mors carnis accipitur, quia sicut vera mors est, qua anima separatur à deo, ita vmbra mortis est, qua caro separatur ab anima. Vnde rectè voce martyris per prophetam K dicitur: Humiliasti nos in loco afflictionis, & operuit nos vm bra mortis. Quos enim constat nõ spiritu, sed sola carne mo- *Psa* ri, nequaquam se vera morte, sed vmbra mortis dicunt operiri. Quid est ergo quod beatus Iob, ad obscurãdum diem praue delectationis, postulat vmbra mortis, nisi quòd ad delenda peccata ante dei oculos, dei & hominum mediatorem requirit, qui solam pro nobis mortem carnis susciperet, & veram mortem delinquentium per vmbram suæ mortis deleret? Ad nos quippe venit, qui in morte spiritus carnisque tenebamur: vnam ad nos suam mortem detulit: & duas nostras quas reperit soluit. Si enim ipse vtranque susciperet, nos à nullla liberaret. Sed vnam misericorditer accepit, & iustè vtranque damnauit. Simplam suam duplæ nostræ contulit, & duplam nostram moriens subegit. Vnde & non immerito vno die in sepulchro & duabus noctibus iacuit, quia videlicet lucẽ suæ simplæ mortis, tenebris duplæ nostræ mortis adiunxit. Qui ergo solam pro nobis mortem carnis susciepit, vmbram mortis pertulit, & à dei oculis culpã quam fecimus abscondit. Dicatur igitur rectè: Obscurent eum tenebræ & vmbra mortis. Ac si apertè diceretur: Ille veniat, qui vt à morte carnis & spiritus debitores eripiat, mortem carnis non debens soluat.

Caput. XXI.

SEd quia nullum peccatum dominus inultum relaxat, aut L enim nos hoc flendo insequimur, aut ipse iudicando re- Nil seruat, restat vt ad emendationem suam semper mens cau solerter inuigilet. In quo ergo sibi quisq; misericorditer subueniri desiderat, hoc necesse est vt confitens tergat. Vnde & rela aptè subiungitur: Occupet eum caligo.) Quia enim caligine oculus confunditur, ipsa per pœnitentiam mẽtis nostræ confusio, caligo nominatur. Nam sicut caligo nebulosa congerie obscurat diem, ita confusio perturbatis cogitationibus obnubilat mentem. De qua per quendam dicitur: Est confusio ad- Eccl. ducens gloriam. Cùm enim ad mentem malè gesta pœnitendo reducimus, graui mox mœrore confundimur. perstrepit in animo turba cogitationum, mœror conterit, anxietas deuastat, in ærumnam mens vertitur, & quasi quodam nubilo caliginis obscuratur. Hæc nanque caligo confusionis eorum mentẽ salubriter oppresserat, quibus apostolus dicebat: Quẽ Ro enim fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Hunc ergo peccati diem caligo occupet, id est, blandimentum nequitiæ, afflictio pœnitentiæ digno mœrore perturbet. Vnde & aptè subiungitur: Inuoluatur amaritudine.) Dies enim amaritudine inuoluitur, cùm ad cognitionẽ mente redeunte, peccati blandimenta cruciatus pœnitentiæ sequitur. Diem amaritudine inuoluimus, cùm prauæ delectationis gaudium quæ supplicia sequantur aspicimus, & asperis hoc fletibus circundamus. Quia enim hoc quod inuoluitur, ex la- M tere omnis partis operitur, inuolui dies amaritudine optatur, quatenus quæ mala incorrectis imminẽt, ex omni parte quisque conspiciat, & voluptatis suæ lasciuiam tristitiæ lamentis tergat. Sed si diem, quam peccati delectationem diximus, tot impeti precibus audiuimus, vt videlicet circundantes fletus expient, quicquid delectatus per negligentiam animus deliquit, quanta animaduersione pœnitentiæ huius diei nox ferienda est, videlicet ipse iam consensus ad culpam? Sicut enim minoris culpæ est, cùm carnaliter mens in delectationem rapitur, sed tamen delectationi suæ per spiritum reluctatur, ita grauioris & plenæ nequitiæ est, ad peccati illecebram non solum delectatione pertrahi, sed etiam consensu famulari. Tanto igitur arctiori manu pœnitentiæ, mens à pollutione tergẽda est, quanto se per consensum conspicit sordidius inquinatam. Vnde & aptè subiungitur: Noctem illam tenebrosus turbo possideat.) Quasi enim quidam turbo tempestatis, est cõcitatus spiritus mœroris. Nam dum peccatũ quisque quod fecit, intelligit: dum prauitatis suę nequitiam subtiliter pensat, mœrore mentem obnubilat, & quasi concusso serenæ lætitiæ aëre, omnem in se tranquillitatem cordis pœnitentiæ turbine deuastat. Nisi enim recognoscentem se animũ iste turbo contereret, nequaquam propheta dixisset: In spiritu vehementi *Psal.* conteres naues Tharsis. Tharsis quippe exploratio gaudij dicitur. Caput. XXII.

Sed cum

A Sed cum vehemens pœnitentiæ spiritus mentem occupat, ad omnem in ea explorationem reprehensibilis gaudij perturbat, vt nihil ei iam nisi flere libeat, nihil nisi quod se terrere possit arrideat. Ponit nanque ante oculos illinc districtionem iustitiæ, hinc meritum culpæ, conspicit quo supplicio digna sit, si parcentis pietas desit, quæ per lamenta præsentia ab æterna eruere pœna consueuit. Spiritus ergo vehemens Tharsis naues conterit, cùm vis compunctionis valida, mentes nostras huic mundo, quasi mari deditas, salubri terrore confundit. Dicit ergo: Noctem illam tenebrosus turbo possideat, id est, perpetrationem culpæ, non blandimenta securæ quietis foueant, sed piè sæuiens amaritudo pœnitentiæ irrumpat. Sciendum vero est quia cùm peccata impunita relinquimus, à nocte possidemur: cùm vero hæc animaduersione pœnitentiæ plectimus, nimirum nos noctem quam fecimus possidemus. Sed tunc peccatum cordis sub iuris nostri possessionem reducitur, si cùm incipit, reprimatur. Vnde
Genes. 4. & diuina voce Cain praua cogitanti dicitur: In foribus peccatum tuum aderit, sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. In foribus quippe peccatum adest, cùm in cogitationibus pulsat. Cuius appetitus subter est, eique homo dominatur, si cordis nequitia inspecta citius prematur, & priusquam ad duritiã crescat, reluctanti menti subigatur. Vt ergo delictum suum citius animus sentiat, & culpæ tyrãnidem sub
B iure suo pœnitendo restringat, dicatur rectè: Noctem illã tenebrosus turbo possideat.) Ac si apertè dicatur: Ne captiua mens culpæ seruiat, culpam à pœnitentia liberam non relinquat. Et quia quod flendo insequimur, nequaquã nobis à vẽturo iudice hoc obiici certè speramus, bene subditur:

Quòd à venturo iudice nequaquam nobis vltra obiiciatur, quod hic in nobis flendo insecuti sumus.

Non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus.) Illuminationis nostræ annus tunc perficitur, quãdo apparente æterno iudice, sanctæ Ecclesiæ peregrinationis suæ vita completur. Tunc laboris sui remunerationem recipit:
Psal. 64. cùm expleto hoc belli tempore ad patriam redit. Vnde bene
Annus benignitatis. per prophetam dicitur: Benedices coronæ anni benignitatis
Dies. tuæ. Quasi enim corona anni benedicitur: cùm finito laboris
Mensis. tempore virtutum remuneratio confertur. Dies vero huius anni sunt singulæ quæque virtutes, menses autem multiplicia facta virtutum. Sed ecce cùm per fiduciam mens erigitur, vt speret, quòd veniente iudice de virtutibus remuneretur, occurrunt eius memoriæ etiam mala quæ gessit, & valde formidat ne districtus iudex qui venit, vt virtutes remuneret, etiam ea quæ illicitè gesta sunt examinans subtiliter penset, ne cùm annum complet, etiam noctem numeret. Dicat itaque de hac nocte: Non computetur in diebus anni, nec numeretur in
C mensibus.) Ac si districtum iudicem exoret, dicens: Cùm expleto sanctæ Ecclesiæ tempore, extremo te examini manifestas, sic dona quæ contulisti remunera, vt mala quæ commisimus non requiras. Si enim nox illa in diebus anni computatur, omne quod egimus, ex prauitatis nostræ æstimatione cõfunditur. Et dies virtutum iam non lucent, si hos in cõspectu tuo annumerata nostræ noctis tenebrosa confusio obscuret.

Caput. XXIII.

Sed si de nocte nostra moueri tunc inquisitionem nolumus, magnopere nunc curandum est, vt nos in eius discussione vigilemus: ne quælibet nobis culpa impunita remaneat, ne mens peruersa quæ fecit, defendere audeat, & defendendo nequitiæ nequitiam adiungat. Vnde & bene subditur:

Quòd non relinquit peccatum solum, sed congeminat, qui quod malè agit, defendit: & quòd à radice Adam ramus iste erroris, hucusque in genere humano pullulat.

Sit nox illa solitaria, nec laude digna.) Sunt nonnulli qui
Culpa cum defenditur, geminatur. non solum nequaquam deflent quod faciunt, sed etiam laudare & defendere non desinunt. Et nimirum dum defenditur, culpa geminatur. Contra quod rectè per quendam dicitur:
Eccli. 21. Peccasti, non adiicias iterum. Peccatum quippe peccato adiicit, qui malè gesta etiam defendit, & noctem illam solitariam non relinquit, qui culpæ suæ tenebris etiam patrocinia defensionis adiungit. Hinc est quòd primus homo de erroris sui nocte requisitus, eandem noctem esse solitariam noluit, quia D dum requisitione ad pœnitentiam vocaretur, ei adminicula excusationis adiunxit, dicens: Mulier quam dedisti mihi so- Genes. 3. ciam, dedit mihi de ligno, & comedi: scilicet excessus sui vitium in auctorem latenter intorquens, ac si diceret: Tu occasionem delinquendi præbuisti, qui mulierem dedisti. Hinc est quòd huius erroris ramus in humano genere ex illa nunc vsque radice protrahitur, vt quod malè agitur, adhuc etiam defendatur. Dicatur ergo: Sit nox illa solitaria, nec laude digna. Ac si apertè exoret dicens: Culpa quam fecimus, sola remaneat, ne dum laudatur & defenditur, in conspectu nos nostri iudicis multiplicius astringat. Peccare quidem nõ debuimus, sed vtinam alia non iungentes, vel ea quæ fecimus, sola deseramus. Sed inter hæc sciendum est, quia ille culpam suam veraciter insequitur, qui iam ad amorem præsentis seculi nullo appetitu prosperitatis instigatur, qui huius mundi blandimenta quàm sint fraudulẽta cõsiderat, fauoresque eius quasi quasdam persecutiones pensat. Vnde & bene subditur:

Quid sit quod dicitur: Maledicant ei, qui maledicunt diei, & quòd illi transactas culpas verè puniunt, qui seductoris insidias in ipsa suggestione deprehendunt.

Maledicant ei qui maledicunt diei.) Ac si apertè dicat: Illi huius noctis tenebras verè pœnitendo feriant, qui iam lucem prosperitatis seculi despicientes calcant. Si enim diem lætitiam E
delectationis accipimus, rectè de hac nocte dicitur: Maledicant ei qui maledicunt diei, quia nimirum illi veraciter mala transacta per animaduersionem pœnitẽtiæ corrigunt, qui iam ab bona fallentia, nulla delectatione rapiũtur. Nam quos adhuc noxia alia delectant, falsum est quod cernitur, quia perpetrata alia deplorãt. Si autem, vt suprà dictum est, noctem, suggestionem callidam antiqui hostis accipimus, illi maledicere nocti intelligendi sunt, qui diei maledicunt, quia scilicet illi transactas culpas verè puniunt, qui maligni seductoris insidias in ipsa suggestione blanda deprehendunt. Bene autem subditur: Qui parati sunt suscitare Leuiathan.)

Quòd diabolum contra se suscitant, qui ea quæ mundi sunt, mẽte contemnunt, & ea quæ dei sunt, plena intentione desiderant.

Capvt. XXIIII.

Omnes enim qui ea quæ mundi sunt, mente calcant, & ea quę dei sunt, plena intentione desiderant, Leuiathan contra se suscitant, quia eius malitiam instigatione suæ conuersationis inflammant. nam qui eius voluntati subiecti sunt, quasi quieto ab illo iure possidentur, & superbus eorum rex quasi quadam securitate perfruitur, dum eorum cordibus inconcussa potestate dominatur. Sed cùm vniuscuiusque spiritus ad conditoris sui desiderium recalescit, cùm torporem negligentiæ deserit, & frigus insensibilitatis pristinæ igne sancti amoris accendit, cùm libertatis in- F
genitæ meminit, & teneri ab hoste seruus erubescit: quia idem hostis se considerat despici, quia vias dei videt apprehendi, dolet contra se captum reniti, & mox zelo accenditur, mox ad certamen mouetur, mox ad tentationes innumeras contra rebellantem mentem se excitat, atque in omni arte lacerationis instigat, vt tentationum iacula intorquendo confodiat cor, quod dudum quieto iure possidebat. Quasi dormiebat quippe, dum sopitus in prauo corde quiescebat: sed excitatur in prouocatione certaminis, cùm ius amiserit peruersæ dominationis. Huic ergo nocti maledicant, qui parati sunt suscitare Leuiathan, id est, hi se contra peccatum fortiter in iudicio districtionis erigant, qui in suis tentationibus excitare antiquum aduersarium non formidant. Scriptum nanque est: Fili accedens ad seruitutem dei: sta in iustitia & Eccli. 2.
timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Quisquis enim accingi in diuino seruitio properat, quid aliud quàm se contra antiqui aduersarij certamen parat, vt liber in certamine ictus suscipiat, qui quietus sub tyranno in captiuitate seruiebat? Sed in eo ipso quòd mens contra hostem accingitur, quòd alia vitia subigit, aliis reluctatur, aliquando de culpa aliquid, quod tamen non valde noceat, remanere permittitur. Et sæpe mens quæ aduersa multa & fortia superat, vnũ in se & fortasse minimũ, quanuis magna intentione inuigilet, nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G expugnat. Quod diuina nimirum dispensatione agitur, ne ex omni parte virtutibus splendens, in elationē sublcuetur, vt dū in se paruum quid reprehēsibile videt, & tamen hoc subigere nō valet, nequaquam sibi, sed auctori victoriā tribuat in his, quæ subigere fortiter valet. Vnde & bene subiungitur:

Quòd sancti nolentes aliquas peccati reliquias trahant, & quòd ad erudiendum Israelem tributarius in medio Ephraim relinquatur Chananæus.

Obtenebrentur stellæ caligine eius.) Stellæ quippe huius noctis caligine obtenebrantur, quando & hi qui magnis iam virtutibus splendent, adhuc de obscuritate culpæ aliquid renitentes sustinent, vt etiam magna vitæ claritate luceāt, & tamen adhuc noctis reliquias nolentes trahant. Quod ad hoc, sicut dictum est, agitur, vt mēs proficiens ad virtutem iustitiæ, sua melius infirmitate roboretur, & inde verius in bonis luceat, vnde eam etiam nolentem, parua reprehensibilia humiliter obscurant. Vnde & bene cùm Israëlitico populo percepta repromissionis terra partiretur, Ephraim tribui Chananæus gentilis populus non occīsus, sed factus tributarius dicitur, sicut scriptū est: Habitauit Chananeus in medio Ephraim tributarius. Quid enim Chananæus, gentilis videlicet populus, nisi vitium significat? Et sæpe magnis virtutibus terram promissionis ingredimur, quia spe intima de eternitate roboramur. *Ioſue. 16.* H

Caput. XXV.

SEd dum inter acta sublimia, vitia quædam parua retinemus, quasi Chananæum viuere in terra nostra concedimus. Qui tamen nobis tributarius efficitur, quia hoc ipsum vitium quod subigere nō possumus, ad vsum nostræ vtilitatis humiliter retorquemus, vt eo de se mens & in summis vilia sentiat, quo suis viribus etiam parua quæ appetit, nō expugnat. Vnde & bene rursum scriptum est: Hæ sunt gentes quas dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israëlem. Ad hoc nanque quædam minima vitia nostra retinentur, vt sese nostra intētio sollicitam in certamine semper exerceat, & eo de victoria nō superbiat, quo viuere in se hostes conspicit, à quibus adhuc vinci formidat. Israël ergo reseruatis gentibus eruditur, quando in quibusdam minimis vitiis elatio virtutis nostræ comprimitur, & in paruis sibi resistētibus discit quòd ex se maiora non subigit. Hoc tamen quod dicitur: Obtenebrētur stellæ caligine eius, intelligi & aliter potest. Nox quippe illa, cōsensus videlicet ad culpā, quę ad nos primi parentis est excessu propagata, mentis nostræ oculum tanta obscuritate perculit, vt omnis homo in huius vitæ exilio, cæcitatis suæ tenebris pressus, quantalibet vi ad æternitatis lumen intenderit, penetrare non possit. Post pœnam nanque damnati peccatores nascimur, atque ad hanc vitam cum mortis nostræ merito venimus, & cum ad supernæ lucis radium aciem mentis erigimus, ipsa infirmitatis nostræ obscuritate caligamus. Et quidem multi in hac infirmitate carnis tāta virtute roborati sunt, vt resplendere mundo quasi stellæ potuissent. Multi in tenebris vitæ præsentis, dum superiora de se exempla exhibent, astrorum more nobis desuper lucent, sed quantalibet coruscatione operis fulgeant, quantolibet se igne compunctionis accendant: nimirum constat, quia dum corruptibili adhuc carne grauati sunt, æternum lumen sicut est, videre nequaquā possunt. dicat ergo: Obtenebrentur stellę caligine eius, id est, etiam illi in contemplatione sua, antiquæ noctis adhuc tenebras sentiant, de quibus nimirum constat quòd humano generi in huius vitæ caligine, virtutum suarum iam radios expandāt: quia etsi mente iam ad summa exiliunt, adhuc tamen in infimis primæ culpæ pondere grauantur. Vnde fit vt & foris exempla lucis velut astra præbeant, sed tamen intus vsque ad fixæ visionis certitudinem, presi noctis caligine non ascēdant. Sæpe autem ita mens accenditur, vt quanuis in carne sit posita, in deum tamē omni subiugata carnali cogitatione, rapiatur: nec tamen deū sicut est, cōspicit, quia hāc nimirū, sicut dictum est, in carne corruptibili pondus primæ damnationis premit. Sæpe etiam ita vt est, se absorberi desiderat, vt æternā vitam, si posit fieri, sine interuentu corporeę mortis attingat. Vnde Apostolus Paulus cum ardenter internam lucem quæreret, sed tamen vtcunque exterioris mortis damna formidaret, ait: Quandiu sumus in hoc habitaculo, ingemiscimus grauati, eo quod nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est, à vita. *Indi. 3.* *2. Cor. 5.* I K

Caput. XXVI.

SAncti igitur viri videre verum mane appetunt, &, si cōcedatur, etiam cum corpore illud attingere lucis intimæ secretum volunt. Sed quantolibet ardore intentionis exiliant, adhuc antiqua nox aggrauat, & corruptibilis huius carnis oculos, quos hostis callidus ad concupiscentiā aperuit, iustus iudex à contuitu interni sui fulgoris premit. Vnde & bene subditur:

Quòd quantalibet virtute sancti nunc fulgeant, resurrectionis tamen gloriam nondum intelligunt, quam expectant.

Expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis auroræ.) Quantalibet nanque intentione adhuc peregrina mens fatagat, videre lucem æternam sicut est, non valet: quia hanc ei damnationis suæ cæcitas abscondit. Ortus vero auroræ, est illa noua natiuitas resurrectionis, qua sancta Ecclesia etiam carne suscitata oritur ad contemplandum lumen æternitatis. Si enim ipsa carnis nostræ resurrectio quasi quædam natiuitas non esset, de ea veritas non dixisset: In regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ. Esse ergo hanc ortam vidit, quam regenerationem vocauit. Sed quātalibet virtute electi nunc fulgeant, quæ erit illa nouæ natiuitatis gloria, penetrare nequeunt, qua tunc cum carne ad contemplandum æternitatis lumen ascendunt. Vnde & apostolus Paulus ait: quòd oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ prępparauit deus diligentibus se. Dicat ergo: Expectet lucem & non videat, nec ortum surgentis auroræ, quia spōtaneo vitio tenebrata nostra infirmitas, nisi prius per mortem pœnæ suæ debitum soluat, claritatem lucis internæ non penetrat. Sequitur: *Mat. 25.* L *1. Cor. 2.*

Quòd iustitia exigit, vt ea inuiti patiamur, quæ ex arbitrio & sponte volentes fecimus.

Quia non concluſit ostia ventris, qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis.) Sicut & superius dictum est, non concluſit, dicit, aperuit: & non abstulit, irrogauit. Hæc itaque nox, videlicet culpa, ostia ventris aperuit: quia concepto ad peccatum homini desideria concupiscentię carnalis reserauit. Ostia quippe ventris, sunt desideria concupiscentiæ carnalis, de quibus per prophetam dicitur: Intra in cubicula tua, & claude ostia tua. Cubicula quippe ingredimur, cum secreta mentis nostræ intramus. Ostia autem claudimus, cum desideria illicita coërcemus. Hæc itaque concupiscentiæ carnalis ostia, dū consensus noster aperuit, ad innumera nos mala corruptionis pertraxit. Vnde etiam nunc sub mortalitatis pondere gemimus: quanuis ad hanc arbitrio nostro venerimus, quia & iudicij sic iustitia exigit, vt quod sponte fecimus, inuiti toleremus. Sequitur: *Esa.* M

Quòd peccatum quatuor modis in corde, & quatuor consummatur in opere.

Quare nō in vulua mortuus sum? Egressus ex vtero nō statim perij? Cur exceptus genibus? Cur lactatus vberibus?) Absit nos credere, quòd beatus Iob tanta spiritus scientia præditus, tanta interni iudicis attestatione laudatus, abortiuum se optet interiisse. Sed quia, sicut etiam per remunerationem cognoscitur, intus habet testem suæ fortitudinis, intus pensanda sunt eius pondera locutionis.

Caput. XXVII.

QVatuor quippe modis peccatū perpetratur in corde, quatuor consummatur in opere. In corde nāque suggestione, delectatione, cōsensu, & defensionis audacia perpetratur. Fit enim suggestio per aduersarium, delectatio per carnem, consensus per spiritum, defensionis audacia per elationem. Culpa enim quæ terrere mentem debuit, extollit, & deiiciendo eleuat, sed grauius eleuando supplantat. Vnde & illam primi hominis rectitudinem antiquus hostis his quatuor ictibus fregit. Nam serpens suasit, Eua delectata est: Adam consensit, qui etiam requisitus, confiteri culpam per audaciam noluit. Hoc verò in humano genere quotidie agitur, quod actum in primo parente nostri generis non ignoratur. Serpens suadet: quia occultus hostis mala cordibus hominū latenter suggerit. Eua delectata est: quia carnalis sensus, ad verba serpentis mox se delectationi substernit. Consensum verò Adam mulieri præpositus præbuit:

A prebuit: quia dum caro in delectationem rapitur, etiam à sua rectitudine spiritus infirmatus inclinatur. Et requisitus Adam confiteri culpam noluit: quia videlicet spiritus quo peccando à veritate disiungitur, eo in ruinæ suæ audacia nequius obduratur. Eisdem etiam quatuor modis, peccatum consummatur in opere. Prius nanque latens culpa agitur: postmodum vero etiam ante oculos hominum sine confusione reatus aperitur: dehinc & in consuetudinem ducitur: ad extremum vero, vel falsæ spei seductionibus, vel obstinatione miseræ desperationis enutritur. Hos itaque peccati modos, qui vel in corde latenter fiunt, vel patenter opere perpetrantur, beatus Iob considerat, & humanum genus in quot peccatorum gradibus lapsum sit, deplorat dicens: Quare non in vulua mortuus fum? egressus ex vtero non statim perij? Cur exceptus genibus? Cur lactatus vberibus? Prima enim vulua conceptionis, fuit lingua malæ suggestionis. Sed peccator in vulua moreretur, si moriturum se homo in ipsa suggestione cognosceret. Qui tamen ex vtero egressus est, quia postquàm in peccato eum suggerens lingua concepit, foras mox etiam delectatio rapuit. Post egresionem vero exceptus est genibus, quia cùm ad delectationem carnis prodiit, nimirum culpam per consensionem spiritus, subiectis cunctis sensibus, quasi suppositis genibus cõ summauit. Sed genibus exceptus, etiam vberibus est lactatus. In consensu enim culpę addictis spiritus sensibus, multa cassæ fiduciæ argumenta subsecuta sunt, quæ natam in peccato animam, B virulento lacte nutrierunt, & ne aspera mortis supplicia metueret, hanc blandis excusationibus fouerunt.

Caput. XXVIII.

VNde & primus homo post culpam audacior extitit, dicens: Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Qui quidem per timorem semetipsum abscõsurus fugerat, sed tamen requisitus: innotuit quantum etiam timens timebat. Cùm enim ex peccato præsens pœna metuitur, & amissa dei facies non amatur: timor ex tumore est, nõ ex humilitate. Superbit quippe, qui peccatum, si liceat non puniri, non deserit. Sed his, sicut dictum est, quatuor modis culpa, vt in corde agitur, etiã opere perpetratur. Ait enim: Quare nõ in vulua mortuus sum? Vulua quippe peccantis, est hominis culpa latens, quæ occultè peccatorem concipit, & reatum suum adhuc in tenebris abscondit. Egressus ex vtero non statim perij? A vulua de vtero exitur, cùm peccator quæ in occulto commiserit, hæc etiam in aperto cõmittere nõ erubescit. Quasi enim ab occultationis suę vulua processerãt, de quibus propheta dicebat: Et peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Quare exceptus genibus?) Quia nimirum peccator, cùm iam de iniquitate sua C non confunditur, in iniquitate eadem etiam adminiculis pessimæ consuetudinis roboratur. Quasi genibus peccator fouetur vt crescat, dum culpa consuetudinibus firmatur, vt vigeat. Cur lactatus vberibus?) Quia dum prodire culpa in vsum cœperit, nimirum se vel falsa spe diuinæ misericordiæ, vel aperta miseria desperationis pascit, vt eo nequaq; ad correptionẽ redeat, quo vel factorem suum, pium sibi inordinatè simulat, vel hoc quod fecit, inordinatè formidat. Beatus igitur vir humani generis lapsus aspicit, & quibus præcipitiis mersum sit in foueam iniquitatis intendit, dicens: Quare non in vulua mortuus sum? id est, in ipsa occulta perpetratiõe peccati, cur à carnis vita mortificare me nolui? Egressus ex vtero non statim perij? id est, postquàm ad apertam iniquitatem exij, cur me tunc saltem perditum non cognoui? Periisset quippe in suo iudicio, si se perditum cognouisset. Quare exceptus genibus? id est, etiam post apertam culpam, cur me adhuc in illa etiam cõsuetudo susceperit, vt valentiorem ad nequitias redderet, & prauis me vsibus sustinens foueret? Cur lactatus vberibus? id est, postq; in culpæ consuetudinem veni, cur me ad atrociorẽ nequitiam, vel falsæ spei fiducia, vel lacte miseræ desperationis enutriui? Cum enim culpa in vsum venerit, ei iam animus etiã si appetat, debilius resistit: quia quot vicibus prauæ frequentationis astringitur, quasi tot vinculis ad mentem ligatur.

Gene. 3.

Esaiæ. 3.

Caput. XXIX.

VNde fit vt eneruis animus, cùm solui non valet, ad quædam se solatia falsæ consolationis inclinet: quatenus venturum iudicem tantæ sibi misericordię spõ deat vt eos etiam quos arguendos inuenerit, penitus non occidat. Cui rei hoc deterius accidit, quòd ei multorum similiũ lingua consentit: cùm multi etiam malè gesta laudibus exaggerant. Vnde fit vt incessanter crescat culpa, fauoribus nutrita. Curari autem vulnus negligitur, quòd dignum præmio laudis videtur. Vnde bene per Salomonem dicitur: Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Peccatores etenim lactant, cùm vel perpetranda mala blandimentis inferunt, vel perpetrata fauoribus extollunt. An non lactatur, de quo per Psalmistã dicitur: Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ: & cum iniqua egerit iniquus, benedicitur? Sciẽdum quoque est quòd tres illi modi peccãtium iuxta descensus sui ordinem facilius corriguntur, quartus verò iste difficilius emẽdatur. Vnde & redemptor noster puellam in domo, iuuenem extra portam, in sepulchro autem Lazarum suscitauit. Adhuc quippe quasi mortuus iacet in domo, qui latet in peccato. Iã quasi extra portam educitur, cuius iniquitas vsque ad inuerecundiam publicæ perpetrationis aperitur. Sepulturæ verò aggere premitur, qui in perpetratione nequitiæ etiam vsu consuetudinis pressus grauatur. Sed hos ad vitam miseratus reuocat: quia plærunque diuina gratia, non solum in occultis, sed etiam in apertis iniquitatibus mortuos, & mole prauæ consuetudinis pressos, respectus sui lumine illustrat. Quartum verò mortuum redemptor noster nũciante discipulo agnoscit, nec tamen suscitat, quia valde difficile est, vt is quem post vsum malæ consuetudinis etiam ad vltimum adulantium linguę excipiunt, à mentis suæ morte reuocetur. De quo & bene dicitur: Sine mortuos sepelire mortuos. Mortui enim mortuos sepeliunt, cũ peccatores peccatorem fauoribus premũt. Quid est enim aliud peccare quàm occumbere, & sepelire, q̃ abscõdere? Sed qui peccantem laudibus prosequuntur: extinctum sub verborum suorum aggere abscondunt. Erat autem & Lazarus mortuus, sed tamẽ non à mortuis sepultus. Fideles quippe mulieres illum obruerant, quæ & eius mortem viuificatori nunciabant. Vnde & protinus ad lucem rediit, quia cum in peccato animus moritur, citius ad vitã reducitur, si super hunc sollicitę cogitationes viuunt. Aliquando autem, sicut & superius dictum est, falsa spes mentem non intercipit, sed hanc deterior desperatio configit: quę dum omnem spem veniæ funditus interimit, erroris lacte animam vberius nutrit.

Prouer. 1. Peccatores lactant.

Psalm. 9. Peccãtium tres modi facilius corriguntur: quartus difficilius emẽdatur. Christus tres mortuos suscitauit. Quartũ nõ suscitauit.

Lucæ. 9. Mortui sepeliũt mortuos.

Caput. XXX.

COnsideret igitur sanctus vir post primam culpã quanta deterius homo mala cõmisit, postquàm paradisum perdidit, vsque ad quanta huius exilij prærupta descẽdit, & dicat: Quare non in vulua mortuus sum? id est, cùm serpentis suggestio peccatorem me conciperet: tũc vtinam quæ me mors sequeretur, agnouissem, ne vsq; ad delectationẽ suggestio raperet, & morti arctius ligaret.) Egressus ex vtero nõ statim perij? Ac si dicat: Vtinam ad exteriorem delectationem exiens, & interiore lumine priuabar, agnouissem: & saltem in ipsa delectatione occumberem, ne per cõsensum mors acrius puniret. Cur exceptus genibus?) Ac si dicat: Vtinam minimè me cõsensus subiectis prauitati sensibus excepisset, ne ipsa me consensio ad audaciã deterius raperet. Cur lactatus vberibus?) Ac si dicat: Vtinam blandiri saltem mihi post mala perpetrata noluissem: ne tanto me culpæ nequius astringerem, quãto me in illa mollius fouerem. His itaq; reprehensionum suarum vocibus in parente primo se peccasse redarguit. Sed si ad ærumnam huius exilij nequaquam homo peccando descenderet: dicat qua perfrui quiete potuisset. Sequitur: Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem.) Ad hoc quippe in paradiso homo positus fuerat: vt si se ad conditoris sui obedientiam vinculis charitatis astringeret, ad cœlestem angelorũ patriam quandoque sine carnis morte trãsiret. Sic nanque est immortalis conditus [vt tamẽ si peccaret, & mori posset: & sic mortalis est conditus:] vt si non peccaret, etiam non mori posset: atq; ex merito liberi arbitrij beatitudinem illius regionis attingeret, in qua vel peccare, vel mori non posset. Vbi igitur post redẽptionis tempus carnis morte interposita, electi trãseunt, illuc proculdubio parẽtes primi si in conditionis suæ statu perstitissent: etiam sine morte corporũ trãsferri potuissent. Dormiens igitur sileret, & somno suo homo requiesceret: dũ ad ęternę requiem patriæ ductus, quasi secessum quendã à clamore hoc

D

E

F

G more hoc humanæ infirmitatis inueniret. Post peccatum nan
que quasi clamans vigilat, qui contentionem carnis propriæ
repugnans portat. Hoc quietis silentium iam homo conditus
habuit: cùm contra hostem suum liberum voluntatis arbitriũ
accepit. Cui quia sua sponte succubuit, mox de se quod cõtra
se perstreperet, inuenit, mox in certamine infirmitatis tumul-
tus reperit: & quanuis in pacis silentio ab auctore fuerat cõdi-
tus: hosti tamen sponte substratus, clamores de pugna tolera-
uit. Ipsa enim carnis suggestio, quasi quidam clamor est con-
tra quietem mentis, quam ante transgressionem homo non
sensit: quia nimirum quod de infirmitate posset tolerare, non
habuit. Postquàm vero se sponte hosti subdidit, astrictus cul-
pæ sũæ vinculis, in quibusdam ei etiam nolẽs seruit, & clamo-
res in mente patitur, cum caro spiritui reluctatur. An non cla-
mores intrinsecus audiebat, qui prauæ contra se legis verba
Rom. 7. tolerabat, dicens: Video aliam legem in membris meis repu-
gnantem legi mentis meę, & captiuũ me ducentem in legẽ pec
cati, quæ est in membris meis? Contempletur ergo vir sanctus
in quanta cordis pace quiesceret, si serpentis verba susc̃ipere
homo noluisset, & dicat: Nunc enim dormiẽs sileré, & somno
meo requiescerẽ, id est, intra mentis secretũ ad conditoris con
templationẽ secederé: nisi me extra me tentationum tumulti-
bus consensus primæ culpæ prodidisset. Huius autem quietis
H gaudiis cum quibus etiam sociis perfrueretur, adiũgit dicens.

Quòd per reges & consules, sanctos velit angelos intelligi, cum quibus homo conuenisset ab initio, nisi ipse onus peccati voluntariè sumpsisset. Caput. XXXI.

CVm regibus & cõsulibus terræ.) Rebus insensibilibus
discimus, quid de sensibilibus atque intelligibilibus
sentiamus. Terra nanque aëre fœcundatur, aër autem
ex cœli qualitate disponitur. Sic iumẽtis homines, hominibus
angeli, archangeli vero angelis præsunt. Nam quod iumentis
homines præsint, & vsu cernimus, & verbis Psalmistæ doce-
Psalm. 8. mur, qui ait: Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues
vniuersas, insuper & pecora campi. Quia vero hominibus an
Danie. 10. geli presint, per prophetam testatur angelus dicens: Princeps
regni Persarum restitit mihi. Quòd vero angeli à superiorum
angelorum potestatibus dispensentur, Zacharias propheta
Zacha. 2. perhibet, qui ait: Ecce angelus qui loquebatur in me egredie-
batur: & angelus alius egrediebatur in occursum eius, & dixit
ad eum: Curre & loquere ad puerum istum, dicens: Absque
muro habitabitur Hierusalem. Si enim in ipsis officiis sancto-
rum spirituũ nequaquam potestates summæ minimas dispo-
nerent: nullo modo hoc quod homini diceret angelus ab an-
gelo cognouisset. Quia igitur cunctorum cõditor omnia per
semetipsum tenet, & tamen ad distinguendum pulchræ vni-
uersitatis ordinem, alia aliis dispensantibus regit, non immeri-
I to reges, angelorum spiritus accipimus, qui quo auctori om-
nium familiarius seruiunt, eo subiecta potius regunt. Cum re-
gibus ergo dormiret: quia nimirum iam cũ angelis homo qui-
esceret, si persuasoris linguam sequi noluisset. Qui bene etiam
consules vocantur: quia spirituali reipublicæ consulunt, dũ nos
sibi ad regnum socios iungunt. Bene consules vocantur: quia
dum ipsis nunciantibus voluntatem conditoris agnoscimus,
in eis procul dubio consultum ab hac angustia nostræ tribu-
lationis inuenimus. Caput. XXXII.

SEd quia beatus Iob sancto æternitatis spiritu impletur,
& fuisse vel futurum esse æternitas non habet, cui nimi-
rum neque præterita transeunt, neque quæ futura sunt
veniunt: quia cuncta per presens videt, potest futuros prædi-
catores Ecclesiæ in præsentia spiritus contemplari, qui postq̃
de corporibus transeunt, nequaquam per morarum spatia, si-
cut antiqui patres, à cœlestis patriæ perceptione differuntur.
Mox quippe vt à carnis colligatione exeunt, in cœlesti sede
2. Corin. 5. quiescunt, Paulo attestante, qui ait: Scimus quoniam si terre-
stris domus nostra huius habitationis dissoluatur: quod ædifi-
cationem ex deo habemus, domum non manufactam, æternã
in cœlis. Prius autem quàm redemptor noster morte sua, hu-
mani generis pœnam solueret, eos etiam qui cœlestis patriæ
vias sectati sũt, post egressum carnis, inferni claustra tenuerũt:
non vt pœna quasi peccatores plecteret, sed vt eos in locis re-
motioribus quiescentes, quia necdum intercessio mediatoris
aduenerat, ab ingressu regni, reatus primæ culpæ prohiberet. K
Vnde iuxta eiusdem redemptoris nostri testimonium, diues
qui apud inferos torquetur, in sinu Abrahæ requiescere Laza- *Luce. 16.*
rum contemplatur. Qui profecto si adhuc in imis non essent:
hos ille in tormentis positus non videret. Vnde & idem redẽ-
ptor noster pro nostræ culpę debito occumbens, inferna pe-
netrat, vt suos qui ei inhæserant, ad cœlestia reducat. Sed quo
nunc homo redemptus ascendit, illuc profecto si peccare no-
luisset, etiam sine redemptione pertingeret. Consideret ergo
vir sanctus, quia si non peccasset, illuc etiam non redemptus a-
scenderet: ad quod prędicatores sanctos, post redemptionem
necesse est cũ magno labore peruenire. Et cum quibus iã nũc
quiesceret, insinuet dicens: Cum regibus & consulibus terræ.

Caput. XXXIII.

REges quippe sunt sancti prædicatores Ecclesiæ: qui
& commissos sibi rectè disponere, & sua bene regere
corpora sciunt, quia dum desideriorum motus in se
temperant, super subiectas cogitationes lege virtutis regnant.
Qui bene etiã terræ consules vocantur. Reges enim sunt, quia
sibimetipsis præsident: terræ autem consules: quia extinctis
peccatoribus, vitæ præbent consultũ. Reges sunt, quia semet-
ipsos regere sciunt: terræ autem sunt cõsules, quia terrenas mẽ
tes per exhortationis suę consilium, ad cœlestia pertrahũt. An
terræ consul non erat qui dicebat: De virginibus autẽ præce- L
ptũ domini non habeo, consiliũ aũt do? Et iterũ: Beatior erit, si *1. Cor.*
sic permanserit, secũdum consiliũ meũ. Bene autem subditur:

Quòd serui tranquillas animas habeant, filij vero mundi huius densis cogitationum tumultibus in corde vexentur.

Qui ędificant sibi solitudines.) Omnes enim qui vel illicita
appetunt: vel in hoc mundo videri aliquid volunt, densis co-
gitationũ tumultibus in corde comprimũtur. Dũcq; desideriо-
rum turbas intra se excitant, prostratam mentem pede miserę
frequentationis calcant. Alius nanq; iuri se luxuriæ subdit, at-
que ante mentis oculos schemata turpium perpetrationũ fin-
git: & cũ effectus non tribuitur operis, hoc crebrius agitur in-
tentione cogitationis. Voluptatis perfectio quæritur, & con-
cussus eneruiter animus, hincinde & sollicitus & cæcatus, occa
sionẽ nequissimæ expletionis rimatur. Mens itaque hæc quasi
quendam populum patitur, quę insolenti cogitationũ tumul-
tu vastatur. Alius iræ se dominio strauit, & quid in corde, nisi
iurgia etiam quæ desunt, peragit? Hic sępe præsentes non vi-
det, absentibus contradicit: intra semetipsum cõtumelias pro-
fert & recipit, receptis autem durius respondet: & cùm qui ob-
uiet nullus asit, magnis clamoribus rixas in corde componit. M
Turbam itaque hic intus sustinet, quem pondus vehemẽs in-
flammatæ cogitationis premit. Alius iuri se auaritiæ tradit, &
fastidiens propria, aliena concupiscit. Hic plerunq; concupita
adipisci non valens, diem quidem in ocium, noctem verò in
cogitationẽ versat: torpet ab vtili opere: quia fatigatur illicita
cogitatione, consilia multiplicat: & sinum mentis cogitationũ
inuentionibus latius expandit: peruenire ad cõcupita satagit,
atque ad obtinenda hæc quosdam scelerisissimos causarũ meа-
tus quærit. Qui mox vt in causa aliquid subtile inuenisse se æ-
stimat, iam se obtinuisse quod concupierat, exultat: iam quid
etiam adepte rei adiungat, excogitat, atque vt in meliori statu
debeat excoli pertractat. Quam quia iã quasi possidet, & qua-
si ad meliorem speciem adducit: mox insidias inuidentium cõ
siderat, & quid contra se iurgij moueatur, pensat: & exquirit
quid respondeat: & cùm rem nullam teneat, iam in defensione
rei quam appetit, vacuus litigator elaborat. Quanuis enim ni-
hil de concupita re ceperit: habet tamẽ in corde iam fructum
cõcupiscentiæ, laborem rixæ. Graui itaque populo premitur,
qui infligantis auaritię tumultu vastatur. Alius se tyrãnidi su-
perbię subiicit, & cor miserum, dum contra homines erigit, vi
tio substernit. Honorum sublimium insulas appetit, exaltari
successibus exquirit, totumq́ue quod esse desiderat, sibi apud
semetipsum in cogitationibus depingit: iam quasi tribunali
præsidet, iam sibi parẽre obsequia subiectorum videt, iam cæ-
teris eminet, iam aliis mala irrogat, aliis quæ irrogauerint, re-
compensat. Iam apud semetipsum stipatus cuneis ad publicũ
procedit: iam quibus obsequiis fulciatur, conspicit: qui tamen
hæc cogitans solus repetit: iam alia conculcat, alia sublеuat:
iam de

A iam de conculcatis fatisfacit odiis, iam de ſubleuatis recipit ſu
uores. Cui igitur tot phantaſmata cordi imprimit: quid
aliud iſte quam ſomnium vigilans videt? Qui ergo tot rerum cauſas
quas fingit, toleratnimirũ intrinſecus natas ex deſideriis tur-
bas portat. Alius iam illicita refugit, ſed tamen bonis mundi
caetere pertimeſcit: conceſſa tenere appetit, videri inter homi-
nes minor erubeſcit, & curat ſummoperè ne inops ſit in do-
mo, ne deſpectus in publico. Exquirit quid ſibi ſufficiat: quid
neceſſitas ſubiectorum petat, atque vt ſufficienter iura patro-
natus ſubditis expleat: patronos quærit, quib' ipſe famuletur,
ſed dum his familiariter iungitur, eorum proculdubio cauſis
implicatur: quibus ſæpe conſentit in illicitis, & mala quæ pro-
pter ſemetipſum non appetit, committit propter alia quæ nõ
derelinquit. Nam ſæpe dum honorem ſuum in hoc mũdo im
minui trepidat, ea apud maiores perſonas approbat, quæ per
proprium iudicium damnat. Is dum ſollicitè cogitat quid pa-
tronis debeat, quid ſubiectis, quid ſibi augeat, quid affectibus
proſit, quaſi tanta frequentia turbarum premitur, quanta cu-
rarum importunitate laceratur.

Somnium vigilãs videt

Caput. XXXIIII.

AT contrà ſancti viri, qui nihil huius mũdi appetunt:
nullis proculdubio in corde tumultibus premuntur:
omnes quippe inordinatos deſideriorum motus à cu
bili cordis, manu ſanctæ conſiderationis eiiciunt: & quia tran
ſitoria cuncta deſpiciunt, ex his naſcentes cogitationum inſo-
B lentias non patiuntur: ſolam nanque æternam patriam appe-
tunt: & quia nulla huius mundi diligunt, magna mentis tran-
quillitate perfruuntur. Vnde & rectè dicitur: Qui ædificant ſi-
bi ſolitudines.) Solitudines quippe ędificare, eſt, à ſecreto cor-
dis, terrenorum deſideriorum tumultus expellere: & vna intẽ-
tione æternæ patriæ, in amorem intimæ quietis anhelare. An
non cunctos à ſe cogitationum tumultus expulerat, qui dice-
bat: Vnam petij à domino, hanc requiram, vt inhabitẽ in do-
mo domini omnibus diebus vitæ meæ? A frequentia quippe
terrenorum deſideriorum fugerat, & ad magnam videlicet ſo
litudinem ſemetipſum contulerat, vbi eo tutius nihil extra-
neum conſpiceret, quo incompetens nihil amaret. A tumultu
rerum corporalium magnũ quendam ſeceſſum petierat quie-
tam mentem, in qua tanto purius deum cerneret: quanto hũc
cum ſe ſolo ſolum inueniret. Bene autem hi qui ſibi ſolitudi-
nes conſtruunt, etiam conſules vocantur: quia ſic in ſe ſolitu-
dinem mentis ædificant: vt tamen, in quo præualent, aliis per
charitatem conſulere minimè deſiſtant. Hunc ergo quem mo
do prætulimus conſulem, paulo ſubtilius perpendamus, quo-
modo ad præbenda vitæ ſublimioris exempla, ſubiectis popu
lorum cuneis, virtutum calculos ſpargat. Ecce ad inſinuãdam
retributionem boni pro malo, de ſemetipſo fatetur, dicens: Si
reddidi retribuentibus mihi mala: decidam meritò ab inimi-
cis meis inanis: Ad dilectionem conditoris excitandam inſi-
C nuat dicens: Mihi autem adhærero deo, bonum eſt. Ad formã
ſanctę humilitatis imprimendam: ſecreta cordis ſui indicat di
cens: Domine non eſt exaltatum cor meum: neque elati ſunt
oculi mei. Ad imitandam zeli rectitudinem exemplo ſuo nos
excitat, dicens: Nonne qui oderunt te domine oderam: & ſu-
per inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio oderam illos: &
inimici facti ſunt mihi. Ad æternæ nobis patriæ deſiderium
ſuccẽdendum, vitæ præſentis longitudinem deplorat, dicens:
Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Largitate ni-
mirum conſulatus emicuit: qui exemplo conuerſationis pro-
priæ, tot nobis virtutum calculos ſparſit.

Solitudines cõſtruentes eũ cõſules vocantur.

Pſalm. 7.

Pſal. 72.

Pſal. 120.

Pſalm. 138.

Pſal. 119.

Caput. XXXV.

SEd iſte aliis conſulens quomodo ſibi etiam ſolitudinem
ædificet, narrat. Ait enim: Ecce elongaui fugiens, & man
ſi in ſolitudine. Fugiens ſe elongat: quia à turba deſide-
riorum temporalium in altam dei contemplationem ſe ſuble
uat. Manet vero in ſolitudine: quia perſeuerat in remota men
tis intẽtione. De qua bene ſolitudine, domino Hieremias ait.
A facie manus tuæ ſolus ſedebam: quoniam cõminatione re-
pleſti me. Facies quippe manus dei, eſt illa percuſsio iuſti iu-
dicij, qua ſuperbientem hominem à paradiſo repulit: & in hac
cæcitate præſentis exilij incluſit. Comminatio verò eius, eſt
terror adhuc ſupplicij ſequentis. Poſt faciem igitur manus ad-
huc nos minæ terrificant: quia per experimentum iudicij iam

Pſalm. 54.

Hiere. 15.

nos & pœna præſentis exilij perculit: & ſi peccare non deſiſti- D
mus, æternis adhuc ſupplicijs addicit. Conſideret ergo vir ſan
ctus, proiectus huc, vnde homo ceciderit, atque hũc poſt iſta
peccantem, quo adhuc iuſtitia iudicantis rapit: & cunctas à ſe
deſideriorum temporalium turbas eiiciat: ſeque in magna mẽ
tis ſolitudine abſcondat dicens: A facie manus tuæ ſolus ſede-
bam: quoniam cõminatione repleſti me. Ac ſi apertè dicat:
Dum conſidero quid iam per iudicij experimentum patior: à
tumultu deſideriorum temporalium trepidus mẽtis receſſum
peto, quia & adhuc illa acrius quæ minaris, æterna ſupplicia
formido. Bene ergo de regibus atque conſulibus dicitur: Qui
ędificant ſibi ſolitudines.) Quia hi qui & ſe bene regere, & cõ-
ſulere aliis ſciunt: quoniam preſentari interim illi intimæ quie
ti non poſſunt: hanc apud ſemetipſos per ſtudium tranquillæ
mentis imitantur. Sequitur: Cũ principibus qui poſsident au-
rum, & replent domos ſuas argento.) Quos alios principes, ni
ſi ſanctæ Eccleſię rectores vocat, quos indefinẽter in loco prę
dicatorũ præcedentium diuina diſpenſatio ſubrogat? De qui-
bus eidem Eccleſię Pſalmiſta ait: Pro patribus tuis nati ſunt ti *Pſalm. 44.*
bi filij: conſtitues eos principes ſuper omnem terrã. Quid ve-
ro aurum, niſi ſapientiam appellat? de qua per Salomonem di-
citur: Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis. Au- *Prouer. 21.*
rum nempe ſapientiam vidit, quam theſaurum vocauit. Quæ
& rectè auri appellatione ſignatur: quia ſicut auro tẽporalia, E
ita ſapientia bona æterna mercantur: Si aurum ſapientia non
eſſet, nequaquam Laodiciæ Eccleſię ab angelo diceretur: Sua-
deo tibi emere à me aurum ignitum. Aurum quippe emimus, *Apoc. 3.*
cùm accepturi ſapientiam, prius obedientiam præbemus. Ad
quem videlicet contractum bene nos quidem ſapiẽs excitat,
dicens: Concupiſti ſapientiam, ſerua mandata: & dominus prę
bebit illam tibi. Quid autem per domos, niſi conſcientię deſi-
gnantur? Vnde ſanato cuidam dicitur: Vade in domum tuam. *Matt. 9.*
Ac ſi apertè audiat: Poſt exterius miraculum ad conſcientiam
reuertere: & qualem te intrinſecus deo debeas exhibere, per-
pende. Quid etiam per argentum, niſi diuina eloquia figuran-
tur? de quib' per Pſalmiſtam dicitur: Eloquia domini eloquia *Pſalm. 11.*
caſta: argentum igne examinatum. Eloquium domini argen-
tum igne examinatum dicitur: quia ſermo dei ſi in corde figi-
tur, tribulationibus probatur. Caput. XXXVI.

VIr igitur ſanctus ſpiritu æternitatis plenus, quæq; fu-
tura ſunt colligat: & quos longè poſt futura ſecula gi-
gnerent: laxato mentis ſinu comprehendat, & magna
admiratione conſideret: cum quibus electis ſine labore in æ-
ternitate quieſceret: ſi per appetitum ſuperbiæ nemo peccaſ-
ſet, & dicat: Nunc enim dormiens ſilerem: & ſomno meo re-
quieſcerem cum regibus, & conſulibus terræ: qui ædificant ſi-
bi ſolitudines, aut cum principibus qui poſsident aurum, &
replent domos ſuas agento.) Quia enim ſi parentem primum
nulla peccati putredo corrumperet: nequaquam ex ſe filios ge F
hennæ generaret: ſed hi qui nunc per redemptionem ſaluandi
ſunt, ſoli ab illo electi naſcerentur, eoſdem electos aſpiciat, at-
que cum eis quomodo quieſcere potuiſſet, intendat. Videat
ſanctos apoſtolos ſic ſuſceptam Eccleſiam regere: vt ei prædi-
cationis verbo non deſinant conſultum præbere: eoſq; reges
& conſules appellet. Videat poſt hos in eorum loco rectores
exurgere: qui & ſapienter viuendo aurum poſsideant: & aliis
recta prædicando, argento ſacrę locutionis eniteſcant: eoſque
principes repletis conſcientiarũ domibus auro & argento di-
uites memoret. Sed quia aliquando prophetico ſpiritui nequa
quam ſufficit, vt ventura præuideat: niſi cordi prophetantis e-
tiam præterita, & antiqua repræſentet, ſanctus vir infra ſuprá-
que oculos aperit: & non ſolum ventura conſpicit, ſed etiam
tranſacta ad memoriam reducit. Nam protinus adiungit:

Quòd primi ſeculi patres abortiuos dicat: quia præter paucos, quos Moyſes ſcripſit: maxima pars nobis humani generis occultatur.

Aut ſicut abortiuum abſcõditum non ſubſiſterem: vel qui
concepti nõ viderunt lucem.) Abortiuum, quia ante plenum
tempus oritur, extinctum protinus occultatur. Quos ergo ſan
ctus vir alios abortiuos vocat, cum quibus ſe quieſcere potu-
iſſe conſiderat: niſi electos quoſq;, qui ab ipſo mundi primor-
dio ante redemptionis tempus exorti ſunt, & tamen huic mũ
do ſemetipſos mortificare curauerunt? Qui conſcriptæ legis ta
bulas non

G bulas non habentes, quasi in vtero mortui sunt: quia auctorẽ
suum naturali lege timuerunt: & cùm venturum mediatorem
crederent, studuerunt summopere mortificandis voluptatib⁹,
etiam quæ scripto non acceperant præcepta seruare. Tempus
itaque illud quod iuxta mundi initium mortuos huic sæculo
patres nostros protulit, quasi abortiui vterus fuit. Ibi nanque
Gene. 4. Abel, qui occidenti se fratri restitisse non legitur. Ibi Enoch,
Gene. 5. qui talem se exhibuit, vt ambulaturus cum domino transfer-
Gen. 9. retur. Ibi Noë, qui per hoc quòd diuino examini placuit: im-
mundo mundo superstes fuit. Ibi Abraham, qui dum peregri-
Gene. 17. nus est sæculo, factus est amicus deo. Ibi Isaac, qui caligãtibus
Gene. 27. carnis oculis, per ætatem quidem præsentia non vidit: sed per
virtutem prophetici spiritus, in futuris etiam sæculis magna vi
Gene. 28. dendi luce radiauit. Ibi Iacob, qui iram fratris humiliter fugit:
clementer edomuit: qui prole quidem fœcũdus extitit, sed ta-
men spiritus vbertate fœcundior, eandem prolem sub prophe
tiæ suæ vinculis astrinxit. Bene autem abortiuum hoc abscon
ditum dicitur: quia à mũdi primordiis dum quosdam paucos
Moyse scribente cognoscimus, pars nobis maxima humani
generis occultatur. Neque enim tot iustos solummodo vsque
ad acceptã legem extitisse credendum est: quot Moyses bre-
H uissima descriptione perstrinxit. Quia ergo à mundi primor-
dio ædita multitudo bonorum, ex magna parte notitiæ no-
stræ subtrahitur: absconditum hoc abortiuum vocatur. Quod
& non subsistitisse dicitur: quia enumeratis paucis: eorum fre-
quentia nullo apud nos memoriæ scripto retinetur. Rectè ve
rò additur: Vel qui concepti non viderunt lucem.

Caput. XXXVII.

HI nanque qui post acceptam legem in hoc mũdo na-
ti sunt, auctori suo eiusdem legis sunt admonitione
concepti: sed tamen concepti minimè lucem vide-
runt: quia ad aduentum incarnationis dominicæ, quanuis hãc
fideliter crederent, peruenire nequiuerunt. Incarnatus quippe
Ioan. 8. dominus dicit: Ego sum lux mundi: Atque ipsa lux ait: Multi
Matth. 13. prophetæ & iusti desiderauerunt videre quæ videtis, & non
viderunt. Concepti igitur non viderunt lucem: quia ad spem
venturi mediatoris, apertis prophetarum vocibus excitati, ne-
quaquam potuerũt cernere eius incarnationem. In his itaque
conceptus interior formam fidei ædidit: sed hanc vsque ad a-
pertam visionem diuinæ præsentiæ non perduxit: quia prius
hos à mundo mors interueniens rapuit, quàm manifesta veri-
tas mundum illustrauit. Caput. XXXVIII.

VIr igitur sanctus spiritu æternitatis plenus: manu cor-
dis cuncta labentia ad memoriam astrinxit: & quia
angusta est omnis creatura creatori, per eundem spi-
ritum qui nihil ex se, vel iuxta se aliud, nisi semper esse habet,
omne quod erit, quod præteriit, cõspicit: ac infra supráq; men
I tis oculum tendit, & venientia vel transacta considerans, ad
æternum esse medullitus inardescit, dicens: Nunc enim dor-
miens filerem.) Nunc quippe præsentis est temporis. Et quid
est stantem semper in præsenti quietem quærere, nisi ad illud
cui nihil venit, nihil præterit, gaudium æternitatis anhelare?
Quòd nimirum veritas semper esse suum, vt nobis vtcunque
Exod. 3. infunderet: Moyse mediante insinuat, dicens: Ego sum qui
sum. Et dices filiis Israël: Qui est, misit me ad vos. Sed ecce
quia labentia conspicit: quia semper præsens gaudium quærit:
quia venturæ lucis memorat: quia electorum eius ordines enu
merans pensat: ipsam iam nobis apertius quietem huius lucis
insinuet, & quid apud illam quotidie de prauorum conuersa-
tione agitur, verbis manifestioribus demonstret.

Quòd in luce quæ deus est, nec est tumultus concupiscẽtiarũ, nec la bor peccati, sed mũditia mẽtis, & pacifica quies. Cap. XXXIX.

IBi impij cessauerunt à tumultu: & ibi requieuerunt sesi ro
bore.) Paulo ante iam diximus, quia corda peccãtium per
hoc quod strepitus desideriorum possidet: grauis cogita-
tionum instigantium tumultus premit. Sed in hac luce quam
concepti minime viderunt, à tumultu suo impij cessare perhi-
bentur: quia nimirum mediatoris aduentum, quem patres in
lege positi diu præstolati sunt: ad vitæ suæ requiem populi gẽ
Roma. 11. tiles inuenerunt: Paulo attestante, qui ait: Quod quærebat Is-
raël, hoc non est consecutus, electio autem consecuta est. In
hac itaque luce impij à tumultu cessant: dum peruersorũ men-
tes veritate cognita laboriosa mundi desideria fugiunt, & tã- K
quillitati intimi amoris acquiescunt. An non ad cessationem
Matt. 11. vocat lux ipsa, quæ ait: Venite ad me omnes qui laboratis &
onerati estis, & ego reficiam vos: tollite iugum meum super
vos, & discite à me quia mitis sum, & humilis corde, & inue-
nietis requiem animabus vestris: iugum enim meũ suaue est,
& onus meum leue? Quid enim graue mentis nostræ ceruici-
bus imponit: qui vitari omne desideriũ quod perturbat præ-
cipit? Quid graue subiectis iubet, qui declinare laboriosa mun
di huius itinera admonet? Attestante autem Paulo apostolo:
Roma. 5. Christus pro impiis mortuus est. Sed idcirco dignata est pro
impiis lux ipsa occũbere: ne impij in tenebrarum suarum tu-
multu remanerent. Contempletur ergo vir sanctus quòd lux
per incarnationis suę mysteriũ ex graui labore impios eripit:
dum ab eorum cordibus desideria prauitatis tergit: contem-
pletur quod conuersi quique quietem quam percipere in æter
nitate desiderant: hic iã per tranquillitatem mentis degustant,
& dicat: Ibi impij cessauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt
fessi robore.) Omnes enim qui in hoc mundo fortes sunt ro-
bore: quasi fortes sunt, non robore defessi. Qui vero in auc-
toris sui amore roborantur, quo magis in concupita dei fortitu-
dine conualescunt, eo à propria virtute deficiunt. Et quo ro-
bustius æterna appetunt, eo à temporalibus salubri defectione
L lassantur. Hinc Psalmista amoris sui robore fessus dicebat: De
Psalm. 12. fecit in salutare tuum anima mea. In salutare enim dei proficiendo defecerat, quia æternitatis lucem desiderans, à carnis iam
fiducia fractus anhelabat. Hinc rursum dicit: Concupiuit, &
Psalm. 83. defecit anima mea in atria domini. Qui nimirũ cùm diceret,
cõcupiuit, rectè subdidit: Et defecit. Quia valde minor est di
uinitatis concupiscentia: quam non mox etiã proprius sequi-
tur defectus. Qui enim ad appetenda æternitatis atria accen-
ditur: dignũ profecto est, vt ab hoc temporalitatis amore las-
setur: vt tanto frigescat ab studio sæculi, quanto surgit arden-
tior in amorem dei. Quem scilicet si perfectè arripit, mũdum
etiam plene derelinquit: & eo sinditus temporalibus moritur,
Cant. quo ad supernam vitã altius afflatu æternitatis animatur. An
non robore suo fessam se inuenerat, quæ dicebat: Anima mea
liquefacta est, vt dilectus locutus est? Quia nimirum mens dũ
occultę locutionis aspiratione tangitur, à statu suę fortitudinis
infirmata, ipso quo absorbetur desiderio liquat: inde se apud
semetipsam fessam inuenit: vnde vltra se esse conspicit fortitu
Dan. dinem quam conscendit. Hinc Propheta cum visionem dei
se conspexisse diceret, adiungit: Elangui & egrotaui per dies
plurimos: quia cùm ad virtutem dei mens astringitur, à fortí-
tudine propria caro lassatur. Caput. XL.

HInc Iacob qui angelum tenuit, vno mox pede clau- Cant.
dicauit: quia qui vero amore sublimia respicit, iam
in hoc mundo duplicibus incedere desideriis nescit. M
Vno enim pede innititur, qui solo dei amore roboratur: & ne-
cesse est vt alius marcescat: quia mentis virtute crescente, o-
portet proculdubio vt carnis fortitudo torpescat. Beatus igi-
tur Iob alta fidelium corda respiciat, atque perpendat quem
sinum intimæ quietis inueniũt: dũ à viribus propriis in deum
proficiendo lassantur: & dicat: Ibi requieuerunt fessi robore.
Ac si apertè insinuet dicens: Illic requies lucis remunerat,
quos hic interius recreans profectus fatigat. Nec mouere de-
bet quod lucem nominans nequaquàm subdit in hac, sed ibi.
Quam enim continere electos cõspicit, quasi locum nostrum
hanc esse deprehendit. Vnde Psalmista cùm incommutabili- Psalm.
tatem æternitatis aspiceret, dicens: Tu autem idem ipse es, &
anni tui non deficient: hunc electorum locum esse denunciat,
subdens: Filij seruorum tuorum habitabunt ibi. Deus enim
qui sine situ omnia continet, nobis ad se venientibus locus nõ
localis manet. Ad quem locum dum pertingimus, etiam ipsa
in hac vita mentis nostræ tranquillitas, quanta fuerit pertur-
batio videmus: quia etsi iam iusti in prauorum comparatione
quieti sunt: in æstimatione tamen quietis intimæ omnimodo
quieti nõ sunt. Vnde & bene subditur: Et quondam vincti pa
riter sine molestia.) Iustos enim quanuis nullus desideriorum
carnalium tumultus possideat: duris tamẽ vinculis eos in hac Sapien.
vita positos, suæ molestia corruptionis ligat. Scriptum quip-
pe est: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: & de-
primit terrena inhabitatio sensum multa cogitãtem. Eo itaq;
ipso quo

A ipso quo adhuc mortales sunt, corruptionis suæ pondere grauant, & afflicti molestia vincti sunt: quia in illa adhuc libertate vitæ incorruptibilis non exurgunt. Aliud nãque de mente aliud de corpore tolerant: & contra semetipsos quotidie interno certamine desudant. An non duro molestiæ vinculo ligantur, quorum nimirum mens sine labore in ignorantia soluitur, & non nisi cum studio laboris eruditur? Quæ coacta erigitur, libens iacet, ab infimis vix leuatur: & tamẽ eleuata protinus labitur: semetipsam laboriosè vincendo, superna conspicit, sed reuerberata: lumen quod se irradiauerat refugit. An nõ duro molestiæ vinculo ligantur: quos cum accensus spiritus ad sinum pacis intimæ pleno desiderio pertrahat, feruente certamine caro perturbat? Quæ etsi iam ante faciem velut ex aduerso acie erecta non obuiat: adhuc tamen à mentis dorso, quasi captiua submurmurat, & quanuis timendo, sed tamen turpi strepitu, in corde speciem pulchræ quietis fœdat. Electi igitur etsi valenter omnia superant, cùm securitatem pacis internæ desiderant, grauis eis est molestia, adhuc habere quod vincant. Quibus exceptis, etiam ea vincula sustinent: quæ grauis exterius necessitas astringit: esurire quippe, sitire, lassescere, vincula corruptionis sunt: quæ scilicet solui nequeunt, nisi cùm in illam immortalitatis gloriam nostra mortalitas permutatur.

Caput. XLI.

B REplemus etenim refectionibus corpus, ne extenuatum deficiat: extenuamus abstinentia, ne nos repletum premat. Vegetamus hoc motibus, ne situ immobilitatis intereat: sed citius hoc collocãdo sistimus, ne ipsa sua vegetatione succumbat. Adiumentis hoc vestium regimus, ne frigus interimat: & quæsita adiumenta proiicimus, ne calor exurat. Tot igitur diuersitatibus occurrentes, quid agimus: ni si corruptibilitati seruimus: vt sãtè multiplicitas impensi obsequij corpus sustineat: quod anxietas infirmæ mutabilitatis
Roma. 8. grauat? Vnde bene per Paulum dicitur: Vanitati enim subiecta est creatura non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei. Vanitati quippe creatura non volens subditur: quia homo qui ingenitæ constantię statum volens deseruit: pressus iustè mortalitatis pondere, nolens mutabilitatis, suæ corruptioni seruit. Sed creatura hæc tũc à seruitute corruptionis eripitur, cùm ad filiorum dei gloriam incorrupta resurgendo subleuatur. Hic itaque electi molestia vincti sunt: quia adhuc corruptionis suę pœna deprimũtur. Sed cùm corruptibili carne exuimur, quasi ab his quibus nunc astringimur, molestiæ vinculis relaxamur. Præsentari namque iam deo cupimus: sed adhuc mortalis corporis obligatione prepedimur. Iure ergo vincti dicimur: quia adhuc incessum nostri desiderij ad deum liberum non habemus. Vnbene Paulus æterna desiderans, sed tamen adhuc corruptionis
C suæ sarcinam portans, vinctus clamat: Cupio dissolui, & esse
Philip. 1. cum Christo. Dissolui enim non quæreret, nisi se procul dubio vinctum videret. Hæc autem vincula quia certissimè rũpenda in resurrectione cõspexerat: iam quasi rupta gaudebat
Psalm. 115. propheta, cum diceret: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Contempletur itaque sanctus vir, quòd conuersos peccatores lux interna recipiat, & dicat: Ibi impij cessauerunt à tumultu. Contempletur quòd sancti viri desiderij exercitatione fatigati, altius in illo intimo sinu requiescant, & dicat: Et ibi requieuerunt fessi robore. Contempletur quòd cunctis simul corruptionis suæ vinculis absoluti, ad illa libertatis gaudia incorrupta perueniant, & dicat: Et quondam vincti pariter sine molestia.) Bene autem dicitur: quondam vincti: quia dum illa semper præsens lætitia cernitur: omne quod erit & defluit, quasi præteritum iam videtur. Dum enim rerũ finis attenditur: omne quod præterit, quasi iam fuisse pẽsatur. Sed omnes hi quos illuc quies interna suscipiet: hic in terra quid egerint narret. Sequitur.

Quod diabolus exactor intelligatur, & quod in paruis & magnis: seruis & liberis secundum distinctionem meritorum, accipienda sit in retributione sanctorum, distinctio dignitatum.

Exactor quid sit. Non exaudierunt vocem exactoris.) Quis alius debet nomine exactoris intelligi, nisi importunus ille persuasor, qui humano generi semel deceptionis nummũ contulit, & adhuc quotidie expetere mortis debitum non desistit: qui in paradiso homini peccanti pecuniam cõmodauit: sed iniquitate crescente, hanc quotidie cum vsuris exigit? De quo exactore in Euãgelio veritas dicit: Et iudex tradet te exactori. Huius igi- *Luc. 12.*
tur exactoris vox, est tentatio miseræ suggestionis. Audimus autem vocẽ exactoris, cum eius tentatione pulsamur, sed non exaudimus, si pulsanti resistimus. Audit enim qui tẽtationem sentit: exaudit verò, qui tentationi consentit. Dicatur itaque de iustis: Non exaudierunt vocem exactoris: quoniam suggestionem eius etsi audiunt, quia tentantur, non exaudiunt: quia consentire contemnunt. D

Caput. XLII.

SEd quia quod valde mẽs amat, etiam in sermone sæpius replicat: beatus Iob qui internę pacis frequentiam diligens conspicit: descriptioni eius iterum inseruit, dicẽs. Paruus & magnus ibi sunt: & seruus liber à domino suo.) Quia in hac vita nobis est discretio operum: erit in illa procul dubio discretio dignitatum: vt quo hic alius alium merito superat, illic alius alium retributione transcendat. Vnde in
Ioan. 14. Euangelio veritas dicit: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Sed in eisdem multis mansionibus erit aliquo modo ipsa retributionum diuersitas concors: quia tanta vis amoris in illa pace nos sociat: vt quod in se quisq; non acceperit, hoc se accepisse in alio exultet. Vnde & non æquè laborantes in vinea, æquè cuncti denarium sortiuntur. Et quidem apud patrem mansiones multæ sunt: & tamen eundem denarium dispares laboratores accipiunt: quia vna cunctis erit beatitudo E
lætitiæ: quanuis non vna sit omnibus sublimitas vitæ. Paruũ & magnum in hac luce conspexerat, qui ex voce capitis dicebat: Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo o- *Psalm. 138.*
mnes scribentur. Paruum & magnum conspexerat, cum dicebat: Benedixit omnes timentes se dominus, pusillos cum ma- *Psalm. 130*
ioribus. Bene autem subditur: Et seruus liber à domino suo. Scriptũ quippe est: Omnis qui peccat, seruus est peccati: quia *Ioan. 8.*
nimirum quisquis se prauo desiderio subiicit, iniquitatis dominio dudum libera mentis colla supponit. Sed huic dominio contradicimus, cum iniquitati quæ nos ceperat reluctamur: cum consuetudini violenter resistimus: & desideria peruersa calcantes contra hanc ius nobis libertatis ingenitæ vendicamus: cùm culpam pœnitendo percutimus, & maculas sordium fletibus lauamus. Plerumq; autem iam mẽs quidẽ quod se peruersè egisse meminit, deplorat: iam prauè acta nõ solum deserit, sed amarissimis etiam lamentis punit: & tamen dum eorum quę egit reminiscitur, grauiter iudicij pauore terretur. Iam se perfectè cõuertit, sed adhuc se perfectè in securitatem non erigit: quia dum quanta sit districtio extremi examinis pensat, inter spem formidinémque sollicita trepidat: quia iudex iustus veniens, quid de perpetratis reputet, quid relaxet, ignorat. Nam quàm praua commiserit meminit: sed an commissa dignè fleuerit, nescit: ac ne culpæ immanitas modũ pœnitentiæ transeat, metuit. Et plerumq; culpam iam veritas re- F
laxat: sed mens afflicta adhuc de venia, dum valde sibi est sollicita, formidat. Seruus ergo hic iam fugit dominum, sed liber non est: quia peccatum suum homo iam corrigendo & pœnitendo deserit: sed tamen adhuc districtum iudicem de eius retributione pertimescit. Ibi ergo seruus à domino liber erit: vbi iam de peccati venia dubietas non erit. Ibi iam securã mentem culpæ suæ memoria non addicit, vbi non sub reatu animus trepidat: sed de eius indulgentia liber exultat. Sed si nulla ibi homo peccati sui memoria tangitur, ereptum se vnde gratulat? Aut quomodo largitori gratias refert de venia quam accepit: si interueniente obliuione transactæ nequitiæ, pœnæ se esse debitorem nescit? Neque enim neglecte prętereundum est quod Psalmista ait: Misericordias tuas domine in æternũ *Psalm. 88.*
cantabo. Quomodo enim dei misericordias in æternum cantat, qui se fuisse miserum ignorat. Et si miseriæ transactæ non meminit: vnde largitori misericordiæ laudes reddit? Sed rursum quærendum est, quomodo electorum mens perfecta esse in beatitudine poterit, si hãc inter gaudia memoria sui reatus tangit? Aut quomodo perfectæ lucis claritatem gloria, quam reducta ad animum obumbrat culpa? Sed sciendum est, quia sicut sæpe nunc tristium læti reminiscimur, ita tunc transactæ nequitiæ sine læsione nostræ beatitudinis recordamur. Plerũque enim incolumitatis tempore ad memoriam dolores præteritos

Universidad de Deusto
Biblioteca

G teritos sine dolore reducimus:& quo ęgros nos recolimus,eo nos incolumes plus amamus. Erit ergo & in illa beatitudine culpæ memoria,non quæ mentē polluat, sed quæ nos arctius lætitiæ astringat:vt dum doloris sui animus sine dolore reminiscitur,& debitorem se medico verius intelligat:& eo magis acceptam salutem diligat, quo molestiæ meminit quam cuasit. In illa itaque lætitia sic tunc sine tædio mala nostra conspicimus:sicut nunc in luce positi,sine vlla cordis caligine animo tenebras videmus:quia etsi obscurum est quod mente cernimus: de iudicio est hoc luminis,non de passione cæcitatis. Et in æternum ergo laudes misericordiæ largitori nostro referimus, & nequaquam miseria conscientiæ grauamur: quia dum mala nostra sine aliquo mentis malo respicimus:& nunquàm erit quod corda laudantium de transactis iniquitatibus polluat: & semper erit quod hæc ad laudem liberatoris accendat. Quia ergo interne lucis requies sic in se magnos subleuat: vt tamen paruulos non derelinquat, dicatur rectè: Paruus & magnus ibi sunt.) Quia autem sic ibi conuersi peccatoris animus culpæ suæ memoria tangitur: vt tamen nulla eiusdē memoriæ confusione deprimatur,congruè subiungitur: Et seruus liber à domino suo.

Libri quarti Moralium sancti Gregorij finis.

H LIBER QVINtus moralium beati Gregorij in Iob: continuans Tertium caput vsque in finem: & Quartum inchoans.

Quid sit quòd in hac vita nonnunquam bonis malè sit, & malis bene. *Caput. I.*

De occultis dei iudiciis.

CVM valde occulta sint iudicia diuina, cur in hac vita nonnunquam bonis sit malè, & malis bene: tunc occultiora sunt cum & bonis hic bene est, & malis malè. Nam cum bonis hic malè est, & malis bene:hoc fortasse deprehenditur: quia & boni si qua deliquerunt,hic recipiunt:vt ab æterna plenius damnatione liberentur: & mali bona quæ pro hac vita faciunt, hic inueniunt:vt

Lucæ.16. ad sola in posterum tormenta pertrahantur. Vnde & ardenti in inferno diuiti dicitur:Memento fili,quia recepisti bona in vita tua,& Lazarus similiter mala. At cùm bonis hîc bene est,

I & malis malè: incertum valde est, vtrum boni ideireo bona accipiant: vt prouocati ad aliquid melius crescant,an iusto,latentique iudicio hîc suorum operum remunerationem percipiant,vt à præmiis vitæ sequentis inanescant:& vtrum malos ideireo aduersa feriant, vt ab æternis suppliciis corrigēdo defendant, an hîc eorum pœna incipiat:vt quandoque cōplenda eos ad vltima gehennæ tormenta perducat. Quia ergo inter diuina iudicia graui incertitudinis suæ caligine humana mens premitur: sancti viri cùm sibi suppetere prospera huius mundi conspiciunt, pauida suspicione turbantur. Timent enim ne hîc laborum suorum fructus recipiāt:timent ne quod diuina iustitia latens in eis vulnus aspiciat:& exterioribus eos muneribus cumulans,ab intimis repellat. Cùm verò taciti cogitant quòd nec bona agunt, nisi vt soli domino placeāt, nec in ipsa affluentia suæ prosperitatis exultant. Minus quidem de prosperis occulta contra se iudicia metuunt: sed tamen eadem prospera,quia se ab intima intētione præpediunt, ægre ferunt: & molestè præsentis vitæ blandimenta tolerant, quia per hæc se vtcunque tardari in interno desiderio non ignorant. Plus enim in hoc mundo honor quàm despectio occupat:& magis prosperitatis sublimitas,quàm necessitatis aduersitas grauat. Per hanc namque nonnunquam cùm homo externis premitur:ad concupiscenda quæ intus sunt, liberius relaxatur. Per illam verò animus dum multis parēre cogitur, à desiderij sui cursu retinetur. Vnde fit, vt sancti viri magis in hoc mundo prospera, quàm aduersa formident. Sciunt nam- K
que quia mens dum blanda occupatione premitur: aliquando libens ad exteriora deriuatur. Sciunt quia sæpe sic hanc clandestina cogitatio decipit:vt quomodo permutetur,ignoret. Pensant autem quæ sint interna bona quæ cupiunt,& cognoscunt: quàm nihil sit omne quod blandum ac temporaliter arridet:cunctáque huius mundi prospera mens eorum eo ægrè tolerat: quo supernæ felicitatis est amore fauciata: tantóque magis in præsentis dulcedinis aspernatione engitur: quanto hanc conspicit,quia furtiuè sibi internæ gloriæ despectu blanditur. Vnde & beatus Iob cùm supernam requiem contemplatus diceret:Paruus & magnus ibi sunt,& seruus liber à domino suo, ilico adiungit:

Quòd sancti viri ad patriam redire desiderantes peregrinationis huius claritatem, & gloriam temporalis honoris contemnunt.

Quare data est misero lux?) In scriptura sacra nonnunquā lucis appellatione prosperitas: noctis autem nomine, huius mundi aduersitas designatur. Vnde & bene per Psalmistam dicitur:Sicut tenebræ eius,ita & lumen eius. Quia enim san- *Psal.*
cti viri ita prosperitatem seculi despicientes calcant:sicut aduersitatem eius calcantes tolerant, per magnam mentis celsitudinem mundi sibi,& aduersa,& prospera substernentes dicunt. Sicut tenebræ eius,ita & lumen eius. Ac si apertè dicāt: L
Sicut intentionis nostræ fortitudinem, eius tristia non premunt, ita hanc nec blanda corrumpunt. Sed quia hæc (vt diximus)bonorum mentem etiam cùm non subleuant,perturbant:sancti viri, qui se in huius exilij ęrumna miseros cognoscunt, clarescere in eius prosperitate refugiunt. Vnde bene nunc dicitur: Quare data est misero lux? Lux enim miseris datur, quando hi qui sublimia contemplantes, esse se in hac peregrinatione miseros agnoscunt:claritatem transitoriæ prosperitatis accipiunt. Et cùm valde defleant,quia tardè ad patriam redeunt:tolerare insuper honoris onera compelluntur. Amor eos æternorum conterit:& gloria de temporalibus arridet. Qui dum cogitant quæ sint quæ in infimis tenent: & quæ sint quę de sublimibus non vidēt,quæ sint quæ se in terra fulciunt: quæ autem de cœlestibus perdiderunt, prosperitatis fuę mœrore mordentur: quia etsi vident nequaquam ab ea se funditus opprimi,pensant tamen sollicitè cogitationem suam in amore domini,& in eius dispensatione partiri. Vnde bene cùm dicit: Quare data est misero lux? protinus adiungit: Et vita his qui in amaritudine animæ sunt.)

Quòd sicut in hoc seculo sancti nil appetunt:ita etiam amaritudinem eius non ferentes, hoc optant vt nullæ eius obligatione teneantur. *Caput. II.*

IN amaritudine quippe animæ sunt omnes electi, qui vel punire flendo non desinunt quæ deliquerunt: vel graui se mœrore afficiunt: quia longè huc à facie conditoris pro- M
iecti: adhuc in æternæ patriæ gaudiis non sunt. De quorum corde bene per Salomonem dicitur: Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio illius non miscebitur extraneus. In amaritudine nāque sunt & corda reproborum: quia ipsis etiam prauis suis desideriis affliguntur: sed eandem amaritudinem nesciunt, quia pensare quod tolerant, sponte sua excæcati non possunt. At cōtra cor bonorum amaritudinem suam nouit:quia ęrumnam exilij in qua proiectum laceratur, intelligit: & quàm sint tranquilla quæ perdidit: quàm confusa in quibus cecidit, sentit. Sed hoc amaricatum cor,ad gaudium suum quandoque reducitur:atque in eius gaudio extraneus non miscetur: quia is qui nunc ab hoc mœrore cordis foras se per desideria seculi eiicit: seclusus tunc ab illa intima eius solennitate remanebit. Hi itaque qui in amaritudine animæ sunt, mori mundo funditus concupiscunt: vt sicut in seculo ipsi nihil appetunt, ita iam à seculo nulla obligatione teneantur. Et plærumque contingit, vt iam homo mundum mente non teneat: sed tamen mundus hominem occupationibus astringat: & ipse quidem mūdo iam mortuus est: sed ipsi mundus adhuc mortuus non est. Quasi enim vivus adhuc mundus eum conspicit, dum alio intentum,in suis actibus rapere contendit. Vnde bene Paulus cùm & ipse seculum perfectè despiceret:& talem se factum videret,quòd iam hoc seculum concupiscere omnino non posset: ruptis huius vitæ vinculis

A vinculis liber dicit: Mihi mũdus crucifixus est, & ego mũdo.
Galat. 6. Mundus quippe ei crucifixus fuerat: quia hunc cordi suo iam mortuũ nõ amabat. Sed & seipsum mundo crucifixerat: quia talem se ei exhibere studuit, vt ab eo quasi mortuus concupisci non posset. Si enim vno in loco sint mortuus & viuẽs: etsi mortuus viuum non videt, viuus tamen mortuum videt: si verò vtrique mortui sint, alter alterum nequaquam videt. Ita qui iam mundum non amat, sed tamen ab illo, vel non volẽs amatur, etsi ipse velut mortuus mundũ non videt, hũc tamen mundus adhuc non mortuus videt. Si verò nec ipse in amore mundum retinet, nec rursum à mundi amore retinetur, vicissim sibi vtrique extincti sunt: quia dum alter alterum non aperit, quasi mortuum mortuus non attendit. Quia igitur nec Paulus mundi gloriam quærebat, nec à mũdi gloria ipse quærebatur: & se mundo, & mundum sibi crucifixum esse gloriatur. Quod quia multi appetunt, sed tamẽ vsq; ad culmen extinctionis omnimodo non assurgũt, rectè gementes dicunt:

Quare data est misero lux, & vita his qui in amaritudine animæ sunt? Vita quippe amaricatis datur: cùm huius mũdi gloria tristibus gementibúsq; tribuitur. In qua nimirum vita pœna se validissimi timoris afficiunt: quia etsi ipsi mundum non tenent: adhuc tamen tales esse se metuunt, qui à mũdo teneantur: quia nisi ei quantulũcunque viuerent, hos ad vsum suum proculdubio non amaret. Mare enim viua corpora in semetB ipso retinet: nam mortua extra se protinus expellit. Sequitur:

Quòd occulto dei iudicio nonnulli sancti, qui in hoc mundo mortificare se appetũt, præesse in regimine, vel occupari iniũctis honoribus cõpelluntur: & vnde locupletiores fiũt se destructiores existimãt.

Qui expectant mortem, & non venit.) Desiderant quippe mortificare se funditus: atque ab omni vita gloriæ temporalis extinguere: sed occultis sæpe dei iudiciis, vel præesse in regimine: vel occupari iniunctis honoribus compelluntur, atq; inter hæc mortificationem plenissimam indesinenter expectant. Sed expectata mors non venit: quia eorum vsus tẽporali gloriæ etiam nolens viuit. Quam tamen pro diuino amore tolerant: & intus quidem seruant desiderium pietatis, foris autem explẽt ministerium ordinis: quatenus nec à perfectione per intentionem recedant: nec dispositioni conditoris per superbiam contradicant. Mira enim diuinitatis pietate agitur: cùm is qui perfecto corde ad contẽplationem tendit, humanis ministeriis occupatur: vt & multis infirmioribus eius mens perfecta proficiat: & quo semetipsum imperfectum respicit, inde ad humilitatis culmen perfectior assurgat.

Caput. III.

NOnnunquam etenim viri sancti vnde desideriorum suorum detrimenta tolerant, inde maiora lucra conuersis aliis reportant: quia dum eis vacare, vt appeC tunt, non licet: rapere secum alios quibus admiscentur libet. Fit ergo mira dispositione pietatis, vt vnde se destructiores æstimant, inde locupletiores ad cœlestis patrię constructionẽ surgant. Nonnunquam verò idcirco ad cõcepta desideria minimè perueniunt: vt ipsa interueniente tarditate, ad eadẽ desideria laxato mentis sinu dilatentur: & quæ extenuari fortasse impleta poterant, magna dispositione agitur, vt repulsa crescant. Sic quippe mortificari appetunt, vt iã perfectè, si liceat, conditoris sui faciem contemplentur. Sed eorum desiderium differtur, vt proficiat: & tarditatis suę sinu nutritur, vt crescat.
Cant. 3. Vnde bene sponsa *in* sponsi sui desiderio anhelans clamat: In lectulo meo per noctẽ quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni. Abscondit se sponsus cùm quęritur, vt non inuentus ardentius quæratur: & differtur quærẽs sponsa, ne inueniat: vt tarditate sua capacior reddita, multiplicius quandoque inueniat, quod quærebat. Vnde beatus Iob cùm diceret: Expectant mortem, & non venit: vt hoc ipsum quærentium desiderium subtilius expleret, ilicò adiungit:

Quòd thesaurus noster cognitio sit: & quasi sepulchrum contemplatio diuina: in qua mens mundo crucifixa quiescit.

Quasi effodientes thesaurum.) Omnes nanque qui fodiendo thesaurum quærunt: cum fodere altius cœperint, ad laborem instantius inardescunt: quia quo se thesauro abscondito iã iamque appropinquare æstimant: eo in effodiẽdo enixius laborant. Qui igitur plenè mortificationem suam appetunt: quasi effodientes thesaurum quærunt: quia quanto fiunt viciniores ad finem, tanto se exhibent ardentiores in opere. LaD borando ergo non deficiunt: sed magis ad vsum laboris crescunt: quia quo iam præmia propinquiora considerant: eo in opere delectabilius exudant. Vnde bene Paulus quibusdam *Heb. 10.* absconditum æternæ patriæ thesaurũ quærentibus, dicit: Non deserentes collectionem nostram, sicut est consuetudinis quibusdam, sed consolantes, & tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem. Laborantem quippe consolari, est pariter in labore persistere: quia sublcuatio est laboris, visitatio collaborantis: sicut cum in itinere comes iũgitur, via quidem nõ abstrahitur, sed tamen de sõcietate comitis leuiatur labor itineris. Dum itaque Paulus consolantes se in laboribus quęreret, adiunxit dicens: Tanto magis, quanto videritis appro- *Ibidem.* pinquantem diem. Ac si diceret: Eo labor crescat, quo ipsa iã præmia laboris appropinquant, velut si apertè dicat: Thesaurum quæritis, sed eo fodere ardentius debetis, quo iam iuxta quæsitum aurum fodiendo peruenitis. Quanuis hoc quod dicitur: Expectant mortem, & non venit, quasi effodientes thesaurũ: intelligi & aliter potest. Quia enim perfectè mori mundo non possumus, nisi intra mentis nostrę inuisibilia à visibilibus abscondamur: rectè hi qui mortificationem suam appetunt: thesaurum effodientibus comparantur. Mundo enim per inuisibilem sapientiam morimur: de qua per Salomonem E dicitur: Si quæsieris illam quasi pecuniã, & sicut thesauros ef- *Prouer. 2.* foderis eam. Sapientia quippe in rerum superficie non iacet, quia in inuisibilibus latet. Et tunc mortificationem nostram contingentes, sapientiam apprehendimus: si relictis visibilibus, in inuisibilibus abscondamur: si hic hanc cor effodientes quærimus, vt omne quod terrenum mens cogitat, à semetipsa, manu sanctæ discretionis eiiciat: & thesaurum virtutis qui se latebat, agnoscat. Facilè enim in se thesaurum quæsitum inuenit: si eam quæ se male presserat, molem à se terrenæ cogitationis repellit. Quia autem quæsitam mortem sicut thesaurum dicit, rectè subiungit: Gaudentque vehementer cùm inuenerint sepulchrum.) Sicut enim sepulchrum locus est, quo absconditur corpus, ita diuina contemplatio quoddam sepulchrum est mentis, quo absconditur anima. Quasi enim huic adhuc mundo viuimus, cùm mente in eum foris vagamur: sed mortui in sepulchro abscondimur, cum mortificati exterius, in secreto internæ contemplationis cælamur. Sancti igitur viri ab importunitate desideriorum temporalium, à tumultu inutilium curarum, à clamore perstrepentium perturbationum, semetipsos sacri verbi gladio mortificare non desinunt: atque intus ante dei faciem in sinu mentis abscondunt. Vnde bene per Psalmistam dicitur: Abscondes eos in abscondito *Psalm. 30.* vultus tui, à conturbatione hominum. Quod quanuis perfectè postmodum fiat: etiam nunc ex magna parte agitur, cùm F à temporalium desideriorum tumultibus, delectatione in interiora rapiuntur: vt mens eorum dum in amorem dei tota tẽditur, nulla inutili perturbatione lacerẽt. Hinc est quòd Paulus per contemplationem mortuos, & quasi in sepulchro absconditos discipulos viderat, quibus dicebat: Mortui enim e- *Col. 3.* stis, & vita vestra abscondita est, cum Christo in deo. Qui ergo mortem quærit, gaudet dum sepulchrum inuenit: quia qui mortificare se appetit, valde ad inuentam requiem contemplationis hilarescit: vt extinctus mundo lateat, & à cunctis exteriorum rerum perturbationibus intra sinum se intimi amoris abscondat. Si verò ad hoc quòd thesaurus effodi dicitur: etiam sepulchri inuentio subinfertur: hoc necesse est vt intentio nostra conspiciat, quòd antiqui suos mortuos cum diuitiis obruebant. Qui igitur thesaurum quærit, gaudet cùm sepulchrum inuenerit: quia sapientiam perquirentes, cùm sacrę scripturæ paginas voluimus, cùm exempla præcedentium patrum perscrutamur: quasi ex sepulchro gaudium sumimus, & mentis diuitias apud mortuos inuenimus, quia qui huic mundo perfectè extincti sunt, in occulto cum diuitiis requiescunt. Sepulchro ergo diues efficitur, qui per exempla iustorum in contemplationis virtute subleuatur. Sed cum requirens dicat: Quare data est misero lux? cur hoc ipsum requirere præsumat, insinuat dicens.

Quod hoc ipsum quod rectè nos agere credimus, vtrum in districti iudicis examine rectum sit, ignoramus.

Viro cuius abscondita est via, & circundedit eum deus tenebris.)

Universidad de Deusto Biblioteca

G nebris.) Viro enim via sua abscõdita est: quia etsi iam in qua sit vitæ qualitate considerat: adhuc tamen ad quem finẽ tendat, ignorat. Etsi iam superna appetit: etsi plenis hæc desideriis quærit, adhuc tamẽ si in eisdem desideriis permaneat, nescit. Peccata quippe deserentes ad iustitiam tendimus: & vnde venimus, nouimus: sed quo perueniamus, ignoramus. Quid hesterna die fuimus, scimus: sed quid contingat crastina nos esse, nescimus. Viro ergo via sua abscondita est: quia sic pedem ponit operis: vt tamen prætuidere nequeat exitum consummationis eius. Caput. IIII.

ESt & alia viæ nostræ absconsio: quia nõnunquã ea ipsa quæ rectè nos agere credimus, an in districti iudicis examine recta sint, ignoramus. Sæpe enim sicut & longe superius diximus, opus nostrum causa damnationis est, quod profectus putatur esse virtutis. Sæpe vnde placari iudex creditur, inde ad irascendũ placidus instigatur: Salomone attestante, qui ait: Est via quæ videtur homini recta: nouissima autem eius ducunt ad mortem. *Prouer. 14.* Vnde sancti viri cùm mala superant, sua etiã bene gesta formidant: ne cũ bona agere appetunt, de actionis imagine fallantur: ne pestifera tabes putredinis, sub boni specie lateat coloris. Sciunt enim quia corruptionis adhuc pondere grauati, diiudicare bona subtiliter nesciunt: & cùm ante oculos extremi examinis regulam deducunt: hæcipsã in se nõnunquã & quæ approbant metuunt: & tota quidẽ mente interna desiderant: sed tamen de incertitudine operum trepidi, quo gradiuntur, ignorant. Vnde

H bene postquã dictum est: Quare data est misero lux? adiungitur: Viro cuius abscondita est via. Ac si dicatur: Cur huius vitæ successus appetit, qui sub qua sit æstimatione iudicis iter sui operis, nescit? Bene autem subditur: Et circundedit eum deus tenebris. Tenebris nãque homo circundatur: quia quãuis cœlesti desiderio ferueat: quid de semetipso sit dispositum intrinsecus, ignorat. Et valde metuit, ne quid sibi in iudicio obuiet: quod sẽ de se nunc in desiderio boni feruoris latet. Tenebris homo circundatur: quia ignorantiæ suæ caligine premitur. An tenebris circundatus non est, qui plerunque præteritorum non meminit, futura non inuenit: præsentia vix cognoscit? Tenebris circundatum se quidam sapiens viderat, cùm dicebat. *Sapien. 9.* Quæ in prospectu sunt, vix inuenimus cum labore: & quæ in cœlis sunt, quis inuestigabit? Hic se tenebris propheta circundatum vidit, cùm dispositionis intimæ penetrare interna non potuit, dicens: *Psal. 17.* Posuit tenebras latibulum suum. Auctor enim noster quia nobis in hoc exiliũ deiectis, lucem suæ visionis abstulit: sese nostris oculis quasi in tenebrarum latibulo abscondit. Quas nimirum cæcitatis nostræ tenebras cum studiosè conspicimus: mentem ad lamenta prouocamus. Flet enim cæcitatem quam foris patitur: si humiliter meminit, quòd in interioribus lumine priuetur.

I Cumque tenebras quibus circundatur, respicit: splendoris intimi ardenti se desiderio affligit: omnique intentionis adnisu semetipsam concutit: & supernam lucem quam condita deseruit, repulsa quærit. Vnde sit plerunque vt in ipsis piis fletibus illa interni gaudij claritas erumpat: & mens quæ in torpore prius cæca iacuerat: ad inspectionem fulgoris intimi suspiriis vegetata conualescat. Vnde bene sequitur.

Quòd fletu suo anima pascitur: & dum gemitu pœnitentiæ afficitur, consolationis diuinæ refectione satiatur.

Antequam comedam, suspiro.) Comedere nanque est animę, supernæ lucis contẽplationibus pasci. Suspirat ergo antequam comedat, qui prius gemitibus tribulationis afficitur: & postmodum contemplationis refectione satiatur. Nisi enim suspiret, nõ comedit: quia qui se in hoc exilio per desideriorum cœlestiũ lamẽta nõ humiliat: æternæ patriæ gaudia non degustat. A veritatis enim pabulo ieiuni sunt: qui in hac peregrinationis inopia lætãrur. Suspirat autẽ qui comedit, quia quos veritatis amor afficit, etiã refectio contemplationis pascit. Suspirãs propheta comedebat, cùm diceret: *Psal. 12.* Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes. Luctu enim suo anima pascitur, cùm ad superna gaudia flendo subleuatur: & intus quidem doloris sui gemitum tolerat: sed eo refectionis pabulum percipit, quo vis amoris per lachrymas emanat. Vnde & eandem vim lachrymarum adhuc beatus Iob prosequitur, subdens: Et quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus.) Aquę cùm inundant, cum impetu veniunt: & crescentibus multipliciter vo- K luminibus intumescunt. Electi verò dum mentis suæ oculis diuina iudicia opponunt: dum de occulta super se sententia trepidant: dum se ad deum peruenire posse confidunt, sed tamen ne non perueniant metuunt: dum præteritorum suorum recolunt quæ deflent: dum quæ sibi adhuc futura sint, quia nesciunt, pertimescunt: quasi quædam in eis aquarum more volumina colliguntur: quæ in mœroris rugitus quasi in subiecta littora defluunt. Vir igitur sanctus vidit, quanta sint in lamentis pœnitentiæ volumina cogitationum: & ipsas mœroris vndas inundantes aquas vocauit, dicens: Et quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus. Caput. V.

NOnnunquam verò iusti, sicut & paulò superius diximus, in ipsis bonis operibus positi trepidant: ac ne in eisdem occulto aliquo errore displiceant: continuis lamentis vacant. Quos cum diuina subito flagella corripiunt: auctoris sui gratiam se offendisse suspicantur: quia vel infirmitatibus præpediti, vel amaritudinibus pressi, ad impendenda proximis pia opera non assurgunt. Et cor in lamẽtum vertitur: quia corpus à deuotionis suę ministerio retardatur. Cunque se mercedem nõ augere considerant: etiã transacta opera displicuisse formidant. Vnde etiam beatus Iob cum rugitum suum quasi inundantes aquas diceret, ilico adiunxit: Quia timor quem timebam, euenit mihi: & quod verebar accidit.) Iusti igitur viri deflent & pauent: & magnis L se lamentis cruciant, quia deseri formidant: & quamuis de correptione sua gaudeant: eorum tamen trepidam mentem correptio ipsa perturbat: ne malum quod tolerant: non pia percussio disciplinæ sit, sed animaduersio iusta vindictæ. Quod bene Psalmista considerans ait: Quis nouit potestatem *Psal.* iræ tuæ? Potestas quippe diuinæ iræ nostra non potest mente comprehendi: quia eius dispensatio, obscuris super nos dispositionibus, sæpe vnde æstimatur deserere, inde nos recipit: & vnde nos recipere creditur, inde derelinquit: vt plærunque hoc fiat gratia, quod ira dicitur: & hoc aliquando ira sit, quod gratia putatur. Nonnullos enim flagella corrigunt: nonnullos ad impatientiæ vesaniam perducunt: & alios prospera quia demulcent, ab insania mitigant: alios quia eleuant, funditus ab omni spe conuersionis eradicant. Cunctos autem vitia ad ima pertrahunt: sed tamen quidam eo ab his facilius redeunt, quo se in eis corruisse altius erubescunt: Et semper virtutes ad superna subleuant: sed nonnunquam quidam dum tumorem de virtutibus concipiunt: per ipsum tramitem ascensionis cadunt. Quia ergo potestas diuinæ iræ minimè cognoscitur: in cũctis necesse est, vt sine cessatione timeatur. Sequitur:

Quòd hi qui in regimine constituti sunt, districtè cogitare debent vt gloriam suæ dignitatis dissimulent: & quod non omnia eis liceant: ergo ad loquendum aut iudicandum præcipites, intra semetipsos quantum possunt à cupiditatis tumultibus ad contemplationis quietem confugiant. M

Nõne dissimulaui? nónne silui? nónne quieui? & venit super me indignatio.) Quanuis quolibet in loco positi, cogitãdo, loquendo, agendo, peccemus: tunc tamẽ per tria hæc animus effrenatius rapitur, cum mundi huius prosperitate subleuatur. Nam cùm præire se potestate cæteros conspicit: alta de se elatè cogitans sentit. Et cum auctoritati vocis à nullo resistitur, lingua licentius per abrupta defrenatur. Cúmq; facere quod libet licet: iustè sibi omne æstimat licere quod libet. Sed sancti viri cùm mundi huius potestate fulciuntur, tãto sub maiorem mentis disciplinam se redigunt, quanto sibi per impatientiam potestatis, suaderi illicita quasi licentius sciunt. Cor nãque à considerandа sua gloria reprimunt: linguam ab immoderata locutione restringũt: opus ab inquietudinis vagatione custodiunt. Cap. VI.

SAepe enim qui in potestate sunt, ea quæ rectè faciunt, quia elatè cogitant, amittunt: dumq; sẽ ad cuncta viles æstimant: etiam impensę vtilitatis sibi meritum damnant. Vt enim cuiuslibet facta digniora sint: necesse est vt ei apud se semper indigna videantur: ne eadem bona actio agẽtis cor subleuet: & subleuando plus auctorem de elatione deiiciat, quàm ipsos forte quibus impenditur iuuat. Hinc est enim quod rex Babyloniæ, dum elata mente apud se tacitus

A voluerat, dicens: Nónne hæc est Babylon, quam ego ædificaui in irrationale animal? ptinus versus est. Quod enim factus fuerat, perdidit: quin humiliter noluit dissimulare quod fecit. Et quia elatione cogitationis se super homines extulit: ipsum quem communem cum hominibus habuit sensum hominis, amisit. Sæpe verò qui in potestate sunt, ad subiectorum passim contumelias erumpunt: & hoc quod vigilantes regimini seruiunt, per linguę procacitatem perdunt: minori scilicet formidine iudicis verba pensantes: quia qui sine causa fratri, satue dixerit: gehennæ se ignibus addicit. Sæpe hi qui in potestate sunt: dum sese à licitis retinere nescíunt, ad illicita opera & inquieta dilabuntur. Solus enim in illicitis non cadit, qui se aliquando & à licitis cautè restringit. Qua videlicet constrictione religatum bene se Paulus insinuat dicens: Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Atque vt ex ipsa religatione ostenderet in quanta se mentis libertate dilataret, ilico adiunxit: Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestatem. Cùm enim mens concepta desideria sequitur, seruire rebus conuincitur, quarum amore superatur. Sed Paulus cui cuncta licent, sub nullius potestatem se redigit: quia semetipsum etiam à licitis restringendo, ea quæ delectata premerent, despecta transcendit. Beatus igitur Iob, vt nos erudiat qualis in potestate fuit, innotescit, dicens: Nónne dissimulaui? Potestas nanque cùm habetur, & cogitanda est ad vtilitatem, & dissimulanda propter tumorem: quatenus is qui ea vtitur: & vt prodesse debeat, posse se sciat: & vt extolli nō debeat, posse se nesciat. Qualis verò in ore fuerit, adiunxit dicens: Nónne silui? Qualis erga illicita opera, adhuc subiicit: Nónne quieui? Potest autem silere & quiescere, adhuc subtilius perscrutari. Silere nanque, est mentem à terrenorum desideriorum voce restringere. Vis enim magni clamoris est tumultus cordis. Quiescunt quoq; qui bene in potestate sunt: cùm terrenarum actionum strepitus pro diuino amore intermittendo postponunt: ne dum ima indesinenter occupant, cor funditus à summis cadat. Sciunt enim quia nequaquam mens ad superna attollitur: si curarum tumultibus continuè in infimis occupatur. Quid enim de deo occupata obtineat, quæ de illo apprehendere aliquid etiam vacans laborat? Bene autem per Psalmistam dicitur: Vacate & videte, quoniam ego sum deus. Quia qui vacare deo negligit, suo sibi iudicio lumen eius visionis abscondit. Hinc etiam per Moysen dicitur, vt pisces qui pennulas non habent, non edantur. Pisces nanque qui habēt pennulas, saltus dare super aquas solent. Soli ergo in electorum corpore quasi pisces transeunt, qui in eo quod imis deseruiunt, aliquando ad superna conscendere mentis saltibus sciunt: ne semper in profundis curarū lateant: & nulla eos amoris summi quasi liberi aëris aura contingat. Qui ergo rebus temporalibus occupantur: tunc bene exteriora disponūt, cùm sollicitè ad interiora refugiunt: cùm nequaquam foris perturbationum strepitus diligunt: sed apud semetipsos intus in tranquillitatis sinu requiescunt.

Daniel. 4.

Matt. 5.

1.Cor.6.

B

C

Caput. VII.

PRauæ etenim mentes temporalium rerum tumultus intra semetipsas versare non cessant, etiam cùm vacant. In cogitatione enim seruant depicta quæ amāt: & quāuis nihil exterius faciant, apud semetipsas tamen sub pondere inquietæ quietis elaborant. Quibus si earundem rerum administratio præbeatur, semetipsas funditus deserunt: & fugitiua hæc temporalia per intentionis cursum, continuis cogitationum passibus sequuntur. Piæ autem mentes hæc, & cùm desunt, non quærunt: & grauiter etiam cùm assunt, ferunt, quia per exteriorum curam à se exire pertimescunt. Quod bene illa duorum fratrum vita signatur, de quibus scriptum est: Factus est Esau vir gnarus venādi, & homo agricola. Iacob autem vir simplex habitat in tabernaculis. Vel sicut in alia trāslatione dicitur, habitat domi. Quid enim per venationem Esau, nisi eorum vita figuratur, qui in exterioribus voluptatibus fusi carnem sequuntur? Qui etiam agricola esse scribitur: quia amatores huius sęculi, tanto magis exteriora colunt, quāto interiora sua inculta derelinquunt. Iacob verò vir simplex in tabernaculis vel in domo habitare perhibetur: quia nimirum omnes qui in curis exterioribus spargi refugiunt, simplices in cogitatione, atque in conscientiæ suæ habitatione consistunt. In tabernaculis enim aut in domo habitare, est se intra mentis secreta restringere: & nequaquam exterius per desideria dissipare, ne dū ad multa foris inhiant, à semetipsis alienati cogitationibus recedant. Dicat igitur probatus vir, & exercitatus in ꝓsperis: Nónne dissimulaui? Nónne silui? Nónne quieui? Vt enim suprà diximus, sancti viri cùm eis transitoria prosperitas arridet, fauorem mundi quasi nescientes, dissimulāt: & forti gressu interius hoc, vnde exterius subleuantur, calcant. Silent autem quia nullis praue actionis clamoribus perstrepunt. Omnis nanque iniquitas apud secreta dei iudicia, habet voces suas. Vnde scriptum est. Clamor Sodomorum & Gomorræorum multiplicatus est. Quiescunt vero, cùm non solum nullo cupiditatum temporalium turbulēto appetitu rapiuntur, verumetiam curis præsentis vitę necessariis immoderatius occupari refugiūt. Sed hęc agentes, paterna adhuc flagella sentiunt: vt tanto perfectiores ad hæreditatem veniant, quāto eos spiritaliter piè feriens disciplina, quotidie etiam de minimis purgat. Iusta itaque indesinenter faciunt, & assiduè dura patiuntur: quia sæpe ipsa iustitia nostra, ad examen diuinæ iustitiæ deducta, iniustitia est: & sordet in districtione iudicis, quod in æstimatione fulget operantis. Vnde Paulus cùm diceret: Nihil mihi conscius sum: protinus adiunxit: Sed non in hoc iustificatus sum. Qui causam mox, cur non sit iustificatus, insinuans, ait: Qui autem iudicat me, dominus est. Ac si dicat: Idcirco in eo quòd nihil mihi conscius sum, iustificatum me abnego: quia ab eo qui me iudicat, examinari me subtilius scio.

Gene. 25.

D

Gene. 18

1.Cor.4.

Caput. VIII.

DIsimulanda ergo sunt quæ exterius fauent? reprimēda quæ interius perstrepunt: declinanda quæ quasi necessaria inuolunt: & tamen in his omnibus adhuc districti examinis flagella metuenda: quia & ipsa nostra perfectio culpa non caret, nisi hanc seuerus iudex in subtili lance examinis misericorditer penset. Bene autem subditur:

E

Quanta maneant peccantes supplicia, si tam valida districtio in hac vita iustos castigat.

Et venit super me indignatio.) Magna quippe arte doctrinæ dicturus verba, prætulit * recte facta, vt hinc vnusquisq; consideret, quæ peccantes postmodum supplicia maneant, si etiam iustos tam valida hic flagella castigant. Hinc est enim quod Petrus ait: Tempus est vt iudicium incipiat de domo dei. Et si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Hinc Paulus cùm multa in Thessalonicensium laudem dixisset, protinus adiūxit: Ita vt & nosipsi in vobis gloriemur in Ecclesiis dei: pro patientia vestra & fide, in omnibus persequutionibus vestris & tribulationibus, quas sustinetis, in exemplum iusti iudicij dei. Ac si diceret: Dum tot dura toleratis, qui tam recta agitis: quid aliud quàm iusti dei iudicij exempla datis? quia ex vestra pœna colligendum est, quomodo feriat, quibus irascitur, si sic vos affligi patitur, in quibus lætatur: aut quomodo illos percussurus est, quibus iustū iudicium exhibet: si etiam vos sic cruciat, quos piè redarguens fouet?

** al. verbera, inuenit.*

1.Pet.4.

2.Thes. 1.

F

Quòd verba vel facta sanctorum malis sæpe displicent, quia eorum intentionem non intelligunt: & quid sit quòd Oza lenites arcam erigens, sententiam mortis accepit.

Caput. IX.

PRima igitur Iob locutione terminata, vicissim se amici qui consolaturi piè venerant, eius increpationi subiiciunt, dumque ad contentionis verba prosiliunt, eam pro qua venerant, causam pietatis amittunt. Qui quidem non praua hoc intentione faciunt, sed quanuis affectum percusso exhibeant: percussum tamen non nisi pro iniquitate crediderunt: dumque intentionem bonam nequaquam locutio cauta subsequitur, ipsa pietatis propositio in transgressionis vitium vertitur. Pensandum nanque fuerat, cui & quādo loquerētur. Iustus quippe erat ad quē venerant, & diuinis verberibus cinctus. Ex ante acta ergo eius vita, debuerunt ea, quæ intelligere non valebant, illius verba perpendere, & ex flagellis præsentibus non illum redarguere, sed de sua vita formidare: seque flagellato iusto, non quasi ratiocinando erigere, sed flendo sociare: vt nequaquam se eorum scientia per verba

Universidad de Deusto Biblioteca

G ostenderet,sed loqui rectè linguam cõsolantium magistri dolor erudiret. Qui etsi qua forsitã diuersa sentirẽt,dignum profecto erat,vt hæc humiliter dicerent, ne percusso vulnera per immoderata verba cumularent.Sæpe enim quia intelligi non valent,deterioribus displicent,vel facta, vel dicta meliorum: sed eo ab eis non temerè reprehendenda sunt,quo apprehendi veraciter nequaquam possunt. Sæpe aliquid à maioribus dispensatoriè agitur vel præcipitur, quod à minoribus error
2. Regñ. 6. putatur.Sæpe multa à fortibus dicuntur, quæ infirmi idcirco diiudicant, quia ignorant. Quod bene bobus calcitrantibus inclinata illa testamenti arca signauit:quam quia casuram credens,leuites erigere voluit, mox sententiam mortis accepit.

Caput.X.

QVid est nanque mens iusti,nisi arca testamenti? Quæ gestata à bobus calcitrantibus inclinatur: quia nonnunquam etiam qui bene præest, dum subiectorum populorum confusione concutitur,ad dispensationis condescensionem ex sola dilectione permouetur. Sed in hoc quod dispensatoriè agitur,inclinatio ipsa fortitudinis, casus putatur imperitis. Vnde & nonnulli subditi contra hãc, manum reprehensionis mittũt, sed à vita protinus ipsã sua temeritate deficiunt. Leuites ergo quasi adiuuans,manum extẽdit,sed delinquens vitã perdidit: quia dum infirmi quiq; fortium facta corripiunt,ipsa viuentiũ sorte reprobãtur. Aliquã-
H do etiã sancti viri quædã minima cõdescendentes dicunt, aliquando verò summa contẽplãtes proferunt:dumq́ue vim vel cõdescensionis vel altitudinis nesciunt,audacter hæc stulti reprehẽdunt. Et quid est iustum de sua cõdescẽsione velle corrigere,nisi inclinatam arcam superba reprehẽsionis manu releuare? Quid est iustum de incognita locutione reprehẽdere, nisi motũ eius fortitudinis,erroris lapsum putare? Sed perdit vitam,qui arcam dei tumidè subleuat: quia nequaquam quis sanctorum corrigere recta præsumeret, nisi de se prius meliora sensisset.Vnde rectè & leuites idẽ Oza dicitur,quod videlicet robustus domini interpretatur:quia presumptores quique,nisi audaci mẽte robustos se in domino crederẽt, nequaquam meliorum facta vel dicta velut infirma iudicarent. Amici igitur Iob,dum contra eum quasi in dei defensionẽ prosiliunt,diuini præcepti regulam superbientes excedunt. Cùm vero quædam facta meliorum deterioribus displicent,nequaquam hoc quod mentem mouet,reticendum est,sed cum magna humilitate proferendum:quatenus intentio piè sentiẽtis, eo veræ seruet formam rectitudinis, quo per iter graditur humilitatis.Et liberè ergo dicenda sunt quæ sentimus, & valde humiliter promẽda quæ dicimus:ne & quę rectè intendimus, hæc elatè proferendo non recta faciamus.Paulus auditoribus
I suis multa humiliter dixerat: sed de ipsa exhortatione humili
Heb. 13. placare eos adhuc humilius satagebat,dicens: Rogo autẽ vos fratres vt sufferatis verbum solatij, etenim perpaucis scripsi vobis. Ephesiis quoque Mileti valedicens afflictis ac gementibus, humilitatem suam ad memoriam reuocat,dicens: Vigi-
Act.20. late,memoria retinentes, quoniam per trienniũ nocte ac die non cessaui cum lachrymis,monens vnumquenque vestrum.
Ephe.4. Eisdem rursum per epistolam dicit: Obsecro vos fratres,ego vinctus in domino,vt dignè ambuletis vocatione,qua vocati estis.Hinc ergo colligat,si quando aliquid rectè sentit,quanta humilitate debeat magistro loqui discipulus: si ipse magister gentium in his quæ cum auctoritate prædicat, tam submisse discipulos rogat. Hinc vnusquisq; colligat, cis à quibus bene viuendi exempla percepit:hoc quod bene intelligit,quã humiliter dicat:si Paulus illis humili se voce subdidit,quos ad vitam ipse suscitauit. Eliphas autem qui primus amicorũ loquitur,quanuis ad consolãdum pietate venerat: humilitatem tamen locutionis deserens regulam cõsolationis ignorat.Qui dum loquendi custodiam negligit,vsque ad afflicti contumelias excedit,dicens: Tigris periit, eo quòd non haberet prædam.Rugitus leonis & vox leænæ, & dentes catulorum leonum dissipati sunt.)Beatum videlicet Iob nomine Tigridis, quasi vitio varietatis notans: per leonis rugitum eiusdem viri terrorem:per leænæ vocem,loquacitatem coniugis: per dissipatos verò dentes catulorum leonum,destructã filiorũ edacitatem & audaciam signans. Vnde & bene amicorum sensum qui in tumida se correptione extulit, sententia diuina repre-

hendit,dicens:Non estis locuti coram me rectum,sicut seruus K
meus Iob.

Caput.XI.

SEd quærendum video cur Paulus illorum sententiis tãta auctoritate vtitur,si hæ eorum sentẽtiæ dominica reprehensione cassantur? Eliphas quippe verba sunt, quæ L
Corinthiis intulit dicens,sicut scriptum est:Cõprehendam sapientes in astutia eorum.Quomodo ergo quasi praua respuemus,quæ Paulus ex auctoritate astruit? aut quomodo attestatione Pauli recta putabimus, quæ per semetipsum dominus non recta definiuit:Sed vtraque hæc citius,quàm non sint diuersa cognoscimus,si eiusdem dominicæ sententię verba subtilius pensãmus: quia nimirum cùm diceret: Non estis locuti corã me rectum, ilico adiũxit:Sicut seruus meus Iob. Liquet ergo,quia quędam in eorum dictis recta sunt,sed melioris cõparatione superantur.Nam inter alia quæ irrationabiliter dicunt,multas ad beatũ Iob fortes sententias proferunt,sed cõparatę dictis fortioribus vim fortitudinis amittunt.Mira sunt autem multa quæ dicunt, nisi in sancti viri aduersitatem dicerentur.In semetipsis igitur magna sunt,sed quia iustum virum transfigere appetunt,eiusdem magnitudinis pondus perdunt: quia & quamlibet forte frustra iaculum mittitur,vt dura saxa feriantur. Eo nanque obtusum longius resilit, quo intortum fortius venit.Igitur amicorum Iob dicta, licet in quibusdam valde sint fortia, cùm tamen sancti viri fortem vitam feriunt, cunctum sui acuminis mucronem retundunt.Quia ergo & in L
semetipsis magna sunt,sed contra beatũ Iob nullo modo assumi debuerunt:& Paulus hæc ex virtute pensans, in auctoritate proferat: & iudex quia incautè prolata sunt, ex personæ qualitate reprehendat.Sed quia eosdem amicos beati Iob,hęreticorum tenere speciem superius diximus:nunc eorum verba quomodo hæreticis congruant,indagemus.Nam quædam valde rectè sentiunt,sed tamen inter hæc ad peruersa dilabũtur.Habent quippe hoc hæretici propriũ, vt malis bona permisceant,quatenus facilè sensui audientis illudãt.Si enim semper praua dicerẽt,citius in sua prauitate cogniti, quod vellẽt, minimè persuaderent.Rursum,si semper recta sentirent,profecto hæretici non fuissent. Sed dum fallendi arte ad vtraque deseruiunt,& ex malis bona inficiunt, & ex bonis mala vt recipiantur abscondunt:sicut qui veneni poculum porrigit, ora poculi dulcedine mellis tangit: dũq́ue hoc quod dulce est, primo attactu delibatur:etiam illud quod est mortiferum, indubitanter absorbetur. Itaque hæretici permiscent recta peruersis,vt ostendendo bona,auditores ad se trahant:& exhibẽdo mala,latenti eos peste corrumpant.Aliquando tamen prędicatione sanctæ Ecclesiæ atq; exhortatione correcti, ab hac sensus sui diuersitate saluantur. Vnde & amici Iob reconciliationis suæ sacrificium eiusdem sancti viri manibus offerũt, atque ad superni iudicis gratiam, vel adducti * reuocantur. M
Quos bene in Euangelio illa decem leprosorũ mundatio designat.In lepra quippe & pars cutis in fulgorẽ ducitur, & pars in colore sano retinetur. Leprosi itaque hæreticos exprimũt, qui dũ rectis praua permiscent,colorem sanum maculis aspergunt.Vnde & bene vt saluentur,clamãt:Iesu præceptor.Quia enim in eius verbis se errasse significant,hunc saluandi præceptorem humiliter vocant:cumq́ue ad cognitionem pręceptoris redeunt,mox ad formam salutis recurrunt. Sed quia in amicorum dictis præfationem expositionis paulò longius duximus,ipsa iam eorum verba subtiliter pensemus. Sequitur

Sequitur caput quartum textus,sed XII.expositionis moralis libri quinti.

De tribus generibus locutionum.

REspondens autem Eliphas Themanites dixit: Si cœperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies. Sed conceptum sermonem tenere quis poterit? Ecce docuisti multos, & manus lassas roborasti. Vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua tremẽtia confortasti. Nunc autem venit super te

A per te plaga, & defeciſti: tetigit te, & conturbatus es. Vbi eſt timor tuus, fortitudo tua, patientia tua & perfectio viarum tuarum? Recordare obſecro te, quis vnquã innocens perijt, aut quãdo recti deleti ſunt? Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, & ſeminãt dolores, & metunt eos, flante deo periſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos. Rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti ſunt. Tigris periit: eo quod non haberet prædam, & catuli leonis diſſipati ſunt. Porrò ad me dictum eſt verbum abſconditum, & quaſi furtiuè ſuſcepit auris mea venas ſuſurrij eius. In horrore viſionis nocturnę, quando ſolet ſopor occupare homines, pauor tenuit me & tremor, & omnia oſſa mea perterrita ſunt. Et cum ſpiritus me præſente tranſiret, inhorruerũt pili carnis meæ. Stetit quidam cuius non agnoſcebam vultum, imago coram oculis meis, & vocem quaſi auræ lenis audiui: Nunquid homo, dei comparatione iuſtificabitur, aut factore ſuo purior erit vir? Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis reperit prauitatem. Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentũ, conſumentur velut à tinea? De mane vſque
B ad veſperam ſuccidentur: & quia nullus intelligit, in æternum peribunt. Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis: morientur, & non in ſapientia.

Reſpondens autem Eliphas Themanites, dixit: Si cœperimus loqui tibi, forſitan moleſtè accipies.) Iam ſuperius dicta ſunt, quæ his vocabulorum interpretationibus exprimãtur. Quia ergo feſtinè ad indiſcuſſa tendimus, prolata replicare deuitamus. Hoc itaque eſt ſolerter intuendum, quòd hi qui hæreticorum ſpeciem tenent, loqui molliter inchoant, dicentes: Si cœperimus loqui tibi, forſitan moleſtè accipies. Exaſperare quippe hæretici auditores ſuos in exordio locutionis ſuæ metuunt, ne vigilanter audiantur, eorúmque valde triſtitiam declinant, vt negligentiã capiant. Et planè ſemper blanda ſunt quæ proponunt, ſed aſpera quæ proſequendo ſubinferunt. Vnde & nunc amici Iob à reuerentia manſuetæ locutionis incipiunt, ſed vſque ad iacula aſperrimæ inuectionis erumpunt: quia & radices ſpinarum molles ſunt, ſed tamen ex ipſa ſua mollitie proferunt, vnde pungunt. Sequitur: Sed conceptum ſermonem quis tenere poterit?)

Tria homi nũ genera. Tria ſunt hominum genera, quæ gradatim ductis à ſe qualitatibus diſſident. Sunt nanque alij qui & ad loquendum praua concipiunt, & à locutione ſua nulla ſilentij grauitate refrenantur. Et ſunt alij qui cùm praua concipiunt, magno ſe
C ſilentij vigore reſtringunt. Et ſunt nonnulli qui virtutum vſu roborati, vſque ad eam celſitudinem prouehuntur, vt ad loquendum ne in corde quidem peruerſa concipiant, quæ ſilentio compeſcant. Eliphas itaque ex quo ſit ordine, oſtenditur, qui conceptum ſermonem tenere ſe non poſſe teſtatur. Qua in re & illud innotuit, quòd ſe loquendo offenſurum nouit. Neque enim retinere verba quæ non poteſt, vellet, niſi per hæc ſe vulnera inferre prænoſceret. Boni enim viri freno conſilij retinent præcipitationem verbi, & cautè conſiderant, ne relaxantes linguæ laſciuiam, auditorum conſcientiam incauta locutione tranſfigant. Vnde bene per Sa-
Prouerb. 17 lomonem dicitur: Qui dimittit aquam, caput eſt iurgiorum. Aqua quippe dimittitur, cùm linguæ fluxus effrenatur. Sed dimiſſor aquæ, caput iurgiorum efficitur: quia per linguæ incontinentiam, diſcordiæ origo propinatur. Igitur ſicut praui, in ſenſu leues ſunt, ita in locutione præcipites, & reti-
Quod leuis conſcientia concipit, leuior protinꝰ lingua prodit. cere pertractando negligunt, quæ loquantur: ſed quod leuis conſcientia concipit, leuior protinus lingua prodit. Vnde nunc Eliphas ex ſuo experimento colligit, quod deſperatè de omnibus ſentit, dicens: Sed conceptum ſermonem tenere quis poterit? Sequitur:

Quòd hæretici vel peruerſi dum bona iuſtorum referunt, ea quæ probant, quantum poſſunt peruertunt.

Ecce docuiſti plurimos, & manus laſſas roborasti, vacillantes cõfirmauerunt ſermones tui, & genua trementia cõ- D
fortaſti.) Si ipſius hiſtoriæ textus aſpicitur, magna eſt lectoris vtilitas, quòd ab amicis iurgantibus, in beatum Iob pro laceratione vitiorum, virtutum præconia proferuntur. Nunquam quippe eſt tam robuſtum vitæ teſtimoniũ, quàm cùm ille laudanda loquitur, qui ingerere crimen conatur. Penſemus autem cuius celſitudinis iſte vir fuerit, qui indoctos docens, laſſos roborans, vacillantéſque confirmans, inter curas domus, inter multiplicium rerum cuſtodiam, inter affectus pignorum, inter ſtudia tot laborum, erudiendis ſe cæteris impendit. Et illa quidem occupatus exercuit, ſed tamen liber magiſterio doctrinæ militauit. Temporalia regendo diſpoſuit, æterna prædicando nunciauit, vitæ rectitudinem, & agendo videntibus oſtendit, & loquendo audientibus ingeſſit.

Caput. XIII.

SEd ſiue hæretici, ſeu peruerſi quilibet, cùm bona iuſtorum referunt, hæc in argumentum criminis inflectunt. Inde nanque Eliphas contra beatum Iob occaſionem obiurgationis colligit, vnde laudanda narrauit. Nam ſequitur: Nunc autem venit ſuper te plaga, & defeciſti: tetigit te, & conturbatus es.) Peruerſi quique duobus modis bono- *Peruerſi dupliciter bonorũ vitam impetunt.*
rum vitam impetunt: quia aut praua eos dicere aſſerunt, aut recta non ſeruare, quæ dicunt. Vnde & beatus Iob inferius ab amicis ſuis de locutione reprehenditur: nunc autem recta dixiſſe, ſed hæc non obſeruaſſe laceratur. Ab iniquis ergo modo bonorum locutio, modo actio reprobatur: quatenus E
aut reprehenſa lingua taceat, aut eiuſdem linguæ ſuæ adiudicata teſtimonio in crimine vita ſuccumbat. Et notandum quòd prius laudes linguæ inferunt, & poſtmodum de vitæ infirmitate cõqueruntur. Iniqui etenim, ne publicè praui videantur, loquuntur aliquando bona de iuſtis, quæ eſſe iam cognita & aliis nouerunt. Sed ſicut prædiximus, hæc ipſa protinus ad cumulum reatus pertrahunt: & credendum ſibi in contrariis, ex eo quòd & proſpera loquebantur, oſtendunt: tantóque mala quaſi verius inſinuant, quanto & bona quaſi deuotè laudabant. Ad vſum ergo intorquent criminis, voces fauoris: dum iuſtorũ vitam inde pòſt grauius vulnerant, hanc vnde pauloante ſpecietenus defendebant. Sæpe autẽ eorũ bona quæ prius habita deſpiciunt: hæc poſtmodum quaſi perdita mirãtur. Vnde & Eliphas ſancti viri virtutes, quia amiſſas aſſerit, enumerando ſubiungit, dicens:

De quatuor gradibus virtutum, quibus ſancti Iob vita diſtinguitur.

Vbi eſt timor tuus, fortitudo tua, & patientia tua, & perfectio viarum tuarum?) Quæ nimirum cuncta ei ſententiæ ſubrogat, quam præmiſit, dicens: Nunc autem venit ſuper te plaga, & defeciſti: tetigit te, & conturbatus es. Omnia ergo ſimul interiſſe aſſerit, in eo quòd beatum Iob turbatum flagello reprehendit. Sed intuendum valde eſt, quia quanuis F
inconuenienter eũ increpet, congruenter tamen ordines virtutum narrat. Quatuor quippe gradibus vitã beati Iob virtutes enumerando diſtinxit, dum & timori fortitudinem, & fortitudini patientiam, & patientiæ perfectionem iunxit. In via etenim dei à timore incipitur, vt ad fortitudinem, veniatur. Nam ſicut in via ſeculi audacia fortitudinem, ita in via dei audacia debilitatem parit: & ſicut in via ſeculi timor debilitatem, ita in via dei timor fortitudinem gignit: Salomone atteſtante, qui ait: In timore domini, fiducia fortitudi- *Prouer. 14.*
nis. Timori quippe domini ineſſe, fiducia fortitudinis dicitur: quia nimirum mens noſtra tanto valentius terrores rerum temporalium deſpicit, quanto ſe auctori earundem veracius per formidinem ſubdit: Quæ in timore domini conſtituta, non inuenit extrà quod metuat: quia dum recto metu conditori omnium iungitur, poteſtate quadam ſupra omnia ſubleuatur. Fortitudo autem, non niſi in aduerſitate oſtẽditur, vnde & mox poſt fortitudinem patientia ſubrogatur. Tãto enim quiſque ſe ad fortitudinem proſeciſſe verius demonſtrat, quanto aliena mala robuſtius tolerat. Nam minus in ſe conualuit quem aliena iniquitas ſternit. Qui in eo quod ferre contrarietatem non valet, puſillanimitatis ſuæ gladio confoſſus iacet. Quia verò perfectio de patiẽtia, naſcitur: ſtatim poſt patientiam, viarum perfectio ſubinſertur.

Caput. XIIII.

GIlle enim verè perfectus est, qui erga imperfectionē proximi, impatiens non est. Nam qui alienam imperfectionem ferre non valens, patientiam deserit: ipse sibi testis est, quòd perfectè necdum proficit. Hinc in Euangelio veritas dicit: In patientia vestra possidebitis animas vestras, *Luc.21.* Quid est enim animas possidere, nisi perfectè in omnibus viuere, cunctis mentis motibus ex virtutis arce dominari? Qui igitur patientiam tenet, animam possidet: quia inde contra aduersa omnia fortis efficitur, vnde sibi & seipsum vincendo dominatur. Et quo se laudabiliter frangit, infractum se fortiter exerit: quia cùm in suis se voluptatibus superat, sese ad cōtraria inuictum parat. Sed quia Eliphas inuehēdo corripuit, nunc aliqua velut exhortando subiungit, dicens:

Quòd sancti qui in hoc mundo pereunt, ad æternam gloriam pereundo seruantur.

Recordare obsecro, quis vnquam innocens periit, aut quando recti deleti sunt?) Siue hæretici, quorum amicos beati Iob tenere speciem diximus, siue peruersi quilibet, quàm inordinatè redarguunt, tam reprehensibiliter exhortantur. Ait nanque: Quis vnquam innocens periit, aut quando recti deleti sunt? Sæpe quippe hic & innocentes pereunt, & recti funditus delētur, sed tamen ad æternam gloriam pereundo seruantur. Si enim nullus innocens periret, propheta non diceret: Iustus perit, & nemo est qui recogitet. Si rectos deus prouidendo non raperet, nequaquam de iusto sapientia dixisset: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum illius. Si iustos animaduersio nulla percuteret, Petrus minimè prænunciaret, dicens: Tempus est vt incipiat iudicium de domo dei. Illi vero veraciter recti sunt, qui amore supernæ patriæ, ad cuncta præsentis vitæ aduersa præparantur. Nam qui pro æternis bonis, mala hic perpeti metuunt, videlicet recti non sunt. Sed Eliphas vel rectos deleri, vel innocentes hic perire non æstimat: quia sæpe hi qui nō spe cœlestis gloriæ, sed pro terrena deo retributione deseruiunt: ipsi sibimet singūt quod quærunt, & docere præsumentes, cùm terrenam securitatem prædicant, cunctis suis laboribus ostendunt quid amant. Sequitur: Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, flante deo perisse, & spiritu iræ eius esse consumptos.

Sæpe hic innocentes pereunt. *Esa.57.* *Sapien.4.*

H *1.Pet.4.* *Veraciter recti.*

Quare deus in hoc mundo quorundam mala districtè percutit, aliorum inulta permittit.

Dolores seminare. Dolores metere.

DOlores seminare, est fraudulenta dicere: dolores autem metere, est dicendo præualere. Vel certè dolores seminant, qui peruersa agunt: dolores metunt, cùm de eadem peruersitate puniuntur. Fructus quippe doloris est retributio damnationis. Sed cùm protinus subinfertur, quia qui dolores seminant & metunt, flante deo pereunt, & iræ eius spiritu consumuntur: hoc loco doloris messio, nō iam pœna, sed adhuc perfectio iniquitatis ostenditur: quia ex diuinæ iræ spiritu, eiusdem messionis pœna subrogatur.

I Seminant ergo hic dolores & metunt, quia iniqua sunt quæ faciunt, & ipsa iniquitate prosperantur: sicut de iniquo per Psalmistam dicitur: Polluuntur viæ eius in omni tēpore: auferuntur iudicia tua à facie eius, omnium inimicorum suorum dominabitur. De quo paulopost subditur: Sub lingua eius labor & dolor. Dolores itaque seminat, cùm peruersa agit: dolores metit, cùm ex eisdem peruersitatibus temporaliter excrescit. Quomodo ergo flante deo pereunt, qui plærunque diu hic subsistere, & iustis felicius permittuntur? Hinc nanque de illis iterum per Psalmistam dicitur: In laboribus hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Hinc Hieremias ait: Quare via impiorum prosperatur? Quia enim, sicut scriptum est: Dominus patiens redditor est: sæpe diu tolerat, quos in perpetuum damnat: nonnunquam vero concitè percutit, quia pusillanimitati innocentium consolando concurrit. Aliquando ergo omnipotens deus diu prævalere iniquos patitur, vt iustorum mundius vita purgetur. Aliquando vero iniustos celeriter trucidat, eorúmque interitu innocentium corda confirmat. Si enim nunc omnes malè agentes percuteret, extremum iudicium quibus exhiberet? Si autem nullum omnino percuteret, quis deum res humanas curare crederet? Nonnunquam ergo iniquos ferit, vt ostendat, quia inulta mala non desinuet, ad quod eos iudicium reseruet. Hæc itaque sententia dilationis iniquorum, si non cum fine præsentis seculi de cunctis generaliter dicitur, ex magna parte procul dubio veritatis virtute vacuatur. Sed tunc vera erit, cùm iam iniquitatis dilatio non erit. Quæ hoc fortasse modo intelligi rectius potest, quoniam nec innocens perit, nec rectus deletur: quia etsi carne hìc atteritur, in conspectu æterni iudicis vera salute reparatur. Et qui seminant dolores & metunt, flante deo pereunt, quia quanto hic altius peruersè agendo proficiunt, tanto durius subsequenti damnatione feriuntur. Sed cùm eidem sententiæ præmittitur: Recordare, videlicet patet, quia transacta res ad mentem reducitur, non autem futura nunciatur. Tunc ergo Eliphas verius diceret, si hæc de iniquis generaliter fieri extrema animaduersione credidisset. Sed hoc quòd flare deus dicitur, vrget vt subtilius discernatur. Nos quippe cùm flamus, aërem ab exterioribus introrsus trahimus, & introrsus tractum hunc exterius reddimus. Flare ergo deus in vindictæ retributione dicitur, quia ab exterioribus causis introrsus iudicij consilium concipit, & ab interno consilio extrorsus sententiam emittit. Quasi flante deo ab exterioribus aliquid introrsum trahitur, quando foris mala nostra conspicit, & intus iudicium disponit. Et rursum, quasi flante deo ab interioribus spiritus extrorsus emittitur, quando ab interno conceptu consilij, exterius L iudicium damnationis infertur. Bene itaque dicitur, quòd qui dolores seminant, flante deo pereunt: quia vnde foris peruersa faciunt, inde ab intimis rectè feriuntur. Vel certè cùm flare deus dicitur, quia & statim iræ eius spiritus subinfertur, appellatione flatus illius potest ipsa eius animaduersio designari. Nos quippe cùm irascimur, flatu furoris inflammamur. Vt ergo vindictam cogitans, dominus demonstraretur, flare irascendo dicitur: non quòd ipse in natura sua mutabilitatis vicissitudinem recipiat, sed quòd post longam patientiam quandoque vindictam peccatoris exequitur, is qui in semetipso tranquillus est, pereuntibus turbulentus videtur. Mens quippe reproba, quia aduersum suis actibus iudicem conspicit, quasi commotus ei ostenditur, quia in conspectu illius suo reatu proprio ipsa turbatur. Sed postquam quasi clementer admonuit, apertæ increpationis verba subiungit, dicens: Rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti sunt.) Quid enim rugitum leonis appellat, nisi, vt pauloante præmisimus, seueritatem viri? Quid vocem leænæ, nisi loquacitatem coniugis? Quid dentes catulorum leonum, nisi edacitatem prolis? Quia enim filij conuiuantes extincti sunt, dentium expressione signantur. Quæ cuncta dum contrita Eliphas rigidus exultat, quasi iure damnata denunciat. Cuius adhuc duritiam increpationis ingeminat, cùm subiungit:

Dolores seminare. Dolores metere.

Cur deus iniquos toleret.

Quòd Tigridis nomine hypocritarum varietas & rapacitas exprimitur, quibus quasi præda est iustorum sibi laus vendicata. M

Tigris periit, eo quòd non haberet prædam, & catuli leonum dissipati sunt.) Quem enim nomine Tigridis, nisi beatum Iob nota varietatis signat, vel adspersum maculis simulationis?

Caput. XVI.

OMnis nāque simulator in eo quòd videri rectus appetit, mundum se per omnia non ostendit: quia dum virtutes quasdam per hypocrisim assumit, & occultè semetipsum vitiis subiicit, quædam latentia vitia repentè in faciem erumpunt, & superductæ simulationis, quasi visionis corium, ex admixtione sua varium ostendunt: vt plærunque sit mirum cur homo qui tantis virtutibus pollere cernitur, etiam tam reprobis actibus inquinetur. Sed nimirum omnis hypocrita Tigris est: quia dum mundus color de simulatione ducitur, vitiorum nigredine interrumpente variatur. Sæpe enim dum de castitatis munditia extollitur, sorde auaritiæ fœdatur. Sæpe dum de virtute largitatis speciosus ostenditur, luxuriæ maculis inquinatur. Sæpe dum castitatis atque largitatis decore vestitur, velut ex zelo iustitiæ, crudelitatis atrocitate fuscatur. Sæpe largitate, castitate, pietate ex pulchra visione induitur, sed interfusa obscuritate superbiæ notatur. Sicque fit, vt intermixtis,

vitiis dū

A virilis, dum mundam in se speciem hypocrita non ostendit, quasi vnum colorem Tigris habere nequaquam posset. Que, videlicet Tigris perijt prędã, quia humani sibi fauoris vsurpat gloriam. Quia enim rapta laude extollitur, quasi præda satiatur. Bene autem hypocritarũ laus præda dicitur. Præda quippe est, cùm aliena violenter auferuntur. Omnis autem hypocrita, quia vitam iustitiæ simulans, iustorum sibi laudem arripit, alienum profectò est, quod tollit. Eliphas itaque, qui beatum Iob incolumitatis suæ tempore laudãda egisse cognouit, percussione subsequente, illum hæc tenuisse per hypocrisim credidit, dicens: Tigris periit, eo quòd non haberet prędã. Ac si apertè dicat: Varietas tuæ simulationis extincta est, quia & adularia laudis ablata est: etiam tua hypocrisis prędam nõ habet, quia percussa diuinitus, humanis fauoribus caret. Trãslatione autem septuaginta interpretum nequaquam Tigris dicitur, sed Myrmicaleon periit, eo quòd non haberet prędam. Myrmicaleon quippe paruum valde est animal, formicis aduersum, quod se sub puluere abscondit, & formicas frumenta gestantes interficit, interfectasq; consumit. Myrmicaleon autem Latinè dicitur, vel formicarum leo, vel certè expressius, formica pariter & leo. Rectè autẽ formica & leo nominatur: quia siue volatilibus seu quibuslibet aliis minutis animalibus formica est, ipsis autẽ formicis leo. Has enim quasi leo deuorat, sed ab illis quasi formica deuoratur. Cùm igitur Eliphas dicit: Myrmicaleon periit, quid in beato Iob sub Myrmica-
B leontis nomine, nisi pauorem & audaciam reprehendit? Ac si apertè dicat: Non iniustè percussus es: quia contra erectos timidus, contra subditos audax fuisti: Ac si apertius dicat: Contra astutos formido te presit, contra simplices temeritas inflauit. Sed iam Myrmicaleon prædam non habet, quia tumida tua elatio dum verberibus premitur, ab aliena læsione prohibetur. Sed quia amicos beati Iob, tenere hæreticorũ speciem diximus: vrget necessariò, vt hæc eadem Eliphas verba quomodo etiam typicè sentienda sint, intimemus.

Quòd regnum diaboli, & gloria huius mundi, & concupiscentia carnis in fornis dei contritæ sunt.

Rugitus leonis & vox leænæ, & dẽtes catulorum leonum cõtriti sunt.) Quia natura vniuscuiusq; rei ex diuersitate componitur, in sacro eloquio per rem quamlibet licitè diuersa figurantur. Habet quippe leo virtutem, habet & sæuitiã. Virtute ergo dominum, sæuitia diabolũ signat. Hinc enim de domino dicitur: Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. Hinc de
Apoc.5. diabolo scriptum est: Aduersarius vester, sicut leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. Leænæ autem nomine aliquãdo
1.Petri.5. sancta Ecclesia, aliquãdo Babylonia designatur. Pro eo enim quod contra aduersã audax est, leæna Ecclesia dicitur: sicut eiusdem beati Iob vocibus approbatur, qui derelictum ab Ec-
Iob.28. clesia Iudæam indicans, ait: Non calcauerunt eam filij insti-
C torum, nec pertransibit per eam leæna. Aliquando vero leænæ nomine huius mũdi ciuitas, id est, Babylonia exprimitur, quæ cõtra vitam innocentium immanitate crudelitatis effrenatur, quæ antiquo hosti, quasi sequissimo leoni sociata, peruersæ persuasionis eius semina concipit, & reprobos ex se filios ad similitudinem illius quasi crudeles catulos gignit. Catuli autẽ leo-
Reprobi vnde generentur. num sunt quilibet reprobi, ad iniquam vitam, malignorũ spirituum errore generati, qui & simul omnes vniuersam mundi ciuitatem quam prædiximus, Babyloniam faciunt, & tamen iidem singuli Babyloniæ filij, quasi non leæna, sed leænæ catuli vocantur. Sicut enim Sion tota simul Ecclesia dicitur, filij
Filij Sion. autem Sion sanctorum quippe singuli memorantur: ita & filij
Filij Babylonæ. Babyloniæ singuli quique reproborum, & eadem Babylonia simul omnes reprobi vocantur. Caput. XVII.

SEd sancti viri quandiu in hac vita sunt, semetipsos sollicita circunspectione custodiunt: ne leo circumiens insidiãdo surrepat, id est, antiquus hostis sub aliqua imagine virtutis occidat: ne leænæ vox auribus obstrepat, id est, ne Babylonis gloria sensum ab amore patriæ cœlestis auertat: ne catulorũ leonum dentes mordeant, id est, ne reproborum persuasio in corde conualescat. At contra hæretici iam quasi de sanctitate securi sunt, quia vitę suæ meritis cuncta se superasse suspicantur. Vnde & nunc dicitur: Rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti sunt. Ac si dicerẽtur: Nos ideo nonnullis flagellis atterimur, quia & vir- D
tutem antiqui hostis, & cupiditatẽ terrenæ gloriæ, & suasionẽ reproborum hominũ vitę meritis superando calcamus. Vnde adhuc subditur: Tigris periit, eo quod non haberet prædam, & catuli leonum dissipati sunt.) Hunc vocabulo Tigridis repetit, quem leonis appellatione signauit. Satan quippe & propter sæuitiam leo dicitur, & propter multiformis astutiæ varietatem non incongruè Tigris vocatur. Modo enim se sicut est perditus, humanis sensibus obiicit, modo quasi angelũ lucis ostendit. Modo stultorum mẽtibus blãdiendo persuadet, modo ad culpam terrendo pertrahit. Modo suadere vitia apertè nititur, modo suis in suggestionibus sub virtutis specie palliatur. Hæc itaque belua quæ tanta varietate respergitur, iure Tigris vocatur, quæ apud septuaginta interpretes, vt prefati sumus, Myrmicaleon dicitur. Quòd, videlicet animal absconsum puluere, formicas, vt diximus, frumenta gestantes interficit: quia nimirum apostata angelus in terrã de cœlo proiectus, iustorum mẽtes quæ bonorum sibi operũ refectionem præparant, in ipso actionis itinere obsidet: cunq; eas per insidias superat, quasi formicas frumenta gestãtes improuisus necat. Rectè autem Myrmicaleon, id est, leo & formica dicitur: formicis enim, vt diximus, leo est, volatilibus formica: quia nimirum antiquus hostis, sicut contra cõsentiẽtes fortis est, ita contra resistẽtes debilis. Si enim eius suggestionibus assensus præbetur, quasi leo tolerari nequaquã potest: si autem resistitur, quasi formica atteritur. Aliis ergo leo est, alis formica: quia crudelitatem illius carnales mentes vix tolerant, spirituales vero infirmitatem illius pede virtutis calcãt. Hæretici igi- E
tur, quia de sanctitatis præsumptione superbiunt, quasi exultantes dicunt: Myrmicaleon, vel certè Tigris, periit, eo quod non haberet prædã. Ac si apertè dicant: Vetustus aduersarius in nobis prædam non habet, quia quantum ad nostra studia iã victus iacet. Idcirco autem Myrmicaleontis appellatione, vel Tigridis repetitur, qui iam contrito leonis rugitu fuerat designatus: quia quicquid per gaudium dicitur, sæpe replicatur. Voces quippe ingeminat animus cùm exultat. Vnde & veraci lætitia Psalmista crebro repetit hoc, quod se exauditum esse recognouit, dicẽs: Exaudiuit dominus vocem fletus *Psalm.6.* mei: exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem meam suscepit. Caput. XVIII.

SEd sancti viri cùm de quibusdam se vitiis ereptos hilarescunt, magno se metu etiam in ipsa exultatione cõcutiunt, quia etsi iam de cuiuslibet procella tempestatis erepti sunt, esse tamen se adhuc in incerti maris dubiis fluctibus sciunt: & sic spe exultant, vt pauore trepident: sic pauore F
trepidant, vt spei fiducia exultent. Vnde per eundem Psalmistam dicitur: Seruite domino in timore, & exultate ei cum *Psalm.2.* tremore. At contrà hi qui de specie sanctitatis intumescunt, cùm vnum quodlibet vitium superant, mox mentem in superbiam erigunt, & quasi de vitæ suæ perfectione gloriantur: & pro eo quòd fortasse semel à periculo tempestatis erepti sunt, iam quia in mari nauigent, obliuiscuntur: magnos se in omnibus æstimãt: & vicisse se antiquum hostem funditus putant: infra se cunctos respiciũt, quia se per sapientiã transcendere omnes arbitrantur. Vnde & subditur:

Quòd hæretici & hypocritæ noua & inaudita promittunt, vt in admirationem sui simplices conuertant: neque ea quæ loquuntur, ad ædificationem, sed ad ostentationem scientiæ suæ proferunt.

Porro ad me dictum est verbum absconditum.) Verbum absconditum hæretici audire se simulant, vt auditorum mentibus quandam prædicationis suæ reuerentiam obducant. Vnde & latenter prædicant, quatenus eorum prædicatio tanto sancta, quanto & occulta videatur. Communem autem scientiam habere refugiunt, ne cæteris æquales æstimentur. Occulta vel noua semper exquirunt: quæ dum alij nesciunt, apud imperitorum mentes ipsi de scientiæ singularitate gloriantur. Quam occultam, vt diximus, insinuant: quia scilicet vt admirationem ostendere valeant, hanc se latenter percepisse confirmant. Vnde apud Salomonem hæreticorum speciem mulier tenens, dicit: Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & pa- *Prouer.9.*
nis absconditus suauior. Vnde hic quoque subditur. Et quasi furtiuè susceperit auris mea venas susurrij eius.) Furtiuè susur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G rij venas percipiunt: quia ſocialis ſcientiæ gratiam deſerentes, ad hanc nequaquam per oſtium ingrediuntur: domino atte-
Ioan.10. ſtante, qui ait: Qui non intrat per hoſtium in ouile ouium ſed aſcendit aliundè, ille fur eſt & latro. Venas itaque diuini ſurrij, furtiuè ſuſcipit, qui ad percipiendam virtutis eius notitiam deſerto publicæ prædicationis oſtio, prauæ intelligentiæ rimas quærit. Quia verò fur & latro qui intrat aliundè, tenebras diligit, & claritatem luminis perhorreſcit, rectè ſubiungitur: In horrore viſionis nocturnæ, quando ſolet ſopor occupare homines. Caput. XIX.

SAepe hæretici dum altiora dicere conantur, ipſi ſibi teſtes ſunt, quia quæ proferunt, vera non ſunt. In nocturna quippe viſione dubiè cernitur. Rimas ergo ſuſurrij in pauore nocturnæ viſionis ſe percepiſſe aſſerunt: qui vt ea quæ docent, alta aliis oſtendant, vix ea ſe capere poſſe denunciant. Sed hinc colligendũ eſt quomodo audiẽtibus certa eſſe poterunt, quæ ipſi dubiè viderũt. Miro ergo ordine cùm alta loquẽtes profluũt, in patefactione ſtultitiæ, ipſis ſuæ altitudinis vocibus ligantur. Quãtum vero de ſingularitate ſapientiæ eleuantur, oſtenditur cùm protinus ſubditur: Quãdo ſolet ſopor occupare homines.) Ac ſi apertè ab hæreticis diceretur: Cùm homines inferius dormiunt, nos ad percipiẽda ſuperna vigilamus, quia ea nobis nota ſunt, ad quæ videlicet cognoſcenda cæterorum hominum corda torpentia non aſſurgunt. Ac ſi apertius dicant: In quibus intelligentia noſtra ſe erigit, reliquorum hominum ſenſus dormit. Nonnunquã vero cùm hoc deſpici ab auditore quod dicũt cõſpiciunt, ſemetipſos ſimulant timere quod dicũt. Vnde & ſubditur: Pauor tenuit
H me & tremor, & omnia oſſa mea perterrita ſunt.) Quia enim de doctrinæ ſuæ altitudine miri videri appetunt, quaſi pertimeſcunt quæ fingunt: & cùm minoris laboris ſit audire quàm dicere, ad ea proferẽda audaces ſunt, quæ ſcilicet aſtruũt, quia ipſi vix audire potuerunt. Vnde adhuc ſubditur: Et cùm ſpiritus me præſente tranſiret, inhorruerunt pili carnis meæ: ſtetit quidam cuius non agnoſcebam vultum.) Vt incomprehẽſibilia ſe cognouiſſe indicent, non ſtetiſſe, ſed tranſiſſe coram ſe ſpiritum narrant, & vultum ſe vidiſſe incognitum ſimulãt: vt eſſe ſe ei cognitos qui ab humana mente cognoſci non valet, oſtendãt. Vbi adhuc ſubditur: Imago corã oculis meis, & vocẽ quaſi auræ lenis audiui.) Sæpe hæretici deũ ſibi imaginabiliter fingunt, quem intueri ſpiritaliter nequeunt: eiuſq; vocem quaſi auræ lenis audire ſe perhibent: quia ad ſecreta illius cognoſcenda, quaſi eſſe ſe cæteris familiariores gaudent. Non enim ea docẽt quæ deus publicè loquitur, ſed quæ eorũ auri quaſi latẽter adſpirãtur. Hæc igitur diximus, vt quid ſub hæreticorũ ſpecie in Eliphas ſermonibus ſentiẽdũ ſit, intimemus. Sed quia amici beati Iob, tanti viri amici non eſſent, niſi manifeſtè aliquid ex veritate didiciſſent, qui quanuis in ſentẽtiis correptionis errant, in veritatis tamen cognitione nõ titu-
I bãt: hæc eadẽ paulo ſuperius verba replicemus, vt ſubtilius diſcernamus quomodo ea quę de perceptione veritatis dicũtur, à rectè ſentientibus proferri veraciter poſſint. Caput. XX.

NOnnunquã verò hęretici vera quędã & ſublimia loquuntur, non quòd hæc diuinitus ipſi percipiant, ſed quòd ex ſanctæ Eccleſiæ cõtẽtione didicerũt, neque hæc ad profectũ cõſcientiæ, ſed ad ſcientiæ oſtẽtationem trahunt. Vnde fit plærunq;, vt alta ſciendo dicãt, ſed viuẽdo quæ dicũt, neſciant. Siue igitur ex hæreticorũ ſpecie, videlicet non vitã ſcientiæ, ſed verba tenẽtium, ſeu ex perſona certè amicorũ beati Iob, qui de cognitione veritatis potuerũt procul dubio percipiendo experiri, quod ſtuduerũt docẽdo eloqui, hæc eadẽ quæ tranſcurrimus, ſubtilius dicta diſſeramus: vt dũ ſollicitè Eliphas ſermo diſcutitur, quantæ ſcientiæ fuerit demõſtretur, quanuis in eadẽ ſcientia humilitatem non tenuit, qui commune bonum ſibi ſpecialiter arrogauit. Ait nanque:

Quòd verbum abſconditum inuiſibilis dei filius ſit, cuius ſubtilitatem mens ſpiritu ſancto afflata raptim & occultè agnoſcit.

Porrò ad me dictũ eſt verbum abſcõditũ.) Verbum quippe abſcõditũ, inuiſibilis filius vocatur: de quo Ioannes ait: In
Ioan.1. principio erat verbũ. Quod ipſe quoq; abſconditũ inſinuat, dũ ſubiungit: Et verbum erat apud deũ, & deus erat verbum. Sed hoc verbũ abſconditũ electorum mentibus dicitur, cùm poteſtas vnigeniti filij credẽtib⁹ manifeſtatur. Poteſt etiã per K verbum abſconditũ, allocutio intimæ aſpirationis intelligi: de qua Ioannes dicit: Vnctio eius docet vos de omnibus. Quæ *1.Ioan.* nimirũ aſpiratio humanã mentem tangendo ſubleuat, & temporales cogitationes deprimens, ęternis hãc deſideriis inflammat: vt nihil ei iam, niſi quæ ſuperna ſunt libeat: & cuncta quę inferius de humana perſtrepũt corruptione, conẽnat. Abſcõditũ ergo verbum audire, eſt locutionem ſancti ſpiritus corde cõcipere. Quæ profecto ſciri nõ poteſt, niſi à quo haberi poteſt. Vnde & veritatis voce de hac abſcondita locutione dici-
Ioan.14. tur: Ego rogabo patrẽ, & aliũ paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum: ſpiritũ veritatis, quẽ mundus non poteſt accipere. Sicut enim idem paracletus poſt mediatoris aſcenſum, alius humani generis conſolator, in ſemetipſo inuiſibilis eſt: ita omnem quẽ repleuerit, ad deſiderãda inuiſibilia accendit. Et quoniã mũdana corda ſola viſibilia diligunt, hũc mundus non accipit, quia ad diligenda inuiſibilia nõ aſſurgit. Seculares enim mentes quanto ſe foris per deſideria dilatant, tãto ad receptionẽ illius ſinũ cordis anguſtãt. Et quoniã valde in humano genere pauci ſunt, qui à deſideriorũ carnaliũ ſorde purgati, ad perceptionẽ ſancti ſpiritus ipſa hac purgatione dilatantur, verbum hoc abſcõditũ dicitur: quia illud à quibuſdam procul dubio in corde percipitur, quod à maxima hominum parte neſcitur. Vel certè hæc ipſa afflatio ſancti ſpiritus verbum abſcõditum eſt; quia ſentiri poteſt, ſed ſtrepitu locutionis exprimi non poteſt. Cùm igitur diuina aſpiratio ſine L ſtrepitu mentem ſubleuat, verbũ abſcõditũ auditur, quia ſermo ſancti ſpirit⁹ in aure cordis ſilẽter ſonat. Vnde & ſubditur:

Quòd multis modis ad aurem noſtræ intelligentiæ deus veniat: & quòd quando nobis de diuinitatis natura per cõtemplationem aliquid inſinuat, nequaquam nobis loquitur, ſed quaſi ſuſurrat.

Et quaſi furtiuè ſuſcepit auris mea venas ſuſurrij eius.) Venas ſuperni ſuſurrij, auris cordis furtiuè ſuſcepit: quia ſubtilitatem locutionis intimę, afflata mens, & raptim & occultè cognoſcit. Niſi enim ſe ab exterioribus deſideriis abſcõdat, interna non penetrat. Occultatur autẽ vt audiat, & audit vt occultetur: quia & ſubtracta à viſibilibus, inuiſibilia cõſpicit: & repleta inuiſibilibus, viſibilia perfectè cõtemnit. Notãdũ verò quòd nõ ait: Quaſi furtiuè ſuſcepit auris mea ſuſurrium eius, ſed venas ſuſurrij eius. Suſurrium quippe occulti verbi, eſt hæcipſa locutio aſpirationis internæ. Venæ autẽ ſuſurrij dicũtur cauſarum origines, quibus hæcipſa aſpiratio ad mentẽ ducitur. Quaſi enim venas ſuſurrij ſui aperit, cùm nobis deus latenter inſinuat, quibus modis ad noſtræ intelligentiæ aurem M venit. Aliquando enim nos amore, aliquando terrore cõpungit: aliquando præſentia quàm nulla ſint oſtendit, & ad æterna diligenda deſiderium erigit: aliquãdo prius æterna indicat, vt poſt temporalia vileſcant. Aliquando noſtra nobis mala aperit, & ad hoc nos vſque, vt alienis etiam malis cõdoleamus, extendit. Aliquando mala aliena noſtris obtutibus obiicit, & compũctos mirabiliter à noſtra prauitate nos corrigit. Venas itaque diuini ſuſurrij furtiuè audire, eſt occultos diuinæ aſpirationis modos tenuiter & latenter cognoſcere. Quanuis adhuc vel ſuſurrium, vel venas ſuſurrij intelligere aliter valeamus. Qui enim ſuſurrat, occultè loquitur: & vocem nõ exprimit: ſed imitatur. Nos ergo quouſque carnis corruptione premimur, nullo modo claritatem diuinæ potentię, ſicut in ſe incommutabilis manet, videmus: quia acies infirmitatis noſtræ non ſuſtinet hoc quod de eius æternitatis radio ſuper nos intolerabiliter fulget. Cùm ergo ſe nobis omnipotens deus per rimas cõtemplationis indicat, nequaquam nobis loquitur, ſed ſuſurrat: quia etſi ſe plenè non intimat, quiddam tamen de ſe humanæ menti manifeſtat. Tunc autem nequaquam iam ſuſurrat, ſed loquitur, cũ eius nobis ſpecies certa reuelatur. Hinc *Ioan.14.* eſt enim quod in Euãgelio veritas dicit: Palàm de patre meo annunciabo vobis. Hinc Ioannes ait: Videbimus eum ſicuti *1.Ioan.3.* eſt. Hinc Paulus dicit: Tunc cognoſcã ſicut & cognitus ſum. *1.Cor.13.* Nũc autem diuinum ſuſurrium tot ad nos venas habet, quot creatis operibus ipſa diuinitas præſidet. Dũ enim quę ſunt cũcta creata cernimus, in creatoris admiratione ſubleuamur. Nã ſicut aqua leniter fluens, rimata per venas quæritur, vt augeatur, tantoq́ue ſe latius fundit, quanto venas apertiores inuenerit:

A nerit: ita nos dum studiosè diuinitatis notitiam ex creaturæ eius cõsideratione colligimus, quasi susurrij ad nos venas illius accipiamus: qui per hoc quod factum cernimus, virtutẽ creatoris admiramur: & per ea quæ sunt in publico, illud ad nos emanat quod latet in occulto. Quasi enim per quẽdam ad nos sonitum erumpit, dum consideranda nobis sua opera ostendit: in quo semetipsum vtcunque indicat, dum quàm sit incõprehensibilis, manifestat. Quia igitur considerare eum dignè non possumus, nec eius vocem, sed vix susurrium audimus: plenè animo perpendere, neq; ipsa quæ sunt creata, sufficimus. Rectè autem dicitur: Quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurrij eius. Proiecti quippe à paradisi gaudiis & cæcitatis pœna mulctati, vix susurrij venas apprehendimus, quia ipsa quoque mira eius opera raptim tenuiterque pensamus.

Caput. XXI.

SCiendum verò est, quia quanto virtutẽ illius mens subleuata cõsiderat, tanto eius rectitudinem repressa formidat. Vnde & rectè subiungitur:

Quòd anima in nocte huius vitæ contemplans deum, ad magnitudinis illius inhorrescat aspectum.

In horrore visionis nocturnæ.) Horror nocturnæ visionis est pauor occultæ contẽplationis. Humana etenim mens quo altius eleuata quæ sint æterna, cõsiderat, eo de factis tẽporalibus grauius tremefacta formidat: quia tanto se reã verius cernit, quanto se ab illo lumine discrepasse quod supèr se intermicat cõspicit: sicq; fit, vt illuminata plus metuat, quia magis aspicit à veritatis regula per quanta discordat: eamque graui formidine suus ipse profectus quatit, quæ prius quasi secura nihil videbat. Quanuis quãtalibet virtute profecerit, nõ iam manifestum aliquid de æternitate cõprehendit, sed adhuc sub cuiusdam caligine imaginationis conspicit. Vnde & hæc eadẽ visio nocturna dicitur: In nocte quippe, sicut & superius diximus, dubiè: in die autem constanter videmus. Quia igitur ad contemplandum interni solis radiũ, nubes sese nostræ corruptionis interserit, nec ad infirmos nostræ mentis oculos, illud sicut est incommutabile lumen, erumpit: adhuc deũ quasi in nocturna visione cernimus, cùm procul dubio sub incerta contemplatione caligamus. Sed quanuis extremum de illo aliquid mens conceperit, in consideratione tamen eius magnitudinis inhorrescit, & magis metuit: quia ipsis cõtemplationis eius vestigiis se imparem sentit, atq; ad se relapsa, eum arctius diligit: cuius mirã dulcedinẽ ferre non valens, vix hanc sub incerta visione gustauit. Sed quia ad huius subleuationis culmẽ minimè pertingitur, nisi prius desideriorũ carnalium importunè perstrepens, turba reprimatur, rectè subiungitur:

Quibus modis sacra scriptura somnum accipiat. Et quid sit quòd Iacob lapide ad caput posito dormiens, scalam cœlo inhærentem, & dominum scalæ innixum, & angelos ascendentes & descendentes vidit.

Quando solet sopor occupare homines.) Quisquis ea quæ mundi sunt, agere appetit, quasi vigilat: quisquis vero internã quietem quærens, huius mundi strepitum fugit, velut obdormiscit. Sed prius sciendum est, quia in scriptura sacra figuratè positus, tribus modis somnus accipitur. Aliquãdo enim somno mors carnis, aliquando torpor negligentiæ, aliquando verò exprimitur, calcatis terrenis desideriis, quies vitæ. Somni nanque vel dormitionis nomine, carnis mors intimatur, sicut
1. Thes. 4. Paulus ait: Nolo vos ignorare fratres de dormiẽtibus. Et paulopòst: Ita, & deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Somno rursum torpor negligentiæ designatur, sicut
Roma. 13. ab eodẽ Paulo dicitur: Hora est iã nos de somno surgere. Et
1. Cor. 15. rursum: Euigilate iusti, & nolite peccare. Somno quoque, calcatis carnis desideriis, vitæ quies figuratur: sicut sponsæ voce
Cant. 5. in canticis canticorum dicitur: Ego dormio, & cor meum vigilat: quia videlicet sancta mens quo se à strepitu temporalis concupiscentiæ comprimit, eo verius interna cognoscit, & tãto alacrius ad intima vigilat, quanto se ab exteriori inquietudine occultat. Quod bene per Iacob in itinere dormientem
Gene. 28. figuratur, qui ad caput lapidem posuit, & obdormiuit: à terra scalam cœlo inhærentem, innixum scalæ deum, ascendentes quoque & descendentes angelos vidit. In itinere quippe dormire, est in hoc præsentis vitæ transitu, à rerum temporalium amore quiescere. In itinere dormire, est in dierum labentium D cursu ab appetitu visibilium mẽtis oculos claudere, quos primis hominibus seductor aperuit, qui dixit: Scit enim deus, Gene. 3. quòd in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri. Vnde & paulopost subditur: Tulit de fructu illius, & comedit: dedit que viro suo, qui comedit, & aperti sunt oculi amborum. Culpa quippe oculos concupiscẽtiæ aperuit, quos innocentia clausos tenebat. Angelos verò ascendentes & descendentes cernere, est ciues supernæ patriæ contemplari: vel quanto amore auctori suo semetipsos transcendendo inhæreãt, vel quanta compassione charitatis nostris infirmitatibus condescendant. Et notandum est valde, quòd ille dormiens angelos conspicit, qui in lapide caput ponit: quia nimirũ ipse ab exterioribus operibus cessans, interna penetrat, qui intenta mente, quæ principale est hominis, imitationem sui redemptoris obseruat. Caput quippe in lapide ponere, est mente Christo inhærere. Qui enim à præsentis vitæ actione remoti sunt, sed ad superna nullo amore rapiuntur, dormire possunt: sed videre angelos nequaquam possunt, quia caput in lapide tenere contemnunt.

Caput. XXII.

SVnt nanque nonnulli qui mundi quidem actiones fugiunt, sed nullis virtutibus exercentur. Hi nimirum torpore, non studio dormiunt, & idcirco interna nõ cõspiciunt: quia caput non in lapide, sed in terra posuerũt. Quibus E plærunque contingit, vt quanto securius ab externis actionibus cessant, tanto latius immũdæ in se cogitationis strepitum per ocium congerant. Vnde sub Iudææ specie per prophetam
Thren. 1. torpens ocio anima defletur, cùm dicitur: Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius. Præcepto etenim legis, ab exteriori opere in sabbato cessatur. Hostes ergo sabbata videntes irrident, cùm maligni spiritus ipsa vacationis ocia ad cogitationes illicitas pertrahunt: vt vnaquæq; reproba anima quo remota ab externis actionibus seruire deo creditur, eo magis eorum tyrannidi illicita cogitando famuletur. Sancti autem viri qui à mundi operibus nõ torpore, sed virtute sopiuntur: laboriosius dormiunt, quàm vigilare potuerunt, quia in eo, quòd actiones huius seculi deserentes superant, robusto conflictu quotidie contra semetipsos pugnant, ne mens per negligentiam torpeat: ne subacta ocio ad desideria immunda frigescat, ne ipsis bonis desideriis plus iusto inferueat: ne sub discretionis specie sibimet parcẽdo, à perfectione langueſcat. Agit hæc & ab huius mundi inquieta concupiscentia se penitus subtrahit, ac terrenarum actionũ strepitum deserit, & per quietis studium virtutibus intenta, vigilans dormit. Neque enim ad contemplanda interna perducitur, nisi ab his quæ exterius implicãt, studiosè subtrahatur. Hinc est enim quod per
Matth. 6. semetipsam veritas dicit: Nemo potest duobus dominis seruire. Hinc Paulus ait: Nemo militans deo, implicat se negociis
2. Timo. 2. F secularibus, vt placeat cui se probauit. Hinc per prophetã dominus admonẽs dicit: Vacate & videte quoniã ego sum deus.
Psalm. 45. Quia igitur nequaquam notitia interna cõcipitur, nisi ab externa implicatione cessetur: rectè nunc verbi absconditi & diuini susurrij tempus exprimitur, cùm dicitur: In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines: quia nimirũ mens nostra nullo modo ad vim intimæ contẽplationis rapitur, nisi studiosè prius à terrenorũ desideriorũ tumultu sopiatur. Sed humanus animus quadã suæ contẽplationis machina subleuatus, quo super se altiora cõspicit, eo in semetipso terribilius contremiscit. Vnde & aptè subditur:

Quòd cùm mens ad cœlestia secreta se subleuat, totum humanæ virtutis robur contremiscit: & quid sit quod Manue angelo viso timet, & vxor eius non timet.

Pauor tenuit me & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt.) Quid per ossa, nisi fortia acta signantur? De quibus & per prophetã dicitur: Dominus custodit omnia ossa eorum.
Psalm. 33. Et sæpe ea quæ agunt homines, esse alicuius momenti æstimant: quia districtionis intimæ quàm sit subtile iudiciũ, ignorant. Sed cùm per contemplationem rapti, superna conspiciũt, ab ipsa aliquo modo præsumptionis suę securitate liquescunt: & tanto magis in diuino conspectu trepidant, quanto nec bona sua digna eius examine, quem conspiciunt, pensant.

Universidad de Deusto Biblioteca

G Hinc est enim quòd his qui fortia operãdo ꝓfecerat, per spi-
Psalm. 34. ritum subleuatus clamabat: Omnia ossa mea dicens: domine, quis similis tibi? Ac si diceret: Carnes meæ verba non habent, quia infirma mea apud te funditus silent. Ossa autem mea tuæ magnitudinis laudem dicunt, quia ipsa quoq; quæ esse in me fortia credidi, tua cõsideratione cõtremiscunt. Hinc est enim
Iudicũ. 13. quòd Manue viso angelo pertimescens dicit: Morte morie-mur, quia vidimus dominũ. Quem vxor protinus cõsolatur, dicẽs: Si dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocaustum & libamenta nõ suscepisset. Quid est hoc quòd ad visionẽ angeli vir fit timidus, & mulier audax: nisi quòd nobis quoties cœlestia demonstrantur, spiritus quidem pauore se concutit, sed tamen spes presumit? Inde nanque spes ad maiora audenda sese erigit, vnde turbatur spiritus: quia ea quæ superna sunt, prior videt. Caput. XXIII.

QVia igitur cùm altiora secretorum cœlestium subleuata mens conspicit, cuncta humanarũ virium soliditas contremiscit, rectè nunc dicitur: Pauor tenuit me & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt.) Ac si apertè diceretur: Subtilitatis intimæ arcana percipiens: vnde me apud me fortem credidi, ante conspectum iudicis inde titubaui. Districtionem quippe diuinæ iustitiæ cõ-
H templantes, etiam de ipsis operibus iure pertimescimus, quæ nos fortia egisse putabamus. Ducta nanque ad internam regulam nostra rectitudo, si districtum iudicium inuenit, multis tortitudinum suarum sinibus in intimã rectitudinem impingit. Vnde bene Paulus cùm & virtutum ossa habere se cerneret: & tamen sub districto examine hæc eadem eius ossa trepi-
1. Corin. 4. darent, ait: Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Sed neq; meipsum iudico: nihil enim mihi cõscius sum. Sed quia auditis veris diuini susurrij, hęc eadem eius ossa contremuerunt, ilico adiunxit: Sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, dominus est. Ac si diceret: Recta egisse me recolo: attamen de meritis non præsumo, quia ad eius examen vita nostra ducitur: sub quo nostræ fortitudinis & ossa turbantur. Sed cùm mens in contemplatione suspẽditur, cùm carnis angustiam superans, per speculationis vim de libertate aliquid intimæ securitatis rimatur, stare diu super semetipsam non potest, quia etsi hanc spiritus ad summa vehit, caro tamen ipso adhuc corruptionis suæ pondere deorsum premit. Vnde & subditur: Et cùm spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ.) Nobis præsentibus spiritus transit, quando inuisibilia cognoscimus: & tamen hæc non solidè, sed raptim videmus. Neque enim in suauitate contemplationis intimæ diu mens figitur: quia ad semetipsam immẽ-
I sitate luminis reuerberata reuocatur. Cumque internam dulcedinem degustat, amore æstuat: ire super semetipsam nititur, sed ad infirmitatis suæ tenebras fracta relabitur, & magna virtute proficiens, videt quia videre non possit hoc quod ardenter diligit: nec tam ardenter diligeret, nisi aliquatenus videret. Non ergo stat, sed transit spiritus, quia supernam lucem nostra nobis contemplatio & inhiantibus aperit, & mox in-
Sapien. 9. firmantibus abscondit. Et quia in hac vita quantalibet virtute quis profecerit, adhuc tamen corruptionis suæ stimulũ sentit: Corpus quippe quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: rectè subditur:

Quid sit quòd leuitarum pili iussi sunt radi, non euelli.

Inhorruerũt pili carnis meæ.) Pili etenim carnis sunt quęlibet superflua humanæ corruptionis. Pili carnis sunt vitæ veteris cogitationes, quas sic à mẽte abscindimus, vt de amissione earum nullo dolore fatigemur. Bene autem per Moysen
Num. 8. dicitur: Leuitæ radant omnes pilos carnis suæ. Leuita quippe assumptus vocatur. Oportet ergo leuitas omnes pilos carnis radere: quia is qui in obsequiis diuinis assumitur, debet ante dei oculos à cunctis carnis cogitationibus mundus apparere, ne illicitas cogitationes mens proferat, & pulchrã animæ speciem quasi pilis fructificantibus deformem reddat. Sed quantalibet, vt diximus, quempiam virtus sanctæ conuersationis euexerit, adhuc tamen ei de vetustate vitæ nascitur quod toleretur. Vnde & ipsi leuitarum pili radi prꝫcepti sunt, nõ euelli. Rasis etenim pilis in carne radices remanent, & crescunt vt iterum radantur: quia magno quidem studio superfluæ cogitationes amputandæ sunt, sed tamẽ amputari funditus nequa- K
quam possunt. Sẽper enim caro superflua generat, quæ semper spiritus ferro sollicitudinis recidat. Sed tamen hæc in nobis tunc subtilius cõspicimus: cùm speculationis alta penetramus. Vnde rectè nunc dicitur: Cùm spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ. Caput. XXIIII.

HVmana etenim mens in contemplationis arce subleuata: tanto semetipsam durius de superfluis cruciat, quãto nimis subtile cõspicit esse quod amat. Et cùm pulchrum intuetur hoc quod super se appetit, districtè iudicat quicquid in se infirmum prius tranquillè tolerabat. Trãseunte ergo spiritu, pili pertimescunt: quia ante compunctionis vim, cogitationes superfluæ fugiunt: vt nihil fluxum, nihil iam remissum libeat, quia afflictã mentem etiam cõtra semetipsam visitationis intimæ feueritas inflammat. Cumque hoc quod in corde illicitum nascitur, continua districtione reseatur: fit plerunq; vt vegetata mens, paulo altius radio suę speculationis inhæreat, & penè figat spiritum qui transibat. Nec tamen hæcipsa contemplationis mora diuinitatis plenè vim aperit, quia eius immensitas humanas vires auctas subleuatásque transcendit. Vnde & bene subditur:

Quòd si homo non peccasset, in carne futurus esset spiritalis, qui peccando factus est mente carnalis, atque visibilibus immersus, ad inuisibilia non assurgit.

Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum.) Quidã nã- L
que nõ dicimus, nisi de eo vtique, quem exprimere aut nolumus, aut non valemus. Sed qua mẽte hoc loco dicitur quidã, videlicet exponitur cùm protinus subinfertur: Cuius non agnoscebam vultum. Humana quippe anima, primorũ hominum vitio à paradisi gaudiis expulsa, lucem inuisibiliũ perdidit, & totam se in amorem visibilium fudit: tãtoq; ab interna speculatione cæcata est, quanto foras deformiter sparsa: vnde fit vt nulla nouerit, nisi ea quę corporeis oculis, vt ita dixerim, palpando cognoscit. Homo enim qui si præceptum seruare voluisset, etiam carne spiritalis futurus erat: peccãdo factus est etiam mẽte carnalis, vt sola cogitet quæ ad animum per imagines corporum trahit. Corpus quippe est cœli, terræ, aquarũ, animalium, cunctarũque rerum visibilium, quas indesinenter intuetur: in quibus dum totam se delectata mens proiicit, ab internæ intelligentiæ subtilitate grossescit: & quia iam erigere ad summa se non valet, in his infirma libenter iacet. Cùm vero miris conatibus ab his exurgere nititur, magnum valde est, si ad cognitionem suam, repressa corporali specie, anima perducatur, vt semetipsam sine corporea imagine cogitet, & cogitando se, viam sibi vsque ad considerandam æternitatis substantiam paret. Caput. XXV.

HOc autem modo quasi quandam scalam sibi exhibet M
semetipsam, per quam ab exterioribus ascendendo in se transeat, & à se in auctorem tendat. Cùm enim corporeas imagines deserit, in semetipsam mens veniens, non modicum ascẽdit. Sed quanuis incorporea sit anima, quia tamẽ corpori inhæret, ex ipsa sui qualitate localis cognoscitur, quæ carnali loco detinetur. Quæ dũ obliuiscitur scita, cognoscit incognita: meminit obliuioni mandata, hilarescit post tristia, addicitur post læta: ipsa sui diuersitate indicat, quantum à subsãtia æternæ incõmutabilitatis natura distat: quæ semper vt est, idem est: vbique præsens, vbique inuisibilis, vbiq; tota, vbiq; incomprehensibilis: per inhiantem mẽtem sine aspectu cernitur, sine voce auditur, sine motu suscipitur, sine corpore tangitur, sine loco retinetur. Hanc nimirum subsãtiam cùm animus cogitat, assuetus rebus corporalibus, diuersarum imaginum phantasmata sustinet. Quæ dum ab intentionis suæ oculis abigit manu discretionis, postponẽs ei omnia, iam hanc aliquatenus conspicit. Quam si necdum quid sit apprehendit, agnouit certè quid non sit. Quia ergo ad insueta mens rapitur, cùm diuinitatis essentiam rimatur, rectè nunc dicitur: Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum.) Bene autem dictum est, stetit. Omnis quippe creatura, quia ex nihilo facta est, & per semetipsam ad nihilum tendit, non stare habet, sed defluere. Rationalis vero creatura eoipso quo ad imaginem creatoris condita est, ne ad nihilum transeat figitur: irrationalis autem nequaquam figitur, sed donec visionis suæ

A ministerio vniuersitatis speciem impleat, transeundo tardatur. Nam etsi cœlum ac terra pòst in æternum permanent, in semetipsis tamen nunc ad nihilum properant, sed pro eorum vsu quibus seruiunt, in melius mutanda perseuerant. Stare ergo, solius creatoris est, per quem cũcta non transeuntè transeunt, & in quo aliqua ne transeant retinentur. Vnde & redemptor noster, quia diuinitatis eius status capi ab humana mente non potuit, hunc se nobis ad nos veniẽs creatus, natus, mortuus, sepultus, resurgens, atque ad cœlestia rediens, quasi transeundo monstrauit. Quod bene per Euangelium illuminato
Matt.10. cæco innotuit, cui transiens auditum præbuit, sed stans oculos reparauit. Per humanitatis quippe dispensationem transire habet: per diuinitatis verò potentiam, qua vbique præsens est, stare. Voces igitur cæcitatis nostræ dominus audire transiens dicitur, quia humanę miseriæ factus homo miseretur. Stans autem lucem reparat, quia infirmitatis nostræ tenebras ex virtute diuinitatis illustrat. Bene ergo postquam dictum est: Cùm spiritus me præsente transiret, subditur: Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum.) Ac si apertè diceretur: Eum quem per transitum sensi, non transire deprehendi. Ipse est ergo qui transit, ipse qui stat. Transit enim quia teneri cognitus non valet. Stat autem, quia inquantum cognoscitur, incommutabilis apparet. Quia igitur raptim is qui semper idem est, cernitur: simul deus, & transiens, & stans videtur. Vel certè stare
B eius, est nulla mutatione variari, sicut ad Moysen dicitur: Ego
Exod. 3. sum qui sum. Et sicut hunc Iacobus insinuat, dicens: Apud
Iaco. 1. quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Quia vero quisquis iam aliquid de contemplatione æternitatis apprehendit, hanc per coæternam eius speciem conspicit, rectè subiungitur. Imago coram oculis meis. Imago quippe patris, filius est: sicut de condito homine Moysès insinuat, di-
Gene. 1. cens: Creauit deus hominem, ad imaginem dei fecit illum. Et sicut per expressionem sapientiæ de dei filio quidam sapiens
Sapien. 7. dicit: Candor est enim lucis æternæ. Et sicut Paulus ait: Qui
Heb. 1. cùm sit splendor gloriæ, ac figura substantiæ eius. Cum ergo æternitas eius cernitur, prout infirmitatis nostræ possibilitas admittit, imago eius, mẽtis nostræ oculis antefertur: quia cùm verè in patrem tendimus, hunc quantum accipimus, per suam imaginem, id est, per filium videmus: & per eam speciem quæ de ipso sine initio nata est, eum aliquo modo cernere qui nec cœpit, nec desinet conamur. Vnde & hæc eadem veritas in
Ioan. 14. Euangelio dicit: Nemo venit ad patrem, nisi per me. Bene autem subditur:

Quòd per auram lenem spiritussanctus accipiatur, cuius præsentiam ex subtilitate sua Helias agnouit: vnde in libro Regum, non in spiritu grandi & forti, neque in commotione, neque in igne, sed in sibilo auræ tenuis transitum domini intellexit.

Et vocem quasi auræ lenis audiui.) Quid enim per vocem
C auræ lenis, nisi cognitio spiritussancti designatur? Qui de patre procedens, & de eo quod est filij accipiens, nostræ tenuiter notitiæ infirmitatis infunditur. Qui tamen super apostolos veniens, per exteriorem sonum tanquam per vehemẽtem
Act. 2. spiritum demonstratur, cùm dicitur: Factus est repentè de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis. Sanctus enim spiritus cùm se notitiæ humanæ infirmitatis insinuat, & sonitu vehemẽtis spiritus, & voce auræ lenis exprimitur: quia videlicet veniens, & vehemens est & lenis. Lenis, quia notitiã suam, quatenus cognosci vtcũque valeat, nostris sensibus temperat. Vehemens, quia quantumlibet hanc temperet, aduentu tamen suo infirmitatis nostræ cæcitatem illuminando perturbat. Illustratione enim sua nos leniter tangit, sed inopiam nostram immaniter concutit. Vox ergo dei quasi auræ lenis auditur, quia in hac adhuc vita positis contemplatoribus suis, ne quaquam se diuinitas sicut est, insinuat, sed lippientibus mentis nostræ oculis claritatem suam tenuiter demonstrat. Quod
Exod. 24. bene ipsa legis acceptione signatur, cùm dicitur: quia Moyses ascendit, & dominus in montem descendit.

Caput. XXVI.

MOns quippe est ipsa nostra contemplatio, in quam nos ascendimus: vt ad ea quæ vltra infirmitatem nostram sunt videnda sublcuemur, Sed in hanc dominus descendit, quia nobis multum proficientibus, parum de se aliquid sensibus nostris aperit, si tamen dici in illo, vel parum, D vel aliquid potest, qui vnus semper, & idem permanens, intelligi pariliter non potest, & tamen à suis fidelibus participari dicitur, cum in eius substantia pars nullatenus admittatur. Sed quia hunc exprimere perfecto sermone non possumus, humanitatis nostræ modulo, quasi infantiæ imbecillitate prępediti, eum aliquatenus balbutiendo resonamus. Quia vero & in magna contemplatione subleuati, subtile quid de æternitatis cognitione pertingimus, sacræ historiæ verbis ostenditur, cùm de cognitione dei propheta nobilis Helias edocetur. Cui cùm transiturum ante eum se dominus promitteret, dicens: *3.Reg. 19.* Ecce dominus transit, & spiritus grandis & fortis subuertens montes, & conterens petras ante dominum, ilico adiunxit: Non in spiritu dominus. Et post spiritum commotio, nõ in commotione dominus. Et post commotionem ignis, non in igne dominus. Et post ignem sibilus auræ tenuis, & ibi dominus. Spiritus quippe ante dominum euertit montes & petras conterit: quia pauor qui ex aduentu eius irruit, & altitudinem cordis nostri deiicit, & duritiam liquefacit. Sed spiritui commotionis, & igni non inesse dominus dicitur: esse vero in sibilo auræ tenuis non negatur, quia nimirum mens cùm in contemplationis sublimitate suspenditur: quicquid perfectè conspicere prævalet, deus non est. Cùm vero subtile aliquid conspicit, hoc est quod de incomprehensibili substantia æternitatis audit. Quasi enim sibilum tenuis aurę percipiamus, cùm saporem incircunscriptę veritatis contemplatione subita sub- E tiliter degustamus. Tunc ergo verum est quod de deo cognoscimus: cùm plenè nos aliquid de illo cognoscere non posse sentim⁹. Vnde bene illic subditur: Quod cùm audisset Helias, operuit vultum suum pallio, & ingressus stetit in ostio speluncæ. Post auræ tenuis sibilum, vultum suum propheta pallio operuit, quia in ipsa subtilissima contẽplatione veritatis, quanta ignorantia homo contegatur, agnoscit. Vultui nanque pallium superducere: est, ne altiora mens quærere audeat, hanc ex consideratione propriæ infirmitatis velare, vt nequaquam intelligentiæ oculos vltra se præcipitanter aperiat, sed ad hoc q⁹ apprehendere non valet, reuerenter claudat. Qui hæc agens, in speluncæ ostio stetisse describitur. Quid nanque spelunca nostra est, nisi hæc corruptionis habitatio, in qua adhuc ex vetustate retinemur? Sed cùm aliquid percipere de cognitione diuinitatis incipimus, quasi iam in speluncæ nostræ ostio stamus. Quia enim progredi perfectè nõ possumus, ad cognitionem tamen veritatis inhiantes, iam aliquid de libertatis aura captamus. In ingressu ergo speluncæ stare, est represso nostræ corruptionis obstaculo, ad cognitionem veritatis incipere exire. Vnde & nube in tabernaculum descendente, Israëlitæ è lõ- *Exod. 33.* ginquo cernentes, in papilionum suorum ostiis stetisse memorantur: quia hi qui aduentum diuinitatis vtcunque conspiciunt, quasi iam ex habitaculo carnis procedunt. Quia igitur F humana mens quantalibet se virtute tetẽderit, vix de intimis extrema cognoscit, rectè nunc dicitur: Et vocem quasi auræ lenis audiui. Sed quoniam cùm de se saltem parum nobis diuina cognitio exhibet, infirmitatis nostræ ignorantiam perfectè docet, qui vocem auræ lenis audiuit, dicat quæ ex ipsa hac auditione didicerit. Sequitur:

Quòd qui de flagello dei murmurant, iustitiam ferientis accusant.

Nunquid homo dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir?) Humana iustitia diuinæ iustitiæ comparata, iniustitia est: quia & lucerna in tenebris fulgere cernitur, sed in solis radio posita tenebratur. Quid ergo Eliphas raptus in contemplatione cognouit, nisi quòd iustificari homo dei comparatione non possit? Recta nãque credimus quę exterius operamur, sed cùm minimè interna cognoscimus, quasi in solis radio positi caligamus. Cùm verò illa vtcunque percipimus, ista non vtcunque iudicamus, quia tanto quisque subtilius de tenebris iudicat, quanto ei verius claritas lucis constat. Qui enim lucem videt, scit quid de tenebris æstimet. Nã qui candorem lucis ignorat, etiam obscura pro lucidis approbat. Bene autem subditur: Aut factore suo purior erit vir?) Quisquis de persecutione murmurat, quid aliud quàm iustitiã ferientis accusat? Puriorem ergo se vir factore suo existimat, si contra flagellum querelam parat, eumque sibi proculdubio

postponit,

Universidad de Deusto Biblioteca

G postponit,cuius iudicium de sua afflictione redarguit. Vt ergo homo reprehendere non audeat iudicem culpæ, hunc humiliter cogitet auctorem naturæ: quia qui mirè hominem ex nihilo fecit,factum impiè non affligit. Quod tunc Eliphas dicit,cùm vocem quasi auræ lenis audiuit. In consideratione nanque diuinæ magnitudinis discitur, quàm humiliter in sua animaduersione timeatur. Et qui superna degustat,inferiora æquanimiter tolerat, quia plenè intus conspicit,quanti æstimet quod foris agit. Malè enim se rectum putat, qui regulam summæ rectitudinis ignorat. Et sæpe lignum rectum creditur, si ad regulam non ducatur:sed cùm regulæ iungitur,per quantam tortitudinem tumescit inuenitur:quia nimirum rectitudo accedẽs increpat,quod oculus deceptus approbat. Eliphas itaque quia superna conspexit, districtum iudicium de inferioribus exerit, & quanuis beatum Iob non rectè redarguit, in comparatione tamen creatoris omnium, omnem creaturæ modum rectè describit, dicens:

Quòd deus angelicam naturam condidit mirabilem, vt ex libero arbitrio qui manere nollent ruerent, & maioris meriti fierent qui mutabilitatis suæ conditionem voluntatis statione fixissent.

Ecce qui seruiunt ei,non sunt stabiles,& in angelis suis reperit prauitatem, quanto magis hi, qui habitant domos luteas,qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea?

Caput. XXVII.

H NAtura angelica etsi contemplationi auctoris inhęrendo,in statu suo immutabiliter permanet, eoipso tamen quo creatura est, in semetipsa vicissitudinem mutabilitatis habet. Mutari autem,ex alio in aliud ire est, & in semetipso stabilem nõ esse. Vnaquæque enim res quasi tot passibus ad aliud tendit, quot mutabilitatis suæ motibus subiacet. Sola autem natura incomprehensibilis à statu suo nescit moueri, quæ ab eo quod semper idem est, nescit immutari. Nam si angelorum substantia à mutabilitatis motu fuisset aliena,bene ab auctore condita,nequaquam in reprobis spiritibus à beatitudinis suæ arce cecidisset. Mirè autem omnipotens deus naturam summorum spirituum bonam, sed mutabilem condidit: vt & qui permanere nollent, ruerent, & qui in conditione persisterent, tanto in ea iam dignius,quanto ex arbitrio starent:& eo maioris apud deum meriti fierent, quo mutabilitatis suæ motum, voluntatis statione fixissent. Quia ergo ipsa quoque natura angelica est in semetipsa mutabilis, quam videlicet mutabilitatem vicit per hoc,quòd ei qui semper idem est,vinculis amoris alligatur,rectè nunc dicitur:Ecce qui seruiunt ei,non sunt stabiles.) Atque eiusdem protinus documentum mutabilitatis adiungitur, cùm de apostatis spiritibus subinfertur: Et in angelis suis reperit prauitatem.) Ex quorum comparatione bene casus infirmitatis humanæ con-

I sideratione colligit, cùm ilico, subnectit:Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum,consumentur velut à tinea?)Luteas quippe domos habitamus,quia in corporibus terrenis subsistimus. Quę bene Pau-

2.*Cor.* 4. 2.*Cor.*5. lus considerans ait:Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Et rursum:Scimus quia si terrestis domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex deo habemus, domum non manufactam. Terrenum quoque fundamẽtum, est substantia carnis. Quod in se sollicitè Psalmista conspexerat, cùm dicebat:Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto,& substantia mea in inferioribus terræ. Tinea

Psalm 138. autem de veste nascitur,& eandem vestem de qua oritur,oriendo corrumpit. Quasi quędã vero vestis animæ caro est,sed hæc nimirum vestis habet tineam suam: quia ab ipsa carnalis tẽtatio oritur,ex qua laceratur. Quasi enim quadam sua tinea vestis nostra consumitur,cùm caro corruptibilis tentationem gignit,& per hanc ad interitum peruenit. Velut à tinea homo consumitur,cùm de se oritur, vnde conteratur. Ac si apertè dicat:Si illi spiritus esse ex se incommutabiles nequeũt,qui nulla carnis infirmitate deprimuntur, qua temeritate se homines in bono permanere constanter existimant, quos in eo quòd intellectus ad summa euehit,carnalis infirmitas aggrauãs præpedit:vt per corruptionis vitium in semetipsis habeant, vnde ab intima nouitate veternascant?

K

Caput. XXVIII.

POssunt quoque per angelos, sancti doctores intelligi, sicut per Prophetam dicitur:Labia sacerdotis custodiũt *Malac.* scientiam, & legem requirunt ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Qui quantalibet virtute fulgeant,esse omnino sine culpa nequeunt,cùm iter præsentis illecebrosum vitæ gradiuntur,quia eorum nimirum gressus tangitur, aut luto illiciti operis,aut puluere cogitationis. Domos autem luteas habitant,qui de illecebrosa hac vita carnis exultant. Hanc domum luteam Paulus contemplerat habitare, cùm dicebat: Nostra autem conuersatio in cœlis est. Dicat ergo: Ecce qui *Philipp.* seruiunt ei,non sunt stabiles: & in angelis suis reperit prauitatem,quanto magis hi qui habitãt domos luteas, qui terrenum habent fundamentum,consumentur velut à tinea?) Ac si apertè dicat.Si præsentis vitæ viam illi sine contagione transire nequeunt,qui æterna cogitantes se contra temporalia accingũt, quæ detrimenta illi sustinent,qui esse se in carnalis habitationis voluptatibus gaudent? Qui enim seruiunt ei,non sunt stabiles,quia cùm mens ad alta nititur,carnis suæ cogitatione dissipatur:ita vt sæpe animus dum intimis inhiat, dum sola cœlestia expectat,subita carnali delectatione perculsus, à semetipso scissus iaceat: & qui se infirmitatis suæ molestias superasse gaudebat,repentino vulnere prostratus gemat. Prauitas ergo & in angelis reperitur,dum ipsos quoque qui veritatem nunciant, nonnunquam surreptio vitæ fallacis grauat. Si ergo hi L etiam mundi huius iniquitate seriuntur,quos contra eum sancta intentio erigit,quibus ictibus illi penetrantur, quos ante eius iacula,ipsa infirmitatis suę delectatio sternit? Qui bene velut à tinea consumi describuntur. Tinea quippe damnum facit, & sonitum non facit: Ita iniquorum mentes,quia damna sua considerare negligunt,integritatem quasi nescientes perdunt. Amittunt nanque à corde innocentiam, ab ore veritatem,à carne continentiam, & per accessum temporis ab ætate vitam.*Sed hæc se indesinenter amittere nequaquam conspi- *al. etiã* ciunt, dum toto desiderio curis temporalibus occupantur. *vitam.* Quasi ergo à tinea consumuntur,quia sine sonitu,culpæ morsum tolerant,dum quanta detrimenta vitæ & innocentiæ patiantur, ignorant. Vnde & bene subditur: De mane vsque ad vesperam succidentur.) A mane vsque ad vesperam peccator succiditur,dum à vitæ suæ exordio vsq; ad terminum iniquitatis perpetratione vulneratur. Omni nanque tempore reprobi per augmentũ malitiæ contra se ictus ingeminant, quibus succisi in profundum ruant. De quibus bene per Psalmi- *Psal.* stam dicitur. Viri sanguinum,& dolosi non dimidiabunt dies suos. Dies quippe dimidiare, est tempus vitæ malæ in voluptatibus ductum, ad pœnitentiæ lamenta diuidere, atque hoc ad bonum vsum partiendo reparare. Sed iniqui dies suos nequaquam dimidiant,quia peruersam mentem nec in extremo tempore immutant. Quo contra bene Paulus admonet dicẽs: M Redimentes tempus,quoniam dies mali sunt. Tempus quip- *Ephe.* pe redimimus, quando anteactam vitam quam lasciuiendo perdidimus, flendo reparamus. Sequitur: Et quia nullus intelligit, in æternum peribunt.) Nullus videlicet eorum qui à mane vsque ad vesperam succidẽtur. Nullus intelligit, vel eorum qui pereunt, vel eorum qui perditos mores pereuntium imitantur. Vnde aliàs scriptum est: Iustus perit, & nemo est *Esai.* qui recogitet in corde suo, & viri misericordiæ colliguntur, quia non est qui intelligat. Iniqui ergo dum sola temporalia appetunt,& quæ bona electis in æternum maneant,scire contemnunt:dum iustorum afflictionem conspiciunt, sed quæ sit afflictionis retributio non agnoscunt, actionis suę pedem in profundum porrigunt:quia à luce intelligentiæ sponte sua oculos claudunt. Multis enim mali voluptatibus decepti, dum quę vident,temporaliter diligunt,à semetipsis alienati non vident, vbi in æternum ruunt. Potest etiam mane prosperitas, vespere huius mundi aduersitas designari. De mane ergo vsq; ad vesperam reprobi succiduntur, quia & per prospera lasciuientes depereunt, & per aduersa impatientes ad insaniam exurgunt. Quos de mane vsque ad vesperam nequaquam culpa succideret,si vel prospera fomentum crederent, vel aduersa sectionem sui vulneris æstimarent.

Caput. XXIX.

Sed

A Sed quia nequaquam sic humani generis multitudo deseritur, vt cuncta ad interitum tendere permittatur, sunt nonnulli qui præsentis vitæ oblectamenta despiciunt: etiam cum adsunt, transitoria esse cõsiderant, atque hæc ex amore æternitatis calcant. Cũque in hoc primo gradu iudicij gressus suos ponunt, vegetiores ad altiora perueniunt: vt cuncta temporalia non solum quia citius sunt admittẽda, despiciant, sed sibi inhærere non appetant, etiam si æterna esse potuissent: & à pulchrẽ conditis amorem subtrahunt, quia in ipsum auctorem pulchritudinis cordis passibus tendunt. Et sunt nonnulli qui bona vitæ præsentis diligunt, sed tamen hæc nullatenus assequuntur: qui rebus temporalibus totis desideriis inhiant, mundi gloriam quærunt, sed adipisci nequaquam possunt. Hos, vt ita dixerim, cor ad mundum pertrahit, mundus ad cor repellit. Nam sæpe contingit, vt ipsis suis aduersitatibus fracti ad mentem redeant, & in semetipsis reuersi considerent, quàm sint inania quæ quærebant, seseque pro tam stulto desiderio protinus ad lamentum vertant, & tanto valentius æterna desiderent, quãto se stultius laborasse pro temporalibus dolent. Vnde bene descriptis reprobis subditur:

Quòd eos quos mundus hic despicit, deus eligit, & quid sit quòd puer Amalechita dux Dauid in persecutione hostium efficitur.

Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis.) Quos alios
B reliquos, nisi huius mundi despectos accipimus? Quos dum præsens seculum ad nullius gloriæ vsum eligit, quasi minimos indignosque derelinquit. Sed mundi reliquos auferre dominus dicitur, quia despectos huius seculi eligere dignatur: Paulo attestante qui ait: Non multi sapientes secundum carnem,
1. Cor. 1. non multi potentes, non multi nobiles, sed quę stulta sunt mũdi elegit deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit
2. Reg. 30. deus, vt confundat fortia. Quod bene in libris Regum, Aegyptio puero in via lassescente signatur, quem Amalechita ægrotum in itinere deserit. Dauid vero inuenit, cibo reficit, ducem sui itineris facit: Amalechitam persequitur, epulantem reperit, & funditus extinguit. Quid est enim quòd Aegyptius Amalechitæ puer in itinere lassatur, nisi quòd amator præsentis seculi peccati sui nigredine opertus, sæpe ab eodem seculo infirmus despectúsque relinquitur, vt cum eo currere nequaquàm valeat, sed fractus aduersitate torpescat? Sed hunc Dauid inuenit: quia redemptor noster veraciter manu fortis, nonnunquã quos despectos à mundi gloria reperit, in suum amorem conuertit. Cibo pascit, quia verbi scientia reficit. Ducem itineris eligit, quia suum etiam prædicatorem facit. Et qui Amalechitam sequi non voluit, dux Dauid efficitur, quia is quem indignum mũdus deseruit, non solum conuersus in suam mentem dominum recipit, sed prędicando hunc etiam vsque ad aliena corda perducit. Quo videlicet duce Dauid conuiuantẽ Amalechitam inuenit & extinguit, quia ipsis prædicantibus Chri-
C stus mũdi lætitiam destruit, quos mundus habere comites despexit. Quia igitur plærunque quos mundus relinquit, dominus eligit, rectè nũc dicitur: Qui reliqui fuerint, auferentur ex eis. Sequitur: Morientur, & non in sapientia.) Quid est quòd superius reproborum interitum protulit, dicẽs: quia nullus intelligit, in æternum peribunt: & de electis dei ilico adiunxit: qui reliqui fuerint, auferẽtur ex eis: & hoc protinus quod eisdem electis non conueniat, dicens subdidit: Morientur, & nõ in sapientia. Si enim à reprobis diuinitus auferuntur, quo pacto mori non in sapientia dicuntur? Sed nimirum sacræ scripturę consuetudo est, vt cùm aliquid narrat, interposita alterius causæ sententia, ad superiora protinus redeat. Nam postquam dixit: Et quia nullus est qui intelligat, in æternum peribunt: electorum mox sortem subintulit, dicens: Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis. Et rursum sententiæ suæ oculum, in eũ quem prædixerat interitum reproborum mittens, subito adiũxit: Morientur, & non in sapientia. Ac si diceret: Hi quos dixi, quia non intelligentes in æternum peribunt, proculdubio nõ in sapientia morientur. Sed hunc esse nonnunquam morẽ sacri eloquij melius ostendimus, si ex eo aliquam huius rei similitudinem proferamus. Paulus nanque Apostolus cùm dilectũ discipulum de instituendis Ecclesiæ officiis admoneret, ne quos forte ad sacros ordines inordinatè proueheret, dixit: Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis D alienis, teipsum castum custodi. Qui ad infirmitatem eius cor- 1. Tim. 4.
poris protinus verba conuertens ait: Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere, propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Statimque subiungit, dicens: Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, quorundam autem & subsequuntur. Quid ergo ad illud pertinet, quòd ab infirmo aquã bibi prohibuit, hoc quod de peccatis absconditis quorundam hominum manifestisque subiunxit? nisi quòd interposita de eius infirmitate sententia, ad hoc in extremo rediit: quod superius dixit: Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Vt enim hæc eadem peccata quanta sollicitudine perquirenda essent ostenderet: interposita contra infirmitatis molestiam discretionis admonitione, protinus intulit, quòd in aliis patescerent, in aliis laterent, dicens: Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium: quorũdam autem & subsequuntur. Sicut ergo per hanc sententiam non eisdẽ verbis Paulus congruit, quibus eam loquens de Timothei infirmitate subiunxit: sed ad illud rediit quod superius intermittẽdo narrauit, ita hoc loco Eliphas cùm de electis diceret: qui reliqui fuerint, auferentur ex eis, ilico adiungens: Morientur, & non in sapientia: ad illud protinus recurrit quod superius de reprobis protulit, dicens: & quia nullus intelligit, in æternum peribunt. Caput. XXX.

IDcirco autem reprobi electos despiciunt, quòd ad vitam E
inuisibilem per visibilem mortem tendunt. De quibus bene nunc dicitur: Morientur, & non in sapientia. Ac si apertè diceretur: Mortem quidem & sapientiam pariter fugiunt, sed sapientiam penitus deserunt, mortis autem laqueos non euadunt. Et quia quandoque morituri viuere moriendo potuerant, dum mortem, quę proculdubio ventura est, metuunt, & vitam simul & sapientiam perdunt. At contrà iusti in sapientia moriuntur, quia mortẽ quam deuitare funditus nequeunt, cum pro veritate imminet, differre contemnunt, eamque dum æquanimiter ferunt, pœnam propaginis vertunt in instrumentum virtutis: vt inde debeat vita recipi: vnde per primæ culpæ meritum cogitur finiri. Sed quia Eliphas hęc contra inquos veraciter protulit, beatũ Iob reprehensibilem æstimans, de fastu se sapientiæ inflauit. Vnde & post prædicamenta tantæ rectitudinis, irrisionis verba subiungit, dicens:

Caput quintum textus libri beati Iob.

VOca ergo si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Virum stultum interficit iracundia, & paruulum occîdit inuidia. Ego vidi stultũ firmã radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Longè sient F
filij eius à salute, & conterentur in porta: & non erit qui eripiat. Cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius. Nihil in terra sine causa fit: & de humo nõ egredietur dolor. Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum. Quamobrem ego deprecabor dominum, & ad deum ponam eloquium meum. Qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia absq; numero. Qui dat pluuiam super faciem terræ, & irrigat aquis vniuersa. Qui ponit humiles in sublime, & mœrentes erigit sospitate. Qui dissipat cogitationes malignorũ, ne possint implere manus eorum quod cœperant. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consiliũ prauorum dissipat. Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie. Porrò saluum faciet egenum à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem. Et erit egeno spes, iniquitas autem contrahet os suum. Beatus homo qui corripitur à domino. Increpationem ergo domini ne reprobes, quia ipse vulnerat & medetur:

G medetur:percutit,& manus eius sanabunt. In sex tribu lationibus liberabit te, & in septima non tanget te ma lum.In fame eruet te de morte,& in bello de manu gla dij.A flagello linguæ absconderis,& non timebis cala mitatem cùm venerit. In vastitate & fame ridebis, & bestias terræ nõ formidabis. Sed cum lapidibus regio num pactum tuum, & bestiæ terræ pacificæ erunt tibi. Et scies quòd pacem habeat tabernaculum tuum,& vi sitans speciem tuam non peccabis.Et scies quoniã mul tiplex erit semen tuũ, & progenies tua quasi herba ter ræ. Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infer tur aceruus tritici in tempore suo.Ecce hoc,vt inuesti gauimus,ita est,quod audita mente pertracta.

Voca ergo si est qui tibi respondeat.) Omnipotens enim deus sæpe eius precem in perturbatione deserit, qui præcepta
Prouer. 28 illius in tranquillitate contemnit. Vnde scriptum est: Qui auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.Vocare autem nostrum, est humili deum prece deposcere: respondere vero dei,est effectum precibus præbere.Ait ergo: Voca si est qui tibi respondeat.Ac si apertè dicat: Quantumlibet afflictus clames, deum tibi respondẽtem non habes,quia vox in tribulatione eum non inuenit,quem mens in tranquil litate contempsit.Vbi adhuc deridendo subiungit: Et ad ali-
H quem sanctorum conuertere.) Ac si despiciens dicat: Sanctos quoque inuenire in afflictione adiutores non vales, quos habere socios in hilaritate noluisti. Qui post irrisionem protinus sententiam subdit,dicens:

Quantum peccatum sit ira, quod etiam homicidio comparatur: & quomodo compesci debeat.

Virum stultum interficit iracundia,& paruulum occîdit inuidia.) Quæ nimirum sententia vera esset,si illata contra tanti viri patientiam non fuisset.Sed nos pensemus quod dicitur: quanuis ab auditoris sui virtute elidatur, vt ostẽdamus quàm rectum est quod promitur,si non in beatum Iob iniustè pro-
Sapien. 22. meretur,cùm scriptum sit: Tu autem domine cum tranquillitate iudicas. Sciendum nobis magnopere est, quia quotiens turbulentos motus animi sub mansuetudinis virtute restringimus,ad similitudinem redire conditoris conamur. Nã cùm tranquillitatem mẽtis ira diuerberat,dilaniatam quodammodo scissámque perturbat, vt sibimetipsi non congruat,ac vim intimæ similitudinis amittat.

Caput.XXXI.

QVanta ergo sit iracundiæ culpa pensemus, per quam dum mansuetudo amittitur, supernæ imaginis similitudo vitiatur.Per iram sapientia perditur: vt quid, quóve ordine agendum sit,omnino nesciatur,
Eccli.7. sicut scriptum est: Ira in sinu stulti requiescit,quia nimirũ intelligentiæ lucem subtrahit, cùm mentem permouendo con-
I fundit. Per iram vita amittitur,etsi sapientia teneri videatur, sicut scriptum est:Ira perdit etiam prudentes,quia scilicet confusus animus nequaquam explet,etiam si quid intelligere prudenter valet. Per iram iustitia relinquitur,sicut scriptum est:
Iaco. 1. Ira viri iustitiam dei non operatur:quia dum perturbata mẽs iudicium suæ rationis exasperat, omne quod furor suggerit, rectum putat.Per iram gratia vitæ socialis amittitur,sicut scri
Prouer. 22. ptum est: Noli esse assiduus cum homine iracundo, ne discas semitas eius,& sumas scandalum animæ tuæ.Et idẽ. Quis poterit habitare cum homine,cuius spiritus facilis est ad irascendum? Quia qui se ex humana ratione nõ temperat, necesse est vt bestialiter solus viuat. Per iram concordia rumpitur,sicut
Prouer. 16. scriptum est: Vir animosus parit rixas,& vir iracundus effundit peccata.Iracũdus quippe peccata effundit,quia etiam malos quos incautè ad discordiam prouocat,peiores facit.Per irã
Ephes. 4. lux veritatis amittitur, sicut scriptum est: Sol non occidat super iracundiam vestram:quia cùm menti iracundia confusionis tenebras incutit,huic deus radium suæ cognitionis abscondit.Per iram sancti spiritus splendor excluditur,quo cõtra,iu-
Isa.66. xta vetustam translationem scriptum est:Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementẽ sermones meos? Cùm enim humilem diceret:quietum protinus adiũxit. Si ergo ira quietem mentis subtrahit,suam sancto spiritui habitationẽ claudit, cuius recessione animus vacuus, K ad apertam mox insaniam ducitur,& vsque ad superficiem ab intimo cogitationum fundamento dissipatur.Nam iræ sue stimulis accensum cor palpitat, corpus tremit, lingua se præpedit,facies ignescit,exasperantur oculi,& nequaquam recognoscuntur noti.Lingua quidẽ clamorem format, sed sensus quid loquatur ignorat. In quo itaque iste ab abreptitiis longè est, qui actionis sue conscius non est?vnde fit plerunque,vt vsque ad manus ira prosiliat,& quo ratio longius recedit, audacior exurgat,seque ipsum animus retinere nõ valet,quia factus est potestatis alienæ,& eo furor membra foris in ictibus exerceat, quo intus ipsam membrorum dominam mentem captiuam tenet.Aliquando autem manus non exerit:sed in maledictionis iaculum linguam vertit. Fratris nanque interitum precibus exposcit, & hoc deum perpetrare expetit, quod ipse peruersus homo facere,vel metuit,vel erubescit. Fitque vt voto, & voce homicidium peragat, etiam cum à læsione proximi manibus cessat.Aliquando ira perturbato animo quasi ex iudicio silentium indicit,& quo se foras per linguam non exprimit, intus deterius ignescit, vt iratus quisque collocutionem suam proximo subtrahat, & nil dicendo quàm sit auersus dicat. Et nonnunquam hæc silentij seueritas per disciplinæ dispensationem geritur:si tamen sollicitè in intimis discretionis forma teneatur. Nonnunquam verò dum accensus animus à consueta locutione restringitur, per accessum temporis penitus à proximi dilectione separatur, & acriores stimuli ad men L tem veniunt,causæque quæ grauius exasperant oriuntur, atqs in irati oculo festuca in trabem vertitur, dum ira in odiũ permutatur.Plærunque ira per silentium clausa intra mentem vehementius æstuat,& clamosas tacita voces format, verba sibi quibus exasperẽt obiicit: & quasi in causę examine posita durius exasperata respondet,quod Salomon breuiter insinuat,di *Prou.*
cens:Præstolatio impiorum furor.Sicque fit vt perturbatus animus maiorem strepitum sui silentij sentiat,eúmque grauius clausa iræ flamma consumat. Vnde bene ante nos quidam sapiens dixit:Cogitationes iracundi vipereæ sunt generationis, mer.tem comedunt matrem suam.

Caput.XXXII.

SCiendum verò est quòd nonnullos ira citius accendit, facilius deserit.Nonnullos verò tardè quidem commouet, sed diutius tenet. Alij nanque accensis calamis similes dum vocibus perstrepunt,quasi quosdam accensionis suæ sonitus reddunt, citius quidem flammam faciunt: sed protinus in fauilla frigescunt. Alij autem lignis grauioribus durioribusque non dispares, accensionem tardè suscipiunt, sed tamen accensi semel difficilius extinguuntur: & quia se tardius in asperitatem concitant, furoris sui diutius ignem seruant. Alij autem,quod est nequius, & citius iracundiæ flammas accipiunt, & tardius deponunt. Nonnulli verò has & tardè su- M scipiunt, & citius amittunt.In quibus nimirum quatuor modis liquidò lector agnoscit, quia & ad tranquillitatis bonum vltimus plusquàm primus appropinquat,& in malo secũdum tertius superat. Sed quid prodest quòd iracundia quomodo mentem teneat dicimus, si non etiam qualiter compesci debeat exprimamus? Duobus enim modis fracta possidere animum ira desuescit. Primus quippe est vt mens sollicita antequàm agere quodlibet incipiat, omnes sibi quas pati potest contumelias proponat: quatenus redemptoris sui probra cogitans, ad aduersa se præparet. Quæ nimirum venientia tanto fortius excipit, quanto se cautius ex præscientia armauit. Qui enim improuidus ab aduersitate deprehenditur, quasi ab hoste dormiens inuenitur, eumque citius inimicus necat, quia non repugnantem perforat. Nam qui mala imminentia per sollicitudinem prænotat, hostiles incursus quasi in insidiis vigilans expectat: & inde ad victoriam valenter accingitur, vnde nescius deprehendi putabatur. Solerter ergo animus ante actionis suæ primordia, cuncta debet aduersa meditari: vt semper hæc cogitans, semper contra hæc thoracem patientiæ munitus, & quicquid acciderit, prouidus superet & quicquid non accesserit, lucrum putet. Secundus autem seruandæ mansuetudinis modus est, vt cùm alienos excessus aspicimus, nostra quibus in aliis excessimus delicta cogitemus. Considerata quippe infirmitas propria, mala nobis ex-

A cusat aliena. Patienter nanque illatam iniuriam tolerat, qui pie nouit quòd fortasse adhuc habeat, in quo debeat ipse tolerari. Et quasi aqua ignis extinguitur, cum surgente furore animi, sua cuique ad mentem culpa reuocatur, quia erubescit sibi peccata non parcere, qui vel deo vel proximo sæpe se recolit parcenda peccasse.

Caput. XXXIII.

SEd inter hæc solerter sciendum est, quòd alia est ira quam impatientia excitat, alia quam zelus iustitiæ formatur. Illa ex vitio, hæc ex virtute generatur. Si enim nulla ira ex virtute surgeret, diuinæ animaduersionis impetum Phinees per gladium non placasset. Hanc iram quia Heli nó habuit, motum contra se implacabiliter supernæ vltionis excitauit. Nam quo contra subditorum vitia tepuit, eo contra illum districtio æterni rectoris exarsit. De hac ira per Psalmistam dicitur: Irascimini, & nolite peccare. *Psal.4.* Quod nimirum non rectè intelligunt, qui irasci nos nobis tantummodo, non etiam proximis delinquentibus volũt: Si enim sic proximos vt nos amare præcipimur, restat vt sic eorum erratibus, sicut nostris vitiis irascamur. De hac per Salomonem dicitur: Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis. *Eccles.7.* De hac iterum Psalmista ait: Turbatus est præ ira oculus meus. *Psal.6.* Ira quippe per vitium oculum mentis excæcat, ira autem per zelum turbat: quia quum saltem recti æmulatione concutitur, ea quæ nisi tranquillo corde percipi non
B potest, contemplatio dissipatur. Ipse nanque zelus rectitudinis, quia inquietudine mentem agitat, eius mox aciem obscurat, vt altiora in commotione non videat, quæ bene prius trãquilla cernebat. Sed inde subtilius ad alta reducitur, vnde ad tempus ne videat reuerberatur. Nam ipsa recti æmulatio æterna post paululum in tranquillitate largius aperit, quæ hic interim per cõmotionem claudit: & vnde mens turbatur ne videat, inde proficit, vt ad videndum verius claresçat, sicut infirmanti oculo cum collyrium immittitur, lux penitus negatur, sed inde eam post paululum veraciter recipit: vnde hanc ad tempus salubriter amittit. Nunquam vero cõmotioni contemplatio iungitur, nec prævalet mens perturbata conspicere, ad quod vix tranquilla valet inhiare: quia nec Solis radius cernitur, cum commotæ nubes cœli faciem obducunt, nec turbatus fons inspicientis imaginem reddit, quam tranquillus propriè ostendit, quia quo eius vnda palpitat, eo in se speciẽ similitudinis obscurat. Sed cùm per zelũ animus mouetur, curandum summopere est, ne hæc eadem quæ instrumento virtutis assumitur, mẽti ira dominetur, nec quasi domina præeat: sed velut ancilla ad obsequium parata, à rationis tergo nunquam recedat. Tunc enim robustius cõtra vitia erigitur, cum subdita rationi famulatur. Nam quantumlibet ira ex zelo rectitudinis surgat, si immoderata men-
C tem vicerit, rationi protinus seruire contemnit, & tanto se impudentius dilatat, quanto impatientiæ vitium virtutem putat. Vnde necesse est vt hoc ante omnia, qui zelo rectitudinis mouetur, attendat, ne ira extra mentis dominium transeat, sed in vltione peccati tempus modúmque considerans, surgentem animi perturbationem subtilius retractando restringat, animositatem reprimat, & motus feruidos sub æquitate disponat, vt eo fiat iustior vltra alienus, quo prius extitit victor suus, quatenus sic culpas delinquentium corrigat, vt antè ipse qui corrigit, per patientiam crescat, vt feruorem suum transcendendo diiudicet, ne intemperanter excitatus ipso zelo rectitudinis, longè à rectitudine aberret. Quia verò sicut diximus, etiam laudanda boni æmulatio mentis oculum turbat, rectè nunc dicitur: Virum stultum interficit iracundia.) Ac si apertè diceretur: Ira per zelum sapientes turbat, ira vero per vitium stultos trucidat, quia illa sub ratione restringitur, hæc vero irrationabiliter deuictæ menti dominatur. Bene autem subditur:

Quomodo inuidia cognoscitur.

Et paruulum occidit inuidia.) Inuidere enim non possumus, nisi eis quos nobis in aliquo meliores putamꝰ. Paruulus ergo est qui liuore occiditur, quia ipse sibi testimonium perhibet, quòd eo minor sit cuius inuidia torquetur. Hinc est quòd hostis callidus primo homini inuidendo surripuit, quia amissa beatitudine, minorem se immortalitate illius agnouit. Hinc est quòd Cain ad perpetrandum fratricidium corruit: quia despecto suo sacrificio, prælatum sibi infremuit, D cuius deus hostiam accepit, & quem meliorem se esse exhorruit, ne vtcunque esset, amputauit. Hinc Esau ad persecutionem fratris exarsit, quia primogenitorum benedictione perdita, quam tamen pro esu lenticulæ ipse vendiderat, minorem se eo quem nascendo præibat, ingemuit. Hinc Ioseph fratres sui Hismaëlitis transeuntibus, vendiderunt: quia cognito reuelationis mysterio, ne se fieret melior, eius profectibus obuiare conati sunt. Hinc Saul Dauid subditum lanceam intorquẽdo persequitur, quia quẽ magnis quotidie augeri virtutum successibus sensit, vltra se excrescere expauit. Paruulus itaque est qui inuidia occiditur: quia nisi ipse inferior existeret, de bono alterius non doleret.

Gene.4. *Gene.25.* *Gene.37.* *1.Reg.18.*

Caput. XXXIIII.

SEd inter hæc sciendum est, quia quanuis per omne vitium quod perpetratur, humano cordi antiqui hostis virus infunditur, in hac tamen nequitia, tota sua viscera serpens concutit, & imprimendæ malitiæ pestem mouit. De quo nimirum scriptum est: Inuidia diaboli mors intrauit *Sapien.2.* in orbem terrarum. Nam cum deuictum cor liuoris putredo corruperit, ipsa quoque exteriora indicant, quàm grauiter animum vesania instigat. Color quippe pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur, & membra frigescunt, fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor: cumq; in latebris cordis crescens absconditur odium, dolore cæco tenebrat eõ scientiam vulnus inclusum. Nil lætum de propriis libet, quia E tabescentem mentem sua pœna sauciat, quam felicitas torquet aliena quantóque extranei operis in altum fabrica ducitur, tanto fundamentum mentis liuidæ profundius suffoditur: vt quo alij ad meliora properant, eo ipso deterius ruant, qua ruina videlicet etiam illud destruitur, quod in aliis actibus perfecto opere surrexisse putabatur. Nam inuidia cũ mentem tabefecerit, cuncta quæ inuenerit bene gesta consumit. Vnde bene per Salomonem dicitur: Vita carnium sanitas cordis, putredo ossium inuidia. *Prouer.14.* Quid enim per vitam carnis, nisi infirma quædam ac tenera, & quid per ossa, nisi fortia acta signantur? Et plærũque contingit vt quidam cùm vera cordis innocentia, in nonnullis suis actibus infirmi videãtur, quidam verò iam quædam ante humanos oculos robusta exerceant, sed tamen erga aliorum bona, intus inuidię pestilentia latenter tabescant. Bene ergo dicitur: Vita carnium sanitas cordis: quia si mentis innocentia custoditur, etiam si qua foris infirma sunt, quandoque roborantur. Et rectè subditur: Putredo ossium inuidia: quia per liuoris vitium, ante dei oculos pereunt, etiam fortia acta virtutum. Ossa quippe per inuidiam putrescere, est quædam etiam robusta deperire. Sed cur hæc de inuidia dicimus, si non etiã qualiter eruatur intimemus? Difficile nanq; est vt hoc alteri non inuiedat, quoã adipisci alter exoptat: quia quicquid temporaliter percipitur, tanto fit minus singulis, quanto diuiditur in multis: F & idcirco desiderantis mẽtem liuor excruciat, quia hoc quod appetit, aut funditus alter accipiens adimit, aut à quantitate restringit. Qui ergo liuoris peste plenè carere desiderat, illam hæreditatem diligat, quam cohæredũ numerus non angustat, quæ & omnibus vna est, & singulis tota: quæ tanto largior esse ostenditur, quanto ad hanc percipientium multitudo dilatatur. Imminutio ergo liuoris est affectus surgens internæ dulcedinis, & plena mors eius, est perfectus amor æternitatis. Nam cùm mens ab eius rei appetitu retrahitur, quæ accipientium numero partitur, tanto magis proximum diligit, quanto minus ex profectu illius sua damna pertimescit. Quæ si perfectè in amore cœlestis patriæ rapitur, plenè etiam in proximi dilectione sine omni inuidia solidatur, quia cum nulla terrena desiderat, nihil est quod ei erga proximum charitati cõtradicat. Quæ nimirum charitas quid est aliud quàm mentis oculus, qui si terreni amoris puluere tangitur, ab internæ lucis mox intuitu læsus reuerberatur. Quia autem paruulus est qui terrena diligit, magnus qui æterna cõcupiscit, potest etiam sic non inconuenienter intelligi. Paruulum occidit inuidia, quoniam huius pestis languore non moritur, nisi qui adhuc in desideriis infirmatur.

Libri Quinti Moralium sancti Gregorij finis.

Liber sextus

LIBER SEXTVS

beati Gregorij continuans moraliter Quintum Caput Iob.

Quid per nomen Iob & vulnera eius, quæ à planta pedis vsque ad verticem pertulit: quid item per vxorem maledictionem suadere conantem, quidque per amicos consolatores accipiatur, breuiter recapitulatur. Caput. I.

SEruata historiæ veritate, beati Iob dicta amicorúmque illius, mystica proposui interpretatione discutere, quia cunctis vera scientibus liquet quòd redemptorem mundi totis suis allegationibus curat sancta scriptura promittere, eúmque per electos omnes, vt per eius scilicet membra, studuit designare. Vnde & idem Beatus Iob Latino eloquio dolens dicitur: vt per eius & nomen & vulnera, redemptoris nostri passio designetur, de quo propheta ait: Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Cui tentator ablatis omnibus, & seruos & liberos occidit, quia non solum Iudaicũ populum ex timore seruiẽtem, sed ipsos quoque Apostolos in suo amore regeneratos, passionis eius tempore telo perfidiæ perculit. Vulneribus beati Iob corpus atteritur: quia redemptor noster configi clauis in crucis patibulo nõ dedignatur. A planta autem pedis, vsque ad verticem vulnera susceptit, quia sanctã Ecclesiam, quæ corpus eius est, non solum per extrema & vltima, sed vsq; ad summa membra persecutione sæuiẽs tentator afflixit. Vnde etiam Paulus dixit: Complebo ea quę desunt passionum Christi in carne mea. Cui suadere vxor ad maledicẽdum nititur, quia carnales quisque intra sanctam ecclesiã adiutores callidi tentatoris existunt. Quæ enim eum ad maledicendum prouocat, vitam carnalium designat: qui, vt suprà diximus, iam intra sanctam Ecclesiam incorrectis moribus positi, quo per fidem bonis iuxtà sunt, eo per vitam durius premunt. Quia enim quasi fideles vitari nequeunt, à fidelibus tanto deterius, quanto & interius tolerantur. Amici verò illius qui quasi ad consolandum veniunt, sed ad verba asperæ inuectionis excedunt, hæreticorũ speciem tenent, qui cũ contra bonos deũ defendere nituntur, offendunt. Hęc itaq; superius latius dicta, nunc breuiter studui ex mystica designatione succingere, vt lector meus ex ipsa hac replicatione meminerit me in hoc opere spiritali intellectui deseruire, & tamen cùm vtilitatis ipsius vsus postulat, subtiliter quoque studeo historiæ verba discutere: cùm vero necesse est, simul vtrumque complector, vt spiritales fructus allegoria generet, quos tamen ex radice historiæ veritas producit. Amicos vero beati Iob, quos hæreticorum speciem tenere diximus, in dictis suis nequaquã per omnia reprobamus, quia dum per supernam sententiam contra eos dicitur: Non estis locuti coram me rectum, & protinus subditur: Sicut seruus meus Iob, profecto liquet, quia non omnino despicitur, quod ex melioris comparatione reprobatur. In reprehensione quippe eius incautè dilabuntur, sed tamen quia tanti viri amici sunt, ex familiaritate illius mystica multa didicerunt. Vnde & sicut superius diximus, eorum verbis etiam Paulus vtitur, & hæc in assertionis suæ adiutorium assumens, prolata ex veritate testatur, quæ tamen veritas rectè reprehendit: quia quamlibet fortis sententia contra sanctum virum proferri non debuit. Possunt ergo mysticè Eliphas verba pensari, quibus ad beatum Iob loquitur, dicens:

Esaiæ.53.

Colos.1.

Quòd stultus fuerit Iudæorum populus, qui præsentem dominum in carne spreuit, & filij eius sint qui perfidiam eius imitãtur. Caput. II.

EGo vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim.) Stultus quippe Iudæorum populus extitit, quia ipsam in carne præsentiam æternæ sapientiæ spreuit. Qui quasi firma radice conualuit, quia electorum vitam temporaliter extinguendo superauit. Sed hũc Eliphas maledicendo despicit: quia nimirum omnes hæretici, quorum tenere specié amicos beati Iob diximus, cùm de nomine Christi gloriantur, Iudæorum perfidiam ex auctoritate reprehendunt. De quo stulto protinus subditur: Longè sient filij eius à salute.) Filij huius stulti sunt omnes qui perfidiæ illius prædicatione generantur. Qui scilicet à salute longè sunt, quia etsi temporalem vitam sine afflictione percipiunt, æterna grauius vltione ferientur, sicut de eisdem filiis illius, dominus dicit: Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum, & cùm fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos. Sequitur: Et conterentur in porta, & non erit qui eripiat.) Quis alius portæ nomine, nisi mediator dei & hominum debet intelligi, qui ait: Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur? Filij igitur huius stulti extra portam proficiunt, & in porta conteruntur: quia prauæ Iudæorum soboles ante mediatoris aduentum, in legis obseruatione floruerunt: sed in ipsã redemporis nostri præsentia, à diuinitatis obsequio, perfidiæ suæ meritis repulsi ceciderunt. Quos nimirum non est qui eripiat: quia scilicet dum ipsum redemptorem extinguere persequendo conati sunt, oblatæ sibi remedium ereptionis absciderunt, de quo bene subditur:

Matt.

Ioan.

Cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus.) Huius enim stulti messis fuerat sacri seges eloquij. Quędam nanque spicarum grana, sunt verba prophetarum, quæ stultus habuit, sed non comedit: quia Iudaicus populus legem quidem verbotenus tenuit, sed per fatuitatis fastidium ab eius intellectu ieiunauit. Huius ergo stulti messem famelicus comedit, quia nimirum gentilis populus verba legis intelligendo edit, ad quæ plebs Iudaica sine intellectu laborauit. Hos famelicos fidei, dominus præuidit, cùm per Euangelistam dixit: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. De his famelicis Anna prophetante dicitur: Repleti prius pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt. Sed quia messem perdidit, rectè subiungitur, qualiter etiam ipse stultus perit, cum dicitur: Et ipsum rapiet armatus. Antiquus hostis Iudaicum populum armatus rapuit, quia in eo vitam fidei fraudulenter suggestionis iaculis extinxit: vtvnde se inhærere deo crederet, inde eius ordinationi repugnaret. Quod profecto discipulos suos veritas prænonet, dicens: Venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare deo. Sequitur:

Matt.

Ioan.

Quid sit quòd aliquis velox ingenio, quæ intelligit cõtemnit, & alius tardus & hebes vix tandem multo labore assequitur, quod cùm intellexerit, operatur. Caput. III.

ET bibent sitientes diuitias eius.) Huius stulti diuitias sitientes bibunt, quia fluentis sacræ locutionis, quę Iudaicus populus in superbiæ ostentatione possederat, conuersæ gentilium mentes irrigantur. Vnde & eisdem per Prophetam dicitur: Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate. Quia enim argenti vocabulo eloquia diuina signantur, Psalmista testatur, dicens: Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum. Qui ergo argentum non habent, ad aquas vocantur, quia nimirum gentilitas, quæ scripturæ sacræ præcepta non acceperat, sacri eloquij inundatione satiatur, quam tanto nũc auidius potat, quanto hanc diu sicca sitiebat. Eadem ergo diuina eloquia & messes & diuitiæ vocantur: messes, quia ieiunam mẽtem reficiunt, diuitiæ vero, quia magna nos morum venustate componunt. Eadem & comedi dicuntur & bibi, quia nimirum dum quædam in eis obscura sunt, quæ non nisi interpretata intelligimus, hæc quasi mandendo glutimus, dũ quædam vero ad intelligẽdum facilia ita sumimus, vt inuenimus ea quasi non mansa bibimus: quia non fracta sorbemus. Hęc sub intellectu mystico breui locutione transcurrimus, ne quid forsitan præteriisse videamur. Sed quia beati Iob amici esse non possent, nisi in quibusdam quoque magna morum honestate fulgerent, restat vt in eorum verbis virtutem sensuum moraliter inquiramus, quatenus dum locutionis eorũ pondus discutitur, cuius doctrinæ fuerint, ostendatur.

Quid sit

A *Quid sit maledicere pulchritudini stulti.*

Ego vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim.) Quasi firma radice stultus in terra figitur, qui totis desideriis in terreno amore solidatur. Vnde & primꝰ Cain *Gene. 4.* ciuitatem in terra construxisse dicitur: vt apertè móstraretur, quia ipse in terra fundamentum posuit, qui à soliditate cœlestis patriæ alienus fuit. Quasi firma radice stultus attollitur: quando hic temporali prosperitate fulcitur, vt omne quod appetit assequatur, aduersa nulla sustineat, contra infirmos sine repugnatione prævaleat, bene agentibus ex auctoritate contradicat, ad maiora commoda ex peiori semper actione perueniat, vt vnde viam vitæ deserit, inde ad tempus fœlicior viuat. Sed cùm malos florere infirmi conspiciunt, trepidant: & apud semetipsos peccantiũ prosperitate, turbati, intus in gressibus mentis nutant. Quorum profecto speciem sumpsit Psal- *Psalm. 72.* mista, cum diceret: Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei, quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum videns. Cum vero eorum gloriam fortes aspiciunt, protinus quæ post gloriam pœna sequatur, attendunt: & alta intus cogitatione despiciunt, hoc quod foris superbi fastu vacuæ inflationis intumescunt. Bene ergo dicitur: Ego vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Pulchritudini quippe stulti maledicere, est eius gloriam ex considerata damnatione iudicare, quia eo atrocius in tormẽtis obruitur, quo altius in peccatis eleuatur, quia cùm transit quod extollitur, permanet quod punitur. Qui honoratur in via, in B peruentione damnabitur. Et quasi per amœna prata in carcerem peruenit, qui per præsentis vitæ prospera ad interitũ tendit. Notandum vero quòd cum stulti pulchritudini maledixisse se diceret, protinus addidit, statim. Mos nanque humanę & infirmæ mentis est: vt cum earum rerum quas respicit, qualitate varietur, sæpe eius iudicium cum ipsa præsentis rei specie ducatur, & iuxta hoc quod aspicit, intẽtio illius sensusque formetur. Nam plærũque nonnulli dum quorundam gloriam cernunt, eiusdem gloriæ aspectibus delectantur, ac magnum aliquid æstimant, seque vt talia mereantur, exoptant. Cùm vero glorioſos quosque, aut deiectos subito, aut fortasse etiam morientes aspiciũt, quia humana gloria omnimodo nihil sit, cum gemitu fatentur: ita vt protinus dicant: Ecce quàm nihil est homo. Qui hoc nimirum rectius dicerent, si cum in gloria hominem cernerent, tunc eius interitum cogitantes, transeuntem potentiam nihil esse sensissent. Tunc quippe est humana elatio pensanda, quàm nihil sit, cum sese super cæteros successibus extollit. Tunc considerandum est quo cursu fœlicitas transuolet, cùm ante humanos oculos quasi permanẽs pollet. Nam gloriam morituri nihil esse, in ipsa iam morte pensare infirmi quilibet possunt. Tunc enim ei etiam illi derogãt, qui C hanc & vsque ad mortem sequentes amant. Bene itaque dicitur: Ego vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Ac si apertè diceret: Cõtra stulti pulchritudinem, moram in maledictione non habui: quia cùm hãc cernerem, simul etiam pœnam sequentem vidi. Non enim statim maledicerem, si qua me gloriæ illius delectatio tenuisset, sed sine tarditate maledixi: quia supplicia mansura conspiciẽs, eius potentiam sine dubitatione reprobaui. Sed quia iniqui quique quo plus in hoc mundo proficiunt, plures secum ad interitum trahunt, rectè subditur: Longe fiant filij eius à salute.) Filij quippe huius stulti sunt, qui in ambitione huius seculi, ex eius imitatione nascuntur, qui profecto tanto à salute longius fiũt, quanto in ꝓpetratione nequitiæ nulla infirmitate feriũtur. De quibus bene additur: Et conterentur in porta, & non erit qui *Dies iudicij porta regni.* eripiat.) Nam sicut vrbis aditus porta dicitur: ita est dies iudicij porta regni: quia per eum ab electis omnibus ad cœlestis patriæ gloriam intratur.

Caput. IIII.

VNde & hunc diem cùm ad retributionem sanctæ Ecclesię Salomon appropinquare conspiceret, dixit: No bilis in portis vir eius, quando sederit cum senatori- *Prouer. 31.* bus terræ. Vir quippe est ecclesiæ humani generis redemptor, qui in portis se nobilem ostendit, qui despectus prius in contumeliis extitit, sed in ingressu regni sublimis apparebit. Qui cum terræ senatoribus residet: quia iudicij sententiam cũ sanctis eiusdem Ecclesiæ prædicatoribus decernet, sicut & ipse in D Euãgelio dicit: Vos qui secuti estis me, in regeneratione, cùm *Matt. 19.* sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Israël. Quod Esaias quoque longè antè prænuncians ait: Dominus ad iudi- *Esa. 3.* cium veniet cum senioribus populi sui. De his portis Salomõ *Prouer. 31.* iterum dicit: Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eã in portis opera eius. Tũc quippe sancta Ecclesia de fructu manuum suarum accipit: cùm eam ad percipienda cœlestia, laboris sui retributio attollit. Tunc eã sua opera in portis laudant, quando eius membris in ipso regni aditu dicitur: Esuriui, & *Matt. 25.* dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi potum: hospes eram, & collegistis me: nudus, & cooperuistis me. Filij igitur huius stulti ante portam elati sunt: sed in porta conterentur, quia amatores huius seculi in præsenti vita superbiunt: sed in ipso regni aditu æterna animaduersione feriũtur. Bene autem subditur: Et non erit qui eripiat. Illos quippe veritas ab æterna aduersitate eripit, quos in temporalibus prosperis per disciplinam premit. Qui ergo nunc renuit premi, tunc non valet eripi: quia iniqui cũ quẽ per disciplinã negligũt habere patrem, afflictionis suæ tempore per adiutorium non inuenient ereptorem. Sequitur: Cuius messem famelicus comeder.) Habet enim stultus messem, quando iniquus quisque donum rectæ intelligentię accipit: scripturæ sacrę sententiis docetur, bona loquitur, sed tamen nullo modo hoc quod dicit operatur: verba dei profert, nec tamen diligit: laudando exaggerat, viuẽdo calcat. Quia ergo stultus iste rectè, & intelligit & dicit, sed E tamen hæc operãdo non amat, messem habendo ieiunat. Quã nimirum famelicus comedit, quia is qui ad deũ sanctis desideriis anhelat: discit quod audit, agit quod didicerit: & dum doctoris praui recta prędicatione reficitur, quid aliud quàm stulti fruge saturatur? An non famelicos suos veritas, vt stulti messem comederent admonebat, cùm per desideria sancta flagrãtibus, de Pharisæis præcepit, dicens: Quæ dicunt facite, iuxta *Mat. 23.* opera vero eorum, nolite facere. Ac si apertè diceret: Verbi messem loquendo excolunt, sed hanc malè viuendo minime contingunt. Vestram ergo famem messis ista reficiat: quia vobis hanc per fatuitatis suę fastidium seruant. Bene autem subditur: Et ipsum rapiet armatus.) Antiquus nanq; hostis quasi inermis vincitur, cùm mala aperta suggerens humanæ menti, bona omnia simul destruere conatur. Sed armatus venit, quãdo bona alia intacta deserens, latenter alia corrumpit. Nam sę pe quosdam in intellectu non tentat, eisque in sacri eloquij meditatione non obuiat: sed tamẽ eorum vitam in operatione supplantat, qui dum de scientiæ virtute laudantur, nequaquam suorum operum damna respiciunt: cúmque in fauoris delectationem animus ducitur, vitæ suæ vulnera nõ medetur. Hunc ergo armatus hostis rapuit, quem fraude tectus in alia deserens, ex alia parte superauit. Sequitur: Et bibent sitientes diuitias eius.) Sæpe stultus haber interni liquoris fontẽ, sed nõ bibit: quia ingenium quidem intelligentiæ accipit: sed tamen F veritatis sententias cognoscere legendo contemnit, scit quia intelligere studendo prævaleat, sed ab omni doctrinæ studio fastidiosus cessat. Diuitiæ quoque mentis, sunt verba sacræ locutionis: sed has diuitias stultus oculis aspicit, & in ornamenti sui vsum minimè assumit, quia verba legis audiẽs, magna quidem esse considerat: sed ad comprehendẽda hæc nullo studio amoris elaborat. At contrà alius sitim habet, ingenium nõ habet: amor ergo hunc ad meditandum pertrahit, sensus hebetudo contradicit, & sæpe hoc in diuinæ legis eruditione quãdoque studendo intelligit, quod per negligẽtiam ingeniosus nescit: Huius ergo stulti diuitias sitientes bibunt, dum precepta dei quæ ingeniosi fastidientes nesciunt, hebetes amantes assequuntur. In his nimirum tenebras hebetudinis illustrat oculus amoris: nam hoc tardioribus sitis aperit, quod velocioribus fastidium claudit. Qui & idcirco ad intelligentiæ alta perueniunt, quia agere quæ intellexerunt, vel minima nulla contemnunt: & dum sensum manibus adiuuant, sese vltra altitudinem ingeniosorum leuant. Vnde bene per Salomonem dicitur: Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. Plæ- *Prouer. 30.* runque enim aues quas ad volatum penna subleuat, in vepribus resident: & stellio, qui ad volatum pennas non habet, nitens manibus, regis ædificium tenet: quia nimirum sæpe ingenioſi

Universidad de Deusto Biblioteca

G genioſi quique dum negligentia torpent, in prauis actionibus remanent, & ſimplices quos ingenij pœna non adiuuat, ad obtinenda æterni regni mœnia virtus operationis leuat. Stellio ergo dum manibus nititur, in regis ædibus moratur: quia illò ſimplex per intentionem recti operis peruenit, quò ingenioſus minimè aſcendit. Sed his auditis, quæſtio noſtro cordi ſuboritur: cur vel negligenti, intelligentiæ donum tribuatur, vel ſtudioſus quiſque ſenſus ſui tarditate præpediatur? Ad quam citius reſpondetur, dum protinus ſubditur: Nihil in terra ſine cauſa ſit.) Idcirco enim ſæpe & deſidioſus ingenium accipit, vt ingenioſus de negligentia iuſtius puniatur: quia quod ſine labore aſſequi potuit, ſcire contemnit. Et idcirco nonnũquam ſtudioſus tarditate intelligentiæ premitur, vt eo maiora præmia retributionis inueniat, quo magis in ſtudio inuentionis elaborat. Nihil ergo in terra eſt ſine cauſa, quando & ſtudioſo tarditas ad præmium proficit, & deſidioſo velocitas ad ſupplicium creſcit.

Caput. V.

AD intelligenda autem quæ recta ſunt, aliquando laboris ſtudio, aliquando vero dolore percuſsionis erudimur. Vnde cùm dictum ſit: Nihil in terra ſine cauſa fit, aptè protinus additur:

Quòd non ex elementis huius mundi, ſed ex nobis eſt cauſa per quam meritò flagellamur.

H Et de humo non egredietur dolor.) Dolor nãque quaſi de humo egreditur, cùm homo ad dei imaginem conditus, de rebus inſenſibilibus flagellatur. Sed quia per occulta merita mẽtium, aperta prodeunt flagella pœnarum, de humo dolor non egreditur, quoniam ſenſus noſtri malitia exigit, vt à rebus inſenſibilibus feriatur. Ecce enim cernimus quòd ad correptionem noſtram, expectatus imber arente terra ſuſpenditur, & caliginoſus aër inardeſcente ſole ſiccatur, mare procellis tumeſcentibus ſequit, & alios ad tranſmeandum ſuſceptos intercipit, aliis deſideratum iter erecta in cumulum vnda interdicit, terra non ſolum germina fœcunditatis imminuit, ſed etiam ſemina accepta conſumit. In quibus nimirũ cunctis, patenter aſpicitur hoc quod quidam ſapiens de domino teſtatur, dicens: Et pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Orbis quippe terrarum cum domino cõtra inſenſatos pugnat, quando in pœna delinquentium, & elementorum aduerſitas militat. Sed tamen de humo dolor non egreditur: quia res quælibet inſenſibilis ad afflictionem noſtrã, ſtimulo noſtræ actionis excitatur. De humo dolor nõ egreditur: quia nequaquam pœna de ea naſcitur creatura, quæ percutit: ſed de ea proculdubio quæ peccando vim percuſsionis extorſit. Sed curandum magnopere eſt, vt cùm in rebus exterioribus pondere doloris afficimur, ſpe ad ſuperna tendamus, quatenus eo mens ad alta

Sapien. 5.

I perueniat, quo nos exterior pœna caſtigat. Vnde & aptè ſubiungitur.

Quòd amatores huius mundi, & in hoc ſeculo, & in futuro, laboribus deputati ſunt: ſerui vero dei hinc mente auolantes ſub ſe habent omnia quæ contemnunt.

Homo ad laborẽ naſcitur.

Homo ad laborem naſcitur, & auis ad volatum.) Ad laborem quippe naſcitur homo, quia nimirum his qui accepta eſt præditus ratione, conſiderat quòd valde ſibi ſit impoſsibile, vt hæc peregrinationis ſuæ tempora ſine gemitu euadat: Vnde bene Paulus cùm tribulationes ſuas diſcipulis enumeraret,

1. Theſſ. 3.

adiunxit: Ipſi enim ſcitis, quòd in hoc poſiti ſumus. Sed in eo quòd caro flagellis afficitur, mens ad appetenda altiora ſubleuatur. Paulo rurſus atteſtante, qui ait: Et licet is qui foris eſt

2. Corin. 4.

noſter homo corrumpatur, tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diem Homo ergo ad laborem naſcitur, & auis ad volatum: quia inde mens ad ſumma cuolat, vnde caro in infimis durius laborat. Poteſt quoque appellatione hominis, carnalitũ

1. Cor. 3.

vita ſignari. Vnde & Paulus ait: Cum enim ſit inter vos zelus & contentio, nonne carnales eſtis? Quibus paulopoſt ſubiecit dicens: Nonne homines eſtis? In hac itaque vita homo ad laborem naſcitur: quia carnalis quiſque cum tranſeũtia appetit, deſideriorum ſuorum ſe põdere affligit. Grauis quippe labor eſt, hanc ipſam præſentis vitæ gloriam quærere, quæſitã quandoque percipere, & perceptam cum omni circunſpectione cuſtodire. Grauis labor eſt, hoc cum magna fatigatione apprehendere, quod is qui apprehendit, nouerit diu ſtare non poſſe, K Sancti autem viri, quia tranſeuntia non amant, non ſolũ nulla temporalium deſideriorum pondera tolerant, ſed & ſi qua aduerſa conſurgunt, in ipſis ſuis preſſuris, & languoribus non laborant. Quid enim flagellis durius? & tamen de flagellatis Apoſtolis ſcriptũ eſt. Ibant apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij: quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliã pati. Quid ergo eorum mentibus labor eſt, quibus & pœna verberum labor non eſt? Homo ergo ad laborem naſcitur: quia ille huius mundi veraciter mala ſentit, qui eius bona inhianter appetit. Nam cuius mens ad alta ſuſpenditur, ſub ipſa eſt, quicquid exterius contra ipſam mouetur.

Actus

Caput. VI.

Auis ad volatum.

BEne itaque ſubditur: Et auis ad volatum.) Quia tanto animus à laboris afflictione ſe ſubtrahit, quanto per ſpem ad ſumma ſuſtollit. An non quaſi auis, Paulus ad volatum natus fuerat, qui tot aduerſa ſuſtinens dicebat? Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt. Et rurſum: Scimus quoniã ſi terreſtris domus noſtra huius habitatiõis diſſoluatur, quòd ædificationem habemus ex deo, domum non manufactam, æternam in cœlis. Velut auis ergo ima tranſcenderat, quem adhuc corpore in terra demorantem, iam in ſublimibus ſpei penna ſubleuabat. Sed quia nullus ſuis viribus valet ſeſe in alta ſuſtollere: vt cùm à viſibilibus affligitur, in inuiſibilia ſubleuetur, rectè mox ſubditur: Quamobrem ergo deprecabor dominum, & ad deum ponam eloquium meum.) Ac ſi apertè diceret: Illum rogo, per quem hæc tribui ſcio. Si enim hoc per ſe habere ſe crederet, deprecari dominum non indigeret. Sequitur: Qui facit magna & inſcrutabilia & mirabilia abſq; numero.) Quis omnipotentis dei mirabilia perſcrutari ſufficiat, quòd cuncta ex nihilo creauit, quòd ipſa mundi fabrica mira potentiæ virtute diſpoſita ſit, & ſuper aëra cœlum ſuſpenditur, & ſuper abyſſum terra libratur, quòd ex rebus inuiſibilibus ac viſibilibus omnis hæc vniuerſitas exiſtit, quòd hominem fecerit, vt ita dixerim, in breui colligens mũdum alterum, ſed rationalem: quòd hunc ex anima & carne conſtituens, inueſtigabili virtutis diſpoſitione permiſcuit ſpiritum & lutum? Ex his itaque aliud nouimus, aliud & ſumus: ſed tamen mirari negligimus, quia ea quæ incõprehẽſibili indagatione mira ſunt, humanis oculis vſu viluerunt. Vnde fit vt ſi mortuus homo ſuſcitetur, in admirationem omnes exiliant, & quotidie homo qui non erat, naſcitur, & nemo miratur: cùm proculdubio omnibus conſtet, quia plus ſit creari quod non erat, quàm reparari quod erat. Quia arida Aaron virga floruit, cuncti mirati ſunt, & quotidie ex arente terra arbor producitur, virtusque pulueris in lignum vertitur, & nemo miratur. Quia quinque panibus quinque millia hominum ſaturati ſunt, creuiſſe eſcas ſub dentibus cuncti mirati ſunt: quotidie ſparſa grana ſemi- M num, plenitudine multiplicantur ſpicarum, & nemo miratur. Aquam ſemel in vinum permutatam videntes cuncti mirati ſunt: quotidie humor terræ in radicem vitis attractus, per botrum in vinum vertitur, & nemo miratur. Mira itaque ſunt omnia quæ mirari homines negligunt: qui ad conſiderandum, vt prædiximus, vſu torpeſcunt. Bene autem cum diceret: Qui facit magna.) adiunxit ſtatim: Et inſcrutabilia.) Minus enim fuerat magna facere, ſi tamen ea quæ facta ſunt, perſcrutari potuiſſent. Rectè autem ſubditur:

Phiipp. 1. Cori.

L

Mirabilia dei.

Quòd diuina miracula conſiderari quidem debent per ſtudium, nec tamen diſcuti per intellectum.

Mirabilia diuina ſolerter ſunt.

Mirabilia diuina diſcutere non ſunt.

Et mirabilia abſque numero.) quia minoris eſſet magnitudinis, ſi qui inſcrutabilia condidit, pauca feciſſet. Sed inter hæc ſciendum eſt, quia diuina miracula, & ſemper debent conſiderari per ſtudium, & nunquam diſcuti per intellectum. Sæpe nanque humanus ſenſus, dum quarundam rerum rationem quærens non inuenit, in dubitationis ſe voraginem mergit. Vnde fit vt nonnulli homines mortuorum corpora in puluerem redacta conſiderent, dumque reſurrectionis vim colligere ex ratione non poſſunt, hęc ad ſtatum priſtinum redire poſſe deſperant. Mira igitur quæ ex fide credenda ſunt, perſcrutanda per rationem non ſunt, quia ſi hæc noſtris oculis ratio expanderet, mira nõ eſſent. Sed cum in his fortaſſe animus

titubat,

A tiuibet, necesse est vt ea quæ per vsum nouit, nec tamen per rationem colligit ad memoriam reducat, quatenus rei similis argumẽto fidem roboret, quam labefactari sua sagacitate deprehendit. Considerato quippe humanæ carnis puluere, quorundam mens concussa desperat, quando puluis ad carnem redeat, & rediuiuum corpus per membrorum lineamenta cõponat: quando illa terræ ariditas per viuentia membra viri-

Resurrectio corporũ per rationẽ comprehẽdi nõ potest, sed per exẽplũ.

descat, ac sensu per eorum species formasque distinguat. Hoc nimirum per rationem comprehendi non potest: sed tamen credi per exemplum facile potest. Quis enim ab vno grano seminis, immensam surgere arborem crederet, nisi certum hoc per experimentum teneret? In tanta nanque vnius grani paruitate, & nulla sui dissimilitudine, * vbi latet ligni duritia, & ligno tenerior medulla, asperitas corticis, viriditas radicis, sapor fructuum, suauitas odorum, diuersitas colorum, mollicies foliorum: & tamen quia hoc per experimentum nouimus, ex vno grano seminis prodire omnia non dubitamus. Quid ergo est difficile, vt puluis in membra redeat, dum conditoris potentiam quotidie cernimus, qui & ex grano ligna mirabiliter, & adhuc mirabilius fructus ex lignis creat? Dicat ergo: Qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia absque numero: quia diuinorum operum magnitudo, nec ex qualitate valet discuti, nec ex quantitate numerari. Vnde & adhuc subditur:

** al. penè nullam vides similitudinem.*

B Qui dat pluuiam super faciem terræ, & irrigat aquis vniuersa. Qui ponit humiles in sublimi, & mœrentes erigit sospitate.) Quia amicos beati Iob eruditos eius societate credimus, necesse est vt hæc Eliphath verba mysticè disseramus. Omnipotens enim deus terræ pluuiam tribuit, cum arentia corda gentilium, superna gratia prædicationis infundit.

Caput. VII.

ET aquis vniuersa irrigat, quia sterilitatem perditi hominis repletione spiritus ad fructificationem format, sicut per semetipsam veritas dicit: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Vniuersitatis autem nomine homo signatur, quia in ipso & vera species, & magna communio vniuersitatis ostenditur. Omne nanque quod est, aut est & non viuit: aut est & viuit, sed nequaquam sentit. aut est, & viuit, & sentit, sed non intelligit, nec discernit. aut est, viuit, & sentit, & intelligit & discernit. Sunt nanque lapides, nec tamen viuunt. Sunt arbusta: viuunt quidem, nec tamen sentiunt. Herbarum quoq; atque arborum vita viriditas vocatur, sicut per Paulum de seminibus dicitur: Insipiens tu, quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Sunt bruta animalia, viuunt & sentiunt, nec tamen intelligunt, aut discernunt: Sunt angeli, viuunt & sentiunt, & intelligendo discernunt. Homo itaque quia habet commune esse cum lapidibus, viuere cum arboribus, sentire cum animalibus, discernere cum angelis, rectè nomine vniuersitatis exprimitur, in quo

Ioan. 4.

Diuisio creaturarum.

1. Cor. 15.

C iuxta aliquid ipsa vniuersitas tenetur. Vnde & discipulis veritas dicit: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Omnem videlicet creaturam solum intelligi hominem voluit, cui commune aliquid cum omnibus creauit: quanuis hoc loco vniuersa intelligi & aliter possunt. Sancti enim spiritus gratia cum sibi diuites subiicit, pauperes non repellit: cùm fortes humiliat, venire ad se debiles non recusat: cum nobiles colligit, simul & ignobiles apprehendit: cùm sapientes suscipit, imperitorum stultitiam non contemnit. Vniuersa ergo deus aquis irrigat, qui dono sancti spiritus, ex omni genere hominum ad suam cognitionem vocat.

Mar. 16. Homo est omnis creatura.

Quod iuxta morum diuersitatem, vim sui sermonis format deus in singulis.

Possunt autem vniuersorum nomine, ipsæ morum dissimilitudines designari. Alius nanque elatione erigitur, alius pondere timoris inclinatur, alius libidine æstuat, alius auaritia anhelat, alius remissione se deiicit, alius ira feruescit. Sed per doctrinam sacri eloquij, dum superbo humilitas tribuitur, timido confidentia præbetur, luxurioso per castitatis studium ab immunditia tergitur, auarus per continentiam ab ambitionis æstu temperatur, remissus Zeli rectitudine erigitur, iracundus à præcipitationis suæ excitatione refrenatur: vniuersa deus aquis irrigat, quia vim sui sermonis in singulis iuxta morum diuersitatem format, vt hoc in eius eloquio quisque inueniat, per quod virtutis necessariæ germen ferat. Vnde per quendam sapientem de mannæ dulcedine dicitur: Paratum panem de cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, atque omnis saporis suauitatem. Manna quippe omne delectamentum atque omnis saporis suauitatem in se habuit, quod videlicet in ore spiritalium iuxta voluntatem edentium saporem dedit, quia diuinus sermo & omnibus cõgruens, & à semetipso non discrepans, qualitati audientium condescendit, quem dum electus quisque vtiliter, iuxta modum suum intelligit, quasi acceptum manna in voluntarium saporem vertit. Et quia laborem boni operis gloria sequitur retributionis, post aquarum irrigationem rectè subiungitur:

D *Sapien. 16.*

Quod hi qui pro amore dei modo se contemnunt, sublimes cum deo iudices venient.

Caput. VIII.

QVi ponit humiles in sublimi, & mœrentes erigit sospitate.) In sublimi humiles ponuntur: quia hi qui nunc pro dei amore despecti sunt, tunc cum deo iudices veniunt, sicut hoc quod paulo ante diximus eisdem humilibus veritas pollicetur, dicens: Vos qui secuti estis me, in regeneratione, cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israël. Tunc mœrentes dominus sospitate erigit, quia hi qui eius desideriis accensi, prospera fugiunt, aduersa patiuntur, cruciatus persequentium tolerant, seque ipsos per lamenta castigant, tanto sublimiorem tunc sospitatem recipiunt, quanto nunc cunctis mũdi gaudiis deuotè moriuntur. Hinc etenim per Salomonem dicitur. Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius nõ miscebitur extraneus. Humena etenim mens animæ suæ amaritudinem scit, cùm æternæ patriæ desideriis accensa, peregrinationis suæ pœnam flendo cognoscit, sed in eius gaudio extraneus non miscebitur, quia qui nunc à mœrore compunctionis alienus est, tunc particeps ad lætitiam consolationis non est. Hinc est quod in Euangelio veritas dicit: Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Et rursum: Vos igitur nunc quidem tristitiã habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo auferet à vobis. Sospitate ergo dominus mœrentes erigere dicitur, quia pro se afflictos temporaliter, vera salute consolatur. Quod tamẽ de electis dei etiam in hac vita nil obstat intelligi. In sublimi quippe humiles ponuntur, quia cùm se ex humilitate substernunt altæ mentis iudicio cuncta temporalia transeunt, cumque se indignos in omnibus æstimant, rectæ cogitationis examine huius mundi gloriam transcendentes calcant: Videamus humilem Paulum cùm discipulis dicit: Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum dominum nostrum, nos autem seruos vestros per Christum. Videamus hunc humilem in sublimi iam positum dicentem: An nescitis quia angelos iudicabimus? & rursum: Conresuscitauit & consedere nos fecit in cœlestibus. Fortasse hunc exterius tunc catena religabat, mente tamen in sublimibus positus fuerat, quia iam per spei suæ certitudinem in cœlestibus sedebat. Sancti itaque viri foris despecti sunt, & velut indigni omnia tolerant, sed dignos se supernis sedibus confidentes, æternitatis gloriam cum certitudine expectant: cumque laborant foris aduersitate persecutionis, ad munitam recurrunt intrinsecus arcem mentis, & inde cuncta sub se ire despiciunt, inter quæ transire corporaliter etiam semetipsos cernunt, minas non metuũt, quia & tormenta patiendo contemnunt. Hinc enim per Salomonem dicitur: Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Hinc ab eo scriptum est iterũ: Non contristabit iustũ, quicquid ei acciderit. Quia enim recti quique in alto intentionis suæ vertice siti sunt, dum mortem moriendo non sentiunt, miro modo eos reproborum iacula & feriunt, & non contingunt. In sublimi ergo humiles sunt positi, quia vnde se in omnibus despiciunt, inde contra omnia securiores fiunt.

E *Matt. 19.*

Prouer. 14.

Ioan. 16.

Ibidem.

F *1. Cor. 1.*

1. Cor. 6.

Ephe. 2.

Prouer. 28.

Prouer. 12.

Quid sit quod scriptum est in Esaia, descende, sede in puluere virgo filia Babylonis.

Caput. IX.

Universidad de Deusto Biblioteca

G QVo contra rectè sub Babylonis specie per prophetam menti reprobæ dicitur: Descende, sede in puluere virgo filia Babylonis, sede in terra, non est solium filiæ Chaldæorum. Hoc enim loco humana mẽs virgo nõ incorrupta (vt arbitror) dicitur, sed infœcũda. Et quia Babylon confusio interpretatur, rectè infœcunda mens Babylonis filia vocatur, quæ in eo quod nequaquã bona opera germinat, dum nullo ordine rectę vitę componitur, quasi confusione matre generatur. Sinautem virgo nõ infœcunda dicitur, sed incorrupta, postquã statum salutis perdidit, ad confusionis suæ cumulum appellatur quod fuit. Cui aptè per increpationem dicitur diuina voce, descẽde, in alto quippe humanus animus stat, quando supernis retributionibus inhiat, sed ab hoc statu descẽdit, cùm turpiter victus, sese defluentibus mundi desideriis subiicit. Cui bene mox additur, sede in puluere. Descendẽs enim in puluere residet, quia cœlestia deserens, terrenis cogitationibus aspersus, in infimis vilescit. Vbi adhuc ingeminando subiungitur: Sede in terra. Ac si apertè exprobrans dicat: Quia cœlesti conuersatione noluisti te erigere, sub temetipso prostratus in terrenis actibus humiliare. Vnde & necessariò protinus additur: Non est solium filiæ Chaldæorum. Chaldæi nanque feroces interpretantur. Valde autem feroces sunt, qui voluntates proprias sequentes, nec suis parcere mortibus * sciũt, Ferocia sunt terrena desideria, quæ non solum contra præcepta cõditoris, sed sæpe etiam contra percussionũ verbera, duram atq; insensibilẽ mentem reddunt. Sed filia ferociũ soliũ non habet, quia mens quæ ad amorem mundi ex prauis desideriis nascitur, atque eisdem desideriis obduratur, in eo quòd se terrenis concupiscentiis subiicit, sedem iudicij amittit, nulliq; apud se solio præsidet, quia examine discretionis caret, & quasi à iudicij sui sessione repellitur, quia per exteriores concupiscentias vagatur. Liquet enim quòd mens quæ intus consilij sedem perdiderit, foras se per desideria innumerabiliter spargit. Et quia agere intellecta dissimulat, cæcatur etiam rectè, vt nesciat quòd agat, & sæpe iusto iudicio in sua voluntate relinquitur, & sub ea quę anxiè appetit, laborioſa mundi ministeria relaxatur.

Esa. 47.

** al. moribus.*

H

Caput. X.

VNde aptè illic subditur: Quia vltrà non vocaberis mollis & tenera, tolle molam, & mole farinam. Comstat nimirum quòd tenerę suæ filiæ parentes parcunt, nec duris atque seruilibus hanc operibus affligunt. Omnipotens ergo deus quasi teneram filiam vocat, quando dilectam vniuscuiusque animam, à laboriosis huius mundi seruitiis reuocat, ne dũ exterioribus actionibus afficitur, ab internis desideris obduretur. Sed Chaldæorum filia mollis & tenera non vocatur, quia mens prauis desideriis dedita, in eo quod anxiè appetit, huius seculi labore relinquitur, vt foris mundo velut ancilla seruiat, quæ intus deum vt filia nequaquam amat. Vnde & molam tollere, ac farinam molere iubetur. Mola in gyrum ducitur, & farina profertur. Vanquæque autem mundi huius actio mola est, quæ dum multas curas congerit, humanas mentes quasi per gyrum vertit, atque ex se quasi farinam proiicit, quia seducto corde, semper minutissimas cogitationes gignit.

I

Caput. XI.

NOnnunquam verò qui quietus alicuius esse meriti creditur, positus in qualibet actione denudatur, vnde illic protinus subinfertur: Denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuela crura, transi flumina. In administratione quippe operis turpitudo denudatur, dum vilis mens abiectaque in actionis ostentatione cognoscitur, quę quieta prius magna putabatur. Humerum mens discooperit, quando opus suum quod ignorabatur, ostẽdit. Crura reuelat, quia quibus desideriorum passibus, lucris mundi inhiet, manifestat. Flumina etiam transit, quia actiones huius seculi quæ quotidie ad terminum defluunt, indesinẽter appetit, dumque alias relinquit, alias assequitur, quasi de flumine semper ad flumen tendit. Hæc paucis per excessum diximus, vt mens à solio sanctæ intentionis excussa, quo iaceat monstraremus, quia si ad ea quæ super ipsam sunt, inhiare cessauerit, sub semetipsam etiam indesinenter ruit. In alto autem figitur, si amorem temporalium deserens, ad spem incommutabilis æternitatis ligatur. Bene ergo dicitur: Qui ponit humiles in sublimi.) Atque aptè subiungitur: Et mœrentes erigit sospitate.) Sæpe in hoc mundo etiam læti quilibet erecti sunt, dum de ipsa gloria suæ prosperitatis intumescunt. Sed mœrentes dominus sospitate erigit: quia afflictos suos ad gloriam veræ lætitiæ soliditate sustollit. Sospitate quippe, non insania erecti sunt, qui in bonis actibus positi, spe in deum firma gratulantur. Nonnulli enim (sicut diximus) & iniquitates perpetrant, & gaudere non cessant, de quibus per Salomonem dicitur: Qui lætantur cùm malefecerint, & exultãt in rebus pessimis. Et rursum: sunt impij qui ita sunt securi, ac si iustorum facta habeant. Hi nimirum non sospitate eriguntur, sed insania, quia superbiunt cùm affligi debuerunt: & inde miseri in exultatione defluunt, vnde à bonis flentur, phreneticorum videlicet sensibus similes, qui insaniam qua præualent, virtutem putant, qui ex morbo esse nesciunt hoc quod amplius sanis possunt: & quasi creuisse se viribus æstimant, dum ad vitę terminũ per augmenta languoris appropinquãt, qui quia rationis sensum nõ habent, flentur, & rident: & tanto se in magna exultatione dilatant, quãto & insensibiles malum quod patiuntur, ignorant. Sospitate ergo dominus mœrentes erigit, quia electorum mẽs non de præsentis vitæ insania, sed de certitudine æternæ salutis hilarescit. Vnde aptè mox de hac ipsa prauorum destructione subiungitur: Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod cœperant. Reproborũ mentes peruersis cogitationibus semper inuigilant, sed plærunque eis superna dispositio obuiat, & quanuis prauitatem consilij nec fracti aduersitatibus corrigant, tamen ne contra bonos prævaleant, eorum vires refrenat. Quos contra miro iudicio agitur, vt effectu quidem praui operis careant, & tamen iustæ sententiæ iudicis reos conscientia addicat. Quòd ergo mala cogitant, quid ipsi faciant ostendunt, quòd vero mala implere nequeunt, hi contra quos cogitauerant, defenduntur. Vnde & adhuc bene subditur:

K

Psal. Eccles. 8.

L

Quòd humana consilia in eo quòd dei consilio nituntur resistere, obsequuntur: vt de fratribus Ioseph legitur, & de Saul, & de Iona, & de Iudæis Christi nomen extinguere volentibus.

Qui comprehendit sapientes in astutia eorum, & consilia prauorum dissipat. Sæpe enim nonnulli humana sapientia inflati, dum desideriis suis diuina iudicia contraire conspiciunt, astutis eis reluctari machinationibus conantur: & quo ad votum suũ vim supernæ dispositionis intorqueant, callidis cogitationibus insistunt, subtiliora consilia exquirũt: sed inde voluntatem dei peragunt, vnde hanc immutare contendunt, atque omnipotentis dei consilio dum resistere nituntur, obsequuntur, quia sæpe & hoc eius dispositioni aptè militat, quod ei per humanum studium friuolè resultat. Sapientes ergo dominus in ipsa eorum astutia comprehendit, quando eius consiliis humana facta etiam tunc congruè seruiunt, cùm resistũt. Quod melius ostendimus, si pauca ad medium gestarum rerum exempla proferamus.

M

Caput. XII.

IOseph somnium viderat quòd suo manipulo, fratrum eius se manipuli prosternebant: somnium viderat quòd sol & luna se cum reliquis stellis adorabant. Quæ quia purè fratribus retulit, eorum corda protinus futuræ dominationis inuidia, pauorque percussit. Cumque hunc ad se venire conspicerent, malitia sæuientes dixerunt: Ecce somniator venit ille, venite occidamus eum, & videamus quid illi proderint somnia sua. Cumque se eius dominio subiici metuunt, somniatorem in puteum deponũt, cumque Hismaëlitis transeuntibus vendunt: qui in Aegyptum ductus, seruituti subditus, luxuriæ accusatione damnatus, castitatis merito adiutus, prophetiæ iudicio ereptus, omni Aegypto prælatus est: per supernam vero sapientiam prouidus frumenta congessit, & futuro periculo necessitatis obuiauit. Cumque in orbem fames irruit, de alimentorum præparatione sollicitus Iacob, filios suos in Aegyptum misit, qui frumentorum dispensationi prępositum Ioseph nescientes inueniunt, atque vt mererentur alimenta percipere, eorum dispensatorem compulsi sunt pronis in terram ceruicibus adorare. Pensemus ergo gestæ rei ordinem, pensemus quomodo sapiẽtes in ipsa sua astutia vis diuina cõprehendat. Ideo ab eis vẽditus fuerat Ioseph, ne adoraretur,

Gen.

A retur, sed ideo est adoratus, quia venditus. Astutè nanque aliquid agere aiũt, vt dei consilium mutaretur, sed diuino iudicio, quod declinare conati sunt, renitendo seruierũt. Inde quippe coacti sunt dei voluntatem peragere, vnde hanc moliti sunt astutè commutare. Sic sic diuinum cõsilium dum deuitatur, impletur: sic humana sapientia dum reluctatur, cõprehenditur. Inuerunt fratres ne Ioseph super eos excresceret, sed hoc quod diuinitus dispositum fuerat, cauendo factum est vt eueniret. Humana ergo sapientia in seipsa cõprehensa est, quæ voluntati dei vnde per intentionem restitit, inde eius impletioni militauit. Caput. XIII.

Exemplum de Saul.

Sic Saul dũ Dauid subiectũ quotidiano successu conspiceret, suam ei in cõiungiũ filiã spondit, atque in eius dotem, centum dari ab eo Philistinorum præputia petiit, vt cùm prouocatus miles vltra se excresceret quæreret, inimicorum gladiis traditus vitã finiret, sicut scriptum est: Nõ habet rex necesse spõsalia, nisi tantũ centum præputia Philistinorum, vt fiat vltio de inimicis regis. Porrò Saul cogitabat tradere Dauid in manus Philistinorũ, sed Dauid dispositionis intimæ fauore roboratus, centũ se dare perhibuit, & ducenta præputia reportauit. Cuius nimirum operis Saul argumento superatus, superna prouidentia in sapientiæ suæ est consilio deprehensus: quia vnde succrescentis militis vitam se extinguere credidit, virtutis eius gloriam inde cumulauit. Sed quia nonnunquam astutè se aliquid sapere etiam electi moliuntur, libet ad medium alium sapientem de-

1. Reg. 18.

B ducere, & quomodo in internis consiliis astutia mortaliũ cõprehendatur, demonstrare. Prudenter quippe Ionas sapere

Exemplum de Iona. Ionæ. 1.

voluit, cùm ad prædicandam Niniuitarum pœnitẽtiam missus, quia electis gentibus Iudæam deserere timuit, prædicationis officium implere recusauit. Nauim petiit, fugere Tharsis elegit, sed protinus tempestas exoritur, sors mittitur, vt videlicet cognoscatur cuius culpa mare turbetur. Ionas in culpa deprehenditur, in profundum mergitur, ceto sorbente repẽtè deuoratur, atque ita sic gestante belua peruenit, quo ire sponte contempsit. Ecce fugitiuum dei tempestas inuenit, sors ligat, mare suscipit, belua includit, & quia auctori suo obedire renititur, ad locũ quo missus fuerat, suo reus carcere portatur. Iubente deo ministrare homo prophetiam noluit, adspirãte deo

Quomodo dominus cõprehẽdit sapientes in astutia.

belua prophetam vomuit. Comprehendit ergo dominus sapientes in astutia eorum, quando & hoc in vsum suę voluntatis redigit, per quod sibi volũtas humana cõtradicit. Perscrutemur adhuc Hebræorum sapientiam, vt videamus quid prouidendo prohibuit, aut quid prohibendo prouocauit. Certè

Exemplum de Hebræis Ioan. 12.

C cùm ad redemptoris nostri miracula credentium turba conflueret, cùm sacerdotes populi, inuidiæ facibus accẽsi, mundũ post eum ille cernerent, vt proclamarẽt dicentes: Videtis quia nihil proficimus, ecce mundus totus post eum abiit: vt ab illo vim tantæ concursionis abscinderẽt, finire eius potentiã morte conati sunt, dicẽtes: Expedit vt vnus homo moriatur, & nõ

Ioan. 11.

tota gens pereat. Sed redemptoris mors ad coniunctionẽ sui corporis, id est, Ecclesiæ valuit, nõ ad separationem. Vnde & per legem turturi vel columbę (in figura nostri sacrificij) secari guttur præcipitur, & non penitus abscindi, vt & post mortẽ corpori caput inhæreat, quia videlicet mediator dei & hominum, id est, caput omnium nostrum, & veræ mundationis hostia vnde pro nobis mortem pertulit, inde nobis verius inhæsit. Post sectionẽ ergo, caput turturis suo corpori inhæret, quia Christũ ab Ecclesia nec mors interueniens diuidit. Persecutores igitur peregerunt hoc quod pernicioſe moliti sunt, intulerunt mortem, vt ab eo abscinderent fidelium deuotionem: sed inde fides creuit, vnde hãc se extinguere infidelium crudelitas credidit. Cumque se æstimant eius miracula persequendo abscindere, hæc nimirum compulsi sunt nesciẽdo dilatare. Comprehendit ergo dominus sapientes in astutia eorum, quando & hoc ad pietatis suæ obsequium redigit, quod contra illum humana crudelitas exarsit. Iustus nãque & misericors mortalium acta disponens, alia concedit propitius, alia permittit iratus, atq; ea quæ permittit, sic tolerat, vt hæc in sui consilij vsum vertat. Caput. XIIII.

VNde miro modo fit vt & quod sine voluntate dei agitur, voluntati dei contrarium non sit: quia dum in bonum vsum mala facta vertuntur, eius consilio militant etiam quæ eius consilio repugnant. Hinc enim per D Psalmistam dicitur: Magna opera domini, exquisita in omnes voluntates eius. Sic quippe eius opera magna sunt, vt per omne quod ab hominibus agitur, eius voluntas exquiratur. Nam sæpe inde perficitur, vnde repelli putabatur. Hinc rursum dicitur. Omnia quæcunque voluit dominus fecit in cœlo & in terra. Hinc Salomon ait: Non est sapientia, non est prudentia, non est cõsilium contra dominum. Restat ergo vt in cunctis quæ agimus, vim superne voluntatis inquiramus, cui videlicet cognitæ, debet nostra actio deuotè famulari, & quasi ducẽ sui itineris prosequi, ne ei etiam nolens seruiat, si hanc superbiens declinat. Vitari enim vis superni consilij nequaquam potest, sed magna sibi virtute hanc temperat, qui se sub eius nutibus refrenat, eiusque se pondera leuigat, qui hanc subiecto cordis humero volens portat. Sed quia persecutorũ superius memoriam fecimus, qualiter etiam ea quæ subiecta sunt, eorum cæcitati congruant, ostendamus. Sequitur:

Psalm. 110.

Psalm. 134. Prouer. 21.

Quòd exemplo Loth, contra vitam iusti, accusationis aditum non inueniunt peccatores.

Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte, sic palpabũt in meridie.) Per diẽ tenebras incurrunt, quia in ipsa veritatis præsentia perfidiæ errore cæcati sunt. Clarè quippe per diem cernitur, per noctẽ vero nostra acies obscuratur. Persecutores igitur redemptoris nostri, dum diuinæ virtutis miracula cernerent, & tamen de eius diuinitate dubitarent, in die tenebras E passi sunt, quia visum in luce perdiderunt. Hinc est quòd eos ipsa lux admonet dicens: Ambulate dum lucẽ habetis, ne vos tenebræ comprehendãt. Hinc est quod de Iudæa dicitur: Occidit ei sol, cùm adhuc esset dies. Hinc est quòd vocem pœnitentium in se propheta iterũ sumit, dicẽs: Impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Hinc iterũ dicit: Custos quid de nocte, custos quid de nocte? Dixit custos. Venit mane & nox. De nocte etenim custos venit, quia humani generis protector, & manifestus in carne apparuit, & tamen hũc pressa perfidię suæ tenebris Iudęa minime cognouit. Vbi bene ex voce custodis additur: Venit mane & nox, quia per eius præsentiam & noua lux mundo inclaruit, & tamẽ in corde infidelium vetusta cæcitas remansit. Caput. XV.

Ioan. 12. Hier. 15. Esa. 59. Esa. 21.

BEne autẽ dicitur: Quasi in nocte, sic palpabũt in meridie.) Hoc quippe palpando exquirimus, quod oculis non videmus. Iudæi autem aperta eius miracula viderant, & adhuc eum quasi palpantes quærebant, cùm dicerent: Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palàm. Ecce miraculorum lux ante oculos aderat, & tamen in cordis sui tenebras offendentes, adhuc requirendo palpabant. Quorum nimirum cæcitas ad crudelitatem, crudelitas etiam vsque ad aperta opera persecutionis exarsit. Sed redẽptor humani generis, persecutorum suorum manibus diu teneri non potuit. Vnde & protinus subditur: Porrò saluum faciet egenum de gladio oris eorũ, & de manu violẽti pauperem.) Ipse quippe iste pauper est, de quo per Paulũ dicitur: Propter nos egenus factus est, cũ diues esset. Et quia Iudæi accusando dominum tradiderunt, quem traditũ gentiles crucifixerunt, potest per oris gladium, accusantium Iudæorũ lingua signari, de quibus per Psalmistam dicitur: Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorũ gladius acutus. Qui Euangelio etiam teste clamauerunt: Crucifige, crucifige eum. Per violẽti vero manum, ipsa crucifigẽs gentilitas exprimi potest, quæ in redemptoris morte, Hebræorum voces opere impleuit. Deus itaque hunc pauperem & de violenti manu & de oris gladio saluum fecit, quia videlicet redemptor noster & vires gentilium, & linguas Hebræorum moriendo ex humanitate pertulit, sed ex diuinitatis suæ potentia resurgendo superauit. quia videlicet resurrectione quid aliud agitur, nisi vt ad spem vitæ subsequentis, infirmitas nostra roboretur? Vnde & bene mox subditur: Et erit egeno spes.) Erepto quippe paupere egenus ad spem reducitur, quia humilis fidelium populus redemptore moriente, pauore concutitur, sed resurgente solidatur. Ipsos nanque primos huius populi pauperes electos videlicet prædicatores, visa eius mors perculit, sed resurrectio ostensa reparauit. Saluato ergo paupere, spem egenus recipit, quia resurgẽte in carne domino fidelis quisque ad

2. Cor. 8. Psalm. 56. Luc. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G æternæ vitæ fiduciam conualescit. Sed ecce iam in manifesta ostensione veritas venit, iam carnis mortem pertulit, eamque resurgendo destruxit, iam resurrectionem gloria ascensionis honorauit: & tamen Hebræorum lingua adhuc eum contumeliis lacessere non desinit, quos nimirum æquanimiter tolerat, vt alios tolerando conuertat, atque alios minimè conuersos quãdoque districtius feriat. Tunc enim lingua infidelium ab effrenatione vanæ suæ loquacitatis obmutescet, cùm venire eum iustum iudicem viderit, quem tunc iniustè iudicauit. Vnde & bene subditur: Iniquitas autẽ contrahet os suũ.) Os enim suum nunc adhuc iniquitas dilatat, quia humani generis redemptorem, lingua infidelium contumeliis lacessere nequaquam cessat. Sed tunc os contrahit, cùm hoc quod non vult per studium, per supplicium claudit, quod tamen bene accipi etiam de conuersis persecutoribus potest. Saluato enim paupere, dum egenus ad spem redit, contracto ore iniquitas obmutescit, quia resurrectionis eius clarescente miraculo, dum copiosa multitudo infidelium credidit, à redemptoris sui iniuriis contumeliisque cessauit. Os enim suum quod deum deridendo aperuit, iam formidando contraxit.

Caput. XVI.

L Ibet hæc moraliter, postposita Iudæorum significatione transcurrere, atque à prauis generaliter quomodo angantur indagare. Iniquorum quippe hominum mentes cum quædam à proximis bene gesta conspiciunt, in extenso liuoris sui eculeo torquentur: & grauem malitiæ suæ pœnam sustinent, cùm bona in aliis tabescentes vident. Rectè itaque
H dicitur: Per diem incurrent tenebras.) Quia mens eorum cùm de aliena melioratione affligitur, de radio lucis obscuratur, quia sæpe in proximis dum bona aperta considerãt, si qua mala lateant inuestigant, & sollicitis inquisitionibus laborant, si quid forte quod accusare possint inueniant. Sana quidem membra conspiciunt, sed clausis cordis oculis vulnus palpantes quærunt. Vnde & bene subditur: Et quasi in nocte, sic palpabunt in meridie.) Dies boni operis in proximo exterius lucet, sed quasi in nocte palpãt, quia liuoris sui intus tenebras tolerant. Peruenire ad aliqua quæ reprehendant satagunt, detractionis aditum quærunt, sed quia hunc inuenire non valẽt, cæci exterius circumeunt. Quod bene exprimitur, cùm Loth
Gene. 19. protegentibus angelis, in domo eius Sodomitæ ostium non inuenerunt, sicut scriptum est: Vimque faciebant Loth vehementissimè, & iam proximum erat vt frangerent fores, & miserunt manum viri, & introduxerunt ad se Loth, clauserintq; ostium, & eos qui erant foris, percusserunt cęcitate, à minimo vsque ad maximum, ita vt ostium inuenire nõ possent. Quid est quòd malis aduersantibus intra domum Loth reducitur & munitur, nisi quòd iustus quisq; dum prauorũ insidias sustinet, ad mentem reuertitur, & imperterritus manet? Sodomitæ autem viri in domo Loth ostium inuenire nequeunt, quia corruptores mẽtium, contra vitam iusti nullum accusationis aditum deprehendunt. Percusi enim cęcitate quasi do-
I mum circumeunt, quia inuidentes facta dictaque perscrutantur. Sed quia eis de vita iusti fortis vndiq; ac laudabilis actio obuiat, errantes nihil aliud quàm parietem palpant. Bene ergo dicitur: Quasi in nocte, sic palpabunt in meridie: quia dum bonum quod vident accusare nequeunt, cæcati malitia, malum quod non vident, ad accusationem quærunt. Vnde rectè subiungitur: Porrò saluum faciet egenum de gladio oris eorum, & de manu violenti pauperẽ.) Pauper quippe est, quisquis apud semetipsum elatus non est. Vnde & per Euãgelium
Matth. 5. veritas dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Duobus autem modis ad culpam vnusquisq; pertrahitur, aut enim delectatione perducitur, aut terrore superatur. Gladius nanque oris est iniquitas persuasionis: manus autem violẽti, est aduersitas potestatis. Sed quia veraciter humilis, qui hoc loco pauper vocatur, quo nulla huius mundi prospera appetit, eo audenter etiam aduersa contemnit, rectè dicitur: Saluum faciet egenum de gladio oris eorum, & de manu violenti pauperẽ. Ac si apertè diceretur: Sic in se deus mẽtes humilium solidat, vt eas ad perpetrandam nequitiam nec blandimenta suasionum pertrahãt, nec dolores suppliciorum frangant. Spes quippe in æternitatem animum erigit, & idcirco nulla mala exterius quæ tolerat sentit. Vnde & subditur:
Et erit egeno spes.) Ad cuius spei videlicet fructũ cùm pẽ- K
per peruenerit, omnis elatus obmutescit. Vnde & adhuc subditur: Iniquitas autem contrahet os suum.) Nunc enim malus bonis derogat, & recta quæ agere negligit, hæc in aliis obtrectando lacerare non cessat. Sed tunc iniquitas os suum cõtrahit, cùm iustis quãta suppetat gloria retributionis agnoscit. Tunc enim ei loqui contra bonos non vacat, quia malorum suorum digna retributione, linguam tormenta ligant. Vnde
1. Reg. bene Anna prophetãte dicitur: Pedes sanctorum suorum seruabit, & impij in tenebris conticescent. Sed vt electus quisque æterna supplicia euadat, & ad perennem gloriam pauper ascẽdat, debet hic assiduis flagellis atteri, quatenus in iudicio valeat purgatus inueniri: Ipso nanque infirmitatis nostræ pondere deorsum quotidie ducimur, nisi mira manu artificis per subuenientia flagella releuemur. Vnde & subditur:

Caput. XVII.

B Eatus homo qui corripitur à domino.) Prima virtus est, ne perpetrari debeant, sed vitari peccata: secunda autem saltem perpetrata corrigere. Sed plerunque culpas non solum imminẽtes minimè vitamus, verumetiam nec commissas agnoscimus. Et peccatoris mens tanto altius tenebrescit, quanto nec damnum suæ cæcitatis intelligit. Vnde fit plerunque diuini muneris largitate, vt culpam pœna subsequatur, & flagella oculos delinquentis aperiant, quos inter vitia securitas cæcabat. Torpens quippe animus percussione L
tangitur, vt excitetur: quatenus qui statum suæ rectitudinis securus perdidit, afflictus consideret quo iacet. Hinc itaque ipsa asperitas correptionis, origo fit luminis. Vnde & per Paulum dicitur: Omne quod arguitur, à lumine manifestatur: ar- *Ephe.*
gumentum enim salutis, est vis doloris. Hinc est enim quod *Eccle.*
Salomon ait: Curatio cessare faciet peccata maxima. Hinc *Hebr.*
iterum dicit: Quem enim dominus diligit, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. Hinc voce angelica dominus ad Ioannem loquitur, dicens: Ego quos amo, redarguo *Apoc.*
& castigo. Hinc Paulus ait: Omnis autem disciplina in præ- *Hebr.*
senti quidem non videtur esse gaudij, sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddit iustitię. Quanuis ergo conuenire simul nequeant dolor & beatitudo, rectè tamen nunc dicitur: Beatus homo qui corripitur à domino, quia per hoc quòd peccator dolore correptionis premitur, quandoque ad beatitudinem, quæ sine interuentu doloris est, eruditur. Sequitur:

Quibus modis vulnerat deus, quos ad salutem reducere curat.

Increpationẽ ergo domini ne reprobes.) Quisquis pro cul
pa percutitur, sed in querela suæ percussionis eleuatur, increpationem domini reprobat: quia hanc iniustè se perpeti accu- M
sat. Qui autem non pro purgatione criminis, sed & pro fortitudinis probatione feriuntur, cùm causas suæ percussionis inquirunt, nequaquam increpationem domini reprobare dicẽdi sunt: quia in semetipsis castigando satagunt inuenire quod nesciunt. Vnde & beatus Iob ad libertatis verba, inter percussionis verbera, erumpens, tanto de se rectius iudicia ferentis interrogat, quanto in semetipso verius causas persecutionis ignorat. Eliphas itaque quia hunc percussum non probationis examine, sed purgationis æstimauit, dum liberè inter flagella loqueretur, reprobasse dei increpationẽ credidit. Quem etiam aptè hæreticorum tenere speciem diximus, qui omne quod à sancta Ecclesia rectè agitur, apud iudicium suum semper ad vitium tortitudinis inflectunt. Quia verò bona intentione ad loquendum ducitur, sed non curat discernere cui loquatur, adhuc supernæ dispensationis moderamina prædicando subiungit, dicens:

Caput. XVIII.

Q Via ipse vulnerat, & medetur, percutit & manus eius sanabunt.) Duobus modis omnipotẽs deus vulnerat, quos reducere ad salutem curat. Aliquando enim carnem percutit, & mẽtis duritiam suo pauore tabefacit: Vulnerando ergo ad salutem reuocat, cùm electos suos affligit exterius, vt interius viuãt. Vnde per Moysen
quoque loquitur dicens: Ego occidã, & ego viuere faciã, per- *Deut.*
cutiam, & ego sanabo. Occidit enim vt viuificet, percutit vt sanet: quia idcirco foris verba admouet, vt intus vulnera delictorum curet. Aliquando autem etiam si flagella exterius cessare videantur, intus vulnera infligit, quia mentis nostræ

duritiam

A duritiam suo desiderio percutit, sed percutiendo sanat: quia terroris sui iaculo transfixos, ad sensum nos rectitudinis reuocat. Corda enim nostra malè sana sunt, cùm nullo dei amore feriantur, cùm peregrinationis suæ ærumnam non sentiunt, cùm erga infirmitatem proximi, nec quamlibet minimo affectu langueſcunt. Sed vulnerantur vt sanentur, quia amoris sui spiculis mentes deus insensibiles percutit, moxque eas sensibiles per ardorem charitatis reddit. Vnde & sponsa in canticis canticorũ dicit: vulnerata charitate ego sum. Malè enim sana anima, atque in huius exilij statu cęca securitate prostrata, nec videbat deum, nec videre requirebat: percussa autem charitatis eius spiculis, vulneratur in intimis affectu pietatis, ardet desiderio cótemplationis, & miro modo viuificatur ex vulnere, quæ prius mortua iacebat in sălute, æstuat, anhelat, & iam videre desiderat quem fugiebat. Percussione ergo ad sălutem reducitur, quæ ad securitatẽ quietis intimæ, amoris sui perturbatione reuocatur. Sed cùm sauciata mens anhelare in deum cœperit, cùm cuncta mundi huius blandimenta despiciens, ad supernam se patriam per desiderium tendit, ad tentationem ei protinus vertitur, quicquid amicum prius in seculo blandumque putabatur. Nam qui peccantem amare consueuerant, rectè viuentem crudeliter impugnant. Et erectus in deum animus, carnis suæ bella tolerat, in qua prius vitiis
B seruiẽs, delectabiliter iacebat: voluptates priscæ ad memoriã redeunt, & contradicentem mentẽ graui certamine affligunt. Sed quia dum transitorio labore atterimur, à perpetuo dolore liberamur, aptè subiungitur:

Quòd in præsenti vita electos suos non permittit deus tentari, supra id quod possint, donec huius vitæ septimana completa, nulla eos deinceps tentatio tangat.

In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tãget te malum.) Quid enim senario numero quẽ septimus sequitur, nisi præsentis vitæ operatio decursusque signatur? Sexto quippe die omnia perficiens, hominem condidit, & septimo die deus requieuit, qui scilicet septimus vesperam non habet, quia subsequentem requiẽ nullus iam terminus claudit. Perfectis ergo omnib', requies sequitur, quia post bona vitę prę sentis opera, retributio æternæ quietis inuenitur. In sex itaq; nos tribulationibus dominus liberat, ne nos in septima malũ tangat: quia per paternæ pietatis eruditionem præsentis vitæ labore nos atterit, sed in aduentu iudicij à verbere abscondit, vt tanto tunc ad sălutem certiores exhibeat, quanto nunc nos flagella durius secant. Qui aptè mox mala vitæ præsentis, & adiutoria supernæ protectionis enumerans subdit: In fame eruet te de morte, & in bello de manu gladij.) Sicut fames carnis, est subtractum subsidium corporis, ita & fames mẽtis, est silentium diuinæ locutionis. Vnde rectè per prophetam dicitur: Emittam famem in terram, nõ famem panis, neq; sitim aquæ, sed famem audiẽdi verbum domini. Et quia humanam
C mẽtem cùm diuina allocutio deserit, cõtra eam carnis tẽtatio inualescit, aptè subiungitur: Et in bello de manu gladij. Bellum quippe patimur, cùm carnis nostræ tentationibus impugnamur: de quo nimirũ bello per Psalmistam dicitur: Obũbrasti super caput meũ in die belli. Quia igitur reprobi dum fame verbi dei deficiunt, etiam belli gladio transfiguntur, electos suos dominus & in fame à morte eripit, & in bello à gladio abscondit: quia eorum mentes dum verbi sui pabulo reficit, contra tentationes corporis fortes reddit. Sed sunt nõnulli qui etsi ex diuino eloquio ab interna se fame reficiunt, si iam contra tentationes corporis, continentiæ virtute fulciuntur, adhuc tamen percuti humanis detractionibus metuunt, & sępe dum linguarum iacula formidant, peccati se laqueo strangulant. Vnde & aptè subditur: Caput. XIX.

Fames carnis.
Fames mẽtis.
Amos. 8.
Psal. 139.

A Flagello linguæ absconderis.) Flagellum linguæ est exprobratio illatæ contumeliæ. Flagello linguæ bonos feriunt, qui eorum opera irridendo persequuntur. Sæpe enim lingua à bono opere dum vituperat reuocat, & quasi flagellum se exerit, quia dorsum timidæ mentis cædit. Hoc flagellum linguæ, electorum mẽtibus insidiari propheta conspexerat, cùm supernum adiutorium pollicens dicebat: Ipse liberabit me de laqueo venantium', & à verbo aspero. Venantes enim nihil aliud quàm carnem quærunt. Sed

Flagellum linguæ.
Psal. 90.

à venantium laqueo, atque ab aspero verbo eripimur, quando & insidias carnalium, & irrisionum probra despiciẽdo superamus. Aspera quippe eorum verba sunt, quę bonis nostris itineribus aduersantur. Sed asperitatem verbi euadere, est irrisiones detrahentium dissimulando calcare. Sancta ergo anima à flagello linguæ absconditur: quia dum in hoc mundo honorẽ laudis non quærit, nec contumelias detractionis sentit. Sed sunt nonnulli qui iam derogantium verba despiciunt, iam irrisiones pro nihilo attendũt, adhuc tamẽ pœnas corporis cruciatusque pertimescũt. Antiquus nãque aduersarius vt à recta intentione nos retrahat, multiformiter impugnat, & tẽtationem nostram modo verbi fame, modo carnis certamine, modo flagello sermonis, modo calamitate persecutionis aggreditur. Sed quia perfectus quisque cùm in semetipso vitia vicerit, statim mentem etiam contra vulnera passionis accingit, aptè subiungitur: Et non timebis calamitatem cùm venerit.) Sancti enim viri quia contra multiformem aduersarium se pugnare considerant, semetipsos in certamine multipliciter parant. Habent enim contra famem, diuini verbi pabulum: contra belli gladium, continentiæ scutum: contra flagellum linguæ, protectionem patientiæ: contra exterioris calamitatis damnum, interni amoris adiutoriũ. Vnde miro modo agitur, vt quo eos hostis callidus numerosius tẽtat, eo circunspecti dei milites virtutibus ditiores fiant. Et quia electi
E quique dum præsentis vitæ certamina fortiter tolerant, in terrore sibi venturi iudicij securitatem parãt, rectè subiungitur.

D

Diabolus multiplici-ter nos impugnat.

Remedia.

Quòd damnatis nulla humanitate compatientur electi, & sic solidi erunt, vt vltrà nec timore nec dolore vllo afficí possint.

Caput. XX.

IN vastitate & fame ridebis.) Tunc quippe reprobi vastitatem famemque passuri sunt, cùm dãnati in extremo iudicio ab æterni panis visione separantur. Scriptũ nanque est: Tollatur impius, ne videat gloriã dei. Et per semetipsum dominus dicit: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descẽdi. Simul ergo eos vastitas fameque cruciat, qui non solũ foris tormenta sentiunt, sed intus etiam inediæ peste moriũtur. Vastat igitur gehẽna, quia concremat: fames interficit, quia suam illis faciem redemptor abscondit. Bene nanq; retributionem interius exteriusq; recipiunt: quia & cogitãdo miseri, & operando deliquerũt. Vnde bene per Psalmistam dicitur: Pones eos vt clibanum ignis in tẽpore vultus tui, dominus in ira sua cõturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Quod enim ab igne deuoratur, ab exteriori parte accẽditur. Clibanus verò interius inflãmatur. In tẽpore ergo vultus domini, iniusti omnes, vt clibanus ponũtur, & ab igne deuorãtur, quia apparente indice, cùm à visione illius eorũ multitudo repellitur, & intus per desiderium ardet conscientia, & foris carnem cruciat gehenna. Potest etiam flagellũ linguæ sentẽtia vltimæ animaduersionis intelligi, qua districtus iudex reprobis dicet: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Iustus ergo à flagello linguæ, atque à calamitate veniente absconditur, quia in tanta districtione sententiæ, blanda tunc iudicis voce refouetur cùm dicitur: Esuriui & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & operuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. Quibus præmittitur: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. In vastitate ergo & fame iustus ridebit, quia cùm iniquos omnes extrema vltio percutit, ipse de gloria dignæ retributionis hilarescit. Nec damnatis iam tunc ex humanitate compatitur, quia diuinæ iustitiæ per speciem inhærens, inconcusso districtionis intimæ vigore solidatur. Erectas nanq; in claritate supernæ rectitudinis electorum mentes nulla misericordia afficit, quia has à miseriis altitudo beatitudinis alienas reddit. Vnde bene per Psalmistam dicitur: Videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt & dicent: Ecce homo qui non posuit deum adiutorẽ suum. Iniquos enim iusti nunc vident, & metuunt, tunc visuri sunt & ridebunt. Quia enim modo ad eorum labi imitationem possunt, hìc habẽt formidinẽ. Quia vero damnatis tunc prodesse nequeunt, illic non habent compassionem. Aeterno itaque

F

Flagellũ linguæ.
Mat. 25.

Psal. 51.

Universidad de Deusto Biblioteca

G supplicio deditis, non esse miserẽdum, in ipsa, qua beati sunt, iustitia iudicantis legunt, qui, quod suspicari fas non est, qualitatem sibi percepte felicitatis imminuunt, si in regno positi voluntquod implere nequaquam possunt. Sed quisquis ad vitæ præcepta se dirigit, priusquam premia æterna percipiat, hic iam initia secururæ in perpetuum securitatis degustat, vt antiquum hostem non metuat, & interueniente mortis articulo, violentos eius impetus nullatenus perhorrescat.

Caput. XXI.

IVstis nanque initium retributionis, est ipsa plerunque in obitu securitas mentis. Vnde & rectè subiungitur: Et bestiam terræ non formidabis. Callidus quippe aduersarius bestia terræ dicitur, quia ad rapiendas mortis tempore peccatorum animas, violentia crudelitatis efferatur. Quos enim viuentes blandiens decipit, morientes sæuiens rapit. Quo cõtra de electorum Ecclesia per prophetã dominus pollicetur, dicens: Mala bestia non transibit per eã. Illi igitur terre bestiam morientes timent, qui conditoris sui potentiam viuentes non timent. Sancti igitur viri, quia diuinæ se formidini medullitus subdunt, omne in aduentu aduersarij põdus timoris abiiciũt. Hinc est enim quòd Psalmista dominum exorat, dicens: Nequando rapiat vt leo animam. Hinc rursus ait: Exaudi deus orationem meam cùm deprecor, à timore inimici eripe animam meam. Viuentes quippe perfecti timent iudicem, ne morientes metuant accusatorẽ. Bene ergo dicitur: Et bestiam
H terræ nõ formidabis. Ac si apertè diceretur: Quia à blandiẽte modo hoste non vinceris, hunc sæuientem postmodũ non timebis. Sed cùm bene viuitur, valde cauendum est, ne mens despectis cæteris, de gloria singularitatis eleuetur. Vnde aptè ad memoriam bonum sociale reducitur, cùm protinus subinfertur. Sed cum lapidibus regionum pactum tuum.) Quasi distinctæ in mundo regiones sunt Ecclesiæ gentium, quæ in vna fide positæ, morum linguarumque diuersitate diuidũtur. Quid ergo per regionum lapides, nisi Ecclesiarũ electos accipimus? Quibus primi instructoris voce dicitur: Vos autem tanquã lapides viui superædificamini. De quibus sanctæ Ecclesiæ dominus per prophetam pollicetur, dicens: Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos. Qui igitur rectè viuit, pacto se cum lapidibus regionum iungit, quia in eo quòd mundi desideria superat, vitam suam proculdubio ad sanctorum præcedentium imitationem ligat. Sed cùm à mundi dilectione* disiungitur, malorum spirituum impugnationes crescunt, quæ tamẽ quo magis in mœrore quenquã atterunt, eo conditori humilius subdunt. Vnde & subiungitur: Et bestiæ terræ pacificæ erunt tibi.) Notandum prius est, quòd nõ ait pacatę, sed pacificæ, videlicet nõ quia pacem habent, sed quia pacem faciunt. Hostes quippe callidi dum insidiantur affligunt, sed afflicta mens tanto magis ad æternam patriam reditũ diligit, quanto in hoc ærũnoso exilio laboriosius viuit: & verius se
I gratiæ sui adiutoris humiliat, cùm contra se insidias hostium acriores pensat. Terræ ergo bestiæ electis pacificæ fiunt, quia maligni spiritus cùm bonorum corda aduersantes deprimũt, hæc nolentes ad amorem domini impellunt. Inde ergo cum deo robustior pax oritur, vnde nobis ab aduersariis durior pugna generatur.

Diabolus bestia terræ dicitur. Esa. 35. Psal. 7. Psal 63. 1. Pet. 2. Esa. 54. * alias actione. Vilitas afflictionis.

Caput. XXII.

POssunt etiam per terræ bestias, motus carnis intelligi, qui dum mentem nostram irrationabilia suadendo laceſſunt, contra nos bestialiter insurgunt. Sed cùm cor diuina sub lege deprimitur, etiam carnis incentiua detumescunt, vt etsi tentando submurmurant, nequaquam tamen vsque ad effectũ operum, quasi ad aperti morsus rabiem exurgant. Quis enim adhuc in hac corruptibili carne subsistẽs, has terræ bestias plenè edomat, cùm ille ad tertium cœlum raptus egregius prædicator dicat: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quę est in membris meis? Sed aliud est has bestias in campo operis sæuientes aspicere, aliud intra cordis caueam frementes tenere. Redactæ nanque intra claustra continentiæ, etsi adhuc tentando rugiunt, vsque ad morsum timen, vt diximus, actionis illicitæ nõ excedunt. Pacificę itaque sunt terræ bestiæ, quia motus carnis etsi per desideria palpitant, aperta nos tamen contradictione operis non impugnant. Quantus per ipsum quòd pacificæ dicuntur, etiam id quod de malignis spiritib⁹ diximus, non incõuenienter accipitur. Motus etenim carnis pacem nobis cum deo faciunt, cùm tentando contradicunt. Nam iusti mens in eo quòd ad superna dirigitur, ex corruptibili carne graui bello fatigatur. Quæ si quando à desideriis cœlestibus, huius mundi qualibet minima delectatione tardatur, ipso bello suæ tentationis impellitur, vt illud toto corde diligat, quod contradictio nulla perturbat. Vnde fit vt quietem intimam ad memoriam reuocet, & carnis suæ illecebras fugiens, ad illam pleno amore suspiret. Cõsiderare enim ex tẽtatione vnusquisq; compellitur, vnde vel ex quo cecidit, qui postquam dei pacem deseruit, rixam sibi contra se exurgere ex semetipso sentit, & tunc verius videt de secura dei dilectione quid perdidit: quia ad se dilapsus, suam in se contumeliam inuenit. Pacem ergo nobis terræ bestiæ faciunt, quia motus carnis, dum nos tentando lacessunt, ad amorem quietis intimæ impellunt.

Caput. XXIII.

BEne autem subditur: Et scias quòd pacem habeat tabernaculum tuum.) In scriptura saepe aliter pax plena dicitur, atque aliter inchoata. Inchoatã quippe pacem veritas discipulis dederat, cùm dicebat: Pacẽ relinquo vobis, pacem meam do vobis: Et plenã Simeon desiderauerat, cùm exoraret dicens: Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Pax enim nostra ex desiderio cõditoris inchoatur, ex manifesta autẽ visione perficitur. Plana I. quippe tunc erit, cùm mens nostra nec ignorãtia cæcatur, nec carnis suæ impugnatione cõcutitur. Sed quia eius exordia tãgimus, cùm vel mentem deo, vel carnem menti subiugamus, tabernaculum iusti habere pacem dicitur: quia videlicet eius corpus quod mente inhabitatur, à peruersis desideriorũ motibus prius inquietatum, nunc sub iustitiæ dispositione refrenatur. Sed quid prodest per continentiam carnem restringere, si mens per se compassionem nesciat in proximi amore dilatare? Nulla nanque est castitas carnis, quam non commẽdat suauitas mentis. Vnde post pacẽ tabernaculi aptè subiũgitur.

Et visitans speciem tuam, nõ peccabis.) Species quippe hominis est alter homo. Rectè enim, species nostra dicit proximus noster, quia in illo cernimus quid ipsi sumus. Corporali enim visitatione, ad proximũ gressuum accessu venimus, spiritali verò, non gressu, sed affectu ducimur. Speciem ergo suã visitat, quisquis ad deum quem sibi similem per naturam cõspicit, passibus amoris tendit: vt in altero sua considerans, ex seipso colligat qualiter infirmitati alterius condescendat. Speciem suam visitat, qui vt in se alterum reficiat, se in altero pẽsat. Hinc nanque per Moysen veritas cùm gesta describeret, gerenda signabat dicens: Protulit terra herbam virentem, & afferentem semen iuxta genus suum, lignumque faciẽs fructũ, & habens vnumquodque semen secũdum speciem suam. Lignum quippe secundum speciem suam semen producit, cùm mens nostra ex sui consideratione se in alterum colligit, & recti operis germen parit. Hinc quidam sapiens dicit: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Hinc in Euangelio dominus dicit: Quæ vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Ac si apertè diceret: Speciem vestram in altero visitate, atque ex vobismetipsis agnoscite, quid vos oporteat aliis exhibere. Hinc Paulus ait: Factus sum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer: & his qui sub lege erant, quasi sub lege essem, cùm ipse non essem sub lege, vt eos qui sub lege erãt, lucrifacerem: & his qui sine lege sunt, quasi sine lege essem, cùm sine lege dei non essem, sed sub lege essem Christi. Et paulopòst: Omnibus omnia factus sum, vt omnes saluos facerem. Neque enim egregius prædicator, vt quasi Iudæus fieret, ad perfidiam erupit: neque vt quasi sub lege esset, ad carnale sacrificiũ rediit: neque vt omnibus omnia fieret, simplicitatem mentis in erroris varietatem commutauit: sed condescendendo appropinquat infidelibus, non cadẽdo: vt videlicet singulos in se susciens, & se in singulos transfigurans, compatiendo colligeret, si ita ipse vt illi esset, quid impendi sibi ab alio rectè voluisset: & tanto verius vnicuique erranti concurreret, quanto salutis eius modum ex propria consideratione didicisset. Bene ergo dicitur: Et visitans speciem tuam non peccabis: quia tunc peccatum plenè vincitur, cùm ex sua similitudine vnusquisq; perpẽdit, quomodo in proximi dilectione dilatetur.

Roma. 7. K Cor. M Mat. Luc.

A latetur. Cùm verò à vitiis caro restringitur, cùm mens virtutibus exercetur, restat vt loquēdo, quisque doceat vitam alios, quam moribus seruat. Cap. XXIIII.

ILle nanque veres fructus prædicationis colligit, qui semina bonæ operationis præmittit. Vnde post pacē tabernaculi & speciei nostræ visitationem, rectè subiūgitur. Et scies quoniam multiplex erit semē tuum, & progenies tua sicut herba terræ.) Post pacem quippe tabernaculi, post speciei nostræ visitationem, semen iusti multiplex surgit: quia nimirum post membrorū macerationem, ac morum magnitudinem, tanto ei fœcundius prædicationis verbū tribuitur, quāto hoc in eius pectore perfecti operis exaratione præuenitur. Ille nanque bene loquendi facundiam accipit, qui sinum cordis ad perfectè viuendi studia extendit. Nec conscientia loquentem præpedit, cùm vita linguā antecedit. Hinc est quòd
Gen.47. Aegyptij seruitio publico Ioseph dispensante subiecti, cùm iuri regis semetipsos tradentes humiliant, frumenta etiā ad semen reportant. Frugem quippe ad esum etiam liberi accipimus, cùm & sacro eloquio pascimur, & tamē ad quædam quæ in hoc mundo appetimus, in nostris voluptatibus vacamus. Sed serui facti, & ad semen frumenta percipimus, quia dum plenè deo subdimur, etiam verbo prædicationis replemur. Et quoniam magna proles fidelium sequitur cùm sancta prædicatio prærogatur, post multiplicitatem seminis rectè subiun-
B gitur: Et progenies tua sicut herba terræ.) Iusti progenies herbæ terræ cōparatur: quia qui de eius imitatione nascitur, dum arentem vitæ præsentis gloriam deserit, spe interna viridescit. Vel certè iusti progenies sicut herba oritur, quia dū viuendo monstrat quod prædicādo asserit, multitudo sequentiū innumerabilis exurgit. Sed quisquis iam terrena desideria despicit, quisquis se per actiuæ vitæ opera extendit, nequaquā ei sufficit magna exterius agere, nisi etiam per cōtemplationem valeat interna penetrare. Vnde & aptè protinus subinfertur:

Quid est quòd Abraham coniugem mortuam in sepulchro duplici sepelit: & quid sit quòd per Moysen cùm hyssopo lignóque cedrino vacca mactari præcipitur.

Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.) Quid enim sepulchri nomine nisi contemplatiua vita signatur; quæ nos quasi ab hoc mundo mortuos sepelit, dum à terrenis desideriis susceptos in intimis abscondit? Ab exteriori quippe vita, mortui, etiam sepulti per
Col.3. contemplationem fuerant, quibus Paulus dicebat: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo.

Caput. XXV.

C ACtiua quoque vita sepulchrum est, quia à prauis nos operibus mortuos tegit, sed cōtemplatiua perfectius sepelit, quia à cunctis mundi actionibus funditus diuidit. Quisquis ergo iam in se contumelias carnis edomuit, superest vt mentem per studia sanctæ operationis exerceat, & quisquis iam mentem per sancta opera dilatat, supereſt, vt hāc vsque ad secreta intimæ contemplationis studia extendat. Neque enim perfectus prædicator est, qui vel propter cōtemplationis studium operanda negligit, vel propter operationis
Gen.23. instantiam contemplanda postponit. Hinc est enim quòd Abraham cōiugem mortuam in sepulchro duplici sepelit, quia nimirum perfectus quisque prædicator extinctam à præsentis vitę desideriis animam suam, sub bonæ operationis tegmine & contemplationis abscondit, vt à carnali concupiscentia, sub actiua contemplatiuaque vita quasi insensibilis lateat, quæ prius mundi desideria sentiens, mortaliter viuebat. Hinc est quòd humani generis redemptor per diem miracula in vrbibus exhibet, & ad orationis studium in mōte pernoctat: vt perfectis videlicet prædicatoribus innuat, quatenus nec actiuam vitam amore speculationis funditus deserant, nec contemplationis gaudia penitus operationis nimietate contemnant: sed quieti contemplantes forbeant, quod occupati erga proximos loquentes refundant. Speculando quippe in
Num.19. dei amorem surgitur, sed prædicando ad proximi vtilitatem reditur. Vnde apud Moysem dum in sacrificio vacca mactatur, offerri cùm hyssopo lignóque cedrino bis tinctus coccus præcipitur. Vaccam quippe mactamus, cùm carnem à lasciuia suę voluptatis extinguimus, quam cum hyssopo lignóque cedrino ac cocco offerimus: quia cum macerātione carnis, sa- D
crificium fidei, spei & charitatis adolemus. Hyssopus quippe interna nostra mundare consueuit. Et per Petrum dicitur. Fide mundans corda eorum. Lignum cedrinum nulla putredine deficit: quia spem cœlestium terminus non consumit. Vnde & per Petrū dicitur: Regenerauit nos in spem viuam, per *Act.15.* *1.Petri.1.*
resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam & immarcescibilem. Coccus vero rubro colore flammescit: quia quem implet charitas, incendit. Vnde & in Euangelio veritas dicit: Ignem veni *Luc.12.*
mittere in terram. Sed bis tinctus coccus offerri præcipitur: vt videlicet ante interni iudicis oculos, charitas nostra, dei & proximi dilectione coloretur: quatenus conuersa mens nec sic pro amore dei quietem diligat, vt curam proximi vtilitatemq; postponat: nec sic pro amore proximi occupationi inseruiat, vt quietē funditus deserens, ignem in se superni amoris extinguat. Quisquis ergo semetipsum deo iam sacrificium obtulit, si perfecta desiderat, curet necesse est, vt nō solum ad operationis se latitudinem, verumetiam ad culmina contemplationis extendat. Caput. XXVI.

SEd inter hæc magnopere sciendum est, quia valde inter se diuersæ sunt conspersiones animorum. Nonnulli nanque hominum ita otiosæ mentis sunt, vt si eos labor occupationis excipiat, in ipsa operis inchoatione succumbāt: & nōnulli ita inquieti sunt, vt si vacationem laboris habuerint, grauius laborem, quia tanto deteriores cordis tumultus tole- E
rant, quanto eis licentius ad cogitationes vacat. Vnde necesse est, vt nec quieta mēs ad exercitationem se immoderati operis dilatet, nec inquieta ad studium contemplationis angustet. Sæpe enim qui contemplari deum quieti poterant, occupationibus presi ceciderunt: & sæpe qui occupati bene humanis vsibus viuerent, gladio suæ quietis extincti sunt: Hinc nāque est quòd nonnulli inquieti spiritus, dum plus exquirunt contemplando quàm capiunt, vsque ad peruersa dogmata erumpunt: & dum veritatis discipuli esse humiliter negligunt, magistri errorum fiunt. Hinc per semetipsam veritas dicit: Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eū & proiice abs te. *Mat.18.*
Bonum est tibi cum vno oculo in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Duę quippe vitę, actiuæ videlicet & contemplatiua, cùm conseruantur in mēte, quasi duo oculi habentur in facie. Dexter nanque oculus vita cōtemplatiua est, sinister actiua. Sed sunt nōnulli vt diximus, qui discretè intueri summa & spiritalia nequaquā possunt, & tamen alta contemplationis assumunt, atque idcirco in perfidię foueam, intellectus praui errore delabuntur. Hos itaq; cōtemplatiua vita vltra vires assumpta, cogit à veritate cadere, quos in statu suę rectitudinis humiliter poterat sola actiua custodire. Quibus rectè hoc quod præfati sumus, veritas dicit: Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proiice abs te. Bonū tibi est cū vno oculo in vitam intrare, quàm duos ocu- F
los habentem mitti in gehennam ignis. Ac si apertè diceret: Cùm ad contemplatiuam vitam idonea discretione nō sufficis, solam securius actiuā tene. Cumque in hoc quod pro magno eligis, deficis, eo contentus esto, quod pro minimo attendis: vt si per contemplatiuam vitam à veritatis agnitione cōpelleris cadere, regnum cœlorum per solam actiuā valeas saltem luscus intrare. Hinc rursum dicit: Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspēdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Quid per mare, nisi seculū, quid per molam asinariam, nisi actio terrena signatur? Quæ dum colla mentis per stulta desideria constringit, hanc in laboris circuitū mittit. Sunt itaque nōnulli qui dum terrenas actiones deserūt, & ad cōtēplationis studia, humilitate postposita, vltra intelligentiæ vires surgunt, non solum se in errorem deiicīūt, sed infirmos quosque à gremio vnitatis diuidunt. Qui ergo vnum de minimis scandalizat, melius illi fuerat alligatā collo mola asinaria in mare proiici: quia nimirum peruersæ menti expedibilius esse potuisset, vt occupata mundo terrena negotia ageret, quàm per contemplationis studia ad multorum perniciem vacaret. Rursum nisi quibusdam mentibus contemplatiua vita potius quàm actiua congrueret, nequaquam per Psalmistam dominus diceret: Vacate & videte quia ego sum deus. *Psal.45.*

Universidad de Deusto Biblioteca

G

Caput. XXVII.

SEd inter hæc sciendum est quia sæpe & pigras mentes amor ad opus excitat, & inquietas in contemplatione timor refrenat. Anchora enim cordis est pondus timoris, & plærunque fluctu cogitationum quatitur, sed per disciplinę suæ vincula retinetur, neque hoc tempestas suæ inquietudinis ad naufragium pertrahit, quia in diuini amoris littore perfecta charitas astringit. Vnde necesse est vt quisquis ad contemplationis studia properat, semetipsum prius subtiliter interroget quantũ amat. Machina quipe mentis est vis amoris, quæ hanc dum à mundo extrahit, in alta sustollit. Prius ergo discutiat si summa inquirẽs diligit, si diligens timet, si nouit incognita aut amando comprehendere, aut non comprehensa timendo venerari. In contemplatione etenim mentem si amor non excitat, tẽporis sui torpor obscurat: si timor non aggrauat, sensus hanc per inania ad nebulam erroris leuat: & cùm clausa ei secretorum ianua tardius aperitur, ab ea longius ipsa sua præsumptione repellitur: quia irrumpere appetit hoc quod non inueniens quærit: cumque superba mẽs errorem pro veritate percipit, quo quasi intus gressum porrigit, foras tendit. Hinc *Exod.19.* est enim quòd legem daturus dominus, in igne fumoque descendit, quia & humiles per claritatem suæ ostensionis illumi-
H nat, & superborum oculos per caliginẽ erroris obscurat. Prius igitur mens ab appetitu gloriæ tẽporalis, atque ab omni carnalis concupiscentiæ delectatione tergenda est, & tunc ad arcem contemplationis erigenda. Vnde & cùm lex accipitur, populus à monte prohibetur, vt videlicet qui infirmis adhuc mentibus terrena desiderant, considerare sublimia non præsumant. Vnde & rectè dicitur: Si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Bestia enim montem tangit, cùm mens irrationabilibus desideriis subdita, ad contemplationis alta se erigit: sed lapidibus percutitur, quia summa non sustinens, ipsis superni ponderis ictibus necatur. Qui igitur culmen perfectionis apprehendere nituntur, cùm contemplationis arcem tenere desiderant, prius se in campo operis per exercitium probent, vt sollicitè sciant si nulla iam mala proximis irrogant: si irrogata à proximis, æquanimiter portãt: si obiectis temporalibus bonis nequaquam mens lætitia soluitur, si subtractis non nimio mœrore sauciatur: ac deinde perpendant si cùm ad semetipsos introrsus redeunt, in eo quod spiritalia rimantur, nequaquam secum rerum temporalium vmbras trahunt, vel fortasse tractas, manu discretionis abigunt: si incircumscriptum lumẽ videre cupientes, cunctas circũscriptionis suæ imagines deprimunt, & in eo quod super se contingere appetunt, vincunt quod sunt. Vnde rectè nunc dicitur: Caput. XXVIII.

INgredieris in abundantia sepulchrum.) Vir quippe perfectus in abundantia sepulchrum ingreditur, quia prius actiuæ vitæ opera cõgregat, & postmodum carnis sensum,
I per contemplationem mortuum huic mundo, funditus occultat. Vnde & aptè subditur: Sicut infertur aceruus in tempore suo.) Actionis nanque tempus primum est, contemplationis extremũ. Vnde necesse est, vt perfectus quisque prius virtutibus mentem exerceat, atque hanc postmodũ in horreum *Luc.2.* quietis condat. Hinc est enim quòd is quem legio dęmonum domino iubẽte dereliquit, ad saluatoris sui pedes residet, verba doctrinæ percipit, & de regione sua simul discedere cùm salutis auctore concupiscit: sed tamen & ipsa quæ salutem cõtulit veritas dicit: Reuertere primùm in domũ tuam, & narra quanta tibi fecerit deus. Cùm enim quamlibet parum de diuina cognitione percipimus, redire ad humana iam nolumus, & proximorum necessitatibus onerari recusamus, quietem contemplationis quærimus, nihilque aliud, nisi hoc quod sine labore reficit animũ, amamus. Sed sanatos nos veritas ad domum mittit, narrare quæ nobiscum acta sunt præcipit: vt videlicet mens prius desudet in opere, & postmodum refici debeat per contemplationem.

Quid sit quòd Iacob pro Rachel seruiuit, & Liam accepit.

Hinc est quod Iacob pro Rachel seruiuit, & Liam accepit, eique dicitur: Non est consuetudinis in terra nostra, vt mino- *Gene.29.* res ante tradamus ad nuptias quam maiores. Rachel nanque visum principium: Lia autem laboriosa dicitur. Et quid per Rachelem, nisi contemplatiua: quid per Liam, nisi actiua vita signatur? In contemplatione quippe principium, quod deus est, quæritur: in operatione autem sub graui necessitatũ fasce K laboratur. Vnde & Rachel pulchra, sed sterilis, Lia autẽ lippa est, sed fœcunda: quia nimirum mens cùm contemplando otia appetit, plus videt, sed minus deo filios generat: cùm vero ad laborẽ prædicationis se dirigit, minus videt, sed amplius parit. Post Liæ ergo amplexus ad Rachelem Iacob peruenit: quia perfectus quisq; antè actiuæ vitæ ad fœcunditatem iungitur, & pòst contẽplatiuæ ad requiem copulatur. Quia enim contemplatiua vita minor quidem tempore, sed merito maior est, quàm actiua, sacri Euangelij verbis ostenditur, in quo duæ mulieres diuersa egisse referuntur. Maria quippe redemptoris nostri verba audiens, ad pedes illius residebat, Martha autẽ corporalibus ministeriis insistebat. Cumque contra Mariæ otium Martha quereretur, audiuit: Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Porrò vnum est necessarium. *Luc.10.* Maria optimam partem elegit, quæ nõ auferetur ab ea. Quid enim per Mariam quæ verba domini residens audiebat, nisi cõtemplatiua vita exprimitur? Quid per Martham exterioribus obsequiis occupatã, nisi actiua vita signatur? Sed Marthæ cura non reprehenditur, Mariæ vero etiam laudatur: quia magna sunt actiuæ vitæ merita, sed cõtemplatiuæ potiora. Vnde nec auferri vnquã Mariæ pars dicitur: quia actiuæ vitæ opera cum corpore transeunt, contemplatiuæ autem gaudia melius ex fine conualescunt. Quod bene ac breuiter Ezechiel propheta exprimit, cùm volãtia animalia contemplatus ait: Et si- L militudo manus hominis subtus pennas eorum erat. Quid e- *Ezech.* nim per pennas animalium, nisi contemplationes possumus sentire sanctorum, quibus ad summa transuolant, & terrena deferentes, sese in cœlestibus librant? Quid per manus, nisi operationes accipimus? Quia cùm in proximi amore se dilatant, bona quæ præualent, etiam corporaliter administrant. Sed manus eorum sub pennis sunt, quia actionis suæ opera virtute contemplationis vincunt.

Caput. XXIX.

POtest etiam per sepulchrum non solum in hac vita nostra contemplatio, sed quies æternæ & intimæ retributionis intelligi, in qua tanto verius quiescitur, quanto in nobis corruptionis vita perfectius necatur. In abundantia ergo sepulchrum ingreditur, qui post congesta vitæ præsentis opera, mutabilitati suæ plenè mortuus, in secreto veri luminis occultatur. Vnde & per Psalmistam dicitur: Abscondes eos in abscondito vultus tui, à conturbatione hominum. Quod bene etiam comparatio adiuncta commendat, cùm dicitur: Sicut infertur aceruus in tempore suo. Frumentũ quippe in segete Sole tangitur, quia in hac vita, humana anima respectu superni luminis illustratur, pluuias percipit, quia veritatis eloquio pingescit: ventis concutitur, quia tentationibus exercetur: & secum crescentes paleas portat, quia nequiorem contra se quotidie vitam peccantium tolerat: atque ad aream deductum triturationis pondere premitur, vt à palearum connexione soluatur: quia mens nostra cœlesti disciplinæ supposita, dum correctionis flagella percipit à societate carnalium mundior recedit, & relictis paleis ad horreum ducitur: quia foris remanentibus reprobis, electa anima ad supernæ mansionis gaudia æterna subleuatur. Bene ergo dicitur: Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus in tempore suo, quia dum post afflictionem iusti præmia patriæ cœlestis inueniunt, quasi post pressuras ad horreum grana deferuntur, & in alieno quidem tempore percussiones sentiunt, sed in suo à percussione requiescunt. Electis quippe alienum tempus est vita præsens, vnde & quibusdam adhuc infidelibus veritas dicit: Tempus meum nondum ad- *Ioan.* uenit, tempus autem vestrum semper est paratum. Et rursum: Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Sepulchrum ergo in tempore suo sicut frumenti aceruus ingreditur, quia ille æternam requiem percipit, qui prius hic vt ab exurendis paleis liber sit, disciplinæ pressuras sentit. Eliphas verò quia & in locutionis suæ serie tabernaculum, lapides, bestias, semen, herbas, sepulchrumque nominauit, quòd non hæc iuxta literam dixerit, ipse innuit, qui post cuncta illicò subiungit: Ecce hoc vt inuestigauimus ita est.) Liquet profectò quod in his verbis nihil ab eo iuxta superficiem dicitur, quia nimirum ante faciẽ nõ iacet, quod inuestigatur. Quid ergo hęc inuestigasse se indicat, nisi quia quod in verbis exteriorib⁹ interiora quæsierit,

A quæsierit, demonstrat. Sed post cuncta ad stultitiam iactantię
perueniat, cuncta protinus subdit: Quod auditum mente per-
cipiat. Quamlibet doctrina mens polleat, grauis eius impe-
ritia est, velle discere meliorem. Vnde & ea quæ ab amicis rec-
tè prolata sunt, ab interno arbitro non recta iudicantur. In
eo nanque vim suæ rectitudinis amittunt, quo auditori non
congruunt, quia & medicamina vires perdunt, cùm sanis mē-
bris apponuntur. In omne ergo quod dicitur, necesse est, vt
causa, tempus & persona pensetur, si verba sententiæ veritas
roboret, si hanc tempus congruum postulet, si & veritatem
sententiæ, & congruentiam temporis, personæ qualitas non
impugnet. Ille enim laudabiliter spicula emittit, qui prius ho
stem quem feriat conspicit. Malè nanque arcus validi cornua
subigit, qui sagittam fortiter dirigens, ciuem ferit.

Libri sexti Moralium sancti Gregorij finis.

LIBER SEPTIMUS moralium sancti Gregorij papæ in beatum Iob: super caput sextum.

Caput. I.

B QVORVNDAM mētes plus flagella quàm conuitia cruciant, quorundam verò plus cōuitia quàm flagella castigāt. Nam sæpe contra nos quibuslibet pœnis durius tormenta verborum sæuiunt, cumque nos ad defensionem erigunt, *in impatientiā* sternunt. Vnde beato Iob ne deesse tentatio vlla potuisset, non solum hunc flagella desuper feriunt, sed grauiora plagis amicorum colloquia affligunt: vt sancti viri anima hinc inde pulsata, ad motum iracundiæ, & elationis erumperet; & quicquid mundè vixerat, per contumaciam superbæ locutionis inquinaret. Sed tactus plagis gratias retulit, lacessitus verbis recta respondit, & percussus innotescit quàm pro minimo salutem carnis habuerit. Loquens quoque indicat, quàm sapiens tacebat. Sed quædam eius verbis admixta sunt, quæ apud humana iudicia patientiæ limitem transire videantur, quæ nos verè intelligimus, si superni sententiam iudicis in eorum examinatione pē samus. Ipse quippe beatum Iob, & prius contra aduersarium prætulit dicens: Vidisti seruum meum Iob, quòd non sit simi lis ei super terram: vir simplex & rectus, ac timens deum, & recedens à malo? Ipse post probationem amicos eius redar-
C guit, dicens: Non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob: restat ergo, vt cùm mens in beati Iob sermonibus fluctuat, eorum pōdus ex eiusdem historiæ initio ac fine perpendat. Ab æterno enim iudice, nec casurus laudari potuit, nec lapsus præferri. Si igitur in ambiguitatis tempestate deprehensi, prima huius historiæ, & postrema conspicimus, nauis cordis, considerationis suæ funibus, quasi à prora & pupi restringitur, ne in erroris saxum perducatur. Nullis ergo ignorantiæ nostræ procellis obruimur, si tranquillum supernæ sententiæ littus tenemus. Ecce enim dicit, quod quæstione non modica lectoris animum moueat. Sed quis hoc non rectum dicere audeat, quod in dei auribus rectum sonat?

Caput sextum textus libri Iob.

RESpondens autem Iob dixit: Vtinā appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret. Vnde & verba mea dolore sunt plena, quia sagittæ domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores domini militant contra me. Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam, aut mugiet bos cùm ante præsepe plenū D
steterit? Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale cōditum? Aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem? Animæ enim esurienti etiā amara dulcia esse videntur. Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt. Quis det vt veniat petitio mea, & quod expecto tribuat mihi deus, & qui cœpit, ipse me conterat? Soluat manum suā, & succidat me, & hęc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat, nec contradicam sermonibus sancti. Quæ est enim fortitudo mea vt sustineā, aut quis finis meus, vt patienter agam? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est. Ecce nō est auxilium mihi in me, & necessarij quoque mei recesserunt à me. Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem domini derelinquit. Fratres mei præterierūt me, sicut torrens qui raptim transit in conuallibus. Qui timēt pruinam, irruet super eos nix. Tēpore quo fuerint dissipati, peribunt: & vt incaluerint, soluentur de loco suo. Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum, ambulabunt in vacuum, & peribunt. Considerate semitas Theman, itinera Saba, & expectate paulisper. Cōfusi sunt, quia speraui. Venerunt quoque vsque ad me, & pudore cooperti sunt. Nunc venistis, & modo videtes plagam meam timetis. Nunquid dixi, afferte mihi, & de substantia vestra donate mihi, vel liberate me de manu hostis, & de manu robustorum eruite me? Docete me, & ego tacebo, & si quid forte ignoraui, instruite me. Quare detraxistis sermonibus veritatis, cùm è vobis nullus sit qui possit arguere me? Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis. Super pupillum irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrū. Verumtamen quod cœpistis, explete. Præbete aurem, & videte an mentiar. Respondete obsecro absque contentione, & loquentes id quod iustum est iudicate. Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit.

Quòd statęræ nomine, Christus accipiatur, qui in se calamitatem nostram, & peccata appendit.

Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior, in statera, quasi arena maris hęc grauior appareret.) Quis alius statęræ nomine, nisi dei & hominum mediator exprimitur? qui ad pensandum vitę nostrę meritum venit, ac secum iustitiam simul, & misericordiam detulit, sed misericordiæ lance pręponderans, culpas nostras par- F
cendo leuigauit. In manu etenim patris quasi statera miri libraminis factus, hinc in se calamitatem nostram, & illinc peccata suspendit. Sed grauis ponderis calamitatem moriēdo innotuit, & apud misericordiam suam deus leue esse peccatum relaxando monstrauit. [Ergo per veram pœnitentiam, quanuis multa & grauissima sint peccata per misericordiam dei facilè relaxantur: & apud misericordiam suam leue esse peccatum, quod relaxatur, monstrauit,] qui hoc primùm gratię contulit, quia pœnam nostram nobis cognoscibilem fecit. Homo nanque ad contemplandum auctorem conditus, sed exigentibus meritis ab internis gaudiis deiectus: in ærumnam corruptionis ruens, cæcitatem exilij sustinēs, culpę suæ supplicia & tolerabat & nesciebat, ita vt exilium patriam crederet, & sic sub corruptionis pondere, quasi in salutis libertate gauderet. Sed is quem intus homo reliquerat, assumpta carne foris apparuit deus, cūq; se exterius præbuit expulsum foras hominē ad interiora reuocauit, vt iam damna sua videat, iam pœnam suę cęcitatis ingemiscat. Calamitas ergo hominis in statera grauis apparuit, quia malum quod pertulit, non nisi in præsentia redemptoris agnouit. Lucem quippe nescies, damnationis suę tenebras voluptuosè tolerabat, sed postq; vidit qđ diligeret, intellexit etiā quod doleret, & graue sensit quod pertulit, quia dulce innotuit quod amisit. Vir igit̄ sanctus colloquētis amici

sententiis à

G sententiis à clauſtris ſilentij excuſſus, & prophetici ſpiritus affluentia repletus, dicat ſua, dicat humani generis voce: Vtinã appenderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitas quam patior, in ſtatera quaſi arena maris hæc grauior apparet, ac ſi aperte diceret: Damnationis noſtræ malum leue creditur, quia nec dum cognita redemptoris æquitate penſatur. Sed vtinam veniat, & ærumnam tanti exilij miſericordiæ ſuæ lance ſuſpendat, & quid poſt exilium requiramus, edoceat. Si enim innoteſcit quod amiſimus, graue eſſe inſinuat quod toleramus.

Caput. II.

BEne autem hæc eadem peregrinationis noſtræ calamitas maris arenæ comparatur. Arena enim maris, vndarum æſtu exterius impellitur, quia & delinquens homo quoniam tentationum fluctus mobiliter pertulit, extra ſe ab intimis exiuit. Magni autem arena maris eſt ponderis, ſed calamitas hominis arena maris grauior dicitur, quia dura fuiſſe pœna oſtenditur, dum per miſericordem iudicem, culpa quæ leuigatur agnoſcitur. Et quia quiſquis gratiam redemptoris agnoſcit, quiſquis reditum ad patriam diligit, eruditus ſub pondere peregrinationis gemit, poſt ſtateræ deſiderium rectè ſubiungitur. Vnde & verba mea dolore ſunt plena.) Qui peregrinationem pro patria diligit, dolere etiam inter dolores neſcit. Iuſti autem verba dolore plena ſunt, quia quouſ-
H que præſentia tolerat, ad alia loquendo ſuſpirat: omne quod peccans pertulit, conſpicit, atque ad ſtatum beatitudinis redeat, ſollicitè iudicia quibus affligitur penſat, Vnde ſubditur:

Quia ſagittæ domini in me ſunt.) Sagittarum quippe nomine aliquando prædicationis verba, aliquando animaduerſionis ſententiæ deſignantur. Prædicationis nanque eloquia ſagittis exprimuntur, quia in eo quòd vitia feriunt, malè viuentium corda transfigunt. De his ſagittis venienti redemptori dicitur: Sagittæ tuæ acutæ potentiſsime, populi ſub te cadent in corde. De quo Eſaias dicit: Mittam ex eis qui ſaluati fuerint, ad gentes in mare, in Africam, in Libyam, tenentes ſagittã, in Italiam & Græciã. Rurſum ſagittis animaduerſionis percuſsio deſignatur, ſicut Ioas regi per Heliſæum dicitur: Iace ſagittam. Quo iaciente ait: Percuties Syriam, donec conſumas eam. Vir igitur ſanctus, quia peregrinationis ſuę ærumnam reſpicit, quia ſub percuſsionibus dominicæ animaduerſionis ingemiſcit, dicat:

Pſalm. 44. *Eſaiæ. 66.* *4. Reg. 13.*

Quòd ſerui dei in hoc mũdo lugeant, & percuſsiones diuinæ mentẽ ne intumeſcat cõpungãt, & ex his quæ tolerat, futura formidet.

Vnde & verba mea dolore ſunt plena, quia ſagittæ domini in me ſunt.) Ac ſi apertè diceret: Ego in exilij damnatione non gaudeo, ſed ſub iudicio poſitus doleo, quia vim percuſſionis agnoſco. Plerique autem ſunt quos tormenta cruciant,
I ſed non emendant. Quos contra aptè ſubiungitur: Quarum indignatio ebibit ſpiritum meum.) Quid enim ſpiritus homi nis, niſi ſpiritus elationis?

Caput. III.

SAgittæ autem domini ſpiritum hominis ebibunt, cùm ſuperna animaduerſionis ſententiæ afflictam mentem ab elatione compeſcunt. Sagittæ domini ſpiritum hominis ebibunt, quia intentum exterioribus, introrſus trahunt. Epotatus nanque Dauid ſpiritus fuerat, cùm dicebat: In deficiendo in me ſpiritum meum, tu cognouiſti ſemitas meas. Et rurſum: Negauit conſolari animam meam, memor fui dei, & delectatus ſum, exercitatus ſum, & defecit pauliſper ſpiritus meus. Sagittarum ergo indignatio iuſti ſpiritum ebibit, quia ſupernæ ſententiæ electos quos in peccatis inueniunt, dũ vulnerant immutant, vt duritiam ſuam transfixa mens deſerat, atque ex ſalutifero vulnere ſanguis confeſsionis currat. Penſant nanque vnde, vel quo lapſi ſunt, penſant à quanta beatitudine, ad quæ corruptionis ſuæ tormenta ceciderunt, & non ſolum gemunt in his quæ ſuſtinent, ſed inſuper metuunt hoc quod diſtrictus iudex delinquentibus de gehennę ignibus minatur. Vnde rectè ſubiungitur: Et terrores domini militant contra me.) Iuſtorum mens non ſolum perpendit quod tolerat, ſed etiam pauet quod reſtat, videt qualia in hac vita patitur, metuit ne poſt hanc grauiora patiatur. Luget quia in huius cæcitatis exilio à paradiſi gaudiis cecidit, timet ne cùm exilium relinquitur, mors æterna ſubſequatur. Iam ergo ſententiam tolerat in pœna, ſed minas adhuc venturi iudicis formi- K dat ex culpa. Hinc Pſalmiſta ait: In me pertranſierunt iræ tuæ, *Pſalm.* & terrores tui conturbauerunt me. Interni quippe iudicis poſtquam iræ pertranſeunt, etiam terrores conturbant, quia iam aliud de damnatione patimur, & adhuc aliud de æterna vltione formidamus. Vir igitur ſanctus perpendens mala quę tolerat, dicat: Sagittæ domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum. Sed grauiora imperpetuum metuens, adiũgat: Et terrores militant contra me. Ac ſi apertè diceret: Percuſſus quidem de præſentibus doleo, ſed hoc in dolore fit grauius: quia & in pœna poſitus, adhuc ſupplicia æterna pertimeſco. Sed quia iam ſtateræ interuentum deſiderat, iam mala in quibus humanum genus cecidit, penſat: quanuis in gentili natione poſitus, munere tamẽ prophetici ſpiritus plenus, quo ardore redemptoris aduentum, vel gentilitas, vel Iudæa ſitiat, verbis ſequentibus demonſtrat, dicens:

Quòd onagri & bouis nomine gentilis, & Iudaicus populus accipiatur, quorum clamor expectatio intelligitur.

Nunquid rugiet onager cùm habuerit herbam, aut mugiet bos cùm ante præſepe plenum ſteterit?) Quid nanque per onagrum, id eſt, agreſtem aſinum, niſi gentilis populus deſignatur? qui, ſicut natura extra ſtabula diſciplinæ edidit, ita vagus in voluptatum ſuarum campo permanſit. Quid per bouem, L niſi plebs Iudaica ſignificatur? quæ iugo ſupernæ damnationis ſuppoſita, ad ſpem proſelytos colligens, per corda quę valuit, vomerẽ legis traxit. Sed beati Iob vita atteſtante cognoſcimus, vt expectaſſe redemptoris aduentum, multos etiam gentiles credamus. Et naſcente domino, Simeone in ſpiritu in templum veniente, didicimus quanto deſiderio ex plebe Iſraëlitica ſancti viri incarnationis eius myſterium videre cupierũt. Vnde & per eundem redemptorem diſcipulis dicitur: Dico vobis, quod multi iuſti & prophetæ deſiderauerunt vi- *Luc.* dere quæ videtis, & non viderunt.

Caput. IIII.

HErba ergo onagri, & fœnum bouis, eſt hæc ipſa mediatoris incarnatio, per quam ſimul gentilitas, & Iudæa ſatiatur. Quia enim per Prophetam dicitur: O- *Eſai.* mnis caro fœnum, vniuerſitatis conditor ex noſtra ſubſtantia carnem ſumens, fœnum fieri voluit, ne noſtra in perpetuum caro fœnum remaneret. Tunc ergo herbam onager inuenit, cùm gentilis populus gratiam diuinæ incarnationis accepit. Tunc bos vacuum præſepe non habuit, cùm plebi Iudaicæ eius carnem expectanti lex exhibuit quem diu expectatum prophetauit. Vnde & natus dominus in præſepe ponitur, vt videlicet ſignaretur, quia ſancta animalia quæ ieiuna diu apud legem inuenta ſunt, incarnationis eius fœno ſatiarẽtur. Præſepe enim natus impleuit, qui cibum ſemetipſum men- M tibus mortalium præbuit, dicẽs: Qui comedit carnẽ meam, *Ioan.* & bibit ſanguinem meũ, in me manet, & ego in eo. Sed quia diu & electorum gentilium vota dilata ſunt, & ex Hebraico populo ſancti quique longo tempore redemptionem ſuam expectando gemuerunt, bene beatus Iob prophetiæ myſteria enarrans, ex vtraque natione cauſas afflictionis inſinuat, dicens: Nunquid rugiet onager cùm habuerit herbam, aut mugiet bos cùm ante præſepe plenum ſteterit? Ac ſi apertè dicat: Idcirco gentilitas gemit, quia eam necdum redemptoris ſui gratia reficit: atque ideo Iudæa mugitus dilatat, quia legem tenens, ſed legis auctorem non videns, ſtans ante præſepe ieiunat. Quæ nimirum lex, quia ante mediatoris aduentum nequaquam ſpiritaliter, ſed carnaliter tenebatur, rectè ſubiungitur:

Quòd inſulſum cibum comedit, qui legem carnaliter accipit.

Aut poterit comedi inſulſum, quod non eſt ſale conditũ? In lege ſal literæ, eſt intelligentiæ virtus occultæ. Quiſquis ergo obſequiis carnalibus intentus, hanc intelligere ſpiritaliter noluit, quid aliud quàm inſulſum cibum comedit? Sed hoc in cibo ſal cognita veritas miſit, cùm latere in lege ſaporem occultæ intelligentiæ docuit, dicens: Si crederetis Moy- *Ioan.* ſi, crederetis vtique & mihi, de me enim ille ſcripſit. Et rurſum: Habete ſal in vobis, & pacem habete inter vos. Sed quia *Mar.* ante mediatoris aduentum, Iudæa legem carnaliter tenuit, præceptis

A præceptis eius dura iubentibus gentilitas subdi recusauit. Insulsum ergo cibum comedere noluit, quæ priusquam spiritus condimentum perciperet, seruare vim literæ expauit. Quis namque gentilium hoc quod illic præcipitur ferret, filiorum carnem pro obsequio religionis incidere, verborum culpas morte resecare? Vnde & bene subditur adhuc: Aut gustare aliquis potest, quod gustatum affert mortem? Lex nanque carnaliter degustata mortem detulit, quia commissa delinquentium dura animaduersione distrinxit. Mortem detulit, quia & per præceptum culpam innotuit, & hanc per gratiam non dereliquit, Paulo attestante, qui ait: Nihil ad perfectum perduxit lex. Et rursum: Lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Et paulopost: Peccatū vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. Ad Christum vero conuersa gentilitas, quia hunc signari per verba legis intelligit, angustiata desideriis suis, cum quem vehementer diligit, inter præcepta carnalia spiritaliter requirit:

Heb. 7.
Rom. 7.

Quòd iusti quicquid sibi in hac vita amarum est, dulce reputant, & quod affligit, requiem putant. Caput. V.

VNde & ex voce mox Ecclesiæ per prophetiæ spiritum subditur:) Quæ prius tangere nolebat anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt.) Valde nāque
B in errorem labitur, qui beati Iob verba ad solam prolata historiam suspicatur. Vir enim sanctus, & tot conditoris sui præconiis fultus, quid magnum, vel potius quid verum diceret, si insulsum cibum comedi non posse dixisset? Aut quis eius esui mortifera alimēta obtulerat, vt subiungat: Aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem? Quæ si de amicorum eius colloquiis dicta sentimus, ab intellectu hoc sententia subiuncta compescimur, qua ait: Quæ prius tangere nolebat anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt. Absit enim ne vir sanctus in status sui incolumitate constitutus, amicorum suorum aliquando dicta despexerit: qui, sicut ipso attestante pòst discimus, & seruis humilis fuit. Verba ergo eius à mysteriis non vacant: quę, sicut ex fine historiæ discimus, & internus arbiter laudat. Quæ nequaquam etiam cum tanta veneratione vsque ad mundi extrema decurrerent, si intellectu mystico grauia non fuissent. Beatus igitur Iob, quia membrum sanctę est Ecclesiæ, eius etiam loquatur ex voce dicens: Quæ prius tangere nolebat anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt: quia nimirum amoris sui æstibus anxia cibum scripturæ veteris conuersa gentilitas esurit, quem dudum superba despexit. Quæ tamen & Iudææ vocibus congruunt, si paulo consideratius differantur. Ipsa quippe ex eruditione legis, ex vnius dei cognitione sal habuit, & tanquam animalia bruta despexit. Sed quia societatē gentilium ad semetipsam recipere, præ
C ceptis legis erudita contempserat: quid aliud quàm insulsum
Exod. 23. cibum sumere fastidiebat? Diuina quippe sententia proposita morte vetuerat, ne plebs Israëlitica fœdus cum alienigenis iungeret: & vitam sanctæ religionis inquinaret. Vnde & subditur: Aut gustare aliquis potest, quod gustatum affert mortem? Sed quia ad redemptoris fidem hæc eadem Iudæa ex electorum parte conuersa est, lucem quam cognouerat, prædicare per sanctos Apostolos suæ prolis infidelibus satagebat. Eius autem prædicationis obsequium Hebræorum superbia repulit. Vnde mox ad collectionem gentium exhortationis suæ verba declinauit, sicut & per eosdem Apostolos dicitur:
Actor. 13. Vobis oportebat primum loqui verbum dei: sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Vnde hoc quoque loco aptè subiungitur: Quæ prius tangere nolebat anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt. Iudæa quippe vitam gentilium dedignata, eam dudum quasi tangere noluit, cuius societatem recipere spreuit: sed ad redemptoris gratiam veniens, ab Israëliticis infidelibus repulsa, dum per sanctos Apostolos ad collectionem se gentilium dilatat, quasi hoc in cibum esuriens accepit, quod indignum prius fastidiosa despexit. prædicationis enim suæ angustias pertulit, quæ apud Hebræos despici quod loquebatur, vidit. Sed præ angustia cibos quos dudum contempserat, comedit: quia repulsa Iudęorum duritia gentiles suscipere populos quos despexerat, concupiuit. Quia igitur hæc figuraliter diximus, restat nunc vt moraliter inquiramus. Vir sanctus redemptoris aduentum sub stateræ appellatione desiderans, dum per se eloquium aperit, nos ad viuendi studium erudit: dum sua narrat, quędam nostra indicat: dum de se quę recognoscamus insinuat, nos ad spem trepidos infirmósque confirmat. Iam quippe per fidem mediatoris viuimus: & tamen adhuc pro expurgatione vitiorum, dura animaduersionis intimæ flagella sustinemus. Vnde & post stateræ desiderium subdit: Quia sagittæ domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum.) Sed ecce vt superius dictum est, & diuinæ correptionis percussione configimur, & tamen adhuc illud est grauius, quod de terrore venturi iudicis ex æterna animaduersione formidamus. Vnde protinus subinferi: D

Et terrores domini militant contra me.) Debet tamen à metu & dolore animus excuti, & ad sola æternæ patriæ desideria extendi. Tunc enim nobilitatem nostræ regenerationis ostendimus, si eum vt patrem diligimus, quem nunc seruili mente, vt dominū formidamus. Vnde per Paulū dicitur: Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Pondus itaque formidinis mēs electi postponat, in virtute se amoris exerceat, renouationis suę dignitatem desideret, ad conditoris sui speciem anhelet: quem quousque conspicere non valet, æternitatem eius necesse est, id est, intimum cibum suum esuriens expectet. Vnde & aptè subditur: *Rom. 8.* E

Caput. VI.

NVnquid rugiet onager, cùm habuerit herbam, aut mugiet bos, cum ante præsepe plenum steterit?) Qui alij onagri appellatione signati sunt, nisi hi, qui in cāpo fidei constituti, nullius officij loris ligantur? Vel quos bouis significatio exprimit, nisi hos, quos intra sanctam Ecclesiam ad prędicationis officium, susceptī ordinis iugum premit? Herba verò onagri, & pabulum bouis, est interna refectio populi fidelis. Alij nanque more bouis intra Ecclesiā susceptī officij loris tenentur: Alij more onagri, sicri ordinis stabula nesciunt, & in campo propriæ voluntatis degunt. Sed cùm quis ex vita seculari internæ visionis desiderio æstuat, cùm refectionis intimæ pabulum concupiscit, cùm ieiunium se in peregrinationis huius cæcitate considerans, quibus valet fletibus reficit: quasi herbam non inueniens onager rugit. Alius quoque necessitatem susceptī ordinis tolerat, in labore prædicationis exudat, & per æternam iam contemplationem refici appetit, sed quia redemptoris sui speciem necdum conspicit, quasi bos ad præsepe vacuum ligatus gemit. Quia enim longè ab interna sapientia positi, æternę hæreditatis non cernimus viriditatem, velut bruta animalia à desiderata herba ieiunamus. De qua nimirum herba redemptoris voce dicitur: Per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur & egre F
dietur, & pascua inueniet. Sed plerunque quod esse amantibus grauius solet, sanctis bonorum studiis malorum vita contradicit, & cùm mens ad cœleste desiderium rapitur, bene cœpta intentio interrumpentibus stultorum verbis ac moribus reuerberatur, ita vt quæ iam per contemplationis adnisum ad summa euolauerat, ad expugnandam prauorum stultitiam sese in infimis contra certamina accingat. Vnde & subditur: Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum?) Verba quippe morésque carnalium, quasi cibum se nostris mentibus ingerunt, vt in delectationis ventre rapiantur. Sed electus quisque insulsum cibum non comedit, quia prauorum dicta factáque diiudicans, ab ore cordis repellit. Paulus ad esum mentium inferri insulsa prohibuit, cùm discipulis dixit: Sermo vester semper in gratia sale sit conditus. Et Psalmistæ quoque, verba reproborum in cordis ore insulsa sapuerunt, cùm dicebat: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ita vt lex tua domine. Sæpe autem carnalium verba dum se importunè nostris auribus ingerunt, in corde bellum tentationis gignunt: & quanuis hæc & ratio respuat, & lingua reprehendat, cum labore tamen intus vincitur, quod foris cum auctoritate diiudicatur. Vnde necesse est, vt nec ad aures veniat, quod mens à cogitationis aditu vigilans repellat. Sancti igitur viri cùm æternitatis desideriis anhelant, in tantam altitudinem vitæ se subleuant, vt audire iam quę mundi sunt, graue sibi ac deprimēs pondus credāt. Valde nanque

Ioan. 10.

Coloss. 4.

Psalm. 118.

Universidad de Deusto Biblioteca

G nanque insolens atque intolerabile æstimant, quicquid illud non sonat quod intus amant.

Caput. VII.

SEd sæpe mens iam per desiderium ad sublimia rapitur, iam funditus ad stultra terrenorum hominum locutione separatur, nec tamen adhuc pro amore veritatis, ad perferendos præsentis vitæ cruciatus accingitur, iam superna appetit, iam in infimis stulta contēnit, sed necdum se ad perferendæ aduersitatis tolerantiam dirigit. Vnde & subditur:

Aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem?) Durum quippe est appetere quod cruciat, sequi quod vitam fugat. Sed plærumque mens iusti ad tantum se virtutis culmē extendit, vt & apud se in internæ rationis arce præsideat, & quorundam foris stultitiam tolerando conuertat: Quos enim ad fortia trahere nitimur, eorum necesse est, vt infirma toleremus: quia nec iacentem erigit, nisi qui status sui rectitudinē per compassionem flectit. Cùm verò alienæ infirmitati compatimur, valentius à nostra roboramur, vt amore futurorum mens ad præsentia aduersa se præparet, & cruciatus corporis quos timebat expectet. Auctus nanque desideriis cœlestibus angustatur, cumque æternæ patriæ quanta sit dulcedo considerat, pro ea præsentis vitæ amaritudines ardenter amat. Vnde post insulsi cibi fastidium, post impossibilem mortis gustum, rectè subiungitur:

H *Quòd electi cū in aliquo se offendisse nouerint, & nulla eis pro malè gestis irrogātur aduersa, timent ne in æternum gratia deserat, quos in præsenti vita nulla mali sui retributio castigat.*

Quæ prius tangere nolebat anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt.) Mens enim iusti proficiens, quæ prius dum sola propria curaret, ferre aliena fastidiebat, & quæ minus alienis compatiens: conualescere contra aduersa nō poterat: cùm ad toleranda proximi infirma se attrahit, ad aduersa superanda conualescit, ita vt pro amore veritatis, præsentis vitæ cruciatus tanto pòst fortius appetat, quanto prius infirma fugiebat. Inclinatione nanque sua erigitur, attractione tenditur, compassione roboratur: cúmque in amorem proximi se dilatat, quasi ex meditatione colligit, quanta fortitudine in auctorem surgat. Charitas nanque quia nos ad vim compassionis humiliat, altius in culmine contemplationis leuat: & multiplicata iam maioribus desideriis æstuat, iam peruenire ad vitam spiritus, etiam per cruciatus corporis anhelat. Quod ergo prius tangere nolebat, hoc pòst præ angustia comedit, qui desideria sua vix capiens, & ipsas quas dudum timuerat, iam pro amore cœlestis patriæ pœnas amat. Si enim mēs in deum forti intentione dirigitur, quicquid sibi in hac vita amarū fit, dulce æstimat: omne quod affligit, requiem putat: transire & per mortem appetit, vt obtinere plenius vitam possit, funditus extingui in infimis desiderat, quo verius ad summa conscendat. Sed hæc de cuiuslibet animo, hæc de beati Iob mente mētior, nisi ipse subiungat: Quis det vt veniat petitio mea, & quod expecto tribuat mihi deus, & qui cœpit, ipse me conterat, soluat manum suam, & succidat me, & hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non parcat?) Sed hæc fortasse per contumaciam expetit, fortasse in eo quòd se perfectè extingui desiderat, iniustitiam ferientis accusat. Absit hoc. Nam qua mente id expetat, verbis sequentibus demonstrat, dicēs:

Cruciatus appetit mēs iusti.

Quomodo mēti amarū fit dulce, & afflictio reges.

I Nec contradicam sermonibus sancti.) Nequaquam ergo de iniustitia percutiens murmurat, qui percussorem suum, & inter verba sanctum vocat. Sciendum vero, quia aliquādo nos aduersarius, aliquando autem conterit deus. Ex contritione autem aduersarij, à virtute deficimus, per contritionem vero domini fracti, à vitiis in virtute roboramur. Hanc contritionē propheta prospexerat, cùm dicebat: Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli conteres eos: in virga nos ferrea dominus regit & conterit, quia dispensationis sue forti rectitudine cùm nos interius reficit, exterius affligit. Nam quo virtutem carnis humiliat, intentionem spiritus exaltat. Vnde hæc eadem contritio figuli vasi comparatur, sicut & per Paulum dicitur: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Qui simul contritionem & regimen exprimens ait: Licet is qui foris est, noster homo corrumpitur, tamē is qui intus est, renouatur de die in diem.

Conterit nos aduersarius.

Conterit nos deus. Psalm. 2.

2. Corin. 4.

Caput. VIII.

SAnctus igitur vir, qui appropinquare deo etiam per flagella desiderat, per spiritum humilitatis dicat: Qui cœpit, ipse me conterat.) Plærúque enim vitiorum contritionem in nobis agere dominus inchoat, sed cùm mens ex ipso exordio profectus extollitur, cúique se iam quasi de virtutibus erigit, sæuienti contra se aduersario aditum pandit, qui cordis intima penetrans, omne quod in ea de studio bonę inchoationis inuenerit, confringit: tantóque se vehementius in eius confractione exhibet, quanto & grauius, quia vel ad modicum fuerat proiectus, dolet. Vnde & reste Euangelio, voce veritatis, ad neglectam domum conscientiæ spiritus immundus qui solus exiit, cum spiritibus septem redit. Ne ergo post diuinæ correptionis exordia antiquus hostis surripiat, atque ad virtutum confractionem trahat, sanctus vir congruè exorat, dicens: Qui cœpit, ipse me conterat. Ac si apertè dicat, hoc quod in me exorsus est, perficere feriendo non desinat, ne desertum me aduersario ad contritionem tradat. Vnde & aptè subditur: Soluat manum suam, & succidat me.) Sæpe nanque fiducia longę prosperitatis inflati, in quodam statu elationis erigimur. Cúmque nos extolli conditor conspicit, sed amorem suum ergo nos per verba non exercet, quasi ad ferienda nostra vitia manum ligatam tenet. An non affectus sui manum ligauerat, cum peccanti populo dicebat: Iam non irascar tibi: &, Zelus meus recessit à te? Soluere ergo manum suam dicitur: cùm exercet affectum. Rectè autem subiungitur: Et succidat me. Cùm enim securos nos ac de virtutum affluentia elatos, repentinus vel flagelli dolor, vel infirmitatis tentatio percutit, protinus ab status sui vertice, mentis nostræ elatio succisa cadit, vt de semetipsa nihil audeat, sed infirmitatis suæ ictu prostrata, manum leuantis quærat. Hinc est quòd sancti viri cùm de occulta erga se dispositione suspecti sunt, plus prospera ipsa pertimescunt, tentari appetunt, flagellari concupiscunt, quatenus incautam mentem metus, & dolor erudiat: ne in hac peregrinationis via, hoste ex insidiis erumpente, sua eam deterius securitas sternat. Hinc Psalmista ait: Proba me domine, & tenta me. Hinc iterum dicit: Ego ad flagella paratus sum. Quia enim viri sancti mētis suæ corruptionis vulnus sine putredine non esse considerant, libenter se sub manu medici ad sectiones parant: vt aperto vulnere virus peccati exeat, quod sana cute intus occidebat. Vnde & adhuc subditur: Et hæc mihi sit consolatio, vt affligēs me dolore, non parcat.) Electi quique cùm perpetrasse se illicita nouerunt, sed perscrutantes inueniunt, quia nulla pro illis aduersa perpessi sunt, in immensæ formidinis terrore tabescunt, pauore æstuant, sinistris agitati suspitionibus laborant: ne in æternum se gratia deserat, quos in præsenti vita mali sui retributio nulla castigat: timent, ne vltio quæ suspenditur, grauior in fine seruetur: feriri paterna correptione desiderant, & dolorē vulneris medicamina salutis putant. Rectè ergo nunc dicitur: Hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non parcat. Ac si apertè diceretur: Quia ideo hìc quibusdam parcit, vt eos in perpetuum feriat: ideo me hìc feriat non parcendo, vt in perpetuum parcat. Ex afflictione enim consolor, quia corruptionis humanæ putredinem sciens, ad spem salutis ex vulnere certus reddor. Quod quia non tumenti, sed humili mente edidit, subiungendo, vt prædiximus, patefacit, dicens: Nec contradicam sermonibus sancti.) Plærumque ad nos verba dei non sunt dictorum sonitus, sed effectus operationum. In eo enim nobis loquitur, quod erga nos tacitus operatur. Beatus igitur Iob sermonibus dei contradiceret, si de eius percussionibus murmuraret. Sed quid de percussore suo sentiat, indicat, qui, sicut iam diximus, quem ferientem tolerat, sanctum vocat. Sequitur:

K *Flagella desiderant.*

Mentis.

L *Flagellum timent.*

Psalm.

Psalm.

M

Quid sit fortitudo iustorum, & quid reproborum. Caput. IX.

QVæ est enim fortitudo mea, vt sustineam, aut quis finis meus, vt patienter agam? Sciendum quòd alia iustorum, atque alia est fortitudo reproborum. Iustorum quippe fortitudo, est carnem vincere, propriis voluntatibus contraire, delectationem vitæ præsentis extinguere, huius mundi aspera pro æternis præmiis amare, prosperitatis blādimenta contemnere, aduersitatis metum in corde superare. Reproborum verò fortitudo, est transitoria sine

Fortitudo iustorum.

Fortitudo reproborum.

A ne sine cessatione diligere, contra flagella conditoris insensibiliter perdurare, ab amore rerum temporalium, nec aduersitate quiescere, ad inanem gloriam etiam cum vitæ detrimento peruenire, malitiæ augmenta exquirere, bonorum vitam non solùm verbis ac moribus, sed etiam gladiis impugnare, in semetipsis spem ponere, iniquitatem quotidie, sine vllo desiderij defectu, perpetrare. Hinc est quod per Psalmistam dicitur ad electos: Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in domino. Hinc per prophetam reprobis dicitur: Væ qui potentes estis ad potandum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Hinc per Salomonem dicitur, quòd sancti quique sine vlla debilitate desiderij internam requiem contemplantur. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt, ex fortissimis Israël. Hinc Psalmista cõtra reprobos in passione positi voce redemptoris insinuat, dicens: Ecce occupauerunt animam meam, & irruerũt in me fortes. Quam bene vtranque fortitudinem Esaias complexus est, dicẽs: Qui confidunt in domino, mutabunt fortitudinem. Qui enim nequaquam sument, sed mutabunt dixit: profecto patenter innotuit, aliam esse quę proponitur, & aliam quę inchoatur. An non etiam reprobi fortes sunt, qui ad præsentis vitæ concupiscentiam tot laboribus currunt, periculis se audenter obiiciũt, pro lucris contumelias libenter ferunt, ab appetitus sui libidine nulla victi contrarietate resiliunt, percussionibus durescũt, B & mala mundi tolerant pro mundo, eiusque, vt ita dixerim, gaudia quærentes perdunt, nec tamen hæc perdendo fatigantur? Vnde & bene ex humani generis voce per Hieremiam dicitur: Inebriauit me absinthio. Ebrius quippe quod patitur nescit. Absinthio ergo ebrius est, qui præ amore præsentis seculi, à sensu rationis alienus, dum quicquid pro mundo sustinet, leue deputat: laboris amaritudinem quã tolerat, ignorat: quia nimirum delectabiliter ad cuncta ducitur, in quibus pœnaliter fatigatur. At contra vir iustus ad mundi pericula pro mundo toleranda esse debilis studet, finem suum conspicit, vita præsens quàm sit transitoria attendit, & pro ea exterius labores perpeti renuit, cuius intrinsecus delectationẽ vicit. Beatus igit Iob præsentis vitæ aduersitatibus pressus, dicat ex sua, dicat ex omnium voce iustorũ: Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineam? aut quis finis meus, vt patienter agam? Ac si apertè insinuet, dicens: Mala mũdi pro mũdo tolerare nequeo, quia iam in eius desiderio fortis non sum. Dum enim præsentis vitæ finem conspicio, cur pondus cruciatus eius patior, cuius appetitum calco? Et quia iniusti quique, vt diximus, tanto fortius labores illius perferunt, quanto auidius eius delectatione pascũtur, rectè mox eandem reproborum fortitudinem subdit, dicens:

Declaratio fortitudinis reproborũ.

Threm. 3.

Iustus ad mundi pericula pro mundo debilis est.

Quòd nonnulli reprobi ex percussione sicut lapides indurantur, alij verò in percussione consoni resonant sine correptione. C

Caput. X.

Ære & lapidibus insensibilium hõm corda signantur.

Ezech. 11.

1. Cor. 13.

NEc fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est.) Quid hoc loco ære ac lapidibus, nisi insensibilium hominum corda signantur? Qui sæpe & supernos ictus accipiunt, & tamen nulla disciplinæ percussione molliescunt. Quo contrà electis per prophetam pollicente dominus dicitur: Tollam à vobis cor lapideũ, & dabo vobis cor carneum. Paulus quoque ait: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Scimus autem quoniã percussi lapides clarum sonum reddere nequeunt, æs verò cùm percutitur, canorus valde sonitus ex eius percussione formatur. Quod quia vt lapides vita caret, sensum in sonitu non habet. Et non sunt nonnulli qui lapidibus similes, ita ad pietatis præcepta duruerunt, vt cum eos percussio supernæ animaduersionis examinat, nequaquam sonitum humilis confessionis reddant. Quidam vero à metallo æris in nullo discrepantes, cùm flagella supernæ percussionis accipiunt, piæ confessionis sonitum emittunt. Sed quia humilitatis voces ex corde non proferunt, ad statum salutis reducti, nesciunt quod promiserunt. Illi ergo more lapidum percussi, nec voces habent, isti autem in nullo æris imitationem fugiunt, qui in percussione positi, bona quæ non sentiunt loquuntur. Illi venerationem ferientis, & verba denegant, isti pollicentes quo non implent, sine vita clamãt. Vir igitur sanctus reproborum duritiam inter verba fugiens dicat: Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est. Ac si apertè fateatur dicens: Reproborum similitudinem sub disciplinæ verbere fugio, quia nec more lapidum ita obdurui, vt sub percussionis stimulo à ministerio confessionis obmutescant: nec rursum quasi æs vocem confessionis resono, & sensum vocis ignoro. Sed quia ad percussionem reprobi debiliter sortes sunt, electi autem valenter infirmi: beatus Iob dum fortem se per insaniã non esse asserit, fortem se per statum salutis innotescit. D

Gene. 3.

Caput. XI.

VNde ergo hanc eandem fortitudinem perceperit patenter insinuet, ne si sibi vires quas habet, arroget, potenter ad mortem currat. Plærunque enim virtus habita deterius, q̃ si deesset, interficit, quia dum ad sui confidentiam mentem erigit, hanc elationis gladio transfigit. Cumque eam quasi roborando viuificat, eleuando necat, ad interitum videlicet pertrahit, quam per spem propriam ab internæ fortitudinis fiducia euellit. Sed quia beatus Iob, & virtutẽ pollet, & in semetipso fiduciam non habet, atque vt ita dixerim, vires infirmus habet, aptè subiungit, dicens: Ecce non est auxilium mihi in me.) Patet iam ad cuius spem percussi animus recurrat, cùm in se sibi auxilium esse denegat. Sed quia infirmũ se in semetipso insinuat, ad maioris adhuc fortitudinis meritum, quomodo etiam à proximis destituatur, adiungit: Necessarij quoque mei recesserunt à me.) Sed ecce despectus exterius, intus solio iudicij præsidet. Nam cum derelictum se asserit, protinus ad sententiam erumpit, dicens: E

De ordine charitatis, & q̃ in prosperitate dilectio vix agnoscatur.

Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem domini derelinquit.) Quis hoc loco amici nomine, nisi quilibet proximus designatur? Qui eo fidelius nobis iungitur, quo percepto nunc à nobis boni operis exemplo, ad obtinendam pòst æternam patriam veraciter auxiliatur. Quia autem duo sunt præcepta charitatis, dei videlicet amor, & proximi: per amorem dei amor proximi gignitur, & per amorẽ proximi amor dei nutritur. Nam qui amare deum negligit, profecto diligere proximum nescit, & tunc plenius in dilectione dei proficimus, si in eiusdem dilectionis gremio prius proximi charitate ligamur*. Quia enim amor dei amorem proximi generat, dicturus per legem dominus: Diliges proximum tuum sicut teipsum, præmisit dicens: Diliges dominum deum tuum, vt scilicet in terra pectoris nostri, prius amoris sui radicem figeret, quatenus per ramos postmodum dilectio fraterna germinaret. Et rursum quia amor dei ex proximi amore coalescit, testatur Ioannes, qui increpat dicens: Qui non diligit fratrem suum quem videt, deum quem nõ videt, quomodo potest diligere? Quæ tamen diuina dilectio per timorem nascitur, sed in affectũ crescendo permutatur. Sepe vero omnipotens deus vt quantum quisque à charitate eius ac proximi longè sit, vel in ea quantum profecerit innotescat, miro ordine cuncta dispẽsans, alios flagellis deprimit, alios successibus fulcit: Et cum quosdam temporaliter deserit, in quorundam cordibus quæ mala latent, ostendit. Nam plærũque ipsi nos miseros insequũtur, qui fœlices sine comparatione coluerunt. Cùm enim quis positus in prosperitate diligitur, incertum valde est vtrũ prosperitas an persona diligatur. Amissio autem fœlicitatis interrogat vim dilectionis. Vnde bene quidam sapiens dicit: Non agnoscitur in bonis amicus, & non absconditur in malis inimicus. Nec prosperitas quippe amicũ indicat, nec aduersitas inimicum cælat: quia & ille sæpe prosperitatis nostrę reuerentia tegitur, & iste ex confidentia aduersitatis aperitur. Vir igitur iustus in flagellis positus, dicat: Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem domini derelinquit: quia nimirum qui ex aduersitate proximum despicit, aperte conuincitur q̃ hunc in prosperis non amauit. Et cùm omnipotens deus ideo flagello quosdam cruciet, vt & percussos erudiat, & non percussis, occasionẽ boni operis præbeat, quisquis percussum despicit, occasionẽ à se virtutis repellit: & tanto se nequius contra auctorem erigit, quãto hunc nec pium in salute propria, nec iustum in alieno vulnere agnoscit. Intuendum verò q̃ beatus Iob sic sua loquitur, vt totius quoq; electi populi per eum vita signet. F

[a] al. lætamur.

Deut. 6.

1. Ioan. 4.

Eccli. 12.

Cur deus quosdam flagellat.

Quia

G Quia enim eiusdem populi membrum est,cùm vera quæ ipsa patitur narrat,ea etiam quæ sustinet ille denunciat,dicens:Fratres mei præterierunt me sicut torrens,qui raptim transit in cõuallibus.)Reproborum mens quia sola præsentia diligit,plærunque nunc tanto alicna exístit à verbere, quãto pòst extranea remanet ab hæreditate,& superba iustos despicit,quos paterna misericorditer seueritas affligit. Sæpe vero reprobi eandem fidẽ qua viuimus retinent,eiusdem fidei sacramenta percipiunt,eiusdem religionis vnitate continentur,sed tamen cõ passionis viscera nesciunt,charitati vim qua in deũ flagramus & proximum non agnoscunt.Rectè ergo & fratres,& prętereuntes vocantur, quia ex vno matris gremio nobiscum per fidem prodeunt,sed in vno charitatis studio erga deum,& proximum non figuntur. Vnde etiam aptè torrenti qui raptim transit in conuallibus,comparantur. Torrens nanque ex montanis in ima defluit,& collectus hyemalibus pluuiis,æstiuis solibus arescit. Qui enim terrena diligunt,& spem supernæ patriæ deserunt, quasi ex montibus valles petunt, quos tamen hyems præsentis vitę multiplicat,sed æstas venturi iudicij exsiccat, quia cùm sol supernæ districtionis incanduerit, reproborum lætitiam in ariditatem vertit.Bene autem dicitur:Raptim transit in conuallibus. Torrentem quippe ad conualles raptim transire,est prauorum mentes ad ima desideria, sine vllo obstaculo ac difficultate descendere. Caput. XII.

H OMnis enim ascensus in labore est,descensus in voluptate, quia per admissum gressus ad superiora tenditur, per remissionẽ verò ad inferiora declinatur. Ad mõtis enim verticẽ saxum subuehere magni laboris est, eúmque à summis ad ima dimittere labor non est. Sine mora videlicet prorui,qui magnis conatibus ad summa peruenit.Lõgo studio seges seritur,sole atque imbre diutino nutritur, sed tamen vna & subita scintilla consumitur.Et paulisper ędificia ad alta proficiunt, sed repentinis casibus terram petunt. Robusta arbor in aëra per tarda incremẽta se erigit,sed quicquid diu ad alta protulit, semel & simul cadit. Quia igitur ascensus in labore est,descensus in voluptate,rectè nunc dicitur: Fratres mei præterierunt me sicut torrens qui raptim transit in cõuallibus.)Quod tamen sentiri & aliter potest.Si enim conualles ima pœnarum loca intelligimus,iniusti quique sicut torrẽs raptim ad conualles transeunt,quia in hac vita quam totis desideriis appetũt,diu stare nequaquam possunt.Nam quot dies ętatis accipiunt,quasi tot quotidie gressibus ad finem tendũt. Augeri sibi optant tempora, sed quia concessa subsistere nequeunt, quot augmenta viuendi percipiunt,diu viuendi spacia totidem perdunt.Momenta ergo temporum quo sequuntur fugiunt,quo accipiunt amittunt. Raptim itaq; ad conualles transeunt,qui in longum quidẽ voluptatum desideria pertrahunt,sed ad inferni claustra repentè perducuntur. Quia e-
I nim hoc etiam tempus quod qualiber longæuitate extensum est:si fine clauditur, longum non est:ex fine miseri collegerũt
Eccli.11. breue fuisse,quod amittendo tenuerunt. Vnde bene & per Salomonem dicitur: Si multis annis vixerit homo,& in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum,qui cùm venerint,vanitatis arguentur præterita.Stulta etenim mens cùm malũ repentè inuenerit, quod nequaquam præterit, æternitatem eius tolerando intelligit, quia quod præterire potuit, vanum fuit. sciendum verò est quòd plærique agere recta desiderant: sed sunt nonnulla quæ infirmis eorum mentibus ex præsenti vita contradicunt,cúmque aduersa in infimis perpeti metuunt, in superni iudicij rectitudine offendunt. Vnde rectè subiungitur:

Quòd hi qui temporalium damnorum metu veritatẽ, vel iustitiam, vel cæteras virtutes prætermittunt,cælestis iræ vindictã incurrunt.

Qui timent pruinam, irruet super eos nix.) Pruina quippe inferius gelatur,nix autem de superioribus ruit. Et sæpe nonnulli dum temporalia aduersa pertimescunt, districtioni se æternæ animaduersionis obiiciunt. De quibus bene per Psalmi
Psalm. 13. stam dicitur: Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Iste nanque veritatem iam liberè defendere appetit, sed tamẽ in ipso suo appetitu trepidus indignationem potestatis humanæ pertimescit: cúmque in terra hominem contra veritatem pauet, eiusdem veritatis iram cœlitus sustinet. Ille peccatorũ suorum conscius,ea quæ possidet,indigentibus iam largiri de- K
fiderat,sed tamẽ ne datis rebus egeat,ipse formidat. Cúmque carnis subsidia reseruando trepidus præparat,ab alimentis misericordiæ animam necat. Et cum pati in terra inopiam metuit,ęternam sibi abundantiam supernæ refectionis abscindit. Rectè ergo dicitur:Qui timent pruinam,irruet super eos nix. Quia qui conculcanda in infimis metuunt,à summis metuenda patiuntur:& cùm transire nolunt quod calcare poterant,iudicium de supernis accipiunt,quod tolerare nequaquam possunt. Sed hæc agentes,mundi gloriam temporaliter obtinent. Quid autem tempore vocationis suę facturi sunt,cùm cuncta simul pauidi deserunt,quę hìc cum graui timore seruauerunt? Vnde & apertè subditur: Tempore quo fuerint dissipati, peribunt.)Quos enim præsentis vitæ sollicitudo ordinat, amissio dissipat, & tunc etiam exterius pereunt,qui intus dudum æterna negligendo perierunt. De quibus rectè additur:

Caput.XIII.

ET vt incaluerint,soluentur de loco suo.) Iniquus enim quisque cùm incaluerit, de loco suo soluetur, quia iudicio intimę districtionis appropinquans,cùm iam per cognitionem penè feruere cœperit, ab ea qui dudum inhæserat carnis suę delectatione separatur. Hinc est enim quod per
Esa. Prophetam de reprobis dicitur: Et tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui,quia videlicet æterna non intelligunt, nisi cùm pro temporalibus iam sine emendatione puniuntur,tunc mens æstuat, & infructuosæ pœnitentiæ segni- L
bus inflammat,duci ad supplicium timet,presentem vitam ex desiderio retinet: sed de loco suo soluitur,quia oblectamenta carnis deserens,eius duritia per supplicium liquatur. Sed quia iniqui omnes quid abstractionis suæ tempore patiantur audiuimus, adhuc aliqua quibus in libertatis suæ spacio implicantur,audiamus. Sequitur:

Quòd peccatum ex peccato nascatur,mira & subtilis distinctio, & quid sit quod per Esaiam dicitur: Erit cubile draconum & pascua struthionum. *Caput. XIIII,*

INuolutæ sunt semitę gressuum eorum.) Omne quod inuoluitur,in semetipsum replicatur. Et sunt nonnulli qui seducentibus vitiis obuiare quasi tota intentione deliberant, sed irruente tentationis articulo, in deliberationis proposito non perdurant. Alius nãque prauo vsu superbiæ inflatus,cùm magna esse præmia humilitatis considerat, aduersum semetipsum se erigit,& quasi tumorem turgidi fastus deponit,exhibere se quibuslibet contumeliis humilem promittit,sed cùm repentè hunc vnius iniuria verbi pulsauerit, ad consuetam protinus elationem redit,sicq; ad tumorem ducitur, vt nequaquã quia humilitatis bonum concupierat recordetur. Alius auaritia æstuans,augendis facultatibus anhelat, is cum præterire o- M
mnia velociter cõspicit,vagantem per concupiscentias mentẽ figit, decernit iam nihil appetere,& adepta tantummodo sub magni moderaminis freno possidere,sed cum repentè fuerint oculis oblata quę placeant,in ambitione protinus mens anhelat, semetipsam non capit, adipiscendi hæc occasionem quærit,& oblita continentiæ quam secum pepigerat, cogitationẽ se stimulis per desideria acquisitionis inquietat. Alius luxuriæ tabe polluitur,& longa iã consuetudine captus tenetur,quanta autem castitatis sit munditia,conspicit,& à carne vinci turpe deprehendit. Restringere ergo voluptatum fluxa deliberat, & resultare consuetudini, quasi totis se viribus parat.Sed vel obiecta oculis specie,vel ad memoriam reducta,cùm subiecta tentatione concutitur, protinus à pristina præparatione dissipatur. Et qui contra hanc clypeum deliberationis erexerat, delectationis iaculo confossus iacet,sicque eum luxuria ceruem superat, ac si nulla contra eam intentionis arma præparasset. Alius verò iracundiæ flammis accenditur:eiúsque stimulis ad inferendas proximis contumelias effrenatur. Cùm verò nulla furoris animam occasio pulsat, quanta sit mansuetudinis virtus, quanta patientiæ altitudo considerat, seque etiam contra contumelias patienter parat,sed cùm parua quælibet commotionis occasio nascitur,repente ad voces & contumelias medullitus inflammatur, ita vt non solum ad memoriam patientia promissa non redeat, sed & semetipsam mens,& ea quę loquitur conuitia non agnoscat. Cúmq; furoti

plenè

A plenè satisfecerit, quasi post exercitium in tranquillitatem redit: & tunc se ad silentij claustra recolligit, cùm linguæ non patientia, sed procacitatis suæ satisfactio frenum ponit. Vix igitur vel serò post conuitia illata se cohibet, quia & à cursu sæpe spumantes equos non præsidentis dextera, sed campi terminus coërcet. Bene ergo de reprobis dicitur: Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum, quia recta quidem deliberando appetunt, sed ad consueta semper mala replicantur, & quasi extra se tenti, ad semetipsos per circuitum redeũt, qui bona quidem cupiunt, sed à malis nequaquam recedunt. Esse quippe humiles, sed tamen sine despectu: esse contenti propriis, sed sine necessitate: esse casti, sed sine maceratione corporis: esse patientes, sed sine contumeliis volunt: cúmque adipisci virtutes quærunt, sed labores virtutum fugiunt, quid aliud quàm exhibere belli certamina in campo nesciunt, & triumphare in vrbibus de bello concupiscunt?

Caput. XV.

QVanuis hoc quòd eorum semitæ inuolutæ memorantur, adhuc intelligi, & aliter possit. Sæpe nanque nonnulli contra quædam se vitia vehementer accingunt, sed quædam subigere negligunt: cumque se contra ista non erigunt, & illa contra se reparant quæ subegerunt. Alius nanque iam carnem à luxuria edomuit, sed tamen adhuc mentem ab auaritia non refrenauit, cumque se in mundo pro exercenda auaritia retinet, cumque à terrenis acti
B bus non recedit, erumpente occasionis articulo, etiam in luxuriam labitur, quam iam subegisse videbatur. Alius auaritiæ æstum vicit, sed nequaquam vim luxuriæ subdidit: cumque explẽdæ luxuriæ precium præparat, iugo quoque auaritiæ quam dudum edomuit, cordis ceruicem subdit. Alius rebellantem iam impatientiam strauit, sed inanem gloriam necdum vicit: & cùm se per hanc mundi honoribus inserit, confixus causarum stimulis, ad impatientiam captus redit: cunque inanis gloria ad defensionem sui animum erigit, & illam victus tolerat quam superauit. Alius iam inanem gloriam subdidit, sed tamẽ impatientiam necdum strauit: & cùm multa resistentibus per impatientiam minatur, erubescens non implere quod loquitur, sub inanis gloriæ iugum reuocatur, & hoc victus per aliud tolerat, quod plenè se vicisse gaudebat. Sic ergo ope vicaria *fugitiuum* suum vitia retinent, & quasi iam amissum sub dominij sui iure recipiunt, atque ad vindictam sibi vicissim tradur.t. Peruersis itaque inuolutę sunt gressuum semitę, quia etsi deuicta vna nequitia pedem leuant, regnante tamen altera, hunc in ea etiam quam deuicerant, implicant. Aliquando verò inuolutis gressuum semitis, & nulla culpa deuincitur, & alia per aliam perpetratur. Nam sæpe furto, negationis fallacia
C iungitur, & sæpe culpa fallaciæ, periurij reatu cumulatur. Sæpe quodlibet vitium impudenti præsumptione committitur, & sæpe (quòd omni culpa sit grauius) etiam de commisso vitio superbitur. Nã quanuis de virtute nasci elatio soleat, nonnunquam tamen stulta mẽs de perpetrata se nequitia exaltat. Sed cùm culpa culpæ adiungitur, quid aliud quàm inuolutis semitis atque innodatis vinculis prauorum gressus ligantur? *Esaiæ.34.* Vnde bene contra peruersam mentem sub Iudææ specie per Esaiam dicitur: Erit cubile draconum, & pascua struthionum, & occurrent dæmonia onocentauris, & pilosus clamabit alter ad alterum. Quid nanque per dracones, nisi malitia, quid vero struthionum nomine nisi hypocrisis designatur? Struthio quippe volandi speciem habet, sed vsum volandi non habet, quia & hypocrisis cunctis intuentibus imaginem de se sanctitatis insinuat, sed tenere vitam sanctitatis ignorat. In peruersa igitur mente draco cubat, & struthio pascitur, quia & latens malitia callidè tegitur, & intuentium oculis simulatio bonitatis antefertur. Quid vero onocentaurorũ nomine, nisi & lubrici figurantur & elati? Græco quippe eloquio onos asinus dicitur, & appellatione asini luxuria designatur, Propheta attestãte, qui *Ezech.24.* ait: Vt carnes asinorum, carnes eorum. Tauri autẽ vocabulo, ceruix superbiæ demonstratur, sicut voce dominica de Iudęis *Psalm.21.* superbientibus per Psalmistam: Tauri pingues obsederũt me. Onocentauri ergo sunt, qui subiecti luxuriæ vitiis, inde ceruicem erigunt, vnde humiliari debuerant. Qui carnis suæ voluptatibus seruientes, expulsa longè verecundia, non solum se amittere rectitudinem non dolent, sed adhuc etiam de opere confusionis gaudẽt. Onocentauris autem dæmonia occurrũt, D quia maligni spiritus valde eis ad votum deseruiunt, quos de his gaudere conspiciunt, quæ flere debuerunt. Vbi aptè subiũgitur: Et pilosus clamabit alter ad alterum. Qui nanque alij pilosi appellatione figurantur, nisi hi quos Græci Faunos* Lati ni vero incubos vocant? quorum nimirum forma ab humana effigie incipit, sed bestiali extremitate terminatur. Pilosi ergo nomine, cuiuslibet peccati asperitas designatur, quod etsi quãdo quasi ab obtentu rationis incipit, semper tamen ad irrationabiles motus tendit, & quasi homo in bestiam desinit, dum culpa per rationis imaginem inchoans, vsque ad irrationabilem effectum trahit. Nam sæpe edendi delectatio seruit gulæ, & seruire se simulat indigentiæ naturæ: cumque ventrem inglu*alpanas.* uiei extendit, membra in luxuriam erigit. Pilosus autem alter ad alterum clamat, cùm perpetrata nequitia, ad aliam perpetrandam malitiam prouocat, & quasi quadam cogitationis voce, commissa iam culpa, culpã adhuc quæ committatur inuitat. Sæpe nanque (vt diximus) gula dicit: Si abundanti alimẽto corpus non reficis, in nullo vtili labore subsistis. Cumque mentem per desideria carnis accenderit, mox quoque luxuria verba proprię suggestionis facit, dicens: Si misceri deus hominis corporaliter nollet, membra ipsa coëundi apta vsibus nõ fecisset. Cumque hęc quasi ex ratione suggerit, mentem ad libidinum effrenationem trahit. Quæ sæpe deprehensa, patrocinium mox fallaciæ, & negationis inquirit, reamq; se esse non æstimat, si mentiendo vitam defendat. Pilosus ergo alter ad E alterum clamat, quando sub aliqua ratiocinandi specie, peruersam mentem culpa subsequens ex occasione culpæ præcedentis illaqueat. Cumque hanc peccata dura atque aspera deprimunt, quasi conuocati in ea concorditer pilosi dominantur: sicque fit, vt semper se gressuum semitæ deterius inuoluant, dum mentem reprobam culpa per culpam ligat.

Quòd peccati consuetudine mens cæcata nescit quo vadat, & libẽter illecebris se subdat, quod exemplo Sampsonis & Sedechiæ probatur.

Caput. XVI.

SEd inter hæc sciendum est, quòd aliquando prius oculus intellectus obtunditur, & postmodum captus animus per exteriora desideria vagatur: vt cæca mens quo ducitur nesciat, & carnis suæ illecebris sese libenter subdat. Aliquando verò prius desideria carnis ebulliunt, & post longum vsum illiciti operis, oculum cordis claudunt. Nam sæpe mens recta cernit, nec tamen audenter contra peruersa se erigit: & renitens vincitur, dum hoc ipsum quod agit diiudicans, carnis suæ delectatione superatur. Quia enim plerunque prius oculus contemplationis amittitur, & post per carnis desideria F huius mundi laboribus animus subiugatur, testatur Sampson ab Allophylis captus, qui postquam oculos perdidit, ad molã deputatus est: quia nimirum maligni spiritus, postquam tentationum stimulis intus aciem contemplationis effodiunt, foras in circuitum laborum mittunt. Rursum, quia sæpe & recta operatio exterius perditur, & tamen adhuc rationis lumen in corde retinetur, propheta Hieremias insinuat qui dum Sedechiæ captiuitatem narrat, ordinem captiuitatis internę denunciat, dicens: Occîdit rex Babylonis filios Sedechiæ in Reblatha *Hier.39.* in oculis eius, & omnes nobiles Iuda occîdit rex Babylonis, oculos quoque Sedechiæ eruit. Rex Babylonis est antiquus hostis, possessor intimæ confusionis, qui prius filios ante intuentis oculos trucidat, quia sæpe sic bona opera interficit, vt hæc se amittere ipse qui captus est, dolens cernat. Nam bona plærunque gignit animus, & tamen carnis suæ delectationibus victus, bona quæ genuit, amans perdit, & quæ patitur damna considerat, nec tamen virtutis brachium cõtra regem Babylonis leuat. Sed dum videns nequitię perpetratione percutitur, ad hoc quandoque peccati vsu perducitur, vt ipso quoque rationis lumine priuetur. Vnde Babylonis rex, extinctis prius filiis, Sedechiæ oculos eruit, quia malignus spiritus subductis prius bonis operibus, pòst & intelligentiæ lumen tollit. Quod rectè Sedechias in Reblatha patitur. Reblatha quippe multa hæc interpretatur. Ei enim quandoque & lumen rationis clauditur, qui prauo vsu ex iniquitatis suę multitudine grauatur.

Caput. XVII.

Quoquo

G QVoquo autem modo culpa prodeat, vel quibuslibet occasionibus erumpat, reproborum tamen semitæ semper inuolutæ sunt, vt prauis concupiscentiis deditæ, aut bona nulla appetant, aut appetentes, infirmo desiderio, ad hæc nequaquam mentis liberos gressus tendant. Recta enim aut non incipiunt, aut in ipso fracti itinere, ad hęc minimè pertingunt. Vnde fit plærunque, vt ad morem suum lassati redeant, seseque ab intētione animi in carnis voluptatibus sternant, sola quæ transeunt cogitent, nulla quæ secum permaneant, curent. Vnde & aptè subditur: Ambulabunt in vacuum & peribunt.) In vacuum quippe ambulant, qui nihil secum de fructu sui laboris portant. Alius nāque adipiscendis honoribus exudat, alius multiplicandis facultatibus æstuat, alius promerendis laudibus anhelat. Sed quia cuncta hęc quisque moriens deserit, labores in vacuum perdidit, quia secum ante iudicem nihil tulit. Quo contra bene per legem
Deut. 16. dicitur: Non apparebis in cōspectu domini vacuus. Qui enim promerendæ vitæ mercedem bene agendo non prouidet, in conspectu domini vacuus apparet. Hinc de iustis per Psalmi-
Psalm. 125. stam dicitur: Venientes autem venient in exultatione portantes manipulos suos. Ad examen quippe iudicij portantes manipulos veniunt, qui in semetipsis recta opera quibus vitam mereantur ostendunt. Hinc de vnoquoque electo Psalmista
Psalm. 25. iterum dicit: Qui non accepit in vano animam suam. In vano
H nanque animam suam accipit, qui sola presentia cogitans quę
**al. pximo* sequantur in perpetuo * non attendit. In vano animam suam accipit, qui eius vitam negligens, ei curā carnis anteponit. Sed animam suam iusti in vano non accipiunt, quia intentione cō tinua ad eius vtilitatem referunt quicquid corporaliter operantur, quatenus & transeūte opere, operis causa non transeat, quæ vitæ præmia post vitam parat. Sed hæc curare reprobi negligunt: quia profecto ambulantes in vacuum, vitā sequentes fugiunt, inueniētes perdunt. Melius vero à prauorum imitatione compescimur, si eorum damna ex fine pensamus. Vnde bene etiam cum exhortatione subiungitur:

Quòd tepidè conuersantium illaqueata intentio, in seculi huius turbine attendenda sit, & ex alterius damno correpti, firmiter in deum proficere debeamus, & quid sit quòd vitulis domi reclusis vaccæ trahentes plaustrum, cui arca est impositæ, ibant in directū per viam quæ ducit in Bethsamis.

Considerate semitas Theman, itinera Saba: & expectate paulisper.) Theman quippe Auster, Saba autem rete interpretatur. Quid hic per Austrum, qui afflata temporibus membra dissoluit, nisi fluxa viuendi remissio: quid per rete, nisi actionis obligatio demonstratur? Qui enim dissoluta mente ea quæ
I terrena sunt appetunt, nec gressu libero ad deum pergunt, ipsi se suis inordinatis conatibus ligant: cumque se fluxis conuersationis suæ actibus implicant, quasi remansuros in retis vinculis pedes ponūt. Vt enim paulo superius quosdam ad deuictas iam culpas retrahi per aperta quædam, & non deuicta vitia diximus: ita nonnulli ad ea quæ reliquerant, redeunt per quædam quæ vel honestatis nomine: vel laudis honore palliantur. Nam sunt plærique qui iam aliena non appetunt, atque ab huius mundi iurgiis inchoatæ quietis amore diuiduntur, erudiri sacris eloquiis sitiunt, vacare supernis contemplationibus concupiscunt, nec tamen perfecta animi libertate curam rerum familiarium deserūt, cui sæpe dum licitè seruiunt, etiam illicitis huius mundi iurgiis implicantur: cúmque terrenas res studiosè tueri desiderant, cordis requiem deserunt, quam quęrebant, & cum substantia fugiens continua prouisione protegitur: conceptus in animo diuinæ scientiæ sermo dissipatur: quia iuxta veritatis sententiam, obortum semen spinæ opprimunt, cùm verbum dei à memoria importunę terrenarum rerum sollicitudines expellunt. Dissolutis itaque gressibus in rete ambulant, qui dum mundum perfectè non deserunt, semetipsos gradiendo obligant ne gradiantur. Et sunt plærique qui non solum aliena non appetunt, verumetiam cuncta quæ possederant, in mundo derelinquunt, semetipsos despiciunt, nullā præsentis vitæ gloriam requirunt, ab huius mundi se actibus separant, & penè quicquid prosperitatis arriserit, calcant. Sed tamen adhuc vinculo carnalis cognationis obligati, dū amori propinquitatis indiscretè deseruiunt, ad ea sæpe per affectū cognationum redeunt, quę iam & cum proprio despectu subege K runt. Cūque plusquam necesse est, carnis propinquos diligūt, retracti exterius à cordis parente diuiduntur. Nam sæpe quosdam videmus (quantum ad proprium studium spectat) iā præsentis vitæ desideria non habere, mundum & opere & professione reliquisse: sed tamen pro inordinatis affectibus propinquorum, prætoria irrumpere, terrenarum rerum iurgiis vacare, libertatem intimæ quietis relinquere, & mundi studia in se iamdudum destructa reparare. Quo itaque isti nisi in rete ambulant, quos à præsenti seculo inchoata iā vitæ perfectio soluerat, sed inordinatus amor terrenæ cognationis ligat? Qui enim districto studio, & non dissolutis gressibus æternæ sponsionis præmium sequuntur, sicut semetipsos pro diuino amore despiciunt, sic cuncta quibus se sentiunt præpediri, postponunt: & cùm pro deo necesse est, vt quibus valent cunctis inseruiant, pro deo priuata obsequia etiam propinquis negant. Hinc est enim quòd quidā cùm diceret, Permitte mihi prius M ire & sepelire patrem meum protinus ex ore veritatis audiuit: Sine vt mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade, & annū cia regnum dei. Qua in re notandum est, quia electus discipulus dum à parentis sepultura compescitur, hoc deuotū quémque exhibere patri mortuo ex affectu carnali propter dominum non licet, quod propter dominum & exteris debet. Hinc rursum veritas dicit. Caput. XVIII.

SI quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, L & vxorem, & filios, & fratres, & sorores: adhuc autem & L animam suam, non potest meus esse discipulus. Quo in loco videlicet dum propinquorum odio, animæ quoque nostræ odium subinfertur, patenter ostenditur, quia sic propinquos, sicut nosmetipsos odio habere præcipimur, vt hos ad æterna rapientes, eorúmque carnalem gratiam cùm præpedit postponentes, discamus tēperata eos discretionis arte & conuenienter diligere, & salubriter odio habere, quatenus sic sciat per amorem odium surgere, vt valeamus eos verius per odiū amare. Hinc rursum p Moysen dicitur: Qui dixerit patri suo p & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos: hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum, & seruauerunt iudicia tua. Ille enim scire dominum familiari° appetit, qui præ amore pietatis nescire desiderat, quos carnaliter sciuit. Graui etenim damno scientia diuina minuitur, si cùm carnis notitia partitur. Extra cognatos ergo quisq; ac proximos debet fieri, si vult parenti omnium verius iungi: quatenus eosdem quos propter deum viriliter negligit, tanto solidius diligat, quanto in eis affectum solubilem copulæ carnalis ignorat. Debemus quidem & temporaliter his quibusvicinius iungimur, plus cæteris prodesse, quia & flamma admotis rebus incendium porrigit, sed hoc ipsum priusvbi nascitur, incendit. Debemus copulam terrenæ cognationis agnoscere, sed tamen hanc cùm cursum mentis præpedit, ignorare: quate M nus fidelis animus diuino studio accensus, nec ea quæ sibi sunt in infimis coniuncta, despiciat, & hęc apud semetipsum rectè ordinans, summorū amore transcendat. Solerti ergo cura prouidendum est, ne carnis gratia surrepat, atque à recto itinere cordis gressum deflectat, nec vim superni amoris impediat, & surgentem mentem superimposito pondere deorsum premat. Sic etenim quisque propinquorum debet necessitatibus compati, vt tamen per compassionem non sinat vim suę intentionis impediri: vt affectus quidem mentis viscera repleat, sed tamen à spiritali proposito non auertat. Neque enim sancti viri ad impēdenda necessaria propinquos carnis non diligunt, sed amore spiritalium ipsam in se dilectionem vincunt: quatenus sic eam discretionis moderamine tēperent, vt per hanc in paruo saltem ac minimo à recto itinere non declinent. Quos bene nobis per significationem vaccæ innuunt, quæ sub arca domini ad montana tendentes, affectu simul, & rigido sensu gradiuntur, sicut scriptum est: Tollentes duas vaccas quæ lactabant vitulos, iunxerunt ad plaustrum, vitulósque earum clauserunt domi, & posuerunt arcam dei super plaustrum. Et paulopòst: Ibant in directum vaccæ per viam quæ ducit Bethsamis, & itinere vno gradiebantur, pergentes & mugientes, & non declinantes neque ad dextram, neque ad sinistram. Ecce enim reclusis domi vitulis, vaccæ quæ sub arca domini plaustro religantur, gemunt & pergunt, dant ab intimis mugitus, &

A gitus,& tamen ab itinere non demutãt greſſus. Amorem quidem per compaſſionem ſentiunt, ſed colla poſterius non deflectunt. Sic ſic neceſſe eſt vt incedere debeant, qui ſacræ legis iugo ſuppoſiti, non per internam ſcietiam dei arcam portant: quatenus per hoc quòd propinquorum neceſsitatibus condolent, à cœpto rectitudinis itinere nõ declinent. Bethſamis quippe domus Solis dicitur. Arca ergo domini ſuperpoſita Bethſamis pergere, eſt cum ſuperna ſcientia ad æternæ lucis habitaculum propinquare. Sed tunc vere Berhſamis tendimus, cùm viam rectitudinis gradientes, ad vicina erroris latera nec pro affectu pignorum declinamus. Quorum nimirum gratia mentem noſtram tenere debet, ſed reflectere non debet: ne hæc eadem mens aut ſi affectu non tangitur, dura ſit, aut plus tacta, ſi inflectitur, remiſſa.

Caput. XIX.

INtueri libet beatum Iob, in quo diuini timoris iugo colla cordis attriuerat, ſub quanto diſcretionis moderamine diuinæ ſcientiæ arcam portat. Amiſsis nanque vitulis mugit, quia audita morte filiorum, in terram tõſo capite corruit, ſed recto tamen itinere mugiens graditur, quia os eius in gemitu ad dei laudes aperitur, cum protinus dicit: Dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen domini benedictum. Sed indiſcretæ mentes hanc viuendi regulam neſciunt, & quo vias dei diſſolutè appetũt, eo ad mundi itinera ſtultè replicantur. Rectè igitur ſanctus vir
B poſt Theman ſemitas, Saba itinera memorat, quia quos Auſter reprobi teporis ſoluerit, hos nimirum rete implicationis tenet. Bene autem prauorum facta deſcribens, cõſiderare hæc admonet, quia peruerſa agendo diligimus, ſed hec viſa in aliis diiudicamus, & quæ in nobis minus diiudicanda credimus, quàm ſint turpia, in aliorum actibus cognoſcimus, ſicque fit, vt ad ſemetipſam mens redeat, & agere quod reprehendit erubeſcat. Quaſi enim à ſpeculo fœda facies diſplicet, cùm mens à vita ſimili in ſeipſa quòd auerſetur videt. Ait ergo: Cõſiderate ſemitas Theman, itinera Saba, & expectate pauliſper.) Ac ſi apertè diceret: Damna alieni teporis attẽdite, & tunc ſpem de æternis firmius ſumitis, ſi recto cordis oculo quod in aliis diſpliceat, videtis.

Caput. XX.

BEne autem dicitur: Expectate pauliſper. Sæpe etenim dum præſentis vitæ breuitas quaſi diu perſeueratura diligitur, ab æterna ſpe animus frangitur, & delectatus præſentibus, deſperationis ſuæ caligine reuerberatur. Cumque longum putat quod ad viuendi ſibi ſpacium reſtat, repentè vitam deſerens, æterna mala inuenit, quæ vitare iam nequeat. Hinc eſt enim quod per quendam ſapientẽ dicitur.
Eccli.2. Væ his qui perdiderunt ſuſtinentiam. Suſtinentiam videlicet perdunt, qui dum diu ſe immorari viſibilibus æſtimant, ſpem
C inuiſibilium derelinquunt. Cumque mens in præſentib' figitur, vita terminatur, & repentè ad ſupplicia improuiſa peruenitur, quæ decepti ſuis præſumptionibus, aut nunquam ſe cõtingere, aut tardè crediderunt. Hinc veritas dicit: Vigilate itaque, quia neſcitis diem neque horam. Hinc rurſum ſcriptum
Mat.25. eſt: Dies domini ſicut fur in nocte, ita veniet. Quia enim ad
1.Theſ.5. rapiendam animam propinquans minimè conſpicitur, furi in nocte comparatur. Tanto igitur debet quaſi ſemper venientis metui, quanto à nobis non valent ventura præſciri. Vnde & ſancti viri quia breuitatem vitæ indefinẽter aſpiciunt, quaſi quotidie morientes viuunt: & tanto ſe ſolidius manſuris præparant, quanto & nulla eſſe tranſitoria ſemper ex fine pẽſant.
Pſalm.36. Hinc quippe Pſalmiſta veloci curſu fugere vitam peccatoris
Pſal.102. aſpiciens, ait: Puſillum adhuc, & non erit peccator. Hinc iterũ
Eſa.40. dicit: Homo ſicut fœnũ dies eius. Hinc Eſaias ait: Omnis ca-
Iacob.4. ro fœnum, & omnis gloria eius ſicut flos agri. Hinc mentes præſumentium Iacobus corripit, dicens: Quæ eſt vita noſtra? Vapor eſt ad modicũ parens. Rectè ergo dicitur: Expectate pauliſper: quia & immenſum eſt quod ſine termino ſequitur, & parum eſt quicquid finitur. Longum quippe nobis videri non debet, quod curſu ſui temporis tendit vt nõ ſit: quod dũ per momenta ducitur, ipſa hoc momenta ſua quæ differunt, impellũt: atque vnde teneri cernitur, inde agitur ne teneatur. Bene autem beatus Iob poſtquam breuitatem præſentis vitæ deſpiciens intulit, contra iniquos protinus in voce omniũ electorum ſurgit, dicens: Confuſi ſunt, quia ſperaui.) Cùm bo- D
nis mala reprobi ingerunt, ſi hos à ſpe intima labefactari cõſpiciunt: effectu deceptionis hilareſcunt. Lucrũ nanque maximum, erroris ſui propagationem deputant: quia habere ſe ad perditionem ſocios exultant. Cùm verò bonorum ſpes interius figitur: & nequaquam malis exterioribus ad ima reclinatur: prauorum mentem confuſio occupat: quia dum peruenire ad afflictorum intima nequeunt: incaſſum ſe exiſtere crudeles erubeſcunt. Sanctus igitur vir dicat ex voce ſua: dicat ex vniuerſalis Eccleſiæ afflictæ, gementiſque conſtantia, quæ inter aduerſa reproborum, ſupernæ retributionis gaudium ſine vllo mentis defectu deſiderat, atque ad vitam moriendo perdurat: Confuſi ſunt, quia ſperaui. Ac ſi apertè dicat: Quia duris perſecutionibus reprobi vim mei rigoris non emolliunt: erubeſcentes procul dubio laborem ſuæ crudelitatis perdunt. Vnde & mox venturæ retributionis bona, quaſi iam præſentia cõſpicit: & qui reatus in iudicio reprobos maneat, attendit ſubdens: Venerunt quoque vſque ad me, & pudore cooperti ſunt.) Vſque ad ſanctam quippe Eccleſiam in die iudicij reprobi veniunt: quia vſque ad eius tũc conſpiciendam gloriam perducuntur: vt ad maiora tunc reatus ſui ſupplicia, repulſi videant quod perdiderunt. Tunc verò iniquos pudor cooperit: cùm eos in conſpectu iudicis teſtis cõſcientia addicit. Tunc iudex exterius cernitur, ſed accuſator interius toleratur. Tunc omnis ante oculos culpa reducitur: & mens ſuper gehennæ incendia, ſuo grauius igne cruciatur. E
De quibus rectè per prophetam dicitur: Domine exaltetur manus tua, vt non videant, videant & confundantur. Intellectum quippe reproborum nunc merita obſcurant: ſed tunc cognitio reatus illuminat, vt & modo ſequenda non videant: & tunc ea poſtquam amiſerint, cernant. Nunc quippe æterna intelligere negligunt, vel appetere intellecta cõtemnunt: ſed tunc ea intelligentes procul dubio deſideranteſque conſpiciunt, cùm deſiderata aſſequi nequaquam poſſunt.

Caput. XXI.

QVæ etiam beati Iob verba amicis eius ſpecialiter congruunt: qui duris obiurgationibus ſancti viri animum labefactare conabantur. Ait enim confuſi ſunt, quia ſperaui. Ac ſi apertè diceret: Dum me ſtultis increpationibus ad deſperationem flectere nequeunt: ipſi temeritatis ſuæ inſania confunduntur. Venerunt quoque vſque ad me, & pudore cooperti ſunt. Ac ſi dicat: Videntes corporis vulnera: ſed mentis conſtantiam neſcientes: dum me de iniuſtitia increpare auſi ſunt, vſque ad me necdum venerunt: ſed dura me inuectione pulſantes, dum ſtare animum inter aduerſa deprehendunt: quaſi ad me venientes erubeſcunt. Eo enim ad me veniunt, quo me in intimis agnoſcunt, ibique eos pudor cooperit: vbi me ſtantem ſortiter exterior iactura non tangit. Sunt verò nõnulli qui timere deum neſciunt, niſi cùm vel in ſe experta, vel in aliis cognita aduerſitate terrentur: quos proſpera per audaciam eleuant, contraria per infirmitatem turbant. Ex quorum ſcilicet numero amicos ſuos eſſe beatus Iob redarguit, cùm protinus ſubdit dicens: Nunc veniſtis, & modo videntes plagam meam, timetis.) Ac ſi apertè dicat: Ego tunc deum timui, cum fultus proſperis, flagellorum detrimenta non ſenſi. vos autem quia ex amore deum non metuitis, ex ſola eum verberis percuſſione formidatis. Sequitur: Nunquid dixi, afferte mihi: & de ſubſtantia veſtra donate mihi, vel liberate me de manu hoſtis, & de manu robuſtorum eruite me?) Si ad perſonam ſanctæ Eccleſiæ hæc verba referuntur: quia amicos beati Iob hæreticorum tenere ſpeciem diximus: rectè ſe aſſerit eorum ſubſtantia non indigere. Hæreticorum quippe ſubſtantia, carnalis ſapientia non inconuenienter accipitur: qua dum peruerſè fulciuntur, quaſi in verbis ſe diuites oſtendunt: quam eo ſancta Eccleſia non quærit, quo hanc ſpirituali intellectu tranſcendit. Sæpe verò hæretici cum peruerſa de fide aſſerunt, nonnulla contra antiquũ hoſtem ſubtilia de carnis tentationibus loquuntur. Nam nonnunquam eo in ſe quaſi ſana membra operationis oſtendunt: quo in fide vulnerati ſerpentis morſu in capite tenentur. Sed ſancta Eccleſia audire ab his ſubtilia de tentationibus nõ vult: quia dum vera quædam de conuerſatione aſſerunt, ad falſa perfidiæ perducunt. Vn-

Universidad de Deusto Biblioteca

G de rectè nunc subditur: Nunquid dixi, afferte mihi: & de substantia vestra donate mihi, vel liberate me de manu hostis, & de manu robustorum eruite me? Manum quippe hostis, satanæ fortitudinem vocat: & manum robustorum, vires malignorum spirituum appellat. Quos idcirco robustos memorat: quia dum absque carnis infirmitate sunt conditi: prauis eorum adnisibus imbecillitas adiuncta nõ obuiat. Hoc verò quod subditur: Docete me, & ego tacebo: & si quid forte ignoraui, instruite me. Sub cuius distinctionis libramine pẽdeat, incertum videtur: vtrum ad hoc subiũctum sit quod intulerat: Nunquid dixi: an certè disiuncta à superioribus sententia promatur, quasi per increpationem dicatur: Docete me, & ego tacebo: & si quid fortè ignoraui, instruite me. Quod tamen vtrique distinctioni conuenit: quia ab intellectus sani tramite per neutram recedit. Sed quia hæc in transcursu per allegoriam diximus, restat vt moraliter historię verba perscrutemur.

Quanta sit securitas seruorum dei, & in reprehendendis vitiis sine personarum acceptione auctoritas: & quòd sanctus quisque prudentiam & vires & opes carnalium contemnat.

Caput. XXII.

H BEatus Iob damna rerum pertulerat: malignorũ spirituum percussionibus traditus, dolores vulnerũ sentiebat: sed sapientem dei stultitiam diligens, stultam mũdi sapientiam mentis despectu calcauerat. Igitur contra mundi diuites pauper: contra potestates & potentes oppressus, contra sapientes stultus dicitur: Tria respondit, quia nec pauper eorum substantiam, nec oppressus adiutoriũ cõtra robustos, nec stultus doctrinã sapientiæ carnalis quærit. Sanctus etenim vir quia mẽte super semetipsum rapitur: & pauper inopia nõ angustatur: & oppressus nihil patitur: & volũtariè stultus carnalem sapientiam nõ miratur. Hinc est enim quòd oppressus
2.*Cor.*4. Paulus pauper dicit: Aporiamur, sed nõ destituimur: persecutionẽ patimur, sed nõ derelinquimur: deiicimur, sed nõ perimus. Hinc est quod sapientiam sanctæ stultitiæ insinuans, ait:
1.*Corin.*1. Quæ stulta sunt mundi, elegit deus: vt confundat sapiẽtes. Et,
1.*Corin.*3. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo: stultus fiat, vt sit sapiens. Hinc est quòd gloriam oppressionis, & diuitias
2.*Cor.*6. desideratæ paupertatis aperiens dicit: Quasi moriẽtes, & ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidẽtes. Libet inter hæc oculos mẽtis attollere: & electos dei exterius oppressos quãtæ intrinsecus arci præsideant, videre: cuncta quippe quæ foris eminent, occultis eorum obtutibus per despectũ iacent. Nam
I super se interius rapti, in alto animũ figunt: & quæque in hac vita patiuntur, quasi longè infra labentia atque à se aliena cõspiciunt, atque, vt ita dixerim, dum mente extra carnem fieri decertant, penè ipsa quæ tolerant, ignorant. In horum profecto oculis quicquid tẽporaliter eminet, altum nõ est: nã velut in magni vertice montis siti, præsentis vitæ gaudia plenè despiciunt: seque ipsos per spiritalem celsitudinem transcẽdẽtes, subiecta sibimet intus vident, quæcunque per carnalem gloriã foris tument. Vnde & nullis cõtra veritatem potestatibus parcunt: sed quos attolli per elationem conspiciunt, per spiritus auctoritatem premunt. Hinc est enim quòd ad desertum
*Exod.*10. Moyses veniens, Aegypti regem ex auctoritate aggreditur,
*Exod.*8. dicẽs: Hæc dicit dominus deus Hebræorũ: Vsquequo nõ vis subiici mihi? Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi. Cui dum plagis pressus Pharao diceret: Ite, sacrificate deo vestro in terra ista: aucta protinus auctoritate respondit: Nõ potest ita fieri. Abominationes Aegyptiorũ immolabimus domino deo nostro: Hinc est quòd peccantem regem, Nathan aggreditur: cui prius similitudinẽ perpetratæ præuaricationis obiiciens: eũque reum per proprij iudicij vocem tenens, protinus
2.*Reg.*12. adiunxit dicẽs: Tu es ille vir qui fecisti hãc rẽ. Hinc est quòd vir dei ad destruẽdã idololatriã, Samariã missus, Hieroboam regem super altare thura iacientẽ, non regẽ veritus, non for-
3.*Reg.*13. midine mortis pressus, contra altare intrepidus auctoritatẽ liberæ vocis exercuit, dicens: Altare altare, hæc dicit dominus deus: Ecce filius nascetur domui Dauid, Iosias nomine: & immolabit super te sacerdotes excelsorũ. Hinc est quòd Achab superbus idolorum seruitio subactus: cùm increpare Heliam K
præsumeret, dicens: Tu ne es ille vir qui cõturbas Israël? Hoc. 3.*Reg.*18.
lias protinus superbi regis stultitiam, obiurgationis libera auctoritate percusit, dicens: Non ego turbaui Israël: sed tu & *Ibid.*
domus patris tui, qui dereliquistis mandata domini, & secuti estis Baalim. Hinc est quòd Heliseus veram magistri celsitudinem sequens: Ioram filium Achab ad se cum Iosaphat rege
venientem ex reatu perfidiæ confudit, dicens: Quid mihi & 4.*Reg.*3.
tibi est? vade ad prophetas patris tui & matris tuæ. Viuit dominus exercituum, in cuius conspectu sto: quòd si nõ vultum Iosaphat regis Iudæ erubescerem: nec attendissem quidem te, nec respexissem. Hinc est quòd idem vir, Naaman ad se cum 4.*Reg.*5.
equis & curribus venientem, ante ostium domus fixit: & talentorum copia ac vestium fulto non occurrit: non ianuã domus aperuit: sed vt lauari septies in Iordane debuisset, per nũcium iussit. Vnde & idem Naaman iratus recedebat, dicens: Putabam quòd egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen dei sui. Hinc est quòd Petrus, cùm eum sacerdotes ac principes etiam per flagella sæuientes, in nomine Iesu loqui prohiberent: cum magna protinus auctoritate respondit, dicens: Si iustum est in cõspectu dei vos potius audire quàm deum, iudicate. Non enim possumus quæ vidimus & audiuimus, non *Act.*4.
loqui. Hinc est quòd Paulus cum resistentẽ contra veritatem sacerdotum principem cerneret: eumque minister illius alapa percussisset, non maledictum perturbatus intulit: sed repletus L
spiritu sancto, libera voce prophetauit, dicens: Percutiet te *Act.*23.
deus paries dealbate. Et tu sedens iudicas me secundum legem: & cõtra legem iubes me percuti? Hinc est quod Stephanus contra vim persequentium auctoritatem vocis exercere, nec moriturus expauit, dicens: Dura ceruice & incircuncis *Act.*7.
corde & auribus: vos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri, & vos.

Caput. XXIII.

SEd quia sancti viri ad verba tantæ altitudinis zelo veritatis, non autẽ vitio elationis exiliunt, ipsi patẽter indicant, qui factis dictisque aliis & quanta humilitate polleant: & erga eos quos redarguunt, quanta charitate feruent, manifestant. Superbia quippe odium generat: humilitas amorem. Verba itaq; quæ amor exasperat, profectò ex fonte humilitatis emanãt. Quomodo ergo Stephanus proferre increpationem per elationem potuit: qui pro eisdem quos increpauerat, ad deteriora crescentibus, seque lapidantibus, flexis genibus orauit, dicẽs: Domine, ne statuas illis hoc peccatũ? Quomodo Paulus contra gentis suæ sacerdotem ac principẽ asperitatis verba superbiens intulit: qui humilitate se etiã discipulorum seruitio substernit, dicens: Non enim nosmetipsos prę- *2.Cor.*4.
dicamus: sed dominum nostrum Iesum Christũ: nos autẽ seruos vestros per Christũ? Quomodo Petrus per elationẽ prin- M
cipibus restitit: quorum errori compatiens, reatũ velut excu- *Act.*4.
sat, dicens: Scio quia per ignorantiã fecistis: sicut & principes vestri? Deus autem qui prænũciauit per os omnium prophetarum pati Christum suum, impleuit sic. Quos ad vitam misericorditer trahit dicẽs: Pœnitemini igitur & conuertimini, vt *Act.*3.
deleantur peccata vestra. Quomodo Heliseus videre Naamã ex elatione noluit: qui non solum se conspici, sed teneri etiam
à muliere permisit? de qua scriptum est: Cùm venisset ad vi- 4.*Reg.*4.
rum dei in montem, apprehendit pedes eius: & accessit Giezi vt amoueret eam: & ait vir dei: Dimitte eam: anima enim eius in amaritudine est. Quomodo Helias superbo regi increpationis verba per tumorem intulit qui ante eius currum humiliter cucurrit? sicut scriptum est: Accinctisque lumbis curre- 3.*Reg.*18.
bat ante Achab. Quomodo vir dei Hieroboã præsentiam ex
elatione despexit: qui arentem dexteram eius saluti pristinæ 3.*Reg.*13.
protinus ex pietate reparauit? sicut scriptum est: Cumque au- 3.*Reg.*13.
disset rex sermonem hominis dei quem inclamauerat contra altare in Bethel: extendit manum suam de altari, dicens: Apprehendite eum, & exaruit manus eius. Et paulopòst: Orauit vir dei faciem domini: & reuersa est manus regis ad eum: & facta est sicut prius fuerat. Quia enim superbia gignere virtutes nescit: quanta ex humilitate prodiit vox increpationis, ostenditur: quam signa comitantur. Quomodo Nathan cõtra Dauid regem per verba increpationis tumuit: qui cũ increpãda culpa deesset, in terrã se in conspectu eius pronus strauit? sicut

A scriptum est: Nunciauerunt regi dicētes: Adest Nathan
2.Reg.12. propheta. Cumque introisset ante cōspectum regis, adorauit
Exod.32. cum pronus in terrā. Quomodo Moyses regi Aegyptio libere resistens, cum despicere potuit: qui deo familiariter colloquens, sequētem se Iethro, cognatum suum humilis adorauit? Cuius etiam consilio tantam obedientiam præbuit: vt post secreta dei colloquia, magnum lucrum inde duceret: quod foris aly ore hominis audiret. Caput. XXIIII.

EX aliis ergo sanctorum factis discimus quid de aliis pēsare debeamus. Sancti etenim viri nec ex elatione sunt liberi, nec ex timore submissi: sed cum rectitudo eos ad libertatem vocis erigit, consideratio infirmitatis propriæ in humilitate custodit. Culpas quippe delinquētium etsi ex alto increpantes seriunt, semetipsos tamen apud se subtilius iudicantes, quasi in abiectis ponūt: & quo praua in aliis insequuntur, eo ad reprimendos se atrociores redeunt, rursusque quo sibimet meliora agentibus nequaquam parcunt: eo vigilātius aliena facta reprehendunt. Quid enim de humana potentia mirari exterius poterunt, qui semetipsos quoque despiciunt, etiam cum intimè penè iam arcem sublimitatis apprehendūt? Idcirco ergo bene foris diiudicant altitudinem terrenæ celsitudinis: quia intus oculum non grauat pondus tumoris. Vnde & beatus Iob cùm in amicis dura loquentibus terrenam prudentiam, vires, substantiamque despiceret, dicens: Nunquid dixi, afferte mihi, & de substantia vestra donate mihi, vel liberate me de manu hostis, & de manu robustorū eruite me? Docete me & ego tacebo: & si quid forte ignoraui, instruite me.) Quid de seipso sentiat, paulo inferius manifestat, dicens:

B Super pupillum irruitis.) Luce itaque clarius patet quantæ se infirmitatis conspiciat, quem pupillum vocat. Sequitur:

Quòd mundus debet esse à vitiis, qui aliorum culpas arguit.

Quare detraxistis sermonibus veritatis, cum è vobis nullus sit qui possit me arguere?) Mundus ipse esse à vitiis debet, qui curat aliena corrigere: vt terrena non cogitet, vt desideriis infimis non succumbat: quatenus tanto perspicacius aliis fugienda videat, quanto hæc ipse per scientiam & vitam verius declinat: quia nequaquam purè maculam in membro cōsiderat oculus, quem puluis grauat: & superiectas sordes tergere non valet manus, quæ lutum tenet. Quod iuxta antiquæ trāslationis seriem, bene ad Dauid erga exteriora bella laborantem, per significationem diuina vox innuit cum dicit: Non tu
2.Reg.7. ædificabis mihi templum, quia vir sanguinum es. Dei autem templum ædificat, qui corrigendis atque instituendis proximorum mōribus vacat. Templum quippe dei nos sumus, qui
1.Cor.3. ad veram vitam ex eius inhabitatione construimur: Paulo attestāte, qui ait: Templum dei sanctum est, quod estis vos. Sed vir sanguinum templum deo ædificare prohibetur, quia qui adhuc actibus carnalibus incūbit: necesse est vt instruere spiritaliter mentes proximorum erubescat. Bene ergo dicitur:

C Quare detraxistis sermonibus veritatis, cùm è vobis nullus sit qui me possit arguere? Ac si apertè diceretur: Qua temeritate audita reprehenditis: qui percussionis meæ causas ignorantes, adhuc reprehensibilia profertis? Sequitur:

De otioso & inordinato verbo.

Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis.) Duo sunt genera locutionum importuna valde & noxia generi humano. Vnum quod curat etiam peruersa laudare: Aliud quod studet semper etiam recta corripere. Illud deorsum cum fluuio ducitur: hoc verò contra fluenta veritatis obserare & alueum conatur. Illud metus premit, hoc elatio erigit. Illud gratiam ex fauoribus captat, hoc iram vt ex certamine ostendatur exagitat. Illud in promptu subiacet, hoc semper è diuerso tumet. Ex huius ergo qualitate beatus Iob amicos suos fuisse redarguit, cùm dicit: Ad increpandum tantum eloquia concinnatis. Sed vnde vsque ad iniustæ increpationis audaciam peruenitur, protinus innotuit cum subiunxit: Et in ventum verba profertis. In vētum enim verba proferre, est otiosa dicere. Nam sæpe dum ab otiosis verbis nequaquam lingua compescitur: ad temeritatem quoque stultæ increpationis effrenatur. Quibusdam enim ruinæ suæ gradibus, desidiosa mens in foueæ lapsus impellitur. Nam dum otiosa verba cauere negligimus, ad noxia peruenimus: vt prius loqui aliena libeat, & postmodum detractionibus D
eorum vitam, de quibus loquitur, lingua mordeat: quādoque autem vsque ad apertas contumelias erumpat. Hinc irarum seminantur stimuli, oriuntur rixæ, accenduntur faces odiorū, pax tota extinguitur cordium. Vnde bene per Salomonem dicitur: Qui dimittit aquam, caput est iurgiorū. Aquam quippe dimittere, est linguam in fluxū eloquij relaxare. Quo contra & in bonam partem asserit dicens: Aqua profunda, verba ex ore viri. Qui ergo dimittit aquam, caput est iurgiorum: quia qui linguam non refrenat, concordiam dissipat. Vnde ediuerso scriptum est: Qui imponit stulto silentium, iras mitigat. Caput. XXV.

QVia autem multiloquio quisque seruiens, rectitudinem iustitiæ tenere non possit: testatur propheta qui ait: Vir linguosus non dirigetur super terram. Hinc Salomon iterum dicit: In multiloquio peccatū non deerit. Hinc Esaias ait: Cultus iustitiæ silentiū: videlicet indicans, quia mentis iustitia desolatur, quando ab immoderata locutione non parcitur. Hinc Iacobus dicit: Si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum: huius vana est religio. Hinc rursum ait: Sit omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum. Hinc iterum adiungit: Lingua inquietum malum, plena veneno mortifero. Hinc per semetipsam nos veritas admonet dicens: Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines: reddent de eo rationem in die iudicij. Otiosum quippe verbum est, quod aut ratione iustæ necessitatis, aut intentione piæ vtilitatis caret. Si ergo ratio de otioso sermone exigitur: pensandum valde est quæ pœna illud multiloquium sequatur: in quo etiam per superbiæ verba peccatur. Sciendum quoque est, quòd ab omni rectitudinis statu depereunt, qui per noxia verba dilabūtur. Humana etenim mens, aquæ more, & circuncluſa ad superiora colligitur, quia illud repetit vnde descendit: & relaxata deperit, quia se per infima inutiliter. spargit. Quot enim superuacuis verbis à silentij sui censura dissipatur: quasi tot riuis extra se ducitur. Vnde & redire interius ad sui cognitionem non sufficit: quia per multiloquiū exterius sparsa, vim intimæ considerationis amittit. Totam igitur sese insidiantis hostis vulneribus detegit: quia nulla se munitione custodiæ circuncludit. Vnde scriptum est: Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu: ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Quia enim murum silentij non habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis: & cùm se per verba extra semetipsam eiicit, apertam se aduersario ostendit, quam tanto ille sine labore superat, quanto & hæc eadem quæ vincitur, contra semetipsam per multiloquium pugnat. Sed inter hæc sciēdum est, quia cum pauore nimio à locutiōe restringimur: interdū plusquā necesse est, intra claustra silentij coarctamur: & dum linguæ vitia incautè fugimus, occulte deterioribus implicamur. Nam sæpe dū ab eloquio immoderatè compescimur, graue multiloquium in corde toleramus: vt eo plus cogitationes in mente ferueāt, quo illas violenta custodia indiscreti silentij angustat: & plærunque tanto latius defluunt, quanto se esse securius æstimant, quia foris à reprehensoribus non videntur. Vnde mens nonnunquam in superbiam attollitur, eosque quos loquentes audit, quasi infirmos conspicit. Cumque os corporis claudit, quantum se vitiis superbiendo aperiat, non agnoscit. Linguam etenim premit, cogitationem erigit, & cum se per negligētiam minimè consideraſt: tanto apud se cunctos liberius, quanto & secretius accusat. Caput. XXVI. E
F

PLærunque autem nimis taciti cùm nōnulla iniusta patiuntur: eo in acriorem dolorem prodeunt, quo ea quæ sustinent, non loquuntur. Nam si illatas molestias lingua tranquillè diceret, à conscientia dolor emanaret: vulnera enim clausa plus cruciant, quia cum putredo quæ intrinsecus feruet, eiicitur, ad salutem dolor aperitur. Plærunque nimis taciti dum quorundam mala respiciunt, & tamen in silentio linguam premunt, quasi conspectis vulneribus vsum medicaminis subtrahunt: & eo mortis auctores fiunt, quo virus quod poterāt eiicere loquendo, noluerunt: vnde & immoderatum silentiū si culpa non esset, propheta nō diceret: Væ mihi quia tacui. Quid ergo inter hæc nisi studiosè lingua sub magni

Universidad de Deusto
Biblioteca

G moderaminis libratione frenanda est: non insolubiliter obliganda, ne aut laxata in vitiũ defluat, aut restricta etiam ab vtilitate torpescat? Hinc nanque per quendam sapientem dicitur: Sapiens tacebit vsq; ad tẽpus, vt nimirum cùm opportunum cõsiderat: postposita censura silentij, loquendo quæ cõgruunt, in vsum se vtilitatis impẽdat. Hinc Salomon ait: Tẽpus tacendi, & tempus loquendi. Discretè quippe vicissitudinum pensanda sunt tẽpora: ne aut cum restringi lingua debet, per verba se inutiliter soluat: aut cùm loqui vtiliter potest, semetipsam pigrè restringat. Quod bene Psalmista considerans breui postulatione cõplexus est, dicens: Pone domine custodiã ori meo: & ostiũ circunstantiæ labiis meis. Ostiũ nanque aperitur & clauditur. Qui ergo ori suo nequaquã poni obstaculũ, sed ostium petiit: apertè docuit quòd & per disciplinam retineri lingua debeat, & ex necessitate laxari: quatenus os discretum & cõgruo tempore vox aperiat, & rursum cõgruo taciturnitas claudat. Quod quia vel amici beati Iob, vel omnes hæretici, quorum hi speciem tenent, seruare nesciunt, in ventũ verba proferre perhibentur: quia nimirũ dicta quæ discretionis pondus non solidat, aura leuitatis portat.

Eccli. 20.

Eccli. 3.

Psal. 140.

Libri septimi Moralium sancti Gregorij finis.

H LIBER OCTAuus moralis expositionis

Gregorij magni in beatum Iob: sextum continuans finaliter caput, & septimum incipiens.

Quòd verè humiles in perferendis malis patientiam, in repetendis bonis exercent benignitatem.

Caput. I.

PRAECEDENTI iam libello tractauimus quòd beatus Iob vim nobis humilitatis suæ innotescit, dicens: Super pupillum irruitis: & subuertere nitimini amicũ vestrũ.) Quantæ nanque infirmitatis se perpẽdat, insinuat, quem pupillum vocat. Quia vero ab amore recedere charitas etiam læsa nescit, & subuerti velle se queritur: & tamen amicum se esse testatur. Cuius verba, vt sæpe iam diximus, sic eidem specialiter congruunt: vt tamen per hæc ex prophetico spiritu etiam sententia fide-
I lis populi, ex voce Ecclesiæ vniuersalis, exprimatur: qui hæreticorum contrarietatem tolerans, & infirmum se per humilitatem conspicit: & tamen à seruandę dilectionis magnitudine nõ recedit. Sanctæ quippe Ecclesiæ populus, quia mortui patris est filius, pupillus non incongruè dicitur: Cuius resurgẽtis vitam iam quidem per fidem sequitur, sed necdum per speciẽ contemplatur. Super pupillum verò hæretici irruunt: cùm humilitatem fidelis populi importunis falsisque allegationibus affligunt. Et tamen amicus est quem nituntur euertere: quia fidelis dei populus ipsos quoque quos persequentes tolerat, amando non definit ad veritatem vocare. Sed inter hæc sciẽdum est, quia sancti viri nec sustinere falsa per infirmitatẽ metuunt, nec læsi vnquam à veritate conticescunt. Vnde & subditur: Veruntamen quod cœpistis, explete. Præbete aurem: & videte an mentiar.) Qui enim aduersa perpeti non timet, dicat: Veruntamen quod cœpistis, explete. Qui verò ipsis suis persecutoribus veritatis prædicamenta non subtrahit, adiungat: Præbete aurem, & videte an mentiar. Ac si apertè dicat: Nec ante illatas molestias trepido: nec ingratis auditoribus correptionis adiutorium abscõdo: quia & malis pressus exerceor, & ipsis meis persecutoribus benignè impensus cresco.

Armatura sanctorum.

Mens quippe sanctorum in hoc tentationum prælio & munita patientiæ clypeo, & gladiis amoris accincta: ad perferenda mala sumit fortitudinem: & ad rependenda bona exercet benignitatem: quatenus & odiorum tela potenter excipiat, & amoris iacula valenter reddat. Nequaquam quippe ad bella armatus pergit: qui aut clypeum sumens, gladiis non vtitur: aut vtens gladiis, clypeo non munitur. Vnde & miles dei, aduersitatis bello deprehensus, & scutum patientiæ debet anteferre, ne pereat: & ad prædicandum promptus amoris inferre iacula, vt vincat. Cuius armaturæ summam Paulus breuiter insinuat, dicens: Charitas patiens est, benigna est. Cùm verò vnum ex vtroque defuerit, charitas non est, si videlicet malos aut absque benignitate tolerans non amat: aut rursum sesesine patientia exhibens, negligit tolerare quos amat. Vt ergo à nobis charitas vera teneatur: necesse est quatenus & benignitati patientia, & rursum patientiæ benignitas suffragetur: vt magnum quoddam in corde nostro ædificium construens, & benignitatis arcem patientia solidet: & patientiæ fundata ædificia benignitas exornet. Beatus igitur Iob promptus ad patientiam dicat: Veruntamen quod cœpistis, explete: benignitate præditus adiungat: Præbete aurem, & videte an mentiar. Quia verò sãcta Ecclesia ex magisterio humilitatis instituta, recta quæ errantibus dicit: non quasi ex auctoritate præcipit, sed ex ratione persuadet, bene nunc dicitur: Videte an mentiar. Ac si apertè dicat: Ea quę assero, nequaquam mihi ex auctoritate credite: sed an vera sint, ex ratione pẽsate. Quæ & si quando dicit quod ratione comprehendi non valet: ne de occultis humana ratio quæri debeat, rationabiliter suadet. L

Quòd scientia tumida in inquisitionibus suis non veritatem inquirat sed gloriam. Ideoque contendunt superbi vt vincant: non vt discant.

Caput. II.

SEd sæpe hæretici dum occasionem ratiocinationis accipiunt: ad iurgia contentionis effrenantur. Vnde & aptè mox subditur: Respondete quæso absque contentione.) Neque enim hæretici inquisitionibus suis veritatem cõnantur assequi, sed victores videri. Cumque se foris ostẽdi sapientes appetunt: intus per stultitiam elationis suæ vinculis ligantur. Vnde fit vt contentionum certamina exquirant: & de deo, qui pax nostra est, loqui pacificè nesciant: atque ex pacis negocio rixę inuentores fiant. Quibus bene per Paulum dicitur: Si quis autem videtur esse contentiosus: nos talem cõsuetudinem non habemus, neque Ecclesia dei. Rectè autẽ subditur: Et loquentes id quod iustum est, iudicate.) Is nanque qui loquitur, dum de verbis suis auditoris sententiã expectat: quasi eius iudicio supponitur, à quo auditur. Qui igitur in dictis suis reprobari metuit, ipse prius debet examinare quod dicit: quatenus inter cor & linguam æquus quidam discretúsque arbiter sedeat: subtiliter pẽsans si recta verba cor offerat: quæ vtiliter suscipiens, ad auditorum iudicium lingua perducat. Beatus igitur Iob sua contra amicos agens: sed contra hæreticos nostra denuncians, præcipitationem loquentium M reprehendat: atque ad eorum mentem verba recolat, dicens: Loquentes id quod iustum est iudicate. Ac si apertè diceret: Si in eo quòd ad nos per egressum locutionis exitis, reprehendi non vultis, intus iustitiæ libram tenete: vt tanto foris quod dicitur: ex veritatis pondere placeat, quãto hoc interius trutina discretionis pensat. Et quia hi erga aliena dicta recta iudicia exerunt, qui iudicare prius propria sciunt, postquàm dixit: Loquentes id quod iustum est iudicate, aptè mox subdit: Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem: nec in faucibus meis stultitia pſonabit.) Ac si apertè diceret: Si subtilius vestra perpenditis, verius aliena pensatis: & cùm rectum cœperit esse quod dicitis, iustum cognoscetis quod auditis. Nequaquam quippe mea vobis lingua stultitiam resonat, si à vestra conscientia non procedat. Sic sancta Ecclesia studet prius assertiones hostium falsas ostendere: & tunc prædicamenta veritatis aperire: quia cùm recta se tenere æstimant, recta quę audiunt, contumaciter impugnant. Antè ergo necesse est vt errorem suum hæretici sentiant, ne auditæ veritati contradicant: quia & si camporum sentes arator vomeris scissione non eruit: terra accepta semina in segetes non producit. Et cum putredinem medicus vulneris apertione non eicit: nequaquam in loco putredinis sana caro coalescit. Prius ergo peruersa destruens, dicat: Loquentes id quod iustum est iudicate, pòst autem recta adiungens insinuet. Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem: nec in faucibus meis

stultitia

A stultitia personabit. Solent autem hæretici alia apertè dicere, alia occultè sentire.

Caput. III.

PEr linguam quippe aperta locutio, per fauces vero occulta tractatio designatur. Sanctæ ergo Ecclesiæ nec in lingua iniquitas: nec stultitia in faucibus resonat: quia ea quæ per publicam locutionẽ prædicat, etiam per intimam fidẽ seruat: nec in aperto aliud docet, atq; in occultis aliud retinet: sed & quod sentit, loquẽdo docet: & quod loquitur, viuendo custodit: ac de sapientiæ supernę cõuiuio quicquid per linguã prædicationis emanat: hoc per fauces tacitæ expectationis degustat. Sed beatus Iob, vnũ scilicet membrũ vniuersalis Ecclesiæ, sua insinuans, atque electorum omnium corda manifestans, omne quod sentit aperiat: vt mẽtis eius rectitudinem attestatio locutionis innotescat. Sequitur:

Quòd vita hominis vitiis oppressa, ad cœleste desiderium tendere non valet: & aliquando donis spiritalibus prædita, ex occasione virtutum deterius peccat.

Caput Septimum textus: & quartum libri octaui Moralium.

B MIlitia est vita hominis super terrã: & sicut dies mercenarij dies eius. Sicut ceruus desiderat vmbram: & sicut mercenarius præstolatur finẽ operis sui: sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumerauí mihi. Si dormiero, dicam: quando consurgam? & rursum expectabo vesperã, & replebor doloribus vsque ad tenebras. Induta est caro mea putredine & sordibus pulueris. Cutis mea aruit, & cõtracta est. Dies mei velocius transierũt, quàm à texente tela succiditur: & cõsumpti sunt absque vlla spe. Memento quia ventus est vita mea: & nõ reuertetur oculus meus vt videat bona: nec aspiciet me visus homi nis. Oculi tui in me, & non subsistam. Sicut cõsumitur nubes & pertransit: sic qui descẽdit ad inferos, nõ ascẽdet, nec reuertetur vltra in domum suã: neque cognoscet eũ amplius locus eius. Quapropter & ego nõ parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei, confabulabor cũ amaritudine animæ meæ. Nunquid mare ego sum aut cœtus: quia circundedisti me carcere? Si C dixero, consolabitur me lectulus meus: & reuelabor loquens mecum in stratu meo: terrebis me per somnia, & per visiones horrore cõcuties. Quamobrem elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea. Desperaui. Nequaquã vltra iam viuã. Parce mihi domine: nihil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eũ: aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eũ diluculo: & subito probas illum. Vsquequo nõ parcis mihi: nec dimittis me vt glutiam saliuam meam? Peccaui. Quid faciã tibi ô custos hominum? Quare me posuisti contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis? Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormiã: & si mane me quæsieris, non subsistam.

Militia est vita hominis super terram.) Hoc in loco translatione veteri nequaquam militia vita hominis nuncupatur, sed tentatio. Sed si vtriusque verbi sensus aspicitur: diuersum quidem est quod exterius resonat: sed vnum eundemque cõcorditer intellectum formant. Quid enim nisi pugna contra malignos spiritus, nomine tentationis exprimitur? Et quid appellatione militiæ, nisi contra hostes exercitium designatur? Tentatio itaque ipsa militia est: quia dum contra malignorum spirituum insidias vigilat: in bellorum procinctu proculdubio exudat. Notandum vero quòd hæc eadem vita hominis, non tentationem habere dicitur: sed ipsa tentatio esse perhibetur. Sponte quippe à statu cõditionis lapsa: & corruptionis suæ putredini subdita, dum sibi ex semetipsa molestias gignit: hoc est iam facta quod tolerat. Quia enim statum mentis inclinata deseruit, quid in se nisi motum varietatis inuenit? Vnde nunc & si ad summa appetenda se erigit: mutabilitatis lubricæ impulsu protinus ad semetipsam cadit. Vult in contemplatione stare, sed non valet. Cogitationis gressum figere nititur, sed infirmitatis suæ lapsibus eneruatur. Quæ nimirum mutabilitatis suæ onera quia volens expetiit, nolens portat. Quietus homo posidere carnem potuit: si bene ab auctore conditus, posideri voluisset. Cumque se erigere contra conditorem studuit, in semetipso protinus carnis contumelias inuenit. Sed quia cum culpa simul ab origine etiam pœna propagatur, inserto infirmitatis vitio nascimur: & quasi nobiscum hostem deducimus, quem cum labore superamus. Ipsa ergo hominis vita tentatio est, cui ex semetipsa nascitur vnde perimatur. Quę etsi semper ex virtute succidit, quod ex infirmitate generat: semper tamen ex infirmitate generat, quod ex virtute succidat. Sic itaque humana vita tentatio est: vt etsi iam ab iniquitatis perpetratione cõpescitur: in ipsis tamen bonis operibus modo malorum memoria: modo seductionis caligine: modo intentionis suæ interruptione fuscetur. Alius nanque à luxuria carnem iam refrenat, sed tamen adhuc luxuriæ phantasmata tolerat: quia quæ volens fecit, horum inuitus meminit: & pœnam sustinet, quod voluptatem putauit. Quia verò ad deuictam culpam retrahi metuit: ventrem miræ abstinentię vigore restringit, vultusque ex abstinentia pallescit: cumque in facie pallor aspicitur, reuerenda ab hominibus vita laudatur: moxque inanis gloria ad abstinẽtis animum cum verbis fauoris venit, quam concussa mens dum subiicere non valet, eum per quem venerat, tergere à facie pallorem quærit: sicque fit vt infirmitatis nexibus ligata, aut pallorem abstinentiæ fugiens, iterum per alimenta subdi luxuriæ metuat: aut impulsum luxuriæ per abstinentiam superans, pallorem suum inani gloriæ militare pertimescat. Alius lapsum superbiæ superans: toto iam desiderio statum humilitatis apprehendit: cumque superbientes quosdam vsque ad oppressionem innocentium crumpere conspicit: zeli excitatione succensus, postponere aliquatenus cogitur quod decreuit, vim rectitudinis exerit: prauisque non mansuetudine, sed auctoritate contradicit. Vnde plærunque fit, vt aut humilitatis studio zelum rectitudinis deserat: aut rursum zelo rectitudinis turbet humilitatis studium, quod tenebat. Cumque seruari simul & zeli auctoritas & propositionis humilitas non possit: sibimetipsi homo ex perturbatione incognitus redditur: ita vt vehementer ambigat, ne apud seductum animum aut superbia se auctoritatem zeli insinuet: aut torpor pauidus humilitatem fingat. Alius quanta sit fallaciæ culpa considerans, munire se arce veritatis decernit: vt ex ore eius iam falsus sermo non prodeat, seseque funditus à mendacij transgressione disiungat. Sed fit plærunque, vt cùm verum dicitur, vita proximi grauetur, cumque ingerere alteri læsionem metuit: ad hoc quod dudum presserat fallaciæ vitium, quasi ex studio pietatis redit: sicque fit vt etsi malitia mentem non teneat: in ea tamen veritatis radium vmbra mendacij obscuret. Vnde & sæpe quia percontatus quisque conticescere non valet: aut falsum dicens suam mentem trucidat: aut vera loquens proximi vitam grauat. Alius amore conditoris excitatus, à terrenis cogitationibus mentem curat assidua oratione suspendere: atque hanc in secreta quietis intimæ securitate collocare: sed in ipso suæ orationis ascensu, dum eleuari ab infimis nititur, infimorum phantasmate reuerberatur: atque ad intuendam lucem mentis oculus tenditur, sed ex corporeo vsu, surgentibus terrenarum rerum imaginibus obscuratur. Vnde fit plærunque vt intendentis animus ipsa sua infirmitate fatigatus, aut orationem deserens, desidia torpeat: aut si diu in oratione permanserit, ante oculos eius obortarum imaginum caligo densescat.

Tentatio Militia.

Caput. V.

BEne ergo dicitur: Tentatio est vita hominis super terram: quãdo ibi quoq; reatum descensionis inuenit: vbi se profectum comprehendere ascensionis putauit: & inde mens cõfunditur, vnde surgere à confusione nitebatur: vt

Si quis ab iniquitatis perpetratione compescitur: in bonis tamẽ operibus molestatur.

Universidad de Deusto Biblioteca

G per hoc ad ſemetipſam diuerberata redeat, per quod ſemetipſam iã collecta & coadunata tranſibat. Iſte ab eruditione diuinæ legis alienus, ignorantia ſua deprimitur, ne quid obtinẽdæ ſalutis operetur. Ille diuinæ legis ſcientia præditus, dum ſibi præ cæteris gaudet intellectum ſuppetere: quia priuato gaudio exultat, percepti intellectus in ſe munera diſſipat: & inde in dei iudicio cæteris deterior exhibetur, vnde clarior cæteris ad tempus oſtenditur. Hunc quia virtutum dona non ſubleuant, etiam viam ſimplicem rectitudinis declinat: & velut extraneum ſe à cœleſti munere deputãs, eo quaſi ſecurius praua agit, quo ſuperni doni ſublimia munera non percepit. Illum prophetiæ ſpiritus replet, ad præſcientiam ſubleuat: eiq́ue vẽtura quæque quaſi iam præſentia oſtendit. Sed dum ſæpe & in multis ſuper ſemetipſum tollitur, vt futura veraciter contẽpletur: mens in ſui confidentiã deducta, eũ qui haberi ſemper nõ poteſt, ſemper ſibi adeſſe prophetiæ ſpiritum æſtimat: cumq́; omne quod ſenſerit, prophetiam putat: quia ſibi hanc & cùm non habet tribuit, & inquantum habere potuit, amittit. Sícque ſit vt inde poſt aliorum merita triſtis redeat: vnde eſtimationem omnium lætus præibat. Tentatio eſt ergo vita hominis ſuper terram: quæ aut aliena à virtutibus ad cœleſte præmium ſurgere non valet: aut ditata donis ſpiritalibus aliquando deterius ex occaſione virtutum ruit.

Caput. VI.

H QVia autem paulo ſuperius hoc eſſe tẽtationem quod militiam diximus: ſciendum ſummopere eſt, quòd quidam nobis appellatione militiæ amplius quàm nomine tentationis innuitur. Hoc nanque noſtro intellectui expreſsione militiæ augetur, quod nimirum per militiam ad finem quotidie tenditur, cumq́ue per ordinem militiæ locus creſcit, tota ſimul hominum militia deficit. Militia ergo eſt vita hominis ſuper terram: quia ſicut & ſuperius diximus, vnuſquiſq; dum quotidie ad vitæ terminum per temporum augmentum tendit, augendo vitam viuere deſinit. Dies quippe expectantur vt veniant: ſed cùm ad augmẽtum vitæ veniunt: iam ab augmento vitæ ſubtrahuntur: quia & itinerantis greſſus dum in anteriora proficit, quod reſtat iter decreſcit. Vita ergo noſtra militia eſt: quæ quo ad augmentum ducitur, eo vt non ſit finitur. Bene igitur dicitur: Militia eſt vita hominis ſuper terram:) quia dum per ſpatia temporum creſcere appetit, ad eorum ſpatium quod perdendo colligit, creſcendo pertranſit. Vnde & aptè quoque ipſe militiæ curſus exprimitur, cum protinus ſubinfertur: Et ſicut dies mercenarij dies eius.) Dies ſuos mercenarius euolui citius exoptat: vt ad laboris ſui præmium ſine tarditate perueniat. Dies itaque hominis vera & æterna ſapientis, rectè mercenarij diebus comparantur: quia præſentem vitam, viam nõ patriam, militiam non palmam deputat: & eo ſe abeſſe lõgius

I à præmio conſpicit, quo tardius ad finem venit. Conſiderandum quoq; eſt quòd mercenarius in alienis laboribus exudat: ſed tamen ſibi præmium proprium præparat. Voce autem redemptoris noſtri dicitur: Regnum meum non eſt de hoc

Ioan. 18. mundo. Omnes ergo qui ſpe cœleſtium prædíti, exercitio vitę præſentis atterimur: in alieno laboramus. Nã ſæpe & reprobis ſeruire cogimur: mũdo, quę mũdi ſũt reddere coarctamur: & alieno quidem labore fatigamur, ſed tamen præmia noſtra percipimus: & per hoc peruenimus ad propria, quòd purè mi-

Lucæ, 16. niſtramus aliena. Quo contra quibuſdam veritas dicit: Si in alieno fideles nõ fuiſtis: quod veſtrum eſt, quis credet vobis?

Caput. VII.

SCiendum quoque eſt quòd mercenarius ſollicitè curat inſpicere: ne vnquam dies vacuus labatur ab opere: & expectatus finis temporis, ne inanis veniat ad remunerationem. In laboris nanque ſtudio conſpicit: quid percipere in tempore remunerationis poſsit. Nam cùm opus creſcit: præmij fiducia proficit: cùm vero opus torpuerit, ſpes à remuneratione laſſeſcit. Vnde & electus quiſque vitam ſuã quaſi mercenarij dies penſans: tanto fidentius ſpe tendit ad præmium, quanto nunc robuſtius perdurat ad laboris incrementũ. Qui ſi decurſus præſentis temporis penſat, dies cum operibus numerat, ne à labore vacua tranſeant vitæ momenta, formidat. Aduerſis gaudet, paſsione reficitur, mœrore refouetur: quia ſubſequentis vitæ præmiis tanto ſe remunerari largius conſpicit, quanto pro amore illius quotidianis ſe mortibus verius impendit. Hinc nanque eſt quòd ciues ſupernæ patriæ, conditori eius, Pſalmiſtæ vocibus dicunt: Propter te mortificamur tota die. Hinc Paulus ait: Quotidie morior propter gloriam veſtram fratres. Hinc iterum dicit: Ob quam cauſam hæc patior, ſed non confundor: ſcio enim cui credidi, & certus ſum: quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem. Sancti igitur viri quot labores nunc veritati commendantes exhibent, tot iam remunerationis ſuæ pignora, intra ſpei cubiculum clauſa tenent. Sed grauis nunc ſentitur æſtus in opere: vt quandoque refrigerium percipiatur ex quiete. Vnde & aptè mox ſubditur:

Quòd ſancti viri ex conſcientia bonæ vitæ, fidenter expectant præmium retributionis æternæ.

Sicut ſeruus deſiderat vmbram, & ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui: ſic & ego habui menſes vacuos, & noctes laborioſas enumeraui mihi.) Vmbram quippe ſeruo deſiderare, eſt poſt tentationis æſtũ, ſudoremq́ue operis, æterni refrigerij requiem quærere. Hanc nanque vmbram ſeruus ille deſiderauerat, qui dicebat: Sitiuit anima mea ad deũ fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem dei? Et rurſum: Heu me, quia incolatus meus prolongatus eſt. Qui quaſi à labore agri æſtũ fugiens: atque ad obtinendã requiem refrigerij, tegmen quærens, iterum dicit: Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum dei. Hanc vmbram comprehendere Paulus anhelabat: deſideriũ habens diſſolui, & cum Chriſto eſſe. Ad hanc vmbram ex deſiderij iam perfectione peruenerant qui dicebant: Nos qui portauimus pondus diei & æſtus. Bene autem qui deſiderare vmbram dicitur, ſeruus vocatur: quia electus quiſque quouſque infirmitatis conditione conſtringitur, ſub dominantis corruptionis iugo quaſi ſub æſtus anxietate retinetur. Qui nimirum cùm à corruptione exutus fuerit: tunc ſibimetipſi liber & tranquillus innoteſcit. Vnde & rectè etiã per Paulum dicitur: Ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei. Electos enim nunc pœna corruptionis aggrauat: ſed tunc incorruptionis gloria exaltat: & quantum ad præſentis neceſsitatis pondera, nunc in dei filiis de libertate nihil oſtenditur: tantum verò ad ſubſequentis libertatis gloriam, tũc in dei famulis de ſeruitute nihil apparebit. Creatura ergo ſeruitute corruptionis exuta, & dignitate libertatis accepta, in filiorum dei gloriã vertitur: quia vnita deo per ſpiritum, quaſi hoc ipſum quod creatura eſt, tranſiſſe ac ſubegiſſe declaratur. Sed quia adhuc vmbram deſiderat, ſeruus eſt: quia quouſque eſtum tentationum tolerat, iugum miſeræ conditionis portat. Vbi aptè ſubditur:

Quòd ſpes remunerationis, alleuiet pondus laboris.

Et ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui.) Mercenarius etenim cùm facienda opera conſpicit, mentem protinus ex longinquitate & pondere laboris addicit: cùm vero laſſeſcentem animum ad conſiderandum operis præmium reuocat, vigorem mox animi ad exercitium laboris reformat: & quod graue perpendit ex opere, leue exiſtimat ex remuneratione. Sic electi quique dum mundi huius aduerſa patiuntur: cùm inhoneſtates, contumelias, rerum damna, cruciatus corporis tolerant, eſſe grauia quibus exercentur penſant: ſed cum mentis oculum ad æternæ patriæ conſiderationem tendunt, ex comparatione præmij, quàm ſit leue quod patiuntur, inueniunt. Quod enim valde eſſe importabile ex dolore oſtenditur, conſideratione prouida ex remuneratione leuigatur. Hinc eſt quòd Paulus ſemper ſeipſo robuſtior contra aduerſa erigitur: quia nimirum finem ſui operis ſicut mercenarius præſtolatur. Graue nanque quod ſuſtinet æſtimat: ſed leue hoc per præmij conſiderationẽ pẽſat. Ipſe quippe quàm ſit graue quod patitur indicat, qui in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter ſe fuiſſe teſtatur: qui à Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepit: qui ter virgis cæſus, ſemel lapidatus eſt: ter naufragium paſſus, nocte & die in profundo maris fuit: qui pericula fluminũ, latronum, ex genere, ex gentibus, in ciuitate, in ſolitudine, in mari, in falſis fratribus pertulit: qui in labore & ærumna & ieiuniis multis, in fame & ſiti, in frigore & nuditate laborauit,

A rauit, qui foris pugnas, intus timores sustinuit: qui vltra vires
2. Corin. 1. grauatum se asserit dicens: Supra modum grauati sumus supra
virtutem: ita vt taederet nos etiam viuere. Sed quomodo re-
munerationis linteo sudores tanti laboris tergat, ipse denun-
Roma. 8. ciat dicens: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad
futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis. Finem itaque ope-
ris quasi mercenarius præstolatur, qui dum profectum remu-
nerationis considerat, vile æstimat quod penè deficiens labo-
rat. Aptè autem subditur: Sic & ego habui menses vacuos: &
noctes laboriosas enumeraui mihi.) Electi quippe conditori
rerum seruiunt, & sæpe rerum inopia coanguſtãtur: per amo-
rem deo inhærent, & tamen vitæ præsentis subsidiis egẽt. Qui
igitur per actiones suas præsentia non quærunt, à mundi cõ-
pendiis menses vacuos ducunt: Noctes quoque laboriosas to-
lerant: quia aduersitatũ tenebras non solum vsque ad inopiã:
sed sæpe ad corporis vsque cruciatum portant. Despectum
nanque egestatemque perpeti, laboriosum bonis mentibus
non est, sed cum vsque ad afflictionem carnis aduersitas ver-
titur, labor procul dubio ex dolore sentitur.

Caput. VIII.

POtest etiam nõ inconuenienter intelligi, quòd sanctus
quisque menses vacuos sicut mercenarius ducit: quia la-
borem iam sustinet, sed præmium necdum tenet: hoc
tolerat, illud expectat. Noctes vero laboriosas enumerat: quia
aduersitates sibi præsentis temporis sese in virtutibus exercẽ-
B do coaceruat. Nam si proficere in mente non appetit: minus
fortasse aspera, quæ mundi sunt, sentit. Quæ tamen sententia
si ad vocem sanctæ Ecclesiæ ducitur, intellectus eius paulo
subtilius indagatur. Ipsa quippe vacuos menses habet: quæ in
infirmis suis membris terrenas actiones absque vitæ præmio
defluentes sustinet. Ipsa noctes laboriosas enumerat: quæ in
In hac vita sũt quædã laboriosa: quædam vacua, quædã vacua & laboriosa. membris fortibus multiplices tribulationes portat. In hac et-
enim vita quædam laboriosa sunt, quædam vacua, quædã ve-
ro vacua simul & laboriosa. Amore quippe conditoris, præ-
sentis vitæ tribulationibus exerceri, laboriosum quidem est,
sed vacuum non est. Amore autem seculi voluptatibus solui:
vacuum quidem est, sed non laboriosum. Amore verò eiusdẽ
seculi aduersa aliqua pati: & vacuum simul est & laboriosum:
quia ex aduersitate mens afficitur: & remunerationis præmio
non repletur. In his itaque sancta Ecclesia qui in ea iam posi-
ti, adhuc voluptatibus defluunt: & proinde fructu boni ope-
ris non ditantur, menses vacuos ducit: quia vitæ tempora sine
retributionis munere expendit. In his vero qui æternis desi-
derijs dediti, mũdi huius aduersa patiuntur: laboriosas noctes
enumerat: quia tribulationum tenebras quasi in caligine vitæ
C præsentis portat. In his autem qui & transeuntem mundum
diligunt: & tamen eius contrarietate fatigantur: simul menses
vacuos & noctes laboriosas tolerat: quia eorum vitam & re-
tributio subsequens nulla remunerat: & præsens tribulatio
angustat. Rectè autem nequaquam dies, sed in eis menses va-
cuos habere se perhibet. Mensium quippe nomine, dierum
collectio & summa signatur. Per diem ergo vnaquæque actio
exprimi potuit: per menses autem, actionum finis innuitur.
Et sæpe cum in hoc mundo aliquid agimus: intenta spei ala-
critate suspensi, hoc ipsum quod agimus, vacuum non puta-
mus: sed postquam ad actionum terminum peruenimus, non
obtinentes quod appetimus, laborasse nos inuacuum dole-
mus. Non solum igitur dies, sed & menses vacuos ducimus,
cum nos in terrenis actibus sine fructu laborasse, nõ exactio-
num principio, sed fine pensamus. Cùm enim labores nostros
aduersitas sequitur, quasi vitæ nostræ vacui menses arguun-
tur: quia ex completione actionum agnoscitur quàm frustra
in actionibus sudabatur. Sed quia in sacro eloquio nonnun-
quam nos pro ignorantia ponitur: Paulo attestante, qui ven-
1. Thess. 5. turam vitam scientibus discipulis dicit: Omnes vos filij lucis
estis, & filij diei, non sumus noctis neque tenebrarum: quibus
præmisit: Vos autem fratres non estis in tenebris, vt vos dies
illa tanquam fur comprehendat: potest hoc in loco ex eorum
persona, vox sanctæ Ecclesiæ accipi: qui post ignorantiæ suæ
caliginem, ad amorem rectitudinis redeunt: & veritatis radiis
illustrati, fletibus diluũt quod errauerunt. Illuminatus etenim
quisque respicit: quàm turpe fuerit quod pro præsentis vitæ
amore laborauit.

Caput. IX.

IN eis ergo sancta Ecclesia in quibus ad vitã reuertitur, la- D
borem suũ æstuanti seruo, & desiderãti finem mercenario
comparat, dicens: Sicut seruus desiderat vmbram, & sicut
mercenarius præstolatur finẽ operis sui: sic & ego habui men-
ses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi.) In cõpara-
tione etenim duo sunt quæ præmisit: in expressione etiam fa-
tigationis duo protinus subdidit. Ad æstuantem quippe mẽses
vacuos reddidit: quia quo magis æternũ refrigerium quæritur:
eo magis conspicitur quàm vacuè pro vita ista laboratur. Ad
præstolãtem vero laboriosas noctes subintulit: quia quo ma-
gis ex termino operis premium quod assequamur inspicimus:
eo magis ingemiscimus diu nos nescisse quod quæreremus.
Vnde & ipsa pœnitentis cura vigilanter exprimitur: vt labo-
riosas noctes enumerasse diceretur: quia quãto verius ad deũ
reuertimur, tãto subtilius labores quos per ignorãtiam in hoc
mundo pertulimus, dolendo pensamus. Nam quo vnicuique
plus dulce fit quod de æternis desiderat: eo magis ei graue o-
stenditur: quod pro præsentium amore tolerat. Si vero ad so-
lam historiam sequentia verba pensantur: per hæc procul du-
bio animus dolentis exprimitur: qualiter per diuersos motus
desiderij mœstitia impellẽte variatur. Nam subditur: Si dor-
miero, dicam: quando consurgã? Et rursum expectabo vespe-
ram.) In nocte quippe dies quæritur: in die vespera desidera-
tur: quia nimirum dolor non permittit placere quæ assunt. E
Cumque mentem per experimentum presentium afficit: sem-
per hanc, quasi consolante desiderio, ad alia per expectationẽ
tendit. Sed quia & afflicta mens per appetitũ ducitur: & ta mẽ
dolor eius etiã seductus desideriis non finitur: rectè subiungi-
tur: Replebor doloribus vsq; ad tenebras.) Causa autẽ eiusdem doloris exprimitur, cum protinus subinfertur:

Quòd vita carnalium, & cogitationum puluere & operum putredine inquinatur.

Induta est caro mea putredine, & sordibus puluueris. Cutis
mea aruit, & contracta est.) Sed hæc subtilius congruentiúsque disserimus: si ad præmissæ expositionis ordinem redeamus. Somno nanque torpor ocij, surrectione autem exercitatio actionis exprimitur. Vesperæ quoque nomine, quia somno congruit, rursus ocij desideriũ figuratur. Sancta vero Ecclesia quousque vitam corruptionis ducit: flere mutabilitatis suæ damna non desinit. Ad hoc nanque homo conditus fuerat: vt stante mente, in arcem se contemplationis erigeret: & nulla hunc corruptio à cõditoris sui amore declinaret. Sed in
eo quòd ab ingenita standi soliditate voluntatis pedẽ ad cul- F
pam mouit: à dilectione conditoris in semetipsõ protinus ce-
cidit. Amorem vero dei, veram scilicet stationis arcẽ deserẽs:
nec in se consistere potuit: quia lubricæ mutabilitatis impul-
su, infra se per corruptionem proruens: etiam à semetipso di-
scessit. Qui nunc quia conditionis suæ soliditate non figitur,
alternãtis semper desiderij motu variatur: vt & quietus actio-
nẽ desideret, & occupatus ad ocium anhelet. Quia enim fixa
mens stare cum potuit noluit: stare iam non valet, etiam cum
vult. Conditoris quippe sui contemplationem deserens: salu-
tis suæ fortitudinem perdidit: & quolibet posita, semper ægra
alium locum quærit. Varietatem ergo humanæ mentis expri-
mens dicat: Si dormiero, dicam, quando consurgam? Et rur-
sum expectabo vesperam. Ac si apertè diceret: Nihil perce-
ptum menti sufficit: quia ipsum qui verè sufficere potuit, ami-
sit. In somno nanque surrectionem desidero, in surrectione
vesperam expecto: quia & quietus exercitium actionis appe-
to, & exercitatus ocium quietis quæro. Quod tamen intelligi
& aliter potest.

Caput. X.

DOrmire nanque, est in peccatis iacere. Si enim somni *Dormire est in peccatis iacere.*
appellatione culpa designata non esset: nequaquam
Paulus discipulis diceret: Euigilate iusti, & nolite
peccare. Vnde & auditorem suum admonet dicens: Surge qui *1. Cor. 15.*
dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus. Et *Ephes. 5.*
rursum: Hora est iam nos de somno surgere. Vnde & Salomõ *Roma. 13.*
peccantem increpat dicens: Vsquequo piger dormis? Electus *Prouer. 24.*
igitur quisque cũ peccati somno premitur, ad iustitiæ vigilias
exurgere conatur: sed sæpe cum surrexerit, ipsa se extolli vir-
tutũ magnitudine sentit. Vnde & tentari se præsentis vitę ad-
uersitatibus post virtutes desiderat: ne peius ex virtutũ confi-
dentia cadat. Si enim seruari se melius per tentationẽ non co-

Universidad de Deusto Biblioteca

G gnoſceret,nequaquã Pſalmiſta diceret: Proba me domine,& tenta me.Bene ergo nũc dicitur:Si dormiero,dicã:quãdo cõ-
Pſalm.25. ſurgã?Et rurſum expectabo veſperã, quia, & in peccati ſomno,lumen iuſtitiæ quæritur:& cùm virtutũ proſpera mentem eleuat,adiutrix aduerſitas deſideratur: vt profecto animus cũ virtutũ ſuarum gaudio plus quàm debet attollitur,per cõtrarietatem præſentis vitæ edito mœrore ſolidetur. Vnde & nequaquã,Formidabo veſperã,dicitur,ſed expectabo. Expectamus etenim proſpera:formidamus aduerſa. Vir igitur ſanctus veſperã expectat,quia cum exerceri hunc tribulatione neceſſe eſt, ipſa ei ſit aduerſitas proſpera. Poteſt veſperæ nomine, etiã peccati tentatio deſignari:quæ ſæpe tanto acrius mentem laceſsit, quanto & eandẽ mentẽ ſpiritus ad ſuperna altius euehit. Nequaquã enim ſic in vita per exercitationẽ iuſtitiæ,peccatum deſeritur: vt in eadẽ iuſtitia incõcuſſè maneatur: quia etſi iam à cordis habitaculo culpã rectitudo eliminat: ipſa tamẽ culpa quæ repellitur,cogitationis noſtræ foribus aſtans,vt ſibi aperiatur,pulſat. Quod Moyſes quoq; ſpiritaliter innuit,
Gene.1. cum facta corporaliter tẽporũ momenta narrauit,dicens: Facta eſt lux,atq; paulopoſt ſubiiciẽs:Factum eſt veſpere. Creator quippe omnium,humanæ culpæ præſcius, tũc expreſsit in tempore,quod nũc verſatur in mẽte . Lux quippe ad veſperũ ducitur: quia nimirũ lucẽ rectitudinis , vmbra ſequitur tentationis.Sed quia electorum lux tentatione nõ extinguitur: nequaquam nox,ſed veſpera facta perhibetur:quia nimirũ ſæpe tentatio in corde electorum lumen iuſtitiæ abſcõdit, ſed non interimit:& quaſi ad pallorẽ trepidationis pertrahit, ſed ſunditus non extinguit . Electi ergo poſt ſomnum ſurrectionem appetunt: poſt ſurrectionem veſperã præſtolantur: quia & de peccato ad iuſtitiæ lumen euigilant:& in ipſo iuſtitię lu-
H mine poſiti, ſemper ſe contra illecebras tentationum parant, quas nimirum non timent,ſed expectant:quia vtilitati ſuæ rectitudinis,etiã tentamenta proficere nõ ignorãt. Quantalibet autẽ contra corruptionẽ ſuam virtute cõtenderint: habere integrã ſalutem nequeunt, quouſq; dies præſentis vitæ finiatur. Vnde & ſubditur: Et replebor doloribus vſq; ad tenebras.) Modo nãq; aduerſa irruunt: modo ipſa quoq; proſpera callida hilaritate blandiũtur. Modo ſurgẽtia vitia bellũ carnis excitant:modo deuicta animũ ad elationem vocant. Bonorum igitur vita vſq; ad tenebras doloribus repletur: quia quouſq; tẽpus corruptionis agitur , interna externaq́ue afflictione cõcutitur:& ſalutis ſecuritatem non inuenit, niſi cum diem ſunditus tẽtationis relinquit. Vnde bene & hæc eadem dolorum cauſa protinus ſubinfertur,cùm dicitur: Caput.XI.

INduta eſt caro mea putredine,& ſordibus pulueris.) Vt enim paulo ſuperius diximus: ſoliditatem ingenitam voluntariè homo deſeruit, & ſeſe in corruptionis voraginem merſit,vnde nunc vel per immunda opera labitur,vel per co-
I gitationes illicitas fœdatur. Vt enim ita dixerim:culpę ſuæ pœnaliter ſubdita,ipſa iam natura noſtra facta eſt extra naturam: & remiſſa vſque ad peruerſa opera ducitur: reſtricta autẽ peruerſorum operũ importuna cogitatione ſuſcatur . Per expletionem ergo actionis illicitæ,carnem putredo afficit:per leuitatẽ vero cogitationis improbæ, quaſi ante oculos puluis ſurgit. Conſentiendo vitiis putredine atterimur: vitiorum verò imagines in corde tolerando,ſordibus pulueris fœdamur. Ait ergo : Induta eſt caro mea putredine,&ſordibus pulueris.) Ac ſi apertè diceret : Carnalẽ vitã quã patior,aut tabes lubricæ operationis polluit,aut ex vitiorum memoria caligo miſeræ cogitationis premit. Quod tamen ſi ex voce Eccleſiæ vniuerſalis accipimus,aliquando hanc proculdubio carnis putredine , aliquando autem grauari ſordibus pulueris inuenimus. Multi quippe in ea ſunt,qui dum amori carnis inſeruiunt,fœtore luxuriæ computreſcunt. Et ſunt nonnulli qui à voluptate quidem carnis abſtinent : ſed tamen tota mente in terrenis actibus iacent . Dicat ergo ſancta Eccleſia vnius membri ſui vocibus:dicat quid de vtroque genere hominum tolerat: Induta eſt caro mea putredine , & ſordibus pulueris:ac ſi apertè inſinuet dicens:Sunt plęrique qui mihi per fidem mẽbra ſunt, ſed tamen ſana vel munda per actionem non ſunt:quia aut victi deſideriis turpibus ad corruptionis putredinẽ defluunt: aut terrenis actibus dediti,puluere terrenę cupiditatis conſpergũtur. In illis enim quos lubricos tolero,carnem videlicet putre-
ſcentẽ gemo:in iſtis autẽ quos terrena querẽtes patior,quid a- K
liud quàm fœdata puluere membra porto? Vnde &aptè ſimul de vtriſque ſubiungitur : Cutis mea aruit,& cõtracta eſt.) In ſanctæ quippe Eccleſiæ corpore hi, qui ſolis exterioribus curis inſeruiunt,congruè cutis vocantur. Quæ nimirum cutis areſcendo attrahitur,quia mentes carnalium dum præſentia diligunt, & quaſi iuxtà poſita concupiſcunt, ad futura tendi per longanimitatem nolunt. Qui dum internæ ſpei pinguedinem negligunt,vt attrahantur areſiunt:quia ſi eorum corda deſperatio non ſiccaret:nequaquam eſtus hæc puſillanimitatis attra-
heret. Hanc nanq; attractionem Pſalmiſta formidauerat,cum *Pſalm.*
ſiccitatem mentis metuens dicebat:Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Adeps quippe pinguedinis animam replet:cum hãc contra præſentium deſideriorum æſtum ſuper-
næ ſpei infuſio refouet. Cutis ergo areſcens attrahitur, cũ cor rebus exterioribus deditum, atque ex deſperatione ſiccatum, in auctoris ſui amorem non tenditur, ſed in ſemetipſo, vt ita dixerim, rugoſa cogitatione replicatur. Penſandum verò eſt quod carnales mentes idcirco prẹſentia diligunt,quia vita carnis quàm fugitiua ſit,minimè perpẽdunt. Nam ſi velocitatem tranſitus eius aſpicerent,hanc etiam proſperantem minimè amarent . Sancta autem Eccleſia in electis ſuis quotidie quantus ſit rebus exterioribus curſus conſpicit:& idcirco in intimis L
pedem ſollicitæ intentionis figit . Vnde & aptè ſubditur:

Quòd vita carnalis non incongruè telæ comparatur, quæ cùm conſummata fuerit,complicata ſucciditur.

Dies mei velocius trãſierũt, quàm à texẽte tela ſucciditur.) Cõgrua valde ſimilitudine tẽpus carnis,telæ comparatur:quia ſicut tela filis,ſic vita mortalis diebus ſingulis proficit:ſed quo ad augmentũ proficit,eo ad inciſionẽ tendit : quia ſicut & ſuperius diximus,cùm tẽpora percepta prætereunt , vẽtura breuiantur: & de vniuerſo vitæ ſpatio eo fiunt pauciora quæ veniunt,quo multa ſunt quæ tranſierunt. Tela quippe infra ſupraq; ligata,duobus lignis innectitur vt texatur:ſed quo inferius texta inuoluitur,eo ſuperius texẽda deplicatur:& vnde ſe ad augmentũ multiplicat,inde fit minus quod reſtat. Sic nimirũ vitæ noſtræ tẽpora & tranſacta quaſi inferius inuoluimus, & ventura à ſuperiori deplicamus:quia quo plus fiũt prætereita,minus eſſe incipiunt futura. Sed quia nec tela ad expreſsionẽ noſtri tẽporis ſufficit,nã eius quoque feſtinationẽ,vitæ noſtræ velocitas trãſit,rectè nũc dicitur: Dies mei velocius trãſierunt,quàm à texẽte tela ſucciditur. Tela quippe tarditatem profectus habet : vita autẽ præſens morã defectus non habet. In illa quoq; cùm laborantis manus figitur, aduẽtus terminus
elongatur,in iſta verò quia tẽpus ſemper deſinens indeſinen- M
ter conſumimus:ad finem noſtri itineris etiã quieſcendo peruenimus:& per curſum noſtri tranſitus,etiã dormientes imus. Electi igitur quia præſentis vitæ momenta decurrere ſub feſtinatione conſpiciunt : nequaquam in hoc tantæ mobilitatis itinere,cordis intentionem figunt. Caput.XII.

VNde & aptè protinus ſubditur: Et conſumpti ſunt abſque vlla ſpe.) Reproborum mens erga dies vitæ præſentis tanto amore cõſtringitur: vt ſic ſemper hic appetant viuere:quatenus,ſi valeant, viuendi curſum deſiderant nunquam finire. Cogitare quippe ventura deſpiciunt, ſpem totam in rebus tranſeuntibus ponunt : habere nulla niſi quæ prætereunt,concupiſcunt . Cumq́ue nimis trãſeuntia cogitant , & manſura nullatenus ſperant : ſic cæcitate inſenſibili cordis oculus clauditur : vt æternæ luci nullatenus intendatur. Vnde fit vt ſæpe iam corpus moleſtia quatiat : & vicina mors virtutem vitalis ſpiritus incîdat, nec tamen curare quæ mundi ſunt deſinant . Iamq́ue eos vltor ad iudicium pertrahit : & tamen ipſi ordinatione ſollicita rebus tranſeuntibus occupati, nihil aliud cogitant, niſi in hoc mundo adhuc quaſiliter viuant. Relinquendo omnia,quaſi poſſidendo diſponãt: quia ſpes viuendi non frangitur , etiam cùm vita terminatur. Iam ad iudicium trahuntur per ſententiam : & tamen adhuc habendis rebus inhærent per curam. Dura etenim mente,abeſſe mors longè creditur , etiam cum ſentitur . Sicq́ue à carne anima ſoluitur , vt erga præſentia immoderato amore ſe retinens,cum ad æternũ ſupplicium ducitur , hoc ipſum quoque neſciat quò ducatur : & deſerens quæ amare cum termino noluit,

A no noluit, repente sine termino inuenit, quæ nunquam præui
dit. Ac contra electorum mens ad æternitatis intentionem ten
ditur, etiam cum præsens eam fœliciter vita comitatur. Ma-
gna carnis salute vtitur: nec tamen eius fiducia animus retar-
datur. Nullus adhuc mortis articulus erumpit: & quasi præsen
tem hanc quotidie conspicit. Quia enim vita indesinenter la-
bitur, spes ei viuendi funditus amputatur. Bene ergo de die-
bus prætereuntibus dicitur consumpti sunt absque vlla spe.
Ac si apertè diceretur: Mentis fiduciam in præsenti vita non
posui: quia omne quod præterit, calcando despreui: Vnde &
mox aptè subditur:

Quòd ad exhibenda recta opera, exuta carne anima non recurrat: & quod deus post mortem non liberat quos ante mortem gratia ad veniam non reformat.

Memento quia ventus est vita mea.) Hi etenim vitam car
nis quasi permanentem diligunt: qui quanta sit vitæ sequentis
æternitas non attendunt, cúmque soliditatem perennitatis nõ
considerant, exilium patriam, tenebras lumen, cursum statio-
nem putant: quia qui maiora nesciunt, iudicare de minimis
nequaquam possunt. Ordo quippe iudicij exigit: vt quod exa
minare nitimur, transcendamus. Si enim præesse rebus omni-
bus animus non valet: nequaquam de his certa à quibus vin-
citur videt. Idcirco itaque mens reproba præsentis vitæ cur-
sum æstimare non sufficit: quia admirationi illius ex amore
succumbit. Sancti autem viri qui ad æterna cor eleuant: quàm
B breue sit quod sine clauditur, pensant: & eo eorum sensibus vi
lescit quod præterit: quo intellectu radiante interlucet quod
acceptum nunquam recedit. Cumque infinitatem perennita-
tis aspiciunt, nequaquam iam pro magno desiderãt, quicquid
finis angustat. Sed subleuata mens extra temporum terminos
ducitur, etiam cum carne in tempore tenetur: & tanto altius
finienda despicit, quanto verius infinita cognoscit. Sed hæcip
sa humanæ breuitatis consideratio: auctori nostro magnę vir-
tutis oblatio est. Vnde & recte nũc cum deprecatione immo-
latio eiusdẽ virtutis offertur, cũ dicitur: Memento quia ven
tus est vita mea.) Ac si apertè diceretur. Transeuntem veloci-
ter benignus respice: quia tanto à te videri misericordius de-
beo, quanto ipse à consideratione breuitatis meæ oculos non
auerto. Sed quia dum tempus vitæ præsentis abscinditur: ad o-
perationẽ promerendæ veniæ vlterius non reditur, rectè sub-
iungitur: Nec reuertetur oculus meus vt videat bona.) Ad vi-
denda bona extincti oculus non reuertitur: quia ad exhiben-
da recta opera exuta carne anima non recurrit. Hinc est quod
diues quem inferni flamma cruciabat, quia semetipsum repa-
rare operando non posse agnouerat: nequaquam iam sibi, sed
Luc. 16. C relictis fratribus prodesse satagebat: dicens: Rogo te pater A-
braham, vt mittas eum in domũ patris mei, habeo enim quin-
que fratres: vt testetur illis, ne & ipsi veniant in locũ hunc tor-
mentorum. Solet nanque mœstum animum spes, vel falsa refo
uere. Sed vt pœnam suam reprobi grauius sentiant, spem de
venia amittunt. Vnde flammis vltricibus traditus: non sibi, vt
diximus, sed opitulari fratribus concupiuit: quia nunquam se
ignium carere tormentis, adiuncto desperationis supplicio, a-
Eccles. 9. gnouit. Hinc Salomon ait: Quodcunque potest manus tua fa-
cere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia,
nec sapiẽtia erunt apud inferos, quo tu properas. Nequaquam
ergo ad videnda bona oculus reuertetur: quia retributionem
suam mens inueniens, ad operationis vsum nullatenus reuoca
tur. Quia igitur fugit omne quod cernit, & mansura sunt quæ
sequuntur bene beatus Iob vno versũ vtraque complexatus
est, dicens: Memẽto quia ventus est vita mea, nec reuertetur
oculus meus vt videat bona.) Cursum quippe præsentiũ con-
templatus ait: Memento quia ventus est vita mea. Aeternita-
tem vero sequentium considerans adiunxit: Nec reuertetur
oculus meus vt videat bona. Vbi aptè quoque vniuersi huma
ni generis à redemptionis munere destituti vocẽ protinus su-
mit, dicens:

Caput. XIII.

NEc aspiciet me visus hominis.) Visus quippe homi-
nis, est misericordia redemptoris, quæ insensibilitatis
nostræ duritiã cùm respicit emollit. Vnde teste quo-
que Euangelio dicitur: Respexit dominus Petrum, & recor-
Luc. 22. datus est Petrus verbi quod dixerat Iesus, & egressus foras, fle
uit amarè. Exutam vero carne animam nequaquam iam vi- D
sus hominis aspicit, quia post mortem non liberat, quam ante
mortem gratia ad veniam nõ reformat: Hinc etenim Paulus
dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. *1. Cor. 6.*
Hinc Psalmista ait: Quoniam in seculum misericordia eius. *Psalm. 117.*
Quia nimirum quem nequaquam modo misericordia eripit,
sola post præsens seculum iustitia addicit. Hinc Salomon ait:
Quia lignum in quocunque loco ceciderit, siue ad Austrum, *Ecclesiastes*
siue ad Aquilonem, ibi erit: quia cùm humani casus tempore, *11.*
siue sanctus, siue malignus spiritus egredientem animam clau-
stra carnis, acceperit: mæstum secum sine vlla permutatio-
ne retinebit, vt nec exaltata ad supplicium proruat, nec mer-
sa æternis suppliciis, vltra ad remedium ereptionis ascendat.
Vir igitur sanctus humani generis damna considerans, quòd à
præsenti seculo sine redemptoris cognitione subtrahitur, at-
que in æternis ignibus irreparabiliter sepelitur, & eius vocem
in se suscipiens, dicat: Nec aspiciet me visus hominis, quia ni-
mirum redemptoris gratia quem nunc intuetur vt corrigat:
tunc respicit vt ab interitu abscondat. In iudicium quippe do-
minus veniens, peccatorem videt vt feriat, sed non videt vt ad
largiendam salutis gratiam recognoscat: culpas examinat, &
vitam pereuntium ignorat. Vnde sanctus vir cùm se post præ
sentem vitam respectu hominis videri non posse fateretur, ap
tè mox subdidit:

Quòd secundum dei districtam iustitiam etiam qui sancti videntur, macula peccati non carent.

Oculi tui in me, & non subsistam.) Ac si apertè diceret: Di- E
strictus ad iudicium veniens, & ad saluandum non vides, & ad
ferendum vides, quia quem in præsenti vita dispẽsationis tuæ
miseratione non respicis, respiciendo postmodum per iustitiã
extinguis. Nunc enim peccator quisque deum non metuit &
viuit, blasphemat & proficit, quia scilicet misericors creator
quem expectando vult corrigere, aspiciẽdo non vult punire,
sicut scriptum est: Dissimulãs peccata hominum, propter pœ- *Sapièn. 11.*
nitentiam. Sed tunc peccator cùm respicitur, nõ subsistit, quia
cum districtus iudex merita subtiliter inquirit, reus ad tormen
ta non sufficit. Quanuis hoc etiam voci iustorũ congruit, quo-
rum mens semper sollicita venturo examini intendit. Omne
enim quod agunt, metuunt, dum cautè considerant ante quan
tum iudicem stabunt. Intuentur potentiam illius magnitudi-
nis, & pensant quanto reatu constricti sunt propriæ infirmita
tis. Enumerant mala proprij operis, & contra hęc exaggerant
bona gratiæ conditoris. Considerant praua quàm districtè iu
dicet, bona opera quàm subtiliter penset, & perituros se absq;
ambiguitate præsciunt, si remota pietate iudicentur, quia hoc
ipsum quoque quod iustè videmur viuere, culpa est, si vitam
nostram cùm iudicat, hanc apud se diuina misericordia non
excusat. Hinc enim in hoc eodem libro scriptum est: Astra
non sunt munda in conspectu eius. Quia apud eum districtè
iudicati, ipsi quoque maculas inquinationis habent, qui per F
munditiam sanctitatis lucent. Bene ergo dicitur: Oculi tui in
me, & non subsistam. Ac si apertè iusti voce diceretur: Si sub-
tili examinatione discutior, ad perferendum iudicium non as-
surgo, quia ad pœnam vita non sufficit, si hanc immanitas iu-
stę retributionis premit. Bene autem eiusdem humani generis
& culpa breuiter & pœna surrogatur, cùm protinus subditur:

Quòd quem semel culpa ad interitum pertrahit, misericordia ad veniam non reducit. Caput. XIIII.

SIcut consumitur nubes & pertransit, sic qui descendit ad
inferos, non ascendet.) Nubes quippe ad altiora suspen-
ditur, sed densata vento impellitur vt currat, calore au-
tem Solis dissipatur, vt euanescat. Sic nimirum corda sunt ho-
minum quæ per acceptæ rationis ingenium ad alta emigrant,
impulsa autem maligni spiritus flatu, prauis desideriorũ suo-
rum motibus huc illucque pertrahuntur, sed districto respe-
ctu superni iudicis, quasi solis calore liquefiunt, & semel locis
pœnalibus tradita, ad operationis vsum vltrà non redeunt.
Vir igitur sanctus elationis cursum, defectumque humani ge-
neris exprimens dicat: Sicut consumitur nubes & pertransit,
sic qui descendit ad inferos, non ascendet. Ac si apertè loque-
retur dicens: In altum currendo deficit, qui superbiendo ad
interitum tendit: quem si semel culpa ad pœnam pertrahit, mi

sericordia

Universidad de Deusto Biblioteca

G ſericordia vlterius ad veniam nõ reducit. Vnde & adhuc ſubditur: Nec reuertetur vltra in domum ſuã.) Sicut domus eſt corporis habitaculum corporale, ita vnicuique menti hoc domus fit, quod ex deſiderio inhabitare conſueuit. Ad domum igitur ſuam non reuertitur, quia ſemel quiſque æternis ſupplicijs traditus, ad hoc iam vbi amore inhęſerat, nullatenus reuocatur. Poteſt etiam inferni nomine, peccatoris deſperatio de-
Pſalm. 6. ſignari, de qua per Pſalmiſtam dicitur: In inferno autem quis
Prouer. 18. confitebitur tibi? Vnde rurſum ſcriptum eſt: Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit. Quiſquis autem impietati ſuccumbit, vitam profecto iuſtitiæ moriendo derelinquit. Qui verò etiam poſt peccatũ mole deſperationis obruitur: quid aliud quàm poſt mortem in inferni ſupplicio ſepelitur? Bene ergo dicitur? Sicut conſumitur nubes & pertranſit, ſic qui deſcendit ad inferos, non aſcendet. Quia plærunque cum perpetratione nequitiæ etiam deſperatio ſociatur, & via iam reuerſionis abſcinditur. Rectè autem corda deſperãtium nubibus comparantur, quia & caligine erroris obſcura ſunt, & peccatorum multiplicitate condenſa, ſed conſumpta pertranſeunt, quia claritate extremi iudicij irradiata diſſipantur. Solet etiam domus, inhabitatio cordis intelligi. Vnde ſanato
Mar. 5. cuidam dicitur: Vade in domum tuam, quia nimirum dignum eſt, vt peccator poſt veniam ad mentem ſuam redeat, ne iterũ quo iuſtè feriatur admittat. Sed qui ad infernum deſcenderit, ad domum ſuam vlterius non aſcendit: quia eum quem deſperatio obruit, à cordis ſui habitaculo foras mittit. Et redire introrſus non valet, quia fuſus exterius, ad dexteriora quotidie
H impulſus cadit. Ad contemplãdum quippe creatorem homo conditus fuerat, vt eius ſemper ſpeciem quæreret, atque in ſoliditate illius amoris habitaret, ſed extra ſe per inobedientiam miſſus, mentis ſuæ locum perdidit, quia tenebroſis itineribus ſparſus, ab inhabitatione veri luminis elongauit. Vnde & aptè adhuc ſubditur: Caput. XV.

NEque cognoſcet eum amplius locus eius.) Locus quippe hominis, ſed non localis, ipſe ſcilicet conditor extitit, qui hunc vt in ſemetipſo conſiſteret creauit. Quem nimirum locum tunc homo deſeruit, cùm ſeductoris verba audiens, à conditoris amore diſceſſit. Sed cùm omnipotens deus redimendo ſe homini etiam corporaliter oſtendit, ipſe, vt ita dixerim, fugitiui ſui veſtigia ſubſequẽs, ad retinendum quem amiſerit hominem locus venit. Si enim appel-
Pſal. 101. lari locus nequaquam conditor poſſet, deum laudans Pſalmiſta non diceret: Filij ſeruorum tuorũ habitabunt ibi. Ibi enim non dicimus, niſi cum locum ſpecialiter deſignamus. Sed ſunt plærique qui etiam poſt perceptum redemptoris auxilium, ad deſperationis tenebras deuoluuntur, & tanto nequius pereũt, quanto & oblata remedia miſericordiæ contemnunt. Rectè
I ergo de damnato homine dicitur: Neque cognoſcet eum amplius locus eius, quia à conditore ſuo tanto tunc diſtrictius in iudicio non cognoſcitur, quãto nunc ad reparationis gratiam nec per dona reuocatur. Vnde & notandum ſummopere eſt, quod non ait: Neque cognoſcet amplius locum ſuum, ſed ait: Neque cognoſcet eum amplius locus eius. Dum enim cognitio non homini, ſed loco tribuitur, patenter ipſe conditor loci nomine deſignatur, qui diſtrictus ad examen vltimum ve-
Luc. 13. niens, in iniquitate durãtibus dicit: Neſcio vos vnde ſitis. Sed electi quique quo diſtrictè reprobos repelli conſiderant, eo ſemetipſos quotidie à perpetratæ nequitiæ ſordibus ſollicitus purgant. Cumq́ue perituros alios frigeſcere à vitæ amore conſpiciunt, ſtudioſè ſe ad pœnitentię lamenta ſuccendunt. Vnde & aptè ſubditur: Quapropter & ego non parcam ori meo.) Ori etenim ſuo non parcit, qui confiteri malum quod fecit, non erubeſcit. In laborem quippe os mittere, eſt ad hoc confeſſionem perpetratæ iniquitatis occupare. Sed iuſtus ori ſuo non parcit, quia iram iudicis diſtricti præueniens verbis con-
Pſalm. 94. tra ſe propriæ confeſſionis ſæuit. Hinc Pſalmiſta ait: Præueniamus faciem eius in confeſſione. Hinc per Salomonem dicitur: Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur, qui autem con-
Prouerb. 18. feſſus fuerit, & dereliquerit ea, miſericordiam conſequetur. Hinc rurſum ſcriptũ eſt: Iuſtus in principio accuſator eſt ſui. Sed nequaquam ad confeſſionem os panditur, niſi cùm conſideratione diſtricti iudicij, per pauorem ſpiritus anguſtatur. Vnde & aptè mox ſubditur:

De vtilitate confeſſionis & pœnitentiæ. K

Loquar in tribulatione ſpiritus mei.) Tribulatio quippe ſpiritus linguam commouet, vt reatum praui operis vox confeſſionis impugnet. Sciendum quoq; eſt, quia ſæpe & reprobi peccata confitentur, ſed deflere contemnunt. Electi autẽ culpas ſuas quas vocibus confeſſionis aperiunt, diſtrictę animad- *Sæpe bi p*
uerſionis fletibus inſequuntur. Vnde beatus Iob bene poſtq̃ *cafio*
ſe ori ſuo non parcere ſpopondit, tribulationem mox ſpiritus *ſed l*
ſubdidit, ac ſi apertè fateretur, dicẽs: ſic reatum lingua loqui- *cõm*
tur, vt nequaquam expers à mœroris ſtimulo per alia ſpiritus vageť, ſed culpas loquens, vulnus aperio. Culpas verò ad correptionem cogitans, ſalutem vulneris ex medicamine mœroris quæro. Qui enim mala quidem quæ perpetrauit inſimat, ſed flere quę inſinuauerit recuſat, quaſi ſubducta veſte vulnus detegit, ſed torpenti mente medicamentum vulneri non apponit. Confeſſionis igitur vocem ſolus neceſſe eſt vt mœror excutiat, ne vulnus proditum, ſed neglectum, quo licẽtius iam per humanam notitiam tangitur, deterius putreſcat. Quo con *Pſal.*
tra Pſalmiſta plagam cordis, non ſolum detexerat, ſed detectæ etiam medicamẽtum mœroris adhibebat, dicens: Iniquitatem meam ego pronunciabo, & cogitabo pro peccato meo. Pronunciando enim occultum vulnus detegit, cogitando autem quid aliud quàm medicamentum vulneri apponit?

Caput. XVI.

SEd afflictæ menti & ſua ſollicitè damna cogitanti, rixa pro ſemetipſa oritur contra ſemetipſam. Nam, cùm ſe ad lamenta pœnitentiæ inſtigat, occulta ſe increpatione dilaniat. Vnde & aptè mox ſubditur: Cõfabulabor cũ amaritudine animæ meæ.) Pauore nanque diuini iudicij afflicti, dum quędam malè geſta plangimus, ipſa vt noſtrę amaritudinis ad diſcutiendos nos vigilantius excitati, alia in nobis etiam quæ amplius defleamus, inuenimus. Nam ſæpe quod torpentes latuit, flentibus ſubtilius innoteſcit, & afflicta mens certius inuenit malum quod fecerat & neſciebat, eiq́ue rixa ſua verius aperit, quantum à veritatis pace deuiauit, quia reatum ſuum cuius ſecura non meminit, hunc in ſe cõmota deprehendit. Succreſcens quippe amaritudo pœnitentiæ, verecundanti cordi importunè ingerit illicita quæ commiſit, dictum contra hæc iudicem oſtẽdit, ſuppliciorum minas incutit, pauore animam ferit, pudore confundit, motus illicitos increpat, quietem noxiæ ſecuritatis turbat, quæ ei conditor bona contulit, quæ ipſe bonis illius mala reſpondit, enumerat, quòd mirè ab eo conditus, quòd gratuito nutritus, quòd rationis ſubſtantia in conditione ditatus eſt, quòd conditoris gratia vocatus, quòd ſequi ipſe & vocatus noluit, q̃ vocantis miſericordia, nec ſurdum hunc renitentemq́ue deſpexit, quòd illuminatus donis, quòd ſua ſponte prauis actibus etiam poſt dona cæcatus eſt, quòd à cæcitatis ſuæ erroribꝰ paternę ſollicitudinis flagellis expiatus, quòd à flagellorum doloribus ad ſalutis gaudia miſericordiæ L
medicamento reductus eſt, quòd quibuſdam culpis etſi non grauibus ſubditus, peccare tamen & inter flagella non deſinit, q̃ peccatorem ſuum ſuperna gratia, nec cõtempta dereliquit. Cùm igitur afflictam mentem modo per replicationem donorum dei, modo per improperia actionis ſuæ tanta ſeueritate increpat, habet in corde iuſtorum amaritudo animę linguã ſuam, quæ tanto eis ſubtilius loquitur, quãto & interius auditur. Vnde & nequaquam dicitur: Fabulabor in amaritudine animæ meæ, ſed confabulabor cum amaritudine animæ meæ: quia vis doloris quæ peccata ſingula reputans, torpentem animum, ad lamenta excitat, quaſi ad eum verba confabulationis format, in quibus ſemetipſum correctus inueniat, & ad ſui iam cuſtodiã ſollicitior exurgat. Dicat itaq; vir iuſtus ex voce ſua, & ſanctæ Eccleſiæ typum tenens, dicat ex noſtra: Confabulabor cũ amaritudine animæ meæ. Ac ſi apertius inſinuet, dicẽs: Intus cõtra me cum cordis mei dolore colloquor, & foris me à verbere iudicis abſcondo. Sed mens pœnitentiæ doloribus preſſa in ſemetipſa conſtringitur, atq; à cunctis delectationibꝰ carnis forti cogitatione ſeparãt, ad ſumma ꝓficere appetit, & tñ adhuc de corruptione corporis cõtradictionẽ ſentit. Vnde & aptè mox ſubdit: Nũquid mare ſum ego aut cetus, quia circũdediſti me carcere?) Carcere homo circũdatur, quia plęrũq; & virtutũ profectibꝰ ad alta exurgere nititur, & tñ carnis ſuæ

corruptione

A corruptione præpeditur. Qua bene exui Psalmista deprecatur dicens: Educ de carcere animam meam, ad confitendum nomini tuo. Quid vero appellatione maris corda carnalium tumidis cogitationibus fluctuosa: quid autem ceti nomine, ni si antiquus hostis exprimitur? Qui dum mentes secularium possidendo penetrat, quasi in eorum lubrica cogitatione natat. Sed cetus carcere constringitur, quia malignus spiritus in inferioribus deiectus ne ad cœlestia euolare prevalcat, pœnę suę ponderc coarctatur: Petro attestante, qui ait: Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit, in iudicio cruciandos reseruari. Cetus carcere constringitur, quia tentare bonos quantum desiderat prohibetur. Carcere quoque mare circundatur, quia carnalium mẽtium tumida insanaque desideria ad peragenda mala quæ appetunt, impossibilitatis suæ angustia grauantur. Sæpe enim dominari melioribus concupiscunt, sed tamen eis diuino iudicio cuncta mirabiliter disponente substrati sunt. Nocere bonis elati desiderant, & tamen subiecti ab eis solatia sperãt. Pro explendis voluptatibus carnis, longæuitatem vitæ præsentis cupiunt, sed tamen ab ea sub celeritate rapiuntur. De quibus bene per Psalmistam dicitur: Statuit aquas quasi in vtre. Aquę quippe in vtre sunt, cùm lubrica eorum desideria, quia operis effectum non inueniunt, sub carnali corde deprimuntur. Cetus ergo ac mare circundatione premitur carceris, quia vel malignus spiritus, vel sequaces illius, in quorum se mentibus colB ligit, atque in eis vndas tumentium cogitationum voluit, vt implere mala quæ appetunt nequeant, superna eos districtio angustat.

Psalm.141. *1. Petri. 2.* *Psalm. 77.*

Quid iusti desiderio pacis æternæ faciant, si carceris huius egredi angustias concupiscunt.

Caput. XVII.

SAncti autem viri quo mundiori corde cœlestium arcana considerant, auctis ad hæc quotidie ardoribus anhelant. Ibi iam plenè satiari desiderant, vnde adhuc parum aliquid ore contemplationis degustant. Perfectè cupiunt carnis stimulum subdere, nihil in cogitatione illicitum de eius iã corruptione tolerare, sed quia scriptum est: Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitãtem: intentione iam quidem vltra semetipsos eminent, sed tamen adhuc infirmitatis suę incertis motibus subditi, corruptiõis suæ se carcere clausos dolẽt. Ait ergo: Nũquid mare sum ego, aut cœtus, quia circundedisti me carcere?) Ac si apertè diceret: Mare vel cetus: iniqui videlicet, eorumque auctor malignus spiritus, quia effrenari ad solam perpetrandæ iniquitatis licentiam appetunt, rectè pœnæ suæ carcere constringuntur. Ego autem quia iam æternitatis tuæ libertatem desidero, cur adhuc meæ carcere corruptionis premor? Quod tamen nec à iustis superbè requiritur, quia amore veritatis accensi, infirmitatis suæ angustias transgredi perfecte C concupiscunt. Nec ab auctore iustorũ iniustè disponitur, quia electorum suorum vota differens cruciat, crucians purgat, vt ad percipiendum quod desiderant, quandoque melius ex dilatione conualescant. Electi autem quousque ab intima quiete differuntur, ad cor suum redeunt, ibique à carnis suę tumultibus abscõsi, quasi amœnissimum secretum petunt. Sed in eo sæpe tentationis aculeos sentiunt, carnis incentiua patiuntur, & ibi grauissimos labores inueniunt, vbi magnam requiem à labore quæsierant. Vnde sanctus vir post insinuatum corruptionis suæ carcerem, ad quietam cordis patriã redire festinans, quia eandem rixam, & in intimis inuenit, quam ab exterioribus fugit, protinus subdit dicens:

Sapien. 9.

Quòd cùm ad silentium mentis nostræ reuertimur, intra nos in cogitationibus colloquimur, & q̃ subtilia sint iudicia diuina, metuentes, quasi in lectuli requie somnij visione turbamur.

Si dixero, consolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in stratu meo, terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties.) In sacro nanque eloquio lectulus, cubile vel stratum, secretum solet cordis intelligi. Hinc est enim quod sub vniuscuiusque animæ specie sponsa occultis stimulis sancti amoris excitata, in Canticis canticorum dicit: In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea. In lectulo quippe, & per noctem dilectus quæritur: quia nimirũ inuisibilis conditoris species, repressa omni corporeæ visionis imagine, in cubili cordis inuenitur. Vnde & eisdem suis dilectoribus veritas dicit: Regnum dei intra vos est. Et rursum: Si ego non abiero, paracletus non veniet: Ac si apertè diceret: Si ab intentionis vestræ oculis corpus non subtraho, ad intellectum vos inuisibilem, per consolatorem spiritum non perduco. Hinc de iustis per Psalmistam dicitur: Exultabunt sancti in gloria, lætabunturin cubilibus suis: quia scilicet cùm mala ab exterioribus fugiunt, securi intra mentium secreta gloriantur. Sed tũc lętitia cordium perfecta erit, cùm carnis ab exterioribus pugna non fuerit. Nam quousque caro illicit, quia quasi nostrę domus paries quatitur, etiam cubile turbatur. Vnde & rectè per eundem Psalmistam dicitur: Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius: quia dũ nos tentatio carnis concutit, tremefacta nostra infirmitas etiam mentis cubile confundit. Quid verò hoc loco somnia, vel visiones accipimus, nisi imaginationes vltimi districtique examinis? quod iã vtcunque per timorem cernimus, sed tamen vt est veraciter non videmus. Sancti itaque viri, vt diximus, ad cordis secreta semper redeunt, cùm ab hoc mundo, vel vltra votum prospera, vel vltra vires aduersa patiuntur, atque externis laboribus fessi, quasi stratum vel lectulum cubilia mentis petunt. Sed dũ quibusdam imaginationibus cogitationum, quàm sint subtilia diuina iudicia conspiciunt, quasi in ipsa stratus sui requie, somnij visione turbantur. Contemplantur enim quàm districtus iudex veniat, qui dum vi immensæ magnitudinis cordiũ E secreta illuminat, omnes ante oculos culpas reducit. Pensant quanta illa sit verecundia, in conspectu tunc totius humani generis, angelorum omnium archangelorumque confundi. Perpendunt, qui post confusionem cruciatus maneat; cùm & reatus animum immortaliter morientem, & indesinenter deficientem carnem gehenna consumat. Cùm itaque tam pauida imaginatione mens quatitur, quid aliud quàm in stratu triste somnium videtur? Dicat ergo, Si dixero, consolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in stratu meo, terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties. Ac si apertè fateatur, dicens: Si exteriora fugiens, introrsus redeo, & vtcunque requiescere in cordis cubiculo concupisco, ibi mihi dum districtionis tuæ contemplationem obiicis, vehementer me per ipsas meæ prouidentiæ imaginationes terres. Bene autem dicitur: Et releuabor loquens mecum in stratu meo, quia nimirum cùm ad mentis nostræ silentium fessi reuertimur, quasi in stratu colloquentes, occulta intra nos cogitationum verba versamus. Sed hæc ipsa nostra collocutio in pauorem vertitur, quia ex illa vehementius intellectus nobis qui terrorem districti iudicis innotescat, in mente aperitur.

Psalm. 141. *Luc. 17.* *Ioan. 16.* *Psalm. 149.*

Caput. XVIII.

NE quis vero hæc studeat iuxta literam perscrutari, F exquirendum magnopere est, quot modis tangant animum imagines somniorum. Aliquando nanque somnia ventris plenitudine, vel inanitate, aliquando verò illusione, aliquando cogitatione simul & illusione, aliquando reuelatione, aliquando autem cogitatione simul & reuelatione generantur. Sed duo quæ prima diximus, omnes experimento cognoscimus, subiuncta autem quatuor, in sacræ scripturæ paginis inuenimus. Somnia etenim nisi plærũque ab occulto hoste per illusionem fierent, nequaquam hoc vir sapiens indicaret, dicens: Multos errare fecerunt somnia, & illusiones vanæ. Vel certè. Non augurabimini, nec obseruabitis somnia. Quibus profecto verbis, cuius sint detestationis ostenditur, quæ auguriis coniunguntur. Rursum nisi aliquando ex cogitatione simul & illusione procederent: Salomon minimè dixisset: Multas curas sequuntur somnia. Et nisi aliquando somnia ex mysterio reuelationis orirentur, Ioseph prę ferendum se fratribus per somnium non videret: nec Mariæ sponsum vt ablato puero in Aegyptũ fugeret, per somnium angelus admoneret. Rursum nisi aliquãdo somnia cogitatione simul & reuelatione procederent, nequaquã Daniel propheta, Nabuchodonosor visionem differens, à radice cogitationis inchoasset, dicẽs: Tu rex cogitare cœpisti in stratu tuo quid esset futurum post hęc, & qui reuelat mysteria, ostendit tibi quę ventura sunt. Et paulo post subiungit, dicens: Videbas, & ecce quasi statua vna grãdis, statua illa magna, & statura sublimis stabat cõtra te &c.

Somnia sex modis tangunt animum.

Eccles. 34. *Leuit. 19.* *Ecclesiastes 5.* *Gene. 37.* *Matthæi. 2.* *Danie. 2.*

Daniel

Universidad de Deusto Biblioteca

G Daniel itaque dum somnium, & implendum reuerenter insinuat, & ex qua ortũ sit cogitatione manifestat, patenter ostenditur: quia hoc plærunque ex cogitatione simul & reuelatione generatur. Sed nimirum cùm somnia tot rerũ qualitatibus alternent, tanto eis credi difficilius debet, quãto & ex quo impulsu veniant, facilius non elucet. Sæpe nanque malignus spiritus his quos amore vitæ præsentis vigilantes intercipit, prosperа etiam dormientibus promittit, & quos formidare aduersa considerat, eis hæc durius somnij imaginibus intentat, quatenus indiscretam mentem diuersa qualitate afficiat, eámque aut spe subleuans, aut deprimens, timore confundat. Sæpe autem etiam sanctorum corda afficere somniis nititur, vt ab intentione cogitationis solidæ, ad tempus saltem momentúmq; deriuentur, quanuis ipsi protinus animum ab illusionis imaginatione discutiant. Sed hostis insidians quo eos vigilantes minimè superat, eo dormientes grauius impugnat. Quem tamen hæc malignè agere superna dispensatio benignè permittit, ne in electorum cordibus ipse saltem à passionis prẹmio somnus vacet. Bene ergo rectori omnium dicitur: Si dixero, consolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in stratu meo, terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties, quia nimirum deus mirabiliter cuncta dispensat, & ipse facit quod malignus spiritus iniustè facere appetit, qui hoc fieri non nisi iustè permittit. Sed quia iustorum vita, & per vigilias tentatione quatitur, & per somnium illusione fatigatur,
H foris corruptionis suæ molestias tolerat, intus apud semetipsam grauiter illicitas cogitationes portat. Sed quid est quod faciat, vt pedem cordis à tot scandalorum laqueis euellat? Ecce beatus vir, quanta vndique pressus sit perturbatione cognouimus, sed quod consilium contra hanc inueniat, audiamus. Sequitur:

Quòd suspendium sanctorum sit extolli ad cœlestia, & mors ossium, terrenæ fortitudinis mortificatio.

Quamobrem elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea.) Quid per animam, nisi mentis intentio, quid per ossa nisi carnis fortitudo designatur? Omne autem quod suspenditur, procul dubio ab imis eleuatur. Anima ergo suspendium eligit, vt ossa moriantur: quia dũ mentis intentio ad alta se subleuat, omnem in se fortitudinem vitæ exterioris necat. Sancti enim viri certissimè sciunt, quia habere in hac vita requiem nequaquam possunt, & idcirco suspendium eligunt, quia nimirum desideria terrena deserentes, ad alta animum tollunt. Suspensi autem mortem suis ossibus inferunt, quia amore supernæ patriæ, in virtutum studiis accincti, hoc quod fortes prius in mundo fuerant, vinculo humilitatis insequuntur. Intueri libet quomodo animam suam Paulus suspenderat, qui
Galat. 2. dicebat: Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus.
Philip. 1. Et rursum: Desiderium habeo dissolui, & esse cum Christo.
I Et, Mihi viuere, Christus est, & mori lucrum. Qui gesta terrenę fortitudinis ad memoriam reuocans, quasi quædam in se
Philip. 3. ossa numerabat dicens: Hebræus ex Hebræis, secũdum legem Pharisæus, secundum æmulationem persequens ecclesiam dei.
Sed suspendio animæ quia hæc in se ossa interfecit, protinus
Ibidem. asserit, qui subiungit: Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum, detrimenta, Quæ adhuc ossa in semetipso insinuat vehementius extincta, cùm subdit: Propter quem, omnium detrimentũ feci, & arbitror vt stercora. Mortuis vero ossibus quàm exanimis pendeat, ostendit, qui ilicò subiungit, dicens: Vt Christum lucrifaciam, & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed eam quæ ex fide est Iesu Christi. Sed quia collatis eius testimoniis Paulum ad alta suspensum, mundo mortuum testati sumus, nunc beatum Iob si plenus eodem spiritu, exterioris vitæ concupiscentiam fugiat, ostendamus. Sequitur:

Quòd desperatio sanctorum, sit terrenarum abdicatio voluptatum.

Caput. XIX.

DEsperaui, nequaquam vltrà iam viuam.) Sunt nonnulli iustorum qui sic cœlestia appetunt, vt tamen à terrenorum spe minimè frangantur. Largita diuinitus patrimonia ad necessitatis subsidium possident, honores sibi temporaliter impensos retinent, aliena non ambiunt, suis licitè vtuntur. Qui tamen ab eisdem rebus quas habent, alieni sunt, quia ad hæc ipsa quæ possident, ex desiderio non tenen- K
tur. Et sunt nonnulli iustorum, qui ad comprehendendum culmen perfectionis accincti, dum altiora interius appetunt, exterius cuncta derelinquunt: qui rebus se habitis nudant, gloria honoris expoliant: qui internorum desiderio per assiduitatem se amici mœroris afficiunt, habere de exterioribus consolationem nolunt, qui internis gaudiis dum mente appropiant, vitam in se funditus corporeæ delectationis necant. Talibus nanque per Paulum dicitur: Mortui enim estis, & vita vestra *Coloss.* abscondita est cum Christo in deo. Horum vocem Psalmista expressерat, cùm dicebat: Concupiscit & deficit anima mea in *Psal.* atria domini, Concupiscunt enim, sed non deficiunt, qui iam quidem cœlestia appetunt, sed adhuc tamen à terrenorum delectationibus minimè lassantur. Concupiscit vero & in atrio dei deficit, qui cùm æterna desiderat, in amore temporalium non perdurat. Hinc Psalmista iterum dicit: Defecit in salutari *Psal.* tuo anima mea. Hinc per semetipsam veritas admonet, dicẽs: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum. Et rursum: *Luc.* Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Horum igitur numero sanctus vir, diuisa à terrenis desideriis mente, se inserit, qui ait: Desperaui nequaquam vltrà iam viuam. Iusti quippe desperare, est præsentis vitæ bona æternitatis electione deserere, mansura quærere, & in rebus temporalibus fiduciam non habere. Qui hæc agẽs, L
nequaquam se vltrà viuere asserit, quia videlicet viuificatrice morte quotidie à vita se passionis occidit. Absit enim ne vir sanctus de diuinæ misericordiæ largitate desperet, ne gressum cordis à profectu intimi itineris subtrahat, ne amorem conditoris deserens, quasi à duce destitutus in via remaneat, & confossus gladio latrocinantis desperationis ruat. Sed ne eius dicta ad nostri intellectus arbitrium videamur violenter inflectere, debemus ex posterioribus prẹmissa pensare. Quo enim sensu hæc dixerit, ipse protinus indicat, qui subiungit:

Quòd in breuitate huius vitæ magnificatur homo dono virtutum.

Parce mihi domine, nihil enim sunt dies mei.) Neque enim duo sibi hæc verba conueniunt, desperaui, & parce: nam qui desperat, nequaquam iam sibi parci postulat: & qui adhuc sibi parci desiderat, profectò minimè desperat. Aliunde ergo est quòd desperat, aliunde vero quod parci sibi sanctus vir postulat: quia nimirum dum bona vitæ transeuntis per desperationem deserit, ad obtinenda quæ permanent, in spe robustior exurgit. Desperando itaque melius ad spem veniæ ducitur, quia eo certius ventura appetit, quo præsentia verius, & ex desperatione derelinquit. Et notandum quod vim nobis sui cordis insinuans, vnam quidem de se sententiam protulit, sed hanc tertiò insinuando replicauit. Quod enim superius dixe- M
rat: Elegit suspendium anima mea, hoc replicans addidit: Desperaui: atq; æterna concupiscendo, & temporalia postponendo, hoc postremo intulit: Parce mihi: & quod superius dixit, mortem ossa mea, hoc nimirum subdidit, nequaquam vltrà iã viuam. Hoc quoq; vltimò protulit: Nihil enim sunt dies mei.

Caput. XX.

BEne autem dies suos nihil esse considerat, quia, vt paulo superius sæpe iã diximus, sancti viri quo verius summa cognoscunt, eo sublimius terrena despiciunt, & idcirco præsentis vitæ dies nihil esse conspiciunt: quia illuminatæ mentis oculos in considerationem æternitatis figunt. De qua dum ad se redeunt, quid se esse nisi puluerem agnoscunt, & infirmitatis suæ conscij, districtè iudicari metuunt? Cúmque vim tanti vigoris aspiciunt, trepidant examinari quod sunt. Vnde & adhuc aptè subiungitur: Quid est homo quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum?) Hominem deus magnificat, quia largitate rationis ditat, infusione gratiæ visitat, honore collatæ virtutis exaltat. Cúmque per semetipsum nihil sit, esse tamen eum cognitionis suæ participem, benignitatis munere concedit. Sed erga eundem magnificatum hominem cor suum dominus apponit: quia post dona iudicium exerit, merita subtiliter pensat, vitæ pondera vehementer examinat, & tanto ab eo pòst districtius pœnas exigit, quanto hunc impenso munere largius præuenit. Vir igitur sanctus immensitatem supernæ maiestatis aspiciat, atq; ad infirmi-

A infirmitatem propriam considerationis oculum reducat. Videat, quia caro cernere non valet hoc quod de semetipsa veritas per spiritum sanctum docet. Videat, quia etiam subleuatus hominis spiritus iudicium tolerare non sufficit, quod deus sub examine districtæ retributionis intendat, & dicat: Quid est homo quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? Ac si apertè clamet, dicens: Magnificatur homo spiritali munere, sed tamen caro est: & vias eius post munera districtè consideras, sed tamen si remota pietate iudicetur, pondus quod de tua subtilitate imminet, ferre nec subleuatus ad iustitiam spiritus valet: quia etsi hunc vltra se tua dona dilatant, ad inquisitionem tamen tui districti examinis sua eum infirmitas angustat. Vnde & adhuc aptè subiungitur:

Quòd deus visitat hominem cum in virtutibus prouehit, & probat eum aliquando, cùm recedendo concuti tentatione permittit.

Visitas eum diluculo, & subito probas illum.) Quis nostrũ nesciat quia diluculum dicitur, cùm iam nocturna tempora in claritatem lucis mutantur? Nos itaque noctis tenebris premimur, cùm perpetratione iniquitatis obscuramur. Sed nox in lucem vertitur, cùm erroris nostri obscuritas, veritatis cognitione irradiatur. Nox in lucem vertitur, cùm corda nostra
B iustitiæ fulgor illuminat, quæ cæcitas culpæ deprimebat. Hoc
Rom. 13. diluculum discipulorum mẽtibus oriri Paulus aspexerat, cum dicebat: Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Diluculo ergo nos dominus visitat, quia erroris nostri tenebras, luce suę cognitionis illustrat, contemplationis munere subleuat, in aream virtutis exaltat. Sed notandum, quod deus postquam diluculo visitat, subito hominem probat, quia & accedẽdo corda nostra ad virtutes prouehit, & recendo concuti tentatione permittit. Si enim post virtutum munera, nulla tentatione cõcutitur, has se habere animus ex semetipso gloriatur. Vt ergo & firmitatis dona habeat, & infirmitatẽ suam humiliter agnoscat, per accessum gratiæ ad alta sustollit, & per recessum quid ex semetipso sit, probatur. Quod bene nobis ex historia sacrę lectionis innuitur, qua Salomon & diuinitus accepisse sapientiam, & tamen post acceptam eãdem sapientiam, meretricum statim pulsatus quæstione memoratur. Mox enim vt tantę reuelationis gratiam accepit, certamen turpium mulierum pertulit: quia nimirum sæpe cùm mentem nostram concessis virtutibus respectus intimæ largitatis illuminat, hanc protinus etiam lubricæ cogitationes turbant, vt quæ subleuata immenso munere exultat, etiam tentatione pulsata, quid sit, inueniat.
3. Reg. 19. Sic & Helias visitatus diluculo, sermone cœlos aperuit, & tamen probatus subito, infirmus per deserta fugiens, vnam mu-
2. Cor. 12. lierem expauit. Sic Paulus ad tertium cœlum raptus ducitur, paradisi penetrans secreta considerat: & tamen ad semetipsum
C rediens, contra carnis bellum laborat, legem aliam in membris sustinet, cuius in se rebellione fatigari spiritus legem dolet. Diluculo ergo deus hominem visitat, sed subito post visitationem probat, quia & collato munere subleuat, & abstracto, ad paululum, ipsum sibi hominem demõstrat. Quod eousque proculdubio patimur, quo detersa funditus labe peccati, ad promissæ incorruptionis substantiam reformemur. Vnde & adhuc aptè subditur:

Quòd in hac vita saporem dulcedinis diuinæ gustamus, sed satiari nisi in regno beatitudinis illa omnino non possumus.

Caput. XXI.

VSquequo nõ parcis mihi, nec dimittis me vt glutiam saliuam meam?) Saliua in os ex capite delabitur, ab ore vero ad ventrem deducitur cum glutitur. Quid itaque est caput nostrum, nisi diuinitas? per quam existendi principium sumimus, vt creatura simus: Paulo attestante, qui
1. Cor. 11. ait? Caput viri Christus, caput autem Christi deus. Quid autem venter noster est nisi mens? quæ dum cibum suum, supernum videlicet intellectum suscipit, refecta proculdubio omnium mẽbra actionum regit. Nisi enim sacra eloquia aliquan-
Prouer. 20. do mentem nomine ventris exprimerent. Salomon vtiq; non dixisset: Lucerna domini spiraculum hominis, quæ inuestigat omnia secreta ventris. Quia nimirum dum nos gratia superni respectus illuminat, cuncta etiam mentis nostrę nobis abscondita manifestat. Quid ergo saliuæ nomine, nisi sapor intimæ cõtemplationis accipitur? quæ ad os à capite defluit, quia de claritate conditoris adhuc in hac vita nos positos, vix gutta * re- D
uelationis tangit? Vnde & redemptor noster veniens saliuam **al. gustus.*
luto miscuit, & cęci nati oculos reparauit, quia superna gratia *Marci. 8.*
carnalem cogitationem nostram per admixtionem suæ contemplationis irradiat, & ab originali cæcitate hominem ad intellectum reformat. Nam quia à paradisi gaudiis expulsum, in hoc iam exilio natura edidit, quasi à natiuitate homo sine oculis processit. Sed sicut sanctus vir insinuat, hæc saliua ad os quidem labitur, vt verò ad ventrem vsque perueniat, non glutitur, quia diuinitatis contemplatio sensum tangit, sed plenè mentem non reficit, quoniam perfectè animus conspicere nõ valet, quod adhuc quia caligo corruptionis præpedit, raptim videt. Ecce enim electorum mens iam terrena desideria subiicit, iam cuncta quæ considerat præterire, transcendit, iam ab exteriorum delectatione suspenditur, & quæ sint bona inuisibilia rimatur, atque hæc agens, plærunque in dulcedinem supernæ contemplationis rapitur: iamque de intimis aliquid quasi per caliginem conspicit, & ardenti desiderio interesse spiritalibus angelorum ministeriis conatur, gustu incircunscripti luminis pascitur, & vltra se euecta, ad semetipsam relabi dedignatur: Sed quia adhuc corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, inhærere diu luci non valet, quam raptim videt. Ipsa quippe carnis infirmitas transcendentem se animam retrahit, atque ad cogitanda ima ac necessaria suspirantem reducit. Saliua ergo ex capite defluens os tangit, sed ad ventrem E
minimè peruenit, quia liquore supernæ contemplationis iam quidem intellectus noster infunditur, sed nequaquam mens plenè satiatur. In ore etenim gustus est, in ventre satietas. Saliuam vtique glutire non possumus, quia supernę claritatis bono satiari non permittimur, quod adhuc ex tenuitate gustamus. Sed quia hoc ipsum quod vtcũque iam super nos cognoscimus, ex pietate parcentis est, quòd vero hoc percipere perfectè non possumus, adhuc ex pœna vetustæ damnationis, rectè nunc dicitur: Vsquequo non parcis mihi, nec dimittis me vt glutiam saliuam meam? Ac si apertè diceretur: Tunc homini plenè parcis, cùm hunc ad perfectionem tuę contemplationis admiseris, vt claritatem tuam raptus interius videat, & eum carnis suæ corruptio exterius non repellat. Tunc permittis vt saliuam glutiam, cùm me sapore tuæ claritatis vsque ad abundantiam satietatis infuderis, vt nequaquam iam per indigentiam gustu oris esuriam, sed in te solidatus, irrigato mentis ventre subsistam. Sed qui promereri vult bonum quod expetit, debet malum confiteri quod fecit. Sequitur:

Quod nisi misericordia dei subueniat, qui per nas cecidimus, nostris resurgere virtutibus non valemus.

Peccaui: quid faciam tibi ô custos hominum?) Ecce fatetur malum quod fecit, sed bonum quod deo in recompensationẽ debeat offerre non inuenit, quia ad abluendam culpam quæ- F
libet humanæ actionis virtus infirma est, nisi hanc misericordia parcentis foueat, & non iustitia rectè iudicantis premat. Vnde recte per Psalmistam dicitur: Melior est misericordia *Psalm. 62.*
tua super vitam, quia quãlibet videatur innocens, apud districtum tamen iudicem nostra nos vita non liberat, si ei reatus sui debitum misericordiæ benignitas non relaxat. Vel certè cùm dicitur: Quid faciam tibi? patenter ostẽditur, quia hęc ipsa bona quæ agere præcipimur, nõ præceptori, sed nobis prosunt. Vnde rursum per Psalmistam dicitur: Quoniam bonorũ *Psalm. 15.*
meorum non indiges. Humilitas autem nostræ destitutionis exprimitur, cùm deus hominũ custos vocatur, quia si eius nos custodia minimè protegit, ante occulti hostis insidias, nostræ sollicitudinis oculus vigilans dormit, Psalmista rursus attestante, qui ait: Nisi dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigi- *Psalm. 126.*
lant qui custodiunt eam. Per nos namque cecidimus, sed nostris resurgere viribus non valemus. Culpa nos volũtatis proprię semel strauit, sed pœna culpę deterius quotidie deprimit. Ad amissam rectitudinem resurgere studiorum conatibus nitimur, sed meritorũ pondere grauamur. Vnde & aptè subdit:

Quanta sit miseria mutabilitatis humanæ.

Caput. XXII.

QVare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis?) Tunc sibi contrarium deus hominem posuit, cùm homo deum peccando dereliquit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G liquit. Serpentis quippe persuasionibus captus, hostis eius extitit, cuius præcepta contempsit. Iustus verò conditor hunc sibi contrarium posuit, quia inimicum ex elatione deputauit. Sed hæc ipsa contrarietas culpæ, facta est homini pondus pœnæ, vt corruptioni suæ malè liber seruiat, qui bene seruus de incorruptionis libertate gaudebat. Salubrem quippe humilitatis arcem deserens, ad infirmitatis iugum superbiendo peruenit, & ceruicem cordis erigendo suppositum: quia qui subesse diuinis iussionibus noluit, sub suis se necessitatib' strauit. Quod melius ostendimus, si ea quæ deiectus sustinet, & prius carnis, & pòst pondera mentis exprimamus. Vt enim taceamus hoc quòd dolores tolerat, quòd febribus anhelat, sua quadam ægritudine constringitur. Ipsa hæc nostri corporis, quæ salus vocatur, ægritudo est. Nam ocio tabescit, opere deficit: inedia deficiens, cibo reficitur vt subsistat: refectione lassescens, abstinentia releuatur vt vigeat: aqua perfunditur, ne arescat: linteis tergitur, ne ipsa nimis perfusione liquefiat: labore vegetatur, ne quiete torpeat: quiete refouetur, ne laboris exercitatione succũbat: fatigatur vigiliis, somno reparatur: oppressa somno, vigiliis excutitur, ne sua peius quiete lassetur: vestibus tegitur, ne frigoris aduersitate penetretur: quæsito calore deficiens, aurarum flatu refouetur. Cumque inde molestias inuenit, vnde vitare molestias quæsiuit, malè fauciata, vt ita dixerim, de ipso suo medicamine languescit. Remotis ergo febribus, cessantibusque doloribus ipsa nostra salus ægritudo est, cui cu
H randi necessitas nunquam deest. Quot enim solatia ad viuendi vsum quærimus, quasi tot nostræ ægritudini medicamentis obuiamus. Sed ipsum quoque medicamen in vulnus vertitur, quia exquisito remedio paulo diutius inhærentes, ex eo grauius deficimus, quod prouidè ad refectionem paramus. Sic nimirum debuit præsumptio corripi, sic superbia sterni. Quia enim elatum semel sumpsimus spiritum, ecce defluẽs quotidie portamus lutum. Ipsa quoque mens nostra à secreti interioris securo gaudio excluſa, modo spe decipitur, modo pauore vexatur, modo dolore deiicitur, modo falsa hilaritate releuatur: transitoria pertinaciter diligit, eorumque amissione incessanter atteritur, quia & incessanter cursu rapiente permutatur. Rebus autem mutabilibus subdita, & à semetipsa variatur. Nam quærens quod non habet, anxia percipit: Cumque hoc habere cœperit, tædet hanc percepisse quod quæsiuit. Amat sæpe quod despexerat, despicit quod amauerat. Cum labore quæ æterna sunt discit, sed horum repentè obliuiscitur, si labore desierit. Diu quærit vt parũ quid de summis inueniat, sed ad consueta citius relabẽs, nec parum in his quæ inuenerit perseuerat. Erudiri appetens, vix suam ignorantiam superat, sed erudita, grauius cõtra scientiæ gloriam pugnat. Vix carnis suę sibi tyrannidem subiicit, sed tamen adhuc intus culpæ suę imaginem tolerat, cuius iam foris opera vincendo restrinxit. In auctoris sui inquisitione se erigit, sed reuerberatam hanc, cor-
I porearum rerum amica caligo confundit. Semetipsam qualiter incorporea corpus regat, intueri vult, & non valet. Requirit mirè, quòd sibi respondere non sufficit, & sub eo ignara deficit, quod prudenter requirit. Amplam se simul & angustam considerans, qualem se veraciter æstimet ignorat: quia si ampla non esset, nequaquam tam inuestiganda requireret: Et rursum si angusta non esset, hoc ipsum saltem quod ipsa requirit, inueniret. Bene ergo dicitur: Posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis. Quia dum repulsus homo, & à carne molestias, & à mente quæstiones tolerat, graue nimirum pondus semetipsum portat. Vndique languoribus premitur, vndique infirmitatibus vrgetur, vt qui relicto deo, se sibi ad requiem sufficere credidit, nihil in se nisi tumultum perturbationis inueniret, inuentumque se fugere quæreret: sed auctore contempto, quo se fugeret, non haberet. Cuius infirmitatis pondera bene quidam sapiens cõtemplatus, ait: Graue iugum
Eccli. 40. super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vsque ad diem sepulturæ in matrem omnium. Beatus autem Iob ista considerans, & quare ita ordinata sint ingemiscens, non iustitiam redarguit, sed misericordiam inquirit, vt percontando ipse humiliter pulset, quod parcendo diuina pietas immutat. Ac si apertè dicat: Cur quasi contrarium tibi hominem despicis, qui certus scio, quia perire ipsum quem despicere crederis, nõ vis? Vnde bene adhuc & humilitatem confessionis exprimit, & vocem liberæ inquisitionis adiungit, dicens: K

Caput. XXIII.

CVr non tollis peccatum meum, & quare non auferis iniquitatem meam?) Quibus profecto verbis quid aliud quam desiderium præstolati mediatoris innuitur? de quo Ioannes ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mũ- *Ioan.*
di. Vel certè ab humano genere tũc peccatum plenè tollitur, cùm per incorruptionis gloriam nostra corruptio permutatur. Esse nanque à culpa liberi nequaquam possumus, quousque in corpore mortis tenemur. Redemptoris ergo gratiam, vel resurrectionis soliditatem desiderat, qui iniquitatem suam auferri funditus sperat. Vnde mox & pœnam præuaricationis culpæ, quam ex origine meruit, & iudicium quod ex propria actione pertimescit, adiungens subdit:

Quòd præsens mors sit pœna peccati, & in iudicio si à peccatore secundum districtionem operum ratio exigatur, non subsistit, nec habet quid respondeat iudici.

Ecce nunc in puluere dormiã, & si mane me quæsieris, non
subsistam:) Peccanti primo homini dictum est: Puluis es, & in *Gen.*
puluerem reuerteris. Mane autem dicitur illa tunc manifestatio mentium, quæ in aduentu iudicis apertis cogitationibus quasi post noctis tenebras demonstratur. De quo nimirum mane per Psalmistã dicitur: Mane astabo tibi & videbo. Quærere autem dei, est hominem subtili interrogatione discutere, & districtè discutiendo iudicare. Beatus igitur Iob humanæ deiectionis damna considerans, videat quia & præsenti iam L
pœna premitur, & adhuc de futuris grauius vrgetur, Et dicat: Ecce nunc in puluere dormiam, & si mane me quæsieris, non subsistam. Ac si apertius deploret, dicens: In præsenti quidem mortem iam carnis patior, & tamen adhuc de futuro iudicio grauiorem morte, districtionis tuæ sententiam pertimesco. Interitum pro culpa sustineo, sed adhuc ad iudicium veniens, culpas restitui, & post interitum formido. Exteriorem ergo mortem considerans, dicat: Ecce nunc in puluere dormiam: interiorem metuens adiungat: Et si mane me quæsieris, non subsistam. Quantalibet enim iustitia polleant, nequaquam sibi ad innocentiam, vel electi sufficiunt, si in iudicio districtè requirantur. Sed hoc nunc ad solatium suæ ereptionis inueniunt, quod nequaquam se posse sufficere humiliter sciunt. Sub humilitatis ergo tegmine à gladio se tantæ animaduersionis abscondunt, & quo terrorem venturi iudicis præstolantes cõtinuo timore trepidant, eo indesinenter agitur, vt paratiores fiant. Sequitur:

Caput octauum textus beati Iob, &.xxiiij. caput libri octaui expositionis moralis beati Gregorij.

REspondens autem Baldath Suites, dixit: Vsquequo loqueris talia, & spiritus multiplex sermõis oris tui? M
Nunquid deus supplantat iudicium, aut omnipotẽs subuertit quod iustum est? Etiam si filij tui peccauerunt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis suæ, tu tamen si diluculo consurrexeris ad deum, & omnipotentem fueris deprecatus, si mũdus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatũ reddet habitaculum iustitiæ tuæ: intantum vt si priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicentur nimis. Interroga enim generationem priſtinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam. Hesterni quippe sumus, & ignoramus, quoniã sicut vmbra dies nostri sunt super terram. Ipsi docebunt te, loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia. Nunquid virere potest scirpus absque humore, aut crescere carectum sine aqua? Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit. Sic viæ omnium qui obliuiscuntur deum, & spes hypocritę peribit. Non ei placebit vecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius. Innitetur super domum suam, & non stabit, fulciet eam, & non cõsurget. Humectus videtur antequam veniat sol, & in ortu suo germen

A germen eius egredietur. Super aceruum petrarum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur. Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eum, & dicet: Non noui te. Hæc est enim lętitia viæ eius, vt rursum de terra alij germinentur. Deus non proiiciet simplicem, nec porriget manum malignis, donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo. Qui oderunt te, induentur confusione, & tabernaculum impiorum nó subsistet.

Respondens autem Baldath Suites ait: Vsquequo loqueris talia, & spiritus multiplex sermonis oris tui?) Iniustis semper grauia sunt verba iustorum, & quæ ad ædificationem prolata audiunt, hæc quasi superimpositum pondus ferunt. Quod de se apertè Baldath Suites indicat, dicens: Vsquequo loqueris talia? Qui enim vsquequo dicit: quia ædificationis verba iã portare non posit, ostendit. Sed cùm corrigi iniqui despiciunt, bene prolata criminantur. Vnde & protinus subiungit: Et spiritus multiplex sermonis oris tui. Cùm multiplicitas in sermone reprehenditur, esse proculdubio intelligentiæ grauitas in sensu denegatur. Vis quippe summa loquentium, quadrifaria qualitate distinguitur. Nam sunt nonnulli quos sentiendi simul ac dicendi amplitudo dilatat, & sunt nonnulli quos sentiendi simul & dicendi inopia angustat. Sunt nonnulli qui efficaciam dicendi habent, sed acumen sentiendi non habent. Et sunt nonnulli qui acumine sentiendi subnixi sunt, sed ex inopia locutionis obmutescunt. Hoc nanque in hominibus cernimus, quod in rebus sæpe insensibilibus videmus. Nam plærunque & abundans aqua ab intimis ducitur, & largis in superficiem meatibus deriuatur. Plerũque angusta in intimis latet, & progrediendi rimas difficulter inueniens, foras angustior exundat*. Plerũque minima in absconditis oritur: cumque patenter qua exeat inuenit, ex largo foramine tenuis procedit, magnique se meatus dilatant, sed non est quod fundãt. Plerũque vero ampla in absconditis surgit, sed angustis pressa meatibus tenuissima profluit. Sic itaque in aliis os patens emanat, quod largus ingenij fõs ministrat. In aliis intellectum nec sensus porrigit, nec lingua fundit. In aliis os quidem ad loquendum patet, sed ad reddendum parata à sensu lingua nihil accipit. In aliis vero largus sentiendi fons à corde exuberat, sed hunc quasi meatus tenuis impar lingua coãgustat. In quibus nimirum quatuor dicendi qualitatibus, sola crimini tertia subiacet, quæ hoc sibi per locutionem arripit, ad quod per ingenium non assurgit. Nam prima laudanda est, quæ vtroque valenter pollet. Secunda miseranda, quæ vtroque humiliter caret. Quarta adiuuanda, quæ explere quod sentit non valet. Tertia vero despicienda atque reprimenda, quæ dum sermone se erigit, sensu iacet: quæ membris inflatione tumentibus similis, ad aures audientium vasta, sed vacua procedit. Quod nunc Baldath beato Iob crimen intorquet, dicens: Spiritus multiplex sermonis oris tui. Qui enim multiplicitatẽ sermonis ori tribuit, profecto cordis inopiam reprehendit. Ac si apertè dicat: Abundantia spiritus in sermone oris attolleris: sed sensus indigentia coangustaris.

De quadrifaria loquẽtium varietate.

*al. exhalat.

Caput. XXV.

PRaui autem cùm recta reprehendunt, ne ipsi quæ iusta sunt nescire videantur, nota omnibus bona quæ audiendo didicerunt, quasi incognita proferunt. Vnde & Baldath protinus adiungit: Nunquid deus supplantat iudicium, aut omnipotens subuertit quod iustum est?) Hæc beatus Iob nec loquens negauerat, nec reticens ignorabat. Sed procaces quique, vt diximus, etiam nota iactanter proferunt, vt loquẽdo docti videantur. Contẽnunt moderate cõticescere, ne credantur ex imperitia tacuisse. Sciendum vero est, quia tunc diuinæ iustitiæ rectitudinem laudant, cum se ad gaudium incolumitas subleuat, & alios flagella castigant, cùm se cõspiciunt rerum prosperitate perfrui, alios aduersitate fatigari. Nam dũ peruersè agunt, sed tamen se rectos arbitrantur, hoc quod sibi prospera suppetunt, deberi suis meritis credunt, eoque colligunt quod deus iniustè non iudicat, quòd quasi iustos se aduersitas nulla contristat. Sed si eorum vitam quanlibet breuiter vis supernæ correptionis attigerit, pulsati protinus consilium diuini examinis increpant, quod pauloante incolumes admirando præferebant, iustúmque esse iudicium quod suis moribus aduersatur, negant, & dum de diuina æquitate disputant, ad resultationis verba prosiliunt, & correpti quia deliquerint, grauius delinquũt. Vnde bene etiam per Psalmistam contra peccatoris confessionem dicitur: Cõfitebitur tibi cùm benefeceris ei. Despecta quippe vox confessionis est, quam format iucunditas prosperitatis. Sola autem confessio habet magni meritum ponderis, quàm à veritatis rectitudine nequaquam separat vis doloris, quam vsque ad iudicium vocis exacuit aduersitas testis cordis. Non ergo mirum quòd Baldath diuinam iustitiam laudat, qui nihil aduersi ab eadem iustitia tolerat. Sed quia amicos beati Iob, hæreticorum tenere speciem diximus, libet vt paucis quomodo Baldath verba hæreticorum surreptionibus congruant, demonstremus. Hi quippe dum sanctam Ecclesiam temporali corripi animaduersione conspiciunt, audacius in iactantiam peruersæ prædicationis intumescunt, & superni examinis rectitudinem prętendentes, prosperari se ex meritis asserunt, illam vero affligi dignis retributionibus attestãtur, & verbis blandientibus surreptionis aditum protinus inter dolores quærunt, atque aliorum vitam exprobrãtes, aliorum mortibus fériunt, ac si illi iam iustè defuncti sint, qui de deo credere digna noluerunt. Vnde Baldath Suites postquam diuinam iustitiam protulit, ilico subiũgit: Etiam si filij tui peccauerunt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis suæ, tu tamen si diluculo consurrexeris ad deum, & omnipotentem fueris deprecatus: si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ.) Ac si afflictis catholicis errorum prædicatores dicant: Vitæ vestræ prouidete, & quàm peruersa teneatis, ex eorum qui inter vos defuncti sunt damnatione cognoscite, quia cõditori omnium nisi perfidia vestra displiceret, nequaquam à vobis tam numerosos populos, interitu sæuiente, subtraheret. Ait enim: Etiam si filij tui peccauerunt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis suæ. Quasi apertè diceret: In iniquitatis suæ manu dimissi sunt, qui vitam nostræ rectitudinis imitari noluerunt. Tu tamen si diluculo consurrexeris ad deum, & omnipotentem fueris deprecatus.

Psal. 48.

Caput. XXVI.

QVia enim se hæretici tenere lucem veritatis æstimãt, sanctam ecclesiam quasi in erroris nocte positam, ad diluculum veritatis vocant, quatenus & per cognitionem dei, quasi per diluculum surgat, & per precem pœnitentiæ præterita diluat. Si mundus & rectus incesseris.) Mundus videlicet in cogitatione, rectus in opere. Statim euigilabit ad te.) Ac si apertè dicat: Quia is qui nunc tribulationibus tuis virtutem suę protectionis non exerit, quasi ab adiutorio errantis dormit. Et pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ.) id est, præsentis vitæ contrarietates amouet, & tranquillitatis protinus securitatem præbet. Quia enim peruersi quique temporale gaudium singulare æstimant, diuinæ remunerationis bonum quod ipsi anxiè ambiunt, hoc aliis pro magno pollicentur. Vnde plærunque fit, vt aut amissa recuperari spondeant, aut ad maiora adhuc præsentis vitæ præmia, auditorum suorum animos extendant. Quod patenter Baldath exprimit, cùm protinus adiungit: Intantũ vt si priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicentur nimis.) Si vero habitaculum iustitiæ, consilium mentis vocat, afflictis catholicis errorum magistri pacatum iustitiæ habitaculum promittunt, quia si eos ad sua pertrahunt, profecto à contentione conticescunt. Nanque hi qui pertrahi ad peruersa potuerunt, tanto iam tranquillius temporali pace quieti sunt, quanto longius ab æterna separantur. Opes quoque intelligentiæ se sequentibus crescere spondent. Vnde & subditur: Intantum vt si priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicentur nimis.) Sed quia eorum verbis nõ facile creditur, quoniam sæpe vita contemptibilis demonstratur, antiquorum patrũ sententias proferunt, earúmque rectitudinem in argumentum sui erroris inflectunt. Vnde & subditur.

Quòd antiquorum patrum exempla, ad insinuandam transitoriæ huius vitæ instabilitatem, intuenda sint.

Interroga enim generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam.) Generationem pristinam, ac patrum

Universidad de Deusto Biblioteca

G trum memoriam nequaquã videri, sed inuestigari admonent, quia hoc in ea nolunt conspici, quod liquidò cunctis patet. Nonnunquam verò more bonorum, quædam moraliter docent, & qualiter ex præteritis præsentia colligantur, insinuant: atque ex his quæ iam à nostris oculis pertranseundo subtracta sunt, quàm nulla sint quę videntur, demonstrant. Vnde & adhuc subditur: Hesterni quippe sumus, & ignoramus, quoniam sicut vmbra dies nostri sunt super terram.) Generatio itaque pristina interroganda proponitur, vt transire tempus vitæ presentis sicut vmbra mõstretur, quia videlicet si ea quæ erant, & iam transacta sunt, ad memoriam reducimus, patenter cognoscimus quàm celeriter hoc quoque fugiat quod tenemus. Sæpe verò hæretici eosdem nobiscum patres quos veneramur laudant, sed intellectu deprauato; ipsis nos eorũ laudibus impugnant. Vnde & adhuc subditur: Ipsi docebunt
H te, loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia.) Notandum quod superius dixerat: Spiritus multiplex sermonis oris tui, nunc verò reductis ad memoriam patribus dicit: De corde suo proferent eloquia. Ac si vitam sanctæ Ecclesiæ hæretici detestantes dicant: Multiplicitatem spiritus in ore habes, in corde non habes. Sed illi contra te audiendi sunt, qui verba ex corde proferentes, recta viuendo docuerunt. Sæpe autem praui dum suæ vitium tortitudinis ignorant, audenter aliorũ rectitudinem lacerant. Cúmque contra bonos sibi auctoritatem increpationis arripiunt, aut ea bona proferunt, quæ non videndo, sed audiendo didicerunt, aut ea aliis mala mentientes ingerunt, quę ipsi committunt. Sed cùm ea bona proferũt, quæ seruare contemnunt, sciendum est quia plærunque veritas sic per ora aduersariorum sonat, vt eorum linguã mouens, vitam seriat, quatenus culmen rectitudinis loquentes & ignorantes, ipsi sibi & verbis iudices, & factis accusatores fiant. Vnde Baldath mira quidẽ contra hypocritas subdit, sed mucrone verbi se impetit, quia simulator iustitiæ, nisi ex aliquantulo ipse esset, docere iustũ nequaquam tanta temeritate præsumeret. Et quidem fortia sunt valde quæ dicit, sed hæc stultis, non autem sapienti: prauis, non recto dicere debuit: quia & vecordem se asserit, qui hortis sitiẽtibus, in flumine aquam fundit. Sed interim postponentes cur dicitur, pensemus subtiliter quid dicatur, vt nos prolata instruãt, quanuis meritum sui auctoris impugnent. Sequitur:

Quòd sanctorum bona quæ vera sunt permanent, hypocritarum vero bona, quia falsa sunt, non perseuerant: & quod superbi correctionis impatientes sunt.

Nunquid viuere potest scirpus absque humore, aut crescere carectum sine aqua?) Cui Baldath scirpum, vel carectum cõparet, ipse protinus aperit, cùm subiungit.) Cùm adhuc sit in flore nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit: sic viæ omnium qui obliuiscuntur deum, & spes hypocritæ peribit.) Scirpi ergo vel carecti nomine, hypocritæ vitam signat, quæ
I speciem quidem viriditatis habet, sed ad humanos vsus fructũ vtilitatis non habet, quæ sterilitate operis arida permanens, solo sanctitatis colore virideſcit. Caput. XXVII.

SEd neq; sine humore scirpus, neque sine aqua carectum proficit, quia hypocritarum vita ad bona opera infusionem quidem superni muneris percipit, sed in cũctis quæ agit, exteriores laudes appetens, à fructu perceptæ infusionis marescit. Sæpe nanque mira signorum opera faciunt, ab obsessis corporibus spiritus pellunt, & per prophetiæ donũ, ventura quæq; sciendo præueniunt, sed tamen à largitore tot munerum, cogitationis intẽtione diuisi sunt: quia per eius dona, non eius gloriam, sed proprios fauores quærunt: cúmque per accepta dona in sua laude se eleuant, ipsis muneribus contra largitorem pugnant. Inde quippe contra dantem superbiunt, vnde ei amplius humiles esse debuerunt. Sed eo postmodum eos districtior sententia percutit, quo nunc superna bonitas, & ingratos largius infundit. Fitq; eis amplitudo muneris, incrementum damnationis, quia irrigati fructum nõ ferunt, sed sub viriditatis colore vacui in altum crescunt. Quos bene per
Mat. 7. Euangelium veritas exprimit, dicens: Multi dicent mihi in illo die, Domine, domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquã
Psal. noui vos, discedite à me qui operamini iniquitatem. Scirpus K igitur vel carectum absque humore, vel aqua non viuit, quia nimirum hypocritæ non nisi ex superno munere viriditatem bonæ operationis accipiunt. Sed quia hanc in vsum propriæ laudis arripiunt, in aqua quidem virides, sed tamen inanes crescunt. Bene autem subditur: Cùm adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit.) Scirpus in flore, est hypocrita in laude. Acutis vero angulis surgens carectum manu non carpitur, quia exasperatis per arrogãtiam sensibus, de prauitate sua hypocrita corripi dedignatur. In flore suo manum carpentis incidit, quia in laude hypocrita positus, ne hũc quisquam corripere audeat, asperitate sua protinus vitam corripientis secat. Sanctus nanque esse non appetit, sed vocari: & cùm fortasse corripitur, quasi in opinionis gloria detrũcatur. Deprehensum se in prauitate irascitur, loqui sibi redarguentẽ prohibet, quia velut in occulto vulnere tactus dolet. Qualis imperitis innotuit, talis vult ab omnibus æstimari, & paratior est mori quàm corripi. Redargutione deterior redditur, quia quasi diræ percussionis æstimat iaculum, puritatis verbũ. Vnde exasperatus protinus in contumelias surgit, & quę mala exaggeret contra vitam correptoris, inquirit. Demonstrare longè incomparabiliter reum reprehensorem suum desiderat, vt innocentem se non suis actibus, sed alienis criminibus ostẽdat, ita vt sæpe homo redargutionis aliquid se dixisse pœniteat, & quasi à carpentis manu, sic à corripientis animo quidam, vt ita dixerim, sanguis mœroris currat. Vnde bene per *Prou.* Salomonem dicitur. Noli arguere derisorem, ne oderit te. *L.* Neque enim iusto timendum est, ne derisor cùm corripitur, contumelias inferat, sed ne tractus ad odium, peior fiat. Inter hæc sciendum est, q̃ iustorum bona, quia ex corde incipiunt, vsque ad præsentis vitæ terminum crescunt. Hypocritarum vero opera, quia nequaquam sunt in occulto radicata, sępeantè deficiunt, q̃ præsens vita finiatur. Nam plærũque studio sacræ eruditionis insistunt, & quia hanc non præparandis meritis, sed promerendis fauoribus inquirunt, statim vt iudicium humanæ laudis arripiunt, & per hoc gratiam transitorij profectus assequuntur, tota mente secularibus curis inseruiunt, atque à sacra funditus eruditione vacuantur, & agendo post indicant, quantũm temporalia diligant, qui sola prius æterna prædicabant. Plærunque autem assumptæ speciem maturitatis ostendunt, quiete silentij, longanimitate patientiæ, continentiæ virtute decorantur. Sed cum per hęc quęsiti culmẽ honoris attigerint, cúmque sibi iam reuerentia à cunctis impenditur, protinus se in lasciuiam voluptatis fundunt, & bona se non ex corde tenuisse ipsi sibi testes sunt, qui hæc cito dimiserunt. Nonnunquam vero aliqui quæ possident tribuunt, atq; indigentibus cuncta largiuntur, sed tamen ante vitę terminũ, auaritiæ prurigine accensi, aliena appetunt, qui sua largiri videbantur, & pertinaci pòst crudelitate ambiunt, quod ficta prius pietate reliquerunt. Vnde & rectè nunc dicitur:

Caput. XXVIII. M

CVm adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit.) Iuxta carnem quippe & iusti herba sunt, propheta attestãte, qui ait: Omnis caro fœnum. *Esa.* Sed ante omnes herbas arescere scirpus dicitur, quia iustis in bono suo permanentibus, à viriditate assumptæ rectitudinis hypocritarũ vita siccatur. Arescunt herbę etiam reliquæ, quia iustorum opera cum carnis vita deficiunt. Sed herbarũ aridtatem scirpus præuenit, quia, priusquam de carne hypocrita transeat, ea quæ in se ostenderat, virtutum facta derelinquit. De quibus etiam bene per Psalmistam dicitur: Fiant sicut fœnum ædificiorũ, quod priusquã euellatur, exaruit. Fœnũ quip- *Psal.* pe ædificij in alto nascitur, sed nequaquam pingui radice solidatur, quia & hypocrita summa quidẽ agere cernitur, sed non in eis ex cordis puritate roboratur. Quod nimirum fœnũ & non euulsum citius arescit, quia videlicet hypocrita, & in præsenti adhuc vita subsistit, & iam sanctitatis opera quasi viriditatis speciem amittit. Quia enim sine intentione rectæ cogitationis bona studuit agere, hæc amittens, indicat se sine radice floruisse. Sed Baldath, sicut prædiximus, cui scirpum vel carectum comparet ilico aperit, cum subiungit: Sic viæ omniũ qui obliuiscunt deũ, & spes hypocritę peribit.) Quid enim in cũctis suis operibus hypocrita sperat, nisi honoris reuerentiã

gloriam

A [illegible] innotescibit [illegible], sanctus ab omnibus vo-
[illegible] quæ [illegible] spes hy[illegible]tæ non valet, quia æternita-
tem [illegible]uærens, fugit quod tenet. Nequaquã quippe mẽ-
tis [illegible] in illa gloria figitur, quæ sine fine possidetur:
Matt.6. cùm transitoriis fauoribus inhiat, perdit, percipiẽdo quod
querit, veritate attestante, quæ ait: Amen dico vobis, quia
receperunt mercedem suam. Sed hæc spes recipiendæ mer-
cedis diu teneri non potest, quia pro ostensis operibus honor
tribuitur, sed vita ad terminum vrgetur: laudes resonant, sed
ad finem cum laudibus tempora festinãt: & quia nequaquam
animus in æternitatis amore radicatur, cum ipsis profecto re-
bus quas diligit labitur. Nemo nanque valet mobilia diligere,
Nemo potest immobilis stare, qui mobilia diligit. & ipse immobilis stare. Qui enim transeuntia amplectitur,
eo ipso ad cursum ducitur, quo decurrentibus implicatur. Di-
cat ergo: Et spes hypocritæ peribit, quia humana laus quam
magnis laboribus appetit, impulsa temporum momentis de-
currit. Bene autem subditur:

Quòd vili precio opus magnum vendit, qui ideo in laboribus cõtinentiæ seruit, vt laus ei ab hominibus impendatur, & cùm tempus retributionis aduenerit, hæc quæ modo placet insania, in tormentis postis displicebit.

Nõ ei placebit vecordia sua.) Magna quippe vecordia est,
laboriosa agere, & auræ laudis inhiare, sorti opere præceptis
cœlestibus inseruire, sed terrenæ retributionis præmiũ quæ-
rere. Vt enim ita dixerim, qui pro virtute quã agit, humanos
B fauores desiderat, rem magni meriti vili precio vænalem por-
tat. Vnde cœli regnum mereri potuit, inde nummum trãsito-
rij sermonis quærit. Vili ergo precio opus vendit, quia ma-
gna impendit, sed minima recipit. Caput. XXIX.

QVibus itaque hypocritæ similes, nisi fœcundis & ne-
glectis vitibus existunt? quæ per vberratem fructum
proferũt, sed nequaquam per studium à terra subleuantur. Quod pingues palmites germinant, er-
rantes bestiæ conculcant, & quo hoc vberius aspiciunt, proie-
ctum in infimis, auidius consumunt: quia nimirum hypocri-
tarum opera dum clara monstrantur, quasi pinguia prodeunt,
sed dum humanas laudes appetunt, quasi in terra deseruntur.
Quæ huius mundi bestiæ, maligni scilicet spiritus comedunt,
quia hæc ad vsum perditionis inflectunt, tantoque ardentius
rapiunt, quanto & magna clarius innotescũt. Vnde bene per
Osee.8. prophetã dicitur: Culmus stans non est in eo germen & non
faciet farinam, quòd etsi fecerit, alieni comedent eã. Culmus
quippe germen non habet, cùm vita meritis virtutum caret.
Farinam culmus non facit, cùm is qui in præsenti seculo pro-
ficit, nil subtilitatis intelligit, nullum boni operis fructũ red-
dit. Sed sæpe & cùm fecerit farinã, hanc alieni comedunt, quia
& cùm bona opera hypocritæ ostẽdunt, de his malignorum
spirituum vora satiantur. Qui enim per hæc placere deo non
appetunt, nequaquam agri dominũ, sed alienos pascunt. Fœ-
cũdo itaq; hypocrita & neglecto palmitti similis, seruare fru-
C ctum non valet, quia botrus boni operis in terra iacet. Sed ta-
mẽ hac ipsa vecordia sua pascitur, quia pro bono opere à cũ-
ctis honoratur, cæteris præeminet, subiectas hominum mẽtes
tenet maioribus locis attollitur, fauoribus nutritur. Hæc vero
ei sua vecordia placet interim, sed nõ placebit, quia cùm retri-
butionis tempus aduenerit, in pœna displicet quòd vecors
fuit. Tunc se stultè egisse intelliget, cùm pro delectatione lau-
dis, sententiam diuinæ correptionis acceperit. Tũc se vecordẽ
fuisse considerat, cùm se pro temporali quam percepit gloria,
perpetua tormenta castigant. Tunc veram scientiã supplicia
aperiunt: quia per hæc profecto colligitur, nihil fuisse omnia
quæ transire potuerunt. Vnde & rectè subditur:

Quòd ad flatum mortis quasi ad venti vehementis impetum, hypocritarum textura rumpatur, & hi qui crucem in angaria portant, Christo non commoriantur.

Et sicut tela aranearum fiducia eius. Bene hypocritarum
fiducia, aranearum telis similis dicitur, quia omne quod ob
obtinendam gloriam exudant, ventus vitæ mortalis dissipat.
Nam quoniam æterna non quærunt, bona temporalia cum tẽ
pore amittunt. Pensandum quoque est quòd fila aranex per
ordinem ducunt, quia sua hypocritæ quasi sub discretione
opera disponunt. Aranearum tela studiosè texitur, sed subito D
venti flatu dissipatur: quia quicquid hypocrita cum labore
peragit, aura humani fauoris tollit, & dum in appetitu laudis
opus deficit, quasi in ventum labor euanescit. Sæpe nanque
& vsque ad præsentis vitæ terminũ, hypocritarum facta per-
durant, sed quia per hæc auctoris laudem non quærunt, bona
ante dei oculos nunquam fuerunt. Plærunque enim, vt præ-
diximus, sacræ legis eruditione fulciũtur, doctrinæ verba pro-
ferunt: omne quod sentiunt, testimoniis accingunt: nec tamẽ
per hæc vitam audientium, sed proprios fauores quærũt, quia
nec proferre alia nouerunt, nisi quæ auditorum corda ad repẽ
dendas laudes excitent, non autem ad lachrymas accendant.

Caput. XXX.

MEns quippe concupiscentiis exterioribus occupata,
igne diuini amoris non calet, & ideireo ad supernum desiderium inflammare auditores suos nequeunt verba, quæ frigido corde proferuntur. Neq; enim res quę
in seipsa non arserit, aliud accendit. Vnde fit plærunque vt hy
pocritarum dicta, & audientes non erudiant, & eosdem ipsos
qui ea proferunt, elatos laudibus deteriores reddant. Attestan
te enim Paulo, scientia inflat, charitas verò ædificat. Quem 1.Corin.8.
enim charitas ædificando non erigit, scientia inflando peruer-
tit. Plærunque se hypocritæ mira abstinentia affligunt, omne
robur corporis atterunt, & quasi carnis vitam funditus in car-
ne viuentes extinguũt, sicque per abstinentiam morti appro-
piant, vt penè quotidie morientes viuant. Sed ad hæc huma- E
nos oculos quærunt, admirationis gloriam expetunt, veritate
attestante, quæ ait: Exterminant facies suas, vt appareant ho-
minibus ieiunantes. Nã ora pallescunt, corpus debilitate qua- Mat.6.
titur, pectus interrumpentibus suspiriis vrgetur. Sed inter hęc,
ab ore proximorum sermo admirationis quæritur, nihilq; tan
to labore aliud, nisi æstimatio humana cogitatur. Quos nimi-
rum bene Simon ille significat, qui dominicæ passionis tem-
pore in angaria crucem portabat, de quo scriptũ est: Inuene-
runt hominem Cyrenæum, venientem obuiam sibi, nomine Matt.27.
Simonem: hunc angariauerunt vt tolleret crucem Iesu. Quod
enim per angariam agimus, non hoc ex studio amoris opera-
mur. Crucẽ ergo Iesu in angaria portare, est afflictionẽ abstinẽtię ꝓ alia q̃ necesse est intentione tolerare. An non Iesu cru
cẽ portat in angaria, qui quasi ad præceptum domini, carnem
domat, sed tamen spiritalẽ patriam non amat? Vnde & Simon
idem crucem portat, sed nequaquam moritur: quia omnis hy
pocrita corpus quidem per abstinentiam afficit, sed tamẽ per
amorem gloriæ, mundo viuit. Caput. XXXI.

QVo contra per Paulum bene de electis dicitur: Qui Gala.5.
autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum
vitiis & concupiscentiis. Cum vitiis quippe & con- F
cupiscentiis carnem crucifigimus, si sic gulam
restringimus, vt iam de mundi gloria nihil quæramus. Nam
qui corpus macerat, sed honoribus anhelat, crucem carni in-
tulit, sed mundo per concupiscentiam peius viuit, quia & sæ-
pe per sanctitatis imaginem, locum regiminis indignus asse-
quitur: quem nisi aliquid in se virtutis ostenderet, nullo per-
cipere labore mereretur. Sed transit quod delectabiliter obti-
net, & pœnaliter, quod sequitur, manet. Sanctitatis nunc fidu-
cia in ore hominum ponitur: sed cùm internus iudex secreta
cordis examinat, testes vitæ exterius non quærit. Bene ergo
dicitur: Sicut tela aranearum fiducia eius, quia apparente cor-
dis teste, præterit omne quod exterius de humano fauore con
fidit. Vnde & adhuc aptè subiungitur:

Quòd instabilis sit domus quæ Christum non habet in fundamento, & quid sit quòd fatuæ virgines oleum mendicant.

Innitetur super domum suam, & nõ stabit.) Sicut domus
exterioris conuersationis, est ædificium quod inhabitat cor-
pus: ita domus nostræ cogitationis, est res quælibet quam per
dilectionem inhabitat animus. Omne quippe quod diligi-
mus, quasi in hoc quiescẽtes habitamus. Vnde Paulus quia in
supernis cor fixerat, in terra quidem positus, sed tamẽ à terra
extraneus, dicebat: Nostra conuersatio in cœlis est. Mens ita- Philipp.3.
que hypocritæ nihil aliud in omne quod agit, nisi opinionis
suæ gloriam cogitat, nec curat quo pòst per meritum du-
citur, sed quid interim dicatur. Domus ergo eius, est dele-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gratio fauoris, quam quasi quietus inhabitat: quia per cuncta sua opera ad hanc se intra animum reclinat. Sed stare domus hæc non valet, quia laus cum vita præterit, & humanus fauor in iudicio non subsistit. Vnde & fatuæ virgines quę oleum in vasis non sumpserãt, quia in alienis scilicet vocibus gloriam, & non in suis conscientiis habebant, turbatæ per sponsi præ-
Matt.25. sentiam dicũt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Oleum quippe à proximis petere, est gloriam boni operis, à testimonio alieni oris implorare. Mens etenim vacua, cum cunctis suis laboribus nihil se intus tenuisse inuenerit, testimonium foris quærit. Ac si apertè fatuæ virgines dicant: Cùm nos repelli sine retributione conspicitis, dicite in nostro opere quid vidistis.

Caput. XXXII.

SEd frustra tunc hypocrita super hanc domum laudis innititur, quia nihil ei in iudicio attestatio humana suffragatur, quia eandem laudem quam pòst in testimonium exigit, prius in munere recepit. Vel certè super domum suam hypocrita innititur, cùm vanis fauoribus deceptus, quasi de fiducia sanctitatis eleuatur. Multa quippe hypocritæ in occulto mala faciunt, quædam verò bona in publico. Cumq; ex bonis patentibus laudes recipiunt, ab occultis malis considerationis oculos auertunt, talesque se æstimant, quales foris audiunt, non quales intus nouerunt. Vnde fit plærunque vt ad supernum quoque iudicium cum fiducia veniant, quia tales se
H apud internum arbitrum credunt, quales ab hominibus foris habebantur. Sed stare domus hypocritæ non valet, quia in terrore districti examinis, omnis anteactæ fiducia sanctitatis cadit. Cumque sibi oris alieni testimonia deesse cognouerit, ad sua se opera enumeranda conuertit. Vnde & adhuc subditur: Fulciet eam, & non consurget.) Hoc nanque quod per se stare nõ valet, fulcitur vt stet: quia cùm vitam suam hypocrita labefactari in iudicio conspicit, hanc fulciendo statuere operum enumeratione contendit. An non laudis suę habitaculum hincinde fulciunt, qui acta sua, vt præfati sumus, in iudicio enumerantes dicunt: Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiicimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Sed domus laudis tot allegationibus fulta, minimè consurgit, quia protinus iudex dicit: Nunquam noui vos, discedite à me qui operamini iniquitatem. Et sciẽdum est, quia hoc quod surgit, ab infimis ad superiora se erigit. Domus ergo hypocritæ surgere nõ valet, quia per omne quod iuxta præcepta cœlestia agere potuit, à terra nunquam animum leuauit. Iure igitur tunc nequaquã ad præmium retributionis erigitur, quia per hoc quod nunc exhibet, in appetitu temporalis gloriæ iacet.

Quòd illucescente sole iustitiæ, sicci erunt, & aridi hypocritæ, qui
I *virides videntur & humecti.*

Caput. XXXIII.

SEd quia vita hypocritæ scirpi appellatione signata, qualiter in iudicio reprobetur audiuimus: priusquam districtus iudex appareat, qualis ab hominibus habeatur audiamus. Sequitur: Humectus videtur scirpus antequam veniat sol.) Sæpe in sacro eloquio dominus, Solis appellatio-
Mala.4. ne figuratur, sicut per prophetam dicitur: Vobis autem qui timetis nomen domini, orietur sol iustitiæ: & sicut repulsi in iudicio impij dicere in sapientiæ libro describuntur: Errauimus à via veritatis, & lumen iustitiæ non luxit nobis, & sol
Sapien.5. non est ortus nobis. Ante solem igitur scirpus humidus cernitur, quia priusquam diuina districtio in iudicio candeat, omnis hypocrita infusum se sanctitatis gratia ostentat: quasi virens aspicitur, quia iustus æstimatur: honoris locum obtinet, de gloria sanctitatis pollet, à cunctis veneratio defertur, opinio laudis extenditur: Scirpus itaque iste in nocte humidus est, sole autem veniente siccatur: quia nimirum hypocrita in tenebris vitæ præsentis, sanctus ab omnibus creditur, sed cùm districtus iudex venerit, quàm sit iniquus apparebit. Dicat ergo: Humectus videtur, antequam veniat sol, quia virentem se nunc humanis oculis exhibet, sed in calore tunc diuini iudicij arescet. Sequitur: Et in ortu suo, germen eius egreditur.) Herba quælibet nascendo prius à terra producitur: aura & æstibus tangitur, sole ac pluuiis nutritur, & tunc demum ad proferendum sui f[ructum] [ma]turum flore suo nascitur, [fr]uctus [ge]rminis germen producit. Be[ati] [qui]libet, per scirpum vero hypocri[ta] [si]gnatur, [qui] viri priusquam in opere sanctæ conuersationis oriuntur: [in] tus vitæ hyemem tolerant, eosque grauium persecutionum a[ui]stus fatigant. Sed cùm recta faciunt, nequaquàm hîc suæ r[e]ctitudinis remunerationem quærunt. Cùm vero à præsenti mundi laboribus exeunt, ad æternam patriam venientes, expectata retributione perfruuntur. At contrà hypocrita, quia mox vt in bono opere nascitur, præsentis mũdi recipere gloriam conatur, quasi scirpi more cum germine oritur. Qui pro eo quod bene viuere incipit, quærit statim, vt à cũctis honoretur. Germen itaque in ortu, est remuneratio in inchoatione. Sæpe nanque nonnulli apertè prauitatis vias deserunt, sanctitatis habitum sumunt, moxque vt prima limina bene viuendi contigerint, obliti qui fuerint, affligi iam per pœnitentiam de consummatis nequitiis nolunt, laudari autem de inchoata iustitia appetunt, præesse cæteris etiam melioribus cõcupiscunt. Quos plærunque dum iuxta votum præsens prosperitas sequitur, multo quàm prius fuerant, de sanctitatis habitu peiores fiunt. Nam rebus multiplicibus occupati, atque L
ipsa occupatione confisi, non solum perpetrata minimè deplorant, sed adhuc quæ deplorentur exaggerant.

Quid sit non operari in primogenito bouis, & lignorum auferre
præputia. Caput. XXXIIII.

QVi enim mundum deserũt, ad exteriora officia prouehi non debent, nisi per humilitatem diutius in eiusdem mundi contemptu solidẽtur. Citius nanque bona depereunt: quæ hominibus ante tempus innotescunt, quia & arbusta plantata, priusquam fixa radice coalescant, si manus concutiens tangit, arefacit. At si in altum radix figitur, & terræ humoribus conspersa solidatur, hæc & manus impellit, sed non lædit: hæc & ventorum flatus inflectẽdo concutiunt, sed non euertũt. Ne ergo eruatur vita cœpti operis, diutinè ac robustè in alto humilitatis figẽda est radix cordis: vt cùm ab humano ore, detractionis aura vel fauoris flauerit, etsi in quamlibet partem vtcunque incuruat, animum funditus non euellat, sed ad statum suum protinus post inflectionem redeat, si apud se fortis in radice perdurat. Quid in rebus excrescentibus pariete surgente robustius? Qui tamẽ si dum construitur, impellatur, statim sine labore destruitur: si autem per spatium temporis ab humore suo exiccari permittitur, sæpe & arietum ictibus minimè quassatur. Sic sic videlicet bona nostra & intempestiuè manifestata depereunt, & diutius occultata solidantur: quia humanæ occupationis manus cùm incipientem conuersationis nostræ vitam cõtigerit, M
quasi recentem parietem impellit, eamque facilè destruit, quia adhuc humorem infirmitatis propriæ non amisit. Cùm vero in longa quietis suæ adiectione se animus comprimit, quasi more exiccati parietis, contra ictus obdurescit, & confractum protinus resilit, omne quod solidum impactum fuerit. Hinc est quod vitam inchoantium Moyses humanis occupationi-
De bus exerceri prohibuit, dicens: Nõ operaberis in primogenito bouis, & non tondebis primogenita ouiũ. In primogenito quippe bouis operari, est bonæ conuersationis primordia, in exercitio publicæ actionis ostendere. Ouium quippe primogenita tõdere, est ab occultationis suę tegmine, humanis oculis inchoantia bona opera nostra denudare. In primogenito ergo bouis operari prohibemur, atque à primogenitis ouium detondẽdis compescimur, quia etsi quid robustũ incipimus, exercere hoc in aperto citius nõ debemus. Et cùm vita nostra simplex quid atque innocuum inchoat, dignum est, vt secreti sui velamina non relinquat, ne nudum hoc humanis oculis quasi subducto vellere ostendat. Caput. XXXV.

AD sola ergo diuina sacrificia boum primogenita ouiumque proficiant, vt quicquid forte, simplex, innocuumque incipimus, hoc ad honorem intimi iudicis, in ara cordis immolemus. Quod ab illo procul dubio tanto libentius accipitur, quãto & ab hominibus occultatum, nulla laudis appetitione maculatur. Sæpe autem nouæ conuersationis primordia adhuc ex carnali vita sunt commixta, &

A ...scere citò non debent, ne cùm laudãtur bona quæ placent, deceptus laude sua animus deprehẽdere in eis nequeat mala quæ latent. Vnde rectè rursum per Moysen
Leui. 19. dicitur: Quando ingressi fueritis terram, quã ego daturus sum vobis, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum. Poma quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. Ligna quippe pomifera, sunt opera virtutibus fœcũda. Præputia itaque lignorum auferimus, cùm de ipsa inchoationis infirmitate suspecti, primordia nostrorum operum nõ approbamus. Poma autem quæ germinãt, immũda ducimus, nostrisque esibus non aptamus: quia cùm primordia boni laudantur operis, dignum est vt hoc animum non pascat operãtis, ne dum accepta laus suauiter carpitur, fructus operis intẽpestiuè comedatur. Qui ergo inchoatæ virtutis, ab humano ore laudẽ receperit, quasi plantati ligni ante tempus pomum
Psalm.126. comedit. Hinc per Psalmistam veritas dicit: Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis. Ante lucẽ quippe surgere, est prius quàm claritas æternæ retributionis appareat, in præsentis vitæ nocte gaudere. Sedendũ ergo prius est, vt pòst rectè surgamus: quia quisquis nũc sesè spõte non humiliat, nequaquam hunc sequens gloria exaltat. Quod ergo illic ante lucem surgere, hoc hic hypocritæ in ortu est germen proferre: quia humanas laudes desiderãs, vbi ad opus bonum nascitur, ibi mox expetit, vt gloriam retributionis assequatur.

B An non in ortu suo hi germen protulerant, de quibus veritas
Mar.12. dicebat: Amant primos discubitus in conuiuiis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi? Pro eo ergo quòd bene agere incipiũt, quia honorem consequi ab hominibus conantur: quasi scirpi more ab ortu suo cum germine exurgunt. Hi nimirum cũ recta operari appetunt, prius mente sollicita eiusdem operis sui testes quærunt, & tacita cogitatione pertractant, si sunt qui gerẽda videant, si dignè hæc eloqui, qui viderint, possint. Si verò eorum facta nullum fortasse hominum cõtingat aspicere, hæc se proculdubio æstimant perdidisse, & interni arbitri oculos quasi absentes deputant: quia ab eo vicem sui operis recipere in posterum recusãt. Et quoniam cùm rectum quod hypocrita egerit, videri à multis quærit, bene adhuc de hoc scirpo subiungitur: Super aceruũ petrarum radices eius densabũtur, & inter lapides commorabitur.) Quid enim radicum nomine, nisi latentes cogitationes accipimus, quæ in occulto prodeunt, sed in ostensione operum per apertum surgunt, si-
Esaiæ.37. cut & de verbi semine per prophetam dicitur: Et hoc quod saluatũ fuerit de domo Iuda, & quod reliquum est, mitter radicem deorsum, & faciet fructum sursum. Radicem quippe deorsum mittere, est cogitationem bonam in abditis multiplicare. Fructum vero sursum facere, est per efficaciam operis, recta quæ cogitauit ostendere. Lapidum vero nomine, in
Esa.54. sacra scriptura homines designantur: sicut sanctæ Ecclesiæ per
C Esaiam dicitur: Ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos. Qui eosdem lapides quid dixisset, aperuit cùm subiungit: Vniuersos filios tuos doctos à domino. Et sicut admonente Petro apostolo dicitur: Et vos
1.Pet.2. tanquam lapides viui superedificamini domus spiritales. Hoc itaque loco quia lapides dicti sunt, sed tamen viui minimè dicuntur, nuda appellatione lapidum, permixti possunt reprobi & electi figurari.

Quòd in suam destructionem laborant, qui nuncijs regis Babylonis bona quæ agunt, quasi diuitias congregatas ostendunt.

Caput. XXXVI.

SCirpus itaque iste qui inter lapides commoratur: super aceruum petrarum radices densat, quia omnis hypocrita cogitationes suas in exquirẽda hominum admiratione multiplicat. Per omne enim quod hypocritæ faciunt, quia occultis cogitationibus laudes hominum requirunt, quasi radices scirpi in aceruum petrarum mittunt. Operaturi quippe laudes suas cogitant, laudati autem has secum taciti in cogitationibus versant. Gaudent se præcipuos in humana æstimatione claruisse. Cumque inflati fauoribus apud semetipsos intumescunt, sæpe mirantur taciti etiam ipsi quod sunt. Videri quotidie semetipsis altiores cupiunt, ac muris inuentionibus in opere excrescunt, quia sicut virtus humilitatis omne vitium eneruat, sic arrogantia roborat: Cogit nanque meritem D iuuenescere, & contra vires valere: quia & quod negat vigor valetudinis, amor imperat laudis. Vnde & factis suis, vt diximus, arbitros inquirunt. Si vero eorum operi testes deesse contingat, narrant ipsi quæ gesserint. Cumque efferri fauoribus cœperint, sæpe eisdem suis operibus quæ egisse se referũt, mentiendo aliquid adiungunt. Cùm verò & vera dicunt, hæc dicendo aliena faciunt, quia quæsitis remunerati fauoribus, ab eorum intima retributione vacuantur. In eo enim quòd bona sua patefaciũt, ostendũt malignis spiritibus, quasi insidiantibus hostibus, quę prædentur. Quorum profecto vitam illa cunctis notissima Ezechiæ culpa figurauit, qui postquàm vna prece, & sub vnius noctis spatio, centum octoginta quinque milia hostium angelo feriente prostrauit: postquàm occasui proximum, ad altiora cœli spatia solam reduxit: postquam vitam propinquante iã termino coarctatã, in tempora longiora protelauit: susceptis Babylonici regis nunciis, bona omnia quæ possidebat ostendit: sed prophetæ voce protinus audiuit: Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ in domo *4. Reg.20.*
tua sunt, in Babylonem: non relinquetur quicquam, dicit dominus. Sic sic nimirum hypocritæ postquam magnis virtutibus excrescunt, quia cauere malignorum spirituum insidias negligunt, & cælari in eisdem virtutibus nolunt, bona sua ostendendo, hostium faciunt: & prodentes subitò amittunt, quicquid diutius studentes operantur.

Caput. XXXVII.

HInc per Psalmistã dicitur: Tradidit in captiuitatem E virtutes eorum, & pulchritudines eorum, in manus *Psalm. 77.*
inimici. Virtus quippe & pulchritudo arrogantium, inimici manibus traditur: quia omne bonum quod per concupiscentiam laudis ostenditur, occulti aduersarij iuri mancipatur. Hostes nanque ad rapinam prouocat, qui suas eorũ notitiæ diuitias denudat. Quousque enim ab æternæ patriæ securitate disiungimur, per latronum insidiãtium iter ambulamus: Qui ergo in itinere deprædari formidat, abscõdat necesse est bona quæ portat. O miseri qui affectantes laudes hominum, in semetipsis disipant fructus laborum, cumque se ostẽdere alienis oculis appetunt, damnant quod agunt. Quos nimirum maligni spiritus cùm ad iactantiam prouocãt, eorum, sicut diximus, opera captiuantes denudant. Vnde sub cuius- *Iobel.1.*
dam gentis specie, antiquorum hostium malitiam signans, per prophetam veritas dicit: Posuit vineam meam in desertum, decorticauit ficum meam, nudans expoliauit eam, albi facti sunt rami eius. Insidiãtibus quippe spiritibus, dei vinea in desertum ponitur, cùm plena fructibus anima, humanæ laudis cupiditate disipatur. Ficum dei gens ista decorticat, quia seductam mentem in fauoris appetitum rapiens, quo hanc ad ostentationem pertrahit, tegmen ei humilitatis tollit, eamque nudans expoliat, quia quousq; in bonis suis abscõditur, quasi proprij tegminis cortice vestitur. Cùm vero mens hoc quod egerit, videri ab aliis concupiscit, quasi expoliata ficus eum qui se texerat corticem amisit. Vbi aptè subditur: Albi facti sunt rami eius, quia ostensa humanis oculis eius opera cãdescunt, de sanctitate nomen sumitur, cùm recta actio diuulgatur. Sed quoniam subducto cortice rami fici huius arescũt, solerter intuendum est: quia facta arrogantium, humanis oculis ostensa, vnde placere appetunt, inde siccantur. Mens itaque quæ per iactantiam proditur, decorticata rectè ficus vocatur, quia & candida est per hoc quòd cernitur: & siccitati proxima per hoc quòd tegmine corticis nudatur. intus ergo sunt seruanda quæ agimus, si ab interno arbitro vicem recipere nostri operis expectamus. Hinc est enim quod per Euangelium veritas dicit: Nesciat sinistra tua, quid faciat de- *Matth.6.*
xtera tua: vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi'. Hinc est quod de electorum Ecclesia per Psalmistam dicitur: Omnis gloria eius *Psalm. 44.*
filiæ regum ab intus. Hinc Paulus ait: Gloria nostra hæc *2.Cor.1.*
est, testimonium conscientiæ nostræ. Filia quippe regum Ecclesia, quæ in bono est opere spiritalium principum prædicatione generata, gloriam intus habet: quia hoc quod agit, in ostentationis iactantia non habet. Gloriam suam Paulus testimonium conscientiæ memorat, quia fauores oris alieni non appetens, vitæ suæ gaudia extra semetipsum po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nere ignorat. Occurtãda sunt ergo quæ agimus, ne hæc in huius vitę itinere incautè portantes, latrocinãtium spirituum incursione perdamus. Et tamen veritas dicit:

Caput. XXXVIII.

Matt.5. VIdeant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Sed aliud est profecto, cum in ostẽsione operis, gloria quæritur largitoris, aliud cùm laus priuata concupiscitur de dono largientis. Vnde & rur-

Ibidem. sus in Euangelio hæc eadem veritas dicit: Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Opus ergo nostrũ cùm hominibus ostenditur, in cordis prius examinatione pensandũ est, per eiusdẽ ostẽsionis studiũ quid quæratur. Si enim dantis gloriã quærimus, etiã publica nostra opera, in cõspectu illius occulta seruamus. Si vero per hęc nostram laudem concupiscimus, foras ab eius cõspectu iam fusa sunt: etiã si à multis ignorentur. Sed valde perfectorum est, sic ostenso opere, auctoris gloriã quærere, vt de illata laude priuata nesciant exultatione gaudere. Tunc solũ nãque innoxiè hominibus laudabile opus ostẽditur, cùm per despectũ mentis veraciter laus impẽsa calcatur. Quam quia infirmi quique perfectè contemnendo non superant, restat necesse est, vt bonum hoc quod operantur, abscõdant. Sępe enim ab ipso ostẽsionis exordio, propriã laudem quærunt, sæpe verò in ostensione operis, auctoris patefacere gloriam cupiunt, sed excepti fauoribus, in laudis propriæ cupiditatem rapiuntur: cumque semetipsos diiudicare interius negligunt, sparsi exterius ignorant quod agũt, eorumque opus suæ elationi militat, atq; hoc
H se impendere obsequio largitoris putant. Scirpus ergo inter lapides cõmoratur, quia ibi hypocrita stat, vbi mentis suæ intentionem solidat. Nam cùm attestationem percipere multorum ambit, quasi in lapidum collectione subsistit. Sed iste hypocrita qui scirpi appellatione signatur, cùm corpus abstinẽtia domat, cùm largiẽdo quæ possidet, studio pietatis exudat, cùm notitia sacrę legis eruditur, cùm verbo prædicationis vtitur: quis hunc tanta plenum largitate cõspiciens, à gratia æstimet largitoris alienum? Et tamen superna dispensatio largitur huic dona operis, & sortem denegat hæreditatis, operãdi munera cumulat, & tamen vitã operantis ignorat: quia cùm perceptum munus ad laudem propriam trahitur, in cõspectu lucis intimæ vmbra elationis obscuratur. Vnde & bene subditur: Si absorbuerit eũ de loco suo, negabit eũ, & dicet: Non noui te.) De loco suo hypocrita absorbetur, cùm à præsentis vitæ fauoribus morte interueniente separatur. Sed hũc absorptum internus arbiter negat, seque eum nescire denũciat, quia simulatoris vitã iustè reprobando veritas ignorat, nec recognoscit eius bona quæ egit, quia hæc ex recta intentione non protulit. Vnde & fatuis virginibus in iudicium veniens dicit:

Matt.25. Amen dico vobis, nescio vos. In quibus dũ mentis corruptionem considerat, carnis etiam incorruptionem dãnat. Sed vtinam hypocritis sua perditio sola sufficeret, & nequaquã peruersa eorum studia ardenter alios ad vitã duplicitatis instiga-
I rẽt. Hoc nãque vniuscuiusq; proprium esse solet, vt qualis ipse fuerit, tales sibi coniungi & alios velit, diuersitatem vitæ refugiat, atque hoc imitandum imprimat quod amat. Vnde & apud hypocritarum sensum simplicitas omnis in crimine est. Apertas quippe mentes diiudicant, & puritatem cordis, hebetudinem appellant, omnesque quos sibi adhærere cupiunt, à simplicitatis itinere diuertunt, & quasi expulsa insipientia eos erudisse se æstimant, in quibus puritatem mentis, id est, arcem sapientiæ debellant.

Caput. XXXIX.

QVia verò non solum ex sua peruersitate hypocrita, sed adiuncta etiam sequacium perditione reprobatur, postquã non cognosci à iudice dicitur: rectè protinus subinfertur. Hæc est enim lætitia viæ eius: vt rursum de terra alij germinentur. Ac si apertè diceretur: Veniente iudice nequaquã cognoscitur, sed multipliciter supplicia recipit: quia eo latius in sua iniquitate lætatus est, quo & in aliis mala propagauit. Cui enim hic non sufficit iniquitas propria, torqueatur illic necesse est, etiam ex merito reatus alieni. Nunc itaque simulatores gaudeant, & humana iudicia se obtinuisse glorientur. Despiciatur iustorum simplicitas: atque à calliditate duplicium fatuitas vocetur. Cui despectus simplicium transit, citius duplicium gloria percurrit. Vnde & aptè subiungitur:

Quòd serui dei quorum vita nunc æstimatur insania: in nouissimo ridebunt quando introibunt in gaudium domini sui.

Deus non proiiciet simplicem, nec porriget manum malignis. Quia nimirum districtus in iudicio apparens, & despectum simplicium glorificãdo erigit, & malignorum gloriã reprobando confringit. Maligni enim vocantur hypocritæ, qui bona non bene faciunt, & recta quæ agere videtur, sub studio laudis operantur. Manum vero cui porrigimus, hunc videlicet ab imis eleuamus. Malignis ergo deus manum non porrigit: quia quærentes terrenam gloriam in imo derelinquit, & quamlibet recta videãtur esse quæ agũt, hos ad gaudia superna non prouehit. Vel certè ideo maligni appellantur hypocritæ, quia benignitatẽ erga proximos ostendunt, & dolos suę iniquitatis operiunt. Per omne nanque quod vel faciunt, vel loquuntur, simplicitatem exterius exhibent, sed subtilitate interius duplicitatis callent, puritatẽ superficie simulãt, sed semper malitiam sub specie puritatis occultant. Quos cõtra bene per Moysen dicitur: Non indues vestem ex lana, linoque cõ- Deu
textam. Per lanam quippe simplicitas, per linum vero subtilitas designatur: Et nimirum vestis quæ ex lana linoque conficitur, linum interius cælat, lanam in superficie demõstrat. Vestem ergo ex lana linoque contextã induit, qui in locutione vel actione qua vtitur, intus subtilitatẽ malitiæ operit, & simplicitatem foris innocentiæ ostendit. Quia enim sub puritatis L
imagine deprehendi calliditas non valet, quasi sub lanæ grossitudine linum latet. Bene autem post reproborum supplicia, iustorum remuneratio demonstratur, cùm protinus subditur:

Donec impleatur os tuũ risu, & labia tua iubilo.) Os quippe iustorum tunc risu replebitur, cùm eorũ corda finitis peregrinationum fletibus, æternæ lætitię exultatione satiabũtur. De hoc risu discipulis veritas dicit: Mundus gaudebit, vos autẽ contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Et rursum: Videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. De hoc risu sanctæ Ecclesiæ Salomon ait: Ridebit in die nouissimo. De hoc iterum dicit: Timenti dominum, bene erit in extremis. Non autẽ tunc risus erit corporis, sed risus cordis. Risus enim nunc corporis de lasciuia dissolutionis: nam risus cordis tũc de lętitia nascetur securitatis. Cùm ergo electi homines implentur gaudio manifestæ contemplationis, quasi ad hilaritatẽ risus exiliunt in ore mentis. Iubilũ verò dicimus, cùm tantam lætitiam corde cõcipimus, quantam sermonis efficacia non explemus, & tamen mentis exultatio hoc quod sermone non explicat, ore sonat. Bene autẽ os risu impleri dicitur, & labia iubilo: quia in illa æterna patria, cùm iustorum mens in exultationem rapitur, lingua in cantum laudis eleuatur. Qui quoniam tantum vident, M
quantum dicere non valent, in risu iubilant: quia nõ explendo resonant quod amant.

Caput. XL.

DOnec autem dicitur, nõ quòd omnipotẽs deus eosque malignos non subleuet, quousque electos suos in iubilationis gaudia assumat: ac si pòst à pœna eripiat, quos ante in culpa deserens damnat: sed quod hoc nequaquam vel ante iudicium faciat, cum dubium hominibus videri possit an fiat. Nam post electorum suorum iubilum: quia malignis manum non porrigat, ex ipsa iam districtione vltimi examinis constat. Sic nanque & per Psalmistam dicitur: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: donec ponã Psal.
inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Non quòd à dextris domini nequaquam dominus sedeat, postquã inimicos illius feriens, eius potestati substernit: sed quòd in æterna cunctis beatitudine præsidet, & priusquam rebellium suorum corda conculcet. In qua nimirum constat, quia subiectis hostibus sine fine & posterius regnat: sicut per Euangelium de Mariæ Ma
sponso dicitur: Et non cognouit eam donec peperit filium suum primogenitum: non quod hãc post natiuitatem dei cognouerit: sed quòd nequaquã illam contigit, etiam cùm conditoris sui matrem esse nesciuit. Nã quia eam contingere nequaquam valuit, postquã redemptionis nostræ ex eius vtero celebrari mysterium agnouit, de illo profecto tẽpore necesse erat vt Euangelista testimoniũ ferret, de quo propter Ioseph ignorantiam dubitari potuisset. Sic itaque nunc dicitur:

Deus non

A Deus nõ proiiciet ſimplicem, nec porriget manum malignis, donec impleatur riſu os tuum,& labia tua iubilo. Ac ſi apertè dicerētur. Virum ſimplicium nec ante iudicium deſerit,& malignorum mentes percutere deſerendo, nec priuſquam appareat prætermittit etiam quia ſine fine reprobos cruciet, & electi eius imperpetuum poſtquam apparuerit, regnent, profecto dubium non eſt. Sequitur:

Quòd in die iudicij reprobi erubeſcent, cùm in illa mundi ruina quam cæcè laborauerint, tunc demum intelligent.

Qui oderunt te, induētur cõfuſione.) Iuſtorũ hoſtes in extremo examine cõfuſio induit, quia cùm trãſacta mala redundare ſibi ante oculos mentis aſpexerint, ſuus eos vndiq; reatus deprimens veſtit. Ad pœnam hi quippe tunc factorũ ſuorum memoriam tolerant, qui nunc quaſi à ſenſu rationis extranei gaudentes peccant. Ibi vident quantũ debuerint fugere quod amauerunt, ibi conſpiciunt quàm lugubre fuerit quod nũc in culpa gratulantur. Tunc animum reatus obnubilat, & recordationis ſuæ iaculis ipſa ſe cõſcientia impugnat. Quis igitur dignè penſet iniquorum cõfuſio quãta tunc erit, quãdo & foris æternus iudex cernitur, & intus ante oculos culpa verſatur? Qui ad hæc idcirco perueniunt, quia ſola hic tranſeuntia dilexerunt. Vnde & aptè mox ſubditur: Et tabernaculum impiorum nõ ſubſiſtet.) Tabernaculũ quippe conſtruitur, vt ab
B æſtu corpus & frigore defendatur. Quid itaq; hoc loco tabernaculi nomine, niſi ædificatio terrenæ fœlicitatis exprimitur, per quam ſuper ſe reprobi caſura multiplicant, vt ſe à præſentis vitæ neceſsitatibus quaſi ab æſtu & imbribus defendant? Honoribus nãque excreſcere ambiunt, ne deſpecti videãtur. Terrena aggregando exaggerãt, ne inopiæ frigore tabeſcant. Contẽnunt curare quod ſequitur: & tota intentione ſatagunt, ne quid in preſentibus deſit. Studẽt nomen dilatare, ne lateãt, & ſi cuncta ad deſiderium ſuppetant, munitos ſe in omnibus & fœlices putant. Vbi ergo mentis habitationem conſtruunt, ibi proculdulio tabernacula fixerũt. Aduerſa impatiẽter perferunt, remiſſè in proſperis lætantur. Sola quæ aſſunt cogitant, nec ad effectum cœleſtis patriæ vlla recordatione reſpirant. Gaudent ſibi ſuppetere bona quæ cupiũt, atque vbi carne requieſcunt, ibi & mentem extinguẽdo ſepeliunt: quia ſecularis curæ telo trucidati, terrenarum rerum aggerem, quem foris exquirendo multiplicant, hunc ſemper interius per co-
Iuſti nec præſentia bona magni pẽdunt, nec præſentia mala pertimeſcunt. gitationem portant. Caput. XLI.

AT contrà iuſti nec oblata bona hic pro magno ſuſcipiunt, nec illata mala valde pertimeſcunt: ſed cùm bonis præſentibus vtuntur, ventura mala metuunt: & cùm de malis præſentibus gemunt, bonorum ſequentiũ amore cõſolãtur, ſicque tẽporali refouẽtur ſubſidio, ſicut viator in ſtabulo vtitur lecto, pauſat, & recedere feſtinat, quieſcit corpore, ſed ad aliud tendit mente. Nõnunquam vero & aduerſa
C perpeti appetunt, in tranſitoriis proſperari refugiunt, ne delectatione itineris, à patriæ peruentione ſequeſtrentur, ne greſſum cordis in via peregrinationis figant, & quãdoque ad cõſpectum cœleſtis patriæ ſine remuneratione* perueniãt. Gaudent deſpici, nec dolent ſe neceſsitatibus affligi. Qui ergo cõtra præſentia ſe aduerſa non muniunt, quaſi cõtra æſtus & pluuias habere tabernaculum nolunt. Vnde & Petrus iure reprehenditur, quia necdum mentis perfectione roboratus, veritatis claritate cognita, in terra figere tabernaculũ conatur. Iuſti itaque hic ſe conſtruere negligũt, vbi peregrinos ſe & hoſpites nouerunt. Quia enim in propriis gaudere deſiderant, eſſe in alieno fœlices recuſant. Iniuſti autem quanto longius ab æternæ patriæ hæreditate diuiſi ſunt, tanto in terra altius fundamenta cogitationis figunt. Hinc eſt quod ab ipſo humanæ cõditionis exordio, in electa prole Enoch ſeptimus naſcitur: Hinc eſt quod Cain primum filium ſuum Enoch vocat atq; ex eius nomine ciuitatem, quã cõdidit, appellat. Enoch quippe dedicatio dicitur. Iniqui ergo ſe in primordiis dedicant, quia in hac vita, quæ ante eſt, cordis radicem plantant: vt hic ad votum floreant, & à ſequenti patria funditus areſcant. Ex
Heb.11. iuſtis vero Enoch ſeptimus oritur, quia eorum vitæ feſta de-
Gen.33. dicatione in fine ſeruatur. Hinc eſt quod atteſtante Paulo, Abraham in caſulis habitat, quia habentem fundamenta ciuitatem quam ſupernus artifex conſtruxit, expectat. Hinc eſt quòd Iacob greges ouiũ ſequẽs humiliter graditur, atq; huic D Eſau obuiã veniens, tumultu multiplicis comitatus eleuatur, quia nimirũ & electi hic elationẽ non habent, & in bonis carnis reprobi læti tumẽt. Hinc ad Iſraël dominus dicit: Si elegeris vnum de populo terræ, & cõſtitueris principẽ ſuper te, nõ faciet ſibi equos & equites. Et tamen primus rex ab eodẽ populo electus, repente vt culmen poteſtatis attigit, tria milia ſibimet equites elegit, in elationẽ protinus prodiit, ad ædificationem percepti culminis erupit, quia foris reſtringere ſub æqualitate non poterat, quod intus animus ſuper cęteros tumebat. Quaſi munitum ſibi diues ille tabernaculum cõſtruxerat, *Luc.12.* qui dicebat: Anima, habes multa bona repoſita in annos multos: requieſce, comede, & bibe, & epulare. Sed quia eius tabernaculũ in veritatis fundamẽto nõ ſubſiſtit, ilico audiuit: Stulte, hac nocte repetunt animã tuã abs te: quæ autẽ parauiſti, cuius erunt? Bene ergo dicitur: Tabernaculum impiorum nõ ſubſiſtet, quia vitæ fugientis amatores, dum ſtudioſè ſe in præſentibus conſtruunt, repentè ad æternam pœnam rapiuntur.

Deut.17.

Finis libri octaui Moralium ſancti Gregorij.

LIBER NONVS moralium beati Gregorij E papæ, in Caput nonum ſancti Iob: Textus expoſitionis verò Caput. I.

DEuerſæ mentes ſi ſemel ad ſtudium cõtrarietatis eruperint, ſiue prauum, ſiue rectum quid à contradicentibus audiant, aduerſis hoc reſponſionibus impugnant: quia cum perſona per contrarietatem diſplicet, nec recta quæ protulerit placent. At cõtrà bonorũ corda, quibus in odium nõ venit perſona, ſed culpa, ſic peruerſa diiudicãt, vt quę recta dicuntur, aſſumant. Diſcernendis quippe contradicentiũ ſenſibus æquiſsimi arbitri reſident, & ſic malè prolata reſpuunt, vt tamen approbẽt quæ ex veritate cognoſcunt. Solet nanque inter ſpinarum multitudinẽ, etiam de frugis ſemine ſpica ſuccreſcere. Cauta ergo manu operantis agendum eſt, vt dum ſpina tollitur, ſpica nutriatur: quatenus qui ſtudet eradicare quod pũgit, nouerit ſeruare quod reficit. Vnde & beatus Iob, quia Baldath Suites rectè per inquiſitionem dixerat: Nunquid dominus ſupplantat iudicium, aut omnipotens ſubuertit quod iuſtum eſt, quia vera in hypocri- F tas robuſtaque protulerat, bene hæc & contra prauos generaliter prolata conſpiciens, ſtudium propriæ defenſionis calcat, atque audita protinus approbat, dicens:

Textus libri Iob, Caput nonum.

ET reſpondens Iob, ait: Verè ſcio quod ita ſit, & quòd non iuſtificetur homo compoſitus deo, Si voluerit contendere cum eo, non poterit reſpondere ei vnum pro mille. Sapiens corde eſt, & fortis robore. Quis reſtitit ei, & pacem habuit? Qui tranſtulit montes: & neſcierunt hi quos ſubuertit in furore ſuo. Qui commouet terram de loco ſuo, & columnæ eius concutiuntur. Qui præcipit Soli & non oritur, & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo. Qui extendit cœlos ſolus, & graditur ſuper fluctus maris. Qui facit arcturum & oriona & hyadas, & interiora Auſtri. Qui facit magna & incomprehenſibilia & mirabilia, quorum non eſt numerus. Si venerit ad me, non videbo eum: ſi abierit, non intelligam. Si repentè interroget, quis reſpondebit ei? Vel quis dicere poteſt: cur ita facis? Deus cuius iræ nemo reſiſtere

Universidad de Deusto Biblioteca

G potest,&sub quo curuantur qui portant orbem. Quantus ergo sum ego vt respõdeã ei, & loquar verbis meis cum eo? Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respõdebo:sed meum iudicem deprecabor. Et cùm inuocantem me exaudierit, nõ credo quod audierit vocem meam. In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea, etiam sine causa. Non concedit requiescere spiritum meũ, & implet me amaritudinibus. Si fortitudo quæritur, robustissimus est. Si æquitas iudicij, nemo audet pro me testimonium dicere. Si iustificare me voluero, os meum cõdemnabit me. Si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea: & tædebit me vitæ meę. Vnũ est quod locutus sum, & innocẽtẽ & impium ipse cõsumit. Si flagellat, occidat semel: & non de pœnis innocentium rideat. Terra data est in manus impij, vultum iudicum eius operit. Quod si nõ ille est, quis ergo est? Dies mei velociores fuerunt cursore, fugerunt, & non viderunt bonum. Pertrãsierũt quasi naues poma portantes, sicut aquila volans ad escam. Cum dixero: Nequaquam ita loquar, commuto faciem meam, & dolore torqueor. Verebar omnia opera mea,
H sciens quòd non parceres delinquenti. Si autem & sic impius sum, quare frustra laboraui? Si lotꝰ fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mũdissimæ manus meæ, tamen sordibus intinges me: & abominabũtur me vestimenta mea. Neque enim viro qui similis mei est respõdebo, nec qui mecũ in iudicio exæquo possit audiri. Non est qui vtrũque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus. Auferat à me virgam suã, & pauor eius non me terreat. Loquar, & non timebo eum. Nec enim possum metuens respondere.

Verè scio quod ita sit, & quòd nõ iustificabitur homo cõpositus deo.) Homo quippe deo nõ cõpositus, iustitiam percipit, cõpositus amittit: quia quisquis se auctori bonorum cõparat, bono se quod acceperat priuat. Qui enim accepta bona sibi arrogat: suis cõtra deũ donis pugnat. Vnde ergo despectus erigitur, dignũ est vt erectus inde destruatur. Sanctus autem vir, quia omne virtutis nostræ meritum esse vitiũ cõspicit: si ab interno arbitro districte iudicetur, rectè subiungit:

Quòd qui de vitæ perfectione se erigit, nec initium se habere ostendit.

I Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei vnũ ꝙ mille.) In scriptura sancta millenarius numerus ꝙ vni-
Psal.140. uersitate solet intelligi. Hinc etenĩ Psalmista ait: Verbi quod mandauit in mille generationes: cum profecto cõstet quod ab ipso mundi exordio vsque ad redemptoris aduentum, per Euangelistam non amplius quàm septuaginta septem| propagines numerẽtur. Quid ergo in millenario numero, nisi ad proferendam nouam sobolem, perfecta vniuersitas præscitæ ge-
Apoc.20. nerationis exprimitur? Hinc & per Ioannem dicitur: Et regnabunt cum eo mille annis, quia videlicet regnũ sanctæ Ecclesiæ, vniuersitatis perfectione solidatur. Quia vero monas decies multiplicata in denarium ducitur: denarius per semetipsum ductus in centenariũ dilatatur, qui rursus per denarium ductus in millenarium tenditur, cùm ab vno incipimus, vt ad millenarium veniamus, quid hoc loco vnius appellatione, nisi bene viuendi initium, quid millenarij numeri amplitudine, nisi eiusdem bonæ vitæ perfectio designatur? Cum deo autem contendere, est non ei tribuere, sed sibi gloriam suæ virtutis arrogare. Sed sanctus vir conspiciat, quia & qui summa iam dona percepit, si de acceptis extollitur, cuncta quæ acceperat amittit, & dicat: Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei vnum pro mille. Qui enim cum auctore contendit, vnum pro mille respondere non sufficit: quia qui de perfectione se erigit, habere se bene viuendi, nec initiũ ostendit. Vnum nanque pro mille respondere non possumus: quia cùm de bonæ vitæ perfectione extollimur, hanc nos nec in-

choasse mõstramus. Sed tunc de nostra infirmitate verius cõ- K
cutimur, si quàm sit immensa potentia iudicis, considerando pensamus. Vnde & subditur: Caput.II.

SApiens corde est, & fortis robore.) Quid mirum si conditorem sapientium, sapientẽ dicimus, quẽ ipsam esse sapientiam scimus? Et quid mirum quòd fortem esse memorat, quem ipsam esse fortitudinem nullus ignorat? Sed sanctus vir duobus verbis in laudẽ auctoris prolatis, aliquid nobis intimat, vnde nos ad cognitionẽ nostrã trepidos reducat. Sapiens quippe deus dicitur: quia occulta nostra subtiliter agnoscit: & esse fortis adiungitur, quia valenter cognita percutit. Nec falli ergo à nobis, quia sapiẽs: nec vitari quia fortis est, valet. Nunc vt sapiens omnia inuisibilis aspicit: tunc vt fortis sine vllo obstaculo quos reprobat, punit. Qui hoc quoq; hic forti sapiẽtia ordinat, vt humana mens cùm cõtra auctorẽ se eleuat, ipsa se sua elatione cõfundat. Vnde & subditur: Quis restitit ei, & pacẽ habuit? Qui enim cuncta mirabiliter creat, ipse vt creata sibimet conueniãt ordinat. In quo ergo conditori resistitur, pacis cõuentio dissipatur: quia ordinata esse nequeunt, quæ superni moderaminis dispositionẽ perdunt. Quæ enim subiecta deo, in tranquillitate persistere nequeũt, ipsa se sibimet dimissa, confundunt: quia in se pacẽ nõ inueniunt, cui venienti desuper in auctore cõtradicunt. Sic summus ille angelicus spiritus, qui subiectus deo in culmine stare potuisset, L
semetipsum repulsus patitur: quia per naturæ suæ inquietudinem foris vagatur. Sic primus humani generis parẽs, quia auctoris præcepto restitit, carnis protinus contumeliam sensit: & quia subesse conditori per obedientiam noluit, sub semetipso prostratus, & pacem corporis protinus amisit. Bene ergo dicitur: Quis restitit ei & pacem habuit? quia peruersa mens vnde se contra auctorem erigit, inde se in semetipsa confundit. Resistere autem deo dicimur, cùm repugnare eius dispositionibus conamur. Neque enim nostra infirmitas incommutabili eius sententiæ obuiat, sed tamen quod explere non valet, tentat. Nam sepe humana infirmitas occultè vim dispositionis agnoscit, & tamen hanc si mutare valeat apperit. Cõtraire satagit, sed ipso se gladio contradictionis frangit. Ordini interno renititur, sed suis victa conatibus ligatur. Habere ergo pacem resistens non potest: quia dum superbiam confusio sequitur, quod stultè per culpã geritur, hoc in agentis pœnam mirabiliter ordinatur. Sed vir sanctus virtute prophetici spiritus plenus, cum confusionem generaliter humanæ superbiæ conspicit, ad speciale malum protinus plebis Israëliticæ oculos mentis tendit, & quæ pœna elatos omnes maneat, ex vnius gentis interitu ostendit. Nam repente subiungit, dicens:

Qui transtulit mõtes, & nescierunt hi, quos subuertit in furore suo.) In scriptura sacra sæpe montium nomine, prædicãtium altitudo designatur. De quibus per Psalmistam dicitur: Suscipiant montes pacem populo tuo. Electi quippe prædi- *Psa.*
catores, æternæ patriæ non immeritò montes vocantur: quia per vitæ suæ celsitudinem ima terrenorum deserunt, & cœlo propinqui fiunt. Sed montes veritas transtulit, cùm prædicatores sanctos à Iudęæ obduratione subtraxit. Vnde rectè etiã *Psa.*
per Psalmistam dicitur: Transferentur montes in cor maris. In cor enim maris mõtes translati sunt, cùm prędicantes Apostoli à Iudææ perfidia repulsi, ad intellectum gentilium venerunt. Vnde ipsi quoque in suis actibus dicunt: Vobis oportebat primum loqui verbum dei, sed quia repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad gentes. Sed hanc eandem translationem montium hi ipsi nescierunt, qui in domini furore subuersi sunt, quia cùm de suis finibus Hebræi Apostolos pellerent, lucrum se fecisse arbitrati sunt, quòd prædicationis lumen amiserunt. Exigentibus quippe meritis, iusta animaduersione percussi, tanto intelligentiæ errore cæcati sunt, vt quòd lucem perderent, hoc esse gaudium putarent. Sed repulsis Apostolis, à Romano protinus principe Tito Iudæa destruitur, atque in cunctis gentibus sparsa, dissipatur. Vnde & translatis montibus rectè subiungitur:

Caput.III.

QVi commouet terram de loco suo, & columnæ eius concutiũtur.) De loco quippe suo terra cõmota est: cũ plebs Israëlitica de Iudęæ finibus euulsa, nimirum colla gentibus subdidit, quia subdi auctori recusauit.

A exiuit. Quæ scilicet terra columnas habuit, quia in sacerdotes & principes legis doctores atque pharisæos, ruitura eius fabricæ structura surrexit. In ipsis nanque literæ ædificium tenuit, & tranquillitatis suæ tempore, sacrificium carnalium quasi superimpositæ fabricæ onera portauit. Sed translatis montibus, columnæ concussæ sunt: quia subductis à Iudæa Apostolis, nec ipsi viuere in illa permissi sunt, qui ab illa vitæ prædicatores expulerunt. Dignum quippe erat, vt terrenam patriam subacti perderent, cuius amore nequaquam veriti sunt cœlestis patriæ milites impugnare. Sed expulsis sanctis doctoribus, Iudæa funditus corruit, & iusto iudicantis examine, in erroris sui tenebris mentis oculos clausit. Vnde & adhuc subditur:

Quòd propter malitiam subditorum subtrahatur lux prædicationis, & claudat deus ora sanctorum doctorum.

Qui præcipit Soli, & non oritur: & stellas claudit quasi sub signaculo.) Aliquando nanque in sacro eloquio Solis nomine, prædicatorum claritas designatur: sicut per Ioannem dicitur: Factus est sol vt saccus cilicinus. In extremo quippe tempore Sol quasi cilicinus saccus ostenditur: quia fulgens vita prædicantium, ante reproborum oculos, aspera & despecta monstratur. Qui stellarum quoque claritate figurantur, quia dum recta peccatoribus prædicant, tenebras nostræ noctis illustrant. Vnde & subtractis prædicatoribus, per Prophetam dicitur: Prohibitæ sunt stellæ pluuiarum. Quia vero sol per B diem fulget, stellæ obscuritatem noctis irradiant, & plærunque in sacro eloquio diei appellatione æterna patria, noctis autem nomine, præsens vita signatur, prædicatores sancti, vt sol nostris oculis fiunt, cum contemplationem nobis veræ lucis aperiunt: & velut stellæ in tenebris lucent, cùm per actiuam vitam pro futuris necessitatibus nostris terrena disponunt. Quasi in die vt Sol coruscant, cùm ad contemplandam internæ claritatis patriam, mentis nostræ aciem subleuant, & quasi stellæ in nocte resplendent: quia & cùm terrena agunt, offensurum iamiamque nostri operis pedem, exemplo suæ rectitudinis dirigunt. Sed quia expulsis prædicatoribus, non fuit qui plebi Iudaicæ in perfidiæ suæ nocte remanenti, vel claritatem contemplationis ostenderet, vel actiuæ vitæ lumen aperiret: veritas quippe, quæ hanc repulsa deseruit, subtracto prædicationis lumine, merito suæ prauitatis excæcauit, rectè dicitur: Qui præcipit Soli, & nõ oritur: & stellas claudit quasi sub signaculo. Oriri quippe ei Solem noluit, à qua prædicantium animum diuertit. Et quasi sub signaculo stellas clausit, qui dum prædicatores suos per silentium intra semetipsos retinuit, cæcis iniquorum mentibus cœleste lumen'abscondit.

Apoc. 6.

Hier. 3.

Caput. IIII.

C Pensandum verò est, quia idcirco aliquid sub signaculo claudimus, vt hoc cùm tempus congruit, ad medium proferamus. Et sacro eloquio attestante didicimus: quod Iudæa quæ nunc deseritur, ad sinum fidei in fine colligatur. Hinc nanque per Esaiam dicitur: Si fuerit numerus filiorum Israël quasi arena maris, reliquiæ saluæ fient. Hinc Paulus ait: Donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret. Qui igitur prædicatores suos nunc Iudææ oculis subtrahit, sed postmodum ostendit, quasi sub signaculo stellas clausit: vt absconsis prius, & pòst coruscantibus astrorum spiritalium radiis noctem perfidiæ suæ, & nunc repulsa non videat, & tunc illuminata deprehendat. Hinc est quòd duo illi prædicatores eximij dilata morte subtracti sunt, vt ad prædicationis vsum in fine reuocentur. De quibus per Ioannem dicitur: Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra in conspectu domini terræ astantes. Quorum vnum in Euangelio per semetipsam veritas pollicetur, dicens: Helias venturus est, & restituet omnia. Quasi ergo sub signaculo stellæ clausæ sunt, quæ & nunc occultantur ne appareant, & pòst vt prodesse valeant, apparebunt. Sed tamen plebs Israëlitica, quæ vbertim in fine colligitur, in ipsis sanctæ Ecclesiæ exordiis crudeliter obduratur. Nam prædicatores veritatis renuit, verba adiutorij spreuit. Quod tamen mira auctoris dispensatione agitur, vt nimirum prædicantium gloria quæ recepta in vno populo latere poterat, in cunctis gentibus repulsa dilatetur. Vnde & aptè mox subditur: D

Esa. 10.

Roma. 11.

Apoc. 11.

Matth. 17.

Quòd cœli extensi sunt, quando dilatatum est Euangelium, & diffusa prædicatio in orbem terrarum.

Qui extendit cœlos solus.) Quid nanque cœlorum nomine, nisi hæc eadem cœlestis prædicantium vita designatur? De quibus per Psalmistam dicitur: Cœli enarrant gloriam dei. Ipsi igitur cœli, ipsi sol esse memorantur. Cœli scilicet, quia intercedendo protegunt. Sol autem, quia prædicando vim luminis ostendunt. Commota igitur terra cœli extensi sunt, quia cùm Iudæa ad vim persecutionis infremuit, Apostolorum vitam dominus in cunctarum gentium cognitionem dilatauit. Et dum illa per iudicium in mundum captiua dispergitur, isti vbique per gratiam in honore tenduntur. Angusti quippe cœli fuerant, cùm vna plebs tot egregios prædicatores tenebat. Quis enim gentilium Petrum nosset, si in solius Israëlitici populi prædicatione remansisset? Quis Pauli virtutes agnosceret, nisi hunc Iudæa ad nostram notitiam persequẽdo trãsmisisset? Ecce iam qui plagis & contumeliis ab Israëlitica plebe repulsi sunt, per mundi fines honorantur. Solus ergo dominus cœlos tetendit, qui secreti mira dispensatione consilij, prædicatores suos vnde permisit in vna gente opprimi, fecit in mundi cardines inde dilatari. Sed neque ipsa hæc præsenti dedita mundo gentilitas, cùm culpas eius, Apostolorum lingua corripuit, verba vitæ libenter accepit. nam protinus in elatione contradictionis intumuit, atque ad crudelitatem se E persecutionis excitauit. Sed quę prædicationis verbis cõtraire nititur, signorum citius admiratione tẽperatur. Vnde & aptè quoque in auctoris laudem subiungitur:

Psal. 18.

Quòd pauperes Christi, huius mundi potestates in miraculorum virtute calcauerunt.

Caput. V.

ET graditur super fluctus maris.) Quid enim maris nomine, nisi in bonorum nece fœtiens mundi huius amaritudo signatur? De quo & per Psalmistam dicitur: Cõgregans quasi in vtrem aquas maris. Aquas etenim maris quasi in vtrem dominus congregat, cùm miro moderamine cuncta disponens, in suis clausas cordibus carnalium minas frenat. Super fluctus ergo maris dominus graditur, quia cùm se procellæ persecutionis erigunt, miraculorum eius obstupefactione franguntur. Qui enim tumores humanę vesaniæ mitigat, quasi erectas in cumulo vndas calcat. Nam cùm morem suum gentilitas destrui nouæ conuersationis prædicatione conspiceret, cùm mundi huius diuites, elationi suæ contraire viderent facta pauperum: cùm sapientes seculi, aduersari sibi imperitorum verba pensarent: in persecutionis protinus tempestatem tumuerunt. Sed qui verborum aduersitate commoti, ad persecutionis procellas insiliunt, signorum, vt diximus, admiratione temperantur. Tot ergo in his fluctibus domi- F nus gressus posuit, quot superbis persecutoribus miracula ostendit. Vnde bene rursum per Psalmistam dicitur: Mirabiles elationes maris, mirabilis in excelsis dominus: quia contra electorum vitam ad persecutionis vndas mundus se mirabiliter extulit, sed has supernorum conditor, sub eleusta virtute prædicantium mirabilius strauit: ministros etenim suos plus ostendit posse per miracula, quàm potestates terrenæ quæ tumuerant per iram. Quod bene etiam per Hieremiam dominus exteriora narrans, interiora denuncians, dicit: Posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum, quod non præteribit, & commouebuntur, & non poterunt, & intumescent fluctus eius, & non transibunt illum. Arenam quippe dominus mari terminum posuit: quia ad frangendam mundi gloriam, abiectos & pauperes elegit. Cuius nimirum maris fluctus intumescunt: cùm potestates seculi, ad commotionem persecutionis exiliunt. Sed transire arenam nequeunt, quia despectorum miraculis & humilitate franguntur. Sed dum mare sæuit, dum per insaniæ suæ fluctus erigitur, quia tamen virtutis intimæ ostensione calcatur, sancta Ecclesia proficit, atque ad statum sui ordinis per temporum incrementa consurgit. Vnde & aptè mox subditur:

Psalm. 32.

Psalm. 92.

Hier. 5.

Quòd fundata in fide Christi Ecclesia, in hyeme infidelitatis contra persecutorum procellas, primò martyres, deinde doctores

G *res effulserunt: quibus post laborũ pressuras in interioribus Au-*
stri, id est, secreto cœlestis patriæ situ, præparata est ab æterno cum
angelis sanctis hæreditas. Caput. VI.

QVi facit arcturum & orionas & hyadas, & interiora Austri.) Nequaquã sermo veritatis vanas Hesiodi, Arati & Callimachi fabulas sequitur, vt arcturũ nominans, extremam stellarum septem caudã vrsæ suspicetur, & quasi orion gladium teneat, amator insanus. Hæc quippe astrorum nomina, à cultoribus sapientiæ carnalis inuenta sunt, sed scriptura sacra idcirco eisdem vocabulis vtitur: vt res quas insinuare appetit, notitia vsitatæ appellationis exprimãtur. Nam si astra quæ vellet per ignota nobis nomina diceret: homo pro quo hæc eadẽ scriptura facta est, nescire proculdubio quid audiret. Sic igitur in sacro eloquio sapientes dei sermonem trahunt à sapientibus seculi, sicut in eo pro vtilitate hominis vocem in se humanæ passionis ipse cõditor hominum sumit deus, vt videlicet dicat: Pœnitet me fecisse hominem super terram: cum profectò constet quia is qui cuncta prius quàm veniant conspicit, nequaquàm postquam aliquid fecerit, pœnitẽdo resipiscat. Quid ergo mirum si spiritales viri vtuntur verbis carnalium, quando ipse ineffabilis & creator omnium spiritus, vt ad intellectum suum carnẽ pertrahat, in seipso carnis sermonem format? In scriptura igitur
H sacra dum nota astrorum nomina audimus, de quibus astris sermo mouetur, agnoscimus. Cùm vero quæ enarrentur astra perpendimus, restat vt ex eorum motibus ad spiritalis intelligentiæ arcana surgamus. Neque enim iuxta literam mirum aliquid dicitur, quod deus arcturum, orionas, & hyadas fecit: de quo nimirũ constat quia omnino in mundo nihil sit, quod ipse non fecerit. Sed sanctus vir hæc fecisse deum dicit: per quæ signari propriè ea quæ spiritaliter geruntur, intelligit. Quid nanque arcturi nomine, qui in cœli axe constitutus, septem stellarum radiis fulget, nisi Ecclesia vniuersalis exprimitur, quę in Ioannis Apocalypsi per septem Ecclesias, septemq; candelabra figuratur? Quæ dum dona in se septiformis gratiæ spiritus continet, claritatem summæ virtutis irradians, quasi ab axe veritatis lucet. Caput. VII.

PEnsandum quoque est quod arcturus semper versatur, & nunquam mergitur: quia & sancta Ecclesia persecutiones iniquorum sine cessatione tolerat, sed tamen vsq; ad mundi terminum sine defectu perdurat. Sæpe nanque eam reprobi, quia vsque ad internitionem persecuti sunt, quasi hãc se funditus extinxisse crediderunt: sed eo multiplicius ad statum sui profectus rediit, quo inter manus persequentium moriendo laborauit. Arcturus ergo dum versatur erigitur: quia tunc sancta Ecclesia valentius in veritate reficitur, cùm ardẽ-
I tius pro veritate fatigatur. Vnde aptè quoque post arcturum protinus orionas subdit. Oriones quippe in ipso pondere tẽporis hyemalis oriuntur: suo quoque ortu tempestates excitant, & maria terrasq; perturbant. Quid igitur post arcturum per orionas, nisi martyres designãtur? Qui dum sanctam Ecclesiam ad statum prædicationis erigunt, pondus persequentium, molestiasque passuri, ad cœli faciem quasi in hyeme venerunt. His etenim natis, mare terraque turbata est: quia dum gentilitas mores suos destrui, apparente illorum fortitudine doluit, in eorum necem non solum iracundos ac turbidos, sed etiam placidos erexit. Ex orionibus itaque hyems inhorruit: quia clarescente sanctorum constantia, frigida mens infidelitũ, ad tempestatem se persecutionis excitauit. Orionas ergo cœlum ædidit, cùm sancta Ecclesia martyres misit. Qui dum loqui recta rudibus ausi sunt, omne pondus ex frigoris aduersitate pertulerunt. Bene autem protinus hyadas subdit, quæ vi-
* *al. inue-* rescente * verno ad cœli faciem prodeunt, & cùm iam sol ca-
nescente. loris sui vires exerit, ostenduntur. Illius quippe signi initiis inhærent, quod sapientes seculi. Taurum vocant, ex quo augeri sol incipit, atque ad extendenda diei spatia feruẽtior exurgit. Qui itaque post orionas hyadum nomine, nisi doctores sanctę Ecclesiæ designantur? Qui subductis martyribus, eo iam tempore ad mundi notitiam venerunt, quo fides clarius elucet, & repressa infidelitatis hyeme, altius per corda fidelium sol veritatis calet. Qui remota tempestate persecutionis, expletis longis noctibus infidelitatis, tunc sanctæ Ecclesiæ orti sunt, cùm ei iam per credulitatis vernum lucidior annus ape- K
ritur. Caput. VIII.

NEc immerito doctores sancti hyadum nũcupatione signantur. Græco quippe eloquio hyetos pluuia vocatur, & hyades nomẽ à pluuiis acceperunt, quia ortæ procul dubio imbres ferunt. Bene ergo hyadum appellatione expressi sunt, qui ad statũ vniuersalis Ecclesiæ, quasi in cœli faciem deducti, super arentem terram humani pectoris, sanctæ prædicationis imbres fuderunt. Si enim prædicationis sermo pluuia non esset, Moyses minimè dixisset: Expectetur Deu sicut pluuia eloquium meum, & nequaquam per Esaiam veritas diceret: Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem, atque hoc quod paulò ante protulimus: Quamobrem prohibitæ sunt stellæ pluuiarum. Dum ergo hyades cum pluuiis veniunt, ad cœli spatia altiora sol ducitur: quia apparente doctorum scientia, dum mens nostra imbre prædicationis infunditur, fidei calor augetur. Et perfusa terra ad fructum proficit, cùm lumen ætheris ignescit, quia vberius frugem boni operis reddimus, dum per sacræ eruditionis flammam, in corde clarius ardemus. Dũque per eos diebus singulis magis magisque scientia cœlestis ostenditur, quasi interni nobis luminis vernum tempus aperitur: vt nouus Sol nostris mentibus rutilet, & eorum verbis nobis cognitus, seipso quotidie clarior micet. Vrgente etenim mundi fine, superna scientia proficit, & largius cum tempore excrescit. Hinc nanque per Da- Dan
nielem dicitur: Pertransibunt plurimi: & multiplex erit scien- L
tia. Hinc Ioanni in priori parte reuelationis angelus dicit: Signa quæ locuta sunt septem tonitrua. Cui tamen in eiusdem Ap
reuelationis termino præcepit, dicens: Ne signaueris verba pr
phetiæ libri huius. Pars quippe reuelationis anterior signari præcipitur, terminus prohibetur: quia quicquid in sanctæ Ecclesiæ initiis latuit, finis quotidie ostendit. Nonnulli vero à Græca litera: quæ y dicitur: hyadas nuncupatas arbitrantur. Quod si ita est, significationi quam diximus, contrarium non est. Doctores enim his stellis non inconuenienter expressi sunt, quæ à literis nomen trahunt. Sed quanuis hyades ab eiusdem literæ visione non discrepent, certum tamen est, quia hyetos imber dicitur, eo quod exortæ pluuias apportant. Vir igitur sanctus redemptionis nostræ ordinem contemplatus admiretur, atque admirans exclamet, dicens: Qui extendit cœlos solus: & graditur super fluctus maris, qui facit arcturum & orionas & hyadas. Extensis etenim cœlis, dominus formauit arcturum, quia in honorem deductis Apostolis, in cœlesti conuersatione fundauit Ecclesiam. Formato quoque Arcturo, fecit orionas, quia roborata fide vniuersalis Ecclesiæ, contra procellas mundi edidit martyres. Aeditis quoque orionibus protulit hyadas, quia conualescentibus contra aduersa martyribus, ad infundendam ariditatem humanorum cor- M
dium, doctrinam contulit magistrorũ. Isti itaque sunt astrorum spiritalium ordines, qui dum summis virtutibus eminent, semper ex supernis lucent. Sed post ista quid restat, nisi vt sancta Ecclesia laboris sui fructum recipiens, ad videnda supernæ patriæ interna perueniat? Vnde & aptè, quia dixit: Qui facit Arcturum & orionas & hyadas, protinus addidit, & interiora Austri.

Caput. IX.

QVid nanque in hoc loco Austri nomine, nisi feruor sancti spiritus designatur? Quo dum repletus quisque fuerit, ad amorem patriæ spiritalis igneſcit. Vnde & sponsi voce in Canticorum canticis Ca
dicitur: Surge Aquilo & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius. Austro quippe veniente, Aquilo surgens recedit, cum aduentu sancti spiritus expulsus antiquus hostis, qui in torpore mentem constrinxerat, deserit. Atque hortum sponsi Auster perflat, vt aromata defluant, quia nimirum dum sanctam Ecclesiam donorum suorum virtutibus spiritus veritatis impleuerit, ab ea longè lateque odores boni operis spargit. Interiora ergo Austri, sunt occulti illi angelorum ordines, & secretissimi patriæ cœlestis sinus, quos implet calor spiritus sancti. Illuc quippe sanctorum animæ, & nunc corporibus exutæ, & postea corporibus restitutæ perueniunt, & quasi in Austri abditis * occultantur. Ibi per *
diem quasi in meridiano tempore, ardentius solis ignis accen- dit
ditur,

A dum, quis conditoris claritas mortalitatis noſtræ iam preſſa caligine, manifeſtus videtur, & velut ſphæræ radius ad ſpatia altiora ſe eleuat: quia de ſemetipſa nos veritas ſubtilius illuſtrat. Ibi lumen intimæ contemplationis ſine interueniente cernitur vmbra mutabilitatis, ibi calor ſummi luminis ſine vl-
al. torperis la obſcuritate corporis*, ibi inuiſibiles angelorum chori quaſi aſtra in abditis micant, quæ eo nunc ab hominibus videri nequeunt, quo flamma veri luminis altius perfunduntur. Valde itaque mirum eſt quòd miſſis Apoſtolis dominus cœlos tetendit, quòd temperatis perſecutionum tumoribus maris fluctus gradiens repreſsit, quòd ſolidata Eccleſia arcturum ſtatuit, quòd roboratis contra aduerſa martyribus orionas miſit, quòd repletis in tranquillitate doctoribus hyadas præbuit: ſed poſt hæc valde eſt admirabile quòd ſinum nobis cœleſtis patriæ quaſi interiora Auſtri præparauit. Pulchrum eſt hoc omne, quod quaſi in cœli facie de diuina diſpenſatione cernitur, ſed longè illud & incomparabiliter pulchrius, ad quod inuiſibiliter peruenitur. Vnde bene iterum ſponſus in ſponſæ
Cant. 4. ſuę laudibus dicit: Quàm pulchra es amica mea: quàm pulchra es, oculi tui columbarum, abſque eo quod intrinſecus latet. Pulchram narrat, & pulchram replicat: quia alia eſt ei pulchritudo morum in qua nunc cernitur, atque alia pulchritudo præmiorum, in qua tunc per conditoris ſui ſpeciem ſubleuabitur. Cuius membra, videlicet omnes electi, quia ad cuncta ſimpliciter incedunt, eius oculi columbarum vocantur, qui magna
B luce irradiant, quia & ſignorum miraculis coruſcant. Sed quãtum eſt omne hoc miraculum quod videri nunc poteſt? Illud de internis miraculum eſt mirabilius, quod nunc videri non poteſt. De quo illic aptè ſubditur: Abſque eo quod intrinſecus latet. Magna quippe eſt gloria aperti operis, ſed longè incomparabilis occultæ remunerationis. Quod ergo per beatũ Iob aſtrorum nomine, hoc Salomonis vocibus oculorum appellatione ſignatur: & quod per Salomonem dicitur: Abſque eo quod intrinſecus latet, hoc nobis beatus Iob intimat, cum Auſtri interiora commendat. Sed ecce vir ſanctus exteriora nominans, interiora conſiderans, aperta narrans, occulta penetrans, omne quod interius exteriusque agitur, dicere conatur: ſed opera ſummæ magnitudinis quando explicet lingua carnis? Vnde & aptè mox hæc eadem opera melius definien-
al. deſiniendo. do* comprehendit dicens:

Caput. X.

QVi facit magna & inſcrutabilia & mirabilia, quorum non eſt numerus. Diuinæ fortitudinis facta tunc verius explemus*, cùm hæc nos explere* non poſſe cognoſcimus: tunc facundius loquimur, cum ab
al. explicamus. *al. explicare.* his obſtupeſcendo reticemus. Ad narranda quippe dei opera habet defectus noſter, quàm ſufficiẽter exerat linguam ſuam, vt quæ comprehendere idoneè non valet, hæc idoneè mutus
Pſalm. 150 laudet. Vnde bene per Pſalmiſtam dicitur: Laudate eum in
C potentatibus eius, laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius. Ille quippe dominum ſecundum multitudinẽ magnitudinis eius laudat, qui ſe ſuccumbere in eius laudis expletione conſiderat. Dicat ergo: qui facit magna & inſcrutabilia & mirabilia, quorum non eſt numerus: videlicet magna virtute, inſcrutabilia ratione, innumerabilia multiplicitate. Diuina ergo opera quæ explere dicendo non potuit, facundius deficiendo definiuit. Sed in conſideratione rerum cur lõgè extra nos ducimur, qui hoc ipſum quoque quod erga nos agitur, ignoramus? Vnde & aptè ſubiungitur:

Quòd exigentibus peccatis ita cæcum eſt genus humanum, vt ſæpe quod donum eſt gratiæ, iram putet: & quod ira eſt, gratiam æſtimet.

Si venerit ad me, non videbo eum: & ſi abierit, non intelligam eum.) Secluſum quippe ab internis gaudiis genus humanum, exigente culpa mentis oculos perdidit: & quo meritorum ſuorum paſsibus graditur, neſcit. Sæpe enim gratiæ eſt donum, quod iram deputat: & ſæpe diuinæ diſtrictionis ira eſt, quod gratiam deputat. Nam plærunque gratiam æſtimat dona virtutum, & tamen de eiſdem donis elatus corruit. Plærunque velut iram metuit aduerſa tentationum: & tamen eiſdem tentationibus preſſus, ad virtutum cuſtodiam cautior exurgit. Quis enim deo ſe propinquare non æſtimet, cùm ſu-

Sæpe gratia putatur ira.

Sæpe ira putatur gratia.

pernis excreſcere ſe muneribus agnoſcit, cùm vel prophetiæ D
donum, vel doctrinæ magiſterium percipit, vel ad exercendã curationum gratiam conualeſcit? Et tamẽ ſæpe mens dum de virtutis ſuæ ſecuritate reſoluitur, inſidiante aduerſario inopinatæ culpæ telo perforatur. Et inde à deo in æternum longè fit, vnde ei ad tempus ſine cautelæ cuſtodia propinquauit.

Caput. XI.

ET quis ſe derelictum à diuina iam gratia non deputet, cùm poſt experimentum munditiæ, laceſsiri ſe carnis tentationibus videt, inhoneſta ad animum congeri, & ante cogitationis oculos, nonnulla improba, & immunda verſari? Et tamen cùm fatigant iſta nec ſuperant, nequaquam per pollutionem trucidant, ſed per humilitatem ſeruant: vt infirmum ſe animus in tentatione deprehendens, totum ſe ad diuinitatis adiutorium conferat, & ſui fiduciam funditus amittat. Sicq; fit, vt inde altius deo inhæreat, vnde ſe à deo profundius cecidiſſe ſuſpirabat. Acceſſus igitur receſſusque dei, à mẽte noſtra minimè cognoſcitur, quouſque rerum alternantium finis ignoratur: quia & de tentatione incertum eſt, vtrum probet, an trucidet: & de donis nequaquam deprehẽditur, vtrum hìc deſertos remunerent: an in via nutriant, vt ad patriam perducant. Homo ergo ab internis gaudiis ſemel expulſus, clauſas contra ſe ianuas ſecreti ſpiritalis aſpiciat, atque ad ſemetipſum foras proiectus in carne gemat, & cæcitatis ſuæ damna conſiderans, dicat: Si venerit ad me, non videbo eũ: & ſi abierit, non intelligam. Ac ſi apertè deploret, dicens: Poſtquam ſemel ſpõte oculos perdidi, quoniam quæſitę noctis cæcitatem patior, nec ortum iam, nec occaſum Solis agnoſco. Et tamen E
homo qui infirmitatis pœna premitur, & cæcitatis ſuæ caligine grauatur, ad ſupernæ lucis iudicium properat, vt ſuorum actuum rationem reddat. Vnde & mox ſubditur:

De tentatione incertum eſt, vtrum probet, vel trucidet.

Quòd magna ſuperbia ſit, in iudiciis diuinis rationem quærere.

Si repentè interroget, quis reſpondebit ei?) Repentè deus interrogat, cùm nos ad diſtrictionem ſui examinis inopinatos vocat. Sed interrogationi illius homo reſpondere non ſufficit: quia ſi remota tunc pietate diſcutitur, in illo examine etiã iuſtorum vita ſuccumbit. Vel certè interrogat, cùm duris nos percuſsionibus pulſat: vt cum mẽs noſtra magna de ſe in tranquillitate eſtimat: ſemetipſam veraciter qualis ſit, in perturbatione deprehendat. Et plerunque quoniam percutitur gemit, ſed reſpondere non ſufficit, quia & ipſa ei percuſsionis ſuę aduerſitas diſplicet: ſed tamen ſemetipſum homo conſiderans tacet, & diuina iudicia diſcutere metuit, qui eſſe ſe puluerem agnoſcit. Vnde & per Paulum dicitur: O homo, tu quis es, qui re
Roma. 9. ſpondeas deo? Reſpondere deo non poſſe conuincitur, qui homo nominatur: quia per hoc quòd de humo ſumptus eſt, iudicia ſuperna diſcutere dignus non eſt. Vnde hìc quoque aptè ſubiungitur: Vel quis ei dicere poteſt, cur ita facis?) Auctoris F
facta ſemper indiſcuſſa veneranda ſunt, quia iniuſta nequaquam eſſe poſſunt. Rationẽ quippe de occulto eius iudicio* querere, nihil eſt aliud quàm contra eius conſilium ſuperbire. Cùm ergo factorum cauſa non deprehenditur, reſtat vt ſub factis illius cum humilitate taceatur: quia nequaquã ſufficit ſenſus carnis, vt ſecreta penetret maieſtatis. Qui ergo in factis dei rationem non videt, infirmitatem ſuam conſiderans, cur non videat, rationem videt. Vnde & per Paulum quoque ſubſe-
Roma. 9. quenter adiungitur: Nũquid dicet figmentum ei qui ſe finxit, quare me feciſti ſic? Quo enim ſe cernit figmẽtum diuini operis, eo ſemetipſum redarguit, ne contra manum reſultet operãtis: quia qui benignè quòd non erat, fecit: quod eſt, iniuſte nõ deſerit. Ad ſemetipſam ergo in percuſsione mens redeat, & quòd apprehendere non valet, non requirat: ne ſi diuinæ iræ cauſa diſcutitur, amplius diſcuſſa prouocetur: & quam placare humilitas poterat, inextinguibiliter ſuperbia accendat. Vnde aptè quoque de hac eadem ira protinus ſubditur:

Repentè deus interrogat.

Quomodo verum ſit, quòd nullus iræ dei reſiſtat, cùm patens ſit, quòd Moyſes & multi alij reſtiterint.

Deus cuius reſiſtere iræ nemo poteſt, & ſub quo curuantur qui portant orbem.) Mirum valde eſt, quòd iræ dei nullum poſſe reſiſtere dicitur, cum multos indignationi ſupernæ animaduerſionis obuiaſſe, eloquia diuina teſtentur. An non iræ dei Moyſes reſtitit, qui pro cadente populo erectus, ipſum ſũ

pernæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G perne percussionis impetum, mortis suæ oblatione restrinxit,
Exod. 32. dicés: Dimitte illis hanc noxam: alioqui dele me de libro tuo
Num. 16. quem scripsisti? An non iræ dei Aaron restitit, cùm inter viuétes ac mortuos thuribulum sumpsit, atque animaduersionis ignem, incensi fumo temperauit? An non Phinees iræ dei re-
Num. 25. stitit, qui luxuriantes cum alienigenis, in ipso coitu trucidans, zelum suum diuinæ indignationi obtulit, & furorem gladio placauit? An non iræ dei Dauid restitit, qui angelo ferienti se offerens, placationis gratiam, & ante tempus propositum exegit? An non Helias iræ dei restitit, qui longo iam tempore terra arente, subductas de cœlo pluuias verbo reuocauit? Quomodo ergo diuinæ iræ nullum posse resistere dicitur, cum multos sæpe restitisse exemplis existentibus demonstratur? Sed si subtiliter & hęc beati Iob eloquia, & illorum facta pensamus: & verum cognoscimus, quia diuinæ iræ non resistitur: & verum, quia multi sæpe restiterunt. Caput. XII.

Quomodo sancti iræ dei quãdo & resistant.

OMnes etenim sancti qui iræ dei obuiant, ab ipso accipiunt, vt contra impetum percussionis eius opponantur: atque, vt ita dixerim, cum ipso se erigunt cõtra ipsum, eosq; diuina vis sibi opponit secũ: quia in eo quod aduersum sæuientis iram foris obtinent, intus eos gratia irascẽtis fouet: & famulantes interius leuat, quos quasi aduersantes exterius tolerat. Portat ergo contradictionem deprecantium quam aspirat, & velut nolẽti opponitur, quod ab ipso vt fiat, imperatur. Moysi enim dicit: Dimitte me vt irascatur furor
H meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. Quid est seruo dicere, dimitte me, nisi deprecandi ausum præbere? Ac si apertè ei diceretur: Pensa, quantum apud me valeas, & cognosce, quia obtinere poteris quicquid pro populo exoras. Quod quia hac mente agitur, statim venia subiuncta

Quomodo quandoque iræ dei nemo potest resistere.

testat. Cùm verò superna indignatio sese, vt ira dixerim, mediullitus mouet: hanc oppositio humana non retinet: nec se vtiliter cuiuslibet deprecatio obiicit, cùm semel de' aliquid ab intimis irascendo disponit. Hinc est enim quòd Moyses qui reatum totius plebis apud deum suis precibus tersit, dumq; se obicem obtulit, diuinę iracundiæ vim placauit: ad petram Oreb veniens, & pro aquę exhibitione diffidens, repromissionis terram ingredi, domino irascente non potuit. Et sæpe hac de re affligitur, sæpe desiderio se excitante turbatur, & dispositæ vltionis iracundiam repellere, à semetipso non valuit, qui hãc
2. Reg. 24. volente domino & à populo amouit. Hinc Dauid, quia prostrata plebe postmodum angeli gladium prece compescuit: prius plorans & eiulans, nudis pedibus filium fugit: & quousq; perpetrati facinoris vltionem ad plenum reciperet, irã dei pro
3. Reg. 17. semetipso temperare nequaquam valuit. Hinc Helias, vt sicut homo parũ aliquid quasi de diuina animaduersione sentiret: qui verbo cœlos aperuit, ante indignationem mulieris territus per desertum fugit: & pro semetipso infirmatur in formidine, qui furorem dei placat aliis per interuentionẽ. Iræ dei igi-
I tur & resisti valet, quando ipse qui irascitur, opitulatur: & resisti omnino non valet, quando se & ad vlciscendum excitat: &
Hier. 7. ipse precem quæ ei funditur, non aspirat. Hinc ad Hieremiam dicitur: Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudem & orationem, quia nõ exaudiam te, in tempore clamoris eorũ ad me. Et rursum: Si steterint Moyses & Samuel
Hier. 15. coram me, non est anima mea ad populum istum. Qua in re quæri vtiliter potest, cur relictis tot antiquiorib⁹ patribus, ad effundendam precem Moyses & Samuel tantummodo præstantius elegantiusque nominantur? Quod tamen facilè agnoscimus, si eius, qua diligere & inimicos precipit, charitatis merita pensamus. Caput. XIII.

Quæstio de Moyse & Samuele Responsio.

COnditoris nanque auribus maximè illa oratio cõmendatur, quę pro inimicis quoque intercedere nititur. Vnde & per semetipsam veritas dicit: Orate pro persequẽ
Luc. 6. tibus & calumniantibus vos. Et rursum: Cùm stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus alterum. Cùm verò patrum priorum facta sacro eloquio describente reuoluimus, Moysen & Samuelẽ exorasse pro aduersantibus inuenimus. Vnus quippe eorum sæuientis populi persecutiones fugit, & tamen pro vita sui persecutoris interuenit. Alter ex principatu populi deiectus, ipsis suis aduersariis dicit: Absit à me hoc peccatũ in domino, quo minus cessem orare pro vobis. Quid est ergo in difficultate deprecandi, Moysen & Samuẽlem deducere, nisi apertius indicare: quia eius irę, neque illi si astarẽt, K obsisterent: qui ideirco pro amicis interuenire citius possent: quia apud hunc intercedere & pro inimicis solerent? Hinc ad eandem Iudæam dicitur: Plaga inimici percussi te, castigatione crudeli. Et rursum: Quid clamas ad me super contritione tua? Insanabilis est dolor tuus. Vir igitur sanctus aspiciat: quia nullius interuentu diuina ira restringitur, cùm implacabiliter excitatur, & dicat: Deus cuius resistere irę nemo potest. Quod bene & ad specialem intellectum ducimus, si eiusdem plebis Israëliticæ damna pensamus, quam redemptor per dispensationis suæ mysterium ostensus, superbientem deseruit: atque ad cognitionis suæ gratiam gentes vocauit. Vnde & aptè mox subditur:

Quòd pondere diuino omnes curuantur, & nec ipsi perfecti viri qui mundum regunt, nec ipsi angeli diuinitatis eius immensitatem comprehendant.

Sub quo curuantur qui portant orbem.) Ipsi etenim orbem portant, qui curam præsentis seculi tolerant. Tantorum quippe pondera vnusquisque sustinere compellitur, quãtis in hoc mundo principatur. Vnde & terræ princeps non incongruè Græco eloquio βασιλεὺς dicitur. λαὸς enim populus interpretatur. βασιλεὺς igitur βάσις λαοῦ vocatur, quod Latina videlicet lingua basis populi dicitur: quia videlicet ipse super se populũ sustinet, qui motus illius, potestatis pondere fixus regit. Quò enim subiectorum suorum onera tolerat, eo quasi superpositam columnam basis portat. Beatus igitur Iob virtute prophetici spiritus plenus, aspiciat qp Iudæa deseritur: atq; ad diuinitatis cultum gentium principes inclinantur, & dicat: Deus cuius resistere iræ nemo potest: sub quo curuantur, qui portant orbem. Ac si apertè fateatur dicens: Et subiectos quõdam districtè deseris, & erectas potestates gentium misericorditer flectis. Caput. XIIII.

QVanuis per hoc quod dicitur: Sub quo curuantur qui portant orbem, possint & angelicæ virtutes intelligi. Ipsi enim orbem portant, qui regendi mundi curas administrant, Paulo attestante, qui ait: Nónne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium E missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Ait ergo, Deus cuius resistere iræ nemo potest: sub quo curuantur qui portant orbem.) Ac si humilitatem omnis creaturæ conspiciat, & tremefactus dicat: Quis infirmorum hominum tuis nutibus obuiet, cuius se fortitudini, & virtutes angelicæ inclinãt? Vel certè quoniam cùm curuamur, superiora non cernimus: erecti essent illi subtilissimi spiritus, si plenè potentiã eius maiestatis attingerent. Sed qui orbem portãt, sub deo curui sunt: quia diuinitatis eius celsitudinem quanuis subleuati videant, nec virtutes tamen angelicæ comprehendunt. Quam vir iustus prę infirmitate non penetrans: sed hanc vtcunque ex subiectis summorum spirituum ministeriis pensans, ad considerationem se propriam sollicita humilitate recolligit, sibiq; co M ram se præ potestate supernæ magnitudinis vilescit, dicens:

Quantus ergo ego sum vt respondeã ei, & loquar verbis meis cum eo?) Ac si apertè dicat: Si creatura illa hunc considerare non sufficit, quæ carne non premitur: qua mente de eius ego iudiciis disputo, qui pondere corruptionis angustor? Sicut autem sæpe ad nos verba dei sunt iudicia illius, quæ nostrorum actuum sententiam loquuntur: ita verba nostra ad deum, sunt opera quæ exhibemus. Sed cùm deo loqui verbis suis homo non valet, qui apud subtile eius iudicium, nullam de suis actibus fiduciam tenet. Vnde & aptè subditur:

Quod ex iustitia non in nobis, sed in domino gloriandum sit.

Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor.) Vt enim sæpe diximus: Omnis humana iustitia, iniustitia esse conuincitur, si districtè iudicetur. Prece ergo post iustitiam indiget, vt quæ succumbere discussa poterat, ex sola iudicis pietate conualescat. Quæ cùm plenè à perfectioribus habetur, haberi de illa quippiam dicitur: quia mens humana & comprehensa vix peragit, & valde extrema sunt quę comprehendit. Dicat ergo: Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Velut, si apertius fateatur, dicens: Et si ad opus virtutis excreuero, ad vitam non ex meritis, sed ex venia conualesco.

A ualesco. Preci itaque innitẽdum est, cùm recta agimus: vt omne quod iustè viuimus, ex humilitate condiamus.

Caput. XV.

Sed plerunque ipsa nostra deprecatio tam multis cogitationibus *quatitur, vt penè à conspectu iudicis repulsa videatur: & sæpe hãc creator misericors respicit: sed quia illibatam se vt vult exercere non valet, super se iudicium reprobationis pauet. Vnde & subditur: Et cùm inuocãtem me exaudierit, non credo quòd audierit vocem meam.) Plærunque etenim mens diuini amoris igne accenditur, atque ad intuenda cœlestia, & arcana subleuatur. Ad summa iam rapitur, & perfecto desiderio compuncta, ab infimis alienatur: sed repentina tentatione percussa, quæ intẽtione forti erecta in deũ fuerat, oborti cogitationibus transfixa curuatur: ita vt semetipsam discernere nequeat, atque inter vitia virtutesque deprehensa: ex qua parte sit valentior non agnoscat. Nam sæpe ad hoc vsque perducitur, vt miretur quomodo tam summa comprehendat, quam cogitatio illicita polluit. Et rursum: Quomodo illicitas cogitationes recipiat, quam super se validè feruor spiritus rapit. Quos alternantes cogitationum motus in animo bene Psalmista intuens, ait: Ascẽdunt vsque ad cœlos, & descendunt vsque ad abyssos. Vsque ad cœlos quippe ascendimus, cùm summa penetramus: sed ad abyssos vsque descendimus, cùm repentè à contemplationis culmine per turpia tẽtamenta deiicimur. Motus itaque animi dum inter vota & vi
B tia alternant, nimirum sibi certitudinem exauditionis obnubilant. Rectè ergo dicitur: Et cùm inuocantem me exaudierit, non credo quod audierit vocem meam: quia mens ex ipsa sua mutabilitate fit trepida: & per hoc quod nolens patitur, repulsam se abiectámque suspicatur. Libet intueri vir sanctus quãta se subtilitate diiudicat, ne quid in illo diuina iudicia reprehendant. Infirmitatem nanque suam intuens, ait:

Quòd sancti etiam sine causa flagellantur, non vt puniantur, sed vt probentur.

Quantus ego sum qui respõdeam ei, & loquar verbis meis cum eo?) De iustitiæ suæ meritis non confidens, sed ad solam se spem postulationis conferens, subdit: Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Sed de ipsa quoque postulatione paudus adiungit: Et cùm inuocantem me exaudierit, non credo quòd audierit vocem meam. Cur tanta circunspectione trepidat, cur tanta sollicitudine formidat, nisi quia terrorem iudicis in extrema districtione considerat, & vim discussionis illius non ferens: omne quod gerit, esse sibi insufficiens pensat? Vnde & protinus subdit: In turbine enim conteret me. Caput. XVI.

PEccator quisque in turbine atteritur, qui erectus in tranquillitate videbatur: quia quem diu superna longanimitas tolerat, extrema iudicij seueritas necat: quæ rectè turbo dicitur, quia in elementorum commotione reuelatur, Psal
Psalm. 49. misto attestante, qui ait: Deus manifestè veniet, deus noster, &
C non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius
Naum. 1. tempestas valida. Vnde & Propheta quoque alius dicit: Dominus in tempestate & turbine viæ eius. In quo nimirum turbine idcirco iustus nequaquam conteritur, quia semper hic sollicitè metuit, ne conteratur. Perpẽdit nanque adhuc in præsentis vitæ itinere constitutus, humanis actibus exactor operum quàm districtus appareat: qui quosdam tunc reatu culpæ originalis astrictos, etiam sine operibus damnat. Vnde rectè vir sanctus ex humani generis voce, protinus adiũgit: Et multiplicabit vulnera mea, etiã sine causa.) Nõnulli etenim prius à præsenti luce subtrahuntur, quàm ad proferenda bona maláve merita actiuæ viæ, perueniant. Quos quia à culpa originis sacramenta salutis nõ liberant: & hic ex proprio nihil egerunt, & illuc ad tormenta perueniunt. Quibus vnum vulnus est, corruptibiliter nasci: aliud, carnaliter emori. Sed quia post mortem quoque æterna mors sequitur, occulto eis iustoq; iu-
Sine causa vulnera multiplicantur. dicio, etiam sine causa vulnera multiplicantur. Perpetua quippe tormenta percipiunt, qui nihil ex propria voluntate peccauerunt. Hinc nanque scriptum est: Non est mundus in conspectu eius, nec vnius diei infans super terram. Hinc per semet ipsam veritas dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu
Ioan. 3. sancto, non potest introire in regnum dei. Hinc Paulus ait:
Ephe. 2. Eramus natura filij iræ, sicut & cæteri. Qui itaque nullũ pro- D
prium adiungens, ex solo originis reatu premitur: quid iste in illo extremo examine, quantũ ad humani sensus æstimationẽ, nisi sine causa vulneratur? Sed tamen sub diuina districtione iustũ est, vt propago mortalis, velut infructuosa arbor, & in ramis seruet amaritudinem quam traxit ex radice. Ait ergo: In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea, etiam sine causa. Ac si apertè humani generis damna considerans dicat: Districtus iudex qua eos animaduersione trucidat, quos culpa propriæ actionis damnat, si & illos in æternũ percurit, quos reatus arbitrij nõ addicit? Quæ nimirum dicta, nec à beato Iob discrepare specialiter cognoscimus, si hæc quàm verè prolata sunt, indagamus. Semetipsum nanque subtiliter pensans, atque in omni actione diiudicans: supernæ districtionis vim quanta sollicitudine pertimescat, insinuat dicẽs: In turbine enim conteret me. Ac si apertè dicat: Idcirco hunc semper, & in tranquillitate timeo: quia per flagella qualis in turbine veniat, non ignoro: Quæ flagella scilicet & metuens præuidit, & præuidens pertulit. Vnde subiũgit: Et multiplicabit vulnera mea etiã sine causa. Vt enim sæpe iã diximus, nequaquam beatus Iob percussus est: vt in eo percussio vitiũ tergeret, sed vt meritũ augeret. Vulneratũ se itaq; sine causa asserẽs, hoc de se foris loquitur, quod de illo veritas in occulto testatur, dicẽs: Commouisti me aduersus eum, vt affligerem eum frustra. Vir ergo sanctus superbè non dicit, quod veraciter dicit: nec per hæc verba à rectitudine discrepat, per quæ à iudice non discordat, qui eorundẽ protinus vulnerum continuationẽ exprimit, E
cùm subiungit: Non concedit quiescere spiritum meum, & implet me amaritudinibus. Caput. XVII.

SAepe iustis exercitium virtutis est, sola exterius aduersa tolerare. Sed vt eorum vires certamen plenæ probationis erudiat, hos nonnunquam & foris torméta lacerant, & intus tentamenta castigant. Vnde vir sanctus impletum se amaritudinibus asserit: quia cùm flagella exterius tolerat, illud est grauius quod de tẽtatione aduersarij in intimis portat. Sed inter hæc mitigat vim doloris, considerata æquitas & potẽtia ferientis. Vnde subiũgit: Si fortitudo quæritur, robustissimus est: si æquitas iudicij, nemo pro me audet testimoniũ dicere.) Ille quippe vitæ causas examinat, qui has per alienũ testimoniũ non explorat: quia qui districtus quandoq; ostenditur illator pœnæ, ipse diu tacitus extitit testis culpę. Hinc enim per prophetam dicitur: Ego sum iudex & testis. Hinc rursum ait: *Hiere. 29.* Tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar. Parturiens nanq; cum dolore eiicit, quod diu in abditis cum pondere portauit. Post longum ergo silentium, sicut parturiens, dominus loquitur: quia quod apud se nunc tacitus tolerat, in vl- *Esa. 42.*
tione quãdoque iudicij quasi cum dolore manifestat. Sed requirendum nobis est, iste vir iustus, si pro eo testimonium di F
cere quisquam præsumeret, nunquid hunc à reatu liberaret? Et si huic alius testimonium non impendit, nũquid ad proferendum pro se testimonium saltem ipse conualescit? Sequitur: Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit.) Ac si apertè dicat: Quid de aliis loquar, qui ipse de me testimonium ferre nõ valeo? Sed quia innocentiæ tuæ testificari non sufficis, nũquid hoc ipsum, quia innocentiam habeas, scis? Subdit:

Quanta sit homini in sui cognitione difficultas, & quòd recta quæ agimus, sciendo nescire debeamus.

Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea.) Plerũque si scimus bona quæ agimus, ad elationem ducimur: si nescimus, minimè seruamus. Quis enim aut de virtutis suæ conscientia non quantulumcunque superbiat? Aut quis rursum bonum in se custodiat, quod ignorat? Sed contra vtraque quid supereſt, nisi vt recta quæ agimus, sciendo nesciamus: vt hęc & recta æstimemus, & minima: quatenus & ad custodiam sensificet animum scientia rectitudinis, & in tumorem non eleuet æstimatio minorationis? Caput. XVIII.

SEd sunt nonnulla quæ sciri à nobis facilè nequeunt, etiã cùm geruntur. Nam sępe recto studio contra delinquentium culpas accendimur: & cùm vltra æquitatis metas per iram rapimur, hoc zelum iustæ districtionis æstimamus. Sæpe officium prædicationis assumimus, vt per hoc fraternæ

vtilitati

G vtilitati ſeruiamus: ſed niſi placeamus cui loquimur, nequaquã libenter accipitur quod prædicamus. Cumque placere mens vtiliter ſtudet, ad amorem laudis propriæ turpiter defluit, & quæ à captiuitate vitiorum alios curabat eruere, ipſa ſuis fauoribus incipit captiua ſeruire. Quaſi latrunculus quippe eſt appetitus laudis humanæ, qui recto itinere gradientibus ex latere iungitur, vt ex occultis educto gladio gradientium vita trucidetur. Cumque propoſitæ vtilitatis intentio ad ſtudia prauata deducitur: horrendo modo vnum idemque opus culpa peragit, quod virtus inchoauit. Sæpe & ab ipſis exordiis aliud cogitatio expetit, aliud actio oſtendit. Caput. XIX.

SAepe ſe fidelẽ ſibi, nec ipſa cogitatio exhibet, quia aliud ante oculos mentis verſat, & longè ad aliud ex intentione feſtinat. Nã plerunque nonnulli terrena præmia appetunt, & iuſtitiam defendunt: ſeque innocentes æſtimãt, & eſſe defenſores rectitudinis exultant. Quibus ſi ſpes nũmi ſubtrahitur, à defenſione protinus iuſtitiæ ceſſatur: & tamen defenſores iuſtitiæ ſe cogitant, ſibique ſe rectos aſſerunt, qui nequaquam rectitudinem, ſed nummos quærunt. Contra quos bene
Deute. 16. per Moyſen dicitur: Iuſtè quod iuſtum eſt, exequeris. Iniuſtè quippe quod iuſtum eſt exequitur, qui ad defenſionem iuſtitiæ, non virtutis æmulatione, ſed amore præmij temporalis excitatur. Iniuſtè quod iuſtum eſt exequitur, qui ipſam quam prætendit iuſtitiam vænũdare minimè veretur. Iuſtè ergo iuſtum exequi, eſt in aſſertione iuſtitiæ eandem ipſam iuſtitiam
H quærere. Sæpe recta agimus, & nequaquam præmia, nequaquã laudes ab hominibus expectamus: ſed tamen mens in ſui fiducia erecta, his à quibus nihil expetit, placere cõtemnit, eorũ iudicia deſpicit, ſeque malè liberam per abrupta elationis rapit, & inde ſub vitio peius obruitur, vnde quaſi deuictis vitiis nullis ſe appetitionibus ſubiacere gloriatur. Sæpe dũ noſmetipſos plus iuſto diſcutim', de ipſo diſcretionis ſtudio indiſcretius erramus, & mentis noſtræ acies quo plus cernere nititur, obſcuratur: quia & qui importunè Solis radios aſpicit, tenebreſcit: & inde nihil videre compellitur, vnde videre amplius conatur. Quia igitur ab inquiſitione noſtra torpentes nos omnino neſcimus, aut ſi ſubtili nos diſcuſsione requirimus, plærunque inter vitia virtutesque caligamus: rectè nunc dicitur:

Etiã ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea.) Ac ſi apertè diceretur: Conditoris contra me iudicia qua temeritate redarguo, qui ipſum me ex infirmitatis caligine ignoro?
Abac. 3. Vnde bene per Prophetam dicitur: Dedit abyſſus vocem ſuã ab altitudine phantaſiæ ſuæ. Abyſſus quippe phantaſiæ altitudinem portat, cùm humanus animus, immenſa cogitatione ea liginoſus, ſemetipſum etiam diſcutiendo non penetrat. Sed ab hac altitudine vocem dare, eſt: quia dum ſe deprehendere nõ poteſt, cogitur in admirationem conſurgere: vt eo perſcrutari non audeat, quod ſuper ipſum eſt: quo incomprehenſibilitatẽ ſuam ipſe cogitans, nõ valet inuenire quod eſt. Sed iuſtorum corda, quia ad perfectũ ſe examinare nequeunt, ægre hoc exi-
I lium cæcitatis ferunt. Vnde & bene ſubditur: Et tædebit me vitæ meæ.) Tædet iuſtum viuere, quia & operando vitam nõ deſinit quærere: & tamen eiuſdem vitæ ſuæ meritum non valet inuenire. Libram quippe examinis à ſinu intimæ æquitatis trahit, & inde in ſe erga effectum inuentionis deficit, vnde ſuper ſe raptus ad vim inquiſitionis excreſcit. Sed eſt conſolatio noſtræ caliginis, reducta ad animum iuſta, & incomprehenſibilis potentia conditoris: quæ & iniquos ſine vltione non deſerit, & rectorum iuſtitiam incomprehenſibilitatis immenſitate tranſcendit. Vnde & aptè ſubiungitur:

Quòd iudicium diuinum, nec peccator, nec iuſtus effugiat, & quòd quantalibet iuſti ſimplicitas fuerit, ipſa diuinæ magnitudinis ſimplicitate ſuperetur.

Vnum eſt quod locutus ſum, & innocentem & impium ipſe conſumit.) Innocens à creatore conſumitur: quia quantalibet eius ſimplicitas fuerit, diuinæ magnitudinis ſimplicitate ſuperatur*. Quanuis enim ſimplicitatem ſtudioſè ſeruemus, ex cõſideratione tamen intimæ puritatis oſtenditur, quòd hæc ipſa quam agimus, ſimplicitas non ſit. Impius quoque à conditore conſumitur, quia deo cuncta mirabiliter ordinante, ipſis ſuis verſutiis eius impietas ligatur. Nam inde ſe ſuppliciis & neſciens implicat, vnde ſe aliquid facere ſcienter exultat. Quia igi-

**al. deuoratur.*

tur omnipotens deus, & bonorum innocẽtiam ſimplicitatẽq; K ſuperat, & malorum aſtutiam penetrans damnat, rectè nunc dicitur: Vnum eſt quod locutus ſum, & innocentem, & impiũ ipſe conſumit. Ac ſi apertè diceretur: Hoc apud me verbũ cogitationis protuli: quia nec innocens, ſi diſtrictè diſcutior, apparebo: nec impius ſi apud me latere voluero, à ſuperni examinis acumine abſcõdor: quoniam diſtrictus iudex cuncta comprehendens, occulta malitiæ mirabiliter penetrat, & ſuis hanc inuentionibus bene ordinans damnat. Vel certè & innocentẽ & impium ipſe conſumere dicitur: quia quanuis in meritis vitæ diuiſi ſint, primæ tamen culpæ merito æquè ad carnis interitum pertrahuntur. Vnde & per Salomonem dicitur: Moritur doctus ſimiliter vt indoctus. Et rurſum: Cuncta ſubiacent vanitati, & omnia pergunt ad vnum locũ. De terra facta ſunt, & in terram pariter reuertuntur. Sequitur:

Quòd cùm ſancti à preſſuris liberari deſiderant, deus in eorum patientia & mortificatione delectatur.

Si flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentum rideat.) Quis hæc non per ſuperbiam prolata crederet, niſi ſententiã iudicis audiret qui ait: Nõ eſtis locuti coram me rectũ, ſicut ſeruus meus Iob? Reſtat ergo vt nullus auctoris verba reprehẽdere audeat, quę conſtat quia iudex laudat. Sed tãto in intimis ſuis cautius ſubtiliusq; rimanda ſunt, quãto durius foris ſonãt.

Caput. XX. L

VIr etenim ſanctus humani generis damna cõſiderans, vnde & quo venerint pẽſans, qꝫ homo pollicente aduerſario, boni maliq; ſcientiam appetens ſcire, perdidit etiam ſemetipſum, ita vt veraciter dicat: Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ignorabit anima mea: qꝫ poſt expulſionis pœnã flagella quoq; corruptionis ſuſtinet, & adhuc ad carnis, vel certè ad mentis interitum etiam poſt tormentum tendit, vt rectè dicat: Et innocentem & impium ipſe conſumit: mediatoris contra hęc gratiam requirit, dicẽs: Si flagellat, occidat ſemel. Nos enim quia & à deo mente receſsimus, & carne ad pulueremredimus, pœna duplę mortis adſtringimur. Sed venit ad nos qui pro nobis ſola carne moreretur, qui ſimplam ſuam duplæ noſtræ iungeret, & nos ab vtraque morte liberaret. De qua per Paulum dicitur: Quòd autem mortuus eſt pro peccato, mortuus eſt ſemel. Dãna ergo vir ſanctus noſtræ corruptionis aſpiciat, & vnã quę duas noſtras deſtruat, mortem mediatoris quęrat, atq; hanc deſiderans dicat: Si flagellat, occidat ſemel. Sed ecce quaſi humilitati renititur, quod protinus ſubinfertur: Et non de pœnis innocentum rideat. Quod tamen valde humillimum ſine difficultate cognoſcimus, ſi humili hoc mente pẽſamus. Cunctis etenim liquet, qꝫ omne deſiderium pœna eſt, cùm differtur: Salomone quoque atteſtante qui ait: Spes quæ differtur, affligit animam. Ridere autem dei, eſt humanę nolle afflictioni miſereri. Vnde per Salomonẽ rurſum dominus reprobis in culpa durãtibus dicit: Ego quoq; in interitu veſtro ridebo, id eſt, afflictioni veſtræ nulla pietate compatiar. Ante redemptoris igitur aduentum, pœnam ſuam electi omnes habuerũt: quia æſtuante deſiderio, incarnationis eius myſterium videre cupierunt: ipſo atteſtante, qui ait: Multi, dico vobis, iuſti & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & nõ viderunt. Pœnę itaq; innocentum, ſunt deſideria iuſtorũ. Quouſq; ergo electorum ſuorum vota dominus non compatiens diſtulit, quid aliud ꝯ innocentum pœnas riſit. Itaq; vir ſanctus venturi redemptoris dona cõſiderãs, & votorum ſuorũ dilationem patienter* tolerans dicat: Si flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentũ rideat. Ac ſi apertè exoret, dicens: Quia vita noſtra quotidie flagello vindictæ pro culpa atteritur: ille iam veniat, qui pro nobis ſemel ſine culpa moriatur: vt de innocentũ pœnis deus vltra nõ rideat, ſi ipſe carne paſsibilis appareat, in cuius ſe deſideriis mens noſtra caſtigat. Caput. XXI.

VEl certè ſi riſum dei, eius lætitiam appellat: de innocentum pœnis ridere dominus dicitur: quia quo à nobis ardentius quæritur, eo de nobis ſuauius lætatur. Quaſi quoddam quippe ei ex pœna gaudium facim', cùm per ſancta deſideria pro eius nos amore caſtigamus. Hinc Pſalmiſta ait: Conſtituite diem ſolennem in confrequentationibus, vſque ad cornu altaris. Solennem nãque domino diem in confrequentationibus conſtituit, quiſquis ſe aſsiduè in eius

deſiderio

A desiderio affligis. Qui nimirum solennitatis dies vsque ad altaris cornu tendi præcipitur: quia tandiu necesse est vt quisq; se afficiat, quousque ad superni sacrificij altitudinem, id est, ad æterna gaudia pertingat. Iustus igitur vir, quia impleri desiderium suum appetit, non differri, humiliter dicit: Non de pœnis innocentum rideat. Ac si diceret: Vota nostra libenter accipiens, vltrà non differat, sed ostendendo exhibeat eum, qui nos in sua expectatione castigat. Quia verò eũ specialiter beatus Iob occidi semel petuit, qui carnis solius mortem in mundi pro nobis fine tolerauit: protinus aperit, qui ipsum quoque ordinem eius passionis adiũgit, dicens: Terra data est in manus impij, vultum iudicum eius operit.) Quid nanq; terræ nomine, nisi caro exprimitur? Quis appellatione impij, nisi diabolus designatur? Huius impij manus fuerunt hi qui in redemptoris nostri morte grassati sunt. Terra itaque data est in manus impij, quia antiquus hostis redemptoris mentem corrumpere per se tentando non valuit: sed eius carnem per suos satellites ad triduum permissus extinxit, & dispensationem supernæ pietatis nesciens, ex hac ipsa permissione seruiuit. Tribus enim redemptorem nostrum tentationibus pulsans, cor dei temerare non valuit. Sed Iudæ mentem ad mortem carnis eius excitauit, cúmque ei cohorté atque à Pontificibus & Pharisæis ministros tradidit, nimirum iste impius manus ad terrã tetendit. Huius terræ iudices, sacerdotes & principes, Pilatus
B atque illusores milites fuerunt. Iste itaque impius vultum iudicum eius operuit, quia corda persequentium ne auctorem suũ cognoscerent, malitiæ nubilo velauit. Vnde & per Paulum di
2. Cor. 3. citur: Vsque in hodiernum diem cùm legitur Moyses, vela-
2. Corin. 2. men est positum super cor eorum. Qui rursus ait: Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Vultus ergo iudicum opertus extitit, quia mens persequentium eum quem carne tenere potuit, deum nec per miracula agnouit. Quia verò antiquus hostis cum iniquis omnibus vna persona est: sic plærunque scriptura sacra de iniquorum capite, id est, diabolo loquitur; vt repentè ad eius corpus, id est, ad sequaces illius deriuetur.

Caput. XXII.

POtest ergo nomine impij, infidelis ac persecutor populus designari, cui & hoc congruit omnino quod subdit: Quòd si non ille est: quis ergo est?) Ac si apertè diceretur: Quis vnquam impius esse putandus est, si ille populus qui ipsam pietatem persequutus est, impius non est? Sed considerata vir sanctus Iudaicæ plebis perfidia, ad semetipsum mentis oculos reuocat: dolet quòd videre nequeat quẽ amat: mœrore afficitur, quia ex præsenti mundo antè subtrahitur, quàm salus mundi reueletur. Vnde & subdit:

Quòd antiqui patres fuerint, quasi portatores pomorum, prænunciantes Christum, & odorem Euangelij futuris gentibus porrigẽtes.

C Dies mei velociores fuerunt cursore, fugerunt, & non viderunt bonum.) Cursoris quippe officium est secutura nunciare. Omnes igitur electi, qui ante aduentum redemptoris orti sunt, quia hunc aut audiendo tantummodo, aut etiam loquendo nunciarunt, quidam quasi in mundo cursores fuerũt. Sed quia ante præstolatum redemptoris tẽpus se subtrahi præuident, transire se cursore velocius dolent: diesq́ suos esse breues ingemiscunt, quia vsque ad videndam redemptoris lucem minimè tenduntur. Vnde aptè dicitur: Fugerunt, & non viderunt bonum. Omnia quæ creata sunt, bona sunt: Moyse
Gene. 1. attestante, qui ait: Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Sed hoc solum bonum principaliter bonum est, per quod hæc omnia bona sunt, quæ bona non principaliter exi-
Luc. 18. stunt. De quo bono veritas per Euangelium dicit: Nemo bonus, nisi solus deus. Quia igitur antiquorũ patrum prius dies finiti sunt, quàm mundo deus in carne monstraretur, rectè nunc de eisdem diebus dicitur: Fugerunt, & non viderunt bonum. Ac si apertè diceretur: Ante expectatum tempus elapsi sunt, qui ad redemptoris præsentiam peruenire nequiuerunt. Vnde & adhuc subditur: Pertransierunt quasi naues poma portantes.) Hi qui poma deferentes maria trãsmeant: ipsi quidem fructuum odore perfruuntur, sed eorundem fructuum aliis cibos ferunt. Quid igitur antiqui patres, nisi naues poma portantes extiterunt? Qui diuinæ incarnationis mysterium prophetantes, ipsi quidem spei odore potiti sunt, sed nobis fructum de eiusdem spei perfectione detulerunt. Quod enim illi D
expectando odorati sunt, hoc nos cernendo & percipiendo satiamur. Vnde & redemptor eisdem discipulis dicit: Alij labo- Ioan. 4.
rauerunt, & vos in labores eorum introistis. Quorum videlicet dies comparantur nauibus: quia decurrunt. Et rectè poma portantibus: quia electos omnes quos ante redemptoris præsentiam gestauerunt: per prophetię valuerunt spiritum expectatione refouere, non autem manifesta exhibitione reficere. Vel certè, quia naues cùm poma portant, hæc paleis admiscẽt, vt ad terras illæsa perducant: rectè patrum precedentium dies describuntur nauibus poma portãtibus similes, quia antiquorum dicta, in eo quòd mysteria spiritalis vitæ denunciant, per interfusam hæc historiæ stipulam seruant, & opertum nobis fructum spiritus deferunt, cùm carnalia loquuntur. Sæpe nanque dum quædam narrant propria, ad diuinitatis eleuantur arcana. Qui crebro etiam cùm altitudinem diuinitatis aspiciunt, ad incarnationis eius mysterium repentè funduntur. Vnde adhuc aptè subiungitur:

Caput. XXIII.

SIcut aquila volans ad escam.) Moris quippe est aquilæ, vt irreuerberata acie radios solis aspiciat: sed cùm refectionis indigentia vrgetur, eandem oculorum aciem quam radiis solis infixerat, ad respectum cadaueris inclinat: & quãuis ad alta euolet, pro sumendis tamen carnibus terram petit. Sic videlicet sic antiqui patres fuerunt, qui inquantum humanitatis infirmitas admittebat, creatoris lucem erecta mẽ- E
te contemplati sunt: sed incarnandum hunc in mundi fine prę scientes, quasi à solis radiis ad terram oculos deflexerunt. Et quasi de summis ad ima veniunt, dum hunc deum supra omnia, & hominem infra omnia agnoscunt. Quem pro humano genere dum passurum moriturumq́ conspiciũt, qua scilicet morte semetipsos refici, atque reformari ad vitam nouerunt, quasi more aquilę post contemplatos Solis radios, in cadauere escam quærunt. Libet spectare aquilam solis radios intuentem, quæ ait: Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Sed Esaiæ. 9.
ab alto volatu celsitudinis ad terras veniat, escam cadaueris inferius inquirat. Paulòpost etenim subdidit, dicens: Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Et rur- Esaiæ. 53.
sum: Et homo est, & quis cognoscet eũ? Subleuata ergo in diuinitate mens iusti, cùm dispensationis gratiam ex eius carne considerat, quasi à summis repentè, vt aquila ad escam volat. Sed ecce ille Israëliticus populus immenso dudum prophetiæ spiritu infusus, eiusdem prophetiæ dona perdidit: atque in ea fide quam præuidendo nunciauerat, non permansit, & à se redemptoris præsentiam negando repulit, quam cunctis se sequentibus prænunciando declarauit. Vnde & aptè protinus per compassionem ad eorum quoque duritiam sermo cõuertitur, atque ab eis quomodo prophetiæ gratia subtrahatur, indicatur. Nam subditur: Cùm dixero, nequaquam ita loquar, commuto faciem meam, & dolore torqueor.) Plebs quippe F
Iudaica loqui, vt prius noluit, quę eum quem prædixerat, negauit. Sed cõmutata facie, torquetur dolore, quia dum interni sui hominis aspectum, quo agnosci à conditore poterat, fœditate perfidiæ polluit, à præsentibus malis incipiens, sub æterna vltione se damnauit. Quasi enim commutata facie ab auctore non cognoscitur, quæ perdita bonæ conscientiæ fide reprobatur. Sed nimirum restat, vt suppliciorum dolor torqueat, quam suus non cognoscens conditor ignorat. Quia igitur hęc sub redemptoris nostri significatione transcurrimus, núc moraliter discutiendo replicemus. Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt, & non viderunt bonum. Sicut sæpe iam diximus, sic primus homo conditus fuit, vt per augmenta temporum tendi posset eius vita tantũmodo, non euoluit: sed quia sponte ad culpam decidit: quo attigit vetitum, pertulit decursum, quem nunc homo præsentis vitæ desiderio oppressus, indesinenter & tolerat, & optat. Ne enim finiatur, viuere appetit: sed per augmenta vitæ quotidie ad finẽ tendit. Nec deprehendi valet, increméta temporum q̃ nulla sint, nisi cùm repentè transacta finiuntur, quæ venientia longa videbantur.

Caput. XXIIII.

VIr igitur sanctus statum suæ conditionis aspiciat, & ex humani generis voce damna decursus ingemiscat, dicens: Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt,

& non

G & non viderunt bonũ.)Ac ſi apertè dicat: Ad hoc homo conditus fuit,vt bonum quod deus eſt, videre potuiſſet: ſed quia ſtare ad lucem noluit, fugiendo oculos amiſit: quia quo per culpam cœpit ad ima decurrere, eo cæcum cæcitatem pertulit, ne intimum lumen videret. De quibus adhuc diebus aptè ſubiungitur: Pertranſierunt quaſi naues poma portantes.) Naues cùm poma portant,fructus terræ, videlicet per fluctus ferunt. Terra verò hominis paradiſus extitit,quæ hunc incon cuſſum tenere potuit, ſi per innocentiam ſtare voluiſſet. Sed quia ad mutabilitatis vndas per culpam cecidit, ad præſentis vitę maria poſt terram venit. Poma etiam terrę huius fuerunt mandati ſermo,conceſſa poſsibilitas operis,naturæ indita intelligentia conditoris. Sed hæc poma quæ edere in terra renuimus,per maria iam portamus:quia conceſſa bona tot munerũ inconcuſsi cuſtodire in paradiſo noluimus,& ſeruare nunc in tentationibus conamur. Tendentes ad terminum aura vitę præſentis impellimur, mutabilitatis noſtræ fluctu fatigamur. Sed quia per crucis myſterium ad ingenita naturæ bona reſtringimur, quaſi per lignum poma portamus. Quod tamen intelligi,& aliter poteſt. Naues etenim cùm poma portãt,ſuauitatem odoris habent,ſed grauitatem ponderis non habent. Et humanum genus à paradiſi gaudiis expulſum,vim contemplationis perdidit,robur conditæ fortitudinis amiſit: cumque ad ſuperna repetenda ſe erigit, fragrat quidem odore memo-
H riæ,ſed dignè non exerit pondus vitæ. Pomorum ergo odoribus repletur,& tamen huc illucque leuiter mentis noſtræ nauis impellitur: quia & paradiſi celſitudinem cum odoris recordatione meminimus, & importunos tentationum fluctus ex carne toleramus. Vnde & aptè ſubiungitur:

Caput. XXV.

SIcut aquila volans ad eſcam.) Aquila etenim alto valde volatu ſuſpenditur,& anniſu præpeti ad ęthera libratur, ſed per appetitum ventris terras expetit,ſeſeque à ſublimibus repentè deorſum fundit. Sic ſic humanum genus in parente primo, ad ima de ſublimibus corruit. Quod nimirum conditionis ſuæ dignitas in rationis celſitudine quaſi in aëris libertate ſuſpenderat: ſed quia contra præceptum, cibum vetitum contigit, per ventris concupiſcentiam ad terras venit: & quaſi poſt volatum carnibus paſcitur, quia illa libera contemplationis inſpiracula perdidit,& deorſum corporeis voluptatibus lætatur: Sicut ergo aquila volans ad eſcam: dies noſtri velociter tranſeunt:quia quo ima petimus,eo ſubſiſtere in vita prohibemur. Sed cùm hæc ante mentis oculos continua cogitatione reuoluimus, duris taciti quæſtionibus vrgemur: cur omnipotens deus condidit quem periturum eſſe præſciuit?cur is qui ſummè potens & ſummè bonus eſt,nequaquam voluit hominem talem facere,qui perire non poſſet? Cùm verò hæc tacita mens interrogat, pauet ne ipſo interrogationis
I auſu in ſuperbiam erumpat,ſeque humiliter comprimit,& cogitationes ſuas reſtringit. Sed eo grauius affligitur, quo inter mala quæ ſuſtinet,etiam de conditionis ſuæ abſcondito intellectu cruciatur. Vnde hîc quoque aptè ſubiungitur: Cum dixero, nequaquam ita loquar, commuto faciem meã, & dolore torqueo.) Nequaquam quippe nos ita debere loqui dicimus, cùm noſtræ infirmitatis modum ex inquiſitione tranſeuntes, noſmetipſos pauore reprehendimus,& ſupernæ reuerentię conſideratione refrenamus. In qua refrenatione ſcilicet mentis noſtræ facies commutatur: quia quæ prius non capiẽs audenter ſumma requirebat, infirmitatem ſuam poſtmodum agnoſcens,venerari inchoat quod ignorat. Sed in ipſa commutatione dolor eſt,quia valde affligitur,quoniam primæ culpæ merito ad intelligenda ea quæ de ipſa ſunt,cæcatur. Quæ patitur,iuſta eſſe conſiderat. Pauet ne in dolore per licentiam locutionis excedat. Ori ſilentium indicit,ſed tacitus dolor eoipſo quo reſtringitur,augetur. Dicat ergo:Cum dixero, nequaq; ita loquar,commuto faciem meam,& dolore torqueor. Quia tunc grauius plærunque affligimur,cùm quaſi per conſolationis ſtudium, afflictionis noſtræ nobis conamur mala leuigare. Sed quiſquis iam ſubtiliter parentis primi damnatione propagata,humani generis damna conſiderat, ſupereſt vt his adiungere propria metuat. Vnde vir ſanctus poſtquam communia intulit, repentè ſpecialia ſubiungit dicens:

Quantum timere debeat qui ſcienter peccat,cùm Iob tantis virtutum teſtimoniis approbatus, ſua opera vereatur, & quòd fraus tribus modis committatur. K

Verebar omnia opera mea, ſciens quia non parceres delinquenti.) Quæ beatus Iob opera exercuit,ſacræ huius hiſtoriæ textus oſtendit. Holocauſtis quippe multiplicibus auctorem placare ſtuduit, quia iuxta filiorũ numerum, vt ſcriptum eſt, conſurgens diluculo, offerebat holocauſta per ſingulos: eóſque non ſolum ab immundis actibus,ſed à praua quoq; cogitatione mũdabat. De quo ſcriptura teſte perhibetur. Dicebat enim: Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint deo in cordibus ſuis. Affectum ergo compaſsionis exercuit:quia ipſe de ſe amicorum quæſtionibus exactus,dicit:Flebam quódam ſuper eo qui afflictus erat. Miniſterium pietatis impendit,qui ait:Oculus fui cæco, & pes claudo. Caſtitatis munditiã in corde cuſtodiuit,qui obteſtando ſe aperit,dicẽs: Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere: Humilitatis culmen medullitus tenuit,qui dicit: Si contempſi iudicium ſubire cum ſeruo meo, & ancilla mea,cùm diſceptarent aduerſum me. Beneficia largitatis impẽdit,qui ait: Si comedi buccellã meam ſolus,& non comedit pupillus ex ea. Et rurſum: Si non benedixerint mihi latera eius,& de velleribus ouium mearum calefactus eſt. Gratiam hoſpitalitatis exhibuit, qui dicit: Foris non manſit peregrinus,oſtium meum viatori patuit. Et inter hęc ad virtutum cumulum per excellentiorem viam charitatis,& inimicos dilexit,qui ait:Si gauiſus ſum ad ruinã eius,qui me oderat. Et rurſum:Non enim dedi ad peccandum guttur meum,vt expeterem maledicens animam eius. Quid ergo vir ſanctus ſua opera verebatur,qui illa ſemper exhibuit, ex quibus placari deus, erga iniquitates ſolet? Quid ergo eſt quòd mira opera faciens, hæc ipſa etiam veretur pauens,cùm dicit: Verebar omnia opera mea:niſi quòd in ſancti viri actibus verbisque colligimus, vt ſi placere deo veraciter cupimus, poſtquam peruerſa ſubigimus, ipſa in nobis etiam bene geſta timeamus.

Caput. XXVI.

DVo quippe ſunt quæ in bonis operibus neceſſe eſt,vt ſtudioſè formidentur, deſidia videlicet,& fraus: Vnde & per prophetam apud vetuſtam tranſlationem dicitur:Maledictus omnis qui facit opus dei fraudulenter & deſidioſè. Sed ſciendum magnopere eſt,quia deſidia per torporẽ naſcitur,fraus per priuatam dilectionem. Illam nanque minor dei amor exaggerat,hanc autem malè mẽrem poſsidens, proprius amor creat. Fraudẽ quippe in dei opere perpetrat,quiſquis ſemetipſum inordinatè diligens,per hoc quod rectè egerit,ad remunerationis tranſitoria bona feſtinat. Sciendũ quoque eſt, ꝙ tribus modis fraus ipſa committitur, quia per hanc proculdubio,aut tacita cordis humani gratia,aut fauoris aura, aut res quælibet exterior deſideratur. Quo contra rectè de iuſto per prophetam dicitur: Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere. Quia enim non ſolum fraus in acceptione pecuniæ eſt,munus proculdubio vnum non eſt. Tres verò ſunt acceptiones munerũ,ad quas ex fraude feſtinatur. Munus náque à corde eſt,captata gratia à cogitatione. Mun' ab ore,eſt gloria per fauorem. Munus ex manu,eſt præmium per dationem. Sed iuſtus quiſque ab omni munere manus excutit: quia in eo quod rectè agit,nec ab humano corde inanem gloriam, nec ab ore laudem, nec à manu recipere donationem quærit. Solus ergo in dei opere fraudem non facit: qui cùm ad ſtudia bonæ actionis inuigilat, nec ad corporalis rei præmia,nec ad laudis verba,nec ad humani iudicij gratiã anhelat. Ipſa igitur bona noſtra,quia inſidiantis culpę euadere gladium nequeũt, niſi ſollicito quotidie timore muniantur, per ſanctum virum nunc rectè dicitur: Verebar omnia opera mea. Ac ſi humili confeſsione diceretur: Quæ apertè egerim, video:ſed quid in his latenter pertulerim, ignoro. L

Caput. XXVII.

SAepe enim bona noſtra latrocinanti fraude pereũt, quia rectis ſe noſtris actibus concupiſcentiæ terrenæ ſubiungunt. Sæpe deſidia interueniente deficiunt, quia à feruore quo cœpta ſunt, frigeſcente amore tabeſcunt. Quia ergo culpæ ſurreptio, vel in ipſo virtutis actu vix vincitur: quid ad ſecuritatem ſupereſt, niſi vt ſtudioſè ſemper, & in virtute timeatur? Sed poſt hæc valde ſcrupuloſum cordi ſe obtricit, Da-
quod

A quòd ſubiungit: Sciens quòd non parceres delinquenti.) Si enim delinquenti non parcitur, quis ab ęterna morte eripitur, cùm à delicto mundus nemo reperitur? An pœnitenti parcit, & delinquenti non parcit? Quia cùm delicta plangimus, nequaquam iam delinquentes ſumus. Sed quid eſt quòd Petrus cùm negat reſpicitur, & redẽptoris negati reſpectu, ad lachrymas vocatur? Quid quòd Paulus cùm redemptoris nomen in terra conaretur extinguere, eius verba de cœlo meruit audire? Sed tamen culpa in vtroque punita eſt: quia & de Petro, teſte Euangelio ſcriptũ eſt: Recordatus eſt Petrus verbi Ieſu quod dixerat: & egreſſus foras, fleuit amarè. Et de Paulo hęc eadem quæ hunc vocauit, veritas dicit: Ego oſtẽdam ei, quanta eum oporteat pro nomine meo pati. Delinquenti ergo dominus nequaquam parcit, quia delictum ſine vltione nõ deſerit. Aut enim ipſe hoc homo in ſe pœnitens punit, aut hoc deus cum homine vindicans percutit. Nequaquam igitur peccato parcitur, quia nullatenus ſine vindicta laxatur. Sic Dauid audire poſt confeſſionem meruit: Dominus tranſtulit peccatum tuũ. Et tamen multis pòſt cruciatibus afflictus ac fugiens, reatum culpæ quam perpetrauerat, exoluit. Sic nos ſalutis vnda à culpa primi parentis abſoluimur, ſed tamen reatum eiuſdem culpæ diluentes, abſoluti quoque adhuc carnaliter obimus. Bene ergo dicitur: Sciens quòd non parceres delinquenti, quia delicta noſtra ſiue per nos, ſiue per ſemetipſum reſecat, etiam cùm relaxat. Ab electis enim ſuis iniquitatum maculas ſtudet tem-
B porali afflictione tergere, quas in eis in perpetuum non vult vindicare. Sed ſæpe mens dum plus iuſto trepidat, dum pauore quatitur, dum ſiniſtris ſuſpitionibus vrgetur, tædet hanc viuere, quæ ſe ad vitam, vel per labores ambigit peruenire. Vnde & ſubſequenter adiungitur:

Quòd ſancti viri ita incerti ſunt, vt confidant: ita confidunt, vt tamen ex ſecuritate non torpeant.

Si autem & ſic impius ſum, quare fruſtra laborauí?) Si enim remota pietate diſcutimur, opus noſtrum pœna dignum eſt, quod remunerari prẽmiis præſtolamur. Vir igitur ſanctus ſub occulto iudicio trepidans dicit: Si autẽ & ſic impius ſum, quare fruſtra laborauí? Non quòd hunc laboraſſe pœnitet, ſed q incertus eſſe de præmiis, & inter labores dolet. Sciendum verò eſt, quòd viri ſancti ita incerti ſunt, vt confidant, atque ita confidunt, vt tamen ex ſecuritate nõ torpeant. Quia ergo plærunque mẽs, & impenſa rectis actibus trepidat: reſtat vt poſtquam bonum opus agitur, lachrymæ expiationis exquirãtur, quatenus ad ęterna præmia meritum recti operis ſubuehat humilitas poſtulationis.

Quòd quantalibet munditia ſancti fulgeant; tamen ex hoc corpore quod corrumpitur in quo ſunt, abominabiles ſe iudicant, & ex concupiſcentiarum ſordibus ſine quibus nõ ſunt, immundos ſe reputant.

Caput. XXVIII.

C SEd tamen ſciendum eſt, quia mundos nos ad perfectum reddere, vel vita, vel lachrymæ non valent, quouſq; nos mortalitas noſtræ corruptionis tenet. Vnde & aptè ſubiũgitur: Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mũdiſſimæ manus meæ, tamen ſordibus intinges me, & abominabuntur me veſtimenta mea.) Aquę enim niuis, ſunt lamenta humilitatis. Quæ profectò humilitas, quia ante diſtricti iudicis oculos cęteris virtutibus præeminet, quaſi per magni meriti colorẽ candet. Sunt nanque nonnulli qui lamenta habent, ſed humilitatem non habent, quia afflicti plangunt: ſed tamẽ in ipſis fletibus, vel contra proximorum vitam ſuperbiũt, vel contra ordinationem cõditoris eriguntur. Hi nimirum aquas habent, [ſed niuis aquas non habent:] & mundi eſſe nequeũt, quia humilitatis fletibus minimè lauantur. Aquis autem niuis
Pſal. 50. à culpa ſe lauerat, qui confidenter dicebat: Cor contritum & humiliatum deus non ſpernit. Qui enim lamentis affliguntur, ſed murmurando rebelles ſunt: mentem quidem cõterunt, ſed humiliari contemnunt. Quanuis aquæ niuis intelligi, & aliter poſsint. Aqua enim fontis & fluminis ex terra oritur, aqua verò niuis ex aëre proruit. Et ſunt plærique qui per orationum lamenta ſe cruciant: ſed tamen totis lamentorum laboribus ad ſola terrena deſideria exudant: compũguntur in precibus, ſed fœlicitatis tranſitorię gaudia requirunt. Hos itaque niuis aqua non abluit, quia eorum fletus ab imis venit. Quaſi enim ex ter D
ræ aqua perfuſi ſunt, qui pro terrenis bonis in precibus compunguntur. Qui verò idcirco plorant, quoniam præmia æterna deſiderant, aqua niuis hos diluit, quia cœleſtis compũctio infundit. Nam cùm perennem patriam per lamenta appetunt, eiuſque accenſi deſideriis plangunt, à ſummis accipiunt vnde mundentur. Per manus autem quid aliud quàm opera deſignantur? Vnde quibuſdam per Prophetam dicitur: Manus ve- *Eſa. 1.*
ſtræ ſanguine plenæ ſunt, id eſt, opere crudelitatis. Notandum verò, quòd vir ſanctus non ait: Fulſerint mundiſſimæ manus meę, ſed velut mundiſſimæ manus meæ: quia quouſque pœna corruptionis adſtringimur, quamlibet rectis operibus inſudemus veram munditiam nequaquam apprehendimus, ſed imitamur. Vnde & aptè ſubiungitur: Tamen ſordibus intinges me.) Deus nos ſordibus intingere dicitur, intinctos ſordibus demonſtrare: quia quanto ad illum verius per bona opera ſurgimus, tanto ſubtilius vitæ noſtrę ſordes agnoſcimus, quibus ab eius munditia diſcordamus. Ait ergo: Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ, tamen ſordibus intinges me. Ac ſi apertè dicat: Quanuis lamentis ſupernæ compunctionis infundar, quãuis per ſtudia rectæ operationis exerceat: in tua tamen munditia video, quia mundus non ſum. Intentam quippe deo animam, ipſa adhuc corruptibilis caro diuerberat, eiuſque amoris pulchritudinem obſcœnis & illicitis cogitationũ motibus fœdat. Vnde & ſubdit: E

Caput XXIX.

ET abominabũtur me veſtimenta mea.) Quid enim veſtimenti nomine, niſi hoc terrenum corpus exprimitur, quo induta anima tegitur, ne in ſubtilitatis ſuæ ſubſtantia nuda videatur? Hinc etenim Salomon ait: Omni tempore *Eccleſ. 9.*
ſint veſtimenta tua candida, id eſt, membra corporis à ſordidis actibus munda. Hinc Eſaias ait: Veſtimentum mixtũ ſan- *Eſaiæ. 9.*
guine, erit in combuſtionem. Sanguine quippe veſtimentum miſcere, eſt deſideriis carnalibus corpus inquinare. Quibus nimirum ſe pollui, Pſalmiſta formidauerat, cùm dicebat: Libera *Pſalm. 50.*
me de ſanguinibus deus, deus ſalutis meæ. Hinc voce angeli ad Ioannem dicitur: Habes pauca nomina in Sardis, quæ non *Apoc. 3.*
inquinauerunt veſtimenta ſua. More autem ſacri eloquij, veſtimenta noſtra nos abominari referuntur, quia abominabiles reddunt: ſicut per Petrum quoque de Iuda dicitur: Hic poſ- *Actorũ. 1.*
ſidebit agrum de mercede iniquitatis. Neque enim emptum precio ſanguinis, agrum figuli Iudas poſsidere potuit, qui relatis triginta argenteis, traditionis crimẽ criminoſiori in ſe protinus morte mulctauit: ſed poſſedit dictum eſt, poſsidere fecit. Ita hoc loco: Abominabuntur me veſtimẽta mea, dicitur: abominabilem facient, quia nimirum dum contra mentem membra ſuperbiunt, dum ſancti deſiderij ſtudia, tentationum ſuarũ tumultibus interrumpunt, in ipſo ſuo certamine poſita anima agnoſcit, quantum adhuc à diuinitate deſpicitur, quæ corruptionem ſuam plenè appetens tranſire, ſed non valẽs, fœdo pul F
uere cogitationis inquinatur. Hanc veſtimẽtorum abominationem ſenſerat, qui dicebat: Video aliam legem in membris *Roma. 7.*
meis, repugnantem legi mentis meæ: & captiuum me ducentẽ in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Hęc etiam veſtimenta in quibus perfectè placere non poterat: quandoque melius reſumenda, deponere feſtinè cupiebat, dicens: Infœlix ego ho *Ibidem.*
mo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Dicat ergo vir iuſtus: Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ, tamen ſordibus intinges me, & abominabuntur me veſtimenta mea: quia quantumlibet ad ſumma, ex compunctione contemplationis aſcenderit, quantumlibet in opere ſe per exercitium laboris accinxerit: indignum tamen adhuc aliquid de corpore mortis ſentit, & abominabilẽ ſe eſſe conſiderat in multis, quæ de pondere corruptionis portat.

Quòd graue tormentum ſit in cordibus electorum, quòd ſenſum ſui reprehenſoris non intelligunt.

Caput. XXX.

CVi hoc quoque fit grauius, quòd ſæpe neque hoc intelligit, vnde delinquit. Flagella ſuſcipit, ſed diſtricto iudici quid in ſe maius quiſve min⁹ diſpliceat, nõ agnoſcit. Vnde & ſubditur: Neq; enim viro qui ſimilis mei eſt reſpondebo: neque qui mecum in iudicio ex æquo poſsit audiri.) Dum

G ri.) Dum cum quolibet in iudicio ex æquo contendimus: & quid contra nos dicatur, agnoscimus: & in his quæ dicimus, audimur: & quo obiecta patenter apprehendimus, eo audenter ad proposita respondemus. Quia ergo inuisibilis iudex quæ facimus videt, quasi audit quæ dicimus: sed quia id quod ei displicet, nequaquam plenè cognoscimus, quasi quid ipse dicit ignoramus. Vir igitur sanctus vestimentorum suorum abominationem considerans, eo amplius timet, quo audiri in iudicio ex æquo non valet: quia quousq; corruptionis suę pondere premitur, hoc in sua grauius pœna tolerat, quòd & sensum sui reprehensoris ignorat. Ac si apertè dicat: In hoc ex æquo non audior, quia & patent cuncta quæ facio, & tamen ip se nescio per quanta reprehendor. Sequitur: Non est qui vtrũque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus.) Durum sonat, vt quæratur qui deum arguat, sed durum non erit si recurrat ad memoriam, quod ipse per alium prophetam
Esaiæ. 1. dicit: per Esaiã quippe admonet, dicens: Quiescite agere peruersè, discite benefacere, quærite iudiciũ, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam: & venite & arguite me, dicit dominus. Ei nanque quem arguimus, rationis auctoritate contrahimus. Et quid est quòd dominus agere sancta nos admonens adiungit: Venite & arguite me: nisi q; apertè insinuat, quãram bonis actibus fiduciam præstat. Ac si patenter dicat: Recta agite, & animaduersionis meę motibus nõ iam per de-
H precationis gemitum, sed per fiduciam auctoritatis obuiate.
1. Ioan. 3. Hinc etiam Ioannes dicit: Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum. Hinc est quòd Moyses, quia placet seruiens, auditur tacens, cùm silẽti dicitur: Quid clamas ad me? Hinc est quòd irascentem retinet, cùm audit: Dimitte
Exod. 14. me, vt irascatur furor meus contra populum istum. Hinc est
Exod. 32. quòd arguentem dominus non habuisse se queritur, cùm per
Ezech. 22. Prophetam dicit: Quæsiui virum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me, ne dissiparem eam, & non inueni.
Esa. 64. Hinc est quòd grauiter Esaias deplorat, dicens: Omnes nos cecidimus quasi folium, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos: non est qui inuocet nomen tuum, qui consurgat & teneat te. Sed possunt recti quilibet per acceptæ pœnitentiæ *meritum aliquando præsentis motibus animaduersionis obuiare: non autem valent virtute propria ab humano ge
al. innocentiæ. nere supplicia secuturę mortis expellere. Vir igitur sanctus humanum genus consideret quo defluxit, æternæ mortis damna conspiciat, cui nimirum constat, quia nequaquam iustitia humana contradicat: videat quàm peruersè homo deliquerit, videat quàm districtè conditor contra hominem irascatur, & mediatorem dei & hominis, deum & hominem requirat.

Quòd Christus ad nos deo patri placandos nouus homo venerit, contradictor ad culpam, amicus ad pœnam.

Caput. XXXI.

I QVem quia longè pòst venturum considerat, deplorans dicat: Non est qui vtrunque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus.) Redẽptor quippe humani generis, mediator dei & hominis per carnem factus, quia iustus in hominibus solus apparuit: & tamen ad pœnam culpæ, etiam sine culpa peruenit, & hominem redarguit ne delinqueret, & deo obstitit ne feriret: exempla innocentiæ præbuit, pœnam malitiæ susceptt. Patiendo ergo vtrunque arguit, qui & culpam hominis per iustitiam aspirando corripuit, & iram iudicis moriendo temperauit: atque in vtrisque manum posuit: quia & exempla hominibus quæ imitarentur præbuit, & deo in se opera, quibus erga homines placaretur, ostendit. Nullus quippe ante hunc extitit, qui sic pro alienis reatibus intercederet, vt proprios non haberet. Aeternæ igitur morti tanto quis in aliis obuiare non poterat, quanto hunc reatus de propriis adstringebat. Venit itaque nouus homo ad homines, contradictor ad culpam, amicus ad pœnã: mira monstrauit, crudelia pertulit. Manum ergo suam in ambobus posuit, quia vnde reum recta docuit, inde iratum iudicem placauit. Qui hoc quoque ipsis suis miraculis mirabilius præbuit, quia corda delinquentiũ mansuetudine potius quàm terrore correxit. Vnde & subditur:

Quòd à timore legis in libertatem Euangelij antiqui sancti transire optabant. Et quid sit quòd Helisæus non per Giezi, sed per seipsum Sunamitis filium suscitauit. K

Auferat à me virgam suam, & pauor eius non me terreat.) Per legem quippe virgam deus tenuerat, cùm dicebat: Si quis hęc vel illa fecerit, morte moriatur. Sed incarnatus virgam abstulit, quia vias vitę per mansuetudinem ostendit. Vnde ei per Psalmistam dicitur: Intende prospere procede & regna: propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam. *Psa.*

Caput. XXXII.

TImeri quippe quasi deus noluit, sed quasi pater vt amaretur inspirauit. Quod liquidò Paulus dicit: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Vnde hìc quoque aptè subiungitur: Loquar, & non timebo eum: neque enim possum metuens respondere.) Vir etenim sanctus, quia humani generis redemptorem venire mitem conspicit: non metum ad dominum, sed affectum ad patrem sumit, & timorem despicit, quia per adoptionis gratiam ad amorem surgit. Hinc Ioannes ait: Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Hinc Zacharias dicit: Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi. A peccati igitur morte timor nos suscitare non valuit, sed ad statum vitæ aspirata mansuetudinis gratia erexit. Quod bene in Heliseo Sunamitis filium suscitante signatur: qui cum baculo Puerum mittẽs, extincto filio vitam minimè reddidit: per semetipsum verò veniens, seque super mortuum sternens, atque ad eius membra se colligens, huc illucque deambulans, & in ore mortui septies aspirans: hunc ad rediuiuam lucem, protinus per ministerium compassionis anima uit. Auctor quippe humani generis deus, quasi mortuum puerum doluit: cùm extinctos nos iniquitatis aculeo miseratus aspexit. Et quia per Moysen terrorem legis protulit, quasi per puerum virgam misit. Sed puer cum baculo mortuum suscitare non valuit, quia Paulo attestante: Nihil ad perfectum duxit lex. Ipse autem per semetipsum veniens, & super cadauer se humiliter sternens, ad exæquanda sibi mortui membra se colligit: quia cùm in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens: in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Huc illucque ambulat, quia & Iudæã iuxtà & longè positas gentes vocat. Super mortuum septies oscitat, quia per apertionem diuini muneris, gratiæ septiformis spiritum in peccati morte iacentibus aspirat. Moxque viuens erigitur: quia is quem terroris virga suscitare non potuit, per amoris spiritum puer ad vitam rediit. Dicat itaque beatus Iob ex sua, dicat ex voce humani generis: Auferat à me virgã suam, & pauor eius non me terreat: loquar, & non timebo eum. Vbi aptè subiungit: Neque enim possum metuens respondere. Respondere quippe cuilibet dicimur, cùm factis illius signa opera repensamus. Deo ergo respondere, est donis eius præcedentibus, nostra obsequia reddere. Vnde & psalmi quidam in quibus sancta operatio imitanda proponitur, ad respondendum scripti prænotantur. Rectum itaque deus hominem condidit, eumque ad peruersa defluentem, cum longanimitate tolerauit: Quotidie culpas aspicit, & tamen viuendi spacia non citius abscindit: dona largitur benignitate sua, & erga malos vtitur patientia sua. Respondere homo tot beneficiis debet, sed tamen respondere metuens, non valet: quia humani generis conditorem qui adhuc seruiliter formidat, procul dubio non amat. Nam tunc solum deo vera obsequia reddimus, cùm eum propter amoris fiduciam non timemus, cum nos ad bona opera affectus, non metus dirigit, cùm malũ nostræ menti iam non placet, etiam si licet. Nam qui à peruersitatis opere ex timore restringitur, peruersa libenter ageret, si liceret. Nequaquam ergo veraciter rectus est, qui adhuc à prauitatis desiderio liber non est. Bene itaque dicitur. Neque enim possum metuens respondere: quia vera obsequia deo nõ reddimus, si ex timore mandatis illius, & non potius ex amore seruimus. Sed cum menti nostræ eius dulcedinis amor accenditur, omne desiderium præsentis vitę leuigatur, in tædium delectatio vertitur, atque hanc cum mœrore mens tolerat, cui vicia prius reprobo amore seruiebat: Vnde & aptè subditur:

Textus

A Textus beati Iob Caput decimum, sed libri
Morã moralis expositionis.
Caput. XXXIII.

TAedet animam meam vitæ meæ, dimittam aduersum me eloquium meum. Loquar in amaritudine animæ meæ, dicam deo: noli me cõdemnare. Indica mihi, cur me ita iudices? Nunquid bonum tibi videtur si calumnieris me, & opprimas me, opus manuum tuarum, & consiliũ impiorum adiuues? Nunquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu videbis? Nunquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora: vt quæras iniquitatem meam, & peccatũ meum scruteris: & scias quia nihil impium fecerim: cùm sit nemo, qui de manu tua possit eruere. Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu: & sic repẽtè præcipitas me? Memento quæso quòd sicut lutũ feceris me, & in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle & carnibus vestisti me, ossibus & neruis compegisti me. Vitã & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritũ meũ. Licèt hæc cæles in corde tuo, tamen scio quia vniuersorum memineris. Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris? Et si impius fuero, væ mihi est: & si iustus, non leuabo caput, saturatus afflictione & miseria. Et propter superbiam quasi leænã capies me, reuersusq; mirabiliter me crucias. Instauras testes tuos cõtra me, & multiplicas irã tuam aduersum me, & pœnæ militant in me. Quare de vulua eduxisti me? qui vtinam consumptus essem, ne oculus me videret. Fuissem quasi nõ essem, de vtero translatus ad tumulũ. Nunquid nõ paucitas dierum meorũ finietur breui? Dimitte ergo me vt plangã paululum dolorem meum, antequã vadã & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine: terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Quòd sanctis præsens vita vilescit, cùm conditoris dulcedinem senserint: & quanto plus ei propinquant, tanto se amplius accusant.

C Tædet animam meam vitæ meæ.) Sed cùm præsens vita vilescere, cùm conditoris amor dulcescere cœperit: sese contra se animus accendit, vt accusare se de culpis debeat, in quibus se antè supernorum nescius defendebat. Vnde adhuc rectè subiungit: Dimittam aduersum me eloquium meum.) Quasi pro se eloquio suo vtitur, qui praua quæ gesit, defendere excusationibus conatur. Sed aduersum se eloquium dimittit, qui accusare in se hoc incipit quod errauit. Sæpe verò & cùm delinquimus, ea quoque quæ agimus diiudicamus. Accusat mens ipsa quod perpetrat, sed quia hoc ex desiderio minimè deserit, erubescit confiteri quod fecit. Cùm verò toto iam iudicio carnis delectationem premit, audaci voce in accusationis suæ confessione se erigit. Vnde rectè nunc dicitur: Dimittam aduersum me eloquium meũ: quia fortis mens relaxare contra se verba detestationis inchoat, quæ apud semetipsam prius infirmè verecundata retinebat. Sed sunt nonnulli qui apertis vocibus culpas fatentur, sed tamen in confessione gemere nesciunt, & lugenda gaudentes dicunt. Vnde & adhuc aptè subiungitur:

Quòd iram dei amaritudo præsentis pœnitentiæ extinguat.

Loquar in amaritudine animæ meæ.) Qui culpas suas detestando loquitur, restat vt has in amaritudine animæ loquatur: vt hæc ipsa amaritudo puniat, quicquid lingua per mentis iudicium accusat. Sciendum verò est, quia ex pœna pœnitentiæ quam sibi mens irrogat, aliquatenus securitatem percipit, atque ad interrogationem superni iudicis fidentior exurgit, vt semetipsam subtilius inueniat, & erga se quæque quomodo disponantur agnoscat. Vnde & protinus additur. Dicam deo, noli me condemnare. Indica mihi, cur me ita iudices?) Qui peccatorem se in amaritudine animæ asserit, quid deo aliud quàm ne condemnetur dicit? quia amaritudo præsentis pœnitentiæ, extinguit supplicia sequentis iræ. Duobus autem modis in hac vita hominem deus iudicat: quia aut per mala præsentia irrogare iam tormenta sequentia incipit, aut tormenta sequentia flagellis præsentibus extinguit. Nisi enim delictis exigentibus iustus iudex & nũc & postmodum quosdam percuteret, Iudas apostolus minimè dixisset: Secundò, eos qui non crediderunt, perdidit. Et de iniquis Psalmista nõ diceret: Induantur sicut diploide confusione sua. Diploidem quippe duplum vestimentum dicimus. Confusione ergo sicut diploide induti sunt, qui iuxta reatus sui meritum, & temporali & perpetua animaduersione feriuntur. Solos quippe pœna à supplicio liberat, quos immutat. Nam quos præsentia mala non corrigunt, ad sequentia perducunt. Si autem nequaquam quosdam pœna præsens à supplicio æterno defenderet, Paulus minimè dixisset: Cùm iudicamur à domino, corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Hinc voce angelica ad Ioannem dicitur: Ego quos amo, redarguo & castigo. Hinc etiam scriptum est: Quem diligit dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit.

D *Deus in hac vita iudicat duobus modis.*

Diplois.

1. Corin. 11.

Apoc. 3.

E *Hebr. 12.*

Caput. XXXIIII.

SAepe ergo mens iusti vt magis secura sit, altius trepidat: & cùm flagellis cingitur, superni iudicij incertitudine turbatur. Pauet ne initium sequentis damnationis sit omne quod patitur: & per cogitationem interrogat iudicem, qui de vitæ suæ meritis ambigit in percussione. Sed vitæ virtus cùm ad oculos mentis reducitur, quasi consolatio à iudice respondetur: quia nequaquam ad perdendum percutit, quem in actionis innocentia feriendo custodit. Bene itaque nunc dicatur: Indica mihi, cur me ita iudices.) Ac si apertè diceretur: Quia flagellando me iudicas, ostende quòd ad iudicium per flagella securum reddas. Quod tamen intelligi & aliter potest. Nam plærunque vir iustus flagella ad probationem percipit, & vitam suam subtilissima inquisitione discutiens, quanuis se peccatorem & sentiat & fateatur: pro qua tamen specialiter culpa percũtitur, minime cognoscit: atque eo magis in percussione trepidat, quo causas suæ percussionis ignorat. Petit vt semetipsum sibi iudex indicet, quatenus quod ille animaduertendo percutit, hoc in se flendo & ipse castiget. Scit nanque quòd æquissimus iudex iniustè quenquam nostrum nullo modo affligit, & magno metu concutitur: quia & dolet in verbere, & deprehendere in se perfectè non valet, quod deploret. Vnde adhuc subditur:

F

Quòd consilium diaboli totum sit in perditione generis humani.

Nunquid bonum tibi videtur si calumnieris & opprimas pauperem, opus manuum tuarum, & consilium impiorum adiuues?) Hoc nimirum sic per interrogationem dicitur, vt negetur. Ac si apertè diceretur: Tu qui summe bonus es, noui quia bonum non æstimas, vt pauperem per calumniam premas. Et scio ergò quia non est iniustũ quod patior, & eo magis doleo, quo causas iustitiæ ignoro. Notandum verò quòd non ait vt opprimas innocentẽ, sed pauperem. Qui enim districtione iudicis nequaquam innocentiam, sed paupertatem suam obiicit, nõ iam de vita audaciam arripit: sed quàm se infirmum conspiciat, ostendit. Vbi & congruè subiungit: Opus manuum tuarum. Ac si apertè dicat: Impiè opprimere non potes, quem te fecisse gratuitò recordaris. Bene autem subditur: Et consilium impiorum adiuues? Quos nanque hoc loco impios, nisi malignos spiritus vocat? Qui cùm redire ipsi ad vitam nequeunt, crudeliter socios ad mortem quærunt. Quorum nimirum consilium fuit, vt beatum Iob diuina correptio tangeret: vt qui in tranquillitate iustus extiterat, saltem per flagella peccaret. Sed impiorum consilium dominus

G non adiuuit:quia eorum tentationibus carnem iusti prodidit, animam negauit. Hoc indesinenter contra bonos consilium maligni spiritus incunt:vt hi quos seruire deo innocuè in tranquillitate conspiciunt,vexati aduersitatibus, ad voraginẽ culpæ rapiantur.Sed eorum consilij acumẽ destruitur, quia pius conditor cum viribus flagella moderatur, ne virtutem pœna transeat,& per astutiam fortium,humana infirmitas excedat.
1.*Corin.*10. Vnde & bene per Paulum dicitur:Fidelis autem deus, qui nõ patietur vos tentari suprà quàm potestis,sed faciet cum tentatione etiam prouentum,vt possitis sustinere. Nisi enim misericors deus cum viribus tentamẽta modificet,nullus profecto est qui malignorum spirituum insidias non corruens portet: quia si mensuram iudex tentationibus nõ præbet,eoipso protinus statem deiicit,quo vltra vires onera imponit. Sic autem beatus Iob negando requisiuit ista quæ protulit: sicut & requirendo negat ea quæ ilico subiungit,dicens:

Quòd ante omne tempus, qui semper est, in præsentia sibi cuncta conspiciat.

Nunquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo,& tu videbis? Nunquid sicut dies hominis,dies tui? & anni tui sicut humana sunt tempora:vt queras iniquitatem meam,& peccatum meũ scruteris:& scias quia nihil impium fecerim?) Oculi carnei facta temporum non nisi in tempore agnoscũt: quia & ipsi ad videndum cum tempore prodeunt, cum tempore clau-
H duntur, & humanus visus quodlibet opus sequitur,non præcurrit:quia vix existentia aspicit,& vẽtura nullo modo agnoscit.

Caput. XXXV.

DIes quoque & annĩ hominis à diebus & annis discrepant æternitatis: quia vitam nostram quæ tempore incipitur,tempore finitur, dum intra sinus sui latitudinem format,æternitas deuorat. Cuius nimirum immensitas quia vltra citraque super nos tẽditur,sine inchoatione & termino eius æternum esse dilatatur:eique nec transacta præteunt,nec adhuc ventura,quasi quæ non appareãt,desunt:quia is qui semper esse habet,cuncta sibi præsentia conspicit,cumque aspiciendo pòst & antè non tenditur, nulla intuitus mutatione variatur. Dicat ergo: Nũquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo,& tu videbis?Nunquid sicut dies hominis,dies tui,& anni tui sicut humana sunt tempora: vt quæras iniquitatem meam,& peccatum meum scruteris: & scias quia nihil impium fecerim? Ac si humiliter requirens diceret: Cur me in tempore per flagella examinas, quem apud te perfectè & ante tẽpora scisti? Cur culpas meas verberibus interrogas, quem per æternitatis tuæ potentiam nec priusquam conderes, ignoras? Cuius nimirum potentiæ mox põdus exprimit,cùm subiungit: Cùm sit nemo qui de manu tua possit eruere.) Ac si apertè dicat:Quid tibi restat nisi parcere, cuius virtuti nullus valet obuiare? Quo enim nemo est qui animaduersionem tuam ex merito suæ virtutis retineat,eo à se facilius tua pietas
I exigit,vt parcat. Quia autem nos in delictis cõcepti,in iniquitatibus æditi,aut noxiè praua perpetramus, aut incautè etiam recta agẽdo delinquimus:districtus iudex vnde nobis fiat placabilis,non habemus. Sed cùm nostrum opus eius obtutibus dignum exhibere non possumus: restat vt ad placationem illius suum ei opus offeramus. Vnde & subditur:

Manichæorum error destruitur, & dignitas conditionis humanæ commendatur.

Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu,& sic repentè præcipitas me?) Ac si ei humiliter dicat: Quia sub iusto examine dignum non est tua placatione quod feci,pẽsa misericorditer ne pereat quod fecisti. Quibus etiam verbis peruersum Manichæi dogma destruitur, qui duo esse principia mentiens,à deo spiritum, à satana verò carnem cõditam asserere conatur. Sanctus etenim vir prophetici spiritus gratia plenus,longè pòst ventura cõsiderat, & errorum genimina præuidens calcat,dicens: Manus tuæ plasmauerunt me, & fecerunt me totum in circuitu. Qui enim & plasmatum se & factum totum in circuitu à deo asserit, tenebrarum genti, nec in spiritu suo aliquid nec in carne derelinquit. Nã plasmatum se propter internam hominis imaginem retulit: factum vero totum in circuitu,in eo quòd ex carnis cõstat indumento, memorauit.

Caput. XXXVI.

NOtandum verò est:quia per hoc quòd se plasmatum K dei manibus asserit,misericordiæ iudicis,dignitatem suæ conditionis opponit. Quanuis enim per coæternum patri verbum cuncta creata sint: in ipsa tamen relatione creationis ostenditur:quantum cunctis animalibus, quantum rebus vel cœlestibus,sed tamen insensibilibus homo præferatur. Cuncta quippe dixit & facta sunt. Cùm verò facere hominem decernit,hoc quod reuerenter pẽsandum est præmittit, dicẽs: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem G nostram. Neque enim de eo sicut de rebus cæteris scriptũ est: Fiat,& factum est:neque vt aquę volatilia,sic terra hominem protulit:sed priusquàm faceret, faciamus dicitur: vt videlicet quia rationalis natura condebatur,quasi cum cõsilio facta videretur. Quasi per studium de terra plasmatur,& inspiratione conditoris in virtute spiritus vitalis erigitur, vt scilicet nõ per iussionis vocem,sed per dignitatem operationis existeret, qui ad conditoris imaginem fiebat. Quod igitur per conditionem homo elegãtius in terra creaturis cęteris accepit,hoc in flagello positus pietati sui opificis opponit,dicens: Manus tuæ plasmauerunt me,& fecerunt me totum in circuitu, & sic repentè præcipitas me? Ac si apertè dicat: Cur tanta vilitate despicis, quem cum tanta dignitate condidisti? Et quem ratione rebus cæteris præfers,cur ex dolore supponis? Sed tamẽ hæc eadem nostra dignitas fulget per imaginem,& longè distat à beatitudinis perfectione per carnem,quia dum spiritus miscetur pulueri,quodãmodo cõnectitur infirmitati. Quã scilicet infirmi- L tatem beatus Iob pietati iudicis obiicit,cùm subiungit:

Quòd homo ad veniam perueniat, cùm irremissibile sit peccatum diaboli.

Memento quæso quòd sicut lutũ feceris me.) Angelorum spiritus idcirco irremisibiliter peccauerunt: quia tanto robustius stare poterant, quanto eos carnis commixtio non tenebat. Homo verò idcirco pòst culpam veniã meruit: quia per carnale corpus aliquid quo semetipso minor esset, accepit. Vnde & apud respectum iudicis argumentum pietatis est hę eadem infirmitas carnis,sicut per Psalmistã dicitur: Ipse autem M est misericors,& propitius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos. Et multiplicauit vt auerteret iram suam ab eis,& non accendit omnem iram suã,& rememoratus est quia caro sunt. Vt lutum ergo homo factus est,quia de limo est ad conditionem sumptus. Lutum quippe fit,cùm se aqua terræ cõspergit. Sicut lutum itaque homo est conditus:quia quasi aqua infundit puluerem,cùm anima rigat carnem. Quod sanctus vir benè pietati iudicis obiicit,cùm postulãs dicit:Memento quæso quòd sicut lutum feceris me. Ac si apertè dicat: Infirmitatem carnis considera,& reatum iniquitatis laxa. Vbi aptè quoque mors eiusdem carnis adiungitur, cùm protinus subinfertur:

Et in puluerẽ deduces me.) Ac si patenter postulet,dicens: M Memento quæso quòd per carnem à terra venio, & per eius interitum ad terram tendo. Materiam itaque originis, & pœnam finis aspice,& culpæ citius transeuntis parce.

Quomodo deus hominem plasmat,plasmatum viuificat, viuificatum custodit.

Caput. XXXVII.

SEd quia qualitatem protulit hominis conditi,nunc subiungit ordinem propagati, dicens: Nónne sicut lac mulsisti me,& sicut caseum me coagulasti?Pelle & carnibus vestisti me, ossibus & neruis compegisti me.) Plasmatus quippe homo sicut lutum factus est, propagatus autem & sicut lac mulgetur semine, & sicut caseus coagulatur in carne. Carnibus & pelle induitur: ossibus neruisque solidatur. Per lutum ergo primæ conditionis qualitas, per lac vero, sequentis ordo conceptionis exprimitur, quia per coagulationis incrementa ducitur,vt paulisper in ossa roboretur. Sed angusta dei laus est descriptio creati corporis, nisi etiam subsequenter exprimatur mira aspiratio viuificationis. Vnde & subditur: Vitam & misericordiam tribuisti mihi.)Sed incassum nobis bona conditor tribuit, si non omne quod tribuit, ipse custodit. Sequitur: Et visitatio tua custodiuit spiritum meum.)Hæc autem quæ de exteriori homine diximus, etiam interiori quemadmodum possint congruere,libet vt breuiter replicando mõstremus: Memento quæso quod sicut lutum

fecens

Universidad de Deusto Biblioteca

A feceris me.) Sicut futum quippe homo noſter interior exiſtit: quia ſancti ſpiritus gratia terrenæ menti infunditur, vt ad intellectum ſui conditoris erigatur. Humana nanque cogitatio quę peccati ſui ſteriſitate aruit, per vim ſancti ſpiritus quaſi irrigata terra virideſcit. Sed ſæpe dum perceptis ſuperni doni munibus ſine interruptione vtimur: ad priuatam fiduciam vſu continuæ proſperitatis eleuamur: vnde ſit plærunque vt idem qui ſubleuauerat, parumper ſpiritus deſerat: quatenus ipſum ſibi hominem oſtendat. Quod ſanctus vir protinus exprimit, cùm ſubiungit: Et in puluerem deduces me.) Quia cùm per ſubtractionem ſpiritus, mens aliquantulum in tentatione deſeritur, quaſi ab humore priſtino terra ſiccatur: vt infirmitatem ſuam derelictus ſentiat, & ſine infuſione ſupernæ gratiæ, quantum homo aruit, agnoſcat. Qui aptè quoque reduci ad puluerem dicitur: quia dimiſſus ſibi cuiuſlibet tentationis aura raptatur. Sed dum relicti concutimur, ea quæ afflati cognouimus, ſubtilius iam dona cogitamus. Vnde ſubiungit: Nónne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti? Mens etenim noſtra cùm per ſanctiſpiritus gratiam ab vſu veteſtæ conuerſationis abſtrahitur, ſicut lac mulgetur: quia in quadam noue inchoationis * teneritudine & ſubtilitate formatur. Sicut caſeus coagulatur: quia in conſtipatione pingueſcentis cogitationis aſtringitur, vt nequaquam iam per deſideria diffluat, ſed in vno amore ſe colligés, ad ſolidam reformationem ſurgat.

*al. coagulationis.

B

Caput. XXXVIII.

PLærunque verò contra hæc eadem rudimẽta ſpiritalia: ex vſu veteri caro ſubmurmurat, & mẽs bella tolerat ex homine quem foris portat. Vnde ſubiungit: Pellibus & carne veſtiſti me.) Pelle quippe & carnibus interior homo veſtitur: quia in eo quòd ad ſuperna erigitur, carnalium motuum obſidione vallatur. Sed tendentem ad iuſtitiam nequaquam in tentatione cõditor deſerit, quia per infuſionem gratiæ etiam peccantem præuenit: ſed ſubleuatam mentem & ad bella exterius laxat, & interius roborat. Vnde adhuc aptè ſubiungitur: Oſſibus & neruis cõpegiſti me.) Carnibus & pelle veſtimur, ſed oſſibus neruiſque compingimur: quia etſi tentatione foris irruente concutimur, intus tamen nos conditoris manus roborat, ne frangamur. Carnis itaque motibus nos humiliat ad dona, ſed per oſſa virtutum roborat contra tentamenta. Ait ergo: Carne & pelle veſtiſti me, oſſibus & neruis compegiſti me. Ac ſi apertè dicat. Foris me ad probationem deſeris: ſed tamen intus ne peream, virtutibus aſtringendo cuſtodis. Qui idcirco nobis benè viuendi rectitudinem tribuit, quia benignè præterita quæ deliquimus, parcit. Vnde & adhuc aptè ſubiũgitur: Vitam & miſericordiã tribuiſti mihi.) Vita quippe tribuitur, cùm malignis mentibus benignitas aſpiratur. Sed vita ſine miſericordia accipi nequaquam valet: quia ad obtinenda dominus iuſtitiæ bona nõ adiuuat, ſi prius miſericorditer anteactas nequitias non relaxat. Vel certè vitam nobis & miſericordiam tribuit: quia ea qua nos miſericordia ad bene viuendum præuenit, etiam ſubſequente cuſtodit. Niſi enim miſericordiam ſubroget, ſeruari non valet vita quam præbet. Ipſo quippe quotidie vſu humanę vitę veteraſcimus: & exterioris hominis impulſu, cogitatione lubrica ab interioribus eximus. Et niſi nos ſuperna viſitatio vel ad amorem compungendo viuificet, vel ad timorem flagellando reſtauret, repentino lapſu mens funditus tota deſtruitur, quæ longo virtutis ſtudio innouata videbatur. Vnde ſubditur: Et viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.) Humanum quippe ſpiritũ viſitatio ſuperna cuſtodit, cùm hunc virtutibus ditatum, vel flagello percutere, vel compungere amore non deſinit. Nam ſi dona præſtat, ſed hunc continuè reſtaurando non ſubleuat, citius bonum perditur, quod non à largiẽte cuſtoditur. Sed ecce vir ſanctus dum ſe humiliter agnoſcit, conferenda generaliter diuinæ miſericordiæ ſecreta apprehendit: cumque infirmitatem ſuam veraciter fatetur, repẽtè ad cognoſcendam vocationem gẽtium ſublimiter rapitur. Nam protinus ſubditur:

Quòd vocatio gentium, ab antiquo in dei conſilio abſcondita ſit.

Licèt hęc cæles in corde tuo, tamen ſcio quia vniuerſorum memineris.) Ac ſi apertè dicat: Cur de me trepido, qui & vniuerſas gentes quia colligas, ſcio? Quod tamen in corde cælas: quia hoc adhuc aperto ſermone non indicas. Sed qui vniuerſorum reminiſceris, me proculdubio de venia certum facis.

D

Caput. XXXIX.

SCiendum verò eſt, quia in quibuſdam factis & certi* de venia reddimur, & poſt perpetratas culpas ad abſolutionis noſtræ fiduciã correctione & pœnitentia ſubſequente roboramur, perpetratæ tamen noſtræ nequitiæ adhuc memoria tangimur, & cogitatione illicita auerſi nolenteſque pulſamur. Vnde & aptè ſubiungitur.

*al. incerti.

Quòd peccata præterita etiam cùm per pœnitentiam abluta fuerint, importuna cogitatio recurrens nobis perducat ad mentem. Et quid ſit quòd per Moyſen homo nocturno pollutus ſomno, extra caſtra egredi iubetur, & non reuerti permittitur, niſi lotus aqua poſt ſolis occaſum.

Si peccaui, & ad horam peperciſti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me eſſe non pateris?) Ad horam dominus peccatori parcit, cùm reatum culpæ conceſſis protinus fletibus diluit. Sed ab iniquitate noſtra mundos nos eſſe non patitur: quia volentes quidem culpam fecimus, ſed nonnunquam nolentes eius memoriam cum delectatione toleramus. Sæpe nãque hoc quod à conſpectu iam iudicis fletu interueniente deletũ eſt, ad animũ redit, & deuicta culpa ad delectationẽ rurſus inſerpere nititur, atq; in antiquo certamine rediuiua pulſatione reparatur: ita vt quod prius egit in corpore, hoc importuna cogitatione poſtmodum verſet in mẽte. Quod cautè ille conſpicere athleta ſpiritalis houerat, qui dicebat: Computruerunt & deteriorauerunt cicatrices meę, à facie inſipientiæ meæ. *Pſalm. 37.*

E

Caput. XL.

QVid nanque cicatrices, niſi ſanationes ſunt vulnerũ? Laxatas ergo nequitias ad delectationem memoriæ redire cõſpexerat, qui cicatrices deflebat. Cicatrices quippe computreſcere, eſt ſanata iam peccatorum vulnera, rurſus in tentationem ſerpere, atque ex eorũ ſuggeſtionibus poſt ſuperductam cutem pœnitentiæ, fœtorem culpæ iterum, doloremque ſentire. Quia videlicet in re & nihil foris opere agitur, & ſola intus cogitatione peccatur: diſtrictoque ſe reatu mens obligat, niſi hoc ſollicitis lamẽtis tergat. Vnde bene per Moyſen dicitur: Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus ſit ſomnio, egredietur extra caſtra, & non reuertetur priuſquam ad veſperum lauetur aqua, & poſt Solis occaſum regredietur in caſtra. Nocturnum quippe eſt ſomnium tentatio occulta: per quã tenebroſa cogitatione turpe aliquid corde concipitur: quod tamen corporis opere non expletur. Sed ſomnio nocturno pollutus, egredi extra caſtra præcipitur: quia videlicet dignum eſt, vt qui immũda cogitatione polluitur, indignum ſe cunctorum fideliũ ſocietatibus arbitretur, culpæ ſuæ meritum ante oculos ponat, & ex bonorum ſe æſtimatione deſpiciat. Pollutũ ergo extra caſtra exire, eſt turpi impugnatione laborantem, ſeſe ex continentium comparatione deſpicere. Qui ad veſperum lauatur aqua, cùm defectum ſuum conſpiciens ad pœnitentiæ lamenta conuertitur, vt fletibus abluat omne quod in animo occulta inquinatio accuſat. Sed poſt occaſum Solis ad caſtra redeat: quia deſeruieſcente tentationis ardore, neceſſe eſt, vt iterum fiduciam erga ſocietatem bonorum ſumat. Poſt aquæ quippe lauationem, occumbente Sole ad caſtra reuertitur, qui poſt lamenta pœnitentię, frigeſcente flamma cogitationis illicitæ, ad fidelium merita præſumenda reparatur: vt iam ſe à cæteris lõgè eſſe non æſtimet, qui mundum ſe per obitum intimi ardoris gaudet. Sed inter hæc ſciendum eſt, quòd idcirco nonnunquam impulſu illicitæ cogitationis affligimur: quia in quibuſdam terrenæ conuerſationis actibus (quanuis licitis) libenter occupamur. Cumque vel in minimis terrena actio per deſiderium tãgitur: creſcente contra nos antiqui hoſtis fortitudine, mens noſtra non minima importunitate tẽtationis inquinatur: Vnde & ſacerdos legis, membra hoſtiæ per fruſta conciſa, caput atque ea quæ erga iecur ſunt, iubetur ignibus cremare: pedes vero atque inteſtina hoſtiæ, prius aqua diluere. Nos quippe ipſos ſacrificium deo offerimus, cùm vitã noſtrã cultui diuino dedicamus. Qui membra hoſtiæ per fruſta cõciſa

Leuit. 1.

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ſuper ignem ponimus, cùm vitæ noſtræ opera virtutibus diſtinguentes immolamus. Caput atque ea quę iuxta iecur continentur, incendimus, cùm in ſenſu noſtro quo omne corpus regitur, atque in occultis deſideriis flamma diuini amoris ardemus. Et tamen præcipitur, vt pedes atque inteſtina hoſtiæ lauentur. Pedibus enim terra tangitur, inteſtinis verò ſtercora geſtantur: quia plærunque iam ex deſiderio in æternitatẽ ſuccendimur: iam toto deuotionis ſenſu ad appetitum noſtræ mortificationis inhiamus, ſed quia adhuc terrenum præ infirmitate aliquid agimus, nonnulla etiam quæ iam ſubegimus, illicita in corde toleramus. Cumque cogitationes noſtras immunda tentatio inquinat: quid aliud quàm inteſtina noſtræ hoſtiæ, ſtercus portant? Sed vt cõburi debeant, lauentur: quia nimirum neceſſe eſt vt immundas cogitationes timoris fletus diluat, quas in acceptione ſacrificij ſupernus amor incendat. Et quicquid mens vel de inexperto certamine vel de conuerſationis priſtinæ memoria patitur, lauetur: vt tanto ſuauius in conſpectu ſui ſpectatoris ardeat, quanto cùm ei aſsiſtere cœperit, nil terrenum ſecum vel lubricum in ara ſuæ orationis imponit. Vir igitur ſanctus humanæ mentis damna conſpiciat, quòd plærunque ſe cogitatione illicita inquinat: & poſtquam reatum operis iudex relaxat, & ſua plorans, noſtra quæ ploremus aperiat dicens: Si peccaui, & ad horam pepercisti
H mihi, cur ab iniquitate mea mundum me eſſe non pateris?) Ac ſi apertè dicat: Si culpam venia abſtulit, cur hanc & à memoria non deterſit?

Caput. XLI.

SAepe autem ita mens in culpæ recordatione concutitur: vt ad perpetrationem illius longè grauius quàm prius, quando capta fuerat, vrgeatur: & deprehenſa trepidat, ſeque ipſam variis motibus impulſa perturbat: metuit quidem ne vincatur tentationibus, ſed reſiſtens, hoc ipſum quod longo labore certaminis affligitur, perhorreſcit. Vnde & aptè ſubiungitur.

Quòd viri ſancti in præſenti vita tentationum miſeria afficiuntur, impij verò non reluctantur, ſed quieſcunt in eis.

Et ſi impius fuero, væ mihi eſt: & ſi iuſtus, non leuabo caput, ſaturatus afflictione & miſeria.) Impius nãque væ habet, iuſtus miſeriam: quia & æterna damnatio reprobum ſequitur, & electus quiſque doloribus tranſitoriæ aduerſitatis expiatur. Impius caput leuat, ſed elatus euadere væ quod ſequitur, non valet. Iuſtus labore ſui certaminis afflictus, caput leuare non ſinitur: ſed preſſus à perpetua afflictione liberatur. Ille ſe in voluptatibus erigit: ſed ſuppliciis ſequentibus mergit. Iſte ſe in dolore deprimit, ſed tamen à pondere æternæ animaduerſionis abſcondit. Conſideret ergo vir ſanctus quòd aut reni-
I tens homo vitiis, præſenti labore afficitur: aut ſuccumbens, perpetuæ afflictioni mancipatur, & dicat. Et ſi impius fuero, væ mihi eſt: & ſi iuſtus, non leuabo caput: ſaturatus afflictione & miſeria. Ac ſi apertè deploret, dicens: Aut ſubſtratus carnis deſideriis, ſupplicio æterno ſubiicior, aut repugnans illicitis motibus, pœna præſenti crucior: quia à labore certaminis liber non ſum. Sed ſuperna diſpenſatio idcirco nos tota ſibi intentione ſeruientẽs, carnis noſtræ permittit impugnationibus concuti, ne mens noſtra in ſuperbiam audeat præſumptione ſuæ ſecuritatis eleuari, vt dum pulſata trepidat, in ſolo auctoris adiutorio ſpei pedem robuſtius figat. Vnde & adhuc aptè ſubiungitur:

Quòd aliquando iuſti, ne de ſua iuſtitia intumeſcant cadere permittuntur.

Et propter ſuperbiam, quaſi leænam capies me.) Leæna cùm eſcam catulis exquirit, inhianter in foueã captionis ruit. Sicut enim ex quibuſdam regionibus fertur, fit in eius itinere fouea, in quam pecus deponitur, vt illuc ſe eius appetitu proiicere leæna prouocetur: quæ anguſta ſimul & alta præparatur, vt in eam ruere ambiendo valeat, ſed hanc ſaliendo nullo modo euadat. Alia quoque fouea quæ priori cohæreat, effoditur: quæ tamen ei in qua pecus eſt, extremæ partis apertione coniungitur: in qua nimirum cauea ponitur, vt leæna corruens: quia deſuper terroribus vrgetur, cùm quaſi in ſecretiori parte foueæ occultare ſe appetit, caueam volens intret: cuius iam fœuitia nequaquam pertimeſcitur: quia clauſa in cauea leuatur. Quæ enim ſua ſponte in foueam corruit, ad ſuperiores partes circunſpecta vectibus redit. Sic ſic nimirum humana mens capta eſt, quæ in libertate arbitrij condita, dum nutrire deſideria carnis appetiuit: quaſi leæna catulis eſcam quæſiuit, atque in deceptionis ſuæ foueam cecidit, quæ ſuadẽte antiquo hoſte, ad cibum prohibitum manum intendit, ſed in fouea protinus caueam inuenit: quia ſponte ad mortem veniens, corruptionis ſuæ mox carcerem pertulit. Sed cùm multa agere conatur, & non valet: eiuſdem corruptionis ſuæ obſtaculis quaſi caueæ vectibus ligatur, atq; ad auras liberas gratia interueniente reducitur. Iam quidem eam in quam ceciderat damnationis foueam euaſit: quia ſecuturæ mortis ſupplicium, manu redemptoris adiuta, ad veniam redeundo ſuperauit. Sed tamen coarctata caueam tolerat: quia ſupernæ quoque diſciplinæ nexibus cingitur, ne per carnis deſidena vagetur. Quæ ergo ſponte ſua in foueam cecidit, ad auras liberas clauſa redit: quia & per libertatem arbitrij in culpam corruit, & tamen hanc à ſuis motibus, conditoris gratia coactam nolentemque conſtringit. Poſt foueam itaque caueam patitur, quæ erepta ex æterno ſupplicio, à prauæ voluntatis motibus, ſub cœleſtis artificis diſpenſatione religatur. Rectè
L igitur dicit: Et propter ſuperbiam, quaſi leænam capies me: quia & liber homo per cibum ſibi mortem intulit, & reductus ad veniam, ſub diſciplina melius clauſus viuit: Quaſi leæna ergo propter ſuperbiam captus eſt: quia inde nunc eum diſciplina ſuæ corruptionis deprimit, vnde tranſgreſsionem præcepti non timens, audacter in foueam ſaltum dedit.

Caput. XLII.

SEd ſi parumper obtutus mentis à culpa primi parentis auertimus, nos adhuc quotidie vt leænam capi per vitium elationis inuenimus. Sæpe nanque homo acceptis virtutibus in audaciam ſuæ præſumptionis erigitur: ſed mira diſpenſatione pietatis, ante eius oculos res quælibet in quam corruat, ordinatur. Dumque per culpam aliquid appetit, quid aliud quam prædam in fouea concupiſcit? Sua ſponte inhians cadit, ſed ſuis ſurgere viribus non valet. Qui cùm ſe nihil exſe eſſe conſiderat, diſcit proculdubio cuius adiutorium requirat. Quem tamen ſuperna miſeratio captum quaſi à fouea euehit: quia hunc infirmitate cognita ad veniam reducit. Leænæ itaque more, propter ſuperbiam ad ſuperiores partes in caueam remeat, qui cũ de virtute extollitur, lapſus ad deſideria in humilitate religatur. Quia enim prius propria præſumptione perierat, mira pietate agitur, vt infirmitatis ſuæ iam notitia clauſus viuat. Quod quia ſanctus vir crebrò accidere hominibus conſpicit, noſtri in ſe periculi vocem ſumit: vt cùm eius fletus agnoſcimus, quæ in nobis ſunt flẽda, diſcamus. Sed cùm mentem noſtram elatio erigit, ſummi à nobis protinus com-M punctio amoris recedit: cùm verò ſuperna nos gratia viſitat, ſtatim per lachrymas ad ſua deſideria inſtigat. Vnde & aptè ſubiungitur:

Quòd ſancti viri cùm à deo relinquuntur, ruinæ ſuæ diſpendia non ſentiunt: cùm verò viſitans reuertitur ad eos deus, mirabili cruciatu compunctionis ſemetipſos, quales fuerant, diſcutiunt.

Reuerſuſque mirabiliter me crucias.) Cùm ab auctore relinquimur, nec ipſa vllatenus deſtitutionis noſtræ damna ſentimus. Quo enim longè nos conditor deſerit, eo mens noſtra inſenſibilius obdureſcit, nulla quæ dei ſunt, diligit: nequaquam ſuperna cõcupiſcit: & quia amoris intimi calorem non habet, frigida deorſum iacet, ac miſerando modo fit quotidie tanto ſecurior, quanto peior: cumque vnde ſit lapſa, non meminit, & ſupplicia ſecutura non metuit, quantum lugenda ſit, neſcit. At ſi afflatu ſancti ſpiritus tangitur, ad conſiderationem protinus ſuæ perditionis euigilat: in cœleſtium inquiſitione ſe excutit: amoris ſummi æſtibus inardeſcit: quæ ſe circumprimunt, damna conſiderat: & plorat proficiens, quæ prius læta torpebat. Bene ergo conditori dicitur: Reuerſuſque mirabiliter me crucias: quia omnipotens deus vnde mentem noſtram viſitans, ad amorem ſuum erigit, inde hanc per lachrymas grauius affligit. Ac ſi apertè dicat: Relinquendo me nequaquam afficis: quia inſenſibilem reddis: ſed cùm reuerteris, crucias: quia dum te inſinuas, mihi me, quàm ſim

A quàm sim lugendus, demonstras. Vnde nequaquam se pœnaliter, sed mirabiliter asserit cruciari: quia dum per fletum mês ad summa rapitur, compunctionis suæ pœnam gaudens miratur: & libet affici, quia afflictione sua se cõspicit ad alta subleuari.

Caput. XLIII.

SAepè autẽ cùm nos à sancti desiderij exercitatione torpere superna pietas cernit, exempla se sequẽtium nostris obtutibus obiicit, vt mens per otium remissa, quo in aliis vigilantiam profectus cõsiderat, eo in se pigritudinem torporis erubescat. Vnde & rectè subiungitur:

Quòd electi contra nos testes dei sunt, vt qui negligimus præcepta, ex aduerso confundamur per sanctorum exempla.

Instauras testes tuos contra me, & multiplicas iram tuam,
Testes dei. & penè militant in me.) Testes enim dei sunt, qui per exercitium sancti operis testantur quæ electos secutura sint præmia veritatis. Vnde hos quoque quos pro veritate passos agnoscimus, Græco eloquio martyres, id est, testes vocamus. Et per Ioannem voce angelica dominus dicit: In diebus meis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos. Sed testes suos contra nos dominus instaurat, cùm electorum vitam prauitati nostræ contrariam, ad arguendos nos instruendosque multiplicat. Contra nos ergo testes illius instaurantur: quia cuncta quæ agunt, studijs nostræ prauitatis aduersa sunt. Vnde & sermo veritatis aduersarius vocatur, cùm mediatoris voce per Euangelium dicitur: Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es cum illo in via. Atque de hoc eodem redemptore reprobi persequentes dicunt: Contrarius est operibus nostris. Et paulopost: Dissimilis est aliis vita illius. Testes itaque suos contra nos dominus instaurat: quia bona quæ facere ipsi negligimus, hæc ad correptionem nostrã, fieri ab aliis demonstrat: vt qui præceptis non accendimur, saltem exemplis excitemur: atque in appetitu rectitudinis nil sibi mens nostra difficile æstimet, quod perfectè peragi ab aliis videt. Et fit plærunque vt cùm alienæ vitæ bona conspicimus, nostra sollicitius damna timeamus: & eo pateſcat quanto pòst pondere animaduersionis impetimur, quo nunc à bonorum moribus longè discrepamus. Vnde & testium instauratione memorata, protinus aptè subiungitur: Et multiplicas iram tuam.)
Apoc.2.
Mat.5.
B
Eo nobis multiplicari ira dei dicitur, quo esse multiplex indicatur: quia ex ipsa nunc bonorum vita & labore cognoscimus, si emendari dum tempus êst, nolumus, quanta pòst animaduersione feriamur. Electos quippe dei cernimus & pia agere, & crudelia multa tolerare. Hinc ergo colligitur, districtus iudex quanta illic feriat districtione quos reprobat, si hic sic cruciat quos amat, Petro attestante, qui ait: Tempus est vt
1. Petri. 4.
C
iudicium incipiat de domo dei: si autem primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt dei Euangelio? Omnipotens igitur deus cùm contra nos testes instaurat, iram multiplicat: quia quo bonorum vitam nostris oculis obiicit, eo prauitatis perpetratæ duritiam qua districtione in iudicio percutiat, ostendit. Nam cùm solis se sequentibus dona exaggerat, torpentes iam quia reliquerit, demonstrat. Cùm bona ergo in aliis cernimus, valde necesse est vt & exultationem nostrę formidini, & formidinem nostræ exultationi misceamus: quatenus & de alienis profectibus charitas gaudeat, & de suis infirmitatibus conscientia constricta contremiscat. Sed cùm fraterno profectu reficimur, cùm districtionem super nos interni iudicis ex ipso nostro torpore pensamus, quid restat nisi vt ad discutiendum se animus redeat, & quicquid in se reprobum, quicquid prauum deprehendit, affligat? Vnde & aptè subiungitur: Et penè militant in me.) Consideratis quippe dei testibus, penè in nobis militant: quia dum miranda illorum facta conspicimus, vitam nostram, quæ ex eorum nobis comparatione displicet, studiosa afflictione cruciamus, vt quicquid in nobis polluerunt opera, diluant lamenta: & si quid adhuc culpa delectationis inquinat, pœna mœroris tergat. Beatus igitur Iob: quia vitam patrum præcedentium cõspicit, quid in se gemere debeat, subtilius agnoscit. Sed magni doloris magisterio, dum sua plangit, ad lamenta nos instruit: vt quo virtutes in aliis cernimus, eo apud districtum iudicem nostra sollicitè delicta timeamus. Sequitur: Quare de vulua eduxisti me? Qui vtinam consumptus essem, ne oculus me videret.) Quod nimirum prima oratione iam protulit, dicens: Quare non in vulua mortuus sum? Qui hoc quoque quod hic adiicit subdens: Fuissem quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum: illic verbis aliis non aliter adiungit, dicens: Sicut abortiuum absconditum non subsisterem, vel qui concepti non viderunt lucem.) Quia vero hæc superius latè digessimus, pro vitando lectoris fastidio, exposita replicare declinamus. Sequitur:
D

Quòd cùm peccatum animam pulsat, si breuitas delectationis aspiciatur, non multum iuuat.

Caput. XLIIII.

NVnquid non paucitas dierum meorum finietur breui?) Cautum se ac sollicitum viuere ostẽdit, qui breuitatem præsentis vitæ considerans, non eius vsum, sed terminum conspicit: vt ex fine colligat, nihil esse quod transiens delectat. Hinc nãque per Salomonem dicitur: Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis & dierum multorum: qui cùm venerint, vanitatis arguentur præterita. Hinc rursum scriptum est: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Igitur cùm culpa animum tentat, mens necesse est vt breuitatem suæ delectationis aspiciat, ne ad viuacem mortem iniquitas rapiat, cùm cõstet quod ad terminum citius mortalis vita præcurrat. Sed sæpe oculus contemplationis nostræ confunditur, dum dolor noster flagellis crebrescẽtibus aggrauatur. Libet præsentis vitę exilium gemere, sed præ ipsa afflictione mens non valet damna suæ cæcitatis æstimare: vnde protinus subdit:
Eccles.11.
Eccli.7.
E

Quòd si peccatum cui ex consuetudine obligati sumus, flendo dolere non possumus, nisi pietatis supernæ respectu compungamur.

Dimitte ergo me vt plangam paululum dolorem meum.) Sicut enĩ moderata afflictio lachrymas exprimit, ita immoderata subducit: qua mœror ipse quasi sine mœrore fit: qui afflicti mentem deuorans, sensum doloris tollit. Vir igitur sanctus feriri pluſquam sufficit, pertimescit, dicens: Dimitte ergo me vt plangam paululum dolorem meum. Ac si apertè dicat: Flagella tuæ percussionis tempore: vt moderatis doloribus, æstimare mala quæ patior, flendo conualescam. Quod tamen intelligi & aliter potest. Sæpe nanque peccator iniquitatis suæ vinculis ita constringitur, vt pondus quidem peccatorum toleret: sed tamen quia tolerat, ignoret. Sæpe autem si cognoscat, quanto reatu premitur, erumpere in lachrymas conatur, & non potest: vt hunc in se mente libera, & conuersatione integra persequatur. Flere ergo dolorem suum non valet, qui & iniquitatis suæ reatum considerat: & tamen præterrenæ occupationis pondere, hunc & gemere nequaquam vacat. Flere dolorem suum non valet, qui prauæ quidem cõsuetudini contraire nititur: sed tamen adhuc succrescentibus desideriis carnis grauatur. Huius doloris præsentia prophetæ mentem cruciauerat, cùm dicebat: Dolor meus contra me est semper, quoniam iniquitatem meam ego pronunciabo, & cogitabo pro peccato meo. Sed solutis iniquitatis vinculis, dimissum se nouerat qui exultabat, dicens: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Tunc igitur ad plangendum dolorem nos dominus dimittit, cùm & mala nobis quæ fecimus, demonstrat: atque ad hæc eadem flenda quę cognoscimus, adiuuat. Culpas oculis obiicit, & pia manu gratiæ, vincula cordis soluit: vt ad vacationem pœnitentię mens nostra se erigat, & carnis soluta compedibus, in auctorem suum libera gressum amoris tendat.
F
Psalm.37.
Psalm.115.

Caput. XLV.

PLærunque etenim vitam nostram ipsi reprehendimus, sed tamen libenter agimus hoc quod in nobis rectè reprobamus. Ad iustitiam spiritus nos erigit, ad consuetudinem caro restringit. Amori suo mens renititur, sed protinus delectata captiuatur. Bene itaque dicitur: Dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem meum.) Quia nisi à reatu culpæ quo nos ligauimus, misericorditer dimittamur, perfectè flere non possumus hoc quod in nobis ipsis cõtra nosmetipsos dolemus. Sed tunc veraciter reatus nostri dolor plangitur, cum tenebrosa illa inferni retributio intento

Universidad de Deusto
Biblioteca

G timore præuidetur. Vnde aptè subiungitur:

Quòd pœnæ infernales nec transitoriæ sint, nec phantasticæ, sed solidæ & perpetuæ.

Antequam vadam & non reuertar ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine.) Quid enim terræ tenebrosæ nomine, nisi tetra tartari claustra signantur? Quæ æternæ mortis caligo operit, quia damnatos quosque in perpetuum à vitæ luce disiungit. Nec immerito infernus terra dicitur: quia quicunque ab eo capti fuerint, stabiliter tenẽtur. Scriptum quippe est: *Eccles. 1.* Generatio præterit, & generatio aduenit, terra verò in æternũ stat. Rectè igitur inferni claustra, tenebrosa terra nominantur: quia quos puniendos accipiunt, nequaquam pœna transitoria, vel phantastica imaginatione cruciant: sed vltione solida perpetuæ damnationi seruant. Quæ aliquando tamen *Ezech. 16.* laci appellatione signantur: propheta attestante, qui ait: Portauerunt ignominiam suam cum his qui descendunt in lacum. Infernus ergo & terra nominatur, quia susceptos stabiliter tenet: & lacus dicitur, quia hos quos semel cœperit, semper fluenet: & lacus dicitur, quia hos quos semel cœperit, semper fluctuantes & trepidos tormentis circunfluẽtibus absorbet. Sanctus autem vir siue sua siue humani generis voce dimitti se postulat, antequam vadat, non quia ad terram tenebrosam qui culpam deflet iturus est: sed quia ad hanc procul dubio qui plãgere negligit, vadit: sicut debitori suo creditor dicit: Solue debitum, priusquam pro debito constringaris, qui tamen non constringitur, si quod debet soluere, non moriatur. Vbi & re-
H ctè subditur: Non reuertar. Quia nequaquam vltrà misericordia parcentis liberat: quos semel in locis pœnalibus iustitia iudicis damnat.

Caput. XLVI.

QVæ adhuc subtilius loca describuntur, cùm dicitur: Terram miseriæ & tenebrarum.) Miseria ad dolorem pertinet, tenebræ ad cæcitatem. Ea ergo quæ à conspectu districti iudicis expulsos tenet, miseriæ & tenebrarum terra perhibetur: quia foris dolor cruciat, quos diuisos à vero lumine, intus cæcitas obscurat. Quanuis miseriæ & tenebrarum terra intelligi & aliter potest. Nã hæc quoque terra in qua nascimur, est quidem miseriæ, sed tenebrarum non est: quia multa hic corruptionis nostræ mala patimur, sed tamen adhuc in ea per conuersionis gratiam ad lu- *Ioan. 12.* cem redimus: veritate suadente, quæ ait: Ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebræ comprehendant. Illa verò simul miseriæ & tenebrarum terra est, quia quisquis ad toleranda eius mala descenderit, nequaquam vlterius ad lucem redit. In cuius adhuc descriptione subiungitur: Vbi vmbra mortis, & nullus ordo.) Sicut mors exterior ab anima diuidit carnẽ: ita mors interior à deo separat animã. Vmbra ergo mortis est obscuritas diuisionis, quia damnatus quisq; cum æterno igne succenditur, ab interno lumine tenebratur. Natura verò ignis est, vt ex seipso & lucem exhibeat & concremationem. Sed
I transactorum vltrix illa flamma vitiorum, concremationem *Matt. 25.* habet, & lumen nõ habet. Hinc est enim quod reprobis veritas dicit: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Quorum rursum omniũ corpus in vnius perso- *Mat. 22.* pus in vnius personã significans, dicit: Ligate ei manus & pedes, & mittite eum in tenebras exteriores. Si itaque ignis qui reprobos cruciat, lumen habere potuisset, is qui repellitur, ne- *Psalm. 57.* quaquam mitti in tenebras diceretur. Hinc etiam Psalmista ait: Super eos cecidit ignis, & non viderunt solem. Ignis enim super impios cadit, sed sol igne cadente non cernitur: quia illos quos gehennæ flamma deuorata à visione veri luminis cęcat: vt & foris eos dolor combustionis cruciet, & intus pœna cæcitatis obscuret: quatenus qui auctori suo corde & corpore deliquerunt, simul corde & corpore puniantur, & vtrobique pœnas sentiant: qui dum hic viuerẽt, prauis suis delectationi- *Ezec. 32.* bus ex vtroque seruiebant. Vnde bene per prophetam dicitur. Descenderunt in infernum cum armis suis. Arma quippe peccantium sunt membra corporis, quibus peruersa desideria quæ cõcipiunt exequuntur. Vnde rectè per Paulum dicitur: *Roma. 6.* Neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Cum armis ergo ad infernum descendere, est cum ipsis quoque membris quibus desideria voluptatis expleuerunt, æterni iudicij tormenta tolerare: vt tunc eos vndique dolor absorbeat, qui nunc suis delectationibus subditi, vndique contra iustitiam iustè iudicantis pugnant. K

Quomodo supplicia damnatorum ex iustitia iudicis ordinem habeant, in eis autem qui ea patiuntur confusionem. Cap. XLVII.

MIrum verò est valde quod dicitur: Vbi nullus ordo, Neque enim omnipotẽs deus qui mala bene punit, inordinata esse vllo modo vel tormenta permittit: quia ipsa quoque supplicia quæ ex lance iustitiæ prodeũt, inferri sine ordine nequaquã possunt. Quomodo nãque in suppliciis ordo nõ erit, dum damnatũ quenq; iuxta modũ criminis, retributio sequitur vltionis? Hinc quippe scriptũ est: Potentes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior instat cruciatio. Hinc in Babylonis damnatione dicitur: Quantum exaltauit se, & in delitiis fuit: tantũ date illi tormẽtum & luctum. Si igitur iuxta modum culpæ, pœna distinguitur: cõstat nimirũ quòd in suppliciis ordo seruatur. Et nisi tormentorum summã, meritorum acta dirimerẽt, nequaquam iudex veniẽs dicturum se messoribus esse perhiberet: Colligite primùm zizania, & ligate ea in fasciculos ad cõburendũ. Si enim nullus in suppliciis ordo seruabitur, cur cõburenda zizania in fasciculos ligantur? Sed nimirum fasciculos ad cõburẽdũ ligare, est hos qui æterno igni tradẽdi sunt, pares paribus sociare: vt quos similis culpa inquinat, par etiam pœna cõstringat: & qui nequaquã dispari iniquitate polluti sunt, nequaquã dispari tormẽto crucientur: quatenus simul damnatio cõterat, quos simul elatio subleuat, quosq; non dissimiliter dilatauit ambitio, nõ dissimilis angustet afflictio, & par cruciet flamma supplicij, quos in igne luxuriæ par succendit flãma peccati. Sicut enim in domo patris mãsiones multæ sunt pro diuersitate virtutis, sic damnatos diuerso supplicio gehennæ ignibus subiicit disparilitas criminis. Quæ videlicet gehenna quanuis cunctis vna sit, non tamen cunctos vna eademque qualitate succẽdit. Nam sicut vno sole omnes tangimur, nec tamen sub eo vno ordine omnes æstuamus: quia iuxta qualitatem corporis sentitur etiam pondus caloris: sic damnatis & vna est gehenna quę afficit, & tamen non vna omnes qualitate cõburit: quia quod hic agit dispar valetudo corporum, hoc illic exhibet dispar causa meritorum. Quomodo ergo nullus inesse ordo suppliciis dicitur, in quibus profectò quisque iuxta modum culpæ cruciatur?

Caput. XLVIII.

SEd sanctus vir postquam vmbram mortis intulit, quanta sit confusio in damnatorum mente subiungit: quia ipsa quoque supplicia quæ ordinata per iustitiam veniunt, ordinata proculdubio in corde morientium non sunt. Vt enim paulò superius diximus, dum damnatus quisque foris flamma succenditur, intus cæcitatis igne deuoratur, atque in dolore positus, exterius interiusque confunditur, vt sua deterius confusione crucietur. Repulsis ergo ordo in supplicio non erit: quia in eorum morte atrocius ipsa confusio mẽtis fuit. Quam tamen mira potentia iudicantis æquitas ordinat, vt pœna animam quasi inordinata confundat. Vel certè abesse ordo suppliciis dicitur: quia quibuslibet rebus in pœnam surgentibus, propria qualitas nõ seruatur. Vnde & protinus subinfertur: Et sempiternus horror inhabitat.) In huius vitę tormentis timor dolorem habet, dolor timorem non habet: quia nequaquam mentem metus cruciat, cùm pati iam cœperit, quod metuebat. Infernum verò & vmbra mortis obscurat, & sempiternus horror inhabitat: quia eius ignibus traditi, & in suppliciis dolorem sentiunt, & in doloris angustia pulsante semper pauore seriuntur: vt & quod timent tolerent, & rursum quod tolerant, sine cessatione pertimescãt. De his etenim scriptum est: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Hic flamma quæ succendit, illuminat: illic, vt superius verbis Psalmistæ docuimus, ignis qui cruciat, obscurat. Hic metus amittitur, cùm tolerari iam cœperit quod timebatur: illic & dolor dilaniat, & pauor angustat. Horrendo igitur modo, erit tunc reprobis dolor cum formidine, flãma cum obscuritate. Sic sic videlicet à damnatis sentiri pondus summæ æquitatis debet: vt qui à voluntate conditoris nequaquam sunt veriti discrepare dum viuerent, in eorum quandoque interitu ipsa à suis qualitatibus etiam tormenta discordent: quatenus quo se impugnant, cruciatus augeant, & cùm variè prodeunt, multipliciter sentiantur. Quę tamen

A tatem supplicij in se demersos & vltra vires cruciant, & in eis tamen supplicij vitæ subsidium extinguentes seruant: vt sic vitam terminus puniat, quatenus semper sine termino cruciatus viuat, qui & ad finem per tormenta properat, & sine fine deficiens durat. Fit ergo miseris mors sine morte: finis sine fine: defectus sine defectu: quia & mors viuit, & finis semper incipit, & deficere defectus nescit. Quia igitur & mors perimit, & non extinguit: dolor cruciat, sed nullatenus pauorem fugat: flamma comburit, sed nequaquam tenebras discutit: quantum per notitiam præsentis vitæ colligitur, supplicia ordinem non habent, quæ non suam per omnia qualitatem tenent, quanuis illic ignis & ad consolationem non lucet, & tamen vt magis torqueat, ad aliquid lucet.

Caput. XLIX.

NAm sequaces quoque suos secum in torméto reprobi flamma illustrante visuri sunt, quorum amore deliquerunt: quatenus qui eorum vitam carnaliter cõtra præcepta conditoris amauerunt, ipsorum quoque eos interitus in augmentum suæ damnationis affligat. Quod profectò Euãgelio attestante colligimus, in quo veritate nunciante, diues ille quem contigit ad æterna incendij tormenta descendere, quinque fratrum describitur meminisse, qui Abrahã petiit, vt ad eorum eruditionem mitteret, ne illuc eos quãdoque venientes par pœna cruciaret. Qui igitur ad doloris sui cumulum, propinquorum absentium meminit: constat procul dubio quia eos, ad augmentum supplicij, paulopost potuit etiam præsentes videre. Quid autem mirum si secum quoque reprobos aspiciat cremari, qui ad doloris sui cumulũ, eũ quẽ despexerat, in sinu Abrahæ Lazarum vidit? Si ergo ei vt pœna cresceret, & vir electus apparuit: cur nõ credendũ sit quòd videre in supplicio eos etiam quos contra deum dilexerat, possit? Qua ex re colligitur, quòd eos quos inordinatè nũc reprobi diligunt: miro iudicij ordine, secũ tunc in tormẽtis videbunt: vt pœnam propriæ punitionis exaggeret illa auctori præposita carnalis cognatio, pari ante oculos vltione damnata. Ignis itaque qui in obscuritate cruciat, credendum est: quia lumen ad tormentum seruat. Quod si approbare testimoniis in sua expressione non possumus: superest vt è diuerso doceamus. Tres quippe Hebrææ gentis pueri, per Chaldæi regis imperium succensis camini ignibus, ligatis manibus, pedibúsque proiecti sunt, quos tamen cùm idem rex in camini incendio miseratus exploraret, illæsis vestibus deambulantes vidit. Vbi apertè colligitur, quia mira dispositione conditoris, ignis qualitas in diuersa virtute temperata, & vestimenta non attigit, & vincula incendit, sanctisque viris & ad inferendum tormentum flamma frigut, & ad solutionis ministerium exarsit. Sicut ergo electis ignis ardere nouit ad solatium, & tamen ardere ad supplicium nescit: ita è diuerso gehennæ flamma reprobis & nequaquã lucet ad consolationis gratiam, & tamen lucet ad pœnam, vt damnatorum oculis ignis supplicij & nulla claritate candeat, & ad doloris cumulum, delecti qualiter crucientur, ostendat. Quid autẽ mirum si gehennæ ignem credimus habere supplicium simul obscuritatis & luminis, quando experimento nouimus, quia & tædarum flamma lucet obscura? Tunc edax flamma comburit, quos nunc carnalis delectatio polluit: tunc infinitè patens inferni baratrum deuorat, quos nunc inanis elatio exaltat, atque qui quólibet ex vitio hic voluntatem callidi persuasoris expleuerunt: tunc cum duce suo reprobi ad tormenta perueniunt.

Caput. L.

ET quanuis angelorum atque hominum longè sit natura dissimilis, vna tamen pœna implicat, quos vnus in crimine reatus ligat. Quod bene ac breuiter insinuat propheta qui ait: Ibi Assur & omnis multitudo eius, & in circuitu eius sepulchra illius. Quis nanque Assur superbi regis nomine, nisi ille per elationem cadens antiquus hostis exprimitur, qui pro eo quòd multos ad culpam pertrahit, cum cuncta sua multitudine ad inferni claustra descendit. Sepulchra autem mortuos tegunt. Et quis alius mortem acrius pertulit, quàm is qui conditorem suum despiciens, vitam reliquit? Quem videlicet mortuum cùm humana corda suscipiũt, eius procul dubio sepulchra fiunt. Sed in circuitu illius sepulchra eius sunt, quia in quorum se mentibus nunc per desideria sepelit, hos sibi postmodum per tormenta coniungit. Et quotiam nunc in semetipsis reprobi malignos spiritus illicita perpetrando suscipiunt, tunc sepulchra cum mortuis ardebunt. Ecce quæ maneat damnatos pœna cognouimus: & instruente nos sacro eloquio quantus in damnatione ignis, quãta in igne obscuritas, quãtusque in obscuritate pauor sit, nullatenus ambigimus.

Quòd nihil prodest quæ maneant peccatores tormenta cognoscere, nisi ad hoc demus operam, vt possimus euadere.

Sed quid prodest ista prænosse, si non contingat euadere? Tota ergo intentione curandum est, vt cùm vacationis tempus accipimus, bene viuendi studio, malorum vltricia tormẽta fugiamus: Hinc quippe per Salomonem dicitur: Quodcũque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erit apud inferos, quo tu properas. Hinc Esaias ait: Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum, dum prope est. Hinc Paulus dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hinc rursum ait: Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.

Eccles. 9. *Esa. 55.* *2. Cor. 6.* *Galat. 6.*

Caput. LI.

SEd plærunque se ad viam rectitudinis animus accendit, torporem discutit, tantoque in cœlestibus desiderio rapitur: vt penè nil ex eo inferius remansisse videatur. Et tamen cùm ad carnis curam reducitur, sine qua præsentis vitæ via nullo modo expletur, ita hunc inferius depressum tenet, ac si adhuc de summis nulla contigisset. Auditis verbis cœlestis oraculi, in amorem patriæ cœlestis erigitur: sed resurgente præsentis vitæ studio, sub terrenæ curæ aggere sepelitur: atque in terra cordis nequaquam supernæ spei semen proficit, quia cogitationis infimæ spina densescit. Quam videlicet spinam per semetipsam veritas manu sanctæ exhortationis eradicat, dicens: Nolite solliciti esse in crastinũ. Contra hanc quoque per Paulum dicitur: Carnis curam ne feceritis in concupiscentiis. Sed in his nimirum ducis ac militis verbis agnoscimus: quia tunc ab ea mortifero vulnere animus pungitur, cùm in ea mensura æquitatis non tenetur. Neque enim adhuc mortali in carne viuentibus, funditus cura carnis abscinditur: sed vt discretè animo seruiat, temperatur. Nam quia sollicitos nos esse veritas in crastinum prohibet, habere vtcunque curam in præsentibus non negat, quam tendi ad tempus quod sequitur, vetat. Et nimirum Paulus cùm carnis curam fieri in concupiscentia non sinit, procul dubio in necessitate concedit. Discretione ergo magni moderaminis carnis cura frenanda est, vt seruiat, & minimè principetur, ne quasi domina animum vincat: sed subacta mentis dominio, quasi ancilla famuletur: vt iussa assit, atq; ad nutum cordis repulsa dissiliat: vt vix à tergo sanctæ cogitationis appareat, & nunquam contra faciem recta cogitantis obsistat. Quod benè nobis historia sacræ lectionis innuitur, cùm Abraham tribus angelis occurrisse memoratur. Ipse quippe venientibus extra ostium occurrit, Sara verò post ostium stetit: quia videlicet vt vir ac dominus domus spiritalis, noster scilicet intellectus, debet in cognitione trinitatis, claustra carnis excedere, & quasi habitationis infimæ ianuam exire: cura autem carnis vt fœmina foris non appareat, & videri iactanter erubescat: vt quasi post tergum viri sit sub discretione spiritus, solis necessariis intenta, nequaquam sciat procaciter detegi, sed verecundè moderari. Cui tamen sæpe cùm dicitur vt de se minimè præsumat, sed totam se in diuinæ spei fiduciam transferat, despicit, & cessante studio, adesse sibi vitæ subsidia posse diffidit. Vnde & hæc eadem Sara promissiones dei audiens ridet, sed ridens corripitur, correpta autem protinus fœcundatur, & quæ in iuuentute vigens fœcundari non potuit, annis fracta senilibus, vtero marcescente concepit: quia cùm cura carnis sui confidentiam habere desierit, contra spem ex diuina promissione accipit, quod habituram se ex humana ratione dubitauit. Vnde & benè Isaac, id est risus dicitur, qui generatur: quia cùm supernæ spei fiduciam concipit, quid mens nostra aliud quàm gaudium parit? Curandum itaque est ne aut necessitatis metas cura carnis transeat, aut in eo quod moderatè exequitur, de se præsumat. Sæpe verò animus fallitur, vt quod voluptuosè appetit, necessariũ suspicetur:

Mat. 6. *Rom. 13.*

G suſpicetur:quatenus omne quodlibet, vitæ debitã vtilitatem putet. Et sæpe quia effectus prouidentiam sequitur, in sui fiduciam mens leuatur. Cumque sibi adesse quod deesse cæteris viderit,cogitatione tacita de magnitudine suæ prouisionis hilarescit, tãtoque iam à vera prouisione lõgè fit,quãto ipsam quoque elationem quam patitur,nescit. Vnde solerti semper custodiæ intentione pensandum est vel quid opere agimus, vel quid corde versamus,ne aut mentem præpediens, foris se terrena cura multiplicet,aut saltem de eius moderamine intus se cogitatio exaltet, vt cum diuina iudicia temporali circunspectione metuimus,sempiterni supplicia horroris euadamus.

Libri noni Moralium sancti Gregorij finis.

LIBER DECIMUS moralium sancti Gregorij in vndecimum caput textus beati Iob, expositionis verò primum caput.

H OVOTIES in arenę spectaculum fortis athleta descenderit, hi qui impares viribus existunt, vicissim se ei expugnatione subiiciunt:& vno victo contra hunc protinus alter erigitur:atque hoc subacto, alius surrogatur: vt luctantis vires quandoque molliores inueniant, quas ipsa sua crebrescẽs victoria fatigat: quatenus cùm nouus quisq; cõgreditur,is qui vinci virtutem qualitate nõ valet,personarum saltem mutatione superetur. Sic sic in hoc hominum angelorumque spectaculo beatus Iob fortis athleta prodiit,quantumque contra mutationes aduersantium valeat,continuatione indefessi roboris ostendit. Cui primus se Eliphas,secundus autem Baldath obiicit,atque ad extremum se Sophar in eius expugnatione supponit, qui ad inferendos ictus totis se conatibus erigunt:sed tamen ad feriendam altitudinem robusti pectoris non pertingunt. Ipsa quippe eorum verba patenter insinuant,quòd ictus in auras iactãt: quia cùm sanctum virum non rectè redarguunt, expressa inuacuum verba percussionis perdunt. Quod liquidò ostenditur,cùm Sophar Naamathitis responsio à cõtumelijs inchoatur,qui ait:

Textus beati Iob caput vndecimum:sed libri decimi moralis expositionis caput. II.

I REspondens autem Sophar Naamathites,dixit:Nunquid qui multa loquitur,non audiet, aut vir verbosus iustificabitur? Tibi soli tacebũt homines, & cum cæteros irriseris, à nullo confutaberis? Dixisti enim: Purus est sermo meus: & mundus sum in conspectu tuo. Atque vtinam deus loqueretur tecum,& aperiret labia sua tibi,vt ostẽderet tibi secreta sapientiæ, & quòd multiplex esset lex eius:& intelligeres quòd multo minora exigaris ab eo quàm meretur iniquitas tua. Forsitan vestigia dei comprehendes, & vsque ad perfectum omnipotentem reperies.Excelsior cœlo est,& quid facies? Profundior inferno,& vnde cognosces? Longior terra mẽsura eius,& latior mari.Si subuerterit omnia,vel in vnum coarctauerit: quis cõtradicet ei,vel quis dicere ei potest,cur ita facis?Ipse enim nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem nónne considerat? Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberũ natum putat. Tu autem firmasti cor tuum,& expandisti ad eum manus tuas.Si iniquitatem quæ est in manu tua,abstuleris K à te:& non manserit in tabernaculo tuo iniustitia:tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis,& non timebis. Miseriæ quoque obliuiscaris, & quasi aquarum quæ præterierunt,non recordaberis: & quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam. Et cùm te consumptum putaueris,orieris vt lucifer, & habebis fiduciam,proposita tibi spe,& defossus securus dormies.Requiescens, & nõ erit qui te exterreat.Et deprecabũtur faciem tuam plurimi.Oculi autem impiorum deficiẽt,& effugium peribit ab eis:& spes illorum, abhominatio animæ.

Quòd rectè dictis semper procaces ex aduerso respondeant.

Nunquid qui multa loquitur,nónne & ipse audiet? aut vir verbosus iustificabitur?) Mos esse procacium solet, vt rectè dictis semper è diuerso respondeant,ne si ad prolata consentiant,inferiores esse videantur. Quibus iustorũ verba quamlibet pauca sonuerint,multa sunt, quia quo eorum vitia resecant,auditum grauant: Vnde & ad crimen trahitur hoc quod recta prædicatione contra crimina profertur. Ipsum quippe qui ex veritate fortes sententias dixerat. Sophar redarguens, verbosum vocat: quia cùm ab ore iustorum sapientia culpas increpat,stultorũ auribus superfluitas loquacitatis sonat. Prauí nanque nil rectum nisi quod ipsi senserint,putant:& iustorum verba eo otiosa æstimãt, quo suis hæc sensibus inueniũt diuersa. Nec fallacem quidem Sophar sententiã protulit,quòd vir verbosus iustificari nequaquam possit: quia dum quisque per verba diffluit,perdita grauitate silentij,mentis custodiam amittit.Hinc quippe scriptum est: Cultus iustitiæ, silentium. Hinc Salomon ait:Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu,ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritũ suũ. Hinc rursum dicit:In multiloquio peccatum nõ deerit. Hinc Psalmista testatur dicens: Vir linguosus non dirigetur super terram.Sed virtus veræ scientiæ perditur,quæ sub discretionis custodia non profertur.Certum itaque est quòd verbosus iustificari vir nequeat.Sed bonum benè non dicitur: quia non intenditur cui dicatur.Vera quippe contra malos sententia, si bonorum rectitudinem impetit,vim suam perdit,& eo retusa resilit,quo illud est forte quod ferit.

Quòd insti ex reprehensione corrigantur, superbi verò ad defensionis suæ insaniam erigantur. Cap. III.

QVia autem praui audire bona patienter nequeunt: & cùm vitæ emendationem negligunt, ad verba se responsionis accingunt: apertè Sophar insinuat, qui subiungit: Tibi soli tacebunt homines, & cùm cæteros irriseris, à nullo confutaberis?) Imperita mens, vt diximus, veritatis sententias grauiter tolerat, & silentium pœnam putat: atque omne quod rectè dicitur, dedecus suæ irrisionis arbitratur: quia cùm vera vox, prauorum se aurибus admonet, memoriam culpa mordet, & in redargutione vitiorum, quo intus cognitione mens tangitur, foris ad studium contradictionis excitatur. Ferre vocem non valet:quia tacta in vulnere sui reatus dolet, & per hoc quod generaliter contra peruersos dicitur, se impeti specialiter suspicatur. Quod enim intus egisse se meminit, audire foris erubescit. Vnde mox se ad defensionem præparat, vt reatus sui verecundiam per verba prauæ refutationis tegat. Sicut enim recti de quibusdam quæ ab eis non rectè gesta sunt, correptionis vocem,ministerium charitatis æstimant: sic peruersi contumeliam derisionis putant. Illi se protinus ad obedientiam sternunt,isti ad insaniam suæ defensionis eriguntur. Illi correptionis adiutorium, vitæ suæ patrocinium deputant, per quod dum præsentis vitij culpa corripitur, venturi iudicis ira temperatur.Isti cùm se impeti redargutione conspiciunt, gladium percussionis credunt:quia dum per correptionis vocem culpa detegitur, præsentis gloriæ opinio fœdatur.Hinc quippe in laudem iusti per Salomonem dicit veritas: Doce iustum & festinabit accipere. Hinc prauorum contumaciam despicit dicens: Qui erudit derisorem, ipse sibi facit iniuriam. Nam fit plærunque vt cùm correpta in se mala defendere nequeunt, ex verecundia peiores fiant, ac sic in sua defensione

Universidad de Deusto Biblioteca

A sione superbiant, vt quædam vitia contra vitam corripientis exquirant, & eo se criminosos non estiment, si crima & aliis imponant. Qui cùm vera inuenire nequeunt, fingunt: vt ipsi quoque habeant, quod non impari iustitia increpare videantur. Vnde & Sophar quia quasi irrideri se per increpationem doluit, protinus mentiendo subiungit: Dixisti enim, purus est sermo meus, & mundus sum in conspectu tuo.) Qui beati Iob dictorum meminit, quàm falso hoc voci illius impingatur, agnoscit. Quomodo enim mundum se dicere potuit, qui ait: Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me. Sed habet hoc prauorum malitia: vt cùm vera in se flere mala renuit, fingat aliena. Nam quasi solatio facinoris vtitur, si fallis vocibus, & vita corripientis inquinetur. Caput. IIII.

SCiendum verò est quòd plærunque peruersi verbo tenus bona optant, vt mala esse quæ in præsentibus habentur, ostendant: & quasi fauentes prospera expetunt, vt benigni videantur. Vnde & Sophar protinus subiicit, dicēs: Atque vtinam deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi.) Ipse quippe sibi homo loquitur, cùm per hoc quod sentit, nequaquam diuinitatis spiritu à carnalis prudentię intellectu separatur, cùm caro sensum exerit, & mentem quasi ad intelligē tiam prouocans, foras mittit. Vnde & adhuc Petro terrena sapienti veritas dicit: Non enim sapis quæ dei sunt, sed quæ hominum. Cui tamen recta confitenti dicitur: Caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Quid autem dei labia, nisi iudicia eius accipimus? Clausis nāque labiis vox premitur, & sensus tacentis ignoratur: apertis autem, sermo dū promitur, animus loquentis innuitur. Labia itaque sua deus aperit, cùm voluntatem suam hominibus per aperta iudicia ostendit. Quasi enim reserato ore loquitur, cùm remota obscuritate dispositionis intimæ, renuit occultare quod vult. Nā velut clausis labiis sensum nobis suum non indicat, cùm per occulta iudicia cur quid faciat, cælat. Sophar itaque beatū Iob, vt de carnali intellectu redarguat, seque ipsum quantæ sit benignitatis ostendat: ea bona optat, quæ & cùm habentur, ignorat, dicens: Atque vtinam deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi.) Ac si patēter dicat: Imperitiæ tuæ potius quàm pœnæ compatior: quia sola carnis prudentia præditum, à veritatis te spiritu vacuum agnosco. Si enim dei iudicia occulta cognosceres, tam procaces contra illum sententias non sonares. Et quia omnipotens deus cùm ad considerandā nos sua iudicia subleuat, ignorantiæ nostræ protinus cęcitatem fugat: quæ apertis eius labiis, ad nos eruditio prodeat: protinus adiūgendo manifestat, dicens:

Matth. 16. & Mar. 8.

Matt. 16.

B

Quòd secreta sapientiæ dei, nullus inquirendo valet inuenire, & quòd charitas dei cum misericordia eadem sit: quia ad innumera opera mentem multiformiter accendit.

C Vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quòd multiplex sit lex eius.) Publica sapientiæ supernæ sunt opera, cùm omnipotens deus regit quos creat, perficit bona quæ inchoat, & aspirando adiuuat, quos visitationis suæ lumine illustrat. Cunctis etenim liquet, quia quos gratis condidit, benignè disponit. Et cùm spiritalia dona largitur: ipse perficit quod ipse ex munere suæ benignitatis inchoauit. Secreta verò sapientiæ supernæ sunt opera, cùm deus quos creauit, deserit: cùm bona quę preueniendo cœperat, nequaquam prosequēdo consummat, cùm claritate nos suæ illustrationis illuminat: & tamen permissis carnis tentationibus tenebris cęcitatis pulsat, cùm dona quæ contulit, minimè custodit, cùm & mentis nostræ ad se desideria excitat, & tamē occulto iudicio, difficultate nos nostrę imbecillitatis angustat. Caput. V.

QVæ nimirum secreta eius sapientiæ pauci valent inquirere, sed nullus inuenire: quia quod super nos de nobis ab immortali sapiētia non iniustè disponitur, iustum profecto est vt à nobis adhuc mortalibus ignoretur. Sed hæc ipsa sapientiæ illius secreta conspicere, vtcunque iam incomprehensibilitatis eius est potentiam videre: quia etsi in ipsa consiliorum eius inquisitione deficimus, deficiendo tamen verius discimus quem timeamus. Ad hæc se Paulus sapientiæ illius secreta tetenderat, cùm dicebat: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit. Qui superius etiam ex ipsa inquisitione lassescens, sed tamē ad cognitionem infirmitatis propriæ lassescendo proficiens, præmittit dicens: O homo tu quis es, qui respondeas deo? Nunquid dicet figmentum ei qui se finxit, quare me fecisti sic? Qui igitur ad occulta dei pertingere non valens, ad infirmitatis suę cognitionem rediit, atque ad eruditionem se propriam deficiendo reuocauit, vt ita dicam, secreta sapientiæ non inueniens inuenit: quia cùm ad superna consilia requirenda lassescēret, didicit vt humilius timeret: & quem sua infirmitas à cognitione intima repulit, hunc ei verius humilitas iunxit. Sophar itaque & per scientię studium peritus, & per audaciam tumidæ locutionis ignarus: quia ipse grauitatem non habet, meliori optat, quod habet, dicens: Atque vtinam deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi: vt ostenderet tibi secreta sapientiæ.) Qui eam quoque qua se super amicum pollere æstimat, optando sapientiam ostentat: cùm protinus subdit: Et quòd multiplex sit lex eius.) Quid hoc loco dei lex accipi, nisi charitas debet? per quam semper in mente leguntur præcepta vitæ qualiter in actione teneantur. De hac etenim lege veritatis voce dicitur: Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem. De hac Paulus ait: Plenitudo legis est dilectio. De hac iterum dicit: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legē Christi. Lex etenim Christi quid congruentius intelligi quàm charitas potest? Quam tunc verè perficimus, cùm fraterna onera ex amore toleramus. Sed hæc eadē lex multiplex dicitur: quia studiosa sollicitudine charitas ad cuncta virtutum facta dilatatur. Quæ à duobus quidem præceptis incipit: sed se ad innumera extendit. Huius nanque legis initium, dilectio dei est & proximi.

Ioan 15.

Roma. 13.

Galat. 6.

D

E

Caput. VI.

SEd dei dilectio per tria distinguitur: quia ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute diligi conditor iubetur. Qua in re notandum est quòd diuinus sermo cùm deum diligi præcipit, non solum narrat ex quo, sed etiam informat ex quāto, cùm subiungit, ex toto: vt videlicet qui perfectè deo placere desiderat, sibi de se nihil relinquat. Proximi autem dilectio ad duo præcepta deriuatur, cùm & per quendā iustum dicitur: Quod ab alio tibi odis fieri, vide ne tu alteri facias. Et per semetipsam veritas dicit: Quæ vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Quibus duobus scilicet vtriusque testamenti mandatis, per vnum malitia compescitur, per aliud benignitas prærogatur: vt malū quod pati non vult quisque non faciens, cesset à nocendi opere, & rursum bonū quod sibi fieri appetit, impendens, erga vtilitatem se proximi exerceat ex benignitate. Sed hæc nimirum duo dum sollicita intētione cogitantur, cor ad innumera virtutum ministeria tenditur, ne vel ad inferenda quæ non debet, desideriis inquieta mēs ferueat, vel erga exhibenda quæ debet: otio resoluta torpescat. Nam cum cauet alteri facere quod nequaquam vult ab altero ipsa tolerare, sollicita se intentione circunspicit, ne superbia eleuet: & vsque ad despectum proximi, animum deiiciens exaltet, ne ambitio cogitationem dilaniet: cumque hanc ad appetenda aliena dilatat, angustet: ne cor luxuria polluat, & subiectum desideriis per illicita corrumpat: ne ira exasperet, & vsq; ad proferendam cōtumeliam inflammet: ne inuidia mordeat, & alienis fœlicitatibus æmula, sua se face consumat: ne immoderatè linguam loquacitas pertrahat, eamque vsque ad lasciuiam obtrectationis extendat: ne odium malitia excitet, & os vsque ad iaculum maledictionis irritet. Rursum cùm cogitat, vt ea alteri faciat, quæ ipsa sibi fieri ab altero expectat, pensat nimirum vt malis bona, & bonis meliora respondeat: vt erga procaces mansuetudinem longanimitatis exhibeat: vt malitię peste languentibus, grātiam benignitatis impendat: vt discordes pace vniat, & concordes ad concupiscentiam veræ pacis accingat: vt indigentibus necessaria tribuat: vt errantibus viam rectitudinis ostendat: vt afflictos verbo & compassione mulceat: vt accensos in huius mundi desideriis increpatione restringat: vt minas potentum ratiocinatione mitiget: vt oppressorum angustias quanta prævalet ope leuet, vt foris resistē tibus opponat patientiam: vt intus superbientibus exhibeat cum patientia disciplinam: vt erga errata subditorum sic mansuetudo zelum temperet, quatenus à iustitiæ studio non enerF

Thob. 4. Matth. 7.

net:

G uet: sic ad vltionem zelus ferueat, ne tamen pietatis limitē feruendo transcendat: vt ingratos beneficiis ad amorem prouocet: vt gratos quosque ministeriis in amore seruet: vt proximorum mala cùm corrigere non valet, taceat: vtque cùm corrigi loquendo possunt, silentium consensum esse pertimescat: vt sic ea quæ tacet, toleret, ne tamen in animo virus doloris occultet: vt sic maleuolis munus benignitatis exhibeat, ne tamen per gratiam à iure rectitudinis excedat, vt cuncta proximis quæ prævalet impendat, sed hæc impendēdo non tumeat: vt sic in bonis quæ exhibet, tumoris præcipitium paueat, ne tamen à boni exercitio torpescat: vt sic quæ possidet, tribuat: quatenus quanta sit largitas remunerantis, attēdat, ne cùm terrena largitur, suam plusquam necesse est inopiam pertimescat, & in oblatione muneris, hilaritatis lumen tristitia obscuret.

Caput. VII.

Virtus charitatis. B Ene ergo lex dei multiplex dicitur: quia nimirum cùm vna eademque sit charitas, si mentem plenè cœperit, hanc ad innumera opera multiformiter accendit. Cuius diuersitatem breuiter exprimimus, si in electis singulis bona illius restringendo numeremus. Hæc nanque primum per

Gene.4. Abel & electa deo munera obtulit, & fratris gladium non re-

Gene.5. luctando tolerauit. Hæc Enoch & inter homines spiritaliter

Gene.7. viuere docuit, & ad sublimem vitam ab hominib⁹ etiam corporaliter abstraxit. Hæc Noë despectis omnibus, solum Deo

H placabilem ostendit, atque in arcæ fabricam studio longi laboris exercuit, & mundo superstitem pio opere exercendo ser-

Genesis. 9. uauit. Hæc per Sem & Iaphet humiliter verenda patris erubuit, & superiecto doris pallio quę non videbat, abscondit.

Gene.22. Hæc Abrahæ dextram quia ad mortem filij obediendo extu-

Gene.27. lit, hunc prolis innumeræ, gentium patrem fecit. Hæc Isaac

Gene.37. mentem quam semper ad munditiam tenuit, caligantibus ætate oculis, ad videnda longè pòst ventura dilatauit. Hæc Iacob

Gene.42. compulit, & amissum bonum filium medullitus gemere, & prauorum filiorum præsentiam sub æquanimitate tolerare. Hæc Ioseph docuit à fratribus venundatum, libertate animi infracta seruitium perpeti, & eisdem pòst fratribus mente non elata principari. Hæc Moysen delinquente populo, & vsque ad

Exod.32. petitionem mortis in precibus strauit: & vsque ad interfectionem populi per zeli studium erexit: vt & pro pereunte plebe sese morti obiiceret, & contra peccantem protinus vice domi

Nume.25. ni irascentis sæuiret. Hęc Phinees brachium in vltionem peccantium erexit: vt arrepto gladio coëuntes transfigeret, & irā

Iosue.9. domini iratus placaret. Hæc Iosue exploratorem docuit: vt & prius contra falsiloquos ciues veritatem verbo defenderet, &

1.Regū.3. hanc postmodum gladio contra hostes allegaret. Hęc Samuël & in principatu humilem præbuit, & integrum in deiectione seruauit: qui cùm persequentem se plebem diligeret, ipse sibi testimonium extitit, quia culmen ex quo deiectus est, non a-

1.Reg.24. mauit. Hæc Dauid ante iniquum regem & humilitate com-

I mouit ad fugam, & pietate repleuit ad veniam: qui persecutorem suum, & timendo fugit vt dominum, & tamen cùm pote-

2.Regū.12. statem feriendi reperit, non agnouit inimicum. Hæc Nathan & contra peccantem regem in auctoritatem liberæ increpationis sustulit, & cùm regis culpa deesset, in petitione humili-

Esa.20. ter strauit. Hæc per Esaiam nuditatem carnis in prædicatione non erubuit, & subducto carnali velamine, superna mysteria

4.Regū.2. penetrauit. Hæc Heliam: quia feruoris zelo viuere spiritaliter

Ibidem. docuit, ad vitam quoque & corporaliter abstraxit. Hæc Helisæum: quia magistrum simpliciter diligere instituit, magistri

Hiere.42. spiritu dupliciter impleuit. Per hanc Hieremias ne in Aegyptum populus descenderet, restitit: sed tamen & inobedientes

Ezech.8. diligens, quò descendi prohibuit, & ipse descendit. Hæc Ezechielem: quia prius à terrenis desideriis sustulit, pòst per cin-

Danie.14. cinnum capitis in aëre librauit. Hæc in Danielē: quia à regiis dapibus gulam compescuit, ei & esurientium ora leonum clau-

Danie.3. sit. Hæc tribus pueris: quia in tranquillitate positis incendia vitiorum subdidit, tribulationis tempore, & flammas in for-

Act.15. nace temperauit. Hæc in Petro & minis terrētium principum fortiter restitit, & in circuncisione submouenda, minorū verba humiliter audiuit. Hæc in Paulo & manus persequentium humiliter pertulit, & tamen in circuncisionis negotio longè se imparis prioris sensum audenter increpauit. Multiplex ergo ista lex dei est, quæ singulis rerum articulis non permutata cō-

gruit, & causis se variantibus non variata coniungit. K

Caput. VIII.

C Vius nimirum legis multiplicitatem bene Paulus enu- 1.Cor.
merat dicens: Charitas patiens est, benigna est: non æmulatur, non inflatur, non agit perperam, non est ambitiosa, non quærit quę sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Patiens quippe est charitas: quia illata mala æquanimiter tolerat. Benigna verò est: quia ꝑ malis bona largiter ministrat. Non æmulatur: quia per hoc quòd in præsenti mundo nil appetit, inuidere terrenis successibus nescit. Non inflatur: quia cùm præmium internę retributionis anxia desiderat, de bonis se exterioribus non exaltat. Non agit perperam: quia quo se in solum dei ac proximi amorem dilatat: quicquid à rectitudine discrepat, ignorat. Non est ambitiosa: quia quo ardenter intus ad sua satagit, foris nullatenus aliena concupiscit. Non quærit quæ sua sunt: quia cuncta quæ hìc transitoriè possidet, velut aliena negligit: cùm nihil sibi esse proprium, nisi quod secum permaneat, agnoscit. Non irritatur: quia & iniuris lacessita, ad nullos se vltionis suæ motus excitat: cùm pro magnis laboribus maiora pòst præmia expectat. Nō cogitat malum: quia in amore munditiæ mentem solidans, dum omne odium radicitus eruit, versare in animo quod inquinet, nescit. Non gaudet super iniquitate: quia quo sola dilectione erga omnes inhiat, nec de perditione aduersantium exultat. Cōgaudet autem veritati: quia vt se cęteros diligens, per hoc quod rectum in aliis conspicit, quasi de augmento proprij profectus hilarescit. Multiplex ergo ista lex dei est, quæ contra vniuscuiusque culpæ iaculum, quod perimendam mentem impetit, instructionis suæ munimine semp occurrit: vt quia antiquus hostis varia circúfusione nos obsidet, ipsa hunc de nobis multipliciter expugnet. Quam nimirum legem si sollicita consideratione pensamus, auctori nostro quātum quotidie delinquamus, agnoscimus. Si autē culpas perpendimus, profectò æquanimiter flagella toleramus, nec ex dolore charitas ad impatientiam prorumpit: cùm suo se iudicio conscientia addicit. Vnde Sophar quid diceret, sciens: sed cui diceret, nescius: postquam præmisit dicens: vt ostenderet tibi secreta sapientiæ: & quòd multiplex sit lex eius, protinus adiungit:

Quòd sæpe magnis doctoribus contingit, vt nimia charitate feruentes, modum correctionis excedant: & quid sit quòd per Moysen dicitur: Qui casu ferro de manubrio lapso nolens hominem occiderit, ad vnam leuiticarum vrbium cōfugiat.

Et intelligeres quòd multo minora exigaris à deo, quàm meretur iniquitas tua.) Dolor quippe, vt diximus, flagelli temperatur, cùm culpa cognoscitur: quia tāto quisque patientius ferramentum medici tolerat, quanto putridum conspicit esse quod secat. Qui igitur multiplicitatem legis intelligit, cuncta quæ patitur, quàm sint minora perpendit: quia per hoc quòd culpæ pondus agnoscitur, afflictionis pœna leuigatur.

Caput. IX.

S Ed inter hæc sciendum est, quia sine magna iniquitate non fuerit quòd Sophar virum iustum vsque ad obiectionem iniquitatis increpauit. Vnde & eorum audacia veritas iustè redarguit, sed benignè ad gratiam reducit: qui apud misericordem iudicem nequaquam sine venia culpa relinquitur, cùm per feruorem zeli ex eius amore peccatur. Sæpe nanque magnis hoc doctoribus mirandisque contingit: vt quo alta charitate feruent, eo modum correptionis exaggerent, & lingua aliquid quod non debet, dicat: quia mentem dilectio quantum debet, inflammat. Sed verbū prolatæ contumeliæ tanto citius parcitur, quanto & ex qua radice prodeat, pensatur. Vnde & per Moysen dominus præcepit dicens: Si quis abierit cum amico suo simpliciter in siluam ad ligna cædenda, & lignum securis fugerit manu, ferrúmque lapsum de manubrio amicum eius percusserit, & occiderit, hìc ad vnam supradictarum vrbium fugiet, & viuet: ne forte proximus eius cuius effusus est sanguis, doloris stimulo persequatur, & apprehendat eum, & percutiat animam eius. Ad siluam quippe cum amico imus, quotiens cum quolibet proximo ad intuenda delicta nostra conuertimur: & simpliciter

Universidad de Deusto Biblioteca

A pliciter ligna succidimus, cum delinquentium vitia pia intentione resecamus. Sed securis manu fugit, cùm sese increpatio plusquam necesse est in asperitatem pertrahit. Ferrum de manubrio prosilit, cùm de correpione sermo durior excedit: & amicum percutiens occidit, quia auditorem suum prolata contumelia à spiritu dilectionis interficit. Correpti nanque mens repentè ad odium prorut, si hanc immoderata increpatione plusquam debuit, addicit. Sed is qui incautè ligna percutit, & proximum extinguit, ad tres necesse est vrbes fugiat, vt in vna earum defensus viuat: quia si ad pœnitentiæ lamenta conuersus, in vnitate sacramenti sub spe, fide & charitate absconditur, reus perpetrati homicidij non tenetur, eumque extincti proximus, & cùm inuenerit non occidit: quia cùm districtus iudex venerit, qui sese nobis per naturæ nostræ consortium iunxit, ab eo proculdubio vindictam de culpæ reatu non expetit, quem sub eius venia spes, fides & charitas abscondit. Citius ergo culpa dimittitur, quæ nequaquam malitiæ studio perpetratur. Vnde & Sophar iniquum vocat, quem superna sententia laudauerat, nec tamen à venia reprobatus excluditur, quia ad verba cõtumeliæ diuini amoris zelo permouetur. Qui pro eo quòd beati Iob merita non agnoscit, ex imperita adhuc irrisione subiungit, dicens:

Quòd in quibusdam donis suis, quasi ex vestigiis bonitatis
B *conspicimus deum.*

Forsitan vestigia dei comprehendes, & vsque ad perfectum omnipotẽtem reperies.) Quid dei vestigia, nisi benignitatem illius visitationis vocat? Quibus nimirum progredi ad superna prouocamur, cùm eius spiritus afflatu tangimur: & extra carnis angustias subleuati, per amorem agnoscimus contemplandam auctoris nostri speciem, quam sequamur. Nam cùm mẽtem nostram spiritalis patriæ amor inflammat, quasi sequentibus iter insinuat, & subiecto cordi velut quoddam vestigiũ dei gradientis imprimitur: vt ab eo rectis cogitationum gressibus via vitæ teneatur. Quem enim nec dum cernimus, restat necesse est, vt per vestigia sui amoris indagemus: quatenus vsque ad contemplationis speciem quandoque mens veniat, quam nunc quasi à tergo subsequens, per sancta desideria explorat. Hæc Psalmista auctoris nostri vestigia bene sequi no-
Psalm. 62. uerat, cùm dicebat: Adhæsit anima mea post te. Quem reperire quoque vsque ad visionem suæ celsitudinis sitagebat, cùm
Psalm. 41. dicebat: Sitiuit anima mea ad deum fontem viuũ, quando veniam & apparebo ante faciem dei? Tunc quippe cognitione manifesta omnipotẽs deus reperitur, cum mortalitatis nostræ funditus corruptione calcata, ab assumptis nobis in diuinitatis suę claritate conspicitur. Nunc autem à carnali cogitatione animum infusione spiritus gratia subleuat, & in contemptum rerum transeuntium exaltat, totumque mens quod appetebat in infimis, despicit: atque ad superna desideria ignescit, & contemplationis suæ vi extra carnem tollitur, quæ corruptionis
C suæ pondere adhuc in carne retinetur. Incircunscripti luminis iubar intueri conatur, & non valet, quod infirmitate pressus animus, & nequaquam penetrat, & tamen repulsus amat. Iam nanque de se conditor per quod ametur, ostendit, sed visionis suæ speciem amantibus subtrahit. Sola ergo eius vestigia conspicientes gradimur, qui hunc per donorum suorum signa sequimur, quem necdum videmus.

Quòd deus in naturæ suæ altitudine, humanæ simul
atque angelicæ subtilitati sit inuestigabilis.

Caput. X.

QVæ nimirum vestigia comprehendi nequeunt: quia vnde, vbi, quibúsve modis veniant eius spiritus dona, nescimus: veritate attestante, quæ ait: Spiritus vbi vult, spirat: & vocem eius audis, & nescis
Ioan. 3. vnde veniat, aut quò vadat. In retributionis autem culmine reperiri omnipotens per contemplationis speciem potest, sed tamen ad perfectum non potest: quia etsi hunc in claritate sua quandoque conspicimus, non tamen eius essentiam plenè cõtuemur. Angelica etenim, vel humana mens cùm ad incircunscriptum lumen inhiat, eoipso se quo est creatura, coangustat, & super se quidem per prouectum tendit, sed tamẽ eius fulgorem cõprehendere, nec dilatata sufficit: qui & transcendendo & portando omnia, & implendo concludit. Vnde & adhuc subditur: Excelsior cœlo est, & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognosces? Longior terra mensura eius, & latior mari.) Quod deus cœlo excelsior, inferno profundior, terra longior, marique latior esse describitur: tanto spiritaliter debet intelligi, quanto de eo quicquam nefas est iuxta corporea lineamenta sentire. Sed cœlo est excelsior, quia incircunscriptione sui spiritus cuncta transcendit. Inferno profundior, quia transcendendo subuehit. Terra longior, quia creaturæ modũ perennitate suæ æternitatis excedit. Mari latior, quia rerum tẽporalium fluctus sic regens possidet, vt hos sub omnimoda potentiæ suæ presentia coangustando circũdet. Quanuis possint & cœli appellatione angeli, & inferni vocabulo dæmonia signari, per terram verò iusti homines, per mare autem peccatores intelligi. Excelsior itaque est cœlo: quia ipsi quoque electi spiritus, visionem tantę celsitudinis perfectè non penetrãt. Profundior inferno est, quia malignorum spirituum astutias longè subtilius quàm ipsi putauerant, iudicans damnat. Terra longior, quia longanimitatem nostram patientia diuinæ longanimitatis exuperat, quæ nos & peccantes tolerat, & conuersos ad præmia remuneratiõis expectat. Mari latior, quia vbique facta peccantium, retributionis suæ præsentia occupat, vt & cùm non præsens per speciem cernitur, præsens per iudiciũ sentiatur. Cuncta tamen ad solum referri hominem possunt, vt ipse sit cœlum: cùm iam per desideriũ summis inhæret. Ipse infernus: cum tentationũ suarum caligine perturbatus in infimis iacet. Ipse terra: quia in bono opere fixæ spei vbertate fructificat. Ipse mare: quia in quibusdam trepidus quatitur, & aura suæ mutabilitatis agitatur. Sed cœlo est excelsior deus: quia potentiæ eius magnitudine vincimur, etiã cùm super nosmetipsos eleuamur. Inferno profundior: quia nimirum plus indicat, quàm ipse se humanus animus in tentationibus inuestigat. Terra longior: quia fructus vitæ quos in fine retribuit, nequaquam nunc, vel spes nostra comprehendit. Mari latior quia humana mens fluctuans, multa de his quæ ventura sunt, coniicit: sed cùm iam cernere quæ æstimauerat, cœperit: angustam se fuisse in sua æstimatione cognoscit.

Homo est cœlũ, infernus, terra & mare.

Caput. XI.

EXcelsior igitur cœlo fit, cùm ipsa in eum nostra contemplatio deficit. Vnde & Psalmista cor in altum posuerat: sed necdum se eum contigisse sentiebat, dicens: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, nec potero ad eã. *Psal. 138.*
Inferno profundiorem nouerat, qui semetipsum discutiẽs, sed eius subtiliora iudicia pertimescens, dicebat: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me, dominus est. *1. Cor. 4.*
Longiorem terra viderat, cùm minora ei esse humanæ mentis vota pensabat, dicens: Qui potens est omnia facere superabundanter quàm petimus, aut intelligimus. *Ephe. 3.*
Latiorem mari conspexerat, qui timendo pensabat: quia nequaquam mens humana immensitatem districtionis eius agnosceret, quantũlibet inquirendo fluctuaret, dicens: Quis nouit potestatem iræ tuæ, & prę timore tuo iram tuam dinumerare? *Psalm. 89.*
Cuius benè potentiam egregius nobis doctor insinuat, cùm breuiter narrat: Vt possitis comprehẽdere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. *Ephe. 3.*
Habet quippe deus latitudinem: quia dilectionem suam vsque ad collectionem* persequentium tendit. Habet longitudinem: quia ad vitæ patriam nos longanimiter tolerando perducit. Habet sublimitatẽ: quia ipsorum quoque intelligentiam, qui recepti in supernam fuerint congregationem, trãscendit. Habet profundum: quia damnatis inferius districtionis suę iudicium incomprehensibiliter exerit. Quæ scilicet quatuor nobis in hac vita positis singulis exercet: quia & latitudinem amando, & lõgitudinem tolerando, & celsitudinem, non solum nostram intelligentiam, sed etiam vota superãdo, & profunditatem suam exhibet, occultos & illicitos cogitationum motus districtè iudicando. Sed eius celsitudo & profunditas q̃ sit inuestigabilis, nullus agnoscit: nisi qui vel contẽplatione ad summa prouehi, vel occultis motibus resistens, tentationum cœperit importunitate turbari. Vnde & beato Iob dicit: Excelsior cœlo est, & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognosces? Ac si aptè despecto diceretur: Profunditatem eius atq; excellentiã quando tu cognoscere sufficis, qui vel virtute ad summa euehi, vel temetipsum reprehendere in tentationibus nescis? Sequitur:

** al. correctionem.*

Quòd

G *Quòd cœlum, & infernus, & mare, & terra coarctantur in vnum, cùm vna eademq; mens, & deum per contemplationem intuetur: & ex carnis mole ad tentationum tenebras redit, & quasi à tertio cœlo elapsa, lege membrorum & stimulo carnis fluctuãs agitatur.*

Si subuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei? vel quis dicere ei potest, cur ita facis?) Subuertit dominus cœlum, cùm terribili & occulta dispensatione, humanę contemplationis celsitudinem destruit. Subuertit infernum, cùm cuiuslibet mentem in suis tentationibus pauidam, cadere etiam ad deteriora permittit. Subuertit terram, cùm fructificationem boni operis aduersis irruentibus intercidit. Subuertit mare cùm fluctuationem nostræ titubationis emergente subito pauore cõfundit. Dubietate quippe sua cor anxium, hoc ipsum quia titubat, valde formidat, & quasi mare subuertitur, cùm ipsa in deum nostra trepidatio, considerato eius iudicij terrore, turbatur.

Caput. X I I.

QVia igitur, quomodo cœlum vel infernus, terra vel mare subuertitur, breuiter diximus: nunc aliquantulum laboriosius restat, vt hæc qualiter in vnum coarctari valeant, demonstremus. Sæpe nanque con-

H tingit, vt ad summa iam mentem spiritus eleuet, sed tamen hãc importunis caro tentationibus impugnet. Cumq́ue ad contẽplanda cœlestia animus ducitur, obiectis actionis illicitæ imaginibus reuerberatur. Nam carnis repentè hunc stimulus sauciat, quem extra carnem cõtemplatio sancta rapiebat. Cœlum ergo simul infernusq́ue coarctatur, cùm vnam eandemq; mentem, & subleuatio contemplationis illuminat, & importunitas tentationis obscurat: vt & videat intendendo quod appetat, & succumbendo in cogitatione, toleret quod erubescat. De cœlo quippe lux oritur, infernus autem tenebris possidetur. In vnum ergo cœlum infernusq́ue redigitur, cùm mens quæ iam lucem patrię supernæ considerat, etiam de carnis bello tenebras occultæ tentationis portat. Certè iam Paulus tertij cœli culmen ascenderat, iam paradisi secreta cognouerat, & tamẽ

Roma. 7. adhuc carnis bella tolerans gemebat, dicens: Video aliam legẽ in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Quid ergo in huius tanti prædicatoris pectore, nisi cœlum, deus, infernumq́ue coarctauerat, qui & visionis intimę iam lumen acceperat, & tamen adhuc tenebras de carne tolerabat: Super se viderat quod lætus appeteret, in se cernebat quod metuẽs doleret. Iam cœlestis patriæ lux irradiauerat, sed adhuc tentationis obscuritas animum confundebat. Cum cœlo ergo infernũ pertulit: quia & illuminatum securitas erexit, & tentatum gemitus strauit. Et sæpe contingit vt fides in mente iam vi-

I geat. sed tamen ex parte aliquantula in dubietate contabescat: quatenus & certa se à visibilibus eleuet, & ex quibusdam se incerta perturbet. Nam plærunque ad æterna appetenda se erigit, & subortis cogitationum stimulis agitata, sibimetipsi contradicit.

Caput. X I I I.

IN vnum ergo terra mareq́ue coarctatur, cùm vnam eandemq́ue mentem, & certitudo solidæ fidei roborat, & tamẽ ex aliquantula mutabilitate perfidiæ, aura dubietatis versat. An non in suo pectore coarctari terram mareq́ue cognouerat, qui & per fidem sperans, & per infidelitatem fluctuans,

Matt. 9. dicebat: Credo domine, adiuua incredulitatem meam? Quid itaque est, quòd & se credere asserit, & adiuuari in se incredulitatem quærit, nisi quòd coarctari in suis cogitationibus terrã cum mari deprehenderat: qui & exorare certus iam per fidem cœperat, & adhuc incertus vndas perfidiæ ex incredulitate tolerabat? Quod tamen occulta fieri dispensatione permittitur: vt cùm mens iam surgere ad rectitudinem cœperit, prauitatis sue reliquiis impugnetur: quatenus hęc ipsa impugnatio, aut resistentem exerceat, aut delectationibus seductam frangat. Rectè itaque nunc dicitur: Si subuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit: quis contradicet ei? vel quis dicere ei potest, cur ita facis? quia nimirum diuinum iudicium, nec aduersitate valet imminui, nec inquisitione cognosci: cùm vel virtutes quas tribuerat, subtrahit: vel has omnino non adimens, vitiorum concuti impugnatione permittit. Sæpe nanque in elationem cor attollitur, cùm lætis successibus in virtute roboratur: sed dum latentes motus audaciæ in cogitatione conditor con- K spicit, se sibi hominem ostendendo derelinquit: vt eius mens derelicta quid sit, inueniat: quæ malè in se secura gaudebat. Vnde cùm subuerti omnia, vel in vnum coarctari dicerentur, protinus additur:

Quòd ex vitiis vitia nascuntur, & qui minima negligit, paulatim cadit.

Ipse enim nouit hominum vanitatem, & vidẽs iniquitatem nónne considerat?) Ac si premissa patefaciendo subiungeret, dicens: Quia tolerando succrescere vitia conspicit, iudicando dona confundit. Rectus verò in discretione* ordo seruatur, *al. cùm prius nosci vanitas, & pòst considerari iniquitas perhibetur. Omnis quippe iniquitas vanitas, non tamen omnis vanitas esse iniquitas solet. Vana nanque agimus, quotiens transitoria cogitamus. Vnde & euanescere dicitur, quod repentè ab intuentium oculis aufertur. Hinc Psalmista ait: Vniuersa vanitas omnis homo viuens, quoniam per hoc quòd viuendo ad interitum tendit, rectè quidem vanitas dicitur: sed nequaq́ rectè etiam iniquitas appellatur: quia etsi de pœna est culpæ quod deficit: non tamen hoc ipsum culpa est, quod à vita percurrit. Vana sunt itaque quæ transeunt. Vnde & per Salomonem dicitur: Omnia vanitas. Aptè autem pòst vanitatem protinus iniquitas subinfertur: quia dum per quædam transitoria ducimur, in quibusdam noxiè ligamur: cúmque mens incommutabilitatis statum non tenet, à semetipsa defluens, ad vitia L prorumpit. Vanitas ergo ad iniquitatem labitur, quæ assueta rebus mutabilibus dum ex aliis ad alia semper impellitur, suborientibus culpis inquinatur.

Caput. X I I I I.

POtest tamen & vanitas culpa intelligi, & iniquitatis nomine, reatus grauior demonstrari. Si enim aliquando vanitas culpa non esset, Psalmista nõ diceret: Quanquam in imagine dei ambulet homo, tamen vanè cõturbatur. Thesaurizat, & ignorat cui congreget ea: quia quanuis trinitatis imaginem in natura seruemus, vanis tamen delectationis motibus perturbati, in conuersatione nostra delinquimus, vt modis nos semper alternantibus cupido concutiat, metus frãgat, lętitia mulceat, dolor affligat. Ex vanitate ergo, vt & superius dictum est, ad iniquitatem ducimur: cùm prius per leuia delicta defleuimus, vt vsu cuncta leuigante, nequaquam pòst cõmittere etiam grauiora timeam*. Nam dum moderari lingua ociosa verba negligit, more inolitæ remissionis capta, audax ad noxia prorumpit: dum gulę incumbitur, ad leuitatis protinus insaniam proditur: cumque mens subigere delectationem carnis renuit, plærunque & ad perfidiæ voraginem ruit. Vnde bene Paulus plebis Israëliticæ damna conspiciens, vt imminẽtia ab auditoribus mala compescerẽt, curauit ex ordine transacta narrare, dicens: Neque idololatræ efficiamini, sicut quidã ex ipsis, quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerũt ludere. Esus quippe potusque ad lusum impulit, lusus ad idololatriã traxit: quia si vanitatis culpa nequaquam cautè compescitur, ab iniquitate protinus mẽs incauta deuoratur, Salomone attestante, qui ait: Qui modica spernit, paulatim decidit. Si enim curare parua negligimus insensibiliter seducti, audenter etiam maiora perpetramus. Et notandum q̃ non videri, sed considerari iniquitas dicitur: Studiosius quippe conspicimus, quæ considerамus. Deus itaque hominum vanitatem nouit, iniquitatem considerat: quia nec minora delicta inulta deserit, & ad maiora ferienda sese intentius accingit. Quia igitur à leuioribus malis incipitur, & ad grauiora peruenitur: vanitas mentem obnubilat, iniquitas cæcat. Quæ nimirum mens amisso mox lumine, tanto se altius per tumorem erigit, quanto & iniquitatis capta laqueis, à veritate longius recedit. Vnde & aptè quoque quò vanitas cum iniquitate pertrahat, exprimit: cùm repentè subiungit:

Caput. X V.

VIr vanus in superbiam erigitur.) Vanitatis quippe finis est, vt cum peccato mentem sauciat, hanc ex culpa audacem reddat: quatenus sui reatus oblita, quæ amisisse se innocentiam non dolet, iusto excæcata iudicio, simul & humilitatem perdat. Et fit plærunque vt prauis desideriis seruiens, à iugo se diuini timoris excutiat, & quasi in malorum perpetratione iam libera, omne quod voluptas suggerit,

A erit, implere contendat. Vnde cùm vir vanus se erigere in superbiam dicitur, illico subinfertur:

Quòd diuina miseratio, quasi domesticum animal loris aduersitatum electos plerùmque ligat, ne per desideriorum siluam effrenum libertate discurrat.

Et quasi pullum onagri se liberum natum putat.) Per pullum quippe onagri, omne agrestium genus exprimitur, quod naturæ dimissum motibus, loris dominantium non tenetur. Agri nanque animalia libertatem habent, & ire quò appetũt, & quiescere cùm lassantur. Et quanuis insensatis animalibus homo longè sit melior, hoc tamen plerunque homini non licet, quod brutis animalibus licet. Quæ enim ad aliud minimè seruantur, eorum motus proculdubio nequaquam sub disciplina restringitur. Homo autem quia ad sequentem vitam ducitur, necesse profecto est, vt in cũctis suis motibus, sub dispositione disciplinæ religetur, & quasi domesticum animal loris vinctum seruiat, atque æternis dispositionibus restrictũ viuat. Qui ergo implere cuncta quæ desiderat, per effrenatam libertatem quærit, quid aliud quàm pullo onagri esse similis concupiscit: vt disciplinę hunc lora non teneant, sed audenter vagus per siluam desideriorum currat? Sæpe autem diuina miseratio quos prodire in effrenationem illicitę libertatis conspicit, obiectione prosperæ aduersitatis frangit: quatenus elisi discant, q̃

B reproba erectione tumuerant: vt iam flagelli experimentis edomiti: quasi iumenta domestica præceptorum loris mentis colla subiiciant, & vitæ præsentis itinere ad nutum præsidentis pergãt. Quibus bene loris ligatum se nouerat, qui dicebat:

Psalm. 72. Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Vnde & sæuus ille persecutor ab agro perfidæ voluptatis ad domum fidei reductus, rectoris sui calcaribus punctus audiebat:

Actor. 9. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Restat ergo vt si esse iam similes pullo onagri nolumus, in cunctis quæ appetimus, nutum prius intimæ dispensationis exquiramus: vt mens nostra in omne quod nititur, superni regiminis loro teneatur, & inde magis vota sua ad vitã impleat, vnde vitæ suę studia, & contra propriam voluntatem calcat. Multa Sophar fortia protulit, sed quod meliori se hæc loquitur, nescit. Vnde adhuc increpando subiungit: Tu autem firmasti cor tuum, & expãdisti ad eum manus tuas.) Firmari cor non hoc loco per virtutem dicitur, sed per insensibilitatem. Omnis nanque animus qui districtionis intimæ considerationi se subiicit, ex eius protinus timore molliscit, eumque sagitta diuinæ formidinis penetrat: quia infirma viscera per humilitatem gestat. Quisquis autem pertinacia insensibilitatis obdurescit, quasi cor firmat, ne hoc iacula timoris superni confodiant: Vnde quibusdam

Ezech. 36. per Prophetam dominus misericorditer dicit: Tollã à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum. Cor quippe lapideum tollit, cùm à nobis superbiæ duritiã subtrahit: & cor

C neum tribuit, cùm eandem protinus nostram duritiam ad sensibilitatem vertit. Per manus vero, vt iam crębrò docuimus opera designantur. Cum culpa igitur manus ad deum expandere, est contra largitoris gratiam de virtute operum superbire. Qui enim in conspectu æterni iudicis loquens sibi dona quæ facit, tribuit: ad deum manus superbiens tendit. Sic profectò contra electos reprobi, sic contra catholicos hæretici semper effrenantur: vt cum obiurgare facta nequeunt, bonos reprehendere de factorũ elatione moliantur: quatenus eos quos redarguere ex infirmitate actionis non valent, ex crimine tumoris accusent. Vnde & ea bona quę exterius fiunt, nequaquã bona esse iam censent, quæ quasi per studium turgidæ cogitationis exhibentur: qui semper humilitate tumentes increpant, & quod dictis suis semetipsos feriunt, ignorant. Sed quia iustum virum Sophar hactenus reprehendendo corripuit, nunc velut docendo subiungit:

Quòd in oratione faciem absque timore leuamus, cũ tales nos post orationem exhibemus, quales per orationis tempus iudici apparere optamus. Et quòd contemplatiua vita stabilitatem perdidisse dicenda non est, etiam si aliquando deficiat, cùm semper id quod amittit, inquirat.

Caput. XVI.

Si iniquitatem quæ est in manu tua, abstuleris à te: & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis.) Omne peccatum aut sola cogitatione committitur, D aut cogitatione simul & opere perpetratur. Iniquitas ergo in manu est, culpa in opere. Iniustitia verò in tabernaculo, iniquitas in mente. Mens quippe nostra tabernaculum non incõgruè vocatur, in qua apud nosmetipsos abscondimur, cùm foris in opere non videmur. Sophar itaq; quia iusti viri amicus est, nouit quid dicat: sed quia iustum increpat, hæreticorum tenens speciem, proferre rectè etiam quæ nouit, ignorat. Sed nos calcantes hoc quod ab eo tumidè dicitur, pensemus eius verba quàm vera sint si rectè dicerentur. Prius enim à manu iniquitatem subtrahi, & pòst à tabernaculo admonet iniustitiam abscindi: quia quisquis iam praua à se opera exterius resecat, necesse profecto est, vt ad semetipsum rediens, solerter sese in mentis intentione discernat, ne culpa quam iã in actione non habet, adhuc in cogitatione perduret. Vnde bene etiam per Salomonem dicitur: Prepara foris opus tuum, & diligenter exer *Prouer. 24.* ce agrum tuum: vt postea ædifices domum tuam. Quid nanq; est præparato opere, agrum diligenter exterius exercere, nisi euulsis iniquitatis sentibus, actionem nostram ad frugem retributionis excolere. Et quid est post agri exercitium, ad ædificium domus redire, nisi quòd plærunque ex bonis operibus discimus: quantam vitæ munditiam in cogitatione construamus? Penè cuncta nanque bona opera ex cogitatione prodeunt. Sed sunt nõnulla cogitationis acumina quæ ex operatione nascuntur. Nam sicut ab animo opus sumitur, ita rursus ab opere animus eruditur. Mens quippe diuini amoris exordia E capiens, imperat bona quę fiant. Sed postquam fieri imperata cœperint, ipsis suis exercitata actionibus discit, cùm imperare bona inchoauerat, quantum minus videbat. Foris ergo ager excolitur, vt domus postmodum cõstruatur: quia plærunque ab exteriori opere videmus*, quantam subtilitatem rectitu- **al. simi-*
dinis in corde teneamus. Quem benè Sophar seruare ordinè *mus.*
studuit: cùm prius auferri iniquitatem à manibus, & pòst à tabernaculo iniustitiam dixit: quia nequaquam plenè animus in cogitatione erigitur, quando adhuc ab eo extrinsecus in opere erratur.

Caput. XVII.

Quasi perfectè duo hæc tergimus, ad deum statim sine macula faciem leuamus. Interna quippe facies hominis, mens est: in qua nimirum recognoscimur, vt ab auctore nostro diligamur. Quam scilicet faciem leuare, est in deo animum per studium orationis attolere. Sed eleuatam faciem macula inquinat, si intendentem mentem reatus sui conscięntia accusat: quia ab spei fiducia protinus frãgitur, si intenta precibus, necdum deuictæ culpæ memoria mordetur. Diffidit nãque accipere se posse quod appetit, quæ profecto reminiscitur nolle se adhuc facere, quod diuinitus audiuit. Hinc per Ioannem dicitur: Si cor nostrum non reprehẽ *1. Ioan. 3.*
derit nos, fiduciam habemus apud deum, & quicquid petieri- F
mus, ab eo accipiemus. Hinc Salomon ait: Qui auertit aurem *Prouer. 28.*
suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Cor quippe nos in petitione reprehẽdit, cùm resistere se præceptis eius quem postulat, meminit: & oratio fit execrabilis, cùm à cẽsura auertitur legis: quia dignum profectò est, vt ab eius beneficiis sit quisque extraneus, cuius nimirum iussionibus nõ vult esse subiectus. Qua in re hoc est salubre remedium, vt cùm se mẽs ex memoria culpæ reprehendit: hoc prius in oratione defleat quod errauit: quatenus cùm erroris macula fletibus tergitur, in petitione sua cordis facies ab auctore munda videatur. Sed curandum nimis est, ne ad hoc rursus proruat, quod se mundasse fletibus exultat, ne dum deplorata iterum culpa committitur, in conspectu iusti iudicis ipsa etiam lamenta leuigentur. Solerter quippe debemus meminisse quod dicitur: Ne iteres *Eccli. 7.*
verbum in oratione tua. Quo videlicet dicto vir sapiens nequaquam nos prohibet sępe veniam petere, sed culpas iterare. Ac si apertè dicat: Cùm malè gesta defleueris, nequaquam rursus facias quod in precibus iterum plãgas. Vt ergo ad precem facies sine macula leuetur, ante orationis semper tempora debet sollicitè conspici, quicquid potest in oratione reprobari, talemque se mens cùm ab oratione cessat, exhibere festinet: qualis apparere iudici in ipso orationis tẽpore exoptat. Sæpe nanque immunda quædã, vel illicita in animo versamus, quotiens à precibus vacamus. Sed cùm se mens ad studium orationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tionis erexerit, earũ rerum imagines reuerberata patitur, quibus libenter prius otiosa premebatur: & quasi iam faciem animа ad deũ leuare non sufficit: quia in se nimirũ inquinata mẽte, maculas pollutæ cogitationis erubescit. Sæpe curis mundi libenter occupamur. Cumque post hæc studio orationis intẽdimus, nequaquã se mens ad cœlestia erigit: quia pondus hanc terrenæ sollicitudinis in profundum mersit, & in prece facies mũda non ostenditur, quia cogitationis infimæ luto maculat.

Caput. XVIII.

NOnnunquam verò cor à cunctis excutimus, & ab illicitis motibus etiã cùm à prece vacat, prohibemus: sed tamen quia nos culpas rarius committimus, alienа pigrius delicta relaxamus: & quo peccare noster animꝰ sollicitius metuit, eo districtius hoc quod in se ab alio deiinquitur, abhorrescit. Vnde fit vt eo inueniatur quisque tardior ad veniam, quo proficiendo factus est cautus ad culpam: & qui ipse excedere in alterum metuit, hoc quod in se exceditur, puniri durius exquirit. Sed quid hæc doloris macula reperiri deterius potest, quæ in conspectu iudicis charitatem non inquinat, sed necat? Vitam quippe animæ quælibet culpa polluit, seruatusvero contra proximum dolor occidit. Menti nanque vt gladius figitur, & mucrone illius ipsa viscerum occulta perforantur. Qui scilicet à transfixo corde si prius non educitur, nihil in precibus diuinę opis obtinetur: quia & vulneratis mẽsH bris imponi salutis medicamina nequeunt, nisi ferrum à vulnere antè subtrahat. Hinc est enim quòd per semetipsam ve-

Matth.6. ritas dicit: Nisi remiseritis hominibus peccata eorum, nec pa-

Ibidem. ter vester qui in cœlis est, remittet vobis peccata vestra. Hinc admonet dicens: Cùm stabitis ad orandũ, dimittite si quid habetis aduersum alterum. Hinc rursum ait: Date, & dabitur vo-

Luc. 6. bis: dimittite, & dimittetur vobis. Hinc contra institutionem

Mat. 6. postulationis, conditionem posuit pietatis, dicẽs: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: vt profectò bonum quod à deo compuncti petimus: hoc primùm cùm proximo conuersi faciamus. Tunc igitur verè sine macula faciem leuamus, cùm nec nos prohibita mala committimus, nec ea quæ in nos [à proximis] cõmissa sunt, ex proprio zelo retinemus. Graui nanque mens nostra orationis suæ tempore confusione deprimitur: si hanc aut sua adhuc operatio inquinat, aut alienæ malitiæ seruatus dolor accusat. Quæ duo quisque dum terserit, ad ea quæ subnexa sunt, protinus liber exurgit. Et eris stabilis, & non timebis.) Quia nimirum tanto minus iudicẽ trepidat, quãto in bonis actibus solidius stat. Timorem quippe superat: qui stabilitatem seruat: quia dũ sollicitius studet peragere quod mansuetè conditor imperat: securus etiam cogitat, quod terribiliter intentat. Sciendum præterea est ꝙ nonnulla bona sunt ad quæ indefessi persistimus: I & rursum nonnulla sunt à quibus continuè deficientes labimur, atque ad hęc magnis conatibus per interualla temporum reformamur.

Caput. XIX.

IN actiua etenim vita sine defectu mens figitur: à contemplatiua autem infirmitatis suæ pondere victa lassatur. Illa quippe tanto firmius durat, quanto ad vicina se erga vtilitatem proximi dilatat. Hæc tanto celerius labitur, quanto & carnis claustra transgrediens, super semetipsam ire conatur. Illa per plana se dirigit, & idcirco pedem operis robustius figit. Hęc autẽ quo super se alta appetit, ad se eo citius fessa descendit. Quod bene ac breuiter Ezechiel insinuat, cùm eorũ quæ

Ezech.1. viderat motus animalium narrat, dicens: Non reuertebantur cùm incederent. Ac paulopost subiicit adiungens: Et animalia ibant & reuertebantur. Sancta quippe animalia aliquando vadunt, & minimè redeunt: aliquando vadunt, & protinus reuertuntur: quia electorum mentes cùm per collatam sibi actiuæ vitæ gratiam, erroris vias deserunt, redire ad mala mundi nesciunt, quæ reliquerunt: cùm verò per contemplationis aciem, ab hac se eadem actiua vita suspendunt, eunt & redeunt: quia per hoc quòd diu persistere minimè in contemplatione sufficiunt, sese iterum ad operationem fundunt: vt in his quæ

**al. subiecta.* sibi iuxta* sunt, se exercendo refoueant, & super se rursum surgere contemplando conualescant. Sed dum hæc eadem cõtemplatio more debito per temporum interualla repetitur, indeficienter proculdubio, & in eius soliditate persistitur: quia etsi infirmitatis suæ pondere superata mens deficit: hanc tamẽ iterum continuis conatibus reparata comprehendit. Nec stabilitatem suam in ea perdidisse dicenda est, à qua & si semper deficit, hanc & cùm perdiderit, semper inquirit: Sequitur: K

Quòd post tentationes huius seculi in quibus consumpti videntur electi, quasi sol repente à tenebris erumpant.

Miseriæ quoque obliuisceris, & quasi aquarum quæ præterierunt, non recordaberis. Mala vitæ præsentis tanto durius animus sentit, quanto pensare bonum quod sequitur, negligit: & quia non vult præmia considerare, quæ restant, grauia æstimat esse quæ tolerat. Vnde & contra flagelli ictum, cogitatio cæca cõqueritur, & quasi infinita calamitas creditur, quę diebus cursu labentibus quotidie finitur. At si semel quisque ad æterna se erigat, atque in his quæ incommutabiliter permanent, oculum cordis figat, propè nihil esse hoc conspicit, quic quid ad finem currit. Præsentis vitæ aduersa tolerat: sed quasi nihil esse omne quod labitur, pẽsat. Quo enim se internis gaudiis robustius inserit, eo minus exterius dolores sentit. Vnde Sophar nequaquam veritus ausu temerario docere meliorem, exhortatur ad iustitiam, & demonstrat quàm nulla iusti oculis videatur pœna. Ac si apertè dicat: Si degustas gaudiũ quod intus permanet, leue fit protinus omne quod foris dolet. Bene autem prẽsentis vitę miserias aquis prętereuntibus comparat, quia calamitas transiens, electi mentem nequaquam vi cõcussionis obruit: sed tantum tactu mœroris infundit. Nam mader L quidem per cruorem vulneris, sed à suæ certitudine non frangitur salutis.

Caput. XX.

SAepe autem non solum flagella atterunt, sed in vniuscuiusque iusti animo malignorum quoque spirituum tentamenta grassantur, vt exterius ex percussione doleat, & intus aliquatenus ex tentatione frigescat. Sed nequaquam gratia deserit: quæ quo nos durius ex dispensatione percutit, eo amplius ex pietate custodit. Nam cùm tenebrescere per tentationem cœperit, sese iterum lux interna succẽdit. Vnde & subditur: Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperũ.) Fulgor quippe meridianus in vespere, est virtutis renouatio in tentatione: vt repentino charitatis feruore mẽs vigeat, quæ iam iamque lumen sibi gratiæ occubuisse formidabat. Quod adhuc Sophar subtilius aperit, cùm subiungit: Et cùm te consumptum putaueris, orieris vt lucifer.) Sæpe nanque tot tentamenta nos obsident, vt ipsa nos eorum numerositas penè ad lapsum desperationis inclinet. Vnde plærunque cum mens in tędium vertitur, vix ipsa virtutis suæ damna considerat, & tota dolens quasi iam, & à sensu doloris aliena frangitur, & enumerare non valet, quanto cogitationum tumultu vastatur. Ruituram se per momenta conspicit, eique ne arma repugnationis arripiat: grauius mœror ipse contradicit. Circunductos quolibet oculos obscuritas obsidet, & cùm visum tenebrę semper impediant, mœsta mens nihil aliud quàm tenebras videt. Sed apud misericordem iudicem sæpe hæc ipsa quæ ad nisum quoque orationis aggrauat, pro nobis subtilius tristitia exorat. Nam tunc mœroris nostri caliginem conditor conspicit, & subtracti luminis radios refundit: ita vt erecta protinus per dona mens vigeat, quam pauloante decertantia vitia superior calce deprimebant. Mox torporis pondus discutit, atq; ad contemplationis lumen post turbationis suæ tenebras erumpit. Mox in gaudium profectus attollitur: quæ inter tentamenta peius cadere ex desperatione cogebatur. Sine cogitationis certamine præsentia despicit, sine dubitationis obstaculo de venturа retributione confidit. Iustus ergo cùm se consumptum putauerit, vt lucifer oritur: quia mox vt tenebrescere tentationum caligine cœperit, ad lucem gratiæ reformatur, & in seipso monstrat diem iustitiæ, qui casurus pauloante timuit noctis culpæ.

Caput. XXI.

REctè autem lucifero, iusti vita comparatur. Solẽ quippe præcurrens lucifer nunciat. Et quid nobis sanctorum innocentia, nisi sequentis iudicis claritatem elimat? In eorum nanque admiratione conspicimus, quid de maiestate veri luminis æstimemus. Nec dum redemptoris nostri potentiam videmus, sed tamen virtutem illius in electorum suorum moribus admiramur. Quia igitur bonorũ vita in consideratione sua oculis nostris vim veritatis obiicit, clarus ad nos lucifer ante solem venit. Sciẽdum verò est, quòd hęc quæ ex tenta-

A exercitationum spiritualium aduersitate discussimus, iuxta exteriora quoque mala nil obstat intelligi. Sancti etenim viri quia summa medullitus diligunt, in infimis dura patiũtur: sed in fine gaudij lumen inueniũt, quod habere in hoc spacio præcurrentis vitæ contemnunt. Vnde nunc per Sophar dicitur:

Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperũ.) Peccatoris enim lumẽ in die, est obscuritas in vespere: quia in præsentis vitæ fœlicitate attollitur, sed aduersitatis tenebris in fine deuoratur. Iusto autem meridianus fulgor ad vesperũ surgit, quia quanta sibi claritas maneat, cùm iam occumbere cœperit, agnoscit. Hinc nanque scriptum est: Timenti deum, bene erit in extremis. Hinc per Psalmistam dicitur: Cùm dederit dilectis suis somnum, hæc est hæreditas domini. Qui in huius quoque vitæ adhuc certamine positus, cùm se consumptũ putauerit, vt lucifer oritur: quia foris cadens, intus innouatur: & quo magis exterius aduersa tolerat, eo vberius virtutum lumine interius coruscat: Paulo attestante, qui ait: Sed licet is qui foris est noster homo corrumpitur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Et notandum est quòd nequaquam cùm consumptus fueris: sed cùm te consumptum putaueris dicit: quia & quod videmus, in dubietate B est, & quod speramus, in certitudine. Vnde & idem Paulus nõ se consumptum nouerat, sed putabat, qui & in aduersa tribulationum corruens, vt lucifer resplendebat, dicens: Quasi morientes, & ecce viuimus: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes.

Eccles. 1. *Psalm. 126* *2. Corin. 4.* *2. Cor. 6.*

Caput. XXII.

SCiendum quoque est quòd bonorum mens quo duriora pro veritate tolerat, eo æternitatis præmia certius sperat. Vnde & aptè subditur: Et habebis fiduciam, proposita tibi spe.) Tanto nanq; spes in deum solidior surgit, quanto pro illo quisque grauiora pertulerit: quia nequaquam retributionis gaudium de æternitate colligitur, quod nõ hìc prius pia tribulatione seminatur. Hinc etenim per Psalmistam dicitur: Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua: venientes autem venient in exultatione, portãtes manipulos suos. Hinc Paulus ait: Si commorimur, & conuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus. Hinc discipulos admonet dicens: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Hinc sanctorum gloriam Ioannis angelus indicans ait: Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Quia igitur nunc per tribulationem feritur, vt pòst gaudij fructus metatur, tanto maior fiducia mẽtem roborat, quanto hanc fortior pro veritate afflictio angustat*. Vnde aptè protinus adiungitur: Et defossus securus dormies.) Sicut enim malis præsens securitas labor est, ita C bonis presens labor perpetuam securitatem parit. Vnde & defossum se securum dormire iã nouerat, qui dicebat: Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat: bonum certamen certaui, cursum cõsummaui, fidem seruaui, de reliquo reposita mihi est corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in die illa iustus iudex. Quia enim contra mala transeuntia sine defectu certauerat: de mãsuris nimirum gaudiis sine dubietate presumebat. Quanuis defossus, & aliter intelligi potest. Sæpe nanque rebus transitoriis occupati, pensare negligimus per quanta peccamus: sed si reducto considerationis oculo, à sinu cordis terrenæ cogitationis aper excutitur, quicquid in mente latebat, inuenitur. Vnde sancti viri animorum suorum latebras perscrutari non desinunt, seseqũe subtiliter indagantes, terrenarum rerum curas abiiciunt: & effossis plene cogitationibus, cùm nullo se reatu criminis morderi deprehendunt, velut in stratu cordis apud se securi requiescunt. Latere quoque ab huius mundi actibus appetunt, semper sua considerant: & cum loro regiminis minimè constringuntur, iudicare quæ aliena sunt, recusant. Defossi ergo securi dormiunt: quia dum sua intima vigilanter penetrant, à laboriosis se huius mundi oneribus sub quietis otio occultant. Vnde & adhuc subditur: Requiescs, & non erit qui te exterreat.) Quisquis enim præsentem gloriam quærit, profecto despectum metuit. Qui semper ad lucra inhiat, semper videlicet damna formidat. Cuius enim perceptione reficitur, eius rei proculdubio, & amissione

1. Tim. 2. *Act. 14.* *Apoca. 7.* ** al. tentat* *2. Tim. 4.* *Præsentia quærens amissionem metuit.*

sauciatur: & quo obligatus mutabilibus, ac perituris inhæret, eo longè in infimis ab arce securitatis iacet. At cõtra quisquis in solo æternitatis desiderio figitur, nec prosperitate attollitur, nec aduersitate quassatur: dum nil habet in mundo quod appetat, nihil est quod de mundo pertimescat. Hinc etenim Salomon ait: Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Hinc iterum dicit: Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Bene itaque nunc dicitur: Requiescs, & non erit qui te exterreat. Quia tanto quisque à se plenius pauorem qui ex mundo est, abiicit: quanto in semetipso verius concupiscentiam mundi vincit. An non absque terrore qui ex mundo est, Paulus in corde requieuerat, qui dicebat: Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro? Cuius videlicet fortitudo charitatis, vera sanctæ Ecclesiæ voce laudatur, cùm per Cantica canticorum dicitur: Valida est vt mors dilectio. Virtuti etenim mortis, dilectio comparatur: quia nimirum mentẽ quam semel ceperit à delectatione mundi, funditus occidit: & tanto hanc valentius in auctoritatem erigit, quanto & insensibilem contra terrores reddit. D

Æterna desiderans presentib⁹ nõ turbatur. *Prouer. 12.* *Prouer. 16.* *Canti. 8.*

Caput. XXIII.

SEd inter hæc sciendum est, quòd praui cùm recta prædicant, valde difficile est, vt ad hoc quod taciti ambiunt, non erumpant. Vnde & Sophar protinus adiungit: Et deprecabuntur faciem tuam plurimi.) Neque enim iusti viri idcirco se per innocentiæ itinera arcta custodiunt, vt ab aliis exorẽtur. Sed siue hæretici, seu peruersi quilibet, per hoc quòd inter homines quasi innocenter viuunt, videri intercessores pro hominibus volunt, & cùm sancta loquentes insinuant quod ipsi appetunt, hoc aliis pro magno pollicentur: dumq; cœlestia prædicant, in suis repentè sponsionibus ostendunt, quod amant. Sed ne diu terrena pollicendo patescant quod sunt, ad verba rectitudinis citius recurrunt. Vnde mox subdit. E

Quòd in æterna miseria, nullum sit impiis effugium.
Et quòd abominatio sit sanctorum delectatio peccatorum.

Oculi autem impiorum deficient, & effugium peribit ab eis.) Quòd oculorum nomine vera intentio exprimatur, per Euangelium veritas attestatur, dicẽs: Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: quia videlicet si operationem nostram intentio munda preuenerit, quamlibet aliter hominibus videatur, interni tamen iudicis oculis mundũ subsequentis actionis corpus ostenditur. Oculi ergo impiorum, intentiones sunt in eis carnalium desideriorum. Qui idcirco deficiunt, quia æterna negligunt, & sola semper transitoria præstolantur. Adipisci quippe terrenam gloriam cogitant, multiplicari rebus temporalibus exoptãt, ad mortem quotidie cursu rerum labentium tendunt: sed cogitare mortalia mortaliter F nesciunt. Carnis vita per momenta deficit, & tamen carnale desiderium crescit. Res habita instanti fine corripitur, & habenti anxietas non finitur. Sed cùm mors impios subtrahit, eorum profectò desideria cum vita terminantur. Quorum scilicet oculi tunc superna vltione deficiunt: quia suo hic iudicio à terrena deficere delectatione noluerunt. Hos illorum oculos à iucunditate pristina claudi Psalmista conspexerat, cùm dicebat: In illa die peribunt omnes cogitationes eorum: quia æterna mala nunquam cogitata reperiunt, & subitò amittunt bona temporalia, quæ diu tractando tenuerunt. A quibus & omne effugium perit: quia eorum malitia ab animaduersione districti iudicis quo se valeat occultare, non inuenit. Nã nunc iniqui cùm tristia aliqua, vel aduersa patiũtur, effugij latebras inueniunt: quia ad voluptatem protinus desideriorum carnalium recurrunt. Ne enim paupertas cruciet, diuitiis animũ demulcent. Ne despectus proximorum deprimat, sese dignitatibus exaltant. Si fastidio corpus atteritur, antepositis epularum diuersitatibus nutritur. Si quo animus mœstitiæ impulsu deiicitur, mox per interposita iocorum blandimenta releuatur. Tot ergo hic habent effugia, quot sibi prẽparant delectamenta. Sed quandoque ab eis effugium perit: quia eorum mens amissis omnibus, se solummodo & iudicem cõspicit. Tunc voluptas subtrahitur, sed voluptatis culpa seruatur, & repentè miseri

Psalm. 145

G seri pereundo discunt, quia peritura tenuerũt. Qui tamẽ quousque corporaliter viuunt, quærere nocitura non desinunt. Vnde adhuc subditur: Et spes illorum abominatio animæ.) Quid hìc peccator totis cogitationibus sperat, nisi vt potestate cæteros transeat: cunctos rerum multiplicitate transcendat: aduersantes dominando subiiciat: obsequentibus mirandus innotescat: iræ ad votum satisfaciat: benignum se cùm laudatur, ostendat: quicquid gula appetit, offerat: ad hoc quod voluptas imperat, operis expletione concurrat? Bene ergo spes illorum abominatio animæ dicitur: quia ea quæ carnales ambiunt, spiritales quique iudicio rectitudinis auersantur. Nam quod peccatores voluptatem æstimant: hoc iusti proculdubio pœnam putant.

Caput. XXIIII.

ABominatio est igitur animæ, spes prauorum: quia nimirum spiritus deficit, vbi caro requiescit. Vt enim caro mollibus, sic anima duris nutritur: illam blanda refouent, hanc aspera exercent: illa delectationibus pascitur, hæc amaritudinibus vegetatur. Et sicut carnem dura fauciant, sic spiritum mollia necant: sicuti illam laboriosa interimunt, ita hunc delectabilia extinguunt. Spes itaque carnalium, abominatio animæ dicitur: quia inde in perpetuum spiritus interit, vnde ad tempus caro suauiter viuit. Sed hæc Sophar rectè dicerет, nisi beatus Iob cuncta largius etiam viuendo prædicasset. At postquam sanctiorem monere de vita nititur, doctiorémque se erudire sapientiæ magisterio conatur, ipse dictorum suorum põdus leuigat, qui in discretione interposita,
H omne quod loquitur, destruit: quia liquorem scientiæ pleno vasculo superfundit. Sic namque ab indiscretis opes scientiæ, sicut à stultis sæpe opes corporalis substantiæ possidentẽ. Nonnulli enim qui rerum terrenarum multiplicitate subnixi sunt, aliquando multa & habentibus tribuunt: vt ipsi cunctis hæc largius habere videantur: Ita peruersi cùm vera sapiunt, recta quædam etiam rectioribus loquuntur: non vt alios audientes doceant, sed vt ipsi quanta doctrina polleant, innotescant. Præire se quippe sapientia cunctos æstimant, & idcirco nihil se cuilibet dicere, vltra mensuras suę magnitudinis putant. Sic praui quilibet, sic omnes hæretici superba voce meliores docere non metuunt: quia omnes se inferiores arbitrantur. Sed sancta Ecclesia, elatos quosque ab æstimationis suæ culmine reuocat, & discretionis manu ad æqualitatis compagem reformat. Vnde beatus Iob qui eiusdem sanctę ecclesiæ membrum est, videns quòd amicorum mens per verba prolatæ eruditionis intumuit, illico respondit dicens:

Caput duodecimum textus beati Iob, quod continuat Cap. XXV. expositionis Moralis sancti Gregorij.

I REspondens autem Iob dixit: Ergo vos estis soli homines, & vobiscum oritur sapientia? Et mihi est cor sicut vobis, nec inferior vestri sum. Quis enim hęc quę nostis, ignorat? Qui deridetur ab amico suo sicut ego: inuocabit deum, & exaudiet eum. Deridetur enim iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum. Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocãt deum, cùm ipse dederit omnia in manus eorum. Nimirum interroga iumenta, & docebunt te, & volatilia cœli, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Quis ignorat quòd omnia hæc manus domini fecerit? In cuius manu anima omnis viuẽtis, & spiritus vniuersæ carnis hominis. Nonne auris, verba diiudicat, & fauces comedẽtis, saporem? In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Apud ipsum est sapientia & fortitudo, & ipse habet cõsilium & intelligentiam. Si destruxerit, nemo est qui ædificet: si incluserit hominem, nullus est qui aperiat. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & si emiserit eas, subuertent terram. Apud ipsum est for- K titudo & sapientia. Ipse nouit & decipientem, & eũ qui decipitur. Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem. Baltheum regum dissoluit, & præcingit funę renes eorum. Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat. Commutans labium veracium, & doctrinam senum auferens. Effundit despectionem super principes, & eos qui oppressi fuerãt, releuat. Qui reuelat profunda de tenebris: & producit in lucem vmbram mortis. Qui multiplicat gentes, & perdit eas: & subuersas in integrũ restituit. Qui immutat cor principum populi terræ: & decipit eos, vt frustra incedant per inuium. Palpabunt quasi in tenebris: & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios.

Caput. XXV.

ERgo vos estis soli homines, & vobiscum oritur sapientia?) Quisquis se præire omnes ratione æstimat, quid iste aliud quàm solum se esse hominem exultat? Et sæpe cõtingit, vt cùm per tumorem mens in altum ducitur, in despectu omnium, sui admiratione subleuetur. In cogitatione etenim proprij fauores oriuntur: sibique de singularitate sapientiæ blandiuntur. Ipsa fatuitas pensat ea quæ audierit, ac verba quæ profert: & miratur sua, ridet aliena. Qui ergo solum se sapere æstimat, quid aliud quàm hanc eandem secum oriri sapientiam putat? Nam quam adesse aliis abnuit, soli sibi hanc tri- L buens, profecto intra tempora suæ breuitatis claudit. Pensandum verò est, vir sanctus quanta discretione vtitur: vt amicorum superbientium arrogantia comprimatur, cùm protinus adiungit. Et mihi est cor sicut & vobis, nec inferior vestrum.) Quis enim nesciat, quantum beati Iob vita atque scientia, amicorum eius scientiam excedat? Sed vt eorum superbiam corrigat, esse se inferiorem negat: & ne suæ humilitatis limen transeat, esse se superiorem tacet: nec præferendo se, sed conferendo, indicat, quod de se hi qui sibi longe sunt impares, dicant: vt dum sponte inflectitur sapientia quæ eminet, nequaquam se contra vires erigat scientia quæ iacet. Quos bene mox ad æqualitatis sensum reuocat: quia tumere valdè quasi de singularitate magnitudinis pensat, cùm subsequenter adiungit Quis enim hæc quæ nostis, ignorat?) Ac si apertè dicat: Cùm cunctis sint nota quæ dicitis, de dictorum scientia singulariter cur tumetis? Quia igitur elationem arrogantium ad æqualitatis communionem reuocans, correptione perfecta redarguit, ad doctrinæ nunc sententias erumpit: vt amici eius humiliari, prius discerent veritatis pondera quàm reuerenter audirent. Sequitur:

Quòd viri virtutum cùm deridentur ab impiis, ad testem conscientiæ deum concurrant, in quo gloriantur. Caput. XXVI. M

QVi deridetur ab amico suo, sicut ego, inuocabit deũ, & exaudiet eum.) Sæpe enim infirma mens cùm de bonis actibus aura humani fauoris excipitur, ad gaudia exteriora deriuatur: vt postponat quod intus appetit, & in hoc libenter resoluta iaceat, quod foris audit: ita vt beatam non tam fieri quàm dici se gaudeat. Cumque laudis suæ vocibus inhiat, quod esse cœperat, relinquit. Inde ergo à deo disiungitur, vnde in deo laudanda videbatur: Non nunquam vero recto operi animus constanter innititur, & tamen humanis irrisionibus vrgetur: miranda agit, & opprobria recipit, & qui exire foras per laudes potuit, repulsus contumeliis, ad semetipsum redit: & eo seipsum intus robustius in deo solidat, quo foris non inuenit in quo requiescat. Tota enim spes in auctorem figitur, & inter irrisionum conuitia solus interior testis imploratur: atq; afflicti animus fit deo tanto proximus, quanto & à gratia humani fauoris alienus, in precem protinus funditur: & pressus exterius, ad penetrãda quæ intus sunt, mundius liquatur. Bene itaque nunc dicitur: Qui deridetur ab amico suo, sicut ego, inuocabit deum, & exaudiet eum: quia bonorum menti dum praui exprobrant, ostẽdunt quem suorum actuum testem quærãt. Quæ dum compuncta sese in precibus accingit, inde intra se supernæ exauditioni iungitur, vnde extra se ab humana laude sepãratur.

Caput

A

Caput. XXVII.

NOtandũ verò quàm prouidè interponitur, sicut ego: quia sunt nonnulli quos & humanæ irrisiones deprimunt, & tamen diuinis auribus exaudibiles nõ sunt. Nam cùm derisio contra culpam nascitur, profecto nullũ virtutis meritum in derisione generatur. Baal etenim sacerdotes clamosis hunc vocibus implorantes, derisi ab Helia fuerant, 3. Regũ. 18. cùm dicebat: Clamate voce maiori, deus enim vester est, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est. Sed hæc eius irrisio ad virtutis vsum non fuit: quia per culpæ meritum fuit. Prouidè ergo nunc dicitur: Qui deridetur ab amico suo, sicut ego, inuocabit deum, & exaudiet eum: Quia illum facit humana derisio deo proximum, quem ab humanis prauitatibus vitæ innocentia seruat alienum. Sequitur:

De sapientia sanctorum, & prudentia filiorum huius seculi.

Deridetur enim iusti simplicitas.) Huius mundi sapientia *Sapientia huius mũdi.* est cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt, vera ostendere, quæ vera sunt, falsa demonstrare. Hæc nimirum prudentia vsu à iuuenibus scitur, hęc à pueris precio discitur: hanc qui sciunt, cæteros despiciendo superbiunt: hãc qui nescíunt, subiecti & timidi in aliis mirãtur: quia ab eis hæc eadem duplicitas, iniquitatis nomine palliata diligitur, dum mentis peruersitas, vrbanitas vocatur. Hęc sibi obsequentibus præcipit honorum culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere: irrogata ab aliis mala multiplicius redB dere: cùm vires suppetunt, nullis resistentibus cedere, cùm virtutis possibilitas deest, quicquid explere per malitiam nõ valent, hoc in pacifica bonitate simulare. At contrà sapientia iu- *Sapientia iustorum.* storum, est nil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire: vera vt sunt diligere, falsa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quàm facere: nullam iniuriæ vltionem quærere, pro veritate contumeliã lucrum putare. Sed hæc iustorum simplicitas deridetur: quia ab huius mũdi sapientibus puritatis virtus, fatuitas creditur. Omne enim quod innocenter agitur, ab eis procul dubio stultum putatur, & quicquid in opere veritas approbat, carnali sapientiæ fatuum sonat. Quid nanque stultius videtur mundo, quàm mentem verbis ostendere, nil callida machinatione simulare, nullas iniuriis contumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem quærere, possessa relinquere, rapienti non resistere, percutiẽti maxillam alteram præbere? Vnde bene huius mundi dilectoribus ille egregius dei sapiens dicit: Abominationes Aegyptio- *Exod. 8.* rum immolabimus domino deo nostro? Oues quippe Aegyptij edere dedignantur: sed quod abominantur Aegyptij, hoc Israëlitæ deo offerunt: quia simplicitatem conscientiæ quam iniusti quique velut infimam abiectamque despiciunt, hanc iusti in virtutis sacrificium vertunt, & excolentes recti puritatem ac mansuetudinem deo immolant, quam abominãtes reC probi fatuitatem putant. Quæ nimirum iusti simplicitas breuiter, sed sufficienter exprimitur, cùm protinus subinfertur Lampas contempta apud cogitationes diuitum.)

Quòd iustorum simplicitas, apud se intus quasi lampas fulgeat, & superborum fastus eorum humilitatem contemnat.

Caput. XXVIII.

QVid hoc loco significatur nomine diuitum, nisi elatio superborum: qui venturi iudicis respectum non habent, dũ superbis apud se cogitationibus tument? Nam sunt nonnulli quos census per tumorem non eleuat, sed misericordiæ opera exaltant. Et sunt nonnulli qui dum terrenis se opibus abundare cõspiciunt, veras dei diuitias non requirunt, atque æternam patriam non amãt: quia hoc sibi sufficere quòd rebus temporalibus fulciuntur, putãt. Nõ est ergo census in crimine, sed affectus. Cuncta enim quę deus condidit, bona sunt: sed qui bonis malè vtitur, profecto agit, vt quasi per edacitatis ingluuiem, eo quo viuere debuit, pane moriatur. Pauper ad requiem Lazarus venerat, superbum verò diuitem tormenta cruciabant. Sed tamen diues Abraham fuerat, qui in sinu Lazarum tenebat: qui tamen auctori suo colloquens dicit: Loquar ad dominũ deum meum, cùm sim puluis & cinis? Quid itaque iste diuitias suas æstimare nouerat, qui semetipsum puluerem cineremque pensabat? Aut quando hunc res possessæ extollerent, qui de se quoq; earum videlicet possessore, tam abiecta sentiret? Atque iterum D sunt nonnulli quibus & res terrenæ non suppetunt, & tamen apud se per fastum tumoris eriguntur. Hos & census ad ostensionem potentiæ minimè subuehit, & tamen morum proteruia inter reprobos diuites addicit. Quoscunque ergo sequentis vitæ amor non humiliat: hoc in loco sacer sermo diuites appellat: quia in iudicij quoque vltione non discrepant, vtrum rebus, an solis moribus intumescant. Qui cùm vitam simplicium in hoc mundo humilem abiectamque despiciunt, elatis protinus despectibus irrident. Nequaquam quippe his hoc exterius adesse considerant, ad quod ipsi totis conatibus anhelant. Quasi stultos ergo despiciunt, qui scilicet ea non habent, quæ ipsi vtique vel habendo vel solummodo amando mirantur: & quasi mortuos deputant, quos nequaquã secum viuere carnaliter pensant. Qui enim ab huius mundi appetitu moritur, à terrenis mentibus profecto omni modo extinctus æstimatur. Quod bene nostri miraculum redemptoris signat, cùm ab immundo spiritu hominem liberat, de quo nimirum scriptum est: Clamans & multum discerpens eum, exiit ab eo, *Mar. 9.* & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius, eleuauit eum, & surrexit. Velut mortuus quippe ostenditur, qui à maligni spiritus potestate liberatur, quia quisquis iam terrena desideria subegit, vitam in se carnalis conuersationis extinguit, & mundo mortuus apparet, quia possessore prauo qui per immunda desideria se agitabat, caret. Quem multi mortuum dicunt, quia qui E spiritaliter viuere nesciunt, eum qui carnalia bona non sequitur, extinctum funditus arbitrantur.

Caput. XXIX.

SEd quia ipsi quoque derisores simplicium, Christianitatis nomine censentur, reuerentia religionis pressi, exhibere malum publicæ irrisionis erubescunt. Vnde fit vt apud se tumidi tacitéque rideant, quos abiectos valde atq; infimos per simplicitatem putant. Bene ergo dicitur: Lãpas contempta apud cogitationes diuitum.) Quia superbi quique dum pensare bona sequentia, vt superius diximus, nesciunt*: ** al. non ap* penè nihil esse æstimant, quę non vident habere quod amant. *petunt.* Sæpe nanque contingit vt electus quisque qui ad æternam fœlicitatem ducitur, continua hic aduersitate deprimatur, non hunc rerum abundantia fulciat, non dignitatum gloria honorabilem ostendat, nulla ei obsequentium frequentia suppetat, nulla hunc humanis oculis vestium pompa componatia cunctis vero despicabilis cernitur, & huius mundi gloria indignus æstimatur: sed tamen ante occulti iudicis oculos virtutibus emicat, vitæ meritis coruscat, honorari metuit, despici non refugit, corpus continentia afficit, sola in animo dilectione pinguescit, mentem semper ad patiẽtiam præparat, & erectus pro iustitia, de perceptis contumeliis exultat, afflictis ex corde cõpatitur, de bonorum prosperitatibus quasi de propriis lætatur, sacri verbi pabula in mente sollicitus ruminat, & inquisitus F quodlibet eloqui dupliciter ignorat. Bene itaque iusti simplicitas: & lampas esse dicitur, & contempta. Lãpas, quia interius lucet, & contempta, quia exterius non lucet. Intus ardet flamma charitatis, foris nulla gloria resplendet decoris. Lucet ergo & despicitur, qui flagrans virtutibus, abiectus æstimatur. Mentes quippe carnalium pensare bona non valent, nisi quæ carnaliter vident. Hinc est quòd Dauid sanctum, pater ipse despexerat, quem prophetæ Samuëlis oculis præsentare recusabat. Qui ad vnctionis gratiam dum septem filios dedu- *1. Reg. 16.* xisset, à propheta requisitus an numerum sobolis expleret, cum magna despectione respondit: Est adhuc puer paruulus qui pascit oues. Quo deducto & electo protinus audiuit: Homo videt in facie, deus autem intuetur cor. Lampas ergo Dauid per innocentiam fuerat, sed tamen valde contempta, quia exteriora cernentibus non lucebat. Sciendum verò est quòd iustus quisque aut temporalem gloriam non habet, aut hanc sub semetipso frangit si habet, vt honori suo liber emineat, ne ei victus delectatione succumbat. Hinc enim est quòd ille prædicator egregius ante humanos oculos Apostolatus sui *1. Thes. 2.* gloriam humiliauerat, qui dicebat: Non vsi sumus hac potestate, cùm possimus oneri esse, vt Christi Apostoli, sed facti sumus paruuli in medio vestrũ. Eius verò auditoribus nimirum tumor diuitũ adhuc in corde remanserat, cùm dicebant:

G Epistolæ graues sunt & fortes, præsentia autẽ corporis infir-
2. Cor. 10. ma, & sermo cõtemptibilis. Quem enim talia dicere posse cognouerant, secum communiter viuere non posse iudicabant. Cumque eum & humilẽ videndo cernerẽt, & altum sermone pensarent, sua eos elatio compulit, vt quem per scripta timuerant, per præsentiæ verba despicerent. Quid igitur Paulus nisi contempta lãpas apud cogitationes diuitũ fuit, quia vnde magisterium humilitatis exhibuit, inde à rudibus discipulis superbiæ contumelias recepit? Horrendo etenim modo lãguor superbientium vnde detumescere debuit, excreuit, dum mens elata carnalium hoc quasi dedignabile repulit, quod magister imitabile ostendit. An contempta lampas nõ erat, qui tot virtutibus emicans, tanta à persecutoribus aduersa tolerabat? Legatione in catena fungitur, eiusque vincula in omni prætorio manifestantur, virgis cæditur, multisque ex genere, ex gẽtibus, periculis vrgetur, lapidibus Lystris tunditur, pedibus extra vrbem trahitur, quia extinctus æstimatur. Sed vsquequo lãpas ista contẽnitur, vsquequo despicabilis habetur? Nunquid non fulgorem suum nullatenus exerit, & nunquam quanta claritate candeat ostendit? Ostendit planè. Nam cùm lampas contempta apud cogitationes diuitũ diceretur, protinus additur:

Parata ad tempus statutum.) Statutum quippe contemptæ lampadis tempus, est extremi iudicij prædestinatus dies, quo iustus quisque qui nunc despicitur, quanta potestate fulgeat, demonstratur. Caput. XXX.

H TVnc enim cum deo iudices veniunt, qui nũc pro deo iniustè iudicantur. Tunc eorũ lux tanto latius emicat, quãto eos nunc manus persequẽtium durius angustat. Tunc reproborũ oculis patescet quòd cœlesti potestate subnixi sunt, qui terrena omnia sponte reliquerunt. Vnde electis
Mat. 19. veritas dicit: Vos qui secuti estis me in regeneratione, cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super duodecim sedes, iudicãtes duodecim tribus Israël. Neq; enim plusquã duodecim iudices illa interni cõsessus curia nõ habebit, sed nimirũ duodenario numero quãtitas vniuersitatis exprimitur, quia quisquis stimulo diuini amoris excitatus, hic possessa reliquerit, illic procul dubio culmen iudiciariæ potestatis obtinebit, vt simul tunc iudex cum iudice veniat, qui nunc cõsideratione iudicij, sese spõtanea paupertate castigat. Hinc est enim quod de sanctæ Ecclesiæ sponso per Salomonẽ
Prouer. 31. dicitur: Nobilis in portis vir eius, quãdo sederit cum senatoribus terræ. Hinc Esaias ait: Dominus ad iudicium veniet cum
Esa. 3. senioribus populi sui. Hinc eosdem seniores veritas non iam
Ioan 15. famulos, sed amicos denunciat, dicens: Non iam dicã vos seruos, sed amicos meos. Quos nimirum Psalmista intuens ait:
Psal. 138. Mihi autẽ nimis honorati sunt amici tui deus. Quorum dum celsitudinẽ cordis aspicerer, mundi gloriã qua calcẽ calcarent, protinus addidit: Nimis cõfortatus est principatus eorum. Ac ne paucos esse crederemus, quos proficere vsque ad summam
I tantæ perfectionis agnoscimus, ilico adiunxit: Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur. Quot itaque nũc pro amore veritatis sese libenter humiliant, tot tunc in iudicio lãpades coruscant. Dicatur igitur rectè: Lampas cõtempta apud cogitationes diuitum, parata ad tẽpus statutum. Quia vniuscuiusque iusti anima velut abiecta contemnitur, cùm degens inferius gloriam non habet, sed admirabilis cernitur, dum desuper fulget. Libet inter hæc ad redemptoris vias, mentis oculos tollere, sensimque à mẽbris ad caput peruenire. Ipse enim nobis lampas veraciter extitit, qui pro redemptione nostra in cruce moriens, tenebrosis nostris mentibus lucẽ per lignum fudit. Hac nos lãpade Ioannes illuminari cõspexerat, cùm di-
Ioan. 1. cebat: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominẽ &c. Quã tamen apud cogitationes diuitum contemptã vidit, cùm pau-
Ibidem. lopost subdit: In propria venit, & sui eũ non receperunt. Hu-
Lucæ. 24. ius lampadis flãmas Herodes explorare voluit, cùm eius miracula videre cõcupiuit, sicut scriptum est: Erat enim ex multo tẽpore cupiens videre eum, eo quòd audisset multa de illo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Sed lampas hæc ante eius oculos nullo radio lucis emicuit, quia ei qui se non piè, sed curiosè quæsierat, nihil de se mirabile ostendit. Inquisitus quippe redemptor tacuit, expectatus miracula exhibere contemplit, seseque apud se in occultis retinens, eos quos exteriora quærere comperit, ingratos foris reliquit: magis eligẽs aperte à superbientibus despici, quàm à nõ credẽtibus vacua
voce laudari. Vnde & protinus lampas ista contempta est, sicut illic subditur: Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba.

Caput. XXXI.

SEd contempta lampas quæ in terra irrisiones tolerat, de cœlo lucidius per iudicium coruscat. Vnde hic aptè subiungitur: Parata ad tempus statutum.) De quo videlicet tẽpore per Psalmistã dicitur: Cùm accepero tẽpus, ego iustitias iudicabo. Hinc in Euãgelio per semetipsam veritas denunciat, dicens: Tempus meum nondũ aduenit. Hinc Petrus ait: Quem oportet cœlum suscipere, vsque ad tempora restitutionis. Lãpas ergo quę nunc contemnitur, ad statutum tempus ventura præparatur, quia ipse peccata in die vltimo iudicat, qui nunc peccantium derisiones portat. Et tanto tunc durius districtionem exerit, quanto nunc vocandis peccatoribus suam leuius patientiã sternit. Qui enim diu conuertendos expectat, nõ cõuersos sine retractatione cruciat. Quod per prophetam scilicet breuiter insinuat, dicens: Tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar. Vt enim iam prædiximus, parturiens cum dolore eiicit hoc quod in intimis tẽpore lõgo gestauit. Qui ergo semper siluit, sicut parturiẽs loquitur: quia venturus iudex, qui sine vltione diu facta hominum pertulit, quãdoq; cum feruore examinis: quasi cũ dolore mentis, quæ animaduersionis sententiã intus seruauerit, ostẽdit. Nemo igitur hãc lampadem cùm latet, despiciat, ne contemptores suos cùm de cœlo fulserit, exurat. Cui enim nunc non ardet ad veniam, tũc procul dubio ardebit ad pœnam. Quia ergo per supernam gratiã vocationis tempus accipimus, dum adhuc lucẽtia supereſt, eius irã, qui vbique est, mores in melius cõmutãdo, fugiamus. Solũ quippe animaduersio illa non inuenit, quæ correctio abscondit. Hæc nos largiente domino in duobus iã corporibus trãscurrisse sufficiat. Quia enim sacri libri sequẽtia mysteriorum virtutibus extensa, complecti breuiter exponẽdo non possumus, ea necesse est vt aliis voluminibus referamus, quatenus lector tanto feruentior ad legẽdi studiũ redeat, quanto ex lectionis quoque intercisione respirat.

Finit liber decimus Moralium sancti Gregorij, & totius operis pars secunda: nam quinque primi libri partem primam explent.

LIBER VNDECIMUS totius operis, tertiam inchoans partem moralis expositionis sancti Gregorij papæ, quo continuatur textus capitis duodecimi beati Iob.

QVANVIS in prolixo opere esse culpabilis stili mutabilitas non debet, ne quis tamen me ex locutionis meæ immutatione reprehendat, in Epistola libris præmissa causam reddidi cur tertiam huius operis partem ad aliarum vsque similitudinem minimè emendando perduxi. Quibus scilicet exclusis, hoc quoque additur, quod ab eo versu quo dicitur: Abundant tabernacula prædonum, eiusdem partis expositio incipit, & vsque ad hoc quod scriptũ est: Dulcedo eorum vermis, disserẽdo pertingit. Quæ nimirũ tam multa sunt vt in vno corpore comprehendi non possent, nisi sub magna breuitate dicerẽtur: Qui ergo ab aliis actibus vacat, legat cætera multipliciter dicta. Qui verò ad studiosè legendum non vacat, huius partis ei breuitas placeat, in qua nõ tã quæ sentimus dicimus, quàm ea quæ sunt dicenda signamus. Igitur quoniam in ea multa, sicut me loquẽte excepta sunt, ita dereliqui: immutationẽ styli lector meus æquanimiter accipe, quia & sæpe eosdem cibos edentibus, diuersitas placet coctionis. Sed quoties partes singulas ad legendum sumis, reducere semper ad memoriam eam quam

proposui

A propoſiti cauſæ originem ſtude, quia & per beatum Iob, qui dei ſanctus dicitur, paſſiones domini eiuſque corporis, id eſt, ſanctæ Eccleſiæ deſignantur, & amici eius hæreticorum tenent ſpeciem: qui, vt ſæpe iam diximus, deum dum defendere nituntur, offendunt. Qui dum fictè conſulunt, ſanctorum mentem fortiter affligunt: nec tamen per cuncta quæ loquuntur, à veritatis cognitione deſipiunt, ſed plærunque & ſtultis prudẽtiam, & fictis vera permiſcent, vt dum ex veritate aliquid præroganť, facilè ad falſitatem trahant. Vnde amici quoque beati Iob modo deſpicabilia, modo autem mira ſunt quæ loquuntur, quæ tamen ſanctus vir aliquando reprobando conuincit, aliquando vero approbando ſuſcipit, atque ad vſum rectitudinis pertrahit etiam quę ab eis recta, ſed non rectè proferuntur. Itaque inopiam ſuam deſpicientes deſpicit, atque in ſterquilinio corpore poſitus, in quanto virtutum culmine apud ſe ſedeat, oſtendit: cùm nil eſſe præſentis vitæ diuitias memorat, quas abundare & reprobis narrat, dicens:

Quòd aliud eſt quod omnipotens deus miſericorditer tribuit, aliud quod iratus haberi permittit. Caput. I.

ABundant tabernacula prædonũ, & audacter prouocãt deum, cùm ipſe dederit omnia in manibus eorũ.) Facile eſt hominem tunc diuitias deſpicere cùm habet, difficile verò eſt eas cùm non habet, viles æſtimare. Vnde patenter oſtenditur quantus contemptus terrenarum rerum in beati Iob cogitatione fuerit, qui tunc dicit nulla eſſe quę abũ-
B dant reprobis, quando omnia amiſit. Ait ergo: Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant deum, quia plęrunque mali eo magis contra deum ſuperbiunt, quo ab eius largitate & contra meritum ditantur: & qui prouocari bonis ad meliora debuerant donis peiores fiunt. Sed intelligendum nobis eſt, quomodo prædones appellentur, dum protinus additur: Cùm ipſe dederit omnia in manibus eorum.) Si enim prædones ſunt, violenter abſtulerunt. Et dubium nõ eſt, quia violentorum non ſit adiutor deus. Quomodo igitur ipſe dat, quod hi qui prædones ſunt, nequiter tollunt? Sed ſciendũ eſt, quia aliud eſt quod omnipotens deus miſericorditer tribuit, aliud quod iratus haberi ſinit. Nam quod prædones peruerſè faciunt, hoc diſpenſator equiſſimus fieri nõ niſi iuſtè permittit, vt & is qui rapere ſinitur, cæcacus mente culpã augeat, & is qui rapinam patitur, iam in eiuſdẽ rapinæ dãno pro alia quam antè perpetrauit culpa feriatur. Ecce enim quidam in montis
al. vertice fauce conſtitutus inſidiatur itinerantibus, ſed is qui iter agit, iniqua fortaſſe quædã aliquando perpetrauit, eiq; omnipotẽs deus malum ſuum in præſenti vita retribuens, atque hunc inſidiatoris manibus tradens, vel ſpoliari rebus, vel etiã interire permittit. Quod ergo prædo iniuſtè appetiit, hoc æquiſſimus iudex iuſtè fieri permiſit, vt & ille reciperet quod iniuſtè fecerat, & iſte grauius quandoque feriatur, per cuius nequiſſimam voluntatem, culpam omnipotens deus in alterum iuſtè vindi-
C cauit. Ille purgatur qui opprimitur, in iſto reatus augetur qui opprimit: vt vel de profundo nequitiæ quandoque ad pœnitentiam redeat, vel non reuertens, tanto grauius æterna damnatione feriatur, quanto diu eſt in ſua iniquitate toleratus. Cũ illo ergo miſericorditer agitur vt peccatũ finiat, cum iſto diſtrictè vt multiplicet, niſi ad pœnitentiam recurrat. In illo mala purgantur, dum vim ſuſtinet, in iſto cumulantur, dum facit. Omnipotens itaque deus quod fieri prohibet, iuſtum eſt vt fieri ſinat, vt vnde nunc expectat, & non conuerſos diu tolerat, quandoque inde plus feriat. Bene ergo dicitur: Abundãt tabernacula prædonum, & audacter prouocant deum, cùm ipſe dederit omnia in manibus eorum, quia quod iniqui tollunt, eis hoc ipſe dat, qui illis ad rapinam poſſet reſiſtere, ſi miſereri voluiſſet. Quod tamen intelligi de rebus quoque ſpiritalibus poteſt. Caput. II.

NAm plærunq; nõnulli doctrinę dona percipiunt, ſed ex eiſdẽ donis intumeſcunt, & magni præ cæteris videri volunt. Atq; omnipotentẽ deum prouocare, eſt de eius donis inter proximos ſuperbire. Qui etiã prędones nõ immerito vocantur, quia dum loquuntur quæ non faciunt, in vſum locutionis ſuę verba iuſtorum tollunt. Sed quia hęc ipſa verba ſuperna eis gratia tribuit, quorum tamen vitã in prauis moribus relinquit, per ſemetipſos quidẽ prędones ſunt, ſed tamen bona quæ habẽt, diuinitus acceperunt. Sequitur: Ni- D
mirum interroga iumenta, & docebũt te, volatilia cœli, & indicabunt tibi. Loquere terrę, & reſpondebit tibi, & narrabunt piſces maris.) Quid per iumenta niſi ſenſu pigriores, quid per cœli volatilia, niſi ſumma atque ſublimia ſapientes intelligere debemus? De iumẽtis quippe, id eſt, ſenſu pigrioribus ſcriptũ eſt: Animalia tua habitabũt in ea. Et quia ſublimia ſapiẽtes, in *pſalm. 67.*
verbis noſtri redẽptoris euolant, ſcriptum eſt: Ita vt volucres cœli veniãt, & habitent in ramis eius. Quid vero per terrã, niſi terrena ſapientes? Vnde & primo homini cœleſtia deſerenti dictum eſt: Terra es, & in terram ibis. Quid per piſces maris, *Geneſis. 3.*
niſi curioſos huius ſeculi debemus accipere? de quibus Pſalmiſta ait: Piſces maris, qui perambulãt ſemitas maris. Qui in magnis rerum inquiſitionibus quaſi in abditis fluctibus latent. Quid autem cuncta hæc inquiſita doceant, adiungit dicens: *Pſalm. 8.*

Quis ignorat quòd omnia hæc manus domini fecerit?) Ac ſi apertè dicat: Siue ſenſu tardiores, ſeu ſublimia ſapientes, ſiue terrenis actibus deditos, ſeu huius mundi occupatos inquiſitionibus requiras, cuncta hæc creatorem omnium deum fatẽtur, & de poteſtate eius concorditer ſentiunt, quãuis ſub ea nõ concorditer viuant. Quod enim iuſtus quiſque etiam viuendo loquitur, hoc iniuſtus plærunque de deo vel ſola voce cõpellitur fateri, fitque vt mali, auctori omnium, cui * operibus *al. cuius.*
reſiſtunt, atteſtatione famulentur: quia quem impugnare moribus auſi ſunt, creatorem omnium negare nõ poſſunt. Quod tamen intelligi etiam iuxta ſolam ſpeciem literæ vtiliter poteſt, quia omnis reſpecta creatura quaſi dat vocem atteſtationis propriæ, ipſam quam habet ſpeciem ſuam. Iumẽta vel vo- E
latilia, terram vel piſces requirimus, dum conſideramus quæ nobis concorditer reſpondent, quòd cuncta dominus fecerit, quia dũ noſtris oculis ſuas ſpecies ingerunt, ſe à ſemetipſis nõ eſſe teſtantur. Eoipſo enim quòd creata ſunt, per oſtẽſam ſpeciem creatori ſuo quaſi vocem confeſsionis reddunt: qui quia omnia condidit, qualiter etiam debeant adminiſtrari diſpoſuit. Vnde ſubditur:

Quòd ſpiritus aliquando pro ſubſtantia animæ, aliquando pro efficientia ſpiritali ponatur. Caput. III.

IN cuius manu anima omnis viuentis, & ſpiritus vniuerſæ carnis hominis.) Per manum quippe poteſtas exprimitur. Anima igitur omnis viuẽtis & ſpiritus vniuerſæ carnis hominis, in eius poteſtate eſt à quo eſt, vt ipſe prouideat qualiter ſit, qui præſtitit eſſe quod nõ fuit. Poteſt verò per animam omnis viuentis, iumentorũ vita ſignari. Omnipotens autem deus iumentorum animã vſque ad corporeos ſenſus viuificat, hominum vero ſpiritum vſque ad ſpiritalẽ intellectum tẽdit. In eius ergo manu eſt anima omnis viuẽtis, & ſpiritus vniuerſæ carnis hominis, dũ & in illo hoc præſtat animæ vt viuificet carnem: & in iſto ad hoc viuificat animã, vt ad intelligendam perueniat ęternitatem. Sciendũ verò eſt, quia in ſacro eloquio ſpiritus hominis duobus modis poni conſueuit. Aliquãdo nãque ſpiritus pro anima, aliquando pro effectu ſpiritali ponitur. Pro anima nanque ſpiritus dicitur, ſicut de noſtro capite ſcriptũ eſt: Inclinato capite tradidit ſpiritũ. Si enim aliud ſpi- *Ioan. 19.*
ritũ quàm animam Euangeliſta diceret, exeunte vtique ſpiritu, anima remanſiſſet. Pro effectu quoq; ſpiritali ſpiritus dicitur, ſicut ſcriptum eſt: Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & mini- *Pſalm. 103.*
ſtros ſuos ignem vrentem. Angeli quippe, id eſt, nuncij, in ſacro eloquio nonnunquã prædicatores vocãtur, ſicut per prophetã dicitur: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiã, & legẽ requirũt ex ore eius, quia angelus domini exercituũ eſt. Omni- *Mala. 3.*
potens ergo deus angelos ſuos ſpiritus facit, quia prędicatores ſuos ſpiritales efficit. Hoc autem loco anima omnis viuentis ipſa corporis vita ſignatur, ſpiritu vniuerſæ carnis hominis, effectus intelligentiæ ſpiritalis exprimitur. Sequitur:

Quòd electi, cibi diuini ſentiunt ſaporem, reprobi verò ſonum eius audiunt, ſed corde frigido qualiter ſapiat, neſciunt.

Nónne auris verba diiudicat, & fauces comedentis, ſaporem?) Penè nullum latet quòd quinq; ſenſus corporis noſtri, videlicet viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus, in omne quod ſentiunt atq; diſcernũt, virtutẽ diſcretionis & ſenſus à cerebro trahũt. Et cũ vnus ſit iudex ſenſus cerebri qui intrinſecus preſidet, per meatus tamẽ proprios ſenſus quinque diſcernit, deo

Universidad de Deusto Biblioteca

G mira operante, vt neque oculus audiat, neque auris videat, neque os olfaciat, neque naris gustet, neque manus odoretur. Et cùm per vnum sensum cerebri omnia disponãtur, quilibet tamẽ horũ sensus aliud facere nõ potest, præter id quod ex dispositione conditoris accepit. Ex istis ergo corporalibus exterioribus, interiora & spiritalia colligenda sunt, vt per id quod in nobis publicum est, transire debeamus ad secretum, quod in nobis est, & nosmetipsos latet. Caput. IIII.

INtuendũ quippe est, quia cùm vna sit sapientia, alium minus, aliũ magis inhabitat, alij hoc, alij illud præstat, & quasi cerebri more, nobismetipsis velut quibusdam sensibus vtitur, vt quanuis ipsa sibimet nunquam sit dissimilis, per nos tamen diuersa & dissimilia semper operetur, quatenus iste sapientiæ, ille scientiæ donum percipiat, iste genera linguarum, ille gratiam curationnm habeat. Sed in his verbis beati Iob, quibus ait: Auris verba diiudicat, & fauces comedẽtis, saporẽ: etiã de electis ac reprobis aliquid videtur innuere, quia verba sapientiæ quæ reprobi audiunt, electi non solum audiunt, sed etiam gustant, vt eis in corde sapiat, quod reproborum non mentibus, sed solummodo auribus sonat. Aliud nanq; est nominatum cibum audire solummodo, aliud vero etiam gustare. Electi itaque cibũ sapientiæ sic audiunt, vt degustent, quia hoc quod audiunt, eis per amorem medullitus sapit. Reproborum verò scientia vsque ad cognitionem sonitus tenditur, vt quidem virtutes audiant, sed tamen corde frigido qualiter
H sapiant, ignorent. Quibus videlicet verbis beatus Iob amicorum suorum imperitiã, & eorum qui de doctrina sapiẽtiæ inflãtur, arrogãtiam reprobat, quia aliud est de deo aliquid scire, aliud vero hoc quod cognoscitur, fauce intelligentiæ gustare. Rectè ergo dicitur: Nónne auris verba diiudicat, & fauces comedentis, saporem? Acsi apertè arrogantibus diceretur: Doctrinæ verba quæ vobis vsque ad aurem veniunt, mihi etiam per saporẽ intimum intelligẽtiæ fauces tãgunt. Quia verò infirma ætas etiam cùm recte sapit, ad prædicandum non debet incautè prosilire, subditur: In antiquis est sapiẽtia, & in multo tempre prudentia.) Illa enim dicta in sapientiæ radice solidata sunt, quæ per viuendi vsum, etiam actuum experimento conualescunt. Sed quia multis & longior vita tribuitur, & sapientię gratia non confertur, rectè adhuc in cuius iudicio ipsa dona pendeant, demonstratur, dum subditur: Apud ipsum est sapientia & fortitudo, ipse habet consilium & intelligentiam.) Hæc non incongruè de vnigenito summi patris accipimus, vt ipsum esse dei sapientiam & fortitudinem sentiamus.

1. Corin. 1. *Ioan. 1.* Nam Paulus quoq; nostro intellectui attestatur, dicens: Christum dei virtutem & dei sapientiam, qui apud ipsum semper est, quia in principio erat verbum, & verbũ erat apud deum, & deus erat verbum. Habet autem deus consilium & intelligentiam: consilium videlicet, quia disponit sua: intelligẽtiam,
I quia cognoscit nostra. Caput. V.

POtest quoq; consilij nomine, ipsa occulti iudicij mora signari, vt quòd aliquando tardius delinquentes percutit, non quia iniquorum culpa non conspicitur, sed vt damnationis eorum sententia, quæ pro agẽda pœnitentia differtur, quasi tarda ex cõsilio prodire videatur. Quod ergo foris quandoque aperta sentẽtia indicat, hoc apud omnipotentem dominum ante secula in consilio latebat. Sequitur:

Quòd illos includat deus quibus non aperit, & illos destruat quos relinquit.

Si destruxerit, nemo est qui ędificet, si incluserit hominem, nullus est qui aperiat.) Omnipotẽs deus humanũ cor destruit, cùm relinquit: ædificat, dum replet. Neque enim humanam mentẽ debellãdo destruit, sed recedendo: quia ad perditionem suam sufficit sibi dimissa. Vnde plærunque fit vt cùm audientis cor exigentibus culpis omnipotentis dei gratia non repletur, incassum exterius à prædicatore moneatur, quia mutũ est os omne quod loquitur, si ille interius in corde nõ clamet, qui aspirat verba quæ audiuntur. Hinc propheta ait: Nisi dominus ædificauerit domum, inuanum laborant qui ædificant eã. Hinc Salomon dicit: Considera opera dei, quòd nemo possit corrigere quem ille despexerit. Nec mirum si à corde reprobo prædicator minimè auditur, dum nonnunquam ipse quoque dominus in his quæ loquitur, resistẽtiũ moribus impugnatur.

Psalm. 126. *Eccles. 7.*

Hinc est enim quòd Cain & diuina voce admoneri potuit, & K mutari non potuit, quia exigente culpa malitiæ, iã intus deus Gen.
cor reliquerat, cui foris ad testimonium verba faciebat. Bene autẽ subditur: Si incluserit hominẽ, nullus est qui aperiat, quia omnis homo per id quod malè agit, quid sibi aliud quàm cõscientiæ suæ carcerem facit? vt hunc animi reatus premat, etiã si nemo exterius accuset. Qui cum iudicante deo in malitiæ suæ cæcitate relinquitur, quasi intra semetipsum clauditur, ne euadendi locum inueniat, quem inuenire minimè meretur. Nã sæpe nonnulli à prauis actibus exire cupiunt, sed quia eorundem actuũ pondere premuntur, in malę cõsuetudinis carcere inclusi, à semetipsis exire non possunt. Et quidam culpas proprias punire cupientes, hoc quod rectè se agere æstimant, in grauiores culpas vertunt: sitque modo miserabili, vt quod exitum putant, hoc inclusionem inueniãt. Sic videlicet reprobus Iudas cùm mortem sibi contra peccatum intulit, ad æternæ mortis supplicia peruenit, & peius de peccato pœnituit quàm peccauit. Dicatur ergo: Si incluserit hominẽ, nullus est qui aperiat, quia sicut nemo obsistit largitati vocantis, ita nullus obuiat iustitiæ relinquentis. Includere itaque dei, est clausis nõ aperire. Vnde & ad Moysen dicitur de Pharaone: Ego Exod.
obdurabo cor eius. Obdurare quippe per iustitiam dicitur deus, quando cor reprobum per gratiam non emollit. Recludit itaque hominem quem in suorum operum tenebris relin- L
quit. Caput. VI.

QVasi enim aperire hãc inclusionẽ cũ Isaac primogenito filio voluit, cùm hunc fratri præponere benedicendo conatus est. Sed filium quem pater voluit, dominus reprobauit, & quem dominus voluit, pater etiã nolendo benedixit, vt qui primogenita fratri pro cibo vendiderat, primogenitorum benedictionem non acciperet, quam ex cupidine gulæ reliquisset: qui terrena ambiens fugitiua sequens, hæreditare cupiens benedictionem, reprobatus est. Non enim inuenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lachrymis inquisisset eam, quia videlicet fructum non habent lamenta, quæ student cum gemitu desiderare peritura. Aperire itaque Isaac nec filio potuit, quem deus omnipotens iusto iudicio in suæ carcere malitiæ incluśit. Sequitur:

Quòd si cordi nostro spiritus sancti irrigatio defuerit, omnis terræ plantatio arescit.

Si cõtinuerit aquas, omnia siccabuntur. Si miserit eas, subuertẽt terrã.) Si aqua scientia prędicationis accipitur, sicut scriptum est: Aqua profunda, verba ex ore viri, & torrens redundans fons sapientiæ, cùm aqua cõtinetur, cuncta siccãtur: quia si scientia prędicatorum subtrahitur, eorum qui viride scere in spe æterna poterant, corda protinus arefiunt, vt in desperata siccitate remaneant, dum fugitiua diligentes, nesciunt sperare mãsura. Sin verò aquæ nomine sancti spiritus gratia designatur, sicut veritatis voce in Euãgelio dicitur: Qui credit in me, Ioan.
sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, vbi statim Euangelista subiunxit, hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum, cõgruus in his sermonibus intellectus patet, quibus ait: Si cõtinuerit aquas, omnia siccabuntur: quia si sancti spiritus gratia ab audiẽtis mẽte subtrahitur, arescit protinus intellectus qui iam per spem viride scere in audiente videbatur. Quòd autẽ non aquam, sed aquas memorat, pluralitatis appellatione, ad septiformem donorum spiritalium gratiam recurrit: quia quasi tot aquis vnusquisque infunditur, quot donis repletur. De quibus aptè subiungitur:

Si emiserit eas, subuertent terram.) Quid enim terra, nisi peccator accipitur, cui per sententiam dictum est: Terra Gen.
es, & in terram ibis? Manet itaque terra immobilis, cùm præceptis dominicis peccator obedire contemnit, cùm ceruicem superbiæ erigit, atque à veritatis lumine oculos mentis claudit. Sed quia scriptum est: Pedes eius steterunt, & mota est terra, quia cùm veritas in corde figitur, mentis immobilitas agitatur, si sancti spiritus gratia superno munere iuxta vocem prædicantis infunditur, statim terra subuertitur: quia peccatricis mentis duritia ab immobilitatis suæ obstinatione permutatur, vt tantum se postmodum præceptis dominicis flectendo subiiciat, quantum superbiendo prius contra dominum ceruicem cordis erigebat. Videas nanque quòd terra cordis humu-

Universidad de Deusto Biblioteca

dis humani, & qua diuini muneris infusa, pòst libenter iniurias tolerat, quas prius vehemẽter irrogabat: pòst etiã sua tribuat, quæ prius & aliena rapiebat: pòst carnem abstinendo cruciet, quæ prius satietate carnis per mortifera turpitudinũ oblectamenta defluebat: pòst etiã persecutores diligat, quæ prius diligere etiam se amantes nolebat. Caput. VII.

Vertit igitur mens humana diuino munere infusa, cõtra hoc quod cõsueuerat, agere cœperit, terra subuersa est, quia deorsum missa est quæ prius eminebat, & sursum leuata est facies quæ prius in profunda premebatur. Libet in huius rei exemplum vnum è multis ad medium, Paulum vocare, qui cùm acceptis contra Christum epistolis Damascum pergeret, sancti spiritus gratia in itinere infusus, ab illa sua protinus crudelitate mutatus est, & postmodum plagas pro Christo accepit, quas veniebat inferre Christianis: & qui prius carnaliter viuens, in mortem conabatur sanctos domini tradere, gaudet postmodum pro vita sanctorũ suæ carnis sacrificium immolare. Illę crudelitatis eius frigidæ cogitationes, verse sũt in ardorem pietatis. Et qui prius fuit blasphemus & persecutor, humilis pòst factus est piusque prædicator. Qui lucrũ maximum putauit, se in discipulis Christum occidere, iam vitam suam Christũ estimat, & mori lucrum. Emissa ergo aqua terra subuersa est, quia Pauli mens mox vt sancti spiritus gratiam accepit, statum suæ immobilitatis atque crudelitatis immutauit. Quo contrà per prophetam dominus, contra Ephraim queritur dicens: Ephraim factus est subcinericius panis, qui non reuersatur. Panis nanque subcinericius super se cinerem portans, partem mundiorem deorsum premit, partemque superiorem tanto sordidiorem habet, quanto in ea cinerem tolerat. Mens itaque quæ terrena cogitat, quid super se aliud quàm cineris molem portat? Sed si reuersari voluerit, mundam faciem quam deorsum presserat, superius reducit, cùm cinerem quem portabat, excusserit. Si igitur terrenarum cogitationum cinerem à mente excutimus, quasi panem subcinericium reuersamus: vt illa nostra intentio iam postponi debeat, quam prius cogitationis infimæ cinis premebat, & munda facies ad superiora veniat, vt recta nostra intentio mole iam terreni desiderij non prematur. Quod nequaquam agere possumus, nisi sancti spiritus gratia perfundamur: quia videlicet omnipotens deus si aquas emiserit, subuertent terrã. Sequitur: Apud ipsum est fortitudo & sapientia.

2. *Tim.* 1.

Osee. 7.

Caput. VIII.

Paulò superius dictum fuerat: Apud ipsum est sapientia & fortitudo, nunc autem dicitur: Apud ipsum est fortitudo & sapientia. Quia enim omnipotẽs deus cum pietatis suæ mysterio homo factus est, prius mãsuetudinis doctrinam protulit, & postmodum in iudicio, quantæ sit fortitudinis ostendit, rectè superius sapientia ante fortitudinẽ memoratur, cùm de patris vnigenito dicitur: Apud ipsum est sapiẽtia & fortitudo. Quia vero ad iudicandum veniens, in terrore suæ virtutis apparebit, & repulsis reprobis, electis suis in regno perpetuo, qualiter sit sapientia patris, indicabit, rectè in subsequenti sententia apud ipsum esse prius fortitudo, & pòst sapientia dicitur. In verbis itaque prioribus quibus ait: Apud ipsum est sapientia & fortitudo, apertè indicat quia hoc quod mansuetus edocuit, qualiter credendum fuerit, in iudicij virtute terribilis ostender. In verbis vero subsequentibus quibus ait: Apud ipsum est fortitudo & sapiẽtia, luce clarius demonstrat, quòd prius in iudicio per virtutem reprobos destruet, & postmodum electorum mentibus eterni regni perfecto lumine infulgebit. Sed quia ante extremi diem iudicij, iudicare quotidie occultis dispositionibus facta mortalium nõ desistit, ad hoc quod nunc agitur, reditur, cùm subditur:

Quòd sapientia huius mundi stultitia est apud deum.

Ipse nouit & decipientẽ, & eum qui decipitur. Adducit cõsiliarios in stultum finẽ, & iudices in stuporẽ.) Cũ omnis qui proximũ suum decipere conatur, iniquus sit, & iniquis veritas dicat: Nunquã noui vos, discedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ qualiter hoc in loco dicitur, quia dominus decipiẽtẽ nouit? Sed quia scire dei, aliquando cognoscere dicitur, aliquando approbare, & scit iniquum, quia cognoscẽdo iudicat. Neq; enim iniquũ quempiã iudicasset, si nequaquã cognoscere: & tamẽ iniquum nescit, quia eius facta non approbat. Et nouit ergo, quia deprehendit: & nõ nouit, quia hunc in sue sapientiæ specie non recognoscit, sicut de veraci quolibet viro dicitur, quia falsitatẽ nesciat: non quia cùm vel ab aliis falsum dicitur, hoc reprehendere ignorat, sed eandẽ ipsam fallaciam & scit in examine, & nescit in amore, vt videlicet ipse hãc non agat, quam actum ab aliis damnat. Et sit plærunq; vt nonnulli insidijs vacantes, alienæ vitæ peruersitatis suæ laqueos tendãt: & cùm quis nesciens, eisdem laqueis capi conspicitur, vtrum hæc diuinitus videantur, forta ssẽ dubitatur, miranturque homines si hæc deus videat, cur fieri permittat: sed ipse nouit decipientem, & eum qui decipitur. Nouit enim decipientem: quia plærunque anteriora eius mala conspicit, & hunc iusto iudicio cadere etiam in alia peccata permittit. Nouit decipiẽtem, quia in manu suorum operum dimissum hunc, vt ad peiora proruat deserit, sicut scriptum est: Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Nouit quoque & eum qui decipitur, quia sæpe committunt homines mala quæ sciunt, & idcirco permittũtur decipi, vt cadant in mala etiam quæ nesciunt. Quod tamen deceptis aliquando ad purgationem, aliquando verò ad vltionis initium fieri solet. Adducit autem consiliarios in stultum finẽ, cùm etiam bonum quodlibet non bona intentione faciunt, sed ad temporalis muneris retributionem tendunt. Si enim ipse summi patris vnigenitus, quia per hoc quòd factus est homo, æterna nunciauit, magni consilij angelus est vocatus: rectè consiliarios prædicatores accipimus, qui suis auditoribus consilium vitæ præbent. Sed cùm prædicator quisque ideo æterna prædicat, vt temporalia lucra consequatur, profectò in stultum finem deducitur, quia illuc per laborem tendit, vnde per mentis rectitudinem fugere debuit. Caput. IX.

Apoc. 22.

Bene autẽ subditur: Et iudices in stuporem.) Omnes enim qui examinãdis aliorũ moribus præsunt, rectè iudices vocantur. Sed cùm is qui præest, subiectorũ vitã nequaquã sollicitè discutit, nec quem qualiter corrigat agnoscit, in stuporẽ iudex deductus est: quia qui iudicare malè acta debuit, nequaquã ea quæ iudicãda sunt, deprehẽdit. Sequitur:

Quòd qui de castimonia superbiũt, nonnunquam deo dispensante, in immunditiam carnis cadere permittantur.

Balteum regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum.) Qui membrorum suorum motus bene regere sciunt, non immerito reges vocantur. Sed cùm de ipsa continentia elatione mens tangitur, plærunq; omnipotens deus eius superbiam deserens, hanc in immunditiam operis cadere permittit. Regum itaque balteum dissoluit, quando in his qui bene regere sua membra videbantur, propter elationis culpam, castitatis in eis cingulum destruit. Quid vero in fune accipitur nisi peccatũ sicut per Salomonem dicitur: Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Et quia in renibus carnis delectatio principatur, districtus conscientiarum iudex, qui regum balteum dissoluit, fune præcingit renes eorum, quatenus dissoluto castitatis cingulo, scilicet eorum membris delectatio peccati dominetur: vt quos in occulto superbia inquinat, quàm sint detestabiles, etiam in publico ostendat. Sequitur:

Prouer. 5.

Quòd apud deum sine gloria sint qui de prælatione sua ab hominibus gloriam quærunt.

Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat.) Magna sacerdotis gloria est rectitudo subditorum. Vnde bene egregius prædicator discipulis dicit: Quæ enim est nostra spes aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos antè dominum? Sed cùm sacerdotes vitam discipulorum negligunt, & nullum de eorum profectibus ante dominum fructum ferunt, quid aliud quàm inglorij ducuntur? quia ante districtum iudicem nimirum gloriam tunc non inueniunt, quam modo in subditorum suorum moribus prædicationis studio nõ exquirunt. Bene autẽ dicitur: Et optimates supplãtat.) Quia cùm mẽtem regentium iusto iudicio deserit, hęc internum retributionis præmium non requirit, & in eo supplantatur quo fallitur, vt pro æterna gloria de principatu temporali gratuletur. Supplantantur igitur optimates, quia dum vera cœlestis patriæ præmia negligunt, in suis hic voluptatibus cadunt. Sequitur:

1. *Thes.* 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Commutans labium veracium, & doctrinam senum auferens.) Cùm sacerdos non agit bona quæ loquitur, ei etiã sermo subtrahitur, ne loqui audeat quod non operatur, sicut per
Psalm. 49. prophetã dicitur: Peccatori autẽ dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meũ per os tuum? Vnde etiam deprecatur dicens: Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque. Perpendit nanque quòd omnipotens deus, veritatis verbum facientibus tribuit, & non facientibus tollit. Qui ergo hoc de ore suo non auferri petiit, quid aliud quàm gratiam bonæ operationis quæsiuit? ac si apertè diceret: A bono opere errare me non sinas, ne dum amitto ordinem bene viuendi, rectitudinem perdam loquendi.

Caput. X.

ET plærũq; doctor qui docere audet quod negligit agere, cùm defierit bona loqui quæ operari cõtempsit, dicere subiectos incipit praua quæ agit: vt iusto omnipotentis dei iudicio, in bono iam nec linguã habeat, qui habere bonam vitam recusat, quatenus cùm mens eius terrenarũ rerũ amore incenditur, de terrenis rebus semper loquatur. Vnde
Matth. 12. in Euangelio veritas dicit. Ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala. Hinc etiã Ioãnes ait: Ipsi
1. Ioan. 4. de mundo sunt, ideo de mũdo loquuntur. Bene ergo dicitur: Commutans labium veracium, & doctrinam senum auferens: quia hi qui prius cœlestia prædicando veraces erant, dũ tẽporalia diligẽtes, ad terrena corruũt, labium veracium cõmutatur, & senum doctrina tollitur: quia diligentes tẽporalia, prio-
H rum suorum precepta minimè sequuntur, vt locum reguminis quasi ad fructũ voluptatis teneãt, nõ ad vsum laboris. Quod tamẽ apertius de Iudæis valet intelligi, qui ante incarnationẽ domini veraces fuerunt, quia hunc vẽturum esse crediderunt atque nunciauerunt: sed postquã in carne apparuit, hunc esse negauerunt. Labiũ itaq; veracium mutatum est: quia quẽ vẽturum dixerãt, negauerunt præsentẽ. Et doctrina senum ablata est, quia nequaquam ea credẽdo secuti sunt, quę patres suos
Mala. 4. prædixisse meminerunt. Vnde etiã Helia veniente promittitur quòd reducat corda filiorũ ad patres eorum, vt doctrina senum quæ nunc à Iudęorum corde ablata est, tunc miserãte domino redeat, quando hoc intelligere de domino cœperint filij, quod prædicauerunt patres. Sin vero senes eosdem quoq; Iudæos accipimus, qui suadente perfidia, veritatis verbo contraire conati sunt, doctrina senum ablata est, postquã hãc Ec-
Psalm. 118. clesia ex gentibus videlicet iuuencula accepit quę per Psalmistam dicit: Super seniores intellexi. Quã quia operãdo tenuit, qualiter super seniores intellexerit ostendit, dũ protinus subdit, dicens: Quia mandata tua exquisiui. Quia enim studuit operando implere quod didicit, accepit intelligere quod doceret. Vnde adhuc aptè subditur: Effundit despectionem
I super principes, & eos qui oppressi fuerãt, releuat.) Cùm enim Iudæorum populus in legis mandato permaneret, & cuncta gentilitas nulla dei precepta cognosceret, & illi per fidẽ principari videbantur, & isti in profundo pressi iacuerunt per infidelitatẽ. Sed cùm incarnationis dominicæ mysterium Iudęa negauit, gentilitas credidit, & principes in despectionem ceciderunt, & hi qui oppressi in culpa perfidiæ fuerant, in verę fidei libertatem leuati sunt. Hunc vero Israëlitarum casum lõgè antè Hieremias intuens ait: Factus est dominus velut ini-
Thren. 2. micus, præcipitauit Israël, præcipitauit omnia mœnia eius, diſsipauit munitiones eius.

Caput. XI.

MOenia autem in vrbibus pro ornamẽto sunt, munitiones vero in defensionem. Et alia sunt dona quæ nos muniunt, alia quæ ornant. Prophetica quippe doctrina, genera linguarum, curationũ virtus, quasi quædam mœnia mentis sunt. Quæ etsi quisque nõ habeat, stare munitus per fidẽ & iustitiam potest, quãuis ornatus virtutum altitudine minimè esse videatur. Spes vero fides & charitas, non nostra mœnia sed munitiones sunt, quę si habere negligimus, hostilibus insidiis patemus. De Iudæa ergo quia prophetiam atque doctrinam, vel miraculorum signa abstulit, mœnia precipitauit. Quia vero spem, fidẽ, atque charitatem propter eius duritiam auferri permisit, munitiones eius diſsipare studuit. Rectus verò ordo seruatus est, vt prius mœnia, & pòst munitiones diſsipatæ dicerentur: quia cùm peccatrix anima relinquitur, prius ab eo virtutum dona quæ ad manifestationem K spiritus data sunt, & postmodũ spei, fidei, atque charitatis fundamenta destruuntur. Quæ cuncta dominus à perfidis ablata, gentilitati tribuit, atque ex his quæ infidelibus abstulit, mẽtes fidelium ornauit: vnde scriptum est: Et speciei domus diuidere spolia. *Psalm.* Cùm enim virtutum spolia à Iudæis abstulit, domui cordis gentilium quam per fidem inhabitare dignatus est, speciem donorum dedit. Quod videlicet gestum est, cùm verba dei, Iudæorum populus ad solam literam, quæ occîdit, acciperet, & conuersa gentilitas per spiritum, qui viuificat, penetraret. Vnde mox subditur:

Quòd mira dei dispensatione agitur vt omnia in hac vita habeantur incerta, ne quis de accepta gratia intumescat, vel de peccatorum immanitate desperet.

Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucẽ vmbrã mortis.) Cùm enim quæque mystica de occultis prophetarũ verbis a credentibus agnoscuntur, quid aliud quàm profunda de tenebris reuelãtur? Vnde ipsa quoque veritas discipulis in parabolis loquens ait: Quod dico vobis in tenebris, *Matt.* dicite in lumine. Cùm enim mysticos allegoriarũ nodos per explanationem soluimus, in lumine dicimus quod in tenebris audiuimus. Vmbra autem mortis erat legis duritia, quæ vnũquenque peccantẽ morte corporis puniri sanciebat. Sed postquam redemptor noster asperitatẽ legalis sanctionis per mãsuetudinem temperauit, nec iam pro culpa mortem carnis inferri constituit, sed mors spiritus quantum timenda esset indicauit, in lucem procul dubio vmbram mortis produxit. L

Caput. XII.

ISta enim mors in qua caro separatur ab anima, vmbra illius mortis est, in qua anima separatur à deo. In lucẽ ergo vmbra mortis producitur, cùm intellecta morte spiritus, mors carnis minimè timetur. Quod tamen & aliter intelligi potest. Principes etenim non immerito vocantur, qui magno consilij iudicio suis cogitationibus semper principantur, omnesque stultos motus potestate sapientiæ cõprimunt. Sed sæpe contingit vt in occulto animus de ipsa sua sapientia in elationis fastum subleuetur, & sub eis vitiis corruat, de quibus se victorem fuisse gaudebat. Rectè ergo dicitur: Effundit despectionẽ super principes.) Sed quia nõnunquam hi qui in vitiis iacere videntur, ad pœnitentiæ lamenta currunt, seque contra culpas quibus subiacebãt erigunt, aptè subiũgitur: Et eos qui oppressi fuerãt, releuat.) Nõnulli enim superno illustrati munere, aspiciunt in quanta peccatorum suorum turpitudine iacent: factorũ maculas lachrymis lauant, & sub se postmodum carnis suæ motus deprimũt, à quibus antè premebãtur. Quod nimirum magna omnipotentis dei dispẽsatione agitur, vt videlicet in hac vita omnia habeãtur incerta & nullus ex habita castitate superbiat: quia effundit despectionẽ super principes. Nullus ex vitiorum suorũ depressione desperet: quia eos qui M oppressi fuerant, releuat. Et quoniam cum hæc aguntur, ex occultis dei consiliis super vnumquẽque sententia aperta producitur, rectè subiungitur: Et reuelat profunda de tenebris.) Profunda enim de tenebris dominus reuelat, quãdo apertam sententiam ex occultis suis consiliis indicat, vt de vnoquoque quæ sentiat, ostendat. Quia enim videt nunc creator omnia & ipsẽ in consiliis non videtur, rectè de illo per Psalmistam *Psalm.* dicitur: Posuit tenebras latibulum suum. Sed quasi de istis tenebris ad lumen exit, quando quid de vniuscuiusque actibus sentiat, ostendit. Et quia cùm is qui peccatorum suorum põdere premebatur, ad rectitudinis statum ducitur, prius ipsam mortem conspicit, in qua & deficere consueuerat, & hanc cõsiderare nesciebat, rectè additur: Et producit in lucem vmbrã mortis.) Vmbra enim mortis est praua operatio quæ de imitatione antiqui hostis, quasi de corporis lineamentis exprimitur. De quo etiam sub cuiusdam significatione dicitur: Et nomen illi mors. Et plærunque eius maligna cogitatio mentes *Apoc.* hominum latet, atque per hoc quòd nescitur, amplius prauallet. Vmbra ergo mortis in lucem producitur, dum sanctorum mentibus maligna operatio antiqui hostis, vt destrui possit, aperitur. Sequitur:

Quòd beatus Iob prophetiæ spiritu intellexit vocationem gentium, & reprobationem Iudæorum. Caput. XIII.

Qui

A QVi multiplicat gentes, & perdit eas, & ſubuerſas in integrum reſtituit.) Intelligi fortaſſe valet, quoniam gentes dominus multiplicat & perdit, quia naſcũtur quotidie morituri. Et ſubuerſas in integrũ reſtituit, quia reſurgent qui fuerint mortui. Quod tamen melius accipimus, ſi hoc qualiter in earum mente agitur, ſentiamus. Multiplicat enim gentes & perdit, quia eas & per fœcunditatem ſobolis extendit, & tamen in propria infidelitate derelinquit. Sed ſubuerſas in integrum reſtituit, quia quas in infidelitatis caſu reliquerat, quandoque ad fidei ſtatum reducit. Quibus videlicet in mentis integritatẽ reſtitutis, antiquus ille populus qui fidelis deo eſſe videbatur, reprobatus, corde repulſus eſt, vt ſua perfidia deceptus, contra ipſum pòſt inſurgeret quem antè prædicauit. Sequitur: Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos, vt fruſtra incedant per inuium. Palpabũt quaſi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quaſi ebrios.) Cor enim principum terræ immutatũ eſt, cùm in Iudæa ſummi ſacerdotes & ſeniores populi, illi conabantur ſuo conſilio obſiſtere, quem prius venturum eſſe prædicabant. Cumque eius nomen perſequendo molirentur extinguere, decepti ſua malitia, incedere per inuium fruſtra conabantur, quia crudelitati eorum patere via non poterat, contra auctorem omnium. Miracula cernebant, virtute terrebantur: ſed credere renuentes, adhuc ſigna quærebant, cùm dicerent: Quod ergo tu facis ſignum, vt videamus & credamus ti- *Ioan. 6.*
B bi quod operaris? Bene itaque dicitur: Palpabunt quaſi in tenebris, & non in luce. Qui enim inter tot aperta miracula trepidat, quaſi in tenebris palpat, quia quod tangit, non videt. Omnis vero qui errat, nunc huc, nũc illuc ducitur. Et quia aliquando oſtendebantur credere cùm dicerent: Niſi eſſet hic à deo, non poterat facere quicquam: aliquando vero hũc à deo eſſe negabant, cùm deſpicientes dicerent: *Mar. 6.* Nónne hic eſt fabri filius? nónne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioſeph & Simon & Iudas, & ſorores eius nónne omnes apud nos ſunt? rectè ſubiungitur: Et errare eos faciet quaſi ebrios.

Caput. XIIII.

VIdebant quippe eum & ſuſcitare mortuos, & tamen eſſe mortalem. Quis non crederet deum, quem conſpiciebant ſuſcitare mortuum? Sed rurſum cùm hũc mortalẽ conſpicerent, deſpiciebant credere hunc eſſe immortalem deum. Per hoc ergo quòd omnipotẽs deus talem ſe eorum oculis exhibuit, qui poſſet & diuina oſtendere, & humana pati, errare eos quaſi ebrios fecit: vt eorũ ſuperbia quæ incarnationis eius myſterium deſpicere maluit quàm ſequi, & contra humanitatem eius ſe extolleret, & intus lucentẽ deitatis eius potentiam miraretur. Quę cuncta quia beati Iob oculis, præſentia per prophetiæ ſpiritum facta ſunt, rectè ſubiungitur: Ecce omnia.) In illo enim ea quæ ſecutura erant, videbat aſsiſtentia, cui nec futura veniunt, nec præterita diſcedunt, ſed cuncta ſimul ante eius oculos aſsiſtunt. Et quia ea
C ipſa quæ ventura erant, alia eſſe vidit in operibus, alia in dictis, rectè ſubiungitur:

Textus beati Iob caput decimumtertium, quod continuat expoſitio moralis libri vndecimi ſancti Gregorij.

ECce omnia hęc vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi ſingula. Secundum ſciẽtiam veſtrã & ego noui, nec inferior veſtri ſum. Sed tamen ad omnipotentem loquar, & diſputare cum deo cupio, prius vos oſtendens fabricatores mendacij, & cultores peruerſorum dogmatum. Atque vtinam taceretis, vt putaremini eſſe ſapientes. Audite ergo correctiones meas, & iudicium labiorum meorũ attendite. Nunquid deus indiget veſtro mendacio, vt pro illo loquamini dolos? Nunquid faciem eius accipitis, & pro deo iudicare nitimini? Aut placebit ei quem cęlare nihil poteſt, aut decipietur, vt homo, veſtris fraudulentiis? Ipſe vos arguet, quoniã in abſcondito faciẽ eius accipitis. Statim vt ſe cõmouerit, turbabit vos & D
terror eius irruet ſuper vos: Memoria veſtra cõparabitur cineri, & redigentur in lutũ ceruices veſtræ. Tacete pauliſper, vt loquar quodcunq; mihi mẽs ſuggeſſerit. Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meã porto in manibus meis? Etiã ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. Veruntamen vias meas in cõſpectu eius arguã, & ipſe erit ſaluator meus. Non enim veniet in cõſpectu eius omnis hypocrita. Audite ſermonẽ meum, & ænigmata percipite auribus veſtris. Si fuero iudicatus, ſcio quòd iuſtus inueniar. Quis eſt qui iudicetur mecum? Veniat. Quare tacens conſumor? Duo tantũ ne facias mihi, & tunc à facie tua non abſcõdar. Manum tuã longè fac à me, & formido tua non me terreat. Voca me, & ego reſpondebo tibi: aut certè loquar, & tu reſponde mihi. Quãtas habeo iniquitates & peccata, ſcelera mea & delicta oſtende mihi. Cur faciẽ tuã abſcondis, & arbitraris me inimicũ tuum? Contra foliũ quod
vento rapitur, oſtendis potentiam tuam, & ſtipulã ſiccam perſequeris? Scribis enim contra me amaritudines, & conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ. Poſuiſti in neruo pedem meũ, & obſeruaſti omnes ſe- E
mitas meas, & veſtigia pedum meorum conſideraſti. Qui quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum quod comeditur à tinea.

Et vidit oculus meus, & audiuit auris mea.) Sed vtilitatem dicta non habent, ſi intellectu carent. Vnde apertè ſubditur:

Et intellexi ſingula.) Cùm enim aliquid oſtenditur vel auditur, ſi intellectus non tribuitur, prophetia minimè eſt. Vidit nanque Pharao per ſomnium quæ erãt Aegypto ventura, ſed *Gene. 41.* quia nequiuit intelligere quod vidit, propheta non fuit. Sic aſpexit Balthaſar rex articulum manus ſcribẽtis in pariete, ſed *Danie. 5.* propheta non fuit, quia intellectum rei quam viderat, nõ accepit. Vt igitur beatus Iob prophetiæ ſpiritum ſe habere teſtetur, non ſolum vidiſſe ſe & audiſſe, ſed etiã intellexiſſe omnia aſſerit. De quo intellectu, quia non extollitur, ſubiuncta eius verba teſtantur, cùm ait: Secundum ſcientiam veſtram & ego noui, nec inferior veſtri ſum.) Quibus videlicet dictis innotuit, quantæ humilitatis ſuit, qui ſe eis inferiorem negat, quorum longè vitam ſanctè viuendo tranſcenderat. Nam & ſecundum eorum ſcientiam ſe noſſe confirmat: qui ſciendo cœleſtia, eorum terrenas cogitationes per prophetiæ quoque ſpiritum tranſibat. Sequitur:

Quòd loqui cum deo, ſit orare humiliter: diſputare autem, ex conſcientiæ confidentia, pro meritis poſtulare audacter. F

Sed tamen ad omnipotẽtem loquar, & diſputare cum deo cupio.) Cum omnipotente loquimur, dũ eius miſericordiam deprecamur. Cum eo vero diſputamus, dum nos illius iuſtitiæ coniungentes, facta noſtra ſubtili indagatione diſcutimus. Vel certè cùm deo diſputare, eſt eum qui hic eius præceptis paruit, cum illo poſtmodum ad iudicandos populos iudicem venire, ſicut cuncta relinquentibus prædicatoribus dicitur: *Mat. 19.* Vos qui ſecuti eſtis me in regeneratione, cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Iſraël. Vnde & per E- *Eſaiæ. 1.* ſaiam dominus dicit: Eripite iniuriam accipientem, iudicate pupillo, & iuſtificate viduam, & venite diſputemus. Rectum quippe eſt, vt cum deo de populis in iudicio diſputent, qui ad verba dei, præſens ſeculum perfectè derelinquunt. Loqui ergo ad orationem, diſputare ad iudicium pertinet. Vir igitur ſanctus modo ad omnipotentem loquitur, vt cum omnipotente poſtmodum diſputet: quia ille cum deo poſtmodum iudex veniet, qui hic ei modo in prece familiaris extiterit. Sed ſancta Eccleſia, cuius ſæpe iam beatum Iob ſpeciem tenere prædiximus, nõ ſolũ tũc de iniquis iudicat, cùm vltimi iudicij dies aduenerit: ſed nunc etiam de cunctis prauè agentibus vel ſtultè ſentientibus iudicare non ceſſat. Vnde ſubditur:

Caput. XV.

G PRius vos ostendens fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum.) Quibus videlicet verbis apertè ostenditur, quòd amici eius quasi ex hæreticorum specie, sancti viri iudiciis aduersantur. Liquet enim quia catholicorum figurã non teneãt, qui cultores peruersorum dogmatum vocantur. Qua in re hoc quoq; oportet intendi, quòd mendacij fabricatores dicuntur. Sicut enim ædificium lapidibus, ita mendacium sermonibus fabricatur. Vbi enim nõ dolosa locutio, sed sensus veritatis est, quasi munita moles nõ ex fabrica, sed ex natura consurgit. Sequitur: Atq; vtinã taceretis, vt putaremini esse sapiẽtes.) Sicut clausa ianua, in domo quæ intus membra lateant ignoratur, sic plærunque stultus si tacuerit, vtrũ sapiens sit an stultus, absconditur: si tamen nulla alia opera prodeant, quæ sensum etiam tacentis loquãtur. Sãctus igitur vir amicos suos aspiciens velle apparere quod non erant, eos ad tacendum admonuit, ne possent apparere quod erant. Vnde & per Salomonem dicitur: Stultus si tacuerit, sapiens putabitur. *Prouer. 17.* Sed quia stultus cùm loquitur, per hoc quòd sua infert, sapientium verba pensare non sufficit, rectè adhuc postquá silentiũ indixit, adiũgit: Audite ergo correptiones meas, & iudicium labiorum meorum attendite.) Bene autem prius correptionem, & postmodum iudicium intulit: quia nisi per correptionem prius tumor stulti deprimatur, nequaquam per intelligentiã iudiciũ iusti cognoscitur. Sequitur: Nũquid deus indiget vestro mẽdacio, vt pro illo loquamini dolos? H) Deus mendacio non eget: quia veritas fulciri nõ quẽrit auxilio falsitatis. Hæretici autem quia ea quę prauè de deo intelligunt, ex veritate tueri nõ possunt: quasi ad probãdum ratione luminis, vmbrã falsitatis requirunt. Et pro eo dolos loquuntur, dum infirmas mentes in intellectu illius stulta seductione decipiunt. Sequitur: Nunquid faciẽ eius accipitis, & pro deo iudicare nitimini?) Stulti cùm prudentiũ facta cõspiciunt, hæc eis omnia reprehensibilia esse videntur, suæque imperitiæ atque infirmitatis obliti, tãto intentius de alienis iudicant, quanto sua profundius ignorant. Caput. XVI.

AT contrà iusti cùm prauorum facta redarguunt, semper suæ infirmitatis conscij, eos etsi exterius sæuiendo, tamen interius compatiendo reprehendunt: quia illius solius est peccata hominũ sine cõpassione discutere, qui ex naturæ suæ omnipotentia ignorat peccare. Quia igitur amici beati Iob, ita eius facta reprehenderant, ac si in se ipsi reprehensibile nihil haberent, rectè nunc dicitur: Nunquid faciem eius accipitis, & pro deo iudicare nitimini? Faciem quippe eius accipere, est auctoritatem illius in iudicio sumere, & quasi pro deo iudicare nititur, qui cùm infirma quæq; in altero reprehendit, apud se introrsus per compassionem non infirmatur. Sequitur: Aut placebit ei quem cęlare nihil potest, aut decipietur, vt homo, vestris fraudulentiis?) Fraudem I deo hæretici exhibent, quia ea astruũt quæ nequaquã ipsi pro quo loquuntur placent, eúque dum quasi defendere nituntur, offendunt, dum in aduersitate eius corruunt, cui videntur ex prædicatione famulari. Vnde & per Psalmistam dicitur: Vt *Psalm. 8.* destruas inimicum & defensorem. Omnis quippe hæreticus omnipotẽti deo inimicus & defensor est, quia vnde hũc quasi defendere nititur, inde veritati illius aduersatur. Quia autem latere deũ nihil potest, hoc in eis indicat, quod intus sentiunt, non quod famulari foris videntur. Quia igitur eorũ fraudulẽtiis deus vt homo nõ fallitur, rectè subiungitur: Ipse vos arguet, quoniã in abscõdito faciẽ eius accipitis. Statim vt se cõmouerit, turbabit vos & terror eius irruet super vos.) Hoc quod in abscõdito accipi asserit faciem dei, duobus modis valet intelligi. Sunt nanq; nõnulli qui & veritatem in corde sentiunt, & tamen quæ falsa sunt, de deo foris loquũtur. Ne enim vinci videantur, & cognoscunt veritatẽ interius, & tamen hãc externus impugnant. Vnde & nunc bene dicitur: Ipse vos arguet, quoniã in abscõdito faciem eius accipitis. Ac si apertè diceretur: Tanto magis de falsitate apud eum estis reprehensibiles, quanto & apud vosmetipsos quod verũ est videtis. Et fiunt nonnulli qui quando ad mentem redeunt, dei iustitiam & rectitudinem contẽplãtur, & orando ac flendo contremiscunt: sed postquã cõtemplationis hora transierit, sic audaces ad iniquitates redeũt, ac si post dorsum eius positi, à iustitiæ eius lumine minimè videantur. Hi itaq; apud se in abscondito quasi corporaliter videntẽ accipiunt faciem dei, quia ei & cùm prę- K sentes fiunt, blãdiuntur fletibus, & cùm quasi à cõspectu illius recedunt, moribus detrahunt. Qui tanto amplius de malis suis feriendi sunt, quanto & in occulto cogitationis, recta dei iudicia cognoscunt. Vnde & subditur: Caput. XVII.

STatim vt se commouerit, turbabit vos, & terror eius irruet super vos.) Cùm sit naturæ incommutabilis omnipotẽs deus, in ira iudicij perturbabilis nõ est. Sed humano verbo motus dei, dicitur ipsa rectitudinis eius districtio, qua humana prauitas feritur. Iusti autẽ viri antè deũ metuũt, quàm eius contra eos ira moueatur: & ne commotum sentiãt, tranquillum timent. At contrà peruersi tunc iam feriri pertimescũt, cùm feriuntur: eosq; tunc terror eius à somno sui torporis excitat, cùm vindicta perturbat. Vnde & per prophetam dicitur: Et tãtum sola vexatio intellectum dabit auditui. *Esa.* Cùm enim de præceptis dei contemptis atque despectis verberari per vindictam cœperint, tunc intelligunt quod audierunt. Et Psalmista ait: Cùm occideret eos, tunc inquirebant *Psal.* eum. Bene itaque dicitur: Statim vt se commouerit, turbabit vos, & terror eius irruet super vos: quia reprobis cordibus nõ timor requiem, sed pœna timorem parit. Sequitur:

Quòd superborum gloria in fine luto & cineri comparetur.

Memoria vestra comparabitur cineri.) Omnes qui cogitatione terrena huic seculo conformãtur, per omne quod agit, L huic mundo relinquere sui memoriam conantur. Alij bellorum titulis, alij altis ædificiorum mœnibus, alij disertis doctrinarũ secularium libris instãter elaborãt, sibique memoriæ nomen ædificant. Sed cùm ipsa ad finem celerius vita percurrat, quid in ea fixum stabit, quando & ipsa celeriter mobilis pertransit? Aura etenim cinerem rapit, sicut scriptum est: Non sic *Psal.* impij non sic, sed tanquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ. Rectè ergo stultorum memoria cineri comparatur quia illic ponitur, vbi ab aura rapiatur. Quantumlibet etenim quisque pro facienda gloria sui nominis elaboret, memoriam suam quasi cinerem ponit, quia hanc citius ventus mortalitatis rapit. Quo contrà de iusto scriptum est: In memoria æterna erit iustus. Eo ipso enim quo facta sua solius dei oculis im- M primit, nomen suæ memoriæ in æternitate figit. Sequitur

Et redigentur in lutum ceruices vestræ.) Sicut per oculum visus, sic per ceruicem solet superbia designari. Ceruix itaque in lutum redigitur, cùm superbus quisque humiliatur in morte, & elata caro tabescit in putredine. Intueamur enim quales in sepulchris iaceant diutiũ cadauera, quæ illa in extincta carne sit imago mortis, quæ tabes corruptionis, & certè ipsi erant qui extollebantur honoribus, habitis rebus tumebant, despiciebant cæteros, & quasi solos se esse gaudebant: & dum non perpenderent quo tendebant, nesciebant quid erãt. Sed in lutum ceruix redacta est: quia despecti iacent in putredine, qui tumebant in vanitate. In lutum ceruix redigitur, quia quãtum M carnis potentia valeat, tabes corruptionis probat. Sequitur:

Tacete paulisper, vt loquar quodcunque mihi mens suggesserit.) Sensu carnis locutos indicat, quos idcirco ad silentium restringit, vt ea quæ illi mẽs suggesserit dicat. Ac si apertè dicat: Non ego carnaliter, sed spiritaliter loquor, quia per sensum spiritus audio, quæ per ministerium corporis profero. Vnde mox ad alta conscendit, seque in mysteriis eleuat, & increpationem quam protulerat, ad mystica verba permutat, dicens: Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam porto in manibus meis?)

Quòd sancti viri carnes suas dẽtibus lacerant, cùm interni sensibus carnalia opera sua discutiunt.

Caput. XVIII.

IN scriptura sacra dentes aliquando sancti prædicatores, aliquando vero interni accipi sensus solent. De sanctis enim prædicatoribus sponsæ dictum est: Dentes tui sicut *Cant.* greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro. Vnde & vni eorum ostensis in figura gentibus dicitur: Macta & manduca, id est, vetustatem earum contere, & in corpus Ecclesiæ vi- *Act.* delicet in tua membra conuerte. Rursum quia dentes, interiores sensus accipi solent: Hieremias propheta testatur di- *Thren.* cens: Fregit ad numerum dentes meos. Per dentes etenim cibus frangitur, vt glutiatur. Vnde non immerito in dentibus internos

A internos sensus accipimus: qui singula quæ cogitant, quasi mã
dunt & comminuunt, atque ad ventrem memoriæ transmit-
tunt. Quos Propheta ad numerũ fractos dicit: quia iuxta men
suram vnusquisque peccati, intelligentiæ cæcitas generatur
in sensibus, & secũdum quòd quisque egit exterius, in eo ob-
stupescit, quod de internis atque inuisibilibus intelligere po-
Ezech. 18. tuit. Vnde rectè etiam scriptum est: Omnis homo qui come-
& Hier. 31. derit vuam acerbam, obstupescent dentes eius. Quid nanque
vua acerba, nisi peccatum est? Vua quippe acerba, est fructus
ante tempus. Quisquis enim præsentis vitæ delectationibus sa
tiari desiderat, quasi fructus ante tempus comedere festinat.
Qui igitur vuam acerbam comedit, dentes eius obstupescunt:
quia qui præsentis mundi delectatione pascitur, interni eius
sensus ligantur: vt iam spiritalia mandere, id est, intelligere ne-
queant: quia vnde in exterioribus delectati sunt, inde in inti-
mis obstupescunt. Et dum peccato anima pascitur, panem iu-
stitiæ edere non valet: quoniam ligati dentes ex peccati con-
suetudine, iustum quod intus sapit, edere nequaquam possunt.
Hoc igitur loco quia dentes, vt prædiximus, internos sensus
accipimus, considerare magnopere quid agere iusti soleant,
debemus. Qui plærunque si qua in se quamlibet leuiter carnalia
esse deprehendunt, hæc in internis sensibus retractantes,
vehementer in semetipsis insequunt, afflictione se conterunt,
B magnisque cruciatibus, vel minima in se praua diiudicant, at-
que hæc per pœnitentiam damnant. Quod idcirco agunt, vt
in conspectu æterni iudicis, & ipsi inueniri, in quãtum est pos-
sibile, irreprehensibiles debeant: & hi qui eos sic se iudicare cõ
spiciunt, emendare semetipsos à culpis grauioribus inardescãt.
Quod videlicet beatus Iob, coram amicis suis temporalẽ glo-
riam tenentibus, & transeuntia bona laudantibus, fecerat: sed
tamen eorum sensum ad cognoscendam vtilitatem flagelli sui
perducere non valebat: vt scilicet pensare possent: quòd non
solum prospera omnipotens deus tribueret, sed nonnunquam
etiã aduersa propitius irrogaret. Vnde bene nunc dicit: Quare
lacero carnes meas dẽtibus meis? Ac si apertè dicat: Cur inter-
nis sensibus carnalia si qua fuerint in me facta discussio, si meis
spectatoribus prodesse non possum? Vbi & aptè subditur: Et
animam meam porto in manibus meis?)

*Quòd sancti viri animam suam in manibus portant, cùm bo-
norum operum exempla proximis ostendunt.*

Caput. XIX.

Animam in manib⁹ portare.

ANimam in manibus portare, est intentionem cordis
in operatione ostendere. Habent nanque hoc iusti
proprium, vt in omne quod dicũt, atque omne quod
agunt, non solum profectum suum, sed etiam proximorum æ-
dificationem quærant. Et aliquãdo in quibusdam semetipsos
diiudicant, vt pigros auditores ad considerandos semetipsos
reuocent. Aliquando bona opera ostendunt, vt spectatores
C eorum erubescant non imitari quod vident. Nam scriptũ est:
Mat. 5. Videant vestra bona opera, & glorificẽt patrem vestrum qui
est in cœlis. Qui igitur intentionem suam per opera insinuat,
animam suam in manibus portat. Sed cùm iustus quisque nec
se diiudicando, nec bona opera ostendẽdo, vtilitati proximo-
rum proficit, per hoc quod egerit, ad verba doloris redit. Vn-
de rectè nunc dicit: Quare lacero carnes meas dẽtibus meis,
& animam meam porto in manibus meis? Id est, cur vel me
districtè coram hominibus diiudico, vel quid appetam in o-
pere ostendo: si vtilitati proximorum, nec mala diiudicando,
nec bona ostendẽdo proficio? Sed tamen iusti etiam cùm hæc
dicunt, nunquàm à prębendo proximis bono exemplo defi-
ciunt. Vnde adhuc coram amicis suis beatus Iob virtutem pa-
tientiæ exhibens & ostendens, ait:

Quòd virtus patientiæ non in prosperis, sed in aduersis agnoscatur.

Etiam si occiderit me, in ipso sperabo.) Nunquam est pa-
Verè patiẽs tientiæ virtus in prosperis. Ille autem verè est patiens, qui &
aduersis atteritur, & tamen ab spei suæ rectitudine non curua-
Psalm. 48. tur. De reprobi nanque sensu scriptum est: Confitebitur tibi,
cum benefeceris ei. In hoc itaque mens iusta ab iniusta discer-
nitur: quod omnipotentis dei laudem, & inter aduersa confi-
tetur, quod non cum rebus frangitur, non cum casu gloriæ ex-
terioris cadit: sed in hoc magis qualis cum rebus fuerit demon
strat: quæ & sine rebus robustior stat. Sequitur: Veruntamen
vias meas in cõspectu eius arguam: & ipse erit saluator meus.) D
Cum Paulus apostolus dicat: Si nosmetipsos diiudicaremus, *1. Corin. 11.*
non vtique iudicaremur: eo tunc dominus saluator inuenitur,
quo nunc pro timore dei, peccatum nostrum à nobismetipsis
redarguitur. Vnde electi quique culpis suis nunquam sciunt *Electi culpis suis nũq̃ sciũt parcere: vt possit iudicẽ culparũ placatũ inuenire.*
parcere, vt possint culparum iudicem placatum inuenire. Et
verè cum postmodum inuenire saluatorem credunt, quem di
strictè modo iudicem metuunt. Nam qui sibi nunc in culpa
parcit, ei postmodum in pœna non parcitur. Dicit ergo: Ve-
runtamen vias meas in conspectu eius arguam. Quæ verò vti-
litas de hac argutione sequatur, adiungat: Et ipse erit saluator
meus. Sequitur: Non enim veniet in conspectu eius omnis
hypocrita. Cum constet quòd iudex veniens: agnos ad dexte
ram, hœdos vero ad sinistram ponat: qua nũc ratione dicitur:
in conspectu eius hypocritam non esse venturum: qui scilicet
si inter hœdos erit, ad sinistram iudicis apparebit?

*Quòd hypocritæ dum hominum iudicia quærunt, diuino se iudi-
cio non exhibent: nec ante deum venit, cuius vitam deus mores q̃,
contemnit: & quòd duobus modis sancti in conspectu dei veniãt.*

Caput. XX.

Duob⁹ modis in cõspectu domini venim⁹.

SEd sciendum est quod duobus modis in conspectu do-
mini venimus. Vno quidem quo hîc peccata nostra sub-
tiliter perpendentes, in eius nos conspectu punimus: &
flendo diiudicamus. Nam quotiens conditoris nostri poten-
tiam ad sensum reducimus, totiens in conspectu illius stamus.
Vnde rectè per virum dei Heliã dicitur: Viuit dominus deus *3. Reg. 17.*
Israël, in cuius conspectu sto. Alio quoque modo in conspe- E
ctu domini venimus, cum in extremo iudicio ante tribunal e-
ius assistimus. Hypocrita igitur per examen vltimum, ante cõ
spectum iudicis venit: sed quia modo culpas suas considerare
ac deflere dissimulat: in cõspectu domini venire recusat. Sicut
enim iusti viri cum districtionem venturi iudicis contemplã-
tur: peccata sua ad memoriam reducunt: deflent quæ commi-
serunt, & districtè se iudicant ne iudicentur: ita hypocritę quo
exterius hominibus placent, eo se interius aspicere negligunt:
totosque se in verbis proximorum fundunt: & sanctos se esse
æstimant, quia sic se haberi ab hominibus pensant. Cumque
mentem per verba suę laudis sparserint, nunquam hanc ad co
gnitionem reducunt culpæ: nunquàm considerant vbi inter-
num iudicem offendant, nihil de eius districtione meruunt:
quia sic se placuisse ei, sicut hominibus credũt: Qui si terrorem
eius ad mentem reducerent, hoc ipsum quod in mala intẽtio-
ne positi placent hominibus, plus timerent. Bene itaque dici-
tur. Non enim veniet in cõspectu eius omnis hypocrita: quia
districtionem dei ante oculos non ponit, dum placere huma-
nis oculis concupiscit. Qui si mentem suam discutiens, semet- F
ipsum in conspectu dei poneret, profectò iam hypocrita non
esset. Sequitur: Audite sermonem meum: & ænigmata perci-
pite auribus vestris.) Per hoc quòd ænigmata nominat, figu-
ratas se habere locutiones demonstrat. Vnde aptè quoque vo
ce fidelis populi subditur:

*Quòd sancti etsi hoc agant, quòd exterius non labuntur
in opere, nequaquam tamen hoc agunt, vt non labantur
in cogitatione.*

Si fuero iudicatus, scio quia iustus inueniar.) Quod ab eius-
dem etiam beati Iob persona non discrepat: quando hoc ipse
foris de seipso loquitur: quod de illo veritas hosti eius interius *Iob. 1.*
dixerat: Vidisti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis su-
per terram? Et quidem idem vir valde est inferius quod de se
memorat, quàm quod de illo dominus dixerat. Aliud est e-
nim iustum esse, aliud est ei similem non esse. Humiliter igi-
tur de semetipso sensit: qui dum iustus sine comparatione ex-
titit: non se præ cæteris, sed iustum tantummodo inueniri
posse memorauit.

Caput. XXI.

Quæstio.

HOc tamen in eius verbis videtur habere quæstionis,
quod qui superius dixit: Vias meas in conspectu eius
arguam: & inferius dicit: Consumere me vis peccatis
adolescentiæ meæ: & peccata sua subtiliter agnoscens, adhuc
longè inferius adiungit: Signasti quasi in sacculo delicta mea,
nunc ait: Si fuero iudicatus, scio quia iustus inueniar. Neque
enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

G enim simul conuenire queunt peccata, & iustitia. Sed sanctus vir sibi iniquitatem tribuens, & omnipotenti domino purgationem suam: & peccatorem se cognoscit ex se, & iustum se factum non ignorat ex munere. Qui in recto quoque opere positus: ex abundanti gratia meruit flagella sustinere. Iamque se in iudicio iustum inueniri gaudet, qui se ante iudicium percussum videt. Vnde & cùm longè pòst dicat: Signasti quasi in saculo delicta mea, statim subdit: Sed curasti iniquitatem meã. Qui ergo iustum inueniri se in iudicio memorat: nequaquam se iustè flagellatum negat: quanuis flagello eius dominus non peccata studuit tergere, sed merita augere. Sequitur: Quis est qui iudicetur mecum? veniat.) Sancti viri ita se in operibus suis deo auctore custodiunt, vt omnino vnde accusentur, exterius non inueniatur: interius verò in cogitationibus suis tanta se cautela circunspiciunt, vt si fieri valeat, semper irreprehensibilès interni iudicis oculis assistant. Sed quantum agere possunt, ne exterius labantur in opere, tantũ interius agere nequaquam possunt, vt nunquam labantur in cogitatione. Humana enim conscientia eoipso quo ab intimis recedit, semper in lubrico est. Vnde fit vt etiam sancti viri frequenter labantur in corde. Beatus ergo Iob tam voce sua, quàm voce electorum loquens dicat: Quis est qui iudicetur mecum? veniat. Quia enim in exterioribus actibus vnde reprehendatur non habet: H liberè accusatorem quærit. Quia verò etiam iustorum corda semetipsa nonnunquam de stulta cogitatione reprehendunt: propter hoc fortasse subditur: Quare tacens consumor?) Tacens enim consumitur: qui de stulta se cogitatione reprehendens, apud semetipsum dente conscientiæ mordetur. Ac si apertè dicat: Si vixi vt accusatorem exterius nullum timerem: vtinam sic vixissem, vt intra memetipsum accusatricẽ conscientiam in se inuenit vnde vratur. Sequitur: Duo tantũ ne facias mihi: & tunc à facie tua non abscondar.) Hoc loco quid dei faciem, nisi animaduersionem debemus accipere? In qua dum peccata respicit, punit. A qua videlicet nullus etiam iustus abscondi tur: si duo quæ postulat, non amoueantur, de quibus subdit:

Vtinam sic vixissem vt intra memetipsum accusatricẽ conscientiam nõ haberẽ.

Quòd sancti patres ad eam legem venire desiderabant, in qua non timore seruirent, sed amore.

Caput. XXII.

M Anum tuam longè fac à me, & formido tua non me terreat.) In quibus videlicet duobus quid aliud per prophetiæ vocem, quàm tempus gratiæ & redemptionis inquirit? Lex nanque sub percussione vltionis populum tenuit: quisquis sub illa peccaret, protinus morte puniretur. Nec plebs Israëlitica ex amore, domino, sed ex timore seruiebat. Nũquàm verò impleri iustitia per timorem potest, quia iuxta Ioannis vocem, perfecta charitas foras mittit timorem. Et Paulus quoque adoptionis filios consolatur, dicens: I Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Ex voce igitur generis humani, legalis percussionis duritiam transire concupiscens, atque à formidine peruenire ad dilectionem appetens, quæ duo à se omnipotens deus longè faciat exorat, dicens: Manum tuam longè fac à me: & formido tua non me terreat, id est, percussionis duritiam remoue à me, formidinis pondus tolle: sed irradiante gratia dilectionis, spiritum securitatis infunde: quia si longè à percussione & formidine non fuero: scio quia à districtione tui examinis non abscondar: quoniam in conspectu tuo iustus esse non valet, qui tibi non per dilectionem, sed per formidinem seruit. Vnde & ipsam conditoris sui præsentiam, quasi familiariter ac corporaliter quærit: vt per hanc & audiat quod ignorat, & in his audiatur quę nouit. Nam protinus adiungit: Voca me, & respondebo tibi: aut certè loquar, & tu responde mihi. Qui dum humanis oculis per assumptam carnem apparuit: sua hominibus peccata aperuit, quę & perpetrabant & nesciebant. Vnde subditur:

1. *Ioan.* 4. *Roma.* 8.

Quòd à luce veritatis in tantas ignorantiæ tenebras corruerimus, vt nosipsos ignoremus.

Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea & delicta ostende mihi.) Quanuis vocare ac respondere intelligi, & aliter possit. Vocare enim dei, est nos amando & eligendo respicere. Respondere autem nostrum, est amori illius bonis operibus parere. Vbi aptè additur. Aut certè loquar, & tu responde mihi. Loquimur nanque, cum eius faciem per desiderium postulamus. Respondet verò deus loquentibus, cum nobis se amantibus apparet. Sed quia quisquis æternitatis desiderio anhelat: semetipsum subtiliter reprehendens, facta sua discutit: & ne quid in illo sit, in quo auctoris sui faciem offendat quærit, rectè subiungit: Quantas habeo iniquitates & peccata: scelera mea & delicta ostende mihi. Iste in hac vita iustorum labor est: vt semetipsos inueniant: & inuenientes, flẽdo atque corrigendo ad meliora perducant. Et quanuis inter iniquitatem atque peccatum nihil distare perhibeat Ioannes apostolus qui ait: Iniquitas peccatum est: ipso tamen vsu loquendi plus iniquitas quàm peccatum sonat: & omnis se homo liberè peccatorem fatetur: iniquũ verò dicere nonnunquã erubescit.

1. *Ioan.*

Caput. XXIII.

I Nter scelera verò & delicta hoc distat, quòd scelus etiam pondus peccati transit: delictum verò pondus peccati non transit: quia & cùm offerri sacrificium per legem iubetur: nimirum præcipitur sicut pro peccato, ita etiam pro delicto. Et nonnunquam scelus in opere est, delictum vero plærunq; in sola cogitatione. Vnde & per Psalmistam dicitur: Delicta quis intelligit? Quia videlicet peccata operis tãto citius cognoscuntur, quanto exterius videntur: peccata vero cogitationis eo ad intelligendum difficilia sunt, quo inuisibiliter perpetrãtur. Quisquis igitur ęternitatis desiderio anxius, apparere venturo iudici desiderat mundus: tanto se subtilius nũc examinat, quanto nimirum cogitat, vt tunc terrori illius liber assistat, & ostendi sibi exorat vbi displicet: vt hoc in se per pœnitentiam puniat: seque hîc diiudicans iniudicabilis fiat. Sed inter hæc intueri necesse est: quanta peregrinationis nostræ pœna nos perculit, qui in eam cęcitatẽ venimus: vt nosipsos ignoremus. Perpetramus mala: nec tamen hæc celerius deprehẽdimus, vel perpetrata. Excluſa quippe mens à luce veritatis: nil in se nisi tenebras inuenit: & plærunque in peccati foueam pedem porrigit, & nescit. Quod nimirũ de sola exilij sui cæcitate patitur: quia ab illuminatione domini repulsa, & semetipsam videre perdidit, quę auctoris sui faciẽ non amauit. Vnde & subditur:

Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuũ?) Humanum genus cõtemplationem lucis intimæ habuit in paradiso: sed sibimetipsi placens, quo à se recessit, lumen conditoris perdidit eiusque faciem declinando, ad ligna paradisi fugit: quia post culpam videre metuebat, quem amare consueuerat. Sed ecce post culpam venit in pœnam: ex pœna autem ad amorem redit: quia quis fuerit culpæ fructus inuenit: atq; illi faciem quam timuit in culpa, excitatus requirit ex pœna: vt ab caliginem cæcitatis suæ fugiat, atque hoc ipsum quòd auctorem suum non videt, grauiter perhorrescat. Quo videlicet desiderio compunctus sanctus vir clamat: Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? quia si vt amicum aspiceres, tuæ me visionis lumine non priuares. Qui mobilitatem quoque cordis humani subsequens adiungit:

Quòd rectè homo folio comparetur, qui tentationibus suis, quasi ventorum flatibus agitatur.

Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam: & stipulam siccam persequeris?) Quid est enim homo nisi folium, qui videlicet in paradiso ab arbore cecidit? Quid est nisi folium, qui tentationis vento rapitur, & desideriorum flatibus leuatur?

Caput. XXIIII.

M Ens quippe humana quot tentationes patitur, quasi tot flatibus mouetur. Hanc enim plærunq; ira perturbat: cum recedit ira, succedit inepta lætitia. Luxuriæ stimulis vrgetur: æstu auaritiæ longè lateque ad ambienda quæ terrena sunt tenditur. Aliquando hanc superbia eleuat: aliquando verò inordinatus timor in infimis deponit. Quia ergo tot tentationum flatibus leuatur & ducitur: rectè folio homo comparatur. Vnde bene quoque per Esaiam dicitur: Cecidimus quasi folium vniuersi: & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos. Quasi vẽtus quippe nos iniquitas abstulit: quia nullo fixos virtutis pondere in vanã elationem leuauit. Bene autem post folium, etiam stipula appellatur homo. Qui enim arbor fuit in conditione, folium à semet ipso

A ipſo factus eſt in tentatione: ſed pòſt ſtipula apparuit in deiectione. Quia enim de alto cecidit, folium: quia verò per carnem terræ proximus fuit, etiam cum ſtare videbatur, ſtipula eſſe memoratur. Sed quia viriditatem intimi amoris perdidit: iam ſtipula ſicca eſt. Conſideret itaque vir ſanctus, & homo quantæ vilitatis ſit, & deus quantæ diſtrictionis, & dicat: Contra folium quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam: & ſtipulam ſiccam perſequeris? Ac ſi apertè deploret dicens: Cur tanta rectitudine impetis eum, quem ſic infirmum eſſe in tentatione cognoſcis? Sequitur:

Quòd peccata noſtra deus ſcribere dicitur, cum ea vel diutius punit, vel retinet punienda.

Scribis enim contra me amaritudines.) Quia omne quod loquimur, tranſit: quod vero ſcribimus, manet: deus non loquiſed ſcribere amaritudines dicitur: cum diu ſuper nos eius flagella perdurant. Semel quippe peccanti homini dictum eſt. Terra es: & in terram ibis. Et ſæpe apparentes angeli hominibus præcepta dederunt. Moyſes legiſlator per diſtrictionem peccata coërcuit. Ipſe vnigenitus ſummi patris ad nos redimẽdos venit: moriendo mortem abſorbuit: vitam perpetuam denunciauit nobis, quam oſtendit in ſe. Sed tamen illa quę in paradiſo data eſt de morte carnis noſtræ ſententia: ab ipſo initio generis humani, vſque ad finem ſeculi non mutatur. Quis eſt enim homo qui viuit: & non videbit mortẽ? Quod bene rurſum Pſalmiſta intuens ait: Tu terribilis es: & quis reſiſtet tibi? B extunc ira tua. Quia videlicet peccãti in paradiſo homini iratus ſemel de mortalitate carnis noſtræ ſententiam fixit: quæ nunc & vſque ad vltimum mutari nullo modo valebit. Dicat ergo: Scribis contra me amaritudines. Vbi adhuc ſubditur: Et conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meę.

Pſalm. 57

Quòd grauia ſint in conſpectu dei peccata iuuenum & ſenum: ſi & iuſti ſic metuunt qui in adoleſcentiæ teneritudine deliquerunt.

Caput. XXV.

ECce vir iuſtus quia in iuuentute ſua ſe peccaſſe non inuenit, adoleſcentiæ facta pertimeſcit. Sed ſciendum eſt: quia ſicut in corpore, ita ſunt etiam incrementa ætatis in mente. Prima quippe hominis ætas infantia eſt: cum etſi innocenter viuit, neſcit tamen fari innocentiam quam habet. Ac deinde pueritia ſequitur: in qua iã valet dicere quod vult: cui ſuccedit adoleſcentia, quæ videlicet prima eſt ætas in operatione: quam iuuẽtus ſequitur, ſcilicet apta fortitudini: ac poſtmodum ſenectus, etiam per tempus iam congrua maturitati. Quia igitur primam ætatem aptam bonis actibus adoleſcentiam diximus: & iuſti viri cùm in magna mentis maturitate proficiunt: nonnunquam ad memoriam actionum ſuarũ initium reducunt: ſeque tantum de ſuis primordiis reprehendũt, quantum ex grauitate mentis altius profecerunt: quia eo indiſcretos ſe fuiſſe inueniunt, quo diſcretionis artem poſtmodum C plenius conſequuntur: rectè nunc per ſancti viri vocem, adoleſcentiæ peccata formidantur. Quod ſi ad ipſam literam eſt tenendum: hinc conſiderandum eſt quantum ſint grauia peccata iuuenum & ſenum: ſi & illud ſic iuſti metuũt, quod in infirma ætate deliquerunt. Sequitur:

Quòd pes hominis in nervo ponitur, cùm prava eius intentio, diſtricto iudicio punienda ligatur.

Poſuiſti in neruo pedem meum: & obſeruaſti omnes ſemitas meas: & veſtigia pedum meorum conſideraſti.) In neruo deus pedem hominis poſuit: quia prauitatem illius, forti diſtrictionis ſuæ ſententia ligauit. Cuius omnes ſemitas obſeruat: quia ſubtiliter ſingula eius quæque diiudicat. Semita etenim anguſtior ſolet eſſe quàm via. Quia autem vias actiones: non immerito ſemitas ipſas actionũ cogitationes accipimus. Deus itaque omnes ſemitas obſeruat: quia in ſingulis quibuſque noſtris actibus, etiam cogitationes penſat. Et veſtigia pedũ conſiderat: quia intentiones noſtrorum operum quàm rectè ponantur, examinat: ne & hoc quod bonum agitur: non recto deſiderio agatur. Poſſunt quoque per pedum veſtigia, quædã malè acta ſignari. Nam pes in corpore, eſt veſtigium in via. Et plærunque dum quędam praua agimus: intuẽtibus hoc fratribus, exemplum malum præbemus: & quaſi inflexo extra viam pede ſequẽtibus veſtigia diſtorta relinquimus: dum per noſtra opera ad ſcandalum aliena corda prouocamus. Valde autem laborioſum eſt cuſtodire ne mala homo facere audeat: D ne in bonis actibus per intentionem titubet: & inter recta opera ſiniſtra eum cogitatio illudat. Quæ tamen cuncta omnipotens deus ſubtiliter examinat: atque in iudicio ſingula repẽſat. Sed quando homo qui carnis ſuæ infirmitate conſtringit: contra cuncta valeat ſubtiliter aſſurgere: atque inconcuſſa cogitatione rectitudinem tenere? Vnde aptè ſubditur: Quj quaſi putredo conſumendus ſum: & quaſi veſtimentum quod comeditur à tinea.) Sicut enim veſtimẽtum à de ſe exorta tinea comeditur: ita homo in ſemetipſo habet putredinem, de qua conſumatur: atque hoc eſt, quod eſt, vnde conſumatur vt non ſit. Quod intelligi & aliter poteſt: ſi ex voce tentati hominis dicatur: qui quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimẽtum quod comeditur à tinea. Homo enim quaſi putredo conſumitur, dum carnis ſuæ corruptione conteritur. Cui quia immunda tentatio non aliunde, ſed à ſemetipſo naſcitur: more tineæ carnem tentatio, quaſi veſtem de qua exiit conſumit. In ſemetipſo quippe habet homo vnde tentetur. Quaſi ergo tinea veſtem conſumit, quæ ex veſte eadem proceſsit. Sciẽdum quoque quòd tinea ſine ſonitu perforat veſtimentum: & plærunque cogitatio ita tranſfigit mentem: vt mens ipſa non ſentiat, niſi poſtquam fuerit eius aculeo tranſfixa. Bene ergo dicitur quòd homo tanquàm veſtimentum à tinea conſumitur: quia nonnunquam tentationum noſtrarum vulnera non cognoſcimus, niſi poſtquam ab eis confoſsi in mente fuerimus. E Quam videlicet infirmitatem noſtram bene adhuc ſanctus vir conſiderans, adiungit:

Caput decimumquartum textus beati Iob, ſed caput viceſimumſextum expoſitionis moralis ſancti Gregorij.

HOmo natus de muliere, breui viuẽs tempore, repletur multis miſeriis. Qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. Et dignum ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eũ tecum in iudicium? Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nónne tu qui ſolus es? Breues dies hominis ſunt, numerus menſium eius apud te eſt. Conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Recede ergo paululum ab eo, vt quieſcat: donec optata veniat ſicut mercenarij dies eius. Lignũ habet ſpem. Si præciſum fuerit, rurſum vireſcit: & rami eius pullulant. Si ſenuerit, in terra radix eius, & in puluere F emortuus fuerit trũcus illius: ad odorem aquæ germinabit: & faciet comam: quaſi cum primum plantatũ eſt. Homo verò cùm mortuus fuerit, & nudatus atque conſumptus, vbi quęſo eſt? Quomodo ſi recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus areſcat: ſic homo cùm dormierit, non reſurget. Donec atteratur cœlum, non euigilabit, nec conſurget de ſomno ſuo. Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcõdas me donec pertranſeat furor tuus, & conſtituas mihi tẽpus in quo recorderis mei? Putásne mortuus homo rurſum viuat? Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego reſpondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexterã. Tu quidẽ greſſus meos dinumeraſti, ſed parce peccatis meis. Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea, ſed curaſti iniquitatem meam. Mons cadens defluit, & ſaxum tranſfertur de loco ſuo. Lapides excauant aquę, & alluuione paulatim terra conſumitur: & homines ergo ſimiliter perdes. Roboraſti eum paululum, vt in perpetuũ tranſiret. Immutabis faciem eius, & emittes eum. Siue nobiles fuerint filij eius, ſiue ignobiles, non intelliget. Attamen caro eius dum viuet dolebit: & anima illius ſuper

ſemetipſo

G semetipso lugebit.

Humanæ vitæ breuitatem, & calamitatem describit.

Caput. XXVI.

HOmo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis.) In sacro eloquio mulier, aut pro sexu ponitur, aut pro infirmitate. Pro sexu quippe, *Gala. 4.* sicut scriptum est: Misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege. Pro infirmitate verò, sicut per quendam sa- *Eccli. 42.* pientem dicitur: Melior est iniquitas viri, quàm benefaciens mulier. Vir enim, fortis quilibet & discretus vocatur: mulier verò, mens infirma vel indiscreta accipitur. Et sepe contingit, vt etiam discretus quisque subitò labatur in culpam: atque indiscretus alius, & infirmus bonam exhibeat operationem. Sed is qui indiscretus atque infirmus est: nonnunquam de eo quod bene egerit, amplius eleuatur, atque grauius in culpam cadit: discretus verò quisque ex eo quod malè se egisse intelligit, ad districtionis regulam arctius se reducit: & inde altius ad iustitiam proficit: vnde ad tempus à iustitia cecidisse videbatur. *Ibidem.* Qua in re rectè dicitur: Melior est iniquitas viri, quàm benefaciens mulier: quia nonnunquam etiam culpa fortium, occasio virtutis fit: & virtus infirmorum, occasio peccati. Hoc igitur loco mulieris nomine, quid nisi infirmitas designatur, cum dicitur: Homo natus de muliere? Ac si apertius dicatur: Quid H in se habebit fortitudinis, qui natus est ex infirmitate? Breui viuens tempore, repletur multis miseriis.) Ecce viri sancti vocibus, pœna hominis breuiter est expressa: quia & angustatur ad vitam, & dilatatur ad miseriam. Si enim subtiliter consideretur, omne quod hic agitur, pœna & miseria est. Ipsi etenim *Omne qđ hic agitur: miseria est.* corruptioni carnis seruire ad necessaria atque concessa, miseria est: vt contra frigus vestimenta: contra famem alimenta: cõtra æstum frigora requirantur. Quòd multa cautela custoditur salus corporis, quòd etiam custodita amittitur, amissa cũ graui labore reparatur: & tamen reparata, in dubio semper est: quid hoc aliud quam mortalis vitæ miseria est? Quòd amamus amicos, suspecti ne offendi valeant: formidamus inimicos, atque securi de eis non sumus vtique, quos formidamus: & plærunque inimicis sic confidenter quasi amicis loquimur: & nõnunquam pura verba proximorum, & multum nos fortasse diligentium, quasi verba suscipimus inimicorum: & qui falli nunquam, vel fallere volumus, ex cautela nostra grauius erramus: quid itaque hoc nisi humanæ vitæ miseria est? Quòd amissa cœlesti patria repulsus homo delectatur exilio, grauatur curis: & tamen cogitare dissimulat quàm graue sit, quia multa cogitantur: quod priuatus est interno lumine, & tamen in hac vita diu vult perpeti cæcitatem suam: quid hoc aliud quàm de pœna nostra nata miseria est? Sed quanuis diu hìc stare desidere: ipso tamen cursu mortalis vitæ impellitur, vt egrediatur. I Vnde vir sanctus rectè subiũgit: Qui quasi flos egreditur, & conteritur: & fugit velut vmbra: & nunquam in eodem statu permanet.)

Caput. XXVII.

QVasi flos etenim egreditur, quia nitet in carne: sed cõteritur, quia redigitur in putredinem. Quid enim sunt nati homines in mundo: nisi quidam flores in campo? Tendamus oculos cordis in hanc latitudinem mundi præsentis, & ecce quasi tot floribus, quot homi- *Mundus quasi tot floribus quot hominibus plenus est.* nibus plenus est. Vita itaque in carne, flos in fœno est. Vnde *Psalm. 102* bene per Psalmistam dicitur: Homo, sicut fœnum dies eius: *Esa. 40.* & sicut flos agri, ita florebit. Esaias quoque ait: Omnis caro fœnum: & omnis gloria eius sicut flos agri. Homo etenim more floris procedit ex occulto: & subito apparet in publico: quia statim ex publico per mortem retrahitur ad occultum. Carnis nos viriditas ostendit: sed ariditas pulueris ab aspectibus retrahit. Quasi flos apparuimus qui non eramus: quasi flos arescimus, qui temporaliter apparebamus. Et quia per momenta homo quotidie compellitur ad mortem: rectè adiungit. Et *Quæstio.* fugit velut vmbra: & nũquam in eodem statu permanet.) Sed cum sol quoque indesinenter cursum suũ peragat: nunquámque se in stabilitate figat: cur cursus vitæ hominis vmbræ po- *Responsio.* tius quàm soli comparatur: nisi quia amisso amore cõditoris, calorem cordis perdidit, & in solo iniquitatis suæ frigore remansit? *Matt. 24.* Quia iuxta veritatis vocem: Abũdabit iniquitas: & refrigescet charitas multorum. Qui igitur in amore dei, cordis K calorem non habet: nec tamen vitam quam diligit tenet: scilicet velut vmbra fugit. Vnde rectè quoque de illo scriptum est: quia secutus est vmbram. Bene autem dicitur: Et nũquam in eodem statu permanet: quia dum infantia ad pueritiã, pueritia ad adolescentiam, adolescentia ad iuuentutem, iuuentus ad senectutem, senectus transit ad mortem: in cursu vitæ præsentis ipsis suis augmentis ad detrimenta impellitur: & inde semper deficit, vnde se proficere in spatium vitæ credit. Fixũ etenim statum hìc habere non possumus, vbi transituri venimus: atque hoc ipsum nostrum viuere, quotidie à vita transire est. Quem videlicet lapsum primus homo ante culpam habere non potuit: quia tempora eo stãte transiebant. Sed postquam deliquit: in quodam se quasi lubrico temporalitatis posuit: & quia cibum comedit vetitum, status sui protinus inuenit defectum. Quam tamen mutabilitatẽ non solum exterius, sed interius quoque homo patitur, dum ad meliora opera exurgere conatur. Mens etenim mutabilitatis suæ pondere ad aliud semper impellitur quàm est, & nisi in statu suo arcta custodię disciplina teneatur: semper in deteriora dilabitur. Qua enim semper stantem deseruit, statum quem habere potuit, amisit. Vnde nunc cùm ad meliora nititur, quasi contra ictum fluminis conatur. Cum verò ab intentione ascendendi resoluitur, sine labore ad ima reducitur.

Caput. XXVIII.

QVia enim in ascensu labor est, in descensu otium intraturos per angustam portam dominus admonet, dicens: Contendite intrare per angustam portam. L Dicturus quippe angustæ portę introitum, præmisit, contendite: quia nisi mentis cõtentio ferueat, vndæ mũdi non vincitur, per quam anima semper ad ima reuocatur. Quia igitur homo velut flos nascitur & conteritur: quia sicut vmbra fugit, atque in statu suo nunquàm permanet: quid in hac consideratione subiungat, audiamus. Sequitur: Et dignũ ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium?) Considerauit quippe superius & omnipotentis dei potentiam, & infirmitatem suam: deduxit ante oculos se & deum: pensauit quis cum quo ad iudicium veniat. Vidit hinc hominem, inde conditorem, id est, puluerem, & deum: & rectè ait: Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos? Omnipotenti deo oculos aperire, est iudicia exercere, quem feriat videre. Nam quasi clausis oculis nõ vult aspicere, quem non vult ferire. Vnde mox de ipso quoque iudicio adiungit: Adducere eum tecũ in iudicium? Sed quia contemplatus est ad iudicium venientem deum: rursum considerat infirmitatẽ suam. Videt quia mundus per semetipsum esse non possit: qui vt esse possit, de immunditia processit, atque subiungit: Quis potest facere mundum de immundo conceptũ semine? Nonne tu qui solus es?) Is qui per se solus est mundus: mundare pręualet immunda. Homo enim in corruptibili carne viuens, habet tentationum immunditias impressas in semetipso: quia nimirum eas traxit ab origine. Ipsa quippe propter delectationem carnis eius conceptio, immũdicia est. Vnde & Psalmista ait: Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Hinc est ergo qp plærumq; tentatur & nolens. Hinc est quòd immunda quædam in mente patitur, quanuis ex iudicio reluctetur: quia conceptus de immunditia, dum ad munditiam tendit, hoc conatur vincere quod est. Quisquis autem occultæ tentationis motus, atque immunditiam cogitationis euicerit: nequaquam sibi suã munditiam tribuat: quia de immundo conceptum semine, nullus facere mundum potest, nisi is qui mundus per semetipsum solus est. Qui ergo iam ad locum munditiæ mente peruenit: conceptionis suæ viam respiciat per quam venit: atque inde colligat, quia ex sua virtute non habet munditiam viuendi: cui de immunditia factum est initium subsistẽdi. Potest verò hoc in loco intelligi: quia beatus Iob incarnationem redemptoris intuitus, solum vidit in mundo hominem de immundo semine non esse conceptum: qui sic in mundum venit ex virgine, vt nihil haberet de immunda cõceptione. Neq; enim ex viro & fœmina, sed ex sancto spiritu & Maria virgine processit. Solus ergo in carne sua verè mundus extitit, qui delectatione carnis tangi nõ potuit: quia nec per carnalẽ huc delectationẽ venit.

LIBRI

LIBRI DVODECIMI SANCTI GREGORII, CAPUT PRIMUM, QUOD CONTINUAT DECIMUM QUARTUM CAPUT TEXTUS BEATI IOB.

MOS IVSTORVM est tanto sollicitius præsentem vitam quàm sit fugitiua cogitare, quanto studiosius nouerint cœlestis patriæ bona æterna perpendere. Ex his enim quæ manentia intus aspiciunt: foris fugam rerum labentium subtilius attendunt. Vnde beatus Iob cum de lapsu humani temporis sententiam protulisset dicens: Homo natus de muliere, breui viuens tempore: & rursum, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet, adhuc de breuitate vitę eius adiungit: Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est.) Hoc etenim apud nos velut non esse considerat, quod tanta velocitate trãscurrit. Quia vero apud omnipotentem deum etiam labentia stant: apud eum esse numerum nostrorum mensium perhibet. Vel certè in diebus breuitas temporis: in mensibus vero quasi multiplicata dierũ spatia designantur. Nobis ergo breues dies sunt. Sed quia vita nostra post tenditur, apud deum numerus nostrorum mensium esse memoratur. Vnde per Salomonem dicitur: Longitudo dierum in dextera eius. Sequitur:

Prouerb. 3.

Quid sit quòd Ezechiæ quindecim anni sunt additi ad vitam: cùm ei per Esaiam dictum sit, morieris tu, & non viues.

Constituisti terminos eius qui prętiri non poterũt.) Nulla quæ in hoc mundo hominibus fiunt, absque omnipotentis dei occulto consilio veniunt. Nã cuncta deus secutura prescit, ante secula decreuit, qualiter per secula disponantur. Statutum quippe iam homini est: vel quantum hunc mundi prosperitas sequatur: vel quantum aduersitas feriat: ne electos eius, aut immoderata prosperitas eleuet, aut nimia aduersitas grauet. Statutum quoque est quãtum in ipsa vita mortali temporaliter viuat. Nam etsi annos quindecim Ezechiæ regi ad vitam addidit omnipotens deus: cum eum mori permisit, tũc eum prescisse esse moriturum. Qua in re quæstio oritur, quomodo ei per prophetã dicatur: Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues: cui cum mortis sententia dicta est: protinus ad eius lachrymas, est vita addita. Sed per prophetã dominus dixit: quo tempore mori ipse merebatur, per largitatẽ vero misericordiæ, illo eum tempore ad mortẽ distulit, quod ante secula ipse prescisse. Nec Propheta igitur fallax, quia tempus mortis innotuit, quo vir ille mori merebatur: nec dominica statuta conuulsa sunt, quia vt ex largitate dei anni vitæ crescerent, hoc quoque ante secula præfixum fuit: atque spatium vitæ quod inopinatè foris est additum, sine augmento in præscientia fuit intus statutum. Bene ergo dicitur:

4. Reg. 20.

Caput. II.

CONstituisti terminos eius: qui prętiri non poterũt.) Quod tamen intelligi etiam iuxta spiritum valet: quia nõnunquam in virtutibus proficere conamur: & quædam dona percipimus: à quibusdam verò repulsi in imis iacemus. Nemo enim est, qui tantum virtutis apprehendat, quantum desiderat: quia omnipotens deus interiora discernens, ipsis spiritalibus profectibus modum ponit: vt ex hoc homo quod apprehendere conatur, & non valet, in illis se non eleuet quæ valet. Vnde ille quoque egregius prædicator, qui raptus ad tertium cœlum fuerat, paradisi arcana penetrauerat, esse post reuelationem tranquillus atque intentatus non valebat. Sed quia omnipotens deus terminos constituit homini: qui prætiri non poterunt: & eleuauit hunc ad cognoscenda sublimia, & reduxit iterum ad infirma tolerãda: vt modi sui mensuram aspiciens, dum securitatem comprehendere conaretur, & non posset: ne per elationem extra se iret, per humilitatem cogeretur intra suos semper terminos redire. Sequitur:

Quòd sancti quasi mercenarij in laboribus huius mundi gemunt: & ad retributionis suæ denarium suspirant.

Recede paululum ab eo, vt quiescat donec optata veniat sicut mercenarij dies eius.) Hoc loco recede dicitur, vim flagelli amoue. Quis enim valet deo recedente requiescere, cum solus ipse sit requies: & à quo quisque quanto longè fuerit, sit tanto & inquietus? Itaque sic recede ab eo dicitur, vt intelligas, feriendo. Aptè autem subiungitur: Donec optata veniat sicut mercenarij dies eius. Mercenarius quanto longè est à fine operis, tanto & à retributione mercedis. Ita vir quisq; sanctus in hac vita positus, dum longè se esse ab exitu vitæ præsentis conspicit, longè se esse ab æternis gaudiis gemit. Quid est ergo dicere: Recede paululum ab eo vt quiescat: nisi iam flagella vitæ præsentis subtrahe, & bona æternæ quietis ostende? Vnde etiam de ipsa quiete additur: Donec optata veniat sicut mercenarij dies eius. Tunc nanque homini optata sicut mercenarij dies eius venit, quando æternam requiem pro recompensatione sui laboris acceperit. Quantum vero ad præsentis vitæ speciem spectat, adhuc beatus Iob humanum genus multis miseriis repletum, quàm sit despectum insinuat: quantumque ipsa insensibilia ipsum præire videantur narrat, cùm dicit.

Quòd sanctorum mors in nobis per exemplum fructificat.

Caput. III.

LIgnum habet spem. Si præcisum fuerit, rursum viresçit: & rami eius pullulant. Si senuerit radix eius in terra, & in puluere mortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit: & faciet comam, quasi cum primum plantatum est. Homo verò cum mortuus fuerit, & nudatus atque consumptus, vbi quęso est?) Sed quia hoc iuxta literam patet: debemus sensum ad interiora reducere: & qualiter hæc iuxta spiritum intelligi debeant, perscrutari. In scriptura etenim sacra, ligni nomine aliquando crux, aliquando vir iustus, aut etiam iniustus, aliquando vero incarnata dei sapientia figuratur. Crux etenim ligno signatur, cùm dicitur: Mittamus lignũ in panem eius. Lignum quippe in panem mittere, est dominico corpori crucem adhibere. Rursum ligni nomine vir iustus, aut etiam iniustus exprimitur: sicut per Prophetam dominus dicit: Ego dominus humiliaui lignum sublime: & exaltaui lignum humile. Quia iuxta eiusdem veritatis vocem: Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Salomon quoque ait: Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem: in quocũque loco ceciderit, ibi erit. In die etenim mortis suæ iustus ad Austrum cadit: peccator ad Aquilonem: quia & iustus per feruorem spiritus ad gaudia ducitur: & peccator cum apostata angelo, qui dixit: Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: in frigido suo corde reprobatur. Rursum per lignum incarnata dei sapientia figuratur: sicut de ea scriptum est: Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam: & sicut ipsa ait: Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Hoc itaque loco cùm lignum præfertur homini, quid homo nisi carnalis quisque accipitur? Et quid ligni nomine: nisi iusti vniuscuiusq; vita designatur? Lignum etenim habet spem: si præcisum fuerit, rursum viresçit: quia cùm in morte passionis pro veritate iustus afficitur, in æternæ vitæ viriditate recuperatur. Et qui hic virebat per fidem, illic viresçit per speciem. Et rami eius pullulant: quia plærunque ex passione iusti, fideles quique ad amorem cœlestis patriæ multiplicãtur, & viriditatem vitæ spiritalis accipiunt: dum hìc pro deo fortiter egisse gratulantur. Sequitur: Si senuerit in terra radix eius, & in puluere mortuus fuerit trũcus illius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam cùm primum plantatum est.) Quid radix iusti, nisi sancta prædicatio: quia ab ipsa oritur, & in ipsa subsistit, & quid terræ vel puluueris nomine, nisi peccator accipitur? cui voce cõditoris dicitur: Terra es, & in terram ibis. Vel certè sicut habet nostra translatio: Puluis es, & in puluerem reuerteris. Iusti igitur radix in terra senescit, & in puluere truncus emoritur: quia apud corda prauorum, eius prædicatio despecta, cunctisque viribus effœta creditur. Et in puluere truncus emoritur: quia inter manus persequentiũ corpus illius examinatur. Iuxta Sapientiæ etenim vocem: Visi sunt oculis insipiẽtium mori, & æstimata est afflixio exitus illorum.

Hier. 11. *Ezec. 17.* *Luc. 14.* *Eccles. 11.* *Esaiæ. 14.* *Prouerb. 3.* *Luc. 23.* *Gene. 3.* *Sapien. 3.*

Sed

G Sed iſte cuius radix in terra ſenuit:& in puluere truncus mortuus eſt, ad odorem aquæ germinat: quia per afflatum ſancti ſpiritus,in electorum cordibus exemplo ſui operis germẽ virtutis facit. Aquę etenim appellatione,nonnunquàm ſancti ſpiritus irrigatio deſignari ſolet,ſicut ſcriptum eſt:Si quis ſitit, ve-
Ioan. 4. niat ad me,& bibat. Qui autem biberit ex aqua quam ego da-
Ioan.7. bo ei,non ſitiet in æternum. Et faciet comam quaſi cumprimum plantatum eſt.)Succiſo trunco comam facere,eſt extincto corporaliter iuſto, ipſo ſuæ paſsionis exemplo multorum corda ſuſcitare, & ex fide recta viriditatem veritatis oſtendere. Bene autem dicitur. Quaſi cumprimum plantatum eſt. Omne quod hìc à iuſtis agitur, ſecunda plãtatio eſt : quia prima videlicet plantatio non in opere iuſtorum , ſed in præſcientia conditoris eſt. Et quia cuncta quæ agunt electi,ſicut prius interius conſpiciuntur atque diſponuntur:ita poſtmodum exte-
**al. pficiũt* rius perficiuntur*,bene dicitur : Faciet comam quaſi cumprimum plantatum eſt, id eſt, viriditatem ſuam oſtendit in effectu operis, quam prius habuit in præſcientia conditoris.

Caput. IIII.

H POteſt etiam radix iuſti,ipſa natura humanitatis intelligi,ex qua ſubſiſtit . Quæ videlicet radix ſeneſcit in terra,cum natura carnis deficit in puluerem redacta. Cuius in puluere trũcus emoritur,quia extinctum corpus,à ſua ſpecie diſsipatur. Sed ad odorem aquæ germinat:quia per aduentum ſancti ſpiritus reſurgit. Et faciet comam quaſi cumprimũ plantatum eſt,quia ad illam ſpeciem redit ad quam percipiendam creatus fuerat , ſi in paradiſo poſitus , peccare noluiſſet. Quod fortaſſe etiam de domino ipſo,ſcilicet bonorum omnium capite,valet intelligi: iuxta hoc vtiq; quod prędiximus, quia de ſemetipſo ait : Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Se enim lignum viride, & nos lignum aridum dixit:
** al.lumen.* quia ipſe in ſe vim* diuinitatis habuit,nos vero qui puri homines ſumus , lignum aridum appellamur . Habet ergo lignũ ſpem,ſi præciſum fuerit,quia rurſum vireſcit:quoniã & ſi occîdi per paſsionem potuit , per reſurrectionis gloriam rurſus ad vitæ viriditatem venit. Huius rami pullulãt,quia reſurrectione illius multiplicati , longè lateq; fideles creuerunt . Huius radix in terra quaſi ſenuit,quia eius prædicatio Iudæorũ perfidiæ deſpecta fuit. Et in puluere truncus emortuus eſt: quia in corde perſequẽtium,quod perfidiæ ſuæ vento leuabatur,contemptibilis & deſpectus eſt habitus: quia carne potuit occidi. Sed ad odorem aquæ germinauit , quia per virtutem dei , extincta caro illius ad vitam rediit,iuxta quod ſcriptum eſt: quẽ
Act.2. deus ſuſcitauit à mortuis. Quia enim deus trinitas eſt,extinctã carnem vnigeniti filij ſancta trinitas, id eſt, pater & idẽ filius, & ſpiritus ſanctus reſuſcitauit. Et fecit comam quaſi cumpri-
I mum plantatum eſt : quia illa Apoſtolorum debilitas quæ in morte illius expauit, & negauit,& negando aruit:per reſurrectionis eius gloriam rurſus ad fidem viruit. In cuius ligni comparatione quid omnis homo niſi puluis eſt? Vnde & ſubditur.

Caput. V .

Nullus homo ſine peccato eſt. HOmo verò cùm mortuus fuerit,& nudatus atq; conſumptus: vbi quæſo eſt?) Nullus homo ſine peccato eſt,niſi ille qui in hunc mundum non venit ex peccato. Et quia omnes in culpa ligamur,ipſa amiſsiõe iuſtitię morimur:conceſſa prius in paradiſo veſte innocentiæ nudamur: interitu etiam carnis ſubſequente conſumimur. Homo itaque peccator moritur in culpa,nudatur à iuſtitia,cõſumitur in pœna . Hanc nuditatem peccatoris filij tegere dignatus eſt pater,
Lucæ. 15. qui eo redeũte dixit: Cito proferte ſtolam primã. Prima quippe ſtola,eſt veſtis innocentiæ,quam homo bene conditus accepit,male à ſerpente perſuaſus perdidit. Contra hanc rurſum
Apoc.16. nuditatem dicitur : Beatus qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua,ne nudus ambulet . Veſtimenta quippe cuſtodimus , cùm præcepta innocentiæ ſeruamus in mente: vt cũ nos iudici culpa nudat,ad amiſſam redeuntes innocentiam pœnitentia operiat. Bene autem dicitur : Vbi quæſo eſt? quia peccator homo illic ſtare noluit,vbi conditus fuit:hìc verò,vbi cecidit,diu eſſe prohibetur . Patriam volẽs perdidit:à peregrinatione verò ſua quam diligit,inuitus expellitur. Vbi ergo eſt qui in eius amore non eſt,vbi verum eſſe eſt ? Sequitur: Quomodo ſi recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus areſcat, ſic homo cùm dormierit , non reſurget.) Mare mens hominis, & quaſi fluctus maris ſunt cogitationes mentis:quæ aliquando per iã K tumeſcunt, per gratiam tranquillæ fiunt,per odium cum amaritudine defluunt . Sed cùm homo moritur,aquæ maris recedunt,quia iuxta Pſalmiſtæ vocem:In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Et rurſum de moriente ſcriptum eſt: A- *Pſalm.* mor quoque & odium ſimul peribunt. Areſcit ergo fluuius vacuefactus:quia ſubducta anima,vacuũ remanet corpus. Quaſi enim alueus fluminis vacuus , eſt corpus exanime . Qua in re vigilanter intuendum eſt:quia vita præſens, videlicet quouſque anima moratur in corpore , mari comparatur & fluuio. Aqua enim maris amara eſt,fluminis dulcis. Et quia hic vinẽtes modo quibuſdam amaritudinibus afficimur: modo autem dulcedine tranquilli ac mites inuenimur,præſentis vitæ decurſus comparatione exprimitur maris & fluminis.

Quòd niſi prius elementa ardore ſoluantur, reſurrectio mortuorum non ſit.

Caput. VI.

SEd in his durũ valde videtur eſſe quod ſubditur:Sic homo cùm dormierit,non reſurget.)Cur itaq; laboramus, ſi in reſurrectionis retributionem non tendimus? Quomodo autem dicitur : non reſurget, cùm ſcriptum ſit:Omnes quidem reſurgemus:ſed nõ omnes immutabimur? Et rurſum: Si in hac vita tãtum in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Et per ſemetipſam veritas dicit : Omnes qui in monumentis ſunt , audient vocem eius, & procedent qui bona fecerũt,in reſurrectionem vitæ. Sed ſubiuncta ſententia indicat, quæ diſcretio in præmiſſa lateat. Nam ſubditur: Donec atteratur cœlum,non euigilabit:nec conſurget de ſomno ſuo.)Liquet enim quia non reſurget,ſcilicet donec atteratur cœlum:quia niſi mundi huius finis aduenerit,humanum genus à ſomno mortis ad vitam non euigilabit. Non ergo quia omnino non reſurgat : ſed quia ante contritionem cœli,humanum genus minimè reſurgat,inſinuat. Notandum quoque eſt,cur poſtquam ſuperius hominem mortuum dixit inferius non mortuum,ſed dormientem nominat,eumque de ſomno ſuo minimè reſurgere , donec cœlum atteratur narrat, niſi quòd patenter datur intelligi: quia in comparatione ligni reuirentis , hominem mortuum peccatorem nominat , à vita ſcilicet iuſtitiæ extinctum. Vbi autem de morte carnis loquitur,non hanc mortem,ſed ſomnum maluit vocare,ſpem proculdubio reſurrectionis inſinuans : quia ſicut citius homo ſomno euigilat:ita concitè ad conditoris nutum à morte corporis reſurget. Vehementer enim ab infirmis mentibus nomẽ mortis pertimeſcitur: ſomni autem vocabulum non timetur. Vnde & Paulus diſcipulos admonet,dicens: Nolumus autem ignorare vos fratres de dormientibus: vt non contriſtemini ſicut & cæteri qui ſpem non habent . Si enim credimus quòd Ieſus mortuus eſt & reſurrexit : ita & deus eos qui dormierunt per Ieſum, adducet cum eo . Quid eſt quòd prædicator egregius mortem domini , mortem vocat:mortem ſeruorum domini:non mortem, ſed ſomnũ nominat:niſi quia infirma corda audientium reſpiciens,medicamentum prædicationis ſuæ mira arte componit:& illum quem iam reſurrexiſſe nouerant, eis mortuum inſinuare non dubitat: eos verò qui necdum reſurrexerant,vt ſpem reſurrectionis inſinuet:non mortuos,ſed dormientes vocat? Non enim verebatur dicere mortuum qui auditores iam reſurrexiſſe cognouerant : & verebatur dicere mortuos,quos reſurgere vix credebãt. Beatus igitur Iob quia carne mortuos ad vitam rurſus euigilare non dubitat, eos dormientes potius quàm mortuos appellat . Sequitur :

Quod ante aduentum Chriſti nemo tam probatæ vitæ fuit, quin ad infernum deſcẽderet: & quod ibi loca ſint in quibus ſancti dei quieſcebant : & item alia inferiora in quibus mali puniebantur.

Caput. VII.

QVis mihi tribuat vt in inferno protegas me?) Quia ante aduentum mediatoris dei & hominis : omnis homo quanuis mundę probateque vitę fuerit,ad inferni clauſtra deſcendit,dubium non eſt : quoniam homo qui per ſe cecidit , per ſe ad paradiſi requiem redire non potuit,niſi veniret ille,qui ſuæ incarnationis myſterio eiuſdem nobis paradiſi iter aperiret. Vnde & poſt culpam primi

A primi hominis, ad paradiſi aditum romphæa flammea poſita eſſe memoratur: quæ & verſatilis dicitur, pro eo quod quandoq; veniret tempus, vt etiam remoueri potuiſſet. Nec tamen ita iuſtorum animas ad infernum dicimus deſcendiſſe, vt in locis pœnalibus tenerentur. Sed eſſe ſuperiora inferni loca, eſſe alia inferiora credenda ſunt: vt & in ſuperioribus iuſti requieſcerent, & in inferioribus iniuſti cruciarentur. Vnde & Pſalmiſta propter præuenientem ſe dei gratiam dicit: Eripuiſti animam meam ex inferno inferiori. Beatus igitur Iob ante mediatoris aduentum ad infernum ſe deſcendere ſciens conditoris ſui illic protectionem poſtulat: vt à locis pœnalib⁹ alienus exiſtat: vbi dum ad requiem ducitur, à ſuppliciis abſcondatur. Vnde ſubiungit:

Pſalm. 85.

Quòd furor diſtrictionis diuinæ tunc pertranſiit, cùm electorũ animas in infernum deſcendens redemptor noſter ſecum eduxit.

Et abſcondas me donec pertranſeat furor tuus.) Furor etenim omnipotentis dei in hoc quotidie vim ſuę diſtrictionis peragit: quod viuẽtes indignè, dignis ſuppliciis demergit. Qui furor nunc quidem tranſit: ſed in fine pertranſit: quia modo agitur, ſed in mundi termino conſummatur. Qui tamen iſte furor, quantum ad electorum animas, in redemptoris noſtri aduentu pertranſiit: quia eas ab inferni clauſtris ad paradiſi gaudia mediator dei & hominum, dum ipſe illuc piè deſcen-
B deret, reduxit. Inter hæc verò ſciendum eſt, quòd furoris nomen diuinitati non congruit: quia naturam dei ſimplicem perturbatio nulla confundit. Vnde ei dicitur: Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas: & cum magna reuerentia diſponis nos. Sed quia iuſtorum animæ, per mediatoris aduentum erant quandoque ab inferni locis, quanuis non pœnalibus, liberandæ: hoc quoque iuſtus vir præuidet, & petendo ſubiungit:

Quòd tempus in quo recordatur eſt noſtri deus, primus eius aduentus ſit, in quo nos iuſtificauit: & ſecundus, in quos nos gloriſicabit.

Caput. VIII.

Galat. 4.

ET conſtituas mihi tempus in quo recorderis mei?) At vbi venit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erant, redimeret. Hanc itaque redemptionem vir domini præſciens, in qua erant multi etiam ex gentilitate liberandi, ſicut ipſe ait: Licèt hæc cæles in corde tuo, tamen ſcio quia vniuerſorum memineris: apud omnipotentem deum tempus ſibi cõſtituì ſuæ recordationis petit. Hinc eſt enim quod in Euange-

Ioan. 12.

lio dominus dicit: Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum: omnia videlicet electa. Non enim ab inferno rediens dominus, electos ſimul & reprobos traxit: ſed illa exinde omnia ſuſtulit, quæ ſibi inheſiſſe preſciuit. Vnde etiam

Oſee. 13.

per Oſee prophetam dicit: Ero mors tua ô mors: ero morſus
C tuus inferne. Quod enim occidimus, agimus vt penitus nõ ſit. Ex eo enim quod mordemus, partem abſtrahimus, partemq; relinquimus. Quia ergo in electis ſuis ſunditus dominus occidit mortem: mors mortis extitit. Quia verò ex inferno partẽ abſtulit, partemque reliquit, nõ occidit ſunditus, ſed momordit infernum. Dicit ergo: Ero mors tua ô mors, id eſt, in electis meis te ſunditus perimo. Ero morſus tuus inferne: quia ſublatis eis te ex parte transfigo. Sciens igitur beatus Iob hunc aduentum ad inferos redemptoris noſtri: petat quod futurum præuidit, & dicat: Et conſtituas mihi tempus in quo recorderis mei. Sequitur: Putásne mortuus homo rurſum viuat?) Solent iuſti viri in eo quod ipſi certum ac ſolidum ſentiũt, quaſi ex dubietate aliquid proferre: vt infirmorum in ſe verba trãſferant. Sed rurſum per ſortem ſententiam infirmanti dubietati omnimodo cõtradicunt: quatenus per hoc quòd dubiè proferre cernuntur, infirmis aliquatenus condeſcendãt: & per hoc quòd certam ſententiam proferunt, infirmorum mẽtes dubias ad ſoliditatem trahant. Quod nimirum dum faciunt, exemplũ noſtri capitis ſequũtur. Paſſioni quippe dominus propinquãs

Matt. 26.

infirmantium in ſe vocem ſumpſit, dicens: Pater mi ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte: eorumque timorem, vt abſtraheret, ſuſcepit: & rurſus per obedientiam vim fortitudinis oſtendens, ait: Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu: vt cùm hoc imminet quod fieri nolumus, ſic per infirmitatem petamus, vt non fiat: quatenus per fortitudinẽ parati ſimus: vt voluntas conditoris noſtri etiam contra voluntatẽ noſtram fiat. Hoc igitur exemplo nonnunquam à fortibus infirmitatis verba ſuſcipienda ſunt: vt per eorum poſt prædicamenta fortia, infirmorum corda gratius roborentur. Vnde beatus Iob cùm quaſi dubitantis verba protulit, dicens: Putásne mortuus homo rurſum viuat? ilico ſententiam ſuæ certitudinis adiunxit, qua ait: D

Certitudinem ſuam de reſurrectione ſanctus Iob indicat, qui immutationem ſuam tanto deſiderio expectat.

Caput. IX.

CVnctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.) Qui itaq; immutationem ſuam tanto deſiderio expectat, quã ſit de reſurrectione certus, inſinuat: & curſum vitæ preſentis quantum deſpiciat, inno teſcit: quia hunc militiam appellat. Per militiam quippe ſemper ad finem tenditur: & quotidie concluſionis terminus expectatur. Curſum itaque vitæ huius deſpicit, & ſtatum ſoliditatis requirit: qui per hoc quòd mutabiliter militat, ad immutationem ſuam peruenire feſtinat. Iuſto quippe in hac vita ipſa ſarcina ſuæ corruptionis onoroſa eſt: ꝙ vigiliæ defatigant, ſomnus quæritur, vt vigiliarum labor atque anxietas tempere tur. Sed nonnunquàm etiam ſomnus occidit, fames corpus atterit, atque vt eius neceſsitas repellatur, cibi requiruntur: ſed ſæpe & cibi grauant, qui ad repellendum debilitatis grauamen quæſiti fuerant. Grauis itaque eſt ſarcina corruptionis: quæ ni E
ſi ita grauis eſſet, Paulus nequaquam diceret: Vanitati creatu- Roma. 8.
ra ſubiecta eſt, non volens: ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe: quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei. Scimus enim quòd omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc. Sanctus ergo vir incorruptionis ſtatũ deſiderans dicat: Cunctis diebus quibus nũc milito, expecto donec veniat immutatio mea. In qua immutatione quid agatur, adiungit:

Quòd tunc vocanti deo reſpondeat, quando in incorruptione ſimilis ei erit: nunc autem corruptibilis incorruptibili non apertè reſpondet.

Vocabis me, & ego reſpondebo tibi.) Reſpondere cuilibet dicimur, cum eius factis congrua ad vicem opera reddimus. In illa igitur commutatione vocat dominus, & reſpondet homo: quia ante incorrupti claritatem, incorruptus homo oſtenditur poſt corruptionem. Nũc etenim quouſque ſubditi corruptioni ſumus, auctori noſtro minimè reſpondemus: quia dum corruptio ab incorruptione longè eſt, ſimilitudo apta noſtræ reſponſioni non eſt. De illa verò immutatione ſcriptum
1. Ioan. 3. eſt: Cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Tunc ergo vocanti deo veraciter reſpõdemus, quando ad ſummę incorruptionis iuſſum incorruptibiles ſurgimus.

Caput. X.

ET quia hoc percipere creatura ex ſemetipſa non valet, F
ſed ſolius omnipotentis dei dono agitur, vt ad tantam incorruptionis gloriam permutetur: rectè ſubiungitur:

Quòd humana natura niſi dei gratia erigatur, per ſe non conualeſcit.

Operi manuum tuarum porriges dexteram.) Ac ſi apertè dicat: ideirco creatura corruptibilis perſiſtere ad incorruptionem poterit, quia tuę poteſtatis manu erigitur: & tui reſpectus gratia vt perſiſtat, tenetur. Humana nanque creatura, eoipſo quod creatura eſt, in ſemetipſa habet ſub ſe defluere: ſed à cõditore ſuo homo accepit, vt & ſuper ſe contemplatione rapiatur, & in ſemetipſo in incorruptione teneatur. Creatura ergo ne ſub ſe defluat, ſed in incorruptione perſiſtat, ad incorruptibilitatis ſtatum auctoris ſui dextera leuatur. Poteſt quoque dexteræ nomine, filius deſignari: quia omnia per ipſum facta ſunt. Operi igitur manuum ſuarum porrexit omnipotẽs deus dexteram ſuam: quia vt abiectum atque in infimis iacens ad ſumma erigeret genus humanum, incarnatum ad hoc vnigenitum miſit. Ex cuius nobis incarnatione datum eſt, vt qui ex volũtate propria in corruptionem cecidimus: vocãti nos deo quandoque ad incorruptionis gloriam, reſpõdere valeamus. Qua in re largitatem diuinæ miſericordię penſare quis valeat, ꝙ ad tantam perducit gloriam, hominem poſt culpam? Penſat deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sat deus mala quæ facimus,& tamen per benignitatis suæ gratiam ea miserciorditer relaxat. Vnde & subditur:

Quòd omnia nostra opera quasi in sacculo sigillata sunt, quandiu non pœnitemus, donec excutiantur in iudicio: & quòd ea quæ hic pœnituimus, nequaquam deus in vltimo examine iudicat.

Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parcis peccatis meis.) Gressus deus dinumerat, cùm singula quæque nostra opera propter retributionẽ signat. Quid enim in gressibus, nisi vnaquæque nostra actio designatur? Omnipotens itaque deus & gressus dinumerat,& peccatis parcit: quia & subtiliter acta nostra considerat, & tamen hæc pœnitentibus misericorditer relaxat. Qui & duritiam in peccantibus conspicit, sed tamen hanc præueniente gratia ad pœnitentiam emollit. Culpas ergo dinumerat, cum nosipsos ad singula quę fecimus, deflenda conuertit: quas misericorditer relaxat: quia ea dum nos punimus, ipse nequaquam in extremo examine iudicat: Paulo attestante, qui ait: Si nosmetipsos diiudicaremus, non
1. *Corin.* 11. vtique iudicaremur. Vnde adhuc subditur:

Caput. X I.

SIgnasti quasi in sacculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam.) Signantur quasi in sacculo delicta nostra, quia hoc quod nos exterius agimus, nisi pœnitentia interueniente diluamus, in secreto iudiciorum dei sub quadam occultatione seruatur: vt quandoque etiam de sigillo secreti exeat ad publicum iudicij. Vnde etiam per Moysen dicitur:
Deut. 32. Nónne hæc congregata sunt apud me, & signata in thesauris
H meis? In die vltionis reddam illis. Cùm verò pro malis quę fecimus, disciplinæ flagello atterimur, & hæc per pœnitentiam deflemus: iniquitatem nostram signat & curat: quia nec inulta hìc deserit, nec in iudicio punienda reseruat. Signat igitur delicta: quia ea hic subtiliter attẽdit, vt seriat: curat verò, quia hæc per flagellum sunditus relaxat. Vnde iniquitatem quoque illius persecutoris sui quem in terra prostrauerat, signando curauit, cùm de illo ad Ananiam dixit: Vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum coram gẽtibus & regibus,
Act. 9. & filiis Israël. Ego enim ostendam illi, quanta eum oporteat pro nomine meo pati. Cui enim adhuc pro transactis excessibus venturas passiones minatur: profecto hoc quod deliquerat, in corde signarum tenebat. Sed proculdubio delicta eius signando curauerat, quem vas electionis vocabat. Vel certè peccata nostra signantur in sacculo, cùm mala quæ fecimus, sollicito semper corde pensamus. Quid nanque est cor hominis, nisi sacculus dei? Vbi dum studiosè conspicimus per quanta deliquimus: peccata nostra quasi in dei sacculo signata portamus. An non peccatum suum Dauid signatum tenebat in
Psalm. 50. sacculo, qui dicebat: Iniquitatem meam ego agnosco, & delictum meum coram me est semper? Et quia culpas quas nos intuendo, & pœnitendo cognoscimus, pius nobis conditor relaxat, rectè post signata in sacculo delicta, subiungitur: Sed curasti iniquitatem meam. Ac si apertè dicat: Quæ modo si-
I gnas vt pœnitendo videam, agis proculdubio ne in retributione videantur. Sequitur:

Quòd quibusdam subitis, & repentinis tentationibus, excellentes viri, qui quasi montes sunt, aliquando ruant: & alij nonnulli lentis, & mollibus blandimentis, quasi aquis fluxu continuo excauantibus forte propositum mentis: vsque in luxuriam permittente deo dissoluuntur.

Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo. Lapides excauant aquę, & alluuione paulatim terra consumitur: & homines ergo similiter perdes.) Hoc crebro agitur, vt cadentibus rupibus, saxum ad loca alia transferatur: vt aquæ lapides excauent, & paulatim terra alluuionibus consumatur. Sed magna nobis intentione discutiendum est quod infertur: Et homines ergo similiter perdes. Quid est enim hoc quòd cadenti monti, & saxo translato, quòd excauato lapidi, & per alluuionem terræ consumptæ, perditio humana comparatur, nisi hoc quod patenter datur intelligi: quia duo sunt genera tentationum? Vnum quod in mente etiam iusti hominis per repentinum euentum agitur: quatenus sic subitò tentetur, vt hunc inopinato prouentu concutiat & prosternat, casumque suum non, nisi postquàm ceciderit, videat. Aliud verò quod paulatim venit in mentem: & resistentem animũ lenibus sug-
K gestionibus inficit: & omnes in eo vires iustitiæ non nimietate sua, sed assiduitate consumit. Quia ergo alia est tẽtatio quæ iustos plerunque subita inuasione prosternit, dicatur: Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo, id est, mens sancta cuius locus iustitia fuerat, impulsu subito transfertur ad culpam. Rursum quia alia est tentatio quæ se cordi hominis leniter infundit: omnemque duritiam fortitudinis corrumpit atque consumit, dicatur: Lapides excauant aquæ: quia videlicet duritiam mentis absorbent assidua & mollia blandimenta libidinis: & lentum atque subtile vitium corrumpit durum & forte propositum mentis. Vnde subditur: Caput. X II.

ET alluuione paulatim terra cõsumitur.) Sicut enim influente aqua paulatim terra consumitur: sic leniter surripiente vitio, mens etiam fortis absorbetur. Vnde bene subiũgitur: Et homines ergo similiter perdes.) id est, quia cùm tentationẽ iusto iudicio eius menti, qui stare in alto cernitur, repente dominari permittis: cadere ac defluere mõtem facis: & cùm voluntas ad vitium commutatur, quasi ad locum alium trãsfertur saxum. Cùm verò tentationem lentam atque subtilem, sed tamen assiduam: eorum, qui fortes esse creduntur, prævalere mentibus finis: quasi lapides excauant aquæ: & alluuione paulatim terra cõsumitur: quia nimirum suggestione leni subacta mentis duritia mollitur. Videamus, Dauid ille quantum mons altus fuerit, qui tanta dei mysteria prophetico spiritu valuit contemplari: sed aspiciamus quàm subito casu defluxit: qui dum in solario deambulans, alienam con-
2. *Reg.* 11. iugem concupiuit & abstulit: eiusque virum cum damno sui exercitus interemit: repentino casu mons cecidit, cùm mens L illa mysteriis cœlestibus assueta, inopinata tentatione deiecta est: tanque immanissimæ turpitudini subacta. Saxum itaque de loco suo translatum est, cùm prophetæ animus à prophetiæ mysteriis excluſus, ad cogitandas turpitudines venit. Videamus etiam qualiter lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur. Salomon quippe immoderato vsu atque assiduitate mulierum ad hoc perductus est: vt templum idolis fabricaret: & qui prius deo templum construx-
M erat, assiduitate libidinis, etiam perfidiæ substratus, idolis construere templa non timuit. Sicque factum est, vt ab assidua carnis petulantia, vsque ad mẽtis perfidiam perueniret. Quid itaque aliud quàm aquæ excauarunt lapidẽ: & alluuione paulatim terra consumpta est? Quia surripiente paulisper infusione peccati, terra cordis illius ad consumptionem defluxit. Cõsideret ergo beatus Iob vtrasque tentationes: vel subitam, & immensam, vel lentam atque longiorem: consideret casus hominum, & ex his quæ exterius accidunt, rapiat interius contemplationem, dicens: Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo. Lapides excauant aquæ: & alluuione paulatim terra cõsumitur: & homines ergo similiter perdes, id est, Sicut hęc insensibilia modo subito corruunt, modo paulisper infusa aquarum mollitie consumuntur: ita etiam eum quem N rationabilem condidisti: vel subita tentatione deiicis, vel longa ac lenta consumi permittis. Atque mox eandem rationabilem creaturam verbis sequentibus explicat, dicens: Roborasti eum paululum, vt in perpetuum transiret.) Paululum roboratus est homo, quia hic viuendi vires ad modicum accepit, vt in perpetuum transeat, vbi eius vitam terminus non oc-
O cludat. Sed in hac breuitate vbi roboratus est, colligat vbi in perpetuitate inueniat, vel vt semper gaudeat, vel vt suscepta supplicia non euadat. Qui pro eo quòd paululum roboratus est, vt in perpetuum transeat, apertè mox subditur:

Quòd sanctorum animæ quæ intus claritatem dei vident, quid extra est, non ignorant: carnalium verò animæ, vtrum filij, vel ceteri quæ maximè amauerunt bene, vel malè se habeant, nescire.

Immutabis faciẽ eius, & emittes eum.) Facies hominis immutatur, cũ eius species morte terrẽt. Emittitur verò, quia ab his quæ volẽs tenuit, transire ad æterna cogitur nolẽs, deiici ad illa perducẽt, hęc quę diu cogitata tenuit, qualiter sese habuerint relicta, nescit. Vnde & additur: Caput. X III.

SIue nobiles fuerint filij eius siue ignobiles, non intelliget.) Sicut enim hi qui adhuc viuentes sunt: mortuorum animæ quo loco habeantur ignorant: ita mortui vitã in carne viuentium post eos qualiter disponatur nescíũt: quia & vita

A vita spiritus, longè est à vita carnis: & sicut corporea atque incorporea diuersissimo genere, ita etiam distincta cognitione. Quod tamen de animabus sanctis sentiendum nō est: quia quæ intus omnipotentis dei claritatē vidēt, nullo modo credendū est: quia foris sit aliquid quod ignorēt. Sed carnales quiq; quia amorem præcipuum filius impendunt, hoc eos beatus Iob nescire postmodum asserit, quod hic vehementer amauerunt: vt siue nobiles siue ignobiles sint filij, nesciāt, quorū eos semper cura fatigabat. Quod tamen si intelligi spiritaliter debet: non incongruè filiorū nomine, opera designantur: sicut de muliere Paulus dicit: Quia salua erit per filiorum generationem. Neq; enim mulier quæ continentiæ studens, nequaquàm filios generat, salua non erit: sed per generationem filiorū saluari dicitur: quia per effectum bonorum operum perpetuæ salūti sociatur. Nobiles ergo sunt filij, recta opera: ignobiles autē, facta peruersa. Et sæpe homo agere quælibet bona intentione nititur: sed tamen pro multis quæ surripiunt, eius acta apud omnipotentem deum qualiter habeantur, incertum est. Siue itaque nobiles fuerint filij eius siue ignobiles, nō intelliget: quia subtili examine discussa, vtrum approbentur eius opera an reprobentur, ignorat. Et hic ergo homo in dolore laboris est positus: & illuc ducitur in timore suspitionis. Vnde adhuc de ipso præsentis vitæ labore subiungitur: Attamen caro eius dum viuit, dolebit: & anima eius super semetipso lugebit.) De coniugibus Paulus dicit: Tribulationem tamen carnis habebunt B huiusmodi. Sed tribulationē carnis hic pati possunt, etiam iam qui spiritaliter viuunt. Cur ergo inesse coniugibus carnis tribulatio quasi specialiter dicitur, quæ etiam à vita spiritalium longè non est, nisi quòd hi frequenter maiores tribulationes ex carne suscipiunt, qui carnis voluptatibus delectantur? Bene autē dicitur: Et anima eius super semetipso lugebit: quia quisquis gaudere in se appetit, eoipso iam in luctu est, quo à vera lætitia recessit. Vera quippe lætitia mētis, creator est. Dignum itaque est, vt in se semper homo mœrores inueniat, qui derelicto creatore, in se gaudium quærebat. Sequitur:

1.Tim.2.

1.Corin.7.

Textus caput.xv.beati Iob: expositionis moralis verò libri duodecimi, Caput.XIIII.

C REspondēs autē Eliphas Themanites dixit: Nūquid sapiēs respōdebit quasi in ventū loquens, & implebit ardore stomachū suū? Arguis verbis eū qui nō est æqualis tibi: & loqueris quod tibi nō expedit. Quātum in te est, euacuasti timorem: & tulisti preces coram deo. Docuit enim iniquitas tua os tuū: & imitaris linguā blasphemātiū. Condēnabit te os tuū: & nō ego: & labia tua respōdebunt tibi. Nūquid primus homo tu natus es, & ante omnes colles formatus? Nūquid cōsiliū dei audisti, & inferior te erit eius sapiētia? Quid nosti quod ignoremus: quid intelligis quod nesciam? Et senes & antiqui sūt in nobis: multo vetustiores quā patres tui. Nūquid grāde est vt cōsoletur te deus? Sed verba tua praua hoc prohibēt. Quid te eleuat cor tuū, & quasi magna cogitās, attonitos habes oculos? Quid tumet cōtra deū spiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiusmodi sermones? Quid est homo vt immaculatus sit: & vt iustus appareat natꝰ de muliere: Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis: & cœli nō sunt mūdi in cōspectu eius: quāto magis abominabilis & inutilis homo: qui bibit quasi aquā iniquitatē? Ostendā tibi, audi me: quid vidi narrabo tibi. Sapiētes cōfitentur, & nō abscōdunt patres suos. Quibus solis data est terra: & nō transiuit alienus per eos. Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorū incertꝰ est tyrānidis eius. Sonitus terroris semper in auribus illius: & cū pax sit, ille semper insidias suspicatur. Nō credit quod reuerti possit de tenebris ad lucē: circunspectās vndique gladiū. Cū se mouerit ad quærendū panē, nouit quod paratus sit in manu eius tenebrarū dies. Terrebit eū tribulatio, & angustia vallabit eū, sicut regē qui præparatur ad præliū: Tetendit enim aduersus deū manum suā, & cōtra omnipotentē roboratus est. Cucurrit aduersus eū erecto collo, & pingui ceruice armatus est. Operuit faciē eius crassitudo, & de lateribus eius aruina depēdet. Habitabit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ. Non ditabitur, nec perseuerabit substantia eius, nec mittet in terrā radicē suam. Nō recedet de tenebris. Ramos eius arefaciet flāma: & auferetur spiritus oris eius ab eo. Nō credat frustra errore deceptus, quod aliquo precio redimēdus sit. Antequam dies eius impleantur, peribit, & manus eius arescent. Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiiciens florē suū. Cōgregatio enim hypocritæ sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorū, qui munera libenter accipiunt. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos. D

REspondens autem Eliphas Themanites dixit: Nunquid sapiens respondebit quasi in ventum loquēs: & implebit ardore stomachum suum?) Crebro iam diximus beatum Iob typū sanctæ vniuersalis Ecclesiæ, amicos vero illius hęreticorum speciem tenere: qui quasi ex defensione domini, occasionem stultæ locutionis inueniunt: & contumelioſā contra bonos verba iaculantur. Quibus cuncta quæ à fidelibus sentiuntur, quasi in ventum prolata displicent. Vnde nunc dicitur: Nunquid sapiens respōdebit quasi in vētum loquens? Nec bonorum verba dicta rationis, sed stimulos furoris existimant. Vnde & subditur: Et implebit ardore stomachum suum. Quia ea etiam quæ se sciunt contumelioſē dicere, student semper, vt dictum est, ex domini defensione palliare. Vnde Eliphas subdit: E

Quòd cùm peruersi vera mala contra bonos non inueniunt, falsa fingunt vt aliis derogando, ipsi iusti videantur.

Arguis verbis eum qui nō est equalis tibi, & loqueris quod tibi nō expedit.) Nullū vero existimant timorem domini habere, nisi eū quem potuerint ad suæ cōfessionis stultitiā trahere. Vnde adiungit: Quantum in te est, euacuasti timorē, & tulisti preces corā deo.) Tulisti dicitur, ab stulistis: ac si apertè dicat: De tua iustitia præsumens, creatoris tui gratiam despicis deprecari. Cū enim vera mala hæretici cōtra bonos nō inueniunt, fingunt quę redarguāt, vt iusti esse videantur, & fit plęrunque vt ad aperta cōtumeliarum verba perueniant. Vnde adhuc subditur: Docuit enim iniquitas tua os tuū, & imitaris linguā blasphemantium.) Iniquitas os docet, quando ex mala vita cōcipitur, quod peius dicatur: Quia autē beatus Iob tāto in ore liber fuerat, quāto iustus in opere, ab amicis suis hæreticorū typum tenētibus, & de iniqua vita, & de audaci ore reprehēditur, vt dicatur: Docuit enim iniquitas tua os tuū. Ac si apertè ei diceretur: Quod peruersè loqueris, ex peruersiore didicisti vita. Sæpe vero hæretici dum quasi venerantur deum, eius mysteriis contradicunt: & humilitatem putant, si veritatem denegant. Sunt nanque nonnulli qui deo se iniuriā irrogare existimant, si eum veram carnem assumpsisse fateantur, aut si hunc veraciter pro nobis carne mori potuisse crediderint. Cūque deo quasi plus honoris conātur tribuere, cogūtur laudes veras bonitatis illius negare. Quid enim ei est in charitatis suæ laude potētius, quā vt illa sibi pro nobis digna ad susceptionē assumptione faceret, quæ ei vidētur indigna? Sancta autem Ecclesia verā carnē, veram mortem illius cōfitetur, sed hęc dicens, ab hæreticis irrogare deo cōtumeliā creditur. Vnde nunc dicitur: Et imitaris linguā blasphemantiū. Cui si quid in hoc mundo aduersitatis euenerit, hoc ei contingere ex ipsa hac iniuria suæ confessionis dicunt. Vnde adhuc subditur: F

Condemnabit te os tuū, & non ego, & labia tua respondebunt tibi.) Quia enim ex errore confessionis existimant mala aduersitatis erumpere, labia sua ei asserunt respondere, vt culpa eloquij sit causa flagelli.

Caput.XV.

ALiquando verò eam comprimere quasi ratiocinantes volunt. Vnde Eliphas beatum Iob reprehēdere quasi ex ratione conatur dicēs: Nunquid primus homo tu

Universidad de Deusto Biblioteca

G natus es,& ante colles formatus? Nunquid consilium dei audisti,& inferior te erit eius sapientia? Ac si verbis apertioribus dicat: Qui de æterno loqueris,pensa quia tẽporalis es. Qui de eius sapientia disputas,pensa quia eius consilium ignoras. Sed quia ad hoc hæretici verba dominicæ defensionis assumunt, vt docti esse videantur, & dum diuinã gloriam defendere videntur,suam scientiam hominibus innotescunt, ipsa hoc Eliphas subiuncta verba testantur,qui loqui quidem de sapientia dei cœpit,sed statim ad suam elationẽ cecidit,dicẽs: Quid nosti quod ignoremus, quid intelligis quod nesciamus?) Quæ videlicet dicta patẽter ostendũt, ex qua mentis elatione prodeat,quicquid quasi ad dominicã defensionẽ sonat. Sequitur: Et senes antiqui sunt in nobis,multo vetustiores quàm patres tui.) Quia omnes hæretici à sancta vniuersali Ecclesia
1. *Ioan.2.* sunt egressi,testatur Ioannes qui ait: Ex nobis prodierunt,sed non erant ex nobis. Sed vt ea quæ asserunt,commendare stultis mentibus hominum,quasi de antiquitate possint, antiquos patres se habere testantur: atque ipsos doctores Ecclesiæ, suæ professionis magistros dicunt: Cumque præsentes prædicatores despiciunt, de antiquorum patrũ magisterio falsa præsumptione gloriantur: vt ea quæ ipsi dicunt,etiam antiquos patres tenuisse fateantur,quatenus hoc,quod rectitudine astruere nõ valent,quasi ex illorũ auctoritate confirment. Quia verò scriptum est:
Heb.12. Quẽ diligit dominus castigat,flagellat autẽ omnem
H filium quẽ recipit,sæpe sancta Ecclesia multis in hac vita aduersitatibus laborat, & reproborum vita tãto sine flagello dimittitur,quãto ad nulla præmia seruatur. Sed afflictiones sanctæ Ecclesiæ videntes hæretici,eam despiciunt, & tot illã flagellis atteri,ex prauæ professionis merito suspicantur. Vnde adhuc subditur: Nunquid grande est,vt cõsoletur te deus? Sed verba tua praua hoc prohibẽt.) Ac si ei patenter dicat: Si professionem fidei corrigeres, iamdudum cõsolationem à flagellis habere potuisses. Sequitur: Quid te eleuat cor tuum,& quasi magna cogitans,attonitos habes oculos?) Sæpe iustorũ mens,ita ad altiora contemplanda suspenditur,vt exterius eorum facies obstupuisse videatur. Sed quia hanc contemplationis vim in occulto agere hæretici ignorant, hoc à iustis & recta sapientibus fieri magis per hypocrisim quàm per veritatẽ putant? quia hoc quod ipsi habere nequeunt, inesse veraciter aliis non suspicantur. Sequitur:

Quòd sæpe iustorum & iniustorum similia sint verba & opera, intentio tamen diuersa. Nota in sequẽtibus hæresim Manichæorũ.

Caput. XVI.

QVid tumet contra deum spiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiuscemodi sermones?) Plærunque iusti aliquibus necessitatibus afflicti, sua opera coguntur
I fateri,quod beatus Iob fecerat, quem post iustitiam flagella deprimebant: sed cùm eorum dicta iniusti audiunt, hæc per elationem potius quàm per veritatem existimant prolata. Ex suis enim cordibus verba iustorum pensant, & dici humiliter posse verba bona non existimãt. Sicut enim grauis culpa est, sibi hoc hominem arrogare quod non est: sic plerunque culpa nulla est,si humiliter bonum dicat quod est. Vnde sæpe contingit vt iusti & iniusti habeant verba similia, sed tamen semper cor longè dissimile: & ex quibus dictis dominus ab iniustis offenditur, in eisdem quoque à iustis placa-
Lucæ.18. tur. Nam Pharisæus ingressus templum, dicebat: Ieiuno bis in sabbato,decimas do omnium quę possideo: sed iustificatus magis publicanus,quàm ille exiit. Ezechias quoque rex cùm molestia corporis afflictus,ad extremitatem peruenisset vitæ,
Esa.38. in oratione compunctus dixit: Obsecro domine, memento quęso quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto. Nec tamen dominus hanc confessionem perfectionis eius despexit, aut renuit, quem mox in suis precibus exaudiuit. Ecce Pharisæus se iustificauit in opere,& Ezechias iustum asseruit etiam in cogitatione, atque vnde ille offendit, inde iste dominum placauit. Cur itaque hoc? nisi quia omnipotens deus singulorum verba à cogitationibus pensat, & in eius auribus superba non sunt quæ humili corde proferuntur. Vnde beatus Iob cùm sua opera protulit, contra deum nullo modo tumuit,quia ea quæ veraciter fecerat, humiliter dixit: Sed solent hæretici errorum suorum dictis, vera aliqua permiscere: & amici beati Iob quamuis in reprehensione eius omnimodo fallantur, possunt tamen & quædam vera dicere, quæ ex illius assiduitate didicerunt. Quorum dicta si omnia refutanda essent, Eliphas sententiam Paulus Apostolus minimè protulisset, dicens: Apprehendit sapientes in astutia eorum. Quia igitur & ea quæ recta dicunt, contra beatum Iob rectè non dicunt: nos in eorum dictis & calcemus vitium indiscretionis, & discutiamus vires rectitudinis. Sequitur:

Quid est homo,vt immaculatus sit?) Eo enim ipso quo dicitur homo, terrenus exprimitur & infirmus, homo enim ab humo appellatus est. Et quomodo esse valet sine macula, qui sponte sua ad infirmitatem concidit factus de terra? Vbi additur: & vt iustus appareat natus de muliere.) Primã quippe viro iniustitiam mulier propinauit in paradiso. Quomodo ergo iustus apparebit qui de illa natus est, quæ iniustitiæ propinatrix extitit? Sequitur:

Quòd sancti qui propter excellentiam vitæ,cæli dicuntur, ex semetipsis ante districtum dei iudicium, ad perfectum mundi esse non possunt.

Caput. XVII.

ECce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cœli non sunt mundi in conspectu eius.) Hoc cœlorum nomine repetiit,quod sanctorũ prius appellatione signauit. Ni de eisdem sanctis scriptum est: Cœli enarrant gloriam dei. Qui per naturam omnes in semetipsis propriam mutabilitatem habent, sed dum immutabili veritati studiosè semper inhærere desiderant, inhærendo agunt, vt immutabiles fiant. Cumque ad hanc toto affectu se tenent,quãdoque accipiunt, vt super semetipsos ducti vincãt hoc quòd in semetipsis mutabiles extiterunt. Quid enim mutabilitas,nisi mors quædam est? Quæ dum rem quamlibet in aliud immutat, quasi occidit quod fuerat,vt incipiat esse,quod nõ erat. Et de auctore omnium scriptum est? Qui solus habet immortalitatem: quia videlicet in semetipso solus immutabilis est. De quo per Iacobum dicitur: Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Ipsa enim mutabilitas vmbra est, quę quasi obscuraret lucẽ, si hanc per aliquas vicissitudines permutaret. Sed quia in deo mutabilitas non venit, nulla eius lumen vmbra vicissitudinis intercidit. Bene autem dicitur: Cœli nõ sunt mundi in conspectu eius,quia per semetipsos ante districtum dei iudicium nec ipsi esse mundi ad perfectum possunt, qui munditiæ prædicatores fiunt,Ioanne attestante,qui ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Si igitur inter sanctos illius nemo immutabilis est, & cœli in cõspectu illius non sunt mundi, quis apud se de iustitiæ opere præsumat? Vnde & subditur:

Quod quasi aquas homo iniquitatem bibit, cùm sine timoris obstaculo peccatum deglutit.

Quãto magis abominabilis & inutilis homo,qui bibit quasi aquas iniquitatẽ? Qui immaculatum prius hominẽ & iustum per se posse esse negauerat, hunc abominabilẽ & inutilem appellat: abominabilem scilicet propter immunditiam maculæ: inutilem verò propter iniustitiam imperfectæ vitæ. Qui tamen abominabilis & inutilis intelligi & aliter potest. Aliquido enim homo peruersus quædam rectè agere videtur,sed per ea quæ iniqua sunt,etiam ea quæ eius recta sunt, destruuntur. Et quia multum deo displicent mala, neque illa placent quæ videntur bona. Qui ergo in malis suis deo abominabilis est, bonis est inutilis, quia dum se per praua opera deo execrabilem exhibet,nec illud de eo quod rectum videtur placet. Bene autem dicitur: Qui bibit quasi aquas iniquitatem. Hoc namq; quod comeditur,cum mora glutitur,quia manditur vt glutiatur. Quod autem bibitur, tanto ad glutiendum moram non habet,quanto nullam & ad mandendum necessitatem habet. Culpa ergo quia à stulto* homine sine vlla retractatione perpetratur,quasi aqua iniquitas bibitur. Quia enim illicita sine timore facit,quasi potum iniustitiæ sine obstaculo glutit. Sequitur:

Caput. XVIII.

OStendam tibi,& audi me: quod vidi, narrabo tibi.) Habent hoc omnes arrogãtes propriũ, vt cùm rectũ quid vel parũ senserint, in vsum hoc elationis infectant,

A ctum, atque vbi per intellectum ſibimetipſis altiores fiant, vnde per tumorem in foueam elationis cadãt, ſeque doctis doctiores exiſtiment, reuerentiam ſibi à melioribus exigant, & docere ſanctiores quaſi ex auctoritate contendant. Vnde rurſum dicitur: Oſtendam tibi, & audi me. Et quia cum minore auctoritate docet is, qui audita, quàm is qui ea, quæ viderit loquitur, vt fortiorem ſibimet auctoritatem Eliphas arroget, dicit: Quod vidi, narrabo tibi. Quia verò nonnunquam hæretici de damnatis ſuis patribus confunduntur, & tamen eorum ſententias quaſi cum auctoritate ad mediũ proferunt, ex quorum ſtultitia iure reprobantur: rectè ipſa hæreticorum audacia ſubinfertur, cùm dicitur: Sapientes confitentur, & non abſcondunt patres ſuos.) In quorum & laudem proſiliunt, & eos velut ſolos Eccleſiæ præfuiſſe gloriantur. Vnde adhuc ſubditur: Quibus ſolis data eſt terra, & non tranſiuit alienus per eos.) Solis ſuis patribus datam terram exiſtimant, quia ſolos errorum ſuorum magiſtros rexiſſe veraciter Eccleſiam putãt. Quis vero alienus, niſi apoſtata angelus vocatur? Vnde & per
Pſalm. 53. Pſalmiſtam de cũctis ſimul malignis ſpiritibus dicitur: Quoniam alieni inſurrexerunt in me, & fortes quæſierunt animam meam. Hæretici igitur quia doctorum ſuorum corda apoſtatæ angelo exiſtimant non fuiſſe ſubiecta, tranſiſſe per eos alienũ denegant. Cui videlicet alieno per vnũquenquam trãſire, eſt iniquas in corde eius cogitationes immittere. Vnde & per ꝓphetæ vocem de malignis ſpiritibus contra ſtantem animam
Eſa. 51. dicitur: Et dixerunt animæ meæ, incuruare vt tranſeamus. Sed Eliphas Themanites quia quædã narraturus audiri vult, quãuis multa quæ dicenda ſunt ſciat, ſed quia beato Iob dicenda non erant, neſciat: audiamus ſententias quas contra beatum
B Iob protulit. Nec enim debemus cui, ſed ſolum penſare quid dixit. Sequitur:

Quòd ſancti eſſe ad horam inſoleſcant, nequaquam tamen in ſuperbia perſeuerant.

Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit.) Solent etiam electi in quibuſdam ſuis cogitationibus atque actibus ſuperbire. Sed qui electi ſunt, cunctis diebus ſuis ſuperbire non poſſunt: quia priuſquam vitam finiant, ad humilitatis metum ab electione corda commutant. Impius verò diebus ſuis omnibus ſuperbit, quia ſic vitam terminat, vt ab elatione minime recedat. Circunſpicit quod temporaliter floret, & pẽſare negligit quò in æternum ducitur: In hac vita carnis fiduciam ponit, eaque diu permanere exiſtimat, quæ ad præſens tenet. Solidatur in elatione animus, in deſpectum adducitur omnis propinquus: quàm repentina mors ſurrepat, nunquam conſiderat: quàm ſit eius incerta fœlicitas nunquam penſat. Qui ſi incertitudinem fugacis vitæ conſpiceret, incerta pro certo nequaquam teneret. Vnde & bene ſubditur:

Quòd deus non attendat quantum quiſque faciat, ſed quantum velit. Et quòd ideo finem noſtrum latere nos voluit, vt ſemper ad mortem parati ſimus.

Et numerus annorũ incertus eſt tyrãnidis eius.) Superbire enim minimè debuiſſet, etiã ſi annorum ſuorũ numerũ certũ
C habere potuiſſet, vt ſciens quantũ viueret, præſciret quãdo ſe ab elatione remoueret. At poſtquã preſens vita ſemper incerta eſt, tanto ſemper mors ſurripiens timeri debet, quanto nũquã præuideri valet. Bene autem ſuperbiam impij, tyrãnidem vocat. Propriè enim tyrannus dicitur, qui in communi republica non iure principatur. Caput. XIX.

SEd ſciendum eſt, quia omnis ſuperbus iuxta modũ proprium, tyrannidem exercet. Nam quod nõnunquam alius in republica, hoc eſt per acceptam dignitatis potentiam, alius in prouincia, alius in ciuitate, alius in domo propria, alius per latentem nequitiam hoc exercet apud ſe in cogitatione ſua. Nec intuetur dominus quantum quiſque mali valeat facere, ſed quantum velit. Et cùm deeſt poteſtas foris, apud ſe tyrannus eſt, cui iniquitas dominatur intus, quia etſi exterius non affligit proximos, intrinſecus tamen habere poteſtatem appetit vt affligat. Et quia omnipotens deus corda penſat, iam in eius oculis impius egit quod cogitauit. Ad hoc autem conditor noſter latere nos voluit finem noſtrum, vt dum incerti ſumus quãdo moriamur, ſemper ad mortem parati inueniamur. Vnde rectè poſtquam dictum eſt: Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit, adiungit: Et numerus annorum D incertus eſt tyrannidis eius, ac ſi apertè diceret: Cur quaſi de certo extollitur, cuius vita ſub pœna incertitudinis tenetur? Sed omnipotens deus prauè agentibus non ſolum ventura ſupplicia reſeruat, ſed eorum corda hic etiam vbi delinquunt, pœnis implicat, vt eoipſo quo peccant, ſemetipſos feriant, vt ſemper trepidi ſemperque ſuſpecti mala ab aliis pati metuant, quæ ſe aliis feciſſe meminerunt. Vnde adhuc de hoc impio ſubditur:

Quòd reprobi non tantum ad futura ſupplicia reſeruantur, ſed iam hic eorum corda conſcientiæ igne torquentur.

Sonitus terroris ſemper in auribus illius, & cùm pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur.) Nil autem ſimplici corde fœlicius, quia quo innocentiam erga alios exhibet, nihil eſt quod pati ab aliis formidet. Habet enim quaſi arcem quandam fortitudinis ſimplicitatem ſuam. Nec ſuſpectus eſt pati, quod ſe feciſſe non meminit. Vnde bene per Salomonem dicitur: In timore domini, fiducia fortitudinis. Qui rurſum ait: Secura mens, quaſi *Prouer. 14.* iuge conuiuium. Quaſi enim continuatio refectionis eſt, ipſa *Ibidem.* tranquillitas ſecuritatis. At contrà mens praua ſemper eſt in laboribus, quia aut molitur mala quæ inferat, aut metuit ne hæc ſibi ab aliis inferantur. Et quicquid contra proximos excogitat, hoc contra ſe excogitari à proximis formidat. Fit vndique ſuſpecta, vndique trepida. Omnis qui ad memoriam venit, exquirere contraria creditur. Cui ergo tranquillitas ſecuritatis deeſt, huic proculdubio terroris ſonitus ſemper in auribus eſt. Et ſæpe contingit vt illi quilibet proximus ſuus ſimpliciter loquatur, nil aduerſum cogitet. Sed cum pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur, quia qui ſemper doloſè agit, ſimpliciter erga ſe agi non æſtimat. Et quia ſcriptum eſt: Impius cùm in *Prouer. 18.* profundum venerit peccatorũ, contemnit: inuolutus iniquitatis ſuæ tenebris, tam de luce deſperat. Vnde ſequitur: Non credit quòd reuerti poſsit de tenebris ad lucem, circunſpectans vndique gladium.) Quia dum feriri ſe vndique inſidiis credit, ſalute deſperata, ſemper ad nequitiam excreſcit.

Caput. XX.

ALiquando vero iſte peruerſus etiam ſuperna iudicia attendit, & ſuper ſe hæc euenire metuit. Sed cũ ſtipẽdium vitæ præſentis quærit, hæc eadẽ iudicia quę metuere cœperat, auaritiæ deuictus inſãnia contemnit. Et quidõ mori ſe poſſe in peccato exiſtimat, ſed tamen à peccato non ceſſat. Vnde & ſubditur: Cùm ſe mouerit ad quærendũ panem, nouit quòd paratus ſit in manu eius tenebrarum dies.) Panis etenim ſtipendium vitæ præſentis, tenebrarũ vero dies, tẽpus vltionis accipitur. In actu itaque ſuo aliquando iſte peruerſus iram ſuperni iudicis perpendit præſentem, ſed à malo nõ auertitur, vt etiam ipſa quoq; ab eius interitu valeat auerti. Accuſante ſe autem conſcientia feriri metuit, ſed tamẽ ſemper auget quo feriatur. Cõtemnit reditum ſuum, deſperat veniam, ſuperbit in culpa, ſed tamen teſtem ſuæ nequitiæ intus habet timorem. Et quanuis praua videatur foris audacter agere, de his tamen apud ſemetipſum cogitur trepidare. Vnde F ſcriptum eſt: Cùm enim ſit timida nequitia, dat teſtimonium *Sapien. 7.* condemnationi, quia cùm illicita quiſquis perpetrat, pauet quod facit: & apertus damnationis teſtis: eſt ipſe timor iniquitatis: quia & timetur quod agitur, & tamen malum non vincitur quod timetur. De quo & adhuc ſubditur: Terrebit eum tribulatio, & anguſtia vallabit eum, ſicut regem qui præparatur ad prælium.) In omne quod iniquus agit, tribulatione & anguſtia vallatur, quia cor eius anxietate & ſuſpitione cõfunditur. Alius occultè appetit vi aliena diripere, qui laborat in cogitationibus ne deprehendi valeat. Alius relicta veritate mentiri deliberat, vt audientium animum fallat. Sed quantus labor eſt ſollicitè cuſtodire, ne ipſa eius fallacia deprehendi queat? Ponit quippe ante oculos quid ſibi à veritatem ſcientibus reſponderi poſsit, & cum magno cogitatu pertractat, quomodo per argumenta falſitatis, documẽta veritatis exuperet. Hinc inde ſe circuntegit, & contra hoc vbi deprehẽdi potuerit, veritati ſimilem reſponſionem quærit: qui ſi velit verum dicere, vtique ſine labore potuiſſet. Plana quippe veritatis via, & graue eſt iter mendacij. Vnde & per prophetam, *Hiere. 9.* dicitur. Docuerunt enim linguam ſuam loqui mendacium: vt

G iniquè agerent, laborauerunt. Bene ergo dicitur: Terrebit eũ tribulatio, & anguſtia vallabit eum, quia apud ſemetipſum in labore timoris deficit, qui ſecuritatis ſociam viam veritatis relinquit. Qui bene regi præparato ad prælium cõparatur, quia in eoipſo malo quod agit, & terretur & feſtinat, & ex conſciẽtia trepidat, & ex deſiderio anhelat, metuit & ſuperbit, paueſcit ſuſpicionibus, & mentem per audaciam erigit.

Caput. X X I.

SCiendũ quoque eſt, quia rex qui præparatur ad prælĩũ, ſic de hoſte ſuſpectus eſt, vt eundẽ quoque quem ducit exercitum metuat, ne labefactetur, ne deſtitutione militum, iaculis pateat inimicorũ. Iniquus ergo anguſtia vallatur, ſicut rex qui præparatur ad prælium: quia videlicet falſa agẽs, falſa loquens, formidat, ne ſuos amittat milites, id eſt argumẽta falſitatis, & veritatis iaculis pateat, ſi ei fortaſſe defuerit quod ex fallacia opponat. Sed quanuis animus trepidet, quãuis conſcientia accuſet, cupiditate tamen ſua iniquus vincitur, & ſuppreſſo pauore, audaciam de iniquitatibus ſumit. Et ſæpe etiam vltione menti propoſita, ſe contra deum erigit, quælibet ab eo aduerſa perpeti deliberat, dummodo hic, dum valet, omne quod placet agat. Vnde & ſubditur:

Quòd hi contra deum manum tendunt, qui mala agentes deum contemnunt: & pingui contra eum ceruice armantur, qui ex opulentia rerum ſecularium inflati, quaſi ex pinguedine vitæ præſentis contra creatorem ſe erigunt.

Tetendit enim aduerſus deum manum ſuã, & cõtra omni-
H potentem roboratus eſt. Cucurrit aduerſus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt.) Hęc de ipſo iniquorum capite, ſcilicet antichriſto, apertius ſentiuntur, qui cõtra deũ manum erigens, roborari dicitur, quia paruo tẽpore permittitur exaltari, vt cum ad modicum gloriari ſinitur, eo in perpetuũ atrocius puniatur. Sed quia eius mẽbra ſũt omnes iniqui, hoc quod in fine mundi ille tunc ſinguläriter acturus eſt vnus, videamus modo qualiter à malis agatur ſingulis. Sunt nanq; nõnulli, qui & ſi qua aliquãdo agere cõtra omnipotentis dei iudicium nituntur, ipſa impoſsibilitate explendæ ſuæ voluntatis fracti, ad ſemetipſos reſpiciunt, atq; ad eum quẽ contemnere voluerãt, conuertuntur: & qui diſcedere lõgè poterant, ſi quod vellent implere valuiſſent, per hoc aliquando ſaluãtur, quia quod nequiter voluerunt, implere nequiuerũt. Vnde ad ſe reducti, cuius ſint conditionis aſpiciunt & plangunt ſe contraria veritati voluiſſe. Et ſunt nonnulli qui hoc quod peruerſè cõtra deum appetunt, iuſto dei iudicio, implere nequius permittuntur. Et cùm eos malitia accẽdit, potẽtia roborat, tãto iam ſemetipſos in errore cognoſcere nequeunt, quanto in rebus affluentibus extra ſe ſemper per potentiam trahuntur. De quorũ nunc intentione dicitur: Tetẽdit enim aduerſus deum manum ſuam,
I & contra omnipotentem roboratus eſt.) Contra deum quippe manum tendere, eſt in operatione praua, deſpectis dei iudiciis, perſeuerare. Et quia tunc magis iraſcitur deus, quando permittit impleri quod ſaltẽ cõcipi in cogitatione nõ debuit, cõtra omnipotentẽ iniquus iſte roboratur: quia proſperari in mala ſua actione permittitur, quatenus & peruerſa faciat, & tamen fœliciter viuat. De quo adhuc ſubditur: Cucurrit aduerſus eũ erecto collo.) Erecto collo cõtra deũ currere, eſt ea quę creatori diſplicent, cum audacia perpetrare. De quo rectè dicitur: Cucurrit, id eſt in malo opere obſtaculum de aduerſitate non habuit. De quo adhuc additur: Caput. X X I I.

ET pingui ceruice armatus eſt.) Pinguis ceruix eſt opulenta ſuperbia, affluentibus rebus quaſi multis carnibus fulta. Potens igitur iniquus pingui ceruice contra deum armatur, quia rebus temporalibus tumens, cõtra præcepta veritatis, quaſi de magnitudine carnis erigitur. Quid enim paupertas, niſi quædam macies, & quid rerum abundãtia, niſi pinguedo eſt vitæ præſentis? Pingui ergo ceruice ſe contra deum erigit, qui temporalem abundantiam in ſuperbiam aſſumit. Habent enim hoc potentes & iniqui proprium, vt fallacibus diuitiis occupati veras dei opes negligãt, & quãto minus quod verum eſt inquirunt, tanto amplius falſis diuitiis extollantur. Cura etenim multiplex terrenarum rerum quia occupat, excæcat. Vnde adhuc aptè ſubiũgitur: Operuit faciem eius craſſitudo.) Viſus quippe in facie eſt, in qua & prima corporis honorabilior pars eſt. Non ergo immerito mentis intentio per K faciem deſignatur, quã quolibet vertimus, illuc videmus. Faciẽ ergo craſsitudo operit, quia deſiderata terrenarum rerum abundantia oculos mentis premit, & hoc quod in eis eſſe honorabile debuit, ante dei oculos fœdat, quia curis multiplicibus aggrauat. Quibus tamen nec ſolum ſufficit vt ipſi ſuperbiant, niſi & hi qui eis coniuncti ſunt, de eorum pinguedine etiam ipſi glorientur. Nam ſunt nonnulli qui patronis maioribus adiuti ſuperbiunt, & de eorum potentia contra inopes extollũtur. Vnde & adhuc ſubditur: Et de lateribus eius aruina depẽdet.) Quia aruina pinguedo carnis eſt, & latera dicere diuitũ ſolemus hos quos eis coniunctos cernimus, aruina de eius lateribus dependet: quia quiſquis potenti & iniquo adhæret, ipſe quoque de eius potentia velut ex pinguedine rerum tumet, vt patroni peruerſi iniquitatem ſequens, deum non timeat, quos valet & quantum valet pauperes affligat: de gloria tẽporali cor eleuet. Cũ ergo talis eſt qui iniquo potenti adhęret, de eius profecto latere aruina dependet. De quibus adhuc ſubditur: Caput. X X I I I.

HAbitabit in ciuitatibus deſolatis, & in domib⁹ deſertis, quæ in tumulos ſunt redactę.) Quia enim à conuerſatione conuiuẽtium ciuitas appellatur, ciuitates deſolatæ ſunt ipſi obſequentium cunei peruerſorum, quorum clamoribus peruerſus iſte laudatur, cũ ad praua opera per nequitiã rapitur. Vnde ſcriptum eſt: Laudatur peccator in deſi- Pſa derio animæ ſuæ, & qui iniqua agit, benedicitur. Domus verò deſertæ, ſunt cogitationes prauæ, quas iniquus iſte inhabitat, quia per omne quod agit, iniquorum hominũ placere cogitationibus appetit. Quæ ciuitates deſolatæ, & domus deſertę rectè nominãtur, quia niſi omnipotens deus, talium cõuerſationes cogitationeſq; præcedẽtibus eorum culpis relinqueret, ad grauiora perpetranda minimè peruenirent. Bene autẽ dicitur: Quæ in tumulos ſunt redactæ. Ruẽtia nanq; domorum atque ciuitatũ ædificia tumulos faciunt, quoniã dum praui quiq; cõfuſis actionibus ſibimetipſis ad peruerſa opera iungũtur, oſtẽdunt procul dubio quia de ædificio vitæ ceciderunt. Sequitur: Nõ habitabitur, nec perſeuerabit ſubſtãtia eius, nec mittet in terram radicem ſuam.) Quòd hic, nõ habitabitur, dictũ eſt: in quibuſdã codicibus reperi, nõ ditabitur: ſed ſenſus non diſcrepat, quãuis à ſe ſermo diſcordet. Ille enim virtutibus ditatur, cuius mentẽ inhabitat omnipotens deus. Sed quia ſuperbi cogitatio ab auctoris ſui gratia non inhabitatur, profectò per hoc virtutibus nõ ditatur. Propter hoc ergo quòd interius eſt vacuus, dicatur, non inhabitabitur: propter hoc verò quòd tranſitoriũ foris tumet, rectè ſubiũgitur: Nec perſeuerabit ſubſtãtia eius. Ac ſi apertè dicatur: Hoc quod habere videtur exterius, tranſit: & illud quod tranſire nõ poterat, interius nõ habet. Vnde & aptè ſubiungitur: Nec mittet in terrã radicem M ſuã.) Quòd ſi de hac terra dictũ accipimus, liquet ꝓculdubio, quia arbor quæ in terra radicẽ nõ habet, vel tenuiſsimis commota flatibus cadit. Et ſuperbus quiſq; dum cõtra omnipotẽtem dominum roboratur, dum currit erecto collo, & pingui ceruice contra auctorẽ erigitur, ſtare quaſi arbor videtur. Sed ſtatus eius ſine radice eſt: quia velut ad lenẽ flatum, ſic ad motum occultæ ſententię vita eius eruitur. Sin verò hoc loco terram, æternæ vitæ retributionem accipimus, de qua propheta Pſa. ait: Portio mea in terra viuentium: iniquus iſte in terrã radicẽ ſuam non mittit, quia nunquã ad æternæ vitę deſiderium, cordis ſui cogitationem plantat. Caput. X X I I I I.

QVod enim radix arbori, hoc vnicuique hominũ cogitatio ſua eſt: quia in hoc quod exterius videtur, per illud tenetur quod exterius nõ videtur. Vnde & per Eſa. prophetam dicitur: Mittet radicem deorſum & faciet fructum ſurſum. Cum enim cogitationem noſtram ad compatiendũ indigenti proximo tendimus, quaſi radicem deorſum mittimus, vt retributionis fructũ ſuperius faciamus.

Sequitur: Nõ recedet de tenebris.) Si ſuperbus iſte à culpa ad iuſtitiã redire voluiſſet, de tenebris recederet. Sed quia lucem iuſtitiæ non quærit, de tenebris non recedit. Cuius etiam exemplo hi qui ei adhærent, in terrenis profectibus anhelant, auaritiæ facibus accenduntur, deſideriorum carnalium ignibus vruntur. Vnde & ſubditur: Ramos eius arefacit flamma.) Si enim ſibi quoſdam æternam patriam quærentes adiungerent,

A iungeret animos in se virides haberet. Sed quia ipsi quoq; qui ei coniuncti sunt terrenis desideriis æstuant, dum desiderio-rum flamma, clientium eius animos accendit, scilicet ramos eius arefacit, vt fructum boni operis non ferant, quia ad appetenda infima per nequitiam anhelãt. Bene autẽ subditur: Et auferetur spiritu oris sui.) Superbus etenim quisq; quo in hac vita plus valet, eo sibi linguæ frena audacius relaxat, vt loquatur peruersa quælibet, nullumque de verbis suis metuat, istos contumeliis feriat, illos maledictionibus iaculetur. Nonnunquam verò in blasphemiam contra conditorem rapitur, sicut de talibus per Psalmistam dicitur: Posuerũt in cœlũ os suum, & lingua eorum transiuit super terram. Vnde & diues in igne positus, stillari sibi aquam ex digito Lazari in linguam postulat. Qua ex re intelligitur, quia vbi amplius peccauerat, ibi atrocius ardebat. Rectè ergo nunc dicitur: Et auferetur spiritu oris sui: quia eo percussionis sententiam accepit, quo oris sui spiritum sub diuina formidine non restrinxit. Sequitur:

Psalm. 72. Luc. 16.

Quòd eleemosynas ex rapinis pauperum, vel ex aliis malis operibus contractas non suscipiat deus. Et qui in his diuites sunt, nullo precio redimantur.

Non credit frustra errore deceptus, quòd aliquo precio redimendus sit. Quotiẽs post culpã eleemosynas facimus, quasi pro prauis actibus precium damus. Vnde & per prophetã de eo qui hæc non agit, dicitur: Non dabit deo propitiationem suam, nec precium redemptionis animæ suæ. Nonnunquã verò diuites elati, inferiores opprimunt, & aliena rapiunt: & tamen quasi quædam aliis largiuntur: & cùm multos deprimãt, aliquando quibusdã opem defensionis ferunt, & pro iniquitatibus quas nunquam deserunt, dare precium videntur. Sed tũc eleemosynę precium nos à culpis liberat, cùm perpetrata plãgimus, & abdicamus. Nã qui & semper peccare vult, & quasi semper eleemosynam largiri, frustra precium tribuit, quia nõ redimit animam quam à vitiis non compescit. Vnde nunc dicitur: Non credat frustra errore deceptus quòd aliquo precio redimendus sit. Quia eleemosyna superbi diuitis eum redimere non valet, quam perpetrata simul rapina pauperis ante dei oculos ascendere non permittit. Caput. XXV.

B Psalm. 48.

QVod fortasse intelligi aliter potest, quia sæpe superbi diuites cùm eleemosynam tribuunt, non hanc pro ęternæ vitæ desiderio, sed pro extendenda vita tẽporali largiuntur, morte se posse differre donationibus credunt. Sed nõ credat frustra errore deceptus, quòd aliquo precio redimendus sit, quia obtinere ex impenso munere non valet, vt finem debitum euadat, cuius etiã nequitia intercidit vitã. Vnde & subditur: Antequã dies eius impleãtur, peribit: & manus eius arescent.) Præfixi dies singulis ab interna dei præscięntia, nec augeri possunt, nec minui: nisi cõtingat vt ita præsciãtur, vt aut cũ optimis operibus lõgiores sint, aut cum pessimis breuiores, sicut Ezechias augmentũ dierum meruit impẽtione lachrymarũ: & sicut de peruersis scriptũ est: Indisciplinatis obuiat mors. Sed sæpe iniquus quãuis in occulta dei præscięntia lõga vitæ eius tẽpora nõ sint prędestinata, ipse tamẽ quia carnaliter viuere appetit, lõgos animo dies pponit. Et quia ad illud tẽpus peruenire nõ valet quod expectat, quasi antequã dies illius impleatur, perit. Quod tamen intelligere & aliter possumus. Plærũq; enim quosdã cernimus & peruersè agere, & vsq; ad senectutẽ vltimã peruenire. Quomodo enim dicitur: Antequã dies eius impleãtur, peribit: cùm in quibusdã sæpe videamus, quia ætate lõga iam mẽbra deficiunt, & tamẽ prauitatẽ suã eorum desideria exequi non desistunt? Sunt namque nõnulli qui post vitã perditam, ad semetipsos redeunt, & accusante se conscientia, peruersa itinera relinquunt, cõmutãt opera, antiquæ suæ prauitati contradicunt, terrenas actiones fugiunt, desideria superna sectantur, sed priusquam in eisdem sanctis desideriis solidentur, per torporem mentis ad ea quæ diiudicare cœperant, redeunt: atque ad mala quæ fugere dispositerant, recurrunt. Quia enim sæpe contingit vt pro vtilitate multorum, etiam sancti viri exterioribus actibus seruiant, & populorum gubernationibus occupẽtur, hoc infirmi aspicientes, & per vetustam adhuc superbiam quærentes imitari, exterioribus se actionibus inserunt: sed quanto ad eas nõ eruditi spiritalibus veniunt, tanto eas carnaliter exequuntur. Nisi enim prius cor longo studio & diutina conuersatione in desideriis cœlestibus conualescat, cum ad exteriora agenda refunditur, ab omni statu boni operis eradicatur. Vnde rectè quoque de hoc iniquo dicitur: Antequam dies eius impleantur, peribit.) Quia & si quid boni fortasse cœpit agere, priusquam in eo per longitudinem temporis cõualescat, ad exteriora relabitur, & peruersè deserit, quę rectè inchoasse videbatur. Vnde & aptè subditur: Et manus eius arescent.) Quia dum exterioribus actibus intẽpestiuè inuoluitur, ab omni nimirum bona operatione siccatur. Vnde adhuc bene subditur:

C Præfixi dies singulis ab interna dei præscięntia nec augeri possunt nec minui. &c.

D

Quòd hypocritæ ideo aridi & infœcundi sint in conspectu dei, quia coram hominibus opera sua congregant.

Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiiciens florem suum. Congregatio enim hypocritæ sterilis.) Notandum quòd sic de hoc iniquo generaliter loquitur vt tamen diuinus sermo ad specialem eius nequitiã deriuetur. Qui enim dicens: Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiiciens florem suum: protinus subdit: Congregatio enim hypocritæ sterilis: patenter indicat, quia in hoc iniquo reprobationis sententiam contra eius hypocrisin ferat. Caput. XXVI.

E

SEd nunc pensandum nobis est, qualiter hypocrita sicut vinea in primo flore, vel sicut oliua florem proiiciẽs lædatur. Si florẽtem vineã per inæqualitatem aëris immoderatũ frigus attigerit, protinus ab omni humore viriditatis arefacit. Et sunt nõnulli qui post peruersa itinera, fãctas vias sectari appetunt, sed priusquã in eis, vt diximus, desideria bona roborẽtur, quædã illos præsentis seculi prosperitas accipit, quæ eos rebus exterioribus implicat, & eorum mẽtem dum à calore intimi amoris retrahit, quasi ex frigore extinguit, & quicquid in eis de virtutum flore apparere videbatur, interficit. In terrenis quippe actibus valde frigescit animus, si necdũ fuerit per intima dona solidatus. Vnde necesse est vt loca maiora vel exteriora opera quæ humanis sunt necessitatibus ꝓfutura, illi exercenda suscipiant, qui hæc diiudicare atq; sub semetipsis premere ex virtute intima nouerunt. Nã cum infirmus quisque vel ad locũ regimis, vel ad exteriora agenda trahitur, quo quasi extra se ducitur, eradicatur: quia & arbor quæ radices in altum prius nõ mittit, citius ventorum impetu sternitur. Si se ad altum vertice extollit, eo citius ad ima corruit, quo altius in aëre sine radicibus excreuit. Nonnunquam verò florentem vineã non frigus, sed æstus arefacit. Cumq; immoderato calore tangitur, discusso flore botrus tabescit. Et plærunque cõtingit, vt hi qui ad bona opera recta intẽtione non veniunt, cùm placere se hominibus vident, ad exercenda hæc eadẽ opera vehementius accendãtur, humanis placitura oculis agere anxiè studeãt, & quasi in sancto studio feruescãt. Quid itaque istos, nisi in flore æstus cõtigit, quos humanæ laudis appetitio à fructu alienos fecit? Vnde & bene subditur: Et quasi oliua proiiciens florẽ suũ. Oliua quippe cum in flore est, si immoderata nebula tangitur, à plenitudine fructuũ vacuatur. Et quotiẽs inchoãtes quique bona opera, laudari ab aspiciẽtibus cœperint, atq; in suis laudibus delectari, fit caligo intelligẽtiæ in cogitatione, vt iã discernere nequeant, qua intentione quid faciãt, & fructũ perdant operis, velut ex nebula fauoris. Vnde bene per Salomonem dicitur: Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiũt. Florẽt quippe vineæ, cùm mentes fidelium bona opera proponunt. Sed fructus non pariunt, si ab eo quod proposuerint, aliquibus victi erroribus infirmantur. Caput. XXVII.

F Cant. 7.

NOn ergo intuendum est si vineæ floreãt, sed si flores ad partum fructuum cõualescant, quia minus nõ est si quis bona inchoet, sed valde mirabile est, si intentione recta in bono opere perduret. Vnde fit plærunq; vt si in bono opere recta intẽtio nõ tenetur, etiã ipsũ hoc opus quod bonũ creditur, amittatur. Nã quosdam sæpe vidimus terrena quæ possederant reliquisse, & nil iam transitorium quærere, nullis pro hac vita iurgiis immiscẽri. Cùm itaque hoc in se fidelis anima ostendit, quasi oliua florem protulit. Sed cùm quidam ex talibus rursus cœperint mundi gloriam quàm cõtempserant quærere, & terrenis rebus quas spreuisse videbantur, insatiabiliter inhiare, vacare iurgiis, proximorum

G læsiones exquirere, nimirum proiecit oliua florẽ quẽ proposuit: quia rudimẽta boni studij ad perfecta opera nõ perduxit. Sed sciendum est, quia hæc semper eis eueniũt, qui deum puro ac simplici studio nõ sequuntur. Vnde rectè subditur: Congregatio enim hypocritæ sterilis. Cœpta enim bona non amitteret, si hypocrita non fuisset. Congregant verò & hypocritæ bona opera, sed eorũ sterilis est ipsa cõgregatio, quia per hoc quod agunt, fructum recipere in æterna retributione non appetunt. Fœcundi ac virides in suis operibus, humanis oculis videntur: sed in cõspectu occulti iudicis, infœcundi & aridi apparent. Sæpe vero æstu auaritiæ accensi, eo maiora de se opera humanis oculis ostendunt, quo ampliora sibi ab hominibus offerri munera appetunt. Vnde adhuc subditur:

Quid sit munus ab ore & à manu percipere.

Et ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libẽter accipiunt.) Sicut enim corpus in tabernaculo, sic mens habitat in cogitatione. Sed ignis tabernacula deuorat, cùm æstus auaritiæ, cogitationes deuastat. Et fit plerunq; vt hypocrita aurũ vel quæque bona corporalia ab hominibus accipere contemnat, sed quia hæc non accipit, maiores ab eis recipere laudes quærat, & fortasse munus se accepisse non æstimat, quia bona corporalia recipere recusat. Vnde sciendum est, quia aliquando munus à manu, aliquando vero ab ore porrigitur. Nã qui nummum tribuit, munus ex manu dedit. Qui autem verbum laudis impendit, munus ab ore protulit. Hypocrita itaque etsi
H exteriora dona quæ terrenæ forsitan necessitati cõgruunt, accipere recusat, plus est quod sibi retribui appetit, cũ vltra meritum laudari desiderans, munus ab ore quærit. Et quia in ipso laudis appetitu nimio cor ardore succenditur, dicatur rectè: Et ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.

Caput. XXVIII.

S In verò eorum tabernacula, corpora debemus accipere, in quibus illorum animæ habitant, ignis eorum tabernacula deuorat, quia qui hic in mente ardent igne auaritiæ, illic etiam in carne concremantur ignibus gehennæ. Et quia mens hypocritæ nunquam vacat à malitiæ cogitatione, nam siue terrena quæque seu laudem appetat, hæc aliis inuidet quæ sibi tribui anhelat: & tanto cæteros ostendere peruersos molitur, quãto videri sanctior omnibus appetit, vt ex eo quòd alij despicabiles fiunt, ipse reuerentior semper appareat. Vnde fit vt de opinione proximi ante humana iudicia, linguæ suæ laqueos prætendat, vt eorum quibus placere appetit, solus æstimationem capiat. Vnde & sequitur: Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos.) Dolorem quippe cõcipit, cùm peruersa cogitat. Iniquitatem parit, cùm explere cœperit quod cogitauit. Inuidendo dolorem concipit, derogando iniquitatem parit. Grauis quippe est iniquI tas, quãdo is qui peruersus est, ostendere olios peruersos molitur, vt inde ipse quasi sanctus appareat, quòd alios sanctos non esse docuerit. Sciendum verò quod in sacro eloquio, vẽtris vel vteri nomine mens solet intelligi. Hinc est enim quod

Prouer. 20. per Salomonem dicitur: Lucerna domini spiraculum hominis, quæ inuestigat omnia secreta vẽtris. Lux enim gratiæ quę desuper venit, spiraculum homini præstat ad vitam. Quæ videlicet lux omnia secreta ventris inuestigare dicitur, quia occulta mentis penetrat, vt ea quæ de seipsa latebant animam,

Hier. 4. ante eius oculos flenda reducat. Hinc Hieremias ait: Vẽtrem meum ventrem meum doleo. Qui vt ventrem suum quid dixisset ostẽderet, adiunxit: Sensus cordis mei turbati sunt. Vteri itaque nomine, rectè mẽs accipitur, quia sicut proles in vtero concipitur, sic cogitatio in mente generatur: & sicut in ventre cibi, ita continentur in mente cogitationes. Vterus itaq; hypocritæ prępparat dolos, quia tanto semper maiorem malitiam contra proximos in mente concipit, quanto solus præ omnibus videri innocentior quærit. Hæc ideirco Eliphas protulit, quia beatum Iob tanto percussum verbere propter hypocrisin putauit. Sed eius verba etsi multis congruunt, ab ipso solo aliena sunt, pro quo solo dicebantur: quia sanctus vir nihil in suis actibus duplicitatis habuit, quem testis veritas de cordis simplicitate laudauit.

Libri duodecimi Moralium sancti Gregorij finis.

LIBER DECI- K
mustertius Moralium sancti

Gregorij, exponẽs moraliter duo capita textus beati Iob scilicet decimumsextũ & decimũseptimũ.

Caput. I.

ESSE hoc peruersorum proprium solet, quòd sua mala per cõuitiũ bonis ingerãt, priusquã de eis ipsi veraciter accusentur: & dũ metuũt increpari de his quæ faciunt, aduersantes suis prauitatibus iustos hæc facere testãtur. Sancti autẽ viri patiẽter audiunt etiã quę se nunquã fecisse meminerũt, quãuis ea mala quæ sibi ingeri cõspiciũt, ab ipsis suis criminatoribus nouerint perpetrata, & cũ eos prædicãdo corrigere non possunt, patiẽdo tolerãt, quatenus si fructũ cõuersionis eorum consequi non valent, ex ipsis tamen præmiũ lõganimitatis acquirant. Vnde & sancta Ecclesia Dauid prophetæ vocibus dicit: Supra dorsum meum fabricauerũt peccatores: quia videlicet dũ hæreticos vel quoslibet reprobos quos corrigere nõ valet, tolerat, facta peccãtiũ supra dorsum portat. Beatus itaque Iob videns Eliphas amicum suum multa contra se de hypocrisi cõquerentem, qui ex cõsolationis verbo ad amaritudinem increpationis eruperat, & simulatus consolator apparebat, per patientiam suã typum L seruat Ecclesiæ, quę nouit talia audiendo tolerare, & cum eius sermo admittitur, ratiocinando destruere, & dicit:

Caput decimumsextum textus beati Iob.

REspondẽs autem Iob dixit: Audiui frequenter talia. Cõsolatores onerosi omnes vos estis. Nũquid habebunt finẽ verba vẽtosa, aut aliquid tibi molestũ est si loquaris? Poteã & ego similia vestri loqui. Atq; vtinam esset anima vestra pro anima mea. Cõsolarer & ego vos sermonibus, & mouerẽ caput meũ super vos. Roborarẽ vos ore meo, & moueri labia mea, quasi parcẽs vobis. Sed quid agã? Si locutus fuero, nõ quiescet dolor meus: & si tacuero, nõ recedet à me. Nunc autẽ oppressit me dolor meus, & in nihilũ redacti sunt omnes artus mei. Rugæ meæ testimonio M dicũt cõtra me, & suscitatur falsiloquus aduersus faciẽ meã, cõtradicẽs mihi. Collegit furorẽ suũ in me, & cõminans mihi, infremuit contra me dẽtibus suis. Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. Aperuerũt sup me ora sua, & exprobrãtes percusserũt maxillã meã, satiati sũt pœnis meis, Cõclusit me deus apud iniquũ, & manib⁹ impiorũ me tradidit. Ego ille quõdã opulẽtus, repẽtè cõtritus sũ. Tenuit ceruicẽ meã, cõfregit me, & posuit me sibi quasi in signũ. Circũdedit me lãceis suis, cõuulnerauit lũbos meos, Nõ pepercit, & effudit in terrã viscera mea. Cõcidit me vulnere super vuln⁹, irruit in me quasi gigas. Saccũ cõsui sup cutẽ meã, & operuit cinere carnẽ meã. Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meę caligauerũt. Hęc passus sum absq; iniquitate manũ meę, cũ haberẽ mũdas ad deũ preces. Terra ne operias sanguinẽ meũ, neq; inueniat in te locũ latendi clamor meus. Ecce enim in cœlo testis meus, & cõscius meus in excelsis. Verbosi amici mei. Ad deũ stillat oculus meus. Atq; vtinã sic iudicaretur vir cũ deo, quomodo iudicatur filius hominis cũ collega suo. Ecce enim breues anni transeunt: & semitã per quã nõ reuertar, ambulo.

Audiui frequenter talia.) Electi quippe frequenter aliena mala quasi sua audiunt, & ab his eis crimen impingitur, à quibus

A quibus crimina iniuncta perpetrãtur. Hac autem responsione beatus Iob illud Ecclesiæ tempus significat, quo oppressa ab aduersitatis, temporali eorum potentia quasi deiecta creditur. Vnde sequitur: Consolatores onerosi omnes vos estis.) Sicut enim hæretici seu praui quilibet, cùm laborare bonos in aduersitate conspiciunt, in eo quòd illos consolari appetunt, mala eis permiscere conantur. Vnde non immerito bonorum mentibus onerosa sit eorum consolatio, quia inter verba dulcedinis, virus propinare cupiunt erroris, & dum dictis lenibus dolores quasi leuigãt, peccati onus imponere festinãt. Sed electi viri etiam cùm temporali gloria priuãtur interni vigorem iudicij non amittunt. Nam sciunt & foris aduersa perpeti, & tamen interius infracti, recta sine pauore defendere. Vnde subiungitur: Nunquid habebunt finem verba ventosa?) Ventosa enim verba sunt, quæ inflationi temporali potius quàm rectitudini seruiunt. Sæpe autem mali etiam bona dicunt, sed quia bene non dicunt, ventosa verba proferũt. Nam dicta eorum & si quando sana sunt per sententiam, inflata tamen sunt per elationem. Caput. II.

IN hoc verò quod dictum est: Consolatores onerosi omnes vos estis: quid aliud beati Iob magisterio docemur, nisi vt quisque perpendere sollicitè sciat, ne luctus tempore, verba increpationis inferat? Si enim sunt quædam quæ in-
B crepari iure debeant, in afflictione postponenda sunt, ne consolator increpando dolorem augeat, quem lenire proposuerat. Sequitur: Aut aliquid tibi molestum est si loquaris?) Mali viri cùm aliis sibi similibus conuitiosa verba proferunt eo citius obmutescunt, quo de se talia mox audiũt, qualia suis auditoribus dicunt. Cùm autem bonos viros per conuitiosa verba iaculantur, nil eis molestiæ ex cõuitio nascitur, quia cõtra tacẽtes loquuntur, nec cõpelluntur audire quod sunt, quia iusti conuitia non reddunt, etiam dum coguntur audire quod non sunt. Bene ergo dicitur: Aut aliquid tibi molestũ est si loquaris? Ac si ei apertè diceretur: Eo plus loqueris, quo à me molestum aliquid de tua actione nõ audis. Vnde & subditur:

Quòd pro qualitate personarum temperanda sit correctio doctoris.

Poterã & ego similia vestri loqui.) Narrat iustus quid facere potuit, sed ne iustitiam deserat, quod facere potuit, declinat.

Sequitur: Atque vtinã esset anima vestra pro anima mea, consolarer & ego vos sermonibus, & mouerem caput meũ super vos. Roborarem vos ore meo, & mouerẽ labia mea, quasi parcens vobis.) Aliquando necesse est vt prauis mẽtibus quæ humana prædicatione corrigi nequeunt, diuina flagella optari benignè debeant. Quod cum magno fit amoris studio, videlicet non errãtis pœna, sed correptio quæritur, & oratio potius quàm maledictio esse mõstratur. In his autem verbis hoc
C beatus Iob monstratur intendere, vt amici qui dolori illius per charitatem compati nesciebant, ab experimẽto discerent, alienæ afflictioni qualiter misereri debuissent, atque edomiti doloribus à sua passione traherent, consolationem aliis qualiter inferrẽt, & tunc salubrius intrinsecus viuerent, cùm aliquid extrinsecus de infirmitate sentirent. Notandum quòd nõ ait: vtinam esset anima mea pro anima vestra, sed vtinam esset anima vestra pro anima mea, quia profectò sibi malediceret, si se illis fieri similem optaret. Illis verò meliora voluit, quos sibi fieri similes quæsiuit. Consolamur verò prauos in flagello constitutos, cùm de exteriore percussione interiorẽ in eis conualescere salutem indicamus. Caput. III.

CAput etiam mouemus, cũ mentem, quæ principale nostrũ est, ad cõpassionẽ inflectim⁹. Eosq; inter flagella roboramus, cũ doloris eorum vim verbis mitibus leni mus. Sunt nãq; nõnulli qui dum interna nesciunt, de malis exterioribus desperabiliter affligũtur, de quibus per Psalmistam
Psal. 139. dicitur: In miseriis non subsistẽt. Ille etenim bene nouit in exterioribus miseriis subsistere, qui sit semper de spe interna gaudere. Quòd vero non ait parcens, sed quasi parcens vobis, nequaquam hoc negligenter prætercundum puto, quia sancta Ecclesia disciplinę vigorẽ cũ permixtione mansuetudinis seruans, aliquando malis & quasi parcens non parcit, aliquando vero, & quasi non parcens parcit. Quod melius ostendimus, si ipsa quæ plerunque accidunt, proferamus. Ponamus itaque ante oculos mentis, duos prauos intra sanctam Ecclesiam esse constitutos, quorum sit vnus potens & proteruus, alter mitis D & subditus. Si qua miti & subdito culpa surripuerit, hanc protinus increpando prædicator insequitur & corripit, eumque corripiendo à culpa liberat, atque ad viam rectitudinis reformat. Quid itaque huic nisi non parcens pepercit? quia dũ correptionis verbum non distulit, citius hunc à culpa liberauit. Liberè enim arguens non pepercit, sed in eo quòd correxit, pepercit. At contrà potens & proteruus, cùm aliquid perpetrasse cognoscitur, tempus quæritur, vt de malo quod fecit increpetur. Nisi enim prædicator sustineat quando proferre congruè correptionem possit, auget in eo malum quod insequitur. Sæpe enim contingit, vt talis sit qui nulla increpationis verba suscipiat. Quid itaque in huius culpa prædicatori agẽdum est, nisi vt in sermone admonitionis quem pro communi salute omnium auditorum facit, tales culpas ad medium deducat, quales eum perpetrasse considerat, qui & præsto est, & de se solo adhuc argui non potest, ne dexterior fiat? Et cum generaliter contra culpam inuectio intenditur, correptionis verbũ libenter ad mentem ducitur, quia potẽs prauus ignorat, quòd sibi hoc specialiter dicatur. Quid itaque isti prædicator suus nisi parcens minimè pepercit? cui & specialiter correptionis verba non intulit, & tamen vulnus illius sub communi admonitione percussit. Vnde fit plerũque, vt eo vehementius perpetratam culpam lugeat, quo reatum suum, & cùm se percussum sentiat, nesciri putat. Caput. IIII. E

Ars corrigendi pro temporis.

MAgna itaque prædicationis arte agendum est, vt qui ex aperta correptione deteriores fiunt, quodam temperamento correptionis ad salutem redeant. Vnde etiam Paulus dicit: Quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circundamus, & inhonesta nostra abundantiorem honestatem habent, honesta autem nostra nullius egent. Sicut enim inhonesta mẽbra in corpore, ita quidam sunt intra sanctam Ecclesiã potentes & proterui. Qui dum aperta inuectione feriri nequeunt, quasi honore tegminis velantur. Sed hæc de occultis potentium delictis loquimur. Nam quando & aliis cognoscentibus peccant, aliis etiam cognoscentibus increpandi sunt: ne si prædicator tacet, culpam approbasse videatur, atque hæc crescens in exemplum veniat, quam pastoris lingua non secat. Sancta ergo Ecclesia, cùm per prædicatores suos quædam facta malorum sub dispensatione inuectionis increpat, labia quasi parcens mouet, sed tamen parcendo nõ parcit, quia ab inuectione culpæ generaliter non tacet, quam specialiter tacet. Sequitur: Sed quid agam? Si locutus fuero, non quiescet dolor meus, & si tacuero, non recedet à me.) Hoc personę beati Iob qualiter congruat, nullus ignorat. Sed si ad sanctæ Ecclesię typum trahatur, hæc & cùm loquitur, dolor minimè quiescit, quãdo lo- F
cutione sua peruersos minimè corrigi conspicit. Et cum tacet, dolor minimè recedit, quia etsi aduersa conticuerit, hoc ipsum amplius quod tacet gemit, quia se tacente, peruersorum culpas excrescere conspicit. Sequitur:

Quanta aduersitatum tempore à falsis & fictis fratribus patiantur electi.

Nunc autẽ oppressit me dolor meus: & in nihilum redacti sunt omnes artus mei.) Dolore suo sancta Ecclesia premitur, quãdo in malitia sua crescere peruersos intuetur. Et quia dum praui crescũt, etiã infirmi qui in ea sunt, ad sequãda studia prauitatis irritantur, rectè additur: Et ad nihilũ redacti sunt omnes artus mei. Sicut enim per ossa fortes, sic per artus, infirmi quique designari solent. Mẽbra ergo Ecclesiæ ad nihilum rediguntur, quãdo ex imitatione prauorũ in hoc mũdo crescentium, infirmi quique deterius infirmãtur. Videtes etenim fœtium, infirmi quique deterius infirmãtur. Videtes etenim fœtium, infirmi quique deterius infirmãtur. Videtes etenim fœt

Universidad de Deusto
Biblioteca

G QVid per rugas, nisi duplicitas designatur? Rugæ itaq; sunt sanctæ Ecclesiæ, omnes qui in ea dupliciter viuunt, qui fidē vocibus clamāt, operibus denegāt. Hi nimirum pacis tēpore, quia huius mundi potestatibus eandem fidem honori esse conspiciunt, fideles se esse mentiuntur. Sed cùm sanctā Ecclesiā subdita aduersitatis procella turbauerit, ilico ostendunt quid in perfida mente moliūtur. Has autem rugas in electis suis sancta Ecclesia non habet, quia videlicet nesciunt aliud de se foris ostendere, & intus aliud habere. Vnde rectè egregius prædicator dicit: Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculā aut rugam. Maculam quippe & rugam nō habet quæ & turpitudine operis, & duplicitate sermonis caret. Sed quia nunc intra sinum fidei multos etiam reprobos tenet, cùm tēpus persecutionis exarserit, ipsos hostes patitur, quos prædicationis verbis alere antè videbatur. Dicat ergo: Rugæ meæ testimonium dicunt contra me, id est, ipsi me insequendo increpant, qui nunc in meo corpore positi, duplicitatis suæ in se malitiā non emendant. Vnde bene adhuc subditur: Et suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam, cōtradicens mihi.) Etiam pacis suæ tempore sancta Ecclesia falsiloquium patitur, dū sunt in ea multi qui de æternitatis promissione diffidunt, & tamen se fideles esse mentiuntur. Qui dum prædicationi eius apertè contradicere non præsumunt, falsiloquiū non contra faciem, sed quasi post dorsum patitur. Sed cùm malitiæ tempus eruperit, is qui nunc metuens derogat, ad contradicendum ante faciem venit, quia verbis veræ fidei, apertis vocibus obsistit. Sciendum verò est, quia cùm hæc à carnalibus patimur, nō tā ipsi sunt qui in nostra morte sęuiunt, quàm malignus spiritus, qui eorum mentibus principatur, sicut Per Paulum dicitur: Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum. Vnde cùm hic quoque de falsiloquo loqueretur, aptè mox ad describendum eius falsiloqui principē, verba conuertit, dicens: Collegit furorem suum in me: & cōminans mihi, infremuit contra me dentibus suis, hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. Quid aliud omnes iniqui quàm membra sunt diaboli? Ipse itaque per eos agit, quicquid in eorum cordibus vt agere debeant immittit.

H

Ephe. 5.

Non tā in nos sæuiūt puersi quā spiritus malignus. Ephe. 6.

Quòd sicut pauperes spiritu & simplices ad prædicandum Christus elegit, ita astutos & duplices antichristus ad falsitatis prædicationem assumet. Caput. V I.

HAbet autem etiam nunc diabolus contra sanctā Ecclesiam furorem, sed sparsius eius furor est, quia occultas tentationes per singulos mouet. Cùm verò cōtra eam in aperta persecutione proruperit, furorem suū in eā colligit, quia in afflictione illius tota se intērione cōstringit. Mēbra autem eius hoc pacis tempore idcirco contra electos collectum furorem non habent: quia malitiā suam minus se sentiunt posse implere quàm volunt. Cùm verò sibi suppetere licentiam prauitatis aspexerint, tanto hanc audacius seriūt, quāto & cōtra illa ex vnanimitate glomerātur. Rectè itaque nūc dicitur: Collegit furorē suum in me. Cuius adhuc furor vt latius exponatur, dicitur: Et comminans mihi, infremuit contra me dētibus suis. De quo & subditur: Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.) Ille quippe antiqu' hostis Ecclesię cōtra hanc dentibus fremit eamque terribilibus oculis intuetur, quia per alios crudelia exerceat, & per alios quæ exerceat prouidet. Dentes nanque huius hostis, sunt bonorum persecutores atque carnifices, qui eius membra laniant, dū electos illius suis persecutionibus affligunt. Oculi verò huius hostis, sunt hi qui cōtra eam prouident mala quę faciant, suisque cōsiliis persecutorum eius crudelitates inflammant. Antiquus ergo eius aduersarius fremit contra eam dentibus suis, dum per crudeles reprobos in ea insequitur vitam bonorum. Intuetur hanc terribilibus oculis, quia prauorū consiliis non cessat mala exquirere, in quibus hanc semper deterius affligat. Nam sicut incarnata veritas in prædicatione sua pauperes idiotas & simplices elegit: sic econtrario damnatus ille homo quam in fine mundi apostata angelus assumit, ad prædicandam falsitatē suam, astutos ac duplices, atque huius mundi scientiam habentes electurus est. Vnde & per Esaiam dicitur: Caput. V I I.

I

Antichristus scilicet.

VAE terræ cymbalo alarum quæ est trās flumina Aethiopię, quæ mittit in mari legatos & in vasis papyri super aquas. Terra quippe cui væ dicitur, ille principaliter homo damnatus est qui alarum cymbalum vocatur: quia hi qui per superbiam in altitudinem cogitationis euolāt, eundem peruersum hominem prædicando sonant. Quæ scilicet terra rectè trans flumina Aethiopiæ esse perhibetur. Aethiopia etenim nigrum populum mittit, & omnem hominem mundus iste quia peccatorem profert, quasi nigrum Aethiopia populum parit. Sed terra cui væ dicitur, trans flumina Aethiopiæ esse perhibetur, quia damnatus ille homo tanta immēsitate iniquus est, vt omnium peccantium peccata transcēdat. Qui mittit in mare legatos, quia prædicatores suos in seculū spargit. De quibus rectè subditur qualiter mittātur, dum dicitur: In vasis papyri super aquas. Ex papyro quippe charta est. Quid itaq; per papyrum, nisi secularis scientia designatur? Vasa ergo papyri sunt corda doctorum seculariū. In vasis igitur papyri super aquas legatos mittere, est prædicationē suam in sapientum carnalium sensibus ponere, & defluentes ad culpam populos vocare. Qui ergo illic per vasa papyri, ipsi hic quia carnaliter vident, per oculos designantur. De quibus & adhuc subditur: Aperuerūt super me ora sua exprobrantes.) Ora sua reprobi exprobrantes aperiūt, cùm & erroris sui mala prædicare non metuunt, & prędicamenta rectè fidei irridēt. De quibus sciendum est quia illos præcipuè in sancta Ecclesia persequuntur, quos multis conspiciunt esse profuturos, qui vitam carnalium verbo correptionis conterunt, eosque in Ecclesiæ corpore spiritaliter vertunt. Vnde & subditur:

K

L

Quòd Christi maxillam percutit, qui veritatis persequitur prædicatores, & doctrinæ Euangelicæ contradicit, & de variis prauis Ecclesiæ.

Percusserunt maxillā meam, satiati sunt pœnis meis.) Maxilla quippe Ecclesiæ, sancti prędicatores sunt, sicut sub Iudę specie per Hieremiam dicitur: Plorās plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius, quia in aduersitate Ecclesiæ ill amplius plangunt, qui vitam carnalium confringere prædicando nouerunt. Per ipsos quippe sancta Ecclesia iniquos à vitiis conterit, & quasi glutiens in sua membra conuertit. Vnde ipse quoque primo prædicatori velut maxillæ Ecclesiæ dicitur: Occide & manduca. Caput. V I I I.

HInc est etiam quòd Sanson maxillam asini tenuit, & hostes peremit, quia redemptor noster simplicitatem atque patientiam prædicantium, suæ manu virtutis tenens, à vitiis suis carnales interfecit. Ex maxilla in terram proiecta postmodum aquas fudit, quia data morti prædicatorum corpora, magna populis mōstrauere miracula. Maxillam ergo Ecclesiæ peruersi feriunt, cum bonos prædicatores insequuntur. Et quia tunc reprobi grande se aliquid fecisse æstimant, cum vitam prædicatorum necant, post percussionem maxillæ aptè subiūgitur: Satiati sunt pœnis meis.) Illa quippe eos pœna satiat, quæ mentem Ecclesiæ præcipuè castigat. Sequitur: Concluſit me deus apud iniquū, & manibus impiorum me tradidit.) Electorum populus apud iniquum cōcluditur, cum eius caro antiqui hostis persecutionibus tēporaliter datur: Qui non spiritui sed manibus impiorum traditur, quia quo hunc in mente capere nequeunt, eo contra carnem illius crudelius inardescūt. Sed sanctus Ecclesiæ populus cùm aduersa perpeti grauiter cœperit, & infirmos suos conspexerit ad deteriora delabi, pacis suæ tempora ad mētē reuocat, quādo fideles suos prædicationis suæ opulentia pascebat. Vnde aptè subiungitur: Ego ille quondā opulentus, repentè contritus sum.) In eo quòd se repentè contritum asserit, infirmorum mentem improuidam designauit. Qui dum mala quę uentura sunt præuidere nesciunt, tanto eis grauiora fiunt, quāto ab eis inopinata tolerantur. Firmis autem mentibus repētè aduersa non ueniunt, quia priusquàm ueniant, præuidentur. Quod tamen nunc quoque sancta Ecclesia in quibusdam retro labentibus patitur, qui post doctrinæ opulentiam, subitis aliquando vitiis conteruntur, vt sic in quibusdā malis corruis, ac si verbi pabulum nunquā habuissent. Sequitur: Tremit ceruicem meam, confregit me, & posuit sibi quasi in signum.) Sicut in malis ceruix superbiam, sic in bonis libertatis erectionem

Universidad de Deusto Biblioteca

Actionem signat. Vnde nonunquam ipsa quoque superbia pro erectionis auctoritate ponitur, sicut per prophetam dominus
Isa. 60. sanctæ Ecclesiæ pollicens dicit: Ponam te in superbiam seculorum. Et quia persecutionis tempore infirmi quidam vera quæ sentiunt, prædicare liberè non præsumunt, rectè de hoc hoste dicitur: Tenuit ceruicem meam, confregit me.

Caput. IX.

FOrtasse autem hi ceruicis appellatione signati sunt, qui pacis eius tempore plusquam decet eriguntur, & sub occasione defendendæ rectitudinis, vitio deseruiunt elationis. Qui persecutionis tempore idcirco aduersa plus sentiunt, quia de prosperis extolluntur. De quibus bene dicitur: Tenuit ceruicem meam, cõfregit me.) Id est, elationẽ quam in infirmis habui, districtione suæ percussionis inclinauit.

Et posuit sibi quasi in signũ.) Constat nimirum quia idcirco signum ponitur, vt sagittarum emissione seriatur. Fidelis itaque populus in signum hosti suo est positus, quia eum semper suis ictibus impetit, eumque suis persecutionibus affligit. Qui enim in hac vita assidua mala toleraret, velut in signum positus, ictus excipit ferientis. Vnde & prædicator egregius cùm persecutionũ mala toleraret, atque sub persecutione aduersariorum gemeret, teneram discipulorum mentem de suis
1. Thess. 3. afflictionibus consolans ait: Ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus. Ac si eis apertè dicatur: Quid in hoc tempore vulnera nostra miramini, qui si æterna gaudia quærimus, huc ad hoc venimus vt feriamur? Sequitur: Circundedit me lanceis
B suis, conuulnerauit lumbos meos, non pepercit, & effudit in terram viscera mea.) Hæc iuxta literam beato Iob congruere posse videbantur, per hoc quod dicitur: Circundedit me lanceis suis, conuulnerauit lũbos meos, non pepercit, nisi subderetur quod de eo minimè scriptum legitur, effudit in terrã viscera mea. Ex qua re necesse est, vt dum hæc iuxta literam inuenire non possumus, ea quę in verbis eius secundum historiam sonant iuxta spiritum inquiramus. Sancta Ecclesia lanceis ab hoste suo circundatur, quando in membris suis ab impugnatore callido tentationum iaculis impetitur. Bene autem circundari lanceis dicimur, quia antiquus hostis tentationis suæ vulnere ab omni parte nos impetit. Sæpe enim dum gula restringitur, vt libido subigatur, inanis gloriæ aculeus mẽtem pulsat. Si autem corpus abstinentiæ afflictione non atteritur, contra mentem libidinis flamma se excitat. Sæpe dum seruare parsimoniam nitimur, ad tenaciam labimur. Et sæpe dum possessa effuse tribuimus, ad auaritiam ducimur, quia rursum colligere quærimus quod tribuamus. Dum ergo antiqui hostis iacula vbique nos impetunt, rectè nunc dicitur: Circundedit me lanceis suis. Et quia omne peccatum hostis quidẽ callidus suadet, si nos eius suasionibus consentiẽdo perpetramus, aptè subiungitur: Conuulnerauit lumbos meos.) In lumbis quippe luxuria est. Vnde & is qui cupiebat voluptatem libi-
1. Petri. 1. dinis à corde extinguere, prędicauit dicens: Succincti lumbos
C mentis vestræ. Cùm ergo antiquus hostis fidelem populũ ad luxuriam pertrahit, hũc proculdubio in lumbis ferit. Vbi notandum quoq; est quòd non ait vulnerauit, sed conuulnerauit lumbos meos. Sicut enim loqui aliquando vnius est, collo qui verò duorum, vel fortasse multorum, sic antiquus hostis quia nos ad culpam sine nostra voluntate non rapit, nequaq̃ lumbos nostros vulnerare, sed conuulnerare dicitur: quia hoc quod nobis ille malè suggerit, nos sequẽtes ex voluntate propria implemus, & quasi cũ ipso nos pariter vulneramus, quia ad perpetrandum malum ex libero simul arbitrio ducimur. Sequitur: Non pepercit.) Ac si dicat, non destitit.

Caput. X.

ET effudit in terram viscera mea.) Quid aliud sanctę Ecclesię viscera debemus accipere, nisi eorum mentes qui eius quædam in se mysteria continent, qui ad intima sacramenta deseruiunt? Sed antiquus aduersarius cùm fideles quosdam qui interioribus sacramentis deseruire videbantur, ad secularia negotia pertrahit, eius proculdubio viscera in terram fundit: quia illos in rebus infimis conculcat, qui prius in occultis ac spiritalibus actibus latebant. Sequitur: Concidit me vulnere super vulnus.) In infirmis suis sancta Ecclesia vulnere super vulnus conciditur, quando peccatum peccato additur, vt culpa vehemẽtius exaggeretur. Quem enim auaritia pertrahit ad rapinam, rapina ducit ad fallaciam, vt perpetrata D
culpa ex falsitate etiam defendatur: quid iste nisi super vulnus concisus est vulnere? Vnde bene quoq; per prophetam dicit: Osee. 4.
Maledictum & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Solet enim sanguinis nomine signari peccatum. Vnde is qui à peccatis liberari desiderat, per pœnitentiam clamat: Libera me de Psalm. 50.
sanguinibus. Sanguis ergo sanguinem tangit, cùm culpa culpam cumulauerit. Et quia cùm vulnus vulneri additur, vires contra nos antiqui hostis vehementius excrescunt, rectè subiungitur: Irruit in me quasi gigas.) Facilè quippe inimico resistitur, si non ei, vel in multis lapsibus, vel in vno diutius consentiatur. Sin verò eius suasionibus anima subesse cõsueuerit, quanto se ei crebrius subiicit, tanto eum sibi intolerabiliorem facit, vt ei reluctari non valeat: quia nimirũ malignus aduersarius contra hanc ex praua consuetudine deuictam, quasi more gigantis pugnat. Sed tamen plærunque sancta Ecclesia etiã post perpetratas culpas, mentes fidelium ad pœnitentiam reuocat, & peccata operis virtute spontaneæ afflictionis mundat. Vnde bene subditur: Saccum cõsui super cutem meam, & operui cinere carnem meam.) Quid in sacco & cinere nisi pœnitentia, quid in cute & carne, nisi peccatum carnis debet intelligi? Cùm ergo quidam post lapsum carnis ad pœnitentiam redeunt, quasi saccus super cutem consuitur, & cinere caro operitur: quia culpa carnis per pœnitentiam tegitur, ne in E
districti iudicis examine ad vltionem videatur. Infirma autẽ membra sua sancta Ecclesia cùm à peccatis retrahit, atque ad pœnitentię remedium ducit, hæc proculdubio fletibus adiuuat, vt ad recipiendam auctoris sui gratiam conualescant, & per fortes plangit quod non fecit, quod in membris suis debilibus quasi ipsa fecit. Vnde bene adhuc subditur:

Quòd prælati sanctæ Ecclesiæ subditorum peccata quasi propria plangunt, & dum viderint aliquos pœnitentes, aliquos in malis perseuerantes, iudicia diuina mirantur.

Caput. XI.

FAcies mea intumuit fletu.) Facies quippe sanctæ Ecclesiæ sunt hi qui in locis regiminum positi, apparent primi: vt ex eorum specie sit honor fidelis populi, etiam si quid in corpore latet deforme. Qui nimirum prælati plebib⁹ plangunt culpas infirmantium, seque sic de alienis lapsibus, ac si de propriis affligunt. Et sæpe dum quosdam vident ad veniam post culpas redire, quosdam in iniquitate persistere, occulta omnipotẽtis dei iudicia mirantur, sed penetrare nequeunt. Obstupescunt enim quæ non intelligunt. Vnde & aptè subditur: Et palpebræ meæ caligauerũt.) Palpebræ enim rectè appellati sunt, qui ad prouidenda pedum itinera vigilant. Sed quia occulta dei iudicia, nec prępositi vigilantes intelligunt, palpebræ sanctæ Ecclesiæ caligant. Sed vt sæpe iam me dixisse memini, beatus Iob sanctæ Ecclesiæ typum tenens, F
modo voce corporis, modo autem voce capitis vtitur, & dum membris eius loquitur, repentè ad verba capitis leuatur. Vnde hìc quoque subiungitur:

Quòd sanguis Christi melius loquitur quàm Abel: quia sanguis Abel vltionem, sanguis verò Iesu veniam imperat.

Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ, cùm haberem mundas ad deum preces.) Absque iniquitate enim manus suæ pertulit, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, & tamẽ dolorem crucis pro nostra redemptione tolerauit. Qui solus præ omnibus mundas ad deum preces habuit: quia & in ipso dolore passionis pro persecutoribus orauit, dicens: Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Quid enim dici, quid cogitari in prece mũdius potest, quàm cùm & illis misericordia intercessionis tribuitur, à quibus toleratur dolor? Vnde factum est, vt redemptoris nostri sanguinem, quem persecutores sæuientes fuderant, postmodum credentes biberent, eumque esse dei filium prædicarent. De quo videlicet sanguine aptè subiungitur: Terra, ne operias sanguinem meum, nec inueniat in te latẽti locum clamor meus.) Peccanti homini dictum est. Terra es, & in terram ibis. Quæ Gene. 3.
scilicet terra redemptoris nostri sanguinem non abscondit: quia vnusquisque peccator redẽptionis suæ precium sumens, confitetur ac laudat, & quibus valet proximis innotescit. Terra etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ra etiam ſanguinem eius non operuit: quia ſancta Eccleſia redemptionis ſuæ myſterium in cunctis iam mundi partibus prædicauit.

Caput. XII.

Sanguis Chriſti clamor eſt. Hebr. 12.

NOtandum quod ſubditur: Neq; inueniat in te latendi locum clamor meus.) Ipſe enim ſanguis redemptionis qui ſumitur, clamor noſtri redemptoris eſt. Vnde etiam Paulus dicit: Et ſanguinis aſperſionem melius loquentem quàm Abel. De ſanguine Abel dictum fuerat: Vox

Gene. 4. ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Sed ſanguis Ieſu melius loquitur quàm Abel: quia ſanguis Abel mortem fratricidæ fratris petiit, ſanguis autem domini vitam perſecutoribꝰ impetrauit. Vt ergo in nobis ſacramentum dominicę paſſionis non ſit ocioſum, debemus imitari quod ſumimus, & prædicare cæteris quod veneramur. Locum enim latendi clamor eius in nobis inuenit, ſi hoc quod mens credidit, lingua tacet. Sed ne in nobis clamor eius lateat, reſtat vt vnuſquiſque iuxta modulum ſuum, viuificationis ſuę myſterium proxmis innoteſcat. Libet mentis oculos ad dominicæ paſſionis horam reducere, cùm Iudæi perſequentes ſæuirent, diſcipuli timentes fugerent. Qui enim in carne mori videbatur, nequaquam deus eſſe credebatur. Vnde hic aptè ſubditur:

Quòd teſtis filij ſit pater & conſcius: quia in omni trinitatis opere vnum conſilium eſt, & vna voluntas.

Ecce enim in cœlo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis.) Cùm enim filiꝰ labefactaretur in terra, erat ei teſtis in cœlo. Teſtis quippe filij pater eſt, de quo ipſe in Euangelio di-

Ioan. 5. cit: Et qui miſit me pater, ipſe teſtimonium perhibet de me.

H Qui rectè etiam conſcius dicitur: quia vna voluntate, vno cõ filio pater cum filio ſemper operatur. Cuius etiam teſtis eſt, quia nemo nouit filium niſi pater. Tũc ergo in cœlo teſtem, & conſcium in excelſis habuit: quãdo hi qui eum morientem in carne cernebant, diuinitatis eius potẽtiam conſiderare neſciebant. Et cùm ignorarent homines, in morte tamẽ mediatoris dei & hominum nouerat, qui cum ipſo operabatur pater. Quod fortaſſe etiam ad vocem eius corporis referri valet.

Caput. XIII.

SAncta nanque Eccleſia idcirco aduerſa vitæ præſentis tolerat, vt hanc ſuperna gratia ad prẽmia æterna perducat. Carnis ſuæ mortem deſpicit: quia ad reſurrectionis gloriã intendit. Et tranſitoria ſũt quæ patitur, perpetua quæ prẽſtolatur. De quibus nimirum bonis perpetuis dubietatem non habet, quia fidele iam teſtimonium redemptoris ſui gloriam tenet. Carnis quippe eius reſurrectionem mente conſpicit, atque ad ſpem fortiter conualeſcit: quia quod in ſuo videt iam factum capite, ſperat in eius quoque corpore, quod videlicet ipſa eſt, abſque dubietate ſecuturum. Quam ſcilicet Ec-

Pſalm. 88. cleſiam Pſalmiſta conſpiciens in perpetua perfectione manſu

I ram, ſub appellatione lunæ deſcribit, dicens: Luna perfecta in æternum. Quem quia ad reſurrectionis ſpem dominica reſurrectio roborat, rectè ſubiunxit: Et teſtis in cœlo fidelis: quia vt de ſua reſurrectione non trepidet, iam eum in cœlo qui reſurrexit à mortuis, teſtem habet. Fidelis itaque populus cùm aduerſa patitur, cùm duris tribulationibus fatigatur, ad ſpem ſequentis gloriæ mentem erigat, & de redemptoris ſui reſurrectione confidens dicat: Ecce enim in cœlo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis. Qui rectè cõſcius dicitur, quia naturam noſtram, non ſolum creando nouit, ſed etiam aſſumendo. Scire enim eius, eſt noſtra ſuſcepiſſe. Vnde etiam per Pſalmiſtam

Pſalm. 102. dicitur: Ipſe enim ſcit figmẽtum noſtrum. Quid enim mirum ſi figmentum noſtrum dicatur ſpecialiter ſcire, dum conſtet nihil eſſe quod neſciat? Sed figmentum noſtrum ſcire eius, eſt hoc in ſeipſo ex pietate ſuſcepiſſe. Quæ tamen vox cum beato Iob congruere nobis etiam ſingulis poteſt. Omnis enim qui ex eo quod agit, humanas laudes appetit, teſtem in terra quærit. Qui autem de actibus ſuis omnipotenti deo placere feſtinat, teſtem ſe in cœlo habere conſiderat. Et ſæpe contingit, vt ipſa quoque in nobis bona opera ab incautis hominibus reprehendantur. Sed qui teſtem in cœlo habet, reprehenſiones hominum metuere non debet. Vnde adhuc ſubditur:

Verboſi amici mei, ad deum ſtillat oculus meus.)

Caput. XIIII.

QVid enim per oculum, niſi cordis intentio deſignatur? ſicut ſcriptum eſt: Si fuerit oculus tuus ſimplex, *Mat.* totum corpus tuum lucidum erit. Quia cũ bona intentione quid agitur, eius intẽtionis actio apud deum minimè fuſcatur. Cùm ergo verboſi amici ſunt, id eſt, cum & ipſi derogant, qui in fide ſociãtur, ad deum neceſſe eſt vt oculus ſtillet, quatenus noſtra intẽtio tota in amoris intimi compunctione defluat, & tanto ſubtilius ſe ad integriora erigat, quanto per exteriora opprobria repulſa, intus redire cogitur, ne foras euaneſcat. Sequitur: Atq; vtinam ſic iudicaretur vir cum deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega ſuo.) Peccatores quidem nos eſſe ſemper agnoſcimus, ſed tamen ſæpe in flagello poſiti, pro quo magis peccato flagellemur, ignoramus: & noſipſos ſubtili inquiſitione diſcutimus, vt ſi quo modo poſſimus, cauſam percuſſionis noſtræ inueſtigare valeamus. Quæ dum plerunque nos latet, fit nobis oneri cæcitas noſtra, & de eo quod patimur, plus dolemꝰ. Quiſquis verò cum collega ſuo ad iudicium accedit, & quod ſentit dicit, & quicquid contradicitur, agnoſcit: & quò voluerit, pulſat: & nouit vnde pulſãtur. Qui enim diuina animaduerſione percutitur, dum nouit quidem quia vapulat, ſed cur vapulet ignorat, quaſi dicit ipſe quod ſentit, ſed quid cõtra ſe dicitur, neſcit: quia ipſe quidem ingemiſcit in verbere, ſed deus apertè non declarat pro qua eum feriat vltione. Itaque nunc dicit

Atque vtinam ſic iudicaretur vir cum deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega ſuo.) Ac ſi apertè diceretur Sicut in omni quod dico audior, ſic omne quod de me dicitur, audirem: Quod tamen in hac vita fieri nullatenus poteſt L quia magna eſt interpoſitio oculis cordis noſtri ad contemplandam ſubtilitatem dei, ipſa videlicet infirmitas noſtra. Sed tunc ad purum intuebimur eum à quo nunc ſubtiliter intuemur, cùm hac infirmitate depoſita, ad contẽplationis internæ gratiam venerimus, de qua Paulus dicit: Tũc cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Vnde beatus Iob videns eandem cognitionem pleniſsimè hic perfici nullatenus poſſe, de cæcitate quidem vitæ præſentis gemit, ſed tamen ſe de eius breuitate conſolatur, dicens: Ecce enim breues anni tranſeunt, & ſemitam per quam non reuertar, ambulo.) Omne quod tranſit, breue eſt: etiam ſi tardius terminari videatur. In mortis autẽ ſemita per quam non reuertimur, ambulamus: non quò ad vitam carnis minimè reſurgẽdo reducimur, ſed quòd ad labores huius vitæ mortalis, vel ad conquirenda laboribus prẽmia iterum non venimus.

Caput decimumſeptimum textus beati Iob: ſed Moralis expoſitionis ſancti Gregorij

Caput. XV.

SPiritus meꝰ attenuabitur, dies mei breuiabuntur: & ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me, & pone me iuxta te: & cuiuſuis manus pugnet cõtra me. Cor eorum longè feciſti à diſciplina, propterea non exaltabuntur. Prædam pollicetur ſociis: & oculi filiorum eius deficient. Poſuit me quaſi in prouerbium vulgi, & exemplum ſum corã eis. Caligauit ad indignationem oculus meus, & membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt. Stupebant iuſti ſuper hoc: & innocẽs contra hypocritam ſuſcitabitur. Et tenebit iuſtus viam ſuã, & mundis manibus addet fortitudinem. Igitur omnes vos cõuertimini & venite, & non inueniã in vobis vllum ſapientem. Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ diſſipatæ ſunt, torquẽtes cor meum. Noctem verterunt in diem, & rurſum, poſt tenebras ſpero lucem. Si ſuſtinuero, infernus domꝰ mea eſt: & in tenebris ſtraui lectulum meũ. Putredini dixi, pater meus es, mater mea, & ſoror mea vermibus. Vbi eſt ergo nunc prẽſtolatio mea: & patiẽtiam meam quis conſide-

A conuallate in profundissimum infernum descendent omnia mea. Putásne saltem ibi erit requies mihi?

Quòd timore iudicij, quanto finem suum magis propinquare cognoscunt electi, eo semetipsos terribilius discutiunt.

Caput. X V.

SPiritus meus attenuabitur.) Attenuatur spiritus timore iudicij, quia electorum mentes quo amplius extremo iudicio propinquare se sentiunt, eo ad discutiendas semetipsas terribilius cõtremiscunt: & si quas in se carnales vnquam cogitationes inueniunt, pœnitentiæ ardore consumunt: nec cogitationes suas dilatari carnali voluptate permittunt, quia eo semetipsas diiudicantes subtilius feriunt, quo districtum iudicem præstolantur vicinum. Vnde fit vt propinquum sibi semper exitum suspicentur. Nam reproborum mentes idcirco multa nequiter agunt, quia hic se viuere diutius arbitrantur. Iustorum ergo attenuatur spiritus, sed crassescit iniquorum. Quo enim per elationem tument, eo attenuationem spiritus non habent. Iusti verò dum breuitatem suæ vitæ considerant, elationis & immũditiæ culpas declinant. Vnde & subditur: Dies mei breuiabuntur, & solum mihi supereſt sepulchrum.) Qui enim considerat qualis erit in morte, semper fit timidus in operatione, atque vnde in oculis suis iam quasi nõ B viuit, inde veraciter in oculis sui cõditoris viuit. Nil quo trãseat appetit, cunctis præsentis vitę desideriis contradicit, & penè mortuum se considerat, quia moriturum minimè ignorat.

Perfecta vita est mortis imitatio. Eccli. 7.

Perfecta enim vita est mortis imitatio, quam dum iusti sollicitè peragunt, culparum laqueos euadunt. Vnde scriptum est: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Vnde & beatus Iob, quia dies suos considerat breuiari, & solum sibi supereſſe sepulchrum pensat, aptè subiungit: Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus.) Ac si apertè dicat: Culpam non feci, & flagella suscepi. Sed hac in re animum mouet, quia in multis se huius historiæ locis peccasse confitetur, qua ratione peccasse se nunc abneget? Sed ad hęc ratio celeriter occurrit, quia nec tantum peccauit, vt flagella mereretur, nec tamẽ esse sine peccato potuit. Nam quia non pro corrigenda culpa, sed pro gratia augẽda percussus est, iudex ipse testatur, qui laudat & ferit. Et rursum quia sine peccato non fuerit, nec ipse negat, qui à iudice laudatur, atque ideo laudatur, quia nõ negat. Sed credo quòd melius hęc verba discutimus, si dicta ex voce capitis sentiam⁹.

Dubitatio.

Solutio.

Caput. X V I.

REdemptor etenim nõster ad ereptionẽ nostram veniens, & nõ peccauit, & amaritudinem pertulit, quia pœnam culpæ nostrę sine culpa sua susceþit, de cuius voce subdit: Libera me, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.) Ipse etenim non peccauit in cogitatione, vel opere, ipse in amaritudine moratus est per passionẽ, ipse liberatus est per resurrectionem, ipse iuxta patrem positus est per ascensionem, quia profectus in cœlum sedet ad dexteram dei. Et quia post ascensionis eius gloriam Iudæa in discipulorum eius persecutione commota est, rectè nunc dicit: C Et cuiusuis manus pugnet contra me.) Tunc quippe in mẽbris illius furor persequentium sæuiit, cùm contra fidelium vitam flamma crudelitatis exarsit. Sed quo irẽt iniqui, aut quid agerent, dum is quem persequebantur in terra, iam sedebat in cœlo? De quibus adhuc subditur:

Quòd reproborum corpus sub disciplina sit, mens verò procul.

Cor eorum longè feciſti à disciplina.) Si enim disciplinæ custodiam nossent, & nequaquam redemptoris nostri præcepta contemnerent, ipsa eos carnis suæ mortalitas ad amorem vitæ immortalis excitasset. Hoc ipsum nãque, in hac vita corruptioni nos esse subiectos, iã de flagello disciplinæ est. Aestu enim & frigore, fame sitiq́ue turbari, morbis affici, quandoq; etiam extingui, quid sunt hęc aliud quàm flagella peccati? Sed sunt nonnulli qui & flagella tolerant, & tamen mentem ad flagellantis metum minimè reformant. Vnde rectè nũc dicitur: Cor eorum longè feciſti à disciplina.) Quia etsi corpus sub disciplina est, cor sub disciplina non est: dum & flagellatur quisque, & tamen ad humilitatem mentis non reducitur. Neque ita hoc dicitur, ac si omnipotens & misericors deus lõgè cor hominis à disciplina faciat, sed quòd spõte delapsum, ibi D remanere vbi cecidit iudicando permittat: sicut ei in oratione quoque dicimus: Et ne nos inducas in tentationem, id est, *Matth. 6. Luc. 10.* inducì minimè permittas. Sequitur: Propterea non exaltabũtur.) Cor enim si sub disciplina esset, superiora appeteret: adipiscendis bonis transeuntibus non inhiaret. Quorum igitur cor sub disciplina non est, rectè de illis dicitur: Propterea non exaltabuntur: quia dum in infimis voluptatibus dimissi, terrena bona semper desiderant, cor ad superna gaudia nũquam leuant. Exaltarentur quippe, si mentem ad spem patriæ cœlestis erigerent. Sed qui per disciplinam custodire vitam minimè studet, sed ex desiderio in imis iacẽt: &, quod est grauius, iacendo se erigunt, quia de rebus transitoriis extolluntur. Extolli autem possunt, sed exaltari nequeũt, & inde profundius in imo sunt, vnde se apud se altiores fiunt. Cor itaque quod sine disciplina est, exaltari non valet, quia humana mens sicut malè eleuata in infimis premitur, sic bene pressa in sublimib⁹ leuatur. Sequitur: Prædam pollicetur sociis, & oculi filiorum eius deficient. Postquam de multitudine iniquorum, id est, de antiqui hostis corpore, beatus Iob sententiã protulit, mox ad ipsum eorum principem, id est, caput omnium perditorũ sententiam vertit, atq; à plurali numero ad singularem redit.

Quòd socij diaboli sint apostatæ angeli, qui cum eo corruerunt: filij verò, qui per dilectionem ab eo gignuntur. E

Caput. X V I I.

ITa quippe vnum corpus sunt diabolus, & omnes iniqui, vt plærunque nomine capitis censeatur corpus, & nomine corporis appelletur caput. Nam capitis nomine censetur corpus, cùm de peruerso homine dicitur: Ex vobis vnus diabolus est. Et rursum nomine corporis appellatur caput, cùm de ipso apostata angelo dicitur: Inimicus homo hoc fecit. Iste igitur princeps omnium peruersorum alios socios habet, atq; alios filios. Qui nanque sunt eius socij, nisi apostatæ angeli, qui cum eo de cœlestis patriæ sede ceciderunt? Vel quos alios filios habet, nisi peruersos homines, qui de eius praua persuasione in malitiæ operatione generantur? Vnde etiam veritatis voce infidelibus dicitur: Vos ex patre diabolo estis. Peruersus itaque iste auctor erroris prædam sociis pollicetur, quia malignis spiritibus prauorum promittit animas in eorum fine rapiendas. Et oculi filiorum eius deficient.) Quia dum intentiones hominum ad sola terrena speranda excitat, hoc illos amare facit, quod diu tenere non possunt. Neque enim valet amoris praui intentio permanere, quando & hoc quod amat, ipsumq́ue qui amat, constat sub celeritate deficere. Possunt quoque & per socios fortasse intelligi crudelissimi quique & F omni malitia iam repleti, per filios verò hi qui adhuc deceptoriis promissionibus illusi, augendæ prauitati nutriuntur: vt illos iam velut ex merito malitiæ diabolus quasi socios habeat, qui iam non habent in perditione quo crescãt: istos autem quasi filios, quos promissionibus lactat, vt ad peiora proficiant. Sed oculi filiorum eius deficient, quia prauorum intẽtiones cadunt, cùm omne quod hic appetunt, deserunt: & illic quod doleant, sine fine patiuntur. Sequitur: Posuit me quasi in prouerbium vulgi, & exemplum sum coram eis.) Hæc beatus Iob dicat ex se, dicat ex vocibus omnium electorum. Omnis quippe qui flagello percutitur, quasi in prouerbium ponitur vulgi, quia stultus quisque dum cuiquam maledicere appetit, ex illius similitudine maledictionem sumit, quẽ percussum temporaliter videt, eamq́ue pœnam suo optat aduersario, quam euenisse conspicit iusto. Sicq́ue fit vt non rectè sapientibus, in exemplum deducatur rectus, dum & pœna iusti esse damnatio creditur, & quæ illi maneat gloria, nulla spe fidei præuidetur. Sequitur:

Vnũ corp⁹ sunt diabolus & omnes iniqui. Ioan. 6. Matt. 13. Diabolus habet socios & filios. Ioan. 8.

Omnis qui flagellatur quasi in prouerbiũ ponitur vulgi.

Quòd iusti cùm vident sanctorum innocentiam à peccatoribus opprimi, iudicia dei mirantur, ad quorum secreta non penetrant.

Caput. X V I I I.

CAligauit ad indignationem oculus meus, & membra mea quasi in nihilum redacta sunt.) Ad indignationem oculus caligat, quando ipsi quoque qui in dominico corpore, id est, in Ecclesia lumen veritatis habent, dum se diutius à prauis despici ac dedignari conspiciunt, de occulti iudicij admiratione turbantur, & secretum dei penetrare nequeunt,

G nequeunt, cur prævalere peruersi contra bonorum innocentiam permittuntur. Quis etenim non obstupescat, cùm Herodias apud temulentum regem saltatu filiæ obtinet, vt caput amici sponsi, prophetæ & plusquam prophetæ, ante ora conuiuantium in disco deferatur? Sed cùm iusti ad indignationem caligant, infirmi plærunque vsque ad infidelitatem corruunt. Vnde subditur: Et membra mea quasi in nihilum sunt redacta.) Membrorum quippe nomine, teneritudo exprimitur infirmorum, qui dum peruersos prospiciunt florere, iustosq; cruciari, ad hoc nonnunquam perueniunt, vt se bona, vel inchoasse pœniteant, atque ita ad agenda mala citius recedunt, ac si eorum vitæ nocuerit bonum quod inchoauerunt. Hoc autem quod ait: Caligauit ad indignationē oculus meus, verbis planioribus aperit adiungens:

De decollatione S. Ioannis baptistæ.

Quòd contra hypocritas sancti suscitantur, cùm eorum gloriam horrent, contemnunt, & ad sola bona cœlestia mentem erigunt, quæ sibi cum malis communia esse non possunt.

Stupebunt iusti super hoc, & innocens contra hypocritam suscitabitur.) Hoc loco innocens necdum perfectus iustus accipitur, qui bona adhuc inchoans, etsi nocere aliis non nouit, perfecta tamē ipse agere nequaquam valet. Et quia corda parH uulorum: dum peruersos florere in præsenti vita conspiciunt, inuidiæ facibus succenduntur: tanto enim quisque plus inuidet aliis bona præsentia, quanto ea ipse minus contempserit. Nam quod haberi ab omnibus non valet simul totum, huic desit quod alter habuerit. Succenditur verò contra hypocritam innocens, dum glorię simulatoris inuidet etiam qui nulli nocere solet. Sin verò hoc in loco innocens quilibet in bono perfectus accipitur, contra hypocritam innocens suscitatur, quando hunc & florere conspicit, & tamen cum suo eum flore contemnit, & prædicando quæ recta sunt, tanto eum despiciendum cæteris esse denunciat, quanto eum conspicit illa anxiè quærere, quæ cum eo diu nō valeant permanere. In quo adhuc sensu subiungitur:

Caput. XIX.

ET tenebit iustus viam suam, & mundis manibus addet fortitudinem.) Considerato quippe hypocrita, iustus viam suam tenet, quia dum illum ex peruersa voluntate obtinere ea quæ mundi sunt intuetur, ipse ad amorem cœlestium robustius stringitur: sciens quia bonis desideriis præmia æterna non deerūt, dum & prauis & duplicibus cordibus bona temporalia non negantur. Qua ex re mundis quoq; manibus addit fortitudinem, quia conspiciens peruersos obtinere terrenam gloriam, bona sua opera prouehit ad perfectionem, & tanto altius temporalia despicit, quanto hæc abundare etiam malis cernit. Quàm enim sint despicienda considerat, quæ deus omnipotens etiam peruersis præstat. Si enim principaliter magna essent, nequaquam hæc conditor aduerI sariis suis tribueret. Vnde & indignum sibi esse perpendit, vt illa bona appetat, quæ abundare conspicit & malis, sed ad percipienda cœlestia mentem suam dirigit, quæ sibi cum reprobis communia esse non possunt. Igitur postquam exteriores profectus malorum, bonorum verò interiores intulit, exhortationis verba protulit dicens: Igitur vos omnes conuertimini, & venite.) Quæ videlicet exhortationis verba propriè ad electos format, quos ad æternitatem vocat. Qui duobus modis inuitantur, scilicet, vt conuertantur, & veniant: conuertantur nimirum fide, veniant opere. Vel certè conuertantur desererendo mala, & veniant bona faciendo, sicut scriptum est: De-

Psalm. 36.

clina à malo, & fac bonum. Mirandum verò quod subditur: Et non inueniam in vobis vllum sapientem.) Quid est quòd eos ad sapientiam vocat, & tamen optat ne illos sapientes inueniat, nisi quòd ad veram sapientiam venire non possunt, qui falsæ suæ sapiētiæ fiducia decipiuntur? de quibus scriptum

Esa. 5.

est: Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismet

Rom. 12.

ipsis prudentes. Et quibus rursum dicitur: Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. Vndē idem prædicator egregius hos quos carnaliter sapientes inuenerat, vt sapientiam veram per-

1. Corin. 3.

ciperent, prius fieri stultos quærebat, dicens: Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo: stultus fiat, vt sit sapiens.

Matt. 11. & Luc. 10.

Et per semetipsam veritas dicit: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Quia ergo hi qui apud semetipsos K sapientes sunt, ad verā sapientiam peruenire non possunt, rectè beatus Iob conuersionem auditorum desiderans, exoptat ne in eis vllum sapientem inueniat. Ac si eis apertè dicat: Stulti esse apud vosmetipsos discite, vt in deo verè sapientes esse valeatis. Sequitur:

Quòd cogitationes sanctorum, siue in lucris animarum, siue in dispensatione rerum temporalium torqueant corda eorum, quia alternantibus prosperitatibus, & in nocte timent ne ruant, & in die suspecti sunt ne præsumant.

Caput. XX.

DIes mei transierunt, cogitationes meæ dissipatę sunt, torquentes cor meum.) Sancta electorum Ecclesia per diurna & nocturna tempora conspicit vitæ suæ spatia transire, quia noctē in aduersitatibus, diem verò in prosperitatibus habere consueuit. Quasi enim lux ei oritur ex tranquillitate pacis, & nox ex dolore persecutionis. Sed cùm post quietis ocia ad exercescentis contra se persecutionis laborem redit, dies suos transire testatur. In quibus tamen diebus solet tanto grauioribus curis premi, quanto à se de ipsa tranquillitate pacis subtiliores à iudice rationes cogitat exquiri. In tranquillitate enim pacis modo animarum lucra cogitat, modo terrenarum rerum dispensationes curat. Quæ videlicet terrenorum actuum dispensationes tanto bonis mentibus grauiores sunt, quanto earum intuitu, ab intuendis cœlestibus, vel ad modicum auelluntur. Vnde bene beatus Iob siue sua, siue voce vniuersalis Ecclesiæ, postquam dies suos transisse testatur, ilico subiunxit: Cogitationes meę dissipatę sunt, torquentes cor meum.) Quia dum bonis mentibus temporalis fœlicitas transit, etiam cura eis terrenę dispensationis subtrahitur, quæ eas in cogitationibus torquere videbatur. Dum enim rectæ semper esse ad percipienda cœlestia appetunt, eoipso quo aliquando ex dispensatione terrena ad ima cogitanda descendunt, torqueri se sentiunt. Vnde fit vt ipsa quoque aduersitas persecutionis vertatur in magnam exultationem lætitiæ propter adeptam quietem cordis. Vnde & aptè subditur

Noctem verterunt in diem.) Dissipatę etenim cogitationes noctem in diem vertunt, quia nōnunquam iustis amplius placet ex aduersitate mala perpeti, quàm ex prosperitate terrenæ dispensationis cura fatigari. Sed quia nouerunt cautius, & aduersa transire, & prospera rursus illucescere, aptè subiungitur

Et rursum, post tenebras spero lucem.) Lux enim post tenebras speratur, quia vel post noctem vitæ præsentis æternū lumen percipitur, vel ita hìc aduersitas atque prosperitas alternant, vt sibi succedere vicissim non desināt. Vnde fit vt in luce nox in suspitione sit, & in nocte lux in præsumptione, sicut scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorum, & in die malorum ne immemor sis bonorum. Sed ecce quia auctoris nostri gratia redempti sumus, hoc iam cœlestis muneris habemus, vt cū à carnis nostræ inhabitatione subtrahimur, mox ad cœlestia præmia ducamur, quia dum conditor ac redēptor noster claustra inferni penetrās, electorum exinde animas reduxit, nos illò ire non patitur, vnde iam alios descendendo liberauit. Hi verò qui ante eius aduentum in hunc mundū venerunt, quantamlibet iustitiæ virtutem haberent, ex corporibus educti in sinu cœlestis patrię statim recipi nullo modo poterant: quia necdum ille venerat qui inferni claustra sua descensione solueret, & iustorum animas in perpetua iam sede collocaret. Vnde beatus Iob & afflictionem sentiēs, & adhuc differri retributionem iustorum sciens, aptè subiungit:

Quòd sancti licèt ad infernum post mortem ab Adam vsque ad Christum descenderint, ibi tamen quasi in lectulo quiescebant, solas tenebras pro pœna habentes, & hoc eis summum tormentum erat, quòd expectatum saluatorem nondum videbant.

Caput. XXI.

SI sustinuero, infernus domus mea est, & in tenebris stratum lectulum meum.) Priores etenim sancti & sustinere aduersa poterant, & tamen è corporibus educti, adhuc ab inferni locis liberari non poterant, quia necdum venerat, qui illuc sine culpa descenderet, vt eos qui ibi tenebantur ex culpa, liberaret. Tunc vero homo suum lectulum in tenebris stratū,

A ſtrauit, quando lucem iuſtitiæ perſuaſori callido conſentiendo deſeruit. Et quia in ipſis quoq; inferni locis iuſtorum animę ſine tormento tenebantur, vt & pro originali culpa adhuc illuc deſcenderent, & tamen ex propriis actibus ſupplicium non haberent, quaſi in tenebris lectulum ſtrauiſſe, eſt in infer no ſibi requiem præparaſſe. Graue etenim tædiũ electis fuit, poſt ſolutionem carnis, adhuc ſpeciem non videre creatoris. Quod tamen non immerito beatus Iob tenebras vocat. Sed quia hoc ex pœna infirmitatis venit, rectè eandem mox infirmitatem ſubdit, dicens:

Quòd natura corrupta & praua conſuetudo vermes concupiſcentiarum in nobis generant, & ex putredine huius carnis huiuſmodi ſobeles oriatur.

Putredini dixi, pater meus es, mater mea, & ſoror mea vermibus.) Quid eſt hoc quòd dixit putredini, pater meus es, niſi quòd omnis homo ab origine iam vitiata deſcendit? Vnde & additur: Mater mea & ſoror mea vermibus, quia videlicet & ab ipſa putredine, & cum ipſa in hunc mundum venimus. Quantum enim ad materiam corruptibilis carnis, mater noſtra ac ſoror vermes ſunt, quia & de putredine proceſsimus, & cum putredine venimus quam portamus. Quod ſi intelligi ſpiritaliter poteſt, & mater natura: & conſuetudo non immerito ſoror vocatur, quia ab illa cum iſta ſumus. Quæ videlicet
B mater & ſoror vermes ſunt, quia ex natura corruptibili, & cõ ſuetudine peruerſa cogimur, vt quaſi quibuſdam vermibus, ſic inquietis cogitationibus in mente fatigemur. Carnis enim natura vitiata, & conſuetudo peruerſa, quia innumeras curas in corde infirmitatis noſtræ generãt, bene mater & ſoror vermes vocantur. Mordent enim animum curæ, dum inquietant. Non enim ceſſant iuſti viri, vel ſollicitè cogitare & pertracta re quid agant, vel prouidè inſpicere quò poſt præſentem vitam ducendi ſunt. Quia ergo tunc electi ante aduentum domini, & in labore vitæ præſentis ſe eſſe cernebant, & tamen poſt præſentem vitam necdum cœleſtia bona percipere, multis cogitationibus vrebantur. Expectabant enim gratiam redemptoris ſui, nec tamen ad eam poterant in carne viuendo peruenire. Vnde & aptè ſubditur: Vbi eſt ergo nunc preſto-
Quòd Chriſtus ſit expectatio iuſtorum. latio mea?) Quæ eſſe potuit præſtolatio iuſtorum, niſi iuſtus & iuſtificans deus? qui ad pœnas humani generis ſponte deſcẽderet, & captiuos mortis, iuſtitiæ ſuæ virtute liberaret? Huius enim præſentiam minimè ceſſabant intenta cogitatione præſtolari, quam quandoque eſſe venturam nouerant, ſed venire citius quærebant. Vnde non ait: Vbi eſt ergo præſtolatio mea? ſed ait: Vbi eſt ergo nunc preſtolatio mea? Caput. XXII.

DVm enim addit nunc, oſtendit quia quod quãdoque venturum erat, venire citius deſiderabat. Sequitur:
C Et patientiam meam quis conſiderat?) Expreſsit deſiderium quo feſtinat in carne poſitus redimi, & ab inferis ad ſuperna reuocari. Et quidem paucorum hominũ iſta fuit perpẽdere, vt ſcirent de præſentis vitę laboribus, vel de ſubſequenti poſt mortem dilatione cogitare. Quod vtrunque iuſti ante aduentum redemptoris noſtri ſe perpeti dolebant. Vnde & rectè dicitur: Et patientiam meam quis conſiderat? Et quidem non deeſt qui patientiam conſideret: ſed cùm citius non exaudit, quaſi minus conſiderare deus dicitur: Ipſa enim humani generis, quæ venit in mundi fine, redemptio: ab his qui à mundi initio pręceſſerunt, tarda credebatur: quia longotem poris ſpatio à cœleſtium remuneratione diſiuncti ſunt, veri-
Luc. 10. tate atteſtante, quæ ait: Multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. Itaque quod nunc dicitur: Patientiam meam quis conſiderat? ardentis deſiderij vota panduntur. Neque enim, vt prediximus, iuſtorum patiẽtiam non conſiderat deus: ſed quaſi non conſiderare dicitur, ad votum deſiderij minus citius apparere, & in prolixiora tẽpora diſpenſationis ſuæ gratiam differre. Dicat ergo: Patientiam meam quis conſiderat? quia quod diſponenti breue eſt, longum eſt amanti. Vnde adhuc dilationis ſuæ damna conſiderans, hoc quod iã prædixerat, repetit: & deſcenſurus ad ima, vocem doloris ingeminat, dicens: In profundiſsimum infernum deſcendent omnia mea.) Cùm conſtet quòd apud inferos iuſti non in locis pœnalibus, ſed in ſuperiori quietis ſinu tenerẽtur, magna nobis oboritur quæſtio, quid nam ſit quod beatus Iob aſſerit, dicens: In profundiſsimum infernũ deſcen- D
dent omnia mea. Qui etſi ante aduentum mediatoris dei & hominum in infernũ deſcenſurus erat, liquet tamẽ quia in profundiſsimum infernum deſcenſurus non erat. An ipſa ſuperiora loca inferi, profundiſsimum infernum vocat? Quia videlicet quantum ad ſublimitatem cœli, iam huius aëris ſpatiũ nõ immerito dici infernus poteſt. Vnde cũ apoſtatæ angeli à cœleſtibus ſedibus in hoc caliginoſo aëre ſint demerſi, Petrus apoſtolus dicit: Angelis peccantibus non pepercit, ſed ruden- *2. Petri. 2.*
tibus inferni detractos, in tartarum tradidit in iudicio cruciandos reſeruari. Si itaque quantum ad celſitudinem cœli, aër iſte caliginoſus infernus eſt, quantum ad eiuſdem aëris altitudinem, terra quæ inferius iacet, & infernus intelligi, & profundus poteſt: quantum verò ad eiuſdem terræ altitudinem, & illa loca inferi, quę ſuperiora ſunt aliis receptaculis inferni, hoc loco non incongruè inferni profundiſsimi appellatione ſignantur: quia quòd aër ad cœlum, terra ad aërem, hoc ille eſt ſuperior infernorum ſinus ad terram. Caput. XXIII.

SEd mirum valde eſt quod adiungit: Deſcendent omnia mea. Cùm enim ſola anima deſcenſura eſſet ad inferni loca, quid eſt quod ſanctus vir illuc perhibet omnia ſua deſcendere, niſi quòd ibi ſe eſſe totum vidit, vbi pondus ſuæ remunerationis intelligit? Quia hoc quod ex ſe inſenſibile in terra deſerit, quouſque ad incorruptionem reſurrectionis redeat, ſe eſſe non ſentit. Omnia itaque ſua in infernum profun- E
diſsimum deſcenſura perhibet, quo ſolam ſuam animam deſcenſuram videt, quia ibi totus eſt, vbi ſentire poſſet quod reciperet. Vel certè in infernum omnia eius deſcendunt: quia laborum omnium retributio, adhuc in ſola inferni quiete recipi præſtolabat. Et quaſi illuc deſcendit omne quod egit: quia ibi quietem retributionis ſuæ ex omnibus inuenit. Vnde etiã ipſa quies præſtolata ſubiungitur, cùm ilicò ſubinfertur: Putásne ſaltem ibi erit requies mihi?) In quibus nimirum verbis & innoteſcit quod deſiderat, & tamen eſſe ſe adhuc de ſuſcipienda requie dubium, deſignat: ne cuius ſancta opera tot flagella ſecuta ſunt, occulto iudicio ſuperni iudicis, poſt flagella temporalia etiam manſura tormenta ſequerentur. Qua in re cum magno nobis timore penſandum eſt, quis noſtrum iam de requie æterna ſecurus ſit, ſi de ea adhuc, & ille trepidat cuius virtutis præconia, & ipſe iudex qui petit, clamat. Si enim iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Beatus enim Iob, ad requiem ſe poſt flagella peruenturum nouerat: ſed vt noſtra timore corda concuteret, ipſe viſus eſt de æternę quietis retributione dubitare, cùm dicit, Putásne: vt nos videlicet perpendamus quanta debemus formidine venturum iudicium ſemper expaueſcere, quando & ille qui à iudice laudatus eſt, adhuc de retributione iudicij, in ſuis vocibus ſecurus non eſt.

Libri decimitertij Moralium ſancti Gregorij finis. F

LIBER DECIMUSQUARTUS MORALIS EXPOSITIONIS. CAPUT PRIMUM.

SVPERIORI huius operis parte tractauimus, q̃ omnipotens deus vt mentes corrigeret ſub lege poſitorum, beati Iob vitam ad teſtimonium adduxit: qui legem non nouit, & tamen tenuit: qui præcepta vitæ quæ ſcripto non acceperat, cuſtodiuit. Huius prius actio deo atteſtante laudatur: & probari poſtmodum diabolo inſidiante permittuntur, vt per tentamenta tribulationis oſtenderet, quantũ prius in tranquillitate proſeciſſet. Huius vitam inimicus generis humani more ſuo improbus, & laudari deo atteſtante cognouit, & tamen ad tentandum expetiit. Quem cùm tot damnis rerum, tot orbitatibus percuſſum ſternere nequiuiſſet, vxorem ei in ſtimulum malæ ſuaſionis excitauit: vt ſaltem per familiaria verba corrumperet, quem

G quem per tot sternere nunciorum tormẽta minimè valeret. Sed quum adiutorio fœminæ, quod contra Adam prius in paradiso obtinuit, contra hunc secundum in sterquilinio positum, roborari non potuit, ad alia se tentandi argumenta conuertit: vt amicos eius quasi consolantes adduceret: & tamen eorum mentes in asperitatem increpationis excitaret, quatenus eum, cuius patientiam flagella non vicerant, inter flagella saltem aspera verba superarent. Sed inimicus callidè insidias, fraudem quam contra sanctum virum parauerat, pertulit: quia sancto viro quot occasiones perditionis intulit, tot causas victoriæ ministrauit. Contra tormẽta quippe patientiam, contra verba sapientiam tenuit: quia & dolores verberum æquanimiter sustinuit, & stultitiam malè suadentium sapienter frenauit. Sed quia in ipsis passionibus, doctisq; locutionibus sanctæ Ecclesiæ typum tenet, amicis eius, vt sæpe iam dixim⁹, quædam recta, & quædam stulta loquentibus, non immeritò hæretici figurantur: qui pro eo quòd sancto viro amici sunt, multa de reprobis recta dicunt: sed pro eo quod speciem hæreticorum tenent, plærunque in oris sui excessu dilabuntur, & verborum suorum iaculis, sancti viri pectus feriunt, sed contra mentem inexpugnabilem ipsa sua percussione fatigantur. Nos igitur subtili debemus discretione distinguere, & quid sit in eorum verbis quod verè de reprobis sentiunt, & quid quod contra beatum Iob fatuum sonant.

H Caput secundum libri decimiquarti, exponens caput decimumoctauum textus beati Iob.

REspondens autem Baldath Suites, dixit: Vsque ad quem finem verba iactabis? Intellige prius: & sic loquamur. Quare reputati sumus vt iumenta, & sorduimus coram te? Quid perdis animam tuam in furore tuo? Nunquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco suo? Nónne lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius? Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna quæ super eũ est extinguetur. Arctabuntur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum consilium suum. Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat. Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis. Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam. Vndique terrebunt eum formidines, & inuoluẽt pedes eius. Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat costas illius. Deuoret pulchritudinem cutis eius, & consumat
I brachia illius primogenita mors. Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eum quasi rex interitus. Habitent in tabernaculo illius socij eius qui non est, aspergatur in tabernaculo eius sulphur. Deorsum radices eius siccentur: sursum autem atteratur messis eius. Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis. Expellet eum de luce in tenebras, & de vrbe transferet eum. Non erit semen eius, neque progenies in populo suo, nec vllæ reliquiæ in regionibus eius. In die eius stupebunt nouissimi, & primos inuadet horror. Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus eius, qui ignorat deum.

REspondens autem Baldath Suites, dixit: Vsque ad quem finem verba iactabis? Intellige prius, & sic loquamur.) Omnes hæretici sanctam Ecclesiã in quibusdam incognitis superbire putant, quædam verò nec intelligere suspicantur. Vnde Baldath Suites beatum Iob quasi in superbiam astruit erupisse, quem fatetur verba iactare. Sed signat ipse quanta elatione tumuerat, qui beatum Iob loqui quæ non intelligeret putabat. Et quia omnes hæretici in æstimatione sua à sancta se Ecclesia despici conqueruntur, aptè subiungitur:

Quòd superbi cùm se despici suspicantur, ad contumelias K *prosiliunt.*

Quare reputati sumus vt iumenta, & sorduimus coram te?) Humanæ mentis est proprium, hoc sibi fieri suspicari, quod facit. Arbitrantur enim se despici, qui bonorum mores despicere consueuerunt. Et quia in his quæ comprehendi valent ratione, contra hæreticos ostendit Ecclesia rationabile non esse quod astruunt, æstimari se ab eius iudicio velut iumenta suspicantur. Ex qua despectus sui suspitione protinus ad dedignationem prosiliunt, atque ad eiusdem Ecclesiæ contumelias excitantur. Vnde subditur: Quid perdis animam tuam in furore tuo?) Hæretici vel zelum rectitudinis, vel spiritalem gratiã sanctæ prædicationis, non virtutis pondus, sed infamiam fumoris æstimant. Quo furore videlicet perire fidelium animas arbitrantur, quia inde interire Ecclesiæ vitam credunt, vnde ei contra se inferuiere conspiciunt. Sequitur: Nunquid propter te derelinquetur terra?) Se enim vbiq; deum colere, se totum mundum existimant occupasse. Quid est ergo dicere: Nũquid propter te derelinquetur terra, nisi hoc quod sæpe fidelibus dicunt, quia si hoc est verum quod vos dicitis, omnis à deo terra derelicta est, quam iam præ multitudine nos tenemus. Sancta autem vniuersalis Ecclesia prædicat, saluari veraciter nisi intra se non posse, asserẽs, quòd omnes qui extra ipsam sunt, minimè saluabũtur. At contrà hæretici qui etiam extra ipsam L saluari se posse confidunt, in quolibet loco sibi diuinum adiutorium adesse profitentur. Vnde dicunt: Nunquid propter te derelinquetur terra, id est, vt quisquis extra te fuerit, minimè saluetur? Vnde etiam subditur: Et transferentur rupes de loco suo.) Hæretici rupes vocant eos quos sublimibus in humano genere excedere sensibus æstimant, quos profectò se habere gloriantur. Cùm verò sancta ecclesia peruersos quosque prædicatores intra sinum rectæ fidei colligere studet, quid aliud quàm de locis propriis rupes mouet, vt intra eam recta sentientes humiliter iaceãt, qui in peruersis suis sensibus prius rigidi stabant? Sed hoc fieri hæretici omnino contradicunt, & propter eius vocem, rupes de loco proprio transferri renituntur, quia videlicet nolunt: vt ad eam venientes, vera humiliter sentiant hi, qui apud eos elatis sensibus falsa sapiebant.

Quòd & bona malis, & mala bonis in hac vita indifferenter eueniunt, in vita verò æterna sola vera bona bonis, & vera mala malis seruantur.

Caput. III.

PLærunque verò hæretici cùm quosdam in sancta Ecclesia, vel inopia, vel flagellis laborãtes aspiciunt, semetipsos mox in arrogantiam iustitiæ extollunt, & quicquid aduersum fidelibus eueniſſe conspiciunt, hoc factum pro eorum iniquitatibus putant, nescientes nimirum, quia actionum meritum præsentis vitæ qualitas nullatenus probat. Nam plærunque & bona malis, & mala bonis eueniunt, pro eo quòd & vera bona bonis, & vera mala malis in æterna retributione seruantur. Baldath itaque typum hereticorum de prosperitate vitæ præsentis sese extollentium tenens, aduersus beati Iob flagella, quasi ex eorum voce contra iustorum opprobria inflatur, & disertè quidẽ contra impios disputat, sed quàm peruersè contra iustum talia dicat, ignorat, nam subiecit, dicens: Nónne lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius?) Hæc si in præsentis vitæ definitione denunciat, fallitur: quia plærunque & impiis inesse lumen prosperitatis cernitur, & pios tenebræ ignobilitatis ac paupertatis abscondunt. Sua verò ad hoc eius sermo dirigitur, vt ostẽdat quid impij in sua fine patiantur, veraciter dicitur: Nónne lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius? Quod si dici de impio rectè potuit, contra sanctum tamen virum in flagello constitutum, dici non debuit. Sed nos vires brachiorum illius in suis sententiis perpendentes, pensemus, quàm validè iacula intorquet, & desinamus aspicere intorquendo quem impetit, nimirum scientes, quia frustratis ictibus lapidem ferit. Dicat ergo:

Quòd vnusquisque reproborum flammam propriam habeat in corde illius concupiscentiæ, à qua abstrahitur & illicitur.

Nónne

A Nonne lux impij extinguetur?) Quia habent & impij lucem suam, prosperitatem scilicet vitæ præsentis. Sed lux impij extinguetur, quia fugitiuæ vitæ prosperitas cum ipsa citius vita terminatur, vbi aptè subditur: Nec splẽdebit flamma ignis eius. Omnis nanque impius habet flammam ignis proprij, quem in corde suo ex feruore desideriorum temporalium accendit, dum modo istis, modo illis cupiditatibus æstuat, & cogitationes suas per multiplicia blandimenta seculi amplius inflammat. Ignis autem si flammam non habet, nequaquam fuso lumine splendet. Flamma itaq; ignis, eius est decor, vel potestas exterior, quæ de interno eius ardore procedit, quia quod anxiè in hoc mundo adipisci desiderat, plærunque ad cumulum perditionis suæ obtinet & siue in potestate culminis, siue in diuitiis multiplicatur, quasi per exteriorem gloriam lucet. Sed non splendebit flamma ignis eius, cùm in die exitus, omnis exterior decor subtrahitur, & solo suo intrinsecus ardore concrematur. Flamma ergo ab igne subtrahitur, cùm gloria exterior ab interno eius ardore separatur. Habẽt etiam & iusti flammam ignis sui, sed nimirum quæ resplendeat, quia videlicet eorum desideria in bonis operibus lucent. Iniquorum verò flamma minimè splendet, quia per hoc quòd mala appetunt, ad tenebras pertrahuntur. Vnde & sequitur: Lux obtenebrescet in tabernaculo illius.) Si plærunque tristitiam tenebras accipimus, non immerito lucem accipere gaudium debemus. Lux ergo in tabernaculo illius tenebrescit, quia in
B eius conscientia quam malè inhabitat gaudium quod de temporalibus rebus fuerat, deficit. Vnde & aptè subiungitur:

Caput. IIII.

ET lucerna quæ super eum est, extinguetur.) Vt enim de vsu multorum loquar, lucerna lumẽ in testa est: lumen vero in testa, est gaudium in carne. Lucerna ergo quæ super eum est extinguitur: quia cùm malorum suorum retributio impium sequitur, in eius mente gaudium carnale dissipatur. Bene autem de lucerna hac non dicitur, quæ apud eum est, sed quæ super eum est: quia iniquorum mentem terrena gaudia possident, sicque eam in voluptatibus absorbent, vt super ipsam sint, non apud ipsam. Iusti autem etiam cùm prosperitatem vitæ præsentis habent, eam sub semetipsis premere nouerunt, vt hoc quod apud se in bonis hilarescunt, grauitatis consilio transeant, & virtutis regimine excedant. Lucerna ergo impij quæ super eum est, extinguitur, quia citius eius gaudium deficit, quod eum totũ in hac vita possedit. Et qui nunc malè se in voluptatibus dilatat, cum pòst in suppliciis pœna coangustat. Vnde adhuc subditur: Arctabuntur gressus virtutis eius.) Nunc enim quasi totiens virtutis suę gressus exerit, quotiens potestatis suæ violentias exercet. Sed gressus virtutis eius arctabuntur, quia vires malitiæ illius, quas nunc in voluptate sua exhibet, postmodum pœna constringit. Sequitur:

C *Quòd sapientes huius seculi in proprium sensum præcipites ruunt.*

Et præcipitabit eum consilium suum.) Habet nunc consilium omnis iniquus præsentia appetere, æterna deserere, iniusta agere, iusta deridere: sed cùm iudex iustorum iniustorúmque venerit, suo vnusquisque impius consilio præcipitatur, quia per hoc quod hìc appetere prauis cogitationibus elegit, in æterni supplicij tenebras mergitur. Quem enim hìc gloria temporalis extollit, illic sine termino pœna premit. Qui hic in voluptate lætatus est, illic perpetua vltione cruciatur. Et fit plærunque vt ipsa huius mundi prosperitas, quæ ab impiis inhianter appetitur, eorum gressus ita obliget, vt etiam cùm ad bona opera voluerint redire, vix possint: quia recta agere nõ valent: cùm huius mundi amatoribus displicere timent. Vnde agitur, vt per gloriam, quam impius ex peccato assequitur, eius adhuc peccata ampliùs multiplicentur: [quod bene Baldath exprimit, cùm subiungit:]

Quòd dignitas ad quam ambitiosè cùm culpa peruenitur, sine culpa relinqui non possit.

Immisit enim in rete pedem suum, & in maculis eius ambulat.) Qui pedes in rete mittit, non cùm voluerit eiicit. Sic qui in peccatis se deiicit, non mox vt voluerit, surgit, & qui in maculis retis ambulat, gressus suos ambulando implicat, & cùm expedire ad ambulandum nititur, nc ambulet obligatur. Sæpe nanque contingit, vt quis huius mundi delectatione D
persuasus, in eo ad honoris gloriam pertingat, vt ad desiderio rum suorum effectum perueniat, & peruenisse se ad hoc quod expetiit, lætetur. Sed quia bona mundi non habita, in amore sunt, & plærunque habita vilescunt, percipiendo discit, quàm sit vile quod expetiit. Vnde reuocatus ad mentem exquirit, qualiter sine culpa fugiat, quòd se cùm culpa conspicit adeptum: sed ipsa eum dignitas quæ implicauit tenet, & sine culpis aliis fugere non valet hoc, vbi non sine culpis peruenit. Immisit ergo in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat, quia cùm expedire nititur, tunc veraciter conspicit quàm duris nexibus tenetur. Neque enim verè obligationem nostram cognoscimus, nisi cùm euadere nitentes, quasi leuare pedes conamur. Vnde & hanc eandem obligationem aptè subiungit:

Caput. V.

TEnebitur planta illius laqueo.) Quia videlicet stringitur finis in peccato. Et quia hostis generis humani, cùm vniuscuiusque vitam in culpa obligat, ad eius mortem anxius anhelat, rectè subiungitur: Et exardescet contra eum sitis.) Antiquus quippe noster inimicus, cùm in peccato vitam illaqueat, sitit: vt mortem peccatoris bibat. Quod tamẽ & aliter intelligi potest. Nam peruersa mẽs cùm in peccatum se venisse conspicit, quadam cogitationis superficie euadere peccati laqueos quærit, sed vel terrores, vel opprobria hominum timens, eligit in æternum mori, quàm ad tempus aliquid aduersitatis perpeti. Vnde totum se vitiis inserit, quibus iam se semel obligatum sentit. Cuius ergo vsque ad finem vita in culpa constringitur, eius planta laqueo tenetur. Sed quia se quo malis obligatum pensat, eo de suo reditu desperat, ipsa iã desperatione acrius ad huius mundi concupiscentias æstuat, fit desideriorum feruor in mente, & peccatis præcedentibus irretitus animus, ad maiora etiam delicta succenditur. Vnde & subditur: Et exardescet contra eum sitis.) In eius quippe animo contra eũ sitis exardescit, quia quo agere peruersa consueuit, eo ad ebibenda mala vehementer accenditur. Impio quippe sitire, est huius mundi bona concupiscere. Vnde & redemptor noster ante Pharisæi domum hydropicum curat: & cùm contra auaritiam disputaret, scriptum est: Audiebant autem omnia hęc Pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum. *Lucæ. 16.*
Quid est ergo quòd ante Pharisæi domum hydropicus curatur, nisi quòd per alterius ægritudinem corporis, in altero exprimitur ægritudo cordis? Hydropicus quippe quo amplius biberit, amplius sitit: & omnis auarus ex potu*sitim multiplicat, quia cùm ea quæ appetit adeptus fuerit, ad appetenda alia amplius [& amplius] anhelat. Qui enim adipiscendo plus appetit, huic sitis ex potu crescit. Sequitur: **al. peccato*

Quòd honor temporalis, & amor lucri, & cætera huiusmodi, quasi esca sunt in laqueo, quibus cùm appropinquauerit improuidè errans, captus tenetur. Et quòd sit quædam adfinitas vitiorum & morum, secundum quam deceptiones suas, diabolus optimè considerat. F

Caput. VI.

ABscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam.) In terra pedica absconditur, cùm culpa sub terrenis commodis occultatur. Inimicus quippe insidians ostendit humanæ menti in terreno lucro quid appetat, & occultat peccati laqueum, vt eius animam stringat: quatenus videat quid est quod concupiscere valeat, & tamen nequaquam videat, in quo culpæ laqueo pedem ponat. Decipula verò à decipiendo vocata est. Et tunc ab antiquo hoste super semitam decipula ponitur, quando in actione huius mũdi quam mens appetit, peccati laqueus paratur, quæ videlicet non facilè deciperet, si videri potuisset. Sic quippe decipula ponitur, vt dum esca ostenditur, nequaquam ipsa à transeunte videatur. Quasi esca quippe in laqueo est, lucrum cum culpa, & huius mundi prosperitas cum iniquitate. Dum itaque à concupiscente lucrum appetitur, quasi pedem mentis apprehendit decipula, quæ non videtur. Sæpe ergo proponuntur animo cum culpa, honores, diuitiæ, salus & vita temporalis, quæ mens infirma dum quasi escam videt, & decipulã non videt, per escam quam videns appetit, in culpa constringitur,

quæ

G quæ non videtur. Exiſtunt etenim qualitates morum, quæ certis vitiis ſunt vicinæ. Nam mores aſperi, aut crudelitati, aut ſuperbiæ ſolent eſſe coniunctis: mores autem blandi, & quam decet paulo amplius latiores, nonnunquam luxuriæ & diſſolutioni. Intuetur ergo inimicus generis humani vnuſcuiuſque mores, cui vitio ſint propinqui, & illa opponit ante faciẽ, ad quę cognoſcit facilius inclinari mentem: vt blandis ac lætis moribus ſæpe luxuriam, nõnunquam vanam gloriam: aſperis vero mentibus iram, ſuperbiam vel crudelitatem proponat. Ibi ergo decipulam ponit, vbi eſſe ſemitam mentis conſpicit: quia illic periculum deceptionis inſerit, vbi viam eſſe inuenerit propinquæ cogitationis. Et quia peruerſus homo omne quod facit, etiam pati metuit: atque hoc ſibi ab omnib⁹ fieri æſtimat, quod ipſe omnibus quibus valet, parat, rectè ſequitur: Vndiq; terrebunt eum formidines.) Tales enim contra ſe omnes eſſe ſuſpicatur, qualis ipſe eſſe contra omnes nititur. Quæ nimirum formidines quid in eius actione faciant, ſubinfertur, cùm dicitur: Et inuoluent pedes eius.)

Æſtutia inimici.

Caput. VII.

PEdes quippe ſi inuoluti fuerint, greſſus liberos habere non poſſunt, & nullum carpere iter valent: quia ſua eos inuolumenta retinent. Praua itaque deſideria ad peſſimam actionem trahunt, ſed peſſima actio reſtringit in formidine. Quæ videlicet formido inuoluit pedes, ne in rectam exire valeant actionem. Et ſæpe contingit, vt ideirco quiſque bonus eſſe metuat, ne hoc à prauis ipſe patiatur, quod ſe bonis ceſſiſſe reminiſcitur: dumq́ue hoc pati quod fecit metuit, vndiq; territus vndique ſuſpectus, quaſi pedes inuolutos habet: qui timore irretitus, nil liberè agere prævalet, quia in bono opere quaſi inde greſſum perdidit, vnde ad mala quæ concupierat exceſſit. Sequitur: Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat coſtas illius.) Scripturæ ſacræ more, optare videt quod futurum prævidet, ſcilicet non maledicentis animo, ſed prædicentis: Omnis itaque homo, quia ex anima & carne conſiſtit, quaſi ex robore & infirmitate cõpoſitus eſt. Ex ea enim parte qua ſpiritus rationalis eſt conditus, non incongruè dicitur robuſtus: ex ea verò qua carnalis, infirmus eſt. Robur ergo eſt hominis anima rationalis, quæ impugnantibus vitiis reſiſtere per rationem valet. Vnde & ſuperius per beatum Iob dictum eſt: Roborasti eum paululum, vt in perpetuum pertranſiret. Ex rationali quippe anima habet homo, vt in perpetuum viuat. Huius ergo iniqui robur fame attenuatur, quia eius anima nulla interni cibi refectione paſcitur. De qua ſcilicet fame deus per Prophetam loquitur: Emittam famem in terram, nõ famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum domini. Bene autem ſubditur: Et inedia inuadat coſtas illius. Coſtæ enim viſcera conſtringunt, vt latentia intrinſecus earum ſoliditate muniantur. Coſtæ ergo vniuſcuiuſque ſunt ſenſus animi, qui latentes cogitationes muniunt. Inedia igitur inuadit coſtas, quando omni ſpiritali refectione ſubtracta, ſenſus mentis deficiunt, & cogitationes ſuas regere, vel tueri nõ poſſunt. Inedia inuadit iniqui coſtas: qa fames interna ſenſus mẽtis extenuat, vt cogitationes ſuas nullatenus regant. Nã dum ſenſus mentis obtuſi fuerint, cogitationes ad exteriora prodeunt, & quaſi coſtis infirmantibus, ea quæ in occulto ſana latere potuerant, foras viſcera funduntur. Vnde fit vt cogitationibus exterius ſparſis, exterioris gloriæ ſpecie deceptus appetat animus, nihil, diligatq́ue niſi quod pulchrum foris viderit. Contra quem adhuc aptè ſubiungitur:

H

I

Amos. 8.

Apoca. 20.

Quòd primogenita mors, ſit ſuperbia. Et quòd multi diuites poſſent habere ſine culpa opes & gloriam, ſi hæc cum humilitate haberent.

Caput. VIII.

DEuoret pulchritudinem cutis eius, & conſumat brachia illius primogenita mors.) Pulchritudo cutis, eſt gloria temporalis, quæ dum foris concupiſcitur, quaſi ſpecies in cute retinetur. Brachiorum verò nomine non incongruè opera deſignantur, quia corporale opus brachiis agitur. Quid autem mors niſi peccatum eſt, quod ab interiore vita animam occidit? Vnde ſcriptum eſt: Beatus & ſanctus, qui habet partem in reſurrectione prima, quia ille pòſt in carne fœliciter reſurget, qui in hac vita poſitus, à mentis ſuæ morte reſurrexerit. Si igitur peccatũ mors, non incongruè primogenita mors, ſuperbia valet intelligi, quia ſcriptum eſt: Initium omnis peccati, ſuperbia. Pulchritudinem igitur cutis eius, & brachia illius primogenita mors deuorat: quia iniqui gloriam vel operationem, ſuperbia ſupplantat. Potuit enim etiam in hac vita ſine culpa glorioſus exiſtere, ſi ſuperbus minimè fuiſſet: potuit auctoris ſui iudicio, quibuſdam ſuis operibus cõmendari, niſi hæc ipſa opera ante eius oculos elatio ſupplantaret. Sæpe enim quoſdam diuites videmus, qui opes & gloriam habere ſine culpa potuiſſent, ſi hæc habere cum humilitate voluiſſent. Sed extolluntur rebus, inflantur honoribus, dedignantur cæteros, omnemq́ue vitæ ſuæ fiduciam in ipſa abundantia rerum ponunt. Vnde & quidam diues dicebat: Anima habes multa bona repoſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare. Quas cogitationes dum ſuperna iudex aſpicit, de ipſa hac eũ ſua fiducia euellit. Vnde hìc quoque aptè ſubditur:

Luc.

Luc.

Quòd poſſunt eſſe corda ſanctorum ſine regno peccati, licèt ſine peccato non poſſint.

Euellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius, & calcet ſuper eum quaſi rex interitus.) Hoc loco interitus nomine, ipſe hoſtis generis humani, qui interitum intulit, deſignatur: qui per ſuum quendam ſatellitem exprimitur, de quo ad Ioannem dicitur: Nomen illi mors. Iſte itaque interitus, in die exitus quaſi rex ſuper impium calcat: quia quem prius blandis perſuaſionibus decepit, ad extremum violentis nexibus ad ſupplicium rapit: tantoq́ue eum durius deprimit, quãto in prauis actibus vehementius adſtringit. Qui hìc quoque reprobi mentem ea poſſidet, calcat: quia quotiens eã delectationibus preſſit, quaſi totiens ſuper eam pedes ſuæ tyrannicæ dominationis poſuit.

Act. 1.

Caput. IX.

SI verò interitus nomine non apertè diabolus, ſed peccatum debet intelligi, ex quo contingit reprobos ad interitum trahi: talis nimirum interitus quaſi rex calcat mentem, cùm eam non reſiſtentem poſſidet. Non enim poteſt in hac vita homini poſito, tentatio deeſſe peccati: ſed aliud eſt peccato tentanti reſiſtere, aliud dominanti ſeruire. Iniquus autem quiſque, quia reſiſtere peccati ſuaſionibus neſcit, ſubigari autem eius dominio non pertimeſcit, rectè de eo dicitur: Calcet ſuper eum quaſi rex interitus. Huius quippe interitus regnum à diſcipulorum cordibus repellebat Apoſtolus, cum dicebat: Non regnet peccatũ in veſtro mortali corpore. Non enim ait, non ſit, ſed non regnet: quia non eſſe non poteſt, ibi autem regnare in cordibus bonorum poteſt. Quia ergo cùm quælibet culpa cor iniqui pulſauerit, reſiſtens illud non inuenit, ſed ſuo dominio ſubſternit, dicatur rectè: Euellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius, & calcet ſuper eum quaſi rex interitus. De tabernaculo ſuo ergo fiducia eius euellitur, quando peruerſus quiſque, qui multa ſibi ad votum in hac vita parauerat, repentina morte diſſipatur. Et calcat ſuper eũ quaſi rex interitus, quia vel hic vitiis premitur, vel mortis ſuæ tempore per hoc q̃ ad ſupplicia rapitur, poteſtati dæmonicæ ſubiugatur. Quod idcirco ita in reproborum mentibus agitur, quia dũ occaſio perpetrandi peccati deeſt, deſideriorum cogitationes eorum cordibus nullatenus deſunt. Et cùm ſemper diabolum ſequantur in opere, valde tamen ſe illi obligant in cogitatione. Prius ergo culpa in cogitatione eſt, poſtmodum vero in opere. Vnde filiæ Babylon dicitur: Deſcende, ſede in pulvere virgo filia Babylon, ſede in terra. Cùm enim ſemper pulvis terra ſit, non tamen terra ſemper eſt pulvis. Quid ergo per pulverem, niſi cogitationes debemus accipere? Quæ dum importunè, ac ſilenter in mente evolant, eius oculos excæcant. Et quid per terram, niſi terrena actio deſignatur? Et quia reproborum mens prius ad prava cogitanda deiicitur, & poſtmodum ad facienda: rectè filiæ Babylon, quæ ab internæ rectitudinis iudicio deſcendit, per ferientem ſententiam dicitur, vt prius in pulvere, & pòſt in terra ſedeat: quia niſi ſe in cogitatione proſterneret, in malo opere non inhæreret. Sequitur: Habitent in tabernaculo illius ſocij eius qui non eſt.) id eſt, in mente eius, apoſtatæ angeli per cogitationes nequiſſimas conuerſantur, eius videlicet ſocij, qui idcirco iam non eſt, quia à ſumma eſſentia receſſit: & per hoc quotidie exco-

A die exercescente defectu quasi ad non esse tendit, quo semel ab eo qui vere est, occidit: qui rectè quoque non esse dicitur, quia bene esse perdidit, quanuis naturæ essentiam non amisit.

Quòd peccatum congruè incendio sulphuris comparetur, quod fœtet & ardet.

Caput. X.

ADhuc tamen easdem iniqui cogitationes subtilius exprimens subiungit, dicens: Aspergatur in habitaculo eius sulphur.) Sulphur quid aliud quàm fomentum ignis est? Quod tamen sic ignem nutrit, vt fœtorem grauissimum exhalet. Quid itaque in sulphure nisi peccatũ carnis accipimus? Quod dũ peruersis cogitationibus quasi quibusdam fœtoribus mentem replet, æterna ei incendia præparat, & dũ fœtoris sui nebulam in mente reproba dilatat, contra eã flammis subsequentibus quasi nutrimẽta subministrat. Nam quia per sulphur fœtor carnis accipitur, ipsa sacri eloquij historia
Gene. 19. testatur, quæ cõtra Sodomam ignem & sulphur pluisse dominum narrat. Qui cùm carnis eius scelera punire decreuisset, in ipsa qualitate vltionis notauit maculã criminis. Sulphur quippe fœtorem habet, ignis ardorem. Qui itaque ad peruersa desideria ex carnis fœtore arserant, dignum fuit vt simul igne & sulphure perirent: quatenus ex iusta pœna discerẽt, ex iniusto desiderio quid fecissent. Hoc ergo in tabernaculo iniqui sulphur aspergitur, quotiens peruersa carnis delectatio in eius mente dominatur. Quem quia indesinenter prauæ cogitationes possident, eumque ferre bonis operis fructum vetãt, rectè
B subiungitur: Deorsum radices eius siccentur, sursum autem atteratur messis eius.) Quid nanque radicum nomine, quæ in occulto sitæ sunt, & germen in apertum ferunt, nisi cogitationes accipimus, quæ dum non videntur in corde, visibilia opera producunt? Vnde & messis nomine, eadem aperta operatio signatur, quæ videlicet ex latenti radice producitur. Et quia omnis iniquus prius in cogitationibus tentationum aresci t, & postea à bonis actibus deficit, rectè per Baldath dicitur: Deor sum radices eius siccentur, sursum autem atteratur messis eius. Quia dum prauus quisque cogitationes suas in infimis rebus ponit, & sempiternæ viriditatis gaudia appetere negligit, quid aliud quàm radices suas deorsum siccari permittit? Cuius sursum messis atteritur: quia omnis eius operatio à superno iudicio quasi nihilum deputatur, etiã si ante humanos oculos bona videatur. In imo itaq; radices sunt, & superius messis: quia hic prius bonas cogitationes mittimus, vt quandoque bonorum operum fructum percipere in æterna retributione mereamur. Sed iniquus quisq; cùm bonas cogitationes deserit, & ad ea quæ sunt exterius semetipsum fundit, deorsum siccantur radices eius. Sursum verò messis eius atteritur: quia qui hic sterilis persistit, post hanc vitam ad nulla præmia vocatur.

Sequitur:

De Antichristi damnatione, & de persecutione quam facturus est, & de morte Enoch & Heliæ. *Cap. XI.*

C MEmoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis.) Intuendum est nobis, quia sic Baldath Suites de vnoquoq; iniquo loquitur, vt latenter ad caput omnium iniquorum eius verba vertãtur. Caput quippe iniquorum diabolus est. Ipse quippe in vltimis tẽporibus illud vas perditionis ingressus, quod Antichristus vocabitur, qui nomen suum longè lateque diffundere conatur. Quod nunc vnusquisque imitatur, cùm de memoria terreni nominis, gloriam laudis suæ extendere nititur, atq; opinione transitoria lætatur. Sic ergo hæc verba intelligantur de vnoquoque iniquo, vt referri quoque debeant ad ipsum specialiter caput iniquorum. Dicat itaque: Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis. Plateæ quippe appellatione Græca, à latitudine sunt vocatæ. Memoriam verò suam in terra statuere Antichristus conatur, cùm in terrena gloria appetit, si esset possibile, in perpetuum permanere. Nomen suum in plateis celebrari gaudet, cùm longè lateque operationẽ suæ iniquitatis extendit. Sed quia diu hæc eius iniquitas non finitur extolli, dicatur: Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis, id est, citius laudẽ terrenę potestatis amittat, & omne gaudium sui nominis perdat, quod lõgè lateque in breui temporis prosperitate diffuderat.

Sequitur: Expellet eũ de luce in tenebras.) De luce ad D
tenebras ducitur, cùm de honore vitæ præsentis ad supplicia æterna damnatur. Vnde & apertius subditur: Et de orbe trãsferet eum.) De orbe quippe transfertur, cùm superno apparente iudice, de hoc mundo tollitur, in quo peruersè gloriatur. Qui pro eo quòd cum omnibus sequacibus suis, fine mũdi interueniente, damnabitur: rectè subiungitur: Non erit 1. Thes. 2.
semen eius neque progenies in populo suo, nec vllæ reliquiæ in regionibus eius.) Scriptum quippe est, quia dominus Iesus interficiet eum spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. Dum ergo eius iniquitas cum mundi statu terminatur, progenies eius in populo suo non relinquetur: quia & ipse & eius populus cum eo ad supplicium pariter vrgetur: & omnes iniqui qui de eius puersa persuasione in prauis actionib⁹ nati sunt, illustratione aduentus domini, æterno interitu cum eodẽ suo capite ferientur. Ac nulla eius progenies in mundo remanet: quia districtus iudex iniquitates illius cum ipso mundi fine concludit. Quòd vero hæc apertè de Antichristo intelligi debeant, demonstratur cùm subditur:

Caput. XII.

IN diebus eius stupebũt nouissimi, & primos inuadet horror.) Tanta enim tunc contra nos iniquitate effrenabitur, vt etiam electorum corda nõ paruo pauore feriãtur. Vnde Mat. 24.
scriptum est: Ita vt in errorem inducantur, si fieri potest etiam electi. Quod videlicet dicitur, non quia electi casuri sunt, sed magnis terroribus trepidaturi. Tunc verò contra eum certamen iustitię, & nouissimi electi habere narrãtur & primi: quia scilicet & hi qui in fine mundi electi reperiũtur, in morte carnis prosternendi sunt: & illi etiam qui à prioribus mundi par- E
tibus processerunt, Enoch scilicet & Helias ad medium reuocabuntur, & crudelitatis eius sæuitiã in sua adhuc mortali carne passuri sunt. Huius vires in tantam potestatem laxatas, nouissimi obstupescunt, & primi metuunt: quia licet iuxta hoc quòd spiritu superbiæ subleuatur, omnem temporalẽ eius potestatem despiciunt: iuxta hoc tamen, quòd ipsi adhuc in carne mortali sunt, in qua cruciari temporaliter possunt, ipsa quę fortiter tolerant, supplicia perhorrescunt: ita vt in eis vno eodemque tempore & constantia ex virtute sit, & pauor ex carne: quia etsi electi sunt, vt tormentis vinci nequeant: per hoc tamen quòd homines sunt, & ipsa metuunt tormẽta, quæ vincunt. Dicatur ergo: In diebus eius stupebunt nouissimi, & primos inuadet horror: quia videlicet tanta tunc signa monstraturus, & crudelia ac dura facturus est, vt ad stuporẽ perducat, quos in fine mundi inuenerit, & priores patres qui in eius expugnationem seruati sunt, carnalis mortis dolore transfigat. Igitur quia de iniquis omnibus, vel de ipso iniquorum capite multa narrauit, generali mox diffinitione subiungit: Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus eius, qui ignorat deum.) Superius enim dixerat: Expellet eum de luce ad tenebras, & de orbe transferet eum. Cuius cùm mala subiungeret, adiunxit: Hæc sunt tabernacula iniqui, & iste locus eius, qui ignorat deum: videlicet indicans, quia is qui nũc deum igno- F
rando extollitur: tunc ad propria tabernacula peruenit, quando eum sua iniquitas in supplicia demergit: & locum suũ quãdoque inuenit tenebras, qui dum hic de falsa gauderet luce iustitiæ, locum tenebat alienum. Peruersi enim in omne quod per simulationem faciunt, nomen gloriæ iustorum, quasi locum occupare alienum nituntur. Sed ad locum suũ tunc perueniunt, cùm iniquitatis suæ merito, perpetuo igne cruciantur. Hic nanque per omne quod agunt, percipiẽdæ laudis desiderio seruiunt: & per imaginem bonorum operum, sinũ mẽtis ad auaritiam extendunt. Eat igitur nunc iniquus, & multis apparatibus tumidus, sua hic habitacula cõstruat, nomen gloriæ extendat, plura * multiplicet, seque abundantibus opibus *al. ywra.
delectet: cùm verò ad supplicia æterna peruenerit, perfectè cognoscet, quia hæc sunt tabernacula iniqui, & iste locus eius, qui ignorat deum. Rectè verò hęc Baldath dixerat: sed cui diceret, ignorabat. Vehementer autem iustum cor affligitur, quando contra illud sententiæ ex iniusta æstimatione proferuntur. Vnde beatus Iob protinus respondit, dicens:

Universidad de Deusto Biblioteca

G Caput. XIX. textus, sed moralis expositionis, Caput. XIII.

RESpondés autẽ Iob, dixit: Vsq; quo affligitis animam meam, & atteritis me sermonibus? En decies confunditis me, & non erubescitis opprimentes me. Nempe & si ignoraui, mecum erit ignorantia mea. At vos contra me erigimini, & arguitis me opprobriis meis. Saltem nũc intelligite, quia deus nõ æquo iudicio afflixerit me, & flagellis suis me cinxerit. Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet. Vociferabor, & non est qui iudicet. Semitam meã circunsepsit, & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit. Spoliauit me gloria mea & abstulit coronam de capite meo. Destruxit me vndique, & pereo, & quasi euulsæ arbori abstulit spem meam. Iratus est contra me furor eius, & sic me habuit quasi hostem suum. Simul venerũt latrones eius, & fecerũt sibi viã per me, & obsederunt in gyro tabernaculũ meũ. Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerant, obliti sunt mei. Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus
H fui in oculis eorum. Seruum meum vocaui, & non respõdit, ore proprio deprecabar illum. Halitum meum exhorruit vxor mea, & orabam filios vteri mei. Stulti quoque despiciebant me: & cùm ab eis recessissem, detrahebant mihi. Abominati sunt me quondã cõsiliarij mei, & quem maximè diligebã, auersatus est me. Pelli meæ, consumptis carnibus adhæsit os meum, & derelicta sunt tãtummodo labia circa dentes meos, miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus domini tetigit me. Quare persequimini me sicut deus, & carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat, vt scribãtur sermones mei? Quis mihi det vt exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circũdabor pelle mea, & in carne mea videbo deum. Quem visurus sum egoipse, & oculi mei cõspe-
I cturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Quare ergo nunc dicitis, persequamur eum, & radicem verbi inueniamus contra eum? Fugite ergo à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est, & scitote esse iudicium.

VSquequo affligitis animam meam, & atteritis me sermonibus?) Sancti viri eloquia, vt sæpe iã diximus, aliquando ex persona propria, aliquando verò ex voce capitis, aliquãdo autẽ ex typo sunt vniuersalis Ecclesiæ sentiẽda. Valde verò affligitur anima iustorũ, quando illi cõtra bonos districtas sententias intorquent, qui bene viuere ignorãt: & ex voce sibi iustitiam vendicant, quã moribus impugnant. Vnde amicis beati Iob, vt sæpe iam diximus, hæreticorum typum tenentibus: rectè ab eodem respõdetur: Vsquequo affligitis animã meã, & atteritis me sermonibus? Atteruntur enim boni sermonibus iniquorũ, quando cõtra eos illi in verbis tument: qui aut in peruersa fide, aut in prauis moribus iacent.

Sequitur: En decies confunditis me.) Numeratis vicibus locutionũ amicorũ Iob, adhuc nisi quinquies locutos eos cognoscimus: sed propter hoc quòd ab eis quinquies increpationes audierat, quorũ increpationibus quinquies ipse respõdit, decies se perhibet esse confusum: quia & in eo grauiter laborauit, quòd frustra increpatus est: & in eo cõfusionem pertulit, quòd verba doctrinæ non audientibus dixit. Itaq; cùm audiens taceret, & cùm loquens non audiretur, ipse laborem pertulit: qui & tacendo patienter, & eis loquendo inutiliter, cordis dolorem sensit. Vnde & superius dicit: Quid agã? Si lo- K
cutus fuero, non quiescit dolor meus: & si tacuero, non recedit à me. Sin verò ad typũ sanctæ Ecclesiæ hæc verba referimus, liquet quod magnum eius est gaudium, seruare decalogi præcepta. Sed hãc peruersi decies confundũt, quia per omne quod peccant prauis suis moribus, decalogi præcepta relinquunt, & toties bonis confusionem faciunt, quoties in suis actibus diuinis vocibus obsistunt. Sequitur: Et non erubescitis opprimentes me.) Sunt nonnulli quos ad perpetrandam nequitiam oborta subita malitia inuitat, sed tamen humana verecũdia reuocat. Et plærunque per hoc quòd exterius erubescunt, ad interiora sua redeunt, & contra se internum iudicium sumunt: quia si propter hominem mala facere metuunt, quanto magis propter deum qui cuncta inspicit, nec appetere mala debuerunt? In quibus fit, vt mala maiora corrigant per bona minima, scilicet per exteriorem verecundiam, interiorem culpam. Et sunt quidam qui postquam deum in mente contempserint, multo magis humana iudicia spernunt: atque omne malum quod appetunt, audacter peragere non erubescunt. Quos ad perpetrandum malum occulta iniquitas inuitat, & nulla aperta verecundia retardat, sicut & de quodam iniquo iudice dicitur: Deum non timebat, & hominem non verebatur. Hinc est etiam quod de quibusdam impudenti frõte peccantibus dictum est: Et peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt. Plærunque ergo tales sunt aduersarij sanctæ Ecclesiæ, qui à perpetrãdis malis, nec timore domini, nec hominum pudore refrenantur. Quibus bene per beatum Iob dicitur: Et non erubescitis opprimentes me: quia etsi prauum fuit mala voluisse, peius est malè appetita non erubescere. Sequitur: Nempe & si ignoraui, mecum erit ignorantia mea.) Habent hoc hæretici proprium, vt de inani scientiæ suæ arrogantia inflentur: & rectè credentium simplicitatem sæpe deridеant, & nullius esse meriti vitam humilium ducant.

Caput. XIIII.

AT contrà sancta Ecclesia in omne quod veraciter sapit, sensum suum humiliter deprimit, ne scientia inflетur, ne in requisitione occultorum tumeat: & perscrutari aliqua quæ vltra vires sunt illius, præsumat. Vtile etenim studet nescire, quæ perscrutari non valet, quàm audacter definire quę nescit. Scriptũ quippe est: Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Dulcedo etenim mellis si plusquã necesse est, sumitur: vnde delectatur os, inde vita comedẽtis nocatur. Duleis quoque est requisitio maiestatis: sed qui plus licet scrutari appetit, quam humanitatis cognitio permittit, ipsa hunc eius gloria opprimit: quia velut immoderatè mel sumptum, perscrutantis sensum dum nõ capitur, rũpit. Nobiscum vero esse dicitur, quod pro nobis est. Et rursum, non nobiscum esse dicitur, quod contra nos est. Quia ergo scientia sua hæretici cor inflat: fideles autem cognitio ignorantiæ suæ humiliat, dicat beatus Iob voce sua: dicat etiam cõfessione vniuersalis Ecclesiæ: Nempe & si ignoraui, mecũ erit ignorãtia mea. Ac si apertè hæreticis dicatur: Omnis vestra scientia vobiscum non est: quia contra vos est, dum stulta elatione vos erigit. Mea vero ignorãtia mecum est, quia pro me est: quoniã dum perscrutari de deo aliquid superbè non audeo, in veritate me humiliter seruo. Et quia hæc ipsa hæretici quæ scire quærunt, ad vsum solius elationis arripiunt: vt contra fideles & humiles docti videantur: rectè subiungitur: At vos contra me erigimini.) Sed hæc fortasse melius verba perpẽdimus, si ipsis specialiter amicis beati Iob quemadmodum congruant, demonstremus. Ipsi etenim percussum iustum videntes, ad sua mala redire debuerunt: & nequaquam beatum Iob verbis increpationis premere, sed se deflere: quia si sic percussus fuerat, qui ita seruiebat, qua vltione feriri merebantur, qui non ita seruierant? Quibus bene dicitur: At vos contra me erigimini. Ac si eis apertius dicatur: Qui erigi contra vosmetipsos, ex mea percussione debuistis.

Quòd prius mundandi sunt hi, per quos aliorum peccata mundantur: Et quid sit, quòd omnis Israel cùm ad vlciscendum scelus Beniamin, iubente domino ascendisset, semel & iterum cæsus est, & sic demum tertiò victor extitit. Caput. XV.

Ordo

A ORdo quippe erectionis in bono iste est, vt primum contra nos, postmodum contra malos erigamur. Nã qui contra bonos erigitur, per superbiã inflatur. Cõtra nosmetipsos enim erigimur, quando mala propria recognoscentes, districta nosmetipsos pœnitentiæ vltione ferimus, quando nequaquam nobis in peccatis parcimus, & nullis ergà nos cogitationum blandimentis inclinamur. Qui si districtè prius nostra in nobis mala insequimur, iustum quoque est, vt etiam contra aliena mala vtiliter erigamur: & ea quæ in nobis punimus, etiam in aliis redarguendo superemus. Sed hanc erectionem mali nesciunt, quia se relinquunt, & bonos impetũt. Sibi se intra conscientiã suã mollitie blandæ adulationis inclinant, & contra bonorum vitam districtione asperitatis erigũtur. Vnde amicis beati Iob in eius flagello tumentibus, rectè nunc dicitur: At vos contra me erigimini, id est, vosmetipsos redarguendos relinquitis, & me districtis sententiis increpatis. Qui enim semetipsum prius nõ iudicat, quid in alio rectũ iudicet, ignorat. Etsi nouit fortasse per auditũ quod recte iudicare debeat: rectè tamẽ iudicare aliena merita nõ valet, cui cõscientia innocentiæ propriæ nullam iudicij regulam præbet. Hinc est enim quòd insidiantibus quibusdam, & puniendam adulteram deducẽtibus dicitur: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Ad aliena quippe punienda peccata ibant, & sua reliquerant. Reuocantur itaque intus ad conscientiam, vt prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant. Hinc est quòd cùm tribus Beniamin in carnis scelere fuisset obruta: collectus omnis Israël vlcisci iniquitatem voluit, sed tamen semel & iterum in belli certamine ipse prostratus est. Consulto autem domino si ad vlciscendum ire debuissent, iussum est. Qui iuxta diuinæ vocis imperiũ perrexit, & semel, & secundò perdidit, & tunc demũm peccatricem tribum valde feriens penè funditus extinxit. Quid est quòd in vltionem sceleris inflammatur, & tamen prius ipse prosternitur, nisi quòd prius ipsi purgandi sunt, per quos aliorum culpæ feriuntur: vt ipsi iam mundi per vltionem veniãt, qui aliorum vitia corrigere festinant. Vnde necesse est, vt cùm contra nos vltio diuini examinis cessat, nostra seipsam conscientia reprehendat: atque ad lamenta pœnitentiæ ipsa se contra semetipsam erigat, nec cõtra bonos elata & sibi humilis, sed cõtra se rigida sit, bonis verò omnibus submissa. Superbis ergo corripientibus, rectè nunc dicitur: Caput. XVI.

Ioan. 8.

AT vos cõtra me erigimini, & arguitis me opprobriis meis.) Omnes elati graue esse opprobrium deputant mala temporalia: & tanto vnumquemque esse à deo despectum credunt, quanto hunc afflictum percussionis flagello conspiciunt. Nil etenim in moribus, nil in actibus quæ-
C runt: sed quoslibet in hac vita percussos viderint, esse iam diuino iudicio damnatos arbitrantur. Vnde bene nũc beati Iob voce dicitur: Et arguitis me opprobriis meis: quia hi qui eum iustum ante flagella nouerant, iniustum esse ex ipsa iã sua percussione iudicabant. Vnde & sæpe hæretici, quia affligi quosdam intra sanctam Ecclesiam vident: scriptum quippe de deo est: Flagellat omnem filium quem recipit: tribulationes fidelium, non nisi ex peccato esse suspicantur, seque ideo iustos credunt: quia in prauitatis suæ sensu dimissi, sine flagello duruerunt. Sequitur:

Hebr. 12.

Quòd ideo non iusto dei iudicio se dicat afflictum, quia apud se afflictionis causam non inueniebat: non attendens flagello merita augeri, non peccata puniri.

Saltem nunc intelligite, quia deus non æquo iudicio afflixerit me.) O quàm durum sonat vox iusti verberibus afflicti: quam tamen non elatio, sed dolor expressit. Sed iustus nõ est, qui iustitiam in dolore deserit. Beatus autem Iob, quia mite cor habuit, nec in dura voce peccauit. Nam si hunc peccasse in hac voce dicimus, impleſſe diabolum astruimus quod proposuit, dicens: Tange os eius & carnem, si non in faciem benedixerit tibi. Grauis itaque quæstio oritur: Si etenim non peccauit in eo quod dicit: Saltem nunc intelligite, quia deus non æquo iudicio afflixerit me: deum, quod dici nefas est, iniustè egisse aliquid consentimus. Si verò peccauit, diabolus de illo quod promisit exhibuit. Astruendum est igitur, quia & deus rectè circa beatum Iob egerit: & tamen beatus Iob ex eo quòd dicit se non iusto dei iudicio afflictum, mẽritus non
D sit: & antiquus hostis in eo quod de beati viri promiserat culpa, mentitus sit. Nonnunquã nanq; ideo praua creditur verba bonorum, quia interiori sua intelligentia minimè pensantur. Beatus enim Iob vitam suam attenderat: & ea quæ patiebatur, flagella pensãbat; & videbat æquum non esse, vt ad talem vitam talia flagella reciperet. Et cùm dicit nõ æquo se iudicio afflictum, hoc libera voce locutus est, quod in secreto suo dominus de illo aduersario eius dixerat: Commouisti me aduersus eum, vt affligerẽ eum frustra. Quod enim dicit deus, quia frustra beatum Iob afflixerit, hoc rursum beatus Iob asserit, quia non æquo iudicio à domino sit afflictus. In quo itaque peccauit, qui à sententia auctoris sui in nullo discrepauit?

Cur nõnũquã praua credantur verba bonorum.

Caput. XVII.

SEd fortasse aliquis dicat, id nos de nobis bonum dicere, quod de nobis in occulto iudex dixerit, sine peccato esse non posse. Nã quem iustus iudex laudat, esse hunc iure laudabilẽ non dubitatur. At verò si se ipse laudauerit, iam eius iustitia laude digna esse nõ creditur. Quod videlicet rectè dicitur: si quod iudex iustus per æquam sententiã perhibet: hoc de se is de quo agitur, præsumat pòst dicere per elatã mẽtem. Nam si ipse quoque in humili cogitatione permanens, exigẽte causa vel dolore, bona de se veracia dixerit, intãtum à iustitia non recesserit, inquãtum à veritate nullo modo discrepauit. Vnde Paulus quoq; apostolus multa de se fortia pro discipulorum suorum ædificatione narrauit: sed hæc narrãdo minimè deliquit: quia à veritatis tramite, & attestatione certa & corde humili non recessit. Iustã itaque beatus Iob vitam suã sentiẽs,
E dicat nõ se esse iusto iudicio afflictum. Nec peccat in hac voce, in qua non discrepat ab auctore, quia is quem deus frustra percussit, ipse quoque semetipsum asserit, nõ iusto iudicio afflictum. Sed rursus alia quęstio oritur, quã iam in huius operis memini exordio solutam, cùm omnipotẽs deus frustra nil faciat, cur beatum Iob frustra se afflixisse testetur? Iustus enim cõditor noster tot verberibus in beatum Iob, non vitia illius curauit extinguere, sed merita augere. Aequũ ergo fuit quod fecit per augmentum boni meriti: non tamen videbatur æquũ, quòd causas credebatur punire peccati. Beatus autẽ Iob peccata sua illis flagellis deleri credidit, non merita augeri: & idcirco non æquum iudicium vocat, quia vitã suam cum flagellis examinat. Ergo si vita & flagella pensantur, nõ æquum fuit quod beatus Iob, sicut dixi, per iram districtionis sibi fieri credidit. Si vero misericordia iudicis attenditur, quia per pœnam iusti viri vitæ eius merita cumulantur, æquum vel potius misericors iudicium fuit. Igitur & vera Iob dixit, dum vitam cum flagello pensauit, & deus non iniusto iudicio Iob af-
F flixit, quia merita ex flagello cumulauit: & diabolus quod promiserat, non impleuit: quia beatus Iob inter verba quæ durum sonant, à vera sententia & mente humili non recessit. Sed hæc afflicti verba minus fortasse intelligimus, nisi sententiam iudicis cognoscamus. Qui cùm inter vtrasque partes sententiam daret, dicit amicis Iob: Non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob. Quis ergo stulta mente beatum Iob in locutione sua peccasse fateatur, dum ipsa voce iudicis rectè locutus asseritur? Quam quidem vocem si ad personam sanctæ Ecclesiæ referamus, infirmis eius membris non incongruè aptamus, quæ persecutionis eius tempore dum & merita illius & flagella considerant, quia iniustos florere conspiciunt, & iustos interire: hoc iustum esse nullatenus suspicantur. Bene autem beati viri voce subditur:

Obiectio.

Solutio.

Quomodo liceat alicui bona de seipso dicere.

Alia quæstio.

Caput. XVIII.

ET flagellis suis me cinxerit.) Aliud quippe est flagellis percuti, aliud cingi. Flagellis nanque percutimur, cùm consolationem & in doloribus ex rebus aliis habemus. Nam cùm tanta nos afflictio deprimit, vt ex nullius rei consolatione respirare animus possit: non iam flagellis solummodo ferimur, sed etiam cingimur: quia tribulationum verbere ex omni parte circundamur. Cinctus enim flagellis Paulus fuerat, cùm dicebat: Foris pugnæ, intus timores. Cinctus flagellis fuerat, cùm dicebat: In periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, &c. quæ ita enumerat, vt nusquam se habuisse requiem ostendat. Sancta verò Ecclesia cùm tribulationum suarum

2. Corin. 7.

2. Cor. 11.

G flagellis cingitur, in ea infirmi quique in pusillanimitatis casu
al. despectos. rediguntur: ita vt se eo iam desperatos* existimant, quo exaudiri se tardius vident. Rectè adhuc etiam ex eorum typo sancti viri voce subiungitur: Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet: vociferabor, & non est qui iudicet.) Omnipotens deus quid nobis profuturum esse valeat sciens, dissimulat exaudire dolêtium vocem, vt augeat vtilitatem, vt purgetur vita per pœnam, & quietis tranquillitas quæ hic inueniri non valet, alibi quæratur. Sed hanc dispensationis gratiam, nonnulli etiam fidelium ignorant. Ex quorum etiam persona nunc dicitur: Ecce clamabo vim patiens, & nemo exaudiet: vociferabor, & non est qui iudicet. Non est enim qui iudicet dicitur, quando iudicare dissimulat ipse qui est, quia causam nostram contra aduersarium, præter eum qui iudicet non est. Nec tamen hoc sine iudicio est, quòd iudicium differtur: quia cùm hæc beatus Iob diceret, & sancti viri merita, & aduersarij pœna crescebat. Hoc ipsum ergo iudiciũ differre iudicis est. Sed aliud est quod iustè intrinsecus disponit deus, aliud quod foris flagellis attritus expetit animus. Vnde adhuc de ipsa verberum depressione subiungit:

Quòd electi nonnunquam ignorantia vel infirmitate peccant, sed ad amissam iustitiam per pœnitentiam redeunt.

H Semitam meam circunsepsit, & transire non possum, & in
al. verberibus. calle meo tenebras posuit.) Circunseptam vepribus* semitam suam vidit, cùm transire ad securitatem cupiens, euadere flagella non potuit. Et quia se percuti aspexit, nec tamen percussione dignam vitã in semetipso reperit, quasi in calle cordis, ignorantiæ suæ tenebras inuenit: qui cur ita flagellaretur penetrare non potuit. Quod ad infirma quoque membra sanctę Ecclesiæ non incongruè refertur, quando per hoc quod praue se egisse meminerunt, à bono quoque opere retardantur, & ex infirmitate propria timidi, bona contra hæc fortia aggredi nõ præsumunt. Timent enim magna bona incipere, qui se in suis actibus infirmos esse meminerunt. Et cùm plærunque etiam bonum quod eligant nesciunt, quasi in calle suo positas tenebras perhorrescunt. Nam sæpe ita de suo opere fit animus incertus: vt ignoret omnino quid virtus, quid culpa sit. In calle ergo suo tenebras inuenit, qui in his quæ agere appetit, quid eligere debeat, nescit. Caput. XIX.

QVia igitur sæpe infirmitate, nõnunquam verò ignorantia peccatur, ex infirmitatibus membris dicitur: Semitam meam circunsepsit, & transire non possum. Ex eis verò qui ad ipsum opus bonum quod eligant caligant, subditur: Et in calle meo tenebras posuit. Ex pœna etenim culpæ est, videre bonum quod agere debeat, & tamen implere non posse: & rursum, ex grauiori pœna culpæ est, quod agere debeat, nec videre. Vnde & contra hæc vtraq;
I Psalmistæ voce dicitur: Dominus illuminatio mea, & salus
Psal. 26. mea, quem timebo? Contra ignorantiæ enim tenebras illuminatio, contra infirmitatem verò salus est dominus, quando & ostendit quid debeat ad agendum appeti, & vires præbet, vt quod ostendent, possit impleri. Sequitur:

Quòd corona à capite abstrahitur, cùm à præpositis bona spiritualia negliguntur.

Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronã de capite meo.) Quòd cuncta hæc beati viri in afflictione positi personæ cõueniant, dubium non est. Sed quia hist oriæ verba patẽt, iuxta literam expositione non indigent. Oportet ergo vt per sensus debeant mysticos inuestigari. Ait nanque: Spoliauit me gloria mea. Gloria quippe vniuscuiusq; iustitia est. Sicut vero vestimentum tegit à frigore, ita iustitia munit à morte. Vnde non immerito iustitia vestimento comparatur, cùm per prophetã
Psalm. 131. dicitur: Sacerdotes tui induantur iustitia. Quia vero afflictionis suæ tempore hoc iustitiæ vestimentum, quod apud deum protegit, sancta Ecclesia in membris suis infirmantibus amittit, dicatur rectè: Spoliauit me gloria mea, id est, iustitia ab infirmis ablata est, quæ ab eis auferri non posset, si medullitus inhæsisset. Sed idcirco tolli potuit, quia more vestimenti exterius adhæsit. Qua in re quærendum est, quomodo sanctæ Ecclesiæ membra dici valeant, qui potuerunt iustitiam perdere, quam tenere videbantur: Sed sciendum est, quòd plerunque à membris eius infirmantibus iustitia ad tempus amittitur: sed cùm per cognitionem culpæ postmodum ad pœnitẽtiam redeunt, sese ad eandem iustitiam quã perdiderant, fortius quàm credebatur adstringunt. Vbi adhuc subditur: Et abstulit coronam de capite meo: Sicut caput corporis prima pars est, ita principale interioris hominis mens est. Corona verò victoriæ præmium est, quod desuper ponitur: vt qui certauerat, remuneretur. Quia ergo multi aduersitatibus pressi, minimè in certamine perdurant, in eis sancta Ecclesia quasi coronam de capite amittit. Corona quippe in capite, est superna remuneratio in mente. Et sunt plærique qui dũ aduersitatibus affliguntur, superna præmia cogitare negligũt, & ad perfectionem victoriæ peruenire non possunt. In his itaque corona de capite aufertur, quia supernum & spiritale præmium de mentis cogitatione tollitur, vt exteriora iam tranquilla appetãt: & aterna præmia quæ cogitare consueuerant, nõ requirant. Vel certè caput fidelium nõ immerito sacerdotes accipimus, qui pars membrorum domini prima sunt. Vnde & per prophetam, caput & cauda exterminari dicitur: Vbi videlicet & capitis nomine sacerdotes, & caudæ appellatione prophetæ reprobi designãtur. Corona ergo de capite aufertur, cum supernæ remunerationis præmia etiam ipsi deserũt, qui in hoc Ecclesię corpore præesse videbantur. Et plærunque ducibus cadentibus, latius succũbit exercitus qui sequebatur. Vnde mox post dicta maiorum, de multimoda labefactione Ecclesiæ subsecuta adiunxit: Caput. XX.

DEstruxit me vndique, & pereo: & quasi auulsæ arboris abstulit spem meam.) Quasi vndique enim Ecclesia destruitur, atque in infirmis membris deperit, quãdo ipsa quæ videbantur fortia, corruunt: quando corona de capite abstrahitur, id est, quando æterna prẽmia etiam à præpositis negliguntur: Bene autem de infirmis cadentibus subditur: Et quasi auulsæ arbori abstulit spem meam. Arbor quippe vento impellitur, vt cadat. Et quẽ minæ terrent, vt ad insultum corruat: quid aliud quàm arbor flatum vẽti pertulit, & flatum suæ rectitudinis amisit? Quasi enim ex vento spem perdat, qui prauorum minis ac persuasionibus deuictus, æterna quæ sperabat præmia reliquit. Et quia plærunque cõtingit, vt pœnas quis metuens iustitiam deserat: fit iudicante deo, vt etiam iustitiam deserens, pœnas quas timuit, non euadat: & qui mẽtis interitum minimè timuit, etiam carnis mala toleret, quæ timebat. Vnde adhuc subditur:

Quòd qui percussione flagelli superatur, non quasi filius, sed quasi hostis feritur.

Iratus est contra me furor eius, & sic me habuit quasi hostem suum.) Prædicatore quippe egregio attestãte didicimus, quia fidelis est deus qui non patietur nos tentari supra id quod possumus ferre: sed faciet cum tentatione prouentum vt possimus sustinere. Per prophetam quoque dominus dicit: Plaga inimici percussi te, castigatione crudeli. Qui ergo ita percutitur, vt vires illius à percussione superentur, non hunc dominus iam quasi filium per disciplinam, sed quasi hostem percutit. Cùm ergo virtutem nostræ patientiæ flagella transeunt, valde metuendum est ne peccatis nostris exigentibus, nõ iam quasi filij à patre, sed quasi hostes à domino feriamur. Et quia fit plærunque, vt etiam maligni spiritus afflictorum cordibus multa suadeant: atque inter flagella quæ exterius feriunt, cogitationes noxias in mentibus fundãt, post furorem domini rectè subiungitur:

Quòd diaboli, latrones dei dicuntur: ideo latrones, quia semper nocendi voluntatem habent: ideo dei, quia etiam in hoc quod malè volunt, diuinæ seruiunt voluntati, quæ per eorum ministerium iustè homines vel punit vel damnat.

Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me.) Latrones nanque eius, maligni sunt spiritus, qui exquirendis hominum mortibus occupantur. Qui viam sibi in afflictorum cordibus faciunt, quando inter aduersa quæ exterius tolerantur, cogitationes quoque prauas immittere non desistunt. De quibus adhuc dicitur: Et obsederunt in gyro tabernaculum meum.) In gyro enim tabernaculum obsident, quando ex omni latere suis tentationibus mentem cingunt. Quam modo lugere de tẽporalibus, modo desperare de æternis, modo in impatientiam ruere, atque in deum blasphemiæ verba

A verba iaculari, pessima suggestione persuadent. Quæ tamen verba, vt iam prædiximus, beato Iob etiam iuxta historiã cõgruunt: qui dum mala quæ pertulit, ante oculos cõgessit: non quasi corrigendum filium, sed quasi hostem percussum se esse iudicauit. Per quem sibi etiam latrones eius viã fecerunt, quia maligni contra eum spiritus licentiam percussionis acceperũt. Cuius in gyro tabernaculum obsederunt: quia sublatis rebus & filiis, etiam corpus eius omne vulneribus attriuerunt.

Caput. XXI.

SEd mirum valde est, cùm latrones diceret: cur addidit eius, vt videlicet eosdem latrones dei esse mõstraret. Quia in re, si volũtas ac potestas malignorũ spirituũ discernatur, cur latrones dei dicantur, aperitur. Maligni quippe spiritus, ad nocendum nos incessabiliter anhelãt, sed cùm prauam voluntatem ex semetipsis habeant: potestatem tamen nocẽdi non habent, nisi eos voluntas summa permittat. Et cùm ipsi quidem iniustè nos lædere appetunt, quemlibet tamen lędere, non nisi iustè à domino permittuntur. Quia ergo in eis voluntas iniusta est, & potestas iusta: & latrones dicuntur, & dei, vt ex ipsis sit quod inferre mala iniustè desiderant, & ex deo quòd desiderata iustè consummant. Sed quia, vt sæpe iam diximus, sanctus vir positus in dolore pœnarũ, modo suis, modo Ecclesiæ, modo redemptoris nostri vocibus vtitur: & plærunque sic sua narrat, vt tamen per typum ea quæ sunt sanctæ Ecclesiæ ac redemptoris nostri proferat: postposita paulisper
B cura historiæ, in his quæ subiungit, qualiter redẽptoris nostri vocibus congruat, demonstremus. Sequitur:

Allegoricè ad Christum & synagogam referuntur sequentia.

Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quasi alieni receſſerunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei: & qui me nouerant, obliti sunt mei.) Hoc melius ostendimus, si Ioannis ad medium testimoniũ proferimus, qui ait: In propria venit, & sui eum non receperunt. Ab eo quippe fratres longè facti sunt, & noti recesserunt: quem tenẽtes legem, prophetare Hebræi nouerant, & præsentem minimè recognoscebant. Vnde rectè dicitur: Dereliquerunt me propinqui mei: & qui me nouerant, obliti sunt mei. Iudæi etenim propinqui per carnem, noti per legis instructionem, quasi obliti sunt quem prophetauerant, dum eum & incarnandum verbis legis canerent, & incarnatum verbis perfidiæ negarent. Sequitur: Inquilini domus meę & ancillæ, sicut alienum habuerunt me.) Inquilini domus dei fuerunt sacerdotes, quorũ origo in dei seruitio deputata iam per officium in cõditione tenebatur. Ancillæ autem non immerito intelliguntur leuitarum animæ ad secreta tabernaculi, quasi ad interiora cubiculi familiarius seruientes. Dicat ergo de sacerdotibus sedula cura seruientibus, dicat de Leuitis ad interiora domus dei obsequentibus: Inquilini domus meæ & ancillæ, sicut alienum habuerunt me: quia incarC natum dominum quem dudum per legis verba prædixerant, cognoscere ac venerari noluerunt. Qui adhuc apertius, quòd ab eorum peruersa voluntate nõ sit cognitus, manifestat, cùm subdit: Et quasi peregrinus fui in oculis eorum.) Redẽptor etenim noster dum à synagoga cognitus non est, in domo sua quasi peregrinus extitit. Quod apertè propheta testatur, dicens: Quare sicut colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum? Quia enim vt dominus auditus nõ est: non possessor agri, sed colonus est creditus. Qui quasi viator ad manendum tãtummodo declinauit: quia paucos ex Iudæa abstulit, & ad vocationem gentium pergens, iter cœptum peregit. Peregrinus ergo in eorum oculis fuit: quia dum sola quæ videre poterant, cogitabant: non valuerunt intelligere in domino, quod videre non poterãt. Dum enim despiciunt carnem visibilem, non perueniunt ad inuisibilem maiestatem. Dicatur igitur rectè: Et quasi peregrinus fui in oculis eorum. De quo adhuc populo aptè subiungitur: Seruum meũ vocaui, & non respondit.) Quid enim Iudaicus populus nisi seruus fuit, qui non amore filij obsequebatur domino, sed timore seruili? Quo contra nobis per Paulum dicitur: Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Hũc igitur seruum vocauit dominus, quia collatis muneribus quasi emisis eum vocibus ad se ducere studuit. Sed non respondit, quia digna opera donis eius reddere contẽpsit. Vocat nos enim deus, cùm D muneribus præuenit: respondemus verò vocationi eius, cùm dignè iuxta percepta munera deseruimus. Quia ergo tot muneribus Iudaicum populum præuenit, dicat: Seruum meum vocaui. Sed quia etiam post tot eum munera contempsit, subiungat: Et non respondit. Sequitur:

Quòd multiphariè olim deus locutus est patribus in prophetis, nouissimè ore proprio locutus est. Caput. XXII.

ORe proprio deprecabar illum.) Ac si apertius diceret: Ego ille qui ante incarnationem meã tot ei præcepta facienda per prophetarum ora mandaueram: incarnatus ad eum veniens, ore eum proprio deprecabar. Vnde & Matthæus, cùm præcepta ab eo dari in monte describeret, ait: Aperiens os suũ dixit. Ac si patenter dicat: Tũc os suũ *Mat. 5.* aperuit, qui prius aperuerat ora prophetarum. Hinc est etiam quod de illo ab sponsa præsentiam eius desiderante dicitur: Osculetur me osculo oris sui. Sãcta quippe Ecclesia quot pręcepta ex eius prædicatione cognouit, quasi tot oris eius oscula accepit. Bene autem dicitur, deprecabar: quia in carne mõstratus dum mandata vitę humiliter dixit, quasi superbientem seruum vt viueret, rogauit. Vbi & aptè subditur: *Cant. 1.* *Quomodo Christus seruum rogauerit.*

Quòd halitus Christi odor sit carnis eius.

Halitum meum exhorruit vxor mea.) Quid vxor domini, nisi synagoga accipitur, in legis fœdere, carnali ei intelligentia subiecta? Halitus verò ex carne est. Sed infidelis populus carnem domini carnaliter intellexit, quia purum hunc hominem credidit. Halitum ergo eius vxor exhorruit: quia synagoga E eum quem videbat hominem, deum credere expauit. Cumq; ab eius ore verba corporaliter audiret: in eo intelligere diuinitatis arcana recusauit, & creatorem non esse credidit, quem creatum vidit. Carnis ergo halitum carnalis vxor exhorruit, quæ carnalibus sensibus dedita, incarnationis eius mysterium non agnouit. Sequitur:

Quomodo deus cùm spiritus sit, mẽbra corporalia habere dicatur.

Et orabam filios vteri mei.) In deo qui corporis forma nõ circunscribitur: membra corporis, id est, manus, oculus, vterus ita nominantur, vt ex membrorũ vocabulis, effectus eius potentiæ designetur. Oculos quippe habere dicitur: quia cuncta videt. Manus habere describitur, quia cũcta operatur. In vtero autem proles concipitur, quæ in hac vita profertur. Quid ergo vterũ dei, nisi eius consiliũ debemus accipere, in quo ante secula per prædestinationem concepti sumus, ita vt creati per secula producamur. Deus ergo qui manet ante secula, vteri sui filios orauit, quia eos quos potenter per diuinitatem condidit, incarnatus veniens humiliter rogauit. Sed quia in ipsa carne quæ apparuit, ab eorum æstimatione despectus est, subiungitur: Stulti quoq; despiciebant me.) Sapiẽtibus à veritatis fide cadentibus, rectè de stultis quoq; additur: quia dũ dominũ Pharisæi ac Legisperiti despicerent eorum incredulitatẽ etiam F populi turba secuta est: quæ in eo quòd hominem vidit, redẽptoris mundi prædicamenta despexit. Nã sæpe stultorum nomine hi qui sunt in plebe pauperes, designantur. Vnde & per *Hiere. 5.* Hieremiam dicitur: Dixi, forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes viam domini, & iudicium dei sui. Relictis autem mundi sapientibus atque diuitibus, redemptor noster quærere pauperes, & stultos venerat. Vnde nunc quasi in augmentum doloris dicitur: Stulti quoque despiciebãt me. Ac si apertè diceretur: Ipsi etiã me despexerunt, pro quibus sanandis stultitiam prædicationis assumpsi. Scriptum quippe est: Quia in dei sa- *1. Petr. 1.* pientia non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Verbum quippe dei, sapientia est: sed stultitia huius sapiẽtiæ dicta est caro verbi: vt quia carnales quique per carnis suæ prudẽtiã pertingere non valebant ad sapientiam dei: per stultitiã prædicationis, id est, per incarnationem verbi sanarentur. Ait ergo: Stulti quoque despiciebant me. Ac si apertè diceretur: Et ab ipsis despectus sum, pro quibus stultus æstimari veritus nõ sum. Et quia Iudæorũ plebs cùm miracula nostri redemptoris cerneret, hunc ex signis honorabat, dicens: Hic est Christus: cùm verò humanitatis eius infirma conspiceret, eũ creatorem credere dedignabatur, dicens: Non, sed seducit turbas: rectè subiungitur: Caput. XXIII.

G ET cùm ab eis receſsiſſem, detrahebant mihi.) Quaſi accedebat quippe ad corda populorum dominus, cùm eis miracula demonſtraret: & quaſi recedebat, cùm nulla ſigna oſtenderet. Sed recedẽti domino detrahebant, cùm à miraculis quieſcenti præbere fidem nolebant. Sed quid mirum eum perpeti iſta à plebibus, cum ipſi quoque qui legis doctores eſſe videbantur, qui eum verbis propheticis incarnãdum eſſe perhibebant, & incarnatum viderunt, & ab eo tamẽ perfidiæ interruptione diuiſi ſunt? De quibus ſubditur: Abominati ſunt me quondam conſiliarij mei: & quem maximè diligebam, auerſatus eſt me. Cunctis liquet, quia deus conſiliariis non eget, qui ipſis quoq; cõſiliariis hominũ ſapientiæ conſiliũ præbet. De quo etiã ſcriptum eſt: Quis cognouit ſenſum domini, aut quis eius conſiliarius fuit? Sed quemadmodum cùm panis vel veſtimentum egenti tribuitur: hoc ſe dominus accepiſſe teſtatur: ita cùm neſcienti cuilibet rectum conſiliũ datur, hoc ipſe accipit, cuius ille membrum eſt qui eruditur. Omnes etenim fideles membra noſtri redemptoris ſumus: & ſicut ipſe in nobis per miſericordiam largitatis paſcitur, ita ipſe in nobis per doctrinæ conſilium iuuatur. Scribæ itaque & legiſdoctores qui erudire populos ad vitam conſueuerant, quid aliud quàm futuri redemptoris conſiliarij fuerunt? Qui tamen dum incarnatum dominum conſpicerent, conſiliis ſuis multos ab eius fide diuiſerunt, quanuis prius ad credendum incarnationis eius myſterium per prophetarũ verba multos docuiſſe vi-
H derentur. Et quia ille apud deum magis in amore eſt, qui ad eius amorem plurimos trahit: adhuc de eodem legiſdoctorum atque Phariſæorũ ordine ſubditur: Et quem maximè diligebã, auerſatus eſt me. Ipſe enim ordo ſuadẽte perfidia, à fide veritatis auerſus eſt, qui prius in labore prædicationis ſeruiens, maximè diligebatur: quem non ſolum ad non credendum, ſed vſque ad perſequendum quoque dominum populorũ turba ſecuta eſt, & vſque ad paſſionem illius ſæuitiæ facibus accenſa. In qua videlicet paſſione diſcipulorum corda turbata ſunt. Vnde & nunc ſubditur:

Quòd allegoricè paſſionis tempore adhærente Chriſto ſexu firmiori fugerunt apoſtoli: & dubitantibus de reſurrectione diſcipulis, tantum in eis ſupererant labia ſermonis.

Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum.) In oſſe fortitudo, in carnibus vero infirmitas corporalis deſignatur. Quia igitur Chriſtus & Eccleſia vna perſona eſt: quid per os, niſi ipſe dominus deſignatur? Quid per carnẽ, niſi diſcipuli, qui paſſionis eius tempore infirma ſapuerunt? Per pellẽ verò quæ exterior carne manet in corpore, quid niſi illæ ſanctæ fœminæ figurantur, quæ ad præparanda ſubſidia corporis, exterioribus domino miniſteriis ſeruiebant? Nã cùm eius diſcipuli quanuis necdum firmi veritatis fidem populis prædicarent,
I oſsi ſuo inhærebãt carnes. Et cùm ſanctæ mulieres ea quę neceſſaria erant, exteriora præpararent, quaſi pellis exterius manebat in corpore. Sed cùm ad crucis horam ventũ eſt, eius diſcipulos grauis ex perſecutione Iudęorum timor inuaſit: fugerunt ſinguli, mulieres adhæſerũt. Quaſi ergo cõſumpta carne, os domini pelli ſuæ adhęſit: quia fortitudo eius, paſſionis tẽpore fugientibus diſcipulis, iuxta ſe mulieres inuenit. Stetit equidẽ aliquandiu Petrus, ſed tamen pòſt territus negauit. Stetit etiã Ioãnes, cui ipſo crucis tẽpore dictũ eſt: Ecce mater tua. Sed perſeuerare minimè potuit: quia de ipſo quoque ſcriptũ eſt, quòd adoleſcens quidã ſequebatur illum amictus ſyndone ſuper nudo, & tenuerũt eum: at ille reiecta ſyndone, nudus profugit ab eis. Qui etſi poſt, vt verba redemptoris ſui audiret, ad horã crucis rediit, prius tamen territus fugit. Mulieres autem non ſolum nõ timuiſſe neque fugiſſe, ſed etiã vſque ad ſepulchrum ſtetiſſe memorantur. Dicat ergo: Pelli meæ cõſumptis carnibus adhæſit os meum. Hoc eſt, hi qui meæ fortitudini propinquius inhærere debuerant, paſſionis meæ tempore timore conſumpti ſunt: & eas quas ad exteriora miniſteria poſſui, in paſſione mea ſine formidine inhærere mihi fideliter inueni. Vbi & apertè ſubintelligitur, quòd hæc verba per myſterium dicantur, dum ſequitur: Caput. XXIIII.

ET derelicta ſunt tantũmodo labia circa dentes meos.) Quid enim circa dẽtes aliud quã labia habemus, etiam ſi nulla flagella patiamur? Sed quid per labia, niſi locutio: quid per dentes, niſi ſancti apoſtoli deſignantur? Qui in hoc K Eccleſiæ corpore idcirco ſunt poſiti, vt vitã carnalium correptione mordeant, eamq́ue à ſuæ pertinaciæ duritia cõfringãt. Vnde & eidem primo apoſtolorum, quaſi dẽti in eius corpore poſito dicitur: Macta, & manduca. Sed quia paſſionis eius tempore, iſti dentes præ timore mortis amiſerũt morſum correptionis, amiſerunt fiduciam roboris, amiſerũt efficaciã omnimodæ operationis: ita vt duo ex illis ambulantes, poſt eius mortem ac reſurrectionem in via loquerentur & dicerẽt: Nos Luc
ſperabamus quia ipſe eſſet redempturus Iſraël: rectè nũc dicitur: Et derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos. Confabulabãtur adhuc de illo, ſed iam in illo minimè credebant. Tantummodo ergo labia circa dentes eius remanſerũt quia virtutem bonæ operationis amiſerant, & ſola de illo cõfabulationis verba retinebant. Perdiderãt morſum correptionis, & habebant motum locutionis. Labia itaque tantummodo circa dentes relicta ſunt, quia adhuc quidem confabulari nouerãt: ſed prædicare iã eum, aut mordere infideliũ vitia formidabãt. Peractis itaq; his quæ in voce capitis dixit, ad ꝓpria beatus Iob verba reuertitur, dicẽs: Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltẽ vos amici mei, quia manus domini tetigit me.) Hoc habere ſolet propriũ mẽs piorũ, quòd cùm iniuſta ab aduerſariis patitur, non tam ad iram, quàm ad preces mouetur: vt ſi moderari eorum prauitas placidè valeat, plus deprecari L
eligant quàm iraſci. Vnde rectè nũc dicitur: Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei, quia manus domini tetigit me. Ecce eos à quibus ſe per contumelias affligi conſiderat, amicos vocat: quia bonis mentibus etiam ipſa fiunt proſpera, quæ videntur aduerſa. Nam peruerſi quique bonorum dulcedine aut conuertuntur vt redeant: & eoipſo amici ſunt, quo boni fiunt, aut in malitia perſeuerant: & in hoc quoque etiam nolentes amici ſunt, quia ſi qua bonorum delicta ſunt, ea ſuis perſecutionibus etiam neſcientes purgant. Notandum quoque, quòd eis quæ ſecretò apud deum geſta ſunt, beati viri in publico verba concordant. A ſatã quippe percuſſus fuerat: nec tamen percuſsionem ſuam ſatanæ tribuit, ſed tactũ ſe manu domini appellat, ſicut ipſe quoque Satan dixerat: Mitte manum tuam, & tange os eius & carnem, ſi non in faciem benedixerit tibi. Sciebat quippe vir ſanctus, quia & per hoc ꝓſum quod peruerſa voluntate contra ſe Satan egerat, potestem non à ſemetipſo, ſed à domino habebat. Sequitur:

Quòd ſuperbi rectores ita infirmos affligant, quaſi ipſi de infirmitate nihil hæbeant: & quòd diuina manu afflictis non tam increpatio, quàm conſolatio debeatur. *Caput. XXV.*

QVare perſequimini me ſicut deus, & carnibus meis ſaturamini?) Non abhorret à locutione pietatis, quòd à deo ſe perhibet perſequi. Eſt nanque perſecutor bonus, ſicut de ſemetipſo ore prophetico M
dominus dicit: Detrahentem occultè aduerſus proximum ſuum, hunc perſequebar. Cùm verò ſanctus quiſque flagellari permittitur, ſcit quòd perſecutionem contra commiſſa vitia ex interna diſpenſatione patiatur. Crudeles autem perſecutorum mentes cùm poteſtatem feriendi appetunt, contra bonorum vitam non ſtudio purgationis, ſed liuoris facibus accenduntur. Et quidem hoc faciunt, quod deus omnipotẽs fieri permittit. Sed dum vna cauſa cum deo, etiam per eos agitur: non tamen voluntas vna in eadem cauſa ſeruatur: quia cùm omnipotens deus amãdo purgationem exhibet, iniuſtorum prauitas ſæuiendo malitiam exercet. Quod ergo dicitur: Quare perſequimini me ſicut deus: ad exteriorem hoc percuſſionem retulit, non ad intimam intentionem: quia etſi hoc agunt exterius, quod deus agi diſpoſuit: non tamen hoc quod deus, in ſua actione appetunt, vt boni ex afflictione purgentur. Quod intelligi & aliter poteſt. Tanto enim omnipotens deus iuſtius aliena vitia percutit, quãto in ſemetipſo nihil habet vitiorum. Homines verò cùm per diſciplinã alios feriunt, ſic alienam infirmitatem debent percutere, vt etiam ad ſuam nouerint oculos reuocare: vt ex ſemetipſis conſiderent, quantum aliis ferendo parcant, cùm ſe quoque ipſos dignos percuſsionibus non ignorant. Itaque nunc dicitur: Quare perſequimini me ſicut deus? Ac ſi apertè diceretur: Ita me ex infirmitatibus meis affligitis, ac ſi ipſi more dei de infirmitate nihil

A nihil habeatis. Vnde considerandum est, quòd si qui fortasse sunt qui asperitate correptionis indigeant: tunc eis dura correptio à nobis admouenda est, cùm dei manus cessat à verbere. Cùm verò superna flagella insunt, non à nobis iam correptio, sed cõsolatio debetur: ne dum in dolore increpationem iungimus, percussionem percussioni sociemus. Bene autẽ subditur: Et cruribus meis saturamini?) Quorum mens proximorum pœnas esurit, saturari proculdubio alienis carnibus quærit. Sciendũ quoque est, quia hi etiam qui alienæ vitæ detractione pascuntur, alienis proculdubio carnibus saturantur. Prouer.23. Vnde per Salomonem dicitur: Noli esse in conuiuiis potatorum, neque comedas cum eis qui carnes ad vescendum conferunt. Carnes quippe ad vescẽdum conferre, est in collocutione derogationis vicissim proximorum vitia dicere. De quorum illic pœna mox subditur: Quia vacantes potibus, & dantes symbolum consumentur, & vestietur pannis dormitatio. Potibus vacant, qui de opprobrio alienæ vitæ se deebriant. Symbolum verò dare, est, sicut vnusquisque solet pro parte sua cibos ad vescendũ, ita in confabulatione detractionis verba conferre. Sed vacantes potibus, & dantes symbolum consumentur: quia sicut scriptum est: omnis detractor eradicabitur. Vestietur autem pannis dormitatio: quia despectum & inopẽ à cunctis bonis operibus mors sua inuenit, quem hic ad alienæ vitæ exquirenda crimina, detractionis suæ languor occupauit.

Caput. XXVI.

B SEd tot dura quæ beatus Iob sustinet, dignum non est, vt per silentium transeant, eaque à notitia hominum ignorantiæ obscuritas tegat. Tanti quippe ædificari ad seruãdam patientiam valent, quanti implente se superna gratia eius patientiæ facta cognouerint. Vnde & idem beatus Iob in exemplum vult pertrahi flagella quæ sentit, qui statim subiungit dicens:

Quòd per plumbi laminam, Iudæorum corda accipiantur, in quibus lex scripta diminutus citò deleri potuit. Per silicem verò gẽtiles, in quibus lex magno labore sculpta perseuerat.

Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei? Quis mihi det vt exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice?) Cuncta quæ beatus Iob pertulit, quia forti patrum sententia edoctus grauis ille Iudæorum populus agnouit: stylo ferreo & plũbi lamina scripta sunt. Quia vero hæc etiam dura gentilium corda cognouerunt, quid ea in silice sculpta videmus? Et notandum, quia in plumbo quod scribitur, ipsa metalli mollitie citius deletur: in silice verò tardius quidem valent literæ imprimi, sed difficilius deleri. Non ergo immerito per plumbi laminam Iudæa exprimitur: quæ præcepta dei & sine labore percepit, & cum celeritate perdidit. Rectè per silicem gentilitas figuratur, quæ verba sacri eloquij vix custodienda suscipere potuit, sed tamen fortiter suscepta seruauit. Per stylum verò ferreum, quid aliud quàm C fortis dei sententia designatur? Vnde per prophetam dicitur: Hier.17. Peccatum Iudæ scriptum est, stylo ferreo in vngue adamantino. In vngue finis est corporis. Ita vero lapis durus est adamas, vt ferro non valeat secari. Per stylum verò ferreum fortis sententia: per vnguem verò adamantinum finis signatur æternus. Peccatum itaque Iudæ stylo ferreo in vngue adamantino scriptum dicitur: quia culpa Iudæorum per fortem dei sententiam in fine seruatur infinito. Rectè quoque per plumbi laminam eos accipimus quos auaritiæ pondus grauat, quibus per increpantem prophetam dicitur: Filij hominum vsquequo graui corde? Per plumbum nanque cuius natura grauis est ponderis, peccatum auaritiæ specialiter designatur: quod mentem quam infecerit, ita grauem reddit, vt ad petenda sublimia attolli nequaquam possit. Psalm.4.

Quid sit quod in Zacharia scriptum est de talento plumbi & massa plumbea missa in os amphoræ, super quam sedebat impietas, & de duabus mulieribus alas habentibus.

Zacha.5. Hinc enim in Zacharia scriptum est: Leua oculos tuos, & vide, Quid est hoc quod egreditur? & dixi: Quid nam est? Et ait: Hæc est amphora egrediens, & dixit: Hæc est oculus eorum in vniuersa terra.

Caput. XXVII.

ET ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna D sedens in medio amphoræ, & dixit: Hæc est impietas. Et proiecit eam in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os eius. Qui de hac visione amphoræ & mulieris & plumbi, vt larius quid cognouisset, ostenderet adhuc secutus adiunxit: Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce duę mulieres egredientes, & spiritus in alis earum, & habebant alas quasi alas milui, & leuauerunt amphoram inter terram & cœlum. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quò istæ deferunt amphoram? Et dixit ad me: Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar. Quod prophetæ testimoniũ inutiliter pro documento plumbi protulimus, si non etiam repetentes exponamus. Ait enim: Leua oculos, & vide. Quid est hoc quod egreditur? Et dixi: Quid nam est? Et ait: Hęc est amphora egrediens. Volens deus prophetæ ostendere humanum genus, ex qua ab eo maximè culpa dilabatur: per imaginem amphoræ quasi patẽs os auaritiæ designauit. Auaritia quippe velut amphora est, quæ os cordis in ambitu apertũ tenet. Et dixit: Hęc est oculus eorum in vniuersa terra. Multos obtusi sensus homines cernimus, & tamen eos in malis actibus astutos videmus: propheta quoque attestante, qui ait: Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nesciunt. Hi itaq; sensu torpẽt, sed in his quæ appetunt, auaritiæ stimulis excitãtur: & qui ad bona videnda cæci sunt, excitantibus præmiis ad peragenda mala vigilantes fiunt. Vnde rectè de hac eadem auaritia dicitur: Hæc est oculus eorum in vniuersa terra. Ecce talentum E plumbi portabatur. Quid est talentum plumbi, nisi ex eadem auaritia pondus peccati? Et ecce mulier vna sedens in medio amphoræ. Quam mulierẽne fortasis quæ esset dubitare possimus, ilico angelus innotuit. Nã illic mox sequitur: Et dixit: Hæc est impietas. Et proiecit eam in medio amphorę. Impietas in medio amphorę proiicitur: quia nimirũ in auaritia semper impietas tenetur. Et misit massam plumbi in os eius. Massa plumbi in os mulieris mittitur: quia scilicet impietas auaritiæ, peccati sui pondere grauatur. Si enim ad ea quæ deorsum sunt, non ambiret, erga deum ac proximos impia nequaquam existeret. Hieron.4.

Caput. XXVIII.

ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum. Quid aliud in his duabus mulieribus accepimus, nisi duo principalia vitia, superbiam videlicet & gloriam inanem? quæ impietati absque vlla dubitatione coniuncta sunt. Quæ & in alis suis spiritum habere narrantur, quia in actionibus suis satanæ voluntati deseruiunt. Ipsum quippe propheta spiritum appellat: de quo Salomon ait: Si spiritus potestatem habentis ascẽderit super te, locum tuum ne dimiseris. Et de quo in Euangelio dominus dicit: Cùm immundus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca arida & inaquosa. Spiritus in alis earum est: quia superbia & inanis gloria per omne quod agunt, satanæ voluntati famulantur. Et habebant alas, quasi alas milui. Miluus semper naturæ studet insidiari pullorum. Istæ F ergo mulieres alas habent, quasi alas milui: quia actiones earum diabolo sunt procul dubio similes, qui insidiatur semper vitæ paruulorum. Et leuauerunt amphoram inter cœlum & terram. Superbia & vana gloria habent hoc proprium: vt eum quem infecerint, in cogitatione sua super cæteros homines extollant: & modo per ambitum rerum, modo per desiderium dignitatum, quem semel captum tenuerint, quasi in honoris altitudinem eleuent. Qui autem inter cœlum & terram est, & ima deserit, & superiora minimè attingit. Leuant ergo istæ mulieres amphoram inter cœlum & terram, quia superbia & inanis gloria mentem per auaritiam honoris captã ita eleuant: vt quoslibet proximos despicientes, quasi ima deserant, & alta gloriantes petãt. Sed tales quique dum superbiunt, & eos mente transeũt cum quibus sunt, & superioribus ciuibus minimè iungũtur: Amphora ergo leuata inter terram & cœlum dicitur: quia auari quiq; per superbiam atq; inanem gloriã & proximos iuxta se despiciunt: & superiora quæ vltra ipsos sunt, nullatenus apprehendunt. Inter terrã itaque & cœlum feruntur: quia nec æqualitatem fraternitatis in infimis per charitatem tenent, nec tamen summa pertingere sese extollendo præualent. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quo istæ deferunt amphorã? Et dixit ad me: Vt ędificetur Matth.12.

G ei domus in terra Sênaar. Eidem amphoræ ædificatur domus in terra Sênaar. Sennaar quippe fœtor eorum dicitur. Et sicut
2. Corin. 2. bonus odor ex virtute est: Paulo attestante qui ait: Odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus deo: ita econtrario fœtor ex vitio. Radix enim est omnium malorum cupiditas. Et quia quodlibet malum per auaritiã gignitur, dignum est vt domus auaritię in fœtore construatur. Sciẽdum quoque est, quòd Sênaar latissima vallis est, in qua turris à superbientibus ædificari cœperat, quę linguarum facta diuersitate destructa est. Quæ scilicet turris Babylon dicta est: pro ipsa videlicet cõfusione mẽtium atque linguarum. Nec immerito ibi auaritiæ amphora ponitur, vbi Babylon, id est, cõfusio ædificatur: quia dum per auaritiam & impietatẽ certũ est omnia mala exurgere: rectè hæc ipsa auaritia atque impietas in confusione perhibentur habitare. Hæc paucis per excessum diximus, vt peccati pondus exprimi per plumbi laminam monstraremus. Quæ tamen beati Iob verba sanctæ quoque Ecclesiæ congruunt, quæ duo sacri eloquij testamenta custodiens, quasi secundò sermones suos scribi expetit, dicens: Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei? quis mihi det vt exarentur in libro? Quæ quia forti sententia modo per pondus auaritiæ grauibus, modo autem duris cordibus loquitur: stylo ferreo in plumbi lamina, vel celte in silice scribit. Sed iure beatum Iob redemptoris nostri eiusq; Ecclesiæ vti vocibus dicimus, si quid de eodem redemptore nostro quod apertè loquitur inuenimus. Caput. XXIX.

QVo etenim pacto credendum est: quia ex eo aliquid per figuram insinuat, si eum nobis apertis vocibus non demonstrat? Sed iam quod de eo sentit aperiat, omnesq́ue nobis ambages cogitationum tollat. Sequitur: Scio enim quòd redemptor meus viuit.) Qui enim non ait conditor, sed redemptor: apertè eum denunciat, qui postquam omnia creauit: vt nos de captiuitate redimeret, inter nos incarnatus apparuit, suaq́ue passione nos à perpetua morte liberauit. Et notandum quanta fide se in virtute eius diuinitatis adstringat, de quo per Paulum dicitur: Quia etsi
2. Cor. 13. crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute dei. Ait nãq; Scio enim quòd redemptor meus viuit. Ac si apertis vocibus dicat: Infidelis quisque illum flagellatum, derisum, palmis cæsum, corona spinea coronatum, sputis illitũ, crucifixum, mortuum nouerit: ego illum post mortem viuere certa fide credo, libera voce profiteor: quia redemptor meus viuit, qui inter impiorum manus occubuit. Sed quid beate Iob per resurrectionem illius etiã de tuæ carnis resurrectione confidis, aperta quæso voce profitere. Sequitur:

Quòd multi puri homines quales nos sumus, cùm Christo surrexerunt, ne de resurrectione nostra vlla dubitatio haberetur, & quòd resurrectionem nostram etiam in elementis suis mundus imitatur.

I Et in nouissimo die de terra surrecturus sum.) Quia videlicet resurrectionem quam in se ostendit, in nobis etiam quãdoque facturus est. Resurrectionem quippe quam in se ostendit, nobis promisit: quia sui capitis gloriam sequuntur membra. Redemptor ergo noster susceptit mortem, ne mori timeremus. Ostendit resurrectionem, vt nos resurgere posse cõfidamus. Vnde & eandem mortem non plusquam triduanam esse voluit, ne si in illo resurrectio differretur, in nobis omnimodo desperaretur. Quod bene de illo per prophetam dici-
Psal. 109. tur: De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput. Quasi enim de quodam flumine nostræ passionis non in mansione bibere, sed in via, dignatus est: quia mortem transitoriè, id est ad triduum contigit atque in ea morte quam contigit, nequaquam sicut nos vsque ad finem seculi remansit. Dum ergo die tertio resurrexit: quid in eius corpore, id est, Ecclesia sequatur ostendit.

Quòd virga Leui quæ floruit reliquis aridis permanentibus, Christus sit: qui primitiæ dormientium surrexit, reliquorum resurrectione in finem mundi dilata.

Exemplo quippe monstrauit, quod promisit in præmio: vt sicut ipsum resurrexisse fideles agnoscerent, ita in seipsis in fine mundi resurrectionis præmia sperarent. Ecce nos per mortem carnis vsque ad finem mundi remanemus in puluere: ille autem die tertia ab ariditate mortis viruit, vt diuinitatis suæ K nobis potentiam ipsa innouatione suę carnis ostẽderet. Quod bene per Moysen virgis duodecim in tabernaculo positis de- Nam
monstratur. Nam cum Aaron sacerdotium, qui de tribu Leui fuerat, despiceretur: nec digna tribus quæ offerret, holocausta crederetur: duodecim virgę, iuxta duodecim tribus in tabernaculo poni præceptę sunt: & ecce virga Leui viruit, & quicquid virtutis in munere Aaron haberet, ostendit. Quo videlicet signo quid innuitur, nisi quod omnes qui vsque ad finẽ mundi iacemus in morte, quasi virgę reliquę in ariditate remanemus? Sed cũctis virgis in ariditate remanentibus, virga Leui ad florẽ rediit: quia corpus domini, veri scilicet sacerdotis nostri, in mortis ariditate positum, in florem resurrectionis erupit. Quo flore Aaron rectè sacerdos esse cognoscitur: quia hac resurrectionis gloria redemptor noster qui de tribu Iuda ac Leui ortus est, intercessor pro nobis esse monstratur. Ecce ergo iã virga Aaron post ariditatem floret: sed virgæ duodecim tribuum in ariditate remanent: quia iam quidem corpus domini post mortem viuit, sed nostra adhuc corpora vsque ad finem mundi à resurrectionis gloria differuntur. Vnde cautè hanc etiãdẽ dilationem intulit, dicens: Et in nouissimo die de terra surrecturus sum. Caput. XXX.

HAbemus ergo spem resurrectionis nostræ consideratа gloria capitis nostri. Sed ne quis vel cogitatiõe tacita forsitan dicat, quòd idcireo ille resurrexit à mor
te: quia vnus idemq́ue deus & homo mortem quam ex huma L
nitate pertulit, ex diuinitate superauit: nos verò qui puri homines sumus, à mortis surgere damnatione non possumus: rectè in resurrectionis eius tempore, etiam multorum sanctorũ corpora resurrexerunt: vt & in se nobis exemplum ostenderet: & de aliorum qui nobis per puram humanitatem similes fuerũt, nos resurrectione roboraret: quatenus cũ se homo desperare percipere quod in se ostẽderat deus homo: hoc in se fieri posse præsumeret, quod in ipsis factum cognosceret, quos puros fieri esse homines nõ dubitaret. Sunt vero nõnulli qui cõsiderãtes q̃ spiritus à carne soluitur: quòd caro in putredinem vertitur, q̃ putredo in puluerem redigitur, q̃ puluis ita in elemẽta soluitur, vt nequaquam ab humanis oculis videatur resurrectionem fieri posse desperent: & dum arida ossa inspiciunt, hæc restiri carnibus, rursumq́ue ad vitam virideſcere posse diffidũt. Qui si resurrectionis fidẽ ex obedientia non tenent, certè hãc tenere ex ratione debuerant. Quid enim quotidie, nisi resurrectionem nostram in elementis suis mũdus imitatur? Per quotidiana quippe momẽta lux ipsa temporalis quasi moritur, dũ superuenientibus noctis tenebris, ea quæ aspiciebatur, subtrahitur: & quasi quotidie resurgit, dũ lux ablata oculis suppressa iterum nocte reparatur. Per momenta quoque temporũ cernimus arbusta viriditatem foliorum amittere, à fructuũ prolatione cessare: & ecce subitò quasi ex arescenti ligno velut M
quadam resurrectione veniente videmus folia erumpere, fructum grandescere, & totam arborem rediuiuo decore vestiri. Indesinenter cernimus parua arborum semina terrę humoribus cõmendari: ex quibus non longè pòst aspicimus magna arbusta surgere, folia, pomaq́ue proferre. Consideremus ergo paruum cuiuslibet arboris semen quod in terrã iacitur, vt arbor ex illo producatur: & comprehendamus, si possumus, vbi in illa tanta breuitate seminis, tam immensa arbor latuit, quæ ex illo processit: vbi lignum, vbi cortex, vbi viriditas foliorũ, vbi vbertas fructuum. Nunquid nam in semine tale aliquid videbatur cùm in terram iaceretur? Et tamen occulto rerum omnium opifice cuncta mirabiliter ordinante, & in mollitie seminis latuit asperitas corticis, & in teneritudine illius abscõsa est fortitudo roboris, & in siccitate eius vbertas fructificationis. Quid ergo mirum, si tenuissimum puluerẽ, vel à nostris oculis in elementis redactum, cùm vult, in hominem reformat, qui ex tenuissimis seminibus immensa arbusta reparegrat? Quia ergo rationales sumus conditi, spem resurrectionis nostræ ex ipsa debemus rerum specie & contemplatione colligere. Sed quia in nobis sensus torpuit rationis, accessit in exemplum gratia redemptoris. Venit nanque conditor noster, susceptit mortem, ostendit resurrectionem: vt qui resurrectionis spem ex ratione tenere noluimus, hanc ex eius adiutorio & exemplo teneremus. Dicat igitur beatus Iob: Scio

quòd

A quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et quisquis resurrectionis in se virtutem fieri posse desperat, verba in gentilitate positi viri fidelis erubescat, & pensēt quanto pœnæ sit pondere feriendus, si adhuc nō credit suam, qui iam resurrectionem domini cognouit factā: si & ille suā credidit, q adhuc domini Iesu sperabat esse faciēdā.

Caput. XXXI.

SEd ecce resurrectionem audio, effectum tamen eiusdem resurrectionis exquiro. Credo nanque, quia resurrecturus sim, sed volo vt audiam qualis. Sciendum quippe mihi est, vtrum in quodam alio subtili fortasse, vel aëreo, an in eo quo moriar corpore resurgam. Sed si in aëreo corpore surrexero, iam ego non ero qui resurgo. Nam quomodo est vera resurrectio, si vera esse non poterit caro? Aperta ergo ratio suggerit: quia si vera caro non fuerit, proculdubio resurrectio vera non erit. Nec enim rectè resurrectio dici potest, vbi non resurgit quod cecidit. Sed has nobis beate Iob dubietatis nebulas tolle: quia nec acceptam sancti spiritus gratiam, de spe nobis loqui nostræ resurrectionis cœpisti: apertè indica, si caro nostra veraciter resurgat. Sequitur:

Qualiter Euticius de resurrectione senserit, & quomodo per Gregorium præsente Tiberio Augusto conuictus sit & correctus.

B Et rursum circundabor pelle mea.) Dum apertè pellis dicitur: omnis dubitatio veræ resurrectionis auferetur: quia sicut Euticius Constantinopolitanæ vrbis episcopus scripsit corpus nostrum in illa resurrectionis gloria erit impalpabile, ventis aëreq; subtilius. In illa enim resurrectionis gloria erit corpus nostrum subtile quidem per effectum spiritalis potentiæ, sed palpabile per veritatē naturæ. Vnde etiam redemptor noster dubitantibus de sua resurrectione discipulis, ostendit manus & latus, palpanda ossa carnemq; præbuit, dicens: Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Qui cùm eidem Euticio in Constantinopolitana vrbe positus, hoc Euangelicæ veritatis testimoniū protulissem, ait: Idcirco dominus hoc fecit, vt dubitationem resurrectionis suæ de discipulorum cordibus amoueret. Cui inquam: Mira est res valde quam astruis, vt inde nobis dubietas surgat, vnde discipulorū corda à dubietate sanata sunt. Quid enim deterius dici potest, quàm vt hoc nobis de eius vera carne dubium fiat, per quod discipuli eius ad fidem ab omni sunt dubietate separati? Si enim non hoc habuisse astruitur quod ostendit, vnde fides discipulis eius confirmata est, inde nostra destruitur. Qui adiungebat etiam, dicens: Corpus palpabile habuit quod ostendit: sed post confirmata corda palpantium,
C omne illud in domino quod palpari potuit, in subtilitatem est aliquam redactum. Ad hęc ipse respondi, dicens: Scriptum
Roma. 6. est: Christus resurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Si quid ergo in eius corpore post resurrectionem potuit immutari: contra veridicam Pauli sententiam, post resurrectionem dominus rediit in mortē. Quod quis dicere, vel stultus presumat, nisi qui veram carnis eius re-
1.Corin. 15. surrectionem denegat? Tunc mihi obiecit, dicens: Cùm scriptum sit: caro & sanguis regnum dei possidere non possunt, qua ratione credendum est resurgere veraciter carnem? Cui inquam: In sacro eloquio aliter caro dicitur iuxta naturā, atq; aliter iuxta culpam, vel corruptionem. Caro quippe iuxta na-
Gene. 2. turam, sicut scriptum est: Hoc nunc os ex ossibus meis, & ca-
Ioan. 1. ro de carne mea: &, Verbum caro factū est, & habitauit in no-
Gene. 6. bis. Caro verò iuxta culpam, sicut scriptum est: Non permanebit in hominibus istis spiritus meus, eo quòd sunt caro. Et
Psalm. 77. sicut Psalmista ait: Memoratus est, quia caro sunt: spiritus va-
Galat. 4. dens, & nō rediens. Vnde & discipulis Paulus dicebat: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Neque enim in carne nō erant, quibus epistolas transmittebat, sed quia passiones carnalium desideriorum vicerāt, iam liberi per virtutem spiritus in carne non erant. Quod ergo Paulus apostolus dicit: Quia caro & sanguis regnum dei possidere non possunt, carnem vult secundum culpam intelligi, non carnem secundum naturam. Vnde & mox, quia carnem secundum culpam diceret: ostēdit subdens: Neque corruptio incorruptelam possidebit. In illa ergo cœlestis regni gloria caro secundum naturam erit, sed secundum passionū desideria non erit, quia deuicto mortis aculeo, in eterna incorruptione regnabit. Caput. XXXII. D

QVibus dictis idem Euticius cōsentire se protinus respondit, sed tamen adhuc corpus palpabile resurgere posse denegabat. Qui etiam in libello quē de resurrectione scripserat: Pauli quoque Apostoli *1.Corin.15.* testimonium indiderat, dicentis: Tu quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur: & quod seminas, nō corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum. Hoc nimirum ostēdere festinans, quia caro vel impalpabilis, vel ipsa nō erit: dū sanctus Apostolus de resurrectionis agens gloria, non corpus quod futurum est seminari dixerit. Sed ad hæc citius respondetur: Nam Paulus apostolus dicens: Non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, hoc insinuat quod videmus: quia granum cum culmo, & foliis nascitur, quod sine culmo & foliis seminatur. Ille itaque in augmento gloriæ resurrectionis non dixit grano seminis deesse quod erat, sed adesse quod non erat, iste autem dum verum corpus resurgere denegat, nequaquā dicit adesse quod deerat, sed deesse quod erat. Tunc itaque de hac re in longa contentione perducti, grauissima à nobis cœpimus simulatione resilire, cùm pię memoriæ Tiberius Constantinus imperator secretò me & illum suscipiens: quid inter nos discordiæ versaretur agnouit, & vtriusq; partis allegationem pensans, eundem librum quem de resur- E
rectione scripserat: suis quoque allegationibus destruens, deliberauit vt flammis cremari debuisset. A quo, vt egressi sumus, me ægritudo valida, eundē verò Euticium ægritudo, & mors protinus est secuta. Quo mortuo: quia penè nullus erat qui eius dicta sequeretur, dissimulati cœpta persequi, ne in fauillas viderer verba iaculari. Dum tamen adhuc viueret, & ego validissimis febribus ægrotarem, quicunque noti mei ad eum salutationis gratia pergebant, vt eorum relatione cognoui, ante eorum oculos pellem manus suæ tenebat dicens: Confiteor quia omnes in hac carne resurgemus. Quod, sicut ipsi fatebantur, omnino priùs negare consueuerat. Sed nos ista postponētes, in beati Iob sermonibus subtiliter exquiramus, si vera erit resurrectio: verumque corpus in resurrectione.

Caput. XXXIII.

ECce enim iam de spe resurrectionis dubitare non possumus, dum ait: Et in nouissimo die de terra surrecturus sum. Dubietatem quoque de reparatione vera corporis abstulit, qui ait: Et rursum circundabor pelle mea. Qui adhuc ad auferendas ambages nostræ cogitationis subdit: Et in carne mea videbo deum.) Ecce resurrectionem, ecce pellē, ecce carnem apertis fatetur vocibus. Quid ergo remanet vnde possit mens nostra dubitare? si itaque iste vir sanctus ante effectum resurrectionis dominicæ, reducēdam carnem in in- F
tegro statu credidit, qui erit reatus nostræ dubitationis, si vera carnis resurrectio, nec post exemplum creditur redemptoris? Si enim post resurrectionem corpus palpabile non erit, profectò alius surgit quàm moritur, quod dictu nefas est credere, quia ego morior, & alius resurgat? Vnde quæsō te beate Iob subiūge quæ sentis, & huius nobis quæstionis scrupulum tolle. Sequitur:

Quòd post resurrectionem caro nostra, & eadem futura sit per naturam, & diuersa per gloriam.

Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius.) Si enim, sicut quidā errorum sequaces arbitrantur, post resurrectionem corpus palpabile non erit, sed inuisibilis corporis subtilitas caro vocabitur: quanuis substātia carnis non sit, profectò alius est qui moritur, & alius qui resurgit. Sed beatus Iob hanc eis sentētiam veridica voce destruit, qui ait: Quem visurus sum egoipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Nos autem beati Iob fidem sequentes, & redemptoris nostri post resurrectionem corpus palpabile veraciter credētes, fatemur carnem nostram post resurrectionem futuram, & eandem & diuersam eandem per naturam, diuersam per gloriam: eandem per veritatem, diuersamque per po- *al. subtilis*
tentiam. Erit itaque spiritalis, quia & incorruptibilis. Erit palpabilis, quia non amittet essentiam veracis naturæ. Sed sanctus vir eandem resurrectionis fiduciam qua spe teneat, quanta certitudine pæstoletur, adiungit. Sequit: Posita est hæc

spes

G spes mea in sinu meo. Nil nos habere certius credimus, quàm hoc quod in sinu tenemus. In sinu ergo suo spem repositã tenuit, quia vera certitudine de spe resurrectionis præsumpsit. Sed quia venturum diem resurrectionis innotuit, iam nũc seu voce sua, seu typo sanctæ & vniuersalis Ecclesiæ prauorum facta redarguit, & iudicium quod in resurrectionis die sequitur, prædicit. Nam protinus subdit: Quare ergo nunc dicitis, persequamur eum, & radicem verbi inueniamus contra eum? Fugite ergo à facie gladij, quoniam vltor iniquitatũ gladius est, & scitote esse iudicium. Priori quippe sentẽtia iniquorum facta reprehendit, sequẽti autem ex diuino iudicio pœnas innotuit. Ait enim: Quare ergo nunc dicitis: persequamur eum, & radicem verbi inueniamus contra eum? Peruersi quilibet quia malo studio bene prolata audiunt, & in lingua iusti accusationis aditum inuenire appetunt, quid aliud quàm contra eũ verbi radicem quærunt, ex qua videlicet loquendi originem sumant, & ramos prauæ loquacitatis in accusatione dilatent? Sed vir sanctus cùm à prauis talia sustinet, non contra eos, sed magis pro ipsis dolet, & malè cogitata redarguit, ac mala eis quæ fugiant ostendit, dicens: Fugite ergo à facie gladij, quia vltor iniquitatum gladius est: & scitote esse iudicium.)

Caput. XXXIIII.

OMnis qui peruersa agit: eoipso quo hoc despicit, esse dei iudicium nescit. Si enim hoc timendum sciret, quæ in illo sunt puniẽda, nõ ageret. Nam sunt plærique qui extremum esse iudicium verbotenus sciunt, sed peruersẽ agendo testantur quia nesciunt. Qui enim hoc non for-
H midat vt debet, necdum cognouit cum quanto turbine terroris adueniat. Si enim pensare pondus tremendi examinis nosset, iræ diem vtique timendo præcaueret. Faciem quoque gladij fugere, est animaduersionis districtæ sententiã prius quàm appareat placare. Vitari nanque terror iudicis non nisi ante iudicium potest. Modo non cernitur, sed precibus placatur. Cùm verò in illo tremendo examine sederit, & videri potest, & placari iam non potest: quia facta prauorum quæ diu sustinuit tacitus, simul omnia reddet iratus. Vnde necesse est nunc timere iudicem, cum necdum iudicium exercet, cùm diu mala sustinet, cùm adhuc mala tolerat quæ videt: ne cùm semel manum in retributione vltionis excusserit: tanto in iudicio districtius feriat, quanto ante iudicium diutius expectat.

Libri decimiquarti Moralium sancti Gregorij finis.

LIBER DECIMUSQUINTUS MORALIUM

beati Gregorij papæ, exponens consequenter duo capita textus sancti Iob: incipiendo à capite vicesimo.

REspondens autem Sophar Naamathites, dixit: Idcirco cogitationes meæ variè succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur. Doctrinam qua me arguis, audiam: & spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi. Hoc scio à principio ex quo positus est homo super terram, quòd laus impiorum breuis sit: & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eũ viderant, dicent: Vbi est? Velut somnium auolans non inuenietur: transiet sicut visio nocturna. Oculus qui eum viderat, non videbit, neque vltrà intuebitur eum locus suus. Filij eius atterentur egestate: & manus illius reddent ei dolorem suum. Ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient. Cum enim dulce fuerit in ore eius K malũ, abscondet illud sub lingua sua. Parcet illi, & non derelinquet illud, & cælabit in gutture suo. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. Diuitias quas deuorauit, euomet: & de vẽtre illius extrahet eas deus. Caput aspidum suget: & occidet eum lingua viperę. Non videat riuulos fluminis torrentis mellis & butyri. Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur. Iuxta multitudinem adinuentionum suarum sic & sustinebit, quoniam confringens nudauit pauperis domum, rapuit & non ædificauit eam: nec est satiatus venter eius. Et cum habuerit quæ concupierat, posidere non poterit. Non remansit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis eius. Cùm satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet super eum. Vtinam impleatur venter eius, vt emittat in eum iram furoris sui, & pluat super illum bellum suum. Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum. Gladius deductus & egrediens de vagina sua, & fulgurans in amaritudine sua. Vadent & venient super eum horribiles, omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius. Deuorabit eum ignis qui non succenditur, afflige tur relictus in tabernaculo suo. Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum. Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris dei. Hęc est pars hominis impij à deo, & hæreditas verborum eius à domino. L

OVia amici beati Iob nequaquã peruersi esse potuerunt, Sophar Naamathitis verba testantur, qui de ore eius terrorem venturi iudicij audiens, protinus adiungit: Idcirco cogitationes meæ variè succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur.) Acsi ei apertis vocibus dicat: Quia extremi iudicij terrorem consídero, ideo cogitationum tumultibus in timore confundor. Tanto quippe animus amplius in cogitatione dilatat, quanto illud esse terribile quod imminet pensat. Et in diuersa mens rapitur, quando modo mala quæ egit, modo bona quæ agere neglexit, modo reprehensibilia in quibus est, modo recta quæ sibi adhuc deesse conspicit, sollicito pauore perpendit. Sed amici beati Iob cum assiduitate vitæ illius edocti bene viuere nouerint, pensare tamen subtiliter dei iudicia nescientes, mala hìc iustorum quempiam posse recipere non credebant. Vnde & eundem sanctum virum iniquum esse suspicati sunt, quem flagellatum viderunt, atque ex hac suspitione agebatur, vt in eius quoque increpationem dilaberentur: ad quam tamen increpationem quasi sub quadam reuerentia descendunt. Vnde Sophar subiicit, dicens: Doctrinam qua me arguis, audiam: & spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi.) Ac si apertè dicat: Tua quidem verba audio, sed an rectè prolata sint, spiritu meæ intelligentiæ discerno. Nam qui dicentis verba despiciunt, doctrinam eius non ad adiutorium, sed ad occasionem certaminis sumunt: vt audita potius iudicent quàm sequantur. His itaque sub quodam moderamine præmissis, in apertam iam beati viri exprobrationem prosilit, cùm subiungit:

Quòd quicquid inter initium & finem claditur, breue sit: & quòd in articulo mortis hypocritarum gloria euanescat.

Hoc scio à principio ex quo positus est homo super terram, quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti.) Liquet nunc quia suæ intelligentiæ spiritu inflatus, eas quas contra impios sententias profert, in beati Iob redargutionibus inflectit. Quem enim prius iusta agere, & postmodum pœnas tolerare conspexit, omne in illo hypocrisim æstimat fuisse quod vidit, quia videlicet à iusto Deo iustum

A iustum famulum affligi posse non credidit. Sed nos eisdem eius sententias quis non rectè rectas protulit, sollicita intētione pensantes exequamur: & contemnentes, quod falsum contra beatum Iob loquitur, intueamur quàm vera dicat, si hæc contra impios loqueretur. Ait itaque: Hoc scio à principio ex quo positus est homo super terram, quod laus impiorum brevis sit.

Caput. I I.

DIcturus breuitatem vitæ præsentis, cordis oculum ad exordium reduxit originis: vt ex anteactis colligat, quàm nulla sunt, quæ videntur aliqua esse dum sunt. Si enim ab ipso humani generis exortu vsque ad hoc tempus in quo sumus, mentis oculos ducimus, omne quod finiri potuit, quàm breue fuerit, videmus. Ponamus enim quemlibet hominem à primo die mundi cōditum, vsque ad hodiernum diem vitam ducere, hodie tamen eandem vitam quam quasi longam ducere videbatur, finire: ecce finis adest, præterita iam nulla sunt, quia cuncta transierunt. Futurū in hoc mundo nihil est, quia nullum ad vitam, vel breuissimum restat momentum. Vbi est ergo longum tempus quod inter initium finēq; deprehensum, ita consumitur, ac si nec breue vnquam fuisset? Impij itaque quia præsentem vitam diligunt, in ea proculdubio elati percipere laudem quærunt. Linguæ fauoribus extol luntur, nec esse boni, sed dici appetunt. Quam videlicet laudē longam esse existimant, dum assequuntur: sed breuem intelligunt fuisse, dum amittunt. In fine quippe eis ostēditur, quàm nihil fuerit quod amauerunt. Vnde rectè contra eosdem im-
B pios dicitur: Hoc scio à principio ex quo positus est homo super terram, quòd laus impiorum breuis sit. Vbi aptè subiūgit:

Et gaudium hypocritæ ad instar puncti.) Sæpe hypocrita dum sanctum se simulat, & iniquum exhibere minimè formidat, ab omnibus honoratur, eique sanctitatis gloria defertur ab his qui exteriora cernunt, sed interiora perspicere nequeunt. Vnde fit vt gaudeat in prima sessione, hilarescat in primo recubitu, infletur in prima salutatione, eleuetur in reuerenti voce obsequentium, & superba cogitatione tumeat in famulatu subditorum, sicut voce quoque veritatis de talibus
Matt. 23. dicitur: Omnia verò opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias suas. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus rabbi. Sed hoc eorum gaudium æternitati comparatum, quid erit quando irruente mortis articulo, ita consumitur, ac si omnino non fuerit? Cuius nimirū gaudij lætitia pertransiit, & pœna permanet, & cum res amittitur, causa durat. Bene autem dicitur: Gaudium hypocritæ ad instar puncti. In puncto enim stylus mox, vt ponitur, leuatur, nec mora vlla agitur, vt per exprimendam lineam trahatur. Gaudium itaque hypocritæ ad similitudinem puncti est, quia apparet ad momentum, sed disparet imperpetuum, & sicut stylus in pun
C cto, dum ponitur, leuatur, sic hypocrita præsentis vitæ gaudia dum tangit, amittit. De quo subditur:

Quòd huius seculi gloriam electi reputāt sicut stercus, & q; non ex æstimatione humana, sed ex diuino iudicio quisque sit sanctus.

Si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur.) Superbia hypocritæ vsq; ad cœlum ascendere dicitur: quando eius elatio cœlestem agere vitam videtur. Cuius etiam caput quasi nubes tangit, quando principalis pars, videlicet intellectus illius, sanctorum præcedētium coæquari meritis creditur. Sed quasi sterquilinium in fine perdetur, quia in morte sua cùm ad tormenta ducitur, stercoribus vitiorum plenus, à malignis spiritibus conculcatur.

Caput. I I I.

GAudia etenim vitæ præsentis quæ iniusti æstimant magna bona, iusti stercora deputant. Vnde scriptum
Eccli. 22. est: De stercore boum lapidatus est piger. Is ergo qui deum sequi noluerit, ab amore æternæ vitæ pigrescit. Et quotiens rerum temporalium damno percutitur, ex his nimirum affligitur, quæ iusti viri velut stercora contemnunt. Qui ergo ex terrenarum rerum percussione atteritur, quid aliud quàm de boum stercore lapidatur? Et rectè hypocrita sterquilinio similis dicitur: quia dum temporalem gloriā habere appetit, D modo per cogitationē apud semetipsum tumet, modo eādem gloriam aliis inuidet: eamq; alios veraciter habentes irridet. Quot ergo vitiis plenus est, quasi tot stercoribus in cōspectu æterni iudicis illius pectus fœtet. Dicatur igitur: Si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit: quasi sterquilinium in fine perdetur.) Qui etsi cœlestem vitam se agere simulat, etsi intellectum suum esse similem veris prædicatoribus ostentat, quasi sterquilinium tamen in fine perdetur, quia mens illius pro vitiorum suorum fœtore damnabitur. Sequitur: Et qui eum viderant, dicent: Vbi est?) Plærunque hypocritarum vita etiam ab omnibus reproba in fine cognoscitur: vt signis iam apertioribus, qui fuerint ostendantur. Qui ergo hunc elatum viderunt, de extincto dicent: Vbi est? Quia neque hìc vbi elatus fuerat apparet, neque in æternitatis requie, de qua esse putabatur. De cuius breuitate vitæ adhuc aptè subiungitur:

Quòd sanctitas hypocritarū, somniantium similitudinem habeat, in quibus est ostensio phantasmatis, non certitudo virtutis.

Velut somnium auolans non inuenietur, transiet sicut visio nocturna.) Quid est vita hypocritæ, nisi quædam visio phantasmatis, quæ hoc ostendit in imagine, quod non habet ex veritate? Vnde rectè quoque somnio comparatur, quia ab eo omnis laus & gloria quasi dum tenetur, amittitur. Sæpe nāque in nocturna visione, nōnulli pauperes, factos se diuites admirantur, deferri sibi honores aspiciunt, diuitiarum moles, obse- E
quentium multitudinem, pulchritudinem vestium, abundantiam ciborum sibimet adesse considerant, gaudent se euasisse penuriam, quam cum gemitu tolerabant: sed repentè cùm eui gilant, inueniunt quàm fallum fuerit quod gaudebāt, eosque euigilasse pœnitet: quia vigilantes inopia vera tenet. Sic hypocritarum mentes dum aliud est quod agūt, atq; aliud quod hominibus ostendunt, laudes de ipsa sanctitatis ostentatione recipiunt: in æstimatione hominum multis melioribus præferuntur, & cùm intus apud se tacita cogitatione superbiant, foris se humiles demonstrant. Cumque ab hominibus immoderatè laudantur, tales esse se quoque apud deū existimant, quales se gaudent hominibus innotuisse. Vnde fit vt etiam æternæ vitæ percepturos se præmia præsumant, & qui hìc de humanis fauoribus exultant, illic se habituros requiem omnino non dubitent. Sed inter hæc occulta vocationis hora surrepit: & cùm carnis oculos claudunt, mentis aperiunt, moxq; vt supplicia æterna receperint, ibi vident, quia virtutum æstimatione diuites in somnis fuerunt. Bene ergo de hoc hypocrita dicitur: Transiet velut visio nocturna.) Quia hoc quod se ad momentum diuitem humanis æstimationibus videt: de ostentione est phantasmatis, non de soliditate virtutis. Nam cùm mens eius in morte carnis euigilat, cognoscit, proculdubio, quia fauores circa se hominum dormiens videbat. Sequitur:

Quòd locus hypocritæ sit cor adulantium, & quòd vitia adolescentiæ eius, cum eo in puluerem deueniant, cùm vsque ad mortem in iniquitate perseuerant. F

Oculus qui eum viderat, non videbit: neque vltrà eum intuebitur locus suus.) Quis est locus hypocritæ, nisi cor adulātium? Ibi quippe requiescit, vbi fauores inuenerit. Oculus ergo qui eum viderat, non videbit: quia subtractus morte, stultis amatoribus suis absconditur, qui eum consueuerant admirando conspicere. Nec vltrà eum locus suus intuebitur, quia linguæ adulantium hunc ad iudicium fauoribus non sequuntur. Sed tamen quousque viuit, ea quæ ipse agit, etiam sequaces suos docere non desinit, & per erroris sui prauitatem, alios quoq; ad eam quam exhibet, generat simulationem. De quibus hìc aptè subditur: Filij eius atterentur egestate.) Scriptū est: In maliuolam animā, non introibit sapientia. Et per Psal- *Sapien. 1.*
mistam dicitur: Diuites egerunt & esurierunt. Si enim de ex- *Psalm. 33.*
teriori fame egestas eorū, & esuries diceretur: profecto diuites non essent, qui pane corporis indigerent. Sed quia dum exterius multiplicantur, interius inanes fiunt, & diuites pariter & egentes esse memorantur: quia videlicet pane sapientię satiari minimè merentur. Filij itaque huius hypocritæ atteruntur egestate, quia hi qui in hypocrisi ex eius imitatione nascuntur, dū veritatis soliditatē non tenent, in cordis egestate deficiūt.

Caput

Universidad de Deusto Biblioteca

Caput. IIII.

G ET manus illius reddent ei dolorem suum. Quid per manus nisi opera designantur? Manus itaque illius ei dolorem reddent: quia damnationem iustam ex iniqua recipiet operatione. Bene autem non dabunt, sed reddent dicitur: quia peruersæ eius actiones, ęternũ ei supplicium quasi quoddam debitum soluẽt. Sed prius quàm ad æterna supplicia perueniat, qualem se hìc exhibeat, plenius adiungat. Sequitur:

Ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient.) Origo prauæ inchoationis, causas culpæ etiam præsumendo multiplicat. Dum enim mala agere quisque cœperit: vsu iam deterius in hoc quod inchoauerat excrescit. Quid itaque adolescentia huius hypocritæ, nisi inchoatio prauitatis est? In adolescẽtia quippe iam libido feruescere inchoat. Et tunc adolescentiam hypocrita habet: cum appetere, & amplecti libidinem gloriæ cœperit. Quam in eo dum adulantiũ blanda fomenta multiplicant, robustiorem reddunt, & quasi in ossa cõuertunt. Hoc enim quod malè cœpit, peius quotidiè per consuetudinem roborat. Dicatur itaque: ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ eius: quia duræ in eo prauitatum consuetudines à vitio sumptæ, sunt pessimæ inchoationis. Vnde scriptum est in prouerbiis: Adolescens iuxta viã suam, etiam cùm senuerit, non recedet ab ea. Quę nimirũ ossa cum eo in puluere dormient, quia eousque in illo iniquæ consuetudines perdurant: quo hunc ad mortis puluerem pertrahant. Cum eo enim in puluere ossa, vel vitia dormire, est vsq; H ad puluerem eum non deserere, id est, vsque ad mortem ab iniquitate minimè cessare. Tenent igitur illum prauæ consuetudines quę semel cœperunt, atque quotidie duriores existũt. Et cum illo in puluere dormiunt, quia non nisi cum eius vita finiuntur. Sed hæc intelligi & aliter possunt.

Prouerb. 22.

Caput. V.

HAbet nanque hypocrita nonnunquam forte ac validum aliquid in operatione, sed dum multa bona se simulat habere quæ non habet, perdit etiam ea quę habet. Vnde bene nunc dicitur: Ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ eius.) Quia cum leuis ac mobilis multa pueriliter facit, etiam in his quæ fortia egerit, in vitio molleſcit. Quæ videlicet eius ossa cum eo in puluere dormiẽt, quia scilicet sicut puluis, est omnis simulatio illa quam agit: ita & in illo si quid habet validum, omni soliditate vacuatur: vt per virtutis arrogantiam hoc quoque perdat, quod in eo potuit esse virtutis. Ossa ergo cum eo in puluere dormire, est cum prauis eius actibus etiam si qua sunt bene acta, deperire. Sequitur: Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua.) In ore hypocritę malum dulce est, quia ei est iniquitas suauis in mente. Os quippe cordis, cogitatio est: de qua scriptum est: Labia dolosa in corde, & corde locuta sũt mala. Sed hoc malum quod in ore hypocritæ dulce est, sub lingua eius absconditur, quia asperitas malitiæ quæ latet in mente, sub tegmine blandæ locutionis operitur. Malum nanque in lingua, I & non sub lingua esset, si loquens hypocrita malitiam suę prauitatis aperiret. Sed sicut plærique iustorum, cùm quosdã agere peruersè conspiciunt, qui duris sunt increpationibus serendi, in lingua asperitatem sumunt, sed sub lingua mentis suę benignitatem contegunt. Vnde & sanctæ Ecclesiæ sponsi voce dicitur: Mel & lac sub lingua tua. Qui enim mentis suæ dulcedinem aperire infirmis nolunt, sed loquentes quasdam eos asperitate feriunt, & tamẽ inter verba aspera quasi latẽter quiddam dulcedinis intermittunt, hi videlicet non in lingua, sed sub lingua habent dulcedinẽ: quia inter dura quæ proferunt, emittunt quædam blanda & dulcia, quibus contristati mens possit ex benignitate refoueri. Ita peruersi quique, quia malũ non in lingua, sed sub lingua habent, sermonibus dulcia prætendunt, & cogitationibus peruersa moliuntur. Hinc est enim quòd Ioab Amasæ mentum dextera tenuit, sed sinistram ad gladium latenter mittens, eius viscera effudit. Dextera quippe mentum tenere, est quasi ex benignitate blandiri. Sed sinistram ad gladium mittit, qui latẽter ex malitia percutit. Hinc de ipso quoque eorum capite scriptum est: Sub lingua eius labor & dolor. Qui enim non apertè mala quæ cogitat ostẽdit, laborem ac dolorem eorum, quorum mortem appetit, non in lingua exerit, sed sub lingua premit. Bene autem de hoc hypocrita subditur:

Canti. 4.

2. Regũ. 3.

Psalm. 9.

K *Quòd peccatores abscondentes peccata sua, parcant sibi: & quòd scientia legis de qua gloriantur, non viuificet eos: sed animã tanquam venenum inficiat.*

Parcet illi, & non derelinquet illud, & cælabit in gutture suo.) Malo enim quod diligit parcit: quia non hoc in semetipsum pœnitendo persequitur. Vnde & additur: Non derelinquet illud. Si enim vellet relinquere, nequaquam parceret: quia persequeretur. Sed hoc cælat in gutture, quia sic seruat in cogitatione, vt nunquam proferat in voce. Sequitur: Panis eius in vtero illius, vertetur in fel aspidum intrinsecus.) Quod panis in vtero, hoc est satietas temporalis delectationis in mẽte. Satietur ergo nunc hypocrita illata laude, delectetur honoribus, panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus: quia satietas transitoriæ delectationis, in retributionis fine ad amaritudinem vertetur, & fel aspidum, id est, malignorum spirituum, persuasio fuisse cognoscitur: quod hic laus gloriæ esse credebatur. Tunc enim iniqui vident quòd antiqui serpentis veneno infecti sunt, dum flammis vltricibus traditi, cum eodem suo persuasore cruciantur. Panis itaque iste aliud in ore sapit, sed aliud in vtero: quia transitorię delectationis lætitia dulcis est, cùm hic quasi mandendo agitur: sed amarescit in vtero: quia peracta lætitia deglutitur ad pœnam.

Caput. VI.

VEl certè quia panis, scripturæ sacræ intelligentia non L inconuenienter accipitur, quę mentem reficit, eique boni operis vires præbet, & plærunque hypocritæ etiam sacri eloquij erudiri mysteriis studet: non tamen vt eiisdem viuat, sed vt cæteris hominibus quàm sit doctus appareat, panis eius in vtero illius in fel aspidum intrinsecus vertetur, quia dum de sacrę legis scientia gloriatur, vitæ potum conuertit sibi in veneni poculum, & inde reprobus moritur, vnde ad vitam erudiri videbatur. Neque hoc autem inconuenienter accipitur, quòd nonnunquam hypocrita dum doctrinæ verbo ad ostensionem studet, diuino iudicio cæcatus, hoc ipsum verbum prauè intelligit, quod malè quærit. Cùm in errorem hæreseos labitur, contingit ei, vt sicut de felle aspidum, sic infœlix de pane moriatur: & in doctrina sua mortem inuenit: quia in verbis vitæ, vitam minimè quæsiuit. Sępe verò M euenit, vt diuinę admonitionis eloquia, etiam si rectè hypocrita intelligat: quia in opere nequaquam seruat, hęc etiam prius q̃ præsentis vitæ cursum finiat, amittat: vt perdat scire, quod sciendo noluit agere. Vnde & subditur.

Quòd hypocritæ in reprobum sensum iustè traduntur: & quia contemnunt finem, quæ dicunt, ad vltimum nec dicunt, nec faciunt.

Diuitias quas deuorauit, euomet: & de ventre illius extrahet eas deus.) Vult hypocrita scire diuina eloquia, nec tamen facere. Vult doctè loqui, nec viuere. Pro eo ergo quòd non agit quæ nouit, etiam hoc quod nouit amittit: vt quia scientiæ suæ puram operationem non sociat, contempta puritate boni operis, & scientiam perdit. Diuitias igitur sacrę legis quas legendo deuorauit, obliuiscendo euomit: easque de ventre illius de⁹ extrahit: quia quod obseruare noluit, iusto iudicio de eius memoria euellit: ne præcepta dei saltem in lingua teneat, quæ non seruauit in vita. Vnde per Prophetam dicitur: Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Quæ etiam verba doctrinæ si quando contingat, vt hypocrita vsque ad finem videatur in ore retinere, inde magis dãnabitur, vnde bono dei munere etiam malus minimè priuatur. Scriptum quippe est: Memoria retinentibus mandata eius, vt faciant ea. Qui ergo mandata illius memoria retinet, sed nequaquam facit, hicita doctrinæ verbis sententias quibus damnetur, tenet.

Quid sit quòd Zacharias volumen volans vidit, cuius longitudo viginti cubitorum, & latitudo decem cubitorum erat.

Hinc quippe in Zacharia scriptum est: Quid tu vides Zacharia? Et dixi: Ego video volumen volans, longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorũ. Et dixit ad me: Hæc est maledictio quæ egredietur super faciem vniuersæ terræ: quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur.

Quid

A Quid nanque est volumen volans, nisi scriptura sacra? Quæ dum de cœlestibus loquitur, ad superiora mentis nostræ leuat intentionem, quia dum illam super nos esse aspicimus, ima attendere, id est, concupiscere deuitamus.

Caput. VII.

QVæ latitudinem decem cubitorum, longitudinem vero viginti habere perhibetur: quia latitudo operationis nostræ simpla est, & longanimitas spei in duplum tenditur, quoniam pro bono nostro opere, & hic nobis mentis requies, & illic gaudia æterna præparantur, veritate attestante, quæ ait: Si quis reliquerit domum, aut agros, &c. cētuplum in hoc seculo recipiet, & in futuro vitam æternam possidebit. Centenarius quippe numerus decemplicato denario fit perfectus. Hic itaque centuplum recipit, qui etsi nihil habuerit, ipsa tamen perfectione mentis iam in hoc seculo habere nihil quærit. Quia ergo per hanc duplum nobis pro simplo redditur, rectè hoc volumen per viginti cubitos in longum tenditur, quod per decem dilatatur. Sed quia hæc ipsa sacra eloquia ad æternam damnationem sunt eis, qui illa vel scire nolunt: vel certè sciendo contēnunt, rectè de hoc volumine dicitur: Hæc est maledictio quæ egredietur super faciem vniuersæ terræ. Et cur maledictio dicatur adiungit: quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur. Hypocrita igitur, quia secundum verba legis quæ nouit, viuere contemnit, & de doctrina fauores quærit, fur iudicabitur: quia per hoc

Mat. 9. Mar. 10. Luc. 18.

Zach. 5.

B quòd iusta loquitur, laudem sibi vitæ iustorum rapit. De quo adhuc bene subditur:

Quòd qui suggestionem diaboli, quasi leniter ab initio suadentis libenter accipit, postmodum captus veneno tentationis violentæ necatur.

Caput aspidum fuget, & occidet eum lingua viperæ. Aspis paruus est serpēs, vipera vero prolixioris est corporis: & aspides oua gignunt, atque ex ouis eorum filij procreantur: viperæ autem cum conceperint, filij earum in ventre sæuiunt, qui ruptis lateribus matrum ex earum ventribus procedunt. Vnde & vipera, eo quòd vi pariat, nominatur. Vipera itaque sic nascitur vt violēter exeat, & cum matris suę extinctione producatur. Quid ergo per aspides paruos, nisi latentes suggestiones immundorum spirituum figurantur, qui cordibus hominum parua prius persuasione surrepunt. Quid vero per linguam viperę, nisi violenta diaboli tentatio designatur? Prius enim leniter surrepit: postmodum vero etiam violēter trahit. Caput itaque aspidum fugit: quia initium suggestionis occultæ paruum prius in corde nascitur, sed occidit eum lingua viperæ: quia postmodum capta mens veneno violētæ tentationis necatur. Primū subtilibus consiliis ad cor hominis immūdi spiritus loquuntur, qui dum leniter persuadent, quasi venenum aspidum fundunt. Vnde scriptum est: Oua aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt. Qui comederit de ouis eorum, morietur: & quod confotum est, erumpet in regulum.

Esa. 59.

C

Caput. VIII.

OVa quippe aspidum prauis hominibus rumpere, est malignorum spirituum consilia, quæ in eorum cordibus latent, peruersis operibus aperire. Telas quoque araneæ texere, est pro huius mundi concupiscentia, temporalia quælibet operari. Quæ dum nulla stabilitate solidata sunt, ea proculdubio ventus vitæ mortalis rapit. Bene autem additur: Qui comederit de ouis eorum, morietur, quia qui immundorum spirituum consilia recipit, vitam in se animæ occidit. Et quod confotum est, erumpet in regulum: quia consilium maligni spiritus quod corde tegitur, ad plenam iniquitatem nutritur. Regulus nanque serpentum rex dicitur. Quis vero reproborum caput est, nisi antichristus? Quod ergo confotum fuerit, erumpet in regulum, quia is qui in se enutrienda aspidis consilia recipit, membrum iniqui capitis factus, in corpus antichristi accrescit. De hoc itaque hypocrita dicitur: Caput aspidum fuget, & occidet eum lingua viperę, quia cùm iniquam suggestionem antiqui hostis libenter suscipit, violētis se postmodum eius tentationibus deuictus tradit. Vnde & in paradiso quoque, stanti homini verba blandę persuasionis intulit: sed quem semel rapuit ad consensum, iam nunc etiam renitentem trahit, & corruptionis suæ delectationibus deuictum, penè violenter interficit. Sed fortasse hęc ipsa intellige- D re etiam per cōtrariam interpretationem valemus. Nam quia veneno suo aspis concitè, vipera autem tardius occidit, per aspidem violenta & subita, per viperam vero lenis & diuturna tentatio designatur. Vnde & illi mors in suctione capitis, viperæ autem in lingua esse perhibetur: quia repentina tentatio sæpe inopinatum mentem mox vt fugit interficit, longa verò tentatio, quia praua diutius persuadendo suggerit, velut ex lingua vipera, occidit. Et quia omnis hypocrita immūdorum suggestione spirituum, quasi serpentum veneno, penetratus, quæ sunt superna sancti spiritus dona, nequaquam considerat, dum intentionem cordis in exterioribus fauoribus diuulgat, rectè subiungitur:

Quòd per mel dulcedo diuinitatis, per butyrum dulcedo misericordiæ, quam Christus deus & homo nobis ostendit, non incongruè accipiatur.

Non videat riuulos fluminis torrentis mellis & butyri.) In Euangelio dominus dicit: Qui credit in me, sicut dicit scriptu- *Ioan. 7.* ra, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Vbi Euangelista subiungit, dicens: Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant, credentes in eum. Riuuli ergo sunt fluminis, dona spiritus sancti. Riuulus est fluminis charitas, riuulus est fluminis fides, riuulus est fluminis spes. Sed quoniam omnis hypocrita, nec deum, nec proximum diligit, cùm transitoriā mundi gloriam quærit, riuulos fluminis non videt, quia irrigatione non infunditur charitatis. Hypocrita dum præsentia lucra quærit, E munera futura despicit, & fidem non habens, riuulum fluminis mente non videt, quia est fides, rerum argumentū non apparentium. Et dum retinet hypocrita quæ videntur, spem negligit eorum quæ non videntur. Riuulum ergo fluminis per desiderium non videt: quia solis visibilibus intendit. Et scriptū est: Quod enim videt quis, quid sperat? Riuulos ergo flu- *Roma. 8.* minis vidisset, si à præsentis mundi gloria oculos clauderet, eósque ad cœlestis patriæ amorem aperiret. Et notandum q̄ non riuos, sed riuulos dicit. Accipi enim riuuli fluminis possunt ea dona spiritualia, quæ in amantis mentem ita de cœlestibus subtiliter currunt, vt per os carnis expleri non possint. Sæpe nanque amantis animus tanto contemplationis munere repletur, vt videre valeat, quod loqui non valet. Fluminis autem torrens, est ipsa inundatio spiritus sancti, quæ in contē plantis animum exuberanti infusione colligitur, cùm mens plusquam intelligere sufficit, repletur.

F

Caput. IX.

ET sciendum quia cùm nos spiritus sancti gratia infundit, melle nos pariter & butyro replet. Mel enim desuper cadit, butyrum verò ex animalium lacte colligitur. Mel itaque ex aëre, butyrum verò ex carne est. Summi autē patris vnigenitus, cùm sit deus super omnia, homo est factus inter omnia. Qui cùm nos dulcedine diuinitatis suæ, & mysterio incarnatiōis repleuit, melle nos pariter & butyro satiauit. Quia ergo spiritus Christi mentem quam repleuerit, & diuinitatis eius dulcedine, & incarnationis fide lætificat: isti riuuli torrentis fluminis mellis simul & butyri esse memorant, quia & de cognitione dei alta mentem suauitate reficiunt, & de incarnationis gratia charismatis hanc mysterio perungunt. Sed iste hypocrita quia in exterioribus fauoribus fusus, hæc interna dona non percipit, ad quæ post supplicia tendat, adiungit, cùm subditur:

Quòd peccatores in morte ideo non consumuntur, vt semper superstit in eis quod consumatur.

Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur.) Persoluit enim in tormento ea quæ hìc illicita seruauit desideria, & flammis vltricibus traditus, semper moritur, quia semper in morte seruatur. Non enim in morte consumitur: quia si consumeretur vita morientis, cum vita etiam pœna finiretur. Sed vt sine fine crucietur, viuere sine fine in pœna compellitur, vt cuius vita hìc mortua fuit in culpa, illic eius mors viuat in pœna. Dicat ergo: Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur: quia cruciatur, & non extinguitur: moritur, & viuit: deficit, & subsistit: finitur semper, & sine fine est. Hæc solo auditu valde sunt terribilia, quanto magis passione? Sed quia multitudo iniquitatis eius exigit, vt carere suppliciis nunquam possit, aptè

subiungitur:

G subiungitur: Iuxta multitudinem adinuẽtionum suarum, sic & sustinebit.) Qui enim multa inuenit ad culpam, nouis inuẽtionibus cruciatur in pœna. Nam quod hìc suspicari non potuit, hoc illic vltioni tradit⁹ sentit. Sicut enim exercitati in bonis operibus electi nonnunquam plus studẽt agere, quàm eis dignatus est dominus iubere: carnis enim virginitas nequaq; iussa est, sed tantummodo laudata: nam si illa iuberetur, nimirum coniugium iam culpa crederetur: & tamen multi virtute virginitatis pollent, vt videlicet plus impendant obsequio, q̃ acceperunt præcepto: sic plærunque peruersi quique in prauis actibus exercentur: vt plus inueniant in peruersa operatione quod faciant, quàm ex vsu reproborum iniquitatis accipere exempla potuerunt. Vnde & amplioris retributionis tormẽto feriũtur, quia & ipsi ex semetipsis amplius actiones prauas, de quibus feriri debeant, inuenerunt. Bene itaque dicitur:

Quòd licèt omniũ damnatorum immania sint tormenta, grauius tamen puniuntur adinuentores malorum, qui studio malignitatis ea flagitia ex se excogitauerunt, quorum exempla in aliis reprobis inuenerunt.

Caput. X.

IVxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & sustinebit.) Non enim inueniret iniquitatem nouam, nisi & quæreret, & non quæreret, nisi ex studio perpetrare festinaret. Pensatur ergo in tormento eius nimietas malæ cogitationis:
H & dolorem recipit dignæ retributionis. Et quanuis damnatorum omnium sit dolor infinitus, grauiora tamen tormenta recipiunt, qui multa in iniquitatibus, ex suis quoque desideriis inuenerũt. Sed quia Sophar huius hypocritæ intulit pœnam, protinus adiungit culpam, nec vnam quamlibet narrat, sed eã
1. *Timo.* 6. de qua omnes oriuntur. Scriptum quippe est: Radix omnium malorum est cupiditas. Cui ergo cupiditas damnari dicitur: subiectus proculdubio malis omnibus demonstratur. Nam subiungit: Quoniam confringens nudauit pauperis domum, rapuit & non ædificauit eam: nec est satiatus venter eius.) Domum pauperis confringit & nudat, qui eum quem per potentiam conterit, spoliare quoque per auaritiam non erubescit. Rapit eam, & non ædificat. Ac si apertè diceretur: Qui hanc
Matt. 25. ædificare debuit, insuper rapit. Venturus nanque in iudicio dominus dicturus est reprobis: Esuriui, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non operuistis me, & cætera. Ex qua culpa subiungitur: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Si igitur tanta pœna mulctatur, qui non dedisse sua conuincitur, qua pœna feriendus est, qui redarguitur aliena abstulisse? Rapuit ergo & non ædificauit eã, quia non solum de suo nil tribuit, sed etiam quod erat alienum, tulit. Bene autem subditur: Nec est satiatus venter eius.) Venter quippe iniqui auaritia est, quia in ipso colligitur, quicquid peruerso desiderio glutitur. Liquet ve-
I rò quia auaritia desideratis rebus non extinguitur, sed auge-
Auaritia desideratis rebus non extinguit, sed augetur tur. Nam more ignis cùm ligna quæ consumat acceperit, accrescit: & vnde videtur ad momentum flamma comprimi, inde paulopost cernitur dilatari. Et sæpe omnipotens deus cùm auaræ menti vehemẽter irascitur: prius ei permittit ad votum cuncta suppetere, & postea per vltionem subtrahit, vt pro eis debeat supplicia æterna tolerare. Vnde & subditur: Et cum habuerit quæ concupierat, possidere non poterit.) Maioris quippe iracundiæ est, cùm hoc tribuitur quod malè desideratur, atque inde repentina vltio sequitur: quia hoc quoque obtinuit, quod deo irascente concupiuit. Vnde & per Psalmistã
Psalm. 77. *Nume.* 11. dicitur: cùm escam carnis malè populus desiderasse perhibet: Adhuc esca eorum erat in ore ipsorum, & ira dei ascendit super eos, & occidit plurimos eorum. Solent nanque tardius apparere diuina iudicia, cùm præpediuntur, ne implẽri debeant mala vota. Nam quanto citius malum votum impleri permit
Quanto citius malum votũ impleri permittitur, tanto celeriꝰ puniũ. titur: plærunque tanto celerius punitur. Vnde ergo hypocrita festinè multiplicatur vt potens sit, inde agitur cum celeritate ne sit: quia & arbusta quæ tardius crescunt, annosa perdurant: & quæ in temporis breuitate proficiunt, celerius arescunt: & quasi cùm festinant esse, tendunt ad non esse. Sequitur: Nec remansit de cibo eius.)

Caput. XI.

Cibus eius, est omne hoc quod peruerso desiderio con- K
cupiuit. Sed percusso hypocrita, de cibo suo nil remanet, quia cùm ipse ad æterna supplicia ducitur à cunctis bonis quæ hic possederat, alienatur. Vnde adhuc subdit: Propterea nihil permanebit de bonis eius.) Si enim de bonis suis ei aliquid ꝑmaneret, secũ quæ habuerat, tolleret. Sed quia omnia ambiẽs, timere iudicem noluit, ex hac vita subtractus, ad iudicem nudus vadit. Cui tamen iniquo ad retributionem minus est, ꝙ in subsequenti pœna cruciatur, si in hac saltẽ vita liber esse permittitur. Sed nulla est libertas in culpa, quia scriptum est: Vbi spiritus domini, ibi libertas. Et plærunque per- 2. Cori
uersæ menti, ipsa sua culpa fit pœna. Vnde & rectè subiungit:

Quòd auaritia ex copia non extinguitur, sed augetur: & quòd ea quæ auaris deus ad tempus habere permittit, postmodum subtrahit, vt iam hæc vltio incipiat à viuis, quæ perficietur in mortuis.

Cùm satiatus fuerit, arctabitur. Prius quippe anhelat per auaritiam concupita congregare. Et cùm quasi in quodam vẽtre auaritiæ multa congesserit, satiatus arctatur: quia dum anxiatur qualiter acquisita custodiat, ipsa cum sua satietas angu- Luc
stat. Diuitis enim cuiusdam vberes fructus ager attulerat, sed quia vbi eos tantos reponeret non habebat, dixit: Quid faciã, quia non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit: Hæc faciam. Destruam horrea mea, & maiora ædificabo. Qui ergo ex abundantia coangustatus dicebat: Quid faciam, quasi mul- L
to cibo pressus æstuabat. Pensemus quot votis appetiit, vt vberes fructus ager illius afferret. Ecce autem vota completa sunt, quia fructus vberes ager attulerat. Sed quia ad reconden dum loca non sufficiunt, multiplicatus dies quid faciat ignorat. O angustia ex satietate nata. De vbertate agri, angustatur animus auari. Dicens nanque quid faciam, profectò indicat, quia votorum suorum affectibus pressus, sub quodam rerum fasce laborabat. Bene ergo dicitur: Cùm satiatus fuerit, arctabitur: quia mens auari quæ prius ex abundãtia requiem quæsierat, pòst ad custodiam grauius laborabat. Vnde hic quoq; adhuc subditur: Æstuabit, & omnis dolor irruet in eum.) Prius nanque dolorem habuit in ipsa suæ concupiscentiæ fatigatione, qualiter concupita raperet, quomodo alia blandimentis, alia terroribus auferret: at postquam acquisitis rebus peruenit ad desiderium, alius hunc dolor fatigat, vt cum solli- M
cito timore custodiat, quod cum graui labore meminit acquisitum. Hinc inde insidiatores metuit, atq; se hoc perpeti quod ipse fecit aliis, pertimescit. Formidat potentiorem alterum, ne hunc sustineat violentum: pauperem verò cùm conspicit, suspicatur furem. Ipsa quoque quæ congesta sunt, curat magnopere ne ex naturæ propriæ defectu per negligentiam consumantur. In his itaque omnibus, quia timor ipse pœna est, tanta infœlix patitur, quanta pati timet. Post hoc quoque ad gehennam ducitur, & æternis cruciatibus mancipatur. Omnis ergo dolor super eum irruit, quem & hìc prius pœna concupiscentiæ, postmodum verò cura custodiæ, & illic quandoque pœna vltionis cremat.

Caput. XII.

Mira autem est securitas cordis, aliena non quærere; sed vniuscuiusque diei victu contentum manere. Ex qua videlicet securitate etiam perennis requies nascitur, quia à bona & tranquilla cogitatione ad gaudia æterna transitur. Quo contrà reprobi, & hìc fatigantur in desideriis, & illic in tormentis, eisque de labore cogitationis, labor doloris nascitur, dum ab æstu auaritiæ trahũtur ad ignem gehennæ. Et quia, vt supra iam diximus, sæpe peruersus quisque quanto citius peruenit ad desiderium, tanto facilius raptur ad tormentum, optando subiungitur: Vtinam impleatur venter eius, vt emittat in eum iram furoris sui, & pluat super illum bellum suum.) Super hunc hypocritam bellum suum dominus pluit, cum iudiciorum suorum gladiis eius opera percutit. Bellum nanque deo pluere, est iniqui vitam diuinis sententiis desuper ad interitum vrgere. Bellum deo pluere, est superbientia contra se corda percutere, & mentem ardam quasi quibusdam guttis pluuiæ densescentibus, iudiciorum suorum iaculis ferire: vt cùm iam ad iudicium rapitur, modo meminerit, quia malè concupiuit, & concupita pœna congregare

A congregare studuit, modo doleat quòd congregata deserit, quandoque autem & vltionis ignem sentiat, quem ne bene vi ueret, præuidere contempsit. Sequitur:

Quòd qui præsentes necessitates, quæ sunt quasi arma ferrea, meruentes, multa per auaritiam rapiunt, arcum æneum diuinæ vltionis incurrunt.

Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum.) Sciendum quòd auaritia aliquando per elationem surrepit, aliquãdo vero per timorem. Sunt nanque nonnulli qui dum potiores videri appetunt, ad alienarum rerum ambitum succenduntur. Et sunt nonnulli qui dum sibi subsidiorum necessaria deesse timent, mentem ad auaritiam relaxant, & aliena ambiũt, cùm sua sibi sufficere non posse suspicantur. Omnis verò necessitas non incongruè ferrum vocatur, quia vitam inopis mœroris vulnere cruciat, sicut de eius quoque necesitatibus scriptũ est, qui à fratribus venditus afflictam vitam ducebat: Ferrum pertransiuit animam eius. Quid ergo sunt arma ferrea, nisi ne cesitates vitæ præsentis, quæ durę premunt, & vitam inopis
Psalm.104 insequuntur? Ferrum quippe ærugo consumit, æs autem consumere difficilius solet. Ferro ergo necesitas presens quę trãsitoria est: ære autem sententia æterna figuratur. Et quia iudicium supernum ab iniqui mente non attenditur, iustè arcui comparatur, quoniam velut ex insidiis percutit, dum illud is
B qui percutitur, non attendit. Fugiet ergo arma ferrea, & irruet
Iniquus fugiens arma irruit in arcum. in arcum æreum, quia dum præsentes necesitates metuẽs, multa per auaritiam rapit, extremi iudicij districtis se percussionibus anteponit. Et cùm fugit arma ferrea, ab arcus ærei sagittis inuenitur: quia mala temporalia stultè precauens, sententia æterna percutitur. Qui enim hìc inopiæ duritiam cum culpa fugit: illic perpetuitatem iustæ vltionis inuenit.

Caput. XIII.

SEd priusquam ad iudicium rapiatur, adhuc quæ iniquus iste hic operetur, insinuat. Sequitur:

Quòd qui diabolo tentanti consentit, de vagina cogitationis educitur per suggestorem, & vltro egreditur per liberam voluntatem.

Eductus & egrediens de vagina sua, & fulgurans in amaritudine sua.) Iniquus iste insidiatur depredatiõibus proximorum, sed dum praua in cogitatione machinatur, quasi adhuc gladius in vagina est: dum vero malũ quod cogitauit, iniquè perficit, de vagina sua egreditur: quia de occultatione cogitationis sue per iniquitatem malæ operationis aperitur. Ostenditur in opere, qualis latuit in cogitatione: Et notandũ quòd ait: Eductus & egrediẽs de vagina sua, eductus scilicet per se-
C ductorem, egrediens vero per propriam voluntatem. Nam is qui ducitur, ducentem proculdubio sequitur: qui autem egreditur, secundum suam pergere voluntatem videtur. Qui ergo ad mala quæque opera, & ab antiquo hoste trahitur, & tamen suo libero arbitrio in eorũ desideriis obligatur, de vagina sua eductus, & egrediens dicitur, quoniam hoc quòd ex praua cogitatione exit ad pessimam operationem, & illius est spiritus qui suggessit, & eius nequitiæ qui ex propria voluntate consensit. Cuius adhuc potentiæ terror ostenditur, cum protinus subinfertur: Et fulgurans in amaritudine sua.) Fulgur quippe cum repentè desuper venit, cum terrore ante oculos claresçit, claritatem ostẽdit, & anteposita percutit. Sic sic videlicet iniquus cùm gloriam vitæ præsentis assumpserit, vnde in hoc mundo per potentiam clarus ostenditur, inde agitur, vt in vltimo seriatur. Quasi fulgurare iniqui est, in huius vitæ honore claresçere. Sed quia splendor gloriæ illius eternis gehẽnæ supplicijs mancipatur, recte nunc dicitur: Fulgurans in amaritudine sua. Qui enim modo quasi ex terrore, & claritate feriens gaudet, inde pòst supplicia imperpetuum sustinet. Et quidẽ
Luc. 16. de quodam diuite scriptum est: quia epulabatur quotidie splẽdidè. Sed aliud est splendere, atque aliud fulgurare. Nonnunquam quippe splendor sine percussione est, fulguris verò nomine splendor exprimitur cum percussione. Qui itaque in
Aliud est splendere aliud fulgurare. potestate positus aliis nocet, non incongruè fulgurãs, dicitur: quia vnde ipse contra bonos quasi ex luce gloriæ extollitur, inde bonorum vita cruciatur. Sequitur:

Quòd horribiles diaboli dicuntur, qui vadunt & veniunt dum vitia vitiis occurrentia, adinuicem sibi in corde captiuo succedunt. D

Vadent & venient super eum horribiles.) Qui hoc loco horribiles, nisi maligni spiritus appellantur, bonis videlicet mentibus pauendi atque fugiendi? Et quia iidem maligni spiritus certis quibusque vitiis singuli obsequi sunt credendi: cũ peruersus iste alia quidem vitia ad momentum deserere videtur, sed alia agere incipit, super hunc profecto horribiles vadunt & veniunt: quia peruersi mentem, etsi alia mala deserũt, alia occupant. Sæpe nanque videas iniquum in terrena potestate constitutum, graui furore commoueri, quicquid ira suggesserit exequi: & cum furor abscesserit, mox eius mentem luxuria deuastat: cùm luxuria ad tẽpus intermittitur, elatio protinus quasi de continentia in eius cogitatione subrogatur, atque vt à ceteris timeatur, appetit videri terribilis. Sed cùm res exigit, vt loqui quid humiliter *debeat, quasi postposito terrore superbiæ, remissa locutione blanditur, & cùm superbus videri desierit, duplex effici non pertimescit. In cuius ergo mẽtem vitia vitiis succedunt, rectè de eo dicitur: Vadent & venient super eum horribiles, quia quot vitiis decedentibus, & succedentibus premitur, tot malignis spiritibus eius animus quasi euntibus ac redeũtibus deuastatur. Sed hæc quæ agit, extrinsecus per partes prodeunt: nam menti eius simul omnia mala colligantur. Vnde & subditur: Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius.) Quanuis enim hypocrita actiones bonas in superficie ostendat, quædam tamen in eo malorum operum tenebræ apparent, sed tamen minus prodit in opere, quàm in eius latet cogitatione. Nam qui cuncta simul in effectu non explet, cuncta quæ noceant, in mente tacitus tenet. Omnes ergo tenebræ in occultis eius absconditæ dicuntur, quia etsi in se mala omnia non ostendit, omnia tamen inferre proximis appetit.

Horribiles maligni spiritus.

**al. dupliciter.*

Quòd ab ipsa mundi origine ignis gehennæ creatus est, in quo qui in carne, & anima peccauerunt, in utroque ardebunt.

Caput. XIIII.

SEd mens ista sic reproba qua vltione sit ferienda, subiungit. Sequitur: Deuorabit eum ignis qui non succendetur.) Miro valde modo paucis verbis expressus est ignis gehennæ. Ignis nanque corporeus, vt esse ignis valeat, corporeis indiget fomentis. Qui cùm necesse est vt seruetur, per cõgesta ligna proculdubio nutritur: nec valet nisi succensus esse, & nisi refotus subsistere. At contrà gehennæ ignis cùm sit incorporeus, & in se missos reprobos corporaliter exurat, nec studio humano succenditur, nec lignis nutritur: sed creatus semel durat inextinguibilis, & succensione nõ indiget, & ardore nõ caret. Bene ergo de hoc iniquo dicitur: Deuorabit eum ignis qui non succendetur, quia omnipotentis iustitia futurorum præscia, ab ipso mundi origine gehennæ ignem creauit, qui in pœna reproborum esse semel inciperet: sed ardoré sine etiam fine lignis nunquam finiret. Sciendum verò est q̃ omnes reprobi, quia ex anima simul & carne peccauerũt, illic in anima pariter, & carne cruciantur. Vnde per Psalmistam dicitur: Pones eos vt clibanum ignis, in tempore vultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Clibanus nãq; intrinsecus ardet, is verò qui ab igne deuoratur, ab exteriori incipit parte concremari. Vt ergo sacra eloquia, ardere & exterius, & interius reprobos, demonstrarẽt, eos & ab igne deuorari, & sicut clibanum poni testantur, vt per ignem crucientur in corpore, & per dolorem ardeant in mente. Vnde hìc quoque cùm de hoc impio diceretur: Deuorabit eum ignis qui non succendetur, protinus de eius spiritu additur:

Psalm. 20.

Quòd amatores huius vitæ, & hìc de corpore nolentes educuntur, & in inferno in corpore tenentur inuiti.

Affligetur relictus in tabernaculo suo.) Iniqui enim tabernaculum caro est, quia ipsam lætus inhabitat, & si sit possibile, optat vt eam nunquam relinquat. Iusti verò quia gaudium suum in spe cœlestium ponunt, eorumq; conuersatio in cœlis est, cùm adhuc in carne sunt, quasi in carne iam nõ sunt: quia nulla carnis delectatione pascuntur. Vnde & quibusdam dicitur: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Neque enim in carne non erant, qui per magistri epistolas exhortationis eloquia suscipiebant: sed quasi iã nõ in carne esse, est de amore carnalium

E

F

G re carnalium nihil habere. At contra iniquus iſte, quia omne gaudium ſuũ in carnali vita poſuit, in tabernaculo carnis habitauit. Quam videlicet carnem cùm in reſurrectione recepebitauit. Quam videlicet carnem cùm in reſurrectione recepe-
rit, cùm ea gehennæ igni traditus ardebit. Tunc ab ea educi
appetit: tunc eius tormenta euadere, ſi valeat, quærit: tunc in-
cipit velle vitare quod amauit. Sed quia eandem carnem deo
præpoſuit, iudicante deo agitur, vt ex ea amplius in igne cru-
cietur. Hic itaque eam relinquere non vult, & tamen ab ea ab
ſtrahitur: illic eam relinquere appetit, & tamen in ea propter
ſupplicia ſeruatur. Ad augmentum itaque tormenti, & hic de-
corpore nolens educitur, & illic, in corpore tenetur inuitus.
Quia ergo eius ſpiritus carnem quam ſibi malè amando præ-
poſuit, euadere in tormento volet & non valet: rectè nunc di
citur: Affligetur relictus in tabernaculo ſuo.) De cuius accu
ſatione mox dicitur:

Quòd hypocritarum mala quæ modo videntur abſcondita, & angelis, & hominibus in fine patebunt.

Caput. XV.

R Euelabunt cœli iniquitatem eius, & terra conſurget aduerſus eum.) Quid per cœlos, niſi iuſtos: & quid per terram, niſi peccatores accipimus? Vnde & in do-
Matth. 6. minica oratione petimus: Fiat voluntas tua ſicut in cœlo &
Lucæ. 11. in terra, vt videlicet voluntas noſtri conditoris ſicut in omni-
bus iuſtis perficitur, ita & in omnibus quoque peccatoribus
Pſalm. 18. impleatur. De iuſtis quoque ſcriptum eſt: Cœli enarrant glo-
H riam dei. Et peccanti homini ſententia infertur, qua dicitur:
Gene. 3. Terra es, & in terram ibis. Huius itaque impij ad illud terri-
bile iudicium deducti, reuelant cœli iniquitatem, & terra con
ſurgit aduerſus eum, vt qui hìc nec bonis vnquam, nec malis
pepercit, in illo eum tremendo examine, & iuſtorum vita, &
peccatorum pariter accuſet. Et grauius quidem eſt, ſi quid iu-
ſtis potius quàm peccatoribus noceat. Vnde & per Prophetã
Ezech. 24. dicitur: Sanguis eius in medio eius eſt, ſuper lympidiſsimam
petram effudit illum, non effudit illum ſuper terram, vt poſſit
operiri puluere. Per terram videlicet, & puluerem peccatores,
per petram verò lympidiſsimam iuſtum ſignãs, qui grauibus
peccatorũ contagiis non exaſperatur. Sanguis ergo ſuper lym
pidiſsimam petram effunditur, quando malitia cruentæ men-
tis in afflictione iuſtæ animæ graſſatur. Cùm ergo ſit grauius
iuſtos, quàm iniuſtè iniuſtos affligere, multo tamen eſt gra-
uius, & iuſtis pariter, & iniuſtis nocere. Quia ergo hic iniqu',
& iuſtis pariter nocuit & iniuſtis, in accuſatione condemna-
tionis reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra cõſurget ad-
uerſus eum, quia & illis obſtitit, qui cœleſtia, & eos preſsit, qui
ima ſapuerunt. Poſſunt verò per terram, non ſolum peccato-
res & reprobi, ſed & hi qui terrenis actibus occupati, eleemo-
ſynarum & lachrymarum ope ad æternam vitam perueniũt,
Pſalm. 49. deſignari: de quibus per Pſalmiſtam dicitur: cùm venire do-
I minus ad iudicium nunciaretur: Aduocauit cœlos ſurſum &
terram, vt diſcerneret populum ſuum. Cœlos quippe ſurſum
aduocat, cùm hi qui ſua omnia relinquentes, conuerſationem
cœleſtis vitæ tenuerunt, ad conſedendum in iudicio vocãtur,
atque cum eo iudices veniunt. Terra etiam ſurſum vocatur,
cùm hi qui terrenis actibus obligati fuerant: in eis tamen plus
Mat. 25. cœleſtia quàm terrena lucra quæſierunt, quibus dicitur: Ho-
ſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me. Hypocri-
tæ itaque huius, cœli iniquitatem reuelãt, atque aduerſus eum
terra conſurgit: dum & hi qui cum deo iudices veniunt, & hi
qui per iudicium liberantur, prauitatis illius teſtes exiſtunt.
Nihil ergo de his quæ egit, in tempore damnationis eius ab-
ſconditur, & ſi quidem acta illius modo hominibus per dupli-
citatem multa cælantur: ſed in damnationis die quicquid in
eo intrinſecus latebat, oſtenditur. Vnde aptè ſubiungitur:

Caput. XVI.

A Pertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris dei.) Tunc germẽ domus illius aperitur, cùm omne malum quod in conſcientia illius naſcebatur, oſtenditur. Modo quippe germen domus hypocritæ manet occultum, quia etſi bona in imagine apparet eius operatio, ſed latet intentio. Aliud eſt nanque quod agit, aliud quod intendit. Sed cùm adueniente iudice, vniuſcuiuſque conſcientia
Roma. 2. ad teſtimonium fuerit deducta. Vnde ſcriptum eſt: Cogita-

tionibus accuſantibus, aut etiam defendentibus: in hoc hypo K
critæ germẽ domus aperitur: quia in eius mente cogitatio per-
uerſa detegitur. Et in die furoris dei detrahitur: quia oſtenſa
ira iudicis, flammis vltricibus traditus, ab eius conſpectu ſepa
ratur. Qui enim ſumma cogitare dum viueret noluit, pecca-
torum ſuorum pondere depreſſus, à facie iudicis in ima ſup-
pliciorum cadet. Nunc autem & peccantem conſiderat iudex
& tolerat, atque ad conuerſionem ſingulos, quia dies patien-
tiæ, & necdum eſt dies furoris, expectat. Sed in hoc die patien
tię quaſi immobilis manet hypocrita, dum & multa mala per-
petrat, & hunc flagella nulla caſtigant. Sed in furoris die de-
trahetur, quia vindictæ tempore raptus ad ſupplicia, ab æter-
ni iudicis vultu ſeparatur. Sequitur:

Quòd ſancti partem ſuam non à domino, ſed ipſum dominum accipiunt, peccatores verò quia extra deum partem quærunt, partem ſuam ignem inueniunt.

Hæc eſt pars hominis impij à deo, & hæreditas verborum
eius à domino.) Si enim bene agere in hac poſitus vita voluiſ-
ſet, partem apud dominum cœleſtis regni conſortium habe-
ret. Sed quia prauis ſubdi deſideriis elegit, partem ſuam à do-
mino in tormentis inuenit, quia eiuſdem domini participare
gratiam non quæſiuit. Bene autem dicitur: Et hæreditas ver-
borum eius à domino. Qui enim pro magnis malis in ſuppli-
cium mergitur, fortaſſe credebatur quòd pro verbis quæ ma-
lè dixerat, minimè iudicaretur. Sed cùm diſtricta dei omnipo
tentis iuſtitia ſupplicium à reprobis pro peruerſis actibus exi L
git, eis mala vſque ad verborum retributionem reddit, vt qui
de magnis malis debitores ſunt, ſuppliciis traditi, etiam mi-
uiſsimum quadrantem ſoluant. Illis enim minima parcuntur,
qui maiora in ſe diſtrictè mala defleuerũt. Nam quos magna
premunt, etiam mala minima in gehenna pariter affligunt.
Sancti autem viri non partem à domino accipere, ſed partem
ſuam ipſum dominum habere deſiderãt. Vnde Propheta de-
precatur, dicens: Portio mea dominus. Iniquus vero quia par
tionem ſuam habere ipſum dominum non quæſiuit, partem
ſuam extra dominum ignẽ inuenit, vt ab eius facie excluſus,
quia gaudere in ipſo non appetit, ſub ipſo crucietur. Hæc So-
phar ita intulit, vt per ea quæ contra hypocritam dixerat, be
ti Iob vitam feriret, exiſtimans, quòd is qui à domino percu
ſus eſſet, cuncta bona quæ egerat, mente ſimplici non egiſſet.
Quem enim percuſſum vidit, deo diſplicuiſſe credidit. Sed a-
mici beati Iob etiam in hac re hæreticorum ſpeciem tenent,
qui in ſancta Eccleſia dum quoſdam bene agentes, aſpiciunt
ſub flagellis gemere, eos exiſtimãt bona merita in bonis acti-
bus non habere: & malos credũt, quòd affligi verbere diuino
conſpiciunt, videlicet neſcientes, quia multæ tribulationes in-
ſtorum, & flagellat omnem filium quem recipit. Sed beatus
Iob more ſanctæ & vniuerſalis Eccleſiæ, quæ à peruerſis ver-
borum iacula æquanimiter tolerat, & cùm ſuperborum dicta
audit, humilitatis ſuæ tramitẽ non relinquit, cum magna cor- M
dis humilitate ſubiunxit, dicens:

Caput XXI. textus, ſed expoſitionis moralis Caput. XVII.

R Eſpondens autem Iob, dixit: Audite quæſo ſermones meos: & agite pœni-
tentiam. Suſtinete me, vt ego loquar,
& pòſt mea, ſi videbitur, verba ridete.
Nunquid contra hominem diſputa-
tio mea eſt: vt merito non debeam cõ
triſtari? Attendite me & obſtupeſcite, & ſuperponite di
gitum ori veſtro. Et ego quãdo recordatus fuero, per-
timeſco: & concutit carnem meam tremor. Quare er-
go impij viuunt, ſubleuati ſunt, confortatique diuitiis?
Semen eorum permanet coram eis: propinquorum tur
ba & nepotum in conſpectu eorum. Domus eorum ſe-
curæ ſunt, & pacatæ: & nõ eſt virga dei ſuper illos. Bos
eorum concepit, & non abortiuit: vacca peperit, & non
eſt priuata fœtu ſuo. Egrediuntur quaſi greges paruu-
li eorum, & infantes eorum exultant luſibus. Tenent
tympanum

A tympanum & citharam, & gaudét ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Qui dixerunt deo: Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Quis est omnipotens, vt seruiamus ei: Et quid nobis prodest si orauerimus illum? Veruntamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longè sit à me. Quoties lucerna impiorum extinguetur, & superueniet eis inundatio: & dolores diuidet furoris sui. Erunt sicut paleæ ante faciem venti, & sicut fauilla quam turbo dispergit. Deus seruabit filiis illius dolorem patris, & cùm reddiderit, tunc sciet. Videbũt oculi eius interfectionem suam, & de furore omnipotentis bibet. Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se? Et si numerus mensium eius dimidietur: numquid deum docebit quispiã scientiam, qui excelsos iudicat: Iste moritur robustus & sanus, diues & fœlix: viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur. Alius vero moritur in amaritudine animæ suæ, absque vllis opibus: & tamen simul in puluere dormient, & vermes operient eos. Certe noui cogitationes vestras, & sententias contra me iniquas. Dicitis enim: Vbi est domus principis, & vbi tabernacula impiorum? Interrogate quemlibet de viatoribus, & hæc eadem illum intelligere cognoscetis. Quia in B diem perditionis seruatur malus, & ad diẽ furoris ducetur. Quis arguet coram eo viam eius, & quæ fecit: quis reddet illi? Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit. Dulcis fuit glareis cocyti, & post se omnem hominem trahit: & ante se innumerabiles. Quomodo igitur consolamini me frustra, cùm responsio vestra repugnare ostensa sit veritati?

AVdite quæso sermones meos: & agite pœnitentiam.) Qui enim cùm diceret: audite, addidit, quæso, cũ quãta humilitate loquatur insinuat: dum contra se superbientes rogat, vt eorum sensum ad salutis doctrinam reducat. Sancti autem viri dum intra vniuersalem Ecclesiam non solum docere recta, sed etiam peruersa tolerare parati sunt, irrideri non metuunt. Vnde & subditur:

Quod boni in locutionibus suis aut sibi aut suis auditoribus prodesse intendunt.

Sustinete me, vt & ego loquar: & pòst mea, si videbitur, verba ridete.) Boni etenim cùm loquuntur, duo sunt quæ in C suis locutionibus attendunt, vt videlicet aut sibi & auditoribus suis: aut sibimet solis prosint, si auditoribus prodesse non possunt. Cùm enim bene audiuntur bona quæ dicunt, sibi simul & auditoribus prosunt. Cùm vero ab auditoribus deridentur, sibi procul dubio profuerunt, quos à culpa silẽtij liberos fecerunt. Beatus itaque Iob vt sibi & suis auditoribus prosit, dicat: Audite quæso sermones meos, & agite pœnitentiam. Vt autem ipse quod debet, exoluat, etiam si auditoribus prodesse non valeat, adiungit: Sustinete me, vt & ego loquar: & pòst mea, si videbitur, verba ridete. Et notandum, quia dum subiungeret: agite pœnitentiam, præmisit audite: cum verò subderet: pòst mea, si videbitur, verba ridete: præmisit, sustinete me. Audire quippe volentis est, sustinere nolentis. Amici ergo eius si doceri appetũt, audiant: si autẽ irridere parati sunt, sustineant quæ dicuntur: quia videlicet superbis mẽtibus pondus graue est oneris, doctrina humilitatis. Sequitur:

Quòd Iob quia inter flagella deo displicuisse se credidit, ideo tristabatur. Et quod qui deo placet, licèt hominibus displiceat, non est vnde contristetur.

Nunquid contra hominem disputatio mea est, vt meritò non debeam contristari?) Omnis qui deo placens, hominibus displicet: causas tristitiæ nullas habet. Qui autem aut hominibus placens, deo displicet, aut simul deo & hominibus displicere se credit: si hunc tristitia non afficit, à virtute sapientiæ alienus existit. Beatus autem Iob displicuisse deo inter flagella se credidit: & ideireo animum ad tristitiam reuocauit: D quia despiciendus non erat, cui se displicuisse formidabat. Si autem de vitæ suæ meritis contra hominem disputaret, nequaquam contristari debuisset: sed quia per flagella præsentia anceps factus de antea acta vita fuerat: in flagello tristitiam iure requirebat. Vnde etiam subdit: Attendite me & obstupescite.) Id est, considerate quæ egi, & admiramini in hac percussione quæ patior. Qui adhuc rectè infert dicens: Et superponite digitum ori vestro.) Ac si apertè dicat: Scientes bona quæ egi, & considerantes mala quæ patior: vosmetipsos etiam à verborum culpa compescite: atque in meis percussionibus vestra damna formidate. Vel certè quia digitis quæque discernimus, non incongruè per digitum discretio designatur. Vnde & per Psalmistam dicitur: Benedictus dominus deus meus, qui docet manus meas ad prælium: & digitos meos ad bellum. Per manus videlicet operationem, per digitos verò discretionem signans. *Psalm. 143.*

Caput. XVIII.

DIgitus ergo ori superponitur, cùm per discretionem lingua refrenatur: ne per hoc quod loquitur, in stultitiæ culpam delabatur. Ait ergo: Superponite digitum ori vestro, id est, locutioni vestrę discretionis virtutem adiungite: vt per hæc quæ recta contra hypocritam dicitis, quibus sint dicenda, videatis. Sequitur: Et ego quando recordatus fuero, pertimesco: & concutit carnem meam tremor.) Quia beatus Iob actuum suorum oblitus non fuerat, extrema locutio eius ostendit. Qua ex re hoc quod ab eo nunc amicis dicitur: Et ego quando recordatus fuero, pertimesco: & con- E cutit carnem meam tremor: constat nimirum quòd per irrisionem dicatur. Ac si apertè diceretur: Si me aliquid hypocritæ habuisse meminero, in pœnitentiæ mox fletu cõtremisco. Carnem verò suam, si recordatus fuerit, tremore perhibet concuti, id est, infirmitatem operis vltionis pauore fatigari. Sed quia multa Sophar de subita damnatione impij, in quibus beati Iob potentiam momordit, asseruit: sanctus vir contra eius dicta subiungit, dicens:

Fœlicitatis huius vitæ enumerat gaudia.

Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitiis?) Nisi enim eos patientia diuina toleraret, nequaquam diu vitam in peccatis ducerent. Subleuantur nanque diuitiis, cùm esse potentes incipiunt: confortantur verò, cùm diu in hac vita subsistere permittuntur. Quos enim substãtia eleuat, in suæ fastu potentiæ dierum longitudo confortat. Vel certè subleuati & confortati referuntur: quia subleuantur honoribus, confortantur rebus. Sed sunt plærique, qui & honoribus subleuati, & diuitiis confortati, ea quæ in hac concupiscunt vita accipiunt: successione autem sobolis priuantur. Istis nimirum ipsa sua potentia pœna est, cùm & magnam se habere hæreditatem considerant: & hæredes non habent quibus relinquant. Quid itaque prodest si asint omnia: & desint filij qui successores fiant? Sequitur: Semen eorum permanet coram eis.) In augmẽtum magnæ fœlicitatis, cum magno pa- F trimonio dantur & hæredes: ac ne qua necessitas saltem temporalis, ab oculis subtrahat eos, in quibus animus exultat, de hoc eorum semine dicitur: Permanet coram eis. Quid autem si filij dati sunt, sed ipsi sterilitate feriuntur? Sic in eis genus extinguitur, sicut parentum sterilitate extingui timebatur. Sequitur: Propinquorum turba & nepotum in conspectu eorum.) Ecce adest vita, assunt honores & diuitiæ, assunt filij, assunt nepotes. Quid si qua mentẽ intestina cogitatio exurat: & securitatis gaudia domestica rixa transuerberet? Quæ est mundi huius fœlicitas, si læta non est? Sequitur: Domus eorum securæ sunt & pacatæ, & non est virga dei super illos.) Securæ & pacatæ sunt: quia peccantes viuunt, lugenda agunt, & gaudia non relinquunt. Virga eos supernæ disciplinæ non percutit: & tãto amplius in culpa proficiunt, quanto minus ex culpa feriuntur. Sed quia intus quæ prosperantur audiuimus, in agris quoque quæ prosperitas arrideat, videamus. Sequitur: Bos eorum concepit, & non abortiuit: vacca peperit, & non est priuata fœtu suo.) Vulgaris locutionis vsus est, vt bouem masculum, & vaccam fœminam vocent: sed literaturæ locutio bouem communis generis appellat. Vnde nunc dicitur: Bos eorum concepit, & non abortiuit: vacca

in peperit,

Universidad de Deusto Biblioteca

G peperit,& non est priuata fœtu suo. Dominis gregum prima fœlicitas est, si grex sterilitatem nõ habens concipit: secunda, si cõceptus ad partum venit: tertia autem si hoc quod partum est, per nutrimenta ad prouectum ducatur. Vt ergo tota simul adesse impiis demonstraret, eorum greges beatus Iob asserit concepisse,& non abortisse: peperisse, & fœtu proprio nõ esse priuatos. Minor autem est fœlicitas, si cum greges crescunt, custodes quoque gregum non proficiunt. Vnde & ad fœcunditatem gregum, mox fœcunditas familiæ subrogatur. Nã dicitur: Egrediuntur quasi greges paruuli eorum: & infantes eorum exultant lusibus.) Vt sicut maiora ad habendum concessa sunt: ita multi germinent ad custodiendum. Sed quia dixit: Exultãt lusibus, ipsum quoque infantium lusum in domo iniquorum ne vilem valde esse crederemus, subiungens ait:

Tenent tympanum & citharam:& gaudẽt ad sonitum organi.) Ac si patenter dicat: Cum domini honoribus & rebus tument, subiecti in ludicris actibus gaudent. Sed ô beate vir, quid tam multa nobis de iniquorum voluptatibus narras? Iam diu est quòd in eorum discriptione loqueris, post multa breuiter distingue quæ sentis. Sequitur:

Quicquid temporale est, subitum est: & ad instar puncti momentaneum. *Caput. XIX.*

DVcunt in bonis dies suos:& in puncto ad inferna descendũt.) Ecce beate vir eorum gaudia diu narrauer-
H ras: quomodo nunc asseris quòd in puncto ad infernа descendãt, nisi quòd omnis longitudo tẽporis vitæ præsentis pũctus esse cognoscitur, cũ fine terminatur? Cùm enim ad extremũ quisq; perducitur, de præterito iam nil tenet, quia tẽpora cuncta delapsa sunt: in futuro nil habet, quia vnius horæ momenta non restant. Vita ergo quæ sic angustari potuit, pũctus fuit. Vt enim prædiximus, in puncto stylum ponimus & leuamus. Quasi ergo in puncto vitam tetigit, qui hãc accepit & amisit. Potest in puncto hoc quoque intelligi: quòd sæpe hi qui diu in iniquitate tolerati sunt, subita morte rapiuntur: vt nec flere ante mortem liceat quæ peccauerunt. Sed quia nonnunquam etiam vita iustorum subito fine terminatur: melius illud accipimus, si hoc de eorum tẽporali vita sentiamus: quia quicquid transire potuit, subitum fuit. Amicis autẽ beati Iob, qui ideirco hunc iniustum esse crediderunt: quia flagellatum viderũt, rectè eiusdem sancti viri voce de iniquorum flore & perditione ostensum est: quia præsentis vitæ prosperitas innocentiæ testis non est: quia multi ad perennẽ vitam per flagella redeunt: & plærique ad infinita supplicia perducendi sine flagello moriuntur. De quibus adhuc subditur:

Quòd ideo peruersi deo dicunt, Recede à nobis: quia eius doctrinam & regulam charitatis contemnunt.

Qui dixerunt deo, recede à nobis.) Hæc verbis dicere vel stulti minimè præsumunt: sed tamen peruersi omnes deo, re-
I cede, non verbis sed moribus, dicunt: Qui enim illa agunt quę deus omnipotens prohibet: quid aliud faciũt quàm suũ animũ contra omnipotentem claudunt? Sicut enim eius præcepta cogitare, eum ad se introducere est: ita eius mandatis obsistere, eum à cordis inhabitatione repellere est. Dicunt ergo: Recede à nobis: qui ei ad se aditum præbere recusant, eumque prauis actibus impugnant: etiam si verbis laudare videantur. Dicunt etiam: Scientiam viarũ tuarum nolumus: eoipso quo eius scientiam apprehendere contemnunt. Sunt nanque nonnulli
Lucæ.12. qui ex eo quod veritas dicit: Seruus qui non cognouit voluntatem domini sui,& facit digna plagis, vapulabit paucis:& seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens iuxta eam, vapulabit multis: nolunt scire quod faciant, & quasi minus se vapulaturos existimant, si nesciant quod operari debuerunt. Sed aliud est nescisse, aliud scire noluisse. Nescit nanque qui apprehendere vult & non valet. Qui autem vt nesciat, aurem à voce veritatis auertit, iste non nescіens, sed contemptor addicitur.

Caput. XX.

Via domini. VIa autem dei pax, via dei humilitas, via dei patientia est. Sed quia hæc omnia iniqui despiciũt, dicunt: Scientiam viarum tuarum nolumus. Dum enim in præsenti vita superbiunt: dum honoribus inflantur: dum etiam si nõ habent, appetunt: vias dei in sua cogitatione contẽnunt. Quia enim via dei in hac vita humilitas fuit: ipse hic deus dominus redemptor noster ad probra, ad contumelias, ad passionẽ ve- K
nit: & aduersa huius mũdi equanimiter pertulit, prospera fortiter vitauit, vt & prospera doceret ęternę vitæ appeti, & aduersa præsentis vitæ non formidari. Sed quia iniqui gloriam vitæ præsentis appetunt, ignominiam fugiunt: dicere memorãtur: Scientiam viarum tuarũ nolumus. Scire quippe nolunt, quod facere contemnunt. Quorum adhuc verba subduntur, cum dicitur:

Quòd si inuisibilia visibilibus in ordine creaturarũ præstant: quãto ergo magis inuisibilis omnium visibilium & inuisibilium conditor, omnia superat.

Quis est omnipotens vt seruiamus ei?) Mens enim hominis malè exterius fusa: sic in rebus corporeis sparsa est, vt neq; ad semetipsam intus redeat, neque eum qui est inuisibilis, cogitare sufficiat. Vnde carnales viri iussa spiritalia contemnentes: deum quia corporaliter non vident, quandoque ad hoc perueniunt, vt etiam non esse suspicẽtur. Vnde scriptum est: Dixit insipiens in corde suo, non est deus. Vnde nunc quoq; di- *Psal.13.*
citur: Quis est omnipotens vt seruiamus ei? Plærunque enim plus appetunt homines seruire hominibus, quos corporaliter vident, quàm seruire deo quem non vident. Per omne enim quod faciunt, ad finem oculorum tendunt:& quia in deum oculos corporis tendere non possunt, ei obsequia præbere vel despiciunt, vel si cœperint, fatigantur. Esse enim, sicut dictum est, non credunt, quem corporaliter non intuentur. Qui si au- L
ctorem omnium deum humiliter quærerent, id quod non videtur esse: ea re quæ videtur, melius in semetipsis inuenirent. Ipsi quippe ex anima inuisibili & corpore visibili subsistunt: & si hoc ab eis quod non videtur abstrahitur, illico corruit quod videtur. Et patent quidem carnis oculi: sed videre quicquam vel sentire nõ possunt. Sensus enim visionis periit: quia habitator recessit,& domus carnis remanet vacua: quia abscessit ille inuisibilis spiritus, qui per eius respicere fenestras solebat. Quia ergo rebus visibilibus inuisibilia præstantiora sunt, carnales quique ex semetipsis pensare debuerunt: atque per hanc, vt ita dixerim, scalam considerationis tendere in deum: quia eo est, quo inuisibilis permanet:& eo summus permanet, quo comprehendi nequaquam potest. Sunt verò nõnulli qui deum & esse,& incomprehensibilem esse non ambigunt: qui tamen ab eo non ipsum, sed dona exteriora quærũt. Quæ cùm ei seruientibus deesse conspiciunt, ipsi seruire cõtemnunt. De quorum adhuc verbis adiungitur:

Quæ in oratione postulanda sint, & quomodo.

Et quid nobis prodest si orauerimus illum?) Cùm deus in oratione non quæritur, citius in oratione animus lassatur: quia cùm illa quisque postulat, quę fortasse iuxta occultum iudiciũ deus tribuere recusat: ipse quoque venit in fastidium, qui non vult dare quod amatur. Sed se magis dominus quàm ea quæ M
condidit vult amari, æterna potius quàm terrena postulari, si- *Mat.6.*
cut scriptum est: Quærite primum regnum dei & iustitiam eius,& hæc omnia adiicientur vobis. Qui enim non ait dabuntur, sed adiicientur: profectò indicat aliud esse quod principaliter datur, aliud quod superadditur. Quia enim nobis in intẽtione æternitas, in vsu verò temporalitas esse debet, & illud datur:& hoc nimirum ex abundanti superadditur. Et tamen sæpe homines dum bona temporalia postulant, æterna verò præmia non requirunt, petunt quod adiicitur,& illud non desiderant vbi adiiciatur. Nec lucrum suæ esse petitionis deputant, si hic sint temporaliter pauperes, & illic beatitudine diuites in æternum viuant: sed solis, vt dictum est, visibilibus intenti, labore postulationis renuunt inuisibilia mercari. Qui si superna quærerent, iam cum fructu laborem exhiberent: quia cùm mens in precibus ad auctoris sui speciem anhelat, diuinis desideriis inflammata, supernis coniungitur: ab inferioribus separatur: amore feruoris sui se aperit vt capiat: & capiens inflammat:& superiora amare iam sursum ille est, dumque magno desiderio ad cœlestia inhiat, miro modo hoc ipsum quod accipere quærit, degustat. Sequitur:

Quòd sancti habeant in manu bona temporalia, quia ita vt res postulat, hilari animo tribuunt: reprobi verò non tam ea habent, quàm ab eis capti mente tenentur. *Caput. XXI.*

Veruntа-

Bona habere dicuntur quæ sunt bona.

Verumtamen quia non sunt in manu eorum bona sua: consilium eorum longè sit à me.) Bona in manu habet, qui despiciendo temporalia sub dominio mentis premit. Nam quisquis ea nimiè diligit, se magis illis quàm sibi ipsi supponit. Multi etenim iustorum in hoc mundo diuites fuerunt, rebus & honoribus fulti: habere multa videbantur: quorum mentem quia eorum quæ aderant delectatio nimia non premebat, bona illorū in manu erant: quia potestati animi subiecta tenebantur. At cōtra iniqui ita se totis desideriis in exteriorum rerum appetitionibus fundunt: vt non magis ipsa habita teneant: sed ab his quæ habent, captiua mente teneantur. Quia igitur non sunt in manu eorum bona sua: rectè subiungitur: Consilium eorum longè sit à me. Quid nanq; est iniquorum consilium, nisi terrenam gloriam quærere, æternā negligere, salutem temporalem cum damno interiori appetere, & dolores transitorios ad æternos gemitus commutare? Vir igitur sanctus has iniquorum cogitationes intuens aspernetur, & dicat: Consilium eorum longè sit à me. Quia nimirum esse bonum incomparabiliter videt: ad breue tēpus eligit hic sub flagello gemere, quàm æternæ vltionis supplicia tolerare. Sed neque in hac vita hi qui in ea prosperari appetunt, continuè prosperantur. Nam plærunque eorum gaudia, suborti gemitus interrumpunt. Vnde subditur:

Quòd lucerna carnalium extinguitur, quoties diuitiis vel honoribus vel gloria priuantur.

B Quoties lucerna eorū extinguetur.) Sæpe impius lucernam suam, filiorū vitā æstimat: sed cum filius qui nimiè amatur, subtrahitur: lucerna impij quæ videbatur extincta est. Sæpe impius præsentis honoris gloriam lucernam putat: sed dū sublata dignitate deiicitur, lucerna extincta est, quæ ei iuxta desideriū lucebat. Sæpe impius opes terrenæ substātiæ adesse sibi, quasi magnam luminis lucernā putat: sed cū irruēre damno diuitias quas plus se amabat, perdiderit: quid iste aliud quàm lucernā in cuius lumine gaudebat* amisit? Qui ergo gaudere de æternis nō appetit, neq; hic vbi solidari vult, potest cōtinuè lętari. Nā quoties lucerna impiorum extinguetur: & superueniet eis inundatio: & dolores diuidet furoris sui. Inundatio impiis superuenit, cùm dolorū fluctus ex aliqua aduersitate patiuntur. Omnipotēs enim deus cum se despici: & in terrena videt concupiscentia lætari: hoc quoq; doloribus percutit, quod sibi videt in cogitatione impij præferri: Bene autē dicitur: Et dolores diuidet furoris.) Qui enim æternos dolores impio per retributionem seruat: & aliquando eius mentē etiam temporali dolore transuerberat, quia hic quoque & illic percutit, furoris sui super impium dolores diuidit. Neq; enim pœna præ-

C sens quæ inusti animum à prauis desideriis non immutat, ab æternis supplicijs liberat. Vnde & per Psalmistā dicitur: Pluit super peccatores laqueos: ignis, sulphur & spiritus procellarū, pars calicis eorum. Dicendo etenim laqueos, ignis, sulphur & spiritus procellarū, multos nimirum dolores intulit. Sed quia ab eis doloribus peccator qui non corrigitur, ad æterna supplicia vocatur, eosdem dolores non iam totum calicē, sed partem calicis dixit: quia videlicet eorum passio hic quidem per dolores incipitur: sed in vltione perpetua consummatur. De quorum adhuc fine subiungitur:

Psalm.10.

**al. gradiebatur.*

Quòd reproborum vita fauillæ & paleæ comparetur.

Caput. XXII.

ERunt sicut paleæ ante faciem venti: & sicut fauilla quā turbo dispergit.) Iniquus cùm in potestate conspicitur: cùm valde in oppressionibus & violentijs effrenatur, ab infirmorum cogitationibus grauis nimium, & quasi in hoc mundo radicatus æstimatur. Sed cum districti iudicis sentētia venerit, omnes iniqui quasi paleæ ante ventū erūt: quia, vt ita dicam, iræ flatu subito leuātur atque asportantur ad ignē: quos hic in suis quondā præiudicijs quasi duri pōderis superiacentē molem indigentium lachrymæ mouere non poterant. Et ad rapiētis iudicij manus leues sunt: qui per iniustitiam proximis graues fuerunt: Et sicut fauilla quam turbo dispergit.) Ante omnipotentis dei oculos iniqui vita fauilla est: quia etsi apparet ad momentum viridis, ab eius tamen iudicio iam consumpta cernitur: quia consumptioni est æternæ deputata. Hanc fauillā turbo dispergit: quia deus manifestus veniet: deus noster, & nō silebit. Ignis in cōspectu eius ardebit: & in circuitu D eius tēpestas valida. Huius enim tēpestatis turbine ab æterni conspectu iudicis iniqui rapiuntur: & qui hic mentē desiderio peruerso solidauerant, ibi palęæ & fauillæ videbūtur: quia eos ad æterna supplicia turbo rapiens asportat. Sequitur:

Quòd peccata parrum redundant in filios vsque ad tertiam & quartam progeniem.

Deus seruabit filiis illius dolorē patris: & cùm reddiderit, tunc sciet.) Scriptum nouimus: Qui reddis peccata patrum in filios ac nepotes in tertiam & quartā generationē. Et rursum scriptū est: Quid est quòd inter vos parabolā vertitis in prouerbium istud in terra Israël, dicentes: Patres comederunt vuā acerbam: & dentes filiorum obstupescunt? Viuo ego dicit dominus deus: si erit vobis vltra parabola hæc in prouerbium in Israël. Ecce omnes animę mee sūt: vt anima patris, ita & anima filij mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. In vtraque igitur hac sententia dum dissimilis sensus inuenitur, auditoris animus vt discretionis viam subtiliter requirat instruitur. Peccatum quippe originale à parentibus trahimus: & nisi per gratiam baptismatis soluamur, etiam parētum peccata portamus: quia vnum adhuc videlicet cum illis sumus. Reddit ergo peccata parentum in filios, dum pro culpa parentis, ex originali peccato anima polluitur prolis. Et rursum non reddit parentū peccata in filios: quia cùm ab originali culpa per baptismū liberamur: iam non parentū culpas, sed quas ipsi cōmittimus, E habemus. Quod tamen intelligi etiam aliter potest: quia quisquis praui parentis iniquitatē imitatur, etiam ex eius delicto constringitur. Quisquis autem parentis iniquitatem non imitatur, nequaquam delicto illius grauatur. Vnde fit vt iniquus filius iniqui patris non solum sua quæ addidit, sed etiam patris peccata persoluat: cum vitiis patris, quibus iratum dominum non ignorat, etiam suā adhuc malitiam adiungere non formidat. Et iustū est vt qui sub districto iudice vias parēris iniqui non timet imitari: cogatur in vita præsenti etiam culpas parētis in iqui persoluere. Vnde & illic dictum est: Anima patris mea est, & anima filij mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: quia in carne nōnunquam filij etiam ex patris peccato perimuntur. Deleto autem originali peccato, ex parentum nequitia in anima nō tenentur. Quid enim est quòd paruuli filij plærunque à dæmonibus arripiuntur, nisi quod carō filij ex patris pœna mulctatur? In semetipso enim percutitur pater iniquus: & percussionis vim sentire contemnit. Plærunque percutitur in filiis, vt acrius vratur: & dolor patris carni filiorum redditur, quatenus per filiorum pœnas mens patris iniqua puniatur. Cum verò non paruuli sed iam prouectiores F filij ex parentum culpa feriuntur, quid aliud apertè datur intelligi, nisi quòd illorum etiam pœnas iuuant, quorum facta secuti sunt? Vnde & rectè dicitur: Vsque ad tertiam & quartam progeniem. Quia enim vsque ad tertiam & quartam progeniem, eam quam imitantur filij parentum vitā possūt videre: vsque ad eos vltio extenditur, qui viderunt quod malè sequerentur.

Exod.20.

Ezech.18.

Hier.31.

Dubitatio.

Solutio prima.

Cur paruuli plærunque à dæmoniis arripiantur.

Cur prouectiores filij ex parentū culpa feriātur.

Caput. XXIII.

ET quia impiorū oculos culpa claudit, sed in extremum pœna aperit, rectè subiūgitur. Et cum reddiderit, tunc sciet. Nescit enim impius mala quæ fecit, nisi cū pro eis dē malis puniri iā cœperit. Vnde & per Prophetā dicitur: Et iā tummodo sola vexatio intellectū dabit auditui. Tūc nanque intelligit quod audiuit, cum se iā pro cōtemptu vexari doluerit. Hinc per Balaam de semetipso dicitur: Dixit homo cuius obturatus est oculus: dixit auditor sermonū dei, qui visionem omnipotentis intuitus est, qui cadet: & sic aperientur oculi eius.) Consiliū quippe cōtra Israēlitas præbuit: sed post in pœna vidit quid prius ex culpa commiserit. Electi autē quia nec peccare debeant præuident: eis videlicet oculi ante casum patent. Iniquus verò post casum oculos aperit: quoniā post culpam iam in pœna sua cōspicit: quia malū debuit vitare quod fecit. De cuius inutili iam tunc sententia subinfertur: Videbunt oculi eius interfectionem suam: & de furore omnipotētis bibet.) Qui si in hac vita positus, culpā suam videre voluisset, de omnipotentis postmodum furore non biberet. Sed qui hic auertit oculos à respectu criminis, illic declinare nō valet sententiam damnationis. Sæpe verò hi qui supplicia æterna

Impiorū oculos culpa claudit sed tandem pœna aperit. Numer.24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G non metuunt, praua agere pro teemporali saltem percussione pertimescunt. Sed sunt nonnulli qui ita in iniquitate durue-runt: vt nec in ipsis metuant feriri quæ amant, dummodo quæ peruersè cogitauerint expleant. Vnde hoc in loco de iniqui huius obduratione subiungitur: Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se: aut si numerus mẽsium eius dimidietur?) Neque enim sic debemus accipere: vt iniquus iste postea quàm damnatus æternis supplicijs fuerit, de domo sua, id est, cognatis quos reliquerit, minimè cogitabit: cùm per semetipsam veritas dicat: quia dives qui in inferno sepultus fuerat, de quinque fratribus quos reliquerat, etiam in supplicio positus curam gerebat. Omnis nanque peccator prudens erit in pœna, qui stultus fuit in culpa: quia ibi iam dolore constrictus, ad rationem oculos aperit, quos hic voluptati deditus clausit: & pœna torquente exigitur vt sapiat, qui hic excęcante se superbia desipiebat. Cui tamẽ sua sapientia iam tunc minimè proderit: quia hoc vbi operari iuxta sapientiam debuit, tempus amisit. Pro summo hic nanque bono concupiscit germen generis habere: domum familia & opibus replere: & diu in hac carnis corruptione viuere. Sed si fortasse aliquid ad eius desiderium veniat: quod tamen obtinere non possit, nisi cum offensione conditoris: eius animus ad paululum perturbatus cogitat, quia si hoc egerit hic vnde offensam sui conditoris incurrat: in domo, in filijs, in vita percutitur. Sed superbia sua protinus instigatus obdurescit: & quamlibet in domo, quamlibet in vita percussionem sentiat: nequaquam currat, dummodo quæ cogitauerit expleat: & quousque viuit, voluptates suas perficere non desistit. Ecce enim domus eius pro culpa

H percutitur: sed quid ad eum pertinet de domo sua post se? Ecce pro vltione praui operis ea quæ esse potuit vitæ longitudo breuiatur: sed quid ad eum pertinet, si numerus dierũ eius dimidietur? Et in hoc ergo se peccator contra deum erigit, vbi deus omnipotens eius erectionem frangit: & nec illata percussio mentem humiliat, quam in deliberatione contra dominũ obstinatio obdurat. Et notandum quàm grauis culpæ reatus sit, & pœnam pro culpa menti proponere: & tamen nec tormenti metu sub iugo conditoris ceruicem cordis inclinare.

Lucæ. 16.

Omnis peccator prudens erit in pœna, qui stultus fuit in culpa.

Quòd secreta dei iudicia nemo ad plenum intelligat.

Caput. XXIIII.

SEd ecce cum hæc audimus, cordi nostro quæstio oritur: cur omnipotens & misericors deus in tantam cæcitatem cadere rationem mentis humanæ permiserit? Ne verò quisquam vltra quàm debet occulta dei iudicia discutere præsumat, rectè subiungitur: Nunquid deum quispiam docebit scientiam, qui excelsos iudicat?) Cũ de his quæ de nobis agũtur ambigimus, debemus alia quæ nobis sunt certa conspicere: & eam quæ de nostra nobis incertitudine surrexerat, cogi-

I tationis querelam placare. Ecce enim quòd electos ad vitam flagella reuocant: & à malis actibus reprobos nec flagella cõpescunt: omnipotẽtis dei iudicia super nos valde occulta sunt, & iniusta non sunt. Sed si tendamus oculum mentis ad superiora: in illis aspicimus quia de nobis quid iustè conqueri non habemus. Omnipotens enim deus angelorum merita discernens, alios in æterna luce sine lapsu permanere cõstituit: alios sponte lapsos à statu suæ celsitudinis, in æternæ damnationis vltione prostrauit. Nobiscũ igitur iniustè nil agit, qui & subtiliorem nobis naturam iustè iudicauit. Dicat ergo: Nunquid deum quispiam docebit scientiam, qui excelsos iudicat? Qui enim super nos mira facit, constat proculdubio quia de nobis enim recta disponit. His itaque præmissis adiungitur, vbi humanus animus in requisitione fatigatur. Nã subditur: Iste moritur robustus & sanus, dives & fœlix, viscera eius plena sunt adipe: & medullis ossa illius irrigãtur: alius verò moritur in amaritudine animæ suæ absque vllis opibus.) Ista cum ita sint, quis omnipotẽtis dei secreta discutiat, cur hæc ita esse permittat? Sed electis & reprobis vita quidẽ dispar est: carnis autem in morte corruptio dispar nõ est. Vnde subiungitur: Et tamen simul in puluere dormient: & vermes operient eos.) Quid ergo mirum si prosperitate vel aduersitate præsentis seculi dissimiliter ad momentum currunt: qui per corruptionem carnis ad terram *similiter redeunt?

**al. ad æterna.*

Caput. XXV.

ILla est ergo solummodo vita cogitanda: in qua cum resurrectione carnis ad finem dissimilem pertingitur retributionis. Quæ est enim iniquis salus aut robur, qui adeps & diuitiæ: dum totum hic cum celeritate relinquitur: & illic retributio quæ nunquam relinqui possit, inuenitur? Sicut autem huius iniqui lætitia transit ad pœnam, ita afflicti innocentis pœna transit ad lætitiam. Nec diuitiæ ergo debent mẽtem extollere, nec inopia perturbare. Vnde beatus Iob inter damna rerum nulla admittit ad animum damna cogitationum: sed ad eos qui se in percussione despiciunt, redarguendo subiungit dicens:

Quòd hæretici de sanctis sentiant iniqua, qui nequaquam eos flagellari à deo nisi propter peccata existimant, & quòd vermis terrenæ sollicitudinis non rodat iustum, qui deuorat impium.

Certè noui cogitationes vestras, & sententias contra me iniquas. Dicitis enim: Vbi est domus principis: & vbi tabernacula impiorum?) Impium enim crediderant, quem ablatis rebus temporaliter destructum videbant. Sed sanctus vir tanto eos alta consideratione diiudicat, quanto inter damna quæ pertulerat, infracta rectitudine stabat. Quid enim ei foris rerum damna nocuerant, qui illum non amiserat quem interius amabat? Hoc vero quod dicitur: Simul in puluere dormient, & vermes operient eos: si quis forsitan accipere per allegoriam velit, explere breuiter possumus: si de iniquo hoc diuite ea quæ sunt iam dicta replicemus. Dicitur nanque: Viscera eius plena sunt adipe. Sicut enim ex abũdãti cibo adeps, L ita ex abundantia rerum superbia nascitur: quæ impinguat mentem diuitis, dum eleuatur animus superbientis. Superbia quippe cordis quasi quædam pinguedo est crassitudinis. Vnde quia plærique ex abundantia peccata perpetrant, per prophetam dicitur: Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. Sequitur: Et medullis ossa illius irrigantur. Amatores huius seculi quasi ossa habent, quando in hoc mundo fortitudinem dignitatum possident. Sed si in exteriori dignitate desint, terrenæ & domesticæ diuitiæ, quantum ad iudicium suum ossa quidẽ habent, sed medullas in ossibus nõ habẽt. Quia ergo iste amator huius seculi exteriori potestate fulcitur: vt etiam interiori terrenæ domus abundantia saginetur, dicitur: Et medullis ossa illius irrigantur. Vel certè ossa sunt huius diuitis prauæ & duræ consuetudines: medullæ verò in ossibus, sunt ipsa desideria malè viuendi: quæ neque ex prauitatis satisfactione satiantur. Quæ medullæ quasi ossa irrigant, cùm prana desideria peruersas consuetudines suas in voluptatum delectatione conseruant.

Quòd peccatores hoc scient in pœnis, quod excæcati in superbia dum viuerent scire nolebant: sed quia tempus operandi tunc non erit, nihil eis hæc scientia proderit.

Caput. XXVI.

ET sunt nonnulli qui in hoc mundo diuitias non habent, sed habere concupiscunt, elati esse appetunt: quanuis in hoc mundo quod cupiunt, obtinere nõ possint & cùm nullis rebus vel honoribus fulti sunt: per mala tamen desideria in conspectu interni iudicis reos conscientia addicit. Talis etenim quisque plærũque ideo affligitur: quia discrescere ac superbire non prævalet. De quo & subditur: Alius verò moritur in amaritudine animæ suæ absque vllis opibus. Ecce vnde dives superbo corde & inaniter gaudet, inde pauper alius superbo corde inanius affligitur. Bene autem de vtrisque subiungitur: Et tamen simul in puluere dormient & vermes operient eos. In puluere enim dormire, est in terrenis desideriis oculos mentis claudere. Vnde vnicuique peccanti & in culpa sua dormienti dicitur: Surge qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus. Vermes verò qui de carne nascuntur, eos simul operiunt: quia siue diuitis siue pauperis superbientis animum curæ carnales premũt. In rebus etenim terrenis pauper & dives reprobus, quibus non pari prosperitate fulciantur, pari tamen anxietate turbãtur: quia quod ille iam cum metu habet, iste cum anxietate appetit: & quia habere non valet, dolet. Dicatur ergo: Simul in puluere dormient, & vermes operient eos: quia etsi non simul rebus tẽporalibus subleuantur: simul tamẽ in cura rerum temporalium mẽtis torpore sopiuntur. Simulque eos vermes operiunt:

A operiunt:quia vel alium vt concupita habeat,vel illum ne habita amittat,carnales cogitationes premunt. Beatus autē Iob qui nec habitis rebus elatus fuerat: nec amissas cum anxietate requirebat:quia nullis exterioris damni cogitationibus mordebatur,eum vermes cordis non operuerant. Et quia in terrena cubi orientem suam non deiecerat, nequaquam in puluere dormiebat. Sequitur: Certè noui cogitationes vestras & sententias contra me iniquas.) Cùm scriptum sit: Quis scit hominum quę sunt hominis,nisi spiritus hominis qui in ipso est? qua ratione nūc dicitur:Certè noui cogitationes vestras? Sed tūc spiritus hominis ignoratur ab altero, cum verbis vel operibus non demonstratur. Nam cùm scriptum sit: Ex fructibus eorum cognoscetis eos: per hoc quod foris agitur, quicquid intus latet,aperitur. Vnde rectè quoque per Salomonem dicitur: Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. Proinde beatus Iob cum amicorum colloquentium cogitationes nosse se diceret,adiunxit: Et sententias contra me iniquas: vt ex patēti re ostenderet,quia hoc quod in eis latebat, inuenisset. Vnde ipsas quoque eorum iniquas sententias adiungit,dicens:

1.Corin.1.

Mat.7.

Prouer. 17.

Quòd impij in hoc seculo sibi tabernacula figant, & domus & principatus constituant: sancti verò, viatores dicuntur, & pertranseunt,nec in hoc mundo radices sui amoris figere dignantur.

Dicitis enim. Vbi est domus principis, & vbi tabernacula impiorum? Infirmi quique qui in hoc mūdo florere appetunt: & sicut magna mala, sic flagella pertimescunt, in eis quos flagellatos aspiciunt,culpas ex pœna metiūtur. Quos enim percussos cernunt,deo displicuisse suspicantur. Vnde amici beati Iob quem percussum viderunt,impium fuisse crediderūt: videlicet æstimantes quia si impius non fuisset,eius tabernacula permanerent. Sed ista non cogitat, nisi qui adhuc infirmitatis tædio laborat:qui in presentis seculi delectatione gressum cogitationis figit:qui transire ad æternam patriam perfectis desideriis nescit. Vnde bene subiungitur: Interrogate quemlibet de viatoribus,& hæc eadem illum intelligere cognoscetis: quia in diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducitur.

B

Caput. XXVII.

Sepe diu tolerantur damnādi.

SAepe etenim diu diuina patientia tolerat, quos iam ad supplicia præscita condemnat, permittit florere, quos adhuc cernit deteriora perpetrare. Quia enim videt ad quam damnationis foueā tendāt:hoc eis pro nihilo esse existimat, quòd hūc peruersi relinquenda multiplicant. Sed quisquis præsentis vitæ gloriam diligit, magnam esse fœlicitatem deputat hic secundum votum florere: quanuis cogatur postmodum supplicia æterna tolerare. Solus ergo ille conspicit nil esse quòd iniquus floret: qui iam gressum cordis ab amore præsentis seculi amouit. Vnde rectè cum de subsequenti damnatione impij diceretur,præmittitur: Interrogate quemlibet de viatoribus: & hæc eadem illum intelligere cognoscetis. Viator quippe dicitur,qui præsentem vitam, viam sibi esse, & non patriam attendit: qui in dilectione prætereuntis seculi cor figere despicit: qui non remanere in transeuntibus, sed ad æterna peruenire concupiscit. Qui enim in hac vita viator esse non appetit,huius vitę prospera minimè contemnit: & ea quæ ipse desiderat, cum abundare aliis viderit, miratur. Vnde Dauid propheta quoniam à dilectione præsentis seculi iam corde transierat, iniqui gloriam describens dicebat: Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani. Sed quia cor huic mundo non subdidit, hunc iure despexit,dicens: Transiui,& ecce non erat. Esset quippe aliquid in eius æstimatione impius,si ipse ab hoc seculo per intentionem minimè transisset. Sed is qui non transeunti magnum aliquid esset, transeunti animo quàm nihil esset apparuit:quia dū æterna retributio cogitatur,præsens gloria quàm sit nulla cognoscitur. Hinc Moyses cum supernæ contemplationis gloriam quæreret, dixit: Transiens videbo visionem. Nisi enim gressum cordis à seculi amore remouisset, nequaquam intelligere superna potuisset. Hinc Hieremias propheta luctum cordis sui considerari deposcens, ait: O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte,si est dolor sicut dolor meus. Qui enim præsentem vitam nō quasi viam trāseunt, sed quasi patriam attendunt,luctum cordis electorum consi-

C

Viator.

Psalm. 36.

Exod.3.

Thren.1.

derare nesciunt. Illos ergo vt dolorem suum considerent exquirit:quos in hoc mundo contigit animum nō fixisse. Hinc per Salomonem dicitur: Aperi os tuum muto:& causis omniū filiorum qui pertranseunt. Muti enim dicuntur qui prædicatorum verbis contradicendo minimè resistūt. Qui etiam pertranseuntes sint:quia intentionem mentis in amore vitæ presentis figere dedignantur. Igitur quia malus ad diem perditionis seruatur, & ad diem furoris ducitur: hoc non nisi qui est viator, intelligit: quoniam qui cor in præsentibus fixit, quæ iniquo seruantur supplicia non deprehendit. De quo adhuc subditur:

D

Prouer. 31.

Quòd antichristum in fine seculi deus interficiet spiritu oris sui:& destruet illustratione aduentus sui.

Quis arguet coram eo viam eius: & quæ fecit, quis reddet illi? Sæpe malus indignationem conditoris sui quam in æternum passurus est:& in hac quoque vita positus experitur, dū prosperitatem quam amat amittit:& aduersitatem quam formidat inuenit. Et quanuis increpari de suis prauitatibus à iustorum lingua etiam in prosperis valeat: scimus tamen quòd cùm facta sua peruersum quemque deiiciunt,iustorum increpatio conualescit. Qua autem ratione nunc dicitur: Quis arguet coram eo viam eius, dum etiam iustis tacentibus hoc quoque notum sit: quia toties hic iniqui via arguitur,quoties eius prosperitas interueniente aduersitate turbatur?

Caput. XXVIII.

SEd beatus Iob dum de omnium malorum corpore loqueretur, subitò ad omnium iniquorum caput verba conuertit. Vidit enim quòd in fine mundi Satan hominem ingrediens, quem sacra scriptura antichristum appellat: tanta elatione extollitur: tanta virtute principatur: tantis signis & prodigiis in sanctitatis ostensione eleuatur: vt argui ab homine eius facta non valeant: quia cum potestate terroris adiungit etiam signa ostense sanctitatis,& ait: Quis arguet coram eo viam eius? Quis videlicet hominum illum increpare audeat: cuius visum ferre pertimescit? Sed tamen eius viam non solum Helias & Enoch, qui in eius exprobrationem ad medium deducuntur: sed etiam omnes electi arguunt dum contemnunt,dum virtute mentis eius malitiæ resistunt. Sed quia hoc ex diuina gratia & nō suis viribus faciunt, rectè nūc dicitur: Quis arguet corā eo viam eius? Quis etenim nisi deus, cuius adiutorio electi vt resistere valeant fulciuntur? Aliquādo enim in scriptura sacra cùm interrogando quis ponitur, omnipotens designatur. Vnde scriptum est: Quis suscitabit eum? De quo per Paulum dicitur: Quē deus suscitauit à mortuis. In eo ergo quòd sancti viri eius iniquitati contradicunt, non ipsi sunt qui viam eius arguunt: sed ille est ex cuius gratia confortantur. Et quia præsentia eius qua in homine venturus est, multo atrocior in persecutione erit, quàm nunc cum minimè cernitur: quia specialiter adhuc illo vase suo proprio non gestatur: bene dictum est: Coram eo. Multi enim nunc vias antichristi diiudicantes corripiunt: sed hoc quasi in eius absentia faciunt: dum illum arguunt, quem adhuc specialiter non intuentur. Cùm vero in illo damnando homine venerit,quisquis eius præsentiæ resistit: coram eo viam eius arguit: cuius vires & conspicit & contemnit. Vel certè viam eius arguere,est prosperitatem cursus eius æterno supplicio interueniente turbare. Quod quia solus dominus propria virtute facturus est: de quo scriptum est: Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratione aduentus sui, rectè dicitur: Quis arguet coram eo viam eius? Vnde & sequitur: Et quæ fecit, quis reddet illi? Quis nimirum nisi dominus? Qui solus illi perdito homini quæ fecit reddet, dum potestatem eius tam validam per aduentum suum æterna dānatione contriuerit. Sed elatus iste princeps malorum: in hac vita quandiu est positus, quid agat audiamus. Sequitur:

E

Gene.49.

Gala.1.

F

2.Thes.2.

Quòd congeries mortuorum sit multitudo peccantium: in quorum mentibus, quasi in sepulchris suis, Satan vigilat.

Caput. XXIX.

IPse ad sepulchra ducetur:& in congerie mortuorum vigilabit.) Quia sepulchra mortuos tegunt: quid aliud per sepulchra, quàm reproborum corda signantur: in quibus extinctæ à vita beatitudinis animæ velut in sepulchris latent?

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Iniquus ergo iſte ad ſepulchra ducetur: quia in prauorũ cordibus recipietur: quoniam ſoli eum illi ſuſcipiũt, in quibus mortuæ à deo animæ reperiuntur. De quo rectè etiam dum eius ſupplicia deſcribuntur, per prophetã dicitur: In circuitu illius ſepulchra eius, omnes interfecti, & qui ceciderunt gladio. Illi quippe in inferno iuxta ipſum ſunt, in quibus idem malignus ſpiritus mortuus iacet. Qui iniquitatis eius gladio percuſſi ceciderũt. Vnde ſcriptum eſt: Qui liberaſti Dauid ſeruum tuum de gladio maligno. Rectè autem dicitur. Et in congerie mortuorum vigilabit: quia nunc in congregatione peccantium aſtutiæ ſuæ inſidias exerit. Pro eo autem quia in mundo raritas bonorum eſt, & multitudo malorum: rectè mortuorũ cõgeries nominatur: vt ipſa iniquorum multitudo ſignetur. Lata enim via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui ingrediuntur per eam. Satanæ itaque in congerie mortuorum vigilare, eſt in reproborum cordibus malitiæ ſuę aſtutias exercere. De quo adhuc ſubditur:

Ezech. 32.

Pſalm. 143.

Quòd diaboli ſuggeſtiones dulces ſunt his: quos amor huius mundi voluit in profundum damnationis.

Dulcis fuit glareis cocyti.) Græca lingua cocytus luctus dicitur: qui tamen luctus fœminarũ vel quorumlibet infirmãtium ſolet intelligi. Sapientes verò huius ſeculi à luce veritatis excluſi, quaſi vmbras quaſdam de veritatis inquiſitione tenere conati ſunt. Vnde cocyton fluuiũ currere apud inferos putauerunt: videlicet deſignantes, quòd hi qui digna doloribus opera faciũt, in infernum ad luctum decurrũt. Sed nos deſpiciamus vmbram carnalis ſapientiæ, qui iam de veritate lucem

H tenemus: & cognoſcamus voce beati viri cocyton luctũ infirmantiũ dici. Scriptũ quippe eſt: Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum. Qui enim in deo cõfortari renuũt, ad luctũ per animi infirmitatem tendunt. Glareas verò lapillos fluminum appellare conſueuimus: quos aqua defluens trahit. Qui ergo per glareas cocyti, niſi reprobi deſignantur, qui ſuis voluptatibus dediti, quaſi ſemper à flumine ad ima detrahuntur? Qui enim contra voluptates huius ſeculi ſtare fortiter nolunt, glareæ cocyti fiunt: quia ſuis quotidie lapſibus ad luctũ tendunt: vt in æternum pòſt lugeant, qui modo ſe in ſuis voluptatibus delectabiliter relaxãt. Et quia antiquus hoſtis ſuum vas illum reprobum hominem ingreſſus, dum dona peruerſis tribuit, dũ eos in hoc mũdo honoribus extollit, dum eorum oculis prodigia oſtendit, dum fluxæ mẽtes hũc in ſuis prodigiis admirãtur & ſequuntur, bene de eo dicitur: Dulcis fuit glareis cocyti. Cùm enim hunc electi deſpiciunt, cum mentis calce contemnunt, illi eum ſequentes diligunt, qui velut aqua voluptatis ad perpetuum luctum trahuntur: qui per terrenam concupiſcentiam moræ glareæ quotidianis lapſibus ad ima dilabuntur. Aliis nanque guſtum ſuæ dulcedinis per ſuperbiam: aliis per auaritiam: aliis per inuidiam: aliis per fallaciam: aliis per luxuriam porrigit: & ad quanta vitiorum genera pertrahit, quaſi tot ſuæ dulcedinis potus propinat. Nã cum aliquid ſu-

Pſalm. 30.

I perbum in mentem perſuadet, ſit dulce quod dicit: quia videri prælatus cæteris hominibus peruerſus appetit. Dum menti auaritiam infundere molitur, ſit dulce quod occultè loquitur: quia per abundantiam neceſſitas vitatur. Dum aliquid de inuidia ſuggerit, ſit dulce quod dicit: quia peruerſa mens dum alium decreſcere viderit, exultat ſe eo minorem minimè videri. Cùm aliquid de fallacia perſuadet, ſit dulce quod ſuggerit: quia eoipſo quo fallit cæteros, prudens videtur ſibi. Cùm luxuriam deceptæ menti loquitur, ſit dulce quod ſuadet: quia in voluptate animum reſoluit. Quot ergo vitia carnaliũ cordibus inſerit, quaſi tot potus ſuæ eis dulcedinis porrigit. Quẽ tamen, vt prædixi, eius dulcedinem non percipiunt, niſi qui præſentibus voluptatibus dediti, ad perpetuũ luctum trahũtur. Bene ergo dicitur? Dulcis fuit glareis cocyti: quia amarus electis, & ſuauis eſt reprobis. Illos enim ſolummodo ſuis delectationibus paſcit, quos quotidianis lapſibus ad gemitum impellit. Sequitur:

Quòd diabolus ab initio mũdi multo plures ante ſe traxit, quàm finis mundi habeat, cùm antichriſtus venerit.

Caput. XXX.

ET poſt ſe omnem hominem trahit, & ante ſe innumerabiles.) Hoc loco homo, humana ſapiens dicitur. Sed cùm plus ſint omnes quàm innumerabiles, quærendum eſt K nobis, cur ante ſe innumerabiles, & poſt ſe omnes trahere dicatur, niſi quòd antiquus hoſtis reprobum tunc hominem ingreſſus, cunctos quos carnales inuenerit, ſub ſuæ iugum ditionis rapit? Qui & nunc priuſquam appareat, innumerabiles quidem, non tamẽ omnes carnales trahit: quia quotidie à carnali opere ad vitam multi reuocantur: atque ad ſtatum iuſtitiæ alij per breuem, alij verò per longam pœnitentiã redeunt. Et nunc innumerabiles rapit, cùm falſitatis ſuæ ſtupenda hominibus ſigna non exhibet. Cùm verò coram carnalium oculis miranda eis prodigia fecerit: poſt ſe tunc non innumerabiles, ſed omnes trahit: quia qui bonis præſentibus delectantur, poteſtati illius ſe abſque retractatione ſubiiciunt. Sed ſicut prefati ſumus: quia plus eſt omnem hominẽ quàm innumerabiles trahere: cur prius dicitur quia omnem hominem trahit, & pòſt in augmento innumerabiles ſubiiciuntur? Rationanque expetit, vt prius quod minus eſt, & pòſt in augmento quod plus eſt, diceretur. Sed ſciendum quia hoc loco plus fuit innumerabiles dixiſſe quàm omnes. Pòſt ſe enim omnem hominem trahit: quia in tribus annis & dimidio omnes quos in ſtudiis vitæ carnalis inuenerit, iugo ſuæ dominationis aſtringit. Ante ſe verò innumerabiles traxit: quia per quinque mila & adhuc amplius annorum curricula, quanuis carnales omnes trahere minimè potuit: multo tamen plures ſunt in tam longo tempore hi, quos ante ſe innumerabiles rapit, quàm omnes quos in tam breui tempore rapiendos inuenerit. Bene ergo L dicitur: Poſt ſe omnem hominem trahit, & ante ſe innumerabiles: quia & tunc minus tollit, cùm omnes tulerit: & nũc amplius diripit, cùm corda omnium inuadit. Hæc beatus Iob, quia contra iniquorum principem mirè diſſeruit, qui in hac vita extolli permittitur, ſed in aduentu domini deſtructurus ſe patenter oſtendit, quia flagella dominica non ex offenſione ſuſceperit: quoniam ſi iniquus quiſque in hac vita permittitur proſperari, neceſſe eſt vt electus dei debeat ſub flagelli freno retineri. Ex qua re amicos arguit, dicens: Quomodo igitur conſolamini me fruſtra, cùm reſponſio veſtra repugnare oſtenſa ſit veritati?) Amici beati Iob cum conſolari non poterant, in quo ſuis ſermonibus veritati contraibant. Cum hunc hypocritam vel impium dicerent, per hoc quòd ita mentientes perpetrabant culpam: augebãt procul dubio penam iuſti vulneribus afflicti. Nam ſanctorum mentes quia veritatem diligunt, etiam culpa fallaciæ torquet alienæ. Quãto enim graue mendacij eſſe crimen aſpiciunt, tanto hoc non ſolum in ſe, ſed etiam in aliis oderunt.

Libri. xv. Moralium ſancti Gregorij finis.

CAPVT VIGESIMUM ſecundum textus libri M

beati Iob: principium verò libri decimiſexti moralis expoſitionis beati Gregorij in eundem librum.

REſpondẽs autẽ Eliphas Themanites dixit: Nunquid deo comparari poteſt homo, etiam cùm perfectæ fuerit ſcientiæ? Quid prodeſt deo ſi iuſtus fueris, aut quid ei confers ſi immaculata fuerit vita tua? Numquid timens arguet te: & veniet tecum in iudicium, & non propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas? Abſtuliſti enim pignus fratrum tuorũ ſine cauſa: & nudos ſpoliaſti veſtibus. Aquã laſſo non dediſti: & eſurienti ſubtraxiſti panem. In fortitudine brachij tui poſſidebas terrã: & potẽtiſſimus obtinebas eã. Viduas dimiſiſti vacuas: & lacertos pupillorũ cõminuiſti. Propterea circundatus es laqueis

A laqueis:& conturbat te formido subita. Et putabas tenebras te non videre rum: & impetu aquarum inundantium non oppressum iri. An cogitas quòd deus excelsior cœlo sit,& super stellarum verticē sublimetur? Et dicis: Quid enim nouit deus? Et quasi per caliginem iudicat? Nubes latibulum eius,nec nostra considerat: & circa cardines cœli perambulat. Nunquid semitam seculorum custodiri cupis,quam calcauerūt viri iniqui: qui sublati sunt ante tempus suum:& fluuius subuertit fundamentum eorum? Qui dicebant deo: Recede à nobis:& quasi nihil possit facere omnipotens, æstimabant eum:cùm ille implesset domos eorū bonis. Quorum sententia procul sit à me. Videbunt iusti,& lętabūtur:& innocens subsannabit eos. Nonne succisa est erectio eorum, & reliquias eorum deuorabit ignis? Acquiesce igitur ei:& habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos. Suscipe ex ore illius legē, & pone sermones eius in corde tuo. Si reuersus fueris ad omnipotētem,ędificaberis:& longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo. Dabit pro terra silicem:& pro silice torB rentes aureos. Eritq; omnipotens cōtra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi. Tunc super omnipotentem deliciis affluës: & eleuabis ad deum faciem tuam. Rogabis eū,& exaudiet te:& vota tua reddes. Decernes rem,& veniet tibi,& in viis tuis splendebit lumen. Qui enim humiliatus fuerit:erit in gloria:& qui inclinauerit oculos suos,ipse saluabitur. Saluabitur innocens:saluabitur autem munditia manuum suarum.

Caput. I.

QVI CONTRA veritatis verba in allegatione deficiunt: sæpe etiam nota replicant,ne tacendo victi videātur. Vnde Eliphas beati Iob sermonibus pressus,ea dicit quæ nullus ignorat. Ait enim: Nunquid deo comparari potest homo,etiam cum perfectæ fuerit scientiæ? In comparatione enim dei scięntia nostra ignorantia est. Ex dei nanque participatione sapimus: nō comparatione. Quid ergo mirum cum illud quasi per doctrinam dicitur: quod sciri potuit etiam si taceretur? Qui adhuc dei potentiam quasi defendendo subiungit:

Quòd iustitia nostra non indigeat deus.

Quid prodest deo si iustus fueris: aut quid ei cōferS, si imC maculata fuerit vita tua? In omni quippe quod bene agimus, nosmetipsos,non autē deum iuuamus. Vnde & per Psalmistā
Psalm.15. dicitur: Dixi domino,deus meus es tu:quoniam bonorū meorum nō eges. Ipse enim verè nobis dominus: quia & vtique deus est:qui bono nō indiget seruientis: sed bonitatem cōfert quam recipit: vt oblata bonitas non ipsi, sed prius accipientibus,& post reddēdibus prosit. Nā etsi in iudicio dominus ve*Matth. 25.* niens dicit: Quādiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis:mira hoc pietate loquitur ex suorum compassione membrorū. Et ipse nos per hoc quòd caput nostrum est, adiuuat: qui per nostra bona opera in suis mēbris adiuuatur. Adhuc adiungit Eliphas quod nullus ignorat,dicens: Nunquid timēs arguet te:& veniet tecum ad iudicium? Quis hoc vel desipiens sentiat,quòd dominus ex timore nos arguat: & ex metu iudicium contra nos suum proponat? Sed qui verba sua metiri nesciunt,procul dubio ad ociosa dicta dilabuntur. In quibus si se minimè reprehendunt:statim ad noxia & contumeliosa verba prosiliunt. Vnde Eliphas qui ociosa intulit, ad contumeliosa protinus verba prorupit, dicens: Et non propter malitiam tuam plurimā,& infinitas iniquitates tuas.) Ecce à torpenti corde ad verba venit ociosa:ab ociosis autem verbis per crimen fallaciæ ad contumelias exarsit. Isti quippe sunt casus culpæ crescentis, vt lingua cùm non restringitur, nequaquā vbi ceciderit iaceat: sed semper ad deteriora descēdat. Ea vero quæ subiuncta sunt, quia valde iuxta historiam D patent,exponenda ad literam non sunt. Sed quia amicos beati Iob hęreticorum speciem tenere diximus,ipsum verò significationem sanctæ Ecclesiæ gerere, iam nunc Eliphas verba quomodo hæreticorum fallitati congruant, demonstremus. Nam sequitur: Abstulisti enim pignus fratrum tuorum: sine causa:& nudos spoliasti vestibus. Aquam lasso non dedisti: & esurienti subtraxisti panem. In fortitudine brachij tui possidebas terram:& potentissimus obtinebas eam.

Quid sit quòd per Moysen iubetur, vt ante solis occasum debitori fratri pignus restituatur.

Caput. II.

IN scriptura sacra pignoris appellatione aliquando dona spiritus sancti, aliquando verò signatur confessio peccati. Pignus nāque accipitur donū spiritus sancti: sicut per Paulum dicitur: Qui dedit nobis pignus spiritus. Ad hoc enim pi- *2. Corin. 1.*
gnus accipimus,vt de promissione quæ nobis fit, certitudinē teneamus. Donū ergo sancti spiritus pignus dicitur: quia per hoc nostra anima ad interioris spei certitudinem roboratur. Rursum pignoris nomine,peccati confessio solet intelligi: sicut in lege scriptum est: Cum debet tibi quippiā frater tuus, *Exod. 22.*
& abstuleris pignus ab eo,ante solis occasum pignus restitue. E
Frater etenim noster debitor nobis efficitur: cū quilibet proximus in nos aliquid deliquisse monstratur. Peccata quippe *Mat. 18.*
debita vocamus. Vnde peccatori seruo dicitur: Omne debitū *Mat. 6.*
dimisi tibi. Et in dominica oratione quotidie precamur: Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. A debitore autem nostro pignus accipimus, quādo ab eo qui in nos peccasse cognoscitur,peccati eius iam cōfessionem tenemus: per quam relaxare peccatum quod in nos perpetratum est postulamus. Qui enim peccatum quod commisit fatetur,& veniam petit: iam quasi pro debito pignus dedit. Quod nimirum pignus ante solis occasum reddere iubemur: quia prius quam in nobis per dolorem cordis sol iustitiæ ócidat,debemus ei confessionem veniæ reddere, à quo confessionem accipimus culpæ: vt qui se deliquisse in nos meminit,à nobis mox relaxatum sentiat,quod deliquit. Quia ergo sancta Ecclesia quoslibet ab hæreticis ad veritatem fidei reuertentes recipit,prius vt confiteri erroris sui culpam debeant persuadet: quasi sub hæreticorum specie per Eliphas dicitur: Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa, id est, ab his qui à nobis ad te veniunt, inutiliter confessionem erroris exegisti. Si verò, vt prædiximus, pignus sancti spiritus dona sentiamus, hæretici sanctam Ecclesiā fratrum suorum pignus dicunt abstulisse: quia eos qui ad illam veniunt,dona spiritalia suspicantur amittere. Vnde & sequitur:

Quòd hæretici in catholica Ecclesia panem sanæ doctrinæ, & vestimenta disciplinæ negant esse, apud se esse affirmant, ideóque catholicis insultant. F

Et nudos spoliasti vestibus.) Eos quos hæretici peruersis prædicationibus trahunt, præcepta doctrinæ suæ quasi quædam vestimenta habere existimant: & tādiu illos vestitos putant,quandiu hæc quæ ipsi prędicauerunt,ab illis seruari considerant: ex quibus cùm quidam ad sanctam Ecclesiā redeunt, eos protinus doctrinæ vestimenta perdidisse suspicantur.

Caput. III.

SEd cùm nudus expoliari nequeat, quærendum nobis est: quomodo prius nudi, & pòst spoliati memorantur? Sed sciendum est quia omnis qui cordis puritate perfruitur,'eoipso quo duplicitatis in se tegumentum non habet, nudus est. Et sunt nonnulli apud hæreticos, qui cordis quidem puritatem habent, sed tamen doctrinæ eorum dogmata peruersa suscipiunt. Hi nimirum & ex sua puritate nudi sunt: & quasi ex eorum prædicatione vestiuntur. Et quia tales quique facile ad sanctam Ecclesiam redeunt, eo quòd duplicitatis malitia non vtuntur, eos hæretici nudos fatentur, quos ab ea dicunt vestibus expoliatos: quia simplices quosque pigros atque hebetes putant, quos praua sua dogmata perdidisse considerant. Sequitur: Aquam lasso non dedisti: & esurienti subtraxisti panem.) Hæretici quoque quo veritatis soliditatem non tenent, eo nonnunquam studēt vt loquaciores appareant: & contra catholicorum fidem quasi de doctrinæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G scientia gloriantur. Cunctos quos aspiciunt, prauis ad se trahere sermonibus quærunt: & vnde sibi alios ad interitum sohiciant, inde se agere aliquid viuaciter putãt. Eos vero lassos dicimus, qui sub huius seculi onere laborioso fatigantur. Vnde & per semetipsam veritas dicit: Venite ad me omnes qui laborastis & onerati estis, & ego reficiam vos. Hæretici igitur, quia sua dogmata prædicare non cessant, sanctam Ecclesiam quasi de imperitia irrident, dicentes: Aquam lasso non dedisti: & esurienti panem subtraxisti. Se enim aquã lasso dare existimant, cùm quibusdam sub terreno fasce laborantibus sui poculum erroris præbent. Et panem se esurientibus non subtraxisse suspicantur: quia etiam de inuisibilibus atque incomprehensibilibus requisiti, cum superba audacia respondẽt. Et tũc se doctos præ omnibus credũt, cùm loqui de incoguitis infœlicius præsumunt. Sancta verò Ecclesia dum quempiam videt esurire, quod ei non prosit accipere: aut si iam sunt sibi cognita, modestè supprimit: aut si adhuc videntur incognita, humiliter fatetur: eosque ad ordinatæ humilitatis sensum reuocat, cùm per suum illis prædicatorem dicit: Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Et rursum: Noli altum sapere sed time. Atque iterum: Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Et rursum: Mel inuenisti: comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud. Mel quippe inuenire, est sancti intellectus dulcedinẽ degustare. Quod tunc sufficienter comeditur, quando nostra intelligẽtia iuxta
H mensuram sensus sub moderamine tenetur. Nam satiatus mel euomit, qui plus appetens penetrare quàm capit, & illud perdit vnde potuit nutriri. Quia ergo sancta Ecclesia ab infirmis mẽtibus prohibet alta perscrutari, beato Iob dicitur: Esurienti subtraxisti panem.

Roma. 12. *Roma. 11.* *Eccli. 3.* *Prouer. 25.*

Caput. IIII.

ET quia eius quoq; magnitudini hæretici inuident, quòd in fide vera populos vniuersaliter tenet, cùm terrenæ prosperitatis tempus inueniunt, contra eam in superbis vocibus excedunt: & exprobrantes aperiunt, quantum prius eius potentiæ latenter inuidebant. Nam sequitur: In fortitudine brachij tui possidebas terram: & potentissimus obtinebas eam.) Ac si patenter dicant: Quòd in prædicatione tua terram vniuersaliter occupasti, potentia fortitudinis, non ratio veritatis fuit. Quia enim Christianos principes prędicationem eius tenere conspiciunt, hoc quod ei à populis creditur, non virtutem rectitudinis, sed causam secularis potentiæ esse suspicantur. Sequitur: Viduas dimisisti vacuas: & lacertos pupillorum comminuisti.) Plebes quæ hæreticis prædicãtibus sunt subiectæ, ex carnali intelligentia errorum eorum semina peruersa concipiunt, eisque in sua damnatione sociantur. Sed cùm sancta Ecclesia ipsos errorum prædicatores vel ratiõe victos ad se suscipit: vel studio peruersitatis obduratos sub disciplinæ suæ vincula restringit: destituti hæretici cùm
I remanere apud se plebes sine prædicatoribus vident: quid aliud à sancta Ecclesia quàm viduas vacuas relictas dolent? Et quia subtractis hæreticorum magistris, eorũ discipulos in suo opere infirmari suspicantur, quasi lacertos pupillorum comminutos ab Ecclesia esse conqueruntur. Vel certè quia sancta Ecclesia dum quosdam ab hæreticis veniẽtes suscipit: Liquet nimirum quòd pristino eorum errori contradicit. Nam sunt nonnulli qui ita virginitati carnis studeut, vt nuptias damnẽt: & sunt nonnulli qui ita abstinentiam laudant, vt sumentes alimenta necessaria detestẽtur. De quibus per Paulum dicitur:
1. *Tim.* 4. Prohibentium nubere: iubentium abstinere à cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. Quia ergo eos à carnali intentione suę superstitionis reuocat: hæretici cũ hos aspiciunt aliter viuere quàm docuerunt, lacertos eorum ab operatione quam prius tenuerant, comminutos esse ab Ecclesia detestantur. Vnde & in hoc tempore disciplinę si quid ei aduersitatis euenerit, hoc euenisse ex digna peccatorum retributione suspicantur. Nam subditur: Propterea circundatus es laqueis: & conturbat te formido subita.) Illum formido subita conturbat, qui cõsiderare negligit quid ex districtione iudicis venientis immineat. Quia ergo fidelem populum hæretici culpis perfidiæ oppressum credunt, circundatum laqueis accusant. Et quia existimant quòd futura nõ prę-uideat, in percussione sua hunc subita formidine conturbatum putant. Qui adhuc insultantes adiungunt: Et putabas te tenebras non visurum: & impetu aquarum inundantium K non oppressum iri.) Ac si apertè dicat: Securitatem pacis in spe tibi proposueras: & idcirco de præsumptione tua quasi de luce gaudebas: nec te vnquam opprimi tribulationibus existimasti. Sed ecce dum superuenientibus malis affligeris: an sint recta quæ tenes, ipsæ quæ te opprimunt tribulationum tenebræ ostendunt. Quas videlicet tribulationes Eliphas aquis inundantibus comparat: quia dum aliæ super alias irruũt, quasi aquis tumentibus vndæ vndas sequuntur: Sequitur: An cogitas quòd deus excelsior cœlo sit: & super stellarum vertices sublimetur? & dicis: Quid enim nouit deus? & quasi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius: nec nostra considerat: & circa cardines cœli perambulat.)

Caput. V.

SVnt plærique ita hebetes, vt formidare nesciant, nisi quod corporaliter vident. Vnde fit, vt deum non moueant, quem videre non possunt. Hæretici autem quia se esse sapientes arbitrantur: verba contra catholicos irrisionis proferunt: atque ab eis illum non timeri suspicantur, quem videre corporaliter nequeunt: vt quasi per torporem sensus auctorem suum existiment, quia cœlo excelsior est: & super stellarum vertices sublimatur, ex longinquo videre non posse: & quia inter nos & cœlestem sedem partes aëreæ interiunt: quasi in nube latens per caliginem iudicet: & superioribus intentus, minus ima perpendat: & dum cœli cardines ambiendo con- L stringit, inferiora nõ videat. Sed quis de deo ista vel despiens suspicetur? Qui nimirum dum sit semper omnipotens: sic intẽdit omnibus, vt adsit singulis: sic adest singulis, vt simul omnibus nunquam desit. Nam etsi quosdam peccantes deserit eisdem tamen ipsis adest per iudicium, quibus deesse cernitur per adiumentum. Sic itaque exteriora circundat, vt interiora impleat: sic interiora implet, vt exteriora circundet: sic summa regit, vt ima non deserat: sic imis prẽsens est, vt à superioribus non recedat: sic latet in sua specie, vt tamen cognoscatur in operatione: sic cognoscitur in suo opere, vt tamen comprehendi non valeat à cognoscentis æstimatione: sic adest, vt videri nequeat: sic videri non valet, vt tamen eius præsentiam ipsa sua iudicia testentur: sic se nobis intelligendum præbet, vt tamen ipsum nobis radium sui intellectus obnubilet: & ipsum sic caligine nos ignorantiæ reprimit, vt tamen mentis nostræ radiis suæ claritatis intermicet: quatenus & sublimem quippiam videat, & reuerberata contremiscat: & quia eum fugere cuti est videre non potest, aliquatenus videndo cognoscat. Sed hæc hæretici sanctam Ecclesiam scire non æstimant: quæ stulto iudicio solos se esse sapientes putãt. Ex quorum adhuc typo subiungitur: Nunquid semitam seculorum custodire cupis: quam calcauerunt viri iniqui?) Sicut semita redemptoris nostri humilitas, ita semita seculorum superbia est. Seculorum itaque semitam viri iniqui calcãt: quia per huius vitæ desideria in elatione perambulãt. De quibus adhuc iniquis subditur: Qui sublati sunt ante tempus suum: & fluuius subuertit fundamentum eorum.)

Deus mutat sententiam, consilium verò immobile manet.

Caput. VI.

CVm tempus vitæ à diuina nobis præscientia sit profecul dubio præfixum: quærendum valde est, quare nunc tione nunc dicit: quòd iniqui ex præsenti seculo ante tempus proprium subtrahantur? Omnipotens enim deus si plærunque mutat sententiam, consilium nunquam. Eo ergo tempore ex hac vita quisq; subtrahitur, quo ex diuina potentia ante tempora præscitur. Sed sciendum quia creans & ordinans nos omnipotens deus iuxta singulorum merita, disponit, & terminum: vt vel malus ille breuiter viuat, ne multa bene agentibus noceat: vel bonus iste diutius in hac vita subsistat: vt multis boni operis adiutor existat: vel rursum malus longius differatur in vita, vt praua adhuc opera augeat: ex quorum tentatione purgati iusti verius viuant: vel bonus citius subtrahatur, ne si hic diu vixerit, eius innocentiam malitia corrumpat. Sciendum tamen quia benignitas dei est, peccatoribus spatium pœnitentiæ largiri. Sed quia accepta tempora non ad fructum pœnitentiæ, sed ad vsum iniquitatis vertunt, quod à diuina misericordia mereri poterant, amittunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tunt. Quanuis omnipotens deus illud tempus vniuscuiusque ad mortem præstat, quo eius vita terminatur: nec alio in tempore quisquam mori potuit, nisi ipso quo moritur. Nam si E-
4.Reg.20 zechiæ anni additi ad vitam quindecim memorantur: tempus quidem vitę creuit ab illo termino, quo mori ipse merebatur. Nam diuina dispositio eius tempus tunc præsciuit: quo hunc postmodū ex præsenti vita subtraxit. Cùm ergo ita sit, quid est quod dicitur: quia iniqui sublati sunt ante tempus suum, nisi quòd omnes qui presentem vitam diligunt, longiora sibi eiusdem vitæ spatia promittunt? Sed cùm eos mors superueniens à præsenti vita subtrahit, eorum vitæ spatia quæ sibi lōgiora quasi in cogitatione tendere cōsueuerant, intercidit. De quibus rectè dicitur: Et fluuius subuertit fundamētum eorū.

Quòd reprobi in hac vita ciuitates ædificant, & delectationum suarum solennia dedicant, sancti verò dedicationem sabbati sui expectant.

Iniqui enim dum corde transire ad æterna negligunt, & cuncta præsentia fugitiua esse non intuentur: mentem in amore præsentis vitæ figunt: & quasi longæ habitationis in ea sibi fundamentum construunt: quia in terrenis rebus per desi-
Genes. 4. derium solidantur. Sic primus in terra Cain ciuitatem construxisse describitur: qui videlicet peregrinus apertè monstratur: quia ipse in terra fundamentum posuit, qui à soliditate æternæ patriæ alienus fuit. Peregrinus quippe à summis, fundamē
B tum in infimis posuit, qui stationem cordis in terrena delectatione collocauit. Vnde & in eius stirpe Enoch, qui dedicatio interpretatur, primus nascitur: in electorum verò progenie Enoch septimus fuisse memoratur: quia videlicet reprobi in hac vita quæ ante est, semetipsos ædificando dedicant: electi verò ædificationis suæ dedicationem in fine temporis, id est, in septimo tempore expectant. Videas nanque plurimos temporalia sola cogitare, honores quærere, ambiendis rebus inhiare, nil post hanc vitam requirere. Quid itaque isti nisi in prima se generatione dedicant? Videas electos nil præsentis gloriæ quęrere: libenter inopiam sustinere: mala mundi æquanimiter perpeti, vt posint in fine coronari. Electis ergo Enoch in septima generatione nascitur: quia sui dedicationem gaudij, in extremę retributionis gloria requirūt. Et quia quotidiano temporis lapsu ipsa præsentis vitæ mortalitas decurrit atque reproborum dedicationem eosdem reprobos subtrahendo destruit: rectè de iniquis dicitur: Et fluuius subuertit fundamentum eorum, id est, ipse cursus mutabilitatis statum in eis subruit peruersæ constructionis. Sequitur: Qui dicebāt
C deo: Recede à nobis.) Hæc etiam beatum Iob dixisse quis ambigat? Sed quæ in eius dictis exposuimus, propter legentis fastidium replicare deuitamus. Sequitur: Et quasi nihil posit facere omnipotens, æstimabant eum.) In his quoque sermo, & non sententia immutatur. Nam quod per beatum Iob dictum est: Quis est omnipotens vt seruiamus ei? hoc per Eliphas dicitur: Et quasi nihil posit facere omnipotens, æstimabant eum. Sequitur:

Caput. VII.

CVm ille implesset domos eorum bonis.) Malorum domos dominus bonis implet: quia etiam ingratis sua dona non denegat: vt aut benignitatem conditoris erubescant, & ad bonitatem redeant: aut redire omnimodo cō temnentes, inde illic grauius puniantur, vnde hìc & bonis dei largioribus mala reddiderunt: vt duriora eos tūc supplicia puniant, quorum hic malitiam, nec dona vicerunt. Sequitur: Quorum sententia procul sit à me.) Hoc etiam per beatum Iob dictum est. Ait nanq; Quorum consilium longè sit à me, quanuis aliud sententia, atque aliud consilium posit intelligi. Sententia quippe in ore est, consilium in cogitatione. Dum ergo Eliphas longè se à malorum sententia, beatus verò Iob à consilio optauit: constat nimirum quia iste malorum verbis, ille verò etiam cogitationi desiderat esse dissimilis. Sequitur:

Quòd iusti in hac vita in peccatis reproborum tabescunt, adhuc de suo fine incerti, postmodum verò iam non habentes quod metuant, in interitu eorum gaudebunt, vnáque erit eis cum iudice & districtio & voluntas.

Videbunt iusti, & lætabūtur, & innocens subsannabit eos.) Iusti cùm hic iniustos errare cōspiciunt, de erro- pereuntiū D
lætari non possunt. Si enim gaudent erroribus, iusti non sunt. Rursùm si per insultationem lætantur, eo quòd tales nō sunt, quales alios esse conspiciunt, omnino superbi sunt. Vnde & Pharisæus iustificationē perdidit: quia publicani meritis gaudendo se prætulit, dicens: Gratias ago tibi, quia non sum sicut Luca. 18.
cęteri homiuum, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Rursùm si dicimus quòd perfecto gaudio exultare iusti possunt de morte prauorū, quale est in hoc mundo gaudium de vltione peccantium, in quo adhuc incerta est vita iustorū? Discernamus igitur tempora tremoris & exultationis. Vident etenim nunc iniustos iusti, & de eorum nequitia tabescunt. Cumque eos perire conspiciunt, de sua quoque vita suspecti fiunt. Quando ergo videbunt iusti iniquorum interitū & lętabuntur, nisi cùm districto iudici perfecta iam securitate exultationis inhęserint, cùm in illo extremo examine illorum damnationem conspiciunt, & de se iam quod metuant nō habebunt? Nunc itaque reprobos aspiciunt & gemunt, tunc aspiciunt & subsannant: quia eos exultando conspiciūt, quos modo nec sine gemitu iniqua perpetrantes, nec sine metu vident pro iniquitate morientes. Vnde per hoc quod subditur: quia de damnatione eorum vltima dicatur, ostenditur, nam protinus subinfertur:

Quòd gloria peccatorum succidetur in fine, & ipsas carnis reliquias, quas in sepulchro deseruerat, anima rursum accipiet, vt pariter flamma gehennæ corpus & animam affligat. E

Nónne succisa est erectio eorum, & reliquias eorum deuorauit ignis?) Hic nanque iniqui erecti sunt: quia hic prauis actionibus extolluntur, quia & peruersè agunt, & tamen pro peruersis actibus minimè feriuntur. Peccant & floroūt, peccata augent, & terrena bona multiplicant. Sed eorū erectio tunc succiditur, cùm vel à presenti vita ad interitum, vel à conspectu ęterni iudicis ad ęternum gehennæ incendium pertrahuntur. Qui etsi hìc mortuam suam carnē relinquunt, ipsam quoque in resurrectione recipiunt, vt cum carne ardeant, in qua peccauerunt. Sicut enim eorum culpa in mente fuit & corpore, ita eorum pœna in anima erit pariter & carne. Quia ergo nec hoc eis erit à tormēto liberum, quod hìc mortuum relinquunt, rectè nunc dicitur: Reliquias eorum deuorabit ignis. Sequitur:

Caput. VIII.

ACquiesce igitur ei, & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos. Suscipe ex ore illius legem, & pone sermones eius in corde tuo.) Culpa superbiæ est docere meliorem. Quàm sæpe hæretici perpetrant, qui de his quæ prauè sentiunt, quasi docere catholicos præsumunt. Tunc enim eos putant deo acquiescere, si illos contigerit eorum peruersitatibus consentire. Et acquiescentibus pacē pro- F
mittunt: quia contra eos qui sibi consentiunt, iam iurgari desistunt. Fructus autem optimos sibi consentientibus pollicetur: quia eos solos bona opera agere existimant, quos ad sua dogmata se trahere exultant. Quib⁹ & hoc cōgruit quod adiungit: Suscipe ex ore illius legem. Quia ea quæ ipsi sentiunt, ex ore dei procedere suspicantur. Et pone sermones eius in corde tuo: Ac si apertè astruat, dicens: Quos nunc vsq; in ore, & non in corde tenuisti. Quia enim eorum peruersa dogmata respuit, non eum verba dei in sensu, sed in ostensione habuisse criminantur. Vnde quasi sub quadam specie dulcedinis infundūt virus pestiferæ persuasionis, vt verba dei Ecclesiam in corde suo ponere admoneant. Quæ si vnquam à corde illius recessissent, ab illis talia nullatenus audiret. Sequitur: Si reuersus fueris ad omnipotentem, ædificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo.) Fidelem populum hæretici à deo discessisse existimant: quia eum suis prædicationibus resistentem vident. Quem cum malis præsentibus afflictum conspiciunt, quasi per admonitionem ad conditoris gratiam trahere conantur, dicentes: Si reuersus fueris ad omnipotentem, ædificaberis. Ac si apertè dicant: Quia nostris dogmatibus resistendo à domino recessisti, idcirco à iustitię ædificatione destructus es. Tabernaculum verò aliquando accipimus habitaculum corporis, aliquando verò habitaculum cordis. Nam sicut anima habitamus in corpore, ita per cogitationes habi-

tamus

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tamus in mẽte. Iniquitas ergo in tabernaculo mentis, est peruersa intentio in studio cogitationis. Iniquitas autẽ in tabernaculo corporis, per expletionẽ operis actio carnalis. Eliphas itaq; quia amicus beati viri extitit, quædam vera sentiens, & tamen in his in quibus à rectitudine deuiat, hæreticorum speciem tenens, beatum Iob ex virtutibus flagellatum nesciens, erasse credidit, quem percussum vidit, eiq; si reuersus ad omnipotentem fuerit, pollicetur dicẽs: Longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo, ac si patẽter dicat: Quisquis ad deum post errata reuertitur, in cogitatione simul & in opere mundatur. Sequitur:

Quòd infirmi sanante deo ita conualescant, vt postmodum doctrinæ claritate effulgeant.

Caput. IX.

DAbit pro terra silicem, & pro silice torrẽtes aureos.) Quid per terram, nisi infirmitas actionis, quid per duritiam silicis, nisi fortitudo signatur? Quid per torrentes aureos, nisi doctrinam intimæ claritatis accipimus? Omnipotens autem deus ad se conuersis pro terra dat silicem: quia pro infirma actione fortitudinem tribuit robusti operis. Dat etiam pro silice torrentes aureos: quia pro robusto opere doctrinam multiplicat claræ prædicationis, vt peccator quisque conuersus, & ex infirmo fortis existere valeat, & in sua fortitudine vsq; ad proferenda verba intimæ claritatis exurgat, quatenus in eo & infirmitas actionis in qua velut terra soluit, bene viuendi fortitudine solidetur, & rursus cùm sensus ex vita trahit, ex ipsa fortitudine torrentes aurei defluant: quia in ore bene viuentium doctrinæ claritas inundat. Sequitur: Eritque omnipotens contra hostes tuos, & argẽtum coaceruabitur tibi.) Quos magis alios hostes patimur quàm malignos spiritus? Qui in nostris nos cogitationibus obsident, vt ciuitatem valeant nostræ mentis irrumpere, eamque sub sui iugo dominij captam tenere. Argenti autem nomine, sacra eloquia designari testatur Psalmista, qui ait: Eloquia domini eloquia casta, ar-
Psalm. 11. gentum igne examinatum. Et sæpe cùm eloquiis sacris intendimus, malignorum spirituũ insidias grauius toleramus: quia menti nostræ terrenarum cogitationum puluerem aspergunt, vt intentionis nostræ oculos à luce intimæ visionis obscurẽt.
Psalm. 118. Quod nimirum Psalmista pertulerat, cùm dicebat: Declinate à me maligni, & scrutabor mandata dei mei. Videlicet patenter insinuans: quia mandata dei perscrutari non poterat, cùm malignorum spirituum insidias in mente tolerabat. Quod etiam in Isaac opere sub Allophylorũ prauitate cognoscimus
Gene. 26. designari, qui puteos quos Isaac foderat, terræ congerie replebant. Hos enim nos nimirum puteos fodimus, cùm in scripturæ sacræ abditis sensibus alta penetramus. Quos tamen occultè replent Allophyli, quãdo nobis ad alta tendentibus immũdi spiritus terrenas cogitationes ingerunt, & quasi inuentã diuinæ scientiæ aquã tollunt. Sed quia nemo hos hostes sua vir-
I tute superat, per Eliphas dicitur: Eritque omnipotens contra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi. Ac si apertè diceretur: Dum malignos spiritus dominus sua à te virtute repulerit, diuini intus eloquij talentum lucidum exercescit. Sequit:

Quòd deliciis affluunt multiplices intellectus, qui in scripturis sanctis discernere sciunt.

Caput. X.

TVnc super omnipotentem delitiis affluës.) Super omnipotentem delitiis affluere, est in amore illius scripturæ sacræ epulis satiari. In cuius nimirum verbis tot delitias inuenimus, quot ad profectum nostrum intelligentiæ diuersitates accipimus, vt modo nuda nos pascat historia, modo sub textu literæ velata medullitus nos reficiat moralis alle-
Esa. 38. goria, modo ad altiora suspendat contemplatio, in præsentis vitæ tenebris iam de lumine æternitatis intermicans. Et sciẽdum q̃ quisquis deliciis affluit, in quadam sui remissione soluitur, atq; à laboris studio quasi ex lassitudine relaxatur: quia nimirum anima, cùm internis deliciis abũdare cœperit, terrenis iam operibus incubare minimè consentit, sed amore conditoris capta, & sua captiuitate iam libera, ad contemplandam eius speciem deficiendo suspirat, & quasi lasscscendo conualescit: quia dum sordida onera portare iam non valet, ad illum per quietem properat quem intus amat. Hinc etiam in admiratione sponsę scriptũ est: Quæ est ista quæ ascendit de deser- K
to deliciis affluens? Quia nimirum sancta Ecclesia, nisi verbo- *Cant.*
rum dei deliciis afflueret, de deserto vitæ præsentis ascendere ad superiora non posset. Deliciis ergo affluit, & ascendit, quia dum mysticis intelligentiis pascitur, ad superna quotidie contemplanda subleuatur. Hinc etiã Psalmista ait: Et nox illumi- *Psal.*
natio mea in deliciis meis: quia dum per intellectum mysticũ studiosa mens reficitur, iam in ea vitę præsentis obscuritas sul gore diei subsequentis illuminatur, vt etiam in huius corruptionis caligine in intellectum illius vis futuri luminis erũpat, & verborum deliciis pasta præguſtando discat, quid de pabulo veritatis esuriat. Sequitur: Et leuabis ad deũ faciem tuã.) Ad deum faciem leuare, est cor ad sublimia inuestigãda attollere. Nam sicut per corporis faciem homini, ita per interiorẽ imaginẽ deo noti atque conspicabiles sumus. Cùm verò reatu culpæ deprimimur, ad deum leuare cordis nostri faciẽ veremur. Dum enim nulla bonorum operum confidentia fulcitur, intueri summa mens trepidat, quia ipsa se conscientia accusat. Cùm verò iam pœnitentiæ lamentis culpa diluitur, & sic perpetrata planguntur, vt plangenda minimè perpetrentur, magna menti fiducia nascitur, & ad conspicienda supernæ retributionis gaudia cordis nostri facies leuat. Sed hæc Eliphas rectè diceret, si infirmum moneret. Cùm verò iustum virum propter flagella despicit, quid aliud quàm verba scientiæ nescius fundit? Quæ nimirum dicta si ad hæreticorum typũ dicimus, ipsi falsis promissionibus ad deũ nos faciem leuare pollicentur. Ac si fideli populo patenter dicant: Quandiu prædi- L
cationem nostram non sequeris, cor in infimis premis. Quia verò Eliphas beatum Iob ad deum reuerti admonuit, à quo videlicet idem vir beatus nunquam recessit, adhuc pollicẽlo subiũgit: Rogabis eum, & exaudiet te. Rogant quippe dominum, sed exaudiri minimè merentur, qui iubentis domini præcepta contemnũt. Vnde scriptum est: Qui declinat auré suam *Prou.*
ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Quandiu ergo Eliphas beatum Iob non exaudiri credidit, hunc nimirum in suo opere errasse iudicauit. Vnde & adhuc subdit.

Caput. XI.

ET vota tua reddes.) Qui vota vouit, sed hæc præ infirmitate soluere non valet, ei ex peccati pœna agitur, vt *Deut.*
volenti bonum posse subtrahatur. Cùm verò in cõspectu intimi iudicis ea quę obstitit culpa detergitur, fit protinus *Psal.*
vt votum possibilitas sequatur. Sequitur: Decernes rem, & *Ioan.*
veniet tibi.) Hoc esse proprium infirmãtium iudicium solet, vt tanto quempiam existiment iustum, quanto hunc adipisci cõspiciunt omne quod appetit: cùm videlicet nouerimus nõ nunquam bona terrena iustis subtrahi, quæ largo munere reprobis tribuuntur iniustis, quia & desperatis ægris medici quicquid poposcerint, dari præcipiunt, & eis quos reduci posse ad salutem præuident, quæ appetunt dari contradicunt. Sed si dicta hæc Eliphas de donis spiritalibus intulit, sciendum quòd res decernitur & venit, cùm virtus quæ ex desiderio appetitur, largiente deo etiam effectu prosperatur. Vnde & adhuc subditur:

Quòd apud deum nulla est iustitia hominis, si eam extollit arrogantia mentis.

Et in viis tuis splendebit lumen.) In viis quippe iustorum lumen, splendere, est per mira opera virtutum signa suæ claritatis aspergere, vt quocunque per intentionem pergunt, ab intuentium cordibus peccati noctem excutiant, & exemplo sui operis in eis iustitiæ lumen fundant. Sed quantalibet sit iustitia operis, apud internum iudicem nulla est, si hanc elevat tumor mentis. Vnde & subditur: Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria, & qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur.) Quæ nimirum sententia à veritatis ore non discrepat, *Matth.*
dicentis: Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Vnde & per Salomonem dicitur: Antequam *Prou.*
conteratur, exaltatur cor hominis, & antequam glorietur, humiliatur. Rectè autem dicitur qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur: quia quantũ per membrorum ministerium deprehendi potest, prima superbiæ ostentio esse in oculis solet. *Psal.*
Hinc enim scriptum est: Et oculos superborum humiliabis. *Isa.*
Hinc de ipso superbientium capite dicitur: omne sublime videt. Hinc de illa quę ei per infidelitatem adhęsit, scriptum est:

Generatio

A Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in altum
Prouer. 30. surrectæ. Oculos ergo inclinare, est nullum respiciendo despicere, sed se minorem atque imparem cunctis quos aspicit, æstimare. Saluabitur itaque qui oculos inclinat: quia qui falsum superbiæ verticem deserit, veritatis altitudinem ascendit. Sequitur: Saluabitur innoceus: saluabitur autem munditia manuum suarum.) Quæ scilicet sententia si de cœlestis regni retributione promittitur, veritate fulcitur: quia cùm de deo scriRoma. 2. ptum sit: Qui reddit vnicuique secundum opera eius, illum in
Quẽ iustitia saluet in extremo examine. extremo examine iustitia æterni iudicis saluat, quem hic eius
Nota errorem. pietas ab immundis operibus liberat. Sin verò ad hoc saluari
Exodi. 34. quisque hìc munditia manuum suarum creditur, vt suis viri-
Superna pietas prius agit in nobis aliquid sine nobis. bus innocens fiat, proculdubio erratur, quia si superna gratia nocentem non præuenit, nunquam profectò inueniet quem remuneret innocentem. Vnde veridici Moysis voce dicitur: Nullusque apud te per se innocens est. Superna ergo pietas prius agit in nobis aliquid sine nobis, vt subsequente quoque nostro libero arbitrio, bonum quod iam appetimus, agat nobiscum, quod tamen per impensam gratiam in extremo iudicio ita remunerat in nobis, ac si solis processisset ex nobis.

Caput. XII.

1. Corin. 15. QVia enim diuina nos bonitas, vt innocentes faciat, præuenit, Paulus ait: Gratia autem dei sum id quod sum. Et quia eandem gratiam nostrum liberum arbitrium sequitur, adiungit: Et gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Qui
Ibidem. dum se de se nihil esse conspiceret, ait: Non autem ego. Et tamen quia se esse aliquid cum gratia inuenit, adiunxit: Sed gra
B tia dei mecum. Non enim diceret mecum, si cum prœueniente gratia subsequens liberum arbitrium non haberet. Vt ergo se sine gratia nihil esse ostenderet, ait: Non ego. Vt verò se cũ gratia operatum esse per liberum arbitrium demõstraret, adiunxit: sed gratia dei mecum. Munditia itaque manuum suarum innocens saluabitur: quia qui hìc præuenitur dono, vt innocẽs fiat, cùm ad iudicium ducitur, ex merito remuneratur. Quæ cuncta Eliphas, sicut prædictum est, etsi rectè protulit, cui tamen proferret ignorauit: quia docere meliorem non de-
Typus hæreticorum. buit, sed audire. Quæ tamen omnia per typum hæreticorum promissionibus congruunt, qui cùm fideles quosque in præsenti vita afflictos inueniunt, eos ex culpa perfidiæ percussos arbitrantur, eisque si sua dogmata sequantur, salutem innocentiæ per bonorum operum munditiam promittunt. Sed mens fidelium tanto eos altius despicit, quanto illos innocentiam non videt habere quam pollicentur. Vnde bene per Salomonem dicitur: Frustra iactatur rete ante oculos pennatorum.
Prouerb. 1. Pẽnati quippe sunt bonorum spiritus, qui dum ad altiora per spem veritatis euolant, apposita prauorum hominum deceptionis retiacula declinant. Sequitur:

C Textus capitis vicesimitertij beati Iob, quod continuatur libri decimisexti Moralium beati Gregorij capite duodecimo.

REspondens autem Iob ait: Nunc quoque in amaritudine est sermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata est super gemitũ meũ. Quis mihi tribuat vt cognoscã, & inueniam illum, & veniam vsque ad solium eius? Ponam corã eo iudicium, & os meũ replebo increpationibus, vt sciam verba quæ mihi respondeat, & intelligam quid loquatur mihi. Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis suæ mole me premat. Proponat æquitatem cõtra me, perueniet ad victoriam iudicium meum. Si ad Orientem iero, non apparet. Si ad Occidentem, nõ intelligam eum. Si ad sinistram, quid agã? Non apprehendam eum. Si me vertam ad dexteram non videbo illum. Ipse verò scit viam meam, & probabit me quasi aurum quod per ignem trãsit. Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui, & non declinaui ex ea. D A mandatis labiorum eius non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris eius. Ipse enim solus est, & nemo auertere potest cogitationẽ eius, & anima eius quodcunque voluit hoc fecit. Cùm expleuerit in me voluntatem suam, & alia multa similia prẽsto sunt ei. Et idcirco à facie eius turbatus sum, & considerans eum, timore sollicitor. Deus molliuit cor meum, & omnipotens conturbauit me. Non enim perij propter imminẽtes tenebras, nec faciem meam operuit caligo.

Quòd iusti quanto plus in hoc mundo laborant, tanto amplius contemplari deum desiderant.

Respondens autem Iob dixit: Nunc quoque in amaritudine est sermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata est super gemitum meum.) More suo beatus Iob planioribus verbis inchoat, sed dicta sua alta mysterij prosecutione consummat. Mederi quippe dolor afflicti ex amicorum consolatione debuerat, sed quia consolatio ad blandimenta fallaciæ erupit, afflicti dolor inhorruit. Quia enim Eliphas spondere conuerso meliora nõ timuit, quasi ex noxio medicamine vulnus creuit. Vnde rectè dicitur: Nunc quoque in amaritudine est sermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata est super gemitum meum: quia videlicet inordinatæ consolationis intentio, percussionem quam minuere debuit, multiplicauit. In quibus nimirum verbis per typum sanctæ Ecclesiæ etiam fidelium dolor exprimitur, qui eo amplius gemunt, quo malos blandiri
Roma. 16. conspiciunt, qui iuxta Pauli vocem: Per dulces sermones &
E benedictiones seducunt corda innocentium. Caput. XIII.

QVæ etiam verba ad considerandam subtilius mẽtem fidelium rectè referuntur. Qui esse sine amaritudine nesciunt, etiam si in hoc mundo prosperari videantur. Quibus cùm aduersitas euenit, eum quem inuenit, ingeminat dolorem. Vnde rectè dicitur: Nunc quoque) vt apertè monstretur: quia electorum mens sine amaritudine, & in prosperitate non fuerit. Bene autem dicitur: Et manus plagæ meæ aggrauata est super gemitum meum. Manus quippe plagæ est fortitudo percussionis. Primam nanque percussionem suam electi cõsiderant: quia à conditoris sui visione diuisi sunt: quia nequaquam illuminationis intimæ claritate perfruuntur, sed in præsentis vitæ exilio quasi in cęcitatis loco religati gemunt. Semper ergo habent in hac manu plagæ gemitum suum. Sed cùm adhuc etiam aduersa in hac vita accidunt, manus plagæ eorum etiam super gemitũ grauatur. Erat enim plagæ gemitus etiam cùm præsentis vitæ aduersa deessent. Sed amaritudo primæ percussionis, ex tentatione crescit aduersitatis. Dicit ergo: Et manus plagæ meę aggrauata est super gemitum meum: quia iustum quemque in hac vita aduersitas non lętum perculit, sed in eo dolorẽ vulneris multiplicauit. Fit tamẽ miro omnipotẽtis dei moderamine, vt cũ in hoc mũdo mens iusti aduersitatibus plus laborat, auctoris sui contemplandã faciem amplius sitiat. Vnde hic aptè subiungitur: F

Quòd electi dum deum cognoscunt per fidem, desiderant videre per speciem, & cum fidei oculis eum præsentem angelis quasi in solio suo iuuentur, inueniunt apud ipsum causas rationabiles, & iustas quæ extrinsecus videntur iniustæ.

Quis mihi tribuat, vt cognoscam & inueniam illum, & veniam vsque ad solium eius? Electus quisque nisi deum cognouisset, vtique non amaret. Sed aliud est cognoscere per fidem, atq; aliud per speciem, aliud inuenire per credulitatem, aliud per contemplationem. Ex qua re agitur, vt electi omnes eum quem fide cognouerunt, videre quoque per speciem anhelẽt. Cuius amore flagrantes æstuant: quia eius dulcedinis suauitatem iam in ipsa suæ fidei certitudine degustant. Quod bene ille in Gerasenorũ regione sanatus à dæmonibus designat, qui vult abire cum Iesu: sed ei à magistro salutis dicitur: Redi in
Lucæ. 8. domum tuam, & narra quanta tibi fecerit deus. Amanti enim adhuc dilatio imponitur, vt ex dilati amoris desiderio, meritũ retributionis augeatur. Fit ergo nobis omnipotens deus dulcis in miraculis, & tamen in sua celsitudine manet occultus, vt & quiddam monstrando de se, occulta nos inspiratione in suo amore succendat, & tamen in abscondẽdo maiestatis suæ gloriam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G gloriam,amoris ſui vim per eſtum deſiderij augeat. Niſi enim ſanctus vir videre hunc in ſua maieſtate quęreret,non vtique ſubinferret: Et veniam vſque ad ſolium eius.

Caput. XIIII.

QVid nanque eſt ſolium dei, niſi illi angelici ſpiritus qui ſcriptura teſte,throni vocati ſunt? Qui ergo vſq; ad ſolium dei venire vult, quid aliud quàm intereſſe angelicis ſpiritibus concupiſcit? vt nulla iã defectiua temporum momenta ſuſtineat: ſed ad permanentem gloriam in contemplatione æternitatis exurgat. Quæ tamen verba etiam in hac vita poſitis iuſtis conueniunt. Nam cùm contra votum ſuum atque deſiderium quodlibet agi conſpiciunt, ad occulta dei iudicia recurrunt, vt in eis videant quia inordinatè intus non diſponitur,quod inordinatum foris cur rere videtur. Cùm enim pręſidentem angelicis ſpiritibus creatorem omnium, fidei oculis contemplantur,ad eius nimirum ſolium veniunt. Et quia conſiderant quoniam is qui mirè angelos regit iniuſtè homines non diſponit,profectò inueniunt cauſales rationes quàm iuſtæ ſint, dum ipſę cauſæ extrinſecus videantur iniuſtæ: dúmque id humiliter faciunt, ſemetipſos ſæpe in ſua voluntate reprehendunt, ſua in ſe nonnunquam vota diiudicant, dum meliora eſſe ea quæ diſponit conditor, penſant. Vnde bene adhuc ſubditur:

Quòd qui ſubtile dei iudicium intuetur, amaritudine pœnitentiæ ſeipſum perſequitur.

H Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus.) Coram deo iudicium ponere,eſt intra ſecretũ mentis per fidei contemplationem ad tremendum examen maieſtatis illius, oculos noſtræ conſiderationis aperire,quid pecca tor homo mereatur attendere, & occultus nunc & tacitus iudex quàm terribilis pòſt appareat conſiderare. Ex qua re agitur, vt ad cognitionem ſui anima ſubtilius reuocetur, & quo occultum iudicem ſuum magis terribilem videt, eo de ſuis actibus formidoloſius anguſtetur. Anxiè trepidat, culpas ſuas lamentis inſequitur, pœnitẽdo increpat,qualem fuiſſe ſe meminit. Vnde nunc quoque poſtquàm dictum eſt: Ponam coram eo iudicium,rectè ſubiungitur: Os meum replebo increpationibus. Qui enim ſibi in conſpectu dei iudicium ponit, os ſuum increpationibus replet: quia dum ſubtile examen tremendi contra ſe iudicis contemplatur,amare ſe pœnitẽtię inuectione perſequitur. Sæpe autem dum culpas noſtras penſare negligimus,quæ earum reprehenſio in iudicio ſequatur,ignoramus,dum vero eas pœnitendo perſequimur, quid nobis de eis iudex in ſuo examine dicere poſsit, inuenimus. Vnde adhuc aptè ſubiungitur: Vt ſciam verba quæ mihi reſpondeat, & intelligam quid loquatur mihi.) Tunc enim culpas plangimus,cùm penſare cœperimus. Sed tunc ſubtilius penſamus,cũ ſollicitius plangimus, atq; ex lamẽtis in corde noſtro plenius

I naſcitur,quid peccantibus diuina diſtrictio minat,quæ erunt illa reproborum improperia,qui terror,quę implacabilis maieſtatis animaduerſio. Tãta enim tunc dominus reprobis iratus dicit,quanta eos pati ex æquitate permiſerit. Quæ nimirũ verba animaduerſionis illius, iuſti dummodo ſollicitè metuunt,euadunt. Sed quis in illo examine inueniri iuſtus valeat, ſi ſecundum ſuæ fortitudinis maieſtatem, vitam hominum diſcutiat deus? Aptè ergo ſubiungitur:

Quòd nihil nobis fortitudo diuina prodeſſet, niſi nobis per aſſumptam humanitatem congrueret.

Caput. XV.

NOlo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis ſuę mole me premat.) Mens etenim quãlibet iuſti,ſi ab omnipotente domino diſtrictè iudicatur, mole magnitudinis premitur. In quibus nimirum verbis hoc quoque intelligendum eſt, quod ſanctus vir dum dei fortitudinem deuitat,quid eius aliud quàm infirmitatem deſiderat? Et ſcriptum eſt: Quod infirmum eſt dei,fortius eſt hominibus. Vnde & protinus adiungit: Proponet æquitatẽ contra me,& perueniet ad victoriam iudicium meum. Quis enim alius niſi mediator dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus æquitatis nomine deſignatur? de quo ſcriptum eſt: Qui factus eſt ſapientia nobis à deo & iuſtitia. Quæ ſcilicet iuſtitia dum in hunc mundum cõtra vias peccatorum venit, antiquum hoſtem vincimus,à quo capti tenebamur. Dicat ergo: Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis ſuæ mole me premat: proponat æquitatem contra me, & perueniet ad victoriam iudicium meum,id eſt,ad redarguendas vias meas incarnatum filium mittat, & tunc inſidiantem aduerſariũ per abſolutionis meæ iudicium victor excludam. Si enim in diuinitatis fortitudine, ſic vnigenitus filius inuiſibilis maneret, vt nil de noſtra infirmitate ſuſciperet, infirmus homo ad eum inuenire acceſſum gratię quando potuiſſet: Conſideratũ quippe pondus eius magnitudinis opprimeret potius quàm iuuaret. Sed fortis ſuper omnia, apparuit infirmus inter omnia, vt dum nobis ex aſſumpta infirmitate congrueret,ad permanentem nos ſuam fortitudinem eleuaret. In altitudine enim ſua diuinitas à nobis vtpote paruulis apprehendi non poterat, ſed ſtrauit ſe hominibus per humilitatem*,& quaſi in iacentẽ, aſcendimus: ſurrexit,& leuati ſumus. Vnde hoc quoque mox ſubditur,per quod diuinitas inuiſibilis atque incomprehenſibilis demonſtretur. Nam ſequitur:

Quòd deus implens omnia, ſi in parte quæritur, non inuenitur.

Si ad orientem iero,non apparet,ſi ad occidentem,non intelligam eum, ſi ad ſiniſtram,quid agam? Non apprehendam eum. Si me vertam ad dexteram,non videbo illum.) Creator quippe omnium in parte non eſt: quia vbique eſt. Et tunc minus inuenitur,quando is qui totus vbique eſt, in parte quæritur. Incircunſcriptus nanque ſpiritus omnia intra ſemetipſum habet,quæ tamen & implendo circundat,& circundando implet,& ſuſtinendo tranſcendit,& tranſcendendo ſuſtinet. Bene autem poſtquam dictum eſt: Si ad orientem iero, non apparet,ſi ad occidentem, non intelligam eum, ſi ad ſiniſtram, quid agam? Non apprehendam eum,ſi me vertam ad dexteram,non videbo illum,ilico adiunxit. Ipſe verò ſcio viã meã. Ac ſi apertè dicat: Videre nõ valeo videntem me, & eum qui me ſubtiliter intuetur,intueri non poſſum, vt videlicet obtendat,quia tanto cautius formidandus eſt,quanto conſpicabilis nõ eſt. Qui enim ita nos aſpicit, vt à nobis aſpici nequeat, eo magis timendus eſt,quo cuncta videns minimè videtur. Cum enim contra nos latere quempiam in inſidiis credimus, eundem amplius metuimus,quo minimè videmus. Cumque eius inſidias nequaquam deprehendimus vbi ſunt, & ibi eas metuimus vbi non ſunt. Creator autem noſter qui vbique totus eſt, & cernens cuncta non cernitur, tanto magis metuendus eſt, quanto inuiſibilis permanens,de noſtris actibus quanti & quid decernat,ignoratur. Quæ tamen verba intelligi,& aliter poſſunt. Ad orientem quippe imus,cùm mentem in conſideratione maieſtatis eius attollimus. Sed non apparet: quia qualis in natura ſua eſt,à cogitatione mortali videri non prevalet. Si ad occidentem,non intelligam eum. Caput. XVI.

AD occidentem imus, cùm ſubleuatum in deo cordis oculum,ſed ipſa immenſitate luminis reuerberatum, ad noſmetipſos reducimus, & laſsati diſcimus valde ſuper nos eſſe quod quærebamus, noſtramque mortalitatem conſiderantes,indignos nos adhuc eſſe deprehẽdimus,qui eum mortalem videre valeamus. Si ad ſiniſtram, quid agam? Non apprehendam eum. Ad ſiniſtram ire, eſt peccatorum delectationibus conſentire. Et nimirum conſtat,quia deum apprehendere nõ valet,qui adhuc in delectatione peccati per ſiniſtram iacet. Si me vertam ad dexteram,non videbo illum. In dexteram procul dubio vertitur,qui de virtutibus eleuatur. Sed deum videre non valet, qui priuata lętitia de bonis actibus gaudet: quia in eo cordis oculum tumor elationis premit. Vnde bene aliàs dicitur: Nõ declines ad dexteram, aut ad ſiniſtrã. In quibus cunctis plærunq; ſe anima diſcutit, nec tamẽ plenè deprehẽdere ſemetipſam valet. Vnde hic aptè ſubditur: Ipſe verò ſcit viam meam.) Ac ſi patenter dicat: Ego me & diſtrictè diſcutio,& perfectè ſcire non poſſum, & tamẽ ille quem videre nõ valeo, videt ſubtiliter cũcta quę ago. Sequit: Et probabit me quaſi aurũ quod per ignẽ trãſlit. Aurũ in fornace ad naturæ ſuę claritatẽ ꝓficit,dũ ſordes amittit.) Quaſi aurũ ergo quod per ignem tranſit, probantur animę iuſtorum, quibus exuſtione tribulationis, & ſubtrahuntur vitia,& merita augentur. Nec elationis fuit,quòd ſanctus vir in tribulatione ſe poſitum auro comparauit: quia qui dei voce iuſtus ante flagella dictus eſt,

1. *Corin.* 1.

Ibidem.

A est, non ideirco tentari permissus est, vt in eo vitia purgarent, sed vt merita crescerent. Aurum vero igne purgatur. Minus ergo de se æstimauit ipse quàm erat, dum tribulationi traditus, purgari se credidit, qui purgandum in se aliquid non habebat. Sciendum verò est, quia quanuis de se humilia sentiat animus iustorum, ea tamen quæ agunt, quàm sint recta conspiciunt, sed de eorum rectitudine non præsumunt. Vnde adhuc subditur: Vestigia eius secutus est pes meus. Viam eius custodiui, & non declinaui ex ea. A mandatis labiorum eius nō recessi, & in sinu meo abscondi verba oris eius.) Sed in his omnibus an se esse aliquid existimet, videamus. Sequitur:

Quòd solus deus principaliter & immobiliter est, de quo per Moysen dictum est, Qui est, misit me ad vos.

Ipse enim solus est.) Qua sententia subiūcta ostendit: quia in tot bonis quæ egerat, nil esse se credidit. Sed hæc ipsa superius verba repetentes, vt possumus perstringamus. Vestigia eius est secutus pes meus. Quasi quidem nāque gressus dei sunt quas cernimus operationes eius, quibus bonus quisque malusque regitur, quibus iusti iniustique suis ordinibus disponūtur, quibus & subiectus quisque ad meliora quotidie ducitur, & aduersus ad deteriora corruens toleratur. De quibus nimirum gressibus Propheta dicebat. Visi sunt gressus tui deus. Nos itaque cùm virtutem longanimitatis, atque pietatis eius intuemur, & intuentes imitari contendimus, quid aliud quàm gressuum eus vestigia sequimur? quia extrema quædam eius operationis imitamur. Hęc enim patris sui vestigia veritas ad monebat imitari, cùm diceret: Orate pro persequentibus & Mat. 5.
B calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super malos & bonos.

Caput. XVII.

POtest tamen beatus Iob qui certa fide iam dixerat. Scio quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, sic in futura operatione incarnandæ sapientiæ intendere, sicut nos eiusdem sapientiæ iam præterita opera per fidem videmus, quod mediator dei & hominum benignus ad tribuendum, humilis ad sustinendum, patiens ad exemplum præbendum fuerit. Cuius nimirum vitam dū beatus Iob superno spiritu repletus, sollicita intentione conspiceret futuram mansuetudinis illius humilitatem prœuidens, quasi ad exemplum sibi propositum recurrit, vt quicquid in hac vita ageret, ad imitationis illius vestigia ligaret, quatenus qui occultę dispositionis eius sublimia videre non poterat, quasi in terra conspiciens ad imitationem eius vestigia teneret. De
1. Petri. 2. quibus eius vestigiis per Petrum dicitur: Christus passus est pro nobis, vobis relinquēs exemplum, vt sequamini vestigia eius: De quo adhuc subditur: Viam eius custodiui, & nō declinaui ex ea.) Custodit etenim & non declinat, qui hoc vbi intendit operatur. Custodire quippe per intentionem, est nō declinare per operationem. Hęc nanque est sollicitudo iustorum, vt actus suos quotidie iuxta vias veritatis examinent, &
C eas sibi in regulam proponentes, à rectitudinis earum tramite non declinent. Super semetipsos quippe quotidie ire contendunt, & quod in virtutum verticem prouehuntur, cauta reprehensione diiudicāt quicquid de eis ex semetipsis remanet infra semetipsos, & totos se illò festinant trahere, vbi se inuenerunt ex parte peruenisse. Sequitur: A mandatis labiorum eius non recessi.) Sicut bene obsequentes famuli dominorum suorum vultibus semper intenti sunt, vt ea quæ præceperint, festinè audiant, & implere contendant, sic iustorum mentes per intentionem suam omnipotenti domino assistunt, atque in scriptura eius quasi os eius intuentur, vt quia per eam deus loquit omne quod vult, tanto à voluntate eius non discrepent, quanto eandem voluntatem illius in eius eloquio agnoscunt. Vnde fit vt eius verba non per eorum aures superuacuè trāseant, sed hæc in suis cordibus figant. Vnde hic subditur: Et in sinu meo abscondi verba oris eius.) In sinu etenim cordis verba oris eius abscondimus, quando mandata illius non transitorè, sed implenda opere audimus. Hinc est quod de ipsa ma
Luca. 2. tre virgine scriptum est: Maria autem cōseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Quæ nimirum verba, & cùm ad operationem prodeunt, in sinu cordis abscōsa latent, si per hoc quod foris agitur, intus agentis animus nō eleuatur. Nam cùm cōceptus sermo ad opus ducitur, si per hoc humana laus D
quæritur, sermo dei in sinu mentis proculdebio non occultatur. Sed nosse velim beate vir, cur te tanta intentione examines, cur tanta sollicitudine astringas. Sequitur:

Caput. XVIII.

IPse enim solus est, & nemo auertere potest cogitationem eius.) Nunquid nāque non sunt angeli & homines, cœlum & terra, aër & maria, cuncta volatilia, quadrupedia, atque repentia? Et certè scriptum est: Creauit, vt essent omnia. Cùm ergo in rerum natura tam multa sint, cur beati viri voce nunc Gene. 1.
dicitur: Ipse enim solus est? Sed aliud est esse, aliud principaliter esse, aliud mutabiliter, atque aliud immutabiliter esse. Sūt enim hæc omnia, sed principaliter non sunt: quia in semetipsis minimè subsistunt, & nisi gubernantis manu teneantur, esse nequaquam possunt. Cuncta nanque in illo subsistunt à quo creata sunt, nec ea quæ viuunt, sibimetipsis vitam tribuunt, neque ea quæ mouentur & non viuunt, suis nutibus ad motū ducuntur, sed ille cuncta mouet, qui quædam viuificat, quædā verò non viuificata in extremam essentiam mirè ordinans seruat. Cuncta quippe ex nihilo facta sunt, eorumq; essentia rursum ad nihilum tenderet, nisi eam auctor omnium regiminis manu retineret. Omnia itaque quæ creata sunt, per se nec subsistere prœualent, nec moueri, sed intantum subsistunt, inquantum vt esse debeant acceperunt. Intantum mouentur, inquantum occulto instinctu disponuntur. Ecce enim peccator flagellādus est de rebus humanis. Arescit in eius laboribus terra, concutitur in eius naufragiis mare, ignescit in eius sudoribus aër, obtenebrescit contra eum inundationibus cœlum, inar- E
descunt in eius oppressionibus homines, mouentur in eius aduersitate & angelicæ virtutes. Nunquid nā hæc quæ inanimata, vel quę viuentia diximus, suis instinctionibus, & non magis diuinis impulsionibus agitantur? Quicquid est itaq; quod exterius sæuit, per hoc ille intuēdus est qui hoc interius disponit. In omni igitur causa solus ipse intuendus est, qui principaliter est. Qui etiam ad Moysen dicit: Ego sum qui sum. Sic Exodi. 3.
dices filiis Israēl. Qui est, misit me ad vos. Cùm itaque flagellamur per ea quæ videmus, illum debemus sollicitè metuere, quem nō videmus. Vir itaque sanctus despiciat quicquid exterius terret, quicquid per essentiam suam, nisi regeretur, ad nihilum tēderet, & mentis oculos suppressis omnibus intueatur vnum, in cuius essentiæ comparatione esse nostrum non esse est, & dicat: Ipse enim solus est. De cuius mox immutabilitate aptè subiungitur:

Quòd sententiam dei licèt quidam deprecando auerterint, hoc ipsum erat apud eius clementiam, vt sic fieri posset.

Et nemo auertere potest cogitationem eius. Sicut enim im F
mutabilis natura est, ita immutabilis cogitatione. Cogitationem quippe eius nullus auertit: quia nemo resistere occultis eius iudiciis prœualet. Nam etsi fuerūt quidam qui deprecationibus suis eius cogitationem auertisse videantur, ita fuit eius interna cogitatio, vt sententiam illius auertere deprecādo potuissent, & ab eo acciperent quod agerent apud ipsum. Dicat ergo: Et nemo auertere poterit cogitationē eius: quia semel fixa iudicia mutari nequaquam possunt. Vnde scriptum est: Præceptum posuit, & non præteribit. Et rursum. Cœlum & Psalm. 148
terra transibunt, verba autem mea non transibūt. Et rursum: Luce. 21.
Non enim cogitationes meæ sicut cogitationes vestræ, neque Esaie. 55.
viæ meæ sicut viæ vestræ. Cùm ergo exterius mutari videtur sententia, interius consilium non mutatur: quia de vnaquaq; re immutabiliter intus constituitur, quicquid foris mutabiliter agitur. Sequitur:

Quòd etiam quæ contra voluntatem dei fieri videntur, voluntati eius non obsistunt. Et quod eo ordine voluntas peruersa diaboli in hoc vtilitati sanctorum seruiat vt purget eos.

Caput. XIX.

ET anima eius quodcunque voluit hoc fecit.) Cum sit cunctis corporibus exterior, cunctis mentibus interior deus, ea ipsa vis eius qua omnia penetrat, cunctaque disponit, anima illius appellatur. Cuius videlicet voluntati, nec illa obsistunt quæ contra voluntatē illius fieri videntur: quia ad hoc nonnunquam permittit fieri etiam quod nō præcepit, vt per hoc illud certius impleat quod iubet. Apostatę quippe

angeli

G angeli peruersa voluntas est, sed tamen à deo mirabiliter ordinatur, vt ipse quoque eius insidiæ vtilitati bonorum seruiant, quos purgant dum tentant. Sic itaque eius anima quodcunq; voluit hoc fecit, vt inde quoque voluntatem suam impleat, vnde volûtati illius repugnari videbatur. Terreatur ergo vir justus, & tantæ maiestatis pondus considerans, infirmum se esse deprehendat. Sed inter verba hæc percunctari libet ac dicere: O beate Iob inter tot flagella positus, cur adhuc aduersa formidas? Iam tribulationibus cingeris, iam innumeris afflictionibus angustaris. Malum timeri debet, quod necdum susceptum est, tu in tanto positus dolore quid metuis? Sed ecce vir iustus nostris inquisitionibus satisfaciens adiungit. Cùm expleuerit in me voluntatem suam, & alia multa similia præsto sunt ei.) Ac si apertè dicat: Iam perpendo quæ patior, sed adhuc formido quæ pati possum. Explet enim in me voluntatem suam: quia multis me persecutionibus affligit. Sed multa similia præsto sunt ei, quia si ferire cogitat, adhuc inuenit vbi plaga crescat. Hinc itaque pensandum est quàm pauidus ante flagellum fuit, qui etiam percussus adhuc metuit ne feriatur. Incomprehensibilem quippe vim ei inesse considerans, & potestatis & examinis, esse vir iustus noluit, nec de flagello securus. Vnde adhuc metuens adiungit: Et ideirco à facie eius turbatus sum, & considerans eum timore sollicitor.) Bene à facie domini turbatur, qui terrorem maiestatis illius cordis sui
H obtutibus proponit, & eius rectitudinis pauore concutitur, dum se reddendis rationibus conspicit idoneum nõ esse, si districtè iudicetur. Rectè autem dicitur: Et considerans eum, timore sollicitor: quia diuinæ animaduersionis vim cùm minimè quisque considerat, minimè formidat, & tanto magis in hac vita quasi securus est, quanto à consideratione internę districtionis alienus. Semper etenim iusti viri ad cordis secretarium redeunt, vim occultæ districtionis intuentur, maiestatis intimæ iudicio assistunt, vt eo magis quandoque securi sint, quo hic quandiu viuerent, securi esse noluerunt. Nam malorũ mentes cùm renuunt considerare quod timeant, ad hoc quandoque gaudentes perueniunt, quod timentes nullo modo euadant. Sed ecce de beato Iob nouimus, quod crebris dei sacrificiis deditus, quod hospitalitatibus, quod indigẽtiis pauperum impensus, quod suis etiam subditis humilis, quod sibi aduersantibus benignus fuit, & tamen tot flagella suscepit, nec iam securus extitit inter flagella, sed adhuc metuit, adhuc diuinæ districtionis vim considerans contremiscit. Quid nunc itaque miseri, quid peccatores dicemus, si sic timet qui sic egit? Sed tanti timoris pondus an à semetipso habeat, innotescat. Sequitur:

Caput. X X.

DEus molliuit cor meum, & omnipotens conturbauit me.) Ex diuino munere cor iusti molliri dicitur: quia supernì iudicij timore penetrãt. Molle est enim quod
I penetrari potest, durum quod penetrari nõ potest. Vnde per
Prouerb. 28 Salomonem dicitur: Beatus homo qui semper est pauidus, qui vero mentis est duræ, corruet in malum. Virtutem ergo suę formidinis non sibi, sed auctori tribuit, qui ait: Deus molliuit cor meum, & omnipotens conturbauit me. Non autem secura, sed perturbata sunt corda bonorum: quia dum futuri examinis pondus considerant, quietem hic habere non appetunt, securitatem suã districtionis intimę consideratione perturbant. Qui tamen inter ipsa timoris supplicia sæpe animum reuocant ad dona, & vt semetipsos cõsolatione refoueant, inter hoc quod metuunt, reducunt oculum ad dona quę acceperunt, vt spes subleuet, quem timor premit. Vnde & sequitur:

Quòd in cordibus iustorum in ipso orationis sacrificio sæpe carnales se cogitationes ingerunt, & ea polluunt.

Non enim perij propter imminentes tenebras, nec faciem meam operuit caligo.) Ille enim in flagello positus, à salute corporis propter imminentes tenebras perit, qui idcirco pro transactis percutitur, vt à futuris suppliciis abscondatur. Flagella quippe bonorũ, aut vitia perpetrata purgant, aut ea quæ poterant perpetrari futura deuitãt. Beatus autem Iob, quia in flagello positus, nec à peccatis precedentibus purgabatur, nec ab imminentibus tegebatur, sed eius tantummodo in flagello virtus augebatur, fiducialiter dicit: Non enim perij propter imminentes tenebras, nec faciem meam operuit caligo. Qui K enim semper diuinæ formidinis pondus aspexit, eius cordis faciem caligo peccati nõ operuit. Et is quem supplicia nulla sequebantur, saluté corporis propter imminentes tenebras non amisit. Et notandum quod ipse priora denuncians, nequaquã ait: faciem meam non tetigit, sed non operuit caligo. Sæpe enim etiam corda iustorum subortę cogitationes polluunt, terrenarum rerum delectationibus tangunt, sed dum citius manu sanctæ discretionis abiguntur, festinè agitur ne cordis faciem caligo operiat, quę hanc iam ex illicita delectatione tangebat. Nam sæpe in ipso orationis sacrificio importunè se cogitationes ingerunt, quæ hoc rapere, vel maculare valeant, quod in nobis deo flentes immolamus. Vnde Abraham cùm O ad occasum solis sacrificium offerret, insistentes aues pertulit, quas studiosè, ne oblatum sacrificium raperent, abegit. Sic nos cùm in ara cordis holocaustum deo offerimus, ab immundis hoc volucribus custodiamus, ne maligni spiritus & peruersæ cogitationes rapiant, quòd mens nostra offerre se domino vtiliter sperat. Sequitur:

Textus capitis vicesimiquarti beati Iob, sed moralis expositionis libri decimisexti Caput. X X I.

CUR omnipotente non sunt abscondita tempora, qui autem nouerunt eũ, non videbant dies illius. Alij terminos transtulerunt, diripuerũt greges, & pauerunt L
eos. Asinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore boue viduæ. Subuerterunt pauperum viam, & oppresserunt pariter mansuetos terræ. Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum, vigilantesq; ad prædam præparant panem liberis. Agrum non suum demetunt, & vineam eius quem vi oppresserant, vindemiant. Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore, quos imbres montium rigãt, & non habentes velamen amplexantur lapides. Vim fecerunt deprędãtes pupillos, & vulgum pauperem spoliauerunt. Nudis & incedentibus absque vestitu, & esurientibus tulerũt spicas. Inter aceruos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt. De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & deus inultum abire non patitur. Ipsi fuerunt rebelles lumini. Nescierũt vias eius, nec reuersi sunt per semitas illius. Mane primo consurgit homicida, interficit egenum & pauperem, per noctem verò erit quasi fur. Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens: nõ me videbit oculus, & operiet vultum suum. Perfodiunt in tenebris domos, sicut in die condixerãt sibi, & ignorauerunt lucem. Si subitò apparuerit aurora, arbitratur vmbram mortis, & sic in tenebris quasi in luce ambulant. Leuis est super faciem aquę. Maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per viam vinearum. Ad immium calorem transeat ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatũ illius. Obliuiscatur eius misericordia. Dulcedo illius vermes. Non sit in recordatione, sed conteratur sicut lignum infructuosum. Pauit enim sterilem, & quę non parit, & viduæ bene non fecit. Detraxit fortes in fortitudine sua: & cum steterit, non credet vitæ suæ. Dedit ei deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbia, oculi autem eius sunt in viis illius. Eleuati sunt ad modicũ, & non subsistent, & humiliabuntur sicut omnia & auferentur, & sicut summitates spicarum conterentur. Quod si non est ita, quis me potest arguere esse mentitum, & ponere ante deũ verba mea?

Quòd omnipotentem deum fideles quique, & sciunt per fidem, & nescinnt per speciem. Magnoque moderamine [illegible] *tendendum*

attendendum est, in naturæ humanæ circumscriptione, non plus sapere quàm oportet sapere.

A B omnipotente non sunt abscõdita tempora: qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius.) Quid dies dei, nisi ipsa eius æternitas appellatur? quæ nõnunquã vnius dici pronunciatione exprimitur, sicut scriptum est: Melior est dies vna in atriis tuis super milia. Nonnunquam verò pro sua lõgitudine, dierum multorum appellatione signatur, de quibus scriptum est: In seculum seculi anni tui. Nos itaque intra tempora voluimur, per hoc quòd creatura sumus: deus autem quia creator est omnium, æternitate sua tempora nostra comprehendit. Ait ergo: Ab omnipotente non sunt abscondita tempora qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius. Quia ipse quidem nostra comprehensibiliter conspicit, nos autem ea quæ eius sunt, comprehendere nullatenus valemus. Sed natura dei cùm simplex sit, mirandum valde cur dicit: qui nouerunt eum, ignorant dies illius. Neque enim aliud ipse, atque aliud dies eius sunt. Deus nanque hoc est quod habet. Aeternitatem quippe habet, sed ipse est eternitas. Lucem habet, sed lux sua ipse est. Claritatem habet, sed ipse est claritas sua. Non est ergo in eo aliud esse, & aliud habere. Quid est itaque dicere, qui nouerunt eum, ignorant dies illius, nisi quia & qui cognoscunt eum, adhuc nesciunt? Nam & qui iam eum fide tenent, adhuc per speciem ignorant. Et cùm ipse sibi sit æternitas, quem veraciter credimus, qualiter tamẽ sit ipsa eius æternitas, ignoramus. In hoc nanque quod de diuinæ naturæ potentia audimus, ea nõnunquam cogitare consueuimus, quę B per experientiam scimus. Omne enim quod cœpit & desinit, initio & fine concluditur. Quòd si mora aliquãtula differtur, vt finiatur, longum dicitur: in qua videlicet longinquitate cũ quisque mentis oculos reducit retro per memoriam, tendit antè per expectationem, quasi per spatium temporis dilatat in mẽte. Cumque audit æternitatem dei, humano more intendenti animo longa vitæ spatia proponit, in quibus metiatur semper, & quid abiit retro quod retineat in memoria, & quid ante restat quod expectetur ex intentione. Sed quotiens in æternitate ista cogitamus, æternitatem necdum cognouimus. Ibi quippe est quod nec initio incipitur, nec fine terminatur, vbi neque expectatur quod veniet, neque percurrit quod debeat recordari, sed est vnum quod semper esse est. Quod etsi nos & angeli cum initio esse videre incipimus, esse tamen hoc sine initio videmus, vbi sic semper sine fine esse est, vt nũquã se animus tendat ad sequentia, ac si multiplicentur quæ sunt, & longa fiant. Nam & si per prophetiæ spiritum dictum est: Domine qui regnas in eternum, & in seculum & adhuc, more sacri eloquij, humano modo spiritus hominibus est locutus, vt ibi adhuc diceret, vbi expectatio non inesset. Adhuc enim æternitas non habet, quæ semper esse habet, in quã nulla pars suæ lõgitudinis præterit, vt pars alia succedat, sed totum simul esse est, & nil deest quod cernat, in qua omne quod est, animꝰ C videt, & tardum non esse, & longum esse. Sed hæc de æternitatis diebus loquentes, conamur magis videre aliquid quàm videmus. Dicatur igitur rectè: Qui autem nouerunt eũ, ignorãt dies illius: quia etsi iam deum per fidem nouimus qualiter tamen sit eius eternitas sine præterito ante secula, sine futuro post secula, sine mora longa, sine præstolatione perpetua, non videmus. Beatus itaque Iob sanctæ Ecclesiæ typum tenens, quia sub magno se scientiæ freno moderatur, ne plus sapiat q̃ oportet sapere, & dies dei non posse comprehendi testificãs, ad hæreticorum mox superbiam respectum mentis reducit, qui alta sapere appetunt, & quod capere vtcunque non possunt, perfectè se scire gloriantur. Nam sequitur:

Quòd hæretici patrum instituta transgrediuntur, & actiuos viros à ministerio sanctorum auertunt.

Alij terminos transtulerunt, diripuerunt greges, & pauerũt eos.) Quos aliorum nomine, nisi hæreticos designat, quia sanctæ Ecclesiæ gremio extranei existunt? Ipsi enim terminos transferunt: quia constitutiones patrum preuaricando transcẽdunt. De quibus nimirum constitutionibus scriptum est: Ne *Prouer. 22.* transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Qui greges diripiunt & pascũt: quia imperitos quosque peruersis ad se persuasionibus trahũt, & doctrinis pestiferis ad interficiendum nutriunt. Caput. XXII. D

NAm quòd gregum nomine imperiti populi designẽtur, sponsi verba testantur, qui sponsam suam alloquitur, dicẽs: Nisi cognoueris te ô pulchra inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum, id est, nisi honorem tuum, quo ad similitudinem dei es condita, bene viuẽdo cognoueris, à conspectu meæ contemplationis egredere, & imperitorum vitam imitare populorum. Sequitur: Asinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem vi duæ.) Quos hoc loco pupillos accipimus, nisi electos dei, in mentis teneritudine positos? qui magna fidei gratia nutriũtur, & patris sui iam pro se mortui faciem necdum vident. Et sunt plærique in Ecclesia qui quosdam conspiciunt cœlestia appetere, terrena omnia despectui habere, quãuis ipsi in huius mũdi laboribus insudent, eis tamen quos ad cœlestia anhelare cõspiciunt, de rebus quas in hoc mundo possident, huius vitę adiutorium ferunt. Et quanuis ipsi agere spiritalia nequeant, ad summa tamen tendentibus libenter subsidia ministrant. Portare enim asinus onera hominum solet. Quasi ergo quidam asinus electorum est, qui terrenis actibus deseruiens, deportat onera vsibus hominum. Et sæpe cùm hæretici quemlibet talẽ à sanctæ Ecclesiæ gremio auertunt, quasi pupillorum asinum abigunt: quia cùm hunc ad perfidiam suam pertrahunt, à ministerio bonorum repellunt. Quæ autẽ vidua, nisi sancta Ecclesia debet intelligi, quæ occisi viri sui interim visione priuata est? Bos autem huius est viduę, vnusquisque prædicator. Et sæpe contingit, vt hęretici peruersis suis dogmatibus ipsos etiam qui prędicatores videbantur, trahãt. Bouem ergo viduæ auferunt, cùm de sancta Ecclesia etiam prędicantem tollunt. E Vbi rectè est adiunctum: Pro pignore. Pignus nanque cùm tollitur, aliud quidem est quod tenetur, sed tamẽ adhuc aliud quæritur. Et plerũque hæretici ideo eos conantur auferre qui prædicant, vt eorum etiam sequaces trahãt. Pro pignore ergo bos viduæ tollitur, quando idcirco ipse qui prędicabat rapit, vt alij sequantur. Ex cuius ruina plærunque agitur, vt hi quoque de sanctę Ecclesię gremio exeant, qui in ea bonis moribꝰ prædicti, mites atque humiles esse videbantur. Vnde & subdit: Subuerterunt pauperum viam, & oppresserunt pariter mansuetos terræ. Paupertatis nanque nomine, sępe humilitas designari solet. Et nonnunquam hi qui mansueti atque humiles videntur, si seruare discretionem nesciunt, exemplis aliorum cadunt. Sunt vero nonnulli hæretici qui populis admisceri fugiunt, sed secessum vitæ secretioris petunt, qui plærunque eos quos inueniunt, eo amplius peste suæ persuasionis inficiunt, quo quasi ex vitæ meritis reuerentiores videntur. De quibus subditur:

Quòd hæretici, vt sanctiores æstimentur, solitariam sibi vitam eligunt, & sanctorum verba suo sensu exponentes, auditoribus suis panem præbent erroris. F

Caput. XXIII.

ALij quasi onagri in deserto egrediũtur ad opus suũ.) Onager enim agrestis est asinꝰ. Et rectè hoc in loco onagris comparantur hæretici: quia in suis voluntatibus dimissi, à vinculis sunt fidei, & rationis alieni. Vnde scriptum est: Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui. Onager quippe in solitudine assuetus est, quia dum terram cordis sui disciplinę virtute non excolit, ibi habitat vbi fructus nõ est. Qui in desiderio animæ suæ ventum amoris sui attrahit: quia ea quæ ex desiderio scię̃tiæ in mente concipit: inflare prævalent, non ædificare. Contra quos dicitur: Scientia inflat, charitas verò ædificat. Vnde hic quoque congruè infertur: Egrediuntur ad opus suum. Nõ enim dei, sed suum opus peragunt, dum non recta dogmata, sed propria desideria sequuntur. Scriptum quippe est: Ambulans in via immaculata, hic ministrabat. Qui ergo non in via immaculata ambulat, sibi magis quàm domino ministrat. Sequitur: Vigilantes ad prædam pręparant panem liberis.) Ad prædam vigilant, qui verba iustorũ ad sensum proprium semper rapere conantur, vt per hæc peruersis filiis panem erroris parent. De quo videlicet pane apud Salomonem verbis mulieris prauitatis hæreticæ typum gerentis, dicitur: Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis abscõditus suauior. Sequitur: Agrũ

Hiere. 2.

1. Corin. 8.

Psalm. 100

Ad prædã vigilant hæretici.

Prouerb. 9.

non

G non suum demetunt,& vineam eius quem vi oppressérãt, vindemiant. Potest agrinomine, scripturæ sacræ latitudo signari, quam hæretici non suam demetunt: quia ex ea sententias longè à suis sensibus diuersas tollunt. Quæ vineæ quoque appelgè à suis sensibus diuersas tollunt. Quæ vineæ quoque appellatione exprimitur, quia per veritatis sententias botros virtutum profert. Cuius vineæ dominũ, id est, scripturæ sacræ contorem, quasi vi opprimunt: quia eius sensum in verbis sacri

Esa.43. eloquij inflectere violenter conantur, qui dicit: Seruire me fecisti in peccatis tuis: præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Et eandem vineam vindemiant, qui ex ea sententiarum botros, pro suæ intelligentiæ intentione coaceruant. Potest agri, vel vineæ nomine, vniuersa ecclesia designari, quam perueršsi prędicatores demerũt, & auctorem eius in membris suis opprimendo vindemiant: quia creatoris nostri gratiam persequentes, dum quosdam de illa qui recti videbantur rapiunt: quid aliud quàm spicas, vel botros animarum tollũt? De quibus adhuc subditur: Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore.) Sicut vestimenta corpus, sic bona opera protegunt animã. Vnde cui-

Apoc. 16. dam dicitur: Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. Hæretici itaq; cùm in quorundam mentibus bona opera destruunt, nimirum velamina indumẽtorum tollunt. Bene autem dicitur: Quibus non est operimentum in fri

Ibidem. gore. Operimentum quippe ad iustitiã pertinet, frigus ad culpam. Et sunt nonnulli qui in quibusdã rebus peccata faciunt, in quibusdam verò recta opera sequuntur. Qui ergo ex aliis actibus delinquit, atque ex aliis iustitiam peragit, quid iste nisi in frigore vestitur? Et alget & tegitur: quia ex alio opere fer

H uescit ad iustitiam, & ex alio frigescit ad culpam. Sed cùm hæretici bona opera talibus subtrahunt, agunt ne in frigore habeant quo vestiantur. Rectè ergo dicitur: Nudos dimittũt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore: vt videlicet solum culpæ frigus interimat, quos calor alterius operis ex parte aliqua tegebat. Caput. XXIIII.

POtest verò per frigus desiderium, per vestimentum operatio signari. Et sunt plerique qui adhuc peruersis desideriis æstuant, sed contra se spiritaliter decertantes, rectis sibi operibus repugnant: & bonis actibus tegũt hoc, quod sinistrum sibi resultare per tentationem sentiunt. Hi itaq; vnde mala desiderant, inde algent: vnde autem bona operãtur, inde vestiti sunt. Cùm verò hæretici peruersis allegationibus rectè fidei eis opera subtrahunt, quid agunt, nisi vt hi qui adhuc desideriorum carnalium frigora sentiunt, sine bonorum actuum vestimento moriantur? Sequitur: Quos imbres montium rigant, & non habentes velamen, amplexantur lapides.) Imbres montium sunt verba doctorum. De quibus mõtibus voce sanctæ Ecclesiæ dicitur: Leuaui oculos meos ad mõtes.

Psalm. 120 Hos itaque imbres montium rigant, quia sanctorum patrum fluenta satiant. Velamẽ autem, vt iam prædiximus, boni operis tegmen accipimus, quo quisque tegitur, vt ante omnipotẽ

I tis dei oculos, prauitatis eius fœditas operiatur. Vnde scriptũ

Psal. 31. est: Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Quos autem lapidum nomine, nisi fortes in sancta Ecclesia viros accipimus? quibus per primum pastorẽ dicitur: Et vos tanquam lapides viui superædificamini. Hi itaq; qui de nullo suo opere cõfidunt, & ad sanctorum martyrum protectionem currunt, atque ad sacra eorum corpora fletibus insistunt, promereri se veniam eis intercedentibus deprecantur. Quid ergo isti in hac humilitate faciunt, nisi quia bonę actionis velamen non habent, lapides amplexantur? Sequitur:

Descriptio persecutionis, quam in membris suis sancta Ecclesia ab hæreticis patitur.

Vim fecerunt deprędantes pupillos, & vulgum pauperem spoliauerunt.) Cum prosperitatem vitę præsentis hæretici nõ habent, infirmis mentis verbis blandioribus peruersa persuadent. Si qua verò illis prosperitas temporis presentis arriserit, etiam violenter trahere quos prævalent, non desistunt. Pupillorum itaque nomine designantur hi qui adhuc sunt teneri intra sanctam Ecclesiam constituti, quorum vitam misericors pater moriendo seruauit: qui ad bonam iam intentionem deducti sunt, sed adhuc in bonis actibus nulla virtute roborantur. Hæretici igitur deprædantes pupillos vim faciunt: quia contra infirmas fidelium mentes, verborum & operum violẽ- K tia grassantur. Vulgus autẽ pauper, est populus indoctus, qui si veræ sapientiæ diuitias haberet, vestimentum suæ fidei nequaquam amitteret. Quasi quidam quippe intra sanctam Ecclesiam senatores sunt, viri doctiores: qui cum scientiam in corde multiplicant, veris apud se diuitiis abundant. Sed hæretici vulgum pauperem spoliant: quia dum doctos non prævalent indoctos quosque à velamine fidei, prædicatione pestifera denudant. Sequitur: Caput. XXV.

NVdis & incedentibus absque vestitu, & esurientibus tulerunt spicas.) Quod ait nudis, hoc replicat absque vestitu: sed aliud est nudum esse, aliud nudum incedere. Omnis enim qui nec bona nec mala operatur, nudus est & ociosus: qui autem mala agit, nudus incedit: quia sine velamine boni operis per iter prauitatis pergit. Sunt verò nõnulli qui malum suæ nequitiæ cognoscentes, satiari pane iustitiæ festinant, percipere sacri eloquij dicta desiderant. Qui quotiẽs patrũ sententias pro ædificandis mentibus in cogitatione vertant, quasi de bona segete spicas portant. Hæretici igitur nudis & incedentibus absque vestitu, & esurientibus spicas tollunt: quia siue quidam ociosi sint, & in nullis se bonis exerceãt, seu pariter impudicitiæ absque velamine boni operis pergant, etiam si quando iam ad pœnitentiam redire cupiunt, & pabulum verbi concupiscunt, eis esurientibus spicas tollunt: quia in eorum mente pernicioſis persuasionibus patrum sententiã destruunt. Nec immerito spicas signare patrum sententias dicimus, quia sæpe dum per figurata eloquia proferuntur, abeunt tegmen literæ quasi aristarum paleas subtrahimus, vt medulla spiritus reficiamur. Sequitur: Inter aceruos eorum mediauerunt, qui calcatis torcularibus sitiunt.) Omnes qui sanctã Ecclesiam persequuntur, quid aliud quam torcular calcãt? Quod diuina agi dispositione permittitur, vt animarum botri in spiritale vinum defluant, quæ carne corruptibili exutæ, ad regna cœlestia velut in apothecam currant. Nam iniusti dum iustos deprimunt, quasi botros sub pedibus mittunt. Compressi autem botri ad superni conuiuij satietatem exuberant, qui prius quasi in huius aëris libertate pendebant. Vnde Dauid propheta sanctę Ecclesiæ afflictionem conspiciens, psalmum prouocularibus scribit. Sed omnes qui vitam fidelium persequũtur, calcant & sitiunt: quia agendo crudelia ferociores fiunt, & in pietatis suæ meritis cæcati, eo ambiunt grauiora facere, quo iam grauia fecerunt. Hæretici autem cum per se potestatem persecutionis nõ habent, huius seculi potentes commouent, eorumque mentes ad persequendum trahunt, & quibus vim persuasionibus accendunt. Quos cum crudelia agere cõtra catholicorum vitam conspiciunt, quasi in ipso solis feruore requiescunt. Bene ergo nunc dicitur. Inter aceruos eorum mediati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt, quia eorum se multitudini adiungunt, quos iam vident grauia agere, & adhuc tire grauiora. Quorum feruor dum eorum desideria satiat, in eorum actibus, quasi in meridie quiescunt. Sequitur: De ciuitatibus fecerunt viros gemere.) Quia ciuitates à conuentibus populis appellantur, non immerito ciuitatum nomine vręsunt fidei Ecclesiæ designatæ, quæ in singulis mundi partibus positæ, vnam catholicam faciunt, in qua fideles omnes deo recta sentientes concorditer viuunt: Caput. XXVI.

HAnc itaque in euangelio dominus conuiuantium populorum etiam per locorum distinctionem condiam designauit: cùm satiaturus de quinque panibus populum, quinquagenos per turmas, vel centenos discumbere præcepit, vt videlicet turba fidelium escam suam, & inseparata, & moribus coniuncta perciperet. Iubilęi quippe quies quinquagenarij numeri mysterio continetur, & quinquagenarius bis ducitur, vt ad centenarium perducatur. Quia ergo prius à malo quiescitur opere, vt pòst anima plenius quiescat in cogitatione, alij quinquageni, alij autem centeni discumbunt, quoniam sunt nonnulli qui iam à prauis actibus habent requiem operis, & sunt nonnulli qui à peruersis cogitationibus habent iam requiem mentis. Hæretici igitur quia peruersis sæpe huius mundi potentibus adhęrentes, bonorum sociale vitam, atque concordiam persequuntur, rectè nunc dicitur: De ciuitatibus fecerunt viros gemere. Quos rectè beatus Iob memorat viros, quia illos magis hæretici extin-

guere

A quæ animum, qui perfectis gressibus per viam dei non fluxe & enerui tendit, sed viriliter currunt. Qui cùm vulnus perfidiæ ingeri in paruulorum fidelium mente conspiciunt, semper ad clamorem & gemitum redeunt. Vnde & rectè dicitur: Et anima vulneratorum clamabit, & deus inultum abire non patitur. Vulneratur quippe anima iustorum, cùm fides turbatur iustorum, quibus iam hoc ipsum clamare, est de alieno lapsu tabescere. Sed deus inultum abire non patitur: quia etsi iusto ordine iniustum aliquid fieri iustè permittit, inultum tamen abire non sinit iniustum quod fieri iustè permisit: quia & per reproborum iniustitiam quasdam quas ineſſe considerat culpas percutit electorum, & tamen æterna iustitia ferire non negligit iniustitiam ferientium. Sequitur:

Quòd hæretici qui bona quæ intelligunt, malè interpretando pervertunt, & facere contemnunt, posimodum ita dantur in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt, nec hoc ipsum intelligunt, quòd malè agunt.

Ipsi fuerunt rebelles lumini.) Plærunq; peruersi & cognoscunt recta quæ sequi debeant, & tamen sequi despiciunt quæ cognoscunt. Lumini ergo rebelles sunt: quia sua desideria sequendo, bonum despiciunt quod nouerũt. Qui ergo non per ignorantiam, sed per superbiam delinquunt, elationis suæ scutum iaculis veritatis obiiciunt, ne salubriter in corde feriãtur. Ex qua videlicet eorum superbia agitur, vt quia nolunt facere quæ cognoscunt, nec cognoscant iam bona quæ faciant, sed sua eos cæcitas à veritatis lumine funditus excludat. Vnde &
B aptè subditur: Nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas illius.) Qui enim prius sciendo rebelles sunt, postmodum cæcantur vt nesciant, sicut de quibusdam dicitur: Quia cùm cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut
Roma.1. gratias egerunt. De quibus paulopòst additur: Tradidit illos deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt. Quia enim glorificare noluerunt quem cognouerant, reprobo sensui traditi, ad hoc relicti sunt, vt nescirent iam pensare mala quæ faciebant. Bene autem dicitur:

Caput. XXVII.

NEscierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas illius. Angustior quippe est semita quàm via. Qui autem bona manifestiora agere contemnunt, nequaquam ad subtiliora intelligenda perueniunt. Expectauit autem omnipotens deus, vt per eius semitas pergerent, sed vtinam per eas vel reuerti voluissent, vt vitæ itinera quæ noluerunt per innocentiam, saltem per pœnitentiã tenerent. Qua in re quãta sint misericordiæ viscera dei omnipotentis ostenditur, qui eos quos à se discedentes aspicit, vt reuertantur quærit. Vnde post
Hiere.3. enumeratas culpas delinquentium, synagogam per vocẽ propheticam reuocat, dicens: Ergo saltem amodo voca me, pater meus, dux virginitatis meæ tu es. Sequitur:

Quòd qui in fraterno odio sunt, homicidæ dicantur.

Mane primo consurgit homicida, interficit egenum & pau-
C perem, per noctem verò erit quasi fur.) Cùm homicida in nece proximorum per nocturnum maximè silẽtium soleat grassari, cur hoc in loco mane primo consurgere ad interficiendum egenum & pauperem dicitur, in nocte verò quasi fur esse perhibetur? Sed ipsis verbis literæ dum sibi non congruunt, ad indaganda spiritus secreta reuocamur. In scriptura sacra mane aliquando aduentus dominicæ incarnationis, aliquando aduentus iam terribilis & districti iudicis, aliquando verò præsentis vitæ prosperitas poni consuecit. Mane etenim aduentus dominicæ incarnationis extitit, sicut propheta dicit:
Esa.21. Venit mane & nox: quia & nouæ lucis primordia in redemptoris præsentia fulserunt, & tamen à persecutorum cordibus perfidiæ suæ tenebræ non sunt detersæ. Rursum per mane aduentus iudicis designatur. Vnde per Psalmistam dicitur: In
Psalm.100 matutinis interficiebam omnes peccatores terræ, sicut & electorum quoque personam exprimens, ait: Mane astabo tibi
Psalm.5. & videbo. Rursum per mane præsentis vitæ prosperitas desi-
Eccles.10. gnatur, sicut per Salomonem dicitur: Væ tibi terra, cuius rex est puer, & cuius principes mane comedunt. Quia enim mane primum diei tempus est, & vesperæ extremum, nequaquam reficiendi sumus de huius vitæ prosperitate quæ præuenit, sed de his quæ in fine diei, id est, in mundi termino sequuntur. D
Mane ergo comedunt, qui de huius mundi prosperitatibus extolluntur, & dum præsentia vehementer curant, futura non cogitant. Omnis enim qui odit fratrem suum, homicida 1.Ioan.3.
est. Mane itaque primò consurgit homicida, quia in præsentis vitæ gloria peruersus quisque erigitur, & illorum vitam deprimit, qui dum sequentem gloriam sitiunt, quasi satiari in vespere exquirunt. Prauus etenim quisque in hoc mundo dignitatem transitoriæ potestatis arripiens, tanto se acrius ad peragenda mala dilatat, quanto per charitatis viscera nullum amat. Quotiens enim cogitationibus contra bonos sæuit, totiens innocentium vitam interimit. Qui si disponente deo subitò gloriam acceptæ potestatis amiserit, locum mutat, sed mentem non mutat: quia ad hoc protinus dilabitur, quòd subinfertur:

Caput. XXVIII.

PEr noctem verò erit quasi fur.) In noctè quippe tribulationis atque deiectionis suæ, etsi exercere crudelitatis manum non valet: eis tamen quos præualere conspicit, consilia peruersitatis præbet. Huc illucque discurrit, & quæque potest in bonorum læsionem suggerit. Qui rectè quasi fur dicitur, quia in ipsis suis peruersis consiliis metuit ne deprehendatur. Qui ergo contrà egenum & pauperem mane homicida est, per noctem quasi fur absconditur, quia peruersus quisque qui in prosperitate vitæ præsentis humilium vitam deprimendo interimit, in aduersitate atque deiectione positus, per iniqua consilia latenter lædit, atque id quod per E
se explere non valet, adhærendo huius mundi potentibus exercet. Sequitur: Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens: non me videbit oculus.) Hoc etiam iuxta literam nil obstat intelligi, quia qui adulterium perpetrare desiderat, tenebras exquirit. Sed quia contra hæreticos sententia promitur, dignum est vt hoc quod dicitur: mysticè sentiatur. Nam
2.Corin.4. Paulus ait: Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum dei. Adulter quippe in carnali coitu non prolem, sed voluptatem quærit. Et peruersus quisque ac vanæ gloriæ seruiens, rectè adulterari verbum dei dicitur, quia per sacrum eloquium non deo filios gignere, sed suam scientiam desiderat ostentare. Quem enim libido gloriæ ad loquendum trahit, voluptati magis quàm generationi operam impendit. Vbi & aptè subditur: Non me videbit oculus, quia adulterium quod in mente agitur, valde est difficile vt ab humano visu penetretur. Quod peruersa mens tanto securius perpetrat, quanto se ab hominibus videri non metuit quos erubescat: Sciendum quoque est, quia sicut is qui adulterium facit, carnem alienæ coniugis sibi illicitæ coniungit: ita omnes hæretici cùm fidelem animam in suo errore rapiunt, quasi coniugem alienam tollunt, quia videlicet mens deo spiritaliter inhærens, & ei quasi in quodam amoris thalamo coniuncta, cùm peruersis persuasionibus ad prauitatem dogmatis perducitur, quasi aliena coniunx à corruptore maculatur. Bene autẽ subditur: Et operiet vultum suum.) Idcirco faciem F
suam adulter operit, ne cognoscatur. Omnis autem qui sentiendo vel agendo nequiter viuit, vultum suum operit, quia ad hoc peruersitate dogmatis vel operis tendit: vt ab omnipotente deo in iudicio recognosci non possit. Vnde quibusdam
Mat.7. in fine dicturus est: Nunquam noui vos, discedite à me, qui operamini iniquitatem. Quid autẽ vultus cordis humani est, nisi similitudo dei? Quem videlicet vultum peruersus operit, vt cognosci nequeat, cùm vitam suam vel malis actibus, vel perfidiæ errore confundit. Sed talis quisque cum prosperitate vitæ præsentis iustos fulciri conspicit, eis peruersa suadere minimè præsumit, si qua vero illos procella aduersitatis inuenerit: ad verba protinus pestiferæ persuasionis erumpit. Vnde & subditur: Perfodiunt in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lucem.) Quid nanque hoc loco domorum nomine, nisi conscientiæ designantur, in quibus habitamus: cùm tractãdo quid agimus. Vnde cuidam
Lucæ.8. sanato dicitur: Vade in domum tuam ad tuos, & annuncia illis quanta tibi dominus fecerit, id est, à peccati iam vitio securus ad conscientiam reuertere, & in vocem prædicationis excitare. Iusti itaque cùm in præsenti seculo die prosperitatis clarescunt, eis errorum magistri peruersa suadere me-

G tuunt. Sed consilia exquirunt, deiectionem prosperitatis eorum summopere præstolantur, vt in aduersitatis tenebris eorum mentes suadendo perfodiant, quibus prosperè viuentibus peruersa loqui minimè audebant. Quos mox in aduersitate vt viderint, exurgunt, & non nisi ex peccati merito talia illos perpeti asserunt, quia solam præsentis vitæ gloriam diligẽtes, flagellum damnationem credunt. In tenebris ergo domos perfodiunt, quia bonorum mentes ex ipsa eorum corrumpere aduersitate moliuntur. Bene autem dicitur: Sicut in die condixerant sibi, quia cùm iustos conspicerent prosperitatis luce claruisse, quoniam loqui non poterant, ad maligna solummodo contra eos consilia vacabant.

Caput. XXIX.

Siue autem hæretici siue peruersi quilibet, cùm iustos in deiectione conspiciunt, gaudent: cùm vero eos ad regẽdæ potestatis viderint culmen erumpere, perturbantur, metuunt, afflictionibus tabescunt. Vnde & subditur: Si subitò apparuerit aurora arbitrantur vmbram mortis. Iniqui semper afflictionem fidelium expectant, eosque in tribulatione videre desiderant. Et in tenebris domos perfodiunt: dum cor innocẽtium, sed tamen infirmorum, deiectionis tempore pessima collocutione corrumpunt. Sed plærunque contingit vt dũ bonos quosque in deiectione conspiciunt, subitò occulta dispensatione diuina iustus quispiam qui videbatur oppressus, aliqua seculi potestate fulciatur, eique prosperitas vitæ præsentis arrideat, quem prius aduersitatis tenebræ premebant. Quã H nimirum prosperitatem illius cùm peruersi conspiciunt, sicut dictum est, perturbãtur. Mox enim ad corda sua redeunt, ante mentis oculos reuocant quicquid se peruerse egisse meminerunt, vindicari in se omne vitium formidant, & vnde lucet ille qui potestatẽ suscipit, inde peruersus quisque qui corrigi metuit in tristitia tenebrescit. Bene ergo dicitur: Si subitò apparuerit aurora, arbitrãtur vmbram mortis. Aurora quippe mẽs iusti est, quæ peccati sui tenebras deserens, ad lucem iam erũpit æternitatis, sicut de sancta quoque Ecclesia dicitur: Quæ *Canti. 6.* est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens? Quo igitur iustus quisque iustitiæ luce irradians, in præsenti vita honoribus sublimatur, eo ante peruersorum oculos tenebræ mortis fiunt: quia qui peruersa se egisse meminerunt, corrigi pertimescunt. Semper nanque desiderant in suis prauitatibus relaxari, incorrecti viuere, & de culpa gaudium habere. Quorum ipsa lætalis lætitia conuenienter exprimitur, cùm protinus subinfertur. Et sic in tenebris quasi in luce ambulant. Peruersa etenim mente gaudent in facinoribus, per culpam suam quotidie ad supplicium trahuntur, & securi sunt. Vnde & per *Eccles. 8.* Salomonem dicitur: Sunt impij qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. De quibus rursum scriptum est: Qui lę- *Prouerb. 2.* tantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Sic itaque in tenebris quasi in luce ambulant, quia ita gaudent in I nocte peccati, ac si eos lux iustitię circunsundat. vel certè quia tenebræ vitam præsentem non inconuenienter exprimunt, in qua alienæ conscientiæ non videntur. Lux verò nostra patria æterna est: in qua dum vultus aspicimus, corda in nobis nostra vicissim videmus. Iniqui autem quia vitam præsentem iam diligunt, atque hæc exilij tempora complectuntur, ac si iam in patria regnent, rectè dicitur: Sic in tenebris quasi in luce ambulant: quia sic in præsenti cæcitate læti sunt, ac si iam æternæ patriæ luce perfruantur. Sequitur:

Caput. XXX.

Leuis est super faciem aquæ.) A plurali numero ad singularem redit: quia plærunque vnus mala inchoat, & imitando multi subsequuntur. Sed eius principaliter culpa est, qui peruersis sequentibus exempla præbuit iniquitatis. Vnde ad illum redit crebrò sententia, qui auctor extitit in culpa. Aquæ autem superficies huc illucque aura impellitur, & nulla stabilitate solidata passim mouetur. Iniqui igitur mens plusquàm aquæ superficies leuis est: quia quælibet hanc aura tentationis attigerit, sine tarditate aliqua retractationis trahit. Si enim cor fluxum cuiuslibet peruersi cogitamus, quid aliud quàm in vento positam aquæ superficiem cernimus? Nunc nanque illum aura superbiæ impellit, nunc aura luxuriæ, nunc aura inuidiæ, nunc aura fallaciæ pertrahit. Super faciem ergo aquæ leuis est is, quem quilibet erroris vẽtus cum venerit impellit. Vnde bene quoque per Psalmistam dicitur: K Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem *Psal.* venti. Vt rota quippe ponuntur iniqui, quia in circuitu laboris missi, dum ea quæ ante sunt negligunt, & ea quæ deserenda sunt sequuntur, ex posterioribus eleuantur, & in anterioribus cadunt. Qui rectè quoque stipulæ ante faciem vẽti comparantur: quia irruente aura tentationis, dum nulla subnixi sunt ratione grauitatis, eleuantur vt corruant, & sæpe eos se alicuius meriti existere æstimant, quo eos in alta flatus erroris portat. Sequitur:

Quòd hæretici quia nec in fide Ecclesiæ, nec in via charitatis ambulant, etsi ab hominibus ad tempus videntur benedicti, ipsi tamen maledictione æterna damnantur.

Maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per viam vinearum.) Quisquis in vita præsenti recta agit & aduersa sustinet, laborare quidem in aduersitate cernitur: sed ad benedictionem hæreditatis perpetuæ consummatur. Quisquis verò peruersa agit, & tamen prospera recipit, seque à malis actibus nec donorum largitate compescit, prosperari quidẽ conspicitur, sed reatu perpetuæ maledictionis ligatur. Vnde rectè nũc dicitur: Maledicta sit pars eius in terra. Quia etsi ad tempus benedicitur, in reatu tamen maledictionis tenetur. De quo & aptè subditur: Nec ambulet per viam vinearum. Via nanque vinearum, est rectitudo Ecclesiarũ. Qua in re siue hæreticum, siue carnalem quempiam nil obstat intelligi, quia via L vinearum, id est, rectitudo Ecclesiarum amittitur, dum vel fides recta, vel rectitudo iustitiæ non tenetur. Ille nanque per viam vinearum ambulat, qui sanctæ vniuersalis Ecclesię prædicationem pensans, neque à fidei, neque à bonorum actuum rectitudine declinat. In via quippe vinearum ambulare, est sanctæ Ecclesiæ patres velut dependentes botros aspicere, quorum verbis dum intẽdit in labore itineris, amore debriatur æternitatis. Sequitur:

Quòd quidam sicut in peccato immoderati fuerunt, & vltra modum frigidi, ita cùm calescere incipiunt, nimij sunt, nec in aliqua habent mensuram.

Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium.) Idcirco iniquitas frigori comparatur: quia peccantis mentem torpor constringit. Vnde scriptum est: Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam. Quo contra charitas calor est: quia videlicet mentem accendit quam replet. De quo calore scriptum est: Abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Et sunt nonnulli qui dum iniquitatum suarum frigora declinant, ad veram fidem vel ad sanctitatis habitum veniunt. Sed quia plusquã necesse est de insensibus præsumunt, sæpe in fide quam accipiunt, ea quæ non capiunt, perscrutari volunt, vt ratione magis in deo quàm fide teneantur. Quia verò humana mens perscrutari non valet diuina secreta: omne quod ratione perscrutari non possunt, credere contemnũt, & per inquisitionem nimiam in errorem labuntur. Hi itaque cùm necdum crederent: vel adhuc ab iniquitatis opera vacarent, aquæ niuium fuerunt. Sed cum carnalia facta deserentes, in fide ad quam perducti sunt, plus appetunt perscrutari quàm capiunt: amplius profectò calent, quàm calere debuerunt. Bene ergo de hoc peruerso quolibet prophetantis duntaxat sententia, non optantis dicitur: Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium. Ac si apertè dicitur: Qui humiliter sub disciplinæ vinculo non restringitur, ab infidelitate sua, vel peruersi operis frigore, per immoderatam sapientiam in errorem labitur. Vnde bene quoque egregius prædicator discipulorum suorum cordibus hunc excessitæ sapientiæ nimium calorem deuitans, ait: Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Ne hoc tasse nimius calor interimeret, quos prius aquæ niuium, id est, infidelitas vel torpentium actionum frigora morituros tenebant. Et quia valde difficile est, vt is qui se sapientem æstimat, mentem ad humilitatem reducat, & recta prædicantibus credat, sensumque suæ peruersitatis abiiciat, rectè subiungitur:

Quòd peccatum vsque ad inferos ducitur, quod ante mortem pœnitentiam non emendatur.

Et vsque

A Eusque ad inferos peccatum illius.) Peccatum quippe vsque ad inferos ducitur, quod ante finẽ vitæ præsentis per correctionem ac pœnitentiam non emendatur. De quo videlicet peccato per Ioannem dicitur:

Peccatũ vsque ad inferos ducitur. 1.Ioan.5.

Peccatũ ad mortem.

Caput. XXXI.

ESt peccatum ad mortem nõ pro illo dico vt roget quis, Peccatum nanque ad mortem, est peccatum vsque ad mortem: quia scilicet peccatum quod hic non corrigitur, eius venia frustra postulatur. De quo adhuc subditur:

Omnipotẽtis dei misericordia illius obliuiscitur, qui eius iustitiã fecerit oblitus.

Obliuiscatur eius misericordia.) Omnipotentis dei misericordia obliuiscitur eius dicitur: qui omnipotentis dei iustitiæ fuerit oblitus: quia quisquis eum nunc iustum non timet, postea inuenire non valet misericordẽ. Quæ nimirum sententia non solum ei intenditur, qui veræ fidei prædicamenta deserit: sed etiam qui in fide recta positus carnaliter viuit, quia vltio æternæ animaduersionis non euaditur, vtrum in fide, an in opere peccetur. Nam etsi damnationis dispar est qualitas, culpæ tamen quæ nequaquam per pœnitentiam tergitur: nulla absolutionis suppetit facultas. Sequitur:

Quòd carnalis dulcedo delectationis in conscientia nutrit vermem doloris, & tota carnalis voluptas ad putredinem fœtoris festinat.

Quies in labore, & fatigatio in quiete.

Dulcedo illius vermis.) Qui in hoc appetit mundo prosperari, cæteros excedere, rebus & honoribus tumere, huic nimirum cura secularis in delectatione est, & quies in labore. Valde etenim fatigatur, si desit cura seculi qua fatigetur. Quia autem naturæ est vermium, momentis singulis incessanter mouerì, non immerito signatur nomine vermium, inquietudo cogitationum. Peruersæ itaq; mentis dulcedo vermis est, quia inde delectabiliter pascitur: vnde per inquietudinem incessanter agitatur. Potest quoque apertius vermis nomine caro designari. Vnde & superius dicitur: Homo putredo, & filius hominis vermis. Luxuriosi igitur cuiuslibet atque carnis voluptatibus dediti, quanta sit cæcitas demonstratur, cùm dicitur: Dulcedo illius vermis. Quid nanque caro, nisi putredo ac vermis est? Et quisquis carnalibus desideriis anhelat, quid aliud quàm vermẽ amat? Quæ enim sit carnis substantia, testantur sepulchra. Quis parentum, quis amicorum fidelium, quamlibet dilecti sui tangere carnem scaturientem vermibus potest? Caro itaque cùm concupiscitur, pensetur quis sit exanimis, & intelligitur quid amatur. Nil quippe sic ad edomandum desideriorum carnalium appetitum valet, quàm vt vnusquisque hoc quod viuum diligit, quale sit mortuum pensẽt. Consideratæ etenim corruptione carnali, citius cognoscitur, quia cùm illicitè caro concupiscitur, tabes desideratur. Bene ergo de luxuriosi mente dicitur: Dulcedo illius vermis: quia is qui in desiderio carnalis corruptionis æstuat, ad fœtorem putredinis anhelat. Hæc, sicut in huius partis tertiæ initio promisisse me memini, sub breuitate transcurri, vt ea quę in hoc opere sequũ

Naturæ est vermiũ incessater moueri.

B

C tur, quia magna obscuritate implicata sunt, opitulante deo latius differantur.

Libri decimisexti Moralium sancti Gregorij: tertiæ partis operis totius finis.

LIBER MORALIUM beati Gregorij papæ

decimusseptimus, continuans textum capitis vicesimiquarti sancti Iob. Caput. I.

QVotiés in sancti viri historia per nouum volumen enodare mysterium typicæ expositionis aggredimur, oportet vt ex eiusdem viri, vel nomine, vel passione significationem mystica principaliter proferamus: quatenus habitaculorum more, dum superscriptionem tituli in ipsa postis fronte præfigimus, quia cuius est domus agnoscitur, securius intretur. Crebrò autem dixisse me memini, quoniam beatus Iob passiones redemptoris nostri, eiusque corporis, id est, sanctæ Ecclesiæ, & passione sua signauit & nomine. Iob quippe interpretatur dolens. Et quis alius in hoc dolente figuratur, nisi is de quo scriptum est: Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit? De quo rursum dicitur: Liuore eius sanati sumus. Amici verò eius, hæreticorum speciem tenent, qui, vt sæpe iam diximus, deum dum defendere nituntur, offendunt. Sanctus ergo vir per vulnera & verba sic loquatur sua, vt etiam nostra significet, & plærunque per prophetiæ spiritum ventura narret, præsentia transcendat: nonnunquam verò sic de præsentibus differat: vt de futuris reticescat. Cognita itaque discretionis huius custodia, cùm immutatione vocis illius nostra quoque intelligentia alternet: vt tanto verius eius sensibus congruat, quanto se & cum eius vocibus immutat. Verbis itaque præcedentibus sanctus vir per disertas prudentiæ arte sententias iniqui cuiuslibet culpas protulit, & quam sit damnanda eius actio expresit. De cuius pœna mox subiicit, dicens:

D

Esaiæ.54. Ibidem.

Quòd malorum vitam in eo videt deus, quòd iudicat: in eo quòd non miseretur, ignorat.

Non sit in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum.) In recordationem enim conditoris non reducitur, quisquis vsque ad finem vitæ vitiis subiugatur. Nam si hunc superni respectus memoriã tangeret, procul dubio ab iniquitate reuocaret. Eius quippe merita exigunt, vt funditus ab auctoris recordatione deleatur. Sciendum verò est, quòd recordari deus nequaquam propriè dicitur: Qui enim obliuisci non potest, quo pacto recordari potest? Sed quia eos nos, quorum recordamur, amplectimur: ab his autem quorum obliuiscimur, elongamur: humano vsu & recordari deus dicitur, cum dona tribuit: & obliuisci, cùm in culpa derelinquit. Sed quia cuncta pensat, cuncta sine intermissionis alternatione considerat, & recordatur bonorum, quorum tamen nunquam obliuiscitur: & nullatenus recordatur malorum, quos tamen per iudicium semper intuetur. Quasi enim redit ad bonorum memoriam, quam tamen nunquam deseruit, & quasi nequaquã malos respicit, quorum tamen facta considerat, sed super hæc damnationis iudicium in vltimis seruat. Hinc enim scriptum est: Oculi domini contemplantur bonos & malos. Hinc per Psalmistam dicitur: Vultus domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum. Considerat igitur quos puniat, sed eosdem ipsos antè non vidit, quos nescit. Nam quibusdam in fine dicturus est: Nescio vos vnde sitis: discedite à me omnes operarij iniquitatis. Miro igitur modo prauorum vitam, & intuetur & obliuiscitur, quia quos per districtionem sententiæ iudicat, quantum est ad memoriam misericordiæ ignorat. Qui quoniam in eius recordationem non veniunt, quasi infructuosum lignum ex eius iudicio conteruntur. Terra quippe eos temporali sumptu aluit, prædicationis desuper pluuia infudit. Sed quia eorum vita nequaquam fructum boni operis protulit, iratus hanc agricola abscidit: vt iuxta veritatis sententiam locum non occupet, quem tenere alius ad fructum valet. De hoc infructuoso ligno per Ioannem dicitur: Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Hoc autem loco vt æterna reprobi supplicia designentur, nequaquam lignum dicitur abscindi, sed conteri: quia videlicet reprobos mors quidem carnis abscindit, sed pœna subsequens conterit. Quasi enim hic inciditur, cùm à præsenti vita separatur. Sed in gehenna conteritur, cùm perpetua damnatione cruciatur. Vir autem sanctus, quia districtam peruersi pœnam protulit, protinus ad culpam recurrit: vt ex iniustitiæ immensitate edoceat, quòd tanta eius damnatio non sit iniusta. Sequitur:

E

Psalm.13. Psalm.33.

F

Mat.7.

Mat.3. Ibidem.

Quòd reprobi infructuosam carnem in huius mundi deliciis enutriunt, & animam Christo marito viduam contemnunt.

Pauit enim sterilem & quæ non parit, & viduæ bene non fecit.) Quæ hoc loco sterilis, nisi caro nominatur? Quæ dum sola præsentia appetit, bonas gignere cogitationes nescit.

Universidad de Deusto Biblioteca

G Quæ autem vidua, niſi anima nuncupatur? Quam quia ſibi conditor coniungere voluit, ad thalamum vteri virginalis ve-
Pſalm. 18. nit, Pſalmiſta atteſtante, qui ait: Et ipſe tanquam ſponſus, procedens de thalamo ſuo. Quæ rectè vidua dicitur quia eius vir pro ea mortem pertulit, & nunc in cœli penetralibus ab eius oculis occultus, quaſi in parte alterius regionis viuit.

Caput. II.

INiquus ergo ſterilem paſcit, & viduæ benefacere negligit, quia carnis deſideriis ſeruiens, curam animæ vitamque cõtemnit. Tota nanque intentione omniq́ue ſtudio cogitat, quomodo ſine vllis neceſsitatibus caro moritura ſubſiſtat, & curare animæ vitam deſpicit, quæ vel in morte vel in beatitudine procul dubio in perpetuum viuit. Rectè autem cùm diceretur. Pauit ſterilem: protinus adiungitur: Et quæ nõ parit. Quaſdam nanque ex ſacra hiſtoria fœminas nouimus ſteriles extitiſſe, & tamen in tempore extremo peperiſſe. Caro autem non ſolum ſterilis, ſed etiam quæ non parit dicitur: quia ſuo ſenſu bonas cogitationes gignere, nec in vltimis valet. A vigore enim iam proprio deficit, & tamen adhuc tranſitoria cõcupiſcere non deſiſtit: iamque à priſtino robore laſſata, penè ab ipſo quem diligit mundo repellitur, & tamen adhuc anniſu improbo obtinere temporalia conatur. Agere iam peruerſa non ſufficit, ſed tamen cogitare vel quæ non agit nequaquam deſiſtit. Rectè ergo non ſolum ſterilis, ſed etiam non pariens dicitur: quia ſuo ſenſu, vt diximus, ad bonæ cogitationis prolem, nec cùm infirmata fuerit fœtatur. Quod tamen intelligi
H lem, nec cùm infirmata fuerit fœtatur. Quod tamen intelligi etiam de hæreticis prædicantibus poteſt. Vnuſquiſque enim prædicator erroris, dum plebem extra vnitatem Eccleſiæ poſitam docet, profecto ſterilem & eam quæ parere non valet paſcit, quia & ei vſum ſui laboris impendit, quæ ſpiritales fructus nequaquam reddit. Bene autem viduæ non facit, quia victus nequaquam reddit. Bene autem viduæ non facit, quia videlicet ſanctæ vniuerſali Eccleſiæ cuius vir aduerſa mortis pertulit, viuere ac deſeruire contemnit. Viduæ enim benefacere, eſt in eius, quæ mortui viri ſui amore conteritur, conſolatione laborare. Vnde & Pſalmiſtæ voce hæc eadem vidua,
Pſalm. 68. ſcilicet ſancta Eccleſia queritur, dicens: Conſolãtem me quæſiui, & non inueni. Tunc ſolum quippe conſolantem inuenit, cùm ex ea morte quam vir eius pertulit, multos intra ſemetipſam ſurgere ad vitam cernit. Sæpe autem prædicator erroris, huius mundi diuitibus iungitur, qui pro eo quòd terrenis occupationibus incubant, dictorum deprehẽdere aſtutias ignorant, & cùm potentes eſſe exterius ambiunt: peruerſæ prædicationis laqueo ſine labore capiũtur. Vnde & ſubditur: Detraxit fortes in fortitudine ſua.) In fortitudine quippe ſuę pra-
1. Cor. 1. uitatis fortes quoſque detrahit, cùm per ſui erroris aſtutiam mundi huius potentes rapit. Quos contra per Paulum dicitur: Infirma mundi elegit deus, vt confunderet fortia. Fortitudo autem peruerſi prædicatoris, eſt elata ſcientia locutionis, qua inflatus, cæteros deſpicit, atque in contemptu omnium, quaſi ſingulariter apud ſe peritus, intumeſcit. Qui magna de ſe ſen-
I tiens, ſed vera de domino ignorans, longè à fidei cognitione diſiungitur, & tamen videri fidei prædicator conatur. Vnde adhuc ſubditur:

Caput. III.

ET cùm ſteterit, non credet vitæ ſuæ.) Stat in hoc mundo peruerſus quiſque prædicator, quouſque terreno vigore viuit in corpore. Sed vitæ ſuæ credere renuit, quia de deo vera cognoſcere contemnit. Vitæ enim ſuæ crederet, ſi de cõditoris ſui ſubſtantia recta ſentiret. Hæc itaque ſuperius de quolibet iniquo prolata dicebamus, ſed repẽte ad erroris prædicatorem intellectum vertimus, quomodo peccator diu tolleratur. Vnde ſciẽdum eſt, quia ſic ad ſpeciem ducimur: vt neq́uaquam tamen à genere ſunditus euellamur. Nam peruerſus quiſque etiam ſi rectam fidem in ſinu vniuerſalis Eccleſiæ tenere videatur, ſtat, & vitę ſuę non credit: quia recta quidem ſunt quæ per fidem de conditore intelligit, ſed tamen fidei opera tenere contemnit, & incredulitatis redarguitur, qui ab eo quod ſe oſtendit credere viuendo reprobatur. Hinc enim per
1. Ioan. 2. Ioannem dicitur: Qui dicit ſe noſſe deum, & mandata eius
Ad tit. 1. non cuſtodit, mendax eſt. Hinc Paulus ait: Cõfitentur ſe noſ-
Iaco. 2. ſe deum, factis autem negant. Hinc Iacobus dicit: Fides ſine operibus mortua eſt. Sed inter hæc conditor mira diſpenſatione conſilij & culpas reſpicit, & viuendi tempora impendit: vt longiora temporalis vitæ ſpacia, aut conuerſo fiant in adiutorium muneris, aut non conuerſo ad augmentum damna-
K tionis. Vnde adhuc ſubditur:

Quòd multum timere debent hi quos ad pœnitentiam deus expectat, & quòd contemptus clementiæ prouocat iram.

Dedit ei deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbia.) Quiſquis delinquit & viuit, idcircò hunc diuina diſpenſatio in æquitate tolerat, vt ab iniquitate compeſcat. Sed qui diutius toleratur, nec tamen ab iniquitate compeſcitur, munus quidem ſupernæ patientiæ percipit, ſed reatus ſui vinculis ex ipſo ſe munere arctius aſtringit. Nam quia accepta pœnitentiæ tempora diuertit ad culpam: diſtrictus in vltimis iudex impenſa argumenta miſericordiæ conuertit ad pœnam. Hinc nanque per Paulum dicitur: An ignoras quia pa-
Rom. 2. tientia dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem ſecundum duritiam tuam & cor impœnitens, theſaurizas tibi iram in die
Iob. 36. iræ, & reuelationis iuſti iudicij dei. Hinc Eſaias ait: Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit: Ac ſi apertè nos deterreat, dicens: Vita quidẽ pueri in longum trahitur, vt à factis puerilibus corrigatur, ſed ſi à peccati perpetratione, nec temporis longinquitate compeſcitur, hæc ipſa vitæ longinquitas quam per miſericordiam accepit, ei ad cumulum maledictionis creſcit. Vnde neceſſe eſt, vt cùm nos diutius expectari conſpicimus, ipſa prærogatæ pietatis tempora, quaſi damnationis argumenta timeamus, ne ex clementia iudicis creſcat ſupplicium peccatoris, & vnde quiſque eripi à morte poterat, inde grauius ad mortem rendat. Quod idcircò plærunque agitur, quia nequaquam à præ-
L ſentibus mentis oculus ſeparatur. Conſiderare nanque peccator redemptoris vias negligit, & idcircò in ſuis itineribus tine ceſſatione veteraſcit. Vnde & ſubditur:

Quòd peccatores non vias dei, ſed ſuas ſuſpiciunt.

Caput. IIII.

OCuli enim eius ſunt in viis illius.) Vias enim ſuas peccator intuetur: quia ſola cogitare, ſola cernere nititur, quæ ſibi ad commodum temporale ſuffragentur. Hinc etenim Paulus dicit: Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Via nanque elati, ſuperbia: via raptoris, nutritia: via eſt lubrici, concupiſcentia carnalis. In viis ergo iniquus quiſque oculos deprimit: quia ſolis vitiis vt perfruatur animo ſatisfaciat, intendit. Vnde per Salomonẽ dicitur: Oculi ſtultorum in finibus terræ: quia hoc ſolum tota cordis intentione conſpiciunt, per quod ad finem terreni deſiderij perducantur. Nequaquam verò ſuę cõſiderationis obtutum in terra peccator figeret: ſi ad ſancta ſui redemptoris itinera mentis oculos leuaret. Vnde per Salomonem rurſum dicitur: Oculi ſapientis in capite eius: quia videlicet ſapiens quiſque illum tota intentione conſiderat, cuius ſe membrum eſſe per fidem perſpicit. Has nanque humanæ conuerſationis vias videre contemperat, qui dicebat: In mandatis tuis exercebor, & conſiderabo vias tuas. Ac ſi apertè ſpondeat, dicens: Quæ mea ſunt, ut videre refugio: quia per imitationis tuæ viam, pergere conuerſionis greſsibus inardeſco. Qui enim præſenti iam mundo cõtradicit, amoris excitatione cõtinua, redemptoris ſui vias cordis oculis obiicit, vt mens proſpera fugiat, ad aduerſa properetur, nihil quod demulcet appetat, nihil quod deterrere credatur, pertimeſcat, mœrorem gaudium deputet, præſentis vitæ gaudia, damna mœroris putet, abiectionis detrimenta non timeat, ſed per hæc manentis gloriæ locum quærat. Has etenim vias ſequentium monſtrabat oculis veritas, cùm dicebat: Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur. Ad has vias tumentis diſcipulorum corda reuocabat, cùm locum iam gloriæ quærentibus ſed eiuſdem gloriæ iter ignorarẽt, dicens: Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? Confeſsionis quippe illius celſitudinem à dextris ſiniſtriſque quæſierant, ſed quanta ad hanc eſſet itineris anguſtia non videbant. Vnde & eorum mox oculis imitandus paſsionis calix obiicitur, vt videlicet ad ſublimitatis gaudia tenderent, prius viam humilitatis inuenirent. Quia igitur conſiderare peccator vias dei negligit, ſed ſolis in quibus carnaliter delectetur intendit, recte nunc dicitur: Oculi enim eius ſunt in viis illius. Sequitur: Eleuati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent.) Iniquorum gloria

A rum gloria cùm plerunque in annorum multitudinem tendi-
tur, ab infirmorum mentibus esse longa & quasi stabilis æsti-
matur. Sed cum repentinus hanc finis intercipit, breuem pro-
cul dubio fuisse reperiuit, quoniam determinans innotescit:
quia quod præterire potuit, modicum fuit. Eleuantur ergo ad
modicum, & minimè subsistunt, quia eoipso quo videri alti
appetunt, à vera dei essentia longè per elationem fiunt. Sub-
sistere etenim nequeunt, quia ab æternæ essentiæ soliditate di-
uidiuntur, atque hanc primam ruinam tolerant, quia per pri-
uatam gloriam in semetipsis cadunt. Hinc enim per Psalmi-
stam dicitur: Deiecisti eos cum alleuarentur, quia eo intrinse- *Psal.72.*
cus corruunt, quò malè extrinsecus surgunt.

Caput. V.

HAnc breuitatem gloriæ temporalis aspiciens iterum *Psal.36.*
dicit: Vidi impium superexaltatum & eleuatũ super
cedros libani: transiui, & ecce non erat. Hinc iterum *Ibidem.*
ait: Pusillum adhuc, & non erit peccator. Hinc Iacobus dicit: *Iaco.4.*
Quæ est enim vita vestra? Vapor est ad modicum parẽs. Hinc
propheta breuitatem gloriæ carnalis pensans, denunciat, di- *Esaiæ.40.*
cens: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius sicut flos fœni.
Iniquorum quippe potentia fœni floribus comparatur, quia
nimirum carnalis gloria dum nitet, cadit: dum apud se extol-
litur, repentino intercepta fine terminatur. Sic nanque aura-
rum flatu in altum stipula rapitur, sed casu concito ad ima re-
uocatur. Sic ad nubila fumus attollitur, sed repentè in nihilum
tumescendo dissipatur. Sic ab infimis nebula densescendo se
erigit: sed exortus hanc Solis radius, ac si non fuerit abstergit.
Sic in herbarum superficie nocturni roris humor aspergitur:
sed diurni luminis subito calore siccatur. Sic spumosæ aqua-
rum bulæ inchoantibus pluuiis excitatæ, ab intimis certatim
B prodeunt, sed eo celerius diruptæ depereunt, quo inflatæ ci-
tius extenduntur. Cumque excrescunt vt appareant, crescen-
do peragunt ne subsistant. De iniquis igitur temporalis gloriæ
elatione tumentibus, sed tamen nulla in hac soliditate duran-
tibus, dicatur rectè: Eleuati sunt ad modicum, & non subsi-
stent. De quibus adhuc subditur: Et humiliabuntur sicut om-
nia, & auferentur.) Sic prouectus esse contemplationis debet:
vt ex paucis ad multa, ex multis ad omnia consideranda rapia-
tur, quatenus gradatim educta proficiat, & transitoria omnia
comprehendendo diiudicans, ipsa penè incomprehensibiliter
excrescat. Vnde sanctus vir cùm prauorum gloriam defectũq;
discuteret, ad cuncta protinus mentis oculum terendit, dicẽs:
Humiliabuntur sicut omnia, & auferentur. Omnia profectò
terrena. Ac si apertè dicat: Stare vllo modo nequeũt, quia ipsa
quoque fugiunt quibus inituntur, dumque temporalia dili-
guntur, cum his ex temporis volubilitate percurrunt. Sed quæri
Eccles.1. potest cùm per Salomonem dicitur: Generatio præteriit, &
generatio aduenit: terra verò in æternum stat: cur beatus Iob
Quæstio. omnia humiliari asserat & auferri? Quod tamen facilè discuti-
Responsio. mus, si terra & cœlum vel qualiter trãseat vel qualiter maneat
distinguamus. Vtraque nanque hæc per eam quam nunc ha-
C bent imaginem transeunt, sed tamen per essentiã sine fine sub-
Col.1. sistunt. Hinc nanque per Paulum dicitur: Preterit enim figura
Mat.24. huius mundi. Hinc per semetipsam veritas dicit: Cœlũ & ter-
Apoca.21. ra transibunt, verba autem mea non transibũt. Hinc ad Ioan-
nem angelica voce perhibetur: Erit cœlum nouum, & terra
noua. Quæ quidem non alia condenda sunt, sed hæc ipsa re-
nouantur. Cœlum igitur & terra, & trãsit & erit, quia & ab ea
Psalm.101. quam nunc habet specie per ignem tergitur, & tamen in sua
semper natura seruatur. Vnde per Psalmistam dicitur: Muta-
bis ea, & mutabuntur. Quam quidem vltimam commutatio-
nem sitam ipsis nobis nunc vicissitudinibus nunciant, quibus
nostris vsibus indesinenter alternant. Nam terra à sua specie
hyemali ariditate deficit, vernali humore virides cit. Cœlum
quotidiè caligine noctis obducitur, & diurna claritate reno-
uatur. Hinc ergo fidelis quisque colligat & interire hæc, & ta-
men per innouationem refici, quæ constat nunc assiduè velut
ex defectu reparari.

Quòd in die iudicij, impijs quasi aristis proiectis in ignem, insti-
tiæ sanctorum quantus sit candor patebit.

Caput. VI.

INter hæc igitur vir sanctus cùm prauorum cursum conspi- D
cit, quanta quandoque animaduersione deficiãt innotescit,
dum protinus subdit: Et sicut summitates spicarum cõ-
terentur.) Spicarũ quippe summitates, aristæ sunt. Aristæ au-
tem coniunctæ in spica prodeunt, sed crescendo paulisper, à se
hirsutæ & rigidæ *disiunguntur. Sic nimirum sic ad huius mũ- *al. turgi-*
di gloriam praui diuites surgunt. Naturæ enim sibi cõmunio- *dæ.*
ne coniuncti sunt, sed contra se vicissim crescẽdo diuiduntur.
Alius quippe alium despicit, & alter in alterum inuidiæ faci-
bus ignescit. Qui ergo ex tumore mentis à charitatis vnitate
se separant, quasi aristarum more contra se rigidi stant. Quid
ergo prauos huius mundi diuites dixerim, nisi aristas quasdam
generis humani? Qui dum contra se superbiunt, sed bonorum
vitam vnanimiter affligunt: aduersum se quidem diuisi sunt,
sed tamen concorditer grana deorsum premunt. Nunc igitur
aristæ ad alta prosiliunt, grana latent, quia & reproborum po-
tentia eminet, & electorum gloria non apparet. Illi se hono-
rum fascibus ostendũt, isti in humilitate se deprimunt. Sed tri-
turæ tempus aduenit, quod & aristarum rigiditatem frangat,
& solida grana non conterat. Tunc quippe superbia iniquo-
rum comminuitur: tunc electorũ vita quanta integritate ful-
geat, declaratur: quia cùm iniusti deficiunt, ex hac ipsa arista-
rum contritione agitur: vt grana appareant quæ latebant.
Cumque aristæ frangũtur, granorum candor ostenditur, quia
iniquis in supplicia æterna cadentibus, sanctorum iustitia quã-
ta veritate candeat, demonstratur. Vnde rectè quoque per
Ioannem dicitur: Cuius ventilabrum in manu sua est, & per- *Mat.3.*
mundabit aream suam, & triticum quidem recondet in hor- *Lucæ.3.*
rea sua, paleas autem comburet igni inextinguibili. Beatus igi- E
tur Iob prauorum elatio quanta animaduersione frangatur,
aspiciat: eosque aristis pereuntibus comparans, dicat: Sicut spi-
carum summitates conterẽtur, quia nimirum rigiditas super-
borum, triturę vltimę fortitudine frangitur, quæ nunc electo-
rum vitam despiciens eleuatur. Sequitur:

Quòd sit indignum & iniustum, vt sancti si in aliquo offendant,
à malè viuentibus increpentur.

Quod si non ita est, quis me arguere poterit esse mentitum,
& ponere ante deũ verba mea?) Si ita non est vt loquitur, pro-
fectò de falsitate hunc omnes arguere possunt. Cur ergo dici-
tur: Et si non ita est, quis me arguere poterit esse mentitum,
dum scilicet nouerimus quòd fallacem cuilibet reprehendere
licet: Sed si loquẽtis sensum subtili interrogatione discutimus,
quàm sint recta quæ protulit, citius inuenimus. Iustus nanque
etsi quid vnquam delinquendo loquitur, dignum nõ est vt ab
iniustis & prauè viuentibus iudicetur. Vnde sanctus vir ami-
corum superbiam deprimens, non solum si ita est, verumetiam
si ita non est vt protulit, nequaquam se reprehendi posse con-
fidit, quia nimirum illi recte redarguere falsa possunt, qui falsa
agere nesciunt. Nam correptionis ausum contra fallaciã per- F
dunt, qui adhuc fallaciter viuunt. Ait ergo: Quod si ita nõ est,
quis me poterit arguere esse mentitum? Ac si apertè dicat: Ita
sunt cuncta vt protuli, quæ tamen si ita non essent, à vobis re-
dargui nequaquam possem, quia dum adhuc propriæ succũ-
bitis, alienam reprehendere fallaciam non valetis. Vbi & aptè
subditur: Et ponere ante deum verba mea. Quisquis enim di-
cta fallacia veraciter reprehendit, audita cogitãs, aut hæc ex re-
gula veritatis pensans, verba ante deũ ponit: quia apud se in
conspectu veritatis examinat, quid foris contra fallaciam de-
cernat. Ante deum quippe verba ponere, est considerato inti-
mo iudice, exteriora dicta pensare. Vir autem sanctus ab ami-
cis superbientibus verba sua ante deum poni posse non æsti-
mat. Ac si apertè dicat: Idcirco quæ loquor: ponere ante iudi-
cem non valetis, quia eius vobis faciem peccantes absconditis.
Quod tamen & ex typo sanctæ Ecclesiæ nil obstat intelligi,
quæ cum de infirmis suis ab hæreticorum irrisione reprehẽdi-
tur, ipsam irrisionis eorum astutiam dedignatur: quia tolera-
bilius deo est, vt in infirmitate quis atque ignorantia cum hu-
militate iaceat, quàm cum elatione alta cõprehendat. Sed quia
sanctus vir multa contra eos protulit, qui fugitiua potestate
superbiunt, & ventosis honoribus intumescunt, Baldath Sui-
tes ex eius correptione proficiens, apud quem vera sit poten-
tia agnoscit, dicens:

G Textus capitis.xxv.libri Iob.

REspondens autem Baldath Suites dixit. Potestas & terror apud eum est qui facit concordiam in sublimibus suis. Nunquid est numerus militū illius? Et super quem non surget lumen illius? Nunquid iustificari potest homo comparatus deo: aut apparere mundus natus de muliere? Ecce luna etiam non splendet: & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, quanto magis homo putredo: & filius hominis vermis?

Quòd angeli præpositi gentibus inter se non dissident, dum pro meritis singulorum, quisque sui ministerij opus implet, in quibus voluntati diuinæ obsequitur.

Caput. VII.

POtestas & terror apud deum est, qui facit concordiam in sublimibus suis.) Ac si apertè dicat: Solus corda mortalium veraciter terret, qui ex diuinitatis suæ potentia veraciter hæc posidet. Humana enim potentia quē terrorem incutit, quæ iure eiusdē potentiæ quando careat nescit? Rectè
H autem dicitur: Qui facit concordiam in sublimibus suis, quia multa sibimet inferius dissident, sed ad concordē supernorum plenitudinem currunt, & ex internæ pacis causa agitur, vt sæpe ea quæ sunt exterius, sine pace disponantur. Nā bonos omnipotens deus ad meritum proueliit, cùm cōtra eorum vitam malos sæuire permittit. Atq; in cōcordia cōponuntur summa, dum cōfundūtur infima, quia inde in cœlestibus electos suos angelorum choris sociat, vnde in terrenis & infimis reproborum mentes suis nutibus aduersantes portat. Sed inter hæc libet inquirere si pax in sublimibus summa retinetur, quid est
Danie. 10. quod per angelum Danieli dicitur: Ego veni propter sermones tuos, princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus, & ecce Michaël vnus de principib' primis, venit in adiutorium mihi. Et paulopòst: Nunc reuertar vt prælier aduersum principem Persarum. Cùm enim egrederer, apparuit princeps Græcorum adueniens. Quos itaque alios principes gentiū, nisi angelos appellat, qui sibi resistere exeunti potuissent? Quæ ergo esse pax in sublimibus potest, si inter ipsos quoque angelicos spiritus prēliandi certamen agitur, qui semper conspectui veritatis assistunt? Sed quia certa angelorum ministeria dispensandis singulis quibusque gentibus sunt prælata, cùm subiectorum mores aduersum se vicissim præpositorum spirituum opem merentur, ipsi qui præsunt spiritus, contra se venire referuntur. Is nanque angelus qui Danieli loquebatur, captiuis Israëlitici populi in Perside constitutis prælatus agnoscitur. Michaël autem eorum qui ex eadem
I plebe in Iudææ terra remanserant, præpositus inuenitur. Vnde & ab hoc eodem angelo paulopost Danieli dicitur: Nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michaël princeps vester. De quo & hoc quod præmisimus, dicit: Et ecce Michaël vnus de principibus primis venit in adiutorium mihi. Qui dum nequaquam simul esse, sed venire in adiutorium dicitur: apertè ei populo prælatus agnoscitur, qui captiuus in alia parte tenebatur. Quid est ergo angelum dicere, Ego veni propter sermones tuos: princeps autem regni Persarum restitit mihi: nisi sua subditis opera nūciare? Ac si apertè dicat: Precum quidem tuarum merita exigunt, vt Israëliticus populus à iugo suæ captiuitatis exuatur, sed est adhuc quod in eodem populo, Persarum dominio purgari debeat: vnde ereptionem illius, Persarum princeps mihi iure contradicat, quanuis preces tuas eorum quoque lachrymę qui in Iudea relicti sunt, adiuuent. Vnde hoc quoque quòd diximus subiungit: Michaël princeps vester, venit in adiutorium mihi. Cumq; vt aduersus principē Persarum prælietur, egreditur: Græcorum sibi princeps adueniens apparet. Qua ex re innuitur quòd aduersum Græcos quoq; aliquid Iudæa cōmiserat, quorū profectò causa ereptioni illius resistebat. Prophetæ igitur preces angelus exaudit, sed Persarum princeps resistit: quia etsi iam vita iusti deprecantis ereptionem populi exigit, eiusdem tamen populi adhuc vita contradicit, vt quia necdum hi qui in captiuitatem K fuerant ducti, plenè purgati sunt: iure eis adhuc Persæ dominentur. Michaël adiuuat, sed Græcorum princeps ad prælium venit: quia mereri quidem veniam tam longa oppressorum captiuitas poterat, sed ereptionis eorū beneficio hoc quoque quod in Græcos deliquerant, obuiabat. Rectè ergo dicitur, quod contra se angeli veniunt, quia subiectarum sibi gentium vicissim merita contradicunt. Nam sublimes spiritus eisdem gentibus principantes nequaquam pro iniusta agentibus decertant, sed eorum facta iustè iudicantes examinant. Cumque vniuscuiusque gentis vel culpa vel iustitia ad supernæ curiæ consilium ducitur, eiusdem gentis præpositus vel obtinuisse in certamine, vel non obtinuisse perhibetur. Quorum tamen omnium vna victoria est sui super se opificis voluntas summa, quam dum semper aspiciunt, quod obtinere non valent, nunquam volunt. Bene ergo dicitur: Qui facit concordiam in sublimibus suis. Sequitur:

Quòd sancti angeli contra diabolū potestatiuè decertant: & quæcunque contra eum appetunt, possunt.

Nunquid est numerus militum eius?) In cognitione humanæ rationis supernorum spirituum numerus nō est: quia quanta sit illa frequentia inuisibilis exercitus nescit: de quo per Danielem dicitur: Milia milium ministrabant ei: & decies millies centena milia assistebāt ei. Supernorum ciuium numerus infinitus & definitus exprimitur: vt qui deo est numerabilis, esse hominibus innumerabilis demonstretur: quanuis aliud est assistere, aliud ministrare. Assistunt enim illæ procul dubio potestates, quæ ad quædam hominibus nuncianda non exeunt. Ministrant verò hi, qui ad explenda officia nunciorum veniunt, sed tamen ipsi quoque contemplatione ab intimis non recedunt. Et quia plures sunt qui ministrant, quā hi qui principaliter assistunt, assistentium numerus quasi definitus, ministrantium verò infinitus ostenditur.

Caput. VIII.

ANgelicos verò spiritus rectè dei milites dicimus, qui decertare eos contra potestates aëreas non ignoramus. Quæ tamen certamina non labore, sed imperio peragunt: quia quicquid agendo contra immundos spiritus appetunt, ex adiutorio cuncta regentis possunt. De hac quoque militia, nascente rege nostro scriptum est: Subitò facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis. Cui tamē militiæ electorum quoque hominum numerus iungitur, qui per subiectionis desiderium, à terrenę conuersationis seruitute liberatur. De quibus per Paulum dicitur: Nemo militans deo, implicat se negociis secularibus. Qui licet nūc pauci apparent, in inuisibili tamen patria innumerabiles regnant, quia etsi comparatione prauorum pauci sunt, in cōgregationis suæ frequentia metiri nequaquam possunt. Quia verò eorūdem militum virtus non propriis viribus, sed supernæ gratiæ infusione roboratur, rectè subiungitur. Et super quem nō surget lumen illius. Lumen quippe dei, est gratia præueniens. Quæ si in nostro corde nequaquam gratuita consurgeret, profectò mens nostra in peccatorum suorum tenebris obscura remaneret. Vnde & subditur:

Quòd quandiu sumus in corpore huius mortis, à peccato immunes esse non possumus.

Nunquid iustificari potest homo comparatus deo, aut apparere mundus natus de muliere?) Versus iste superius à beato Iob dicitur: & nunc in eius exprobratione replicatur. Omnis nanque vir iustus, dei illustratione iustus est, nō comparatione. Humana quippe iustitia auctori cōparata, iniustitia est: quia etsi in ipsa sui conditione homo persisteret, creatori non posset æquari creatura. Cui tamen ad grauiora defectus ponderā, accessit & culpa, quam serpens insidians intulit, & mulier infirmata persuasit. Vnde nunc quia homo per mulierem culpæ subditam nascitur, reatus primi infirmitas in prole propagatur. Et quia in radice putruit humani generis ramus, in conditionis suæ viriditate minimè subsistit. Vnde rectè nunc dicitur: Nunquid iustificari potest homo comparatus deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ac si apertè diceretur: Ne contra auctorem suum homo superbiat, consideret vnde huc venit, & intelligat quid sit. Sed ecce non nulli per

A nullo per donum spiritus adiuti, contra infirmitatem suæ carnis eriguntur, virtutibus emicant, signorum quoque miraculis coruscant, nullus tamen est qui sine culpa vitam transeat, quousque carnem corruptionis portat. Vnde adhuc subditur: Ecce etiam luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius.) Quid per lunam, nisi cuncta simul Ecclesia: quid per stellas, nisi singulorum bene viuentium animæ designantur quæ inter prauorum hominum conuersationes, dum magnis virtutibus eminent, quasi in tenebris noctis lucent? *Phil. 2.* Vnde per Paulum quoque discipulis dicitur: Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Quia enim sancta Ecclesia lunæ *Abac. 3.* appellatione exprimitur, propheta testatur, dicens: Eleuatus est sol, & luna stetit in ordine suo. Eleuato enim sole, in suo ordine luna statuitur: quia ascendente ad cœlos domino, sancta protinus Ecclesia in prædicationis auctoritate roboratur. Et quia stellarum nomine electi signantur, rursum Paulus insinuat, dicens: Caput. IX.

1. Corin. 15. STella enim à stella differt in claritate. Luna ergo non splendet, & stellæ non sunt mundæ in cõspectu eius: quia nec sancta Ecclesia virtute propria tot miraculis emicat, nisi hanc præuenientis gratiæ dona perfundant, nec singulorum bene viuentium mentes à peccatorum maculis mundæ sunt, si remota pietate iudicentur, quia apud districti iudicis oculos, sua vnũquẽque corruptibilitas inquinat nisi hunc quotidie gratia parcẽtis tergat. Electorum quippe animus prodire ad libertatem iustitiæ nititur, sed adhuc compede infirmitatis tenetur, & culpas quidem subigere perfectè desiderat, sed quousque corruptione carnis astringitur, eius vinculis etiam B cum non vult ligatur. Hinc itaque colligat, quanto peccatorum pondere pressi sint, qui contra hæc decertare negligunt, si plenè culpam nec illi superant, qui contra hanc viriliter pugnant. Vnde & postquàm dictum est: Ecce enim luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in cõspectu eius, protinus additur: Quãto magis homo putredo, & filius hominis vermis? Ac si apertè diceretur: Si ipsi quoque esse sine contagio non valent, qui inter præsentis vitæ tenebras virtutibus lucẽt, quanto reatu iniquitatis obstricti sunt, qui adhuc carnaliter viuunt? Si à peccato esse liberi nequeunt, qui iam in cœlestibus desideriis conuersantur, quæ peccatorum pondera tolerant, qui carnis suæ voluptatibus dediti, adhuc putredinis iugũ *1. Petri. 4.* portãt? Hinc Petrus ait: Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Hinc per Esaiam dicitur: Super humum populi mei spinæ & vepres ascendẽt, quanto magis super omnem domum gaudij ciuitatis exultantis? Humum quippe populi sui dominus electorum omnium mentem vocat, super quã spinas ac vepres ascendere perhibet, quia nec ipsam quo- *Esa. 32.* que esse absque punctionibus vitiorum videt. Domus verò gaudij ciuitatis exultantis, est mens prauorum, quæ dum ventura supplicia conspicere negligit, in carnis voluptate se deserens, inaniter hilarescit. Ait ergo: Super humum populi mei C spinæ & vepres ascendent, quanto magis super omnẽ domum gaudij ciuitatis exultantis? Ac si apertè dicat: Si & illorũ mentem vitia deprimunt, qui se pro cœlestis patriæ desiderio affligunt, quibus culpis substrati sunt, qui sine vlla formidine sese in carnis voluptate derelinquunt? Notandum verò in sermone suo quantum Baldath ordinem conditionis nostræ tenuit & natiuitatis, qui hominem nõ vermẽ, sed putredinem: filium verò hominis vermem vocat. Primus nanque humani generis parens, homo non filius hominis, ex quo quisquis prodiit, nõ solum homo, sed filius quoque hominis fuit. Sicut ergo ex homine filius, ita ex putredine nascitur vermis. Vnde rectè homo putredo, filius verò hominis vermis vocatur. Primus quippe homo putredo, non vermis, quia etsi per mortem putruit, nõ tamen ex putredine per natiuitatem venit. Qui autem hominis est filius, vermis dicitur: quia iam ex mortalium corporum corruptione propagatur. Igitur quia amicorum verba finita sunt: beatus Iob altiori acumini prosecutionis innititur, eiusque dicta tam sunt valida quam extrema: quia & sic vsus esse iurisperitorum solet: vt argumentum quo aduersariis suis eminere se præuident, ad prosecutionis conclusionem seruẽt.

Textus libri beati Iob caput. xxvj. D

REspondens autem Iob dixit. Cuius adiutor es: nunquid imbecillis, & sustentas brachium eius qui nõ est fortis? Cui dedisti consilium? Forsitan illi qui non habet sapientiam, & prudentiam tuam ostẽdisti plurimam. Quem docere voluisti? Nonne eum qui fecit spiramentum? Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis. Nudus est infernus coram illo: & nullum est operimentum perditioni. Qui extendit aquilonem super vacuum: & appẽdit terram super nihilum. Qui ligat aquas in nubibus suis: vt non erumpant pariter deorsum. Qui tenet vultum solij sui: & expandit super illud nebulam suam. Terminum circundedit aquis: vsque dum finiantur lux & tenebræ. Columnæ cœli contremiscunt & pauent ad nutum eius. In fortitudine illius repente maria congregata sunt: & prudentia eius percussit superbum. Spiritus eius ornauit cœlos, & obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum eius. Et cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus: quis poterit tonitruũ magnitudinis illius intueri? E

REspondens autem Iob dixit: Cuius adiutor es? Nunquid imbecillis, & sustentas brachium eius qui non est fortis?) Adiuuare imbecillem charitatis est, adiuuare potentem velle, elationis. Quia igitur amici eius hæreticorum speciem tenentes, quasi adiuuantes deum, sapientiam suam ostendere conabantur, iustè Baldath reprehenditur, vt dicatur: Cuius adiutor es? Nunquid imbecillis, & sustẽtas brachium eius qui non est fortis? Ac si apertè dicat: Dum eum iuuare niteris, sub cuius magnitudine succũbis, omne quod impendis solatium, de ostentatione est, non de pietate. Sed inter hæc sciendum est, quod plærunque etiam deum, qui videlicet imbecillis non est, humiliter agentes adiuuamus. Vnde & per Paulum dicitur: Adiutores enim dei sumus. Nã cum ei quem *1. Corin. 3.* ipse per internam gratiam infundit, nos exhortationis voce concurrimus, hoc quod ille per spiritum sanctum agit intrinsecus, nos exterius ministerio vocis adiuuamus, & tunc solum nostra exhortatio ad perfectionem ducitur, cùm in corde *Ibidem.* deus fuerit qui adiuuetur. Vnde & aliàs dicit: Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incremẽtum dat deus. Plantare quippe & rigare, adiuuare est. Quod vtrunque va- F cuum erit ministerium, si in corde deus non dat incrementum. Sed qui de sensu suo alta sapiunt, esse humiliter dei adiutores nolunt, quia dum se deo vtiles esse æstimant, à fructu se vtilitatis alienant. Vnde & veritatis voce discipulis dicitur: *Luce. 17.* Cùm feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis dicite: serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Sequitur: Cui dedisti consilium, forsitan illi qui non habet sapiẽtiam?) Dare stulto consilium, charitatis est: dare sapienti, ostẽtationis: dare verò ipsi sapiẽtiæ, peruersitatis. Et quia hi quos tenere hæreticorum speciem diximus, per locutionem suã ostentationi potius quàm vtilitati seruiebant, rectè adhuc cõtra Baldath subditur: Et prudentiam tuam ostendisti plurimam. Omnis cui *Roma. 12.* prudentia recta est, plurima non est: quia iuxta Pauli vocem, nõ plus appetit sapere quàm oportet sapere. Cui verò est plurima, non est recta: quia dum vltra modum tenditur, in quolibet latere culpæ declinatur. Prudẽtiam verò suam plurimam ostendunt, qui videri præ aliis prudentiores appetunt. Vnde fit plærunque vt cùm moderatè sapere nesciunt, etiam fatua loquantur. Pro qua re ipse adhuc excessus prudentiæ subiungitur, vt dicatur: Quem docere voluisti? nónne eum qui fecit spiramentum? Per spiramentum viuimus, per prudentiam sapientes sumus. Prius autem nostrũ est viuere, postmodũ sapere: quia vt sapientes esse valeamus, prius agitur vt simus. Qui ergo vitam dedit, ipse procul dubio & prudentiam contulit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Baldath autem quia beatum Iob flagellatum pro culpa credidit, occultum dei iudicium, quod humiliter venerari debuit, superba nisus est temeritate penetrare. Ipsi ergo se per prudentiam prætulit, cuius iudicium nõ intelligendo iudicauit. Ipsi se per prudentiam prætulit, à quo viuẽdi spiraculum accepit: ac si plus ipso esset sapiens, à quo habebat vt esset. Sed quia beatus Iob sanctæ Ecclesiæ typum tenens, pauca in superborum correptione protulit, quos tenere hæreticorũ speciẽ non ignorauit, sicut superius dixit. Disputare cum deo cupio, prius vos ostẽdens fabricatores mendacij, & cultores peruersorũ dogmatum, repentè se ad doctrinam erigit, & contra elatorum imperitiam, scientiæ suæ latitudinem per sententias expendit, dicens: Ecce gigantes gemunt sub aquis.)

Quòd potentes huius sæculi quasi gigantes ex propria superbia cõfundantur, & ideo magis supposiii sunt, vnde tumidè appetunt multis præesse. Caput. XI.

DIgnum quippe erat, vt per increpationem prius tumorem sapientiæ terrenæ retunderet, & per doctrinam postmodum ad plena mysteriis verba transiret. Gigãtes enim, vel apostatas angelos, vel superbos quosq; homines, nil obstat intelligi. Hinc enim per prophetam dicitur: mortui non viuant, gigantes nõ resurgent. Quos nanq; mortuos, nisi peccatores nominat? Et quos gigantes, nisi eos qui de peccato etiam superbiunt, appellat? Illi autem non viuunt, quia peccando vitam iustitiæ perdiderunt. Isti etiam resurge- H re post mortem nequeunt, quia post culpam suam inflati per superbiam: ad pœnitentiæ remedia non recurrunt. Hinc rursum scriptum est: Vir qui errauerit à via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur: quia quisquis iter rectitudinis deserit, quorum se numero nisi superborum spirituum iungit? Bene autem contra elatos dicitur: Ecce gigantes gemunt sub aquis, Ac si apertè diceretur: Cur de scientia homo superbiat, cùm ignorantiæ abyssus & ipsos superbissimos angelorum spiritus premat? Si autem gigãtum nomine, potentes huius sæculi designantur, in aquis possunt populi figurari, Ioanne attestante, qui ait: Aquæ enim sunt populi. Bene autem contra superbientem dicitur: Ecce gigantes gemunt sub aquis, quia elati omnes dum in hac vita assequi honorum celsitudinẽ cupiunt, sub ponderibus populorum gemunt. Nam quãto quis hic altius erigitur, tanto curis grauioribus oneratur, eisq; ipsis populis mente & cogitatione supponitur, quibus supponitur dignitate. Et bene his verbis ac breuiter indicatur, quia omnis superbia eo ipso in imo iacet, quo in alta se erigit, vt inde magis cunctis supposita sit, vnde cunctis expetit superesse. Homo quippe in sublimibus eleuatus, tantos super se sustinet, quantos suppositos regit. Hi autem qui talibus sociantur, ipsi etiam laboris eorum participatione deprimuntur. Nã I cum eis laborem etiam tolerant ponderis, dum pariter gloriã affectãt honoris. Vnde cùm diceret: Ecce gigantes gemũt sub aquis, protinus adiunxit: Et qui habitant cum eis. Ac si dicat: Pariter gemunt, qui eorum gloriæ ex delectatione sociantur. Ipsa autem occupatio secularium dignitatum tanto facilioribus vitiis premitur, quanto maioribus curis grauatur. Humanus nanque animus videre & deuitare peccata vtinam valeat vel quiet'. Quia ergo vidit desideratas rerũ celsitudines absq; peccatis ministrari non posse: & quia diuinæ iræ non absconditur quicquid illicitum perpetratur: aptè secutus adiunxit: Nudus est infernus corã illo, & nullum est operimentum perditioni.) Quod Paulus apostolus quoq; ait: Omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Inferni verò & perditionis nomine, diabolũ omnesq; damnationis eius socios designauit. Quis vero ille sit, corã quo infernus est nudus, sequitur dicẽs:

Esa. 26.

Prouer. 21.

Apoc. 17.

Hebr. 4.

Quòd ipsè deus diaboli potestatem super corda vacua extendat: & item ex gratia, cui vult, misereatur.

Qui extendit Aquilonem super vacuum.) Aquilonis nomine, in sacro eloquio appellari diabolus solet, qui vt torporis frigore gentium corda constringeret, dixit: Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Qui super vacuum extenditur: quia illa corda possidet, quæ diuini amoris gratia non replentur. Sed tamen omnipotenti deo supperit, etiam vasa diaboli cunctis virtutibus vacua suæ gratiæ munere implere, in eisq; diuini amoris * soliditatem ponere, quos nulla con- K spicit rectitudinis actione roborari. Vnde aptè subiungitur: * Et appendit terram super nihili.) Quid enim terræ nomine, nisi sancta Ecclesia designatur, quæ dum verba prædicationis suscipit, fructum boni operis reddit? De qua per Moysen dicitur: Audiat terra verba ex ore meo, expectetur sicut pluuia eloquium meum. Et quid per nihilum, nisi gẽtiles populi designantur? De quibus per prophetam dicitur: Omnes gentes velut nihilum & inane reputatæ sunt. In eo ergo nihilo terra suspẽditur, quod prius vacuum ab Aquilone tenebatur: quia illa corda gentilium repleta sunt charitate dei, quę pressa prius fuerant torpore diaboli.

Esa. 40.

Caput. XII.

POtest verò & per hoc vacuum Iudææ infidelitas, & per terram, sicut diximus, sanctæ Ecclesiæ fructificatio designari. Vir ergo sanctus Iudææ pereuntis casum aspiciat, & gentilitatis merita ad veniam redeuntis cernat, ac dicat: Qui extendit Aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihili. Nam quia Iudæorum corda fide vacua, diabolo sunt subdita, extendit Aquilonẽ super vacuũ. Quia verò nullis existentibus meritis, sicut dictum est: pro nihilo saluos facies eos, super gentes dominus fundauit Ecclesiam suam, quæ per prophetam nihilum sunt vocatæ, aptè secutus adiunxit: Appendit terram super nihili. Hoc verò quo ordine factum sit, mirifica subdens ratione contexit: Ait enim: L

Quòd secundum capacitatem audientium contemperare se debeat lingua doctorum. Et quid sit quod in lege scriptum est, quod qui foderit cisternam & non operuerit eam, si ceciderit in eam bos vel asinus, dominus cisternæ reddet precium iumentorum.

Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum.) Quid hoc loco aquam, nisi scientiã: quid nubes nisi prædicatores appellat? Nã quia in sacro eloquio aliquando aqua scientia dicitur: Salomone attestante didicimus, qui ait: Aqua profunda verba ex ore viri, & torrens redundans fons sapientiæ. Aqua signari sciẽtiam Dauid propheta testatur, dicens: Tenebrosa aqua in nubibus aëris, id est occulta scientia in prophetis, qui ante aduentum domini dum occultis sacramentis grauidi, mysteria immensa gestarent, intuentium oculis, eorum intelligẽtia caligabat. Nubium vero nomine quid hoc in loco aliud quàm prædicatores sancti, id est, apostoli designantur, qui per mundi partes circunquaq; trãsmissi, & verbis nouerant pluere, & miraculis coruscare? Quos Esaias prapheta longè antè intuens, dixit: Qui sunt isti qui vt nubes volant? Quia igitur vir iste propheticò plenus spiritu, in hac locutione sua ad laudem dei initia nascentis Ecclesiæ desiderat exordiri, studet eius ordinem ab Apostolorum prædicatione narrare, qui curauerunt summopere rudibus populis plana & capabilia, non summa atque ardua prædicare. Nam si scientiam sanctam, quæ hic aquæ nomine designatur, vt habebant corde, ita ore funderent, immensitate eius auditores suos opprimerent potius quàm rigarent. Vnde religata intrinsecus scientia, vt non pariter deorsum erumperet, auditores suos distillatione verborum nutriens, nubes illa loquebatur, dicens: Non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed vt quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Quis enim ferre potuisset, si raptus ad tertium cœlum, raptus in paradisum, etiam arcana verba audiens, quæ loqui homini non liceret, tam immensos superni scientiæ sinus aperiret? Aut cuius non virtutem auditoris opprimeret, si ea quę intrinsecus haurire poterat, inquantum carnis lingua sufficeret, extrinsecus inundans aquæ huius immensitas emanasset? Vt verò auditores rudes non inundatione scientiæ, sed moderata prædicationis distillatione foueantur, ligat deus aquas in nubibus, vt non erumpant pariter deorsum, quia doctorum prædicationem temperat, vt auditorum infirmitas, doctorum rore nutrita cõualescat. Quod bene in Euangelio mystica descriptione narratur, dum dicitur: Ascendit Iesus in nauiculam Petri, & rogauit vt à terra reduceret pusillum, & ita sedens prædicabat turbis. Per nauem Petri, quid aliud quàm commissa Petro Ecclesia designatur? De qua vt dominus turbis confluentibus prædicet, eam à terra paululum reduci iubet. Quam nec in altum duci, & tamẽ à terra

Luc. 5.

Universidad de Navarra Biblioteca

æterna præcipit remoueri, profectò significans prædicatores suos rudibus debere populis, nec alta nimis de cœlestibus, nec tamen terrena prædicare. Aqua itaq; ligatur in nubibus: quia prædicatorum scientia infirmorum mentibus loquens, quantum sentire valet, docere prohibetur.

Caput. XIII.

NAm plærunque si auditorum cor verbi immensitate corrumpitur, lingua docentium indiscretionis pœna mulctatur. Vnde scriptū est: Si quis aperuerit cisternam & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos, vel asinus in eam, dominus cisternæ reddet precium iumentorum. *Exodi.22.* Quid est enim aperire cisternam, nisi intellectu valido scripturę sacræ arcana penetrare? Quid autem per bouem & asinum, mundum scilicet, & immundum animal, nisi fidelis quisque & infidelis accipitur? Qui ergo cisternam fodit, cooperiat: ne illuc bos vel asinus ruat, id est, qui in sacro eloquio iam alta intelligit, sublimes sensus coram non capientibus per silentium tegat, ne per scandalum mentis, aut fidelem paruulum, aut infidelē qui credere potuisset, interimat. Ex morte enim iumentorum debet precium: quia illud scilicet admisisse cōuincitur, vnde ad agendam pœnitentiam reus tenetur. Quisquis nanq; ad alta scientiæ fluenta perueniens, cùm hęc apud bruta audientium corda non contexerit, pœnæ reus addicitur, si per verba eius in scandalum, siue munda, seu mens immunda capiatur. Operienda est itaque cisterna: quia coram paruulis mentibus regenda est alta scientia, ne vnde cor docētium ad summa attollitur, inde infirmitas auditorum ad ima dilabatur. Dicatur igitur rectè: Qui ligat aquas in nubibus, vt non erūpant pariter deorsum: Pariter nanque aquæ erumperent, si coram infirmis auditoribus, quanta est scientia ex ore loquentis emanaret: si simul se omnis plenitudo prædicationis effunderet, & nil sibi cum proficientibus reseruaret. Dignum quippe est vt qui prædicat, audientis modum consideret: quatenus ipsa prędicatio cum auditoris sui incrementis crescat. Sic quippe agere vnusquisque prædicator debet, sicut cum illo diuinitus agitur: vt nequaquam cuncta quæ sentit, infirmis insinuet: quia & quousque ipse carne mortalitatis infirmus est, ea quę superna sunt cuncta non sentit. Prædicare ergo rudibus non debet quantum cognoscit, quia & ipse de supernis mysteriis cognoscere non valet quanta sunt. Hinc est enim quòd Paulus apo- *1.Cor.13.* stolus, postquā mysteriis cœlestibus interfuit, dicit: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Vnde & continuè hìc sequitur:

Quòd in hac vita gloria dei ex parte cognoscitur, sed sicut est, nondum videtur.

Qui tenet vultum solij sui, & expandit super illud nebulam suam.) In vultu solet cognitio demōstrari. Solij ergo eius vultus tenetur: quia à nobis in hac vita regni eius gloria, nō quanta intrinsecus habetur agnoscitur. Super quod rectè expandi
C di nebula dicitur: quia sicut est illa cœlestis regni gloria, non *Sapien.9.* videtur. Nam corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. A videndo ergo eo nebula aspergimur: quia ipsa nostrę ignorantiæ obscuritate caligamus. Vnde rectè per Psalmistā dicitur: *Psalm.17.* Caligo sub pedibus eius, & ascendit super Cherubin, & volauit, volauit super pennas ventorum, & posuit tenebras latibulum suum. Caligo nanque est ei sub pedibus, quia non in ea claritate ab inferioribꝰ cernitur, qua in superioribus dominatur. Ascēdit enim super Cherubin & volauit. Cherubin quippe plenitudo scientię dicitur: Proinde super plenitudinem scientiæ ascendisse perhibetur, & volasse: quia maiestatis eius celsitudinem scientia nulla comprehendit. Volauit igitur, quia longè in altum ab intellectu nostro se rapuit. Volauit super pennas ventorum, quia scientiam transcēdit animarum. Qui posuit tenebras latibulum suum: quia dum caligine nostræ infirmitatis obscuramur: per ignorantiam nostrā nobis absconditur, ne à nobis modo in æterna, & intima claritate videatur. *Canti.8.* Vnde ei & in Canticis canticorum à sponsa dicitur: Fuge dilecte mi, fuge.

Caput. XIIII.

FVgit nos, dicimus, quotiens menti nostrę id quod reminisci volumus, non occurrit. Fugit nos, dicimus, quotiēs id quod reminisci volumus, memoria non tenemus. Sancta ergo Ecclesia postquam mortem ac resurrectionem domini, ascensionemque describit, clamat ei prophetico plena spiritu: Fuge dilecte mi, fuge. Ac si diceret: Tu qui ex carne comprehensibilis factus es, ex diuinitate tua, intelligentiā nostri sensus excede, & in teipso nobis incomprehensibilis permane. Tenet ergo vultum solij sui, qui maiestatis suæ potentiam mortalibus abscondit. Sed si eius solium angelicas virtutes accipimus, ipsis quippe velut sedi regiæ præsidet, sui nobis solij vultum tenet: quia quandiu in hac mortali carne subsistimus, quę, quanta quę sint illa angelorum ministeria, non videmus. Et expādit super illud nebulam suam, quia proculdubio & cor nostrum ad quærendum subleuat: & tamen occulta moderatione agitur, vt ipsa requisitionis suæ immensitate reprimatur. Vnde scriptum est: Dedit abyssus vocem suam, ab al- *Abac.3.* titudine phantasię suæ. Exclamare enim mens humana in admiratione compellitur, dum altitudine considerationis in requisitionibus suis eoipso quo latius extēditur, angustatur. Vel certè, quia solium dei ipsi nos sumus, vultum solij sui non immerito tenere dicitur, dum nostra scientia progredi ad altiora prohibetur. Super quod solium suum nebulam deus aspergere dicitur: quia inuisibilis manens, occulta super nos iudicia exerit, vt & fiat in promptis quod videre possimus: & tamen origo facti lateat in abditis, vt cur fiat, nescire debeamus. Vnde & aptè subditur:

Quòd nulli æternitatis scientia tribuatur, quandiu vita hæc transitoria agitur.

Terminum circundedit aquis, vsque dum finiantur lux & tenebræ.) Quia plærūque in sacro eloquio, vt suprà diximus, aquarum nomine populi designantur, aquas dominus termino circundat: quia humani generis ita scientiam moderatur, vt quousque vicissitudines alternantium temporum transeāt, perfectè ad cognitionem claritatis intimæ non pertingat. Sin verò lucis nomine iustos accipimus, tenebrarum verò appellatione peccatores: vnde & Paulus dicit: Eratis aliquando te- *Ephe.5.* nebrę, nunc autem lux in domino, hoc ipsum quod diximus, sentiri nil obstat: quia perfecta æternitatis scientia nulli tribuitur, quousque cursus iustorum, iniustorumq; finiatur. Sed quia mirum non est carnales populos superna nescire, sanctus vir in eiusdem diuinæ potentię admiratione se erigit: & quòd ipsam quoque angelorum, perfectorumque hominū scię̄tiam transeat, intuetur dicens:

Quòd electi, & ipsi angeli maiestatem diuinam quam assiduè vident, contremiscunt, non timore, sed admiratione.

Columnæ cœli contremiscunt, & pauent ad nutum eius.) Quid aliud colūnas cœli, quàm vel sanctos angelos, vel summos Ecclesiæ prædicatores appellat? Super quos in cœlestibꝰ crescens vniuersalis spiritalis fabricæ structura surrexit: sicut aliàs sancta scriptura testatur, dicēs: Qui vicerit, faciam illum *Apoca.3.* columnam in templo dei mei. Nam quisquis in dei opere recta intentione firmatur, columna in structura fabricæ spiritaF lis erigitur: vt in hoc templo quod est Ecclesia, positus, & vtilitati sit & decori. Eos verò Iob columnas cœli, quos apostolus columnas vocat Ecclesiæ, dicens: Petrus, & Iacobus, & Io- *Gala.2.* annes qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi. Possumus etiam columnas cœli, & ipsas Ecclesias non inconuenienter accipere, quæ multæ vnam catholicam faciunt, toto terrarum orbe diffusam. Vnde & septē Ecclesiis scribit Ioannes apostolus, vt vnam catholicam septiformis gratiæ plenam spiritu designaret. Et de domino nouimus dixisse Salomonem: Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas *Proverb.9.* septem. Qui vt se id de septem Ecclesiis dixisse innotesceret, secutus etiam sacramenta ipsa, diligenter inseruit, dicens: Im- *Ibidem.* molauit victimas, miscuit vinum, & proposuit mensam, misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem & mœnia ciuitatis: Si quis est paruulus, veniat ad me. Immolauit enim dominꝰ victimas, seipsum offerendo pro nobis. Miscuit vinum, præceptorum suorum poculum ex narratione historica, & intelligentia spiritali contemperans. Vnde aliàs dictum est: Calix in manu domini, vini meri, plenus est mixto. Et posuit mēsam, id est, scri- *Psalm.74.* pturam sacram: quę fessos ad se, atque à seculi oneribus venientes, pane verbi nos reficit, & contra aduersarios sua refectione nos roborat. Vnde & aliàs ab Ecclesia dicitur: Posuisti in *Psalm.22.* conspectu

G conſpectu meo menſam, aduerſus eos, qui tribulant me. Miſit ancillas ſuas, apoſtolorum videlicet animas, in ipſo ſuo initio infirmas, vt vocarent ad arcem, & mœnia ciuitatis: quia dum æternam vitam denunciant, ad alta nos mœnia ſupernæ ciuitatis leuant: quæ profectò mœnia, niſi humiles non aſcendũt. Vnde illic ab eadem ſapientia ſubditur: Si quis eſt paruulus, veniat ad me. Acſi apertè dicat: Quiſquis ſe apud ſe magnum æſtimat, aditum ſibi mei acceſſus anguſtat: quia tanto ad me altius pertingitur, quanto vniuſcuiuſque mens apud ſe verius humiliatur.

Caput. XV.

SEd quantalibet quiſq; virtute proficiat, quantalibet ſcientia excreſcat, pẽetrare non ſufficit, quo nos conditor moderamine iudiciorum regit. Dicat ergo: Colũnæ cœli contremiſcunt, & pauent ad nutum eius. Quia in plæriſque nec ipſi pertingere ad voluntatis eius celſitudinem prẽualent, qui eiuſdem voluntatis præmia denunciantes vident. Quod, ſicut ſuperius diximus, de ſanctis quoq; angelis nil obſtat intelligi: quia ipſæ quoque virtutes cœleſtiũ, quæ hunc ſine ceſſatione conſpiciunt, in ipſa ſua contemplatione cõtremiſcũt. Sed idem tremor ne eiſdem pœnalis ſit, nõ timoris eſt, ſed admirationis. Quia verò quantus pauor ſit admirationis eius intulit, nunc ordinem noſtræ ſalutis narrat. Sequitur:

Tremor cœleſtiũ virtutũ, nõ timoris eſt, ſed admirationis.

H *Quòd incarnato domino ſecularium corda concorditer crediderunt: & ſuperbus diabolus ſapientia non virtute ſuperatus eſt, quoniam dum eum in quem nihil habebat, iniuſtè appetiit, quem iure tenebat, amiſit.*

Mare pſens ſeculum.

In fortitudine illius repentè maria congregata ſunt, & prudentia eius percuſsit ſuperbum.) Quid aliud maris nomine, q̃ præſens ſeculum deſignatur, in quo corda hominum terrena quærentium, diuerſis cogitationum fluctibus intumeſcũt: qui elatione ſuperbiæ concitati, dum alterna intentione ſe impetunt, quaſi aduerſante ſe vnda collidunt? Sed iam in fortitudine illius maria congregata ſunt, quia incarnato domino, diſcordantia ſecularium corda concorditer credunt. Iam Petrus in mari ambulat: quia nimirum Chriſti prædicatoribus, illa quondam tumida humili auditu corda ſubſtrata ſunt: vt rectè etiam in Euangelio huius mundi mãſuetudinem figurauerit, quòd procelloſa maris aqua domini pedib⁹ preſſo tumore cal cata eſt. Sed quonam modo id actum ſit, aperitur, dũ dicitur: Et prudẽtia eius percuſsit ſuperbum. Quis hic ſuperbus alius appellatur, niſi ille qui dixit: Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſsimo? Et de quo voce dei dicitur: Qui factus eſt vt nullum timeret, & ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. De quo etiam huic ſententiæ Dauid propheta cõcordat, dicens: Tu humiliaſti, ſicut vulneratum, ſuperbum. Sed quanuis ſimplici naturæ diuinitatis non ſit aliud eſſe, & aliud ſapere: nec aliud ſapere, & aliud fortem eſſe: quippe quia ipſa

Incarnato domino diſcordantia corda concorduerũt

Prudentia Chriſtus percuſsit ſuperbum.

Eſaiæ. 14.

Iob. 41.

Pſalm. 38.

I fortitudo quæ ſapientia, & ipſa ſapientia quæ diuinitatis eſſentia eſt: vigilanter tamen intuendum puto, quòd vir iſte prophetico plenus ſpiritu, ſuperbum diabolum, prudentia dei potius maluit dicere, quàm fortitudine eſſe percuſſum. Nõ enim ait fortitudo, ſed prudentia eius percuſsit ſuperbum. Nã quanuis, ſicut dictum eſt, propter naturam ſimplicem dei fortitudo ſapientia ſit: dominus tamen diabolum, quantum ad faciem ſpectat, non virtute, ſed ratione ſuperauit. Ipſe nanque diabolus in illa nos parentis primi radice ſupplantãs, ſub captiuitate ſua, quaſi iuſtè tenuit hominem, qui libero arbitrio conditus, ei iniuſta ſuadenti conſenſit. Ad vitam nãque conditus in libertate propriæ voluntatis, ſpõte ſua factus eſt debitor mortis. Delenda ergo erat talis culpa, ſed niſi per ſacrificium deleri non poterat. Quærendum erat ſacrificium. Sed quale ſacrificium poterat pro abſoluendis hominibus inueniri? Neque etenim iuſtum fuit, vt pro rationali homine brutorum animalium victimæ cederentur. Vnde ait apoſtolus: Neceſſe eſt ergo exemplaria cœleſtium his mundari, ipſa autẽ cœleſtia melioribus hoſtiis q̃ iſtis. Ergo ſi bruta animalia propter rationale animal, id eſt, pro homine dignæ victimæ non fuerunt: requirendus erat homo qui pro hominibus offerri debuiſſet, vt pro rationali peccãte rationalis hoſtia mactarẽ. Sed quid, quòd homo ſine peccato inueniri non poterat, & oblata pro nobis hoſtia quando nos à peccato mundare potuiſſet, ſi ipſa

Heb. 9.

hoſtia, peccati contagione non careret? Inquinata quippe in- K
quinatos mundare non potuiſſet. Ergo vt rationalis eſſet hoſtia, homo fuerat offerendus. Vt verò à peccatis mundaret hominem, homo, & ſine peccato. Sed quis eſſet ſine peccato homo, ſi ex peccati cõmixtione deſcenderet? Proinde venit propter nos in vterum virginis filius dei, ibi pro nobis factus eſt homo. Sumpta eſt ab illo natura, non culpa. Fecit pro nobis ſacrificium, corpus ſuum exhibuit pro peccatoribus, victimã ſine peccato, quę & humanitate mori, & iuſtitia mundare potuiſſet.

Caput. XVI.

HVnc ergo cùm poſt baptiſma vidit antiquus hoſtis, mox tentationibus impetiit, & per diuerſos aditus ad interiora eius molitus irrepere, victus eſt, atque ipſa inexpugnabilis mentis eius integritate proſtratus. Sed quia ad interiora non valuit, ad eius ſe exteriora cõuertit: vt quia mẽtis virtute victus eſt, eum quem decipere tentatione non valuit: carnis ſaltem videretur morte ſuperare, atque, vt ante nos dictum eſt, permiſſus eſt in illud quod ex nobis mortalibus mediator acceperat. Sed vbi potuit aliquid facere, ibi ex omni parte deuictus eſt: & vnde accepit exterius poteſtatem dominicæ carnis occidendæ, inde interior poteſtas eius qua nos tenebat, occiſa eſt. Ipſe nanque interius victus eſt, dum quaſi vicit exterius: & qui nos iure debitores mortis tenuit, iure in nobis ius mortis amiſit: quia per ſatellites ſuos eius carnem perimendam appetiit, in quo nil ex culpæ debito inuenit. Do- L
minus ergo noſter pro nobis mortem ſoluit indebitam, vt nobis mors debita non noceret. Bene itaque dictum eſt: Prudẽtia eius percuſsit ſuperbũ: quia antiquus hoſtis per exceſſum præſumptionis ſuę eum etiam perdidit, quem iniquæ perſuaſionis lege poſſedit: & dum audacter eum in quo nihil ſibi cõpetebat, appetit: iure illum quem quaſi iuſtè tenebat, amiſit. Prudentia itaque non virtute percuſſus eſt, qui dum ad tentãdum deum ſoluitur, ab homine poſsidendo religatur: vt inde eum qui ſub ipſo erat, perderet: vnde cũ illo qui ſuper ipſum eſt, cõgredi præſumpſiſſet. Occiſo autem carne domino, quæ prædicatores eius virtutũ gloria ſit ſecuta, narratur, cùm ſubditur:

Quòd apoſtoli accepto ſpiritu ſancto, ornati ſunt miraculis, & conſtanter obedire deo magis quàm hominibus parati fuerint.

Spiritus eius ornauit cœlos.) Quos cœlos, niſi eos de qui- Ps.
bus ſcriptum eſt: Cœli enarrant gloriam dei. Quos tunc ornauit ſpiritus, cùm repleuit. Quod Luca referente dicimus qui ait: Factus eſt repentè de cœlo ſonus, tanquam aduenientis Ac.
ſpiritus vehementis, & repleuit totam domũ vbi erant ſedentes. Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditq; ſuper ſingulos eorum. Et repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis. Ex eo ergo acceperunt ornamenta virtutis, quos immenſa antè poſſederat fœditas timoris. Scimus enim De
quòd ille apoſtolorum, id eſt, cœlorum primus, ante accepti ne Spi.
huius ſpiritus gratiam, quotiens dum mori timuit, vitam nega- M
uit. Qui non pœnis, non afflictionibus, non terribili poteſtate cuiuſquam, ſed vnius mancipij ſola eſt interrogatione proſtratus. Et quidem mancipium, ne ſexus firmior terribile demonſtraret, ancilla eſt inquirente tentatus. Rurſuſq́ue vt talis ſexus infirmitas, etiam officij ſui deiectione vileſceret, nõ ab ancilla tantummodo, ſed ab oſtiaria eſt ancilla requiſitus. Ecce quàm vilis eſt ad tentandum perſona requiſita, vt apertè proderetur, quanta eum timoris infirmitas poſsideret, qui nec ante vocem oſtiariæ ancillæ ſubſiſteret.

Caput. XVII.

SEd iam hic pauloante timidus, qualis poſt aduentum Diſcip.
ſpiritus extiterit, videamus. Certè Luca teſtante didiciconfeſſ.
mus, contra ſacerdotes ac principes quanta dominum auctoritate prædicauit. Nam cùm facto miraculo quæſtio fuiſſet exorta, & ſacerdotum principes, ſeniores ac ſcribæ in apoſtolorum perſecutionem concurrerent, eos in medio ſtatuentes: in qua virtute miraculum fecerint, pecunctan cu- Act.
rauerunt. Quibus repletus ſpiritu ſancto Petrus dixit: Principes populi & ſeniores, ſi nos hodie diiudicamur in beneficto hominis infirmi, in quo iſte ſaluus eſt factus: notum ſit omnibus vobis, & omni plebi Iſraël: quia in nomine Ieſu Chriſti Nazaræi,

A sti Nazareni, quem vos crucifixistis, quem deus suscitauit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis saluus. Cùq; erga hæc persequentium furor excresceret, eosque sacerdotes ac principes Iesum prædicare prohiberent, contra iram principum qua auctoritate Petrus excreuerit, indicatur, cùm illic protin' subditur: Petrus verò & apostoli dixerunt: Obedire oportet deo magis quàm hominibus. Sed cùm auctoritatem prædicantiũ, resistentiam præcepta non premerent, ad flagella peruenitur. Nam subditur: Tunc principes sacerdotum cæsis denunciauerunt, ne loquerentur, in nomine Iesu, & dimiserunt eos. Sed quia apostolorum virtutem premere, nec flagella valuerunt: patenter ostenditur, cùm protinus subinfertur: Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Mox etiam post flagellorum gaudia quid agerent, indicatur. Omni autem die in templo, & circa domos non cessabant docentes & euangelizantes Christum Iesum. Ecce ille pauloante timidus, iam linguis loquitur, coruscat miraculis, infidelitatem sacerdotum ac principum libera voce increpat, ad prędicandum Iesum exẽplum auctoritatis cæteris pręstat: ne in nomine eius loqui debeat, verberibus prohibetur, nec tamen compescitur. Contẽnit flagella cædentium, qui pauloante requirentium verba timuerat: & qui ancillæ vires requisitus expauit, vires principũ cæsus premit. Sancti enim spiritus iam virtute solidatus, huius
B mundi altitudines libertatis calce deprimebat: vt in imo esse decerneret, quicquid cõtra creatoris gratiam altum tumeret.

Caput. XVIII.

HAec sunt ornamenta cœlorum, hæc sunt dona spiritus, quæ diuersis manifestari virtutibus solent, quas occultæ dispensationis munere diuisas, Paulus enu-
1. Corin. 12. merat dicens: Alij quidem per spiritum datur sermo sapiẽtiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatum in vno spiritu: alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Quæ mox generali definitione concludẽs, ait: Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. De his
Psalm. 32. etiam cœlis in Psalmo dictum est: Verbo domini cœli firmati
Ibidem. sunt. De his quoque ornamentis spiritus subditur: Et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Bene itaq; dicitur: Spiritus eius ornauit cœlos: quia prædicatores sancti nisi promissa paracleti dona perciperent, nullo fortitudinis decore claruissent. Sed quia sanctis apostolis virtutum gratia decoratis, vitę prædicatio contra infidelium corda conualuit: & antiquus hostis obsessas infidelium mentes prædicatorum vocibus expulsus reliquit, post ornamenta cœlorum aptè subiungitur:

Quòd mediante manu diuina antiquus hostis à peccatorum cordibus, quasi de cauernis suis eiectus est.

Et obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus.)
C Quis enim colubri appellatur nomine, nisi antiquus hostis, & lubricus, & tortuosus, qui decipiendo homini colubri ore lo-
Esaiæ. 27. cutus est? De quo per prophetam dicitur: Leuiathan serpentem, vectem tortuosum. Qui idcirco loqui serpentis ore permissus est, vt ex ipso vase eius homo cognosceret, qualis esset qui intus habitaret. Serpens quippe non solum tortuosus est, sed etiam lubricus. Qui ergo in rectitudine veritatis non stetit, tortuosum animal intrauit. Quia igitur suggestioni eius, si primò non resistitur: repente totus ad interiora cordis dũ nõ sentitur, illabitur, verba ad hominem per animal lubricum fecit. Cauernæ verò huius colubri, corda fuerãt iniquorũ. Quæ quia ad prauitatem propriam traxit, quasi in eorũ habitatione requieuit. Sed obstetricante manu domini, tortuosus coluber de propriis cauernis expulsus est: quia dum nobis diuina gratia medetur, is qui nos tenuerat antiquus à nobis hostis eii
Ioan. 12. citur, sicut incarnata veritas dicit: Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Vnde iam nunc sanctos omnes non tenẽdo possidet, sed tentando persequitur. Nã quia non in eis intrinsecus regnat, contra eos pugnat extrinsecus: & quia intus dominium perdidit, bella molitur foris. Ille enim eum de carnalibus hominum cordibus expulit: qui propter homines ad incarnationem venit: dumq; corda infidelium tenuit, quasi ma-
Esaiæ. 11. num ad latibula serpentis misit. Vnde rectè per prophetã dicitur: Delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis: & D
in cauerna reguli qui ablactatus fuerit, manum suam mittet. Non nocebunt, & non occident in vniuerso monte sancto meo. Quem nanque infantem ab vbere, vel eum qui ablactatus fuerit, nisi deum appellat? Quid verò foramine aspidis & cauernis reguli, nisi corda signauit iniquorum? Quia antiquus hostis dum totum se in eorum consensum contulit, quasi in foramine proprio coluber tortuosus, sinus astutiæ colligendo glomerauit. Quem & aspidis nomine appellat occultè sæuientem, & reguli apertè ferientem. Manum ergo suam dominus in foramine reguli atque aspidis misit, quando iniquorũ corda diuina potestate tenuit: & comprehensum exinde aspidem vel regulum, id est, captiuum diabolum traxit: vt in mõte sancto eius, quæ est Ecclesia, electis fidelibus non noceret. Hinc
Canti. 4. nanque in canticis canticorum sponso venienti dicitur: Coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum. Quid aliud leonum nomine, ij dæmonia designantur, qui ira contra nos atrocissimę crudelitatis insæuiũt? Et quia peccatores ad fidem vocati sunt, quorum quondam corda, leonum cubilia fuerunt, dum viciſſe mortem dominus eorum confessione creditur, quasi de leonum cubilibus coronatur. Remuneratio quippe victoriæ corona est. Totiẽs ergo ei coronam fideles offerunt, quotiẽs hunc viciſſe mortẽ ex resurrectione confitentur. Leo ergo de cubilibus suis pellitur: quia obstetricante manu domini, tortuosus coluber in cauernis quas tenuerat, habitare prohibetur. Nam victus à fideliũ E
cordibus exit, qui super hæc antea sceptro perfidię regnauit. Ecce in paucis breuibusq; sententiis sanctus vir aduentus dominici ordinem retulit, pondera expressit: quid ex eius incarnatione fieri potuit, admirando narrauit.

Quàm terribilis erit deus in iudicio, qui etiam cùm iudicandus venit, vna voce suos persecutores strauit: & quanta sit eius ira, cuius intolerabilis est etiam mansuetudo. Caput. XIX.

SEd qui mira fecit in humilitate veniens, considerari non potest, cum quãto terrore venturus est, in maiestatis suæ fortitudine apparens. Ordo primi aduentus illius pensari, & conspici intantum potuit, inquantum ad redimẽdos carnales veniens, diuinitatis suæ magnitudinem carnalibus oculis temperauit. Quis verò eius cellitudinis terrorem ferat, cùm secundi aduentus potentia per ignem iudicium exercẽs, in potestatis suę maiestate canduerit? Vnde vir sanctus aduentum illius narrat primum, sed lassatur ad secundum, dicẽs: Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum eius. Et cùm vix paruam stillam sermonum eius audierimus, quis poterit tonitruũ magnitudinis illius intueri? Quid hoc loco viarũ nomine, nisi actiones domini appellat? Vnde & per prophetam dominus dicit: Non *Esa. 55.* enim sunt viæ meæ sicut viæ vestræ. Aduentum ergo domini *De aduentu Christi.* narrans, vias dei ex parte retulerat: quia alia eius actio fuit qua nos condidit', alia qua redemit. Ea itaque quę de domini a- F
ctione narrauit, extremi iudicij comparatione leuigans, ait: Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum eius. Quod & paruã stillam sermonum eius appellat: quia quicquid altum, quicquid terribile in hac vita positi, de eius cõsideratione cognoscimus, ex immensitate cœlestium secretorũ, velut tenuis ad nos gutta superni liquoris emanat: Et quis poterit tonitruũ magnitudinis eius intueri?) Ac si apertè dicat: Si humilitatis eius ad- *De horrore aduẽtus eius ad iudicii.* miranda vix ferimus: horrendum atque terribilem maiestatis eius aduentum, qua virtute tolerabimus? Hunc tonitruum aduentus illius etiam Psalmista insinuat, dicens: Deus manifestè *Psal. 49.* veniet, deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida. Hunc Sophonias *Sopho. 1.* propheta denunciat, dicens: Iuxtà est dies domini magnus, iuxtà & velox nimis. Vos diei domini amara, tribulabit ibi fortis. Dies illa dies iræ, dies tribulationis & angustię, dies calamitatis & miserię, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulę & turbinis, dies tubæ & clangoris. Terrorem ergo districti examinis, quem Sophonias tubam, beatus verò Iob tonitruum appellat, Ioël quoque considerans, ait: Conturbentur omnes ha- *Ioel. 2.*
bitatores terræ: quia venit dies domini, quia propè est dies tenebrarũ & caliginis, dies nubis & turbinis. Magnus enim dies domini & terribilis valde, & quis sustinebit eũ? Sed quàm incomprehensibilis sit, atque inconsiderabilis illa magnitudo, qua in se-

G qua in ſecunda oſtenſione venturus eſt: bene vtcunq; perpendimus, ſi primi aduentus pondera ſollicita conſideratione pẽſamus. Certè vt nos à morte redimeret, mori dominus venit, & defectum noſtræ carnis in ſuo corpore pœnasq; tolerauit. Qui priuſquã ad crucis patibulum peruenireț: teneri, cõſpui, illudi, & alapis cædi ſe pertulit. Ecce ad quanta propter nos venire probra conſenſit: & tamen priuſquam ſe teneri permitteret, perſecutores ſuos requiſiuit, dicens: Quem quæritis? Cui ilico reſponderunt: Ieſum Nazarænum. Quibus cùm repentè *Ioan. 18.* diceret: Ego ſum, vocem ſolummodo mitiſsimę reſponſionis edidit, & armatos perſecutores ſuos protinus in terrã ſtrauit: Quid ergo facturus eſt cùm iudicaturus venerit, qui vna voce hoſtes ſuos perculit, etiam eùm iudicandus venit? Quod eſt illud iudicium quod immortalis exerit, qui in vna voce non potuit ferri moriturus? Quis eius iram toleret, cuius & ipſa nõ potuit manſuetudo tolerari? Cõſideret ergo vir ſanctus, & dicat: Cùm vix paruam ſtillam ſermonum eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

Quis eius irã toleret, cuius manſuetudo nõ potuit tolerari?

Libri decimiſeptimi Moralium ſancti Gregorij finis.

LIBER MORALIUM ſancti Gregorij

H decimusoctauus.

PLærunque in ſacro eloquio ſic nonnulla myſtica deſcribuntur, vt tamẽ iuxta narrationem hiſtoricam prolata videantur. Sed ſæpe dicta talia in eadem hiſtorica narratione permixta ſunt, per quę ſuperficies hiſtorię cuncta caſſetur, quæ dum nil hiſtoricum reſonat, aliud in eis inquirere lectorem cogunt. His enim dictis quæ aperta credimus, cùm interiecta aliqua obſcurius inuenimus, quaſi quibuſdam ſtimulis pungimur: vt ad aliqua altius intelligenda vigilemus, & obſcurius prolata ſentiamus, ea etiam quæ apertè dicta putauimus. Cùm ergo beatus Iob de ſermone domini, & de magnitudine tonitrui loqueretur, eiſdem verbis protinus ſubinfertur:

Libri XVIII. Moralium in Viceſimumſeptimum caput textus beati Iob, Caput primum.

ADdidit quoque Iob aſſumens parabolam ſuam, & dixit: Viuit deus qui abſtulit iudicium meum, & omnipotẽs,
I qui ad amaritudinem adduxit animã meam: quia donec ſupereſt halitus in me, & ſpiritus dei in naribus meis, nõ loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium. Abſit à me vt iuſtos vos eſſe iudicem. Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Iuſtificationem meam quam cœpi, tenere non deſeram. Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Sicut impius inimicus meus, & aduerſarius meus quaſi iniquus. Quæ eſt enim ſpes hypocritæ, ſi auarè rapiat, & non liberet deus animam eius? Nunquid deus audiet clamorem eius, cùm venerit ſuper eum anguſtia? Aut poterit in omnipotente delectari, & inuocare deum omni tempore? Docebo vos per manũ dei, quæ omnipotens habeat, nec abſcondam. Ecce vos omnes noſtis: & quid ſine cauſa vana loquimini? Hæc eſt pars hominis impij apud deum, & hæreditas violẽtorum, quam ab omnipotente ſuſcipient. Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes eius non ſaturabuntur pane. Qui reliqui fuerint ex eo, ſepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabunt. Si comportauerit quaſi terram argentum, & ſicut lutum prępara-

uerit veſtimenta, præparabit quidem, ſed iuſtus veſtie- K
tur illis, & argentũ innocens diuidet. Aedificauit ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cuſtos fecit vmbraculum. Diues cùm dormierit, nihil ſecum auferet: aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet. Apprehẽdet eum quaſi aqua inopia, nocte opprimet eum tempeſtas. Tollet eum vẽtus vrens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco ſuo. Emittet ſuper eum, & non parcet. De manu eius fugiens, fugiet: ſtringet ſuper eum manus ſuas, & ſibilabit ſuper illum intuens locum eius.

ADdidit quoq; Iob aſſumens parabolam ſuam, & ait.) Quo profectò verſu oſtenditur huius ſanctiſsimi viri dicta quàm myſticè ſint prolata: dum parabola, id eſt, ſimilitudo aſſumpta narratur ab eo, qui nihil inſerius per comparationem, vel ſimilitudinẽ loquitur. Abſit enim ne hoc loco parabolam illud muſicę organum ſentiamus. Neq; enim fas eſt credere, quòd in afflictione pœnarum muſicis vteretur, cùm per ſcripturam ſuã veritas dicat: Muſica in luctu, importuna narratio eſt. Nominata ergo parabola, ex textu ipſo loquente iam diſcimus, ne iuxta textum tantummodo eius verba penſemus. Ad eam itaq; ſimilitudinem cũcta trahẽda ſunt, qua figuratè Eccleſia deſignatur. Et in ipſo quidẽ locutionis exordio dicta apertè prolata ſunt, ſed ſubiũctis obſcurioribus L
implicant. Nã plana, vt ſolet, locutione inchoat, ſed verba ſua per myſticos ſenſus grauida narratione conſummat: itaq; ait:

Quòd ſancti contra verba detrahentia, vtuntur ſapientia: contra perſecutorum gladios, patientia.

Viuit deus qui abſtulit iudicium meum, & omnipotẽs qui ad amaritudinem adduxit animam meam.) Quibus nimirum verbis beatus Iob & ſua narrat, & ſanctæ Eccleſiæ tẽpora afflictæ ſignificat, in quibus aperta infidelium peruicacia premitur, & perſecutionis amaritudine perturbatur. Duobus nanq; modis Eccleſia tentari ab aduerſariis ſolet: vt videlicet perſecutionem, aut verbis patiatur, aut gladiis. Sancta verò Eccleſia ſummopere habere ſapientiam & patiẽtiam ſtudet. Sed exercetur eius ſapiẽtia cùm tentatur verbis, & exercetur eius patientia cùm tentatur gladiis. Nunc verò de ea perſecutione loquit, in qua non gladiis, ſed falſis aſſertionibus laceſſitur. Multos enim nouimus, qui cùm in hac vita aliqua aduerſa patiuntur, deum eſſe non credunt. Nõnulli verò deum eſſe æſtimãt, ſed res humanas minimè curare. De illis quippe per Dauid dicitur: Dixit inſipiens in corde ſuo, nõ eſt deus. Iſti verò apud *Pſal. 13.* ſe dicunt: Quomodo ſcit deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo? Et *Pſal. 72.* rurſus: Et dixerunt, non videbit dominus, nec intelliget deus Iacob. Vir ergo iſte ſanctæ Eccleſiæ typum geſtans, in ipſa afflictionis ſuæ amaritudine conſtitutus, contra vtroſque reſpõ M
dit. Nam quia eſſentiam vita habet, mors non habet, vt deum eſſe fateretur, ait: Viuit deus. Vt verò eum res humanas curare perhiberet, ſubdidit: Qui abſtulit iudicium meum, & ad amaritudinem adduxit animam meam. Iſta etenim quę patitur, non caſu ſe perpeti, ſed deo omnia diſponente teſtatur: nec tẽtatori ſuo amaritudinis ſuæ poteſtatẽ tribuit, ſed auctori. Scr nanq;, quia diabolus licèt afflictionem iuſtorum ſemper appetat: tamen ſi ab auctore noſtro poteſtatem non accipit, ad tentationis articulum nullatenus conualeſcit. Vnde & omnis voluntas diaboli iniuſta eſt, & tamen permittẽte deo omnis poteſtas iuſta. Ex ſe enim tentare quoslibet iniuſtè appetit, ſed eos qui tentandi ſunt, prout tentandi ſunt, non niſi tentari deus iuſtè permittit.

Caput. II.

VNde etiam in libris Regum, de diabolo ſcriptum *1. Reg. 16.*
eſt: quia ſpiritus domini malus irruebat in Saul. Vbi iuſtè quæritur: ſi domini, cur malus: & ſi malus, cur domini dicatur? Sed duobus verbis comprehenſa eſt poteſtas iuſta in diabolo, & voluntas iniuſta. Nam & ipſe dicitur ſpiritus malus per nequiſsimam voluntatem: & idem ſpiritus domini per acceptam iuſtiſsimam poteſtatem. Bene ergo dicitur: Viuit deus, qui abſtulit iudicium meum, & omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam: quia etſi hoſtis fæuit, qui ferire appetit, creator tamen eſt qui eum ad aliquid

prxualere

A prævalere permittit. Sed quia sanctus vir ad aliquid inuocata dei vita se constrinxit: audiamus quid sese constringẽdo subiungit: Sequitur:

Quòd illud genus mendacij in quo quis vitam præstando mentitur, facillimè relaxari credendum sit: & de mendacio obstetricum Aegypti.

Quia donec supereſt halitus in me, & ſpiritus dei in naribus meis: non loquentur labia mea iniquitatẽ, nec lingua mea meditabitur mẽdacium.) Quod prius iniquitatem: hoc poſtmodum repetens, mendacium dicit. Nam & omne mendaciũ iniquitas eſt, & omnis iniquitas mẽdacium: quia profectò ab æquitate diſcrepat: q̃quid à veritate diſcordat. Sed inter hoc quod ait, loqui: & poſtmodum ſubdit, meditari: magna diſtãtia eſt. Nonnunquam enim peius eſt mendacium meditari, q̃ loqui. Nam loqui plærunque præcipitationis eſt, meditari verò ſtudioſæ prauitatis. Et quis ignoret in quanta diſtantia culpa diſtinguitur: vtrum præcipitatione aliquis, an ſtudio mentiatur? Sed vir ſanctus, vt perfectè adhæreat veritati, nec ſtudio ſe perhibet, nec præcipitatione mentiri. Summopere enim cauendum eſt omne mendacium, quanuis nonnunquam ſit aliquod mẽdacij genus culpæ leuioris, ſi quiſquam vitam præſtando mentitur. Sed quia ſcriptum eſt: Os quod mẽtitur, occidit animam: &, Perdes omnes qui loquuntur mendacium: hoc quoque mendacij genus perfecti viri ſummopere fugiũt, vt nec vita cuiuſlibet per eorum fallaciam defendatur, ne ſuæ animæ noceant, dum præſtare vitam carni nituntur alienæ, q̃q̃ hoc ipſum peccati genus facillimè credimus relaxari. Nam ſi quælibet culpa ſequenti ſolet pia operatione purgari, quanto magis hæc facilè abſtergitur, quàm mater boni operis pietas ipſa comitatur? Nonnulli verò de obſtetricum fallacia conantur aſſerere hoc mendacij genus non eſſe peccatum: maximè quòd illis mentientibus ſcriptum eſt, quia ædificauit illis dominus domos. In qua magis recompenſatione cognoſcitur, quid mendacij culpa mereatur. Nam benignitatis earum merces, quę eis in æterna potuit vita retribui: pro admiſſa culpa mendacij, in terrenam eſt recompenſationem declinata: vt in vita ſua quam mentiendo tueri voluerunt, ea quæ fecerũt, bona reciperent: & vlterius quod expectarent, mercedis ſuæ præmium non haberent. Nam ſi ſubtiliter perpẽdatur, amore vitæ præſentis mentitæ ſunt, non intentione mercedis. Parcendo quippe conatæ ſunt infantium vitam tegere, mentiendo ſuam. Et licèt in teſtamento veteri nonnulla poſſint talia reperiri, penè nunquam tamen hoc, vel tale genus mendacij à perfectis admiſſum, ſtudioſus ibi lector inueniet: quãuis mendacium quandam tenere veritatis imaginem videatur, & ſub veteri forſitan teſtamento minoris culpæ eſſe potuit, in quo per taurorum hircorumque victimas, ſacrificium non fuit ipſa veritas, ſed vmbra veritatis. Nam in teſtamento nouo præceptis altioribus manifeſtata per carnem veritate proficimus: iuſtumque eſt, vt facta quædam quæ in illo populo vmbræ veritatis deſeruierant, deſeramus. Caput. III.

Peius eſt quandoque mẽdacium meditari quã loqui.

Sapien. 1.

Pſalm. 5.

B *Facillimè hoc peccati genus relaxatur.*

De mendacio obſtetricum.

Exodi.

C

SI quis verò per teſtamentum vetus vult ſuum tueri mendacium, quia minus illic quibuſdam fortaſſe nocuerit, dicat, neceſſe eſſe rerum alienarum raptum: dicat, retributionem iniuriæ, quæ infirmis illic conceſſa ſunt, ſibi nocere nõ poſſe. Quæ omnia cunctis liquet, quanta animaduerſione veritas inſequitur, quę nobis iã ſignificationis ſuæ vmbra poſtpoſita, in vera carne declaratur. Sed quia ſanctus vir, nec loqui ſe, nec meditari mendacium ſponder: hæc ipſa in quibus veritati congruit, exequendo ſubiungit: Abſit à me, vt iuſtos vos eſſe iudicem. Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.) Ab innocentia quippe recederet, ſi bona de malis æſtimaret: Salomone atteſtante, qui ait: Qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum, vterque abominabilis eſt ante deum. Sunt nanque nonnulli qui dum malè facta hominum laudibus efferunt, augent quę increpare debuerunt. Hinc enim per Prophetam dicitur: Væ qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciũt cerucalia ſub capite vniuerſæ ætatis. Ad hoc quippe puluillus ponitur, vt mollius quieſcatur. Quiſquis ergo malè agentibus adulatur, puluillum ſub capite, vel cubito iacentis ponit: vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quieſcat. Hinc rurſum ſcriptum eſt: Ipſe ędificabat parietem, illi autem liniebãt eum. Parietis quippe nomine, peccati duritia deſignatur. Aedificare ergo parietem, eſt contra ſe quempiam obſtacula peccati conſtruere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur: vt quod illi peruerſè agentes ędificant, ipſi adulantes quaſi nitidum reddant. Sed ſanctus vir, ſicut mala de bonis non æſtimat, ita iudicare bona de malis recuſãt, dicens: Abſit à me vt iuſtos vos iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Vbi aptè ſubiungit: Iuſtificationem meam quam cœpi, tenere non deſeram.) Cœptam nanque iuſtificationem deſereret, ſi in peccantium laudem declinaret. Sed quia tunc verius à peccatis alienis abſiſtimus, cùm prius nos à propriis cuſtodimus: cur de eis peccare pertimeſcat, rationis cauſam inſinuat, cùm ſubiungit:

Proverb. 17

Eccech. 13.

Quòd ſanctos cor ſuum non reprehendit, quos peccati conſcius non accuſat.

Neque enim reprehẽdit me cor meum in omni vita mea.) Ac ſi apertè dicat: Pro vobis non debeo ad culpam pertrahi, qui peccare in propriis formidaui. Sciendum verò eſt, quòd quiſquis à præceptis dominicis diſcordat opere, quotiens ea audit: à corde ſuo reprehenditur, atque confunditur: quia id quod non fecerit, memoratur. Nam in quo ſe erraſſe conſiderat, ipſa ſe latenter conſcientia accuſat. Vnde Dauid Propheta deprecatur, dicens: Tunc non confundar, dum reſpicio omnia mandata tua. Grauiter nanque vnuſquiſque confunditur, quando mandata dei, vel legendo, vel audiendo reſpicit, quæ viuendo contempſit. Hinc enim Ioannis voce dicitur: Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum: & quicquid petierimus ab eo, accipiemus. Ac ſi diceret: Si id quod præcipit, facimus: id quod petimus, obtinebimus. Val de nanque apud deum vtraque hæc ſibi neceſſariò congruũt: vt & oratione operatio, & operatione fulciatur oratio. Hinc enim Hieremias ait: Scrutemur vias noſtras, & quæramus, & reuertamur ad dominum. Leuemus corda noſtra cum manibus ad deum in cœlos. Vias etenim noſtras ſcrutari, eſt cogitationum interna diſcutere. Corda verò cum manibus leuat, qui orationem ſuam operibus roborat. Nam quiſquis orat, ſed operari diſſimulat: cor leuat, & manus nõ leuat. Quiſquis verò operatur, & non orat: manus leuat, & cor non leuat. Iuxta ergo Ioannis vocem, tunc cor fiduciam in oratione accipit, cùm ſibi vitæ prauitas nulla contradicit. De qua rectè fiducia à ſancto viro nunc dicitur. Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Ac ſi apertè dicat: Nequaquam ſe feciſſe reminiſcitur, vnde in ſuis precibus confundatur.

Pſalm. 118.

D

E

1. Ioan. 3.

Thre. 3.

Caput. IIII.

SEd quæri poteſt quo pacto à corde ſuo reprehendi ſe denegat, qui ſe peccaſſe ſuperius accuſat, dicens: Peccaui: quid faciam tibi ô cuſtos hominum? Vel certè: Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me. Sed ſciendũ eſt, q̃ ſunt peccata quæ à iuſtis vitari poſſunt, & ſunt nõnulla quę etiam à iuſtis vitari non poſſunt. Cuius enim cor in hac corruptibili carne conſiſtens, in ſiniſtra cogitatione non labitur, vel ſi vſque ad conſenſus foueam non mergatur? Et tamẽ hæc ipſa praua cogitare, peccare eſt. Sed dum cogitationi reſiſtit, à confuſione ſua animus liberatur. Mens ergo iuſtorum, etſi libera eſt à peruerſo opere, aliquando tamen corruit in peruerſa cogitatione. Et in peccatum ergo labitur, quia ſaltem in cogitatione declinatur: & tamen vnde ſemetipſam poſtmodum flendo reprehẽdat, non habet: quia antè ſe reparat, quàm per conſenſum cadat. Rectè ergo is qui peccatorem ſe confeſſus eſt, nequaquam ſe à ſuo corde reprehendi confitetur: quia & ſi qua illicita fortaſſe cogitando defuit vnquam rectitudini, forti tamen mentis certamine reſtitit cogitationi. Sequitur:

F *Sũt peccata quæ à iuſtis vitari poſſunt, & non poſſunt.*

Nã praua cogitare, peccare eſt.

Quòd ſancti peſſimorum conſortia execrantur.

Sicut impius inimicus meus, & aduerſarius meus quaſi iniquus.) In ſacro eloquio, ſicut & quaſi aliquando nõ pro ſimilitudine ponitur, ſed pro veritate. Vnde eſt illud: Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre. Vnde & hìc quoque, ſicut & quaſi pro affirmatione potius quàm pro ſimilitudine dictum videtur. Inter impium verò & iniquum hoc diſtare nonnunquam ſolet: quia omnis impius iniquus, non tamen omnis iniquus eſt impius. Impius nanq; pro infideli ponitur,

Ioan. 1.

Diſtantia inter impiũ & iniquũ.

Impius.

G nitur,id est, à pietate religionis alienus. Iniquus vero dicitur,
Iniquus. qui prauitate operis ab æquitate discordat,vel si fortasse Chri
stianæ fidei nomen portat.Beati igitur Iob voce typica, san-
cta Ecclesia,quia alios rectæ fidei contradicentes tolerat,im-
pium se habere fatetur inimicum.Quia verò alios sub præte-
xtu fidei intus positos in prauis operibus patitur,iniquum suú
aduersarium detestatur.Si autem sicut & quasi oportet magis,
vt pro similitudine positũ sentiamus:sancta Ecclesia eos quos
viuentes carnaliter intra se tolerat, de similitudine impiorum
notat. Intus quippe ei inimicus est,qui fidelem se dum affir-
mat vocibus,moribus negat. Et quia eum velut infidelem æ-
stimat, qui illam specietenus intus positus vitio prauæ actio-
nis impugnat,rectè dicit:Sicut impius inimicus meus,&aduer
sarius meus quasi iniquus.Ac si apertè dicat: A me etiam fide
discrepat,qui mihi opere non concordat. Sequitur:

Quòd sancti non per hypocrisin fauorem hominum rapiant, licèt aliquando ad eruditionem proximorum bona sua ostendant.

Quæ enim spes est hypocritæ, si auarè rapiat, & non libe-
ret deus animam eius?) Hypocrita qui Latina lingua dicitur
simulator:iustus esse non appetit, sed videri.Et idcirco auarus
raptor est: quia dum iniquè agens desiderat de sanctitate ve-
nerari, laudem vitæ rapit alienę. Studium verò esse hypocri-
H tarum solet:vt & quod sunt,supprimant:& hoc quod nó sunt,
esse se hominibus innotescant:quatenus mensuram suam per
æstimationem transeant,& præire se cęteros actionis nomine
ostendant.Refugiunt videri quod sunt,& ante oculos homi-
num superducta quadam innocentiæ honestate se vestiunt.
Vnde rectè per Euangelium voce nostri redemptoris increpantur,cùm eis dicitur:Vę vobis hypocritæ,quia similes facti
Mat.23.& Luc.11. estis sepulchris dealbatis:quæ foris quidem apparent hominibus speciosa, intus verò sunt plena ossibus mortuorum, & omni spurcitia.Ita & vos foris quidem apparetis hominibus iusti,intus verò pleni estis auaritia & iniquitate.

Caput. V.

QVo contra omnes veraciter sancti, non solum gloriam supra modum suum omnino non appetũt: sed etiam hoc ipsum videri refugiunt,quod esse meruerunt. Vnde ille prædicator egregius veritatis,cõtra pseudoapostolos loquens,dum virtutes eximias operationis suæ pro discipulorum eruditione narraret,dum tot se pericula tolerasse coaceruata persecutione describeret:& post hęc vsque ad tertium cœlum, rursumque in paradisum raptum se esse memoraret,vbi tanta cognoscere potuisset, quanta loqui omnino non posset:erat de se adhuc fortasse admirabiliora lo
2.Cor.12. cuturus:sed ab humana laude alta se consideratione tẽperans, subdit: Parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me,aut audit aliquid ex me.Habebat ergo adhuc dicendum de se aliquid,qui parcit dicere: sed egit vtrunque doctor
I egregius, vt & loquendo quæ egerat,discipulos instrueret,& tacendo sese intra humilitatis limitem custodiret.Nimis nanque esset ingrat⁹,si de se discipulis tota reticeret:& fortasse nimis incautus,si de se tota,vel discipulis proderet, sed mirabiliter,vt dictum est, egit vtrunque:vt loquẽdo erudiret vitam audientium, & tacendo custodiret suam. Sciendum verò est, quòd sancti viri quotiens de se aliquid sequentibus innotescunt,morem creatoris sui imitantur.Nam deus qui nos prohibet, ne proprio ore laudemur, per scripturam sacram laudes suas loquitur:non quia ipse eis indiget,qui proficere laudibus nescit:sed dum suam nobis magnitudinem narrat,nostram ad se imperitiam subleuat:& bona sua loquendo nos edocet,quẽ omnino homo non cognoscere, si de se tacere voluisset. Idcirco ergo laudes suas indicat,vt valeamus eum audientes cognoscere,cognoscentes amare,amantes sequi,sequentes adipisci,adipiscentes verò eius visione perfrui. Vnde Psalmista ait:
Psalm.110. Virtutem operum suorum annunciabit populo suo:vt det illis hæreditatem gentium. Ac si apertè dicat:Idcirco fortitudinem suæ operationis insinuat,vt eum qui audierit,donis ditescat.Morem ergo sui creatoris imitantes sancti viri,nonnunquam quædam de se,vt audientes instruant,non vt ipsi proficiant,manifestant:& tamen in his alta se consideratione custodiunt, ne dum alios à terrena intentione erigunt,ipsi in terrenæ laudis appetitione mergantur. Quorum plærunque dicta imitantur hypocritæ,sed dictorum sensum penitus ignorant: K
quia quod iusti agunt ad vtilitatem proximi,hoc ipsi faciunt ad extensionem nominis sui. Sanctus autem vir hypocritas intuens,nequaquam gloriam futuram appetere, sed cupere præsentem tenere ait:Quæ enim spes est hypocritæ?quia dũ præ- *Rom*
sentia diligit,futura minimè sperat.Scriptũ nanque est:Quod enim videt quis,quid sperat?Idcirco ergo ab hypocrita ad æterna præmia per spem minimè tenditur:quia quod aliò quærendum fuerat,hic se tenere gloriatur.Cuius quia culpa prolata est,etiam pœna subiungitur,cùm protinus subinfert: Nũquid clamorem eius audiet deus, cùm venerit super illum angustia?)Clamorem eius angustiæ tempore deus nõ audit,quia *Clamo audire*
tranquillitatis tempore in præceptis suis ipse clamantem do- *Prouer.*
minum non audiuit. Scriptum quippe est: Qui auertit aurem suam ne audiat legem,oratio eius erit execrabilis.Sanctus itaque vir intuens, quia omnes qui nunc operari recta contemnunt,extremo se tempore ad petitionis verba conuertunt,dicit:Nunquid clamorẽ eius audiet deus?Quibus profectò verbis,vocib⁹ nostri redemptoris obsequitur,qui ait: Nouissimè veniunt,& fatuę virgines dicentes: Domine domine,aperi nobis.Et respondetur eis:Amen dico vobis,nescio vos:quia tanto magna tunc exercetur seueritas, quanto nunc maior misericordia prorogatur: & districtè tunc iudicium non correctis exerit, qui pietatem nunc delinquentibus patienter impendit.Hine etenim propheta ait:Quærite dominum dũ inueniri L
potest:inuocate eum dum propè est. Modo enim non videt, *Esaiæ*
& propè est:tunc videbitur,& propè non erit. Necdum in iudicio apparuit:& si quęritur,inuenitur.Nam miro modo cùm in iudicio apparuerit,& videri potest,& non potest inueniri.

Caput. VI.

HInc Salomon sapientiam refert,& suauiter blandientem,& terribiliter iudicantem, dicens:Sapientia foris prædicat,in plateis dat vocem suam.Cuiusvocem *Prouerb.*
quoque insinuat,subdẽs: Vsquequo paruuli diligitis infantiã, *Idem*
& stulti ea quæ sibi sunt noxia,cupient, & imprudentes odibunt scientiam?Conuertimini ad correctionẽ meam:en proferam vobis spiritum meum, & ostendam verba mea.En vidimus qualibus verbis expressa est dulcedo vocantis. Videamus nunc quibus insinuatur modis seueritas increpantis,vt in fine quandoque se exerceat districtio punictis. Quia vocaui, inquit,& renuistis:extendi manũ meam, & non fuit qui aspiceret:despexistis omne consilium meũ,& increpationes meas neglexistis.Dicat iam qualiter feriat,quos ad se nullatenus reuertentes tanta longanimitate sustentat.Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo cùm vobis quod timebatis aduenerit, cùm irruerit repentina calamitas,& interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio & angustia.Tunc inuocabunt me,& non exaudiam:mane con- M
surgent, & non inuenient me. Ore itaque sapientissimi Salomonis cuncta de superno iudicio diligẽter expressa sunt:quia & prius dulciter vocat,& postmodum terribiliter increpat,& ad extremum irretractabiliter dãnat.Bene ergo dicitur:Nunquid clamorem eius audiet deus, quando venerit super illum angustia? Quia nimirum omnis hypocrita tunc remedium clamore non inuenit, qui nunc tempus congruum clamoris perdit.De cuius adhuc prauitate subiungitur:

Quòd qui in hoc mundo delectatur, in deo delectationem habere non possit.

Aut poterit in omnipotente delectari?) Qui enim terrenarum rerum amore vincitur,in deo nullatenus delectatur.Esse quidem sine delectatione anima nunq̃ potest. Nã aut infimis *Animæ*
delectatur,aut summis: & quanto altiori studio exercetur ad *pondus*
summa, tanto maiori fastidio torpescit ad infima: quantoque *sua ad*
acriore cura inardescit ad infima,tanto tepore damnabili frigescit à summis. Vtraque enim simul & æqualiter amari non possunt.Vnde Ioannes apostolus sciens inter spinas amorum secularium, supernæ charitatis messem germinare non posse, priusquam æterni amoris semina proferat, de audientũ cordibus sancta verbi manu,amorum secularium spinas eradicat, dicens:Nolite diligere mundum,neque ea quæ in mũdo sunt. Moxque subiũgit:Quia si quis diligit mundũ, nõ est charitas *1.Ioan.*
patris in eo.Ac si apertè dicat: Vtrique se amores in vno cor-

de non

A de non capiunt, nec in eo ſeges ſupernæ charitatis pullulat, in quo illam ſpinæ infimæ delectationis necant. Atque illas ex hac infima delectatione naſcentes enumerat punctiones, dicens: Quia omne quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis
Ioan. 2. eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, quæ non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt. & mundus tranſit, & concupiſcētia eius. Delectari ergo in deo hypocrita non valet: quia in eius mente deſideria ſuperna non prodeunt, quam profectò ſpinę terrenę amoris premunt. De quo aptè ſubditur: Et inuocare deum in omni tempore?) Tunc quippe hypocrita deum inuocat, cum hunc terrenarum rerum tribulatio anguſtat. Nam cùm in hoc ſeculo effectum quæſitæ fœlicitatis inuenerit, auctorem qui hanc ipſam fœlicitatem tribuit, nō requirit. Quia verò, vt prædiximus, eſſe ars docentium debet, vt in auditorū ſuorū mentibus prius ſtudeant peruerſa deſtruere, & poſtmodum recta prædicare, ne bonum ſanctæ prædicationis ſemen
Hiere. 1. plena malis corda non capiant: vnde ad Hieremiam dicit: Ecce cōſtitui te hodie ſuper gētes & regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. Prius itaque iubetur vt deſtruat, & poſtmodum ædificet: prius vt euellat, & poſtmodum plantet: quia nequaquam rectæ veritatis fundamentum ponitur, niſi prius erroris fabrica deſtruatur. Beatus Iob poſtquam cauſas vniuerſalis Eccleſiæ, amicorum ſuorum dictis quaſi contra hæreticorum verba reſpondit, eorumque elationem multimoda reſpōſione deſtruxit, iā docere ſe per-
B hibet: vt videlicet apertè videatur in his quæ ſubdidit, recta plantare: in his verò quę premiſit, euulſiſſe peruerſa. Sequitur:

Quòd ſuperbi ſibi attribuunt quod ſapiunt, ſancti verò totum deo aſcribunt.

Docebo vos per manum dei quæ omnipotens habeat, nec abſcondam.) Sic beatus Iob loquitur verbis ſuis, vt aliquid ſignet ex noſtris. Nam ſancta Eccleſia docens, inquantum cognoſcere expedit, nihil veritatis abſcondit. Quia enim manus dei vocatur filius, omnia quippe per ipſum facta ſunt, per manum dei docere ſe perhibet eos quos in propria ſapientia remanere fatuos videt. Ac ſi apertè dicat: Ego ex me aliquid neſcio: ſed quicquid de veritate ſentio, hoc ex eiuſdem veritatis largitate comprehendo. Vos idcirco recta nō ſapitis: quia hāc eādem veſtram ſapientiam non dei manui, ſed vobiſmetipſis datis. Nam hoſtes ſanctę Eccleſię, ſi quid veri aliquando ſentiunt, id propriis viribus tribuunt, & tanto magis ſe priuant ſuperna ſapientia, quanto illam quaſi ex ſuo ingenio habere priuatā volunt. Quibus aliquando datur ad iudicium ſuū: vt rectè quidem aliqua ſciant, ſed ex ipſa hac ſcientia obligatiores ad pœnam fiunt. Vnde aptè ſubditur: Caput. VII.

Luc. 12. ECce vos omnes noſtis: & quid ſine cauſa vana loquimini?) Scriptum eſt: Seruus qui cognouit voluntatem domini ſui, & non paruit: & non fecit ſecundum voluntatem eius, plagis vapulabit multis. Qui autem non cognouit,
C & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Rurſumque ſcriptum
Iacobi. 4. eſt: Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi. Ad maioris ergo culpæ cumulum hoſtes ſuos ſancta Eccleſia phibet, & ſcire quod ſequi debeant, & ſequi nolle quod
Pſalm. 54. ſciant. De quibus alias dictum eſt: Deſcendant in infernum viuentes. Viui ſunt qui ſentiunt, quæ erga illos fiunt. Mortui enim nec ſciunt omnino, nec ſentiunt. Mortui itaque qui nō ſentiunt, pro neſcientibus: viuentes verò qui ſentiunt, pro ſcientibus poni ſolent. Viuentes ergo in infernum deſcendere, eſt ſcientes ſentientesque peccare. Sequitur:

Quòd hæretici & ſucceſſores eorum iudicium dei euadere non poſſunt, quibus in errore ſuo ſepultis, gaudent hi quos illi corrumpunt, cùm ad viam veritatis reducuntur.

Hæc eſt pars hominis impij apud deum, & hæreditas violentorum quam ab omnipotēte ſuſcipient.) Quàm profectò partem hęreditatemque protinus inſinuat, cùm ſubiungit: Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes eius
Impij vocā tur hæretici non ſaturabuntur pane.) Non abſurdè impij vocantur hæretici, qui per errorem praui dogmatis, à cognitione ſunt veritatis alieni, quos ſequenti verbo etiam violentos appellat: quippe qui ſcripturę ſacræ ſententias recta dogmata continentes,
Violenti. ad intellectum prauum conantur violenter inflectere. Violēti ergo ſunt, & ſi non rebus hominū, certè ſenſibus præceptorum. Filij autem violentorum ſunt ſequaces hęreticorum, qui D
dum eorum errori conſentiunt, quaſi ex eorum prædicatione *Filij violē torum.* generantur. Sed multiplicati in gladio erunt: quia quanuis modo immenſa multitudine in perdita libertate ſuccreſcunt, venturi tamen iudicis ſententia feriuntur. Vnde per Moyſen dominus dicit: Gladius meus manducabit carnes. Dei enim gla- *Deut. 32.*
dius carnes comedit: quia in extremo iudicio eius ſentētia eos qui carnaliter ſapiunt, occidit. Qua in re quærendum eſt, cur dicatur quod hanc partem atque hæreditatem ſuam praui ab omnipotente ꝑcipiunt? Sed rectè conſiderantibus liquet: quia etſi à ſeipſis habuerunt iniuſtè agere, ſupernæ tamen æquitati ſuppetit, iniuſtè acta, iuſtè iudicare: vt diuina ſentētia ordinet in pœnam, quos inordinata ſua actio traxit ad culpā. De quibus aptè ſubiungitur: Et nepotes eius non ſaturabuntur pane.) Nepotes quippe hęreticorum ſunt qui de errātium filiorum prædicatione naſcuntur. Quos nequaquam panis ſatiat: quia dum in ſacri verbi pabulo plus quærunt ſentire quàm capiunt, ſemper à veritatis cognitione ieiunant: & prædicamenta doctrinæ quæ ſtudent ad quæſtionem quęrere, habere non valent ad refectionem. Quia verò nonnullos ex eiſdem hæreticis, ſancta Eccleſia colligit, nonnullos in malitia ſua pertinaces relinquit, protinus additur: Qui reliqui fuerint ex eo, ſepelientur in interitu.) Ex eo videlicet hæreticorum populo derelicti ſepeliuntur in interitu: quia dum ad lucem veritatis non redeunt, profectò in pœna perpetua intelligentia terrena E
deprimuntur. Et quia nonnunquam dum auctor errantium plebium rapitur ad pœnam, ſeductę plebes reformātur ad veritatis ſcientiam: & tunc ad veram cognitionem redeunt ſubditi, cùm ad æterna ſupplicia peruenīūt, qui malè fuerant prælati: aptè ſubiungitur: Et viduæ illius non plorabunt.) Quas viduas eius accipimus, niſi ſubiectas plebes morte illius fœliciter deſtitutas? Quia ſæpe, vt dictum eſt, dum prędicator erroris ad æterna ſupplicia rapitur, ſubiectæ plebes illius ad cognitionis veræ gratiam reuertuntur. His enim plebibus peruerſus prędicator quaſi maritus prefuit, quia malè eis coniunctus inhæſerat corruptor mentis. Nequaquam ergo viduæ, vel deſtitutæ plorant: quia morte praui doctoris viam veritatis inueniunt, ex cuius interitu affligi poſſe videbantur. Vel certè non plorant viduæ: quia in ſuo errore remanentes, dum ſanctum fuiſſe æſtimant prædicatorem ſuum, ſpe falſa ne lugeant conſolantur. Sequitur:

Quòd catholici hæreticos eiſdem auctoritatibus quas proferunt, ſuperant, & quaſi Goliam proprio gladio detruncant.

Caput. VIII.

SI comportauerit ſicut terrā argentum, & ſicut lutum prę parauerit veſtimenta: præparabit quidem, ſed iuſtus veſtietur illis, & argentum innocens diuidet.) Argentū intelligi ſacri eloquij claritas ſolet, ſicut aliàs dicītur: Eloquia do *Pſalm. 11.*
mini eloquia caſta, argentum igne examinatum. Et quia non- F
nulli eloquium dei non interius per exhibitionē, ſed exterius per oſtenſionem habere concupiſcūt: idcirco per Prophetam dicitur: Diſperierunt omnes inuoluti argento. Hi nimirū, qui *Sopho. 1.*
eloquio dei non interiori refectione ſe replēt, ſed exteriori oſtenſione ſe veſtiunt. Vnde & horū argentū, id eſt, hęreticorū eloquium terrę comparatur: quia de ſcriptura ſacra vt aliquid ſciant, ex appetitu terrenæ laudis elaborāt. Qui etiam ſicut lutū præparant veſtimenta: quia fluxè & inquinabiliter ea quibus ſe tueri volunt, ſcripturæ ſacræ contexunt teſtimonia. Prę parabit quidē, ſed iuſtus veſtietur illis: quia vir recta fide plenus, quæ ſanctis ſolet ad iuſtitiam deputari, eaipſa ſcripturæ ſacræ quæ hæreticus affert, teſtimonia colligit, & erroris eius pertinaciam inde conuincit. Contra nos nanque dum ſacræ legis teſtimonia apportant, ſecum nobis afferunt vnde vincantur. Vnde & Dauid typum domini, Golias verò hęreticorum ſuperbiā ſignans: hoc rebus locuti ſunt, quod nos verbis aperimus. Golias quippe cum gladio, Dauid verò cum pera paſtorali venit ad prælū. Sed eundē Goliam Dauid ſuperans, ſuo gladio occidit. Quod nos quoq; agimus, qui promiſſa Dauid mēbra ex eius fieri dignatione meruimus. Nā cùm ſuperbientes hæreticos, & ſacræ ſcripturæ ſententias deferentes, eiſdem verbis atque ſentētiis quas proferunt, vincimus, quaſi elatum Goliam ſuo gladio detruncamus. Iuſtus ergo veſtitur eis veſtimentis

G ſtimentis quæ præparat iniuſtus: quia vir ſanctus eiſdem ſententiis ad veritatem vtitur, quibus ſe peruerſus quiſque doctũ oſtendere contra veritatem conatur: Et argentum innocens diuidet.) Argentum innocentem diuidere, eſt eloquia domini minutè diſcreteq́ exponere, & vnicuiq; quid dignè cõgruat coaptare. Nam eloquium domini quod hìc argentum, vel veſtimenta, hoc alibi ſpolia nominatur. Quod etiam Pſal-
Pſalm. 118. miſta teſtatur per comparationem, dicens: Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa. Quæ ſpolia idcireo vocata ſunt: quia ad fidẽ domini gentilitate tranſeunte, Iudæi ſacris eloquiis quibus induti fuerant, exuuntur. Caput. IX.

DE hac quoq; argenti, vel ſpoliorum diuiſione aliàs dicitur: Beniamin lupus rapax, mane comedet prędam,
Gen. 49. veſpere diuidet ſpolia. Quibus profectò dictis Paulus apoſtolus deſignatur, de Beniamin ſtirpe progenitus, qui mane prædam comedit: quia in primordiis ſuis fideles quos potuit rapiens, crudelitati propriæ ſatisfecit. Veſpere ſpolia diuiſit: quia fidelis poſtmodum factus, ſacra eloquia exponendo diſtribuit. Quanuis hoc argentum quod diuidit innocẽs, intelligi, & aliter poteſt. Hæretici nanque, vt facile valeãt peruerſa ſuadere, dictis ſuis quædam recta permiſcent, vt animos audientium ex rectis ſenſibus trahant, ex peruerſis ferìãt. Qui
Luc. 17. in præceptis dei, quia ſana inſanaq́ locutione variantur: bene in Euangelio decem leproſorũ ſunt ſpecie deſignati, quo-
H rum colori ſano dum vitioſus candor aſpergitur, immoderato candore fœdantur. Vnde admonemur non plus ſapere q̃
Roma. 12. oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Qui etiam quia nec deum diligũt, de quo malè ſentiunt: nec proximum, à quo diuiduntur, decalogi præceptis aduerſi ſunt, atque ideo ad deprecandum dominum decem veniunt. Pro eo autem q̃ ſanis inſana miſcuerunt, coloris diuerſitate variantur. Sed quia in eius præceptis offenderant, id illum vnde offenderant vocant,
Luc. 17. dicentes: Ieſu præceptor: vnde & mox curari meruerunt. Ergo quia vir catholicus quæ ab eis rectè, vel quę prauè ſentiuntur, intelligit: argentum innocens diuidit, id eſt, quę ab eis ſalubriter, vel quæ peſtiferè fuerint dicta diſcernit. Sequitur:

Aedificauit ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cuſtos fecit vmbraculum.) Tinea ſibi domum corrũpendo ædificat. Nec meliori potuit comparatione hæreticus demonſtrari, qui locum ſuæ perfidiæ non niſi in mentibus quas corruperit, facit: qui etiam ſequaces ſuos ab æterno igne liberos eſſe pollicetur. Spõdet quippe eis refrigerium quietis æternæ, ſed verba eius ſoliditatem non habent, quia plenitudine veritatis carent. Vnde ſubiũgitur: Et ſicut cuſtos fecit vmbraculum.) Vmbraculum nanque cuſtodis nullo fundamento ſolidatur, ſed tẽpore mox tranſeũte deſtruitur. Et promiſſa ab hæreticis requies, cũ tempore deſtruitur, quæ poſt hãc vitam nullatenus inuenitur. Et quia ſæpe hæretici in contemptu vniuerſalis eccleſię, potẽtum ſeculi patrociniis fulciuntur, eisq́; diuites protectione atq; ad-
I miniſtratione quanta prævalent opitulari non ceſſant: ipſe etiam quilibet diues contra conditorem ſuum rebus temporalibus intumeſcens, ſancti viri nunc ſententia tangitur, atq; ab ſpeciali hæreticorum interitu, ad generalem elatorum omniũ definitionem ſermo deriuatur, cùm ſubditur: Diues cũ dormierit, nihil ſecum auferet: aperiet oculos ſuos, & nihil inue-
Pſalm. 75. niet.) Cui nimirum ſententiæ Pſalmiſta concinens dicit: Turbati ſunt omnes inſipientes corde: dormierũt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. Vt enim in ſua manu diuites poſt mortem quicquam inueniant, eis ante mortem dicitur, diuitias ſuas in quorum manibus po-
Luc 16. nant: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

Quòd præſentes diuitiæ ſomno comparantur, quæ ſubitò marceſcunt: & quòd ſuperbi in nouiſſimo ad inopiam redacti, impellente diabolo quaſi vento vrente à fornace vitiorum impelluntur in incendia tormentorum.

Diues cùm dormierit, nihil ſecũ auferet.) Res ſuas cùm moreretur, ſecum tolleret, ſi ad petentis vocem cùm viueret, ſibi tuliſſet. Nam terrena omnia quæ ſeruando amittimus, largiendo ſeruamus: patrimoniumq́; noſtrum retentum perditur, manet erogatum. Diu enim cùm rebus noſtris durare non poſſumus: quia aut nos illas moriendo deſerimus, aut illę nos viuentes quaſi deſerunt pereundo. Agendum ergo nobis eſt: vt res K abſolutè perituras, in nõ pereunté cogamus tranſire inercedẽ.

Caput. X.

SEd mirandum valde eſt quod dicitur: Cùm dormierit, aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet. Vt dormiam' quippe, oculos claudimus, & euigilantes aperimus. Sed hac in re, quia homo ex anima cõſtat & corpore, cùm vnius rei ſomnus dicitur, alterius vigiliæ demonſtrantur: quia cùm corpus obdormiſcit in morte, tunc anima euigilat in vera cognitione. Et dormit ergo diues, & oculos aperit: quia cum carne moritur, eius anima videre cogitur, quod prouidere contemſit. Tunc profectò in vera cognitione euigilat, tunc nihil eſſe cõſpicit quod tenebat. Tunc ſe vacuam inuenit, quę plenam rebus præ cæteris ſe hominibus eſſe lætabatur. Dormit, & nihil ſecum aufert: nihil nimirum de rebus quas tenuit. Nam culpa rerum ſimul ducitur, quãuis hìc omnia pro quibus culpa perpetrata eſt, relinquantur. Eat ergo nunc, & acceptis rebus tumeat, ſeſeq́ue ſuper cæteros extollat, glorietur ſe habere quod proximus non habet. Veniet quandoque tempus vt euigilet: & tunc cognoſcat quàm vacuũ fuerit, quod in ſomno tenuerat. Sępe nanque contingit dormienti inopi, vt ſe per ſomnũ diuitem videat, atque ex eiſdem rebus animum extollat, lætetur ſe habere quod non habuit, iamq́ue dedignari quærat à quibus dedignatum eſſe ſe doluit. Sed repentè euigilans, euigilaſſe ſe doleat, qui interim diuitiarum imaginem, vel dormiens tenebat. Gemit enim protinus ſub paupertatis pondere, L & inopiæ ſuæ anguſtiis premitur: & eo peius, quo ad tempus breuiſſimum, vel vacuè diues fuit. Sic ſic nimirum huius mundi ſunt diuites, qui rebus acceptis tument. Bene operari de ſua abundantia neſciunt, quaſi dormientes ſunt diuites: ſed paupertatem ſuam euigilãtes inueniunt, quia nihil ſecum ad illud iudicium quod permanet, ferunt: & quanto nunc ad breue tẽpus ſublimius elati ſunt, tanto cõtra ſe imperpetuum grauius ingemiſcũt. Dicat ergo: Aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet: quia illic aperit ad ſupplicia, quos hìc ad miſericordiam clauſos tenebat. Aperit oculos ſuos, & pietatis fructum non inuenit, quos hìc clauſos tenuit cùm viueret. Tardè quoq; illi oculos aperiunt, qui teſte Sapientia, damnationis ſuæ tempore dicturi referũtur: Quid nobis profuit ſuperba, diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuncius percurrens. Vigilia & fugitiua fuiſſe quæ tenuerant, iam amiſſa cognoſcunt: quę quandiu aderant, ſtultis eorum cordibus magna & manſura videbantur. Serò diues aperuit oculos, quando Lazarum requieſcentem Luc. vidit, quem iacentem ante ianuam videre contempſit. Intelle xit ibi quod hic facere noluit: in damnatione ſua cognoſcere compulſus eſt quid fuit quod perdidit, quãdo indigentẽ proximum non agnouit. De quo adhuc ſubditur: Apprehendet eum quaſi aqua inopia, nocte opprimet eum tempeſtas.) Vi-
M deamus nunc inopiam ardentis diuitis, cuius tanta abundan- Diues.
tia fuit epulantis. Ait enim: Pater Abrahã miſerere mei: & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Quibus verbis nobis non hoc innoteſcitur, quia illic in tanto ardore vna tunc ad ſufficientiam refrigerij aquæ ſtilla requiratur: ſed quòd is qui de abundantia peccauerit, illic æſtuanti nimis cremetur inopia. Videm' enim in verbis diuitis ex ſubtiliſſimo dei iudicio, quàm digna tali culpæ pœna reſponderit. Agente nanque inopia, illic vſque ad minima petenda compulſus eſt, qui hic agente tenacia, vſque ad minima neganda peruenit. Quid retribui ſubtilius, quid diſtrictius poteſt? Guttam aquæ petiit, qui micas panis negauit. Apprehendit eum quaſi aqua inopia. Non immeritò aquæ tunc illa inopia cõparatur: quia in inferno cruciat qui ſuſceptos in profundis abſorbens, ſolet lacus nomine deſignari. Vnde per Prophetam quoque humani generis voce dicitur: Lapſa eſt in lacum vita mea. Ereptorum verò exultatione cantatur: Domine deus meus clamaui Thren. Pſalm. ad te, & ſaluaſti me. Domine abſtraxiſti ab inferis animam meam, ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum. Nocte opprimet eum tempeſtas.) Caput. XI.

QVid hoc loco noctem, niſi abſconditum tempus repentini exitus appellat? Tempeſtatis verò nomine, iudicij turbinem deſignat. Quod etiam Pſalmiſta teſtatur,

A ſtatur, dicens: Deus manifeſtè veniet, deus noſter, & non ſile-
Pſalm. 49. bit: ignis in conſpectu eius ardebit, & in circuitu eius tẽpeſtas
Prouer. 1. valida. De qua tempeſtate etiam ſapientia per Salomonem dicit: Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo cùm vobis quod timebatis aduenerit: cùm irruerit repentina calamitas, & interitus quaſi tempeſtas ingruerit. Et quia ipſa venturi exitus ignorantia nox vocatur, nocte opprimit eum tempeſtas, id eſt, turbo eum diuini iudicij dum ignorat apprehen-
Matt. 24. dit. Hinc eſt nanque quod per ſemetipſam veritas dicit: Si ſciret paterfamiliâs qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam. Et vos eſtote parati: quia qua
Ibidem. hora non putatis, filius hominis veniet. Hinc etiam cõtra malum ſeruum dicitur: Si autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo, moram facit dominus meus venire, & cœperit percutere conſeruos ſuos: manducet autem & bibat cum ebriis: veniet dominus ſerui illius in die qua nõ ſperat, & hora qua ignorat. Hinc Paulus diſcipulis dicit: Vos autem fratres non eſtis
1. Thes. 5. in tenebris, vt vos dies illa tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos filij lucis eſtis, & filij diei, non ſumus noctis ne-
Luc. 12. que tenebrarũ. Hinc ſuperbiẽti diuiti dei voce dicitur: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem præparaſti, cuius erunt? Nocte animam reddere perhibetur: qui mortem non prouidens, in tenebris cordis abſtrahitur. Ait ergo: Nocte opprimet eum tempeſtas. Quia enim nõ vult agere bona quæ
B videt, deprehenditur interitus ſui tempeſtate quam nõ videt. De quo adhuc ſubditur: Tollet eum ventus vrens, & auferet.) Quis hoc loco ventus vrens, niſi malignus ſpiritus vocatur, qui deſideriorum flammas in corde excitat, vt ad æternitatem ſuppliciorum trahat? Peruerſum ergo quemlibet ventus vrens tollere dicitur: quia inſidiator malignus ſpiritus, qui viuentem quẽque accendit ad vitia, morientem trahit ad tormenta. Nam quia ventus vrens immundus ſpiritus ſolet intelligi, qui malæ ſuggeſtionis flatu ad terrena deſideria iniquorũ
Hier. 1. corda ſuccendit: Hieremias propheta teſtatur, dicens: Ollam ſuccenſam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis. Olla nanque ſuccenſa eſt cor humanum, ſecularium curarum ardoribus, deſideriorumque anxietatibus feruens. Quæ à facie A-
Eſaiæ 14. quilonis ſuccenditur, id eſt, diaboli ſuggeſtionibus inflammatur. Ipſe enim vocari nomine Aquilonis ſolet, qui dixit: Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium. Ab huius igitur vrentis venti, vniuſcuiuſque electi mens aduſtione temperatur: quando in ea vitiorum feruor extinguitur, & deſideriorum carnalium flamma frigeſcit. Vnde & ſancta Eccleſia in ſponſi ſui laudibus læta
Cant. 2. clamat: Sub vmbra illius quem deſideraueram ſedi. De huius
Eſa. 55. ardoris temperie ei per Eſaiam promittente domino dicitur: Pro ſaliunca aſcendet abies, & pro vrtica creſcet myrtus. Pro
C ſaliunca nanque in ea aſcendit abies, dum in ſanctorum corde pro abiectione terrenæ cogitationis, altitudo ſuperne contemplationis exoritur. Vrtica verò igneæ omnino naturæ eſt. Myrtus autem temperatiuę ferтur eſſe virtutis. Pro vrtica igitur creſcit myrtus, cùm iuſtorum mentes à prurigine & ardore vitiorum, ad cogitationum temperiem tranquillitatemque perueniunt, dum iam terrena non appetũt, dum flammas carnis deſideriis cœleſtibus extinguunt. Caput. XII.

Luc. 1. Maria obumbratio. PRopter hoc quoque mentis refrigerium cœlitus datum Mariæ dicitur: Virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Quanuis hac in re per obumbrationis vocabulum, incarnandi dei vtraq; potuit natura ſignari. Vmbra enim à lumine formatur & corpore. Dominus autem per diuinitatem lumẽ eſt: qui mediãte anima, in eius vtero fieri dignatus eſt per humanitatem corpus. Quia ergo lumen incorporeum in eius erat vtero corporandum, ei quæ incorporeum concepit ad corpus, dicitur: Virtus altiſſimi obumbrabit tibi, id eſt, corpus in te humanitatis accipiet incorporeum lumen diuinitatis. Sed iam de iniquo quolibet quod cœpimus, exequamur. Tollit ergo eum ventus vrens: quia videlicet malignus ſpiritus eum quem nunc ſuccenderit igne peruerſæ concupiſcentiæ, rapit poſtmodum ad flammas gehennæ. Sequitur: Et velut turbo rapiet eum de loco ſuo.) Locus peruerſorum eſt temporalis vitæ delectatio, & carnis voluptas. Quaſi turbine igitur vnuſquiſque de loco ſuo rapitur, cùm à cunctis ſuis delectationibus extremo territus die ſeparatur. De quo extremo dio aptè mox ſubditur: D

Quòd deus cùm ſanctos flagellat, parcit eis: reproborum vero flagella præſentia, ſunt initia tormentorum.

Emittet ſuper eum, & non parcet.) Peccatorem deus quotiens feriẽdo corrigit, ad hoc flagellum emittit, vt parcat. Cùm verò eius vitam in peccato permanentem feriendo cõcludit, flagellum emittit, ſed nequaquam parcit. Qui enim flagellum emiſit vt parceret, ad hoc emittit quandoque vt nõ parcat. In hac nanque vita dominus tanto magis ſtudet, vt parcat quãto magis expectãdo flagellat: ſicut ipſe voce angeli ad Ioannem ait: Ego quos amo, arguo & caſtigo. Et ſicut aliâs dicitur: Quẽ diligit dominus, caſtigat: flagellat autem omnẽ filium quẽ recipit. Econtra autem de flagello damnationis ſcriptum eſt: In operibus manuum ſuarũ comprehenſus eſt peccator. De quo per Hieremiam dominus dicit: dũ incorrigibiliter delinquentes populos videt, quos non iam ſub diſciplina filios, ſed ſub diſtricta percuſſione hoſtes intuetur: Plaga inimici percuſſi te, caſtigatione crudeli. Et quod hic dicitur: Non parcet, ibi quoque verbis aliis declaratur: Quid clamas ſuper contritione tua? inſanabilis eſt dolor tuus. Vnde hoc ſemper electi prouident, vt antè ad iuſtitiam redeant, quàm ſeſe ira iudicis inextinguibiliter accendat, ne vltimo flagello deprehenſis ſimul eis finiatur vita cum culpa. Flagellum nãque tunc diluet culpam, cùm mutauerit vitam. Nam cuius mores nõ mutat, non E expiat actiones. Omnis ergo diuina percuſsio, aut purgatio in nobis vitæ præſentis eſt, aut initium pœnæ ſequentis. Propter eos enim qui ex flagello proficiunt, dictum eſt: Qui fingis dolorẽ in præcepto. Quia dum flagellatur iniquus, & corrigitur: audire præceptum noluit, audit dolorem. Dolor ergo in præcepto fingitur ei, qui à malis operibus quaſi præcepti vice, dolore cohibetur. De his verò quos damnant flagella & non liberant, dicitur: Percuſſiſti eos, nec doluerunt: attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam. His flagella ab hac vita inchoant, & in æterna percuſsione perdurãt. Vnde per Moyſen dominus dicit: Ignis exarſit ab ira mea, & ardebit vſque ad inferos deorſum. Quantum ad præſentem etenim percuſsionem ſpectat, rectè dicitur: Ignis exarſit ab ira mea. Quantum verò ad æternam damnationem, aptè mox ſubditur: Et ardebit vſque ad inferos deorſum. Licet à quibuſdam dici ſoleat illud quod ſcriptum eſt: Non iudicat deus bis in idipſum. Qui tamẽ hoc quod per prophetã de iniquis dicitur, non attendunt: Et duplici contritione cõtere eos. Et quod aliâs ſcriptum eſt: Ieſus populum de terra Aegypti ſaluans: ſecundo eos qui non crediderunt, perdidit. Quibus tamen ſi conſenſum prębemus, quamlibet culpam bis feriri non poſſe: hoc ex peccato percuſſis atque in peccato ſuo morientibus debet æſtimari: quia eorum percuſsio hic cœpta, illic perficitur: vt incorrectis vnum F flagellum ſit quod temporaliter incipit: ſed in æternis ſuppliciis conſummatur: quatenus eis qui omnino corrigi renuunt, iam preſentium flagellorum percuſsio, ſequentium ſit initium tormentorũ. Emittet ergo ſuper eũ, & non parcet. Sequitur:

Omnis diuina percuſsio aut eſt purgatio in nobis vitæ præſentis aut initium pœnæ ſubſequentis.

Caput. XIII.

DE manu eius fugiens fugiet.) Ille etenim de manu fugit ferientis, qui ſuæ prauitatem corrigit actionis. Vel certè quia in ſacro eloquio manus operatio ſolet intelligi, de manu percuſſi fugit, qui dum praui interitum conſpicit: vias prauitatis relinquit. Vnde adhuc ſubditur:

Stringet ſuper eum manus ſuas.) Manus quippe ſtringere, eſt vitæ ſuæ opera in rectitudine cõfirmare. Vnde etiam Paulus ait: Remiſſas manus & diſſoluta genua erigite. Dum itaque alienum interitum conſpiciunt, reuocantur ad cor, vt recogitent ſuum, & vnde alius ad tormenta ducitur, à tormento alius inde liberatur. Stringit ergo ſuper eum manus ſuas: quia conſpicit in aliena pœna quid timeat, & dum delinquentem ſic percuſſum conſpicit, diſſoluta ſua opera, iuſtitiæ vigore conſtringit. Sicque fit vt qui iniquus viuens, multos ad culpam traxerat delectatione peccati, quoſdam moriens à culpa reuocet terrore tormenti. Quod etiam prouenire bonis Pſalmiſta teſtatur, dicens: Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam impiorum, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatorum. In peccatorum morientium ſanguine iuſti lauantur manus: quia dum eorum pœna conſpicitur, conſpicientis vita

Heb. 12.

Pſalm. 57.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mundatur. Sequitur: Et sibilabit super illum, intuens locum eius.) Quid in sibilo, nisi intentio admirationis exprimitur: Si verò in sibilo alia fortasse significatio quæritur, morientes peccatore, hi qui interitum eius aspiciunt, os in sibilo stringunt: dum ad ea quæ contempserant, verba spiritalia conuertuntur: vt iam credere & prædicare incipiant, quæ prius dum iniquum florere cernerent, non credebant. Nam fit plærunq; vt infirmorum animus eo magis de auditu veritatis trepidet, quo florere contemptores veritatis videt. Sed dum iusta vltio iniustos subtrahit, alios à prauitate compescit. Vnde per Salomonem dicitur: Mulctato pestilente, sapientior erit paruulus. Prouer. 21. Virigitur sanctus postquam potentum pœnas, qui extolluntur in seculo, sufficienter expleuit: rursus ad hæreticorum superbiam, qui extolluntur in eloquio, verba conuertit.

Textus beati Iob caput vigesimum octauum, libri verò. XVIII. moralis expositionis caput. XIIII.

H Abet argentum venarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur. Ferrum de terra tollitur, & lapis solutus calore, in æs vertitur. Tempus posuit tenebris, & vniuersorum finem ipse cõsiderat. Lapidé quoque caliginis & vmbram mortis diuidit torrens à populo peregrinante, eos quos oblitus est pes egentis hominis, & inuios. Terra de qua oriebatur panis, in loco suo igni subuersa est. Locus saphiri lapides eius, & glebæ illius aurum. Semitã ignorauit auis, nec intuitus est oculos vulturis. Non calcauerunt eam filij institorum, nec pertrãsiuit per eam leæna. Ad silicem extendit manum suam, subuertit à radicibus mõtes. In petris riuos excîdit, & omne preciosum vidit oculus eius. Profunda quoque fluuiorũ scrutatus est, & abscondita produxit in lucem. Sapiẽtia vero vbi inuenitur, & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo precium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. Abyssus dicit: Non est in me: & mare loquitur: Non est mecum. Non dabitur aurum obrysum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius. Non cõferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardonyco preciosissimo, vel sapphiro. Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vasa auri excelsa & eminentia, nec commemorabuntur in comparatione eius. Trahitur autem sapiẽtia de occultis: nõ adæquabitur ei topazium de Aethiopia, nec tincturæ mundissimę componentur. Vnde ergo sapientia venit, & quis est locus intelligentiæ? Abscondita est ab oculis omnium viuentium, volucres quoque cœli latet. Perditio & mors dixerunt: Auribus nostris audiuimus famam eius. Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locũ illius. Ipse enim fines mũdi intuetur, & omnia quæ sub cœlo sunt, respicit. Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit mensura. Quando ponebat pluuiis legem, & viam procellis sonantibus: tunc vidit illam, & narrauit, & præparauit, & inuestigauit, & dixit homini: Ecce timor domini ipsa est sapientia, & recedere à malo, intelligentia.

Quòd hæretici, de sanctis libris assertionum suarum principia assumunt, sed miscent mendacia. Et quòd frustra extra vnitatem Ecclesiæ quasi pro Ecclesia pœnas patiantur: cùm martyrium non faciat pœna, sed causa: nec claresci potest aliquis fulgore virtutis, qui non asserit in officina charitatis.

Caput. XIIII.

H Abet argentum venarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur.) In argento eloquium, in auro vitæ vel sapientiæ claritas designari solet. Et quia hæretici sic de eloquij sui nitore superbiunt: vt nulla sacrorum librorum auctoritate solidentur, qui libri ad loquendum nobis quasi quædam argenti venæ sunt: quia de ipsis locutionis nostræ originem trahimus, eos ad sacræ auctoritatis paginas vocat: vt si verè loqui desiderent, inde sumere debeant, quid loquantur. Et ait: Habet argentum venarum suarum principia. Ac si apertè dicat: Qui ad veræ prædicationis verba se præparat, necesse est vt causarum origines à sacris paginis sumat: vt omne quod loquitur, ad diuinæ auctoritatis fundamentum reuocet, atque in eo ædificium locutionis suæ firmet. Vt enim prædiximus, sæpe hæretici dum sua student peruersa astruere, ea proferunt quæ profecto in sacrorum libris non tenentur. Vnde & discipulum suum prædicator egregius admonet, dicens: O Timothee, depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates: quia dum laudari hæretici tanquam de excellenti ingenio cupiunt: quasi noua quædam proferunt, quæ in antiquorum patrum libris veteribus non tenentur, sicque fit vt dum videri sapientes desiderant, miseris suis auditoribus stultitiæ semina spargant. Benè autem subditur: Et auro locus est in quo conflatur.) Ac si apertè dicat: Vera fidelium sapiẽtia, cui vniuersalis Ecclesiæ locus est, tribulationem vobis persequentibus patitur, sed à cunctis peccatorum sordibus persecutionis vestræ igne purgatur. Vnde scriptum est: In igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis. Quo in loco potest hoc quoque conuenienter intelligi: vt de sua hæretici increpari stulta passione videãtur. Nam sæpe pro Iesu Christi, domini ac redemptoris nostri nomine multa patiuntur, seseq; eisdem passionibus eius fieri martyres sperant. Quibus sancti viri voce nunc dicitur: Auro locus est in quo conflatur. Nam iuxta hoc quod iam & ante nos dictum est, quisquis extra vnitatem Ecclesiæ patitur, pœnas pati potest: martyr fieri non potest: quia auro locus est in quo conflatur. Quid itaque ad hæc hæretici dicitis? Cõflari per afflictionem carnis, vel etiam per martyrium vultis, sed locum in quo debeatis conflari, nescitis. Audite quid sancti prædicatoris voce dicitur: Auro locus est in quo conflatur. Hunc ergo conflationis locum quærite, hanc fornacem qua aurum aptè purgari valeat, inuenite. Vna est Ecclesia in qua qui conflari voluerit, ab omni etiam poterit peccatorum sorde purgari. Si quid pro deo amaritudinis, si quid tribulationis extra hanc potestis sustinetis, incendi potestis tantummodo, non purgari. Dicat Hieremias, dicat quomodo cõflationis vestræ ignis omni virtute sit vacuus: Frustra conflauit conflator. Malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. Ecce ignis exterius conflans, & doloræ passionis admouet pœnam, & tamen erroris non excoquit culpam, & tormenta crudelium dat pœnarum, & bonorum non facit incrementa meritorum. Huius etiam conflationis ignis qui extra catholicam toleratur Ecclesiam, quàm nullus omnino virtutis sit, Paulus apostolus insinuat, dicens: Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.

Caput. XV.

A Lij quippe praua de deo sentiunt, alij recta de auctore tenent: sed vnitatem cum fratribus non tenent. Illi errore fidei, isti verò schismatis perpetratione diuisi sunt. Vnde & in ipsa prima parte decalogi vtrarumque partium culpæ reprimũtur, cùm diuina voce dicitur: Diliges dominum deum tuum ex totọ corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Atq; mox subditur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Qui enim de deo peruersa sentit, profectò: quia deum non diligit. Qui verò de deo recta sentiens, à sanctæ Ecclesiæ vnitate diuisus est, constat: quia proximum non amat, quem habere socium recusat. Quisquis ergo ab hac vnitate matris Ecclesiæ siue per hæresim de deo peruersa sentiendo, seu errore schismatis proximum non diligendo diuiditur, charitatis huius gratia priuatur: de qua hoc quod præmisimus, Paulus dicit: Si tradidero corpus meũ ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Ac si aperta voce diceret: Extra locũ suum, conflationis mihi ignis adhibitus, tormento me cruciat, mundatione non purgat. Hunc omnes sanctæ pacis amatores, summo studio locum quærunt, hunc quærentes inueniunt: hunc inuenientes tenent, scientes, peccatorum remissio vel vbi vel quando, vel quali-

Libri sacri sunt quasi venæ argenti.

Omne quod loquitur perducere, ad diuinæ auctoritatis fundamenta.

Prouer. 2.

1. Tim. 6.

Deut. 6.

Leuit. 19.

A vel qualitùs colatur. Vbi quippe, nisi in Ecclesiæ matris sinu? Quando, nisi ante venturi exitus diem? Quia ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: &, Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Qualibus, nisi conuersis, qui ad paruulorum imitationem, magistra humilitate formantur? Quibus dicitur. Sinite paruulos venire ad me, talium enim est regnum cœlorum: &, Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnũ cœlorum. Quia ergo non nisi in catholica Ecclesia veri martyres fiunt, dicitur rectè: Auro locus est in quo conflatur: quia non claresceret anima in fulgore æternę pulchritudinis: nisi, vt ita dicam, prius hic arserit in officina charitatis.

2 Cor. 6. Esa. 55. Mat. 19. Mat. 18.

Quòd reprobi dum seruos dei præditos virtutibus vident: quia de præsentibus non possunt, de præteritis eos accusant.

Pensandum præterea est quòd occulto consilio omnipotens deus quosdam ab ipsis exordiis suis innocentes custodiens, vsque ad virtutum prouehit culmen: vt ætate crescente simul in eis proficiat & annorũ numerositas, & celsitudo meritorum. Alios verò in exordiis suis deserens, scaturientibus vitiis, ire per abrupta permittit. Plærunque tamen etiam eos respicit, & ad sequẽdum se, sancti amoris igne succendit: atque inolitas in eorum cordibus prurigines vitiorum vertit in feruorem virtutum, & eo magis ignescunt ad desiderium requirendę pietatis dei, quo magis erubescunt memoriam iniquitatis suæ: sicut sæpe contigit, vt in pugnæ certamine miles ante ducis sui oculos constitutus, hostili virtuti turpiter cedat, & eneruiter præbens terga feriatur, qui tamen hoc ipsum quod B turpiter cessit erubescẽs, ante ducis sui oculos, maiores ex ipsa verecundia vires sumit: tantaque pòst fortia exercet, quantis & præsentem gloriam virtutis peragat, & præteritæ ignominiam debilitatis tegat. Sic ergo nonnunquam quidam in dei seruitio ex anteacta acrius debilitate roborantur, eosque ad custodienda mandata & futurorum trahit desiderium, & impellit memoria præteritorum: vt hinc ad ventura amor prouocet, illinc de præteritis verecundia instiget.

Caput. XVI.

QVos tamen aduersarij Ecclesiæ dum summis præditos virtutibus viderint, eisque in præsenti vita vnde derogent: quia inuenire nequaquam possunt, accusare illos de præteritis moliuntur, sicut Moysen nostrum Manichæus impetit, in quo sequentiũ virtutum gratiam, transacti homicidij conatur culpa fœdare. In quo non attendit postmodum quàm patiens ad sustinendum, sed priusquam præceps ad feriendum fuerit. Talibus ergo aduersariis beatus Iob subtilissima consideratione obuians, postquam dixit: Habet argentum venarum suarum principia, & auro C locus est, in quo conflatur, aptè subditur:

Quòd contemni non debeat, qui se à terrenis occasionibus separauit.

Ferrum de terra tollitur.) Solent hæretici de iustitiæ suæ contra nos elatione gloriari, atque opera sua ostentationis inflatione iactare: nosque iniquos, vt diximus, aut esse aut fuisse criminantur. Per humilimam ergo confessionem & veracem defensionem contra eos vir sanctus loquitur, dicens: Ferrum de terra tollitur. Ac si apertè dicat: Fortes viri qui acutissimis linguarum gladiis in hac acie defendendæ fidei ferrum sunt, aliquando terra in infimis actionibus fuerunt. Peccanti quippe homini dictum est: Terra es, & in terram ibis. Sed de terra ferrum tollitur, cùm fortis propugnator Ecclesiæ à terrena, quam prius tenuit, actione separatur. Non ergo in eo debet despici quicquid fuit, qui iã cœpit esse, quod non fuit. An nó Matthæus in terra inuentus est, qui terrenis negotiis implicatus, telonij vsibus seruiebat? Sed de terra sublatus in fortitudinem ferri conualuit: cuius videlicet lingua quasi acutissimo gladio, Euangelij administratione dominus infidelium corda transfixit, & cui infirmus prius despectusque fuerat per terrena negotia, fortis postmodum factus est ad cœlestia prædicamenta. Vnde adhuc subiungitur:

Gene. 3. Mat. 9.

Quod corda dura cùm diuini amoris igne tacta fuerint liquefiunt, & quæ credere noluerant, prædicare incipiunt.

Et lapis solutus calore, in æs vertitur.) Tunc lapis calore soluitur, cùm cor durũ, atque à diuini amoris igne frigidum eodem diuini amoris igne tãgitur, & in feruore spiritus liqua- D tur: vt ad sequentem vitam desideriorum æstu ardeat, quam prius audiens, insensibilis manebat. Ex quo ardore scilicet & emollitur ad amorem, & roboratur ad operationem: vt sicut prius durus fuerat in amore seculi, ita se postmodũ fortẽ exerat in amore dei, & quod antè audire renuebat, iam & credere & prædicare incipiat.

Caput. XVII.

LApis ergo solutus calore, in æs vertitur: quia dura mens superni amoris igne liquefacta, ad veram fortitudinem commutatur: vt peccator qui prius insensibilis extiterat, postmodum & per auctoritatem fortis, & per prædicationem sonorus fiat. Quod bene per Esaiam dicitur: Qui confi- *Esa. 40.* dunt in domino, mutabũt fortitudinem. Fortitudinem mutamus, cùm conuersi, tanta virtute præsens seculũ fugimus, quãta hoc antè quærebamus. Quia autem malè ab aduersariis catholicorum moribus anteacta vita reputatur, rectè subditur: Tempus posuit tenebris, & vniuersorum finem ipse considerat.) Ipse posuit tempus tenebris, iniquis videlicet modum, quo iniqui esse desistant. Vnde eis per Apostolũ dicitur: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Sicut aliis *Ephe. 5.* quoque discipulis idem doctor egregius dicit: Nox præcessit, *Roma. 13.* dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamus nos arma lucis: sic vt in die honestè ambulemus. Vnde & in Canticis canticorum Ecclesia veniente di- *Canti. 6.* citur: Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens? Aptè enim Ecclesia auroræ cõparata describitur, quæ per co- E gnitionem fidei, à peccatorum suorum tenebris in clara luce iustitię commutatur. Tempus ergo posuit tenebris, & vniuer- *Vniuersorũ* sorum finem ipse considerat. Vniuersorum nomine, & electos *finem deus* voluit & reprobos comprehendi. Nam bona faciens & ordi- *considerat.* nans deus: mala verò non faciens, sed ab iniquis facta ne inordinatè eueniant, ipse disponens, considerat vniuersorum finem, & patienter tolerat omnia, atque intuetur electorum terminum, quòd ex malo mutentur ad bonum. Intuetur etiam reproborum finem, quòd de malo opere dignum se trahantur ad supplicium. Vidit finem persequentis Sauli, quò prostratus diceret: Domine, quid me vis facere? Vidit finem quasi *Actor. 9.* obsequentis discipuli, quòd pro commisso scelere guttur laqueo stringeret, seque & peccantem puniret, & deterius puniendo deciperet. Vidit Niniuitas delinquentes, sed considerauit finem delinquentium pœnitentia correctorum. Vidit quoque Sodomam delinquentem, sed considerauit finem ardoris luxuriæ, ignem gehennæ. Vidit gentilitatis finem, quòd possessa iniquitatum tenebris, quandoque fidei luce clarescerет. Vidit etiam Iudææ terminum, quòd ab ea luce fidei quam F tenebat, obduratæ perfidiæ se tenebris cæcaret. Vnde adhuc congrue subditur:

Quòd inter sanctos & reprobos ignis diuinus in iudicio diuidet.

Lapidem quoque caliginis & vmbram mortis diuidit torrens à populo peregrinante.) Quid durus ille perfidia Iudæorum populus, qui auctorem vitæ per fidẽ videre noluit, quem per prophetiam prædixit, nisi lapis caliginis fuit: quia & crudelitate durus extitit, & infidelitate nebulosus? Qui alio quoque vocabulo vmbra mortis dicitur. Vmbra quippe talis exprimitur, qualia eius rei de qua trahitur, fuerint lineamenta. Quis autem mortis nomine, nisi diabolus vocatur? De quo per quandam ministri sui significationem dicitur: Et nomen illi mors. Cuius ille populus vmbra extitit: quia iniquitatẽ illius sequens, eius in se imaginem expressit. Quid verò torrentis nomine, nisi ille à conspectu tremendi iudicis per vltimum examen egrediens, atque electos & reprobos diuidens ignis vocatur? Vnde & per prophetam dicitur: Fluuius igneus ra- *Apoc 6.* pidusque egrediebatur à facie eius. *Danie. 7.*

Quòd Iudæa quæ apud se panem legis habuerat, & quæ regibus claruerat & prophetis, quasi sapphiris & glebis aureis: quia mortem & resurrectionem Christi credere noluit, igne inuidiæ succensa, funditus periit.

Caput. XVIII.

QVis autem in hoc mundo peregrinatur populus nisi qui ad sortem electorum currẽs, habere se patriam nouit in cœlestibus, & tanto magis se illic sperat

Universidad de Deusto Biblioteca

G inuenire propria, quanto hic cuncta quæ prætereunt, esse à se deputat aliena? Peregrinus itaque est populus, omnium numerus electorum, qui hanc vitam quoddam sibi exilium deputãtes, ad supernam patriam tota cordis intentione suspirant, de quibus Paulus dicit: Confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Hanc peregrinationem idem quoque Apostolus tolerat, cùm diceret: Dum sumus in corpore, peregrinamur à domino. Per fidem enim ambulamus, & non per speciẽ. Huius peregrinationis grumnam satagebat euadere, cùm dicebat: Desiderium habeo dissolui, & cum Christo esse. Et rursum: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Huius peregrinationis põdus graue sentiebat Psalmista, cùm diceret: Heu me, quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Ab hac eripi quãtocyus anhelabat, cùm supernis desideriis flagrãs diceret: Sitiuit anima mea ad deum viuum, quando veniam & apparebo ante faciem dei? Sed hoc desiderium nesciunt, qui cor in terrenis voluptatibus defigunt. Dum enim sola quæ sunt visibilia diligunt, profectò inuisibilia vel si credunt esse, non diligunt: quia dum nimis se exterius sequuntur, etiam mente carnales fiunt. Simul enim in hac vita vterque populus currit, sed non simul ad perpetua peruenit: quia lapidem caliginis & vmbram mortis diuidit torrens à populo peregrinante. Ac si apertè dicat: Eos quos modo vel infidelitas excæcat, vel crudelitas obdurat: flammarum fluuius à conspectu æterni iudicis exiens, ab electorum tunc populo separat: vt tunc à bonis ignis districti examinis diuidat, quos nunc in suis concupiscentiis tenebræ vitiorum excęcant. Potest fortasse in torrentis nomine, ipsa irrigatio sanctæ prædicationis intelligi: iuxta id quod per Salomonem dicitur: Oculũ qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, effodiant illum corui de torrentibus. Peruersi quippe dum diuina iudicia reprehendunt, subsannant patrem. Et quilibet hęretici dum prædicationem sanctæ Ecclesiæ, fœcunditatemque illius deridendo contemnũt, quid aliud quàm partum matris despiciunt? Quam nõ immerito eorum quoque matrem dicimus, quia de ipsa exeunt, qui contra ipsam loquuntur: Ioanne attestante, qui ait: A nobis exierunt, sed non erãt ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum. Corui verò de torrentibus veniũt, cùm prædicatores viri ad defensionẽ sanctæ Ecclesiæ, à sacrorum librorum fluentis procedunt. Qui etiã rectè corui vocati sunt: quia nequaquam de iustitiæ luce superbiunt, sed per humilitatis gratiam, peccatorum in se nigredinem confitentur. Vnde etiam ab electorũ Ecclesia dicitur: Nigra sum, sed formosa. Et Ioannes ait: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus. Qui videlicet corui subsannantis oculum effodiunt: quia prauorũ ac pertinacium hominum intentionem vincunt. Ex hoc itaque testimonio si hic quoque torrens prædicatio debet intelligi, lapidem caliginis & vmbrã mortis diuidit torrens à populo peregrinante: quia sanctorum predicatio obduratas mentes reproborũ deserit, & ad pia humilium se corda conuertit. Vnde adhuc subditur: Eos quos oblitus est pes egentis hominis, & inuios.)

Populus peregrinus numerus electorum.
Hebr.11.
2. Corin.5.
Phil.1.
Psalm.119.
Psalm.41.
Prouer.30.
1.Ioan.2.
Cant.1.
1.Ioan.1.

Caput. XIX.

QVis hoc loco alius accipitur egens homo, nisi ille de quo per Paulum dicitur: Qui propter nos egenus factus est, cùm diues esset? Cuius videlicet egentis hominis pedes, sancti prædicatores fuerunt, per quorum præsentiam gentilitatem circuiens, mundum perambulauit vniuersum. De quibus per prophetam dicitur: Et inambulabo in eis. An pes eius non erat, qui tentus in compedibus dicebat: Pro quo legatione fungor in catena? Sed eorũ qui vmbra mortis & lapis caliginis extiterunt, pes hominis egentis oblitus est: quia in ipso initio nascentis Ecclesiæ, dum sancti apostoli cœlorum regnum Iudææ prędicare voluissent: videntes quòd eis nihil omnino proficerent, ad prædicandũ gẽtibus defluxerunt, sicut ipsi in suis actibus dicũt: Vobis oportebat primùm loqui verbum dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. De quibus & per Psalmistam dicitur: Transferentur montes in cor maris: quia repulsi sunt à Iudæa apostoli, in hoc gentilitatis sãlum translati sunt. Qui sunt ergo qui immẽsa duritia pro obscuritate cordis, quasi quidã lapis caliginis, & vmbra mortis à peregrinante sanctorum populo diuiduntur, nisi hi quos pes egentis hominis est oblitus, id est, quos prædicatores domini, videlicet per humilitatẽ pauperis, pro superbiæ suæ tumore reliquerunt, eorumque omnino obliti sunt, dum prædicationis suæ semina ad solam fructificationem gentium transtulerũt? Quos rectè quoq; & inuios vocat: quia dũ in infidelitate sua obdurati sunt, verbis vitæ ad cor viam præbere noluerunt. Sed Iudæa hæc quæ sic obduruit, vel qualis dudum fuerit, vel quid pòst pertulerit, audiamus. Sequitur: Terra de qua oriebatur panis, in loco suo igne subuersa est.) Panẽ Iudæa dare consueuerat, quæ legis verba proferebat. Quã videlicet legem, quia intelligere iam reprobi atq; explanare nõ poterant, propheta Hieremias in lamentis deplorat, dicens: Paruuli petierunt panem, & qui frangeret eis nõ erat. Sed hæc terra in loco suo igne subuersa est: quia fidelium signa conspiciens, inuidiæ se face cõcremauit. Quia enim semper inuidia de superbia nasci solet, in loco suo igne periit, quæ idcirco arsit inuidia: quia superbiã non reliquit. Terra ergo quæ prius panem habuit, pòst igne subuersa est, quoniam synagoga quæ mandata dei per legem protulit, nascentem Ecclesiam persequens, inuidiæ se igne consumpsit. An non æmulationis suæ facibus ardebat, cùm redemptoris nostri signa cõspiciens, per quosdam suos diceret: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit: vel certè, Videtis: quia nihil proficimus, ecce totus mundus post eum vadit? Videbant vnde conuerti debuerant, atque exinde peruersiores fiebant. Quærebant extinguere, quem cernebant mortuos viuificare. In ore tenebant legem, sed legis persequebantur auctorem. Terra ergo de qua oriebatur panis, in loco suo igne subuersa est: quia Iudea in semetipsa & prius habuit legem quæ reficeret, & pòst inuidiam quę concremaret. De cuius adhuc descriptione subiungitur: Locus sapphiri lapides eius, & glebę illius aurum.) Auget reatum culpæ sequentis, præconium gloriæ præcedentis. Nam vniuscuiusque casus tanto maioris est criminis, quanto priusquam caderet, maioris potuit esse virtutis. Dicatur ergo de Iudæa, dicatur quid fuerit, & præcedentium magnitudo virtutũ crescat ad cumulum sequentium delictorum. Locus sapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum. Quid enim hoc loco per lapides, nisi sanctorum ac fortium mentes accipimus?

2.Cor.8.
Ephes.6.
Actor.13.
Psalm.45.

Caput. XX.

IN scriptura etenim sacra aliquando lapides in malo, aliquando verò in bono accipi solent. Nam cùm lapis pro insensibilitate ponitur, dura per lapides corda signantur. Vnde & per Ioannem dicitur: Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Qui videlicet nomine lapidum corda gentilium designat, dura tunc atque insensibilia per infidelitatem. Et per prophetam dominus pollicetur, dicens: Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Rursum per lapides, mentes fortium designari solent. Vnde & per Petrum sanctis dicitur: Et vos tanquam lapides viui superædificamini domus spiritales. Et per prophetam dominus venienti Ecclesiæ pollicetur, dicens: Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles, vniuersos filios tuos doctos à domino. Strauit nanque illa per ordinem lapides: quia in ea sanctas animas meritorum diuersitate distinxit. Fundauit eam in sapphiris, quia videlicet lapides, coloris aërei in se similitudinem tenent: quia robur Ecclesiæ in animabus cœlestia appetentibus solidatur. Et quoniam iaspis viridis est coloris, iaspidem propugnacula eius posuit: quia illi contra aduersarios pro sanctæ Ecclesiæ defensione obiecti sunt, qui internis desideriis virentes, nulla teporis reproba ariditate marcescunt. Portas verò eius posuit in lapides sculptos. Hi quippe portæ sunt Ecclesiæ, per quorum vitam atque doctrinam intrat in eam multitudo credentium. Qui pro eo etiam quòd magnis operibus pollent, & id quod loquentes asserunt, viuentes ostendunt, non puri, sed sculpti lapides esse memorantur. In quorum enim vita recta operatio cernitur, quasi in eisdem ipsis exprimitur, quod egerunt. Vbi omnem quoque sanctorum numerũ generali collectione cõcludens, subdidit: Omnes terminos

tuos in

A tuos in lapides desiderabiles. Et tanquàm si audientes ista pe-
rerent, vt hos lapides quos diceret, indicaret, adiunxit dicés:
Vniuersos filios tuos doctos à domino. Quia igitur de Iudæa
nunquam sanctæ animæ quæ cœlestem vitam ducerent, de-
fuerūt, dicitur: Locus sapphiri lapides eius. Et quia magna vi-
tæ ac sapientiæ claritate per fidem fulsit, adiungitur: Et glebæ
illius aurum. Quid per glebas, nisi collectiones singulorum
ordinum ac multitudines designantur? Glebæ autem ex hu-
more & puluere constringuntur. Omnes ergo qui rore gratiæ
infusi, ex mortis debito se puluerē esse veraci cognitione con-
fessi sunt, dum vitæ virtute clarescerent, quasi aureæ in illa gle-
bæ iacuerunt. Glebas hæc terra habuit in prophetis, glebas in
doctoribus, glebas in patribus antiquis, qui magna se infusio-
ne gratiæ in professionis & operis vnanimitate tenuerunt. Di-
cat ergo: Et glebæ illius aurum: quia in ea multitudo spiritа-
lium tanto maiori virtute claruit, quanto se in deum ac proxi-
mum maiori vnanimitate constrinxit. Sed hoc aurum perfi-
diæ est postmodum tenebris obscuratum. Cuius profectò ni-
Thren.4. gredinem Hieremias propheta intuens deplorat, dicés: Quo-
modo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Au-
rum nanque obscuratum est: quia in eis antiquus ille fidei at-
que innocentiæ splēdor, irruente perfidia, malitiæ se nocte fu-
scauit. Quia igitur quid fuit, audiuimus: locus scilicet sapphiri
lapides eius, & glebæ illius aurum, nunc iam dilectus ille deo
B populus, cur tanta hæc bona perdiderit, audiamus. Sequitur:

Caput. XXI.

SEmitam ignorauit auis, nec intuitus est oculos vulturis.)
Quis hoc loco auis nomine, nisi ille signatur, qui corpus
carneum quod assumpsit, ascendendo ad æthera librauit?
Qui aptè quoque etiam vulturis appellatione exprimitur.
Vultur quippe dum volat, si iacens cadauer conspicit, ad esum
se cadaueris deponit, & plærunque sic in morte capitur, dum
ad mortuum animal de summis venit. Rectè ergo mediator
dei & hominum, redemptor noster vulturis appellatione si-
gnatur, qui manens in altitudine diuinitatis suę, quasi quodam
volatu sublimi cadauer mortalitatis nostræ conspexit in infi-
mis, & sese de cœlestibus ad ima submisit. Fieri quippe ꝓpter
nos homo dignatus est, & dum mortuum animal petiit, mor-
tem apud nos, qui apud se erat immortalis, inuenit. Sed huius
vulturis oculus fuit ipsa intentio nostræ resurrectionis: quia
ipse ad triduum mortuus, ab æterna nos morte liberauit. Ille
ergo perfidus Iudææ populus mortalem vidit, sed quomodo
morte sua nostram mortem destrueret, minimè attendit. Cō-
spexit quidem vulturem, sed oculos vulturis non aspexit. Qui
dum humilitatis eius vias quibus nos ad alta subleuauit, consi-
derare noluit, semitam auis ignorauit. Neque enim pēsare stu-
C duit, quod eius nos humilitas leuaret ad cœlestia: & mortis e-
ius intentio reformaret ad vitam. Semitam igitur ignorauit a-
uis, nec intuitus est oculos vulturis: quia etsi vidit eum quē in
morte tenuit, videre noluit quanta vitæ nostræ gloria de eius
morte sequeretur. Vnde & ad crudelitatem quoque persecu-
tionis exarsit, verba vitæ recipere renuit: prædicatores regni
cœlorum prohibendo, sęuiendo, feriendo repulit. Qui scilicet
repulsi Iudæam ad quam missi fuerant deserentes, in gentilita-
tis collectionem dispersi sunt. Vnde adhuc subditur:

Quòd apostolis & successoribus eorum quasi Ecclesiasticis negotia-
toribus à Iudæa repulsis, ad gentes, quasi filices duras, manus
prædicationis conuersa est.

Non calcauerunt eam filij institorum, nec pertransiuit per
eam leæna.) In cunctis latinis codicibus institores positos re-
perimus, in Græcis verò negotiatores inuenimus. Ex qua re
colligi valet, quòd hoc in loco pro negotiatoribus institores,
scriptores ignorando posuerunt. Institores enim negotiato-
res dicimus, pro eo quòd exercendo operi insistunt. Sed vter-
que sermo licèt in voce dissonet, in intellectu non discrepat:
quia omnes qui fidelium mores instituunt, spiritale negotium
gerunt: vt cùm prædicationem suis auditoribus præbent, ab
eis fidē & opera recta percipiant, sicut de sancta Ecclesia scri-
ptum est: Sindonem fecit & vendidit: de qua & paulopost illic
Prouer. 31. dicitur. Vidit quòd bona est negotiatio eius. Qui hoc loco
institores, nisi prophetæ sancti vocati sunt, qui synagogæ mo-
res ad fidem instituere curauerunt prophetando? Quorum ni-
mirum filij, sancti apostoli nuncupantur, qui vt deum homi- D
nem crederent: ad eandem fidem ex eorum sunt prædicatione
generati. De quibus Ecclesiæ per Psalmistam dicitur: Pro pa- Psalm.44.
tribus tuis nati sunt tibi filij, cōstitues eos principes super om-
nem terram. Sed quia repulsi apostoli à synagogæ finibus sunt
egressi, rectè nunc dicitur: Non calcauerunt eam filij instito-
rum. Calcarent quippe eam institorum filij, si prædicatores
sancti eiusdem synagogæ vitia calce virtutis premerent. Si au-
tem institores eosdem sanctæ Ecclesiæ prædicatores accipi-
mus institorum filios, pastores & doctores, qui apostolorum
vitam secuti sunt, nil obstat intelligi. Qui synagogam mini-
mè calcauerunt: quia dum eorum patres, id est, apostoli ab illa
repulsi sunt, ipsi quoque ab eius vocatione cessauerunt.

Caput. XXII.

PErquam videlicet synagogam leæna non pertransiit:
quia sancta Ecclesia collectioni gentium dedita, nequa-
quàm sese ad illum Iudææ populum diutius occupauit.
Rectè autem Ecclesia leæna nuncupatur: quia malè viuentes
in vitiis, ore sanctę prædicationis interficit. Vnde & ipsi primo
pastori quasi huius leęnę ori dicitur: Macta & māduca. Quod Act. 10.
mactatur quippe, à vita occiditur: id verò quod comeditur, in
comedentis corpore commutatur: Macta ergo & manduca
dicitur, id est, à peccato eos in quo viuunt interfice: & à seipsis E
illos in tua membra conuerte. Et quia hęc Ecclesia corpus est
domini: ipse etiam dominus Iacob voce leo vocatur ex se, Gene.49.
leæna vocatur ex corpore, dum ei sub Iudæ specie dicitur: Ad
prædam fili mi ascendisti, requiescēs accubuisti vt leo & quasi
leæna. Quis suscitabit eum? Hæc igitur leæna nequaquam di-
citur: quia per Iudæam transiit, sed non pertransit. Apostolis
nanque prędicantibus prius ex illa tria milia, postmodū quin-
que milia crediderunt. Ecclesia itaque per synagogā transiit,
sed non pertransiit: quia ex illa ad fidem paucos rapuit, sed ta-
men illum infidelem populum à perfidia funditus non extin-
xit. Sed quod sæpe iam diximus, repulsa ab infidelitate Iudeo-
rum, deflexit ad vocationem gentium. Vnde adhuc de eadem
leæna dicitur: Ad silicem extendit manum suam, subuertit à
radicibus montes. Manum quippe ad silicem extēdit: quia ad
duritiam gentium suæ brachium prædicationis misit. Vnde &
idem beatus Iob passionis suæ historiam præsciens gentibus
innotescendam, dicit: Scribantur hæc stylo ferreo in plumbi
lamina, vel celte sculpantur in silice. Quid verò hoc in loco
montes nisi huius seculi potentes accipimus, qui pro terrena
substantia in altum tument? De quibus Psalmista ait: Tange Psal.143.
mōtes, & fumigabunt. Sed mōtes à radicibus sunt euersi: quia
prædicante sancta Ecclesia, summæ huius seculi potestates in
adoratum omnipotentis dei ab intima cogitatione ceciderunt.
Radices enim montium cogitationes sunt intimæ superborum. F
Et à radicibus montes cadunt: quia ad colendum
deum, potestates seculi ab imis cogitationibus prosternuntur.
Rectè etenim per radicē cogitatio occulta signatur: quia
per hoc quod intus nō cernitur, erumpit, quod videatur foris.
Vnde & in bonam partem per prophetam dicitur: Emittet id Esaiæ.37.
quod saluatum fuerit de domo Iuda, & quod reliquum est,
mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum. Ac si aper-
tè diceretur: In imis cogitatio nascitur, vt in summis retribu-
tio reddatur. Dicat ergo: Ad silicem extendit manum suam,
subuertit à radicibus montes: quia dum duritiam gentium
sancta prædicatio petiit, superborum altitudinem funditus
strauit. Quia verò eos quos à cogitationibus terrenis euacuat, donis cœlestibus replet, & quos infimis curis exhaurit, supernis rigat fluentis, mox subditur: In petris riuos ex-
cidit.) id est, in duris gentilium cordibus fluuios prædicatio-
nis aperuit, sicut per prophetam quoque de irriganda dicitur
ariditate gentilium: Posuit desertum in stagna aquarum, & Psal.106.
terram sine aqua in exitus aquarum. Atque in Euangelio pro-
mittit dominus dicens: Qui credit in me, sicut dicit scriptu- Ioan.7.
ra, flumina aquæ viuæ de ventre eius fluent. Quod promis-
sum tunc audiuimus, etiam nunc completum videmus. Ecce
enim in sanctis prædicatoribus, & non ex Iudæa progenitis,
per cunctam Ecclesiā in toto orbe diffusam, fluēta cœlestium
mandatorum vbertim manant ore gentilium. Quia enim in
petris riuos aperuit, ex duris quoque cordibus fluuius sanctæ
prædicationis emanauit. Sequitur: Et omne precioſum

G vidit oculus eius.) Sciendum magnopere est: quia tanto vnaquæq; anima sit preciosior ante oculos dei, quãto præ amore veritatis despectior fuerit ante oculos suos. Hinc ad Saul dicitur: Nónne cùm paruulus esses in oculis tuis, caput te constituit in tribubus Israël? Ac si apertè diceret: Magnus mihi fuisti: quia despectus tibi, sed nunc quia magnus tibi es, factus es despectus mihi. Vnde & per prophetam dicitur: Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Tanto ergo fit quisque vilior deo, quanto preciosior sibi: tanto preciosior deo, quanto propter eum vilior sibi: quia humilia respicit, & alta à longè cognoscit.

1. Regũ.15.

Esa. 5.

Psalm.137.

Caput. XXIII.

OMne itaque preciosum vidit oculus eius. In scriptura sacra videre dei, aliquando pro eligere ponitur, sicut in Euangelio scriptum est: Cum esses sub ficu, vidi te, id est, positum te sub vmbra legis elegi: Vidit ergo preciosum: quia humilia elegit. Infirma enim mundi elegit deus, vt confunderet fortia. Vidit preciosum, cum humanam animam de se abiectam sapientiæ gratiæ suæ illustratione respexit. De qua videlicet anima per prophetam dicitur: Si separaueris preciosum à vili, quasi os meum eris. Vilis quippe deo est mundus præsens, preciosa verò ei est anima humana. Qui ergo preciosum à vili separat, quasi os domini vocatur: quia per eum deus verba sua exerit, qui ab amore præsentis seculi, loquendo quæ potest, humanam animam euellit. Et quia testamenti noui doctores ad hoc vsque perducti sunt, vt occultas quoque allegoriarum caligines in veteri testamento rimentur, rectè subditur:

Ioan.1.

1. Corin.1.

Hier.15.

H

Quòd populus Christianus, in fluuiis legis & prophetarum reuelante Christo, scrutatus sit profundos intellectus, & produxerit in lucem quæ Moyses velata facie absconderat.

Profunda quoque fluuiorum scrutatus est, & abscondita produxit in lucem.) Quid nanque hic aliud flumina, nisi antiquorum patrum dicta nuncupantur? Quis enim pensare sufficiat, quam vehemens fluuius dum legem conderet, ex pectore Moysi erupit? Quàm vehemens fluuius ex Dauid corde defluxit? quanta à Salomonis ore atque omnium prophetarum fluminum fluenta manarunt? Sed horum fluminum Iudæa speciem tenuit, dum literæ superficiem seruans, eorum profunda nescinit. Nos verò qui veniente domino in eis interna spiritalia quærimus, eorum profunda rimamur. Quod ipse dominus facere dicitur: quia id nos agere ipso donante prævalemus. Per nos ergo, qui non literam quæ occidit, sed spiritum qui viuificat, sequimur: profunda fluuiorum dominus scrutatur, & abscondita in lucem producit: quia dicta legis quæ caliginosa nimis historia obscurat, nunc expositio spiritalis illuminat. Vnde & loquens in parabolis per Euangelium veritas discipulis præcepit, dicens: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Apertè nanque dicta exponentium fecerunt nobis esse iam conspicuas sententias antiquorum patrum. Vnde Esaias propheta plana sanctæ Ecclesiæ expositiõis verba cõspiciens, & non allegoriarum tenebris obscura, exclamauit dicens: Locus fluuiorum riui latissimi & patentes. Testamenti enim veteris dicta quasi angusti & clausi riui fuerant, qui immensas scientiæ suæ sententias collectione obscurissima constringebant. At contrà doctrina sanctæ Ecclesiæ riui & lati & patentes sunt: quia eius dicta & inuenientibus multa sunt, & quærentibus plana. Ait ergo. Profunda fluuiorũ scrutatus est, & abscondita produxit in lucem. Quia dum suis expositoribus intelligentiæ spiritum infudit, antiquas prophetantium obscuritates aperuit. Et hoc iam sancta Ecclesia per spiritum agnoscit, quod synagoga prius per literam intelligere omnino non valuit. Vnde & Moyses cùm populo loqueretur, faciem velabat: vt videlicet designaret quòd ille Iudæorum populus legis verba cognosceret, sed eiusdem claritatem legis omnimodo non videret. Vnde rectè per Paulum dicitur: Vsque in hodiernum enim diem cùm legitur Moyses, velamen est positum super cor eorum. Sed quia dicta dei nullatenus sine eius sapientia penetrantur: nisi enim qui spiritum eius acceperit, eius nullo modo verba cognoscit, sanctus vir de inuestiganda eadem dei sapientia verba subiungit, dicens:

Esa.33.

Exod.34.

2. Cor.3.

I

Mat.10.

Quòd nihil deo dignè recompensari potest, cuius gratia est, quòd inuentus à nobis, & quòd passus est pro nobis. K

Caput. XXIIII.

SApientia vero vbi inuenitur, & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo precium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. Abyssus dicit, non est in me, & mare loquitur, non est mecum. Nõ dabitur aurum obryzum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius.) Notandum prius est, quòd duo sibi proposuit, & duo subdidit respõdendo. Ad id nanque quod superius dixit: sapientia verò vbi inuenitur, & quis est locus intelligentiæ? isto versu respondit? Abyssus dicit, non est in me, & mare loquitur, nõ est mecum. Ad id verò quod dixerat: Nescit homo precium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium, inferiorem versum reddidit, dicens: Non dabitur aurum obryzum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius. Ad vtraque ergo respõdit, sed augendo quod obiecerat, non soluendo. Cùm sapientiæ nanque locum quæreret, ac deinde inferius responderet, abyssus dicit, non est in me: non vbi esset, sed vbi nõ esset, indicauit. Rursus cùm ab homine eius precium diceret ignorari, atque ad hoc inferius redderet, non dabitur aurũ obryzum pro ea, non quid esset eius precium, sed quid non esset, ostendit. Cunctis autem liquet, quòd neque hæc humana sapientia vel teneri loco, vel emi diuitiis potest. Sed vir sanctus mysticis sensibus plenus, ad alia nos intelligenda transmittit, vt non creatam, sed creantem sapientiam requiramus. Nã nisi in verbis istis allegoriarũ secreta rimemur, ea vtique quę sequuntur, omnino sunt digna despectu, si ex sola historica narratione pensentur. Paulopost nanque dicit: Non adæquabitur ei aurum vel vitrum. Et cùm, sicut nouimus, vitrum longè atque dissimiliter auro sit vilius, cur post auri nomen, metalli vtique preciosi, pro immensa laude vitrum quoq; dixit sapientiæ nõ æquari? Ipsa ergo literæ difficultate cõpellimur, vt ad sententias horum verborum mysticas vigilemus. Vir itaque sanctus quam sapientiam contemplatur, nisi eam de qua Paulus apostolus dicit, Christum dei virtutem, & dei sapientiam? De qua per Salomonem scriptum est: Sapientia ædificauit sibi domum: & de qua Psalmista ait: Omnia in sapientia fecisti. Huius nimirum sapientiæ homo precium nescit: quia nihil dignum æstimationi illius inuenit. Non autem hoc sapientiæ precium, & esse dicitur & nesciri: sed idcirco nesciri, quia deest, eo scilicet loquendi genere, quo in angustiis quisque deprehensus, cùm remedium subuentionis non inuenit, fateri solet: quia quid faciat, nescit. Huius ergo sapientiæ precium nescire, est digni operis meritum, quo illam percipiat, non inuenire. Ad hoc nãque precium damus, vt eius vice rem quam appetimus, possidere debeamus. Quid autem nos dedimus, vt hanc sapientiam, quæ Christus est, percipere mereamur? Gratia quippe redempti sumus. Illa nanque sola opera malè viuendo dedimus, quibus si iusta retributio seruaretur, non Christus, sed supplicia redderentur. Sed aliud homo per iustitiam meruit, aliud per gratiam accepit. Testatur Paulus, priusquam mens illius semen gratuitæ veritatis acciperet, quibus sentibus premebatur erroris: Qui prius, inquit, fui blasphemus & persecutor & contumeliosus, sed misericordiam consecutus sum: quia ignorans feci in incredulitate. Testatur pro qualibus Christus mori dignatus est: Cùm adhuc, inquit, peccatores essemus, secundum tempus Christus pro impiis mortuus est. Qui ergo veniente sapientia impij inueniti sumus, quid boni operis dedimus, quo accipere eandem sapientiam mereremur? Huius itaque sapientiæ homo precium nescit: quia quisquis à brutis animalibus rationis intellectu discretus est, quoniam quòd suis meritis non sit saluatus, intelligit: nihil se dedisse boni operis vt ad fidem veniret, agnoscit. Quasi enim ad percipiendum sapientiam precium dare, est cognoscendum deum actionis suæ mercede præuenire. Non esse huius sapientiæ precium cognouerat, qui dicebat: Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Hinc iterum scriptum est: Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed dei donum est, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Hinc de semetipso iterum loquitur, dicens: Gratia dei sum id quod sum.

Rom.

Eph.

1. Cor.

A quod sum. Et huius nimirum aspiratione gratiæ, quia virtutum opera prorsus in corde generantur, vt ex libero quoque arbitrio subsequatur actio, cui post hanc vitam retributio æterna respondeat, illico adiecit. Et gratia eius in me vacua non fuit.

Caput. XXV.

SEd sunt nonnulli qui saluos se suis viribus exultant, sussque precedentibus meritis redemptos se esse gloriantur. Quorum profectò assertio inuenitur sibimetipsi cõtraria: quia dum & innocentes se asserunt, & redemptos, hocipsum in se redemptionis nomen euacuant. Omnis nanque qui redimitur, ex aliqua proculdubio captiuitate liberatur. Vnde ergo quilibet iste redemptus est, si prius non fuit sub culpa captiuus? Liquet itaque quia multum desipit quisquis hæc sapit. Hominis quippe meritum superna gratia non vt veniat, inuenit: sed postquam venerit, facit: atque & ad indignã mentem veniens deus dignam sibi exhibet veniendo, & facit in ea meritum quod remuneret, qui hoc solum inuenerat, quod puniret.

Quòd latro in cruce subita repletus gratia, habuit fidem, spem, & charitatem.

Libet inter hæc mentis oculos ad illum latronem reducere, qui de fauce ascendit crucem, de cruce paradisum. Intueamur qualis ad patibulum venerit, & à patibulo qualis abscesit. Venit reus fraterno sanguine, venit cruentus, sed interna gratia
B est mutatus in cruce: & ille qui mortem fratri intulit, morien-
Luc.23. tis domini vitam prædicauit, dicens: Memento mei domine,
Latro i cruce clamatus dum veneris in regnum tuum. In cruce claui manus eius pe-
Rom.10. desque ligauerant, nihilque in eo à pœnis liberum nisi cor & lingua remanserant. Inspirante deo totum illi obtulit, quod in se liberum inuenit, vt iuxta hoc quod scriptũ est: Corde crederet ad iustitiam, ore cõfiteretur ad salutem. In corde autem
1.Corin.13. fidelium tres summopere manere virtutes testatur Apostolus, dicens: Nunc autem manent fides, spes, charitas. Quas cũctas subita repletus gratia, & accepit latro, & seruauit in cruce. Fidem nanque habuit, qui regnaturum dominum credidit, quem secum pariter morientem vidit. Spem habuit, qui regni eius aditum postulauit dicens: Memento mei domine, dum veneris in regnum tuum. Charitatem quoque in morte sua viuaciter tenuit, qui fratrem & collatronem pro simili scelere morientem, & de iniquitate sua arguit, & ei vitam quam non cognouerat, prædicauit, dicẽs: Neque tu times deum, qui in eadem es damnatione, & nos quidem iustè: nam digna factis recipimus, hic vero nihil mali gesit. Ille qui talis ad crucem venit ex culpa, ecce qualis à cruce recedit ex gratia. Confitebatur dominum quem videbat secum humana infirmitate morientem, quando negabant apostoli eum, quem miracula viderant diuina virtute facientem.

Caput. XXVI.

C SEd hi qui saluari hominem propriis viribus astruunt, eandem confessionem hominis ab ipsius esse hominis virtute suspicantur. Quod si ita esset, in dei laude Psal-
Psalm.110. mista non diceret: Confessio & magnificẽtia opus eius. Ab eo itaq; accipimus recta cõfiteri, à quo nobis & magna dãtur operari. Quia ergo nil boni operis dedimus, quo hãc sapientiã percipere mereremur: dicatur rectè: Nescit homo precium eius: quoniam quisquis iam ratione vtitur: tanto altius sub huius sapientiæ intellectu se despicit, quanto eiusdem sapientiæ verius interna cognoscit, vt indignum se ad hanc peruenisse videat, per quam gratuitò agitur, vt dignus fiat. De qua bene mox subditur:

Quòd qui huius mundi suauitatibus se exponunt, & inter blandimenta voluptatum versantur, ab intellectu sapientiæ & cognitione diuina penitus alieni sunt.

Nec inuenitur in terra suauiter viuẽtium. Quid hoc in lo-
Psalm.142. co terræ signatur nomine, nisi anima humana? De qua Psalmista dicit: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Hæc autem sapientia inueniri in terra suauiter viuentium non valet: quia quisquis adhuc huius vitæ voluptatibus pascitur, ab eternæ sapientiæ intellectu separatur. Nam si verè saperet, expulsus ab
Eccles.1. internis gaudiis, de ea in quam cecidit, exilij sui cæcitate lugeret. Hinc nanque per Salomonem dicitur: Qui apponit scientiam, apponit & dolorẽ: quia quanto plus homo cœperit scire quid perdidit, tanto plus lugere incipit corruptionis suæ sententiam quam inuenit. Considerat nanq; vnde quo lapsus est: D
quòd à paradisi gaudiis ad ærumnas vitæ præsentis, ab angelorum societatibus venit ad curas necessitatum: pẽsat in quot iam periculis iacet, qui prius sine periculo stare cõtempsit: luget exilium quod damnatus patitur, & suspirat ad cœlestis gloriæ statum, quo perfrui securus posset, si peccare noluisset. Quod bene Psalmista considerans ait: Ego dixi in pauore *Psalm.30.* meo, proiectus sum à vultu oculorum tuorum. Cõtemplatus quippe interna gaudia visionis dei & socialẽ frequentiam angelorum persistentium, reduxit oculos ad ima, vidit quo iaceret qui ad hoc conditus fuerat, vt in cœlestibus stare potuisset, pensauit vbi esset, & quo deesset, ingemuit: proiectumque se à vultu oculorum dei doluit, quia in comparatione lucis intimæ, grauiores senserat exilij sui tenebras quas tolerabat.

Caput. XXVII.

HInc est quòd ad animum suũ ex præsenti vita nullius gratiæ consolationẽ admittit, dicẽs: Negaui cõsolari *Psalm.76.* animam meã. Nam plerunque huius seculi diuites solent mentis tedio affecti, bona tẽporaliter accepta conspicere, & tristitiam delinire. Cùm enim mœrore quodã se tangi sentiunt, equos aspiciunt, auri argentiq; sui vascula contẽplantur, prædia circumeunt. Cumque per hæc temporalia oculos libẽter trahunt, obortũ animæ mœrorem vincunt. Vnde eis & in euãgelio veritas dicit: Væ vobis diuitibus, qui hic habetis cõ- *Luc.6.*
solationem vestram. Sed sanctus vir qui hoc luget, quia ab æ- E
ternis gaudiis cecidit, consolationem de tẽporalibus non admittit dicens: Negaui consolari animã meam. Ac si apertè dicat: Qui de temporaliũ amissione non lugeo, de temporalium abundantia cõsolari nequaquam possum. Cui tanquam si nos audientes ista diceremus: Quid igitur quæris, qui consolari in *Psal.76.* his quæ mundi sunt, renuis? illico adiecit: Memor fui dei, & delectatus sum. Ac si apertè dicat: Terrenarum rerum me nec abundantia resouet, auctoris autẽ mei quem adhuc videre non valeo, vel sola memoria delectat. Hęc est igitur amaritudo sapientium: quia dum spe in alta erecti sunt, nullis hic gaudiis animum sternunt. Hinc enim scriptum est: Cor sapientiũ, vbi *Eccles. 7.*
tristitia est, & cor stultorum, vbi lætitia. Hinc Iacobus dicit: *Iaco.4.*
Miseri estote, & lugete, & plorate, & risus vester in luctũ conuertatur, & gaudium in mœrorem. Hinc per semetipsam ve- *Matt.5.*
ritas attestatur, dicens: Beati qui lugent nunc, quoniã ipsi consolabuntur. Inueniri ergo sapientia in eorum terra nõ potest, *2.Petri.2.*
qui suauiter viuunt: quia tanto verius stulti sunt, quanto maiora perdentes, in minimis lætantur. Hinc Petrus eandem prauorum stulti tiã reprehendit, dicens: Voluptatem existimãtes diei delitias coinquinationis & maculæ. Hinc Salomõ ait: Risum deputaui errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperis? *Eccles.2.*
Dicat itaque vir sanctus de sapientia: Nec inuenitur in terra suauiter viuentium: quia nimirum qui in hoc mundo suauiter viuunt, ita adhuc stulti sunt, vt hocipsum quoque nesciãt, vnde ceciderunt. Sequitur: F

Quòd filij huius seculi dũ carnaliter sapiẽtes esse appetunt, deũ in se esse nequaquam ostendunt: quia duplicium & fictorum corda quasi abyssus sunt, & amaras & inquietas animas spiritus sanctus minimè inhabitat.

Abyssus dicit, non est in me.) Quid hoc loco abyssum nisi corda hominum vocat? quæ & per lapsum fluida, & per duplicitatis sunt caliginem tenebrosa. Quæ nimirum abyssus non esse in se hanc sapientiam profitetur: quia iniqua mens dum esse sapiens carnaliter appetit, stultam se ad spiritalia *1.Cor.13.*
ostendit. Nam quia teste Paulo, sapientia huius mundi stul- *Tanto quis*
titia est apud deum: tanto quisque amplius intus stultus fit, *stultior fit,*
quanto conatur exterius sapiens videri. De hac abysso per *quãto conatur sapiens videri.*
Ioannem dicitur: Vidi angelum descendentem de cœlo, ha- *Apoc.20.*
bentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & Satanas, & ligauit eum per annos mille, & misit in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni. Millenario etenim numero non quantitatem temporis, sed vniuersitatem qua regnat Ecclesia, designauit. Antiquus autem serpens ligatus catena in abyssum mittitur: quia religatus à bonorum cordibus, apud reproborum mentes reclusus eis atrocius

Universidad de Deusto Biblioteca

G dominatur. Qui paulopoſt quoque de puteo abyſsi educi deſcribitur: quia de iniquorum cordibus nunc occultè ſæuientibus, tunc accepta contra Eccleſiam poteſtate, in vim apertæ perſecutionis erumpet. Hæc itaque abyſſus in qua nunc diabolus ſeruatur occultus, non eſſe in ſe ſapientiam dicit: quia alienam ſe à vera ſapientia iniquis operibus oſtendit. Dum enim malitiam quiſque tegit in corde, ore autem blandimenta exhibet, dum cogitationes ſuas duplicitate obnubilat, dum puritatis verba quaſi fatuitatem deuitat, dum vias ſimplicis innocentiæ declinat, quaſi habere abyſſus dei ſapientiam recuſat. Et quia huic mundo mentes deditæ, præſentis vitæ curis & ſollicitudinibus perturbantur: & idcirco eiuſdem ſapiẽtiæ tranquillitate perfrui nequaquam poſſunt, rectè ſubiungitur: Et mare loquitur, non eſt mecum.) Quid enim magis nomine, niſi ſecularium mẽtium amara inquietudo ſignatur? Quæ dum ſe viciſsim inimicitiis impetunt, quaſi aduerſantes ſe vndę collidunt. Rectè etenim mare vita ſecularium dicitur: quia dum procelloſis actionum motibus concitatur, *Eſa.66.* ab internæ ſapientiæ quiete atque ſtabilitate diſiungitur. Quo contra bene per prophetam dicitur: Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum & trementem ſermones meos? A terrenis autem mentibus tanto longius ſpiritus fugit, quanto apud has quietem non inuenit. Hinc eſt enim quod de quibuſdam per Pſalmiſtam dicitur: Con- *Pſalm.13.* tritio & infœlicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt. A qua nimirum contritione perturbationis nos do- H minus reuocat, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & *Mat.11.* onerati eſtis, & ego vos reficiam: tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Quid enim in hac vita laboriosius, quàm terrenis deſideriis æſtuare? aut quid hic quietius, quàm huius ſeculi nihil appetere? Caput. XXVIII.

Exod.16. HInc eſt quòd Iſraëliticus populus cuſtodiam ſabbati
Exod.8. accepit in munere: hinc econtra eſt Aegyptus muſcarum multitudine percuſſa. Populus nanque qui deum ſequitur, accipit ſabbatum, id eſt, requiem mentis: vt nullo in hac vita deſideriorum carnalium appetitu fatigetur. Aegyptus verò quæ huius mũdi ſpeciem tenet, muſcis percutitur. Muſca enim nimis inſolens & inquietum animal eſt. In qua quid aliud, quàm inſolẽtes curæ deſideriorum carnalium deſignantur? Vnde aliàs dicitur: Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti: quia cogitationes ſuperfluæ quę aſsiduè in animo carnalia cogitante & naſcũtur & deficiunt, eam ſuauitatem qua vnuſquiſque intrinſecus per ſpiritum vnctus eſt, perdunt: quoniam integritate eius perfrui non permittunt. Aegyptus ergo muſcis percutitur: quia eorum corda qui terrenam vitam diligunt, dum deſideriorum ſuorum inquietudinibus feriuntur, turbis cogitationum carnalium ad ima depreſſa ſunt: vt ad quietis intimæ deſideriũ non leuẽtur. Vnde I cùm mira ope pietatis ad cor veritas venit, prius ab eo cogitationum carnalium æſtus eiicit, & poſt in eo virtutum dona diſponit. Quod bene nobis ſacra Euangelij hiſtoria innuit, in qua dum ad reſuſcitandam filiam principis inuitatus dominus duceretur, protinus additur: Et cùm ciecta eſſet turba, intra- *Mat. 9.* uit, & tenuit manum eius, & ſurrexit puella. Foras ergo turba eiicitur, vt puella ſuſcitetur: quia ſi non prius à ſecretioribus cordis, expellitur importuna ſecularium multitudo curarum, anima quæ intrinſecus iacet mortua, non reſurgit. Nã dum ſe per innumeras terrenorũ deſideriorum cogitationes ſpargit, ad conſiderationem ſui ſeſe nullatenus colligit. In his itaque inquietudinum fluctibus habitare ſapientiam non poſſe cognoſcens, ait: Et mare loquitur, non eſt mecum. Nullus quippe eam plenè recipit, niſi qui ab omni ſe abſtrahere actionum carnalium fluctuatione contendit. Vnde & aliàs dicitur: Sa- *Eccli. 38.* pientiam ſcribe in tempore otij, & qui minoratur actu, ipſe *Pſalm. 45.* percipiet eam. Et rurſum: Vacate & videte, quoniã ego ſum deus. Caput. XXIX.

Quæſtio. SEd quid eſt quòd plæroſq́ue antiquorum patrum nouimus hanc ſapientiam & intrinſecus viuaciter tenuiſſe, & curas mundi extrinſecus ſolenniter miniſtraſſe? An perceptione huius ſapientiæ Ioſeph priuatum dicimus, qui famis tempore totius Aegypti curas ſuſcipiens, nõ ſolum Aegyptiis alimẽta præbuit, ſed vitam quoque exterorum aduenientium miniſterij ſui arte ſeruauit? An ab hac ſapiẽtia Daniel alienus K extitit, qui à Chaldæorum rege in Babylonia princeps magiſtratuum effectus: tanto maioribus curis occupatus eſt, quãto & ſublimiori dignitate omnibus prælatus? Cùm igitur conſtet plærunque etiam bonos non terreno ſtudio terrenis curis implicari, patenter agnoſcimus, quia ſic nõnunquàm ciues Hieruſalem angarias ſoluunt Babyloniæ, ſicut ſæpe ciues Babyloniæ impendunt angarias Hieruſalem. Nam ſunt nonnulli qui verbum vitæ pro ſola ſapientiæ oſtentatione prædicant, eleemoſynarum opem pro appetitu vanæ gloriæ ſubminiſtrant. Et quidem Hieruſalẽ videntur eſſe quæ agunt, ſed tamen Babyloniæ ciues ſunt. Sic itaque aliquando contingit, vt qui ſolam cœleſtem patriam diligunt, terrenæ patriæ curis ſubiacere videantur. Quorũ tamen miniſterium à prauorum operibus plærunque in actu, nonnunquam vero ante ſupernũ iudicem in ſola cogitatione diſcernitur. Pleni quippe ſuperna ſapiẽtia diſcernunt qualiter debeant & ad aliud vacare intrinſecus, & ad aliud extrinſecus occupari, vt ſi forte occulta dei ordinatione aliquid eis non appetentibus de huius ſeculi curis imponitur: cedant deo quem diligunt, & prę amore eius intrinſecus ſolam illius deſiderent viſionem, præ timore vero eius impoſitam ſibi extrinſecus humiliter expleant actionem, vt & vacare deo appetant ex gratia dilectionis, & rurſum curas ſuperimpoſitas ex conditione expleãt ſeruitutis. Cumque occupa- L tiones extrinſecus perſtrepunt, intrinſecus in amore pacatiſſima quies tenetur, atq; occupationem tumultus exterius perſtrepẽtis, diſpenſat interius præſidens iudex ratio, & tranquillo moderamine ea quæ circa ſe minus ſunt tranquilla, diſponit. Sicut enim vigor mentis frenandis præeſt motibus carnis, ſic ſæpe ſuperimpoſitos tumultus occupationis bene regit amor quietis: quia exteriores curæ ſi peruerſo amore non appetuntur non confuſo ſed ordinato animo miniſtrari queunt. Sancti etenim viri nequaquam eas appetunt, ſed occulto ordine ſibi ſuperimpoſitas gemunt, & quanuis illas per meliorem intentionem fugiant, tamen per ſubditam mentem portant. Quas quidem ſummopere, ſi liceat, vitare feſtinãt: ſed timentes occultas diſpenſationes dei, tenent, quod fugiunt, & exercent quod vitant. Intrant enim ad cor ſuum, & ibi conſulunt quid velit occulta voluntas dei, ſeſeq́ue ſubditos debere eſſe ſummis ordinationibus cognoſcentes, humiliant ceruicẽ cordis iugo diuinæ diſpenſationis. Quiſquis verò talis eſt, quilibet tumultus verſentur extrinſecus, nunquam ad eius interiora perueniunt. Itaque agitur vt aliud intrinſecus voto, aliud extrinſecus teneatur officio, & hac ſapientia non iam turbulẽta atque confuſa, ſed tranquilla corda repleantur. Bene ergo de ea dicitur: quia abyſſus dicit, non eſt in me, & mare loquitur, non eſt mecum. Ac ſi apertè diceretur: Perturbatæ mentes ſecularium eoipſo clamant, quoniam à vera ſapientia longe M diuiſæ ſunt, quo quietæ non ſunt. Quia verò hęc dei ſapientia manens cum patre ante ſecula, incarnanda erat in fine ſeculorum, vt ad redimendum genus humanum, non ſanctos angelos, non iuſtos homines mitteret, ſed in manifeſtatione vltionis per ſemetipſam veniret, rectè ſubiungitur:

Cur ad redimendum hominẽ non miſit deus angelũ, ſed ipſe venit.

Non dabitur aurum obryſum pro ea.) Quid nãque per aurum obryſum, niſi ſancti angeli deſignantur? Qui rectè & aurum vocantur, & obryſum: aurum, quia fulgent claritate iuſtitiæ: obryſum, quia nullum habuerunt vnquam contagium culpæ. Homines verò iuſti quandiu in hac carne corruptibili mortaliter viuunt, aurum quidem eſſe poſſunt, obryſum omnino non poſſunt: quia corpus quod corrumpitur, aggravat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Nam quanuis in hac vita ex magnæ iuſtitiæ claritate reſplendeant, nequaquàm tamen ad purum peccatorum foribus carent: Ioanne apoſtolo atteſtante, qui dicit: Si dixerimus quia peccatum non habemus, noſmetipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt: & affirmante Iacobo qui aſtruit, dicens: In multis enim offendimus omnes. Propheta etiam deprecante, qui ait: Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Aurum ergo obryſum illi nuncupantur, qui in ea qua conditi ſunt innocentia perdurantes, & fulgent claritate iuſtitiæ, & nullis vel minimis

A minimis maculantur sordibus culpæ. Caput.XXX.

Sed quia pro hac sapientia nullus angelorum redemptor humani generis mittendus fuit, ne quis spem in his, quos in adiutorio hominum sæpe apparuisse didicimus, angelis poneret, dictum est: Non dabitur aurum obryzum pro ea. Ac si apertè diceretur: Per semetipsam sapientia manifestabitur, vt humanum genus à culpa redimatur. Nullus vice eius angelus mittitur: quia per creatorem necesse est vt creatura liberetur. Vnde & in Euangelio dominus dicit: Si vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Sed vir sanctus spiritu eiusdem sapientiæ repletus, quosdam in Iudæa præuidit non esse defuturos, qui spem in legislatore ponerent, & suæ salutis auctorem Moysen putarent: sicut & cuidam sanato maledicentes dicũt: Tu discipulus sis eius, nos enim Moysi discipuli sumus. Vnde adhuc congruè subinfertur: Nec appendetur argentum in commutatione eius.) Quia enim argento sæpe eloquia diuina signantur, possunt argenti vocabulo etiam eiusdem eloquij scriptores intelligi, quorum vita inter turbas hominũ resplenduit luce virtutum. Sed quia lex peccata indicare potuit, non auferre: non quisquam veterum patrum, non legislator Moyses humani generis redemptor extitit. Argentum ergo in cõmutatione huius sapientiæ non appenditur: quia quilibet sancti esse potuerunt, in comparatione vnigeniti filij nullius meriti fuisse pensantur: qui nisi huius sapientiæ seruos se cognoscerẽt, sancti nullatenus fuissent. Ad hoc quippe illi missi sunt,

B vt in cordibus hominum viam huic sapientiæ prædicãdo præpararent, neq; vt pro ea, sed per eam subiectos populos regerent. Quia enim certum erat quòd per accessum temporum, deficientis seculi languores excrescerent, actum est vt æterna dei sapientia in fine seculorum per semetipsam veniret ad grã dem hunc, & nimiæ infirmitatis ægrotum, id est, per totũ mundum iacens languidum genus humanum: vt transmissis prius prædicatoribus, quasi quibusdam visitatoribus, tanto postmodum maior fieret potentia medici, quanto magis morbus creuisset ægroti. Quia verò nullus vice eius ad saluandos nos mititur, dicatur rectè: Nec appẽdetur argentum in commutatione eius, quoniam vita iustorum prædicantiũ quantalibet sanctitatis luce polleat, aduentum nobis supernæ sapientiæ per suam præsentiam non commutat. Sed fuere multi gentilium, qui mundi huius sapientum disciplinis dediti, ea quæ sunt inter homines honesta seruarent, & saluandos seruata honestate se crederent, nec iam mediatorem dei & hominum quærerẽt, cùm quasi sufficientem sibi philosophorum doctrinam tenerent. In quorum despectu mox subditur.

Cur dei sapientia in mundum venerit.

Quòd sapientia huius seculi quæ tincta est coloribus Rhetorum, Christo comparata nihil sit, & nulla philosophiæ honestas ad salutem sine Christo proficiat.

C Non cõferetur tinctis Indię coloribus. Quid enim per Indiam quæ nigrum populum mittit, nisi hic mundus accipitur? in quo vita hominum per culpam obscura generatur. Tincti autem colores Indiæ, sunt huius mundi sapientes, qui quanuis per infidelitatem, & plærunque per actionem fœdi sunt, ante humanos tamen oculos superinductę honestatis colore fucan

Differunt verba sapientiũ mundi & sapientiæ dei.

tur. Sed coæterna dei sapientia tinctis Indiæ coloribus nõ cõfertur: quia quisquis hanc veraciter intelligit, ab his hominibus quos mundus sapientes coluit, quàm longè distet, agnoscit. Ipsaque eius mandatorum verba ab huius mundi sapientibus differunt: qui dum intendunt eloquentiæ, eorum dicta quasi pulchra apparent specie, & fucatione tincturę, & cũ virtute rerum careant, aliud se esse quàm sunt, verborum compositionibus quasi superductis coloribus mentiuntur. At contrà doctrina sapientię & prædicatione pulchra est, & pura veritate conspicua, nec aliud se per fallaciam prętendit exterius, & aliud reseruat interius, neq; in dictis suis pulchra videri appetit nitore sermonis, sed integritate veritatis. In mãdatis igitur suis dei sapientia non confertur tinctis Indiæ coloribus: quia dum fucata eloquentiæ ornamenta non habet, quasi vestis sine tinctura placet. Quam fucationem tincturę bene Paulus despexerat, cùm dicebat: Quæ & loquimur non in doctis humanę sapiẽtiæ verbis, sed in doctrina spiritũ. Malebat quippe hanc sapientiam sola puritate veritatis ostendere, non autẽ eloquij tinctione fucare. Sequitur: Nec lapidi sardonyco pre

Ioan. 8.

Ioan. 9.

1. Cor. 2.

cioſiſsimo vel ſapphiro.) Sardonycum, vel ſapphirum lapides D
precioſos eſſe quis neſciat? Et dum multi alij precioſi ſint lapides, qui longè iſtos eſtimatione magnitudinis antecellant, cur ſapphirus vel ſardonycus potiſsimũ precioſus nominatus eſt, cùm vterque lapis iſte aliorum lapidum comparatione viliſſimus ſit? niſi vt eos lapides qui precioſi deſcribũtur, dum precioſos non eſſe cognoſcimus, in eorum intelligentia aliud exquiramus. Sardonycus quippe terræ rubræ ſimilitudinem tenet. Sapphirus verò aëream habet ſpeciem. Poſſunt ergo in ſardonico per terram rubram homines, in ſapphiro autem per aëream viſionem angeli deſignari. Nam cùm rubræ terræ ſpeciem lapis ſardonicus habeat, non immeritò hominem deſignat: quia & Adã qui primus eſt conditus, Latino ſermone terra rubra nominatur. Quid eſt ergo quod dicitur: quia hæc ſapientia lapidi ſardonyco, vel ſapphiro non confertur, niſi q̃ is qui eſt dei virtus, & dei ſapientia, mediator ſcilicet dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, tanta magnitudine excellat omnia, vt ei nec in terra primi homines, nec in cœlo angeli comparentur? Vnde & per Pſalmiſtam dicitur: Quis in nubibus æquabitur domino, aut quis ſimilis erit deo inter filios dei?

Adam.

Pſalm. 88.

Caput.XXXI.

POſſunt autem per ſardonicum lapidem patres teſtamẽti veteris, per ſapphirũ verò prædicatores exprimi teſtamenti noui. Illi quippe quanuis magnam iuſtitiæ vitam tenerent, carnali tamen propagini ſeruiebãt. Quia igitur E
conſtat quòd quædam terrena agerent, non immerito per ſardonycum lapidem qui, vt prædiximus, terrę rubræ tenẽt ſpeciem, deſignãtur. Per ſapphirum verò qui ætherei eſt coloris, teſtamenti noui congruè prædicatores accipimus, qui carnalis propaginis deſideria poſtponẽtes, cœleſtia ſola ſectati ſunt. Vnde & Propheta cõſpiciens cuncta carnis deſideria, ſanctos apoſtolos ſpiritali ardore tranſcẽdere? admiratus ait: Qui ſunt hi qui vt nubes volant? Ac ſi apertè dicat: Nos per terram gradimur, qui adhuc coniugiis implicamur, & propagandę ſoboli opera carnis impendimus: iſti vero in terra non ambulant, ſed vt nubes volant, qui dũ cœleſtia appetunt, de terrenis deſideriis nihil tãgunt. Ait ergo: quia dei ſapientia ſardonyco, vel ſapphiro lapidi non confertur, ac ſi patenter inſinuet, dicẽs: Ei qui homo inter homines cernitur, nec in antiquis quiſquam, nec in nouis patribus æquatur: quia ex deitate habet quod in humanitate quẽquam ſimilem nõ habet. Vnde adhuc ſubdit:

Eſa. 60.

Non adæquabitur ei aurum vel vitrum.) Quis hoc ſanum ſapiens iuxta literam ſentire dignetur? Vitrum quippe, vt ſuperius diximus, auro longè eſt vilius, & poſtquam dictum eſt, q̃ aurum huic ſapientiæ non adæquatur, adhuc quaſi creſcendo ſubiungitur: q̃ ei quoque nec vitrum poſsit æquari. Sed ipſa nos litera ab hiſtorico intellectu deficiens, ad indagandũ allegoriæ myſterium mittit. Auri nãq; metallum nouimus potiori metallis omnibus claritate fulgere. Vitri quoq; natura eſt, F
vt extrinſecus vilũ pura, intrinſecus perſpicuitate perluceat, In alio metallo quicquid intrinſecus continetur, abſconditur: in vitro verò quilibet liquor qualis continetur interius, talis exterius demonſtratur: atque, vt ita dixerim, omnis liquor in vitreo vaſculo clauſus patet. Quid ergo aliud in auro vel vitro accipimus, niſi illam ſupernam patriam, illam beatorum ciuium ſocietatem, quorum corda ſibiinuicem, & claritate fulgent, & puritate tranſlucent? Quam Ioannes in Apocalypſi conſpexerat, cùm dicebat: Et erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpide: ipſa verò ciuitas aurum mundum, ſimilis vitro mũdo. Quia enim ſancti omnes ſumma in ea beatitudinis claritate fulgebunt, inſtructa auro dicitur. Et quoniam ipſam eorum claritas viciſsim ſibi in alternis cordibus patet, & cùm vniuſcuiuſque vultus attenditur, ſimul & conſcientia penetrat: hoc ipſum aurũ vitro mundo ſimile eſſe memoratur. Ibi quippe vniuſcuiuſq; mentem ab alterius oculis, membrorum corpulentia non abſcondet, ſed patebit animus: patebit corporalibus oculis ipſa etiã corporis harmonia, ſicq; vnuſquiſq; tunc erit cõſpicabilis alteri, ſicut nũc eſſe nõ poteſt cõſpicabilis ſibi.

Apoca. 21.

Caput. XXXII.

NVnc autem corda noſtra quandiu in hac vita ſumus, quia ab altero in alterum videri nõ poſſunt, non intra vitrea, ſed intra lutea vaſcula concluduntur, cui ſcilicet luto per paſsionem mentis inhęrere Propheta formidabat,

G dabat, cùm diceret: Eripe me de luto, vt nō inhæream. Quod
Psal.68. nimirum habitaculum corporum Paulus domum terrestrem
2.Cor.5. nominat, dicens: Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis. In hac itaque terrestri domo quousque viuimus, ipsum, vt ita dicam, corruptionis nostrę parietem mentis oculis nullatenus penetramus, & vicissim in aliis videre occulta non possumus. Vnde sancta Ecclesia sponsi sui speciem videre in diuinitate desiderans, nec tamen valens: quia ęternitatis illius formam quam intueri concupiuerat, ab eius oculis assumpta humanitas abscondebat: in Canticis canticorum mœrens dicit: En ipse stat
Cantic. 2. post parietem nostrum. Ac si apertè dicat: Ego hunc in diuinitatis suę iam specie videre desidero, sed adhuc à visione illius per assumptę carnis parietem excludor. Quousque itaque in hac corruptibili carne viuimus, cogitationes nostras in alterutrum non videmus. Vnde rursum per eūdem Paulum di-
1.Corin. 2. citur: Quis scit hominum quę sunt hominis, nisi spiritus homi-
1.Cor.4. nis qui in ipso est? Et rursum: Nolite iudicare ante tempus, donec veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit consilia cordium. Illa itaque ciuitas quæ sua vicissim singulis corda manifestat, ex auro dicitur similis vitro mundo, vt designetur auro clara, vitro perspicua. Sed quanuis
H in ea sancti omnes tanta claritate fulgeant, tanta perspicuitate transluceant, ei tamen sapientiæ de cuius imagine habent omne quod sunt, æquari non possunt. Bene ergo dicit: Non adæquabitur ei aurum vel vitrum. Ad hoc enim sancti omnes ad illa gaudia æterna perueniunt: vt esse deo similes possint, sicut
1.Ioan. 3. scriptum est: Cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam vi-
Psalm. 34. debimus eum sicuti est. Et tamen scriptum est: Domine deus virtutum quis similis tibi? Et iterum: Aut quis erit similis deo inter filios dei? Vnde ergo similes, & vnde non similes, nisi qa huic sapientię, & similes erunt ad imaginem, & tamen nō erūt similes ad æqualitatem? Aspiciendo quippe æternitatem dei, fit eis vt æterni sint, & dum visionis eius donum percipiunt, ex perceptione beatitudinis imitantur, quod vident. Et similes ergo sunt, quia beati fiunt: & tamen creatori similes non sunt, quia creatura sunt. Et habent itaque quandam dei similitudinem: quia non habent finem, & tamen incircunscripti ęqualitatem non habent, qui habent circunscriptionem. Dicatur igitur rectè: Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, quia quantalibet sancti claritate, & perspicuitate fulgeant: aliud est homines esse sapientes in deo, atque aliud esse hominem sapientiam dei. Quam profectò sapiętiam ille veraciter agnouit, qui mediatori dei & hominum aliquem comparare sanctorū minimè pręsumpsit. Vnde & subditur:

Caput. XXXIII.

I NEc commutabuntur pro ea vasa auri excelsa & eminentia.) Excelsum quippe vas auri Helias extitit, excelsum vas auri Hieremias, excelsa atque eminentia auri vasa priores patres fuere. Sed hæc dei sapientia, vt à carnali nos cōuersatione redimeret, apparuit in carne, & qui illam veraciter non agnouit, mediatorem dei & hominum, hominē Iesum Christum vnum esse ex prophetis putauit, quē electorum oculi fide tenuerunt deum, cùm viderent hominem. Vn-
Matt.16. de ab eo sanctis discipulis dicitur: Quem dicunt homines esse filium hominis? Cui cùm protinus respondissent: Alij Ioannē Baptistam, alij Heliam, alij verò Hieremiam: aut vnū ex prophetis, de suo mox sensu requiruntur. Vos autem quem me esse dicitis? Cui protinus Petrus totius Ecclesiæ voce respon-
1.Corin. 1. dens ait: Tu es Christus filius dei viui. Quia igitur iuxta Pauli vocem, Christum nouimus dei virtutem, & dei sapientiā. Petrus pro hac sapientia vasa auri excelsa, & eminentia commutare noluit: quia de illa nō aliud quàm erat, intellexit. Magnū quippe, vt dictum est, vas auri Ioannes: magnum vas auri Helias, vel Hieremias fuit. Sed quisquis eūdem deum quemlibet eorum esse crediderit, vas auri excelsum, & eminens pro sapientia commutauit. Ecclesia vero pro hac sapientia vasa auri excelsa, & eminentia non commutat: quia Christum filiū dei non vnum esse prophetarum, sed vnum prophetarum dominum credit. Ipsam quippe ad se venisse sapientiam videns, noluit se in illis aureis vasis figere, sed in eam studuit fide certissima pertransire. Vnde in Canticis canticorum dicit: Inuenerūt me vigiles qui custodiūt ciuitatem. Num quem diligit anima K
mea, vidistis? Paululum cùm pertransissem eos, inueni quē dili- *Cant.*
git anima mea. Quos enim vigiles qui custodiunt ciuitatē, nisi priores patres, vel prophetas accipimus: qui studuerunt ad eu stodiam nostram sanctæ prædicationis voce vigilare? Sed cū redemptorem suum Ecclesia quæreret, in ipsis antiquis prædicatoribus spem figere noluit, cùm dixit: Paululum cùm pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea. Illum quippe inuenire non posset, si istos pertransire noluisset. In istis se custodibus infideles fixerant, qui Christum dei filium vnum quemlibet esse illorum credebāt. Voce igitur ac fide Petri inuentos vigiles sancta Ecclesia transiit, quæ prophetarum dominum vnum quemlibet ex prophetis credere cōtempsit. Dicatur ergo: Nec commutabuntur pro ea vasa auri excelsa & eminentia: quia electi quique sanctorum vitam, & venerantur ex sublimitate, & tamen non suscipiunt ad errorē. Quos enim puros homines esse sciunt, deo homini omnino non cōferūt. Vnde adhuc subditur: Nec commemorabuntur in comparatione eius. (Omnes enim supernæ patrię electi sancti quidem & iusti sunt: sed participatione sapientiæ, non comparatione. Quid enim sunt homines deo comparati? Lumen autem sapientia: lumen & serui sapientiæ vocari solent. Sed illa lumen illuminans, isti lumen illuminatum, sicut scriptum est: Erat lux *Ioan.*
vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hūc mū- *Matt.*
dum. Istis autem tantummodo dicitur: Vos estis lux mundi. *L.*
Iustitia quidem sapientia, iustitia & serui sapientiæ nuncupantur: sed ista iustitia iustificans, isti autem iustitia iustificata. De deo quippe qui sapientia est, dicitur. Vt sit ipse iustus & iustificans, isti vero dicunt: Vt nos efficeremur iustitia dei in ipso. *Rom.*
Aliter ergo venerandum est lumen illuminans, aliter lumen il- *1.Cor.*
luminatum, aliter iustitia iustificans, aliter iustitia iustificata.

Caput. XXXIIII.

SApientia verò est, & sapit: nec habet aliud esse, aliud sapere, serui autem sapientiæ esse quidem sapientes possunt, nec tamen hoc habent esse quod sapere: nam esse possunt, & sapientes non esse. Habet vitam sapientia, sed non aliud habet, & aliud est: quippe cui hoc est esse quod viuere. Serui autem sapientiæ cùm habent vitam, aliud sunt, & aliud habent: quippe quibus non est hoc ipsum esse quod viuere: nam possunt iuxta aliquid esse, nec viuere. Aliud quippe illi est esse, aliud viuere: quia in ipso parente primo essentiam habuere per initium, vitam per accessum, quoniam prius de terra factus est homo, & postmodum, sicut scriptum est: Inspi- *Gen.2.*
rauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Sapientia verò habet essentiam, habet vitam: sed hoc quod habet, ipsa est. Proinde incommutabiliter viuit: quia non ex accidenti, sed essentialiter viuit. Sola ergo cum patre & sancto spiritu veraciter est: cuius essentiæ comparatum esse nostrum non esse est. Huic si coniungimur, su- M
mus, viuimus, sapimus: huic si comparamur, nec sapimus, nec viuimus, omnino, nec sumus. Hinc est quòd sancti omnes quando in dei visione proficiunt, quāto magis diuinitatis interna conspiciunt, tanto magis se nihil esse cognoscunt. Nusquam quippe legitur quòd Abraham cinerem & puluerem se esse professus est, nisi cùm habere Dei meruit collocutionem. Ait enim: Loquar ad dominum meum, cùm sim pulvis *Gen.18.*
& cinis? Esse enim se aliquem forrasse crederet, si veracem essentiam quæ super ipsum est, minimè sensisset. At verò vbi ad immutabilem contemplandum super se raptus est, impleto tantæ contemplationis potentia, dum videret illum, nil se esse nisi puluerem vidit. Hinc est etiam quòd Propheta repletus eadē sapientia, exclamat: Memento domine quòd pulvis su- *Psal.102.*
mus. Qui rursus eiusdem incommutabilitatem essentiæ contemplatus, ait: Omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut *Psalm.101.*
opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui nō deficient. Hinc ad Moysen dicitur: Ego sum *Exod.3.*
qui sum: & dices filiis Israël: Qui est, misit me ad vos. Solus quippe veraciter est, qui solus incommutabiliter permanet. Nam omne quod modo sic, & modo aliter est, iuxta non esse est. Permanere enim in statu suo nō potest. Atque aliquo modo ad non esse itur, dum ab eo quod fuerat, semper ad aliud, per momenta temporum ducitur: Vt ergo in participatione illius essentiæ aliquid simus, cognoscamus nosmetipsos: quia

propè

A propè nihil sumus. Bene itaque dicitur: Nec commemorabuntur vlo comparatione eius: quia vasa auri excelsa & eminentia, quæ ex participatione sapientiæ nobis veneranda sunt, in cõparatione sapientiæ etiam memoranda non sunt. Quia verò hæc sapientia humanis cordibus latenter insunditur, sicut de
Ioan. 3. sancto spiritu quoque dictum est: Spiritus vbi vult spirat: & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quò vadat, idcirco subiungitur: Trahitur enim sapientia de occultis.) De occulto sapientia trahitur: quia cùm sit inuisibilis, non nisi inuisibiliter inuenitur. Quæ rectè quoque trahi dicitur: quia sicut flatum trahimus, vt corpus viuat: sic ab intimis sapientiæ spiritus ducitur, vt ad vitam anima subsistat. Vnde Psalmista ait:
Psalm. 118. Os meum aperui, & attraxi spiritum. Quæ nimirum sapientia, humana carne cum anima rationali susceptа, dum ab intimis apparuisset in promptu, mundus hic quia auctorem suum inuisibilem videre non potuit, quem visibilem conspexit hominem, eum quoque & inuisibilem agnouit deum. Conuersa est ab infidelitatis suæ tenebris, superba prius sua auersione gentilitas, ostensis signis atque prodigiis creuit fides, propagata autem fide, in veneratione omnium sanctæ Ecclesiæ culmen emicuit. Cui cùm deessent aperti aduersarij, tẽtari cœpit à suis. Nam multæ quoque in ea hæreses exortæ, contra eam duri certaminis bella parauerunt. Exercenda quippe est hoc tempore per laborem, quę sequenti tendit ad remunerationẽ.

B Qua ex re factum est, vt in ea nonnulli prodirent, qui mediatorem dei & hominum, hominem Christum Iesum, purum hominem creatum dicerent, sed gratia deificatum, tantumque ei sanctitatis tribuerent, quantum de sanctis cęteris, eius videlicet famulis, agnouissent. Quos beatus Iob prophetiæ spiritu afflatus, sententiæ suę definitione redarguit, dicens:

Caput. XXXV.

NOn adæquabitur ei topazium de Aethiopia.) Quid per Aethiopiam nisi præsentem mundũ accipimus? quæ coloris nigredine designat peccatorum populum, fœditatemque meritorum. Aliquando verò Aethiopiæ nomine specialiter gentilitas designari solet, infidelitatis prius nigra peccatis. Quam veniente domino Abacuc Propheta vidit timore perterritam, & ait: Tabernacula Aethiopum expauescent, tabernacula terræ Madian. Dauid quoque Propheta videns quòd ad Iudæam redimendam veniret dominus: sed antè gentilitas crederet, & postmodum Iudæa sequeretur, si-
Roma. 11. cut scriptum est: Donec plenitudo gentium introiret, & sic omnis Israël saluus fieret, dicit: Aethiopia præueniet manus e-
Psalm. 67. ius deo, id est, priusquàm Iudęa credat, saluandam se offert omnipotenti domino peccatis nigra gentilitas. Topazium verò preciosus lapis est, & quia Greca lingua pan omne dicitur, pro eo quòd omni colore resplendet, topazium quasi topandium vocatur. Dum verò in deum conuersa gentilitas credi-

C dit, ex ea multi ita sunt dono spiritus locupletati, vt quasi multis coloribus, sic multis virtutibus luceant. Sed ne acceptis quisquam virtutibus extollatur, à sancto viro nunc dicitur: Non adęquabitur ei topazium de Aethiopia. Ac si apertè dicat: Nullus sanctorum quibuslibet virtutibus plenus, ex ista tamen nigredine mundi collectus, equari ei potest de quo scri-
Luc. 1. ptum est: Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Nos quippe etsi sancti efficimur, non tamen sancti nascimur: quia ipsa naturæ corruptibilis conditione constringimur, vt
Psalm. 50. cùm Propheta dicamus: Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sum, & in peccatis peperit me mater mea. Ille autem solus veraciter sanctus natus est, qui vt ipsam cõditionem naturę corruptibilis vinceret, ex cõmixtione carnalis copulæ conceptus non est. Huic se sapientiæ quasi quoddam topazium de Aethiopia æquari voluit, cùm quidam hæresiarches dixit: Non inuideo Christo deo facto, quoniam si volo, & ipse possum fieri. Qui Iesum Christum dominum nostrum, non per mysterium conceptionis, sed per profectum gratiæ deum putauit, peruersa allegatione astruens eum purum hominem natũ: sed vt deus esset, per meritum profeciſſe, atque ob hoc æstimãs & se & quoslibet alios posse ei coæquari, qui filij dei per gratiã fiunt, non intelligens, non attendens: quia non adęquabitur ei topazium de Aethiopia. Aliud est enim natos homines gratiam adoptionis accipere: aliud vnum singulariter per diuinitatis potentiam deum ex ipso conceptu prodiisse. Nec

Christus sola veracitate sanctus natus est.

Quidã hæresiarches dixit: Non inuideo Christo deo facto, quoniam si volo & ipse possũ fieri.

æquari potest gloria vnigeniti habita per naturam, aliis acceD pta per gratiam.

Caput. XXXVI.

MEdiator quippe dei atque hominum, homo Christus Iesus, non, sicut iste hereticus desipit, alter in humanitate, alter in deitate est. Non purus homo conceptus atque editus, pòst per meritum, vt deus esset, accepit: sed nunciante angelo, & adueniente spiritu, mox verbum in vtero, mox intra vterum verbum caro, & manente incommutabili essentia, quæ ei est cum patre, & cum sancto spiritu coæterna, assumpsit intra virginea viscera: vnde & impassibilis pati, & immortalis mori, & æternus ante secula, temporalis posset esse in fine seculorum: vt per ineffabile sacramentum, conceptu sancto, & partu inuiolabili, secundum veritatem vtriusq; naturæ, eadem virgo & ancilla domini esset & mater. Sic quippe ei ab Elizabeth dicitur: Vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Et ipsa virgo concipiens dixit: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et quãuis ipse aliud ex patre, aliud ex virgine, non tamen alius ex patre, alius ex virgine: sed ipse est æternus ex patre, ipse temporalis ex matre, ipse qui fecit, ipse qui factus est: ipse speciosus forma præ filiis hominum per diuinitatem, & ipse de quo dictum est: Vidimus eum, & non erat aspectus, & non est speEsaiæ. 53. cies ei, neque decor, per humanitatem. Ipse ante secula de patre sine matre, ipse in fine seculorum de matre sine patre. Ipse conditoris templum, ipse conditor templi, ipse auctor operis, ipse opus auctoris manens vnus ex vtraque, & in vtraque naE tura, nec naturarum copulatione confusus, nec naturarum distinctione geminatus. Sed quia non hæc tractanda suscepimus, ad exponendi ordinem redeamus. Notandum nobis est quòd sanctus vir, vt longè distare ab hac sapientia angelos demonstraret, dicit: Non dabitur aurum obryzum pro ea. Qui vt antiquos etiam patres sacri eloquij tractatores inferiores ostenderet, adiunxit: Nec appendetur argẽtum in commutatione eius. Vt philosophorum quoque sapientiam huic monstraret longè subesse, intulit. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus: atque subiunxit: Nec lapidi sardonyco preciosissimo, vel sapphiro. Vt in illa quoque superna ciuitate nullum peruenire ad æqualitatem vnigeniti demonstraret, addidit: Nõ adæquabitur ei aurum vel vitrum. Vt prophetas quoque ei subesse ostenderet, adiunxit: Nec commutabuntur pro ea vasa auri excelsa & eminentia, nec commemorabuntur in comparatione eius. Trahitur enim sapiẽtia de occultis. Ad extremũ vero vt ipsos quoque in Ecclesia hæreticos increparet, qui à gentilitatis errore venientes, fidem quam percipiunt, per superbiam scindunt, addidit: Non adęquabitur ei topazium de Aethiopia. Ac si patenter insinuet, dicens: Hi qui ex peccati nigredine ad conuersionem veniunt, ęquari deo [homini] omnino non possunt, quanuis multis colorum virtutibus resplendere videantur. Quorum vt superbia refutetur, aptè subiungiF tur: Nec tincturę mundissimæ componentur. Tincturæ enim mundissimæ vocantur hi qui veraciter sunt humiles, & veraciter sancti: qui sciunt quidem, quia ex semetipsis virtutũ speciem non habent: sed hanc ex dono gratiæ desuper venientis tenent. Tincti enim non essent, si sanctitatem naturaliter habuissent. Sed mundissimæ tincturæ sunt: quia humiliter custodiunt superuenientem in se virtutum gratiam quam acceperunt. Hinc est enim quòd sponsi voce de sancta Ecclesia dicit: Quæ est ista quę ascendit dealbata? Quia enim sancta Ec- *Canti. 6. &*
clesia cœlestem vitam naturaliter non habet, sed superuenien- *Canti. 1.*
te spiritu pulchritudine donorum componitur, non alba, sed dealbata memoratur. Et notandum quòd superius cùm dixisset, non cõferetur tinctis Indiæ coloribus, eosdem colores nõ intulit mũdos. Hoc verò in loco vt tincturam veracium virtutum ab illa philosophorum fucatione distingueret, tincturas dicens, addidit mundissimas. Tincturæ enim mundissimæ rectè nominantur hi qui prius per praua opera fœdi fuerant, superueniente tamen spiritu, nitore gratiæ vestiuntur: vt longè aliud appareant esse quàm erant. Vnde etiam baptisma, id est, tinctio dicitur ipsa nostra in aquam descensio. Tingimur quippe, & qui prius indecori eramus deformitate vitiorum, accepta fide reddimur pulchri gratia, & ornamento virtutum. Sequitur:

In hæreticũ

Modus incarnationis verbi.

Maria virgo & ancilla dñi & mater fuit.
Luc. 1.

Quòd

G *Quòd quandiu mortaliter viuitur, per quasdam imagines, non in propria natura potest videri deus.*

Vnde ergo sapientia venit, & quis est locus intelligentiæ? Abscondita est ab oculis omnium viuẽtium.) Pensandum magnopere est quòd à sancto viro requiritur, vnde sapientia veniat. Ab eo etenim venit à quo orta est. Sed quia ab inuisibili & coæterno patre nascitur, eius via occulta est. Vnde & per *Esaiæ.53.* Prophetam dicitur: Generationem illius quis enarrabit? Locus verò intelligentiæ eius est mens humana, quam hęc dei sapientia dum repleuerit, sanctam facit. Quia ergo & inuisibilis est de quo prodiit, & incertum nobis est in cuius mente intellecta requiescat, rectè nunc dicitur: Vnde ergo sapientia venit, & quis est locus intelligentiæ? Caput. XXXVII.

Quomodo sapientia abscondita sit ab oculis omnium viuentium.

SEd hoc valde mirũ est quod protinus subinfertur. Abscondita est ab oculis omnium viuentium.) Sapientia quippe quæ deus est, si omnium viuentium oculis occulta esset, hanc proculdubio sanctorum nemo vidisset. Sed ecce huic sententiæ Ioannem audio concordantem, qui ait: Deum *1. Ioan.4.* nemo vidit vnquam. Rursumque cùm testamenti veteris patres intueor, multos horum, teste ipsa sacræ lectionis historia, *Gene. 32.* deum vidisse cognosco. Vidit quippe Iacob dominum, qui *Exodi. 33.* ait: Vidi dominũ facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Vidit Moyses deum, de quo scriptum est: Loquebatur dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. Vidit idem Iob dominum, qui dicit: Auditu auris H *Esaiæ.6.* audiui te, nunc autem oculus meus videt te. Vidit Esaias dominum qui ait: Anno quo mortuus est rex Ozias vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum. Vidit Mi- *3.Regũ.22.* chæas dominum, qui ait: Vidi dominum sedentem super soliũ suum, & omnem exercitum cœli assistentem ei à dextris, & à sinistris. Quid est ergo quòd tot testamenti veteris patres deũ se vidisse testati sunt, & tamen de hac sapientia quæ deus est, dicitur: Abscondita est ab oculis omnium viuentium: & Ioannes ait: Deum nemo vidit vnquam, nisi hoc quod patenter datur intelligi: quia quandiu hic mortaliter viuitur, videri per quasdam imagines deus potest, sed per ipsam naturæ suæ speciẽ nõ potest: vt anima gratia spiritus afflata, per figuras quasdam deum videat, sed ad ipsam vim eius essentiæ non pertingat. Hinc est enim q̃ Iacob qui deũ se vidisse testat̃, hunc non nisi in angelo vidit. Hinc est q̃ Moyses qui cũ deo facie ad faciem loquebatur, sicut loqui solet homo cum amico suo: ei in- *Exod. 33.* ter ipsa verba suæ locutionis dicit: Si inueni gratiam in cõspectu tuo, ostende mihi temetipsum manifestè, vt videã te. Certè enim si deus non erat cum quo loquebatur, ostende mihi deum diceret, & non ostende temetipsum. Si autem deus erat cum quo facie ad faciem loquebatur, cur petebat deũ videre quem videbat? Sed ex hac eius petitione colligitur: quia eum I sitiebat per incircunscriptæ naturę suę claritatem cernere, quẽ iam cœperat per quasdam imagines videre: vt sic superna essentia mentis eius oculis adesset: quatenus ei ad æternitatis visionem nulla imago creata temporaliter interesset. Et viderũt ergo patres testamenti veteris dominum, & tamen iuxta Ioannis vocem: deum nemo vidit vnquam, & iuxta beati Iob sententiam: sapientia quæ deus est, abscondita est ab oculis omnium viuentium: quia in hac mortali carne consistentibus, & videri potuit per quasdam circunscriptas imagines: & videri non potuit per incircunscriptum lumen æternitatis.

Caput. XXXVIII.

SIn verò à quibusdam potest in hac adhuc corruptibili carne viuentibus, sed tamen inæstimabili virtute crescẽtibus, quodam contemplationis acumine æterna dei claritas videri, hoc quoque à beati Iob sententia non abhorret, qui ait: Abscondita est ab oculis omnium viuẽtium, quoniam quisquis sapientiã, quæ deus est, videt: huic vitæ funditus moritur, ne iam eius amore teneatur. Nullus quippe eã vidit, qui adhuc carnaliter viuit: quia nemo potest deũ simul amplecti & seculum. Qui enim deum videt, eoipso moritur: quo vel intentione cordis, vel effectu operis ab huius vitæ delectationibus tota mente separatur. Vnde adhuc ad eundẽ quoq; Moy- *Ibidem.* sen dicitur: Non enim videbit me homo, & viuet. Ac si apertè diceretur: Nullus vnquam deũ spiritaliter videt, & mũdo carnaliter viuit. Vnde Paulus quoq; apostolus qui adhuc dei in-

uisibilia, sicut ipse testatur, ex parte cognouerat: iam huic mũ- K
do totũ se mortuũ esse perhibebat, dicens: Mihi mundus cruci *Gala.*
fixus est: & ego mũdo. Sicut enim iam lõgè superius diximus, non sufficit, vt diceret mundo crucifixus sum, nisi etiam præmitteret, mihi mundus crucifixus est, vt non solum se mundo mortuum, sed etiam mundum sibi mortuum esse testaret: quatenus nec ipse mundum, nec ipsum iam mundus appeteret. Si enim duo fortasse in vno loco sint, quorum vnus viuus, alter verò sit mortuus, etsi mortuus viuentem non videt, viuus tamen mortuum videt. Prædicator autẽ dei vt ostenderet, quia per abiectionem qua se humiliando deiecerat, talis iam factus esset: vt nec ipse mundum, nec mundus ipsum concupisceret, non solum ait se mundo crucifixum: vt ipse mundi gloriã quã appeteret, tanquam mortuus non videret: sed etiam mundum sibi asseruit crucifixum, in quo tanta se humilitate deiecerat, vt & ipse mundus tanquam ad eum mortuus, Paulum humilẽ atq; despectum iam videre nequaquam posset. Sciendum verò est q̃ fuere nonnulli qui deum dicerẽt etiam in illa regione beatitudinis, in claritate quidem sua conspici, sed in natura minimè videri. Quos nimirum minor inquisitionis subtilitas fefellit. Neq; enim illi simplici, & incommutabili essentiæ aliud est claritas, & aliud natura: sed ipsa ei natura sua claritas, ipsa claritas natura est. Quia enim suis dilectoribus hæc deisa pientia se quandoq; ostenderet, ipse pollicetur dicens: Qui di- L ligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo meipsum illi. Ac si patenter dicat: Qui in vestra me cernitis, restat vt in mea me natura videatis. Hinc rursus ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Hinc Paulus di- *1.Co.* cit: Nunc videmus per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscã sicut & cognitus sum. Caput. XXXIX.

SEd quia de deo per primum Ecclesiæ prædicatorem dicitur: In quem desiderant angeli prospicere: sunt non- *1.Petri.* nulli qui nequaquam deum videre, vel angelos suspicantur: & tamen dictum per veritatis sententiam scimus. Angeli *Matt.18* eorum in cœlis semper vident faciem patris mei qui in cœlis est. Nunquid ergo aliud veritas, aliud prædicator insonat veritatis? Sed si sentẽtia vtraque confertur: quia sibi nequaquam discordet, agnoscitur. Deum quippe angeli & vident, & videre desiderant, & sitiunt intueri, & intuentur. Si enim sic videre desiderant, vt effectu sui desiderij minimè perfruantur, desiderium sine fructu anxietatem habet, & anxietas pœnã. Beati verò angeli ab omni pœna anxietatis longè sunt: quia nunquam simul pœna, & beatitudo cõueniunt. Rursum cùm eos dicimus dei visione satiari: quia & Psalmista ait: Satiabor dum *Psal.* manifestabitur gloria tua: considerandum nobis est quoniam satietatem solet fastidium subsequi. Vt ergo rectè sibi vtraq; conueniant, dicat veritas: quia semper vident, dicat prædicator egregius, quia semper videre desiderant. Ne enim sit in de- M siderio anxietas, desiderantes satiantur, ne autem sit in satietate fastidium, satiati desiderant. Et desiderant igitur sine labore, quia desiderium satietas comitatur: & satiãtur sine fastidio, quia ipsa satietas ex desiderio semper accenditur. Sic quoque & nos erimus quando ad ipsum fontem vitæ venerimus. Erit nobis delectabiliter impressa sitis simul atque satietas. Sed lõgè abest ab ista siti necessitas, longè à satietate fastidium: qua & sitientes satiabimur, & satiati sitiemus. Videbimus igitur deum, ipsumque erit præmium laborum nostri, vt post mortalitatis huius tenebras, accessa eius luce gaudeamus. Sed cum *1.Tim.6.* eius lucem dicimus accessam, obsistit animo quod Paulus di- cit: Qui lucem habitat inaccessibilem, quem vidit nullus hominum: sed nec videre potest. Et rursum audio quod Psalmi- *Psal.33* sta ait: Accedite ad eum, & illuminamini. Quomodo ergo accedendo illuminamur, si ipsam lucẽ qua illuminari possumus, *Humana* non videmus? Si verò accedẽdo ad eum ipsam qua illumin- mur, lucẽ videmus, quomodo inaccessibilis esse perhibet? Quã in re pẽsandum est q̃ inaccessibilem dixit, sed omni homini sed humana sapiẽti. Scriptura quippe sacra omnes carnalium sectatores, humanitatis nomine notare solet. Vnde idem Apo- *carnal* stolus quibusdam discordãtibus dicit: Cùm enim sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis, & secundum hominẽ ambulatis? Quibus paulopòst subiicit: Nonne homines estis? *1.Co.* Et vnde aliàs testimoniũ protulit, quòd oculus non vidit, nec *1.Co.* auris

auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, quę præparauit deus diligentibus se. Et cum hoc hominibus dixisset, abscõditum, mox subdidit: Nobis autem reuelauit deus per spiritum suũ, ipsum se ab hominis vocatione discernens, qui raptus supra hominem diuina iam saperet. Ita etiam hoc loco cùm lucem dei inaccessibilem perhiberet, vt ostenderet quibus, subdidit: Quem vidit nullus hominum, sed nec videre potest. More suo homines vocans omnes humana sapientes: quia qui diuina sapiunt, videlicet supra homines sunt. Videbimus igitur deum, si per cœlestem cõuersationem supra homines esse memur. Nec tamẽ ita videbimus sicut videt ipse seipsum. Lõgè quippe dispariliter videt creator se, q̃ videt creatura creatorem. Nam quantum ad immensitatem dei, quidam nobis modus figitur contemplationis: quia eoipso pondere circunscribimur, quo creatura sumus.

Non videbimus deũ sicut videt ipse seipsũ.

Caput. X L.

SEd profectò non ita conspicimus deum, sicut ipse conspicit se, sicut non ita requiescimus in deo, quemadmodum ipse requiescit in se. Nam visio nostra, vel requies erit vtcunque similis visioni, vel requiei illius: sed æqualis nõ erit. Ne enim iaceamus in nobis, vt ita dicam contemplationis penna nos subleuat, atque à nobis ad illum erigimur intuendum, raptiq́ue intentione cordis, & dulcedine contemplationis, aliquo modo à nobis imus in ipsum, & iam hoc ipsum ire nostrum minus est requiescere, & tamen sic ire perfectè re-
B quiescere est. Et perfecta ergo requies est, qua deus cernitur, & tamen adæquanda non est requiei illius: quia non à se in alium transit, vt quiescat. Est itaque requies, vt ita dicam, similis atque dissimilis: quia quod illius requies est, hoc nostra imitatur. Nam vt beati atque æterni simus in æternum, imitamur æternum. Et magna nobis est æternitas imitatio æternitatis. Nec exortes sumus eius quem imitari possumus: quia & vidẽtes participamur, & participantes imitamur. Quæ nimirum visio nunc fide inchoatur, sed tunc in specie perficitur, quando coæternam deo sapientiam quam modo per ora prædicantium quasi per decurrentia flumina sumimus, in ipso suo fonte biberimus.

Libri decimioctaui Moralium sancti Gregorij finis.

LIBRI DECIMI-noni Moralium sancti Gregorij magni, continuantis caput vicesimumoctauum textus beati Iob, Caput primum.

C QVID mirum si æterna dei sapientia conspici non valet, quãdo ipsa quoque inuisibilia quæ per eam condita sunt, humanis oculis comprehendi non possunt? In rebus ergo creatis discimus creatorem omniũ quanta humilitate veneremur: vt in hac vita vsurpare sibi de omnipotentis dei specie mens humana nil audeat, quod solum electis suis præmium in subsequenti remuneratione seruat. Vnde benè postquam dictum est: Abscõdita est ab oculis omnium viuentiũ, ilicò subinfertur. Volucres quoque cœli latet. In scriptura enim sacra volucres aliquando in malo aliquando in bono dantur intelligi. Per volucres quippe nonnunquam potestates aëriæ designantur, bonorum stu-
Matth. 13. diis aduersæ. Vnde veritatis voce dicitur: Quoniã sẽmẽ quod secus viam cecidit, venerunt volucres, & comederunt illud: quia nimirum maligni spiritus humanas mentes obsidentes, dum cogitationes noxias ingerunt, verbum vitæ à memoria euellunt. Hinc rursum cuidam diuiti superba sapienti dicitur:
Matt. 8. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Vulpes valde fraudulenta sunt animalia, quæ in fossis, vel specubus se abscõdũt: cumq́ue apparuerint, nunquam rectis itineribus, sed tortuosis anfractibus currunt. Volucres verò, vt nouimus, alto volatu se in aëra subleuant. Nomine ergo vulpium, dolosa atq; fraudulenta: nomine autem volucrum, hæc eadem superba dæmonia designantur. Ac si dicat: Fraudulenta & elata dæmonia in D
cordo vestro, id est, in cogitatione superbiæ inueniunt habitationem suam: filius autem hominis vbi caput suum reclinet non habet, id est humilitas mea requiem in superba mente vestra non inuenit. Quasi enim quodam volatu volucris illa prima se extulit, quæ per elatam cogitationem dixit: In cœlum *Esa. 14.* conscendam, super astra cœli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, & ero similis altissimo. Ecce quàm alta superbè volando petiit. Quem etiam volatum, & primis hominibus persuasit. Ipsi quippe volando quasi super se ire conati sunt, quando eis dictum est, vt gustarent, & essent sicut dij. Cumq́ue similitudinem diuinitatis appetunt, immortalitatis munera perdiderunt. Qui in terram moriendo non issent, si super terram humiliter stare voluissent. At contra in bono volucres poni solent, sicut in Euangelio dominus cùm similitudinem regni cœlestis ex grano sinapis denunciaret, dixit: Cui *Matth. 13.* simile est regnum dei, & cui simile æstimabo illud? Simile est grano sinapis quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit, & factum est in arborem magnam, & volucres cœli requieuerunt in ramis eius. Ipse quippe est granum sinapis, qui in horti sepultura plantatus, arbor magna surrexit. Granum nanque fuit, cùm moreretur, arbor cùm resurgeret. Granum E
per humilitatem carnis, arbor per potentiam maiestatis. Granum, quia vidimus eum, & non erat aspectus: Arbor autem, quia speciosus forma præ filiis hominum.

Caput. I I.

HVius arboris rami sancti prędicatores sunt. Et videamus quàm latè tendantur. Quid enim de eis dicitur: *Psalm. 18.* In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. In istis ramis volucres requiescũt: quia sanctæ animæ quæ quibusdam virtutum pennis à terrena cogitatione se subleuant, in eorum dictis atque consolationibus ab huius vitæ fatigatione respirant. Hoc igitur in loco postquam de sapientia dictum est: Abscõdita est ab oculis omniũ viuentium, rectè subiungitur: Volucres quoque cœli latet: quia in hac corruptibili carne constituti, naturæ eius potentiã ipsi quoq; videndo non penetrant, qui iam per meritum sanctæ contemplationis volant. Vbi aptè subiungitur:

Quòd maligni spiritus famam tantum de deo per scripturas sanctas, & miracula audiunt, sed de eius sapientia nihil intelligunt.

Perditio & mors dixerunt, auribus nostris audiuimus famam eius.) Qui perditionis & mortis nomine, nisi maligni spiritus designantur? Qui inuentores mortis & perditionis extiterunt, sicut de ipso eorum principe sub ministri eius specie F
per Ioãnem dicitur: Et nomen illi mors. Cui subiecti omnes *Apoca. 6.* superbi spiritus, de hac sapientia, quę deus est, dicunt: Auribus nostris audiuimus famam eius: quia nimirum visionem illius plena beatitudine habere nequiuerunt. Videre quippe perfectè coæternam deo sapientiã, hoc est quod habere. Vnde ad Ioannem de munere vincentis dicitur: Dabo illi calculũ can- *Apoca. 2.* didum, & in calculo nomẽ nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. In hac enim vita scire aliquid, vel videre possumus, etiam quod non accipimus habere. Nomen verò nouum in calculo scriptum, id est, in æterno præmio notitiã dei humanis mentibus inusitatam scire nemo potest, nisi qui hãc etiam acceperit habere. Quia itaque, vt diximus videre deum, hoc est quod habere: ideo iniqui spiritus hanc sapientiam nõ vident: quia repulsi per superbiam nequaquam eã habere potuerunt. Ad lucem quippe eius clauserũt oculos cordis, superfusis eius radiis repugnantes, sicut intelligi etiam de eisdẽ malignis spiritibus potest, quod scriptum est: Ipsi rebelles fuerunt lumini. Famam ergo sapientiæ malignis spiritibus audisse, sed eandem sapientiam non vidisse, est & eius potentiam ex virtute illius cognouisse, & tamen sub ea humiliter stare noluisse. Vnde & veritatis voce de ipso malignorum spirituum ca- *Ioan. 8.* pite dicit: Ille homicida erat ab initio, & in veritate nõ stetit. Sequitur:

Quòd solius dei est scire seipsum, & quos prædestinauerit, & ad quos veniat & in quibus quiescat.

Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locum illius.) Hæc coæterna

G coæterna deo sapientia aliter viam habet, atque aliter locum. Locum verò, si quis intelligit non localem. Nam teneri corporaliter non potest deus: sed, vt dictum est, locus intelligit non localis. Locus sapientiæ pater est, locus patris sapientia, sicut
Ioan. 14. ipsa sapientia attestante dicitur: Ego in patre, & pater in me.

Caput. III.

ALiter ergo ipsa sapientia habet viam, atque aliter locum. Viam per humanitatis transitum, locum verò per statum diuinitatis. Inde enim non transit, vnde æterna est, sed inde transit, vnde propter nos apparuit temporalis. Sic nanque in Euangelio scriptum est: quia egrediens ab
Marci. 10. Hierico dominus transibat. Duo autem cæci sedentes iuxta viam, clamauerunt dicentes: Domine miserere nostri fili Dauid. Ad quorum vocem, sicut illic scriptum est, stetit Iesus, & lumen reddidit. Quid est autem transeũdo audire, stando lumen restituere, nisi quod per humanitatem suam nobis misertus est, qui per diuinitatis suæ potentiam, à nobis mentis nostræ tenebras excludit? Qui enim propter nos natus & passus est, qui resurrexit, ascendit in cœlum, quasi transit Iesus: quia hęc nimirum actio temporalis est. Sed stans eos tetigit, & illu-
H minauit: quia non sicut illa dispensatio temporalis, ita verbi æternitas transit, quæ in se manens innouat omnia. Stare enim dei, est incommutabili cogitatione mutabilia cũcta disponere. Qui ergo clamorem petentiũ transiens audiuit, stans lumẽ reddidit, quia etsi propter nos temporalia pertulit, inde tamẽ nobis lucem tribuit, vnde habere mutabilitatis transitum nescit. Quia igitur quando per carnem appareret hominibus incertum fuit, rectè nunc dicitur: Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locum illius. Ac si apertè diceretur: Humanæ cogitationi occulta sunt, vel quando per carnem ad homines sapientia veniat, vel quomodo apud patrem inuisibilis, etiam cùm foris apparuerit, persistat. Quãuis hoc intelligi & aliter potest. Nam via eius non inconuenienter accipitur hocipsum quod venit ad cor, seseque nobis intrinsecus infundit. Locus verò
Matth. 3. eius sit cor, ad quod veniens permanet. De hac quippe via illius dicitur: Vox clamantis in deserto, parate viam domino, id est, in corde vestro venienti sapientiæ aditum reserate, sicut a-
Psal. 67. liàs dicitur: Iter facite ei, qui ascẽdit super occasum. Super occasum fuit ascendere, ipsam mortem quam pertulerat, resurgẽdo superasse. Ait ergo: Ei qui ascendit super occasum, iter facite, id est, resurgẽti domino in vestris cordibus per fidẽ viam
Lucæ. 1. prębete. Hinc Ioanni per spiritũ dicitur: Prębis ante faciẽ domini parare vias eius. Quisquis etenim prędicãdo à sordibus vitiorum corda audientium mundat, venienti sapientię viam
I præparat. Habet ergo viam ista sapientia, habet & locum. Viã
Ioan. 14. qua venit, locum quo manet, sicut ipsa ait: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Via est igitur qua venit, locus quo manet. Sed quãdo venit quę vbique est: Venire est sapientiæ, per illuminationem mentis nostræ, indicare præsentiam maiestatis suæ. Et quia hominibus incertum est, vel in cuius corde veniat, vel in quo postquam venerit, permanendo requiescat, rectè nunc dicitur: Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locum illius: quia solius diuinæ visionis est cernere, vel quibus modis intellectus sapientiæ ad cor hominis veniat, vel cuius mens intellectum vitæ quem perceperit, mortiferis cogitationibus non amittat. Et quia hæc eadem sapientia per humanitatis gratiam manifestata, in cunctis mundi partibus, electorum fuerat corda repletura, rectè subditur:

Caput. IIII.

Respicere dei. IPse enim fines mũdi intuetur, & omnia quę sub cœlo sunt, respicit.) Respicere quippe dei, est ea quæ amissa ac perdita fuerant, ad suam gratiam reformare. Vnde scriptũ est:
Prouerb. 20 Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malũ intuitu suo. Respiciendo nanque leuitatis nostrę mala coërcuit, & magna meriti maturitatis dedit. Vnde adhuc subditur:

Quòd animas vagas & mobiles, diuina gratia virtute constantiæ & stabilitate iustitiæ stabilit, & aliquando ne exsultantur, reprimit tentationibus, quos sublimat virtutibus.

**aliàs, sublimitate.* Qui fecit ventis pondus.) Velocitate enim ac subtilitate* ventorum in scriptura sacra solent animæ designari, sicut per Psalmistam de deo dicitur: Qui ambulat super pennas ventorum, id est, qui transgreditur virtutes animarum. Fecit ergo K *Psalm.*
ventis pondus: quia dum superna sapientia replet animas, eas maturitate indita graues reddit: non illa grauitate qua dicitur: Filij hominum vsquequo graui corde? Aliud nanque est gra- *Psalm.*
uem esse per consilium, aliud per peccatum: aliud est grauem esse per constantiam, aliud per culpam. Ista enim grauitas põdus habet oneris, illa virtutis. Pondus ergo accipiunt animæ: vt ab intentione dei non iam leui motu disiliant, sed in eum fixa constantiæ grauitate consistant. Adhuc ille populus leuiter mouebatur, de quo per prophetam dicitur: Abiit vagus in *Esai. 57.*
viam cordis sui: viam eius vidi, & dimisi eum. Graue autem consilium cordis omnem inconstantiam vagationis expellit. Et quoniam sunt animæ quæ leui motu nunc ista, nunc illa desiderent, omnipotens deus quia ipsas leues fluctuationes mentium non leuiter pensat, vagationem cordis relinquendo diiudicat. Sed cùm per gratiam respicit vagam mentem, in cõsilij stabilitatem figit. Rectè ergo nunc dicitur: Qui fecit ventis pondus: quia cùm leues motus animi misericorditer digna tur aspicere, hunc protinus ad cõstantiæ maturitatem formar. Vel certè ventis pondus facere, est concessam hìc electis de virtutibus gloriam permixta infirmitate temperare. Vnde & subditur: Et aquas appendit mensura.) Aquæ in scriptura sa- L *Aq. scripturæ sæpe dr. designat.*
cra aliquando spiritum sanctum, aliquãdo scientiam sacram, aliquando scientiam prauam, aliquando tribulationem, aliquando defluentes populos, aliquando mentes bonorum fidei prædicamenta sequentium, designare solent. Per aquam quippe sancti spiritus infusio designatur, sicut in Euangelio *Ioan. 7.*
dicitur: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquę viuæ. Vbi Euangelista secutus adiunxit: Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Rursum per aquam sacra scientia designatur, sicut dicitur: Aqua sapientię salutaris potabit eos. Per aquam quoque *Eccles.*
praua scientia appellari solet, sicut apud Salomonem mulier quæ typum hæreseos tenet, callidis suasionibus blanditur, dicens? Aquæ furtiuæ dulciores sunt. Aquarum etiam nomine *Prou. 9.*
nonnunquam solent tribulationes intelligi, sicut per Psalmistam dicitur: Saluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquæ *Psal. 68.*
vsque ad animam meam. Per aquam populi designantur, sicut per Ioannem dicitur: Aquę verò sunt populi. Per aquam *Apoc. 17.*
quoque non solum fluxus decurrentium populorum, sed etiam bonorum mentes fidei prædicamenta sequentium, designantur: sicut Propheta ait: Beati qui seminatis super omnes *Esai. 32.*
aquas. Et per Psalmistã dicitur: Vox domini super aquas. Hoc *Psal. 28.*
ergo in loco, quid aquarum nomine, nisi electorum corda signantur, quæ per intellectum sapientiæ, auditum iam supernę M
vocis acceperunt? De quibus rectè dicitur:

Caput. V.

ET aquas appendit mensura.) Quia sancti ipsi qui sancto subleuante spiritu ad summa rapiuntur, quandiu in hac vita sunt, ne aliqua elatione superbiant, quibusdam tentationibus reprimuntur: vt nequaquam tantum proficere valeant, quantum volunt: sed ne extollantur superbia, fit in eis ipsarum quædã mensura virtutum. Hinc est enim quòd Helias dum tot virtutibus in alta profeciſſet, quadam mensura suspensus est, dum Iesabel postmodum quanuis reginam- *3. Regũ. 19.*
men mulierculam fugit. Perpendo quippe hunc mirę virtutis virum, ignem de cœlo trahere, & secundo quinquagenario *Exemplum de Helia.*
cum suis omnibus petitione subdita concremare, verbo cæ- *Iacob. 5.*
los à pluuiis claudere, verbo cœlos ad pluuias aperire, sufficientem mortuos, vẽtura quoque pręuidentem, & ecce ruitus animo occurrit, quo pauore ante vnam mulierculam fugerit. Cõsidero virum timore perculsum, de manu dei mortem petere, nec accipere: de manu mulieris mortẽ fugiendo vitare. Quærebat enim mortem dum fugeret, dicens: Sufficit mihi, tolle a- *Ibidem.*
nimam meam: neque enim melior sum quàm patres mei. Vnde ergo sic potens, vt tot illas virtutes faciat? Vnde sic infirmus, vt ita fœminam pertimescat: nisi quia aquę appenduntur mensura: vt ipsi sancti dei homines, & multum valeant per potentiam dei, & rursum quadam mensura moderati sint per infirmitatem suam? In illis virtutibus Helias, quid de deo acceperat, in istis infirmitatibus quid de se esse poterat, agnoscebat. Illa potentia virtus fuit, ista infirmitas custos virtutis. In

illis

A dis virtutibus ostendebat, quid acceperat in ista infirmitatibus hoc quod acceperat, custodiebat. In miraculis monstrabatur Helias, in infirmitatibus seruabatur. Sic Paulum video fluminum & latronum, ciuitatis & solitudinis maris ac terræ pericula sustinentem, frenantem ieiuniis ac vigiliis corpus, sustinentem frigoris, & nuditatis ærumnam, ad Ecclesiarum custodiam, vigilanter se ac pastoraliter exerentem, ad tertium cœlũ raptum, rursumq; eum in paradisum raptum, & audisse arcana verba quæ non licet homini loqui: & tamen Satanæ angelo ad tentandum conceditur, orat vt eximi debeat, & non exauditur. Cuius cùm ipsa initia conuersionis aspicio, perpendo quòd ei superna pietas cœlos aperit, seseque illi Iesus de sublimibus ostendit. Qui lumen corporis ad tempus perdidit, lumen cordis in perpetuum accepit. Ad Ananiam mittitur, vas electionis vocatur: & tamen de ciuitate eadem quam post visionem Iesu ingressus fuerat, fugiẽs recedit, sicut ipse testatur, dicens: Damasci præpositus gentis Arethæ regis custodiebat ciuitatem Damascenorum, vt me comprehenderet, & per fenestram in sporta dimissus sum per murum, & sic effugi manus eius. Cui licenter dicam: O Paule in cœlo iam Iesum conspicis, & in terra adhuc hominem fugis? In paradisum duceris, secreta dei verba agnoscis, & adhuc à Satanæ angelo tentaris? Vnde sic fortis vt ad cœlestia rapiaris? Vnde sic infirmus,
B vt in terra hominem fugias, & adhuc à Satanæ angelo aduersa toleres: nisi quia ipse qui te subleuat, rursum subtilissima te mẽsura moderatur: vt & in miraculis tuis nobis prædices virtutẽ dei, & rursum in timore tuo reminiscí nos facias infirmitatis nostræ? Quæ tamen infirmitas ne in desperationem nos pertrahat, cùm pulsat, dum de infirmitate tua dominum rogares, quia auditus nõ es, nobis quoque locutus es, quid audisti: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur.

Exemplum de Paulo.

Rom. 7.

Deut. 32.

Psalm. 49.

Caput. VI.

Cuius virtutis infirmitas.

APerta ergo voce dei ostenditur: quia custos est virtutis, infirmitas. Tunc quippe benè interius custodimur, cum per dispensationem dei tolerabiliter tentamur exterius, aliquando vitiis, aliquando pressuris. Nam eis quoque quos viros nouimus fuisse virtutum, tentationes atq; certamina non defuere vitiorum. Hinc est enim quòd ad consolationem nostram idem prædicator egregius de se quædam talia prodere dignatur, dicens: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meę, & captiuum me ducẽtem in lege peccati, quę est in membris meis. Ad ima quippe pertrahit caro, ne extollat spiritus: & ad alta sustollit spiritus, ne prosternat caro. Spiritus leuat, ne iaceamus in infimis: caro aggrauat, ne extollamur ex summis. Si non subleuãte spiritu nos caro tentaret, perfectione proculdubio tentationis suę in ima deiiceret. Rursum verò si non tentante carne ad summa nos
C spiritus subleuaret, in superbiæ casũ ipsa nos peius subleuatione prosterneret. Sed sit certo moderamine, vt dum vnusquisque sanctorum iam quidẽ interius ad summa rapitur, sed adhuc tentatur exterius, nec desperationis lapsum, nec elationis incurrat: quoniam nec tentatio exterior culpam perficit: quia interior intentio sursum trahit: nec rursum intẽtio interior in superbiam eleuat: quia tẽtatio exterior humiliat dum grauat. Sicq; magno ordine cognoscimus in interiori profectu quid accipimus, in exteriori defectu quid sumus. Et miro modo agitur, vt nec de virtute quisquam extolli debeat, nec de tentatione desperare: quia dum spiritus trahit, & caro retrahit: subtilissimo iudicij interni moderamine, infra summa, & supra infima in quodam medio anima libratur. Bene ergo dicitur: Et aquas appendit mensura. Sequitur: Quando ponebat pluuiis legem, & viam procellis sonantibus, tunc vidit illam & enarrauit, & præparauit, & inuestigauit. Solent per pluuias prędicantium dicta signari. Vnde per Moysen dicitur: Expectetur sicut pluuia eloquiũ meũ. Quorum videlicet verba cùm blandè persuadent, pluuiæ sunt: cùm verò terribilia de venturo iudicio intonant, sonantes procellæ. Et notandum q; pluuiis lex ponitur: vt via procellis sonantibus aperiat. Lex quippe est ipsis prædicatoribus posita, vt viuendo impleant quod loquendo suadere festinant. Nam loquendi auctoritas perditur, quãdo vox opere non adiuuatur. Hinc enim per Psalmistam dicitur: Peccatori autem dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meũ per os tuum? Tu verò odisti disciplinã, & proiecisti sermones meos post te. Sermones etenim dei post se prædicator proiicit, cùm hoc quod dicit, facere contemnit. Quando autem dictis eius alter obediat, dũ ipse respuit opere, quod prædicat voce, & dissimulat audire quod narrat? De ista prædicationis lege scriptum est. Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Qui autem fecerit & docuerit sic, magnus vocabitur in regno cœlorũ. Regnum cœlorum, videlicet Ecclesiam præsentem appellat, de qua scriptum est: Et colligẽt de regno eius omnia scandala. In superno etenim regno, scandala quæ ex eo colligi debeant, nõ habentur. Qui ergo soluit opere, & sic docet voce, in isto regno cœlorum erit minimus, in illo nec minimus. Viam autem procellis sonantibus posuit, cum prędicatoribus suis, ad corda hominum terrore venturi iudicij perculsa, aditum fecit. Prius itaq; lex ponitur, vt postmodum via pandatur: quia illa vox cor audiẽtis penetrat, quæ hoc quod sonuerit, opere cõseruat.

Mat. 5.

Matt. 13.

Caput. VII.

TVnc autem cùm legem pluuiis, & viam procellis sonantibus poneret, hanc sapientiam deus vidit, enarrauit, præparauit & inuestigauit. Visitata sacri eloquij locutione videre dei dicitur, videre nos facere, sicut iusto viro dominus dicit: Nunc cognoui quòd timeas deum. Et Israëlitę prænonentur: Tentat vos dominus deus vester, vt sciat si diligitis eum, id est, vt scire vos faciat. Tunc ergo cùm legẽ pluuiis poneret: hoc est mandatum custodiæ prædicatoribus daret, hanc incarnatam sapientiam videri, & enarrari à prædicatoribus, præparari & inuestigari ab auditoribus fecit. Sibi quippe illam præparat, quisquis illam bene viuendo in diem iudicij propitiam parat. Et notandum quòd de ea quatuor dicta sunt. Ait enim: Vidit, enarrauit, præparauit, inuestigauit. Vidit nanque, quia species est: enarrauit, quia verbum: præparauit, quia remedium: inuestigauit, quia occultum. Sed hoc quod ęterna dei sapientia species patris, & verbum dicitur, quando ab humana mente penetratur? Quis nanque intelligat, vel verbum sine tempore, vel speciem sine circunscriptione? Dicendum ergo erat aliquid, quod de illa homo cognosceret in se. Vnde aptè subditur:

Iob. 28.

Gene. 22.

Deut. 13.

Quòd in eo sapientiam domini se habere potest homo cognoscere, si timeat deum, & quem in sua natura non intelligit, in se quodammodo cognoscit.

Et dixit homini: Ecce timor domini ipsa est sapientia, & recedere à malo intelligentia. Ac si apertè diceretur: Ad temet ipsum homo reuertere, cordis tui secreta perscrutare. Si deum te timere deprehendis, profectò constat quia hac sapiẽtia plenus es. Quam si adhuc cognoscere nõ potes quid sit in se, iam cognoscis interim quid sit in te. Quæ enim apud se ab angelis metuitur, apud te timor domini vocatur: quia hanc habere te certum est, si timere te deum incertum nõ est. Hinc etiam per
F Psalmistam dicitur: Initium sapientiæ timor domini: quia tũc penetrare cor inchoat, cùm hoc extremi iudicij pauore perturbat. Ad paruitatem igitur nostram diuinus sermo se attrahit: sicut cùm pater cum paruulo filio loquitur, vt ab eo possit intelligi, sponte balbutit. Quia enim naturam sapientię penetrare non possumus quid sit in se, ex condescensione dei audiuimus quid sit in nobis, cùm dicitur: Ecce timor domini, ipsa est sapientia. Sed quia ille veraciter vim diuini timoris intelligit, qui se à cunctis prauis operibus custodit, rectè dicitur: Et recedere à malo intelligentia. Ea igitur quæ sequuntur: quia prophetiæ spiritu plena sunt: ipsa sacræ historiæ verba testantur, cùm dicitur:

Psalm. 110.

Caput vicesimumnonum textus beati Iob, libri vero deciminoni, Caput octauum.

ADdidit quoque Iob assumens parabolam suam, & dixit: Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, secundũ dies quibus deus custodiebat me? Quando splẽdebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabã in tenebris. Sicut fui in diebus adolescẽtiæ meæ, quando

G quando secretò deus erat in tabernaculo meo. Quãdo erat omnipotẽs mecum, & in circuitu meo pueri mei. Quando lauabã pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei. Quando procedebam ad portam ciuitatis,& in platea parabant cathedram mihi. Videbãt me iuuenes,& abscondebantur,& senes assurgentes stabant. Principes cessabant loqui,& digitum superponebant ori suo. Vocem suam cohibebant duces,& lingua eorum gutturi suo adhærebat. Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi, eo quòd liberassem pauperem vociferantem, & pupillum cui nõ esset adiutor. Benedictio perituri super me veniebat,& cor viduæ cõsolatus sum. Iustitia indutus sum,& vestiui me sicut vestimento,& diademate iudicio meo. Oculus fui cæco,& pes claudo. Pater erã pauperum,& causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prędam. Dicebámque,in nidulo meo moriar: & sicut palma multiplicabo dies. Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea. Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in
H manu mea instaurabitur. Qui me audiebant, expectabant sententiam, & intenti tacebant ad cõsiliũ meum. Verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum. Expectabãt me sicut pluuiam, & os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum. Si quando ridebam ad eos, non credebant: & lux vultus mei non cadebat in terram. Si voluissem ire ad eos,sedebam primus. Cúmque sederem quasi rex circunstante exercitu,eram tamen mœrentium consolator.

ADdidit quoq; Iob assumens parabolam suam.) Quia enim parabola similitudo nominatur, apertè constat quòd per exteriorum verborum formam, mysteria loquitur, qui ad loquendum, parabolam assumpsisse memoratur. Cùm etenim sua narrat, quæcunque sunt sanctæ Ecclesiæ ventura denunciat, & per hoc quod ipse patitur, indicat quid illa patiatur. Nonnunquam verò sic suæ historiæ verba permiscet, vt nil allegoricum insonet, nonnunquam verò sic suos dolores loquitur, ac si ex voce dolentis Ecclesiæ loquatur. In hac verò vltima sui parte sermonis, vltimum tempus designat Ecclesiæ: quando aduersarios suos, id est, carnales quosque, vel hæreticos atque gentiles, quos nunc studet sapientię auctoritate comprimere, effrenata iactantia elatos cogitur irrisa tolerare. Vnde in hoc quoque sermone dicitur: Nũc autem dericlent me iuniores tempore, quorum non dignabar
I patres ponere cum canibus gregis mei. Et ipsa ordinis ratio exposcit, vt per verba beati Iob vltima, extremi sanctę Ecclesiæ designentur dies, quando persecutione crescente, apertas hæreticorum voces tolerare compellitur, cùm motus cordis sui quos nũc intra cogitationum sinus contegunt, tunc in voce manifestati erroris aperiunt. Nunc enim, sicut per Ioãnem
Apoca.20. dicitur, draco in abysso clausus tenetur: quia diabolica malitia in eorum subdolis cordibus occultatur. Sed sicut illic scriptũ est, educetur draco de puteo abysi: quia quod modo prætimore tegitur, tunc contra Ecclesiam publicè de iniquorum cordibus omne serpentinũ virus aperitur. Nunc enim absconditse sub blandiente lingua sæuiens conscientia, & malitia calliditatis, quasi quadam se tegit abysso simulationis: Nunc dominus, sicut Psalmistæ voce dicitur, congregat sicut in vtre a-
Psalm. 32. quas maris. Vter quippe, carnalis est cogitatio. Aquæ ergo maris in vtre congregatæ sunt, cùm amaritudo peruersæ mentis non erumpit exterius in vocem prauæ libertatis. Veniet profectò tempus quando contra hanc peruersi atque carnales aperta voce, prædicent, quod nunc occulta cogitatione moliũtur. Veniet tempus, quãdo catholicam Ecclesiam, non solum iniustis vocibus, sed etiam crudelibus plagis premant. Ab aduersariis nanque suis duobus modis Ecclesia persecutionẽ patitur, scilicet aut verbis, aut gladiis. Sed cùm verbis persecutionem sustinet, exercetur eius sapientia: cum verò gladiis, exercetur eius patientia. Sed verborum persecutiones ab hæreticis K nunc etiam quotidie toleramus: cùm ipsi hæretici linguis nobis subdolis, & falsa humilitate blandiuntur. Persecutiones verò gladiorum iuxta finem mundi secuturæ sunt: vt grana cœlestibus horreis recõdenda, tanto verius à peccatorum paleis exuantur, quanto acrius affliguntur. Tunc electi omnes qui in illa fuerint tribulatione comprehẽsi, reminiscuntur horum temporum, in quibus nunc Ecclesia fidei pacem tenet, & superba hęreticorum colla comprimit, non potentatu culminis, sed iugo rationis. Reminiscuntur nostri, qui quieta fide tempora ducimus, qui etsi in bellis coarctamur gentium, non tamen in dictis expugnamur patrum. Beatus ergo Iob sanctæ Ecclesiæ typum tenens, quæ tunc in illis angustiis inuenitur: & tamen nostræ, vt dixi, quietis reminiscitur: sua trãsacta narrat, & aliis ventura denunciat, dicens:

Tantas tribulationes Ecclesiæ in fine mundi venturas, per spiritũ prophetiæ sanctus Iob prænidit, vt comparatione earum, huius temporis pressuræ desiderari non immerito videantur.

Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos?) Multa enim talia sancta Ecclesia doloribus pressa dictura est. Tantis quippe illam futurum est tribulationibus angustari, vt hæc tempora cum magno suspirio desideret, quæ nos cum magno dolore toleramus. Dicat ergo, dicat per vocem beati Iob. Quis mihi tribuat vt sim iuxta mẽses pristinos? Quia enim statutus dierum numerus, menses vocantur: quid aliud nomine signat L.
mensium, nisi collectiones animarum? Dies quippe dum colliguntur in mensibus, subtrahuntur: quia & in hoc tẽpore sancta Ecclesia dum veritatis luce splendentes animas colligit, in intimis abscondit. Aliquando etiam mensis pro perfectione ponitur, sicut Propheta ait: Erit mẽsis ex mense: perfectio vi- *Esai.*
delicet eis in requie, quibus nũc perfectio fuerit in operatiõe.

Caput. IX.

REminiscatur ergo perfectionis pristinæ, reducat ad memoriam quanta prędicatione sua collectis animabus reportabat lucra, & angustata tribulationibus dicat: Quis mihi tribuat vt sim iuxta mẽses pristinos? In quibus profectò mẽsibus qualis fuerit, enumerando subiungit, dicẽs:

Secundum dies quibus deus custodiebat me quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris.) Tunc quippe videt ex se, persecutione gente, infirmorum multos cadere, quos nũc vt mater intra pectis sinum paruulos fouet, & intra tranquillas fidei cunas continet, quia admixti fortibus, ipsa fidei tranquillitate nutriũtur. Tunc verò tales multi casuri sunt, & p viscera charitatis, quæ quid in damno paruulorum sustinet, le perpeti animus perfectorum dolet. Infirmorum etenim damna, ad corda fortium per compassionem transeunt. Vnde per Paulum dicitur: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizat, & ego non vror? Tanto enim quisque perfectus est, quanto perfectè sentit dolores alienos. Vnde sancta Ecclesia infirmis tunc cadentibus angustata, cùm horum reminiscitur temporum, iure dictura est: Secundum dies quibus deus custodiebat me: quia se tunc in illis æstimat cadere, quę se nunc in istis respicit custodiri. Bene autem dicitur: Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris. Lucernæ enim nomine, lumen signatur sacræ scripturę, de qua ipse Ecclesiæ pastor dicit: Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in *2.Pet.1.*
caliginoso loco, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Et Psalmista ait: Lucerna pedibus meis verbum *Psalm.11*
tuum domine. Quia autem principale nostrum mens est, appellatione capitis mens vocatur. Vnde per Psalmistam dicitur: Impinguasti in oleo caput meum. Ac si apertè dicat: Charitatis pinguedine replesti mentem meam. Nunc ergo lucerna super caput Ecclesię splendet: quia sacra eloquia tenebras nostræ mentis irradiant: vt in hoc caliginoso vitæ præsentis loco, dum verborum Dei lucem percipimus, quæ sunt agenda, videamus. Nunc ad lumen in tenebris ambulat, quoniam sancta vniuersalis Ecclesia etsi alienæ occulta cogitationis nõ penetrat, quia quasi faciem non cognoscit in nocte, tamen ponit gressus boni operis directa lumine supernæ locutionis. Sequitur:

Reminiscitur

A *Reminiscitur Ecclesia fœcunditatis suæ, quam in primo tempore habuit, quanuis circa mundi finem maximæ prædicationis virtute roboretur.*

Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando secretò deus erat in tabernaculo meo.) Sicut vniuscuiusq; hominis, sic sanctæ Ecclesiæ ætas describitur. Paruula quippe tunc erat, cùm à natiuitate Christi verbum vitæ prædicare non poterat. Hinc enim de illa dicitur: Soror nostra paruula est, & vbera non habet: quia nimirum sancta Ecclesia priusquam proficeret per incrementa virtutis, infirmis quibusque auditoribꝰ præbere nõ potuit vbera prædicationis. Adulta vero Ecclesia dicitur: quãdo dei verbo copulata, sancto repleta spiritu, per prædicationis ministerium in filiorum conceptione fœcũdatur, quos exhortando parturit, conuertendo parit. De hac eius ætate domino dicitur: Adolescentulæ dilexerunt te. Vniuersæ quippe Ecclesiæ, quæ vnam catholicam faciunt, adolescentulæ vocãtur: non iam vetustæ per culpam, sed nouellæ per gratiam: nõ senio steriles, sed ætate mentis ad spiritalem congruæ fœcunditatem. Tũc ergo cùm in diebus illis Ecclesia quasi quodam senio debilitata, per prædicationem filios parere non valet: reminiscitur fœcunditatis antiquæ, dicens: Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ. Quanuis post eosdem dies quibus deprimitur, iam tamen circa ipsum finem temporum, grandi prædicationis virtute roboretur. Nam susceptis ad plenum gentibus, omnem Israëliticum populum, qui tunc inuentus fuerit, in B fidei signum trahit, Scriptum quippe est: Donec plenitudo gentium introiret, & sic omnis Israël saluus fieret. Sed ante illa tempora erunt dies, in quibus ab aduersariis paululum videbitur oppressa, cùm & horum dierum reminiscitur, dicens: Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando secreto deus erat in tabernaculo meo. Caput. X.

QVid hoc loco tabernaculum, nisi habitationem mẽtis accipimus? Quia per omne quod cogitando agimus, in consilio nostri cordis habitamus. Quisquis autem mandata dei tacitus cogitat, secretò illi deus in tabernaculo est. Habitationem etenim cordis sui ante dei esse oculos viderat, qui dicebat: Et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Exteriora nanque opera patẽt oculis hominum, longè verò incomparabiliter interiores ac subtilissimæ cogitationes nostræ patent oculis dei: Omnia enim, sicut scriptum est, nuda & aperta sunt oculis eius. Et sæpe in exteriori opere ante oculos hominum inordinati apparere metuimus, & in interiori cogitatione illius respectum nõ metuimus, quem videntẽ omnia non videmus. Multo enim magis intrinsecus deo, quàm extrinsecus hominibus conspicabiles sumus. Vnde & sancti omnes foris se intusque circunspiciunt, & vel reprehẽdendos se exterius, vel iniquos se interius videri inuisibiliter timent. Hinc est quòd animalia quæ per prophetam videntur, in circuitu & intus plena oculis esse memorantur. Quisquis enim exteriora sua honestè disponit, sed C interiora negligit: in circuitu oculos habet, sed intus non habet. Sancti verò omnes quia & exteriora sua circunspiciunt, vt bona de se exempla fratribus præbeant, & interiora sua vigilanter attendunt: quia se se irreprobabiles interni iudicis obtutibus parant, & in circuitu oculos & intus habere perhibentur: magisque se quo deo placeant, in sua interna componunt, sicut per Psalmistam quoque de sancta Ecclesia dicitur: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Sed quia exteriora sua etiam irreprehensibilia custodit, iure de ea subdidit: In fimbriis aureis circumamicta varietatibus: vt & pulchra sibi intus sit, & aliis foris, & se prouehens per internam gloriam, & alios erudiens per exteriora operum exempla. Beatus igitur Iob dicat ex se, dicat ex persona vniuersalis Ecclesiæ: Quando secretò deus erat in tabernaculo meo. Vt enim demonstret quantum intus profecerit, secretò deum fuisse in suo tabernaculo perhibet. Vt etiam ostendat rectitudinis opera quantum extrinsecus custodiuit, adiungit: Quando erat omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei: Omnes enim qui diuina præcepta metuunt, dei tabernacula fiunt. Vnde, vt supra iam diximus, per semetipsam veritas dicit de eo qui illius mandata custodit: Ego & pater meus veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Quo contrà peruersi quique dum interna non appetunt, in suis se cogitationibus foras fundunt. Vnde eis per D prophetam dicitur: Redite præuaricatores ad cor. Et rursum: Væ qui cogitatis inutile. In actionibus quippe suis verentur homines, quos corporaliter vident, & deum sibi præsentem non æstimant esse, quem non vident. Quo contrà in laude iusti dicitur, dum Aegypti regem contemneret, & dei mandatis obediret: quia inuisibilem tanquam videns sustinuit. Peruersum quippe terræ principem quasi non vidit, quem ab oculis sui cordis abiecit. Regem vero inuisibilem tanquam videns sustinuit: quia ab eius timoris intuitu, mentis oculos non deflexit. Sancta itaque Ecclesia in magnis tunc tribulationibus deprehensa, cùm multos à deo conspicit praua cogitatione discedere, videt profectò mentis eorum habitaculum discedente deo vacuum remanere, & iure deplorans, dicit: Quando secretò deus erat in tabernaculo meo.

Caput. XI.

QVibus verbis non immerito etiam simulatio religionis plangitur: quia nonnulli etiam nunc Christiani esse non appetunt, sed videri. His videlicet deus in publico est, non in secreto. Sed sancta Ecclesia deum in secreto habere desiderat: quia illos verè fideles respicit, quos ad fidei vitam corde pleno permanere cognoscit. Quæ iuxta exteriorem quoque vigoris sui rectitudinem dicit: Quando erat omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei.) Pueri scilicet vocantur, qui cœlestibus man- E datis inseruiunt. Vnde per prophetam dominus dicit: Ecce ego & pueri mei quos mihi dedit deus. Et rursus in Euangelio. Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Nunc ergo in circuitu eius sunt pueri: quia in cunctis ferè gentibus reperiuntur, qui cœlestia mandata custodiunt, & spiritalis disciplinæ regulis obsequuntur. Qui profectò tunc ad obsequium pueri deerũt, quando praui qui reperti fuerint, spiritalia eius mandata contemnunt. Sequitur:

Quòd tunc Ecclesia pedes prædicatorum butyro lauabat, cùm beatorum operum pinguedine & obedientiæ adipe collectum de gloria prædicationis puluerem eis detergebat.

Quando lauabã pedes meos butyro.) Quia Christum & Ecclesiam vnam esse personam crebrò iam diximus, illum videlicet huius corporis caput, hanc autem illius capitis corpus, aliter hæc verba iuxta vocem capitis accipi, atque aliter iuxta vocem corporis debent. Quos ergo pedes domini, nisi sanctos prædicatores accipimus? De quibus dicit: Et ambulabo in eis. Butyro ergo pedes lauantur: quia prædicatores sancti bonorum operum pinguedine replentur. Etenim vt suprà iam diximꝰ, vix ipsa prædicatio sine aliquo trãsitur admisso. Nam quilibet prædicans, aut ad quantulãcunque indignationem trahitur, si contemnitur: aut ad quantulancunque gloriam, si ab audientibus veneratur. Vnde & apostolis pedes loti sunt, vt à quamlibet paruo contagio in ipsa prædicatione F contracto, quasi à quodam itinere collecto puluere mundarentur. Et beatus Iacobus dicit: Nolite plures magistri fieri fratres mei. Et paulopost. In multis enim offendimus omnes. Pedes ergo lauãtur butyro: quia pinguedine boni operis infunditur atque mundatur collectus puluis de gloria prædicationis. Vel certè butyro pedes lauantur dum sanctis prædicatoribus debita ab audientibus stipendia conferuntur, & quos fatigat iniunctus prædicationis labor, exhibita à discipulis pinguedo boni operis fouet, non quòd ideo prædicent vt alantur, sed ideo alantur vt prædicent, id est, vt prædicare subsistant, non vt in intentionem sumendi victus transeat actio prædicationis, sed ad vtilitatem prædicationis deseruiant ministeria sustentationis. Vnde à bonis prædicatoribus non causa victus prædicatio impenditur, sed causa prædicationis accipitur victus. Et quoties prædicantibus necessaria ab audientibus conferuntur, non solent de rerum munere, sed conferentium gaudere mercede. Vnde per Paulum dicitur: Non quæro datum, sed requiro fructum. Datum quippe est res ipsa quæ impenditur, fructus verò dati est, si benigna mente futuræ mercedis studio aliquid impendatur. Ergo datum in re accipimus, fructum in corde. Et quia discipulorum suorum apostolus mercede potius quàm munere pascebatur, nequaquam datum, sed fructum se quærere fatetur.

G Vnde & subdidit protinus dicens: Habeo autem omnia, & abundo. Butyro ergo lauantur pedes, cùm prędicatores sancti, vt diximus ipsâ prædicatione fatigati, auditorum suorum bonis operibus fouentur. Fessos nanque pedes butyro vnxerat ille qui audiebat: Viscera sanctorum requieuerunt per te frater. Hoc butyro vnctus fuerat pes qui in catena tenebatur, dicens: Det misericordiam dominus Onesiphori domui: quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit: Si ergo ex voce capitis hæc verba pensamus, rectè pedes, sicut dictum est, prædicatores accipimus.

Ibidem.

Ad Philemonem. 2. Tim. 1.

Caput. XII.

SI autem sentire ista ex voce solius corporis debemus, nimirum pedes Ecclesiæ sunt inferiorũ operum ministri, qui dum ad vsus necessarios ea quæ sunt exterius exercent, per extremum ministerium velut pedes terræ inhærent. Sed debent hi qui præsunt, qui doctrinæ studio inuigilant, solerti cura occupatorum corda requirere, eisque eam quam ipsi vacando percipiunt, crebræ admonitionis voce, infusionem pinguedinis ministrare. Nam quia in vno corpore inuicẽ pro se membra sollicita sunt: sicut illorum ministeriis nostra extrema fulciuntur, ita necesse est vt nostris studiis illorum interiora repleantur. Quando igitur sancti doctores quibusdã ad extrema ministeria deditis, vnctionem dominicæ incarnationis prædicant, butyro eloquij pedes lauant. Solent etiã pedes ipsa itineris asperitate lacerari. Vnde & omnino difficile est in terrenis actionibus huius vitæ iter agere, & nulla ex labore itineris vulnera sustinere. Cùm ergo vigilantes præpositi, auditores suos curis exterioribus intentos ad cor reuocant, vt quæ inter ipsa licita opera admiserint mala, cognoscant, & vulneribus, pœnitentiæ vnguenta submininistrant. Reminiscatur igitur tunc Ecclesia vehementer afflicta, quomodo pacis suæ tempore per exhortationis verbum membra in se etiam extrema mundabat, & dicat: Quando lauabã pedes meos butyro. Quod de beato Iob admirabiliter libet intueri, qui inter tot curas rerum, inter tot affectus pignorum, inter tot studia sacrificiorum, subiectis suis quamlibet extremis, bona sequentis vitæ prędicabat, vt eos de cœlestibus imbueret, qui sibi ad terrena opera deseruirent. Quid ad hæc nos episcopi dicimus, qui commissis nobis verbum vitæ impendere non curamus, quando coniugatum virum prohibere nõ valuit à butyro prædicationis, vel secularis habitus, vel magnæ occupatio facultatis? Sed seruata veritate historiæ, ad sanctæ Ecclesiæ iam verba redeamus, quæ per beatum Iob, id est, per os membri sui loquitur, quanta sint quæ tempore extremo patietur, cùm transactorum suorum reminiscitur, vt per eam videlicet verbi pinguedine operantium vita lauaretur. Quæ ipsam quoque prædicatorum suorum vigilantiam plenius exequẽs, subdit:

I

Quòd petra riuos olei fundebat, cùm corda discipulorum spiritus-sancti vnctione Christus impleuit.

Et petra fundebat mihi riuos olei.) Quia petræ nomine Christus accipitur, prædicator egregius fatetur, dicens: Petra autem erat Christus. Quæ videlicet petra nunc ad vsum sanctæ Ecclesiæ olei riuos fundit: quia in ea loquẽs dominus prędicamenta vnctionis intimæ emanat. De hac petra olei riuus exiit, Liber Matthæi, liber Marci, liber Lucę, & liber Ioannis. In diuersis huius mundi partibus quot prædicamenta ædidit, tot petra hæc per ora apostolorum omnimm olei riuos fudit. Toties adhuc de petra hac olei riuus funditur, quoties à sancto spiritu vngendis mentibus auditorum, ea quæ in libris veteribus de Christo dicta sunt, explanantur. Et riui vocantur olei: quia decurrunt & vngunt. In quibus quisquis tingitur, quisquis vngitur, interius impinguatur.

1. Cor. 10.

Caput. XIII.

DE qua nimirũ pinguedine Psalmista ait: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Potest nomine olei, ipsa sancti spiritus vnctio designari, de qua per propheram dicitur: Computrescit iugum à facie olei. Iugum quippe à facie olei computrescit: quia dum sancti spiritus gratia vngimur, à captiuitatis nostræ seruitute liberamur, dumq; maligni spiritus dominatio superba repellitur, iugum conteritur, quo libertatis nostræ colla premebantur. De hoc rursus

Psalm. 62.

Esa. 10.

oleo scriptum est: Vinea facta est dilecto meo in cornu filio K olei. Filius quippe olei, fidelis populus dicitur, qui ad fidẽ dei interna sancti spiritus vnctione generatur. Multis ergo tunc sancta Ecclesia tribulationibus depressa, dona spiritus & mira quæ nunc habet prædicamẽta ad memoriã reuocet, & suum silentium deploret, dicens: Petra fundebat mihi riuos olei. Quibus verbis congruè subiicit: Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant mihi cathedram. Videbant me iuuenes & absondebantur, & senes assurgẽtes stabant. Principes cessabant loqui, & digitum superponebãt ori suo. Vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebat.) Mos veterum fuit, vt seniores in porta consisterent, & causas introëuntium iudicarent, quatenus tãto esset pacificus vrbis populus, quanto ad hanc discordes ingredi nõ liceret. Sed nos sacram historiam venerantes, hæc egisse beatum Iob pro cultu iustitię certum tenemus, atque ad indaganda allegoriæ mysteria ducimur. Quid ergo per ciuitatis portam, nisi bona quæque actio designatur, per quam anima ad conuentum regni cœlestis ingreditur? Vnde & propheta ait: Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Portæ quippe mortis, sunt actiones prauæ, quæ ad interitum trahunt. Quia autem Sion speculatio dicitur, portas Sion, actiones bonas accipimus, per L quas supernam patriam ingredimur, vt regis nostri gloriam contemplemur. Quid verò per cathedram, nisi magisterij auctoritas designatur? Græca autem lingua platea pro *latitudine* dicitur. Nunc ergo sancta Ecclesia ad ciuitatis portam procedit: quia vt aditum cœlestis regni percipiat, *in sanctis* se actionibus exerit. Cui in platea paratur cathedra, quia in magnę auctoritatis latitudine sui magisterij exhibet libertatem. Quæ enim recta quæ sentit, publica voce prædicat, quasi in platea super cathedram sedet, cùm nullum de sua prædicatione metuit, nullius pressa terroribus, se sub silentio absondit. An non in publico ad docendum prędicet, quam simul & sentiendi veritas, & docendi potestas fulcit? Sed cùm ad portam procederet, & in platea super cathedram sederet, quid à leuibus, quidue à grauibus ageretur, adiungit dicẽs: Videbant me iuuenes, & absondebantur, & senes assurgentes stabant. Si historiæ intendimus, quæ dixit credimus: si allegoriæ, quæ prædixit videmus. Iuuenes nanque dici solent qui nulla consilij grauitate fulciuntur. Senes verò non eos scriptura sacra vocare consueuit, qui sola quantitate temporum, sed morũ grauitate maturi sunt. Vnde per quendam sapientem dicitur: Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque numero annorum computata. Cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Vnde rectè quoque dominus ad Moysen dicit: Cõgrega mihi septuaginta viros de senioribus Israël, quos tu nosti quòd senes populi sunt. In quibus quid aliud quàm senectus cordis requiritur, cùm tales iubentur eligi, qui senes esse sciũtur? Si enim senectus in eis corporis quæreretur, à tantis sciri poterant, à quantis videri. Dum verò dicitur: Quos tu nosti quòd senes populi sunt, profectò liquet: quia senectus mentis, non corporis eligenda nunciatur.

Caput. XIIII.

SAnctam ergo Ecclesiam vident nunc iuuenes & absconduntur, senes verò ei assurgentes asistunt: quia virtutem eius atque rectitudinem immaturi formidant, grædæui glorificant. Leues quippe sunt qui fugiunt, graues verò atque perfecti hanc vitæ suæ meritis assurgendo venerantur. Disciplinam quippe illius perfecti diligunt, imperfecti reprehendunt. Vident ergo hanc iuuenes & absconduntur: quia deprehendi in suis occultis actibus metuunt. Senes verò assurgentes stant: quia perfecti quique ex humilitate indicant, quãtum in bona operatione profecerunt. Sed quia hæc de suis loquitur, narret quoque qualiter ab exteris timeatur. Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo. Vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebat.) Qui hoc loco alij duces intelligi vel principes possunt, nisi hæreticæ prauitatis auctores? De quibus per Psalmistam dicitur: Effusa est contentio super principes eorum, & seduxerunt eos in inuio, & non in via. Ipsi etenim dum dispensationem dei peruersè interpretari non metuunt, profectò plebes subditas non in eam viam quæ Christus est, sed in in-

Psal.

sed in inuium trahunt. Super quos rectè quoque effusa contentio dicitur: quòd suis sibi vicissim allegationibus contradicunt. Arius quippe tres personas in diuinitate susçipiens, tres etiam deos credidit. Quem cõtra Sabellius vnum deum susçipiens, vnam credidit esse personam. Inter quos sancta Ecclesia rectum prædicationis suæ tramitem indeclinabiliter tenẽs, & vnum deum prædicans, tres personas contra Sabellium asserit, & tres personas asserens, vnum deum contra Arium confitetur. Quia autem in sacro eloquio Manichęus virginitatem laudari comperit, coniugia damnauit. At contrà Iouinianus quia concedi coniugia cognouit, virginitatis munditiã despexit. Vnde fit vt semper hæreticis peruersa intelligentia confusis, vicissim sibi eorum nequitia & in culpa concordet, & in sententia discrepet. At contra sancta Ecclesia per medias vtrarumque partium lites, ordinata pace graditur, & sic scit superiora bona susçipere, vt nouerit etiam inferiora venerari, quatenus nec summa æquet infimis, nec rursum ima despiciat, cùm summa veneratur. Nunc ergo hæreticarum plebium principes, auctoritatem sanctæ Ecclesiæ perpendẽtes cessant loqui, & quasi ori suo digitum superponunt, dum falsis querelis non ratione vocis se reprimi, sed virtutis manu significant. Vocem suam duces cohibent: quia nimirum hi qui post se errãtes populos trahere conantur, ne loqui peruersa nunc audeant, & auctoritatis frenantur pondere, & virtute rationis. Quorum lingua suo gutturi adhæret: quia etsi peruersa loqui libera voce non audeant, intus tamen apud se contegunt cuncta, quæ B contra veram fidem proponere falsa moliuntur. Horum ergo temporum, sequenti tribulatione deprehensa, reminiscens Ecclesia deplorat, dicens: Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi. Videbant me iuuenes, & abscondebantur, & senes assurgentes stabant. Principes cessabant loqui, & digitum superponebãt ori suo. Vocem suam duces cohibebant, & lingua eorum gutturi suo adhærebat. Ac si apertè dicat: Cùm prædicare mihi voce publica licuit, omnis qui meæ veritati non fuit subiectus, expauit. Illo nanque tempore cùm sancta Ecclesia aduersitate premitur, prauis quibusque prædicatoribus licentia locutionis datur.

Caput. XV.

Thren.4. QVod longè antè Hieremias intuens ait: Sed & lamiæ nudauerunt mammã, lactauerunt catulos suos. Quid nanque lamias, nisi hæreticos appellat, humanã quidem faciem, sed beluina per impietatem corda gestantes? Qui tunc mammam nudant, cùm errorem suum liberè prædicant. Tunc catulos lactant: quia malè sequaces paruulorum animas dum peruersa insinuant, ad impietatem nutriendo confirmant. Sequitur:

Quòd rectoribus Ecclesiæ summopere attendendum est, quòd in disciplinæ rigore mansueti sint.

C Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi.) Dum beatificari se ab audientibus, sibique testimonium reddi à vidẽtibus fatetur, beatus Iob qualis in sermone, qualis in opere fuerit, ostenditur. Neque enim aut in opere iam perfectus est, cui adhuc linguæ prauitas contradicit: aut in sermone laudabilis, qui hoc quod loquitur, opere non ostendit. Vt igitur beatus Iob amicorum suorum increpationibus exactus, vtraque se habuisse perhibeat, sese & audientibus & videntibus venerationi fuisse manifestat. Quod si ad vocem sanctæ Ecclesiæ referamus, ille eius verba beatificat, qui ea quæ audierit, opere consummat. Ille enim testimonium reddit, qui exemplis vitæ illius bene viuendo respõdet. Sanctam etenim Ecclesiam ille veraciter videt, cuius testatur vita quia videt. Ad hoc nanque bonorum intra eam rectitudo cernitur, vt quique hanc viderint, à suis prauitatibus corrigantur. Nec dum ergo intra sanctam Ecclesiam videt bonos, qui non est emendatus à malis. Sed vnde ei testimonium reddatur, ostenditur cùm subiungit: Eo quòd liberassem pauperem vociferantem, & pupillum cui non erat adiutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum.) Magnæ misericordiæ illa sunt opera, liberare vociferãtem pauperem, pupillo adiutorium ministrare, perituram eripere, cor viduæ consolari. Superius enim dictum est quid exhibuit per doctrinam. Ait nanque: Auris audiens beatificabat me. Nunc autem narrat quæ per misericordiam impẽdit, D dicens: Eo quòd liberassem pauperem vociferantem, & pupillum cui non erat adiutor. Vox quippe cum opere sibi necessario concordat. Hæc beatus Iob & exhibuit subditis, & tamen per sanctam Ecclesiam exhibenda signauit. Quæ vtrumque nunc incessabiliter exercet, vt videlicet filios suos & loquendo pascat, & defendendo protegat, quatenus & per verba bonos satiet, & per patrocinia tueatur à malis. Bene autem scriptum est: Germinet terra herbam virentem & facientem *Genesis. 1.* semen, & lignum fructiferum faciens fructũ iuxta genus suũ. Quod sic est veraciter factum, vt significaret faciendum. Per terram quippe figuratur Ecclesia, quæ & verbi nos pabulo reficit, & patrocinij vmbraculo custodit, quæ & loquendo pascit, & opitulando protegit, vt non solum herbam refectionis proferat, sed & cum fructu operis, arborem protectionis.

Caput. XVI.

PErpendẽdum quoque video his qui plebium gubernationibus præsunt, quod superius dicens: Videbãt me iuuenes, & abscondebãtur: nunc astruit: Cor viduę consolatus sum. Quanta disciplina regiminis, vt ante eũ iuuenes abscondantur, quãta mansuetudo pietatis, vt per eum viduarum corda consolẽtur. Sunt nãque nonnulli ita districti, vt omnem etiã mansuetudinem benignitatis amittãt, & sunt nonnulli ita mãsueti, vt perdãt districti iura regiminis. Vnde cũctis rectoribus vtraque summopere sunt tenenda, vt nec in disciplinæ E vigore benignitatem mãsuetudinis, nec rursum in mansuetudine districtionem deserant disciplinæ, quatenus nec à cõpassione pietatis obdurescãt, cùm contumaces corrigunt, nec disciplinæ vigorem molliant, cùm infirmorum animos consolãtur. Regat ergo disciplinæ vigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet vigorem, & sic alterum coimmẽdetur ex altero, vt nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. Hæc autẽ quę supra diximus pietatis opera, sancta Ecclesia & corporaliter exhibet, & spiritaliter exhibere non cessat. Nam pauperẽ vociferantem liberat, cùm peccatori veniam deprecanti, eas quas commiserat culpas relaxat. De talibus quippe pauperibus di- *Mat.5.* citur: beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Et talium pauperum clamor est, Psalmistæ voce dicẽ- *Psalm. 78.* tium: Citò nos anticipet misericordia tua: quia pauperes facti sumus nimis. Pupillum vero cui non est adiutor liberat, dum vnusquisque mortuo antiquo patre diabolo, ad sanctæ Ecclesiæ sinum currens, in ea exhortationis adiutorium inuenit, qui iam desideria mundi persequẽtis fugit. Potest pupilli nomine, fidelis quisque etiam propter mortẽ boni patris intelligi, cuius ad tempus visione destitutus est, quanuis solatio destitutus non est. Benedictio etiam perituri super eam venit, cùm peccatoris interitum præuenit, & cum sanctis exhortationibus, à *Iaco.5.* culpæ fouea reducit. Vnde scriptum est: Qui conuerti fecerit F peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum. Si enim magnæ mercedis est à morte eripere carnem quandoque morituram, quanti est meriti à morte animam liberare, in cœlesti patria sine fine victuram? Cor autem viduæ consolatur, dum fideli cuiq; animæ qui ęternas domini retributiones narrat, quasi viri sui bona ad memoriam reuocat. Cui quia spiritaliter anima iuncta est, eo mortuo vidua dicitur, sed sanctæ Ecclesiæ vocibus ex eius resurrectione refouetur. Magnam ergo consolationẽ cor viduæ susçipit, quando fidelis anima in verbis Ecclesiæ de aduentu illius aliquid, cui spiritaliter est coniuncta, cognoscit.

Sequitur: Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimẽto.) Vestimento vtique cùm vestimur, ex omni parte circundamur. Ille ergo iustitia sicut vestimento vestitur, qui se vndique bono opere protegit, & nullam partẽ actionis suæ peccato nudam relinquit. Nam qui in aliis actionibus iustus est, in aliis iniustus: quasi hoc latus cooperuit, illud nudauit, nec iam bona sunt opera quæ subortis aliis prauis operibus inquinãtur. Hinc enim per Salomonem dicitur: Qui in vno offen- *Eccles. 9.* derit, multa bona perdet. Hinc Iacobus dicit: Quicunque to- *Iacobi.2.* tam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Quam videlicet sententiam suam ipse diligenter exposuit, cùm subiunxit: Qui enim dixit, non mœchaberis, dixit: & non occides. Quod si non mœchaberis, occidas autem, factus es transgressor legis.

G

Caput. XVII.

COrdis ergo oculis circunquaque porrectis, vndiq; nobis adhibēda custodia est. Vnde rectè quoque per Salomonem dicitur: Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Dicturus enim custodia, prǽmisit omni, vt videlicet vnusquisque hincinde se diligenter inspiciat, & quandiu in hac vita est, cōtra spiritales inimicos in acie se positum sciat, ne mercedem quā per has actiones colligit, per alias amittat, ne hinc hosti fores obstruat, & aliunde aditū pandat. Si qua etenim ciuitas contra insidiantes inimicos magno valletur aggere, fortib⁹ cingatur muris, ex omni parte insomni muniatur custodia, vnum verò in ea foramē tantummodo immunitum per negligentiam relinquatur, inde procul dubio hostis ingreditur, qui vndique exclusus videbatur. Pharisæus nanque ille qui in templum oraturus ascendit, ciuitatem mentis suæ quanta munitione vallauerit, audiamus: Ieiuno, inquit, bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Qui prǽmisit: Gratias ago tibi, magna certè munimina adhibuit. Sed videamus vbi insidianti hosti immunitum foramen reliquit: quia non sum sicut publicanus iste, Ecce ciuitatem cordis sui insidiātibus hostibus per elationem aperuit, quam frustra per ieiunium & eleemosynas clausit. Incassum munita sunt cætera, cùm locus vnus de quo hosti patet aditus, munitus non est. Gratias rectè egit, sed peruersè se super publicanum extulit. Ciuitatem cordis sui extollendo prodidit, quam abstinēdo & largiendo seruauit. Victa est per abstinentiam gula, destructa H vētris ingluuies, superata est largitate tenacia, auaricia depressa. Quibus hoc laboribus actum credimus? Sed ô quot labores vno vitio percussi ceciderunt, quanta bona vnius culpæ gladio sunt perempta. Vnde magnopere oportet & bona semper agere, & ab ipsis nos bonis operibus cautè in cogitatione custodire, ne si mentem eleuant, bona non sint, quæ non auctori militant, sed elationi. De qua re non inordinatè agimus, si ex libris, licèt non canonicis, sed tamen ad ædificationem Ecclesiæ æditis, testimonium proferamus.

Prouer. 4. *Luc. 18.*

Libri non canonici ad ædificationē Ecclesiæ æditi sunt.

Quòd qui vitia superant, cùm de victoria sua superbiunt, ipso hostis super se ruente intereunt.

1. Mac. 6. Eleazar nanque in prælio elephantem feriens strauit, sed sub ipso quem extinxit occubuit. Quos ergo iste significat quem sua victoria oppressit, nisi eos qui vitia superāt, sed sub ipsa quæ subiiciunt, superbiēdo succumbunt? Quasi enim sub hoste quem prosternit moritur, qui de culpa quam superat eleuatur. Pēsandum ergo magnopere est: quia bona prodesse nequeunt, si mala quæ subrepunt non cauentur. Perit omne quod agitur, si non sollicitè in humilitate custoditur. Vnde bene quoque de ipso primo parente dicitur: *Gene. 2.* Posuit eum dominus in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret. Operatur quippe qui agit bonum quod præcipitur, sed quod I operatus fuerit non custodit, cui hoc subrepit quod prohibetur. Beatus igitur Iob quia ex omni parte bono se opere texerat, dicat: Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento. Vbi protinus subdidit:

Caput. XVIII.

ET diademate iudicio meo.) Iustorum iudicia rectè diadēmati comparantur: quia per magni operis gloriam, ad retributionis ducunt coronam. Quæ nimirum iudicia secum quotidie introrsus agunt: quid deo, quid proximo debeant, solerter aspiciunt, atque ad agenda bona se vehementer *Prouer. 12.* accendunt, & de perpetratis malis districtè redarguunt. Vnde bene quoque per Salomonem dicitur: Cogitationes iustorum iudicia. Iusti quippe ab omni strepitu seculari ad corda sua redeunt, ibiq́ue ascendunt tribunal mentis, atque ante oculos *Mat. 7.* se & proximum statuunt, deducunt ad medium regulam testamenti, qua dicitur: Quæ vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Transferunt in se personam proximi, & sollicitè attendunt, quid sibi si ita essent, fieri vel nō fieri iustè voluissent, sicq́ue districto iure atque iudicio causam suam & proximi iuxta tabulas diuinæ legis in foro cordis examinant. Bene ergo dicitur: Cogitationes iustorū iudicia: quia ipse eorum intimus motus cordis quasi quædam libra est iudiciariæ potestatis. Quibus peractis: quia retributionem inferius non requirunt, rectè eorum iudicia diademati comparantur. Diadema quippe in superiori parte corporis ponitur. Iustorū ergo iudicium diadema dicitur: quia per hoc non in terrenis & infimis, sed sursum remunerari concupiscunt. Sequitur: K

Quòd in proferenda sententia nihil perperam agendum sit, ne quælibet temere dicta indiscussa & imperita reddamus.

Oculus sui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperū, & causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam.) Inter hęc lectoris animus forsitan quærat, cur beatus Iob suas tam subtiliter virtutes enumeret. Sāctorum quippe virorum est, bona quæ fecerint occultare, ne contingat eos lapsum elationis incurrere. Vnde per semetipsam veritas dicit: Attendite ne iustitiam vestram faciatis corā hominibus, vt videamini ab eis. Hinc est etiam quòd duos cæcos iuxta viam sedentes illuminans præcepit dicēs: Videte ne quis sciat. De quibus illico scriptum est: Abeuntes diffamauerunt eum per totam terram illā. Sed quærendum nobis est, quid sit hoc quod ipse omnipotēs, cui hoc est velle quod posse, & taceri virtutes suas voluit, & tamen ab his qui illuminati sunt, quasi inuitus indicatur: nisi quòd seruis suis se sequentibus exemplum dedit, vt ipsi quidem virtutes suas occultare desiderent, & tamen, vt alij eorum exemplo proficiant, prodantur inuiti, & facta quidem sua occultando seipsos custodiant, sed dum produntur inuiti, bona ad proximos suos exempla transmittant. Occultentur ergo studio, necessitate publicentur, & eorum occultatio sit custodia propria, eorumq́ue publicatio sit vtilitas aliena. Rursum quia scriptum est: Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Aliquando sancti viri & coram hominibus compelluntur bona facere, aut eadem hominibus sua facta narrare, sed ad eā finem omnia referentes, vt non ipsi eisdem operibus, sed pater eorum qui in cœlis est, debeat glorificari. Dum enim sancta prædicant, ipsa prædicatio eorum fortassè despicitur, quorum vita nescitur. Compelluntur ergo vitam suam dicere, vt auditorum suorum valeant vitam mutare. Et facta sua referā vt venerationi sint: venerari appetunt, vt reuerenter audiantur. Scriptum quippe est: Cùm eleuarentur animalia de terra, eleuabantur pariter & rotæ: quia videlicet cùm auditorum mentes prædicantium vitam suspiciunt, necessariò vtiquetiam vim prædicationis admirantur. L *Mat.*

Caput. XIX.

HInc est ergo quòd prædicatores boni & honorem propter elationem fugiunt, & honorari tamen propter imitationem velint. Sic nimirum Paulus Apostolus discipulis loquens & honorem fugit, & tamen quantum esset honorandus ostendit. Nam cùm Thessalonicensibus diceret: Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione auaritiæ, deus testis est, secutus, adiunxit: Neque quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis, cùm possimus honori * vobis esse vt Christi apostoli, sed facti sumus paruuli in medio vestrum. Rursus Corinthiis, honorem fugiens, dicit: Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum dominum nostrum, nos autem seruos vestros per Iesum Christum. Quos tamen videns falsorum Apostolorum persuasionibus à veræ fidei tramite deuiare, eis se summopere quantum esset venerandus ostendit, dicens: In quo quis audet, in insipientia dico, audeo & ego. Hebrei sunt, & ego. Israëlitę sunt, & ego. Semen Abrahæ sunt, & ego. Ministri Christi sunt, & ego. Vt minus sapiens dico, plus ego. Quibus etiam subiungit: quòd ei quoque tertij cœli secreta patuerint, quòd raptus etiam paradisi arcana penetrauit. Ecce honorem fugiens, seruum se discipulorum prædicat. Ecce honorem pro vtilitate audientium quærens, falsis Apostolis vitæ suæ merita superponit. Egit quippe doctor egregius, vt dum ipse qualis esset, agnoscitur, & vita & lingua malè prædicantium eius comparatione vilesceret, illos videlicet commendaret, si se absconderet, cumq́ue se non ostenderet, errori locum dedisset. Miro igitur modo & humilitatis exhibet gratiam, & vtilitatis quærit incrementum, vt & seruum se discipulorum prædicet, & aduersariis potiorem demonstret. Ostendit discipulis quid humilitatis

A Iterum ecce ostendit aduersariis quid sublimitatis. Innotescit discipulis qualis apud se maneat in cogitatione. Innotescit aduersariis qualis foris appareat in operatione. Sancti ergo viri cùm coguntur bona narrare quæ faciunt, non elationi seruiunt, sed vtilitati. Vnde beatus Iob amicis suis se iniustè increpantibus, atque ideirco nescientibus bona sua loquendo aperit, vt nimirum discerent, non contra eius vitam increpationes, sed hanc tacentes imitari, quanuis, vt supra iã diximus, hunc ad memoriam facta sua reducere, inuicta ab increpantibus desperatio compellebat. Nam inter tot dolores vulneris & verba desperationis, cùm bona quæ fecit narrat, quasi collapsum verbis & verberibus ad spem animum reformat. Dicat ergo bona quæ fecit, vt non cogatur inter tot mala de se desperare quæ audit. Oculus fui cæco, & pes claudo. Cùm sancti operis exempla pensamus, intuendũ nobis prius est quàm rectus narrãdi ordo seruetur, vt antè iustitiæ, & pòst misericordiæ opera describantur. Ille quippe bene agit quæ pia sunt qui scit prius seruare quæ iusta: vt collatus in proximis riuus misericordiæ, de iustitiæ fonte ducatur.

Caput. XX.

B NAm multi proximis quasi opera misericordiæ impẽdunt, sed iniustitiæ facta non deserunt. Qui si veraciter proximis misericordiam facere studeant, sibiipsis prius debuerant iustè viuendo misereri. Vnde scriptũ est: Misserere animæ tuæ placens deo. Qui ergo misereri vult proximo, à se trahat necesse est originem miserendi. Scriptũ nãque est: Diliges proximum tuũ sicut teipsum. Quomodo ergo alteri miserendo pius est, qui adhuc iniustè viuendo sit impius sibimetipsi? Vnde per quendam sapientẽ dicitur: Qui sibi nequam est, cui bonus erit? Ad exhibendam quippe misericordiam vt indigentibus plenè exterius valeat impendi, duo sibi necessaria congruũt, id est, homo qui præbeat, & res quę præbeatur. Sed longè incõparabiliter melior est homo quàm res. Qui itaque indigenti proximo exteriorem substantiam præbet, sed vitam suam à nequitia non custodit, rem suam deo tribuit, & se peccato. Hoc quod minus est, obtulit auctori, & hoc quod maius est, seruauit iniquitati. Bene itaque per beatum Iob prius dicitur: Iustitia indutus sum & vestiui me sicut vestimento, & sicut diademate iudicio meo. Ac deinde subiũgitur: Oculus fui cæco, & pes claudo. Quia tũc est apud deum oblatio veræ rectitudinis, cùm de radice iustitiæ procedũt rami pietatis. Sed quia in ipso misericordiæ opere plus solet apud internum iudicem animus pensari quàm factum, notandum quòd cæci oculum fuisse se asserit, pedem claudi. Hæc etenim dicẽs, profectò indicat quia & illi per semetipsum manum præbuerat, & hunc portando sustinebat. Ex qua re colligitur, super egenos ac debiles quantũ misericordiæ illius viscera fundebantur. Vnde & subditur: Pater eram pauperum.

Misereri proximo sibi ipsi prius debet misereri.

Eccli. 30.

Deut. 6.

Eccli. 14.

Ad misericordiã exhibẽdã duo requiruntur.

C Quæ videlicet verba si ad vocem sanctæ Ecclesiæ typica interpretatione referamus, ipsa est oculus cæco, quia per verbum lucet: ipsa pes claudo, quia per adiutorium continet. Cæcos enim prædicando illuminat, claudos vero opitulando sustentat. Cæcus quippe est, qui adhuc quo pergat non videt. Claudus autem est, qui nõ potest ire quo videt. Crebro nanq; peccatum aut ignorantia aut infirmitate perpetratur, vt vel nesciat homo quid velle debeat, vel non omne quod voluerit posſit. Quo contrà rectè per Psalmistam dicitur: Dominus illuminatio mea & salus mea. Quia enim dominus & scientiam & virtutem præbet, & contra ignorantiam illuminatio, & cõtra infirmitatem salus vocatur. Hinc etiam de iniquis dicitur: Fiant viæ eorum tenebræ & lubricum, vt scilicet per tenebras quo ire debent non videant, qui etsi recta viderent, in eis tamen per lubricum stare non possent. Isti itaque per lubricum inter bona claudicant, illi per tenebras quæ bona sequantur ignorant. Sancta itaque Ecclesia extremis tribulationibus deprehensa, antiquorum reminiscitur temporum, quando & docendo illuminare consueuerat, & adiuuando firmare, & præcedentis membri sui ore loquitur, dicens: Oculus fui cæco, & pes claudo.

Psalm. 26.

Psalm. 24.

Caput. XXI.

QVæ quia duos in se populos collegit, Iudaicum scilicet atque gentilem, rectè etiam potest cæco Gentilis, claudo autem Iudaicus populus designari. Gẽtilis quippe quasi oculos non habuit: quia non recepta lege non vidit quo ire debuisset. At contrà Iudaicus D habens oculos, claudus fuit: quia legem quidem sciẽdo tenuit, sed in ea gressum recti operis non tetendit. Si enim Gentilis populus cæcus minimè fuisset, propheta non diceret: Populus qui sedebat in tenebris, lucem vidit magnam. Rursum si Israëliticus populus à bono opere minimè claudicasset, nequaquam voce domini Psalmista dixisset: Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerũt à semitis suis. Qui nimirum populus claudus ideirco nominatur: quia sanum gressum in operatione non habuit, quippe qui vtroque pede vti noluit, dum vnum testamẽtum recepit, aliud spreuit. Quem cùm ad se venientem sancta Ecclesia suscipit, quia ei iam vetus tenenti, & nouum testamentum inserit, ad dirigendos gressus illius quasi alterum pedem iungit. Qui fidelis sanctæ Ecclesiæ populus adhuc rectè subiungit: Pater eram pauperum: quia videlicet humiles qui pauperes spiritu dicti sunt, ex eius prædicatione generantur. Sed oportet vt in his omnibus ipsa historiæ subtiliter verba pensemus. Ait enim: Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. Plærunque enim multa homines pauperibus largiuntur, non quia eosdem pauperes diligunt, sed quia si minimè tribuant, iram iudicij superni formidant, qui si deũ non metuerent, quæ habent dare noluissent. Et quidem in bono E opere primus insipientium gradus est, vt qui adhuc proximũ sicut se nescit diligere, iam tamen incipiat iudicia superna formidare. Quia igitur aliud est bonum opus ex præcepto, aliud verò etiam ex affectu facere, sanctus vir vt mentem nobis suæ operationis insinuet, dicat: Pater eram pauperum. Non enim patronum se vel proximum vel adiutorem pauperum, sed patrem fuisse testatur: quia nimirum magno charitatis officio studium misericordiæ vertit in affectum naturæ, vt eos quasi filios cerneret per amorem, quibus quasi pater præerat per protectionem. Quia igitur vis misericordiæ illius naturã fuerat imitata, patrem se pauperum fuisse commemorat. Vbi etiam subdit: Et causam quam nesciebam diligentissimè inuestigabam. In quibus videlicet verbis pensanda sunt omnia quàm distinctè narrantur, quòd nulla ab eo merces prætermittitur. Iustus quippe est in actionibus suis, pius in infirmitatibus proximorum, strenuus in negociis pauperum. Qui enim æternæ retributionis bona cogitat, necesse est vt ad omnem se causam secuturæ mercedis extendat. Hinc enim per Salomonem dicitur: Qui deum timet, nihil negligit. Hinc etiam Paulus ait: Ad omne opus bonum parati. Sed inter hæc sciendum est, quia aliquando in actionibus nostris minora bona prætermittenda sunt pro vtilitate maiorum. Nam quis ignoret esse boni operis meritum, mortuum sepelire? Et tamen cuidam qui ad sepeliendum patrem se dimitti poposcerat, dictum est: Sine vt mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade & annuncia regnum dei. Postponendum nanque erat obsequium huius ministerij officio prædicationis: quia illo carne mortuos in terram cõderet, isto autem anima mortuos ad vitam resuscitaret. Per prophetam quoque primatibus synagogæ dicitur: Quærite iudicium, subuenite oppresso. Et tamen Paulus Apostolus dicit: Cõtemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicãdum. Auditores etenim suos ad virtutem sapientiæ, ad linguarum genera, ad prophetiæ quoque indaganda mysteria succendebat, dicens: Aemulamini spiritalia, magis autem vt prophetetis. Sed quia spiritalia dona non caperent, si terrena eos negocia depressissent, longè antè præmisit, dicens: Contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ac si apertè dicat: Qui minoris meriti sunt in Ecclesia, & nullis magnorum donorum virtutibus pollent, ipsi de terrenis negociis iudicent, quatenus per quos magna nequeunt, bona minora suppleantur. Quos & contemptibiles nominat, & tamen sapientes vocat, cùm dicit: Sic non est sapiens inter vos quisquam qui posſit iudicare inter fratrem suum? Qua ex re quid colligitur, nisi vt hi terrenas causas examinent, qui exteriorum rerum sapientiam perceperunt? Qui autẽ spiritalibus donis ditati sunt, profectò terrenis non debent negociis implicari, vt dum non coguntur inferiora bona disponere, exercitati valeant bonis superioribus deseruire.

Eccles. 7.

2. Tim. 3.

F

Luc. 9.

Esa. 1.

1. Cor. 6.

1. Corin. 12.

1. Cor. 6.

Ibidem.

G

Caput. XXII.

SEd curandum magnopere est, vt hi qui donis spiritalibus emicant, nequaquam proximorum infirmãtium negocia funditus deserant, sed hæc aliis quibus dignum est, tractanda committant. Vnde Moyses quoque ad populũ viros pro se septuaginta constituit, vt quãto se ab exterioribus causis* absconderet, tanto ardentius interna penetraret. Sicq; fit vt summi viri magis ad spiritalia dona proficiant, dum eorum mentes res infimę non conculcant, & rursum viri in Ecclesia vltimi sine bono opere non viuant, dũ in rebus exterioribus inueniunt recta quæ agant. Sancta quippe Ecclesia sic consistit vnitate fidelium, sicut corpus nostrũ vnitum est cõpage membrorum. Alia nanque sunt membra in corpore quę intuẽdæ luci deseruiunt, alia quę à terreno actu minimè disiũguntur. Oculus quippe luci intenditur, & ne cæcari valeat, à puluere custoditur. Pes verò tunc suum officiũ rectè peragit, cùm susciendũ terræ puluerem nõ refugit. Quæ tamen corporis membra vicissim sibi sua officia impartiendo copulantur, vt pes oculis curat, & oculus pedi prospiciat. Sic itaque sic sanctę Ecclesiæ mẽbra debent & officio esse distincta, & charitate coniuncta, vt summi viri eorum viam prouideant, qui in terrenis negociis vacant: quatenus velut ad lumen oculorũ pes ambulet, & rursum quicquid terrenis negociis implicati agunt, hoc ad maiorem* vtilitatẽ referant, vt pes cuius via prospicitur, non sibi tantũmodo, sed etiam oculis gradiatur. Dum H itaque sibiinuicem alterna administratione conueniunt, miro modo agitur, vt quia electi quiq; vicissim sibimet impẽdendo quod valent faciunt, eorum fiant opera etiam quæ facere ipsi non possunt. Sed inter hęc sciendũ est, quia cùm proximorum causis exterioribus qui aptè deseruiant, desunt: debent hi quoque qui spiritalibus donis pleni sunt, eorum infirmitatibus condescendere, terrenisque illorum necessitatibus inquantum decenter valeant, charitatis condescensione seruire. Nec tædere animum debet, si sensus eius contemplationi spiritaliũ semper intentus, aliquando dispensandis rebus minimis quasi minoratus inflectitur, quando illud verbum per quod constat omnis creatura, vt prodesset hominibus, assumpta humanitate voluit paulominus ab angelis minorari. Quid ergo mirum si homo se propter hominẽ attrahit, dum creator hominum & angelorum, formam hominis propter hominem susciepit? Nec tamen minoratur sensus cùm sic attrahitur: quia tãto subtilius superiora penetrat, quanto humilius pro amore cõditoris nec inferiora contemnit. Quid indignum nobis vel difficile est, si supra infraque animum ducimus, qui eadem manu corporis lauamus faciem, qua etiam calceamus pedẽ? Beatus igitur Iob quia cùm magna ageret, minima non despexit, dicat:

al. laboribus.

al. morũ.

Caput. XXIII.

I ET causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam.) Qua in re notandum video, ne ad proferendam sententiam vnquã præcipites esse debeamus, ne temere indiscussa iudicemus, ne quælibet mala audita nos moueant, ne passim dicta sine probatione credamus. Quod profectò perpetrare pertimescimus, si auctoris nostri subtilius facta pẽsamus. Ipse quippe vt nos à præcipitata sententiæ prolatione compesceret, cùm omnia nuda & aperta sint oculis eius, mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, qui ait: Clamor Sodomorum & Gomorreorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis, descendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an nõ est ita, vt sciam. Omnipotens itaque dominus & omnia sciens, cur ante probationẽ quasi dubitat, nisi vt grauitatis nobis exemplum proponat, ne mala hominum antè pręsumamus credere quàm probare? Et ecce per angelos ad cognoscenda mala descendit, moxque facinorosos percutit, atque ille patiens, ille mitis, ille de quo scriptum est: Tu autem domine cum tranquillitate iudicas, ille de quo scriptum est rursum: Dominus patiens est redditor, in tanto crimine inuolutos inueniens, quasi patientiam prætermisit, & diem extremi iudicij expectare ad vindictam noluit, sed eos igne iudicij ante iudicij diem præuenit. Ecce malum quasi cum difficultate credidit cùm audiuit, & tamen sine tarditate percussit, cùm verum agnoscendo reperit, vt nobis videlicet daret exemplum, quòd maiora crimina & tardè credenda sunt cùm audiuntur, & citius punienda sunt cùm veraciter agnoscuntur. Huius ergo diligentiæ beatus Iob sollicitudinem gerẽs ait: Et causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. Quę scilicet verba etiam per vocem Ecclesiæ ad interpretationem typicam possumus nõ inconuenienter referre. Ipsa quippe per electos suos cum mala carnalium iudicat, hoc quod nescit inuestigat: quia mala quæ nescit operando, inuestigat per iudicium corrigendo. Sancta itaque Ecclesia cùm iniustorum fuerit ad tempus improbitate compressa, reminiscitur dicens: Causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Ac si apertè dicat: Mala quæ in electis meis agendo non noueram, in iniquis hominibus districtè iudicando plectebam. Et quia nunc virtute prædicationis suæ diabolum conterit, atque ex eius ore vniuscuiusque quem suscipit animam rapit. Sequitur:

Gene. 18.

Sapien. 12.

Quòd dentibus diaboli prædam eripit, qui ab errore vel malitia aliquem prædicando conuertit.

Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.) O qualem de ore diaboli prædã tulit, quãdo ipsum raptorem Saulum conuertendo rapuit, quando adhuc spirans minarum, acceptis epistolis pergebat Damascum, & dum persequendo fideles, congregaret plebem diabolo, cognoscendo fidem ipse aggregatus est Christo. Toties ex iniqui dentibus Ecclesia prædam tulit, quoties ex erroris morsu animam prædicando diripuit. Quis nãque iniquus verius dici potest quàm diabolus? Cuius molas conterimus, quotiẽs differendo contra L eius insidias, occulta illius machinamenta mõstramus, ac si de eius dentibus prædam tollimus: quia mentem quam iam ad peccatum frangendo momorderat, ad salutem vitæ conuertendo reuocamus.

Caput. XXIIII.

PEr molas quippe occultæ eius insidiæ, per dentes verò aperta iam culpæ perpetratio demonstratur. De quibus nimirum molis ac dentibus per Psalmistam scriptũ est: Deus verò conteret dentes eorum in ore ipsorũ, molas leonũ confringet dominus. Sed sanctus vir antè se asserit molas conterere, vt pòst de dẽtibus illius prædam potuisset auferre: quia tunc veraciter prædã de eius dẽtibus tollimus, cùm prius molas illius conterere scimus. Prius enim necesse est occulta consiliorum illius machinamenta prodere, vt auditoris nostri animam valeamus postmodum ab aperto lapsu reuocare. Huius iniqui molas ipse summus pastor Ecclesiæ prædicando cõterebat, cùm diceret: Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius M vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quẽ deuoret, cui resistite fortes in fide. Contra hunc leonẽ sancta Ecclesia quia eius insidias conspicit, fidei caulas munit. Cuius toties molas frangit, quoties hæreticorum argumenta destruit, totiesque ab eius dentibus prædam diripit, quoties ab errore, quempiam prædicando conuertit. Et quia plærique iustorum tunc erunt qui se Ecclesiasticæ pacis tempore ab hoc mundo N exituros esse crediderunt, beatus Iob dum sua narrat, voces quoque iustorum sequentium indicat, dicens:

Psalm. 3.

Quòd sancta Ecclesia filios suos in nido pacis enutriat.

Dicebamque: In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies.) Quid hoc loco per nidi nomen exprimitur, nisi tranquilla quies fidei, qua vnusquisque infirmus nutritur? Multitudo quippe illa bonorum, quæ persecutionum temporibus fuerit deprehensa, nutrimentorum suorum dies quasi in nido sic in loco quietis, explere se credidit. Nam mi sancta Ecclesia infirmos quosque filios nunc in nido pacis enutriret, Psalmista non diceret: Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos. Iam quippe domum inuenit sibi passer: quia æternum cœli habitaculum, noster redemptor intrauit. Et turtur inuenit nidum, quia sancta Ecclesia amore conditoris affecta crebris gemitibus vtitur, & velut nidum sibi, id est, pacatissimam fidei quietem construit, in qua crescentes filios quasi plumescentes pullos, quousque ad superiora euolent, charitatis gremio calefactos fouet. Igitur quia tunc erunt, qui pacis tempore se ad superna migrare, id est, à nido euolare crediderunt, eorum vox beati Iob voce præuenitur, cùm ait: Dicebamque: In nidulo meo moriar. Quia verò hoc ipsum sibi pacis ocium ex multorum dierum longitudine promittebant, rectè subiungit, dicens: Et sicut palma multiplicabo dies.)

Palma

A Palma enim tarde proficit, sed diu in viriditate subsistit. Cum multis autē diff. cultoribus sancta Ecclesia ad fidei statum venit, & pro collectione plurimorum, in eiusdem fidei gloria diutius stare cōcupiscit. Sicut palma ergo multiplicare se dies credidit, quæ emergente subitæ tentationis articulo, pacis suæ gratiam & tardè à fidelibus adeptam, & citius ab infidelibus interceptam dolet.

Caput. XXV.

NEc immerito iustorum vita palmę comparatur: quia scilicet palma inferius tactu aspera est, & quasi aridis corticibus obuoluta, superius verò & visu & fructibus pulchra: inferius corticum suarum inuolutionibus angustatur, sed superius amplitudine pulchræ viriditatis expanditur. Sic quippe est electorum vita, despecta inferius, superius pulchra: in imo ista quasi multis corticibus obuoluitur, dum innumeris tribulationib⁹ angustatur: in summo verò illa quasi pulchræ viriditatis foliis amplitudine retributionis expāditur. Habet quidem aliud palma, quo à cunctis arborum generibus differt. Omnis nanque arbor in suo robore iuxta terram vasta subsistit, sed crescēdo superius angustatur, & quāto paulisper sublimior, tanto in altum subtilior redditur. Palma vero minor ab imis inchoat, & iuxta ramos ac fructus ampliori robore exurgit, & quæ tenuis ab imis proficit, vastior ad summa succrescit. Quibus itaque alia arbusta nisi terrenis mētibus in-

B ueniuntur esse similia, inferius vasta, superius angusta: quia nimirum omnes huius sęculi dilectores, in terrenis rebus fortes sunt, in cœlestibus debiles. Nam pro temporali gloria vsq; ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua, ne parū quidem in labore subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro cœlesti mercede vel tenuissimi verbi ferre cōtumelias recusant: terreno iudici toto etiam die assistere fortes sunt, in oratione verò coram domino vel vnius horæ mōmēto lassantur. Sæpe nuditatem, deiectionem, famem, pro acquirendis diuitiis atque honoribus tolerāt, & earum rerum se abstinentia cruciant, ad quas adipiscendas festinant, superna autem laborioſè quærere tanto magis dissimulant, quanto ea retribui tardius putant. Hi itaque quasi aliarum arborum more deorsum vasti sunt, sursum angusti: quia fortes in inferiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt. At contrà ex qualitate palmarum designatur proficiens vita iustorum, qui nequaquā sunt in terrenis studiis fortes, & in cœlestibus debiles, sed longius atque distantius studioſos se deo exhibent, quàm sęculo fuisse meminerunt. Nam cùm quibusdam per prædicatorem

Rom. 6. nostrum dicitur: Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ: sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra

C vestra seruire iustitiæ in sanctificationem, eorū proculdubio infirmitati condescenditur, ac si eis apertius diceretur: Si nequaquam amplius potestis, saltem tales estote in fructu bonorum operum, quales fuistis dudū in actione vitiorum, ne debiliores vos habeat sancta libertas hæredes, quos in carne* validos habuit vsus terrenæ voluptatis.

*al. sancta libertas charitatis quā in carne.

Caput. XXVI.

SVnt verò nonnulli qui cùm cœlestia appetunt, atq; huius mundi noxia facta derelinquunt, ab inchoatione sua quotidie inconstantiæ pusillanimitate deficiunt. Quibus hos nisi arbustis reliquis similes dixerim, qui nequaquam tales superius surgunt, quales inferius oriuntur? Hi quippe ad conuersionem venientes, non tales quales cœperunt perseuerāt, & quasi more arborum, inchoatione vasti sunt, sed tenues crescunt: quia paulisper per augmenta temporum patiuntur detrimenta virtutum. Sensim quippe in eis desideria superna languescunt, & qui robusta ac fortia proposuerant, debilia atque infirma consummant, dumque ætatis augmēto proficiūt, quasi flexibiles crescunt. Palma verò, sicut dictum est, vastior in summitate est quàm esse cœperit ex radice: quia sæpe electorum conuersio plus finiendo peragit, quàm proponit inchoando, & si tepidius prima inchoat, feruentius extrema cōsummat: videlicet semper inchoare se æstimat, & idcirco infatigabilis in notitia perdurat. Hanc scilicet iustorum constā-

Esa. 40. tiam propheta intuens ait: Qui confidunt in domino, mutabunt fortitudinem suam, assument pennas vt aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Mutant quippe fortitudinem: quia fortes student esse in spirituali opere, qui dudum fuerant fortes in carne. Assumunt autem pennas vt aquilæ: quia contemplando volant. Currunt & non laborant, quia velocibus magna celeritate predicant. Ambulant & non deficiunt, quia intellectus sui velocitatem retinent, vt tardioribus condescendant. In cunctis verò bona quæ accipiunt, quanto aliis libenter accommodant, tanto ipsi incommutabiles in nouitate perdurāt, & qui tenues à radice inchoationis exeunt, fortes in culminis perfectione cōualescunt. Dicat itaq; beatus Iob ex persona sua, dicat ex voce sanctę Ecclesiæ his quos pacis tempore ad se conuersos habuerat, atque in bonis moribus perseueraturos credebat. Dicebamque: In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Quasi enim palmam multiplicare se dies credidit, quæ mentes fidelium ad extremum vsque robustiores exurgere putabat. Cùm enim multorum corda persecutionibus cœperint lassata molescere, dolet iam in se quasi ad debilitatem tendere, quos mirabatur fortia proposuisse. Et quia mēte semper spiritali sciētiæ intendit, rectè subiungitur: Radix mea aperta est secus aquas.) Iuxta aquas enim radix aperitur, quādo ad percipienda veritatis fluenta latenter cogitatio mentis expanditur. Vt enim in superiori libro iam diximus, solet in sacro eloquio radicis nomine, occulta cogitatio designari. Radicem igitur

E nostram secus aquas aperimus, cùm infusioni intimæ cogitationem taciti cordis intendimus. Caput. XXVII.

QVæ scilicet verba si ad vocem sanctæ Ecclesiæ ducimus, radix illius ipsa debet incarnatio redemptoris intelligi. Quæ iuxta aquas aperta est, dū deus inuisibilis per assumptionē humanitatis suę patuit aspectibus visionis nostræ. Creator quippe qui in diuinitate videri non poterat, assumpsit à nobis vnde videretur à nobis. Radix ergo secus aquas aperitur: quia auctor humani generis per humanitatem suam hominibus demonstratur. Vnde rectè quoque per Psalmistam dicitur: Et erit tāquam lignum quod plantatū est secus decursus aquarum. Decursus quippe aqua- *Psalm. 1.* rum sunt quotidiani transitus deficientium populorum. Et de semetipsa veritas dicit: Si in ligno viridi hæc faciunt, in arido quid fiet? Lignum ergo secus decursus aquarum est, qui fructum & protectionem sui nobis vmbraculi proferens, apparuit creator in carne, vt humanum genus per resurrectionem robustum figeret, quod per defectum quotidie ibat in mortem. Sequitur: Et ros morabitur in messione mea.) Subaudis, dicebam. Messio enim sanctæ Ecclesiæ non inconuenienter accipitur, cū perfectæ animę corporibus abstractæ, velut maturę segetes à terra decisæ, ad cœlestia horrea demigrāt, F quod quia non nostra virtute, sed cœlesti gratia iargiente agitur, bene ait: Et ros morabitur in messione mea. Ros nanque desuper cadit, messis deorsum colligitur. Ergo ros morabitur in messione: quia gratia desuper veniens agit, vt digni simus qui de inferioribus colligamur. Ipsa quippe nos desuper infundente, fructum bonorum operum ferimus. Vnde re- *1. Corin. 15.* ctè quoque per Paulū dicitur: Gratia dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit. Si enim quæratur quid sit ros desuper veniēs, ait: Gratia dei sum id quod sum. Si intueamur messem, sub rore crescentem, ait: Et gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Sequitur: Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur.) Subaudis, dicebam. Superiori quippe sententiæ coniungitur, quod locutione continua subinfertur, cùm ait: Dicebamque: In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Ac deinde subiungitur: Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea. Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur. Cunctis vera scientibus liquet, quòd ad vetustam vitam vitia pertinent, virtutes ad nouam. Hinc enim Paulus dicit: Exuentes vos veterem hominem cum actibus suis, & induen- *Colo. 3.* tes nouū. Hinc rursus ait: Vetus homo noster simul crucifixus *Roma. 6.* est. Hinc Psalmista ex typo humani generis loquēs, inter malignos spiritus deprehēsis dicit: Inueteraui inter omnes inimi- *Psalm. 6.* cos meos. A feruore etenim mētis vel inter spiritales inimicos, vel inter carnales quoslibet proximos, ipso aliquo modo viuendi vsu veteraſcimus, & assumptæ nouitatis speciem fuscamus. A qua tamen vetustate quotidie si studio circunspectio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nis inuigilamus,orando, legendo, bene viuendo renouamur: quia vita noſtra dum lachrymis lauatur, bonis operibus exercetur, ſanctis meditationibus tẽditur, ad nouitatem ſuam ſine ceſſatione reparatur. Beatus igitur Iob ſic ſua narrat, vt noſtra ſignificet: quia ſancta Eccleſia cùm fideles ſuos conſpicit ad vitæ veteris culpas redire, eos quos nouitatem mẽtis intuetur perdere, cogitur plorare. Prędicator quippe egregius diſcipu-
1. Theſ. 2. lis ſuis dicit: Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nónne vos ante dominum? Sancta ergo Eccleſia quaſi amiſſam gloriam deplorat, cùm fideles ſuos ad vitam veterem redire conſiderat. Ait enim: Dicebam, gloria mea ſemper innouabitur: quia eos quos in ſe nouæ vitæ militare credidit, vetuſtis deſideriis ſeruire cognoſcit.

Caput. XXVIII.

Arcus. ARcus autem nomine in ſacro eloquio aliquando malorum inſidiæ, aliquando dies iudicij, aliquando verò ipſa eadem ſacra eloquia deſignantur. Per arcum
Pſalm. 63. quippe inſidiæ figurantur, ſicut per Pſalmiſtam dicitur: Inten derunt arcum ſuum, rem amaram. Per arcum quoque dies extremi iudicij deſignatur, ſicut per eũdem rurſum Pſalmiſtam
Pſalm. 59. dicitur: Oſtendiſti populo tuo dura, potaſti nos vino compunctionis. Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus. In arcu enim quanto longè trahitur chorda, tanto de eo diſtrictior exit ſagitta. Sic nimirum ſic extremi iudicij dies quanto longè differtur vt veniat, tanto cùm venerit, de il
H lo diſtrictior ſententia procedit. Idcirco autem diuerſis nunc cladibus percutimur, vt his correcti, paratiores tunc inueniri valeamus. Vnde illic præmiſſum eſt: Oſtẽdiſti populo tuo dura, flagella videlicet ſeculi quæ ſecuturum grauius iudicij diẽ præcurrunt. Potaſti nos vino compunctionis, vt terrena gaudia in lachrymas verterentur. Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus. Ac ſi diceret: Hoc tempus miſericordiæ eſt, illud tempus iudicij erit. Per iſta ergo huius tẽporis flagella ſignificas, quomodo tũc percuſſurus es quando non parcens iudicas, qui ſic diſtrictè modo percutis quando parcis. Aliquando autem per arcum etiam ſacra ſcriptura ſignatur. Ipſa quippe arcus eſt Eccleſiæ, pſa arcus eſt domini,
Pſalm. 7. de qua ad corda hominum ſicut ferientes ſagittæ, ſic terrentes ſententię veniunt. Vnde rectè quoq; per Pſalmiſtam dicitur: Arcum ſuum tetendit & parauit illum, & in ipſo parauit vaſa mortis ſagittas ſuas ardentibus effecit. Arcum nanque ſuũ dominus tetendit: quia cunctis peccatoribus per ſcripturam ſacram minas exhibuit. In quo arcu ſcilicet vaſa mortis præparat: quia ſecundum eloquij ſui ſententiam, eos qui nunc corrigi negligunt, reprobos damnat. In quo etiam ſagittas ſuas ardentibus effecit, quia in eos quos per terrorem corrigit, accen
I ſas verborum ſententias emittit. De hoc prædicatorum arcu
Eſaiæ. 7. per Eſaiam dicitur: Cum ſagittis & arcu egrediũtur illuc, quia nimirum ſancti Apoſtoli ad ferendam gentilis vitę duritiam cum diſtrictis verborum ſpiculis venerunt. Quid igitur hoc in loco arcus nomine, niſi ſacrum eloquium debet intelligi? In chorda etenim teſtamentum nouum, in cornu verò teſtamentum vetus accipitur. In arcu autem dum chorda trahitur, cornu curuatur. Sic in hoc eodem ſacro eloquio dum teſtamentum nouum legitur, duritia teſtamenti veteris emollitur. Ad eius nanque ſpiritalia, & blanda prȩcepta illius literæ ſe rigor inclinat: quia teſtamentum nouum dum quaſi quodam bonæ operationis brachio trahitur, in teſtamento veteri ſeueritatis iura flectuntur. Nec indecenter dicimus chordam teſtamento nouo congruere, quod de incarnatione dominica certum eſt extitiſſe. Quaſi ergo chorda trahitur, & cornua curuantur: quia dum in teſtamẽto nouo incarnatio mediatoris agnoſcitur, ad ſpiritalem intelligentiam rigor teſtamenti veteris inclinatur. Ait igitur ſanctus vir: Dicebam, gloria mea ſemper innouabitur, & arcus meus in manu mea inſtaurabitur. Arcus in manu, eſt ſcriptura ſacra in operatione. In manu etenim arcum tenet, qui diuina eloquia quæ intellectu cognoſcit, operatione perficit. Inſtauratur ergo arcus in manu, dũ quicquid in ſacro eloquio ſtudendo cognoſcitur, viuendo completur.
Cant. 4. Hinc etiam Salomon dum fortes ſpiritalis pugnæ deſcriberet bellatores, ait: Omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi.
Ephe. 6. Quid nanque in diuina ſcriptura per gladium figuretur, Paulus aperuit, dicens: Et gladium ſpiritus, quod eſt verbum dei.

Caput. XXIX.

K SAlomon autem non ait: omnes habentes gladios, ſed tenentes: quia videlicet verbum dei non eſt mirabile ſolummodo ſcire, ſed facere. Habet quippe, ſed non tenet gladium, qui diuinum quidem eloquium nouit, ſed ſecundum illud viuere negligit. Et doctus eſſe ad bella iã non vellet, qui ſpiritalem quem habet gladium minimè exercet. Nam reſiſtere tentationibus omnino non ſufficit, qui hunc verbi dei tenere gladium malè viuendo poſtponit. Sancta itaque Eccleſia quę ſubſequenti perſecutione deprimitur, malorum abundantiam, & bonorũ inopiam pẽſans, beati Iob vocibus damna ſua prænunciat, dicẽs: Dicebamq́ue in nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies. Radix mea aperta eſt ſecus aquas, & ros morabitur in meſsione mea. Gloria mea ſemper innouabitur, & arcus meus in manu mea inſtaurabitur. Quæ videlicet cuncta conſiderans, nequaquam ſpe caſſa fallebatur. Nam perfecti quiq; multos nunc eius conſpiciunt adiutores, ſed penſant proculdubio quòd emergente perſecutionis articulo, ex his plærique hoſtes illius fiunt, qui eſſe pacis tempore eius ciues videntur. Non autem de omnibus ita deſperant: ſed tamen plærunque contingit, vt hi de quibus maiorem fidei fiduciam habuerãt, ipſi eiuſdem fidei hoſtes atrociores fiant: vt eos tunc videant contra ſacra eloquia agere, ex quorũ ſe operatione crediderant hæc eadem ſacra eloquia ad prædicationis gratiam reſtaurare. Quæ tamen tẽpora iam nunc inchoaſſe ingemiſcimus, cùm multos intra Eccleſiam poſitos cernimus, qui aut nolunt operari quod intelligunt, aut hocipſum quoque ſacrum eloquium intelligere ac noſſe contemnunt. A veritate etenim auertentes auditum, ad fabulas conuertuntur, dum omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ ſunt Ieſu Chriſti. Scripta dei vbique reperta opponuntur oculis, ſed hęc cognoſcere homines dedignãtur. Penè nullus quærit ſcire quod credidit. Multitudo ergo bonorum præcedentium arcum ſuum deſtrui dolebat, quæ ſacrum eloquium reſtaurari ſemper per ſtudium ſubſequentium credebat.

Libri deciminoni Moralium ſancti Gregorij finis.

LIBER VIGESIMUS moralis expoſitionis ſancti Gregorij, doctoris Eccleſiæ, ſuper reliqua capitis vigeſiminoni textus beati Iob.

Caput. I.

QVANVIS omnem ſcientiam atque doctrinam ſcriptura ſacra ſine aliqua comparatione tranſcendat, vt taceã quòd vera prædicat, quòd ad cœleſtem patriam vocat: quòd à terrenis deſideriis, ad ſuperna amplectenda cor legentis immutat: quòd dictis obſcurioribus exemplis fortes: & paruulis humili ſermone blanditur: quòd nec ſic clauſa eſt vt paueſci debeat, nec ſic patet vt vileſcat: quòd vſu faſtidium tollit, & tanto amplius diligitur, quanto amplius meditatur: quod legentis animum humilibus verbis adiuuat, ſublimibus ſenſibus leuat: quòd ſimiliquo modo cum legentibus creſcit: quòd à rudibus lectoribus, quaſi recognoſcitur, & tamen doctis ſemper nouus reperitur: vt ergo de rerum pondere taceam, ſcientias tamen omnes atque doctrinas ipſo etiam locutionis ſuæ more tranſcendit: quia vno eodemq́ue ſermone dum narrat textum, prodit myſterium, & ſic ſcit præterita dicere, vt eoipſo noverit futura prædicare, & non immutato dicendi ordine, eiſdem ipſis ſermonibus nouit & anteacta deſcribere, & agenda nunciare, ſicut hæc eadem beati Iob verba ſunt, qui dum ſua dicit, noſtra prædicit, dumq́ue lamenta propria per ſermonem indicat, ſanctæ Eccleſiæ cauſas per intellectum ſonat. Ait enim: Qui me audiebant, expectabant ſentẽtiam, & intenti tacebant ad conſilium meum. Verbis meis addere nihil audebant, & ſuper illos ſtillabat eloquium meum. Expectabãt me ſicut

A sicut pluuiam, & os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum. Hanc etenim apud beatum Iob fuisse subiectorum reuerentiam indubitater credimus. Sed sicut iam sæpe diximus, sancta Ecclesia hæreticorum, vel carnalium tribulationibus pressa, præteritorum reminiscitur temporum, in quibus omne quod ab ea dicitur, cum metu à fidelibus auditur, & aduersariorum suorum proteruiam deplorans, dicit:

Quanta reuerentia Iob fuerit apud audientes suos, & quanta discretionis in sermonibus proferendis.

Qui me audiebant, expectabant sententiam, & intenti tacebant ad consilium meum.) Ac si apertè dicat: Nō vt hi proterui ac tumidi, qui dum veritatis verba suscipere renuūt, prædicationis meæ sententias quasi docendo præcurrunt. Cuius nunc discipuli intenti ad eius consilium tacēt: quia verba eius non audent impugnare, sed credere. Vt enim proficere ex ipsis possint, ea procul dubio non iudicaturi, sed secuturi audiunt. De quibus rectè subiungitur: Verbis meis addere nihil audebant: quia nimirum heretici cùm contra hanc libertate pessima fuerint effrenati, dictis eius addere aliquid præsumunt, cùm prædicamentorum eius rectitudinem quasi emēdare moliunt. Quæ adhuc de bonis auditoribus subdit: Et super illos stillabat eloquium meum.) In hac stillatione eloquij, quid aliud quàm mensura prædicationis accipitur? quia oportet vt
B exhortationis gratia singulis iuxta capacitatem ingenij conferatur. Per hoc ergo quod dicitur: Verbis meis addere nihil audebant, reuerentia laudatur audientium. Per hoc verò quod subditur: Et super illos stillabat eloquium meum, indicatur dispēsatio magistrorum. Debet enim subtiliter is qui docet perspicere, ne plus studeat, quàm ab audiēte capiatur, prædicare. Debet enim ad infirmitatem audientium semetipsum contrahendo descendere, ne dū paruis sublimia, & idcirco non profutura loquitur, se magis curet ostendere, quàm auditoribus prodesse.

Caput. I I.

Exodi. 37. IVbente autem domino, non solum phialæ ad mensām tabernaculi, sed etiam cyathi præparantur. Quid enim per phialas, nisi larga prædicatio, quid verò per cyathos, nisi minima & tenuis de deo locutio designatur? In mensa igitur domini, & phialæ præparantur & cyathi: quia videlicet in doctrina sacri eloquij, non solum exhibenda sunt magna & arcana, quæ deebriant, sed etiam parua & subtilia quæ quasi per gustum notitiam præstant. Huius ergo discretissimæ dispensationis suæ, sancta Ecclesia extremis pressa temporibus remi niscatur, & dicat: Super illos stillabat eloquium meum. Vbi aptè quoque subiungitur: Expectabant me sicut pluuiam, & os suum aperiebāt quasi ad imbrem serotinum.) Verba quippe sanctæ prædicationis sicut pluuiam sustinemus: cùm vera humilitate ariditatem nostri cordis agnoscimus, vt potu sanPsalm. 142 ctæ prædicationis irrigemur. Vnde deo rectè per Psalmistam
C dicitur: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. His doctrinę fluEsaiæ. 55. entis infundi Propheta nos admonet, dicens: Sitientes venite ad aquas. Qui dum in extrema parte iam seculi verba sanctæ prędicationis accipimus, quasi ad imbrem serotinum os cordis aperimus. Nam si os in corde non esset, Psalmista non diPsalm. 11. ceret: Labia dolosa in corde, & corde locuti sunt mala. Os igitur cordis quia verbis intendimus vltimæ prædicationis, hoc velut serotinis aperimus fluentis. Quæ nimirum prædicatio ex eius ad nos sacrificio prodiit, qui per Psalmistam dicit: Ele
Psalm. 14. uatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Quia enim redemptor noster iuxta mundi finem vim persequentiū pertulit, semetipsum pro nobis sacrificium vespertinum dedit.
Hiere. 5. De hoc imbre serotino alias scriptum est: Dabo vobis pluuiā temporaneam & serotinam. Temporaneam quippe pluuiam dedit: quia electis suis priori tempore legis intellectum contulit. Serotinam quoque pluuiam tribuit, quia prædicari diebus vltimis incarnationis suæ mysterium fecit. Quod quia sancta Ecclesia quotidie annunciare non desinit, ora cordis audientium velut ex imbre serotino infundit. Sequitur:

Quid prælatus quisque ea circa subditos suos debet vti censura, vt eis pro tempore sic se grauem exhibeat, vt non reddat odiosum, sic hilarem, vt non faciat vilem.

Si quando ridebam ad eos: non credebāt, & lux vultus mei non cadebat in terram.) Hæc si iuxta historiæ verba percipimus, credi necesse est quòd vir sanctus talē se exhibuerit subditis, vt etiam ridēs timeri potuisset. Sed cùm superius patrem se pauperum, viduarum verò cōsolatorem fuisse perhibet, magna valde discretione res indiget, quomodo in tanto terrore regiminis, tanta quoque affuerit lenitas, & mansuetudo pietatis. Sine magna enim benignitatis lenitate non fuit hoc, quod se patrem pauperum, & viduarum cōsolatorem dicit. Sed rursum sine magna seueritate non potuit etiā ridens timeri. Qua in re quid aliud docemur, nisi quod talis debet esse dispensatio regiminis: vt is qui præest, ea se circa subditos mensura moderetur: quatenus & arridens timeri debeat: & iratus amari? vt eum nec nimia lętitia vilem reddat, nec immoderata seueritas odiosum. Sæpe enim subiectos frangimus, dum plus iusto vigorem iustitiæ tenemus. Qui profecto vigor iam iustitiæ non erit, si se sub iusto moderamine non custodit. Et sæpe à disciplinę metu resoluimus subditos, si nostro regimini hilaritatis frena relaxamus: quia dum nos quasi licenter lætos aspiciunt, audacter ipsi ad illicita resoluuntur.

Caput. I I I.

SEd vt rectoris vultus etiam lætus debeat timeri, necesse est vt ipse vultum sui conditoris sine cessatione timeat. Illi etenim menti difficile de lætitia creditur: quæ quod se pro amore domini continuè affligat, à subditis scitur. Qui E enim incessanti æstu spiritalis desiderij superna appetit, valde de ea in dubium venit hoc quod aliquando ante homines hilarescit. Vnde & idem beatus Iob non lōgè pòst dicturus est: Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum. Sic quippe metuebat iudicem suum: quasi imminentes impetus fluctuum, iam iamque moriturus. Cuius ergo ita mentem mœror diuini timoris infuderat, rectè hilaritati illius subditi non credebāt: quia cogebantur ridenti non credere, cuius cor in timore conditoris nouerant, quàm continua mœstitia tenebat. Hoc quoque iuxta historiam non inconuenienter accipitur, quod protinus subinfertur:

Quòd sanctorum lux in terrenorum desideriis non est, quorum conuersatio in cœlis est.

Et lux vultus mei nō cadebat in terram.) Scriptum quippe *Eccles. 2.* est: Oculi stultorum in finibus terræ. Rursumque per eundem Salomonem dicitur: Oculi sapiētis in capite eius. Paulus quo- *1. Cor. 11.* que ait: Caput viri Christus. Oculi ergo sapientis in capite eius sunt, dum redemptoris sui semper opera quæ imitari debeat, cōtemplatur. Lux ergo vultus eius in terrā non cecidit: quia ea quæ terrena sunt, per concupiscentiā non aspexit. Sed quia superficiem historię sub breuitate discussim': quid in his intellectu mystico lateat, perpēdamus. Vnam esse personam Christum & Ecclesiam plærunque iam diximus, & sępe vox capitis ad vocem corporis: sæpe vox corporis ad vocem capitis transit. Qui enim sunt in carne vna, nil obstat vt conue- F niant etiam in voce vna. Dicat ergo voce capitis de electis suis, dicat Ecclesia: Si quando ridebam ad eos, non credebāt. Ridere etenim dei, est sanctorū vias prosequenti fauore prosperari: sicut de his quoque per vsum dicitur, quos in hoc seculo fœlicitatis blandimenta comitātur: Arrisit illis tempus. Vnde econtra ira appellatur domini, à bonis actionibus infirmari: sicut scriptum est: Nequando irascatur dominus, & pereatis *Psalm. 2.* de via iusta. Si igitur irasci dominus perhibetur, cùm viam iustitiæ homines perdunt, rectè arridere dominus dicitur, cum bona nostra opera fauor gratiæ supernæ comitatur.

Quòd graue peccatum sit incauta securitas: & valde vile sit, etiam cùm flamus, formidare ruinam.

Sed electi quique quandiu in hac vita sunt, securitatis sibi confidentiam non promittunt. Horis enim omnibus contra tentamenta suspecti, occulti hostis insidias metuūt: qui etiam tentatione cessante, vel sola grauiter suspitione turbantur. Nā sæpe multis graue periculum incauta securitas fuit: vt callidi hostis insidias non tentati, sed iam prostrati cognoscerent. Vigilandum quippe semper est, vt mens continuè sollicita nunquam relaxetur intentione superna: ne laboriosa deserens, in cogitationibus fluxis, quasi in quibusdam mollibus stramentis iacens, venienti corruptori diabolo mens se resoluta prosti tuat. Semper verò est ad certamen aduersarij erigendus animus,

G mus:semper contra occultas insidias cautela prouidẽda. Hinc etenim Abacuc propheta ait: Super custodiam meam stabo. *Abac.2.* Hinc rursum scriptum est: Statue tibi speculã:pone tibi amaritudines, *Hiere.31.* qui euangelizas Sion. Hinc per Salomonem dicitur *Prouerb.28* Beatus vir qui semper est pauidus:qui autem mentis est durę, corruet in malum. Hinc iterum dicit: Vniuscuiusque ensis super femur suum, *Cant.3.* propter timores nocturnos. Nocturni quippe timores sunt insidiæ tentationis occultę. Ensis autem super femur, est custodia vigilans:carnis illecebras premens. Ne ergo nocturnus timor, id est, occulta & repentina tentatio subrepat: semper necesse est, vt femur nostrum superpositus custodię ensis premat.

Caput. IIII.

Psalm. 2. Sancti etenim viri sic de spe certi sunt: vt tamen semper sint de tentatione suspecti:quippe quibus dicitur:Seruite domino in timore: & exultate ei cũ tremore, vt & de spe exultatio, & de suspitione nascatur tremor. Quorum voce *Psalm. 85.* iterum Psalmista ait:Lætetur cor meum vt timeat nomen tuum. Qua in re notãdum quod non ait:lætetur vt securum sit, *Sapien.9.* sed lætetur vt timeat. Meminerunt nanque quanuis eorum actio prosperetur:quia adhuc in hac vita sunt: de qua per eundem Iob dicitur: Tentatio est vita humana super terram. Meminerunt rursum quod scriptum est:Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam:& deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Meminerunt & metuunt:& certitudinem sibi in se promittere non presumunt:sed positi inter gaudium H spei, & tentationis metum, confidunt & timent: confortantur & titubant:certificantur* & suspecti sunt. Bene ergo per vo- *al. certi morantur.* cem electi membri sub figura nostri capitis dicitur: Si quando ridebam ad eos, non credebant mihi:quia redemptori nostro quasi arridenti non credimus: dum multis iam eius donis testantibus, & gratiam fauoris eius accipimus:& tamen adhuc sub eius iudicio de nostra infirmitate titubamus. Videamus qualiter Paulo, & arridetur iam per supernam gratiam:& ipse adhuc quasi non credit per suspitionis metum. Iam è cœlo illi *Act.9.* dominus loquens: eiusque interius oculos aperiens, exterius claudens:potentiam suæ maiestatis ostenderat. iam de eo Ana- *1.Cor.9.* nię dixerat: Vas electionis mihi est:iam ad tertium cœlum super se raptus fuerat:iã in paradisum ductus, arcana verba quæ dicere non posset audierat:& tamen adhuc timidus dicit: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo:ne forte aliis prędicans, ipse reprobus efficiar:Ecce arridenti sibi diuinæ gratię iam credit per spem:& necdum tamen credit per securitatem. Iam quia bene hæc verba redemptoris nostri vocibus congruunt: etiam subiuncta testantur, cum dicitur: Et lux vultus mei non cadebat in terram. Quid nanque terra nisi peccator *Gene.3.* vocatur:cui prima sententia dictum est: Terra es, & in terram ibis? Lux ergo vultus domini in terram nequaquã cadit: quia I visionis eius claritas peccatoribus non apparet. Scriptũ nan- *Esaia.26.* que est: Tollatur impius, ne videat gloriam dei. Quasi enim lux in terram caderet, si in extremo iudicio veniẽs, claritatem maiestatis suæ peccatorib' aperiret. Quòd si hæc verba ex sancta Ecclesiæ voce suscipimus, non incongruè intelligere poterimus, lucem vultus eius in terram non cadere:quia occupatis in terrenis actionibus, vetat summa contemplationis suæ mysteria prædicare. Dici enim infirmis fortia prohibet, ne dũ incapabilia audiũt, prædicationis verbis quibus subleuari debuerant, opprimantur. Lux quippe ipsa corporea quæ oculos sanos irradiat, infirmos obscurat: & dum lippientibus oculis claritati Solis intenditur, plærunque eis cæcitas ex luce generatur. Sancta itaque Ecclesia oppressa persecutionis tempore: memor autẽ præteritæ discretionis suæ dicat: Lux vultus mei non cadebat in terram. Sed quia ex eius capite hæc verba intelligere cœpimus, in ipso adhuc quod sequitur exequamur. Nam subditur:

Quòd in eorum cordibus qui carnem animæ præponunt, Christus non primum locum habet, sed vltimum.

Si voluissem ire ad eos, sedebam primus.) Quia in corde reproborum priori loco actiones carnis sunt, & posteriori actiones animæ: in eorum proculdubio cogitationibus Christus non primus, sed vltimus sedet. Sed electi quique quia ea præ omnibus, quæ æterna sunt, cogitant:& posteriori cura ac minima si qua sunt temporalia disponunt, quibus & magistra K voce veritatis dicitur: Quærite primum regnum dei & iustitiam eius:& hæc omnia adiicientur vobis: in eorum corde do- *Matth. 6* minus primus sedet. Vbi aptè præmittitur:Si voluissem ire ad eos. Quia enim, sicut scriptum est, omnia operatur secundum *Ephe. 1.* consilium voluntatis suæ: non secundum nostrum meritum: sed quia ipse ita vt vult, visitatione sua nos dominus illustrat. Itaque & cum vult venit: & cum venerit, primus sedet: quia & aduentus eius in corde nostro gratuitus est: & appetitus eius desiderij, in cogitatione nostra, æqualis cæteris desideriis non est. Sequitur:

Quòd prædicator circunstantem Ecclesiæ exitum quem regit, diuinarum promissionum auctoritatibus debeat consolari.

Cunque sederem quasi rex circunstante exercitu: eram tamen mœrentiũ consolator.) Quasi rex dominus sedet in corde: quia circunstrepentes regit animorum motus in nostra cogitatione. In mente quippe quam inhabitat, dum torpentia excitat, inquieta frenat, frigida accendit, accensa moderatur, emollit rigida, fluxa restringit: ex ipsa hac diuersitate cogitationum quasi quidam illũ exercitus circũstat. Siue certè quasi rex sedet circunstante exercitu: quia presidentem illum mentibus electorum circunstat turba virtutum. Qui etiam mœrentium consolator est: ex ea promissione qua dicit: Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Et rursus: Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Ea verò quę de sanctæ Ecclesię capite dixim', L nil obstat si ad vocem quoq; eiusdem Ecclesiæ referamus. In ea quippe ordo doctorum quasi rex præsidet, quem fidelium suorum turba circũstat. Quę scilicet multitudo fidelium rectè quoq; exercitus dicitur: quia in procinctu bonorum operum indesinenter quotidie contra tentationum bella præparatur.

Caput. V.

Corda quoque mœrentium sancta ecclesia consolatur, dum per præsentis peregrinationis ærumnas afflictas mentes electorum pensat: & has æternæ patriæ promissione lætificat. Considerat etiam quòd cogitationes fidelium diuino sint timore percussæ:& quos de deo conspicit districta audisse vt timeant:agit quoque quatenus & mansuetudinem pietatis eius audiant vt præsumant. Sic nanque sancta Ecclesia fidelibus suis de pietate & iustitia redẽptoris in prędicationis serie spem miscet & metum: quatenus nec incautè de misericordia confidant: nec desperatè iustitiam timeãt. Nam verbis sui capitis formidantes refouet, dicẽs: Nolite timere pusillus grex: quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Atque iterum præsumentes terret, cùm dicit: Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Rursum formidantes refouet, dicens: Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlo. Sed semetipsis præsumentes deterret, cum ait: Videbam satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Formidãtes refouet, cùm dicit: Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis: & non peribũt M in æternum: & non rapiet eas quisquam de manu mea. Sed in semetipsis presumentes deterret, dicens: Dabunt signa magna *Matth 24.* & prodigia: ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam *Ibidem.* electi. Formidantes refouet, dicens: Qui perseuerauerit vsque in finem: hic saluus erit. Præsumentes deterret, dicens: Cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? Metuentes refouet, cùm latroni dicit: Hodie mecum eris in paradiso. *Luc.23.* Sed terret præsumentes, dum Iudas ex Apostolatus gloria in tartarum labitur. De quo per sententię definitionem dicitur: *Ioan.6.* Duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus est. Formidan- *Luc.16.* tem refouet, cùm dicit: Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, nũquid reuertetur ad eum *Hier.3.* vltra? Nunquid nõ contaminata, & polluta erit mulier illa: Tu autem fornicata es cum amatoribus tuis multis: tamẽ reuertere ad me, dicit dominus. Sed præsumẽtem deterret, cùm dicit: *Hier.2.* Quid clamas super contritione tua? insanabilis est dolor tuus. Formidantem refouet, dicens: Ergo saltem amodo voca me, *Hier.* pater meus: dux virginitatis meæ tu es. Sed præsumentem de- *Ezech.* terret, dicẽs: Pater tu' Amorrhę': & mater tua Cethea. Formi- *Hier.* dãtẽ refouet, cũ ait: Reuertere aduersatrix Israël: & non auertã faciem

A faciem meam à vobis, quia sanctus ego sum, dicit dominus: & non irascar in perpetuum. Sed præsumentem deterret, cum
Iuxt. 7. prophetam suum ab intercessione prohibet, dicens: Non assumas pro eis laudem & orationem: quia non exaudiam clamorem eorum in tempore afflictionis: quia si steterint coram me Moyses & Samuël, non est anima mea ad populum istum. Sancta itaque Ecclesia auditorum suorum mentem, & de misericordiæ benignitate subleuat: & de iudicij districtione perturbat: quatenus in prædicatione sua dū bene vtrunq; permiscet, electi eius nec de exhibita iustitia præsumant, nec de præterita iniquitate desperent.

Quòd in prælatis ecclesiæ sese complecti debeant, & affectus misericordiæ & districtio disciplinæ.

Sed hoc quod ait: Cùm sederem quasi rex circunstãte exercitu, eram tamen mœrentium consolator: sciendum nobis est quod valde lectorem ædificare etiam iuxta historiam potest, si perpendat quomodo bonis rectoribus mixta sit, & regendi auctoritas & benignitas consolandi. Ait enim: Cumque sederem quasi rex circūstante exercitu, ecce auctoritas regiminis. Eram tamē mœrentium consolator, ecce ministeriū pietatis.

Caput. VI.

DIsciplina enim vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. Sed circa subditos suos inesse rectoribus debet, & iustè consolans misericor-
Luc. 10. dia, & piè sæuiēs disciplina. Hinc est quòd semiuiui illius vulneribus qui à Samaritano in stabulum ductus est, & vinū ad-
B hibetur & oleum: vt per vinum mordeantur vulnera, per oleum foueantur: quatenus vnusquisque qui sanandis vulneribus præest: in vino morsum districtiōis adhibeat: in oleo mollitiem pietatis: per vinū mundentur putrida, per oleum sananda foueantur. Miscenda est ergo lenitas cum seueritate, faciendumque quoddam ex vtraque temperamentum: vt neq; multa asperitate exulcerētur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Hoc nimirum illa tabernaculi arca significat: in qua cùm tabulis virga simul ac manna est: quia cum scripturæ sacræ scientia est in boni rectoris pectore: si est virga districtio-
Psalm. 22. nis, sit & manna dulcedinis. Hinc etiam Dauid ait: Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga etenim percutimur, & baculo sustentamur. Si ergo est districtio virgæ quæ feriat, sit & consolatio baculi quæ sustentet. Sit itaque amor, sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans: sit zelus, sed non immoderate sæuiens: sit pietas, sed non plus quàm expe-
Exemplum in Moyse. diat parcens. Intueri libet in Moysi pectore misericordiam cum seueritate sociatam. Videamus amantem piè, & districtè sæuientem. Certè cùm Israëliticus populus ante dei oculos penè inueniabilem contraxisset offensam, ita vt eius rector au-
Exodi. 32. diret: Descende, peccauit populus tuus: ac si ei diuina vox diceret: Qui in tali peccato lapsus est, iam meus non est: atque subiungeret: Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos: & deleam eos: faciamque te in gentem magnam: ille semel & iterum pro populo cui præerat, obicem se ad impetū dei irascentis opponens ait: Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Pensemus ergo quibus visceribus eundem populum amauit: pro cuius vita de libro vitæ deleri se petiit. Sed tamen iste qui tanto eius popu-
C li amore constringitur: contra eius culpas pensemus quanto zelo rectitudinis accendatur. Mox enim vt petitione prima, ne delerentur, culpæ veniam obtinuit, ad eundem populum veniens ait: Ponat vir gladium suum super femur suum, ite & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum: & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. Ceciderunt que in die illo quasi viginti tria milia hominum. Ecce qui vitam omnium etiam eum sua morte petiit: paucorum vitam gladio extinxit. Intus arsit ignibus amoris: foris accensus est zelo seueritatis. Tanta fuit pietas, vt se pro illis coram domino morti offerre non dubitaret: tanta seueritas, vt eos quos diuinitus feriri timuerat, ipse iudicij gladio feriret. Sic amauit eos quibus præfuit, vt pro eis nec sibi parceret: & tamen delinquentes sic persecutus est quos amauit, vt eos etiā domino parcente prosterneret. Vtrobique legatus fortis, vtrobique mediator admirabilis, causam populi apud deum precibus, causam dei apud populum gladiis allegauit. Intus amās diuinę iræ supplicando obstitit: foris sæuiens culpam feriendo D consumpsit. Sucurrit citius omnibus ostēsa morte paucorum. Et idcirco omnipotēs deus fidelem famulum suum citius exaudiuit agentem pro populo: quia vidit quid super populum acturus esset ipse pro deo. In regimine ergo populi vtrunque Moyses miscuit: vt nec disciplina deesset misericordię, nec misericordia disciplinæ: Vnde hic quoque iuxta vtranque virtutem dicitur: Cumque sederem quasi rex circunstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator. Sedere quippe circunstante exercitu, vigor est ac disciplina regiminis. Mœrentium verò corda consolari, ministerium pietatis. Sed quia inter hæc necesse est, vt expositionis sermo ad spiritalem intelligētiam recurrat: sancta Ecclesia ab aduersariis suis extremis temporibus pressa, reminiscitur transacti iura regiminis: reminiscitur & quanta afflictis exhibuerit beneficia pietatis. Cuius videlicet disciplina, & misericordia tunc à leuibus irridetur. Vnde & subditur:

Caput tricesimum textus beati Iob: Libri verò vicesimi expositionis moralis Caput septimū.

NVnc autem derident me iuniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Quorū E virtus manuum mihi erat pro nihilo: & vita ipsa putabantur indigni. Egestate & fame steriles: qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate & miseria. Et mandebāt herbas, & arborum cortices: & radix iuniperorum erat cibus eorum. Qui de conuallibus ista rapientes, cū singula reperissent, ad ea cū clamore currebant. In desertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ, vel super glaream. Qui inter huiusce modi lætabantur: & esse sub sentibus delitias computabant. Filij stultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes. Nunc in eorum canticū versus sum: & factus sum eis in prouerbium. Abominantur me, & longè fugiunt à me: & faciem meam conspuere non verentur. Pharetrā enim suam aperuit & afflixit me: & frenū posuit in os meū. Ad dexteram Orientis calamitates meæ ilico surrexerunt. Pedes meos subuerterunt; & oppresserunt quasi fluctibus semitas suas. Dissipauerunt itinera mea: insidiati sunt mihi & prævaluerunt: & non fuit qui ferret auxilium. Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me: & ad meas miserias deuoluti sunt. Redactus F sum in nihilum. Abstulit quasi vētus desideriū meum: & velut nubes pertransiit salus mea. Nunc autē in memetipso marcescit anima mea: & possident me dies afflictionis. Nocte os meum perforatur doloribus: & qui me comedunt, non dormiunt. In multitudine eorum consumitur vestimentum meum: & quasi capitio tunicæ succinxerunt me. Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri. Clamo ad te, & nō exaudis me: sto, & non respicis me. Mutatus es mihi in crudelē: & in duritia manus tuæ aduersaris mihi. Eleuasti me, & quasi super ventum ponens, elisisti me validè. Scio quia morti trades me: vbi constituta est domus omni viuenti. Veruntamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam: & si corruerint, ipse saluabis. Flebam quondam super eo qui afflictus erat: & compatiebatur anima mea pauperi. Expectabam bona, & venerunt mihi mala: præstolabar lucem, & eruperunt tenebræ. Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie: prævenerūt me dies afflictionis. Mœrens incedebā: sine furore consurgens in turba clamabam. Frater fui draconū: & socius struthionū. Cutis mea denigrata est super me: & aruerūt ossa mea præ caumate. Versa est in luctū cithara mea: & organum meum in vocem flentium.

Quòd

G *Quòd hæreticorum derisio nullius est inter patres auctoritatis.*

Caput. VII.

NVnc autem derident me iuniores tempore.) Omnes hæretici ætati vniuersalis Ecclesiæ comparati, iuniores tempore congruè vocantur: quia ipsi ab ea, non
1. Ioan. 2. autem ipsa egressa est ab illis. Vnde rectè quoque per Ioannē dicitur: A nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum. Iuniores ergo tempore sanctam Ecclesiam irridentcùm hi qui ab ea egressi sunt, doctrinæ eius verba despiciunt, de quibus adhuc subdit:

Quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.) Quis est grex sanctæ Ecclesiæ: nisi multitudo fidelium? Vel qui alij huius gregis canes vocantur: nisi doctores sancti: qui eorūdem fideliū custodes extiterunt? Qui dū pro domino suo diurnis nocturnisq; vigilijs intenti clamauerunt: magnos, vt ita dixerim, latratus prædicationis dederūt. De quibus eidē
Psalm. 67. Ecclesiæ per Psalmistam dicitur: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Nonnulli quippe ab idolorum cultibus reuocati, facti sunt prædicatores dei. Lingua ergo canum Ecclesiæ ex inimicis prodit: quia conuersos gentiles dominus etiā prædicatores facit. Vnde Iudæorum tarditas, qui pro deo loqui
Esaiæ. 36. noluerunt, increpante Propheta reprehenditur, qui ait: Canes muti, non valentes latrare. Patres verò hæreticorum, dicimus
Patres hæreticorum hæresiarchæ. eos videlicet quos hæresiarchas vocamus: de quorum peruersa prædicatione, id est, locutionis semine, sequentes sunt populi in errore generati. Sancta ergo Ecclesia cum canibus gregis sui hæreticorum patres ponere dedignatur: quia inuentores errorum diiudicando respuit, eosq; inter veros patres numerare contemnit. Qui & si quosdam visi sunt à gentilitatis erro
H re reuocasse, quorundam mores ad honesta agenda docuisse: pro eo tamen quod de deo recta non senserunt: eos cum canibus gregis sui non ponit: quia cum rectis prædicatoribus non asscribit. Liquet enim quòd Arrius, Fotinus, Macedonius, Nestorius, Euticius, Dioscorus, Seuerus, multiq; his similes docendo atque suadendo conati sunt patres videri: sed errores eorum sancta vniuersalis Ecclesia districta seueritate diiudicans, eos inter custodes gregis sui non numerat, quos eiusdē gregis vnitatem dissipantes damnat. De quibus voce Pauli
Act. 20. Ephesijs dicitur: Scio quia post discessum meum ingredientur ad vos lupi graues, non parcentes gregi. Et quia nonnunquam hæretici quanto magis in perfidiæ errorem dilabuntur, tanto amplius in exteriori sese operatione custodiunt, ita vt agere præ cæteris magna videantur: sancta vniuersalis Ecclesia cuncta eorum opera despicit, quæ ex auctoritate fidei non prodire perpendit. Vnde rectè quoque beati Iob voce subiungitur: Quorum virtus manuum erat mihi pro nihilo: &
I vita ipsa putabantur indigni.) Virtus quippe in manu, est magnitudo in operatione. Sed virtus manuum hæreticorum sanctæ Ecclesiæ pro nihilo ducitur, quia nullius esse meriti conspicit vera fide perdita quicquid operantur. Charitatem quippe dei & proximi deserunt, qui & de deo falsa sentiunt: & à proximis iurgando diuiduntur. Sed virtutem manuum sine charitate testatur prædicator egregius non valere, qui ait: Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum: & si tradidero corpus meum vt ardeam: charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Caput. VIII.

NOnnunquam verò hæretici signa quoque ac miracula faciunt, sed vt hìc præmia afflictionis suæ, absti
Matt. 7. nentiæq; recipiant: videlicet laudes quas quærunt. Vnde & redemptoris voce dicitur: Multi mihi dicent in illa die, domine domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus: & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tūc confitebor illis: quia non noui vos: discedite à me qui operamini iniquitatem. Qua nimirum sententia quid datur intelligi, nisi vt in hominibus charitatis humilitas: non autem debeant virtutū signa venerari? Vnde nūc sancta Ecclesia etiam si qua fiant hæreticorum miracula despicit: quia hæc sanctitatis specimē non esse cognoscit. Probatio quippe sanctitatis non est signa facere, sed vnumquemque vt se diligere: de deo autem vera cognoscere, de proximo verò meliora, quàm de semetipso sentire. Nam quia vera virtus in amore est, non autem in ostensione miraculi: veritas demonstrat, quæ ait: In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Qui enim non ait: Ioan. 13. in hoc cognoscetur quia mei discipuli estis, si signa feceritis, sed ait: Si dilectionem habueritis adinuicem: apertè indicat, quia veros dei famulos nō miracula, sed sola charitas probat. Testimonium ergo superni discinulatus, est donum fraternæ dilectionis. Quam videlicet dilectionem, quia omnes hæretici habere refugiunt, dum ab vniuersalis Ecclesiæ vnitate diuiduntur: iure de eis dicitur: Quorum virtus manuum erat mihi pro nihilo. Et quia ad eadem signa quæ exhibent, nulla humilitate concordant, rectè subditur: Et vita ipsa putabantur indigni. Vel certè omnes hæreticos sancta Ecclesia vita ipsa fatetur indignos: quia nimirum sub nomine Christi militant cō tra nomen Christi. De quibus adhuc subditur:

Quòd hæretici quo de deo plus volunt sapere: eo plus amittunt.

Egestate & fame steriles.) Omnes hæretici dum in sacro eloquio plus secreta dei student perscrutari quàm capiunt, fame sua steriles fiunt. Neque enim ea quærūt ex quibus semetipsos ad humilitatem erudiant: mores in tranquillitate disponant: patientiam seruent: longanimitatem exhibeant: sed ea solummodo quæ eos doctos, atque loquaces demonstrent: illa scire appetunt, ex quibus singulariter eruditi videantur. Plerunque enim audacter de natura diuinitatis tractant, cùm semetipsos miseri nesciant. Egestate ergo ac fame sua steriles fiunt: quia ea perscrutari desiderant, ex quibus bonæ vitæ germina non producant. Vltra se quippe sunt quę perscrutantur: dumq; ad hoc tendunt quod comprehendere nequeunt, ea cognoscere negligunt ex quibus erudiri potuerant. Quam be
L ne eorum audaciam prædicator egregius refrenat, dicens: Nō Rom. 12.
plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Prou. 25.
Hinc Salomon ait: Prudentiæ tuę pone modum. Hinc rursum Prou. 25.
dicit: Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi: ne forte saturatus euomas illud. Dulcedinem quippe spiritalis intelligentię, qui vltra quàm capit comedere appetit, etiam quod comederat euomit: quia dum summa intelligere vltra vires quærit, etiā quæ bene intellexerat amittit. Hinc rursum dicit: Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui perscrutator est maiestatis, opprimitur à gloria. Gloria quippe inuisibilis conditoris, quæ moderatè inquisita nos erigit, vltra vires perscrutata premit. Itaque hæretici quia de sublimitate intelligentiæ quanto amplius repleri ambiunt, tanto amplius inanescunt, bene de eis dicitur: Egestate & fame steriles. Immoderatis nanque ausibus cognitionis supernæ scientiā quo plus appetunt, plus amittunt. Caput. IX.

AT contrà hi qui in sancta Ecclesia veraciter sunt humiles, & veraciter docti, norunt de secretis cœlestibus, & quædam considerata intelligere, & quædam non intellecta venerari: vt & quæ intelligunt, veneranter te-M
neant: & quæ necdum intelligunt, humiliter expectent. Vnde
nobis per Moysen dicitur: vt comedentes agnum, quicquid Exo. 12.
de eo reliquum fuerit, igni comburamus. Agnum quippe comedimus, cum multa dominicę humanitatis intelligendo recondimus in ventrem mentis. Ex quo quædam nobis remanent quæ comedi nequeunt: quia multa adhuc de illo restant quæ intelligi nequaquam possunt. Quæ tamen igne cōburenda sunt: quia ea quæ capere de illo nō possumus, humiliter sancto spiritui reseruamus. Quæ plerūque humilitas ea etiam electorum sensibus aperit, quæ ad intelligendum impossibilia esse videbantur. Nam peruersæ hæreticorum mentes dum sibi superbè intellectum tribuunt, quasi certas dare sententias etiam de incognitis præsumunt, vnde fit vt ipsa eos elatio quę intus apud semetipsos eleuat, à veritate foras repellat: vis quę in dictis dei exteriora capiant, qui se secreta spiritalia penetrasse singulariter putabant. Vnde hic quoque subditur:

Quòd hæretici ad medullam scripturæ sacræ non perueniunt, sed corticem eius rodant, & vix exteriora eius agnoscant.

Qui rodebant in solitudine: squalentes calamitate & miseria, & mandebant herbas, & arborum cortices.) Rodi solet quod comedi non potest. Hæretici autem quia scripturam sacram intelligere sua virtute moliuntur: eam procul dubio apprehendere nequaquam possunt: quam dum non intelligunt, quasi nō edunt. Et quia per supernam gratiam non adiuti hìc

comedere

A comedere nequeunt, quasi quibusdam illam nisibus rodunt. Exterius quippe illam contrectant: cùm quidem conãtur, sed non ad eius interiora perueniunt. Qui quia ab vniuersalis Ecclesię societate disiuncti sunt: non quolibet rodere, sed in solitudine memorantur. Ad quam nimirum solitudinẽ, quia prædicatores falsi sequaces suos traherent: Longè antè veritas prę
Matth.24. monuit dicẽs: Si dixerint vobis: ecce in deserto est, nolite exire. Qui rectè perhibentur calamitate, & miseria squalidi: quia & morum sunt pernicie, & sensuum prauitate despecti. Qui herbas quoque & arborum cortices mandunt: quia elationis suæ obice repulsi: in sacro eloquio magna & intima percipere nequeunt: sed vix in illo quædam tenera & exteriora cognoscunt. Per herbas quippe dicta planiora: per arborũ cortices patrum eloquia exteriora signantur. Qui ergo ea scire appetunt: ex quibus docti nequaquam sint, sed esse videantur: dum in sacris voluminibus vim charitatis erga deum ac proximum medullitus non exquirunt: quasi herba, vel cortice pascuntur: quia vel ima, vel exteriora sunt, quæ mentes superbientium nutriunt. Vel certè herbas mandere, est de scriptura sacra minima præcepta seruare, maiora contemnere. Quos be-
Matth.23. ne veritas increpat, dicens: Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentam, & anethum, & cuminum: & reliquistis quæ grauiora sunt legis. Qui arborum quoque cortices mandunt: quia sunt nonnulli qui in sacris voluminibus solam literæ superficiem venerantur: nec quicquam de spiritali intellectu custodiũt: cum nihil in verbis dei amplius, nisi hoc quod exterius audierint, esse suspicantur. Quos tamen in cun-
B ctis erroribus suis inanis glorię appetitus posidet: eosque honoris ambitus captiuos tenet: & plærunque per ipsa quæ loquuntur, nihil aliud quàm terrena lucra appetunt. De quibus
Rom.16. *& Philip.3* per Paulum dicitur: Huiusmodi enim Christo domino non seruiunt, sed suo ventri. Vnde rectè quoque subiungitur:

Quòd hæreticorum intentio in auaritia sit: de cuius radice punctiones peccatorum nascuntur.

Et radix iuniperorum erat cibus eorum.) Arbor nanque iuniperi pro filiis punctiones habet. Sic quippe sunt hirsuta quæ profert: vt spinis similia contrectantem pungere valeant. Spina verò est omne peccatum: quia dum trahit ad delectationem, quasi pungendo lacerat mentem. Vnde iusti voce &
Psalm.31. pœnitentis dicitur: Conuersus sum in ærumna mea dum confringitur spina: quia scilicet mens ad lamentum vertitur, vt peccati punctio pœnitendo frangatur. In translatione vero alia non confringi, sed configi spina perhibetur: quod videlicet ab eodẽ sensu non dissonat: quia pœnitentis animus ad luctum ducitur, dũ perpetrata culpa in memoria fixa retinetur.

Caput. X.

QVid ergo per radicem iuniperi, nisi auaritia designatur, ex qua peccatorum omnium spinæ producun-
1.Timo.6. tur? De qua per Paulum dicitur: Radix omnium malorum est cupiditas. Ipsa quippe latenter oritur in mente, sed punctiones peccatorum omnium patenter producit in opere. Quas videlicet punctiones ab hac radice surgentes, statim prædicator egregius insinuat, cum subdit:
C Quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Qui enim multos dolores dixit: quasi nascẽtes innotuit ex hac radice punctiones. In iuniperis ergo pecca ta: in radice verò iuniperorum quid aliud quàm auaritiam, id est, materiam intelligimus peccatorum? Quia igitur plærũque hæretici sola in verbis suis exteriora lucra sectantur: nec ignorant quia peruersa astruunt, sed erroris prædicamenta non deserunt: dum sumptus percipere quasi doctorum volunt: bene de eis sancti viri nunc voce dicitur. Et radix iuniperorum erat cibus eorum: quia dum totis mentis suę sensibus auaritiam cogitant, quasi eo alimento vescuntur, de quo nasci proculdubio peccatorum sequentium punctiones solent. Qui si quando in sacro eloquio quædam quasi prudenter inueniunt: quæ dum non intelligunt, pro suis esse assertionibus suspicantur: mox miseris auditoribus suis quorum non animas, sed substãtias appetunt: hęc vociferantes aspergunt. Vnde congruè subinfertur:

Quòd hæretici de humilitate sanctæ scripturæ aliqua testimonia exurquentes, quasi victores exclamant: & vbi deest auctoritatis occasio, quæ malè sentiunt, clanculò persuadent. D

Qui de conuallibus ista rapientes, cum singula reperissent, ad ea cũ clamore currebant. De conuallibus illa rapiunt: quia hæc de humilibus dictis patrũ, superbo spiritu colligunt. Quæ dum pro suis sę partibus inuenisse gloriantur, ad ea cum clamoribus currunt: quia videlicet omne quod sentiunt, appetitu laudis ad aures hominum diffamare conantur. Sequitur:

In desertis habitabant torrentium: & in cauernis terræ, vel super glaream.) Torrentes dicimus riuos qui aquis hyemalibus colliguntur: qui certis etiam temporibus arescũt. Iure itaque inuentores peruersorum dogmatum torrentes vocantur: quia à calore charitatis frigidi, quasi in torpore temporis hyemalis exarescunt, quia non perpetua plenitudine profluunt, sed catholicorum allegationibus quasi æstiuis Solibus exiccantur. Et quidem inuentores peruersorum dogmatum contra sanctam Ecclesiam exorti, feruore iam veritatis extincti sunt: sed tamen eorum discipuli ea quæ illi docuerunt, tenere ac defendere non desistunt. Hi ergo qui illorum sequũtur errores, in desertis torrentium habitant, id est, in eorum prædicatione confidunt: quorum eloquia catholicorum iam responsione & ratiocinatione siccata sunt.

Caput. X I.

QVid verò aliud cauernas terræ, quàm occultas hæreticorum prædicationes accipimus? Sic enim hæretici inter se clandestinis conuenticulis coëunt: vt errori suo reuerentiam, quam ex ratione non valent, præbeant ex occultatione: & infirmis animabus prauitatis sermo tanto reuerendus appareat, quanto secretus. Vnde E
apud Salomonem mulier ex typo hæreseos dcit: Aquæ furti- *Prouerb.9.*
uæ dulciores sunt: & panis absconditus suauior: Quæ occulta scilicet prædicamenta detestatur veritas, dicens: Si quis vobis *Matth.24.*
dixerit: ecce hìc est Christus, aut ecce illic, nolite credere. Et rursum: Si dixerint vobis: ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vsque in occidentem: ita erit & aduentus filij hominis. Hoc itaque illic in penetralibus, quòd hìc dicitur in cauernis. In cauernis ergo hæretici habitant: quia plærunque errorem suum secretis prædicationibus occultant: vt quo sẽ doctioribus prudentioribusque non indicant, eo ad se vehementius imperitos trahant. Vnde bene etiam subinfertur: Vel super glaream. Glaream quippe illos minutissimos lapides dicimus, quos aqua pluuialis trahit. Doctores igitur peruersorum dogmatum super glaream habitant: quia illas hominum mentes trahunt, quæ nulla grauitatis stabilitate solidantur: quas velut de loco semper ad locum flumina errorum ducunt. Vnde & prædicator egregius cum auditores suos non temporaliter duci: sed forti cuperet grauitate solidari, admonuit dicens: Vt iam non simus paruuli fluctuantes, nec circunferamur omni vento doctrinę. Sancta itaque Ecclesia ab aduersariis ad mo- F
dicum depressa: cùm sibi audaces errantium mentes insultare conspexerit: quę eorum conuersatio fuerit, ad memoriam reducit, dicens: in desertis habitant torrẽtium: & in cauernis terrę, vel super glaream. Quia enim eorum peruersa prædicatio amisso igne charitatis ex frigore mentis conaluit: profecto in torrentium desertis habitauit. Quia verò aperta & libera non fuit, in cauernis latuit. Quia autem plebem nõ fixam, sed mobilem tenuit: non super petram, sed super glaream mansit. de quibus adhuc subditur:

Quòd hæretici delitias æstimant, cùm errori suo quos decipiunt associant.

Qui inter huiusce modi lætabantur: & esse sub sentibus delitias computabant.) Quid nomine sentium, nisi eas quos iam suprà diximus, punctiones peccatorum intelligimus? Quia autem peruersæ mentes gaudent in iniquitatibus quas flere debuerunt: omnes hæretici tanto se inani lætitia extollunt, quãto magis ad peiora conualescunt: atque esse sub sentibus delitias deputant: quia inde peruersam mentem ad gaudium subleuant, vnde spinas peccatorum portant. Nam si quando ad errorem suum valuerint quempiam trahere: sesè per lætitiam iactant: atque vnde sibi peccata quotidie etiam alios perdendo congregant: inde se esse quasi duces ad iustitiam exultant. Bene ergo dicitur: qui inter huiusce modi lætabantur: & esse

sub

G ſub ſentibus delitias computabant. Trahunt enim quos valét ad perditionem ſuam: & ſe ſub peccatis eſſe, vel culpis culpas addere non credunt: ſed virtutum opulentiam cumulare.

Quòd imitatores reproborum filij eorum dicantur: ſtulti, quia erronei: ignobiles, quia à generoſitate cœleſti immunes.

Filij ſtultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes.) Eorum videlicet filij, qui fuerunt errorum magiſtri. Filij igitur dicuntur, non de eorum ſemine, ſed de imitatione generati: qui docẽdo peruerſa, ſtulti fuerunt per ignorantiam viuendo nequiter, ignobiles per actionem. Qui redemptori noſtro nulla ſapientiæ, nulla vitæ cognatione coniuncti ſunt.

Prouer. 31. De quo Salomonis voce in laude ſanctæ Eccleſiæ dicitur: Nobilis in portis vir eius. Hi itaque quia peruerſa errantium exempla ſecuti ſunt, filij ſtultorum & ignobilium eſſe memorãtur. Rectè autem ſubiungitur: Et in terra penitus non parentes. Quia dum hîc videri aliquid appetũt, nimirum à terra viuentium exortes fiunt. Sed hoc quod in hæreticorum typo diximus: omnino nil obſtat ſi etiam de peruerſis atque carnalibus, quanuis in recta fide poſitis, ſentiamus. Neque enim ſanctæ electorum Eccleſiæ ſolos ſibi aduerſarios deputat, qui ab eius fide poſiti extra diſſentiunt, ſed eos quoque qui vitam illius malè viuendo interius premunt. Contempletur igitur ærumna irruentis aduerſitatis afflicta: quomodo proſperitatis ſuæ tempore, iniquorum & intra ſe viuentium prauitate grauata ſit. Cõtempletur quòd exigentibus meritis quorundam

H non iniuſtè in illa vita turbata ſit omnium, & dicat: Qui rodebant in ſolitudine, ſqualentes calamitate & miſeria.) Sicut in prima huius operis parte præfatus ſum: per virtutem contẽplationis nonnunquam ſolet intelligi ſolitudo mẽtis. Sed hoc in loco cùm ſolitudo per obiurgationem dicitur: quid aliud quàm boni deſtitutio demõſtratur? Vnde & ſub Iudææ typo

Thren. 1. Hieremias peccatoris animam deplorat, dicens: Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo? Sed cùm per beatum Iob de

Pſalm. 71. prauis dicitur: Rodebãt in ſolitudine: liber intueri hoc etiam quod per Pſalmiſtam dictum eſt: Inimici eius terram lingent.

Caput. XII.

DVo quippe ſunt genera hominum ambitioni ſuę ſeruientium: vnum videlicet quod ſemper ad auaritiam blandimentis vtitur linguæ: aliud verò quod aperta vi intendit rapinę. Nam rodimus, cum aliquid exterius ſorti adniſu atterimus. Lambitur enim quando hoc quod edi facile non poteſt, impreſſa linguę lenitate guſtatur. Omnes igitur etiam ſub ſpecie fidei prauæ viuentes, qui aliena appetunt, ſed ea quæ appetunt, rapere nequaquam poſſunt: blandis enim ſermonibus, & quaſi mollitie dulcedinis cõcupita abſtrahere conantur: quid aliud quàm terram lingunt: quia terrena quæque quæ virtute nequeunt auferre, mollitie linguæ moliũtur. Qui

I verò in hoc mundo aliqua poteſtate ſuffulti ſunt: & concupiſcentes aliena, blandiri quidem ex fraude deſpiciunt: quia etiã iniuſto robore poſſunt implere quod volunt: hi hoc quod appetunt, non lambunt, ſed rodũt: quoniam propinquorum vitam fortitudine virium velut adniſu dentium demoliuntur. Conſpiciat itaq; ſancta Eccleſia veras diuitias æternæ patriæ: conſpiciat frequentiam ſupernorum ciuium: conſpiciat in electis ſuis cultum * mentis, & innumerabilium dona virtutum: ** al. culmẽ.* atq; ab eis ad prauorum vitam omni bono deſtitutam, mẽtis oculum reuocet, & ex illorum comparatione videat, qualiter iſta cũctis virtutibus ſit vacua: quia ſuperna deſeruit, & infima concupiuit. Videat quomodo plærũq; id quod appetit, ſi fortaſſe præualeat, etiam violenter rapit. Videat tales ſe quaſi in-

** al. ẽ terra.* tra* ſe poſitos diu toleraſſe: atq; ex eorum culpis vſque ad bonorum quoque pericula ac detrimenta perueniſſe, & dicat: Qui rodebant in ſolitudine. Ac ſi apertè conqueratur, dicens: Aliena etiam violenter rapiendo non roderent, niſi prius ipſi in interioribus ſuis ſoli ac vacui à virtutũ cultura remanerent. Bene autem eorum qualitatem explicat dicens: Squalentes calamitate & miſeria. Aegra nanq; caro ſi ſtudioſè curari negligitur, ſqualore deſuper ducto in infirmitate deteri' grauatur, & dum calamitati ægritudinis negligẽtiæ miſeria additur, gra-

Miſeria humana ex carne ppria uior moleſtia oborto ſqualore toleratur. Natura igitur humana benè condita, ſed ad infirmitatem vitio propriæ voluntatis lapſa, in calamitatem cecidit: quia preſſa innumeris neceſſitatibus, nihil in hac vita niſi vnde affligeretur, inuenit. Sed cũ K eiſdem naturæ noſtræ neceſſitatibus plerunque pluſquam expedit, deſeruimus, mẽtisque curam negligimus, ex miſeria negligentiæ infirmitati noſtræ addimus ſqualorem culpæ. Ne- *Periculum circa neceſſitates eas ſitatis.* ceſſitates nanque naturales hoc habere valde periculoſum ſolent, quòd ſæpe in eis minimè diſcernitur, quid circa illas per vtilitatis ſtudium, & quid per voluptatis vitium agatur. Crebrò enim occaſione ſeductionis inuenta, dum neceſſitati debita reddimus, voluptatis vitio deſeruimus, & infirmitatis velamine ante diſcretionis oculos excuſatio noſtra ſe palliat, ac quaſi ſub patrocinio explẽdæ vtilitatis occultat. Infirmitatem verò naturę noſtræ per negligentiam relaxare, nihil eſt aliud quàm calamitati miſeriam addere, ac vitiorum ſqualorem ex eadem miſeria multiplicare. Vnde ſancti viri in omne quod agunt: ſtudioſiſsima intentione diſcernũt, ne quid plus ab eis naturæ ſuę infirmitas quàm ſibi deberur exigat: ne ſub neceſſitatis tegmine in eis vitium voluptatis excreſcat. Aliud enim ex infirmitate: aliud ex tentationis ſuggeſtione ſuſtinent: & quaſi quidã rectiſsimi arbitri inter neceſsitatem voluptatémque conſtituti, hanc conſolando ſubleuant, illam premendo frenant. Vnde ſit vt & ſi infirmitatis ſuæ calamitatem tolerẽt: tamen ad ſqualorem miſeriæ per negligentiam nõ deſcendãt. Hoc ipſum enim eſſe in calamitate, eſt neceſsitates naturæ ex carnis adhuc corruptibilis infirmitate ſuſtinere. Quas videlicet neceſsitates cupiebat euadere qui dicebat: De neceſſitatib' meis eripe me. Sciebat enim plerunque voluptatum culpas ex *Pſalm. 1.* neceſsitatum occaſione prorumpere: & ne quid ſponte illicitum admitteret, hoc ipſum ſatagebat euelli quod nolens extadice tolerabat. At cõtrà praui gaudent in his corruptionis ſuæ *Cõtra prauos calamita ſuę miſ ſuetiam.* neceſsitatibus: quia nimirum eas ad vſum voluptatum retorquent. Cùm enim reficiendis cibo corporibus naturę ſeruiũt: per delectationem gulæ, in voluptatis ingluuie diſtenduntur. Cùm tegendis membris veſtimenta quærunt: non ſolum quæ tegant, ſed etiam quę extollant expetunt: & contra torporem frigoris, non ſolum quæ per pinguedinem muniant, ſed etiam quæ per mollitiem delectent: non ſolum quæ per mollitiem tactum mulceant, ſed etiam quæ per colorem oculos ſeducãt. Neceſsitatis igitur cauſam in vſum voluptatis vertere: quid eſt aliud quàm calamitati ſuę ſqualorem miſeriæ ſociare? Preſſa itaque tempore aduerſitatis Eccleſia, reminiſcatur eorum ex quorum merito talia ſuſtinet, & dicat: Qui rodebant in ſolitudine, ſqualentes calamitate & miſeria. Calamitate ſcilicet non ſqualerent: ſi in iſtis neceſsitatibus voluptatum miſeriam non ſuperadderent. Quas videlicet neceſsitates ex parentis primi culpa meruimus. Hi verò qui calamitati ſuæ miſeriam adiungunt: ex cruciatu pœnæ ad augmenta prorumpunt culpæ. Sed vtinam tales cum ad melius permutari deſpiciunt: ita peruerſa agerent, vt non ea etiam aliis propinarent. Vtinam illis mors ſua ſola ſufficeret: & non virulentis perſuaſionibus alienam etiam vitam necarent. Inuident enim alios eſſe quod non ſunt: M dolent alios adipiſci quod perdunt. Nam ſi qua fortè in aliorum actibus exoriri bona conſpiciunt: mox ea manu peſtiferæ exprobrationis euellunt. Vnde & ſequitur.

Caput. XIII.

ET mandebant herbas & arborum cortices.) Quid enim per herbas niſi tenera ac terræ proxima bene inchoantium vita: & quid per arborũ cortices, niſi exteriora opera eorum, qui iam ſublimia appetunt, deſignantur? Praui nãq; cùm recta incipientes aſpiciunt, aut irridendo, aut quaſi contendendo contradicunt. Cùm verò iam quoſdam pẽſant ad ſumma proficere: quia eorum profectus funditus diſſipare nequeunt: à quibuſdam illos ſuis operibus diuertunt. Herbas itaque eis & arborũ cortices mandere, eſt, vel ſtudia bene inchoãtiũ, vel operationes quorundã iam more arborũ ad ſuperiora tendentium, peſtiferis perſuaſionibus quaſi quibuſdã malitię ſuæ dentibus diſsipare. Herbas mandunt reprobi, cùm infirmorũ initia irridẽdo conſumunt. Arborum quoq; cortices mandũt, cùm manu peruerſi conſilij à vita rectè credentium, tegmen bonorum operum ſubtrahunt. Hos aũtem in quibuſdam actibus velut arbores expoliant, illos verò velut herbas (quia deſpicientes trahunt) quaſi quę calcant comedunt. Quorundam iam fortitudinem in alta ſurgentem ex parte demoliuntur,

quorundam

A quorundam verò teneritudinem, & adhuc in imis positam penitus conterunt. Dicitur igitur: Mandebant herbas & arborum cortices: quia prauis irrisionibus in nonnullis exteriora opera, in nonnullis autẽ per spem virentia corda dissipabant. Vel certè herbas mandere, est leuia quædam ac tenera de antiquis patribus imitari. Arborum verò cortices edere, est eorum opera superficietenus agere, sed intentionem rectam in eisdem operibus non tenere. Sunt enim nonnulli qui dum præsentis mundi gloriam eiusdem mundi actionibus adipisci non possunt: speciem sanctitatis appetunt: habitum venerationis sumunt: imitatores antiquorum patrum videri concupiscunt, & quædam quidem parua ac leuia peragunt, sed eorum fortia, & quę ex solius charitatis radice prodeunt, imitari contemnunt. Hi videlicet herbas edunt: quia magna negligunt, & vilibus satiantur. Plærunque tamen etiam quędam quasi robustiora opera exercent: sed intentionem rectam in eisdem operibus nõ tenent. Quibus profectò arborum cortices mandere, est exteriores electorum actus assumere: & intentionem bonam in bonis actibus non habere. Dum enim pro humana laude recta opera exquirunt: sed imitari cor rectè operãtium negligunt, ex solis arborum corticibus replentur. Toto nanque desiderio præsentis vitæ gloriam, vel abundantiam quærunt. Vnde & rectè subiungitur: Et radix iuniperorum erat cibus eorũ.) Intus enim quanuis per fidem positi, dum plærunque auari-
B tię cogitationibus seruiunt, quasi illud comedunt: vnde in extremo vitę suppliciorum aspera proferuntur. Qui dum frugẽ diuini eloquij non concupiscunt: sed ad rerum temporalium ambitum seruiunt: nequaquam pane tritici, sed radice iuniperi satiantur. Ipsa quippe eos ab imis atque infimis oborta occupant quæ illos more iuniperi postmodum ex duritia tribulationum velut ex asperitate foliorum pungant. Contemnentes nanque deum hìc minimè sentiũt quantũ sit malum quod agunt. Adhuc enim iuniperi radicem comedunt: sed huius radicis quàm sint rami asperi, non attendunt: quia nimirum prauа actio modo quasi ex radice delectat in culpa: sed postmodum quasi ex ramis pungit in pœna. Vbi & bene subiũgitur:

Qui de conuallibus ista rapientes, cùm singula reperissent, ad ea cum clamore currebant.) In comparatione videlicet sui pernorum, omnis præsens vita conuallis est. Hi autem quia sublimia montium, id est, fortia acta sanctorum cõtemplari nesciunt: semper in oblectatione infima quasi in conuallibus cõuersantur: & dum quodlibet lucrum, vel parui stipendij inueniunt, cum clamore currunt: quia hoc abstrahere etiam iurgãdo moliuntur. In conualle enim repertis singulis cum clamore currere, est subortis causarum occasionibus etiam pro prauа stipe litigare. Plærunque autem quem sanctum bona actio
C ostentat: oborta terreni commodi occasio examinat. Videas nanque nonnullos iam sublimia agere: iam in abstinẽtiæ, iam in doctrinæ opere patrum precedentium exempla sectari: sed cùm repentè præsentis vitæ lucrum, quasi fructum conuallis inuenerint: ad hoc cum clamore currunt: quia quasi dirupta ad illud superductæ sanctitatis tranquillitate prosiliunt.

Caput. XIIII.

POssunt quoque per herbas atque arborum cortices nõ solum, vt prædictum est, bonorum opera, sed in hac vita consolationes ac prosperitates intelligi. Sepe enim omnipotẽs deus electos suos cum donis interioribus ditat: exterioribus etiam honoribus subleuat. Cunque eos præferẽdo ceteris honorabiles reddit, latius imitabiles ostendit: & nonnunquam prauи eorum quidem vitam despiciunt, sed fœlicitatem in hoc mundo assequi concupiscunt. Quia igitur blandimenta hic transitoriæ consolationis quærunt, herbas comedunt: quia in cogitationibus suis exteriorem eorum gloriam meditantur, arborum cortices mandunt. Et quoniam in his omnibus soli auaritiæ tota intentione deseruiunt, radice iuniperi replentur. Quæ cuncta de conuallibus rapiunt: quia ex amore huius infimæ, & corruptibilis vitæ immensis cupiditatibus inardescunt. Et cùm singula rapiunt, ad ea cum clamoribus currunt: quia videlicet sanctorum patrum, quorum merita adipisci non quærunt, loca eorum atque regimina apprehẽdere satagunt: & cùm tranquillè nequeunt, hæc plærunq; assequi, etiam dirupta concordiæ pace moliuntur. Qui pro eo q longè à patrum precedentiũ actione disiuncti sunt, rectè subiungitur: In desertis habitabant torrentiũ: & in cauernis terræ, vel super glaream.) In bona etenim parte rectè torrentes, sanctos predicatores accipimus: qui dum in presenti vita diuinis nobis eloquiis influunt, aquarũ multitudine, quasi in hyeme colliguntur. Qui & æstiuo sole adueniente se subtrahunt: quia cum æternæ patriæ lux emicuerit, prædicare cessabunt. Horum torrentium deserta, sunt vitæ temporalis commoda. Ea nanque deserunt: & ad lucra se cœlestia adipiscenda conuertũt. Cuncta autem hæc torrens ille reliquerat, qui dicebat: Propter quem omnia detrimentum feci: & arbitror vt stercora. Sed quia prauorum mentes ea in hac vita adipisci appetũt: quę despicientes iusti derelinquunt, in desertis torrentium habitare referuntur. Illa enim quę sanctis indigna sunt: ipsi percipere pro magno concupiscunt. Cauernæ autẽ terræ, sunt cogitationes prauæ: in quibus se ab humanis oculis abscondũt. Prauи quippe vt sunt, ab hominibus videri refugiunt: dumque aliud quàm sunt, simulant, sese in cõsciẽtiæ suæ latibulis quasi in cauernis occultant. Qui cuncta hæc non agerent, nisi de æterna & solida vita desperarent: nisi in hoc incerto temporalitatis animum figerẽt. Vnde bene subditur: Vel super glareã. Glarea nãq; est vita presens: quę indesinẽter ad terminũ suum ipso defectu mutabilitatis, quasi impulsu fluminis ducit. Sup glaream itaque habitare, est fluxui vitæ præsentis inhærere: & ibi intentionem ponere, vbi gressum nequeat fixè stando solidare. Est aliud in glarea quod nequaquam debeat tacendo
E præteriri: quia cum pes in eius superficie ponitur, ipsa eius vo lubilitate labitur, atque ad ima deuoluitur. Cui videlicet rei in nullo discrepat vita prauorum: quia cum pro amore mundi aliqua studeant licita atque honesta agere: quasi planum in superficie pedẽ ponunt, sed repentè pes ad ima labitur: quia eorum actio dum plura semper appetit, vsq; ad iniqua & illicita descendit. Cùm ergo sancta ecclesia huius temporis contraria tolerat, ad vitam carnalium, quos aduersos sibi etiam in prosperis sustinuit, per memoriam recurrat, & quorũ meritò hæc patiatur, agnoscat, dicens: In desertis habitabant torrẽtium, & in cauernis terræ, vel super glaream. Quia enim patrũ doctrinis destituti sunt, in desertis torrentium: quia in occultis se cogitationibus tegunt, in cauernis terræ: quia verò in presentis seculi mobilitate intentionẽ suam figere appetunt, super glaream habitare referuntur. Sed vtinam tales, quia peccata nolunt impugnare tentantia, flendo tergerent, vel cõmissa: vtinã mala sua saltem perpetrata cognoscerẽt: atque sterili ficulneæ cophinum stercoris, id est, infructuosę menti pinguedinem lamentationis admouerent.

Caput. XV.

SEd habet hoc plærunque humanus animus proprium: quod mox vt in culpam labitur, à sui adhuc longius co- F
gnitione separetur. Hoc ipsum nanq; malum quod agit. menti se obicem ante oculum rationis interserit. Vnde fit vt anima prius volũtariis tenebris obsessa, postmodum bonum iam nec quod quærat agnoscat. Quãto enim magis malis adhæret: tanto minus intelligit bona quæ perdit. Lux quippe veritatis quia subtiliter reproborum culpas examinat, quo habita negligitur, eõ permittit districtus iudex, vt nec amissa requiratur: & cum ab actu repellitur, fugit à sensu: vt cuius quasi facies in opere contemnitur, eius per recordationẽ iam nec terga videantur. Hinc itaq; est quod reprobi subiecti flendis sceleribus gaudent, de quibus per Salomonem dicitur: Qui lætantur cum malefecerint: & exultant in rebus pessimis. Hinc est quod lachrymarum causas tripudiantes peragunt: Hinc est quod mortis suæ negocium ridentes exequuntur. Vnde hìc quoque aptè subiungitur: *Proverb. 2.*

Quòd peccatores flagitiorum consuetudinem, quæ vtique animam crebris punctionibus cruentant & lacerant, deliciosam putant.

Qui inter huiuscemodi lætabantur: & esse sub sentibus delitias computabant.) Inter huiuscemodi lætantur: quia nimirum attendunt transitoria quæ percipiunt: & intueri negligunt permanentia bona quæ perdunt. Cumque amore temporalium flagrant, veram lætitiam volentes ignorant. Quam si studiosè cognoscere quærerent, quã flenda sunt gaudia quæ appetunt, viderent: Sed dum meliora scire contemnunt: sola sibi velut summa eligũt: quę visibiliter oculis fugaci seductione blan-

G neblandiuntur. Visibilia scilicet sequentes cor figunt: & tanto extrinsecus gaudent, quãto recordationem sui intrinsecus non habent. Miscentur tamen eorum gaudiis plærunque tribulationes: atque ex rebus ipsis ex quibus superbiunt, flagellantur. Neque enim sine grauibus curarum molestiis possunt temporalia quæ appetunt, vel non habita quærere, vel quæsita seruare: inter æquales præstantiorem gloriam appetere: à minoribus reuerentiam plusquam oportet exigere, & minus quàm debent eandem maioribus exhibere: plærunque potentiam per iniustitiam ostendere: semper praua agere: & tamen ne opinionem prauitatis habeãt, formidolosè custodire. Hæc profectò omnia miseros pungunt: sed easdem punctiones ipso rerum temporalium victi amore non sentiunt. Vnde & rectè nunc dicitur: Et esse sub sentibus delitias computabant: quia peccatorum delectationibus pressi: ex affectu vitæ præsentis quàm sint aspera, quæ patiuntur, ignorant. Lętantur itaque sub sentibus: quia rebus quidem temporalibus gaudent: sed tamen dum dispensare sine tribulatione eadem temporalia non valent: ea cura punguntur miseri qua premuntur. Manent sub sentibus: & hoc ipsum delitias æstimant: quia & dura quidem ex præsentis vitæ amore tolerant: & tamen affectu nimiæ cupiditatis obligati, laborem eiusdem tolerantiæ voluptatem putant. Vnde rectè Hieremias totius in se humanæ cõ-

Thre.3. H uersationis speciem sumens, per lamentum queritur, dicens: Inebriauit me absynthio. Vt enim in superiori iam parte prędiximus: ebrius quisque quod patitur nescit. Qui verò absynthio inebriatur: & hoc quod sumpsit amarum est: & tamẽ nõ intelligit eandem amaritudinem qua repletur. Humanum igitur genus recto dei iudicio in voluptatib⁹ suis sibi dimissum: atque per easdem voluptates spontaneis tribulationibus traditum, absynthio est ebrium: quia & amara sunt quæ pro huius vitæ amore tolerat: & tamen eandem amaritudinem cæcitate cupiditatis quasi insensibilitate ebrietatis ignorat. Muntdi enim gloriam sitiens, dum multas pro ea tribulationes repersit, amarum est quod bibit. Sed quia hoc nimis inhiãter sumpsit: eiusdem amaritudinis malum discernere iam præ ipsa ebrietate non sufficit.

Caput. XVI.

AMant enim peruersi homines pro huius mundi gloria etiam tribulationes: cunctisque pro ea sudoribus libenter seruiunt: & grauium laborum iugo deuotissimè colla submittunt. Quod bene sub Ephraim specie Oseæ

Osee.10. prophetante describitur, qui ait: Ephraim vitula docta diligere trituram. Vitula enim trituræ laboribus assueta: relaxata plærunque ad eundem laboris vsum etiam non compulsa reuertitur: ita prauorum mens huius mundi seruitiis dedita, & rerum temporalium fatigationibus assueta: etiam si sibi liberè vacare liceat: subesse tamen terrenis sudoribus festinat, & vsu

I miseræ conuersationis trituram laboris quærit: vt à iugo mundanæ seruitutis cessare non libeat, etiam si liceat. Quod videlicet iugum dominus à discipulorum ceruice subleuans, cum

Luce.21. dicit: Attendite vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate: illico adiũxit: Et in curis huius vitæ: & super-

Matth.11. ueniat in vos repentina dies illa. Et rursus: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos: & discite à me, quia mitis sum: & humilis corde. Quid est enim dominum mitem se in magisterio atque humilem dicere: nisi relictis exercendæ elationis difficultatibus, plana quædam bene viuendi itinera demonstare? Sed quia prauorum mẽtes plus per aspera elationis quàm per blanda humilitatis ac mansuetudinis delectantur esse sub sentibus delitias deputãt. Dura enim prę amore seculi quasi quędam mollia ac delectabilia ferre parati sunt, dum in hac vita rerum culmina apprehendere conantur. Cessationem dominus à mundi laboribus imperat: sanctæ quietis dulcedinẽ persuadet: & tamen vesana iniquorum mens plus se assequi aspera carnaliter, quàm tenere blanda spiritualiter gaudet: plus a-

Exodi.16. cerbitate fatigationis, quàm quietis dulcedine pascitur. Quod apertè in semetipso nobis Israëliticus populus ostendit: qui dum refectionem mannæ desuper perciperet: ab Aegypto ollas carnium, pepones, porros cepasq; concupiuit. Quid enim signatur in manna, nisi esca gratiæ, suaue sapiens, ad refectionem interioris vitæ, bene vacantibus desuper data? Et quid per ollas carnium, nisi carnalia opera vitæ, in tribulationum laboribus quasi ignibus excoquenda? Quid per pepones, nisi K terrenæ dulcedines? Quid per porros ac cepas exprimit: quæ plærunque qui comedunt lachrymas emittunt, nisi difficultas vitæ presentis, quæ à dilectoribus suis, & nõ sine luctu agitur, & tamen cum lachrymis amatur? Mãna igitur deferentes, cum peponibus ac carnibus porros cepasque quæsierunt: quia videlicet peruersæ mentes dulcia per gratiam quietis dona despiciunt: & pro carnalibus voluptatibus laboriosa huius vitæ itinera etiam lachrymis plena concupiscunt: contemnunt habere vbi spiritaliter gaudeant: desideranter appetunt, vbi & carnaliter gemant. Horum itaque vęcordiam veridica voce Iob reprehendat: quia nimirum peruerso iudicio, perturbata trauquillis, dura lenibus, aspera mitibus, transitoria æternis, suspecta securis anteponunt. Horum vecordiæ sancta Ecclesia recordetur, cùm sæuis extrinsecus aduersitatibus premit: quos intra se velut fideles continuit: sed eorum vitam aduersantem fidei diu tolerauit, & dicat. Qui inter huiuscemodi lætabantur: & esse sub sentibus delitias computabant: quia nimirũ mala quæ agunt, ex iniquorum præcedentiũ prauitate didicerũt. Vnde & rectè subiungitur: Filij stultorum & ignobilium.)

Caput. XVII.

SCiendum nobis est q̃ alij intra sanctam Ecclesiam vocantur stulti, sed tamen nobiles: alij verò stulti & ignobiles. Stulti nãq; dicuntur, sed esse ignobiles nequeunt: qui L carnis prudentiam contemnentes, profuturam sibi stultitiam appetunt: & ad nobilitatem internæ prolis, virtutis nobilitate subleuantur: qui stultam sapientiam mundi despiciunt: & sapientem dei stultitiam cõcupiscunt. Scriptum quippe est: Quod *1.Corin.3.* stultum est dei, sapientius est hominibus. Hanc nos stultitiam *Ibidem.* Paulus cõprehendere admonet, dicens: Si quis videt inter vos sapiens esse in hoc seculo: stultus fiat, vt sit sapiens. Hanc stul- *Matth.5.* titiam qui perfectè secuti sunt: voce sapientiæ audire meruerunt: Vos qui secuti estis me, in regeneratione, cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ: sedebitis & vos sup̃ sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Ecce relinquentes temporalia, gloriam potestatis æternæ mercati sunt. Quid itaque in hoc mũdo stultius, quàm sua deserere? Et quid in æternitate nobilius, q̃ cum deo iudices venire? Horum scilicet iudicum nobilitas Salomone attestante memoratur: cum hoc *Iesu.1.* quod iã præfatus sum dicitur: Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. Valde quippe nobiles constituerat quos senatores vocat. Hanc in se nobilitatẽ Paulus aspexerat, cum cognitioni conditoris per spiritũ iunctus dicebat *Act.17.* Genus ergo cum simus dei, non debemus æstimare auro, vel argento, aut lapidi sculpturæ artis, & cogitationi hominis diuinum esse simile. Genus videlicet dei dicimur: non ex eius natura æditi, sed per spiritum illius, & voluntariè conditi, & adoptiuè recreati. Tanto ergo ad hanc nobilitatẽ quisq; erigitur M quanto per acceptam imaginem ad similitudinẽ illius ex imitatione renouatur. At contra sunt stulti & ignobiles: qui dum supernam sapientiã semetipsos sequentes fugiunt, in sua ignorantia quasi in abiectæ prolis vilitate, sopiũtur. Quo enim id ad quod conditi sunt, non intelligunt: eo etiam cognationem acceptæ per imaginem generositatis perdunt. Stulti sunt ergo & ignobiles quos ab æternę hæreditatis consortio repellit uitus mentis. Scriptum quippe est: Omnis qui facit peccatum, *Ioan.8.* seruus est peccati. Et voce egregij prædicatoris dicitur: Sapientia huius mundi, stultitia est apud deum. Qui ergo dum terre- *1.Corin.3.* na saperent, ab intima generositate repulsi sunt, stulti simul & ignobiles fuerunt. Quorum dum plærique; actus imitantur, filij stultorum & ignobilium fiunt: dumq; eos sensibus ac moribus sequũtur, stulti sunt: quia veram sapientiam non intelligunt: & ignobiles, quia nulla spiritus libertate renouantur. Sed hi quãuis iniquorũ actus exercent: plærunq; tamen in hac vita occupant loca iustorum: atq; eorum se filios æstimant, quorum per honoris concupiscentiam officia exterius administrant. Quos sancta Ecclesia per correptionem ad cognitionẽ sui reuocat: vt videlicet in prauis desideriis positi, quorum sint filij attendant. Non enim eorum sunt filij, quorum loca tenẽt: sed quorum opera exercent. Dicatur igitur rectè, Filij stultorũ & ignobiliũ. Vbi aptè subiungit: Et in terra penitus non parentes.) Sicut enim plærique; in terra sunt, & à cognitione hominũ abiectione vilitatis suę, quasi quadam superductione velami-

nis

A gis absconduntur: ita sunt nonnulli in Ecclesia, qui dum abiectioni se prauorum operum subdunt, diuino conspectui noti non sunt. Quibus & quandoque dicêdum est: Amen dico vobis: nescio vos. Matt.25. Esse ergo in terra & apparere: est in side recta per virtutem operis nobilitatem mentis ostendere. Esse verò in terra, & penitus non apparere, est in Ecclesia quidem per fidem consistere: sed nil dignum fidei in opere demonstrare. Hi itaque intra sanctam Ecclesiam diuinitatis oculis & videntur per iudicium: & tamen per bonę vitæ meritum non videntur: quia ea quæ confitendo tenent, viuendo non exhibent. De quibus Paulus dicit: Confitentur se nosse deum, factis autem negant. Hi in sancta Ecclesia fidem quam tenere se asserunt, premunt potius quàm venerantur: dum sua magis illius nomine, quàm eius adipisci lucra concupiscunt. ad Tit.1.

Caput. XVIII.

Electi ergo dum seruare fidei meritum rectis operibus curât, ad auctoris sui notitiam etiam inter reproborum tumultus appropinquant. Quod bene in Euangelio in muliere sanguinis fluxu laborante signatum est: de qua cùm dominus diceret: Quis me tetigit? Petrus ratiocinando respôdit: Turbæ te comprimunt & affligunt: & dicis, quis me tetigit? Sed audire causas veræ rationis meruit, cùm ei dominus dixit: Tetigit me aliquis. Nam & ego noui virtutem exisse de me. Ecce turbæ premebant dominum: sed tamen sola tetigit quæ ad illum humiliter venit: quia nimirum multi etiam in sancta Ecclesia reprobi veritatem cognoscendo premunt, Luc.8. B quã bene viuendo tangere negligunt. Premunt & longè sunt: quia diuinam notitiam professionibus *sequuntur, moribus fugiunt. Premunt inquã, sed longè sunt: quia eidem fidei quam loquendo astruunt, agendo malè cõtradicunt. Sicut ergo hoc testimonio docemur: quia nonnulli dominum tangendo non tangunt, ita nonnulli videntur à domino etiam cum non videntur: quia occultis eius obtutibus & ad damnationis supplicium apparent: & ad electionis meritum non apparent. Dicatur igitur rectè: Et in terra penitus non parentes: quia etsi illos specietenus Ecclesia tenuit: eos tamen intra illam conditor quasi non vidit quos ignorauit. Qui tranquillitatis tempore idcirco fidem verbotenus tenent: quia eandem fidem florere generaliter vident. Sed cùm repentina contra illam procella aduersitatis oboritur: mox ab ea negatione publica disiunguntur: & quicquid prius quasi venerantes tenuerant, contra hoc postmodum deridentes pugnant. Vnde aptè subditur: *al. professionibus.

Quòd hæreticorum opprobria & contemptus ad patientiam sanctorum cooperantur in bonum: & frenum silentij oportere imponi, vbi prædicatio videtur contemni.

C Nunc in eorum cãticum versus sum: & factus sum eis prouerbium.) Quibus videlicet verbis illud sanctæ Ecclesię tempus exprimitur: quo publicè à reprobis irridetur, quando iniquis crescentibus, in opprobrium fides, & veritas erit in crimen. Tanto quippe despectior vnusquisque erit, quanto iustior esse potuerit: tanto abominabilis, quanto laudabilis. Sancta itaque electorum Ecclesia afflictionis tempore prouerbium prauis efficitur: quia cum bonos mori per tormenta conspiciunt, ab eis similitudinem maledictionis sumunt. Quo enim transitoriam mortem vident: sed permanentem vitam non vident: tanto magis deridendo mala præsentia fugiunt, quanto per intellectum intrinsecus ad bona permanentia non pertingunt. Sed ea quę subiuncta sunt: quia obscurioribus sententiis implicata non sunt, debemus sub breuitate transcurrere: vt ad ea in quibus laborandum est, valeamus citius peruenire. Sequitur: Abominantur me & longè fugiunt à me: & faciem meam conspuere nõ verentur.) Longè à sancta Ecclesia fugiunt omnes iniqui: non passibus gressuum, sed qualitatibus morum: longè fugiunt non loco, sed merito: dum crescente superbia, aperta eam exprobratione contemnunt. Faciem nanque eius conspuere est: non tãtum in absentia bonis detrahere: sed vnumquenque iustum etiam in præsentia confutare. Quos tunc praui dum apertè irridendo despiciunt, in eorum contumeliis fluxa verba quasi defluentes saliuas emittunt.

Caput. XIX.

Sed scit sancta Ecclesia in passionibus crescere: atque inter opprobria honorabilem vitã tenere: scit nec aduersis deiici, nec de prosperis gloriari: nouit contra prospera mentem suam in deiectione sternere: nouit contra aduersa animum ad spem superni culminis exaltare: scit bona sua misericordiæ redemptoris, scit mala sua iustitiæ tribuere iudicis: quòd & bona illo largiente habeat: & mala illo permittente patiatur. Vnde & mox de domino subiungit, dicês: Pharetram enim suam aperuit, & afflixit me.) Quid per pharetram dei, nisi occultum consilium designatur? Sagittam verò de pharetra dominus iacit, quando de occulto cõsilio apertam sententiam emittit. Quia enim flagellatur quis, cognoscimus: sed qua ex causa flagellum veniat, ignoramus. Cùm verò post flagella, vitæ correctio sequitur: etiam ipsa consilij virtus aperitur. Pharetra enim clausa, est consilium occultum. Sed aperta pharetra affligimur, quando per id quod post flagellum sequitur, quo consilio flagellamur, videmus. Cùm peccata dominus videt: & tamen manum ad vindictam non cõmouet: quasi clausam pharetram tenet. Sed feriendo indicat, quantum ei in nobis displicuit hoc quod diu videndo tolerauit. Sancta itaque electorum Ecclesia tribulationibus pressa dicit: Pharetram enim suam aperuit, & afflixit me. Quæ aduersariorũ voces insolentes sustinens, dum cernit quòd eius prædicatio non admittitur, quorundam duritiam deserens, prædicationis suæ verba moderatur. Perpendens etenim persecutores suos ad exhortationis suæ vocem deteriores existere, magis eligit tacere. Cumque indignos qui audiant, cõspicit, prædicationem suam obducto silentio astringit. Vnde aptè subiungit: Et frenum posuit in os meum.) Frenum sibi apud quosdam positum cognouerant, qui dicebant: Vobis oportebat primum loqui verbum dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Frenum silentij sibi superimpositum sancti viri apud dura reproborum corda conspiciunt, qui per prophetam dicũt: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Frenum poni etiam Paulus admonuit, qui discipulo præcepit, dicens: Hæreticum post primam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit proprio iudicio condemnatus. Sancti quippe doctores plærunque alta consideratione resistentium corda conspiciunt, & dum ea derelicta diuinitus vident, afflicti gementesque conticescunt. An non aliquando frenum Salomon doctoribus imponit, qui dicit: Noli arguere derisorem, ne oderit te? Sed si ab increpatione idcirco reticemus, quia cõtra nos insurgere derisoris odia formidamus, non iam lucra dei, sed nostra quærimus. Qua in re sciendum est, quòd nonnunquam cùm redarguuntur praui, deteriores existunt. Ipsis ergo & non nobis parcimus, si ab eorum redargutione pro eorum amore cessamus. Vnde necesse est, vt aliquando toleremus tacendo quod sunt, quatenus in nobis discant videndo* quod nõ sunt. Quia igitur sancta Ecclesia quæ verba sua semper per charitatem exerit, ea etiã nõnunquam ex charitate restringit, dicat: Frenum posuit in os meum. Ac si apertè fateatur dicens: quia in quibusdam prof. ctum non vidi prædicationis, ab eis impetum temperaui, vt vitam meam saltem per patientiam discerent, cum verba mea admittere per oblatam prædicationem nollent. D E F *al. bene viuendo. Acto. 13. Psal.136. ad Tit.3. Prouer. 9.

Caput. XX.

Sed plus nobis hoc plærunque in tribulationibus dolet, quòd eas ab illis patimur, in quibus germano amore cõfidebamus. Vnde & subditur:

Quòd nonnunquam qui in Ecclesia sub nomine Christi militant, Christi in eadem nomen impugnant.

Ad dextram Orientis calamitates meæ ilico surrexerunt.) Ad sinistram quippe calamitates surgerent, si à quibuslibet extra religionem positis, & apertè Christum negantibus, persecutionis aduersa sustineret. Cùm verò ab aliquibus quasi fidelibus tentationem cruciamentorum patitur, quasi ad dextram illi calamitates oriuntur, quia hi qui sub Christi nomine militant, Christi in ea nomen impugnant. Ipso enim locutionis vsu, pro dextro habere dicimur, quod pro magno pensamus, pro sinistro verò id quod despicimus: quod Zacharias apertè insinuat, dicens: Et ostendit mihi Iesum Zacha.3.

G sacerdotem magnum, stantem coram angelo domini, & Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. Qui vt patentius hoc quod præmisit ostenderet, secutus adiunxit: Et dixit dominus ad Satan: Increpet dominus in te Satã, qui elegit Hierusalem. Nunquid non est iste torris erutus de igne? Et Iesus indutus erat vestibus sordidis. Sordidis enim vestibus Iesus indutus erat, quia quanuis alienus ab omni peccato, tamen in similitudine venit carnis peccati. Cui venienti Satan à dextris stetit. Pro magno nanque dominus Iudaicum populũ, & pro nihilo gentes habere videbatur. Sed postquam incarnatus apparuit, gentilitas quæ pro sinistro habita fuerat, credidit: Iudaicus verò populus ad perfidiam declinauit. Satan ergo illi à dextris stetit, quia illum ei populum rapuit, qui dudum dilectus fuit. Sed quia ipse Iudaicus populus modo perditus, in fine est quãdoque crediturus, propheta testante, qui ait: Reliquiæ saluæ

Ibidem. fient: Satan à dextris suis dominus remouit, dicens: Increpet dominus in te Satan: & eiusdem populi liberationem indicans subdit: Qui elegit Hierusalem. Qui nimirum populus quia ad gehennæ incendia perfidia duce defluebat, sed dum ad fidem reducitur, ab eodem æterni ignis incendio liberatur,

Zach.3. statim de eo illic subditur: Nunquid non est iste torris erutus de igne? Sicut ergo illic pro dextra plebs Iudaica, ita hoc in loco dextræ vocabulo, fidelis populus sanctæ Ecclesiæ designa-

Matth.25. tur. Vnde & venturus iudex hœdos ad sinistram, agnos ad dextram ponit. Sed cùm sanctam Ecclesiam aduersitatis tempore ipsi quoque lacessunt, qui fideles esse videbantur, ei pro-

H culdubio calamitates ad dextram surgunt.

Caput. X X I.

Zach.6. BEne autem hæc ipsa dextra Orientis vocatur. De ipso quippe eiusdem capite scriptum est: Oriens est nomen eius. Nam quia ab Oriente lux surgit, rectè Oriens dicitur, cuius iustitiæ lumine, nostræ iustitiæ nox illustratur. Ad Orientis ergo dextram calamitates surgũt, quia hi quoque ad persecutionem prosiliũt, qui electa membra redemptoris nostri esse credebantur. Iuxta quam videlicet calamitates rectè ilicò asserit surgere, quia dum non erant extranei qui persequuntur, ab eis repentè mala & ilicò fiunt. Si verò dextra, hi qui veraciter fideles sunt, appellantur, calamitates ad dextram Orientis surgunt: quia erumpente persecutionis articulo crudeles prauorum impetus iusti patiuntur. Sequitur:

Quòd dum maligni spiritus vel peruersi homines extrema Ecclesiæ membra persequuntur, videtur deus non ferre auxilium, cùm statim non eripit, cum eos quos amat, aliquando vtiliter derelinquat.

Pedes meos subuerterunt, & oppresserunt quasi fluctibus semitis suis.) Quid per pedes Ecclesiæ, nisi extrema illius mẽbra signantur? Quæ dum ad opera terrena deseruiunt, tanto

* *al. nimis.* celerius ab aduersariis falli possunt, quanto sublimia minus *

I intelligunt. Hos itaque pedes aduersarij subuertunt, videlicet cùm extrema membra illius ad sui dogmatis errorem trahunt. Subuersi pedes viam tenere nequeunt, cùm infirmi quique persecutorum suorum vel promissionibus persuasi, vel minis territi, vel cruciatibus fracti, ab itinere recto deuiant. Bene autem aduersariorum semitæ fluctibus comparantur cum dicitur: Et oppresserunt quasi fluctibus semitis suis: quia scilicet vita prauorum insolenti inquietudine molesta, ad obruẽdam, vt ita dixerim, nauem cordis quasi tempestas illabitur. De qua videlicet tempestate per Salomonem dicitur: Quasi tempestas

Prouer.10. transiens non erit impius. Cumque infirmus quisque peruersos florere conspicit, hunc in peruersitatis pelagus vnda miseræ imitationis mergit. Sequitur: Dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt mihi, & prævaluerunt, & non fuit qui ferret auxilium.) Dicat hæc beatus Iob de malignis spiritibus, videlicet hostibus occultis, dicat vniuersa Ecclesia de prauis persecutoribus, scilicet aduersariis apertis. Ipsi quippe eius itinera dissipant, cùm in quorundam infirmorum mentibus, veritatis vias callida persuasione perturbant. Ipsi insidiantes prævalent, cùm eos quos apertè ad malum trahere nequeunt, bona simulando peruertunt. Sed mirum valde quod subiicit: Non

Quæstio. fuit, qui ferret auxilium: cùm de diuino adiutorio Psalmista

Psalm.9. clamet: Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Et, Sperent in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam non derelinques quærentes te domine. Et cùm rursum scriptum sit: Quis K sperauit in domino, & confusus est, permansit in mandatis e- *Eccli.2.*
ius, & derelictus est? Et: Quis inuocauit illum, & despexit eum? Qua itaque ratione nunc dicitur: Non fuit, qui ferret auxiliũ: *Solutio.*
nisi quia omnipotens deus eos quos inæternum diligit, aliquando ad tempus relinquit. Vnde scriptũ est: Ad pũctum in *Esa.54.*
modico dereliqui te, & in miserationibus magnis cõgregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Hinc etiam Psalmista deprecabitur, dicẽs: Non me derelinquas vs- *Psal.118.*
quequaque. Derelinqui igitur se, sed ad modicum posse vtiliter nouerat, qui ne vsquequaque relinqueretur, petebat. Sanctos etenim suos dominus veniendo adiuuat, derelinquendo probat, donis firmat, tribulationibus tentat. Vnde rectè quo- *Eccl.4.*
que per quendam sapientem dicitur: In primis elegit eum, timorem & metum & probationem inducet super illum, & excruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ, donec tentet illum in cogitationibus illius. Iusti quippe animam gratia vocat, tentatio interrogat. Et omnipotens deus electorum suorum aduersarios temporaliter permittit excrescere, vt per malorum sæuitiam purgetur vita bonorum. Nunquam quippe dominus aduersus bonos eos sæuire permitteret, nisi etiam quantum prodessent videret. Nam dum iniusti sæuiunt, iusti purgantur, & vtilitati innocentium militat vita prauorũ, dum hanc & premendo humiliat, & humiliando semper ad melius format. Vnde rectè quoque per Salomonem dicitur: Qui stul- L
tus est, seruiet sapienti. Et tamen sæpe conspicimus sapientes *Trans.*
subesse, stultos verò arcem dominij tenere: sapientes seruiliter obsequi, stultos tyrannica elatione dominari. Quomodo igitur definitione diuinæ sententiæ sapienti stultus seruit, dum plærumque hunc iure temporalis dominij comprimat? Sed sciendum est: quia cõtra sapientis vitam, dum stultus præeminens terrorem potestatis exercet, dum hunc laboribus fatigat, contumeliis lacerat, profectò hunc ab omni vitiorum rubigine vrendo purgat. Stultus ergo sapienti etiam dominãdo seruit, quem ad meliorem statum premendo prouehit. Sic nonnunquam pupillis dominis ad disciplinæ magisterium serui præsunt, terrent, premũt, feriunt, & tamen esse serui nullo modo desistunt: quia ad hoc ipsum ordinati sunt, vt proficientibus dominis etiam feriendo famulentur. Quia igitur mala reproborum bonos dum cruciant purgant, vtilitati iustorum militat etiam potestas iniquorum. Sed plærunque iusti tribulatione deprehensi, tardam manum subuenientis æstimant, cùm se persequentium immanitas paulo longius angustat. Et concita quidem sunt ereptoris remedia, sed hoc quod ab ereptore citius agitur, dolori tardum videtur. Cumque adesse postulationi auxilium quæritur, si vocem non statim sequitur, quia desit æstimatur. Vnde nunc dicitur: Et non fuit qui ferret auxilium. Qua videlicet in voce ipsa vis passionis exprimitur, M
quia supernum auxilium etsi adest quãtum ad ordinatam prouidentiam protectoris, deesse tamen creditur quantum ad cõcita vota patientis. Sequitur:

Quòd miserias errantium sancti suas reputant, cùm eorum vrbs rupto fidei muro persuasione hæretica vident dissipata.

Caput. X X I I.

QVasi rupto muro & aperta ianua irruerunt super me, *Mali rupto*
& ad meas miserias deuoluti sunt.) Quid hoc loco *muro super*
muri nomine, nisi redemptor humani generis appel- *bonos ir-*
latur? De quo pro sanctæ Ecclesiæ ædificatione *ruunt.*
per prophetam dicitur: Ponetur in ea murus & antemurale. *Esa.26.*
Ipse enim nobis murus est qui ad corda nostra pertingere malignorum spirituũ cursum vetat. Qui nostræ quoq; fidei etiã antemurale posuit, quia priusquam se per carnem ostenderet, prędicatores sui mysterij prophetas misit. Rectè quippe antemuralis nomine vocantur, quia dum subsequentẽ prædicauerunt dominum, quasi ante murum steterunt. Sed quasi murus rumpitur, cùm prauorum persuasionibus fides quæ in redemptore nostro est, in quorundam corde dissipatur. Cumq; peruersis in hac vita potestas tribuitur, quid aliud quàm ianua erroris aperitur? Quasi rupto ergo muro & aperta ianua super bonos irruunt mali, cùm accepta temporaliter potestate, peruersi ipsa quoque in quorundam corde destruere munimina fidei

Universidad de Deusto Biblioteca

A mina fidei conantur. De quibus aptè dicitur: Et ad meas miserias deuoluti sunt, quia videlicet prius ad suas. Nisi enim peruersè viuendo, ad suas antè miserias caderent, nequaquam ad eas postmodum & alios suaderent. Sed post suas reprobi & ad nostras miserias deuoluuntur, quando ad ea mala in quibus jam ipsi implicati sunt, etiam quosdam nobis vnitos trahunt. Potest quoque intelligi muri nomine, munitio disciplinæ: Salomone attestante, qui ait: Per agrum hominis pigri trāsiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat. Per agrum enim hominis pigri, atque per vineā viri stulti transire, est cuiuslibet vitam negligentis inspicere, eiusque opera cōsiderare. Quam vrticæ vel spinæ replent: quia in corde negligentium prurientia terrena desideria, & punctiones pullulant vitiorum, quippe quia scriptum est: In desideriis est omnis ociosus. Maceria lapidum destructa erat, id est, disciplina patrum ab eius corde dissoluta. Nam quia destructam maceriam lapidum, dissolutam esse disciplinā vidit, protinus illic secutus adiūxit: Quod cùm vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam. Quasi rupto ergo muro hostis ingreditur, cùm vel malignorum spirituum vel prauorū hominum persuasione callida disciplinæ munimina in corde dissipantur. Sed cum eiusdem disciplinæ vigor in corde reproborum soluitur, ante eorum oculos cuncta bonorum opera despectui habētur, nihilque esse æstimant, quicquid de virtutibus electorum vident. Vnde & subditur: Redactus sum in

B nihilum.) Apud æstimationem quippe malorum in nihilum redigimur, quando ea quæ ipsi quasi summa diligunt, bona temporalia non tenemus. Despectis nanque supernis promissionibus terrena desiderant, etsi quando in eorum mente aliquid de appetitu æternitatis oritur: suborta citius transitoria delectatione dissipatur. Vnde & statim subiungitur: Abstulit quasi ventus desiderium meum.) Fidelis quippe populus se pati denunciat, quod eos quos diligit pati dolet. Ventus ergo desiderium tollit, cùm res quælibet transitoria æternitatis appetitum destruit. Vnde adhuc congruè subinfertur: Et velut nubes pertransiit salus mea. Nubes quippe in alto eminet, sed hanc ad cursum flatus impellit. Sic nimirum sic sunt temporalia iniquorum bona. Velut in alto quidem per honoris celsitudinem degere videntur, sed ad cursum vitæ quotidie quasi quibusdam mortalitatis suæ flatibus impelluntur. Salus ergo vt nubes transit: quia peruersorum gloria quæ alta est, fixa non est: sed expletis desideriis actibusque infirmātium, ad electorum vocē sermo conuertitur, cùm protinus subinfertur. Nūc autē in memetipso marcescit anima mea, & possident me dies

C afflictionis.) Electorū quippe anima nunc marcescit, quia in illa postmodum æterna exultatione virideſcit. Modo eos dies afflictionis possident, quia dies lætitiæ pòst sequuntur. Scriptum quippe est: Timēti deum, bene erit in extremis. Et rursum de Ecclesia dicitur: Ridebit in die nouissimo. Nūc enim tempus afflictionis est bonis, vt sequatur eos exultatio quandoque sine tempore. Hinc ab eis aliàs dicitur: Humiliasti nos in loco afflictionis. Locus nāque afflictionis est vita præsens. Iusti ergo hic, id est, in loco afflictionis humiliati sunt, quia in æterna vita, id est, in loco gaudij sublimātur. Cum verò marcescere anima diceret, rectè etiā præmisit: In memetipso, quia in nobismetipsis, quidem affligimur, sed in deo mens nostra refouetur, tantoque à viriditate gaudij longè sit, quanto adhuc ab auctoris repulsa lumine ad se redit. Tunc verò ad veræ lætitiæ viriditatem peruenit, quando per æternæ contemplationis gratiam subleuata etiam semetipsam trāsit. Sed hæc quæ allegorica indagatione transcurrimus, oportet vt per omnia etiam iuxta historiam teneamus. Quæ tamen nunc idcirco prætereo: quia hæc aperta esse legentibus non ignoro. Diebus autem persecutionis vltimæ, quia multi qui pereunt, & pauci sunt qui saluantur, idcirco vir sanctus passionis suæ tempore & pauca de bonis, & multa de peruersis loquitur. Vnde & mox ad eorum personam qui corruunt, verba conuertit, sicque sua insinuat, vt audientibus * possint congruere quæ narrat. Nam sequitur:

Eccli. 1. *Prouer. 31.* *Psalm. 43.* *Locus afflictionis vita præsens.* **al. cadentibus.*

Quòd in nocte tribulationum huius seculi, etiam qui perfecti videbantur, & quasi ossa carnalium aliquando lassitudine succumbant, & à sanctorum infestatione maligni spiritus nunquam quiescant. D

Nocte os meum perforatur doloribus, & qui me comedūt non dormiunt.) Si ipsi historiæ intendimus, patet causa quoniam sancti viri corpus per sinus vlcerum scaturiēs vermium multitudo lacerabat. Caput. XXIII.

SI verò allegoriæ mysterium perscrutamur, quid per ossa nisi fortes quique in sanctæ Ecclesiæ corpore designantur? Qui quasi suo robore membra continent, dū mores infirmantium stabiliter portant. Sed cùm tribulationis vltimæ contra eam feruor excreuerit, in nocte os illius perforatur doloribus, quia nonnunquam tormentis victi, etiā ipsi ad perfidiam defluunt, qui ad fidem alios tenere videbantur: Ait ergo: Nocte os meum perforatur doloribus. Ac si apertè dicat: Tribulationis tenebris pressi, ita afflictione tenebrantur, vt & ipsi qui in me habebant vigorem fortitudinis, quasi iam quoddam habeant foramen timoris. Bene autem dicitur: Et qui me comedunt, non dormiunt, quia maligni spiritus qui carnales quosque de Ecclesia cōsumunt, tanto magis quiescere à tentatione nescIunt, quanto nullo carnis pondere grauātur. Sed persecutores sanctæ Ecclesię quia valde peruersi sunt, essent vtinam pauci. Sequitur:

Diaboli à tentationibus quiescere nesciunt.

Quòd immensitate percussionum sancti qui Christo quasi vestimentum adhærent, victi tormentis deficient, & constricto capitio libertas prædicationis suffocata, extinguetur. E

In multitudine eorum cōsumitur vestimentū meū, & quasi capitio tunicæ succinxerūt me.) Si historiæ intēdimus, quid aliud vestimentū beati Iob quàm eius corpus accipimus? cuius videlicet vestimentum consumitur, dum caro cruciatur. Iuxta allegoriæ verò mysterium, vestimentū est sanctæ Ecclesiæ, fidelium vita. Nam sicut tota simul Ecclesia vestimētū Christi, ita fideles quique eiusdem Ecclesiæ vestimenta deputātur. Si enim sancta Ecclesia vestimentū Christi nō esset: Paulus profectò non diceret: vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habētem maculam neque rugā, id est, nec per peccatū habentem maculā, nec per duplicitatem rugam, quia & per iustitiam munda est, & per simplicē intentionē tensa. Quæ igitur abluta est ne habeat maculam, tensa est ne habeat rugam, vtique vestis est. Sicut ergo indumentū Christi tota generaliter Ecclesia dicitur, sic indumentum sunt Ecclesię, singulorum animæ quę ab errore conuersæ, eandem Ecclesiam credendo, eamque fideliter inhærendo circundant. De quibus eidem Ecclesiæ per prophetam dominus dicit: Viuo ego, quia omnibus his velut ornamēto vestieris. Sed cùm procella sæuę persecutionis oboritur, plæriq; fideliū ab eius amore seperātur, qui ei sedulò inF hærere videbātur: Dicat ergo: In multitudine eorum cōsumitur vestimentū meū, quia dum multi sunt qui cruciant, destruuntur plurimi qui ei connexione amoris inhærebāt. Bene autem subditur: Et quasi capitio tunicæ succinxerunt me. Tunicæ quippe capitium collum circūdat induentis. Collū verò si stringitur, vocis vsus & vitalis flatus necatur. Sanctam ergo Ecclesiā reprobi quasi capitio tunicæ constringunt, quia in ea persecutionibus suis vitā fidei, & prædicationis vocem extinguere conantur. Hoc quippe conari persecutores eius specialiter solent, vt ab ea ante omnia verbum prædicationis tollāt. Vnde & hi qui sanctę fidei primordiis resistebāt, cęsis Apostolis denunciabant, dicentes: Præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis in nomine isto, & ecce replestis Hierusalē doctrina vestra. Corpus ergo sanctæ Ecclesiæ quasi capitio tunicę cinxerant, qui constrictis prædicatoribus velut eius collū premētes, in ea claudere iter vocis volebāt. Sed electi quique persecutionis suiæ tēpore paratiores sunt mori quàm tacere. Qui dū in morte tēporaliter corruunt, à stultis quibusq; & carnalibus despecti ac viles æstimātur, quia cùm videre reprobi nequeūt, quæ electi bona spiritaliter teneant, quos carnaliter extingui conspiciunt, infœlices arbitrantur. Vnde & subditur: Cōparatus sum luto & assimilatus sum fauillæ & cineri.) In reproborum quippe iudicio, sancta electorū Ecclesia luto cōparatur, quia temporaliter conculcata despicitur. Fauillæ assimilatur & cineri, quia dū bona eius interiora non videt, ad sola hanc mala peruenisse æstimant quæ in ea exhiberi corporaliter videt. Fidelis tamen electorum populus cùm multos ex se cadere

Esa. 49. *Ephes. 5.* *Acto. 5.*

G conſpicit: optat, ſi obtinere valeat, aduerſitatis ſuæ tempora mutari. Huius quia oratio differtur, gemitus augetur. Vnde adhuc ſubditur: Caput. XXIIII.

CLamo ad te,& non exaudis: ſto, & non reſpicis me.) ſancta quippe Eccleſia perſecutionis ſuæ tempore fide ſtat,deſideriis clamat. Sed dolet ſe quaſi non reſpici, dum ſua videt in tribulationibus vota differri. Alto nãque cõſilio omnipotẽs deus cum ſancti eius aduerſariorum perſecutionibus comprimuntur,cumque aſsiduis vt liberentur interpellationibus clamant, differre ſolet voces perẽtium, vt merita patientium creſcant,quatenus eo magis exaudiantur ad meritum,quo citius nõ exaudiũtur ad votum. Vnde aliàs ſcriptum eſt:Deus meus clamabo per diẽ,nec exaudies,& nocte. Atque ipſa vtilitas de exaudiendi mora mox ſubditur, cum illic protinus ſubinfertur:Et non ad inſipientiam mihi. Ad multiplicandam quippe ſanctorum ſapientiã proficit, quod poſtulata tarde percipiunt, vt ex dilatione creſcat deſiderium,ex deſiderio intellectus augeatur. Intellectus verò cum intenditur,eius in deum ardentior affectus aperitur. Affectus autẽ ad promerenda cœleſtia tanto fit capax,quanto fuerit expectando longanimis. Sed tamen inter hæc ſanctorum patientiã dolor vrget ad vocem,& cum dilati proficiunt,metuunt ne dificientibus viribus deſpecti reprobentur. Sequitur:

Cur deꝰ differat voces petentes. Pſalm.21.

H

Quòd improprie deus dicatur zelare, & iraſci, & pœnitere, & miſereri,& cætera huiuſmodi:& quod crudelis dicatur tunc cùm diſtrictè peccata vlciſcitur.

Mutatus es mihi in crudelẽ, & in duritia manus tuę aduerſaris mihi.) Lõgè ab hac ſententia vetuſta tranſlatio diſſonat, quia quod in hac de deo dicitur, hoc in illa de aduerſariis ac perſecutoribus memoratur. Sed tamẽ quia hęc noua trãſlatio ex Hebræo nobis Arabicoq; eloquio cũcta verius trãſfudiſſe perhibetur,credẽdum eſt quicquid in ea dicitur:& oportet vt verba illius noſtra expoſitio ſubtiliter rimetur: Ait ergo. Mutatus es mihi in crudelẽ,& in duritia manus tuæ aduerſãris mihi. In ſcriptura ſancta cum de deo aliquid indignum dicitur, mouetur legẽtis animus,velut ſi aliquãdo de deo aliquid indignũ dicatur. Penè omne quippe quod de deo dicitur, eo ipſo iã indignum eſt,quo potuit dici:Nã cuius laudi nõ ſufficit obſtupeſcens cõſcientia,quãdo ſufficiet loquẽs lingua? Sãctus ergo ſpiritus hocipſum hominibus intelligẽtibus inſinuãs,quam ſint ineffabilia ſumma etiã verba diuina,his verbis nõnunquã de deo vtitur, quæ apud homines habentur in vitio, vt ex his quæ indigna videntur hominibus, & tamen dicuntur de deo, admoneãtur ſcire homines quod nec illa iam deo digna ſint, quæ dum digna habentur apud homines,digna putantur deo. Dicitur enim deus zelãs,ſicut ſcriptum eſt: Dominus zelotes nomẽ eius. Dicitur iratus,vnde ſcriptum eſt: Iratus eſt dõminus contra Iſraël:Dicitur deus pœnitẽs,ſicut ſcriptum eſt:Pœnitet me feciſſe hominẽ ſuper terram. Et rurſus: Pœnitet me quod cõſtituerim Saul regẽ in Iſraël. Dicitur miſericors,ſicut ſcriptum eſt:Miſericors & miſerator dominus, patiẽs & multum miſericors: Dicitur præſcius, ſicut de illo ait Apoſtolus. Quos præſciuit & prædeſtinauit cõformes fieri imaginis filij ſui:dum nec zelus,nec ira,nec pœnitentia, nec propriè miſericordia,nec præſcientia eſſe poſsit in deo. Hęc nanq; omnia ab humanis in illum qualitatibus tracta ſunt, dum ad noſtræ infirmitatis verba deſcẽditur,vt quaſi quibuſdã nobis gradibus factis,& iuxta nos poſitis, per ea quæ nobis vicina conſpicimus,ad ſumma eius aſcendere quandoque valemus. Zelare enim,dicitur,qui cum cruciatu mẽtis caſtitatẽ cuſtodit vxoris. Iraſci dicitur,qui feruore animi contra puniẽdum vitium accenditur. Pœnitere dicitur,cui id quod fecit,diſplicet, & ecõtra mutando aliquid aliud facit. Miſericors dicitur, qui pietate ad proximum promouetur. Miſericordia autem à miſero corde vocata eſt, eo quod vnuſquiſque intueatur quempiam miſerum,atque ei compatiens,dum dolore animi tãgitur,ipſe cor miſerum facit vt eum à miſeria liberet cui intendit. Præſcire dicitur,qui vnamquamque rem antequam veniat videt, & id quod futurum eſt,priuſquã præſens fiat, præuidet. Deus ergo quomodo zelans eſt, qui in cuſtodienda caſtitate noſtra nullo mentis cruciatu tangitur? Quomodo iraſcitur qui in vlciſcendis vitiis noſtris,nulla perturbatione animi cõmouetur? Quomodo eſt pœnitens, qui id quod ſemel fecerit, ſe feciſſe nequaquam dolet? Quomodo habet miſericordiam, qui cor nunquam miſerum habet? Quomodo eſt præſcius, dum nulla niſi quæ futura ſunt,præſciantur? Et ſcimus quia deo futurum nihil eſt,ante cuius oculos præterita nulla ſunt, præſentia non tranſeunt,futura non veniunt,quippe quia omne quod nobis fuit & erit,in eius proſpectu præſto eſt,& omne quod preſens eſt,ſcire poteſt potius quàm præſcire. Et tamen dicitur zelãs, dicitur iratus,dicitur pœnitens,dicitur miſericors,dicitur præſcius: vt quia caſtitatem animæ vniuſcuiuſque cuſtodit,humano modo zelans vocetur,quanuis mentis cruciatu non tangatur. Et quia culpas percutit,dicitur iraſci, quanuis nulla animi perturbatione moueatur. Et quia ipſe immutabilis id quod voluerit mutat,pœnitere dicitur,quanuis rem mutet, conſiliũ non mutet. Cùm miſerię noſtrę ſubuenit,miſericors vocatur, quanuis miſeris ſubueniat, & cor miſerum nunquam habeat. Et quia ea quæ nobis futura ſunt videt, quæ tamen ipſi ſemper præſto ſunt, præſcius dicitur, quanuis nequaquã futurum pręuideat,quod præſens videt. Nam & quæque ſunt:non ab æternitate eius ideo videntur quia ſunt,ſed ideo ſunt,quia videntur. Dum ergo ad verba mutabilitatis noſtræ deſcenditur, ex eis quibuſdam gradibus factis aſcendat qui poteſt ad incõmutabilitatem dei,vt videat ſine zelo zelantem,ſine ira iraſcẽtem,ſine dolore,& pœnitentia pœnitentem, ſine miſero corde miſericordem,ſine præuiſionibus præſciẽtem. In illo enim nec pręterita,nec futura reperiri queunt,ſed cuncta mutabilia immutabiliter durant, & quæ in ſeipſis ſimul exiſtere nõ poſſunt,illi ſimul omnia aſsiſtunt, nihilque in illo præterit quod tranſit: quia in æternitate eius modo quodam incomprehenſibili, cuncta volumina ſeculorum tranſeuntia manent, currentia ſtant. Caput. XXV.

Diſſonãtia vetuſtæ trãſlationis.

Cõmẽdatio huius nouæ trãſlationis.

Omne quod de deo dicitur eoipſo indignum eſt, quo dici potuit.

Exod.34. Nu.11. Gene.6. 1.Regũ.15. Pſalm.85.

I

Roma.8.

K

L

M

SIcut ergo accipimus ſine zelo zelantem, ſine ira iraſcentem,ita à ſancto Iob etiã ſine crudelitate dici potuit crudelis. Crudelis quippe dicitur, qui diſtrictè feriẽdo non parcit, vt videlicet hoc loco crudelis diſtrictè feriens poſsit intelligi,& vlciſcendæ culpæ non parcens: Vnde Eſaias quoque cùm videret vltimi iudicij diem non iam cum venia ſed cum diſtrictione eſſe venturum,ait: Ecce dies domini veniet crudelis & indignationis plenus, & iræ furoriſque eius, ad deponendam terram in ſolitudine, & peccatores eius conterendos de ea. Sanctus igitur vir vt hanc eãdem crudelitatem ſibi potius aſſereret congruere poſſe quã deo,ait:Mutatus es mihi in crudelem. Ac ſi apertè dicat: Qui in teipſo crudelitatis nihil habes,mihi quem reſpirare à perſecutione non ſinis, crudelis videris. Ita enim deus crudelis eſſe non poteſt, ſicut nec mutari vllatenus poteſt. Sed quoniã in deo nec crudelitas, nec mutabilitas, vnquã venit,dum mihi dicit, quod in ſemetipſo deum nec crudelem nec mutabilem ſentiat,oſtendit: Nam dum circa nos quædam proſpera & aduerſa variantur, in eo quod nos mutamur,quaſi eius circa nos mutatum animum ſuſpicamur. Ipſe verò in ſe incommutabilis permanens, aliter atque aliter in cogitatione ſentitur hominum, pro qualitate meritorum. Nam & lux Solis cùm nequaquam eſt ſibimetipſi diſsimilis, infirmis aſpera,ſanis autem oculis lenis videtur,eorum videlicet immutatione,non ſua. Vnde vt prædiximus dicens: Mutatus es,adiunxit mihi, vt ipſa hæc crudelitas atque mutatio, non ſit in qualitate iudicis, ſed mente patientis. Quod verbis quoque aliis retexit dicens: Et in duritia manus tuæ aduerſãris mihi.) Manus etenim dei dura creditur,cum voluntati noſtrę contraria,hoc quod ei in nobis diſplicet, feriẽdo perſequitur, & flagella ingeminat, cum dolentis anima clementiam expectat. Quæ tamen iuxta allegoriæ myſterium,bene ſanctæ Eccleſiæ verbis congruunt ex vocibus infirmorum, qui plerunque ſe plus feriri æſtimant quã mereri putant,& quaſi crudelitatem arbitrantur iudicis, diſtrictionẽ æquiſsimam ſectionis,quia & cum vulnus ægri medicinali ferramento abſcinditur, medicus crudelis vocatur, qui tamen per ſecantis manus duritiam aduerſatur vulneri,ſed concordat ſaluti. Sequitur:

Eſai.

Quòd quaſi ſuper ventum fundati repentè ſternuntur, qui tranſitoriorum bonorum ſucceſsionibus delectantur.

Eleuaſti me,& quaſi ſuper ventum ponens, eliſiſti me validè.) Quia præſentis vitæ gloria quaſi in alto cernitur,ſed nulla

A nulla stabilitate solidatur, velut eleuatus super ventum pontue, qui prosperitate transitoria lætatur, quando ad hoc solum sunc fugitiuæ felicitatis aura subleuat, vt repentè deterius in infimis iternat. Quia enim sancta Ecclesia cunctis in honore est, infirmi quique in ea qui transitoriis successibus lætantur, quò nisi super ventum positi videntur eleuati? quia subsequente persecutionis tempore, dum prosperitatis aura transijt, eorum protinus eleuatio corruit, & repentè ca-
* al. scdeunt. dentes cisecunt, quia eleuati prius in ventum se dederũt.* Quæ videlicet verba etiam sancti viri personæ specialiter congruunt, non ad id quod erat, sed ad id quod esse videbatur. Neque enim mentem illius prosperitas fugitiua leuauerat, quam inter tot rerum affluentias, miro semper virtutis pondere premebat, sed iuxta hoc quod videri exterius potuit, qui in suis humilis, in alienis oculis eleuatus fuit, & quasi super ventum positus, elisus est validè: quia rebus exterioribus fultus, vnde æstimabatur surgere, videbatur inde cecidisse. Quem videlicet casum sanctus vir in mente non pertulit: quia nulla aduersitas deiicit, quem prosperitas nulla corrumpit. Qui enim veritati inhæret, vanitati nullo modo succumbit: quia dum forti pede cogitationis intus intentionem fixerit, omne quod foras mutabiliter agitur, ad arcem mentis mini-
B mè pertingit. Sequitur:

Quòd sancti mortem præsentem non ad consumptionem sibi esse intelligunt, qui de resurrectione sua confidunt, qui & si aliquando peccant, per pœnitentiam reformantur.

Caput. XXVI.

SCio quia morti trades me, vbi constituta est domus omni viuẽti.) In superiori huius operis parte tractatum est, quod ante aduentum domini ad inferni receptacula etiam iusti descenderunt, quanuis non in suppliciis, sed in requie seruarentur. Quod nunc testimoniis edocere negligimus: quia in ea iam sufficienter probatum putamus. Hoc ergo quod dicitur: Scio quia morti trades me, vbi constituta domus est omni viuenti, rectè beato Iob etiam iuxta historiam congruit, dum nimirum constat, quia ante redemptoris gratiam, ad inferni claustra etiam iusti descenderent: Ipsa quippe inferni receptio, domus omnium viuentium dicitur: quia nullus hic venit qui ante mediatoris aduentum nõ illuc ipsa corruptionis suæ conditione pertransiit. Nullus huc venit, qui ad carnis mortem eiusdem corruptionis suæ gressibus non tetenPsalm. 88. dit. De qua videlicet morte per Psalmistam dicitur: Quis est
C homo qui viuit, & non videbit mortem? Nam etsi ad cœlum raptus Helias esse perhibetur, mortem tamen distulit, nõ euasit, de ipso quippe ore veritatis dicitur: Helias quidem venturus est, & restituet omnia. Venit enim restituturus omnia, quia ad hoc nimirum huic mundo restituitur, vt & prædicationis munera impleat, & carnis debitum soluat. Quæ tamen sancti viri sententia iuxta allegoriæ mysterium, sanctę Ecclesiæ vocibus ex persona congruit infirmorũ, qui fidem verbotenus tenent, sed contra præcepta fidei suis desideriis famulantur: Ait etenim: Scio quia morti trades me, vbi constituta domus est omni viuenti. Quia enim multos in se voluptatibus deditos conspicit, eorumque iam interitum præscit, pẽsat quod in via vitæ præsentis suis quidem desideriis seruiunt, sed tamen ad mortis domum perueniunt omnes qui in ea carnaliter viuunt. Sunt verò nonnulli qui in voluptatum suarum fouea corruunt, sed tamen per lamenta pœnitentiæ ab imis citius pedem reducunt, quos supernæ percussionis verbera ad eruditionem potius quàm ad extinctionem secant. Ex quibus aptè subiungitur: Veruntamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam, & si corruerint, ipse saluabis.) In quibus profectò verbis hoc solerter debet intelligi, quod beatus Iob dum sua narrat, in se alios transfigurat. Velut enim de se specialiter dicebat: Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me validè, scio quia morti trades me, vbi constituta est domus omni viuenti, & tamen non de se, sed de aliis adiungit: Veruntamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam. Dum enim de se loquens ratiocinando causas de aliis subdit, quam multorum personas in se significet, ostendit. Manum itaque suam dominus ad consumptionem peccantium non emittit, cùm feriendo à peccatis corripit, &
Matt. 17. Quomodo restituturus sit omnia

corruentes saluat: dum cadentes ad culpam in salutem corpo- D
ris vulnerat, vt prostrati exterius, interius surgant, quatenus iacentes corpore, ad interiorem statum redeãt, qui stantes exterius ab statu mentis iacebant. Sequitur:

Quòd compassio quam afflictioni proximorum debemus, non tam sit in largitione exteriorum, quàm in mentis affectu, quia extra nos sunt quæ damus, affectus autem intus ex nobis.

Flebam quondam super eum qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.) Quãuis vera compassio est passioni proximi ex largitate concurrere, nonnunquam tamen cùm exteriora quæque abunde ad largiendum suppetunt, celerius dãtis manus dationem inuenit, quàm animus dolorem, Vnde scire necesse est: quia ille perfectè tribuit, qui cum eo quod afflicto porrigit, afflicti quoque in sè animum sumit, vt prius in se dolentis passionem transferat, & tunc contra dolorem illius per ministerium concurrat. Nam sæpe, vt prædiximus, largitorem muneris, rerum facit abundantia, & non virtus compassionis. Qui enim afflicto perfectè compatitur, plerunque & hoc indigenti tribuit, in quo ipse qui dederit, angustatur. Et tunc plena est cordis nostri compassio, cùm malum inopię pro proximo suscipere non metuimus, vt illum à pas- E
sione liberemus. Quam videlicet pietatis formam mediator nobis dei & hominum dedit. Qui cùm posset nobis etiam non moriendo concurrere: subuenire tamen moriẽdo hominibus voluit: quia nos videlicet minus amasset, nisi & vulnera nostra susciperet, nec vim nobis suæ dilectionis ostenderet, nisi hoc quod à nobis tolleret, ad tempus ipse sustineret. Passibiles quippe mortalesq; nos reperit, & qui nos existere fecit ex nihilo, reuocare videlicet etiam sine sua morte potuit à passione. Sed vt quanta esset virtus compassionis ostenderet, fieri pro nobis dignatus est, quod esse nos voluit, vt in semetipso temporaliter mortem susciperet, quam à nobis in perpetuum fugaret. An non in diuinitatis suæ diuitiis nobis inuisibilis permanens, miris nos potuit virtutibus ditare? Sed vt ad internas diuitias rediret homo, foras apparere dignat* est pauper deus.

Caput. XXVII.

VNde & prædicator egregius vt ad largitatis gratiam viscera nostræ compassionis accenderet, dixit: Pro- 2. Cor. 8.
pter nos egenus factus est, cùm diues esset. Qui etiam Ibidem.
dicit: Nõ vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio: hęc procul dubio condescendendo infirmis intulit, quoniam quibusdam inopiam ferre non valentibus, tolerabilius est minus tribuere, quàm post largitatem suã ex inopię angustia murmurare. Nã vt ad magna largiendi studia audientium mentes ac- F
cenderet, paulopòst intulit, dicens: Hoc autem dico. Qui parcè seminat, parcè & metet. Plus ergo nonnunquã esse dicimus compati ex corde quàm dare, quia quisquis perfectè indigenti compatitur, minus æstimat omne quod dat. Nisi enim dantis manum bona volũtas vinceret, eisdẽ prædicator egregius discipulis non dixisset: Qui non solum facere, sed & velle cœpistis ab anno priori. Facile quippe est in bono opere obedire etiam volentem. Sed hæc magna in discipulis virtus extiterat, eos bonum quod illis præceptũ est, & antè voluisse. Quia itaque vir sanctus apud omnipotentem deum, aliquando maius datum nouerat mentis esse quàm muneris, dicat: Flebã quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Exteriora etenim largiẽs, rem extra semetipsum prębuit. Qui autem fletum & compassionem proximo tribuit, ei aliquid etiam de semetipso dedit. Idcirco autem plus compassionem quàm datum dicimus, quia rem quamlibet plærunque dat etiam qui non compatitur, nunquam autem qui verè cõpatitur, quod necessarium proximo conspicit, negat. Quę nimirum sententia bene quoq; sanctę Ecclesiæ vocibus cõgruit, quæ dũ afflictos quosq; per lamenta pœnitentiæ cõspicit, suos ei oratione continua fletus iungit, & totiens egeno cõpatitur, quotiens menti virtutibus nudatæ, interuentionis suæ precibus opitulatur. Super afflictum quippe compatientes plangimus, quãdo aliena damna nostra deputamus, & culpas delinquentium, nostris mundare fletibus nitimur. Quod videlicet agentes, plus plærunque nobis quã his pro quibus agitur subuenimus, quia apud intimum arbitrum & gratiã charitatis aspiran-

G tem, commissa quæque perfectè diluit propria, qui purè plãgit aliena. Persecutionis igitur vltimæ sancta Ecclesia tribulatione deprehensa, reducat ad memoriam pacis tempore bona quæ gesit, dicés: Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Quæ internæ lucis gaudia æterna desiderans, sed tamen adhuc dilata, quia malis exterioribus premitur, sancti viri vocibus adiungat:

Quòd sancta Ecclesia ab ipsis quos per charitatis gratiam quasi viscera sua antè gestauerat, persecutionis impetum ferat.

Fideles expectant bona & suscipiũt mala.

Expectabã bona, & venerunt mihi mala, prestolabar lucẽ, & eruperunt tenebræ.) Fidelis enim populus expectat bona, sed mala suscipit, præstolatur lucem, & tenebras incurrit, quia per remunerationis gratiam interesse iam iamque angelorum se gaudiis sperat, & tamen hic diutius dilatus, manus persequẽtium tolerat, & qui se quantocyus æstimat æternæ lucis retributione perfrui, hic adhuc compellitur persecutorum suorum tenebras pati. Quæ videlicet mala persequentium minus dolerent, si ab infidelibus aduersariisque consurgerẽt. Sed eo deterius mentem electorum cruciant, quo ab illis veniũt de quibus bona præsumebãt. Vnde adhuc subditur: Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie.) Sanctæ quippe Ecclesiæ interiora efferuescere, est ipsos quoque quos per amorem fidei velut viscera antè gestauerat, in persecutionis atrocitate tolerare. Qui secreta prius illius cognoscentes, quanto sciunt vbi magis doleat, tanto deterius ab afflictione eius minimè quiescunt. Quos tumen & pacis suæ tempore grauiter tolerat, quia
H suis prædicationibus eorum mores contrarios pensat. Gemit enim cùm eorum vitam sibi dissimilem conspicit. De quibus & aptè subiungitur:

Caput. XXVIII.

PRæuenerunt me dies afflictionis. Sic nanque sancta electorum Ecclesia quod persecutione vltima mala multa passura sit, sed hanc afflictionis suæ dies præueniũt: quia malorum vitam intra se grauiter etiam tempore pacis portat. Nam quãuis diebus vltimis aperta infideliũ persecutio sequatur, hanc tamen & priusquam appareat: hi qui in ea verbotenus fideles sunt, prauis moribus antecurrunt. Sequitur:

Quòd sancti in culmine honoris, statum custodiunt humilitatis: & licet potestati semper amica sit impatientia, mansuetè tolerant ipsos quos ex officio suo increpant.

Mœrens incedebam, sine furore cõsurgens in turba clamaui.) Notandum sollicitè iuxta historiam video, quod sanctus vir qui paulo superius dixit: Eleuasti me, inferius adiũgit: Mœrens incedebam. Miro enim ordine, vno eodemque tempore cõuenire in actibus bonorum solet, & foris honor culminis, & intus afflictæ mœror humilitatis. Vnde sanctus quoque vir eleuatus rebus & honoribus, mœrens incedebat, quia etsi hũc prælatum hominibus gloria potestatis ostenderat, interius ta-
I men mœrore suo secretum sacrificium domino contriti cordis offerebat. Sacrificium quippe deo est spiritus contribula-
Psalm. 50. tus. Sciunt autem electi quique consideratione intima contra exterioris excellentiæ tentamenta pugnare. Qui si ad exteriorem fœlicitatem suam cor apponerent, iusti profectò non essent. Sed quia cor humanum non potest de ipsis prosperitatibus rerum quantulacunque gloria nullo modo tentari, contra ipsam prosperitatem suam sancti viri intrinsecus dimicãt. Nõ dico in elatione, sed ne in eius saltem amore succumbant. Cui valde succubuisse est, captiuã mentẽ eius desideriis subdidisse. Quis autem terrena sapiens, temporalia amplectẽs, beatũ Iob inter tot prospera lætum non crederet, cùm ei supperetet sãlus corporis, vita filiorum, incolumitas familiæ, integritas gregũ? Sed quia in his omnibus non gaudebat, ipse sibi testis est, qui ait: Mœrens incedebam. Sancto enim viro adhuc in hac peregrinatione posito, omne quod sine visione dei abũdat, inopia est, quia cùm sibi omnia electi adesse vident, gemunt, quod omnium auctorem non vident, eisque totum hoc minus est, quia adhuc species vnius deest: sicque eos foris exaltat gratia supernæ dispensationis, vt tamen intus sub disciplina teneat mœror magistræ charitatis. Per quã videlicet discũt, vt de his quæ exterius accipiũt, apud semetipsos semper amplius humilientur, mentem sub iugo teneant disciplinæ, nũquam ex potestatis licentia ad impatientiam erumpant. Vnde & aptè subiungitur: Sine furore consurgens in terra clamaui.) Sæpe K
nanque seditiosorum tumultus hominum præpositorum suorum mentem lacessunt, suique ordinis limitẽ inordinatis motibus excedunt. Et plerunque qui præsunt nisi in ore cordis spiritus sancti freno teneantur, in iratæ retributionis attrocitatem prosiliunt, quantumque præualent agere, tantum in sibi subditis estimant licere. Amica etenim potestati penè semper *Amica p*
impatiẽtia est, eique etiam malæ subiectæ imperat, quia quod *testati, s*
ipsa sentit, potestas exequitur. Sed sancti viri plus se interius *patiẽtia.*
patiẽtię iugo subiiciunt quam foris hominibus præsunt, & eo veriorem principatum foris exhibẽt, quo humiliorem deo intrinsecus famulatum tenent, atque idcirco sæpe plus quosdam tolerant, quo se de eis vlcisci amplius possunt, ac ne vnquã ad licita transeant, plerunque nolunt pro se exequi etiam quod licet, subiectorum strepitus sufferunt, per amorem increpant, quos per mansuetudinem portant. Vnde nunc rectè dicitur: Sine furore consurgens in turba clamaui, quia nimirum boni contra tumultus insolentium clamorem habent, & furorem non habent, quoniam eos quos clementer tolerant, docere nõ cessant. Sed hęc quę iuxta historiam de vno diximus, iuxta allegoriam necesse est vt de diuersis electis Ecclesiæ sentiamus. Ipsa quippe in electis suis etiam per prospera incedit mœrens, quia nil sibi verè prosperum deputat, quousque bonum quod singulariter quęrit, apprehendat. Fideles quippe illius tẽporali quidem pace perfruuntur, sed perpetuè susspirant, honoran-L
tur, & afflicti sunt: quia plærunque ibi videntur in culmine, vbi ciues non sunt. Ipsa etiam in turba sine furore consurgit, & clamat: quia prauorum vitam studio rectę æmulationis, non autem vesania furoris insequitur. Irascitur & amat, fœuit & tranquilla est, quatenus infirmos suos corrigat ex æmulatione, foueat ex pietate. Sequitur:

Quòd verè sancti sunt, qui inter malos conuersari innocenter possunt.

Frater fui draconum, & socius struthionum.) Quid draco- *Draco.*
num nomine nisi malitiosorum hominum vita signatur? De
quibus & per prophetam dicitur: Traxerunt ventũ quasi dra- *Hier.*
cones. Peruersi etenim quique ventum quasi dracones trahũt, cùm malitiosa superbia inflãtur. Qui autem struthionum ap- *Struthio.*
pellatione intelligi, nisi simulatores solent? Struthio etenim
pennas habet, & volatum non habet, quia simulatores quique speciem sanctitatis habent, sed virtutem sanctitatis non habent. Visio quippe eos bonę actionis decorat, sed à terra minimè penna virtutis leuat. Electus itaque sanctæ Ecclesię populus quia pacis suæ tempore intra se quosdam malitiosos ac simulatores patitur, dicat: Frater fui draconum, & socius struthionum. Quod beati quoque Iob vocibus specialiter congruit, qui ad culmen magnæ fortitudinis, bonus inter malos fuit. M

Caput. XXIX.

NVllus quippe perfectus est, qui inter proximorum *Nullus*
mala patiens non est. Qui enim æquanimiter alie- *sine ira*
na mala non tolerat, ipse sibi per impatientiam te- *esse potest*
stis est, quia à boni plenitudine longè distat. Abel quippe es- *qui mala*
se renuit, quem Cain malitia non exercet. Sic in tritura area *aliena*
grana sub paleis premunt, sic flores inter spinas prodeunt, & *non tolerat.*
rosa quæ redolet, crescit cum spina quæ pungit. Duos nanque
filios habuit primus homo, sed vnus electus, alter reprobus
fuit. Tres quoque filios Noë arca continuit, sed duobus in humilitate persistentibus, vnus ad patris irrisionem ruit. Duos Abraham filios habuit, sed vnus innocens, alius verò fratris persecutor fuit. Duos quoque Isaac filios habuit, vnus in humilitate seruatus, alter verò & priusquam nasceretur, reprobatus est. Duodecim Iacob filios genuit, sed ex his vnus per innocentiam venditus, cæteri verò per malitiam venditores fratris fuerunt. Duodecim quoque Apostoli in sancta Ecclesia sunt electi, sed ne improbati remanerent, vnus eis admixtus est, qui eos persequens probaret. Sic nanque iusto peccator cum malitia iungitur, sicut in fornace auro palea cum igne sociantur, vt quo ardeat palea, purgetur aurum. Hi ergo veraciter boni sunt, qui in bonitate persistere etiam inter malos possunt. Hinc etiam sponsi voce sanctæ Ecclesiæ dicitur: Si- *Cant.*
cut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Hinc ad Eze- *Ezech.*
chielem dominus dicit: Fili hominis, increduli & subuersores
sunt

A sunt tecta, & cum scorpionibus habitas. Hinc Petrus vitã beatus Ioth gloriosus, dicens: & iustum Loth, oppressum à nefandorum iniusta conuersatione eripuit. A spectu enim & auditu iustus erat, habitans apud eos, qui quotidie animã iusti iniquis operibus cruciabant. Hinc Paulus discipulorum vitã glorificat, & glorificando confirmat, dicens: In medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Hinc per Ioannem angelus Pergami Ecclesiæ attestatur, dicens: Scio vbi habitas, vbi sedes est Satanæ & tenes nomen meũ, & nõ negasti fidem meã. Beatus igitur Iob vt ostendat cuius fortitudinis fuerit, insinuet cum quibus vixit, dicens: Frater fui draconum, & socius struthionum. Quia minus esset quod ipse bona ageret, nisi & ad bonitatis suæ cumulum, ab aliis mala toleraret. Sequitur:

Quod sancti in apostatatione reproborum tabescunt, & denigrantur & arescunt, dum zeli sui ardore torquentur.

Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt præ caumate.) Hæc iuxta historiã pensare negligim⁹, quia videlicet sermonis virtus patet ex pœna passionis. Sed quia, vt sæpe iam diximus, plærũq; beatus Iob sic narrat gesta, vt gerẽda prænunciet, bene hoc sanctæ Ecclesiæ vocibus congruit, quæ dolorẽ persecutionis vltimæ in infirmis grauiter sentit. Cumque ab illa alij pereunt, valentiores quiq; mœrore cruciantur. Exterior quippe causa eius est terrena dispensatio: interior verò cura cœlestis. Cutis ergo nomine, infirmi signantur: qui nunc in ea exteriori vtilitati deseruiunt. Per ossa verò fortes eius figurati sunt, in quibus corporis illius tota compago solidatur.

B Quia igitur aut prouocati muneribus, aut persecutionibus afflicti, multi in ea ab statu fidei infirmi cadunt, eamq; ipsi postquam ceciderunt persequuntur, quid aliud quàm cutis suæ nigredinem patitur, vt in ipsis postmodũ fœda apparea, in quibus prius pulchra videbatur? Dum enim hi qui prius exteriora bene dispẽsare cõsueuerãt, cõtra electos dei postmodũ sæuiũt, quasi cutis Ecclesię anteactę iustitię colorẽ perdidit, qui ad nigredinẽ iniquitatis venit. Quod Hieremias etiã sub præcipui metalli specie deplorat, dicens: Quomodo obscuratũ est aurũ, mutatus est color optimus? Peruersi ergo dũ ab eius sacramẽtis exeunt, plerũq; inter reprobos locum honoris sumunt, vt ipsi contra sanctã Ecclesiã ex auctoritate sæuiant, qui hãc atrocius quasi sciendo conterunt. Vnde & cum diceret: Cutis mea denigrata est, addidit, super me, quia hos quos prius ad decorem iustitiæ quasi cãdidos habuit, pòst deterius nigros portat. Sed cum cutis ad nigredinẽ vertitur, fortes qui in illa sunt zelo fidei contabescunt. Vnde aptè subiungit: Et ossa mea aruerunt præ caumate. Sic nanq; & priori tempore os fortissimũ sanctę Ecclesiæ, quadã ariditate tædij Paulus æstuabat, cum quibusdam cadẽtibus diceret: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Cutis ergo denigratur, &

C ossa præ caumate arescunt: quia dum infirmi ad iniquitatem prosiliunt, fortes quique zeli sui igne cruciantur. Sequitur:

Quòd abstinentia & doctrina sanctorum in luctum eis vertatur, cùm se ab eis contemni vident, quibus verbo & exemplo prodesse studebant. Caput. XXX.

VErsa est in luctũ cithara mea, & organũ meũ in vocẽ flentium.) Quia organum per fistulas, & cithara per chordas sonat, potest per citharã recta operatio, per organũ verò sancta prædicatio designari. Per fistulas quippe organi, ora prædicantiũ, per chordas verò citharæ, intentionẽ rectè viuentiũ non inconuenienter accipimus. Quæ dũ ad vitam aliã per afflictionẽ carnis tenditur, quasi extenuata chorda in cithara per intuẽtiũ admirationẽ sonat. Siccatur etenim chorda vt congruũ in cithara cãtum reddat, quia & sancti viri castigant corpus suum, & seruituti subiiciunt, atque ab infimis ad superiora tendunt. Pensandũ quoq; est quod chorda in cithara si nimis tẽditur, non sonat: si amplius, raucũ sonat: quia nimirũ virtus abstinentiæ aut omnino nulla est, si tantũ quisque corpus nõ edomat quantũ valet: aut valde inordinata est: si corpus attent plusquã valet. Per abstinentiam quippe carnis vitia sunt extinguẽda, nõ caro, & tanto quisque sibimet debet moderamine præesse, vt & ad culpã caro non superbiat, & tamen ad affectũ rectitudinis in operatione subsistat. Intueri inter hæc egregiũ prædicatorẽ libet, quanta arte magisterij fidelium animas velut in cithara chordas tensas, alias amplius tendendo extenuat, atq; alias à tensione sua relaxãdo conseruat. Aliis etenim dicit: Non in cõmessationibus & ebrietatibus, nõ in cubilibus & impudicitiis. Et rursus ait: Mortificate mẽbra vestra quæ sunt super terram. Et tamẽ prædicatori charissimó scribit, dicẽs: Noli adhuc aquã bibere, sed modico vino vtere, propter stomachũ tuũ, & frequẽtes tuas infirmitates. Illas ergo chordas attenuãdo tendit, ne nõ tensæ omni modo nõ sonent: hanc verò à tensione tẽperat, ne dũ plus tenditur, minus sonet: siue autẽ sancti prædicatores in Ecclesia, seu quilibet simplices & abstinentes, prout vires accipiunt, in ea proximis suis canticum bonæ exhortationis reddunt. Nã & prudentes quique ad prædicationis fructũ solerter inuigilãt, atque vt alios ad vitam pertrahãt, sono magnę persuasionis elaborant, & qui in ea tardioris ingenij videntur, ex ipso suæ vitæ merito inquãtum se posse conspiciunt, exhortationis erga alios auctoritatẽ sumũt, atq; ad cœlestẽ patriam quos valent trahere non desistunt. Sed sancta Ecclesia extremis persecutionibus pressa, cũ verba sua à reprobis contẽni cõsiderat, amoris sui gratiã ad sola lamenta format, quia nimirũ deflet, quos exhortãdo trahere nõ valet. Dicat ergo: Versa est in luctũ cithara mea, & organum meum in vocẽ flentium. Ac si apertè fateatur dicens: Pacis quidẽ meę tempore per alios parua more citharę, per alios verò more organi magna & sonora prædicabã, sed nunc versa est in luctum cithara, & organum in vocẽ flentium versum est: quia dũ me contẽni conspicio, eos qui prædicationis cantum non audiũt, deploro. Hæc per quosdam sancta Ecclesia in fine factura est, E hęc per quosdã in suis iã exordiis fecit. Primus quippe martyr Stephanus Iudæis persequẽtibus prodesse prædicãdo conatus est, quos tamẽ post verba prædicationis, dũ videret ad iaciendos lapides cõuolasse, fixis genibus orabat, dicẽs: Domine Iesu, ne statuas illis hoc peccatũ. Quid ergo huic qui diu & parua & magna narrauerat, nisi iam suæ citharæ atque organi cãtus silebat, atque in luctum versa fuerãt, quia eos quos prædicãdo nõ traxerat, amãdo flebat? Quod nimirum quotidie sancta Ecclesia agere nõ desistit, quę prædicationis verbum penè vbique conticuisse iam conspicit. Alij nanque loqui dissimulant, alij recta audire contemnunt. Sed electorum mens dum tacere cantum prædicationis conspicit, gemẽs ac tacita ad fletus redit. Dicat ergo: Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium, quia electus quisque quo sanctæ prædicationis vox siluit, damna Ecclesiæ grauius plangit. Hucusque beatus Iob descripsit mala quæ pertulit, hoc verò ex loco incipit narrare subtilius bona quæ fecit. Sed doloris verba historica atque allegorica expositione transcurrimus, virtutũ verò opera ex magna parte iuxta solius historiæ textum tenemus, ne si hæc ad indaganda mysteria trahimus, veritatem fortasse operis vacuare videamur. F

Libri. xx. Moralium sancti Gregorij finis.

LIBER MORALIUM sancti Gregorij vigesimusprimus, continuans caput trigesimumprimum textus beati Iob.

Quid sit quòd Iacob virgas populeas & amygdalinas decorticauit, & in canalibus in quibus greges bibebant, posuit. Caput. I.

INtellectus sacri eloquij inter textum & mysterium tanta est librationepensandus, vt vtriusque partis lance moderata, hunc neque nimiæ discussionis pondus deprimat, neque rursus torpor incuriæ vacuum relinquat. Multæ quippe eius sententiæ tanta allegoriarum conceptione sunt grauidæ, vt quisquis eas ad solã tenere historiam nititur, earũ notitia per

Dvitia sunt extinguenda. Roma. 13.

ad Col. 3.

1. Tim. 5.

Quanta libratione pẽsandus sit intellectus sacri eloquij.

1. Petri. 2.

Philip. 2.

Apoc. 2.

Thren. 4.

2. Cor. 11.

De discretione in abstinẽtia seruanda.

Non caro sed carnis

Alij loqui dissimulãt, alij recta audire cõtemnunt.

G suam incuriam priuetur. Nõnullæ verò ita exterioribus præ-
ceptis inseruiunt, vt si quis eas subtilius penetrare desiderat,
intus quidem nihil inueniat, sed hoc sibi etiam quod foris lo-
quuntur abscondat. Vnde bene quoque narratione historica
Figura. per significationem dicitur: Tollens Iacob virgas populeas
Gene.30. virides & amygdalinas & ex platanis, ex parte decorticauit
eas, detractisque corticibus, in his quæ spoliata fuerant candor
apparuit, illæ verò quæ integræ erant, virides permanserunt,
atque in hunc modum calor effectus est varius. Vbi & subdi-
tur: Posuitque eas in canalibus in quibus effundebatur aqua,
vt cùm venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent
virgas, & in aspectu earum conciperent. Factumque est vt in
ipso calore coitus oues intuerentur virgas, & parerent macu-
losa & varia, & diuerso colore respersa. Quid est enim virgas
virides amygdalinas atque ex platanis ante gregũ oculos po-
nere, nisi per scripturæ sacræ seriem, antiquorum patrum vitas
atque sententias in exemplum populis præbere? Quæ nimirum
quia iuxta rationis examen rectę sunt, virgæ nominãtur. Qui-
bus ex parte corticem subtrahit, vt in his quæ expoliantur, in-
timus candor appareat, & ex parte corticem seruat, vt sicut
fuerant exterius, in viriditate permaneãt, variusque virgarum
color efficitur, dum cortex ex parte subtrahitur, ex parte re-
tinetur. Ante considerationis enim nostræ oculos, præceden-
tium patrum sententiæ, quasi virgæ variæ ponuntur. In qui-
bus dum plærũque intellectum literæ fugimus quasi corticem
subtrahimus, & dum plærunque intellectum literæ sequimur,
quasi corticem reseruamus. Dumque ab ipsis cortex literæ
H subducitur, allegoriæ candor interior demonstratur: & dum
cortex relinquitur, exterioris intelligentiæ virentia exempla
monstrantur. Quas bene Iacob in aquę canalibus posuit, quia
& redemptor noster in libris eas sacræ scientiæ quibus nos in-
trinsecus infundimur, fixit. Has aspicientes arietes cum oui-
bus coëunt: quia rationales nostri spiritus dum in earum in-
tentione defixi sunt, singulis quibusque actionibus permisce-
tur, vt tales fœtus operum procreent, qualia exempla præce-
dentium in vocibus præceptorum vident, & diuersum colo-
rem proles boni operis habeat, quia & nonnunquam subtra-
cta literæ cortice, acutius interna considerat, & seruato non-
nunquam historiæ tegmine, bene se in exterioribus format.
Nam quia diuinæ sententiæ aliquando interius rimandę sunt,
aliquando exterius obseruandæ, per Salomonem quoque di-
Prouer.30. citur: Qui fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit
butyrum, & qui vehemẽter emungit, elicit sanguinem. Vbe-
ra quippe fortiter premimus, cùm verba sacri eloquij subtili
intellectu pensamus, qua pressione dum lac quærimus, buty-
I rum inuenimus, quia dum nutriri vel tenui intellectu quæri-
mus, vbertate internæ pinguedinis vngimur. Quod tamẽ nec
nimiè nec semper agendum est, ne dum lac quæritur ab vbe-
ribus, sanguis sequatur. Plærique etenim quidam dum verba
sacri eloquij plusquam debent discutiunt, in carnalem intel-
lectum cadunt. Sanguinem quippe elicit, qui vehementer e-
mungit, quia carnale efficitur hoc quod ex nimia spiritus di-
scussione sentitur. Vnde necesse est vt beati Iob opera, quę in-
ter increpantium amicorum verba idcirco narrat, ne afflicta
mens illius in desperatione deficiat, iuxta põdus historiæ per-
scrutemur, ne si hæc animus plusquam necesse est spiritaliter
inuestiget, à verborum eius vberibus sanguis nobis pro lacte
respondeat. Si quando verò quędam mystica in suorum ope-
rum narratione permiscet, ad hæc necesse est vt mens concita
redeat, ad quæ hanc ipse vt datur intelligi ordo loquentis vo-
cat. Nam sanctus vir postquam ea quæ sibi per flagellum do-
mini fuerant inflicta narrauit, nũc per ordinem proprias enu-
merando virtutes qualis ante flagellum fuerit innotescit, sic
vitæ suæ historiam texens, vt ei perrarum aliquid quod alle-
goricè intelligi possit interserat, quatenus & ex magna parte
historica sint quæ memorat, & tamen aliquando per hæc ea-
dem ad spiritalem intelligentiam consurgat. Qua itaque for-
titudine ab omni lapsu exteriora sua custodiæ interioris disci-
plina constrinxerit, insinuat dicens:

Caput trigesimumprimum textus beati Iob. K

DEpigi fœdus cum oculis meis, vt ne
cogitarem quidẽ de virgine. Quã
enim partẽ haberet in me deus de-
super, & hæreditatem omnipotens
de excelsis? Nunquid non perditio
est iniquo, & alienatio operantibus
iniustitiam? Nónne ipse considerat
vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat? Si am-
bulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus, appẽ-
dat me in statera iusta, & sciat deus simplicitatẽ meã.
Si declinauit gressus meus de via, & si secutus est ocu-
lus meus cor meum, & si in manibus meis adhæsit ma-
cula: seram, & alius comedat: & progenies mea eradi-
cetur. Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad
hostium inimici* mei insidiatus sum: scortum alterius * Amici.
sit vxor mea, & super illam incuruentur alij. Hoc enim
nephas est, & iniquitas maxima. Ignis est vsque ad per-
ditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Si
contempsi subire iudicium cum seruo meo & ancilla
mea, cùm disceptarent aduersum me. Quid enim faciã
cùm surrexerit ad iudicandũ deus, & cum quæsierit,
quid respondebo illi? Nunquid non in vtero fecit me, L
qui & illũ operatus est, & formauit me in vulua vnus?
Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ,
expectare feci. Si comedi buccellam meam solus, & nõ
comedit pupillus ex ea. Quia ab infantia mea creuit
mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est
mecum. Si despexi prætereuntem, eo quod non habue-
rit indumentum, & absque operimento pauperem. Si
non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus o-
uium mearum calefactus est. Si leuaui super pupillum
manum meam, etiam cum viderem me in porta supe-
riorem: humerũ eius à iunctura sua cadat: & brachium
meum cũ ossibus suis confringatur. Semper enim quasi
tumẽtes super me fluctus timui deũ, & põdus eius fer-
re non potui. Si putaui aurum robur meũ, & obryso di-
xi, fiducia mea. Si lętatus sum sup multis diuitiis meis,
& quia plurima reperit manus mea. Si vidi Solẽ cum M
fulgeret, & lunam incedentem clare, & lætatũ est in ab-
scondito cor meum, & osculatus sum manum meã ore
meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio cõtra deum
altissimum. Si gauisus sum ad ruinã eius qui me ode-
rat, & exultaui quod inuenisset eum malum. Nõ enim
dedi ad peccandum guttur meum, vt expeterem male-
dicens animam eius. Si non dixerunt viri tabernaculi
mei, quis det de carnibus eius vt saturemur? Foris non
mãsit peregrinus, ostiũ meũ viatori patuit. Si abscondi
quasi homo peccatũ meum, & cælaui in sinu meo ini-
quitatem meam. Si expaui ad multitudinem nimiam,
& despectio propinquorũ terruit me, & non magis ta-
cui, nec egressus sum ostiũ. Quis mihi tribuat audito-
rem, vt desideriũ meum audiat omnipotens, & librum
scribat ipse qui iudicat, vt in humero meo portẽ illũ,
& circundem illum quasi coronam mihi? Per singulos
gradus meos pronunciabo illum, & quasi principio of-
feram eum, si aduersum me terra mea clamat, & cũ ipsa
sulci eius deflent, si fructus eius comedi absque pecu-
nia, & animam agricolarum eius afflixi, pro frumento
oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina.

Quòd serui dei non solum ad mundiciam carnis, sed etiam ex
proposito & pacto ad puritatem cordis operam dare debeant.

Caput. I I.

Pepigi

A PEpigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.) Cùm sit inuisibilis anima, nequaquam corporearum rerum delectatione tangitur, nisi quòd inhærens corpori, quasi quædam egrediendi foramina eiusdē corporis sensus habet. Visus quippe, auditus, gustus, odoratus, & tactus quasi quędam viæ mentis sunt, quibus foras veniat, & ea quæ extra eius sunt substantiā, concupiscat. Per hos etenim corporis sensus quasi per fenestras quasdam exteriora quęque animus respicit, respiciens concupiscit. Hinc etenim Hieremias ait: Ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras. Mors quippe per fenestras ascendit, & domum ingreditur, cùm per sensus corporis concupiscentia veniens habitaculum intrat mentis. Quo cōtra hoc quod iam sæpe diximus de iustis per Esaiam dicitur: Qui sunt hi qui vt nubes volant, & quasi columbę ad fenestras suas? Iusti nanque volare vt nubes dicti sunt, quia à terrenis contagiis subleuantur: & quasi colūbæ ad fenestras suas sunt, quia per sensus corporis exteriora quæque intentione non respiciunt rapacitatis, cosq; foras non rapit concupiscentia carnalis. Quisquis verò per has corporis fenestras incautè exterius respicit, plærunque in delectationē peccati, etiam nolēs cadit*, atque obligatus desideriis, incipit velle quod noluit. Præceps quippe anima dum antè non prouidet ne incautè videat quod concupiscat, cæca pòst incipit desiderare quod vidit. Vnde & prophetæ mens quę subleuata

B sæpe mysteriis internis intererat, quia alienam coniugem incautè vidit, obtenebrata postmodum sibimet illicitè coniunxit. Sānctus autem vir qui acceptis corporis sensibus velut subiectis ministris quidam æquissimus iudex præest, culpas conspicit antequā veniant, & velut insidianti morti fenestras corporis claudit, dicens: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidē de virgine. Vt enim cogitationes cordis castè seruare potuisset, fœdus cum oculis pepigit, ni prius incautè aspiceret, quod postmodum inuitus amaret. Valde nanque est graue quod caro deorsum trahit, & semel species formæ cordi per oculos illigata, vix magni luctaminis manu soluitur. Ne ergo quędam lubrica in cogitatione versemus, prouidendum nobis est, quia intueri non decet quod non licet concupiscere. Vt enim munda mens in cogitatione seruetur, à lasciuia voluptatis suæ deprimendi sunt oculi, quasi quidam raptores ad culpam. Neque enim Eua lignum vetitum cōtigisset, nisi hoc prius incautè conspiceret. Scriptum quippe est: Vidit mulier quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit. Hinc ergo pensandum est quanto debeamus moderamine erga illicita visum restringere nos qui mortaliter viuimus, si & mater viuētium per oculos ad mortem venit. Hinc etiam sub Iudææ voce quæ exteriora videndo concupiscens, bona interiora perdiderat, Propheta dicit: Oculus meus deprædatus est animam meam. Concupiscendo enim visibilia, inuisibiles

C virtutes amisit. Quę ergo interiorem fructum per exteriorem visum prodidit, per oculum corporis pertulit prædam cordis. Vnde nobis ad custodiendam cordis munditiam, exteriorum quoque sensuum disciplina seruanda est. Nam quantalibet virtute mens polleat, quantalibet grauitate vigeat, carnales tamen sensus puerile quiddam exterius perstrepunt, & nisi interioris grauitatis pondere, & quasi iuuenili quodam vigore refrenentur, ad fluxa quæque & leuia mentem eneruem trahūt. Videamus igitur quomodo beatus Iob id quod in eo fluxum ac puerile caro sapere potuit, iuuenili sapientiæ vigore restrinxit. Ait enim: Pepigi fœdus cum oculis meis. Et quia non in re actionem tantummodo, sed & cogitationem luxurię extinxit, secutus adiūxit: Vt ne cogitarem quidem de virgine. Sciebat nimirum luxuriam esse in corde refrenandam, sciebat per sancti spiritus donum, quòd redemptor noster veniens, legis præcepta transcenderet, & ab electis suis, non solum luxuriam carnis, sed etiam cordis aboleret, dicens: Scriptum est: Non adulterabis, ego autem dico vobis, quoniam omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Per Moysen quippe luxuria perpetrata, per auctorem verò munditiæ, luxuria cogitata damnatur. Hinc est enim quòd discipulis primus Ecclesiæ pastor dicit: Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrij perfectè sperate in eam quæ offertur vobis gratiam. Lumbos enim carnis succingere, est luxuriam ab effectu refrenare. Lumbos autē mentis succingere, est hanc etiam à cogitatione restringere. Hinc est quòd angelus qui Ioannem alloquitur, zona aurea super mammillas cinctus esse perhibetur. Quia enim testamenti nostri munditia etiam cordis luxuriam frenat, angelus qui in eo apparuit, in pectore cinctus venit. Quē bene zona aurea strinxit: quia quisquis supernę patriæ ciuis est, non iam timore supplicij, sed amore charitatis immunditiam deserit. Malum verò luxuriæ aut cogitatione perpetrat, aut opere. Callidus nanque aduersarius noster cum ab effectu operis expellitur, secreta polluere cogitationis molitur. Vnde & serpenti à domino dicitur: Pectore & ventre repes. Serpens videlicet ventre repit, quando hostis lubricus per humana membra sibimet subdita vsque ad expletionem operis luxuriam exercet. Serpens autem repit pectore, quando eos quos in opere luxuriæ nō valet, polluit in cogitatione. Alius itaque luxuriam iam perpetrat actione, huic serpens repit ex ventre. Alius autē perpetrādam versat mente, huic serpens repit ex pectore. Sed quia per cogitationem ad explenda opera peruenit, rectè serpens prius pectore, & postmodum repere ventre describitur. Vnde beatus Iob quia disciplinam etiam in cogitatione tenuit, vna custodia serpentis pectus ventremque superauit, dicens: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.

Vita mentis sicut exterorum.

Hier. 9.

Esaiæ. 60.

** al. rapit.*

1. Reg. 11.

Gen. 3.

Thre. 3.

Mat. 5.

1. Pet. 1.

Gene. 3.

Quòd virtutes inuicem se complectuntur, nec castitas sine humilitate, nec humilitas sine castitate aliquid valet. E

Caput. III.

QVam nimirum cordis munditiam quisquis adipisci non appetit, quid aliud quàm eiusdem à se mūditiæ auctorem repellit? Vnde & beatus Iob protinus subdit: Quam enim partem deus haberet in me desuper, & hæreditatem omnipotens de excelsis? Ac si apertè dicat: Si mentem in cogitatione polluero, eius qui munditię auctor est, esse hæreditas nequaquam possum. Nulla enim bona sunt cætera, si occulti iudicis oculis castitatis testimonio non approbantur. Omnes quippe virtutes in conspectu conditoris sui vicaria ope se subleuant, & quia vna virtus sine alia, vel nulla est omnino, vel minima, vicissim sua coniunctione sulciantur. Si enim vel castitatem humilitas deserat, vel humilitatem castitas relinquat, apud auctorem humilitatis, & munditiæ prodesse quid prævalet, vel superba castitas, vel humilitas inquinata? Sanctus igitur vir vt ab auctore suo in bonis reliquis possideri mereatur, cordis munditiam custodiens dicat: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Quam enim partem haberet deus in me desuper, & hæreditatem omnipotens de excelsis? Ac si apertè fateatur, dicens: Habere me possessionē suam cœlorum conditor renuit, si mens mea ante conspectum illius in infimis desideriis tabescit. Sed inter hęc sciendum est aliud esse quod animus de tentatione carnis patitur, aliud verò cùm per consensum delectationibus obligatur. Plærunque enim cogitatione praua pulsatur, sed renititur, plærunque autem cùm peruersum quid concipit, hoc intra semetipsum etiam per desiderium voluit. Et nimirum mentem nequaquam cogitatio immunda inquinat cùm pulsat, sed cùm hanc sibi per delectationē subiugat: Hinc etenim prædicator egregius dicit: Tentatio vos non apprehēdat, nisi humana. Humana quippe tentatio est, qua plerunque in cogitatione tangimur etiam nolentes, quia vt nōnunquam & illicita ad animum veniant, hoc vtique in nobismetipsis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Iam verò demoniaca est, & non humana tentatio cū ad hoc quod carnis corruptibilitas suggerit, per consensum se animus astringit. Hinc iterum dicit: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Peccatum quippe in mortali corpore non esse, sed regnare prohibuit, quia in carne corruptibili non regnare potest, sed non esse non potest. Hoc ipsum nanque ei de peccato tentari peccatum est, quo quia quandiu viuimus, perfectè omnimodo non caremus. Sancta prædicatio quoniam hoc expellere plenè non potuit, ei de nostri cordis habitaculo regnum tulit, vt appetitus illicitus, & si plærunque bonis nostris cogitationibus occultè se quasi fur inserit, saltem si ingreditur, non dominetur. Vir igitur sanctus dicens: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine, nequaquam vult intelligi,

Cordis mūditiā quisquis adipisci non appetit, eiusdē à se auctorē mūditiæ repellit.

Oēs virtutes vicaria se ope subleuant.

1. Cor. 10.

Roma. 6.

G intelligi, quia eius animum culpa in cogitatione non contigit, sed quia numquam hunc ex cõsensu superauit. Nam velut integerrimam possessionem dei, mentem suam contra aduersarij deprædationem vendicat, qui protinus adiungit: Quam enim partem haberet deus in me desuper,& hæreditatem omnipotens de excelsis? Ac si apertè dicat: Carne quidem mortali corruptionis conditioni subiaceo, sed auctori vnde seruio, si ei integrum à consensu culpę animum non defendo? Sequit:

Quòd iusti dum temporaliter flagellantur, probantur: reprobi verò qui in laboribus hominum modo non sunt, æterno anathemate condemnantur.

Caput. IIII.

NVnquid non perditio est iniquo,& alienatio operantibus iniquitatem?) O quanta consolatio ægrotis,& quantus mœror sanis. Festina consolatio bonorum, est consideratus finis malorum. Dum enim ex eorum interitu malum conspiciunt, quod euadunt, leue existimant quicquid aduersum in hac vita patiuntur. Eant ergo nũc reprobi,& delectationum suarum desideria compleant: in finis sui damnatione sensuri sunt, quia mortẽ malè viuentes amauerũt. Trãsitorio autem hìc verbere affligantur electi, vt à prauitate flagella corrigant, quos paterna pietas ad hæreditatem seruat. Nunc etenim flagellatur iustus,& verbere disciplinę corrigitur, quia ad æternæ hæreditatis patrimonium præparatur. In
H suis autem voluptatibus relaxatur iniustus, quia tanto ei temporalia bona suppetunt, quanto æterna denegantur. Iniustus ad debitam mortem currens, effrenatis voluptatibus vtitur, quia & vituli qui mactandi sunt, in liberis pastibus relinquuntur. At contra iustus à delectationis transitoriæ iucunditate re-
Similitudo. stringitur, quia & nimirum vitulus ad laboris vsum vitę deputatus sub iugo retinetur. Negantur electis in hac vita bona terrena, quia & ægris quibus spes viuendi est, nequaquam à medico cuncta quæ appetunt, conceduntur. Dantur autem reprobis bona quæ in hac vita appetunt, quia & desperatis ęgris omne quod desiderant, non negatur. Perpendant igitur iusti quæ sint mala quę iniquos manẽt, & nequaquam eorum fœlicitati inuideant quę percurrit. Quid est enim ꝙ de eorum gaudiis admirentur, quando & ipsi per iter asperum ad salutis patriam,& illi quasi per amœna prata ad foueam tendunt? Dicat ergo vir sanctus: Nunquid nõ perditio est iniquo,& alienatio operantibus iniquitatem? Quod videlicet & alienationis verbum durius sonaret, si hoc interpres in suę linguæ voce tenuisset. Quod enim apud nos alienatio, hoc apud Hebręos anathema dicit: Tunc ergo alienatio erit reprobis, cùm ab hæreditate districti iudicis se anathema esse conspiciunt, quia hìc eum peruersis moribus contempserunt. Floreant iniqui, à flore ęternæ hæreditatis alieni. Iusti verò semetipsos solerter inspiciant, & in cunctis actionibus suis à domino se videri pertimescant. Vnde & aptè mox subditur:
I *Vię actiones designant.* *Hiere.7.* Nónne ipse cõsiderat vias meas,& cũctos gressus meos dinumerat?) Quid viarum nomine, nisi actiones denunciat? Hinc enim per Hieremiã dicitur: Bonas facite vias vestras,& studia vestra. Quid verò gressuum appellatione, nisi vel motus mẽtium, vel profectus accipimus meritorum? Quibus profectò gressibus ad semetipsam nos veritas vocat, dicens: Venite ad me omnes qui laborati & onerati estis. Ad se quippe venire nos dominus præcipit, nimirũ non gressibus corporis, sed profectibus cordis. Ipse nanque ait: Veniet hora quando neque in mõte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrem. Et paulopost: Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam & pater tales quærit qui adorent eum. In corde ergo esse gressus insinuat, quando & vt veniamus vocat,& tamen motu corporis nequaquam nos ad alia transire denunciat.

Quid gressus. *Matt.11.* *Ioan. 4.*

Caput. V.

Quòd districtè dominus dinumerat gressus & minuteminus. *Matt. 5.* SIc autem dominus vniuscuiusque considerat vias, sic dinumerat gressus, vt ne minutissimæ quidem cogitationes eius iudicio, ac verba tenuissima quæ apud nos vsu viluerunt, indiscussa remaneant. Hinc enim dicit: Qui irascitur fratri suo, reꝰ erit iudicio. Qui dixerit fratri suo racha, reus erit concilio. Qui dixerit fatue, reus erit gehennę ignis. Racha quippe in Hebræo eloquio vox indignantis est, quæ quidem animum irascentis ostendit, nec tamen plenum verbũ iracundiæ exprimit. Prius ergo ira reprehenditur sine voce, postmodum verò ira cum voce, sed necdum pleno verbo formata, ad extremum quoque cùm dicit fatue, ira redarguitur, quæ cũ excessu vocis expletur etiam perfectione sermonis. Et notandum ꝙ in ira perhibet reum esse iudicio, in voce iræ quod est racha reum concilio, in verbo vocis quod est fatue reum gehennæ ignis. Per gradus etenim culpæ creuit ordo sententiæ, quia in iudicio adhuc causa discutitur, in concilio autem iam causæ sententia definitur. In gehenna verò ignis ea quę de cõcilio egreditur sententia expletur. Quia igitur humanorum actuum dominus subtili examine gressus enumerat, ira sine voce iudicio, ira in voce concilio, ira vero in voce atque sermone gehennæ ignibus mancipatur. Hanc subtilitatem considerationis eius propheta aspexerat, cùm dicebat: Fortissime, magne, potens exercituum nomen tibi, magnus concilio, incomprehẽsibilis cogitatu, cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, vt reddas vnicuique secũdum vias suas,& secundum fructum adinuentionum manuum eius. Sic eaidem vias dominus subtili examinatione considerat, vt in vnoquoque nostrum, nec ea quæ remuneret bona prætereat, nec mala quæ videlicet displicent, sine increpatione derelinquat. Hinc est enim ꝙ angelum Ecclesiæ Pergami, & in quibusdam laudat,& in quibusdam redarguit, dicens: Scio vbi habitas, vbi sedes est Satanæ,& tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. Et paulopost: Sed habeo aduersum te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam. Hinc angelo Thyatiræ dicitur: Noui opera tua,& charitatem tuam, & fidem,& ministerium,& patientiã tuam,& opera tua nouissima plura prioribus, sed habeo aduersum te pauca, quia permittis mulierem Hiezabel quæ se dicit propheten, docere, & seducere seruos meos,& fornicari,& mãducare idolothytum. Ecce bona memorat, nec tamen resecanda mala sine pœnitẽtia relaxat, quia scilicet sic singulorum vias considerat, sic gressus enumerans pensat, vt subtili examine perpẽdat, vel quantum quisque ad bona proficiat, vel quantum ad mala deuians suis profectibus contradicat: Incrementum quippe meritorum quod bonæ vitæ studiis augetur plærunque mali admixtione retrahitur,& bonum quod animus operando construit, hoc alia perpetrando peruertit. Vnde sancti viri tanto se subtilius in cogitatione constringunt, quanto à superno iudice districtius considerari conspiciunt. Mentẽ quippe discutiunt, inuenire si qua deliquerint quærunt, vt tanto fiant irreprehensibiles iudici, quãto semetipsos quotidie, & sine cessatione reprehendunt, nec tamen hac de re iam gaudia securitatis sumunt, quia ab illo se videri considerant, qui in eis & illa videt quę videre ipsi in semetipsis non valẽt. Et quidem beatus Iob perfectionis vitam inter veteres tenuit, sed quia eius intentio ad redemptoris aduentum prophetico spiritu erumpit in illius præceptis, pensat ipse quàm multa de perfectione minus habeat. Vnde & subdit: Si ambulaui in vanitate,& festinauit in dolo pes meus, appendat me in statera iusta, & sciat deus simplicitatem meam: M

Hier.1.

Quòd sancti viri vtrum amore an odio digni sunt, non sciunt ligunt, sed reuelari sibi à deo vtrum simpliciter an aliter amẽtur, humiliter postulant. Caput. VI.

SCire deus dicitur, scire nos facere, vsitato nostræ locutionis modo, qui lærum diem dicimus ex quo contigit vt lætemur. Hinc est enim quòd ad Abraham dominus dicit: Nunc cognoui quòd timeas deum. Neque enim creator temporum, quicquam cognouit ex tempore, sed cognoscere eius est, ex cuiuslibet causæ emergentis articulo nobis cognitionem præbere. Quis verò statęræ nomine, nisi mediator dei & hominum designatur? In quo æqua lance omnia merita nostra pensantur, & in cuius præceptis agnoscimus quid in nostra vita minus habeamus. In hac autem statera appendimur, quotiens ad vitæ eius exempla prouocamur. Hinc nanq; scriptum est: Christus pro nobis passus est, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cùm maledicerẽtur, non maledicebat: dum pateretur, non cõminabatur. Hinc per Paulum dicitur: Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei,& consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione

Gene.22. *Christus pro nobis passus est vobis relinquens exemplum.* *1.Petri.2.* *Hebr.12.*

A fusione cõtempta. Ad hoc itaque dominus apparuit in carne, vt humanam vitam admonendo excitaret, exempla præbendo accenderet, moriẽdo redimeret, resurgẽdo repararet. Cùm ergo nulla in se beatus Iob iure redarguenda reperit, ad excedentem omnia redemptoris vitam mentis oculos tendit, vt in illa cognoscat ipse quid minus habeat, cùm dicit: Si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus, appendat me in statera iusta, & sciat deus simplicitatem meam. Ac si apertè dicat: Si quo vnquam leuiter, si qua pernicioſè perpetraui, dei & hominum mediator appareat, vt in eius vita cognoscam, an ego veraciter simplex fuerim. Qui enim, vt diximus, suorum temporum viros excesserat, mediatorem dei & hominum quærebat, vt in illo pensatus agnoscerer, si vitam simplicem verè tenuisset: Dicat ergo: Appendat me in statera iusta, & sciat deus simplicitatem meam. Quod est, scire me faciat. Ac si patenter fateatur dicens: Quantum ad humanæ vitæ modum, nulla in me reprehendenda iam video, sed nisi mediator dei & hominum cum subtilioris vitę præceptis appareat, quantum adhuc à vera simplicitate discrepem non cognosco. Rectus verò ordo seruatur, si prius in vanitate, & postmodum pes in dolo festinasse dicatur: Vanitas quippe ad leuitatem, dolus verò ad malitiam pertinet. Et nonnulli plærunque ad quædam postmalitiosa perueniunt, quia prius leuia non declinãt. Sequitur:

Caput. VII.

B SI declinauit gressus meus de via.) Totiens gressus de via declinat, quotiens nostra cogitatio iter rectitudinis per consensum relinquit erroris. Quasi verò tot gressus extra viam ponimus, quot peruersis desideriis ab cœlestis vitæ delectatione separamur. Vt enim præfati sumus, adhuc carnis corruptibilis pondere grauati, nequaquam valemus sic viuere, vt nulla nos possit culpæ delectatio pulsare. Sed aliud est nolentem tangi, aliud consentientem animum perimi. Sancti autem viri tanto vigilantiori se circunspectione custodiunt, quanto se pulsari sinistris motibus, vel transitoriæ delectationis dedignantur. Vnde & adhuc subdit:

Quanta sollicitudine sancti cor suum custodiant, & exteriora membra ab illicito tactu, vel aspectu auertant.

Si secutus est oculus meus cor meum.) Ecce iterum per interioris vigoris custodiam, ad exteriorum membrorum disciplinam redit, vt si quid fortasse cor illicitum concupisceret, pressus disciplinæ magisterio oculus videre recusaret. Sicut sæpe tentatio per oculos trahitur, sic nonnunquam concepta intrinsecus, compellit sibi extrinsecus oculos deseruire. Nam plærunque res quælibet innocenti mente respicitur, sed ipso conspectu animus concupiscentiæ gladio confoditur. Non enim, vt exempli causa iam diximus, Dauid Vriæ coniugem ideo studioſè respexit, quia concupierat, sed potius ideo concupiuit, quia incautè respexit. Fit verò rectę retributionis examine, vt qui exteriori negligenter vtitur oculo, interiori non iniustè cęcetur. Sæpe autem intrinsecus concupiscentia dominatur, & illecebratus animus ad vsus suos sensus corporeos famulari more tyrannidis exigit, suisque voluptatibus oculos seruire compellit: atque, vt ita dicam, fenestras luminis ad tenebras aperit cæcitatis. Vnde sancti viri cum sinistra pulsari delectatione se sentiunt, ipsa per quæ formæ species ad mentẽ ingreditur, disciplinæ magisterio lumina restringunt, ne pravæ cogitationis visio lenocinata famuletur. Quæ si vnquam subtiliter custodiri negligitur, cogitationis immunditia protinus ad operationem transit. Vnde & mox subditur:

Sicut tentatio per oculos trahitur, sic concepta intrinsecus cõpellit sibi extrinsecus oculos deseruire.

C *Oculi restri gibi sunt*

Quòd nisi festinè resistatur tentationi nascenti in corde, subitò ita roboratur, vt ipsam mentem membrorum dominam teneat captiuã.

Et si in manibus meis adhæsit macula.) Sanctus ergo vir sciens, quòd plærunque praua cogitatio per oculos veniat ad mentem, paulo superius dixit: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Perpendens etiam quòd nonnunquam in mente oritur, sed huic obortę oculi peruersè famulantur, ait: Si secutus est oculus meus cor meum. Ac si apertè dicat: Nec passim videre volui quæ concupiscerem, nec videndo vnquam secutus sum quę cõcupiui. Dicat ergo. Si secutus est oculus meus cor meum, quia & si quid vnquam illicitum mens eius, vt videlicet humana, concepit: altioris disciplinæ magisterio constrictus, se per illicita ducere, sibique simulari oculus noluit. Pensemus ad hæc conscientias nostras, D & quanti culminis vir iste fuerit, ex nostri cordis deiectione videamus. Ecce si qua illicita aliquando cogitauit, quia ea citius inter arcana cordis gladio sancti vigoris extinxit, peruenire illa vsque ad opera non permisit. Vnde vt præmisimus, ilico subiungit: Et si in manibus meis adhęsit macula. Quomodo enim macula in manibus, id est, culpa in actionibus inhęreret, quam censura disciplinæ non sinebat in cogitatione proficere? Neque enim culpa ad opus prodire permittitur, si intus vbi nascitur, extinguatur. Si autem tentationi in corde nascenti festinè non resistitur, hac eadem qua nutritur mora roboratur, & existẽs foris in operibus, vinci vix pręualet, quia ipsam intus membrorum dominam mentem captiuam tenet. Quia verò vir sanctus superiora omnia sub conditione intulit, si hæc vnquam perpetrauerit, sententia se maledictionis astringit, dicens:

Festinè resistẽdũ est tẽtationi in corde nascenti.

Quòd doctor Ecclesiæ si aliter docet quàm viuat, ipso ieiuno, alius quod seminatum est comedit, & sæpe quod gignit verbo, occidit exẽplo. Et de iudicio Salomonis in quo mulier quæ filiũ suffocauerat, ab ea cuius filius viuebat, subtilissimo examine distincta est.

Seram, & alius comedat, & progenies mea eradicetur.) More sacri eloquij serere dicimus, verba vitæ prædicare. Hinc etenim propheta ait: Beati qui seminatis super omnes aquas. Sãctæ quippe Ecclesiæ prędicatores super omnes aquas seminare conspexit, quia cunctis latè populis verba vitæ quasi cœlestis panis grana tradiderunt. Comedere autem est bonis operibus satiari. Vnde per semetipsam veritas dicit: Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me. Si ergo ea quæ protulit, facere prætermisit, ait: Seram, & alius comedat. Ac si aperte dicat: Quod os meum loquitur, non ego, sed alter operetur. Prædicator quippe qui à suis vocibus moribus discrepat, ieiunus erit, quod alius manducet: quia suo semine ipse non pascitur, quando à verbi sui rectitudine praua actione vacuatur. *Esa. 32.* E

Caput. VIII.

ET quia plerunque discipuli incassum bona audiũt, cùm ex magistri vita, operum exemplo destruuntur, rectè subiungitur: Et progenies mea eradicet. Doctoris enim progenies eradicatur, quando is qui per verbum nascitur, per exemplum necatur: quia quem lingua vigilans gignit, vitę negligentia occidit. Neque enim torpenti nobis est mente trãseundum, quod apud Salomonem mulier filium quem vigilãs lactare consueuerat, dormiens interemit, quia nimirum magistri vigilantes quidem scientia, sed vita dormientes, auditores suos quos per vigilias prædicationis nutriunt, dum quod dicunt, facere negligunt, per somnum torporis occidunt, & negligendo opprimunt, quos alere verborum lacte videbantur. Vnde plærunque dum ipsi reprehensibiliter viuunt, & habere discipulos vitæ laudabilis nequeunt: alienos sibi attrahere conantur, quatenus dum bonos se habere sequaces ostendunt, apud iudicia hominum excusent mala quę agunt, & quasi per subditorum vitam mortiferam tegant, negligentiam. Vnde illic mulier filium, quia extinxit proprium, quæsiuit alienũ. Sed tamen veram matrem Salomonis gladius inuenit: quia videlicet cuius fructũ viuat, vel cuius intereat, extremo examine ira districti iudicis demonstrat. Vbi & illud est solerter intuendũ: qꝙ viuens filius prius diuidi pręcipitur, vt soli postmodum matri reddatur, quia in hac vita quasi partiri conceditur vita discipuli, dum ex illa nonnunquam alter apud deum meritũ, alter verò apud homines laudem habere permittit. Sed falsa mater eum quem non genuit, occidi non metuit: quia arrogantes magistri & charitatis ignari, si plenissimum nomen laudis ex alienis discipulis consequi nequeunt, eorum vitam crudeliter insequuntur. Inuidię enim face succensi, nolunt aliis viuere, quos se conspiciunt non posse possidere. Vnde illic peruersa mulier clamat: Nec meus sit, nec istius. Vt enim dixim', quos sibi obsequi non vident ad gloriam temporalem, eos aliis inuident viuere per veritatem. Vera autem mater satagit, vt eius filius saltem apud extraneum sit & viuat: quia concedunt veraces magistri, vt ex eorum discipulis, alij quidem magisterij laudem habeant, si tamen integritatem vitæ iidem discipuli non amittant. Per quæ pietatis viscera hæc eadem vera mater *Ioan. 4.* *3. Regũ. 3.* F

agnoscitur,

G agnoſcitur, quia omne magiſterium in examine charitatis approbatur: Et ſola recipere totum meruit quæ quaſi totum cõceſsit, quia fideles præpoſiti pro eo quòd ex bonis diſcipulis ſuis, non ſolum aliis laudem non inuident, ſed vtilitatem eis etiam profectus exorant, ipſi & integros, & viuentes filios recipiunt, quando in ſupremo examine ex eorum vita perfectæ retributionis gaudia conſequuntur. Hæc paucis per exceſſum diximus, vt auditorum progenies per doctorum negligẽtiam qualiter extinguitur, monſtraremus: quia quiſquis iuxta hoc quod loquitur non viuit, quos verbo genuit, à ſtabilitate rectitudinis opere euellit. Sed beatus Iob quos prædicatione vigilans edidit, nequaquam actione dormiens extinxit, atque ideo ſidenter dicit: Si quo minus prædicta compleui: ſeram, & alius comedat, & progenies mea eradicetur. Qui adhuc ſe de inquinatione praui operis diſcutiens, ſubdit: Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere, & ſi ad hoſtium inimici mei inſidiatus ſum.)

Quòd in ſacro ordine conſtitutos, ita ſtudioſa concupiſcentia, ſicut ſeculares adulterij inquinat culpa, & quòd ſcelus luxuriæ omnia bona opera euacuat, & virtutum omnium plantaria eradicat.

Caput. I X.

Matth. 5. H QVanuis nonnunquam à reatu adulterij nequaquam diſcrepet culpa fornicationis, cùm veritas dicat: Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Quia enim Græco verbo mœchus adulter dicitur, cùm non aliena coniunx, ſed mulier videri prohibetur, apertè veritas oſtendit, quia etiam ſolo viſu cùm turpiter, vel innupta concupiſcitur, adulterium perpetratur. Quod tamen plærunque ex loco, vel ordine concupiſcentis diſcernitur, quia ſcilicet ſic hunc in ſacro ordine ſtudioſa concupiſcentia, ſicut illum adulterij inquinat culpa. In perſonis tamen nõ diſsimilibus idem luxuriæ diſtinguitur reatus, in quibus fornicationis culpa: quia ab adulterij reatu diſcernitur, prædicatoris egregij lingua teſtatur: quæ inter cæ-
1. Corin. 6. tera aſſerit, dicens: Neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, regnum dei poſsidebunt. Quod enim diſiunctæ reatui ſententiæ ſubdit, quàm valde à ſe diſsideat oſtendit. Per hoc ergo quod dicitur: Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere, neque cogitaſſe vir ſanctus de fornicationis macula demõſtratur. Per hoc autem quod ſubiicit: Et ſi ad oſtiũ inimici mei inſidiatus ſum, patenter innoteſcit quòd à reatu adulterij liber fuit. Sed ad hæc fortaſſe aliquis dicat: Quid de ſe mirum ſanctus vir aſſerit, ſi non ſolum ab adulterij crimine, verumetiam à fornicationis inquinatione ſe liberũ ſeruauit?

I Hæc autem paruipendimus, ſi virtutum eius tempora minimè penſamus. Necdum enim ad reſtrictionem carnis, reuelatæ gratiæ diſtrictior cenſura proceſſerat, quæ non ſolum corporis, ſed & cordis laſciuiam reprehendit. Necdum multorum continentiam caſtitatis bona imitanda prodierant, & tamen beatus Iob exempla munditiæ quæ non acceperat, tradebat. A multis autem nũc etiam poſt prohibitionem dei, carnis immunditia perpetratur. Hinc ergo colligendum eſt, cum quanta culpa nunc etiam poſt præceptum in grauibus delinquitur, cùm tanta laude ante à grauibus abſtinebatur. Qui ſi hoc vnquam fecerit, eandem culpam verti ſibi expetit in pœnam, dicens: Scortum ſit alterius vxor mea, & ſuper illam incurruentur alij.) Et quia plærunque hoc quod faciendo non perpendimus quàm graue ſit, patiendo penſãmus, eiuſdem vim facinoris quod ſe pati ſi reus ſit, debere denunciat, exprimẽdo manifeſtat, dicẽs: Hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima, ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.) Hoc inter peccatum diſtat & crimen, quòd omne crimen peccatum eſt, non tamen omne peccatum crimen eſt. Et in hac vita multi ſine crimine, nullus verò eſſe ſine peccatis valet. Vnde & prædicator ſanctus cùm virum dignum gratia ſacerdotali ſcriberet, nequaquam dixit, ſi quis ſine peccato: ſed, ſi quis ſine crimine eſt. Quis verò eſſe ſine peccato valeat, cùm
1. Ioan. 1. Ioannes dicat: Si dixerimus quia peccatũ nõ habemus, noſmet ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt? In qua videlicet peccatorum & criminum diſtinctione penſandum eſt, quia nonnulla peccata animam polluunt, quã crimina extinguunt. Vnde beatus Iob crimen luxuriæ definiens ait: Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans: quia nimirum reatus huius facinoris, non ſolum vſque ad inquinationem maculat, ſed vſque ad perditionem vorat. Et quia quanlibet alia fuerint bona opera, ſi luxuriæ ſcelus non abluitur, immenſitate huius criminis obruuntur, ſecutus adiunxit. Et omnia eradicans genimina. Genimina quippe ſunt animę operationes bonæ. Cui tamen ſi peruerſo ordine caro dominatur, igne luxuriæ omnia bene prolata concremantur. Nulla quippe ante omnipotentis dei oculos iuſtitiæ pietatisque ſunt opera, quæ corruptionis contagio monſtrantur immunda. Quid enim prodeſt ſi piè quiſquam neceſsitati cõpatitur proximi, quando impiè in ſemetipſo deſtruit habitationem dei? Si ergo per cordis mũditiam, libidinis flamma non extinguitur, incaſſum quælibet virtutes oriuntur, ſicut per Moyſen dicitur: Ignis exarſit ab ira mea, & ardebit vſque ad inferos deorſum, comedet terram, & naſcentia eius: Ignis quippe terram atque eius naſcẽtia comedit, cùm libido carnem atque per hanc omnia bene acta conſumit. Nã quicquid procedit ex fruge rectitudinis, hoc nimirum concremat flamma corruptionis. Dicat ergo: Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina, quia ſi corruptionis malo non reſiſtitur, & illa proculdubio pereũt, quæ bona videbantur. Sed ſolent nonnullos ad humilitatem vitia ſternere, atque ad tumorem mentis, virtutes eleuare.

Caput. X.

QVærendum ergo nobis eſt, ſi beatus Iob in tanta caſtitatis munditia etiam humilis fuit? Sed ſanctus vir L cùm alta virtutum teneat, quàm de ſe humilia ſentiat, repentè aperit, cùm ſubiungit: Si contempſi iudicium ſubire cum ſeruo meo, & ancilla mea, cùm diſceptarent aduerſum me.) Qui enim iudicari cum ſeruis ancillisque non renuit, liquidò indicat quòd cõtra nullum vnquam proximum apud ſe tumidus fuit. Inter hæc autem libet intueri, vitam ſuam in omnibus quanta vir ſanctus diſcretione cuſtodiuit. Non enim longè ſuperius dixit: Videbant me iuuenes, & abſcondebantur, & ſenes aſſurgentes ſtabant, principes ceſsabant loqui, & digitum ſuperponebãt ori ſuo, vocem ſuã cohibebant duces, & lingua eorum gutturi ſuo adhærebat. Nunc verò ait:

Quòd ſublimibus viris multum profit ad cuſtodiam humilitatis conſiderata æqualitas humanæ conditionis. Et quòd homo à principio non hominibus, ſed animalibus prælatus eſt.

Si cõtempſi iudicium ſubire cum ſeruo meo & ancilla mea, cùm diſceptarent aduerſum me.) Quis digne conſiderare valeat huius viri tã ſublimia virtutum moderamina? In quo tanta eſt auctoritas regiminis, vt ad ſilentium reſtringãtur duces: tanta humilitas cordis, vt ex æquo ad iudicium venire permittantur ancillæ. Ecce apparet miro modo in poteſtate principibus potentior, in certamine ſeruis æqualis: in cœtu principũ memor regiminis, in certamine famulorum memor cõditionis. Se quippe ſub vero domino famulum conſpicit, ideoque cordis altitudine ſe ſuper famulos non extollit. Vnde & protinus ſubdit: Quid enim faciam cùm ſurrexerit ad iudicãdum deus, & cùm quęſierit, quid reſpondebo illi?) Qui venturũ iudicem cogitat, indeſinenter quotidie rationum ſuarum in me-
lius* cauſas parat, quia dum ęternum dominum timore cordis intuetur, iura tẽporalis dominij ſuper ſubiectos moderamẽ pellitur. Perpendit enim nil eſſe q̃ temporaliter præeſt cæteris, quando illi ad reddendã rationem ſubeſt, qui ſine fine dominatur. Sæpe nanque tranſitoria poteſtas animum per abrupta elationis rapit. Et quia eo quiſq; extollitur, quo ſe eſſe ſuper alios videt, illum oportet qui ſuper ſe eſt ſemper aſpiciat, vt eius metu qui ſupra omnia eſt, creſcẽtem intrinſecus animi tumorem premat. Intueatur enim qui ſub ipſo ſint, ſed conſideret ſub quo ipſe ſit, vt ex conſideratione veri domini, decreſcat tumor falſę dominationis. Vnde beatus Iob quia eius iudicium, qui ſuper omnia eſt, metuit: hic ad temporale iudicium famulis ęqualis venit, dicens: Si contempſi iudicium ſubire cũ ſeruo meo & ancilla mea, cũ diſceptarent aduerſum me. Quid enim faciam cùm ſurrexerit ad iudicandum deus, & cùm quęſierit, quid reſpondebo illi? Qui vt ſemper cor in humilitate deprimat, nequaquam in eiſdem famulis conſpicit, quòd ſibi ſtatus eſt diſpar, ſed q̃ natura communis. Vnde etiam ſubdit:

Caput

A Caput. XI.

NVnquid non in vtero fecit me qui & illum operatus est,& formauit in vulua vnus?)Potentibus viris magna est virtus humilitatis,considerata æqualitas conditionis.Omnes nanq; homines natura æquales sumus,sed accesit dispensatorio ordine, vt quibusdam prælati videamur. Si igitur hoc à mente deprimimus quod temporaliter accessit,inuenimus citius quod naturaliter sumus.Plærunque enim se animo accepta potestas obiicit,eumque tumidis cogitationibus fallit.Manu ergo humillimæ considerationis deprimẽdus est tumor elationis.Si enim apud semetipsam mens descẽdit de vertice culminis, citius planitiẽ inuenit naturalis æqualitatis. Nam, vt præfati sumus, omnes homines natura æquales genuit,sed variante meritorum ordine,alios aliis dispensatio occulta postponit. Ipsa autem diuersitas quæ accesit ex vitio,rectè est diuinis iudiciis ordinata, vt quia omnis homo iter vitæ æquè non graditur,alter ab altero regatur.Sancti autem viri cùm præsunt non in se potestatem ordinis,sed æqualitatem conditionis attendunt, nec præesse gaudent hominibus, sed prodesse. Sciunt enim quòd antiqui patres nostri,nõ tam reges hominum, quàm pastores pecorum fuisse memo-
ie. 9. ratur.Et cùm Noë dominus filiisque eius diceret: Crescite & multiplicamini & implete terrã,subdit:Et terror vester ac tre-
B mor sit super cuncta animalia terræ. Nõ enim ait,sit super homines qui futuri sunt,sed sit super cuncta animalia terræ.Homo quippe animalibus irrationabilibus, nõ autem cæteris hominibus natura prælatus est:& idcirco ei dicitur,vt ab animalibus,& non ab homine timeatur,quia contra naturam superbire est, ab æquali velle timeri,quanuis plærunque à subditis etiam sancti viri timeri apperunt, sed quando ab eisdem subditis deum minimè timeri deprehendunt,vt humana saltẽ formidine peccare metuant, qui diuina iudicia non formidant. Nequaquam ergo præpositi ex hoc quæsito timore superbiunt,in quo non suam gloriam,sed subditorum iustitiam quærunt. In eo enim quòd metum sibi à peruersẽ viuentibus exigunt,quasi non hominibus,sed brutis animalibus dominãtur, quasi videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi, ex ea etiam debẽt formidini iacere substrati. Cùm verò deest vitiũ quod corrigatur,non de excellentia potestatis, sed de æqualitate cõditionis gaudent,& non solum ab eis metui,sed etiam plusquã necesse est honorari refugiunt.Neque enim leue se perpeti dãnum humilitatis credunt, si ab eis pro merito fortasse ordinis pluris æstimentur. Hinc est enim q̃ primus pastor Ecclesiæ, cùm adorãte se Cornelio super se sibi honorem videret oblatum,ad æqualitatem conditionis suæ citius recurrit,dicens:Sur-
Act.10. ge,& ipse ego homo sum. Quis enim nesciat quòd conditori suo homo debeat,& non homini prosterni?Quia ergo humi-
C liari sibi plus quàm debuit proximum vidit,ne vltra humanitatis metas mens intumesceret, esse se hominem recognouit, quatenus illati sibi honoris elationem frangeret,ex cõsiderata æqualitate conditionis.Hinc à Ioanne angelus adoratus creaturam se esse cognouit,dicens:Vide ne feceris,conseruus tuus
Apoc. 19. sum,& fratrum tuorum.Hinc propheta cùm ad videnda sublimia rapitur,filius hominis vocatur,vt ductus ad cœlestia,hominem se esse meminerit. Ac si eum diuina vox verbis apertioribus admoneat,dicens:Memẽto quid sis,ne de his ad quæ raperis extollaris, sed altitudinem reuelationis tẽpera memoria conditionis. Ex eo ergo colligendum est quanta communis naturæ memoria in corde deprimi debeat terrenæ potestatis tumor, si ex humanitatis vocabulo agitur, ne cogitationis elatio ex secretis cœlestibus generetur. Cuius videlicet humanitatis bene beatus Iob semper recordationem tenuit,qui ait: Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est, & formauit in vulua vnus? Ac si apertè dicat:Cur non æquè debeamus in cuiuslibet negocij iudicio discuti,qui per conditoris potentiam sumus æqualiter facti?Sed quia castitatis eius atque humilitatis acta cognouimus,nunc liberalitatis opera cognoscamus. Sequitur:

Quòd bi qui charitatem dei habent, secundum facultatis suæ mensuram pauperibus spiritu, qui non ex desiderio, sed ex necessitate postulant,nihil negare debent.

Caput.XII.

SI negaui quod volebant pauperibus,& oculos viduę ex- D
pectare feci.)Per hæc dicta vir sanctus ostenditur, non solum ad inopiam pauperibus,sed etiam ad habendi desiderium deseruisse.Sed quid si ipsa vellent pauperes quæ fortasse accipere non expediret? An quia in scriptura sacra dici pauperes humiles solent,ea sola æstimanda sunt accipere pauperes,quæ humiles petunt?Et proculdubio oportet vt incunctãter detur quicquid cum vera humilitate requiritur, id est, quod nõ ex desiderio,sed ex necessitate postulatur.Nam valde superbire est extra metas inopiæ aliquid desiderare. Vnde & superbè petentibus dicitur: Petitis & nõ accipitis, eo quòd malè petatis.Quia ergo illi sunt veraciter pauperes qui inflati per superbiæ spiritum non sunt, quos apertè veritas exprimit,cùm dicit:Beati pauperes spiritu:rectè nunc per sanctum *Mat.5.*
virum dicitur: Si negaui quod volebãt pauperibus:quoniam qui ea volunt quæ profectò liquet quòd eis non expediunt, eoipso quòd superbiæ abundant spiritu, iam pauperes non sunt. Sed beatus Iob dũ pauperes humiles appellat, quicquid ab eo accipere pauper voluit,non negauit:quia veraciter quique humilis quod non potuit obtinere nec voluit. Sed cùm largitatẽ mentis suę indicat,quia ad votum se pauperibus con-
curriſſe manifestat, necesse est vt quæramus ne lumen misericordiæ dationis tarditate suscauerit.Vnde subiungit:Et oculos viduæ expectare feci. Petentem se viduam expectare no- E
luit,vt non solum ex munere,sed ex celeritate quoque muneris bonorum operum merita augeret. Vnde aliàs scriptũ est: *Prouerb. 3.*
Ne dicas amico tuo, vade & reuertere, & cras dabo tibi, cùm statim possis dare. Sed nonnulli solent exterius multa largiri, communis autem vitę gratiam repellentes, habere pauperes socios in domestica cõuersatione refugiunt.Vnde beatus Iob vt non solum se insinuet exterius multa præbuisse,sed apud se quosque inopes etiam in domestica conuersatione recepisse, protinus adiungit:

Quòd serui dei cum pupillis & viduis subsidia temporalia,& mensam debeant habere communem.

Si comedi buccellam meam solus,& non comedit pupillus ex ea.) Scilicet pietati se præiudicium facere æstimans,si solus comederet quod dominus omniũ communiter creasset.Quę profectò communio conuersationis esse cum talibus intra domesticos parietes debet, ex quibus æternæ proficiant merita retributionis. Vnde sanctus vir non quemlibet,sed ad manducandum socium pupillum se habuisse perhibet,sed tãta hęc pietatis viscera, vtrum à semetipso habuerit an conditoris sui gratia sit consecutus,innotescit. Sequitur:

Quòd sancti non sibi,sed conditori suo tribuant,si quid boni habeant.

Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio,& de vtero matris meæ egressa est mecum.)Miseratio etenim etsi eius fuerit arbitrij,vt cum ipso proficeret,liquet tamen quia eius arbitrij non fuit,vt cum ipso de vtero exiret. Constat ergo quia F
suæ virtuti nil tribuit, qui profectò testatur,quia hoc ex conditoris munere accepit. Bonum igitur quod à conditore habuisse se intimat,liquet proculdubio,quia ad laudem conditoris narrat,indicans ab ipso se accepisse,vt pius esset, à quo accepit vt esset:quia sicut suo opere in vtero conditus non fuit: ita nec sua virtute ab vtero pius fuit.Sed pẽsandum nobis est, q̃ asserit, Creuit mecum.Nonnulli enim quo ad ætatem crescunt,ab innocentia decrescunt. Electis verò cùm foris ætas corporis,intus,si dici liceat,crescit ętas virtutis. Sequitur:

Quòd opera misericordiæ cum benignitate, & hilaritate debeant fieri, quia qui fastu elationis aliquid dat, amplius ex contemptu culpam quàm ex munere meretur mercedem.

Caput. XIII.

SI despexi prætereuntem, eo quòd non habuerit indumentum,& absque operimento pauperem,si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearũ calefactus est.) Quod pauperem non despexit, virtutem humilitatis exhibuit,quòd autem operuit,pietatis. Duæ quippe istæ virtutes ita sibimet esse connexæ debent, vt vicario semper opere fulciantur, quatenus nec humilitas cùm veneratur proximum,largitatis gratiam deserat,nec pietas cùm largitur, intumescat. Erga indigentiam itaque proximi humilitatem

pietas

G pietas fulciat, humilitas pietatem, vt cùm indigẽtem rebus neceſſariis naturæ tuæ conſortem videris, nec per impietatẽ deſinas tegere, nec per ſuperbiam negligas venerari quem tegis. Nam ſunt nónulli qui mox, vt ab egenis fratribus fuerint neceſſaria poſtulati, pòſt dona largituri in eos prius contumelioſa verba iaculãtur. Quæ etſi rebus miniſterium pietatis perficiunt, verbis tamen gratiam humilitatis perdunt, ita vt plærunque videatur, quia illatæ iam iniuriæ ſatisfactionem ſoluunt, cùm poſt contumelias dona largiuntur. Nec magni eſt operis quòd poſtulata tribuunt, quia ipſo donationis ſuæ munere, vix eũdem exceſſum ſermonis tegunt. Quibus bene per Eccleſiaſticum librum dicitur: Omni dato non des triſtitiam verbi mali. Et rurſum: Adde verbum ſuper datum bonum, & vtraque cum homine iuſtificato, videlicet vt datum exhiberi debeat per pietatem, & bonum verbum tribui per humilitatem. At contra alij egenos fratres non ſtudent rebus fulcire cùm poſſint, ſed blandis tantum ſermonibus fouere. Quos vehementer Iacobi prædicatio ſancta reprehendit, dicens: Si autem frater aut ſoror nudi ſunt, & indigent victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefiamini & ſaturamini, non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori, quid vobis proderit? Quos Ioannes quoque Apoſtolus admonet, dicens: Filioli mei, non diligamus verbo, nec lingua, ſed opere & veritate. Dilectio nanque noſtra ſemper exhibenH da eſt, & veneratione ſermonis, & miniſterio largitatis.

Ecclſ.18.

Iaco.2.

1.Ioan.3.

Caput. XIIII.

MVltum verò ad edomandam dantis ſuperbiam valet, ſi cùm terrena tribuit, verba ſollicitè magiſtri cœleſtis penſet, qui ait: Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Si enim eorum amicitiis æterna tabernacula acquirimus, dantes proculdubio pẽſare debemus: quia patronis potius munera offerimus, quàm egenis dona largimur. Hinc per Paulum dicitur: Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum. Vt videlicet ſollicitè perpendamus, quia eòs quos nunc inopes cernimus, abundantes quandoque videbimus: & qui abundantes aſpicimur, ſi largiri negligimus, quandoque inopes erimus. Qui itaque nunc temporale ſubſidium pauperi tribuit, ab eo poſtmodum perpetua recepturus, vt ita dicam, quaſi ad frugem terram excolit, quæ quod acceperit, vberius reddit. Reſtat ergo vt nunquam elatio ſurgat ex munere, quando videlicet diues ex eo quòd pauperi tribuit, agit vt in perpetuum pauper non ſit. Beatus igitur Iob, vt diligenter oſtenderet, humilitas atq; miſericordia quanta in eo fuerit conI ſideratione ſociata, ait: Si deſpexi prętereuntem, eo quòd non habuerit indumentum, & abſque operimento pauperem, ſi non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus eſt. Ac ſi apertè diceret, in amore proximi vno eodemque ordine, & ſuperbiæ vitium, & impietatis premens, prætereuntem quempiam, & humiliter aſpiciens non deſpexi, & miſericorditer calefeci. Quiſquis enim ſuper eum cui aliquid tribuit, faſtu ſe elationis extollit, maiorem culpam intrinſecus ſuperbiendo peragit, quàm extrinſecus largiendo mercedem: fitque ipſe bonis interioribus nudus, cùm nudum deſpicit veſtiens, eóque agit vt ſeipſo deterior fiat, quo ſe indigenti proximo meliorem putat. Minus quippe inops eſt qui veſtem non habet, quàm qui humilitatem. Vnde neceſſe eſt, vt cùm naturæ noſtræ conſortes exteriora non habere cõſpicimus, quàm multa nobis deſint bona interiora penſemus, quatenus ſeſe ſuper inopes cogitatio noſtra non eleuet, cùm ſolerter videt, quia nos tanto verius, quanto & interius indigentes ſumus. Et quia ſunt nonnulli qui pietatis ſuæ viſcera tendere vſque ad incognitos neſciunt, ſed ſolis quos per aſſiduitatem notitiæ didicerint miſerentur, apud quos nimirum plus familiaritas quàm natura valet, dum quibuſdam neceſſaria, non quia homines, ſed quia noti ſunt largiuntur, bene nũc per beatum Iob dicitur: Si deſpexi prætereuntem, eo quod non habuerit indumentum. Ignoto enim proximo miſertum ſe indicat, quem prætereuntem vocat, quia videlicet apud piã mentem plus natura valet, quàm notitia. Nam & vnuſquiſq; qui indiget, eoipſo quo homo eſt, ei iam incognitus non eſt. Sequitur:

Luc.16.

2.Corin.8.

Quòd ſancti in propriis cauſis ius habentes cum inferioribus F *perſonis, grauari ſe etiam iniuſtè aliquando patiuntur.*

Si leuaui ſuper pupillum manum meam, etiam cùm viderẽ me in porta ſuperiorem.) Mos apud veteres fuit, vt ad portam ſeniores ſederent, qui certantium iurgia iudiciaria examinatione diſcernerent, quatenus vrbem in qua concorditer oporteret viuere, diſcordes minimè intrarẽt. Vnde & per Prophetam dominus dicit: Conſtituite in porta iudicium. Hoc ita- *Am.5.* que loco quid portæ nomine exprimitur, niſi id quod agebat in porta? Sicut enim pugnare caſtra dicimus, pro eo quòd pugnatur ex caſtris, ita iudicium quod in porta agi conſueuerat, porta nominatur. In porta ergo ſe ſuperiorem vider, qui ſe melioris partis eſſe in iudicio æquitatis merito conſpicit. Beatus igitur Iob, quia nec tunc contra pupillum manum exercuit, cùm ſe etiam per iuſtitiæ meritum potentiorem vidit, nobis timoris regulam inſinuans, dicit: Si leuaui ſuper pupillum manum meam, cùm viderem me in porta ſuperiorem. Ac ſi patenter dicat: Neque tunc vtilitatis meæ negocia virtute contra pupillum exequi volui, quando me in iudicio etiam ex iuſtitia potiorem vidi.

Caput. XV.

SAncti etenim viri quando cum perſonis minoribus contentionum negocia ſubeunt, dum grauare, vel in minimis timent, ipſi contra iuſtitiam grauari nequaquam refugiunt. Sciunt quippe quia omnis humana iuſtitia iniuſtitia eſſe deprehenditur, ſi diuinitus diſtrictè iudicetur. Vnde hoc L quod ſibi competit, cauent vehemẽter exigere, ne eorũ actus ſupernam rectitudinem contingat ſubtiliter examinare. Sed vt inueniri iuſti in diuino examine valeant, plærunque apud humana iudicia grauari ſe iniuſtè patiũtur. Beatus autem Iob vitæ ſuæ celſitudinem narrans, & multa ſunt & mira quæ dixit: Sed quia plærunque humana mens renuit bona credere, quæ neſcit operari, maledicti ſibi ſententiam protinus ſubiicit, ſi qua horum quæ dixerat, opere non impleuit, dicens:

Quòd bonum concordiæ per patientiam conſeruetur, ſine qua ſocialis vita non perſeuerat, & quòd quando per diſcordiam homines diſſident, quaſi membra à corpore cadant.

Humerus meus à iũctura ſua cadat, & brachium meũ cum oſſibus ſuis conteratur.) Quia operatio corporea per humerum ac brachium agitur: bona quæ ore protulit, ſi opere non impleuit, cadere ſibi humerum, & contéri brachium exoptat. Ac ſi apertè dicat: Si ea quæ dixi, operari renui, ipſum quod mihi ad operandum datum eſt corporis membrum, perdam, vt videlicet cadat à corpore, quod exercere nolui ad vtilitatẽ. Si verò hæc maledicti ſententia ad ſpiritalem eſt intelligentiã referenda, liquet profectò quòd brachium corpori per humeM rum iungitur: Et ſicut per brachium bona operatio, ita per humerum ſocialis vitæ coniunctio deſignatur. Vnde Propheta quoque intuens ſanctos vniuerſalis Eccleſiæ populos deo cõcorditer ſeruituros, ait: Et ſeruient ei in humero vno. In eo ergo quod dicit: Si leuaui ſuper pupillum manum meam, cùm viderem me in porta ſuperiorem, miram virtutem patientiæ ſeruaſſe ſe aſſerit, qui grauari ſe à perſonis minimis, nec contra hoc quod ſibi iuſtè competere poterat, declinauit. Quia tamen ſi minimè fecerit, adiungit: Humerus meus à iũctura ſua cadat.) Quia nimirum qui patientiam ſeruare contemnit, ſocialem vitam citius per impatientiam deſerit. A iunctura etenim humerus cadit, cùm aduerſitatis aliquid ferre animus non valens, fraternam concordiam relinquit, & quaſi membrum ſeparatur à corpore, cum is qui operari bona poterat, à bonorum omnium abſcinditur vniuerſitate. Neque enim vnquam ſeruari concordia, niſi per ſolam patientiam valet. Cerebrò nanque in humana actione naſcitur, vnde mentes hominum viciſſim à ſua vnitate ac dilectione ſeparentur, & niſi ad aduerſa toleranda ſe animus præparet, proculdubio humerus corpori non inhæret. Hinc etenim Paulus ait: Inuicem onera *Gal.* veſtra portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Hinc per ſemetipſam veritas dicit: In patiẽtia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

Caput. XVI.

REctè autem humero cadente ſubiungitur: Et brachiũ meum cum oſſibus ſuis conteratur: quia nimirum cũcta noſtra operatio cùm quibuslibet videatur eſſe iuſta

A Dei virtutibus soluitur, nisi per charitatis vinculum patientia conseruetur. Sua enim bona perdit operari, qui aliena mala renuit perpeti. Feruore quippe iracundi spiritus læsus quisque à dilectione resilit, & cùm se exterius grauari non tolerat, intus se per amissum lumen charitatis obscurat, nec videt iam quo tendat pedem boni operis, qui oculum perdidit dilectionis. Sed sancti viri humerus à iunctura sua non cadit, quia videlicet eius dilectio à socialis vitæ concordia per impatientiam non recedit. Eiusque brachium minimè frangitur, quia omnis eius operatio in coniunctione humeri, id est, in charitatis connexione custoditur: Sed quia cõsideratione bona hæc tãta egerit, atque à malis omnibus sese abstinuerit, adiũgit dicens:

Quantum sancti, & vnde, præsentium tribulationum fluctus tantum metuant.

Semper enim quasi tumẽtes super me fluctus timui deum, & pondus eius ferre non potui.) A pauore tantę similitudinis pensemus, si possumus, quanta in sancto viro fuerit vis timoris. Fluctus etenim cùm tumentes desuper imminẽt, cumque eam quam deserunt mortem minantur, nulla tunc nauigantibus rerum cura temporalium, nulla carnis delectatio ad mentem reducitur: eaipsa quoque ex naui proiiciunt pro quibus longa nauigia sumpserunt, cunctæ res in despectum mẽtis veniunt, amore viuendi. Quasi ergo tumentes super se fluctus deum metuit: qui dum veram vitam desiderat, omnia despicit
B quæ hìc possidentes portat. Nam velut tempestate deprehensi pondus nauis abiicimus, quando ab oppressa mente desideria terrena remouemus. Fitque vt subleuata nauis enatet, quæ mergebatur onerata, quia nimirũ curæ quæ in hac vita deprimunt, mentem in profundum trahunt. Quæ videlicet mens tanto altius inter tentationum fluctus attollitur, quanto sollicitius ab huius seculi cogitatione vacuatur. Est verò & aliud, quod de maris concussione debeat solerter intueri. Tempestas quippe cum oritur, prius lenes vndæ, & postmodum volumina maiora concitantur, ad extremum fluctus se in alta erigunt, & nauigantes quosque ipsa sua altitudine subuertunt. Sic nimirum extrema illa properat, quæ vniuersum mundum subruat tempestas animarum. Nunc enim bellis, & cladibus quasi quibusdam vndis sua nobis exordia ostendit, & quanto ad finem quotidie propinquiores efficimur, tanto grauiora irruere tribulationum volumina videmus. Ad extremum verò commotis omnibus elementis, superueniens iudex finem omnium apportat, quia videlicet tunc tempestas fluctus in cœlũ
Aggei. 2. leuat. Vnde & dicitur: Adhuc modicum, & ego mouebo, non solum terram, sed etiam cœlum. Quam scilicet tempestatem quia sancti viri vigilanter aspiciunt, quasi tumentes super se quotidie fluctus expauescũt, atque ex his tribulationibus quæ mundum feriunt, præuident quę sequantur. Bene autem subditur:
C Et pondus eius ferre non potui, quoniam qui extremi iudicij aduentum intenta mente considerat, profectò videt, quia tantus pauor imminet, quantum non solum tũc videre, sed se etiam nunc præuidere pertimescat. Consideratione nanque tanti terroris metu animus palpitat, & intentionis suæ oculos declinans, intueri quod præuidet recusat. Bene ergo dicitur: Et pondus eius ferre non potui, quia cùm supernæ maiestatis vim ad iudicium venientis, terroremque tanti examinis considerando animus conatur exquirere, mox ad semetipsum refugiens, sese expauescit inuenire. Sed inter hæc pensandum est, quia beatus Iob ista de se loquatur laudatus & flagellatus. Si igitur saltem ad meritorum profectum ità percussus est qui sic timuit, quomodo feriendus est qui contemnit? Quomodo depressura sunt dei iudicia eos, qui se eleuant, si & illos ad tempus deprimunt, qui hæc semper in humilitate formidãt? Quomodo põdus dei poterit ferre qui despicit, si hoc & ille in verbere pertulit, qui per timorem præuidit? Vnde summopere formidandum nobis est illud tantæ districtionis examen. Constat autem quia in hac vita, cùm percutit, si percussionem correctio sequitur, disciplina patris est, non ira iudicis: amor corrigentis est, non districtio punientis. Ex ipso ergo præsenti verbere, iudicia æterna pensanda sunt. Hinc etenim perpendere summopere debemus, quomodo feratur illa quæ reprobat, si ferri modo vix valet eius ira, quæ purgat.

Libri vicesimiprimi Moralium sancti Gregorij finis.

LIBER VICESI- D
musecundus Moralium san-

ctí Gregorij continuans caput tricesimumprimum textus beati Iob. Caput primum.

QVod antè sæpe iam dictum est, hoc me crebrò repetere onerosum non est, quia & prædicator egregius dicit: Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. Beatus Iob idcirco gestas virtutes narrat, quia inter increpationis verba, & percussionis verbera deprehensus, à spei fiducia mentem suam labefactari considerat. Multa quippe & egisse se mala ab increpantibus amicis audierat, & ne verbis pariter, & flagellis pressa in desperationem mens corruat, hanc per suarum virtutum memoriam ad spem reformat, vt nequaquam se debeat in calamitate deiicere, quæ tranquillitatis suę tempore se meminerat tam sublimia egisse. Quia igitur intentionis eius causam diximus, restat vt auditas virtutes illius subtiliter perpendamus. Hoc autem primum sciendum est, quia quisquis virtute aliqua pollere creditur, tunc veraciter pollet, cùm vi- E
tiis ex aliqua parte non subiacet. Nam si ex alio vitiis subditur, nec hoc est solidum vbi stare putabatur. Vnaquæq; enim virtus tanto minor est, quãto desunt cæteræ. Nam sæpe quosdam pudicos quidem vidisse nos contigit, sed non humiles: quosdam verò quasi humiles, sed non misericordes: quosdam quasi misericordes, sed nequaquam iustos: quosdã verò quasi iustos, sed in se potius quàm in domino cõsidentes. Et certum est quia nec castitas in eius corde vera est, cui humilitas deest: quippe quia superbia se intrinsecus corrumpente fornicatur, si semetipsum diligens, à diuino recedit amore. Nec humilitas vera est, cui misericordia iuncta non est: nec debet humilitas dici, quæ ad compassionem fraternæ miseriæ nescit inclinari. Nec misericordia vera est, quæ à rectitudine iustitiæ existit aliena, quia quæ potest per iniustitiam pollui, nescit procul dubiò sibimetipsi misereri. Nec iustitia vera est quæ fiduciam suam non in cõditore omnium, sed in se fortasse, aut in rebus conditis ponit: quia dum à creatore spem subtrahit, ipse sibi principalis iustitiæ ordinem peruertit. Vna itaque virtus sine aliis, aut omnino nulla est, aut imperfecta. Vt enim, sicut quibusdam visum est, de primis quatuor virtutibus loquar, prudentia, temperantia, fortitudo, atque iustitia: tanto perfectæ sunt singulæ, quanto vicissim sibimet coniunctæ. Disiunctæ autem perfectæ esse nequaquam possunt, quia nec prudentia
vera est, quæ iusta, temperans, & fortis non est: nec perfecta F
temperantia, quæ fortis, iusta, & prudens non est: nec fortitudo integra, quæ prudens, temperans, & iusta non est: nec vera iustitia, quæ prudens, fortis, & temperans non est. Beatus itaq; Iob quòd non vnam sine alia, sed coniunctas in se virtutes habuerit, enumerando singulas innotescit, nam bona pudicitiæ insinuans dicit: Si deceptum est cor meum super muliere. Atque vt eidem pudicitiæ demonstraret humilitatis gratiã nullatenus defuisse, post cętera subiungit: Si contempsi iudicium subire cum seruo meo. Qui vt humilitati suæ ostenderet misericordiam fuisse coniunctã, paulopòst dicit: Si negaui quod volebant pauperibus. Atque vt misericordiam suam ostenderet de iustitiæ radice descendere, paulo superius præmisit, dicens: Si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus. Atque vt monstraret quàm fuerit ad cuncta pauidus, & ad omnia circunspectus, inferius asserit dicens: Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui dominũ. Qui scilicet in prosperis positus, atque abundantia rerum fultus, si spem aut in suis actibus, aut in circunfluentibus rebus poneret, profectò iustus non esset. Sed quando iste vir sanctus in se spem posuit qui apertè dicit: Ecce non est auxilium mihi in me?

Quòd non in defluentibus diuitiis, sed in deo qui stat in æternum, confidendum sit.

Caput. I I.

Quid

G QVid ergo nunc ſupereſt, niſi vt ipſas quoque diuitias qua mente poſsideret innoteſcat? Ait enim: Si putaui aurum robur meum, & obryſo dixi, fiducia mea.) Obryſum dicimus obrude aurum. Sanctus ergo vir nec aurum robur, nec ſibi eſſe obryſum, id eſt, rudis auri molem fiduciam credidit: quia ſpem atque delectationem* ſuam in ſolius gratia conditoris figēs, neque de quantitate auri, neque de ſpe*peccauit. De creatore quippe deſperaſſe fuerat, ſpem in creatura poſuiſſe. In rebus autem dubiis ſpem fixerat diues ille, qui dicebat: Anima, habes multa bona repoſita in annos plurimos, requeſce, comede, bibe, epulare. Sed hūc ſuperna vox increpat, dicens: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem paraſti, cuius erunt? Eadem enim nocte ſublatus eſt, qui in rerum ſibi abundantia multa tempora fuerat præſtolatus, vt ſcilicet qui in longum ſibi ſubſidia colligendo proſpiceret, ſubſequentem diem vel vnum minimè videret. Quaſi in aquis enim defluentibus fundamentum ponere, eſt in rebus labentibus ſpei fiduciam velle ſolidare. Stante enim in perpetuum deo, tranſeunt omnia. Quid ergo abſtante fugere eſt, niſi tranſeuntibus rebus inhærere? Quis nanque vnquam decurrentium fluminum tumidis vorticibus raptus, manere ipſe fixus potuit, deorſum vnda defluente? Quiſquis ergo defluere deuitat, ſupereſt vt quod defluit fugiat, ne per hoc quod amat, in hoc cogatur peruenire quod vitat. Qui H enim rebus labentibus inhęret, illo videlicet trahitur, quo tendit quod tenet. Prius itaque curandum eſt, ne quis temporalia diligat, ac deinde in eiſdem temporalibus quę nō ad delectationem ſibi, ſed ad vſum retinet, fiduciam ponat, quoniam cō iunctus decurrētibus, mox ſtatum ſuum animus perdit. Nam vitæ præſentis fluctus trahit quem leuat: & valde demens eſt qui in vnda voluitur, & plantam figere conatur. Sed ſunt plærique qui etſi in rebus tranſeuntibus fiduciam nequaquam ponunt, cùm tamen ſibimet ad vſus neceſſarios abunde aſſunt, mente tacita lætantur. Quia in re dubium non eſt, quia tanto quiſque minus dolet quod deſint ęterna, quāto magis gaudet quod aſsint temporalia, & qui minus dolet quòd deſint temporalia, certius expectat, vt aſsint æterna. Hoc itaque de terrenis rebus gaudiū beatus Iob non ſe habuiſſe teſtificans ſubjungit dicēs: Si lætatus ſum ſuper multis diuitiis meis, & quia plurima reperit manus mea.) Caput. I I I.

*al. dilectionem.
*al. ſpecie.
Luc. 12.

SAncti quippe viri in huius peregrinationis ærūna, quoniam eam quam appetunt adhuc creatoris ſui ſpeciē contemplari minimè ſinuntur, omnem preſentis vitæ copiā, inopiam deputant: quia videlicet nil extra deum ſufficit menti, quæ veraciter deum quærit, & plærunque eis ipſa ſua abundantia fit vehementer oneroſa: quia hocipſum grauiter tolerant, quòd feſtinantes ad patriam in itinere multa portāt. Vnde fit vt hæc cum indigentibus proximis deuotè partiantur, quatenus dum ſumit iſte quod non habet, deponat ille quod I amplius habebat, nec cōuiator vacuus ambulet, nec eum quē retardare in via poterat, nimium onus grauet. Electi ergo de multa abundantia minimè lętantur, quam videlicet pro amore cœleſtis patrimonij, aut largiendo diſpergunt, aut deſpiciendo deſerūt. Sequitur: Si vidi ſolem cùm fulgeret, & lunam incedentem clarè, & lætatum eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo, quæ eſt iniquitas maxima, & negatio contra deum altiſsimum.) Incertum non eſt ꝙ vtraque hæc luminaria humanis miniſteriis deputata, cœli militiæ vocantur. In quorum cultum multos nouimus, ſcriptura teſte, cecidiſſe, ſicut ſcriptum eſt: Adorauerūt vniuerſam militiam cœli. Et quia Sol & Luna aliter videntur ad vſum, aliter ad venerationem: eo more quo à cultoribus ſuis venerari ſolent, Solem & Lunam beatus Iob nequaquam vidiſſe ſe perhibet, nec lætatum fuiſſe cor ſuum, nec oſculatum manum ore ſuo. In qua videlicet oſculatione, quid aliud quàm gratia venerationis exprimitur? Quod ſi feciſſet vnquā, hoc iniquitatem maximam, & dei negationem vocat. Sed poſtquam tāta de ſe locis ſuperioribus virtutū culmina narrauit, quid nunc mirum memorat, ſi Solem ac Lunam non ſe adoraſſe manifeſtat? Vnde penſandum eſt ꝙ poſtquam in auro non habuiſſe fiduciam, nec in multis diuitiis lætatū ſe fuiſſe teſtatur, adhuc ad ſublimiora ducitur, vt tanto nos magis erudiat, quanto de ſe aliqua ſubtilius narrat. Ait enim: Si vidi Solem cùm fulgeret & Lunam incedentem clarè, & lætatum eſt in abſcondito K cor meum. Quid hoc in loco videre dicitur, niſi deſideranter intueri? Vnde Pſalmiſta ait: Iniquitatē ſi cōſpexi i corde meo, Pſalm non exaudiat deus. Quæ nimirū iniquitas in ore exprimi non poſſet, ſi non conſpiceretur in corde. Sed aliud eſt videre per iudicium, aliud per appetitum. Beatus ego Iob fulgētē Solem & clarè incedentem Lunam nequaq; vidiſſe ſe perhibet, vt ſe demonſtret præſentis lucis ſpeciem non appetiſſe. Ac ſi poſt deſpectum terrenę ſuę abundantię, patenter inſinuet: Quid dicam: quia nequaquā in auro lætatus ſum, qui in ipſa quoq; luce corporea delectatus non ſum? Sācti enim viri poſtq̄ omnia preſentis vitæ oblectamenta deſpiciūt, præ illius lucis internæ dulcedine, ab hac exteriori animum luce quaſi à tenebris auertunt, multumq̄ ſecum intrinſecus contendunt, ne huius lucis, quæ fulget extrinſecus, delectatione rapiantur. Lux quippe viſibilis ſi incautè diligitur, à luce inuiſibili cor cæcat: quia quanto extra ſe inhians animus funditur, tanto amplius in internis obtutibus reuerberatur. Vnde ſolerter quiq; ne corporeis ſenſibus nimis ad exteriora dilabantur, cōtinuo ſtudio intra mentem ſuam occulta cuſtodię diſciplina ſe colligunt, vt tanto magis inueniantur interius integri, quanto minus ſunt exterius fuſi. Hoc enim vigore diſciplinæ intra mentis ſuæ ſe arcana conſtrinxerat, qui exterioris vitæ appetitū fugiens, dicebat: Diem hominis nō concupiui, tu ſcis. Quod ergo apud Hier. Prophetā dicit: Diē hominis non concupiui, tu ſcis, hoc de ſemetipſo beatus Iob verbis aliis aſſerit, qui fulgētem Solem, & Lunā incedentem clarè non viderit, atq; ex his in cordis abdi L tis lætatus non ſit, quia nimirum gaudere non poterat de his, quæ per delectationis deſiderium non videbat. Caput. IIII.

SI verò cuncta hæc quæ iuxta hiſtoriam tractando diſcurrimus, per allegoriæ quoque myſteria perſcrutemur, quid hoc in loco aurum accipimus, niſi præclari intellectus ingenium, quid obryſum, niſi humanam mentem? Quæ Quid aurum dum igne amoris excoquitur, ſemper in ſe ſeruat claritatē pulchritudinis quotidiana innouatiōe feruoris. Neſcit enim mō per torporem veteraſcere, quæ ſtudet per deſiderium ſemper inchoare. Hinc nanq; per Paulum dicitur: Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. Hinc Pſalmiſta qui ad perfectionis iam culmen peruenerat, quaſi inchoans dicebat: Dixi, nūc cœpi: quia videlicet ſi laſſeſcere ab inchoatis bonis nolum*, valde neceſſe eſt, vt inchoare nos quotidie credamus. Nec abhorret à rationis ordine, ꝙ auro dicimus ingenium deſignari: quia ſicut in ornamēto aurum ſupponitur, vt gemmarum deſuper ordo diſponatur, ita clara ſanctorum ingenia diuinis muneribus hu militer ſubſternuntur, & diſtincta ſuper ſe gratiarū dona percipiunt. Et niſi quid ſimile aurum cum ſapientia haberet, quidam ſapiens minimè dixiſſet: Sapientia abſconſa & theſaurus Eccl. inuiſus, quę vtilitas in vtriſque. Sancti autem viri robur ſuum O. aurum non deputant: quia quantolibet ingenio fulgeāt, nihil ſe eſſe ex ſuis viribus penſant. Et cùm ſentire omnia valenter N poſſunt, prius intelligere ſemetipſos cupiunt, quatenus lumen ingenij more Solis prius illuſtret locum in quo oritur, & poſtmodum cætera ad quæ procedendo dilatetur, ne ſi intendendo cognoſcendis aliis ſemetipſos neſciant, ibi Solis radius vbi oritur obtenebreſcat. Ingenij itaque virtutem ad cognoſcendam propriam infirmitatem dirigunt, atq; ex infirmitatis ſuæ melius cognitione conualeſcunt. Aurum ergo robur non creditur, ſi in accepto ingenio fiducia non habetur. Quod bene Prouerb. Salomon admonens ait: Habe fiduciam in domino in toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. Dicat ergo: Si putaui aurum robur meum, & obryſo dixi, fiducia mea. Ac ſi apertè fateatur, dicens: Nec quæ veraciter intellexi, meo ingenio tribui: nec menti propriæ, ſi qua egiſſe me bona contigit, hæc principaliter deputaui. Qui adhuc ſubtilius humilitatem nobis ſui cordis inſinuans, adiungit dicens: Si lætatus ſum ſuper multis diuitiis meis, & quia plurima reperit manus mea.) Quid multas diuitias appellatas per ſignificationem credimus, niſi abundantia acumina conſiliorum? Quæ quærentis manus inuenit, cùm hæc cogitatio tractantis gignit. Has etenim Sa- Prou. lomon ſapientiæ diuitias contemplatus ait: Corona ſapientium diuitiæ eorum. Qui quia diuitias non metalla terrena ſed prudentiam nominat, ilicò per contrarietatem ſubdit: Fatuitas ſtultorum imprudentia. Si enim coronam ſapientium

A tiuna beatas diuitias diceret, proculdubio fatuitatem stultorum, paupertatem potius quàm imprudentiam fateretur. Sed dum fatuitatem stultorum imprudentiam subdidit, sapientum diuitias quia prudentiam dixerit indicauit. Has in se Paulus scientiæ diuitias contemplatus, & contemplationem suam considerationè humanæ fragilitatis humilians, ait: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Multas itaque apud nos diuitias reperimus, cùm dona abundantis intelligentiæ, sacra eloquia intelligendo percipimus, atque in his plura, nec tamē sibimet diuersa sentimus. Non est autem secura lætitia, in diuinis paginis vel fortia vel multa cognoscere; sed cognita custodire. Nam qui bene intelligit, quid intelligendo operari debeat agnoscit. Quanto enim intellectu latius extenditur, tanto ad explenda opera enixius ligatur. Vnde in Euangelio veritas dicit: Cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus repetent ab eo.

2. Cor. 4.

Non est secura lætitia multa cognoscere, sed cognita custodire.

Luc. 12.

Quid sit quòd filiis prophetarum ligna cædentibus, ferrum de manubrio lapsum disparuit, quod Helisæo lignum aquis immergente, reuersum est.

Caput. V.

DEputemus igitur intelligentiā datam quasi pecuniam mutuam, quia quo plus nobis creditur ex benignitate, eo debitores amplius tenemur in opere: & plerunque eadem intelligentiæ accepta pecunia, cùm ad vsuras auditoribus datur, amittitur, nisi cautè tribuatur. Neque enim negligenter intuendum est, in regum volumine, quòd prophetarum filij cum Iordane ligna cæderent, vni eorum securis ex manubrio in profundum lapsa disparuit. Ferrum quippe in manubrio, est donū intellectus in corde. Ligna vero per hoc cædere, est prauè agentes increpare. Quod nōnunquam dum fluxè agitur, dum lapsus vanę gloriæ in accepta eadem sapientia nō vitatur, ferrum in aqua perditur, quia ex dissoluto opere intelligentia fatuatur. Quam profectò intelligentiā ad hoc nouimus dari, vt ante dantis oculos ex bona debeat actione restitui. Vnde rectè is qui ferrum amiserat, clamabat: Heu heu heu domine mi, & hocipsum mutuo acceperam. Habēt enim hoc electi proprium, vt si quādo eis in sua scientia furtiua vanæ gloriæ culpa surrepit, ad cor velociter redeant, & quicquid in se ante districti iudicis oculos damnabile inueniūt, lachrymis insequātur. Qui flentes non solum cautè inspiciunt mala quæ commiserunt, sed ex accepto munere quæ reddere etiam bona debuerunt: quia nimirum tanto se amplius peccatores sentiunt, quanto ex neglectis bonis quæ agere poterant, debitores tenentur. Rectè ergo qui ferrū perdidit, clamabat: Heu heu heu, & hocipsum mutuo acceperam. Ac si dicat: Illud per dissolutionē negligētiæ perdidi, quod vt per bona opera redderē, ex gratia conditoris, * accepi. Sed núquam deus mentem deserit, quæ in peccatis se veraciter agnoscit. Vnde & mox Helisæus veniens, lignum deorsum mittit, & ferrum in superficiem attollit, quia videlicet redemptor noster pie nos respiciens, cor peccatoris humiliat, & ei quam amiserat intelligentiam reformat, lignum mergit: & ferrum releuat: quia cor affligit, & scientiam reparat. Vnde bene alia translatione dicitur, quòd confregit lignum atque iactauit, & sic ferrum sustulit. Lignum nanque confringere, est cor ab elatione cōterere. Lignum ad ima iactare, est elatū cor in cognitione, vt diximus, proprie infirmitatis humiliare. Atque ilico ferrum ad superficiem redit, quia ad vsum exercitationis pristinæ intelligentia recurrit. Igitur quoniam donum intellectus quod accipitur, vix cum tot difficultatibus custoditur: curandum quippe est, ne otio torpeat, curandum ne in exercitatione operis, vitio elationis euanescat, sancti viri minimè exultant, cum cognoscunt quæ faciant, sed cùm faciunt quæ cognouerant, & si intelligendo congaudent muneri largitoris, mœrentes tamen considerant debitum operis, vt videlicet actione persoluant, quod eis prærogarum est in cognitione. Stultus nāque est debitor, qui gaudens pecunias mutuas accipit, & tempus quo reddere debeat non attendit. Moderatur autem lætitia accipiendi, quando solerti prouidētia etiam constitutum tempus reddendi cogitatur. Quia igitur viri iusti in his quæ vigilāter intelligunt, secura lætitia non extolluntur, dicatur rectè: Si lætatus sum super multis diuitiis meis, & quia plurima reperit manus mea. Ac si apertè diceretur: Nequaquam me in eo locupletem ex iustitia credidi, quo recta quæ agere debui etiam multa cognoui, nec intelligentia cor extulit, quia illud consideratio debitæ operationis pressit.

Luc. 6.

Creditor.

Sancti viri cognoscunt cū faciūt quæ cognouerāt.

Caput. VI.

SCiendum verò est quòd plærūque contingit vt cùm intelligentiæ altitudo percipitur, circa semetipsum animus valde sollicitus ab elationis lapsu teneatur. Sed cum mira quæ intelligit, etiam operari cœperit, eoipso nonnunquam quo foras ostenditur, labitur, atque in suis actibus se cæteros præire gloriatur. Beatum igitur Iob sicut intelligentiæ aurum non extulit, nec lumen quoque ante humanos oculos mirę operationis eleuauit. Vnde & aptè subiungit:

Quod sancti nec de bono opere suo, nec de fama, nec coram hominibus, nec in conscientia gloriantur.

Si vidi solem cùm fulgeret.) Sol quippe in fulgore, est bonum opus in manifestatione. Scriptum nāque est: Luceat lux vestra coram hominibus, vt videāt opera vestra bona: & glorificent patrem vestrū qui in cœlis est. Et rursùm: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes. Quod enim hoc in loco fulgente Sole, id in Euāgelio lucernis ardentibus designatur. Bonum quippe opus cum in medio perfidorum lucet, lucerna ardet in nocte: cùm verò in Ecclesia resplendet, sol fulget in die. Bonum opus si adhuc tale est quod soli mali mirentur, lucerna videlicet in nocte est, si autem ita proficit vt mirari à bonis ac perfectioribus possit, nimirum sol est in die. Bonum opus cùm per actiuam vitam in corporibus lucet, quasi lucernæ more, lumen ex testa replendet. Cùm vero per solam virtutem mentis in contemplatione attollitur, quasi more Solis de cœlo veniens lux videtur. Quia igitur multa beatus Iob hospitalitatis ac misericordiæ de se bona narrauerat, quæ profectò tanto adhuc minima, quanto & corporaliter nouerat gesta ad virtutum spiritalium culmen mentis oculum reuocans, perfectionis suæ meminit: & lucem exemplorum quam de se aliis tribuit, Solem vocauit.

Sol in fulgore, bonū opus in manifestatiōe, Mat. 5. Lucæ. 12.

Quòd electi in malis præteritis sæpius oculos mentis figunt, quàm in bonis quæ agunt: & soli bona sua non vident, quæ aliis ad exemplum videnda præbent.

Sunt verò nonnulli, qui cùm bona aliqua faciūt, iniquitatū suarum protinus obliuiscuntur, & cordis oculum in cōsideratione bonorum operum quæ exhibēt figunt, atque eo se iam sanctos existimār, quo inter bona quæ agunt, malorum suorū, in quibus & fortasse adhuc implicati sunt, memoriā declināt. Qui scilicet si districtionem iudicis vigilanter attenderēt, plus de malis suis metuerent, quàm de imperfectis bonis exultarēt: plus inspicerent quòd de his quæ adhuc eis agenda sunt debitores tenentur, quàm quòd operantes quædā, iam debiti partem soluūt. Neque enim absolutus est debitor qui multa reddit, sed qui omnia: nec ad brauium victoriæ peruenit, qui in magna parte spectaculi velociter currit, si iuxta metas veniēs, in hoc quod est reliquum deficit. Nec ad quælibet destinata loca pergentibus inchoando prodesset longum iter carpere, si non etiam totum valerent consummare. Qui ergo æternam vitam quærimus, quid aliud quàm quædam itinera agimus, per quæ ad patriam festinamus: Sed quid prodest quòd carpimus multa, si ea quæ ad perueniendum restant, negligimus reliqua? More itaque viatorum, nequaquam debemus aspicere quantū iam iter egimus, sed quantū supereſt vt peragamus: vt paulisper siat præteritū, quod indefinēter & timidè adhuc attenditur futurū. Amplius igitur debemus inspicere quæ bona necdū fecimus, quàm ea quæ iā nos fecisse gaudemus. Sed habet hoc humana infirmitas proprium: vt plus ei intueri libeat quod sibi in se placet, quā quod sibi in se displicet. Aeger quippe oculus cordis, dum laborare in consideratione sua metuit, quasi quoddam stratum delectationis in animo vbi molliter iaceat, requirit: atque ideirco quæ commoda de peractis bonis sit assecutus, intelligit: sed quæ damna de neglectis patitur, nescit. Plærunque enim hoc vitio tentantur etiam electi. Plærunque eorum cordi suggeritur: vt bona quæq; quæ fecerunt, ad animum reuocent, & securitatis iam lætitia exultent. Sed si verè electi sunt, ab eo in quo sibi placent, mentis oculos diuertunt, omnem in se de peractis bonis lętitiam deprimunt:

Plus libet homini intueri quod sibi ī se placet, quàm quod sibi in se displicet.

G & de his quæ se minus egisse intelligunt, tristitiam requirunt, indignos se æstimant, & penè soli, bona sua non vident, quæ in se videnda omnibus ad exemplum præbẽt. Hinc est quòd Paulus dum expleta in se bona postponeret, & sola adhuc reliqua quæ essent explenda cogitaret, dixit: Ego me non arbitror apprehendisse. Hinc est quòd vt posset se de bonis quæ agebat humiliare, studebat ad animum præterita mala reducere, dicens: Qui prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus.

Philip. 3.

Caput. VII.

QVi & si aliquando dixit: Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: intuẽdum summopere est, quia eo illud tempore intulit, quo iam ex corpore discessurum se esse cognouit. Ibi quippe præmisit, dicens: Ego enim iam delibor, & tẽpus meæ resolutionis instat. Tunc ergo ad memoriã perfectionem reduxit operis cùm iam præuidit ad largitatis spatium minimè subesse tempus operationis. Sicut enim dũ viuimus, debemus, bona nostra à memoria repellere ne extollant: ita appropinquante exitu, plerunque ea ad memoriam iustè reuocamus, vt videlicet fiduciam præbeant, & desperatum timorem premãt. Qui & si Corinthiis bona sua enumerando narrauit, illos confirmare studuit, non se ostẽdere. Nam quia eadem bona nõ in se attenderet, patefacta tribulatione propriæ tentationis edocuit, qua expressè subiunxit: Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis. Vt ergo discipulos instrueret, de se summa referebat. Vt verò se in humilitate custodiret, considerationis oculũ, non in virtutibus suis, sed in infirmitatibus fixerat. Ha-
H bent itaque proprium sancti viri: vt bona quidem quæ agũt, videant: & tamen cùm peregerint, ab eorum memoria oculos auertant. Vnde rectè per beatum Iob dicitur: Si vidi Solem cùm fulgeret. Acsi apertè diceret: Opus meum etiã cùm aliis exemplorum lucem tribueret, ad præsumptionis gratiam nõ attendi: quia dum de eo extolli timui, ab intuendo eo oculos auerti. Sequitur: Et lunam incedentem clarè.) Post præmissum Solem, aptè quoque incedentẽ clarè lunam subdidit: quia videlicet post opus bonum fama laudabilis sequitur, per quam celebre nomen in hac præsentis vitæ nocte possidetur. Si enim verum est, quod quidam putant, illustrationem lunã per occultum circulum à radio Solis accipere, vt possit lucem nocturnis cursibus exhibere, ab huius significationis ordine hæc quoq; suspitio non abhorret. Fama quippe à bono opere vires accipit, & fauoris* gratiam quasi claritatẽ luminis aspergit. Est & aliud in luna, quod per similitudinem bonam spargenti famæ conueniat. Lux nanque eius etiam in tenebrarum genti famæ conueniat. Lux nanque eius etiam in tenebrarum tempore iter ambulantibus ostendit: quia & dũ de aliena vita lux laudis emicat, alios ad exercenda bona opera illustrat. Cumque illius opinio clara cognoscitur, huic quasi pergẽti in itinere exempli lumen præbetur. Sed nõnunquam opus quod ab aliena opinione sumitur, minus mũdo desiderio in animo formatur. Nam infirmę mentes cùm bona de aliis audiunt, aliquãdo se ad operationem rectam non amore virtutis, sed de-
I lectatione laudis accendunt. Et profecto liquet: quia sicut naturæ Solis est vt quæque attigerit, accendat & siccet: ita lunaris ignis est proprium, vt quicquid contigerit, exurat quidem, sed exurendo humidum reddat. Ad vitam igitur bonam alios pro amore dei affectus recti operis, alios verò amor laudis inflammat. Sed cùm recti operis affectu accendimur, quasi per ignem Solis à vitiorum humore siccamur. Eum verò quẽ ad opus bonum laudis amor prouocat, concupita fama quasi luna attingit, quia videlicet eius animum & accendit & resoluit. Accendit, scilicet ad exercitium operis, resoluit verò ad cõcupiscentiam fauoris. Plærunque tamen ad exercẽda bona opera, aliena nos vtiliter exempla persuadent. Et cùm mente humili opinionis alienæ bona suscipimus, nostra vel ad melius bona producimus, vel ad bonũ mala permutamus. Cumque nos de vita proximi famæ splendor irradiat, mens nostra, vt prædiximus, quæ ad obtinendum virtutis iter se dirigit, quasi in lunę lumine gressus ponit. Sed sicut ex aliena opinione proficimus, sic plærunque si famæ nostræ laudibus inhiamus, à virtute vacuamur: quia cùm delectatur animus in hoc quod de se extrinsecus haberi considerat, illud obliuiscitur ad quod introrsùs anhelabat.

** al. splendoris.*

Caput. VIII.

QVia igitur sanctum virum intelligentia scientiæ non K corrumpit, de multis diuitiis gaudere despexit. Quia vero eum magnitudo operis nõ inflauit, Solem fulgentem non vidit. Quia autẽ illũ nec fama laudis extulit, clarè incedentem lunã minimè attẽdit. Sunt enim nonnulli qui eo in elationẽ corruunt, quo per subtilẽ intelligentiã, vel quæ nõ faciunt bona, cognoscunt. Hi nimirũ super multis diuitiis lætantur, cùm quælibet summa intelligẽdo reperiunt, atque in elatione ipsis inuentionibus corrumpuntur. Sunt verò nonnulli quos intelligentia quidem non eleuat, sed exhibita operatio exaltat. Qui dũ actiones suas respiciunt, apud mentẽ suam sibi cæteros dedignando postponunt. Hi videlicet etsi in multis diuitiis non gaudent, Solem tamen fulgẽtem vident: quia de sola boni operis magnitudine quasi alios despiciendo tument. Et sunt nõnulli quos nec operatio propria extollit: sed cùm laudari ab hominibus pro hac eadẽ bona operatione cœperint, ipsis hominũ fauoribus deuicti, quasi magnos se quosdam in sua cogitatione conspiciunt, atque à cordis custodia dissoluuntur. Hi profectò etsi fulgentẽ Solem videre noluerunt, lunã tamen clarè incedentẽ respiciunt: quia inter huius vitæ tenebras dum in opinionis suæ claritate animum defigunt, humilitatis gratiam quasi ex nocturno lumine amittunt: & intuentes lunam, se nõ vident, qui semetipsos nescire incipiunt, dũ mentis oculos in transitoriũ fauorẽ figunt. Sic autẽ profectus est hominũ, sicut incremẽta esse cõspicimus arbustorũ. Vis quippe futurę arboris, prius in semine est: postmodum in ortu, atq; ad extremũ producitur in ramis. Sic ni-
L mirum sic vniuscuiusque virtus succrescit operãtis: Seminatur nanq; in intelligentia, oritur in operatione, atque ad vltimum conualescit vsque ad profectus magni latitudinem. Sed cùm quemlibet sua intelligẽtia extollit: arbor quæ oriri poterat, in semine putrescit. Cùm verò post operationem bonam elationis peste corrumpitur, quasi iam orta siccatur. Cùm autẽ neq; intelligentia neq; operatio corrumpit, sed excrescente magnitudine, dum fauor laudãtium sequitur, atque ab statu suo bene operantis animum euertit: linguarũ ventos arbor pertulit, & omne quod in ea robustum creuerat, tempestas famę radicitus euullit. Quo enim arbor altius ad superiora surrexerit, eo ventorum vim vehementius sentit, quia quo plus quisque in bonis operibus attollitur, eo ampliori ab ore laudantiũ flatu fatigatur. Si itaque adhuc arbor in semine est, metuendum est, ne ipsa scientiæ cognitione putrefiat. Si iam ad virgultum prodiit, curandum est, ne hanc manus elationis tangat, atque à viriditate suæ actionis arefaciat. Si autem valenti robore iam ad alta se subleuat, valde formidandum est, ne hanc admotæ laudis ventus grauior radicitus euellat.

Caput. IX.

SEd inter hæc sciendum est, quia ne immoderatis laudibus erigamur: plærunque miro rectoris nostri moderamine, etiam detractionibus lacerari permittimur: vt cùm nos vox laudantis eleuat, lingua detrahentis humiliet: y quia & arbor sæpe quæ vnius venti impulsu ita impellitur, vt penè iam erui posse videatur, alterius è diuerso venientis flatu erigitur: & quæ hac ex parte inflexionem pertulit, ab alia ad statum redit. Vnde & illa arbor altè radicata, quasi inter aduersantes ventos fixa steterat, quæ dicebat: Per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam. Sæpe enim laus bene agentis auribus insolenter admota, dum foris sermonibus perstrepit, intus quandam menti tacitam elationis tempestatem gignit: sitque vt hoc quod animus de humanis fauoribus gaudet: non facilè exterius ostendat, sed tamen corruptionis vim non tenuiter interius sentiat. Et sunt nonnulli quos ita laus inflat, vt vsque ad verba elationis pertrahat. Quidam verò, vt prędiximus, hocipsum patefacere, quòd eleuantur, erubescunt, atque auditis suis præconiis extolluntur: sed tamen vsque ad elationis verba non exeunt, & gaudere se in talibus non ostendunt. Vnde beatus Iob, quia nouerat arrogantem se non solum nullo modo in verbis, sed etiam in cogitatione quoque tacita minimè fuisse, postquam dixit: Si vidi Solem cùm fulgeret, & Lunam incedentem clarè, illicò subdidit: Et lætatum est in abscondito cor meum. Qua videlicet attestatione quid nobis innuitur, nisi quòd nobis magno metu, & circunspectione opus est, ne mens nostra vnquam de suis laudibus vel tacita lætetur? Quisquis enim quasi clarita-

** al. clara.*

A claritatem Lunæ, famæ suæ magnitudinẽ conspicit, sibi in occulto mentis gaudium facit: cui iste nisi auctori se prætulit, cuius dono vt bene operaretur, præcipit, & tamen in eius munere de gratia suæ laudis hilarescit? Despecto enim honore conditoris, semetipsum plus amare conuincitur, cuius præconiis lætatur. Quanuis nonnunquã etiã sancti viri de bona sua opinione gaudeant: sed cùm per hãc ad meliora proficere audientes pẽsant, nec iam de opinione sua, sed de proximorum gaudent vtilitate: quia aliud est fauores quærere, & aliud de profectibus exultare. Qua in re necesse est: vt cùm audiẽtium vtilitati non proficit, mentem nostrã fama laudabilis nõ eleuet, sed fatiget. Cùm enim humanæ linguę attestatione laudamur, occulta pulsatione requirimur, quid de nobisipsis sentiamus, vt in hoc humiles permaneamus. Superba etenim mens etiam cùm de se falsa bona dicũtur, exultat: quia nõ apud deũ qualiter viuat, sed apud homines qualiter innotescat, excogitat. Iudiciũ enim de se omnipotẽtis dei despiciẽs, & solũmodo hominũ quærẽs, inter auditas laudes extollitur: & quæ hoc solũ quæsierat, quasi de brauio operis lætatur. At contrà, si cor veraciter humile est, bona quæ de se audit, aut minimè recognoscit: & quia falsa dicuntur, metuit: aut certè si adesse ea sibi veraciter scit, eo ipso formidat, ne ab æterna dei retributione sint perdita, quo hæc considerat hominibus diuulgata: pauétque vehementer, ne spes futuri muneris in mercedem permutetur transitorij fauoris. Qua ex re agitur, vt electorũ animus magno laudum suarum igne crucietur, atque ab omni torporis sui rubigine mœrore cogitationis excoquatur. Cauta enim cõsideratione trepidat, ne aut de his in quibus laudatur, & nõ sunt, maius dei iudicium inueniat: aut de his in quibus laudatur & sunt, competens præmium perdat. Vnde plærunque fit, vt sicut iniustus ex laude sua polluitur, ita vir iustus audita sua laude purgetur. Nam dum bona quæ egit, ab hominibus proferri cognoscit: subtile contra se, vt dictum est, extremi iudicij examen metuit, ac trepidus ad conscientiam recurrit: & quicquid illic ineſt reprehensibile, corrigit. Dum enim bona sua innotuisse formidat, subtilitatem secuturi examinis pertimescens, si qua in se mala occulta sunt, amputat. Pauet nanque si saltem talis deo non ostenditur, qualis ab hominibus putatur: & neque contẽtus est, vt in quo potuit innotescere, in hoc debeat remanere. Iam enim de bonis suis, quasi retributionẽ sibi factam æstimat, nisi eis & alia quæ ab hominibus nescIuntur, adiungat. Vnde bene per Salomonem dicitur: Sicut probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum, ita probatur homo ore laudantis. Argentum quippe vel aurũ si reprobum est, igne cõsumitur: si probum vero, igne declaratur. Sic nimirum est, & sensus operantis. Nam qualis sit in eo quòd laudatur, ostẽditur. Si enim se auditis suis laudibus extollit, quid iste aliud quàm aurum, vel argẽtum reprobum fuit, quem videlicet fornax linguæ consumpsit? Si autẽ fauores suos audiens, ad C superni iudicij cõsiderationem redit, ac ne de his apud occultum arbitrum grauetur, metuit: quasi ex purgationis igne ad magnitudinem claritatis excrescit: & vnde incẽdium trepidationis sustinet, inde clarius fulget. Beatus igitur Iob, quia nequaquam de operatione se prætulit, fidenter dicit: Si vidi solẽ cùm fulgeret. Quia vero hunc à iudicij interioris intuitu fama laudabilis non diuertit, adiungit: Et Lunam incedẽtem clarè. Quia autem opinionis suæ gratia animum deuinci, nec tacita cogitatione permisit, protinus subdidit: Et si lætatum est in abscondito cor meum. Caput. X.

ET quia plærunque inconsiderata mens, dum trãsitorio fauori non renititur, ad hoc vsque pertrahitur, vt laudet ipsa quod facit, conditioni quæ præmissa est, qua dicitur: Si lætatum est in abscondito cor meum, congruè subinfertur: Et osculatus sum manum meã ore meo. Per manũ quippe operatio, per os autem locutio designatur: Sicut per Salomonem dicitur: Abscondit piger manum suam sub axilla sua, & laborat si ad os suum porrigat eam. Pigro labor est manũ suam ad os porrigere: quia desidiosus quisque prædicator nec hoc vult operari quod dicit: Manum quippe ad os porrigere, est voci suæ opere concordare. Manum ergo suã osculatur ore suo, qui laudat quod facit, & testimonio propriæ locutionis sibi virtutem tribuit operis. Qua in re quis despicitur nisi is qui ipsa operandi munera largitur? Vnde bene per egregium prædicatorẽ dicitur. Quid autem habes quod nõ accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Sancti autem viri sciunt post primi parẽtis lapsum, de corruptibili stirpe se editos, & nõ virtute propria, sed præueniẽte superna gratia ad meliora se vota vel opera commutatos: & quicquid sibi mali ineſſe cognoscunt, de mortali propagine sentiunt meritum: quicquid verò in se boni inspiciũt, immortalis gratię cognoscunt donũ: eiq́ue de accepto munere debitores fiunt, qui & præueniendo dedit eis bonum velle quod noluerãt, & subsequendo cõcesit bonum posse quod volunt. Vnde bene per Ioannem dicitur: Adorauerũt viuentem in secula seculorum, mittentes coronas suas ante thronũ domini. Coronas nanque suas ante thronum domini mittere, est certaminum suorũ victorias non sibi tribuere: sed auctori, vt ad illum referant gloriam laudis, à quo se sciunt vires accepisse certaminis. Beatus ergo Iob, quia sic bona quæ operatus est, narrat: vt tamen hęc suæ operationi nõ tribuat, sed ad auctoris laudẽ recurrat, manum suam ore suo osculatum fuisse se denegat. Ac si patenter dicat: Ego mea opera tanquam mea non profero: quia auctoris sui gratiam negare conuincitur, quisquis sibi tribuit quod operatur. Vnde & protinus subdit: Quæ est iniquitas maxima, & negatio contra deum altissimũ. Liquet etenim, quia illũ negat, cuius despecta gratia, sibi virés boni operis arrogat. Quod rectè quoque & iniquitas maxima vocatur: quoniam omne peccatũ quod ex infirmitate est, spem nequaquã perdit, quia à superno iudice veniã requirit. Præsumptio autẽ virtutis D prępriæ, tanto grauius in desperatione est, quanto longius ab humilitate. Cumq́ue vires sibi tribuit operis, ad adiutoriũ nõ recurrit auctoris: fitq́ue vt eo grauius peccator pereat, quo & ipsum hoc quia est peccator ignorat. Sequitur

Quòd summa sit perfectio charitatis, diligere inimicos, & de eorum profectu gaudere, & de ruina dolere.

Si gauisus sum ad ruinã eius qui me oderat, & exultaui quòd inuenisset eum malum. Omnipotẽtis dei nos esse discipulos, sola custodia charitatis probat. Hinc est enim quod per semetipsam veritas dicit: In hoc cognoscẽt omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Quæ nimirũ dilectio si cor nostrũ veraciter replet, duobus modis ostendi solet: scilicet si & amicos in deo, & inimicos diligimus propter deum. Sed sciendum est: quia inimici dilectio tunc veraciter custoditur: cùm nec de profectu addicimur, nec de ruina illius lætamur. Nã sæpe in dilectionis imagine erga inimicum animus fallitur, seq́ue hunc diligere æstimat, si eius vitæ cõtrarius non existat. Sed dilectionis vim, occultè & veraciter, aut profectus inimici, aut casus interrogat. Hac etenim de re ad plenũ semetipsam mens hominis nescit, nisi eum quem sibi aduersarium credit, in defectu vel profectu mutasse modum sui status inuenerit. Si enim de prosperitate addicitur, & de calamitate se odientis lætatur: constat, quia non amat quem nõ vult F esse meliorem: eumq́ue etiam statẽ voto persequitur, quem cecidisse gratulatur. Caput. XI.

SEd inter hæc sciendum est: quia euenire plærunque solet, vt non amissa charitate, & inimici nos ruina lætificet: & rursum eius gloria sine inuidiæ culpa contristet: cùm & ruente eo quosdam bene erigi credimus: & proficiente illo, pleroſque iniustè opprimi formidamus. Qua in re mẽtem nostram, nec eius iam defectus erigit, nec eius profectus addicit, si recta nostra cogitatio, non quid in ipso, sed quid de ipso circa alios agatur, attendit. Sed ad hæc seruanda valde est necessarium subtilissimæ discretionis examen: ne cùm nostra odia exequimur, fallamur sub specie vtilitatis alienæ. Si enim de inimici morte gaudẽdum omnino non esset, Psalmista non diceret: Lætabitur iustus cùm viderit vindictam impiorum. Sed aliud est impium, aliud verò inimicum perpeti. Nam sunt plæriq; inimici qui non sunt impij: & sunt nonnulli impij qui nobis specialiter non videntur inimici. Humana autem mens omnem inimicum quem tolerat, etiã impium & iniquum putat, quia eius culpas apud cogitationẽ suam liuor accusator exaggerat. Quibuslibet verò flagitiis prematur: minus iniquus creditur, si aduersarius minimè sentitur. Qua in re discernẽdum est, aliud esse quod nobis, aliud verò quod sibi & cæteris noster inimicus nocet. Nã si aliis bonus est, sine

Lætificat nos quandoque ruina inimicorum.

G nostra forsitan culpa esse nō potest nobis malus: nec omnino iam de eius ruina gaudendum est, cuius nos solos certum est aduersa tolerasse. Cùm vero noster ac multorū hostis perimitur, de ereptione proximorū potius quàm de inimici interitu necesse est, vt animus lætetur. Oportet nanque vt pereunte aduersario subtiliter pensare debeamus, & quid debemus ruinæ peccatoris, & quid iustitiæ ferientis. Nam cùm peruersum quenque omnipotens percutit: & condolendum est miseriæ pereuntis, & cōgaudēdum iustitiæ iudicis, vt nobis & in luctu sit pœna moriētis proximi: & rursus, in gaudium veniat exhibita æquitas iudicantis dei: quatenus nec perēuti homini existamus aduersarij, nec iudicanti deo inueniamur ingrati. Beatus igitur Iob, quia cuncta in aduersitate odia perfectè calcauit, dicat: Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat, & exultaui quòd inuenisset eum malū: qui videlicet & inimicū diligens, dū aduersario ruenti cōdoluit, in malis illius ipse ad bonum creuit, vt inde iste ad benignitatē cresceret, vnde illū mala quæ merebatur, inuenissent. Quia verò sæpe nonnulli eos quos sibi aduersarios æstimāt, maledictione feriunt: quoniam virtute nequaquā possunt: in quibus patēter apparet, quę mala si possent facerēt, qui ea quę facere nequeunt, imprecari minimè desistunt: beatus Iob ostendēs se à culpa etiā maledictionis alienum, secutus adiunxit: H Non enim dedi ad peccādum guttur meum, vt expeterem maledicens animā eius.) Peccaret quippe, si hoc optaret à deo fieri, quod ipse facere vel omnino non posset: vel si posset, minimè deceret. Nam qui maledictionibus inimicum impetunt, quid aliud in illo facere deum volunt, nisi quod ipsi facere aut nequeunt, aut erubescunt? Mortē nanque aduersario exoptant: quam & si possunt, inferre metuunt: ne aut perpetrati homicidij rei teneantur, aut iniqui appareant etiā cùm sint. Quid est ergo deo dicere: Occide quem odi, nisi apertis ei vocibus clamare: Hoc fac meo aduersario quod me in illum facere nec peccatorē decet? In quibus profectò verbis pensāndum nobis est, vbi iste vir legerat: Diligite inimicos vestros. Et vbi legerat: Benedicite, & nolite maledicere. Et rursum: Nō reddentes malū pro malo, nec maledictum pro maledicto. Sed exterius non audita supernę gratiæ præcepta seruabat, quia hęc in mēte illius sancti spiritus afflatus scribebat. Cui tamē minus esset, quòd positos extrà diligeret, nisi & interius viuētes, secumque quotidie cōuersantes etiam familiares aduersarios toleraret. Vnde subiungit:

Lucæ.6. *1.Petri.3.*

Quòd sancti viri multos ex domesticis suis, exoptatores mortis suæ æquanimiter tolerant.

Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius & saturemur?) Quę nimirum sententia potest quoque per mysterium ex voce redēptoris intelligi. Viri quippe eius tabernaculi de carnibus illius saturari cupierunt: vel Iudæi scilicet persequētes, vel gentiles credentes: quia & illi molliti sunt I corpus illius, quasi consumendo extinguere: & isti esurientem mentem suam desiderant quotidianæ immolationis sacrificio de eius carnibus satiare.

Caput. XII.

SEd nunc solius historiæ virtutem sequentes: pensemus quanta fortitudine sancti viri animus extra, intraq; sollicitus ad omnia paratur. Qui si iniustè agentibus, aut vnquam per silentiū cederet, aut per rectitudinem nō cōtrairet, profectò aduersarios non habuisset. Sed in eo quòd vias vitæ tenuit, exoptatores suæ mortis inuenit. Foris patētes aduersarios pertulit, intus latētes. Minor est autem virtus certaminis, foris quempiam videre mala quæ superet, & intus quod toleret non habere. Perfectæ autem magnitudinis laus est aduersa perpeti: & exterius fortiter, & interius clementer. Nam sunt nonnulla quæ in ipsa quoque familiarium conuersatione corrigi nequeunt, sine culpa corrigentis: atque ideo cùm vel corrigentem inquinant, vel omnimodo hæc agentem grauant, magna magisterij arte dissimulanda sunt, ipsaque hac dissimulatione toleranda. Quæ contra nos illata citius à corde laxamus, si nostra circa proximos errata cognoscimus. Vnde *Eccles.7.* bene quoque per Salomonem dicitur: Cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum, ne forte audias seruū tuum maledicentem tibi. Scit enim tua conscientia, quia & tu crebro maledixisti aliis. Dum enim pēsamus quales erga alios fuimus, esse circa nos tales alios minus dolemus: quia aliena iniustitia in nobis vindicat, quod in se iustè nostra conscientia accusat. Sequitur: K

Quantæ hospitalitatis sanctus Iob fuit, cuius hostium patens peregrinus & viator inuenit.

Foris non māsit peregrinus, ostium meum viatori patuit.) Quia teste Paulo, charitas patiens & benigna describitur: per *1.Cor.* patientiam aliena mala æquanimiter tolerat, per benignitatem quoque bona misericorditer impendit sua. Vnde beatus Iob, & patienter domesticos maledicentes pertulit, & viatores atq; peregrinos apud se benignè suscepit: illis morum exempla tribuens, istis exteriorum ope concurrens: illis per mansuetudinem non cōcitus ad irascendum, istis per misericordiā ad subueniēdum paratus. Vir etenim sanctus redemptorem generis humani per prophetiæ spiritum intuens, prædicamenta quoq; *Luc.6* illius in opere seruabat: quibus nos admonet, dicēs: Dimittite, & dimittetur vobis: date & dabitur vobis. Dare nanque ad res pertinet, quas exterius habemus: dimittere autem ad relaxandum dolorem quem interius ex aliena culpa cōtrahimus. Sed sciendum, quia qui omnino dimittit & non dat: etsi non plenè operatus est, meliorem tamen partem misericordiæ tenuit. Qui autem dat, & minimè dimittit, omnino misericordiā nullam facit: quia ab omnipotente deo munus ex manu non accipitur, quod corde obligato in malitia profertur. Mundari et- L enim debet prius animus qui eleemosynā præbet: quia omne quod datur deo, ex dantis mente pensatur. Cūcta itaq; malitię macula ab interiori nostro homine cogitationis immutatione tergenda est: quia iram iudicis placare nescit oblatio, nisi ex munditia placeat offerentis. Vnde scriptum est: Respexit deus *Genes.* ad Abel & ad munera eius, ad Cain autem & ad munera eius non respexit. Neque etenim sacrum eloquium dicit: Respexit ad munera Abel, & ad Cain munera nō respexit: sed prius ait, quia respexit ad Abel: tac deinde subiunxit: Et ad munera eius. Et rursum dicit, quia non respexit ad Cain: ac deinde subdidit: Nec ad munera eius. Ex dantis quippe corde id quod datur, accipitur. Idcirco non Abel ex muneribus: sed ex Abel munera oblata placuerunt. Prius nāque ad eum legitur dominus respexisse qui dabat, quàm ad illa quæ dabat. Vnde bene beatus Iob dicturus nobis in hospitalitatis gratia largitatem suam, prius circa aduersarios protulit patientiam & benignitatem suam: quòd de ruina non exultauit inimici, quòd verbis maledicis persecutores suos non impetiit, quòd sæuientes intrinsecus æquanimiter tolerauit, & tunc demum hospitalitatis suæ munificentiam protulit: vt audito scilicet narrationis eius ordine, discamus, quia exteriora munera ex interna cordis munditia condiuntur: vt virtutum eius cōtexio lectorem doceat, qualis apud se esse debeat: cùm exteriora bona aliis subministrat. Sed quis se inter tanta virtutū culmina sanctum esse non crederet? Quis non vtcunque ipsis tot meritis tentaretur vt si quando vt homo delinqueret, delictum suum hominibus nollet innotescī: & leue esse crederet, si quid in minimis I peccaret, culpamque suam mallet silentio tegere, quàm voce confessionis aperire? Sæpe nanque contingit, vt elatus virtutibus animus, dum multa bona in æstimatione proximorum de se spargi cognouerit: agnosci non velit, si quid est quod reprehensibiliter facit. Quas videlicet erroris tenebras, idcirco mēs tolerat, quia cordis oculum tumor grauat. Vnde beatus Iob inter tot eximia facta virtutum, qui tam summus extitit in operatione, vt demonstraret, quàm humilis fuerit in mente, protinus adiunxit. Si abscōdi quasi homo peccatum meum, & cælaui in sinu meo iniquitatem meam.

Quòd quasi homo abscondit peccatum, qui ad imitationem primi hominis, vel erubescit confiteri quòd male fecit, vel defendit.

Caput. XIII.

HAec sunt nanque veræ humilitatis testimonia, & iniquitatem suam quenque cognoscere, & cognitā voce confessionis aperire. At contra vsitatum humani generis vitium est: & latēdo peccatum cōmittere, & cōmissum negando abscondere, & conuictum defendendo multiplicare. Ex illo quippe lapsu primi hominis hæc augmenta nequitiæ ducimus, ex quo ipsam radicem traximus culpæ. Sic nanque ille dum lignum vetitum contigisset, abscondit se à facie domini inter ligna paradisi. In qua absconsione, scilicet quia deum

A deum lucæ non poterat: non latendi effectus describitur, sed effectus notatur. Qui cùm argueretur à domino, quòd de ligno vetito comedisset, illico respondit: Mulier quã dedisti mihi sociam, ipsa mihi dedit de ligno, & comedi. Ipsa quoq; mulier inquisita respondit, dicens: Serpẽs decepit me, & comedi. Ad hoc quippe requisiti fuerant, vt peccatum quod transgrediendo commiserant, confitendo delerent. Vnde & serpens ille persuasor, qui non erat reuocandus ad veniã, non est de culpa requisitus. Interrogatus itaque homo est vbi esset, vt perpetratam culpam respiceret, & confitendo cognosceret, quàm longè à conditoris sui facie abesset. Sed adhibere sibimet vtrique defensionis solatia, quàm cõfessionis elegerunt. Cumque excusare peccatum voluit vir per mulierem, mulier per serpẽtem: auxerunt culpam quam tueri conati sunt: obliquè Adam dominum tãgens, quòd ipse peccati eorum actor exiterit, qui mulierem fecit: & Eua culpã ad dominum referens, qui serpẽtem in paradiso posuisset. Qui enim ore diaboli fallẽtis audierant: Eritis sicut dij: quia deo esse similes in diuinitate nequiuerunt, ad erroris sui cumulum deum sibi facere similẽ in culpa conati sunt. Sic ergo reatum suum dum defendere moliuntur, addiderunt, vt culpa eorum atrocior discussã fieret, quàm fuerat perpetrata. Vnde nũc quoque humani generis rami ex hac adhuc radice amaritudinem trahunt: vt cùm de vitio suo quisque arguitur, sub defensionum verba quasi sub quædam se arborum folia abscõdat, & velut ad quædam excusationis suæ opaca secreta faciem cõditoris fugiat, dum non vult cognosci B quod fecit. In qua videlicet occultatione non se domino, sed dominũ abscondit sibi. Agit quippe ne omnia videntẽ videat, nõ autem ne ipse videatur. Quo cõtra cuique peccatori iã exordiũ illuminationis, est humilitas confessionis: quia sibimetipsi iam parcere renuit, qui malum nõ erubescit cõfiteri quod fecit: & qui defendendo accusari potuit, accusando se celerrimè defendit. Vnde & mortuo Lazaro, qui mole magna premebatur: nequaquã dicitur, Reuiuisce: sed, Veni foras. Ex qua scilicet resurrectione quæ gesta in illius est corpore: signatur qualiter nos resuscitemur in corde, cùm videlicet mortuo dicitur, Veni foras: vt nimirũ homo in peccato suo mortuus, & per molem malè cõsuetudinis iam sepultus, quia intra cõscientiam suam abscõsus iacet per nequitiã, à seipso foras exeat per cõfessionẽ. Mortuo enim, veni foras dicitur, vt ab excusatione atque occultatione peccati, ad accusationem suã ore proprio exire prouocetur. Vnde Dauid propheta ab illa tãti mole facinoris reuiuiscens: ad vocem domini quasi foras exiit, dum per Nathan correptus, quod fecerat accusauit. Quia igitur hęc occultationis culpa in humano genere vehementer excreuit, bene beatus Iob cùm diceret: Si abscõdi peccatum meum, interposuit: Quasi homo. Hominis quippe esse proprium conspicit, quod ex parentis veteris imitatione descẽdit. Vbi aptè C subditur: Et cælaui in sinu meo iniquitatem meam.

Ioan. 11.

3. Reg. 12.

Quòd perfectè humilitatis indicium sit, peccata, & vltro accusare, & aliis accusantibus non negare. Caput. XIIII.

SCriptura etenim sacra plærunque sinũ ponere, pro mẽte consueuit: sicut voce Ecclesię de persecutoribus nostris, qui nobis natura quidem coniuncti sunt, sed vita disiuncti: per Psalmistam dicitur: Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum. Ac si apertè diceretur: In mente sua recipiant hoc, quod in nostris corporibus sæuientes operantur: vt dum nos exterius ex parte puniunt, ipsi interius perfectè puniãtur. Quia igitur sinus secretum mentis accipitur, in sinu iniquitatem cælare, est hanc in conscientiæ latibulis occultare, nec per confessionem detegere, sed per defensionem velare. Quo cõtra Iacobus dicit: Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini. Salomon quoque ait: Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit & dereliquerit ea, misericordiam consequetur. Sed inter hæc sciendum est quòd plærunque homines & culpas cõfitentur, & humiles non sunt. Nam multos nouimus, qui arguente nullo, peccatores se esse confitentur: cùm verò de culpa sua fuerint fortasse correpti, defensionis patrocinium quærũt, ne peccatores esse videantur. Qui si tunc cùm id sponte dicunt, peccatores se esse veraci humilitate cognoscerent: cùm arguuntur ab aliis, esse se quod confessi fuerant, non negarent. Qua in re

Psal. 78.

Iacob. 5.

Prouer. 28.

indicia veræ confessionis sunt, si cùm quisque se peccatorem D dicit; id de se dicenti etiam alteri non contradicit. Nam quia scriptum est: Iustus in principio accusator est sui: non magis *Prouer. 18.* peccator, sed iustus videri appetit, cum peccatorem se quisque nullo arguente confitetur, sed confessionis veritatem probat, cum alter malum quod fecimus, increpat. Quod si superbè defendimus, liquet, quia peccatores nos ex nobis fictè dicebamus. Vnde summopere curandum est, vt mala quæ fecimus, & spõte fateamur, & hæc aliis arguẽtibus nõ negemus. Superbiæ quippe vitium est, vt quod de se fateri quisque quasi sua spõte dignatur, hoc sibi dici ab aliis dedignetur. Beatus itaque Iob quãtæ fuerit humilitatis ostẽdit, qui se & inter aduersarios nouerat viuere, & tamẽ nõ verebatur culpas voce cõfessionis aperire. Sed notandum, quòd superius virtutes suas loquitur, inferius peccatum fatetur. Hinc enim liquidò demõstrat, quàm vera de bonis suis dixerat, qui noluit tacere de malis. Modo virtutes suas indicat, modo culpã: quia & perpetrauerit peccatum, & nõ tacuerit, manifestat. Vnde certissimè apparet quãtę munditiæ in omnipotentis dei oculis fuerit, qui & vitauit mala ne cõmitteret, & tamen quę eum cõmittere contigit, hominibus non abscõdit: quatenus ei & iustitiæ sit gloria, declinasse peccatum, & iustitiæ custodia, quod non potuit declinare, prodidisse. Videatur vir iste cuilibet magnus in virtutibus suis, mihi certè sublimis apparet, etiã in peccatis suis. Mirentur in eo qui volunt castitatis cõtinentiam, mirẽtur integritatem E iustitiæ, mirentur viscera pietatis: ego in eo nõ minus admiror cõfessionem humillimam peccatorum, quàm tot sublimia gesta virtutum. Scio enim quòd per infirmitatis verecundiã plęrunq; grauioris est certaminis cõmissa peccata prodere, quàm non admissa vitare: & vnũquodque malũ quãuis robustius vitetur, tamen humilius proditur. Beatus ergo Iob qui tot magnis operibus fultus cõfiteri culpã non erubuit, ostẽdit in virtutibus quàm humilis fuit. Sed quia ex humilitate vera securæ semper auctoritas nascitur: vt tanto foris nil metuat, quãto ad rerum culmina animus per elationis desiderium non anhelat, expressa confessione peccati, rectè subiungitur: Si expaui ad multitudinem nimiã, & despectio propinquorum terruit me: & non magis tacui, nec egressus sum ostium. Magna est securitas cordis, nil concupiscẽtiæ habere seculare. Nam si ad terrena adipiscẽda cor inhiat, securum, tranquillumque esse nullatenus potest: quia aut non habita concupiscit vt habeat, aut adepta metuit ne amittat: & dum in aduersis sperat prospera: in prosperis formidat aduersa: huc illucque quasi quibusdam fluctibus voluitur, ac per modos varios rerum alternantium mutabilitate versatur. Caput. XV.

SIn verò semel in appetione supernæ patriæ forti stabili- F tate animus figitur, minus rerum temporalium perturbatione vexatur. A cunctis quippe externis motibus eãdem intentionem suam, quasi quendam secretissimum secessum petit: ibique incõmutabiliter inhærens, & mutabilia cuncta transcendens, ipsa iam tranquillitate quietis suæ in mundo extra mundum est. Excedit profecto ima omnia intentione summorum: & cunctis rebus quas non appetit, libertate quadam se supereſſe sentit, nec tempestatem rerum temporalium intus sustinet, quam intuetur foris: quia terrena omnia quæ concupita opprimere mentem poterant, despecta subteriacẽt. *Hiere. 31.* Vnde bene per prophetam dicitur: Statue tibi speculam: vt dum quisque speculatur summa, supereminеat infimis. Hinc etiam Abacuc dicit: Super custodiam meam stabo: Stat quippe super custodiam suam, qui per solertiam disciplinæ terrenis desideriis non succumbit, sed supereminet: vt dum semper stantem appetit æternitatem, infra se sit ei omne quod transit. Tamen quia sanctus vir quantalibet virtute profecerit, eum in hac vita positum adhuc extrinsecus carnis infirmitas premit, vt scriptum est: Quanquam in imagine dei ambulet homo, tamen vanè conturbatur: plærũque agitur, vt & turbetur exterius, & imperturbabilis duret interius, & quod vanè conturbari potest, de infirmitate carnis sit, quanuis in imagine dei ambulet de virtute mentis: quatenus & roboretur intus diuino adiutorio, & tamen adhuc foris sarcina prematur humana. Vnde bene Abacuc iterum vnam sententiam protulit ad vtraq; seruientẽ, Ait enim: Et introiuit tremor in ossa mea, & subtus me turbata est virtus mea. Ac si diceret: Nõ mea virtus

Abac. 2.

Psal. 38.

Abac. 3.

G est,in qua superius raptus imperturbabilis maneo:sed meę infirmitatis est,in qua inferius turbor.Ipse ergo super se imperturbabilis est,ipse sub se perturbabilis: quia super se ascenderat, inquãtum rapiebatur ad summa: & sub semetipso erat,inquantum adhuc reliquias trahebat in infima. Ipse super se imperturbabilis est,quia in dei iam contemplationem trãsierat. Ipse sub se perturbabilis, quia sub semetipso adhuc infirmus homo remanebat. Huic sententiæ Dauid propheta concinẽs, *Psalm.115.* ait: Ego dixi in excessu mentis meæ,omnis homo mẽdax. Cui responderi potest:Si omnis,& tu. Falsaque iam erit sententia quam mendax ipse protulisti.Si verò ipse non es mendax,vera iam sententia non erit: quia dum tu verax es,nõ omnis homo cognoscitur mendax. Sed notandum est,quòd præmittitur:Ego dixi in excessu mentis meæ.Per excessum ergo mentis,etiam semetipsum trãsiit, cùm de hominis qualitate definiuit.Ac si patenter dicat: De falsitate omnium hominum inde veram sententiam protuli, vnde egoipse super hominem fui. Intantum vero & ipse mendax inquantum homo, intantum autem omnino non mendax, inquantum per excessum mẽtis super hominem. Sic itaque sic perfecti omnes, quanuis adhuc aliquid turbulẽtum de infirmitate carnis tolerant: iam tamen intrinsecus tranquillissimo secreto perfruuntur per contemplationem mentis:vt quicquid acciderit exterius,in nullo turbet interius.Vnde beatus Iob securitatem in se esse mentis ostendens:postquam de se tot virtutum prædicamenta protu-
H lit,hoc quod præmisimus secutus adiunxit:

Quòd sancti eos non timeant,à quibus nihil expectãt: & contẽpti à proximis cum omni patientia sustinentes, ad contumelias nec verbum reddunt. *Caput.XVI.*

SI expaui ad multitudinem nimiam,& despectio propinquorum terruit me,& non magis tacui,nec egressus sum ostium.)Ac si apertius dicat: Turbatis cõtra me extrinsecus aliis,ipse in me intrinsecus imperturbabilis mansi. Quid nanq; in hoc loco ostium, nisi os debemus accipere? Per hoc quippe quasi egredimur,dum verbis quibus possumus,secreta nostri cordis aperimus:& quales intus manemus in conscientia,tales foras egredimur per linguam. Sunt vero nonnulli qui omnino despici metuunt,ac ne viles fortasse iudicẽtur,sapientes videri appetunt. Hi coguntur ostium egredi: quia pulsati contumeliis,quàm magni apud se lateant, loquentes denunciant. Dumque per impatientiam victi,quædam de se quę nesciebantur,produnt,tanquã per oris ostium egrediuntur. Vnde beatus Iob dicturus:quòd oris ostium non fuisset egressus, bene præmisit,tacui:quia videlicet impatiẽtia turbatus, à do-
I mo conscientiæ exisset,si tacere nescisset.

Quòd exemplo domini, ibi de doctrina cælesti silendum est, vbi auditores non ad ædificationem,sed ad curiositatem conueniunt.

Sancti etenim viri in commotionis tentatione semetipsos ostendere omnino refugiunt,& cùm audientibus prodesse nequeunt,etiam despici tacentes volunt, ne de sapientiæ suæ ostentatione glorientur.Cumque aliquid dicunt prudenter:nõ quærunt gloriam suam,sed auditorum vitam.Cùm vero conspiciunt,quia auditorum vitam loquendo lucrari nõ possunt, tacendo abscondunt scientiam suam. Ad imitandum quippe viam domini,quasi ad quoddam nobis propositũ signum currimus.Ipse enim,quia Herodem vidit non profectum quærere,sed signa vel scientiam velle mirari, requisitus ab eo tacuit: & quia constanter tacuit,ab eo irrisus exiuit. Scriptum nãque *Luc.* 23. est:Herodes autem viso Iesu,gauisus est valde: erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quòd audiret multa de illo,& sperabat signum aliquod videre ab eo fieri.Vbi subditur: Interrogabat autem illum multis sermonibus: at ipse nihil illi respondebat. Tacens verò dominus quàm sit despectus ostenditur,cùm illic protinus subinfertur: Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo,& illusit. Quod videlicet factum oportet nos audientes discere: vt quoties auditores nostri, nostra volunt quasi laudanda cognoscere:non autem sua peruersa mutare,omnino taceamus: ne si ostentationis studio verbum dei loquimur,& illorum culpa quæ erat,esse non desinat,& nostra quæ non erat,fiat.

Caput. XVII.

DIcat fortasse aliquis. Vnde nouimus quo corde quis K audiat? Sed multa sunt quæ audientis animum produnt: maximè si auditores nostri, & semper laudant quod audiunt, & nunquam quod laudant, sequuntur. Hanc inanem loquendi gloriam prædicator egregius fugerat, cùm dicebat:Non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum *2.Cor.* dei: sed ex sinceritate, sicut ex deo coram deo in Christo loquimur. Adulterari nãque verbũ dei,est aut aliter de illo sentire quàm est: aut ex eo non spiritales fructus, sed adulterinos fœtus quærere laudis humanæ. Ex sinceritate verò loqui, est nil in eloquio extra quàm oporteat quęrere. Sicut ex deo autẽ loquitur,qui scit nõ se à se habere, sed ex deo accepisse quod dicit. Corã deo verò loquitur,qui in omni quod dicit,nõ humanos fauores appetit,sed omnipotẽtis dei præsentię intẽdit: nõ suã,sed auctoris gloriam requirit. Qui autem scit quidem ex deo se accepisse quod dicit, & tamen dicendo propriã gloriam quærit:sicut ex deo loquitur,sed non corã deo:quia eum quem cordi suo non proponit cùm prædicat, quasi absentem putat. Sed sancti viri & ex deo loquuntur, & coram deo:quia ab eo se sciunt habere quod dicunt, & ipsum suis sermonibus adesse iudicem adiutoremq; considerãt. Vnde fit,vt cum se à proximis despici agnoscunt, suaque dicta vitæ audientiũ non prodesse,abscondant quantæ virtutis sint: ne si secretũ cordis inutiliter sermo prolatus,aperiat, ad inanem gloriã prorũpat. Beatus igitur Iob inter obstinatas mentes non appetẽs ex virtutis suæ patefactione clarescere,ait: Si despectio propinquo- L rum terruit me, & non magis tacui, nec egressus sum *ostium.* Qui enim per humilitatem solidus, nequaquã despici timuit: hunc vt foras lingua eiiceret,impatientia non euicit.Vbi bene præmittitur:Si expaui ad multitudinem nimiam: vt cuius cõstãtiæ fuerit,agnoscatur, quia videlicet nequaquam terret exterius numerus hominum,quẽ non deuastat interius turba vitiorum. In hac etenim vita qui nulla prospera appetit, nulla procul dubio aduersa pertimescit. Quæ scilicet verba si ad intellectum mysticum pertrahimus,in eis citius operationẽ nostri redemptoris inuenimus.Ipse quippe ad multitudinem nimiam non expauit,qui persecutores suos cum gladiis & fustibus venientes, vna tantum responsione perculit, dicens: Ego sum. Ipsum despectio propinquorum non terruit, qui nos ab æternis supplicijs liberans, palmas in facie æquanimiter accepit.Ipse tacuit,& ostium egressus non est: qui sub ipsa iã hora passionis cùm humanitatis infirma pateretur, diuinitatis potentiam exercere noluit. Mediatori quippe dei & hominum, quasi egredi ostiũ fuisset: si cùm teneretur vt homo maiestatis M suę potentiã voluisset ostendere:& per diuinitatis magnitudinem,susceptæ carnis infirma transire. Vt autẽ apertius homo *Luc.* mori posset,deus mãsit occultus:quia si cognouissent,nunquã dominum gloriæ crucifixissent.Non est ergo egressus ostium, qui & requisitus à Pilato tacuit:atque inter persecutorum manus & corpus passioni obtulit, quod ꝑ electis assumpserat, & resistẽtibus noluit demonstrare quod erat. Vnde etiã per Psalmistã dicitur: Posuerũt me in abominationẽ sibi, tradit' sum, *Psal.* & non egrediebar. Cùm enim despiceretur, quia homo videbatur,egressus esset, si occultã maiestatẽ suã ostentare voluisset.Sed quia infirmitatem prodidit,potentiam abscõdit:eo quòd persecutoribus suis incognitus mãsit:ad eos minimè exiuit. Qui tamen ad electos exit: quia diuinitatis suæ suauitatẽ *suã.* quærentibus aperit.Vnde ei per prophetam dicitur: Existi in salutem populi tui, vt saluos facias Christos tuos. Sequitur.

Quòd efficaciores voces in auribus dei habeant desideria sancta, quàm verba clamorosa. *Caput.XVIII.*

QVis mihi tribuat adiutorem, vt desiderium meum omnipotens audiat?) Sanctus vir postquam tot virtutum suarum sublimia gesta narrauit: sciens quòd suis meritis ad summa peruenire nequeat, adiutorem quærit.Et quẽ, nimirum nisi vnigenitũ dei filiũ contẽplatur, qui humanã naturã in hac mortalitate laborantẽ dum suscepit,adiuuit? Ipse quippe adiuuit hominem factus homo: vt quia puro homini via redeũdi nõ patebat ad deum, via redeũdi fieret per hominẽ deum.Lõgè quippe distabamus,à iusto & immortali,nos mortales & iniusti. Sed inter & immortalem iustum, & nos mortales iniustos apparuit mediator dei & ho-

A dei & hominum, mortalis & iustus, qui & mortē haberet cum hominibus, & iustitiā cū deo: vt quia per ima nostra lōgè distabamus à summis, in seipso vno iungeret ima cum summis: atque ex eo nobis via redeundi fieret ad deum, quo summis suis ima nostra copularet. Hūc ergo beatus Iob per totius Ecclesiæ significationem loquens, mediatorem requirit: qui cùm dixisset: Quis mihi tribuat adiutorem, aptè subdidit: Vt desiderium meum omnipotens audiat.) Sciebat quippe, quod ad requiem liberationis æternæ, humanæ preces nisi per aduocatum suum audiri non possent. De quo per Ioannē apostolum

1. Ioan. 2. dicitur: Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mūdi. De quo Paulus apostolus dicit: Christus Iesus qui mortuus est pro nobis, imò qui & resurrexit, qui est in dextera dei,

Roma. 8. qui etiam interpellat pro nobis. Vnigenito enim filio pro homine interpellare, est apud coæternū patrem seipsum hominem demonstrare: eique pro humana natura rogasse, est eandem naturā in diuinitatis suæ cellsitudine suscepisse. Interpellat igitur pro nobis dominus non voce, sed miseratione: quia quod damnari in electis noluit, suscipiendo liberauit. Adiutor ergo quæritur, vt desiderium exaudiatur: quia nisi pro nobis interpellatio mediatoris intercederet, ab aure dei proculdubio nostrarum precum voces silerent. Notandum quoque

B est, quòd nequaquam dicitur preces, sed desideriū meum omnipotens audiat. Vera quippe postulatio non in oris est vocibus, sed in cogitationibus cordis. Valentiores nanque voces apud secretissimas aures dei non faciunt verba nostra, sed desideria. Aeternam etenim vitam si ore petimus, nec tamē corde desideramus, clamantes tacemus. Si vero desideramus ex corde, etiam cùm ore conticescimus, tacentes clamamus. Hinc est quòd in eremo populus vocibus perstrepit, & Moyses à strepitu verborum tacet: & tamen silens aure diuinæ pietatis auditur, cùm dicitur: Quid clamas ad me? Intus ergo in desiderio est clamor secretus, qui adhuc ad humanas aures non peruenit, & tamen auditum conditoris replet. Hinc est quòd Anna ad templum pergēs: ore quidem tacuit, & tamen tot sui desiderij voces emisit. Hinc in Euangelio dominus dicit: Intra

Mat. 6. in cubiculum tuum, & clauso ostio tuo ora patrē tuum in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Clauso quippe ostio petit in cubiculo, qui tacente ore in conspectu supernæ pietatis fundit affectum mentis. Et vox auditur in abscondito, cùm per sancta desideria silenter clamatur.

Psal. 9 Vnde rectè quoque per Psalmistam dicitur: Desiderium pauperum exaudiuit dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Sed beatus Iob quem sibi in exaudiendo desiderio adiutorem quærat, subiunctis verbis aperit, dicens:

Caput. XIX.

C ET librum scribat ipse qui iudicat.) Quia enim timenti adhuc populo lex est transmissa per seruū: diligentibus verò filiis Euangelij gratia est collata per dominū, qui ad redemptionem nostram veniēs, nouū nobis testamentum condidit: sed de eiusdem nos testamenti mandato discutiens, quandoque etiā iudex venit: necessarium nō est vt per expositionē claresc at: quia librū scribit ipse qui iudicat. Ipsa enim

Ioan. 5. per se veritas dicit: Pater non iudicat quenquā sed omne iudicium dedit filio. Erit ergo tunc auctor iudicij, qui nunc est cōditor libri: vt tunc districtus exigat, quod modo māsuetus iubet. Sic nāque quotidie cōspicimus: quòd magistri pueris elementa literarum blandientes imponunt, sed hæc ab eis sæuiētes exigunt: & quæ dant cum mansuetudine, cū verbere requirunt. Blanda nanque nunc sonant eloquij diuini mandata, sed erunt aspera in exactione sentiēda. Māsueta modo est admonitio vocantis, sed tunc districta ventura est iustitia iudicis: eo quòd certum est, quia nihil vel minimi mādati sine discussione prætereat. Quo videlicet constat, quia librum scripsit ipse

Ephe. 9. qui iudicat. Quē scilicet librum noui testamenti, quia ipse per se humani generis redemptor in extremo cōderet: bene Ezechiel propheta denunciat, dicens: Ecce sex viri veniebant de via portæ superioris quæ respicit ad Aquilonem, & vniuscuiusque vas interitus in manu eius. Vir quoque vnus in medio eorum vestitus lineis, & atramentariū scriptoris ad renes eius. Quid nanque aliud in sex viris venientibus, nisi sex ætates humani generis designantur? Qui de via portæ superioris veniūt: D quia à conditione paradisi sicut ab ingressu mundi, à superioribus generationibus euoluuntur. Quæ porta ad Aquilonem respicit: quia videlicet mens humani generis vitiis aperta, nisi calorem: charitatis deserens, torporem mentis appeteret, ad hanc mortalitatis latitudinem non exisset. Et vniuscuiusque vas interitus in manu eius: quia vnaquæque generatio singulis quibusque ætatibus euoluta, ante redemptoris aduentum in sua operatione habuit, vnde pœnam damnationis sumpsit. Vir quoque vnus in medio eorum vestitus lineis: quia redemptor noster, etiam de sacerdotali tribu iuxta carnem parentes habere dignatus, vestitus lineis venire perhibetur. Vel certè, quia linum de terra, non autem sicut lana de corruptibili carne nascitur: quia indumentum sui corporis ex matre virgine, non autem ex corruptione commixtionis sumpsit, profectò ad nos vestitus lineis venit. Et atramētarium scriptoris ad renes eius. In renibus posterior corporis pars est. Et quia ipse dominus postquam pro nobis mortuus est, & resurrexit, & ascēdit in cœlum: tunc testamētum nouum per apostolos scripsit, vir iste atramentarium ad renes habuit. Qui enim scripturam testamenti noui postquam decessit condidit, atramentarium quasi à tergo portauit. Hoc ergo atramentarium viro lineis vestito inhærere considerat, qui dicit: Et librum scribat ipse qui iudicat. Sed cur beate Iob ab eo qui iudex est, librum scri- E bi desideras? Sequitur:

Quòd noui testamenti librum antiqui sancti legere desiderabant: in quo est & doctrina perfectorum operum & certitudo præmij post completionem præceptorum.

Caput. XX.

VT in humero meo portem illum, & circundem illum quasi coronā mihi.) Librum quippe in humero portare, est scripturā sacram operando perficere. Et notandū quàm ordinate describitur, & prius in humero portare, & postmodū sicut corona circundari: quia videlicet sacri eloquij mādata, si modo bene portantur in opere, pòst nobis coronā victoriæ exhibent in retributione. Beatus autem Iob cur scribi librum à iudice postulat, qui ad testamenti noui peruenire tempora nō valebat? Sed sicut sæpe iam dictū est, electorum vocibus vtitur, atq; ex eorū significatione postulat, quod profuturum eis per omnia præuidebat. Ipse nāq; per spiritum hunc apud se librum iam dudum tenebat, quē per gratiā aspirationis acceperat, & viuendo cognoscere, & præuidendo nūciare. Sed inter hæc sciēdum est, quia cùm eiusdē sacri eloquij præcepta cogitamus: cumq; mentē à vitæ corruptibilis amore diuertimus, quasi quibusdā cordis passibus ad interiora properamus. Nemo autem infima deserens, repentè fit summus: quia ad obtinendum perfectionis meritū dū quotidie mēs in altū ducitur, ad hoc procul dubio velut ascēsionis cuiusdā gra- F dibus peruenitur. Vnde hic quoq; aptè subiūgitur: Per singulos gradus meos pronunciabo illū.) De his quippe meritorum gradibus per Psalmistā dicitur: Ambulabūt de virtute in *Psalm. 83.* virtutē. De his iterum sanctā Ecclesiā contēplatus, ait: Deus in gradibus eius dinoscitur, dum suscipiet eā. Neq; enim, sicut dictum est, repentè ad summa peruenitur, sed ad virtutū cellsitudinem per incrementa mens ducitur. Hinc nanque est, quòd propheta idem iterum dicit: Exercitatus sum, & defecit paulisper spiritus meus. Quid est itaque quod ait: spiritus meus, nisi spiritus hominis, videlicet spiritus elationis? Et quia per occultam gratiam ad amorem dei temperata desuper mēsura proficimus: quanto in nobis quotidie de dei spiritu virtus crescit, tanto noster spiritus deficit. Qui spiritus erroris, quia non à nobis subitò penitus amputatur, bene paulisper defeciisse perhibetur. Tunc verò in deo plenè proficimus, cùm à nobisipsis funditus defecerimus. Hæ itaque crescentium mensuræ virtutū, sancti viri vocibus gradus dicūtur. Electus etenim quisque à rudimenti sui prius teneritudine inchoans, ad robusta postmodum & fortia conualescit. Quod apertè in Euāge- *Mat. 4.* lio demonstrat veritas, dicens: Sic est regnum dei, quēadmodum si iaciat homo sementem in terram, & dormiat: & exurgat nocte ac die, & semen germinet, & increscat dū nescit ille. Cuius nimirū seminis incrementa denunciās, adiungit: Vltro enim terra fructificat primum herbam, deinde spicā, deinde

G plenum frumẽtum in ſpica. Cuius profectus quoque etiam ſi-
nem ſubrogat,dicens: Et cùm ex ſe produxerit fructus, ſtatim
mittit falcem,quoniã venit tempus meſsis. Ecce veritatis vo-
ce per qualitates frugum,diſtincta ſunt incrementa meritorũ.
Marc.14. Ait enim: Primùm herbã, deinde ſpicam, deinde plenum frũ-
mentum in ſpica. An nõ herba,adhuc tunc fuerat Petrus,cùm
ab ancillæ ore ſubito vnius flatu ſermonis inflexus eſt: iã qui-
Actor.5. dem per deuotionem viridis, ſed adhuc per infirmitatem te-
nerẽ? Plenum vero frumentum in ſpica inuentus eſt, quan-
do perſequentibus principibus reſiſtebat, dicens: Obedire
oportet magis deo quàm hominibus. Plenum verò frumen-
tum in ſpica inuentus eſt, quando in tritura perſecutionis tot
verbera pertulit:& tamen nequaquam palearum more immi-
nutus eſt, ſed granum integrum manſit. Pauliſper quippe in
vnaquaque anima,vt ita dicam,internæ gratiæ humor exube-
rat, vt herba in frugem creſcat. Nemo ergo quemlibet proxi-
mum,cùm adhuc herbam videt,de frumẽto deſperet. Ab her-
barum quippe foliis,quæ huc illucque molliter defluunt, ſur-
gentia frugum grana ſolidantur. Caput. XXI.

Danie. 10. BEne autem Daniel propheta loquẽte ad ſe domino,dũ
poſitionem nobis ſui corporis inſinuare ſtuduit, hæc
meritorũ incremẽta ſignauit. Ait enim: Audiui vocem
verborum eius, & audiẽs iacebã conſternatus ſuper faciẽ meã,
vultuſq; meus hærebat terræ. Et ecce manus tetigit me,& ere-
xit me ſuper genua mea,& ſuper articulos manuũ mearum, &
H dixit ad me: Daniel vir deſideriorum, intellige verba quę ego
loquor ad te,& ſta in gradu tuo: nunc enim miſſus ſum ad te.
Cumq; dixiſſet mihi ſermonẽ iſtum,ſteti tremẽs, & ait ad me:
Noli metuere. Quam videlicet poſitionem ſui corporis, dum
verba intrinſecus loquentis audiret, nequaquã nobis tãta cura
exprimeret,ſi à myſteriis vacare cognouiſſet. In ſcriptura e-
nim ſacra iuſti viri,non ſolum quod dicunt,prophetia eſt, ſed
etiam plerunque quod agunt. Vir itaque ſanctus internis my-
ſteriis plenus,per poſitionem quoque corporis exprimit vir-
tutẽ vocis:& per hoc quòd primum in terra proſtratus iacuit,
ac per hoc quòd ſe poſtmodum in manuũ ſuarum articulis &
in genibus erexit: per hoc quod ad extremum erectus quidẽ,
ſed tremens cõſiſtit, in ſemetipſo nobis omnem ordinẽ noſtri
profectus innoteſcit. Verba enim dei in terra iacẽtes audimus,
cùm in peccatis poſiti,terrenæ pollutioni cõiuncti,ſanctorum
voce ſpiritalia præcepta cognoſcimus. Ad quæ præcepta,quaſi
ſuper genua & ſuper manuum noſtrarum articulos erigimur,
quia à terrenis contagiis recedentes,quaſi iam ab infimis ven-
trem leuamus. Sicut enim totus terræ inhæret qui cõſternatus
iacet:ita qui in genibus, & manuum ſuarum articulis incurua-
tur,inchoante profectu ex magna iam parte à terra ſuſpendi-
tur. Ad extremum verò voce dominica erecti quidẽ, ſed tre-
I mẽtes aſsiſtimus, cùm à terrenis deſideriis perfectè ſubleuati:
verba dei quo plenius cognoſcimus,plus timemus. Adhuc e-
nim quaſi in terra iacet,qui ad cœleſtia erigi terrenorum deſi-
deriis negligit. Quaſi ſubleuatus autem adhuc manibus & ge-
nibus incumbit:qui quædam iam cõtagia deſerit, ſed quibuſ-
dam adhuc terrenis operibus non contradicit. Iã vero ad ver-
ba dei erectus aſsiſtit,qui perfectè mẽtem ad ſublimia erigit,
& per immunda deſideria incuruari contemnit. Bene autẽ tre-
mentem ſe ſtetiſſe indicat, quia examen ſubtilitatis internæ
quo plus ad illud proficitur,amplius formidatur. Vbi aptè di-
uina voce ſubiungitur: Noli metuere: quia cum plus ipſi quod
timeamus agnoſcimus, plus nobis de deo per internã gratiam
infunditur quod amemus:quatenus & cõtemptus noſter pau-
liſper tranſeat in timorem,& timor tranſeat in charitatem: vt
quia quærenti nos deo per contemptum reſtitimus,per timo-
rem fugimus,& contemptu quandoque & timore poſtpoſito,
ſolo ei amore iungamur. Pauliſper enim etiam timorem, eius
diſcimus,cuius ſolius dilectioni inhæremus. Appoſitis igitur,
quaſi quibuſdam gradibus profectus noſtri, mentis pedem
prius per timorem in imo ponimus, & poſtmodum per cha-
ritatẽ ad alta amore leuamus:vt ab eo quo quiſq; tumet,repri-
matur vt timeat:& ab eo quod iam metuit,ſubleuetur vt præ-
ſumat. Hos autem virtutum gradus non magni laboris eſt
prẽdere,cùm ab vna ad alterã trãſitur. Sed ſubtiliſsima diſpu-
tatione res indiget,cùm mens penſare nititur, in vna eadẽque
virtute quibus profectus ſui gradibus eleuetur. Vt enim pri-
ma elementa virtutum,fidem ſcilicet & ſapientiã loquar, ob- K
tineri ſingula perfectè nequeunt,niſi ad hæc diſtinctis, ordi-
natiſque modis quaſi quibuſdam gradibus aſcendamus. Ipſa
enim fides quæ ad bona alia perfectè capeſſenda nos imbuit:
plærunque in exordiis ſuis,& nuta,& ſolida eſt,& iam certiſ- * al.& nu-
ſimè habetur*: & tamen de eius fiducia adhuc ſub dubitatio- ta & ſoli-
ne trepidatur. Pars nãq; eius prius accipitur, vt in nobis poſt- da tamen
modum perfectè compleatur. Si enim certo gradu in creden- minimè habe-
tis mente non proficeret,requiſitus in euangelio pater ſanan- tur.
di pueri non diciſſet: Credo domine,adiuua incredulitatem Marc.9.
meam. Adhuc ergo aſcendebat ad fidem quam iam percepe-
rat,qui vno eodemque tempore clamabat ſe & iam credere,&
adhuc ex incredulitate dubitare. Hinc eſt etiam,quod redem-
ptori noſtro à diſcipulis dicitur: Auge nobis fidẽ: vt quæ iam
accepta per initium fuerat, quaſi per augmenta graduum ad
perfectionem veniret. Caput. XXII.

IPſa quoque ſapientia quæ eſſe bonorũ operum ſolet ma-
giſtra anhelanti menti per incrementa tribuitur: vt ad eam
proculdubio magni moderaminis gradibus aſcendatur.
Quod bene Ezechiel propheta figurata narratione denũciat, Ezech.4.
qui de eo viro quẽ in excelſo mõte viderat,narrat dicẽs: Men-
ſus eſt cubitos mille,& tranſduxit me per aquã vſque ad talos.
Rurſumq; menſus eſt mille,& tranſduxit me per aquã vſq; ad
genua. Et mẽſus eſt mille, & trãſduxit me per aquã vſq; ad re-
nes. Et mẽſus eſt mille, & tranſduxit me per torrentẽ,quẽ non
potui pertranſire,quoniã intumuerunt aquæ profundæ torrẽ- L
tis,qui nõ poteſt tranſuadari. Quid nanq; millenario numero,
niſi collati muneris plenitudo ſignatur? Vir itaq; qui apparuit,
mille cubitos metitur, & propheta per aquas vſq; ad talos du-
citur: quia redẽptor noſter cùm nobis ad ſe cõuerſis boni ex-
ordij plenitudinẽ tribuit:dono ſpiritalis ſapientiæ, prima no-
ſtri operis veſtigia infundit. Aquã quippe vſq; ad talos veni-
re,eſt iam nos per acceptã ſapientiam deſideratæ rectitudinis
veſtigia tenere. Qui rurſum mille metitur, & propheta vſque
ad genua per aquam ducitur:quia cùm boni operis plenitudo
tribuitur,ad hoc vſq; noſtra ſapiẽtia augetur, vt in prauis iam
actibus minimè flectatur. Hinc nanque per Paulum dicitur: Hebr.
Remiſſas manus, & diſſoluta genua erigite, & greſſus rectos
facite pedibus veſtris. Aqua ergo ad genua peruenit, cùm nos
percepta ſapientia, perfectè ad boni operis rectitudinẽ ſtrin-
git. Qui iterum metitur mille,& propheta per aquã vſq; ad re-
nes ducitur: quia videlicet tunc in nobis plenitudo operis ex-
creſcit,quãdo in nobis percepta ſapiẽtia omnẽ quoq;,inquan-
tum eſt poſsibile,delectationem carnis extinxerit. Niſi enim
carnis delectatio eſſet in renibus, Pſalmiſta minimè dixiſſet: Pſal.
Vre renes meos & cor meũ. Aqua igitur ad renes venit, cùm
dulcedo ſapiẽtiæ,etiã incẽtiua carnis interimit: vt ea quæ vre-
re mentẽ poterant,delectationis incẽdia frigeſcãt. Qui adhuc M
menſus eſt mille, torrentẽ videlicet quẽ propheta pertranſire
non potuit,de quo etiam dicit: quoniam intumuerunt aquæ
profundę torrentis,qui nõ poteſt tranſuadari. Percepta nãque
perfectione operis,ad contemplationem venitur. In qua ſubli-
cet contemplatione, dum mens in altũ ducitur,ſubleuata vi-
det in deo:quia nõ poteſt penetrare quod videt:& quaſi tãgit
aquã torrẽtis quã pertrãſire nõ valet: quia & intuetur ſpecio-
do quod libeat,& tamen hocipſum perfectè non valet inueri
quod libet. Propheta ergo quandoque ad aquã peruenit, quã
non pertranſit:quia ad contẽplationẽ ſapientiæ cùm ad extre-
mum ducimur,ipſa eius immẽſitas quę ex ſe hominẽ ſubleuat,
ad ſe humano animo plenã cognitionẽ negat: vt hãc & rigẽdo
amet,& tamẽ nequaquã pertranſeundo penetret. Beatus igitur
Iob hęc incremẽta virtutũ,quia diſtinctè hominibus ſupernũ
munere tribui cõſpexit, gradus vocauit: quoniã per ipſa aſcẽ-
ditur,vt ad cœleſtia obtinẽda veniatur. Sacri itaq; libri, id eſt,
diuini eloquij memoriã faciẽs dicit: Per ſingulos gradus meos
pronunciabo illũ:quia nimirum ille ad doctrinã dei veraciter
aſcendit,qui ad obtinendã hanc gradibus ſanctæ operationis
eruperit. Et quaſi per ſingulos gradus ſuos librũ pronuncia-
qui percepiſſe ſe eius ſcientiã non per verba tantummodo,ſed
etiã per opera demõſtrat. Vnde adhuc ſubditur: Et quaſi prin-
cipi offerã eum. Omne enim quod offerimus,in manibus te-
nemus. Venienti ergo ad iudicium principi librum offerre,eſt
verba præceptorum illius in actione tenuiſſe. Sequitur:

Quid

A *Quod clamante pręposito Ecclesię, terra clamat cum sulcis suis, quando deesse sibi doctrinæ seminarium subditi conqueruntur, vel cùm eis à prælatis peccati exempla monstrantur.*

Caput. XXIII.

Si aduersum me terra mea clamat, & cum ipsa sulci eius deflent: & si fructus eius comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi, pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina.) Quid est clamare terram, deflere sulcos, & fructus proprios emendo comedere? Cui vnq; necesse est sua emere? Quis clamantem audiuit terram. Quis sulcos deflentes vidit? Et cùm sulci terræ semper ex terra sint, quid est quòd pronunciatione distincta, & clamasse terra, & sulci eius cum ea deflesse denegãtur? Cùm enim nihil sit aliud sulcus terræ quàm terra, magnę distinctionis ratione non caret, dum subiungit: & cum ea sulci eius deflent. Qua videlicet in re, quia ordo historiæ deficit, sese nobis intellectus mysticus, quasi apertis iam foribus ostendit. Ac si patenter clamet: Quia rationem literæ defecisse cognoscitis, nimirum restat, vt ad me sine dubitatione redeatis. Omnis enim qui vel priuato iure domesticam familiam regit, vel pro vtilitate communi fidelibus plebibus præest: in hoc quòd iura regiminis in commissis sibi fidelibus possidet, quid aliud quàm terram incolendam tenet? Ad hoc quippe diuina dispensatione cæteris vnusquisque præponitur, vt subiectorum animus quasi subacta terra prædicationis illius semine fœcundetur. Sed terra cõtra possessorem clamat: si contra eum qui sibi præest, aliquid iniustũ, vel priuata domus, vel sancta Ecclesia murmurat. Clamare quippe terram est, contra regentis iniustitiam rationabiliter subiectos dolere. Vbi rectè subiungitur: Et cum ea sulci eius deflent. Terra enim etiam nullis operibus exculta, plęrunque ad vsum hominis aliquod alimentum profert, exarata vero fruges ad satietatem parit. Et sunt nonnulli qui nullo lectionis*, nullo exhortationis vomere prosciśi, quędã bona, quanuis minima, tamen ex semetipsis proferũt, quasi terra necdum exarata. Sunt verò nonnulli qui ad audiendum semper, atque retinendum sanctis prædicationibus ac meditationibus intenti: à priori mentis duritia, quasi quodam linguæ vomere scissi, semina exhortationis accipiunt, & fruges boni operis per sulcos voluntariæ afflictionis reddunt. Sæpe verò contingit, vt hi qui præsunt, iniusta aliqua faciant: fitq; vt ipsi subiectis noceant, qui prodesse debuerant. Quæ dum rudes quiq; conspiciunt, commoti contra rectorem murmurant, nec tamen valde proximis per compassionem dolẽt. Cùm verò hi qui iam aratro lectionis attriti sunt, atque ad frugem boni operis exculti, grauari, vel in minimis innocentes aspiciunt: per compassionem protinus ad lamenta vertuntur, quia velut sua plangunt ea quæ proximi iniustè patiuntur. Perfecti nanque cùm semper de spiritalibus moueantur, tanto sciunt de alienis corporalibus damnis ingemiscere, quanto iam edocti sunt non dolere de suis. Omnis ergo qui præest, si peruersa in subditis exercet: contra hunc terra clamat, & sulci deflent: quia contra eius iniustitiam rudes quidem populi in murmurationis vocibus erumpunt, sed perfecti quique pro prauo eius opere se in fletibus affligunt, quodque imperiti clamãt, & dolent, hoc probatioris vitæ subiecti deflent & tacent. Cum clamante ergo terra sulcos plangere, est per hoc vnde multitudo fidelium iustè contra rectorem queritur, vberioris vitę homines ad lamenta peruenire. Sulci itaque & ex terra sunt, & tamen à terrę vocabulo distinguuntur: quia hi qui in sancta Ecclesia mentem suam labore sanctæ meditationis excolunt: cæteris fidelibus tanto meliores sunt, quãto per accepta semina fœcundiores operum fruges reddunt. Et sunt nonnulli qui sanctis plebibus prælati, vitæ quidem stipendia ex Ecclesiastica largitate consequuntur, sed exhortationis ministeria debita non impẽdunt. Contra quos adhuc exemplum sancti viri rectè subiungitur, cùm ab eo protinus subinfertur:

Quòd absque pecunia fructus Ecclesiæ comedit, qui Ecclesiastica commoda accipiens, prædicationis debitum non impendit.

Si fructus eius comedi absque pecunia. Fructus etenim terræ absque pecunia comedere, est ex ecclesia quidem sumptus accipere, sed eidem Ecclesię prędicationis precium non præbere. De qua videlicet prædicatione auctoris voce dicitur: Oportuit te committere pecuniam meam numulariis: & veniens ego recepissem vtique quod meum erat cum vsura. Terę igitur fructus absq; pecunia comedit, qui Ecclesiastica cõmoda ad vsum corporis percipit, sed exhortationis ministerium populo non impendit. Quid ad hæc nos pastores dicimus, qui aduentum districti iudicis præcurrentes officiũ quidem prędconis* suscipimus, sed alimenta Ecclesiastica muti mãducamus? Exigimus quod nostro debetur corpori, sed non impendimus quod subiectorum debemus cordi. Ecce vir sanctus tot in hoc seculo pignoribus obstrictus, inter occupationes innumeras, liber ad studium prædicationis fuit. Qui fructus terrę nunquam sine pecunia comedit: quia nimirum subditis verbum bonæ admonitionis reddidit, à quibus fructus corporeæ seruitutis accepit. Hoc nanque debet omnipotenti deo omnis qui præest populo, hoc qui multis, hoc qui paucioribus præest: vt sic debita ministeria à subditis exigat: quatenus subditis ipse etiam quid semper admonitionis debeat, sollicitus attendat. Omnes nanque qui sub dispensatione conditoris vicario nobis ministerio iungimur, sub vno ac vero domino: quid nobis aliud nisi inuicem serui sumus? Cùm igitur is qui subest, seruit ad obsequiũ: restat proculdubio, vt is qui præest, seruiat ad verbum. Cùm is qui subest, iussis obtemperat: oportet vt is qui præest, curam sollicitudinis ac pietatis impendat. Sicque fit, vt dum studiosè nũc seruire nobis inuicem per charitatem nitimur, quandoque cum vero domino communi exultatione dominemur.

Caput. XXIIII.

Sed sunt nõnulli qui in eo quòd officium prædicationis exhibent, aliis inuident bonum quod habent, atq; ideo iam veraciter non habent. Quibus rectè per Iacobum dicitur. Quòd si zelum amarum habetis inter vos, & contentiones sunt in cordibus vestris: non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Vnde hic quoque cùm dictum est: Si fructus eius comedi absque pecunia: rectè subiungitur: Et animam agricolarum eius afflixi. Agricolæ quippe huius terræ sunt hi qui minori loco positi, quo valent zelo, quanto possunt opere, ad eruditionem sanctæ Ecclesiæ in prædicationis gratia cooperantur. Quos videlicet terrę huius agricolas, hoc est non affligere, eorum laboribus non inuidere: ne rector Ecclesiæ dum soli sibi ius prædicationis vindicat, etiam aliis rectè prædicantibus inuidia se mordente contradicat. Pia etenim pastorum mens, quia non propriam gloriã, sed auctoris quærit, ab omnibus vult adiuuari quod agit. Fidelis nanque prædicator optat, si fieri valeat, vt veritatem quam solus loqui non sufficit, ora cunctorum sonent. Vnde cum Iosue duobus in castris remanentibus atque prophetantibus vellet obsistere: rectè per Moysen dicitur: Quid æmularis pro me? Quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis dominus spiritum suũ? Prophetare quippe omnes voluit, qui bonum quod habuit, aliis non inuidit. Quia igitur beatus Iob cuncta hæc suspẽsa intulit: & si ea minimè fecerit, sententia se maledictionis adstringit. Sequitur:

Quòd contra negligentes præpositos, non immeritò à subditis murmuratur.

Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina.) Ac si apertè dicat: Si iniustum quid erga subditos gessi, si exegi debita: & ipse quod debui, non impendi: si exercitationem boni operis aliis inuidi, pro bonis quæ in æternum reficiunt, retribuantur mihi in iudicio mala quæ pungunt. Pro frumento quippe tribulus, & pro hordeo spina oritur, cùm in retributione vltima, de qua remuneratio laboris quæritur, punctio doloris inuenitur. Et notandum quòd sicut à frumento hordeum distat, quãuis vtrũq; reficiat, sic à tribulo spina, quanuis sit vtrũq; quod pungat: quia tribulus mollior, & ad pungendũ semper durior est spina. Ait ergo: Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina. Ac si patẽter dicat: Egisse quidẽ & magna me bona, & minima scio: sed si nõ ita est, pro bonis magnis mala minima, & pro bonis minimis mihi respondeant mala maiora. Quanuis hoc intelligi, & aliter potest. In frumẽto quippe spiritale opus quod mẽtem reficit: in hordeo autem terrenarum rerum dispensatio figuratur. In qua sæpe dum seruire infirmis atq; carnalib⁹ cogimur: quasi sua iumẽtis alimẽta præparamus,

*al. locutionis.

*al. prædicationis.

Matth. 25.

Iacobi. 3.

Nume. 11.

G præparamus, atq; ipse nostrorũ vsus operum quasi more hordei habet aliquid de admixtione palearum. Et plærũq; cõtingit, vt rector qui præest, dum iniusta contra subditos exercet, dum nullo bonos blandimẽto refouet, dum quod grauius est, bene operãtes quosq; ex inuidia affligit, etiam quædam bona aliquando faciat, ac si frumentum ferat, sesecq; in dispensandis terrenis rebus nonnunquam in auaritiæ studio, pro vtilitate carnalium misceat: & sic eiusdẽ laboris fructum velut messem hordei expectet. Sed subiecti quiq; pro eo q̃ in maximis grauantur, gaudere in eius bonis minimis nequeũt, quia nec hoc opus coram deo placet quod alterius operis iniustitia polluit, nec ipsa terrenarum rerum dispensatio pro vtilitate subditorum suscipi creditur, quando is qui præest, anhelare per auaritiam videtur. Vnde fit vt ad ipsa etiam pauca bona quæ fieri inter multa mala considerant, non laudes, sed gemitus reddant, atque infirmantes murmurent: dum perpendunt puri oculi non esse quod vident. Ait ergo: Si aduersum me terra mea clamat, & cum ipsa sulci eius deflent: si fructus eius comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi, pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina. Ac si apertè dicat: Si magna quæ debui, sollicitè non feci, punctiones murmuris à subiectis recipiam, etiam de bono quod feci. Si neglexerim exhibere quod foueat, iustè in querelam prosiliens eorum lingua me pungat. Qua in re semper sollicita consideratione pensandum est, ne aut hi qui prę̃sunt, exempla mali operis subiectis prębeant, eorumq́ue vitam suæ gladio prauitatis
H extinguant: aut hi qui alieno regimini subiacẽt, facile iudicare audeant facta rectorum, atq; per hoc quod de his qui sibi præsunt murmurant: non humano, sed ei qui cũcta disponit, diuino ordini contradicant. Illis nanque dicitur: Oues meæ
Ezech. 34. his quæ conculcata pedibus vestris fuerant pascebãtur, & quæ pedes vestri turbauerant, hęc bibebant. Oues enim turbata pedibus bibunt, cùm subiecti ea ad exemplum viuendi appetũt, quæ prælati quique prauo opere peruertunt. At contrà à præ-
Exodi. 16. latis hi audiunt. Nos enim quid sumus? Nec cõtra nos est murmur vestrum, sed contra dominum. Qui enim contra superpositam sibi potestatem murmurat, liquet q̃ illum redarguit, qui eandem homini potestatem dedit. Tandem beati Iob plenas mystica virtute sententias, in quibus cõtra amicorum verba respondit, deo largiente digessimus, nunc supersit vt ad Heliu verba veniamus, quę tanto grauiori circunspectione pensanda sunt, quanto & per iuuentutis audaciam spiritu feruentiore proferuntur.

Libri vicesimi secundi Moralium sancti Gregorij, totius operis partis quartæ, finis.

TOTIVS OPERIS PARS QUINTA, IN QUA INCIPIT LIBER BEATI GREGORIJ, VICESIMUS TERTIUS EXPOSITIONIS MORALIS.

Caput primum.

PRæfationem huius operis totiẽs necessariò repeto, quotiens hoc in distinctione voluminum locutionis meæ pausatione succido: vt cum legendi exordium sumitur, prius ipsa memorię lectionis causa renouetur, & tanto robustius surgat doctrinæ ædificium, quanto ex cõsiderata causæ origine studiosius ponitur in mẽte fundamentum. Beatus Iob deo soli sibiq́ue cognitus, in tranquillitate ad nostram notitiam perducendus, tactus est verbere, vt odorem suarum virium tãto latius spargeret, quanto more aromatum melius ex incensione fragraret. Nouerat in bonis piè subditos regere, & à malis se districtè custodire. Nouerat bene vti rebus habitis, sed nesciebamus si patiens permaneret ablatis. Nouerat quotidiana deo pro sanis pignoribus sacrificia soluere, sed incertum erat si ei gratiarum sacrificium & orbatus immolaret. Ne quid ergo vitij salus tegeret, dignũ fuit vt hoc dolor aperiret. Data itaque est cõtra sanctũ virum hosti callido tentandi licẽtia. Qui dum bona eius multis cognita interimere appetit, etiam bonum patientiæ quod latebat ostendit: & quem se angustare persequendo credidit, flagellis auctum, & in exemplo dilatauit. Nec sine graui arte exercuit licentiam quam accepit. Nam combussit greges, extinxit familias, obruit hæredes, percussit salutem corporis, & ad intorquendum grauioris tentationis iaculum, linguam seruauit vxoris, quatenus sancti viri forte ac solidum pectus, & per damna rerum dolore sterneret, & per verba coniugis maledictione perforaret. Sed quod vulnera sæuiens intulit, tot sancto viro nesciens victorias ministrauit. Nam fidelis dei famulus, vno eodẽmque tempore inter vulnera, & verba deprehensus, & dolẽtem carnem æquanimiter pertulit: & desipientem coniugem prudenter increpauit. Antiquus itaque hostis, quia *Antiqua hostis ad*
vinci se in domesticis doluit, protinus exteriora requisiuit. Amicos nanque eius de locis singulis, quasi pro exercenda charitate commouit, eorumq́ue ora sub specie consolationis aperuit: sed per hæc iacula increpationis intorsit, quæ eo durius cor securè audientis infigerent, quo inter ostensæ, & non seruatæ charitatis tenebras improuisa vulnerarẽt. Post hos quoque ad contumelias etiam Heliu iunior excitatur, vt tranquillitatem tantæ mansuetudinis saltem dedignata leuitas perturbaret ætatis. Sed contra tot antiqui hostis machinas stetit inuicta constantia: stetit æquanimitas infracta. Nam vno eodemq́ue tempore verbis aduersantibus oppositit prudẽtiam,
L rebus vitam. Nemo igitur sanctum virum quanuis de illo apertè post flagella scriptum sit: In omnibus his non peccauit Iob labiis suis, saltem postmodum in contentione amicorum æstimet inter verba deliquisse. Satan quippe tentationem illius expetiit, sed deus qui hunc laudauerat, in seipso eius intentionem certaminis accepit. Quisquis ergo beatum Iob deliquisse in suis sermonibus queritur, quid aliud quàm deum qui pro illo proposuit, perdidisse confitetur? Quia verò antiqui patres fructiferis arboribus similes, nõ solum pulchri sunt per speciem, sed etiam vtiles per vbertatem: sic eorum vita pensanda est, vt cùm miramur quę sit viriditas in historia, inueniamus & quanta sit vbertas in allegoria, quatenus cùm blandum est quod in foliis redolet, cognoscamus & quàm dulce sit quod in fructibus sapit. Nullus quippe supernæ adoptionis gratiam habuit, nisi qui hanc per cognitionem vnigeniti accepit. Dignum itaque est vt ipse in eorum vita & lingua resplendeat, qui eos vt resplendere mereantur illustrat. Nam cùm in tenebris lucernæ lumen accenditur, prius lucerna eadem quæ videri cętera efficit videtur. Vnde necesse est vt si verè intendimus illuminata cernere, studeamus mentis oculos ad ipsum illuminans lumen aperire. Quod & in eisdem beati Iob sermonibus etiam remotis allegoriarum vmbris, quasi depressis altæ noctis tenebris coruſci more pertranseuntis intermicat, cùm dicitur: Scio quòd redẽptor meus viuit, & in carne mea
M videbo deum. Hoc nimirum in nocte historiæ Paulus lumen inuenerat, cùm dicebat: Omnes in Moyse baptizati sunt, in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant autem de spiritali consequente eos petra: petra autem erat Christus. Si igitur redemptoris speciem petra tenuit, cur non figuram illius beatus Iob insinuet, qui eum quem voce prætulit, etiam passione signauit? Vnde & non immerito, Iob videlicet dolens dicitur, quia illius in se imaginem exprimit, de quo per Esaiam longè antè annunciatur, quòd dolores nostros ipse portauit. Sciendum quoque est, quòd redemptor noster vnam se personam cum sancta ecclesia quam assumpsit exhibuit. De ipso enim dicitur: Qui est caput, Christus. Rursumque de eius Ecclesia scriptum est: Et corpus Christi, quod est Ecclesia. Beatus igitur Iob qui mediatoris typum eo verius tenuit, quo passionem illius non loquendo tantummodo, sed etiam patiendo prophetauit, cùm in dictis factisque suis expressioni redemptoris innititur, repente ad significationem corporis aliquando deriuatur: vt quod Christum & Ecclesiam vnam personam credimus, hoc etiam vnius personæ actib' significari videamus. Vxor verò eius quæ eum ad maledicendum prouocat, quid aliud quàm prauitatem carnalium signat? Qui intra sanctam Ecclesiam incorrectis moribus positi, eo durius vitam fidelium, quo vicinius premunt,

Esa. 53. *Ephes. 1.* *Coloss. 1.*

A rentur, quia dum vitari à fidelibus quasi fideles nequeunt, tanto grauius, quanto & interius tolerantur.

Caput. II.

AMici verò eius qui quasi dum eōsulunt inueniuntur, hæreticorum figuram exprimunt, qui sub specie consulendi, agunt negotium seducendi. Vnde & ad beatū Iob dum pro domino verba faciunt, à domino reprobantur, quia videlicet omnes hæretici dum deum defendere nituntur, offendunt. Vnde eis aptè & ab eodem viro sancto dicitur: Disputare cum deo cupio, prius vos ostendens fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum. Constat ergo eos hæreticorum typum gerere, quos sanctus vir redarguit cultui peruersorum dogmatum deseruire. Quia igitur Iob interpretatur dolens, quo nimirum dolore, vel mediatoris passio, vel sanctæ Ecclesiæ labor exprimitur, quæ multiplici presentis vitæ fatigatione cruciatur, amici quoque eius ex vocabulo nominis meritum suæ indicant actionis. Nam Eliphas Latina lingua dicitur dei contemptus. Et quid aliud hereticifaciunt, nisi quòd dum falsa de deo sentiunt, eum superbiendo contemnunt? Baldath interpretatur vetustas sola. Bene autem omnes hæretici in his quæ de domino loquuntur, dum non intentione recta, sed appetitione temporalis gloriæ videri prædicatores appetunt, vetustas sola nominantur. Ad loquendum quippe non zelo noui hominis, sed vitæ veteris prauitate concitan
B tur. Sophar quoque Latino sermone dicitur dissipatio speculæ, vel speculationem dissipans. Mentes nanque fidelium ad contemplanda superna se erigunt, sed dum hæreticorum verba peruertere recta contemplantes appetunt, speculam dissipare conantur. In tribus itaq; amicorum Iob nominibus, tres in hæreticis perditionum casus exprimuntur. Nisi enim deum contemnerent, nequaquam de illo peruersa sentirent, & nisi vetustatem contraherent, in nouæ vitæ intelligentia non errarent, & nisi speculationem bonorum destruerent, nequaquā eos superna iudicia tam districto examine pro verborū suorum culpa reprobrarent. Contemnendo igitur deum, in vetustate se retinent, sed in vetustate se retinēdo, prauis suis sermonibus speculationi rectorum nocent. Post hos quoque Heliu iunior in beati Iob exprobatione subiungitur, ex cuius persona videlicet species quorundam doctorum fidelium, sed tamē arrogantium designatur. Cuius verba non facile intelligimus, nisi ea ex subsequenti dominica correptione pensemus. Ait nanque de illo dominus: Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? Cùm vero dicit sententias, sed non addit protinus quales: vult proculdubio bonas intelligi. Nam cùm sententiæ nominantur, nisi etiam malè dicantur, malæ sentiri non possunt. In bono enim semper sententias accipimus, quæ sine reprobationis adiectione ponuntur, sicut scriptum est: Sa
C pientior sibi videtur piger, septem viris loquentibus sententias. Quòd verò dicitur, quia eius sententiæ imperitis sermo-
Prouer. 26. nibus inuoluuntur, hoc summopere ostenditur, quia ab eo cū elationis fatuitate proferuntur. Magna quippe in eo imperitia est, humiliter dicere nescire quod dicit: & veritatis sensibus elationis verba miscere. Caput. III.

OMne enim quod dicitur, quadripertita potest qualitate distingui: si aut mala malè, aut bona bene, aut mala bene, aut bona malè dicantur. Malè enim malum dicitur: cùm res peruersa suadetur, sicut scriptum est: Benedic deo, & morere. Bonum bene dicitur, cùm rectè recta
Matth. 3. prædicantur, sicut Ioannes ait: Agite pœnitentiam, appropinquauit enim regnum cœlorum. Malum bene dicitur, quando per os dicentis idcirco vitium exprimitur, vt reprobetur: si-
Rom. 1. cut Paulus ait: Fœminæ eorum immutauerunt naturalem vsum in eum qui est contra naturam. Quo loco execrāda quoque virorum facinora subdidit: sed honestè inhonesta narrauit: vt multos ad honestatis formam inhonesta narrādo reuocaret. Malè autem bonum dicitur, cùm rectum aliquid recto studio non profertur, sicut illuminato cæco Pharisæi dixisse
Ioan. 9. perhibentur: Tu sis discipulus eius. Quod maledictionis vtiq;
Ioan. 11. dixerunt studio, nō orationis voto. Vel sicut Caiphas ait: Expedit vnum hominem mori pro populo, vt non tota gēs pereat. Bonum quippe, sed non bene locutus est: quia dum crudelitatem necis appetiit, redemptionis gratiam prophetauit. Hoc igitur modo Heliu quoque dicere non bene bona repre
D henditur, quia in his quę veraciter loquitur, arroganter inflatur. Qui in eo speciem arrogantium signat, quo per sensum rectitudinis in tumoris verba se eleuat. Sed quid est quòd tres amicos reconciliari per septem sacrificia diuina vox præcipit. Heliu vero sub vnius tantummodo sententiæ increpatione derelinquit, nisi quòd nōnunquam hæretici diuinæ gratiæ largitate perfusi, ad vnitatem sanctæ Ecclesiæ redeunt. Quod bene ipsa amicorum reconciliatione signatur, pro quibus tamē beatus Iob exorare præcipitur, quia nimirum hæreticorum sacrificia accepta deo esse non possunt, nisi pro eis vniuersalis Ecclesiæ manibus offerantur: vt eius meritis remedium salutis inueniant, quam verborum suorum iaculis impugnando feriebant. Vnde & septem pro eis sacrificia memorantur oblata, quia dum septiformis gratiæ spiritum confitentes accipiūt, quasi septem oblationibus expiantur. Hinc in Ioannis Apoca- *Apoca. 1.*
lypsi per septenarium Ecclesiarum numerum, vniuersālis Ecclesia designatur. Hinc per Salomonem de sapientia dicitur: *Prouerb. 9.*
Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septē. Ipso ergo sacrificiorum numero reconciliati hęretici, quid prius fuerint exprimunt, qui perfectioni septiformis gratiæ nō nisi redeundo iunguntur. Bene autem tauros pro se & arietes obtulisse describuntur. In tauro quippe cervix superbiæ, in ariete autem ducatus gregum sequentium designatur. Quid itaque est pro eis tauros arietesque mactare, nisi eorum superbū ducatum interficere: vt de se humilia sentiant, & post se corda innocentium iam non seducant? Cervice enim tumēti ab Ec- E
clesiæ vniuersitate resilierāt, & infirmos post se populos, quasi sequentes greges trahebant. Veniant igitur ad beatum Iob, id est, reuertantur ad Ecclesiam, & septenario sacrificio tauros, & arietes mactandos offerant: quia vt vniuersāli Ecclesiæ coniunganē, humilitate interueniente interficiant quicquid prius tumidum de superbo ducatu sapiebant.

Caput. IIII.

HEliu verò per quem vanæ gloriæ amatores signati sunt, etiam intra sanctam ecclesiam constituti, qui ea quæ rectè sentiunt, humiliter proferre contemnunt, nequaquam per sacrificium reconciliari præcipitur: quia arrogantes quidem, sed tamen fideles, pro eo quod iam intus sunt, per septem sacrificia reuocari non possunt. Quos tamen sub Heliu specie sententia diuina redarguit, atque in eis non veritatis sententias, sed elationis mentem ac verba tumida reprehendit. Quæ nimirum reprehēsio quid aliud signat, nisi q̄ eos intrà positos supernæ districtionis increpatio, vel per flagellū corrigit, vel per iustum examen sibimetipsis relinquit? Tales quippe intra sanctam Ecclesiam recta quidem prædicant, sed tamen deo iudice audire merentur aduersa, quia per ea bona quæ non propria proferunt, non auctoris sui gloriam, sed propriam laudem quærunt. Vnde hoc quoque cautè pensandum est, quod diuina voce de Heliu dicitur: Quis est iste? Prima quippe exprobratio, est talis interrogatio. Nam quis est iste non dicimus, nisi de eo vtique quem nescimus. Nescire autem dei, reprobare est: vnde quibusdam quos reprobat, in fine di- F
cturus est: Nescio vos vnde sitis, discedite à me omnes operarij iniquitatis. Quid est ergo de hoc arrogante requirere, quis est iste, nisi apertè dicere: Ego arrogātes nescio, id est, eorum vitam in sapientiæ meæ virtute non approbo: quia laudibus humanis dum inflantur, à vera gloria ęternæ retributionis inanescunt. Cuius dum sententias minimè respuit, sed tamen eū ipsum qui illas protulit reprehendit, quasi apertè insinuat dicens: Noui quę dicit, sed ignoro qui dicit: quia veraciter prolata approbo, sed eum qui de bonis quæ profert extollitur, nō agnosco. Vt verò apertius ostendamus in elationis iactantia Heliu quàm turpiter defluat, formā prius ostendere boni prædicatoris debemus, quatenus ex statu huius rectitudinis, monstretur liquidò tortitudo quàm praua sit incuruationis. Sanctæ vniuersālis Ecclesiæ spiritalis quisque prædicator, in cunctis quæ dicit, solerti cura se inspicit: ne in eo quòd recta prædicat, vitio se elationis extollat, ne vita à lingua discordet: ne pacem quam in Ecclesia annunciat, in seipso dum bene dicit, & malè viuit amittat. Sed studet summopere cōtra maledicos rumores aduersantium, & defendere loquendo quod viuit, & ornare viuendo quod dicit: Nec in his omnibus suam, sed auctoris gloriam quęrit: atque omnem sapientiæ gratiam quam *Luc. 13.*

vt

G vt loqueretur accipit: non ſuis ſe æſtimat meritis, ſed eorum interceſſionibus pro quibus loquitur accepiſſe. Sicque dum ſe infra deiicit, ſuper eſt, quia ſuæ nimirũ magis mercedi proficit, eo quòd bona quæ exercere prævalet, alienis meritis reddit. Indignum ſe omnibus iudicat, etiam cùm dignius cunctis viuat. Scit enim quòd bona quæ innoteſcunt hominibus, ſine periculo eſſe vix poſſunt. Et quãuis ſapientem ſe eſſe ſentiat: vellet tamen eſſe ſapiens, non videri, atque hoc ſibi omnimodo quod loquendo proditur pertimeſcit, & ſi liceat, tacere appetit, dum eſſe multis tutius ſilentium cernit: eosque ſe fœliciores putat, quos intra ſanctam Eccleſiam locus inferior per ſilentium occultat: & tamen vt ſanctam Eccleſiam defendat, quia ad loquẽdum vi charitatis impellitur, ex neceſsitate quidem officium locutionis ſuſcipit: ſed ex magno deſiderio otiũ taciturnitatis quærit. Hoc ſeruat voto: illud exercet miniſterio. Hanc autem dicendi formulam arrogantes ignorant. Neque enim loquuntur, quia cauſæ eueniunt, ſed cauſãs euenire appetunt vt loquantur. Quorum nunc Heliu ſpeciem ſignat, qui in locutione ſua immenſo ſe vitio elationis exaltat. Igitur finitis beati Iob ſermonibus ſubditur:

Textus capitis triceſimiſecundi libri beati Iob.

H  Miſerunt autem tres viri iſti reſpondere Iob, eo quòd iuſtus ſibi videretur. Et iratus indignatúsque eſt Heliu filius Barachel Buzites, de cognatione Ram. Iratus eſt autẽ aduerſum Iob, eo quòd iuſtum ſe eſſe diceret corã deo. Porrò aduerſum amicos eius indignatus eſt, eo quòd non inueniſſent reſponſionem rationabilem, ſed tantummodo condemnaſſent Iob. Igitur Heliu expectauit Iob loquentem, eo quòd ſeniores eſſent qui loquebantur. Cùm autem vidiſſet quòd tres reſpondere non potuiſſent, iratus eſt vehementer. Reſpondensq; Heliu filius Barachel Buzites dixit. Iunior ſum tempore, vos autem antiquiores. Idcirco demiſſo capite veritus ſum indicare vobis meam ſententiam: Sperabam enim ꝙ ætas prolixior loqueretur: & annorum multitudo doceret ſapiẽtiam. Sed vt video, ſpiritus eſt in hominibus, & inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam. Non ſunt longęui ſapientes, nec ſenes intelligunt iudicium. Ideo dicam: audite me, & oſtendam vobis etiam ego meam ſapientiam. Expectaui enim ſermones veſtros: audiui prudentiam veſtram. Donec diſceptaretis ſermonibus veſtris, & donec putabam vos aliquid dicere, conſiderabam. Sed vt video, I non eſt qui arguere poſsit Iob: & reſpondere ex vobis ſermonibus eius. Ne fortè dicatis: inuenimus ſapientiam: deus proiecit eum: non homo. Nihil locutus eſt mihi, & ego non ſecundum ſermones veſtros reſpondebo illi. Extimuerunt, nec reſponderunt vltra, abſtulerúntque à ſe eloquium. Quoniam igitur expectaui, & non ſunt locuti: ſteterunt, nec reſponderunt vltrà: reſpondebo & ego partem meam, & oſtendam ſcientiam meam. Plenus enim ſum ſermonibus, & coarctat me ſpiritus vteri mei. En venter meus quaſi muſtum abſq; ſpiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit. Loquar & reſpirabo paululum: aperiam labia mea: & reſpõdebo. Non accipiam perſonam viri, & deum homini non æquabo. Neſcio enim quandiu ſubſiſtam: & ſi poſt modicum tollat me factor meus.

Quòd nomen Heliu, & loci, & cognationis eius intentionem ipſius denotant.

Caput. V.

O Miſerunt autẽ tres viri iſti reſpondere Iob, eo quòd iuſtus ſibi videretur.) Hoc quod de eo dicitur, eo ꝙ iuſtus ſibi videretur, ſacræ huius ſcriptor hiſtorię ad amicorum iudicium retulit, non autem beatum Iob de elatio K nis tumore reprobauit. Sequitur: Et iratus indignatusque eſt Heliu filius Barachel Buzites de cognatione Ram.) Bene hæc ipſa vel eius, vel parentis, vel loci, vel cognationis nomina non tam propriæ exprimũt actionis. Heliu quippe interpretatum ſonat deus meus iſte, vel deus dominus. Per quem, ſicut ſuperius diximus, deſignatur recta fides arrogãtium intra Eccleſiã poſitorum. Vnde eis & hocipſum eius etiam nomen cõgruit. Nam quanuis iuxta dominica præcepta non viuunt, deum tamen dominum eſſe recognoſcũt: quia in veritate carnis etiam formam deitatis intelligunt, ſicut per Prophetam dicitur: Sci- Pſalm. tote quoniam dominus ipſe eſt deus. Barachel vero interpretatum, dicitur benedictio dei: Buzites autem contemptibilis. Quod arroganter prædicantibus bene vtrunque concordat: quia in prædicationis facundia benedictionem quidem gratiæ diuinæ percipiunt: ſed in elatis ſuis moribus eſſe eam contemptibilem oſtendunt. Ipſa quippe quæ acceperũt bona, eo deſpicabilia faciunt, quo nequaquam eis bene vti nouerunt. Aptè autem etiam de cognatione Ram dicitur. Ram quippe interpretatur excelſus. Excelſus nanque eſt fidelium populus, qui huius vitę infima & abiecta contemnit. Excelſi ſunt qui Philip. 3. dicere cum Paulo nouerunt: Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Heliu itaque de cognatione Ram dicitur: quia vnuſquiſque prædicator arrogans intra vniuerſalem Eccleſiam poſitus, ſanctis populis fidei veritate ſociatur, quanuis ab eorum vita elationis prauitate diſiungitur. Sequitur: L

Quòd ſectatores vanæ gloriæ, dum ſe omnibus præferunt, alios nihil ſcire, nec rectè viuere iudicant.

Iratus eſt autem aduerſus Iob, eo ꝙ iuſtum ſe diceret corã deo. Porrò aduerſus amicos eius indignatus eſt, eo quòd non inueniſſent reſponſionem rationabilem, ſed tantummodo cõdemnaſſent Iob.) Solerter intuendum eſt quòd beatum Iob ideo reprehendit, ꝙ coram deo ſe iuſtum eſſe dixerit: amicos vero eius ideo redarguit, quòd condemnantes eum, reſponſionem contra illum rationabilem non dederunt. Iſtis nanq; indiciis apertè colligitur, quòd per eum ſpecies amatorum vanæ gloriæ deſignatur. Iob quippe de præſumpta iuſtitia, amicos verò eius de ſtulta reſponſione redarguit. Cuncti enim vanæ gloriæ ſectatores, dum ſe omnibus præferũt, alios quidem de ſatuis ſenſibus, alios autem de indignis meritis reprehendunt, id eſt, alios cenſent nihil ſcire, alios non bene viuere. Et quanuis iuſtè omnes extra eccleſiam poſitos praua ſentire redarguunt, tamen etiam eos qui intus ſunt, pro vitæ deſpectu contemnunt, & contra illos ex magnitudine rectè ſentiendi, contra iſtos verò quaſi ex merito bene viuendi ſuperbiunt.

Caput. V I.

BEne autem Heliu modo beatũ Iob, modo amicos eius increpare perhibetur: quia amatores vanæ gloriæ aliquando intra ſanctam Eccleſiam conſtituti, & aduer- M ſarios premunt dum vera prædicant, & eiuſdem ſanctę Eccleſiæ moribus contradicunt, dum de ipſa prædicatione gloriantur. Premunt aduerſarios virtute dicti, premunt ſanctam Eccleſiam, qualitate dicendi. Illos prędicatione veritatis, iſtam vitio elationis impugnant. Sequit: Igitur Heliu expectauit Iob loquẽtem, eo ꝙ ſeniores eſſent qui loquebantur. Cùm autem vidiſſet quòd tres reſpondere non potuiſſent, iratus eſt vehementer.) Quanuis ſancta Eccleſia ſit proculdubio aduerſariis ſuis antiquior, quia de illa ipſi, non autem exiit ipſa de illis, ſicut de eis per Ioannem dicitur: Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis, rectè tamen eiſdem aduerſariis Heliu iunior fuiſſe deſcribitur: quia nimirum poſt exorta hęreticorum bella, eſſe intra ſanctam Eccleſiam faſtu ſcientiæ inflati arrogantes cœperunt. Cum enim grauiora hoſtium prodiere certamina, tunc ſunt profectò ſubtiliora ſenſuum ſpicula requiſita, tunc argumentorum obſtacula, tũc perplexior indago verborum. Quæ ſæpe viri feruentes ingenio, dum congruè inueniunt, arroganter intumeſcunt, & quod per elationis vitium plerunq; contingit, iiſdem acutis ſenſibus quibus hoſtẽ ferunt, proſternuntur: dum in his quę rectè de deo ſentiunt, nõ dei, ſed ſuam gloriam quærunt. Vnde Heliu quoq; multa quidem rectè loquitur: & tamẽ diuina voce ac ſi peruerſa dixerit, increpat. Cũ verò dicit, quia Heliu expectauit Iob loquentẽ, eo ꝙ ſeniores eſſent

A essent qui loquebantur: apertè beato Iob non pro sua, sed pro amicorum reuerentia honorem reseruasse móstratur: quia videlicet arrogantes intra positi eádem sanctam Ecclesiá quam defendunt despiciunt, & plerunque contingit, vt plus ingenia male sapientium, quàm simplicem vitam innocentium venerentur: plus reseruent linguis extrà loquentium, quàm meritis intrà positorum: quanuis vtrisque ex diuerso obuient, cùm & ab illis rectitudine sensuum, & à sancta Ecclesia morum prauitate discordent. Sequitur: Respondensque Heliu filius Barachel Buzites dixit: Iunior sum tempore, vos autē antiquiores. Idcirco demisso capite veritus sum indicare vobis meam sententiam. Sperabam enim quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam.) Cuncta hæc quæ ab eo per tumorem superbiæ proferuntur, cursim potius perstringenda sunt, quàm attentius exponenda. Quæ enim soliditate grauitatis carent, expositionis subtilitate non indigent. Sed solum puto breuiter intimandum, quòd Heliu quandiu pro ætatis suæ respectu tacuit, sapiētior fuit: cùm vero in aliis annorum multitudinem semetipsum præferēs despicit, quàm pueriliter desipiat ostendit. Nam contra eius sententiam, & ætas prolixior loquitur, & per annorum multitudinem sapientia docetur, quia etsi longæuitas sensum non prębet, vsum tamen vehementer exercet. Sequitur:

B *Quòd quatuor modis arrogantium tumor dignoscitur. Cùm autem bonum à seipsis habere se æstimant, aut à deo, sed meritis suis, aut cùm se iactant habere quod non habent, aut cùm ex eo quod singulariter sibi habere videntur, cæteros contemnunt.*

Sed vt video, spiritus est in hominibus, & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam.) Hæc rectè diceret, si eandem intelligentiam sibi præ cæteris nō arrogaret. Neque enim parua condemnatio est ex eo bono quod communiter datur, priuatè gloriari, scire bonum vnde acceperit, & nescire quomodo bono vti debeat quod accepit.

Caput. VII.

Arrogātis tumorū species quatuor.

QVatuor quippe sunt species quibus omnis tumor arrogantium demonstratur, cùm bonum aut à semetipsis habere se æstimant, aut si sibi datum desuper crediderunt, pro suis se hoc accepisse meritis putant, aut certe cùm iactant se habere quod non habent, aut despectis cæteris singulariter videri appetunt habere quod habent. A semetipso enim bonum se habere iactabat, cui per Apostolum dicitur: Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Rursum ne dari nobis bonum gratiæ pro nostris precedentibus meritis crederemus, idem Apostolus admonet dicens: Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, sed dei donum est, nō ex operibus, vt ne quis glorietur. Qui etiam de semetipso ait: Qui prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam consecutus sum. Quibus verbis apertè declarat, quòd gratia non pro meritis tribuatur, dum ex seipso docuit, & quid de malitia meruit, & quid de beneuolētia accepit. Rursum nonnulli iactant se habere quod non habent, sicut diuina voce per Prophetam de Moab dicitur: Superbiam eius, & arrogantiam eius ego noui, & quòd non sit iuxta eum virtus eius. Et sicut angelo Ecclesiæ Laodiciæ dicit: Quia dicis quòd diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cęcus, & nudus. Rursum nōnulli despectis cæteris videri appetunt singulariter bonum habere quod habent. Vnde & Pharisæus idcirco de templo absque iustificatione descendit: quia bonorum operum meritum sibi quasi singulariter tribuens oranti publicano se prætulit. Sancti quoque Apostoli ab hoc elationis vitio reuocātur, qui de prædicatione redeuntes, cùm elati dicerent: Domine in nomine tuo etiam dæmonia nobis subiecta sunt: ne de hac miraculorum singularitate gauderent, illico eis respondit dominus, dicens: Videbam Satanam, velut fulgur de cœlo cadentē. Ipse quippe singulariter elatus dixerat: Super astra cœli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis: similis ero altissimo. Et mirè dominus vt in discipulorum cordibus elationem premeret, mox iudicium ruinæ retulit, quod ipse magister elationis accepit: vt in auctore superbiæ discerent, quid de elationis vitio formidarent. In hac itaque arrogantiæ quarta specie crebrò humanus animus labitur: vt id quod habet, habere se singulariter gloriet. In qua tamē similitudini diabolicæ vicinius appropinquat: quia quisquis bonum se habere singulariter gaudet, quisquis videri sublimior cæteris quęrit, illum videlicet imitatur, qui despecto bono societatis angelorum, sedem suam ad Aquilonē ponens, & altissimi similitudinem superbè appetens, per iniquum desiderium quasi ad quoddam culmen conatus est singularitatis erumpere. Heliu ergo quanuis dari à domino sapientiam confitetur, in hac tamen elationis specie labitur, vt sapientiorem se cæteris gaudeat, & quasi de singulari bono sese inaniter extollat. Quod verbis sequentibus indicat, dicens. Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium, ideo dicam: audite me, ostendam vobis, & ego meam sapientiam. Expectaui enim sermones vestros, audiui prudentiam vestram donec disceptaretis sermonibus, & donec putabam vos aliquid dicere considerabam,) Quantum ad intentionem literę spectat, loquens Heliu indicat quàm superbè tacuerit. Cùm enim dicit: Expectaui sermones vestros, & putabam vos aliquid dicere: apertè declarat se ad verba senum iudicantis potius studio, quàm tacentis voto tacuisse. Quanuis hæc melius vitam arrogantium designant, qui aliquando intra sanctam Ecclesiā positi, cùm eiusdem sanctę Ecclesiæ aduersarios conspiciunt, non in eis annos temporum, sed intentionem solent pensare verborum. Nam quantolibet sint eisdem arrogantibus antiquiores hæretici, eos audacter comprimunt, in quorum verbis dogmata peruersa reprehendunt. Sequitur: Sed vt video, non est qui arguere possit Iob, & respondere ex vobis sermonibus eius: ne fortè dicatis: inuenimus sapientiam, deus proiecit eum, non homo.)

Caput. VIII.

SAepe hæretici per hoc quòd esse, & hominibus despicabiles solēt, cùm à cunctis ferè gentibus sanctā Ecclesiam venerari conspiciunt, opinionem eius quibus valent obtrectationibus lacerare contendunt, dicentes: Idcirco illi cuncta temporalia suppetunt, quia ei præmia æternorum munerum subtrahuntur. Quorum vocibus Heliu obuiat, dicēs: Ne fortè dicatis, inuenimus sapientiam, deus proiecit eum, non homo. Ac si arrogantes intra sanctam Ecclesiam, sed tamen fideles contra hæreticos dicant: Per hoc quòd sanctam Ecclesiam in honore hominum florere temporaliter cernitis, proiectam eam à domino nō credatis. Scit enim redemptor eius, & in hoc itinere solatia venienti tribuere, & peruenienti ad eternam patriam superna præmia reseruare. Incassum igitur dicitis: quia deus eam, & non homo proiecerit, cum venerari illam à cunctis ferè hominibus videtis, quia sic ei terrenæ gloriæ adiumentum tribuitur, vt per hoc multiplicius etiam ad cœlestia subuehatur. Sequitur: Nihil locutus est mihi, & ego non secundum vestros sermones respondebo illi.) Quid est quod ait, Nihil locutus est mihi? Nunquid sancta Ecclesia per prædicatores iustos cùm intra se arrogantes conspicit, erudire ac redarguere prætermittit? Exercet hæc, & quotidie exercere non cessat. Sed Heliu qui loquentem publicè beatum Iob audierat, dicat: Nihil locutus est mihi, quia nimirum omnes arrogantes voces quidem sanctę Ecclesię audiunt, sed sibi eas dici dissimulant, quando elationis vitium emendare contemnūt. Nec se de superbia redargui æstimant, quia esse se humiles putant, qui etiam redargui despiciunt, dum sapientiores se & ipsis redarguentibus arbitrantur. Quod vero ait: Et ego non secundū sermones vestros respōdebo ei: bene beato Iob nō secundum sermones eorū respondere se dicit. Arrogantes enim intra sanctam Ecclesiam positi, respondent contra eam: sed non sicut hæretici exterius constituti. Neque enim contradicunt ei praua prædicando, sed peruersē viuendo: quia nec de deo vt hæretici indigna sentiunt: sed de se plus quàm necesse est, digna suspicantur. Sequitur:

Arrogantes, voces Ecclesiæ sibi dici, dissimulant.

Caput. IX.

EXtimuerunt nec responderunt vltra, abstuleruntque à se eloquium.) Bene ad Heliu verba amici Iob extimuisse referuntur, quia nonnunquam arrogantes Ecclesiæ defensores, quanuis ordinem dicendi non teneant, tamen aduersarios ipsa dictorum virtute perturbant. Sequitur: Quoniam igitur expectaui, & non sunt locuti: steterunt, nec respō derunt

G derunt vltrà.)Finis esse locutionis sapientium solet:vt eousq; dicant quo aduersariis silentium imponant. Non enim se ostẽdere, sed praua docentes compescere cupiunt. Postquam vero de amicis Iob dictum est: Extimuerunt,nec responderunt vltrà,abstuleruntq; à se eloquium:Heliu subiungens,ait:Expectaui,& non sunt locuti: steterunt,nec responderunt vltrà, Et illis iam silentibus adhuc verba multiplicat:quia videlicet vir arrogans,& formam in se arrogantium intentans,non aduersariorum dicta superare,sed suam sapientiam ostentare festinat. Vnde & sequitur. Respondebo & ego partem meam, & ostendam scientiam meam.)Hanc enim partem suam omnis arrogans æstimat,si scientiam non tam habeat quàm ostẽdat,quia nimirũ omnes elati scientiam habere non appetunt, sed ostendere. Quo contra bene per Moysen dicit:Vas quod non habuerit operculum,nec ligaturam desuper,immundum erit. Tegmen quippe operculi,vel ligatura,est censura disciplinæ: qua quisquis non premitur, quasi vas immundum polluturnque reprobatur: An non vas sine operculo Heliu fuerat, qui hanc esse partem suam æstimauerat, si ostenderet scientiam quam habebat? Quasi enim vas sine operculo,vel ligatura polluitur, qui per studium ostentationis patens, nullo velamine taciturnitatis operitur.

Caput. X.

H PRædicatores autem sancti partem suam reputant,si intus quidem ipsi de sapientia gaudeant, foris autem alios ab errore compescant, neque à se ipsi ita loquendo exeunt, vt gaudium mentis in ostensione ponant disertæ locutionis:sed bonum scientiæ in cordis secreto meditantur,& ibi gaudent vbi hoc percipiunt,non vbi inter tot tentationum laqueos innotescere compelluntur: quanuis cùm bonum quod accipiunt,innotescunt:media interueniente charitate,ex profectu audientium, & non ex propria ostensione gratulantur. Arrogantes enim cùm scientiam accipiunt, nihil se accepisse æstimant, si hanc eos occultam habere contingat. Nusquàm quippe suum gaudium,nisi in ore hominum ponunt. Vnde & *Matt. 25.* fatuæ virgines in vasis suis oleum non sumpsisse referuntur: quia arrogantes omnes cùm se ab aliquibus fortasse vitiis cõtinent,bonum gloriæ intra conscientias habere non possunt. In vase autem proprio sumpserat Paulus oleum, qui dicebat: *2.Cor. 1.* Gloria nostra hæc est,testimonium conscientiæ nostræ. Inane ergo vasculum ferre, est intus corde vacuo, foris humani fauoris iudicium quærere. Heliu itaque quia gloriam dum exterius quærit, intra vas oleum non habet, dicit:Respondebo & ego partem meam,& ostendam scientiam meam. Vnde & hocipsum quod de feruore vanæ glorię intus patitur, verbis sequentibus aperit, dicens:

Quòd superbi, spiritu sancto plenos se esse asserunt,cuius feruor in virtute minoris intelligentiæ animos superat & transcendit.

I Plenus sum sermonibus,& coarctat me spiritus vteri mei. En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit. Loquar & respirabo paululum, aperiã labia mea,& respondebo.)Nonnunquam arrogantes viri,dũ prædicatores sanctos magna eloqui, ac pro locutione sua venerari conspiciunt,locutionis eorum celsitudinem, & non vtilitatem intentionis imitantur,neque hoc amant quod illi appetunt, sed hoc summopere appetunt,quòd clari hominibus ostendantur. Nam sæpe contingit vt sapientes viri cùm se nõ audiri considerant,ori suo silentium indicant,sed dum plerunque conspiciunt quòd iniquorum facinora ipsis tacentibus, & non corripientibus crescunt, vim quandam spiritus sustinent,vt in locutionem apertæ correptionis erumpant. Vnde propheta Hieremias cùm prædicationis sibi silẽtium indixis- *Hiere. 20.* set dicens:Non recordabor eius,neque loquar vltrà in nomine illius,ilico adiunxit: Et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans:claususque in ossibus meis,& defeci ferre non sustinens. Audiui enim cõtumelias multorum:Pro eo enim quòd se minimè audiri conspexit,silentium appetiit:sed cùm crescẽtia mala cerneret,in eodem silentio nõ permansit. Quia enim foris tacuit: ex tædio locutionis intus ignem pertulit de zelo charitatis. Inflammantur quippe corda iustorũ,cùm non correpta crescere conspiciunt acta malorum: eorumque culpæ se participes credunt,quòd in iniquitate crescere silẽdo permittunt. Dauid propheta postquam sibi silentium indixerat, dicens: Posui ori meo custodiam, dum consisteret peccator aduersum me: obmutui & humiliatus sum,& silui à bonis,in ipso suo silentio, iusto zelo charitatis exarsit,qui ilico subdidit: Et dolor meus renouatus est. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Intus ergo cor concaluit,quia dilectionis ardor per admonitionem locutionis exterius emanare recusauit. Ignis in meditatione cordis exarsit: quia increpatio delinquentiũ à correptione oris refrixit. Charitatis enim zelus consolatione admirabili augendo se temperat:quando contra iniquorum opera per vocem correptionis emanat:vt & quæ corrigere non valet,increpare non desinat: ne se participem delinquentium, ex consensu taciturnitatis addicat. K *Psalm. 38.*

Caput. XI.

SEd quia sæpe nonnulla vitia virtutes se esse mentiuntur, sicut effusio nonnunquam misericordia:& tenacia,nonnunquam parsimonia: & crudelitas aliquando iustitia vult videri:ita plerunque mentem ad loquendi impetũ, vanæ gloriæ anxietas nequaquam se intra silentiũ capiens quasi zelus charitatis inflammattatque appetitæ ostensionis vis ad effrenationem locutionis impellit,& quasi sub studio consulendi libido erumpit apparendi. Non enim curat loquendo quid prosit,sed quid appareat:nec studet vt malũ quod cernit corrigat,sed bonum quod sentit ostendat. Vnde Heliu quoq; spiritu elationis extensus,& sese intra silentij claustra non capiẽs ait:Plenus sum enim sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei. En venter meus quasi mustum absque spiraculo,quod lagunculas nouas dirumpit. Quod si intelligere spiritaliter debemus, hoc loco videlicet ventrem sinum cordis appellat. In musto vero sancti spiritus feruor accipitur,de quo in Euangelio dominus dicit:Vinum nouum mittunt in vtres nouos. Ex quo dum repentè replerentur apostoli:dum linguis omnibus loquerentur, à Iudæis nescientibus,sed tamen vera attestantibus dictũ est:Hi musto pleni sunt. Lagunculas verò,infirmas ipsã humanitate conscientias,vel certè hæc terrena corporum vascula,non incõuenienter accipimus:de quibus Paulus apostolus ait:Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Heliu autem,quia,sicut superius diximus,sic inflatione elationis extenditur,ac si ad loquendum per charitatis gratiam ardore spiritus sancti accendatur, sensus sui spiritum in eo quod tacuit, quasi musto absque spiraculo comparauit. Et benè ait:quod lagunculas nouas disrumpit, quia sancti spiritus feruor, non solum veteri,sed etiam noua vita vix capitur. Mustum ergo lagunculas nouas disrumpit, quia feruoris eius potentia etiam spiritalia corda transcendit. Loquar & respirabo paululum,aperiam labia mea,& respõdebo. Bene ait respirabo: quia sicut labor iustorum est videre praua nec corrigere, ita grauis est labor arrogantium,si quod sapiunt: non ostendunt. Vim quippe intrinsecus æstuantem ferre vix possunt,si omne quod sentiunt,paulo tardius innotescunt. Vnde necesse est vt cùm rei bona agitur, prius eius elatio in corde vincatur, ne si à radice miserę intẽtionis prodeat,amaros nequitiæ fructus producat. M

Quòd hi qui adhuc vitiis impugnari se sentiunt, aliorum curam suscipere omnino non præsumant.

Caput. XII.

HI ergo qui adhuc vitiorum bello subiacent, nequaquam per prædicationis vsum præesse magisterio cæterorum debent. Hinc est enim quod iuxta diuinæ dispensationis vocem,ab anno vicesimo & quinto Leuitæ tabernaculo seruiunt,sed à quinquagesimo custodes vasorum fiunt. Quid enim per annum quintum ac vicesimum, in quo flos iuuentutis oboritur,nisi ipsa contra vnum quodque vitiũ bella signantur? Et quid per quinquagesimum, in quo & iubilæi requies continetur, nisi interna requies edomito bello mentis exprimitur? Quid vero per vasa tabernaculi,nisi fidelium animę figurãtur? Leuitæ ergo ab anno vicesimo & quinto tabernaculo seruiunt, & à quinquagesimo custodes vasorum fiunt, vt videlicet qui adhuc impugnantium vitiorũ certamina per consensum delectationis tolerant, aliorum curam suscipere non præsumant: cùm vero tentationum bella subegerint, quo apud se iam de intima tranquillitate securi sunt, animarum custodiam sortiantur. Sed quis hæc tentationum prælia sibi perfectè subigat: cùm Paulus dicat: Video aliam

A legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ:& captiuum me duentem in lege peccati? Sed aliud est bella fortiter perpeti: aliud bellis eneruiter expugnari. In istis exercetur virtus, ne extolli debeat,in illis omnimodo extinguitur, ne subsistat. Qui igitur scit fortiter tentationem ferre certamini s, & cum tentatione concutitur,in alta arce præsidet quietis, quia etiam apud semetipsum sub seipso esse contentiones vitiorū conspicit,quibus nulla fractus delectatione consentit. Sequitur: Non accipiam personam viri,& deum homini nō æquabo. Nescio enim quandiu subsistam,etsi post modicum tollat me factor meus.)Recta consideratio quòd deum homini idcirco non æquat, quia quandiu hic subsistat,vel quando ad dei iudicium tollatur,ignorat. Et bene ait:Post modicum tollat me factor meus, quia quamlibet longum fuerit tempus vitæ præsentis,eoipso breue est,quo permanens non est.Neque enim dignum est,vt diutinū iudicetur, quicquid fine circunscribitur. Sed inter has sententias quas ex veritate solidas profert,ad verba rursum elationis erumpit,dicens:

Textus capitis tricesimitertij, libri beati Iob.

B AVdi igitur Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meum: loquatur lingua mea in faucibus meis. Simplici corde sermones mei: & sententiam labia mea puram loquentur.Spiritus dei fecit me, & spiraculum omnipotentis viuificauit me. Si potes,respondemihi:& aduersus faciem meam consiste.Ecce & me sicut & te fecit deus, & de eodem luto ego quoque formatus sum. Verūtamen miraculum meum non te terreat,& eloquentia mea non sit tibi grauis.Dixisti ergo in auribus meis: & vocem verborum tuorum audiui. Mundus sum ego, & absque delicto immaculatus: & non est iniquitas in me. Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi. Posuit in neruo pedes meos,custodiuit omnes semitas meas.Hoc est ergo in quo non es iustificatus.Respōdebo tibi,quia maior sit deus homine.Aduersus eū contendis,quòd non ad omnia verba respōderit tibi. Semel loquitur deus: & secundo idipsum non repetit. Per somnium in visione nocturna:quando irruit sopor super homines,& dormiunt in lectulo:tunc aperit aures virorum,& erudiens eos instruit disciplina: vt auertat hominem ab
C his quæ fecit:& liberet eum de superbia,eruēs animam eius à corruptione, & vitam illius vt non transeat in gladium. Increpat quoque per dolorem in lectulo:& omnia ossa eius marcescere facit. Abominabilis ei fit in vita sua panis,& animæ illius cibus antè desiderabilis. Tabescet caro eius:& ossa quæ tecta fuerant, nudabuntur.Appropinquabit corruptioni anima eius:& vita illius mortiferis.Si fuerit pro eo angelus loquens vnum de similibus, vt annunciet hominis æquitatem: miserebitur eius,& dicet:Libera eum,&non descendat in corruptionem.Inueni in quo ei propitier. Consumpta est caro eius à suppliciis: reuertatur ad dies adolescentiæ suæ.Deprecabitur deum,& placabilis erit ei:& videbit faciem eius in iubilo:& reddet homini iustitiam suam.Respiciet homines,& dicet: Peccaui,& verè deliqui:& vt eram dignus,non recepi. Liberauit animam suam ne pergeret in interitum,sed viuens lucem videret.Ecce hæc omnia operatur deus tribus vicibus per singulos: vt reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viuētium. Attende Iob & audi me:& tace dum ego loquor.Si autem habes quid loquaris:respondemihi. Loquere. Volo enim te apparere iustum.

Quod si nō habes:audi me,&tace:& docebo te sapiētiā. D

Quòd superbi exipsa quæ recte sentiunt,rectè proferre non possunt, vnde eos quos infra se vident, non consulendo, sed dominando alloquuntur.

Audi ergo Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meum, loquatur lingua mea in faucibus meis.) Pēsemus de qua elatione descendit,quòd beatum Iob audire se admonet, ꝙ os aperuisse se perhibet, quòd linguam suam in faucibus loqui promittit. Hoc enim habet proprium doctrina arrogantium, vt humiliter nesciant inferre quod docent,& recta quæ sapiunt,rectè ministrare nō possint. In verbis enim eorum proditur,ꝙ cùm docent,quasi in quodam sibi videntur sublimitatis culmine residere,eosque quos docēt, vt longè infra se positos,veluti in imo respiciunt,quibus non consulendo loqui,sed vix dominando dignantur.Rectè autē his per Prophetam dominus dicit: Vos autem cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Cum austeritate enim & potentia imperāt,qui subditos suos non tranquillè ratiocinando corrigere,sed asperè insectere dominando festinant. *Propriū doctrinæ arrogantium.* *Exec. 37.*

Caput. XIII.

AT contrà vera doctrina tanto vehementius hoc elationis vitium fugit per cogitationem, quanto ardentius verborum suorum iaculis ipsum magistrum elationis insequitur.Cauet enim ne eū magis elatis moribus prædicet,quem in corde audiētium sacris sermonibus insectatur. Humilitatem nanque,quæ magistra est omnium materq; virtutum,& loquendo dicere,& viuendo conatur ostendere: vt eam apud discipulosveritatis plus moribus quàm sermonibus eloquatur. Vnde Paulus Thessalonicensibus loquens, quasi culminis proprij Apostolatus oblitus ait: Facti sumus paruuli in medio vestrum.Vnde Petrus Apostolus cùm diceret:Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem, de ea quę in vobis est spe,in ipsa doctrinæ scientia qualitatem docendi asseruit esse seruandam, subdens: Sed cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam. Hoc autem quod discipulo Paulus ait:Præcipe hæc & doce cum omni imperio, non dominationem potentiæ, sed auctoritatem suadet vitæ. Cum imperio quippe docetur,quod prius agitur quàm dicatur.Nam doctrinę subtrahit fiduciā,quando conscientia præpedit linguam. Non ergo ei potestatem elatæ locutionis, sed bonæ fiduciam insinuauit actionis. Vnde etiam de domino scriptum est:Erat enim docens sicut potestatem habens: non sicut scribæ & pharisæi. Singulariter nanque ac principaliter solus ex potestate bona locutus est: quia ex infirmitate mala nulla cōmisit. Ex diuinitatis quippe potentia habuit id quod nobis per humanitatis suę innocentiam ministrauit. E *Humilitas magistra & mater est omnium virtutum.* *1. Thess. 2.* *1. Pet. 3.* *1. Tim. 4.* *Mat. 7.*

Quòd rectus ordo sit in doctrina: vt consideremus in primis quales sumus, & quales fuimus. Si nec sumus, nec fuimus, quales illi sunt quos emendare curamus,non extollamur.Item si nulla bona in eis sunt,quorum mala corrigimus,summopere attendendum est,quòd ita illos potest diuina gratia permutare, vt nos posterius in bonis quæ antè accepimus, præueniant. F

Caput. XIIII.

NOs enim quia infirmi homines sumus, cùm de deo hominibus loquimur, debemus primum meminisse quod sumus, vt ex propria infirmitate pēsemus quo docendi ordine infirmis fratribus consulamus.Consideremus igitur, quia aut tales sumus,quales nonnullos corrigimus, aut tales aliquando fuimus,etsi iam diuina gratia operante non sumus:vt tanto temperantius humili corde corrigamus,quanto nosmetipsos verius in his quos emendamus agnoscimus.Si autem tales nec sumus, ne fuimus,quales adhuc illi sunt quos emendare curamus: ne cor nostrum fortè superbiat, & de ipsa innocentia peius ruat, quorum mala corrigimus, alia eorum bona nobis ante oculos reuocem'. Quę si omnino nulla sunt, ad occulta dei iudicia recurramus, quia sicut nos meritis nullis hocipsum bonum quod habemus,accepimus:ita illos quoque potest gratia supernæ virtutis infundere,vt excitati posterius etiam ipsa possint bona quæ nos antè recepimus præuenire. Quis enim crederet quod per Apostolatus meritum Saulus lapidatum Stephanum præcessurus erat: qui in morte eius lapidantium *Considerationes habēdæ in aliorum correctione.* *Prima.* *Secunda.* *Tertia.*

G lapidantium veſtimenta ſeruabat? His ergo primùm cogitationibus humiliari cor debet, & tunc demum delinquentium iniquitas increpari. Sed hunc, vt ſæpe dictum eſt, locutionis modum Heliu ignorare oſtenditur, qui in locutione ſua elationis typho quaſi potẽtia cuiuſdam auctoritatis inflatur, dicens: Audi igitur Iob eloquia mea: & omnes ſermones meos auſcultа. Ecce aperui os meum, loquatur lingua mea in faucibus meis.) In faucibus verò loqui eſt ſilenter dicere, & nõ clamoribus vociferari. Quibus verbis arrogantes intra ſanctam Eccleſiam poſitos ſignat. Hi enim velut in faucibus loqui dicuntur, quando non contra aduerſarios extrà viuentes* clamãt: ſed quoſdam intra ſinum ſanctæ Eccleſiæ quaſi vicinos, ac iuxta poſitos increpant. Sæpe verò arrogantes eandẽ quam tenent arrogantiam ſe fugere oſtendunt, & dum ſic cuncta agunt, vt nullũ lateant, hæc priuatè ſingulis quaſi latenter narrant: quatenus non ſolum de ſenſu intelligentiæ, ſed de ipſo apud homines etiam arrogantiæ contemptu glorientur. Vnde nunc dicitur: Loquatur lingua mea in faucibus meis. Ac ſi apertè dicatur: Quæ contra te prudenter ſentio, ecce ſilenter narro. Aliquando autem in tantam imprudentiæ elationem proſiliunt, vt aliis tacentibus, ipſi ſoleant laudare quod dicũt. Vnde ſubiungit: Simplici è corde meo ſermones mei, & ſententiam labia mea puram loquentur.) Magnę virtutis laus eſt ſimplicitas locutionis. Quam quia arrogantes non habent, habere ſe hanc ſollicitius aſſerunt: vt ſecurius audiantur. Et purè ſe locuturos denunciant: quia duplicitatis ſuę malitiam deprehendi formidant. Sæpe autem & falſis vera permiſcent: vt inde eorum mendacio citius credatur, vnde ineſſe eis aſſertio veritatis agnoſcitur. Quia igitur Heliu & purè ſe locuturum perhibuit, & dicta ſua appellãdo ſententias fauore pręcueurrit, eandem iam ſententiam quam promiſit adiungit, dicens:

** aduerſarios excitãtes*

H

Quòd ſermo inordinatè prolatus, ſcientiam quam in audientium ſenſibus gignere debuerat, fœdat, & quid ſit, quòd vir qui ſeminis fluxum ſuſtinebat, immundus erat. Caput. XV.

SPiritus dei fecit me, & ſpiraculum omnipotentis viuificauit me.) Subditurus vera, præmiſit elata, & dicturus hoc quod rectè ſaperet, antè innotuit quãtum tumeret. Sic nimirum ſic arrogantiũ mentes inſaniunt, vt & in eis quæ rectè ſentiunt, elationis ſuæ tortitudine deprauentur. Vnde fit vt etiam eorum recta auditores nequaquam inſtruãt: quia profectò illos per ea quæ tumidè ſentiunt, non ad ſui reuerentiam, ſed ad contemptum vocant. Dumque dictis prudentibus ſtultitiæ verba miſcent: quia ſtultitia ab audiente deſpicitur, etiam prudentia non tenetur. Hinc enim per Moyſen dicitur: Vir qui fluxum ſeminis ſuſtinet, immundus erit. Quid eſt enim ſermo niſi ſemen? Qui dum ordinatè emittitur, audientis mens quaſi concipiẽtis vterus ad boni operis prolem fœtatur. Si verò importunè defluit, emittentem polluens, generandi virtutem perdit. Nam ſi ſermo ſemen non eſſet, de prædicante Paulo nequaquam Athenienſes dicerent: Quid vult ſibi ſeminiuerbi⁹ hic dicere? De quo & Lucas dicit: Ipſe enim erat dux verbi. Semen ergo vſurpropaginis dicatum incompetenter fluens, cætera membra coinquinat: cùm ſermo per quem in audiẽtium ſenſibus naſci ſcientia debuit, ſi inordinatè prodeat, etiam quæ rectè ſenſerit fœdat. Vnde Heliu quoque etiam quæ rectè poteſt ſentire, commaculat: dum cui vel quid loquatur ignorat. Et quaſi fluxum ſeminis ſuſtinet, cùm linguam vtilitati congruam, per verba vanæ locutionis mouet. Bono autem ordine, & factum ſe aſtruit, & animatũ. Per ſpiritum factum, & per ſpiraculum ſe narrat animatum. Facto quippe Adam, ſcriptum eſt: Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. Sed hæc quæ rectè aſtruit, vtrum rectè exequatur, audiamus. Sequitur:

Leui. 15.

I

Act. 14.

Gene. 2.

Si potes reſpõde mihi: & aduerſus faciem meam reſiſte.) Ecce dum narrat ordinem veræ conditionis, in faſtum ſubitò ſuperbæ elationis erumpit, atque aliis verbis hoc idem replicat, dicens: Ecce & me ſicut & te fecit deus: & de eodem luto ego quoque formatus ſum. Veruntamen miraculum meum nõ te terreat, & eloquẽtia mea non ſit tibi grauis.) Quid eſt hoc quòd Heliu ordinem verę conditionis agnoſcit, & modum rectæ locutionis ignorat? Quid eſt quòd ſe beato Iob, & conditus exæquat, & locuturus exaltat, niſi hoc ꝙ arrogantes omnes cunctis quidem hominibus ſe equaliter conditos meminerunt, ſed per faſtum ſciẽtiæ auditores ſuos æquales ſibi, vel eſſe vel credere dedignanꝰ: eiſq; ſe per naturę conditionem conferunt, ſed per tumorem ſcientiæ ſuperponunt? Aequales quidẽ ſe iudicant extitiſſe naſcendo, ſed non æquales remãſiſſe viuẽdo. Atq; in eo ꝙ equales quaſi viuendo iam non ſunt, illud ad maius miraculum reuocant, ꝙ equales naſcẽdo fuerunt. Vnde inflatus Heliu dicit: Ecce & me ſicut & te fecit deꝰ, & de eodẽ luto ego quoq; formatus ſum. Veruntamen miraculũ meũ non te terreat: & eloquentia mea non ſit tibi grauis. Caput. XVI.

K

HAbent hoc etiam arrogantes proprium quòd prius quàm dicant, mira ſe dicere ſemper exiſtimant, & locutionem ſuam admirando prævenium: quia vel in acutis ſenſibus ipſa elatio quanta ſit fatuitas, ignorant. Notandum quoque eſt quòd Paulus dum mirè Hebræos admoneret, adiunxit: Rogo autem vos fratres vt ſufferatis verbum ſolatij, etenim perpaucis ſcripſi vobis. Heliu autem inania protulit, & quaſi conſolando ſubiunxit: Miraculum meum nõ te terreat, & eloquentia mea non ſit tibi grauis. Ille dicta ſua verbum ſolatij: hic verò eloquentiam, & miraculum vocat. Ecce quàm diſtincti ſapores prodeunt fructuum ex diuerſa radice cogitationum. Ille de magnis humiliter ſentit, iſte de minimis ſe inaniter erigit. Quid ergo inter hæc niſi hoc ſolerter eſt intuendum ꝙ & aſcenſuri in imo ſe eſſe conſiderant, & caſuri ſemper in præcipiti ſtant? Salomone atteſtante, qui ait: Ante ruinam exaltatur cor, & ante gloriam humiliatur. Sequitur:

L

Quòd ſuperbi non tam conſolari, quàm increpare deſiderant.

Dixiſti ergo in auribus meis: & vocem verborum tuorum audiui.) Atque eandem vocem ſubiungens ait: Mundus ſum ego, & abſque delicto immaculatus, & nõ eſt iniquitas in me. Quia querelas in me reperit: ideo arbitratus eſt me inimicum ſibi. Poſuit in neruo pedes meos, cuſtodiuit omnes ſemitas meas. Moxq; contra hæc verba quæ beatum Iob dixiſſe narrauit, ſententiam ſuam proferens, ait: Hoc eſt ergo in quo nõ es iuſtificatus.) Profectò beatus Iob veraciter dixerat, ꝙ abſque culpa fuerit flagellatus. Hoc enim ipſe de ſe quod de illo ad diabolum dominus dixit: Commouiſti me aduerſus eum: vt affligerem illum fruſtra. Sed Heliu nõ credidit ceſſante culpa potuiſſe eũ etiam pro gratia flagellari. Neſciebat enim flagellis eius non deleri vitium, ſed meritum augeri, & pro eo ꝙ ſine delicto ſe dixerat flagellatum, hac eum ſentẽtia increpat, dicens: Hoc eſt ergo in quo non es iuſtificatus. Habent enim hoc arrogantes proprium, vt plus arguere appetant, quàm conſolari: & quæque hominibus euenire cognoſcunt, ex ſolis eos arrogantiæ niſſe iniquitatibus arbitrentur. Neſciunt quippe occulta iudicia ſubtiliter quęrere, atque id quod non intelligunt, humiliter perſcrutari, quia eos ſæpe à ſecretis inueſtigationibus iudiciorum dei, ipſa ſcientiæ ſuæ elatio deiicit dum extollit. Obſtaculum nanque veritatis eſt tumor mentis, quia dum inflat obnubilat. Qui & ſi quando ſciẽtiam videntur adipiſci, quaſi de quodam rerum cortice, & non de ſecretę dulcedinis medulla paſcuntur, micantibusque ingeniis ſæpe exteriora tantummodo attingunt, ſed interni guſtum ſaporis ignorant, videlicet foris acuti, ſed intus cæci ſunt. Neque id de deo ſentiunt quod dulce interius ſapiat, ſed quod excuſſum exterius ſonet. Qui etſi ſecreta quædam intelligendo percipiunt, eorum dulcedinem experiri non poſſunt, etſi nouerunt quomodo ſint, ignorant vt dixi quomodo ſapiunt. Caput. XVII

M

ET ſit plærunq; vt fortiter dicant, ſed tamen iuxta ea quę dicunt, viuere neſciant. Vnde bene quidam ſapiẽs dixit: Mihi autem det deus, hæc dicere ex ſententia. Sententia quippe à ſenſu vocata eſt. Et recta quæ intelligit, non ex ſola ſcientia, ſed ex ſententia dicere appetit, qui nequaquam tantummodo ſciendo dicere, ſed ſentiendo deſiderat experiri quod dicit. Sed mens arrogantium dictorum ſuorum ſenſum non penetrat, quia ab interno guſtu recto iudicio in eos foris res redigitur, quos foris amat. Vera autem ſcientia afficit, non extollit: nec ſuperbientes quos repleuerit, ſed lamentantes facit. Qua quiſque cùm repletus fuerit: primo loco ſe ſcire appetit, & iam ſui conſcius, tanto per illã robuſtius ſapit, quanto ſe infirmum in illa verius recognoſcit, atque ampliorẽ vi huius ſcientiæ ipſa ei humilitas aperit: dumque imbecillitatem ſuam

A iam conspicit, ipsa ei cognitio secretorum sublimium absconditos sinus pandit: qua cognitione pressus subtilior redditur, quo ad occulta rapiatur. Heliu ergo in flagellis beati Iob idcirco veracem rationem non inuenit, quia eam quærere humiliter nescit, & increpare potius quàm consolari paratior dicit: Hoc est ergo in quo non es iustificatus. Notandum quoq; est quòd beatus Iob in nervo pedem suum positum dixit: sed nequaquam mundum se hoc modo quo ei obiicitur, absque peccato vel immaculatũ & sine iniquitate fuisse memorauit. Sed Heliu dum cum austeritate studuit increpare quæ dicta sunt, mentiens addidit quæ dicta non sunt. Qui enim semper increpare appetunt, & nunquam fouere, multa plærunque increpando mentiuntur. Nam vt arguere doctè videantur, fingunt nonnunquam quæ redarguant, & cùm ipsi equino more in cursum suæ ostentationis inferueant, in subiectorum inuectionibus ex fictis sibi iniquitatibus campũ parant. Sciendum præterea est, sicut & superius dixi: quòd arrogantes viri inflatis suis sermonibus sæpe sortia dicta permiscent, nec considerant aliquando quid iuuent, sed pensant studiosè quid doceãt. Quorum nunc Heliu speciem tenet, qui non rectè viuere appetit, sed docere. Quia ergo sciens, sed arrogans loquitur, taceamus iam quod tumidum viuit, & audiamus quod solidum
B dicit. Post tot itaque elationis verba, tandem scientiam suam ostendere inchoans, ait: Respondebo tibi quòd maior sit deus homine.) Dicatur fortassè ab aliquo: Quis istud vel cùm non audit, ignorat? Sed nimirum hæc sententia vilis *creditur, si non ex ipsa intentionis suæ radice pensetur. Flagellato videlicet loquebatur, qui & percussionis verba acceperat, & causas verberum nesciebat. Idcirco ergo intulit:

*al. humilis.

Caput. XVIII.

REspondebo tibi quòd maior sit deus homine: vt flagellatus homo considerans quia illo maior est deus, in omne quod patitur, eius iudicio se postponat: cui se minorem esse nõ dubitat, & quod à meliore patitur, iustum credat, etiam si eiusdem iustitiæ causas ignorat. Quisquis enim etiam pro peccato percutitur, nisi murmurando renitatur: eo ipso iam iustus esse inchoat, quo ferientis iustitiam non accusat. Homo nanque sub deo est conditus: & ad conditionis ordinem redit, quando sibi æquitatem iudicis sui etiam quã non intelligit, anteponit. Bene ergo dicitur: Respõdebo tibi quòd maior sit deus homine: vt considerata potentia creatoris, deferueat tumor mentis per memoriam conditionis. Vnde Dauid propheta cùm percussionis pondere in excessum vocis erumpere cogeretur, ad considerationem conditionis suæ se re-
Psal. 37. colligens, ait: Obmutui, & non aperui os meum: quoniam tu fecisti me. Pensauit enim conditionis suæ ordinem, & iustitiam percussionis inuenit, quia qui benigne eum qui non
C erat condidit, eum profectò qui erat, non nisi iustè percussit. Sequitur:

Quòd in scriptura sancta semel dixit deus quicquid expedit homini, nec singulis cogitationibus hominum, per prophetarum voces vel angelorum ministeria interrogatus respondeat.

Aduersus eum contẽdis, quòd non ad omnia verba respõderit tibi. Semel loquitur deus, & secundò idipsum non repetit.) Afflicti cordis est proprium: vt in omne quod appetit, & tamen rerum ordinem contrarium sentit, si posit fieri, cur ita, vel non ita sit, diuinis sibi responderi vocibus velit: vt deum de cuncta rerum controuersia consulat, & responsionis eius cognita ratione conquiescat. Heliu autem præuidens quòd scripturam sacram dominus conderet: vt in ea vel publicis vel occultis cunctorum quæstionibus responderet, ait: Aduersus eum contendis, quod non ad omnia verba responderit tibi. Semel loquitur deus, & secundò idipsum non repetit. Ac si diceret: Deus singulorum cordibus priuatis vocibus non respondet, sed tale eloquium construit, per quod cunctorum quæstionibus satisfacit.

Caput. XIX.

IN scripturæ quippe eius eloquio causas nostras singuli si requirimus, inuenimus, nec opus est vt in eo quod specialiter quisque tolerat, responderi sibi diuina voce specialiter quærat. Ibi enim nobis omnibus in eo quod specialiter patimur, communiter respondetur, ibi vita præcedentium, sit forma sequentium. Vt enim vnum è pluribus proferamus: ecce dũ passione aliqua vel molestia carnis afficimur, scire fortassè occultas causas passionis eiusdem vel molestiæ optamus, quatenus in eo quod patimur, ex ipsa rerum scientia consolemur. Sed quia de specialibus tẽrationibus nostris nequaquam nobis singulis specialiter respondetur: ad scripturam sacrã recurrimus. Ibi videlicet inuenimus quod Paulus carnis suæ infirmitate tentatus, audiuit: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus
1. Cor. 12. in infirmitate perficitur. Quod idcirco illi in infirmitate propria dictum est: ne singillatim nobis omnibus diceretur. In scriptura igitur sacra vocẽ dei afflicto Paulo audiuimus, ne cùm fortassè affligimur, singuli audire eam priuata consolatione quæreremus. Nõ ergo dominus ad omnia verba nobis respõdet: quia semel loquitur, & secundò idipsum nõ repetit, id est, in his quæ per scripturam sacram ad patres nostros protulit, nos erudire curauit. Discant itaque sanctæ doctores Ecclesiæ, discant & arrogantes cùm intra eam laborare quosdam pusillanimitate conspiciunt, quia nobis deus ad verba omnia non respondet: quia semel loquitur deus, & idipsum secundò non repetit, id est cogitationibus vel tentationibus singulorum nõ iam passim per prophetarum voces, non iam per angelica of-
E ficia satisfacit: quia in scriptura sacra quicquid potest singulis euenire comprehendit: atque in illa per exempla præcedentium, etiam vitam sequentium informare curauit. Quanuis quod ait: Semel loquitur deus: & secundò idipsum non repetit: hoc intelligi subtilius potest: quòd pater vnigenitum consubstantialem sibi filium genuit. Loqui enim dei, est verbum genuisse. Semel autem loqui dei, est verbum aliud præter vnigenitum non habere. Vnde & aptè subditur: Et secundò idipsum non repetit: quia videlicet hoc ipsum verbum, id est, filium non nisi vnicum genuit. Quod autẽ non ait: locutus est, sed loquitur: non videlicet tempus præteritum nec futurum ponens: liquet omnibus quia deo nec præteritum tempus cõgruit nec futurum. Tanto ergo in eo quodlibet tempus ponitur liberè: quanto nullum verè. Neque enim quodlibet liberè dici poterat, si saltem vnum propriè diceretur. Inde itaque dici in deo tẽpus audaciter quodlibet licet: vnde in eo dici propriè nullũ licet. Verbum nanq; pater sine tempore genuit. Et quis dignè fari queat illam ineffabilem natiuitatem, quòd de æterno natus est coæternus, quòd existens ante sæcula genuit æqualem, quòd gignente natus posterior non est? Quæ videlicet nos mirari possumus, sed intueri minimè valemus. Illius autem natiuitatis vim iã mirari posse, aliquatenus videre est. Sed quomodo videmus quod nequaquam comprehendimus? Est autem quod de vsu carnis pertrahere ad sensum spiritus debemus. Nam si quis in tenebris clausis oculis iaceat: atque ante eum subitum lucernæ lumen erumpat, clausi eius oculi F ipso aduentu luminis feriuntur vt pateſcant. Cur ergo turbati sunt, si clausi nihil viderunt? Nec tamen aliquid perfectũ fuit: quod videre clausi potuerunt. Nã si perfectè totum vidissent: cur aperti quærerent quod viderẽt? Sic itaque sic sumus: cum de incomprehensibili natiuitate intueri aliquid conamur. Eo-ipso enim quòd fulgoris admiratione percutitur animus: & quasi videt quod videri non valet: velut in tenebris positus, vim lucis oculus clausus videt. Heliu nanque ait: Semel loquitur deus: Dauid verò verbi vnigeniti natiuitatem intuens ait: Semel locutus est deus. Quia enim vnigenitus filius idem verbum patris & perfectione natus dicitur: & pro æternitate semper nasci perhibetur: sacra scriptura libere dicere de deo consueuit: quia locutus est, & loquitur. In eõ enim quòd perfectum verbum genuit, & locutus est pater: in eo autem quòd semper gignit, vtique loquitur: quanuis hoc quod perfectum diximus, propriè non dicamus, neque enim quod factum non est, propriè dicitur esse perfectum: sed eius plenitudinem per quandam angustiã nostræ locutionis exprimimus: sicut etiam de patre dominus dicit: Estote perfecti, sicut & pater vester Matth. 5. cœlestis perfectus est. Quia verò hæc diuinæ naturæ secreta admiratio non facile occupatis per terrena desideria mentibus innotescit: aptè dei locutio qualiter ad nos fiat insinuat dicens: Per somnium in visione nocturna: quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo.)

In scriptura sacra quicquid potest singulis euenire, dominus cõprehendit &c.

G *Quòd in nocte vitæ præsentis diuina natura ad plenum non agnoscitur: & idipsum quod quasi in caligine conspici potest, tunc demum videmus, cùm ab huiusmodi mundi tumultuosa concupiscentia segregati, quasi clausis corporalibus sensibus in quiete contemplationis diuinæ dormimus.*

Caput. XX.

Impedimẽtũ cognitionis dei secretorum.

QVid est quod per somniũ nobis locutio diuinitatis innotescit, nisi quòd dei secreta non cognoscimus, si in terrenis desideriis vigilemus? In somnio enim exteriores sensus dormiunt, & interiora cernuntur. Si ergo interna cõtemplari volumus, ab externa implicatione dormiamus. Vox videlicet dei quasi per somnium auditur, quando tranquilla mente ab huius seculi actione quiescitur: & in ipso mentis silentio diuina præcepta pensantur. Cùm enim ab externis actionibus mens sopitur: tunc plenius mandatorum dei pondus agnoscitur. Tunc verba dei mens viuacius penetrat, cũ ad se admittere curarum secularium tumultus recusat. Malè autem homo vigilat: quando eum seculariũ negociorum æstus insolenter inquietat. Auré quippe cordis terrenarum cogitationum turba dum perstrepit claudit: atque in secretario mentis, quanto minus curarum tumultuantiũ sonus compescitur, tanto amplius vox præsidẽtis iudicis nõ auditur. Neq; enim perfectè homo sufficit ad vtraque diuisus: sed dum sic interius erudiri appetit vt tamen exterius implicetur: vnde exterius auditũ aperit, inde interius obsurdescit. Moyses admixtus Aegyptiis quasi vigilabat: & idcirco vocẽ domini in
Exod. 3. H Aegypto positus non audiebat. Sed extincto Aegyptio postquam in desertum fugit, illic dum quadraginta annis deguit, quasi ab inquietis terrenorum desideriorum tumultibus obdormiuit: atque idcirco diuinam vocẽ percipere meruit: quia per supernam gratiam quanto magis ab appetendis exterioribus torpuit, tanto verius ad cognoscenda interiora vigilauit. Rursus Israëlitici populi turbis prælatus, vt legis præcepta
Exod. 19. percipiat, in montem ducitur, atque vt interna penetret, ab externis tumultibus occultatur.

Caput. XXI.

Cautela sanctorum virorum.

VNde & sancti viri qui exterioribus ministeriis deseruire officij necessitate coguntur: studiosè semper ad cordis secreta refugiunt: ibiq́ue cogitationis intimæ cacumen ascendunt: & legem quasi in monte percipiunt: dum postpositis tumultibus actionum temporalium, in cõtemplationis suæ vertice supernæ voluntatis sententiã perscrutantur.
Exemplum de Moyse. Hinc est quòd idem Moyses crebrò de rebus dubiis ad tabernaculum redit: ibiq́ue secretò dominũ cõsulit: & quid certius decernat agnoscit. Relictis quippe turbis ad tabernaculũ redire, est postpositis exteriorũ tumultibus, secretũ mentis intrare. Ibi enim dominus cõsulitur: & quod foris agẽdũ est publicè, intus silenter auditur. Hoc quotidie boni rectores faciunt: cũ se res dubias discernere nõ posse cognoscunt: ad secretũ mentis velut ad quoddam tabernaculum reuertuntur: diuinaq́; lege perspecta, quasi coram posita arca dominum cõsulunt: &
I quod prius intus tacentes audiunt: hoc foris postmodũ agẽtes innotescunt. Vt enim exterioribus officiis inoffensè deseruiãt, ad secreta cordis recurrere incessabiliter curant: & sic vocem dei quasi per somnium audiunt, dum in meditatione mentis à carnalibus motibus abstrahuntur. Hinc est quòd sponsa in
Canti. 5. Canticis canticorum sponsi vocem quasi per somnium audierat, quæ dicebat: Ego dormio, & cor meum vigilat. Ac si diceret: Dum exteriores sensus ab huius vitæ sollicitudinibus sopio: vacante mente viuacius interna cognosco. Foris dormio: sed intus cor vigilat: quia dum exteriora quasi non sentio, interiora solerter apprehendo. Bene ergo Heliu ait: Quia per somniũ loquitur deus, atque aptè subdidit, in visione nocturna.) Nocturna enim visio apparere contẽplationi mentis sub quibusdã imaginibus solet. In diurna autem luce certius cernimus: in nocturna verò visione cunctanter videmus. Et quia sancti omnes quandiu in hac vita sunt, diuinæ naturæ secreta quasi sub quadam imaginatione cõspiciũt, quia videlicet necdum sicut sunt, ea manifestius contẽplantur, bene Heliu postquam dixit deũ nobis per somnium loqui, subdit: In visione
Nox vita præsens. nocturna. Nox quippe est vita præsens: in qua quãdiu sumus, per hoc quòd interna conspicimus, sub incerta imaginatione caligamus. Propheta nanque ad videndũ dominum quadã se premi caligine sentiebat, dicens: Anima mea desiderauit te in K
nocte. Ac si apertè diceret: In hac obscuritate vitæ præsentis *Esa. 26.*
videre te appeto: sed adhuc infirmitatis nubilo circunscribor. Dauid quoque huius noctis caliginem videns, claritatem veri luminis præstolatus ait: Mane astabo tibi, & videbo. Adhuc *Psalm.*
ergo in nocte minus se videre cõspicit: qui ad videndũ deum futurum mane cõcupiscit. Quia verò, vt diximus, ab exteriori actione cessare dormire est: bene Heliu subdit: Quãdo irruit sopor super homines.) Quia autem sancti viri cum exteriori actioni non deseruiunt: intra mentis cubilia cõquiescũt, aptè subiungit: Et dormiunt in lectulo.) Sanctis enim viris dormire in lectulo, est intra mentis suæ cubile quiescere. *Psal. 149.*
Vnde scriptũ est: Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Dicatur ergo quòd semel nobis loquitur deus per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo: quia nimirum tunc secreta diuinitatis agnoscimus, cum ab huius mundi tumultuosa cõcupiscentia intra mentis nostræ cubilia segregamur. Quia verò, vt sæpe iã diximus, auré cordis tumultus seculariũ negociorum claudit: & quies secretæ considerationis aperit, aptè subiungit: Tunc aperit aures virorum: & erudiens eos instruit disciplina. Cùm enim ab exterioribus actionibus sopiũtur: aperta aure interni examinis causas audiũt. Qui dum subtiliter vel flagella publica vel iudicia occulta considerant: semetipsos afficere flendo non cessant. Vnde bene dictum est: L

Quòd quatuor modis in compunctione afficimur.

Et erudiens eos instruit disciplina: quia consideranti menti & sese per pœnitentiam laceràti, quasi quædam plagæ percussionis, sunt lamenta cõpunctionis. Vnde etiam Salomon rectè vim percussionis vtriusque coniungens, ant: Liuor vulneris abstergit mala, & plagæ in secretioribus ventris. Per liuorẽ quippe vulneris, disciplinã insinuat corporeę percussionis. Plagæ verò in secretioribus ventris, sunt interna mentis vulnera quæ per cõpunctionem fiunt. Sicut enim vẽter cibis repletus extenditur: ita mẽs prauis cogitationibus dilatata subleuatur. Abstergunt igitur mala & liuor vulneris & plagæ in secretioribus ventris: quia & disciplina exterior culpas diluit: & extẽsam mentem compunctio pœnitentiæ vlrione transfigit. Sed hoc inter se vtraque hæc differunt: quòd plagæ percussionum dolent, lamenta cõpunctionum sapiunt. Illæ affligentes cruciant: ista reficiunt dum affligunt. Per illas in afflictione mœror est: per hæc in mœrore lætitia. Quia tamen ipsa compunctio mentem lacerat: eandẽ compunctionem non incongruè disciplinã vocat. Quatuor quippe sunt qualitates quibus iusti viri anima in cõpunctione vehemẽter afficitur. Cùm aut malorum suorum reminiscitur, cõsiderans vbi fuit: aut iudiciorũ dei sententiã metuens, & secũ quærẽs, cogitat vbi erit: aut cùm mala vitæ præsentis solerter attendẽs, mœrẽs, cõsiderat vbi est: aut cùm bona supernæ patriæ cõtẽplatur: quę quia necdũ adipiscitur: lugens cõspicit vbi non est. Malorum suorum Paulus M
meminerat: & ex eis se in quibus fuerat, affligebat, cùm diceret: Non sum dignus vocari Apostolus: quia persecutus sum *1. Cor. 15.*
Ecclesiam dei. Rursum diuinum iudicium subtiliter pensans: in futuro malè esse metuebat dicens: Castigo corpus meum & *1. Cor. 9.*
seruituti subiicio: ne forte aliis prædicans ipse reprobus efficiar. Rursus mala præsentis vitæ pensabat cùm diceret: Dum *2. Cor. 5.*
sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. Et, Video aliã legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in mẽbris meis. *Rom. 7.*
Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et rursum bona æternæ patriæ considerabat dicens: Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad *1. Cor. 13.*
faciem, Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut *2. Cor. 5.*
& cognitus sum. Atque iterum: Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur: quòd ædificationem ex deo habemus, domum non manufactam, æternam *Ephes. 5.*
in cœlis. Cuius domus bona intuens, Ephesiis dicit: Vt sciatis quæ sit spes vocationis eius: & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis: & quæ sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credidimus. Mala vitæ præsentis beatus Iob considerans, ait: Tentatio est vita humana super terram, *Psal. 6.*
Vnde Dauid quoque ait: Vniuersa vanitas omnis homo viuens. Et

A uendet quantquam in imagine dei ambulet homo: tamen vane conturbabitur. Qui rursum æternam patriam contemplatus: & hæc mala præsentis in quibus erat: atque illa bona considerans in quibus adhuc non erat, ait: Heu me, quia incolatus meus prolongatus est. Et, Ego dixi in pauore meo: proiectus sum à vultu oculorum tuorũ. Subleuatus in ecstasi, quod nostri interpretes pauorem non propriè vocauerũt, à vultu oculorum deiectum se esse proiectum. Post interni quippe luminis visionem, quæ in eius anima per contemplationis gratiam radio claritatis emicuit, ad semetipsum rediit: & cognitione percepta, vel quibus illic bonis deesset, vel quibus malis hic adesset, inuenit. Neq; enim quis præsentis vitæ mala sicut sunt conspicere prævalet: si bona æternæ patriæ per contemplationis gustum contingere necdum valet. Vnde & à vultu oculorum dei proiectum se esse cognouit. Subleuatus quippe vidit quod se hic videre non posse ad se relapsus ingemuit. Perfectam scilicet animam ista compunctio afficere familiarius solet: qua omnes imaginationes corporeas insolenter sibi obuiantes discutit: & cordis oculum figere in ipso radio incircũscriptæ lucis intendit. Has quippe figurarum corporaliũ species, ad se intus ex infirmitate corporis traxit. Sed perfectè cõpuncta hic summopere inuigilat: ne cum veritatem quærit, eam imaginatio circunscriptæ visionis illudat: cunctasque sibi obuiantes imagines respuit. Quia enim per illas infra se lapsa est: sine illis super se ire conatur: & postquam per multa indecenter sparsa est, in vnum se colligere nititur: vt si magna vi amoris prævalet, esse vnum atque incorporeum contempletur. Vnde aliquando ad quandam inusitatam dulcedinem interni saporis admittitur: ac raptim aliquo modo ardenti spiritu afflata renouatur: tantoque magis inhiat, quanto magis quod amet degustat: atque hoc intra se appetit, quod sibi dulce sapere intrinsecus sentit: quia videlicet eius amore dulcedinis sibi coram se viluit: & postquam hanc vtcunque percipere potuit: quid sine illa dudum fuisset inuenit. Cui inhærere conatur, sed ab eius fortitudine, sua adhuc infirmitate repellitur: & quia ejus munditiæ contemperari non valet, flere dulce habet: sibiq; ad se cadenti infirmitatis suę lachrymas sternere. Neque enim mentis oculum potest in id quod intra se raptim conspexerit figere: quia ipso vetustatis suæ vsu deorsum ire compellitur. Inter hæc anhelat, æstuat, super se ire conatur: sed ad familiares tenebras suas victa fatigatione relabitur. Quia ergo sic affecta anima contra semetipsam graue certamẽ tolerat: & quia omnis hæc de nobis cõtrouersia cũ nos afficit, affligit: quanuis delectatione permixta nõ modicum dolorẽ parit: Heliu postquam dixit deum nobis per somnium loqui: & locutione eius nostras aures aperiri: non immerito eandem apertionem au-

C rium disciplinam vocat: quia eo magis nos afficiendo conterit, quo magis ad nos per occultam eius inspirationis gratiam internæ intelligentiæ sonus erũpit. Neque enim fleret extrinsecus quisq; quod est: si non intrinsecus potuisset sentire quod nondum est. Nanque cum nosmetipsos inspicimus bene conditos: sed ad persuasionem diabolicam pestifera consensione deceptos: in nobismetipsis attẽdimus aliud esse quod fecimus, aliud quod facti sumus: conditione nos integros, sed culpa vitiatos. Proinde compuncti appetimus vitare quod fecimus: vt ad id quod facti fuimus, reformemur. Vnde & aptè sequitur:

Ps.118. Psalm. 30.

Præsentis vitæ mala sicut sunt, conspicere non valet, qui bona æternæ patriæ per cõtemplationẽ gustare non potest.

Caput. XXII.

VT auertat hominem ab his quæ fecit: & liberet eum de superbia.) Quid enim homo de seipso nisi peccatum fecit? Et scriptum est: Initium omnis peccati superbia. Bene ergo dicitur: quia homo cum ab his quæ fecit auertitur: de superbia liberatur. Contra conditorem quippe superbire, est præcepta eius peccando transcendere: quia quasi à se iugum dominationis eius excutit: cui per inobedientiam subesse contemnit. At contrà qui id quod fecit vitare appetit: id quod à deo factus est recognoscit: & ad conditionis suæ ordinem humiliter redit, dum sua opera fugiens, talem se esse qualis à deo factus est diligit. Quia verò per hanc intelligentiam gloria sempiterna recipitur, supplicia æterna vitantur, aptè subiungitur:

Eccli.10.

Quòd de corruptione transeũt ad gladium, qui de peccato ad supplicia rapiuntur.

Eruens animam eius de corruptione: & vitam illius vt non transeat in gladium.) Omnis quippe peccator ab hac corruptione vitiorum illuc ad gladium compellitur transire pœnarum: vt vnde hic iniquè delectatus est, inde illic iustè crucietur. Notandum est ergo quòd deus nobis per somnium loquens, prius nos à corruptione, & postmodum à gladio liberat: quia nimirum illius vitam illic eripit ab vltione supplicij, cuius hic mentem subtrahit à delectatione peccati. Neque enim illic habet quod formidare debeat de gladio sententiæ: quem hic post emendationem suam pollutio non corruperit culpæ. Bene ergo dicitur: Eruens animam eius de corruptione: & vitam illius vt non transeat in gladium. De corruptione: nanque ad gladium transire, est post peracta vitia ad toleranda supplicia peruenire. Sequitur:

D

Deus nobis per somnium loquẽs prius nos à corruptione & postmodũ à gladio liberat.

Quòd occulto dei iudicio agitur: vt in cuiusque ordinis loco, in cuiusque secreti recessu homo sine tentationibus nõ viuat: & plærũque quod sibi ad requiem parat, mutetur in perturbationem.

Caput. XXIII.

INcrepat quoque per dolorẽ in lectulo: & omnia ossa eius marcescere facit.) In scriptura sacra lectus siue grabbatus seu stratum, aliquando voluptas carnis, aliquando repausatio in bonis operibus, aliquãdo requies temporalis accipitur. Quid est enim quod in Euãgelio sanato cuidam dominus dicit: Surge, tolle grabbatum tuum: & vade in domum tuã: nisi quòd per grabbatum voluptas corporis designatur? Et iubetur vtique vt hoc sanus portet, vbi infirmus iacuerat: quia nimirum omnis qui adhuc vitiis delectatur, infirmus iacet in voluptatibus carnis. Sed sanatus hoc portat, vbi infirmus iacuerat: quia diuino adiutorio ereptus, à vitiis eiusdem carnis contumelias postmodum tolerat, in cuius prius desideriis requiescebat. Rursum per lectum vel stratum repausatio in bonis operibus designatur. Vnde in Apostolorum actibus Petrus apostolus dicit: Aenea, sanet te dominus Iesus Christus: surge & sterne tibi. Quid est dicere surge, nisi mala quæ perpetrasti derelinque? Et quid est dicere: sterne tibi, nisi mercedis causas in quibus requiescere debeas operare? vt & deserat resurgendo quæ fecit: & inueniat sternendo quod fecerit. Quod vtrũque propheta breuiter comprehendit dicens: Declina à malo, & fac bonum. Declinare quippe à malo, est ab eo quo iacuit surgere: bonum vero facere, est mercedis opera in quibus requiescere debeat præparare. Qui enim declinat à malo, sed bona adhuc non facit: surrexit quidem ab eo quo iacuit: sed vbi requiescere debeat nondum strauit. Et rursum lectus vel stratum requies temporalis accipitur: sicut scriptum est: Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Cùm enim quisque curis secularibus fatigatus: deserere per diuinam gratiam huius mundi itinera laboriosa compungitur: cogitare solet

F quomodo præsentis vitæ desideria fugiat, & ab eius laboribus requiescat: sibiq; mox desideratæ quietis ordinem quærit: & velut quoddam stratum sicut à cunctis laboribus cessationis locum inuenire concupiscit. Sed quia in hac vita adhuc homo positus: in cuiuslibet ordinis loco, in cuiuslibet secreti secessu viuere sine tentationibus nullatenus potest: plærunque in id quod ad requiem constituitur, maior dolor tentationis inuenitur. Vnde rectè per prophetam dicitur: Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Ac si diceret: Omne quod hic sibi parauit ad requiem: hoc ei mutasti occulto iudicio ad perturbationem. Quod pio quidem dei consilio agitur: vt huius peregrinationis tempore electorum vita turbetur.

Ps.40.

Viuere sine tentationibus nulla tenus homo potest.

Caput. XXIIII.

VIa quippe est vita præsens qua ad patriam tendimus: & idcirco hic occulto iudicio frequenti perturbatione conterimur, ne viam pro patria diligamus. Solent etenim nonnulli viatores cùm amœna fortasse in itinere prata conspiciunt, pergendi moras innectere: & à cœpti itineris rectitudine declinare: eorumque gressus tardat pulchritudo itineris dum delectat. Electis ergo suis ad se pergentibus dominus huius mundi iter asperum facit: ne dum quisq; vitę præsentis requie, quasi amœnitate viæ pascitur: magis eum diu pergere quàm citius peruenire delectet: ne dum oblectatur in via, obliuiscatur quod desiderabat in patria. Quia ergo in hac vita omnis nostra quam fortasse parauimus requies turbatur, rectè dicitur: Increpat quoq; per dolorẽ in lectulo: id est,

Via ad patriam præsens vita.

G in præsentis vitæ requie, vel tentationis nos stimulis, vel flagelli afflictione conturbat. Nam sæpe humanus animus quâlibet breui tempore sine tẽtatione in bonis studiis fuerit, mox de eisdem studiis, in quibus quiescendo se exerit: de ipsis virtutibus quibus multiplicari nititur, dum proficere se sentit eleuatur. Vnde pio rectoris nostri moderamine, impulsu tentationis afficitur, vt in eo ipsa profectus sui elatio comprimatur. Quapropter postquam dixit: Increpat quoque per dolorem in lectulo, aptè subiunxit:

Quòd tentationum profectus sit, cùm infirmitatem nostram recolimus, & cognoscimus quid diuino munere possumus: & quid ex nobis sumus.

Et omnia ossa eius marcescere facit. Ossa in scriptura sacra
Psal.33. virtutes accipimus: sicut scriptum est: Dominus custodit omnia ossa eorum, vnum ex eis non conteretur. Quod vtique non de ossibus corporis, sed de viribus dicitur mentis. Nã certè nouimus quòd & multorum martyrum corporaliter ossa confracta sunt: & persecutores domini, latronis illius cui dictũ est: Hodie mecum eris in paradiso: sicut latronis alterius in cruce crura fregerunt. Cùm ergo increpat per dolorem in lectulo, omnia ossa facit marcescere: quia cum in ea requie quã nobis ab hoc seculo præparamus: flagello tentationis afficimur: qui fortasse de virtutibus nostris inflari potuimus, cognitæ infirmitatis nostræ tędio extenuamur. Cum enim sicut cupimus ad deum proficimus: si profectum nostrum tentatio nulla pulsaret, alicuius nos fortitudinis esse crederemus. Sed quia nobiscum superna dispensatione agitur, vt infirmitatis nostræ quia proficientes obliuiscimur: tentati recolamus: & in profectu nostro quid de diuino munere, & in tentatione
H cognoscamus, quid de propriis viribus sumus. Quæ nos profectò tentatio ad plenum raperet, nisi protectio superna seruaret. Sed pulsat nec frangit: impellit nec mouet: quatit nec deiicit: vt de nostra infirmitate sentiamus esse quòd quatimur: & de diuino munere esse quòd stamus. Et quia sæpe anima alicuius boni sibi conscia, cum virtutes suas sibi ad memoriam reuocat, quadam delectatione pascitur: & quasi gratulatione propriæ plenitudinis impinguatur: bene dicitur, quòd tentatione pulsante marcescunt ossa: quia dum propria infirmitas tentatione interroganre cognoscitur, omnis illa nostrarum virium velut pinguis viridisque gratulatio, subito anxietatis mœrore siccatur: & qui nos alicuius esse momenti bona nostra pensando credidimus, pulsati paulo amplius perituros nos iam iamque formidamus. Tunc omne bonorum nostrorum gaudium vertitur in pauorem pœnarum. Tunc iniquos nos esse deprehendimus, qui sanctos pauloante credebamus. Tabescit mens, stupent oculi: omne quod prius prosperum arridebat euanescit, lux ipsa fastidio est: & solæ se in animo tenebræ mœroris effundunt: nihil quod delectet aspicitur, triste
I est quicquid occurrit. Vnde & aptè sequitur:

Quòd homini in tentationibus consistunto præsentis vitæ dulcedo amarescit: & nihil aliud quàm gemere & flere delectat.

Abominabilis ei fit in vita sua panis, & animæ illius cibus antè desiderabilis. Ac si apertè dicat: afflicta mens sibi in amaritudinem verti considerat, quicquid se antea blandè libenterque satiabat.

Caput. XXV.

Panis multiplex. IN scriptura enim sacra panis, aliquando ipse dominus, aliquando spiritalis gratia, aliquando diuinę doctrinæ eruditio, aliquando hæreticorum prædicatio, aliquando subsidium vitæ præsentis, aliquando iocunditas humanæ delectationis accipitur. In pane dominus signatur: sicut ipse in Euã-
Ioan.6. gelio dicit: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Rursum per panem gratia doni spiritalis accipitur: sicut per pro-
Esaiæ.33. phetam dicitur: Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem: & claudit oculos suos ne videat malum, iste in excelsis habitabit: munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est. Quid est enim obturare aures suas ne audiat sanguinem: nisi peccatis suadentibus, quæ de sanguine & carne nascuntur, non præbere cõsensum? Et quid est, ne malum videat, oculos claudere, nisi omne quod rectitudini aduersum est, non approbare? Iste in excelsis habitabit: quia quanuis eum adhuc caro in inferioribus retinet, mentem iam in sublimibus fixit. Munimenta saxorum sublimitas eius: quia qui obiecta desideria terK renæ conuersationis calcat, ad supernam patriam per præcedentium patrum exempla se subleuat. Et quia per contemplationis donum gratia spiritali satiatur, aptè subiungitur: Panis ei datus est, id est, refectionem spiritalis gratiæ percipit: quia se à bonis infimis cœlestia sperando suspendit. Hinc etiam de sancta Ecclesia per Dauid dominus dicit: Pauperes eius satu-
Psal.131. rabo panibus: quia in illa mentes humilium positę, spiritalium implentur refectione donorum. Rursum per panẽ diuinæ do-
Esa.55. ctrinę eruditio designatur: sicut per prophetã dicitur: Qui habitatis in terra Austri, cum panib' occurrite fugienti. In terra quippe Austri habitãt, qui in sancta Ecclesia positi, superni spiritus charitate perflantur. Fugit autem, qui huius mundi mala euadere concupiscit. Qui ergo in terra Austri habitat, fugienti cum panibus occurrat, id est, is qui iam sancto spiritu intra Ecclesiam plenus est: eum qui mala sua euadere nititur, eruditionis alloquio consoletur. Fugienti scilicet cũ panibus occurrere, est metuenti æterna supplicia, doctrinæ sacræ escas offerre: & modo tumorem terrore comprimere, modo pauorem exhortatione refouere. Quia panis refectio scripturæ sacræ non inconuenienter accipitur: per eundem prophetam Iudęis
Esaiæ. solam literam seruantibus dicitur: Quare appenditis argentum, & non in panibus? Ac si diceret: Pensatis sacra eloquia, sed non in refectione: quia dum solam literæ speciem custoditis, de spiritali intelligentia pinguedinem internæ refectionis amittitis. Vnde illic aptè subiungitur: Et laborẽ vestrum non in saturitate.

Caput. XXVI.

RVrsum per panem hæreticorum prædicatio designatur: sicut per Salomonem mulier hæreticæ Ecclesiæ
L typum gestans & stultos conuocans dicit: Panes occultos libenter edite. Vel sicut in nostra translatione scriptum
Prouer.9. est: Aquæ furtiuæ dulciores sunt: & panis absconditus suauior. Sunt enim nonnullæ hæreses quæ apertè metuunt prædicare quod sentiunt: & apud infirmorum mentes verba sua tanto magis condiunt, quanto quasi amplius reuerenter abscõdunt. Vnde non immerito dicitur: Panes occultos libenter edite. Miseris enim cordibus occulta hæreticorum verba eo magis sapiunt, quo cum reliquis communiter non habentur. Rursum per panem subsidium præsentis vitæ accipitur: sicut Ia-
Gen. cob ad Laban transiens, ait: Domine deus si dederis mihi panem ad manducandum, & vestem ad induendum. Et sicut in
Ioan.6. Euangelio dominus turbis se sequentibus dicit: Quæritis me, non quia vidistis signa: sed quia mãducastis ex panibus meis, & saturati estis. De septẽ enim panibus fuerant satiati. Et per corũ personã dominus illos intra sanctam Ecclesiã detestatur, qui per sacros ordines ad dominũ propinquãtes: nõ in eisdem ordinibus virtutum merita, sed subsidia vitæ præsentis exqui-
M runt: nec cogitant quid viuendo imitari debeant, sed quæ cõpendia percipiendo satientur. Satiatos quippe de panibus dominum sequi, est de sancta Ecclesia temporalia alimenta sumpsisse. Et non pro signis est dominum, sed pro panibus quærere: ad religionis officium, non pro augendis virtutibus, sed pro requirendis subsidiis inhiare. Rursum per panem iocunditas humanæ delectationis accipitur. Vnde Hieremias propheta
Thren.1. cum synagogæ perditos mores defleret, dixit: Omnis populus eius gemens & quærens panem: dederũt preciosa quæque pro cibo ad refocillandam animam. Gemens enim populus quærit panem, dum praua hominum multitudo affligitur: quia nõ ad votum de prȩsentis vitę iocunditate satiatur. Sed & preciosa quæque pro cibo dat: quia virtutes mentis in appetitum delectationis transitoriæ inclinat. Et refocillare animam nititur: quia peruersis suis desideriis satisfacere conatur'. Vnde bene
Ibidem. mox ex voce illic electæ multitudinis subdit: Vide domine & considera: quia facta sum vilis. Vilis quippe plebs dei efficitur: quando prauorum numero crescẽte, in eis non summa & cœlestia: sed abiecta & terrestria sectatur.

Capur. XXVII.

HEliu itaq; quid aliud panem quàm prȩsentis vitæ delectationẽ vocat? Qui postquã vim tẽtationis expressit, ilicò subdidit: Abominabilis ei fit in vita sua panis: & animæ illius cib' antè desiderabilis: quia videlicet omne quod prius de ipsa prosperitate viuẽdi dulce sapiebat, postmodum per

Universidad de Deusto Biblioteca

A dum per vim tentationis amaresćit. Nonnunquam verò quicquid gaudij, quicquid virtutis fauere videbatur, subitò in pauore tentationis amittitur: & quasi euacuatus eisdem virtutibus tristis animus solo mœrore possidetur. Cùm enim paulo vehementius impulsu tentationis afficitur: quia exerere vim solitæ fortitudinis non valet, eam iam velut perditam dolet: sequi se vacuum sentiens, infirmitatē suam ex ipsa sua vanitate recognoscit. Vnde ab omni mox iocunditate quasi frāgitur: & escas prioris lætitiæ respuens, eo quem solum libenter appetit, luctu satiatur. Vnusquisque enim cum sibi bene viuendi prosperitas arridet, hilarescit: atque ipsa hilaritas animū velut desiderabilis cibus reficit. Sed cùm tentatione paulo amplius imminente pulsatur: à mente eius per mœroris fastidium gaudium omne respuitur, quæ prius eodem gaudio quasi sātiata lætabatur. Quia igitur homo tentatus, ab ore cordis omnem cibum respuit delectationis: nihilque ei aliud quàm semetipsum & cognoscere & flere delectat, bene dicitur: Abominabilis ei fit in vita sua panis: & animæ illius cibus antè desiderabilis. Sed sicut superius diximus: idcirco moderamine occultæ dispensationis ita tentari permittimur: vt qui ex diuino munere in virtute proficimus: etiam quid sumus ex propria infirmitate memoremur: & qui ex perceptione muneris opera virtutis inserimus, ex infirmitatis nostrę memoria sacrificium humilitatis offeramus. Aliquando autem post profectum virium non solum tentant vitia, sed etiam flagella castigant. Cùm autem tentamur vitiis, pia dispensatione nobiscum agitur: ne his virtutibus quibus proficimus extollamur. Cùm verò flagellis atterimur, malis increpantibus admonemur, ne mundo blandiente seducamur. Vitia dum nos tentant: profitientes in nos virtutes humiliant: flagella dum tentāt, surgentes in corde huius mundi voluptates eradicant. Per tentantia vitia discimus, quid de nobis simus: per ferientia flagella cognoscimus quid de hoc mundo fugiamus. Per illa restringimur ne intrinsecus extollamur: per ista comprimimur ne quid extrinsecus appetamus. In hac ergo vita dum sumus: & flagellis atteri, & aliquando tentari vitiis necesse est. Siue enim in laboribus flagellorum seu in certamine vitiorum, non solum nobis nostra infirmitas innotescit: sed etiam in quanta virtute profecerimus agnoscimus.

Cur tentari permittimur.

B

Differenter tētamur vitiis, differenter atteritur flagellis.

De vtilitate tentationis: & quòd in aduersis magis se agnoscat homo quàm in prosperis.

Nemo quippe vires suas in pace cognoscit. Si enim bella desunt: virtutum experimenta non prodeūt. Improuidus miles est, qui fortem se in pace gloriatur.

Nemo vires suas in pace cognoscit.

Caput. XXVIII.

QVia ergo sæpe virium merita per flagellorum aduersa patefiunt: aptè Heliu subiungit dicens: Tabescet caro illius: & ossa quæ tacta fuerant nudabuntur.) Cùm enim flagellis premētibus omnis exterior voluptas atteritur: internæ fortitudinis ossa nudantur. Quid autem hoc loco carnis nomine, nisi ipsa delectatio carnalis accipitur? Vel quid per ossa nisi virtutes animæ designantur? Tabescit ergo caro & ossa nudātur: quia dum flagellis arguentibus carnalis delectatio extenuatur: ea quæ dudum quasi sub carne latuerant virtutum fortia patefiunt. Nemo quippe quātum profecerit, nisi inter aduersa cognoscit. Cùm enim assunt prospera, cerni virium documenta non possunt. Vnde aliàs scriptum est: In die mandauit dominus misericordiam suam, & nocte declarauit: quia videlicet vnusquisque superni doni gratiam in tranquillitate quietis percipit: sed quantum perceperit, in aduersitate perturbationis ostēdit. Tabescat ergo caro, vt nudentur ossa. Feriamur paternis perturbationibus: vt quātum proficimus agnoscamus. Flagellis enim domini, pinguedo carnalis delectationis atteritur: sed virtutū nostrarum ossa patefiunt. Decus nostrum exterius ipsa huius mundi aduersitate fœdatur: sed quid in nobis intrinsecus latebat ostenditur. Cæsis namque Apostolis denunciatum est ne loquerentur vltrà in nomine Iesu: sed magna exultatione gauisi sunt: quòd digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati: fuisque aduersariis cum fiducia responderunt: Obedire oportet deo magis quàm hominib⁹. Ecce inter aduersa validius fidei robur emicuit: ecce concisa est integritas carnium: sed patefacta sunt ossa virtutum. Hinc de eis per sapientiam dicitur: Deus tētauit illos, & inuenit illos dignos se. Tētati sunt quippe aduersitate plagarum: sed digni inuenti sunt nudatione ossium. Nam quia hæc illorum illa tentatio est, quæ ex flagellis adhibetur, illic apertè declaratur, dum sequitur: Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos. Quia ergo vniuscuiusque vires non nisi per aduersa patefiunt, bene dicitur: Tabescet enim caro eius: & ossa quę tecta fuerāt, nudabūtur. Tabescit enim caro dum omne quod fluxum infirmumque est, flagellis atteritur. Nudantur ossa, dū per hæc in nobis etiam quod validum latet aperitur. Quia verò sicut & superius dictum est: in ipsa aduersitate tentationis non solum detegitur robur fortitudinis, sed etiam cognoscitur infirmitas humanitatis: & tentatus quisque ostēdit quidem quantum de deo profecerit: sed in ipsis flagellorum afflictionibus etiam quantum de semetipso sit infirmus agnoscit: quia non tantummodo nudantur ossa: sed etiam tabescit caro, aptè subiungitur:

C

Caro delectatio carnalis.

Psalm. 43.

Actu. 5.

D

Sapien. 3.

Ibidem.

Quòd qui tentantur, corruptioni & morti appropinquant, nisi per dei gratiam liberentur: quæ vtiliter plærunque se subtrahit: & quàm nihil sit homo sine illa, ex propria infirmitate intelligit.

Appropinquabit corruptioni anima eius, & vitia illius mortiferis.) Tētati enim vniuscuiusq; iusti anima corruptioni appropinquare dicitur: quando ne eam virtus possit extollere, per flagella cōpellitur, quid sit ex propria infirmitate, sentire. Corruptioni videlicet appropinquat: quia ex suis se viribus perditioni proximū nō ignorat: vt hoc quòd à perditione lōgè est, nō sibi, sed domino tribuat. Appropinquat verò mortiferis, quia ex infirmitate carnis proximū se peccatis morte ferentibus respicit: à quibus diuino munere tāto magis lōgè fit, quāto se eis proximū ex suis meritis deprehendit. Per cōtemplationem conditionis suæ Dauid corruptioni appropinquauerat, cùm dicebat: Meméto domine quòd puluis sumus: homo sicut fœnum dies eius. Per contemplationem quoque infirmitatis propriæ Paulus mortiferis appropinquauerat, cùm dicebat: Video aliam legem in membris meis repugnante legi mentis meæ: & captiuum me ducentem in lege peccati quę est in mēbris meis. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Corruptioni ergo & mortiferis appropinquare, est considerata infirmitate humanitatis suę peccatorem se ex suis meritis cernere, atque apud se arrogantiam ex propriis viribus non habere. Quid enim sumus, si à cōditoris nostri protectione deseramur? Quæ nimirū protectio minus necessaria creditur, si semper habeatur. Sed vtiliter plærunque subtrahitur, vt sibimetipsi homo quàm sine illa nihil sit ostendatur. Manus igitur dei aliquando nos nobis per aduersa insinuat: quæ etiam nescientes nos in prosperis portat. Qua destituti dum cadere incipimus, & tamē adiuti retinemur: & doctrina fit quod in lapsu trepidamus: & custodia quod in statu permanemus. Nemo ergo se alicuius virtutis æstimet, etiam cùm quid fortiter potest: quia si diuina protectio deserat: ibi repentè eneruiter obruitur, vbi se valenter stare gloriabatur. Quid est enim quòd vir dei contra altare Samariæ ad prophetandum directus: præsente rege auctoritatem liberæ vocis exercuit: eiusdemque regis extensum brachium in rigorem miserabiliter astrinxit: quod tamen mox misericorditer saluti restituit? Cuius in domo inuitatus comedere noluit: quia ne in via comederet prohibitionis dominicæ præcepta seruauit. Qui tamen in eadē via & seductus comedit, & pastus interiit. Qua in re quid subtili consideratione colligimus: quid, vt ita dixerim, formidandum suspicamur: nisi quòd forsitan quia apud semetipsum tacitus, pro præceptis dominicis regem se contempsisse gloriabatur: ab interna mox soliditate quassatus est: & inde ei in opere culpa surripuit, vnde gloria in corde surrexit: vt prophetæ falsi verbis deceptus disceret: quia nequaquam propriæ fortitudinis fuerit, quòd regis verbis restitisset? Bene autem ex eius ore mortis sententiam accepit, cuius seductione à vitæ præcepto deuiauit: vt inde pœnam veraciter sumeret, vnde culpam negligenter admisisset. Quia igitur vnumquenque electū suum diuina gratia tunc magis erudiendo custodit: cū quasi percutiens deserit, dicatur rectè: Appropinquabit corruptioni anima eius: & vita illius mortiferis, vt

E

Psalm. 102.

Roma. 7.

Nihil sumus si à dei protectione deseramur.

F

Nemo se alicuius virtutis æstimet.

3. Regū. 13.

G quo se suis viribus vicinum morti per aduersa considerat: eo in cunctis quæ fortiter egerit, ad diuinæ spei munimen fugiens solidius viuat.

Libri.xxiij. Moralium sancti Gregorij finis.

LIBER MORALIUM beati Gregorij papæ

Vigesimusquartus super Iob, continuans textum capitis trigesimitertij.

Caput. I.

HELIV vim supernæ dispensationis insinuans, de electi vniuscuiusq; percussione intulit dicens: Appropinquabit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis. Et dum tentatum hominem demonstrat vnum: in qua tentatione sit positum humanum genus ostendit vniuersum: dumq; narrat quid specialiter agatur in singulis: liquidò intimat quid generaliter agatur in cūctis. Sic enim tentationem expresit quorundam, propriè singulorum: vt posit intelligi & vniuersaliter omnium. Cunctum quippe electorum genus in hac vita huius tædio laboris afficitur. Vnde & mox huic generali pestilentiæ generale subintulit remedium medicinæ, dicens:

Generale remediū medicinæ contra generalē pestilentiam tentationis.

Quòd Christus, magni consilij angelus, similis nobis locutus est æquitatem: homo pro hominibus interpellans: & impetrauit indulgentiam, exanditus pro sua reuerentia.

Si fuerit pro eo angelus loquens vnum de similibus, vt annunciet hominis æquitatem, miserebitur eius.) Quis enim est iste angelus, nisi ille qui per prophetam dicitur magni consilij angelus? Quia enim Græca lingua euangelizare denunciare dicitur: semetipsum nobis annuncians dominus angelus vocatur. Et bene ait: Si fuerit pro eo angelus loquens: quia sicut ait Apostolus, etiam interpellat pro nobis. Sed quid pro nobis loquatur audiamus: Vnum de similibus. Mos medicinæ est, vt aliquando similia similibus: aliquando contraria contrariis curet. Nam sæpe calida calidis, frigida frigidis: sæpe autem frigida calidis, calida frigidis sanare consueuit. Veniens ergo ad nos desuper medicus noster: tantisq; nos inueniens languoribus pressos: quiddam nobis simile, & quiddam contrarium apposuit. Ad homines quippe homo venit, sed ad peccatores iustus: concordauit nobis veritate naturæ, sed discrepauit à nobis rigore iustitiæ. Vitiosus enim homo corrigi non poterat, nisi per deum. Videri autem debuit qui corrigebat: vt præbendo imitationis formam, anteactæ malitiæ mutaret vitam. Sed videri ab homine non poterat deus: ergo homo factus est, vt videri potuisset.

Esaiæ.11. Euangelizare denūciare.

I

Caput. II.

IVstus igitur atque inuisibilis deus apparuit similis nobis homo visibilis: vt dum videretur ex simili, curaret ex iusto: & dum veritate generis concordat conditioni, virtute artis obuiaret ægritudini. Quia ergo in carne veniens dominus non culpam nostram ex vitio, non pœnam ex necessitate suscepit, nulla enim labe peccati pollutus, reatus nostri teneri conditione non potuit, atque ideo mortem nostram omni necessitate calcata, cùm voluit, sponte suscepit: rectè dicitur quòd pro tentato homine iste angelus vnum de similibus loquitur: quia nec ita natus vt reliqui: nec ita mortuus: nec ita resuscitatus. Non enim cooperante coitu: sed spiritusancto superueniente conceptus est. Natus autem materna viscera & fœcunda exhibuit, & incorrupta seruauit. Rursum nos omnes cum nolumus morimur: quia ad soluendæ pœnę debitum culpæ nostræ conditione coarctamur. Ille autem quia nulli admixtus est culpæ: nulli ex necessitate succubuit pœnæ. Sed quia culpam nostram dominando subdidit: pœnam nostram miserando suscepit, sicut ipse ait: Potestatem habeo ponendi animam meam: & potestatem habeo iterum sumendi eam. *Ioan..10.* K Qui etiam præmisit: Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso. Rursum non vt reliqui suscitatus est: quia nostra resurrectio in seculi finem dilata est: illius verò die tertio celebrata. Et nos quidem per illum resurgimus, nam ipse per se. Neq; enim qui deus erat, sicut nos ab alio vt resuscitari potuisset indigebat. In eo ergo eius resurrectio distat à nostra: q non per nosmetipsos resurgimus, sicut ipse. Pro eo enim quòd simpliciter homines sumus, superiori adiutorio vt resurgere valeamus indigemus. Ille autem eiusdem resurrectionis vim cum patre & spiritusancto deus exhibuit: quam tamen solus in humanitate percepit.

Constitutio redēptoris nostri.

Ioan..10.

Caput. III.

QVia igitur dominus verè natus, verè mortuus, verè suscitatus: in omnibus tamen distat à nobis magnitudine potentiæ, sed sola concordat nobis veritate naturæ: bene dicitur, quia pro nobis angelus iste vnum de similibus loquitur. Cum enim in cunctis operationibus suis immensa nos virtute transcendat: in vno tamen à nobis, id est, in formæ veritate non discrepat. Per hoc pro nobis patri loquitur: per quod semetipsum nobis similem ostendit. Loqui quippe eius, vel interpellare est ipsum se pro hominibus hominem demonstrare. Et bene cum dixisset, Vnum de similibus loquitur, ilicò adiunxit: Vt annunciet hominis æquitatem.) Quia nisi ille hominibus similis fieret, æquus homo ante deum non appareret. Inde quippe annunciat æquitatem nostram: vnde suscipere dignatus est infirmitatem nostram. Omnes videlicet nos inimica illa persuasio in culpæ cōtagio ab ipsa radice polluerat: nullusq; erat qui apud deum pro peccatoribus loquens, à peccato liber appareret: quia ex eadem massa editos æque cunctos par reatus inuoluerat. Proinde venit ad nos vnigenitus patris: assumpsit ex nobis naturam, non perpetrans culpam. Sine peccato quippe esse debuit, qui pro peccatoribus interuenire potuisset: quia nimirum alienæ pollutionis contagia non tergeret, si propria sustineret. Bene ergo dicitur: quia in eo quòd similis apparuit, æquitatē hominis annunciauit. Intercedens enim pro peccatoribus, semetipsum iustum hominem qui pro aliis indulgentiam meretur, ostendit. Sequitur:

L

Quòd in eo quòd verbum caro factum est, & in proprio sanguine Christus introiuit in sancta, nostra rēdemptio inuenta est.

Miserebitur eius, & dicet: Libera eum, vt non descendat in corruptionē: inueni in quo ei propitier.) Mediator dei & hominum, homo Christus Iesus in eo miseretur hominis: quo formam hominis sumpsit: qua misericordia pro redempto homine dicit patri: Libera eum vt non descendat in corruptionem. Sicut iam suprà diximus, dicere eius est liberare hominem: naturam hominis assumendo liberā demonstrare. Ex ea quippe carne quam sumpsit, etiam hanc ostendit liberam quam redemit. Quæ redempta videlicet caro nos sumus: qui cognitione nostri reatus astringimur. Sed mediatoris tanti æquitate liberamur: sicut ipse ait: Si vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Et bene pro hoc redempto homine dicitur:

M *Ioan.8.*

Caput. IIII.

NOn descendat in corruptionem. Superius enim dictū fuerat: Appropinquabit corruptioni anima eius: postmodum dicitur: Nō descēdat in corruptionem. Ac si diceret: Quia cognoscendo infirmitatē suam, esse se corruptioni proximum non ignorat: idcirco ad corruptionis interitum nō descendat. Ad corruptionem enim iustè descēderet, si suis viribus longè se à corruptione esse iudicaret. Sed quia corruptioni appropinquauit humiliter, debet ab ea misericorditer liberari: vt eo contra impugnantia vitia fortis se, quo se suis meritis agnoscit infirmum. Quisquis enim supra se extollitur, ipso elationis suæ pōdere grauatur: & eo se in infimis mergit, quo in superbiæ vitium proruens, ab eo qui verè excelsus est, elongauit: atque inde magis ima appetit, vnde se coniunctum summis æstimauit: sicut per prophetam extollenti se animæ dicitur: Quo pulchrior es descende, & dormi cum incircuncisis. Omnis enim qui fœditatem infirmitatis suæ considerare negligit: sed per elationis fastum virtutis suæ gloriam

Eze.

A gloriam attendit: vnde pulchrior est, inde descendit: quia exollendo se desuis meritis, inde in ima deterius corruit, vnde gloriosum se esse iudicauit. Qui descendens cum incircunciſis dormit: quia in æterna morte cum cæteris peccatoribus deficit. Quia ergo homo iste humiliter corruptioni se propinquũ esse cognouit, bene de eo dicitur: Libera eum vt non descendat in corruptionem, vt eo magis euadat pœnam, quo oculos suos non auertit à culpa. Quia verò nullus erat cuius meritis nobis dominus propitiari debuisset: vnigenitus patris formã infirmitatis nostræ suscipiẽs, solus iustus apparuit: vt pro peccatoribus intercederet. Et bene pro redempto homine isto loquens angelus dicit: Inueni in quo propitier ei. Ac si apertè mediator dei & hominum dicat: Quia nullus hominum fuit, qui coram deo interceſſor iustus pro hominibus appareret: memetipsum ad propitiandum hominibus hominem feci: & dum me hominem exhibui, in quo iustè hominibus propitiarer inueni. Et quia infirmitatem suscipiens dominus dum pœnam nostram moriendo tolerauit: corruptionem nostrã resurgendo mutauit: bene ergo iste angelus mortalitatis nostræ flagella subiungit: eorumque miseretur, dicens: Consumpta est caro eius à suppliciis: reuertatur ad dies adolescentiæ suæ.) In illo quippe primo homine à deo recedente, repulsi à paradisi gaudiis, in hanc mortalis vitæ ærumnam cecidimus: & quàm grauem culpam serpentis suasione commisimus, pœna nostræ
B vltionis sentimus. Huc enim lapsi nihil extra deũ nisi quo affligeremur inuenimus. Et quia per oculorum visum carnẽ secuti sumus, de ipsa carne quã præceptis dei præposuimus flagellamur. In ipsa quippe quotidie gemitũ, in ipsa cruciatũ, in ipsa interitum patimur: vt hoc nobis mira dispositione dominus in pœnã verteret, per quod fecimus culpã: nec aliũde esset interim cẽsura supplicij, nisi vnde fuerat causa peccati: vt eius carnis amaritudine homo erudiretur ad vitam: cuius oblectatione superbię peruenit ad mortem. Quia ergo innumeris humanum genus carnalis vitæ suppliciis premebatur: sed redemptore nostro veniente, & vitia corruptionis nostræ & tormẽta deleta sunt: dicatur de hoc redempto homine.

Quòd Christo interpellante pro nobis, genus humanum tentationum tormentis consumptum, reuersum est ad id vnde ceciderat antequam peccaret. Caput. V.

COnsumpta est caro eius à suppliciis: reuertatur ad dies adolescentiæ suæ.) Ac si diceret: Mortalitatis suæ pœna in quadã vetustatis suæ senectute deiectus est: reuertatur ad dies adolescentiæ suæ, id est, prioris vitæ integritate renouetur: vt non eo maneat quo lapsus est: sed ad hoc redẽptus redeat, ad quod percipiendum conditus fuit. Scriptura enim
C sacra sæpe adolescentiam pro nouitate vitę ponere consueuit,
Cant. 1. Vnde venienti sponso dicitur: Adolescentulæ dilexerunt te, id est, electorum animæ gratia baptismatis renouatæ: quæ non in vitæ veteris vĩu deficiunt, sed noui hominis conuersatione decorantur. Senectutem quippe veteris hominis inter vitia tabescentem deflebat ille, qui ait: Inueteraui inter omnes inimicos meos. Econtra alius gaudere in virtutibus admonet, dicẽs:
Eccles. 11. Lætare iuuenis in adolescẽtia tua. Ac si diceret: Fortis quisque gaudeat in renouatione sua, id est, lætitiam suam non in vitæ veteris voluptate, sed in conuersationis nouæ virtute constituat. Quia verò ad hoc nouitatis robur non nostris viribus, sed redemptore interueniente reuocamur: pro hoc flagellato homine deprecans angelus dicat: Reuertatur ad dies adolescentiæ suæ: Et quia dum redemptor noster patrem pro nobis interpellat: nos quoque vitæ pristinæ torpore discusso, ad sitim orationis accẽdimur: aptè de hoc homine redempto subiungitur: Deprecabitur deum, & placabilis ei erit.) Prius enim postulare angelum, & postmodum hominem dicit: quia nisi antè ipse dominus per incarnationem suam interpellans patrem, vitam nostram peteret: nunquam se insensibilitas nostra ad postulanda ea quæ æterna sunt excitaret. Sed incarnationis eius præcesserit oratio, vt torporis nostri euigilatio subsequatur.

Quòd post laberes tentationum, orationum instantiam, placato deo sensi dei quasi in excessu mentis suspensi, dum præsentia contemnunt, quædam de deo sentiunt, quæ tamen effari non possunt.

Caput. VI.

QVia verò post tentationes, sæpe post immensas amaritudines menti nostræ in occulto gaudio lux veritatis erumpit: bene de hoc tẽrato homine & deprecante subiũgitur: Et videbit faciẽ eius in iubilo.) Superius dictum est quomodo deus innotescendo afficit: nũc verò dicitur quomodò dum innotescit exhilarat. Aliter enim quisque compungitur, cùm interna intuens, malorum suorum pauore terretur: aliter verò compungitur, cùm gaudia superna conspiciens, spe quadam & securitate roboratur. Illa compũctio afficientes & tristes, hęc verò lætas lachrymas mouet. Iubilum nanque dicitur, quando ineffabile gaudium mente cõcipitur: quod nec abscondi possit, nec sermonibus aperiri: & tamen quibusdam motibus proditur, quãuis nullis proprietatibus exprimatur. Vnde Dauid propheta intuens electorum animas tantum gaudium mente concipere, quantum sermone non valent aperire, ait: Beatus populus qui scit iubilationem. *Psalm. 88.* Nõ enim ait, qui loquitur: sed qui scit: quia sciri quidem iubilatio intellectu potest: sed dicto exprimi non potest. Sentitur per illam quippe quod vltra sensum est. Et cum vix ad hoc contemplandũ sufficiat conscientia sentientis: quomodo ad hoc exprimendũ sufficiat lingua dicentis? Quia ergo cordibus nostris lux se veritatis insinuans: modo districtam iustitiã prętendendo contristat: modo interna gaudia aperiendo lætificat: post tentationum amaritudines, post tribulationũ luctus, aptè subiungitur: Videbit faciem eius in iubilo.) Mẽti enim E
nostræ de consideratione cæcitatis suæ prius ignis tribulationis immittitur: vt omnis vitiorum ærugo cõcremetur: & tunc mundatis oculis cordis, illa lætitia patriæ cœlestis aperitur: vt prius purgemus lugendo quod fecimus: & postmodum manifestius contẽplemur per gaudia quod quæramus. Prius à mentis acie exurente tristitia interposita malorum caligo detergitur: & tunc resplendente raptim coruscatione incircunscripti luminis illustratur. Quo vtcũque cõspectu in gaudio cuiusdã seueritatis absorbetur: & quasi post defectum vitæ præsentis vltra se rapta, in quadam nouitate aliquo modo recreatur. Ibi mens ex immenso fonte infusione superni roris aspergitur: ibi non se sufficere ad id quod rapta est contemplatur: & veritatẽ sentiendo, videt, quia quanta est ipsa veritas, nõ videt. Cui veritati tãto magis se lõgè existimat, quãto magis appropinquat: quia nisi illã vtcũque conspiceret, nequaquã eã conspicere se non posse sentiret. Adnisus ergo animi dum in illam intenditur, immensitatis eius coruscante circunstãtia reuerberatur. Ipsa quippe cuncta implens, cuncta circunstat: & idcirco mens nostra nequaquam se ad cõprehendendam incircunscriptam circunstantiam dilatat: quia eã inopia suæ circunscriF
ptionis angustat. Vnde & ad semetipsam citius labitur: & prospectis quasi quibusdam veritatis vestigiis, ad sua ima reuocatur. Hæc ipsa tamen per contemplationem facta non solida & permanens visio: sed, vt ita dixerim, quasi quædã visionis imitatio, dei facies dicitur.

Caput. VII.

QVia enim per faciem quemlibet agnoscimus, nõ immerito cognitionem dei, faciem eius vocamus. Vnde Iacob postquã cum angelo luctatus est, ait: Vidi do- *Genesis. 32.*
minum facie ad faciem. Ac si diceret. Cognoui dominum: quia me cognoscere ipse dignatus est. Quã cognitionẽ plenissimè fieri Paulus testatur in fine, dicens: Tunc co- *1. Corin. 13.*
gnoscam sicut & cognitus sum. Quia ergo post laborũ certamina, post tentationum fluctus sæpe in excessu anima suspenditur: vt cognitionem diuinæ præsentiæ contempletur: quam tamen præsentiam & sentire possit, & explere non possit: rectè post tot labores de hoc tentato homine dicitur: Videbit faciem eius in iubilo. Quia verò vnusquisque quanto amplius cœlestia contemplatur, tanto magis à terrena operatione corrigitur: bene post gratiam contemplationis, iustitiam subdidit operationis, dicens: Et reddet homini iustitiam suam. Iu- *Iustitia nostra quomodo nostra.*
stitia nostra dicitur, non quæ ex nostro nostra est: sed quæ diuina largitate fit nostra: sicut in dominica oratione dicimus: *Matt. 6.*
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Ecce & nostrũ dicimus: & tamen vt detur oramus. Noster quippe fit cum accipitur, qui tamen dei est: quia ab illo datur. Et dei ergo est ex munere: & noster fit veraciter per acceptionem. Ita ergo hoc loco homini suam iustitiam dominus reddit: nõ quam ex semetipso habuit, sed quam conditus vt haberet accepit: & in

G qua lapsus perseuerare noluit. Illã ergo iustitiam reddet deus homini, ad quã conditus fuit: vt inhærere deo libeat: vt minacem eius sententiã pertimescat: vt serpentis callidi blandis iam promissionibus non credat. Quod enim in paradiso egit, hoc quotidie antiquus hostis agere non desistit. Verba quippe dei de cordibus hominum molitur euellere: atque in eis ficta promissionis suæ blandimenta radicare, quotidie hoc quod deus minatur leuigat: & ad hoc credendum quod falsum promittit inuitat. Falsò enim pollicetur temporalia: vt mentibus hominum ea supplicia leuiget, quæ deus minatur æterna. Nam cùm præsentis vitæ gloriam spõdet, quid aliud dicit quàm gustate & eritis sicut dij? Ac si apertè dicat:

Callidꝰ serpens quotidie agit quod in paradiso fecit.

Caput. VIII.

TEmporalem concupiscentiam tangite: & in hoc mundo sublimes apparate. Et cùm timorem diuinæ sententiæ amouere conatur: quid aliud loquitur quàm id quod primis hominibus dixit: Cur præcepit vobis deus, vt nõ comederetis de omni ligno paradisi? Sed quia diuino munere redemptus homo iustitiam recepit, quam dudum conditus amisit: robustiorem se iam cõtra blandimenta callidæ persuasionis exercet: quia experimento didicit quantum obediẽs esse debeat præcepto. Et quem tunc culpa duxit ad pœnam: nunc pœna sua restringit à culpa: vt tanto magis delinquere metuat, quanto cogente supplicio & ipse iam quod perpetrauit accusat. Vnde & sequitur:

Gene. 3.

H

Quòd qui sanctorum patrum exempla respicit, eorum comparatione se inferiorem cognoscit.

Respiciet homines, & dicet: Peccaui.) Sed peccatorẽ se nõ cognosceret, si iustitiã non haberet. Nemo quippe tortitudinẽ suam nisi cum rectus esse cœperit, deprehẽdit. Nã qui omnino peruersus est, neq; hoc potest videre quod est. Qui verò peccatorem se intelligit, iam ex parte aliqua iustus esse inchoauit: atque id quod non iustus fecerat: ex eo quòd iustus est accusat. Qua accusatione sua deo inhærere inchoat, dum rectũ cõtra se iudicium proferens, hoc in se quod illi sentit displicere, condemnat. Recepta ergo iustitia sua dicit homo iste. Peccaui. Et notandum quòd præmittitur, Respiciet homines: & tũc deinde subiungitur, Et dicet, peccaui. Ideo enim nõnulli peccasse se nesciunt: quia homines non attendunt. Nam si considerarẽt homines, citius agnoscerẽt quãtum peccãdo infra homines cecidissent. Et quãuis scriptura sacra aliquãdo homines

1. Corin. 3.

ponere soleat humana sapientes, sicut ait apostolus: Cũ enim sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis? & paulo-

I post subiicit dicens: Nónne homines estis? Nõnunquã tamen homines dicit eos quos à bestiis ratio distinguit, id est, quos non atteri bestiali passionum motu demonstrat. Quibus per

Ezec. 34.

prophetã dominus dicit. Vos autẽ greges pascuæ meæ homines estis, quia illos nimirum dominus pascit, quos voluptas carnis iumentorum more non afficit. At contrà hi qui carnali affectioni succumbunt: non iam homines sed iumenta nominantur: sicut de quibusdam qui in peccato suo moriuntur, per

Iobel. 1.

prophetam dicitur: Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumẽta quippe in stercore suo computrescere, est carnales homines in fœtore luxuriæ vitam finire. Nõ enim esse homines, sed iumenta declarantur: de quibus per prophetam dicitur:

Hiere. 5.

Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Et de quibus

Ezec. 23.

propheta alius dicit: Vt carnes asinorum, carnes eorum: & fluxus equorum, fluxus eorũ. Vnde & per Dauid dicitur: Homo

Psalm. 48.

cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Cùm ergo vocentur homines hi qui iustitiæ ratione suffulti sunt: & irrationabilia iumenta nominentur hi qui carnali delectationi deseruiunt: rectè de hoc pœnitente dicitur:

Caput. IX.

REspiciet homines, & dicet, peccaui.) Ac si dicatur: Sanctorum virorum exempla conspicit: atque eorum comparatione se pensans, iniquum se esse deprehendit. Qui enim plenissimè intelligere appetit qualis est, tales nimirum debet conspicere qualis non est: vt ex bonorum forma metiatur, quanto ipse deserto bono deformis est. Ex his quippe quibus plenissimè bona assunt, perpendit rectè quæ sibi minus sunt, atque in illorum pulchritudine conspicit fœditatem suã, quam in semetipso, & potest perpeti, & sentire non

. potest. Lucem nanque debet conspicere, qui vult de tenebris iudicare, vt in illa videat quid de tenebris æstimet, per quas videre præpeditur. Peccator nanque si incognita vita iustorum K semetipsum conspicit, peccatorem se nulletenus cõprehendit. Videre enim se non potest, quia fulgorem lucis nescius, cum semetipsum conspicit, quid aliud quàm tenebras attendit? Iustorum ergo debemus vitam cõspicere, vt subtiliter deprehẽdamus nostram. Illorum videlicet species quasi quædã forma nobis imitanda proponitur, quia vita lectio est vita bonorũ: Vnde & non immerito iidem iusti in sacro eloquio libri nominantur, sicut scriptum est: Libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris. Liber nanque vitæ est ipsa visio aduenientis iudicis. In quo quasi scriptum est omne mandatum, quia quisquis eum viderit, mox teste conscientia quicquid non fecit intelligit. Libri etiam aperti referuntur, quia iustorũ tunc vita conspicitur, in quibus mandata cœlestia opere impressa cernuntur. Et iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris, quia in ostensa vita iustorum quasi in expansione librorum legunt bonum quod agere ipsi noluerũt, atque ex eorum qui fecerunt comparatione damnãtur. Ne ergo vnusquisque tunc videns eos, quod non fecit defleat, nunc in eis quòd imitetur attendat. Quod quidem facere electi non cessant. Meliorem nanque vitam considerant & deterioris vsus cõuersationem mutant. Vnde sponsi voce sanctæ Ecclesiæ in Canticis L canticorum dicitur.

Iustorũ exempla.

Caput. X.

DVo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascũtur in liliis, donec aspiret dies, & inclinẽtur vmbræ. Quæ enim sunt duo vbera, nisi ex Iudæa ac gentilitate veniẽs vterque populus, qui in sanctæ Ecclesiæ corpore per intentionem sapientiæ arcano est cordis infixus? Ex quo populo hi qui electi sunt, idcirco capreæ hinnulis comparantur, quia per humilitatem quidẽ paruos sese ac peccatores intelligunt, sed eis per charitatem currentibus, si qua obstacula de impedimento tẽporalitatis obuiant, trãseunt, & datis cõtemplationis saltibus, ad superna transcendunt. Qui vt hæc agant, præcedentium sanctorum exempla cõspiciunt. Vnde, & in liliis pasci referuntur. Quid enim per lilia, nisi illorum vita declaratur, qui veraciter dicũt: Christi bonus odor sumus deo? Electi ergo vt assequi summa præualeant: conspecta odorifera, & candida iustorum vita satiantur. Iam quidem videre dominum sitiunt, iam de eius contemplatione satiari charitatis æstibus inardescunt. Sed quia in hac vita positi, necdũ valent, per præcedentium interim patrum exempla pascuntur. *Vnde* & aptè illic tempus de ipso liliorum pastu diffinitur, *dum dicitur*: Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Tandiu quippe M refici iustorum exemplis indigemus, donec præsentis mortalitatis vmbras æterno die aspirante transeamus. Cùm enim luius temporalitatis vmbra transacta hac mortalitate fuerit inclinata, quia ipsius diei internum lumẽ cernimus, nequaquam iam appetimus, vt ad amorem eius per aliorum exempla flagremus. Nunc autem quia necdũ eum intueri possumus, summopere necesse est, vt eorum qui illum perfectè secuti sunt, conspectis actionibus incitemur. Intueamur ergo quam pulchra est agilitas sequẽtium, & videamus quàm turpis sit hebetudo pigrorum. Statim nanque vt bene agentium gesta respicimus, nosmetipsos confusione intima vlciscente iudicamus: mox verecundia mentem concutit, mox iustè sæuiens reatus addicit, & vehemẽter hoc etiam displicet, quod adhuc forsan turpiter libet. Vnde per Ezechielem dicitur: Fili hominis ostende domui Israël templum, vt confundantur ab iniquitatibus suis: & metiantur fabricam & erubescant ex omnibus quæ fecerunt. Templum quippe dei filiis Israël ad confusionem ostenditur, quando vniuscuiusque iusti anima quam inspirando deus inhabitat: quanta sanctitate fulgeat, ad confusionem suam peccatoribus demonstratur: vt in illa bonum quod negligunt videant, & in seipsis malum quod operantur erubescant. Metiri verò fabricam, est pensare subtiliter iustorum vitam. Sed dum metimur fabricam, necesse est vt ex cunctis quę facimus erubescamus: quia bonorum vitam quanto subtilius pensando discutimus, tanto seuerius in nobis omnia iniquè gesta reprobamus. Bene autem prophetæ dicitur: vt ostendat templum. Quia enim iustorum rectitudinem considerare peccator dissimulat: saltem hanc ex voce prædicantis agnoscat.

A gnoscat. Templum quippe peccatoribus ostendere, est spon
Quid sit plus esse de peccatoribus. te iuri considerare nolentibus rectorum opera narrare. Qui itaque, sicut diximus, perduci ad summa desiderant, semper necesse est vt meliorum profectibus intendant: quatenus tanto districtius in se culpas iudicent, quãto in illis altius quòd admirentur vident. Sed quid ista de peccantibus dicimus, cùm ipsos quoque operatores iustitiæ tanta prouehi dispensatione videamus? Alius nanque donum scientiæ accipit: & tamen ad
Diuersitas dispensationis in operatoribus iustitiæ. virtutem miræ abstinentiæ non pertingit. Alius magna abstinentiæ virtute accingitur: nec tamen in summa scientiæ contemplatione dilatatur. Alius per prophetiæ spiritum valet omnia ventura prænoscere: sed tamen per curationis gratiam non valet præsentis molestiæ mala subleuare. Alius per curationis gratiam mala præsentis molestiæ subleuat, sed tamen quia prophetiæ spiritum non habet, quid sequatur ignorat. Alius indigentibus multa iam propria largiri potest, sed tamẽ iniustè agentibus obuiare libere non potest. Alius iniustè agẽtibus audaciter pro deo obuiat: sed tamen indigẽtibus quæ habet tribuere omnia recusat. Alius iam & ab ocioso se sermone restringens, linguæ lasciuiam superat: sed tamen adhuc insurgentes iræ stimulos perfectè non calcat. Alius insurgentem iram iam perfectè edomat, sed tamen adhuc linguam in lætitiam relaxat. Quid est hoc quòd iste eo bono indiget quo alius pollet, & ille cum multis polleat, abundè aliis bonum adesse cõsiderat, quod sibi deesse suspirat? nisi quod mira nobis
Ratio.
B cum dispensatione agitur, vt per hoc quod alter habet, & iste non habet, vnus altero melior ostendatur: quatenus tanto ardentius ad humilitatẽ quisque proficiat, quanto ex bonis quæ non habet, inferiorem se habentibus pẽsat. Sicque fit vt dum ille in isto atque hic in illo respicit quod admiretur, distincta bona & ab altitudine elationis reprimant, & ad studium profectus accendant. Magna nanque sollicitudine ad curam nostræ meliorationis accingimur, quando id virtutis in aliis cernimus quod non habemus. Vnde Ezechiel propheta cùm vo
Ezechie. 3. lantia animalia descripsisset, adiunxit: Et audiui post me vocem commotionis magnæ benedicta gloria domini de loco sancto suo: & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram. Quid nãque alas animalium, nisi virtutes debemus sentire sanctorum. Qui dum terrena despiciunt, ad cœlestia volando subleuantur. Vnde rectè etiã per Esaiam dicit:

Caput. X I.

Esaiæ. 40. QVi confidunt in domino, mutabunt fortitudinem: assument pennas vt aquilæ. Volantia itaque animalia alis suis se vicissim ferunt, quia sanctorum mẽtes in eo quod superna appetunt, consideratis inuicem alternis virtutibus excitantur. Ala enim sua me percutit, qui exemplo sanctitatis propriæ me ad melius accendit. Et ala mea vicinum animal ferio, si aliquando alteri opus bo-
C num quod imitetur ostendo. Sed quia sanctorum vitam signi ficari istis animalib⁹ diximus, libet in ipso volatu animalium oculos mentis attollere, & quãta vicissim alarum percussione se excitent, subtili cõsideratione pensare. Paulus nanque cum cæterorum sanctorum sollicitudinem in prædicatione robustius laborando transcenderet, vt ab elatione se premeret, & vires suas in humilitatis gremio nutriret, crudelitatis suæ antiquæ non immemor, apostolorum omnium innocentiam con
1. Cor. 15. templatus ait: Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quia persecutus sum ecclesiam dei. Et tamen eorundem omnium apostolorum primus quasi accepti principatus oblitus, ac si minus ipse aliquid saperet, in
1. Io. 3. Paulo sapientiam miratur dicens: Sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quędam difficilia intellectu. Ecce Paulus in apostolis miratur innocentiã, ecce apostolorum princeps miratur in Paulo sapientiam:

Caput. X I I.

QVid est hoc nisi quòd sancti viri dum virtutum consideratione vicissim sibi alios præferunt, volantia animalia alarum percussione se tangunt: vt eo ad volatum se altius excitent, quo humilius alter in altero quod admiretur videt? Hinc itaque colligendum est quanta debemus sollicitudine meliorum vitam cõspicere, nos qui in infimis iacemus, si & hi qui iã tanta sanctitate sublimes sunt, vt per humilitatis gressum ad maiora proficiant, adhuc D
quærunt in aliis quod imitantes admirentur. Sed hæc reprobi nescIunt: quia mentis oculos semper in infimis premunt, qui *Prouer. 15.*
& si quando in viam domini veniunt, non ad meliorum vestigia, sed ad intuenda semper deteriorum exempla vertuntur. Neq; enim eorum vitam considerant, quibus se humilian do postponant, sed quibus superbiendo se præferant. Deteriores nanque respiciunt, quibus meliores se esse gloriantur, & idcirco proficere ad meliora non possunt: quia hoc sibi sufficere æstimant, q̃ pessimos antecedunt. O miseri, viam pergũt, & in terga respiciunt. Per spem quidem quasi ante se pedem proferunt, sed per cosideratione prauorum hominum, post se oculos tẽdunt. Recti videri appetunt, sed ad inueniendum se tortam regulam sumunt. Si enim semetipsos quales sunt cognoscere appetunt, non deteriorum conspicere, sed meliorum exempla debuerant. Idcirco ergo peccatores se esse non intel ligunt, quia homines non attendunt. Nam si homines attenderent, quantum peccando distarent à bonis hominibus, inue nirent. De hoc ergo pœnitente qui idcirco bonorum exempla considerat, vt sibimetipsi quantum à bono recesit innotescat, bene dicitur: Respiciet homines, & dicet: Peccaui, & verè deliqui, & vt eram dignus non recepi.) Peccatores se es- *Falsè dicentes se esse peccatores.*
se plærunque confitentur: etiam qui se peccasse non credunt. Nam sæpe contingit, vt passim se homines iniquos esse fatean
tur, sed cum peccata sua veraciter aliis arguentibus audiunt, E
defendunt se summopere, atque innocentes videri conantur. Vnusquisque ergo cùm talis est: si deliquisse se dicit, verè non dicit: quippe qui peccatorem se non ex cordis intimo, sed ver botenus asserit. Quia enim scriptum est: Iustus in principio accusator est sui: iste de confessione peccati ornari voluit, nõ humiliari, per accusationem suam humilis appetiit videri, nõ esse. Nam si confitendo peccatum esse humilis veraciter appe teret, de perpetratione peccati arguentes se alios non impugnaret. Itaque iustus vitam suam iudicans, per exempla me- *Verè dicentes se esse peccatores*
liorũ ex corde intimo cognoscit se esse quod dicit. Ait enim: Peccaui, & verè deliqui, atque de eoipso quod tolerat flagel- *Error flagellatorum.*
lo subiungit: Et vt eram dignus non recepi. Vnusquisq; enim in flagello positus, minus adhuc peccata sua considerat, si vel tantum, vel amplius se percussum quam merebatur existimat. *Recta cognitio.*
Iste autem quia quanto maiorum exempla considerat, tanto districtiori examinatione se pensat, minus se percussum quàm merebatur agnoscit, quia in illorum iustitia conspicit quàm grauis sibi culpa fuerit quod errauit, & idcirco hoc quod patitur, districtum esse non sentit: quia districtè nouit pensare quòd fecit. Valde autem facile est, vt peccatorem se quisque cùm nihil pro peccato suo patitur, fateatur. Securè videlicet iniquos nos dicimus, cùm vindictam nullam de iniquitate sentimus. Nam peccatores nos quidẽ in tranquillitate loquimur, F
sed cùm de peccatis ipsis flagello interueniente corripimur, murmuramus. Pœna ergo nos interrogat, si veraciter cognoscimus culpam. Vir itaque iustus quia culpam suam districtè cõsiderat, etiam in flagello positus dicat: Et vt dignus eram, nõ recepi. Sequitur: Liberauit enim animam suam, ne pergeret in interitum. Quia præueniente diuina gratia in operatione bona nostrum liberum arbitriũ sequimur, nosmetipsi nos liberare dicimur, qui liberanti nos domino consentimus. Vnde Paulus cùm diceret: Abundantius illis omnibus laboraui: *1. Cor. 15.*
ne labores suos sibi tribuisse videretur, ilicò adiunxit: Non autem ego, sed gratia dei mecum. Quia enim præuenientem dei gratiam, etiam ipse per liberum arbitrium fuerat subsecutus, aptè subiungit: Mecum: vt & diuino muneri non esset ingratus, & tamẽ à merito liberi arbitrij non remaneret extraneus. De hoc autẽ qui liberatori suo semetipsum cognoscendo consensit, rectè dicit: Liberauit animam suam, ne pergeret in interitum. Sequitur: Sed viuens lucem videret.) Lucem scilicet veritatis, quam corde mortuus videre non posset. Vel etiam certè quia dominus dixit: Ego sum lux mundi, videbunt lu- *Ioan. 8.*
cem etiam mortui: quando omnes iniusti eum venire ad iudicium in humanitatis forma conspexerint. Sed viuens tunc lucem respicit, qui liberis oculis cordis in forma eum diuinitatis attendit. Sequitur:

Quòd illa tentationum genera quæ numerata sunt, operatur deus in nobis,

Universidad de Deusto Biblioteca

G *in nobis, vt labore conuersionis, & prouocatione tẽtationis, & timore mortis attriti purgemur, & post amaritudines gaudia subsequanur.*

Hæc omnia operatur deus tribus vicibus per singulos.) De hoc tentato flagellatoq; homine dictum superius fuerat: Abominabilis ei fit in vita sua panis, & appropinquauit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis. Inferius verò subnexũ est. Deprecabitur deum, & placabilis ei erit, & videbit faciem eius in iubilo, & liberauit animam suam ne pergeret in interitum, sed viuens lucem videret. In his itaque iam collectis coaceruatisque sententiis, & supra mœror amaritudinis, & infra subiuncta est lętitia securitatis, moxque post hæc dicitur: Hęc omnia operatur deus tribus vicibus per singulos. Ac si diceret: Quod semel de vno dixi, hoc tribus vicibus per singulos agitur. Sed solerter intuẽdum est, quæ tres istæ vices sint, quibus vnusquisque homo anxietate mœroris afficitur, & post mœrorem protinus ad securitatem lætitiæ reuocatur. Id enim superius, sicut iam dixi, narrauerat, quòd & grauis prius mœror afficit, & magna postmodum lætitia attollit. Igitur si vigilanter intendimus, has tres vices mœroris, & lætitiæ in vniuscuiusque electi animo istis alternari modis inuenimus, id est, conuersione, tentatione, & morte. In prima quippe quam diximus conuersionis vice, grauis mœror est, cùm sua vnusquisque peccata considerans, curarum secularium vult compedes rumpere, & viam dei per spatium securæ conuersationis ambulare, desideriorum temporalium onus graue abiicere, & leue iugũ domini libera seruitute portare. Cogitanti enim ista, occurrit illa familiaris sua delectatio carnalis, quæ inueterata dudum, quanto eum diutius tenuit, tanto arctius astringit, atque à se tardius abire pmittit. Et quis ibi mœror, quæ anxietas cordis, quando hinc spiritus vocat, hinc caro reuocat, hinc amor nouæ conuersationis inuitat, hinc vsus vetustæ peruersitatis impugnat, hinc desiderio ad cœlestem patriam flagrat, & hinc in semetipso carnalem concupiscentiam tolerat, quæ eum etiam aliquo modo inuitũ delectat? Rectè ergo de hoc amarescente homine dici potest. Abominabilis ei fit in vita sua panis, & appropinquauit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis. Sed quia diuina gratia diu nos istis difficultatibus affici non permittit, ruptis peccatorum nostrorum vinculis citius nos ad libertatem nouæ conuersationis consolando perducit, & præcedntem tristitiam subsequens lætitia resouet, ita vt conuersi vniuscuiusque animus eo magis ad votũ suum perueniendo gaudeat, quo magis se pro illo meminit laborando doluisse. Fit cordi immensa lętitia: quia ei quem desiderat, iam per spem securitatis propinquat, vt rectè de hoc dici debeat. Deprecabitur deum, & placabilis ei erit, & videbit faciem eius in iubilo, vel certè liberauit animam suam ne pergeret in interitum, sed viuens lucem videret. At ne conuersus quisque iam sanctum se esse credat, & quem mœroris pugna superare non valuit, ne ipsa postmodum securitas sternat, dispensante deo permittitur, vt post conuersionem suam tentationum stimulis fatigetur. Iam quidem per conuersionem rubrum mare transitum est, sed adhuc in eremo vitæ præsentis ante faciem hostes occurrunt. Iam peccata præterita velut extinctos Aegyptios post terga relinquimus, sed adhuc nocẽtia vitia quasi alij hostes obuiant, vt ad terram promissionis pergentibus cœptum iter intercludant. Iam priores culpæ velut insequentes aduersarij sola diuina virtute prostratæ sunt, sed tentationum stimuli quasi hostes alij contra faciem veniunt, qui & cùm nostro labore superentur. Conuersio videlicet securitatem parit, mater autem negligentię solet esse securitas. Ne ergo securitas negligentiam generet, scriptum est: Fili accedens ad seruiturem dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Nõ enim ait ad requiem, sed tentationem: quia hostis noster adhuc in hac vita nos positos, quanto magis nos sibi rebellare conspicit, tanto amplius expugnare contendit. Eos enim pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. Contra nos verò eo vehementius incitatur, quo ex corde nostro quasi ex iure propriæ habitationis expellitur. Hoc enim in seipso dominus sub quadam dispensatione figurauit, qui diabolum non nisi post baptisma se tentare permisit, vt signum nobis quoddam futurę conuersionis innueret, quòd membra eius postquàm ad deum proficerent, tunc acriores tentationum insidias tolerarent. Post primam igitur vicem mœroris atque lætitiæ, quam vnusquisque per studium conuersionis agnoscit, hęc secũda subnitur, quia ne securitatis negligentia dissoluatur, impulsu tentationis afficitur. Et quidem quisque in ipso conuersionis initio magna plærunque excipitur dulcedine consolationis, sed durum laborem postmodum experitur probationis.

Tres vices fit quibus vnusquisq; anxietate mœroris afficitur, & post mœrorem ad lætitiam reuocatur.

Declaratio primæ vicis

Declaratio secũdæ vicis.

Conuersio securitatem parit. Securitas mater est negligentiæ. Eccli. 2.

Quãto magis rebellamus, tanto amplius hostis noster nos expugnare contendit.

K *gratia conuersionis.*

Caput. XIII.

Conuersionis tres modi.

TRes quippe modi sunt conuersorum, inchoatio, medietas, atque perfectio. In inchoatione autem inueniunt blandimenta dulcedinis, in medio quoque tempore certamina tentationis, ad extremum verò perfectionem plenitudinis. Prius ergo illos dulcia suscipiunt, quæ consolentur, postmodum amara, quę exerceant, & tunc demum suauia atque sublimia, quæ confirment. Nam & sponsam suam vir quisque prius dulcibus blandimentis fouet, quam tamen iam coniunctam asperis increpationibus probat, probatam verò securis cogitationibus possidet. Vnde & plebs Israëlitica cum despondente se deo ad sacras mentis nuptias ex Aegypto vocaretur, quasi arrarum vice prius accepit blandimenta signorum, cõiuncta autem probationibus exercetur in eremo, probata verò in repromissionis terra virtutis plenitudine confirmatur. Antè igitur in miraculis degustauit quod appeteret, postmodum in labore tentata est, si custodire nouerit quod gustasset. Ad extremũ quoque plenius accipere meruit, quod laboribus probata custodiuit. Ita ergo vitam vniuscuiusque conuersi, & inchoatio blanda permulcet, & aspera medietas probat, & plena pòst perfectio roborat. Nam sæpe conuersi quique in ipso adhuc aditu inchoationis suæ, vel tranquillitatem pacatissimã carnis, vel dona prophetiæ, vel prædicamenta doctrinę, vel signorum miracula, vel gratiam curationis accipiunt, post hæc autem duris tentationum probationibus fatigantur, à quibus tentationibus adhuc cùm inciperent, valde liberos se esse crediderunt. Quod diuinæ gratiæ dispensatione agitur, ne in inchoatione sua tentationum asperitate frangantur: quia si eorũ initia amaritudo tentationis exciperet, tã facilè ad ea quæ reliquerant redirent, quàm nec longius discesserant, nam contemptis prius vitiis quasi iuxta positis repli carentur. Vnde & scriptum est: Cùm emisisset Pharao populum, non eos duxit dominus per viam terræ Philistiim, quæ vicina est, reputans ne fortè pœniteret eum si vidisset aduersum se bella consurgere: & reuerteretur in Aegyptum. Ex Aegypto itaque exeuntibus è vicino bella subtrahũtur: quia derelinquentibus seculum, quædam prius tranquillitas ostenditur: ne in ipsa sua teneritudine atque inchoatione turbati, ad hoc territi redeant quod euaserunt. Prius ergo suauitatem securitatis sentiunt: prius pacis quiete nutriuntur: post cognitã verò dulcedinem tanto iam tolerabilius tentationum certamina sustinent quanto in deo altius cognouere quod ament. Vnde & Petrus prius in montem ducitur: prius claritatem transfigurationis dominicæ contemplatur, & tunc demũ tentari ancilla interrogante permittitur, vt per tentationem factus sibi ex infirmitate conscius, ad illud flendo, & amando recurreret quod vidisset, & cùm eum timoris vnda in peccati pelagus peteret, esset prioris dulcedinis anchora quæ retineret. Sæpe enim tam diutina sunt tentationum certamina, quàm lęti inchoationum fuerant blandimenta. Sæpe verò maius datur in inchoatione dulcedinis, minus autem in labore probationis. Sæpe minus in inchoatione dulcedinis, maius in labore probationis. Nunquam verò laborem tẽtationis dispar sequitur perfectio firmitatis: quia iuxta summam certaminis, remuneratur quisq; plenitudine perfectionis. Plærunque autem in eo quisq; conuersus labitur, quod dum quibusdam donis gratiæ dulcedine inchoationis excipitur, confirmationem accepisse se perfectionis arbitratur, & plenitudinis cõsummationem æstimat, quę adhuc blandimenta esse inchoationis ignorat. Vnde fit vt dũ subita tẽtationis procella tãgitur, despectũ se deo & perditum suspicetur. Qui si inchoationi suæ non passim crederet, adhuc in prosperis positus, mentem ad aduersa præpararet, & vitiis venientibus postmodum tam firmius relisteret, quàm ea etiam sagacius præuidisset. Quæ quidem tranquillius si præuidet tolerat. Eorum tamen omnino certamina, etiã si præuideat, non declinat: quia cursus nostri itineris nequa-

L

M

quam

quam peragitur sine puluere tentationis. Plærunque autem conuersus quisque talibus tentationum stimulis agitatur, qualibus ante conuersionis gratiam nunquam pulsatum se esse reminiscitur, non quia tunc hęc eadem radix tentationis deerat, sed quia non apparebat.

Caput. XIIII.

HVmanus quippe animus multis cogitationibus occupatus est, sæpe sibimetipsi aliquo modo manet incognitus, vt omnino quod tolerat, nescit: quia dum per multa spargitur, ab interna sui cognitione remouetur. Si autē deo vacare appetat, & ramos multimodæ cogitationis abscindat, tunc liberè conspicit, quod de intima radice carnis procedit. Carduus nanque si nascatur in via, itinerantium pedibus teritur, atque ipso vsu transeuntium eius superficies ne appareat confringitur. Sed quanuis desuper fructificantes spinę nó appareāt, subter tamen radix occulta perdurat. Si autem eum transeuntium pedes terere, & calcare cessauerint, mox in superficiem surgendo progreditur, & per spinam prodit in publicum, quicquid in radice viuebat occultum. Ita & in corde secularium sæpe occulta quædam tentationum radix non facilè apparet exurgere: quia velut in via actionum sita, transeuntium teritur pede cogitationū, & per innumeras curas quasi multis itinerantibus premitur, ne videatur. Si autem per cōuersionis gratiam à via cordis curarum turba remouetur, vt
B nulla actionum insolentia conterat, nullus cogitationum tumultus premat, tunc quod occultum latebat agnoscitur, tunc de radice vitiorum pungit libere spina tentationum. Contra quam bene viuentis manu agitur, vt inquantum potest fieri, non tegatur occulta, sed radicitus euellatur. Quod donec fiat, vniuscuiusque conuersi animum ita hæc spina conturbat, vt sæpe percussione subita penè superari se sentiat, eiusque vulnus medullitus inflictum exitialiter pertimescat.

Caput. XV.

PLærunque verò ipsi tentationum stimuli dum in vsum veniunt, dilatantur, & non quidem acriores, sed longiores existunt. Minus autem dolent, sed magis inficiunt: quia dum menti diutius adhærent, tanto fiunt minus pauendi, quanto magis assueti. Inter hæc ergo depressa mens huc illucque distenditur, & multiplicibus tentationum æstibus dissipatur, & sæpe hincinde prouocata, cui tentanti vitio obuiet, vel quod primum impugnet, ignorat. Vnde plærūque enenit, vt dum nimis insurgentia vitia cruciant, dum repugnantis animum iamiamque quasi in lapsum desperationis inclinant, cōuersus quisque hanc ipsam sublimitatis viam quam sibi ad remedium eligit expaueſcat, & quasi in summo educt' titubat, qui in imo solidius stabat. Ita verò circunfrementibus tentationum motibus angustatur, vt rectè de eo dici debeat: Abominabilis ei fit in vita sua panis, & animæ illius cibus antè desiderabilis. Vel certè, Appropinquauit corruptiōi anima eius,
C & vita illius mortiferis. Sed quia misericors deus probari nos permittit tentationibus, non reprobari, sicut scriptum est: Fi-
Iſa. 10. delis autem deus qui non patitur vos tētari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt possitis sustinere, citius nobis consolationis ope succurrit, & surgentes tentationum stimulos mitigat, impugnantesque se cogitationum motus interna pace tranquillat. Moxque anima immensam de spe cœlesti lætitiam percipit, dum deuictum malum respicit quod tolerauit, vt iure de hoc tentato liberatoq; homine dici debeat: Videbit faciem eius in iubilo, & : Liberauit animam suam ne pergeret in interitum, sed viuēs lucem videret. Istis itaque duabus vicibus, id est, conuersionis & probationis, per mœrorem lætitiamque transactis, supereſt tertia, cuius & mœrorem adhuc sustineat, & gaudia consequatur.

Declaratio tertiæ vicis. Conuersus quisque sollicitè considerat æternus iudex quā districtus aduenit.

Caput. XVI.

POst conuersionis nanque certamina, post probationis ærumnam, restat adhuc dura tentatio: quia venire non potest ad perfectæ gaudia libertatis, nisi prius debitum soluerit humanæ conditionis. Conuersus autem quisque sibi cautè sollicitus, tacitè secum considerare non cessat: æternus iudex quàm districtus adueniat, suumque terminum quotidie prospicit, & ante seueritatem tantę iustitiæ quas rationes vitæ suę sit positurus attendit. Etsi cuncta praua opera quæ intelligere potuit deuitauit, venturus tamen coram districto iudice illa magis quæ in semetipso non intelligit pertimescit. Quis enim considerare valeat, quanta mala per momenta tēporum D ipsis inconstantibus cogitationum motibus perpetramus? Facile est enim opera peruersa vitare, sed nimis difficile est ab illicita cogitatione cor tergere. Et tamen scriptum est: Væ vo- *Mich. 2.* bis qui cogitatis inutile. Et rursum: In die cum iudicabit do- *Roma. 2.* minus occulta hominum. Qui etiam præmisit: Inter seinuicē cogitationum accusantium, aut etiam defendentium. Et rursum: Labia dolosa in corde, & corde locuti sunt mala. Et rur- *Psalm. 11.* sum: Etenim in corde iniquitates operamini in terra. Humana autem anima semel æternitatis statum deserens, ad fluxum *Psalm. 57.* temporalitatis delapsa, hanc mutabilitatem alternantium motionum, quam dum caderet volens appetiit, dum conatur surgere, cogitur inuita tolerare. Inde quippe punita est vnde delectata: quia inde conuersa habet laborem certaminis, vnde peruersa appetiit gaudium voluptatis.

Caput. XVII.

SAepe ergo electis etiam nolentibus in cogitatione surripitur, quod in se quidem solerter inspiciunt, & ante dei oculos quanti sit reatus attendunt, & cùm de his omnibus semper iudicia districta pertimescant, tunc tamen hæc vehementer metuunt, cùm ad soluendum humanæ conditionis debitum venientes, districto iudici appropinquare se cernūt. Et fit tanto timor acrior, quanto & retributio æterna vicinior. Ante oculos autē cordis nihil inane tunc trāsuolat de phantasmate cogitationis: quia subductis è medio omnibus, se & illum tantummodo considerant cui appropinquant. Crescit pauor vicina retributione iustitiæ, & vrgente solutione carnis E quanto magis districtum iudicium iamiamque quasi tāgitur, tanto vehementius formidatur. Et si ea quæ sciunt, nunquam se prætermisisse meminerunt, formidant tamen illa quæ nesciunt: quia videlicet semetipsos diiudicare & comprehendere omnino non possunt, atque vrgente exitu, subtiliori terrentur metu. Vnde redēptor noster solutioni carnis appropinquās, *Cur Christus in agonia factus prolixius orauit.* & membrorum suorum seruans speciem, factus in agonia, cœpit prolixius orare. Quid enim pro se ille cùm in agonia esset, peteret qui in terra positus cœlestia cum potestate tribuebat? Sed appropinquante morte, nostræ mentis in se certamen expressit, qui vim quandam terroris ac formidinis patimur, cùm per solutionem carnis æterno propinquamus iudicio. Neque enim tunc cuiuslibet anima immerito terretur, quando post pusillum hoc inuenit quod in æternum mutare non possit. *Appropinquante morte cuiuslibet anima nō immerito terretur.*

Caput. XVIII.

COnsideramus quippe quòd viam vitæ præsentis nequaquam sine culpa transire potuimus, consideramus etiam quia nec hoc quidem sine aliquo reatu nostro est, quod laudabiliter gesimus, si remota pietate iudicemur. Quis enim nostrum vitam præcedentium patrum valeat, vel superare, vel assequi? Et tamen Dauid dicit: Ne intres in iudi- *Psalm. 142* F cium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Paulus cū diceret: Nihil mihi cōscius sum, caute subiūxit: Sed nō in hoc iustificatus sum. Iacobus dicit: In mul- *1. Cor. 4.* tis enim offendimus omnes. Ioannes dicit: Si dixerimus quia *Iaco. 3.* peccatum nō habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis *1. Ioan. 1.* non est. Quid ergo facient tabulæ si tremunt columnæ? Aut quomodo virgulta immobilia stabunt, si huius pauoris turbine etiam cedri quatiuntur? Solutioni ergo carnis appropinquans, nonnunquam terrore vindictæ etiam iusti anima turbatur. Cui etsi quid tranquillū in hac vita sapere potuit, mortis articulo interueniente concutitur, vt iure dici debeat: Abominabilis fit ei panis in vita sua, & animę eius cibus antè desiderabilis. Vel certè propter pauoris pœnā hoc quod illic subditur: Appropinquabit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis. Sed quia iustorum animę à leuibus quibusque contagiis, ipso sæpe mortis pauore purgantur, & æternæ retributionis gaudia iam ab ipsa carnis solutione percipiunt, plærunque verò cōtemplatione quadam retributionis internę etiam priusquam carne expoliantur, hilarescunt: & dum vetustatis debitum soluunt, noui iam muneris lætitia perfruuntur, rectè dicitur: Videbit faciem eius in iubilo, vel certè liberauit animam suam ne pergeret in interitum, sed viuēs lucem videret. Iusti itaque anima in iubilo faciem dei conspicit: quia tātum de lætitia interna percipit, quantum capere, vel assumpta vix possit. Ibi igitur lucem viuēs videt: quia spiritalem oculum in radios

G radios interni solis infigit. Ibi lucem viuens videt: quia omni iam mutabilitatis vicissitudine atque obumbratione calcata, veritati æternitatis inhæret, eique inhærendo quem cernit, ad similitudinem incommutabilitatis affurgit, atque in semetipsam auctoris sui inconuersibilem speciem dum respicit assumit. Quæ enim ad mutabilitatem per semetipsam lapsa est, ad immutabilitatis statum immutabilem videndo formatur. Igt tur Heliu de afflicto hoc liberatoque homine, quia prius mœroris amaritudinem, & postmodum gaudia consolationis expressit, aptè subiunxit: Hęc omnia operatur deus tribus vicibus per singulos, videlicet conuersionis, probationis, & mortis: quia per tria hæc, & duris prius stimulis mœroris afficitur, & magnis postmodum securitatis gaudiis resouetur. Et quia electi vniuscuiusque mens iisdem tribus vicibus: id est, vel labore conuersionis, vel tentatione probationis, vel formidine solutionis atteritur, atque ipsa attritione purgata liberatur, aptè subiungitur.

Epilogus.

Caput. XIX.

VT reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viuentium.) Lux quippe morientium est, quam corporeis oculis cernimus. Qui autē adhuc huic mundo viuunt, luce morientium tenebrescūt. Illuminantur autem luce viuentium, qui despecto temporali lumine, ad splendorē internæ claritatis recurrunt, vt ibi viuant, vbi verum lumen sentiendo videant, vbi non aliud lumen, atque aliud vita, sed H vbi ipsa lux vita sit: vbi sic nos lux exterius circunscribat [vt interius impleat] sic interius impleat, vt incircunscripta exterius circunscribat. Illuminantur ergo hac luce viuentiū, quam tanto tunc subtilius conspiciunt, quāto nunc ad illam purius viuūt. Magna Heliu ac valde fortia protulit, sed hoc vnusquisque arrogans habere proprium solet, quòd dum vera ac mystica loquitur, subitò per tumorem cordis quædam inania & superba pmiscet. Foris enim placere appetit in hoc quod veraciter sentit, & inde mox inanescit à vero, vnde per elationis typhū recedit ab intimo. Quia enim approbari doctus exterius quęrit, intus plenitudinem qua docebatur amittit. Vnde & Heliu quem tenere arrogātium typum sæpe iam diximus, postquam multa sapientiæ profunda digessit, subitò post eadem sententias veraces ac mysticas, fastu scientiæ inflatus extollit, cuius mox inflationis merito eius sensus ad inania verba deriuatur. Nam subdidit dicens: Attende Iob & audi me, & tace dū ego loquor. Si autem habes quod loquaris, respondе mihi. Loquere. Volo enim te apparere iustum. Quod si nō habes, audi me, tace, & ego docebo te sapientiam.) Qualem se apud se habeat, hac locutione manifestat qua dicit: Attende Iob & audi me, & tace dum ego loquor.) Immensa enim superbia est, à seniore sibi reuerentiam exigere, & silentium imperare meliori se.

Arrogantis proprium.

Immensa superbia.

Caput. XX.

I QVia autem prædicatores iusti dum quoslibet corripiūt, sæpe per humilitatis gratiam ad cogitationum suarum intima reuertuntur, atq; in eoipso quod corripiunt, ne quid fortasse fallantur exquirunt, correptisque licentiam tribuunt, vt si quid pro seipsis iustius sentiant, fateantur, hoc nonnunquam etiam arrogantes imitari appetūt. Paulisper enim in verbis elatione postposita, quasi eorum quos corripiunt, si fortè reperire potuerint, iustitiam quærunt: non quia ita sentiunt, sed quia ornari per humilitatis speciem concupiscunt. Metuunt enim ne superbi ac tumidi, quia sunt, esse videantur. Vnde Heliu statim subdidit, dicens: Si autem habes quod loqueris, respondе mihi. Loquere. Volo enim te apparere iustum. Sed quia hæc ex corde non protulit, audire quod quæsierat non expectauit. Nam illico subiunxit: Quod si non habes, audi me, tace, & docebo te sapientiam. Qui enim veraciter quærunt audire quod iustum est, æquanimiter expectant audire quod quærūt. Heliu autem qui veraciter requisitionis verba non protulit, dici quod quęsierat nō permisit, sed mox quod intrinsecus gestabat erupit, qualemque se in oculis suis habebat ostendit, dicens: Tace, & docebo te sapientiam. Arrogantes enim viri quando aliquid humiliter sonant, diu in eiusdem humilitatis specie non perdurant. Cùm fortasse quærunt vt audiant, mox loquendo obuiant ne doceantur: quia superficiem vocis quam protulerūt, citius ostentationis intentio comprimit, quæ ex radice cordis exurgit, atque eandem humilitatis formam specietenus sumptam, eo celerius probāt, quia aliena est, quo illam diutius tenere nō possunt. Ecce Heliu iustitiam cùm requirit vt discat, promittit quia doceat. Ecce quasi requirendo quod iustū est, aliquid planum sonuerat lingua, sed mox cælare non potuit hoc quod altum tumebat conscientia. Nam repentè subiunxit: Tace, & docebo te sapientiam. Quia verò arrogantes omnes in eo quod proferūt typho superbiæ inflantur, & velut in alto positi, sic doctorum speciem sumunt, ac si eorum verba dignatione quadā super indignos homines cœlitus effundantur, bene à scriptore huius historiæ versus interponitur quo dicatur:

K

Textus capitis triceſimiquarti libri beati Iob.

PRonuncians itaq; Heliu etiam hæc locutus est: Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate me. Auris enim verba probat, & guttur escas gustu diiudicat. Iudicium eligamus nobis, & inter nos videamus quid sit melius: quia dixit Iob: Iustus sum, & deus subuertit iudiciū meum. In iudicando enim me, mendacium est, & violenta est sagitta mea absq; vllo peccato. Quis est vir vt est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam, qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impiis? Dixit enim: Nō placebit vir deo, etiam si cucurrerit cū eo. Ideo viri cordati audite. Absit à deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis. Verè enim deus non condēnabit frustra, nec omnipotens subuertet iudicium. Quem cōstituit alium super terram, aut quem posuit super orbem quem fabricatus est? Si direxerit ad eum cor suum, spiritū illius, & flatum ad se traher. Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerē reuertetur. Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, & auscultа vocem eloquij mei. Nunquid qui nō amat iudiciū, sanari potest? Et quomodo tu eum qui iustus est, intūtum cōdemnas? Qui dicit regi apostata, qui vocat duces impios. Qui non accipit personas principū, nec cognouit tyrannum cum disceptaret contra pauperem. Opus enim manuum eius sunt vniuersi. Subitò morientur, & in media nocte turbabuntur populi, & pertransibunt, & auferent violētum absque manu. Oculi enim eius super vias hominum, & omnes gressus eorum cōsiderat. Non sunt tenebræ, & non est vmbra mortis, vt absondātur ibi qui operantur iniquitatem. Nequenim vltra in hominis potestate est, vt veniat ad deum in iudicium. Conteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Nouit enim opera eorum, & idcirco inducet noctem, & conterentur. Quasi impios percussit eos in loco vidētium. Qui quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes vias eius intelligere noluerunt, vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperum. Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? Ex quo absconderit vultum, quis est qui contempletur eum? Et super gentes & super omnes homines. Qui regnare facit hominem hypocritam, propter peccata populi. Quia ergo ego locutus sum ad deum, te quoque non prohibebo. Si errani, tu doce me. Si iniquitatem locutus sum, vltrà non addam. Nunquid à te deus expetit eam, quia displicuit tibi? Tu enim cœpisti loqui, & non ego. Quod si quid nosti melius, loquere. Viri intelligentes loquantur mihi, & vir sapiens audiat me. Iob autem stulte locutus est, & verba illius non sonant disciplinam. Pater mi probetur

M

A beum Iob vsque ad finem. Ne desinas ab homine iniquitatis, qui addidit super peccata sua blasphemiam. Inter nos interim constringatur, & tunc ad iudicium prouocet sermonibus suis deum.

Caput. XXI.

PRonuncians quoq; Heliu etiam hæc locutus est.) Quid enim per huius pronunciationis vocabulum, nisi inflatio elationis ostenditur? vt verba quæ de alta superbiæ radice veniebant, cum quadam quasi altitudine, & distinctione procederent. Ita videlicet prædicare omnes arrogantes solent. Cum quodam enim fastu proferunt hoc quod singulariter intellexisse se credunt, & fortasse tunc humilitatem prædicant, cùm per elationis typhum exempla superbiæ ostentant. Vnde fit vt eorum prædicatio concors sibi manere non possit: quia id quod rectum loquentes seminant, peruersè tumentes impugnant. Humilibus nanque auditoribus verba sua nõ compatiendo, sed vix dedignando largiuntur. Longè quippe se in altum positos æstimant, & super eosdem auditores suos quasi præcedentes doctrinæ respectũ vix de summo dignanter inclinant. At contra verba iustorum ex radice veniunt humilitatis, vt fructum valeant ferre pietatis, & quicquid salubre potuerint, non tumendo, sed compatiendo subministrãt. Per verba quippe charitatis, vel se in auditoribus suis, vel auditores suos in se ita transformant, ac si & illi per istos hoc quod audiunt doceant, & isti per illos hoc quod docendo proferũt discant. Heliu ergo typum arrogantium tenens, & cum pronunciationis ostentatione inchoans, quid dicat audiamus. Sequitur: Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate me. Auris enim verba probat, & guttur escas gustu diiudicat.) Ac si diceret: Sicut nec auris escas, nec guttur verba cognoscit, ita nec stultus quisque sententiam sapientis intelligit. Sapientes ergo atque eruditi audite quod dico, qui potestis ea quæ fuerint dicta cognoscere. Videamus igitur quantum tumeat, qui verba sua non nisi à sapientibus audiri decenter existimat. Verus autem sapientiæ prædicator dicit: Sapientibus & insipientibus debitor sum. At contrà arrogans in prædicatione sua aures tantummodo sapientium expectat: quia non ideo prædicat, vt possit quoslibet sapientes efficere, sed ideo sapientes quærit, vt possit quod senserit superbiendo monstrare. Sicut enim superius dictum est, non illos appetit erudire, sed se ostẽdere, nec intuetur, quàm iusti qui audiunt fiant, sed ipse quàm doctus cùm auditur appareat.

Sicut nec auris escas, nec guttur verba agnoscit, ita nec stultus sententiam sapientis intelligit. Rom. 5.

Caput. XXII.

QVia verò prædicationem arrogantium nullus admitteret, si non aliquid de humilitatis imagine permiscerent, bene Heliu postquam per tumida verba se extulit, rursum quasi ad æqualitatis concordiam condescendit, dicés: Iudicium eligamus nobis, & inter nos videamus quid sit melius.) Sed vtrum hoc iudicium ex humili corde quæsierit, facilè cognoscimus si subsequentia eius verba pensemus. Sequitur: Quia dixit Iob, Iustus sum, & deus subuertit iudicium meum. In iudicando enim me mendacium est, & violẽta sagitta mea absque vllo peccato.) Hæc beatum Iob dixisse quæritur, quæ tamen quia minimè dixerit, requisita sacræ historiæ verba testantur. Sed qui iudicium æquè quæsierat, ex culpa quàm finxit protinus sententiã promulgat. Nam sequitur:

Quòd superbi sine vllo timore deum derideãt, ita blasphemias pro nihilo habentes, sicut aquam deglutiens, in sorbendo non moratur.

Quis est vir vt est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam, qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impiis?) Ecce iudicium quærens, iudicium protulit, & post allegationem suam nulla beati Iob expectata sententia, eum damnatione dignum ex reproborum societate iudicauit. Ait enim: Quis est vir vt est Iob? Vt vtique subaudiamus, nullus, Atque subiungit: Qui bibit subsannationem quasi aquam. Aqua autem cùm bibitur, ita liquidè sumitur, vt ad sorbendum nulla sui pinguedine retardetur. Subsannationem verò vt aquã bibere, est deũ sine aliquo obstaculo cogitatiõis irridere, vt in eo quod superbit lingua, vel conscientia, nulla trepidatio contradicat. Hæc autem eius sententia super beatũ Iob quantum à tramite veritatis exorbitet illa domini attestatione cognoscimus, qua ad diabolum dicit: Nunquid consideraſti seruum meum Iob, & non sit ei similis in terra? Ecce quem veritas dicit absque comparatione iustum, eum Heliu asserit absq; comparatione peccatorem. Sed hæc esse propria arrogantium prædicatorum solent, vt etiam afflictos auditores suos magis districtè corripere appetãt, quàm blandè refouere. Plus enim student vt mala obiurgando increpent, quàm bona laudando confirment. Superiores quippe videri desiderant, & magis gaudent cùm eorum animum ira eleuat, quàm cùm charitas exæquat. Semper inuenire optant quæ increpando rigidè feriant. Vnde scriptum est: In ore stulti virga superbiæ: quia videlicet percutere rigidè sit, sed compati humiliter nescit. Solẽt etiam prædicatores iusti auditores suos obiurgando corripere, solent in eorum vitiis districta increpatione sæuire. Vnde scriptum est: Verba sapientium quasi stimuli, & sicut claui in altum defixi. Rectè autem eorum verba claui vocati sunt: quia culpas delinquentium nesciunt palpare, sed pungere. An Ioannis verba claui non erant, cùm dicebat: Progenies viperarum, quis vobis demonstrauit fugere ab ira ventura? An verba Stephani claui non erant, cùm dicebat: Vos semper spiritui sancto resistitis. An verba Pauli claui non erant: cũ dicebat: O insensati Galatæ, quis vos fascinauit? Et rursum cũ Corinthios diceret: Cùm enim sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?

Contra arrogantes.

Prouer. 14.

Verba prædicatorum claui.

Eccli. 12.

Matth. 3.

Act. 7.

Gala. 3.

1. Cor. 3.

Caput. XXIII.

SEd necesse est vt cautè videamus: quia prædicatores iusti in ipsis quos corrigunt, cùm ex parte alia fortasse aliquid bonę operationis inueniunt, ad eadem obiurgationis verba cum quanta dispensatione descendunt. Ecce Paulus Corinthios docens, eosque in culpa diuisionis aspiciens exorsus est, dicens: Gratias ago deo meo semper pro vobis, in gratia dei quæ data est vobis in Christo Iesu: quia in omnibus diuites facti estis in illo. Multũ profecto laudauit quos in Christo diuites in omnibus dixit. Et ecce adhuc blandimenta multiplicat, dicens: In omni verbo & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis. Testimonium Christi cõfirmatum est in vobis dixit, ac si opere peregissent, quod doctrina didicerant. Et mox in laudis consummatione subiunxit: Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi. Queso te Paule istis tot fauoribus iam quo tendas, insinues. Et ecce paulopòst sequitur: Obsecro vos autem fratres per misericordiam domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Significatum est enim mihi de vobis fratres mei, ab his qui sunt Cloës: quia cõtentiones inter vos sunt. De quibus contentionibus paulopòst subdidit, dicés: Cùm enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominẽ ambulatis? Ecce quibus laudibus ad aperta correptionis verba descendit, ecce in corde audientiũ quàm blanda fauoris manu viam districtæ increpationis aperuit. Prius nanque superborum brachia studuit per blandimentorũ vincula religare, vt postmodum potuisset vulnus superbiæ ferro correptionis incidere. Erant profectò in Corinthiis, & quæ laudari debuissent, erant & quę argui. Peritus itaque medicus prius sana membra quę circa vulnus erant laudando palpauit, & postmodum putridum sinum vulneris feriendo transfixit. Habet ergo in sanctis prædicatoribus ad vtraque aptum doctrinæ regula pondus suum, vt & recta facientes nutriant, & peruersa animaduertentes abscindant.

Ibidem.

Peritus medicus.

Caput. XXIIII.

NOnnunquam verò etiam prædicatores iusti rigidè feriunt. Sed aliud est cùm iustitia stimulat, aliud cum superbia inflat. Iusti cùm seuere corrigunt, internæ dulcedinis gratiam non amittunt. Nam sæpe pro inquietudine refrenanda prauorum, duritiam districti rigoris assumunt, sed intus charitatis igne liquefiunt, atque eorum amore ardẽt, in quos aspera correptione sæuiũt, seque etiam eis intrinsecus in secreto cordis humiliãt, quos duris foris animaduersionum stimulis quasi despiciendo castigant. Plærunque autem & nõ despiciendo despiciunt, & non desperando desperant, vt tanto eos celerius à culpa reuiuiscere ac resilire faciant, quanto iã quasi vicinius mortis foueam ostentant.

Iustorum prædicatorum modus corrigendi.

Quanto moderamine sancti in correctione vtantur.

Sæpe

G Sæpe etiam quodam decenti moderamine suas culpas coram discipulis indicant, vt illi audientes discant, quomodo semetipsos de suis actionibus subtiliter reprehendant. Tanta autem dispensatione se temperant, vt neque cum se erigunt intrinsecus rigidi sint, neque rursum cùm se humiliant, extrinsecus remissi: quia & in disciplina humilitatem custodiunt, & in humilitate disciplinam. Paulus disciplinam tenuit, cùm Corinthiis diceret: Cùm enim sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Sed humilitatem in disciplina non perdidit: quia deprecando præmisit, dicens: Obsecro vos fratres per misericordiam dei, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Rursum humilitatem tenuit, cùm eisdem Corinthiis loquens paulo latius fortasse quàm voluerat, semetipsum reprehendit, dicens: Factus sum insipiens. Sed disciplinam in hac humilitate non perdidit: quia ilicò adiunxit: Vos me coëgistis. Exemplum magnæ humilitatis exhibuit, cum discipulis dixit: Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum dominum nostrum, nos autem seruos vestros per Christum. Sed in hac humilitate disciplinam iustitiæ non amisit, qui eisdem delinquentibus dicit: Quid vultis, in virga veniam ad vos? & cætera. Sciunt ergo prædicatores sancti vtroque moderamine artem magisterij temperare, & cùm delinquentium reatus inueniunt, sciunt modo seuerè corripere: modo humiliter deprecari. Sed cùm arrogantes viri eos imitari appetunt, sumunt ab eis aspera verba correctionis, & sumere ab eis veraciter nescIunt, preces humilitatis. Magis enim terribiles volunt esse quàm mites, & idcirco discunt vnde se erigant, & discere negligunt, vt animum submittant. Cumque admonere delinquentes placidè nesciunt, nimio rigoris vsu per inuectionis iracundiam etiam contra rectè agentes effrenatur. Quorum iste Heliu speciem tenens, beatum Iob non refouet, sed obiurgat dicens: Quis est vir vt est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquã, qui graditur cùm operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impiis?

1. Cor. 3.
1. Cor. 1.
2. Cor. 12.
2. Corin. 4.
1. Corin. 4.
Ars sanctorum prædicatorum.

Caput. XXV.

Aliena semper est à veritate superbia.

ET quia aliena semper est à veritate superbia, mox & ad falsa prorumpit, dicens: Dixit enim: Non placebit vir deo, etiam si cucurrerit cum eo. Quòd profectò quia minimè dixerit, quisquis beati Iob verba legit agnoscit. Sed qui idcirco loquit, vt semetipsum ostendendo superbiat, quid mirum, si in altero fingit quod reprehendat? Quomodo enim veritati cohæreat in verbis increpationis quem intra semetipsum longè ab eadem veritate dirimit tumor mentis? Sequitur: Ideo viri cordati audite me.) Ecce iterum fastu superbiæ inflatus, eos tantummodo qui quasi digne intelligendo se assequi valeant quærit: & sic quod sentiebat erumpit, dicens:

Absit à deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis.) Benedixit quia in omnipotente deo iniquitas, vel impietas non est. Sed in hac vita nequaquam semper hoc agitur quod subiunxit: quia iuxta opus suum singulis, & iuxta vias proprias reddit. Nam & multos illicita ac peruersa perpetrantes gratuitò præuenit, atque ad opera sancta conuertit, & nonnullos rectis actibus deditos, flagello interueniente corripit, ac sic placentes quasi displiceant affligit, Salomone attestante qui ait: Sunt iusti quibus multa eueniunt, quasi opera egerint impiorum. Et sunt impij qui ita securi sunt, ac si iustorũ facta habeant. Quod nimirum omnipotens deus inæstimabili pietate dispensat, vt & iustos flagella crucient, ne opera extollant, & iniusti saltem sine pœna hanc vitam peragant: quia ad tormenta quæ sine fine sunt, malè agendo festinant. Nam quia aliquando iusti nequaquam iuxta opera flagellãtur, hac ipsa historia quam tractamus ostenditur. Neque enim idem beatus Iob pro culpa fuerat flagellatus, qui ante flagelli stimulum ipso iudice attestãte laudatus est. Verius ergo Heliu diceret, si dixisset quia in omnipotente deo impietas atque iniquitas non est, etiam cùm iuxta vias proprias hominibus reddere non videtur. Nam & quod à nobis non intelligitur, ex occulti iudicij non iniusta lance profertur. Quia verò prædicatores arrogantes dum multa inania spargunt, etiam sæpe vera ac solida proferunt. Heliu rectè subiungit:

In hac vita non semper dominus reddit iuxta opus singulis. Eccles. 8. Ratio.

Probatio.

Caput. XXVI.

VEre enim deus non condemnabit frustra, nec omnipotens subuertet iudicium.) Ad diabolum dominus dixit. Commouisti me aduersus eũ, vt affligerem eũ frustra. Heliu autem dicit: quia non condemnabit dominus frustra. Quod vtique discordare dictis veritatis creditur, nisi subtili consideratione pensetur. Aliud nanque est damnare, aliud affligere. Affligit ergo iuxta aliquid frustra, sed frustra non damnat. An nõ iuxta aliquid frustra Iob afflixerat, cùm non delebatur vitium, sed meritum augebatur? Frustra enim condemnare non potest: quia damnatio fieri non ex parte ad aliquid potest, quę videlicet in extremo punit omne quod hic quisque iniquè commiserit. Nec omnipotens deus subuertit iudicium: quia etsi minus recta videntur esse quæ patimur, rectè tamen in occulto examine decernuntur. Sequitur:

K

Aliud damnare aliud affligere.

Quòd ad amorem suum nonnullos deus, & corpore & spiritu extrahit, vt nihil caro, nihil mens de exterioribus appetat.

Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem quem fabricatus est?) Vt videlicet subaudias, nullum. Per se quippe mundum regit, quem per se condidit, nec eget alienis adiutoriis ad regendum, qui non eguit ad faciendum. Sed hæc idcirco colliguntur, vt liquidò indicet: quia omnipotens deus si per semetipsum regere non negligit quod creauit, quod bene creauit, vtique bene regit: quia quod pie condidit, impiè non disponit, & qui necdum facta curauit vt essent, quę sunt facta non deserit. Quia ergo præsens est in regimine, qui auctor extitit in creatione, ideo curam nostri non præterit. Vnde & aptè subiungit: Si direxerit ad eum cor suũ, spiritum illius & flatum ad se trahet.) Curuũ cor est, cùm alta appetit, dirigitur, cum ad superna subleuatur. Si ergo homo cor suum ad dominum dirigit, spiritum & flatum illius dominus ad se trahit. Spiritũ videlicet pro internis cogitationibus, flatum verò qui per corpus trahitur, pro externis actionibus ponit. Deo ergo spiritum hominis, & flatum ad se trahere, est ad conuersionem sui desiderij, & interiora nostra, & exteriora commutare, vt nihil iam menti exterius libeat, nihil caro inferius, vel si appetit adipisci conetur, sed omne quod homo est, ad eum videlicet à quo est, & interius desiderãdo feruea, & exterius se edomando constringat. Vnde & aptè subiungit:

L

Quòd sancti, spiritu humilitatis tacti, in nulla voluptate obedire carni, & hic moriendo mundo, vitiorum appetitus considerare dissolutionis suæ in cinerem redigunt.

Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerẽ reuertetur.) Simul enim omnis caro deficit, quando iam nullis suis motibus seruit: quia præsidens spiritus cuncta eius fluxa restringit, & quodã districtionis suę gladio omne quod in illa malè viuebat interficit. Hoc nimirũ disciplinæ gladio semetipsum Hieremias interfecerat, cùm dicebat: Postquã conuertisti me, egi pœnitentiam: & postquã ostendisti mihi, percussi femur meum. Quid enim in femore nisi voluptas carnis accipitur? Et quid est quod ait: Postquam ostendisti mihi, percussi femur meum? nisi quod postquam superna spiritaliter vidit, omne quod in se inferius carnaliter viuebat extinxit, vt quãto magis summa patescerent, tanto amplius ima quę tenuerat non liberent. Ni quanto incipit quisque sibi perius viuere, tanto & inchoat interius interire. Iuxta affectum nanque carnalis operationis caro Pauli simul interierat, cùm dicebat: Viuo autem iam non ego: viuit verò in me Christus.

M

Caput. XXVII.

BEne etiam Heliu hoc loco subdidit: Et homo in cinerem reuertetur. In peccato enim quisque positus, mortalitatis suæ obliuiscitur, & terram se esse non meminit, dum adhuc per superbiam inflatur. Post conuersionis verò suæ gratiam, cùm humilitatis spiritu tangitur, quid esse se aliud quàm cinerem recordatur? Iam in cinerem Dauid reuersus fuerat, cùm dicebat: Memento domine quod pulvis sumus. Abraham in cinerem reuersus fuerat, dicens: Loquar ad dominum meum, cùm sim pulvis & cinis? Et si viuentem carnem necdum in terra mors soluerat, hoc tamen apud se erant quod se futuros absque dubitatione præuidebant. Hinc aliàs dicitur: Auferes spiritum eorum & deficient, & in pulverem suum reuertentur. Qui autem eorum spiritus, nisi spiritus superbiæ nominatur? Tollatur ergo spiritus eorum vt deficiãt, id est,

A idest, subducto superbię spiritu, nihil se[de se]esse cognoscãt. Et reuertantur in puluerem, id est, humilientur ex infirma cõ
apoc. 5. ditione. Propter hunc puluerem, ad cuius memoriam qui semetipsos considerant reuocantur, per sapientiam dicitur: Iusti fulgebunt, & sicut scintillę in arundineto discurrent. Sancti enim viri dum peccatoribus permiscentur, eos exemplorum suorum igne succendunt: atque per omne quod nitent, in cinerem redeunt: quia pietatis flamma consumpti, dum infirmitatem conditionis suæ conspiciunt, nihil aliud quàm sauillam se esse cognoscunt, vt à superbiæ suæ duritia resoluti, per pœnitentiam dicant id quod supra protulimus: Memento domine quia puluis sumus. Bene ergo dicitur: quia cùm ad se spiritum hominis dominus trahit, deficiet omnis caro simul, & homo in cinerẽ reuertetur. Hęc Heliu & vera sunt, & magna quæ dicit, sed quia malè mox ex eo q̃ bene sensit intumuit, verbis sequentibus prodit dicens: Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur: & ausculta vocem eloquij mei.

Quòd superbia vbi nasci intelligitur, eradicanda est: quia difficilè inueterata deprehenditur.

Caput. XXVIII.

HAbent hoc proprium omnes arrogantes, vt cum forte tasse acutum aliquid sentiũt: inde mox ad vitium elationis erumpant, sensusq́ omnium in sui comparatione despiciant, seq́ue in suo iudicio aliorum meritis antepo
B nant. Quibus contingit miseris, vt plus videndo tenebrescãt: quia dum subtilia attendunt, semetipsos intueri nesciunt, & quo intelligẽtiam acutius percipiunt, eo per superbiam deterius cadunt. Qui bene quidem subtilia conspicerent, si in eo quod proferunt se viderent. Superius nãque Heliu dixerat: Si habes quod loquaris, respondе mihi. Loquere, volo enim te apparere iustum. Nunc autem ait: Si habes intellectum, audi quod dicitur: Ecce quomodo paulisper elatio per verborum incrementa proficit. Superius dubitauit si posset beatus Iob proferre quod iustũ est, nunc verò discutit, si hoc quod dicit, saltem possit audire. Ibi dixit: Si habes quod loquaris, respondе mihi, ac si diceret: dic aliquid, si tamen dignus poteris esse qui dicas: Hic autem ait: si habes intellectum, audi quod dicit: Ac si apertè dicat: audi me, si tamen dignus poteris esse qui audias. Isti sunt quotidiani defectus, qui in cordibus reproborũ fiunt, quibus indesinenter ad deteriora descendunt: quia dum minora incautè negligunt, ad maiora pernicioſè prorumpũt.

Quotidiani defectus reproborum

Iam & hoc de superbia fuerat, q̃ beatum Iob id quod iustum est, loqui posse dubitabat. Sed dum hanc in semetipso considerare negligit, ad nequiora peruenit, vt non solũ posse ab eo dici quod iustum est dubitet, sed etiam dicẽtem se iusta ab eo intelligi posse desperet. Vnde vitium superbię ab ipsa mox radicè secandum est, vt cum latenter oritur, tunc vigilanter abscindat, ne prouectu vigeat, ne vsu roboretur. Difficilè enim
C in se quisque inueteratam superbiam deprehendit: quia nimirum hoc vitium quãto magis patimur, tanto minus videmus. Sic quippe in mente superbia, sicut in oculis caligo generatur. Quo se hęc latius dilatat, eo vehementius lumẽ angustat. Pauliſper ergo elatio in præcordiis erescit, & cùm se vastius extẽderit, oppressę mentis oculum funditus claudit, vt captiuus animus typum elationis, & pati possit, & tamẽ id quod patitur, videre non possit. Sed quia arrogantes viri aliquando vt diximus, recta non rectè sentiunt, & bona inuenire nouerunt, sed hæc bene proferre contemnunt. Heliu post elationis typum quo dixerat: Si habes intellectũ audi quod dicit, subdit dicens:

Remedium contra superbiam.

Quanto vitium superbię magis patimur, tanto minus videmus.

Caput. XXIX.

In omni quę dicitur intuendũ est, quid, cui, quãdo, quo modo dicatur.

NVnquid qui non amat iudicium, sanari potest? Quomodo tu eum qui iustus est, intantum condemnas? Bonam quidem sententiam protulit, sed beato Iob proferenda non fuit. In omni enim quod dicitur, summopere intuendum est quid dicatur, cui dicatur, quando dicatur, quomodo dicatur. Heliu autem attendit quid diceret: sed cui diceret, nõ attendit. Beatus quippe Iob amabat iudicium: quia causas suas cum domino pensare subtiliter nouerat. Nec condemnauerat eum qui iustus est, sed cur sine peccato percussus fuerat, in dolore positus cum humilitate requirebat. Amat iudicium quisquis vias suas subtiliter discutit, & secretariũ cordis ingressus, quid dominus ipsi tribuat, quid ipse domino debeat pensat. Quod beatus Iob quomodo non fecerat, qui tam D
crebra sacrificia in expiatione filiorum etiam pro cogitationibus offerebat? Quia ergo Heliu dixit, quod is qui iudicium non amat, sanari non possit, arguens beatum Iob quod iudicium non amaret: & quia eum qui iustus est condemnasset, ili co eiusdem iusti, id est, domini iustitiam, subdit dicens:

Quis amet iudicium.

Quòd ex imitatione diaboli apostasiæ culpam incurrunt, qui honoris sui gloria lætantes, præesse hominibus potestate & dominatione delectantur.

Qui dicit regi apostata, qui vocat duces impios.) Sæpe nouimus quod plærique qui præsunt, inordinatum sibi metum à subditis exigunt, & non tam propter dominum, q̃ pro domino venerari volunt. Intus enim se tumore cordis extollunt, cunctosq́; subditos in sui comparatione despiciunt, nec condescendendo consulunt, sed dominando premunt: quia videlicet alta cogitatione se erigunt, & æquales se illis quibus eos præesse contigit, non agnoscunt. Contra hunc tumorem per Ecclesiasticum librum dicitur: Ducem te constituerunt, noli *Eccli. 32.* extolli, sed esto in illis quasi vnus ex illis. Hunc tumorem do- *Ezech. 34.*
minus per prophetam in pastoribus increpans, ait: Vos autem cum austeritate imperabatis eis, & cũ potentia. Ipsa enim bona quæ subditis dicunt, dominando potius quàm consulendo proferunt: quia videlicet quicquam eis quasi ex æquo dicere, semetipsos existimãt deiecisse. Singularitate enim gaudẽt culE minis, & non æqualitate conditionis. Sed quia hæc tumentia corda rectorum subtiliter dominus pensat, bene contra eos dicitur: Qui dicit regi, apostata. Vnusquisque enim superbus rector totiens ad culpam apostasiæ dilabitur, quotiens præesse hominibus delectatus, honoris sui singularitate lætatur. Sub quo enim sit non considerat, & quod æqualibus quasi non sit æqualis exultat. Vnde autem hæc vitiorum radix pullulat in corde regentium, nisi ex imitatione illius, qui despectis angelorum societatibus dixit: Ascendam super altitudinem nubiũ, *Esaiæ. 14.* & similis ero altissimo? Quia ergo vnusquisq; rector quotiens *Contra superbos rectores.*
extollitur in eo q̃ cæteros regit, totiens per lapsum superbię à summi rectoris seruitio separatur: & cùm æquales sibi subditos despicit, eius super se dominium sub quo omnes æquales sunt non agnoscit, rectè dicitur: Qui dicit regi, apostata.

Caput. XXX.

QVia verò cùm dominando præsunt, exemplo suæ superbiæ subditos ad impietatem trahunt, aptè subiungitur.

Quòd impij duces sint qui verbo & exẽplo ducatũ præbẽt erroris.

Qui vocat duces impios.) Ad viam nanque pietatis ducerent, si subditorum oculis, humilitatis exempla monstrarent. Dux autem est impius qui à tramite veritatis exorbitat, & dũ ipse in præceps ruit, ad abrupta sequentes inuitat. Dux est im- F
pius qui per tumoris exemplum viam ostendit erroris. Paulus dux esse impietatis metuebat, cùm potestatis suæ celsitudinem reprimebat dicens: Nec quærentes ab hominibus gloriã, neq; à vobis, neque ab aliis, cùm posimus oneri* esse vt Chri sti apostoli, sed facti sumus in medio vestrum paruuli. Paruulus in medio eorum factus fuerat: quia timebat ne si inter discipulos honorem suæ celsitudinis vindicaret, exempla elationis ostẽderet. Timebat nimirum ne dum ipse sibi potestatem pastoralis potẽtiæ quæreret, grex subditus per abrupta sequeretur, & ad impietatem sequẽtes duceret, qui pietatis officium suscepisset. Vnde necesse est, vt is qui præest, quæ exẽpla subditis præbeat, solerter attendat, & tantis se sciat viuere, quantis præest, ac vigilanter inspiciat, ne in eo quòd prælatus est intumescat, ne iura debitæ potestatis immoderatius exigat, ne disciplinæ ius mutetur in rigorem superbiæ, & vnde à peruersitate subditos restringere poterat, inde magis intuẽtium corda peruertat, ne, vt dictum est, impietatis dux per officiũ pietatis existat. Non autem debet hominum ducatum suscipere, qui nescit homines bene viuendo præire, ne qui ad hoc eligitur, vt aliorum culpas corrigat, quod resecare debuit, ipse cõmittat. Hinde ergo se qui præsunt circunspiciant, vt sibi & subditis viuant, vt bonum quod faciunt, & intra sinum mentis abscondant, & tamen ex eo ad profectum sequentium exempla rectæ operationis impartiant: & subditorum animad-

1. Thess. 2.

**al. honori.*

uertentes

G uertentes culpas corrigant, nec tamen per vim eiusdem animadversionis intumescant, vt quædam leniter correpta tolerent, nec tamen disciplinæ vincula eadem lenitate dissoluant, vt quædam tolerando dissimulent, nec tamen ea crescere dissimulando permittant. Laborioſa sunt ista, & nisi diuina gratia fulciat, ad custodiendum difficilia. Rectè verò de aduentu districti iudicis per sapientiæ librum dicitur: Horrendè & cito apparebit, quoniã iudiciũ durissimũ his qui præsunt, fiet. Quia ergo plærunque per potestatem regiminis ad culpam prorumpitur elationis, atque apud districtum iudicem ipsã elatio impietas æstimatur, bene de domino per Heliu dicitur: Qui vocat duces impios. De ipso quippe ducatu dum superbiunt, exemplo suo subditos ad impietatem trahũt. Vnde magnopere curandum est, vt qui regendis hominibus præfertur, apud se intra secretarium mentis in cathedra præsideat humilitatis. Cumque iudicanti ei à cæteris foris assistitur, vigilanti oculo incessanter aspiciat, cui quandoq; iudici ipse de his iudicandus assistat, vt quanto nunc ante eum quem non videt, sol licitius trepidat, tanto eum cùm viderit securior cernat.

Sapien. 6.

Quòd rectores Ecclesiæ sollicitè cogitare oporteat, quoniam de animabus eorum qui sibi commissi sunt, in iudicio reddent rationem.

H Pensèt ergo qui ad satisfaciendum districto iudici de sua tantummodo anima fortassè vix sufficit: quia quot regendis subditis præest, reddendæ apud eum rationis tempore, vt ita dicam, tot solus animas habet. Quæ nimirum cogitatio si assiduè mentem excoquit, omnem superbiæ tumorem premit. Et rector prouidus tanto iam neque rex apostata, neque dux impius vocabitur, quanto ei cogitatione sollicita potestas quę accepta est, non honor, sed onus æstimatur. Nam cui esse nũc iudicem libet, huic videre tunc iudicem non libet. Numerari enim culpæ nequeunt, quæ habendę potestatis amore perpetrantur. Tunc solum vero potestas bene geritur: cum non amando, sed timẽdo retinetur. Quæ vt ministrari rectè valeat, oportet primum vt hanc non cupiditas, sed necessitas imponat. Percepta autem nec pro formidine debet deseri, nec ex libidine amplecti, ne aut peius quis quasi ex humilitate superbiat, si diuinæ dispensationis ordinem fugiendo contemnat, aut eo iugum superni rectoris abiiciat, quo eũ super cæteros priuatum regimen delectat. Potestas ergo cùm percipitur, nõ ex libidine amanda est, sed ex longanimitate toleranda, vt inde tunc ad iudicium salubriter leuis sit, vnde nunc ad ministerium patienter grauis innotescit.

Libri vicesimiquarti Moraliũm sancti Gregorij finis.

I

LIBER MORALIS expositionis sancti Gregorij vicesimusquintus, continuans caput tricesimumquartum textus beati Iob.

Caput primum.

IPSA humanę compunctionis qualitas indicat, q̃ longè rebus cæteris præstat. Nam collata homini ratio asserit quantum omnia quæ vel vita, vel sensu, vel ratione carent, natura rationalis antecedit. Et tamẽ quia ab internis atque inuisibilibus oculos claudimus, & visibilibus pascimus, plærunque hominem nõ ex eo quod ipse est, sed ex his quę circa ipsum sũt, veneramur. Cũq; non intuemur quid ipse sit, sed quid possit, in acceptione personarum, non ex personis, sed ex rebus adiacentibus ducimur. Sicque fit, vt is quoque apud nos intus in despectionẽ veniat, qui foris honoratur: quia dum pro his quæ circa illum sunt, honorabilis habetur, rebus suis in examine nostro postponitur. Sed omnipotens deus vitam hominum ex sola qualitate interrogat meritorum, & sæpe inde plus punit, vnde hunc maiora ad ministerium contulit, veritate attestante quæ ait: Cui multum datum est, multum quæretur ab eo. Vnde bene nunc per Heliu dicitur: K

Luca.

Quòd personam hominis deus non accipiat, & oppressores pauperum in tremendo iudicio non agnoscat.

Qui non accipit personam principum, nec cognouit tyrãnum, cùm disceptaret cõtra pauperem. Potest autem per principem, vel tyrãnum quisque superbus intelligi: per pauperem verò humilis designari. Tyrannum ergo disceptantem contra pauperem non cognoscit quia superbos omnes vitam nũc humilium deprimentes, in iudicio nescire se perhibet, dicens: Nescio vos vnde sitis. Et quia sic potenter cùm vult destruit, sicut cùm voluit potenter creauit, aptè ratiocinãdo subiũgit:

Luc.

Quòd subita & impræmeditata mors, incuruatos & huius mundi amore captos rapiat.

Opus enim manuum eius sunt vniuersi.) Atque mox subditur: Subito morientur, & in media nocte curuabuntur populi, & pertransibunt. Quamlibet serò de hac vita tollantur iniqui, subitò & repentè tolluntur: quia finem suum cogitando præuidere nesciunt. Subitum est homini quòd antè cogitare non potuit. Subitò dies ille stultus raptus est, qui horrea quæ præparabat deseruit, & inferni locum quem non præuidebat inuenit. Ad aliud exercebat animam per cogitationem, sed ad aliud emisit per sententiam. Aliud dum viueret contẽplatus est, aliud dum moreretur expertus. Reliquit enim dia tractata temporalia, & inopinata inuenit ęterna. Vnde ei propter hanc ignorantiam cęcitatis suæ bene per diuinam sententiam dicitur: Hac nocte repetunt animam tuam à te. In nocte quippe ablata est, quæ in obscuritate est cordis amissa. In nocte ablata est, quæ cõsiderationis lucẽ habere noluit, vt quod poterat pati pręuideret. Vnde bene discipulis futura cogitantibus, Paulus apostolus dicit: Vos autem fratres nõ estis in tenebris, vt vos dies illa tanquàm fur comprehendat. Omnes enim vos filij lucis estis & filij diei: non sumus noctis neque tenebrarum. Dies enim exitus tanquàm fur in nocte ita comprehendit, quando stultorum animas futura non præuidentes eiicit. Vnde hic quoque aptè subiungitur: Et in media nocte curuabuntur populi, & pertransibunt.) In media enim nocte curuati pertranseunt, qui obscuritate suæ negligentiæ humiliati rapiuntur. Tunc curuabuntur per sententiam iudicis, qui nunc curuari negligunt per humilitatem cordis. Electi autem ne inuiti curuentur in morte, sponte curuantur in humilitate. Vnde sanctæ Ecclesiæ de conuersa prolẽ persecutorum dicitur: Venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te. Et bene de morientibus populis non ait: transibunt, sed pertransibunt: quia etiam viuendo temporaliter quotidie ad finẽ transimus, & præsentem vitam quasi quandam viam subigendo trãsimus. Hoc ipsum enim morituros viuere, quasi ad mortem ire est. Et quot dies vitę peragimus, quasi in itinere ad locum propositum tot passibus propinquamus. Ipsa quippe augmenta, detrimenta sunt temporum: quia vitæ nostræ spatia quanta esse cœperint, incipiunt iam tanta non esse.

Sale. mpna. lũa.

L

Luca

1. Ioh.

Caput. II.

PRimus verò homo ita conditus fuit, vt manente ille, decederent tempora, ne cum temporibus ipse transiret. Stabat enim momentis decurrẽtibus: quia nequaquam ad vitæ terminum per dierum incrementa tendebat. Stabat tanto robustius, quanto semper stanti ardentius inhærebat. At vbi vetitum contigit, mox offenso creatore cœpit ire cum tempore. Statu videlicet immortalitatis amisso, cursus eum mortalitatis absorbuit. Et dum iuuentute ad senium, senio traheretur ad mortem, transeundo didicit, stando quid fuit. Cuius nos quia de propagine nascimur, radicis amaritudinem quasi in virgulto retinemus. Nam quia ex illo originem ducimus, eius cursum nascendo sortimur, vt eoipso quotidiano momento quo viuimus, incessanter à vita transeamus, & viuendi nobis spatium vnde crescere creditur, inde decrescat. Quia ergo ad summam moriendi quotidie tendimus per incrementa

A incæpta diuendi, bene de morientibus nequaquã transibunt dicitur, sed pertransibunt: quia transeũt etiam dum viuunt, sed pertranseunt dum moriuntur. Sequitur:

Viuẽdi spa tium vt conferre credãt, de-sunt.

Quod dum patientiæ dei peccatores ad pœnitentiam expectat, ipsi contemnentes, & rapientis diaboli non vident manum, & violentia malitiæ violenter trahuntur in gehennam.

Differentia inter transire & pertransire.

Et auferet violentum absque manu.) Subaudis diuina iudicia. Absque manu verò auferent eum qui manu violẽtus fuit. Absque manu auferent: quia videlicet subito exitu vrgente inuisibiliter rapitur, qui visibiliter rapiebat. Vidit ipse quos rapuit, sed quis illum in morte rapiat non videt. Absque manu ergo violentus aufertur: quia & raptorem suum nõ intuetur, & tamen ducitur. Quem tanto sequitur districtior sententia, quanto peccanti ei magna est patientia prorogata: quia diuina seueritas eo iniquum acrius punit, quo diutius pertulit. Sæpe verò euenit, vt dum peccatores superna clemẽtia expectat, in maiorem cordis cæcitatem prosiliant. Vnde scriptum est: An ignoras, quia benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam tuam & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Et ecce dum violentus quisque quos valuerit rapit, dum inualidos opprimit, & dum diu omne quod nequiter concupiscit exercet: quia non subitò percutitur, sed eius in finem pœna differtur, nequissima eius actio à deo videri non creditur. Vnde aptè postquam eius narrauit interitum, ilico de domino adiungit dicens: Oculi enim eius super vias hominum, & omnes gressus eorum considerat. Tunc enim nequaquam consiederare credebatur, quando violẽtus iste omne malum quod poterat inultè perpetrabat. Aestimabatur deus iniustè acta non cernere: quia differebat iustè damnare, & magna eius patientia quasi quædam negligentia putabatur. Iniquus quoque ipse toties se in peccatis suis non videri à deo credidit, quoties inultè peccauit. Cui per quendam sapientem dicitur: Ne dicas, peccaui, & quid accidit mihi triste? Emendare non vult nequitiam, pro qua dignam non pertulit pœnam. Qui quo piè expectatus est, eo est ad peccandum nequiter instigatus, & patientiæ supernæ longanimitatem despiciens, vnde corrigere culpam suam debuit, inde cumulauit, sicut per eundem Iob dicitur: Dedit ei deus locum pœnitentiæ & ille abutitur eo in superbia. Sæpe etiam quia pœnam quam meretur repentè non suscipit, hoc ipsum deo non æstimat displicere quod facit.

Inuisibiliter rapitur qui visibiliter rapiebat.

Diuina seueritas eo acrius iniquũ punit, quo diutius pertulit.

Eccli. 5.

Caput. III.

C *Veniet æterna & repẽtina percussio, & tunc cognoscet à deo cuncta cõspici &c.*

EAt itaque nunc, & ad quaslibet blasphemias præsumendo prorumpat. Voluptatum suarum nequitias impleat, aliena rapiat, innocentium oppressione satietur. Et quia necdum percutitur, vias suas à domino aut non videri æstimet, aut, quod peius est, approbari. Veniet profectò, veniet æterna & repentina percussio, & tunc cognoscet à deo cuncta conspici, quando se improuiso exitu viderit pro cunctorum retributione damnari. Tunc in pœna sua oculos aperiet, quos diu tenuit clausos in culpa. Tunc considerasse omnia verum iudicem sentiet, quando malorum suorum meritum iam euadere sentiendo non posit. Iniquus ergo qui diu expectatus est, idcirco est repentè sublatus: quia oculi domini super vias hominum, & omnes gressus eorum considerat. Ac si diceret: quia ea quæ diu patienter conspicit, quandoque inulta non deserit. Nam ecce subitò violentum rapuit, & mala eius quæ expectando pertulit, animaduertendo resecauit. Nemo igitur dicat huma facta deum non cernere, cùm iniquum quempiam iniquitates suas libere prospicit cumulare. Subitò enim tollitur, qui diu toleratur. Gressus vero hominum vocat vel singulas operationes quibus innitimur, vel alternantes motus intimæ cogitationis, quibus quasi passibus vel longè à domino recedimus, vel piè domino propinquamus. Ad deum enim quasi tot gressibus mens accedit, quot bonis motibus proficit. Et rursum tot gressibus longè fit, quot malis cogitationibus decrescit. Vnde plerũque contingit vt necdum procedat in opere motus mentis, & tamen perfecta iã culpa sit ex ipso reatu cogitationis, sicut scriptum est: manus in manu non erit innocens malus. Manus enim manui iungi solet, quando

Subitò tollitur qui diu toleratur.

Prouer. 11.

quiescit in ocio, & nullus eam vsus laboris exercet. Manus ergo in manu non erit innocens malus. Ac si diceret: Et cùm manus cessat ab iniquo opere, malus tamen non est innocens per cogitationem. Quia ergo nouimus quòd districtè omnia non solum facta, sed saltem cogitata pensentur, quid faciemus de incessu mali operis, si sic subtiliter deus iudicat gressus cordis? Ecce occulta mentis nostræ itinera nullus hominum videt, & tamen ante dei oculos tot gressus ponimus quot affectus mouemus. D

Caput. IIII.

TOties ante illum labimur, quoties à recto itinere infirmæ cogitationis pede claudicamus. Nisi enim in conspectu eius iste assiduus nostrarum mẽtium lapsus incresceret, per prophetam scilicet non clamaret: Auferte malum cogitationũ vestrarum aboculis meis. Hæc nimirum dicens: vim coopertæ nostræ malitiæ quasi ferre se non posse testatur. Quæ cooperta illi esse nõ potest: quia videlicet importunæ eius conspectui ingeritur, quicquid à nobis illicitum occultè cogitatur. Omnia enim sicut scriptum est: nuda & aperta sunt oculis eius. Vnde hic quoque aptè subiungitur:

Esa. 1.

Hebr. 4.

Quòd nihil deus ignorat, nihil obliuiscitur, vt ab eius iudicio aliquis possit abscondi.

Non sunt tenebræ & non est vmbra mortis, vt abscondantur ibi qui operantur iniquitatem.) Quid per tenebras nisi ignorantiam, & quid per vmbrã mortis, nisi obliuionem studuit designare? De quorundam quippe ignorãtia dicitur: Tenebris obscuratum habentes intellectum. Et rursum de obliuione quæ in morte contingit, scriptum est: In illa die peribũt omnes cogitationes eorum. Quia ergo per mortem funditus obliuioni traditur quicquid viuẽdo cogitatur, quasi quædam vmbra mortis obliuio est. Sicut enim agit mors interueniens non esse quod fuit in vita, ita interueniens agit obliuio nõ esse quod fuit in memoria. Rectè itaque vmbra eius dicitur: quia velut de ipsa exprimitur, dum vim illius sopiendo sensus imitatur. Deus autem quia mala hominum nec cogitata ignorat, nec perpetrata obliuiscitur, nisi ab eius oculis pœnitendo deleantur, congruè dictum est: Non sunt tenebræ, & nõ est vmbra mortis, vt abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. Ac si diceret: Idcirco eius iudicio nullus absconditur: quia nullatenus potest aut non videre quod facimus, aut obliuiscì quod videt. Quanuis intelligi tenebræ vel vmbra mortis etiam aliter possunt. Omnis nanque immutatio velut quædam mortis imitatio est. Id enim quod mutat, quasi ab eo quod erat interficit, vt desinat esse quod fuit, & incipiat esse quod nõ fuit. Lumen igitur verum, creator videlicet noster: quia nulla mutabilitatis vicissitudine tenebrescit, nullis naturæ suæ defectibus obumbratur, sed eius esse sine mutabilitate fulgere est, tenebræ vel vmbra mortis dicitur ei non inesse. Vnde aliàs scriptum est: Apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obũbratio. Et vnde rursus Paulus Apostolus dicit: Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. E F

Eph. 4.

Psal. 145.

Iaco. 1.

1. Tim. 6.

Caput. V.

SEd cùm cuncti nouerimus quòd & humana anima & angelici spiritus sint immortales instituti, cur ab Apostolo solus deus immortalitatem habere perhibetur, nisi quia solus deus verè non moritur, qui solus nũquam mutatur? Humana quippe anima in lapsum non caderet, si mutabilis non fuisset, quæ à paradisi quoque gaudiis expulsa, si mutabilis non esset, ad vitam nunquam rediret. In hoc ipso verò quod ad vitam redire nititur, defectus suos cogitur alternante semper mutabilitate tolerare. Quia ergo ex nihilo est condita, ex se nihilominus infra se tendit, nisi ad boni desiderij statum artificis sui manu teneatur. Ex eo itaque quòd creatura est, deorsum ire habet. Virtute nanque propria in præceps posse se ire considerat, sed ad creatorem suum amoris manu se retinet, ne cadat, quousque ad immutabilitatem transeat, & eo verè immortaliter, quo immutabiliter viuat. Ipsi quoque angelici spiritus mutabiles ex natura sunt conditi, quatenus aut sua sponte caderent, aut ex arbitrio starent. Sed quia humiliter elegerunt ei inhærere à quo creati sunt, hanc ipsam in se mutabilitatem suam standi iam immutabilitate vicerunt, vt hoc ipsum meritò transcenderent, quod naturæ suæ ordine mutabilitati subesse potuissent. Quia

G ergo solius diuinæ naturæ est vmbras ignorantiæ mutabilitatisq; non pati, dicatur rectè: Non sunt tenebræ, & non est vmbra mortis, vt abscondantur ibi qui operantur iniquitatem.

Caput. VI.

LVx enim æterna, quæ deus est, quanto immutabiliter fulget, tanto penetrabiliter videt, & neque occulta nescit, quia cuncta penetrat, neque penetrata obliuiscitur, quia incommutabilis durat. Proinde quotiens indignum aliquid corde concipimus, totiés in luce peccamus, quia ipsa nobis & non sibi præsentibus præsto est, & peruersè gradientes in ipsam impingimus, à qua per meritum longè sumus. Cùm verò nos videri non credimus, in sole clausos oculos tenemus. Illum videlicet nobis abscondimus, non nos illi. Nunc ergo dum possumus, à conspectu æterni iudicis & malè cogitata, & peius perpetrata deleamus, reuocemus ante oculos cordis quicquid peruersè egimus per nequitiam præsumptionis. Nihil sibi nostra blandiatur infirmitas, atque in his quæ recolit, semetipsam delicatè non palpet, sed quanto sibi mali sit conscia, tanto in se benignius sit seuera, proponat contra se futurum iudicium: & quæque in se sentit districtè ferienda per sententiam iudicis, hæc in se piè feriat per pœnitentiam conuersionis. Vnde aptè postquàm violenti huius pœna descripta est. Sequitur:

Cùm videri nos non credimus, in sole clausos oculos tenemus.

Proponẽdũ cõtra se futurum iudicium.

Quòd nemo post mortem ad illud iudicium reduci possit, de quo Apostolus ait: Si nosmetipsos iudicaremus, non vtique iudicaremur.

H Neq; enim vltrà in hominis potestate est, vt veniat ad deũ in iudicium.) Versus iste tanto maiore disputatione indiget, quãto hoc quod dicit si negligitur acrius dolet. Hic nimirum non illud iudicium designatur quod per æternam retributionem punit, sed quod mente conceptum per conuersionem diluit. Ad illud quippe venire non desiderat, quisquis se per illud damnari formidat. Dum ergo dicitur: Neque enim vltrà in hominis potestate est, vt veniat ad deum in iudicium, profectò ostenditur esse quoddam iudicium quod quandoque etiam à damnatis ac reprobis desideretur. Et quod est illud nisi hoc de quo Paulus Apostolus dicit? Si nosmetipsos diiudicaremus: non vtique iudicaremur: & de quo per prophetam dicitur: Non est iudicium in gressibus eorum. Et de quo Dauid ait: Honor regis iudicium diligit, vt videlicet qui iam deum honorat ex fide, sollicitè iudicet quid ei debeat in operatione. Vnde rursum scriptum est: Iudicare coram domino, & expecta eum. Coram domino scilicet iudicatur, qui corde dominum conspicit, & actus suos sub eius præsentia sollicita inquisitione discernit. Quem tanto quis securius expectat, quanto quotidie vitam suam suspectus examinat. Qui enim ad extremum eius iudicium venit, non iam coram illo, sed ab illo iudicatur. De hoc quoque mentis iudicio obliuiscẽti animę per prophetam dominus dicit: Reduc me in memoriam: vt iudicemur simul. Narra si quid habes, vt iustificeris.

2. Corin. 11.
Esa. 59.
Psalm. 98.
Iob. 35.
Coram domino iudicari quis dicatur.
I
Esa. 43.

Quòd in iudicio mentis nullum causæ mysterium desit: vbi & conscientia accusat, & ratio iudicat.

Debet enim vniuscuiusque mens & causas suas apud dominum, & causas domini contra se sollicita inquisitione discutere, debet cautè pensare, vel quę ab eo bona perceperit, vel quę mala bonis illius peruersè viuendo responderit. Quod electi quidem quotidie facere omnino non cessant. Vnde bene Salomon ait: Cogitationes iustorum iudicia. Accedunt enim ad secretarium iudicis intra sinum cordis: considerant quàm districtè quandoque feriat, qui diu patienter expectat, metuunt in his quæ se egisse meminerunt, & puniunt flendo quod perpetrasse se intelligunt, timent subtilia diuina iudicia, etiam de his quæ in semetipsis intelligere fortasse non possunt. Vident enim videri diuinitus quod ipsi in se per humanitatem nõ vident, conspiciunt districtum iudicem, qui quo tardius venit, eo seuerius percutit: sanctorum etiam patrum residere conuentum cum eo pariter contemplantur, eorumque vel exempla vel dicta se contempsisse reprehendũt, atque in hoc secreto interioris iudicij ipsa mentis suæ executione constricti pœnitendo feriunt, quod superbiendo commiserunt. Ibi nanque aduersum se quicquid se impugnat enumerant, ibi ante oculos suos omne quot defleant coaceruant: ibi quicquid per iram districti iudicis decerni possit intuentur, ibi tot patiũtur supplicia, quot pati timent, nec deest in hoc iudicio mente concepto, omne ministerium quod punire reos suos plenius debeat. Nam conscientia accusat, ratio iudicat, timor ligat, dolor excruciat. Quod iudicium eo certius punit, quo interius sæuit, quia videlicet ab exterioribus non accedit. Vnusquisque enim cùm causam huius examinis contra se aggredi coperit, ipse est actor qui exhibet, ipse reus qui exhibetur: odit se qualem fuisse se meminit, & ipse qui est, per semetipsum insequitur illum qui fuit, atque ab ipso homine aduersus semetipsum fit quædam rixa in animo, parturiens pacem cum deo. Hanc cordis rixam dominus requirebat, cùm per prophetam diceret: Attendi & auscultaui, nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens: Quid feci? Ista cordis humani rixa placata est, cùm prophetæ suo de Achab rege semetipsum reprehendente loqueretur, dicens: Vidisti Achab humiliatum coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa: non inducam malum in diebus eius. Quia ergo nunc in potestate est, internum mentis nostræ cõtra nos subire iudicium, recognoscendo accusemus nosmetipsos, & quales fuimus pœnitendo torqueamus, non cessemus dum licet iudicare quod fecimus, audiamus cautè quod dicitur: Neque enim vltrà in hominis potestate est: vt veniat ad deum in iudicium. Reproborum nanque esse proprium solet, semper praua agere, & nunquam quæ egerint retractare. Omne enim quod faciunt, cæca mente pertranseunt, factumque suum nisi cùm puniti fuerint, non agnoscunt. At contrà electorum est actus suos quotidie ab ipso cogitationis fonte discutere, & omne quod turbidum profluit ab intimis exiccare.

Vnusquisque causas suas apud dominũ, & causas domini cõtra se sollicita inquisitione debet discutere &c.
Prouer. 12.

Caput. VII.

SIcut enim non sentimus quomodo crescunt membra, proficit corpus, mutatur species, nigredo capillorum albescit in canis, hæc quippe omnia nobis nescientibus aguntur in nobis, ita mens nostra per momenta viuendi ipso curarum vsu à semetipsa permutatur, & non agnoscimus, nisi vigilanti custodia ad interiora nostra residentes, profectus nostros quotidie defectusque pensemus. Hoc ipsum enim in hac mortali vita consistere, quasi ad vetustatem ire est, & cum indiscussa mens relinquitur, in quodam senio torporis soporatur: quia sui negligens, & propositum robur insensibiliter perdens, à forma prioris fortitudinis dum nescit se nescit. Vnde & per prophetam sub Ephraim specie dicitur: Comederunt alieni robur eius, & nescit: sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit. Cum verò semetipsam quærit, & subtiliter pœnitendo se discutit: ab ipsa hac vetustate sua lota lachrymis & mœrore incensa renouatur, & quæ iam penè inueterata frixerat: per subministrata interni amoris studia nouum calet. Vnde Paulus Apostolus vsu mortalis vitæ veterascentes discipulos admonet, dicens: Renouamini spiritu mentis vestræ.

Quid sit quòd per Moysen dicitur: Ignis in altari semper ardebit, quem sacerdos nutriet, subiiciens mane ligna per singulos dies: & quòd patrum exempla ad formam bene viuendi multum nos adiuuent.

Sed ad hæc agenda valde exempla patrum & sacri eloquij præcepta nos adiuuant. Si enim sanctorum opera inspicimus, & diuinis iussionibus aurem præbemus, alia nos contemplata, alia audita succendunt, & cor nostrum torpore non constringitur, dum imitatione prouocatur. Vnde bene ad Moysen dicitur: Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subiiciens mane ligna per singulos dies. Altare quippe dei est cor nostrum, in quo iubetur ignis semper ardere, quia necesse est ex illo ad dominũ charitatis flammam indesinenter accendere. Cui per singulos dies sacerdos ligna subiiciat, ne extinguatur. Omnis enim Christi fide præditus, membrum vtique summi sacerdotis effectus est, sicut cunctis fidelibus Petrus Apostolus dicit. Vos autem genus electum, regale sacerdotium. Et sicut Ioannes Apostolus dicit: Fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotium. Sacerdos ergo in altari ignem nutriens, quotidie ligna subiiciat, id est, fidelis quisque ne in eo charitatis flamma deficiat, in corde suo tam exempla præcedentium, quàm sacræ scripturæ testimonia congerere

A congererem, non desistat. Nam quasi quædam fomenta igni
stare, est in exercitatione charitatis, vel exempla patrum, vel præ-
cepta dominica ministrare. Quia etenim interna nouitas no-
stra ipsa quotidie huius vitæ conuersatione veterascit, ignis
iste adhibitis lignis nutriendus est: vt dum per vsum se nostræ
vetustatis extenuat, per patrum testimonia & exempla reui-
uiscat. Et bene illic præcipitur, vt mane ligna per dies singu-
los congerantur. Hæc quippe non fiunt, nisi cùm nox cæcita-
tis extinguitur. Vel certè, quia mane prima pars diei est, post-
positis cogitationibus vitæ præsentis, hoc priori loco quisque
fidelium cogitet, vt quod in se iamiamque quasi deficit: qui-
bus valet nisibus studiũ charitatis inflammet. Ignis enim iste
in altari domini: id est, in corde nostro citius extinguitur, nisi
solerter adhibitis exemplis patrum & dominicis testimoniis
reparetur. Bene autem illic subiungitur: Et impositio holocau-
sto desuper adolebit adipes pacificorum. Nam quisquis in se
ignem hunc charitatis accendit, semetipsum vtique holocau-
stum desuper imponit, quia omne vitium quod in se malè vi-
B uebat exurit. Cùm enim cogitationum suarum interna con-
siderat, & vitam reprobam per immutationis gladiũ mactat:
in ara se sui cordis imposuit, & igne charitatis incendit. De
qua hostia pacificorum adipes redolent, quia interna nouæ
charitatis impinguatio pacem inter nos & deum faciens, odo-
rem de nobis suauissimum reddit. Quia verò eadem charitas
in cordibus electorum inextinguibilis manet, aptè illic sub-
ditur: Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet de altari.
Nũquam profecto de altari ignis iste deficiet: quia etiam post
hanc vitam eorum mẽtibus feruor charitatis accrescit. Aeter-
na quippe contemplatione agitur, vt omnipotens deus quo
magis visus fuerit: eo amplius diligatur.

Caput. VIII.

QVod autem diuinis admonitionibus & præceden-
tium, exemplis adiuti, de huius vitæ profundo libe-
ramur, bene etiam per prophetam Hieremiam in
puteum missum signatum est, qui vt leuetur ex
Hier.38. puteo, funes ad eum & panni veteres deponuntur. Quid enim
funibus nisi præcepta dominica figurantur? Quæ quia nos in
mala operatione positos, & conuincunt, & eripiunt, quasi li-
gant & trahunt, coarctant & leuant. Sed ne ligatus his funibus
dum trahitur, incidatur, simul etiam panni veteres deponun-
tur: quia ne diuina præcepta nos terreant, antiquorum patrum
nos exempla confortant: & ex eorum comparatione facere
nos posse præsumimus, quod ex nostra imbecillitate formida-
mus. Si ergo leuari de hoc profundo festinamus, ligemur fu-
nibus, id est, præceptis dominicis astringamur. Iteríint etiam
panni veteres, cum quibus melius teneantur funes, id est, præ-
cedentium confortemur exemplis, ne infirmos nos ac timidos
præcepta subtilia vulnerent, dum leuant. Quasi quosdam pan-
nos veteres Paulus Apostolus subiungebat, cùm leuandis di-
scipulis suis, præceptis spiritalibus exempla veterum commo-
Hebr.11. daret dicens: Iusti ludibria & verbera experti, insuper & vin-
C cula & carceres. Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occi-
Heb.12. sione gladij mortui sunt: Et paulo post: Habentes itaque tan-
tam impositam nubem testium, deponentes omne pondus, &
circunstans nos peccatum, per patientiam curramus ad pro-
Hebr.13. positum nobis certamen. Et iterum: Mementote præposito-
rum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum dei. Quorum
intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Superius
videlicet dum spiritalia præcepta loqueretur, quasi funes mise-
rat, postmodum verò memorans exempla maiorum quasi ve-
teres pannos adhibebat. Excitati ergo tot vocibus præceptо-
rum, adiuti tot comparationibus exemplorum, ad corda no-
stra redeamus: discutiamus omne quod agimus, & quicquid
in nobis diuinæ rectitudinis regulam offendit, accusemus: vt
apud districtum iudicem ipsa nos accusatio excuset. In hoc
enim mentis nostræ iudicio tanto citius absoluimur, quanto
nos districtius reos tenemus. Nec ad hæc agenda prætermit-
tenda sunt tempora quibus vacat: quia ad hæc agenda post
huius vitæ tẽpora non vacat. Vacuè quippe non dicitur: Ne-
que enim vltra in hominis potestate est, vt veniat ad deum in
iudicium. Idcirco nanque memoramur quod tunc non pos-
Exteriora mus accu- sumus, ne nunc quod possumus negligamus. Sed ecce negocia
occupant, quæ nobis incessanter apposita, à considerandis
nosmetipsis mentis nostræ oculum declinant. In istis nanque
visibilibus quæ intuetur cor nostrum, extra se spargitur: &
quid de se intrinsecus agatur obliuiscitur, dum extrinsecus oc-
cupatur. Diuina autem vox terribilibus sententiis suis quasi
quibusdam clauis illud pungit vt euigilet: vt homo occulta
super se iudicia quæ pressus torpore dissimulat, terrore saltem
pulsatus expauescat: vt enim superius diximus, ipso vsu vitæ
veteris mens malè assueta deprimitur, & in hæc quæ spectat
exterius, quasi dormiens sopitur, quia postquam semel se ad
appetenda visibilia foras fudit, à contemplandis inuisibilibus
intus euanuit. Vnde nunc necesse est, vt quę per visibilia spar-
gitur, de inuisibilibus iudiciis feriatur, & quia in iis se exterio-
ribus malè delectata prostrauit saltem, percussa requirat quod
deseruit: Ecce autem scriptura sacra terrore quodam torpen-
tia corda transfigit: ne in his inhæreant quę exterius defluunt,
sed quæ interius æterna perdiderunt. Indicat quid sententia
occulta decernitur, ne immoderatè à nobis hæc publica cogi-
tentur. Dicit quid super nos agatur de nobis, vt ab hoc publi-
co temporalitatis, colligamus oculum cordis ad secretum in-
ternæ dispositionis.

D *pũt, ne nosmetipsos considere-mus.*

Remedium per scripturã sacram.

Caput. IX.

NAm postquam multa narrata sunt de pœna malo-
rum, subitò infertur occultum iudicium, quod piè
super nos iusteque disponitur quomodo alij per-
dunt quod tenere videbantur, & alij accipiunt quod alij ex
meritis perdunt. Ait enim: Conteret multos & innumerabi-
les, & stare faciet alios pro eis. Hoc quotidie agitur. Sed quia
adhuc finis partium vtrarunque non cernitur, minus timetur.
Nunquam enim culpam suam reprobi nisi in pœna cogno-
scunt. Et quia pœna differtur, culpa despicitur. Labuntur ve-
rò à statu iustitiæ, & locum vitæ illis cadentibus alij sortiun-
tur. Sed eo lapsum suum negligunt, quo interitum qui se in
æternum maneat non attendunt. Si enim ad illud quod illic
passuri sunt, oculos suos mitterent, hoc quod hic faciunt time-
rent. Cunctis autem liquet quòd in illa extrema requisitione
examen publicum facturus est omnipotens deus: vt alios ad
tormenta deferat, alios ad participationem regni cœlestis ad-
mittat. Sed hoc nunc secreto iudicio quotidie agitur, quod
tunc in publico demonstratur. Nã iustè ac misericorditer sin-
gulorum corda vel examinans, vel disponens, alios in exterio-
ra respuit, alios ad ea quæ sunt intrinsecus trahit, hos accen-
dit interna appetere, illos pro voluptatibus suis deserit exte-
riora cogitare, horum mentem ad superna erigit, illorum per
superbiam in infimis desideriis mergit. Aliena autem corda
humanis oculis clausa sunt, & nescitur qui repellitur: quia pe-
netrare nequeunt quæ ab vnoquoque cogitantur. Nam sæpe
de corde peruerso, necdum processit vsque ad effectum ope-
ris deliberatio cogitationis, & adhuc fortasse per habitum
intus astringitur, qui iam mente foris vagatur. Sed talis qui-
libet iste tunc ante oculos interni iudicis cecidit, cùm ab ap-
petendis interioribus per desiderium exiuit. Nonnunquam
verò alij post malæ operationis vsum, ad spem cœlestem su-
bito amore reuiuiscunt, & qui in peruersa actione se sparse-
rant, ad sinum internæ retractationis semetipsos increpando
recolligunt. Hos adhuc respicientes homines, quales dudum
in opere nouerant, tales putant. At contrà illi per districtæ
considerationis examen, vitam suam qualem fuisse recolunt
insequuntur, sciturque quid fuerunt, sed quid iam cœperint es
se, nescitur. In hoc ergo vtroque genere hominum sæpe con-
tingit, vt & qui videntur stare humano iudicio: iam in con-
spectu æterni iudicis iaceant, & qui adhuc coram hominibus
iacent, iam in conspectu æterni iudicis stent. Quis enim ho-
minum æstimare potuisset, Iudam viuendi sortem etiam post
ministerium Apostolatus amittere? Et quis econtra latronem
crederet causam vitæ etiam in ipso articulo mortis inuenire?
Occultus autem iudex præsidens, & vtrorunque corda discer-
nens, alterum piè statuit, * alterum iustè confregit. Illum di-
strictè exterius repulit, hunc introrsus misericorditer traxit.
Vnde bene etiam per prophetam casuros alios passionis suæ
tempore atque alios resurrecturos annuncians, ait: Potum
meum cum fletu temperabam. Potus quippe ab exterioribus
interius trahitur, fletus autem ab interioribus exterius emа-
nat. Potum ergo domino cum fletu temperare, est alios ab

E

Alij perdunt quod tenere videbantur, alij accipiunt quod alij perdunt.

Secreto dei iudicio quotidie nunc hoc agitur, quod tũc in publico demonstratur.

Aliena corda humanis oculis clausa sũt.

F

Admiratio de Iuda & de latrone.

* *al. strauit.*

Psal.101.

G exterioribus introrsus trahere, alios ab interioribus in exterio ra reprobare.

Quòd superbi perdant quæ acceperunt, dum ex gratia intumescunt, & humiles quorum vita ex peccato contemptibilis erat, eorum loco per eandem gratiam statuantur: vnde & illud est: Qui stat, videat ne cadat.

Caput. X.

CONteret ergo multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Sicut autem superius diximus, hæc contritio prius intus agitur, vt pòst extrinsecus ostendatur. Hac contritione nonnunquam adhuc quorundam exteriora quasi sana sunt: & iam interiora putruerunt. Scriptum
Prouer. 16. nanque est: Ante ruinam exaltatur cor. Ibi ergo seriuntur, vbi
Ezech. 6. superbiunt. Vnde scriptum est: Contriui cor eorum fornicans & recedens à me. Interius enim fornicari est exterius vetitis delectari. Magna autem contritio cordis est hęc eadem elatio superbiętis. Eo quippe ipso ab integritate salutis corruit, quo iactantia cuiuslibet virtutis intumescit. Superbientes enim deum despiciunt, & relicta creatoris sui gloria propriâ quærunt. Quibus iam hoc ipsum cecidisse est, amissa superioris sui potentia in se venisse. Conteruntur etiam, quia relictis cœlestibus terram quærunt. Quæ autem maior poterit esse contri
H tio, quàm deserto creatore creaturam quærere: desertis supernis gaudiis, infimis rebus inhiare? Vnde bene per prophetam
Psal. 146. dicitur: Humiliat autem peccatores vsque ad terram. Amissis enim cœlestibus terrenum est omne quod sitiũt, & dum plus videre conantur, minus est quod appetunt. De quibus rectè
Hier. 17. per Hieremiam dictum est: Recedentes à te, in terra scribentur.
Luc. 10. At contrà de electis dicitur: Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. Ista ergo contritio prius serpit in mente, vt postmodum præcedat in opere, prius fundamentum cogitationis concutit, vt postmodum fabricam operationis allidat. Vnde summa est cura satagendum, vt illic vitetur, vbi o-
Prouer. 4. ritur. Scriptum nanque est: Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit. Et rursum scriptum est: Ex
Mat. 15. corde exeunt cogitationes malæ. Intus ergo vigilãdum est, ne mens dum extollitur, cadat. Intus seruemus omne quod foris agimus. Si enim semel medullam cordis elationis putredo cõsumpserit, citius corruit cortex vacua externę visionis. Notandum verò est, quia dum aliis cadentibus ad standum alij solidari perhibentur, electorum numerus certus ac definitus ostẽ
Apoc. 3. ditur. Vnde etiam Philadelphiæ ecclesię per angelum dicitur: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.

Caput. XI.

I HAc ergo sententia qua narratur aliorum erigi, aliorum autem vita cõfringi, & spes nutritur humilium, & elatio premitur superborum, dum & illi bona possunt amittere de quibus superbiunt, & isti ea percipere, quæ quia non habebant, contemnuntur. Formidemus igitur in his quę accepimus, nec eos qui illa necdum assecuti sunt, despiciamus. Quid enim sumus hodie, nouimus: quid autem post paulum posimus esse, nescimus: Hi verò quos fortasse despicimus, & tardè possunt incipere: & tamen vitam nostram feruẽtioribus studiis anteire. Timendum itaque est, ne etiam nobis cadentibus surgat, qui à nobis stantibus irridetur, quanuis sta
1. Cor. 10. re iam nõ nouit, qui non stantem nouit irridere. Hunc autem supernorum iudiciorum metum Paulus apostolus discipulorum cordibus incutiens ait: Qui se existimat stare, videat ne cadat. Quod autem dicens, conterit multos, ilicò adiunxit: Innumerabiles, vel multitudinem exprimere studuit reproborum, quæ humanæ rationis numerum transit: vel certè indicare voluit, quòd omnes qui pereunt, intra electorum numerum non habentur: vt eo sint innumerabiles, quo extra numerum currunt. Vnde Propheta intuens tantos hoc Ecclesiæ tẽpore specietenus credere, quãtos nimirum certum est electorum numerum summamque transire, ait: Multiplicati sunt su-
Psal. 39. per numerum. Ac si diceret: Multis Ecclesiam intrantibus, etiam hi ad fidem specietenus regni veniunt, qui à numero regni cœlestis excluduntur, quia electorum summam, sua videlicet multiplicitate transcendunt. Vnde & per Hieremiã pro-
Hier. 31. phetam dicitur: Aedificabitur ciuitas domino à turre Ananehel vsque ad portam anguli, & exibit vltra normam mensuræ. Ciuitatem quippe esse domini sanctam Ecclesiam, nullus K ignorat. Ananehel verò dei gratia interpretatur. In angulo autem duplex paries iungitur. Ciuitas ergo domini à turre Ananehel vsque ad portam anguli ædificari perhibetur: quia sancta Ecclesia à celsitudine supernæ gratiæ inchoans, vsque ad ingressum susceptionemque constituitur vtrorunque populorum, Iudaici videlicet atque gentilis. Sed quia in ea crescente multitudine etiam reprobi colliguntur, aptè subditur: Et exibit vltra normam mensuræ, quia vsque ad eos quoque extenditur, qui normam iustitiæ transeuntes, intra mensuræ cœlestis numerum non sunt. Vnde per Esaiam quoque eidem
Esai. Ecclesiæ dicitur: Ad dexteram enim & ad læuam dilataberis, & semen tuum gentes hęreditabit. In tanta quippe multitudine gentium ad dexteram extenditur, dum quosdam iustificidos suscipit. Ad læuam quoque dilatatur, dum ad se quosdam etiam in iniquitate permansuros admittit. Propter hanc multitudinem quæ extra electorum numerum iacet, in Euange- L
Mat. lio dominus dicit: Multi sunt vocati, pauci verò electi. Sed quia hoc quòd electis aliis alij conteruntur: de merito patientis est, non de iniquitate punientis, non enim iniquus deus qui infert iram, aptè subiungitur:

Quòd exigentibus præcedentibus peccatis peccatores excæcantur, vt lumen iustitiæ videre non possint, quod cùm possent videre contempserunt, & quòd idem peccatum interdum & peccatum sit, & causa peccati, & pœna peccati. L

Nouit enim opera eorum, & idcirco inducet noctem & conterentur.) Sciendum summopere est, quòd iniquus quisque duobus modis in nocte conteritur, vel cùm exteriotis pœnæ tribulatione percutitur, vel cùm occulta sententia interius cæcatur. In nocte corruit, cùm per extremum iudicium viuendi lumen imperpetuum amittit. Vnde scriptum est: Ligate ei manus & pedes, & mittite eum in tenebras exteriores. Tunc enim coactus in tenebras exteriores mittitur, quia nũc in interioribus excæcatur voluntariè. Rursum in nocte iniquus conteritur: cùm peccatorum præcedentium confusione damnatus, veritatis lumen non inuenit, & quid deinceps age-re debeat, non agnoscit.

Caput. XII.

OMne quippe peccatum quod tamen citius pœnitendo non tergitur: aut peccatum est, & causa peccati, aut peccatum, & pœna peccati. Peccatum nanque quod pœnitentia non diluit, ipso suo pondere mox ad aliud trahit. Vnde fit vt non solum peccatum sit, sed peccatum & causa peccati. Ex illo quippe vitio culpa subsequens oritur, ex quo cæcata mens ducitur, vt peius ex alio ligetur. Sed peccatum quod ex peccato oritur, non iam peccatum tantummodo, sed peccatum est & pœna peccati, quia iusto iudicio omnipotens deus cor peccantis obnubilat: vt præcedentis peccati merito etiam in aliis cadat. Quem enim liberare noluit, deserendo percussit. Non ergo immerito pœna peccati dicitur, quod iusta desuper irrogata cæcitate, expœnidentis peccati vltione perpetratur. Quod videlicet agitur dispositione superius ordinata, sed inferius iniquitate confusa, vt & præcedens culpa sit causa subsequentis: & rursum culpa subsequens sit pœna præcedentis. Quod bene infidelibus & lubricis, Paulus quasi quoddam semen erroris aspexerat, cùm dicebat: Qui cùm cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis. Sed quid ex huius erroris semine pullulauit, ilico adiungit, dicens: Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam: vt contumeliis afficiãt corpora sua in semetipsis. Quia enim cognoscentes deum, peccatum superbiæ intelligendo commiserunt, cæcantur etiam ne intelligant quod committunt. Et qui intelligentiam suam sequi nolunt in peccato & causa peccati: & ipsum lumen intelligentiæ perdunt in peccato & pœna peccati. Prioris ergo peccati merito, peccatorum subsequentium fouea tegitur, vt qui malum sciens perpetrat, deinceps iustè in aliis etiam nesciens cadat. Hoc quippe agitur vt culpæ culpis feriantur, quatenus supplicia fiant peccantium ipsa

incrementa

A incrementa vitiorum. Nam quia omnipotens deus ad pœnitendum nonnus indulget: quòd tamen humana malitia ad vltimum suæ iniquitatis intorquet, nimirum iusto dei iudicio augeri culpa permittitur, vt ad feriendum altius quandoque eumulentur. Hinc enim rursum de quibusdam Apostolus dicit: *1.Thess.2.* Vt impleant peccata sua semper. Hinc voce angelica Ioanni dicitur: Qui nocet noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Hinc Dauid ait: Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, vt non intrent in iustitiam tuam. Hinc rursum de domino ab eodem Psalmista dicitur: *Apoc.22. Psalm.68.*

Caput. XIII.

IMmissiones per angelos malos, viam fecit semitæ iræ suæ. Cor quippe dominus prioribus meritis aggrauatum iust è permittit etiam subsequentibus malignorum spirittũ persuasionibus falli, quod cum dignè in culpa trahitur, reatus eius in pœna cumulatur. Vnde & iræ suæ dominus viam de semita fecisse perhibetur. Latior enim est via quàm semita. Ex semita verò iræ suæ viam facere, est iræ causas districtè iudicando dilatare: vt qui illuminati agere rectè noluerunt, iustè cæcati adhuc faciant, vnde amplius puniri mereantur. Hinc per Moysen dicitur: Nondum completa sunt peccata Amorræorum. Hinc per eundem Moysen dominus dicit: Ex vinea enim Sodomorum vitis eorum, & propago eorum ex Gomorra. Vua eorum vua fellis, & botrus amaritudinis in ipsis. Furor draconum vinum eorum, & furor aspidum insanabilis. Nónne hæc omnia congregata sunt apud me: & signata in thesauris meis? In die vltionis reddam eis. Quàm multa eorum mala narrauit, & tamen ilicò adiungit: In tempore quo lapsus fuerit pes eorum. Ecce atrocissima illorum facinora describuntur, & tamen ad vltionis diem adhuc subsequens lapsus aspicitur, quò eorum culpæ cumulentur. Habent iam quidem vnde seriri mereantur, sed sustinetur tamen adhuc peccatum crescere vt peccantes possit atrocior pœna cruciare. Iam meretur supplicium peccatum & causa peccati, sed expectatur adhuc vt augmentum supplicij subroget peccatum, & pœna peccati. Plærunque verò vnum atque idem peccatum, & peccatum est, & pœna, & causa peccati. Quod melius ostendimus si res ipsas ad medium deducamus. Effrenata enim vẽtris ingluuies in feruorem luxuriæ plenitudinem carnis instigat. Perpetrata autem luxuria sæpe aut periurio, aut homicidio tegitur, ne humanarum legum vltione puniatur. Ponamus ergo ante oculos quòd quidam voracitatis sibi frena laxauit, quia voracitate superatus, adulterij facinus admisit: deprehensus autem in adulterio, latenter virum adulteræ, ne ad iudicium traheretur occidit. Hoc igitur adulterium inter voracitatem & homicidium positum, de illa videlicet nascens, hoc generans: peccatum est, & pœna & causa peccati. Peccatum profectò est per semetipsum, pœna verò peccati est, quia culpam voracitatis auxit, causa autem peccati est, quia subsequens etiam homicidium genuit. Vnum ergo idemque peccatũ est, & pœna præcedentis, & causa culpæ subsequentis, quia & transacta dum exaggerat, damnat: & adhuc sequentia quæ damnari debeant seminat. Igitur quia peccatis præcedentibus cæcatur oculus cordis, ipsa cæcitas quæ peccantis animum ex anteactæ culpæ damnatione confundit, meritò nox vocatur, quia per hãc ab oculis delinquentis lumen veritatis absconditur. Bene itaque dicitur: Nouit enim opera eorum, & idcirco inducet noctem & conterentur: quia, vt sæpe dictum est, præcedẽtia nimirum mala faciunt vt ad peccandum iterum tenebris subsequentibus inuoluantur: vt eo iam lumen iustitiæ videre non possint, quo illud & quando poterant videre non noluerunt. Inducere autem noctem dominus dicitur: nõ quòd ipse tenebras inferat, sed quòd obscura corda peccantium misericorditer non illustret: vt hocipsum in nocte cæcasse sit à cæcitatis tenebris liberare noluisse. Sequitur: *Psal.77.* *Ex semita iræ viam facere.* *Genesis.15.* *Deut.32.* *Ad diẽ vltionis culpæ cumulãtur.* *Idem peccatum plærunque & peccatum est, & pœna & causa peccati.*

B C

Quòd locus videntium deum, sit sancta Ecclesia, à quo iusto iudicio falsi & ficti repelluntur, quia veritatem fidei scientes contemnunt.

Quasi impios percussit eos in loco videntium.) In scriptura sacra, quasi aliquando pro similitudine, aliquando pro veritate poni consueuit. Pro similitudine enim quasi ponitur, sicut Apostolus dicit: Quasi tristes, semper autem gaudentes. *2.Corin.6.*

Pro veritate enim ponitur, sicut Ioannes ait: Vidimus gloriã eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Hoc autem loco, nihil differt vtrum pro similitudine, an pro veritate sit positũ, quia quolibet dicatur ordine, apertè praua malorum vita signatur. Impios verò scriptura sacra propriè infideles appellat. Hac nanque distantia peccatores ab impiis discernuntur, quia cùm omnis impius sit peccator, non tamen omnis peccator est impius. Peccator enim dici etiam qui in fide pius est potest. Vnde Ioannes ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Impius verò propriè dicitur, qui à religionis pietate separatur. De talibus enim propheta ait: Non resurgunt impij in iudicio. D *Ioan.1.* *Distantia inter impiũ & peccatorem.* *1.Ioan.1.* *Psalm.1.*

Caput. XIIII.

LOcus autem videntium, sancta Ecclesia vocatur. In ipsa enim rectè consistitur: vt lumen verum quod deus est, videatur. Vnde ad Moysen dicitur: Est locus penes me: & stabis supra petram cùm trãseat mea maiestas. Et post paulum: Auferam manum meã, & videbis posteriora mea. Per locum quippe Ecclesia: per petram dominus, per Moysen verò multitudo plebis Israëliticæ figuratur, quæ domino in terra prædicante non credidit. Ipsa ergo in petra stetit terga domini transeuntis aspiciens, quia videlicet post passionem ascẽsionemque dominicam, intra sanctam Ecclesiam deducta, fidem Christi percipere meruit: & cuius præsentiam non vidit, eius posteriora cognouit. Dicatur ergo de his quos intra sanctam Ecclesiam diuina vltio inuenit, in iniquitatibus perdurantes, dicatur de his quorum vitam Paulus Apostolus notat, qui confitentur se nosse deum, factis autem negant. Quasi impios percusit eos in loco videntium. Ibi quippe stabant vbi deum videre videbantur, Ibi tenebras dilexerunt, vbi lumen veritatis aspicitur. Et quanuis apertos habuerunt oculos in fide, tenuerũt tamen eos clausos in opere. Vnde bene & de Iudæa dicitur: Speculatores eius cæci: quia videlicet non videbant opere, quod professione cernebant. Vnde etiam de Balaam scriptum est: Qui cadens apertos habet oculos. Cadens quippe in opere, apertos tenuit oculos in contemplatione. Ita ergo hi etiam oculos aperientes in fide, & non videntes in opere, intra Ecclesiam positi pia specie, extra Ecclesiam inuenti sunt impia conuersatione. De quibus aliàs bene scriptum est: Vidi impios sepultos, qui cùm adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabãtur in ciuitate quasi iustorum operum. Multos enim peste propriæ prauitatis obsessos sub Christiano nomine, ipsa tranquillitas Ecclesiasticæ pacis abscondit. Quos tamen si leuis persecutionis aura pulsauerit, mox extra aream velut paleas tollit. H *Exod.33.* *ad Tit.1.* *Esa.56.* *Num.24.* *Eccles.8.*

Caput. XV.

QVidam verò idcirco Christianitatis vocatione signãtur, quia Christi nomine sublimiter exaltato, penè omnes iam videri fideles aspiciunt, & pro eo quòd hoc vocari alios cernunt, ipsi non videri fideles erubescunt, sed esse negligunt quod dici gloriantur. Rem enim virtutis intimæ ad decorem sumunt visionis externæ, & qui ante supernum iudicem nudi conscientiæ infidelitate cõsistunt, ante humanos oculos professione sancta verbotenus palliantur. Nonnulli autem fidem medullitus tenent, sed viuere fideliter nullatenus curant. Insequuntur enim moribus quod credulitate venerantur. Quibus diuino iudicio sæpe contingit: vt per hoc quod nequiter viuunt, & illud perdant quod salubriter credunt. Incessanter nanque sẽ prauis actionibus polluunt, & super hoc vindictam iusti iudicij retribui posse diffidunt, & sæpe cùm bene viuere negligunt, etiam persequente nullo vsque ad perfidiam dilabuntur. Nam qui imminere districtum iudicium non credunt, qui inultè se peccare suspicantur: quo pacto vel esse vel dici fideles possunt? Fidem quippe perdidisse, est incorrectis malis operibus, digna supplicia reddi posse non credere. Quia ergo digna fidei opera seruare contemnunt, etiam fidem perdunt quam tenere videbantur. Super quos bene per prophetam sub Hierusalem specie inimicorum destruentium verba memorantur, à quibus scilicet dicitur: Exinanite exinanite vsque ad fundamentum in ea. Paulus quippe ait: Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Inimici ergo destruentes, vsque ad F *Fidem perdere.* *Psalm.136.* *1.Corin.3.*

G fundamentum Hierusalem exinaniunt, quando peruersi spiritus à corde fidelium destructo prius ædificio boni operis, soliditatem quoque exhauriunt religionis. Sicut enim supra fundamentum fabrica, sic super fidem opera cõstruuntur. Vsque ad fundamentum ergo exinaniisse, est euerso bene viuendi opere, etiam robur fidei dissipasse. Hinc etiam ad Iudæam per
Hier. 2. Hieremiam dicitur: Filij quoque Mempheos & Taphneos constuprauerunt te vsque ad verticem. Vsque ad verticem quippe constuprari, est post malæ operationis vsum etiam in ipsa fidei sublimitate corrumpi. Cùm enim nequissimi spiritus vniuscuiusque animam in prauis operibus inuoluunt, sed integritatem fidei vitiare non possunt, quasi adhuc inferiora membra polluunt, sed ad verticem non pertingunt. Quisquis autem in fide corrumpitur, iam vsque ad verticem constupratur. Malignus enim spiritus quasi ab inferioribus membris vsque ad summa pertingit, quando actiuam vitam polluens, castam celsitudinem fidei diffidentiæ morbo corrumpit. Quia igitur cuncta hæc humanis oculis abscõsa sunt, sed diuinis obtutibus patent, & multi in hac domo fidei sine fide moriuntur, dicatur rectè: Quasi impios percussit eos in loco videntium. Pios enim se in Ecclesia hominibus ostendunt, sed quia diuina iudicia latere non possunt, quasi impij feriuntur. Qui-
H bus hoc magis ad supplicij cumulum crescit, quòd vnusquisque eorum in Ecclesia fidelibus admixtus, veritatẽ fidei sciẽdo contemnit, atque eo grauior vltio sequitur, quo per exempla rectorum etiam bene viuendi eos sciẽtia comitatur. Quot enim eis modo recti ac fideles fratres ostenduntur, tot in futuro iudicio testibus impugnantur. Sciunt ergo quod sequi negligunt. Vnde & aptè subiungitur:

Quòd tribus modis peccatur, ignorantia, infirmitate, & studio, & quòd ex industria peccare sit, cùm quis quod scit & potest, contemnit.

Caput. XVI.

Peccatum cõmittitur tribus modis.

QVi quasi de industria recesserunt ab eo.) Sciendum quippe est quòd peccatum tribus modis committitur. Nam aut ignorantia, aut infirmitate, aut studio perpetratur. Et grauius quidẽ infirmitate quàm ignorantia, sed multo grauius studio quàm infirmitate peccatur. Ignorantia Paulus peccauerat, cùm dicebat: Qui prius fui
1. Tim. 1. blasphemus, & persecutor, & cõtumeliosus, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Petrus verò infirmitate peccauit, quando in eo omne robur fidei quod domino perhibuit, vna vox puellæ concussit, & deum quem corde tenuit, voce denegauit. Sed quia infirmitatis culpa vel ignorantiæ eo facilius tergitur, quo non studio perpetratur. Paulus quæ ignorauit, sciendo correxit: & Petrus motam & quasi arescentem iam radicem fidei lachrymis rigando solidauit. Ex industria verò peccauerunt ij de quibus ipse per se magi-
Ioan. 15. ster dicebat: Si non veniissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de
I peccato suo. Et paulopòst: Et viderunt & oderunt me & patrem meum. Aliud est enim bona non facere, aliud bonorum odisse doctorem, sicut aliud est præcipitatione, aliud deliberatione peccare. Sæpe enim peccatum præcipitatione committitur, quod tamen consilio & deliberatione damnatur. Ex infirmitate enim plærunque solet accidere amare bonum, sed implere non posse. Ex studio verò peccare, est bonum, nec facere nec amare. Sicut ergo nõnunquam grauius est peccatum diligere, quàm perpetrare: ita nequius est odisse iustitiã, quàm non fecisse. Sunt ergo nonnulli in Ecclesia qui non solum bona non faciunt, sed etiam persequuntur: & quæ ipsi facere negligunt, etiam in aliis detestantur. Horum peccatum scilicet non ex infirmitate vel ignorãtia, sed ex solo studio perpetratur, quia videlicet si vellent implere bona, nec tamen possent, ea quæ in se negligunt, saltem in aliis amarent. Si enim ea ipsi vel solo voto appeterent, facta ab aliis non odissent, sed quia bona eadem audiendo cognoscunt, viuendo despiciunt, animaduertendo persequuntur, rectè dicitur: Qui ex industria recesserunt ab eo. Vnde & aptè subiungitur: Et omnes vias
Luc. 12. eius intelligere noluerunt.) Non enim ait: Infirmitate non intelligunt, sed intelligere noluerũt, quia sæpe quæ facere despiciunt, etiam scire contemnunt. Quia enim scriptum est: Seruus nesciens voluntatem domini sui, & faciens digna plagis, vapu- K
labit paucis: & seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens iuxta eam, plagis vapulabit multis: impunitatem peccãdi existimant remediũ nesciendi. Qui nimirum sola superbiæ caligine tenebrescunt, atque ideo nõ discernunt, quia aliud est nescisse, aliud scire noluisse. Nescire enim ignorantia est: scire noluisse superbia. Et tanto magis excusationem non possunt habere, quia nesciant, quanto magis eis etiam nolentibus opponitur quod cognoscant. Vnde per Salomonem dicitur: *Prou.*
Nunquid non sapientia clamitat, & prudẽtia dat vocem suam in summis excelsisque verticibus super viam in mediis stans semitis? Transire fortasse per viam vitæ temporalis, cum eius ignorantia poteramus, si hæc eadem sapientia in semitæ angulis constitisset. Inuestiganda fuerat, si occultari voluisset. Sed postquam incarnationis suæ mysteria publicè ostendit, postquam humilitatis exempla superbientibus præbuit, semetipsam nobis quasi transeuntibus in mediis semitis fixit: vt videlicet in eam quam quærere nolumus impinguamus: & quam transeuntes videre negligimus, tangamus offendentes. Dicatur itaque: Et omnes vias eius intelligere noluerũt. Via quippe est incarnatæ sapientiæ: omnis actio quam temporaliter gessit. Viæ eius sunt viuendi ordines, quos ad se venientibus
L strauit. Tot itaque ad se venientibus vias præbuit, quot bene viuendi exempla monstrauit. Humilitatis eius vias propheta *Psalm.* aspexerat, cum suspirabat, dicens: In mandatis tuis meditabor: & considerabo vias tuas. Hinc rursum de vnoquoq; iusto *Psalm.* dicitur: qui curat vt per dominica exempla gradiatur: A domino gressus hominis diriguntur, & viam eius cupit nimis.

Caput. XVII.

QVi ergo superbi quique humilitatis dominicæ facta contemnunt, rectè dicitur: Vias eius intelligere noluerunt. Viæ enim istæ visione despectæ sunt, sed intellectu reuerendæ. Aliud quippe est in eis quòd cernitur, aliud quod expectatur. Quid enim in hac via aliud quàm deiectionem, sputa, ludibria, mortemque intuentium oculis ostendit? Sed per hæc infima transitur ad summa, per hæc dedecora quæ præcedunt, æterna nobis & glorioſa pollicentur. Viderunt ergo superbi vias dei, sed intelligere noluerunt: quia dum abiecta quæ in se ille ostendit despiciũt, *Isa.* perdiderunt iustè sublimia quæ promittit. Vias itaque dei intelligere, est & humiliter tolerare transitoria, & perseueranter expectare mansura, vt exemplo domini coæterna quærantur gloria opprobriis temporalibus comparata, & non quod hic quisque tolerat, sed in id quod expectat, intendat. Ad hæc ergo superbi clausos oculos tenuerunt, quia dum in gloria præsentis vitæ superbiunt, humilitatis dominicæ celsitudinem nõ viderunt. Lumen enim intelligentiæ humilitas aperit, superbia abscondit. Nam secretum quoddam pietatis est, & tanto minus ad illud animus peruenit, quãto magis intumescit: quia M
eo ipso foras repellitur, quo insanius inflatur. Sequitur:

Quòd egeni & pauperes ad deum clamant, cùm præpositi curis secularibus dediti, prædicationis officium deserunt.

Vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperum.) Cùm enim isti superbiunt, clamant ad deum hi qui ab ipsis superbientibus opprimuntur. Vnde certè idcirco dicitur quòd ad deum fecerunt clamorem pauperum peruenire, quia istis cadentibus, in eorum locum pauperes, id est, spiritu humiles subrogantur, & quia hoc eorum cõtinuo factum est, ipsi fecisse referuntur, eo videlicet locutionis genere, quo pugnare castra dicimus: quia pugnatur ex illis. Vel certè quia cuncta quæ superius dicta sunt, referri etiam ad rectores Ecclesiasticos possunt, qui relicto prædicationis studio, sub occasione regiminis terrenis negociis inuoluuntur, aptè subiungitur: Vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperum: quia nimirum dum ipsi curis secularibus occupati, prædicationis officium deserunt, gregem subditum in querelarum prorumpere clamorem compellunt: vt quasi iure vnusquisque subiectus de vita ficti pastoris immurmuret, cur teneat magistri locum qui non exercet officii.

Caput. XVIII.

Quanuis

A QVamuis fortaſſe melius per tumorem potentium, ſuperbia Iudæorum,& per clamorem pauperum,deſideria gentium figurantur: ſicut atteſtante veritate per epulantem ſplendidè diuitem Iudaicus populus deſignatur:copiam ſcilicet legis non ad neceſsitatem ſalutis,ſed ad pompam elationis aſſumens, atque in præceptorum verbis non ſemetipſum ordinatè reficiens, ſed iactanter oſtendens:& per vulneratum Lazarum,qui interpretatur adiutus,forma populi gentilis exprimitur, quem diuinum adiutorium tanto magis erigit, quanto minus de ſuarum virium facultate confidit. Qui pauper & plenus vlceribus eſſe deſcribitur,quia gentilitas corde humilis peccatorum ſuorum aperuit confeſsiones. Nam ſicut in vulnere ab internis trahitur virus in cute,ita in confeſsione peccati dum in publicum ſecreta panduntur,quaſi mali humores à viſceribus intimis foras prorumpunt. Illis ergo peccãtibus pauperum clamor auditur: quia dum Iudæi contra deum ſuperbiunt,ad deum vota gentilium peruenerunt. Vnde & mox hæc ipſa immenſa ac profunda iudicia perhorreſcens,nõ ea curat ratione diſcutere,ſed admiratione venerari atque ait:

Quòd temere diſcutitur,quare hunc deus trahat, illum repellat:cùm de beneplacito eius ratio non reddatur.

B Ipſo enim concedente pacem, quis eſt qui condemnet, & ex quo abſconderit vultum ſuum, quis eſt qui contempletur eum?)Nemo ergo diſcutiat cur ſtante Iudaico populo,dudũ in infidelitate gentilitas iacuit,& cur ad fidem gentilitate ſurgente,Iudaicum populum infidelitatis culpa proſtrauit. Nemo diſcutiat cur alius trahatur ex dono,alius repellatur ex merito. Si enim gentilitatem miraris aſſumptam, ipſo concedente pacem,quis eſt qui cõdemnet? Si Iudæam obſtupeſcis perditam,ex quo abſconderit vultum ſuum,quis eſt qui contempletur eum? Itaque conſilium ſummę & occultæ virtutis,ſatisfactio ſit apertę rationis. Vnde & in Euangelio dominus cùm
Matt. de huius rei cauſa loqueretur,ait: Cõfiteor tibi pater domine cœli & terræ,quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus,& reuelaſti ea paruulis. Ita pater. Atq; mox tanquam rationem quandam abſconſionis ac reuelationis adiungens, ait: Quia ſic fuit placitum ante te. Quibus nimirum verbis exempla humilitatis accipimus,ne temere diſcutere ſuperna conſilia de aliorum vocatione,aliorum verò repulſione præſumamus. Cùm enim intuliſſet vtrũque,non mox rationem reddidit,ſed ſic deo placitum dixit:hoc videlicet oſtẽdens,quia iniuſtum eſſe non poteſt quod placuit iuſto. Vnde & in vinea laborantibus mercedem reddens,cùm quoſdam operarios inæ-
C quales in opere,æquaret in præmio,& plus in mercede quę-
Mat.20. reret,qui labori amplius inſudaſſet,ait: Nónne ex denario cõueniſti mecum? Volo autem & huic nouiſsimo dare, ſicut & tibi,An non licet mihi quòd volo facere? In cunctis ergo quę exterius diſponuntur,aperta cauſa rationis eſt occultæ iuſtitia voluntatis,Dicatur itaque:Ipſo enim cõcedente pacem, quis eſt qui cõdemnet?Ex quo abſconderit vultum ſuum, quis eſt qui contempletur eum?

Caput. XIX.

ET quia ſic minima ſicut maxima, ſic ſingula deus iudicat ſicut cuncta,aptè ſubiungitur: Et ſuper gentem, & ſuper omnes homines.) Ac ſi apertè admoneamur intendere,quia hoc iudicium quod ſuper vnam gentem deſcribitur,etiam ſuper omnes homines inuiſibili examinatione celebratur:vt alius eligatur, alius repellatur occultè, ſed nullus iniuſtè. Hoc ergo quòd in maximis fieri cernimus, etiam in nobis ſingulis cautè timeamus. Sic enim intenduntur diuina iudicia ſuper vnam animam,ſicut ſuper vnam vrbem, ſic ſuper vnam gentem,ſicut ſuper vniuerſam generis humani multitudinem:quia & ſic intendit dominus ſingulis, ac ſi vacet à cunctis, & ſic ſimul intendit omnibus, ac ſi vacet à ſingulis. Qui enim omnia adminiſtrando implet,regit implendo: nec vniuerſis deeſt cùm diſponit vnum,nec vni deeſt,cùm diſponit vniuerſos,cuncta ſcilicet naturæ ſuæ potentia quietus operatur. Quid ergo mirum,quia non anguſtatur intentus, qui operatur quietus? Dicatur itaque quia hoc ſubtile iudiciũ exercet,& ſuper gẽtem,& ſuper omnes homines. Quia igitur de ſpecie tranſiuit ad genus,nunc de genere ſe conuertit ad ſpeciem, & quid Iudæa propriè mereatur,oſtendit, dicens: Qui D regnare facit hominẽ hypocritam,propter peccata populi.

Quòd ſecundum merita ſubditorum dentur ſæpe rectores, & pro iniquitate mali gregis, delinquat vere boni vita paſtoris, & quòd virtutis eſt meritum, dum ſalua fide res agitur,tolerare & cælare mala rectorum.

Caput. XX.

VErum nanque regem ſuper ſe Iudæa regnare noluit, & idcirco exigentibus meritis hypocritam accepit: ſicut ipſa quoque veritas in Euangelio dicit, Ego veni *Ioan.5.* in nomine patris mei, & non accepiſtis me, ſi alius venerit in nomine ſuo,illum accipietis. Et ſicut Paulus ait: Pro eo quòd *2.Theſ.2.* charitatem veritatis nõ receperunt,vt ſalui fierent:ideo mittet illis deus operationem erroris, vt credant mendacio. In eo ergo quod dicitur: Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi,poteſt ipſum omnium hypocritarum caput antichriſtus deſignari. Seductor quippe ille tunc ſanctitatem ſimulat, vt ad iniquitatem trahat. Sed propter peccata populi regnare permittitur: quia nimirum tunc ipſi ſub illius regimine præordinantur, qui eius dominio digni ante ſecula præſciuntur,qui peccatis ſubſequentibus exigunt, vt ſub illo iudiciis præcurrentibus diſponantur. Quòd ergo tunc anti- E
chriſtus ſuper impios regnat, non eſt ex iniuſtitia iudicantis, ſed ex culpa patientis: quanuis plærique & principatum illius non viderunt, & tamen eius principatui peccatorum ſuorum conditione deſeruiunt, quia & quem dominantem ſibi minimè conſpiciunt, eum procul dubio peruerſè viuendo venerantur. An non eius membra ſunt,qui per affectatæ ſanctitatis ſpeciem appetunt videri quod non ſunt? Ille nãque principaliter hypocriſim ſumit,qui cùm ſit damnatus homo & nequaquam ſpiritus,deum ſe eſſe mentitur. Sed procul dubio ex eius nunc corpore prodeunt qui iniquitates ſuas ſub tegmine ſacri honoris abſcondunt,vt profeſsione videri appetant quod eſſe operibus recuſant. Quia enim ſcriptum eſt: Omnis qui facit *Ioan.8.* peccatum, ſeruus eſt peccati, quanto nunc liberius peragunt peruerſa quę volunt, tanto eius ſeruitio obnoxius obligantur. Sed nullus qui talem rectorem patitur, eum quem patitur accuſet, quia nimirum ſui fuit meriti peruerſi rectoris ſubiacere ditioni. Culpam ergo proprij magis accuſet operis, quàm in- F
iuſtitiam gubernantis. Scriptum nanque eſt: Dabo tibi reges *Oſee.13.* in furore meo. Quid ergo illos nobis pręeſſe deſpicimus,quorum ſuper nos regimina ex domini furore ſuſcipimus? Si igitur iraſcente deo ſecundum noſtra merita rectores accipimus, in illorum actione colligimus, quid ex noſtra æſtimatione penſemus, quanuis plærunque & electi ſubiacent reprobis. Vnde & diu Dauid Saulem pertulit, ſed ſubſequente culpa *1.Reg.18.* adulterij proditur, quia dignus tunc fuit qui tanta præpoſiti aſperitate premeretur. Sic ergo ſecundum merita ſubditorum tribuuntur perſonæ regentium, vt ſæpe qui videntur boni,accepto mox regimine permutentur: ſicut ſcriptura ſacra de eodem Saule intulit,quia cor cum dignitate mutauit. Vnde ſcriptum eſt: Cum eſſes paruulus in oculis tuis, caput te conſtitui *1.Reg.15.* in tribubus Iſraël. Sic pro qualitatibus ſubditorum diſponuntur acta regentium:vt ſæpe pro malo gregis, etiam verè boni delinquat,vita paſtoris. Ille enim deo atteſtante laudatus, ille ſupernorum myſteriorum conſcius Dauid propheta, tumore *2.Reg.24.* repentinæ elationis inflatus, populum numerando peccauit, & tamen vindictam populus Dauid peccante ſuſcepit. Cur hoc? quia videlicet ſecundum meritum plebium diſponuntur corda rectorum. Iuſtus verò iudex peccantis vitium ex ipſorum animaduerſione corripuit,ex quorũ cauſa peccauit. Sed quia ipſe ſcilicet ſua voluntate ſuperbiens, à culpa alienus non fuit:vindictam culpæ etiam ipſe ſuſcepit. Nam ira ſæuiens quę corporaliter populũ perculit, rectorem quoque populi intimo cordis dolore proſtrauit. Certum verò eſt, quòd ita ſibi inuicem & rectorum merita connectantur& plebium: vt ſæpe ex culpa paſtorum deterior fiat vita plebium, & ſæpe ex plebium merito,mutetur vita paſtorum.

Caput. XXI.

G SEd quia rectores habent iudicem suum, magna cautela subditorum est non temere vitam iudicare regentium. Neque enim frustra per semetipsum dominus æs nummulariorum fudit, & cathedras vendentium columbas euertit, nimirum significans quia per magistros quidem vitam iudicat plebium, sed per semetipsum facta examinat magistrorum. Quanuis etiam subditorum vitia quæ à magistris modo vel dissimulantur iudicari, vel nequeunt, eius procul dubio iudicio reseruantur. Igitur dū salua fide res agitur, virtutis est meritum, si quicquid prioris est, toleratur. Debet tamen humiliter suggeri, si fortasse valeat quod displicet emendari. Sed curandum summopere est, ne in superbiam transeat iustitiæ inordinata defensio, ne dū rectitudo incautè diligitur, ipsa magistra rectitudinis humilitas amittatur, ne eū sibi præesse quisque despiciat, quem fortasse contingit vt in aliqua actione reprehendat. Contra hunc tumorem superbiæ, subditorū mens ad custodiā humilitatis edomatur, si infirmitas propria incessanter attenditur. Nam vires nostras veraciter examinare negligimus, & quia de nobis fortiora credimus, idcirco eos qui nobis prælati sunt districtè iudicamus. Quo enim nosmetipsos minus agnoscimus, eo illos quos reprehēdere nitimur, plus videmus. Communia hæc mala sunt quæ sæpe à subditis in prælatos, sæpe à prælatis in subditos cōmittuntur, quia & omnes subditos hi qui præsunt, minus quam ipsi sunt sapiētes arbitrātur: & rursum qui subiecti sunt, rectorum suorum actiones iudicant, & si ipsos regimen habere contingeret, se potuisse agere melius putant. Vnde plærunque fit vt & rectores minus prudenter ea quæ agenda sunt videant, quia eorum oculos ipsa nebula elationis obscurat, & nonnunquàm is qui subiectus est, hoc cum prælatus fuerit faciat, quod dudū fieri subiectus arguebat: & pro eo quòd illa quę iudicauerat perpetrat, saltem quia iudicauit erubescat. Igitur sicut prælatis curādum est, ne eorum corda æstimatione singularis sapientiæ locus superior extollat, ita subiectis prouidēdum est, ne sibi rectorum facta displiceant.

H

Caput. XXII.

SI autem magistrorum vita iure reprehenditur, oportet vt eos subditi etiam cùm displicent venerentur.

Quòd malis pastores non semper imitandi sunt, tamen necesse est venerari.

Sed hoc est solerter intuendum, ne aut quem venerari necesse est, imitari appetas: aut quem imitari despicis venerari contemnas. Subtilis etenim via tenenda est rectitudinis & humilitatis: vt sic reprehensibilia magistrorum facta displiceant, quatenus subditorum mens à seruanda magisterij reuerentia non recedat. Quod bene in Noë debriato exprimitur, cuius nudata verecunda boni filij auersi veniendo texerunt. Auersari quippe dicimur, quod reprobamus. Quid est ergo quòd

I filij verecunda patris superiecto dorsis pallio auersi venientes operiunt, nisi quòd bonis subditis sic præpositorum suorum mala displicent: vt tamen hæc ab aliis occultent? Operimentum auersi deferunt, quia iudicantes factum, & venerantes magisterium, nolunt videre quod tegunt.

Quòd multi dum sibi iusti videntur, in eo quòd rectores suos secularibus negotiis occupatos iudicant, deum accusant: & cùm ipse per Moysen pellibus & ciliciis tabernaculum operiri præcepit, quasi hæc detrahentes, diuinis dispositionibus contradicunt.

Sunt verò nonnulli qui si parum quid de spiritali cōuersatione inchoant, cùm rectores suos tēporalia agere, & terrena cōsiderāt, mox ordinem supernæ dispositionis accusant quòd nequaquam bene ad regendum prælati sint, per quos, cōuersationis infimæ exempla monstrantur, sed hi nimirum dum temperare se à rectorum suorū reprehensione negligunt, culpæ suæ exigentibus meritis, vsq; ad reprehensionem conditoris excedunt, cuius profecto dispensatio inde ab humilibus rectior agnoscitur, vnde ab elatis non rectè iudicatur. Quia enim potestas regiminis ministrari non potest sine studio curæ temporalis, aliquando omnipotens deus mira dispensatione pietatis vt teneræ spiritalium mentes à terrena cura disiunctæ sint, onus regiminis duris ac laboriosis cordibus iniungit, vt tanto illæ ab hoc mundo securius lateant, quanto hæc in ter- K renis sollicitudinibus valenter elaborant. In exhibitione quippe suscepti oneris pro ipsis quoq; vtilitatibus subditorū duræ vitæ sunt mundanæ seruitutis. Et sæpe, vt dictum est, miseri cors deus quo suos tenerè diligit, eo sollicitè ab externis actionibus abscondit. Nam & plærunq; paterfamilias ad eum laborem seruos dirigit, à quo subtilius filios suspendit, & inde filij sine vexatione decori sunt, vnde serui in puluere fœdantur. Quod quàm rectè in Ecclesia diuinitus agitur, ipsa tu Exod. 25
bernaculi cōstructione signatur. Ad Moysen quippe diuina voce præcipitur, vt ad tegenda interius sancta sanctorum ex byssо cocco atq; hyacintho vela texantur, iussumq; est vt ad protegendum tabernaculum, vela cilicina & pelles extenderet, quæ nimirum vel pluuias vel ventos vel puluerem tolerarent. Quid ergo per pelles, & cilicia quibus tabernaculum tegitur, nisi grossas hominū mentes accipimus: quæ aliquando in Ecclesia occulto dei iudicio quanuis duræ sint præferūtur? Quæ quia seruire curis temporalibus non timent, oportet vt tentationum ventos & pluuias de huius mundi contrarietatibus portent. Quid verò per hyacinthum coccum byssumque signatur, nisi sanctorum vita tenera, sed clara? Quæ dum cautè in tabernaculo sub ciliciis, & pellibus absconditur: sua integra pulchritudo seruatur. Vt enim in interiora tabernaculi byssus fulgeat, coccus coruscet, hyacinthus ceruleo colore resplendeat: desuper pelles & cilicia, imbres, ventos & puluerem portant. Qui igitur magnis virtutib' in sanctę Ecclesię sinu pro- L
ficiunt: præpositorum suorum vitam despicere non debent: cum vacare eos rebus exterioribus vident: quia hoc quòd ipsi securi intima penetrant, ex illorum adiumento est, qui contra procellas huius seculi exterius laborant. Quam enim candoris sui gratiam retineret, si byssum pluuia tangeret? Aut quid fulgoris atque claritatis coccus vel hyacinthus ostenderet: si hæc susceptus puluis fœdaret? Sit ergo desuper textura cilicij sortis ad puluerē: sit inferius color hyacinthinus aptus ad decorem. Ornent Ecclesiam qui solis rebus spiritalibus vacant, tegant Ecclesiam quos & labor rerum corporalium non grauat. Nequaquam ergo contra rectorem suum exteriora agentem murmuret is qui intra ecclesiam sanctam iam spiritaliter fulget. Si enim tu securè interius vt coccus rutilas, ciliciū quo protegeris cur accusas?

Caput. XXIII.

SEd à quibusdam quæritur, quia dum saltem pro vtilitate subditorum rectores nimium temporalibus curis inseruiunt, plærique in Ecclesia eorum exemplo detereſcunt. Quod verum valde esse quis abneget, cùm curari à pastoribus terrena quàm cœlestia sollicitius videt? Sed neque hæc iniusta sunt, sicut superius diximus, si mores præsidentium iusta subditorum merita disponuntur. Occultæ nanque & sponte perpetratæ culpæ exigūt, vt praua & à pastoribus exempla M
præbeantur, quatenus iusto iudicio is qui de via dei superbus exorbitat, in via qua graditur, etiam per ducatum pastoris offendat. Vnde per prophetam quoq; prænunciantis studio dicitur, non maledicentis voto: Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper iucurua. Ac si dicat: Qui humanæ vitæ actionibus quasi præuidēdis itineribus præsunt, veritatis lucem non habeant, vt & qui sequuntur subditi, inquitatum suarum oneribus incuruati, omnem statum rectitudinis amittant. Quod factum procul dubio in Iudæa nostris, cùm in ipso nostri redemptoris aduentu Pharisæorum turba atque sacerdotum à vero lumine mentis oculos clausit, & per præpositorum exempla gradiens, in infidelitatis tenebris populus errauit. Sed quæri rationabiliter potest quomodo hoc in loco dicitur: quòd regnare hypocritam dominus facit, cùm de hac re specialiter per prophetam conqueritur, Oseæ 8.
dicens: Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Quis enim rectè sentiens dicat: quia facit dominus quod minimè cognoscit? Sed quia scire dei Deut. 32
approbare est, nescire reprobare: vnde quibusdam quos reprobat dicit: Nescio vos vnde sitis, discedite à me omnes operarij iniquitatis, & aliquando facere dei, est id, quod Exod. 9
fieri prohibet, irascendo permittere: vnde & regis AEgypti cor se obdurare asseruit, quia videlicet obdurari permisit: miro modo hypocritas dominus & regnare facit & ne-

Necesse est vt ad quid in vita ponderis prius voluntas interna requiratur.

A nescit: facit sinendo, nescit reprobando. Vnde necesse est, quòd in hac vita concupiscitur, prius voluntas interna requiratur. Quam cùm humani cordis auris percipere appetit, sciat quia hæc non verbis, sed rebus sonat. Locus ergo regiminis cùm regendus offertur, in se prius necesse est vt quisque discutiat, si loco vita congruit, si ab honore actio nõ dissentit, ne iustus omnium rector eo post in tribulatione preces nõ audiat: quo ipsa quoque eius de quo tribulatio oritur, exordia honoris ignorat.

Libri vicesimiquinti Moralium sancti Gregorij, finis.

LIBER VICESIMUS SEXTUS Moralium beati Gregorij papæ.

Quòd proprium sit superborum doctorum dum bene locutos se nouerint, quasi pro æquitate inquirere ab auditoribus suis verum in aliquo offenderint: vt eo modo laudem ab eis extorqueant.

Caput. I.

B IN locutionibus suis hoc arrogantes viri habere inter alia proprium solent: qp ab auditoribus suis ne quid fortasse inordinatum dixerint, tunc requirunt, cùm se laudabiliter aliquid dixisse cognoscunt. Hæc videlicet faciunt, non quo de dictis suis ambigant, sed quo ab audientium iudicio fauores quærant. Nam inueniri facile poterunt quo animo percunctantur, si quisquam cùm eorum bona laudat, etiam mala reprehendat. Certum quippe est, quia sicut inflãtur laudibus, ita correctionibus inflammantur, & à quolibet se vel iustè reprehendi despiciunt, moxque in malis suis fomitẽ defensionis exquirunt. Quomodo ergo de bonis suis humiliter ambigunt, qui mala sua defendere etiam peruersè moliuntur? Ille est enim verè humilis in bonis, qui non est defensor in malis. Nam qui de malis suis arguitur, & contra verba arguentis accenditur, quando de bonis suis quasi humiliter titubat, per humilitatis vocem ornari appetit, non doceri. Heliu itaque vitam arrogantium signans, post quam multa interna & sublimia intulit, ecce in verbis formam humilitatis assumit, & æquitate proposita sub quadam discipulatus imagine beatum Iob alloquitur, dicens: Quia ego locutus sum ad deum, te quoque non prohibebo. Si erraui, tu doce me: si iniquitatem locutus sum, vltrà non addam.) Sicut
C sæpe contingit vt bona loquantur & mali, multa Heliu fortia paulo superius se dixisse meminerat, & securus idcirco ne fortasse errauerit requirebat. Neque enim requireret, si se errasse credidisset.) Est nãque, vt dixi, propria arrogantium fraus, vt tunc de errore requirere studeant, quando se nouerint non errasse. Qui rursum requirere, vel argui de errore despiciunt, si quando se errasse veraciter prægnoscunt. Non enim esse, sed videri humiles appetunt, & tunc requirendo speciem humilitatis assumunt, quando de ipsa magis requisitione laudantur. Sed quia omnino difficile est, vt elatio quæ regnat in corde, non erumpat in voce: auditores arrogantium si eorum dicta paulisper taciti expectant atque considerant, citius corda illorum subsequentia verba manifestant. Diu quippe morari non possunt in ipsa humilitatis imagine quam specietenus sumunt. Superbis enim mentibus humilitas alta est, & cùm eius formam conscendere ambiunt, lassatis animi gressibus quasi à cliuosis atque asperis itineribus dilabuntur. Alienum est scilicet quod videri appetunt, & idcirco eius imagini diu inhærere nequaquam possunt. Graue pondus æstimant, cùm eam saltem specietenus portant, & quousque hanc abiiciant, vim quandam in corde patiuntur: quia videlicet elationis vsui male dominanti deseruiunt, atque eius imperio semetipsos quales sint prodere compelluntur, ne diu possint videri quod non sunt. Vnde Heliu quoq; postquam de errore doceri se petiit, postquam iniquitatem non se vltra locuturum promisit, subi D tò ab humilitatis specie ad verba tumidæ excusationis exiliuit. Nam subdidit dicens: Nũquid à te deus expetit eam: quia displicuit tibi? Ac si diceret: Ego coram domino rationes positurus sum, cur modo iniquitas mea à te reprehenditur, quæ constat quòd in iudicio à te non requiratur.

Quòd sancti humanum iudicium non timeant, sed diuinum: cùm econtrario superbi iudicium dei non metuunt, & ab hominibus iudicari erubescunt.

Caput. II.

RECti viri cùm iniustè ab hominibus impetuntur, ad supernum iudicium recurrunt. Vnde & ab eodem ad beatum Iob dicitur: Ecce in cœlo testis meus, & conscius meus in excelsis.) Et quia ei placere summopere cupiũt, eius solius testimonium requirunt. Peruersi quoque quia iustorum vitam deserunt, sed nonnunquam eloquia sequuntur, cùm de suis malè gestis increpantur, hoc assumunt in argumẽtum defensionis, quod iusti proferunt cum testimonio puritatis. Vnde eis cõsuetudo iam facta est, vt si quis eos de factis suis arguat, dei magis iudicium quàm hominum quærant. A deo enim & cum se damnandos nouerint, iudicari non metuunt, & iudicari ab hominibus erubescunt. Proponunt ergo maius quod non metuunt, vt minus declinare valeant, quod erubescunt: Scriptum quippe est: Vnusquisque nostrum pro E se rationem reddet deo. Quia ergo tũe damnatio vniuscuiusque manifesta est, exinde modo iniqui colligunt, vt iam peruersa vniuscuiusque actio sit secura, ne modo eam quilibet iustus arguendo discutiat, à qua constat quòd in iudicio alienus existat. At contrà piorum conscientiæ grande sibi conferri præmium credunt: cùm de quibusdam modo suis actionibus illicitis arguuntur. Proponũt etenim ante oculos cordis, quia districtum dei iudicium tanto verius tunc super eos mitigabitur, quanto nunc acrius arguente homine præuenitur, & temporalem iram super se lucrum computant, per quam se æternam posse euadere non ignorant. Heliu ergo typum cunctorum arrogantium tenens, & magis eligẽs æterna inuectione percuti, quàm temporaliter increpari, dicat: Nunquid à te deus expetit eam, quia displicuit tibi? Quia verò esse culpabiliores solent hi qui loqui in contentione inchoant, quàm qui respondent, subdidit, dicens: Tu enim cœpisti loqui, & non ego.) Eo se innocentem credidit, quo pulsatus erupit, nimirum nesciens, quia innocentia non tempore defenditur, sed ratione. Quid enim eius defensionibus adminiculatur, quod etsi tacenti nulla intulit, recta tamen inchoanti praua respondit? Postquam verò in verbis elationis ostẽditur, ecce iterum sub requisitionis velamine palliatur, atque infert, dicens: Quòd si quid melius nosti, loquere. Quanuis dum non ait: quia melius nosti, sed si quid melius nosti loquere, nimis hoc ipsum super- F bisse, est de melioris scientia dubitasse. Hoc tamen quod beato Iob locum loquendi tribuit, humilitatẽ se exhibuisse iudicauit. Sed sicut suprà dictum est, quia in actione arrogantium omne quod superducto sermone regitur, prorumpẽte rursum intentione elationis aperitur, citiùs Heliu innotuit, qua mente beatum Iob loqui postulauit. Nam sequitur:

Quòd Heliu verba Iob non intellexerit, quæ sine disciplina fuisse æstimabat.

Viri intelligentes loquantur mihi, & vir sapiẽs audiat me.) Iob autem stultè locutus est, & verba illius non sonant disciplinam.) Ecce dum quasi humiliter beato Iob loqui tribuit: quid intrinsecus gestaret ostendit, dicens: Viri intelligentes loquantur mihi: dedignatus videlicet si beatus Iob loqui præsumeret, qui quasi eius intelligere verba non posset. Et quia non sõlum ad loquendum, sed etiam ad audiendum beatum Iob indignum fuisse iudicauit, ilicò adiunxit: Vir sapiens audiat me. Ac si diceret: Huic loqui iniustè cõceditur, qui etiam audire verba sapientiũ non meretur. Atque mox apertè quàm despecta de illo sentiat, manifestat, dicens: Iob autem stultè locutus est, & verba illius non sonant disciplinam. Sine disciplina locutum beatum Iob credidit, quia iustum se in suis operib⁹ fuisse memorauit. Vera fortasse Heliu diceret: si ea quę beatus Iob de seipso narrauerat, non de illo hæc eadem ipse disciplinæ

G disciplinæ auctor æstimasset. Innocenter enim Iob se asseruit flagellatum, quem deus etiam perhibuit frustra percussum. Quid ergo vox percussi superbum sonuit, quæ à sententia ferientis nullatenus discrepauit? Incautè sunt humiles qui se mẽ dacio illaqueant, dum arrogantiam vitant, imò mentiendo superbiunt, quia contra veritatem se erigunt quam relinquunt. Qui enim necessitate cogente vera de se bona loquitur: tanto magis humilitati iúgitur, quanto & veritati sociatur. An Paulus humilis non fuit, quando æmulatione veritatis contra falsos apostolos tot de se discipulis fortia gesta narrauit? Qui nimirum veritati inimicus existeret, si abscõdendo virtutes proprias, prædicatores errorum prævalere permisisset. Sed quia arrogantes viri in eo quòd bonorum dicta superbè examinãt, verborum magis superficiem, quàm rerum cardinem pẽsant, Heliu beati Iob sententias disciplinam credidit non sonasse.

1. ad Timo. 2. & Act. 19. & 20.

Caput. III.

QVia verò sæpe asperitas superborum vsque ad duritiam maledictionis extenditur, ilicò contra beatum Iob, quasi ad deum faciens verba, subiungit:

Quòd superbi afflictorum tribulationibus nulla compassione condescendunt, sed super dolorem vulnerum addunt, & elisos confringunt.

Pater mi probetur Iob vsque ad finem.) Ecce hoc quod quasi de arrogantiæ tumore conceperat, in verbis etiam maledictionis exaltat. Sed fortasse benevolæ vim probationis optaret, si stetisse eum in probatione iudicasset. Vt ergo apertè malitia eius crudelitatis appareat, probari eum adhuc per flagella deprecatur, quem inter flagella lapsum fuisse iam queritur. Præmisit quod sensit, vt apertius cognosci debeat quod optauit. Adhuc feriri postulat, quem iam peccasse sub manu se rientis accusat. Propria hæc arrogantium vota sunt, vt vitam dolentium examinari acrius deprecẽtur: quia quanto sibimetipsis iustiores sunt, tanto alienis doloribus duriores existunt. Nesciunt enim in se passionem alienæ infirmitatis trahere, & sicut suæ, ita etiam proximi imbecillitati misereri. Quia enim de se alta sentiunt, idcirco humilibus nullatenus condescendunt. Heliu beatum Iob pro culpa percussum credidit, atque ideo exhibenda ei pietatis viscera, nec inter tot dolores æstimauit. Viri autem veraciter sancti cùm flagellari quempiam etiam pro culpa cognoscunt: etsi quędam eius inordinata corripiunt, ad quædam tamen dolentia compatiuntur: & sic sciũt tumentia premere, vt sciant etiam cruenta refouere: quatenus in eis cùm dura emoliuntur, infirma roborentur.

H

Quòd sancti doctores ex quibusdam signis, sicut boni medici solent, etiam occulta rimari, vt cognita castigent & sanent. Vnde ad Ezechielem dicitur: Fili hominis fode parietem, &c. Et quid sit quòd Ezechiel sumere laterem iubetur, & describere in eo ciuitatem Hierusalem.

I

Caput. IIII.

AT contrà arrogantes viri, quia charitatis viscera non habent, non solum non cõpatiuntur, etiam iustis dolentibus, sed eos insuper sub specie iustæ increpationis affligunt: & vel si qua in eis sunt, parua mala exaggerant: vel ea quæ verè bona sunt, malè apud se interpretando commutant: quanuis etiam sancti doctores sæpe exaggerare solent delinquentium vitia: & ex quibusdam signis publicis occulta rimari, vt possint ex minimis maiora cognoscere. Vnde ad Ezechielem dicitur: Fili hominis fode parietem. Vbi mox subdidit: Et cùm fodissem parietem, apparuit ostium vnum, & dixit ad me: Ingredere, & vide abominatiões pessimas quas isti faciunt hic. Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & vniuersa idola domus Israël depicta erant in pariete. Per Ezechielem quippe prępositorum persona signatur, per parietem duritia subditorum. Et quid est parietem fodere, nisi asperis correptionibus duritiam cordis aperire? Quem cùm perfodisset, apparuit ostium: quia cùm cordis duritia asperis correptionibus aperitur, quasi quædam ianua ostenditur: ex qua omnia in eo qui corripitur, cogitationum interiora videantur. Vnde & bene illic sequitur: Et dixit ad me: Ingredere, & vide abominationes pessimas quas isti faciunt hic. Quasi ingreditur, vt abominationes aspiciat, qui discussis quibusdam signis exterius apparentibus: ita corda subditorum penetrat, vt cuncta ei quæ illicitè cogitantur, innotescant. Vnde & subdidit: Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio. In reptilibus cogitationes omnino terrenæ signantur: in animalibus verò iam quidem aliquantulum à terra suspensæ, sed adhuc terrenæ mercedis præmia requirentes. Nam reptilia toto ex corpore terræ inhærent: animalia autem ventre à terra suspensa sunt, appetitu tamen gulæ ad terram semper inclinantur. Reptilia itaque sunt intra parietem, quando cogitationes voluuntur in mente, quæ à terrenis desideriis nunquam leuantur. Animalia quoque sunt intra parietem: quando & si qua iam iusta, si qua honesta cogitantur, appetendis tamen lucris temporalibus honoribusque deseruiunt: & per semetipsa quidem iam quasi à terra suspensa sunt, sed adhuc per ambitum quasi per gulæ desiderium sese ad ima submittunt. Vnde & bene subditur: Et vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete. Scriptum quippe est: Et auaritia, quæ est idolorum seruitus. Rectè ergo post animalia, idola describuntur: quia etsi honesta actione, quasi à terra se erigunt, ambitione tamen inhonesta semetipsos ad terram deponũt. Bene autem dicitur: Depicta erant: quia dum exteriorum rerum intrinsecus species attrahuntur, in corde quasi depingitur, quicquid fictis imaginibus cogitatur.

K

Caput. V.

NOtandum itaque est, quia prius foramen in pariete, ac deinde ostium cernitur, & tunc demum occulta abominatio demonstratur: quia nimirum vniuscuiusque peccati prius signa forinsecus, deinde ianua apertæ iniquitatis ostenditur: & tunc demum omne malum quod intus latet, aperitur. Idcirco ergo solent etiam sancti doctores grauiter minuta discutere, vt ab externis erroribus ad occulta possint maiora peruenire. Verba asperæ increpationis mouent, vt spinas mortiferæ cogitationis eradicent: & hæc cùm agunt, charitatis amore sæuiunt, non inflatione elationis intumescũt. Mori enim pro ipsis parati sunt, quos quasi vsque ad mortem sæuientes affligunt. Seruant in cogitatione quod diligunt, sumunt in specie quod persequuntur. Bona prædicantes insinuant, mala autem cauentes prænunciant, non vt Heliu desiderantes exorant. Erga commissos sibi ita nonnunquã in correptione feruent, ac si de tranquillitate nihil habeant: sed ita in dilectione tranquilli sunt, ac si nullus eos feruor accendat. Valde enim metuunt, ne si à prauorum correptione cessauerint, ipsi pro eorum damnatione puniantur, & cum ad verba inuectionis inflammantur: inuiti quidem ad hæc veniunt, sed tamen hęc defensionem sibi apud districtum iudicem præparant. Vnde & eidem rursus Ezechieli dicitur: Fili hominis sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem, & ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginem ferream, & pones eam murum ferreum inter te & inter ciuitatem. Cuius enim Ezechiel, nisi magistrorum speciem tenet? cui dicitur: Sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem. Doctores quippe sancti sibi laterem sumunt, quando terrenis eorum auditorum vt doceant, apprehendunt. Quem laterem coram se ponunt, quia tota illud sollicitudinis intẽtione custodiunt. In quo & ciuitatem Hierusalem iubentur describere, quia prædicando terrenis cordibus curant summopere quanta sit supernæ pacis visio demonstrare. Cui bene etiam dicitur: Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones. Sancti enim prædicatores obsidionem circa laterem in quo Hierusalem ciuitas descripta est, ordinant: quando terrenæ menti, sed iam supernam patriam requirenti, quanta eam in huius vitæ tempore vitiorum impugnet aduersitas, demonstrant. Cùm enim vnumquodque peccatum quomodo menti insidietur, ostenditur, quasi obsidio circa Hierusalem ciuitatem voce prædicatoris ordinatur. Sed quia non solum insinuant quomodo mentem insidiantia vitia expugnent, sed etiã quomodo custoditæ virtutes roborent, rectè subiungitur: Et ædificabis munitiones. Munitiones quippe sanctus prædicator ædificat, quando quæ virtutes quibus vitiis obuient, insinuare non cessat. Et quia virtutibus crescentibus plerunque bella

Ezech. 8.

A bella tentationis augentur, rectè adhuc additur: Et cõportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Aggerem nãque comportat, quando prædicator quisque molem crescentis tentationis indicat. Et contra Hierusalem castra erigit, quando rectæ intentioni audientium, hostis callidi circunuentiones quasi incomprehensibiles insidias prædicit. Atque in gyro arietes ponit, quando tentationum aculeos in hac vita nos vndique circundantes, & virtutum murum perforantes innotescit. Vbi bene additur: Et tu sume tibi sartaginem ferream, & pones eam murum ferreum, inter te, & inter ciuitatem. Per sartaginem nanque frixura, per ferrum verò fortitudo ostenditur. Quid autem ita magistri atque doctoris mentem, quàm zelus domini frigit & excruciat? Vnde Paulus huius sartaginis incendebatur frixura, cùm diceret: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et quis scandalizatur, & ego non vror? Et quia quisquis zelo dei contra peccantes accenditur, forti in perpetuum custodia munitur, ne ex neglecta prædicationis, & regiminis cura damnetur, rectè dicitur: Pones eã murum ferreum inter te & inter ciuitatem. Sartago enim ferrea murus ferreus inter prophetam, & ciuitatem ponitur: quia cùm nunc fortem zelum doctores exhibent, eundem zelum postmodum inter se, & auditores suos fortem munitionem tenent: ne tunc ad vindictã destituti sint, si nunc fuerint in correptione dissoluti. Hanc sartaginem propheta idem, vt inter se & auditores suos murum sumeret, audiebat, cùm ei diuina vox præmitteret, dicens: Si tu annunciaueris impio, & ille nõ B fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia: ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. Hanc sartaginem inter se & discipulos murum Paulus posuerat, cùm dicebat: Mundus sum à sanguine omnium vestrum: non enim subterfugi quo minus annunciarẽ omne cõsilium dei vobis. Nunc ergo doctores necesse est, vt appetant zeli ardoribus frigi, ne cogantur pòst de torpore negligentiæ igne gehennę cruciari.

2. Corin. 11.

Act. 20.

Caput. VI.

Aliud debemus iniustis subditis, aliud iustis & non subditis.

SEd aliud est quod iniustis & subditis, aliud quod iustis & non subditis debemus. Ad illorum nos correptionem atque custodiam reddendarum rationũ debet timor accendere, ad istorum verò veneratione ipsa considerata æquitas inclinare. Sed arrogãtes viri, quia huius formam discretionis ignorãt, hoc iustis & non subditis exhibent, quod à bonis prædicatoribus fieri, & iniustis & subditis vident, Qui cum ad feruorem inuectionis iniustè prosiliunt, etiam per verba maledictionis excedunt. Qui enim nequaquam proximos sicut se diligunt, proximis optare non desinunt, quod ipsi sibimet euenire pertimescunt. Vnde Heliu occultum odium in manifestatione maledictionis exudans, ait: Pater mi, probetur Iob vsq; ad finem, ne desinas ab homine iniquitatis. Hominem iniquitatis vocat, quem deus iustum præ omnibus superna attestatione denũciat. Et quia multa adhuc sub hac indiscretiõe* subiuncta sunt, breuiter ea æstimo transcurrenda. Dicta enim quę grauitate carent, intenta expositione non indigẽt. Sequit:

**al. increpatione.*

Dicta quæ grauitate carent, intenta expositione nõ indigent. Pœna debent culpæ, non præmium.

C *Quòd in vsu & consuetudine habeant superbi derogando mẽtiri.*

Qui addit super peccata sua blasphemiam.) Accusat eum & pro peccatis flagella meruisse, & post flagella peccasse. Longè verò aliter dominus iudicat, qui & frustra flagellatũ insinuat, & bona duplicia post flagella retribuit. Pœna enim debetur culpę, nõ præmiũ. Beatus ergo Iob sine culpa locutus ostendi tur, quẽ post locutionẽ prędmia subsequuntur. Heliu itaq;, quia pro domini defensionibus loquens, de beato Iob aliud q̃ dominus sentit, quasi dũ pro veritate verba multiplicat, à veritate discordat. Sequitur: Inter nos interim constringatur, & tũc ad iudicium prouocet sermonibus suis deũ.) Ac si diceret: Ex nostra assertione cognoscat, quia nequaq̃ diuinę examinatiõi sufficiat. Et quia arrogãtes viri, nõ solũ studeant inepta dicere, sed etiã multa: versus q̃ sequitur, bene de illo frequẽter infert.

Caput XXXV. textus libri beati Iob.

IGitur Heliu hæc rursum locutus est: Nunquid æqua tibi videtur tua cogitatio, vt diceres: Iustior deo sum? Dixisti enim. Non tibi placet quod rectũ est: vel quid tibi proderit si ego peccauero? Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecum. Suspice cœlum, & intue- D re, & contemplare æthera, quòd altior te sit. Si peccaueris, quid ei nocebis? Et si multiplicatę fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? Porrò si iustè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iustitia tua. Propter multitudinẽ calumniatorum clamabunt, & eiulabũt propter vim brachij tyrannorũ. Et non dixit: Vbi est deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cœli erudit nos. Ibi clamabunt, & non exaudiet propter superbiam malorum. Non ergo frustra audiet deus, & omnipotens singulorum causas intuebitur. Etiam cùm dixeris: Non considerat, iudicare coram illo, & expecta eum. Nunc enim non infert furorem suum, nec vleiscitur scelus valde. Ergo Iob frustra aperit os suum, & absque scientia verba multiplicat.

Caput. VII.

IGitur Heliu hæc rursum locutus est.) Omnis qui multa loquitur, in locutione sua semper incipere studet: quatenus inchoatione ipsa suspensos auditores faciat: vt eo attentius taceant, quo quasi nouum audire aliquid expectant. Heliu verò alia finiens, alia incessanter exorditur, vt immensa loquacitas per subiuncta semper initia continuetur. Sequitur: Nunquid æqua tibi videtur tua cogitatio: vt diceres, Iustior deo sum?) Quia beatus Iob iustiorem se deo non dixerit: Omnis qui textum historiæ legit, agnoscit: sed ait, proponat æquitatẽ cõtra me, & perueniet ad victoriam iudicium meum. Vitam suam videlicet pensans, & causas percussionis ignorans, vt sæpe iam dictum est: Pro diluendis peccatis se credidit, & non augendis meritis flagellari: & idcirco iudicium suum ad victoriam peruenire confisus est: quia culpam in se pro qua debuisset percuti, non inuenit. Quod quidem de illo & dominus ad diabolum dixit: Commouisti me aduersus eum, vt affligerem eum frustra. Quid ergo hæc loquẽdo peccauit, qui verbis istis diuinæ de se & occultæ sententiæ etiam nesciendo consensit? Aut quid obest, si à rectitudine veritatis humano iudicio verba nostra superficietenus discrepant, quando in cordis cardine ei compaginata concordant? Humanæ aures verba nostra talia iudicant, qualia foris sonant: diuina verò iudicia talia ea audiunt, qualia ex intimis proferuntur. Apud homines cor ex verbis, apud deum verò verba pensantur ex corde. Beatus ergo Iob dum hoc ait exterius quod interius dominus dixit: Omne quod locutus est, tanto iustè exterius intulit, quanto piè ab interna sententia non recessit. Quanuis prophetico spi F ritu repletus, in eo quod ait: Proponat æquitatem contra me, & perueniet ad victoriam iudicium meum, intueri redẽptoris nostri præsentiam potuit. Ipse enim qui est virtus patris & sapientia, etiam eius æquitas non inconuenienter accipitur. Vnde scriptum est: Qui factus est nobis à deo sapientia, & iu- *1. Cor. 1.* stitia, & sanctificatio. Quam scilicet æquitatem, quia deus iniquis fugientibus incarnatã ostendendo contraposuit: eos protinus ab iniquitate reuocauit, & humanũ genus eo in iudicio antiquum aduersarium vicit, quo æquitatem dei aduersantem suis itineribus inuenit. Sequitur: Dixisti enim, nõ tibi placet quod rectum est: vel quid tibi proderit si ego peccauero?) Si tota libri series attẽditur, nihil horum beatus Iob dixisse monstratur. Sed arrogantes viri, sicut & superius diximus, habere hoc proprium solent: vt dum in nimia inuectione prodeunt, etiam inuehendo mentiantur: & cùm non possunt reprehendere iustè quæ sunt, reprehendunt mentiendo quæ non sunt. Sequitur: Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecũ.) Dictis superioribus, quasi beati Iob culpabilia verba narrauit, atque ex eis sibi materiam loquendi proposuit: sed verbis subsequentibus forti acumine discutit hoc quod sibi ad dicẽdi materiam fallaciter finxit. Et fortes quidem sunt sententiæ quæ sequuntur, sed beati Iob personæ non congruunt: tantoque eum increpationis huius tela non feriunt: quanto contra eum iniustè mittuntur. Sequitur:

Quòd ex ipsa creaturæ positione, & altitudine ad quam attingere non

G *non possumus, quia supra nos est, considerare debemus quantum supra intellectum sit creator, cuius omnipotentiam, nec augent bona nostra, nec minuunt mala.*

Suspice cœlum, & intuere, contemplare æthera, quòd altior te sit. Si peccaueris, quid ei nocebis: & si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? Porrò si iustè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet?) Quanuis beato Iob scienti maiora, nequaquam dici ista debuerint: vera tamen sunt quæ dicuntur, quòd videlicet deo, nec peccata nostra noceant, nec bene gesta concurrant. Vnde subsecutus adiúxit: Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iustitia tua.) Sed inter hæc illud est solerter intuendum quod ait: Suspice cœlum, & intuere, cõtemplare æthera, quòd altior te sit. Hæc enim dicés, nimirum colligit, vt considerare debeat quanto minus deo actione sua, aut prosit, aut noceat, qui altitudini cœli atque ætheris prodesse, vel nocere non possit. Quanuis in cœlo, vel æthere possimus supernas potestates accipere, diuinis semper obtutibus inhærentes, vt cùm angelicos spiritus longè adhuc à nobis distare conspicimus, ipsi creatori atque dominatori spirituum quanto distamus, inferius agnoscamus, corpoream tamen cœli ætherisque materiam hoc loco sentiri nil obstat.

Nũ omnia vera dicenda sunt.

Caput. VIII.

H NAm si vigilanter exteriora conspicimus, per ipsa eadem ad interiora reuocamur. Vestigia quippe creatoris nostri, sunt mira opera visibilis creaturæ. Ipsum nãque adhuc videre non possumus: sed iam ad eius visionem tendimus, si eum in his quæ fecit, miramur. Eius ergo vestigia creaturam dicimus, quia per hæc quę ab ipso sunt, sequendo imus ad ipsum. Vnde Paulus ait: Inuisibilia eius per ea quę facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius & diuinitas. Vnde & in libro Sapientię scriptum est: Per magnitudinem enim creaturæ & speciem, potest intelligibiliter creator videri. Menti enim nostræ peccato suo exterius sparsæ, necdum deus sicut est, interius innotescit: sed dum fecturæ suæ decus foris proponit, quasi quibusdam sẽ nobis nutibus innuit: & quæ intus sequamur, ostendit: ac miro modo ipsis formis exterioribus nos ad interiora perducit: innuit immensa admiratione quod est, mira hæc exterius ostendendo quæ non est. Hinc enim de sapientia scriptum est: In viis ostẽdit se illis hilariter, & omni prouidẽtia occurrit illis. Vię quippe ad creatorem sunt, opera considerata creatoris. Quæ dum facta cernimus, potentiam factoris miramur. In istis viis à sapientia omni nobis prouidentia occurritur: quia factoris nobis virtus inquirenda proponitur in omne quod mirabiliter factum videtur: & quocunque se verterit anima, si vigilanter
I intendit, in iisdem ipsis deum inuenit per quæ reliquit, eiusq; potentiam ex eorum rursus cõsideratione cognoscit, quorum amore deseruit: & per quę peruersè cecidit, per hæc conuersa reuocatur. Vbi enim lapsi sumus, ibi incũbimus vt surgamus: & quasi ibi surgendo manum considerationis figimus, vbi pe de amoris lubrici corruentes negligendo iacebamus. Quia enim ab inuisibilibus per visibilia cecidimus, dignum est vt ad inuisibilia ipsis rursum visibilib' innitamur: vt quo casu anima venit ad infima, eo gradu reuertatur ad summa: atque eisdem quibus corruit, passibus surgat: dum, sicut dictum est, illa nos ad deum bene considerata reuocant, quæ nos ab eo malè electa diuiserunt. Heliu itaque, vt vim considerationis admoueret, atque ex corporeis rebus ostẽderet, quanto sit homine excelsior deus, bene intulit: Suspice cœlum, & intuere, & cõtemplare æthera, quòd altior te sit. Ipsis enim rebus creatis atque corporeis agnoscimus, quantum à creatoris nostri sublimitate distamus: quia per omne quod cernimus, esse humiles admonemur: vt quasi quædam sit lectio mentis nostræ, species considerata creaturæ. Dicat ergo: Suspice cœlum, & intuere, contẽplare æthera, quod altior te sit. Si peccaueris, quid ei nocebis? Et si multiplicatę fuerint iniquitates tuæ, quid facies cõtra eum? Porrò si iustè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Ac si diceret: Ex ipsis creaturis intellige, quas altiores te esse corporaliter vides, quantum à diuinæ potentię sublimitate disiũgeris, atq; ex hac tua consideratione collige:

Roma. 1

Sapien. 13.

Sapien. 6.

quia deum nec bene viuendo adiuues, nec rursus malis actionibus graues. Si verò, sicut superius diximus, in cœlo vel æthere superna potestates accipimus, verbis istis Heliu considerare nos admonet: quia ipsi angelici spiritus creatoris nostri potentiam plenè contemplari non possunt: de quibus tamen certũ est, quia nobis eoipso altiores sunt, quo lapsi in infimis non sunt, vt videlicet colligamus quanto deo inferiores existimus: quia etiã creaturis sublimibus, sed longè illo inferioribus subiacemus. Ac si diceret: Vide quantum à diuina celsitudine separaris: à cuius potentia etiam potestates illæ humilitate contremiscunt, quæ te immensa sublimitate transcendũt: & quanto ipso summo inferior es, qui inferiorem te esse etiam inferioribus deprehendis. Ostendendo verò summa, reducit ad æqualia, atque ait: Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iustitia tua.) Humana impietas ei nocet, quem peruertẽdo inquinat. Et rursus, eum adiuuat nostra iustitia, quem à prauis actionibus mutat. Nocere enim vel iuuare nesciunt ea quæ vel à bono corrumpere, vel à malo permutare non possunt. Supernæ igitur potestates eo lædi, vel iuuari nequeunt, quo esse iam incommutabiles acceperunt. Sed considerare hæc nequeunt, qui terrenis desideriis implicantur. Sparsis enim foris mentibus ad semetipsas redire difficile est: quia praua itinera semel captas, tanto delectabiliter tenent, quãto in eis omne quod libuerit licet. Nullus quippe disciplinæ murus obuiat qui constringat: nulla retributionis prospicitur pœna quæ terreat: sed clausis oculis cordis eo anima præcipitatur in infimis, quo obscuratur à summis: & tanto securius mala temporalia perpetrat, quanto durius bona æterna desperat. K L

Quòd in hac vita iusti ab impiis affligi permittuntur, sicut Moyse vocante ad promissionis terram, vrgente Pharaone de Aegypto egredi compellitur plebs inuita.

Caput. IX.

SEd ista reproborum nequitia triturę more electorum vitam, quasi grana à paleis separans premit vt purget. Mali enim bonos magis ab huius mundi desideriis expediunt dum affligunt: quia dum multa eis hìc violenta ingerunt, festinare illos ad superna compellunt. Quod bene de Israëlitico populo vocante Moyse, & Pharaone rege sæuiente signatum est. Tunc nãq; Moyses ad vocandum missus est, cũ iam Pharao duris operibus ad opprimẽdum fuerat excitatus, vt Israëlitarum mentes Aegypto deformiter inhærentes: alius dum vocaret quasi traheret, alius quasi impelleret dum sæuiret: & plebs in seruitio turpiter fixa, vel prouocata bonis, vel malis impulsa moueretur. Hoc quotidie agitur, dum prædictis cœlestibus præmiis, sæuire in electos reprobi permittũtur: vt si ad repromissionis terram vocati exire negligimus, pressuris saltem sæuientibus impellamur: atque hæc Aegyptus, videlicet vita præsens quæ nos oppressit blandiens, adiuuet premens: & quę dum fouit, seruitutis iugo contriuit, libertatis viã dum cruciat, ostendat. Hæc vtique causa est, quòd ab iniustis iusti sinuntur affligi: vt scilicet dum futura audiunt bona quæ cupiant: patiantur etiam mala præsentia quæ perhorrescant, atque ad faciliorem exitum dum amor prouocat, cruciatus impellat. Vnde Heliu eosdem labores electorum sub oppressionibus reproborum exequens, ait:

M

Quòd reprobi bona nostra calumniantur, dum detrahunt, & in nos tyrannide vtuntur.

Propter multitudinem calumniatorum clamabunt, & ejulabunt propter vim brachij tyrannorum.) Calumniatores rectè dicere possumus omnes iniquos: non solum qui exteriora bona rapiunt, sed etiam qui malis suis moribus, & vitæ reprobæ exemplo interna nostra dissipare contendunt. Illi namque ea quæ nobis extra sunt, inuadere ambiunt, isti verò nos prædari interius quęrunt. Illi amore rerum, isti non cessant odiis sæuire virtutum. Illi inuident quod habemus, isti quod vtimus. Illi studẽt rapere bona exteriora, quia placent: isti satagunt interiora bona dissipare, quia displicent. Quanto igitur morum vita, à rerum distat substantia, tanto grauior calumniator est, qui malè viuẽdo vim nostris infert moribus, quam qui violenter opprimendo damna ingerit rebus. Nihil iste de nostra sustentatione subtraxit, sed exempla nobis perditionis appo-

nis apposuit. Eo ergo grauiorem calũniam intulit, quo quietum cor in tentatione commouit. Qui etsi nequaquam nobis actionis suę opera persuasit, pugnam tamen tentationis ingessit. Grauem igitur de vita eius calumniam sustinemus, quia nimirum intus patimur quod cum labore vincamus. Et quia in hoc mundo abundat malorum vita quę cruciet, rectè dicitur: Propter multitudinem calumniatorum clamabunt. Quia verò ei quæ verbis suadere non valent, extorquere nonnunquã etiam effrenatis viribus student, aptè subiungitur: Et eiulabũt propter vim brachij tyrannorum.

Caput. X.

QVisquis enim malè viuere suo nos exemplo compellit, adhuc in nobis voce calumniatoris vtitur. quisquis verò peccatum suadens etiam terrere nos appetit, iam contra nos brachio tyrannidis sæuit. Aliud est enim vitia suadere viuendo, aliud iubere terrendo. Dũ ergo exempla malæ actionis aspicimus, quasi adhuc strepitum calũniatoris audimus. Dum verò vi peccare cogimur, iam tyrannum in corde sustinemus. Sed robustorum mentes in deo immobiliter fixæ: tanto ista despiciunt, quanto cernũt quòd contra præcepta conditoris excrescũt. Aeternitatis quippe præmia præstolantes, vires ex aduersitatibus sumunt, quia crescente pugna glorioſiorem sibi non ambigunt manere victoriam. Sic itaque electorum desideria dum premuntur, aduersitate proficiunt, sicut ignis flatu premitur vt crescat: & vn
B de quasi extingui cernitur, inde roboratur. In eo nanque ostendimus quanta ad dominum cupiditate flagramus, si non solum ad eum per tranquilla & mollia, sed etiam per aspera &
Psalm. 17. dura trãsimus. Hinc nanque propheta ait: Qui perfecit pedes meos quasi cerui. Ceruus enim cùm montium iuga conscendit: quæque aspicit aspera, quæque se obiiciunt sentibus illigata, dato saltu transgreditur, & absque vllo cursus sui obstaculo in superioribus eleuatur. Ita etiam electorum mẽtes quæque sibi in hoc mundo obsistere, atque obuiare conspiciunt, contemplationis saltu transcendunt, & more ceruorum despe
Ibidem. ctis terrenorum sentibus in superna se euehunt. Hinc rursum dicit: Et in deo meo transgrediar murum. Murus quippe est omne quod itineri nostro obiicitur, ne ad eum qui diligitur, transeatur. Sed murum transgredimur, cùm præ amore supernæ patriæ quæque in hoc mundo fuerint obiecta calcamus. Hinc per eundem prophetam certanti animæ dominus dicit:
Psalm. 80. Exaudiui te in abscondito tempestatis, probaui te ad aquas contradictionis. Absc̃ditum quippe tempestatis est, cùm in corde contrito cogitationum tentantiũ fluctus intumescunt, cùm cõtra amoris sancti studia curarum secularium se tumultus illidunt. In absconditio ergo tempestatis auditur: quia clamor deprecantis est hæc ipsa tribulationis fluctuatio. Quia verò omnino non desunt, qui bona quærentibus suadere peruersa moliantur, aquę contradictionis sunt populi resistentes. Et quia tunc probatur desiderium, cùm aliqua ei aduersitate
C resistitur, rectè dicitur: Probaui te ad aquas contradictionis. His itaque virtutum nisibus robusti ex aduersitate proficiũt, sed infirmi sæpe in desideriis suis si qua eis fuerint ex aduerso obiecta langueſcunt: & cùm valida tribulatione pulsantur, pusillanimitate deficiunt. Vnde Heliu beato Iob probra pusillanimitatis impingens, præmissis malorum oppressionibus, infirmorum mox pusillanimitates exequitur, dicens:

Quòd ideo tentationibus quilibet frangitur, quia factorem & liberatorem desperans, non contemplatur.

Et non dixit: Vbi est deus qui fecit me?) Mos sacrę scripturæ est, vt à singulari numero ad pluralem subitò transeat, atque à plurali sæpe se ad singularem vertat. Atque inde Heliu cùm diceret: Clamabunt & eiulabunt, nequaquam subdidit: Non dixerunt, vbi est deus: sed, Non dixit vbi est deus. A plurali quippe numero in singularem veniens, ad personam subitò infirmi vniuscuiusque transiuit: fortasse quia à singulis melius recognoscitur quicquid de eis singulariter auditur, vt ad cor suum quisque redeat, & in semetipso hoc quod de vno quoque dicitur, reprehendat. Singularem igitur numerum tenuit, dicens: Non dixit, vbi est deus qui fecit me? Quisquis enim aduersitatum tribulatione frangitur: à quo factus est, minimè contemplatur. Nam qui quod non erat, fecit, factum sine gubernatione non deserit: & qui benignè hominem condidit, nequaquam iniustè cruciari permittit: nec sinit neglectè D perire quod est, qui hoc etiam quod non fuit, creauit vt esset. Cùm ergo causam tribulationis nostrę requirimus, & fortasse tardius inuenimus: est ista consideratio, quòd nihil iniustè patiamur: quia si deo auctore sumus qui non fuimus, deo regente non affligimur iniustè qui sumus. Sequitur:

Quòd in nocte tribulationum huius vitæ carmen habemus lætitiæ, diuinam consolationem.

Caput. XI.

QVi dedit carmina in nocte.) Carmen in nocte, est lætitia in tribulatione: quia etsi pressuris temporalitatis affligimur, spe iam tamẽ de æternitate gaudemus. Carmina Paulus in nocte prædicabat, dicens: Spe gaudẽtes, in tribulatione patientes. Carmen in nocte Da *Roma. 12.* uid sumpserat, qui dicebat: Tu mihi es refugiũ à pressura quæ *Psal. 31.* circundedit me, exultatio mea, redime me à circundantibus me. Ecce noctem pressuram nominat, & tamen liberatorem suum inter angustias exultationem vocat. Foris quidem nox erat in circundatione pressurę, sed intus carmina resonabant de cõsolatione lætitiæ. Quia enim ad æterna gaudia redire nõ possumus, nisi per temporalia detrimenta: tota sacræ scripturæ intentio est, vt spes manentis lætitię nos inter hæc transitoria aduersa corroboret. Vnde & Ezechiel propheta librum se *Ezech. 2.* accepisse testatur, in quo scriptæ erant lamentationes, carmẽ, & væ. Quid enim libro hoc, nisi diuina eloquia figurantur? Quæ quia nobis lachrymas luctusque præcipiunt, lamentationes in eo scriptę referuntur. Carmen quoque & væ conti- E
nent: quia sic de spe gaudium prædicant, vt in præsenti tamen pressuras atque angustias indicent. Carmen & væ continent: quia & si illic dulcia appetimus, prius necesse est vt hic amara toleremus. Carmẽ & væ discipulis prædicabat dominus, cum dicebat: Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis, in *Ioan. 16.* mundo pressuram habebitis. Ac si apertè diceret: Sit vobis de me interius quod consolando reficiat, quia erit de mundo exterius quòd sæuiendo grauiter premat. Quia ergo infirmus quisque cum premitur, à spe gaudij nimia pusillanimitate lassatur: & dum foris aduersa tolerat, intus obliuiscitur quo gaudebat, bene dicitur: Nõ dixit, vbi est deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? Si enim ista diceret, vim quam patitur, temperaret: & per hoc quod mansurũ intus quæreret, id quod foris trãsitoriũ sustinet, esse intolerabile nõ estimaret. Sequit:

Quòd doctrina Euangelica abstrahat hominem à vitiis, in quibus putrescebat, ne ambulet in mirabilibus super se, & vt immunditiam carnis per castitatem refrenet.

Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cœli erudit nos.) Iumenta terræ sunt, qui vsu vitæ carnalis ima appetunt. Volucres verò cœli sunt, qui superbæ curiositatis studio sublimia perscrutantur. Illi viuendo se deponunt infra ea sunt, isti inquirendo se eleuãt vltrà quàm possunt. Illos in infimis voluptas deiicit carnis, istos quasi in superioribus erigit libido curiositatis. Illis per sacra eloquia dicitur: Nolite fieri si- *Psalm. 31.*
cut equus & mulus, quibus non est intellectus. Istorum super- F
bus labor increpatur, dũ dicitur: Altiora te ne quęsieris, & for- *Eccli. 3.*
tiora te ne scrutatus fueris. Illis dicitur: Mortificate membra *Coloss. 2.*
vestra quę sunt super terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam. Istis dicitur: Nemo vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciã. Docet igitur nos *Ibidem.*
deus super iumẽta terræ & volucres cœli: quia dum hoc quod sumus, agnoscim', nec carnis nos infirmitas deiicit, nec superbiæ spiritus eleuat, nec defluendo imis subiicimur, nec superbiendo de sublimibus inflamur. Qui enim carne labitur, iumentorum appetitu prosternitur. Qui verò extollitur mente, more volucrum quasi leuitatis penna subleuatur.

Caput. XII.

SEd si vigilanter intenditur, vt & mentis humilitas, & carnis castimonia teneatur, citò cognoscimus, quia alterum custoditur ex altero. Nam multis sæpe superbia luxuriæ seminarium fuit: quia dum eos spiritus quasi in altum erexit, caro in infimis mersit. Hi enim prius secretò eleuantur, sed postmodum publicè corruunt: quia dum occultis intumescũt motibus cordis, apertis cadunt lapsibus corporis. Sic sic elati iusta fuerant retributione feriendi: vt quia superbiendo se hominibus

G minibus præferunt, luxuriando vsque ad iumentorum similitudinẽ deuoluantur. Homo quippe cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Quasi scientiæ enim illos in altum penna subleuauerat: de quibus Paulus hoc quod & superius protulimus, dicebat: Quia cùm cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis. Quomodo autem in iumentorum, aut plusquam iumentorum voluptatem deciderint, subdidit dicens: Tradidit eos deus in desideria cordis sui, in immunditiam. Ecce caro mersit, quos superba scientia subleuauit, & à volatu volucrum vltra appetitum lapsi sunt iumẽtorum: atque inde sub se prostrati sunt, vnde super se irẽ videbãtur. Curandum itaque est, & omni custodia mens à superbiæ tumore seruanda. Non enim ante oculos dei vacuæ transuolant cogitationes nostræ, & nulla momenta temporis per animum transeunt sine statu rerributionis. Intus ergo videt deus quod mentem eleuat, & idcirco permittit foris inualescere quod deponat. Intus prius extollitur, quod foris postmodum luxuriæ corruptione feriatur. Occultam videlicet culpam sequitur aperta percussio, vt malis exterioribus interiora puniãtur, & cor publicè corruat, quod latenter tumebat. Hinc quippe per Oseæ contra Israëlitas dicitur: Spiritus fornicationis in medio eorum, & dominũ non cognouerunt. Qui vt ostenderet, q̃ causa libidinis ex cul
H pa prorumperet elationis, mox subdidit dicens: Et respondebit arrogantia Israël in faciem eius. Ac si diceret: Culpa quæ per elationem mentis in occulto latuit, per carnis luxuriam in aperto respondit. Proinde per humilitatis custodiam seruanda est munditia castitatis. Si enim piè spiritus sub deo premitur, caro illicitè super spiritum non leuatur. Habet quippe spiritus commissum sibi dominium carnis, si tamen sub deo recognoscit iura legitimæ seruitutis. Nam si auctorem suum superbiendo contemnit, iure & à subiecta carne prælium suscipit. Vnde & ille primus inobediens mox vt superbiendo peccauit, pudẽda contexit. Quia enim contumeliam spiritus deo intulit, mox contumeliam carnis inuenit. Et qui auctori suo esse subditus noluit, ius carnis subditæ quam regebat, amisit: vt in seipso videlicet inobediẽtiæ suæ confusio redundaret, & superatus disceret, quid elatus amisisset. Caput. XIII.

Roma. 1.

Oseæ. 5.

Gene. 3.

NVllus ergo qui postquam superna appetere cœperit, carnis voluptate prosternitur, tunc se victũ iudicet, cùm apertè superatur: Si enim plærunque virus libidinis de radice nascitur elationis, tunc caro vicit, cùm spiritus latenter intumuit: Iam tunc anima per originem culpæ in petulantiam iumentorum cecidit, cùm efferendo se more volucrum vltra q̃ debuit, euolauit. Hinc est enim, q̃ longa continentia repentè soluitur, hinc q̃ plærunque & vsque ad senium virginitas seruata vitiatur. Quia enim negligitur humilitas
I cordis, rectus iudex despicit etiam integritatem corporis: & quandoq; per apertum malum reprobos annunciat, quos dudum reprobos in occulto tolerabat. Nã qui diu seruatum bonum subitò perdidit, apud semetipsum intus aliud malum tenuit, ex quo aliud subitò erupit: per quod ab omnipotẽte deo etiam tunc alienus extitit, quando se ei per munditiã corporis inhærere monstrauit. Quia igitur mentis elatio ad pollutionẽ pertrahit carnis, reproborũ cor à volatu volucrũ ad petulantiam mergitur iumentorum. Sancti autem viri ne appetitu bestiali ad luxuriæ voraginem deuoluantur, sollicitæ cogitationes mentis à superbiæ volatu custodiunt: ac ne in infima despiciendo corruant, omne quod sublimiter sapiunt, humiliter premunt. Rectè itaque dicitur: Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cœli erudit nos: subaudis, hoc quoque non dixit. Hoc itaq; quòd iumentis ac volucribus antecellit, eum non dicit in tribulatione memorari. Ac si diceret: Infirmus quisque idcirco nequaq̃ se in perturbatione corroborat, quia & in tranquillitate non temperat: & ideo nescit aduersa tolerare, quia constitutus in prosperis, cogitatione se non noluit à volatu volucrum premere, nec carnales motus à iumentorum ingluuie subleuare. Sed hoc beato Iob tanto inconuenienter dicitur, quãto vita eius inter alta, & infima mirabiliter temperatur. Quod quidẽ intelligi, & aliter potest. Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cœli erudit nos. Nam sicut iumentorũ vocabulo signatur vita hominũ carnis adhuc motibus subditorum, ita appellatione volucrũ figuratur elatio spirituum superborũ: vt per iumẽta quidem terreni homines, per volucres verò dæmonia designẽtur. Vnde cùm semina dominus iuxta viam diceret cecidisse, subiungit: Venerunt volucres cœli, & comederunt ea: nimirũ per volucres signans aëreas potestates. Sancti autem viri, quia nec infima hominum exempla appetunt, nec rursum dæmoniaca subtilitate falluntur: & super iumenta terræ, & super cœli volucres virtute eruditionis excrescunt. Super iumenta enim terræ edocti sunt: quia quicquid in imis potest ambiri, despiciũt. Super volucres quoque cœli eruditi sunt: quia omnes immũdorum spirituum insidias comprehendunt. Super iumenta terræ edocti sunt, quia nihil in hac vita quod præterit, quærunt. Super volucres cœli eruditi sunt: quia potestates aëreas quas adhuc per carnis infirmitatem tolerant, iam vitæ meritis calcant. Paulus iam super iumenta terræ edoctus fuerat, dicẽs: Multi enim ambulant. Et paulopost: Quorum finis interitus, quorũ deus venter est, & gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiũt. Nostra autem conuersatio in cœlis est. Et rursum, super volucres cœli eruditum se nouerat, cùm dicebat: Nescitis quoniã angelos iudicabimus? Sub se iumenta cernebat, quia videlicet in terra adhuc positus calcabat mores hominũ qui in infimis conuersabantur. Et rursum, volatum volucrum meritorum dignitate transcenderat: quia subiturus cœlestia, iudicaturum se angelos non ignorabat. In illis immundorum infima, in istis superborum summa calcabat. Caput. XIIII.

Matth. 13.

1 Cor. 6.

MEntes quippe sanctorum transitoria cuncta despiciunt, & sub se labi quicquid superbit, quicquid præterit, contemplantur: & quasi in quodam rerum vertice constitutæ, tanto sibi omnia subesse conspiciunt, quanto semetipsas verius auctori omnium subdunt: atque inde cuncta transcendunt, vnde creatori cunctorum vera se humilitate substernunt. Dicat ergo: Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cœli erudit nos. Ac si diceret: Infirmus pusillanimitate victus ista non dixit: & idcirco eum aduersitas tentationis perculit, quia tranquillitatis tempore hæc cuncta transeuntia nulla perfectione superauit. Huius enim vitæ aduersa non perhorresceret, si perfectionis meritò, etiam secunda calcasset. Sequitur:

L

Quòd omnipotens deus clamãtes ad se seruos suos, ideo aliquando de tribulatione non eripit: quia & ipsi ex aduersis proficiunt, & reproborum malitia tanto in iudicio districtius punitur, quanto hìc in sanctos exarsit crudelius.

Ibi clamabũt, & nõ exaudiet propter superbiã malorum.) Ibi videlicet in tribulatione, vt econtra de gaudio scriptũ est: Filij seruorum tuorum inhabitabũt ibi. Sed videtur incertum vtrum dicat: propter superbiã malorum nõ exaudiet, an propter superbiam malorum clamabunt. Intelligi autem melius potest, si non exaudiri potius propter malorum superbiam q̃ clamare referantur. Nam q̃ propter malorum superbiam clamant, iam supra dictum est, eo versu quo dicitur: Propter multitudinẽ violentorũ clamabũt. Aliquid ergo nobis hoc versu innuitur, quod paulò subtilius attendatur, quia sæpe oppressi quidã dũ clamauerint, ex se quidẽ merentur audiri, sed tamen eorum desideria propter opprimentium superbiã differuntur. Iustus quippe deus, & suos permittit temporaliter opprimi, & violentorum malitiã nequiter augeri: vt dũ horũ vita in purgatione teritur, illorum nequitia consummetur. Caput. XV.

Psalm. 68.

PLerunq; verò accidit, vt iusti in tribulatione deprehensi supernum solatium, etiam temporaliter percipiant: quod tamen non temporaliter implorant. Saluari enim non propter se, sed propter aduersariorũ salutẽ concupiscunt: vt dũ illos omnipotens deus ab immensis periculis facto quodam miraculo liberat: virtutem suam ipsis etiam persecutoribus innotescat: atq; inde aduersarios ad ęternitatem redimat, vnde suos temporaliter saluat: sicut propheta quoque vocem martyrum suscipiens, ait: Propter inimicos meos eripe me. Ac si diceret: Propter me quidem eripi de temporali tribulatione non appeto, sed tamen eripi propter aduersarios meos concupisco: vt dum mea vita saluari mirabiliter cernitur, ipso miraculorum visu inimicorum duritia cõuertatur. Sicut ergo sæpe dominus suorum vitam temporaliter pro inimicorũ cõuersatione

Psalm. 21.

A Hinc eripiuntur sæpe suorum voces propter damnationē per-
sequentium non exaudit, vt videlicet inde reatum suū cumu-
lent, vnde præualuisse se nequiter gaudent. Nam qui inuisibi-
lia despiciunt, moueri nōnunq; visibilibus miraculis possunt.
Sed idcirco cùm iustis plærūque nil mirum visibiliter agitur,
quia eorum aduersarij illuminari visibiliter nō merentur. Di-
catur ergo: Ibi clamabūt, & non exaudiet propter superbiam
malorum. Ac si diceret: Reatus opprimentium audiri voces
prohibet oppressorum. Nec eripiuntur visibiliter iusti, quia
saluari inuisibiliter non merentur iniusti. Vnde rursum per
Psalm. 48. Prophetam dicitur: Cùm viderit sapientes morientes, simul
insipiens & stultus peribunt. Quos enim visibiliter mori con-
spiciunt, inuisibiliter viuere posse non credunt: atque eo rea-
tum infidelitatis suæ cumulant, quo visa morte fidelium de æ-
ternitate desperant. Igitur violenti quique inde interius defi-
ciunt, vnde contra vitam innocentium exterius conualescunt:
tantoque illos intima veritas à se foras eiicit, quanto eos con-
Peccator peiore vltio ne damna- tur, cùm ei nulla ad- uersitate re- sistitur. tra suos temporaliter quod volunt posse permittit. Quisquis
itaque bonorum vitam persequitur, tunc peiore vltione dam
natur, cùm nulla ei aduersitate resistitur: & tunc fortioris iræ
periculis subiacet, cùm prospere peragit, quod nequiter con-
cupiscit: quia videlicet vindicta superni iudicij ad futurum eū
suppliciū reseruādo deseruit, cui hìc in malo obuiare contēp-
sit. Hinc enim per Prophetam dominus dicit: Dimisi eos se-
cundum desideria cordis eorum, & ibūt in voluntatibus suis.
B Hinc rursum dicitur: Nō est virga dei super illos. Hinc etiam
Psalm. 80. de ipso eorum capite scriptum est: Faciet & prosperabitur.
Danie. 8. Hinc rursus de eodem dicitur: Et dolus in manu eius dirige-
tur. In manu quippe Antichristi dolus dirigit: quia hoc quod
contra bonos proposuerit, implere temporaliter nulla aduer-
Prouerb. 1. sitate præpeditur. Hinc rursus per Salomonem dicitur: Prospe
ritas stultorum perdet illos.

Caput. XVI.

Perditionis indicium est, quando af- fectatis ini quitatibus subsequens fauet effe- ctus.

MAnifestum ergo perditionis indicium est, quando
affectatis iniquitatibus subsequens fauet effectus: &
nulla contrarietas impedit, quod mens peruersa cō-
cepit. Nam sæpe prauorum hominum dum tardantur, vota
mutantur: & dum difficultatem perfectionis sentiunt, reatum
malæ actionis agnoscunt: & quibus prius inuitis contradici-
tur, volentes postmodum hoc quod conceperant, auersantur.
Quia igitur malos cùm deserit dominus præualere, permittit:
& vnde superborum nequitia perficitur, inde humilium lon-
ganimitas consummatur, dicatur rectè: Ibi clamabunt, & non
exaudiet propter superbiam malorum. Sequitur:

Quòd deus non fruſtra nos audiat, quos ilico non adiuuat, cùm desideria dilatione proficiant, vt exerceatur virtus certamine.

Neque enim fruſtra audiet deus, & omnipotēs singulorum
causas intuebitur.) Notandum quòd duo sunt dicta: quia &
clamantem non fruſtra audit, & tamen quod patitur, respicit,
C & exaudire voces dissimulat: & quod vnusquisque tolerat, nō
Consolatio eorum qui tardius ex- audiuntur. ignorat. Nemo ergo qui tardius auditur, credat quòd à super-
na cura negligatur. Sæpe enim nostra desideria, quia celeriter
non fiunt, exaudiuntur: & quod impleri concitè petimus, ex
ipsa melius tarditate prosperatur. Sæpe vox nostra eo perfici-
tur, quo differtur: & cum superficietenus petitio negligitur,
Similitudo vota nostra altius in cogitationum radice complētur, sicut &
semina messium gelu pressa solidantur: & quo ad superficiem
Profectus dilationis. tardius exeunt, eo ad frugē multipliciora consurgunt. Deside-
ria itaque nostra dilatione extenduntur vt proficiant: profici-
unt, vt ad hoc quod perceptura sunt, conualescant: exercitan-
tur in certamine, vt maioribus cumulentur præmiis in retribu
tione: labor protrahit pugnæ, vt crescat corona victorię. Suos
ergo dominus cùm velociter non exaudit, quo repellere cre-
ditur, trahit. Internus quippe est medicus, & peccatorū in no-
bis contagia quæ inesse medullitus reprobat, secat, abscindit
Psalm. 21. virus putredinis ferro tribulationis: & quo voces ægri audire
dissimulat, eo ægritudinis finem procurat. Hinc enim prophe
ta ait: Deus meus clamabo per diem, & nō exaudies: & nocte,
& non ad insipientiam mihi. Ac si diceret: Nequaquam mihi
ad insipientiam proficit, q̄ die ac nocte clamantem me conti-
nuo non exaudis: quia vnde me in tēporali tribulatione quasi
deseris, inde ad ęternam sapiętiam plus erudis. Hinc etiam di-
cit: Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Tribulatio- D
nem quippe dicturus, opportunitatem præmisit, quia sæpe & *Psalm. 9.*
tribulatione conterimur: & tamen opportunum nondum est,
vt desiderio ereptionis adiuuemur. Dicat ergo: Neque enim
fruſtra audiet deus, & omnipotēs singulorū causas intuebitur.

Caput. XVII.

SEd quia plærunque nonnulli ab ipsa adiutorij tarditate
franguntur, aptè subiungit:

Quòd qui facta sua discutit & diiudicat, etiam si quasi non con- siderans de tribulatione, non statim eum deus eripiat, nequaquam tamen de clementia diuina desperet.

Etiam cùm dixeris, non considerat, iudicare coram illo, &
expecta eum.) Fortasse enim dum clamor noster quasi negli-
gitur, spes quæ cordi inerat, infirmatur, & superna adiutoria
desutura credimus: quia tardius impetramus, ac penè inconsi-
derata deo esse ingemiscimus, quæ inulta toleramus. Sed cum
Spes infir- ma quomo- do firmet. ista nos desperationis procella conturbat, concussa mens ci-
tius in portum spei se collocat, si causas suas cum domino sub-
Concussa mens citius in portum spei se collo cat, si cau- tiliter pensat, si bona eius ad memoriam reuocat: si mala quæ
bonis eius reddidit, apud semetipsam callide non excusat: si
perpendit quid ab eo iustè meruit, & quid clementer accepit,
si vitam suam viuaciter discutit: si ante dei oculos omne quod
agit examinans semetipsam sibimet non abscondit, si factam E
sas suas cū domino subtiliter pensat. se quæ non erat, meminit: si illuminatam se atque subleuatam
quę in tenebris iacebat, agnoscit. Hæc ergo in semetipsa cun-
cta recolligens, dum bona accepta considerat, aduersa quæ to
lerat non accusat: nec desperatione frangitur, quæ tantorum
munerum consolatione roboratur: quia spem de futuris reci-
pit, dum transacta beneficia recognoscit. Dicat itaque: Etiam
cùm dixeris, non considerat, iudicare coram eo, & expecta eū.
Ac si diceret: Cùm idcirco deus considerare nō creditur, quia
tarde miseretur, intima cogitationis ingredere, atque illic co-
ram eius oculis causæ tuæ iudicium suscipe: & quæ ipse viuen
do contulisti, vel quæ misericorditer percepisti, discerne: &
tunc ad spei fiduciam redis, dum bona tantę benignitatis eru-
bescis: quatenus inter aduersa fidenter expectes, quem & post
delicta propitium recolis. Speranda enim fuerant superna ad-
iutoria, etiam si nulla beneficia præcessissent. Sciendumque, *Deus hoīem quem beni- gnè condi- dit, iniquè nō spernit.*
quia deus hominem quem benigne condidit, iniquè nō sper-
nit. Pensandum est igitur quanti est periculi transacta mune-
ra cernere, & futura desperare, quanti est periculi si in hac pro-
cella tribulationum, desperationis naufragio frangimur, qui
ad portum spei velut immensis funibus præteritis donis liga-
mur. Dicatur itaq; rectè: Iudicare coram deo, & expecta eū.
Nam qui semetipsum coram deo non iudicat, eum dum affli-
gitur, non expectat. Cuius enim bona præcessisse dissimulat, *Qui semet- ipsum corā deo non iu- dicat: eum dū affligit non expe- ctat.*
adiutoria subsequi posse desperat: & cùm præteritorum obli-
uiscitur, etiam subsequentium largitate fraudatur. Sed ecce dū
nos affligimur, dum consolationis gratiam longanimiter sus-
tinemus, mali ad peiora prorumpunt: atque eo iniquitatis ag
gregatione proficiunt, quo sine verbere relinquuntur. Et ta-
men omnipotens deus peccantes misericorditer expectat, tē- F
pus ad pœnitentiam tribuit, quod non conuersis ad grauioris
reatus testimonium vertit, patienter iram retinet, quam quan
doque irretractabiliter effundit. Vnde aptè subiungitur:

Quòd in hoc mundo non omnia impiorum scelera punit deus, quorum tormenta examini supremo reseruat.

Caput. XVIII.

NVnc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur
valde scelus.) Diu quippe deus tolerat, quia imper-
petuum damnat: & furorem nūc inferre dissimulat,
quia effundendum sine fine in posterum seruat. Electorum
nanque est hic conteri, vt ad præmia debeant æternæ hæredi-
tatis erudiri. Nostrum est hic flagella percipere, quibus seruā-
tur de æternitate gaudere. Hinc enim scriptum est: Flagellat
omnem filium quem recipit. Hinc ad Ioannem dicitur: Ego *Apoca. 3.*
quos amo, arguo, & castigo. Hinc Petrus ait: Tempus est vt *1. Petri. 4.*
incipiat iudicium de domo dei. Vbi mox admirando subiun-
git: Si autem primum à nobis, quis finis eorū qui non credunt
dei Euangelio? Peccata quippe nequaquam diuina seueritas
inulta remanere permittit: sed iram iudicij à nostra hic corre-
ptione inchoat, vt in reproborum damnatione conquiescat.

Eant

G Eant ergo nunc reprobi,& voluptatum suarum desideria inulta iniquitate consumant: atque eo temporalia flagella non sentiant, quo æterna eos supplicia expectant. Bene autem inulta eorum nequitia Cham peccante signata est, cui à patre dicitur: Maledictus Chanaã puer, seruus erit fratribus suis. Chanaan videlicet Cham filius fuit. Et quid est quod Cham peccante, Chanaan eius filius sententiam vltionis accipit? Quid est quòd non in se, sed in posteritate percutitur: nisi quòd reproborum nequitiæ hic quidem inultæ proficiunt, sed in posterum seruãtur? Dicatur ergo: Nunc enim non infert furorem suum, nec vleiscitur valde scelus. Notandum verò est, quòd subintulit valde: quia etsi quædam longanimiter tolerat, quædam tamen etiam in hac vita flagellat: & hic nonnunquam serire inchoat, quos æterna damnatione consummat. Ergo & nonnulla percutit, & nonnulla inulta derelinquit: quia si nulla resecaret, quis deum res humanas curare crederet? Et rursus: si hic cuncta percuteret, extremũ iudicium vnde restaret? Quædam igitur seriuntur, vt rectoris nostri super nos sollicitudinẽ formidemus: quædam verò inulta seruantur, vt adhuc iudiciũ restare sentiamus. Bene ergo dicitur: Nec vleiscitur valde sceIus: quia dum exiguum quiddam de iniquitate percutitur, inconuersis mentibus æterni iam iudicij sententia propinatur. Totum itaq; hoc ab Heliu rectum dicitur, si rectè diceretur: Scit enim quid loqui debeat, sed cui loquatur, ignorat. Vera sunt nanque quæ dixit, sed à beati Iob increpationibus aliena: quia tanto hac correptione non eguit, quanto nec aliqua H pusillanimitate peccauit.

Gene. 9.

Cur quædã à domino hic seriant, & quædã seruentur inulta.

Caput. XIX.

SEd quia iustis viris solet occasio esse virtutum, elatio superborum, occulto iudicio cum beato Iob agitur: vt post flagella pœnarum, etiam per verba arrogantiũ crescat. Ecce enim tanto magis à superbiæ ministro despicitur, quanto à veritate intrinsecus, id est, humilitatis magistra refo uetur. Nam Heliu postquã tot fortia se dixisse cognouit, quid elationis gestaret aperuit, atque beatum Iob alta de se sentiendo despexit, dicens: Ergo Iob frustra aperit os suum, & absque sciẽtia verba multiplicat. Hęc nimirum inferens, beatum Iob, & nil scisse asserit, & multa dixisse: & cùm ipse quæ sentit, loquaciter inferat, hunc de vitio loquacitatis accusat. Sed hoc quoque esse proprium arrogantium vitium solet: vt & pauca credant, quæ ipsi multa dixerint, & multa credant quæ ipsis pauca dicuntur. Quia enim sua dicere semper volunt, aliena audire non possunt: vim se pati existimant, si ea quæ immoderatè sentiunt, immoderatius non effundant. Et quanuis beatus Iob ad eius verba tacuerit, Heliu tamen de locutione illius quam amicis responderat, causam inuectionis inuenit: vt sibi exhibere latius eius silentiũ possit, atque vt ipse multa respondeat, illum verba multiplicasse confirmat. Nam & mox initia prolixæ locutionis exorditur: & quasi adhuc nil dixerit, in- 1 choare conatur. Vnde subditur:

Caput tricesimumsextum textus libri beati Iob.

ADdens quoq; Heliu hæc locutus est: Sustine me paululum, & indicabo tibi. Adhuc enim habeo quod pro deo loquar. Repetam scientiam meam à principio, & operatorem meum probabo iustum. Verè enim absque mendacio sermõnes mei, & perfecta scientia probabitur tibi. Deus potentes non abiicit, cùm & ipse sit potens, sed non saluat impios, & iudiciũ pauperibus tribuit. Non aufert à iusto oculos suos, & reges in solio collocat in perpetuum, & illic eriguntur. Et si fuerint in catenis, & vinciantur funibus paupertatis, indicabit eis opera eorum, & scelera eorum, quia violenti fuerunt. Reuelabit quoque aurem eorum, vt corripiat, & loquetur vt reuertãtur ab iniquitate. Si audierint & obseruauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria. Si autẽ non audierint, transibunt per gladium, & consumentur in stultitia. Simulatores K & callidi prouocãt irã dei, neq; clamabunt cùm vincti fuerint. Morietur in tẽpestate anima eorũ, & vita eorũ inter effœminatos. Eripiet de angustia sua pauperẽ, & reuelabit in tribulatione aurem eius. Igitur saluabit te de ore angusto latissimè, & non habẽte fundamentum subter se. Requies autem mensæ tuæ erit plena pinguedine. Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumq; recipies. Non te ergo superet ira, vt aliquem opprimas, nec multitudo donorum *inclinet te. Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, & omnes robustos fortitudine. Ne protrahas noctem: vt ascendant populi pro eis. Caue ne declines ad iniquitatem. Hanc enim cœpisti sequi post miseriam. Ecce deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatorib⁹. Quis poterit scrutari vias eius, aut quis audet ei dicere: Operatus es iniquitatem? Memento quòd ignores opus eius de quo cecinerunt viri. Omnes homines vidẽt eũ, & vnusquisque intuetur procul. Ecce deus magnus vincens scientiam nostram. Numerus annorum eius inæstimabilis. Qui aufert stellas pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitũ, qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cũcta desuper. Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum, & fulgurare lumine suo desuper, cardines quoq; maris operiet. Per hęc enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus. Immanibus abscondit lucem, & præcipit ei vt rursus adueniat. Annũciat de ea amico suo quòd possessio eius sit, & ad eam possit ascendere. L

Ad hunc

Caput. XX.

ADdens quoque Heliu, etiam hæc locutus est. Sustine me paululum, & indicabo tibi.) Multa iam dixerat, & sustineri adhuc paululum postulat: quia videlicet arrogantes graue se damnum perpeti iudicant, si sciẽtiam suam loquendi breuitate constringant. Tanto enim semetipsos credunt doctiores ostendere, quanto se potuerint multiplicitate loquacitatis aperire. Sed quia sæpe sibi sentiunt silentij reuerentiam non deferri: domini nonnunquam potẽtiam de quo quasi loquuntur, insinuant, ac sub prętextu illius sibi silentium exigunt, ꝙ minimè merentur: & dum specietenus deum proferunt, auditum sibi ex reuerentia eius exigentes: se studẽt magis ostendere, q̃ illius facta prædicare. Vnde & Heliu subiungit, dicens: Adhuc enim habeo quod pro deo loquar.) Quia verò nõnunquam doctores sancti crebrò repetunt, si qua obscurius dicunt: vt quæ occulta prędicant, auditorum cordibus voce hæc iterationis infundant: plærunque hoc appetunt, etiã arrogantes imitari: & insolenter ea quæ dixerint, replicant, nõ quo auditorum cordibus insinuare res appetant, sed quo eorũ iudicio videri eloquentes volunt. Vnde Heliu subiungẽs, ait: M

Repetam scientiam meam à principio.) Sed quia nomine scientia, tumor cordis in voce clarueratarrogãs aperè cognoscitur, si non citius aliquo velamine pallietur. Vnde mox in occultatione suę arrogantię domini iustitiam subiungens, ait:

Et operatorem meum probabo iustum.) Vt dum quasi pro dei iustitia loquitur, apud humana iudicia quicquid arrogantèr effluit, excusetur. Sequitur: Verè enim absque mendacio sermones mei.) Cùm ab infirmis auditoribus se intelligi non posse conspiciunt, solent plærunque etiam iusti laudare bona quæ dicũt: non quo ipsi suis laudibus inhient, sed quo auditores suos ad audiendi sollicitudinem accendant: vt dum eorum voce proferuntur, ab illorum cordibus ardẽtiori affectu rapiant. Vnde Paulus cùm mira Corinthiis, & multa dixisset, adiũgit: Os nostrum patet ad vos, ó Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Sed arrogantes dum cor bonorum nesciunt, & solas aliquando voces imitantur: efferunt laudando quæ dicunt, nõ quo eis torpor audientium displicet, sed quo sibi inhiãter placent. Iustorum vocem imitantes simulant, sed vim vocis ignorant. Vident quod iusti proferunt, sed nesciunt quid requirũt. Cùm enim sancti doctores laudẽ prædicationis exaltant, quasi manu vocis ab imis cogitationibus corda audientium leuant, vt excussa

vt excussa velociter dictis sequentibus velut in itinere occurrant:& tanto ea intelligentiæ amplexu cõstringant, quãto illa & quasi priusquã cernerent,in voce laudantis amauerant.Sed hæc,vt dixi,arrogantes nesciũt. Quia enim foris est quod appetunt:quid sit intus desiderabile,sentire non possunt.De electorum quippe Ecclesia scriptum est: Omnis gloria eius filiæ regum ab intus. Et sapiẽtes virgines in vasis oleum portare referuntur. Vnde & sanctorum voce dicitur: Gloria nostra hæc est,testimonium conscientiæ nostræ. Arrogantes autem, quia coram deo cõscientiæ suæ testimoniũ nõ habent,querunt coram hominibus testimonium vocis alienæ. Quam cùm tarde reperiũt,ipsi etiã in impudentiã sui fauoris erumpunt.Si enim non inueniunt voces hominum quas inhianter expectãt, ipsi scientiam suam laudantes prædicãt. Vnde & Heliu subdit,dicens: Et perfecta scientia probabitur tibi.) Nimirũ sensit se magna dicturũ: sed tumenti corde hoc ꝙ de semetipso sublimiter æstimauit,tacere nõ potuit:& idcirco quod rectum sensit,laudando præcucurrit.Quia iam quidẽ diuino iudicio reus esset,si magna de se saltem silendo sensisset. Ante subtile enim veritatis examen securi omnimodè nõ sumus: etiam si humano iudicio quod in nobis reprehẽdi debeat,non habemus. Nã plærunque negligentius cogitantes elatione pulsamur, quam tamen tacẽtes premimus. Sed nisi retractatione cõcita tumor occultus in ipso cubili cordis in quo oritur, suffocetur, coram districto iudice omne meritum nostræ actionis extinguitur. Hinc ergo pensandũ est,illa cordis elatio quanta animaduersione damnabitur,quæ vsq; ad audaciam vocis nutritur: si neque hæc est excusabilis,quæ in corde latenter oboritur.Considerandum quoque qualis intrinsecus regnat,quæ eousque seruata est,vt etiã foras erumpere nõ erubescat. Heliu ergo, quia magna sensit,semetipsum humiliter temperare nesciuit, scientiæ celsitudinem tenuit,humilitatis gratiam recusauit: & dum sequitur bonum quo bene dicere appetiit: bonum quo bene viuere potuisset,amisit.Scientia quippe inflat,charitas vero ædificat. Sed iam nunc rectum dicat, quod tamen rectè dicere ignorat. Nam postquã inflatas animi cogitationes per verba elationis exhalauit,fortem sententiam subdidit,dicens:

Psalm.44.

1.Corin.1.

B

C

1.Corin.7.

*al. infra.

Quòd res immensæ virtutis sit in honore premere gloriam & in potentia se nescire esse potentem: & quòd in crimine sit fastus elationis,non ordo potestatis.

Caput. XXI.

DEus potentes non abiicit,cùm & ipse sit potens.) In vsu vitæ mortalis quædam ex semetipsis sunt noxia, quædam vero ex his quæ circa ipsa versantur. Ex semetipsis quædã sunt noxia,sicut peccata atque flagitia. Quædã vero nonnunquam nobis ex his quę circa ipsa sunt,nocent:sicut temporalis potentia,vel copula coniugalis. Bonũ nanque est coniugiũ,sed mala sunt quæ circa illud ex huius mundi cura succrescunt. Vnde Paulus ait: Qui autẽ cum vxore est, cogitat quæ sunt mundi,quomodo placeat vxori. Vnde & quibusdã meliora persuadens,eos à coniugio reuocat,dicens:Hoc autem dico,non vt laqueum vobis iniiciã, sed ad id quod honestum est,& quod facultatem præbeat sine impediméto dominum obsecrandi. Dum ergo tenetur quod nõ nocet, ex rebus iuxtà positis committitur, plerunque quod nocet:sicut sępe rectum, mundũque iter pergimus:& tamen ortis iuxta viã vepribus,per vestimẽta retinemur. In via quidem mũda non offendimus,sed à latere nascitur quo pungamur. Magna est etiam potentia temporalis,quæ habet apud deum meritũ suum de bona administratione regiminis:nonnunquã tamen eoipso quo præeminet cæteris,elatione cogitationis intumescit:& dũ ad vsum cuncta subiacẽt, dum ad votum velociter iussa complẽtur,dum omnes subditi si qua bene gesta sunt, laudibus efferunt:malè gestis autem nulla auctoritate contradicunt,dum plærunque laudant, etiã quòd obiurgare debuerunt, seductus ab his quæ intra* subdũtur,super se animus tollitur: & dũ foris immenso fauore circundatur,intus veritate vacuatur, atq; oblitus sui,in voces se spargit alienas: talemque se credit, qualem foris audit,non qualem intus discernere debuit:subiectos despicit, eosque æquales sibi naturæ ordine non agnoscit: & quos forte potestatis excesserit, trãscendisse se etiam vitæ meritis credit: cunctis se æstimat amplius sapere, quibus se videt amplius posse. In quodam quippe se constituit culmine apud semetipsum:& qui æqua cæteris naturæ conditione constringitur,ex æquo respicere cæteros dedignatur: sicque vsque ad eius similitudinem ducitur,de quo scriptum est: Omne sublime vider,& ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. Et de cuius corpore dicitur: Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in alta surrectæ. Ad eius similitudinem ducitur, qui singulare culmen appetens,& socialem angelorum vitam despiciens,ait: Ascẽdam super altitudinem nubium,similis ero altissimo. Miro ergo iudicio intus foueam deiectionis inuenit,dum foris se in culmine potestatis extollit. Apostatæ quippe angelo similis efficitur, dum homo hominibus esse similis dedignatur:Sic Saul ab humilitatis merito in tumorem superbię culmine potestatis exereuit.Per humilitatem quippe prælatus est,per superbiam reprobatus:domino attestãte, qui ait: Nõne cùm esses paruulus in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israël?Paruulum se ante potestatem viderat, sed fultus temporali potentia,iam se paruulum non videbat. Cæterorum nanq; comparatione se præferens, magnum se apud se esse iudicabat.Miro autẽ modo cũ apud se paruulus,apud dominum magnus: cùm verò apud se magnus, apud dominum paruulus fuit. Magnos nos dominus apud nos esse prohibet, per prophetam dicens:Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Ne magni apud nos esse debeamus,Paulus admonens,ait: Nolite prudentes esse apud vosmetipsos.Plærunque ergo dum ex subiectorum affluentia animus inflatur,in luxum superbiæ ipso potentiæ fastigio lenocinante corrumpitur.Sed aliud est quælibet bona non esse, aliud bona bene habere nescire. Bona nanque est ordine suo potentia,sed cauta regentis indiget vita.Igitur bene hanc exercet, qui & retinere illam nouerit,& impugnare. Bene hanc exercet,qui scit per illam super culpas erigi,& scit cum illa cæteris æqualitate componi. Humana enim mens plærunque extollitur, etiam cùm nulla potestate fulcitur: quanto magis in altum se erigit, cùm se etiam ei potestas adiungit? Et tamen corrigendis aliorum vitiis apta executione præparatur. Vnde & per Paulum dicitur:Minister enim dei est, vindex in iram ei qui malum agit.

D

Iob.41.

Prouer.30.

Esa.14.

E

Roma.13.

Roma.13.

Caput. XXII.

CVm ergo potentiæ temporalis ministerium suscipitur, summa cura vigilandum est, vt sciat quisque & sumere ex ea quod adiuuat, & expugnare quod tentat: & æqualem se cum illa cæteris cernere, & tamen se peccantibus zelo vltionis præferre. Quã discretionẽ plenius cognoscimus, si etiã potestatis Ecclesiasticæ exempla cernamus. Petrus nãq; auctore deo, Ecclesię principatum tenens:à bene agente Cornelio,& sese ei humiliter prosternente,immoderatius venerari recusauit,seque illi similem recognouit,dicens: Surge ne feceris,& egoipse homo sum.Sed cùm Ananiæ & Saphiræ culpam reperit,mox quanta super cæteros potentia excreuisset, ostẽdit. Verbo enim eorum vitã perculit,quam spiritu perscrutãte deprehẽdit:& summũ se intra Ecclesiã cõtra peccata recoluit, quod honore sibi vehementer impenso,coram bene agẽtibus fratribus non agnouit. Illic cõmunionem æqualitatis meruit sanctitas actionis,hic zelus vltionis ius aperuit potestatis.Paulus bene agentibus fratribus prælatum se esse nesciebat, cùm diceret:Non quia dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri.Atque ilico adiunxit: Fide enim statis.Ac si diceret: Ideo non dñamur fidei vestræ:quia fidestatis. Aequales enim vobis sumus,vbi vos stare cognoscimus. Quasi prælatum se fratribus esse nesciebat,cùm diceret:Facti sumus paruuli in medio vestrum,&: Nos autem seruos vestros per Iesum Christum. Sed cùm culpam quæ corrigi debuisset, inuenit:ilico magistrum se esse recoluit,dicens:Quid vultis? In virga veniam ad vos?Summus itaque locus bene regitur, cùm is qui præest, vitiis potius quàm fratribus dominatur. Cunctos quippe natura æquales genuit. Vt autem alij ad regendum aliis committantur, non eos natura, sed culpa posiponit. Vitiis ergo se debent rectores erigere, quorum & causa præferuntur, & cùm delinquentes corrigunt, sollicitè attendant, vt per disciplinam culpas quidem iure potestatis feriant, sed per humilitatis custodiam æquales se ipsis fratribus qui corriguntur, agnoscant. Quanuis plærunque etiam

F

Aƈto.10.

Ibidem.15.

1.Corin.1.

1.Thes.2.

2.Cor.4.

1.Corin.4.

G dignum est,vt eosdem quos corrigimus, tacita nobis cogitatione præferamus. Illorum nanque per nos vitia disciplinæ rigore feriuntur,in his verò quæ ipsi cõmittimus, ne verbi quidem ab aliquo inuectione laceramur. Tanto ergo apud dominum obligatiores sumus,quanto apud homines inultè peccamus.

Caput. XXIII.

DIsciplina autem nostra subditos tanto diuino iudicio liberiores reddit, quanto hic eorum culpas sine vindicta non deserit. Seruanda itaque est & in corde humilitas,& in opere disciplina. Atque inter hęc solerter intuendum,ne dum immoderatius custoditur virtus humilitatis,soluantur iura regiminis, & dum prælatus quisque plus se quàm decet,deiicit:subditorum vitam stringere sub disciplinæ vinculo non possit. Teneamus ergo exterius quod pro aliorum vtilitate suscipimus:teneamus interius quod de nostra æstimatione sentimus. Sed tamen decenter quibusdam erumpẽtibus signis tales nos apud nos esse ipsi nos etiam qui nobis cõmissi sunt,non ignorent: vt & de auctoritate nostra quod formident,videant:& de humilitate quod imitentur,agnoscant. Seruata autem auctoritate regiminis, ad cor nostrum sine cessatione redeamus,& consideremus assiduè quòd sumus æqualiter cum cæteris conditi, non quòd temporaliter cæteris prælati. Potestas enim quanto exterius eminet, tanto premi interius debet,ne cogitationem vincat,ne in delectationem sui animum rapiat,ne iam sub se mens eam regere non possit: cui se libidine dominandi supponit. Benè Dauid regni potẽtiam

H regere nouerat, qui elationem eiusdem pótentiæ semetipsum premendo vincebat, dicens: Domine non est exaltatum cor meum; Quique in eius humilitatis augmento subiungit: Neque elati sunt oculi mei. Atque addidit: Neque ambulaui in magnis. Et adhuc subtilissima semetipsum inquisitione discutiens ait: Neque in mirabilibus super me. Omnesque etiã cogitationes suas à fundo cordis exhauriens,subiungit dicens: Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam. Ecce humilitatis hostiam ab intimo cordis oblatam, crebrò replicat,& iterum atque iterum confitendo offerre non cessat: eãq; multipliciter loquẽs,iudicis sui oculis ostentat. Quid est hoc? Et quomodo istud sacrificium deo placere cognouerat,quod in conspectu eius tanta iteratione vocis immolabat? nisi quòd vicina esse superbia potentibus solet, & penè semper rebus affluentibus elatio sociatur, quia & sæpe humoris abundantia duritiam dat tumoris.

Psalm.130.

Caput. XXIIII.

MIrum verò valde est cùm in cordibus sublimium regnat humilitas morum. Vnde pensandum est: quia potentes quique cùm humiliter sapiunt, culmen extraneæ & quasi longè positæ virtutis attingũt,& rectè hac virtute dominum quantotius placeant: quia illud ei sacrificium

I humiliter offerunt,quod potentes inuenire vix possunt. Subtilissima nanque ars viuendi est culmen tenere, gloriam premere,esse quidem in potentia,sed potentem se esse nescire: ad largienda bona potentem se cognoscere,ad rependẽda noxia omne quod potenter valet ignorare. Rectè itaque de talibus dicitur: Deus potentes non abiicit,cùm & ipse sit potens. Deũ quippe imitari desiderat,qui fastigium potentiæ alienis intentus vtilitatibus,& nõ suis laudibus elatus administrat,qui prælatus cæteris prodesse appetit,non præesse. Tumoris nanque elatio,non ordo potestatis in crimine est. Potentiam deus tribuit,elationem verò potentiæ malitia nostræ mentis inuenit. Tollamus ergo quod de nostro contulimus, & bona sunt quæ deo largiente possidemus. Quia enim nequaquam iusta potentia,sed actio praua damnatur,aptè subiungitur:

Subtilißima viuendi ars.

Quòd alij iudicentur & pereant, alij non iudicentur & regnent.

Sed non saluat impios,& iudiciũ pauperibus tribuit.) Scriptura sacra plærunque pauperes humiles vocare cõsueuit. Vnde in Euãgelio cum adiectione spiritus nominantur, dum dicitur: Beati pauperes spiritu quoniã ipsorum est regnum cœlorum. Quos enim diuitiæ visibiliter potentes ostendũt, apud semetipsos pauperes sunt,qui elati in suis conscientiis nõ sunt. Eos vero impios vocat, qui aut à fidei pietate disiuncti sunt, aut in hoc quod fideliter credunt, prauis sibi moribus contradicunt. Quia ergo omnipotens deus malitiæ superbiam, non potentiæ celsitudinem damnat,postquam dictũ est. Deus potentes nõ abiicit,cùm & ipse sit potens,rectè subiungitur: Sed nõ saluat impios,& iudiciũ pauperibus tribuit,id est,elatos destruit,humiles vero per iudiciũ liberos reddit. Vel certè iudiciũ pauperibus tribuit:quia hi qui nũc nequiter opprimuntur, ipsi tunc super oppressores suos iudices veniunt. Duę quippe sunt partes,electorum scilicet atque reproborum. Sed bini ordines eisdẽ singulis partibus cõtinentur. Alij nanq; iudicantur & pereunt,alij nõ iudicantur & pereunt. Alij iudicantur & regnant,alij nõ iudicantur & regnãt. Iudicantur & pereunt, quibus dominica voce in damnatione dicitur: Esuriui, & nõ dedistis mihi mãducare:sitiui,& nõ dedistis mihi potum: hospes eram,& nõ collegistis me:nudus,& nõ operuistis me: ægер & in carcere,& nõ visitastis me. Quibus præmittitur: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Alij verò in extremo iudicio non iudicantur & pereunt, de quibus Propheta ait: Non resurgunt impij in iudicio: & de quibus dominus dicit: Qui autem non credit, iam iudicatus est: & de quibus Paulus ait: Qui sine lege peccauerunt,sine lege peribunt. Resurgunt ergo etiã omnes infideles, sed ad tormentum,nõ ad iudicium. Non enim eorũ tunc causa discutitur:quia ad cõspectum districti iudicis iã cum damnatione suæ infidelitatis accedunt. Professionem verò fidei retinentes,sed professionis opera non habẽtes, redarguuntur vt pereant. Qui vero nec fidei sacramenta tenuerunt,increpationem iudicis in extrema examinatione non audiunt: quia prę-

L iudicati infidelitatis suæ tenebris, eius quem despexerant inuectione redargui non merentur. Illi saltem iudicis verba audiunt:quia eius fidei saltem verba tenuerũt. Isti in damnatione sua æterni iudicis nec verba percipiunt: quia eius reuerentiam nec verbotenus seruare voluerunt. Illi legaliter pereunt: quia sub lege positi peccauerunt,istis in perditione sua de lege nihil dicitur:quia nihil legis habere conati sunt.

Mat.5.

Caput. XXV.

PRinceps nanque terrenam rem-publicam regens, aliter punit ciuem interius delinquẽrem, atque aliter exterius hostem rebellantem. In illo iura sua consulit, eũque sub verbis dignę inuectionis addicit:cõtra hostem vero bella mouet,instrumenta perditionis exercet,dignaq; eius malitiæ tormenta retribuit,de malo vero eius quid lex habeat,non requirit. Neque enim lege necesse est perimi, qui lege nũquàm potuit teneri. Ita ergo in extremo iudicio & legalis illũ inuectio percutit,qui ab eo quod professione tenuit, actione declinauit,& iste sine iudicij inuectione perimitur, qui lege fidei non tenetur. Ex electorum vero parte alij iudicantur & regnant, qui vitæ maculas lachrymis tergunt, qui mala præcedentia fi- M ctis sequentibus redimentes, quicquid illicitum aliquando fecerunt,ab oculis iudicis eleemosynarũ superductione cooperiunt. Quibus iudex veniens in dextera consistentibus dicit: Esuriui, & dedistis mihi manducare:sitiui,& dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me:nudus, & operuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. Quibus præmittit,dicens: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à cõstitutione mundi. Alij autem non iudicantur & regnant: qui etiam præcepta legis perfectione virtutum transcendunt, qui nequaquam hoc solum quod cũctis diuina lex præcipit,implere cõtenti sunt,sed præstantiori desiderio plus exhibere appetunt, quàm præceptis generalibus audire potuerunt. Quibus dominica voce dicitur: Vos qui reliquistis omnia,& secuti estis me, cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super duodecim thronos,iudicantes duodecim tribus Israël. Et de quibus propheta ait: Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Et de quibus Salomon cùm de sanctæ Ecclesiæ sponso loqueretur,intulit dicẽs: Nobilis in portis vir eius, quãdo sederit cum senatoribus terræ. Hi itaq; in extremo iudicio non iudicantur,& regnãt:quia cum auctore suo etiam iudices veniunt. Relinquentes quippe omnia plus prompta deuotione executi sunt,quam iubere generaliter audierunt. Speciali nanque iussione paucis perfectioribus,& non generaliter omnibus dicitur hoc quod adolescens dives audiuit: Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cœlo,& veni,& sequere me. Si enim sub hoc præcepto cunctos

cunctos iuſto generalis aſtringeret, culpa profecto eſſet aliquid nos de hoc mundo poſsidere. Sed aliud eſt quod per ſacram ſcripturam omnibus generaliter præcipitur: aliud quod ſpecialiter perfectioribus imperatur. Hi ergo rectè ſub generali iudicio non tenentur, qui & præcepta generalia viuendo vicerunt. Sicut enim non iudicantur, & pereunt: qui ſuadente perfidia legem tenere contemnunt, ita non iudicantur & regnant, qui ſuadente pietate etiam vltra generalia diuinæ legis præcepta proficiunt. Hinc eſt quòd Paulus etiã ſpecialia præcepta tranſcendẽs, plus opere exhibuit quàm inſtitutione permiſsionis accepit. Cùm enim accepiſſet vt Euangelium prædicans, de Euangelio viueret, & Euangelium audientibus cõtulit, & tamẽ Euãgelij ſumptibus ſuſtentari recuſauit. Cur ergo iſte iudicetur, vt regnet, qui minus quod ſeruaret, accepit: ſed maius quod viueret, inuenit? Dicatur igitur rectè: Iudiciũ pauperibus tribuit: quia quanto huic mundo magna humilitate deſpecti ſunt, tanto tunc acceptis ſedibus maiore culmine poteſtatis excreſcunt. Vnde & ſequitur:

Quòd ſanctos in perſecutionibus & laboribus tunc maximè dominus videt cùm eorum patientia delectatur.

Non aufert à iuſto oculos ſuos, & reges in ſolio collocat imperpetuum, & illic eriguntur.) Abſtuliſſe enim à iuſtis oculos
B ſuos fortaſſe dominus creditur: quia iniuſtorum crudelitatibus hic ſine vindicta lacerantur, ſed famulos ſuos tunc magis reſpicit, cùm iniuſtè eos nequitia perſequentis affligit. Videns enim quid hic humiliter tolerẽt, nimirum iam præuidet quid illic eis miſericorditer recompenſet. Non ergo aufert à iuſto oculos ſuos. Ecce iſte humiliter ingemiſcit, ille ſuperbit & nequiter floret. Iſte cor conterit, ille ſe de gloria iniquitatis extollit. Horum ergo quis diuinis obtutibus longè eſt, qui iniuſtitiam pertulit: an qui eam patientibus irrogauit, qui ſupernam gratiam inter mœroris tenebras tenuit: an qui inter exteriora gaudia lumen iuſtitiæ intus amiſit?

Caput. XXVI.

BEne autem ſancti viri ſcripturæ ſacræ teſtimonio reges vocantur: quia prælati cunctis motibus carnis, modo luxuriæ appetitum frenant, modo æſtum auaritiæ temperant, modo gloriam elationis inclinãt, modo ſuggeſtionem liuoris obruunt, modo ignem furoris extinguunt. Reges ergo ſunt: quia tentationum ſuarum motibus non conſentiendo ſuccumbere, ſed regendo præeſſe nouerũt. Quia igitur ab hac poteſtate regiminis ad poteſtatem tranſeunt retributionis, dicatur rectè: Reges in ſolio collocat imperpetuum. Semetipſos enim regendo, ad tempus fatigati ſunt, ſed in regni erectionis internæ ſolio in perpetuum collocantur, & eo illic accipiunt
C alios dignè iudicare, quo hic neſciunt ſibimetipſis nequiter parcere. Hinc enim aliàs dicitur: Donec iuſtitia conuertatur in iudicium. Paulus de ſe ſuiſque conſortibus dicit: Vt nos efficeremur iuſtitia dei in ipſo. Iuſtitia ergo in iudicium vertitur: quia hi qui nunc iuſtè atque irreprehẽſibiliter viuunt, tũc iudicandi potentiam nanciſcuntur. Hinc Laodiciæ Eccleſiæ dominus dicit: Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut & ego vici, & ſedi cum patre meo in throno eius. Vincens dominus in throno cum patre ſediſſe ſe aſſerit: quia poſt paſsionis certamina, poſt reſurrectionis palmam, clarius ſe omnibus quòd poteſtati patris eſſet æqualis indicauit, eiq́ue ſe non diſparem calcato mortis aculeo innotuit. Vnde & Mariæ necdum credenti ſe patri ſimilem dicit: Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrem. Nobis enim in throno filij ſedere, eſt ex eiuſdem filij poteſtate iudicare.

Pſal. 93.
2. Cor. 5.
Iuſtitia cõuertitur in iudicium.
Apoc. 3.
Ioan. 20.

Caput. XXVII.

QVia enim iudicij principatũ ex eius virtute percipimus, velut in throno eius reſidemus. Nec abhorret à vero quòd aliàs ſuper duodecim thronos venturos teſtatur eſſe diſcipulos, hic vero in throno ſuo perhibet eſſe ſeſſuros. Per thronos quippe duodecim vniuerſale iudicium, per thronum vero filij ſingulare culmen iudiciariæ poteſtatis oſtẽditur. Hoc ergo duodecim thronis, quod vno throno filij deſignatur: quia videlicet vniuerſale iudiciũ, ex mediatoris noſtri interuentione percipitur. Dicatur ergo: Reges in ſolio collocat in perpetuũ. Apte autẽ in perpetuum ſubdens: apertè quid dicat, inſinuat. Si enim de terreni regni ſolio diceret, nullatenus in perpetuum ſubdidiſſet: quia quiq; D illud arripiunt, profecto non in eo in perpetuum, ſed temporaliter collocantur. Bene autem ſubdidit: Et illic erigũtur. Ac ſi intentioni audientis innueret dicens. Quia qui hic humiliati ſunt, illic eriguntur. Sanctis nanque viris iſte locus humilitatis eſt, vt ille ſit celſitudinis. Vnde aliàs ſcriptum eſt: Humiliaſti nos in loco afflictionis. Locus quippe afflictionis eſt *Pſal. 43.* vita præſens. Qui ergo ad æternam patriam tendunt, nunc ſemetipſos temporaliter in afflictionis loco deſpiciunt, vt tunc in loco gaudij veraciter ſublimentur. Sequitur:

Quòd ſancti cùm huius mundi habitationem, quaſi catenas & vincula ſua perfectè oderint, tunc maximè intelligunt quales eſſent, cùm mundum amarent.

Et ſi fuerint in catenis, & vinciãtur funibus paupertatis, indicabit eis opera eorũ & ſcelera eorum: quia violẽti fuerint.) Catenæ obligationis ſunt, ipſa adhuc retẽtio peregrinationis. Ligatum ſe his catenis Paulus aſpexerat, cùm dicebat: Deſiderium habens diſſolui, & cum Chriſto eſſe. Paupertatis funi- *Philip. 1.* bus vinctum ſe eſſe cernebat, quãdo veras diuitias intuens, eas etiam diſcipulis enarrabat, dicens: Vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius, quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis. Bene *Epheſ. 1.* autem poſt iſta ſubditur: Indicabit eis opera eorum & ſcelera eorum, quia violenti fuerint. Cùm enim ſupernam gloriã magis amãdo cognoſcimus, tunc mala quæ egimus, grauiora fuiſſe ſentimus. E Vnde & Paulus poſt perceptam gratiam ſupernorum, ea quæ in ſe ſtudia virtutum crediderat fuiſſe, iã ſcelera cognoſcebat, dicẽs: Qui prius fui blaſphemus & perſecutor *1. Tim. 1.* & contumelioſus, ſed miſericordiã conſecutus ſum: quia ignorãs feci in incredulitate. Vel certè: Sed quæ mihi fuerũt lucra, *Philip. 3.* hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta. Vnde & aptè ſubditur: Reuelabit quoque aurem eorum vt corripiat, & loquetur, vt reuertantur ab iniquitate.) Aurem ab iniquitate *Aurem reuelare.* reuelare, eſt intellectum cognitionis aperire. Reuelata verò aure vnuſquiſque corripitur, quando intrinſecus æternorum bonorum deſiderium percipit, & quæ mala extrinſecus perpetrauit, agnoſcit. Poteſt vero in catenis & funibus paupertatis, pœna etiam temporalis afflictionis intelligi: quia ſæpe qui iubentis verba non audiunt, ferientis verberibus admonentur, vt ad bona æterna ſaltem pœnæ trahant, quos præmia nõ inuitant. Vnde per Prophetam dicitur: In chamo & freno ma- *Pſal. 31.* xillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te. Si verò etiam flagella deſpiciunt, conſtat nimirũ quòd tanto illic grauioris vindictæ ſupplicia ſentiant, quanto hic maioris prouidentiæ gratiam calcant. Vnde & ſequitur: Si audierint & obſeruauerint, complebunt dies ſuos in bono, & annos ſuos in F gloria. Si autem non audierint, tranſibunt per gladium, & cõſumentur ſtultitia.) Per bonum recta actio, per gloriam verò *Qui obedire præceptis cœleſtibus ſtudẽt, dies ſuos in bono cõplent, &c.* ſuperna retributio deſignatur. Qui ergo obedire præceptis cœleſtibus ſtudent, dies ſuos in bono complent, annos in gloria: quia & curſum præſentis temporis in recto opere, & conſummationem ſuam perficiũt fœlici retributione. Si verò nõ audierint, tranſibunt per gladiũ, & conſumentur ſtultitia: quia & vindicta eos in tribulatione percutit, & finis in fatuitate concludit.

Caput. XXVIII.

SVnt enim nonnulli, quos à perditis moribus nec tormẽta compeſcunt. De quibus per prophetam dicitur: Per- *Hier. 5.* cuſsiſti eos, nec doluerunt, flagellaſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam. Et de quibus ſub Babylonis ſpecie dicitur: Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata. De quibus *Hier. 51.* rurſum dicitur: Interfeci & perdidi populum meum, & tamen *Hie. 15.* à viis ſuis non ſunt reuerſi. Hi nonnunquam deteriores exiſtunt ex verbere: quia pulſati doloribus, aut contumaci pertinacia duriores exiſtunt, aut, quod peius eſt, in blaſphemiæ etiam exaſperationem proſiliunt. Bene ergo dicitur quòd per gladium tranſeunt, & ſtultitia conſumuntur: quia peccata quæ flagellis emendare debuerant, flagellis exaggerant. Et hic nanque pœnas percuſsionis ſentiunt, & illic iuſtæ retributionis ſupplicia non euadunt. Fatuitas quippe ſtultitiæ *Stultorũ fatuitas.* eſt quòd illos ſic iniquitas obligat, vt à culpa eos nec pœna compeſcat. Sequitur:

Quòd hypocritæ nec etiam tunc cùm vincti ad pœnas inferni trahuntur, confiteri peccata ſua hominibus

G *volunt, quæ sciunt tamen deum latere non posse.*

Simulatores & callidi prouocant iram dei.) Cùm simulatores diceret, aptè subiunxit & callidi: quia nisi ingenio calleant, quod videri appetunt, cõgruè simulare non possunt. Sũt enim nonnulla vitia quæ etiam à sensu tardioribus facilè perpetrantur. Elatione nanque intumescere, auaritiæ æstibus inhiare, luxuriæ pulsanti succumbere, etiam quilibet obtusis sensibus potest, simulationis vero falsitatem exequi, nisi qui subtilioris ingenij fuerit, non potest. Quisquis enim talis est, ad custodienda duo videlicet cõtinua obseruatione diuiditur, vt callidè nouerit & occultare quod est, & ostentare quod non est, & vera mala premere, & falsa bona mõstrare: nec se apertè in hoc quod videtur extollere, atque vt maiorem gloriam teneat, sæpe se simulat gloriam declinare. Quia enim ante oculos hominum sequendo eam apprehendere nõ potest, studet plærunque gloriam tenere fugiendo. Hæc itaque simplicibus minimè congruunt: quia si congruunt, iam simplices non sunt.

Irã dei mereri. Irã dei prouocare. Mat. 23.

Bene autem cùm diceret simulatores & callidi, non subdidit, merentur: sed prouocant iram dei. Iram quippe dei mereri, est etiam nesciendo peccare. Prouocare vero est mandatis illius sciendo contraire, scire bonum, sed despicere: facere posse, nec velle. Hi enim perpetratione nequitiæ intrinsecus tenebrescunt, & ostentatione iustitiæ superficietenus dealbãtur. Quibus voce dominica dicitur: Vę vobis scribæ & pharisæi hypocritæ: quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris parent H hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia: ita & vos quidẽ foris apparetis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. Foris ergo ostendendo seruant, quæ viuendo intus impugnant. Intus verò mala cogitantes exaggerant, quæ foris alia superducentes occultant. Ante districtum itaque iudicem excusationem iam de ignorantia habere non possunt: quia dum ante oculos hominum omnem modum sanctitatis ostentant, ipsi sibi sunt testimonio, quia bene viuere non ignorãt. Dicatur igitur rectè: Simulatores & callidi prouocant iram dei. Quid verò eos ad extremum sequatur, adiungit dicens: Neque clamabũt cùm vincti fuerint.) Omnis iniquus qui cùm iniquus sit, sanctus videri non appetit, in flagelli percussione deprehensus, fateri quòd iniquus sit, non erubescit. Qui verò iniqua agẽs, humana de se iudicia sub specie sanctitatis intercipit, etiam cùm flagello percutitur, iniquum se prodere refugit: quia sanctus videri consueuit. Si quando autem grauiter coarctatur, iniquum se vix superficietenus confitetur: quia interna sua detegere, veraci confessione confunditur. Quasi liberi verò sumus, cùm nulla correptione castigamur. Quasi autem vincimur, cùm flagello percussionis astringimur. Vincti igitur tanto clamamus altius, quanto in percussione positi, peccata nostra veraci I us confitemur. Apud aures quippe dei vox valida deuota confessio est. Quia ergo simulatores quosque etiam cùm percussionis flagella corripiunt, ad confessionem simplicem non perducunt, cognosci enim peccatores refugiunt: quia sancti omnium opinione ferebantur: quanuis eos ad extremum iam flagella feriant, quanuis duci se ad æterna supplicia non ignorent, tales tamen cupiunt apud humana iudicia remanere, quales se studuerant semper ostendere. Deprehẽsi ergo etiam flagello percussionis extremæ: quia confessionem puram vel afflicti exerere negligunt, quasi vincti clamare cõtemnunt. Bene ergo dicitur: Neque clamabunt cùm vincti fuerint. Quanuis intelligi etiam aliter potest. Omnis enim qui cùm iniquus sit, dici sanctus ab hominibus non pertimescit, etsi iniquum se tacita cogitatione reprehendit, tamen dum sæpius sanctũ audire se cœperit, hoc quod de se intrinsecus tenebat, amittit. Cor quippe exterius fundit, & quia libenter foris falsum de se testimonium recipit, qualem se intus habeat, nõ requirit. Vnde fit vt vacuæ laudis fomenta etiam cùm defuerint, quærat, & oblitus quod est, appetat videri quod non est.

Caput. XXIX.

IGitur qui tales sunt, dum iustos se ante humana iudicia simulant, dum actiones suas laudibus dignas intuentiũ oculis ostentant, occulta cum eis iustitia agitur: vt quo nituntur foris alios fallere, eo de se intus etiam ipsi fallantur. Nam omnem circa se sollicitæ inuestigationis oculũ perdũt. Vitam enim suam discutere & perscrutari dissimulãt, sed tales se qua- K les audiunt, putant: sanctosque se esse, non quia ita viuunt, sed quia ita dicuntur, existimant. Subtile autem dei iudicium seque ipsos intueri negligunt: quia fidem sui meriti in attestatione ponunt oris alieni. Cùm vero subita percussione feriuntur, iniquos se vel veraciter fateri, vel sicut sunt deprehendere omnino non possunt: quia videlicet sanctos se humana professione crediderunt. Bene ergo dicitur: Nec clamabunt cùm vincti fuerint. Spe enim vacua tales se ante supernum iudicem venire confidunt, quales se hominibus innotuisse cognoscunt, seque ipsos miseri nec inter tormenta deprehendunt, & dũ testimonium falsę laudis aspiciunt, remedium veræ confessionis amittunt. Etiam vincti ducuntur, & non clamant: quia humanæ laudis importunitate superati, sanctos se miseri & cùm in peccatis moriuntur, putant. Quibus bene per prophetam dicitur: Redite præuaricatores ad cor. Si enim ad cor redirent, per *Esa. 46.* exterioris attestationis se verba non funderent. Nam quid vicinius nobis est corde nostro? Quid vicinius nobis est ea re *Nihil nobis vicinius corde nostro & tamen sæpe longe.* quæ intra nos est? Et tamẽ cùm per prauas cogitationes spargitur, à nobis cor nostrum longius euagatur. Longè ergo propheta pręuaricatorem mittit, cùm eum ad cor suum redire cõpellit: quia quo se exterius fudit, eo ad se vnde posset redire vix inuenit. Quia vero simulatorum mens pro eo quòd ab vnæ- L ternitatis intẽtione diuiditur, cogitationum multiplicium inundatione vastatur, rectè subiungitur: Morietur in tempestate anima eorum. Quasi tranquillè nanque videbantur viuere, cùm de sanctitatis curarẽt laude gaudere. Sed tempestate subita eorum anima moritur, quæ humanæ laudis pessima tranquillitate lætabatur. Plærunque subito inopinata tẽpestas omne quòd aër serenus blãditur, immutat: & eo periculum vitari non potest, quo nec potuit præuideri. Vnde simulatores qui vitæ suæ custodiam negligunt, in tempestate mori referuntur. Hinc quippe eos turbo subitus internæ percussionis eiicit, quos arrogantia externi fauoris extollit, & dum amplectuntur in laude quod non sunt, repẽte inueniunt in vltione quod sunt.

Caput. XXX.

BEne autem per Salomonem dicitur: *Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurũ, sic probatur homo ore laudantis.* Laus quippe sua *iustos cruciat, iniquos exaltat.* Sed iustos dũ cruciat, purgat: iniquos dũ lætificat, reprobos mõstrat. Isti enim sua laude pascuntur: quia auctoris sui gloriã nõ requirunt. Illi autẽ qui auctoris gloriam quærunt, sua laude cruciantur, ne non sit intus quod foris dicitur, ne si est etiam quod dicitur, ante dei oculos ipsis fauoribus vacuetur, ne humana laus robur mentis emolliat, eamq; in sui delectatione prosternat, & quæ adiumẽtum debet esse augẽdi operis, iã retributio sit laboris. Cùm verò sua præconia in dei laudẽ tendere sentiunt, ea etiam desiderabiliter amplectuntur. M Scriptum nanq; est: Videant opera vestra bona, & glorificent *Matth.* patrem vestrum qui est in cœlis. Viam se ergo hominibus faciunt, quoties in se aliquid quo deus cognoscatur, ostendunt: quia non student in se humanam laudem figere, sed quærunt eam per se medios ad auctoris gloriam pertransire. Arrogantes autem humanis laudibus mollia corda prostituũt, *quia suis* amoribus corrumpũtur. De quibus aliàs dicitur: *Erunt homi-* *2. Tim. 3.* nes seipsos amantes. Aptè verò hic de hac eorum corruptione subiungitur: Et vita eorum inter effœminatos.) Si enim viriliter viuerent, laus transitoria nulla eos corruptione vitiaret. Vnde electus propheta persuadet dicens: *Viriliter agite, & cõ-* *Psal. 30.* fortetur cor vestrũ. Dicens enim viriliter agite, & cõfortetur cor vestrum, quod ilicò subdidit: quasi sexum cordis munire curauit. Luxurioso quippe mens corrumpitur, si rebus trãsitoriis delectatur. Igitur simulatorũ vita inter effœminatos moritur: quia laudis luxuria corrupta reperitur. Translatione verò alia non habetur: Vita eorum inter effœminatos, sed, Vita eorum vulneretur ab angelis. Vtrunque tamen & si sermone discrepat, ratione concordat: quia effœminatorum vitam angeli vulnerant, dum nuncij veritatis eam iaculis sanctæ prædicationis impugnant. Quia igitur de damnatione reproborum quid agatur, audiuimus: de ereptione humilium quid sequatur, audiamus. Eripiet pauperem de angustia sua.) Pauper de angustia sua eripitur: cùm vnusquisque humilis de hac peregrinationis suæ afflictione liberatur. Nam & assiduis

hic tri-

A ne tribulationibus premitur vt ad requirendum veræ consolationis gaudiũ prouocetur. Vnde & sequitur:& reuelabit in tribulatione aurem eius.) Aurem in tribulatione reuelare, est auditum cordis verberum plagis aperire. Cum enim præcepta despicimus: pia districtione nobiscum agitur, vt flagella timeamus. Aurem itaque cordis tribulatio aperit, quam sæpe huius mundi prosperitas claudit. Per Salomonem nanque dicitur: Auertio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos. Sequitur:

Prouer.1.

Quòd peccatum latum os habeat cùm in ipsum descenditur: latissimum verò cum quis de eo egredi conatur.

Igitur saluabit te de ore angusto latissimè. Omnis qui vitæ viam deserens, in peccatorum se tenebras deiicit: semetipsum quasi in puteum vel foueam mergit. Si verò diutina perpetratione etiam cõsuetudine iniquitatis opprimitur, ne ad superiora iã possit exurgere, quasi angusti ore putei coarctatur. Vnde Dauid propheta sub specie peccantitum exorat dicens: Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundũ, neque vrgeat super me puteus os suum. Quem enim mali operis iniquitas à bona stabilitate commouit, quasi tẽpestas aquæ rapuit: sed si adhuc longua consuetudine non prævaluit, non demersit. Iam in puteũ cecidit, qui hoc quod diuina lex prohibet, perpetrauit. Sed si adhuc longa consuetudo non deprimit, nequaquam os suum puteus coangustauit. Tanto ergo facilius egreditur, quanto minori consuetudine coarctatur. Vnde Hieremias propheta dũ Iudæam iniquitatibus longa consuetudine obnitam fuisse conspiceret, in lamentis suis sub eius specie semetipsum deplorat, dicẽs: Lapsa est in lacũ vita mea, & posuerunt lapidem super me. Caput. XXXI.

Psalm. 68.

Threno. 3.

IN lacum quippe vita labitur, cùm labe iniquitatis inquinatur. Lapis verò superponitur, cùm etiam dura consuetudine mens in peccato deuoratur, vt etsi velit exurgere, iam vtcunque non possit: quia moles desuper malæ consuetudinis premit. Sed quia diuinæ potentiæ subiacet, & post angustiam prauæ consuetudinis ad bonæ actionis amplitudinem reuocatur, idcirco dicitur: Saluabit te de ore angusto latissimè.) Latissimè quippe de ore angusto saluatur, qui & post iniquitatis iugum, ad libertatem boni operis pœnitẽdo reducitur. Quædam nanque quasi conclusionis angustia est, ab opprimente mala consuetudine exurgere velle, nec posse: iam quidem desiderio ad superna tendere, sed adhuc actu in infimis remanere, præire corde, nec tamen sequi opere, atque in semetipso contradictionem perpeti semetipsum. Cùm vero ita tendens anima manu gratiæ exaltãtis adiuuatur, ab angusto ore ad latitudinem peruenit: quia victis difficultatibus, opera bona perficit, quæ concupiscit. Dauid propheta conclusionem angusti oris conspexerat, cum dicebat: Saluã feci̇sti de necessitatibus animã meã, nec cõclusisti me in manus inimici. Latissimè autẽ saluatum se nouerat, cùm subdidit dicens: Statuisti in loco spatioso pedes meos. In spatioso quippe loco pedes stabiliti sunt, quãdo & ad congruẽtia bona tẽdimus, & nulla difficultate præpedimur. Quasi enim per latum locum quo volumus, pergimus: quia nullis obiectis difficultatibus angustamur. Sed hæc Heliu rectè diceret, si beato Iob eius sententia conueniret. Pro culpa enim flagellatũ credidit, & idcirco eum in os angustum cecidisse iudicauit. Quo enim validioribus vidit eum plagis affici, eo deterioribus credidit iniquitatibus prægrauari, profectò nescies quòd flagella eius augmentum essent meriti, non pœna peccati. Cùm vero eum in os angustum cecidisse fateatur, adhuc quasi latius exequitur in quanta Iob profunditate teneatur, dicens: Et non habente fundamentum subter se.) Caput. XXXII.

Psal. 30.

Ibidem.

OMne peccatum fundamentum non habet: quia nõ ex propria natura subsistit. Malũ quippe sine substantia est. Quod tamen vtcunque sit, in boni natura coalescit. Igitur os angustum nullum subter se dicitur habere fundamentum: quia peccati inquinatio subsistendi ius non habet proprium. Quia verò à fundo dicitur fundamentum, possumus etiam fundamentũ pro fundo positum nõ inconuenienter accipere, sicut auditus ab aure dicitur, & tamen plærunque ipsa auris auditus nomine designatur. Cùm ergo diceret os angustum, explere profundi voraginem volens subdidit: Et non habente fundamentũ subter se. Quem enim rapit iniquitas, infernus absorbet. Infernus vero rectè fundum non habere creditur: quia quisquis ab illo rapitur, in immenso profundo deuoratur. Immensam nanque eius explere latitudinẽ volens propheta ait: Dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino. Sicut ergo sine termino dilatatus dicitur, qui ad se plurimos trahit: ita sine fundo altus non incongruè creditur: quia eos quos in se suscipit, quasi in quadam abysso suæ immensitatis absorbet. Itaque cùm diceret: Saluabit te de oré angusto latissimè, aptè subiunxit: Et nõ habente fundamentum subter se. Ac si diceret: De ore angusto saluabit, quod sub se fundum non habet. Quia enim per peccatum tenditur ad infernum, quem à peccato saluat, de ore angusto liberat. Quem verò de ore angusto eripit, ab inferni profundo subducit. Quãuis etiam aliter intelligi potest. Nam sicut qui in puteũ mergitur, putei profundo retinetur, ita eorruens quasi in quodam fundi loco consisteret anima, si semel lapsa in aliqua se peccati mensura retineret. Sed cùm peccato in quo labitur, non potest esse contenta, dum quotidie ad deteriora deiicitur, quasi in puteo quo cecidit, fundum non inuenit quo figatur. Esset enim fundus putei, si fuisset mensura peccati: vnde bene aliàs dicitur: Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit. Redire nãque dissimulat: quia misereri sibi posse desperat. Sed cùm desperãdo amplius peccat, quasi puteo suo fundũ subtrahit, ne vbi retineri possit, inueniat. Sequitur: Requies autẽ mẽsæ tuæ erit plena pinguedine.) Requies mẽsæ est refectio satietatis internæ. Quæ pinguedine plena dicitur: quia in æternæ voluptatis delectatione præparatur. Huius mensæ epulas esuriebat Propheta, cùm diceret: Satiabor dum manifestabitur gloria tua. Huius mensæ pocula sitiebat, dicens: Sitiuit anima mea ad deum viuũ, quãdo veniam & apparebo ante faciem dei? Heliu itaque beatum Iob in temporali verbere, æternorũ volens retributione consolari, quod iure ei debebatur ex meritis, ex semetipso quasi gratuito promittit, dicens: Requies autem mensæ tuę erit plena pinguedine. Sequitur:

Prouer. 18.

Psal. 16.

Psal. 41.

Quòd sancti quasi impij ab hoc mũdo iudicentur, apud deum verò iustitiæ suæ coronam accipiant.

Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumque recipies.) Bonorum causa iustitia est. Quorum causa quasi impij iudicatur: quia eorũ hic iustitia paterno flagello fatigatur: vt ad ampliorem vigilantiam præceptione non solum mandatorum, sed etiam verberum percussione doceãtur. Sed causam iudiciumq; recipiunt: quia ex ea iustitia qua modo viuũt, tunc in culmine iudiciariæ potestatis eniteſcunt, vt tanto tunc potentius cuncta iudicent, quanto nunc in eis subtilius cuncta iudicantur. Hæc Heliu quasi noua spondẽdo intulit, quæ beatus Iob semper credendo stabiliter tenuit. Cap. XXXIII.

HAbent profectò hæc propria omnes arrogantes, vt & malum mentientes exaggerent, & si quod forsitan bonum dicunt, hoc velut incognitũ proferant. Vnde fit vt etiam doctiores se docere audeãt, quia videlicet se scire talia solos putant. Cùm vero ad aliqua consolationis verba descendũt, statim viluisse se æstimãt, & per increpationis tumidæ asperitatem quasi quoddam sibi ingenium reformant, vt qui condescendisse blandimentis visi sunt, exorta subito increpatione timeantur. Vnde & mox Heliu subdidit, dicens:

Arrogãtia proprium.

Quòd qui hominibus placere volunt, crudelitatem indicant & iram, quicquid à doctoribus sanctæ Ecclesiæ zelo agitur disciplinæ, & dum benigni volunt videri, neminem censent severitatis districtione coercendum.

Non te ergo superet ira, vt aliquem opprimas: nec multitudo locorum inclinet te. Depone magnitudinem tuam absq; tribulatione, & omnes robustos fortitudine. Ne protrahas noctem, vt ascendãt populi pro eis. Caue ne declines ad iniquitatẽ. Hanc enim cœpisti sequi post miseriã.) In plærisq; codicibus donorum: in paucis vero sed antiquioribus locorum inuenimus. Sed quia expositione nõ indiget si dicatur, nec multitudo donorum inclinet te: hoc magis exponi placuit, quod cum difficultate aliquantula videtur aperiri. Hæc autem quantæ elationis verba sint, ipse qui ea formauit tumor ostẽdit. Sed quia Heliu arrogantiũ, & beatum Iob tenere typum diximus electorum, si ea subtilius discernimus, etiam nunc

G intra Ecclesiam quomodo arrogantibus congruant demonstramus. Sancti viri aliena opera etiam parua mirãtur, sua verò etiam magna despiciunt. At contrà arrogãtes aliena etiam magna despiciunt, sua vel quæ parua sunt admirantur, & plærunque de suis malis bona æstimant, de alienis autẽ bonis mala sentire non cessant. Nam dum propriam gloriam quærunt, pernicioſẽ studẽt vt quicquid virtutis ab aliis agitur, iniquitatis nota laceretur, & bonæ pondus actionis vertunt in maculam criminis. Sæpe enim cùm vident ab Ecclesia districtè prauos corrigi, quasi queruntur iniustè nocentes affligi, & nitorem disciplinæ eius commutant appellatione nequitiæ. Vnde Heliu figuram arrogantium seruans, beatum Iob quasi admonens ait: Non te ergo superet ira, vt aliquem opprimas.

Caput. XXXIIII.

ARrogantes enim iræ motum deputãt: quicquid à sanctis geritur censura disciplinæ. Et quia humanæ laudis appetitu benigni studẽt semper apparere, nullos censẽt districtione seueritatis corrigendos. Vnde, & à bonis rectoribus, sicut superius dictum est, opprimi æstimant, quos inuitos cernunt à vitiis coërceri. Auctore autem domino, quia in cunctis mundi partibus sancta Ecclesia culmine religionis excreuit, hancipsam temporalem potentiam qua quidem bene vtitur, obtrectando in vitium elationis inflectunt. Vnde Heliu subiungit dicens:

Quòd veneratio sanctis viris impensa non debeat illos in aliquam extollentiam eleuare.

H Nec multitudo locorum inclinet te.) Ac si eidẽ sanctæ Ecclesiæ humilitatem magis inter prospera conseruanti, arrogãtium voce dicatur: Quia vbique fidei reuerentia coleris, caue ne eiusdem reuerentiæ fastibus extollaris. Quosdam quippe conspiciunt qui sub religionis obtentu, vitio elationis intumescunt, & quod in quibusdam iure reprehẽdunt, hoc iniustè ad crimen omnium pertrahũt, nequaquam videlicet perpendentes quòd sint in ea qui & despicientes nouerint perfectè temporalia regere, & amantes æterna plenis desideriis expectare: & dispensationẽ potestatis acceptæ peragere, & humilitatis insitæ ministerium custodire, vt nec humilitatis causã curas suscepti regiminis negligant, nec rursum occasione regiminis in eis humilitas intumescat. Et si quidam fortasse intra ipsam sunt, qui non dei, sed suæ gloriæ sub religionis prætextu deseruiũt, studet tamẽ eos, aut, si valet, districtè corrigere, aut, si non valet, æquanimiter tolerare: & vel corrigẽdo illos quasi filios amplectitur, vel tolerando quasi ab hostibus exercetur. Scit nanque quòd per eorum superbiam laceretur vita iustorum, scit quòd in eius crimen extenditur quicquid talium prauitate peccatur, sed notam alieni criminis sustinere tanto minus metuit, quãto & caput suum talia tolerasse cognoscit. De
Mat.15. *Esaiæ.53.* illo quippe scriptum est: Et cum iniquis deputatus est. De illo rursum dicitur: Lãguores nostros ipse tulit, & dolores nostros
I ipse portauit. Eant ergo arrogantes & æstimatione prauorum vitam mordeant innocentum. Scit enim electorum Ecclesia, & illorum facta, & horum verba tolerare, scit prauorum mentes tolerando conuertere. Qui etsi conuerti nequiuerint: eorũ tamen ignominiã æquanimiter suffert. Perpendit quippe quia ad duplex eius præmium proficit, quòd ex eorum meritis foris despicitur, quorum & intus vita laceratur. Notandum verò quòd non ait: Nec multitudo locorum extollat te: sed ait: Nec multitudo locorum inclinet te. Omnis enim qui tẽporaliter extollitur, eo ipso quo extollitur inclinatur: quia cũ se exterius erigit, intus cadit. Heliu itaq; casum cordis in elatione intuẽs, ait: Nec multitudo locorum inclinet te. Ac si voce arrogãtium sanctæ Ecclesiæ diceretur. Caue ne si vniuersitatis veneratione extolleris, ab interna intentione curueris. Sequitur:

Quòd arrogantes se solos sapientes & dignos honore æstimant, eos vero qui pro patribus in Ecclesia doctores positi sunt, illudũt & quasi idiotas æstimant.

Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, & omnes robustos fortitudine.) Quos alios sanctæ Ecclesiæ robustos accipimus, nisi eos qui ad vincenda mundi huius desideria & cœptis sublimibus & consummatis profectibus conualescunt? Magnitudo itaque eius in robustorum suorum vita consistit, quia tũc gloriosior redditur cùm pro defensione veritatis ad mortẽ vsq; ab electis illius constãti virtute certatur. K Arrogantes igitur vin subductis de hoc mũdo apostolis, subductis ad superna martyribus: quia forasse doctiores valẽtioresque præpositos abũde deesse conspiciunt, quasi solos se remansisse intra Ecclesiam suspicãtur. Vnde dũ se præferunt, ei velut cõsulentes illudunt, dicẽtes. Depone magnitudinẽ tuam absq; tribulatione, & omnes robustos fortitudine. Ac si apertis exprobrationibus dicant: Nequaquã te magnitudinẽ habere cõfidas, quia subductis prioribus patribus, iam nõ habes de quorum vita glorieris. Dicunt hæc profecto, nescientes quia omnipotens deus Ecclesiam suam digna sine administratione non deserit. Nam cum fortes ad præmium vocat, eorum vice debiles ad certamina roborat, cùm illos suscipiendo remunerat, istis laborum vires quas remuneret subministrat. De quibus eidem sanctæ Ecclesiæ dicitur: Pro patribus tuis nati sunt *Psalm.* tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. In virtute quippe antiquorum patrum, hi qui postmodum prælati sunt subrogantur: quia & cùm annosa arbusta succiduntur, in eorum robore tenera virgulta succrescunt. Sed arrogantes viri conualescere non credunt, quos infirmos aliquando nouerant, & permutatos venerari despiciũt, quos despicabiles fuisse meminerunt.

Caput. XXXV.

QVia vero in ea iustiores paucos, iniquos autem numerosiores aspiciunt, sicut & in tritura frugum maior est multitudo palearum, etiã iustorum vitam ex iniquorum æstimatione contemnunt. Vident profecto quòd nonnulli rectores illius tẽporali potestate subnixi, eiusdem potestatis elatione pascuntur. Vident quòd reli- L gionis reuerentiam quam huic mundo patres moriendo seruauerunt, hi exultando in terrenis gaudiis metunt, & perpendunt quidem quia robusti sunt, sed nõ fortitudine. Nam dum temporali potestate fulciuntur, quasi quadam debilitate roborantur. Quanto enim exterius fortes sunt, tanto à cunctis fortitudinis viribus intus inanescunt. Et idcirco ab arrogantibus ei dicitur: Depone robustos fortitudine. Ac si apertè dicatur: Illi tibi veraciter robustè inhæserant, qui in te hoc quod docendo locuti sunt, viuendo tenuerunt: nunc verò hi qui tibi præsident, visione robusti sunt, non fortitudine, quia honorabiles quidem se ostentare non desinunt, sed tanto imbecilliores & contemptibiliores sunt, quanto honoris sui gloriam despici pro veritate pertimescunt. Quod arrogantes quidem de plærisque veraciter sentiũt, sed eo in elationis vitium corruũt, quo omnes quos præesse conspiciunt, tales arbitrantur. Neq; enim debet plurimorum malum tendere in æstimationem cũctorũ: quia etsi iniqui sunt quos cognoscentes diiudicãt, nonnulli tamen sancti sunt quos ignorant. Trituræ quippe tempus est, & adhuc grana sub paleis latent. Nullus ergo ex area fructus expectabitur, si hoc solum in ea esse creditur quod superficietenus videtur. Igitur quia quos cernunt, despiciunt: & M in antiquorum patrum ordinibus hos quos norunt subrogari contẽnunt, aptè subiungitur: Ne protrahas noctem, vt ascẽdant populi pro eis.) Ac si apertè arrogantes dicant: Ignorantiæ tuæ obscuritate non agas, vt in loco fortium numerositatem subroges infirmorum. Populi quippe nomine designantur, qui quasi vulgari consuetudini dediti, in cunctis quæ appetunt, passim viuunt. Noctem verò protrahere, est vt pro robustis populi ascendant, si per negligentiam agitur, vt doctorum & fortium loca indocti ac debiles sortiantur. Populi pro robustis ascendunt: quando hi qui viuere iniquè didicerunt, pastorum locum percipiunt. Quod rectè quidem dici poterat, si humiliter diceretur. Arrogantes enim etiam cùm bona admonent, superstitionis suæ vitium exercẽt. Nam plus, sicut & superius dictum est, increpando ferire appetunt, quàm consolãdo refouere. Vnde mox subiungitur: Nec declines ad iniquitatem, hanc enim cœpisti sequi post miseriam.) Hoc profectò arrogantes Ecclesiæ miseriam vocant, quòd despectam deo eius multitudinem suspicantur, & eo illam altiori elatione contemnunt, quo & despectam deo funditus suspicantur. His igitur figurata expositione transcursis, iam nunc inferenda sunt quæ moraliter sentiuntur, vt figura Ecclesiæ cognita, quam expressam generaliter credimus: audiamus etiã quid ex verbis in singulis specialiter colligamus. Ait itaque:

Caput. XXXVI.

Non te ergo

NOn te ergo ſuperet ira, vt aliquem opprimas.) Omnis per quem neceſſe eſt aliena vitia corrigi, ſemetipſum prius debet ſolerter intueri, ne dum aliorum culpas vlciſcitur, ipſe vlciſcendi furore ſuperetur. Plerunque enim mentem ſub obtentu iuſtitiæ, iræ immanitas vaſtat, & dum ſe quiſque zelo rectitudiuis, rabiem explet furoris, iuſteque ſe facere æſtimat, quicquid ira nequiter dictat. Vnde & modum ſæpe vlciſcendi tranſgreditur: quia menſura iuſtitiæ non frenatur. Dignum quippe eſt, vt cum aliena corrigimus, prius noſtra metiamur, vt prius mens à ſua accęſione deferueat, prius intra ſemetipſam zeli ſui impetũ tranquilla æquitate componat, ne ſi ad animaduertenda vitia abrupto furore trahimur, peccatum corrigendo peccemus, & qui culpam diiu dicendo inſequimur, immoderatè feriendo ſæuiamus. Non autem iam correctio delinquẽtis, ſed magis oppreſsio ſequitur, ſi in vltione ira vltra quàm culpa meretur, extenditur. In correptione quippe vitiorum ſubeſſe menti debet iracundia, nõ præeſſe: vt executionem iuſtitiæ non dominando præueniat, ſed famulando ſubſequatur, & notũ iudiciũ poſſeſſa impleat, non poſsidens præcurrat. Bene itaq; dicitur: Non te ergo ſuperet ira, vt aliquẽ opprimas: quia videlicet ſi is qui corrigere nititur, ita ſuperatur, opprimit anteq̃ corrigat. Nã dum pluſquã debet, accenditur: ſub iuſtę vltionis obtentu, ad immanitatem crudelitatis effrenatur. Quod plærunque idcirco euenit: quia corda rectorũ minus amori ſunt ſolius creatoris intenta. Nam dum multa in hac vita appetunt, innumeris cogitationibus diſperguntur: & cùm ſubito ſubditorum culpas reperiunt, dignè
B cum deo eas iudicare nequeunt, quia corda ſua in curis tranſitoriis ſparſa, ad diſcretionis culmen colligere repentè nõ poſſunt. Commoti ergo tãto minus ad vlciſcenda peccata libram æquitatis inueniunt, quanto eam tranquillitatis ſuæ tempore non requirunt. Vnde cum Heliu diceret: Non te ſuperet ira, vt aliquem opprimas: quatenus eaſdem cauſas iniuſtitiæ, & irę ſuperantis exprimeret, ilico adiũxit: Nec multitudo locorum inclinet te. In tot quippe locis inclinamur, ĩ quot ſuperuacuis curis extendimur. Nam ſicut locus eſt corporis ſpatium corporale: ita locus eſt mentis vnaquæque intentio cogitationis. Quæ dum huc illucq́ue impellitur, ſi delectatione aliqua cogitationis ſuæ libenter occupatur, velut in quodam loco ponitur vt requieſcat. Nam quotiens victi tædio à cogitatione in cogitationem ducimur: quaſi feſſa mente de loco ad locum migramus. Tot itaque loca culmen mentis inclinant, quot ſubortæ cogitationes vnitatẽ bonæ intentionis diſsipant. Recta etenim mens ſtaret, ſi vni cui debuerat cogitationi ſemper inhæreret. Recta mẽs ſtaret, ſi non ſe innumeris motibus fluxa mutabilitate proſterneret. Sed dum nunc iſta pertractat, nunc ad
C alia labitur, quaſi per locorum multitudinẽ, à ſtatu ſuæ rectitudinis inclinatur, & dum per plura ſe tendit, ab vna cui adhærere debuit, intẽtione ſe deiicit. Qui tamen mutabilitatis vſus ex primæ præuaricationis vitio, iam quaſi in naturam venit. Nam cùm ſtare animus in ſemetipſo nititur, à ſemetipſo aliquo modo etiam neſciendo deriuatur. Humana nanque anima ab vnaquaque re cui intenditur, faſtidio impellente remouetur. Sed dum inhianter cogitãda appetit, & repentè cogitata faſtidit, docet q, aliunde pendet, quæ quolibet poſita non requieſcit. Ad illum quippe ſuſpenſa eſt à quo formata. Et quia ad deum ſolũ appetendũ facta eſt, omne autem quod infra appetit minus eſt, iure ei non ſufficit, quod deus nõ eſt. Hinc eſt q, huc illucq; ſpargitur, & ab vnaquaque re, vt diximus, faſtidio impellẽte remouetur. Delectationis videlicet auida, quærit quo pauſet: vnum vero quem ſufficienter habere poterat, amiſit. Vnde nunc per multa ducitur: vt quia qualitate rerum non poteſt, ſaltem varietate ſatietur.

Quid ſernãdum in correptione vitiorum.

Locus mentis.

Cauſa inſtabilitatis mentis.

Origo mutabilitatis.

Cur anima mouetur à re cui intendit.

Caput. XXXVII.

SAncti autem viri quia cauta ſe obſeruatione cuſtodiũt, ne ab intentione ſua mutabiliter diſſoluantur, & quia idẽ eſſe appetunt, ad cogitationem qua deum diligunt, ſe ſolerter aſtringunt. In contemplatione nanque creatoris hoc accepturi ſunt, vt vna ſemper mentis ſtabilitate perfruantur, nulla eos tunc mutabilitas diſsipat: quia ſcilicet eorum cogitatio ſibimetipſi ſemper indiſsimilis perſeuerat. Hoc ergo cũ labore nunc conantes imitantur, quod pòſt in munere gaudẽtes accipiunt. Cui ſe propheta immutabilitati virtute amoris aſtrinxerat, cùm dicebat: Vnam petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini. Hinc Paulus vnitati intẽtione adhæſerat, dicens: Vnum autem quæ retro ſunt oblitus, ad ea quæ antè ſunt extentus, ſequor ad palmam ſupernæ vocationis Chriſti. Nã ſi quid in eorũ corde humanitus diffluit, mox hoc diſcuſsio ſeuera reſtringit, & cùm quaſi pueriliter cogitatio labitur, iuuenili mox coercitiõe refrenatur. Vnde fit vt ſparſam mentem continuo colligant, & in vna quantũ prę-
D ualent cogitatione componant. Quia igitur ſtatus mentis cogitationum mutabilitate curuatur, rectè ab Heliu dicitur: Nec multitudo locorum inclinet te. Sed ſæpe dũ viri iuſti animus in ipſa intentionis ſuæ arce cõſiſtit, dum ab omni mutabilitatis ſe ſparſione colligit, dũ quicquid in ſe ſuperfluè oboritur, premit, ipſa ſuę rectitudinis gloria tangitur, & in tumore propriæ præſumptionis elenatur. Qui enim magna agit, quanuis de ſe humilia ſentiat, ſcit tamen magna eſſe quæ agit. Nam ſi magna eſſe neſcit, ea proculdubio minimè cuſtodit. Quę dum cuſtodire negligit, aut in eis minus proficit, aut ea funditus amittit. Dũ ergo bona noſtra opera ſcire neceſſe eſt vt cuſtodiamus, ex ipſa eorum ſcientia elationis aditus panditur, & ad operantis cor culpæ manus admittitur, qua vaſtante rapiãtur. Mira autem diſpenſatione agitur, vt conditor noſter ſubleuatum proſperis animum ſubita concuti tentatione permittat: quatenus ſemetipſum in infirmitate verius videat, & ab eo quem de virtutibus ſumpſerat, iam ſeipſo melior elationis faſtu deſcendat. Vnde & bene nunc ſubditur: Depone magnitudinem tuam abſque tribulatione, & omnes robuſtos fortitudine.) Robuſti quippe ſunt motus cordis, cùm nulla niſi quæ
E virtutis ſunt, ſentiunt. Sed magnitudinem & robuſtos motus deponimus, quando pulſante vitio cogimur penſare quid ſumus. Robuſtos motus deponimus, quando iam non de virtute attollimur, ſed in culpa conſentiendo, obrui de ipſa quam patimur infirmitate formidamus. Multum nanq; de ſe animus confidit, quando ſibi ad votum vires ſuppetere conſpicit. Iam ſibi fiduciam ſanctitatis arrogat, iam ſe idoneum etiam ad cũcta virtutum culmina quæ ſola cogitatione conceperit, putat. Sed cùm hunc tentatio ſubito oborta tranſuerberat eas quæ natæ de virtutibus fuerant, elatas cogitationes funditus turbat. Quaſi ſecuram quippe vrbem inopinatus hoſtis ingreditur: & repentino gladio ſuperborum ciuium colla ſeriuntur. Nihil ergo tunc niſi continuus luctus agitur, dum capta vrbs animi: à magnatorum ſuorum gloria cæde interueniente vacuatur. Vnde nunc dicitur: Depone magnitudinem tuã abſq; tribulatione, & omnes robuſtos fortitudine. Ac ſi apertè diceret: Omne quod intrinſecus de bona actione intumueras, reprime, & cordis motus quos ex recto opere robuſtos habueras depone: quia iam in ipſa aduerſitatis tentatione cõſideras, F
quàm fruſtra prius de te magna elatus æſtimabas. Quæ videlicet magnitudo idcirco abſque tribulatione deponenda dicitur, quia nimirum cùm per tentationẽ humilitas proficit, proſpera eſt ipſa aduerſitas quæ mentem ab elatione cuſtodit.

Ps. 26. Philip. 3.

Qui magna agit: ſcit magna eſſe quæ agit.

Ex ipſa ſcientia elationis aditus panditur.

Caput. XXXVIII.

SEd tamen ſine magna tribulatione non agitur, cùm trãquilla mens irruente tentatione quaſi repentino hoſte turbatur. Ipſa nanque tentationis aduerſitas dum ſe mẽti inſerit, quaſdam in illa tenebras gignit, eamq́ue obſcuritate ſuæ amaritudinis turbat, quę apud ſe dudum virtutum dulcedine irradiante claruerat. Vnde & aptè ſubiungitur: Ne protrahas noctem, vt aſcendant populi pro eis.) Nox quippe protrahitur, cùm ſuborta de tentatione triſtitia conſolatione concita nõ finitur. Nox protrahitur: quia mœror animi cõfuſis cogitationibus elõgatur. Nã dum mens poſita in tẽtatione cõſiderat quòd à virtutis ſuę priſtina ſolidate repellitur, ſuperductis mœroribus quaſi quibuſdam tenebris cæcatur, atq; ab omni luce gaudij eius oculꝰ clauditur, dũ ſollicita trepidat, ne hoc quod eſſe dudũ cœperat, fũditus amittat. Vnde & bene dicitur quòd in hac nocte ꝓ robuſtis populi aſcẽdũt: quia videlicet in hoc mœrore tẽtationis pro robuſtis motibus indignæ cogitationes & multiplices in corde proſiliunt. Nã dum lẽ in perturbatione cõſpicit iã penè amiſiſſe q, fuerat, fluctus in ſe innumeros tumultuſq; coaceruat, modo trãquillitatẽ ſuã quia perdidit, dolet: modo ne vſque ad praua opera corruat, pertimeſcit: modo in quo culmine ſteterat, meminit: modo in quo

Proſpera aduerſitas.

G vitiorum profundo per delectationē iaceat, attēdit: modo ad resumendas vires se reparat, modo se eas posse resumere quasi victus iam fractusque desperat. Cùm ergo ad supradictā mentem tam multiplices cogitationes prodeunt, hanc quasi in nocte populi consurgentes premunt. Quos nimirum populos nō per se, sed per diuinæ protectionis auxilium Propheta subigere se posse præsumpserat, cùm dicebat: Protector meus, & in ipso sperabo, subiiciens populos sub me. Sanctis quippe mentibus populi subiguntur, cùm ab eis per districtæ seueritatis præsentiam, cogitationes stultæ disiliunt, vt non per abrupta phantasmatum rapiant, sed rationi subditæ, à corde humiliter conquiescant. Quia ergo positus in tentatione animus qui de se in prosperis maiora præsumebat, tumultus spei desperationisque tolerat, rectè nunc dicitur: Ne protrahas noctem, vt ascendant populi pro eis. Ac si apertè diceretur: In tentatione deprehensus citius tenebras mœroris incide, ne qui in trāquillitate de te alta senseras, in perturbatione quoque deterius cogitationum te caligine confundas. Quod rectè Heliu diceret, si tamen cui diceret, sciret. Nam hæc beato Iob tanto minus congruunt, quanto ab illo omnia altius sciuntur. Quia verò, vt sæpe diximus, arrogantes dum præsumunt docere quos non debent, vsque ad cōtumelioſa increpationum verba dilabuntur, subditur:

Psal. 143. Quomodo sanctis mē tibus populi subiguntur.

H

Quòd iniquitatem post miseriam sequitur, qui post correptionem vitium incurrit impatientiæ, & de modo corrigendi arrogantium.

Quid iniquitatem se qui post miseriam.

Caue ne declines ad iniquitatem, hanc enim cœpisti sequi post miseriam.) Iniquitatem post miseriam sequitur, qui post mala quæ pro correctione sustinet, feruenti corde impatientię se facibus inflammat. Quod beatum Iob perpetrasse Heliu credidit, qui eum inter flagella positum, liberis effari vocibus audiuit, videlicet nescіens quia omne quod dixit, non hoc de iniquitate impatientiæ, sed de virtute veritatis protulit: quia ab interni iudicis sententia nec cùm se iustificaret, errauit.

Caput. XXXIX.

Quæstio.

Responsio contra arrogantes.

SEd considerandum valde est quomodo cùm diceret, ne declines ad iniquitatem, de eadem iniquitate protinus subdidit: Hanc enim cœpisti sequi post miseriam. Quid est hoc, quòd dum ad eā declinare vetat, de ea protinus quasi ad quam declinatum iam fuerit, damnat: nisi quod arrogantes viri plus videri iudices quàm consolatores volunt? Vnde & nonnunquam ea districtis sententiis feriunt, quæ nata in corde suspicantur, & priusquam certa sit culpa delinquentium, profertur inuectio districta verborum, & antè per sententiam percutitur, quàm prodeat quod feriatur. Quanuis & iusti viri plærunque prauis & occultis cogitationibus arguendo obuiant, sed cum per easdem cogitationes aliqua quæ præeunt opera demonstrant, plærunque ab auditorum suorum cordibus ea vitia quæ necdum prolata sunt, manu correctionis eradicant, sed iam illa subsequi conspiciunt ex aliis quæ præcedunt. Sicut enim corporales medici quasdam ægritudines iam venisse inueniunt, quasdam vero ne veniant medentur: ita doctores sancti aliquando inuenta vulnera saluti restituunt, aaliquādo verò agūt in mētibus ne vulnerentur. In quibus hoc solerter intuendum est: quia sicut certa plærunq; cū asperitate redarguunt, ita incertis vitiis & cum tranquillitate cōtradicūt, certa feriētes increpāt, incerta præmunientes deuitant. Quam quia arrogantes viri discretionis regulam nesciunt, sententiarum suarū iaculis sicut nota, sic incognita, sicut certa, sic etiam incerta configunt. Vnde nunc ab Heliu dicitur: Caue ne declines ad iniquitatem, hanc enim cœpisti sequi post miseriam. Quia vero ea quæ subnexa sunt, longiori allegatione protrahuntur, istum libellum hoc fine constringimus, ne immoderatius extendamus.

I

Contra arrogantes.

Libri vigesimisexti Moralium sancti Gregorij finis.

LIBER MORA K

lium sancti Gregorij papæ vigesimusseptimus in expositionē libri beati Iob.

Caput. I.

QVISQVIS de magnis dictis arrogantium sumere scientiam nititur, pauidere solerter debet, ne hoc quòd eorum scientia altum tumet, imitetur: ne cum virtutum flore, morum vitia colligat, & in eo quòd loquendi notitiam assequitur, viuendi se imperitia transfigat. Hos nāque cùm fortia dicere audimus, sed tamen de dictis fortibus tumere conspicimus, quasi doctrinæ hortum ingressi, de spinis rosas attingimus. Discreta ergo nobis sollicitudine opus est & carpere quod redolet, & cauere quod pungit: ne si fortasse improuidè dictorum flos legitur, incautè legentis manus morum spina laceretur. Heliu itaque doctus & arrogans, profert aliquando quod redoleat, aliquando quod L pūgat. Sic igitur sumēdū est de eius doctrina quod fragrat: vt tamen sollicitè cauendum sit de elatione quod vulnerat. Qui multa quidem superius moraliter intulit, sed in verbis sequentibus ad sola se propheriæ arcana sustulit. Ima enim iam moralitatis deserit, & ad prophetiæ summa conscendit.

Quòd multi propheriæ spiritum accipiunt, sed tamen ad sanctitatis meritum non attingunt.

Nec mirandum quòd vir arrogans impleri prophetico spi- 1. Reg. 10
ritu potuit, cùm Saul etiam in numero prophetarum fuit. Sed Nūm. 11.
hoc de Saule cur dicimus, cùm ex visione angeli accepisse verba rationabilia & asinam nouerimus: Sed sicut irrationale animal rationis verba edidit, nec tamen ad permutationem naturæ rationalis accessit, ita sæpe quilibet indignus sancta verba per prophetiæ spiritum accipit: sed tamen ad promerendam sanctitatis gloriam non pertingit, vt & supra se loquēdo emineat, & infra se viuendo torpescat. Vnde nunc Heliu redemptoris nostri aduentum humilē non humilis conspicit, & cum prophetando prædicat, quem elatis moribus impugnat, dicēs:

Ecce deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus.) Ac si apertè dicat. Qui humilis videbitur in infirmitate, excelsus manet in fortitudine, Paulo hoc etiā atte- 2. Cor. 13.
stante, qui ait: Quia & si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute dei. De quo rectè subiūgitur: Nullus ei similis in legislatoribus. Legislator Moyses, legislator Iosue, legislatores M
etiam prophetæ: legislatores cūctos dicere possumus, quos ex lege admonuisse recta populum scimus. Sed huic mediatori in legislatoribus similis nullus est: quia isti gratuito vocati ex peccatis ad innocētiam redeūt, & ab his quæ intra semetipsos experti sunt, prædicando alios reducunt. Redemptor autem noster homo sine peccato est, filius sine adoptione: nec perpetrauit vnquā quod redarguit, & sic mundo ex humanitate loquitur, vt tamen eidē mūdo ante secula ex diuinitate dominetur. Hunc mediatorem dei & hominum quidam legislatoribus similem fuisse crediderunt. Nam requirenti quem dicunt homines esse filium hominis, respondērunt discipuli dicentes: Mat. 16.
Alij Ioannem Baptistam, alij Heliam, alij Hieremiā, aut vnum ex prophetis. Sed nimirum Petrus quàm excelsus in fortitudine esset, apparuit, cùm eum veraciter intuens, à legislatorum equalitate discreuit, dicens: Tu es Christus filius dei viui. Vnde rectè de illo sponsa in Canticis canticorum dicit: In lectulo Cant. 3.
meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni. Et paulopost: Inuenerūt me vigiles qui custodiūt ciuitatem. De quibus rursum dicit: Vulneraverūt me, tulerunt pallium meum. Quos iterum percūctatur, dicens: Nū quem diligit anima mea vidistis? Paululum cùm pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea. Dilectus nanque per noctes in lectulo quæritur: quia intra secreta cordis cubilia in tribulatione spiritus desideratur. Quē tamen quærens sponsa nō inuenit: quia electa quæque anima iam quidem amoris eius facibus

Universidad de Deusto Biblioteca

facibus flagrat, sed adhuc quæsiti negatur species, vt amantis desiderium crescat, & quasi in siti aqua subtrahitur, vt eiusdem sitis æstus augeatur, & quo hanc diutius sitiens desiderat, eo quandoque cùm inuenerit, auidius sumat. Sed hanc quærentem vigiles inueniunt, eamque vulnerant, & eius pallium tollunt: quia vnamquamque animam redemptoris sui iam speciē requirentem, cùm solliciti doctores inueniunt, hanc per prædicationis verbum cœlestis amoris spiculis vulnerant, & si quod ei adhuc de vetusta conuersatione tegmen inest, subtrahunt, vt quo exuta ab huius mundi onere redditur, eo is qui quæritur, ab illa citius inueniatur. Bene autem subditur: Paululum cùm pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea: quia visionis eius mēs auida, nisi prophetarum æstimationem, nisi patriarcharum celsitudinem, nisi cunctorum hominū mēsuram transcenderet, eum qui est, super homines non inueniret. Transire ergo est vigiles, etiam eos quos miratur anima, in eius comparatione postponere. Et tunc is qui quærebatur, cernitur, si homo quidem, sed tamen extra mensuras hominū credatur. Vnde bene nunc dicitur: Nullus ei similis in legislatoribus. Sed is videlicet per infirmitatem carnis, nostris obtutibus apparens, dum alios reprobat, alios vocat: mira iudicia exhibuit: quæ à nobis & cogitari possint, & comprehendi nō

Ioan. 9. possint. Ait nanque: In iudicium ego in hunc mundum veni,

B vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Et rur-

Matth. 11. sum: Confiteor tibi domine pater cœli & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. In quibus nimirum iudiciis Iudæa repellitur, gentilitas aggregatur. Quod videlicet factū mirari possumus, sed perscrutari nullatenus valemus. Vnde & bene nunc ab Heliu subdit: Quis poterit scrutari vias eius, aut quis audet ei dicere, operatus es iniquitatem? Ac si dicat: cuius perscrutari actio non potest, quo pacto reprehendi potest? Nemo enim bene iudicat quod ignorat. Tanto ergo debemus sub eius iudiciis silendo quiescere, quanto & rationem iudiciorum illius nos cernimus non videre. Vnde & bene subditur:

Quòd nostræ scientiæ mensuram Christi opera excedant.

Caput. II.

MEmento quòd ignoras opus eius de quo cecinerunt viri. In scriptura sacra aliquando viri angeli, aliquā-

Danie. 6. do autem perfectæ vitæ homines memorātur. Nam quia aliquando vir angelus dicitur: Daniel propheta testatur, dicens: Ecce vir Gabriel: Rursum quia virorum nomine perfectæ vitæ homines exprimuntur, in prouerbiis sapientia lo-

Prouerb. 8 quitur dicens: O viri, ad vos clamito. De domino igitur viri canūt, cùm eius nobis potentiam, vel superni spiritus, vel perfecti quique doctores innotescunt. Sed tamen opus eius ignoratur: quia nimirum iudicia illius ipsi etiam qui hunc prædi-

Iudicia dei incōprehēsibi lia sunt. cant, impenetrata venerantur. Et sciunt ergo quem prædicāt, & tamen eius opera ignorant: quia cognoscunt per gratiam eum à quo facti sunt, sed eius iudicia comprehendere nequeC unt, quę ab illo etiam super ipsos fiunt. Quod enim omnipotens deus perspicuè in sua actione non cernitur, Psalmista te-

Psal. 17. statur, dicēs: Qui posuit tenebras latibulum suum. Et rursum:

Psalm. 35. Iudicia tua abyssus multa. Atque iterum: Abyssus sicut pallīū

Eccles. 11. amictus eius. Vnde bene etiam per Salomonem dicitur: Sicut ignoras quæ sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa

Exemplum in ventre prægnantis, sic nescis opera dei, qui fabricator est omnium. Vt enim vnum è multis loquar, duo ad hanc lucē parnuli veniunt, sed vni datur vt ad redemptionem per baptisma redeat, alter antè subtrahitur, quàm hūc regenerans vnda perfundat. Et sæpe fidelium filius sine fide rapitur, sæpe infideliū

Responsio querundā. Cōfutatio. concesso fidei sacramēto renouatur. Sed fortasse aliquis dicat, ꝙ hunc deus acturum prauè etiam post baptisma nouerat, & idcirco eum ad baptismatis gratiam nō perducat. Quod si ita est, peccata quorūdam proculdubiò priusquam sint perpetrata, puniuntur. Et quis ista rectè sentiens dixerit: quia omnipotēs deus qui alios à perpetratis facinoribus liberat, hæc in aliis etiam non perpetrata cōdemnat? Occulta itaq; sunt eius iudicia, & quanta obscuritate nequeunt conspici, tanta debent humilitate venerari. Dicat ergo: Memento ꝙ ignoras opus eius, de quo cecinerūt viri. Ac si aperrè diceret: De quo fortes quique locuti sunt, eius opera tuæ mētis oculis abscōduntur: quia mensuram tuæ notitiæ eoipso quo humanitate circunscribe- D ris, transeunt. Sequitur:

Quòd denm quidem esse scimus, quod maius est, & eius iudicia ignoramus, quod minus est.

Omnes homines vidēt eum, & vnusquisque intuetur procul.) Omnis homo eoipso quo rationalis est conditus, debet ex ratione colligere eum qui se condidit deum esse. Quem ni mirum iam videre, est dominationem illius ratiocinando conspicere. Cùm verò dictum sit: Omnes homines vident eum, rectè subiungitur: Vnusquisque intuetur procul. Procul quippe eum intueri, est non iam illum per speciem cernere, sed adhuc ex sola operum suorum admiratione pensare. Procul illum hìc etiam electi conspiciunt: quia necdum claritatem illius per acumen intimæ visionis apprehendunt. Cui etsi iam per amorem iuxtà sunt, adhuc tamen ab illo terrenæ inhabitationis pondere disiunguntur: & quāuis & bene viuendo inhæreant, à contemplationis eius specie longè se esse suspirant. Quem nimirum reprobi etiam cùm ad iudicium venientem viderint, procul intuentur: quia nō eum in diuinitatis forma, sed in sola qua & comprehendi potuit humanitate conspiciunt: quia videlicet eorum oculos reducta tunc ad memoriam sua male gesta reuerberant, & dum eius humanitatem vident, cuius diuinitatis claritatem non vident, miro modo ab eius visione quem conspiciunt, longè fiunt. Caput. III.

SEd cùm dicitur: Memento quòd ignores opus eius ac deinde subiungitur: Omnes homines vident eum quem E sicut diximus, videre, est transcendentem omnia eius essentiam ex ratione colligere, valde mirandum est quòd & ipsum cernimus, & eius opus ignoramus. Dubij quippe de eius essentia non sumus, & tamen in eius iudiciis incerti remanemus. Patet nobis quod summum est, absconditur quod minimum. Minus quippe sunt eius opera quàm ipse, & agentem cernimus, sed in actione caligam': quia videlicet cur quid fiat incertum est: sed quis sit qui hæc incerta faciat, incertum non est. Dicat ergo: Memento quòd ignores opus eius de quo cecinerunt viri, omnes homines vident eum: vnusquisque intuetur procul, quia eum cuius iudicia minimè comprehendimus, esse per rationem videmus: quem tanto adhuc procul cernimus, quanto ab eius fortitudine nubilo infirmitatis nostræ separamur. Sequitur:

Quòd infirmum Christi secundum carnem fortius est hominibus: nec in hac humana natura aliquis ei, vel in patribus, vel prophetis possit æquari.

Ecce deus magnus vincens scientiam nostram.) Superius dixerat: Ecce deus excelsus, nunc iterum dicit: Ecce deus magnus. Quid est quod de deo loquens, ecce dicit, & ecce repetit, nisi quòd ecce dicimus de ea re quam in præsenti monstramus? & quia deus vbique præsens est, cùm de illo ecce dicitur: etiam non videntibus adesse memoratur. Bene autem eū vincere scientiam nostram narrat, quem videri ab omnibus dixe F rat: quia & sic ex ratione conspicitur, vt magnitudo tamen illius nulla nostri sensus subtilitate penetretur. Quicquid nanq; de claritate eius magnitudinis scimus, infra ipsum est: & tanto ab eius scientia longè repellimur, quanto eius potentiam nos comprehendisse suspicamur. Nam quanuis in altum mens nostra rapiatur, eius tamen magnitudinis immensitate transcenditur. Cuius tunc aliquid quasi ex parte cognoscimus, quādo eum nos dignè cognoscere non posse sentimus. Sequit: Numerus annorum eius inęstimabilis.) Dicere vtcunque ęternitatem voluit, & ipsam æternitatis longitudinē annos vocauit. Cùm enim breuitatem temporis dilatare volumus, momenta per horas, horas per dies, dies per menses, mēses autem per annos extendimus. Quia ergo peramplum quiddam dicere voluit, sed quid diceret, latius non inuenit: ideo annos sine æstimatione numeri multiplicauit, dicēs: Numerus annorum eius inęstimabilis, vt dum ea quæ apud se sunt prolixa multiplicat, æternitatis longitudinem se metiri non posse infirmitas humana cognoscat. Tende itaque oculum in æternitatem, vt videas deum, vel quando est à principio, vel quousque, & nusquam finis superior, quia esse non incipit: nusquam finis inferior, quia esse non definit. Intra ipsum omnia coangustantur, ipse verò circa omnia sine spatio extenditur, sine loco dilatatur.

G latatur. Ecce cuncta quæ facta sunt, eaipsa circunscriptione qua creata sunt, superiori & inferiori fine cinguntur. Lege enim sua qua antè esse incipiunt, festinant non esse. Sed quædâ mirabiliter acceperunt, vt quanuis ea finis superior inchoat, finis tamen inferior non constringat, & licet esse incipiãt, esse in perpetuũ nõ desistant. Horum verò æternitas idcirco summæ est æternitati dissimilis: quia æterna esse cœperunt. Cùm ad extrema prospicimus, horum finem qui omnino deest, nõ comprehendimus: eorum tamen initia cernimus, cùm mentem retro reuocamus, & dum in eis infra supráque animum ducimus, non capimus omnino quousque sunt, sed videmus ex quo. Deus autem quia quasi quiddam in eo per æternitatẽ longum est, quod nec initio oritur, nec fine terminatur, nec ex quo in semetipso recipit, nec quousque, dicatur ergo: Numerus annorum eius inæstimabilis. Per hoc ergo quòd annorum illius numerus dicitur, diutinum eius esse ostenditur. Per hoc vero quòd inæstimabilis memoratur, hocipsum esse infinitum, & incomprehensibile demonstratur. Sed quia humanis mentibus innotescat, agnouimus: dum omnes homines vident eum, & quia eius magnitudinem admiranter cernimus, dum annorum eius numerus inæstimabilis habetur: restat iam vt etiam quid agat, audiamus. Sequitur:

H *Quòd ablatis prophetis, & veteris testamenti auctoribus Ecclesiastica doctrina multipliciter exponens quod illi sub breuitate locuti sunt, quasi ex guttis gurgites fecit.*

Caput. IIII.

QVi aufert stellas pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitum.) Duo in hac vita sunt genera iustorum. Vnum videlicet bene viuẽtium, sed nulla docentium: aliud verò rectè viuentium, & eadem recta docentium: sicut & in cœli facie aliæ stellæ prodeunt quas nullę pluuiæ subsequuntur, aliæ prodeunt quæ arẽtem terram magnis imbribus infundunt. Igitur quotiens in sancta Ecclesia rectè quidam viuunt, sed tamen prædicare eandem rectitudinem nesciunt, stellæ quidem sunt, sed in siccitate aëris natæ: quia per exemplum bene viuendi lucere cæteris possunt, sed per prædicationis verbum pluere nequeunt. Cùm verò in ea quidam & rectè viuunt, & aliis eandem rectitudinem verbis prædicationis influunt, quasi ad proferẽdas pluuias in cœlum stellæ producuntur, quæ sic vitæ suæ meritis luceant, vt etiam sermone prædicationis pluant. An non in hoc cœlo astrum pluuię Moyses extitit, qui cùm de supernis emicuit, corda peccantium quasi arentem inferius terram sanctæ exhortationis pluuia ad vbertatem germinis infudit? An non Esaias astrum pluuiæ ostensus est, qui in eo quòd lucem veritatis præuidens tenuit, siccitatem infidelium prophetãdo annuncians rigauit? An non Hieremias & prophetæ cæteri velut in cœlo positi astra pluuię fuerunt, qui in prędicationis culmine erecti, dum
I prauitatem peccantium liberè increpare ausi sunt, quasi verborum guttis obcæcationis humanæ pulueremrigando pressérunt? Quorum videlicet animas ab hac corruptibili carne susceptas: quia ex præsenti vita superna iudicia auferunt, quasi à cœli facie stellæ pluuiæ subtrahuntur, & ad occultum astra redeunt, dum peractis suis cursibus sanctorum animæ in thesauris dispositionis intimę reconduntur. Sed quia terra arescret, si subductis stellis pluuiæ superna sunditus fluenta cessarent, rectè dicitur: Qui aufert stellas pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitum. Nam cùm prophetas abstulit, eorũ vice dominus Apostolos misit, qui in similitudinem gurgitum pluerent, postq; subductis antiquis patribus exteriora legis prædicamenta tacuissent. Stellas ergo pluuiæ abscondit, & ad instar gurgitũ imbres fudit: quia dum prædicatores legis ad secreta & intima retulit, per dicta sequentium vberior vis prædicationis emanauit.

Caput. V.

Hiere. 3. POssunt quoque per stellas pluuiæ, sancti Apostoli designari, de quibus Iudææ reprobatæ per Hieremiam dicitur: Prohibitæ sunt stellæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit. Stellas ergo pluuiæ dominus abstraxit, atque ad instar gurgitum imbres fudit: quia cùm de Iudæa prædicantes Apostolos abstulit, doctrina nouæ gratiæ mundum rigauit. Quod vtrunque factum in Ecclesia potest non inconuenienter intelligi: quia cùm solutis corporibus ad secretos superK norum sinus Apostolorum animas retulit, quasi à cœli facie stellas pluuiæ abscondit. Sed ablatis stellis pluuiæ, in morẽ gurgitum imbres dedit: quia etiam reductis ad superna Apostolis, per expositorum sequentium linguas, diuinæ fluenta scientiæ diu abscondita largiori effusione patefecit. Nam quod illi sub breuitate locuti sunt, hoc exponendo isti multipliciter auxerunt. Vnde & non immerito ipsa expositorum prædicatio gurgitibus comparatur: quia dum multorum præcedentium dicta colligunt, ipsi in eo quod astruunt, profundius dilatantur. Nam dum testimonia testimoniis iungunt, quasi ex guttis gurgites faciunt. Quorum verbis dum quotidie gentilitas docetur: quia peccatorum mens cœlestem scientiam accipit, quasi stans in terra aqua gurgites ostendit. Sed nequaquam se eisdem Apostolis expositores in scientia prę ferant, cùm exponendo latius loquuntur. Meminisse quippe incessanter debẽt, per quos eiusdem scientiæ inuentiones acceperunt. Vnde & aptè subiungitur: Qui de nubibus fluunt.) Hi quippe de nubibus gurgites fluunt: quia si ex sanctis Apostolis vis intelligentiæ non inciperet, nequaquam per doctorum ora largior manaret. In scriptura enim sacra aliquando per nubes mobiles quique homines, aliquando prophetæ, aliquando autem Apostoli designantur. Per nubes quippe mobilitas humanæ mentis exprimitur, sicut Salomon ait: Qui ventum obseruat, *Eccles.* non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metit. Ventũ proculdubio immũdum spiritum, nubes vero subiectos ei homines appellat, quos totiens huc illucq; impellit & reuocat, L quotiens tentationes eius in eorum cordibus suggestionũ flatibus alternat. Qui igitur ventum obseruat, non seminat: quia qui tentationes venturas metuit, cor ad bona opera nõ proponit. Et qui considerat nubes, non metit: quia is qui ante humanæ mutabilitatis terrorem trepidat, mercedis æternæ retributione se priuat. Per nubes prophetæ figurantur, sicut per Psalmistam dicitur: Tenebrosa aqua in nubibus aëris, id est, occul- *Psalm.* ta scientia in prophetis.

Caput. VI.

PEr nubes quoque Apostoli designantur: sicut per Esaiã dicitur: Mandabo nubibus, ne pluant super eam imbrẽ. *Esaiæ. 5.* Ipsi igitur stellæ: quia vitæ meritis lucẽt, ipsi nubes, quia arentem nostri pectoris terram cœlestis intelligentiæ fluentis rigant. Si enim nubes non essent, nequaquam eos intuẽs propheta dixisset: Qui sunt isti qui vt nubes volãt? Imbrium ita- *Esaiæ.* que gurgites de nubibus fluunt: quia profundæ prędicationes sequentium, intelligentiæ originem à sanctis Apostolis acceperunt. De quibus adhuc nubibus aptè subiungit: Quæ prætexunt cuncta desuper.) Nubes cùm desuper aërem prætexũt, si in cœlum oculos attollimus, nõ cœlum, sed ipsas intuemur, nec visus noster æthereas plagas penetrat: quia ei illas ipsa sua infirmitas occultat, & cùm de cœlo sol rutilat, prius interfuso aëre pascitur, vt post in cœlo Solis radios contempletur. Quia M ergo carnales homines sumus, cùm superna appetere nitimur, quasi in cœlum oculos leuamus, & velut in cœlum aciem intendimus: quia pressi vsu rerum corporalium, docere *spiritalia* conamur. Sed quia transire intellectus noster ad *diuina* nõ finitur, nisi prius per sanctorum præcedentium exempla formetur, quasi iam cœlum noster oculus suspicit, sed nubes videt: quia comprehendere ea quę dei sunt, appetit, sed vix mirari ea quæ hominibus collata sunt, potest. Vnde & aliàs dicitur: Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Qui enim *Psalm. 75.* Orientem Solẽ contemplari non valet, irradiatos montes aspicit: & quia sol ortus sit, deprehendit. Ex ęternis ergo mõtibus nos deus illuminat: quia per admiratam vitam patrum præcedentium, radio nos suę claritatis illustrat. Ecce in studio deuotionis dominicæ & charitatis accendimur, sed in hac deuotione arq; charitate melius harum nubium contemplatione formamur. Quid enim deuotius Petro? quid charius Ioanne? Ille *Mat. 14.* per deuotionem fluida maris dorsa calcare nõ timuit, iste per *Ioan. 13.* amorem in ipso auctoris nostri pectore requieuit, & qui ad corporalis cœnæ refectionem venerat, spiritale pabulum de sinu redemptoris sumpsit.

Caput. VII.

SEd quia signari per nubes etiam prophetas diximus, *Exempla* necesse est, vt adhuc ad medium superiorum patrum *patrum re-* exempla deducamus. Ecce cùm præceptis cœlestibus *nouan-* subdi

Subdi per obedientiam cupimus, consideratis antiquorum patrum vestigiis iuuamur. Quid enim Abraham obediētius, qui ad vnam vocem dominicam cognatos ac patriam deserit: & pro adipiscenda æterna hæreditate ipsum ferire non trepidat, quem senex iam & penè moriturus acceperat hæredem? Cùm patientiæ virtutem apprehendere conamur, præcedentiū exempla conspicimus. Quid enim Isaac patiētius, qui ligna portat, de holocausto interrogat, atque post paululum ligatur, & non loquitur, aræ superponitur, & non reluctatur? Quid ergo isto viro dici patientius potest? qui quasi ad solatium ducitur, & requirit, ad feriendū ligatur & conticescit, & oblaturus holocaustum interrogat, offerendus in holocaustum tacet. Cùm accingi ad laborum tolerantiam nitimur, exemplis præcedentium informamur. Quid enim Iacob laboriosius, qui apud Laban tam longo tempore propinquus iure cognationis, opera exercuit seruitutis, & vice obsecutus est famuli, vt perfrueretur præmiis hæredis? Cùm arcem continentiæ & castitatis ascēdere nitimur, exemplis præcedētium subleuamur. Quid enim Ioseph castius, qui ad desiderium petulantis dominæ iugo luxuriæ premi non potuit etiam captiuus? Et quidem hominibus extitit seruus, sed contra dominātem nequitiam, & in seruitio liber fuit. Cùm mansuetudine repleri cōcupiscimus, præcedentium exemplis adiuuamur. Quid enim Moyse mansuetius, qui commissi sibi populi seditionem tolerat, & tamē irascentem dominum pro eisdem suis persecutoribus rogat, seq; pro illis diuino furori obiicit: quia in sancto eius pectore etiam ex persecutione charitas igneſcit? Cùm contra aduersa mundi firmare mentem per constantiam nitimur, præcedentium consideratione fulcimur. Quid enim Iosue constantius, qui ad explorandam gentium qualitatem missus, nec proceritatis magnitudinem, nec numerositatis multitudiné expauit? Vnde & easdem gentes quas explorando non timuit, etiam prœliando prostrauit. Cùm benignitatis culmen apprehendere conamur, præcedentium exemplis instruimur. Quid enim Samuele benignius, qui de principatu regēdi populi deiectus, successorem sibi humiliter requirit, inuentumque vngit in regem, vnctum mox tolerat persecutorem? A quo ne moriatur, trepidat: & tamen ne ei dominus irascatur rogat. Ipse quippe cùm mitteretur, ait: Audiet Saul, & interficiet me. Et ei per semetipsam veritas dicit: Quousque tu luges Saulem, cùm ego abiecerim eū? Quid ergo isto viro benignius dici potest, qui & hūc nō vult diuinitus percuti, à quo formidat occidi? Cùm ad pietatis atque humilitatis celsitudinem tendimus, præcedētiū exemplis leuamur. Quid enim Dauid misericordius, quid humilius dici potest, qui à rege reprobo pro victoris contumelias recipit, qui de manu hostili Israëliticam gentem fortis eripuit: & tamen ipse ne moriatur, quasi debilis fugit? Qui & se electum diuino iudicio, & persecutorem suum reprobum agnoscit, & tamen eidem persecutori suo crebrę satisfactionis humilitate se subiicit, qui persecutoris lanceam tollit, orā chlamydis detruncat, atque ad cacumē montis protinus properat, & vno eodemque tempore quia occidendi potestatem habuerit, ostentat: & ne occidatur, rogat. Quia ergo in cunctis quæ spiritaliter appetimus, exemplis præcedentibus informamur, bene de his nubibus dicitur: Quæ prætexunt cuncta desuper. Morē enim nubium extensa super nos patrum vita tegimur, vt ad fructum fœcundi germinis infundamur. Et quasi intuētes cœlum prius nubes aspicimus: quia antè bonorū facta admirando cernimus, & pòst illa quę sunt cœlestia experiendo penetramus. Sed quia nequaquam harum nubium, id est, antiquorum patrum vita nobis virtusque pateſceret, nisi eam nubes aliæ, id est, sancti Apostoli lumine suæ prædicationis aperirent, ad has nubes quæ prædicando mundum circūeunt, sermo redeat, & quid per illas dominus in mundo egerit, ostēdat. Sequitur:

Quòd diffusi per orbem prædicatoribus, mansio præparata est deo in credentium cordibus, & clarescētibus miraculis, vsque ad terminos mundi nomen Christi peruenit.

Si voluit extendere nubes quasi tentorium suum, & fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet.) Extendit nubes dominus, dum ministris suis viam prædicationis aperiens, eos in mundi latitudinem circunquaque diffundit. Bene autem dictum est: Quasi tentorium suum. Tentorium quippe in itinere poni solet. Et cū prędicatores sancti in mundo mittuntur, iter deo faciunt. Vnde scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Et vnde rursum per Psalmistā dicitur: Iter facite ei qui ascēdit super occasum. Et rursum: Deus cùm egredereris corā populo tuo, dum transgredereris per desertū, terra mota est. Deus enim qui per semetipsum non localiter vbique est, per prędicatores suos in mundi partes localiter ambulat. Vnde etiam per Prophetam dicitur: Et inambulabo in eis. Iter quippe per eos agit, dum humanis cordibus eorum se eloquio infundit. Atque in hoc itinere tentoria dei sunt hęc eadem corda sanctorum, quibus quasi in via quiescēdo tegitur, dum per hæc ad mentes hominum veniens agit quæ disposuit, & non videtur.

Malach. 3. *Psalm. 67.* *Ibidem.*

Caput. VIII.

HInc est quòd simul omnis synagoga tētorium vocatur, cùm cessasse à prædicatione sacerdotes dominus per Hieremiam queritur, dicens: Non est qui extendat vltra tentorium meum, & erigat pelles meas. Hinc rursum de exterminatione eius dicitur: Dissipauit quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum. Quia enim in vnius populi cultu tunc dominus inter homines latuit, eundem sibi populum tentorium vocauit. Vnde & rectè nūc nubes istæ eius tētorium dicuntur: quia ad nos deus per gratiam veniens, intra prædicatorum suorū mentes operitur. An Paulus eius tētorium non erat, cùm ab Hierusalem per circuitum vsque ad Illyricum ad corda mortalium veniens, in eius mente dominus quiescebat? Nubes quippe erat hominibus, tentorium deo: quia quem prædicādo infundebat audientibus, hūc inuisibiliter in mente retinebat. Idem rursus dum catenis vinctus Romam peteret Paulus occupaturus mundum, latens in eius pectore quasi sub tentorio ibat deus: quia & occultus videri non poterat, & per verba prædicationis proditus, iter inchoatæ gratiæ sine cessatione peragebat. Nubes eius Moyses extitit, cùm priusquàm plebi Israëliticæ ducatum præberet, quadraginta annis in deserto permanens, & sublimia appetēs, à conuersatione populi segregatus vixit. Sed tentorium dei factus est, cùm ad reuocandum populum in Aegyptum missus ibat, portans inuisibilem in corde veritatem, cùm omnipotēs deus qui patescebat in opere, latebat in corde. Et vbique præsens omnia continens, iter in suo famulo in Aegyptum veniens faciebat. Vnde scriptum est: Iuit deus in Aegyptum vt redimeret sibi populum. Ecce ire dicitur per cuius incircunscriptam præsentiam cuncta continentur: quia is qui vbique ex maiestate est, quasi in via gressus ponit ex prædicatione. Sed eisdem sanctis prædicatoribus nequaquam ad persuadendum verba sufficiunt, nisi etiam miracula addantur. Vnde cùm dictum sit: Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum, rectè subiungitur: Et fulgurare lumine suo desuper. Quid enim sentire fulgura nisi miracula debemus? de quibus per Psalmistam dicitur: Fulgura multiplicabis, & cōturbabis eos. Per has ergo nubes lumine suo desuper fulgurat: quia per prędicatores sanctos insensibilitatis nostræ tenebras etiam miraculis illustrat. Cumque nubes istæ verbis pluunt, cumque miraculis vim coruscæ lucis aperiunt, extremos etiam mundi terminos in diuino amore conuertunt. Vnde rectè subditur: Cardines quoque maris operiet.) Quod faciendum quidem Heliu vocibus audiuimus, sed auctore deo iam factum cernimus. Omnipotens enim dominus coruscantibus nubibus cardines maris operuit: quia emicantibus prædicatorum miraculis, ad fidē etiam terminos mundi perduxit. Ecce enim penè cunctarum iam gentium corda penetrauit, ecce in vna fide Orientis limitem Occidentisque coniunxit: ecce lingua Britanniæ quæ nil aliud nouerat quàm barbarum frēdere, iam dudum in diuinis laudibus Hebræum cœpit halleluia resonare. Ecce quondam tumidus iam substratus sanctorum pedibus seruit Oceanus, eiusque barbaros motus quos terreni principes edomare ferro nequiuerāt, hos pro diuina formidine sacerdotum ora simplicibus verbis ligant, & qui cateruas pugnantium infidelis nequaquam metuerat, iam nunc fidelis humilium linguas timet. Quia enim perceptis cœlestibus verbis, clarescentibus quoque miraculis, virtus ei diuinæ cognitionis infunditur, eiusdem diuinitatis terrore refrenatur, vt praua agere metuat, ac

Exod. 15. *Psalm. 143.* *Britannia ad fidem conuersa.*

Hiere. 10. *Thre. 2.* *Act. 14.* *Acto. 19.* *Per totam Exodum.*

Universidad de Buenos Aires Biblioteca

G ac totis desideriis ad æternitatis gratiam peruenire concupiscat. Vnde hic quoque conuenienter adiungit: Per hæc enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus.) Per hæc nimirum verba prædicatorum, id est, guttas nubium, per hæc fulgura miraculorum deus populos iudicat: quia eorum corda territa ad pœnitentiam vocat. Nam dum superna audiunt, dum mira opera attendunt, mox ad corda sua redeunt, & se de anteactis prauitatibus affligentes, æterna tormenta pertimescũt. Sed per easdem nubes per quas terror infligitur, etiam esca datur: quia magna prædicatorum dispensatio est, vt sic sciant superbientium mentes affligere, vt etiam afflictas nouerint consolationis eloquio nutrire: quatenus & peccantes de æternis suppliciis terreant, & pœnitentes de superni regni gaudiis pascant. Vnde bene ipse dispensationis ordo seruatus est, vt ordinatè Heliu diceret quòd per has nubes prius iudicat populos, & postmodum escas præbet: quia nimirum omnipotens deus per prædicatores suos prius nos de praua actione corripiens concutit, & postmodum per spem consolans nutrit. Si enim diuina dispẽsatio per has nubes iudicium modo non ageret, nequaquam eisdem nubibus dixisset: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Et rursum, si per eas ieiuna nostra corda non pasceret, nequaquam de esurientibus populis discipulis dominus diceret: Date illis vos manducare. Quod H sic tunc eorum manibus factum credimus, vt hoc eorum verbis quotidie fieri sine cessatione videam[a]. Quid enim agit Petrus, cùm per epistolas loquitur, nisi vt verbi pabulo corda nostra malè ieiuna satientur? Quid Paulus, quid Ioannes per epistolas loquentes operantur, nisi vt mentes nostræ cœlestia alimenta percipiant, & inediæ suæ fastidium quo moriebantur, vincant? Dicatur ergo: Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum, & fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet. Per hæc enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus. Ac si apertè diceret: Si sanctos suos in ministerio prædicationis extendit, eorumque verba miraculis adiuuat, totius mundi limites ad fidem vocat, per quæ & prius superbientes iudicat, & pòst per verbum consolationis nutriens in spe humiles roborat.

Ioan. 20.

Matth. 14.

Caput. IX.

SEd cùm escas dare mortalibus diceret: notandum quod non ait omnibus, sed multis: quia videlicet scriptum est: Non omnium est fides. Et quibusdam dicitur: Propterea vos non auditis: quia ex deo nõ estis. Et rursum: Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Et rursum: Nouit dominus qui sunt eius. Vnde in ipsa quoque sancta Ecclesia plurimi fidem tenent, & vitam fidei non tenent: humilitatis dominicæ sacramẽta percipiunt, sed humiliari dominica imitatione contemnunt: blanda diuini eloquij prædicamenta communicant, sed apud se immanes in tumore perseuerant. Vnde hic quoque postquam per cardines maris aggregatæ Ecclesiæ latitudo signata est, aptè subiungitur:

1. Timo. 3.
Ioan. 8.
Ioan. 6.

I *Quòd superbis cognitio denegatur veritatis, & quid sit quòd filij Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse vltra Iordanem ad alenda pecora cãpestria concupiscant, & in terra promissionis hæreditatẽ nõ velint, cùm tamen ante fratres ad bellũ armati præcedãt.*

Immanibus abscondit lucem.) Immanes quippe sunt qui se elatis cogitationibus extollunt. Quos contra per Esaiam dicitur: Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Quos contra etiam Paulus ait: Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. Sed his immanibus lux abscondi tur: quia nimirum superbientibus veritatis cognitio denegatur. Vnde per semetipsam veritas dicit: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ: quia abscondisti hæc à sapiẽtibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Sapientes & prudentes videlicet superbientes vocans. Qui enim non subiunxit, Reuelasti ea stultis, sed paruulis, tumorem se damnasse innotuit, nõ acumen. Vnde & aliàs dicitur: Custodiens paruulos dominus. Atque vt ostendatur hæc eadem paruitas quid vocatur, adiungitur: Humiliatus sum, & liberauit me. Quia ergo sunt multi in Ecclesia qui paruuli esse despiciunt, etiam in humilitatis loco immanes apud se esse minimè desistunt. Hos plærunque videas honoribus extolli, voluptatibus perfrui, rerum multiplicitate dilatari. Hi sæpe nil præcipuè nisi præesse ceteris appetunt, à multis timeri gratulantur: rectè viuere negligunt, & rectæ vitæ famam habere concupiscunt, adulationes quærunt, fauoribus intumescũt. Et quia in rebus sibi copiosè præsentibus prompti sunt, ventura gaudia non requirunt. Cũque eos multiplex actio occupat, etiã à semetipsis alienos demõstrat.

Esaiæ. 5.
Roma. 12.
Luca. 10.
& Mat. 11.
Psalm. 114.
Ibidem.

Caput. X.

ET tamen si qua fidei tentatio exurgat: quia in ea saltem specietenus cõtinentur, hanc verbis, hanc laboribus defendunt, & patriam cœlestem vindicant, nec tamen amant. Quos bene apud Moysen filij Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse exprimunt, qui multa pecora & iumenta possidentes, dum extra Iordanem ea quę viderant, campestria concupiscunt, in repromissionis terra hæreditatem habere noluerunt, dicentes: Terra quam percussit dominus in cõspectu filiorum Israël, regio vberrima est ad pastum animalium, & nos serui tui habemus iumenta plurima, precamurque si inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Iordanem. Qui igitur iumẽta plurima possident, Iordanem transire refugiunt, quia quos multa mundi implicamenta occupant, habitationem cœlestis patriæ non requirunt. Sed ipsa eos quam specietenus tenent, fides increpat: ne otij delectatione torpescãt, atque exemplo suo alios à laboris tolerantia, & studio longanimitatis frangãt. Vnde eis per Moysen dicitur. Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis? Cur subuertitis mentes filiorum Israël? Sed quia erubescunt non defendere quod confitentur, pro eadem fide quam professi sunt, ad certamen properant, eamque non sibi, sed proximis vindicãt. Vnde & ad Moysen dicunt: Caulas ouium fabricabimus, & stabula iumentorum, paruulisque nostris vrbes munitas: nos autem ipsi armati & accincti pergemus ad prelium ante filios Israël. Qui mox fortes pro aliis veniunt, & repromissionis terram ab hostibus liberant, & relinquunt: atque ad pascenda armenta extra Iordanem redeunt. Multi quippe quanuis fideles curis præsentibus occupati, quasi armenta extra Iordanem pascunt: quia cõtra fidem baptismatis tota mente omnique desiderio rebus perituris inseruiunt. Qui tamen, vt diximus, cùm fidei tentatio oritur, defensionum armis accinguntur. Hostes fidei superando trucidant, & hæreditatem terræ repromissionis, id est, fructum fidei non amant, sicque pro illo pugnant, vt tamen sua pignora extra illam deponant. Quia enim paruulos foris habent, affectum in eius habitatione non habent. Vnde ad eam pestria redeunt: quia ab altis cacuminibus mõtium quasi à spe cœlestium dilabuntur: vt extra repromissionis terram bruta animalia nutriant: quia ad pascendos variis desideriis irrationabiles animi motus elaborant: quia æternæ lucis quanta sit claritas nesciunt, qui transitoriis occupationibus obcęcantur, & dum de terrenis rebus superbiunt, cœlestis sibi luminis adidum claudunt:

Num. 32.
Ibidem.

Caput. XI. M

VNde rectè nunc dicitur: Immanibus abscondit lucem Sed tamen aliquando hos immanes superna gratia respicit, atque ipsis rerum abundantium occupationibus affligit, eorumque prosperitatibus, aduersis quidem sed vtiles tribulationes interserit, vt contristati ad cor redeant, atque in perituris rebus, quàm inaniter occupentur, agnoscant. Vnde hic quoque postquam subtracta lux dicitur, aptè subiungitur: Et præcipit ei, vt rursus adueniat:) quia veritatis lumen quod elatis occupatisque mentibus absconditur, afflictis humiliatisque reuelatur. Lux quippe aduenit, cùm afflicta mens ipsas quas de perituris rebus tribulationum tenebras tolerat, agnoscit: quia nisi aliquid ex lumine interno perciperet, nec hocipsum quia lumen perdiderat, videret. Quod intelligi specialiter etiam de Iudæis potest, qui idcirco redemptori nostro in carne venienti contradicere ausi sunt: quia apud semetipsos immanes extiterunt. Sed his immanibus lux absconsa est: quia superbi lumen veritatis dum persequuntur, amiserunt. Sed quia in fine mundi ad fidem recipiendi sunt, rectè subiungitur: Et præcipit ei vt rursus adueniat. Vnde etiam per Esaiam dicitur: Si fuerit numerus filiorum Israël quasi arena maris, reliquiæ saluæ fient. Tunc quippe ad eos lux reuertitur, cùm ipsi ad confitendam redemptoris nostri potentiam reuertuntur. Si autem in manibus nequaquam

Esaiæ.

per

A peccatorum, vsum vnum nomen, sed duas partes orationis accipimus, potest intelligi quia in manibus lux absconditur, cùm apud rectum iudicem iniqui quique in suis operibus cæcantur. Cui tamē præcipitur vt rursus adueniat: quia dum peccatores se suis viribus saluari non posse cognouerint, gratię lumen accipiunt, & protectionis intimę radiis illustrātur, vt maiore ardore postmodum cœlestē patriam diligant quàm prius in terrena delectatione flagrabant. Sed hæc cum de cœlesti patria loquimur, cui inesse mira claritate prædicta angelorum agmina audimus: cui rerum omnium conditor præsidet, quam visione sua reficiens replet, cui vera hæreditas lux est, & defectus eiusdem luminis nullus est: ad nosmetipsos mentem reducimus: & quòd terrena gestemus membra cogitamus, pensamus quòd nati in tenebris, atque à radiis intimæ lucis alieni, tanto nequius viximus, quanto rebus corporalibus dediti, à spiritalibus longius degebamus. Qua consideratione permotum cor ac malè sibi conscium trepidat, & tantæ illius quam audit patrię ciuem se fieri posse desperat. Vnde hic quoque aptè subiungitur, quo mēs pauida ad fiduciam reducatur. Nam de hac luce mox subditur:

Quòd omnipotens deus patriam cœlestem possessionem nostram fecit, & nos amicos, & cohæredes Christi constituit.

Annunciat de ea amico suo quòd possessio eius sit, & ad eā possit ascendere.) Amicus veritatis est rectè amator actionis. *Ioan. 15.* Vnde & ipsa veritas discipulis dicit: Vos amici mei estis, si feB ceritis quæ ego præcipio vobis. Amicus quippe animę custos dicitur. Vnde non immeritò qui custodire voluntatem dei in prœceptis illius nititur, eius amicus vocatur. Hinc est quòd rursum eisdem discipulis veritas dicit: Vos autē dixi amicos, quia omnia quæcūque audiui à patre meo, nota feci vobis. De hac igitur luce æternæ patriæ amico suo deus annunciat ꝙ possessio eius sit, vt nequaquam infirmitatis suæ fragilitate desperet, nequaquam hoc quòd creatus, sed quod recreatus est penset, sed tanto certius sciat, quia illius lucis claritatē possideat, quanto nunc vitiorum pulsantium tenebras verius calcat. Bene autem in promissione subiungitur: Et ad eam possit ascendere. Quid enim difficilius quam homini in terra edito terrena, & fragilia membra gestanti cœlorum alta conscendere, supernorum spirituum arcana penetrare? Sed eorundem spirituum ad nos conditor venit, seque hominem etiam sub ipsis exhibuit, *Psal. 8.* sicut de illo patri per prophetam dicitur. Minuisti eum paulominus ab angelis. Et quia inter nos & eosdē spiritus discor-*Christo nato angelorū chori cōsono ore cōcinūt hymnum, Gloria in excelsis.* dantis vitæ scandalum reperit, mira potētia, mirabiliori etiam C pietate summa creans, ima suscipiens, ima cum summis iunxit. Hinc est quod de eodem rege nato angelorum chori in eius annunciatione prodeunt, hymnum dicūt, & deuicta praue vitæ discordia, hos quos dudum despexerant, ciues agnoscunt, cōsono ore prædicantes: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ac si apertè dicant: Quos à nobis malitia disiunxerat, iam nunc in terra nata bonitas iūgat. Hinc est ꝙ ante incarnationem eius in testamento veteri adorasse homo angelum legitur, nec tamen adorare prohibetur, sed post mediatoris aduentum, cùm se Ioannes adorando *Apoc. 19. & 22.* angelo prostrauisset, audiuit. Vide ne feceris, conseruus tuus sum & fratrum tuorum. Quid est enim ꝙ prius æquanimiter se concedebant adorari, pòst ab homine angeli recusant, nisi ꝙ prius hominem carnalibus corruptionibus deditū, nec ab eisdem carnalibus corruptionibus redemptum, quo abiectiorem nouerant, iustius cōtemnebant, postmodum verò humanam naturam eo iam substratam habere non poterāt, quo hāc in auctore suo etiam super semetipsos ductam videbant? Neque enim debebat in membris subiecta despici, quæ in ipso membrorum capite meruit prælata venerari. Is ergo qui propter nos minor angelis extitit, ęquales nos angelis virtute suæ minorationis fecit. Vnde & moriendo docuit mortem non metui, resurgendo de vita confidi, ascendendo de cœlestis patriæ hæreditate gloriari, vt quo caput præisse conspiciūt, illuc se subsequi, & membra gratulētur. Vnde bene ab eodē nostro *Matth. 24.* capite dicitur: Vbicunq; corpus fuerit, illuc congregabuntur *1. Petri. 1.* & aquilæ. Vnde Petrus ait: In hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam, & immarcessibilem conseruatam in cœ*2. Cor. 5.* lis. Vnde Paulus dicit: Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationē D ex deo habemus domum nō manufactam, æternam in cœlis. Sed si nos quoque qui editi in terra sumus, cœlum conscendimus, vbi est quod rursum veritas dicit: Nemo ascendit in cœ*Ioan. 3.* lum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo? Cui nimirum sententiæ statim obuiat quòd hæc eadem veritas dicit: Pater, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum. Quæ *Ioan. 17.* sibi in verbis suis non discrepat, sed ad inquirenda hæc quasi discordantia studium nostrę mentis inflammat. Omnes enim nos qui in eius fide nati sumus, eius proculdubio corpus existimus. Quia igitur mira dispensatione pietatis membrorum suorum dominus caput factus est: repulsa reproborum multitudine, solus est etiam nobiscum. Nemo igitur ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo: quia dum nos vnum cum illo iam facti sumus, vnde solus venit in se, illuc solus redit etiam in nobis, & is qui in cœlo semper est, ad cœlum quotidie ascendit: quia qui diuinitate super omnia permanet, humanitatis suæ compage sese quotidie ad cœlos trahit. Ergo si desperet humana fragilitas, vnigeniti sanguinem consideret, & in precio suo conspiciat, quàm magna est quæ tanti valet. Perpendat sollicitè quo caput præcesserit, & quo ad viuendum præceptis astringitur, ad sperandum exemplo roboretur, confidat cœlos, speret supernam patriam, angelorum se sociam sciat, atque in suo capite prælatam se etiam angelis gaudeat. Dicatur igitur rectè de hac luce æternæ patriæ: Annunciat de ea amico suo quòd possessio eius sit, & ad eam possit ascendere. E

Caput. XII.

SEd valde mira sunt ista, valde terribilia, quod homo in terra editus, atque à cœlesti patria exigentibus meritis longe damnatus, non solum ad statum conditionis reducitur, sed etiam glorioſius exaltatur: vt qui paradisum perdidit, cœlum recipiat: & non solum hunc debiti sui reatus non teneat, sed huic post culpam dona cumulatius excrescant, vt ille contemptor dei, ille imitator diaboli, si ad fructum pœnitentiæ redeat, vsque ad celsitudinem contemplandæ intimæ lucis ascendat. Cuius itaque cor non in huius pietatis admiratione exiliat? Cuius torpor non in subleuatione tantę considerationis expauescat? Vnde & aptè subiungitur:

Caput tricesimumseptimum textus libri beati Iob.

SVper hoc expauit cor meum, & motum est de loco suo. Audiet auditionē in terrore vocis eius, & sonum de ore illius procedentē. Subter omnes cœlos ipse considerat, & lumen illius super terminos terræ. Post eum rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis suæ, & non inuestigabitur cū audita fuerit vox eius. Tonabit deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia. Qui præcipit niui, vt descēdat in terram, & hyemis pluuiis, & imbri fortitudinis suæ. Qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua. Ingredietur bestia latibulum suum, & in antro suo morabitur. Ab interioribus egredietur tempestas, & ab arcturo frigus. Flante deo cōcrescit gelu, & rursum latissimè funduntur aquæ. Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum. Quæ lustrāt cuncta per circuitū, quocūq; eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod præceperit illis, super faciem orbis terrarum, siue in vna tribu, siue in terra sua, siue in quocunque loco misericordię suæ eas iusserit inueniri. Asculta hæc Iob: sta, & cōsidera mirabilia dei. Nunquid scis quādo præcepit deus pluuiis vt ostenderent lucem nubium eius? Nunquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scientias? Nōne vestimenta tua calida sunt, cùm perflata fuerit terra Austro? Tu F

G stro? Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos: qui solidissimi quasi ære fusi sunt. Ostẽde nobis quid dicamus illi. Nos quippe inuoluimur tenebris. Quis narrabit ei quæ loquor? Etiã si locutus fuerit homo deuorabitur. At nunc non vident lucẽ Subitò aër cogitur in nubes, & ventus transiens fugabit eas. Ab Aquilone aurum venit, & à deo formidolosa laudatio. Dignè eum inuenire non possumus. Magnus fortitudine & iudicio, & iustitia, & enarrari non potest. Ideo timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes qui sibi vidẽtur esse sapientes.

SVper hoc expauit cor meum, & motũ est de loco suo.) Quia pauor dum mentem percutit, hanc à semetipsa alienam reddit, nonnunquam Latini interpretes ecstasim
Psalm. 30. pauorem vocant, sicut per Psalmistam dicitur: Ego dixi in pauore meo proiectus sum à vultu oculorum tuorum. Vbi videlicet nõ pauor, sed excessus dici poterat. Sed pauor illic pro excessu ponitur: quia sicut in excessu, ita in pauore alienatur animus. Vnde hic quoque considerata luce æternæ patriæ recte subiungitur: Super hoc expauit cor meum. Ac si dicat: In admirationis excessu se trãstulit, & quia nouæ spei spiritu mẽs afflata est, semetipsam qualis in vetusta cogitatione fuerat, reliquit. Bene autem dicitur: Et motum est de loco suo. Locus
H quippe humani cordis est delectatio vitæ præsentis. Sed cum diuina aspiratione tangitur locus nostri cordis, fit amor æternitatis. Consideratione igitur æternæ patriæ de loco suo animus mouetur: quia derelictis infimis, in supernis cogitationibus ponitur. Prius enim quæ essent æterna nesciebat, in præsentium delectatione torpuerat, simulque ipse transiens, amore transeũtia tenebat. Sed postquam quæ essent æterna cognouit, postquam supernæ lucis radios raptim contemplando cõtigit, admiratione summorum, sese ab infimis suscitatus eleuauit, vt nulla iam ei nisi quæ æterna sunt, libeant: & despectis transeuntibus, sola quæ permanent, requirat. Bene ergo dicit: Super hoc expauit cor meum, & motum est de loco suo: quia pigrum cor & terrenis dudum cogitationibus deditum, cùm repente per excessum se ad summa suspendit, cogitationis infimę locum mutauit. Sed quia per semetipsam in amore præsentis seculi prostrata mens dormitat, & nisi diuinæ gratię aspiratione pulsetur, in suis delectationibus frigida insensibilisq; torpescit, necesse est vt quomodo interna cogitatione tangatur, vel qualiter ad spiritalia sensificetur, adiungat. Sequitur:

Quòd superbus quisque prius timore iudicij concutitur, deinde data indulgentia deo familiarius inhæret, & vnctus gratia spiritus sancti, deinde amat & prædicat.

Caput. XIII.

I AVdiet auditionem in terrore vocis eius, & sonum de ore illius procedẽtem.) Mos sacri eloquij est, vt cum audiri aliquid per auditum insinuat, audiri eundem
Abacuc. 3. auditum dicat, sicut Abacuc ait: Domine audiui auditum tuũ, & timui. Vnde hic quoque dicitur: Audiet auditionem in terrore vocis eius. Notandum verò est quòd vox dei non in gaudio, sed in terrore audiri perhibetur: quia nimirum peccator quisque dum sola quæ terrena sunt, cogitat: dum cor oppressum infimis cogitationibus gestat, si repentè diuinæ gratiæ aspiratione tangit, hoc ante omnia intelligit, quòd cuncta quæ agit, districta æterni iudicis animaduersione puniantur. Auditio igitur vocis dei prius in terrore fit, vt pòst vertatur in dulcedinem: quia ante nos districti iudicis timore castigat, vt iam castigatos supernę dulcedinis cõsolatione reficiat. Nam cùm nos violenta rerum temporalium delectatio possidet, & mentis nostræ oculos in somno torporis premit, si manu subita superni respectus excitamur, diu clausos, mox eosdem ad veritatis lucem oculos mentis aperimus, quæ egimus, mala meminimus: quàm districtus iudex contrà hęc veniat, videmus: versatur in mente quantus ille sit tanti iudicis aduentus, quæ tunc illa sit hominum angelorumque frequentia, quanta vi contra reprobos, & ardentia pugnent elementa, quàm terribiliter æterna prodeat de districti iudicis ore sententia, qua reprobis
Matth. 25. dicitur: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Eorundem pœna reprobo rum ante oculos voluitur, & quæ sint gehennę tenebræ, cum K grauis amaritudinis obscuritate pẽsatur. Quia ergo superbum cor prius terrore cõcutitur, vt concussum in amore solidetur: rectè nunc dicitur: Audiet auditionem in terrore vocis eius. Vbi & bene subiungitur: Et sonum de ore illius procedẽtem. Sonus ex dei ore, est vis timoris de superna irruẽs aspiratione: quia cùm nos de venturis dominus aspirando replet, procul dubio de malè gestis præteritis terret. Potest autẽ per os dei, vnigenitus designari filius, qui sicut brachiũ eius dicitur, quia per eum cuncta pater operatur, de quo propheta ait: Et brachium domini cui reuelatum est? de quo Ioannes dicit: Omnia per ipsum facta sunt, ita etiã os dicit. Hinc est enim quod propheta ait: Os enim domini locutum est hæc. Per quem nobis omnia loquitur, ac si oris nomine patenter diceretur verbum, sicut nos quoque pro verbis linguam dicere solemus, vt cùm Græcam vel Latinam linguam dicimus, Latina vel Græca verba monstramus. Os ergo domini non immeritò ipsum accipimus. Vnde & ei sponsa in Canticis canticorum dicit: Osculetur me osculo oris sui. Ac si dicat: Tangat me dulcedine præsentiæ vnigeniti filij redemptoris mei.

Esaiæ. 1. *Ioan. 1.* *Esa. 58.* *Cant. 1.*

Caput. XIIII.

PEr sonum verò oris potest eiusdem domini sanctus spiritus designari. Vnde & aliàs in eiusdem spiritus significatione scriptum est: Factus est repentè de cœlo sonus *Act. 2.*
tanquam aduenientis spiritus vehementis. Sonus igitur de ore domini procedit: cùm consubstantialis ei spiritus ad nos per filium veniens, surditatem nostrę insensibilitatis rumpit, sicut L
de eodem sono incircunscripto atque incorporeo os domini loquitur, dicens: De meo accipiet, & annunciabit vobis. Po- *Ioan. 16.*
test ergo & per terrorem vocis vis formidinis, & per sonum oris dulcedo consolationis intelligi: quia quos spiritus sanctus replet, prius eos de terrena actione terrificat, & postmodum spe cœlestium consolatur, vt tanto pòst confitẽdo de præmiis gaudeant, quanto prius sola supplicia conspiciẽdo metuebãt. Hinc est quod de vnigeniti spiritu quasi de hoc oris sono Paulus dicit: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in ti- *Rom. 8.*
morem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorũ, in quo clamamus, abba pater. Hinc per semetipsam veritas dicit: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retẽta sunt. Ecce conuersorum terror vertitur in potestatem: quia dum mala sua pœnitendo puniunt, vsque ad exercendum iudicium ascendunt, vt hoc in deo posse accipiant, quod prius de deo ipsi metuebant. Iudices quippe fiunt qui supernum iudicium perfectè timuerunt, & aliena iam peccata incipiunt dimittere, qui prius formidauerant ne retinerẽtur sua. Sed quia hoc ipsum iudicium quod spiritaliter agitur, modo à carnalibus non videtur, sunt nonnulli qui deum res humanas curare non æstimant, & eas ferri fortuitis motibus putant. Contra quos rectè subditur: M

Ioan.

De dei æqua in omnia prouisione, & quòd primitiua Ecclesia miraculorum adiutoriis indiguit, quam persecutionis tribulatio pressit, nũc verò sola exigat operum merita, non virtutum signa.

Subter omnes cœlos ipse considerat, & lumen illius super terminos terræ.) Ac si apertè diceretur: Qui summa regit, etiam extrema non deserit: quia sic impenditur maximis, vt tamen hæc eadem cura regiminis non præpediatur à paruis. Qui enim vbique præsens & vbique æqualis est, etiam in dissimilibus sibiipsi dissimilis non est. Aequè ergo omnia respicit, æquè cuncta disponit, qui in omnibus locis præsens, nec localiter tenetur, nec varia curando variatur. Si autem cœlos sanctos prædicatores accipimus, Propheta attestante, qui ait: Cœli enarrant gloriam dei, postquam per sonum oris aduen- *Psalm. 18.*
tus spiritus sancti designatur, rectè subiungitur: Subter omnes cœlos ipse considerat, & lumen illius super terminos terræ. Sunt nanque nonnulli qui cùm mira Apostolorum opera au- *Error quorundam*
diunt, quòd accepto spiritu sancto mortuos verbo suscitarent, ab obsessis dæmonia pellerent, vmbra infirmitates amouerent, ventura quæque prophetando prædicerent, & vnigenitum verbum dei, omnium gentium loquentes lingua prædicarent: quia has virtutes nunc in Ecclesia non vident, subtractam iam ab Ecclesia supernam gratiam suspicantur, nescientes pen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psalm. 9. Ecclesiæ adiutorium miracula indiguit, nunc verò non.

Nos pensare quod scriptum est: Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Tunc quippe sancta Ecclesia miraculorum adiutoris indiguit, cùm eam tribulatio persecutionis pressit. Nam postq superbiam infidelitatis edomuit, non iam virtutũ signa, sed sola merita operum requirit, quanuis & illa per multos cùm opportunitas exigit, ostendit. Scriptum quippe est: Linguæ in signum sunt nõ fidelibus, sed infidelibus. Vbi ergo omnes fideles sunt, quæ causa exigit vt signa monstrentur? Vnde citius fortasse satisfacimus, si quid de ipsa apostolica dispensatione memoremus. Paulus nanque egregius prædicator Melitem veniens, & plenam infidelibus insulam sciens, patrẽ Publij dysenteria febribusq; vexatum, orando saluauit, & tamẽ ægrotanti Timotheo præcepit, dicens: Modico vino vtere, propter stomachum tuũ, & frequentes tuas infirmitates. Quid est Paule quòd ægrum infidelem orando ad salutem reuocas, & tantum adiutorem euangelij more medici per alimenta curas, nisi quòd idcirco fiunt exteriora miracula, vt mentes hominum ad interiora perducantur: quatenus per hoc quod mirum visibiliter ostenditur, ea quæ admirabiliora sunt inuisibilia credantur? Signo quippe virtutis pater Publij sanandus fuerat, vt mente reuiuisceret, dum miraculo ad salutem rediret. Timotheo autem adhibendum foris miraculum nõ erat, qui iam totus intus viuebat. Quid est ergo mirum si propagata fide, crebrò miracula non fiunt, quando hæc ipsi quoque Apo-
B stoli in quibusdam iam fidelibus non fecerunt?

1. Cor. 14.

Declaratio per exempla. 1. Timo. 5.

Caput. XV.

ELeuatis ergo cœlis, dominus inferiora considerat: quia & ablatis summis prædicatoribus incessanter etiam infima nostræ infirmitatis curat. Et quasi subter cœlos lumen illius terræ terminos respicit: quia post sublimem vitam præcedentium, etiam peccatorum mores actusq; gratiæ suæ illustratione comprehendit. Qui etsi virtutum signa nũc per vitam fidelium crebrò non exerit, ab eisdem tamen fidelibus per virtutem operum nunquam recedit. Potest etiam lumen illius super terminos terræ ita intelligi, quòd prædicatio supernæ gratiæ dum gentes ad fidem collegit, intra semetipsam mundi limites clausit. Vel certè termini terræ sunt fines hominum peccatorum. Et sæpe contingit, vt plærique deum deserant, & vitæ suæ tempora in desideriis carnalibus expendant, sed tamen superna gratia respecti, in extremis suis ad deum re-
Quidam in extremis suis ad deũ redeunt. deunt, quæ sint iudicia æterna cognoscunt, cunctaq; quæ se peruersè egisse meminerint, fletibus puniunt, atque hæc verè se insequi rectis operibus ostendunt. Quibus subsequente iustitia profectò totum dimittitur, quod antè deliquerũt. Hinc enim per prophetiæ spiritum Anna dicit: Dominus iudicabit fines terræ: quia nimirum anteactam vitam deus non iudicat, quando posteriora peccatorum respectu supernę pietatis illu-
Exodi. 13. strat. Hinc Moyses ait: Primogenita asini mutabis oue. Per a-
C sinum quippe immunditia, per ouem verò innocentia designatur. Asini ergo primogenita oue mutare, est immundæ vitę primordia in innocentiæ simplicitatem cõuertere, vt postquam illa peccator egit, quę vt immunda dominus respuit: ea iam agenda proferat, quæ dei sacrificio imponat. Quia ergo post praua opera peccator cõuertitur, & ab actionum suarum tenebris iuxta finem aliquando reuocatur, rectè nunc dicitur: Et lumẽ illius super terminos terræ. Sed graui luctu afficit eadem gratia, quæ post facinora mentem replet. Nam malè gesta ad memoriam reducit, sibiq; hominem quàm sit iustè dãnandus ostendit. Vnde fit vt peccatũ omne quod se egisse reminiscitur, quotidianis fletibus insequatur, & quo magis valet iam quod iustum est cernere, eo ardẽtius appetit iniustum sese gemitibus punire. Vnde aptè subiungitur:

Quòd cùm mentem hominis deus ingreditur, continuo pœnitentiæ gemitus sequatur.

Post eum rugiet sonitus.) Quem enim dominus illustrando repleuerit, eius vitam proculdubio in lamentum vertit, atque illuminatæ menti quo magis ęterna supplicia insinuat eo hanc durius de transacta nequitia gemitibus fatigat, & dolet homo quod fuit: quia bonum iam incipit videre quod non fuit: odit qualem se fuisse meminit, amat qualem se esse debuisse cognoscit, & solam iam pœnitẽtiæ amaritudinem diligit: quia cautè considerat in quantis voluptatibus sua delectatione peccauit. Bene ergo dicitur: Post eum rugiet sonitus: quia D cùm mentẽ deus ingreditur, constat proculdubio q̃ mox pœnitẽtiæ gemitus sequat, vt ei iã salubriter flere libeat, quæ prius de iniquitatibus flenda iucunditate gaudebat. Caput. XVI.

SEd quo vberius culpa fletur, eo altior cognitio veritatis attingitur: quia ad videndum internum lumen polluta dudum conscientia lachrymis baptizata renouatur. Vnde post pœnitentiæ rugitum aptè subiungitur:

Quòd actionem spiritus sancti siue effectum eius nemo ad plenum inuestigat, cum eadem actio per eundem spiritum ordinata alios in resurrectionem, alios sit in ruinam.

Tonabit voce magnitudinis suæ.) Voce enim magnitudinis suæ deus tonat, cùm se nobis bene iam per lamenta præparatis, q̃ sit magnus in supernis insinuat. Quasi enim de cœlo tonitrus procedit, cũ nos incuria negligentiaq; torpentes respectus gratiæ pauore subito percutit, atq; in terra positi, sonũ de superioribus audimus: quia terrena cogitantes, superni terroris sententiam repentè pertimescimus, & mens bene iam de summis sollicita trepidat, quæ prius in infimis malè secura torpescat. Sed istius visitatiõis occultè quibus modis se nobis insinuet terror, ignoratur: neq; ipsius mentis acie comprehenditur, cuius ad melius intentio commutatur. Vnde aptè subiungit: Et non inuestigabitur, cùm audita fuerit vox eius.) Vox domini auditur, cũ gratiæ eius aspiratio mente cõcipitur, cùm insensibilitas occultæ surditatis rũpitur, & cor ad studiũ summi amoris excitatũ, virtutis intimæ clamore penetrat. Sed istã E
vocẽ superueniẽtis spiritus quæ se in aures cordis insinuat, nec ipsa mẽs quę per hanc illustrata fuerit, inuestigat. Pẽsare enim non valet, inuisibilis virtus quibus sibi meatibus influat, quibus ad se modis veniat, quibus recedat. Vnde & bene per Ioã nẽ dicitur: Spiritus vbi vult spirat: & vocẽ eius audis, sed nescis vnde veniat, & quo vadat. Vocẽ enim spiritus audire, est vim cõpunctionis intimæ in amorem inuisibilis conditoris assurgere. Sed nemo scit vnde veniat: quia ignoratur, per ora prædicantium quibus se ad nos occasionibus fundat. Et nemo scit quo vadat: quia cũ vnã prędicationem multi audiunt, intelligi proculdubio non potest quem deserens abiiciat, aut cuius ingrediẽs in corde requiescat. Vna quippe res foris agit, sed non per hãc vno modo intuẽtiũ corda penetrant: quia qui inuisibiliter visibilia modificat, in humanis cordibus causarũ semina incõprehensibiliter plãtat. Hinc est q̃ resuscitato Lazaro multi crediderunt, sed tamẽ Iudæorũ plurimi ad persecutionis zelum ex hac ipsa resuscitatione cõmoti sunt. Vnũ ergo idemq; miraculũ, quod aliis lumẽ fidei præbuit, alios per inuidię tenebras à lumine mentis excęcauit. Hinc est q̃ vterq; latro, & eãdem, & suæ morti similẽ mortem redemptoris vidit, sed eum superbiendo alter contumeliis lacessere non timuit, quẽ timẽdo alter honorauit, atq; in vna re vna vtriusq; cogitatio non fuit: quia hanc internus arbiter inuisibiliter modificãdo distinxit. Sed hic occultæ aspirationis modi, quia cõprehendi nostra F
cogitatione nequeũt, nimirũ diuinæ vocis vestigia nesciũtur. Bene ergo dicit: Et non inuestigabitur cùm audita fuerit vox eius. Vnde & adhuc subiungitur: Tonabit deus voce sua mirabiliter.) Voce sua de* mirabiliter tonat: quia occulta vi corda nostra incõprehensibiliter penetrat. Quæ dũ latẽtibus motibus premit in timore, & format in amore, quanto ardore sequendus sit, aliquo modo silenter clamat, & fit cuiusdã impulsionis nimietas in mẽte, cùm nihil sonet in voce. Quæ tanto apud nos valentius perstrepit, quanto & ab omni exteriori strepitu aurem nostri surdescere cordis facit. Caput. XVII.

Ioan. 3.

Ioan. 11.

VNde & anima ad semetipsam mox hoc intimo clamore collecta miratur, quod audit: quia vim cõpunctionis incognitæ percipit. Cuius ipsa admiratio bene apud Moysen mãna desuper veniẽte signat. Dulcis enim cibus qui de supernis accipitur, manhu vocatur. Manhu enim dicit, quid est hoc? Et quid est hoc dicimus, quando hoc quod cernimus, nescientes admiramur. Supernum igitur manna anima percipit, cùm per vocẽ compũctionis eleuata, nouam speciem internæ refectionis obstupescit, vt diuina dulcedine repleta, iure respõdeat, quid est hoc? quia dũ ab infima cogitatione suspẽditur, ea quę de supernis cõspicit, insolitè miratur. Et quia cũ hac voce torporis nostri surditas rũpitur, vetustæ vitæ protinus

G tinus vſus mutatur, vt anima ſuperno ſpiritu afflata, & in ſummis appetat quæ contempſerat, & contemnat in infimis quæ appetebat, rectè ſubiungitur: Qui facit magna & inſcrutabilia. Vt enim homo terrenis vſibus deditus, iniquis deſideriis preſſus, ſubito ad noua efferueat, atque ad conſueta frigeſcat, exterioribus curis renunciet, in internis contemplationibus anhelet, quis hãc virtutem ſuperne vocis conſiderare ſufficiat? Quis conſiderando comprehendat? Magna ſunt quę per vocẽ ſuam dominus facit, ſed minus magna eſſent: ſi perſcrutari potuiſſent. Facit ergo magna & inſcrutabilia: quia oſtendit foris perfectionem operis, ſed latet intus ipſa qualitas operationis. Voce ſua foris etiam per Apoſtolos inſonat, ſed corda audientium per ſeipſum interius illuſtrat: Paulo atteſtante, qui ait: Ego plantaui, Apollo rigauit: deus autem incrementum dedit. Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat deus. Quanuis ergo noſtris mentibus ſuperne vocis auditum non ipſi præbeant, miſsi tamen ſunt, vt verbis nobis exterioribus condeſcendant. Vnde aptè ſubiungitur:

1. Corin. 3.

Quòd viri contemplatiui quorum conuerſatio in cœlis eſt, infimis fratribus condeſcendunt, & in eorum amore liqueſiunt, irrigantes arida corda eorum, vt & ipſi fructificent deo.

Qui præcipit niui vt deſcendat in terrã, & hyemis pluuiis, & imbri fortitudinis ſuæ.) Quia Pſalmiſta ait: Lauabis me, & H ſuper niuem dealbabor: quid hoc loco niuem, niſi per lucem iuſtitiæ candida accipimus corda ſanctorum? Aquæ autem dictæ in ſuperioribus conſtipantur, vt niues fiãt. Sed cùm hæ ipſæ niues ad terram veniunt, in aquarum iterum liquorem vertuntur. Aquæ igitur ſunt prædicatorum mentes: quæ dum ad contemplanda ſuperna ſe erigũt, altiori intellectu ſolidantur. Cumque in ſumma conſideratione rapiuntur, virtutem confirmationis accipiunt. Sed quia adhuc in terris fraterna dilectione retinentur, ſemetipſas ab alto intellectu modificant, & infirmis humiliter prædicantes, more niuium corda arentium liquatæ rigant. Niues ergo ad terram de cœleſtibus veniunt, cùm ſublimia corda ſanctorum quę iam ſolida contemplatione paſcuntur, pro fraterna charitate ad humilia prædicationis verba deſcendunt.

Pſalm. 50.

Caput. XVIII.

SIcut enim nix terram cùm iacet operit, cùm verò liquatur, rigat: ita ſanctorum virtus per firmitatẽ ſuam apud deum vitam peccatorũ protegit, & per condeſcẽſionem ſuam, quaſi liquefacta arentem terram vt fructus proferat, infundit. Et quia aqua prius ab infimis trahitur, vt poſt à ſuperioribus ſparſa reddatur, ſancti quique etiam cùm in virtutis arce conſiſtunt: vnde eleuati ſunt conſiderant, ne alienæ infirmitatis abiecta conteñant. Quaſi ergo aquæ ad terras de quibus ſubleuatæ ſunt, redeunt: dum condeſcendentes iuſti peccatoribus, reminiſci non deſinunt, quod fuerunt. Certè aqua in terris adhuc Paulus fuerat cùm legem carnaliter ſapiebat: ſed I ductus ad cœleſtia, in niuem verſus eſt: quia quod prius infirmum ſapuit, ad ſoliditatem veræ intelligentię commutauit, & tamen condeſcendens fratribus, quaſi nix ima repetiit: quia & poſt virtutum culmina, quàm fuerat indignus agnoſcit, dicẽs: Qui prius fui blaſphemus & perſecutor, &c. Ecce q̃ clemẽter ſuæ imbecillitatis reminiſcitur, vt aliorum æquanimiter infirma patiatur. Quaſi enim ad terram de qua ſumpta fuerat poſt cœlum aqua rediit, dum poſt tantę ſuæ contemplationis arcana peccatorem ſe Paulus meminit, vt prodeſſe humiliter peccatoribus poſsit. Videamus itaque, aqua hæc in niuis ſoliditatem vertenda, qualiter trahatur ad ſumma, ait: Siue mente excedimus deo. Videamus qualiter ad ima nix redeat, vt dum liquatur, infundat, ait: Siue ſobrij ſumus vobis. Videamus qua manu ducitur, vt & iacens eleuari valeat, & ſubleuata reuocari, ait: Charitas enim Chriſti vrget nos. Quia igitur charitas Chriſti quæ ſanctorum mẽtes ad ſuperna ſubleuat, eas pio moderamine pro fraterna dilectione etiam ad humilitatem condeſcenſionis format, rectè dicitur: Qui præcipit niui vt deſcẽdat in terram. Vbi & aptè ſubiungitur: Et hyemis pluuiis, & imbri fortitudinis ſuę. Hyems quippe eſt vita præſens, in qua noſtrę frigidus torpor aſtringit: quia ſcriptum eſt: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena habitatio ſenſum multa cogitantẽ. Habet autẽ hęc hyems pluuias, recto rum proculdubio prædicationes. De quibus videlicet pluuiis per Moyſen dicitur: Expectetur ſicut pluuia eloquium meũ, & deſcẽdant ſicut ros verba mea. Hæ nimirum pluuiæ hyemi congruunt, æſtate ceſſabunt: quia cùm nunc carnalium oculis vita cœleſtis abſconditur, neceſſe eſt vt ſanctorum nobis prędicationibus irroretur. Cùm verò æterni iudicij æſtus incanduerit, nullus verba prædicantiũ neceſſaria tunc habebit: quia veniente iudice, ad cor ſuum quiſque reducitur, vt ſancta iam cùm agere non valet, ſentiat: & rectum quod ſequi debuit, extortitudinis ſuæ pœna cognoſcat. Vnde bene per prophetam dicitur: Congrega eos quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis. In die enim occiſionis ſanctificantur reprobi: quia tunc ſancta quæ debuerunt, agere conſentiunt: cũ digna prauitatis ſuæ ſupplicia iã declinare non poſſunt. Quia autem prædicationes ſanctæ cum vita præſenti, id eſt, pluuiæ cum hyeme ceſſabunt, rectè exeunti animæ, atque ad æternæ fœlicitatis æſtiua properanti, ſponſi voce ſuadẽtis dicitur: Surge, propera amica mea, formoſa mea & veni. Iam enim hyems tranſiit, imber abiit & receſsit. Tranſeunte quippe hyeme, imber recedit: quia cùm vita præſens peragitur, in qua nos ignorantiæ nubilo, carnis corruptibilis torpor aſtrinxerat, omne miniſterium prædicationis ceſſat. Clarius quippe per nos tũc videbimus hoc quod ſanctorum vocibus nunc obſcurius audimus. Præcipit igitur dominus niui, & hyemis pluuiis, vt in terram deſcendant, dum aſpiratione ſancti ſpiritus pro corrigendis peccatoribus corda ſanctorum ad miniſterium prædicationis humiliat. Vbi rectè additur:

Hier. 1.

Cant. 2.

L

Quòd alia ſit prædicatio de infirmitate humanitatis, alia de fortitudine diuinitatis.

Et imbri fortitudinis ſuæ.) Imber quippe fortitudinis dei, eſt prædicatio diuinitatis. Nam imber infirmitatis, eſt prædicatio eius incarnationis, de qua per Paulum dicitur: Quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus. Et rurſum: Si crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex virtute dei. Sic autem ſancti viri humanitatis eius infirma prædicant, vt auditorum ſuorum cordibus etiã diuinitatis fortia infundant. Audiamus per tonitruum nubis, imbrem fortitudinis: In principio erat verbum, & verbũ erat apud deũ, & deus erat verbũ. Audiamus etiã imbrem infirmitatis: Verbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Audiamus imbrem fortitudinis: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factũ eſt in ipſo, vita erat. Audiamus etiã imbrem infirmitatis: In propria venit, & ſui eũ non receperũt. Imbri ergo fortitudinis ſuæ præcipit, vt in terram deſcendat: quia ſanctorum ſuorum vocibus ſic nobis humanitatis ſuę infirma prædicat, vt nobis etiã mira, & fortia ſuę diuinitatis innoteſcat. Sed cùm virtutem noſtri conditoris audimus, ſtatim ad corda noſtra formidine cõpellẽte reducimur, & tantum ſuper nos iudicem perpendentes, quæ digne quęve egimus indignè, penſamus. Vnde & bene ſubiungitur:

1. Cor. 1.

2. Cor. 13.

Ioan. 1.

M

Quòd naturali ratione, quæ eſt lex mentis, & lege prædicationis, homini deus quid agat, & quid mereatur, inſinuat.

Qui in manu omnium hominum ſignat, vt noueriut ſinguli opera ſua.) Mala enim quæ agunt homines, penſare contemnunt. Sed cùm virtutem ſupernæ diſtrictionis audiunt, prauorum operum hoc quod ſe deprimit pondus agnoſcunt. Prædicationis quippe verbis pulſati euigilant, vt pẽſent ad quę ſupplicia ſeſe antiquæ actionis meritum trahat. Dum ergo imber fortitudinis in terram deſcendit, in manu vniuſcuiuſq; ſignat: vt ſua opera ſciat: quia dũ virtus incõprehenſibilis maieſtatis agnoſcitur, ab vnoquoq; ſubtilius ſua vita penſatur. Quod tamen intelligi & aliter poteſt. Creator nanq; omnipotens à cũctis inſenſibilibus irrationabilibusq; diſtinctam rationabilem creaturam hominem cõdidit: quatenus quod egerit, ignorare non poſsit. Naturæ enim lege ſcire compellitur, ſeu prauũ ſiue rectum ſit quod operatur. Nam ad iudicium pro actione cur venit, ſi potuit neſcire quod egit? Et ipſi ergo q̃ præceptis dominicis erudiri contemnunt, vtrum bona an mala ſint quæ faciunt, ſciunt. Nam ſi bona ſe facere neſciũt, cur de aliquibus factis in oſtentatione glorianẽ? Rurſum ſi malè ſe agere ignorãt, cur in eiſdem factis alienos oculos declinant? Ipſi enim ſibi teſtes ſunt: quia ſciũt malũ eſſe quod agũt, qđ videri ab aliis verenẽ. Si enim veraciter malũ eſſe nõ crederẽt, nequaq̃ hoc ab

aliis

A aliquis videri formidarent. Vnde & bene per quendã ſapientem
Sapien. 17. dicitur: Cùm ſit timida nequitia, dat teſtimonium cõdemnationi: quia dum de facto ſuo conſcientiam pulſans timor redarguit, ipſa ſibi teſtimonium perhibet damnabile eſſe quod
Ioan. 3. agit. Quo contra per Ioannem dicitur: Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud deum. Fugiãt ergo iniqui humanos oculos, ſemetipſos certè fugere non poſſunt. Quia enim malum quod faciunt nouerunt, habent teſtẽ conſcientiam, habent iudicem rationem ſuam. In peccato igitur quod committunt, prius contra ſe iudicium ſuæ rationis inueniunt, & poſt ad diſtrictionem æterni examinis perducuntur.
Pſal. 41. Et hoc eſt fortaſſe quod per Pſalmiſtã dicitur: Abyſſus abyſſum inuocat in voce cataractarum tuarum: quia dum miro ordine diſpoſitionis occultæ malum non permittitur neſciri, quod agitur, & ſuo ſe iam iudicio peccator in conſcientia cõdemnat, & poſt condemnationem propriam ad æterni iudicis ſentẽtiã properat. Abyſſum ergo abyſſum inuocare, eſt de iudicio ad iudicium peruenire. Eãt ergo prędicatores ſancti, redarguant facta peccãtium, auditores autem praui contemnant verba iuſtorum, defendant quãtum voluerint prauitates ſuas, atque impudenter geſtas, impudentius defendendo multiplicent, certè ipſi ſibi in conſcientia teſtes ſunt, quia excuſabiles non ſunt. Eo enim ipſo quo rationabilem creaturam deus hominem condidit: in manu omnium hominum ſignat, vt no-
B uerint ſinguli opera ſua. Sed quia Heliu de prauitate ſingulorum ſententiam protulit, ilico ad ipſum prauitatis auctorẽ per quem vnumquodque malum oboritur, mentis oculos deflectit: vt quia vno hoc verſu praui capitis membra perſtrinxerat, etiam hocipſum membrorum caput ſub breuitate deſcribat. Vel certe, quia ſuperius nubium dei virtutes intulerat, agit nunc vt contra bonorum vitam aduerſarij impugnationes innoteſcat. Nam ſequitur: Ingreditur beſtia latibulum ſuum, & in antro ſuo morabitur.)

Quòd in reproborum cordibus diabolus quaſi in antro ſuo lateat.

Caput. XIX.

QVis alius nomine beſtiæ niſi antiquus hoſtis accipitur, qui deceptionem primi hominis ſæuus impetiit, & integritatem vitæ illius malè ſuadendo laniauit? Contra quem prophetæ vocibus de ſancta electorum Eccleſia in antiquum ſtatum reſtaurãda promittitur:
Eſa. 35. Et mala beſtia non tranſibit per eam. Sed hęc beſtia cùm poſt redemptoris aduentum, poſt prædicatorum voces, quaſi poſt tonitruum nubium in fine mundi illum damnatum hominem qui Antichriſtus vocatur, inuaſerit: quid aliud quã latibulum ſuum ingreditur, vt in antro proprio demoretur? Vas quippe illud diaboli, antrum ac latibulum beſtiæ eſt, vt inſidians hominibus viam huius vitæ carpentibus, in illo & per ſigna lateat, & per malitiam occĩdat. Qui tamen omniũ reproborum corda etiam nunc priuſquam apertus appareat, poſſidet: eaque
C per occultam malitiam quaſi propriũ antrum tenet, atque ad omne quod nocere bonis appetit, in eorum ſe obſcuris mentibus abſcondit. An Iudæorum perſequentium corda, antrum huius beſtiæ non fuerunt, in quorum diu conſiliis latuit, ſed
Ioan. 19. repentè vocibus erupit clamantium, crucifige crucifige? Et quia ad lacerationem mentis pertingere tentando non potuit in redemptore noſtro ad mortem carnis anhelauit. Hæc nimirum beſtia multa electorum corda tenuit, ſed hanc ab illis
Ioan. 12. moriens agnus excuſsit. Vnde & in Euangelio dicit: Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Qui miro rectoque iudicio dum confeſsiones humilium illuminans ſuſcepit, ſuperborum oculos deſerens clauſit. Vnde ei per Pſalmiſtam dicitur:
Pſal. 103. Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluarum: catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærant à deo eſcam ſibi. Tenebras quippe dominus ponit, cùm peccatis iudicia rependens, lumen ſuæ intelligentiæ ſubtrahit. Et nox efficitur: quia prauorum mens ignorantiæ ſuæ erroribus cæcatur. In qua omnes beſtiæ ſyluæ pertranſeunt: dum maligni ſpiritus ſub opacitate fraudis latentes, in reproborum cordibus prauitates ſuas explendo percurrunt. In qua & catuli leonum rugiunt: quia nequiſsimarum, ſed tamen eminentium poteſtatum miniſtri ſpiritus importunis tentationibus inſurgunt. Qui tamen à deo eſcam appetunt: quia
D nimirum capere animas nequeunt, niſi iuſto iudicio prætualere diuinitus permittantur. Vbi & aptè ſubiungitur: Ortus eſt *Ibidem.*
ſol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis ſe collocauerunt: quia veritatis lumine per carnem apparente, à fidelium mentibus excuſsi, quaſi ad cubilia ſua reuerſi ſunt, dum ſola infidelium corda tenuerunt. Quod igitur illic leonum cubile, hic antrum beſtiæ dicitur: Notandũ verò magnopere æſtimo quòd beſtia hæc non ſolum antrum ſuum ingredi, ſed in eo etiam morari perhibetur. Aliquando nanque etiam bonorum mentes ingreditur, illicita ſuggerit, tentationibus fatigat, rectitudinem ſpiritus ad delectationem carnis deflectere conatur, delectationem quoque ad conſenſum perducere nititur: ſed tamen reſiſtente ſuperno adiutorio prætualere prohibetur. In- *Diabolus aliquando bonorũ mẽtes ingredi tur, ſed non in eis morat ur.*
trare ergo in mentes bonorum poteſt, ſed in eis morari non poteſt: quia cor iuſti huius beſtiæ antrum non eſt. Quos enim quaſi proprium antrum poſsidet, eorum mentes procul dubio immorans tenet: quia & prius in eis cogitationes vſque ad iniqua deſideria, & poſt iniqua deſideria vſque ad nequiſsima opera perducit. Neque enim ſtudent reprobi ſuggeſtiones eius recta iudicij manu repellere: cuius voluptatibus appetunt ſubdita delectatione ſeruire. Cumque in eorum cordibus prauum quid oritur, mox per ſtudium delectationis enutritur, & cùm ſibi minimè reſiſtitur, protinus ex conſenſu
E roboratur, ſtatimque conſenſus ad opus perducitur, opus verò etiam conſuetudine grauatur. Rectè ergo in antro ſuo morari hæc beſtia dicitur, quæ tam diu cogitationes reproborum tenet, quouſque eorum vitam etiam aculeo praui operis perforet. Vnde bene ad Iudæam dominus per prophetam dicit: *Hiere. 4.*
Quouſque morabuntur in te cogitationes noxiæ? Neque enim reprehendit, cur veniant: ſed cur morentur. Et in bonis enim cordibus cogitationes illicitæ veniunt, ſed tamẽ morari prohibentur: quia recti quique ne captiuandam domum conſcientiæ præbeant, ab ipſo cordis limine hoſtem fugant. Qui etſi quando repentinis ſuggeſtionibus vſque ad primum veſtibulum ſurripuerit, ad conſenſus tamen ianuam non pertingit. Huic nimirum beſtiæ impulſu ſubitę formidinis victus *Matt. 26.*
ianuam cordis Petrus negando aperuit, ſed citius cognoſcendo reſtitit, flendo clauſit.

Caput. XX.

QVia verò antiquus hoſtis perſecutorum corda non ſolum intrando tenuit, ſed etiam tenendo poſſedit, dicatur rectè: Ingredietur beſtia latibulum ſuum, & in antro ſuo morabitur. Quantum nanque in Iudæorum mentibus demorata ſit diſcimus, cùm illorum conſilia atteſtatione Euangelicæ narrationis audimus. In illa nanq; deſcribitur cùm redemptorẽ noſtrum viuificare mortuos cernerent, in morte eius quanta anxietate crudelitatis inſanirent, quot explere contra illum praua deſideria ardenter vellent, ſed tamen populum timerent: quot occaſiones occidendi quærerent, & inuenire non poſſent: quot ad votum ſuę
F ſæuitiæ alienigenarum manibus vſi ſunt: quia eum quem legaliter interimere ipſi non poterant, feriendum gentibus tradiderunt, vt ex ſola poteſtate Romanus præſes ageret, quod ex ſola malitia vt agi debuiſſet, ipſi anhelarent. Vnde & aptè ſubiungitur:

Quòd Chriſtus Iudæis qui zelo legis feruere videbantur, ſcandalum fuit: gentibus verò infidelitatis frigore torpentibus, ſtultitia.

Ab interioribus egredietur tẽpeſtas, & ab arcturo frigus.) Scriptura ſacra cùm contra arcturum interiora memorat, diuerſam Aquilonis partibus Auſtri plagam deſignat. Vnde in hoc eodem libro ſcribitur: Qui facit arcturum & orionas & interiora Auſtri. Quia igitur interiora Auſtri Sol feruentior tenet, in arcturo verò curſum omnimodo non habet, interiorum nomine plebs Iudaica: arcturi autem vocabulo, hoc in loco populus gẽtilis exprimitur. Hi enim qui vnũ atq; inuiſibilẽ deũ nouerant, eiuſdẽque legi ſaltẽ carnaliter ſeruiebant, quaſi ſub meridiano Sole feruentes in fidei calore tenebantur. Gentiles autem quia nullam ſcientiam ſupernæ cognitionis attigerant, velut ſine ſole frigidi ſub Aquilone remanebant. Quia verò tempeſtas impellit, frigus autem torpore opprimit, rectè nunc dicitur: Ab interioribus egredietur tempeſtas, & ab arcturo frigus, ac ſi apertè diceretur, à Iudæis ſurgit malitia

G perſequens,& à gentilibus poteſtas premens. Neque enim miracula fieri legis præcepta vetuerant, & tamen Iudæi pro eiſdē miraculis interimere humani generis redemptorē quærebant. Vnde explere hoc quod cœperant non valentes, ad Pilati prætoriū cucurrerunt, vt ipſe hunc perimeret, quē iniuſtè perimere lex nulla cohiberet. Ab interioribus ergo tempeſtas, atque ab arcturo frigus prodiit, dum quod Iudæa ex inuidia petiit, hoc gentilis iudex ex Romana auctoritate perpetrauit. Vnde bene contra hanc eandem adhuc inuidiam ſubditur:

Caput. XXI.

FLante deo concreſcit gelu.) Quia quo fideliū cordibus ſpiritus ſanctus aſpirauit, quo maiora virtutum miracula contulit, eo infidelium mentibus grauioris inuidiæ torpor excreuit, atque inde cōtra deum plebs infidelis obduruit, vnde humilis populus anteactam duritiam qua ſe aſtrinxerat, emolliuit. Deo enim flante in gelu verſi fuerant, qui viſis miraculis inuidentes dicebant: Ecce totus mūdus poſt eum abiit. *Ioan.12.* Conſpiciebant ſigna, cernebāt per miniſtros eius miracula, totum iam mundum ſecuturum fidei prædicamēta præuidebāt, & tamen quo ſanctus ſpiritus mundum repleuerat, eo illorum mētes arctius inuidiæ malitia ligabat. Aqua ergo in gelu verſa fuerat, dum eunte poſt deum mundo, Iudæa in inuidia pigra remanebat. Sed quia ſupernæ poteſtati *ſuppetiit etiam tantæ crudelitatis duritiam ſoluere, atque ad amādū ſe corda infidelium liquare: poſt hoc gelu mox bene ſubditur: Et rurſum latiſsimè funduntur aquæ.) Poſt gelu quippe dominus latiſsimas aquas fudit: quia poſtquam Iudæorū ſæuitiā vſq; ad mortem pertulit, eorū corda protinus ab infidelitatis duritia, amoris ſui aſpiratione liquefecit, vt tanto pòſt deſiderabilius ad obediendum currerent, quanto præceptis illius prius obſtinatius reſtitiſſent. Vnde bene per quēdam ſapientem dicitur: Sicut glacies in ſereno, ſic reſoluētur peccata tua. *Eccli.3.* Ab hoc frigidi torporis gelu ſolui propheta deſideraverat, cùm dicebat: Conuerte domine captiuitatem noſtram, ſicut torrens in Auſtro. *Pſalm.125.* De his aquis, id eſt, ad deum concurrentibus populis rurſum dicitur: Mittet verbum ſuum & liquefaciet ea, flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ. *Pſal.147.* Aquæ de gelu currūt: quia plærique ex duris perſecutoribus magni prædicatores fiunt. Gelu igitur in aqua liquatur, cùm torpor interni frigoris ad irrigationem vertitur prædicationis. An Paulus gelu nō erat, qui acceptis epiſtolis Damaſcum pergens, in corde fidelium quaſi in terra dei iactata verbi ſemina, ne ad perfectionem operum ſurgerent, reſtringere quærebat? Sed gelu hoc in aquam rediit: quia quos perſequendo prius premere ſtuduit, hos poſtmodum fluentis ſanctæ exhortationis infudit, vt tāto vberior electorum meſſis exurgeret, quanto hanc imber dei etiam ab ore perſecutoris irrigaret. *Act.9.* Vnde & bene ſubditur:

Quòd meſsis Eccleſiaſtica operarios deſiderat, quorum compluatur doctrina, & exemplis proficiat.

Caput. XXII.

1 FRumentum deſiderat nubes.) Quid enim electi quique ſunt, niſi frumenta dei cœleſtibus horreis recondenda? Quę nunc in tritura areæ paleas tolerāt: quia in hac purgatione ſanctæ Eccleſiæ mores contrarios reproborum portant, quouſque hanc internus agricola ventilabro iudicij dirimat, & in ſuperna habitacula electos ſuos quaſi munda iā grana ſuſcipiens, æternis paleas ignibus tradat. *Mat.3.* Vnde bene per Ioannem dicitur: Cuius ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Sed hoc frumentum quouſque ad perfectionem fructuū veniat, nubium pluuias expectat vt creſcat: quia bonorū mens prædicātium verbis infunditur, ne ab humore charitatis deſideriorū carnalium ſole ſiccetur. *Mat.9.* Hoc frumentum ſupernus agricola in mūdo ſurgere ac nubes deſiderare cōſpexerat, cùm dicebat: Meſsis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate autē dominū meſsis vt mittat operarios in meſſem ſuam. Qui igitur hic frumentū, illic meſsis, qui verò hic nubes, illic operarij vocantur: quia prædicatores ſancti & nubes ſunt & operarij, nubes videlicet per doctrinam, operarij per vitam, nubes quia verbis influūt, operarij quia non deſinunt agere quod loquuntur. Vnde & ſubditur: Et nubes ſpargunt lumen ſuum.) Nubes enim lumē ſpargere, eſt prædicatores ſanctos exempla vitæ & loquendo & agendo dilatare. Sed quanuis annunciationis intimæ lumen ſpargant, non tamen ad conuertenda omnium quæ appetunt corda perueniunt. Nam ſequitur: Quæ luſtrant cuncta per circuitum, quocunque eas voluntas gubernantis duxerit.) Sępe enim prædicatores ſancti exhortari quoſdam volunt, ſed nequeunt. Sæpe quoſdam declinare appetunt, ſed tamen internæ inſtigationis impulſu exhortari eos inſtantiſsimè compellūtur. Videamus nubem dei quomodo gubernantis manu & ad ea quæ non appetit ducitur, atque ab impulſu ſuo iterum gubernāris manu retinetur. Certè Paulus cùm veſtimenta ſua excutiens à Corinthiis diſcedere vellet, audiuit: Noli timere, ſed loquere, & ne taceas, propter quod ego tecum ſum, & nemo apponetur tibi vt noceat te, quoniam multus eſt mihi populus in hac ciuitate. *Act.18.* Rurſum cùm ad Theſſalonicēſes voluiſſet ire, retentus eſt, dicens: Volui venire ad vos ego quidem Paulus, & ſemel & iterum, ſed impediuit me ſatanas. *1.Theſſ.2.* Neque enim per ſemetipſum Satan præpedire tanti Apoſtoli vias potuit, ſed occultæ diſpenſationis vſibus dum aduerſatur, neſciens deſeruiuit, vt nimirum Paulus dum ad alios vellet accedere nec valeret, eis à quibus recedere non poterat, altius * prodeſſet. Nubes igitur dei cuncta per circuitum luſtrant: quia prædicationis luce mundi fines illuminant. Sed quia diuinis nutibus ſubditæ nequeunt explere quod volunt, ire nō poſſunt, niſi quo eas voluntas gubernātis duxerit. Vnde & adhuc ſubiungitur: Ad omne quod præcipitur eis ſuper faciem orbis terræ.) Sępe enim cùm gubernantis voluntate perducuntur, aliter agere appetunt, ſed aliter diſponuntur. Nam plærunque quoſdam auditores ſuos ſtudent blandè corrigere, & tamen eorum ſermo in aſperitatem ducitur. Plærunque quoſdam reſecare aſperè appetunt, ſed tamē eorum rigor per manſuetudinis ſpiritum refrenatur. Sicut ergo non poſſunt ire quo volunt, ita etiam nequeunt agere ſicut volunt. Quia enim eos internus arbiter tenet cùm mittit, ita illos etiā modificans ſuſcipit cùm perducit, vt aliquando in cogitatione alia diſponant, ſed alia in opere peragant, aliquando aliter inchoent, ſed aliter conſummen. Quia igitur iuxta hoc quod ſibi præcipitur ſeruiunt, dicatur rectè: Quocunque eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod præceperit illis ſuper faciem orbis terræ. Eo enim apertiorem viam prædicationis inueniunt, quo ad hanc non ſuis, ſed præceptoris ſui nutibus ducuntur. Vnde adhuc ſubditur:

Quòd ſecundum gratiam dei, verbum fidei ad omnes perueniat, & profectus iuſtitiæ, neque volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt dei.

Siue in vna tribu, ſiue in terra ſua, ſiue in quocunque loco miſericordiæ ſuæ eas iuſſerit inueniri.) Vna tribus profectò Iuda intelligitur, quæ in ſcriptura ſacra clara ac multiplex præ cæteris memoratur. Quæ in hoc quòd ex ſe redemptoris noſtri carnē protulit, ſpeciale præ omnibus munus accepit. Terra autem dei, ſimul omnis Iudæa nominatur. Quæ tunc ei fidei ſuæ fructum protulit, cùm totus ſub idolorum cultu delapſis gentibus mundus errauit. Locus autem miſericordię dei eſt ipſa gentilitas, cuius culpas diſtrictus iudex ſi iuſtè animaduerteret, ad reconciliationem gratiæ nunquam veniret. Quæ cùm nulla apud deum merita habuit, reconciliationis tamen gratiam ex ſola miſericordia accepit. Vnde per Paulum dicitur: Gentes autem ſuper miſericordia honorare deum. *Roma.15.* Vnde rurſus ſcriptum eſt: Qui quondam non conſecuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſecuti. *1.Pet.2.* Nubes ergo ſuas deus ducit, ſiue in vna tribu, ſiue in terra ſua, ſeu in quocunque loco miſericordiæ ſuæ eas iuſſerit inueniri: quia prædicatores veteris nouiq́ue teſtamenti aliquando ſoli tribui Iudæ contulit, & Iſraēl penè totum ex praua regum gubernatione reprobauit. Aliquando & in terra ſua has pluere nubes facit: quia eūdem Iſraēliticum populum ad antiquam gratiam poſt correptionem captiuitatemq́ue reuocauit. Aliquando de loco ſuæ miſericordiæ eas clareſcere voluit: quia per prædicatores ſanctos etiam gentibus virtutum miracula oſtendit, vt ſola miſericordia à iugo erroris abſolueret, quos ingenitæ perfidiæ ira deprimebat.

Caput. XXIII.

Sed ecce

A Sed ecce Heliu quia futura per propheticum ſpiritū ſenſit, quia multa ſublimiter protulit, vir arrogans elationis ſuæ pondere laſſatus non valet portare quæ dicit: Nam per iactantiam protinus adiungit: Auſculta hæc Iob, ſta & conſidera miracula dei.) Quaſi in comparatione ſui iacentem vidit, quem ad verba tantæ prædicationis vt ſtaret admonuit. Quanuis & per hoc quod dicit: Auſculta, grauem beato Iob contumeliam irrogat: quia, ſicut iam de illo & ſuperius dixi-mus, irrogatia minoris eſt, auditum ſibi velle extorquere maioris. Sed licèt Heliu bona quæ dicit, neſciat penſare cui dicit, nos qui erudiri ab hominibus quærimus, indagare verba doctrinæ illius ſubtiliter debemus. Nam magna fortaſsis virtutis arte dicitur: Sta & conſidera miracula dei. Sunt nonnulli quippe qui dei miracula iacentes conſiderant: quia operationis eius potentiam non ſequentes admirantur. Stare quippe eſt re-
1.Corin.10. cta agere. Vnde & per Paulum dicitur: Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Et ſæpe quidam ſuperna iudicia mirātur, prædicamenta cœleſtis patriæ cùm audiunt diligunt, mira opera internæ diſpoſitionis obſtupeſcunt, ſed tamen amando & viuendo ad hæc eadem opera aſſurgere negligunt. Iacentes ergo dei miracula conſiderant, qui eius potentiam ſciendo penſant, ſed viuendo non amant. Per contemplationem quidē in conſideratione oculos tendunt, ſed tamen per intentionem ſeſe à
Num.24. terra non erigunt. Vnde bene in Balaam exprobratione dicitur: Qui cadens apertos habet oculos. Multa nanque de aduentu redemptoris dixerat, & quæ in nouiſsimis temporibus erant ventura præuidebat, ſed tamen ei viuendo aſſurgere
B noluit, quem præuidendo prædicauit. Iacēs ergo apertos oculos habuit, cum eius mentem & prophetia ad cœleſtia tenderet, & auaritia in terra retineret. Iacens apertos oculos habuit: quia eum videre de ſuperioribus potuit, quem proſtratus in infimis nō amauit. Heliu itaque qui beatum Iob nequaquam credidit viuendo tenuiſſe quod dixit, quaſi admonēs dicit: Sta & conſidera miracula dei. Quem adhuc de venturis diſcutit, & quaſi de ignorantia humilians adiungit:

Quod niſi prædicatores loquendo prodant quales intus ſint, aut reliquis hominibus ſimiles, aut longè deſpectiores videantur.

Nunquid ſcis quando præceperit deus pluuiis vt oſtenderēt lucem nubium eius? Si nubes ſancti prædicatores ſunt, pluuiæ nubium ſunt verba prædicationum. Sed nubes cùm per aëra tranſuolant, niſi pluuiæ deorſum veniant, neſcitur quantam aquarum immenſitatem portant. Niſi coruſcus Sol inter pluuias erumpat, intelligi non valet quid in eis etiam claritatis lateat: quia nimirum prædicatores ſancti ſi taceant, & nequaquam loquentes oſtendant, quanta ſit cœleſtis ſpei claritas quam in cordibus geſtant, aut reliquis hominibus ſimiles, aut longè his deſpectiores videntur. Cùm autem aperire per prædicationem cœperint quæ ſit ſupernæ patriæ remuneratio, quam intrinſecus tenent, cùm perſecutione preſsi, in qua vir-
C tutis arce profecerint innoteſcunt, cùm viſione deſpecti, loquendo inſinuant vnde timeantur, ipſæ quæ de nubibus influunt pluuiæ, lucem nobis earundum nubium oſtendūt. Per verba enim prædicatorum agnoſcimus, vt in eis claritatem vitæ quam appetunt, cum magna humilitate veneremur. Hanc
Ephe.3. nimirum lucem Paulus diſcipulis oſtendebat, cùm diceret: Vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius, quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis, & quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credimus. Hanc lucem Corinthij perſcri-
2.Corin.10. ptorum verba quaſi per pluuiæ guttas agnouerant, cùm dicebant: Epiſtolæ graues ſunt & fortes, præſentia autem corporis infirma, & ſermo contemptibilis.

Caput. XXIIII.

Sed plærunque prædicatores ſancti oſtendere ſemetipſos vt proſint cupiunt, nec tamen poſſunt. Plærunque latere vt quieti ſint appetunt, nec tamen permittuntur. Nemo igitur ſcit quando lucem nubium pluuiæ oſtendant: quia nemo comprehendit quando deus virtutem prædicationis præbeat, vt prædicantium gloria clareſcat. Dicit ergo: Nunquid ſcis quando præceperit deus pluuiis, vt oſtenderent lucem nubium eius: Ac ſi apertè dicat: Nunquid ſi venturos in mundo prædicatores iam conſpicis, quādo eos ad prædicandum dominus repletione ſancti ſpiritus impellat, quibúſve modis eo- D
rum vitæ claritatem mundo innoteſcat, apprehēdis? Vnde adhuc aptè ſubiungitur:

Quod in doctrina Euangelica angustiæ ſemitæ ſunt regulæ continentiæ, & perfecta ſcientia ſit, de profectu virtutum, non in ſe, ſed in domino gloriari.

Nunquid noſti ſemitas nubium magnas & perfectas ſcientias?) Habent iſtæ nubes ſemitas ſubtiliſsimas, ſcilicet ſanctæ prædicationis vias. Anguſta quippe porta eſt quæ ducit ad vitam. Eos ergo per ſemitas aſtringunt, qui ab intētionis eorum tramite per lata mundi deſideria euagando non exeunt. Arcta enim bene viuendi cēſura nō eſt ampla via, ſed ſemita, in qua prædicator quiſque ſtudioſè cōſtringitur: quia ſub præceptorum cuſtodia ſollicitè coanguſtatur. An non quaſi quædam anguſtia eſt itineris, in hoc quidem mundo viuere, ſed de huius mundi concupiſcentia nihil habere, aliena non appetere, propria non tenere, laudes mūdi deſpicere, & pro deo opprobria amare, gloriam fugere, deſpectum ſequi, adulantes deſpicere, deſpicientes honorare, mala nocentium ex corde dimittere, & erga eos dilectionis gratiam immobilem in corde retinere? Quæ videlicet omnia ſemitæ ſunt, ſed magnæ: quia quāto in præſenti vita pro ipſa viuēdi cuſtodia anguſtæ ſunt, tanto amplius in æterna retributione dilatantur. Vnde & bene ſubditur: Et perfectas ſcientias. Perfecta quippe ſcientia eſt, & cuncta hæc ſollicitè agere, & ſe de ſuis meritis ſcire nihil eſſe. Vnde & ipſę nubes de hac perfecta ſcientia docentur, cùm eis E
voce veritatis dicitur? Dū feceritis omnia quæ præcepta ſunt Luc. 17.
vobis, dicite, ſerui inutiles ſumus. Perfecta ſciētia eſt ſcire omnia, & tamen iuxta quendam modum ſcientem ſe eſſe neſcire: quia etſi iam dei præcepta nouimus, etſi iam virtutem verborum illius ſollicita intentione penſamus, etſi iam quæ intellexiſſe nos credimus agimus, adhuc tamen acta eadem qua diſtrictione examinis ſint diſcutienda neſcimus, necdum dei faciem cernimus, necdum occulta eius conſilia videmus. Quanta ergo eſt noſtra ſcientia, quæ quouſque mortalitatis noſtræ pondere premitur, ipſe ſuæ incertitudinis nubilo cæcatur? De
qua bene per Paulum dicitur: Qui ſe exiſtimat ſcire aliquid, 1.Cor.8.
nondum cognouit quemadmodum oporteat eum ſcire. In hoc itaque mundo dum viuimus, tunc perfectè quæ ſcienda ſunt ſcimus, cùm proficientes per intelligentiam, nihil nos perfectè ſcire cognoſcimus. Dicitur igitur: Nunquid noſti ſemitas nubium magnas & perfectas ſcientias? Ac ſi apertè dicat: Nunquid iam ſumma acta prædicantium conſpicis, qui poſtquam per ſcientiam ad alta ſe eleuant, deorſum ſe humiliter per cognitionem ſuæ ignorantiæ inclinant? Quod quia ſolo ſancti ſpiritus donó agitur, vt humanum cor non ſolum de ſcientia, ſed etiam de ipſa ſua ignorantia perfectè doceatur, & calore amoris ad ſuperna feruear, dum minora eſſe quæ cognouit in infimis penſat, recte ſubiungitur: F

Quòd doctorum & auditorum concordia quæ mutua charitate coaleſcit, ex ſpiritu ſancto eſt.

Nónne veſtimenta tua calida ſunt, cùm perflata fuerit terra Auſtro?) Sæpe beatum Iob figuram ſanctæ Eccleſiæ tenere iam diximus. Veſtimenta verò Eccleſiæ ſunt omnes qui ei fidei adunatione iunguntur. De quibus eidem Eccleſiæ
per prophetam dominus dicit: Viuo ergo: quia omnibus his Eſa.49.
velut ornamento veſtieris. Per Auſtrum verò qui nimirum calidus ventus eſt, non immerito ſpiritus ſanctus deſignatur, quo quiſque dum tangitur, ab iniquitatis ſuæ torpore liberatur. Vnde bene in Canticis canticorum dicitur: Surge Aquilo & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluant aromata illius. Aquilo enim iubetur vt ſurgat, vt nimirum is qui mortalium corda reſtringit aduerſarius ſpiritus fugiat. Auſter enim venit & hortum perflat vt eius aromata diffluant: quia per aduentum ſancti ſpiritus dum mens hominum repletur, ex ea mox opinio virtutum aſpergitur, vt iure iam ſanctorum lingua quaſi hortus Auſtro perflatus dicat: Chriſti bo- 2.Cor.2.
nus odor ſumus deo. Veſtimenta ergo ſanctæ Eccleſiæ calida ſunt dum terra Auſtro perflatur: quia hi qui ei per fidem inhærent, feruentibus charitatis ſtudiis inardeſcunt, dum eorum mens ſancti ſpiritus afflatu perfunditur. Quod quidem &

G de eodem beato Iob nil obstat intelligi: quia sic hæc generaliter in sancta Ecclesia dicimus, vt tamen per membra eius singula specialiter teneamus. Vnusquisque enim qui rectè viuit, atque hoc & alios docere consueuit, quasi tot vestimenta habet, quot auditores ei concorditer inhærent.

Caput. XXV.

NAtura nanque vestimentorum est, vt per semetipsa calere non possint, sed adiuncta viuenti corpori, dum exhalantes membrorum poros contegunt, emanantem ab intimis calorẽ premunt, quo nimirum calore hæc eadẽ vestimenta calefiunt, sed calefacta calorem quem acceperint, retinendo ad corpus reddunt. Quid ergo per vestimenta viuenti corpori adhærentia, nisi discipulorum vita magistris bene viuentibus coniuncta signatur? Quæ quasi per poros calorem accipit: quia ad amorẽ dei & exẽplo actionis, & impulsu exhortationis igneſcit. Quæ velut frigus proprium expellit, dum à pristina iniquitate discedit, calorẽ quẽ accepit retinet: quia in eo quem prædicando sumpserit feruore conualescit. Doctores autem sancti dum auditores suos in amorẽ dei proficere sentiunt, ipsi amplius in doctrinæ virtute feruescunt, & quia eos ad summa inardescere & feruescere conspiciunt, ad prædicanda bona cœlestis patriæ validius succenduntur. Qui etsi quando pro eo quòd adhuc vitã corruptibilẽ humanæ infirmitatis agunt, de qualibet culpa saltem tenuiter in opere, in
H locutione, in cogitatione tentantur, discipulorum suorũ profectum cõspiciunt, & ipsi vel in minimis esse reprehensibiles erubescunt, ne qua forte exẽpla tortitudinis præbeãt eis quos prædicationis voce ad regulã intimæ rectitudinis vocant. Dũ ergo verbo doctorum accenduntur auditores, quasi ex viuẽti corpore vestimẽta calefiunt. Sed dum ex profectu auditorum etiam vita docentium proficit, quasi ex calefactis vestimentis calor ad corpus redit. Sed nequaquam sibi doctores tribuant quòd per exhortationem suam ad summa proficere auditores vident: quia nisi spiritus sanctus eorum corda repleat, ad aures corporum vox docẽtium incassum sonat. Formare enim vocem magistri exterius possunt, sed hãc imprimere, interius nõ
1. Corin. 3. possunt. Neque enim qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Dicatur ergo: Nónne vestimẽta tua calida sunt, cùm perflata fuerit terra Austro? Quia nimirum tunc auditores qui iam bene viuentibus doctoribus inhærent, calorem superni amoris accipiunt, cùm per afflatum sancti spiritus excitantur, ac si apertè beato Iob diceret: Incassum tibi tribuis si quos per te profeciſſe in virtutibus contemplaris: quia hi quos per te incaluisse æstimas, nisi eos spiritus sancti feruor attingeret, frigidi in sua insensibilitate remanerent. Postquam verò hæc fortiter dixit, per arrogantiam leuiter motus, irrisionis ilico verba subiungit dicens:

Quòd sancti angeli hoc in munere retributionis acceperunt à deo, vt ad peccatum vltrà moueri non possint.

I Tu forsitan cũ eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt.) Possunt per cœlos hi qui in cœlestibus sunt cõditi, angelici spiritus designari. Vnde & in oratione nostra di-
Mat. 6. cere voce veritatis instruimur: Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra, vt nimirum voluntas dei, sicut à superiori creatura agitur, ita in omnibus etiã ab humana infirmitate seruetur. De quibus bene dicitur: Qui solidissimi quasi ere fusi sunt. Naturę nanque æris est rubigine difficilè cõsumi. Et virtutes angelicæ quæ in diuino amore fixæ perstiterunt, lapsis superbientibus angelis, hoc in munere retributionis acceperunt, vt nulla iam rubigine surripientis culpæ mordeantur, vt in cõtemplatione
Genesis. 1. conditoris sine fœlicitatis fine permaneãt, & in hoc quod sunt conditæ: æterna stabilitate subsistant. Quod bene apud Moysen ipsã de mũdi origine historię verba testantur, cùm & prius factum cœlum dicitur, & hoc idem postmodum firmamẽtum vocatur: quia videlicet natura angelica, & prius subtilis est in superioribus condita, & pòst ne vnquam potuisset cadere, mirabilius cõfirmata. Possunt etiam per cœlos, vt sæpe diximus, electorum mentes exprimi, à cunctis terrenis cõtagiis intimo
Philip. 3. amore suspensæ. Qui quanuis corpore degant in infimis: quia tamen corde iam inhærent summis, veraciter dicunt: Nostra conuersatio in cœlis est. Qui solidissimi vt ære fusi sunt: quia ab integritate cœptæ fortitudinis, nulla mutabilitatis rubigine consumuntur. Quibus & fortiter contra aduersa durantibus K auctoris voce dicitur: Vos estis amici mei, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Sed quãuis doctus & arrogãs cùm *Isaiæ.* irridere sanctum virum nititur, irrisioni suæ fortia dicta permisceat, à dictis tamen fortibus semper ad superuacua verba relabitur. Nam iterum eum deridendo subiungit: Ostende nobis quid dicamus ei, nos quippe inuoluimur tenebris.) Ac si dicat, Tu qui iam magna intelligentiæ luce perfrueris, docere nos qui ignorãtiæ tenebris inuoluimur, debes. Qui mox ad irrisione resiliens, despiciendo subiũgit: Quis narrabit ei quę loquor? Ac si apertè dicat: Quæ ego ei de suis laudibus acutè sentiens non audita locor, quis hæc narrare vel postquam audierit potest? Sed quia cũ doctrina & arrogantia in vnius mẽtis habitatione confligit, à loquentis ore non solum sonat viuendi leuitas, sed etiam grauitas sentiẽdi, postquam Heliu per arrogantiam leuiter intumuit, dicens: Quis narrabit ei quæ loquor, mox per doctrinam subdidit:

Quòd ineffabilis sit deus, & scrutator maiestatis opprimatur à gloria.

Caput. XXVI.

ETiã si locutus fuerit homo, deuorabitur.) Omne quod aliquid deuorat, hoc introrsus trahẽs, ab intuentiũ oculis occultat, & rẽ quæ videri in superficie potuit, in profundum rapit. Homo igitur cùm de deo tacet, per rationem in L qua est cõditus, esse aliquid videtur. At si loqui de deo cœperit, ilico quàm sit nihil ostenditur: quia magnitudinis illius immensitate deuoratur, & quasi in profundum raptus abscondi-tur: quia fari ineffabilẽ cupiens, ipsa suæ ignorantiæ angustia deglutitur. Loquitur enim caro de spiritu, circunscriptus spiritus de incircũscripto, creatura de creatore, temporalis de æterno, mutabilis de immutabili, mortalis de viuificãte, & cùm in tenebris positus internum lumen sicut est nesciat, homo de æternitate differere cupiens, cæcus de luce loquitur. Si ergo locutus fuerit homo, deuorabitur: quia si effari homo æternitatẽ sicut est appetit, etiam hoc sibi subtrahit quod de illa vel tacitus sentit. Sed ecce æternitas tunc hominibus verè innotuit, cùm se eis humanitate susceptа mõstrauit. Quæ quia necdum reuelata fuerat, de eisdem hominibus rectè subiungitur. At nunc nõ vident lucem.) De qua nimirum luce etiam per pro- *Esa. 9.* phetam dicitur: Populus qui ambulat in tenebris, vidit lucem magnam. Sed hęc eadem lux qualiter ab hominibus videatur, insinuat: cùm protinus subdit: Subitò aër cogitur in nubes.) Aër quippe ipsa sua tenuitate spargitur, vt nulla firmitate solidetur. Nubes autem tanto firmiores sunt, quanto densiores. Quid ergo per aërem nisi mentes secularium designantur, quę innumeris huius vitæ desideriis deditæ, huc illucq; more aëris fluidæ dispersguntur? Sed aër in nubes cogitur, cùm fluxæ mẽtes per superni respectus gratiam, virtutis soliditate roborantur, vt intra sinum cordis recta sentiendo se colligãt, & in vanis cogitationibus non liquescant. Aër Petrus fuerat, cùm per *Mat.* terrena desideria sparsum, eum quasi aura transiens pro vita M carnis cura piscationis agitabat. Aër etiam Apostoli omnes *Ibidem.* extiterant, qui iam per legem alta didicerant, sed necdum per fidem firma sapiebant. Subitò autem aër in nubes coactus est: quia per respectum supernæ gratiæ, fluxa corda piscantium in soliditatem versa sunt prædicatorum, vt eorum infirmæ cogitationes fortia sentiendo densescerent, ac more nubium aquas scientiæ caperent, & subter iacentem terram verbis prędicationis irrigarent, quo peracto ministerio, ad cœli secreta recurrerent, atque ad æternam requiem finito labore peruenirent. Vnde & bene mox subditur: Et ventus transiens fugabit eas.) Ventus quippe est transiens, vita præsens. Ventus ergo transiens nubes fugat: quia mortalis vita percurrens prædicatores sanctos à nostris oculis corporaliter occultat. Ventus ergo transiens nubes fugat: quia vitæ temporalis excursus à carne Apostolos subtrahit, & eos à terræ superficie in secreta requie quasi in cœlorum cardine abscondit. Sed quia vsque ad mortem prædicare non desinunt, & præsentis vitæ spatium more nubium cùm verborum pluuia excurrunt, quid eorum laboribus in sancta Ecclesia agatur, adiungit cùm protinus subdit:

Quòd filiis regni in tenebras exteriores proiectis, multi ab Oriente & Occidente quasi aurum in thesauros

venerunt,

A *venerunt, & vnde ex hoc nobis sit timor, quoniam non intelligimus cur reprobata trunco, in ramis infidis complacuit ei.*

Ab Aquilone aurum veniet.) Quid per Aquilonē nisi peccati frigore constricta gētilitas designatur? quam ille sub iugo
Esa.14. suæ tyrannidis tenuit, qui superbiens dixit: Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinē nubiū, similis ero altissimo. Quid verò auri nomine, nisi animæ fideles exprimuntur? De quibus per Hieremiam dicitur:
Thren.4. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Aurum quippe obscuratum doluit: quia in quibusdam claritatem innocentiæ versam in culpæ nigredinem vidit. Ab Aquilone ergo aurum venire dicitur: quia per respectum gratiæ redemptoris, à gentilitate dudum perfidiæ torpore frigida, intra sanctam Ecclesiam preciosa deo vita fidelium multiplicatur. Ab Aquilone etenim aurum venit, cùm ab ipsis idolorum cultoribus vera in domino fides clarescit. Sed conuersis ad fidem gentibus, Iudæa contradicit, & ad præmiorum retributionem cœlestium dedignatur suscipere eos qui dudū fuerant cultores idolorum. Vnde post conuersionem gentium
Act. 11. Petro dicitur: Quare introisti ad viros præputium habentes, & comedisti cū eis? Quo contrà rectè per Esaiam dominus di-
Esa.43. cit: Dicam Aquiloni da, & Austro noli prohibere. Sicut enim per Aquilonem gentilitas, sic per Austrum Iudæa signatur. Quæ quasi meridiano Sole incaluit: quia redemptore in carne
B apparente, feruorē fidei prima suscepit. Aquiloni ergo da dicitur, cùm offerre deo suæ fidei munera gentilitas imperatur. Austro autem iubetur ne prohibeat, quia Hebræis in fide cōsistentibus præcipitur ne vitam gentium repellendo condemnent. Vnde huc quoque quia dictum est: Ab Aquilone aurum veniet, aptè subiungitur: *Et à deo formidolosa laudatio.*) Sic enim formidolosa laudatio à deo venire dicitur: ac si ab his qui in parte dei sunt, id est, à fidelibus venire diceretur: Auro igitur ab Aquilone veniente, à deo formidolosa laudatio prodiit: quia dum claritatem suæ fidei gentilitas obtulit, multitudo Hebræorum fidelium diuina iudicia pertimescendo laudauit. Sed quomodo ab Aquilone veniat aurū, quomodo ab his qui sub deo sunt, formidolosa laudatio erumpat, ipsa nobis
Act. 10. historia sacri eloquij ostendit. Scriptum quippe est: Cornelius Cēturio cohortis quæ dicitur Italica, religiosus & timēs deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans deum semper, vidit in visu manifestè quasi hora diei nona, angelum dei introeuntem ad se, & dicentē sibi: Corneli. At ille intuens eū, timore correptus dixit: Quis es domine? Dixit autem illi: Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu dei. Aurum ergo ab Aquilone venit, dum in cōspectu dei ex gentibus cum eleemosynis veniēs oratio ascendit. Quod cùm Petrus fratribus retulisset, quomodo vel Cornelius angelum, vel ipse de cœlo submitti ad se linteum cū bestiis reptilibus ac volatilibus vidisset, vel quomodo spiritus sanctus etiam ante baptisma gentilium corda perfuderit, qui nunquam in Iudæorum mentibus nisi post aquā
C baptismatis venit, protinus scriptum est: His auditis tacuerūt.
Ibidem. & glorificauerunt deum dicentes: Ergo & gentibus deus pœnitentiam ad vitam dedit. Multitudo ergo fidelium formidolosam deo laudem obtulit, quæ saluatis gentibus, à suo se murmure, dona cœlestis gratiæ admirando, compresit. Vnde ipse quoq; Petrus miratur dicens: In veritate cōperi, q̄ non est personarum acceptor deus. Sed cùm gentes fidē suscipiūt, cur ab eis qui iā fideles sunt, formidolosa venire laudatio dicitur, cùm læta venire potius quàm formidolosa debuisset? Sed idcirco conuersis gentibus, ab Hebræis iam fidelibus formidolosa laudatio prodiit: quia nimirū iustè Iudæa repulsa est, dum piè est gentilitas vocata, & damna suæ repulsionis timuit, dum lucra alienæ vocationis vidit. Vnde nos quoq; quotidie dum iniquos quosque ad inopinatā vitæ celsitudinem prouehi repentè conspicimus, sub occultis dei iudiciis timendo gaudemus, ne per occulta iudicia quosdam deus qui digni putantur deserat, qui per hæc ad se eos qui indigni æstimantur vocat.

Sequitur: Dignè eum inuenire non possumus, & si inuenire iam eum possimus, non tamen dignè.) Quia quicquid in illlo sentimus, ex fide est, & nō ex specie. Hoc tamē quod iam se inuenisse considerat, adiungit dicens: Magnus fortitudine & iudicio & iustitia, & enarrari non potest.) Magnus quippe D
est fortitudine: quia fortem aduersarium superat, & de domo illius vasa contumelię auferens, in misericordiæ vasa permutat. Magnus iudicio: quia & si hic electos suos per aduersa deprimit, eos quandoque in gloria æternę prosperitatis extollit. Magnus iustitia: quia etsi hic diu tolerat, quandoque tamē reprobos sine termino damnat. Bene autem subditur: Et enarrari non potest. Qui enim sentiri dignè non valet, quanto minus dici? Sed melius hunc vtcunque dicimus, si sub considerationis eius formidine admirando taceamus. Sequitur:

Quòd deum contemplari non possint qui humiles non sunt, & quid sit quòd Dauid cùm reduceret arcam dei in Hierusalem, nudus saltabat.

Ideo timebunt eum viri, & non audebunt cōtemplari omnes qui sibi vidētur esse sapientes.) Hoc loco Heliu viros eos qui ad intelligentiā sunt fortes appellat. Et notādū quod non ait: Et non audebunt contemplari sapiētes, sed qui sibi videntur esse sapiētes. Quibus videlicet verbis peritos quidē, sed arrogātes insinuat. Heliu ergo dum multa fortiter sentit, in locutionis suæ fine se tetigit. Viri nāque arrogātes & docti cùm rectè nō viuunt, sed tamen recta dicere doctrinę impulsionibus cōpelluntur, ipsi dānationis suæ aliquo modo præcones fiunt: quia dum ea quæ agere respuūt, prædicantes insinuant, suis se
Psal.77. vocibus dānatos clamant. Contra quos bene per Psalmistā dicitur: Cōuersi sunt in arcum peruersum. Arcus quippe peruer- E
sus ipsum à quo intenditur percutit. In dictis autem suis arrogantium linguæ arcui peruerso sunt similes: quia dū cōtra elationem verba faciunt, in suis auctoribus sagittas figunt. Vnde summa cura prouidendum est, ne accepta sapientia cùm ignorantiæ tenebras illuminat, lumen humilitatis tollat, vt iam sapiētia esse nequeat. Quæ etsi virtute locutionis fulgeat, elationis tamen velamine cor loquētis obscurat. Alia nanq; sunt bona summa, alia bona media. Bona enim summa sūt, fides, spes, charitas. Quæ cùm veraciter habentur, in malum inflecti non possunt. Bona autē sunt media, prophetia, doctrina, curationū virtus, & cætera, quæ ita inter vtrunque sunt posita, vt aliquādo per hæc sola æterna patria, aliquādo verò gloria terrena requiratur. Medias ergo has virtutes dicimus, quas ad quodcūq; mēs appetit inclinamus. Quibus perceptis ita vti animus sicut terrenis diuitiis potest. Per terrenas nāq; diuitias alij in gloriæ ostētatione superbiunt, alij erga proximorū indigentiā ministeria pietatis operantur. Cùm per doctrinā igitur atque prophetiā laus exterior quęritur, quasi per corporales diuitias terrenæ gloriæ culmē ambitur. Cùm verò doctrina atq; prophetia lucrādis animabus impenditur, quasi acceptæ diuitię egenis fratribus largiūtur. Quia ergo sæpe per ipsa dona quę se percipere exultat, à manu dantis incautus animus elōgat, vigilanti prouisione curādum est, vt & prius subigātur vitia, & pòst sub circunspectione dona teneātur. Nā si in eis mēs incautè se deserit, non per hæc adiuta subuehitur, sed quasi pro anteactis laboribus remunerata reprobatur. Vnde fit etiā vt accepta virtus dum in vsu transitoriæ laudis assumitur: quia vitio militat, F
virtus nō sit. Quia enim origo virtutis humilitas est, illa in nobis virtus veraciter pullulat, quæ in radice propria, id est, in humilitate perdurat. A qua nimirum si abscinditur, arescit: quia viuificantem se in intimis humorē charitatis perdit. Sed quia per hoc quod ab Heliu dicitur: Non audebunt cōtēplari omnes qui sibi videntur esse sapiētes, occulta cordis elatio reprobatur, intueri libet, quanta virtutum munera Dauid perceperat, atque in his omnibus quàm forti se humilitate seruabat. Quē enim nō extolleret ora leonū frāgere, vrsorum brachia dissipare, despectis prioribus fratribus eligi, reprobato rege ad regni gubernacula vngi, timendum cunctis vno lapide Goliā sternere, à rege proposita extinctis allophylis numerosa præputia reportare: promissum tandem regnum percipere: cunctumq̄ Israēliticum populum sine vlla contradictione possidere? Et tamen cum arcam dei in Hierusalem reuocat: quasi oblitus prælatū se omnibus, admixtus populis ante arcā saltat. Et quia coram arca saltare, vt creditur, vulgi mos fuerat: rex se in diuino obsequio per saltum rotat. Ecce quem dominus cūctis singulariter prætulit: sese sub domino, & exæquando minimis, & abiecta exhibendo contemnit. Nō potestas regni ad

Bona summa.

Bona media.

G memoriam reducitur: non subiectorum oculis saltando vilescere metuit: nō se honore prælatum cæteris, ante eius arcā qui honorē dederat recognoscit. Corā deo egit vilia vel extrema: vt illa ex humilitate solidaret, quæ coram hominibus gesserat fortia. Quid de eius factis ab aliis sentiatur ignoro: ego Dauid plus saltantem stupeo quàm pugnantē. Pugnādo quippe hostes subdidit: saltādo autem coram domino semetipsum vicit.

2. Reg. 6. Quē Michol filia Saul adhuc ex tumore regii generis insana, cùm humiliatū despiceret, dicens: Quàm gloriosus fuit hodie rex Israël discooperiens se ante ancillas seruorum suorū, & nudatus est quasi si nudetur vnus de scurris, protinus audiuit: Viuit dominus: quia ludam ante dominum qui elegit me potius quàm patrē tuū. Ac paulo post ait: Et ludam, & vilior fiā plusquam factus sum, eroq; humilis in oculis meis. Ac si apertè dicat: Vilescere coram hominibus appeto: quia seruare me corā domino ingenuum per humilitatem quæro. Sunt verò nonnulli qui de semetipsis humilia sentiūt: quia in honoribus positi nil se esse nisi puluerem fauillāque perpendunt, sed tamen coram hominibus despecti apparere refugiunt, & contra hoc quod de se interius cogitant, quasi rigida exterius venustate palliantur. Et sunt nonnulli qui viles videri ab hominibus appetunt, atq; omne quod sunt, deiectos se exhibēdo cōtemnūt, sed tamen apud se introrsus quasi ex ipso merito ostensæ vilitatis intumescunt, & tanto magis in corde elati sunt, quāto amplius in specie elationem premunt. Quæ vtraque vnius elationis bella, magna Dauid circunspectione deprehēdit, mira virtute superauit. Quia enim de semetipso intus humilia sentiēs,

H honorem exterius non quærit, insinuat dicens: Ludā & vilior fiam. Et quia per hoc quòd vilem se exterius præbuit, nequaquam interius intumescit, adiungit: Eroque humilis in oculis meis. Ac si dicat: Qualem me exterius despiciens exhibeo, talem me & interius attēdo. Quid ergo acturi sunt quos doctrina eleuat, si Dauid ex carne sua venturum redēptorem nouerat, ciusq; gaudia prophetando nunciabat, & tamen in semetipso cerucē cordis valida discretionis calce deprimebat, dicēs: Eroque humilis in oculis meis? Bene ergo per Heliu dicitur: Ideo timebunt eum viri, & non audebunt cōtemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes. Cōtemplari enim dei sapientiam non possunt, qui sibi sapientes videntur: quia tanto ab eius luce longè sunt, quanto apud semetipsos humiles nō sunt: quia in eorum mentibus dum tumor elationis crescit, aciem contemplationis claudit, & vnde se lucere præ cæteris æstimāt, inde se lumine veritatis priuant. Si igitur veraciter sapiētes esse, atque ipsam sapientiā contemplari appetimus, stultos nos humiliter cognoscamus. Relinquamus noxiā sapientiam, discamus laudabilē fatuitatem. Hinc quippe scriptū est: Stulta

1. Cor. 1. mundi elegit deus, vt confundat sapientes. Hinc rursum dici-

Ibidem tur: Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus

I fiat vt sit sapiens. Hinc Euangelicæ historiæ verba testantur:

Luc. 19. quia Zacheus cùm videre præ turba nihil posset, sycomori arborem ascendit, vt transeuntem dominum cerneret. Sycomorus quippe ficus fatua dicitur: Pusillus itaque Zachæus Sycomorum subiit, & dominū vidit: quia qui mūdi stultitiā humiliter eligunt, ipsi dei sapientiam subtiliter contemplantur. Pusillitatem nanque nostram ad videndum dominum turba prępedit: quia infirmitatem humanæ mētis ne lucem veritatis intendat, curarum secularium tumultu premit. Sed prudenter sycomorum ascendimus, si prouidè eam quæ diuinitus præcipitur stultitiā mente tenemus. Quid enim in hoc mundo stultius quàm amissa non quærere, possessa rapientibus relaxare, nullā pro acceptis iniuriis iniuriam reddere, imò adiūctis aliis patientiā præbere? Quasi enim sycomorum nos ascendere do-

Luc. 6. minus præcipit, cùm dicit. Qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.

Matth. 5. Et rursum: Si quis te percusserit in dextram maxillam, præbe illi & alteram. Per Sycomorum dominus transiens cernitur: quia per hanc sapientem stultitiam etsi necdum vt est solidè, iam tamen per contemplationis lumen dei sapientia quasi in transitu videtur. Quam iuxta Heliu verba videre nequeunt, qui sibi sapientes esse videntur: quia ad conspiciendum dominum in elata cogitationum suarum turba deprehensi, adhuc sycomori arborem non inuenerunt.

Libri vigesimiseptimi Moralium sancti Gregorij finis.

LIBER VIGESI- K musoctauus Moralis expo-

sitionis sancti Gregorij in librum beati Iob.

Caput. I.

POST damna rerum, post funera pignorum, post vulnera corporis, post verba malè suadentis vxoris, post contumelioſa dicta consolantium, post susceptа fortiter iacula tot dolorum, de tanta virtute constantiæ laudandus à iudice beatus Iob fuerat, si iam de præsenti seculo esset euocandus. At postquam hic adhuc duplicia recepturus est, postquam saluti pristinæ restituitur vt rebus redditis diutius vtatur, ne per elationis gladium ipsa illum sua victoria sternat, debet omnipotens deus increpare per districtam iustitiam quem seruat ad vitā. Quid enim peius plærunque animam quàm conscia virtus interficit? Quæ illam dum considerationе sua inflat, à plenitudine veritatis euacuat, & dū se ad percipienda præmia tuff cere suggerit, eam à melioratiōnis intentione distendit. Iustus igitur Iob ante flagella extitit, sed iustior post flagella permansit, & laudatus antea dei voce, postmodum creuit ex verbere. Pro- L fectò velut tuba ductilis ex percussione producta, in laudem dei tanto altius eleuatus est, quanto maiori est castigatione percussus. Sed humiliandus erat iste qui prostratus vlceribus sic virtutibus stabat. Humiliādus erat, ne tam robustissimum pectus elationis tela confoderent, quod constabat certè quia & illata vulnera non vicissent. Requirendus nimirum fuit homo, cuius debuisset comparatione superari. Sed quid est quod de eo voce domini dicitur: Vidi seruum meum Iob, quòd nō sit ei similis vir super terram? Cuius ergo comparatione poterat vinci, de quo deo attestante dicitur: quia nullius hominis comparatione posset æquari? Quid itaque agendum est, nisi vt ex persona sua ipse dominus suas illi virtutes narret, & dicat ei? Nunquid producis luciferum in tempore suo, & vesperum super filios terræ consurgere facis?) Et iterum: Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti? Vel certè: Nunqnid post ortum tuum præcepisti diluculo, & ostendisti auroræ locum suum? Quis verò ista nisi dominus potest? Et tamen interrogatur homo, vt cognoscat quia ista non potest, quatenus vir qui tam immensis virtutibus creuit & nullius hominis exemplo vincitur, ne extolli debeat, dei comparatione superetur. Sed ô quàm potenter erigitur, qui M tam sublimiter humiliatur. O quanta est hominis victoria, hanc ex dei comparatione perdidisse. O quanto hominibus maior est, qui testimoniis conuincitur deo minor. Multum quippe potens est, qui tali interrogatione ostenditur quia potens non est. Sed quia ad obscura nimis differenda ducimur, ad eiusdem textus iam verba veniamus.

Textus capitis. xxxviij. libri beati Iob.

RESpondens autem dominus Iob de turbine, dixit: Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? Accinge sicut vir lūbos tuos, interrogabo te, & responde mihi. Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? Indica mihi si habes intelligentiam. Quis posuit mensuras eius, si nosti, vel quis tetendit super eam lineam? Super quo bases illius solidatæ sunt? Aut quis demisit lapidem angularē eius cū me laudarēt simul astra matutina, & iubilarent omnes filij dei? Quis cōclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens, cùm ponerem nubē vestimentum eius, & caligine illud quasi pānis infantiæ obuoluerem?

A eluduriē? Circūdedi illud terminis meis,& posui vectē & ostia,& dixi: Hucusque venies, & nō pcedes amplius,& hic confringes tumētes fluctus tuos. Nunquid post ortum tuū præcepisti diluculo, & ostēdisti auroræ locū suum,& tenuisti cōcutiens extrema terræ,& excussisti impios ex ea? Restituetur vt lutū signaculū,& stabit sicut vestimētū. Auferetur ab impiis lux sua, & brachiū excelsum cōfringetur. Nunquid ingressus es profundū maris,& in nouissimis abyssi deambulasti? Nūquid apertæ sunt tibi portæ mortis,& ostia tenebrosa vidisti? Nunquid cōsideraſti latitudinem terræ? Indica mihi si nosti omnia, in qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus sit, vt ducas vnūquodq; ad terminos suos, & intelligas semitas domus eius? Sciebas tūc quòd nascituB rus esses,& numerū dierum tuorū noueras? Nūquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grādinis aspexisti, quæ præparaui in tēpus hostis, in diem pugnæ & belli? Per quā viam spargitur lux, diuiditur æstus super terrā? Quis dedit vehemētissimo imbri cursum, & viā sonātis tonitrui, vt plueret super terrā absque homine in deserto, vbi nullus mortaliū cōmoratur, vt impleret inuiā & desolatā,& produceret herbas virētes? Quis est pluuię pater, vel quis genuit stellas roris? De cuius vtero egressa est glacies,& gelu de cœlo quis genuit? In similitudinē lapidis aquæ durātur, & superficies abyssi cōstringitur. Nūquid coniungere valebis micātes stellas pleiadas, aut gyrū arcturi poteris dissipare? Nūquid producis luciferū in tempore suo, & vesperum super fines terræ cōsurgere facis? Nunquid nosti ordinē cœli,& pones rationē eius in terra? Nūquid eleuabis in nebula vocem tuā,& impetus aquarū operiet te? Nunquid mittes fulgura,& ibūt,& reuertētia dicent tibi, assumus? Quis posuit in visceribus hominis sapientiā? vel quis dedit gallo intelligētiā? Quis enarrabit cœlorum rationem, & concentū cœli quis dormire faciet? Quando fundabatur puluis in terram,& glebæ cōpingebantur? Nunquid capies leænæ prædā,& animā catulorum eius implebis, quādo cubāt in antris,& in specubus insidiātur? Quis præparat coruo escam suā, quando pulli eius clamant ad deum, vagantes eo quòd non habeant cibos?

Quibus modis hominibus loquatur deus. *Caput. II.*

REspondens autē dominus Iob de turbine dixit.) Notādū video: quia si sano atq; incolumi loqueretur, ex tranquillitate dominica locutio facta diceretur, sed
C quia flagellato loquitur, de turbine locutus fuisse describitur: Aliter enim dominus seruis suis loquitur, cùm eos intrinsecus per cōpunctionē prouehit, aliter cùm per districtionē ne extollantur premit. Per blandā enim locutionē domini amanda dulcedo eius ostēditur, per terribilē verò potestas eius metuēda monstratur. In illa persuadetur animæ vt proficiat, in ista reprimitur quæ ꝓficit. In illa discit quod appetat, in ista quod
Zacha. 2. metuat. Per illā dicit: Gaude & lætare filia Sion: quia ecce venio & habitabo in medio tui. Per istā dicitur: Dominus in tēpestate veniet,& in turbine viæ eius. Blādus quippe est, qui vt
Esaiæ. 66. in medio inhabitet venit. Cùm verò se per tēpestatē & turbinē insinuat, nimirum quæ tāgit corda perturbat, atq; ad edomandam elationē se exerit, quādo potens & terribilis innotescit. Sciēdum præterea est quia duobus modis locutio diuina distinguitur. Aut per semetipsum nanque dominus loquitur, aut per creaturā angelicam eius ad nos verba formantur. Sed cùm per semetipsum loquitur, sola nobis vis internæ inspirationis aperitur. Cùm per semetipsum loquitur, de verbo eius sine verbis ac syllabis cor docetur: quia virtus eius intima quadā subleuatione cognoscitur. Ad quā mens plena suspēditur, vacua grauatur. Pondus enim quoddam est, quod omnem animā quam replet leuet. Incorporeum lumen est, quod & interiora repleat, & repleta exterius circunscribat. Sine strepitu sermo est, qui & auditū aperit,& habere sonitū nescit. Quod enim de aduentu sancti spiritus scriptum est: Factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis,& *Act. 2.* repleuit totam domum vbi erant sedētes, & apparuerunt illis dispertitæ linguæ quasi ignis, seditq; supra singulos eorum: per ignem quidem dominus apparuit, sed per semetipsum locutionem interius fecit. Et neque ignis deus, neque ille sonitus fuit, sed per hoc quod exterius exhibuit, expressit hoc quod interius gesit. Quia enim discipulos & zelo succensos,& verbo eruditos intus reddidit, foris linguas igneas ostendit. In significatione igitur admota sunt elemēta, vt ignem & sonitum sentirent corpora, igne verò inuisibili,& voce sine sonitu docerentur corda. Foris ergo fuit ignis qui apparuit, sed intus qui
Act. 8. scientiam dedit. Et cùm reginæ Candacis eunuchus currui præsidens iter caperet, atque Esaiam non intelligens in manibus haberet, in corde nimirum spiritus Philippo dixerat: Adiunge te ad currum. Et cùm ad euocandum Petrum timentes deum milites Cornelius dimisisset, in mēte proculdubio à spiritu Petrus audiuit: Ecce tres viri quærunt te. Surge itaque, de-
Act. 10. scende & vade cum eis. Spiritum enim dei quasi quædam no-
Ibidem. bis verba dicere, est occulta vi ea quæ agenda sunt intimare, & cor hominis ignarum nō adhibito strepitu & tarditate sermonis, peritum repentè de absconditis reddere. Nam quia auditus ea quæ ad se fiunt nō simul omnia dicta comprehendit, E quippe qui & causas per verba, & particulatim verba per syllabas percipit, visus autem noster in eo quòd se dirigit, totum subitò,& simul apprehendit, dei locutio ad nos intrinsecus facta videtur potius quàm audiatur: quia dum semetipsum sine mora sermonis insinuat, repentina luce nostræ ignorantiæ tenebras illustrat. Vnde & Baruch Neriæ filius cùm requisitus exponeret, quemadmodum verba Hieremiæ prophetātis audisset, ait: Ex ore suo loquebatur quasi legens,& ego scribe-
Baruch. 1. bam. Qui enim legens loquitur, alio intendit, sed alio verbum facit: quia quod videt dicit. Prophetæ ergo dei quia eius verba vident potius in corde quàm audiūt, quasi legētes loquuntur. Cùm verò per angelum voluntatem suam dominus indicat, aliquando eam verbis, aliquando rebus demōstrat, aliquādo simul verbis & rebus, aliquando imaginibus cordis oculis ostensis, aliquando imaginibus & ante corporeos oculos ad tempus ex aëre assumptis, aliquando cœlestibus substantiis, aliquando terrenis, aliquando simul terrenis & cœlestibus. Nōnunquam verò etiā per angelum humanis cordibus ita loquitur deus, vt ipse quoq; angelus mentis obtutibus præsentetur. Verbis nāque per angelum loquitur deus, cum nil in imagine ostenditur, sed supernæ verba locutionis audiuntur, sicut dicēte domino: Pater clarifica filium tuum, vt & filius tuus clarifi- *Ioan. 17.* cet te, protinus respondetur: Clarificaui,& iterum clarificabo. Neque enim deus qui sine tempore vi impulsionis intimę clamat, in tempore per suam substantiam illam vocem edidit, quam circunscriptam tempore per humana verba distinxit, sed nimirum de cœlestibus loquens, verba sua quę ab hominibus audiri voluit, rationali creatura administrante formauit. Aliquando rebus per angelos loquitur deus, cùm nil verbo dicitur, sed ea quæ futura sunt, assumpta de elementis ima- *Ezech. 1.* gine nunciantur, sicut Ezechiel nil verborum audiens, electri speciem in medio ignis vidit, vt videlicet dum solam speciem aspiceret, quæ essent in nouissimis ventura sentiret: Electrum quippe ex auri argentique metallo miscetur, in qua permixtione argentum quidem clarius redditur, sed tamen fulgor auri temperatur. Quid ergo in electro nisi mediator dei & hominū demonstratur? Qui dum semetipsum nobis ex diuina atque humana natura cōposuit, & humanam per deitatem clariorem reddidit, & diuinā per humanitatē nostris aspectibus tēperauit. Quia enim virtute diuinitatis eius tot miraculis humanitas fulsit, ex auro creuit argentum, & quòd per carnem deus cognosci potuit, quodque per carnem tot aduersa toleraF uit, quasi ex argento temperatum est aurum. Quod bene & in medio ignis ostenditur: quia incarnationis eius mysteriū subsequentis iudicij flamma comitatur. Scriptum quippe est: Pa- *Ioan. 5.* ter non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio.

Caput. III.

ALiquando per angelos verbis simul & rebus loquitur deus, cùm quibusdam motibus insinuat hoc quod sermonibus narrat. Neque enim Adam post culpā in

G diuinitatis subſtantia videre dominum potuit, ſed increpationis verba per angelum audiuit, de quo ſcriptum eſt: Cùm audiſſet vocem domini dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcõdit ſe inter ligna paradiſi. Quid eſt enim quòd poſt peccatum hominis in paradiſo dominus iam non ſtat, ſed deambulat, niſi quòd irruente culpa ſe à corde hominis motum demonſtrat? Quid eſt quòd ad auram poſt meridiem, niſi quòd lux feruentior veritatis abſceſſerat, & peccatricem animam culpæ ſuæ frigora conſtringebant? Increpauit ergo Adam deambulans, vt cæcis mentibus nequitiam ſuam nõ ſolum ſermonibus, ſed etiam rebus aperiret, quatenus peccator homo & per verba quod fecerat audiret, & per deambulationem amiſſo æternitatis ſtatu mutabilitatis ſuæ inconſtantiam cerneret, & per aurem feruore charitatis expulſo, torporem ſuum animaduerteret, & per declinationem Solis cognoſceret quòd ad tenebras propinquaret.

Geneſis. 3.

Caput. IIII.

A Liquãdo imaginibus cordis oculis extenſis per angelos loquitur deus, ſicut Iacob ſubnixam cœlo ſcalam dormiẽs vidit: ſicut Petrus linteum reptilibus ac quadrupedibus plenum in ecſtaſi raptus aſpexit, qui niſi incorporeis oculis hæc cerneret, in ecſtaſi nõ fuiſſet, ſicut Paulo in viſione noctis vir Macedo apparuit, qui tranſire eum in Macedoniam rogauit. Aliquando imaginibus & ante corporeos oculos ad tempus ex aëre aſſumptis per angelos loquitur deus, ſicut Abraham non ſolum tres viros videre potuit, ſed etiam habitaculo terreno ſuſcipere, & non ſolum ſuſcipere, ſed eorum vſibus etiam cibos adhibere. Niſi enim angeli quædã nobis interna nunciantes ad tempus ex aëre corpora ſumerent, exterioribus profectò noſtris obtutibus non apparerent: nec cibos cum Abraham caperent, niſi propter nos ſolidum aliquid ex cœleſti elemento geſtarent. Nec mirum quòd illic ipſi qui ſuſcepti ſunt, modo angeli, modo dominus vocantur: quia angelorum vocabulo exprimuntur qui exterius miniſtrabãt, & appellatione domini oſtenditur, qui eis interius præerat, vt per hoc præſidentis imperium, & per illud clareſceret officium miniſtrantium.

Gen. 18. *Act. 10.* *Act. 16.*

Caput. V.

A Liquando cœleſtibus ſubſtãtiis per angelos loquitur deus, ſicut baptizato domino ſcriptũ eſt: quia de nube vox ſonuit, dicens: *Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.* Aliquando terrenis ſubſtantiis per angelos loquitur deus, ſicut cùm Balaam corripuit, in ore aſinæ humana verba formauit. Aliquãdo ſimul & terrenis & cœleſtibus ſubſtãtiis per angelos loquitur deus, ſicut ad Moyſen in mõte cùm iuſſionis ſuæ verba edidit, ignem rubumque ſociauit, atque aliud ſuperius, aliud inferius iunxit. Quod tamen tunc ſolum agitur, cùm ex ipſa aliquid cõiunctione ſignatur. Nam per ſuccenſum rubum Moyſen alloquens, quid aliud oſtenditur, niſi quòd eius populi ductor fieret, qui & legis flammam perciperet, & tamen peccati ſpinam nequaquam vitaret: vel quòd ex illo populo exiret, qui in igne deitatis carnis noſtræ dolores quaſi rubi ſpinas ſuſciperet, & inconſumptam humanitatis noſtræ ſubſtantiam, etiam in ipſa diuinitatis flamma ſeruaret?

Matth. 3. *Num. 22.* *Exod. 3.*

Cap. VI.

NOnnunquam verò humanis cordibus etiam per angelos deus, ſecreta eorum præſentia, virtutẽ ſuæ aſpirationis infundit. Vnde & Zacharias ait: Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me. Dum ad ſe quidem, ſed in ſe tamen loqui angelum dicit, liquidò oſtendit quòd is qui ad ipſum verba faceret, per corpoream ſpeciem extra non eſſet. Vnde & paulopoſt ſubdidit: Et ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur. Sæpe enim non exterius apparent, ſed ſicut ſunt angelici ſpiritus, voluntatem dei prophetarum ſenſibus innoteſcunt, atque eos ita ad ſublimia ſubleuant, & quæq; in rebus futura ſunt, in cauſis originalibus præſentia demonſtrant. Humanum nanque cor ipſo carnis corruptibilis pondere grauatum, hanc ipſam corpulentiam ſuam quaſi obicem ſuſtinens, interna non penetrat, & graue exterius iacet: quia leuantem manum interius non habet. Vnde fit, ſicut dictum eſt, vt prophetarum ſenſibus ipſa vt eſt ſubtilitas angelicæ virtutis appareat, eorumque mens quo ſubtili ſpiritu tangitur, leuetur: & non iam pigra torpenſque in imis iaceat, ſed repleta intimis afflatibus, ad ſuperna conſcendat, atque inde quaſi de quodam rerum vertice quæ infra ſe ventura ſunt, videat. Sed ne quis in prædictis Zachariæ verbis angeli deſignatum nomine vel patrem, vel filium, vel ſpiritum ſanctũ putet, ſi textũ ſcripturæ ſacræ conſiderat, quod ſentit velociter emendat, quę nunquam patrem, nunquam ſpiritum ſanctum, & non niſi per incarnationis ſuæ prædicationem filium angelum vocat. Vnde & in eiuſdem Zachariæ verbis apertè oſtenditur, quod in illo verè angelus, id eſt, creatura loqueretur, cùm diceretur: Et ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur. Statimque ſubiungitur: Et alius angelus egrediebatur in occurſum eius, & dixit ad eum: Loquere ad puerum iſtum, dicens: Abſq; muro habitabitur Hieruſalem. Non eſt itaque deus angelus qui mittitur, cui verba ab angelo quæ dicere debeat, iubentur. Sed quia in cõſpectu conditoris angelica miniſteria ordinata graduũ poſitione diſtincta ſunt, vt & pro cõmuni fœlicitate beatitudinis opificem ſuum ſimul videntes gaudeant, & tamen pro diſpoſitione dignitatis aliis alij ſubminiſtrent, ad prophetam angelus angelum mittit, & quem ſecum de deo gaudere communiter conſpicit, & docet, & dirigit: quia eum & per ſuperiorem ſcientiam virtute cognitionis, & per præſtantiorem gratiam culmine poteſtatis excedit. Hæc igitur dicta ſunt, vt quibus modis loquatur deus hominibus demonſtraretur. Cùm verò beato Iob reſpõdiſſe dominus de turbine dicitur, vtrum per ſemetipſum, an ei per angelum ſit locutus ambigitur. Potuerunt quippe per angelum commotiones aëris fieri, & hæc ei quæ ſubiũcta ſunt per eũ verba mandari. Rurſumq; potuit & exterius angelus in turbine aërem excutere, & tamẽ interius per ſemetipſum dominus vim ſuæ ſententiæ cordi eius ſine verbis inſonare, vt credatur quòd dicta dominica quę ſequuntur, ipſe iam per verba protulit, qui repletus deo, hæc ſine verbis audiuit.

Zach. 1.

Quòd arrogantes deus ſe neſcire dicit cùm improbat.

Caput. VII.

ITaque dicitur: Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis? Sicut & ſuperiori parte iam diximus, prima exprobratio eſt talis interrogatio qua dicitur, quis eſt iſte? Heliu enim arroganter locutus fuerat. Et quis eſt iſte non dicimus niſi de eo vtique quem neſcimus. Scire autẽ dei, approbare eſt: neſcire, reprobare. Vnde quibuſdã quos reprobat dicit: Neſcio vos vnde ſitis. Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. Quid eſt ergo de hoc arrogãte requirere, quis eſt iſte, niſi apertè dicere, ego arrogãtes neſcio, id eſt, eorum vitam in ſapientiæ meæ arte non approbo? Quia dũ laudibus humanis inflantur, à vera gloria æternæ retributionis inaneſcunt. In eo verò quod ait ſententias, & non addidit quales, bonas vtique accipimus, quas quidem imperitis aſſerit ſermonibus inuolutas: quia cùm verbis iactantiæ fuerãt prolatæ. Imperitiæ quippe vitium eſt rectum non rectè ſapere, id eſt cœleſte donum ad appetitum terrenæ laudis inclinare. Sicut enim ſæpe cõtingit vt & bona malè, & mala bene proferantur, ita Heliu arrogans recta non rectè protulit: quia humiles in dei defenſione ſententais nõ humiliter dixit. Vnde & eorum qui intra catholicam Eccleſiam inani gloriæ ſtudent, non immeritò typum tenet, qui dum ſe præ cæteris peritos credũt, diuino iudicio de imperitia redarguuntur: quia ſicut Apoſtolus ait: Si quis ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum ſcire. Quia enim prima ſtultitia angeli elatio cordis fuit, vera ſapientia efficitur hominis, humilitas ſuæ æſtimationis. Quam quiſquis vel magna ſapiendo deſerit, eoipſo vehementer deſipit, quo ſemetipſum neſcit. Vnde Heliu & ſententias protulit, & imperitis ſermonibus inuolutas: quia & de deo rectum quod diceret nouerat, & tamen de ſemetipſo dicta illius elatio ſtulta infatuabat. Hoc itaque deſpecto, ad erudiendum Iob verba vertuntur, ac dicitur.

Matth. 3. *Luc. 4.* *1. Corin. 8.*

Quòd res perfectæ virtutis ſit non eſſe caſtum tantum corpore, ſed etiam mente.

Accinge ſicut vir lumbos tuos.) Scriptura ſacra viros vocare conſueuit, qui nimirũ vias domini fortibus & non diſſolutis greſsibus ſequuntur. Vnde per Pſamiſtã dicitur: Viriliter agite, & cõfortetur cor veſtrũ. Vnde Paul' ait: Remiſſas manus & diſſoluta genua erigite. Vnde & ſapientia in Prouerbiis dicit: O viri ad vos clamito, ac ſi apertè diceret: Ego non fœminis, ſed

Pſal. 26. *Hebr. 12.* *Prouer. 8.*

A ius, sed vnis loquor: quia hi qui fluxa mente sunt, mea verba percipere nequaquàm possunt. Lumbos verò accingere, est vel in opere luxuriam, vel in cogitatione laudis appetitum refrenare. Delectatio nanque carnis in lumbis est. Vnde & sanctis prædicatoribus dicitur: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes. Per lumbos enim luxuria, per lucernas autem bonorum operum claritas designatur. Iubentur ergo lumbos accingere, & lucernas tenere. Ac si apertè audiant: Prius in vobismetipsis luxuriam restringite, & tunc de vobis aliis bonorum operum exempla monstrate. Sed cùm beatum Iob tanta præditum castitate nouerimus, cur ei post tot flagella dicitur: Accinge sicut vir lumbos tuos, id est, sicut fortis restringe luxuriam: nisi quia alia est luxuria carnis qua castitatem corrumpimus, alia verò luxuria cordis est, qua de castitate gloriamur? Dicitur ergo ei: Accinge sicut vir lũbos tuos, vt qui prius luxuriam corruptionis vicerat, nunc luxuriam restringat elationis, ne de patientia, vel castitate superbiens, tanto peius intus ante dei oculos luxuriosus existeret, quanto magis ante oculos hominum, & patiens, & castus appareret. Vnde bene per
Deute. 10. Moysen dicitur: Circuncidite præputia cordis vestri, id est, postquam luxuriam à carne extinguitis, etiam superflua cogitationum resecate. Sequitur:

Quibus modis deus hominem interroget.

Tribus modis nos conditor interrogat. Interrogabo te, & responde mihi.) Tribus modis nos conditor noster interrogare consueuit, cùm aut flagelli districtione nos percutit, & quanta nobis insit, vel desit patientia ostendit, aut quędam quę nolumus præcipit, & nostram nobis obedientiam, vel inobedientiam patefacit, aut aliqua nobis occulta aperit, & aliqua abscondit, & nobis mensuram humilitatis nostræ innotescit. Flagello nanque interrogat, cùm mentem bene sibi per tranquillitatem subditam, afflictionibus pulsat, sicut idem Iob & laudatur attestatione iudicis, & tamen ictibus conciditur percussoris, vt eius patientia tanto verius clarescat, quanto inquisita durius fuisset. Præcipiendo autẽ dura nos interrogat: sicut Abraham terram suam iubetur egredi,
Gene. 22. & pergere quo nesciebat: in mõtem vnicum filium ducere, & quem ad cõsolationem senex acceperat, immolare. Cui nimirum ad interrogationem bene respõdenti, id est, ad iussionem
Ibidem. obedienti dicitur: Nunc cognoui quia times deũ: vel sicut scriptum est:
Deut. 13. Tentat vos dominus deus vester, vt sciat si diligitis eum. Tentare quippe dei, est magnis nos iussionibus interrogare. Scire quoq; eius, est nostrã obedientiã nosse nos facere.

Caput. VIII.

Aperiendo verò nobis quædam, atq; claudendo quædam, nos interrogat deus: sicut per Psalmistã dicitur:
Psal. 10. Palpebręeius interrogant filios hominum. Palpebris quippe apertis cernimus, clausis nihil videm⁹. Quid ergo per palpebras dei, nisi eius iudicia accipimus? Quæ iuxta aliquid
C clauduntur hominibus, & iuxta aliquid reserantur, vt homines qui se nesciunt, sibimetipsis innotescant, quatenus dum quædam intelligendo comprehendunt, quædam verò cognoscere omnino non possunt, eorum corda sese latenter inquirant, si illos diuina iudicia, vel clausa non stimulant, vel aperta non inflant. Hac enim interrogatione Paulus probatus est, qui post perceptam internam sapientiam, post aperta claustra paradisi, post ascẽsum tertij cœli, post supernæ locutionis my-
Philipp. 3. steria adhuc dicit: Ego me non arbitror comprehendisse. Et
1. Cor. 15. rursum: Ego sum minimus Apostolorum, qui nõ sum dignus
1. Cor. 3. vocari Apostolus. Et rursum: Non quia sufficientes sumus aliquid cogitare à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Apertis ergo palpebris dei interrogatus Paulus rectè respondit: qui & superna secreta attigit, & tamen in humilitate cordis humiliter stetit. Qui rursum cùm secreta dei iudicia de repulsione Iudæorum, & gẽtium vocatione discuteret, atq; ad ea peruenire non posset, quasi clausis dei palpebris interrogatus est. Sed rectum valde responsum reddidit, qui deo
Roma. 11. se in ipsa sua ignorantia scienter inclinauit, dicens: O altitudo diuitiarum sapientię & scientię dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Eccè enim abscõsis mysteriis quasi clausis palpebris inquisitus placita ac recta respondit, qui secreti aditum pulsanti: quia per cognitionem intromitti ad interiora non valuit, per confessionem ante ianuas humilis stetit, & quod intus comprehẽdere non potuit, foris timendo laudauit. Vnde nunc quoque beatus Iob post interrogationem verberis discutitur interrogatione sermonis, vt quæ sint superna consideret, quæ dum minimè comprehendit, ad semetipsum redeat, & quàm sit iuxta nihilum in supernorum comparatione cognoscat. Audiat itaque: Interrogabo te, & responde mihi. Ac si apertius dicatur: Verbis meis ad sublimia cõsideranda te excito, & dũ ea quæ super te sunt, nescire te perspicis, tibimetipsi te notiorem reddo. Tũc enim mihi verè respondes, si quæ ignoras intelligis. Sequitur: D

Quòd fundator mundi sit deus, & mensuram, & lineas super eum ponat, cum diuidens singulis prout vult, constituit vt non pro suo nutu, sed secundum mensuram donationis eius quisque proficiat.

Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? Indica mihi si habes intelligentiam. Quis posuit mensuras eius si nosti, vel quis tetendit super eam lineam? Super quo basẽs illius solidatę sunt? Ecce omnia quasi de mundi origine narratione historica contexuntur. Repentè verò subiungitur quod nõ de mundi, sed de Ecclesiæ dictum conditione videatur. Nam dicitur: Aut quis dimisit lapidem angularem eius? Per hoc enim quòd non in mundi origine factum est, & illud superius ostẽ- *Cur rebus*
ditur, quia de mundi origine dictum non est. Idcirco nanque E *planis & patentibus obscura quædã & dissona permisceãtur.*
rebus planis ac patentibus obscura quædam ac dissona permiscentur, vt per hoc quod intellectu literæ discrepat, & illud inquiratur mysticè quod dictum iuxta literam sonat. Nanque sicut aliis apertis rebus, alia clausa cognoscimus, ita aliis clausis compellimur, & illa altiori intellectu pulsare, quæ aperta credebamus. Dicat ergo: Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ?

Caput. IX.

IN scriptura sacra quid aliud fundamenta quàm prædicatores accipimus? Quos dum primos dominus in sancta Ecclesia posuit, tota in eis sequentis fabricæ structura surrexit. Vnde & sacerdos cùm tabernaculum ingreditur, duodecim lapides portare in pectore iubetur: quia videlicet semetipsum pro nobis sacrificium offerens pontifex noster, dum fortes in ipso exordio prædicatores exhibuit, duodecim lapides sub capite in prima sui corporis parte portauit. Sancti itaque Apostoli & pro prima ostensione ornamenti lapides sunt in pectore, & pro prima soliditate ædificij in solo fundamenta. Vnde Dauid Propheta cùm sanctam ecclesiam in sublimibus Apostolorum mentibus poni ædificariq́ue conspiceret: Fundamenta eius, inquit, in montibus sanctis. Cùm verò in sacro eloquio non fundamẽta, sed singulari numero fundamentum dicitur, nullus alius nisi ipse dominus designatur, per cuius diuinitatis potentiam, nutantia infirmitatis nostræ corda solidantur. De quo & Paulus ait: Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Ie
F *1. Cor. 3.* sus. Ipse quippe fundamentum fundamentorum est: quia & origo est inchoantium, & constantia robustorum. Quia igitur fundamenta nostra sunt hi qui iniquitatum nostrarum põdera portauerunt: ne beatus Iob in superbia de virtutum suarum potentia subleuetur, in ipsa dominici prima parte sermonis de sanctorum prædicatorũ commemoratione discutitur: vt quanto illos admirabiles venire conspiceret, tanto in eorũ comparatione de se vilius æstimaret. Quod idcirco à domino iam quasi præteritum describitur: quia quicquid foris futurum est in opere, intus iam factum est in prædestinatione. Dicitur itaque ei. Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? Ac si apertè diceretur: Virtutem fortium considera: meq́ue eorum ante secula auctorem pensa: & cùm eos quos in tempore condidi, mirabiles suspicis, perpende quantum mihi subdi debeas, quem auctorem mirabilium sine tempore esse cognoscis. Sequitur: Indica mihi si habes intelligentiam, quis posuit mensuras eius si nosti: vel quis tetendit super eam lineam?) Mensurarum lineę in terrarum partitione tenduntur: vt dimensionis æquitas ex ipsa linearum tensione teneatur. In carne autẽ dominus ad ecclesiam veniens, mensuras terræ lineis mensus est: quia fines Ecclesię occulti iudicij subtilitate distinxit. Huius terræ occultæ mensuræ, vel lineæ tendebãtur, quando prædicatores sancti agente spiritu in alias partes mundi vocabãtur, vt

Fũdamẽta pdicatores. Exo. 28. Cur sacerdos tabernaculũ ingrediens duodecim lapides in pectore portet. Psalm. 86. Fundamentum dñs. 1. Cor. 3. Iesus Christus fundamẽtum sanctorũ. Quicquid foris futurũ est in opere, iã factum est in prædestinatiõe. Dñs in carne veniens, fines Ecclesię occulti iudicij sub-

tilitate G *distinxit.*

vt irent, ab aliis verò partibus arcebantur ne accederent. Paulus nãque Apostolus cùm Macedoniæ prædicare negligeret: per visum illi apparuit vir Macedo, qui diceret: Transiens in Macedoniã adiuua nos. At contrà sicut scriptũ est: Tẽtabant Apostoli ire in Asiam, & non permisit eos spiritus Iesu. Dum ergo prædicatores sancti, & vocantur ad Macedoniam, & ab Asia prohibentur: ista occultarum mensurarum linea illic ducta est, hinc reducta. Illic tenditur, vt Macedonia intra sanctæ Ecclesiæ spatia colligatur: hinc attrahitur, vt extra fines fidei Asia relinquatur. Erant quippe tunc in ea qui colligendi non erant: quibus iuxta meritum suum perditis, iam nunc Asia intra mensuras Ecclesiæ deo largiente suscepta est. Intra has ergo mẽsuras sunt omnes electi, extra has omnes reprobi: etiam si intra fidei limitem esse videantur. Vnde & in Apocalypsi scriptum est: Atrium quod foris templum est, eiice foras: & ne metiaris illud. Quid enim aliud atrium quàm latitudinem significat vitæ præsentis? Et rectè foris templum sunt, qui per atrium designantur: atque ideo metiendi non sunt, quia angusta est porta quæ ducit ad vitam: & latitudo vitæ prauorum non admittitur ad mensuras, & regulas electorum. Istæ spirituales lineæ occulto iudicio tendebantur, quando cuidã dicẽti: Magister, sequar te quocunque ieris: eiusdem magistri voce H responsum est: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Istę mensuræ & lineæ tendebantur cùm cuidam dicenti: Domine, permitte me primum ire sepelire patrem meum: eiusdem magistri voce responsum est: Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, annuncia regnum dei. Ecce alius secuturum se promittit & repellitur: alius relaxandum se postulat & retinetur. Vnde hoc, nisi quia super occulta cordis spatia supernorum iudiciorum lineę tendebantur, vt & hunc intus incomprehensibiles mensuræ constringerent: & ille foris nõ iustè remaneret? Sed cum nullus nesciat, quia deus has occultorum iudiciorum lineas tendat, cur ad Iob dicitur: Indica mihi si habes intelligentiam: quis posuit mensuras eius si nosti: vel quis tetendit super eam lineam? An idcirco requiritur vt quòd nosse, sed tamẽ prætermittere poterat memoretur: quatenus pondus secretorum dei sollicitius pẽset: dispensationem videlicet hominis non in humanis viribus, sed in manu consistere conditoris: vt dum cõsiderat inuisibiliter ista quis agat, suæ virtuti nihil tribuat: nec iam de se audeat aliquid, cum dei iudicia occulta formidat: sed perpendens desuper mensuras, & lineas incomprehensibiliter tensas, tanto magis in humilitate formidinis consistat, quanto magis pendere videt omnia in potestate mensoris. Sequitur: Super quo bases illius solidatę sunt? Quid aliud huius terræ bases, quàm sanctæ Ecclesiæ doctores accipimus? In basibus quippe columnæ, in columnis autem totius fabricæ pondus erigitur. Non ergo immerito doctores sancti basium nomine designantur: quia dum recta prędicant, & prædicationi suę viuendo concordant, omne pondus Ecclesiæ fixa morum suorum grauitate sustentant: asperas ab infidelibus tentationes ferunt: & quæque in præceptis dei velut difficilia à fidelibus formidantur, exemplis operum facilia ostendunt. Vnde & bene cùm in typo Ecclesiæ tabernaculum figeretur, ad Moysen dicitur: Facies columnas quatuor, & bases earum vesties argento. In argento enim quid aliud quàm claritas diuini sermonis accipitur? sicut scriptũ est: Eloquia domini eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum. Bases ergo argento vestitæ quatuor columnas tabernaculi sustinent: quia prædicatores Ecclesiæ diuino eloquio decorati: vt cunctis se exemplũ prębeant, quatuor Euangelistarum dicta, & ore, & operibus portant. Possunt per bases etiam prophetæ signari: qui dum primi aperrè de dominica incarnatione locuti sunt, quasi quasdam bases eos conspicimus à fundamento consurgere, & superpositę fabricæ põdera sustinere. Vnde ad Moysen rursum dominus cum tabernaculi tabulas erigi præcepit: fundi earum bases argenteas iubet. Quid enim per tabulas, nisi Apostoli extensa in mundum prædicatione dilatati: quid per bases argenteas, nisi prophetę signantur? qui superimpositas tabulas ipsi firmi ac fusiles sustinent: quia apostolorum vita dum eorum prædicatione instruitur, eorum & auctoritate solidatur. Vnde & coniunctæ binæ bases singulis tabulis superponũtur:

Actor. 16, Ibidem.

Apoc. 11. Atrium latitudo vitæ præsentis.

Matth. 8.

Luc. 9.

Psalm. 11.

Exodi. 26.

quia dum prophetæ sancti in verbis suis de mediatoris incar- K
natione concordant, subsequentes prædicatores Ecclesiæ indubitanter ædificant: vt cùm à semetipsis non discrepant, illos in se robustius figant. Nec immerito bases quibus prophetæ signantur, vt ex argento fundi debeant præcipitur. Argenti quippe claritas ex vsu seruatur: sine vsu autem in nigredinem vertitur. Prophetarum quoque dicta ante mediatoris aduentum, quia in vsu spiritalis intelligentiæ non erant, dum conspici præ obscuritate non poterant, quasi nigra remanebant. At postquam mediator veniens, ea ante oculos nostros incarnationis suæ manu terfit, quicquid in eis lucis latebat inclaruit: sensusque patrum præcedentium in vsum dedit: quia verba rebus exposuit. Siue itaque prophetas, seu doctores extremis temporibus subsequentes basium appellatione significet, dicat: Super quo bases illius solidatæ sunt? subaudis, nisi super me, qui cuncta mirabiliter teneo: & bonis exterioribus intus principaliter originem præsto. Qui enim sibi quod bonum est tribuit, solida basis non est: quia dum fundamento non innititur, ipso suo pondere in ima præcipitatur. Sed cum iã multa de sanctæ Ecclesiæ constructione referantur, audire mens appetit, inimicę nationes qua virtute coniunctæ sint, id est, diuersa huius domus ædificia qua sibi arte concordẽt. Sequitur:

Aut quis dimisit lapidem angularem eius?) Iam per diuinam L
gratiam omnibus liquet, quem scriptura sacra angularem lapidem vocet: illum profectò qui dum in se hinc Iudaicum, illinc gentilem populum susscipit: in vna Ecclesiæ fabrica quasi duos parietes iungit, illum de quo scriptum est: Fecit vtraque vnum: Qui angularem se lapidem, non solum in inferioribus, *Ephes.* sed & in supernis exhibuit: quia in terra plebi Israeliticæ nationes gentium, & vtrãque simul angelis in cœlo sociauit. Eo quippe nato clamauerunt angeli: *In terra pax hominibus bonæ voluntatis.* In ortu enim regis nequaquam pro magno offerrent hominibus pacis gaudia, si discordiam non haberent. De hoc lapide per prophetam dicitur: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Huius lapidis typum Iechonias rex tenuit, quem Matthæus dum quaterdenas generationes describeret, secũdò numerauit. Quem enim fini secundę, ipsum rursum initio tertiæ generationis inseruit. Ipse nanque in Babyloniam cùm Israëlitica plebe migratus est, qui dum ab aliis ad alia ducitur, pro vtriusque parietis latere non immerito secundo numeratur. Cuius migrationis flexu angularem lapidem designat. Vbi enim ordo à rectitudine flectitur, vt eat in diuersum, tanquam angulum facit. Rectè ergo numerari bis potuit: quia per vtrunque parietem quasi duo in se latera ostendit, vnde & eius bene imaginem tenuit, qui in Iudæa ortus, gentilitatem colligẽs, quasi ab Hie- M
rosolymis Babyloniam venit, atque hanc in semetipso fidei fabricã prius discordiæ studio scissam, arte charitatis intexuit. Sed hæc quæ de significatione sanctæ Ecclesiæ dicta sunt, placet vt breuiata replicatione moraliter differantur. Dignũ nanque est, vt per ea quæ beato Iob dici cognoscimus, ad corda nostra reuocemur: quia verba dei tunc mens verius *intelligit*, cum in eis semetipsam quærit. Ecce enim dicit: Vbi *eras quãdo* ponebam fundamenta terræ? Si peccatoris animus puluis est: quia in superficie attollitur, & tentationis aura raptatur. Vnde scriptum est: Non sic impij non sic: sed tanquam puluis *Psalm. 1.* quem proiicit ventus à facie terræ, nil obstat terram intelligi animam iusti: de qua scriptum est: Terra enim sæpe venientẽ *Hebr. 6.* super se bibens imbrem, & generans herbam, opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem.

Matth. 1.

Psalm. 17.

Capur. X.

SEd huius terræ fundamentum fides est. Huius terræ fundamentum iacitur, quando in occultis cordis prima soliditatis causa diuinus timor inspiratur. Iste necdum credit æterna quæ audit, huic cum fides datur, ad ædificium subsequentis operis iam fundamentum ponitur. Ille æterna iam credit, nec tamen metuit: venturi iudicij terrorem despicit: peccatis se carnis, & spiritus audenter inuoluit. Huic repentè cùm futurorum timor infunditur, vt bonæ vitæ surgat ædificium, iam fundamenta construuntur. Posito itaque prosperæ formidinis fundamento: cùm virtutum fabrica in altum ducitur, necesse est vt vnusquisque proficiens vires suas

caurè-

Universidad de Deusto

A cautè metiatur: vt cùm diuina constructione magnus esse iam cœperit, semetipsum respiciat sine cessatione quod fuit: quatenus attendens humiliter, quod per meritum inuētus est, nequaquam sibi arroget quod per gratiā factus est. Vnde & nūc beatus Iob per supernam vocem ad semetipsum reducitur: & ne de virtutibus gloriari audeat, de antea cta vita memoratur, eique dicitur. Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? Ac si iustificato peccatori apertè veritas dicat: Virtutes à me acceptas tibi non tribuas, noli contra me de meo munere extolli: Recole vbi te inueni, quando meo timore prima in te fundamēta virtutum posui. Recole vbi te inueni quādo meo te timore solidaui. Vt ergo ego in te non destruam quod construxi: ipse non cesses considerare quod reperi. Quem enim veritas nisi aut in flagitiis, aut in excessibus inuenit? Sed pòst hæc bene possumus seruare quod sumus, si nunquam negligimus pensare quod fuimus. Nonnunquàm tamen clandestina elatio etiam sollicitis cordibus surrepere solet: vt bonorū cogitatio licet subtilis sit ac pressa: cum valde in virtutibus crescit, oblita infirmitatis propriæ nequaquam ad memoriam reuocet quid in vitiis fuerit. Vnde & omnipotens deus, quia augeri infirmitatem etiam de remediis salutis conspicit: mensurā ipsis nostris profectibus imponit: vt habeamus quędam virtutum bona quæ nunquam quęsiuimus: & quæramus quædam, nec tamen habere valeamus: quatenus mens nostra dum hæc non potest habere quæ appetit: & illa se intelligat de semetip-
B sa non habere quæ habet: & per ea quæ assunt considerentur illa quæ desunt: & per ea quæ vtiliter desunt, seruentur humiliter bona quę assunt. Vnde & rectè pro huius terræ, id est, iustę animæ dispensatione subiungitur. Indica mihi si habes intelligentiam: quis posuit mensuras eius si nosti: vel quis tetendit super eam lineam? Quis enim nisi conditor noster huius terræ mēsuras ponit? Qui interni iudicij secreto moderamine, alij sermonem sapientię, alij sermonem scientiæ, alij plenam fidem, alij gratiam sanitatum, alij operationem virtutum, alij prophetiam, alij discretionem spirituum, alij genera linguarū, alij interpretationem sermonum tribuit: quatenus in vno eodemque spiritu iste verbo sapientię polleat, nec tamen sermone scientiæ, id est, doctrinæ fulciatur: quia sentire atque inuenire sufficit etiam quod per discendi studium non apprehendit. Ille sermone scientiæ fulgeat, nec tamen in verbo sapientiæ conualescat: quia & explere sufficit quantum didicit, & tamen ad sentiendum ex semetipso subtile aliquid non assurgit. Iste per fidem elemētis imperat, nec tamen per sanitatum gratiam infirmitates corporum curat. Ille orationis ope morbos subtrahit, nec tamen arenti terræ verbo pluuias reddit. Iste operatione virtutum ad prędentem vitam etiam mortuos reuocat: & tamen prophetiæ gratiam non habens, quæ sibi ventura sunt ignorat. Ille ventura quæque velut præsentia attendit:
C & tamē in nulla signorum operatione se exerit. Iste per discretionem spirituum in factis subtiliter mentes conspicit: sed tamen diuersi generis linguas nescit. Ille diuersi generis linguas examinat, sed tamen in rebus similibus dissimilia corda non pensat. Alius in vna lingua quam nouit, sermonum pondera interpretando prudenter discutit, & tamen reliquis bonis quę non habet patienter caret. Sic itaque creator noster atque dispositor cūcta moderat: vt qui extolli poterat ex dono quod habet, humilietur ex virtute quam non habet. Sic cuncta moderatur: vt cùm per impensam gratiam vnumquemque subleuat, etiam per disparē * alteri alterum subdat: & melioré quisque dono alio eum qui sibi subiicitur attendat: ac licèt se prę-

*al. dispar tatem.

ire & aliis sentiat: eidem tamē quem superat, se in aliis postponat. Sic cuncta moderatur: vt singula quę sunt omnium, interposita quadam charitatis necessitudine fiāt omnia singulorū: & vnusquisque sic quod non accipit, in altero possideat: vt ipse alteri possidendum quod accepit, humiliter impendat.

Caput. X I.

1. Petri. 3. HInc enim per Petrum dicitur: Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Tunc nanque bene multiformis dei gratia dispensatur, quando acceptum donū, & eius qui hoc non habet creditur: quando propter eum cui impenditur, sibi datum putatur. Hinc per Pau-
Gala. 5. lum dicitur: Per charitatem seruite inuicem. Tunc enim nos charitas à iugo culpæ liberos reddit, cum vicissim nos nostro D per amorem seruitio subiicit: cùm & aliena bona nostra credimus, & nostra aliis quasi sua offerentes exhibemus. Hinc rursum per Paulum dicitur: Nam & corpus non est vnum mē 1. Cor. 12. brum, sed multa. Si dixerit pes quoniam non sum manus, non sum de corpore: non ideo non est de corpore. Et si dixerit auris quoniam non sum oculus: non sum de corpore: non ideo non est de corpore. Si totum corpus oculus, vbi auditus? si totum auditus, vbi odoratus? Et paulopost: Quod si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem Ibidem. membra, vnum verò corpus. Quid enim sancta Ecclesia, nisi superni sui capitis corpus est? In qua alius alta vidēdo oculus, alia recta operando manus, alius ad iniuncta discurrendo pes, alius prędicatorum vocem intelligendo auris, alius malorū fœtorem, bonorumque fragrantiam discernendo naris est. Qui corporalium more membrorum, dū vicissim sibi accepta officia impendunt, vnum de semetipsis omnibus corpus reddunt: & cùm diuersa in charitate peragunt, diuersum esse prohibēt vbi continentur. Si autem vnum quid cuncti agerent, corpus vtique quod ex multis continetur non essent: quia videlicet multipliciter compactum non existeret: si hoc concors membrorum diuersitas nō teneret. Quia ergo sanctis membris Ecclesiæ virtutum dona dominus diuidit, terræ mensuras ponit. Vnde iterum Paulus dicit: Vnicuique sicut deus diuisit mensuram fidei. Et rursum: Ex quo totum corpus compactum & Roma. 12. connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensura vniuscuiusque membri augmē E tum corporis facit in ædificationem sui in charitate. Sed cùm miro cōsilio auctor ac dispositor noster huic illa largitur, quæ alij denegat, alij hæc denegat, quæ isti largitur: mensuras sibi positas egredi nititur, quisquis posse plusquam acceperit conatur: vt fortasse is cui tantummodo datum est præceptorum occulta differere: tentet etiam miraculis coruscare: aut is quem supernę virtutis donum ad sola miracula roborat, etiam diuinę legis pādere occulta contendat. In præcipitio enim pedem porrigit, qui mensurarum suarum limitem non attēdit. Et plærunque amittit, & quod poterat, qui audacter ea ad quæ pertingere non valet, arripere festinat: nam & membrorum nostrorum tunc bene ministeriis vtimur, cùm sua eis officia distinctè seruamus. Lucem quippe oculis cernimus, vocem verò auribus audimus. Si quis autem mutato ordine voci oculos, luci aures accommodet, huic incassum vtraque patent. Si quis odores velit ore discernere, sapores nare gustare: vtriusq; sensus sibi ministerium, quia peruertit, interimit. Dum enim propriis hæc vsibus non aptantur, & sua officia deserunt, & ad extranea non assurgunt. Bene itaque Dauid propheta intra acceptas ex diuina largitate mensuras pedem cordis presserat, cùm dicebat: Neque ambulaui in magnis, neque in mirabili- Psalm. 130. bus super me. Super se quippe in mirabilibus ambularet si apparere magnus vltra quàm poterat quæreret. Super se nanque in mirabilibus attollitur, qui & in his ad quæ non sufficit, F videri idoneus conatur. Bene intra has mensuras etiam in ipsa Paulus prædicationis suæ se latitudine coarctabat, cùm diceret: Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non Roma. 15. efficit Christus. Tunc autem rectè accepta mensura seruatur, cùm anteposita oculis virorum spiritaliū vita respicitur. Vnde & sequitur: Vel quis tetendit super eam lineam?) Super hanc enim terram linea tenditur, quando electæ vnicuique animæ ad sumendam viuendi regulam patrum præcedentium exempla monstrantur: vt ex illorum vita consideret, quid in suis actibus seruet: quatenus respecto iusti limiris tramite, nec infra minima negligens deficiat: nec vltra maxima superbiens tendat: nec minus cōetur explere quàm sufficit: nec plus arripiat quàm accepit: ne aut ad mensuram quam debet non perueniat: aut eandem mensuram deserens extra limitem cadat. Angusta quippe porta est quæ ducit ad vitam: & ille hanc in- Matt. 7. greditur, qui in cunctis quæ agit, discretionis subtilitate propter hanc sollicitè coarctatur. Nam qui per voluntates proprias secura mente se dilatat, angustæ sibi portæ aditum damnat. Vt ergo huius terrę mensura seruetur, super eam diuinitus linea tenditur: quia vt nostra opera, vel minora proficiant, vel maiora moderentur: per facta eloquia subtilis ante nos sanctorum vita expanditur: & quid nobis quātumque agendum sit,

G sit, ostensa illorum discretione definitur.

Caput. XII.

ECce aliquis vel damna rerum, vel afflictionem corporis metuens, minas terrenæ potentiæ pertimescit: & contra vim resistentium veritatem defendere non præsumit. Hinc Petrus quia in timore angustum respicit, ostensa exemplorum suorum linea, ad virtutis latitudinem tendit. Ipse quippe flagellatus à principibus populi: cum idcirco se relaxari conspiceret, vt à prædicatione cessaret, cùm prohiberetur loqui in posterum, nequaquam saltem in præsens cessit. Nam respondens protinus dixit: Obedire oportet deo magis quàm hominibus. Et rursum: Non enim possumus quæ vidimus & audiuimus, non loqui. At ille dudum debilis, & præsentia damna formidans, dum exempla tantæ fortitudinis contemplatur, in auctoritate verbi iam Petri lineam sequitur: iam nil aduersitatis metuit: iam resistentes deo potestates seculi etiam cum corporis laceratione contemnit. Sed tamen tanto vires persequentium patiendo fortiter destruit, quanto inter aduersa nullis terroribus cedit. Alius plærunque & in his etiam quæ inter fideles positus senserit, se cæteris præponit: sua magis consilia eligit, & sibi potius quàm aliis credit. Hic nimirum dum iniustis obiectionibus non cedens, in virtute se exerit: etiam recta aliorum consilia non recipiens, pedem extra limitem tendit.

H Hunc Petrus intra mensuræ lineam reuocat: qui postquam libertate vocis auctoritatem principum presit, per humilitatẽ cordis de non circuncidendis gentibus Pauli consilium audiuit. Sic enim semetipsum contra aduersarios ex auctoritate curabat erigere: vt tamen sibimetipsi non crederet in his quę nõ rectè sentiret: vt & libertate fortitudinis tumentes potestates excederet: & humilitate mansuetudinis obedientiam in recto consilio etiam minoribus fratribus exhiberet: & modo per semetipsum aliis, & modo sibimetipsi cum aliis obuiaret. In factis igitur Petri quædã ante oculos nostros auctoritatis & humilitatis linea tenditur: ne mens nostra, aut per timorem ad mensuram non perueniat: aut per tumorem limitem excedat. Dictum est quomodo linea tenditur, ne per alterius actionis formidinem, ad alterius causæ vitium transeatur. Dicatur nũc quemadmodum in vna eademque virtute discretionis lineam deserimus: si hanc & aliquando agere, & aliquando postponere nesciamus. Non enim res eadem semper est virtus: quia per momenta temporum sæpe merita mutantur actionum. Vnde fit vt cùm quid bene agimus, plerunque melius ab eius actione cessemus: & laudabilius ad tempus deserat: quod in suo tẽpore laudabiliter mens tenebat. Nam si pro nostris bonis minimis, quibus actis proficimus, nec tamen intermisis interimus, maiora laborum mala proximis imminent:

I necessariò nos virtutum augmenta seponimus, ne infirmioribus proximis fidei detrimenta generemus: ne tanto iam quod agimus virtus non sit, quanto per occasionem sui, in alienis cordibus fundamenta virtutum destruit. Quam discretionis lineam bene ante intuentium oculos Paulus tetendit: qui & gentiles ad libertatem fidei venientes circuncidi prohibuit: & tamen Listris atque Iconium transiens, ipse Timotheum qui gentili patre editus fuerat, circuncidit. Videns enim quòd nisi se mandata literæ seruare ostenderet, Iudæorum rabiem etiam in his qui sibi tunc comites aderant excitaret, assertionis suæ vim postposuit: & sine damno fidei se suosque comites à persecutionis immanitate custodiuit. Fecit quod fieri fidei amore prohibuit: sed ad fidei retorsit ministerium, quod quasi non fideliter fecit. Plærunque enim virtus cùm indiscretè tenetur, amittitur: cumque discretè intermittitur, plus tenetur. Nec mirum si in corporeis intelligimus, quod agi & in corporeis rebus videmus. Ex studio nanque arcus distenditur: vt in suo tempore cum vtilitate tendatur. Qui si ocium relaxationis non accipit, feriendi virtutem ipso vsu tensionis perdit. Sic aliquando in exercitatione virtus cùm per discretionem prætermittitur, reseruatur: vt tanto pòst vitia valenter feriat, quãto à percussione interim prudenter cessat. Subtili igitur discretione super hanc terram linea tenditur, quando ostensis vnicuique animæ exemplis præcedentium patrum, & vtiliter ad operationem virtus accenditur, & nonnunquam vtilius temperatur.

Caput. XIII.

SEd cum parumper ab opere zeli fortitudo seponitur, alta consideratione opus est ne forta sse nequaquam communis boni consilio, sed timore proprio, vel cuiuslibet ambitionis studio à virtutis exercitatione cessetur. Quod nimirum cùm agitur, iam non dispensationi, sed culpæ seruitur. Vnde curandum sollicitè est: vt cùm quis susceptum negociũ cum virtutis cessatione dispensat, semetipsum prius in radice cordis inspiciat: ne sibi per hoc aliquid auarus appetat: sibi per hoc soli timidus parcat: & eo fiat prauũ quod in opere sequitur: quo non ex recta cogitationis intentione generatur. Vnde bene in euangelio veritas dicit: Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Quid enim per oculum exprimit, nisi opus suum præueniens cordis intentio? quæ priusquàm se in actione exerceat, hoc iam quod appetit, contemplatur. Et quid appellatione corporis designatur, nisi vna quęque actio quæ intentionem suam quasi intuentem oculum sequitur? Lucerna itaque corporis est oculus: quia per bonæ intentionis radium, merita illustrantur actionis. Et si oculus tuus simplex fuerit: totum corpus tuum lucidum erit: quia si rectè intẽdimus per simplicitatem cogitationis: bonum opus efficitur, etiam si minus bonum esse videatur. Et si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit: quia cùm peruersa intentione quid vel rectum agitur: etsi splendere coram hominibus

L cernitur: apud examen tamen interni iudicis obscuratur. Vnde & rectè subiungitur: Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Si lumen quod in te est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantę erunt? quia si hoc quod bene nos agere credimus, ex mala intentione fuscamus: quanta ipsa mala sunt, quæ mala esse etiam cũ agimus non ignoramus? Et si ibi nil cernimus, vbi quasi discretionis lumen tenemus: qua cæcitate in illa offendimus, quæ sine discretione perpetramus? Vigilanti igit cura per cuncta opera intentio nobis nostra pẽsanda est: vt nil temporale in his quæ agit appetat, totam se in soliditate ęternitatis figat: ne si extra fundamentum actionis nostrę fabrica ponitur, terra dehiscente soluatur. Vnde hic quoque aptè subiungitur: Sup quo bases illius solidatæ sunt?) Bases quippe vniuscuiusq; sunt animę, intentiones suæ. Nam sicut fabrica columnis, colũnæ autem basibus innituntur: ita vita nostra in virtutibus, virtutes verò in intima intentione subsistunt. Et quia scriptũ est: Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus: tunc bases in fundamento sunt, cùm intentiones nostrę in Christo roborantur. In cassum verò alta super se bases ędificia erigunt, si non ipsę in fundamento solidatæ consistunt, quia nimirum quamlibet summa opera inaniter faciunt, si intentiones cordium extra æternitatis certitudinem deflectuntur: & vitæ veræ præmia non

M requirunt: tantoque grauiora ruinæ super se damna ędificant, quanto altiora ædificia extra fundamentum portant: quia cum æternæ vitæ præmiis non intendunt, quo plus se quasi in virtutibus erigunt, eo in gloriæ inanis foueam profundius cadunt. Non ergo pensandum est bases quid sustinent, sed vbi sustinentur: quia profectò humana corda diuinitus perscrutantur, non solum quæ faciunt, sed quid in operibus quærunt. Vnde cum districtum iudicem Paulus describeret, atque actionum bona narraret, dicens: Qui reddet vnicuique secundum opera eius: his quidem secundum patientiam boni operis, gloriam & incorruptionem: quia nominata boni operis patientia, quasi totam electæ actionis fabricam dixerat: subtiliter illico vbi bases eiusdem fabricæ consisterent exquisiuit dicens: Gloriam & honorem & incorruptionem quærentibus vitam æternam. Ac si apertè diceret: Et si quidam patientiam boni operis ostendunt, gloriam & incorruptionem non recipiunt: si intentiones cordis, id est, bases fabricæ in fundamento non figunt: quia videlicet deus, vel honestæ vitę ædificium non inhabitat, quod extra se positum non ipse sustentat. Quia igitur intentiones electæ vniuscuiusque animæ, spei æternitatis innituntur, rectè voce dominica de hac terra dicitur: Super quo bases illius solidatæ sunt? Ac si apertè diceret: nisi super me. Cui dum iusta quęque anima intendit, omne quod temporaliter facit, in me proculdubio non temporaliter constituit. Quia verò tunc robustius in fundamento solidamur,

A damus, cum verba dei, & in exterioribus præceptis sequimur: & in intimis densibus subtilius intelligendo pensamus: rectè subiungitur:

Caput. XIIII.

VEl quis dimisit lapidem angularem eius?) Lapis quippe angularis est ad sacra eloquia intellectus duplex. Qui tunc diuinitus dimittitur, quando nequaquam districto iudicio ignorātiæ suæ tenebris illigatur, sed quadam libertate perfruitur, dum in præceptis dei sufficit, vel exequendo exteriora agere, vel contéplando interna sentire. Ad quod nunquam noster intellectus assurgeret, si ad susciendam naturam nostram ipse noster conditor non veniret. Qui aliter angularis lapis dicitur: quia duos in se populos iunxit: atque aliter, quia coniunctæ vtriusque vitæ, actiuæ videlicet & contemplatiuæ in se exempla monstrauit. Ab actiua enim vita lōgè contemplatiua distat: sed incarnatus redemptor noster veniens, dum vtranque exhibuit, in se vtranque sociauit. Nam
Luca. 6. cùm in vrbe miracula faceret, in monte verò orando cōtinuè pernoctaret: exemplum suis fidelibus præbuit: vt nec contemplationis studio proximorum curam negligāt: nec rursum cura proximorum immoderatius obligati, contemplationis studia derelinquant: sed sic in vtrisque mentem partiendo cōiungant: quatenus nec amorem dei præpediat amor proximi: nec amorē proximi, quia transcendit, abiiciat amor dei. Quia igitur humano cordi quid ageret ignoranti, dei atque hominis mediator apparuit, qui & agendo transitoria disponeret: & cōtemplando ostenderet vnde cuncta penderent, rectè dicitur:

B Vel quis dimisit lapidem angularem eius? Ac si apertè dominus diceret: nisi ego, qui vnicum quem sine tēpore genui, seruandis hominibus cum tempore ostendi: in cuius vita discerent etiam diuersa viuendi studia non discrepare? Et notandū q̄ eum non se emisisse, sed dimisisse asserit: quia profectò humanam naturam filius suscipiens, ad ima de sublimibus venit. Cuius incarnationis mysteriū, quia & electi angeli mirati sūt, qui eodem mysterio redempti non sunt, rectè subiungitur:

Quòd angeli à mane creationis suæ laudent deum: iubilent verò homines sancti, qui præ angustia interius deficiunt, nec quod affectant hoc possunt.

Cùm me laudarent simul astra matutina.) Quia enim prima in tempore condita natura rationabilium spirituum creditur, non immeritò matutina astra angeli vocantur. Quod si ita est, dum terra esset inuisibilis & incomposita, dum tenebræ essent super abyssum, venturum diem subsequentis seculi per lucem sapientiæ existendo præuenerunt. Nec negligenter audiendum est quod additur simul: quia nimirum astra matutina etiam cum vespertinis redemptoris potentiam laudant, dū
E electi angeli etiam cum redemptis in mundi fine hominibus largitatem gratiæ supernæ glorificant. Ipsi quippe vt nos ad laudem conditoris accenderent, hoc quod superius diximus,
Lucæ. 2. orta per carnem luce clamauerunt: Gloria in excelsis deo: &
C in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Simul ergo laudant: quia redemptioni nostrę voces suę exultationis accōmodant. Simul laudant: quia dum nos conspiciunt recipi, suum gaudēt numerum repleri. Qui & fortasse ideo matutina astra memorantur: quia sæpe ad exhortandos homines missi sunt: & dum venturum mane nunciant: ab humanis cordibus præsentis vitę tenebras fugant. Sed ecce angeli diuinam potentiā laudant: quia ipsa eos tantæ claritatis visio delectat. Nos autem qui redimimur, sed tamen corruptione adhuc carnis grauamur, donū quod percipimus, qua virtute laudamus? Quomodo enim
Iubilatio. valebit lingua dicere quod non sufficit mens nostra sentire? Sequitur: Et iubilarent omnes filij dei.) Iubilatio quippe dicitur, cùm cordis lætitia oris efficacia nō expletur: sed quibusdam modis gaudium prodit, quod ipse qui gaudet, nec tegere prævalet nec explere. Laudent itaque angeli qui iam tantæ claritatis latitudinem in sublimibus vident. Iubilent verò homines, qui adhuc in inferioribus oris sui angustias sustinent. Quæ quia certò futura dominus nouerat: non tam facienda insinuat quàm facta narrat. Sed quid agimus, quòd cùm boni de redemptionis suæ mysterio iubilant, malos inuidia inflammat: dum electi proficiunt, reprobi ad rabiem furoris excitantur: & bona nascentia quia nolunt imitari, persequuntur? Sed tamen inter hæc etiam qui redemit, non relinquit. Scriptum quippe est: Fidelis autem deus qui non patietur vos tentari su D
pra quàm potestis: sed faciet cum tentatione etiam proventū, *1. Corin. 10.*
vt possitis sustinere. Nouit enim conditor noster quando exurgere persecutionis procellam sinat: quando exurgentem reprimat. Nouit pro custodia nostra restringere, quod contra nos egredi pro nostra exercitatione permittit: vt sæuiens nos diluat procella, & non mergat. Vnde & sequitur:

Quòd miraculis sanctorum fracta est violentia tyrannorum.

Caput. XV.

QVis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens?) Quid enim mare nisi seculum, quid vuluam nisi conceptum carnalis cogitationis accipimus? Hoc enim loco vuluæ nomine, occulta & malitiosa carnalium cogitatio designatur. Quæ vulua non ad proferendam prolem concipit substantiam corporis: sed ad explendam nequitiam causam doloris. De hac vulua cordis iniquorum, alias dicitur: Concepit dolorem, & peperit *Psal. 7.*
iniquitatem. Per hāc vuluam praui concipiunt, cum mala cogitant. Per hanc vuluam pariunt, cum mala quę cogitauerint, operantur. Erumpebat ergo mare quasi de vulua procedens: cùm miseriarum secularium fluctus de carnalis cogitationis iniquitate concepti, in sanctæ Ecclesiæ interitum sæuirent. Sed auctore deo ostiis hoc mare conclusum est: quia contra tumo
res persequentium sancti viri quasi quędā ostia oppositi sunt: F
vt eorum miraculis atque reuerentia iræ persequentium frangerentur. Humiliatis quippe dominus terrenis principibus, per eos sanctam Ecclesiam supra mundi culmen euexit: & sæuientis maris impetus erecta eiusdem Ecclesiæ potestate coërcuit. Sed huic sæuienti mari quid dominus fecerit, audiamus. Sequitur:

Quòd persecutorum malitia puerili insipientia vestita, id est, pannis infantiæ obuoluta constringatur, cùm sæuire in sanctos diuina dispensatione prohibetur.

Cùm ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem.) Mare sæuiens nube induitur: quia crudelitas persequentium stultitiæ suæ velamento vestitur. Interposita enim caligine infidelitatis suæ perspicuam veritatis lucem videre non sufficit: & id quod agit per crudelitatis impulsum, per cæcitatis suæ meritum non agnoscit. Nam si cognouissent, vt ait Apostolus, nunquam dominū *1. Cor. 2.*
gloriæ crucifixissent. Hęc nubes non solùm solet infideles extrà positos premere: sed quosdam etiam viuentes carnaliter intra Ecclesiam tenebrare. Vnde sancti viri qui etiam alienæ negligentiæ compatiuntur: & se pati æstimant quod perpeti alios sentiunt, deo orantes dicunt: Opposuisti nubem ne transeat oratio, ac si apertè dicant? Menti nostrę terrenis voluptatibus assuetæ, curarum suarum phantasmata iusto iudicio obii cis: quibus eam in ipsa orationis suæ intentione confundis: & quam desideriis infirmis deditam non ignoras: rectè cæcatam ab intuenda lucis tuæ perspicuitate reuerberas: vt cùm in te intenditur, ipso à te cogitationum suarum nubilo reflectatur: & quæ terrena hæc assiduè cogitat quia vult, hæc etiam toleret in oratione cùm non vult. Quia igitur ipsa persecutorum nequitia superna dispensatione constringitur, ne contra sanctos viros inquantum voluerit, effrenetur: postquam dixit: Cū ponerem nubem vestimentum eius, aptè subdidit: Et caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem. Pannis quippe infantiæ pedes ac brachia constringuntur, ne huc atque illuc dissoluta libertate iactentur. Quia ergo persecutores sanctę Ecclesiæ instabilitate cordis inquieti, atque huic seculo dediti, non grandęua, sed puerilia sapiunt, qui quidem obscuritate atque caligine, non intellecti superni iudicij constringuntur: ne tantum persequi valeant quantū volunt, pannis infantiæ referuntur obuoluti: quia sicut dictum est, puerilia quidem sapiūt, sed diuina dispensatione constricti, ad quod volunt brachia non extendunt, & si cuncta mala leuiter perpetrare appetunt: nequaquam tamen implere cuncta quæ appetunt permittuntur. Sequitur: Circundedi illud terminis meis.) Terminis suis dominus mare circundat: quia iras persequentium, iudiciorū suorum dispensatione modificat: vt insani tumida vnda feruoris plano frangatur littore occultæ dispensationis. Sequitur:

Thre. 3. *Quomodo opponatur nubes ne transeat oratio.*

Mare seculum.

Caput

Caput. XVI.

G ET posui vectem & ostia, & dixi: Hucusque venies, & nō procedes amplius: & hic confringes tumentes fluctus tuos.) Quid per ostia nisi prædicatores sancti: quid per vectem nisi incarnatus dominus designatur? qui hæc videlicet ostia contra sæuientis maris impetum tanto valentiora oppo suit, quanto ea sua obseratione roborauit. Quia enim ista sanctę Ecclesiæ ostia vectis huius oppositione solidata sunt: potuerunt quidem tundi fluctibus, sed effringi nequiuerunt: vt ea exterius vnda persecutionis illideret: sed nequaquam cordis eorum interna penetraret. Et quia doctores sancti prædicatione quidem sequētibus aperti sunt: auctoritate autem sua resistentibus clausi, non immeritò ostia vocantur, id est, aperta conuersationi humilium, & clausa terroribus superborum. Non immeritò ostia vocantur: quia & ingressum fidelibus aperiunt: & rursum sese perfidis ne ingrediantur opponunt. Pē lemus quale Ecclesiæ ostium extitit Petrus: qui inuestigantem fidem Cornelium recepit: precio quærentem miracula Simonem repulit, illi dicens: In veritate comperi quoniam non est *Actō. 10.* personarū acceptor deus: secreta regni benignè aperuit, huic inquiens: Pecunia tua tecū sit in perditionē! per districtę damnationis sententiam cœlestis aulæ aditum claudit. Quid cuncti Apostoli nisi sanctæ Ecclesiæ ostia existunt, cum voce redemptoris sui audiunt: Accipite spiritum sanctum: quorum re- *Ioan. 20.* miseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, re- H tenta sunt? Ac si illis apertè diceretur: Per vos ingredientur ad me hi quibus vosmetipsos panditis: & repellentur quibus obseratis. Igitur dum mare sæuit, dominus vectem & ostia opponit: quia ab amaris & perfidis cordib' dum persecutionis procella se dilatat in mundo, deus vnigeniti sui gloriam prædicatorumque eius reuerentiam exaltat: & dum innotescit mysteria diuinæ fortitudinis, frangit in impiis fluctus furoris. Bene autem dicitur: Hucusque venies, & nō procedes amplius: quia *Diuini iudicij occulta mensura est, &c.* nimirum diuini iudicij occulta mensura est, & quando persecutionis procella prosiliat, & quando conquiescat: ne aut non exagitata electos non exerceat, aut immoderata in profundū mergat. Cùm verò notitia fidei vsque ad persequentes extenditur: turbati maris tumor sedatur: ibique fluctus suos mare frangit: quia ad cognitionem veritatis veniens, omne quod nequiter egit, erubescit. Fracta quippe vnda in se relidit: quia victa nequitia etiam per cogitationem sui cordis accusatur: & quasi ipsam vim quam intulerat recipit: quia dè prauitate quā gesserat, reatus sui stimulos sentit. Vnde quibusdam per Pau- *Roma. 6.* lum dicitur: Quem ergo fructum habuistis tūc in illis, in quibus nunc erubescitis? ac si diceretur: Quid se in altum fluctus vestræ prauitatis extulerunt, qui nunc in semetipsis fracti, vnde peruersos vos inflauerant, conuersos inde confundunt? Re- I ctè itaque dicitur: Et hìc confringes tumentes fluctus tuos. *More sacri eloquij res semel dicta pro confirmatione replicatur.* Quod verò in hac conclusione maris secundò de ostiis dicit, more sacri eloquij, res semel dicta, pro confirmatione replicatur. Si autem hoc in loco mare accipere nō specialiter turbam persequentium, sed generaliter seculum debemus: secundò cō tra hoc mare dominus ostia opposuit: quia & prius humano generi præcepta legis, & postmodum nouæ gratiæ testamentum dedit. Secundò obiectis ostiis huius maris impetum clausit: quia eos quos ad obsequium sui cultus assumpsit, & prius ab idolis data lege coërcuit: & pòst ab intellectu carnali gratia reuelata correxit. Secundò mare ostia accepit: quia humanum genus prius deus ab operib' iniquitatis prohibuit: postmodum verò etiam à cogitationis culpa constrinxit. Videa- *Exodi. 20.* mus quemadmodum prima tumenti mari dominus ostia imponat: Ecce enim per legem dicitur: Non occides, nō mœchaberis: non furtum facies: nō falsum testimonium dices. Videamus quemadmodum secundis hoc' mare dominus ostiis claudat? *Matth. 5.* Ecce in Euangelio dicit: Audistis quia dictum est antiquis: nō mœchaberis, ego autem dico vobis, quoniam omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Rursumque dicitur: Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum: & odio habebis inimicum tuum: ego autē dico vobis, diligite inimicos vestros: & benefacite his qui oderūt vos. Qui igitur prius nequitias operis prohibuit, & postmodū culpas cordis exhaurit: nimirum tumenti mari, ne circūducta iustitiæ littora transeat, bis ostia imponit.

Caput. XVII.

K BEne autem cùm diceret: Quis concluſit ostiis mare: illico & tempus adiunxit, dicens: Quando erumpebat quasi de vulua procedens: quia videlicet tunc humano generi præceptis legis obuiauit, quando adhuc seculum suæ origini vicinum, quasi ab ortu proprio ad profectum vitæ carnalis exibat. De vulua quippe procedere, est in lucem præsentis glorię carnaliter apparere. Et rectè subiungitur: Cùm ponerem nubem vestimentum eius.) Quia nimirum deus hominibus non tunc aperta ostensione se intulit: sed dum eos ab errore perfidiæ eripuit, nec tamen illis claritatem sui luminis patefecit: quasi ex tenebris eos abstulit, sed adhuc nube vestiuit: vt & pristina prauitatis acta relinquerent, & tamen vētura bona adhuc certius non viderent. Vbi & aptè subditur: Et caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem.) Dum enim rudes populos non aperta spiritus prædicatione edocuit, sed figurata locutione præceptis literæ astrinxit: adhuc infirma sapientes, verborum suorum caligine quasi pannis infantiæ obuoluit: vt mandatis grosioribus ligati crescerent, ne malè liberi in suis voluptatibus perirent. Quos ad viam iustitiæ dum non iam charitas, sed adhuc timor astringeret, diuina dispensatio quasi presit vt nutriret. Infirmus nanque populus cum præceptorum pannos nolens pertulit, ad firmiorem statum ex ipsa L
ligatione peruenit. Quia enim timor eū prius à culpa coërcuit, competenter postmodum in libertatem spiritus exiuit. Hos pannos infantiæ quos inchoātibus dedit: ipse per prophe- *Ezechi.*
tam dominus reprehendit, dicens: Ego dedi eis præcepta non bona. Mala enim quasi mala esse desinunt comparatione peiorum: & bona quasi bona non sunt comparatione meliorū. Nam sicut peius delinquenti Iudææ de Sodoma, atque Samaria dicitur: Iustificasti sorores tuas in omnibus abominationi- *Ezech.* bus tuis, quas operata es: ita melioribus noui testamenti præceptis subsequentibus: præcepta bona quæ rudibus data sunt: non bona esse memorantur. Neq; enim mentes vsui vitæ carnalis inhærentes, euelli ab infimis possent, nisi gradatim ducta prædicatione proficerent. Hinc quippe est quòd in Aegypto *Exo.* positis pio iustoque moderamine latenti eorum concupiscentiæ condescenditur, & vicinorum suorum vasis aureis argenteisque sublatis discedere iubentur. Qui ad Sina monte ducti, accepta lege mox audiunt: Non cōcupisces rem proximi tui. Et hinc est quòd in eadem lege, oculum pro oculo, dentē pro *Exo.* dente præcipiuntur exigere: & quandoq; tamen reuelata gratia, percussi maxillam alteram iubentur præbere. Quia enim plus semper ira in vindicta exigit, quàm iniuria accepit: dum discunt mala nō multiplicius reddere, quandoque discerent ea & multiplicata sponte tolerare. Hinc est quòd eūdem rudem populum à quibusdam prohibuit: quædam verò ei in vsum M
pristinum seruauit, sed hæcipsa tamen in melioris vitæ figura composuit. Bruta nanque animalia idolis in Aegypto mactabant: eique in vsum postmodum animalium mactationem retinuit, sed idolorum cultum vetuit: vt dum de vsu suo aliquid amitteret: cōsolaretur eius infirmitas per hoc quod de *vsu suo* aliquid haberet. Mira autem dispensatione consilij: *quod ei* dominus de consuetudine carnali retinuit, hoc in figuram spiritus potentius vertit. Quid enim sacrificia illorum animaliū, nisi vnigeniti mortem designant? Quid sacrificia illorum animalium, nisi extinctionem carnalis nostræ vitæ significāt? Vnde ergo imbecillitati populi rudis condescenditur, inde ei per obūbratas allegoriarum species maior fortitudo spiritus nunciatur. Rectè itaque dicitur: Et caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem: quia vnde eius teneritudinis infirma pertulit, inde altam significationum spiritaliū nubem fecit. Quæ quia præceptorum limite ab immoderatis animi euagationibus cinxit, rectè subiicit:

Caput. XVIII.

CIrcundedi illud terminis meis.) Et quia huius humani generis motus misso mediatore coërcuit, aptè subiungit: Et posui vectem & ostia.) Vectem quippe & ostia posuit: quia redemptore nostro contra culpas delinquentium misso, nouæ vitæ prædicamenta firmauit. Clausa nanque ostia oppositio vecte roborātur. Vectem ergo deus opposuit: quia

quia contra lasciuos motus humani generis vnigenitum misit: qui præcepta spiritalia quæ loquendo docuit, agendo soliduit. Bene autem subditur: Et dixi. Hucusque venies, & non procedes amplius: & hìc confringes tumentes fluctus tuos.) Hoc quippe mare ostia priora transcenderat: quia claustra legis oppositę humani tumoris vnda transiliebat. At postquàm inuictum sibi oppositum sibi vnigenitum reperit, elationis suæ impetum fregit: & transire non valuit: quia eius fortitudine furoris sui terminum clausum inuenit. Vnde rectè per prophetam
Psalm. 113. dicitur: Mare vidit & fugit. Possunt etiã per ostia apertè passiones eius non inconuenienter intelligi. Quibus ex occulto vectem posuit: quia eas ex inuisibili diuinitate roborauit. Cõtra quas mundi fluctus veniunt, sed fracti dissiliũt: quia superbi eas viuendo despiciunt, sed earum vires experiendo pertimescunt. Nam dum passiones vnigeniti humanũ genus prius irrisit, postmodum expauit: quasi contra opposita ostia more elidendi maris & tumore elatum venit, & fractum virtute dissiluit. Sed quia idcirco hoc ad beatum Iob dicitur, vt de tot virtutib⁹ cordis eius gloria premeretur: ne sibi fortasse tribuat quod se stare sublimiter non ignorat: cum quanta eius ędificatione sint dicta perpendimus, si hæc etiam moraliter differamus. Dicat itaque: Quis cõclusit ostiis mare?) Quid est mare,
Moralis differtio. nisi cor nostrum furore turbidum, rixis amarum elatione superbiæ tumidum, fraude malitiæ obscurum? quod mare quantum sæuiat attendit, quisquis in se occultas cogitationum tenB tationes intelligit. Ecce enim iam peruersa relinquimus: iam desideriis rectis inhæremus: iã praua opera foris abscindimus: sed tamen latenter intus ea cum qua huc venimus, vitę veteris procella fatiganur, quam nisi respectu iudicij, & æterni pauore tormenti, immensi timoris claustra constringerent: cuncta in nobis penitus superędificati operis fundamẽta corruissent. Si enim quod per suggestionem sæuit intrinsecus, per deliberationem foras erumperet: vitę nostræ fabrica funditus euersa iacuisset. In iniquitate nãque concepti, & in delicto editi, per insitæ corruptionis molestias pugnam nobiscum huc deferimus, quam cum labore vincamus. Vnde & rectè de hoc mari dicitur: Quando erumpebat quasi de vulua procedens. Vulua enim prauæ cogitationis adolescẽtia est. De qua per Moysen
Gene. 8. dominus dicit: Sensus enim & cogitatio humani cordis prona est in malum ab adolescentia sua. Corruptionis nanque malũ quod vnusquisque nostrum ab ortu desideriorum carnalium sumpsit, in prouectu ætatis exercet: & nisi hoc citius diuinæ formidinis manus reprimat, omne conditæ naturę bonum repentè culpa in profundum vorat. Nemo igitur sibi cogitationum suarum victoriam tribuat, cum veritas dicat: Quis cõclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens? Quia nisi ab ipso cogitationis primordio cordis fluctus graC tia diuina retineret, tentationum procellis mare sęuiẽs, terram proculdubio humanæ mentis obruisset: vt salsis fluctibus perfusa arescceret, id est, perniciosis carnis voluptatibus delectata deperiret. Solus ergo dominus ostiis mare concludit: qui prauis motibus cordis claustra inspiratæ formidinis obiicit. Quia verò ea quę cernimus, sequi prohibemur: quia à corporearum rerum delectatione retundimur, libet etiam ad inuisibilia oculos mẽtis attollere: atque hęc ipsa quæ sequi præcipimur videre. Sed quid agimus? Infirmis illa obtutibus necdũ patent. Ecce ad eorum amorem vocamur: sed tamen à visione restringimur: quia etsi quando aliquid furtim parũq; aspicimus, sub incerto nimis adhuc visu caligamus, vnde aptè subiungitur:

Caput. XIX.

CVm ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem.) Hoc mare tumultuosum videlicet cogitationibus fluctuans cor nostrum nube vestitur: quia ne internam quietem purè conspiciat, inquietudinis suæ confusione tenebratur. Hoc mare caligine quasi pannis infantiæ obuoluitur, quia à contemplandis sublimibus adhuc teneris sensibus sue infirmitatis ligatur. Videamus Paulum quadam caligine quasi infantiæ pannis obuo
1. Cor. 13. lutum, dum ait: Videmus nunc per speculũ in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Qui si se ad contemplanda
Ibidem. cœlestia infantem non cerneret, ætatis suæ ad hæc comparationem nullo modo premisisset, dicens: Cùm essem paruulus, loquebar vt paruulus: sapiebam vt paruulus, cogitabã vt paruulus. Tunc ergo ad robur iuuenile conscendimus, cùm forti sensu eam ad quam tendimus vitam videmus: nunc autẽ quia intentionis nostrę acies per infirmitatem suam ab interna lucẽ retũditur, mens nostra ligata infantiæ pannis tenetur. Vbi aptè subiungit: Circundedi illud terminis meis. Terminis enim suis dominus hoc mare circũdat: quia cor nostrum adhuc corruptionis suæ molestia, & cura turbulentum sub mensura contemplationis humiliat: vt licet plus appetat, vltra tamẽ quàm sibi conceditur, nõ ascendat. Vel certè terminis suis dominus hoc mare circundat: quia cor nostrum tentationibus tumidũ, occultis donorũ distributionibus mitigat: modo agens ne praua suggestio ad delectationẽ veniat: modo ne praua delectatio vsque ad consensum prorumpat. Qui ergo illicitos motus cordis respicit: & in quibusdam eos vsque ad consensum venire prohibet: in quibusdam verò illos etiam à delectatione restringit: nimirum furenti mari terminos imponit: vt nequaquam in opere exeat, sed intra sinum mẽtis tentationum submurmurans se vnda collidat. Quæ quia tunc valenter restringitur, cum ei dilectione dei atque inspiratis virtutibus obuiatur, rectè subiungitur: Et posui vectem & ostia, & dixi: Hucusq; venies, & non procedes amplius: & hic confringes tumentes fluctus tuos.) Quid enim moraliter per ostia nisi virtutes, quid per vectem nisi robur charitatis accipimus? Hæc itaque ostia scilicet operationum virtutes mare sęuiens discipat, nisi E eas ex occulto mẽtis oppositа charitas astringat. Facile autem omne virtutum bonum tentatione cordis irruẽte destruitur, nisi ab intimis fixa charitate solidetur. Vnde & Paulus in suis prædicationibus dum quædam virtutum ostia mari tentationis opponeret: ilico eisdem ostiis quasi robur vectis adiunxit, dicens: Super omnia autem hęc charitatem habentes: quod est vinculum perfectionis. Perfectionis enim vinculum charitas
Coloss. 3. dicitur: quia omne bonum quod agitur, nimirum per illam ne pereat ligatur. A tentatore nãque citius quodlibet opus euellitur, si solutum à vinculo charitatis inuenitur, si autem mens, dei ac proximi dilectione constringitur, cùm tentationũ motus quęlibet ei iniusta suggesserint, obicẽ se illis ipsa dilectio opponit, & prauæ suasionis vndas virtutum ostiis ac vecte intimi amoris frangit.

Quomodo dominꝰ ma re circũdat terminis suis.

Ostia. Vectis.

Coloss. 3. Charitas cur vinculum perfectionis.

Caput. XX.

QVia ergo dominus per inspiratæ charitatis fortitudinem nascentia in corde vitia reprimit, insurgẽtis maris impetum per obserata claustra compescit. Ira fortasse in occulto exasperat, sed ne quies superna perdatur, perturbationi mentis officium linguæ subtrahitur, ne vsque ad vocem exeat, quod in sinu cordis tumultuosum sonat. Luxuria in occultis cogitationibus accenditur, sed ne supernam munditiam mens amittat, conceptæ immundiciæ ea quę famulari poterant, membra castigat, ne vsque ad corruptionem exhalet corporis, fœtor cordis. Auaritia stimulat, sed ne cœlesti regno mens careat, intra claustra se parsimoniæ cõtenta propriis ligat: ne in prauo se opere dilatet, & vsque ad exteriores actus internæ concupiscentiæ æstus exudet. Superbia inflat: sed ne veram celsitudinem amittat, considerando quisque quia puluis est, ab altitudine se conceptę elationis humiliat: certans nimirum ne quod in suggestione cogitationis tolerat, in exercitationem operis erumpat. Bene ergo dicitur: Posui vectem & ostia, & dixi: Hucusque venies, & non procedes amplius: & hic confringes tumẽtes fluctus tuos, quia dum electus quisque, & tentatur vitiis, & tamen facere malè suggesta renititur, quasi mare clausum tenetur. Quod etsi intus tumultuosis cogitationum fluctibus mentem percutit, statuta tamen bene viuendi littora non excedit. Quod mare quidem in tumorem se erigit: sed dum fixa deliberatione cordis illiditur, fractum redit. Beatus igitur Iob ne sibi tribuat quòd contra procellas cordis fortiter stat, voce diuina audiat: Quis conclusit ostiis mare quando erumpebat quasi de vulua procedẽs &c. Ac si ei apertè diceret: Incassum te exterius in bonis operibus pensas, si non me interius qui in te tentationis vndas cõpesco consideras. Vt enim tu fluctus ferre possis in opere, meę virtutis est, qui fluctus frango tentationis in corde.

Quomodo charitas reprimit vitia Ira.

Luxuria.

Auaritia. F

Superbia.

Libri vicesimi octaui Moralium sancti Gregorij, finis.

Liber

LIBER VICESIMUSNONUS Moralis explanationis sancti Gregorij papæ in librum beati Iob.

Caput primum.

DOMINVS deus noster Iesus Christus in eo quod virtus & sapiẽtia dei est, de patre ante tẽpora natus est: vel potiꝰ quia nec cœpit nasci nec desiit: dicamus verius sẽper natus. Non autẽ possumus dicere, semper nascit: ne imperfectus videat. At verò vt æternus designari valeat & perfectus, sẽper dicamus & natus: quatenus & natus ad perfectionem pertineat, & semper ad æternitatem: vt quocunque modo illa essentia sine tempore temporali valeat designari sermone: quanuis hocipso q̃ perfectum dicimus, multum ab illius veritatis expressione deuiamus: quia quòd factum non est, nõ potest dici perfectum. Et tamen infirmitatis nostræ verbis dominus condescendens
Matt. 5. ait: Estote perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est.
H In illa itaque natiuitate diuina ab humano genere cognosci non poterat: proinde in humanitate venit vt videretur: videri voluit vt imitaretur. Quæ carnis natiuitas despecta visa est sapientibus mundi, contempserunt nanque infirma humanitatis eius, deo hęc indigna iudicantes. Cui tanto magis homo
1. Cor. 1. debitor fuit, quãto pro illo deus etiam indigna suscepit. Quia enim non cognouit mundus per sapiẽtiam deum: placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Ac si diceret: Cum deum qui est sapientia, nequaquam per sapiẽtiam suam mundus inueniret: placuit vt deum hominẽ factũ per humanitatis stultitiam cognosceret: quatenus eius sapiẽtia ad nostram stultitiam descenderet: & lucem supernę prudentiæ luto suæ carnis illuminata nostra cæcitas videret: Natus igitur ex patre sine tempore, ex matre nasci est dignatus in tempore, vt per hoc quòd ortum suum inter initium finemq́ concluderet, humanæ mẽtis oculis ortum, qui nec initio sumitur, nec fine angustatur aperiret, vnde bene nunc ad beatum Iob dicitur:

Quòd nato in carne domino sancta Ecclesia de tenebris noctis egrediens quærit suum locum in luce beatitudinis æternæ.

Nunquid post ortum tuum prȩcepisti diluculo: & ostendisti auroræ locum suum?) Subaudis vt ego. Ortus quippe diuinitatis eius antè & pòst non habet. Cui dum semper esse est
I per æternitatem, dum omne quod labitur circunscribit: intra semetipsum temporum discursus claudit. Ortus verò humanitatis eius, quia & cœpit, & desiit: & antè & post habere à tẽpore accepit. Sed quia dum ipse vmbras nostræ temporalitatis suscepit, lumen nobis suæ æternitatis infudit: rectè per hũc ortum quem creator sibi in tempore condidit, locum suum sine tempore aurora cognouit. Quia enim diluculum, vel aurora à tenebris in lucem vertitur, non immerito diluculi, vel auroręnomine, omnis electorum Ecclesia designatur. Ipsa nanque dum ab infidelitatis nocte ad lucem fidei ducitur, velut auroræ more in diem post tenebras splendore supernę claritatis aperitur. Vnde & bene in Canticis canticorum dicitur:
Cant. 6. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens? Sancta enim Ecclesia cœlestis vitæ præmia appetens, aurora vocata est: quia dum peccatorum tenebras deserit, iustitiæ luce fulgescit.

Caput. II.

HAbemus tamen subtilius aliquid quod considerata qualitate diluculi, vel auroræ pensemus. Aurora nanque vel diluculum noctem quidem præteriisse nunciant: nec tamen diei claritatem integram ostentant: sed dum illam pellunt, hanc suscipiunt: lucem tenebris permixtam tenẽt. Quid itaque in hac vita omnes qui veritatem sequimur, nisi aurora, vel diluculum sumus? quia & quædam iam quæ lucis sunt agimus: & tamen in quibusdam adhuc tenebrarum reliquiis non caremus. Per prophetam quippe deo dicitur: Non K
Psalm. 1. iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Rursumq́ scriptum est: In multis offendimus omnes. Paulus quoque ait: Vi-
Luc. 3. deo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis
Roma. meæ: & captiuum me ducentem in lege peccati quę est in mẽbris meis. Vbi ergo lex peccati cũ lege mentis contendit, profecto adhuc aurora est: quia lux quæ iam emicuit, necdũ prætereuntes funditus tenebras pressit. Adhuc aurora est: quia dũ lex carnis legem mentis, & lex mentis legem carnis percutit, inter se vicissim lux & vmbra confligit. Vnde rursum Paulus cum diceret: Nox præcessit, nequaquam subdidit, dies venit:
Roma. sed, dies autem appropinquauit. Qui enim post discessum noctis iam non venisse, sed appropinquasse diem insinuat, esse se proculdubio ante solem post tenebras adhuc in aurora demõstrat. Tunc autem plenè sancta electorum Ecclesia dies erit, cùm ei admixta peccati vmbra iam non erit. Tunc plenè dies erit, quando interni luminis perfecto feruore claruerit. Tunc plenè dies erit, quando nullam malorum suorum tẽtantẽ memoriam tolerans, omnes à se tenebrarum etiam reliquias abscondit. Vnde & bene hæc aurora quasi adhuc in transitu demonstratur, cùm dicitur: Et ostendisti auroręlocum suum.) Cui enim locus suus ostenditur, profectò ex alio ad aliud vocatur. Quid est enim locus auroræ, nisi perfecta claritas visionis internæ? Ad quem cùm ducta venerit, iam de transactæ noctis tenebris nihil habebit. Nunc autem adhuc tentationum
L molestias sustinet: quia per intentionem cordis ad aliud festinat Ecclesia, ad locum suum tendit aurora. Quem locũ si mente non cerneret, in huius vitę nocte remaneret. Sed cùm quotidie contendit perfici, & in lucem quotidie augeri: locũ suum iam cõspicit, & plenè sibi clarescere solem quærit. Locũ suum aurora considerat: quando sancta anima ad contemplandam conditoris sui speciem flagrat. Ad locum suum pertingere aurora satagebat, cùm Dauid diceret: Sitiuit anima mea ad deũ
Psalm. 41. fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem deiꝰ Locum suum veritas auroræ mõstrabat, cùm per Salomonem diceret: Quid habet amplius sapiens à stulto: & quid pauper:
Eccles. 6. nisi vt pergat illuc vbi est vita? Quem profectò locum etiam præcedentibus incarnationem suam patribus post ortum suũ dominus ostendit: quia nisi per prophetiæ spiritum incarnandum supernæ patriæ regem cognoscerent: bona eiusdem patriæ quàm essent desiderabilia non viderent. Locum suum veritas auroræ patefecit, cùm patrem coram discipulis petiit, dicens: Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint
Ioan. 17. mecum. Locum suum auroræ monstrauit, cùm diceret: Vbi-
Matth. 24. cunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilę. Ad hũc
Luc. 17. locum quem cognouerat, peruenire aurora festinabat, cùm Paulus desiderium habere se diceret dissolui, & cum Christo
Philip. 1. esse: Et rursum: Mihi viuere Christus est: & mori lucrum. Et rursum: Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius ha-
2. Cor. 5. bitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex deo habemus: domum nõ manufactam, æternam in cœlis. Bene autem *post* ortum suum locum proprium auroræ ostendisse *se perhibet,* M quia futurę retributionis beatitudinem priusquam per corpus ipse innotesceret, in paucorum intellectu continuit. Cùm verò humanæ natiuitatis infirma suscepit, venturæ claritatis notitiam in multitudinis innumeræ amore dilatauit. Sed cùm diuini operis mysterium sic misericordia peragat: vt tamen & ira comitetur: quatenus occultus arbiter alios respiciens redimat, alios deserens perdat: quia cognouimus quomodo per incarnationem suam electos illuminet: audiamus nunc quomodo reprobos damnet. Sequitur:

Quòd Iudaica perfidia viso Christo concussa est: & aliis sic, aliis aliter de eo sentientibus: paucis ex illa tanta plebe assumptis: Scribas & Pharisæos meritò reprobauit.

Nunquid tenuisti concutiens extrema terræ: & excussisti impios ex ea?) Extrema terræ dominus tenuit: quia in fine seculorum ad destitutam iam, & alienigenis regibus subditam synagogam venit: atque ex illa impios excussit: quia spiritalia fidei prædicamenta renuentes, etiam à carnalis sacrificij gloria repulit. Vel certè extrema terræ tenuit: quia ex Iudæa paucos abiectos, & humiles elegit. Extrema terræ tenuit: quia legis doctores deserens, piscatores sumpsit. Dumque

eius

A cùm extrema tenet, ex ea impios excutit: quia dum infirmos fideles roborat, fortes in illa infideles dãnat. Rectè verò etiam concutiens addidit: quia per aduentum suum immensa formidine etiam reproborum corda commouit. Concussi quippe fuerant qui dicebant: Nihil proficimus: ecce totus mundus post eum abiit. Res autem quæ concutitur, huc illucque ducta fatigatur. Concussa ergo Iudæa fuerat, quæ de Christo per alios dicebat quia bonus est, & per alios resistebat dicens: nõ, sed seducit turbas. Per alios dicebat: Nisi hic esset à deo, non poterat facere quicquam, atque ad extremum per alios clamat: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Concussi quidem, sed non prostrati sunt reprobi, cùm modo miracula obstupescentes cernerent: modo infirmitatis opprobria despicientes irriderent. An non concussi fuerant qui dicebant: Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palam. Vel certè extrema terræ concussit & tenuit: quia cum infirma corda humilium pio timore terruit: nequaquam ea iudicio districto dereliquit. Inde enim multitudo credentium in deum robustius stetit, vnde in se humiliata trepidauit. Nam quia eum deus quem concutit tenet: insinuat per prophetam dicens: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementẽ sermones meos? Quia eum quem concutit tenet, Salomone attestante intimatur, qui ait: Beatus vir qui semper est pauidus: qui autem mentis est duræ, corruit in malum. Igitur quia extrema Iudææ dominus in apostolis tenuit: atque ex illa Scribas & Pharisæos ac pontifices impietatis suæ merito exigente reprobauit: quid adhuc de eorum damnatione subdatur, audiamus. Sequitur: Restituetur vt lutum signaculum: & stabit sicut vestimentum.) Quid aliud dominus plebem Israëliticam nisi lutum reperit: quam obsequiis gentilium deditam, in Aegypto seruientem lateribus inuenit? Quam dum tot miraculis ad terram repromissionis duxit, dum perductam cognitionis suæ scientia impleuit: dum tot arcana secretorum ei per prophetiam contulit: quid eam aliud quàm seruandi mysterij signaculum fecit? Ipsa quippe diu in * prophetia clausum continuit, quicquid de se veritas in fine reuelauit. Sed dum post tot diuina secreta, post tot percepta miracula in redemptoris sui aduentu, plus terram quàm veritatem dilexit: per sacerdotes dicens: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem: quasi ad eos quos in Aegypto reliquerat lateres rediit: & quæ facta iam dei signaculum fuerat, ad hoc se iterum quod deseruerat inflexit: lutumq; se post signaculum in oculis veritatis exhibuit: cum per impietatis malitiam accepti verbi mysteria perdidit: & sola terrena sapere quæ inquinant elegit. Vbi aptè subiungit: Et stabit sicut vestimentum. Impolita nanque & grossiora vestimenta etiam cùm induta fuerint, quia induentis membris bene applicata non inhærent, stare feruntur. Iudæa igitur circa veritatis notitiam etiam cum seruire videretur, sicut vestimẽtum stetit, quia per exteriora mandata seruire se domino ostendit, sed adhærere ei per charitatis intelligentiam noluit. Dum solam in præceptis dei literam tenuit, & nequaquam se per spiritum sensibus intimis iunxit, quasi ei qui se induerat non adhæsit. Vbi & aptè subiungitur: Auferetur ab impiis lux sua.) Quia dum credere veritati renuunt, cognitionem legis in perpetuum amittunt: & dum de accepta lege superbiunt, nimirum de scientiæ suæ gloria cæcantur. Scriptum quippe est: Obscurentur oculi eorum, ne videant. Rursumque scriptum est: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua. Et rursum scriptum est: In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. Et quia semetipsos de legis operibus contra conditorem legis extulerunt, aptè subditur: Et brachium excelsum conteretur.) Excelsum quippe brachium conteritur, quando prædicata fidei gratia superba legis operatio reprobatur cùm dicitur: Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Cuncta tamen hæc intelligi & aliter possunt. Terram quippe scriptura sacra vocare consueuit Ecclesiam. Extrema igitur terræ dominus tenet, & concutit: quia Ecclesiæ suæ vltima per aduentum antichristi persecutione immanissima turbari permittit, nec tamen permittendo deserit. Hanc terram aliquando dominus tenet & non concutit, aliquando tenet & concutit: quia modo eam tranquilla pace fidei possidet, modo commoueri impetu persecutionis iubet. Bene autem cùm diceret: Nunquid tenuisti concutiens extrema terræ, ilico adiunxit, & excussisti impios ex ea? Attestante enim Paulo, plærique in ea sunt qui confitentur se nosse deum, factis autem negant. Impios ergo ex ea dominus excutit: quia hi quos nunc intima vitia possident, tunc in voraginem apertè infidelitatis cadent, atque in aceruum palearum transeunt, cùm tentationis illius aura commouentur. Et quanuis se nunc sub specie fidei intra areæ sinum tegant, tunc nimirum extra granorum cumulum districti examinis ventilabro resilient. Vnde & aptè subiungitur:

Quod Iudæi qui legis seruandæ signaculum acceperant in iudicio tanquam lutum restituentur: quia quòd terrena sapuerint, omnibus demonstrabitur.

Restituetur vt lutum signaculum.) Ac si apertè diceret: Hi qui nunc videntur in Ecclesiæ sinu signaculum, tunc ante oculos omnium restituentur vt lutum, id est, nequaquam iudicia hominum de professione religionis fallunt: sed quòd terrena sapiant demonstrantur. Solet enim scriptura sacra pro fide appellare signaculum, pro iniquitate lutum. Nam filius iunior qui consumpta substãtia ad patrem rediit, in munere annulum accepit. Gentilis enim populus qui in mortalitate perdita, ad deum pœnitendo reuertitur, per fidei signaculum munitur. Vnde & à sponso suo Ecclesiæ dicitur: Pone me vt signaculum super cor tuum. Idcirco nanque signaculum rebus ponitur, ne qua diripientium præsumptione temerentur. Spõsus ergo in corde signaculum ponitur, quando fidei eius mysterium in custodiam nostræ cogitationis imprimitur, vt ille infidelis seruus nimirum noster aduersarius, cùm signata fide corda considerat tentando ea irrumpere non præsumat. Per lutum vero quia terrena contagia demonstrantur attestatur Psalmista qui ait: Eduxisti me de lacu miseriæ, & de luto fecis. Quia igitur multi in terrenis contagiis inuenti, perducti ad Ecclesiam, cœlestis fidei sacramento signantur, & tamen ab iniquis operibus non recedunt: seque nunc fidei velamine cõtegunt, sed cùm tempus inuenerint, quid sint veraciter ostendunt: rectè dicitur: Restituetur vt lutum signaculum. Quos enim nunc fideles credimus, ipsos tunc fidei hostes inueniemus, & quanuis appareant non tentati signaculum, erunt procul dubio tentati lutum. Vnde & rectè dicitur: Restituetur: quia qualis eorum conscientia esse ante fidem potuit, tales eos postmodum reproba vita conuincit. De quibus aptè subiungitur: Et stabit sicut vestimẽtum.) Tot nunc quasi vestibus sancta Ecclesia induitur, quot fidelium veneratione decoratur. Vnde & ei ostensis gentibus à domino per prophetam dicitur: Viuo ego dicit dominus: quia omnibus his velut ornamento vestieris. Multis tamen quasi fidelibus nunc specie tenus induitur: sed pulsante persecutionis impetu, tunc eis exuta nudabitur: de quorum sorte hic dicitur: Et stabit sicut vestimentum. Stare verò hoc loco ponitur, in peccato persistere. Vnde scriptum est: Et in via peccatorum non stetit. Vel certè reprobus quisque sicut vestimentum stare dicitur, vt non posse stare monstretur, quia sicut induta vestis in visionis suæ specie per corpus tẽditur, exuta autem fracta complicatur: ita vnusquisque quia à sanctæ Ecclesiæ tunc statu recesserit, tensus ac decorus quasi dum indueretur fuit, sed exutus postmodum confractus atque abiectus iacebit. Si verò stare intelligimus perdurare, sicut vestimentum stat quisque reprobus, qui in hac vita quam diligit, breuiter durat. Vnde & per prophetam dicitur: Omnia sicut vestimentum veterascent, & sicut opertorium mutabis ea, & mutabuntur. Hæc itaque quæ allegoriarum nube tecta intulit, nunc verbis apertioribus innotescit subdens:

Quòd impiorum lux sit, hoc quod eis ex fide lucet, quæ tunc auferetur, quãdo pulsante persecutionis articulo, quod rectum credere videbantur amittunt.

Caput. III.

AVferetur ab impiis lux sua.) Neque enim eos nunc dei lumen illustrat, qui iniquitatis suæ malitiam fidei nomine palliant. Nam dũ iuxta prędicationem fidei

G viuere negligunt, & tamen eandem fidem ſpecietenus venerantur, honorem vitæ præſentis ex nomine religionis quęrũt. Hocque eis ex fide lucet, quòd eos fides coram hominibus refouet. Sunt verò nonnulli qui æterna quæ audiunt veraciter credunt, & tamen eidem quam tenent fidei malè viuendo cõtradicunt. Habent hi quoque in tenebris lucem ſuam, quia dũ peruerſa agunt, & tamen de deo recta ſentiunt, ne tenebreſcãt funditus, ex quadam parte fulgore luminis illuſtrantur. Qui dum plus terrena quàm cœleſtia, plus quæ vident quàm quæ audiunt diligũt, pulſante perſecutionis articulo, quod rectum credere videbantur amittunt. Quod illo maxime tẽpore multiplicius agitur, quando ſurgente ipſo iniquorum capite, in ſancta Eccleſia perſecutione vltima liberis ſuis viribus eius fortitudo graſſatur. Ibi tunc cor vniuſcuiuſque oſtẽditur, vbi quicquid in occultis latebat aperitur, & qui nunc ore ſunt, pij, & corde ſunt impij, publicata malitia corruunt, & lucem fidei quam ſpecietenus tenuerant perdunt. Sed inter hæc neceſſe eſt vt vnuſquiſque noſtrum ad cordis ſui ſecretum redeat, & actionis ſuæ damna pertimeſcat, ne exigentibus meritis per diſtrictam iuſtitiam iudiciorum dei in talium hominum numerum incurrat.

Quòd omnia moraliter ad antichriſtum tempora referuntur, in quibus concuſſio perſecutionum erit, & fictos quoſque qui modo in Eccleſia ſunt infideles, etiam nunc reproba vita conuincit.

H Nemo autem ſibi incautè blandiatur & idcirco ſe à tali occaſu extraneum credat, quia ad illius tempeſtatis procellã peruenire ſe non exiſtimat. O quanti illius tentationis tempora non viderunt, & tamen in eius tentationis procella verſantur. Cain tempus antichriſti non vidit, & tamen membrum antichriſti per meritum fuit. Iudas ſæuitiam perſecutionis illius ignorauit, & tamen viribus crudelitatis eius auaritia ſuadente ſuccubuit. Simon diuiſus longè ab antichriſti temporibus extitit, & tamen eius ſe ſuperbiæ miraculorum potentiam peruerſè appetendo coniunxit. Sic iniquum corpus ſuo capiti, ſic membris membra iunguntur, cùm & cognitione ſe neſciunt, & tamen praua ſibi actione copulantur. Neque enim Pergamus Balaam libros aut verba cognouerat, & tamẽ eius nequitiam ſequens, voce ſupernæ increpationis audiebat: Habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcãdalum coram filiis Iſraël, edere & fornicari. Thyatiræ quoque Eccleſiam ab Hiezabel notitia & tempora & loca diuidebant, ſed quia eam par vitæ reatus aſtrinxerat, ineſſe ei Hiezabel dicitur, atque operibus peruerſis inſiſtere, angelo atteſtante, qui ait: Habeo aduerſus te aliqua, quia permittis mulierem Hiezabel, quæ ſe dicit prophetam, docere, & ſeducere ſeruos meos, fornicari & mãducare de idolothytis. Ecce quia reperiri potuerunt qui Hiezabel vitam reproba actione ſecuti ſunt: Hiezabel illic inuẽta memoratur, quia videlicet prauum corI pus coniuncti mores vnum faciunt, etiam ſi hoc loca vel tempora ſcindunt. Vnde fit vt in peruerſis ſuis imitatoribus & iniquus quiſque maneat qui iam præteriit, & in ſuis operatoribus ipſe iniquorum auctor iam appareat, qui necdum venit. Hinc Ioannes ait: Nunc antichriſti multi facti ſunt, quia iniqui omnes iam eius membra ſunt, quæ ſcilicet peruerſè edita, caput ſuum malè viuendo præuenerunt. Hinc Paulus ait: Vt reueletur in ſuo tempore. Nam myſterium iam operatur iniquitatis. Ac ſi diceret: Tunc antichriſtus manifeſtus videbitur, nam in cordibus iniquorum ſecreta ſua iam nunc occultus operatur. Vt enim de apertioribus criminibus taceam, ecce alius fratri in corde ſuo tacitus inuidet, & ſi occaſionem reperiat, eum ſupplantare contendit. Cuius alterius membrum eſt, niſi eius de quo ſcriptum eſt: Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum? Alius magni meriti eſſe ſe æſtimans, per tumorem cordis cunctis ſe præferens, omnes ſemetipſo inferiores credit. Cuius alterius membrum eſt, niſi eius de quo ſcriptum eſt: Omne ſublime videt, & ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ? Alius mundi huius potentiam quærit, non quo aliis proſit, ſed quo ipſe alteri ſubditus nõ ſit. Cuius alterius membrum eſt, niſi eius de quo ſcriptum eſt, qui dixit: Sedebo in monte teſtamẽti, in lateribus Aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo? Solus quippe altiſſimus ita dominatur ſuper omnia, vt alteri ſubeſſe non poſsit. Quem diabolus imitari peruerſè voluit, cùm ſuum dominum quæ- K
rens, ei ſubeſſe recuſauit. Imitatur ergo diabolum quiſquis idcirco poteſtatem ſuam appetit, quia ei qui ſibi eſt ſuperna ordinatione præpoſitus, ſubeſſe faſtidit.

Membra antichriſti.
Cain.
Iudas.
Simon.
Balaam.
Apoc. 2.
Hiezabel.
Ibidem.
1. Ioan. 2.
2. Theſ. 2.
Exemplum de inuidis.
Sapien. 2.
Exẽplũ de ſuperbis.
Iob. 41.
Exẽplũ de potentibus.
Eſa. 14.

Caput. IIII.

SVnt præterea plurima quæ quoſdam in ipſa pace Eccleſiæ conſtitutos, infideles eſſe renuncient. Video nanque nonnullos ita perſonam potentis accipere, vt requiſiti ab eo, pro fauore eius non dubitent in cauſa proximi veritatem negare. Et quis eſt veritas, niſi ille qui dixit: Ego ſum via, veritas & vita? Neque enim Ioannes baptiſta de cõfeſsione Chriſti, ſed de iuſtitię veritate requiſitus occubuit: ſed quia Chriſtus eſt veritas, ad mortem vſque idcirco pro Chriſto, quia videlicet ꝓ veritate peruenit. Ponamus ergo ante oculos quòd aliquis percunctatus perſonam potentis accepit, & ne verbi ſaltem iniuriam pateretur, veritatem rogauit. Quid rogo iſte faceret in dolore pœnarum, qui Chriſtum erubuit inter flagella verborum? Ecce & poſt hæc ante oculos hominum adhuc Chriſtianus eſt, & tamen ſi eum dominus diſtrictè diſpoſuit iudicare, iam non eſt. Videt autem alios quibus per locum magiſterij exhortandi ſunt officia arguendique commiſſa, qui vident aliquid illicitum admitti, & tamen dum quorundam potentum offendere gratiam metuunt, arguere non præſumunt. Quiſquis iſte eſt, quid aliud facit, niſi vidit lupum venientem, & fugit? Fugit, quia tacuit: tacuit, quia deſpecta æterna gratia, temporalem gloriam plus amauit. Ecce ante potentis faciem intra ſui ſe latebras ſilentij abſcondit, & ſicut perſecutioni publicè, ſic occultè locum dedit timori. Bene de talibus dicitur: Dilexerunt gloriam hominum magis quàm dei. Quiſquis igitur talis eſt, ſi hæc diſtrictè iudicantur, etſi perſecutio publica defuit, tamen tacendo Chriſtum negauit. Non ergo deſunt vel in pace Eccleſiæ antichriſti tentamenta. Nemo itaque illa perſecutionis extremæ tempora quaſi ſola perhorreſcat. Apud iniquos nanque quotidie res antichriſti agitur, quia in eorum cordibus myſterium ſuum iam nunc occultus operatur. Et ſi multi nunc ſpecietenus intra Eccleſiam conſtituti ſimulant ſe eſſe quod nõ ſunt, in aduentu tamen iudicis prodentur quod ſunt: de quibus bene Salomon ait: Vidi impios ſepultos, qui etiam cùm adhuc viuerent, in loco ſancto erant, & laudabantur in ciuitate quaſi iuſtorum operum. Igitur poſtquam de iniquis dictum eſt: Reſtituetur vt latum ſignaculum, & ſtabit ſicut veſtimentum, & auferetur ab impiis lux ſua, quod vtique in illa eſt antichriſti perſecutione faciendum, mox de eiuſdem antichriſti perſecutione nos conſolans ait: Et brachium excelſum confringetur.) Quid nanque aliud excelſum brachium accipitur, niſi ſuperba antichriſti celſitudo, quæ ſuper reprobas mentes hominum faſtu gloriæ ſecularis erigitur, ita vt homo peccator & tamen æſtimari homo deſpiciens, deum ſe ſuper homines mentiatur? Vnde & Paulus Apoſtolus dicit: Ita vt in templo dei ſedeat, oſtendens M
ſe tanquam ſit deus. Cuius vt tumorem plenius oſtenderet, præmiſit: Qui aduerſatur & extollitur ſuper omne quod dicitur deus, aut quod colitur. Deus enim dici aliquando & homo poteſt, iuxta quod ad Moyſen dicitur: Ecce conſtitui te deum Pharaonis. Deus verò coli purus homo non poteſt. Quia verò ſe antichriſtus & ſuper ſanctos quoſque homines, & ſuper ipſius potentiam diuinitatis extollit, per exactum ſibi nomen gloriæ, & hoc quod deus dicitur, & hoc quod deus colitur tranſire conatur. Notãdum verò eſt in quantam ſuperbiæ foueam cecidit, qui in menſura ruinæ qua lapſus eſt, non permãſit. Diabolus quippe vel homo à ſtatu cõditionis propriæ elata mente corruerunt, vt vel ille diceret: Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo: vel iſte audiens crederet: Aperiẽtur oculi veſtri, & eritis ſicut dij. Idcirco ergo vterque cecidit, quia eſſe deo ſimilis non per iuſtitiam, ſed per potentiam concupiuit. Sed homo per gratiam liberatus, qui dei ſimilitudidem peruerſè appetendo ceciderat, in reatu criminis ſui longè deo imparẽ ſe eſſe cognoſcens clamat. Domine quis ſimilis tibi? Diabolus verò in lapſu ſui criminis iuſtè dimiſſus, in menſura ruinæ ſuæ minimè permanſit, ſed quanto diutius ab omnipotentis gratia defuit, tanto magis reatum criminis cumulauit. Nam qui ideo cecidit quia peruerſo ordine deo eſſe ſimilis voluit, eouſque perductus eſt vt in antichriſtum ve-

Iean. 14.
Exẽplũ de non arguẽdis.
Ioan. 12.
Eccli. 8.
Exod. 7.
Eſa. 14.
Gene. 3.
Pſal. 82.

A sum aduenies, videri deo similis dedignetur, atque eum quem habere non potuit superbus æqualem, damnatus inferioré puteт. Nam cùm de illo hoc quod iam præmisimus dicitur: Extollens se supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur, apertè monstratur: quia appetendo dudum dei similitudinem, quasi iuxta deum erigere se voluit, sed in superbiæ culpa crescendo, iam se supra omne quod deus dicitur & colitur extollit. Quia ergo hæc eius superbia districti iudicis erit aduentu
1. Thess. 2. ferienda, sicut scriptum est: Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui, rectè dicitur: Et brachium excelsum confringetur. Cuncta tamen hæc
Verba dei quasi pigmẽta sunt. quæ bis discussa sunt, adhuc intelligi & aliter possunt. Verba enim dei quasi pigmenta quædam nostri sunt adiutorij. Et sicut pigmentum quanto plus teritur, tanto plus in poculo eius virtus augetur, ita diuina eloquia quo magis exponendo conterimus, eo audientes amplius quasi bibentes iuuamur.

Caput. V.

QVia igitur misericors deus diu peccata hominum tolerat, & cùm iam vicinum finem respicit, plærunque mentes peccantium immutat, rectè de se vim tantæ pietatis insinuans ait: Nunquid tenuisti concutiens extrema terræ, & excussisti impios ex ea?) Per terram quippe homo infima sapiens designatur, cui peccanti dictum
Genesis. 3. est: Terra es & in terram ibis. Sed quia pius conditor facturã
B suam non deserit, mala hominum & per suam patientiam tolerat, & per eorum quandoque conuersionem relaxat. Cùm
Duras mẽtes deus terret. autem duras atque insensibiles mentes respicit, modo eas minis, modo verberibus, modo reuelationibus terret, vt quæ pessima securitate duruerãt, salubri timore mollescant, quatenus vel sero redeant, & hocipsum saltem quod diu expectati sunt, erubescant. Scit enim dominus quia extrema vitæ nostræ plus iudicat, & idcirco electos suos in fine sollicitius purgat. Scri-
1. Reg. 2. ptum quippe est: Deus iudicabit fines terræ. Tanto ergo impensius vltimis nostris inuigilat, quanto in ipsis pendere initia vitæ sequentis pensat. Quod quia misericorditer facit pietate sua in medium deducta, qua etiam sero conuersos peccatores recipit: beati Iob iustitiam erudit, dicens: Nunquid tenuisti concutiens extrema terræ, & excussisti impios ex ea? subaudis vt ego, qui in suis vltimis sæpe peccatores terrendo concutio, conuertendo teneo, atque ab eorum cordibus impios cogitationum motus euello. Et rectè beato Iob dominus, quomodo iuxta finem peccatores conuertat, insinuat. Ac si apertè dicat: Misericordiæ meæ potentiam respice, & tuæ iustitiæ elationem preme. Quæ extrema hominis quia etiam cum conuertitur per carnis mortem, illa antiquæ culpę vindicta comitatur, protinus insinuat cùm dicit: Restituetur vt lutum signaculum, & stabit sicut vestimẽtum.) Hominem quippe dominus quem ad suam similitudinem condidit, quasi quoddam suæ potentiæ signaculum fecit. Quod tamẽ vt lutum restituetur, quia licet æterna supplicia per conuersionem fugiat, in vC ltione tamen perpetratæ superbiæ carnis morte damnatur. Ex luto quippe homo conditus, & mentis accepta ratione, similitudine diuinæ imaginis decoratus, elatione cordis intumescẽs, quòd de infimis formatus esset, oblitus est: Vnde mira conditoris iustitia actum est, vt quia per sensum intumuit, quem rationabilẽ accepit: rursus terra per mortem fieret, quam esse se considerare humiliter noluit: & quia peccando dei similitudinem perdidit, moriendo vero ad limi sui materiam redit, rectè dicitur: Restituetur vt lutum signaculum. Et quia de corpore dum spiritus vocatur, quodam quasi inuolucro suæ carnis exuitur, aptè de eodem luto subiungitur: Et stabit sicut vestimentum.) Lutum nanque nostrum sicut vestimentũ stare, est vsque ad resurrectionis tempus inane exutúmque perdurare. Sed quia hanc pœnam superbiæ nec illi transeunt, qui & eandem superbiam viuendo humiliter vincunt, quæ sit superbientium specialis pœna, subiungit dicens: Auferetur ab impiis lux sua, & brachium excelsum confringetur.) Mors enim carnis quæ electos luci suæ restituit, lucem suam reprobis tollit. Lux nanque superbientis est gloria vitæ præsentis. Quæ ei lux tunc subtrahitur, cùm per carnis interitum ad retributionum suarum tenebras vocatur. Ibi tũc excelsum brachium confringitur, quia celsitudo cordis vltra naturæ ordinem violenter arrepta, opprimentis se diuinæ iustitiæ mole dissipatur: vt quia se peruerse in breui erexerat, per pondus iuD dicij in æternum fracta cognoscat. Nullus autem nostrũ quid post mortem sequeretur agnosceret, nisi vitæ nostræ conditor ad pœnam vsque mortis nostræ veniret. Nisi enim ipse misericorditer infima peteret, nequaquam nos post suam imaginem perditos iustè ad summa reuocaret. Vnde & rectè subiungitur:

Quòd dominus ad inferna descendens, carcerem gehennæ viam & transitum fecit, ipse verò liberans alligatos liber deambulauit, & apertis portis mortis, exitum de tenebris ad lucem fecit.

Nunquid ingressus es profundum maris, & in nouissimis abyssi deambulasti?) Ac si dicat: Vt ego, qui non solum mare, id est, seculum per assumptam humanam carnem atque animam petij, sed etiam per eam sponte in morte positus, vsque ad vltima inferni quasi ad maris profunda descendi. Si enim mare, more diuini eloquij, seculum debet intelligi, nil prohibet profunda maris, inferni claustra sentiri. Quod profundum maris dominus petiit, cùm inferni nouissima electorum suorum animas erepturus intrauit. Vnde & per prophetam dicitur: Posuisti profundum maris viam, vt trãsirent liberati. Hoc *Esa. 51.* nanque profundum maris ante redemptoris aduentũ non via, sed carcer fuit: quia in se etiam bonorum animas quanuis non
E in locis pœnalibus clausit. Quod tamen profundum viam dominus posuit: quia illuc veniens, electos suos à claustris inferni ad cœlestia transire concessit. Vnde & aptè illic dicitur. Vt transirent liberati. Quod verò profundum maris dixerat, hoc aliis verbis replicans, abyssi nouissimum vocat, quia sicut aquarum abyssus nulla nostra visione cumprehẽditur, ita occulta inferni nullo à nobis cognitionis sensu penetrantur. Qui enim hinc subtrahãtur cernimus, sed quæ illos iuxta meritum retributio suppliciorum maneat, non videmus.

Caput. VI.

VIgilanti verò est cura pensandum, quòd in nouissimo abyssi deambulasse se perhibet. Deambulare quippe non cõstricti, sed liberi est. Quem enim vincula stringunt, eius nihilominus gressus impediunt. Quia igitur dominus nulla peccati vincula pertulit, in inferno deambulauit. *Psal. 87.* Liber quippe ad ligatos venit. Vnde scriptum est: Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. In nouissimis ergo abyssi domino deambulare, est in loco damnationis nil suæ retentionis inuenire, attestante Petro qui ait: Solutis do- *Act. 2.* loribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Vel certè quia deambulando nos cùm de loco ad locum ducimur, hic illicque præsentes inuenimur: deambulasse in inferno dominus dicitur, vt electis animabus in locis singulis per diuinitatis potentiam præsens fuisse monstraretur. Vnde *Sapien. 7.* & spiritus sapientiæ mobilis describitur, vt per hoc quod nusquam deest, vbique nobis occurrere designetur. Quam descẽsionem suam dominus tanto mirabilem respicit, quanto eam redempto homini crebrius infundit. Eam nanque adhuc re- F
plicans subdit: Nunquid apertę sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti?) Portæ enim mortis sunt potestates aduersæ. Quas descendens dominus aperuit, quia earum fortitudinem moriendo superauit. Quę appellatione quoque alia tenebrosa ostia vocantur, quia dum per occultationis suæ insidias non videntur, deceptis mentibus viam mortis aperiunt. Quæ tenebrosa ostia dominus videt, quia immundorum spirituum fraudulentam malitiam & respicit & premit. Quos nisi ipse nobis nescientibus videndo prohiberet, & nil de insidiis eorum mens nostra cognosceret, & eisdem insidiis capta deperiret. Quæ tenebrosa etiam nos ostia cernimus, quando supernæ lucis radiis illustramur. Vnde & per prophetam dicitur: Dominus mihi adiutor est, & ego videbo inimicos meos. *Psalm. 117.* Hostes igitur nostros ipse videt, qui suo eos munere nobis visibiles facit. Vel certè tenebrosa tũc ostia dominus vidit, cum claustra inferni penetrans, crudeles spiritus perculit, & mortis præpositos moriendo damnauit. Quod idcirco hic non adhuc de futuro, sed iam de præterito dicitur, quia hoc quod futurus erat in opere, nimirum iam fecerat in prædestinatione. Quia verò post mortem resurrectionemque eius creuit Ecclesia, atque in cunctis est gentibus dilatata, aptè subiungitur:

Caput. VII.

G NVnquid consideraſti latitudinem terræ?) Dum enim dominus anguſtias mortis petiit, fidem ſuam in gentibus dilatauit, atque ad innumera corda credẽtium,
Eſa. 54. ſanctam Eccleſiam extẽdit. Cui per prophetam dicitur: Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas. Longos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida. Ad dexteram enim & ad læuam penetrabis, & ſemen tuum gentes hæreditabit. Quæ latitudo terræ profectò non fieret, niſi ipſe prius & vitam quam nouimus moriendo deſpiceret, & vitam quam non nouimus, reſurgendo monſtraret. In morte quippe ſua noſtræ oculos mentis aperuit, & quæ eſſet vita quæ ſequeretur oſtendit. Vnde & hunc in Euangelio
Luc. 24. ordinem tenens diſcipulis dicit: Sic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſsionem peccatorum per omnes gentes. Pauci enim ex plebe Iſraëlitica ipſo prædicante crediderunt, innumeri verò gentium populi viam vitæ moriente illo ſecuti ſunt. Superbos nanque dum adhuc paſsibilis viueret, pertu-
Iudic. 16. lit; à paſsibili verò vita multos dum moreretur ſtrauit. Quod bene Samſon in ſemetipſo dudum figuraliter expreſsit, qui paucos quidem dũ viueret interemit, deſtructo autem templo, hoſtes innumeros cùm moreretur occidit. Quia nimirum dominus ab elatione ſuperbiæ paucos cùm viueret, plures verò cùm templum ſui corporis ſolueretur extinxit, atque electos ex gentibus quos viuendo ſuſtinuit, ſimul omnes mo-
H riendo proſtrauit. Rectè itaque poſtquam inferna penetraſſe docuit, conſiderandam mox terræ latitudinem ſubiunxit: Ac ſi flagellato homini diceret: Perpende quid pertuli, & penſa quod emi, nec queraris ipſe de verbere, dum neſcis quæ te præmia maneant in retributione. Inter hæc itaque verba creatoris operæ precium puto, ſi à bono communi ac publico parumper oculos flectimus, & quid in ſingulis nobis latenter agat, intuemur. Dicit enim:

Quòd moraliter mentem humanam deus in profundo vitiorum immerſam viſitando ingreditur, & cor quaſi abyſſum obſcuram illuſtratione ſua irradians, vitiis calcatis victor ingreditur.

Nunquid ingreſſus es profundũ maris?) Mare quippe eſt mens humana, cuius profunda deus ingreditur, quãdo per cognitionem ſuam ad lamenta pœnitentiæ ab intimis cogitationibus perturbatur, quando prioris vitæ nequitias ad memoriam reducit, fluctuantem in confuſione ſua animum concutit. Profundum maris deus penetrat, quando etiam deſperata corda permutat. Ipſe enim mare intrat, quãdo cor ſeculare humiliat: profundum maris ingreditur, quando viſitare mentes etiam preſſas ſceleribus non dedignatur. Vnde & rectè percũctando ſubiungitur: Et in nouiſsimis abyſsi deambulaſti?) Quæ enim eſt abyſſus niſi mens humana, quæ dũ ſemetipſam comprehendere non valet ſeſe in omne quod eſt, velut obſcu-
Abac. 3. ra abyſſus latet? Vnde bene per prophetã dicitur: Dedit abyſſus vocem ſuam ab altitudine phantaſiæ ſuæ, quia dum ſemet-
I ipſam mens humana non penetrat, ex comparatione ſui, diuinæ naturæ potentiam quam comprehendere non ſufficit, humilius laudat. In nouiſsimis ergo abyſsi deo deambulare, eſt etiam nequiſsimorum corda hominum cõuertere, & deſperatas mentes viſitationis ſuæ veſtigiis tangendo mirabiliter reformare. Cùm enim poſt immenſa ſcelera vnuſquiſque compungitur, quid aliud quam in nouiſsimis abyſsi deus deambulans videtur? Quaſi in abyſſo nãque deus deambulat, cum obſcurum cor penetrans, fluctus inuiſibiles vitiorum calcat. Plerunque enim præterita alia plangimus, & aliis præſentibus vrgemur, vt modo ſuperbia, modo ira, modo luxuria, modo auaritia tentante fatigemur. Sed cùm cuncta hæc in corde noſtro dominus occultæ viſitationis ſuæ timore reprimit, quid aliud quàm in abyſſo greſſus ponit? Quos greſſus mente conſpicimus, quando contra inſurgentia vitia quomodo timoris eius obuient dona penſamus. Hos nanque greſſus propheta con-
Pſalm. 67. ſpexerat, cũ dicebat: Viſi ſunt ingreſſus tui deus, ingreſſus dei mei, regis mei, qui eſt in ſancto ipſius. Qui enim inordinatos motus animi, diuinorum iudiciorum memoria in ſe reprimi conſpicit, quaſi deambulantis in ſe greſſus domini videt: Dicat ergo beato Iob: Nunquid ingreſſus es profundum maris, K & in nouiſsimis abyſsi deambulaſti? ſubaudis, vt ego, qui mira miſericordia in peccatorũ cordibus modo irã, modo luxuriã, modo auaritiam, modo ſurgentem ſuperbiam calco? Ac ſi eis apertè diceretur: Si latentia cordis vitia me ſolum reprimere conſpicis, tu extolli de propria iuſtificatione ceſſabis.

Caput. VIII.

ET quia cùm diuinitus viſitamur, etiam de occultis & illicitis motibus mentis ad confeſſionem ducimur, rectè ſubiungitur: Nunquid apertę ſunt tibi portæ mortis?) Portæ enim mortis ſunt cogitationes prauæ quas deo pandimus, quando eas in pœnitentia flendo cõfitemur. Quas etiam non confeſſas intuetur, ſed confeſſas ingreditur. Tunc quippe viam ſibi in portis mortis aperit, quando ſolutis prauis cogitationibus, ad nos poſt confeſsionem venit. Quæ portę mortis idcirco vocatę ſunt, quia profectò via ad interitum per iniquas ſemper cogitationes aperitur. Quod adhuc replicatur cũ ſubditur: Et oſtia tenebroſa vidiſti?) Tenebroſa nanq; oſtia ſunt latentia mentis mala, quæ & haberi intrinſecus poſſunt, & tamen ab altero videri non poſſunt. Quæ tamẽ dominus cernit, quando ea occulto reſpectu gratię deſtruxit. Scriptũ quippe eſt: Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſsipat omne malũ intuitu ſuo. Et quia omne vitium anguſtat, omnis verò virtus animum dilatat, poſt deſtructa vitia rectè ſubiungitur: Nũquid conſideraſti latitudinem terræ?) Niſi enim virtus animum di- *2. Cor. 6.* lataret, nequaquam Paulus Corinthiis diceret: Dilatamini & L vos, & nolite iugum ducere cum infidelibus. Solerter verò intuendum eſt quod dicitur: Cõſideraſti latitudinem terræ? Latitudo nanque bonorum interiorum nequaquam comprehẽditur, niſi cautè conſideretur. Nam plærunque eos exterius inopia humiliat, pœnæ cruciatus anguſtat, ſed tamen inter hęc ſemper interior fortitudo ſe vſque ad ſperanda cœleſtia dilatat. Anguſtati Apoſtoli exterius fuerant, quando flagella ſuſtinebant, ſed in magna ſtabant intus latitudine liberi, qui apud ſe hæc eadem flagella in gaudium verterant. Scriptum nanque eſt: Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam *Act. 5.* digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Hanc latitudinem inter anguſtias Paulus inuenerat, qui dicebat: Scire autem vos volo fratres, quia quæ circa me ſunt, magis ad pro- *Philip. 1.* fectum venerunt Euangelij, ita vt vincula mea manifeſta fierent in omni prætorio. Hanc latitudinem Dauid inter anguſtias obtinebat, dicens: In tribulatione dilataſti me. Tunc itaque hæc terra, id eſt ſanctorũ conſcientia dilatatur, cùm mundi huius aduerſitatibus exterius premitur. Nam cùm à preſentis vitæ ſecuritate repellitur, intus ad ſe impingitur, vt ad ſperanda ſuperna tendatur. Cumque euagari exterius non permittitur, quaſi in ſinum ſuum reuocata dilatatur. Nos autem quæ boni viri aduerſa tolerent cernimus, ſed intus quãtũ gaudeant non videmus. Mentis eorum latitudinem modo in verbis, modo in operibus conſiderando cognoſcimus, ſed tamen quanta in eis amplitudo ſit eiuſdem latitudinis ignoramus. Audiat ergo humana ſapientia, & ſe inſipientem dicat: *Nun-* M *quid conſideraſti latitudinem terrę?* Ac ſi dicat, vt ego, *qui flagellis cinctam, occultam iuſtorum lætitiam ſolus planè conſidero, quia ſolus miſericorditer firmo.* Vel certè idcirco beatus Iob vtrum terræ latitudinem conſideraverit inquiritur, vt exemplo alienæ latitudinis humilietur. Ac ſi apertè diceretur: Eos quos innumera mala præſentis vitæ nequeunt anguſtare, conſidera, & de ſtatu cordis tui inter verba gloriari ceſſa.

Sequitur:

Quòd iudicia dei nemo in hac vita intelligat, cùm latro de patibulo in regnum, Iudas de apoſtolatu mergatur in tartarum, nec aliquis ſciat qui redeant de bonis ad mala, vel qui conuertantur de malis ad bona.

Caput. IX.

INdica mihi ſi noſti omnia, in qua via habitet lux, & tenebrarum quis locus ſit, vt ducas vnumquodque ad terminos ſuos, & intelligas ſemitas domus eius?) Beatus Iob gra- *Grauis quæſtio.*
ui quæſtione diſcutitur, vt & de via lucis, & tenebrarũ loco requiratur, vt vnũquodq; ad ſuos terminos ducat, ac ſemitas domus eius intelligat. Quid enim lucis nomine niſi iuſtitia accipitur? Et quid per tenebras niſi iniquitas deſignatur? Vnde quibuſdam

A quibusdam conuersis à peccatorum nequitia dicitur: Eratis aliquando tenebræ, nũc autem lux in domino. Et de quibusdam in peccato manentibus memoratur: Qui dormiunt, nocte dormiunt. Beato itaque Iob dicitur: Indica mihi si nosti omnia, in qua via habitet lux, & tenebrarum quis locus sit? Ac si dicatur ei: Si plenam te habere scientiam suspicaris, dic vel in cuius corde ea quæ nunc deest innocentia veniat, vel in cuius corde ea quę nunc est malitia perseueret. In qua via habitet lux, id est, cuius mentem veniens iustitia implcat, & tenebrarum quis locus sit, id est, in quo iniquitas cæca perduret, vt ducas vnumquodque ad terminos suos, id est, vt diiudices si vel is qui nũc iniquus cernitur, in iniquitate vitam finiat, vel is qui iustus cernitur, extremitatem vitæ suæ cùm iustitię perfectione concludat, & intelligas semitas domus eius, id est, consideres atque discernas vel cui bona actio perseuerans æternam mansionem præstet in regno, vel quem vsque ad terminum suum actio praua constringens in æternũ damnet supplicium. Domus quippe pro mansione ponitur, semita pro actione. Semita igitur ad domum ducit, quia actio ad mansionem pertrahit. Sed quis hominum ista discussus dicat? Quis ista saltè imperterritus audiat? Multos enim videmus quotidie qui iustitiæ luce resplendent, & tamen ad finem suum nequitiæ obscuritate tenebrantur: & multos cernimus peccatorum tenebris obuolutos, & tamen iuxta vitæ suæ terminum repentè reddi luci iustitiæ liberos. Multos etiam nouimus semel inuentam viam iustitiæ illibatè vsque ad mortem tenuisse, & plærosque conspeximus vsque ad exitum cœpta semel crimina sine cessatione cumulasse. Quis verò inter ista occultorũ iudiciorum nubila mentis suæ radium mittat, vt aliqua consideratione discernat, vel quis perduret in malo, vel quis perseueret in bono, vel quis ab infimis conuertatur ad summa, vel quis à summis reuertatur ad infima? Latent hæc sensus hominum, nec quicquàm de cuiuslibet fine cognoscitur, quia diuinorum iudiciorum abyssus, humanæ mentis oculo nullatenus penetratur. Videmus nanque quòd illa aduersa deo gentilitas iustitiæ luce perfusa est, & Iudæa dudum dilecta, perfidiæ est nocte cæcata. Scimus etiam quòd latro de patibulo transiuit ad regnum, Iudas de apostolatus gloria est lapsus in tartarum. Rursumque quia aliquando sortes quæ cœperint non mutantur, & latronem nouimus alium peruenisse ad supplicium, & Apostolos scimus percepisse propositum quod desideraverant regnum. Quis ergo discutiat in qua via habitet lux, & tenebrarum quis locus sit, vt ducat vnumquodque ad terminos suos, & intelligat semitas domus eius? Videó Paulum ex illa persecutionis sæuitia, ad gratiam apostolatus vocatum, & tamen sic inter iudicia occulta formidat, vt reprobari se etiã postquam vocatus est, timeat. Ait enim: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte aliis prædicans, ipse reprobus efficiar. Et rursum: Ego me non arbitror comprehendisse: vnum autem, quæ quidem retro sum oblitus, ad ea quæ sunt priora extendens meipsum ad destinatum, sequor ad palmam supernæ vocationis dei in Iesu Christo. Sequor autem si comprehendam in quo & comprehensus sum. Et certè iam de illo voce dominica dictum fuerat: Vas electionis mihi est, & tamen adhuc castigans corpus suum metuit ne reprobetur. Væ miseris nobis, qui de electione nostra nullam adhuc dei vocẽ cognouimus, & iam in ocio quasi de securitate torpemus. Debet profectò debet in spe esse non solum securitas, sed etiam timor in cõuersatione, vt & illa certantes foueat, & iste torpentes pungat. Vnde rectè per prophetam dicitur: Qui timẽt dominum, sperent in domino. Ac si apertè diceret: De spe incassum præsumit, qui timere deum in suis operibus renuit. Sed cur beatus Iob de tam valida quæstione requiritur, quæ omnino ab hominibus ignoratur, vt iustorum iniquorumque terminum cõprehendat, nisi vt aliorum finem cognoscere non valens, ad suum recurrat: quia sicut aliorum, sic etiam suum nesciat, & nescions timeat, timens humilietur, humiliatus iam de operibus suis extolli non debeat, & non elatus, in gratiæ arce persistat? Dicatur ergo ei: Indica mihi si habes intelligentiam, in qua via habitet lux, & tenebrarum quis locus sit, vt ducas vnumquodque ad terminos suos?) Ac si diceretur: Sicut qui de malis conuertantur ad bona, vel qui de bonis ad mala redeant nescis, ita etiam nec de te quid tuis meritis exigentibus agatur, intelligis. Et sicut alienum nullatenus comprehẽdis, ita etiam D tuum terminum prænoscere non vales. Iam enim quantum ipse profeceris scis, sed quid adhuc de te ego in occultis sentiã nescis. Iam iustitiæ tuæ acta consideras, sed quàm districtè apud me pẽsentur ignoras. Væ etiam laudabili vitę hominum, si remota pietate iudicetur: quia districtè discussa, inde ante oculos iudicis, vnde se placere suspicatur, obruitur. Vnde rectè deo per prophetam dicitur: Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Vnde bene per Salomonem dicitur: Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu dei, & tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruãtur incerta. Hinc rursum per eundem Salomonem dicitur: Quis hominum intelligere poterit viam suam? Et nimirum bona maláve quis faciens conscientia attestante cognoscitur. Sed idcirco dicitur quòd via sua ab hominibus nesciatur, quia etiam si recta se quisque opera agere intelligat, sub districto tamen examine quo tendat ignorat.

Psal.142. *Eccles.9.* *Prouer.20.*

Caput. X.

IGitur postquam illum de ista finis sui consideratione perterruit, ad examinandum eius exordium redit, ac ne conqueratur cur finem suum nesciat cõmemoratur etiam quia nec quo huc initio accesit intelligat. Nam sequitur:

Quòd sicut nemo nouit suum initium, ita nec etiam exitum. E

Sciebas tunc quòd nasciturus esses, aut numerum dierum tuorum noueras?) Ac si illi apertè diceret: Quid mirum si terminum tuum nõ intelligis: qui nec initium comprehendis? Et qui ignoras quo huc initio veneris, quid mirũ si nescias quo fine subtraharis? Si ergo meum fuit te per initium ex occultis ad prompta producere, meum quoque erit etiam te ex promptis ad occulta reuocare. Cur de vitæ tuę dispẽsatione aliquid quereris, qui in manu artificis temetipsum nesciẽs teneris? Extolli itaque tanto magis non debes in eo quod agis, quãto intra signũ æternitatis clausus, nec quo huc ordine veneris, nec quando vel quomodo hinc educaris agnoscis. Hæc tamen intelligi & aliter possunt. Sciebas tunc quòd nasciturus esses, & numerum dierum tuorum noueras? subaudis, vt ego: qui me nasciturum noui, qui & ante humanitatis ortum in diuinitate semper subsũtialiter vixi. Homines quippe tunc esse incipiũt, cum in matrum suarum ventre nascuntur. Nam ipsi quoque conceptio natiuitas dicitur, iuxta hoc quod scriptũ est: Quod in ea natum est, de spiritu sancto est. Et idcirco se nascituros nesciunt, quia nec priusquam creentur existũt. Deus verò qui sine initio semper extitit, præsciuit de se hoc quod in vtero virginis per initium sumpsit, & quia præsciuit dispossuit: quia dispossuit, nihil profectò in humana forma sine sua voluntate tolerauit. Conuincatur ergo cur de flagellis suis homo queritur, qui ortum suum præscire non potuit, si ipse etiam qui ortum suum præsciendo dispossuit, se inter homines ad flagella præparauit. Sequitur: F

Mat.1.

Quòd deus peccatores in malis congelatos, tanquam in niue vel grandine thesauros habeat, quos à vita peruersa ad medium educens, fidei constituit defensores.

Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti: quæ præparaui in tempus hostis & in diem pugnæ & belli?) Quid aliud niue vel grandine nisi frigida ac dura intelligenda sunt corda prauorum? Sicut enim feruore charitas, sic solet in sacro eloquio frigore malitia designari. Scriptum nanque est: Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam facit animam malitia sua. Et rursum: Abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum. In frigore ergo niuis vel in duritia grandinis quid accipi aptius potest, quàm vita prauorum, quæ & per torporem frigescit, & per duritiæ malitiam percutit? Quorum tamen vitam dominus tolerat, quia eos ad iustorum suorum probationem seruat. Vnde & rectè subiunxit: Quæ præparaui in tempus hostis, in diem pugnæ & belli, vt cùm aduersarius noster diabolus tentare nos nititur, eorum moribus quasi suis contra nos armis vtatur. Per ipsos quippe nos sæuiens cruciat, sed nesciens purgat. Peccatis nanque nostris ipsi flagella fiunt, de quorum tali vita dum percutimur, ab æterna morte liberamur. Vnde agitur vt electorum, vitæ proficiat etiam perdita vita reproborum,

Hier.6. *Mat.24.*

G & vtilitati noſtræ dum illorum perditio militat, mira diſpenſatione fiat, quatenus electis dei non pereat etiam omne quod perit.

Caput. XI.

INtelligi hoc quoque aliter poteſt, vt quia verbis præcedẽtibus videtur annexũ, à ſuperioris verſus expoſitione non diſcrepet. Nam quia indicauerat vel bonos ad malum, vel malos ad bonum poſſe conuerti, ilico ſecutus adiunxit: Nunquid ingreſſus eſt theſauros niuis, aut theſauros grãdinis aſpexiſti, quæ præparaui in tempus hoſtis, in diem pugnæ & belli? In niue vel grãdine frigida, vel dura, vt dictum eſt, accipimus corda prauorum. Sed quia omnipotens deus ſanctos ſuos de talibus eligit, & quàm multos electos adhuc inter prauorum vitam repoſitos habeat nouit, aptè in niue vel grandine theſauros habere ſe perhibet. Theſaurus quippe ἀπὸ τῆς θέσεως, id eſt, à poſitione nominatur. Et plęroſque in vita frigida diu latenter reſpicit, quos ad medium cum iubet producit, & iuſtitiæ nitore candidos per ſupernam gratiam oſtendit. Scriptum quippe eſt: Lauabis me, & ſuper niuẽ dealbabor. Quos ad diẽ belli pugnęque præparatos, diu intra ſuæ præſciẽtiæ ſinum tegit, ſed cùm repentè eos eduxerit, reſiſtentia aduerſariorũ pectora illorum verbis ac redargutionibus, quaſi quibuſdã grandinibus percutit. Vnde aliàs ſcriptum eſt: Præ fulgore in conſpectu eius nubes tranſierunt, grando & carbones ignis. Præ fulgore in conſpectu eius nubes tranſierunt, quia prędicatores ſancti vniuerſa mundi ſpatia miraculorum claritate percurrunt. Qui etiam grando & carbones ignis vocati ſunt, quia & per correptionem feriunt, & per flammam charitatis accen-
H dunt. Ipſa quoque libera ſanctorum increpatio, natura grandinis conuenienter exprimitur. Grando enim veniens percutit, liquata rigat. Sancti autem viri corda audiẽtium & terrentes feriunt, & blandientes infundũt. Nam quemadmodum feriant, propheta teſtatur dicens: Virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabũt. Et quemadmodum blandientes rigent, ſecutus adiunxit: Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, & iuſtitia tua exultabũt. In niue ergo vel grandine habẽtur theſauri, quia plæriq; iniquitatis torpore frigidi, à ſuperna gratia aſſumpti, in ſancta Eccleſia iuſtitiæ luce fulgeſcunt, & prauam aduerſariorum ſcientiam doctrinæ ſuæ ictibus tundunt. Vnde & aptè ſubditum eſt: Quæ præparaui in tempus hoſtis, in diem pugnæ & belli.

Vnde theſaurus.

Pſal. 50.

Pſalm. 17.

Pſal. 144.

Ibidem.

Caput. XII.

NIx quippe vel grando fuerat Saulus per frigidam inſenſibilitatem, ſed nix & grando contra aduerſariorum pectora factus eſt vel candore iuſtitię vel diſtricti eloquij correptione. O qualẽ hunc theſaurũ in niue & grãdine habuit, quãdo illum inter prauorum vitam poſitum, iam tunc electum ſuum dominus latenter vidit. O ad quanta aduerſariorum pectora ferienda hanc in manu ſũa grãdinẽ ſumpſit, per quam tot ſibi reſiſtentia corda proſtrauit. Nemo itaq;
I de ſuis operibus extollatur, nemo deſperet eos quos adhuc frigidos videt: quia theſauros dei in niue & grandine non videt. Quis enim crederet quòd per apoſtolatus gratiam lapidatum Stephanum ille præcederet, qui in morte eius omniũ lapidantium veſtimenta ſeruauit? Si ergo ad iſta dona vel iudicia occulta recurrimus, nullos omnino deſperantes, nec illis nos in corde noſtro præferimus, quibus pro tempore prælati ſumus: quia & ſi iam videmus quantum præceſsimus, neſcimus quantum cùm currere cœperint præcedamur. Bene ergo ad beatũ Iob dicitur: Nunquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexiſti, quæ præparauit in tempus hoſtis, in diem pugnæ & belli? Ac ſi apertè diceretur: Nulli te de operibus tuis præferas, quia de his quos intueris adhuc per culpam frigidos, quantos operatores iuſtitiæ, & defenſores rectæ fidei ſim facturus, ignoras. Quod quia per aduentum mediatoris agitur, rectè ſubiungitur:

Quòd ſparſis per mundum fidei prædicatoribus, æſtus perſecutionis incaluit.

Per quam viam ſpargitur lux?) Ipſe quippe via eſt qui ait:
Ioan. 14. Ego ſum via, veritas & vita. Per hãc ergo viam lux ſpargitur, quia per eius præſentiam cuncta gentilitas illuſtratur. Spargitur autem conuenienter dixit, quia per apoſtolorum voces nõ anguſtata atque coarctata, ſed latè fulgens lux prædicationis emicuit: Quia verò accepta luce conuerſionis, inardeſcit in- K trinſecus vis amoris, vt vel tranſacta mala anxiè lugeantur, vel ventura bona flagrantiſsimè requirantur, competenter adiungitur: Diuiditur æſtus ſuper terram.) Sparſa enim luce æſtus ſuper terram diuiditur, quia per apertum orbem iuſtitia prædicata, ad requirendum deum cordis anxietas in virtutum exercitatione dilatatur, vt iſte in ſermone ſapientiæ, ille in ſermone ſcientiæ fulgeat, hic in curationum gratia, ille in virtutum operatione cõualeſcat, & dona ſancti ſpiritus dum diſpariliter ſinguli accipiunt, neceſſario ſibimet iuncti omnes vnanimiter accendantur.

Caput. XIII.

SEd poſtquam ſpargi lux dicitur, poteſt conuenienter intelligi quòd per eſtum perſecutio deſignatur: quia vt lux prædicationis inclaruit, mox à perfidorum cordibus ardor perſecutionis exarſit. Nam quòd per eſtum perſecutio exprimitur, dominicus ſermo teſtatur, de iactatis ſeminibus ſuper petroſam terram dicens: Sole orto æſtuauerunt omnia, & M
quia non habebant radicem, aruerunt. Quod paulopoſt cum expoſuit, æſtum perſecutionem vocauit. Sparſa igitur luce æſtus ſuper terram diuiſus eſt, quia clareſcente vita fidelium, accenſa eſt crudelitas perfidorum. Diuiſus nanq; æſtus erat, quãdo nunc Hieroſolymis, nunc Damaſci, nunc in aliis longè regionibus perſecutio ſęuiebat. Scriptum quippe eſt: Facta eſt in *Act.* illa die perſecutio magna in Eccleſia quæ erat Hieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Iudęæ & Samariæ. Rur- *Act.*
umque ſcriptum eſt: Saulus adhuc ſpirãs minarum & cædis in L
diſcipulos domini, acceſsit ad principem ſacerdotum, & petiit ab eo epiſtolas quas deferret in Damaſcum ad ſynagogas, vt ſi quos inueniſſet huius vię viros ac mulieres, vinctos deduceret in Hieruſalem. Quia ergo nunc hic, nunc illic perſecutio excreuerat, hi qui lucem veritatis agnouerant, quaſi ſub ardore diuiſi æſtus anhelabant. Sed quia beatũ Iob de occultis iudiciis requiſitũ ſuperioribus dictis audiuimus: oportet vt hoc quod de ſparſa luce vel diuiſo æſtu dictum eſt, ſubtilius perſcrutemur. Adhuc enim alta interrogatione diſcutitur: vt ſaltem quia neſciat doceatur, eiq́ue dicatur: Per quã viam ſpargitur lux, diuiditur æſtus ſuper terram? Quid enim *lucis* nomine niſi iuſtitia deſignatur? De qua ſcriptũ eſt: *Populus* qui ſedebat in tenebris, vidit lucẽ magnã. Omne autẽ quod ſpargitur, non continuè, ſed ſub quadam intermiſsione iactatur. Et idcirco ſpargi lux dicitur, quia etſi iam quędam vt ſunt perſpicimus, quædam tamen ita vt videnda ſunt, non videmus. Cor nanque Petri lux ſparſa tenuerat, qui tanto fidei, tanto miraculorum fulgore claruerat, & tamen cõuerſis gentibus dũ circũciſionis põdus imponeret, quid rectũ diceret neſciebat. Lux ergo in hac vita ſpargitur, quia ad omnis rei intelligentiã continua non habetur. Dum enim aliud ſicut eſt cõprehendimus, & aliud ignoramus, quaſi ſparſa luce & ex parte cernimus, & in obſcuritate ex parte remanemus. Tunc verò lux nobis ſparſa M
iam non erit, quando mens noſtra ad deum funditus rapta fulgeſcet. Et quia hæc eadem lux quibus modis humano *cordi* inſinuetur ignoratur, rectè in percunctatione dicitur: *Per quã* viam ſpargitur lux? Ac ſi apertè diceretur: Dic quo ordine iuſtitiam meam occultis ſinibus cordium infundo, cùm & per acceſſum non videor, & tamen viſibilia opera hominum inuiſibiliter immuto, cum vnam eandemq́ue *mentẽ* modo hac, modo illa virtute irradio, & tamen per ſparſam lucẽ adhuc ex parte aliqua eam in tentationis tenebris *remanere permitto.* Requiratur homo neſciens per quam viam *ſpargitur lux.* Ac ſi patenter dicatur. Dum dura corda *emollio, dũ rigida inflecto,* dum aſpera mitigo, dum frigida *accendo, dum debilia* roboro, dum vaga ſtabilio, dum nutantia cõfirmo intuere ſi vales incorporaliter veniens quibus ea meatibus illuſtro. Hæc quippe omnia nos facta cernimus, nam qualiter intrinſecus efficiantur, ignoramus. Hanc viam lucis eſſe nobis inuiſibilem *Ioan. 3.*
in Euangelio veritas oſtendit dicens: Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, & neſcis vnde veniat & quò vadat.

Caput. XIIII.

SEd quia cùm lux ſpargitur, mox ab occulto aduerſario contra fulgentem mentẽ tentamenta ſuccreſcunt, rectè ſubiungitur: Diuiditur eſtus ſuper terrã.) Hoſtis nãq;

callidus

A callidus quos iustitiæ luce enitescere conspicit, eorum mentes illectis desiderijs inflammare contendit, vt plærunque plus se vrgeri tentationibus sentiant, quàm tũc cùm lucis internæ radios non videbant. Vnde & Israëlitæ postquam vocati sunt: contra Moysen & Aaron de excrescente labore conquerun-

Transit hostis callidus.

Exod.5.

tur, dicentes: Videat dominus & iudicet, quoniam fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone & seruis eius, & præbuistis ei gladium vt interficeret nos. Volentibus quippe ex Aegypto discedere, Pharao paleas subtraxerat, & tamen eiusdem mensuræ opera requirebat. Quasi ergo contra legẽ mens submurmurat, post cuius cognitionem tentationum stimulos acriores portat, & cùm sibi labores crescere conspicit, in eo quòd aduersario displicet, quasi fœtere se in oculis Pharaonis dolet. Post lucem ergo æstus sequitur, quia post illuminationem diuini muneris, tentationis certamen augetur. Rectè verò etiam diuidi æstus dicitur, quia nimirum non singuli omnibus, sed quibusdam vicinis ac iuxtà positis vitiis fatigantur. Prius enim conspersionem vniuscuiusque antiquus aduersarius perspicit, & tunc tentationis laqueos apponit. Alius nanque lætis, alius tristibus, alius timidis, alius elatis moribus existit. Quò ergo occultus aduersarius facilè capiat, vicinas conspersionibus deceptiones parat. Quia etenim lætitiæ voluptas iuxtà est, lætis moribus luxuriam proponit. Et quia tristitia iniram facilè labitur, tristibus poculum discordiæ porrigit. Quia timidi supplicia formidant, pauentibus terrores intentat. Et quia elatos extolli laudibus conspicit, eos ad quæque voluerit blandis fauoribus trahit. Singulis igitur hominibus vitiis conuenientibus insidiatur. Neque enim facilè captiuaret, si aut luxuriosis præmia, aut auaris scorta proponeret, si aut voraces de abstinentiæ gloria, aut abstinentes de gulæ imbecillitate

Singulis hominibus vitiis conuenientibus insidiatur.

B pulsaret, si mites per studium certaminis, aut iracundos capere per fauorem formidinis quæreret. Quia ergo in tentationis ardore callidè singulis insidians, vicinos moribus laqueos abscondit, rectè dicitur: Diuiditur æstus super terram. Sed cùm præmittitur: Per quam viam spargitur lux, statimque subiungitur: Diuiditur æstus super terram, nimirum per eãdem viam per quã lux spargitur, etiam diuidi æstus indicatur. Alta quippe atque incomprehensibilis spiritus sancti gratia cùm luce sua nostras mentes irradiat, etiam tentationes aduersarij dispensando modificat, vt simul multę non veniant, aut ipsæ tantummodo quæ ferri possunt, illustratam iam à deo animã tangant, vt cùm tactus sui ardore nos cruciant, perfectionis incendio non exurant: Paulo attestante qui ait: Fidelis autem

Consolatio.

1.Corin.10.

deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, vt possitis sustinere. Hũc ergo æstum aliter diuidit callidus supplantator, aliter misericors conditor. Ille diuidit vt per illum citius interimat, iste vt eum tolerabilem reddat. Et quia cum tentatione fatigamur, non solum interno dei spiritu instruimur, sed etiam exterioribus prædicãtium verbis adiuuamur, rectè post diuisum æstum

C subditur:

Quòd Euangelica tonitrua, & nubis apostolicæ doctrinæ currunt vsque ad fines terræ, nec impediri potuit ab hominibus cõsiliũ dei.

Caput. XV.

QVis dedit vehemẽtissimo imbri cursum?) Si verò vt superius diximus, diuisi æstus nomine illa in Iudææ regionibus persecutio designatur, vt ipsa persecutionis asperitas prædicatores sanctos superno munere adiutos, à prædicationis suæ ministerio nullo timore cõpescuit, aptè subiungit: Quis dedit vehementissimo imbri cursum? Ac si diceret, nisi ego. Diuiso enim æstu, cursum vehementissimo imbri dedisse, est inter ipsas persecutionis angustias prædicationis impetum roborasse: vt tanto magis virtus prædicantium cresceret, quanto magis persequẽtium crudelitas obuiaret, quatenus arentia corda audientium pluuiæ guttis infunderent, & siccitatem perfidię vberius irrigarent, vt quanuis contra eos sæuitiæ æstus candesceret, per eos tamen vox gratiæ non taceret. Hunc persecutionis æstum, Paulus &

1.Tim.1.

tolerabat & irrigabat cùm diceret: Laboro vsque ad vincula quasi malè operans, sed verbum dei nõ est alligatum. De hoc

Esa.5.

imbre aliàs dicitur: Mandabo nubibus ne pluant super eam imbrem. De hoc cursu imbris qui in electorum cordibus agitur, Psalmista testatur dicens: Velociter currit sermo eius. Plę- D rumque verò imber est, & cursum non habet, quia prædicatio *Psal.147.* ad aures venit, sed cessante interna gratia, ad corda audiẽtium non pertransit. De cuius prædicationis verbis propter electos dicitur: Etenim sagittæ tuæ pertransierunt. Sagittę quippe dei *Psalm.76.* pertranseunt, quando verba prædicationis eius ab auribus ad corda descendunt. Quod quia solo diuino munere agitur, imbri cursum dominus se dedisse testatur. Sed notandum video quòd eundem imbrem nõ vehementem, sed vehementissimũ vocat. Imber vehemens est vis magna. Imber verò vehementissimus vis immensa prædicationis. Vehemens nanque imber erat cùm prædicatores sancti credere gaudia æterna suadebãt. Imber autem vehementissimus, quando propter spem admonebant rem deseri: cuncta visibilia propter inuisibilia cõtemni, & propter audita gaudia, præsentis seculi pœnas cruciatusq; tolerari. Sed cùm fide cognita sæuiente æstu persecutionis, tot electi possessa reliquerunt, carnalis affectus obliti sunt, & præ gaudio spiritus in cruciatibus membra posuerunt, quid aliud dominus fecit, nisi etiam vehementissimo imbri cursum præbuit, qui vsque ad exequenda summa præcepta per verba corporis inuisibilia cordis irrigauit? Vbi & aptè subiungitur:

Caput. XVI.

ET viam sonantis tonitrui.) Quid enim per tonitruũ nisi prædicatio superni terroris accipitur? Quem terrorem dum percipiunt humana corda quatiuntur. Aliquando verò in tonitruo ipse incarnatus dominus figuratur, qui ex antiquorum patrum conueniente prophetia ad notitiam nostram quasi ex nubium cõcursione prolatus est. Qui inter nos visibiliter apparens ea quæ super nos erant, terribiliter sonuit. Vnde & ipsi sancti apostoli de eius gratia generati, boanerges, *Mar.3.* id est filij tonitrui sunt vocati. Aliquando autem sicut dictum E est, tonitruus, ipsa eius prædicatio accipitur, per quã supernorum iudiciorum terror auditur. Sed quia quilibet prædicator verba dare auribus potest, corda verò aperire nõ potest, & nisi per internam gratiam solus omnipotens deus prædicantium verbis ad corda audientium inuisibiliter aditum præstet: incassum prædicatio aure audientis percipitur, quę peruenire ad intima corde surdo prohibetur: se dominus viã sonãtis tonitrui dare asserit, qui cùm prędicationis verba tribuit, per terrorem corda compungit. Hanc viam Paulus prædicator egregius dũ superna mysteria terribiliter intonaret, se à se habere nõ posse *Col.4.* conspiciens, discipulos admonebat dicẽs: Orãtes simul & pro nobis, vt deus aperiat nobis ostium verbi, ad loquendum mysterium Christi. Qui ergo loquebatur mysteria, sed in corde audientium eisdem mysteriis à domino aperiri ostium precabatur, habebat quidem iã tonitruũ, sed dari ei desuper viã quę- rebat. Hanc viã nequaquã se Ioannes dare posse cognouerat, *1.Ioan.2.* qui dicebat: Non necesse habetis vt aliquis doceat vos, sed vn- F ctio eius docet vos de omnibus. Hanc viã rursum Paulus quis *1.Cor.3.* daret intimabat dicens: Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementũ dat deus. Accepta igitur via quid iste imber ac tonitruus agat audiamus. Sequitur:

Quòd gentibus ad fidem Christi conuersis, plebs Iudaica siccas rodens legis stipulas, ad viriditatem spiritalis intellectus peruenire non prævalens, in sua cæcitate permansit.

Vt plueret super terrã absque homine in deserto, vbi nullus mortalium commoratur.) Super terram absque homine in deserto pluere, est verbum dei gentilitati prædicare. Quę dum nullum cultum diuinitatis tenuit, nullamque in se speciem boni operis ostendit, videlicet desertum fuit: In qua quia legislator non fuit, & qui rationabiliter deum quæreret nõ fuit, quasi hominum nullus fuit, & velut solis bestiis occupata, vacua à mortalibus extitit. De hac deserti terra aliàs dicitur: Posuit in *Esa.43.* deserto viam. De hac prædicatione gentilitati concessa Psal- *Psal.106.* mista testatur dicens: Posuit flumina in deserto.

Caput. XVII.

NOtandum verò est quòd postquã æstus super terram diuisus est, cursum vehementissimus imber accepit, vt in deserto plueret, quia postquam in Iudæa asperitas persecutionis inhorruit, vt non solum fidem minimè reciperet, sed etiam eam gladiis impugnaret, ad Israël missus quis- que prædicator, ad vocandas gentes deflexit. Vnde sancti *Act.13.*

Universidad de Deusto Biblioteca

G Apoſtoli Hebreis perſequentibus quos deſerunt dicunt: Vo-
Actor.13. bis oportebat primum loqui verbum dei, ſed quia repuliſtis illud, & indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Diuiſo igitur æſtu, deſerta & abſque homine terra compluitur, quia diſperſa in Iudææ regionibus perſecutione fidelium, derelicta dudum & quaſi ab infuſione rationis aliena, prædicationis guttis gentilitas irroratur. Quæ gentilitas qualis adhuc à prædicatoribus ſit inuenta oſtenditur, cùm ſubditur: Vt impleret inuiam & deſolatam.) Quid verò compluta reddidit, monſtratur cùm ilico adiungitur: Et produceret herbas virentes.) Inuia nanque dudum gentilitas fuit, ad quam via dei verbo non patuit. Redemptore quippe noſtro veniente, ſic accepit vocationem gratiæ, vt nó in ea prius fuerit via prophetiæ. Deſolata etiam rectè vocata eſt: vel ratione videlicet conſilij, vel fructu boni operis deſtituta. Dedit ergo dominus vehementiſsimo imbri curſum & viam ſonantis tonitrui, vt in deſerto plueret, & impleret inuiam & deſolatam, & produceret herbas virentes, id eſt, exteriori prædicationi internam aſpirationem contulit, vt corda gentilium arentia vireſcerent, clauſa pateſcerent, inania complerentur, infœcunda germinarent. Caput. XVIII.

IN ſcriptura enim ſacra aliquando herba viror gloriæ temporalis accipitur, aliquando refectio diaboli, aliquando ſuſtẽtatio prædicatorum, aliquando bona operatio, aliquãdo æternæ vitæ ſcientia atque doctrina. Viror nanque gloria
Pſal.89. temporalis accipitur ſicut propheta ait: Mane ſicut herba trãſeat, mane floreat & pertranſeat. Mane nanque ſicut herba flo-
H rere atque tranſire, eſt in proſperitate huius ſeculi temporalis gloriæ decus velociter areſcere. Herba refectio diaboli accipitur, ſicut de illo à domino dicitur: Huic montes herbas ferunt.
Iob.40. Ac ſi diceret: Superbi ac tumidi dum ſe illicitis cogitationibus atque actionibus efferunt, ſuis illum iniquitatibus paſcunt. Herba ſuſtentatio prædicantium demonſtratur, cum dicitur:
Pſal.146. Producit in montibus fœnum & herbam, ſeruituti hominum. In mõtibus quippe fœnũ & ſeruituti hominum herba producitur, cùm ſublimes huius ſeculi ad fidei cognitionem vocati, ſanctis prædicatoribus in huius vitæ itinere tranſitoria alimẽta largiuntur. Herba bona operatio ponitur, ſicut ſcriptum
Geneſis.1. eſt: Germinet terra herbam virentem. Quòd licèt in conditione mundi ita hiſtoricè factum teneamus, terram tamẽ Eccleſiam figuraſſe non inconuenienter accipimus, quę in eo germinauit herbam virentem, in quo ad verbum dei fœcũda miſericordiæ opera protulit. Herbam aliquando ſcientiam atque doctrinam æternæ viriditatis accipimus, ſicut per Hiere-
Hie.14. miam dicitur: Onagri ſteterunt in rupibus, traxerunt ventos quaſi dracones, defecerunt oculi eorum quia non erat herba. Quo dicto ſuperba ac nequiſsima Iudæorum eſt perſecutio prophetata. Ipſi quippe onagri pro mentis elatione: ipſi dracones pro virulenta cogitatione vocati ſunt. Qui ſteterunt in rupibus, quia non in deo, ſed in ſummis poteſtatibus huius
Ioan.19. mundi confiſi ſunt, dicentes: Regem non habemus niſi Cæſarem. Traxerunt ventos quaſi dracones, quia ſpiritu elationis inflati, ſuperbia malitioſa tumuerunt. Defecerunt oculi eo-
I rum, quia ſcilicet ſpes eorum ab eo quòd intendebat corruit. Qui temporalia diligens præſtolari æterna neglexit, & terre-
Ioan.11. na ideo quia deo præpoſuit amiſit. Dixerunt enim: Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent noſtrũ locum & gentẽ. Timuerũt ne locũ non occiſo domino perderent & tamen occiſo perdiderunt. Sed cur iſta miſeris euenerint ſubdit: Quia non erat herba, id eſt, quia eorum cordibus defuit æternitatis ſcientia, & nullo eos refecit pabulo viriditatis interne doctrina. Hoc igiſ loco quid aliud virentes herbas, niſi ſanctæ doctrinæ ſcientiam, vel congruas operationes accipimus? Deſerta igitur terra compluitur, vt ab ea virentes herbæ producantur, quia dum ſanctæ prædicationis imbrem gentilitas percepit, & vitæ opera & doctrinæ verba germinauit. Iſta viriditas voce prophetica deſertæ terræ
Eſa.35. pollicetur, cùm dicitur: In cubilibus in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci. Quid enim per calamum niſi prædicatores, quid per iuncum qui iuxta aquæ humorem ſemper naſcitur, niſi puſilli ac teneri auditores ſacri eloquij deſignantur? In draconum ergo cubilibus viror calami & iunci oritur, quia in eis populis quos antiqui hoſtis malitia poſſidebat, & doctorum ſcientia, & auditorum obedien- K
tia coaceruatur.

Caput. XIX.

HAec tamen quæ generaliter de gentilitate dicta ſunt, ſi ſolerter inſpicimus, intra ſinum ſanctæ Eccleſiæ agi in ſingulis videmus. Sunt enim plærique ad verba dei valde inſenſibiles, qui fidei quidem nomine cẽſentur, verba vitæ auribus audiunt, ſed ea tranſire vſq; ad interna cordis minimè permittunt. Hi quid aliud quàm deſerta terra ſunt? Quæ ſcilicet terra hominem non habet, quia eorum mens ſenſu rationis caret. Et nullus mortalium in hac terra commoratur, quia & ſi quando in eorum cõſcientia rationabilium ſenſuum cogitationes veniunt, non perſiſtunt. Praua enim deſideria in eorum cordibus ſedem inueniunt, recta verò ſi quãdo venerint, ac ſi impellantur decurrunt. Sed cùm miſericors deus imbri ſuo curſum & ſonanti tonitruo viam dare dignatur, cõpuncti per internam gratiam verbis vitæ aures cordis aperiũt. Et impletur terra in via, quia dum præbet auditum verbo, cumulatur myſterio. Et producit herbas virentes, quia per gratiam compunctionis infuſa prædicationis verba non ſolum libenter recipit, ſed etiam vbertim reddit: vt quod audire non poterat, iã loqui concupiſcat: & quæ non audiendo etiam intrinſecus aruerat, iam loquendo quę ſancta ſunt, viriditate ſua quoſlibet eſurientes paſcat. Vnde bene per prophetam dici-
Pſal. tur: Emitte ſpiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Sic enim ſic facies terræ virtute renouationis immutatur, dum ſicca dudum mẽs gratia veniente compluitur, & poſt L
ariditatem priſtinam quaſi productis herbis ſcientiæ viriditate veſtitur. Quæ conditoris noſtri gratia adhuc nobis altius commendatur, cùm ſubditur:

Quòd à deo patre & gratia eſt & doctrina, & ipſe omnis creaturæ ſit conditor, non tantum hominum, ſed angelorum: non tantum ſanctorum angelorum, ſed malignorum ſpirituum.

Caput. XX.

QVis eſt pluuiæ pater vel quis genuit ſtellas roris?) Ac ſi diceret, niſi ego: qui ſiccam terram humani cordis guttis ſcientiæ gratuitò aſpergo. De hac enim pluuia aliàs dicitur: Pluuiam voluntariam ſegregabis
Pſal.67. deus hæreditati tuæ. Voluntariam quippe pluuiam hæreditati ſuæ dominus ſegregat: quia non eam nobis pro noſtris meritis, ſed pro ſuę munere benignitatis præſtat. Et ideireo hoc loco pater pluuiæ dicitur, quia ſuperna nobis prædicatio non de noſtro merito, ſed de eius gratia generatur. Stellæ enim roris ipſi ſancti prędicatores ſũt, qui arua pectoris noſtri inter mala vitæ præſentis, quaſi inter tenebras ſiccæ noctis arentia, gratia
Hier. ſupernæ largitatis infundunt. De his ſtellis contumaci Iudææ dicitur: Propterea prohibitæ ſunt ſtellæ pluuiarum, & ſerotinus imber non fuit. Ipſe quippe ſtellæ roris ſunt, quæ ſtellæ pluuiarum. Quando enim diſpenſatione aliqua prædicationem temperant, quaſi rorem tenerum aſpergunt. Quando verò ea quæ de ſupernis ſentiunt, virtute qua pręualent loquuntur, quaſi vbertim manẽtem pluuiam fundunt. Rorem aſper- M
gebat Paulus cùm Corinthiis diceret: Non enim iudicaui ſcire me aliquid inter vos, niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum. *1.Corin.2.* Et rurſum pluuiam manabat dicens: Os noſtrum patet ad vos ô Corinthij, cor noſtrum dilatatum eſt. *2.Corin.6.* Hinc eſt quòd Moyſes qui & valida fortibus, & tenera infirmis dicturum ſe nouerat, dicebat: Expectetur ſicut pluuia eloquium meum, *Deut.32.* & deſcendẽt ſicut ros verba me. Sed ecce audiuimus quo munere gentilitas vocatur, audiamus nunc qua diſtrictione Iudæa repellitur. Audiuimus quomodo deſerta excolat, arentia infundat, audiamus nunc quomodo ea quæ quaſi videntur interna proiiciat. Neque enim ſic colligit electos ſuos, vt non etiam iudicet reprobos, neque ſic quibuſdam culpas relaxat, vt non & in quibuſdam ſeriat. Scriptum quippe eſt: Miſeri- *Eccli.5.* cordia enim & ira ab illo. Vnde hic quoque poſtquam tot dona gratiæ intulit, etiam iræ ſuæ iudicia non abſcondit. Nam ſequitur:

Caput. XXI.

DE cuius vtero egreſſa eſt glacies, & gelu de cœlo quis genuit?) Quid enim aliud in gelu vel glacie, niſi frigida & perfidiæ torpore conſtricta accipimus corda Iudæo-

A Iudæorum? Qui quondam per acceptionem legis, per cuſtodiam mandatorum, per miniſteria ſacrificij, per myſteria prophetiæ, ſic intra ſinum gratiæ, quaſi intra vterum creatoris habebantur. Sed quia veniente domino conſtricti frigore perfidiæ, feruorem fidei & charitatis amiſerunt, à ſecreto gratiæ ſinu proiecti, quaſi glacies de vtero creatoris egreſsi ſunt. Et gelu de cœlo quis genuit?) Quid hic aliud cœlum, niſi ſublimis debet intelligi vita ſanctorum? cui cœlo dicitur: Attende cœlum, & loquar. Non enim inſenſibili, ſed rationabili creaturę loquebatur. De hoc cœlo dominus ait: Cœlū mihi ſedes eſt. De qua ſede aliàs ſcriptum eſt: Anima iuſti ſedes ſapientiæ eſt. Quia ergo ſapientia eſt deus, ſi ſedes dei cœlum eſt, & anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ, cœlum eſt vtique anima iuſti. Cœlum fuit Abraham, cœlum Iſaac, cœlum Iacob. Sed quia perſecutores domini pontifices Iudæorum perfidiæ torpore frigidi, de illorum patrum progenie proceſſerunt, quaſi de cœlo gelu exiit, quia de ſublimi prole ſanctorum proceſsit frigida plebs infidelium. Cùm enim de Abraham natus eſt Caiphas, quid aliud niſi gelu de cœlo proceſsit? Quod tamen gelu idcirco dominus genuiſſe ſe dicit, quia Iudæos quos naturaliter ipſe bonos condidit, iuſto iudicio per eorum malitiam frigidos à ſe exire permiſit. Dominus enim auctor eſt naturæ, non culpæ. Genuit ergo creãdo naturaliter, quos iniquos permiſit viuere tolerando patienter. Et quia illa quondam tenera ac fidei penetrabilia corda Iudæorum, in perfidiæ poſtmodum obſtinatione durata ſunt, rectè ſubiungitur: In ſimilitudinem lapidis aquę durãtur.) Aquas enim populos accipi iam ſæpius edocuiſſe me memini. In lapide verò pro ipſa duritia aliquando gentiles populi deſignantur. Ipſi quippe lapides coluerunt. Et de his per prophetam dictum eſt: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Vnde Ioannes Iudæos aſpiciens ſe de ſtemmate generationis extollere, & gẽtiles prędens ad Abrahæ prolem fidei cognitione tranſire, ait: Ne velitis dicere intra vos, patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahę. Lapides vtique duros perfidia gentiles vocans. Quia ergo primùm Iudæa deo credidit, gentilitate omni in perfidiæ ſuæ obſtinatione remanente, poſtmodum verò ad fidem gẽtilium corda mollita ſunt, & Iudæorum infidelitas obdurata, bene dictum eſt: In ſimilitudinem lapidis aquę durantur. Ac ſi diceret. Illa mollia ac penetrabilia fidei corda Iudæorum, in inſenſibilitatem vertuntur gentium. Cùm enim miſericors deus gentes traxit, iratus Iudęam repulit. Actumq; eſt vt ſicut dudum ad percipiendam fidem gẽtilitas fuerat obdurata, ita poſtmodum ad fidẽ gentilitate ſuſcepta Iudææ populus perfidiæ torpore dureſceret. Vnde Paulus Apoſtolus eiſdẽ gentibus dicit: Sicut aliquando vos non credidiſtis deo, nunc autem miſericordiam conſecuti eſtis propter illorum incredulitatem, ita & iſti non crediderunt in veſtra miſericordia, vt & B ipſi miſericordiam conſequantur. Cõcluſit enim deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur. Quam ſentẽtiã ſuam primùm quidem de vocatione Iudęorum, & repulſione gentium, poſtmodum verò de vocatione gentium, & repulſione Iudæorum ſubtiliter penſans, ſcęque occulta dei iudicia comprehendere non poſſe conſiderans exclamando ſubiunxit: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, quàm incompreheſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Vnde hic quoque cùm de Iudæorum perfidia dominus diceret: In ſimilitudinem lapidis aquæ durantur, vt de repulſione eorum occulta eſſe ſua iudicia demonſtraret, aptè ſubdidit:

Deut. 32.

Eſaiæ. 66.

Ibidem.

Pſalm. 113.

Matt. 3.

Roma. 11.

Roma. 11.

Ibidem.

Caput. XXII.

ET ſuperficies abyſsi conſtringitur.) Quia ſuperiecto quodam ignorantiæ noſtræ velamine, incomprehenſibilitatem diuini iudicij humanæ mentis oculus nullatenus penetrat, ſcriptum quippe eſt: Iudicia tua abyſſus multa: nemo ergo perſcrutari appetat, cur cum alius repellitur, alius eligatur, vel cur cum alius eligitur, alius repellatur, quia ſuperficies abyſsi conſtringitur, & atteſtante Paulo: Inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Per hoc verò quod dictum eſt: De cuius vtero egreſſa eſt glacies, & gelu de cœlo quis genuit, etiam Satan in gelu, & glacie nil obſtat intelligi. Ipſe quippe quaſi de dei vtero glacies proceſsit, quia à calore ſecretorũ eius malitiæ torpore frigidus, magiſter iniquitatis exiuit. Ipſe gelu de cœlo eſt genitus, quia conſtricturus corda reproborũ, à ſummis cadere eſt ad ima permiſſus. Qui bene in cœleſtibus conditus, in culpę frigore mentes ſequaciũ quaſi gelu dum cecidit aſtrinxit. Qui ad terram veniens, quid in hominibus egerit, expletur cùm ſubditur: In lapidis ſimilitudinem aquæ durantur.) Per aquas nanque populi, per lapidem verò eiuſdẽ Satanæ duritia deſignatur. Illo igitur ad ima veniente, in ſimilitudinem lapidis aquę duratę ſunt, quia eius malitiam imitati homines, mollia viſcera charitatis amiſerũt. Cuius fraudulenta conſilia quia à ſeductis hominibus deprehendi non poſſunt, rectè ſubiungitur: Et ſuperficies abyſſi cõſtringitur. Aliud quippe ei intrinſecus latet, atq; aliud extrinſecus oſtendit. Transfigurat enim ſe velut angelum lucis, & callida deceptionis arte plærunque proponit laudabilia, vt ad illicita pertrahat. Abyſsi ergo ſuperficies conſtringitur, quia dum quaſi bona perſuaſionis eius ſpecies velut ſolida deſuper glacies oſtenditur in profundo latens eius malitia non videtur. Cuncta tamen hæc intelligere, & aliter poſſumus, ſi moraliter exquiramus.

D

Caput. XXIII.

MEntes nanque hominum omnipotens deus dum in ſuo timore format, quaſi concipit, easque ad aperras virtutes dum prouehit gignit, ſed ſi de acceptis virtutibus extolluntur, relinquit. Et ſæpe quoſdam cognouimus malorum ſuorum conſideratione compungi, diuini terroris pauore ferueſcere, & per pauoris exordia vſque ad virtutum ſumma peruenire, ſed dum de eiſdem virtutibus quas accipiunt extollũtur, inanis glorię laqueo aſtricti, ad antiquum torporem redeunt. Rectè ergo cùm tales dominus proiicit, dicit: De cuius vtero egreſſa eſt glacies? Quaſi enim de dei vtero glacies egreditur, quando hi qui iam intus incaluerant, ex virtutum dono frigeſcunt, & inde exteriorem gloriam torpẽtes appetunt, vnde ad interna diligenda ardentius flagrare debuerunt. Dumque iſte ſignis, ille ſcientia, iſte prophetia, ille magnis operibus pollet, atque per hæc dona placere hominibus appetit, omne quod prius intimum caluerat, exteriorẽ laudem diligens, in torporem vertit. Quaſi ergo glacies de vtero egreditur, dum poſt donorum beneficia à viſceribus pietatis ſupernæ ſeparatur. An non ſunt glacies qui in virtutibus quas accipiunt, laudes ab hominibus quærunt? Et tamen venienti iudici dona ſua ad eius memoriam reuocantes dicũt: Domine, domine: nónne in nomine tuo prophetauimus, in nomine tuo dęmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Sed quomodo hanc glaciem dominus proiiciat oſtendit, dicens: Neſcio vos vnde ſitis, diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. Hanc glaciem nunc in vtero dominus portat, quia intra ſinum Eccleſiæ tolerat. Sed tunc apertè eiicit, cùm tales à ſecretis cœleſtibus per extremum & publicum iudiciũ repellit. His itaque verbis quid apertè agitur, niſi vt beat' Iob de ſummis ſuis virtutibus humilietur, ne in hoc q̃ bene viuendo caluerat, ſuperbiendo frigeſcat, & à diuinitatis vtero repulſus exeat, ſi intra ſignum ſui cordis ſe tumidus extollat?

E

Matth. 7.

Ibidem.

F

Caput. XXIIII.

ET quia iuſto iudicio ſuperbas mentes ad culpam egredi ex accepta virtute permittit, rectè adhuc ſubiungitur: Et gelu de cœlo quis genuit?) Plærunq; enim ſacri eloquij ſcientiam præſtat, ſed dum de eadem ſciẽtia is qui accipit extollitur, ira diſtricti iudicis in ipſo ſacro eloquio cæcatur, vt exteriores fauores per illam ſequens, eius iam interna non videat, & qui intus manens calere poterat, exeundo frigeſcat, duratusque in ima corruat, qui ad cognitionem dei prius tractabilis in ſummis liquidus ſtabat. An ſacrum eloquium cœlum non eſt, quod diem nobis intelligentię aperiẽs, Sole nos iuſtitiæ illuſtrat, quod dum nos vitæ præſentis nox continet, ſtellis nobis mandatorum fulget? Sed quia oportet eſſe hęreſes, vt probati manifeſti fiant, cùm ab intellectu ſano mens ſuperba repellitur, vltione diſtricti iudicis gelu de cœlo generatur, vt cùm ipſa ſcriptura ſacra in electorum cordibus caleat, eos qui ſe ſuperbè ſcire appetunt, à ſe frigidos emittat. Ibi quippe errant, vbi corrigere errata debuerant, & dum à ſuperna intelligentia reſplendentis eloquij, & obdurati ipſi, & ſeducturi cæteros corruunt, ad ima verſentes vt gelu, & alios aſtringũt. Semetipſum tamen dominus hoc gelu gignere perhibet, nõ quo

1. Cor. 11.

prauorum

G prauorum mentes ipse ad culpam format, sed quo à culpa nō liberat, sicut scriptū est: Ego obdurabo cor Pharaonis. Quod
Exodi. 10. quia misericorditer emollire noluit, profectò districtè se obdurare nunciauit. Quia verò cùm inchoata diuini timoris virtus amittitur, propter humanas laudes virtutis imago retinet, rectè subiungitur: In similitudinem lapidis aquę durantur, & superficies abyssi constringitur.) Aquæ enim per glaciem in superficie durescunt, sed fluidæ in intimis remanent. Et quid per aquas nisi fluxa accipimus corda reproborum? Quæ cùm ex porposito virtutem deserūt, fortes se in bonis operibus per hypocrisin ostendunt, dúque in intimis suis ad vitia defluūt, & foris se sanctorum ac fortium imitatores fingunt, aquæ in similitudinem lapidis durantur, & superficies abyssi constringitur, quia per superductam sanctitatis speciem fluxa ac instabilis eorum cōscientia hominibus tegitur. Nam cùm sibimetipsis intrinsecus turpes sint, ante alienos tamē oculos quadam viuendi venustate vestiuntur. Sed ne quis hæc verba domini in bonam intelligi partem velit, debemus sic etiam quærentibus astruere, dummodo minimè iudicemur quæ perscrutanda fuerant neglexisse. Superiorenim versu dicitur: Quis est pluuiæ pater: vel quis genuit stellas roris? statimque additur: De cuius vtero egressa est glacies, & gelu de cœlo quis genuit? Si ergo dictis præcedentibus sequens sententia non dispari sensu coniungitur, profectò & in bonam partem nobis eius intel
H ligentia sine obstaculo difficultatis aperitur.

Caput. XXV.

TErra enim cùm compluitur, iactata in eam semina feracius rigantur. Sed rursum si illam pluuia immoderatius irrigat, in culmi pinguedinem frumenti virtutem mutat. Sin verò iactatum semen post pluuiam gelu premitur, quo foris citius apparere repellitur, eo intus fœcundius radicatur, & quo vetatur progredi, cogitur multiplicari, quia cùm ab immaturo ortu restringitur, ex conceptionis suæ tarditate laxatum ad fructū vberius impletur. Quid est ergo quòd dominus prius quidem patrem se pluuię insinuat, postmodū verò de suo egredi vtero glaciem narrat, seque gelu gignere de cœlo pronūciat, nisi quòd miro modo nostri pectoris terram ad suscipienda verbi semina, & prius per occultæ gratiæ pluuiam infundit, & postmodum ne in conceptis virtutibus immoderatius profluat, disciplina intimæ dispensationis premit, vt quam acceptæ gratiæ pluuia irrigat, etiam disciplinæ rigor adstringat, ne si aut antequam debet, aut plusquam necesse est conceptas virtutes proferat, fruges in herbam vertat? Plærunque enim ab inchoantibus opus bonum dum priusquā oportet ostenditur, à grano perfectionis inanitur, & plærunq; virtutes dum plusquam necesse est exuberant, exhalant. Vnde & electorum suorum dominus vel ante tempus desideria renuit, vel rursum in tempore vltra mensuram profectus premit, ne si aut antequam debent, aut plusquam debent proficiant, per
I profectus sui magnitudinem in elationis defectum cadāt. Nā cùm cor post peccata compungitur, terra quę aruerat, infusione pluuiæ rigatur, & cùm relictis iniquitatibus bona exequi opera proponit, quasi post infusionem semen accipit. Et plærique cùm desideria sancta concipiunt, in summis iam exerceri virtutibus inardescunt, vt non solum culpa operationē nō inquinet, sed nec cogitationē pulset. Et adhuc qdē in corpore positi sunt, sed nil iam perpeti de communione præsentis vitæ volunt, imitari per intentionem internam mentis stabilitatem appetunt, sed interuenientibus tentationibus reuerberantur, vt videlicet infirmitatis suæ meminerint, & elati de virtutibus quas accipiunt non sint, Quod dum mira disciplinę repressione agitur, quid aliud quàm super infusam terram gelu de cœlo generatur? Quid aliud quàm de dei vtero glacies producitur, quando de interno secreto dispensatio egreditur, & volūtates nostræ etiam in bonis desideriis frenantur? Videamus,
Roma. 7. Paulus infusa videlicet terra, quanta disciplinæ glacie premat, dum ait: Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Qui enim velle habere se asserit, iam per infusionē gratiæ quæ in se lateant semina, ostendit. Sed dum perficere bonum non inuenit, profectò indicat quanta illum dispensationis supernæ glacies premat. An ista glacies eorum corda non pressérat quibus dicebat: Vt non quęcūque vultis, illa faciatis? Ac si apertè diceret: Occulta cordis vestri semina iam prodire in frugem quærunt, sed superni moderaminis gelu premuntur, K vt tanto pòst fœcundius exeant, quanto diuini iudicij premētia pondera patientius portant.

Caput. XXVI.

ET quia plærunque humana corda quoniam erumpere ad virtutes quas appetunt non valent, eoipso quo abintentionis suæ perfectione resiliunt, tentationum stimulis fatigantur, sed tamen eaſdem tentationes cogitationum cō primunt, seque per exercitationis vsum in quodam viuendi rigore componunt, bene subditur: In similitudinem lapidis aquæ durātur. Quia etsi fluxæ cogitationes interius lacessunt, nequaquam tamen vsque ad consensum praui operis trahūt. Sed mens sub inolita bene viuendi cōsuetudine quasi sub quadam duritia exterius abscondit quicquid intus extentationis pulsatione molleſcit. Vnde & bene subiūgitur: Et superficies abyssi constringitur. Quia praua cogitatio & si vsque ad suggestionem venit, vsque ad consensum non prosilit, quia fluctuantes motus animi superductus rigor sanctę deliberationis premit. Potest etiam in gelu, vel glacie præsentis vitæ aduersitas designari, quæ dum asperitate sua sanctos comprimit, valentiores reddit. Dū enim nos omnipotens deus molestiis exerceri permittit, atque ad melioris vitę statum interueniente tristitia prouehit, miro consilio super futuram frugem gelu & glaciem gignit, vt electus quisque in hac vita tanquam in hyeme aduersa vētorum & frigorum toleret, & velut in æstiua serenitate postmodum fructus quos hìc cōceperit demonstret. L
Vnde & sponsi voce vnicuique animæ post huius mundi turbines, ad illa ęternitatis amœna properanti dicitur: Surge propera amica mea, formosa mea & veni, iam enim hyems trāsiit, imber abiit & recessit. Et quia si sola nobis assunt prospera, soluimur: ad virtutem verò melius per aduersa solidamur, rectè subiungitur: *Cant. 2.*

Caput. XXVII.

IN similitudinem lapidis aquæ durantur: Mentes enim quę per prospera molliter fluerent, constrictæ aduersitatibus durescunt, & ad similitudinē lapidis aqua perducitur, quando infirmus quisque per acceptam desuper tolerantiam passiones sui redemptoris imitatur. In similitudinem quippe lapidis aqua duruerat, cùm ille prius impatiēs persecutor postmodum Paulus dicebat: Impleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea. Et quia cùm deprimuntur aduersis, solertius interna dona custodiunt, rectè additur: Et superficies abyssi constringitur. Solet enim lætitia arcana mentis aperire, atque aperiendo amittere, aduersa verò cùm nos exterius deprimūt, interius cautiores reddūt. Post gelu itaque vel glaciem superficies abyssi constringitur, quia mens nostra ad conseruanda profunda dona quæ acceperit, ipsis aduersitatibus munitur. Abyssi enim suæ superficiem Esaias constrinxerat, cùm dicebat: Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Abyssi suæ superficiem Paulus constrinxerat, qui tot periculis ac aduersitatibus insudās, sub prætextu cuiusdam de semetipso loquit, dicens: Audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Et rursum: Parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Qui igitur foris aduersa to M lerans, ne fortasse in laudibus deflueret, arcana sua aperire metuebat, quid aliud quàm secretorum suorum abyssum per astrictam superficiem presserat? Sequitur: *Colos. 1.* *Esai. 24.* *2. Cor. 12.*

Quòd arcturum & pleiades dominus iungit, cùm de diuersis mundi partibus vnit Ecclesiam, & sanctorum varietatis licèt diuersa, vna eademque intentione prolata ostendit.

Nunquid çoniungere valebis micantes stellas pleiades, aut gyrū arcturi poteris dissipare?) Pleiades stellæ ἀπὸ τῶ πλείονος, id est, à pluralitate vocatæ sunt. Ita autem vicinæ sibi & diuisè sunt conditæ, vt & simul sint, & tamen coniungi nequaquam possint, quatenus vicinitate quadam coniunctæ sint, sed tactu disiunctæ. Arcturus verò ita nocturna tempora illustrat, vt in cœli axe positus per diuersa se vertat, nec tamen óccidat: Neque enim extra se currens voluitur, sed in loco situs, in cunctis mundi partibus nequaquam casurus inclinatur. Quid ergo est quòd homo ex terra factus, atque in terra positus de cœlesti administratione discutitur, quia pleiades coniungere non valet, quas vicinas sibimetipsis conditas, & penè coniunctas videt, quia arcturi gyrum dissipare non potest, quem tamē cernere

A nere ipſa ſua vertigine penè diſſipatum poteſt? An vt in iſtis mirabilibus auctoris potentiam penſans, infirmitatis ſuæ meminerit, & eum quem adhuc in maieſtate ſua videre non poterat q̃ ſit ineſtimabilis, in ipſa miniſteriorum cœleſtium gubernatione perpẽdat? Sed cur iſta loquimur qui ſtimulo rationis vrgemur, vt hęc verba myſticis ſenſib⁹ grauida cognoſcamus?

Caput. XXVIII.

QVid enim micãtes pleiades, quæ & ſeptem ſunt, aliud quàm ſanctos omnes denunciant, quæ inter præſentis vitæ tenebras ſeptiformis ſpiritus gratiæ nos lumine illuſtrant, qui ab ipſa mundi origine vſque ad eius terminum diuerſis temporibus ad prophetandum miſsi, & iuxta aliquid ſibi coniuncti ſunt, & iuxta aliquid diſiuncti? Stellæ enim pleiades, ſicut ſuprà dictum eſt, vicinitate ſibi coniunctæ ſunt, & tactu diſiũctę. Simul quidem ſitæ ſunt, & tamen lucis ſuæ variatim radios fundunt. Ita omnes ſancti aliis atque aliis ad prædicandum temporibus apparẽtes, & diſiuncti ſunt per viſionem ſuæ imaginis, & coniuncti per intentionem mentis. Simul micant, quia vnum prædicant, ſed non ſemetipſos tangunt, quia in diuerſis temporibus partiuntur. Quàm diuerſis temporibus Abel, Eſaias & Ioannes apparuerunt. Diuiſi quidem fuerunt tempore, ſed non prædicatione.

Gene. 4. Nam Abel redemptoris noſtri paſsionem ſignificans, agnum
Eſaiæ. 53. in ſacrificio obtulit, de cuius paſsione Eſaias ait: Sicut agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuũ. De quo
Ioan. 1. Ioannes quoque ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata
B mundi. Ecce diuiſis quidem temporibus miſſi, & tamen concorditer de redemptoris noſtri innocentia ſentiẽtes, eundem agnum Ioannes oſtendendo, Eſaias prędicendo, Abel offerẽdo locutus eſt: & quem Ioannes in oſtenſione, quem Eſaias in locutione, hunc Abel ſignificando in manibus tenuit. Quia igitur quomodo pleiades ſtellæ de humanitate redemptoris ſibi concinant diximus, nunc quomodo in oſtendenda vnitate trinitatis concorditer luceant demõſtremus. Diuerſis quippe temporibus huic mũdo Dauid, Eſaias, & Paulus apparuit, ſed tamen nullus eorum alteri diuerſum ſenſit, quia etſi ſemet ipſos non nouerant facie, vnum tamen didicerant ex diuina
Pſalm. 66. cognitione. Dauid quippe vt auctorem omnium deum in trinitate oſtenderet, dixit: Benedicat nos deus deus noſter, benedicat nos deus. Ac ne tertio deum nominans, tres deos dixiſſe putaretur: ilico vnitatem eiuſdem trinitatis inſinuans addidit.
Ibidem. Et metuant eum omnes fines terræ. Qui enim non eos, ſed eũ ſubdidit, vnum tria quę dixerat intimauit. Eſaias quoq; cùm laudem de vnitate trinitatis aperiret, Seraphin voces exprimens, ait: Sanctus, ſanctus, ſanctus, ac ne tertiò ſanctum nomi
Eſaiæ. 6. nans, vnitatem diuinæ ſubſtantiæ ſcindere videretur, adiunxit: Dominus deus ſabaoth. Quia ergo nõ domini dij, ſed dominus deus addidit, vnum exiſtere quod tertiò ſanctum vocauerat indicauit. Paulus quoque vt operationem ſanctæ tri-
Roma. 11. nitatis oſtenderet, ait: Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt o-
C mnia, atque vt vnitatem eiuſdem trinitatis intimaret, protinus addidit. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, amen. Qui igitur non ipſis, ſed ipſi ſubdidit, vnum naturaliter, tria ſecundũ perſonas innotuit, quod ſuperius tertiò idipſum dixit: Quaſi ergo & vno in loco pleiades ſitæ ſunt, quia de deo concorditer ſentiunt, & tamen ſemetipſas non tangunt: quia, ſicut dictum eſt, per huius mundi tempora diuerſa partiuntur. Quod bene
Ezech. ac breuiter Ezechiel propheta deſcribit, qui cum diuerſi generis animalia videre ſe diceret, adiunxit: Iunctæque erant pẽnæ eorum alterius ad alterum. Pennæ quippe animalium alterius ad alterum iunctę ſunt, quia etſi diſsimilia ſunt quę agũt, vno tamen eodemque ſenſu ſibi ſanctorum voces virtutesq; ſociantur. Et quanuis alius rationabiliter cuncta agendo ſit homo; alius in paſsionibus fortis aduerſa mundi non timendo ſit leo, alius per abſtinentiam ſemetipſum viuam hoſtiam offerendo ſit vitulus, alius ſe in alta rapiendo cõtemplationis volatu ſit aquila: pennis ſe tamen dum volant tangunt: quia & confeſsione vocum & virtutum ſibi vnanimitate iunguntur. Quod quia ſolius diuinę virtutis eſt, & diſiunctis temporibus miſſos in fidei prædicatione coniungere, & diſsimilibus virtutibus prædictos ſulgore intentionis vnire, rectè dicitur: Nunquid coniungere valebis micãtes ſtellas pleiades?) Ac ſi dicat, vt ego, qui vnus omnia impleo, atque in vnitatis ſenſu electorum mentes implendo coniungo. In arcturo autẽ qui per gy- D
rum ſuum nocturna ſpatia nõ occaſurus illuſtrat, nequaquam particulatim edita vita ſanctorum, ſed tota ſimul Eccleſia deſignatur, quę fatigationes quidem patitur, nec tamen ad defectum proprij ſtatus inclinatur, gyrum laborum tolerat, ſed ad occaſum cũ temporibus non feſtinat. Neque enim ad ima poli arcturus cum nocturno tempore ducitur, ſed dum ipſe voluitur, nox finitur. Quia nimirũ dũ ſancta Eccleſia innumeris tribulationibus quatitur, præſentis vitę vmbra terminat, eaq; ſtante nox pręterit: quia illa in ſua incolumitate perdurante, mortalitatis huius vita percurrit.

Caput. XXIX.

EST in arcturo quod cõſideratius poſsimus intueri. In ſeptem quippe ſtellis voluitur, & modo quidem tres ad ſumma eleuat, atq; ad ima quatuor inclinat, modo quatuor ſuperius erigit, & tres inferius premit. Sancta quoque Eccleſia cùm modo infidelibus trinitatis notitiam, modo autem fidelibus virtutes quatuor, id eſt, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam prædicat, quaſi rotatu prędicationis ſtatus ſui ſpeciem quodammodo immutat. Nam cùm quibuſdam de operibus ſuis gloriantibus confidentiam proprij laboris euacuat, & fidem trinitatis exaltat, quid aliud facit niſi tres ſtellas arcturus eleuat, quatuor inclinat? Et dum quoſdam bona opera non habentes de ſola fide pręſumere prohibet, ſed operari enixius quæ præcepta ſunt iubet, quid aliud arcturus facit, niſi quatuor ſtellas erigit, tres deponit? Videam⁹ quomo- E
do tres eleuet, quatuor deponat. Ecce per Paulum contra fidẽ de opere ſuperbientibus dicitur: Si Abraham ex operibus iu- *Roma. 4.*
ſtificatus eſt, habet gloriam: ſed non apud deũ. Quid enim ſcri *Gene. 15. &*
ptura dicit? Credidit Abraham deo, & reputatum eſt illi ad iu *Roma. 4.*
ſtitiã. Videamus quomodo quatuor eleuet, tres deponat. Ec- *Iacobi. 2.*
ce per Iacobũ de fide ſine opere ſuperbientibus dicitur: ſicut corp⁹ ſine ſpiritu mortuũ eſt, ita fides ſine operib⁹ mortua eſt. Arcturus itaque voluitur, quia ſancta Eccleſia iuxta auditorũ ſuorum mentes in diuerſo latere prædicationis arte verſatur. Arcturus voluitur: quia hæc in noctis huius tribulationibus rotatur. Sed hũc arcturi gyrum quandoque dominus diſſipat, quia labores Eccleſiæ ad requiem permutat. Tũc & pleiades. plenius iungit, cum gyrum arcturi deſtruit: quia tũc nimirum ſancti omnes etiam viſionis ſibi ſpecie copulantur, quando in fine mundi ſancta Eccleſia ab his quos non ſuſtinet laboribus ſoluitur. Dicat ergo: Nunquid coniungere valebis micantes ſtellas pleiades, aut gyrum arcturi poteris diſsipare? ſubaudis vt ego, qui tũc ſanctorum vitam etiam per ſpeciem vnio, cùm gyrum vniuerſalis Eccleſiæ corporaliter ſoluo. Et quis hominum ſolius diuinæ hoc eſſe virtutis ignorat? Sed vt cognoſcat homo quid ipſe ſit, memoretur aſsidue quid ſolus dominus poſsit. Habemus adhuc quod de ſtellis pleiadibus, atque arctu ro aliud ſentiamus. Pleiades quippe ab Oriente, arcturus verò ex parte Aquilonis ſurgit. Quocũque autem ſe per gyrum F
ſuum arcturus verterit, pleiades oſtendit, & cum lux diei iam vicina efficitur, ſtellarum eius ordo diſtenditur. Poteſt igitur per arcturum qui à plaga frigoris naſcitur, lex: per pleiades verò quæ ab Oriente ſurgunt, teſtamenti noui gratia deſignari. Quaſi enim ab Aquilone lex venerat, quæ tanta ſubditos rigiditatis aſperitate terrebat. Nam dum pro culpis ſuis alios præciperet lapidibus obrui, alios gladij morte mulctari, plaga tor pens, & velut à Sole charitatis aliena, præceptorum ſuorum ſemina plus premebat ex frigore, quàm ex calore nutriebat. Cuius oppreſsionis pondus Petrus horruerat, cùm dicebat: Quid tentatis deum, imponere iugum ſuper ceruicem diſcipu- *Act. 15.*
lorum, quod neq; patres noſtri, neque nos portare potuimus? Nec mirum quòd per arcturi ſeptem ſtellas teſtamentum vetus exprimitur, quia & veneratione legis dies ſeptimus extitit venerabilis, & per hebdomadam integram conſtituti ſacrificij vota tendebantur. Pleiades verò quæ ipſę quoque, ſicut ſuperius diximus, ſeptem ſunt, teſtamenti noui gratiam tanto apertius indicant, quanto cuncti liquidò cernimus, quòd per illam fideles ſuos ſpiritus ſanctus ſeptiformis muneris lumine illuſtrat. Quaqua igitur ſe arcturus vertit, pleiades oſtendit, quia per omne quod teſtamentum vetus loquitur, teſtamenti noui opera nũciantur. Sub textu enim literæ, tegit myſterium prophetiæ. Et quaſi inclinat ſe arcturus & demonſtrat, quia dum ad ſpiritalem intellectũ flectitur, ſignificata per illud lux gratiæ

G tiæ ſeptiformis aperitur. Et propinquante diei luce, ſtellarum eius ordo diſtenditur, quia poſtquã per ſemetipſam nobis veritas innotuit, ab obſequiis carnalib' literæ præcepta laxauit.

Caput. XXX.

REdemptor autem noſter in carne veniens, pleiades iunxit, quia operationes ſeptiformis ſpiritus ſimul in ſe, & cunctas, & manẽtes habuit. De quo per Eſaiam
Eſaiæ. 11. dicitur: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini: ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eũ ſpiritus timoris domini. De
Zacha. 3. quo Zacharias ait: Super lapidem vnum ſeptẽ oculi ſunt. At-
Zacha. 4. que iterum: Et in candelabro aureo lucernę ſeptem. Nullus verò hominũ operatione ſancti ſpiritus ſimul omnes habuit, niſi ſolus mediator dei & hominũ, cuius eſt idem ſpiritus qui de patre ante ſecula procedit. Bene ergo dicitur: Super lapidẽ vnum ſeptem oculi ſunt. Huic enim lapidi ſeptem oculos habere, eſt ſimul omnem virtutem ſpiritus ſeptiformis gratiæ in
1. Cor. 12. operatione retinere. Alius nanque prophetiam, alius ſcientiã, alius virtutes, alius genera linguarum, alius interpretationes ſermonum iuxta diſtributionem ſanctiſpiritus accipit, ad habenda verò cuncta eiuſdem ſpiritus munera nemo pertingit. At verò conditor noſter infirma noſtra ſuſcipiens, quia per di uinitatis ſuæ potentiam ſimul ſe habere omnes ſancti ſpiritus
H virtutes edocuit, micantes proculdubio pleiades iunxit: Dum verò pleiades iungit, arcturi gyrum diſipat, quia dum ſemetipſum factum hominem habere cunctas ſancti ſpiritus operationes innotuit, in teſtamento veteri literæ laborem ſoluit, vt fidelis quiſq; iam cũ libertate ſpiritus illud intelligat, cui prius in formidine inter tot diſcrimina ſeruiebat. Audiat itaq; beatus Iob: Nunquid coniungere valebis micantes ſtellas pleiades?) Ac ſi apertè diceretur: Habere quidem lumina quarundã virtutum potes, ſed nunquid exercere ſimul omnes operationes ſancti ſpiritus ſufficis? Me ergo coniungentem pleiades in cunctis virtutibus contemplare, & tu de paucis ab elatione cõpeſcere. Audi quod dicitur: Aut gyrum arcturi poteris diſſipare?) Ac ſi ei apertè diceretur: Et ſi ipſe iã quæ recta ſunt ſentis, nunquid virtute tua etiam in alienis cordibus laborẽ groſſioris intelligentiæ deſtruis? Me itaque conſidera, qui carnalium ſtultitiam corrigo, dum me per carnis ſtultitiam manifeſto, vt tanto magis hæc quæ putas virtutum tuarum fortia humilies, quanto nec veſtigia meæ infirmitatis apprehendis. Quia verò in ipſo dominicæ incarnationis myſterio aliis lux veritatis oſtenditur, aliorum verò per ſcandalum corda tenebrantur, rectè ſubiungitur:

Quòd cùm venit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum natum ex muliere, factum ſub lege, & eo apparente in fine mundi, reuelabitur homo peccati, filius perditionis.

I Nunquid producis luciferum in tempore ſuo, & veſperum ſuper filios terræ conſurgere facis?) Pater quippe in tempore
Cala. 4. ſuo luciferum produxit, quia ſcriptum eſt: Cùm venit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum, natum ex muliere, factũ ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret. Qui natus ex virgine, velut lucifer inter tenebras noſtræ noctis apparuit, quia fugata obſcuritate peccati, æternum nobis mane nũciauit. Luciferum verò ſe innotuit, quia diluculo ex morte ſurrexit, & fulgore ſui luminis mortalitatis noſtrę tetram caliginem preſ-
Apoca. 22. ſit. Cui bene per Ioannem dicitur: Stella ſplendida & matutina. Viuus quippe apparens poſt mortem, matutina nobis ſtella factus eſt, quia dum in ſemetipſo exemplum nobis reſurrectionis præbuit, quæ lux ſequatur indicauit. Veſperum verò ſuper terræ filios dominus conſurgere facit, quia infidelibus Iudæorũ cordibus dominari antichriſtum eorum merito exigẽte permittit. Qui idcirco à domino huic veſperi iuſtè ſubduntur: quia ipſi ſponte ſua filij terræ eſſe voluerunt. Terrena quippe & non cœleſtia requirentes, à perſpicienda luciferi noſtri claritate excæcati ſunt, & dum præeſſe ſibi veſperum expetunt, ſubſequentis damnationis æterna nocte merguntur.
Ioan. 5. Hinc in Euangelio dominus dicit: Ego veni in nomine pa-
1. Theſſ. 2. tris mei, & non accepiſtis me, alius veniet in nomine ſuo, & ipſum recipietis. Hinc Paulus ait: Eo quòd charitatem veritatis non receperunt vt ſalui fierẽt, ideo mittet illis deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non K
crediderunt veritati, ſed cõſenſerunt iniquitati. Nequaquam ergo ſuper eos veſper conſurgeret, ſi cœli filij eſſe voluiſſent. Sed dum viſibilia appetunt, amiſſo cordis lumine, ſub noctis duce tenebreſcunt.

Caput. XXXI.

QVod tamen ſi moraliter diſcutimus, quomodo quotidie agatur inuenimus: quia nimirum & electis lucifer oritur, & reprobis deo permittente veſper dominatur. Vnus enim atque idem ſermo dei eſt in ore prædicantis. Quẽ dum iſti gaudendo, illi verò inuidendo audiunt, claritatem ſibi luciferi in veſperi tenebras vertũt. Dum iſti humiliter vocem ſanctæ prædicationis accipiunt, quaſi ad ſtellæ lucem oculos cordis aperiunt, dum verò illi bene dicenti inuident, & non ſalutis cauſam, ſed elationis gloriã quærunt, prorumpente iniquitatis ſuæ veſpere, in ſomnũ mortis oculos claudunt. Per occultum ergo iudicium is qui electis eſt lucifer, reprobis auditoribus fit veſper, quia exhortatione ſancta qua boni ad vitam redeũt, praui deterius in culpa moriuntur. Vnde bene per Paulum dicitur: Chriſti bonus odor *2. Cor.*
ſumus deo, in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt, aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam. Verbum itaque ſuum auditoribus eſſe luciferum ſimul & veſperum vidit, per quod & alios ab iniquitate ſuſcitari, & contrà alios ſopiri in iniquitate cõſpexit. Quod quia occultis dei L
iudiciis agitur, quæ in hac vita ab hominibus comprehẽdi nõ poſſunt, rectè illic ſubdidit: Et ad hęc quis tam idoneus?) Ac ſi diceret: Idonei quidem ſumus ad hæc conſideranda quæ fiunt, ſed idonei non ſumus ad hæc inueſtiganda cur fiant. Vnde hic quoque dominus, quia aliis produci luciferum, aliis verò conſurgere veſperum dixerat, ne perſcrutari homo occulta dei iudicia audeat, ilico ſubiungit:

Quòd cauſas iudiciorum dei vel prædeſtinationem eius in hac vita nemo cognoſcat.

Caput. XXXII.

NVnquid noſti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra?) Ordinem cœli noſſe, eſt ſupernarum diſpoſitionum occultas prædeſtinationes videre. Rationem verò eius in terra ponere, eſt ante humana corda talium ſecretorum cauſas aperire. Rationem videlicet cœli in terra ponere, eſt ſupernorum iudiciorum myſteria, vel conſiderando diſcutere, vel loquendo manifeſtare. Quod vtique facere in hac vita poſitus nullus poteſt. Vt enim à paruis ad maiora veniamus, quis intelligat quæ eſſe ſecretorum ſubtilitas poteſt, quòd ſæpe vir iuſtus à iudicio, non ſolum non vindicatus, ſed etiam punitus redeat, & iniquus eius aduerſarius non ſolum non punitus, ſed etiam victor abſcedat? Quis intelligat cur viuit alius inſidians mortibus proximorum, & moritur alius qui profuturus eſſet vitæ multorum? Alius culmen potẽ- M
ſtatis aſſequitur, qui non niſi lędere ſtudet, alius tantummodo læſos defendere cõcupiſcit, & tamẽ ipſe oppreſſus iacet. Alius vacare appetit, & innumeris negociis implicat: alius negociis implicari deſiderat, & coactus vacat. Alius malè inchoans, vſque ad vitæ ſuæ terminum ad peiora protrahitur, alius bene incipiens, per longitudinem temporum proficit ad augmenta meritorum. At contrà alius malè viuens diu reſeruatur, vt ſe corrigat, alius verò bene quidem videtur viuere, ſed in hac vita eouſque durat quo ad peruerſa prorumpat. Alius in errore infidelitatis natus in errore deficit, alius in catholicæ fidei rectitudine genitus in catholicæ fidei rectitudine cõſummatur. Econtra verò alius catholicæ matris ventre editus, iuxta vitæ terminum erroris voragine deuoratur, alius autem vitam ſuã in catholica pietate conſummat, qui ortus in perfidia cũ lacte matris hauſerat virus erroris. Alius celſitudinem bene viuẽdi appetere & vult, & valet, alius nec vult, nec valet. Alius vult & non valet, alius valet & non vult. Quis ergo iſta iudiciorũ cœleſtium ſecreta diſcutiat? Quis intelligat diſcretam lancẽ æquitatis occultę? Ad cognoſcendos quippe iſtos iudiciorum ſecretorum ſinus nullus aſcendit. Dicatur ergo homini, vt ſe neſcire cognoſcat: neſcientem verò ſe cognoſcat vt timeat: timeat vt humilietur: humilietur ne præſumat in ſe: non preſumat in ſe, vt conditoris ſui auxilium requirat: & qui in ſe fidens mor-

tuus

A tuus est, auctoris sui adiutorium appetens viuat. Audiat itaque
vermistus iam quidem se sciens, sed adhuc quæ supra se sunt
nesciens: Nunquid nosti ordinem cœli, & pones rationes eius
in terra? id est, nunquid occultos ordines iudiciorum cœlestiũ
comprehendis, aut aperire humanis auribus sufficis? Beatus
igitur Iob de iudiciorum incomprehensibilium inuestigatio-
ne requiritur, ac si ei apertè diceretur: Cuncta quæ pateris, tan
to tolerare patiẽtius debes, quanto secretorum cœlestiũ igna-
rus, cur hæc pateris nescis.

Libri vicesimi noni Moralium sancti Gregorij, finis.

LIBER TRICE-
simus Moralium sancti Gre

gorij in librum beati Iob, continuans caput tricesimumoctauum textus.

Caput primum.

B Eatus Iob talia vtrum ne fecerit do-
mino interrogante requiritur, qualia
vtique facere non potest homo, vt
dum se ista facere non posse depre-
hendit, ad eum refugiat quem solum
talia, quia facere possit intelligit, atq;
ante oculos iudicis sui magis potens
appareat, si sua verius infirma cogno
scat. Quod ergo mire à domino fieri
non ignoratur, de eo diuina Iob voce requiritur. Diciturq; ei:

Quòd Iudæis in ænigmatibus, & nebula multipliciter per patres locutus sit deus, & quòd contra illum sæuiens populorum turba surrexerit, clamaueritq;, crucifige.

Nunquid eleuabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operiet te?) Vocem quippe suam in nebula dominus le-
uat, quando per prædicatorum suorum linguas ad caliginosa
corda infidelium exhortationem formar, eumq; aquarum im
petus operit, dum bene agentia membra eius turba resistentiũ
Hiere. 26. populorum premit. Hinc enim quod scriptũ est: Factum est
verbum domini ad Hieremiam prophetam, dicẽs: Sta in atrio
domus domini, loquens ad omnes ciuitates Iuda, de quibusve
Ibidem. niunt vt adorent in domo domini, vniuersos sermones quos
ego mandaui tibi. Et paulopost: Et audierunt sacerdotes &
prophetę, & omnis populus Hieremiam loquẽtem verba hæc
in domo domini. Cumque compleuisset Hieremias loquens,
apprehenderunt eum sacerdotes & prophetę, & omnis popu
lus, dicẽs: Morte moriatur. Quare prophetauit in nomine do-
mini? Ecce in nebula dominus vocem leuauit, quia obscuras
C mentes superbiẽtium directo propheta corripuit. Ecce aqua-
rum impetus eum protinus operuit, quia ab insurgentibus po
pulis, & causa suæ correptionis instigatis, ipse in Hieremiam
cuncta pertulit, qui correptionis verba mandauit. Per semet-
ipsum quoq; dominus in nebula vocem leuauit, quando præ-
sentem se etiam assumpto corpore exhibens, multa suis perse-
cutoribus, sed figuris ænigmatum velata prędicauit. In nebu-
la autem vocem leuauit, quia veritatem suam non secuturis
infidelibus quasi per caliginem sonuit. Vnde & bene in libris
3. Regũ. 8. Regum scriptum est: Nebula impleuit domum domini, & nõ
poterant sacerdotes ministrare propter nebulam. Exigenti-
bus enim meritis, dum superbi Iudęorum põtifices diuina my
steria per parabolas audiũt, sacerdotes in domo domini quasi
propter nebulam ministrare nequiuerunt. Qui & in testamen
to veteri dum sensus mysticos literæ velamine coopertos in-
ter obscuras allegoriarum caligines inuestigare despiciunt, de-
bitum fidei suæ ministerium propter nebulam perdiderunt.
Quibus & tunc in nebula doctrinæ suę vocem dominus pro-
tulit, cùm de se etiam aperta narrauit. Quid est enim apertius
Ioan. 10. quàm, ego & pater vnũ sumus? Quid apertius diceret, quàm,
Ioan. 8. Antequam Abraham fieret, ego sum? Sed quia auditorum mẽ-
tes infidelitatis caligo repleuerat, quasi emissum solis radium
nebula interiacens abscondebat.

Caput. II.

AD hanc nanq; eleuationem vocis eum aquarum im- D
petus operuit, quia contra illum mox sæuiens popu-
lorum turba surrexit. Scriptum quippe est: Propter- *Ioan. 7.*
ea ergo quęrebant eum Iudæi interficere, quia non solum sol-
uebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem
se faciens deo. De hoc aquarum impetu per Prophetam cla-
mat: Circundederunt me sicut aqua tota die, circundederunt *Psalm. 87.*
me simul. Et rursum: Saluum me fac deus, quoniam intraue- *Psalm. 68.*
runt aquæ vsque ad animam meam. Quas profectò aquas in
semetipso ante mortem, in suis autem & post ascensionẽ per-
tulit. Hinc est enim quòd & de superioribꝰ clamat: Saule, Saule, *Actor. 9.*
le, quid me persequeris? Ecce iam cœlum conscenderat, & tamẽ adhuc eum Saulus aquarum i fidelium impetu persequẽs,
& tumidior cæteris vnda tangebat. Ipse quippe est qui per bo
nos recta loquitur, ipse qui in bonorum passione laceratur.
Vt ergo mirifica dominus charitatis vnitate monstraret se es-
se, qui indignis auditoribus per sanctorum suorum ora prę-
dicaret, ait: Nunquid eleuabis in nebula vocem tuam? Vt ve-
rò ostenderet se esse qui in sanctis suis omnia aduersa pate-
retur, subdidit: Et impetus aquarum operiet te? subaudis, vt me:
quem iniqui omnes, neque per prædicantes sanctos loquentẽ
intelligunt, neque per morientes patientem vident. Narrat er
go dominus quod ab hominibus patitur, vt dolor afflicti ho-
minis mitigetur, ac si illi apertè dicat: Mea subtiliter pensa, &
tua æquanimiter tempera. Multo enim minus est te vulnera
quàm me humana tolerare. Adhuc tamen verba hęc subtilius E
perscrutari possum', si inter dona cœlestia nostra sollicitè cor-
da pensamus. Iam quidem fideles sumus, iam quæ audimus, su
perna credimus, iam quę credimus, amamus. Sed dum quibus-
dam superuacuis curis premimur, obducta confusione caliga-
mus, & cùm nobis etiam talibus mira quędam dominus de se
sentienda insinuat, quasi in nebula vocem leuat. Dum caligi-
nosis nostris mentibus per semetipsum loquitur, velut in ne-
bula is qui non cernitur auditur. Summa sunt nanque quæ de
illo cognoscimus, sed tamen adhuc eum in secreta inspiratio-
ne qua instruimur non videmus. Qui igitur cordibus nostris
præbet quidem locutionem, sed occultat speciem, velut in ne-
bula format vocẽ. Sed ecce iam verba dei intrinsecus per se-
metipsum loquentis audimus, iamq; amori eius qua cõtinua-
tione, quo studio inhærere debeamus agnoscimus, & tamẽ ab
internæ considerationis culmine ad consueta nostra ex ipsa
mortalitatis huius mutabilitate relabimur, & imminentiũ pec
catorũ mole sedula importunitate tẽtamur. Cũ ergo cæcis no
stris mẽtibus subtilia de semetipso insinuat, in nebula vocem
leuat.

Caput. III.

CVm verò tentatione vitiorum ipse de deo noster intel
lectus opprimitur, quasi aquarum impetu in voce sua
deus operitur. Tot enim super illũ aquas admittimus,
quot post inseparationem eius gratiæ, cogitationes illicitas in F
corde versamus. Nec tamen nos vel oppressos deserit, nam ili
co ad mentem redit, tẽtationum nebulas discutit, imbrem cõ-
punctionis infundit, & subtilis intelligẽtiæ solem reducit, atq;
sic ostendit quantum nos diligit, qui nos nec cùm respuitur re
linquit, vt saltẽ sic erudita humana conscientia ad se tentatio-
nes erubescat admittere, quam redemptor suus, & vagantem
nõ cessat amare. Hoc in nobis per semetipsum tolerat, hoc ab
infidelibus per suos quotidie prædicatores portat. Eius enim
donum suborta in nobis tentatione repellitur, & tamẽ ab in-
fundendo intrinsecus munere nequaquam nostra infirmitate
reuocatur. Eius publicè verba respuuntur, & tamen ab erogã-
dæ gratiæ largitate nulla infidelium iniquitate compescitur.
Nam cùm praui homines prædicamenta despiciunt, adiungit
etiam miracula quæ venerentur. Vnde post editã vocem, post
inundantium aquarum impetum aptè subiungitur:

Quòd prædicatores sancti à deo missi, non sibi, sed deo profectum prædicationis asscribunt.

Nunquid mittes fulgura, & ibunt: & reuertentia dicent ti-
bi, assumus?) Fulgura quippe ex nubibus exeunt, cũ mira ope-
ra ex sanctis prædicatoribus ostenduntur. Qui, vt sæpe dixi-
mus, ideirco nubes vocari solent, quia & coruscant miraculis,
& verbis pluunt. Et quia humana corda postquam per prędi-
cationem mota non fuerint, istis miraculorum fulgoribus cõ-
turbantur,

G turbantur,propheta atteſtãte didicimus,qui ait:Fulgura mul-
Pſalm. 17. tiplicabis, & conturbabis eos. Ac ſi diceret: Dum verba prædicationis tuæ non audiunt, per prædicantium miracula per-
Abac. 3. turbantur. Vnde aliàs ſcriptum eſt: In lumine iacula tua ibũt, in ſplendore fulgoris armorum tuorum. Iacula dei in lumine ire, eſt verba eius aperta veritate reſonare. Sed quia ſæpe homines verba vitæ etiam intellecta deſpiciunt, adiũguntur etiã miracula. Vnde illic ſubdit: In ſplẽdore fulgoris armorũ tuorũ.) Fulgor quippe armorũ eſt claritas miraculorũ. Armis nãque nos tuemur, iaculis aduerſa deſtruimus. Arma ergo cũ iaculis, ſunt miracula cũ prędicamẽtis. Sancti enim prędicatores verbis ſuis quaſi quibuſdam iaculis aduerſarios feriunt, armis verò, id eſt, miraculis ſemetipſos tuentur, vt & quantum ſint audiendi, ſonent per impetum iaculorum, & quantum ſint reuerendi, clareſcant per arma miraculorum. Caput. IIII.

DIcitur ergo ad beatum Iob: Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi, aſſumus? ſubaudis, vt mihi. Vadunt enim fulgura, cum prædicatores miraculis coruſcant, & ſuperna reuerentia auditorum corda trãſfigunt. Reuertentia verò dicunt aſſumus, cùm nõ ſibi, ſed dei viribus tribuunt, quicquid ſe fortiter egiſſe cognoſcunt. Quid eſt enim deo dicere aſſumus? quoddam nanque in hoc verbo obſequium declaratur. Reuertentes itaque prædicatores ſanctos dicere aſſumus, eſt illi laudem tribuere gratię, à quo ſe acH cepiſſe ſentiunt victoriam pugnæ, ne ſibi tribuant quod operantur. Et ire quidem fulgura operãdo poſſunt, ſed reuerti ſu-
Actor. 3. perbiendo non poſſunt. Videamus itaq; fulgur vadens. Claudo cuidam ait Petrus: Argẽtum & aurum non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Ieſu Chriſti Nazaræni ſurge & ambula. Et apprehẽſa eius manu dextra alleuauit eũ, & protinus conſolidatæ ſunt baſes eius & plantæ, & exiliens ſtetit, & ambulabat. Sed cùm hoc de facto Iudæorum fuiſſet
Ibidem. turba commota, videamus nunc fulgur rediens quod ait: Viri Iſraëlitæ quid admiramini in hoc, aut nos qd intuemini, quaſi noſtra virtute aut poteſtate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, deus Iſaac, deus Iacob, deus patrum noſtrorum glorificauit filium ſuum Ieſum. Et paulopoſt: Cuius nos teſtes ſumus, & in fide nominis eius hunc quem vidiſtis, & noſtis confirmauit nomen eius, & fides quæ per eum eſt, dedit integram ſanitatem iſtam in conſpectu omnium veſtrum. Iuit ergo fulgur, cùm Petrus miraculũ fecit, rediit cùm non ſibi tribuit, ſed auctori quod fecit. Vadũt fulgura cùm prædicatores ſancti mira opera oſtendunt, ſed reuertendo dicunt aſſumus, cùm in eo quod faciunt, ad potentiã auctoris recurrunt. Quod tamẽ intelligi, & aliter poteſt. Fulgura etenim, ſicut ſuperius dictũ eſt, ſancti viri mittuntur & eunt, cùm à ſecreto contemplationis in publicum operationis exeunt. Mittuntur & vadunt, cũ de abſcondito ſpeculationis intimæ in actiuæ vitæ latitudinẽ diI ffunduntur. Sed reuertentes dicunt deo, aſſumus, quia poſt opera exteriora quę peragunt, ſemper ad ſinum contemplationis recurrunt, vt illic ardoris ſui flammam reficiant, & quaſi extactu ſupernæ claritatis igneſcãt. Citius enim inter ipſa licèt bona exteriora opera frigeſcerent, niſi intentione ſollicita ad cõtemplationis ignem inceſſanter redirent. Vnde bene per Salo-
Eccles. 1. monem dicitur: Ad locum de quo exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. Ipſi quippe illic flumina, qui hìc fulgura ſunt vocati. Quia enim corda audientium rigant, dicuntur flu-
Pſalm. 92. mina: quia verò accendunt, fulgura vocantur. De quibus alias
Pſalm. 96. ſcriptum eſt: Eleuauerunt flumina domine, eleuauerũt flumina voces ſuas. Et rurſum: Illuxerũt fulgura eius orbi terræ. Ad locum ergo de quo exeunt flumina reuertuntur, quia ſancti viri etſi à conſpectu creatoris ſui, cuius claritatem mente conſpicere conantur, ſoras propter nos ad actiuæ vitæ miniſteriũ veniunt, inceſſanter tamen ad ſanctum contemplationis ſtudium recurrunt, & ſi in prędicatione ſua exterius noſtris auribus per corporalia verba ſe fundant, mente tamẽ tacita ad cõſiderandũ ſemper ipſum fontem luminis reuertuntur. De quibus & bene dicitur: Vt iterum fluant. Niſi enim ad contẽplandum deum ſollicita ſemper mente recurrerẽt, nimirũ interna cęcitas etiam exteriora prædicationis eorũ verba ſiccaret. Sed dum videre deum indeſinenter ſitiunt, quaſi decurſura foras flumina intus ſemper oriuntur, quatenus illic amando ſumãt, vnde ad nos prædicando defluant. Dicatur igitur rectè: Nũquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertẽtia dicẽt tibi, aſſumus? Subaudis, vt ego, qui prædicatores meos cũ voluero poſt contemplationis gratiam ad actiuæ vitæ miniſterium compono, quos tamen ſemper à bonis exterioribus ad internum culmen contẽplationis reuoco, & modo iuſſi ad exercenda opera exeant, modo reuocati ad ſpeculationis ſtudium apud me familiarius viuant. Reuertentes itaque dicunt, aſſumus, quia quanuis per exteriora acta parum quid contemplationi deeſſe videantur, per ardorem tamen deſiderij quem in mente ſua continuè accendunt, obſequentes deo ſuam præſentiam oſtẽdũt. Aſſumus nãq; dicere, eſt prẽſentes ſe amãdo mõſtrare. Sequit:

Quòd ſapientia, vel doctrina ſanctorum à deo eſt.

Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam, vel quis dedit gallo intelligentiam?) Qui hoc loco alij galli nomine deſignantur, niſi modo alio repetiti iidem prędicatores ſancti, qui inter tenebras vitæ præſentis ſtudent venturam lucem prædicando quaſi cantando nunciare? Dicunt enim: Nox præceſſit, *Rom.* dies autem appropinquauit. Qui vocibus ſuis ſomnum noſtri torporis excitant, clamantes: Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Et rurſum. Euigilate iuſti, & nolite peccare. De hoc gallo rurſum ſcriptum eſt: *Ibidem.*

Caput. V.

TRia ſunt quæ bene gradiuntur, & quartum quod fœliciter incedit, Leo fortiſſimus beſtiarum qui ad nullius pauebit occurſum. Gallus ſuccinctus lumbos, & L
Prou. aries, nec eſt rex qui reſiſtat ei. Ipſe quippe hoc loco leo po-
Leo Ch. nitur, de quo ſcriptum eſt: Vicit leo de tribu Iuda. Qui fortiſ-
figura. ſimus beſtiarum dicitur, quia in illo hoc quod infirmum eſt
Apoc. dei, fortius eſt hominibus. Qui ad nullius pauet occurſum. Di-
1. Cor. 1. cit enim: Venit princeps mundi huius, & in me nõ habet quic-
Ioan. 14. quam. Gallus ſuccinctus lumbos, id eſt, prædicatores ſancti, inter huius noctis tenebras verum mane nunciantes. Qui ſuccincti lumbis ſunt, quia à membris ſuis luxuriæ fluxa reſtringũt. In lumbis quippe luxuria eſt. Vnde & eiſdem à domino dicitur: Sint lumbi veſtri pręcincti. Et aries, nec eſt rex qui re-
Luca. 12. ſiſtat ei. Quem alium hoc loco arietem accipimus, niſi primũ intra Eccleſiam ordinem ſacerdotum? De quibus ſcriptũ eſt:
Pſalm. Afferte domino filios arietum, qui per exempla ſua gradientẽ populum quaſi ſubſequentem ouium gregem trahũt. Quibus ſpiritaliter rectéque viuentibus nullus rex ſufficit omnino reſiſtere, quia quilibet perſecutor obuiet, intentionem eorũ nõ valet præpedire. Sciunt enim ad eum quem deſiderant, & anxiè currere, & moriendo peruenire. Ponitur ergo primus leo, ſecundus gallus, tertius aries. Apparuit enim Chriſtus, deinde ſancti prædicatores Apoſtoli, & tunc demum ſpiritales patres Eccleſiarum præpoſiti, videlicet duces gregum, quia doctores ſequentium populorum. Sed hæc adhuc melius affirmamus, ſi eiuſdem loci etiam reliqua exponẽdo ſubiicimus. Nam quia M poſt hęc & antichriſtus apparebit, hoc illic quartum ſubdidit, dicens: Et qui ſtultus apparuit, poſtquã eleuatus eſt in ſublime. Si enim intellexiſſet, ori impoſuiſſet manum.) Ipſe quippe in ſublime eleuabitur, cùm deum ſe eſſe mentietur. Sed eleuatus in ſublime ſtultus apparebit, quia in ipſa eleuatione ſua per aduentũm veri iudicis deficiet. Quod ſi intellexiſſet, ori impoſuiſſet manum, id eſt, ſi ſupplicium ſuum cùm ſuperbiæ exorſus eſt, præuidiſſet, bene aliquando conditus, in tantę iactationem ſuperbiæ non fuiſſet elatus. De quo nequaquã moueat quod ſuperius dictum eſt: Quartum quod incedit fœliciter: Tria quippe incedere bene dixit, & quartum fœliciter. Non enim omne quod fœliciter, bene: neque in hac vita omne quod bene, fœliciter. Nã leo, gallus, & aries bene incedunt, ſed non hic fœliciter, quia perſecutionũ bella patiuntur. Quartum verò fœliciter, & non bene incedit, quia in fallacia ſua antichriſtus graditur, ſed iuxta breue tempus vitæ præſentis ipſa illi fallacia proſperatur, ſicut de eo ſub Antiochi ſpecie per Danielem dictum eſt: Robur datum eſt ei contra iuge ſacrificium, propter peccata, & proſternetur veritas in terra, & faciet & proſperabitur. Quod Salomon ait: Incedit fœliciter, hoc Daniel dicit proſperabitur. Iuxta hoc itaque teſtimoniũ *Dan.* quod per Salomonem dicitur: Gallus ſuccinctus lumbos, aptè etiam hoc loco gallum ſanctos prædicatores accipimus. Ad ſe ergo cuncta referens dominus dicit: Quis poſuit in viſce-

Non enim quod fœliciter, bene: non enim quod bene fœliciter.

ribus

A ribus hominis sapientiam, vel quis dedit gallo intelligentiam? Ac si aperte diceret: In cor hominis humana sapientis supernæ sapientia gratiã quis infudit? vel ipsis sanctis prædicatoribus quis nisi ego intelligentiam dedit, vt sciant quando vel quibus debeant venturum mane nunciare? Idcirco enim quãdo & quid agant sentiunt, quia hoc intrinsecus me reuelãte cognoscunt. Notandum verò est quòd sapientia diuinitus inspirata in visceribus hominis ponitur, quia nimirum quantum ad electorum numerum spectat, non in solis vocibus, sed etiam in sensibus datur, & iuxta quod loquitur lingua, viuat conscientia, vt lux eius tanto clarius resplendeat in superficie, quanto verius inardescit in corde.

Quòd pro qualitate audientium formari debeat sermo doctorum, & pro personis, & officiis, & ætatibus aliter atque aliter admonẽdi sint homines.

Magni autem laboris est hoc quod additur: Vel quis gallo dedit intelligentiam, subtiliori adhuc expositione discutere. Intelligentia quippe doctorũ tanto esse subtilior debet, quanto se ad penetranda inuisibilia exercet, quãto nil materiale discutit, quanto & per vocem corporis loquens, omne quod est corporis transit. Quæ profectò nullatenus summis conueniret, nisi cantanti eam gallo, id est, prædicãti doctori ipse summorum conditor ministraret. Intelligentiam quoque gallus accepit, vt prius nocturni temporis horas discutiat, & tunc de-
B mum voces excitationis emittat: quia videlicet sanctus quisq; prædicator in auditoribus suis prius qualitatem vitæ considerat, & tunc demum ad erudiendum congruam vocem prædicationis format. Quasi enim horas noctis discernere est prædicatorum merita diiudicare. Quasi horas noctis discernere, est actionum tenebras apta increpationis voce corripere. Gallo itaque intelligentia desuper tribuitur, quia doctori veritatis, virtus discretionis, vt nouerit quibus, quid, quando, vel quomodo inferat, diuinitus ministratur.

Caput. VI.

NOn enim vna eademq; cunctis exhortatio cõuenit, quia nec cunctos par morum qualitas astringit. Sæpe enim aliis officiunt quæ aliis prosunt. Nam & plærunque herbę quæ hæc animalia reficiunt, alia occîdunt: & lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat: & medicamentum quod hunc morbum imminuit, alteri vires iũgit: & panis qui vitam fortium roborat, paruulorum necat. Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum, vt & ad sua singulis congruat, & tamen à cõmunis ædificationis arte nunquam recedat. Quid enim sunt intentæ mentes auditorum, ni si quasi quædam in cithara tensiones stratæ chordarum? quas tangendi artifex, vt non sibimetipsis dissimile canticum faciant, dissimiliter pulsat. Et idcirco chordæ consonam modulationem reddunt, quia vno quidem plectro, sed non vno impulsũ feriuntur. Vnde & doctor quilq;, vt in vna cunctos vir-
C tute charitatis ædificet, ex vna doctrina non vna eademq; exhortatione tangere corda audientium debet. Aliter nanq; viri, aliter admonendæ sunt fœminę: aliter iuuenes, aliter senes: aliter inopes, aliter locupletes: aliter lęti, aliter tristes: aliter subditi, aliter prælati: aliter serui, aliter domini: aliter huius mundi sapientes, aliter hebetes: aliter impudentes, aliter verecũdi: aliter proterui, aliter pusillanimes: aliter impatientes, aliter patientes: aliter beneuoli, aliter inuidi: aliter simplices, aliter impuri: aliter incolumes, aliter ęgri: aliter qui flagella metuunt, & propterea innocenter viuunt, aliter qui sic in iniquitate durue runt, vt nec per flagella corrigantur: aliter nimis taciti, aliter multiloquio vacantes: aliter timidi, aliter audaces: aliter pigri, aliter prȩcipites: aliter mansueti, aliter iracundi: aliter humiles, aliter elati: aliter pertinaces, aliter inconstantes: aliter gulæ dediti, aliter abstinentes: aliter qui sua iam misericorditer tribuunt, aliter qui aliena rapere contendunt: aliter qui nec aliena rapiunt, nec sua largiuntur: aliter qui & ea quæ habent sua tribuunt, & aliena rapere non desistunt: aliter discordes, aliter pacati: aliter seminantes iurgia, aliter pacifici: aliter admonendi sunt qui sacræ legis verba non rectè intelligunt, aliter qui rectè quidem intelligunt, sed hęc humiliter non loquuntur: aliter qui cùm prædicare digna valeãt, præ nimia humilitate formidant, aliter quos à prædicatione imperfectio, vel ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit: aliter qui in hoc quod D
temporaliter appetunt prosperantur, aliter qui quidem quæ mundi sunt concupiscunt, sed tamen aduersitatis labore fatigãtur: aliter coniugiis obligati, aliter à coniugij nexibus liberi: aliter commixtionem carnis experti, aliter ignorantes: aliter qui peccata deplorant operum, aliter qui cogitationum: aliter qui commissa plangunt, nec tamen deserunt: aliter qui deserunt, nec tamen plangunt: aliter qui illicita quæ faciunt, etiam laudant, aliter qui accusant praua, nec tamen deuitant: aliter qui repentina concupiscentia superãtur, aliter qui in culpa ex consilio ligantur: aliter qui licèt minima, crebrò tamen illicita faciunt, atque aliter qui se à paruis custodiunt, sed aliquando in grauibus demerguntur: aliter qui bona nec inchoant, aliter qui inchoata minimè consummant: aliter qui mala occultè agunt, & bona publicè, aliter qui bona quæ faciunt abscondũt, & tamẽ quibusdam factis publicè, malè de se opinari permittunt. Et quidem de singulis quis sit admonitionis ordo subtiliter insinuare debuimus, sed formidata locutionis prolixitate præpedimur. Auctore autem deo in alio opere id explere appetit animus, si tamen laboriosæ huius vitæ adhuc aliquantulum tempus restauerit.

Caput. VII.

HAbemus vero aliud quod de galli huius intelligentia cõsiderare debeamus, quia profundioribus horis noctis valentiores ac productiores ædere cantus solet, cùm verò matutinum iam tempus appropinquat, leniores & E
minutiores omnimodo voces format. In quibus galli huius intelligentia quid nobis innuat, considerata prædicatorum discretio demonstrat. Qui cum iniquis adhuc mentibus prædicant, altis & magnis vocibus æterni iudicij terrores intimant, quia videlicet quasi in profundæ noctis tenebris clamant. Cũ vero iam auditorum suorum cordibus veritatis lucem adesse cognoscunt, clamoris sui magnitudinem in lenitatem dulcedinis vertunt, & non tam illa quæ sunt de pœnis terribilia, q̃ ea quæ sunt blanda de præmiis proferunt. Qui etiam minutis tunc vocibus cantãt, quia appropinquãte mane, subtilia quæque de mysteriis prædicant, vt sequaces sui eo minutiora quęque de cœlestibus audiant, quo luci veritatis appropinquant, & quos dormientes longus galli clamor excitauerat, succisior vigilãtes delectet: quatenus correcto cuilibet de regno cognoscere subtiliter dulcia libeat, qui prius aduersa iudicij formidabat. Quod bene per Moysen exprimit, cùm ad producendum exercitum tubæ clangere concisius iubentur. Scriptum nanque est: Fac tibi duas tubas argenteas ductiles. Et paulo- *Num. 10.*
post: Cum concisus clangor increpuerit, mouebuntur castra. Per duas enim tubas exercitus ducitur, quia per duo præcepta charitatis ad procinctum fidei populus vocatur. Quæ idcirco argenteæ fieri præcipiuntur, vt prædicatorum verba lucis nitore pateant, & auditorum mentem nulla sui obscuritate confundant. Idcirco autem ductiles: quia necesse est vt hi qui ven- F
turam vitam prędicant tribulationum præsentium tunsionibus crescant. Bene autem dicitur. Cùm concisus clãgor increpuerit, mouebũtur castra: quia nimirum prædicationis sermo cùm subtilius ac minutius agitur, auditorum corda contra tentationum certamina ardentius excitantur. Est adhuc aliud in gallo solerter intuendum, quia cum iam ædere cantus parat, prius alas excutit, & semetipsum feriens, vigilantiorem reddit. Quod patenter cernimus, si sanctorum prædicatorum vitam vigilanter videmus. Ipsi quippe cum verbum prædicationis mouent, prius se in sanctis actionibus exercent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excitẽt voce, sed ante se per sublimia facta excutiunt, & tunc ad bene agendum alios sollicitos reddunt. Prius cogitationum alis semetipsos feriunt, quia quicquid in se inutiliter torpet, sollicita inuestigatione deprehendunt, districta animaduersione corrigunt. Prius sua punire flętibus curant, & tunc quæ aliorum sunt punienda denunciant. Prius ergo alis insonant, quàm cantus emittãt, quia antequam verba exhortationis proferant, omne quod locuturi sunt, operibus clamant, & cùm perfectè in semetipsis vigilant, tunc dormientes alios ad vigilias vocant. Sed vnde tanta hæc doctori intelligentia, vt & sibi perfectè vigilet, & dormientes ad vigilias sub quibusdam clamoris profectibus vocet, vt & peccatorum tenebras prius cautè discutiat, & discretè postmodum lucem

G cem prædicationis ostendat, vt singulis iuxta modum, & tempora congruat, & simul omnibus quæ illos sequantur ostendat? Vnde ad tanta & tam subtiliter tẽditur, nisi intrinsecus ab eo à quo est conditus doceatur? Quia ergo laus tantæ intelligentiæ non prędicatoris virtus est, sed auctoris, rectè per eundem auctorem dicitur: Vel quis dedit gallo intelligentiam? Ac si diceret: Nisi ego, qui doctorum mentes quas mirè ex nihilo condidi, ad intelligenda quæ occulta sunt, mirabilius instruxi. Vnde bene vt in dictis prædicantium, nõ solum inspiratorem se intelligentiæ, sed etiam auctorem locutionis ostendat, adiungit:

Quòd redemptor cùm in sua maiestate videbitur, silebit omnis doctrina, & quomodo vnum diuisibiliter tria sint, & indiuisibiliter tria vnum, & manifestato ipso qui est causa causarum, creaturarum ratio palam erit.

Quis enarrabit cœlorum rationem?) Quorum tamen verba quia cum sese nobis per speciem ostenderit, subtrahit, protinus subdidit: Et concentum cœli quis dormire faciet?) In hac enim vita infirmitati nostrę dominus nõ aperta specie maiestatis suæ, sed prædicatorum suorũ voce locutus est, vt corda adhuc carnalia carnalis lingua pulsaret, & tanto facilius insueta perciperent, quanto ea per sonitum consuetæ vocis audirẽt. At postquam per mortem in puluerem caro resoluitur,
H & per resurrectionem puluis animatur, tunc de deo audire verba non quærimus: quia vnum ipsum quod implet omnia, iam per speciem dei verbum videmus. Quod nobis tanto altius sonat, quanto & mẽtes nostras vi intimæ illustrationis penetrat. Sublatis nanque orientibus & occidentibus verbis, quasi quidam sonus æternæ prædicationis fit ipsa imago internæ visionis. Vnde & rectè nunc ad beatum Iob dominus dicit: Quis enarrabit cœlorum rationem, & concentum cœli quis dormire faciet? Quid enim cœlorum ratio accipitur, nisi vis superna secretorum? Quid per cœli concentum, nisi concors prædicantium sermo signatur? Conditor igitur noster cùm cœlorum rationem narrare cœperit, dormire cœli concentum facit: quia cùm iam nobis per speciem ostenditur, nimirum prædicantiũ verba subtrahuntur. Hinc enim per Hieremiam dominus di-
Hiere. 31. cit: Non docebit vltrà vir proximum suum, & fratrem suum, dicens: Cognosce dominum. Omnes enim cognoscent me, à minimo eorum vsq; ad maximum, dicit dominus. Hinc Paulus ait: Siue prophetię euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur.

Caput. VIII.

VEl certè cœlorũ ratio, est ipsa viuificatrix virtus quæ spiritus format angelorum. Deus enim sicut est, causa causarum, sicut vita viuentium, ita etiam ratio rationabilium creaturarum. Tunc ergo cœlorum rationem dominus narrat, cùm semetipsum nobis quomodo electis spiritibus
I præsit insinuat. Tunc cœlorum rationem narrat, cùm detersa
Ioan. 16. mentis nostræ caligine, clara se visione manifestat. Vnde & in Euangelio dominus dicit: Venit hora cùm iam non in prouerbiis loquar vobis, sed palam de patre annunciabo vobis. Palam quippe de patre annunciare se asserit, quia per patefactam tunc maiestatis suæ speciem, & quomodo ipse genitori non impar oriatur, & quomodo vtrorumque spiritus vtrique coæternus procedat, ostendit. Apertè nanq; tunc videbimus, quomodo hoc quod oriundũ est, ei de quo oritur, subsequens non est, quomodo is qui per processionem producitur, à proferentibus non pręitur. Apertè tunc videbimus quomodo & vnum diuisibiliter tria sint, & indiuisibiliter tria vnum. Lingua ergo tunc narrantis dei, est visa claritas subleuantis. Et cõcentus cœli tunc dormiet, quia apparente in iudicio retributore operum, exhortationum iam verba cessabunt. Vnde & apertè ipsum resurrectionis tempus adiũgitur, cùm ilicò profertur: Quando fundabatur puluis in terram, & glebæ compingebantur?) More enim suo quæ adhuc futura sunt, quasi iam præterita diuinus sermo describit, hoc in se videlicet seruans, quod per eum dicitur: Qui fecit quæ futura sunt. Puluis itaq; tunc in terram fundatur: quia in solida membra corpus reducitur. Et glebæ compinguntur: quia nimirum firma corpora ex puluere collecta consurgunt. Sed postquam verba hæc dominica quomodo de futuro intelligenda sint diximus, nunc etiam quid de præsenti insinuent inspiciamus.

Caput. IX.

QVis enarrabit cœlorum rationem, & concentum cœli quis dormire faciet?) Cœlorum rationem dominus narrat, dum nunc insinuãdo superna secreta, electorum suorum mentes illuminat. Concentum verò cœli dormire facit, dum concordes angelorum hymnos, atque illa cœlestium virtutum gaudia reproborum cordibus iusto iudicio abscondit. Qui concentus cœli quamuis in se intrinsecus vigilet, in ipsa tamen reproborum ignorantia extrinsecus dormit. Enarratur ergo secreti cœlestis ratio, & tamen concentus cœli dormire permittitur, quia & aliis per inspirationem supernę retributionis scientia panditur, & aliis quę sit internæ laudis suauitas occultatur. Narratur cœlorum ratio, quia electorum mentibus quæ sit supernorum retributio indesinenter aperitur, vt nimirum sine cessatione proficiant, & transcurrentes visibilia, sese ad inuisibilia extendant. Omne enim visibile quod in hac vita reprobos figit, hoc electos ad alia impellit, quia dum bona quę facta sunt, respiciunt, in eum à quo facta sunt inardescunt, tantoque eum præstantius amãt, quanto illum hoc quod ipse bonum condidit præire considerant. Loquitur quippe hoc eis intrinsecus, quod silenter sonat inuisibilis lingua compunctionis. Quam tanto plenius intus
L audiunt, quanto ab exteriorum desideriorum strepitu perfectius auertuntur. His itaque concentus cœli non dormit, quia eorum mens quæ sit laudis supernæ suauitas, apposita amoris aure cognoscit. Intus enim quod appetunt audiunt, & de cœlestium bonorum præmiis ipso desiderio diuinitatis instruuntur. Vnde & præsentem vitam, non solum aduersantem, sed etiam fauentem grauiter tolerant: quia eis onerosum est omne quod cernitur, dum ab eo quod intus audiunt differuntur. Omne quod sibi præsto est, graue æstimãt: quia illud non est ad quod anhelant. indesinenter autem eorum mens ipsis temporalitatis laboribus fessa, in illud cœleste gaudiũ rẽlumendo suspenditur, dum in aure cordis intro erũpẽte concentu cœli, societatem sibi quotidie supernorũ ciuium præstolantur. Illecõ cẽtus supernæ laudis in aurem illius eruperat, qui dicebat: In- *Psalm.*
grediar in locum tabernaculi admirabilis, vsq; ad domũ dei. In voce exultationis, & confessionis, sonus ciuitatis epulãtis. Qui igitur intus vocem exultationis & confessionis ac sonum ciuitatis epulantis audierat, quid illũ aliud, nisi cœli concentus excitabat? Qui tamen cõcentus reprobis dormit, quia eorum cordibus nequaq; per vocem compunctionis innotescit. Non enim considerare illam desiderabilem supernorum ciuium frequentiam student, nullo ardoris radio illa solennitatis interne festa conspiciunt, nulla in intimis contemplationis pẽna subleuantur. Solis nanq; visibilibus seruiunt, & idcirco nil supernæ suauitatis intrinsecus audiunt, quia eos, sicut superius diximus, in aure cordis curarũ secularium surdi tumultus premit. Quia igitur occulta dispensatione iudicij quod aliis aperitur, M
aliis clauditur, quod aliis detegitur, aliis occultatur, dicatur rectè: Quis enarrabit cœlorũ rationem, & concentum cœli quis dormire faciet? Quod tamen tunc nobis latius innotuit, cùm redemptor noster per dispensationis mysterium apparens, & indignis misericordiam præbuit, & eos à se qui digni videbantur exclusit. Vnde hic quoque aptè subiungitur:

Quòd peccatores ad Ecclesiam vocati, per spiritus sancti gratiã infusi, in collectione sunt charitatis vniti, & q; in diuersis Ecclesiasticis ordinibus peccatores cõuersi tanquam diuersæ glebæ in vnitatis sacramenti concordiam conuenerunt. *Caput. X.*

QVando fundabatur puluis in terram, & glebæ compingebantur.) Quid in puluere, nisi peccatores accipimus? qui nullo rationis pondere solidati, cuiuslibet tentationis flatu rapiuntur. De quibus *Psalm.*
scriptum est: Non sic impij non sic, sed tanquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ. Puluis ergo in terram fundatus est, cùm peccatores vocati in Ecclesia, traditæ fidei sunt ratione solidati, vt qui prius inconstantia mobiles tentationis aura leuabantur, immobiles postmodum contra tentamenta consisterent, & deo perseueranter inhærentes, fixum bene viuendi pondus tenerent. Glebæ verò ex humore coagulantur & puluere. In hac itaque terra glebæ compactæ sunt, quia

A quia vocati peccatores & per spiritus sancti gratiam infusi, in collectione sunt charitatis vniti. Istæ glebæ in terra compactę sunt, quādo populi, qui prius quasi in dispersione pulueris diuersa sentiebant, postmodum sancti spiritus gratia accepta, in illa pacatissima vnanimitatis concordia conuenerunt, vt cùm essent tria milia, vel rursum quinque milia, scriptura teste diceretur, quia erat in eis cor vnum & anima vna. Has glebas ex vno quidem puluere, sed quasi diuersa mole distinctas quotidie dominus in terra compingit, quia seruata vnitate sacramēti, iuxta varietatem morum atque linguarum fideles in Ecclesia populos colligit. Has glebas iam tunc dominus designauit, quando ad esum panis & piscium quinquagenos discumbere vel centenos iussit. Quas tamen glebas si in Ecclesia ex diuersitate meritorum attendimus, fortasse adhuc distinguere subtilius valemus. Nam dum alius est ordo prædicantium, alius auditorum, alius regentium, atque alius subditorum, alius coniugum, alius continentium, alius pœnitētium, alius virginum, quasi ex vna terra est diuersa glebarum forma distincta, dum in vna fide, in vna charitate disparia demonstrātur bene operantium merita. Has glebas populus ille significauit, qui ad cōstructionem tabernaculi sub vno studio diuersa donaria obtulit, de quo scriptum est: Quicquid in cultum tabernaculi & ad vestes sanctas necessarium erat, viri cum mulieribus præbue-
B runt, armillas & inaures annulos & dextralia. Omne vas aureum in donaria domini separatum est, si quis habuit hyacinthum, purpuram, coccumque bis tinctum, byssum & pilos caprarum. In ornamēto ergo tabernaculi viri dona cum mulieribus offerunt: quia in explendo cultu sanctæ Ecclesiæ, & fortium facta sublimia & infirmorum opera extrema numerantur. Quid autem per armillas quæ lacertos astringunt, nisi prepositorum validè laborantium opera demonstrātur? Et quid per inaures, nisi subditorum obedientia exprimitur? Quid per annulos nisi signaculum secretorum? Plærunque enim magistri signant quod ab auditoribus capi non posse considerant. Et quid per dextralia, nisi primæ operationis ornamenta memorātur? Quid per vas aureum in donaria domini separatum, nisi diuinitatis intelligētia accipitur? quæ tanto ab inferiorum amore disiungitur, quanto ad sola quæ æterna sunt amanda subleuatur. Quid per hyacinthum nisi spes cœlestium? Quid per purpuram nisi cruor ac tolerantia passionum, amore regni perpetui exhibita? Et quid per bis tinctum coccum nisi charitas demonstratur, quæ pro perfectione bis tingitur, quia dei & proximi dilectione decoratur? Quid per byssum nisi immaculata carnis incorruptio? Et quid per pilos caprarum, ex quibus cilicium asperitas texitur, nisi dura pœnitentium afflictio designatur? Dum igitur alij per armillas & annulos forte ma-
C gisterium exercent: alij per inaures & dextralia deuotam obedientiam rectamque operationem exhibent: alij per separatum vas aureum præclaram subtilioremque dei intelligentiam tenent: alij per hiacynthum purpuram & coccum, audita cœlestia sperare, credere, amare non desinunt, etiam quæ adhuc subtiliori intellectu minimè cognoscunt: alij per byssum incorruptionem carnis offerunt: alij per caprarum pilos deplorant asperè, quod libenter commiserunt: quasi ex vna terra innumeræ glebæ proferuntur, quia ex vno & pari obsequio facta fidelium disparia procedunt. Quę nimirum glebę nequaquam concretæ ex puluere surgerent, nisi aquam prius puluis acciperet, & concepto se humore solidaret, quia nisi peccatores quosque sancti spiritus gratia infunderet, constrictos eos ad fidei opera charitatis vnitas nō teneret. Quando igitur dominus enarrabit cœlorum rationem, vel cōcentum cœli dormire faciet, aperiat. Ait enim: Quando fundabatur puluis in terram, & glebæ compingebantur.) Ac si diceret: Tunc primum vocatione & discretione manifesta secreta spiritalia & non sine misericordia aliis aperui, & nō sine iustitia aliis clausi, cùm alios respuerem, & alios intra Ecclesiam cōcordia charitatis adunarem. Quæ sancta Ecclesia quia perfidia Iudæorum repulsa, ad rapiendas gentes se contulit atque in suo corpore conuertendas, quod quidem non suis, sed domini viribus fecit, aptè subiungitur:

Matt.14.

Exod.35.

Quòd catuli Ecclesiastici noui testamenti prædicatores intelligantur. *Caput.XI.*

NVnquid capies leænæ prædam, aut animā catulorum eius implebis? Ista nimirum illa leæna est de qua Iob dicebat, cùm superbientem Iudæam cerneret prædicante Ecclesia prætermissam. Non calcauerunt eam filij instiD *Iob.28.* torum: nec pertransiuit per eam leæna. Huic ergo leænæ dominus prædam capit: vt animam catulorum eius impleat: quia ad augmentum huius Ecclesiæ, innumeros de gentilitate diripuit: & p animarū lucrū esurięntia apostolorū vota satiauit. Ipsi quippe catuli pro mētis teneritudine & formidinis infirmitate vocati sunt, qui passo domino clausis foribus residebant, sicut de illis scriptū est: Cùm esset sero die illo vna sabbatorū, & fo- *Ioan.20.& Luc.24.* res essent clausæ vbi erant discipuli cōgregati propter metum Iudæorum, venit Iesus, & stetit in medio eorum. Vnde hic quoque de eisdem catulis aptè subiungitur: Quando cubant in antris, & in specubus insidiantur.) Cùm enim nequaquam sancti apostoli contra membra diaboli in voce liberæ prædicationis exurgerent, & necdum post passionem domini sancti spiritus effusione solidati, redemptorem suum firma auctoritate ptædicarent, adhuc contra aduersarios suos quasi in antris insidiabantur. Clausis quippe foribus quasi in quibusdam abditis specubus suis catuli rapturi mundum cubabant, vt animarum prædam postmodum præsumentes diriperent, de quibus tunc certum est quòd mundi impetum etiam, sibimetipsis E latendo formidarent. Illis foribus clausis isti catuli mortem mortis nostræ insidiati quæsierunt: vt culpam nostram interficerent, omnēque in nobis peccati vitam necarent. Horum primo illi esurienti catulo, sed iam valēti, ostensa per linteum gentilitate, quasi monstrata præda dicitur: Macta & māduca. *Act.10.* His catulis velut adhuc infirmis, vt cubare in antris debeant *Luc.24.* iubetur, cùm eis dominica voce dicitur: Sedete hic in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto. An non rectè leænæ catuli vocantur, qui in Ecclesia editi, aduersantem mundum ore rapuerunt? Et hæc quidem facta à sanctis Apostolis nouimus, hæc nunc etiam fieri à perfectis doctoribus videmus. Ipsi enim etsi subsequentium populorum patres sunt, tamen præcedentium filij, vnde & non immeritò catuli vocantur. Vel certe quia etsi quorundam fidelium magistri sunt, vniuersalis tamen Ecclesiæ discipulos se esse gloriantur. Leænæ itaque prædam dominus capit, quia virtute suæ inspirationis ab errore vitam delinquentium diripit, & animas catulorum illius replet, quia conuersione multorum piis doctorum desideriis satisfacit. De quibus catulis bene subiungitur: Quando cubāt *Nō omnia tēpora sunt doctrinæ cō gruua.* in antris, & in specubus insidiantur.) Neque enim cuncta tempora doctrinæ sunt congrua. Nam plærunque dictorum virtus perditur, si intempestiuè proferantur. Sæpe verò & quod lenius dicitur, conuentu temporis congruentis animatur. Ille ergo scit rectè dicere, qui & ordinatè nouit tacere. Quid enim F prodest eo tempore irascentem corripere, quo alienata mente *Rectè scit dicere qui & ordinatè scit tacere.* non solum aliena verba percipere, sed semetipsum vix valet tolerare? Furētem quippe qui per inuectionem corripit, quasi ei qui non sentiat plagas ebrio imponit. Doctrina itaque vt peruenire ad cor audientis valeat, quæ sibi congrua sint temporum momenta perpendat. Bene ergo de his catulis dicitur: *Furēs frustra per inuectionem corripitur.*

Quando cubant in antris, & in specubus insidiantur.) Doctores enim sancti quando & arguenda conspiciunt, & tamen se per silentium in cogitationibus retinent, quasi in specubus latent, & velut in antris se contegunt, quia in suis cordibus occultentur. Sed cùm opportunum tempus inuenerint, repentè prosiliunt, nulla quæ dicenda sunt reticent, & ceruicem superbientium morsu asperæ increpationis tenent. Siue itaque per Apostolos siue doctores quos in Apostolorum locum subrogauit, huic leænæ dominus quotidie prædam capit, & per eos quos cepit, alios etiam capere non desistit. Ad hoc quippe iusti huius mundi peccatores rapiunt, vt per conuersos eos etiam alij ex mundo rapiantur. Vnde & ipsa gentilitas quæ pio Apostolorum ore rapta est, tanta nunc fame alios esurit, quanta se ab Apostolis concupitam fuisse cognoscit. Proinde & aptè subiungitur:

Quòd non tantum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus Ecclesia doctores accepit, quorum pulli in discussione Euangelij longè latéque euagati sunt.

Caput.XII.

G QVis præparat coruo escam suam, quãdo pulli eius ad deum clamant, vagantes eo quòd non habeant cibos? Quid enim cœrui pullorumq; eius nomine, nisi peccatis nigra gentilitas designatur? De qua per
Psal. 146. prophetam dicitur: Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Iumenta quippe escã accipiũt, dum sacræ scripturæ pabulo mentes dudum brutæ satiantur. Pullis vero coruorum, filiis scilicet gẽtium esca datur, cùm eorum desiderium nostra cõuersatione reficitur. Iste coruus esca fuit, dum ipsum sancta Ecclesia quæreret. Sed nũc escam accipit, quia ipse ad conuersionem alios exquirit. Cuius videlicet pulli, id est, prædicatores ex eo editi, non in se præsumunt, sed in viribus redemptoris sui. Vnde bene dicitur: Quando pulli eius ad deum clamant: Nihil enim sua virtute posse se sciunt. Et quanuis animarum lucra piis votis esuriant, ab illo tamen qui cuncta intrinsecus operatur, hæc fieri exoptãt. Vera enim fide comprehendunt, quia neque qui plãtat est aliquid, neque
1. Corin. 3. qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Quod vero dictum est: Vagantes eo quòd non habeant cibos, in hac vagatione nihil aliud quàm æstuantium prædicatorum vota signantur. Qui dum in Ecclesiæ sinum recipere populos ambiunt, magno ardore succensi, nunc ad hos, nunc ad illos colligendos desiderium mittunt. Quasi quædam quippe vagatio est ipsa cogitationis æstuatio, & velut ad loca varia mutatis nutibus
H transeunt, dum pro adunãdis animabus in modos innumeros, ac in partes diuersas esuriente mente discurrunt.

Caput. XIII.

HAnc vagationem pulli coruorum, id est, filij gẽtilium ab ipso gentiũ magistro didicerũt. Ipse quippe quàm valida charitate flagrat, tam nimia ex locis ad loca se vagatione permutat, transire ad alia ex aliis appetit, quia ipsa
Roma. 1. eum quæ implet, charitas impellit. Longè nanque à Romanis positus scribit: Memoriam vestri facio semper in orationibus meis, obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperũ iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos, desidero enim vi-
2. Cor. 12. dere vos. Retentus Ephesi Corinthiis scribit: Ecce tertiò paratus sum venire ad vos. Rursum Ephesi commorans Galatis
Galat. 4. loquitur, dicẽs: Vellem modo esse apud vos, & mutare vocem meam. Romæ quoque custodia carceris clausus, quia ire ad
Philip. 2. Philippenses per semetipsum non permittitur, transmittere se discipulum pollicetur, dicens: Spero in domino Iesu Timotheum me citò mittere ad vos, vt & ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt. Cõstrictus etiã vinculis atq; Ephesi
Coloss. 2. retẽtus. Colossensibus scribit: Nam si corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum. Ecce quomodo sancto desiderio quasi vagatur, hic corpore tenetur: illuc spiritu ducitur, & paterni amoris affectum istis præsentibus exhiber, illis absentibus ostẽdit: coràm positis impendit opera, audientibus exprimit vota,
I efficaciter præsens eis cum quibus erat, nec tamen illis absens cum quibus nõ erat. Cuius vagationem melius cognoscimus,
1. Cor. 16. si eius adhuc ad Corinthios verba pensamus. Ait enim: Veniã ad vos cùm Macedoniam pertransiero. Nam Macedoniam pertransibo, apud vos autem forsitã manebo, vel etiam hyemabo. Perpendamus quæso quæ sit ista vagatio. Ecce alio interim manet: alio se iturum perhibet, atque alio deflexurum promittit. Quid est quòd tam anxiè per tot loca partitur, nisi quòd circa omnes vna charitate constringitur? Charitas enim quæ diuisa vnire consueuit, vnum cor Pauli per multa diuidi compellit. Quod tamen tanto arctius in deo colligit, quanto latius per sancta desideria spargit. Prædicando igitur Paulus vult simul omnia dicere: amando vult simul omnes videre, quia & in carne permanendo, vult omnibus viuere, & de carne transeundo, per sacrificium fidei vult omnibus prodesse. Vagentur itaque pulli coruorum, id est, magistrum suum imitentur filij gentium, torporem mentis excutiant, & cùm animarum lucrum, id est, cibum suum minimè reperiũt, nõ quiescant: ad profectum se ex profectibus extendant, & æstuantes in vtilitate multorum, refectionem suam quasi vagantes esuriant. Quia vero per prædicationum opera discurrendo, refectione fidei gentilitatem satiare non cessant, dicatur rectè: Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius ad deum clamant, vagantes eo quòd non habeant cibos?

Caput. XIIII.

POtest etiam corui nomine, nigra per infidelitatis meritum plebs Iudaica designari. Nam pulli eius ad deum clamare referuntur, vt eidem coruo à domino esca præparetur: quia nimirum sancti apostoli plebis Israëliticæ carne generati, dum pro gente sua preces ad dominum funderent, quasi pulli coruorum eum de quo carnaliter ẽditi sunt, spiritali intelligentia parentem populum pauerunt. Igitur dum pulli eius clamant, coruo esca præparatur: quia dum Apostoli exorãt, plebs dudum perfida, ad cognitionem fidei ducitur, & ex prædicatione filiorum quasi ex pullorum voce satiatur. Illud tamẽ in hoc versu debemus solerter intueri, quòd huic coruo esca dicitur primùm pullis clamantibus, & postmodum vagãtibus præparari. Clamantibus nãque pullis coruo esca præparata est, cùm prædicantibus apostolis verbum dei Iudæa audiens, modo in tribus milibus, modo in quinque milibus spiritali est intelligentia satiata. Sed cùm reproborum multitudo crudelitatem suam contra prædicantes exerceret, & quasi pullorum vitam necaret, idem pulli in vniuersa mundi spatia dispersi sunt. Vnde & eisdem carnalibus patribus spiritali prædicationi resistentibus dicunt: Vobis oportebat primùm loqui verbum dei, sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes: scientes profectò, quòd postquam gentilitas crederet, etiam Iudæa ad fidem veniret. Vnde & scriptum est: Donec plenitudo gentium introiret, & sic omnis Israël saluus fieret. Quia igitur summopere sancti apostoli, & studuerunt prius audientibus prædicare: & postmodum resistentibus exempla conuersæ gentilitatis ostẽdere, quasi esurientes pulli huic coruo escam suam prius clamando, & postmodum vagando quæsierunt. Vnde enim vagãtur pulli, inde escam coruus inuenit: quia dum per laborem prædicantium conuersam ad deum gentilitatem Iudaicus populus respicit: ad extremum quandoque stultitiam suæ infidelitatis erubescit, & tunc scripturæ sacræ sententias *intelligit*, cùm priusquam sibi eas gentibus innotuisse cognoscit, atque expleta vagatione pullorum, ad percipienda sacra eloquia os cordis aperit: quia peractis in mundum cursibus Apostolorũ, sero ea spiritaliter percipit, à quibus diu se perfidia adstringente ieiunauit. Quæ quia omnia solius diuinæ potentiæ virtus operatur, rectè dicitur: Quis præparat coruo escam suam quando pulli eius ad deum clamant, vagantes eo quòd nõ habeant cibos? Subaudis, nisi ego, qui infidelem populum filiis suis & exorantibus tolero, & prædicantibus parco, atque ad alia vagantibus conuertendum, quandoque in fine sustineo.

Caput. XV.

EST adhuc aliud, quod de coruo moraliter possit intelligi. Editis nanque pullis, vt fertur, escam plenè præbere dissimulat priusquam plumescendo nigrescant, eósque inedia affici patitur, quoadusque in illis per pennarum nigredinem sua similitudo videatur. Qui huc illucque vagantur in nido, & ciborum expetunt aperto ore subsidium. At cùm nigrescere cœperint, tanto eis præbenda alimenta ardentius requirit, quanto illos alere diutius distulit. *Coruus* profectò est doctus quisque prædicator, qui magna voce clamat, dum peccatorum suorum memoriam atque *cognitionem* infirmitatis propriæ, quasi quandam coloris nigredinem portat. Cui quidem nascuntur in fide discipuli, sed fortasse adhuc considerare nigredinem infirmitatis propriæ nesciunt: fortasse à peccatis præteritis memoriam auertunt, & per hoc eam quam assumi oportet contra huius mundi gloriam humilitatis nigredinem non ostendunt. *Hi velut ad accipiendas escas os aperiunt, cùm doceri de secretis sublimibus quærunt.* Sed eis doctor suus alimenta *prædicamentorum* sublimium tanto minus tribuit, quanto illos peccata *præterita* minus dignè deflere cognoscit. Expectat quippe atque admonet, vt à nitore vitæ præsentis prius per pœnitentiæ lamenta nigrescãt, & tunc demum congrua prædicationis subtilissimæ nutrimenta percipiant. Coruus in pullis ora inhiantia respicit, sed ante in eis pennarum nigredine indui corporis quærit. Sic & discretus doctor interna mysteria eorum sensibus non ministrat, quos adhuc ab hoc seculo nequaquam se abiecisse considerat. Quanto igitur discipuli exterius per cultum vitæ præsentis minus quasi nigri sunt, tãto per cibum verbi interius minus replentur: & quo se à corporali gloria non euacuant,

eo à spiritali

A ca Aquilini refectione ieiunant. Si vero in confessione vitæ præteritæ lucenti sui gemitus velut nigrescentes plumas proferant, illico in cõtemplationẽ doctor ad escam de sublimibus deferendam, quasi pullorum refectionem cogitans coruus volat, eisque hiantibus in ore cibum reuocat, dum ex ea intelligentia quam cœperit, esurientibus discipulis alimenta vitę loquendo subministrat. Quo tanto ardentius de supernis reficiũ, quanto verius à mundi nitore nigrescere pœnitentiæ lamentatione cognoscit. Pulli autem dum nigro sẽ pennarum colore vestiunt, de se etiam volatũ promittunt: quia quo magis discipuli abiecta de se sentiunt, quo magis sese despicientes affligunt amplius eo spem profectus sui in altiora pollicentur. Vnde & curat doctor festinãtius alere, quos iam per quædam indicia prouidet posse & aliis prodesse. Hinc enim Timotheũ Paulus admonet, velut plumescentes pullos sollicitius nutrire, dum dicit: Quæ audisti à me per multos testes: hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt, & alios docere. Que doctrinæ discretio dum cautè à prædicatore custoditur, ei diuinitus largior copia prædicationis datur. Dum enim per charitatem compati afflictis discipulis nouit, dum per discretionem congruum doctrinæ tempus intelligit, ipse non solum

B pro se, sed etiam pro eis quibus laboris sui studia impendit, maiora intelligentiæ munera percipit. Vnde hic quoque aptè dicitur: Quis præparat coruo escam suam quando pulli eius ad deum clamant, vagantes eo quòd non habeãt cibos? Cùm enim pulli vt satientur, clamant, coruo esca præparatur: quia dum verbũ dei boni auditores esuriunt, pro reficiendis eis maiora doctoribus intelligentiæ dona tribuuntur. Sequitur:

1.Tim.4.

Textus capitis xxxix. libri beati Iob.

NVnquid nosti tẽpus partus ibicum in petris, vel parturientes ceruas obseruasti? Dinumerasti menses conceptus earum, & scisti tempus partus earum? Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt. Separantur filij earum, & pergunt ad pastum: egrediuntur, & non reuertũtur ad eas. Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis soluit? Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis. Contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit. Circunspicit montes pascuæ suæ, & virẽtia quæq; perquirit. Nũquid volet rhinoceros seruire, aut morabitur ad præsepe tuum? Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo, aut cõfringet glebas vallium post te? Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos? Nunquid credes illi quoniam sementem reddat

C tibi, & aream tuam congreget? Penna struthionis similis est pennis herodij & accipitris. Quãdo derelinquit ouа sua in terra, tu forsitã in puluere calefacies ea: Obliuiscitur, quòd pes conculcet ea, aut bestia agri cõterat. Duratur ad filios suos quasi non sint sui, frustra laborauit, nullo timore cogente. Priuauit enim eam deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam. Cùm tempus fuerit, in altum alas erigit, deridet equum & ascensorem eius. Nunquid præbebis equo fortitudinẽ, aut circundabis collo eius hinnitum? Nunquid suscitabis eũ quasi locustas? Gloria narium eius terror, terram vngula fodit. Exultat audacter, in occursum pergit armatis. Cõtemnit pauorem, nec cedit gladio. Super ipsum sonabit pharetra, vibrauit hasta & clypeus. Feruens & fremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem. Vbi audierit buccinam, dicit Vah. Procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus. Nũquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad Austrum? Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? In petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus. Inde contemplatur escam, & de longe oculi eius prospiciunt. Pulli eius lambunt sanguinem, & vbicunque cadauer fuerit, statim adest. Et adiecit dominus, & locutus est ad Iob. Nũquid qui cõtendit cum deo, tam facile conquiescit? Vtique qui arguit deum, debet & respondere ei. Respondens autem Iob domino dixit: Qui leuiter locutus sum, respondere quid possum? Manum meam ponam super os meum. Vnum locutus sum, quod vtinam non dixissem, & alterum, quibus vltrà non addam.

D

Quòd præpositi sanctæ Ecclesiæ, quia eorum onera portant, quos affectu nimio deo pariunt, ceruæ vocantur: ibices vero auditores, qui patrum prouocati exemplis, scilicet patientia Dauid, castitate Ioseph, abstinentia Danielis, quasi in huius mundi petris sancta his similia parturiunt opera.

Caput. XVI.

E

NVnquid nosti tẽpus partus ibicum in petris, vel parturientes ceruas obseruasti?) Meridiana pars ibices aues vocat, quæ Nili fluentis inhabitãt. Oriẽtalis verò Occidentalisque plaga parua quadrupedia ibices nominat quibus & moris est in petris parere, quia neq; sciunt nisi in petris habitare. Quæ si quando etiã de altis saxorum cacuminibus ruunt, in suis se cornibus illæsa susципiunt. Caput quippe ruentes feriunt, cuius dum prima cornua opponunt, sit omne corpus à iactura casus alienum. Ceruarum verò moris est, inuentos serpentes extinguere, eorumque membra morsibus dilaniare. Fertur autem, quia si quando flumina transeunt, capitum suorum onera dorsis precedentium superponunt, sibique inuicem succedentes, laboren ponderis omnino non sentiunt. Quid est ergo quòd beatus Iob de partu ibicum ceruarumq; discutitur, nisi quia in ceruis vel ibicibus magistrorum spiritaliũ persona signatur? Ipsi quippe velut ibices in petris pariunt: quia in doctrina patrum, qui petræ pro soliditate vocati sunt, ad conuersionem animas gignunt. Ipsi velut ibices nullius casus damna sentiunt, dũ in suis cornibus excipiuntur: quia quicquid eis ruinæ temporalis accesserit, in testamentis sacræ scripturæ se susципiunt, & quasi cornuum exceptione saluantur. De his enim testamentis dictum est: Cornua sunt in manibus eius. Ad scripturarum ergo consolationem refugiunt, dum aliqua temporalis casus iactura feriuntur. An non more ibicum huius mundi aduersitatibus, quasi in suis se cornibus cadẽs excipiebat Paulus, cùm diceret: Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus? Ipsi etiam ceruæ vocati sunt, sicut per Hieremiam de doctoribus genitos filios incautè deferentibus dicitur: Cerua in agro peperit, & reliquit. Ipsi more ceruarum interemptis vitiis, quasi intinctis serpentibus viuunt: & de ipsa extinctione vitiorum, ad fontem vitæ acrius inardescũt. Vnde Psalmista ait: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Ipsi etiam dum labentia huius temporalitatis momenta, quasi quædam flumina transeunt, compatientes charitate onera sua sibi inuicem superponunt, quia cauta obseruatione custodiũt, id quod scriptum est: Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Quia verò post aduentum domini spirites magistri per mundum sparsi sunt, qui auditorum animas in conuersione parere prædicando potuissent: & quia hoc idem tempus incarnationis domini ante prophetarum voces cognitum non fuit, quanuis futura ipsa incarnatio prœcognita omnibus electis fuit: bene beatus Iob de tempore partus ibicum ceruarumque discutitur, eique dicitur: Nunquid nosti tempus partus ibicum in petris, vel parturiẽtes ceruas obseruasti?) Ac si dicatur ei: Idcirco te egisse aliquid sublimiter credis: quia illud tempus necdum præuides, quo spiritales magistri in mundum missi, per doctrinam antiquorum patrum filios generant, suisque laboribus animarum mihi lucra comportãt. Nam si illorum fructum quasi ibicum, ceruarũque partus aspiceres, valde humiliter de tua virtute sentires. Magna quippe

F

Roma.15.

Hiere.14.

Abac.3.

Psalm.41.

Galat.6.

G quæ agimus, quasi minima ducimus, cùm hęc per fortia exempla pęsamus. Sed tunc apud deum crescunt per meritum, cùm apud nosmetipsos per humilitatem decrescunt.

Caput. XVII.

POssunt verò ceruarum significatione doctores, appellatione autem ibicum qui animalia sunt minima, auditores intelligi. In petris verò ibices pariunt: quia ad exercęda sancta opera per exempla patrum præcedętium fœcundantur, vt cùm fortasse præcepta sublimia audiunt, & infirmitatis propriæ conscij, ea se implere posse diffidunt, maiorum vitam cõspiciãt, atq; in eorum considerata fortitudine bonorum operum fœtus ponant. Vt enim pauca de multis loquar, quatenus studiosus lector multa in paucis intelligat, istæ verborum cõtumeliis pressus, cùm virtutẽ patientiæ seruare non sufficit: Dauid factũ ad memoriã reducit, quẽ cùm tot Semei conuiciis vrgeret, & armati proceres vlcisci contenderent,
2. Reg. 14. ait: Quid mihi & vobis filij Saruię? Dimittite eũ vt maledicat: dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid. Et quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? Et paulopost: Dimittite eũ vt maledicat iuxta prȩceptum domini: si forte respiciat dominus afflictionem meã, & reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna. Quibus profecto verbis indicat, quia pro perpetrato Bersabeæ scelere, exurgentem contra se filium fugiens, reduxit ad animum malum quod perpetrauit, & æqua-
H nimiter pertulit quod audiuit: & contumelioſa verba nõ tam conuitia quàm adiutoria credidit, quibus se purgari, sibiq́ue misereri posse iudicauit. Tunc enim illata conuitia bene toleramus, cùm in secreto mentis ad mala perpetrata recurrimus. Leue quippe videbitur, quòd iniuria percutimur, dum in actione nostra cõspicimus, quia peius est quod meremur: sicq́; fit, vt contumeliis gratia magis quàm ira debeatur, quarum interuentu deo iudice pœna grauior declinari posse confiditur.

Caput. XVIII.

ECce alius dum mundi huius successibus proficit, lenocinante cordis lætitia tẽtari se luxuriæ stimulis sentit: sed si Ioseph factum ad memoriã reuocat, in arce se castitatis seruat. Qui dum sibi à domina cõspiceret pudicitiæ damna
Gen. 39. suaderi, ait: Ecce dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua: nec quicquã est quod nõ in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi præter te, quæ vxor eius es, quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in dominum meum? Quibus verbis ostenditur, quia bona quę assecutus fuerat, repẽte memoriæ intulit, & malum quòd se pulsabat, euicit: & quia perceptæ gratiæ meminit, vim culpę imminentis fregit. Cùm enim voluptas lubrica tentat in prosperis, hæc ipsa sunt prospera aculeo tentationis opponenda, vt eo erubescamus praua cõmittere, quo nos à deo meminimus gratuitò bona percepisse, & illatã gratiam exteriorum munerum vertamus in arma virtutum, vt sint ante oculos quæ percepi-
I mus, & quæ nos alliciunt, subigamus. Quia enim voluptas ipsa ex prosperitate nascitur, eiusdem prosperitatis est cõsideratione feriẽda, quatenus hostis noster vnde oritur, inde moriatur. Considerandum quippe est, ne acceptum munus vertamus in vitium, ne per fauorem vitæ nos absorbeat vorago nequitiæ. Iram nanque contra nos superni iudicis inextinguibiliter accendimus, si contra benignitatem illius, etiam ex ipsa sua largitate pugnamus. Alius internæ scientiæ dulcedinem quærẽs,
Danie. 10. nec tamen secreta eius contingere prævalens, Danielis vitam ad imitandum conspicit, & desideratum scientiæ culmen apprehendit. Ille quippe qui postmodum voce angelica pro cognitionis internæ concupiscentia vir desideriorum dicitur: prius in aula regia carnis in se desideria edomuisse memoratur: vt nil ex delectabilibus cibis attingeret, sed lautis ac mollioribus duriora atque asperiora cibaria præferret: vt dum sibi exterioris cibi blandimenta subtraheret, ad interni pabuli delectamenta peruenire: & tanto auidius gustum sapientiæ intus acciperet, quanto saporem carnis pro eadem sapientia foris robustius represisset. Si enim à carne hoc quodlibet abscindimus, mox in spiritu quod delectet, inuenimus: intentioni quippe animæ, si exterior euagatio clauditur, interior secessus aperitur. Nam quo extra se spargi propter disciplinam mens non potest, eo super se tendere per profectum potest: quia & in altum crescere arbor cogitur, quæ per ramos diffundi prohibetur. Et cùm riuos fontis obstruimus, fluenta surgere K ad superiora prouocamus. Igitur dum studiosi quique sanctorum vitam imitando conspiciunt, in petris ibices fœtus ponunt. Hinc est quòd auditores suos quasi ibices in petris parere Paulus admonet, cùm enumeratis maiorum virtutibus diceret: Habentes tantam impositam nubem testium: deponen- Heb.
tes omne pondus, & circunstans nos peccatum, per patiẽtiam curramus ad propositum nobis certamen. Et rursum: Quo- Hebr.
rum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem.

Caput. XIX.

SEd cùm diuina præcepta corde concipimus, non statim quasi iã solidè cogitata parturimus. Vnde & beatus Iob non de partu ibicum, sed de tempore partus inquiritur. Quod videlicet tempus, dum in nobismetipsis vix cõprehendimus, multo magis in aliena mente nescimus. Prius enim superni timoris semina vtero cordis susceptа, per meditationem studij coagulantur vt maneant: postmodum stricta intentione cogitationis affixa, dum ad discretionem rationis tendunt, quasi in membrorum distinctionem formantur: dehinc vsu perseuerantiæ cõfirmata, velut in soliditatem ossium veniunt: ad extremũ verò perfecta auctoritate roborata, quasi in partum procedunt. Quæ incrementa diuinorum seminum nullus in aliena mente considerat, nisi ipse qui creat. Nam etsi quem- L
libet iam vim supernæ concupiscentiæ concepisse quarundam rerum attestatione cognoscimus: quando tamen in partu erũ- L
pat, ignoramus. Sæpe autem cõcepta mente semina peruenire ad perfectionem nequeunt, quia oriendo tempus partus antecedunt. Et quia necdũ plenè in cogitatione formata ante humanos oculos prodeunt, velut abortiua moriũtur. Bona quippe adhuc tenera plærunq; humana lingua, dum iam quasi fortia laudat, extinguit. Tanto enim celerius occidũt, *quanto ad fauoris notitiam intempestiuè prorumpunt. Nonnunquã vero imperfecta nostra cogitatio necdum roborata, dum citius hominibus ostẽditur, resistentiũ aduersitate dissipatur: & cùm conatur ante tempus videri quia sit, quasi agitur vt nõ sit. Sancti autem viri, quia cuncta quæ bene cogitant, studeant vt occultè conualescant, & quasi processuros fœtus prius intra vterum mentis formant: rectè beatus Iob de partus tẽpore discutitur, quod videlicet vnicuique quando sit congruum, nisi à creatore nescitur. Qui dum penetralia cordis aspicit, quãdo ad humanam notitiam bona nostra congruè nascantur, apprehẽdit. Bene itaque dicitur: Nunquid nosti tempus partus ibicum in petris?) Ac si apertè dicat: vt ego, qui idcirco electorũ fœtus viuaces facio, quia præscito in tempore produco. Bene autem expleto fœtu auditorum subditur: Vel parturientes ceruas obseruasti? Parturientes enim ceruas obseruare, est illos labores patrum qui spiritales filios generant, cauta consideratione pensare. Solerter quippe intuẽdum est, quòd hic sermo tam vigilanter imprimitur, vt dicatur obseruasti: quia vtique M
perpaucorum est pensare quis labor sit in prędicationibus patrum: quantis doloribus, quasi quibusdam conatibus animas in fide & conuersatione parturiunt, quàm cauta se obseruatione conspiciunt: vt sint fortes in præceptis, compatientes in infirmitatibus, in minis terribiles, in exhortationibus blandi, in ostendendo magisterio humiles, in rerum temporalium contemptu dominantes, in tolerandis aduersitatibus rigidi: & tamen dum vires suas sibimet non tribuunt infirmi, quantus sit eis dolor de cadentibus, quantus sit de stãtibus timor, quo feruore alia adipisci appetunt, quo pauore alia adepta cõseruant. Quia igitur perpaucorum est ista pensare, bene ei dicitur: Vel parturientes ceruas obseruasti.

Caput. XX.

NIl verò obstat, quod verba deus de doctoribus faciẽs nõ ceruorum, sed seruarum eos specie designat, quia nimirum illi veri doctores sunt, qui cùm per vigorẽ disciplinæ patres sunt, per pietatis viscera esse matres nouerunt. Qui labores sanctæ conceptionis tolerant, & proferendos deo filios intra vterum charitatis portant. In edenda enim prole amplius matres laborant, quæ crescentem intra vterum conceptionem, longo mensium tempore sustinent: & quæ ex vtero procedẽtem non sine magnis doloribus deponunt. Vnde & hic apta consideratione subiungitur:

Quòd

Quo ab discreti viri non passim ad prædicandum exiliunt, sed ex tempore mensuram tritici erogandam per conceptum desiderium intra se fouent, donec congruè formentur, similem in omnibus formam iustitiæ præbentes quorum non solum fructus, sed etiam pios conatus iustus dinumerat arbiter.

Dinumerasti menses conceptus earum?) Sancti enim viri cùm de profectu auditorum cogitant, quasi iam in vtero conceptionem portant. Sed cùm nonnulla quæ dicenda sunt, differunt, & aptum suis exhortationibus tempus quærunt, velut à partu quem fieri appetunt, in mensium prolixitate dilatantur. Et sæpe dum quædam quæ sentiunt, intempestiuè dicere audientibus nolunt: in ipsa tarditate proferendæ sententiæ, siue ad hæc quæ suadenda sunt: seu ad illa quæ increpanda, cõsilio altiori firmantur. Et dum cogitatur vita filiorum, nec tamen ante tempus lingua consilium mentis eiicit, quasi iam cõcepta soboles intra vterum crescit: vt ad auditorum notitiã tunc sententia cordis exeat, quando prolata vtiliter, quasi per congruũ tempus partus viuat. Et quia hæc homines in magistrorũ mẽte, quando vel quodomo agantur, ignorant: deus vero ad retributionis gloriam non solum effectum cõsiderat, sed etiam momenta cogitationum signat, rectè ad beatum Iob dicitur: Dinumerasti menses conceptus earum? Subaudis: vt ego, qui in sanctis prædicatoribus non solum fructus exteriorum operum, sed ipsas diutinas cogitationes numero, qui & eas ad retributionem seruo.

Caput. XXI.

POssunt per menses, quia congesti dies sunt, etiam multiplicatę virtutes intelligi. In mensibus quoque luna renascitur, nilque obstat, si per menses noua regenerationis creatura signetur. De qua Paulus apostolus dit: In Christo Iesu, neq; circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. Sancti igitur viri cùm se ad prædicãdum parãt, prius se interius virtutibus innouant: vt ad hoc quod loquendo docent, viuendo concordent. Prius sua interna considerãt, atque à cunctis se vitiorum sordibus emundant: curãtes summopere vt contra iram patientiæ luce resplendeant, cõtra carnis luxuriam, etiam cordis munditia fulgescant, contra torporem zelo candeant, contra confusos præcipitationis motus serena grauitate rutilent, contra superbiam vera humilitate luceant, cõtra timorem radiis auctoritatis clarescant. Quia ergo tãta in se prius studia congerunt, quasi in conceptu sanctæ prædicationis menses virtutum fiunt. Quos menses dominus solus dinumerat: quia eadem bona in eorum cordibus nõ nisi qui dedit, pensat. Et quia iuxta mensuram virtutum, effectus etiam subsequitur fructuum, rectè subiungitur: Et scisti tempus partus earum?) Subaudis: vt ego, qui dũ in cogitatione virtutum menses dinumero, quando hoc quod implere appetunt, parere valeant, scio: quia nimirum dum cordis occulta conspicio, futurum foris effectum operis, intus in pondere cogitationis pẽso. Sequitur: Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt.) Rugiũt quippe dũ per incuruationẽ suã in conuersatione lucis auditorum animas gignunt, quia ab æternis nos suppliciis remouere, nisi flendo & dolendo nõ possunt. Prædicatores enim sancti nunc in lachrymis seminãt, vt segetẽ postmodum gaudiorum metant. Nunc quasi ceruæ in dolore partus sunt, vt spiritali prole postmodum sint fœcundi. Vt enim vnum de multis loquar, video Paulum quasi quãdam ceruam quosdam in partu suo magni doloris rugitus emittentẽ, Ait enim: Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis: vellẽ esse apud vos modo, & mutare vocẽ meã, quoniam cõfundor in vobis. Ecce mutare vult vocẽ in partu suo, vt prædicationis sermo in rugitum vertatur doloris. Vult mutare vocem suam, quia quos iam prædicando peperérat, reformando gemens iterum parturiebat. Qualem rugitum hæc ceruа pariens emittebat, quando eisdẽ post se redeuntibus exclamare cogebatur, dicens: O insensati Galatæ, quis vos fascinauit: & sic stulti estis, vt cùm spiritu cœperitis, nunc carne cõsummini? Vel certè: Currebatis bene, quis vos impediuit veritati non obedire? Qualis in huius ceruæ partu rugitus fuit, quæ diu conceptos filios cũ tot difficultatibus peperit, & quãdoque partos ad malitiæ vterum rediisse cognouit? Consideremus quid doloris habuerit, quid laboris quę & postquam potuit concepta edere, rursum compulsa est extincta suscitare.

Caput. XXII.

NOtandum verò summopere est, quòd istæ ceruæ incuruantur vt pariant: quia nimirum si erectę starent, parere non valerent. Nisi enim prædicatores sancti ab illa immensitate contemplationis internæ quam capiunt, ad infirmitatem nostram humillima prędicatione quasi quadam incuruatione descenderent, nunquam vtique in fide filios procrearent. Nobis quippe prodesse non possent, si in suæ altitudinis erectione persisterent. Sed videamus ceruam sese vt pariat incuruantem. Ego, inquit, non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escã. Atque mox eiusdem incuruationes causas exequitur, dicens: Nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Sed hanc ceruam quę propter nos incuruata est, quæso videamus erectam. Ait: Sapiẽtiam loquimur inter perfectos. Et rursum: Siue mente excedimus deo. Cùm vero mẽte excedit deo, excessum eius nos omnino non capimus. Vt ergo nos lucretur, incuruatur ad nos. Vnde illic aptè subiungit: Siue sobrij sumus vobis. Si enim sancti viri ea nobis prædicare vellent quæ capiunt, cùm in superna cõtemplatione debriantur: & non magis scientiam suam quodam moderamine, & sobrietate temperarent, adhuc angusto intelligentiæ sinu illa superni fontis fluenta quis caperet? Incuruatæ autem istæ ceruæ, aliàs cœli vocati sunt, de quibus dicitur: Domine inclina cœlos tuos, & descende. Cùm enim inclinantur cœli, descendit dominus: quia cùm se in prædicatione sua sancti doctores attrahunt, diuinitatis notitiam nostris cordibus infundunt. Nequaquam quippe ad nos dominus descenderet, si prædicatores eius in contemplationis rigore inflexibiles permanerent. Inclinantur ergo cœli vt descendat dominus, incuruãtur ceruę vt nos in noua fidei luce nascamur. Istæ incuruatæ ceruæ in Canticis canticorum spõsæ vbera sunt vocatæ, sicut scriptum est: Meliora sunt vbera tua vino. Ista enim sunt vbera quæ in arca pectoris fixa, lacte nos potãt: quia ipsi arcanis summæ contemplationis inhærentes, subtili nos prædicatione nutriunt. Vt igitur ab æterno gemitu & dolore nos retrahant, nunc incuruantur ceruæ, atque in partu rugitus emittunt. Quia verò ipsi qui sancta patrum prædicatione nascuntur: aliquando doctores suos patiendo præueniunt, vt eis adhuc in hac vita durantibus ipsi iam martyrio consummentur, aptè sequitur:

Quòd qui ad pascua æternæ vitæ fuerint separati, doctrina temporali vltrà non indigent, quibus in ipso vitæ libro cuncta perspicua erunt.

Separantur filij earum, & pergunt ad pastum: egrediuntur, & nõ reuertuntur ad eas.) Pastũ scriptura sacra illud viriditatis æternæ pabulum vocat, vbi iã nostra refectio nullius defectus ariditate marcescet. De quo pastu per Psalmistã dicitur: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Et rursum: Nos autem populus eius, & oues pascuę eius. De quibus nimirum pascuis veritas per semetipsam dicit: Per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Pergũt ergo ad pastum: quia de corporibus exeuntes, illa pabula internæ viriditatis inueniunt. Egrediuntur & non reuertuntur ad eas: quia in illa susceptí contemplatione gaudiorum, iam nullatenus, indigent verba audire docentium. Egressi itaque ad eas iam nõ redeunt: quia angustias vitæ præsentis euadentes, vltrà à doctoribus prædicationẽ vitæ accipere non requirunt. Tunc quippe impletur quod scriptum est: Non docebit vltrà vir proximum suum, & vir fratrẽ suum dicẽs: Cognosce dominum: omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsq; ad maximum, dicit dominus. Tũc impletur quod in Euãgelio veritas dicit: Palàm de patre meo annunciabo vobis. Filius quippe de patre palàm annunciat: quia sicut superius dixim', per hoc quòd verbũ est, ex natura nos diuinitatis illustrat. Verba enim tunc docentiũ, quasi quosdam humanæ linguę riuulos non quærunt, quãdo de ipso iã veritatis fonte debriantur. Igitur postquã figurata incuruatione ceruarum, multa de magistrorũ virtute narrata sunt, nũc ad eorum vitam qui remotæ conuersationis secreta appetũt, verba vertuntur: qui & ipsa vacandi otia, quia diuino adiutorio & non suis viribus assequuntur, de eis à domino dicitur:

G *Quòd viri contemplatiui solitudinem mentis inhabitẽt, & liberi à secularium negotiorum tumultibus, deũ sitiant. Cap. XXIII.*

QVis dimisit onagrum liberum in solitudinem, & vincula eius quis soluit?) Subaudis, nisi ego. Onager enim qui in solitudine cõmoratur, nõ incõgruè vitam eorũ significat, qui remoti à turbis secularibus cõuersantur. Qui aptè etiam liber dicitur: quia magna est seruitus secularium negotiorum, quibus mens vehementer atteritur, quãuis in eis spõte desuder. Cuius seruitutis cõditione carere, est in mundo iã nil cõcupiscere. Quasi enim quodã iugo seruitutis premunt prospera dum appetuntur, premũt aduersa dum formidãtur. At si quis semel à dominatione desideriorum tẽporalium colla mentis excusserit: quadam iam etiã in hac vita libertate perfruitur, dum nullo desiderio fœlicitatis afficitur, nullo aduersitatis terrore coarctatur. Hoc graue seruitutis iugum, dominus vidit secularium ceruicibus impressum, cùm di-
Mat.11. ceret: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum sũper vos, & discite à me quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus vestris. Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Asperum quippe iugũ & duræ, sicut diximus, seruituris pondus est, subesse tẽporalibus, ambire terrena, retinere labẽtia, velle stare in non stãtibus, appetere quidẽ transeuntia, sed cum transeun-
H tibus nolle trãsire. Dum enim cõtra votũ cuncta fugiunt, quæ prius mentẽ ex desiderio adeptionis afflixerant, post ex pauore amissionis premunt. Liber ergo dimittitur, qui calcatis terrenis desideriis, ab appetitione rerum temporalium securitate mẽtis exoneratur: Et vincula eius quis soluit?) Subaudis, nisi ego. Soluuntur vero vniuscuiusq; vincula, dum diuino adiutorio interna desideriorũ carnaliũ retinacula dirũpũtur. Cùm enim pia intentio ad cõuersionem vocat, sed adhuc ab hac intentione carnis infirmitas reuocat, quasi quibusdã vinculis anima ligata præpeditur. Multos enim sæpe videmus vitã quidem sanctæ cõuersationis appetere: sed ne hanc assequi valeãt, modo irruẽtes casus, modo futura aduersa formidare. Qui incerta mala dum quasi cauti prospiciunt, in peccatorum suorũ vinculis incauti retinẽtur. Multa enim ante oculos ponũt, quę si eis in conuersatione eueniant, subsistere se non posse formi-
Prouer.15. dant. De quibus bene Salomon ait: Iter pigrorum, quasi sepes spinarum. Nã cùm viam dei appetunt, eos velut spinæ obstantium sepium, sic formidinum suarum oppositę suspiciones pũgũt. Quod quia electos præpedire non solet, bene illic secutus
Ibidem. adiungit: Via iustorum absq; offendiculo. Iusti quippe in cõuersatione sua quodlibet eis aduersitatis obuiauerit, nõ impingunt: quia tẽporalis aduersitatis obstacula, æternæ spei & internæ contemplationis saltu transcendunt. Soluit itaque deus onagri vincula, quando ab electi vniuscuiusque animo, infirmarum cogitationum nodos rũpit, & propitius dissipat omne quod illectam mentem ligabat. Sequitur: Cui dedi in solitudine domũ, & tabernacula eius in terra salsuginis.) Hoc
I loco pro solitudine corporis debemus intelligere solitudinem cordis. Quid enim prodest solitudo corporis, si solitudo defuerit cordis? Qui enim corpore remotus viuit, sed tumultibus conuersationis humanæ, terrenorum desideriorum cogitationibus se inserit, non est in solitudine. Si verò prematur aliquis corporaliter popularibus turbis: & tamen nullos curarum secularium tumultus in corde patiatur, non est in vrbe. Itaque bene conuersantibus primùm solitudo mentis tribuitur, vt exurgentem intrinsecus strepitum terrenorum desideriorũ premant, vt ebullientes ab infimis curas cordis per superni gratiã restringant amoris, omnesque motus importunè se offerentium leuium cogitationum, quasi quasdam circunuolantes muscas ab oculis mentis abigant manu grauitatis, & quoddam sibi cum domino intra se secretum quærant, vbi cum illo exteriori cessante strepitu, per interna desideria silenter loquantur.

Quomodo vincula vniuscuiusq; soluantur.

Quomodo anima vinculis ligetur.

Solutio vinculorum.

Caput. XXIIII.

Apoc.8. DE hoc secreto cordis, aliàs dictum est: Factum est silentium in cœlo, quasi dimidia hora. Cœlum quippe Ecclesia vocatur electorum, quæ ad æterna sublimia dum per subleuationem contẽplationis intendit, surgentes ab infimis cogitationũ tumultus premit, atq; intra se deo quoddam silentium facit. Quod quidem silentium cõtemplationis, quia in hac vita nõ potest esse perfectum, factum dimidia hora dicitur. Nolenti quippe animo dum cogitationum tumultuosi se strepitus ingerunt, etiũ sublimibus intendentẽ, rursum ad respicienda terrena cordis oculum violẽter trahunt. Vnde scriptum est: Corpus quod corrũpitur, aggrauat animã: & de-
Sapien. primit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Bene ergo factum hoc silẽtium nõ integra, sed dimidia hora describitur: quia hic cõtemplatio nequaquã perficitur, quãuis ardenter inchoetur. Quod etiã per Ezechielem prophetã cõgruenter ex-
Ezech. primitur, qui pro mẽsura ciuitatis in monte conditæ, in manu viri calamum sex cubitorũ, & palmi se vidisse testatur. In mõte quippe electorum Ecclesia sita est, quia fundata in infimis desideriis non est. Quid autẽ per cubitum nisi operatio, quid per senariũ numerũ nisi perfectio operationis ostenditur: quia & sexto die cũcta opera dominus expleſſe memoratur? Quid ergo super sex cubitos palmus insinuat, nisi contemplationis vim, quæ iam initia æternæ & septimæ quietis demonstrat? Quia enim æternorum cõtẽplatio hic minimè perficitur, mẽsura septimi cubiti nõ expletur. Electorũ itaq; Ecclesia, quia cuncta quæ operãda sunt, perficit: in sex cubitis sese in monte posita ciuitas ostendit. Quia verò hic adhuc sola initia cõtemplationis inspicit, de septimo cubito, non nisi palmum tangit. Sciendum vero est, quia nequaquã culmen contemplationis L attingimus, si non ab exterioris curæ oppressione cessemus. Nequaquam nosmetipsos intuemur, vt sciamus aliud in nobis esse rationale quod regit: aliud animale quod regitur, nisi ad secretum huius silentij recurrentes, ab omni exterius perturbatione sopiamur. Quod silentium nostrum bene etiã Adam *Genes.2.* dormiẽs figurauit, de cuius mox latere mulier processit: quia quisquis ad interiora intelligenda rapitur, à rebus visibilibus oculos claudit: & tunc in semetipso, vel quæ præesse viriliter debeant, vel quę subesse possint, infirma distinguit: vt aliud in illo sit quod regere valeat tanquam vir, aliud tanquam fœmina quod regatur. In hoc itaque silentio cordis, dum per contemplationem interius vigilamus, exterius quasi obdormiscimus. Quia ergo remoti viri, id est, à desideriis carnalibus alieni, hoc silentium mentis inhabitant, huic onagro dominus in solitudine domum dedit, vt turba desideriorum temporalium non prematur. Sequitur: Caput. XXV.

ET tabernacula eius in terra salsuginis. Salsugo accendere sitim solet. Et quia sancti viri quãdiu in huius vitę tabernaculis degunt, ad supernã patriã desiderij sui quotidianis æstibus accẽduntur, in terra salsuginis tabernacula habere perhibẽtur. Inceſſanter quippe accẽdũtur vt sitiant, sitiũt *Mat.* vt satiẽtur: sicut scriptum est: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniã ipsi saturabuntur. Sequitur: Contẽnit multitudinẽ ciuitatis.) Multitudinẽ ciuitatis cõtemnere, est humanæ cõuersationis praua studia deuitare, vt iã non libeat terrenorũ hominũ qui præ abũdãtia iniquitatis multi sunt, perditos mores imitari. Cum paucis nanq; ingredi anguſtam portã desiderãt: & nõ cum multis lata itinera ingredi appetunt, quæ ad in- M teritum ducunt. Solerter quippe à quo & ad quid sunt *creati*, cõspiciunt: & recta cõsideratione acceptæ imaginis, *sequi vulgi* multitudinẽ dedignãtur. Vnde & sponsi voce sponsę in Cãticis cãticorum dicitur: Nisi cognoueris te, ô pulchra inter mu- *Canti.1.* lieres, egredere & abi post vestigia gregũ, & pasce hædos tuos. Semetipsam nãq; ea quæ est pulchra inter mulieres cognoscit, quando electa quæque anima etiã inter peccantes posita: quia ad auctoris sui imaginem ac similitudinẽ sit cõdita meminit, & iuxta perceptæ similitudinis ordinem incedit. Quæ si se nõ cognoscit, egreditur: quia à secreto sui cordis expulsa, in exterioribus concupiscentiis dissipatur. Egressa vero abit post vestigia gregum, quia sua interna deserens, ad latam videlicet viam ducitur, & sequitur exempla populorum. Nec iã agnos, sed hœdos pascit: quia non innoxias cogitationes mentis, sed nutrire prauos motus carnis intẽdit. Quia ergo electus quisq; ac cõtinens abire post gregum vestigia despicit, dicatur rectè: Contemnit multitudinem ciuitatis. Vbi & aptè subiungitur.

Quòd viri abstinentes ventris garritus non audiunt, sed gulæ flammam, quæ si nutriatur, omnem virtutum messem exurit, studioſè restringunt, scientes quòd Nabuchodonosor vincente princeps cocorum Hierusalem muros destruxerit.

Clamorem

A Clamorem exactoris non audit.) Quis intelligi exactor a-
Exactor diabolus. his nisi diabolus potest, qui semel in paradiso homini malæ persuasionis numorum contulit,& quotidie ab eo huius debiti exigere reatum quærit? Huius exactoris sermo est malę suggestionis inchoatio. Huius exactoris clamor est iam non leuis sed violenta tentatio. Hic exactor loquitur cùm leniter suggerit. Hic exactor clamat: cùm fortiter tentat. Clamorem ergo exactoris non audire, est violentis tentationum motibus minimè consentire. Audiret enim si ea quæ suggerit faceret. Sed cùm peruersè agere despicit, rectè dicitur: Clamorem exactoris non audit.

Caput. XXVI.

NOnnulli verò hoc loco per exactorẽ intelligi ventrẽ volunt. Ipse nanque à nobis quoddam debitũ exigit: quia quotidianum fructum sibi humani laboris impendi etiam per naturam quærit. Abstinentes igitur viri (qui hoc loco onagri vocabulo figurantur) dum violenta gulæ desideria reprimunt, quasi clamãtis exactoris verba contemnũt. Sed cùm continenti viro contra innumera vitia multa virtutum certamina suppetant: cur sub exactoris clamore contempto, de solo hic ventre dicitur quòd eius impetum impulsúmque restringat, nisi quòd nullus palmam spiritualis certaminis
B apprehendit: qui non in semetipso prius per afflictam ventris concupiscentiam, carnis incentiua deuicerit? Neque enim ad conflictum spiritalis agonis assurgitur, si non prius intra nosmetipsos hostis positus, gulæ videlicet appetitus edomatur: quia si non ea quæ nobis sunt viciniora prosternimus, nimirum inaniter ad ea quæ longius sunt impugnanda transimus. Incassum nãque contra exteriores inimicos in campo bellum geritur: si intra ipsa vrbis mœnia ciuis insidians habetur. Mẽs quoque ipsa certantis sub graui confusionis dedecore à spiritalis certaminis congressione repellitur: quãdo infirma in carnis prælio, gulæ gladiis confossa superatur. Nam cùm se paruis prosterni conspicit: confligere maioribus erubescit. Nonnulli vero ordinem certaminis ignorãtes, edomare gulam negligunt,& iam ad spiritalia bella consurgunt. Qui aliquando multa etiam quæ magnæ sunt fortitudinis, faciunt: sed dominante gulæ vitio, per carnis illecebram omne quod fortiter egerint perdunt:& dum venter non restringitur, per carnis cõcupiscentiam simul cunctæ virtutes obruuntur. Vnde & Nabuchodonosor vincente scribitur: Princeps cocorum destruxit muros Hierusalem. Quid enim per muros Hierusalem significans scriptura exprimit, nisi virtutes animæ, quæ ad pacis visionem tendit? Aut quis cocorum princeps nisi venter accipitur: cui diligentissima à coquentibus cura seruitur? Muros igitur Hierusalem princeps cocorum destruit: quia virtutes animæ dum nõ restringitur venter, perdit. Hinc est quòd Paulus contra Hierusalem mœnia decertanti vires cocorum prin-
1.Cor.9. cipi subtrahebat, cùm diceret: Castigo corpus meum, & seruituti subiicio: ne forte aliis prædicãs, ipse reprobus efficiar. Hinc
Ibidem. C etiam præmisit dicens: Sic curro: non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans. Quia cùm carnem restringimus: ipsis abstinentię nostræ ictibus nõ aërẽ, sed immũdos spiritus verberamus: & cùm hoc quod est intra nos subiicimus,
Dani.3. extra positis aduersariis pugnas damus. Hinc est quòd cùm rex Babylonis succendi fornacem iubet, naphthæ, stuppę, picis & malleoli ministrari congeriem præcepit: sed tamen abstinentes pueros hoc igne minimè cõsumit: quia antiquus hostis licẽt innumeras ciborum concupiscentias nostris obtutibus opponat, quib' libidinis ignis crescat, bonis tamẽ mẽtibus superni spiritus gratia insibilat: vt à carnalis cõcupiscẽtię æstibus illæsę perdurent: vt etsi vsque ad tentationem cordis flamma ardeat, vsque ad consensum tamen tentatio non exurat.

Caput. XXVII.

SCiendum præterea est quia quinque nos modis gulę vitiũ tentat. Aliquãdo nanq; indigentiæ tẽpora præuenit: aliquando vero tempus nõ præuenit, sed cibos lautiores quærit: aliquãdo quælibet sumenda sint præparari accuratius expetit: aliquando autem & qualitati ciborum & tẽpori congruit: sed in ipsa quantitate sumendi mensuram moderatæ refectionis excedit. Nonnunquam verò & abiectius est quod desiderat: & tamen ipso æstu immensi desiderij deterius peccat. Mortis quippe sententiã patris ore Ionathas meruit: quia
1.Reg.14. in gustu mellis constitutum edendi tempus anteceſsit. Et ex Aegypto populus eductus, in eremo occubuit: quia despecto D manna, cibos carniũ petiit, quos lautiores putauit. Et prima si- *Num.11.*
liorũ Heli culpa suborta est, quòd ex eorum voto sacerdotis *1.Reg.2.*
puer non antiquo more coctas vellet de sacrificio carnes accipere, sed crudas quæreret, quas accuratius exhiberet. Et cùm ad Hierusalẽ dicitur: Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, *Ezech.16.*
superbia, saturitas panis, & abundantia: apertè ostẽditur quòd idcirco salutẽ perdidit: quia cùm superbiæ vitio mensurã moderatæ refectionis excesſit. Et primogenitorum gloriam Esau amisit: quia magno æstu desiderij vilem cibum, scilicet léticulam concupiuit: quã dum vendendis etiam primogenitis prætulit, quo in illã appetitu anhelaret indicauit. Neque enim cibus, sed appetitus in vitio est. Vnde & lautiores cibos plærunque sine culpa sumimus, & abiectiores non sine reatu cõscientiæ degustamus. Hic quippe quem diximus, Esau primatũ per léticulam perdidit: & Helias in eremo per virtutem spiritus * carnes edendo seruauit. Vnde & antiquus hostis quia non ci- ** al. corporis.*
bum, sed cibi concupiscẽtiam esse causam damnationis intelligit: & primum sibi hominem non carne sed pomo subdidit: & secundum non carne, sed pane tentauit. Hinc est quòd plærunq; [Adam] culpa cõmittitur, etiã cum abiecta & vilia sumũtur. Neque enim Adam solus vt à vetito se pomo suspẽderet, *Gene.3.* *Mat.4.*
præceptũ prohibitionis accepit. Nã cùm aliméta quædã saluti E
nostræ deus contraria indicat: ab his nos quasi per sententiam vetat. Et dum cõcupiscentes noxia attingimus: profecto quid aliud quàm vetita degustamus? Ea itaq; sumenda sunt: quæ naturæ necesſitas quærit: & non quæ edendi libido suggerit.

Quòd summa discretione moderandum sit: vt non carnem quis, sed vitia carnis occidat: & sic parcat ciui, vt eum hostem non nutriat.

Sed magnus discretionis labor est huic exactori & aliquid impendere,& aliquid denegare: & non dando gulam restringere,& dando naturam nutrire. Quæ fortasse discretio subinfertur, cùm dicitur: Clamorẽ exactoris non audit. Sermo nanque huius exactoris, est necessaria postulatio naturæ. Clamor verò eius, est mensuram necesſitatis transiens appetitus gulæ. Hic itaque onager exactoris huius sermonem audit, clamorẽ non audit: quia discretus vir ac continens & vsque ad temperandam necesſitatem vẽtrem reficit,& à voluptate restringit:

Caput. XXVIII.

SCiendum verò est quia sic voluptas sub necesſitate se palliat, vt vix eam perfectus quisque discernat. Nã dum solui debitum necesſitas petit: voluptas explere desideriũ suppetit: & tãto gula securius in præceps rapit, quanto sub honesto nomine necesſitas explendæ se cõtegit. Sæpe autẽ in ipsa edendi via furtiuè adiuncta voluptas subsequitur: nõnunquam vero impudẽter libera etiam præire conatur. Facile autem est deprehendere cùm voluptas eius necesſitatem præuenit: sed valde est difficile discernere, cùm in ipso esu necesſa- F
rio se occulta subiungit. Nam quia præeuntem naturæ appetitũ sequitur: quasi à tergo veniẽs tardius videtur. Eo enim tẽpore quo necesſitati debitum soluitur, quia per esum voluptas necesſitati miscetur, quid necesſitas petat: & quid, sicut dictum est, voluptas suppetat, ignoratur. Sæpe vero & discernimus: & quia vtranque per experientiam sibi coniunctam nouimus: in hoc quod extra metas rapimur, liberè reficiendo fallimur * & ** al. libet vt sciendo fallamur.*
dũ sibi mẽs ex necesſitate blãditur, ex volũtate decipitur. Scriptũ quippe est: Carnis curã ne feceritis in desideriis. Quę igitur fieri in desiderio prohibetur: in necesſitate conceditur. Sed sæpe dum incautè necesſitati condescendimus, desideriis deseruimus. Nonnunquam verò dum desideriis immoderatius obuiare nitimur, necesſitatis miserias augemus. Sic enim necesſe est vt artem quisque continentiæ teneat: quatenus non carnẽ, sed vitia carnis occidat. Nam plærunque dum plus iusto caro restringitur: etiam ab exercitatione boni operis eneruatur: vt ad orationẽ quoque vel prædicationem nõ sufficiat, dũ incẽtiua vitiorum in se funditus suffocare festinat. Adiutorẽ quippe habemus intẽtionis internæ, hunc hominẽ quẽ exterius gestamus: & ipsi insunt motus lasciuiæ: ipsi effectus suppetunt operationis bonæ. Sæpe verò dum in illo hostem insequimur; etiam ciuem quem diligimus trucidamus: & sæpe dum quasi conciui parcimus, ad prælium hostem nutrimus. Eisdẽ nãque

Voluptatis sub necessitatis specie palliatio.

Roma.13. Carnis cura quomodo facienda. Ars continẽtiæ quomodo tenẽda.

Universidad de Deusto Biblioteca

G alimentis vitia superbiunt: quibus nutritæ virtutes viuunt. Et cùm virtus alitur: plærunque vires vitiis augentur. Cùm verò immensa continentia vitiorum vires extenuat: etiã virtus deficiens anhelat. Vnde necesse est vt interior homo noster æquus quidam arbiter præsideat inter se & eum quem exterius gestat: quatenus ei homo suus exterior & semper ad debitum ministerium seruire sufficiat: & nunquam superbè libera ceruice contradicat: nec moueat si quid suggerẽdo submurmurat, dum modo eum semper superposita calce dominationis premat. Sicque fit vt dum repressa vitia reniti quidem nobis patimur: & tamen hæc nobiscum congredi ex æquo prohibemus, nec vitia contra virtutem præualeant: nec rursum virtus cum vitiorum omnimoda extinctione succumbat. Qua in re sola elatio funditus extinguitur: quia quãuis victoriæ seruiat, ad edomandam tamen cogitationum superbiam cõtinua nobis pugna seruatur. Vnde bene hic quia vnusquisque vir continens, & debitæ necessitati congruit, & violẽtæ voluptati cõtradicit, voce dominica dicitur: Clamorem exactoris non audit. Quia autem discretus vir eo ad intelligenda superiora se eleuat, quo in se carnis incentiua castigat: rectè post contemptum exactoris clamorem subditur:

Doctrina.

Quòd viri sancti incentiuis carnis iciuniorum virtute extinctis cælesti dulcedine pascantur.

H Circunspicit montes pascuæ suæ. Montes pascuæ sunt altæ contemplationes internę refectionis. Sancti enim viri quanto magis se exterius despiciendo deiiciunt, tãto amplius interius reuelationum contemplatione pascuntur. Vnde scriptum est: Ascensus in corde eius disposuit in conualle lachrymarum: quia quos exterius in fletu continet conuallis humilitatis, eos interius subleuat ascensus contemplationis.

Psal. 83.

Caput. XXIX.

MOntes etiam pascuæ sunt sublimes virtutes angelorum. Quæ idcirco hic nos ministrando & adiuuando reficiunt: quia illic interno cõtemplationis rore pinguescunt. Quæ quia largiente deo in omni nos certamine protegunt: rectè circunspici dicuntur. Vndique enim nobis adesse circunspicimus, quorũ defensione cõtra aduersarios ex omni latere munimur. Possunt adhuc montes pascuæ accipi altæ sententiæ scripturæ sacrę: de quibus per Psalmistã dicitur: Montes excelsi ceruis: quia hi qui iã dare contemplationis saltus nouerunt, altos sententiarum diuinarũ vertices quasi cacumina montiũ ascendunt: ad quæ profecto cacumina, quia infirmi peruenire nõ valent, rectè illic subditur: Petra refugium erinaciis: quia videlicet inualidos non sublimiter intelligentia exercet, sed sola in Christo fides humiliter cõtinet. Sequitur:

Psal. 103.

Virentia quæq; perquirit. Arentia quippe sunt omnia quæ tẽporaliter condita, venturo fine à iocunditate vitæ præsentis quasi æstiuo sole siccantur. Virentia autẽ sunt vocata, quę nulla tẽporalitate marcescũt. Huic ergo onagro virentia perquirere, est sancto vnicuique viro despectis rebus transitoriis in I æternum mãsura desiderare. Cuncta vero hæc quę de onagro dicta sunt: intelligi etiã & aliter possũt. Quæ repetito superiori versu exponimus: vt lectoris iudicio quod eligendũ crediderit, relinquamus. Igitur postquã prædicatorum dispensatio sub ceruarum prætextu descripta est: vt ostenderetur per quẽ hæc eadẽ virtus prædicationis datur: ilico cõmemoratio de dominica incarnatione subnectitur vt dicatur: Quis dimisit onagrũ liberũ? Nec indignũ quis iudicet per tale animal incarnatũ dominũ posse figurari: dũ constat omnibus quia per significationẽ quandã in scriptura sacra & vermis & scarabęus ponatur: sicut scriptũ est: Ego autem sum vermis, & nõ homo. Et sicut apud septuaginta interpretes per prophetã dicitur: Scarabęus de ligno clamauit. Cum ergo nominatis rebus tã abiectis & vilibus figuratur: quid de illo contumelioſè dicitur, de quo constat quòd propriè nihil dicatur? Vocatur etenim agnus, sed propter innocentiam. Vocatur leo, sed propter potentiam: Aliquando etiam serpenti comparatur, sed propter [mortẽ vel] sapientiam. Atque ideo per hæc omnia dici figuraliter potest, quia de his omnibus credi aliquid essentialiter non potest. Si enim vnum horum quodlibet essentialiter existeret, alterum iam dici non posset. Nam si agnus propriè diceretur, leo iam vocari nõ poterat. Si leo propriè diceretur, per serpentẽ signari nõ posset. Sed hęc in illo omnia dicim' tãto latius in- K quanto longius ab essentia. Potest ergo onager incarnatũ dominum designare. Agreste quippe animal est onager. Et qui incarnatus dominus gentilitati magis quàm Iudææ profuit: animale corpus assumens, quasi non in domum, sed potius in agrum venit. De quo agro gentilitatis per Psalmistam dicitur: Species agri mecum est. Incarnatus itaque dominus qui in forma dei æqualis est patri, in forma serui minor est patre, qua minor est etiam seipso.

Psal.

Caput. XXX.

DIcatur ergo à patre de filio secundum formam serui, Quis dimisit onagrum liberum & vincula eius quis soluit? Omnis quippe qui peccat, seruus est peccati. Et quia incarnatus dominus particeps nostræ factus est naturæ, non culpæ, liber dimissus dicitur, quia sub peccati dominio non tenetur. De quo aliàs scriptum est: Inter mortuos liber. *Psal.* Dimissus dicitur, quia naturam nostram suscipiens, iniquitatis iugo nullo modo tenetur. Quem quãuis macula culpæ nostræ non attigit, passio tamen nostræ mortalitatis astrinxit. Vnde & postquam liber dimissus dicitur, rectè de illo adiungitur:

Et vincula eius quis soluit?) Vincula quippe eius tunc soluta sunt, cum infirmitates passiones illius in resurrectionis sunt gloriam cõmutatæ. Quasi quædã vincula dominus habuit, ea quæ nos nequitiæ merito patimur, nostræ mortalitatis infirma, quibus & vsque ad mortem sponte ligari se voluit, & quæ per resurrectionem mirabiliter soluit. Esurire enim, sitire, la- L cessere, teneri, flagellari, crucifigi, nostræ mortalitatis vinculũ fuit. Sed cùm expleta morte velum templi rumperetur, scinderentur petræ, monumenta panderentur, inferni claustra patescerent, quid aliud tot argumentis tantæ virtutis ostenditur, nisi quòd illa infirmitatis vincula soluebantur: vt is qui ad susciendam serui formam venerat, in ipsa serui forma ab inferni vinculis absolutus, ad cœlum etiam cum mẽbris liber rediret? De quibus eius vinculis Petrus Apostolus attestatur, dicens: Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta *1. Pet. 1.* quod impossibile erat illũ teneri ab eo. Et quia post mortem suam atque resurrectionem ad gratiam fidei gentilitatem vocare dignatus est, postquam dicta sunt soluta eius vincula, aptè subiungitur: Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis.) In gentilitate enim in qua patriarcha non fuit, propheta non fuit: quia ad intelligendum deum qui ratione vteretur non fuit, homo penè non fuit. De hac solitu- *Esa.* dine per Esaiam dicitur: Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi liliũ. Et rursum de Ecclesia dicitur: Ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinẽ eius quasi *Esa.* hortum domini. Terra verò salsuginis hęc eadem solitudo repetita est, quæ priusquam veram dei sapientiam cognosceret, salsuginem protulerat, quia nullam viriditatem boni intellectus proferens, peruersa sapiebat. Domum ergo in solitudine & tabernaculũ in terra salsuginis accepit, quia incarnatus pro hominibus deus, derelicta Iudæa gentilitatis corda possedit. Vnde ei patris voce per prophetã dicitur: Postula à me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuam, & possessionem tuam termi- M nos terræ. Qui iuxta hoc quòd deus est, cum patre dat om- *Psal. 2.* nia, iuxta hoc vero quòd homo est, à patre accipit omnia, sicut scriptum est: Potestatẽ dedit ei & iudiciũ facere, quia filius *Ioan. 5.* hominis est. Et rursum scriptum est: Sciẽs quia omnia dedit ei pater in manus. Vel sicut ipse dicit: Omne quod dat mihi pa- *Ioan. 13.* ter, ad me veniet. Iam verò si quæritur quid inter domũ ac ta- *Ioan. 6.* bernaculum distet, domus in habitatione est, tabernaculum in itinere. Corda itaque gẽtilium quasi quædam tabernacula habuit veniendo: sed ea per iustitiam firmans, domum fecit habitãdo. Et quia eorum vitam ad quos venerat, imitari despexit, rectè dicitur: Contemnit multitudinẽ ciuitatis.) Id est mores dèspicit humanæ conuersationis. Homo quippe inter homines factus, vsum tenere hominum noluit. Idcirco nanque inter nos homo factus est: vt non solum nos sanguine fuso redimeret, sed etiam ostenso exemplo commutaret. In cõuersatione igitur nostra & veniẽdo alia inuenit, & viuẽdo alia docuit. Studebãt enim omnes superba Adam stirpe ꝓgeniti, prospera vitæ præsentis appetere, aduersa deuitare, opprobria fugere, gloriã sęqui. Venit inter eos dominus incarnatus aduersa appetens, prospera spernens, opprobria amplectens, gloriam fugiens. Nam cùm Iudæi illum regem sibi constituere voluissent,

A iudicem, fieri ex refugit. Cùm verò eum interficere molirentur, sponte ad crucis patibulum venit. Fugit ergo quod omnes appetũt, appetiit quod omnes fugiũt. Sed cùm fugit quod omnes appetunt, appetiit quod omnes fugiunt, fecit quod omnes mirarentur: vt & mortuus ipse resurgeret, & morte sua alios de morte resuscitaret.

Caput. XXXI.

DVæ quippe vitæ sunt hominis in corpore consistentis, vna ante mortem, alia post resurrectionem, quarum vnam omnes agendo nouerant, alteram nesciebant, & humanum genus soli huic quam nouerat intendebat. Venit per carnem dominus, & dum suscepit vnam, alteram, demonstrauit. Dum hanc nobis cognitam suscepit, illam quæ nobis est incognita, ostendit. Moriendo quippe vitam exercuit quam tenemus, resurgendo aperuit quam quæramus, exemplo suo nos docens quòd hæc vita quam ante mortem ducimus, non propter se amanda sit, sed propter alteram toleranda. Quia ergo noua conuersatione vsus inter homines, mores Babyloniæ secutus non est, bene de eo scriptum est: Contemnit multitudinem ciuitatis. Vel certè quòd multos per spatiosam viam vagantes deseruit, & per angustam gradientes paucos elegit. Multitudinem nanque ciuitatis contemnere, est humani generis partem quæ latam viam ingreditur, quę & pro abundantia iniquitatis multa est, à regni sui sorte reprobare.

B Sequitur: Clamorem exactoris non audit.) Sicut suprà dictũ est, quis hoc loco exactor accipi, nisi diabolus potest? qui male suadendo spem contulit immortalitatis, sed decipiendo exigit tributum mortis, qui suadendo intulit culpam, sæuiendo exigit pœnam. Huius exactoris sermo, est ante mortem hominis astuta persuasio. Clamor verò eius, est violenta iam rapina post mortem. Quos enim ante mortem latenter intercipit, hos ad supplicij sui consortium post mortem violenter rapit. Sed quia ad mortem veniens dominus huius exactoris violẽtos impetus nõ expauit, sicut ipse ait: Venit enim princeps huius mundi, & in me non habet quicquam, bene dicitur: Clamorem exactoris non audit. Venit quippe ad eũ exactor humani generis, quia illum hominem vidit. Sed quẽ infirmitate despectum hominem credidit, virtute supra hominem sensit.

Quid sit quòd Laban idola apud Iacob posita non reperit.

Gene. 32. Huius nimirum exactoris typum Laban tenuit quando cum furore veniens, sua apud Iacob idola requisiuit. Laban quippe interpretatur dealbatio. Dealbatio autem non inconuenienter diabolus accipitur, qui cùm sit tenebrosus ex merito, transfigurat se velut angelum lucis. Huic seruiuit Iacob, id est, ex parte reproborum Iudaicus populus, cuius ex carne incarnatus dominus venit. Potest etiam per Laban mundus hic

C exprimi, qui cum furore Iacob persequitur, quia electos quosque qui redemptoris nostri membra sunt, persequendo opprimere conatur. Huius filiam, id est, siue mundi, siue diaboli Iacob abstulit, cùm sibi Christus Ecclesiam ex gentilitate coniunxit. Quam & de domo patris abstrahit, quia ei per prophe-
Psalm. 44. tam dicit: Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Quid vero in idolis, nisi auaritia designatur? Vnde per Paulũ
Coloss. 3. dicitur: Et auaritia, quæ est idolorum seruitus. Laban ergo veniens apud Iacob idola non inuenit; quia ostensis mundi thesauris, diabolus in redemptore nostro vestigia concupiscentiæ terrenę non reperit. Sed quæ Iacob non habuit, ea Rachel sedendo cooperuit. Per Rachel quippe quæ & ouis dicitur, Ecclesia figuratur. Sedere autem est humilitatem pœnitentiæ
Psalm. 126. appetere, sicut scriptum est: Surgite postquã sederitis. Rachel ergo idola sedendo operuit: quia sancta Ecclesia Christum sequens, terrenæ concupiscentiæ vitia pœnitendo texit. De hac
Psal. 31. coopertione vitiorum per Psalmistam dicitur: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Nos igitur Rachel illa signauit, qui idola sedendo premimus, si culpas auaritiæ pœnitendo damnamus. Quæ vtique auaritia illis
Psalm. 30. non solet euenire qui in via domini viriliter currunt, quibus dicitur: Viriliter agite, & confortetur cor vestrum. Sed his maximè qui quasi effœminato gressu gradientes, per blandimẽta
Gene. 31. seculi resoluuntur. Vnde & illic eiusdem Rachelis hæc verba sunt: Iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi. Apud Iacob ergo idola Laban nõ reperit: quia exactor callidus quid in redẽptore nostro reprehenderet non inuenit. De quo D exactore redemptori nostro gentilitatem ab eius dominio liberãti per Prophetam dicitur. Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian. Eripiens quippe gentilitatem dominus superauit iugum oneris eius, cùm eam aduentu suo ab illa demoniacę tyrannidis seruitute liberauit. Superauit virgam humeri eius, cùm percussionem illius quę ex peruerso opere grauiter deprimebat, ab humano genere redemptor compescuit. Superauit sceptrum exactoris eius, cùm regnum eiusdem diaboli qui pro pestifera perpetratione vitiorum exigere consueuerat debita tributa pœnarum, de fidelium corde destruxit. *Esaiæ. 9.*

Quid sit quòd Gedeon cõtra Madian dimicaturus, per præceptum domini quoscunque flexis genibus ad bibendum aquas haurire cõspexit, repulit à conflictu, eos vero qui stãtes manibus aquas quasi canes lambebant, tubis & lampadibus, & lagœnis armauit.

Caput. XXXII.

SEd quomodo hæc acta sunt audiamus. Subiunctum est ilico: Sicut in die Madian. Non ab re arbitror si hoc Madianitarum bellum quod in comparatione aduentus dominici à propheta vigilanter illatum est, aliquanto latius disseramus. In libro quippe Iudicum, Gedeon contra Madiani- *Iudi. 7.*
tas dimicasse describitur. Is cùm exercitus multitudinem ad bella produceret, diuina illi admonitione præceptum est, vt E
ad fluuium veniens, omnes quos flexis genibus aquas haurire conspiceret, à bellorum conflictu remoueret. Actumque est, vt trecenti viri tantummodo qui stantes manibus aquas hauserant, remanerent. Cum his ad prælium pergit, eosque non armis, sed tubis, lampadibus & lagœnis armauit. Nam sicut illic scriptum est: Accensas lampades miserunt intra lagunculas: & tubas in dextra, lagenas autem in sinistra tenuerunt, & ad hostes suos cominus venientes cecinerunt tubis, confregerunt lagunculas, lampades aperuerunt, & hinc tubarum sonitu, illinc lampadum coruscatione territi hostes sunt in fugam cõuersi. Quid hoc est q̃ tale bellum per prophetam ad medium adducitur, & aduentui redemptoris nostri istius pugnæ victoria cõparatur? An indicare propheta nobis studuit, quòd aduentum redemptoris nostri contra diabolum illa sub Gedeõ duce pugnæ victoria designauit? Talia illic nimirũ acta sunt: quę quanto magis vsum pugnandi transeunt, tanto amplius à prophetandi mysterio non recedunt. Quis enim vnquam cum lagœnis & lãpadibus ad prelium venit? Quis contra arma veniens, arma deseruit? Ridicula nobis hæc profectò fuerant, si terribilia hostibus non fuissent. Sed victoria ipsa testante didicimus ne parua hæc quæ facta sunt perpendamus. Gedeon itaque ad prelium veniens, redemptoris nostri signat aduentum: de quo scriptũ est: Tollite portas principes vestras, & eleuamini por- *Psalm. 23.*
tæ æternales, & introibit rex glorię. Quis est iste rex gloriæ? F
Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Hic redemptorem nostrum, non solum opere, sed etiã nomine prophetauit. Gedeon nanque interpretatur circumiens in vtero. Dominus enim noster per maiestatis potentiam omnia complectitur, & tamen per dispensationis gratiam intra vterũ virginis humanitatem sumens venit. Quis est ergo circumiens in vtero, nisi omnipotens deus sua dispensatione nos redimens: diuinitate cuncta complectens, & humanitatem intra vterum sumens? in quo vtero & incarnatus est, & clausus non est: quia & intra vterum fuit per infirmitatis substantiam, & extra mũdum per potentiam maiestatis. Madian vero interpretatur de iudicio. Vt enim hostes eius repellendi destruendiq̃ essent non de vitio repellentis, sed de iudicio iustè iudicantis fuit. Et idcirco de iudicio vocãtur: quia alieni à gratia redemptoris, iustæ damnationis meritum etiam in vocabulo nominis trahunt.

Caput. XXXIII.

COntra hos Gedeon cum trecentis pergit ad prælium. Solet in centenario numero plenitudo perfectionis intelligi. Quid ergo per ter ductum centenarium numerum designatur, nisi perfecta cognitio trinitatis? Cum his quippe dominus noster aduersarios fidei destruxit: cum his ad prædicationis bella descendit: qui possunt diuina cognoscere: qui sciunt de trinitate (quæ deus est) perfecta sentire.

Notandũ

G Notandum vero est,quia iste trecentenarius numerus in Tau litera continetur,quæ crucis speciem tenet.Cui si super transuersam lineam in quod in cruce eminet, adderetur, non iam crucis species, sed ipsa crux esset. Quia ergo iste trecentorum numerus in Tau litera continetur:& per Tau literam,sicut diximus,species crucis ostenditur,non immerito in his trecentis Gedeonem sequentibus illi designati sunt,quibus dictum est: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum,& tollat crucem suam,& sequatur me. Qui sequentes dominum tanto verius crucem tollunt, quanto acrius & se edomant:& erga proximos suos charitatis compassione cruciantur. Vnde & per Ezechielem prophetam dicitur: Signa Tau super frontes virorum gementium & dolentium. Vel certè in his trecētis qui in Tau litera continentur, hoc exprimitur, quòd ferrum hostium crucis ligno superetur.Ductique sunt ad fluuium, vt aquas biberent,& qui aquas flexis genibus hauserunt,à bellica intentione remoti sunt.Aquis nanque doctrina sapientiæ,stāte autem genu recta operatio designatur. Qui ergo dū aquas bibunt,genu flexisse perhibentur,à bellorum certamine prohibiti recesserunt, quia cum illis Christus contra hostes fidei pergit ad prælium, qui cùm doctrinę fluenta hauriunt, rectitudinem operum non inflectunt.Omnes quippe tunc bibisse aquam,sed nō omnes recto genu stetisse narrati sunt.Reprobatique sunt,qui genua dum aquas biberent inflexerunt:quia H attestante apostolo,non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Quia enim, vt diximus,dissolutio operum in ipsa genuum incuruatione signatur, rectè rursum per Paulum dicitur: Remissas manus & dissoluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris. Hi ergo Christo duce ad bellum procedunt, qui hoc quod ore annunciant,opere ostendunt, qui fluenta doctrinæ spiritaliter hauriunt,nec tamen in prauis operibus inflectunt carnaliter,quia sicut scriptum est:Nō est speciosa laus in ore peccatoris.Itum ergo est ad prælium cum tubis,cum lampadibus,cum lagęnis. Inusitatus iste,vt diximus,fuit ordo præliandi.Cecinerunt tubis,& sinistris lagęnæ tenebantur,intra lagenas autē sunt missæ lampades, confractis vero lagænis lampades ostensæ sunt, quarum coruscante luce,hostes territi in fugam vertūtur.Designatur itaque in tubis clamor prædicantium, in lampadibus claritas miraculorum, in lagænis fragilitas corporum. Tales quippe secum dux noster ad prędicationis prælium duxit,qui despecta salute corporum,hostes suos moriēdo prosternerēt, eorumque gladios non armis,non gladiis, sed patientia superarent.Armati enim venerunt sub duce suo ad prælium martyres nostri:sed tubis,sed lagænis,sed lampadibus.Qui sonuerunt tubis,dum prædicant:confregerunt lagænas,dum soluenda in passione sua corpora hostilibus gladiis supponunt: resplenduerūt lampadibus,dum post solutionem corporum,miI raculis coruscauerunt. Moxq; hostes in fugam conuersi sunt, quia dum mortuorum martyrum corpora miraculis coruscare conspiciunt,luce veritatis fracti quod impugnauerunt crediderunt.Cecinerunt ergo tubis,vt lagænæ frangerentur,lagænæ fractæ sunt,vt lāpades apparerent, apparuerunt lampades, vt hostes in fugam verterentur,id est, prædicauerunt martyres,donec eorum corpora in morte soluerentur, corpora eorum in morte soluta sunt,vt miraculis coruscarent,coruscauerunt miraculis,vt hostes suos ex diuina luce ꝓsternerent:quatenus nequaquam deo erecti resisterent, sed cum subditi formidarent. Et notandum quòd steterunt hostes ante lagænas, fugerunt ante lampades, quia nimirum persecutores sanctæ Ecclesiæ fidei prædicatoribus adhuc in corpore positis restiterunt,post solutionem vero corporum apparentibus miraculis in fugam versi sunt, quia pauore conterriti,à persecutione fidelium cessauerunt.Prædicatione scilicet tubarum fractis lagænis corporum,visis timuerunt lampadibus miraculorum.

Differentia figurarum inter tau T & crucis†.

Luc.a.9.

Ezech. 9.

Roma. 2.

Heb. 12.

Eccli. 15.

Caput. XXXIIII.

INtuendum est etiam id quod illic scriptum est:quia in dextera tubas,lagenas autem in sinistra tenuerunt.Pro dextero enim habere dicimur, quicquid pro magno pensamus: pro sinistro vero quod pro nihilo ducimus. Bene ergo illic scriptum est quòd in dextera tubas, lagænas autem in sinistra tenuerunt,quia Christi martyres pro magno habent prædicationis gratiam,corporum vero vtilitatem pro minimo.Quis- K quis enim plus facit vtilitatem corporis,quam gratiam prædicationis,in sinistra tubam,atque in dextera lagænam tenet. Si enim priori loco gratia prædicationis attenditur,& posteriori vtilitas corporis, certum est quia in dextris tubæ,& sinistris lagenę teneantur.Hinc dominus in Euangelio ait:Neque ac- *Matth.5.* cendunt lucernam, & ponunt eam sub modio: sed super candelabrum.In modio enim commodum temporale,in lucerna autem lux prædicationis accipitur. Lucernā ergo sub modio ponere,est propter temporale commodum,gratiam prædicationis abscondere,quod nemo vtique electorum facit. Et bene illic additur: Sed super candelabrum. In candelabro enim status corporis designatur,cui lucerna superponitur:dum eidē corpori cura prædicationis antefertur. Bene itaq; per prophetam dictum est:Sceptrum exactoris eius superasti,sicut in die *Esaiæ.* Madian.Sed quia exponendi prophetici testimonij gratia lōgè digressi sumus,ad operis nostri ordinem reuertamur.

Quòd onager iste ad Christum referatur,qui vocem exactoris diaboli non audiuit,quia in illo nil malignus inuenit.

Igitur postquam dictum est:Clamorem exactoris non audit:quia videlicet antiqui hostis insidias dominus in carne manifestatus despexit,quid etiam de electis suis fecerit,rectè subL iungit,dicens: Circunspicit montes pascuę suæ.) Montes accipimus omnes elatos huius seculi,qui in corde suo altitudine terrena tumuerūt.Sed quia etiam tales dominus Ecclesiæ suæ corpori conuersos intuiscerat , eosque à priori elatione commutans,in sua membra transformat, isti montes pascuæ eius sunt,quia nimirum de conuersione errantium,& de superborum humilitate satiatur, sicut ipse ait: Meus cibus est, vt faciā *Ioan.4.* voluntatem eius qui me misit.Et sicut Apostolis ad prædicationem missis præcepit,dicens:Operamini non cibum qui pe- *Ioan.6.* rit,sed qui permanet in vitam æternam.De his montibus per prophetam dicitur:Non repellet dominus plebem suam,quo- *Psalm.93.* niam in manu eius sunt omnes fines terræ,& altitudines montium ipse conspicit.Altitudines enim mōtium , elationes sunt vtique superborum.Quas dominus conspicere dicitur,id est, ab iniquitate sua in melius commutare.Conuertit nanque dominus eum quem conspicit . Vnde scriptum est : Conuersus *Matth.* dominus respexit Petrum,& recordatus est Petrus verbi domini sicut dixerat:quia priusquam gallus cantet,ter me negabis: & egressus foras fleuit amarè.Et sicut Salomon ait: Rex *Prouer.* qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. De hoc respectu montium rursum per Prophetam dicitur: Montes sicut cera fluxerunt à facie domini,quia post peruersitatis suæ duritiam , diuina formidine liquefacti,ab illo prius rigido tumore subtracti sunt. Intuendum etiam quod non ait inspicit, sed circunspicit montes pascuæ suæ.In Iudæa quippe incarnatus est dominus:quæ posita in medio gentium fuit. M Atque inde circunspexit montes , quia elatos huius seculi circunquaque positos ex gentilitatis vniuersitate collegit. *In his* itaque montibus pascitur : quia bonis operibus conuersorum quasi herbis virentibus satiatur. Hinc est quòd ei sponsæ voce in Canticis canticorum dicitur : Indica mihi vbi pascas, *Cantic.1.* vbi cubes in meridie . Pascitur quippe dominus, cùm bonis nostris actibus delectatur. Cubat verò in meridie,cùm ex desideriis carnalibus ardenti corde reproborum , apud electorum suorum pectora refrigerium inuenit cogitationis bonæ. Mons enim quidam Matthæus fuerat , quando in telonij lucris tumebat : de quo & scriptum est:quia postquam credidit, *Luc.5.* inuitato in domum suam domino,conuiuium magnum fecit. Mons itaque iste huic onagro virentis pascuæ herbas protulit,quia & foris eum conuiuio,& intus epulis virtutum pauit. Quod adhuc plenissimè expletur, cùm subditur : Virentia quæque perquirit.) Arentia enim deserit,& virentia quæque perquirit. Arentia nanque corda sunt hominum,quę in huius seculi spe peritura plantata, æternitatis fiduciam non habent. Virent autem quæ illi hereditati inhærent,de qua Petrus apo- *1.Petri.* stolus dicit : In hæreditatem incorruptibilem , & incontaminatam,& immarcessibilem. Tanto enim veriùs quique virentes sunt , quanto in hæreditatis immarcessibilis sorte cogitationis radicem figunt . Quisquis itaque intrinsecus arere formidat,

A mædat, arentis extrinsecus mundi huius desideria fugiat. Quisquis à domino perquiri desiderat, æternam patriam appetens, in interna cordis plantatione virideſcat. Hæc autem de onagro exposita sub duplici intellectu sufficiant. Lectoris vero iudicio relinquendum est, quid magis duxerit eligendum. Et si vtriusque expositionis intelligentiam fortasse despexerit, liberter ipse lectorem meum subtilius veriusque sentientem velut magistrum discipulus sequar, quia mihi propriè donatũ credo, quicquid illum me melius sentire cognosco.

Caput. XXXV.

OMnes enim qui fide pleni de deo aliquid sonare nitimur, organa veritatis sumus, & in eiusdem veritatis potestate est, vtrum per me sonet alteri, an per alterũ mihi. Ipsa quippe in medio nostri, etiam non æquè viuẽtibus omnibus æqua est, & sæpe alium tangit, vt bene audiat quod per alium ipsa sonuerit: sæpe verò alium tangit, vt bene quod ab aliis audiatur sonet. Sæpe doctori verbum pro gratia tribuitur auditoris, & sæpe propter auditoris culpam subtrahitur sermo doctori. In his ergo quę vbertim prędicat doctor, nulla elatione se efferat, ne fortasse non pro sua, sed pro auditoris gratia eius repleatur lingua, & in his quæ doctor steriliter dicit, auditor non succenseat, ne fortasse doctoris lingua nó pro sua, sed pro auditoris reprobatione torpescat. Pro auditoris nanque gratia datur bonus etiam malis sermo doctoribus, fi-
B cut potuerũt Pharisæis suppetere verba prædicationis, de quibus scriptum est: Omnia ergo quęcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundum vero opera eorum, nolite facere. Propter auditorum vero reprobationem bonis etiam doctoribus sermo subtrahitur, sicut ad Ezechielem contra Israël dicitur: Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. Aliquando autem sermo prædicationis propter vtrosque datur, aliquando propter vtrosque subtrahitur. Propter vtrosque enim datur, sicut diuina voce Paulo apud Corinthios dicitur: Noli timere, sed loquere. Et paulopost: Quia populus multus est mihi in hac ciuitate. Propter vtrosque vero subtrahitur, sicut Heli sacerdos, & prauam filiorum cognouit actionem, & dignam increpationis non exercuit vocem, cùm profectò futurũ esset vt in mortis supplicio, & istos reatus flagitij, & illum silentij pœna mulctaret. Inter hæc igitur cùm vel pro quo sermo detur, vel propter quem subtrahatur ignoramus, vnum est salubre remedium, nec de his quæ aliis magis accepimus, nosmetipsos extollere, nec de eo alterum quòd minus acceperit irridere, sed fixo humilitatis pede, grauiter & constanter incedere: quia in hac vita tanto veracius docti sumus, quanto doctrinam nobis à nobismetipsis suppetere nõ posse cognoscimus.
C Cur ergo qlibet de doctrina superbiat, quæ occulto iudicio, vel cui quando detur, vel quando cui subtrahat ignorat? Quãuis enim securitati timor semper longè videatur abesse, nobis tamen nihil est securius, quàm sub spe semper timere, ne incauta mens, aut desperando se in vitiis deiiciat, aut extollendo de donis ruat. Ante districti enim ac pij iudicis oculos quanto de se sub spe humilius trepidat, tanto in illo robustius stat.

Matt. 23.
Ezech. 3.
Actor. 18.
1. Regũ. 3.

Libri tricesimi Moralium sancti Gregorij finis.

LIBER MORALIUM beati Gregorij in librum beati Iob tricesimusprimus. Caput primum.

IN paradiso sano homini diabolus inuidens superbiæ vulnus inflixit, vt qui mortem non acceperat conditus, moreretur elatus. Sed quia diuinæ potentiæ suppetit, non solum bona de nihilo facere, sed ea etiam ex malis quæ diabolus perpetrauerat reformare, contra hoc inflictum vulnus superbientis diaboli, medicina apparuit inter homines humilitas dei, vt auctoris exem- D
plo humiliati surgerent, qui imitatione hostis elati ciciderãt. Contra ergo superbientem diabolum apparuit inter homines homo factus humilis deus. Hunc potentes huius sęculi, id est, membra diaboli superbiẽtis, eo despicabilem crediderũt, quo humilem conspexerunt. Vulnus enim cordis eorũ quãto magis tumuit, tanto amplius medicamentum vitæ despexit. Repulsa igitur à vulnere superborum medicina nostra peruenit ad vulnus humilium. Infirma quippe mundi elegit deus, vt cõfundat fortia, actumque est cum pauperibus, quod pòst etiam diuites elati mirarentur. Nam dum nouas in illis virtutes aspiciunt, eorum quorum prius contempsere vitam, postmodum obstupuere miracula. Vnde mox pauidi ad sua corda redeuntes, extimuerunt sanctitatem in miraculis, quam despexerãt in præceptis. Per infirma ergo confusa sunt fortia, quia dum in veneratione vita surgeret humiliũ, elatio cecidit superborum. Igitur quia beatus Iob sanctæ Ecclesię typum tenet, & omnipotens deus præuidit quòd in primordiis nascentis Ecclesiæ, potentes huius sęculi leue eius iugum susc̃ipere crassa cordis ceruice recusarent, dicat: Nunquid volet rhinoceros seruire tibi? Rhinoceros enim indomitæ omnino naturæ est: ita vt si quando captus fuerit, teneri nullatenus possit. Impatiens quippe, vt fertur, ilico moritur. Eius vero nomen Latina lingua interpretatum sonat, in nare cornu. Et quid aliud in nare nisi fatuitas, quid in cornu, nisi elatio designatur? Nam quia in nare E
fatuitas solet intelligi: Salomone attestante didicimus, qui ait: Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua. Hæreticam nanque doctrinam nitore vidit eloquij resplẽdere, nec tamen sapientiæ apto intellectu congruere, & ait: Circulus aureus in naribus suis, id est, pulchra & circũflexa locutio in sensibus mentis stultæ: cui ex eloquio aurum pendet, sed tamẽ ex terrenæ intentionis pondere, more suis, ad superiora non respicit. Quod secutus exposuit, dicens: Mulier pulchra & fatua, id est, doctrina hæretica: pulchra per verbum, fatua per intellectum. In cornu verò, quia elatio frequenter accipitur, propheta attestante didicimus, qui ait: Dixi iniquis, nolite iniquè agere, & delinquentibus, nolite exaltare cornu. Quid ergo in rhinocerote hoc nisi potentes huius sęculi designantur, vel ipsæ in eo summæ principatuum potestates, qui typo fatuæ iactationis elati, dum falsis exterius inflantur honoribus veris miseriis intus inanescunt? Quibus bene dicitur: Quid superbis terra & cinis? In ipsis vero initiis nascentis Ecclesię, dum contra illam diuitum se potestas extolleret, atque in eius necem immensitate tantæ crudelitatis anhelaret, dum tot cruciatibus anxia, tot persecutionibus pressa succumberet: quis tunc credere potuit, quòd illa erecta & aspera superborum colla sibi subiiceret, & iugo sancti timoris edomita, mitibus fidei loris ligaret? Diu quippe in exordiis suis rhinocerotis huius cornu ventilata, & quasi funditus interimenda percussa est. Sed diuina gratia dispensante, & illa moriendo viuificata conualuit, & F
cornu suum rhinoceros iste feriẽdo lassatus inclinauit, quodque impossibile hominibus fuit, deo difficile non fuit: qui potestates huius mundi rigidas non verbis, sed miraculis fregit. Ecce enim quotidie seruire rhinocerotes agnoscimus, dum potentes mundi huius qui in viribus suis fatua dudum fuerãt elatione cõfisi, deo subditos iam videmus. Quasi de quodam indomito rhinocerote dominus loquebatur, cùm diceret: Dimes difficile intrabit in regnum cœlorum. Cui cùm respõsum esset: Et quis poterit saluus fieri? ilico adiunxit: Apud homines hoc impossibile est, apud deum autem omnia possibilia sunt. Ac si diceret: Rhinoceros iste humanis viribus mansuescere non potest, sed tamen diuinis subdi miraculis potest. Vnde hic quoque aptè beato Iob sanctæ Ecclesiæ typum tenenti, dicitur:

Prouer. 11.
Psal. 74.
Eccli. 10.
Matt. 19.

Quòd potestates huius sęculi in statu suo elatæ, nec doctrina, nec ratione, sed miraculis conuersæ sunt ad fidem Christi.

Nunquid volet rhinoceros seruire tibi? Subaudis: vt mihi, qui eum prædicamentis quidem hominum diu resistere pertuli, sed tamen repentè cùm volui miraculis straui. Ac si apertius dicat: Nunquid hi qui fatua elatione superbiunt, sine meis adiutoriis tuæ prędicationi subduntur? Per quem itaque præ-

ualeas

G ualeas considera,& in omne quod præuales, elationis sensum inclina. Vel certè ad beati Iob notitiam pro humilianda eius virtute deducitur,quàm mira quandoq; per Apostolos agantur, qui mundum deo subiiciunt,eiq́ue edomitam potentum huius seculi superbiam flectunt,vt tanto de se beatus Iob minus æstimet, quanto aggregari deo tam difficiles animas per alios videt. Dicat ergo: Nunquid volet rhinoceros seruire tibi? Subaudis,sicut per eos quos misero seruit mihi. Sequitur:

Caput. II.

AVt morabitur ad præsepe tuum?) Præsepe hoc loco ipsa scriptura sacra non inconuenienter accipitur, in qua verbi pabulo animalia sancta satiãtur, de quibus per prophetam dicitur: Animalia tua habitabunt in ea. Hinc etiã natus dominus à pastoribus in præsepi reperitur: quia eius incarnatio in ea qua nos reficiũt prophetarum scriptura cognoscitur. Rhinoceros itaque iste, videlicet omnis elatus in primordiis nascẽtis Ecclesiæ cum patriarcharum dicta,cùm prophetarum mysteria, cùm Euangelij arcana audiret,irridebat: quia tanto in prædicatorum præsepi claudi satiariq́ue contempserat, quanto in voluptatibus propriis dimissus desperationis suæ campum tenebat. Quem superborum campum bene Paulus insinuat, dicens: Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis,in auaritiam. Tanto enim se quisque in malis præsentibus latius relaxat,quãto post hanc vitam se assequi bona æterna desperat. Sed omnipotens deus diu quidem rhinocerotem hũc per prauæ voluptatis campum vagantem pertulit,& tamen cùm voluit,repentè ad suum præsepe religauit: vt vitæ pabulum bene clausus accipiat,ne vitam funditus malè liber amittat. Ecce enim iam cernimus quòd potentes huius seculi eiusq́ue principes predicamenta dominica libenter audiunt, constanter legunt, pastiq́ue à præsepi non exeunt: quia præcepta dei quæ aut legendo, aut audiendo cognoscunt,nequaquam viuendo transcendunt,sed ad verbi pabulum quasi clausi stare æquanimiter tolerant, vt edendo & permanẽdo pingueſcant. Quòd cùm deo agente conspicimus,quid aliud quàm rhinocerotem hunc ad præsepe morantem videmus? Quia vero post acceptũ pabulum prædicationis rhinoceros iste fructum debet ostendere operis, rectè subiungitur.

Psalm. 67.

Ephe 4.

H

Quòd fidei persecutores facti sunt prædicatores, & principes mũdi iam subditi nomini Christiano, rebelles quosque qui quasi glebæ in Ecclesiæ campo alios impediunt ne fructificent deo, pede potestatis terrenæ premunt, quos Ecclesiæ frangere non potuit disciplina.

Caput. III.

NVnquid alligabis rhinocerotem ad arãdũ loro tuo?) Lora sunt Ecclesiæ, præcepta disciplinæ. Arare verò est per prædicationis studium humani pectoris terram vomere linguæ proscindere. Hic igitur rhinoceros quondam superbus ac rigidus, iam nunc loris fidei tenetur ligatus, atque à præsepi ad arandum ducitur,quia eam predicationem qua ipse refectus est,innotescere & aliis conatur. Scimus enim rhinoceros iste,terrenus videlicet princeps,quanta prius contra dominum crudelitate sæuierit,& nunc agente domino cernimus quanta se ei humilitate substernit. Hic rhinoceros non solum ligatus,sed etiam ad arandum ligatus est,quia videlicet disciplinæ loris astrictus, non solum se à prauis operibus retiner,sed etiam in sanctæ fidei prædicationibus exerceat. Ecce enim sicut superius dictum est,ipsos humanarum rerum rectores, ac principes dum metuere deum in suis actionibus cernimus,quid aliud quàm loris ligatos videmus? Cùm verò eam fidem quam dudum persequendo impinguauerant, nunc prolatis legibus predicare non cessant,quid aliud faciunt nisi aratri laboribus insudant? Libet videre hũc rhinocerotem,id est, terræ principem fidei loris ligatum, quemadmodum & cornu portat per potentiam seculi,& iugum fidei sustinet per amorẽ dei. Timeri iste rhinoceros valde poterat, nisi ligatus esset. Cornu quippe habet,sed ligatus est. Habent ergo in loris eius quod humiles diligant, habent in cornu eius quod elati pertimescant, Strictus enim loris,seruat pietatẽ mansuetudinis, sed fultus cornu terrenę gloriæ exercet dominium potestatis. Plærunq; autem cùm exigente ira ad feriendum rapitur,diuino timore reuocatur. Et quidem per exasperatam potentiam in suorem se eleuat,sed quia æterni iudicis reminiscitur, cornu ĩ- K
gatus se inclinat. Sæpe ipse vidisse me memini, quòd cùm ad se feriendum grauiter hic rhinoceros accenderet: & quasi eleuato cornu bestiolis minimis mortes,exilia, damnationesq́ue subiectis immensis terroribus intentaret,repentè fronti signo crucis impresso,omne in se incendium furoris extinxit,cõuersus minas depositi: & quia ad deliberata progredi nõ posset, ligatus agnouit. Et non solum in se iras edomat,sed in subiectorum etiam sensibus omne quod rectũ est,inserere festinat: vt quia omnes sanctam Ecclesiam ex intima cogitatione venerentur, exemplo ipse suæ humilitatis demonstret. Dicatur igitur beato Iob: Nunquid alligabis rhinocerotem ad arandũ loro tuo? Ac si apertè dicat: Nunquid potentes huius seculi in sua fatua elatione confidentes,ad laborem prædicationis dirigis,& sub disciplinæ vinculo restringes? Subaudis, vt ego: qui id egi cùm volui,qui persecutores meos quos pri⁹ hostes pertuli,ipsos postmodum rectæ fidei defensores feci. Sequitur:

Caput. IIII.

AVt cõfringet glebas vallium post te?) Solent excultæ terræ superiacentes glebæ iactata semina premere, & nascentia suffocare. Quibus glebis hoc loco illi signãtur,qui per duritiam suam,atque pestiferam vitam,nec ipsi semina verbi recipiunt,nec receptorum seminum fructus alios L.
ferre permittunt. Sanctus enim quisque prædicator in mundũ veniens euangelizãdo pauperibus,quasi molles vallium terras arauerat,sed quorundam duritiam electorum Ecclesia rumpere non valẽs, eos quasi superiectas labori suo glebas oppressa tolerabat. Multi enim peruersæ mentis ipsa terrenorum principum infidelitate confisi, surgentem Ecclesiam malè viuendi pondere premebant,cùm diu quos possent modo damnabilibus exemplis,modo minis,modo blandimentis destruerẽt, ne terra cordis auditorum, ad spiritalis seminis fructum exculta perueniret. At cùm omnipotens deus hunc rhinocerotem loris suis subdidit,per eum ilico glebarum duritiam fregit. Mox quippe terrenum principatum suæ fidei subiugauit,dura perfidentium corda contriuit, vt quasi confractę glebæ non iam obturatę premerẽt, sed ad percepta verbi semina resolutæ germinarent. Vnde rectè nũc ait: Aut confringet glebas vallium post te? Ac si diceret: Sicut post me, qui postquam mentem cuislibet elatæ potestatis ingredior,non solum eam mihi subditam reddo, sed etiam ad conterendos fidei hostes exerceo, vt potentes huius seculi meę formidinis loris ligati,non solum in me credentes permaneant, sed & pro me alieni cordis duritiã zelantes frangant. Hoc autem quod de infidelibus diximus in plærisque etiam qui fidei nomine censentur, videmus. Multi nanque in medio humilium fratrum positi,fidem verbotenus M
tenent,sed dum elationis typum non deserũt: dum quos ppĩ
I sunt illatis violentiis premunt,dum fructificantibus aliis, ipsi nequaquam semina verbi recipiunt, sed ab exhortantis voce aurem cordis auertunt: isti quid alium quàm obduratæ glebæ in exaratis vallibus iacent? Qui eo nequiores sunt,quo nec ipsi humilitatis fructum proferunt, & quod est deterius, proferentes humiles premunt. Ad horum duritiam dissoluendam nonnunquam sancta Ecclesia,quia propria virtute non sufficit,rhinocerotis huius, id est, terreni principis opitulationem quærit, vt ipse superiacentes glebas conterat, quas Ecclesiarum humilitas quasi planities vallium portat. Has itaque glebas rhinoceros pede premit ac comminuit, quia prauorum potentiumq́ue duritiam cui Ecclesiastica humilitas resistere nõ valet,principalis religio ex potestate dissoluit. Quod quia sola diuina virtute agitur, vt terreni regni culmina ad perfectum regni cœlestis inclinẽtur, rectè nunc dicitur: Aut confringet glebas vallium post te? Vt verò de suis virtutibus beatus Iob humilia sentiat, & adhuc de huius mundi potestatibus sub rhinocerotis nomine sublimia cognoscat. Sequitur:

Nunquid habebis fiduciam in magna fortitudine eius,& derelinques ei labores tuos?) In rhinocerotis fortitudine fiduciam dominus habere se asserit: quia vires quas temporaliter terreno principi contulit, ad cultum suæ venerationis inclinauit: vt ex accepta potestate per quam dudum contra deũ tumuerat, religiosum nunc deo obsequium latius impendat. Quo enim in mundo plus potest,eo pro mundi auctore plus prævalet.

A prævalet. Nam quia à subiectis ipse metuitur, tanto facilius pertimuit, quanto & cum potestate indicat qui verè metuatur. Dicat ergo: Nunquid habebis fiduciam in magna fortitudine eius? Ac si diceretur: vt ego, qui vires terrenorum principum meo cultui seruituras aspicio. Tanto enim ea quę nunc agis minora æstimo, quanto iam prævideo, quia & maiores huius mundi mihi potestates inclinabo. Bene autem subditur: Et derelinques ei labores tuos?) Labores enim suos huic rhinoceroti dominus reliquit, quia conuerso terreno principi eam quam sua morte mercatus est Ecclesiã credidit, quia videlicet in eius manu quanta sollicitudine pax fidei sit tuenda commi sit. Sequitur: Nunquid credes ei quòd reddat sementem tibi, & aream tuam congreget?)

Quòd principes huius mundi semen verbi diuini multiplicant, dũ pro Ecclesia contra hæreticos, & tyrannos leges promulgant.

Caput. V.

Matt. 13. Esaiæ. 32. Matth. 3.

QVid aliud semen nisi verbum prædicationis accipitur: sicut in euangelio veritas dicit: Exiit qui seminat, seminare. & sicut propheta ait: Beati qui seminatis super omnes aquas. Quid aliud area nisi Ecclesia debet intelligi? De qua præcursoris voce dicitur: Et permundabit aream suam. Quis ergo in initio nascentis Ecclesiæ crederet, dum contra eam ille indomitus principatus

B terrę tot minis, & cruciatibus sæuiret, quia rhinoceros iste deo sementem redderet, id est, acceptum prædicationis verbum operibus repensaret? Quis posset tunc infirmorũ credere, quod eius aream congregaret? Ecce enim modo pro Ecclesia leges promulgat, qui dudum contra eam per varia tormenta sæuiebat. Ecce quaslibet gentes capere potuerit, ad fidei illius gratiam suadendo perducit, eisque ęternam vitam indicat, quibus captis præsentem seruat. Cur hoc? Quia videlicet aream nunc congregat, quam aliquando superbo cornu dispergendo ven tilabat. Audiat igitur beatus Iob quid gentilitatis principes faciant, & nequaquam se apud semetipsum de gloria tantæ suæ virtutis extollat. Audiat & rex potens, potentiores huius mũdi reges quanta deo deuotione famulentur, & virtutem suam quasi pro singularitate non trahat in elationis vitium, qui habet in aliis exemplum: quia etsi tunc ei similem dominus non vidit, multos tamen per quos eius gloriam retunderet, prævidit. Igit quia terreni principes magna se deo humilitate substernunt, praui homines qui dudum contra Ecclesiam in infidelitate positi, aperta aduersitate sæuiebãt, nunc ad alia fraudis argumenta vertuntur. Quia enim illos religionem venerari conspiciunt, ipsi cultum religionis assumunt, & bonorum vitam sub despectis vestibus iniquis moribus premunt. Mundi quippe dilectores sunt, hocque in se quod homines veneren-

C tur ostendunt, atque eis qui verè semetipsos despiciunt, non mente, sed veste copulantur. Quia enim præsentem gloriam amantes assequi non possunt, quasi despicientes sequuntur. Qui quid sentirent contra bonos ostenderent, si aptum nequitiæ tempus inuenirent.

Caput. VI.

SEd hæc etiam argumenta prauorum ad electorum salutem proficiunt. Sancta enim Ecclesia transire sine labore tentationis non potest tempora peregrinationis, quæ etsi foris apertos hostes non habet, intus tamen tolerat fictos fratres. Nam contra vitia semper in acie est, & habet etiam pacis tempore bellum suum, & fortasse grauius affligitur: cum non extraneorum ictibus, sed suorum moribus impugnatur. Siue itaque illo seu isto tempore, est tamen semper in labore. Nam & in persecutione principum timet ne amittant boni quod sunt, & in conuersione principum tolerat, quia mali simulant bonos se esse, quod non sunt. Vnde omnipotens deus quia rhinocerotem hunc loris ligatum dixit, ilico prauorum hypocrisim subdidit, dicens:

Quòd hypocritæ sanctitatis speciem habeant, sed charitatem supernam non habent, & in his quos verbo doctrinæ gignunt, quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi.

Penna struthionis similis est pennis herodij & accipitris.) Quis herodium & accipitrem nesciat aues reliquas quanto volatus sui velocitate transcendant? Struthio verò pennæ eorum similitudinem habet, sed volatus eorum celeritatem non habet. A terra quippe eleuari non valet, & alas quasi ad volatum D specietenus erigit, sed tamen nunquam se à terra volando suspendit. Ita sunt nimirum omnes hypocritæ, qui dum bonorum vitam simulant, imitationem sanctæ conuersationis habent, sed veritatem sanctæ actionis non habent. Habẽt quippe volandi pennas per speciem, sed in terra repunt per actionem, quia alas per figuram sanctitatis extendunt, sed curarum secularium pondere prægrauati, nullatenus à terra subleuãtur. Speciem nanque Pharisæorum reprobans dominus quasi struthionis pennã redarguit, quæ in opere aliud exercuit, & in colore aliud ostendit, dicens: Vę vobis Scribę & Pharisęi hypo- *Matt. 23.* critæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris quidem apparẽt hominibus speciosa, intus vero sunt plena ossib⁹ mortuorum: ita & vos foris apparetis hominibus iusti, intus vero pleni estis auaritia & iniquitate. Ac si diceret: Subleuare vos videtur species pennæ, sed in infimis vos deprimit pondus vitæ. De hoc pondere per Prophetam dicitur. Filij hominum *Psalm. 4.* vsquequo graui corde? Huius struthionis conuersurum se hypocrisim dominus pollicetur, cum per prophetam dicit: Glo- *Esaiæ. 43.* rificabunt me bestiæ agri, dracones & struthiones. Quid enim draconum nomine, nisi in aperto malitioſę mentes exprimuntur, quæ per terram semper in infimis cogitationibus repunt? Quid verò per struthionum vocabulum, nisi hi qui se bonos simulant designantur, qui sanctitatis vitam quasi volatus pennam per speciem retinent, sed per opera non exercent? Glori- E ficari itaque se dominus à dracone, vel struthione asserit, quia & aperte malos, & fictè bonos plærunque ad sua obsequia ex intima cogitatione cõuertit. Vel certè agri bestiæ dominum, id est, dracones struthionesque glorificant, cùm fidem quę in illo est, ea quæ in hoc mundo dudum membrum diaboli fuerat gentilitas exaltat. Quam & propter malitiam draconũ nomine exprobrat, & propter hypocrisin, vocabulo struthionũ vocat. Quasi enim pennas accepit gentilitas, sed volare nõ potuit, quæ & naturam rationis habuit: & actionẽ rationis ignorauit. Habemus adhuc quod in consideratione struthionis huius de accipitre, & herodio attentius perpendamus. Accipitris quippe & herodij parua sunt corpora, sed pennis densioribus fulta, & idcirco cum celeritate transuolant, quia eis parũ inest quod aggrauat, multum quod leuat. At contra struthio raris pennis induitur, & immani corpore grauatur: vt etsi volare appetat, ipsa pennarum paucitas molẽ tanti corporis in aëre non suspendat: Bene ergo in herodio, & accipitre electorum persona signatur, qui quandiu in hac vita sunt, sine quantulocunq; culpæ contagio esse non possunt. Sed cùm eis parum quid inest quod deprimit, multa virtus bonæ actionis suppetit quę illos in superna sustollit. At cõtrà hypocrita etsi facit pauca quę eleuent, perpetrat multa quæ grauent. Neque enim nulla bona agit hypocrita, sed quibus ea ipsa deprimat, multa peruersa F committit. Paucæ igitur pennæ corpus struthionis non subleuant, quia paruum bonum hypocritę, multitudo prauę actionis grauat. Hæc quoque ipsa struthionis penna ad pennas herodij & accipitris similitudinem coloris habet, virtutis verò similitudinem non habet. Illorum nanque cõclusæ, & firmiores sunt, & volatu aërem premere virtute suæ soliditatis possunt. At contra struthionis pennæ dissolutæ, eo volatũ sumere nequeunt, quo ab ipso quem premere debuerant, aëre transcenduntur. Quid ergo in his aspicimus, nisi quòd electorum virtutes solidę euolant, vt ventos humani fauoris premãt? Hypocritarum verò actio quamlibet recta videatur, volare non sufficit, quia videlicet fluxæ virtutis pennam humanæ laudis aura pertransit.

Caput. VII.

SEd ecce cùm vnum eundemq; bonorum malorumq; habitũ cernimus, cùm ipsam in electis ac reprobis professionis speciem videmus, vnde nostræ intelligentię suppetat, vt electos à reprobis, à falsis veros comprehẽdendo, discernat? Quod tamen citius agnoscimus, si intemerata in memoriã præceptoris nostri verba signamus, qui ait: Ex fructibus eorũ *Matt. 7.* cognoscetis eos. Neq; enim pensanda sunt quæ ostendunt in imagine, sed quę seruant in actione. Vnde hic postquã speciẽ struthionis huius intulit, mox facta subiungit, dicẽs: Quæ derelinquit in terra oua sua.) Quid enim per oua nisi tenera adhuc proles exprimitur, quæ diu fouẽda est: vt ad viuũ volatile perducatur?

G perducatur? Oua quippe insensibilia in semetipsis sunt, sed tamen calefacta, in uiuis volatilibus conuertuntur. Ita nimirum paruuli auditores ac filij certum est quòd frigidi insensibilésque remaneant, nisi doctoris sui sollicita exhortatione calefiant. Ne igitur derelicti in sua insensibilitate torpescât, assidua doctorum voce fouendi sunt, quousque valeant, & per intelligentiam viuere, & per contemplationem volare. Quia verò hypocritę quanuis peruersa semper operentur, loqui tamen recta non desinunt, bene autem loquendo in fide, vel conuersatione filios pariunt, sed eos bene viuendo nutrire non possunt, rectè de hac struthione dicitur: Quæ derelinquit in terra oua sua. Curam nanque filiorum hypocrita negligit: quia ex amore intimo rebus se exterioribus subdit: In quibus quanto magis extollitur, tanto minus de prolis suæ defectu cruciatur. Oua ergo in terra dereliquisse, est natos per conuersionem filios nequaquam à terrenis actibus interposito exhortationis nido suspendere. Oua in terra dereliquisse, est nullum cœlestis vitæ filiis exemplum præbere. Quia enim hypocritæ per charitatis uiscera non calent, de torpore prolis editæ, id est, de ouorum suorum frigore nequaquam dolent, & quanto se libentius terrenis actibus inserunt, tanto negligentius eos quos generant, agere terrena permittunt. Sed quia derelictos hypocritarum filios superna cura non deserit, nonnullos nâque etiam ex talibus intima electione præscitos, largitę gratiæ respectu
H calefacit, rectè subiungitur:

Quòd eos quos prauorum doctorum negligentia in puluere peccati inuisitatos deserit, gratia dei calefacit: & sine hominum ministerio, multos desperatos per se deus visitat & viuificat.

Tu forsitâ in puluere calefacies ea?) Ac si dicat: vt ego, qui illa in puluere calefacio, quia scilicet paruulorum animas, & in
Esaiæ.65. medio peccantium positas, amoris mei igne succendo. Quid enim puluis nisi peccator accipitur? Vnde & ille hostis huius peccatoris perditione satiatur, de quo per prophetam dicitur: Serpenti puluis panis eius. Quid per puluerẽ, nisi ipsa iniquo-
Psalm. 1. rum instabilitas demonstratur? De qua Dauid ait: Non sic impij non sic: sed tanquam puluis quem proiicit ventus à facie
Quomodo domin⁹ oua in puluere derelicta calefaciat. terræ. Oua ergo dominus in puluere derelicta calefacit, quia paruulorum animas prædicatorum suorum sollicitudine destitutas, etiam in medio peccantiũ positas amoris sui igne succendit. Hinc est ꝙ plerosque cernimus, & in medio populorũ viuere, & tamen vitam torpentis populi non tenere. Hinc est ꝙ plærosque cernimus, & malorum turbas non fugere, & tamen superno ardore flagrare. Hinc est ꝙ plærosq; cernimus, vt ita dixerim, in frigore calere. Vnde enim nonnulli in terrenorum hominum torpore positi, supernæ spei desideriis inar-
I descunt, vnde & inter frigida corda succensi sunt, nisi quia omnipotens deus derelicta oua scit etiam in puluere calefacere: & frigoris pristini insensibilitate discussa, per sensum spiritus vitalis animare, vt nequaquam iacentia in infimis torpeant, sed in viuis volatilibus versa, sese ad cœlestia contemplando, id est, volando suspendant? Notandum verò est quòd in his verbis, non solum hypocritarum actio peruersa reprobatur, sed bonorum etiam magistrorũ si qua fortasse subrepserit elatio premitur. Nam cùm de se dominus dicit: quòd derelicta oua in puluere, ipse calefaciat, profectò apertè indicat, quia ip se operatur intrinsecus per verba doctoris, qui & sine verbis vllius hominis calefacit quos voluerit in frigore puluueris. Ac si apertè doctoribus dicat: Vt sciatis quia ego sum qui per vos loquentes operor, ecce cùm voluero, cordibus hominum etiã sine vobis loquor.

Caput. VIII.

HVmiliata igitur cogitatione doctorum, ad exprimendum hypocritam sermo conuertitur, & qua fatuitate torpeat, adhuc sub struthiõis facto plenius indicatur. Nam sequitur:

Quòd hypocritæ nulla sollicitudine infirmis prouideant, nec aliquã charitatis affectionem impendant his quos bestiarum morsibus expositos vident, sed duri ad filios, quasi sui non sint, reputãt alienos.

Obliuiscitur quòd pes conculcet ea, aut bestia agri conterat.) Quid in pede nisi transitus operationis accipitur? Quid
Matth.13. in agro nisi mundus iste signatur? De quo in Euangelio dominus dicit: Ager autem est mundus. Quid in bestia, nisi antiquus hostis exprimitur, qui huius mundi rapinis insidians, humana quotidie morte satiatur? De qua per prophetam pollicente domino dicitur: Et mala bestia non transibit per eam. *Psa.*
Struthio itaque oua sua deserens, obliuiscitur quòd pes cõculcet ea, quia videlicet hypocritæ eos quos in conuersatione filios generant derelinquunt, & omnino non curant, ne aut exhortationis sollicitudine, aut discipilnæ custodia destitutos, prauorum operum exempla peruertant. Si enim oua quæ gignunt diligerent, nimirum metuerent ne quis ea peruersa opera demonstrando calcaret. Hunc Paulus pedem infirmis discipulis, quasi ouis quę posuerat metuebat, cũ diceret: Multi ambulant quos sæpe dicebam vobis, nũc autem & flens dico inimicos crucis Christi. Et rursum: Videte canes, videte malos *Philip.*
operarios. Et rursum: Denunciamus vobis fratres in nomine *2.Thes.*
domini nostri Iesu Christi: vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè: & non secundum traditionem quã acceperunt à nobis. Hunc pedem Ioãnes Gaio formidabat, qui cum multa Diotrephis mala præmisisset, adiũxit: Charissime, *Epist.*
noli imitari malum, sed quod bonum est. Hũc ipse synagogæ *Isaiæ*
dux infirmo sũo gregi metuebat, dicens: Quando ingressus fu- *Deut.*
eris terram, quam dominus deus dabit tibi: caue ne imitari velis abominationes illarum gentium. Obliuiscitur etiam quòd bestia agri conterat, quia nimirum si diabolus in hoc mundo sæuiens editos in bona conuersatione filios rapiat, hypocrita omnino non curat. Hanc autem agri bestiam Paulus ouis quę L
posuerat metuebat, dicens: Timeo ne sicut serpens Euam se- *2.Cor.11.*
duxit astutia sua, ita corrũpantur sensus vestri à charitate, quæ est in Christo Iesu. Hanc agri bestiam discipulis metuebat Pe-
trus, cùm diceret: Aduersarius vester diabolus, quasi leo rugiés *1.Petri.5.*
circuit, quærens quem deuoret: cui resistite fortes in fide. Habent ergo veraces magistri super discipulos timoris uiscera ex virtute charitatis. hypocritę autem tanto minus commissis sibi metuunt, quanto nec sibimetipsis quid timere debeant deprehendunt. Et quia obduratis cordibus viuunt, ipsos etiam quos generant filios, nulla pietate debiti amoris agnoscũt. Vnde adhuc sub struthionis specie subditur: Duratur ad filios quasi non sint sui.) Quem enim charitatis gratia nõ infundit, proximum suum etiam si ipse hũc deo genuit, extraneũ respicit: vt profectò sunt omnes hypocritę, quorum videlicet mẽtes dum semper exteriora appetunt, intus insensibiles fiunt: & in cunctis quæ agunt, dum sua semper expetũt, erga affectum proximi nulla charitatis compassione mollescunt. O quàm mollia viscera gestabat Paulus, quando circa filios suos tanto *Phil.1.*
æstu amoris inhiabat, dicens: Nos viuimus, si vos statis in domino, & testis mihi est deus, quomodo cupiam omnes vos in uisceribus Christi Iesu. Romanis quoque ait: Testis est mihi *Rom.1.*
deus cui seruio in spiritu meo, in Euãgelio filij eius, quòd sine intermissione memoriam vestri semper facio in orationibus M
meis: obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperũ iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos: desidero enim videre vos. Timotheo quoque ait: Gratias ago deo meo, cui ser- *2.Tim.1.*
uio à progenitoribus meis in conscientia pura, quia *sine intermissione* habeam tui memoriam in orationib⁹ *meis: nocte ac* die desiderãs te videre. Thessalonicensibus quoque amorem suum indicans, dicit: Nos autem fratres desolati à vobis ad *1.Thess.2.*
tempus horæ, aspectu, non corde, abundantius festinauimus faciem vestram videre cum multo desiderio. Qui durs persecutionibus pressus, & tamen de filiorum salute sollicitus, adiunxit: Misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum *1.Thess.3.*
dei in Euangelio Christi, ad confortandos vos, & exhortãdos pro fide vestra, vt nemo moueatur in *tribulationibus* istis. Ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus. Ephesiis quoq; ait: Peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est *Ephe.3.*
gloria vestra. Ecce in tribulatione positus, alios exhortatur, & in hoc quod ipse sustinet, alios roborat. Non enim filiorum suorum fuerat more struthionis oblitus: sed metuebat nimis ne eius discipuli in prædicatore suo tot persecutionum probra cernentes, fidem in eo despicerent, contra quam innumeræ passionum contumeliæ prævalerent. Et idcirco minus dolebat in tormentis, sed magis filiis de tormentorum suorum tentatione metuebat. Paruipendebat in se plagas corporis, dũ formidaret in filiis plagas cordis. Ipse patiendo suscipiebat vulnera tormentorum, sed filios consolando, curabat vulnera cordium.

A cordium. Pensemus ergo cuius charitatis fuerit, inter dolores proprios aliis omnisse: pensemus cuius charitatis fuerit, filiorum salutem inter sua detrimenta requirere, & statum mentis in proximis etiam ex sua deiectione custodire. Caput. IX.

SEd hæc hypocritæ charitatis viscera nesciunt, quia eorum mens quanto per mundi concupiscentiam in exteriora resoluitur, tanto per inaffectionem suam interius obdurat, & torpore insensibili frigescit intrinsecus: quia amore damnabili mollescit foris, seque ipsam considerare non valet, quia cogitare se minime studet. Cogitare vero se mens nõ potest, quæ tota apud semetipsam nõ est. Totaverò esse apud semetipsã nõ sufficit, quia per quot concupiscẽtia rapitur, per tot à semetipsa species dissipatur, & sparsa in infimis iacet, quę collecta si vellet, ad summa consurgeret. Vnde iustorum mẽs, quia per custodiam disciplinæ, à cunctorum visibilium fluxo appetitu constringitur, collecta apud semetipsam intrinsecus integratur: qualisque deo vel proximo esse debeat, plenè conspicit, quia nihil suum exterius derelinquit, & quanto ab exterioribus abstracta compescitur, tanto aucta in intimis inflammatur: & quo intus magis ardet, eo ad deprehendenda vitia amplius lucet. Hinc est enim quòd sancti viri dum se intra semetipsos colligũt, mira ac penetrabili acie occulta etiam alie-
Ezech.8. B na delicta deprehẽdunt. Vnde bene per Ezechielem prophetam dicitur: Emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei, & eleuauit me spiritus inter terrã & cœlũ, & adduxit me in Hierusalem in visione dei iuxta ostium interius quod respiciebat ad Aquilonem: vbi erat statutum idolũ zeli, ad prouocãdam æmulationem. Quid est enim cincinnus capitis, nisi collectæ cogitationes mentis: vt non sparsæ diffluant, sed per disciplinam constrictæ subsistant? Manus ergo desuper mittitur, & propheta per cincinnũ capitis eleuatur: quia cùm nostra mens sese per custodiam colligit: vis superna sursum nos ab infimis trahit. Bene vero inter terrã & cœlũ sublatum se asserit: quia quilibet sanctus in carne mortali positus, plenè quidem adhuc ad superna non peruenit, sed iam tamen ima derelinquit. In visione vero dei in Hierusalẽ ducit: quia videlicet vnusquisque proficiens per charitatis zelum, qualis esse ecclesia debeat contemplatur. Bene quoque additur, quia iuxta ostium interius ductus est, quod respiciebat ad Aquilonem: quia nimirum sancti viri dum per aditum internę contẽplationis aspiciunt, plus praua inter Ecclesiã fieri q̃ recta deprehendunt, & quasi in Aquilonis parte oculos, id est, ad Solis siniſtram flectunt, quia contra vitiorum frigora, charitatis se stimulis accendunt. Vbi & recte subiungitur: quia illic erat statutũ idolũ zeli ad prouocãdam æmulationem. Dum enim intra sanctam ecclesiam à nonnullis specie sola fidelibus, rapinas & vitia ꝑpetrari considerãt, quid aliud q̃ in Hierusalẽ ido-
C lũ vident? Quod idolum zeli dicitur, quia per hoc contra nos æmulatio superna prouocatur: vt tanto districtius delinquentes feriat, quanto nos charius redemptor amat. Caput. X.

HYpocritæ igitur quia cogitationes mentis non colligunt, per cincinnum capitis minimè tenentur. Et qui sua nesciunt, commissorum sibi quando delicta deprehendunt? Hi itaque torpent à cœlestibus, ad quæ flagrare debuerant, & flagrant terrenis rebus anxiæ, à quibus laudabiliter torpuissent. Postposita quippe filiorum cura, sæpe eos videas se cõtra pericula immensi laboris accingere, maria transmeare, adire iudicia, pulsare principatus, palatia irrũpere, iurgãtib⁹ populorũ cuneis interesse, & terrena patrimonia laboriosa obseruatione defendere. Quibus si fortasse dicatur, cur ista vos agitis, qui seculum reliquistis? respondent ilico deũ se metuere, & idcirco tãto studio defendendis patrimoniis insudare. Vnde bene adhuc de struthionis huius stulto labore subiũgit:

Quòd hypocritæ animarum damna non curant, sed temporalium rerum iactura anxiè perturbantur.

Frustra laborauit, nullo timore cogente.) Illic nanque tre-
Psalm.13. pidauerunt timore, vbi non erat timor. Ecce enim diuina vo-
Matt.5. ce præcipitur. Si quis tibi tulerit tunicam, & voluerit tecum iudicio contendere, dimitte illi & pallium. Et rursum. Si quis quod tuum est tulerit, ne repetas. Paulus quoque Apostolus discipulos suos cupiens exteriora despicere, vt valeant inter-
1.Corin.6. na seruare admonet dicẽs: Iam quidem omnino delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos, quare non magis in- D
iuriam accipitis, quare non magis fraudem patimini? Et tamẽ hypocrita assumpto sanctæ conuersationis habitu, filiorũ custodiam deserit, & temporalia quęque defendere etiam iurgiis quærit. Exemplo suo eorum perdere corda non trepidat, & quasi per negligẽtiam amittere patrimonia terrena formidat. In errorẽ discipulus labitur, & tamen cor hypocritæ nullo dolore sauciatur. Ire in iniquitatis voraginem commissos sibi cõspicit, & hæc quasi inaudita pertrãsit, at si quod sibi leuiter inferri temporale damnum senserit, in vltionis iram repente ab intimis inardescit. Mox patiẽtia rumpitur, mox dolor cordis in vocibus effrenatur: quia dum animarum damna æquanimiter tolerat, iacturam verò rerum temporalium repellere, etiã cum spiritus cõmotione festinat, cunctis veraciter indicat teste mentis perturbatione quid amat. Ibi quippe est grãde studium defensionis, vbi & grauior vis amoris. Nam quantomagis terrena diligit, tanto priuari eis vehementius pertimescit. Qua enim mente aliquid in hoc mundo possidemus, non docemur, nisi cùm amittimus. Sine dolore nanq; amittitur, quicquid sine amore possidetur. Quæ vero ardenter diligimus habita, grauiter suspiramus ablata. Quis autem nesciat quia nostris vsibus res terrenas dominus condidit, suis autem animas hominum creauit? Plus ergo deo se amare conuincitur, qui neglectis his quę eius sunt, propria tuetur. Perdere nanq; hypocritæ ea quæ dei sunt, id est, animas hominum non timent, & E
ea quæ sua sunt, amittere, videlicet res cum mundo transeũtes, quasi districto iudici posituri rationes timent, ac si placatũ inueniant, cui desideratis rebus, id est rationabilibus perditis, insensibilia & non quęsita conseruant. Possidere aliquid in hoc
Luc.14. mundo volumus: & ecce veritas clamat: Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus. Perfectus igitur christianus quomodo debet res terrenas iurgando defendere, quas nunc præcipitur nõ possidere? Itaque cum res proprias amittimus, si perfectè deum sequimur, in huius vitæ itinere à magno onere leuigati sumus. Cùm verò curam rerum, eiusdem nobis itineris necessitas imponit, quidã dum eas rapiunt, solummodo tolerandi sunt: quidam verò conseruata charitate prohibendi, non tamen sola cura ne nostra subtrahant, sed ne rapientes non sua, semetipsos perdãt. Plus quippe ipsis raptoribus debemus metuere, quàm rebus irrationabilibus defendendis inhiare. Ista nanque etiam non rapta morientes amittimus, cùm illis verò & nunc conditionis ordine, & si corrigi studeant: post perceptionem muneris vnũ sumus. Quis autem nesciat, quia minus ea quibus vtimur, & plus debemus amare quod sumus? Si ergo & pro sua vtilitate raptoribus loquimur, iam non solum nobis quæ temporalia, sed ipsis etiam quę sunt æterna, vendicamus. Qua in re illud est solerter intuẽdum, ne per necessitatis metum, cupiditas surrepat rerum: & zelo succensa prohibitio, impetu immoderatiore di- F
stensa, vsque ad odiosa verba, & turpitudinẽ contentionis erũpat. Dumque pro terrena re pax à corde cum proximo scindi tur, liquidò apparet, quia plus res quàm proximus amatur. Si enim charitatis viscera etiam circa raptorẽ proximũ non habemus, nosmetipsos peius ipso raptore persequimur, grauiusq; nos q̃ alter poterat deuastamus, quia dilectionis bonũ sponte deserentes, à nobisipsis intus est quod amittimus, qui ab illo sola exteriora perdebamus. Sed hanc hypocrita formã charitatis ignorat: quia plus terrena q̃ cœlestia diligens, contra eũ qui tẽporalia diripit, sese in intimis immani odio inflammat.

Caput. XI.

SCiendum verò est: quia sunt nonnulli quos charitatis gremio nutriens mater Ecclesia tolerat, quousque ad spiritalis ætatis incrementa perducat, qui nonnunquam & sanctitatis habitum tenent, & perfectionis meritum exequi non valent. Ad dona nanque spiritalia minimè assurgunt, & idcirco his qui sibi coniuncti sunt, ad tuenda ea quæ terrena sunt, seruiunt, & nonnunquam in defensionis eiusdem iracundia excedunt. Hos nequaquã credẽdum est hypocritarum numerum incurrere, quia aliud est infirmitate, aliud malitia peccare. Hoc itaque inter hos & hypocritas distat, quòd isti infirmitatis conscij malunt à cunctis de culpa sua redargui, quàm de ficta sanctitate laudari. Illi verò & iniqua se agere certi sunt: & tamen apud humana iudicia de nomine sanctitatis,

G tatis,intumescunt. Isti non metuunt prauis hominibus etiam de bona actione displicere: dum supernis tantummodo iudiciis placeant,illi vero nunquam quid agant, sed quomodo de actione qualibet hominibus possint placere considerant. Isti iuxta modum suæ intelligentiæ, etiam in rebus seculi militant causis dei,illi verò pro causis dei, intentioni deseruiunt seculi, quia inter ipsa quoque quæ se agere sancta opera ostẽdunt,nõ conuersionem quærunt hominum,sed auras fauorum. Igitur dum quosdam non despectę conuersationis viros: iracundè vel nimiè defendere terrena conspicimus, debemus hoc in illis per charitatem reprehendere,nec tamen eos reprehendendo desperare,quia plærunque vni eidemque homini & insunt quædam iudicabilia quæ apparent, & magna quæ latent. In nobis autem sæpe magna in facie prodeunt, & nonnunquam quæ reprehendenda sunt occultantur. Hinc ergo humilianda est nostræ mentis elatio, quòd & illorum infirma sunt publica,& nostra secreta,& rursum fortia illorum secreta sunt,& in publico nostra vulgantur. Quos ergo de aperta infirmitate reprehendimus,supereſt vt de occultæ fortitudinis æstimatione veneremur, & si de aperta se firmitate nostra mens eleuat,occulta sua infirma considerãs, sese in humilitate premat. Sæpe enim nonnulli multis præceptis obsequuntur, & quædã pauca prætereunt, & nos multa prætermittimus, cum pauca seruamus. Vnde fit plærunque, vt quia quod seruare nos noH uimus, hoc præterire alios videmus,ilico nostra se in elatione mens eleuet, obliuiscens quàm multa prætereat, cum valde sint pauca quæ seruat. Necesse est igitur vt in quibus alios reprehendimus, elationem sollicitè nostræ cogitationis inclinemus: quia si sublimiorem se cæteris noster animus conspicit, quasi in præcipitio singularitatis ductus,eo peius ruit.Sed cur hypocrita cœlestia lucra deserens, terrena elaboret, sub struthionis adhuc nomine subiungit, dicens:

Quòd hypocritas dedit deus in reprobum sensum, & ita excæcati sunt mente,vt electorum sanctitatem,& eorum rectorem deum cõtemnant.

Priuauit eam deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam.) Quanuis aliud sit priuare, aliud non dare, hoc tamen repetiit subdendo,non dedit, quod præmisit, priuauit. Ac si diceret: Quod dixit priuauit,non iniustè sapientiam abstulit,sed iustè
Exo.7. non dedit. Vnde & Pharaonis cor dominus obdurasse describitur,non quòd ipse duritiam contulit, sed quòd exigentibus eius meritis,nulla illud desuper infusi timoris sensibilitate molliuit.Sed nunc hypocrita quòd sanctum se simulat, quòd sub imagine boni operis occultat, sanctę Ecclesiæ pace premitur, & idcirco ante nostros oculos religionis visione vestit.Si qua ergo tentatio fidei erumpat, statim lupi mens rabida, habitu se ouinę pellis expoliat:quãtumque contra bonos sæuiat,perI sequens demonstrat. Vnde & rectè subditur: Cum tempus fuerit,in altum alas erigit,deridet equitem,& ascensorẽ eius.) Quid enim alas huius struthionis accipimus, nisi pressas hoc tempore quasi complicatas hypocritæ cogitationes? Quas cũ tempus fuerit, in altum eleuat,quia opportunitate comperta, eas superbiendo manifestat. Alas in altum erigere, est per effrenatam superbiam cogitationes aperire. Nunc autem quia sanctũ se simulat,quia in semetipso stringit quæ cogitat,quasi alas in corpore per humilitatem plicat.

Caput. XII.

NOtandum verò est quòd non ait:Deridet equum & ascensorem:sed equitem & ascensorem eius. Equus quippe est vnicuiq; sanctæ animæ corpus suũ: quod videlicet nouit,& ab illicitis continentiæ freno restringere,& rursum charitatis impulsu in exercitatione boni operis relaxare. Equitis ergo nomine anima sancti viri exprimitur: quæ iumentum corporis bene subditum regit. Vnde & Ioannes apo
Apoca. 19. stolus in Apocalypsi dominum cõtemplatus ait: Et exercitus qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis. Multitudinem quippe sanctorum quæ in hoc martyrij bello sudauerat, rectè exercitum vocat:qui idcirco in equis albis sedere referũtur:quia nimirum eorum corpora & luce iustitię, & castimonię cãdore claruerunt.Deridet ergo hypocrita equitem: quia cùm ipse in aperto iniquitatis eruperit, electorũ despicit sanctitatem:& elatus fatuos appellat,quos pace pressus fidei,callida arte simulabat.Quis verò alius huius ascensor est equitis, K nisi omnipotens deus:qui & ea quæ non erant præuidens condidit:& ea quæ sunt possidens regit? Ascendit quippe equitẽ: quia iusti vniuscuiusque viri animum possidet,sua bene membra possidentem. Huic ergo hypocritę deridere est equitem, sanctos despicere:deridere vero est ascensorem equitis, prosilire vsque ad iniuriam creatoris. Quia enim in vnoquoque lapsu à minimis semper incipitur,& succrescentibus defectibus ad grauiora peruenitur, rectè hypocritæ huius iniquitas per supposita detrimenta distinguitur: vt dicatur prius bonum se quod non sit ostendere,postmodum vero bonos apertè despicere:ad extremum quoque vsque ad iniuriam conditoris exilire.Nunquam quippe illic anima quò ceciderit iacet,quia voluntariè semel lapsa ad peiora pondere suæ iniquitatis impellitur:vt in profundum corruẽs semper adhuc profundius obruatur.Eat ergo hypocrita,& nunc suas laudes appetat, postmodum vitam proximorum premat,& quandoque se in irrisione sui conditoris exerceat :vt quo elatiora semper excogitat,eo se suppliciis atrocioribus immergat.O quàm multos tales nunc sancta Ecclesia tolerat,quos cùm tempus eruperit, tẽtatio aperta manifestat. Qui voluntates suas quia contra eam modo non exerunt,quasi complicatas interim alas cogitationum premunt.Quia enim à bonis malisque hæc vita communiter ducitur: nunc Ecclesia ex vtrorumque numero visibiliL ter congregatur,sed deo inuisibiliter iudicante discernitur:atque in exitu suo à reproborum societate separatur. Modo verò esse in ea, nec boni sine malis,nec mali sine bonis possunt. Hoc enim tempore coniuncta vtraque pars sibi necessariò cõgruit:vt & mali mutentur per exempla bonorum,& boni purgentur per tentamenta malorum. Atque ideo dominus postquam sub struthionis specie multa de hypocritarũ reprobatione intulit,mox ad electorum sortem verba conuertit:vt qui in illis audierant quod fugientes tolerent, in istis audiãt quod imitantes ament. Sequitur:

Quòd ea quæ de rhinocerote dicta sunt, intelligi & aliter possunt.

Nunquid præbebis equo fortitudinẽ, aut circundabis collo eius hinnitum?)Sed fortasse prius quàm huius equi fortitudinem hinnitumque differamus,ab aliquibus quæritur,vt aliter etiam moralitate postposita,& rhinocerotis virtus,& struthionis huius fatuitas exponatur. Manna quippe est verbum dei,& quicquid bene voluntas suscipientis appetit,hoc profectò in ore comedentis sapit. Terra est verbum dei,quã quanto labor inquirentis exigit,tanto largius fructum reddit. Debet ergo intellectus sacri eloquij multiplici inquisitione ventilari:quia & terra quæ sepius arando vertitur,ad frugem vberius aptatur. Quæ igitur & aliter de rhinocerote ac struthione sentimus,sub breuitate perstringimus:quia ad ea quæ obligatoria sunt enodanda properamus. Caput. XIII. M

RHinoceros iste, qui etiam monoceros in Græcis exemplaribus nominatur, tantæ esse fortitudinis dicit, vt nulla venantium virtute capiatur.Sed sicut hi asse- *Rhinocerotis fortitudo.*
runt,qui describendis naturis animalium laboriosa inuestigatione sudauerunt, virgo ei puella proponitur,quę venienti sinũ aperit, in quo ille omni ferocitate postposita caput depo- *Modus capiendi eius.*
nit, sicq; ab eis à quibus capi quæritur,repentè velut inermis inuenitur.Buxei quoq; coloris esse describitur,qui etiã cũ elephãtis quando certamẽ aggreditur,eo cornu quod in nare singulariter gestat, ventrẽ aduersantiũ ferire perhibetur, vt cũ ea quæ molliora sunt vulnerat,impugnantẽs se facilè sternat.Potest ergo per hũc rhinocerotem, vel certè monocerotẽ,scilicet vnicornẽ:ille populus intelligi,qui dũ de accepta lege nõ opera,sed solã inter cunctos homines elationẽ sumpsit,quasi inter cæteras bestias cornu singulare gestauit. Vnde passionem suã dominus propheta canẽte pronuncians,ait: Libera me de ore *Psalm.*
leonis,& de cornibus vnicorniũ humilitatẽ meã. Tot quippe in illa gente vnicornes, vel certè rhinocerotes extiterũt,quot cõtra prædicamẽta veritatis de legis operib' singulari,& fatua elatiõe cõfisi sunt.Beato igit Iob sanctæ Ecclesiæ typũ tenẽti dicit:Nunquid volet Rhinoceros seruire tibi?Ac si apertè dicatur:Nunquid illũ populum quem superbire in nece fideliũ stulta sua elatione consideras,sub iure tuæ prædicationis inclinas,subaudis,vt ego,q & cõtra me illũ singulari cornu extolli

conspicio,

A confricio, & tamẽmihi cùm voluero, protinus ſubdo: Sed hoc
meliùs offendimus, ſi de genere ad ſpeciem tranſeamus. Ille er-
gò ex hoc populo & prius in ſuperbia, & poſtmodum præci-
pius teſtis in humilitate nobis ad mediũ Paulus ducatur: qui
dum contra deum ſe quaſi de cuſtodia legis neſciens exrulit,
cornu in nare geſtauit. Vnde & hocipſum naris cornu per hu-
militatem poſtmodum inclinans, dicit: Qui prius fui blaſphe-
mus & perſecutor, & contumelioſus, ſed miſericordiam con-
ſecutus ſum: quia ignorans feci. In nare cornu geſtabat, qui
placiturum ſe deo de crudelitate confidebat, ſicut ipſe poſt-
modum ſemetipſum redarguens dicit: Et proficiebam in Iu-
daiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo, abun-
dantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum.
Huius autem Rhinocerotis fortitudinem omnis venator ex-
timuit, quia Sauli ſæuitiam vnuſquiſque prædicator expauit.
Scriptum nanque eſt: Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis
in diſcipulos domini, acceſsit ad principem ſacerdotum, & pe-
tiit ab eo epiſtolas in Damaſcum ad ſynagogas, vt ſi quos in-
ueniſſet huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in
Hieruſalem. Cùm flatus nare reddendus trahitur, ſpiratio vo-
catur, & illud ſæpe per odorem nare deprehendimus, quod o-
culis non videmus. Rhinoceros ergo iſte nare geſtabat cornu
B quo percuteret, quia minarum & cædis in domini diſcipulos
ſpirans, poſtquam præſentes interfecerat, abſentes quærebat.
Sed ecce omnis ante illum venator abſconditur, id eſt, omnis
homo rationale ſapiens opinione timoris eius effugatur. Vt
ergo hunc Rhinocerotem capiat, ſinum ſuum virgo, id eſt ſe-
cretum ſuum ipſa per ſe inuiolata in carne dei ſapiẽtia expan-
dat. Scriptum quippe eſt quòd cùm Damaſcum pergeret, ſubitò circunfulſit illum die media lux de cœlo, & vox facta eſt,
dicens: Saule Saule quid me perſequeris? Qui proſtratus in ter-
ra reſpondit: Quis es domine? Cui ilico dicitur: Ego ſum Ie-
ſus Nazarænus, quem tu perſequeris. Virgo nimirum rhino-
ceroti ſinum ſuum aperuit, cùm Saulo incorrupta dei ſapien-
tia incarnationis ſuæ myſterium de cœlo loquendo patefecit,
& fortitudinem ſuam rhinoceros perdidit, quia proſtratus, hu
mi, omne quod ſuperbum tumebat amiſit. Qui dum ſublato
oculorum lumine, manu ad Ananiam ducitur: patet iam rhi-
noceros iſte quibus dei loris aſtringitur, quia videlicet vno in
tempore cæcitate, prędicatione, baptiſmate ligatur. Qui etiam
ad dei præſepe moratus eſt: quia ruminare verba Euangelij
dedignatus non eſt. Ait enim: Aſcendi Hieroſolymam cum
Barnaba, aſſumpto & Tito. Aſcendi autem ſecundum reue-
lationem, & contuli cum illis Euangelium. Et qui prius ieiu-
nus audierat: Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare: mira
poſtmodum virtute præſidentis preſſus, ex verbi pabulo vi-
res obtinuit, & calcem ſuperbiæ amiſit. Loris quoque dei non
tantum à feritate reſtringitur, ſed quod magis ſit mirabile: ad
C arandum ligatur: vt non ſolum homines crudelitatis cornu
non impetat, ſed eorum etiam refectioni ſeruiens, aratrum prę
dicationis trahat. Ipſe quippe de euangelizantibus quaſi de
arantibus dicit: Deber enim in ſpe qui arat arare, & qui tritu-
rat, in ſpe fructus percipiendi. Qui igitur tormenta prius fi-
delibus irrogauerat, & pro fide poſtmodum flagella libenter
portat, qui ſcriptis etiam epiſtolis humilis ac deſpectus prædi-
cat quod dudum terribilis impugnabat, profectò bene ligatus
ſub aratro deſudat ad ſegetem, qui viuebat in campo malè li-
ber à timore. De quo rectè dicitur:

Caput. XIIII.

AVt confringet glebas vallium poſt te?) Iam ſcilicet
dominus quorundam mentes intrauerat, qui illum
veraciter humani generis redemptorem credebant.
Qui tamen cùm nequaquam à priſtina obſeruatione recede-
rent, cùm dura literæ prædicamenta cuſtodirent, eis prædica-
tor egregius dicit: Si circũcidamini, Chriſtus vobis nihil pro-
derit. Qui ergo in humili mente fidelium legis duritiam re-
darguendo contriuit, quid aliud quàm in valle poſt domi-
num glebas fregit? ne videlicet grana ſeminum quæ exciſus
aratro fidei ſulcus cordis exciperet, per cuſtodiam literæ preſ-
ſa deperirent. De quo bene adhuc ſubditur: Nunquid fidu-
ciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinques ei la-
bores tuos? In Rhinocerotis huius fortitudine fiduciam deus
habuit: quia quanto illum crudelius ſibi dura inferentem per-
tulit, tanto pro ſe conſtantius tolerantem aduerſi præſciuit. D
Cui labores etiam quos ipſe in carne pertulerat deroliquit:
quia conuerſum illum vſque ad imitationem propriæ paſsio-
nis traxit. Vnde & per eundem Rhinocerotem dicitur: Sup-
pleo ea quæ deſunt paſsionum Chriſti in carne mea. De quo
adhuc ſubditur: Nunquid credes ei quòd reddat ſementem ti-
bi & aream tuam congreget? Conſideremus Saulum quis
fuerit, cùm ab ipſa adoleſcentia lapidantium adiutor exiſte-
ret, cùm alia Eccleſiæ loca vaſtaret, & acceptis epiſtolis va-
ſtanda alia peteret, cùm mors & fidelium nulla ſufficeret, ſed
ſemper ad aliorum interitum aliis extinctis anhelaret, & pro-
fectò cognoſcimus quia nullus tunc fidelium crederet, quòd
ad iugum deus ſuæ formidinis, vim tantæ elationis inclina-
ret. Vnde & Ananias voce dominica hunc & poſtquam con-
uerſum audiuit extimuit, dicens: Domine audiui à multis de
viro hoc quanta mala ſanctis tuis fecerit in Hieruſalem. Qui
tamen repentè commutatus ab hoſte prædicator efficitur, &
in cunctis mundi partibus redemptoris ſui nomen inſinuat,
ſupplicia pro veritate tolerat, pati ſe quæ irrogauerat exultat,
alios blandimentis vocat, alios ad fidem terroribus reuocat.
Iſtis regnum pollicetur cœleſtis patriæ, illis minatur ignes ge-
hennæ. Hos per auctoritatem corrigit, illos ad vitam rectitu-
dinis per humilitatem trahit, atque in omni latere ad manum
E ſe ſui rectoris inclinat, & tanta arte dei aream cõgregat, quan-
ta illam prius elatione ventilabat.

Caput. XV.

SEd neque hoc abhorret à Paulo, quod Rhinoceros bu-
xei coloris dicitur: & elephantorum ventres cornu fe-
rire perhibetur. Quia enim viuere ſub rigore legis aſ-
ſueuit, arctius cæteris in illo cuſtodia vniuſcuiuſque virtutis
inoleuit. Quid enim per colorem buxeum niſi abſtinentiæ
pallor exprimitur? Cui ipſe ſe tenaciter adhærere teſtatur di-
cens: Caſtigo corpus meum, & ſeruituti ſubiicio, ne forte aliis
prædicans, ipſe reprobus efficiar. Qui diuinæ legis eruditione
præditus, dum aliorum ingluuiem redarguit, cornu elephan-
tes in ventrem ferit. In ventrem quippe elephantes percuſſe-
rat, cùm dicebat: Multi ambulant quos ſæpe dicebam vobis:
nunc autem & flens dico inimicos crucis Chriſti, quorum fi-
nis interitus, quorum deus venter eſt, & gloria in confuſione
ipſorum. Et rurſum: Huiuſmodi Chriſto domino non ſeruiunt,
ſed ſuo ventri. Cornu ſuo igitur Rhinoceros iſte non
iam homines, ſed beſtias percutit, quando illa Paulus doctrinę
ſuæ fortitudine nequaquam perimendos humiles impetit, ſed
ſuperbos ventris cultores occidit. Quæ ergo in Paulo ſcripta
cognouimus: ſupereſt & facta & in aliis credamus. Multi quip
pe ad humilitatis gratiam ex illius populi elatione conuerſi
ſunt, quorum ſæuitiam dominus dum ſub iugo inſpirati timo-
ris edomuit, nimirum Rhinocerotis ſibi fortitudinem ſubegit.
F Sed quia mira dei potentia quid de electis egerit audiuimus,
nunc mira eius patientia in his quos reprobat quid tolerauerit audiamus. Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij & accipitris.) Quid ſtruthionis nomine, niſi ſynagoga ſignatur? quæ alas legis habuit, ſed corde in infimis repens, nunquam ſe à terra ſubleuauit? Quid verò per herodium & accipitrem, niſi antiqui patres exprimuntur, qui ad ea quæ potuerunt intelligendo perſpicere, valuerunt etiam viuendo peruolare? Penna igitur ſtruthionis, herodij & accipitris pennæ eſt ſimilis, quia ſynagogæ vox priorum doctrinam loquendo tenuit, ſed viuendo neſciuit. Vnde & eiuſdem ſynagogæ populos de Phariſæis atque ſcribis veritas admonet, dicens: Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite, ſecundum opera verò eorum nolite facere. Multa autem dicere de herodij vita potuimus, ſed quia penna eius tantummodo ad memoriam deducitur, de vita loqui prohibemur.

Caput. XVI.

QVando derelinquit in terra ova ſua: tu forſitan in
puluere calefacies ea?) In ouis aliud eſt quod cer-
nitur, aliud quod ſperatur: & videri ſpes non po-
teſt: Paulo atteſtante, qui ait: Quod enim videt
quis, quid ſperat? Quid ergo per ſtruthionis ova, niſi de ſy-
nagogæ carne editi Apoſtoli deſignantur? qui dum ſe in mun-
do deſpectos atque humiles exhibent, ſperare gloriam in ſu-

G pernis docent. Abiecti nanque & quasi nullius momenti apud elatos habiti, in terra velut oua iacuerunt: sed intus in eis latebat vnde viuerent: & subleuati spei pennis ad cœlestia volarent. Que oua struthio in terra derelinquit: quia eos quos carne genuerat synagoga Apostolos audire contemnens, vocandæ gentilitati deseruit. Mira autem potentia dominus hæc eadem in puluere oua calefacit: quia viuos apostolorum fœtus in illa abiecta dudum gentilitate suscitauit: & quos synagoga velut insensatos inuiuificatosque despexerat: ipsi nunc in veneratione gentium per doctrinæ magisterium viuentes volãt. Oua sua struthio in puluere derelinquit: quia omnes quos prædicando synagoga genuit, à terrenis desideriis minimè suspendit. Que nimirum desideria quia antiquus hostis concepta in corde inuenit: obsessas mẽtes etiam in sceleribus rapit. Vnde & subditur: Obliuiscitur quòd pes conculcet ea: & bestia agri conterat.) Tunc oua pes calcat, & bestia agri conterit, cùm in terra deseruntur: quia videlicet humana corda dum semper terrena cogitare, semper que ima sunt agere appetunt: ad conterendum se agri bestiæ, id est, diabolo sternũt: vt cùm
H diu in infima cogitatione abiecta sunt, quandoque etiam maiorum criminum perpetratione frangantur. Synagoga ergo oua quæ genuit, à terra suspendere bene viuẽdo neglexit. Sed omnipotens deus multos eius filios quanuis in terrenis desideriis mortuos ac frigidos reperit, calore tamen sui amoris animauit. Sed vitam quam filiis synagoga non dedit: hanc postmodum inuidit: dum moliretur persequendo extinguere, quos se ad bona opera non meminerat fouendo genuisse. Vnde & aptè de hac struthione subditur: Duratur ad filios quasi non sint sui.) Quasi non suos despicit, quos aliter viuere quàm docuit ipsa deprehendit: & durescente sæuitia terrores admouet: seque in eorum cruciatibus exercet: atque inuidiæ facibus inflammata, in quibus non laborauit vt possint viuere, laborat vt debeant interire: & cum domini membra persequitur, placere se per hoc domino suspicatur. Vnde & eisdem struthionis ouis veritas dicit: Venit hora vt omnis qui interficit vos: arbitretur obsequium se prestare deo. Quia ergo dum crudelitate ad persequendum synagoga ducitur: hoc se agere impulsu diuini timoris arbitratur, rectè subiungitur: Fruſtra laborauit, nullo timore cogente.) In labore quippe illam persecutionis anhelare non timor sed crudelitas coëgit. Sed quia plærunque vitia colore virtutum tincta, tanto nequiora sunt, quanto & esse vitia minimè cognoscuntur: eo in persecutione synagoga durior extitit, quo religiosiorem se fieri fidelium moribus estimauit: & idcirco quæ ageret, discernere omnino non potuit: quia lumen sibi intelligentiæ per superbiæ abiectionem clausit. Vnde & bene subditur: Priuauit eam deus sapientia: nec dedit illi intelligentiam.) Districtum quippe est occultæ retributionis examen: & qua sciens humilitatem perdidit, etiam veritatis intelligentiam nesciens amisit. Valde au-
I tem minora sunt vulnera quæ in redemproris aduentu fidelibus intulit: quàm ea quibus sanctam Ecclesiam adhuc per aduentum antichristi ferire contendit. Ad illud nanque se tempus præparat, vt vitam fidelium coaceruatis viribus premat. Vnde & aptè subditur:

Ioan. 16.

Caput. XVII.

CVm tempus fuerit, in altum alas erigit: deridet equitem & ascensorem eius.) In altum struthio alas erigit: quando suo conditori synagoga non vt antea formidando, sed apertè iam repugnando contradicit. In membra quippe diaboli transiens, & mendacij hominem deũ credens, contra fideles tanto in altum extollitur, quanto & dei corpus se esse gloriatur. Quæ quia non solum humanitatem domini, sed ipsam etiam diuinitatem despicit, non tantum equitem, sed ascensorem etiam equitis irridet. Nam custodita vnitate personæ valet intelligi, quia verbum dei tunc equitem ascendit, quando animatam carnem sibi intra vterum virginis condidit. Tunc equitem ascendit, quando humanam animam propriæ carni præsidentem, diuino cultui semetipsum creando subiugauit. Carnem quippe diuinitas anima mediante suscepit: & per hoc totum simul equitem tenuit: quia in semetipso non solum illam quæ regebatur, sed hanc etiam que regebat astrinxit. Iudæa igitur per aduentum superbientis antichristi laqueo seductionis capta: quia redemptorem nostrum humilẽ fuisse inter homines despicit: deridet equitem, quia eius in omnibus diuinitati contradicit: deridet nihilominus & ascensorem. Sed redemptor noster vnus idemque, & eques, & equitis est ascensor: & cùm in mundum venit, fortes contra mundum prædicatores exhibuit: & cùm in mundi termino antichristi fallaciam tolerat, virtutem pro se certantibus subministrat: vt cùm antiquus hostis in illa sua citius finienda libertate laxatur: fideles nostri tanto maiores vires accipiant, quanto contra aduersarium solutum pugnant. Vnde hic cum struthio alas eleuare, ascensorem & equitem deridere describitur, ilico fortium prædicatorum memoria subrogatur, & dicitur: Nunquid præbebis equo fortitudinem: aut circundabis collo eius hinnitum?) Iob.

Caput. XVIII.

IN scriptura sacra equi nomine aliquando lubrica vitæ prauorum: aliquando dignitas temporalis: aliquando hoc ipsum præsens seculum: aliquando præparatio rectæ intentionis: aliquando sanctus prædicator exprimitur. Equi enim nomine lubrica prauorum vita signatur, sicut scriptũ est: Nolite fieri sicut equus & mulus. Et sicut per prophetam alium dicitur: Equi amatores & emissarij facti sunt: vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Equi nomine dignitas temporalis accipitur: Salomone attestante, qui ait: Vidi seruos in equis, & principes ambulantes quasi seruos super terram. Omnis quippe qui peccat, seruus est peccati, & serui in equis sunt, cùm peccatores præsentis vitæ dignitatibus efferuntur. Principes verò quasi serui ambulant: cùm multos dignitate virtutum plenos nullus honor erigit: sed summa hìc aduersitas velut indignos deorsum premit. Hinc rursum dicitur: Dormitauerunt qui ascenderunt equos, id est, in morte animæ mentis oculos à veritatis luce clauserunt, qui in præsentis vitæ honore confisi sunt. Equi nomine hoc ipsum præsens seculum designatur: sicut Iacob voce dicitur: Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita: mordens vngulas equi: vt cadat ascensor eius retro. Quo in testimonio quid equus significet melius ostendimus: si & ea quæ circunstant, paulo subtilius exponamus. Nõnulli enim de tribu Dan venire antichristum ferunt: pro eoq; hoc loco Dan, & coluber asseritur & mordens. Vnde & non immerito dum Israëliticus populus terras in castrorum partionem susciperet: primus Dan ad Aquilonem castrametatus est: illum scilicet signans qui in corde suo dixerat: Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: ascendam super altitudinem nubiũ, similis ero altissimo. De quo & per prophetam dicitur: A Dan auditus est fremitus equorum eius. Qui non solum coluber: sed etiam cerastes vocatur. Cerata enim Græcè cornua dicuntur, serpensque hic cornutus esse perhibetur: per quem dignè antichristi aduentus asseritur: quia contra fidelium vitam cum morsu pestiferæ prædicationis, armatur etiam cornibus potestatis. Quis autẽ nesciat semitam angustiorẽ esse quàm viam: Fit ergo Dã coluber in via: quia in præsentis vitæ latitudine eos ambulare prouocat, quibus quasi parcendo blãditur: sed in via mordet: quia eos quibus libertatem tribuit, erroris sui veneno cõsumit. Fit cerastes in semita: quia quos fideles reperit, & sese ad præcepti cœlestis angusta itinera constringentes: non solum nequitia callidæ persuasionis impetit: sed etiam terrore potestatis premit: & in persecutionis lãguore post beneficia fictę dulcedinis exercet cornua potestatis. Quo in loco equus hûc mũdum insinuat, qui per elationẽ suam in cursu labentium temporum spumat. Et quia antichristus extrema mundi apprehẽdere nititur: cerastes iste equi vngulas mordere perhibetur. Vngulas quippe equi mordere, est extrema seculi feriendo cõtingere. Vt cadat ascẽsor eius retro. Ascẽsor equi est quisquis extollitur in dignitatibus mũdi. Qui retro cadere dicitur: & nõ in faciem: sicut Saulus cecidisse memoratur. In faciem enim cadere, est in hac vita suas vnumquẽque culpas agnoscere, easque pœnitendo deflere. Retro verò quo nõ videtur cadere, est ex hac vita repentè decedere: & ad quæ supplicia ducatur ignorare. Et quia Iudæa erroris sui laqueis capta, pro Christo antichristũ expectat: bene Iacob eodem loco repente in electorum voce conuersus est dicens: Salutare tuum expectabo domine, id est, non sicut infideles antichristum: sed cum qui in redemptionem nostram venturus est, verum credendo fideliter Christum. Equi nomine

Iob. 39.

Psal. 31.

Hier. 5.

Eccles. 10.

Psal. 67.

Gene. 49.

Esa. 14.

Ezech. 1.

Num. 24.

Gene. 49.

præpara-

A ...ratio rectæ intentionis accipitur, sicut scriptum est: huc ...s paratur ad bellū: sed dominus salutem tribuit, quia ...ra tentationem quidem se animus præparat: sed nisi adiu- ...tur desuper, salubriter non decertat. Equi nomine sanctus ...uisque prædicator accipitur: propheta attestante qui ait: Misti in mare equos tuos, turbantes aquas multas. Quietæ quippe aquæ iacuerunt: quia humanæ mentes diu sub vitiorum ...rum torpore sopitæ sunt. Sed equis dei mare turbatum est: uia missis sanctis prædicatoribus: omne cor quod pestifera ...curitate torpuit, impulsu salutiferi timoris expauit. Hoc itaque loco equi nomine sanctus prædicator accipitur, cùm beato Iob dicitur:

Quòd prædicatores à deo & vitam habeant & doctrinam

Caput. XIX.

NVnquid præbebis equo fortitudinem: aut circundabis collo eius hinnitum?) Sed quid est quòd huic equo dominus se prius dare fortitudinem: & postmodum collo eius hinnitum circundare asserit? Hinnitu enim vox prædicationis exprimitur. Verus autem quisque prædicator antè fortitudinem, & pòst hinnitum accipit: quia cum in se prius vitia extinxerit: tunc pro erudiendis aliis ad vocem
B prædicationis venit. Equus iste habet fortitudinem: quia aduersa constanter tolerat. Habet hinnitū: quia ad superna blandiēs vocat. Huic equo dominus & fortitudinem & hinnitum se dare testatur, quia in prædicatore eius nisi & vita & sermo conuenerint, nequaquam virtus perfectionis apparebit. Non enim multum prodest si sublimis vitæ operatione suffultus sit: si tamen loquendo non valet ad hoc alios excitare quod sentit. Vel quid prodest bene loquendo alios accendere: si semetipsum indicat malè viuendo torpuisse? Quia ergo in prædicatore necesse est vt ad perfectionem vtraque conueniant, equo suo dominus & cum actionis fortitudine hinnitum vocis, & cum hinnitu vocis fortitudinem ministrat actionis. Et notandum cur hinnitus qui interius nimirum per guttur ducitur, equi collo circundari, id est, quasi per gyrum trahi exterius dicatur: quia videlicet prædicationis vox de internis emanat, sed extrà circundat. Nam quo alios ad bene viuēdum suscitat: eo ad bene agendum & opera prædicantis ligat: ne extra sermonem actio trāseat, ne voci vita contradicat. Collo ergo equi hinnitus circūducitur: quia ne ad peruersa opera prodeat, suis vocibus etiam vita prædicantis obsidetur. Hinc est enim quòd potenter dimicantibus in munere torques datur: vt quia signa virtutum gestant, maiora semper exerceant: & débilitatis crimen incurrere metuant, dum in semetipsis iam
Eccli. 32. fortitudinis est præmium quod ostentant. Vnde & rectè in laude sapientiæ auditori cuilibet per Salomonem dicitur: Coronam gratiarum accipies capiti tuo: & torquem auream collo tuo. Sequitur:

Quòd sancti viri in tentationum ardoribus feruentiores inueniuntur: & impellentes se validis conatibus ad cœlestia rapiuntur.

C Nunquid suscitabis eum quasi locustas?) Locustarum nomine aliquando Iudaicus populus: aliquando conuersa gentilitas: aliquando adulantium lingua: aliquando verò per comparationē resurrectio dominica vel prædicatorum vita signatur. Quia enim Iudæorum populum locustæ exprimant, vita
Mat. 3. Ioannis signat: de quo scriptum est: Locustas & mel siluestre edebat. Ioannes quippe eum quem prophetię auctoritate pronunciat: etiam specie ciborum clamat. In semetipso enim designauit dominum quem præuenit. Qui nimirum in redemptionem nostram veniens: quia infructuosę gentilitatis dulcedinem sumpsit, mel siluestre edit. Quia verò Iudæorum plebem in suo corpore ex parte conuertit, in cibo locustas accepit. Ipsos nanque locustæ significant, subitos saltus dantes, sed protinus ad terrā cadentes. Saltus enim dabant, cùm præcepta domini se implere promitterent: sed citius ad terram cadebāt,
Exod. 24. cùm per praua opera hæc se audisse denegarent. Videamus in eis quasi quendam locustarum saltum: Omnia verba quæ
Numer. 14. locutus est dominus: & faciemus & audiemus. Videamus autem quomodo citius ad terram ruunt: Vtinam mortui essemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine. Vtinam pereamus: & non inducat nos dominus in terram istam. Locustę ergo erāt, quia habebant saltum per vocem, & casum per actionem. D

Caput. XX.

LOcustarum quoque nomine gentilitas designatur: Salomone attestante, qui ait: Florebit amygdalum, impinguabitur locusta: dissipabitur capparis. Amygdalum quippe florem prius cunctis arboribus ostēdit. Et quid in flore amygdali, nisi sanctæ Ecclesiæ primordia designantur? quæ in prędicatoribus suis primitiuos virtutum flores aperuit: & ad inferenda poma bonorum operum, venturos sanctos quasi arbusta sequētia præuenit. In qua mox locusta impugnata est: quia sicca gentilitatis sterilitas pinguedine est gratiæ cœlestis infusa. Capparis dissipatur: quia cùm gratiam fidei vocata gētilitas attigit: Iudæa in sua sterilitate remanens, bene viuendi ordinem amisit. Hinc rursum per eundem Salomonem dicitur: Regem locusta non habet: & egreditur vniuersa per turmas suas: quia videlicet derelicta gentilitas, aliena dudum à diuino regimine extitit: sed tamen ordinata postmodum contra aduersantes spiritus ad fidei bellum processit. Locustæ vocabulo lingua adulantis exprimitur? quod exhibitæ cœlitus Aegyptiæ plagæ testantur: quæ exigentibus meritis corporaliter semel illatæ sunt: sed quæ mala prauas mentes quotidie feriāt, spiritaliter signauerunt. Scriptum nanque est: Ventus vrens luabat locustas: quæ ascenderunt super vniuersam terram Aegypti: operueruntque vniuersam faciem terræ, vastantes omnia. Deuorata est igitur herba terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit. His enim Aegyptus plagis affecta est: in quibus exteriori percussione commota dolensque perpenderet quæ deuastationis damna interius negligens toleraret: vt dum foris perire minima, sed amplius dilecta cerneret, per eorum speciem, quæ intus pertulerat grauiora sentiret. Quid autem per significationem locustæ portendunt: quæ plusquam cætera minima quæque animantia humanis frugibus nocent: nisi linguas adulantium, quæ terrenorum hominum mentes si quando bona aliqua proferre conspiciunt, hæc immoderatius laudando corrumpunt? Fructus quippe Aegyptiorum est operatio cenodoxorum, quam locustæ exterminant: dum adulantes linguæ ad appetendas laudes transitorias cor operantis inclinant. Herbam verò locustæ comedunt, quando adulatores quique verba loquentium fauoribus extollunt. Poma quoque arborum deuorant, quando vanis laudibus quorundam iam quasi fortium & opera eneruāt. Locustæ nomine per comparationem redemptoris nostri resurrectio designatur. *Eccles. 12.* *Prouer. 30.* *Locustæ lingua adulātis.* *Exod. 10.* E

Caput. XXI.

VNde & voce eius per prophetā dicitur: Excussus sum sicut locusta. Teneri enim à persecutoribus vsque ad mortem pertulit: sed sicut locusta excussus est: quia ab eorum manibus saltu subitę resurrectionis euolauit. Quod referri quoque ad prædicatorum numerū potest. In ipsis quippe sicut locusta excussus est: quia Iudæa in sua persecutione sæuiēte, dum per diuersa fugiunt, quasi quosdam recessionis suæ saltus dederunt. Quia verò ille prædicator ad perfectionis culmen erigitur, qui non actiua solummodo, sed etiam contemplatiua vita solidatur: rectè ipsa prędicatorum perfectio locustis exprimitur: quæ quoties se in aëra attollere conantur, primum se cruribus impellentes subleuāt, & postmodum alis volant. Ita nimirum sunt sancti viri: qui dum superna appetunt, primum quidem actiuæ vitæ bonis operibus innituntur: & tunc demum se ad sublimia per contemplationis saltum volando suspendūt. Crura figunt, & alas exerunt: quia rectè agēdo stabiliuntur: & alta videndo subleuantur. Qui in hac vita positi: diu in diuina contemplatione manere non possunt: sed quasi locustarum more, à saltu quem dederant, in pedibus suis se excipiunt, dum post cōtemplationū sublimia, ad necessaria actiuæ vitæ opera reuertuntur: nec tamē in eadem vita actiua remanere contenti sunt. Sed dum ad contemplationem desideranter exiliunt, quasi rursus aëra volantes petunt: vitamque suam quasi locustæ ascendentes descendentesque peragunt: dū sine cessatione semper & summa videre appetunt, & ad semetipsos naturæ corruptibilis pondere reuoluuntur. Est adhuc aliud quod locustæ simile sanctis prædicatoribus gerunt. Matutinis nanque horis, id est, teporis tempore vix à terra se subleuant: cùm verò æstus exarserit: tanto altius, quanto alacrius volant. Sanctus autem quisque prædicator dum quie- *Psal. 108.* F

G ta fidei tempora conſpicit, humilis ac deſpectus aſpicitur: & locuſtæ more quaſi vix à terra ſubleuatur. Si autem perſecutionis ardor incandeat, corde cœleſtibus inhærens, mox quantæ ſit ſublimitatis oſtendit: & pulſatus alis in altum rapitur, qui quietus in imis torpuiſſe videbatur. De hoc ergo equo, id eſt, prædicatore ſuo beato Iob dominus dicit: Nunquid ſuſcitabis eum quaſi locuſtas? Subaudis, vt ego: qui eo illum ad altiora excitando ſubleuo, quo grauiori perſecutionis æſtu excruciari permitto: vt tunc in illo robuſtior virtus euigilet, cum ſe ei ardentior infidelium crudelitas illidit. Sed cùm multa exterius ſanctus prædicator patitur, cum dira perſequentium vexatione cruciatur: quis intueri valet quid eſt quod intus conſpicit, qui tot ſua exterius damna non ſentit? Niſi enim eſſent mira quæ ſalubriter intus paſcerent: ea procul dubio quæ admouentur exterius, vſque ad cor tormenta peruenirent. Sed in arce ſpei ſe animus ſubleuat: & idcirco obiectæ ſeditionis iacula minimè formidat. Vnde & hoc loco dominus vt oſtẽdat: equus iſte quàm ſuauia iam de internis odoretur, cùm tot aduerſa in exterioribus patitur, rectè ſubiungit:

Gloria narium eius terror.) In ſcriptura ſacra vocabulo narium aliquando fatuitas, aliquando antiqui hoſtis inſtigatio, aliquando verò præſcientia ſolet intelligi. Naribus nanque fatuitas deſignatur, ſicut iam ſuperius Salomone atteſtante didicimus, qui ait: Circulus aureus in naribus ſuis mulier pulchra *Prouer. 31.* & fatua. Narium nomine exhalantes inſidiæ atque inſtigatio H antiqui hoſtis accipitur, quod in hoc eodem libro de illo do- *Iob. 41.* minus atteſtatur, dicens: De naribus eius procedit fumus. Ac ſi dicat: De peruerſa inſtigatione illius in humanis cordibus caligo nequiſſimæ cogitationis ſurgit: per quam videntium oculi tenebreſcant. Naribus quoque præſcientia deſignatur: *Eſaiæ. 2.* ſicut per prophetam dicitur: Quieſcite ab homine cuius ſpiritus eſt in naribus eius: quia excelſus reputatus eſt ipſe. Sæpe enim id quod non videmus: odore comprehendimus, ita vt nonnullæ res etiam cùm longè iaceant, fragrantiam nobis ſuæ qualitatis innoteſcant, dumque per nares ſpiritum ducimus, plærunque aliqua & inuiſa præſcimus. Redemptoris ergo noſtri ſpiritus eſſe in eius naribus dicitur: vt videlicet ſcientia illius eſſe in præſcientia deſignetur: quia quæcunque ſe ſcire in natura humanitatis innotuit, hęc nimirum ante ſecula ex diuinitate præſciuit. Qui vnde ſpiritum in naribus habuerit: *Ibidem.* mox per prophetam ſubiungit, dicens: Quia excelſus reputatus eſt ipſe. Ac ſi diceret: In inferioribus ventura deſuper præſciuit: quia ad ima de cœleſtibus venit. Sancti etiam viri quia ab illo audita crediderunt: ipſi quoque iam ventura præſciunt: dumque eius fideliter præceptis inſeruiunt, aduentum illius ſpe certa præſtolantur. Vnde & hoc loco equi huius naribus prædicatoris ſancti præſcientia ac præſtolatio deſignatur. Dum enim venire extremum iudicium, oſtendi cœleſtem patriam, perſolui iuſtis præmia appetit: quaſi per nares ſpiritum de futuris trahit. Sed gloria narium eius terror I eſt: quia viſionem diſtricti iudicis, quam iuſtus vehementer expectat, iniuſtus venire formidat. Iſte nanque labores ſuos conſiderans, mercedem retributionis quærit: & cauſæ ſuæ meritum ſciens, præſentiam iudicis expetit: eumque vt veniat in flamma ignis dans vindictam impiis: & contemplationis ſuæ ſpeciem in retributione deferens, piiſſimo ardore concupiſcit. Ille verò qui iniuſtitiæ ſuæ meminit: venire iudicium perhorreſcit: actuſque ſuos examinari metuit: quia damnari ſi examinentur nouit. Gloria ergo narium eius terror eſt: quia iuſtus inde gloriatur, vnde peccator pœnæ addicitur. Videamus equum quomodo de his quæ adhuc non videt: iam per nares ſpiritum trahit. Videamus quanta glo- *2. Tim. 4.* ria attollitur, cùm iam ventura præſtolatur. Ecce labores ſuos intuens prædicator egregius dicit: Ego iam delibor, & tempus meæ reſolutionis inſtat. Bonum certamen certaui: curſum conſummaui: fidem ſeruaui. De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ: quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. Vbi & aptè ſubiungit: Non ſolum autem mihi, ſed & his qui diligunt aduentum eius. Ac ſi dicat: Sed & omnibus qui ſibi de bona operatione ſunt conſcij. Aduentum enim iudicis non diligunt, niſi qui in cauſa ſua ſe habere iuſtitiæ meritum ſciunt. Quia igitur vnde gloriatur iuſtus, inde terretur iniuſtus, dicatur rectè: Gloria narium eius terror.) Sed ſanctus iſte prædicator dum venturam gloriam præſtolatur, di- I. venire ante faciem iudicis nititurque dumque à laboris ſui adl. mercede differtur, in hac vita interim poſitus quid agat a diamus. Sequitur:

Quòd ſancti viri quaſi fodientes puteos terrenas cogitationes de cordibus auditorum eiiciunt: nec allophylis volentibus implere quæ effodiunt, ab ipſa effoßione quieſcunt.

Terram vngula fodit.) Solet in equi vngula laboris fortitudo cognoſci. Quid ergo per vngulã, niſi in prædicatore ſancto virtutum perfectio deſignatur? Qua videlicet vngula terram fodit, cùm de corde audiẽtium exemplo ſuorum operum terrenas cogitationes eiicit. Vngula terram fodit: quia auditorum corda à ſecularibus curis euacuat, cùm doctor bonus cõtemni ſeculum opere oſtentat. Videamus Paulum terram cordis audientium, qua oſtenſæ virtutis vngula fodiat. Ipſe *Phi.* nanque diſcipulis dicit: Hæc cogitate: quæ & didiciſtis & accepiſtis & audiſtis & vidiſtis in me, hæc agite: & deus pacis erit vobiſcum. Et rurſum: Imitatores mei eſtote fratres, ſicut & ego Chriſti. Qui igitur exemplo ſui operis alios corrigit: nimirum vngula terram fodit.

Caput. XXII.

HAbemus aliud quod adhuc ſubtilius de huius vngulæ effoſsione tractemus. Sancti enim viri quanuis in- L tento mẽtis oculo in ſupernis euigilent: quanuis cuncta quæ in ima præterfluunt, pede rigidi contemptus calcent, ex corruptione tamen terrenæ carnis cui adhuc alligati ſunt, plęrunque cogitationum puluerem in corde patiuntur. Cúmque foris aliis ad appetẽda cœleſtia perſuadent: ſemetipſos ſem per intrinſecus ſubtili inquiſitione diſcutiũt: ne qua immoráte in ſe diu infima cogitatione polluantur. Equus ergo iſte vngula terram fodit: cùm prædicator quiſque inquiſitione ſorti terrenas in ſe cogitationes diſcutit. Equus vngula terram fodit: quando is cui iam dominus præſidet, quæ ſibi moles congeritur ex vetuſta cogitatione, conſiderat, ſeque ab illa flendo euacuare non ceſſat. Vnde bene & Iſaac apud alienam *Genes.* gentem puteos fodiſſe deſcribitur. Quo videlicet exemplo diſcimus: vt in hac peregrinationis ærumna poſiti, cogitationum noſtrarum profunda penetremus: & quouſque nobis veræ intelligentiæ aqua reſpondeat: nequaquam noſtræ inqui- *Ibidem.* ſitionis manus ab exhauriẽda cordis terra torpeſcat. Quos tamen puteos allophyli inſidiantes replent: quia nimirum immundi ſpiritus cùm nos ſtudioſè cor fodere conſpiciunt, congeſtas nobis tentationum cogitationes ingerunt. Vnde ſemper mens euacuanda eſt, inceſſanterque fodiẽda: ne ſi indiſcuſſa relinquitur, vſque ad tumorem peruerſorum operum cogi- *Ezech.* tationum ſuper nos terra cumuletur. Hinc ad Ezechielem dicitur: Fili hominis fode parietem, id eſt, cordis duritiã crebris perſcrutationum ictibus rumpe. Hinc ad Eſaiam dominus M dicit: Ingredere in petram: abſcondere foſſa humo *à facie timoris domini: & à gloria maieſtatis eius.* Petram *quippe* ingredimur: cùm cordis noſtri duritiam penetramus, atque à facie timoris domini foſſa humo abſcondimur: ſi terrenas cogitationes egerentes, ab ira diſtricti iudicis in humilitate noſtræ mentis celamur. Quo enim plus terra fodiendo proiicitur: eo pauimentum ſemper inferius demonſtratur. Vnde & nos ſi à nobis ſtudioſius terrenas cogitationes eiicimus: quo apud noſmetipſos abſcondamur, humilius inuenimus. Ecce enim quia diuini iudicij dies imminet: quaſi *ipſa iam timoris* eius facies apparet: tantoque magis neceſſe eſt vt vnuſquiſque illum terribilius timeat, quanto iam *gloria* maieſtatis eius appropinquat. Quid ergo agendum eſt, *quóve* fugiendum? Quo enim quis latere poteſt eum qui *vbique* eſt? Sed ecce petram ingredi, foſſa humo occultari præcipimur: vt videlicet cordis noſtri duritiam dirumpentes, eo iram inuiſibilem declinemus, quo ab amore rerum viſibilium apud noſmetipſos in corde ſubtrahimur: vt cùm prauæ cogitationis terra eiicitur, mens apud ſemetipſam tanto tutius, quanto & hu- *Deute.* milius abſcondatur. Hinc Iſraëlitico populo per Moyſen à domino iubetur: vt cùm egreditur ad requiſita naturæ, mittat paxillum in balteo: & foſſa humo abſcondat quæ egeſta fuerint. Naturæ enim corruptibilis pondere grauati: à mentis noſtræ

Ad mentis lenitatem dolor nostrum spectat, ac cuncta esse delectat.

Mentis nostræ vtero quædam cogitationum superflua quasi ventris grauamina erumpunt. Sed portare paxillum sub balteo debemus: vt videlicet ad reprehendendos nosmetipsos semper accincti, acutum circa nos stimulum compunctionis habeamus, qui incessanter terram mentis nostræ pœnitentiæ dolore cõsodiat: & hoc quod à nobis fœtidum erumpit abscondat. Ventris quippe egestio fossa humo per paxillum tegitur: cum mentis nostræ superfluitas subtili redargutione discussa, ante dei oculos per compunctionis suæ stimulum celatur. Quia igitur sancti viri quæque inutilia cogitant: reprehendere ac diiudicare non cessant: de equo suo dominus dicat. Terram vngula fodit, id est, quicquid in mente sua terrenum versari conspicit, hoc nimirum superductæ pœnitentiæ duris percussionibus rumpit. Cùm verò se interius districta subtilitate diiudicant: iam nihil est quod exterius pertimescant. Tanto enim minus ad mala præsentia trepidant: quanto semetipsos plenius bonis venturis parant. Vnde & subditur:

Quòd sancti viri cum locus & causa exigit, pro defensione pietatis debent semetipsos persecutoribus obicere, & etiam cùm non quæruntur obuiare.

Caput. XXIII.

B Exultat audacter: in occursum pergit armatis.) Exultat audacter: quia sic aduersis non frangitur, sicut nec prosperis eleuatur. Aduersa nanque non deiiciunt quem prospera nulla corrumpunt. Equus itaque iste & fortis & sub freno est. Ne ergo prematur aduersis, habet vim fortitudinis: ne eleuetur prosperis, habet pondus desuper insidentis. Decurrunt quippe tempora, sed idcirco iustum trahere non valent, quia leuare non possunt. Illos nimirum trahunt quos leuant: irata deiiciunt, quos blanda sustollunt. Vir autem bene deo subditus scit inter transeuntia stare: scit inter lapsus decurrentium temporum mentis gressum figere: scit nec ad subiecta se erigere, nec ad obiecta trepidare. Plærunque autem quia exerceri se vtilius contritionis suæ laboribus nouit: in aduersis hilarescit, quæ dũ cõstanter pro veritate tolerat, augeri sibi virtutis meritum lætatur. Hinc est quòd tunc Apostolus exultasse legimus, cùm pro Christo illos contigit flagella tolerasse, sicut scriptum est: Ibant gaudentes à conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Hinc Paulus cùm duris in Macedonia fuisset persecutionibus pressus, in eo quòd se afflictum insinuat, etiam iocundatum demonstrat, dicens: Nã cùm venissemus Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra. Ac si apertè diceret: quia spiritus requiem habuit, dum per profectum animæ, persecutionum supplicia caro tolerauit. Contra hunc itaque equum ab aduersariis sanctæ Ecclesiæ parantur gladij de dolore pœnarum: parantur arma de patrociniis secularium potestatum.

Act.5.

2. Corin.7.

C Solent nanque hæretici potentum mundi defensionibus quasi quibusdam armis se tegere: solent omnes infideles prædicationem fidei excitatis etiam seculi potestatibus impugnare. Sed equus dei exultat audacter: & exteriora tormenta non metuit, quia internam delectationem quærit, potestatum mũdi iracundiam non formidat, quia ipsius quoque vitæ præsentis desiderium per mentis excessum calcat. Hinc per Salomonem dicitur: Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Hinc in eo rursum scriptum est: Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. In occursu bestiarum idcirco leo non trepidat, quia præualere se omnibus non ignorat. Vnde iusti viri securitas rectè leoni comparatur: quia contra se cùm quoslibet insurgere conspicit: ad mentis suæ confidentiam redit: & scit quia cunctos aduersantes superat, quia illum solum diligit quem inuitus nullo modo amitat. Quisquis enim exteriora quæ & nolenti subtrahuntur appetit, sua se sponte extraneo timori substernit. Infracta autem virtus est concupiscentia vitæ æternæ, terrenæ contemptus, quia & in alto mens ponitur, cùm à rebus infimis spei suæ iudicio subleuatur: atque à cunctis aduersantibus tanto minus attingitur quanto in supernis sita tutius munitur. Equus itaque iste non solum contra se venientes minimè metuit, sed eis etiam in occursum pergit. Vnde bene hic additur: In occursum pergit armatis. Plærunque enim quieti atque inconcussi relinquimur, si obuiare prauis per iustitiam non curamus. Sed si ad æternæ vitæ desiderium animus exarsit: si iam verum lumen intrinsecus respicit: si in se flammam sancti feruoris accendit: inquantum locus admittit, in quantum causa exigit, debemus pro defensione iustitiæ nosmetipsos obiicere: & peruersis ad iniusti erumpentibus, etiam cùm ab eis non quærimur obuiare. Nam cum iustitiam quam nos amamus, in aliis feriunt: nos nihilominus sua persecutione confodiunt: etiam si venerari videantur. Quia ergo vir sanctus prauis ac malè agentibus sese etiam cum non quæritur opponit: rectè de equo dei dicitur: In occursum pergit armatis. Intueri libet illum sessoris sui calcaribus excitatum contra armatos hostes: quantus Paulum feruor accenderat, quando eum Ephesi ad irrumpendas theatri turbas zeli flamma rapiebat. Scriptum quippe est: Repleti sunt ira, & exclamauerunt dicentes: Magna Diana Ephesiorum: & impleta est ciuitas confusione: & impetum fecerunt vno animo in theatrum, rapto Gaio & Aristarcho Macedonibus, comitibus Pauli. Atque mox subditur: Paulo autem volente intrare in populum, non permiserunt discipuli. Quidam autem & de Asiæ principibus qui erant amici eius miserunt ad eum, rogantes ne se daret in theatrum. In quibus profectò verbis agnoscimus quo impetu cõtra cuneos aduersantes irrueret, nisi eum per amicos & discipulos charitatis frena tenuissent. Sed si obuiare hostibus, si vltro pugnam petere, si nosmetipsos semper relinquere in cursu nostri feruoris debemus: quid est quòd idem prædicator egregius de semetipso fatetur dicens: Damasci præpositus gentis Arethæ regis custodiebat ciuitatem Damascenorum, vt me comprehenderet: & per fenestram in sporta dimissus sum per murum, & sic effugi manus eius? Quid est quòd equus iste modo sponte armatos cuneos impetit: & modo se ab armatis hostibus quasi trepidus abscondit: nisi hoc quòd necesse est vt in eius artificiosa virtute discamus aduersariorum pugnam & constanter aliquando appetere, & prudenter aliquando declinare?

Act.19.

2. Cor.11.

Caput. XXIIII.

NEcesse quippe est vt per omne quod agimus, in mentis trutina positum hinc põdus, illinc fructum nostri laboris æstimemus: & cùm pondus fructum superat, laborem quisque innoxiè declinet: dummodo se in aliis exerceat, in quibus lucro fructuum põdus laboris vincat. Cũ verò subsequenti quantitate fructuum, mẽsura laboris aut æquatur aut vincitur, labor non sine graui culpa declinatur. Vnde prædicator sanctus cùm Damasci valde obstinatas mentes persequentium cerneret, eorum noluit aduersitati cõstigere: quia & semetipsum quem profuturum multis nouerat, vidit posse deficere: & aut nullis se ibi aut paucis prodesse. Secessum ergo à certamine petiit, & pugnaturum fœlicius ad alia se bella seruauit. Non enim loco virtus, sed locus virtuti defuit: & idcirco fortissimus miles ab obsidionis angustia, certaminis campum quæsiuit. Vbi autem subiuganda regi proprio multa aduersariorum colla conspexit: subire bellũ vel cum morte nõ timuit: sicut ipse cùm Hierosolymam pergeret: eumque discipuli passione illius per prophetiam præscita prohiberent, sibimetipsi atteſtatur dicens: Ego non solum alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum pro nomine domini Iesu. Neque enim facio animam meam preciosiorem quàm me. Qui igitur hic hostiles cuneos etiam præscita passione sua imperterritus petiit, illic de dispensatione fuisse edocuit, non de timore quòd fugit. Qua in re pensandum est: quia ille labores quosdam per dispẽsationis iudicium laudabiliter declinat: qui pro deo maiores alios fortiter tolerat. Nam sæpe ab hominibus timor debilis cauta dispensatio vocatur: & quasi prudenter impetum declinasse se asserunt, cum fugientes turpiter in terga feriuntur. Vnde necesse est vt in causa dei cùm res dispensationis agitur, metus cordis subtilissima libratione pensetur: ne per infirmitatem timor surrepat: & sese per dispensationis imaginem, rationem confingat: ne culpa se prudentiam nominet: iamque nec ad pœnitentiam animus redeat, quando hoc quod iniquè perpetrat, virtutem vocat. Restat igitur vt in dubiis quisque deprehensus, cùm quælibet sibi aduersitas imminet, prius intra semetipsum cõtra formidinem & præcipitationem pugnet: quatenus nec formidolosè se subtrahat, nec præcipitanter opponat. Valde enim præceps est qui semper se

G aduersis obiicit, & valde pauidus qui semper abscondit. Sed hæc melius in bellis spiritalibus discimus, si formam exercitij à corporalibus bellis trahamus. Non enim ille dux sapiens est. qui semper contra hostiles cuneos exercitum præceps admouet: neque ille dux fortis, qui semper hunc ab hostis facie cauendo subducit. Scire nanque dux debet modo ab hostili impetu exercitũ cautè subtrahere: modo hostem circunfusis cornibus coarctare. Quod nimirum sollicitè perfecti prædicatores exhibent: cùm modo persecutionis rabiem declinãtes, nouerunt sapienter sed non eneruiter cedere: modo autem persecutionis impetum contemnentes, nouerunt ei fortiter, sed non præcipitanter obuiare. Quia autem sanctus vir cùm congruũ cernit, ictibus pectus obiicit: & venientia iacula vel moriens retundit, rectè dicitur: In occursum pergit armatis. De quo adhuc bene subditur: Contemnit pauorem, nec cedit gladio.) Videamus quomodo pauorẽ despiciat: qui ipsos aduersariorum gladios enumerans calcat. Ait enim: Quis nos separabit à charitate dei: tribulatio, an angustia, an fames, an persecutio? In pauore autem ventura pœna metuitur: In gladio verò iam dolor de præsenti percussione sentitur. Quia ergo vir sanctus ventura aduersa nõ metuit, pauorem despicit: quia verò nec superueniẽte percussione vincitur, nequaquam gladiis cedit. Cõtra hunc itaque equum tot sunt gladij hostium, quot genera persecutionum, quę cuncta obuians superat: quia amore vitæ sese ad interitum parat. Sed quia tam robustissimum pectus quomodo se iaculis opponat audiuimus: nunc quid ab aduersariis agatur audiamus. Sequitur: Super ipsum sonabit pharetra.) In scriptura sacra pharetræ nomine aliquando iustum dei occultumque consilium: aliquando verò clandestina prauorum machinatio designatur. Per pharetram iustum dei occultumque cõsilium exprimitur: sicut idem beatus Iob superiore parte testatur dicens: Pharetram enim suam aperuit, & afflixit me, id est, occultum suum consilium detexit: & publica me percussione vulnerauit. Sicut enim in pharetra sagittæ: sic in occultò dei consilio latent sententiæ: & quasi ex pharetra sagitta educitur, quando ex occulto consilio apertam deus sententiam iaculatur. Pharetræ quoque nomine prauorum machinatio designatur: sicut per prophetam dicitur: Parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde.

Forma bellica prædicatoribus seruanda.

Roma.8.

H

Caput. XXV.

I Niqui enim cùm dolos quos bonis excogitant, secretis machinationibus occultant: quasi in pharetra sagittas parant: & in hac præsentis vitæ caligine velut in obscuro rectos corde feriunt: quia malitiosa eorum iacula & sentiri per vulnus possunt: & tamen venientia deprehendi non possunt. Igitur quia equus dei nulla aduersitate terretur, eique quo magis obuiatur, eo vi intentionis suæ super armatos hostes
I feruẽtior ducitur: persecutores eius qui se etiam ferientes vinci sentiunt, turbati ad consilium reuertuntur, dolos preparant, & velut ex longinquo mittendo vulnera occultãt. Vnde nunc rectè dicitur:

Quòd sancti viri nec insidiis, nec minis, nec disputationibus, nec pœnis terrentur.

Super ipsum sonabit pharetra, vt eum ex absconsa machinatione longè feriant, cui apertis cõgressionibus inaniter appropinquant.) Hæc tunc super equum dei pharetra sonuerat: cum quadraginta viri qui in eius mortem coniurauerant, educi de carcere Paulum quærebant: vt consiliorum suorum ictibus quasi clam sagittarum dolo interficerent: quem congressione persecutionis publicæ superare nequaquã possent. Pharetra ergo sonuit: quia occultę machinationis ad Paulum causa peruenit. Quanuis si vigilanter quærimus, adhuc in pharetræ sonitu aliquid subtilius inuenimus. Sæpe enim aduersarij consilia contra bonos ineunt: prauis inuentionibus innituntur: ad excogitandos dolos se conferunt: sed tamẽ qui eosdem dolos prodere bonis debeant, ipsi instituunt latenter, ipsi transmittunt: vt crudelis suppliciorum præparatio dum quasi furtim innotescitur, amplius timeatur: & audientis animum plus suspecta vulnera quàm percepta perturbent. In pharetra enim sagittæ dum latent & sonant: mortem etiam non vise denunciant. Pharetra ergo contra equum sonitum reddit: cùm contra prædicatorem sanctum occulta prauorum machinatio consilium suum quod fraudulenter operit, fraudulentius innotescit: vt præmissis minis quasi ex sonitu pharetrę terreat: cùm prædicator dei apertas cõtumelias velut cominus ferientia iacula non formidat. Cum verò eisdem minis minimè terretur, mox persecutorum crudelitas ad supplicia manifesta perducitur. Vnde bene postquam dictũ est: Super ipsum sonabit pharetra, ilico additur: Vibrabit hasta.) Contra prædicatorem dei post pharetræ sonitum hasta vibratur: quando post terrores exhibitos è vicino iam feriens aperta pœna producitur. Prædicatores autem sancti cùm pro defensione fidei supplicia subeunt: ad eandem fidem, quos valent, rapere & inter verbera non desistunt: & cum patienter vulnera suscipiunt, prudenter contra corda infidelium sagittas prædicationis reddunt. Vnde nonnunquam agitur vt ipsi qui in persecutione sæuiũt: non tam doleant quòd cor prędicatoris non emolliunt, quàm quòd per eius verba etiam alios amittant. Quia igitur eum feriendo non superant: ne fortasse & alij qui illum audiunt, se derelinquant: mox contra loquentis verba scutum responsionis parant. Vnde cùm diceret. Vibrabit hasta: rectè subiungit, & clypeus. Persecutor enim sæuiens postquam prædicatoris corpus supplicio percutit, auditorum cor quasi clypeo verbis suæ disputationis munit. Vir igitur sanctus vt feriri debeat, hasta vibratur: sed ne audiri possit: clypeus opponitur. Habent nanque defensores dei in prælio sagittas suas: quas eo citius auditorum cordibus iniiciunt, quo illas de spiritali arcu, id est, de intima cordis tensione distringunt. His quippe se in bello fidei Paulus armauerat, cùm dicebat: Laboro vsque ad vincula quasi malè operans: sed verbum dei non est alligatum. Ac si diceret: Hasta quidem suppliciorum ferior: sed tamen verborum sagittas emittere non desisto. Vulnera crudelitatis accipio: sed cor infidelium vera loquendo transfigo. Dicatur ergo: Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta & clypeus. Contra equum quippe dei quia prauorum consilia perstrepunt, pharetra sonat: quia aperta pœna exquiritur, hasta vibratur: quia verò ei etiam disputatione resistitur, clypeus antefertur. Sed nunquid à feruore suo per ista compescitur? Vir enim sanctus quo maiore persecutione premitur: eo ad prædicandam veritatem acrius instigatur: & cùm patienter persecutores tolerat, ardenter ad se auditores trahere festinat. Vnde & bene adhuc de equo dei subditur: Feruens & fremens sorbet terram: nec reputat tubæ sonare clangorem.) Primò nãque peccanti homini dictum est: Terra es, & in terram ibis. Tubæ autem clangunt: cùm huius seculi potestates loqui sanctos terribiliter prohibent. Quia igitur prædicator zelo sancti spiritus inflammatus, vel inter supplicia positus, quoslibet peccatores ad se trahere non desistit: feruens procul dubio terram sorbet, quia verò persecutorum minas minimè formidat, clangorem tubæ sonare non reputat. Tuba enim quæ discrimen belli denunciat: quid est aliud quàm vox secularium potestatum: quæ contempta resistentibus mortis certamẽ parat? Hæc à principibus sacerdotum tuba sonuerat, cùm flagellatos Apostolos de deo loqui prohibebãt, sicut scriptum est: Cæsis denunciauerunt, ne loquerẽtur in nomine Iesu. Sed videamus quomodo equum dei clangor tubæ nõ terreat. Ait Petrus: Obedire oportet deo magis quã hominibus. Qui aliis quoque persequentibus dicit: Non enim possumus quæ vidimus & audiuimus, nõ loqui. Equus ergo clangorem tubæ non metuit, quia prædicator egregius despectis potestatibus seculi, nullos minarum sonitus pertimescit. Videamus alium equum dei quomodo terram sorbeat: quomodo nullus eum tubæ terror attingat, sicut scriptum est: Superuenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi: & persuasis turbis lapidantes Paulum traxerunt extra ciuitatem, æstimantes eum mortuum esse. Circundantibus autem eum discipulis: surgens intrauit ciuitatem: & postera die profectus est cum Barnaba in Derben. Cumque euangelizassent ciuitati illi, & docuissent multos: reuersi sunt Lystrã & Iconium & Antiochiam: confirmantes animas discipulorum. Perpendamus ergo quæ hunc possent equum minæ compescere: quando eum ab intentione sua non valet mors ipsa prohibere. Ecce lapidibus obruitur: nec tamẽ à veritatis sermone remouetur. Occidi potest: superari nõ potest, velut extinctus extra vrbẽ putatur:

L

1.Tim.

Conf.

M

Act.23.

Act.5.

Ibidem.

Act.4.

Act.14.

sed intra

A & exercitu vrbem, die alio illæsus prædicator inuenitur. O quàm fortis huic viro fuit infirmitas: ò quàm victrix pœna: ò quàm dominatrix patientia. Ad arguendum repulsione prouocatur: ad prædicandam salutem plagis erigitur: ad propellendam laboris lassitudinem pœna refouetur. Quæ ergo hunc aduersitas superet, quem pœna fouet? Sed equus dei est, & pharetræ sagittas despicit: quia malitiæ consilia contemnit. Vibratam hastam sopit: quia & contra apertæ persecutionis vulnera pectus firmat. Oppositum clypeum rumpit: quia disputationem resistentium ratiocinando subigit. Terram sorbet: quia peccatores in suo corpore exhortando cõuertit. Clangorem buccinæ sonare nõ reputat: quia vocem quamlibet terribilis prohibitionis calcat. Minus est autem quod dicitur quia fortis perseuerat in laboribus: adhuc, quod maius est, exultat in aduersis. Vnde sequitur:

Quòd sancti absque vlla formidine etiam inter tormenta sint: & potestatibus huius seculi prædicare prohibentibus, non desistunt: nec tam terrentur periculo, quàm gloriantur victoriæ triumpho: & quasi odorantes bellum præparant se in persecutionis occursum.

B Vbi audierit buccinam, dicit vah.) Quibus profectò verbis & illud ostenditur quòd hoc loco à domino de equo irrationabili nil dicatur. Neque enim vah dicere brutum animal potest: sed dum asseritur dicere quod omnino dicere non valet, innuitur quem designet. Vah quippe sermo exultationis est. Equus ergo cum audit buccinam, vah dicit: quia fortis quisque prædicator cùm certamen passionis sibi propinquare considerat: de exercitio virtutis exultat: nec terretur pugnæ periculo, quia victoriæ lętatur triumpho. Equo itaque est vah dicere, prædicatorem sanctum de ventura passione gaudere.

Vah verbũ exultationis.

Caput. XXVI.

SEd si prædicator fortis gloriam passionis appetit: si discrimen mortis subire pro domino lætus quærit: quid est quòd ipsi fortissimo prædicatori qui ex robusto corde virtutem traxit nominis, Petro veritas dixit: Cũ senueris, extendes manus tuas: & alius te cinget: & ducet quo nõ vis? Quomodo de passione gaudet qui cinctus ab alio, ire quo ducitur non volet? Sed si pensamus qualiter animus appropinquante passione, & mortis metu quatitur, & tamen de venturo regni præmio lætatur: intelligimus quomodo glorioſi certaminis subire periculum volẽs nolit: quia & in morte cõsiderat quod tolerans paueat: & in fructu mortis aspicit quod appetẽs quærat. Videamus Paulum quomodo amet quod refugit: quomodo refugiat quod amat. Ait enim: Desiderium habens dissolui, & cũ Christo esse: & mihi viuere Christus est & mori lucrum, & tamẽ dicit: Qui sumus in hoc habitaculo, ingemiscimus grauati: eo quod nolumus expoliari, sed superuestiri: vt absorbeatur quod mortale est à vita. Ecce & mori desiderat: & tamen carne expoliari formidat. Cur hoc? Quia etsi victoria imperpetuum lętificat, ipsa nihilominus ad prẽsens pœna perturbat:

Iuan.21.

Philip.1.

2.Corin.5.

C & quãuis vincat amor subsequentis muneris, tangit tamen nõ sine mœrore animũ pulsus doloris. Sicut enim vir fortis cùm vicino iam belli certamine armis accingitur: & palpitat & festinat: tremit & sæuit: quasi pauere per pallorem cernitur: sed per iram vehementer vrgetur: ita vir sanctus cum passioni se propinquare conspicit: & naturæ suæ infirmitate concutitur: & spei suæ soliditate roboratur: & de vicina morte trepidat: & tamen quod moriendo verius viuat, exultat. Ad regnum quippe non potest nisi interposita morte transire: & idcirco confidendo quasi ambigit: & quasi ambigendo confidit: & gaudens metuit, & metuens gaudet: quia scit quòd ad brauium quietis non perueniat, nisi hoc quod interiacet, cum labore transcendat. Sic nos cùm morbos à corpore repellere cupimus: tristes quidem amarum purgationis poculum sumimus: certi autem de subsequenti salute gaudemus. Quia enim peruenire corpus aliter ad salutem non valet, in potu libet etiam quod tædet: cumque amaritudini inesse vitam animus conspicit, mœrore turbatus hilarescit. Dicatur ergo: Vbi audierit buccinam, dicit vah: quia prædicator fortis cognito certaminis nuncio: etsi vt homo ad vim percussionis trepidat, per spei tamen certitudinem ad præmium remunerationis exultat. Sed nequaquam ad hoc passionis bellum inconcussus existeret, nisi eandem passionem intenta cogitatione meditando præueniret. Malum nanque quod consilio præuenitur, decertanti contra se animo ex ratione subiicitur: quia tanto quisque minus aduersitate vincitur: quanto contra illam præsciendo paratus inuenitur. Sæpe enim graue timoris pondus vsu leuigatur: sæpe mors ipsa sicut inopinata perturbat, ita deliberatione præuenta lætificat. Vnde & rectè de hoc equo subiungitur: Procul odoratur bellum.) Ac si apertius dicatur: Idcirco quodlibet certamen exuperat: quia mentem certamini ante certamen parat. Bellum quippe procul odorari, est aduersa quæque longè adhuc posita cogitando prænoscere, ne fortasse valeant improuisa superare. Hoc bellum procul odorari discipulos Paulus admonebat, cùm diceret: Vosmetipsos tentate si estis in fide, ipsi vos probate. Ac si apertè præciperet dicens: Persecutionum certamina ad mentem reducite: & cordis vestri intima atque occulta pensantes, quales inter supplicia existere valeatis inuenite. Hoc bellum sancti viri procul odorantur: quando & in pace vniuersalis Ecclesiæ positi, vel hæreticorum bella, vel imminentia ab infidelibus persecutionum tormenta conspiciunt. Qui dum rectè viuunt: sæpe pro bonis mala recipiunt: detractionum contumelias æquanimiter ferunt: vt si persecutionis occasio suppetat: tanto illos fortiores aperti hostes inueniant, quanto eos & intra Ecclesiam falsorum fratrum iacula non expugnant. Nam quia statu patientiæ ante linguarum vulnera corruit, ipse sibi testis est quia contra manifestæ percussionis gladios non subsistit. Quia ergo vir dei exercitatus præsentibus contra ventura, & exercitatus minimis cõtra maiora nititur: rectè de equo dei dictum est quòd bellum procul odoratur. Sequitur: Exhortationem ducum, & vlulatũ exercitus.) Duces aduersæ partis sunt erroris auctores: de quibus per Psalmistã dicitur: Effusa est contentio super principes eorum: & seduxerunt eos vana eorum: & errare fecit eos in inuio, & non in via. Dè quibus per semetipsam veritas dicit: Cęcus si cæco ducatum præbet: ambo in foueam cadunt. Hos autem duces exercitus sequitur, prauorum scilicet turba: quę iniquis eorum præceptionibus famulatur. Notandum quoque quòd duces exhortari, exercitum verò dicit vlulare: quia videlicet hi qui infidelibus vel hæreticis præsunt, praua quæ teneri præcipiunt, quasi ex ratione persuadent. Turba verò eis subdita, quia sine iudicio eorum voces sequitur: dum per confusionis insaniam perstrepit, bestiali mente vlulare perhibetur. Lupis quippe propriè vlulatus conuenit. Et quia cateruæ reproborum contra vitam moresque fidelium soli rapacitati inhiant: quasi per vlulatum clamant.

Bellũ odorari.

2.Cor.13.

D

E

Psal.106.

Mat.15.

Caput. XXVII.

EQuus ergo dei exhortationem ducum & vlulatum exercitus procul odoratur: dum sanctus quisque prædicator longè antè considerat: quid vel auctores errorum contra electos valeant præcipere; vel turba eis subdita quàm possit immaniter insanire. Hanc exhortationem ducum odorabatur Paulus, cùm diceret: Per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Hunc vlulatum exercitus odorabatur dicens: Intrabunt post discessionem meam lupi graues in vos. Exhortationem ducum odoratus est Petrus: cùm de quibusdam discipulos admoneret dicens: In auaritia fictis verbis de vobis negociabuntur. Vlulatum quoque exercitus odorabatur, cum præmitteret dicens: Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphematur.

Roma.16.

F

Actor.20.

2.Pet.2.

Ibidem.

Quòd ea quæ de equo dei dicta sunt, moraliter ad vnumquemque militem Christi referri possunt.

Igitur quia sanctus quisque prædicator atque in persecutionis bello dux fidei, qualem se possit exhibere narrauimus: nunc sub huius equi specie vnumquenque Christi militem describamus: vt & qui ad prædicationis culmen necdum se peruenisse considerat: hac tamen voce dominica, si iam bene viuere cœperit, expressum se esse cognoscat: quatenus hinc colligat quantum deo notus sit, si ad maiora peruenerit: quem signanter deus eloqui nec in minimis prætermittit. Singula itaque quæ de equo dicta sunt, repetentes intimemus quomodo miles dei à primæua conuersatione proficiat: quomodo à minimis ad maiora succrescat: vel quibus gradibus ab infimis ad superna perueniat. Dicatur ergo: Nunquid præbebis equo

G fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitum? Vnicuique animæ cui dominus misericorditer præsidet, ante omnia fidei
2. Pet. 5. fortitudinem præbet: de qua Petrus ait: Aduersarius vester diabolus sicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret: cui resistite fortes in fide. Huic autem fortitudini hinnitus iungi-
Roma. 10. tur: dum fit quod scriptum est: Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Sequitur:

Caput. XXVIII.

NVnquid suscitabis eum quasi locustas? Vnusquisque qui deum sequitur, in ipso suo exordio vt locusta suscitatur: quia etsi in quibusdam actionibus locustarum more flexis poplitibus terræ inhæret: in quibusdam tamen expansis alis sese in aëra suspendit. Conuersionum quippe initia, bonis moribus malisque permixta sunt: dum & noua iam per intentionem agitur: & vetus adhuc vita ex vsu retinetur. Tanto autē minus permixtis interim malis lædimur: quāto contra illa quotidie sine cessatione pugnamus. Nec suos nos iam culpa vendicat, cuius prauo vsui nostra sollicita mens resultat. Minus itaque nobis inchoantibus terrena opera officiunt: quia in nobis diutius demorari prohibentur. Proinde quoniam in ipso nostræ cōuersationis initio infirma quædam piè de nobis dominus tolerat: vt nos quandoque ad cœlestia ex perfectione perducat: quasi locustas nos in exordio suscitat: quia etsi in volatu virtutis subleuat: non tamen de terreni operis casu desperat. Sequitur: Gloria narium eius terror.)

Conuersionum initia bonis moribus malisque permixta sunt.

H Pro eo quòd non visa res odore deprehenditur: nō immeritò narium nomine, spei nostræ cogitationes exprimuntur: quibus venturum iudicium quod etsi oculis adhuc nō cernimus, iam tamen sperando præuidemus. Omnis autem qui bene viuere incipit: audiens quòd per extremum iudicium iusti ad regnum vocentur, hilarescit: sed quia quædam mala adhuc ex reliquiis sibi inesse considerat: hocipsum iudicium de quo exultare inchoat, appropinquare formidat. Vitam quippe suam bonis malisque permixtam conspicit: & cogitationes suas aliquo modo spe & timore confundit. Nam cum audit quæ sint regni gaudia: mox mentem lætitia subleuat: & rursum cum respicit quæ sint gehennæ tormenta, mox mentem formido perturbat. Bene ergo gloria narium eius terror dicitur: quia inter spem & metum positus, dum futurum iudicium mente conspicit, hoc ipsum timet vnde gloriatur. Ipsa ei sua gloria terror est: quia inchoatis iam bonis, spe de iudicio lætus est: & necdum finitis omnibus malis, perfectè securus non est. Sed inter hæc sollicitè ad mentem reuertitur: & procellas tantæ formidinis renuens, seque in solius pacis tranquillitate disponēs: totis viribus à districto iudice inueniri liber conatur. Seruile quippe æstimat dominicam præsentiam formidare: ac ne conspectum patris metuat, illa agit per quæ se filium recognoscat. Discit ergo iudicem tota expectatione diligere: atque, vt ita dixerim, timendo renuit timere. Oriri autem cordi formidinem pro carnali actione considerat: & idcirco ante omnia
I carnem forti edomatione castigat. Vnde postquā dictum est: Gloria narium eius terror, rectè subiungitur: Terram vngula fodit.) Vngula nanque terram fodere: est districta abstinentia carnē edomare. Quo autem plus caro premitur: eo de cœlesti spe animus securius lætatur. Vnde effossa terra aptè subnectitur: Exultat audacter.) Quia enim valenter reprimit quod impugnat: audacter exultat de his quæ in æterna pace desiderat: tantoque mens melius ad superna appetenda componitur, quanto ab illicitis arctius corpus edomatur. Vnde re-
Prouer. 24. ctè per Salomonem dicitur: Diligenter exerce agrum tuum: vt postea ædifices domum tuam. Ille quippe bene mentis domum ædificat, qui prius agrum corporis à spinis vitiorum purgat: ne si desideriorum sentes in carnis agro proficiant, intus tota virtutum fabrica fame boni operis crescente destruatur. In ipso autem quisque belli certamine positus: tanto subtilius fraudem hostium conspicit, quanto & districtius corpus proprium quasi quendam hostium adiutorem premit. Vnde & post contritionem corporis, post lætitiam cordis rectè subiungitur: In occursum pergit armatis.) Hostes armati sunt immundi spiritus: innumeris contra nos fraudibus accincti. Qui cùm suadere nobis iniqua nequeūt, ea sub virtutum specie nostris obtutibus opponunt: & quasi sub quædam arma se contegunt, ne in sua malitia à nobis nudi videantur. Quibus armatis hostibus in occursum pergimus: quando eorum sedo- K
dias longè præuidemus. Effossa igitur terra, armatis hostibus in occursum pergere, est edomita carnis superbia, dolos immundorum spirituum mirabiliter explorare. Effossa terra armatis hostibus in occursum pergere, est deuicta carnali nequitia contra spiritalia vitia certamen subire. Nam qui adhuc secum eneruiter pugnat: frustra contra se bella extra posita suscitat. Qui enim semetipsum carnalibus subiugat, quomodo spiritalibus vitiis resultat? Aut quomodo de labore externi certaminis triumphare appetit, qui adhuc apud semetipsum domestico libidinis bello succumbit?

Caput. XXIX.

VEl certè armatis hostibus in occursum pergimus: quādo per exhortationis studium, eorum insidias & in alieno corde præuenimus. Quasi enim ex loco in quo sumus, ad locum alium obuiam hostibus venimus: quādo nostra cura ordinatè postposita, accessum immūdorum spirituū à proximi mente prohibemus. Vnde fit plærunque vt hostes callidi militem dei iam etiam de intestino bello victorem, tāto de semetipso terribilius tentent, quanto illum cōtra se & in alieno corde præualere fortiter vident: vt dum illum ad se tuēdum reuocant, aliena corda liberius quæ exhortatione eius protegebantur, inuadant. Cumque eum superare non possint: saltem occupare conantur, quatenus dum miles dei de semetipso concutitur, non ipse sed is quem defendere consueuerat, perimatur. Sed mens in deum immobiliter fixa, tentationum L
impetum despicit: nec cuiuslibet terroris iacula pertimescit. Supernæ enim gratiæ fretus auxilio: sic vulnera infirmitatis suæ curat, vt aliena non deserat. Vnde & bene de hoc equo subiungitur: Contemnit pauorem, nec cedit gladio.) Contemnit pauorem: quia nullius tentationis formidine ad hoc vsque terretur vt taceat. Nec cedit gladio: quia etsi violenta illum tētatio percutit: à cura tamen proximi nō repellit. Vnde & Paulus exemplum nobis inuictæ conuersationis insinuans: & quos ab hoste gladios suscipiat dicit: & quomodo eisdem gladiis nō cedat ostendit. Omni enim iam carnalis operis pugna superata, carnalis tentationis gladium ab hoste susceperat, qui dice- *Roma.*
bat: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Sed eidem gladio quem in se vicerat: etiam *Roma.* in aliis non cedebat: cùm profectò proximis diceret: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore: ad obediendum desideriis eius. Et rursum: Mortificate membra vestra quæ sunt *Col.* super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam. Grauis illum tentationum gladius feriebat: de quibus ipse ait: In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. *2. Cor. 11.*
A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi: ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci: nocte & M
die in profundo maris fui, & cætera quæ ipse tolerare potuit, & nos enumerare lassamur. Sed quomodo eidē gladio in proximi dilectione non cedat: post multa ipse subiungit: Præter *Ibidem.* illa quæ extrinsecus sunt: instantia mea quotidiana: sollicitudo omnium Ecclesiarum. Equus ergo dei & gladio percutitur: nec tamen percussione eadem à cursu prohibetur: dū fortis spiritalis certaminis miles, & ipse vulnera ab hoste suscipit: & tamen ad salutem alios stringit. Sed erga tam durum cœlestis militis pectus antiquus hostis tanto acutiora spicula perquirit: quanto se despici robustius cōspicit. Vnde & sequitur:

Caput. XXX.

SVper ipsum sonabit pharetra: vibrabit hasta & clypeus.) Quia enim videt sanctæ mentis studium contra se & aliis prodesse: multiplicata hanc fatagit tentatione confodere. Vnde sæpe contingit vt hi qui regendis aliis præsunt, tentationum certamina fortiora patiantur: quatenus corporalium more bellorum dum dux ipse ad fugam vertitur, resistentis exercitus constipata vnanimitas sine labore dissipetur. Hostis itaque callidus contra cœlestem militem *Callidus hostis dat fos dux parat.*
diuersa percussionum vulnera exquirens, modo ex pharetra per insidias eum sagitta vulnerat: modo ante eius faciem hastam vibrat, quia videlicet vitia & alia sub virtutum specie contegit, & alia vt sunt aperta eius oculis opponit. Vbi enim infirmari dei militem conspicit: illic fraudis velamina non requi-

A requirit. Vbi autem sibi resistere fortem considerat: illic contra vires proculdubio dolos parat. Nam cum infirmum quẽpiam in carnis illecebra videt:apertè speciem corporis quæ cõcupisci valeat,eius obtutibus obiicit. Si autem fortasse validũ cõtra auaritiam cernit:importunè eius cogitationibus domesticorum suorum inopiam suggerit:vt dum mens ad prouisionis curam quasi piè flectitur, seducta furtim in rerum ambitu insidiè rapiatur. Equum ergo dei sagitta per insidias impetit: quando ei hostis callidus sub virtute vitium abscondit. Hasta autem cominus vulnerat: cùm manifesta nequitia etiam scientem tentat. Sæpe verò cœlesti militi vno eodemque tempore vtrunq; ab hoste obiicitur:vt in qualibet vna percussione perimatur. Dolosus nanque aduersarius simul ferire nititur,& apertè sæuiens,& in insidiis latens:vt dũ de occulto sagitta metuitur,minus ante faciem hasta timeatur:vel dum ante faciem hastæ resistitur, nequaquam ex occulto veniens sagitta videatur. Sæpe enim tentationem proponit de libidine: & subitò fraudulentius cessans, elationem suggerit de seruata castitate. Et sunt nõnulli qui dum multos ex castitatis arce in elationis foueam cecidisse conspiciunt: vitæ suæ custodiam negligẽtes, in immunditiam libidinis demerguntur. Sunt vero è diuerso nonnulli qui dum libidinis immunditiam fugiunt:per castitatis culmen in voraginem elationis ruunt. Quasi ergo apertè feriens hasta,est culpa de vitio: & quasi ex occultò vulnerans
B de pharetra sagitta,est culpa de virtute. Sed equus dei & ante faciem hastam superat, cùm libidinem calcat:& à latere sagittam circunspicit: cum in castitatis munditia se ab elatione custodit. Vnde & bene inter vtraque certanti per Salomonem
Proverb. 3. dicitur: Dominus erit in latere tuo:& custodiet pedem tuum ne capiaris. Pes nanque in anteriora tendit. Anteriora autem non videt,qui ea quæ sunt à latere conspicit. Rursumque qui pedis custodiam præuidens anteriora cernit:circũspectionem lateris deserit. Dum verò ante faciem positæ virtutis aliquid agimus: quasi quò pes debeat poni prouidemus: sed dum ex virtute eadem furtim culpa suboritur: quasi dum in anteriora respicitur, ad sagittam latus nudatur. Sæpe verò dum suborientem culpam metuimus, virtutem quæ agenda est declinamus:& quasi dum latus circũspicitur,nequaquam cernitur pes in anteriora quomodo ponatur. Bene ergo dicitur: Dominus erit in latere tuo: & custodiet pedem tuum ne capiaris: quia miles dei diuinæ gratiæ clypeo protectus:& quę ex latere possint prodire circunspiciendo considerat: & gressum ante faciẽ ferre proficiendo non cessat. Cui fraudulentus hostis inuidens quia per pharetram, & hastam nequaquam se prævalere conspicit, clypeum opponit: vt si resistentis pectus feriendo non perforat, saltem quibusdam obiectionibus proficiẽtis iter intercludat. Quasdam nanque difficultates ipsis eius conatibus
C obiicit:& cùm superare non valet,vel resistit. Sed quid contra tot argumenta bellorum equus dei agat audiamus: Feruens & fremens sorbet terram: nec reputat tubæ sonare clangorẽ.) Contra equum clangor tubę insonat: quando electi mentem in eo quod agit fortiter:è vicino quædam posita culpa terribiliter tentat. Sed feruens & fremens sorbet terram: quia nimio ardore semetipsum discutit: & quicquid in se terrenũ reperit, quotidie proficiendo consumit. Et clangorem tubæ sonare non reputat: quia consideratione forti omne vitium quod de virtutis gloria nascitur,sollicitus declinat. Sonare enim clangorẽ tubę reputaret:si fortasse propter aliud quod prauè suboritur, alia agere recta metueret. Quia ergo ad agenda fortia ante insonantia tentamenta non trepidat:in feruore suo positus,clangorem tubæ minimè formidat. Sæpe autem dum prosperari se virtutibus conspicit:ne ipsa illum virtutum prosperitas eleuet,pulsari se tentationibus gaudet. Vnde & aptè subiungitur: Vbi audierit buccinam: dicit vah.) Multos enim peius sua fœlicitas strauit, multos diuturna pax inertes reddidit: eoque illos inopinatus hostis grauius perculit,quo longo quietis vsu negligentes inuenit. Vnde sancti viri cum multa se proficere virtutum prosperitate considerant:quodam dispẽsationis superne moderamine,exerceri se etiam tentationibus exultant:quia tanto robustius acceptam virtutum gloriam custodiunt quanto tentationis impulsu cõcussi infirmitatẽ suam humilius cognoscunt. Equus ergo audita buccina vah dicit: quia videlicet præliator dei cùm vim tentationis incumbere conspicit: vtilitatem superne dispensationis considerans, ex D ipsa validius aduersitate confidit. Cuius aduersitatis certamina idcirco illum non superant: quia nunquam improuisa tentant. Longe quippe prænotat ex vnaquaque re,cuius vitiis pugna succrescat. Vnde & sequitur: Procul odoratur bellum.) Bellum nanque procul odorari est, ex causis præcedentibus *Belli procul odorari.* quæ vitiorum pugnæ subsequantur agnoscere. Quia enim sicut iam sæpe dictum est:odore res non visa cognoscitur: bellum procul odorari est,sicut flatu narium, sic prouisione cogitationum nequitias latentes indagare. De quo odoratu dominus rectè in Ecclesię suæ laudibus dicit: Nasus tuus sicut turris quæ est in Libano. Per nasum quoque odores fœtoresque *Cant. 7.* discernimus. Et quid per nasum nisi sanctorum prouida discretio designatur? Turris verò speculationis in altum ponitur, vt hostis veniens longè videatur. Rectè ergo nasus Ecclesiæ turri in Libano similis dicitur:quia sanctorum prouida discretio dum sollicitè circunquaque conspicit in altum posita,priusquam veniat culpa deprehendit:eamq; quo vigilanter prænotat,eo fortiter declinat. Hinc Abacuc ait:Super custodiam *Abac. 2.* meam stabo.

Caput. XXXI.

HInc vniuscuiusque electi animam Hieremias admonet dicens: Statue tibi speculam: pone tibi amaritudines. Speculam quippe sibi statuere, est ventura vitiorum certamina ex alta consideratione prænoscere: Sibique E electi mens amaritudines ponit, quando & in virtutum pace constituta: dum mala insidiantia conspicit, secura quiescere non consentit. Primo autem ne mala quęlibet: secundo verò loco considerat: ne bona incautè faciat: & postquàm praua subegerit,ipsa etiam sibi subiicere recta contendit:ne si mentis dominium transeant,in elationis culpam vertantur. Quia *Plærunque ex bonis mala nascuntur.* enim,sicut superius dictum est, plærunque ex bonis per incuriæ vitiũ mala nascuntur:vigilanti studio contemplatur,quomodo ex doctrina arrogantia,ex iustitia crudelitas,ex pietate remissio,ex zelo ira,ex mansuetudine torpor oriatur. Cumq; bona hæc agit,quòd hi contra se hostes per hæc exurgere valeant,conspicit. Nam cùm adipiscendis doctrinæ studiis elaborat:mentem sollicitè contra certamẽ arrogantiæ præparat. Cùm culpas delinquẽtium iustè vlcisci desiderat: sagacissimè euitat,ne modum iustitiæ crudelitas vindictæ transcendat. Cũ pietate frenare se nititur: solerter prospicit ne qua disciplinæ dissolutione vincatur. Cùm se recti zeli stimulis excitat:summopere prouidet ne plusquam necesse est irę se flamma succẽdat. Cùm magna mansuetudinis tranquillitate se temperat:vigilanter obseruat ne torpore frigescat. Quia ergo spiritalis militis cogitatione omne vitium priusquam surripere possit aspicitur:rectè de equo dei dicitur. Procul odoratur bellum. Perpendit etiam quæ turba iniquitatum proruat,si mala ad se ingredi,vel pauca permittat. Vnde & sequitur: Exhortationem F ducum & vlulatum exercitus.) Tẽtantia quippe vitia quæ inuisibili contra nos prælio regnanti super se superbiæ militant: alia more ducum præeunt, alia more exercitus subsequuntur. Neque enim culpæ omnes pari accessu cor occupãt. Sed dum maiores & paucæ neglectam mentem præueniunt:minores & innumeræ ad illam se cateruatim fundunt. Ipsa nanque vitio- *Vitiorũ regina superbia.* rum regina superbia cùm deiectum plenè cor ceperit:mox illud septem principalibus vitiis,quasi quibusdam suis ducibus deuastandum tradit. Quos videlicet duces exercitus sequitur: quia ex eis proculdubio importunæ vitiorum multitudines oriuntur. Quod melius ostendimus:si ipsos duces atque exercitum specialiter,vt possumus,enumerando proferamus. Radix quippe cuncti mali superbia est: de qua scriptura at- *Radix cuncti mali superbia.* testante dicitur: Initium omnis peccati est superbia. Primæ autem eius soboles: septem nimirum principalia vitia,de hac virulenta radice proferuntur: scilicet inanis gloria, inuidia, *Eccli. 10.* ira,tristitia, auaritia, ventris ingluuies,luxuria. Nam quia his septem superbiæ vitiis nos captos doluit, idcirco redemptor *Soboles superbiæ septem vitia principalia.* noster ad spiritale liberationis prælium, spiritu septiformis gratiæ plenus venit. Sed habent contra nos hæc singula exercitum suum. Nam de inani gloria, inobedientia, iactantia, hypocrisis, contentiones, pertinaciæ, discordiæ, & nouitatum præsumptiones oriuntur. De inuidia odium, susurratio, detra-

Multos sua fœlicitas strauit.

G detractio, exultatio in aduersis proximi, afflictio autē in prosperis nascitur. De ira rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, blasphemię proferuntur. De tristitia malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa præcepta, vagatio mentis erga illicita nascitur. De auaritia, proditio, fraus, fallacia, penuria, inquietudo, violentiæ, & contra misericordiam obdurationes cordis oriuntur. De ventris ingluuie inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo sensus circa intelligentiam propagantur. De luxuria cæcitas mentis, inconsideratio, incōstantia, præcipitatio, amor sui, odium dei, affectus præsentis seculi, horror autem vel desperatio futuri generantur. Quia ergo septem principalia vitia tantam de se vitiorum multitudinem proferunt, cùm ad cor veniunt, quasi subsequentis exercitus cateruas trahunt. Ex quibus videlicet septem quinque spiritalia, duoque carnalia sunt. Sed vnumquodque eorum tanta sibi cognatione iungitur, vt non nisi vnum de altero proferatur. Prima nanque superbiæ soboles inanis est gloria, quæ dum oppressam mētem corruperit, mox inuidiam gignit: quia nimirum dum vani nominis potentiam appetit, ne quis hāc alius adipisci valeat tabescit. Inuidia quoque iram generat: quia quanto interno liuoris vulnere animus fauciatur, tanto etiam mansuetudo tranquillitatis amittitur, & quia quasi dolens membrum tāgitur, idcirco oppositæ actionis manus velut grauius pressa sentitur. Ex ira quoque tristitia oritur: quia turbata mens quo se inordinatè concutit, eo addi
H cendo confundit: & cùm dulcedinem tranquillitatis amiserit, nihil hanc nisi ex perturbatione subsequēs mœror pascit. Tristitia quoque ad auaritiam deriuatur: quia dum confusum cor bonum lætitię in semetipso intus amiserit, vnde consolari debeat foris, quærit, & tanto magis exteriora bona adipisci desiderat, quanto gaudium non habet ad quod intrinsecus recurrat. Post hęc verò duo carnalia vitia, id est, ventris ingluuies, & luxuria supersunt. Sed cunctis liquet quòd de ventris ingluuie luxuria nascitur, dum in ipsa distributione membrorum ventri genitalia subnexa videantur. Vnde dum vnum inordinatè reficitur, aliud proculdubio ad contumelias excitatur.

Caput. XXXII.

BEne autem duces exhortari dicti sunt, exercitus vlulare: quia prima vitia deceptæ menti quasi sub quadam ratione se inserunt, sed innumera quæ sequuntur, dum hanc ad omnem insaniam pertrahunt, quasi bestiali clamore confundunt. Inanis nanque gloria deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: Debes maiora appetere, vt quo potestate valueris multos excedere, eo etiam valeas multis prodesse. Inuidia quoque deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cùm dicit: In quo illo, vel illo minor es? cur ergo eis, vel æqualis, vel superior non es? Quanta vales quæ illi non
I valent? Non ergo tibi aut superiores esse, aut etiam æquales debent. Ira etiam deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cùm dicit: Quæ erga te aguntur, æquanimiter ferri non possunt, imò hæc patienter tolerare peccatum est: quia etsi nō eis cum magna exasperatione resistitur, contra te deinceps sine mensura cumulātur. Tristitia quoque deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cùm dicit: Quid habes vnde gaudeas, cùm tanta mala de proximis portas? Perpende cum quo mœrore omnes intuendi sunt, qui in tanto contra te amaritudinis felle vertuntur. Auaritia quoque deuictum animū quasi ex ratione solet exhortari, cū dicit: Valde sine culpa est, quòd quędam habenda concupiscis: quia non multiplicari appetis, sed egere pertimescis: & quod malè alius retinet, ipse melius expendis. Ventris quoque ingluuies deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cùm dicit: Ad esum deus omnia munda condidit, & qui satiari cibo respuit, quid aliud quàm muneri concesso contradicit? Luxuria quoque deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari cùm dicit: Cur te in voluptate tua modo non dilatas, cùm quid te sequatur, ignoras? Acceptum tempus in desideriis perdere non debes: quia quàm citius pertrāseat, nescis. Si enim misceri deus hominem in voluptate coitus nollet, in ipso humani generis exordio masculum & fœminā non fecisset. Hæc est ducum exhortatio, quæ dum incautè ad secretum cordis admittitur, familiarius iniqua persuadet. Quā videlicet exercitus vlulat' sequitur: quia infœlix anima semel principalibus vitiis capta, dum multiplicatis iniquitatibus in insaniam vertitur, ferali iam immanitate vastatur. Sed miles K
dei, quia solerter præuidere vitiorum certamina nititur, bellū procul odoratur: quia mala præeuntia quid menti persuadere valeant, cogitatione sollicita respicit. Exhortationem ducum naris sagacitate deprehendit, & quia longè præsciendo subsequentium iniquitatum confusionem cōspicit, quasi vlulatum exercitus odorando cognoscit. Igitur quia vel prædicatorem dei, vel quemlibet spiritalis certaminis militē descriptum equi narratione cognouimus, nunc eundem iterum in auis significatione videamus: vt qui per equum didicimus eius fortitudinem, etiam per auem discamus illius contemplationem. Quia enim per descriptam equi magnitudinem audiuimus quātum contra certamina vitiorum vir sanctus per patiētiam tolerat, nunc per auium speciem cognoscamus, quantum per contemplationem volat. Sequitur:

Quòd non est ex homine, sed ex gratia dei, quòd veteris vitæ pennas peccator conuersus ad deum, abiiciat.

Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad Austrum?) Quia per annos singulos pēnam veterem accipiter noua nascēte proiiciat, ac sine intermissiōe plumescat, penè nullus ignorat. Non autem hic illud plumę tēpus dicitur, quo in nido vestitur: quia tunc nimirum adhuc vi delicet pullus ad Austrum alas expandere non valet, sed illa annua pluma describitur, quæ laxata veteri penna renouatur. Et quidē domesticis accipitribus quo melius plumescere debeant, humida ac tepentia loca requiruntur. Agrestibus verò moris est, vt flante Austro alas expandant, quatenus eorū mēbra ad laxandam pennam veterem venti tepore concalescāt. Cùm verò ventus deest, alis contra radios Solis expansis atq; percussis, tepentem sibi aurā faciunt, sicq; capto tepore, apertis poris, vel veteres exiliunt, vel nouæ succescunt. Quid est ergo accipitrem in Austro plumescere, nisi q; vnusquisq; sanctorum tactus flatu sancti spiritus cōcalescit, & vsum vetustæ conuersationis abiiciens, noui hominis formam sumit? Quod Paulus admonet dicens: Expoliantes vos veterem hominem Colos. 3
cum actibus suis, & induentes nouum. Et rursum: Licèt is qui Ephes. 4
foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Vetustam autem pennam proiicere, est inueterata studia dolosæ actionis amittere, & nouam pennam sumere, est mitem ac simplicem bene viuēdo sensum tenere. Penna nanque veteris conuersationis grauat, & pluma nouę immutationis subleuat, vt ad volatum tanto leuiorem, quanto nouiorem reddat.

Caput. XXXIII.

ET bene ait: Expandit alas suas ad Austrum. Alas quippe nostras ad Austrum expandere, est per aduentum sancti spiritus nostras confitendo cogitationes aperire, vt iam non libeat defendendo nos tegere, sed accusando publicare. Tunc ergo accipiter plumescit, cùm ad Austrum alas expanderit: quia tunc vnusquisque se virtutum pennis induit, cū M
sancto spiritui cogitationes suas confitendo substernit. Qui enim vetera fatendo nō detegit, nouę vitę opera minimè producit, qui nescit lugere quod grauat, non valet proferre quod subleuat. Ipsa nanque compunctionis vis poros cordis aperit, & plumas virtutum fundit, cunque se studiosè mens de pigra vetustate redarguit, alacri nouitate iuuenescit. Dicatur ergo beato Iob: Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad austrum? id est, nunquid cuilibet electo tu intelligentiam contulisti, vt flante sancto spiritu, cogitationum alas expandat, quatenus pondera vetustæ conuersationis abiiciat, & virtutum plumas in vsum noui volatus sumat? Vt hinc videlicet colligat: quia vigilantiam sensus in semetipso ex se non habet, qui hanc ex se conferre aliis nequaquam valet. Potest etiam per hunc accipitrem, renouata gentilitas designari, ac si beato Iob apertè diceretur: Futuras virtutum plumas in gentilitate respice, & vetustas superbiæ pennas amitte. Sequitur:

Quòd viri contemplatiui cùm mente deo excedunt, vniuersam corpoream creaturam transgrediuntur.

Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum sibi?) In scriptura sacra vocabulo aquilæ, aliquando maligni spiritus, raptores animarum, aliquando præsentis seculi potestates, aliquando verò vel subtilissimæ sanctorum

A sanctorum intelligentiæ, vel incarnatus dominus ima celeriter transuolans, & mox summa repetens designatur. Aquilarum nomine insidiatores spiritus exprimuntur, Hieremia attestante, qui ait: Velociores sunt persecutores nostri aquilis cœli. Perſecutores enim nostri aquilis cœli velociores sunt, cùm tanta contra nos maligni homines faciunt, vt ipsas etiam aëreas potestates inuentionibus malitiæ præire videantur. Aquilæ etiam vocabulo potestas terrena figuratur. Vnde per Ezechielem prophetam dicitur: Aquila grandis, magnarum alarú, longo membrorum ductu, plena plumis & varietate, venit ad libanum, & tulit medullam cedri, & summitatem frondiú eius euulsit. Quæ videlicet aquila quis alius quàm Nabuchodonosor rex Babyloniæ designatur? Qui pro immẽsitate exercitus, magnarum alarum: pro diuturnitate temporum, longo membrorum ductu: pro multis verò diuitiis, plenus plumis: pro innumera autem terrenę gloriæ compositione, plenus varietate describitur. Qui venit ad Libanum & tulit medullam cedri, & summitatem frondium eius euulsit: quia Iudææ celsitudinẽ petens, nobilitatem regni eius quasi medullam cedri abstulit, & dum tenerrimam regum prolem à regni sui culmine captiuando sustulit, quasi summitatem frondium eius euulsit. Aquilæ vocabulo vel subtilis sanctorum intelligentia, vel volatus dominicæ ascẽsionis exprimitur. Vnde idem propheta dum sub
B animalium specie Euãgelistas quatuor se vidisse describeret, in eis sibi hominis, leonis bouis, & aquilæ faciẽ apparuisse testatur, quartum proculdubio animal Ioannem per aquilam designans, qui volando terram deseruit: quia per subtilem intelligentiam interna mysteria verbi videndo penetrauit. Cui nimirum propheticæ sententiæ, ipse quoque Ioannes in reuelatione sua de semetipso non dissonat, dicens: Animal primũ simile leoni, secundum animal simile vitulo, tertiũ animal habens faciem quasi hominis, quartum animal simile aquilæ volanti. Et quanuis singula ad vnumquenque Euangelistã rectè conueniant, dum alius humanæ natiuitatis ordinem, alius per mundi sacrificij mactationem quasi vituli mortem, alius potestatis fortitudinem quasi leonis clamorem insinuat, alius natiuitatem verbi intuens, quasi ortum solem aquila aspectat, possunt tamẽ hæc quatuor animalia ipsum suum caput cuius sunt membra signare. Ipse nanque & homo est, quia naturam nostram veraciter suscepit: & vitulus, quia pro nobis patiẽter occubuit, & leo: quia per diuinitatis fortitudinem susceptæ mortis vinculum rupit: & ad extremum aquila, quia ad cœlum de quo venerat rediit. Homo ergo nascendo, vitulus moriendo, leo resurgendo, aquila ad cœlos ascendendo vocatus est.

Thre. 4. Ezec. 17. Ezech. 1. Apoc. 4.

Caput. XXXIIII.

C SEd hoc loco aquilæ nomine, subtilis sanctorum intelligentia, & sublimis eorum contemplatio figuratur. Cunctarum quippe auium visum acies aquilæ superat, ita vt solis radius fixos in se eius oculos nulla lucis suæ coruscatione reuerberans claudat. Ad præceptum ergo dei eleuatur aquila, dum iussionibus diuinis obtemperans, in supernis suspẽditur fidelium vita. Quæ & in arduis nidum ponere dicitur: quia desideria terrena despiciens, spe iam de cœlestibus nutritur. In arduis nidum ponit: quia habitationem mentis suæ in abiecta & infima conuersatione non construit. Hinc est q
Num. 24. Cineo Balaam propheante dicitur: Robustum quidem est habitaculum tuum, sed si in petra posueris nidum tuum. Cineus nanque possessor interpretatur. Et qui sunt qui prẽsentia possident, nisi hi qui ingenio sapientiæ secularis callent? Qui in hoc veraciter robustum sibi habitaculum construunt, si per humilitatem paruuli apud semetipsos facti, in Christi sublimitate nutriantur, si semetipsos infirmos sentiant: & in excelsa humilitate cogniti, redemptori fouendam mentis fiduciã ponant, si ima non appetant, si omne quod præterit, cordis volatu transcendant. Videamus aquilam nidum spei sibi in arduis
Philip. 3. construentem, qui ait: Nostra conuersatio in cœlis est. Et rur-
Ephe. 2. sum: Qui conresuscitauit & consedere nos fecit in cœlestibus. In arduis habet nidum: quia profectò in supernis figit consilium. Non vult mẽtem in ima deiicere, non vult per abiectionem conuersationis humanæ in infimis habitare. Tunc Paulus fortasse in carcere tenebatur, cùm se consedere Christo in cœlestibus testaretur. Sed ibi erat, vbi ardentem iam mentem fixerat, non illic vbi illum necessariò pigra adhuc caro retinebat. Hoc nanque esse speciale specimẽ electorum solet, quòd D sic sciunt præsentis vitæ iter carpere, vt per spei certitudinem nouerint iam se ad alta peruenisse, quatenus cuncta quæ præterfluunt, sub se esse videant, atque omne quod in hoc mundo eminet, amore æternitatis calcent. Hic est enim quòd sequenti se animæ per prophetam dominus dicit: Sustollam te super altitudines terræ. Quasi quædam nanque inferiora terræ sunt, Esaiæ. 58. damna, contumelię, egestas, abiectio, quæ ipsi quoque amatores seculi dum per latæ viæ planitiem ambulant, vitando calcare non cessant. Altitudines autem terræ sunt, lucra rerũ, blandimenta subditorum, diuitiarum abundantia, honor & sublimitas dignitatum, quę quisquis per ima adhuc desideria incedit, eoipso alta ęstimat, quo magna putat. At si semel cor in cœlestibus figitur, mox quàm abiecta sint cernitur quæ alta videbantur. Nam sicut qui in montem conscendit, eo paulisper cætera subteriacentia despicit, quo ad altiora gressum amplius tendit, ita qui in summis intentionem figere nititur, dum annisu ipso nullam præsentis vitæ gloriam esse deprehendit, super terræ altitudines eleuatur, & quod prius in imis desideriis positus super se credidit, pòst ascendendo proficiens sibi subesse cognoscit. Quæ ergo illic dominus facturum se esse pollicetur, dicens: Sustollã te super altitudines terrę, hæc apud beatum Iob solum sese facere posse testatur, dicens: Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & ponet in arduis nidum E sibi? Ac si diceret: Vt ad mẽum, qui quod exterius præcipio, hoc intrinsecus gratia occultæ largitatis inspiro. Sequitur: In petris manet.) In sacro eloquio cùm singulari numero petra nominatur, quis alius quàm Christus accipitur? Paulo attestãte, qui ait: Petra autem erat Christus. Cùm verò petræ pluraliter appellantur, membra eius, videlicet sancti viri, qui illius robore solidati sunt, exprimuntur. Quos nimirum Petrus apostolus lapides vocat, dicens: Vos tanquam lapides viui, coædi- 1. Petri. 2. ficamini domus spiritales. Ista itaque aquila quæ ad veri Solis radios cordis oculos exerit, in petris manere dicitur: quia in dictis antiquorum & fortium patrum mentis statione collocatur. Eorum quippe vitam quos in via dei præisse conspicit, ad memoriam reducit, atque in celsitudine illorum fortitudinis studendo, nidum sibi cõstruit sanctæ meditationis. Cũq; eorum acta dictaque tacitè cogitat, cùm prẽsentis vitæ gloriã in comparatione æternæ excellentiæ, quàm sit abiecta considerat, quasi sub se esse ima terrarum in petris residẽs obseruat. 1. Cor. 10.

Caput. XXXV.

POssunt etiam petræ sublimes virtutum cœlestium potestates intelligi, quas nõ iam quasi more arborum huc atque illuc ventus nostræ mutabilitatis inclinat: quia velut petræ in arduis sitę, ab omni motu mutabilitatis alienę sũt, F & ad soliditatem fixæ celsitudinis, ipsa cui inhærent æternitate duruerunt. Vir itaque sanctus cùm terrena despicit, more se aquilæ ad altiora suspendit, & per contemplationis spiritum subleuatus, perennem angelorum gloriam præstolatur, atque huic mundo hospes, illa appetendo quæ aspicit, iam in sublimibus figitur. Rectè ergo dicitur: In petris manet, id est, intentione cordis inter illas cœlestes virtutes residet, quæ & per æternitatis suæ fortitudinem tanta iam soliditate fixæ sunt, vt in nullo culpæ latere mutabilitatis varietate flectantur. Vnde & aptè sequitur: Et in prẽruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus.) Qui enim sunt alij prærupti silices, nisi illi fortissimi angelorum chori, qui quanuis non integri, sed tamẽ in proprio statu fixi, cadente cum suis angelis diabolo remanserunt? Prærupti enim sunt: quia pars eorum cecidit, pars remã sit. Qui integri quidem stant per qualitatem meriti, sed per numeri quantitatem prærupti. Hanc præruptionem restituere mediator venit, vt redempto humano genere, illa angelica dãna sarciret, & mensuram cœlestis patrię locupletius fortasse cumularet. Propter hanc præruptionem de patre dicitur: Propo Ephe. 1. suit in eo in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, & quæ in terra sunt in ipso. In ipso quippe restaurantur ea quæ in terra sunt, dum peccatores ad iustitiam conuertuntur. In ipso restaurantur ea quæ in cœlis sunt, dum illuc humiliati homines redeunt, vnde apostatæ angeli superbiẽdo ceciderunt. Quòd verò ait: Inaccessis rupibus, nimirum quid prærupti silices, ipsi sunt inaccessæ rupes.

Cordi

G Cordi enim peccatorum hominum valde inacceſſa eſt claritas angelorum : quia quo ad pulchra corporalia cecidit, eo à ſpiritali ſpecie oculos clauſit. Sed quiſquis ita cótemplatione rapitur, vt per diuinam gratiam ſubleuatus, intẽtionem ſuam iam angelorum choris interſerat, & fixus in ſublimibus, ab omni ſe infima actione ſuſpendat, non ei ſufficit gloriam angelicæ claritatis aſpicere, niſi eum etiam qui eſt ſuper angelos, valeat videre. Sola nanque eius viſio, vera mentis noſtræ refectio eſt. Vnde cùm dixiſſet hanc aquilam in petris manere, & in præruptis ſilicibus, atque in inacceſsis rupibus commorari, ili cò ſubdidit:

Quòd quantumlibet quis in hac vita per ſpeculum in ænigmate deum videat, & eum deguſtet, ſuauitatem tamen illius dulcedinis eſuriat adhuc.

Inde contemplatur eſcam.) id eſt, ex illis choris angelicis tendit oculum mentis ad contemplandam gloriam ſupernæ maieſtatis, qua non viſa, adhuc eſurit, qua tãdem viſa ſatiatur. *Eſaiæ.53.* Scriptum quippe eſt: Pro eo quod laborauit anima eius, vide- *Matth. 5.* bit & ſaturabitur. Et rurſum: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Quis verò mentis noſtræ ci- *Ibidem.* bus ſit, indicatur apertè cùm dicitur: Beati mundo corde, quoniam ipſi deum videbunt. Et quia interpoſitione corruptibilis carnis grauati, deum, ſicut eſt, videre non poſſumus, rectè H ſubiungitur: Oculi eius de longè proſpiciunt. Quantumlibet enim in hac vita poſitus quiſq; profecerit, necdum deum per ſpeciem, ſed per ænigma & ſpeculum videt. E vicino autem cùm reſpicimus, verius cernimus, cùm verò longius aciem tendimus, ſub incerto viſu caligamus. Quia igitur ſancti viri in alta ſe contemplatione erigunt, & tamen deum, ſicut eſt, videre non poſſunt, bene de hac aquila dicitur. Oculi eius de longè proſpiciunt. Ac ſi diceret: Intentionis aciem fortiter tendũt, ſed necdum propinquum aſpiciunt cuius claritatis magnitudinem penetrare nequaquam poſſunt. A luce enim incorruptibili caligo nos noſtræ corruptionis obſcurat, cunq́ue & videri aliquatenus poteſt, & tamen videri lux ipſa, ſicut eſt, nó poteſt, quàm longè ſit indicat. Quam ſi mens vtcunque non cerneret, nec quia longè eſſet videret. Si autem perfectè iam cerneret, profectò hanc quaſi per caliginem non videret. Igitur quia nec omnino cernitur, nec rurſum omnino non cernitur, rectè dictum eſt quia à longè deus videtur. Libet ad medium Eſaiæ verba deducere, atque hæc & illa quia vno ſpiritu proferantur indicare. Qui cum actiuæ vitæ virtutes exprimeret, *Eſaiæ.33.* dicẽs: Qui ambulat in iuſtitiis, & loquitur veritatem, qui proiicit auaritiam ex calũnia, & excutit manus ſuas ab omni munere, qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem, & claudit o- I culos ſuos ne videat malum, illico ab eiuſdem actiuæ vitę gradibus ad quæ contemplationis culmina aſcendatur, adiunxit dicens: Iſte in excelſis habitabit, munimenta ſaxorum ſublimi- *Quid in excelſis habitare.* tas eius, panis ei datus eſt, aquæ eius fideles ſunt. Regem in decore ſuo videbunt oculi eius, cernent terram de longè. In excelſis nanque habitare, eſt cor in cœleſtibus ponere. Et munimenta ſaxorum ſublimitas noſtra eſt, cùm fortium patrũ præcepta & exempla reſpicimus, atque ab infima cogitatione ſeparamur. Munimenta ſaxorum ſublimitas noſtra eſt, cum mẽte choris caſtriſq́ue cœleſtibus iunginur, & inſidiantes malignos ſpiritus ſtantes in arce cordis quaſi ſubterpoſitos expugnamus. Tũc nobis etiam panis datur: quia in ſupernis erecta intentio ęternitatis contemplatione reficitur. Aquæ enim noſtræ fideles ſunt: quia doctrina dei quod hic per ſpem promittit, hoc illic in munere exhibet. Sapientia nanque huius mundi infidelis eſt: quia manſura poſt mortem non eſt. Aquæ noſtræ fideles ſunt: quia verba vitæ quod ante mortem inſinuãt, hoc etiam poſt mortem demonſtrant. Regem in decore ſuo oculi noſtri conſpiciunt: quia redemptor noſter in iudicio, & à reprobis homo videbitur, ſed ad diuinitatis eius intuendam celſitudinẽ, ſoli qui electi ſunt ſubleuantur. Quaſi enim quandam fœditatem regis videre, eſt ſolam ſeruilem formã in qua ab iniquis deſpectus eſt cernere. Sed ab electis in decore ſuo rex cernitur: quia vltra ſemetipſos rapti, in ipſo diuinitatis fulgore oculos cordis figunt. Qui quandiu in hac vita ſunt: quia illam viuentium patriam, ſicut eſt, videre non poſſunt, rectè adiungitur: Cernent terram de longè. Quod ergo hic ait: Eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſibi, hoc illic dicitur: K In excelſis habitabit. Quod hic dicitur, in petris manet, & in præruptis ſilicib' commoratur, atq; in inacceſsis rupibus, hoc illic ſubiicitur: Munimenta ſaxorum ſublimitas eius. Quod rurſus hic ſubinſertur: Inde cõtemplatur eſcam: hoc illic quoque ſubditur: Panis ei datus eſt, aquæ eius fideles ſunt, regem in decore ſuo videbunt oculi eius. Et quod hic ſubiungitur: Oculi eius de longè proſpiciunt, hoc illic aptè ſubiicitur: Cernent terram de longè.

Caput. XXXVI.

COnſideremus quàm ſublimis aquila fuerit Paulus, qui vſque ad tertium cœlum volauit, ſed tamen in hac vita poſitus, è longinquo adhuc deum proſpicit, qui ait: *1.Cor.* Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie *13.* ad faciem. Et rurſum: Ego me non arbitror comprehendiſſe. Sed quanuis æterna valde minus quàm ſunt ipſe conſpiciat, quanuis ea ſe cognoſcere perfectè non poſſe cognoſcat, infirmis tamen auditoribus eaipſa infundere prædicando non poteſt, quæ videre ſaltem per ſpeculum & imaginem poteſt. De ſemetipſo quippe tanquam de alio loquitur, dicens: Audiuit *2.Cor.* arcana verba quæ non licet homini loqui. Interna ergo quanuis minima & extrema videantur, fortibus tamen prædicatoribus ſumma ſunt, infirmis verò auditoribus incapabilia. Vnde & prædicatores ſancti cùm auditores ſuos diuinitatis verbũ capere non poſſe conſpiciunt, ad ſola incarnationis dominicę L verba deſcendunt. Vnde bene hic dum ſubleuata in arduis aquila longè videre dicitur, ilicò ſubinfertur:

Quòd dum in hac vita viuimus, nos pulli ſanctorum, ſanguine crucifixi, & morte ſaluatoris nutrimur.

Pulli eius lambunt ſanguinem.) Ac ſi apertè diceretur: Ipſa quidem diuinitatis contemplatione paſcitur, ſed quia auditores eius diuinitatis percipere arcana nequaquam poſſunt, cognito crucifixi domini cruore ſatiantur. Sanguinem nanque *Quid ſi* lambere, eſt paſſionis dominicæ infirma venerari. Hinc eſt q *guinẽ* idem Paulus, qui ſicut pauloante iam diximus, ad tertij cœli *fis lam* ſecreta volauerat, diſcipulis dicebat: Non enim iudicaui me *1.Cor.2.* ſcire aliquid inter vos, niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixũ. Ac ſi apertè hæc aquila diceret: Ego quidem eſcam meam, diuinitatis eius potentiam de longè proſpicio, ſed vobis adhuc paruulis incarnationis eius tantummodo lambendum ſanguinem trado. Nam qui per prædicationem ſuam tacita diuinitatis celſitudine, infirmos auditores de ſolo cruore crucis edocet, quid aliud quàm ſanguinem pullis præbet? Quia verò vniuſcuiuſque ſancti prædicatoris anima corruptione carnis exuta, ad eum mox ducitur qui pro nobis ſponte ſua in mortẽ cecidit, & de morte ſurrexit, aptè de hac aquila ſubditur:

Quòd in Chriſto ſancti viuificabuntur, & illuc tendit humilitas gregis, vbi ſecundum carnem eſt celſitudo paſtoris. M

Et vbicunque cadauer fuerit, ſtatim adeſt.) Cadauer quip- *Vnde* pe à caſu dicitur. Et non immerito corpus domini propter ca- *dauer.* ſum mortis cadauer vocatur. Quod autem hic de hac aquila dicitur: Vbicunque cadauer fuerit, ſtatim adeſt: hoc de egredientibus animabus fieri veritas ſpopondit, dicens: Vbicunq; *Matth.24.* fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Ac ſi apertè dicat: Qui cœleſti ſede incarnatus redemptor veſter præſideo, electorum quoq; animas cùm carne ſoluero, ad cœleſtia ſubleuabo.

Caput. XXXVII.

SEd hoc quod de hac aquila dicitur: Vbicunque fuerit cadauer, ſtatim adeſt: intelligi, & aliter poteſt. Omnis enim qui in peccati mortem ceciderit, non inconuenienter poterit cadauer vocari. Quaſi exanimis nanque iacet, qui iuſtitiæ viuificantem ſpiritum non habet. Quia ergo ſanctus quiſque prædicator vbi peccatores eſſe conſiderat, illuc anxiè peruolat, vt in peccati morte iacẽtibus lucem viuificationis oſtendat, bene de hac aquila dicitur: Vbicunque cadauer fuerit, ſtatim adeſt, id eſt, illuc tendit vbi vtilitatem prædicationis proſpicit, vt ex eo quòd iam ſpiritaliter viuit, aliis in morte ſua iacentibus proſit, quos corripiendo quaſi edit, ſed ab iniquitate ad innocentiam permutando, in ſua membra quaſi edendo conuertit. Ecce ipſe, quem ad teſtimonium

iam

A iam ſæpe dedu ximus, Paulus cùm nunc Iudæam, nunc Corinthum, nunc Epheſum, nunc Romam, nunc Hiſpanias peteret, vt in peccati morte iacentibus, æternæ vitæ gratiam núciaret, quid ſe aliud quàm eſſe aquilam demonſtrabat, quæ velociter omnia tranſuolans, vbicunque iacens cadauer quærebat, vt dũ volũtatem dei lucratis peccatoribus faceret, quaſi eſcam ſuam in cadauere reperiret? Eſca quippe iuſtorum eſt, cõuerſio peruerſorum, de qua dicitur: Operamini nõ cibum qui perit, ſed *Ioan. 6.* qui permanet in vitam æternam. Auditis itaq; tot ſanctorum virtutibus, beatus Iob obſtupuiſſe intelligitur, & ſub admirationis terrore ſiluiſſe. Nam ſequitur:

Quòd conſideratio meliorum multum proficiat ad humilitatem ſanctorum.

Adiecit dominus, & locutus eſt ad Iob. Nunquid qui contendit cum deo, tam facile conquieſcit? Vtique qui arguit deũ, debet & reſpondere illi.) Vir ſanctus tanta hac diſtrictione flagelli non æſtimauit augeri ſibi merita, ſed vitia reſecari. Quæ quia in ſe nulla cognouit, percuſſum iniuſtè ſe credidit, & percutientem prorſus arguere, eſt de percuſſione murmurare. Conſiderans autem dominus quod ea quæ protulit, non ex tumore ſuperbiæ, ſed ex qualitate collegerat vitæ, piè illum increpat dicens: Nunquid qui contendit cum deo, tam facilè
B conquieſcit? Vtique qui arguit deum, debet & reſpondere illi. Ac ſi apertius diceret: Qui tanta de tua actione locutus es, cur audita ſanctorum vita ſiluiſti? Me enim fuit arguere, de percuſſione mea an fuerit iuſta dubitare. Et bona quidem tua ve raciter protuliſti, ſed hęc quo tenderent flagella neſciſti: qui etſi non habes iam quod corrigas, habes adhuc tamen quo creſcas. In quanta verò virtutis arce quàm plurimos ſubleuẽ, me ecce narrante cognouiſti. Ipſe conſiderabas tuam, ſed aliorum celſitudinem neſciebas. Auditis igitur alienis virtutibus, ſi quid vales, reſponde de tuis. Scimus autem quòd cordis ſui oculum per elationis tenebras extinguit, qui cùm recta agit, conſiderare meliorum merita negligit. At contrà magno humilitatis radio ſua opera illuſtrat, qui aliorum bona ſubtiliter penſat: quia dum ea quę ipſe fecerit, facta foris & ab aliis conſpicit, eum qui de ſingularitate intus erumpere nititur, ſuperbiæ tumorem premit. Hinc eſt quòd voce dei ad Heliam ſo-
3. Regũ. 19. lum ſe æſtimantem dicitur: Reliqui mihi ſeptem milia virorũ qui non curuauerunt genua ant. Baal, vt dum non ſolum ſe remanſiſſe cognoſceret, elationis gloriam quæ ei de ſingularitate ſurgere poterat, euitare poſſet. Beatus itaque Iob nihil peruerſè egiſſe reprehenditur, ſed de aliorum etiam bene geſtis docetur, vt dum ſe æquales, & alios habere conſiderat, ei qui ſingulariter ſummus eſt, ſe humiliter ſubdat.

Libri triceſimiprimi Moralium ſancti Gregorij finis.

C

LIBER TRICESIMUS SECUNDUS MORALIS EXPOSITIONIS SANCTI GREGORIJ PAPÆ IN LIBRUM IOB.

Quòd ſancti ea quæ cum minori ſollicitudine attendunt quando cogitant vel agunt, & quaſi leuia negligunt, cùm fuerint compuncti diuinitus, quaſi grauia illa & mortifera perhorreſcunt.

Caput. I.

SANCTI viri quo apud deum altius virtutum dignitate proficiunt, eo ſubtilius indignos ſe eſſe deprehẽ dunt: quia dum proximi luci fiunt, *Pſalm. 13.* quicquid eos in ſeipſis latebat inue- *Matt. 5.* niunt, & tanto magis foris ſibi defor mes apparent, quãto minus pulchrũ eſt quod intus vident. Vnuſquiſque enim ſibi dum tactu veri luminis il- *1. Corin. 6.* luſtratur oſtenditur, & vnde agnoſcit quid eſt iuſtitia, inde eruditur vt videat quid eſt culpa. Hinc eſt quod ſæpe mens noſtra quanuis frigida in conuerſationis humanæ actione torpe D ſcat, quanuis in quibuſdam delinquat & neſciat, quanuis peccata quædam quaſi nulla perpendat, cùm tamen ad appetenda ſublimia orationis compunctione ſe erigit, ipſo ſuæ compunctionis oculo excitata ad circunſpiciendam ſe poſt fletum vigilantior redit. Nam cùm neglectam ſe deſerit, & noxio tepore torpeſcit, vel ocioſa verba, vel inutiles cogitationes minoris eſſe reatus omnimodo credit. At ſi igne compunctionis incaleſcens, à torpore ſuo tacta ſubito afflatu contemplationis euigilet, illa quæ leuia pauloante credidit, mox vt grauia ac mortifera perhorreſcit. Cuncta enim vel in minimis noxia quaſi atrociſſima refugit: quia videlicet per cõceptionem ſpiritus grauida, introire ad ſe iam inania nulla permittit. Ex eo enim quod intus conſpicit, quàm ſint horrenda hæc quæ exterius perſtrepunt ſentit, & quanto amplius ſubleuata profecerit, tanto magis refugit infima in quibus proſtrata defecit. Nihil quippe eam niſi id quod interius viderat paſcit, atque eo grauius tolerat, quicquid ſe ei extrinſecus ingerit, quo illud non eſt quod interius vidit, ſed ex his interioribus quę raptim videre potuit, ad exteriora quæ tolerat iudicandi regulam ſumit. Super ſe enim rapitur dum ſublimia contemplatur, & ſemetipſam iam liberius excedendo conſpiciens, quicquid ei ex ſeipſa ſub ſeipſa remanet, ſubtilius comprehendit. Ex qua re miro modo agitur, vt ſicut ſuperius dictum eſt, vnde dignior efficitur, inde ſibimet indigna videatur, & tunc rectitudini ſe longè eſſe ſentiat, cùm appropinquat. Vnde Salomon ait: Cũ E cta tentaui in ſapientia, & dixi: Sapiens efficiar, & ipſa longius *Eccleſ. 7.* receſſit à me. Quæſita enim ſapientia longè recedere dicitur: quia appropinquanti altior videtur. Qui verò hãc nequaquã quærunt, tanto ſe ei propinquos eſtimant, quanto & eius rectitudinis regulam ignorant: quia ſiti in tenebris, mirari lucis claritatem neſciunt quam nunquam viderunt: cumque in forma eius pulchritudinis non tenduntur, in ſemetipſis libenter quotidie deformiores fiunt. Nam quiſquis eius radiis tãgitur, ſua illi manifeſtius tortitudo monſtratur, & eo verius inuenit quantum flectatur in vitio, quo ſagacius ſumma conſiderans, conſpicit quãtum diſtat à recto. Vnde beatus Iob humanum genus virtutibus tranſiens, amicos loquendo ſuperauit, ſed loquente deo, ſublimius eruditus ſemetipſum cognoſcendo reticuit. Illos nanque iniuſtè loquentes ſubdidit, ſed ad verba locutionis intimæ reum ſe iuſtè cognouit. Et quidem cur flagellatus ſit neſcit, ſed tamen cur flagella veneratus diuina non ſit, ſilendo redarguit. Diuina enim iudicia cùm neſciuntur, nõ audaci ſermone diſcutienda ſunt, ſed formidoloſo ſilentio veneranda: quia & cùm cauſas rerum conditor in flagello non aperit, eo iuſtas indicat, quo ſe eas facere qui ſummè iuſtus eſt demonſtrat. Vir ergo ſanctus, & prius de locutione, & pòſt de ſilentio reprehenſus, quid de ſemetipſo ſentiat innoteſcat. Ait enim:

Quòd de verbo ocioſo nec ſancti poſſunt excuſari, licèt manu operis in conſpectu dei ſtudeant operire. F

Qui leuiter locutus ſum, reſpondere quid poſſum? Ac ſi dicat: Sermonem meum defenderem, ſi hunc cum rationis pondere protuliſſem. At poſtquam lingua leuitate vſa cõuincitur, quid reſtat niſi vt conticendo refrenetur? Sequitur: Manum meam ponam ſuper os meum.) Vſu ſacri eloquij in manu operatio, in ore locutio ſolet intelligi. Manũ ergo ſuper os ponere, eſt virtute boni operis culpas tegere incautæ locutionis. Quis verò inueniri poteſt qui quãlibet perfectus ſit, de ocioſo tamen ſermone non peccet? Iacobo atteſtante, qui ait: Nolite *Iac. 3.* plures magiſtri fieri, in multis enim offẽdimus omnes. Et rurſum: Linguam nullus hominum domare poteſt. Cuius culpas *Ibidem.* redarguens per ſemetipſam veritas dicit: Dico autem vobis *Matt. 12.* quoniam omne verbum ocioſum quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij. Sed ſancti viri ante dei oculos ſtudent culpas linguæ tegere meritis vitæ, ſtudent bonorum operum pondere premere immoderata verborum. Vnde in ſancta Eccleſia manus ſuper os ponitur, dum in electis eius quotidie ocioſæ locutionis vitium bonæ actionis virtute operitur. Scriptum nãque eſt: Beati quorum remiſſæ ſunt *Pſal. 31.* iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Sed rurſum cùm ſcri *Hebr. 4.* ptum ſit: Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius, quomodo tegi poſſunt,

Universidad de Deusto Biblioteca

G gi possunt quæ eius oculis cui cuncta nuda sunt, abscondi nequaquam possunt? Sed quia hoc quod tegimus inferius ponimus, atq; hoc vnde tegimus nimirum superducimus, vt quod est subterpositum tegamus, tegere peccata dicimur, quæ quasi subterponimus dum abdicamus, eisque aliud superducimus dũ bonæ actionis opus ad hoc pòst eligimus vt præferamus. Qui ergo priora mala deserit, & bona posterius facit, per hoc quod addit, transactam nequitiam tegit, cui boni operis merita superducit. Beatus igitur Iob sanctę Ecclesiæ typum tenens, & in verbis suis sua allegans, nostra designãs, dicat ex se, dicat ex nobis, manum meam ponam super os meum, id est, hoc quod districto iudici de sermone meo in me displicuisse considero, ante eius oculos sub velamine recti operis abscondo. Sequitur:

Quòd Iob correctus non defendit, sed humiliter confitetur se peccasse in eo quod se credidit iustum, & frustra percussum, & innocentia propriæ conscientiæ contentus, districtionem superni examinis attendit.

Vnum locutus sum, quod vtinam nõdixissem, & alterum, quibus vltra non addam.) Si transacta beati Iob verba discutimus, nihil eum nequiter dixisse reperimus. Si verò dicta eius quæ cum veritate ac libertate prolata sunt, in aliquo superbiæ vitio flectimus, duo iam solummodo non erunt: quia multa sunt. Sed quia loqui nostrum, est hominib⁹ occultum sensum verbis aperire, loqui verò nostrum ad diuinas aures, est mortũ
H mentis etiam expressione actionis ostendere, beatus Iob ad libram se subtilissimi examinis pensans, locutione sua secundò se deliquisse confitetur. Vnum enim loqui illicitè, est res flagello dignas agere, aliud loqui illicitè, est etiã de flagello murmurare. Qui ergo ante increpationem dominicam in omni opere hominibus prælatus fuit, ipsa in altũ increpatione proficiens, & minus se rectum prius in opere, & minus se patiẽtem pòst in verbere agnouit. Vnde semetipsum redarguit, dicens: Vnum locutus sum, quod vtinam non dixissem, & alterũ, quibus vltrà non addam. Ac si dicat: Rectum me quidẽ inter homines, credidi, sed te loquente, & ante flagella prauum, & post flagella me rigidum inueni. Quibus vltra non addam: quia iã quanto nunc te loquẽtem subtilius intelligo, tanto meipsum humilius inuestigo.

Quid sit quod per Moysen agnum, vel capram iubetur offerre qui bene, vel malè se facturum iuramento protulerit, & hoc ipsum obliuione transcendit.

Caput. II.

ET quia beatus Iob sanctæ Ecclesiæ typũ tenet, possunt electis omnibus hæc eius verba congruere, qui cognoscentes dominum, in vno & alio deliquisse se sentiunt:
I quia se intelligunt, vel in cogitatione & opere, vel in dei ac proximi neglecta dilectione peccasse. Quibus se promittunt vltra nil addere: quia per conuersionis gratiam curant pœnitendo quotidie etiam transacta purgare. Per hoc tamen quod beatus Iob de duobus se pœnitendo redarguit, liquidò ostendit quòd peccator omnis in pœnitentia duplicem habere gemitum debet, nimirum quia & bonum quod oportuit non fecit, & malum quod non oportuit fecit. Hinc est enim quod per Moysen de eo qui iuramentum protulit, vt vel malè quid vel bene faceret, & hoc ipsum obliuione transcendit, dicitur:
Leui. 5. Offerat agnam de gregibus siue capram, orabitque pro eo sacerdos, & pro peccato eius. Si autem non potuerit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarum, vnum pro peccato, & alterum in holocaustum. Iuramẽtum nanque proferre, est voto nos diuinæ seruitutis alligare. Et cùm bona opera promittimus, bene nos facere spondemus. Cùm verò abstinentiam cruciatumque carnis nostræ vouemus, malè ad præsens nos nobis facere iuramus. Sed quia nullus in hac vita ita perfectus est, vt quanlibet deo deuotus sit, inter ipsa quantumcunque pia vota non peccet, pro peccato agna offerri de gregibus siue capra præcipitur. Quid enim per agnam nisi actiuæ vitæ innocentia, quid per capram quæ in summis sæpe extremisque rupibus pendens pascitur, nisi contemplatiua vita signatur? Qui ergo se conspicit promissa ac proposita non implesse, ad sacrificium dei sese studiosius debet, vel innocentia boni operis, vel sublimi pastu contemplationis accingere.

Et bene agna de gregibus, capra verò offerri de gregibus non K
iubetur: quia actiua vita multorum est, contemplatiua paucorum. Et cùm hæc agimus quæ multos agere, & egisse conspicimus, quasi agnam de gregibus damus. Sed cùm offerẽtis virtus ad agnam capramque non sufficit: in remedio pœnitentiæ adiungitur, vt duo pulli colũbarum, vel duo turtures offerantur. Scimus quia columbarum pulli, vel turtures pro cantu gemitus habent. Quid ergo per duos columbarum pullos, vel duos turtures, nisi duplex pœnitentiæ nostræ gemitus designatur? vt cum ad offerenda bona opera non assurgimus, nosmet ipsos dupliciter defleamus: quia & recta non fecimus, & prava operati sumus. Vnde & vnus turtur pro peccato, alter verò offerri in holocaustum iubetur. Holocaustum nãque totum incensum dicitur. Vnum ergo turturem pro peccato offerimus, cùm pro culpa gemitum damus, de altero verò holocaustum facimus, cùm pro eo q⁹ bona negleximus, nosmetipsos funditus succendentes igne doloris ardemus. Quia igitur duplex in pœnitentia gemitus debetur, beatus Iob diuinæ vocis increpatione proficiens, atq; in sua reprehẽsione sucrescẽs, dixisse se vnũ & alterum pœnitens fatetur, ac si apertè dicat, & erga bona per negligẽtiam torpui, & ad mala per audaciam prorupi.

Textus capitis quadragesimi libri beati Iob.

RESpondens autem dominus Iob de turbine dixit: Accinge sicut L
vir lumbos tuos, interrogabo te, & indica mihi. Nũquid irritum facies iudicium meum, & condemnabis me vt tu iustificeris? Si habes brachium sicut deus, & voce simili tonas, circunda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestib⁹. Disperge superbos in furore tuo, & confunde eos, & respicies omnem arrogantem humilia. Respice cunctos superbos & confunde eos, & contere impios in loco suo. Abscon de eos in puluere, simul & facies eorum demerge in foueam, & ego confitebor quòd saluare te possit dextera tua. Ecce Behemoth quem feci tecum, fœnũ quasi bos comedet. Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius. Stringit caudam suam quasi cedrum, nerui testiculorũ eius perplexi sunt. Ossa eius velut fistulæ æris, cartilago illius quasi laminæ ferreæ. Ipse est principium viarum dei. Qui fecit eum, applicabit gladium eius. Huic montes herbas ferunt. Omnes bestiæ agri ludent ibi. Sub vmbra dormit, in secreto calami, in locis humentibus. Protegunt vmbræ vmbram M
eius, circundabunt eum salices torrentis. Ecce absorbebit fluuium, & non mirabitur, & habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius. In oculis eius quasi hamo capiet eum, & in fudibus perforabit nares eius. Anestrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius? Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia? Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum? Nunquid illudes ei quasi aui, aut ligabis eum ancillis tuis? Cõcident eum amici, diuident illum negociatores. Nũquid implebis sagenas pelle eius, & gurgustium piscium capite illius? Pones super eum manum tuam. Memẽto belli, nec vltra addas loqui. Ecce spes eius frustrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur.

Caput. III.

RESpõdens autem dominus Iob de turbine dixit: Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & indica mihi.) Quid sit dominum de turbine respondere: quid beatum Iob lumbos accingere, quid interrogare dei, quid hominis indicare, primo iam domini sermone tractatum est.

A est. Quia ergo lectoris tædio parcimus, curamus summopere nodicta replicemus. Sequitur:

Quòd qui in flagellis positus murmurat, iustitiam ferientis accusat.

Nunquid irritum facies iudicium meum, & condemnabis me vt tu iustificeris? Quisquis contra domini flagella semetipsum defendere nititur, flagellantis iudicium euacuare conatur. Nam cùm culpa sua feriri se denegat, quid aliud quàm iustitiam ferientis accusat? Beatum itaque Iob nõ idcirco flagella cœlestia percusserunt, vt in eo culpas extinguerent, sed potius vt merita augerent, quatenus qui tranquillitatis tempore in tanta sanctitate claruerat, & ex percussione patesceret quæ in eo etiam patiẽtiæ virtus latebat. Qui quidem culpam suam inter flagella non inueniẽs, nec tamen flagella eadem causam sibi esse augendi meriti deprehẽdens, iniustè se feriri credidit, cùm quid in se debuisset corrigi nõ inuenit. Sed ne ipsa innocentia in tumorem elationis infletur, diuina voce corripitur, & mens eius ab iniquitate libera, sed verberibus pressa, ad iudicia occulta reuocatur, vt superna sententia, etli non est cognita, non tamen credatur iniusta, sed eo saltem iustum credat omne quod patitur, quo nimirum constat, quia deo auctore patiatur. Magna enim satisfactio percussionis est, voluntas iu-
B sta conditoris. Quæ cùm iniustum facere nil solet, iusta agnoscitur etiam si latet. Nam cùm pro iniustitiæ peccato percutimur, si in pecussione nostra diuinæ voluntati coniungimur, mox à nostra iniustitia ipsa coniũctione liberamur. Quisquis enim iam percussionem tolerat, sed adhuc causas percussionis ignorat, si iustum credens hoc ipsum contra sẽ iudicium amplectitur, eo ipso ab iniustitia sua iam correctus est, quo percussum se iustè gratulatur. In vindicta enim sua deo se sociãs, sese contra se erigit, & magna est iam iustitia quod voluntati iudicis concordat in pœna, cui discrepauit in culpa. Vir igitur sanctus quia in nulla deo culpa discrepauerat, quasi cum difficultate ei inter supplicia concordabat. Neque enim credidit quòd flagella quæ solent vitia extinguere, in illo sola merita augerent. Vnde nunc iustè corripitur, vt occultis iudiciis, & nesciens subderetur, eique dicitur: Nunquid irritum facies iudicium meũ, & condemnabis me vt tu iustificeris? Ac si apertè diceretur: Tua quidem bene acta consideras, sed mea occulta iudicia ignoras. Si ergo ex tuis meritis contra mea flagella disputas, quid aliud quàm me de iniustitia addicere te iustificando festinas? Sequitur:

C *Quòd ex considerata magnitudine, & iustitia creatoris, cuiusque meriti sint homines, infirmos se cognoscant & peccatores, & quòd Anthropomorphitarum hæresis sit deum æstimare in sua natura secundum membra humana, & lineamenta corporea.*

Caput. IIII.

SI habes brachium sicut deus, & si voce simili tonas.) Quia humanum genus beatus Iob meritis transcendebat, eum pius conditor, & eruditor ad considerandam similitudinem suæ magnitudinis prouocat, vt cognita tãta dissimilitudine, in humilitate se premat. Sed cum in deo vox & brachium dicitur, cauendum summopere est, ne quid in eo mens corporeum suspicetur. In Anthropomorphitarum nanque hæresim cadere est, eum qui incircunscriptè implet, & circumplectitur omnia, intra corporalia lineamẽta concludere. Sed omnipotens deus ad sua nos trahens, vsq; ad nostra se humiliat, atque vt alta insinuet, humilibus cõdescendit, quatenus paruulorum animus rebus cognitis enutritus, ad inquirenda exurgat incognita, atque ab eo qui lõgè super ipsum est, quædam iuxta se audiens, quasi quibusdam ad illum passibus moueatur. Vnde fit vt per scripturam suam aliquando à corporibus hominum, aliquando à mentibus, aliquando verò ab auibus, aliquando etiam ab insensatis rebus quasdam longè dissimiles in se similitudines trahat. Plærunque enim à corporibus hominum in se similitudinem trahit, sicut de eo prophe-
Zacha. 2. ta ad Israëlitas dicit: Qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi eius. Et sicut de eo rursum speranti homini per prophetam
Psalm. 90. dicitur: In scapulis suis obumbrabit tibi. Constat nimirum quòd in natura sua, nec oculum deus, nec scapulas habeat, sed quia nos per oculum cernimus, in scapulis verò onera sustinemus, deus q; omnia videt, oculum habere perhibetur, quod D verò nos tolerat, atque eo ipso quo tolerat seruat, obumbrare nobis in scapulis dicitur. Ait enim: In scapulis suis obumbrabit tibi. Ac si diceretur peccatori homini, & post peccatũ veniam deprecãti: Ea pietate dominus te protegit, qua te pietate tolerauit. Obũbrat enim in scapulis suis: qa dũ portat defẽdit.

Capur. V.

ALiquando verò à mentibus in se similitudinem trahit, sicut per prophetam ad Israël dicit: Recordatus *Hier. 2.* sum tui, miserans adolescentiam tuam. Et rursum per sponsę comparationem loquens ait: Et si illa oblita fuerit, ego *Esaiæ. 49.* tamen non obliuiscar tui. Quis enim nesciat quia dei memoria, nec obliuione rumpitur, nec recordatione sarcitur? Sed dũ aliqua deserens prętermittit, more mentium obliuiscì dicitur, & cùm post longum tempus quę voluerit visitat, nostræ mutabilitatis consuetudine recordatus vocatur. Quo enim pacto diuinitatis eius vim obliuio dissipat, cui ipsa quoque laudabilis memoria essentialiter concordat? Nulla nanque nisi aut præterita, aut absentia recordantur: Quomodo ergo deus præteritorum reminiscitur, cùm ipsa quæ in semetipsis prætereunt, eius nutui semper præsentia assistũt? Aut quomodo absentium recordatur, dum omne quod est, per hoc illi præsto est quod in ipso est? Quod si ei præsto non esset, omnino nõ esset: nam non existentia videndo creat, existentia videndo continet. Quicquid ergo creator non videt, essentia subsistendi caret. E
Aliquando autem ab auibus in illum similitudo trahitur, sicut per Moysen dicit: Expandit alas suas, & assumpsit eos. Et sicut *Deut. 32.* Propheta ait: Sub vmbra alarum tuarũ protege me. Quia enim *Psalm. 16.* nos paruulos dum protegit nutrit, & nõ graui atque onerosa, sed leui & blãda protectione nos refouet, dum suas in nos misericordias exerit, quasi more super nos auium alas tendit. Aliquando etiam insensatis rebus propter infirmitatem nostram alta condescensione se comparat, sicut per prophetam dicit: *Amos. 2.* Ecce ego stridebo super vos sicut strident plaustrum onustum fœno. Quia enim fœnum est vita carnalium, sicut scriptũ est: *Esaiæ. 40.* Omnis caro fœnum, in eo quòd dominus vitam carnaliũ patitur, more plaustri fœnum se portare testatur. Cui sub fœni onere stridere, est pondera & iniquitates peccantium cum querela tolerare. Cùm ergo lõgè dissimiles in se similitudines trahat, solerter intuendum est quòd quædam talia aliquando dicantur in deo propter effectum operis, aliquãdo autem ad indicandam eius substantiam maiestatis. Nam cùm in deo oculus, scapulæ atque alæ nominantur, effectus quidam operationis ostenditur. Cùm vero manus, brachium, dextera vel vox in deo dicitur, per hæc vocabula consubstantialis ei filius demonstratur. Ipse quippe est & manus, & dextera, de cuius ascẽsione per Moysen pater loquitur, dicens: Tollam in cœlũ ma- *Deute. 32.* num meam, & iurabo per dexteram meam. Ipse brachium, de *Esaiæ 53.* quo propheta ait: Et brachium domini cui reuelatum est? Ipse F vox: quia eum pater gignendo dixit: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et de quo scriptum est: In principio erat verbũ, *Ioan. 1.* & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Per hoc ver- *Psalm. 32.* bum fecisse patrem omnia Dauid asserit, dicens: Dixit, & facta sunt. Deum ergo brachium habere, est operantem filium gignere. Voce tonare, est consubstantialem sibi filium mũdo terribiliter demonstrare. Beato igitur Iob dum dicit dominus: Si habes brachium sicut deus, & si voce simili tonas, mira dispẽsatione pietatis eum dum increpat exaltat: quia eum quẽ sua comparatione superat, superiorem cũctis demonstrat. Cui in hac propositione subiungit:

Quòd sancti in conspectu dei gloria & honore, & speciosis virtutum vestibus induantur, superbos verò extremæ confusionis nuditas maneat.

Circunda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto glorioſus, & speciosis induere vestibus.) Subaudis vt ego. Ipse enim sibi circundat decorem, de quo scriptum est: Dominus *Psalm. 92.* regnauit, decorem induit. Ipse apud nos in sublime erigitur, cum nostris mentibus in natura sua esse impenetrabilis demõstratur. Ipse verò glorioſus est, qui dum seipso perfruitur, accedentis laudis indigens non est. Ipse speciosis induitur vestibus: quia sanctorum angelorum choros quos condidit, in vsum sui decoris assumpsit, & velut quandam vestem glorio-

sam

Cſam ſibi Eccleſiam exhiber, non habentem rugam, aut maculam. Vnde ei per prophetam dicitur: Confeſsionem & decorem induiſti, amictus lumine ſicut veſtimento. Hic quippe cõfeſsionem induit, illic decorem: quia quos hic per pœnitẽtiam confitentes fecerit, illic fulgentes per decorẽ iuſtitiæ oſtẽdet. Luce ergo ſicut veſtimẽto amictus eſt: quia ſanctis omnibus, quibus dictum eſt: Vos eſtis lux mundi, in illa ęterna gloria veſtietur. Vnde & per Euangelium dicitur, quia transfiguratus in monte domino, veſtimenta eius facta ſunt candida ſicut nix. In qua transfiguratione quid aliud quàm reſurrectionis vltimę gloria nunciatur? In monte enim veſtimenta eius ſicut nix facta ſunt: quia in ſuperną claritatis culmine ſancti omnes ei luce iuſtitiæ fulgentes adhærebunt.

Pſal. 103.

Matth. 5.

Marci. 9.

Caput. VI.

SEd quia ſpecioſarum veſtium nomine iuſtos ſibi quomodo adiungat inſinuat, iniuſtos etiam quomodo à ſe diſiungat oſtendit. Sequitur: Diſperge ſuperbos in furore tuo.) Subaudis vt ego, qui eos & tanquillitatis tempore vnitos contra me tolero, & diſtrictus quandoque veniens, in meo eos furore diſpergo. Sed inter hæc ſolerter intuẽdum eſt, quòd grauis perfidiæ error admittitur, ſi fortaſſe quis ęſtimet, quòd in illa diuinitatis ſubſtantia, furor & tranquillitas varietur. Creator nanque omnium eo ſummè immortalis eſt, quo creaturæ morę mutabilis non eſt. Hinc de illo per Iacobum dicitur: Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Hinc rurſum ſcriptum eſt: Tu autem domine, cum tranquillitate iudicas. Hinc propheta ait: Deſerta facta eſt terra à facie iræ columbæ, à facie furoris & domini. Quod iram columbæ prædixerat, hoc furorẽ domini ſubiunxit. Columba nanque valde ſimplex eſt animal, & quia in deum nulla furoris inæqualitas ſerpit, furorem domini iram columbæ nominauit. Vt enim diuinæ diſtrictionis vim imperturbabilem demonſtraret, & iram dixit, & columbæ. Ac ſi apertius diceret: Diſtrictum iudicium inconcuſſus exerit, qui permanẽs manſuetus iniuſtos punit. Vnde & in extremo iudicio in ſemetipſo incommutabilis manens, nulla viciſſitudine ac mutabilitate variatur, ſed tamen electis ac reprobis nequaquam ſub ſpecie eiuſdem incommutabilitatis oſtenditur: quia & trãquillus iuſtis, & iratus apparebit iniuſtis. Teſte enim conſciẽtia, intra ſemetipſos deferũt, vnde eorum mentes æquè vnum reſpiciant, ſed non æqualiter modificentur: quia & iſtis eũ benignum oſtendit antecacta iuſtitia, & illis terribilẽ culpa. Quorum pauorem quis explicet, cùm contigerit miſeris, & intra ſe culpas cernere, & ante ſe iudicem iuſtum videre? Hoc nimirũ quotidie in vſu vitæ præſentis agitur, vt de qualitate venturi iudicis mortalium corda doceantur. Nam cum duo ad iudiciũ pergunt, alius innocentiæ ſibi conſcius, alius culpæ: ante prolatam ſententiam adhuc tacentem iudicem vtrique conſpiciunt, & tamen culpæ debitor grauem contra ſe iram hoc ipſum iudicis ſilentium ſuſpicatur. Quam iram ſibi non denunciat perturbatio iudicis, ſed recordatio prauitatis: quia etſi adhuc foris reum ſententia non clamat, intus tamen grauiter conſcientia accuſat. At contra iuſtitiæ amicus decernentis vultum conſpicit, ſed intus de teſtimonio bonæ recordationis hilareſcit, & quo apud ſe quod metuat non habet, omne quod erga ſemetipſum eſt, blandum videt. Hoc itaque loco furor domini dicitur non perturbatio diuinæ ſubſtantiæ, ſed ſuper peccatores malè ſibi conſcios examinatio iuſta vindictæ. Quanuis enim eum tranquillum in iudicio videant, tamen quia ferendos ſe ab illo non dubitant, eum ſuis moribus perturbatũ putant. Sequitur: Et reſpiciens omnem arrogantem humilia.) Ac ſi dicat, vt ego. Aptè autem ad vindictæ ordinem arrogantibus ſuperborum culpa præponitur: quia nimirum nõ ſuperbia de arrogantia, ſed generatur arrogantia de ſuperbia. Duobus autem modis à domino peccator vnuſquiſque reſpicitur, cùm aut à peccato conuertitur, aut ex peccato punitur. De reſpectu enim conuerſionis dicitur: Quia reſpexit dominus Petrũ, & recordatus Petrus verbi Ieſu fleuit amarè. De reſpectu vltionis rurſus dicitur: Vultus autem domini ſuper facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum. Vtriſq; autem modis in humilitate arrogans ſternitur: quia aut pœnitendo cognoſcit culpam, aut pereundo percipit pœnam. Sequitur.

Iacob. 1.

Sapien. 12.

Hiere. 25.

Luce. 22.

Pſalm. 33.

Caput. VII.

REſpice cunctos ſuperbos, & confunde eos, & contere impios in loco ſuo.) Subaudis, vt ego. Superbi enim ex reſpectu domini confunduntur, aut hic de pietate domini cognoſcentes, & damnantes crimina, aut illic ſupplicia de iuſtitia ſentientes. Impiorum verò locus ipſa ſuperbia eſt: quia cùm ſcriptum ſit: Initium omnis peccati ſuperbia, vn de oritur impietas, ibi continetur, quanuis nec quicquam à ſuperbia diſtat impietas. Valde enim ſuperbire eſt impia de auctore ſentire. Impius ergo in loco ſuo conteritur, quia ipſa ſuperbia qua eleuatur opprimitur, cũque efferendo ſe in cogitationibus erigit, lumen ſibi iuſtitiæ quod inuenire debuiſſet abſcondit. Sępe autem dum contra deum falſa gloria exterius proficit, vera miſeria interius inaneſcit. Vnde propheta ait: Deiecisti eos dum alleuarentur. Non enim ait: Deiecisti eos poſtquàm eleuati ſunt, ſed dum alleuarentur: quia hoc ipſum fit ſuperbis interius deiici, quod eis falſa contingit gloria exterius eleuari. Ordinante enim diuino iudicio, non eis hic aliud culpa eſt, atque aliud pœna, ſed ſua illis in pœnam vertitur culpa, vt elatis faſtu ſuperbiæ, hoc ipſum ſit verè intus cadere, quod foris oſtenditur profeciſſe. Sequitur: Abſconde eos in puluere, ſimul & facies eorum demerge in foueam.) Ac ſi dicat, vt ego. Superbos enim atque impios iuſto iudicio dominus in puluere abſcondit: quia eorum corda ipſis, quæ deſpecto amore creatoris eligũt, terrenis opprimi negociis permittit. Vnde & illorum vitam cùm in extremo iudicio diſcutit, tanquam ſibi abſconditam non agnoſcit, dicẽs: Neſcio qui eſtis. Vita prauorum ſub puluere abſconditur: quia abiectis & infimis deſideriis grauatur. Quiſquis enim adhuc ea quæ mundi ſunt appetit, quaſi ante faciem veri luminis non apparet: quia nimirum ſub puluere terrenæ cogitationis latet. Hũc prauarum cogitationum puluerem oppreſſa mens tolerat, quem ventus nequiſsimæ tentationis apportat.

Luce. 13.

Caput. VIII.

HInc eſt enim quod de vnquæque anima terrenis deſideriis aggrauata ſub Ephraim ſpecie per prophetam dicitur: Factus eſt Ephraim *panis ſubcinericius*, qui non reuerſatur. Ex natura quippe *bene condita eſt nobis* intentio quæ ſurgat in deũ, ſed *ex conuerſatione nequiter aſſueta* ineſt voluptas, quę *prẽſens premat in ſeculum*. *Panis autem* ſubcinericius ex ea parte eſt *mũdior*, quam inferius occultat, atque ex ea parte ſordidior, qua deſuper cineré portat. Quiſquis ergo intentionem qua deum debuiſſet quærere negligit, quaſi more panis ſubcinericij mundiorem partem inferius premit, & cùm curas ſeculi libenter tolerat, quaſi congeſtum cinerem ſuperius portat. Reuerſaretur autem panis ſubcinericius, ſi deſideriorum carnalium cinerem repelleret, & intentionem bonam quam in ſe dudum deſpiciendo oppreſſerat, ſuperius oſtentaret. Sed reuerſari renuit, cùm mens amore curarum ſecularium preſſa, molem ſuperpoſiti cineris abiicere negligit, dumque aſſurgere in intentionem bonam non appetit, quaſi mundiorem faciem ſubter premit. Aptè autem ſubiungitur: Simul & facies eorum demerge in foueam. *Ac ſi dicat, vt ego.* Iuſto nanque iudicio ſuperborum facies dominus in foueam mergit: quia intentionem cordis eorum ſeſe vltra homines erigentem inferius deiicit. Ima enim reſpicit, cuius facies foueam attendit. Et bene de ſuperbis dicitur quòd eorum facies in foueam demerguntur: quia ima petunt dum ſuperbiendo altiora appetunt, & quo magis extollendo ſe erigunt, eo magis ruendo inferius tendunt. Terrenã quippe gloriam quærunt, & infima ſunt quæ proſpiciunt dum ſuperbiendo alta ſequuntur. Vnde miro & diuerſo modo res agitur, vt humiles cœlũ petant, dum ſe inferius deiiciunt: ſuperbi infima appetant, dum deſpiciendo cęteros quaſi in altioribus extollũtur. Iſti ſe dum deſpiciunt, cœleſtibus iunguntur illi dum ſe erigunt, à ſuperioribus diuiduntur: atque, vt ita dixerim, illi ſe eleuantes deprimunt, iſti deprimentes eleuant. Et bene de ſuperbientibus per Pſalmiſtam dicitur: Humiliat autem peccatores vſq; ad terram: quia ea quæ infra ſunt ambientes dũ extollendo ſe erigunt, amiſſo cœlo quid aliud quã terram petũt? Quibus hoc ipſum iã in imis cecidiſſe, eſt relictis ſuperioribus ima quęſiſſe. Rectè ergo eorũ facies in foueã demergi phibẽtur, quia ſequẽtes infima ad inferni barathrũ tẽdũt. Iuſto enim iudicio

Oſee. 7.

Pſal. 10.

A dicto agitur, vt quos hic voluntaria auersio excecat, illic ab in-
fluxu veri luminis digna supplicij fouea abscondat. Igitur quia
vir sanctus tanto diuinæ potentiæ terrore discussus est, vt ei di-
ceretur: Si habes brachium vt deus, & si voce simili tonas, dis-
perge superbos in furore tuo, & respiciens omnem arrogan-
tem humilia, & cætera quæ deus quidem facere, sed homo vix
sufficit audire, cuncta hæc qua dominus intentione præmise-
rit, fine subditæ conclusionis ostendit, dicens:

Pelagianorum hæresis præsenti capite destruitur, qui sine adiutorio gratiæ, propria virtute quemquam posse saluari affirmant.

Caput. IX.

ET ego confitebor quod saluare te possit dextera tua.) Ac si apertè diceret: Si potes terribilia hæc facere, ipse quæ protuli, tibi & non mihi deputo bona omnia quæ feci-
sti. [Si verò peccantes alios respiciendo nō potes perdere, liquet quòd à reatu nequitiæ tua te non vales virtute liberare. Ecce diuina voce ad beatū Iob dicitur quòd sua dextera non saluetur: & tamen nonnulli hominum qui ab huius viri viri-
B bus lōgè sunt: despecto dei adiutorio, sua se fortitudine saluari posse confidunt. Pro quibus quid deprecari aliud debemus, nisi vt si iam dona bonorum operum perceperunt: hoc quoq; donum accipiant, vt à quo hæc acceperint discāt? Quia autem præmissis verbis dominus potentiam suæ magnitudinis intu-
lit: nunc in subsequentibus nequitiam antiqui hostis ostendit: vt bonus famulus & auditis pri' virtutibus domini sciret quan
tum diligeret: & cognita pòst calliditate diaboli, disceret quā-
Amos.3. tum timeret. Vnde bene per prophetam dicitur: Leo rugiet, quis non timebit? Dominus deus locutus est: quis non prophe
tabit? Postquam enim virtus ei sui conditoris innotuit: nequa quam illum vires aduersarij latere debuerunt: vt eo magis de-
fensori suo se humilius subderet, quo hostis sui nequitias subti
lius agnouisset: protectoremque suum tanto ardentius quere-
ret, quanto terribiliorem hostem cognosceret quem vitaret. Certum quippe est, quia minus diligit ereptorem suum, qui minus intelligit periculum quod euasit, & vile solatium depu-
tat defensoris, qui virtutem aduersarij debilem putat. Vnde
Psal.17. bene ereptionem suam domino tribuens Propheta dicebat: Diligam te domine virtus mea, apertè videlicet dicens, eo te magis diligo, quo infirmitatem propriam sentiens, virtutem
Psal.16. meam te esse cognosco. Hinc rursum ait: Mirifica misericor-
dias tuas, qui saluos facis sperantes in te: quia tunc nimirum misericordiæ domini mirè apud nosmetipsos qui eripimur fiunt, cùm per easdem misericordias quàm grauia fuerint peri-
cula quæ euasimus agnoscimus. Et quia sermone præcedenti dominus beato Iob mira opera sanctorum sequentium pate-
fecit, vt his auditis disceret, de virtutū suarum culmine quàm humilia sentire debuisset, nūc ei cum quo hoste bellum gerat ostenditur, & vires fraudesque illius subtilius indicantur, vt qui ad colloquium auctoris sui perductus est, argumenta ad-
uersarij apertè cognoscat. Verbis enim sequentibus fideli fa-
C mulo dominus cunctas hostis callidi machinationes insinuat, omne quod opprimendo rapit, omne quod insidiando cir-
cunuolat, omne quod minando terret, omne quod suadendo blanditur, omne quod desperando frangit, omne quod pro-
mittendo decipit. Cūcta ergo tergiuersationis eius certamina exordiuntur dicens: Ecce Behemoth quem feci tecum.

*Quòd Manichæorum hæresis qui astruunt duo principia, deum scilicet, & nescio quam tenebrarum gentem, conuincatur: cum manifestum sit quòd in principio deus omnem spiritalem & corpora-
lem creaturam fecerit, primò in substantia materiæ, deinde in for-
marum distinctione.*

Caput. X.

QVem sub Behemoth nomine, nisi antiquum hostem insinuat? qui interpretatus ex hebræa voce in latina lingua animal sonat. Cuius inferius dum malitia sub-
ditur, patenter persona monstratur. Sed cùm de deo scriptum sit quia fecit omnia simul, cur hoc animal cùm homine fecisse se indicat, dum cuncta quia simul fecerit con-
stat? Rursum quærendum est, quomodo deus cuncta simul condidit, dum Moyses sex dierum mutatione variante distin- D
ctè creata describat? Quod tamen citius agnoscimus, si ipsas causas originum subtiliter indagamus. Rerum quippe sub-
stantia simul creata est, sed simul species formata non est, & quod simul extitit per substantiam materiæ, non simul appa-
ruit per speciem formæ. Cùm enim simul factum cœlum terraque describitur, simul spiritalia atque corporalia, simul quic-
quid de cœlo oritur, simul factum quicquid de terra producu-
tur indicatur. Sol quippe luna & sydera quarto die in cœlo fa-
cta perhibentur, sed quod quarto die processit in specie, pri-
mo die in cœli substantia extitit per conditionem. Primo die creata terra dicitur: & tertio arbusta condita, & cuncta terræ virentia describūtur, sed hoc quod die tertio se in specie pro-
tulit, nimirum primo die in ipsa de qua ortum est terræ sub-
stantia conditum fuit. Hinc est quòd Moyses & distinctè per dies singulos condita omnia retulit, & tamen simul omnia creata subiunxit, dicens: Istæ sunt generationes cœli & terræ, *Gene.2.* quando creatæ sunt in die quo fecit dominus cœlum & ter-
ram, & omne virgultum agri antequam oriretur in terra, om-
nemque herbam regionis. Qui enim diuersis diebus creatum cœlum & terram, virgultum, herbamque narrauerat, nunc v- E
no die facta manifestat, vt liquidò ostenderet quòd creatura omnis simul per substantiam extitit, quanuis nō simul per spe-
ciem processit. Hinc illic quoque scriptum est: Creauit deus *Gene.1.* hominem ad imaginem suam, ad imaginem dei creauit illum, masculum & fœminam fecit eos. Necdum enim Eua facta de-
scribitur, & iā homo masculus & fœmina perhibetur. Sed quia ex Adæ latere pruculdubio fœmina erat processura, in illo iam computatur per substantiam, à quo fuerat producenda per formam. Considerare tamen hæc in minimis possumus, vt ex minimis maiora pensemus. Herba nanque cùm creatur, necdum in illa fructus, nec dum fructus sui semen ostenditur. Inest verò ei etiam cum non apparet fructus & semē: quia ni-
mirum simul sunt in radicis substantia, quæ non simul pro-
deunt per temporis incrementa. Sed quia hęc simul creata per substantiam dicimus, quæ prodire alia ex aliis inuenimus, quo pacto cùm beato Iob Behemoth creatus asseritur, cùm neque vna sit substantia angeli & hominis, neque homo ex angelo, neque angelus ex homine proferatur? Si verò propter hoc fa-
ctus Behemoth cùm beato Iob dicitur, quod creatura omnis ab auctore, qui in actione sua nequaquam temporis protela-
tione distenditur, simul condita non dubitatur: cur de Behe-
moth specialiter dicitur, quod commune cum creaturis om-
nibus generaliter habetur? Sed si rerum causa subtili discussio-
ne pensamus, simul angelum factum hominemque cognosci-
mus: simul videlicet non vnitate temporis, sed cognitione ra-
tionis, simul per acceptam imaginem sapientiæ, & non simul per coniunctam substantiam formę. Scriptum nanque de ho- *Ibidem.*
mine est. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et per Ezechielem, ad Satan dicitur: Tu signaculum *Ezech.28.* similitudinis, plenus sapientia & perfectus decore in delitiis paradisi dei fuisti. In cuncta igitur creatura, homo & angelus F simul conditus extitit: quia ab omni creatura irrationabili di-
stinctus processit. Quia ergo in cuncta conditione rerum nul
lum rationale animal nisi angelus & homo est, quicquid ra-
tione vti non potest, cum homine factum non est. Dicatur itaque homini, dicatur de angelo, qui etsi potentiam sublimi-
tatis perdidit, subtilitatem tamen naturæ rationalis non ami-
sit: Ecce Behemoth quem feci tecum, vt dum homo eum qui in ratione secum factus est, perisse considerat, vicinum sibi ca-
sum superbiæ ex ipsa propinqui sui perditione pertimescat. In his autem verbis solerter intuendum est, quod apertè vo-
ce dominica nefarium Manichæi dogma reprehenditur, qui dum duo principia loquitur, tenebrarum gentem non factam asserere conatur. Quomodo enim non facta gens nequissima dicitur, dum Behemoth istum, videlicet auctorem nequitiæ per naturam bene conditum se dominus fecisse testatur? Sed quia Behemoth iste cum quo sit factus audiuimus, perditus quid agat audiamus: Sequitur:

Quòd escæ diaboli electæ sint, & hypocritarum simulatione maximè saturetur.

G Fœnum ſicut bos comedet.) Si prophetarum ſollicitè verba diſcutimus, hæc & illa vno ſpiritu prolata réperimus. Eſaias nanque cùm cerneret vitam peccantium ab antiquo & *Eſa.11.* inſatiabili hoſte deuorari, ait: Leo ſicut bos comedet paleas. Quid autem fœni palearumque nomine niſi carnalium vita *Eſa.40.* ſignatur? De qua per prophetam dicitur: Omnis caro fœnum. Qui ergo hic Behemoth, illic leo, qui hic fœnum, illic paleæ nominantur. Sed perſcrutari mens nititur cur iſte vel apud Eſaiam leo, vel hic dominica voce Behemoth, in comeſſatione fœni vel paleæ, vtroque loco non equo, ſed boui cõparetur. Quod tamen citius agnoſcimus, ſi in vtriſque animalibus quæ ſit nutrimentorum diſtantia perpendamus. Equi nanque fœnum quamlibet ſordidum comedunt, aquam verò non niſi mundam bibunt. Boues autem aquam quamlibet ſordidam bibunt, ſed fœno non niſi mundo veſcuntur. Quid eſt ergo quod boui qui mundo pabulo paſcitur, Behemoth iſte comparatur, niſi hoc quod de iſto antiquo hoſte per prophetam alium dicitur: Eſca eius electa? Neque enim ſe eos gaudet rapere, quos prauis ac ſordidis actionibus implicatos inimis ſecum reſpicit voluntariè iacere. Fœnum ergo comedere ſicut bos appetit: quia ſuggeſtionis ſuæ dente conterere mundam vitam ſpiritalium quærit. Sed quærendũ video quomodo Behemoth iſte fœnum ſicut bos comedens, vitam ſpiritualium conſumere dicitur, cùm ſicut ſupra dictum eſt, fœni nomine vita carnalium deſignatur. Eſca quoque eius electa
H iam non erit, ſi fœnum comedens, carnales rapit. Sed ad hæc citius occurrit: quia nonnulli hominum & apud deum fœnum ſunt, & apud homines ſanctitatis nomine cenſentur, cùm & ante humanos oculos aliud oſtendit vita, & ante diuina iudicia aliud intendit conſcientia. Ii itaque apud humana iudicia electi ſunt, ſed apud ſubtile domini examen fœnum. An ante diuinos oculos Saul fœnum nõ erat: de quo Samuel propheta *1.Reg.10.* populo dicebat: Certè videtis quẽ elegit dominus: & de quo paulò ſuperius dicitur: electus & bonus? Quem enim peccans populus meruit: & apud deum reprobus extitit: & tamen cauſarum ordine electus & bonus fuit.

Caput. X I.

Eccles.8. QVia multi fœnum ſunt, & electos ſe ex humana æſtimatione ſuſpicantur, bene per Salomonem dicitur: Vidi impios ſepultos, qui etiam dum adhuc viuerent, in loco ſancto erant, & laudabantur in ciuitate quaſi iuſtorum operum. Quia multi fœnum ſunt: ſed tamen ſanctitatis fauore vallantur, bene quidam ſapiens indicat dicens: Tranſi hoſpes, & orna menſam. Tranſeundo nan- *Eccli. 29.* que hoſpes, ornare mẽſam dicitur: quia ſi ad altare dei quis poſitus per bona opera gloriam propriam quærit: & de oſtentatione ſanctitatis eius laus altaris extenditur, & ipſe tamen apud deum in numero ciuium non habetur. Aliis eius opinio proficit, & tamen à deo extraneus ipſe pertranſit. Menſam itaque tranſeundo decorauit, quia ſtare ad ſacra noluit, qui per omne quod agere ſtuduit, ad humanas laudes mente decurrit. Quia ergo nonnulli mundam quidem vitam per ſtudium
I ducunt, ſed ex illa intus placere non appetunt, rectè & eſca eius electa dicitur: & tamen fœnum ſicut bos comedere Behemoth iſte perhibetur. Quaſi enim ante os Behemoth iſtius mundum fœnum in terra, atque in infimis iacet, cùm & vita quaſi innocens per mandatorum cuſtodiam agitur, & tamen inter actionem quæ bona oſtenditur, cor ad appetenda ſublimia non eleuatur. Quid itaque vtilitatis agit qui in ſe munditiam vitæ cuſtodit, ſi per intentionem infimam in ore Behemoth huius inueniendum ſe in terra derelinquit? Quia igitur omnipotens deus quid hoſtis noſter agat inſinuat, nunc quomodo prævaleat innoteſcit, vt calliditatis eius nequitia quo apertius cognoſcitur, eo facilius ſuperetur. Sequitur:

Quòd malorum mentes diabolus in virtute poſſideat.

Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus eius in vmbilico ventris eius.) Seminaria coitus viris in lumbis eſſe, ineſſe autem fœminis in vmbilico perhibentur. Hinc eſt enim quod *Lucæ. 12.* veritas diſcipulis dicit: Sint lumbi veſtri præcincti. Hinc Petrus cùm luxuriam à corde reſtringeret, admonebat, dicens: *1.Pet.1.* Succincti lumbos mentis veſtræ. Hinc Paulus cùm per Abrahæ ſacrificium Melchiſedech tempore leui ſacerdotium di- K
ceret decimatum: vbi tunc in Abrahæ corpore Leui lateret o- *Hebr.7*
ſtendens, ait: Adhuc enim in lumbis patris erat. Quia verò ſeminarium luxuriæ fœminis in vmbilico continetur, propheta teſtatur: qui ſub ſpecie fœminæ proſtitutæ Iudææ petulantiam increpans, ait: In die ortus tui, nõ eſt præciſus vmbilicus tuus. *Zech.* In die quippe ortus vmbilicum præcidere, eſt conuerſionis tempore carnis luxuriam reſecare. Quia enim difficile eſt malè inchoata corrigere, & ſemel formata deformiter in melius reformare, de ortu ſuo Iudæa reprehenditur, quæ dum in deo nata eſt, impræciſum vmbilicum retinuit: quia fluxa luxuriæ non abſcidit. Quia igitur poteſtate diaboli vtriuſque generis ſexus valde ex luxuriæ infirmitate ſubſternitur, & fortitudo eius in lumbis contra maſculos, & virtus illius contra fœminas in vmbilico perhibetur.

Caput. X I I.

SEd cur cùm Behemoth iſtum fœnum comedere intulit, prima deceptionis eius argumenta luxuriæ damna ſubiunxit, niſi quòd liquidò omnibus patet, quia poſtquam ſemel hominis ſpiritum ſuperbia ceperit, mox ſe ad corruptionem carnis extendit? Quod in ipſis quoque hominibus *Gene.* primis agnoſcimus, qui dum poſt perpetratam ſuperbiam pudenda membra contegunt, patenter indicarunt, quia poſtquàm apud ſemetipſos intus arripere alta conati ſunt, mox
L in carne foris erubeſcenda pertulerunt. Behemoth itaque iſte inſatiabiliter ſæuiens, & deuorare totum ſimul hominem quærens, modo in ſuperbiam mentem erigit, modo carnem luxuriæ voluptate corrumpit. Bene autem nequaquam fortitudo eius in lumbis vel vmbilico eorum dicitur, qui proſternuntur: *ſed fortitudo eius in lumbis eius*, & virtus illius in vmbilico ventris eius. Ac ſi apertè diceretur: Fortitudo eius in lumbis ſuis, & virtus illius in vmbilico ventris ſui, quia nimirum eius propriè corpus fiunt, qui ſuggeſtionum turpium blandimentis decepti, ei per luxuriæ fluxa ſuccumbunt. Sequitur:

Quòd tota virtus diaboli in antichriſto ſtringatur, qui in fine huius mundi cauſa omnis erit malitiæ, & quaſi eſſet deus immenſitate prodigiorum ſublimis apparebit.

Stringit caudam ſuam quaſi cedrum.) Multa in his ſuppetunt, quæ inſtruendis moribus proferantur, ſed prius Behemoth iſtius violenta diſcutimus: vt pòſt ſubtilius aſtuta detegamus. In ſcriptura ſacra cedri nomine aliquando alta excellentia gloriæ cœleſtis exprimitur: aliquando autem prauorum rigida elatio deſignatur. Cedri nomine cœleſtis gloriæ celſitudo exprimitur, ſicut Pſalmiſta teſtatur: Iuſtus vt palma florebit, ſicut cedrus Libani multiplicabitur. Cedri rurſus nomine *Pſa.91.* ſuperba prauorum potentia deſignatur, ſicut per eundem prophetam dicitur: Vox domini confringentis cedros. Quid autẽ *Pſal.28.* cauda Behemoth iſtius, niſi illa antiqui hoſtis extremitas *dicitur*, cùm nimirum vas proprium illum perditum hominẽ in- M
greditur, qui ſpecialiter antichriſtus nuncupatur. Qui quoniã modo honoribus ſeculi, modo ſignis & prodigiis fictæ ſanctitatis in tumorem potentiæ eleuari permittitur, rectè voce dominica cauda illius cedro cõparatur. Sicut enim cedrus arbuſta cætera in altũ creſcendo deſerit, ita tunc antichriſtus mũdi gloriam temporaliter obtinens, menſuras hominum & honoris culmine & ſignorũ poteſtate tranſcẽdit. Spiritus quippe in illo eſt, qui in ſublimibus conditus, potẽtiam naturæ ſuæ non perdidit vel deiectus. Cuius idcirco virtus nunc minimè oſtẽditur, quia diſpenſatione diuinæ potentiæ ligatur. Vnde per *Apoca.* Iohannem dicitur: Vidi angelum deſcendentem de cœlo, habentem clauem abyſsi, & catenam magnã in manu ſua, & apprehendit draconem ſerpentem antiquum, qui eſt diabolus & ſatanas: & ligauit eum per annos mille, & miſit eum in abyſſum, & clauſit & ſignauit ſuper eum. Ligatus quippe miſſus in abyſſum perhibetur, quia retruſus in prauorum cordibus, potentia diuinæ diſpenſationis aſtringitur, ne inquantum nocere valet, effrenetur: vt quanuis per eos occultè ſæuiat, ad violentas tamen rapinas ſuperbia non erumpat. Sed illic quomodo in mundi fine ſit ſoluendus intimatur, cùm dicitur. Et

poſtquam

A posquam consummati fuerint mille anni, soluetur Satan de carcere suo, & exibit, & seducet gentes. Millenario nanque numero vniuersum pro perfectione sua hoc quantumlibet sit Ecclesiæ sanctæ tempus exprimitur. Quo peracto antiquus hostis suis viribus traditus, pauco quidem in tempore, sed in multa contra nos virtute laxatur: Quem quanuis sæuitia ad crudelitatem dilatet, superna tamen misericordia dierum breuitate coangustat. Hinc enim veritas per semetipsam dicit: Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neq; fiet. Hinc rursum ait: Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. Quia enim & superbos nos & infirmos dominus conspicit: dies quos singulariter malos intulit, misericorditer breuiatos dicit, profectò vt & superbiam terreat de aduersitate temporis, & infirmitatē refoueat de breuitate.

Apoc.20.

Mat.24.

Ibidem.

Caput. XIII.

Sed considerandum valde est, cùm Behemoth iste caudam suam sicut cedrum subleuat: in quo tunc atrocior quàm nunc se exerit surgat. Quæ enim pœnarum genera non nouimus, quæ nō iam vires martyrum exercuisse gaudemus? Alios nanque improuiso ictu immersus iugulo gladius strauit, alios crucis patibulum afflixit: in quo & mors prouocata repellitur, & repulsa prouocatur. Alios hirsutis serra
B dentibus attriuit. Alios armato ferro insulcans vngula carpsit: alios beluina rabies morsibus detruncando comminuit, alios ab intimis viscerum per cutem pressa vis verberum rupit, alios effossa terra viuentes operuit, alios in altum demersos in mortem præcipitium fregit, alios in se proiectos aqua replendo absorbuit, alios edax flamma vsque ad cineres depasta cōsumpsit. Cum igitur Behemoth iste caudam suam in fine mūdi nequius dilatat, quid est quòd in his tormentis tunc atrocius crescat, nisi hoc quòd in Euangelio veritas per semetipsam dicit: Surgent pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia: ita vt in errorem mittantur, si fieri potest etiam electi? Nunc enim fideles nostri mira faciūt, cùm peruersa patiuntur, tunc autem Behemoth huius satellites etiam cùm peruersa inferunt, mira facturi sunt. Pensemus ergo quæ erit humanæ mentis illa tentatio, quando pius martyr & corpus tormentis subiicit: & tamen ante eius oculos tor tor miracula facit? Cuius tunc virtus non ab ipso cogitationum fundo quatiatur, quando is qui flagris cruciat, signis coruscat? Dicatur igitur rectè: Stringit caudam suam quasi cedrum, quia nimirum & altus tunc erit veneratione prodigij, & durus crudelitate tormenti.

Mat.24.

Caput. XIIII.

Non enim sola tunc potestate erigitur, sed etiā signorum ostensione fulcitur. Vnde & per Dauid dicitur: Insidiatur in occulto, quasi leo in cubili suo. Ad apertam nanque potentiam suffecisset vt leo esset, etiam si insidians non fuisset, rursumque ad occultas versutias suffecisset, vt insidians surriperet, etiam si leo non esset. Sed quia hic antiquus hostis in cunctis suis viribus effrenatur, sæuire per vtraque permittitur: vt contra electos in certamine & fraude & virtute laxetur: virtute per potentiam, fraude per signa. Rectè ergo & leo & insidians dicitur: Insidians per miraculorū speciem, leo per fortitudinem secularem. Vt enim eos qui apertè iniqui sunt pertrahat, secularem potentiam ostentat: vt verò iustos etiam fallat, signis sanctitatem simulat. Illis enim suadet elationem magnitudinis, istos decipit ostensione sanctitatis. De hac cauda Behemoth istius sub draconis specie per Ioannem dicitur: Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cœli, & misit eas in terram. Cœlum nanque est Ecclesia, quæ in hac nocte vitæ præsentis dum in se innumeras sanctorum virtutes continet, quasi radiantibus desuper sideribus fulget. Sed draconis cauda in terram stellas deiicit, quia illa satanę extremitas per audaciam assumpti hominis erecta, quosdam quos velut electos dei in Ecclesia inuenit, obtinendo reprobos ostendit. Stellas itaque de cœlo in terram cadere, est relicta nonnullos spe cœlestium illo duce ad ambitum gloriæ secularis inhiare. Hinc Daniel sub Antiochi specie contra hanc draconis caudam loquitur, dicens: Deiecit de fortitudine & de stellis: & conculcauit eas, & vsque ad principem fortitudinis magnificatus est, & ab eo abstulit iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius. Robur autem datum est ei con- D
tra iuge sacrificium, propter peccata, & prosternetur veritas in terra, & faciet, & prosperabitur. De fortitudine quippe & de stellis deiicit, cùm nonnullos & luce iustitiæ resplendentes, & virtute operis robustos frangit. Qui vsque ad principem fortitudinis magnificatur, quia contra ipsum auctorem virtutis extollitur. Iuge verò sacrificium tollit, quia studium conuersationis Ecclesiæ in eis quos ceperit interrumpit. Robur verò ei propter peccata cōtra iuge sacrificium datur, quia nisi pereuntium merita exigerent, eos qui recti credebantur, obtinere aduersarius nequaquam posset. Veritas in terra prosternitur, quia fides tunc rerum cœlestium ad desiderium vitæ temporalis inclinatur. Et faciet, & prosperabitur: quia tunc non solum in reproborum mentibus, sed etiam in electorum corporibus crudelitate inæstimabili, sine qualibet obiectione grassatur. Hinc rursum per Danielem dicitur: Consurget rex *Ibidem.*
impudens facie, & intelligens propositiones, & roborabitur fortitudo eius, sed non in suis viribus. Illius nanque hominis fortitudo non in suis viribus roboratur, quia satanæ virtute in gloriam perditionis attollitur. Hinc rursum ait: Interficiet robustos & populum sanctorum secundum voluntatem suam, & dirigetur dolus in manu eius. Robustos nanque interficit, cùm eos qui mente inuicti sunt, corporaliter vincit. E
Vel certè robustos & populum sanctorum secundum voluntatem suam interficit, cùm eos qui robusti ac sancti credebantur, ad nutum suæ voluntatis trahit. In cuius manu dolus dirigitur, quia in illo fraus per opus adiuuatur. Quod enim fallendo dicit, hoc mira faciendo asserit: nam quicquid mendax lingua simulat, hoc quasi verum esse manus operis ostentat. Hinc rursum dicit: Contra principem principum consurget, & sine manu conteretur. Hinc Paulus ait: Ita vt in templo dei *1. Thes.2.*
sedeat, ostendens se tanquam sit deus. Hinc rursum ait: Quem *Ibidem.*
dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. Quod enim per Danielem dictum est: Cōtra principem principum consurget, hoc per Paulum dicitur: Ita vt in templo dei sedeat ostendens se tanquam sit deus. Et quod per Danielem subiungitur: Sine manu conteretur, hoc per Paulum exprimitur. Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Sine manu quippe conteretur, quia non angelorum bello, non sanctorum certamine, sed per aduentum iudicis solo oris spiritu æterna morte ferietur. De huius Behemoth elatione item per Paulum dicitur: Qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur. De quo *Ibidem.*
Daniel cùm quartam bestiā diceret decem cornibus fultam, protinus adiunxit: Considerabam cornua, & ecce cornu aliud *Danie.7.*
paruulum ortum est de medio eorum, & tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius: & ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto, & os loquens ingentia. Vndecimum quippe huius bestiæ cornu esse describitur, quia regni eius potentia in iniquitate raboratur.

Caput. XV. F

Omne enim peccatum vndenarium est: quia dum peruersa agit, præcepta decalogi transit. Et quia in cilicio plangitur, hinc est quòd in tabernaculo vela cilicina vndecim fiunt. Hinc per vndecimum psalmum dicitur: Saluum me fac domine, quoniam defecit sanctus. Hinc in vnderario numero remanere Apostolos Petrus metuens, Mathiam duodecimum sorte missa requisiuit. Nisi enim signari culpam per vndenarium cerneret, impleri Apostolorum numerum tam festinè duodenario non curaret. Quia ergo per vndenarium transgressio exprimitur, huius bestiæ cornu vndecimo ipse auctor transgressionis indicatur. Quod videlicet paruulum oritur, quia purus homo generatur, sed immaniter crescit: quia vsque ad coniunctam sibi vim angelicæ fortitudinis proficit. Quod tria cornua quæ ei ante faciem sunt euellit: quia ditioni suæ regna totidem quæ sibi vicina sunt subigit. Cuius oculi sunt vt oculi hominis, sed os ingentia loquitur, quia in illo humana quidem forma cernitur, sed verbis suis vltra homines eleuatur. Quod ergo per Paulum dicitur: Extollens se super omne quod dicitur deus aut quod colitur, hoc Daniel propheta testatur dicens: Os loquens ingentia. Quod verò illum vel Daniel ingentia loqui, vel Paulus perhibet supra cultum deitatis ex-

 tolli, hoc

G tolli, hoc est quòd apud beatũ Iob diuino eloquio cedro cõparatur. More enim cedri ad alta nititur, dum in omni fastu fallaciæ & virtutis robore & culminis elatione prosperatur. Bene autem stringere caudam dicitur: quia tota eius virtus in vno illo damnato homine congesta densatur, vt tanto per illum fortia ac mira faciat, quãto illum collectis suis viribus instigat. Sed quia quale sit iniquorum caput audiuimus, nunc huic capiti quæ membra adhæreant, agnoscamus. Sequitur:

Quòd multiplicia sint argumenta diaboli quibus animas prostratas sibi polluit & corrumpit.

Nerui testiculorum eius perplexi sunt.) Tot iste Behemoth testes habet, quot iniquitatis suæ prædicatores possidet. An eius testes non sunt, qui prauis persuasionibus corda hominum virulenta erroris sui semina fundendo corrumpunt? Aptè autem dicitur, quòd testiculorum eius nerui perplexi sunt, quia videlicet prædicatorum illius argumenta dolosis assertionibus innodantur: vt recta esse simulent quę peruersa persuadent: vt allegationum implicatio quasi neruorum perplexitas etsi videri possit, solui non possit. Neruos eius testiculi perplexos habent, quia acumina prædicatorum illius sub argumẽtis duplicibus latent. Plærunque autem cum verbis corda inficiunt, in opere innocentiam ostendunt. Neq; enim ad se bonos persuasione sua traherent, si se & in actionibus peruersos exhiberent. Sed quia testes sunt huius beluæ & perplexis neruis illi-
H gantur, & rectos se ostentant vt lateant, & peruersa prædicant vt corrumpant, ipsum nimirum suum caput imitantes, qui quasi leo in insidiis & sæuit per potentiam terreni culminis, & blanditur per speciem sanctitatis. Sed hæc belua vtinam tunc solum talia ageret, & nunc quoque ad corrumpenda fidelium viscera, hos luxuriæ testiculos non haberet. Neque enim malum sola locutione oris infunditur, sed peius & à pluribus operis exemplo propinatur. Quàm multi enim antichristum non viderunt, sed tamen testiculi eius sunt, quia corda innocentium actionis suæ exemplo corrumpunt. Quisquis nanque in superbia extollitur, quisquis auaritiæ desideriis cruciatur, quisquis luxuriæ voluptatibus soluitur, quisquis iniustæ atque immoderatæ iræ flagris ignitur, quid aliud quàm antichristi testis est? Qui dum se libenter eius vsibus implicat, exemplo suo aliis erroris fœtus ministrat. Iste praua agit, ille praua agentibus adhæret, & non solum non obuiat, sed etiam fauet. Quid ergo aliud quàm antichristi testis est, qui perdita auctoritate promissæ deo fidei, testimonium perhibet errori? Quos tamen siquis redarguat, mox se sub quodam velamine defensionis occultant, quia videlicet eorum nerui perplexi sunt & malè impliciti, correptione solui nequaquam possunt. Sequitur:

Quòd ossa diaboli hæresiarchæ sint & principes malitiæ, qui fistulis æreis comparantur, quia bene quidem & sonorè loquuntur, sed quæ dicunt, hæc nec agunt, nec sentiunt.

Caput. XVI.

I OSsa eius velut fistulæ æris.) In corpore ossa sunt quæ continent membra, & quæ continentur.] Habet ergo carnes hæc belua, habet & ossa, quia & iniqui sunt alij, qui tamen ab aliis in errore retinentur, & nequiores alij, qui in errore & alios retinent. Quid itaque aliud ossa antichristi, quàm quoslibet in eius corpore valẽtiores accipimus? In quorum corde iniquitas dum vehementer induruit, per eos tota eius corporis compago subsistit. Multi nanque in hoc mundo diuites videntur, qui dum rebus opibusque subnixi sunt, quasi ex fortitudine solidantur, sed largiendo hæc ipsa quibus fulti sunt, ad suum alios errorem trahunt. Modo nonnullos vt praui fiant, donis illiciunt: modo nonnullos vt praui permaneant, muneribus astringunt. Quid itaque hi nisi antichristi ossa sunt, qui dum malos continendo multiplicant, in eius corpore carnes portant? Hi nonnunquam in decipiendis auditoribus exhibẽt linguæ dulcedines, quia & spinæ proferunt flores, & apparet quidẽ in eis quod oleat, sed latet quod pungat. Amaris dulcia, noxiis blanda permiscent, & potestate quidem admirandi videri appetunt, sed fallendi arte per remissa colloquia quasi humiliter substernuntur: & per sermonem de se insinuant, quod per exhibitionem negant. Vnde & recte ossa Behemoth istius æris fistulis comparantur, quia nimirum more metalli insensibilis, sonum bene loquẽdi habẽt: sed sensum bene viuendi non habent. Hoc nanque quasi humiliter loquendo asserunt, quòd elatè viuendo contemnunt. Vnde bene per Paulum dicitur: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Bona quippe loquens, sed per amorem eadem bona nõ sequens, velut æs aut cymbalum sonitum reddit, quia ipse non sentit verba, quæ ipse facit.

Caput. XVII.

SVnt vero nonnulli in huius beluæ corpore non honoribus clari, non diuitiis fulti, non virtutum specie decorati, non scientia calliditatis periti, sed tamen videri quales non sunt ambiunt, & idcirco contra bonorum vitam nequiores fiunt. De quibus & sequitur:

Quod quidam cùm membra diaboli sint, quia ad seditiones, neque per miracula, neque per argumenta sufficiunt, in contumelias & mortes sanctorum ferro armantur.

Cartilago illius quasi laminæ ferreæ.) Cartilago nanque ossis quidem speciem habet, sed ossis fortitudinem non habet. Quid est ergo quod cartilago eius laminis ferreis comparatur, nisi quod hi qui in illo debiliores sunt ad perpetranda mala nequiores existunt? Ferro quippe cætera metalla conciduntur: & cartilago eius ferro similis dicitur: quia hi qui in e- L
ius corpore ad ostensionem virtutum non sufficiunt, contra necem fidelium acrius accenduntur. Quia enim cum eo se facere signa & prodigia non posse considerant, fideles se illi per crudelitatem probant, & pro eo quòd innocẽtium corda corrumpere persuadendo nõ possunt, multiplicius cæteris bonorum corpora se extinguere gloriantur. Bene ergo dicitur: Cartilago eius vt laminæ ferreæ, quia in eius corpore quo *infir*mius quisque crediderit, eo nequius incidit. Qui rectè nõ ferro tantummodo, sed laminis ferreis comparantur, quia dum se circumquaque in crudelitate dilatare ambiunt, quasi in ferm se laminas extendunt.

Quòd ea quæ de Behemoth dicuntur, etiam alio intellectu accipi possint, & ad sanctorum tentamenta referri.

Libet arctiori inquisitionis manu hęc eadem verba cõditoris, quæ iam videntur discussa, distinguere, atq; vberiores intelligentiæ fructus instruendis moribus apportare. Nã quia antiquus hostis quid per assumptum hominẽ cõtra homines agat audiuimus: supereſt vt nunc quid in hominibus etiam per semetipsum sine homine moliatur, exploremus. Ecce enim dicitur: Stringit caudam suam quasi cedrum.) Prima quidem serpentis suggestio mollis ac tenera est, & facilè virtutis pede conterẽda, sed si hæc inualescere negligẽter permittitur, eique ad cor aditus licẽter præbetur, tãta se virtute exaggerat, vt captam mẽtem deprimens, vsq; ad intolerabile robur excrescat. Caudam itaque quasi cedrũ stringere dicitur: quia semel eius in corde recepta tentatio, in cunctis quæ subsequenter *intule*rit, velut ex iure dominatur. Huius ergo Behemoth *caput her* M
ba est, cauda cedrus, quia ex prima quidem suggestione blandiens substernitur, sed per vsum vehementer inualescens, succrescẽte tẽtationis fine roboratur. Superabile nanque est omne quod initio suggerit, sed inde sequitur quod vinci vix possit. Prius enim quasi cõsulens blanda ad animum loquitur: sed cùm semel dentem delectationis infixerit, violenta pòst consuetudine pœnæ insolubiliter innodatur. Vnde & bene stringere caudam dicitur. Dente enim vulnerat, cauda ligat: quia suggestione prima percutit, sed percussam mentem ne euadere valeat, inualescente fine tẽtationis astringit. Quia enim pec *Peccata*
catum tribus modis admittitur, cùm videlicet serpentis sug- *admitti*
gestione, carnis delectatione, spiritus cõsensione perpetratur: *tribus m*
Behemoth iste prius illicita suggerens, linguam exerit, pòst ad *dis.*
delectationem pertrahens, dẽtem figit: ad extremum vero per cõsensionem possidens, caudam stringit. Hinc est enim quòd nonnulli peccata lõgo vsu perpetrata, in semetipsis ipsi reprehendunt, atq; hæc ex iudicio fugiunt, sed vitare opere nec decertantes possunt, quia dum Behemoth istius caput nõ conterunt, plærúque cauda & nolẽtes ligãtur. Quæ contra eos cedri more induruit, quia à blãda voluptate exordij vsq; ad violen-

tiam re-

A tiam retentionis exercuit. Dicatur ergo: Stringit caudam suam quasi cedrum, vt tanto quisque debeat initia tentationis fugere, quanto finem eius intelligit citius solui non posse.

Caput. XVIII.

SCiendum quoque est quòd plerunque eis quos ceperit, tunc graviores culpas ingerit, cùm præsentis vitæ terminum illos propinquare cognoscit, & quo se consummaturum tentationem considerat, eo eis iniquitatum pondera graviora coaceruat. Behemoth igitur caudam suam quasi cedrum stringit, quia quos per praua initia ceperit, ad finem deteriores reddit: vt tentamenta eius quo citius cessatura sunt, eo valentius compleantur. Quia enim suis pœnis eorum satagit equare supplicium, in eis ardentius ante mortem nititur omne exaggerare peccatum. Plerunque verò Behemoth iste iam cor malè subditum possidet, sed tamen diuina illum gratia repellit, & manus misericordiæ eiicit, quem ad se captiua voluntas introduxit. Cumque à corde expellitur, acriores infigere iniquitatum stimulos conatur, vt eos tentationum fluctus mens ab illo impugnata sentiat, quos etiã possessa nesciebat. Quod bene in Euãgelio exprimitur, cùm exire ab homine immundus spi-
B ritus domino iubente narratur. Nam cùm dæmoniacus puer fuisset oblatus, scriptum est: Comminatus est Iesus spiritui immundo, dicens: Surde & mute spiritus, ego tibi præcipio, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum, & exclamans, & multum discerpens eum, exiuit ab eo. Ecce eum non discerpserat cùm tenebat, exiens discerpsit: quia nimirum tunc peius cogitationes mentis dilaniat, cùm iam termino egressus sui diuina virtute cõpulsus appropinquat. Et quem mutus possederat, cum clamoribus deserebat: quia plærunque cùm possidet, minora tentamenta irrogat: cùm verò de corde pellitur, acriori infestatione perturbat. Bene itaque dicitur: Stringit caudam suam quasi cedrum, quia & cor possidens semper in malitia ex posterioribus crescit, & cor deserens vehementioribus cogitationum stimulis percutit.

Mar. 9.

Quòd quædam peccata ita perplexa sint, vt ea si fugere appetas, tamen sine alio peccati laqueo non euadas.

Adhuc autem Behemoth istius mira pietate conditoris astutiora argumenta panduntur, cùm subditur: Nerui testiculorum eius perplexi sunt.) Nerui testiculorum eius sunt pestifera argumenta machinationum. Per ipsa quippe calliditatis suæ vires exerit, & fluxa mortalium corda corrũpit. Testiculi eius sunt seggestiones prauæ, quibus in mentis corruptione seruescit, atque in constuprata anima iniqui operis prolem gignit. Sed horum testiculorum nerui perplexi sunt: quia suggestionum illius argumenta implicatis inuentionibus illigantur: vt plærosque ita peccare faciant, quatenus si fortasse peccatum fugere appetant, hoc sine alio peccati laqueo non euadant: & culpam faciant dum vitant, ac nequaquam se ab vna
C valeant soluere, nisi in alia consentiant ligari.

Caput. XIX.

QVod melius ostendimus si qua ex conuersatione hominum illigationis huius exempla proferamus. Quia verò in tribus ordinibus sancta Ecclesia cõstat, coniugatorum videlicet, continentium, atque rectorum, vnde & Ezechiel tres viros liberatos vidit, videlicet Noë, Daniel, & Iob: & in Euangelio dominus dum alios in agro, alios in lecto, atque esse in molẽdino alios perhibet, tres procul dubio in Ecclesia ordines ostẽdit, liquidò satisfacimus si singula ex singulis exquiramus. Ecce enim quidam dũ mũdi huius amicitias appetit, cuilibet alteri similem sibi vitam ducenti, quod secreta illius omni silentio contegat, se iureiurando constringit: sed is cui iuratum est, adulterium perpetrare cognoscitur, ita vt et iam maritum adulterę occidere conetur. Is autem qui iusiurandum præbuit, ad mentem reuertitur: & diuersis hincinde cogitationibus impugnatur, atque hoc silere formidat, ne silentio, adulterij simul & homicidij particeps fiat, & prodere trepidat, ne reatu se periurij obstringat. Perplexis ergo testiculorum neruis ligatus est, quia in quamlibet partem declinet, metuit ne à transgressionis contagione liber non sit. Alius cuncta quæ mundi sunt deserens, atque per omnia frangere proprias voluntates quærens, alieno se subdere regimini appetit, sed eum qui sibi apud deum præesse debeat, D minus cauta inquisitione discernit. Cui fortasse is qui sine iudicio eligitur, cùm præesse iam cœperit, agi quæ dei sunt prohibet, quæ mundi sunt iubet. Pensans itaque subditus vel quæ sit culpa inobedientiæ, vel quod contagium secularis vitæ, & obedire trepidat, & non obedire formidat, ne aut obediens deum in suis præceptis deserat, aut rursum nõ obediens deum in electo priore contemnat, & aut illicitis obtemperans, hoc quod pro deo appetit, contra deum exerceat, aut rursum non obtemperans, eum quem suum iudicem quæsierat, suo iudicio supponat. Apertè ergo iste per indiscretionis suæ vitium perplexis testiculorum neruis astringitur: quia aut obtemperans, aut certè non obtemperans, in culpa transgressionis ligatur. Studebat proprias voluntates frangere, & curat eas etiam contempto priore solidare. Decreuit mundum funditus relinquere, & ad mundi curas vel ex aliena voluntate compellitur redire. Perplexi itaque nerui sunt, cùm sic nos argumenta hostis alligant, vt culparum nodi quo quærũtur solui, durius astringant. Alius pensare pondus honoris Ecclesiastici negligens ad locũ regiminis præmiis ascendit. Sed quia omne quod hic eminet, plus mœroribus afficitur, quàm honoribus gau- E
det, dum cor tribulationibus premitur, ad memoriam culpa reuocatur, doletque se ad laborem cum culpa peruenisse, & quàm sit iniquum quod admiserit, ex ipsa fructus difficultate agnoscit. Reum igitur se cum impensis præmiis agnoscens, vult adepræ sublimitatis locum deserere: sed timet ne grauius delictum sit suscepti gregis custodiam reliquisse: vult susceptum gregis curam gerere: sed formidat ne deterior culpa sit regimina pastoralis gratiæ empta possidere. Per honoris ergo ambitum ligatum culpa hincinde se conspicit. Esse quippe sine reatu criminis neutrum videt, si aut susceptus semel grex relinquatur, aut rursum sacra actio seculariter empta teneatur. Vndique metuit, & suspectus latus omne pertimescit, ne aut stans in empto regimine non dignè lugeat, quòd non etiam deserens, dum aliud emendat, aut certe regimen deserens, flere nititur, rursus aliud de ipsa gregis destitutione committat. Quia ergo Behemoth iste ita inexplicabilibus nodis ligat, vt plærunque mens in dubium adducta, vnde se à culpa soluere nititur, inde in culpa arctius astringatur, rectè dicitur: Nerui testiculorum eius perplexi sunt. Argumenta nãque machinationum eius quasi quo laxantur vt relinquant, eo magis implicantur vt teneant.

Caput. XX.

ESt tamen quod ad destruẽdas eius versutias vtiliter fiat, vt dum mens inter minora & maxima peccata cõstringitur, si omnino nullus sine peccato euadendi aditus patet, minora semper eligantur, quia & qui murorum vndique ambitu ne fugiat clauditur, ibi se in fugam præcipitat, vbi breuior murus inuenitur. Et Paulus dum quosdam in Ecclesia incontinentes aspiceret, concessit minima, vt maiora declina- F
rent, dicens: Propter fornicationem autem vnusquisque vxorem suam habeat. Et quia tunc solum coniuges in admixtione *1. Corin. 7.*
sine culpa sunt, cùm non pro explenda libidine, sed pro suscipienda prole miscentur: vt hoc etiam quod concesserat sine culpa quanuis minima non esse monstraret, illico adiunxit: Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Non enim est sine vitio quod ignoscitur, & non præcipitur. Peccatum profectò vidit quod posse indulgeri præuidit. Sed cũ in dubiis cõstringimur, vtiliter minimis subdimur, ne in magnis sine venia peccemus. Itaq; plærũque neruorum Behemoth istius perplexitas soluitur, dũ ad virtutes maximas per commissa minora transitur. Sequitur: Ossa eius sicut fistulæ æris.) Quid per ossa Behemoth istius nisi consilia designantur? Nam sicut in ossibus positio corporis roburque subsistit, ita in fraudulentis consiliis tota se eius malitia erigit. Neque enim vi quempiam premit, sed calliditate pestiferæ persuasionis interficit. Et rursum, sicut ossa quæ irrigant medullæ confortant, ita eius consilia per spiritalis naturæ potentiam infusa ingenij subtilitas roborat. Hoc verò testiculi eius ab ossibus, id est, suggestiones à consiliis distant, quòd per illas apertè noxia inserit: per hæc autem quasi ex bono consulens ad culpam trahit, per illas pugnando superat, per hæc velut consulendo supplantat. Vnde & bene eius ossa, id est, *Ossa Behemoth consilia eius.*

G hæc eadem consilia, æris fistulis comparantur. Aeris quippe fistulæ sonoris aptari cantibus solent, quæ admotæ auribus dum blandum carmen subtiliter concinunt, interiora mentis in exteriora delectationis trahunt, & dum dulce est quod auribus sonant, virilitatem cordis in voluptatis fluxu debilitant, cumque auditus ad delectationem trahitur, sensus ab statu suæ fortitudinis enervatur. Ita quoque astuta eius consilia dum quasi blanda prouisione consulunt, cor à forti intentione inuertunt, & dum dulcia resonãt, ad noxia inclinant. Quasi ergo æris fistulæ sunt, quæ dum libenter audiuntur, ab interna intentione animum in exterioris vitæ delectationem deiiciunt. Hoc enim Behemoth iste magnopere ad exequendam deceptionem satagit, vt dum peruersitatis suæ consilium quasi vtile ostendit, suauiter valeat sonare quod dicit, quatenus & ostensa vtilitate mentem mulceat, & absconsa iniquitate corrumpat.

Caput. XXI.

Declaratio exemplaris argutorum cõsiliorum Behemoth.

QVæ apertius in cunctis ostendimus, si pauca breuiter consiliorum eius argumenta pandamus. Ecce enim quidã rebus contentus propriis, decreuit nullis mundi huius occupationibus implicari, valde formidans quieris suæ commoda perdere, & valde despiciens cum peccatis lucra cumulare. Ad hunc hostis callidus veniẽs, vt intentionem bonæ deuotionis subruat, quasi vtilitatis cõsilium subministrat, dicens: Ea quidem quæ sunt in præsenti sufficiunt: sed his deficientibus quid acturus es? si enim post hæc nulla prouidentur, assunt quæ ad præsens impendenda sunt filiis, sed tamen paranda sunt quæ seruentur. Deesse potest citius etiã quod adest, si sollicitudo prouida cesset parare quòd deest. An non & terrena potest actio peragi, & tamẽ in actione culpa declinari: quatenus & exteriora stipendia præbeat, & tamen internam rectitudinem non inflectat? Hæc interim blandiens insinuat, & seorsum iam in negocio terreno quod prouidet, peccati laqueos occultat. Ossa itaque eius sicut fistulæ æris sunt, quia perniciosa eius consilia auditori suo consulentis vocis suauitate blandiuntur. Alius quoque non solum decreuit terrena commoda nõ quærere sed etiam cunctis quæ possidet renunciare, vt in discipulatu cœlestis magisterij tanto se liberior exerceat, quãto & expeditior reditus ea quæ possidentem premere poterant, deserẽs calcat. Huius cor hostis insidians occulta suggestione alloquitur, dicens: Vnde hæc temeritatis tantæ surrexit audacia: vt credere audeas quòd omnia relinquendo subsistas? Aliter te creator condidit, atque aliter tu teipsum disponis, valentiorem te robustiorem que faceret, si sequi te sua vestigia cum inopiæ necessitate voluisset. An non plærique & terrena patrimonia nequaquam deserũt, & tamen ex his per misericordiæ opera supernæ sortis bona æterna mercantur? Hæc blandiens suggerit, seorsum verò in eisdem rebus quas retinere admonet, ante retinẽtis oculos delectationes pestiferas decipiens apponit, quãtenus seductum cor ad blandimenta exteriora pertrahat, & intima perfectionis vota peruertat. Ossa itaque eius sicut fistulæ æris sunt, quia dolosa eius consilia dum blandum de exterioribus sonum reddunt, pernicioſum dispendium de interioribus ingerunt. Alius relictis omnibus quæ exterius possederat, vt ordinem sublimioris discipulatus apprehendat, etiam intimas frangere voluntates parat, vt rectioribus se alterius voluntatibus subdens, non solum prauis desideriis, sed ad perfectionis cumulum etiam in bonis votis sibimetipsi renunciet: & cuncta quæ sibi agenda sunt, ex alieno arbitrio obseruet. Hunc hostis callidus tanto mollius alloquitur, quanto ab excellentiori loco deicere ardentius conatur, moxque virulenta suggestione blandiens dicit: O quanta per temetipsum miranda agere poteris, si nequaquam te iudicio alterius subdis. Cur profectum tuum sub studio meliorationis imminuis? Cur intentionis tuæ bonum, dum vltra quàm necesse est extendere niteris, frangis? Quæ enim dum voluntate propria vsus es, peruersa perpetrasti: Qui ergo tibi plenè ad bene viuendum sufficis, alienum super te iudicium cur requiris? Hæc blandiens intimat, seorsum verò in voluntatibus eius propriis exercendæ superbiæ causas parat, & dum laudat cor de intestina rectitudine, inuestigat callidè vbi subruat in prauitate. Ossa itaque eius sicut fistulæ æris sunt, quia clandestina eius consilia vnde quasi animum blandè delectant, inde pernicioſè à recta intẽtione dissipant. Alius fractis plenè voluntatibus suis, multa iam vetusti hominis vitia & mutatione vitæ, & lamentatione pœnitẽtiæ correxit, & tanto maiori zelo contra aliena peccata accenditur, quanto sibimetipsi funditus mortuus iniquitatibus propriis non tenetur. Hunc hostis callidus, quia zelo iustitiæ etiam cæteris prodesse cognoscit, quasi prosperè consulentibus verbis impetit, dicens: Quid te ad aliena curanda dilatas? Vtinam tua considerare conualescas. An non perpẽdis, quia cùm ad aliena extenderis, erga ea curanda quæ tua sunt minor inueniris? Et quid prodest alieni vulneris cruorem tergere, & putredinem proprij negligendo dilatare? Hæc dum quasi consulens dicit, zelum charitatis adimit, & omne bonum quod prodire ex charitate poterat, gladio subintroducti torporis extinguit. Si enim proximos sicut nosmetipsos diligere præcipimur, dignum est vt sic eorum zelo contra vitia, sicut & nostro flagremus. Quia igitur dum suauiter consulit, mentem ab intentione propria alienam reddit, rectè dicitur: Ossa eius sicut fistulæ æris. Quando enim per fraudulenta consilia auditis animo blandum sonat, quasi cum fistula æris cantat, & vnde mulcet, inde decipiat.

Tentatio vitiosorum.

Caput. XXII.

SEd Behemoth iste valde mollius certamen mouet, quãdo se in insidiis sub prætextu infirmitatis exercet. Tunc autem duriores tentationes excitat, quando ante tentati oculos iniquitatis laqueos sub specie virtutis occultat. Vnde & rectè subiungitur: Cartilago eius quasi laminæ æreæ. Quid enim per cartilaginem nisi simulatio eius accipitur? Cartilago nanque ossis ostendit speciem, sed ossis non habet firmitatem. Et sunt nonnulla vitia quæ ostendunt in se rectitudinis speciem, sed ex prauitatis prodeunt infirmitate. Hostis enim nostri malitia tanta se arte palliat, vt plærunque ante decepte mentis oculos culpas virtutes fingat, vt inde quisque quasi expectet præmia, vnde dignus est æterna inuenire tormenta. Plærunque enim in vlciscendis vitiis crudelitas agitur, & iustitia putatur, atque immoderata ira, *iusti zeli* meritum creditur, & cùm à distortis moribus peccantes dirigi cautè debeãt, violenta inflexione franguntur. Plærunque dissolura remissio quasi mansuetudo ac pietas habetur, & dum plusquàm decet delinquentibus temporaliter parcitur, ad æterna supplicia crudeliter reseruantur. Nonnunquam effusio misericordiæ creditur, & dum malè seruare culpa sit, peius spargi quod acceptum est, non timetur. Nonnunquã tenacia parcitas putatur, & cùm graue sit vitium non tribuere, virtus creditur accepta retinere. Sæpe malorum pertinacia constantia dicitur, & dum mens à prauitate sua flecti non patitur, quasi ex recti defensione gloriatur. Sæpe inconstantia quasi tractabilitas habetur, & quæ quisque fidem integram nulli seruat, eo amicum se omnibus æstimat. Aliquando timor incompetens humilitas creditur, & cùm temporali formidine pressus quisque ad defensionem veritatis tacet, arbitratur quòd iuxta dei ordinẽ humilem se potioribus exhibeat. Aliquãdo vocis superbia, veri libertas æstimatur, & cùm per elationem veritati contradicitur, loquendi procacitas, veritatis defensio putatur. Plerunque pigritiam quã continentia quietis attenditur, & cùm grauis culpa est, recta studioſè non agere, magnæ virtutis meritum creditur, à prauis tantum actione cessare: Plærunque inquietudo spiritus, vigilans sollicitudo nominatur, & cùm quietem quisque non tolerat, agendo quæ appetit, virtutis debitæ implere se exercitium putat. Sæpe ad ea quæ agenda sunt, incauta præcipitatio, laudandi studij feruor creditur, & cùm desideratum bonum intempestiua actione corrumpitur, eo agi melius quo celerius æstimatur. Sæpe accelerandi boni tarditas consilium putatur, & cùm expectatur vt ex retractatione proficiat, hoc insidians mora supplantat.

Caput. XXIII.

IGitur cùm culpa velut virtus aspicitur, necessariò pensandum est, quia tanto tardius mens vitium suũ deserit, quanto hoc quod perpetrat non erubescit, & tanto mens tardius vitium deserit, quanto per virtutis speciem decepta, præmiorum etiam de eo retributionem quærit. Facilè autem culpa corrigitur quæ & erubescitur, quia esse culpa sentitur.

Quia

A Quis itaque errat cùm virtus creditur, difficilius emendatur, rectè dicitur: Cartilago eius quasi laminæ ferreæ. Behemoth enim iste quo sub prætextu boni calliditatem suam fraudulentius exhibet, eo in culpa mentem durius tenet. Hinc est quòd nonnunquam hi qui quasi viam sanctitatis appetunt, in errorem lapsi tardius emendantur. Rectum quippe æstimant esse quod agunt, & sicut excolendæ virtuti, sic vitio perseuerantiam iungunt. Rectum existimant quod agunt, & idcirco suo iudicio enixius seruiunt. Vnde bene Hieremias cùm diceret: Candidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores, denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis, ilico adiunxit. Adhæsit cutis eorum ossibus, aruit, & facta est quasi lignum. Quid enim Nazaræorum nomine, nisi abstinentium & continentium vita signatur? quæ niue & lacte nitidior dicitur: Nix enim ex aqua congelascit, quæ desuper venit: lac autem ex carne exprimitur, quæ in inferioribus nutritur. Quid ergo per niuem, nisi candor vitæ cœlestis, quid per lac nisi temporalis dispensationis administratio demonstratur? Et quia plærunque continentes viri in Ecclesia tam mira opera faciunt, vt ab eis multi qui cœlestem vitam tenuerunt, multi
B qui terrena bene dispensauerunt, superari videantur, & candidiores niue, & nitidiores lacte referuntur. Qui etiam quia per seruorem spiritus antiquorum ac fortium patrum nonnunquam vincere vitam videntur, rectè subiungitur: Rubicundiores ebore antiquo. Dum enim ruboris nomen imprimitur, sancti desiderij flamma signatur. Ebur verò esse os magnorum animalium non ignoramus. Ebore itaque antiquo rubicundiores sunt, quia sæpe ante humanos oculos nonnullis præcedentibus patribus studij feruentioris existũt. De quibus vt totum simul ostẽdatur, adiungitur: Sapphiro pulchriores. Aetherei quippe coloris est sapphirus. Et quia præcedẽtes multos, atque ad superna tendentes per cœlestem cõuersationem videntur vincere: narrantur sapphiro pulchriores extitisse. Sed plerunque dum virtutum copia etiam plusquam expedit prosperatur, in quandam sui fiduciam mens adducitur, & decepta præsumptione propria, repentè peccato surripiente fuscatur, vnde rectè subiungitur: Denigrata est super carbones facies eorum. Nigri enim post cãdorem fiunt, quia amissa dei iustitia, cùm de se præsumunt, in ea etiam quæ non intelligunt peccata dilabuntur, & quia post amoris ignem ad frigus torporis veniunt, extinctis carbonibus ex comparatione præferuntur. Nonnunquam enim dum timorem dei per sui fiduciam deserunt, etiam frigidis mentibus frigidiores fiunt. De quibus rectè subiungitur: Non sunt cogniti in plateis. Platea quippe sermonis græci ratione pro latitudine dicitur. Quid verò est humanæ menti angustius, quàm voluntates proprias frangere? De qua fractione veritas dicit: Intrate per angustam portam. Quid autem latius quàm nullis propriis voluntatibus reluctari, & quaquauersum impulsus arbitrij duxerit, se sine retractatione diffundere? Qui ergo per fiduciam sanctitatis
C postposito meliorum iudicio se sequuntur, quasi per plateas pergunt. Sed non sunt cogniti in plateis, quia de vita sua aliud ostenderant, quando frangendo voluntates proprias in angusto se calle retinebant. Et bene additur: Adhæsit cutis eorum ossibus. Quid in osse nisi duritia fortitudinis, quid in cute nisi mollities exprimitur infirmitatis? Cutis ergo eorum adhærere ossibus dicitur: quia ab eis praua sentientibus infirmitas vitij, duritia virtutis putatur. Infirma enim sunt quæ faciunt, sed elationis fiducia decepti, fortibus ea suspitionibus iungunt, & quo de se magna sentiunt, eo de sua nequitia emendari contemnunt. Vnde & rectè adiungitur: Aruit, & facta est quasi lignum. Culpa quippe eorum tanto insensibilior redditur, quanto apud eos etiam laudabilis habetur. Quàm rectè aridam asserit, quia nulla sui cognitione virideſcit. Quod ergo apud Hieremiam per infirmitatem cutis, hoc apud beatum Iob per fragilitatem dicitur cartilago, & quod illic ossa per duritiam, hoc hic laminæ ferreæ dicuntur.

Thren. 4.

Mat. 7.

Caput. XXIIII.

Diabolus cuius conditionis.

SEd Behemoth iste qui per membra sua extremo tempore contra electos dei tanta se arte iniquitatis exercet, qui etiam per semetipsum ad decipiendas mẽtes in tanta insidiarum tergiuersatione se exhibet, cuius naturæ, cuius sit cõditionis audiamus. Neque enim tam mira vel magna operari D posset, si non ex magna conditione subsisteret. Vnde & mox mira pietate dominus ac si causas tantæ astutiæ tantæque fortitudinis redderet, adiunxit, dicens:

Quòd prima creatura dei sit angelus, & quanto subtilior est illa spiritalis, tanto in illa similitudo dei plenius est expressa.

Ipse est principium viarum dei.) Velut si apertè diceret: Idcirco ad tam multa fortiter sufficit, quia in natura rerum hunc creando per substantiam conditor primum fecit. Quid enim vias dei, nisi eius actiones accipimus? De quibus per prophetam dicit: Non enim sunt viæ meæ sicut viæ vestræ. *Esaiæ. 55.* Et principium viarum dei Behemoth dicitur: quia nimirum cum cuncta creans ageret, hunc primum condidit, quem reliquis angelis eminentiorem fecit. Huius primatus eminentiam conspicit propheta, cùm dicit: Cedri non fuerunt altiores illo *Ezech. 31.* in paradiso dei, abietes non adæquauerunt summitatem eius, platani non fuerunt æquę frondibus illius. Omne lignum paradisi dei non est assimilatum illi & pulchritudini eius, quoniam speciosum fecit eum in multis condensisque frondibus. Qui nanque accipi in cedris, abietibus & platanis possunt, nisi illa virtutum cœlestium procerę celsitudinis agmina, in E æternæ lætitiæ viriditate plantata? Quæ quanuis excelsa sint condita, huic tamen nec prælata sunt nec æquata. Qui speciosus factus in multis condensisque frondibus esse dicitur: quia prælatum cæteris legionibus tanta illum species pulchriorem reddidit, quanta & supposita angelorum multitudo decorauit. Ista arbor in paradiso dei tot quasi condensas frondes habuit, quot sub se positas supernorum spirituum legiones attendit. Qui idcirco peccans sine venia damnatus est, quia magnus sine comparatione fuerat creatus. Hinc ei rursum per eundem prophetam dicitur: Tu signaculum simili- *Ezech. 28.* tudinis dei, plenus sapientia & perfectus decore, in deliciis paradisi dei fuisti. Multa enim de eius magnitudine locuturus, primo verbo cuncta complexus est. Quid nanque boni non habuit, si signaculum dei similitudinis fuit? De sigillo quippe annuli talis similitudo imaginaliter exprimitur, qualis in sigillo eodem essentialiter habetur. Et licèt homo ad similitudinem dei creatus sit, angelo tamen quasi maius aliquid tribuens, non eum ad similitudinem dei conditum, sed ipsum signaculum dei similitudinis dicit, vt quo subtilior est in natura, eo in illo similitudo dei plenius credatur expressa. Hinc est quòd primatus eius potẽtiam adhuc insinuans, idem propheta subiungit,

Deus angelo aliquid maius tribuit quàm homini.

Caput. XXV.

OMnis lapis preciosus operimentum tuum, sardius & topazius & iaspis, chrysolitus, onyx, & berillus sapphirus, carbunculus & smaragdus. Nouem dixit genera lapidum, quia nimirum nouem sunt ordines angelorum. Nam cùm per ipsa sacra eloquia angeli, archangeli, throni, dominationes, virtutes, principatus, potestates, cherubin, & se- F raphin, aperta narratione memorantur: quantæ sint supernorum ciuium distinctiones ostenditur: Quibus tamen Behemoth iste opertus fuisse describitur, quia eos quasi vestem ad ornamentum suum habuit, quorum dum claritatem transcenderet, ex eorum comparatione clarior fuit. De cuius illic adhuc descriptione subiungit: Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die qua conditus es præparata sunt. Aurum opus decoris eius extitit, quia sapientiæ claritate canduit, quàm bene creatus accepit. Foramina verò idcirco in lapidibus fiunt, vt vinculati auro in ornamenti compositione iungantur, & nequaquam à se dissideant, quos interfusum aurum repletis foraminibus ligat. Huius ergo lapidis in die conditionis suæ foramina præparata sunt, quia videlicet capax charitatis est conditus. Qua si repleri voluisset, stantibus angelis tanquam positis in regis ornamento lapidibus potuisset inhærere. Si enim charitatis auro sese penetrabilem præbuisset, sanctis angelis sociatus, in ornamento, vt diximus, regio lapis fixus maneret. Habuit ergo lapis iste foramina, sed per superbiæ vitium, charitatis auro non sunt repleta. Nam quia idcirco ligantur auro ne cadant, idcirco iste cecidit, quia etiam perforatus manu artificis, amoris vinculis ligari contem-

 ptsit. Nunc

G psit. Nunc autem cæteri lapides qui huic similiter fuerant perforati, penetranti se inuicem charitate ligati sunt, atque hoc in munere, isto cadente, meruerunt, vt nequaquam iam de ornamento regio cadendo soluantur. Huius principatus celsitudinem adhuc idem propheta intuens, adiungit: Tu cherub extentus & protegens in monte sancto dei, in medio lapidum *Ezech.28.* ignitorum perfectus ambulasti. Cherub quippe plenitudo scientiæ interpretatur, & idcirco iste cherub dicitur: quia transcendisse cunctos scientia non dubitatur. Qui in medio ignitorum lapidum perfectus ambulauit: quia inter angelorum corda charitatis igne succensa, clarus gloria conditionis extitit. Quem bene extentum ac protegentem dicit: Omne enim quod extenti protegimus, obumbramus. Et quia comparatione claritatis suæ, cæterorum claritatem obumbrasse creditur: ipse extentus & protegens fuisse perhibetur. Reliquos enim quasi obumbrando operuit, qui eorum magnitudinem excellentia maiore transcendit. Quod ergo illic speciosus in multis frondibus, quod illic signaculum similitudinis, quod illic cherub, quod illic protegens dicitur, hoc hic voce dominica Behemoth iste viarum dei principium vocatur.

Caput. XXVI.

DE quo idcirco tam mira in quibus fuit, & quæ amisit insinuat, vt territo homini ostendat, quid ipse si superbiat, de elationis suæ culpa passurus sit, si feriendo illi parcere noluit, quem creando in gloriam tantæ claritatis eleuauit. Consideret ergo homo quid elatus in terra mereatur, si & prælatus angelis, angelus in cœlo prosternitur. Vnde *Esa.34.* H & bene per prophetam dicitur: Inebriatus est in cœlo gladius meus. Ac si apertè diceret: Qua ira feriam superbos terræ perpendite, si ipsos etiam quos in cœlo iuxta me condidi, pro elationis vitio percutere non peperci? Tot itaque hostis antiqui virtutibus auditis tanta conditionis eius magnitudine cognita, quis non immensa formidine corruat, quis non desperationis percussione succumbat? Sed quia elationem nostram ostensa hostis nostri potentia reprimit, etiam infirmitatem nostra dominus patefacta gratiæ suæ dispensatione fouet. Vnde cum cum principium viarum dei diceret, ilico adiunxit:

Quòd diaboli malitia dispensatione diuina cohibetur, ne quantum vult, mentes hominum ferire permittatur.

Gladius Behemoth per dominũ applicatur cũ eius malitia restringitur.

Qui fecit eum, applicauit gladium eius.) Gladius quippe Behemoth istius ipsa nocendi malitia est. Sed ab eo à quo bonus per naturam factus est, eius gladius applicatur: quia eius malitia diuina dispensatione restringitur, ne ferire tantum mẽtes hominum quantum appetit, permittatur. Quia ergo hostis noster & multum potest & minus percutit, eius gladium pietas conditoris astringit: vt replicatus intra eius conscientiam lateat, & vltra quàm desuper iustè disponitur, sese in mortes hominum eius malitia nõ extendat. Quod igitur ad multa fortiter prævalet, hoc de principio magnæ conditionis potest: quod verò à quibusdam vincitur, eius nimirum gladius ab auctore replicatur. Iste nanque Behemoth qui principium viarum dei est, cùm contra sanctum virum licentiam tentationis I accepit, gẽtes mouit, greges abstulit, ignem de cœlo deposuit, perturbato aëre ventos excitauit, domum concutiens subruit, conuiuantes filios extinxit, vxoris mentem in dolo praue suasionis exercuit, mariti carnem inflictis vulneribus confodit, sed eius gladius à conditore replicatur, cùm dicitur: Animam *Iob.2.* illius serua. Qui replicato gladio quantæ sit infirmitatis, Euangelista testante describitur, quia nec manere in obsesso homine potuit, nec rursus inuadere bruta animalia non iussus præsumpsit, dicens: Si eiicis nos, mitte nos in gregem porcorum. *Matt.8.* Malitiæ quippe eius gladius quàm sit replicatus ostẽditur, cui sit potestas summa licentiam nõ præberet, nec grassari in porcorum gregem valeret. Quando ergo iste sua sponte nocere factis ad dei imaginem hominibus audeat, de quo nimirum constat quod non iussus cõtingere nec porcos præsumat? Notandum quoque est quod dum viarum dei principium Behemoth dicitur: vesanum dogma Arij aperta ratione dissipatur. *Contra Arium.* Facturam quippe dei filium fatetur, & ecce Behemoth in factura rerum primus creatus ostẽditur. Supereſt ergo vt Arius aut non factum filium prædicet, aut eum post Behemoth cõditum stultus putet. Quia verò omne quod applicatur, in semetipsum reducitur, rectè applicatus Behemoth gladius dicitur: In semetipsa nanque se eius malitia decoquit, cùm ad votum suum sese cõtra electorum vitam prohibita non exercet. Multos autem exigentibus meritis ferire permittitur, vt cum deum deserunt, damnato hosti famulẽtur. Ab electis verò eo valẽtius vincitur, quo soli auctori omnium humilius substernuntur. Quia igitur per hoc quòd viarum dei principium dicitur, per hoc quod permittente domino valde intolerabilis demonstratur: apertè cognoscimus cum quanto hoste pugnemus. Superest igitur vt vnusquisque nostrum tanto se plenius auctori subiiciat, quanto contra se verius violentas aduersarij vires pensat. Quid nanque nos nisi puluis sumus? Quid verò ille nisi vnus atq; ex cœlestibus spiritibus, & quod adhuc maius est, summus? Quid ergo de propria virtute audeat, quando contra angelorum principem puluis pugnat? Sed quia supernorum spirituum conditor terrenum corpus assumpsit, rectè iam superbientem angelum humilis puluis vincit. Inhærendo quippe veræ fortitudini vires accipit, quas transfuga spiritus cùm semetipsum sequitur amisit. Et dignum est vt vincatur à puluere, qui fortẽ se credidit deserto creatore, vt superatus inueniat, quia defecit elatus. Valde autem anhelat sæuiens, quòd cùm ipsum ima cruciant, homo ad summa conscendat, quod in illa celsitudine subuecta caro permanet, à qua tãtus ipse spiritus sine fine proiectus iacet. Sed loca mentium mutauit ordo meritorum. Sic sic superbia meruit deiici, sic humilitas exaltari, quatenus & cœlestis spiritus erigendo se, tartarum toleret, L & terra humilis sine termino super cœlos regnet.

K *Cur malo Behemoth ferire permittatur & ab eius vsu restringatur. Cũ quo hoste pugnemus. Quis noster hostis.*

Libri trigesimi secundi Moralium sancti Gregorij finis.

LIBER TRIGESIMUS TERTIUS Moralium sancti Gregorij, continuans caput quadragesimum textus libri beati Iob. Caput. I.

ANtiquo hosti qui sub Behemoth nomine, dominica voce describitur, superbi quique tãto familiarius seruiunt, quanto huius vitæ successibus apud semetipsos altius intumescunt. His nanque cum gloria augetur elatio, cùm elatione verò additur cura, huc illucque animus tenditur, quia & desideria cum rebus crescũt. Cumque cogitationes innumeras quasi agri fœnum proferunt, eisdem cogitationibus velut desiderato pabulo Behemoth istius famem pascunt. Vnde nunc rectè dicitur: M

Quòd in superborum lubricis mentibus pastus sit dæmonum.

Huic montes herbas ferunt.) In scriptura sacra cum numero singulari mons ponitur, aliquando incarnatus dominus, aliquando sancta Ecclesia, aliquando testamentum dei, aliquãdo apostata angelus, aliquando quilibet hæreticus designatur. Cùm verò montes plurali numero nominantur, aliquando celsitudo Apostolorum atque prophetarum, aliquãdo verò secularium potestatum tumor exprimitur. Mons nanque *Esaiæ.2.* dominum designat, sicut scriptũ est: Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montiũ. Mons quippe est in vertice montium incarnatus dominus, transcendens celsitudinem prophetarum. Rursum per montem sancta designatur Ecclesia, sicut scriptum est: Qui confidunt in do- *Psal.124.* mino, sicut mons Sion. Sion nanque speculatio dicitur, per quam scilicet speculationem contemplans deum Ecclesia figuratur. Rursum per montem testamentum dei exprimitur, sicut Abacuc ait: Deus à Libano veniet, & sanctus de monte *Abac.3.* vmbroso & condenso. Qui enim venturum se per testamenti sui paginas spopondit, quasi inde venit, vnde velut sub promissione se tenuit. Quod videlicet testamentum bene mons

vmbrosus

A vrbrosus & condensus dicitur, quia spissis allegoriarum obscuritatibus opacatur. Rursum per montem angelus apostata designatur, sicut sub Babylonis regis specie de antiquo hoste prædicatoribus dicitur: Super montem caliginosum leuate signum. Prædicatores quippe sancti super caliginosum montem signum eleuant, quãdo contra Satanę superbiam qui sæpe sub nebula simulationis absconditur, virtutem crucis exaltant. Rursum per montem hæreticus quilibet exprimitur; sicut ex voce Ecclesiæ Psalmista ait: In domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut passer? Cùm enim fideli animæ vnitate relicta in tumenti doctrina confidere hæretici prædicatoris dicitur: deserto domino quasi in montem transmigrare suadetur. Rursum per montes Apostolorum atq; prophetarum celsitudo designatur, sicut scriptum est: Iustitia tua sicut montes dei. Et voce Pauli dicitur: Vt nos efficeremur iustitia dei in ipso. Vel sicut iterum voce sperantis Ecclesiæ Psalmista ait: Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi. Rursum per montes seculariũ potestatum tumor exprimitur, de quibus Psalmista ait: Montes sicut cera fluxerũt à facie domini, quia multi qui prius alta rigiditate tumuerant, deo in carne apparente, magno sunt per pœnitentiam timore liquefacti. Vel sicut idem propheta iterum dicit: Ascendunt montes, & descendunt campi. Plærique enim persecutores domini superbi contra eum veniunt: sed
B ab eo humiles reuertuntur. Qui montes ascendunt per tumorem potentiæ, sed campi descendunt, plani videlicet facti per cognitionem culpę.

Isaie. 15. *Psalm. 10.* *Psalm. 35.* *2 Corin. 5.* *Psalm. 120.* *Psalm. 96.* *Psalm. 103.*

Caput. II.

SEd quia nonnulli in elationis suæ altitudine remanent, & ad diuina obsequia flecti humiliter dedignantur, eo quòd iuxta desiderium antiqui hostis praua cogitare ac perpetrare non desinũt: rectè hoc loco de Behemoth dicitur: Huic montes ferunt herbas.) Elati nanque seculi huic Behemoth herbas ferunt, quia ex eo illum reficiunt, quod nequiter operantur. Huic Behemoth herbas ferunt, quia suas illi offerunt fluxas, & lubricas voluptates. Erunt enim, ait Apostolus, homines seipsos amãtes. Quorum descriptionem complexus est dicens: Voluptatum amatores magis quàm dei. Quæ est ergo herba montium, nisi voluptas fluxa, quæ ex corde gignitur superborum? Quia nisi deum superbiendo contemnerent, nequaquam tot lubrica lasciuiendo perpetrarent. Quibus nimirum herbis iste Behemoth pascitur, quia in eis pœnã æternæ mortis esuriens, eorum perditis moribus satiatur. Superbi enim huius seculi etsi quando supernę dispensationis ordine prępediti, ab expletione prauorum operum cessant, praua tamen in cogitatione multiplicant, modo vt se potentiores cæteris rebus & honoribus ostendant, modo vt eandem suam potentiam in studio alienæ læsionis exerceant, modo vt lubricis motibus ducti, per leuia se facta voluptatesque dissoluant. Qui dum rebus diuinitus acceptis nequaquam recta, sed
C praua semper agere cogitant, quid aliud faciunt nisi suis contra deum donis pugnãt? Quia igitur Behemoth iste in superborum mentibus sua semper desideria recognoscit, quasi herbas in montibus inuenit, quibus refectum suæ malitiæ ventrẽ tendit. Bene autem subditur:

1. Tim. 3.

Quòd ludus dæmonum sit, cùm vagas & instabiles animas de vitio rotant in vitium.

Omnes bestiæ agri ludent ibi.) Quid per bestias, nisi immundi spiritus: quid per agrum, nisi præsens seculum designatur? Vnde de ipso malignorum spirituum principe contra Ephraim dicitur: Bestia agri scindet eos. Vel sicut Esaias ait: Et mala bestia non ascendet per eam. Quia autem agri nomine mundus accipitur, dominicus per Euãgelium sermo testatur, qui ait: Ager autẽ est mundus. Agri ergo bestię in herbis montium ludunt, quia proiecta de superioribus in hoc mundo dæmonia, prauis superborũ operibus delectantur. Bestiæ in herbis ludunt, cùm reprobi spiritus humana corda in illicitas cogitationes pertrahunt. An non immũdis spiritibus ludere est mentes hominum ad imaginem dei conditas, modo ficta promissione decipere, modo vacuis terroribus irridere, modo eis transitoria gaudia quasi mansura imprimere, modo mansuras pœnas quasi transitorias leuigare? Harum proculdubio bestia-

Osee. 13. *Esaie. 35.* *Matt. 13.*

rum illusionem pertimuerat qui dicebat: Deus meus in te confido, non erubescam: neque irrideant me inimici mei. Quia igitur superborum cor ad omne vitium sternitur, vt cuilibet maligno spiritui irruenti praua cogitatione præparetur, rectè de herbis montium dicitur: Omnes bestię agri ludent ibi. Pro eo enim quòd superbi quique nullum malum cogitando prætereunt, nulla est agri bestia quæ non horum montium herbis satietur. Nam etsi quando carnis luxuriam fugiunt, interioris luxuriæ vitium de ipsa castitate gloriando cõmittunt. Si quãdo nil auarè exterius rapiunt: nequaquam ab illecebra auaritiæ mundi sunt: quia etsi res nullas ambiunt, fauore tamen hominum laudem de continentia rapere conantur. Huic ergo Behemoth montes herbas ferunt, & omnes bestiæ agri ludunt ibi: quia in superborum corde quilibet malignus spiritus tãto latius pascitur, quanto & omne vitium de superbia generatur.

Psalm. 2.

Caput. III.

SEd quia audiuimus quid iste Behemoth comedat: nunc audiamus necesse est vbi interim per prauum desideriũ requiescat. Sequitur:

Quòd in illis mentibus Satanas dormiat: quas vel nequitiæ torpor obumbrat, vel temporalis altitudo inflat.

Sub vmbra dormit, in secreto calami, in locis humentibus. Obumbratio in sacro eloquio aliquando incarnatio domini ponitur: vel mentis refrigerium à feruore carnalium cogitationũ, vnde appellatione vmbræ ex superna protectione hoc
E ipsum refrigerium cordis insinuari solet. Aliquando vero vmbra recedente charitate torpor frigidæ mentis accipitur. Nam quod dominica incarnatio seruata veritate historiæ obumbrationis appellatione signetur, angelicus sermo testatur: qui ad Mariam ait: Virtus altissimi obumbrabit tibi. Quia enim vmbra non aliter exprimitur, nisi per lumen & corpus, virtus ei altissimi obũbrabit: quia in eius vtero lux incorporea corpus sumpsit. Ex qua videlicet obumbratione omne in se refrigerium mentis accepit. Rursum per vmbrã ex superna protectione refrigeriũ cordis exprimitur, sicut Psalmista ait: Sub vmbra alarum tuarum protege me. Vel sicut sponsa in Canticis canticorum aduentum sponsi præstolata prænunciat, dicens: Sub vmbra illius quem desideraueram, sedi. Ac si dicat: Ab æstu desideriorum carnaliũ sub aduentus illius protectione requieui. Rursum per vmbram recedẽte charitate, torpor frigidæ mentis exprimitur, sicut de peccãte homine scriptum est, quia secutus est vmbram. Calorem enim charitatis fugiẽs veritatis solem homo deseruit, & sub vmbra se interni frigoris abscondit. Vnde & voce eiusdem veritatis dicitur: Abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorũ. Vnde primus homo post culpam inter arbores paradisi ad auram post meridiem absconsus inuenitur. Quia enim meridianum charitatis calorem perdiderat, iam sub peccati vmbra quasi sub frigo
F re auræ torpebat. Iste igitur Behemoth, quia in illis quasi quãdam requiem inuenit, quos à veri Solis ardore subtrahendo frigidos facit, sub vmbra dormire perhibetur. Nonnunquam verò per vmbram, si tamen cum adiectione mortis ponatur: vel mors carnis exprimitur, vel quilibet reprobi qui antiqui hostis tenebras studio praue operationis imitantur. Vnde voce martyrum per Psalmistam dicitur: Humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis. Vmbra enim mortis electos dei opprimit: cum mors carnis, quæ imago mortis æternę est, ab hac eos vita disiungit, quia sicut illa animam à deo, ita hæc ab anima separat corpus. Vel certè vmbra eos mortis opprimit, quia de antiquo hoste scriptum est: nomen illi mors. Vmbra ergo mortis sunt omnes reprobi, quia illius nequitiam elationis imitantur, eiusque imaginem quasi vmbram exprimunt, dum eius in se malitię similitudinem trahũt. Qui electos dei operiunt: dum contra illos in atrocitate persecutionis temporaliter conualescunt. Hoc autem loco vmbra nequitiæ torpor accipitur: in qua iste Behemoth dormit, quia contra corda charitate calentia sollicitus vigilat, in frigidis autem mentibus securus iacet. Dormire enim in sanctorum mẽtibus non potest, quia etsi quando se in eis ad breue momentũ collocat, ipse eum desideriorum cœlestium æstus fatigat, & quasi totiens vt recedat, pungitur, quotiens ab eis amore intimo ad æterna suspiratur. Tantæ eum voces excitant, quantæ

Luc. 1. *Quomodo virtus altissimi Mariæ obumbrauit.* *Psalm. 16.* *Canti. 2.* *Matth. 24.* *Gene. 3.* *Psalm. 43.* *Apoca. 6.*

ex

G ex illorum mentibus sanctæ cogitationes ad cœlum clamant. Vnde fit vt bonarum actionum armis territus, ac suspiriorum spiculis percussus fugiat, & ad corda reproborum frigida rediens, eam quam securus possideat, malitiæ vmbrã quærat. Quæ vbi ab illo inueniatur ostenditur, cùm protinus subinfertur: In secreto calami.

Caput. IIII.

IN sacro eloquio calami, vel arũdinis appellatione aliquando verbum manens, aliquando doctorum peritia, aliquando mobilitas mentis, aliquãdo nitor gloriæ temporalis accipitur. Per calamum quippe verbi æternitas designatur, cùm
Psalm. 44. voce patris per Psalmistam dicitur: Lingua mea calamus scribæ, velociter scribẽtis. Quia enim quod loquimur trãsit, quod scribimus permanet, lingua patris scribę calamus dicitur: quia ab eo est verbum illi coæternum, ac sine transitu generatum. Rursum per calamum scriptorum doctrina exprimitur: sicut
Esaiæ. 35. de sancta Ecclesia propheta pollicetur, dicens: In cubilibus in quibus dracones prius habitabant, orietur viror calami & iunci. Qua nimirum sententia sicut in hoc opere longè superius diximus, per calamum exprimitur doctrina scribentium, per iuncum viriditas auditorum. Rursum per calamum seu certè arundinem, mentis mobilitas designatur: sicut Iudæorum turbis in Ioannis laude à domino dicitur: Quid existis in desertũ
Matt. 11. videre? arundinem vento agitatam? vt videlicet subintelligatur non. Ioannes quippe arundo vento agitata non erat: quia
H eius mentem spiritus sancto solidam per diuersas partes nullus linguarum flatus inclinabat. Rursum per calamum, vel arundinem nitor gloriæ temporalis exprimitur, sicut de iustis per
Sapien. 3. sapientiam dicitur: Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Arundinetum nãque vitam secularium appellat: qui more arundinum per temporalem gloriam foris quasi ad alta proficiunt, sed intus à soliditate veritatis inanescunt. Vnde & Iudęorum regnum calamo comparatur, cùm per prophetam apparente in veritate carnis domino dicitur:
Esaiæ. 42. Calamum quassatum non confringet: & linum fumigans non extinguet. Quid enim calami nomine, nisi Iudaici populi tẽporale regnum denũciat? virens quidem exterius, sed interius vacuum. Et quia in eodem populo genus iam regale defecerat, & regnum eius alienigena possidebat: aptè hoc idem regnum calamum quassatum vocat. Quid verò per linum nisi eius sacerdotium exprimitur: quod lineis nimirum vestibus vtebatur? Quod quia in aduentu domini charitatis ardorẽ perdidit, quasi amisso iam igne fidei, non ardens, sed fumigãs fuit. Incarnatus autem dominus calamum quassatum non confregit, & linum fumigãs non extinxit: quia Iudęæ regnum quod penè destructum iam fuerat: eiusque sacerdotium quod ignẽ fidei non tenebat: non potestate iudicij perculit, sed cũ patientiæ longanimitate tolerauit. Hoc ergo loco quid aliud appel-
I latione calami, nisi mentes secularium temporali gloriæ deditæ designantur? Qui tanto apud semetipsos intus inanescunt, quanto alti & nitidi exterius ostenduntur: quia dum ad exteriorem gloriam per superficiem defluunt, nulla intus firmitate solidantur. More quippe calami intus sunt quidem per fatuitatem vacui, sed foris per speciem & ostẽtationem pulchri, sed quanto ab eis exterior gloria studiosius quęritur, tanto eorum corda grauioribus cogitationum stimulis agitantur. Vnde rectè nunc Behemoth iste in secreto calami dormire perhibetur: quia quorum studia ad appetitum temporalis nitoris, atque altitudinis commouet, eorum corda tenacius tenet, & quasi ipse ibi quietus dormit, vbi eos quos possidet quiescere non permittit. Dum enim excedere cæteros bonorum altitudine ambiunt: dum more calami per nitorem exterioris munditiæ, iustorum speciem quasi solidarum arborum corticem vincunt: in hoc quod ipsi interius vacui remanent, locum Behemoth isti, vbi apud se requiescere debeat præbent.

Caput. V.

Matt. 12. & Luc. 11. VNde & in Euangelio dominus dicit, quòd spiritus exiens qui in locis aridis, & inaquosis requiem non inuenit: quia domum quam reliquerat, vacuam, scopisque mundatam reperit, hanc multiplicior intrauit. Quia enim fluxa fit terra quæ infunditur, loca arentia atque inaquosa sunt corda iustorum: quæ per disciplinæ fortitudinem ab omni carnalis concupiscẽtiæ humore siccantur. Vnde hìc quoque adhuc vbi Behemoth iste dormiat, necessariò demonstra K
tur, cùm protinus subditur: In locis humentibus. Loca enim humentia sunt terrenorum hominum mentes quas humo carnalis concupiscentię, quia replet, fluidas facit. In quibus Behemoth iste iniquitatis suæ vestigia tanto altius imprimit, quanto in eisdem mentibus pertransitus illius quasi in fluxa terra descendit. Loca quippe humentia sunt opera voluptuosa. Pes quippe in arida terra non labitur: fixus verò in lubrica vix tenętur. In locis ergo humentibus iter vitæ præsentis faciũt: qui in hac ad iustitiam recti stare non possunt. In his itaque locis humentibus Behemoth dormit: quia in reproborum hominũ lubrica operatione requiescit. Nonnulli verò loca humentia mẽbra genitalia suspicantur. Quod si ita est: quid apertè aliud locis humentibus, nisi luxuria designatur: vt & per calamum gloriæ superbia, & per loca humentia luxuria corporis exprimatur? Duo quippe hæc sunt vitia quæ humano generi immaniter dominantur: vnum videlicet spiritus, atque aliud carnis. Elatio nanq; spiritum erigit: luxuria carnem corrumpit. Antiquus itaque hostis humanum genus, vel per elationem præcipuè, vel per luxuriam premens, in secreto calami, atque in locis humentibus dormit: quia hominem damnatum sub ditione suæ dominationis, aut per elationem spiritus, aut per carnis corruptionem tenet. Quosdam verò in vtroque possidet: quia cùm eos superbię spiritus eleuat, à tumore suæ altitudinis nec verecundia corruptionis inclinat. Sed nunquid cõtra hos intra sanctam Ecclesiam incessanter quotidie virtutum ma- L
gistri non vigilant? Nunquid redarguere voluptates infimas, & suadere gaudia patriæ cœlestis cessant? Sed prauorum mentes tanto obstinatius summa non audiunt, quanto arctius infimis inhæserunt. Quibus neque hoc sufficit, vt ipsi pereant, sed adhuc quod est deterius, cùm quoslibet argui emendariq; conspiciunt, iustorum increpationibus obuiant, ne saltem alij corrigantur. Vnde & bene subditur:

Quòd reprobi in quibus est imago diaboli, similibus suis patrocinia parant: & se inuicẽ defendentes, nullum correctioni locum relinquunt.

Protegunt vmbræ vmbram eius. Vmbræ quippe sunt diaboli omnes iniqui: qui dum imitationi iniquitatis eius inseruiunt, quasi ab eius corpore imaginis speciem trahunt. Sicut autem vmbræ eius sunt pluraliter reprobi: ita singulariter vmbra eius est vnusquisque peccator. Sed dum doctrinæ iustorum mali contradicunt: dum ab eis iniquum quemlibet corrigi non permittunt: vmbræ Behemoth istius vmbram eius protegunt: quia peccatores quique in quo sibi malè sunt conscij, in eo & alium peccãtem defendunt. Vmbræ vmbram eius protegunt: dum nequissimorum facta nequiores peruersis patrociniis tuentur. Quod hoc nimirum studio faciunt: ne dum culpa in qua & ipsi obligati sunt, in aliis corrigitur, ad ipsos quandoque veniatur. Se igitur tegunt dum alios pro- M
tegunt: quia suam vitam præuident impeti, vnde alios considerant libera correctione confundi. Sicque fit vt summa criminum dum defenditur augeatur, & vniuscuiusque nequitia eo fit ad perpetrandum facilis, quo difficilis ad puniendum. Scelera quippe peccantium tanto maiora incrementa percipiunt, quanto per defensionem potentium diu inulta tolerantur. Sed tales quique seu extra, seu intra sanctam Ecclesiam esse videantur: tanto se apertiores dei hostes exhibent, quanto maiores sunt patroni vitiorum. Contra illum quippe suis defensionibus pugnant: cui ea quæ displicẽt, defendendo multiplicant. Quod factum bene per Prophetam dominus sub
Esaiæ. 34. Babylonis specie redarguit, dicens: Oriuntur in domibus eius spinæ, & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius. Quid nanque per vrticas, nisi cogitationum prurigines: quid verò per spinas, nisi vitiorum punctiones accipimus? In domibus igitur Babylonis vrticæ, & spinæ pullulant: quia in confusione mentis reprobæ, & desideria cogitationum surgunt quæ exasperant, & operum peccata quæ pungunt. Sed hæc agentes habent etiam nequiores alios defensores suos. Vnde illic aptè protinus subdidit: Et paliurus in munitionibus eius. Paliurus quippe tanta spinarum circundatione densescit, vt præasperitate tangi vix possit. Intus igitur vrtica, & spina nascitur, sed vtrunque hoc exterius per paliurum munitur: quia videlicet

videlicet mindres iniqui mala quælibet faciunt, sed ea nequissimi maiores tuentur. Vnde bene & hìc dicitur: Protegunt vmbræ vmbram eius. Dum enim malũ peior vindicat, quasi vmbra vmbrã ne à veritatis lumine irradiet obscurat. Sequit:

Quòd amatores huius seculi licèt speciem sanctitatis in populo quasi virentia silua habeant, fructum tamen eius non habent.

Caput. V I.

Circundabunt eum salices torrentis.) Infructuosæ quidem arbores sunt salices: sed tamen tantæ viriditatis sunt, vt arescere, vel abscissæ radicitus, & proiectæ vix possint. Vnde in sacro eloquio salicum nomine, aliquãdo pro viriditate boni: aliquando pro sterilitate reprobi designãtur. Nisi enim electorum vitam per constantiam suæ viriditatis exprimerent: nequaquam de sanctæ Ecclesiæ filiis propheta
Isaiæ. 44. dixisset: Germinabunt inter herbas: sicut salices iuxta præterfluentes aquas. Sanctæ enim Ecclesiæ filij inter herbas sicut salices germinant, dum inter arescentem vitam carnalium hominum, & multiplici numerositate, & perpetua mentis viriditate perdurant. Qui bene iuxta præterfluentes aquas germinare perhibẽtur: quia vnusquisque eorum vbertatem ad fructum percipit, ex doctrina sacri eloquij quę temporaliter percurrit. Et rursum nisi per sterilitatem salicum vita peccãtium signaretur: nequaquam ex voce prædicantium contra Babyloniam Psalmista dixisset: In salicibus in medio eius suspendi
Psal. 136. B mus organa nostra. Babylonis quippe medio inesse salices describuntur: quia nimirum infructuosi quique atque ab amore patriæ cœlestis alieni totis visceribus cordis in hac seculi confusione radicantur. Vnde & prædicatores sancti in istis salicibus non exercent organa, sed suspendunt: quia cùm infructuosas ac reprobas mentes aspiciunt, vim suæ prædicationis non exhibent, sed potius lugentes silent. Quid enim etiam pertorrentem, nisi huius mortalis vitę cursus exprimitur? De quo rur
Psalm. 109 sum per prophetã dicitur: De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput: quia videlicet redemptor noster mortalis vitæ pœnam in quodam transitu attigit, & idcirco diu eidẽ morti cui sponte succubuit, non inhæsit. Vnde die tertia hoc quod moriendo posuerat, resurgendo caput eleuauit. Quid est ergo quod de Behemoth isto dicitur: Circũdabunt eum salices torrentis: nisi quòd amatores vitæ mortalis, à bonis actibus quasi à fructibus alieni, tanto illi arctius inhærent, quanto eos largius delectatio trãsitoriæ voluptatis infundit? Hos enim quasi in radicibus torrẽs rigat, dum in suis cogitationibus amor vitæ carnalis inebriat. Qui scilicet more salicum fructus non ferunt, sed in foliis viridescunt: quia eæ quæ grauia ad dicendum non sunt, aliquando honestatis verba proferunt, sed nullum vitę pondus ex bonis operibus ostendũt. Bene igitur dicitur:
C Circundabunt eum salices torrentis: quia infructuosi quique dum amori vitę temporalis inseruiunt, antiquo hosti peruersis moribus familiarius obsequuntur.

Caput. V I I.

Sed quia quid ei à suis clientibus impẽdatur audiuimus: nunc etiam quid in illis agat ipse, audiamus. Sequitur:

Quòd non solum ante aduentum Christi diabolus ad se rapuerit infideles, sed etiam multos ex his qui renati sunt in Christo, deglutire se posse confidat.

Absorbebit fluuium, & non mirabitur, & habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius.) Quid enim hoc loco fluuij nomine, nisi humani generis decursio designatur? quæ velut à fontis sui origine nascendo surgit, sed quasi ad ima defluens moriendo pertransit. Qui autem signantur appellatione Iordanis, nisi qui iam imbuti sunt sacramento baptismatis? Quia enim redemptor noster in hoc flumine baptizari dignat' est, eius nomine debent omnes baptizati exprimi: in quo hoc ipsum contigit sacramentum baptismatis inchoari. Quia igitur Behemoth iste à mundi origine exortum (vix paucis electis euadentibus) humanum genus in ima defluens, vsque ad redemptoris tempora quasi quendam in se fluuium traxit: bene nunc dicitur: Absorbebit fluuium, & non mirabitur. Quia verò & post mediatoris aduentum quosdam qui rectè viuere negligunt, etiam fideles rapit: rectè subiungitur: Et habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius. Ac si apertè dicere-

tur: Ante redemptorem mundi mundum non miratus absorbuit, sed quod est grauius, etiam post redemptoris aduentum quosdam qui baptismatis sacramento signati sunt, deglutire se posse confidit. Alios nanque sub Christianitatis nomine positos deuorat: quia in ipso eos fidei errore supplantat. Alios à rectitudine fidei nequaquam deuiat, sed ad vsum praue operationis inclinat. Alios quantum vult in operatione immũditiæ inflectere non valet, sed apud semetipsos intus in studio intentionis intorquet: vt dum à charitate mẽtem diuidunt, rectum non sit quicquid extrinsecus operentur. Et fidem tenent: sed vitã fidei non tenent: quia aut apertè illicita faciunt: aut ex peruerso corde quæ agunt, praua sunt, etiam si sancta videantur. Quia enim nonnulli confitendo fideles sunt, nõ viuẽdo: hinc est quod voce veritatis dicitur: Non omnis qui dicit mihi do- *Matth. 7.*
mine, domine, intrabit in regnum cœlorum. Hinc rursum ait: *Luc. 6.*
Quid autem vocatis me domine domine, & non facitis quæ *ad Titũ. 1.*
dico? Hinc Paulus ait: Confitentur se nosse deum: factis autem *1. Ioan. 2.*
negant. Hinc Ioannes dicit: Qui dicit se deum nosse, & mandata eius non custodit, mendax est. Hinc est quod de ipsa sua prima plebe dominus conqueritur dicens: Populus hic labiis *Marci. 7.*
me honorat: cor autem eorum longe est à me. Hinc etiã Psal- *Psal. 77.*
mista ait: Dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mẽtiti sunt ei. Sed minimè mirum fuit quòd Behemoth iste ante lauacri vndam, ante sacramẽta cœlestia, ante corpoream præsentiam E
redemptoris humani generis fluuium hiatu profundę persuasionis absorbuit: sed hoc valde mirum, hoc valde terribile est: quia multos aperto ore etiam post cognitionem redemptoris susceptor: post lauacri vndam polluit: post sacramenta cœlestia ad inferni profundum rapit. Dicatur ergo, dicatur terribiliter voce veritatis: Absorbebit fluuium, & non mirabitur, & habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius. Neque enim pro magno diabolus habuit quòd infideles tulit, sed toto nunc annisu in illorum mortẽ se erigit, quos contra se regeneratos tabescit. Nemo igitur sibi fidem sine operibus sufficere posse cõfidat, cùm scimus quòd scriptum sit: Fides sine operibus mor- *Iaco. 2.*
tua est: Nullus Behemoth morsum ex sola cõfessione fidei plenè euasisse se existimet: quia iam quidem fluuium absorbuit, sed adhuc Iordanem sitit, & totiens in os illius Iordanis fluit, quotiens Christianus quisque ad iniquitatem defluit. Os quidem eius iam fide nos subleuante fugimus: sed magno studio curandum est, ne in hac lubrica operatione dilabamur. Si ambulandi cautela negligitur, incassum credendo rectum iter tenetur: quia via quidem fidei ad cœlestem patriam proficit, sed offendentes minimè perducit.

Caput. V I I I.

Habemus adhuc quod hac in re subtilius perpendamus. Hi enim quos per Iordanem diximus exprimi: possunt per fluuium designari. Qui enim fidem iam veritatis agnouerunt, sed viuere fideliter negligunt, rectè fluuius dici possunt: quia videlicet deorsum fluunt. Iordanis verò Hebræo vocabulo descensio eorum dicitur. Et sunt nonnulli qui viam veritatis appetentes semetipsos abiiciunt: atque à vitæ veteris elatione descendunt: cumque æterna cupiunt, valde se ab hoc mundo alienos reddunt, dum non solum aliena non appetũt, sed etiam sua derelinquunt, & non solum in eo gloriam non quærunt, sed hanc cùm se obtulerit etiam contemnunt. Hinc est enim quod voce veritatis dicitur. Si *Luc. 9.*
quis vult venire post me, abneget semetipsum. Semetipsum enim abnegat, qui calcato typho superbiæ, ante dei oculos esse se à se alienum demonstrat. Hinc Psalmista ait: Memor ero *Psal. 41.*
tui de terra Iordanis & Hermoniim. Iordanis quippe, vt dixi, descensio: Hermoniim autem anathema, id est, alienatio interpretatur. De terra igitur Iordanis & Hermoniim deo reminiscitur: qui in eo quòd semetipsum deiicit, atque à se alienus existit, ad conditoris sui memoriam reuocatur. Sed antiquus hostis hoc pro magno non habet: quod sub iure suæ tyrannidis terrena quærentes tenet. Propheta quippe attestante cognouimus, quia esca eius electa. Neque enim mirum deputat, si eos absorbeat, quos superbia erigit, auaritia tabefacit, voluptas dilatat, malitia angustat, ira inflammat, discordia separat, inuidia exulcerat, luxuria inquinans necat. Absorbebit ergo fluuium, & non mirabitur: quia pro magno non æstimat cùm eos deuorat, qui per ipsa suę vitæ studia deorsum

currunt,

G currunt, sed illos magnopere rapere nititur, quos despectis terrenis studiis, iungi iam cœlestibus contemplatur. Vnde absorpto fluuio rectè subiungitur.

Caput. I X.

ET habet fiduciã quòd influat Iordanis in os eius.) quia illos insidiando rapere appetit, quos pro amore supernæ patriæ à præsentis vitæ gloria semetipsos deiicere agnoscit. Nonnulli quippe mundum deserunt: honore transeuntium vana derelinquunt, & ima humilitatis appetentes, humanæ conuersationis morem bene viuendo transcendunt: atque in tanta studiorum arce proficiunt, vt signorum iam virtutes operentur: sed quia semetipsos circunspiciendo tegere negligunt, inanis gloriæ telo percussi, peius de alto ruũt. Hinc est enim quòd æternus iudex qui occulta cordis examinat, eiusdem ruinæ casum prænuncians intentat, cùm dicit: Multi dicẽt mihi in illa die: domine domine: nónne in nomine tuo prophetauimus: & in nomine tuo dæmonia eiecim⁹, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nũquam noui vos: discedite à me qui operamini iniquitatem, nescio qui estis. Hinc etiam per prophetam dicitur: Vocauit dominus iudicium ad ignem, & deuorabit abyssum multam: & comedet partem domus domini. Iudicium quippe ad ignẽ vocatur, cùm iustitiæ sententia ad pœnam iam æternæ concremationis ostenditur. Et multam abyssum deuorat: quia inH quas atque incomprehensibiles hominum mentes cõcremat: quę nunc se hominibus etiam sub signorum miraculis occultant. Pars autem domus domini comeditur: quia illos quoque gehenna deuorat, qui nunc quasi in sanctis actibus de electorum numero se esse gloriantur. Qui ergo hic Iordanis: ipsi illic pars domus domini vocantur. Antiquus ergo hostis habet fiduciam quod in os eius, & Iordanis influat: quia nõnũquam calliditatis suę insidiis eos etiam qui iam electi putãtur necat.

Matth. 7.

Amos. 7.

Caput. X.

SEd cuius cordis duritiam non ista domini verba perturbent? cuius mentis constantia non ab intimis cogitationum radicibus quatiatur: cùm hostis noster tantę esse contra nos fortitudinis demonstratur? Nullum ne erit consolationis adiutorium? Erit certe. Nam subditur:

Quòd in carne sua Christus diuinitatem abscondit, & quòd hamo captus sit diabolus in oculis.

In oculis eius quasi hamo capiet eum. Notandum valde est quod scripturæ suæ verba misericorditer temperans deus: modo nos asperis incitationibus terret: modo blandis consolationibus refouet, & terrorem fomentis miscet, & fomenta terrori: vt dum circa nos vtrunque mira magisterij arte temperatur, nec desperatè inueniamur territi, nec incautè securi. Nam cùm Behemoth astutas insidias, atque effrenatas vires
I multiplicibus sententiis indicasset: protinus vnigeniti filij sui redemptoris nostri commendat aduentum, & quo ab illo ordine Behemoth iste sit perimendus insinuat: vt quia cor nostrum narrata illius virtute perculerat: mœrorem nostrum citius indicata eius perditione releuaret. Igitur postquam dixit: Absorbebit fluuium & nõ mirabitur, & habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius: ipsum ilico dominicæ incarnationis aduentum annunciat, dicens: In oculis eius quasi hamo capiet eum. Quis nesciat quòd in hamo esca ostenditur, aculeus occultatur? Esca enim prouocat, vt aculeus pungat. Dominus itaque noster ad humani generis redemptionem veniens: velut quendam de se in necem diaboli hamum fecit. Assumpsit enim corpus, vt in eo Behemoth iste quasi escam suam mortẽ carnis appeteret. Quam mortem dum in illo iniustè appetit: nos quos quasi iustè tenebat amisit. In hamo ergo eius incarnationis captus est: quia dum in illo appetit escam corporis, transfixus est aculeo diuinitatis. Ibi quippe inerat humanitas, quæ ad se deuoratorem duceret: ibi diuinitas quæ perforaret: ibi aperta infirmitas quæ prouocaret: ibi occulta virtus quæ raptoris faucem transfigeret. In hamo igitur captus est: quia inde interiit vnde deuorauit. Et quidem Behemoth iste filium dei incarnatum nouerat, sed redemptionis nostræ ordinẽ nesciebat. Sciebat enim quod pro redemptione nostra incarnatus dei filius fuerat, sed omnino quod idem redemptor noster illum moriendo transfigeret, nesciebat. Vnde & bene dicitur:

Quomodo Behemoth filium Dei incarnatũ nouerat.

In oculis eius quasi hamo capiet eum. In oculis quippe habere dicimus, quod coram nobis positum videmus. Antiquusve rò hostis humani generis redẽptorem ante se positum vidit, quem cognoscendo confessus, confitendo pertimuit, dicens: Quid nobis & tibi fili dei? Venisti ante tempus torquere nos? *Matth.* In oculis itaq; suis hamo captus est, quia & nouit, & momordit, & cognouit prius quem pertimesceret, & tamen pòst non timuit, cùm in illo quasi escam propriam mortem carnis esuriret. K

Caput. X I.

IGitur quia caput nostrum per se quid fecit audiuimus: nũc per membra sua quid faciat, audiamus. Sequitur:

Quòd subtilissimas astutias dæmonum perforare possit, & penetrare acutissima intentio, & infatigabilis repugnãtia sanctorum.

Et in fudibus perforabit nares eius.) Quid aliud fudes, id est, palos accipimus: qui videlicet acuuntur vt figantur: nisi acuta sanctorum consilia? Quæ huius Behemoth nares perforant, dum sagacissimas eius insidias, & vigilando circunspiciunt, & superando transfigunt. Per nares verò odor trahitur, & deducto flatu hoc agitur, vt res etiam quæ longè est posita, cognoscatur. Naribus ergo Behemoth callidæ eius insidiæ designantur: per quas sagacissimè nititur, & occulta cordis nostri bona cognoscere: & hæc pessima persuasione dissipare. In fudibus itaq; dominus nares eius perforat: quia callidas eius insidias acuris sanctorum sensibus penetrãs eneruat. Sæpe autem bonorum vias tanta insidians arte circunuolat: vt per ea quæ ab eis bene gesta cognouerit, ad malitiam aditum quęrat. Nã vnde alium largiri quid conspicit, inde alium in discordiæ flãma succendit: & cùm hunc respicit misereri, illi persuadet irasci: vt dum bonũ quasi non communiter factum insinuat, concordes animos à bono gratię cõmunis abscindat. Quia enim iustorum mentes ad mala suadendo non valet frangere, bonis satagit actibus inter eas mala seminare. Sed sancti viri has eius insidias tanto celerius vincunt, quanto & subtilius deprehendunt. Quod melius ostendimus, si vnum è multis assertoribus veritatis in testimonium Paulum vocemus: sub quo quidam Corinthius dum incesti facinus perpetrasset: eum doctor egre *1. Cor.* gius in carnis interitum ad satisfactionem pœnitentiæ Satanę tradidit: & in diem domini saluum eius spiritum reseruauit. Magna quippe arte magisterij ipsi est traditus coactus in pœnam: cui sponte est substratus in culpa: vt qui auctor fuerat ad vitium nequitiæ, ipse flagellum fieret disciplinæ. Qua tamẽ bene gesta pœnitentia, dum cognouisset Corinthios super eum iam misericorditer motos, ait: Cui aliquid donastis & ego: nã & ego quod donaui: si quid donaui: propter vos in persona Christi. Communionis verò gratiam cogitans ait: Cui aliquid *2. Cor.* donastis, & ego. Ac si diceret: A bono vestro non dissentio: meum sit quicquid ipsi fecistis. Atque mox subdidit: Et ego si M quid donaui, propter vos. Ac si diceret: Vestris actibus bonũ addidi: quicquid propter vos misericorditer feci. Vestra ergo est vtilitas, bonitas mea: mea est vtilitas, bonitas vestra. Qui ipsam mox compagem cordium in qua sic tenetur: adiungẽs subdidit: In persona Christi. Cui velut si dicere præsumamus, quare te ita cautè discipulis copulas? quare vel te illorum, vel illos tuis actionibus tam sollicita mente conformas? ilicò subiunxit: Vt non circũueniamur à Satana. Cuius sagaces insidias quam acuto sensu transfigat, insinuat subdens: Non enim ignoramus cogitationes eius. Ac si verbis aliis dicat: Acuti auctore domino fudes sumus, & nares Behemoth iltius subtiliter circunspiciendo penetramus, ne hoc quòd bene mens inchoat, ipse in malitiæ finem vertat.

Caput. X I I.

POssunt per fudes acuta ipsius per carmen manifestatæ sapientiæ verba signari: vt quia naribus odor trahitur, per Behemoth nares illa antiqui hostis exploratio figuretur. Qui cùm deum incarnatum esse dubitaret, hoc expetitis miraculis voluit tentando cognoscere, dicens: Si filius *Matth.* dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Quia ergo signorum indiciis odorem diuinitatis eius cognoscere concupiuit, quasi flatum naribus traxit. Sed dum ei protinus respondetur, Non in pane solo viuit homo: &, Non tentabis dominum Deum tuum:

A mum: quia sententiarum suarum acuminibus indagationem antiqui hostis veritas perculit, quasi nares eius fudibus perforauit. Sed quia Behemoth iste per varia fraudum argumenta distenditur: adhuc adiuncto & alio nomine notatur: Nam subditur:

Quòd per incarnationem Christi captus sit diabolus: & lingua istius falsitatis ad Euangelij veritatem ligata, & coniuncta conticuit.

An extrahere poteris Leuiathan hamo?) Leuiathan quippe additamentum eorum dicitur. Quorum videlicet nisi hominum? quibus semel culpam pręuaricationis intulit, & hanc vsque ad æternam mortem quotidie pessimis suggestionibus extẽdit. Quibus dum reatum fœnore peccati multiplicat pœnas proculdubio sine fine coaceruat. Potest quoque Leuiathã etiam per irrisionem vocari. Primo quippe homini persuasione callida diuinitatem additurum se perhibuit, sed immortalitatem tulit. Additamentum ergo hominum per irrisionem dici potest: quibus dum hoc quod non erant se addere spopondit, etiam hoc quod erant fallendo subtraxit. Sed Leuiathan iste hamo captus est: quia in redemptore nostro dum per satellites suos escam corporis momordit, diuinitatis illum aculeus perforauit. Quasi hamus quippe fauces glutientis tenuit: dum in illo & esca carnis patuit, quam deuorator appeteret, &
B diuinitas passionis tempore latuit quæ necaret. In hac quippe aquarum abysso, id est, in hac immensitate generis humani: ad omnium mortem inhians, vitam penè omnium vorans: huc illucque aperto ore cetus iste ferebatur, sed ad mortem ceti istius hamus in hac aquarum profunditate caliginosa, mira est dispositione suspensus. Huius hami linea illa est per Euangelium antiquorum patrum propago memorata. Nam cum di-
Matt. 1. citur: Abraham genuit Isaac: Isaac genuit Iacob: cumque cæteri successores interposito Ioseph nomine vsque ad Mariam virginem desponsatam describuntur: quasi quædam linea tor quetur: in cuius extremo incarnatus dominus, id est, ham' iste ligaretur: quem in his aquis humani generis dependentem aperto ore iste cetus expeteret, sed eo per satellitum suorum sæuitiam morso, mordendi vires vlterius non haberet. Ne ergo iste humanis mortibus cetus insidians, quos vellet vltrà deuoraret: hamus hic raptoris fauces tenuit, & sese mordentem momordit. Incarnationem igitur vnigeniti filij fideli famulo indicans deus, ait: An extrahere poteris Leuiathan hamo? Subaudis, vt ego: qui ad raptoris mortem incarnatum vnigenitum filium mitto: in quo dum mortalis caro conspicitur, & immortalitatis potentia non videtur: quasi hamus quidam inde deuorantem perimit, vnde acumen potentiæ quo transfigat occultat. Sequitur: Et sune ligabis linguam eius?) Subaudis, vt ego. Scriptura enim sacra sune aliquando dimensionem sortes: ali-
C quando peccata, aliquando fidem designare consueuit. Nam
Psalm. 15. propter hæreditarias dimensionum sortes dicitur: Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi. Funes quippe in prędaris cadunt, dum per humilitatem vitæ, sortes nos patriæ melioris excipiunt. Rursum quia sune
Isaiæ. 5. peccata signantur, per prophetam dicitur: Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Iniquitas nanque in funiculis vanitatis trahitur, dum per augmentum culpa protelatur. Va
Psalm. 118. de & per Psalmistam dicitur: Funes peccatorum circumplexi sunt me. Quia enim funis addendo torquetur, vt crescat: non immeritò peccatum in sune figuratur: quod peruerso corde sæpe dum defenditur, multiplicatur. Rursum sune fides exprimitur: Salomone attestante, qui ait: Funiculus triplex difficile
Eccles. 4. rumpitur: quia fides videlicet quæ de cognitione trinitatis ab ore prædicantium texitur: fortis in electis permanens, in solo reproborum corde dissipatur. Hoc itaque loco funis nomine siue peccatum, siue fidem nil obstat intelligi.

Caput. XIII.

INcarnatus etenim dominus noster sune Leuiathan linguã ligauit: quia in similitudine carnis peccati apparuit, & omnia errorum eius prædicamenta damnauit. Vnde Paulo
Roma. 8. attestante dicitur: Et de peccato damnauit peccatum. Sune linguam ligauit: quia per similitudinem carnis peccati, ab electorum suorum cordibus cuncta eius fallaciæ argumenta destruxit. Ecce enim apparente in carne domino, Leuiathan lingua ligata est: quia eius veritate cognita, illæ falsitatis doctri D næ tacuerunt. Vbi enim nunc est Academicorũ error: qui certè conantur astruere certum nil esse: qui impudenti fronte assertionibus suis fidem ab auditoribus exigunt, cùm vera esse nulla testantur? Vbi mathematicorum superstitio, qui dum signorum cursus suspiciunt, vitas hominum in siderum momẽta suspendunt? Quorum apertè doctrinam sæpe geminorum natiuitas dissipat, qui cum vno eodemque momento horæ prodeant, non in vna conuersationis qualitate perdurant. Vbi tot prędicamenta falsitatis quæ enumerare fugimus: ne ab exponendi ordine longè recedamus? Sed cuncta iam erroris doctrina conticuit: quia Leuiathan linguam dominus incarnationis suæ sune constrinxit. Vnde bene etiam per prophetã Esaiæ. 11. dicitur: Et desolabit dominus linguã maris Aegyptij. Lingua quippe maris est sciẽtia doctrinę secularis. Bene autẽ mare Aegyptium dicitur: quia peccati obscuritate fuscatur. Linguam ergo maris Aegyptij dominus desolauit: quia huius mundi falsam sapientiam per carnem se ostendendo destruxit. Sune ergo Leuiathan lingua constringitur: quia per similitudinẽ carnis peccati, ligata est prædicatio vetusti peccatoris. Si autem fides sune signatur: idem nobis iterum intellectus innuitur: quia dum per prædicatores sanctos in mundo fides trinitatis innotuit, contra electorum mentes erumpere mundi doctrina cessauit. Vnde bene domino per prophetam dicitur: Tu dirupi- Psalm. 73.
sti fontes & torrentes: tu siccasti fluuios Ethan. Ethan quippe E
interpretatur fortis. Et quis est hic fortis, nisi de quo per Euãgelium dominus dicit: Nemo potest vasa fortis ingressus do- Marci. 3.
mum diripere, nisi prius fortem alliget? Fontes itaque & torrẽtes dominus dirupit: dum in Apostolorum suorum cordibus fluenta veritatis aperuit. De quibus rursum per prophetam alium dicitur: Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Ad eorum quippe doctrinam sitientes pergimus: vt veritatis plenas cordium nostrorum lagunculas reportemus. Sed emanantibus suis fontibus Ethan fluuios exiccauit: dum doctrinam fortis, & maligni spiritus ostenso radio suæ veritatis arefecit. Leuiathan ergo lingua sune stringitur: quia extensa fide trinitatis, errorum prædicamenta siluerunt. Sed quia iam se apertè extollere non valet: huc illucque circũiens per insidias mordet.

Caput. XIIII.

MIra autem misericordia contra hunc pro nobis dominus vigilat, atque eum & in hoc quod fraudibus molitur expugnat. Vnde subditur:

Quòd astutiam diaboli per quam humani generis fragilitatem explorat, & odoratur, deus omnipotens iudicij sui potestate confringat, & perforata eius maxilla homines quos iam per peccati commissionem inter fauces tenebat, inde extrahat: si per pœnitentiam exitum, & reditum ad vitam aperiat.

Nunquid pones circulum in naribus eius?) Sicut per nares F
insidiæ: ita per circulum diuinæ virtutis omnipotentia designatur. Quæ cùm apprehendi nos tentationibus prohibet, miris ordinibus antiqui hostis insidias circumplectens tenet, Circulus ergo ei in naribus ponitur, dum circunducta protectionis supernæ fortitudine eius sagacitas retinetur: ne contra infirmitatem hominum tantum prævaleat quantum perditionis argumenta latenter explorat. Potest etiam circuli nomine, occulti iudicij adiutoriũ designari: quod in huius Behemoth narib' ponitur: cùm à calida sua crudelitate refrenatur. Vnde bene per prophetam cùm ab Israëlitarum læsione prohibetur, regi Babylonię dicitur: Ponam circulum in naribus tuis. Ac si apertè diceretur: Cogitãdo insidias suspiras: sed ex- Esaiæ 137.
plere quod appetis non valendo omnipotẽtiæ meæ circulum in naribus portas, vt cùm bonorum mortem ardentius anhelas, ab eorum vita vacuus redeas. Quod verò hoc loco circulum, hoc scriptura sacra per Ioannẽ in Apocalypsi falcem vo- Apoca. 14.
cat. Ait enim: Vidi, & ecce nubes candida: & super nubẽ sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronã auream, & in manu sua falcem acutam. Potestas enim diuini iudicij, quia vndique stringit, circulus dicitur: & quia intra se omnia incidendo amplectitur, falcis appellatione signat. In falce enim

G enim quicquid inciditur, quaquauersum flectitur, intus cadit. Et quia potestas superni iudicij nullatenus euitatur, intra ipsam quippe sumus: quolibet fugere conemur, rectè cùm venturus iudex ostèditur, falcem tenere perhibetur: quia cùm potenter ad omnia obuiat, incidendo circundat. Esse se intra iu-
Psalm.138. dicij falcem propheta vidit, cùm diceret: Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades. Si sumpsero pẽnas meas ante lucem: & habitauero in extremis maris: etenim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua. Intra quandam falcem se vidit: cùm ex nullo sibi loco patere fugæ
Psalm.74. aditum posse cognouit, dicens: Quia neque ab oriente, neq; ab occidente, neque à desertis montibus: subaudis, patet via fugiendi. atq; mox ipsam supernæ potentiæ omnimodam cõprehensionem subdens, ait: Quoniam deus iudex est. Ac si diceret: Fugiendi via vndique deest: quia ille iudicat, qui vbiq; est. Diuina itaque iudicia sicut signantur falce: quia circumuallantia incidunt, ita exprimuntur circulo: quia vndique stringunt. In Leuiathã itaque naribus à domino circulus ponitur: quia iudicij eius potentia in insidiis suis ne quantum vult prævaleat coarctatur. Dicatur ergo: Nunquid pones circulum in naribus eius? Subaudis, vt ego: qui astutas eius insidias omnipotenti iudicio constringo: vt nec tãtum tentet, quantum appetit: nec tantum capiat, quantum tentat. Sequitur: Aut armilla perforabis maxillam eius?) Ab intellectu circuli armilla
H non discrepat: quia ipsa hoc quoque vbi ponitur, ambiendo constringit. Sed quia armilla latius tenditur, per armillam occulti eius iudicij erga nos protectio impensior designatur. Armilla ergo dominus maxillam Leuiathan istius perforat: quia ineffabili misericordiæ suæ potentia sic malitiæ antiqui hostis obuiat: vt aliquando eos etiã quos iam cœpit amittat, & quasi ab ore illius eadunt, qui post perpetratas culpas ad innocentiam redeunt. Quis enim ore illius semel raptus maxillam eius euaderet, si perforata non esset? An non in ore Petrum tenuit, cùm negauit? An non in ore Dauid tenuit, cùm in tantam se luxuriæ voraginem mersit? Sed cùm ad vitam vterque per pœnitentiã rediit: Leuiathan iste eos aliquo modo quasi per maxillæ suæ foramina amisit. Per foramen ergo maxillæ ab eius ore subtracti sunt: qui post perpetrationem tantæ nequitiæ pœnitendo redierunt. Quis autem hominum Leuiathã istius os euadat, vt nulla illicita committat? Sed hinc cognoscimus quantum redẽptori humani generis debitores sumus, qui non solum nos in os Leuiathan ire prohibuit: sed ab ore etiam redire concessit: qui spem peccatori non abstulit: quia maxillam eius vt euadendi viam tribueret, perforauit: vt saltẽ post morsum fugiat, qui incautus prius morderi nequaquã metuebat. Vbique ergo nobis occurrit superna medicina: quia & dedit homini præcepta ne peccet, & tamen peccanti dedit remedia
I ne desperet. Vnde cauendum summopere est, ne quis delectatione peccati Leuiathan istius ore rapiatur, & tamen si raptus fuerit, non desperet: quia si peccatum perfectè lugeat, adhuc foramen in maxilla eius inuenit per quod euadat. Iam dentibus teritur, sed adhuc si euadendi via quæritur, in maxilla eius foramen inuenitur. Habet etiam captus quo exeat, qui præuidere noluit ne caperetur. Quisquis ergo nondum captus est, maxillam eius fugiat: quisquis verò iam captus est, in maxilla foramen quærat.

Caput. XV.

PIus enim ac iust⁹ est cõditor noster. Sed nemo dicat: qa pius est, venialiter pecco. Et nemo qui peccauerit dicat: quia iustus est, de peccati remissione despero. Relaxat enim deus facinus quod defletur, sed perpetrare quisq; timeat quod si dignè deflere possit ignorat. Ante culpam ergo iustitiam metuat, post culpam tamen de pietate præsumat: neque ita iustitiã timeat, vt nulla spei consolatione conualescat: neq; ita cõfidat de misericordia, vt adhibere vulneribus suis dignæ pœnitentiæ negligat medicinam, sed quem præsumit sibi piè parcere, semper etiam cogitet, & districtè iudicare. Sub pietate itaque eius spes peccatoris gaudeat, sed sub districtione illius pœnitentis correctio contremiscat. Spes igitur præsumptionis nostræ habeat etiam morsum timoris: vt ad corrigenda peccata iustitia iudicantis terreat, quem ad fiduciã veniæ gratia par-
Eccli. 5. centis inuitat. Hinc enim per quendam sapientem dicitur: Ne dixeris, miserationes domini multæ sunt, peccatorum meorũ K non memorabitur. Pietatem nãque eius protinus, & iustitiam subdit, dicens: Misericordia enim & ira ab illo. Diuina itaque clementia maxillam Behemoth istius perforans, vbiq; humano generi, & misericorditer, & potenter occurrit: quia nec libero admonitionem præcauendi tacuit, nec capto remedium fugiendi subtraxit. Ad hoc quippe in scriptura sacra virorum talium, id est, Dauid & Petri peccata sunt indita, vt cautela minorum sit ruina maiorum. Ad hoc verò vtrorũq; illic, & pœnitentia insinuatur & venia, vt spes pereuntium sit recuperatio perditorum. De statu ergo suo Dauid cadẽte nemo superbiat. De lapsu etiam suo Dauid surgente nemo desperet. Ecce quam mirabiliter scriptura sacra eodẽ verbo superbos premit, quo humiles leuat. Vnam nanque rem gestam retulit, & diuerso modo superbos quidem ad humilitatis formidinem: humiles verò ad spei fiduciam reuocauit. O inæstimabile noui generis medicamentum: quod vno eodemq; ordine positũ, & premendo tumentia excitat, & subleuãdo arentia infundit. De maiorum nos lapsu terruit, sed de reparatione roborauit. Sic quippe semper, sic nos diuinæ dispensationis misericordia & superbiẽtes reprimit, & ne ad desperationẽ corruam⁹ sulsit.

Quid sit quod Moyses dicit: Non accipies loco pignoris superiorem, vel inferiorem molam.

Caput. XVI.

VNde etiam per Moysen admonet, dicens: Non accipies loco pignoris superiorem, aut inferiorem molã. L
Deut. Accipere nanque aliquando dicimus auferre. Vnde & aues illæ quæ sunt rapiendis auibus auidæ, accipitres vocantur. Vnde Paulus apostolus dicit: Sustinetis enim si quis deuorat, si quis accipit. Ac si diceret: Si quis rapit. Pignus verò debitoris, est confessio peccatoris. A debitore enim pignus accipitur: cùm à peccatore iam peccati cõfessio tenetur. Superior autem & inferior mola, est spes & timor. Spes quippe ad alta subuehit: timor autem cor inferius premit. Sed mola superior & inferior ita sibi necessariò iunguntur, vt vna sine altera inutiliter habeatur. In peccatoris itaque pectore incessanter debet spes, & formido coniungi: quia incassum misericordiam sperat, si nõ etiam iustitiam timeat: incassum iustitiam metuit, si non etiam de misericordia confidat. Loco igitur pignoris mola superior, aut inferior tolli prohibet: quia qui peccatori prædicat, tanta dispensatione componere prædicationem debet: vt nec derelicta spe timorem subtrahat, nec subtracta spe, in solo eum timore derelinquat. Mola enim superior, aut inferior tollitur. si per prædicantis linguam in peccatoris pectore, aut timor à spe, aut spes à timore diuidatur. Sed quia exigente causa Dauid ad medium deducto, tanti facinoris memoriam fecimus: lectoris fortasse animus mouetur: cur eos omnipotẽs deus quos imperpetuum elegit: quos ad donorum quoque spiritalium culmen assumpsit: illæsos à corporalibus vitiis non custodit. Vnde quia satisfieri citius credimus, breuiter respon M demus. Nonnulli enim per accepta dona virtutum, per impẽsam gratiam bonorum operum, in superbiæ vitium cadunt. sed tamen quo ceciderint, non cognoscunt. Proinde cõtra eos hostis antiquus, quia iam interius dominatur etiam exterius sæuire permittitur: vt qui in cogitatione elati sunt, per carnis luxuriam prosternantur. Scimus autem quia aliquãdo minus est in corporis corruptionem cadere, quàm cogitatione tacita ex deliberata elatione peccare, sed cùm minus turpis superbia creditur, minus vitatur. Luxuriã verò eo magis erubescũt homines quo simul omnes turpem nouerunt. Vnde fit plerũque vt nonnulli post superbiam in luxuriam corruentes ex aperto casu malum culpæ latentis erubescant, & tunc etiã maiora corrigunt, cùm prostrati in minimis grauius confunduntur. Reos enim se inter minora conspiciunt, qui se liberos inter grauiora crediderunt. Pia ergo domini dispensatione laxatus nonnunquam Behemoth iste de culpa ad culpam trahit, & dum plus percutit, inde eum quem ceperat amittit: atque vnde victisse cernitur, inde superatur. Considerare libet intra munitum gratiæ sinum, quanto deus fauore misericordiæ nos continet. Ecce qui de virtute se extollit, per vitium ad humilitatem redit.

Caput. XVII.

Qui

QVi verò acceptis virtutibus extollitur, non gladio, sed (vt ita dixerim) medicamento vulneratur. Quid est enim virtus nisi medicamentum? & quid est vitiū nisi vulnus? Quia ergo nos de medicamēto vulnus facimus, facit ille de vulnere medicamentum: vt qui virtute percutimur, vitio curemur. Nos nanque virtutum dona retorquemus in vsum vitiorum: ille vitiorum illecebras assumit in artem virtutum, & salutis statum percutit vt seruet: vt qui humilitatem currentes fugimus, ei saltem cadentes hæreamus. Sed inter hæc sciendum est quod plærique hominum quo in multis corruunt, arctius ligantur, cúmque eos Behemoth iste ex vno vitio percutit vt concidant, ex alio quoque illigat ne resurgant. Consideret itaque homo cum quo hoste bellum gerat, & si iam se in aliquo deliquisse perpēdit, saltem ad culpam pertrahi ex culpa pertimescat: vt studiosè vitentur vulnera, quibus frequenter interficit: quia valde rarum est quod hostis noster electorum saluti etiam vulneribus seruit. Maxilla tamen Behemoth istius perforata intelligi, & aliter potest: vt in ore tenere dicatur non quos iam perfectè peccato implicauit, sed quos iam adhuc peccati persuasionibus tentat, quatenus ei quemlibet mandere, sit de peccati eum delectatione tentare. Mandendum quidem, sed non deglutiendū acceperat Paulum: quando illum post tot reuelationum sublimia, stimulis carnis agitabat. Tunc ergo cùm contra illum licentiam tentationis accepit: in maxilla eum tenuit, sed perforata. Qui verò elatus perire poterat: tentatus est ne periret. Tentatio ergo illa non vorago vitiorum, sed custodia meritorū fuit: quia Leuiathan iste fatigando eum in afflictione contriuit, sed non in culpa capiendo deuorauit. Elatos autē in sanctitate viros non amitteret, nisi tentaret. Sancti quippe non essent qui de sanctitatis gloria superbirent: & tanto sub eius iure caderēt, quanto se in suis virtutibus eleuarent. Sed miro dispensationis ordine dum tentantur, humiliantur: dum humiliantur, eius esse iam desinunt. Bene ergo maxilla Behemoth istius perforata dicitur: quia electos dei vnde conterit, inde amittit: vnde tentat vt perdat, agit inde ne pereant. Antiquus itaque hostis occultis dei dispensationibus seruiēs, sanctorum animas ad interitum tentat volens, sed ad regnum tentando seruat inuitus. Maxilla ergo eius perforata est, quia eos quos tentando, idest, mandendo conterit, quasi cū deglutit amittit. Quod quia non humana, sed diuina prouidentia agitur: vt vtilitati iustorum ipsa vetusti aduersarij astutia suffragetur: quatenus cum electos tentat, eo magis tētando custodiat, bene ad beatum Iob dicitur: Aut armilla perforabis maxillā eius? Subaudis, vt ego: qui prouidè cuncta disponens, electos meos inde robustius in integritate custodio: vnde eos per maxillam Leuiathan istius labefactari aliquo modo ab integritate permitto. Sequitur:

Quod in die iudicij supplicium, & pœnitentia impiorum in irritum erit.

Caput. XVIII.

NVnquid multiplicabit ad te preces: aut loquetur tibi mollia? Subaudis, vt mihi: Si enim ad personam filij hæc verba referantur, incarnato ei mollia loquebatur cùm diceret: Scio quia sis sanctus dei. Ad quem Leuiathan iste multiplicauit preces, cùm per subditam sibi legionem dixit: Si eiicis nos, mitte nos in gregem porcorum. Quanus intelligi potest apertius: quia ad dominum preces multiplicat, cùm extremi die iudicij iniqui qui eius corpus sunt, sibi parci deprecantur: cùm membra eius videlicet reprobi ferò clamātes dicunt: Domine domine, aperi nobis. Quibus protinus dicitur: Nescio vos vnde sitis. Tūc etiam domino per membra sua mollia loquet: quando multi ex eius corpore dicturi sunt: Domine domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Mollia quidem deprecantes dicunt, cùm eius nomine replicant quæ fecerunt, sed duro corde illa cùm facerent, in suam laudem rapuerunt. Vnde mox audiunt: Nescio qui estis. Sequitur:

Luc. 4.
Matth. 8.
Matth. 25.
Matth. 7.

Quòd diabolus in hac vita nesciens sanctorum vsibus seruit, & tentationis licentia quasi ex pacto accepta, voluntatem suam implet tentando, sed voluntate dei ligatur, vt electos, & volens tentet, & nesciens probet.

Nunquid feriet tecum pactum? Subaudis, vt mecum.) Et accipies eum seruum sempiternum? Subaudis, vt ego. Sed valde solerter intuendum est quod pactum cum domino Leuiathan iste feriat, vt sempiternus ab eo seruus habeatur. In pacto enim discordantium partium voluntas impletur: vt ad votum suum quæque perueniat, & iurgia desiderato fine concludat. Antiquus itaque hostis à sinceritate diuinæ innocentiæ malitiæ suæ face succensus discordat, sed ab eius iudicio etiam discordando non discrepat: nam viros iustos semper maleuolè tentare appetit, sed tamen hoc dominus, vel misericorditer fieri, vel iustè permittit. Hæc ipsa ergo tentationis licentia pactum vocatur: in qua & desiderium tentatoris agitur, & tamē per eam miro modo voluntas iusti dispensatoris impletur. Erudiendos enim (sicut nuper diximus) electos suos dominus sæpe tentatori subiicit: sicut post paradisi claustra, post tertij cœli secreta, ne reuelationum magnitudine Paulus extolli potuisset, ei Satanæ angelus datus est. Sed (vt præfati sumus) ipsa hac tentatione disponitur, vt qui elati perire poterant, humiliati à perditione seruentur. Secreto ergo dispensationis ordine, vnde sæuire permittitur iniquitas diaboli: inde piè perficitur benignitas dei. Et bene ex hoc pacto q; cum domino ferire dicitur, seruus accipi perhibetur: quia inde obtēperat nutibus supernæ gratiæ, vnde exercet iram nequissimæ voluntatis suę.

Diabolus est seruus dei sempiternus ex pacto.

2. Cor. 12.

Caput. XIX.

SEruus ergo ex pacto est: qui dum voluntatem suam implere permittitur, à superni consilij voluntate ligatur: vt electos dei (sicut dictum est) volens tentet, & tentando nesciens probet. Sed quia tandiu in hac vita electorum vsibus seruit, quandiu malitiæ suæ nequitiam tentationibus exercere potuerit: hoc autem in loco à domino, non solū ex pacto seruus, sed sempiternus seruus accipi dicitur: inuestigare compellimur quomodo & post præsentis vitæ terminum seruire eum in perpetuum domino demonstremus. Neque enim tunc iustos cœlesti fœlicitate pollentes adhuc tentare permittitur, cū ante eorum oculos æternis gehennæ ignibus mācipatur: quia nequaquam in illa superna patria tentationibus erudiēdi sunt: in qua iam pro tentationum laboribus remunerantur. Sed tūc Leuiathan iste cum suo corpore, reprobis videlicet omnibus, flammis vltricibus traditur, quibus sine fine crucietur. Quos scilicet cruciatus dum iusti conspiciūt, in dei laudibus crescūt, quia & in se cernunt bonum quo remunerati sunt, & in illis inspiciunt supplicium quod euaserunt. Ita enim tunc pulchra erit vniuersitas: dum & gehenna iustè cruciat impios, & æterna fœlicitas iustè remunerat pios. Sicut enim niger color in pictura substernitur, vt superiectus albus, vel rubeus pulchrior ostendatur: ita tunc etiam malos bene ordinans deus, fœliciora exhibet gaudia beatorum, ostensis ante eorum oculos suppliciis reproborum. Et quanuis illud ex visione dominica eorum gaudium non sit quo crescat: magis tamen auctori suo esse se debitores sentiunt, quando & bonū cernunt quod iustè remunerati percipiunt, & malum quod misericorditer adiuti vicerunt. Igitur si vtilitati iustorum, & hic tentatio Leuiathan istius, & illic damnatio proficit: sempiternus seruus est: dum dei laudibus nesciens seruit: & illic pœna eius iusta, & hic voluntas iniusta. Sequitur. Nunquid illudes ei quasi aui?)

Quid sit quòd diabolus modo Behemoth, id est, belua vel iumentum: modo Leuiathan, id est, serpens marinus: modo anis vocatur, & quòd in passione Christi illusus sit.

Caput. XX.

QVid est quòd aduersarius noster prius Behemoth, postmodum Leuiathan dicitur: nūc verò aui in perditionis suæ illusione comparatur? Behemoth quippe, vt diximus, belua interpretatur: quæ quadrupes ostenditur, dum sicut bos fœnum comedere perhibetur. Leuiathan verò quia hamo capitur, proculdubiò serpens in aquis innotescitur. Nunc verò ad auis similitudinem ducitur, cùm dicitur: Nunquid illudes ei quasi aui? Cur ergo belua, vel iumentum, cur draco, cur auis appelletur, indagemus. Citius enim nomina eius agnoscimus, si tergiuersationis illius astutiam subtiliter exploremus. De cœlo quippe ad terram venit, & ad spem cœlestium nulla iam respiratione se erigit.

G erigit. Irrationabile ergo & quadrupes animal est per actionis immundæ fatuitatẽ, draco per nocendi malitiam, auis per subtilis naturæ leuitatem. Quia enim hoc quod contra se agit, ignorat, bruto sensu belua est: quia malitiosẽ nobis nocere appetit, draco est: quia verò de naturæ suę subtilitate superbè extollitur, auis est. Rursum, quia in hoc quod iniquè agit, ad vtilitatem nostram diuina virtute posidetur, iumentũ est: quia verò latenter mordet, serpens est: quia autem nonnunquã per indomitam superbiam se etiam lucis angelũ simulat, auis est. Humanum etenim genus quanuis inexplicabili iniquitatis arte lacessat: tribus tamen vitiis valde tentat: vt videlicet alios sibi per luxuriam, alios per malitiam, alios per superbiã subdat. Non ergo immeritò in eo quod agere nititur: ex ipso suarum actionum nomine vocatur, cùm iumentum, draco vel auis dicitur. In eis quippe quos ad stultitiam luxuriæ excitat, iumentum est. In eis quos ad nocendi malitiam inflammat, draco est. In eis autem quos in fastum superbiæ quasi alta sapientes eleuat, auis est. In illis verò quos pariter in luxuria, & superbia, & malitia polluit, iumentum, draco, simul & auis existit. Per tot nanque ad deceptorum cor se species intulit, in quot eos nequitias implicauit. Multarum igitur rerum nomine vocatur: quia ante deceptorum mentes in varias formarum species vertitur. Cùm enim hunc per carnis luxuriã tentat, & tamẽ minimè superat, mutata suggestione cor illius in malitiam inflammat. Quia ergo ad eum venire belua non valuit: draco
H venit. Illum veneno malitiæ corrumpere non valet, sed tamẽ bona sua eius oculis opponit, & cor illius in superbiam extollit. Huic ergo vt draco surrepere non valuit, sed tamen adducto phantasmate inanis gloriæ, coram cogitationis eius obtutibus quasi auis volauit. Quæ nimirum auis tanto contra nos immanius extollitur, quanto nulla naturæ suæ infirmitate prę peditur. Quia enim carnis morte non premitur, & redemptorem nostrum carne mortalem vidit, altiori fastu elationis intumuit, sed vbi contra auctorem suum penna se superbiæ extulit, ibi laqueum suæ mortis inuenit. Nam ea eius carnis morte prostratus est, quam expetiit elatus: & inde pertulit laqueum, vnde quasi escam suæ malitiæ mortem iusti concupiuit. Dicatur ergo:

Caput. XXI.

NVnquid illudes ei quasi aui? Quasi aui quippe dominus illusit: dum ei in passione vnigeniti filij sui ostendit escam, sed laqueum abscondit. Vidit enim quod ore perciperet, sed non vidit quod gutture teneret. Nã quamuis eum fuerat ipse confessus filium dei, velut purum tamen illum hominem mori credidit: ad cuius mortem Iudæorũ persequentium animos cõcitauit. Sed in ipso traditionis eius tempore tardè iã cognouisse intelligitur, quòd ipse eius illa mor-
Matth. 27. te puniretur. Vnde & Pilati coniugem somniis terruit: vt vir illius à iusti persecutione cessaret. Sed res interna dispensatione disposita, nulla valuit machinatione refragari. Expediebat
I nãque vt peccatorum mortem iustè morientiũ solueret mors iusti iniustè morientis. Quod quia Leuiathan iste vsq; ad tempus passionis illius ignorauit: quasi more auis illusus, diuinitatis eius laqueum pertulit, dum humanitatis eius escã momordit. Sequitur:

Quòd infirma mundi, & ignobilia, & stulta elegit deus, & fortitudinem armati hostis humilium prædicatione destruxit.

Aut alligabis eum ancillis tuis? Subaudis, vt ego. In seruis etsi despecta est cõditio, virilitas viget: in ancillis autem cum conditione pariter sexus iacet. Bene ergo dominus Leuiathan istum non seruis, sed ancillis suis ligare se asserit: quia ad nostram redemptionem veniens, & suos contra mundi superbiã prædicatores mittens, relictis sapientibus insipientes, relictis fortibus debiles, relictis diuitibus pauperes elegit. Ancillis ergo suis Leuiathan huius fortitudinem dominus ligauit: quia
1. Cor. 1. attestante Paulo: Infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia. Vnde bene per Salomonem dicitur: Sapientia ædificauit
Prouerb. 9. sibi domum, excidit columnas septem, immolauit victimas, miscuit vinum, proposuit mensam, misit ancillas suas vt vocarent ad arcem, & mœnia ciuitatis. Sapientia quippe domum sibi condidit, cùm vnigenitus dei filius in semetipso intra vterum virginis mediante anima humanum sibi corpus creauit. K
Sic quippe corpus vnigeniti domus dei dicitur: sicut etiã tẽplũ vocatur: ita verò vt vnus idemque dei, atque hominis filius ipse sit qui inhabitat, ipse qui inhabitatur. Quod tamen rectè & aliter accipitur, si domus sapientiæ Ecclesia vocatur. Quæ septem sibi columnas excidit: quia ab amore præsentis seculi disiunctas ad portandam eiusdem Ecclesiæ fabricam mẽtes prædicantium erexit. Quæ pro eo quòd perfectionis virtute subnixæ sunt, septenario numero signãtur. Immolauit victimas: quia vitam prædicantium mactari in persecutione permisit. Vinum miscuit: quia diuinitatis & humanitatis suę nobis pariter arcana prædicauit. Mensam quoque proposuit: quia scripturæ sacræ nobis pabula aperiendo præparauit. Ancillas etiã suas misit: quæ ad arcem nos atque ciuitatis mœnia vocarent: quia prædicatores infirmos abiectosq; habere studuit, qui fideles populos ad spiritalis patriæ ædificia superna colligerent. Vnde in Euangelio dominus Nathanaëlem laudat: nec tamẽ *Ioan.* in sorte prædicantium numerat: quia ad prædicandum eum tales venire debuerant, qui de laude propria nihil habebant: vt tanto solidius veritatis esse cognosceretur quod agerent, quanto & apertè cerneretur, quia ad hoc agendũ per se idonei non fuissent. Vt ergo mira potentia per prædicatorum linguas clarescaret: prius mirabilius actum est, vt eorundem prædicantiũ meritum nullum esset. Ancillas ergo dominus misit, & Leuia- L
than huius fortitudinem ligauit: quia infirmos prędicatores mundo exhibuit, & potẽtes quosque qui eius corpus fuerant, sub terroris sui vinculo restrinxit. Et in semetipso Leuiathan iste ancillis ligatur: cùm infirmis prædicantibus, veritatis clarescente lumine, contra electorum mentes antiquus hostis nõ quantum vult sæuire permittitur: sed ne sub infidelitatis captiuitate cunctos quos appetit teneat, signis & virtutibus coarctatur. Ipse ergo per se hoc fortiter facit qui cõtra illum vires non fortibus tribuit. Sed quia quos contra eum dominus mittat insinuat: nunc etiam quid ipsi agant qui mittuntur, adiungit. Sequitur:

Quòd prædicatorum officio (qui de Euangelico talento negotiantur) à capite diabolo concidantur, & separẽtur, qui prius ei quasi membra carnea adhærebant.

Caput. XXII.

COncident eum amici: diuident illum negociatores. Leuiathan iste totiens conciditur, quotiens diuini verbi gladio sua ab illo membra separantur. Iniqui enim cũ verbum veritatis audiunt: & sancto timore perculsi, ab antiqui se hostis imitatione suspendunt: ipse in corpore suo diuiditur, cui hi qui prauè inhæserant, subtrahuntur. Ipsos verò amicos nominat, quos superius ancillas vocat: ipsos etiam negociatores appellat, quos amicos dixerat. Sancti etenim prædicatores prius ancillę sunt per formidinem: pòst amici per fidem: ad extremum quoque negociatores per actionem. Ipsis quip- M
pe infirmantibus dicitur: Nolite timere pusille grex: quia com *Luc. 12.* placuit patri vestro dare vobis regnum. Ipsis rursum conualescentibus dicitur: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcũ- *Ioan. 15.*
que audiui à patre meo, nota feci vobis. Ipsis ergo ad extremũ in negocij operationem pergentibus iubetur: Euntes in mun- *Marci. 16.*
dum vniuersum, prædicate Euangeliũ omni creaturæ. In prædicatione quippe fidei quasi quoddam negocium geritur cũ verbum datur, & fides ab auditoribus sumitur. Quasi quoddã negocium faciunt qui prædicationem prærogant, & à populis fidem reportant. Fidem impartiunt, & eorum sanctã protinus vitam sumunt. Si enim iustorum prædicatio negocium nõ fu- *Psal. 80.*
isset: profectò Psalmista non diceret: Sumite psalmum, & date tympanũ. In tympano etenim coriũ siccatur vt sonet. Quid est ergo dicere: Sumite psalmum, & date tympanum: nisi accipite spiritale canticum cordis, & reddite temporalem macerationem corporis? Si superna prędicatio negotium non fuisset: nequaquam sub typo fortis mulieris Salomon de sancta Ec- *Prouer. 31.*
clesia diceret: Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo. Quid enim signatur per linteum sindonis, nisi subtilis intextio sanctæ prædicationis? In qua molliter quiescitur, quia mens in illa fidelium spe superna refouetur.

Vnde

Universidad de Deusto

Ioa.10. A Vnde & Petro animalia in linteo demonstrantur: quia peccatorum animæ misericorditer aggregatæ in blanda fidei quiete continentur. Hanc ergo sindonem Ecclesia fecit & vendidit: quia fidem quam credendo texuerat, loquendo dedit, & ab infidelibus vitam rectæ conuersationis accepit. Quæ & Chananæo cingulum tradidit: quia per vigorem demonstratæ iustitiæ, plura opera gentilitatis astrinxit: vt hoc quod præcipitur viuendo teneatur. Sint lumbi vestri præcincti. Prædicatores ergo suos dominus quærendo ancillas inuenit, permutando amicos facit: ditando negociatores exhibet. Qui enim mũdi prius minas infirmi timuerunt: pòst ad cognoscenda diuina consilia ascendunt. Ditati autem virtutibus, vsque ad exercẽdum fidei negotium perducuntur: vt Leuiathã istius membra increpando atque suadendo tanto seuerius incîdant: quãto & amici facti, amori veritatis semetipsos verius copulant: atque ab eo peccantium animas tanto celerius subtrahant: quãto negotiatores idonei effecti in semetipsis amplissimas apothecas virtutum monstrant. Quia enim per prædicatores dei valde laudabiliter à Leuiathan isto res possessa diuiditur veritatis vox per prophetã pollicetur, dicens: Et si separaueris preciosum à vili: quasi os meum eris. Precioſum quippe à vili separat: qui humanas mentes à reproba antiqui hostis imitatione disiungit. Rectè os dei dicitur: quia per eum proculdubio eloB quia diuina formantur. Sequitur:

Quòd sancta Ecclesia prius pelle diaboli, id est infimis impleta sit, deinde capite, id est prudentibus & sapientibus. Prius enim piscatores habuit: deinde per piscatores, philosophos & rhetores, principes & imperatores.

Nunquid implebis sagenas pelle eius: & gurgustiũ piscium capite illius?) Quid per sagenas vel gurgustium piscium: nisi Ecclesiæ fidelium quæ vnam Ecclesiam catholicã faciunt designantur? Vnde in Euangelio scriptum est: Simile est regnum Mat.13. cœlorum sagenæ missæ in mare: & ex omni genere piscium congreganti. Regnum cœlorum, scilicet vocatur Ecclesia: cuius dum mores dominus ad superna subleuat: iam hæc ipsa in domino per cœlestem conuersationem regnat. Quæ rectè etiam sagenę missæ in mare comparatur, ex omni genere piscium congreganti: quia missa in hoc gẽtilitatis seculum nullum respuit: sed malos cum bonis, superbos cum humilibus, iracũdos cum mitibus, & fatuos cum sapientibus cepit. In pelle vero Leuiathan istius, stultos eius corporis, in capite autem prudentes accipimus. Vel certe pelle quæ est exterius, subditi ad hæc extrema seruientes, capite autem præpositi designantur. Et bene dominus seruato ordine, has sagenas vel gurgustium piscium, id est Ecclesiam suam, & vota fidelium prius se pelle eius, & postmodum capite asserit impleturum, quia (sicut superius diximus) prius elegit infirma, vt post confunderet fortia. Elegit quippe stulta mundi, vt confunderet sapientes. 1.Corin.1. Prius nanque collegit indoctos, & postmodum philosophos, & non per oratores docuit piscatores, sed mira potentia per piscatores subegit oratores. Dicit ergo: Nunquid implebis sagenas pelle eius, aut gurgustium piscium capite illius? subauC dis, vt ego, qui intra Ecclesiam fidelium prius quasi pellẽ diaboli extremos atque infimos colligo, & postmodum caput illius id est prudentes mihi aduersarios subdo. Sequitur:

Caput. XXIII.

POnes super eum manum tuam?) id est vt ego, qui forti illum potentia reprimens, non plusquam expediat sæuire permitto: eiusque sæuitiam quantum permisero in electorum meorum vtilitatem retorqueo. Vel certè manum super eum ponere, est virtutis potestate superare. Beato igitur Iob per interrogationem dicitur: Pones super eum manum tuam? Ac si apertè diceretur: Nũquid virtute illum propria reprimis? Vnde & aptè mox subditur: Memento belli, nec vltra addas loqui.) Alta dispẽsatio iudiciorum dei idcirco sæpe bene merentes famulos vel minis impetit, vel flagellis premit, vel quibusdam super impositis oneribns grauat, vel laboriosis occupationibus implicat, quia mira potentia præuidet, quòd si quieti ac liberi in tranquillitate persisterent, tentationes ferre aduersarij non valentes, mentis prostrati vulneribus iacerent. Dum ergo eos foris tolerandis flagellis vel oneribus occupat à suscipiendis intus tentationum iaculis occultat. Moris quippe medicinalis est, vt sæpe seruorem viscerum in prurigiD nem cutis trahat, & plærunque inde interius curat, vnde exterius sauciat. Ita nõnunquam diuinæ dispensationis medicamine agitur, vt exterioribus doloribus internum vulnus adimatur, & flagellorum sectionibus repellatur ea quæ occupare mentem poterat interior putredo vitiorum, & tamen sæpe dũ patentis culpæ sibi homines conscij non sunt, & aut doloribus cruciantur, aut laboribus deprimuntur, contra iustum atque omnipotentem iudicem in querelam prosiliunt scilicet minus intuentes contra quàm fortem aduersariũ bellum gerunt. Cuius si intolerabiles vires sollicitè attenderent, nequaquam de his quæ exterius tolerant murmurarent. Sed ideo videtur nobis hæc grauia, quia bella occulti aduersarij nolumus pensare grauiora. A quibus plærunque bellis (vt diximus) dum flagellamur, defendimur: dum affligimur, occultamur. Caro enim nostra priusquam resurrectionis incorruptione solidetur, si nullo mœrore afficitur, in tentationibus effrenatur. Quis autẽ *Multo melius est ardere flãma* neſciat quòd multo melius sit ardere flamma febrium quàm *febriũ quã* igne vitiorum? Et tamẽ cùm febre corripimur, quia vitiorum *igne vitiorum.* æstum qui occupare nos poterat, considerare negligimus, de E percussione murmuramus. Quis neſciat quòd multo melius sit duris in seruitio hominibus subiici, quàm blandientibus dęmoniacis spiritibus subdi? Et tamen cùm alto dei iudicio iugo humanæ conditionis atterimur in querelam prosilimus, nimirum quia minus attendimus quòd si nos nulla conditio seruitutis opprimeret, fortasse mens nostra multis iniquitatibus peius libera deseruiret. Ideo ergo hæc quę toleramus, grauia credimus, quia bella hostis callidi quàm sint cõtra nos dura atque intolerabilia non videmus. Menti enim nostræ omne pondus vilesceret, si ea quæ se opprimere poterant, occulti aduersarij bella pensaret. Quid enim si omnipotens deus onera quæ patimur subleuet, sed tamen sua nobis adiutoria subtrahat, & interim Leuiathan istius nos tentamenta derelinquat? Sæuiente tãto hoste quò ibimus, si nullis auctoris nostri protectionibus defendamur? Quia ergo beatus Iob culpę sibi conscius nõ erat, & dura tamen flagella tolerabat, ne fortasse in vitio murmurationis excedat, memoretur quòd timeat, & dicatur ei:

Quòd qui tentamenta vel percussiones diaboli diligenter considerat, & illud bellum mente retractat, de flagellis & percussionibus dei, quæ sunt correctio vel disciplina, si filius est, nequaquam murmurat.

Memento belli, nec vltrà addas loqui.) Ac si ei apertè diceretur: Si occulti hostis contra te bellum consideras quicquid à me pateris, non accusas. Si impetentem te aduersarij gladium prospicis, flagellum patris nullatenus perhorrescis. Vides enim quali flagello te ferio, sed intueri negligis, à quãto te hoste flagellando liberum seruo. Memento ergo belli, nec vltrà addas loqui, id est tanto te ad disciplinam patris exhibe tacitũ, quanto te prospicis ad bella hostis infirmum. Dum ergo me corripiente percuteris, vt æquanimiter feras, hostem tuum ad memoriam reuoca, & durum non æstimes omne quod pateris, dũ externis cruciatibus ab interna passione liberaris. Quia autem Leuiathã iste de diuina misericordia falsa sibi promissioF ne blanditur, postquam terrorem fortitudinis eius intulit, & beati Iob animum in eius circunspectione commouit, dicens: Memento belli nec vltrà addas loqui, vt irremissibilem reatum eius ostenderet, ilico adiunxit:

Quòd iudicium vltimum sine misericordia sit.

Caput. XXIIII.

ECce spes eius frustrabitur eum.) Quod sic de eo debet intelligi, vt referri etiam ad illius corpus possit: quia iniqui omnes qui districtionem iustitiæ diuinę non metuunt, incassum sibi de misericordia blãdiuntur. Moxq; ad cõ- *Incassum* solationem nostram rediens, extremi iudicij futurum eius in- *sperat: qui* teritum prænunciat, dicens: Et videntibus cunctis præcipi- *deum non* tabitur.) Cũctis enim videntibus præcipitabitur, quia æterno *timet.* tunc iudice terribiliter apparente, astantibus legionibus angelorum, assistente cuncto ministerio cœlestium potestatum, atque electis omnibus ad hoc spectaculum deductis, ista belua crudelis & fortis in mediũ captiua deducitur: & cũ suo corpore, id est cũ reprobis omnibus æternis gehẽnę incendiis mãcipatur, cùm dicitur: Discedite à me maledicti in ignẽ æternum, *Matth. 25.*

C qui

Alta dispẽsatio iudiciorum dei: cur sæpe famulos suos molestet.

G qui præparatus est diabolo & angelis eius. O quale erit illud
Matth. 25. spectaculum: quando hæc immanissima bestia electorũ oculis ostenditur: quæ hoc belli tempore nimis illos terrere potuerat, si videretur. Sed occulto ac miro dei consilio agitur: vt & nunc per eius gratiam à pugnantibus non visa vincatur, & tũc à lætis victoribus iam captiua videatur. Tunc autem iusti diuino adiutorio quantum debitores sunt, plenius recognoscũt quando tam fortem bestiam viderint, quam nunc infirmi viderunt: & in hostis sui immanitate conspiciunt, quantum deberant gratiæ defensoris sui. Redeunt enim de hoc prælio tunc milites nostri virtutum trophæa referentes: & receptis corporibus cùm iam in illo iudicio cœlestis regni introitum sortiũtur: prius immanissimas vires huius antiqui serpentis aspiciunt, ne vile æstiment quod euaserunt. Bene ergo dicitur: Et videntibus cunctis præcipitabitur, quia visa mors eius tunc gaudium exhibet: cuius tolerata vita, nunc iustis quotidie incruciatibus bellum mouet. Sed audientes ista: ac si protinus quereremur domino dicentes: Domine qui Leuiathan istum tantæ esse fortitudinis nõ ignoras: eum in certamine infirmitatis nostræ cur suscitas? ilico adiunxit:

Caput Quadragesimumprimum textus libri beati Iob.

H NOn quasi crudelis suscitabo eum. Quis enim resistere potest vultui meo, & quis antè dedit mihi, vt reddam ei? Omnia quæ sub cœlo sunt, mea sunt. Non parcam ei verbis potentibus: & ad deprecandum compositis. Quis reuelabit faciem indumenti eius: & in medium oris eius quis intrabit? Portas vultus eius quis aperiet? Per gyrum dẽtium eius formido: corpus illius quasi scuta fusilia: compactum squamis se prementibus. Vna vni cõiungitur: & ne spiraculum quidem incedit per eas. Vna alteri adhærebit: & tenentes se nequaquam separabuntur. Sternutatio eius splendor ignis, & oculi eius vt palpebræ diluculi. De ore eius lampades procedunt sicut tædæ ignis accẽsæ. De naribus eius procedit fumus sicut ollæ succensæ atque feruentis. Halitus eius prunas ardere facit, & flãma de ore eius egreditur. In collo eius morabitur fortitudo, & faciem eius præcedet egestas. Membra carnium eius cohærentia sibi. Mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur. Cor eius indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. Cùm sublatus fuerit, timebunt angeli, & territi purgabuntur. Cùm apprehenderit eum gladius, subsistere non po
I terit, neque hasta neque thorax. Reputabit enim quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridum æs. Non fugabit eum vir sagittarius. In stipulam versi sunt ei lapides fundæ. Quasi stipulam çstimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam. Sub ipso erunt radij Solis, & sternet sibi aurum quasi lutum. Feruescere faciet quasi ollam profundum maris, & ponet quasi cùm vnguenta bulliũt. Post eum lucebit semita. Aestimabit abyssum quasi senescentem. Non est super terram potestas quæ comparetur ei, qui factus est vt nullũ timeret. Omne sublime videt. Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ.

Quòd non crudeliter sed rationabiliter deus agit cum diabolo, qui iusto iudicio electos recipit, & impios damnat.

Caput. XXV.

Quomodo domin⁹ suscitat diabolum.

NOn quasi crudelis suscitabo eum.) Et velut si mox à nobis causa rationis quæreretur, quomodo non eum quasi crudelis suscitas, quem scimus quia tantas inuadere & deuorare permittis? statim subdidit dicens: Quis enim resistere potest vultui meo? & quis antè dedit mihi vt reddam ei?) Quibus duobus versibus & virtutem suæ potentiæ, & omne pondus rationis expleuit. Nam propter potentiam dixit: Quis enim potest resistere vultui meo? Et propter rationem subdidit: Quis antè dedit mihi vt reddam ei? Ac si diceret: Nõ eum quasi crudelis suscito: quia de eius fortitudine & electos meos potenter eripio, & rursum reprobos non iniustè sed rationabiliter damno, id est, & eos quos benignè eligo, eripere mirabiliter possum, & eos quos respuo, non iniustè derelinquo. Nemo quippe vt diuina illum gratia subsequatur, prius aliquid contulit deo. Nam si nos deum bene operando præuenimus, vbi est quod propheta ait: Misericordia eius præueniet me? Si quid nos bonæ operationis dedimus, vt eius gratiam mereremur: vbi est quod Apostolus dicit: Gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed dei donum est, non ex operibus? Si nostra dilectio deum præuenit, vbi est quod Ioannes apostolus dicit: Non quia nos dilexerimus deum, sed quia ipse prior dilexit nos? vbi est quod per Oseæ dominus dicit: Diligam eos spõtaneè? Si sine eius munere nostra virtute deũ sequimur, vbi est quod per Euãgelium veritas protestatur dicẽs: Sine me nihil potestis facere? Vbi est quod ait: Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me, traxerit eum? Vbi est quod iterum dicit: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos? Si saltem dona bonorum operum virtute nostra bene cogitando præuenimus, vbi est quod rursum per Paulum tam salubriter dicitur, vt omnis de se humanæ mentis fiducia ab ipsa cordis radice succidatur, cùm dicit: Non quia sufficientes sumus aliquid cogitare à nobis quasi ex nobis, sed sufficiẽtia nostra ex deo est? Nemo ergo deũ meritis præuenit: vt tenere eum quasi debitorem possit, sed miro modo æquus omnibus conditor, & quosdam prælegit, & quosdam in suis prauis moribus iustè derelinquit. Nec tamen electis suis pietatem sine iustitia exhibet: quia hic eos duris afflictionibus premit: nec rursum reprobis iustitiam sine misericordia exercet: quia hic æquanimiter tolerat, quos quandoque imperpetuum damnat. Si ergo & electi præuenientem se gratiam sequuntur, & reprobi iuxta quod merentur, accipiunt: & de misericordia inueniunt electi quod laudent, & de iustitia non habent reprobi quod accusent. Bene itaque dicitur: Quis antè dedit mihi, vt reddam ei? Ac si apertè diceretur: Ad parcendum reprobis nulla ratione compellor: quia eis debitor ex sua actione non teneor. Idcirco enim nequaquam cœlestis patriæ præmia æterna percipiunt: quia ea nunc dum promereri poterant, ex libero arbitrio contempserunt. Quod videlicet liberum arbitrium in bono formatur electis, cum eorum mẽs à terrenis desideriis gratia aspirante suspenditur.

Caput. XXVI.

BOnum quippe quod agimus, & dei est & nostrum, dei per præuenientem gratiam, nostrum per obsequentem liberam voluntatem. Si enim dei non est, vnde ei gratias in æternum agimus? Rursum si nostrum non est: vnde nobis retribui præmia speramus? Quia ergo non immerito gratias agimus, scimus quòd eius munere præuenimur, & rursum quia non immerito retributionem quærimus, scimus quòd subsequente libero arbitrio bona elegimus quæ ageremus. Sequitur: Omnia quæ sub cœlo sunt, mea sunt.) Omnibus liquet quòd non solum ea quæ sub cœlo sunt: sed ipsa quoque quæ super cœlos condita cœlestia vocantur, eius voluntati seruiunt, à quo se creata esse meminerunt. Cur ergo tantummodo de inferioribus loquens ait: Omnia quę sub cœlo sunt, mea sunt? Sed quia de Leuiathã loquitur, qui iam non in ætherei cœli sede continetur, cuncta quæ sub cœlo sunt, asserit sua esse: vt eum quoque qui de cœlo cecidit, suæ doceat potestati seruire. Ac si diceret: Leuiathan iste beatitudinem quidem meã perdidit, sed dominium non euasit: quia & ipsæ mihi potestates inseruiunt, quæ mihi prauis actionibus aduersantur. Sequitur:

Quòd in extremo examine vel etiã in præsenti Ecclesia frustrà fundatur oratio, quam bona actio non præcedit, & quòd virtus orationis nõ sit in verbo, sed in perseuerantia compunctionis.

Non parcam ei verbis potentibus, & ad deprecandum compositis.) Quis hoc, quod legisse se nequaquam nouit, existimet:

A exiſtimet ad quas culparum ſuarum diabolus ſit veniam petitu-
rus. Sed ille fortiſſimus homo quem Leuiathan iſte in mundi ter-
mino vas ſibi proprium facit, quem atteſtante Paulo, domi-
nus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: & deſtruet illuſtratione ad-
ventus ſui, territus tantæ maieſtatis præſentia: quia exercere
vires ſuas non valet, ad preces inclinatur. Quod tamen de eius
corpore, id eſt iniquis omnibus intelligi aptius poteſt, qui ſe-
rò ad petitionum verba veniunt: quia nunc exequi facta con-
temnunt. Vnde per Euangelium veritas dicit: Nouiſsimè ve-
niunt & reliquę virgines, dicentes: Domine domine aperi no-
bis. Quibus ilicò reſpondetur: Amen dico vobis: Neſcio vos.
Sed cùm verba potentia ad deprecãdum componere dicitur:
vrget magis vt quod de eius corpore in futuro diximus, in
hoc tempore ſentiamus. Caput. XXVII.

SVnt nanque intra ſanctam Eccleſiam nonnulli, qui pro-
lixas ad dominum preces habent, ſed vitam deprecan-
tium non habent: nam promiſſa cœleſtia petitionibus
ſequuntur, operibus fugiunt. Hi nonnunquam etiam lachry-
mas in oratione percipiunt, ſed cùm poſt orationis tẽpora eo-
rum mentem ſuperbia pulſauerit: ilicò in faſtu elationis intu-
meſcunt. Cùm auaritia inſtigat, mox per incendia auidæ cogi-
B tationis exæſtuant. Cùm luxuria tentauerit, in illicitis protinus
deſideriis anhelant. Cùm ira ſuaſerit, mox mãſuetudinem
mentis flamma inſaniæ concremat. Vt ergo diximus, & ſletus
in prece percipiunt, & tamen expletis precibus, cùm vitiorum
ſuggeſtione pulſantur, nequaquam pro æterni regni deſiderio
ſe fleuiſſe meminerunt. Quod apertè de ſe Balaã innotuit, qui
Num. 23. iuſtorum tabernacula conſpiciens ait: Moriatur anima mea
morte iuſtorum, & fiant nouiſsima mea horũ ſimilia. Sed cùm
compunctionis tempus abſceſſit, contra eorum vitam quibus
ſe ſimilem fieri etiam moriendo popoſcerat, conſilium præ-
buit: & cùm occaſionem de auaritia reperit, ilico oblitus eſt
quicquid ſibi de innocentia optauit. Virtutis igitur pondus o-
ratio non habet, quam nequaquam perſeuerantia continui a-
1. Reg. 1. moris tenet. Quo contra bene de Anna flẽte perhibetur: Vul-
tuſque eius non ſunt amplius in diuerſa mutati: quia videlicet
mens eius nequaquam poſt preces inepta lætitia laſciuiendo
perdidit, quod orationis ſuę tempore gemituum rigore exqui-
ſiuit. Nonnullis vero in vſum negotiationis vertitur labor o-
Matth. rationis. De quibus in Euangelio veritas dicit: Deuorant do-
mos viduarum ſub obtentu prolixæ orationis. Hi accipient
prolixius iudicium. Quia ergo iniquorũ petitionibus qui Le-
uiathan iſtius corpus ſunt, nullo modo parcitur, cùm eorũ pre-
ces opere deſtruuntur, rectè nunc dicitur: Non parcam ei, &
verbis potentibus ad deprecandum cõpoſitis: quia & per hoc
quòd verba potentia & ad deprecandum compoſita referun-
tur, apertè inanitas orationis oſtenditur. Veraciter nanque o-
rare, eſt amaros in compunctione gemitus, & non compoſita
verba reſonare. Caput. XXVIII.

C SEd quia antiquus hoſtis quo diſtrictius frangitur, eo ne-
quius per multiplicia argumenta dilatatur: cuius tamen
inſidias dominus quanto ſubtilius occultari conſiderat,
tanto nobis miſericordius manifeſtat, rectè ſubiungitur:

Quòd diabolus reprobos patenter ad quæcunque flagitia vocat, cùm ſanctis vero in malitiæ ſuæ conſiliis aliter agit, & ſuggeſturus peſſima transfigurat ſe in angelum lucis.

Leuiathan diuerſi ſtat mentes religioſas, aliter mentes huic mũdo deditas. Quis reuelabit faciem indumenti eius? Leuiathan iſte ali-
ter religioſas hominum mentes, aliter vero huic mundo dedi-
tas tentat: nam prauis mala quæ deſiderant, apertè obiicit: bo-
nis autem latenter inſidians, ſub ſpecie ſanctitatis illudit. Illis
velut familiaribus ſuis iniquum ſe manifeſtius inſinuat. Iſtis
vero velut extraneis cuiuſdam quaſi honeſtatis prætextu ſe
palliat, vt mala quæ eis publicè non valet, tecta bonæ actionis
velamine ſubintromittat. Vnde & membra eius ſæpe cùm a-
perta nequitia nocere non poſſunt, bonæ actionis habitum
ſumunt, & praua quidem ſe opere exhibent, ſed ſancta ſpecie
mentiuntur. Iniqui enim ſi apertè mali eſſent, à bonis recipi
omnino non poſſent, ſed ſumũt aliquid de viſione bonorum,
vt dum boni viri in eis recipiunt ſpeciem quam amant, per-
mixtum ſumant etiam virus quod vitãt. Vnde quoſdam Pau-
lus Apoſtolus intuens ſub prædicationis velamine ventris ſtu-
dio ſeruientes, ait: Ipſe enim ſatanas trãsfigurat ſe in angelum D
lucis. Quid ergo mirum ſi miniſtri eius transfigurantur velut 2. Corin. 11.
miniſtri iuſtitiæ? Hanc transfigurationem Ioſue timuit, quan-
do videns angelum, cuius eſſet partis inquiſiuit, dicens: Noſter Ioſue. 5.
es, an aduerſariorum? vt videlicet ſi aduerſæ virtutis eſſet, eo-
ipſo quo ſe ſuſpectum cognoſceret, ab illuſione reſiliret. Quia
ergo Leuiathan iſte in eo quòd iniquitatis opus molitur, ſæpe
ſpecie ſanctitatis induitur: & quia niſi per diuinam gratiam ſi-
mulationis eius detegi indumenta non poſſunt, bene dicitur:
Quis reuelabit faciem indumenti eius? ſubaudis, niſi ego, qui
ſeruorum meorum mentibus gratiam ſubtiliſsimæ diſcretio-
nis inſpiro, vt reuelata malitia faciem eius nudam vide-
ant, quã coopertam ille ſub habitu ſanctitatis occultat. Et quia aliquã-
do fideliũ mentes corrumpere oſtenſione ſua, aliquando ſug-
geſtione conatur, agit enim modo opere, modo perſuaſione,
rectè ſubiungitur: Et in medium oris eius quis intrabit?)
Subaudis, niſi ego, qui per diſcretas electorum mentes ſugge-
ſtionum eius verba diſcutio, & non ita hæc eſſe vt ſonuerunt
manifeſto. Bonum nanque videntur promittere, ſed ad per-
ditum finem trahunt. In mediũ igitur oris eius intrare, eſt cal-
liditatis eius verba penetrare, vt nequaquam pẽſetur quid re-
ſonant, ſed quo intendant. Intrare Adam in medium oris eius E
voluit, quando intentionem perſuaſionis illius cautè penſare
neglexit: diuinitatem quippe ſe per illum accipere credidit, &
immortalitatem amiſit. Vnde ergo ab intellectu verborum e-
ius incautè exterius ſtetit, inde ſe ori illius deuorandum fun-
ditus præbuit. Sequitur:

Quòd pſeudoprædicatores, & falſæ perſuaſionis doctrina & ſecularium violentia poteſtatum vtantur.

Portas vultus eius quis aperiet?) Portæ vultus eius ſunt ini-
qui doctores, qui idcirco portæ vultus eius vocati ſunt: quia
per ipſos quiſque ingreditur, vt Leuiathan iſte quaſi in pote-
ſtatis ſuæ principatu videatur. Sicut enim ſcriptura ſacra ſanc-
tos viros portas Sion vocare cõſueuit. Sion quippe ſpecula-
tio interpretatur, & non immeritò prædicatores ſanctos vi-
ros portas Sion dicimus: quia per eorum vitam atque doctri-
nam abſcondita ſupernæ contemplationis intramus, ita etiam
portis Leuiathan iſtius errorum magiſtri ſignantur, quorum
dũ prædicatio peruerſa recipitur, miſeris auditoribus via per-
ditionis aperitur. Sed portæ iſtæ ante oculos hominum plæ-
runque ad introducendum quidem apertæ ſunt, ſed tamen ad
deprehendendum clauſæ: quia recta in ſpecie exhibent, ſed o-
pere praua perſuadent. Ad deprehendẽdum ergo clauſę ſunt:
quia ne intrinſecus cognoſci valeãt, exteriori ſimulatione mu-
niuntur. Quas tamen mira potentia dominus aperit: quia ele-
ctis ſuis hypocritarum mentes comprehenſibiles facit. Portas
ergo vultus eius quis aperiet? ſubaudis, niſi ego: qui electis
meis magiſtros errorum ſub ſpecie ſanctitatis abſcõditos, per-
ſpicua cognitione manifeſto. Et quia antichriſtus veniens, ip- F
ſas etiam ſummas huius ſeculi poteſtates obtinebit, qui dupli-
ci errore ſæuiens conatur ad ſe corda hominum & miſsis præ-
dicatoribus trahere, & commotis poteſtatibus inclinare, bene
de Leuiathan iſto dominus ſubdidit, dicens:

Caput. XXIX.

PErgyrum dentium eius formido. Mutato nanque no- Dentes Le-
mine, hos eius dentes inſinuare aliter voluit, quos ſupe- uiathan.
rius portas vocauit. Peruerſi enim prædicatores portæ
eius ſunt: quia ingreſſum perditionis aperiunt. Dentes eius
ſunt: quia eos quos in errore capiunt, à veritatis ſoliditate cõ-
fringunt. Sicut enim ſanctæ Eccleſiæ dentes accipimus eos,
qui prædicationibus ſuis peccantium duritiam conterunt, vn-
de ei per Salomonem dicitur: Dentes tui ſicut greges detonſa- Cant. 4.
rum aſcendentium de lauachro, qui non immerito detonſis ac
lotis ouibus comparantur: quia innocuam vitam ſumentes,
in lauachro baptiſmatis conuerſationis priſtinæ vellera vetu-
ſta poſuerunt, ita etiam dentibus Leuiathan iſtius errorum
magiſtri figurantur: quia reproborum vitam mordendo di-
laniant, & eos à veritatis integritate ſubductos, in ſacrificio
falſitatis mactant. Quorum quidem prædicatio facile deſpici
ab auditoribus poterat: ſed hanc ante humana iudicia adiun-
ctus ſecularium poteſtatum terror exaltat. Rectè ergo dicitur:
Pergyrum dentium eius formido, id eſt iniquos prædicatores

G antichristi peruersæ huius seculi protegunt potestates. Nam quos illi appetunt loquendo seducere, multi potentium student sæuiendo terrere. Per gyrum ergo dentium eius formido est. Ac si apertè diceretur: Idcirco isti peruersi prædicatores aliquos suadentes conterunt: quia circa ipsos sunt alij qui infirmorum mentes terrentes affligunt. Quale itaque illud tempus persecutionis apparebit, quando ad peruertendam fidelium pietatem, alij verbis sæuiunt, alij gladiis? Quis enim etiam infirmus Leuiathan istius dentes non despiceret, si non eos per circuitum potestatum secularium terror muniret? Sed duplici contra eos calliditate agitur: quia quod eis ab aliis verbis blandientibus dicitur, hoc ab aliis gladiis ferientibus imperatur. Quæ vtrorumque actio, id est, potentium atque loquentium, in Ioannis Apocalypsi breui est sententia comprehensa, qua dicitur: Apoc. 9. Potestas equorum in ore & in caudis eorum erat. In ore nanque doctorum scientia, in cauda verò secularium potentia figuratur. Per caudam quippe quæ retro est, huius seculi postponenda temporalitas designatur, de qua Paulus apostolus dicit: Philip. 3. Vnum autem, quæ retrò sunt oblitus, ad ea quæ antè sunt extentus. Retrò enim est omne quod transit, antè verò est omne quod veniens permanet. Istis ergo equis, id est, nequissimis prædicatoribus vbique carnali impulsu currentibus, in ore & in cauda potestas est: quia ipsi quidem peruersa suadendo prædicant, sed temporalibus potestatibus fulti, per ea se quæ retrò sunt: exaltant. Et quia ipsi apparere despicabiles possunt, ab iniquis auditoribus suis per eos sibi reuerentiam exigunt, quorum patrociniis fulciuntur. Vnde hic quoque non immerito per gyrum dentium eius formido inesse describitur: quia multis terroribus agitur, vt in peruersis eorum prædicationibus & si non veritatis sententia, certè temporalis potentia timeatur. Vnde bene eundem antichristum Psalmista descripsit dicens: Psalm. 9. Sub lingua eius labor & dolor, sedet in insidiis cum diuitibus in occultis. Propter enim peruersa dogmata sub lingua eius labor & dolor est, propter miraculorum vero speciem sedet in insidiis, propter secularis autem potestatis gloriã, cum diuitibus in occultis. Quia enim simul & miraculorum fraude & terrena potestate vtitur, & in occultis, & cum diuitibus sedere perhibetur.

Quòd reprobi scuto defensionis corripientium se verba repellunt, & concordi pertinacia alterna se adinuicem defensione tuentur.

Corpus illius quasi scuta fusilia.) Sacra scriptura scuti nomine aliquando vti in parte prospera, aliquando in aduersa consueuit. Nam sæpe scuti defensio pro diuina protectione ponitur, nonnunquam vero pro humana repugnatione memoratur. Pro diuina enim protectione ponitur, sicut per Psalmistam dicitur: Psal. 5. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Scuto nos dominus coronare perhibetur: quia quos protegens adiuuat, remunerans coronat. Rursum pro humana repugnatione per eundem prophetam scutum ponitur, sicut alibi ait: Psal. 75. Ibi confregit cornua, arcum, scutum, gladium & bellum. In cornibus quippe elatio superborum, in arcu enim insidię longè ferientium, in scuto autem obstinata duritia defensionum, I in gladio vicina percussio, in bello verò ipsa cõtra dominum mẽtis motio designatur. Quod nimirum totum in sancta Ecclesia confringitur, dum mentes deo resistentium, superposito iugo humilitatis edomantur. Hinc rursum per eundem Psalmistam dicitur: Psal. 40. Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni. Arcum enim dominus conterit, cùm occulta insidiantium machinamenta dissoluit. Arma confringit, cum ea quæ contra se erecta fuerant patrocinia humana comminuit. Scuta igni comburit, cùm peccantium mentes obstinata se duritia defendentes ad pœnitentiæ & confessionis ardorem sancti spiritus calore succendit.

Caput. XXX.

QVod verò in hoc loco corpus Leuiathan istius scutis fusilibus comparatur, perscrutandum nobis innuitur: quia durum quidem, sed tamen cùm labitur, fragile solet esse vas omne quod fusile est. Scuta ergo si sunt fusilia, in suscipienda sagittarum percussione robusta sunt, sed casu fragilia. Ictu quidem ferientium minimè penetrantur, sed suo se lapsu per fragmenta dissoluunt. Corpus ergo Leuiathan istius, id est omnes iniqui: quia per obK stinationem duri sunt, sed per vitam fragiles, scutis fusilibus comparantur. Cùm enim verba prædicationis audiunt, nullã correptionis iacula se penetrare permittunt: quia in omni peccato quod faciunt, scutum superbæ defensionis opponunt. Nam cùm talium quisque de reatu suæ iniquitatis arguitur, non mox cogitat quomodo culpam corrigat, sed quid in auxilio suæ defensionis opponat. Nulla igitur veritatis sagitta penetratur: quia verba sanctę correctionis in scuto exc[illegible] superbæ defensionis. Vnde bene de Iudæis contra præcepta domini superba se defensione tuentibus per Hieremiam dicitur: Thren. 3. Reddes eis vicem domine iuxta opera manuum suarum. Moxque eandem vicem expressius subdidit dicens: Dabis eis scutum cordis laborem tuum. Labor quippe domini apparens inter homines passibilis eius humanitas fuit, quam Iudæi superbè sapientes dum cernerent, despexerunt: eumque immortalem credere dedignati sunt, quem natura passibili mortalem viderunt. Cumque eius humilitatem conspicerent, superbiæ fastibus obdurati, summa cura moliti sunt, ne eorum mentes sancta prædicantium verba penetrarent. Dum ergo eis dominus vicem malorum operum redderet, dedit illis scutum cordis laborem suum: quia recto iudicio inde illos cõtra se superbè obstinatos exhibuit, vnde ipse pro nobis in infirmitate laborauit. Repulerunt quippe à se verba prædicantium: quia dedignati sunt in domino infirma passionum. Laborem igi- L tur domini contra eundem dominum scutum cordis habuerunt: quia superba sapiẽtibus eo despectus apparuit, quo propter eos humilis fuit.

Caput. XXXI.

HOc scutum, sicut iam superius diximus, primus ille peccator tenuit, qui requirente domino cur lignum vetitum contigisset, non ad se culpã retulit, sed à muliere quam dominus dederat, se accepisse respondit, vt quasi reatum suum obliquè in auctorem relideret, qui ei mulierem dederat, quæ talia persuaderet. Hoc scutũ etiam requisita mulier tenuit, quando neque ipsa ad se culpam retulit, sed serpentis illud persuasionibus replicauit, dicens: Serpens decepit me, Gen. 3 & comedi: vt ipsa quoque reatum suum obliquè in creatorem reduceret, qui illuc intrare serpentem persuasurum talia permisisset. Serpens vero iam non requiritur, quia nec eius pœnitentia quærebatur. Hi autem quorum pœnitentia quęsita est, scutum nequissimæ defensionis contra iustissimæ correptionis verba protulerunt. Vnde nunc vsque in vsum peccantium trahitur, vt culpa cùm arguitur defendatur: & vnde finiri reatus debuit, inde cumuletur. Bene ergo dicitur: Corpus illius quasi scuta fusilia: quia omnes iniqui ne ad se corripientium verba perueniant, quasi contra aduersariorum iacula scuta defensionum parãt. Quod videlicet eius corpus adhuc nobis expressius detegit, dum subiũgit: Compactum squamis se prementibus.) Fertur quia draconis corpus squamis tegitur, ne citius iaculatione vllius penetretur. Ita corpus omne diaboli, id est multitudo reproborum cùm de iniquitate sua corripitur, quibus valet tergiuersationibus se excusare conatur, & M quasi quasdam defensionis squamas obiicit, ne transfigi sagitta veritatis possit. Quisquis enim dum corripitur, peccatũ suum magis excusare appetit quàm deflere, quasi squamis tegitur, dum à sanctis prędicatoribus gladio verbi iaculatur. Squamas habet, & idcirco ad eius præcordia transeundi viam verbi sagitta non habet. Duritia enim carnali repellitur, ne spiritalis ei gladius infigatur. Carnali sapientia contra deum Saulus obduruerat, quando cor eius nulla prædicationis Euangelicę sagitta penetrabat. Sed postquam forti cœlitus increpatione iaculatus & superno respectu cæcatus est, lumen quippe vt acciperet, amisit: ad Ananiam veniens illuminatur. In qua illuminatione quia defensionum suarum duritia caruit, bene de Act. 9. eo scriptum est: Ceciderunt quasi squamæ ab oculis eius. Carnalis videlicet tegumenti illum duritia pressérat, & idcirco radios veri luminis non videbat. Sed postquam superbæ repugnationes eius victæ sunt, defensionum eius squamæ ceciderunt. Quæ quidem sub Ananiæ manibus ab oculis ceciderunt corporis, sed antè iam sub dominica increpatione ceciderant ab oculis cordis. Cùm enim altæ inuectionis iaculo confossus iaceret, humili iam & penetrato corde requirebat dicens:

cent: Domine quid me vis facere? Repulsis videlicet squamis ad cordis viscera veritatis sagitta pertenerat, quando exposita elatione superbiæ eum quem impugnauerat dominum confitens: & quid ageret nescius requirebat. Intueri libet vbi est saeuus ille persecutor, vbi lupus rapax.

Caput. XXXII.

ECce in ouem iam versus est qui percuntatur pastoris sequitam quam sequatur. Et notãdum quòd cùm diceret: Quis es domine? non ei à domino respondetur: Ego sum
16. genitus patris, ego principium, ego verbum ante secula. quia enim Saulus incarnatum dominum credere contemnebat, & eius humanitatis infirma despexerat, de cœlo hoc quod contempserat audiuit: Ego sum Iesus Nazarænus, quẽ tu persequeris. Ac si diceret: Hoc à me audi de superioribus, quod in me de inferioribus despicis. Auctorem cœli venisse despexeras in terram, ex terra ergo hominem cognosce de cœlo, vt tanto in me amplius sacramenta infirmitatis metuas, quanto & hæc perducta in cœlestibus ad excellentiam potestatis probas. Prosternens igitur te, nequaquam tibi hoc astruo quòd ante secula deus sum, sed illud à me audis quod de me credere dedignaris. Postquam enim dixit Iesus, adhuc in expressione
B terrenæ inhabitationis subdidit, Nazarænus: velut si apertius diceretur: Humilitatis meæ infirma suscipe, & tuæ superbiæ squamas amitte. Sciendum tamen est quòd istæ defensionum squamæ quanuis penè omne humanum genus contegant, hypocritarum tamen specialiter & callidorum hominum mentes premunt. Ipsi etenim culpas suas tanto vehementius confiteri refugiunt, quanto se citius videri ab hominibus peccatores erubescunt. Correpta itaque sanctitatis simulatio & malitia occulta deprehensa, squamas obiicit defensionis, & veritatis gladium repellit. Vnde bene per prophetam contra Iudæam di-
Isaiæ 34. citur: Ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem, ibi habuit foueam hericius. Per lamiam quippe hypocritæ, per hericium vero malitiosi quique, qui diuersis se defensionibus contegũt, designantur. Lamia etenim humanam habere dicitur faciem, sed corpus bestiale. Sic & omnes hypocritæ in prima facie quod ostendunt, quasi ex ratione sanctitatis est, sed bestiale est corpus quod sequitur: quia valde iniqua sunt, quæ sub boni specie moliuntur. Hericij autem nomine, malitiosarum mentium defensio designatur: quia videlicet hericius cùm apprehenditur, eius & caput cernitur, & pedes videntur, & corpus omne conspicitur, sed mox vt apprehensus fuerit, semetipsum in sphæram colligit, pedes introrsus subtrahit, caput abscondit: & intra tenentis manum totum simul amittititur, quod totum simul antè videbatur. Sic nimirum sic malitiosæ mentes sunt, cùm in suis excessibus comprehenduntur. Caput enim hericij cernitur: quia quo initio peccator ad culpam accesserat, videtur. Pedes hericij conspiciuntur: quia quibus vestigiis nequitia sit perpetrata cognoscitur, & tamen adductis
C repentè excusationibus malitiosa mens introrsus pedes colligit: quia cuncta iniquitatis suæ vestigia abscondit. Caput subtrahit, qui miris defensionibus nec inchoasse se prauũ aliquid ostendit, & quasi sphæra in manu tenentis remanet: quia is qui corripit, cuncta quæ iam cognouerat, subito amittens, inuolutum intra conscientiam peccatorem tenet, & qui totum iam deprehendendo viderat, tergiuersatione praua defensionis illusus, totum pariter ignorat. Foueam ergò hericius in reprobis habet: quia malitiosa mens sese intra se colligens, in tenebris defensionis abscondit. Sed in hoc quòd se peccator excusat, in hoc quòd caliginosis defensionibus fixum in se oculum corripientis obnubilat, diuinus nobis sermo etiam quomodo à similibus fulciatur, ostendit. Sequitur:

Caput. XXXIII.

VNa vni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas.) Istæ squamæ peccantium ne ab ore prædicantium aliquo vitæ spiraculo penetrentur, & obduratæ sunt & coniunctæ. Quos enim similis reatus sociat, cõcordi pertinacia etiam defensio peruersa constipat, vt de facinoribus suis alterna se inuicem defensione tueantur. Sibi enim quisque metuit, dum admoneri vel corrigi alterum cernit, & idcirco contra corripientium verba vnanimiter assurgit: quia se in altero protegit. Bene ergo dicitur: Vna vni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas: quia in iniquitatibus suis dum vicissim superba se defensione protegunt, sanctæ exhortationis spiracula ad se nullatenus intrare permittũt. Quorum pestiferam concordiam adhuc apertius subdidit, dicens: D

Vna alteri adhærebunt, & tenentes se nequaquam separabuntur.) Qui enim diuisi corrigi poterãt, in iniquitatum suarum pertinacia vniti perdurant, & tanto magis quotidie à cognitione iustitiæ separabiliores sunt, quanto à se inuicem nulla increpatione separãtur. Nam sicut esse noxium solet si vnitas desit bonis, ita perniciosum est si non desit malis. Peruersos quippe vnitas corroborat, dum concordat: & tanto magis incorrigibiles, quanto vnanimes facit. De hac vnitate reproborum per sapientem dicitur: Stuppa collecta synagoga peccãtium. De hac Naum propheta ait: Sicut spinę inuicem se complectuntur, sic conuiuium eorum pariter potantium. Conuiuium nanque reproborum, est delectatio temporalium voluptatum. In quo nimirum conuiuio pariter potãt, qui delectationis suæ illecebris se concorditer debriãt. Igitur quia membra Leuiathã istius, id est, iniquos omnes quos dei sermo squamarum compactionibus comparat, ad defensionem suam par culpa concordat, bene dicitur: Vna alteri adhærebunt, & tenentes se nequaquam separabuntur. Tenentes enim se separari nequeunt: quia eo ad defensionem suam vicissim constricti sunt, quo se sibi per omnia similes esse meminerunt. Descripto itaque eius corpore, ad caput sermo reducitur, & quid per semetipsum extremæ persecutionis tempore antiquus hostis exerceat, nunciatur. Nam sequitur: *Eccli.* 21. *Naum.* 1. E

Quòd in extrema iudicij commotione antichristus in signis & miraculis tantus erit vt à multis Christus æstimetur.

Caput. XXXIIII.

STernutatio eius splendor ignis.) Quod melius exponimus, si prius sternutatio quomodo agatur, indagemus. In sternutatione quippe inflatio à pectore exurgit, quæ cũ apertos ad emanandum poros non inuenit, cerebrum tangit, & congesta per nares exiens, totũ caput protinus concutit. In hoc itaque Leuiathan corpore, id est, siue in malignis spiritibus, siue in reprobis hominibus, qui illi per similitudinem iniquitatis inhæserunt, quasi inflatio surgit à pectore, dum elatio se erigit ex præsentis seculi potestate. Quæ quasi ad emanandum poros non inuenit: quia in hoc quòd contra iustos extollitur, disponente deo quantum appetit præualere prohibetur. Exurgens autem cerebrum tangit & concutit: quia collecta elatio satanæ, sensum in fine mundi arctius percutit, & caput turbat, dum ipsum auctorem malignorum spirituum per eum qui antichristus dicitur, in persecutione fidelium vehemẽtius excitat. Tunc congesta inflatio per eius nares egreditur: quia tota superbiæ eius iniquitas apertis malitiæ flatibus demõstratur. Quia ergo sternutatio caput maximè concutit, Leuiathan istius sternutatio vocatur illa eius extrema cõmotio, qua dam natum hominem ingreditur, & per eum reprobis principatur. Qui tanta tunc virtute se commouet, vt membra domini, si F
potest fieri, etiam electa perturbet, tantis signis & prodigiis vtitur, vt miraculorum potentia quasi quodam ignis lumine resplendere videatur. Quia ergo commotum caput illius miraculis clarescere nititur, rectè eius sternutatio splendor ignis vocatur. In eo enim quòd se ad persequendos iustos commouet, ante reproborum oculos signorum virtutibus lucet. Et quia eius tyrannidi sapientes mundi adhærent, eorumque cõsiliis omne quod prauum molitur, exercet: rectè subiungitur:

Caput. XXXV.

ET oculi eius vt palpebræ diluculi.) Per oculos qui inhærentes capiti, vtilitati visionis inseruiunt, non immeritò eius consiliarij designantur, qui dum peruersis machinationibus quæ qualiter agenda sunt, præuident, malignis eius operariis quasi ostensum pedibus iter præbent. Qui rectè palpebris diluculi comparantur. Palpebras nanque diluculi extremas noctis horas accipimus, in quibus quasi nox oculos aperit, dum venturæ lucis iam initia ostendit. Prudentes igitur seculi malitiæ antichristi peruersis consiliis inhærentes, quasi palpebræ sunt diluculi: quia fidem quam in Christo inueniunt, quasi erroris noctem asserunt, & venerationem antichristi verum esse manè pollicentur. Spondent enim se tenebras repellere & veritatis lucẽ signis clarescentibus

G nunciare: quia nec persuadere quæ volunt, possunt: nisi exhi-
Gene. 3. bere se meliora fateantur. Vnde hicipse coluber in paradiso primis hominibus loquens, in eo quòd se melius aliquid prouidere simulauit, quasi diluculi palpebras aperuit, quãdo in innocentibus mentibus humanitatis ignorantiam reprehendit, & scientiam diuinitatis promisit. Quasi ignorãtiæ enim tenebras repellebat, & æternæ scientiæ diuinum mane nunciabat,
Ibidem. dicens: Aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij, scientes bonum & malum. Ita in illo tunc damnato homine veniens: eius oculi palpebris diluculi comparãtur: quia sapientes illius simplicitatem veræ fidei quasi transactæ noctis tenebras respuũt, & eius signa mendacia quasi exurgentis Solis radios ostendũt. Sed quia Leuiathan iste non solum habet oculos qui malignis consiliis peruersa prouideant, sed os quoque ad peruertendas mentes hominum aperit, quoniam per prædicatores prauos ad diligendam erroris fallaciam auditorum corda succendit, aptè, subiungitur:

Quòd prædicatores antichristi multos ad perfidiam accendent, sed lux & odor signorum mendacium in carbonum nigredinem redigetur.

De ore eius lampades procedunt.) Qui enim prouident oculi, qui autem prædicant, os vocantur. Sed de hoc ore lampades exeunt: quia mentes audientium ad amorem perfidiæ accendunt, & vnde quasi per sapientiam lucent, inde proculdu-
H bio per nequitiam concremant. Sed qualis ipsa sapientia eorum lux sit, ostenditur, cùm protinus subinfertur.

Caput. XXXVI.

SIcut tædæ ignis accensæ.) Ecce iam hypocrisis eorum apertè describitur, quorum prædicatio tædarum lampadibus comparatur. Tæda enim cùm accenditur, odorem quidem suauem habet, sed lumen obscurum. Ita isti prædicatores antichristi quia sanctitatis sibi speciem arrogant, sed tamen opera iniquitatis exercẽt, quasi blãdum quidem est quod redolent, sed nigrum quod lucent. Olent enim per simulationem iustitiæ, sed obscurum ardent per nequitiæ perpetrationem. Quorum simulationis malitiam Ioannes in Apocalypsi
Apoc. 13. breui descriptione comprehendit, dicens: Vidi aliam bestiam ascendentem de terra, habentem duo cornua similia agni, & loquebatur vt draco. Priorem quippe bestiam, id est, antichristum superiore iam descriptione narrauerat, post quem etiam hæc alia bestia ascẽdisse dicitur: quia post eum multitudo prædicatorum illius ex terrena potestate gloriatur. De terra quippe ascendere, est de terrena gloria superbire. Quæ habet duo cornua agni similia: quia per hypocrisin sanctitatis, eã quam in se veraciter dominus habuit singularem, sibi inesse & sapiẽtiam mentitur & vitam. Sed quia sub agni specie auditoribus reprobis serpentinum virus infundit, rectè illic subditur: Et loquebatur vt draco. Ista ergo bestia, id est prædicantiũ multitudo, si apertè vt draco loqueretur, agno similis non appareret, sed assumit agni speciem, vt draconis exerceat operatio-
I nem. Quod hic vtrunque per tædarum lampades exprmitur: quia & obscurum ardent per effectum malitiæ, & quasi suaue redolent per simulationem vitæ. Sed nequaquam æstimãdum est quòd tunc solum antichristi prædicatores apparebunt, & nunc ab humanis deceptionibus desunt. Modo nãq; priusquã per semetipsum appareat, nõnulli illum vocibus, plærique autem moribus prædicant. An prædicatores simulationis illius non sunt, qui cùm sacros dei ordines obtinent, fugientem totis desideriis mundum tenent, qui virtutes esse ostendunt, quę faciunt, sed vitium est omne quod agunt? Cap. XXXVII.

SEd electorum mens quanto magis internæ luci inhæret, tanto subtilius quomodo virtutes à vitiis discernere debeat, videt. Quid autem mirum est hoc nos spiritaliter agere, quod quotidie corporaliter cernimus nũmularios im-
Examinatio numismatis. plere? Qui cùm numisma percipiunt, prius qualitatem illius, pòst figuram, ad extremum verò pondus examinant, ne aut sub auri specie æs lateat, aut hoc quod veraciter aurũ est, monetę reprobæ figura dehonestet: aut quod & aurum, & rectæ figuræ est, hoc non integrum pondus leuiget. Cùm igitur mira ignotorum hominum facta conspicimus, residere ad mentis nostræ trutinam quasi solertes numularij debemus, vt prius discretio aurum examinet, ne sub virtute se vitium occultet, & quod praua intentione agitur, recti visione pallietur. Cuius si intentionis qualitas approbatur, impressæ mox formulæ figura quærenda est, si à probatis monetariis, id est ab antiquis patribus ducitur, & ab eorum vitæ similitudine nullo errore vitiatur. Cùm verò & per intentionem qualitas, & recta per exemplũm figura cognoscitur, restat vt integrum eius pondus exquiratur. Bonum quippe quod per signa & miracula coruscat, si perfectionis summam nõ habet, pensari sollicitè per cautelam circunspectionis debet, ne dum imperfecta res quasi pro perfecta accipitur, in accipientis damnum vertatur. Prædicatores itaque antichristi quomodo veram numismatis qualitatem tenent, qui in his quæ agunt, intentionis rectę vim nescĩunt: quia per hæc non cœlestem patriam, sed culmen gloriæ temporalis exquirunt? Quomodo à monetę figura non discrepant, qui ab omni pietate iustorum iustos persequẽdo discordant? Quomodo in se integritatis pondus ostendunt, qui non solum humilitatis perfectionem nequaquam assecuti sunt, sed neque ipsam primam eius ianuam cõtigerunt? Hinc ergo hinc electi cognoscant, quomodo eorum signa despiciant, quorum profecto actio omne quod à piis patribus gestum memoratur, impugnat. Sed ipsi quoque electi dum tot signa conspiciunt, dum contemnentes vitam tanta eius miracula perhorrescunt, quoddam dubietatis nubilum in corde patiũtur: quia dum se per prodigia illius malitia leuat, in istis aliquatenus vi- L
sus certior caligat. Vnde rectè subditur:

Quòd in persecutione antichristi in errorem penè mutantur electi.

De naribus eius procedit fumus.) Oculorum quippe acies fumo fauciatur. Fumus ego de eius naribus procedere dicitur: quia de miraculorum eius insidiis ad momentum caliginosa dubietas etiam in electorum corde generatur. De Leuiathan naribus fumus exit: quia ex eius prodigiis mendacibus, etiam bonarum mentium oculos trepidationis caligo confundit. Tunc nanque in electorum cordibus conspectis terribilibus signis, obscura cogitatio conglobatur. Vnde hoc quod iam su- Mat.
prà protulimus, veritatis ore per Euangelium dicitur: Surgent pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia: ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Qua in re valde quærendum est, quomodo aut hi qui electi sunt, induci in errorẽ possunt, aut cur si fieri potest, quasi ex dubietate subditur: cùm quid faciendum sit, dominus omnia præsciens præstolatur. Sed quia electorum cor & trepida cogitatione concutitur, & tamen eorum constantia non mouetur, vna hac sententia dominus vtrunque complexus est dicens: Ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Quasi enim iam errare, est in cogitatione titubare, sed protinus si fieri potest, subiungitur: quia proculdubio fieri non potest, vt in errore plenè electi capiantur. Bene autem in hac fumi caligine, ipse etiam animorum feruor exprimitur, cùm pro- M
tinus subinfertur: Sicut ollæ succensæ atque feruentes.) Velut enim olla feruens est vnaquæque tunc anima, cogitationum suarum impetus quasi spumas ardentium vndarum sustinens, quas & ignis zeli commouet, & ipsa temporalis oppressio more ollæ intrinsecus clausas tenet. Vnde Ioannes quoque cùm huius bestiæ signa narraret, adiunxit: Ita vt ignem faciat de cœlo descendere. Ignem quippe de cœlo descendere, est de cœlestibus electorum animis sancti zeli flammas emanare.

Caput. XXXVIII.

QVia verò Leuiathan iste aliàs non solum serpens, sed etiam regulus dicitur, pro eo quòd immundis spiritibus vel reprobis hominibus principatur: si- *Esaiæ.*
cut Esaias ait: De radice colubri egredietur regulus: inspiciendum nobis summopere est qualiter regulus perimat: vt ex operatione reguli, huius nobis malitia apertius innotescat. Regulus nanque non morsu perimit, sed flatu cõsumit. Sæpe quoque aërem flatu afficit, & quicquid vel positum longe cõtigerit, sola narium inspiratione tabefacit. Hinc ergo pensare compellimur, per hoc quod de naribus eius fumus procedere dicitur etiam priusquã apertus appareat, quid quotidie in humanis cordibus fumo pestiferæ exhalationis operetur. Quia enim sicut & superius diximus, fumo oculorum acies infirmatur: non immeritò de eius naribus fumus

procedere

A procedere asseritur, cuius noxiis inspirationibus praua in humanis cordibus cogitatio nascitur, per quam acies mentis obtunditur, ne lux interna videatur. Quasi enim flatu narium caliginem emittit: quia in reproborum cordibus insidiarum suarum aspirationibus ex amore vitæ temporalis æstum congerit multiplicium cogitationum. Et velut fumi globos multiplicat: quia inanissimas præsentis vitę curas in terrenorum hominum mente coacerua t. Iste fumus ex eius naribus prodiens, aliquando ad tempus etiam electorum oculos tangit. Hunc nãque intrinsecus fumum patiebatur Propheta, cùm dixit: Turbatus est præ ira oculus meus. Huius inundatione premebatur dicens: Cor meum conturbatum est in me, & lumen oculorum meorum non est mecum. Fumus quippe iste obtundit aciem cordis: quia caliginis suę nubilo serenitatem intimę turbat quietis. Cognosci verò nisi tranquillo corde non potest deus. Vnde per eundem Prophetam rursus dicitur: Vacate & videte quoniam ego sum deus. Vacare autem mens nõ potest, quæ huius fumi inundationibus premitur: quia in ea terrenarũ cogitationum volumina ex præsentis vitæ amore glomerantur. Lumen ergo quietis internæ hoc fumo amittitur: quia curarum prurigine cordis oculus dum confunditur, tenebratur. Sed fumus iste aliter electorum animos turbat, aliter reproborum oculos excæcat. A bonorum quippe oculis spiritaliũ de-
B sideriorum flatu respergitur, ne prævalente misera cogitatione detegatur. In prauorum verò mentibus quo se licentius per tetras cogitationes colligit, eo ab eis funditus veritatis lumen tollit. Fumus iste reproborum cordibus quot illicita desideria ingerit, quasi per tot ante illos globos intumescit.

Psal.6.

Psalm.40.

Caput. XXXIX.

ET certè fumi globos nouimus: quia cùm alij superius inanescunt, alij inferius surgunt, sicut & in cogitatione carnali & si alia prauitatis desideria transeunt, alia succedunt. Sæpe autem mens misera quid iam transierit, videt: sed vbi adhuc retineatur, non videt. Gaudet de quibusdam vitiis quòd eis subiecta iam nõ sit, & præcauere ac gemere negligit: quia eorum vice successerunt alia, quibus fortasse nequius succumbit: sicque fit vt dũ alia vitia transeunt, & semper alia succedunt, ab hoc serpẽte cor reproborum sine intermissione teneatur. Vnde bene per Iohel prophetam dicitur: Residuũ erucæ comedit locusta, & residuum locustę comedit brucus, & residuũ bruci cõedit rubigo. Expergiscimini ebrij, & flete. Quid enim per erucam, quæ toto corpore in terra repit, nisi luxuria designatur? quæ cor quod tenet, ita polluit, vt in superioris munditiæ surgere amorem non possit. Quid per locustam quę saltibus euolat, nisi inanis gloria exprimitur, quæ se vanis præsumptionibus exaltat? Quid per brucum cuius penè totũ corpus in ventrẽ colligitur, nisi essendi ingluuies figuratur? Quid per rubiginem quæ dum tangit, incendit: nisi ira innuitur? Residuũ ergo erucæ locusta comedit: quia sæpe cùm luxuriæ vitium à mente recesserit, inanis gloria succedit. Nam quia iam per amorem carnis non sternitur, quasi sanctam se ex castitate
C gloriatur. Et residuum locustæ brucus comedit: quia sępe cùm inani gloriæ quæ quasi ex sanctitate veniebat, resistitur, vel vẽtri vel quibuslibet ambitionis desideriis immoderatius indulgetur. Mens enim dei nescia, tanto atrocius ad quemlibet ambitum ducitur, quanto nullo vel humanæ laudis amore refrenatur. Residuum bruci rubigo consumit: quia sæpe dum ventris ingluuies per abstinentiam restringitur, iræ impatientia acrius dominatur, quæ more rubiginis quasi exurendo messem comedit: quia virtutum fructus impatientiæ flamma tabescit. Cùm ergo vitia vitiis succedunt, agrum mentis alia pestis deuorat, dum alia relinquit. Bene autem illic subditur:

Ioel.1.

Caput. XL.

EXpergiscimini ebrij & flete: Ebrij quippe vocati sunt, qui mundi huius amore confusi, mala non sentiunt quæ patiuntur. Quid est ergo dicere: Expergiscimini ebrij & flete, nisi somnum vestræ insensibilitatis excutite, & in deuastatione cordis tot sibi succedentibus vitiorum pestibus, vigilantibus lamentis obuiate? Per tot igitur globos de Leuiathã naribus fumus surgit, per quot nimirum pestes frugem cordis reprobi occulta aspiratione consumit. Cuius adhuc fumi vim sollicitè dominus exprimit, cùm illico subiungit: Sicut ollæ

Ibidem.

succensæ atque feruentis.) Olla enim succenditur: cùm mens D
humana maligni hostis suasionibus instigatur. Olla autẽ feruet cùm iam etiam per consensum in desideriis prauæ persuasionis accenditur. Et tot vndas quasi feruendo proiicit, per quot nequitias vsque ad exteriora opera extendit. Hunc natique carnalis conscientiæ, id est ollæ feruorem, ex Leuiathan fumo venientem propheta conspexerat, cùm dicebat: Ollam *Hiere.1.*
succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis. Ab Aquilonis nãque facie humani cordis olla succenditur, dum instigatione aduersarij spiritus illicitis desideriis inflãmatur. Ille *Esaiæ.14.*
nanque qui ait: Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, mentem quam semel ceperit, malignis persuasionis suæ flatibus, quasi suppositis ignibus accẽdit: quatenus non cõtenta præsentibus, indesinenter per desideria æstuet, vt alia cõtemnenda appetat, alia adepta contemnat: vt modo suis compendiis inhiet, modo alienis cõmodis etiam cum proprio detrimento contradicat, modo carnis illecebris satisfaciat, modo quasi in quodam culmine per cogitationis superbiam rapta, carnali cura postposita, totam se in typho elationis attollat. Quia ergo cor per varia desideria abducitur, quod instigationibus Leuiathan istius inflammatur, rectè eius fumus succensæ & feruenti ollę similis esse perhibetur: quia per tot se feruores afflata eius tentationibus conscientia erigit, per quot intra E
se cogitationes intumescit. Quod verbis aliis adhuc veritas apertius exequitur, dum subiungit:

Quòd persuasione diabolica ad diuersa vitia reproborum animæ inflammentur, & flamma malitiæ eius infructuosa ligna comburat.

Halitus eius prunas ardere facit.) Quid enim prunas nisi succensas in terrenis concupiscentiis reproborum hominum mentes appellat? Ardent enim cùm quodlibet temporale appetunt: quia nimirum vrunt desideria, quæ quietum ac integrum esse animum non permittunt. Toties igitur Leuiathan halitus prunas accendit, quoties eius occulta suggestio humanas mentes ad delectationes illicitas pertrahit. Alias nanque superbiæ, alias inuidiæ, alias luxuriæ, alias auaritiæ facibus inflammat. Superbiæ quippe facem menti Euæ suppositi, cum *Gene.3.*
hanc ad contemnenda verba dominicæ iussionis instigauit. Inuidiæ quoque flamma Cain animum succendit, cùm de ac- *Gene.4.*
cepto fratris sacrificio doluit, & per hoc vsq; ad fratricidij facinus peruenit: Luxuriæ facibus cor Salomonis exusit, quem *3.Reg.11.*
tanto mulieribus amore subdidit, vt vsque ad idolorum veneratione deductus, dum carnis delectationem sequeretur, conditoris reuerentiæ obliuisceretur. Auaritiæ quoq; igne Achab *3.Reg.21.*
animum concremauit, cùm eum ad appetendam alienam vineam impatientibus desideriis impulit, & per hoc vsque ad reatum homicidij pertraxit. Tanto igitur Leuiathan iste halitu in prunis flat, quanto annisu suggestionis occultæ humanas mentes ad illicita inflammat. Vnde & bene mox subditur:

Caput. XLI.

ET flamma de ore eius egreditur.) Flamma quippe oris F
eius est ipsa instigatio occultæ locutionis. Prauæ enim suasionis verba ad vniuscuiusque animũ facit, sed flãma est quod de ei⁹ ore egreditur: quia ardet in desideriis animus, cùm eius suggestionib⁹ instigatur. Hæc quotidie suggerit, hęc vsque ad præsentis vitæ terminum suggerere non desistit: sed tunc se nequius dilatat, cùm per illum damnatum hominẽ veniens, in huius mundi se gloria apertius ostẽdit. Tunc ab eius naribus vastior fumus procedit: quia humana corda signorum eius admirationibus territa amplior instigatio percutit. Tunc eius halitus vehemẽtius prunas ardere facit: quia reproborum mentes quas iam calentes amore gloriæ temporalis inuenerit, suggestionis suæ flatibus vsque ad nequitiam exercendæ crudelitatis incendit. Tunc de ore eius flamma egreditur: quia quicquid per se quicquid per prædicatores suos loquitur, ignis est, quo infructuosa ligna concremantur. Igne autem terrenæ concupiscentiæ eorum mens tangitur, qui nequaquam fieri precioſa metalla concupiscunt. Qui ergo oris eius non vult *1.Cor.3.*
flamma affici, iuxta doctoris veri sententiam, non lignum, fœnum, stipula: sed aurum, argentum, & precioſus lapis curet inueniri: quia tanto ignis suasionis illius amplius incendit, quanto se ei ad consentiendũ molliorem quisque præbuerit.

G Sed quia nulla ratione conceditur, vt mens in hac corruptibili carne posita, nequaquam suasionis illius ardore tangatur, restat, vt malignis flatibus adusta, ad orationis opem se sine cessatione conuertat. Flammam quippe suggestionum illius extinguit citius vnda lachrymarum.

Libri trigesimitertij Moralium sancti Gregorij finis.

LIBER MORALIUM beati Gregorij in librum Iob trigesimusquartus.

Caput. I.

H QVIA ex hoc mundo corpus gerimus, vniuersitatis terminum ex ea qua nos sumus, parte pensemus. Citius quippe qualis sit mundi finis agnoscimus, si sollicitè aspicimus, hoc quod de mundo gestamus. Aetas etenim nostra per iuueniles annos robustior viget, in senili autem tempore crebrescẽtibus morbis excoquitur, & dum diutius distenditur, vt subsistat, moriendi vice quotidie deficit per momenta viuendi. Ita etiam mundi tẽpus dum venientibus annis augetur, crebrescentibus malis afficitur: & vnde ætatis augmentum percipit, inde salutis dispẽdium sentit. Tribulationes nanque illi cum temporibus crescunt, & eo detrimenta vitæ debilior tolerat quo quasi ad vitam prouectior durat. Totis enim contra illum hostis antiquus viribus soluitur, qui quanuis iam nunc interiit, pro eo quòd supernæ conditionis beatitudinem amisit, tunc tamen plenius extinguitur, quando & à tentandi licentia abstractus, æternis incendiis religatur. Vnde & extrema mundi atrocius tentaturus aggreditur: quia tãto fit feruentior ad sæuitiã, quanto se viciniorem sentit ad pœnam. Considerat quippe quòd iuxta sit vt licentiam nequissimæ libertatis amittat: & quantum breuitate temporis angustatur, tãtum multiplicitate crudelitatis expanditur, sicut de illo voce angelica ad Ioannem dicitur: Væ terræ & mari quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet. Tunc ergo in magnæ iræ feruorem se dilatat, ne qui in beatitudine stare non potuit, in damnationis suæ foueam cum paucis ruat. Tunc quicquid nequiter valuerit, callidius exquirit: tunc ceruicem superbiæ altius erigit, & per damnatum illum quem gestat hominem, omne quod temporaliter prævalet, nequiter ostendit. Vnde & diuina voce rectè nunc dicitur:

Apoc.12.

Quòd in fine mundi superbiæ antichristi potentia suffragetur.

I In collo eius morabitur fortitudo.) Quid enim collo Leuiathan istius, nisi elationis ostensio designatur? qua contra deum se erigens, cum simulatione sanctitatis etiam tumore po testatis extollitur. Quia enim per collum superbia exprimitur: Esaias propheta testatur, qui Hierusalem filias redarguit dicens: Ambulauerunt extento collo. In collo ergo Leuiathan istius fortitudo demorari dicitur: quia elationi illius etiã subiuncta potentia suffragatur. Nam quicquid tunc superbè extollitur, quicquid callidè machinatur, etiam cum virtute potentiæ secularis exequitur. Quod Daniel propheta intuẽs ait: Dolus in manu eius dirigetur. Dolus quippe in manu eius, est fraus in virtute: quia omne quod nequiter voluit, hoc ad tempus exequi etiam fortiter potest. Dolus vero eius dirigi dicitur: quia fraudis eius malitia nulla difficultate præpeditur. Hoc enim Leuiathan iste vel vasa eius habere crebrò propriũ solent, quòd ad iniquitatis suæ cumulum ea quæ nequiter appetunt, explere nequius possunt. Nam cùm fortasse infirmantur electi, atque in desideriis illicitis ruunt in hoc plærunque diuini muneris manu retinentur, quòd voluntatis miseræ nullos effectus inueniunt. Cumque eorum votis valida contrarietas nascitur, plærunque ex ipsa impossibilitate corriguntur, & miro internæ dispositionis ordine, per conuersionem mutatio malę voluntatis sequitur, dum per infirmitatem perfectio denegatur. Hinc est enim quòd sub specie vniuscuiusq; animæ, de infirmante Iudæa, atque in prauis itineribus gradiente, per prophetam dominus dicit: Ecce ego sepiam viã tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet, & sequetur amatores suos, & non apprehẽdet eos, & quæret eos, & nõ inueniens dicet: Vadam & reuertar ad virum meum priorem: quia mihi bene erat tunc magis quàm nunc. Spinis enim electorum viæ sepiuntur, dum dolorem punctionis inueniunt in hoc quod temporaliter concupiscunt. Quasi interposita maceria vis eorum obuiat, quorum nimirum desideria perfectionis difficultas impugnat. Horum profectò animæ amatores suos quærunt, & non inueniunt, dum sequendo malignos spiritus, nequaquã eas quas appetunt huius seculi voluptates apprehendunt. Bene autem subditur, quòd ex ipsa difficultate mox dicat: Vadam & reuertar ad virum meum priorem: quia melius mihi erat tunc, magis quàm nunc. Prior quippe vir dominus est, qui castam sibi animam sancti spiritus interposito amore coniunxit. Quem tunc mens vniuscuiusque desiderat, cùm multiplices amaritudines velut quasdam spinas inuenit in iis delectationibus quas temporaliter concupiscit. Nã dum aduersitatibus mundi quem diligit, anima morderi cœperit, tunc plenius intelligit, quanto illi cum priore viro melius fuit. L Eos ergo quos volũtas praua peruertit, plerunque aduersitas corrigit. Vnde & nimis timendum est, ne sequantur prospera cùm desiderantur iniusta: quia difficilius malum corrigitur, quod profectionis * etiã prosperitate fulcitur. Leuiathan itaque iste qui cum membris suis æternis est cruciatibus deputatus, & dolus in manu eius dirigitur, & in collo eius fortitudo demoratur: quia hoc quod temporaliter peruersa contra bonos voluntate desiderat, peruersiore facultate consummat, vt tãto ei de aduersitate in præsenti nil obstet, quãto ei in posterum de prosperitate nihil remanet. Et quia omnis qui peruersis moribus amicitiis eius innotescit, prius veras mentis diuitias amittit, aptè subiungitur:

Esaiæ.3.

Danie.8.

Quòd subtilissima fraude diabolus consentientium sibi mentes propriis virtutibus spoliat prius quàm qui tentatur, agnoscat: & quòd antichristo veniente, prophetiæ & miracula cessabunt.

Caput. II.

ET faciem eius præcedet egestas.) Per faciem quippe solet notitia designari. Vnde scriptum est: Et facies mea præcedet te, id est, notitia ducatum præbebit. Sciendum vero est quòd egestas in sacro eloquio aliter electorum ponitur, atq; aliter reproborum. Egestas nanq; electorum est, cùm veræ diuitiæ cœlestis patriæ ad eorum animum redeunt, & in hoc ærũnoso præsentis vitæ exilio positi, pauperes se esse meminerunt. Illas quippe diuitias sine cessatione suspirãt, de quibus Paulus dicit: Vt sciatis quę sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hęreditatis eius in sanctis. Et quia adhuc eas nequaquam conspiciunt, studioſè interim in ærumna istius paupertatis gemunt. Hanc proculdubio paupertatem Hieremias inspexerat, cùm dicebat: Ego vir videns paupertatẽ meam in virga indignationis eius. Virga enim indignationis dei, est percussio districtionis. Quã indignationem tũc homo pertulit, cũ ex paradiso pulsus, veras interni gaudij diuitias amisit. Sed quia electi quique incessanter cõspiciunt quòd in prẹsentis vitæ penuriam ab illa potestatis ingenitæ facultate ceciderunt, bene dicitur: Ego vir videns paupertatem meã. Quisquis enim hæc adhuc visibilia appetit, peregrinationis suæ malum non intelligit: & hocipsum quod patitur, videre nescit. Hanc paupertatẽ Dauid Propheta intuens ait: Infirmata est in paupertate virtus mea. In paupertate etenim virtus infirmari dicitur: quia lapsus in hac peregrinatione animus, & corruptionis suæ molestiis reuerberatus, hoc quod perdidit, contẽplari prẹpeditur. Sed hanc paupertatem reprobi considerare nesciunt: quia dum sequuntur ea quæ conspiciunt, cogitare inuisibilia negligunt quæ perdiderunt. Vnde & egestas eorum propriè dicitur: quia dum replentur vitiis, virtutum diuitiis vacuãtur. Quibus sæpe euenit vt per elationis dementiam subleuati, dum nequaquam ruinæ suæ damna considerãt, esse se etiam à bonis

Ezech.44.

Egestas electorum.

Ephesi.

Thren.1.

M

Psalm.30.

Egestas reproborum.

A mis actionibus inopes non cognoscant. Vnde voce angeli prædicatori Laodiciæ dicitur: Dicis quòd diues sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis, quia tu es miser, & miserabilis & pauper, & cæcus & nudus. Quasi diuitem se asserit, qui per arrogantiam sanctitatis extollitur, sed pauper, cęcusq; & nudus arguitur. Pauper vtique, quia virtutum diuitias non habet: cæcus, quia nec paupertatē quam patitur, videt: nudus, quia primam stolam perdidit: sed peius, quia nec se perdidisse cognoscit. Quia ergo, vt diximus, egestas reproborum, est defraudatio meritorum: rectè de Leuiathan dicitur: Faciē eius præcedet egestas. Nemo quippe cognitioni eius iungitur, nisi prius virtutum diuitiis denudetur. Prius enim bonas cogitationes subtrahit, & tunc eis apertiorem notitiam suæ iniquitatis infundit. Egestas ergo faciem illius præcedere dicitur: quia prius facultas virium perditur, vt quasi per familiaritatē postmodū eius notitia cognoscatur. Vel certè quia multis ita fraudulenter surrepit, vt ab eis deprehendi nequaquam possit, & sic eorum virtutes euacuat: quatenus astutiæ suę malitiam nō ostendat, faciem eius egestas præire perhibetur, ac si apertè diceretur: quia cùm insidians tentat, priusquam videatur expoliat: Hinc est enim quòd de Ephraim per prophetam dicitur: Comederunt alieni robur eius, & ipse ignorauit. Alieni quippe intelligi apostatæ angeli solent: qui robur comedunt, dum
B virtutem mentis peruertendo consumunt. Quod Ephraim & pertulit, & nesciuit: quia in tētatione malignorum spirituum, & robur animę perdidit, & hoc ipsum quia perdiderit, nō intellexit. Leuiathan ergo faciem egestas antecedit: quia negligentium mentes antè tentando spoliat, quàm eius insidias is qui tentatur, agnoscat. Per hoc ergo quod dictum est: In collo eius morabitur fortitudo, virtus violentię ostenditur. Per hoc vero quod subditur: Et faciem eius præcedet egestas, fraudis subtilitas designatur. Quanuis de eo quòd eius faciem egestatem præire cognoscimus, suppetit aliud quod tamē tristius exponamus. Terribili quippe ordine dispositionis occultæ, priusquam Leuiathan iste in illo damnato homine quem assumit, appareat: à sancta Ecclesia virtutum signa subtrahūtur. Nam prophetia abscēditur, curationum gratia ausertur, prolixioris abstinentiæ virtus imminuitur, doctrinæ verba conticescunt, miraculorum prodigia tolluntur. Quæ quidem nequaquam superna dispensatio funditus subtrahit, sed non hęc sicut prioribus temporibus apertè ac multipliciter ostendit. Quod tamen mira dispensatione agitur, vt vna ex re diuina simul pietas, & iustitia compleatur. Dum enim subtractis signorum virtutibus, sancta Ecclesia velut abiectior apparet, & bonorum præmium crescit: qui illam pro spe cœlestiū, & non propter præsentia signa venerantur, & malorum mens contra illam citius ostenditur, qui sequi quæ promittit inuisibilia negligunt, dum signis visibilibus non tenentur. Dum igitur humilitas fidelium, multitudine & manifestatione signorū quasi destituitur, terribili occultæ dispositionis examine, inde bonis misericordia largitur, vnde malis iusta ira cumulatur. Quia ergo Leuiathan iste priusquam manifestus, & cōspicuus veniat, ex magna parte in sancta Ecclesia signa virtutum cessant, rectè nunc dicitur: Faciem eius præcedet egestas. Ante enim à fidelibus miraculorum diuitiæ subtrahuntur, & tunc cōtra eos antiquus ille hostis per aperta prodigia ostenditur, vt quo ipse per signa extollitur, eo à fidelibus sine signis robustius laudabiliusque vincatur. Quanuis etiam fidelibus in eius certamine signa non deerunt, sed tanta erunt illius vt nostrorum, aut pauca, aut nulla videantur. Quorum nimirum virtus omnibus signis fit potior, cùm omne quod ab illo terribiliter fieri conspicitur, per internæ constantiæ calcē premunt. Sed malignus hostis tanto contra eos acriori immanitate se exhibet, quanto se despici etiam clarescentibus miraculis dolet. Totū ergo se in eorum interitum colligit, cunctosque reprobos in necem fidelium vnanimi crudelitate coniungit, vt sæuitiam suam tanto robustius exerceat, quanto & in eis quæ peruersè agere appetit, nulla sibi sui corporis membra discordant. Vnde & rectè dicitur:

Quanta virtutis in fine futura sit feritas reproborum.

Membra carnium eius cohærentia sibi.) Carnes vero Leuiathan istius, sunt omnes reprobi, qui ad intellectum spiritalis patriæ per desiderium non assurgunt. Membra verò sunt D
carnium, hi qui eisdem peruersè agentibus, & sese ad iniquitatem præcedentibus iunguntur, sicut econtra per Paulum de dominico corpore dicitur: Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Aliud quippe est membrum corporis, aliud membrum membri. Membrum quippe corporis pars ad totum, membrum verò membri est particula ad partem. Membrum nanque membri est digitus ad manum, manus ad brachium, membrum verò est corporis totum hoc simul ad corpus vniuersum. Sicut ergo in spiritali dominico corpore membra de membro dicimus eos qui in eius Ecclesia ab aliis regūtur: ita in illa Leuiathan istius reproba congregatione membra sunt carnium, qui iniquo opere quibusdā se nequioribus iunguntur. Sed quia hostis malignus sibi in peruerso opere à primis vsque ad extrema concordat, diuinus sermo in eo mēbra carnium sibimet cohęrentia memorat. Sic nanque peruersa vnanimiter sentiunt, vt nulla contra se vicissim disputatione diuidantur. Nulla eos diuersitatis altercatio tunc scindit, & idcirco contra bonos vehementer prævalent: quia in malo se concorditer tenent. *1. Corin. 12.*

Caput. III.

SIcut enim iam superius diximus, vt pernicioſum est si vnitas desit bonis, ita pernicioſius est si non desit malis. Reproborum quippe vnitas, bonorum vitam tanto durius præpedit, quanto ei se per collectionem durior opponit. Hanc vnitatem reproborum pernicioſam sibi Paulus conspexerat, cùm in medio Sadducæorum Phariſæorumque deprehenſus dicebat: De spe & resurrectione mortuorum ego iudicor. Qua nimirum voce percussa, protinus contra se vicissim audientium turba disiluit. Cumque in duas partes tumultuantiū multitudo diuiditur: Paulo via ereptionis aperitur: quia quem turba persequentium vnita constrinxerat, diuisa laxabat. Eripiuntur ergo iusti dum diuiduntur iniusti, & electorū vota ad perfectum perueniunt, dum reproborum agmina per discordiam confunduntur. Quod bene etiam maris rubri scissione designatur. Dum enim in duas partes vnda diuiditur, ab electo populo ad terram repromissionis tenditur: quia dum malorum vnitas scinditur, bonæ mentes ad hoc quod appetunt, perducuntur. Si malorum vnitas noxia non fuisset, nequaquam diuina prouidentia superbientium linguas in tanta diuersitate dissipasset. Si malorum vnitas noxia non fuisset, de sanctæ Ecclesiæ hostibus propheta non diceret: Præcipita domine, & diuide linguas eorum. Quia ergo Leuiathan iste tunc contra electos dei in suis viribus effrenatur: ad augmentum suæ malitiæ, vnitatem quoq; in reprobis habere permittitur, vt tanto contra nos robustius vires suas exerat, quanto non solum nos ictu fortitudinis, sed etiam mole adunationis impugnat. Sed quis contra ista sufficiat? Quæ mens ad tantæ elationis & compagis pondera, non ab ipsa cogitationum radice cō tremiscat? Vnde quia trepidare nos per infirmitatem conspicit, protinus diuina clementia quid per semetipsam faciat, adiungit. Nam sequitur: *Vnitas bona.* *Vnitas mala.* *Exo. 13.* *Gene. 11.* *Psalm. 54*

Quòd in die iudicij iustis gaudentibus impij maledictionis fulmine ferientur.

Mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur.) Quid appellatione fulminum, nisi tremendæ illę extremi iudicij sententię designantur? Quæ idcirco fulmina vocantur: quia nimirum eos quos feriunt, in perpetuum incendunt. Fulmina nanque super eum Paulus venire conspexerat, cùm dicebat: Quem dominꝰ Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. Hæc autem quæ in eum mittuntur fulmina, ad locum alium non ferūtur: quia iustis gaudentibus solis, tunc reprobos feriunt. Nam post trituram vitæ præsentis, in qua nunc triticum sub paleis gemit, ita illo extremi iudicij ventilabro inter triticum paleasque discernitur: vt nec in tritici horreum paleæ transeant, nec in palearum ignem horrei grana delabantur. Illa ergo fulmina locum alium nequaquam tangunt: quia videlicet igne suo non grana, sed paleas incendunt. Sed quia Leuiathan istum pœna non corrigit, insinuat dum subiungit: *2. Thess. 2.*

Quòd diabolus sit impœnitens, & nos illo persequente modo proficimus, ipse verò sicut incus semper percutitur, nec tamen mutatur.

Cor

G Cor eius indurabitur quasi lapis.) Cor enim antiqui hostis vt lapis indurabitur: quia nulla vnquam conuersionis pœnitẽtia mollietur. Qui quia solis ictibus ęternę vltionis aptabitur, rectè protinus subinferẽt: Et stringetur quasi malleatoris incus.) Incudem quippe malleator solis aptam percussionibus figit. Ad hoc nãque incus statuitur, vt crebris ictibus feriatur. Leuiathan ergo vt malleatoris incus stringitur: quia inferni vinculis coarctabitur, vt æterni supplicij continua percussione tundatur. Qui modo quoque percutitur, dum iusti quique illo in insidiis vigilante, sed doloribus tabescente saluantur. In incude autem alia vasa formantur: ipsa vero tot percussionibus in vas aliud non transfertur. Rectè ergo Leuiathan iste incudi comparatus est: quia nos illo persequente componimur: ipse autem & semper percutitur, & in vas vtile nunquam mutatur. Aeternæ illũ percussioni relinquimus, & nos superni artificis manu in eius tentatione percussi, per illum quasi vascula formata transimus. In ipso enim tũdimur, sed vt ad vsum domus supernæ veniamus. Ipse verò quasi incus stringitur: quia etsi nunc tentando mundum circuit, in inferno tamẽ positus, iam sub ictu sententiæ non vagatur. Sequitur:

Quòd in ruina diaboli sancti angeli territi sunt ne peccarent, & purgati, vt in munditia stabiles permanerent.

Cùm sublatus fuerit, timebunt angeli, & territi purgabun-
H tur.) Scriptura sacra ita nonnunquam tempus præteritum futurumque permiscet, vt aliquando futuro pro pręterito, aliquando verò vtatur pręterito pro futuro. Futuro, nanque pro
Apoca. 12. præterito vtitur, cùm Ioanni mulier paritura masculum, qui regat gentes in virga ferrea demonstratur. Quod quia incarnato domino veniente iam tunc factum fuerat, res gesta nunciabatur. Rursum præterito vtitur pro futuro, sicut per Psal-
Psalm. 21. mistam dominus loquitur, dicens: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Quibus videlicet verbis speciem dominicę passionis quasi iam transacta describitur, sed tamen adhuc longè pòst futura nunciatur. Hoc ergo loco quo dicitur: Cùm sublatus fuerit, timebunt angeli, nil obstat intelligi: quia sub futuri temporis modo præterita describuntur. Nec rectæ intelligentiæ sensum relinquimus, si credamus Leuiathan isto ab arce beatitudinis cadente, in ruina eius etiam electos angelos expauisse, vt cùm istum ex illorum numero superbiæ lapsus eiiceret, illos ad robustius standum timor ipse solidaret. Vnde & sequitur:

Caput. IIII.

ET territi purgabuntur.) Purgati vero sunt: quia nimirũ isto cum reprobis legionibus exeũte, soli in cœlestibus sedibus qui beatè in æternum viuerent, remanserunt. Huius itaque lapsus eos terruit & purgauit. Terruit ne conditorem suum superbè despicerent: purgauit verò, quia exeun-
I tibus reprobis, actũ est vt electi soli remanerent. Et quia cunctorum opifex deus scit ad bonorum custodiam etiam bene vti mala actione reproborum, lapsum cadentiũ vertit in profectum manentium, & vnde punita est culpa superbientium, inde humilibus angelis, & inuenta, & solidata sunt augmenta meritorum. Istis nãque cadentibus, illis in munere datum est: vt cadere omnino nõ possent. Sancti enim angeli dum in istis naturę suæ damna conspiciunt, in seipsis iam cautius robustiúsque consistunt. Vnde fit auctore omnium rerum domino cuncta mirabiliter ordinante, vt illi electorum spirituum patriæ etiam ruinæ suæ damna proficiant, dum inde firmius cõstructa sit, vnde fuerat ex parte destructa. Sed quia sæpe scriptura sacra prædicatores Ecclesiæ pro eo quòd gloriam patriæ cœlestis annunciant, angelorum solet nomine designare, possumus hoc loco angelos sanctos prædicatores accipere. Hinc est enim quòd Ioannes in Apocalypsi septem Ecclesiis scribens, angelis Ecclesiarum loquitur, id est, prędicatoribus po-
Esaiæ 33. Mala. 2. pulorum. Hinc propheta ait: Et angeli pacis amarè flebunt. Hinc rursum Malachias propheta ait: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem inquirunt ex ore eius: quia angelus
1. Timo. 3. domini exercituum est. Hinc Paulus ait: Magnum est pietatis sacramẽtum, quod manifestatum est in carne, iustificatum in spiritu. Apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in hoc mundo, assumptum est in gloria. Qui igitur dispensationis mysterium postquam apparuisse angelis dixit, prædicatum esse gentibus subdidit, profectò angelorũ nomine, prædicatores sãctos, id est, veritatis nũcios designauit. Si ergo hoc quod dicitur: Cùm sublatus fuerit, timebunt angeli, & territi purgabuntur, ad futurum tẽpus refertur, adueniente districto iudice, extrema hic istius Leuiathã damnatio designat: qua de hoc mundo per iram iudicij tollitur, qui nunc mira mansuetudinis longanimitate toleratur. Tanto autem hinc pondere terroris excutitur: vt sanctorum etiam prædicatorum fortitudo turbetur. Cùm enim sublatus fuerit, timebũt angeli: quia cùm iudicij turbine rapit, hi qui in corporibus reperiri potuerint, immenso terrore concussi, etiam supernæ patriæ nuncij contremiscunt. Quanuis enim fortes iam atque perfecti sunt, adhuc tamen, quia in carne sunt positi, non possunt in tanti terroris turbine nulla formidine concuti. Sed cùm Leuiathã iste rapitur, cumque omnia in eius interitu elementa quatiuntur: prædicatores sanctos quos, vt dixi, adhuc in suis corporibus illud tempus iudicij inuenerit, spes de regni propinquitate lætificat: & carnis infirmitas de iræ ostensione perturbat. Erit ergo in eis aliquo modo tremor lętus, & timor securus: quia & cœlesti regno se remunerari certi sunt, & per tãti turbinis metum, pro carnis infirmitate contremiscunt. Consideremus ergo quomodo tunc iniquorum conscientia concutitur, quando etiam iustorum vita turbatur. Hi qui oderunt aduentum iudicis: quid facient, si terrorem tanti iudicij etiã qui diligunt, expauescũt? Et quia in sanctis prædicatoribus hoc pauore ex- L
coquitur si qua eis inesse potuit leuium rubigo vitiorũ, postquam dixit: Cùm sublatus fuerit, timebunt angeli, aptè mox subdidit: Et territi purgabuntur. Sed quia hęc de Leuiathan istius fine cognouimus, interim priusquam pereat quid agat, audiamus. Sequitur:

Quòd in persecutione antichristi prædicatio, & patientia sanctorum periclitetur.

Cũ apprehenderit eum gladius, subsistere non poterit neq; hasta, neque thorax.) In scriptura sacra aliquãdo per gladium sancta prædicatio, aliquando æterna damnatio, aliquando tribulatio temporalis, aliquando antiqui hostis ira, vel persuasio designatur. Gladius enim sancta prędicatio ponitur, sicut Pau-
Ephe. 6. lus ait: Et gladium spiritus, quod est verbũ dei. Gladij nomine æterna damnatio designatur, sicut de prædicante hæretico scriptũ est: Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erũt: quia quãtalibet hic numerositate germinent, æterna dãnatione cõsumuntur. Gladius tribulatio tẽporalis accipit, sicut Marię de
Luæ. 2. secuturis tribulationibus dicitur: Et tuã ipsius animã pertransibit gladius. Rursum per gladiũ ira, vel persuasio maligni hostis exprimitur, sicut Psalmista ait: Qui liberasti Dauid seruũ
Psalm. 143. tuũ de gladio maligno. Benignus quippe sanctę prędicationis est gladius quo percutimur, vt à culpa moriamur. Malignus verò est diabolicæ persuasionis gladius, quo malè quisq; percu- M
titur, vt à vita rectitudinis extinguat. Antiqui ergo hostis est gladius ille tunc dãnatus homo, in vsum ministerij eius assum ptus. Ipsum quippe per malitiam fraudis exacuit, & infirmorũ corda transfigit. Hunc ergo. Leuiathan gladium apprehendit, cùm eum suus damnatus homo susceperit. Si autem gladij nomine eius ira signatur, rectè non apprehendere gladium: sed à gladio apprehendi describitur. In tantam quippe tunc insaniam vertitur, vt dominari omnibus appetẽs, nequaquam suæ iræ dominetur. Nos nanq; cùm iram in vsum iustitiæ assumimus, gladiũ tenemus: quia eam sub æquitate iudicij possidẽdo moderamur. Ille autem quia per abrupta furoris rapitur, non apprehẽdere gladiũ, sed à gladio apprehendi perhibetur. Non enim iram possidẽs tenet, sed ab ira sæuiens tenetur. Caput. V.

CVnctis autem liquet quòd hasta aduersarium percutimus, thorace verò ab aduersario munimur. Per hastam vulnera inferimus, per thoracem tegimur ne vulneremur. Quid igitur per hastam nisi prædicationis iaculum, quid per thoracem, nisi fortitudo patientiæ designatur? Leuiathã ergo iste, quia per assumptum reprobum hominem in ira omnimodæ crudelitatis effrenatur, apprehendi à gladio dicitur. Nam per ostensionem immensæ tunc fortitudinis exhibet, quicquid nequiter potest. Et neque hasta neque thorax subsistere poterit: quia in antichristum veniens, tantę virtutis apparebit, vt si supernum adiutorium desit, & prædicantium

Prædicatores angeli sunt.

dicantium acumen obtundat, & longanimitatem patientium
destruat. Nisi etiam iustorum vitam superna gratia solidet, nõ
subsistit hasta, quia prædicatorum virtus frangitur: non subsi-
stit thorax, quia constantiũ patientia dirupta penetratur. Vn-
de & subditur: Reputabit enim vt paleas ferrum, quasi lignũ
putridum æs. Quod superius hastam dixit, hoc inferius ferri
appellatione replicauit, & quod thoracẽ protulit, hoc rursum
æris commemoratione signauit. Ferrum nãque acuitur, vt ad-
uersarius vulneretur. Aes autem rubigine penè nulla consumi
tur. Ferro ergo prædicationis iacula, ære autem longanimita-
tis constantia designatur. Vnde & sub Aser specie de sancta
Deut. 33. Ecclesia per Moysen dicitur: Ferrum & æs calciamentũ eius.
Calciamentum quippe in scriptura sacra munimen prædica-
tionis accipitur, sicut scriptum est: Calciati pedes in præpara-
Ephe. 6. tione Euangelij pacis. Quia ergo per ferrum virtus, per æs au-
tem perseuerantia exprimitur: ferrum & æs calciamentum e-
ius dicitur, cum prædicatio eius acumine simul, & constantia
munitur. Per ferrum enim mala aduersantia penetrat, per æs
autem bona quæ proposuit, longanimiter seruat. Cuius profe
cto perseuerantiam illic apertius insinuat, dicens:

Quòd ab initio mundi vsque ad finem, persecutio diaboli non
quiescat, & quod multi qui se ferrum, vel æs æstimant, id est,
fortes, vel longanimes, infirmos & contemptibiles, vt paleas, &
B *putrida ligna tunc se agnoscent.*

Deut. 33. Sicut dies iuuentutis eius, ita erit & senectus illius. Sed Le-
uiathan iste quando illum gladium quem sacra eloquia anti-
christum vocant, in exercitationem suæ iniquitatis assumpse-
rit, & ferrum velut paleas, & æs velut lignum putridum repu-
tabit: quia nisi diuina gratia protegat, & prædicantium vires
velut paleas nequitiæ suæ igne consumet, & patientium con-
stantiam quasi lignum putridum in puluerem rediget. Et acu-
men igitur ferri, & æris fortitudo deficit, dum per violentiam
virtutis illius, & prædicationis sensus obtunditur, & patientiæ
longanimitas dissipatur. Nisi ergo electos suos opitulatio di-
uina roboret, vbi tunc infirmi erunt, si fortes sicut paleæ repu
tantur? Quid tunc Leuiathan iste de paleis faciet, si ferrũ quasi
paleas æstimabit? Quid de putridis lignis acturus est, si quasi li-
gnum putridũ æris fortitudinẽ soluet. Sed ô quàm multi qui
suis viribus ferrum se vel æs æstimant, in illo tũc tribulationis
igne se paleas esse deprehendunt, & quàm multi qui per infir-
mitatem propriam se esse paleas metuunt, per diuinum adiu-
torium fulti, in ferri atque æris soliditate roborantur, vt con-
tra aduersarium suum tanto magis in deo fortes sint, quanto
de se amplius infirmos se esse meminerunt. Sed quanto altius
Behemoth iste contra electos dei per miracula erigitur, tanto
C ba constringunt. Qui tamen ita reproborum mẽtes possidet,
vt eas nulla confossus veritatis iaculatione relinquat. Vnde &
subditur:

Quòd Leuiathan à cordibus reproborum nullis prædicatorum
sagittis tunc repellatur, & totum robur Ecclesiæ ipsumque di-
uini iudicij malleum in illo damnato homine absque timore
contemnat.

Non fugabit eum vir sagittarius.) Quid enim per sagittas,
nisi verba prædicatorum accipimus? Quæ dum voce bene vi-
uentium distringuntur, audientium corda transfigunt. His sa-
gittis sancta Ecclesia percussa fuerat, quæ dicebat? Vulnerata
Psalm. 63. charitate ego sum. De his sagittis Psalmistæ voce narratur: Sa-
gittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, quia scilicet verba
humilium penetrauerunt animos superborum. De his sagit-
Psalm. 44. tis venienti propugnatori dicitur: Sagittæ tuæ acutæ potentis-
simæ, populi sub te cadent in corde. Vir itaque est sagittarius,
qui per sanctæ intentionis arcum, audientium cordibus ver-
ba rectæ exhortationis infigit. Quia ergo Leuiathan iste ver-
ba prædicantium despicit, & cùm reproborum mentes malè
suadendo momorderit, durus inter iacula omnimodo eas nõ
relinquit, rectè dicitur: Non fugabit eum vir sagittarius. Ac si
apertè dicatur: A reproborum cordibus eum sancti prædica-
toris sagitta non excutit: quia quisquis ab illo apprehenditur,
verba iam prædicantium audire contemnit. Vnde bene pecca
tis præcedentibus irascens, de his quos in manu antiqui hostis D
deserit, dominus per propheram dicit: Immittam vobis serpẽ- Hier. 8.
tes regulos, quibus non est incantatio. Ac si diceret: Iusto iu-
dicio talibus vos immundis spiritibus tradam, qui à vobis ex-
cuti exhortatione prædicantium quasi incantantium sermone
non valeant. Quia verò Leuiathan iste à cordibus reproborũ
sanctæ prædicationis spiculis non mouetur, ipse etiam sancto-
ram virorum contemptus adducitur, cùm ilicò subinfertur:

Caput. VI.

IN stipulam versi sunt ei lapides fundæ.) Quid per fundam
nisi sancta Ecclesia figuratur? Fũda nanque dum in gyrum
mittitur, sicut de illa lapides exeunt, quibus aduersariorum
pectora feriantur: ita sancta Ecclesia dum volubilitate tempo
rum per tribulationum circumitum ducitur: fortes ex illa viri
prodeunt, quibus quasi lapideis ictibus intquorum corda tun-
dantur. Vnde & ad prophetam de bonis doctoribus dominus
dicit: Deuorabunt, & subiicient lapidibus fundæ. Sancti quip Zacha. 9.
pe doctores qui ad virtutem, & alios instruũt, hostes deuorãt,
dum eos intra corpus suum per vim conuersionis immutant.
Quos lapidibus fundæ subiiciunt: quia dum fortes quosq; in
sancta Ecclesia viros instituunt, per eos aduersãriorum super-
bientium pectora dura confringunt. Vnde & Golias imma- 1. Regũ. 17.
nissimus saxo fundæ moritur: quia singulari sanctæ Ecclesię la
pide diabolica celsitudo superatur. Leuiathan itaque iste, quia
damnato illo homine assumpto, quoslibet fortes Ecclesiæ ve-
lut infirmos despicit, eorumque vires temporaliter premit, re- E
ctè nunc dicitur: In stipulam versi sunt ei lapides fundę. Ac si
apertè diceretur: Sanctorum robur quasi in stipulæ mollitiem
redigit, quorum lingua prius pectus illius duris ictibus tutu-
dit. Omnem quippe tunc fortitudinem suæ iniquitatis exer-
cens, quanto se ab eis vinci spiritaliter dolet, tanto atrocius cõ
tra eos corporaliter prævalet. Et quia nil se contra eorum spi-
ritum prævalere considerat, in eorum carne crudelitatis suæ
omnia argumenta consummat.

Caput. VII.

SEd quid mirum si humanas vires despicit, qui ipsa etiam
superni in se iudicij æterna tormenta contemnit? Vnde
& subditur: Quasi stipulam æstimabit malleum.) Ac si
diceret: Etiam põdus eius animaduersionis despicit, qui se per
supplicium desuper veniens ferit. In scriptura enim sacra mal- *Malleus si-*
lei nomine, aliquando diabolus designatur, per quem nũc de- *gnat dia-*
linquentium culpæ feriuntur. Aliquando verò percussio cœle *bolum.*
stis accipitur, qua vel electi supernos ictus sentiunt, vt à pra- *Malleus si-*
uis itineribus corrigantur, vel iusta ira reprobos percutit, vt iã *gnat per-*
supplicia æterna præueniens, quid etiam in posterum mereantur, ostendat. Nam quia appellatione mallei antiquus hostis *cussionem*
exprimitur, propheta testatur, cùm super eum vim extremi iu- *cœlestem.*
dicij contemplatur, dicens: Quomodo confractus est, & con- *Hier. 50.*
tritus malleus vniuersæ terræ? Ac si diceret: Eum per quem va F
scula sua dominus in ministerij vsum formanda percutit, quis
perpendat quo turbine veniente extremo iudicio in æterna
damnatione confringit? Rursum per malleum percussio cœle
stis exprimitur, quod Salomone templum ædificãte signatur, 3. Regũ. 6.
cùm dicitur: Domus autem cùm ædificaretur, lapidibus dedo-
latis atque perfectis ædificata est, & malleus & securis, & om-
ne ferramentum non sunt audita in domo cùm ædificaretur.
Quid enim domus illa, nisi sanctam Ecclesiam, quam in cœle-
stibus dominus inhabitat, figurabat? Ad cuius ædificationem
electorum animæ quasi quidam expoliti lapides deferuntur.
Qui cùm ædificantur in cœlis, nullus illic iam disciplinæ mal-
leus resonat: quia dolati atque perfecti illuc lapides ducimur,
vt locis iuxta meritum congruis disponamur. Hic enim foris
tundimur, vt illuc sine reprehensione veniamus. Hic malleus,
hic securis, hic omnia tunsionum resonant ferramenta. In do-
mo autem dei nulli ictus audiuntur: quia in æterna patria om-
nis iam percussionũ strepitus cõticescit. Nequaquam ibi mal-
leus percutit: quia nulla animaduersio affligit. Nequaquam se-
curis incidit: quia receptos interius nulla foras seueritatis sen-
tentia proiicit. Nequaquam ferramenta perstrepunt: quia nec
quælibet minima vltra iam flagella sentiuntur. Quia ergo per
malleum desuper venientem cœlestis pondus percussionis ex-
primitur, quid est quòd Leuiathan iste malleum despicit, nisi

quòd

G quòd ſupernæ animaduerſionis ictus formidare contemnit? Et quaſi ſtipulam malleum deputat: quia ad iuſtæ iræ ſe pondera velut contra terrores leuiſsimos parat. Vnde & adhuc expreſsius ſubditur:

Quòd imminentibus tormentis excæcatus malitia, ad exercenda mala diabolus acrius inſurgit.

Et deridebit vibrantem haſtam.) Contra Leuiathan enim dominus haſtam vibrat, quia in eius interitu diſtrictam minatur ſententiam. Haſtam quippe vibrare, eſt æternam ei mortem ex diſtricta animaduerſione præparare. Sed apoſtata ſpiritus auctorem vitæ etiam cum ſua morte deſpiciens, haſtam vibrantem deridet: quia ex diſtricto iudicio quicquid graue, quicquid horribile eſſe præuidet, pati non metuit, ſed quo ſe æterna tormenta non poſſe euadere conſpicit, eo in exercenda nequitia durior ſurgit. Quem cùm plærique huius mundi ſapientes in cunctis quæ appetit, tanta pertinacia, tanta formidine ſtringi conſiderant, corda ſua ad famulatum eius tyrannidis inclinant, & omne quod deo largiente ſapiunt, hoc contra eũ ad ſeruitiũ hoſtis illius inflectunt. Vnde & rectè ſubdit:

Quòd hi qui videbantur radiis virtutum ſplendere, vel minis territi, vel cruciatibus victi, Leuiathan ſeditionem ſubintrent.

Sub ipſo erunt radij Solis.) In ſcriptura enim ſacra cùm fi- H guratè Sol ponitur, aliquando dominus, aliquando perſecutio, aliquando de re qualibet manifeſtæ viſionis oſtenſio, aliquando autem intelligentia ſapiẽtium deſignatur. Per Solem quippe dominus figuratur, ſicut Sapientiæ libro perhibetur quòd omnes impij in extremi die iudicij cognita ſua damna- *Sapien.5.* tione dicturi ſunt: Errauimus à via veritatis, & lumen iuſtitiæ non luxit nobis, & Sol non eſt ortus nobis. Ac ſi aperte dicãt: Interni nobis luminis radius non refulſit. Vnde & Ioannes *Apo.12.* ait: Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius. In Sole vero illuſtratio veritatis, in luna autem quę menſtruis ſuppletionibus deficit, mutabilitas temporalitatis accipitur. Sãcta autẽ Eccleſia, quia ſuperni luminis ſplendore protegitur, quaſi Sole veſtitur: quia verò cuncta temporalia deſpicit, lunam ſub pedibus premit: Rurſum Sole perſecutio deſignatur, ſicut in *Matth.13.* Euangelio veritas dicit, quòd nata ſine radicibus ſemina orto Sole aruerunt: quia videlicet verba vitæ in corde terrenorum hominum temporali momento virentia, ſuperueniente perſecutionis ardore ſiccantur. Rurſum Sole manifeſtæ viſionis oſtenſio deſignatur, ſicut propheta dominum cunctorum ocu- *Pſalm.18.* lis apparẽtem denunciat, dicens: In Sole poſuit tabernaculum ſuum. Ac ſi diceret: Humanitatis aſſumptæ ſacramentum in lumine manifeſtæ viſionis oſtendit. Et ſicut eidem prophetæ *2.Regũ.12* diuina voce per Nathan dicitur: Tu feciſti in abſcondito, ego vero faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſraël, & in cõ ſpectu Solis. Quid enim per conſpectum Solis, niſi cognitio- I nem inſinuat manifeſtæ viſionis? Rurſum ſolis nomine, ſapi- *Apoca. 16.* entium intellectus exprimitur, ſicut in Apocalypſi ſcriptũ eſt: Quartus angelus effudit phialam ſuam in Solem, & datum eſt illi ęſtu afficere homines & igni. Phialam videlicet in Solem effundere, eſt perſecutionis ſupplicia viris ſapientiæ ſplendore fulgentibus irrogare. Et datum eſt illi vt afficeret homines æſtu & igni: quia dum ſapientes viri cruciatibus victi, malè agẽ di errore tãguntur, illorum exemplo perſuaſi infirmi quique temporalibus deſideriis inardeſcunt. Ruinæ nanque fortium augmenta pręſtant perditionibus infirmorum. Quia Sole acumen ſapientiæ deſignaẽ, per cõparationem quoque à Salomone dicitur: Sapiens vt Sol permanet, ſtultus vt luna mutatur. *Eccliẽ. 27.*

Caput. VIII.

HOc ergo loco quid per Solis radios, niſi acumina ſapientiũ demonſtrantur? Quia enim multi qui in ſancta Eccleſia luce ſapientiæ reſplendere videbantur, tũc vel perſuaſionibus capti, vel minis territi, vel cruciatibus fracti, Leuiathan iſtius ſeditioni ſubiiciũtur, rectè dicitur: Sub ipſo erunt radij Solis. Ac ſi apertè diceretur: Hi qui intra ſanctam Eccleſiam per acumina ſapientiæ quaſi radios videbantur lucis aſpergere, & per auctoritatem rectitudinis deſuper reſplendere, poteſtati Leuiathan iſtius iniqua ſe operatione ſubſternunt: vt non iam recta prædicando deſuper luceãt, ſed ei peruerſe obſequendo famulentur. Solis ergo radij ſub ipſo ſunt, cùm nonnulli etiam docti viri ſapientiæ ſuæ acumina nõ K liberè agẽdo ſubleuant, ſed ad veſtigia Leuiathan iſtius, & peruerſitate operis, & blandimento adulationis inclinant: vt intelligentia quę illis ſicut ſol deſuper fuit ex cœleſti munere, antiqui hoſtis pedibus ſubſternatur exterrena cupiditate. Vnde & nunc cùm quiſque ſapientium, vel doctorum pro commodo, vel gloria vitæ temporalis per adulationis lapſum terrenis ſe poteſtatibus prauè agentibus ſubiicit, quaſi ſub veſtigiis venientis antichriſti Solis ſe radius ſternit. Et velut cœli lucem ſibi Behemoth humiliat, dum per peſtiferum aſſenſum ſapientium mentes calcat. Totiens verò Leuiathan iſtius pedibus ſe radij Solis ſubdunt, quotiens hi qui doctrinæ videntur lumine reſplendere, immoderato acumine praua in ſacro eloquio ſentiunt, peruerſiſque ſenſibus eius ſe erroribus ſubſternunt: quia dum contra fidelia veritatis prædicamenta ſe erigunt, Leuiathan iſtius veſtigiis falſa ſentiendo famulantur. Totiens radij Solis ſub ipſo ſunt, quotiens docti quique, & intelligentiæ luce pollentes, vel deſpectis cæteris in elatione ſe erigunt, vel ſumma quæ ſapiunt poſtponentes, ſordidis carnis deſideriis inquinantur, vel obliti cœleſtium, terrena ambiunt: vel nõ reminiſcentes, quia terra ſunt, de cognitione cœleſtium inaniter gloriantur. Vnde & rectè ibi ſubiungitur:

Quòd hi qui ante humanos oculos quaſi aurum ſingularitate ſplendere iuſtitiæ videntur, ſed ſic cadunt, vt non pœniteat, ante dei oculos nunquam aurum, ſed lutum fuerunt. L

Sternet ſibi aurum quaſi lutum.) Appellatione quippe auri, in ſacro eloquio aliquando diuinitatis claritas, aliquando ſplendor ſupernæ ciuitatis, aliquando charitas, aliquando nitor gloriæ ſecularis, aliquando pulchritudo ſanctitatis accipitur. Auri enim nomine, ipſa intima diuinitatis claritas deſignatur, ſicut in Canticorum canticis ſponſi ſpecies deſcribitur: Ca- *Cant.5.* put eius aurum optimum. Quia vero caput Chriſti deus, nil verò eſt in metallis auro fulgentius, ſponſi caput aurum dicit: quia eius humanitas ex diuinitatis ſuæ nobis claritate principatur. Rurſum auri nomine ſplẽdor ſupernæ ciuitatis accipit: ſicut hanc Ioannes ſe vidiſſe teſtatur, dicẽs: Ipſa ciuitas aurum mundum ſimile vitro mundo. Aurum nanque ex quo illa ci- *Apoc.21.* uitas conſtat, ſimile vitro dicitur: vt & per aurum clara, & per vitrũ perſpicua deſignetur. Rurſum auri nomine charitas intimatur, ſicut angelum quem ſibi loqui idem Ioannes aſpexit, ad mamillas zona aurea cinctum vidit: quia nimirum ſupernorum ciuium pectora dum pœnali iã nequaquã timori ſubiecta ſunt, atque à ſe viciſsim nulla ſciſſione ſoluuntur, ex ſola ſe charitate conſtringunt. Zonam verò auream circa mamillas habere, eſt cunctos mutabilium cogitationum motus, per ſolius iam amoris vincula reſtringere. Rurſum auri nomine, M nitor gloriæ temporalis exprimitur, ſicut per prophetam dici- *Hier.51.* tur: Calix aureus Babylon. Quid enim Babylonis nomine, niſi huius mundi gloria deſignat? Quæ calix aureus dicitur: quia dum pulchra eſſe temporalia oſtentat, ſtultas mentes in ſua cõ cupiſcentia deebriat, vt ſpecioſa temporalia appetant, & inuiſibilia pulchra contemnant. Hoc aureo calice prima ſponte ſua Eua deebriata eſt, de qua hiſtoria veritatis dicit: quia cùm *Gene.3.* vetitum lignum concupiſceret, vidit quòd eſſet pulchrum viſu, aſpectuque delectabile, & comedit. Aureus ergo Babylon calix eſt: quia dum viſum exterioris pulchritudinis oſtendit, ſenſum internæ rectitudinis ſubtrahit. Rurſum auri nomine, ſplendor ſanctitatis accipitur, ſicut Iudaicum populum à ſplẽdore iuſtitiæ ad nequitiæ tenebras commutatum Hieremias deplorat, dicens: Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus *Thr.4.* eſt color optimus? Sicut enim ſuperius diximus, aurum obſcuratur, cùm conſequentibus iniquitatum tenebris, iuſtitiæ pulchritudo deſeritur. Color optimus mutatur, cùm ſplendor innocentię in fœditatem vertitur culpę.

Caput. IX.

LVti quoque nomine, in ſacro eloquio aliquando terrenarum rerum multiplicitas, aliquando ſordidum ſapiens iniqua doctrina, aliquando deſiderij carnalis illecebræ deſignantur. Per lutum quippe terrenarum rerum multiplicitas figuratur, ſicut per Abacuc prophetam dicitur:

Væ

A Væ ei qui multiplicat non sua, vsquequo aggrauat contra se densum lutum? Densio enim se luto aggrauat, qui per auaritiam terrena multiplicat, peccati sui se oppressione coāgustat. Rursum luti nomine, doctrina sordidum sapiens designatur, sicut per eundem prophetam domino dicitur: Viam fecisti in mari equis tuis in luto aquarum multarum. Ac si diceret: Aperisti per predicatoribus tuis inter doctrinas huius seculi sordida & terrena sapientes. Per lutum quoq; desiderium sordidæ voluptatis exprimitur, sicut Psalmista deprecans ait: Eripe me de luto, vt non inhæream. Luto quippe inhærere, est sordidis desideriis concupiscentiæ carnalis inquinari. Hoc ergo loco aurum claritas sanctitatis accipitur, lutum verò, vel terrenarum rerum auaritiam, vel prauarum contagia doctrinarum, vel sordes carnalium voluptatum nil obstat intelligi. Quia enim multos Leuiathan iste qui intra sanctam Ecclesiam fulgore iustitiæ resplendere videbantur, tunc vel terrenarum rerum cōcupiscentia, vel errantis doctrinæ contagio, vel carnalibus sibi voluptatibus subiicit, aurum sibi proculdubio quasi lutū sternit. Aurum enim quasi lutum sternere, est in quibusdam vitæ munditiam per illicita desideria conculcare, vt hi etiam sordidis eius vestigiis seruiant, qui contra illum prius virtutū splendore rutilabant. Antiquus itaque hostis alios tunc sub specie sanctitatis illudit, alios autem per fœda vitia vitæ carnalis intercipit. Sed tūc per hæc apertè grassabitur, nunc autē multorū cordib⁹ occultè dominat, sicut Paulus apostolus dicit: Vt reueletur in suo tempore: nam mysterium iam operatur iniquitatis. Totiens igitur etiam nunc aurum sibi quasi lutum subiicit quotiens castitatem fidelium per carnis vitia sternit. Totiens aurum velut lutum calcat, quotiens sensum continentiū per immunda desideria dissipat. Quod tunc tāto vehementius peragit, quanto suę perditæ libertati commissus, hoc quòd appetit, effrenatius perpetrat. Et fortasse quempiam moueat cur misericors deus fieri ista permittat: vt Leuiathan iste seu nunc per suggestiones callidas, siue tūc per damnatum illum quem replet hominem, vel solis sibi radios, id est, doctos quosque sapientesque subiiciat: vel aurum, hoc est viros sanctitatis claritate fulgentes, quasi lutum sibi vitiis coinquinando substernat. Sed citius respondemus: quia aurum quod prauis eius persuasionibus quasi lutum sterni potuerit, aurum ante dei oculos nunquam fuit. Qui enim seduci quandoque non reuersuri possunt, quasi habitam sanctitatem ante oculos hominum videtur amittere: sed eam ante oculos dei nunquā habuerunt. Sæpe nanque homo multis occultè peccatis inuoluitur, & in vna aliqua virtute magnus videtur. Quæ ipsa quoque virtus manescens deficit: quia dum innotescit hominibus, proculdubio laudatur, eiusque laus inhianter appetitur. Vnde fit vt & ipsa virtus ante dei oculos virtus non sit, dum abscondit quod displicet, prodit, quod placet. Quæ itaq; esse merita apud deū possunt, quando & mala occulta sunt, & bona publica? Plærūque enim, sicut diximus, latet superbia & castitas innotescit: atque ideo ostensa diu castitas circa vitæ finem perditur: quia cooperta superbia vsque ad finem incorrecta retinetur. Alius eleemosynis vacat, propria distribuit: sed tamen multis iniustitiis seruit, vel fortasse linguā in detractionibus exercet. Et fit plerunque, vt is qui misericors fuerat, iuxta vitæ suæ terminum, rapacitatis, & crudelitatis stimulis inardescat. Quod valde iusto iudicio agitur, vt & perdat ante homines, vnde hominibus placuit, qui hoc vnde deo displicuit, corrigere nunquā curauit. Alius patientiæ studet, sed dum inuidere aliis, & seruare in corde malitiam non cauet, fit quandoque impatiens, qui diu latuit dolens. Hi itaque & per aliquid aurum sunt, & per aliquid lutum sunt. Atque hoc aurum quasi lutum sternitur, quando occultis peccatis exigentibus, etiam virtus quæ publicè claruerat, dissipatur. Sed operæprecium credimus, si in his virtutem superni ordinis subtilius perpendamus.

Thren. 4.
Abac. 3.
Psalm. 68.
2. Thess. 2.

B

C

Caput. X.

Cur nonnullis deus sæpe occulta mala tolerat, vt aperta eorum bona electorum suorum vsibus profutura dispenset.

SAepe enim omnipotens deus occulta quorundam mala tolerat, vt aperta eorum bona electorum suorum vsibus profutura dispenset. Nam nonnulli mundum nequaquā funditus deserentes, non perseueraturi angustum iter arripiunt, sed ad quærendum angustam viam exemplo suo eos qui perseueraturi sunt, accendunt. Vnde plærunque contingit, vt ipsum hoc quod bene videntur viuere: non sibi, sed solis potius electis viuant: dum exemplis suis ad bene viuendi studia perseueraturos alios non perseueraturi prouocant. Sæpe verò quosdam videmus viam ingredi, ad locum propositum festinare, quos alij quia euntes conspiciunt, sequuntur: eundemq; locum pariter petunt. Sed fit plærunque vt irruente aliquo implicationis articulo, post se redeant qui præibant, & hi ad locum perueniant, qui sequebantur. Ita nimirum sunt qui nō perseueraturi viam sanctitatis arripiunt. Idcirco enim virtutis iter non peruenturi inchoant, vt eis qui peruenturi sunt, quà gradiantur, ostendant. Quorum etiam casus vtilitate non modica electorum profectibus seruit: quia illorum lapsum dum conspiciunt, de suo statu contremiscunt, & ruina quæ illos dānat, istos humiliat. Discunt enim in superni adiutorii protectione confidere, dum plærosque conspiciunt de suis viribus cecidisse. Quando ergo bene agere videtur reprobi, quasi planū iter electis sequentibus monstrant: quando verò in lapsum nequitiæ corruunt, electis post se pergentibus quasi cauēdam superbiæ foueam ostendunt. Eat ergo Leuiathan iste, & solis sibi radios subdat, atq; aurū luti more subiiciat. Scit omnipotens deus ad electorum suorum solatiū, bene vti malo reproborum, quando hi qui ad illū peruenturi sunt, & suis ad eū meritis proficiunt, & sæpe in eo quod superbè sapiunt, alienis lapsibus corrigūtur. Sed si hæc Leuiathan iste agit in eis etiā quos claros aliqua virtus ostēdit, quid de illis facturus est quorum mens, vel ex parte aliqua subleuata à terrenis cōcupiscētiis nō est? Quos tamē diuinus sermo aperte exprimit, dum subiūgit:

D *Ii non perseueraturi angustum iter arripiant.*

E

Quòd intantum cæci erunt qui adhærebunt antichristo, vt seruentes in contumeliis, & morte sanctorum, arbitrentur obsequium se præstare deo.

Feruescere faciet quasi ollam profundum mare.) Quid per mare nisi vita secularium, quid per profundum, nisi altę & abditæ eorum cogitationes exprimuntur? Quod profundum mare Leuiathan iste quasi ollam facit feruescere: quia nimirum constat, quòd persecutionis extremæ tempore, contra electorum vitam studeat animos reproborum per flammam crudelitatis excitare. Tunc profundum mare quasi olla feruescit, cū corda reproborum valido ardore succendit: & quæ hoc pacis tempore intra suam malitiam clausa latuerunt, tunc in æstum immanissimę persecutionis ebulliunt, ac per abruptam crudelitatis apertæ licentiam, ea quę diu presserant odia antiqui liuoris exhalant. Quia autē pestifero errore persuasi, sic in istis famulantur antichristo, vt tunc verius præbere se æstimēt obsequium Christo: postquam dixit: Feruescere faciet quasi ollā profundum mare, aptè subiunxit:

F

Caput. XI.

POnet quasi cùm vnguenta bulliunt.) Vnguenta quippe cùm bulliunt, fragrātiam suauitatis reddunt. Quia ergo Leuiathan iste ita seducet corda reproborum, vt quicquid agunt ex iniquitate perfidiæ, pro veritate rectæ fidei se agere suspicentur, quasi bene eis olet, id quod zelo religionis exercent. Vnde in Euāgelio discipulis veritas dicit: Vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequiū se præstare deo. Igitur sicut olla feruent, dum crudeliter persequuntur: sed apud eos ipsa persecutio, vnguentorum fragrantiam redolet, dum mēs eorum vanis suspitionib⁹ decepta, æstimat quia deo obsequiū persoluat. In scriptura enim sacra vnguentorum odoribus opinio solet signari virtutum. Vnde sponsa in Canticis canticorū sponsum desiderans dicit: In odore vnguentorum tuorū currimus. Et vnde Paulus apostolus virtutū laude fragrare se sciens, ait: Christi bonus odor sumus deo. Itaq; quia Leuiathan iste ministros illius pditi vasis sui in crudelitatis opera sub opinione laudis, & prętextu virtutis intercipit: postquā dixit: Feruescere faciet quasi ollā profundū mare, rectè mox subdidit: Ponet quasi cùm vnguenta bulliunt. Quod enim per crudelitatis incendium mare feruet, hoc in eorundem iudicio qui excæcantur falso nomine virtutis ac si vnguenta bulliant, ostendit: vt tanto atrociores ad crudelitatem fiant, quanto se etiam merere præmia quasi pro zelo religionis existimant. Iustumq; hoc est diuino iudicio, vt qui pietatis vim perpēdere & custodire negligunt, suspitionis suę odore fallantur. Vnde & ad illusionis

Ioan. 16.
Odor vnguentorum opinio virtutum.
Canti. 1.
2. Corin. 2.

G sionis augmentum, eos crudelia perpetrantes, signa quoq; ac prodigia subsequuntur, sicut & rectè subiungitur:

Quòd antichristi semita multis miraculis fulgeat.

Caput. XII.

POst eum lucebit semita.) Post Leuiathan quippe semita lucere perhibetur: quia quaquà trãsit, admirationem nimiam ex miraculorum suorum claritate derelinquit, & siue per se, seu per ministros suos quolibet prodeat, mendacibus signis coruscat. Vnde & hoc quod iam sæpe protulimus, *Marci. 13.* in Euangelio veritas dicit: Surgent pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia: ita vt in errorẽ inducantur, si fieri potest, etiam electi. Semita igitur post Leuiathã lucet: quia quorum corda penetrat, eorum opera prodigiis illustrat, vt nimirum tanto altius eorum mentes in erroris tenebris teneat, quanto per eos foris quasi potentius lucem de miraculis ostentat. Sed sunt nõnulli qui in memoria & verba propherica, & Euangelica præcepta retinentes, sciãt & falsi esse signa quę exhibet, & vera supplicia ad quæ decipiẽs trahit. Horum corda Leuiathan iste, quia sanctitatis ostentatione non intercipit, in alia se eis illusione componit. Quosdam nanque hæc scientes, sed tamen præsentem vitam diligẽtes cõspicit, quorum protinus mentibus ventura supplicia leuigat, finienda quandoq; districtionis iudicia asserit, & deceptos callide ad præsentes voluptates rapit. Vnde & aptè mox subdit:

Quòd ita infatuati sunt quidam hæretici, quòd iudicium dei finẽ habere existiment, & minas tormentorum ad terrorem tantum intentatas à deo, vt à peccatorũ perpetratione genus humanum compesceret.

Iudicia dei abyssi dicuntur. Psalm. 35. Hebr. 8.

Aestimabit abyssum quasi senescentem.) Quòd æterna incomprehensibiliaq́ue iudicia abyssi soleant nomine designari, Psalmista testatur dicens: Iudicia tua abyssus multa. Senectus vero aliquando pro finis propinquitate ponitur. Vnde Apostolus ait: Quod antiquatur & senescit, prope interitum est. Leuiathan itaq; iste æstimabit abyssum quasi senescẽtem: quia reproborum corda sic infatuat, vt suspitionem eis de vẽturo iudicio quòd quasi finiatur, infundat. Abyssum nanque senescere æstimat, qui terminari quandoque in suppliciis supernam animaduersionem putat. Igitur antiquus iste persuasor in membris suis, id est, in mentibus iniquorum, futuras pœnas quasi certo fine determinat, vt eorum culpas fine termino correptionis extendat, & eo magis hic peccata non finiunt, quo istic æstimant peccatorum supplicia finienda. Sunt enim nunc etiam qui idcirco peccatis suis ponere finem negligunt, quia habere quandoque finem futura super se iudicia suspicãtur. Quibus breuiter respondemus, si quãdoque finienda sunt supplicia reproborum, quandoque finienda sunt ergo, & gaudia beatorum. Per semetipsam nanque veritas dicit: Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Si igitur hoc verum non est quod minatus est, neque illud verum est quod promisit. At inquiunt, ideo æternam pœnam peccãtibus minatus est, vt eos à peccatorum perpetratione compesceret: quia creaturæ suæ æterna supplicia minari debuit, non inferre. Quibus citius respondemus: Si falsã minatus est, vt ab iniustitia corrigeret, etiam falsa pollicitus est, vt ad iustitiam prouocaret. Et quis hanc eorum vesaniam toleret, qui dum promissionibus suis reproborum supplicia finiri asserunt, assertione sua etiam electorum præmia remunerationes q́; confundunt? Quis hanc eorum væsaniam toleret, qui conantur astruere verũ non esse quod veritas de æterno igne minata est, & dum satagunt deum perhibere misericordem, non verẽtur prædicare fallacem? At inquiunt: Sine fine puniri nõ debet culpa cum fine. Iustus nimirũ est omnipotens deus, & quod non æterno peccato commissum est, æterno non debet puniri tormento. Quibus citius respondemus, q; rectè dicerent, si iudex iustus districtusq́; veniens, non corda hominum, sed facta pẽsaret. Iniqui enim ideo tunc cum fine deliquerũt: quia cũ fine vixerunt. Voluissent quippe sine fine viuere, vt sine fine potuissent in iniquitatibus permanere. Nam magis apperũt peccare q̃ viuere, & ideo hic semper viuere cupiunt, vt nunquam desinãt peccare, cùm viuũt. Ad districti ergo iudicis iustitiam pertinet, vt nunquam careant supplicio, quorum mens in hac vita nunquã voluit carere peccato, & nullus detur iniquo terminus vltionis, qui quandiu valuit, habere noluit terminum criminis. At inquiunt:

Euasio eorũ

Repulsio.

Obiectio p̃dictorum.

Responsio.

Caput. XIII.

NVllus iustus crudelitatibus pascitur, & delinquens seruus à iusto domino idcirco cædi præcipitur, vt à nequitia corrigatur. Ad aliquid ergo cæditur, cùm non eius dominus cruciatibus delectatur. Iniqui autem gehendę ignibus traditi, quo fine semper ardebunt? Et quia certum est quòd pius atque omnipotens deus non pascitur cruciatibus iniquorum, cur cruciantur miseri si non expiantur? Quibus citius respondemus, quòd omnipotens deus qui pius est, miserorum cruciatu non pascitur: quia autem iustus est, ab iniquorum vltione imperpetuum non sedatur. Sed iniqui omnes æterno supplicio, & quidem sua iniquitate puniuntur, & tamen ad aliquid concremantur, scilicet vt iusti omnes, & in deo videant gaudia quę percipiunt, & in istis respiciant supplicia quæ euaserunt: vt tanto in æternum magis diuinæ gratiæ debitores se esse cognoscant, quanto inæternum mala puniri conspiciunt, quæ eius adiutorio vitare potuerunt. At inquiunt: Et vbi est quòd sancti sunt, si pro inimicis suis quos tunc ardere viderint, non orabunt: quibus vtique dictum est: Pro inimicis vestris orate? Sed citius respondemus: Orant pro inimicis suis eo tempore, quo possunt ad fructuosam pœnitẽtiam eorum corda conuertere, atque ipsa conuersione saluare. Quid enim aliud pro inimicis orandum est, nisi hoc quod Apostolus ait: Vt det illis deus pœnitentiam, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur, ad ipsius voluntatẽ? Et quo modo pro illis tunc orabitur, quando iam nullatenus possunt ad iustitiæ opera ab iniquitate commutari? Eadem itaq; causa est cur non oretur, tunc pro hominibus æterno igne damnatis, quæ nunc etiam causa est, vt non oretur pro diabolo angelisq́ue eius æterno supplicio deputatis. Quæ nunc etiam causa est vt nõ orent sancti homines pro hominibus infidelibus impiisq́; defunctis, qui de eis vtique quos æterno deputatos supplicio iam nouerunt, ante illum iudicis iusti conspectum orationis suæ meritum cassari refugiunt. Quòd si nunc quoq; viuentes iusti mortuis, & damnatis iniustis minimè compatiuntur, quando adhuc aliquid iudicabile de sua carne se perpeti etiam ipsi nouerunt, quanto districtius tunc iniquorum tormenta respiciunt, quando ab omni vitio corruptionis exuti, ipsi iam iustitię vicinius atque arctius inhærebunt? Sic quippe eorum mentes per hoc quòd iustissimo iudici inhęrent, vis districtionis absorbet: vt omnino eis non libeat quicquid ab illius internæ regulę subtilitate discordat. Sed quia suborto occasionis articulo, hæc contra Origenistas breuiter diximus, ad eum quem prætermisimus, exponendi ordinem recurramus. Postquam misericors dominus callida machinamenta Leuiathan istius indicauit, aperte prædicens omne quod electos exteriusvehementer opprimit, omne quod interius suggestione sua reprobis blandienter infundit, mox immanitatem virtutis illius breuiter insinuans subdit: Non est super terram potestas quæ comparetur ei.)

Aliis vltionis.

Ratio.

Aliis cessationem pœnarum.

Ratio.

Reditus digressio ad propositum.

Quòd reprobus angelus antequam peccaret, omni creaturæ prælatus sic factus est, vt deum & amans timeret, & timens amaret: sed sua peruersitate talis factus est, vt nullum timeret.

Caput. XIIII.

POtestas eius super terram cunctis eminentior perhibetur: quia etsi actionis suæ merito infra homines cecidit, omne tamen humanum genus naturæ angelicæ conditione transcendit. Quanuis enim internæ fœlicitatis beatitudinem perdidit, naturæ tamen suę magnitudinem non amisit, cuius adhuc viribus humana omnia superat, licet sanctis hominibus meritorum suorum deiectione subiaceat. Vnde & eisdem sanctis contra hunc decertantibus eo retributionis suæ meritum crescit, quo ille ab eis vincitur, qui per naturæ potentiam quasi iure se hominibus supereſſe gloriatur. Sequitur: Qui factus est, vt nullum timeret.) Sic quidem factus est per naturam, vt conditorem suum castè timere debuisset, timore videlicet sobrio, & securo, non timore quem foras charitas mittit, sed timore qui in seculum seculi permanet, id est, quem charitas gignit. Aliter enim timet coniugem vxor amans, aliter dominum ancilla peccans. Sic ergo fuerat iste conditus: quatenus timore læto auctorem suum,

& amans

A & amans meteret, & metuens amaret. Sed sua peruersitate tactus est, vt nullum timeret. Ei quippe à quo conditus fuerat, subesse despexit. Ita enim deus super omnia est, vt ipse sub nullo sit. Leuiathan verò iste eius celsitudinis culmen aspiciens, ius peruersæ libertatis appetiit, vt & præesset cæteris, & nulli subesset, dicens: Ascendam super altitudinem nubium, & similis ero altissimo. Cuius eoipso similitudinem perdidit, quo esse ei superbè similis in celsitudine concupiuit. Qui enim charitatem eius imitari debuit, subditus ambiit eius celsitudinem, & hoc quod imitari poterat, amisit elatus. Celsus nimirum esset, si ei qui veraciter celsus est, inhærere voluisset. Celsus esset, si participatione veræ celsitudinis contentus fuisset. Sed dum priuatam celsitudinem superbè appetiit, iure perdidit participatam. Relicto enim eo cui debuit inhærere principio, suum sibi appetiit quodammodo esse principium. Relicto eo qui verè illi sufficere poterat, se sibi sufficere posse iudicauit, & tanto magis infra se cecidit: quanto magis se contra gloriã sui conditoris erexit. Nam quem exaltabat libera seruitus, deiecit captiua libertas. Qua libertate nũc vt nullum timeat, effrenatur: sed ipsa grauiter effrenatione restringitur. Superno enim iudicio cuncta mirabiliter ordinante, vnxit illum libertas quam appetiit: quia nunc omnimodo non timens omnibus supplicis subiacet, qui elementis etiam superesse poterat, si vnũ quẽ debuit timere voluisset. Vnum profecto timeret omnia possi
B dens, qui nunc vnum non timens omnia patitur. Factus est ergo vt nullum timeret, nullum videlicet, quia nec deũ: sed neq; hoc quod passurus est, metuit. Cui nimirum fœlicius fuerat, timendo vitare supplicia, quàm non timendo tolerare. Appetitum itaque celsitudinis vertit in rigorem mentis, vt damnatus iam per duritiam se malè egisse nõ sentiat, qui præesse per gloriã quærebat. Nam quia ius quæsitæ potestatis non obtinuit, quasi quoddam superbiæ suæ remedium insaniam insensibilitatis inuenit, & quia prouectu transgredi cuncta non potuit, despectu se contra cuncta præparauit.

Caput. XV.

CVius adhuc superbia studiosè describitur, cùm protinus subinfertur: Omne sublime videt, id est, cunctos velut infra se positos quasi de sublimi respicit: quia dũ per intentionem contra auctorem nititur, æstimare sibi quẽlibet similem dedignatur. Quod aptè etiam eius membris congruit: quia omnes iniqui per tumorem cordis elati, cunctos quos cernunt, superbiæ fastu despiciunt, & si quando exterius venerantur, intus tamen in secreto cordis, vbi apud se sua æstimatione magni sunt, cunctorum sibi vitam meritumq; postponunt, eosque infra se esse respiciunt: quia per elatam cogitationem cordis in cuiusdam se altitudinis arce posuerũt. Qui-
C bus bene per prophetam dicitur: Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Hinc etiam Paulus ait: Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. Hinc ad Saul diuina increpatione dicitur: Nonne cùm esses paruulus in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israël? Paruulus quippe in oculis suis est, qui in eo quòd semetipsum considerat, imparem se alienis meritis pensat. Nam quasi grandem se aspicit, quisquis se super aliena merita elatione cogitationis extẽdit. Saul autem reprobus in bono quod cœperat, non permansit: quia fastu susceptæ potestatis intumuit.

Caput. XVI.

AT contrà Dauid semper de se humilia sentiens, eiusdemque Saul se comparationi postponẽs, postquam feriendi locum reperit, & pepercit, eidem sæuienti aduersario, humili se professione prostrauit, dicens: Quem persequeris rex Israël? quem persequeris? Canem mortuum, & pulicem vnum? Et certè iam vnctus in regem fuerat, iam exorante Samuele, & cornu super se oleum fundente didicerat q̃ eum diuina gratia, Saul reprobato, ad regni gubernacula possidendo seruabat, & tamen persequenti aduersario mente humili se substernebat, cui diuino iudicio prælatum se esse nouerat. Illi itaque se humiliter postponebat, cui per elationis gratiam incomparabiliter se nouerat esse meliorem. Discant ergo quomodo humiliari proximis debeant, qui adhuc quo loco apud deum habeantur nesciunt, si sic se electi etiam illis humiliant, quibus iam se per interna iudicia antepositos deprehendunt. Hoc autem proprium esse specimen electorum solet, quòd de se semper sentiunt infra quàm sunt. Hinc nanque D ab eodem Dauid dicitur: Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam. Hinc Salomon ad sapientiam paruulos vocat, dicens: Si quis est paruulus, veniat ad eã. Qui enim nec-dum semetipsum despicit, humilem dei sapientiam non apprehendit. Hinc in Euangelio dominus dicit: Confiteor tibi domine pater cœli & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Hinc rursum Psalmista ait: Custodiens paruulos dominus. Hinc magister gẽtium dicit: Facti sumus paruuli in medio vestri. Hinc discipulos admonens ait: Superiores sibi inuicem arbitrãtes. Nam quia iniquus quisque inferiorem se omnem quem cognouit, putat: è diuerso iustus studet, vt superiorem quemlibet proximum attendat. Ac ne dum se alij alter humiliat, humiliatio iret alteri in elationem bene vtranque partem admonuit, dicens: Superiores sibi inuicem arbitrantes, vt in cogitationibus cordis, & ego mihi illum præferam, & vicissim ille me sibi: vt cùm ab vtraque parte cor inferius premitur, nullus ex impenso honore subleuetur. Sed hanc humilitatis formam reprobi, quia Leuiathan huius membra sunt, vel cognoscere, vel tenere contemnunt, qui & si quando se humiles specietenus ostendunt, humilitatis vim seruare intrinsecus negligunt. Quibus sæpe accidit, vt si quando vnum quodlibet bonum, vel minimum faciant, à malis suis omnibus respectum mentis protinus auertant, atque hoc quod vel extremum bonum fecerint, tota intentione semper inspiciant, & ex eo se iam quasi sanctos aspiciãt, obliti malorum omnium quæ commiserunt, vnius sui tantummo E do boni memores, quod fortasse facere, nec perfectè potuerunt, sicut euenire contra electis solet: vt cùm multarum virtutum gratia polleant, vnum eos vel tenuissimum vitium valde defatigans pulset: quatenus dum ex quadam parte se infirmari considerant, de his virtutibus in quibus præualent, se minimè extollant, dumque de infirmitate trepidant, hoc quoque vbi fortes sunt, humilius seruant. Sæpe ergo reprobi per hoc quòd vnum, vel minimum bonum suum incautè conspiciunt, mala multa & grauia in quibus demersi sunt, non agnoscunt. Et sæpe electi per hoc quòd ad tenuissimum malum suũ infirmari trepidant, mira dispensatione agitur, vt magna bona ad quæ prouecti sunt, non amittant. Iusti itaque & occulti examinis mensura disponitur, vt istos mala & adiuuent, & illos bona grauent, dum & isti ad prouectum boni vtuntur leuibus malis, & illi ad augmentum mali vtuntur minimis bonis. Isti quippe inde perfectius in bono proficiunt, vnde de malo tentantur, illi autem inde ad maius malum deficiunt, vnde de bono gloriantur. Sic itaque malè bono vtitur reprobus, & bene malo vtitur probus, sicut sæpe contingit, vt alius ex cibo salutifero inordinatè sumpto, pestem languoris incurrat, alius veneno serpentis in medicamine ordinatæ confectionis adhibito, languoris molestiam vincat. Ille ergo qui cibo salutifero vti rectè noluit, inde pernicioſè moritur, vnde F alij salubriter viuunt, iste autem qui veneno serpentis cautè vti studuit, inde salubriter viuit, vnde alij pernicioſè moriuntur. Venenum ergo serpentis non ipsam nequitiam, sed suggestionem nequitiæ dicimus, qua nolentes sæpe renitentesque tentamur. Quod tunc in medicamen vertitur, cùm mens virtutibus erecta conspectis contra se tentationibus humiliatur. Iniqui igitur atque ab approbatione interni examinis reprobi, quælibet opera faciant, in quibuslibet virtutibus enitescãt, humilitatis sensum penitus ignorant: quia nimirum Leuiathã huius membra sunt, de quo superna voce dicitur:

De regula humilitatis, & de superbia disputatio.

Omne sublime videt, quia non solum per semetipsum, sed per eorum quoque corda quos ceperit, quasi de sublimi cunctos inferius despicit.

Caput. XVII.

NOtandum verò quòd Leuiathan iste, qui per corpoream bestiam designatur, sublime videre describitur: quia videlicet cordis superbia cùm exterius vsque ad corpus extenditur, prius per oculos iudicatur. Ipsi quippe per fastum tumoris inflati, quasi ex sublimi respiciunt, & quo se deprimunt, altius extollunt. Nisi enim superbia p oculos quasi per quasdam se fenestras ostenderet, nequaquam deo Psalmista dixisset: Populum humilem saluum facies, & oculos superborum

G borum humiliabis. Nisi se superbia per oculos funderet, Salo
Prouer. 30. mon quoque de Iudææ elatione non diceret: Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in altum surrectæ. Quia ergo per corporeum animal Leuiathã iste signatur, & superbia vsq; ad corpus prodiens, apertius oculis principatur, antiquus hostis quasi de sublimi omnes videre describit. Sed quia multa de ostendendo humani generis inimico prolata sunt, valde mens appetit, vt in fine locutionis dominicæ, vnũ aliquid manifestius exprimatur: vnde membra illius breui nobis designatione monstrentur. Sequitur: Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ.) Vt Leuiathan iste in cunctis quæ superius dicta sunt, caderet: sola se superbia perculit. Neque enim per tot illos vitiorum ramos aresceret, nisi per hanc prius in radice pu
Eccli. 10. truisset. Scriptum est nãque: Omnis peccati initium superbia. Per hanc enim ipse succubuit, per hanc se sequentem hominẽ strauit. Eo etenim telo salutem nostræ immortalitatis impetiit, quo vitam suæ beatitudinis extinxit. Sed idcirco hanc dominus fini suæ locutionis inseruit, vt cũ post mala omnia Leuiathan istius superbiam diceret, quid esset malis omnibus deterius indicaret. Quãuis etiam per hoc quòd in imo ponitur, vitiorum radix esse monstretur. Sicut enim inferius radix tegitur, sed ab illa rami extrinsecus expandunturtita se superbia intrinsecus cęlat, sed ab illa protinus aperta vitia pullulãt. Nulla quippe mala ad publicum prodirent, nisi hæc mentẽ in occulto constringeret. Hæc est quæ Leuiathan istius sensum ferue-
H scere sicut ollam facit. Vnde & humanas mẽtes in quodam feruore insaniæ concutit, sed per aperta opera qualiter cõcussi animam euertat, ostendit. Intus nanque prius ebullit in elatione, quod foris postmodum spumat in opere.

Caput. XVIII.

SEd quia occasio de superbię disputatione se præbuit, debemus hanc subtilius sollicitiusque discutere, atque ad humanas mẽtes quanta vel qualis veniat, & quibus qualitérve surripiat demonstrare. Alia quippe vitia eas solummodo virtutes impetunt, quibus ipsa destruuntur: vt videlicet ira patientiam, gastrimargia abstinentiam, libido continentiam expugnet. Superbia autem, quam vitiorum radicem diximus, nequaquam vnius virtutis extinctione contenta, contra cuncta animæ membra se erigit, & quasi generalis ac pestifer morbus corpus omne corrumpit: vt quicquid illa inuadente agitur, etiam si esse virtus ostenditur, non per hoc deo, sed soli vanæ gloriæ seruiatur. Quasi enim tyrannus quidam obsessam ciuitatem intercipit, cùm mentem superbia irrumpit, & quo ditiorem quẽque cœperit, eo in dominio durior exurgit: quia quo amplius res virtutis sine humilitate agitur, eo latius ista dominatur. Quisquis verò eius in se tyrannidem captiua mente susceperit, hoc primum damnum patitur, quòd clauso cordis oculo, iudicij æquitatem perdit. Nam cuncta quæ ab aliis bene geruntur, displicent: & sola ei quæ ipse, vel prauè egerit,
I placent. Semper aliena opera despicit, semper miratur quæ ipse facit: quia & quicquid egerit, egisse se singulariter credit, atque in eo quod exhibet per gloriæ cupiditatem, sibimetipsi fauet per cogitationem, & cùm se in cunctis transcendere cæteros æstimat, per lata cogitationum spatia secum deambulans, laudes suas tacitus clamat. Nonnunquam verò ad tantam elationem mens ducitur: vt in eo quod timet, etiam per ostentationem locutionis effrenetur. Sed tãto facilius ruina sequitur, quanto apud se quisque impudẽtius exaltatur. Hinc enim scri
Prouer. 16. ptum est: Ante ruinam exaltatur cor. Hinc per Danielem di-
Danie. 4. citur: In aula Babylonis deambulabat rex, respõditque & ait: Nónne hæc est Babylõ magna, quam ego ædificaui in domũ regni, in robore fortitudinis meę, in gloria decoris mei: Sed hunc tumorem quàm concita vindictę ira repressérit, ilico adiunxit dicens: Cùm adhuc sermo esset in ore regis, vox de cœlo ruit: Tibi dicitur: Nabuchodonosor rex: Regnum transiet à te, & ab hominibus te eiicient, & cum bestiis ferisque erit habitatio tua, fœnum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te. Ecce quia tumor mentis vsque ad aperta verba se protulit, patientia iudicis protinus vsque ad sententiam erupit, tantoq; hunc districtius perculit, quanto eius se superbia immoderatius erexit: & quia enumerãdo bona dixit in quibus sibi placuit, enumerata mala in quibus ferirẽ audiuit.

Caput. XIX.

SCiendum verò est quòd ipsa hæc de qua tractamus elatio, alios ex rebus secularibus, alios verò ex spiritalibus K
possider. Alter nanque intumescit auro, alter eloquio, alter infimis, & terrenis rebus, alter summis cœlestibusque virtutibus: vna tamen eademque res ante oculos dei agitur, quanuis ad humana corda veniens, in eorum obtutibus diuersio amictu pallietur. Nã cùm is qui de terrena prius gloria superbierat, postmodum de sanctitate extollitur, nequaquam cor eius elatio deseruit, sed ad eum consueta veniens, vt cognosci nequeat, vestem mutauit. Sciendum quoque est quòd aliter hæc prępositos, atque aliter subditos tentat. Prælato nanque in cogitationibus suggerit: quia solo vitæ merito super cæteros excreuit, & si qua ab eo bene aliquando gesta sunt, hæc importunè eius animo obiicit, & cùm hunc deo singulariter placuisse insinuat, quo facilius suggesta persuadeat, ipsam ad testimonium potestatis traditæ retributionẽ vocat, dicẽs: Quia nisi omnipotens deus te his omnibus meliorem cerneret, omnes hos sub tuo regimine non dedisset, eiusque mox mentem erigit, viles atq; inutiles eos qui subiecti sunt, ostendit: ita vt nullum iam quasi dignum respiciat, cui æquanimiter loquaꝰ. Vnde & mox mentis tranquillitas in iram vertitur: quia dum cunctos despicit, dum sensum vitamq; omnium sine moderamine reprehendit, tanto effrenatius se in iracundiam dilatat, quãto eos qui sibi commissi sunt, esse sibimet indignos putat.

Caput. XX. L

AT contrà cùm subiectorũ cor superbia instigat, hoc summopere nititur agere, vt sua acta considerare sunditus negligant, & semper tacitis cogitationibus rectoris sui iudices fiant, qui dum in illo quod reprehendere debeant, importunè respiciunt, in semetipsis quod corrigãt nunquam vident. Vnde & tanto atrocius pereũt, quanto à se oculos auertunt: quia in huius vitę itinere offendentes corruunt, dum alibi intendunt. Et quidem peccatores se asserunt, nec tamen tantum, vt tam noxiè in regimine personæ traderentur, considerant. Et dum eius facta despiciunt, dum præcepta contemnunt, ad tantam vsque insaniam deuoluuntur, vt deum res humanas curare non æstiment: quia ei qui quasi iure reprehẽditur, esse se commissos dolent. Sicque dum contra rectorem superbiunt, etiam contra iudicia conditoris intumescunt: & dũ pastoris sui vitam diiudicant, ipsam quoque sapiẽtiam omnia disponentis impugnant. Sæpe autem rectoris sui dictis proterue obuiant, & eandem vocis superbiam libertatem vocãt. Sic quippe elatio se quasi pro libertatis rectitudine obiicit, sicut sępe se, & timor pro humilitate supponit. Nam sicut plærique reticent ex timore, & tamen tacere sẽ æstimant ex humilitate, ita nonnulli loquuntur per impatientiam elationis, & tamen loqui se credunt per libertatem rectitudinis. Aliquando autem subditi proterua quę sentiunt, nequaquam produnt, & hi quorum loquacitas vix compescitur, nonnunquam ex sola M
amaritudine intimi rancoris obmutescunt. Qui per dolórem mentis, procacitatis suæ verba subtrahentes, cùm malè loqui soleant, peius tacent: quia cũ peccantes aliquid de correctione audiunt: indignantes etiam responsionis verba suspẽdunt. Cũ his quando asperè agitur, sæpe ad querelæ vocem de hac ipsa asperitate prosiliunt. Cum vero eos magistri sui blandè præueniunt, de hac ipsa humilitate qua præuenti sunt, grauius indignantur, & tanto eorum mens vastius accenditur, quanto consideratius infirmari iudicatur. Hi nimirum quia humilitatem, quæ virtutum mater est, nescíunt: vsum laboris sui perdunt: etiam si qua bona sunt quæ operari videantur: quia surgentis fabricę robusta celsitudo non figitur, quę nequaquam per fundamenti fortitudinem in petra solidatur. Soli ergo ruinæ crescit quod ædificant: quia ante molem fabricæ, humilitatis fundamina nõ procurant. Quos bene ab intimis prodimus, si paucis in exterioribus ostendamus. Cũctis nanque superba apud se cogitatione tumentibus inest clamor in locutione, amaritudo in silentio, dissolutio in hilaritate, furor in tristitia, inhonestas in actione, honestas in imagine, erectio in incessu, rancor in responsione. Horum mens semper est ad irrogandas cõtumelias valida, ad tolerandas infirma, ad obediendum pigra, ad lacessendos verò alios importuna, ad ea quæ facere & debet, & prævalet ignaua, ad ea autem quæ facere nec debet nec prævalet parata. Hæc in eo quod sponte nõ appetit, nulla exhor-

Universidad de Navarra

ad exhortationem festinat, ad hoc autem quod latenter desiderat, quærit vt cogatur, quia dum metuit ex desiderio suo vilescere, optat vim in ipsa sua voluntate tolerare.

Caput. XXI.

IGitur quia humanos animos aliter tentari ex rebus carnalibus, atque aliter ex spiritalibus diximus, audiant illi: Omnis caro fœnum, & gloria eius sicut flos fœni. Audiant & isti quod quibusdam post miracula dicitur: Nescio vos vnde sitis, discedite à me omnes operarij iniquitatis. Audiant illi: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Audiant isti quia fatuæ virgines quæ cum vacuis vasculis veniunt, ab internis nuptiis excluduntur. Rursum quia aliter tentari prælatos, atque aliter subditos præfati sumus, audiant illi quod per quendam sapientē dicitur: Ducem te constituerunt? noli extolli, sed esto in illis quasi vnus ex eis. Audiant isti: Obedite præpositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris. Audiant illi cùm de accepta potestate gloriantur, hoc quod Abrahæ voce ardenti diuiti dicitur: Memento fili, quia recepisti bona in vita tua. Audiant isti cum cōtra rectores suos in querela prosiliunt, hoc quod murmuranti populo Moysi & Aaron vocibus respondetur: Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra dominum. Nos enim quid sumus? Audiant illi: Turbabuntur in conspectu eius patres orphanorum, & iudices viduarū. Audiant isti quid contra contumaciam subditorum dicitur: Qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Audiant simul omnes: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Audiant omnes: Immundus est apud deum omnis qui exaltat cor suum. Audiant B omnes: Quid superbis terra & cinis? Contra huius languoris pestem audiamus cuncti quod magistra veritas docet, dicens: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Cap. XXII.

Cur vnigenitus dei filius se humiliauerit.

AD hoc nanque vnigenitus dei filius formam infirmitatis nostræ suscepit, ad hoc inuisibilis, non solum visibilis, sed etiam despectus apparuit, ad hoc contumeliarum ludibria, irrisionum opprobria, passionumque tormēta tolerauit, vt superbum non esse hominem doceret humilis deus. Quanta ergo humilitatis virtus est, propter quam solam veraciter edocendam, is qui sine æstimatione magnus est, vsque ad passionem factus est paruus? Quia enim originem perditioni nostræ superbia præbuit diaboli, instrumentum redēptionis nostræ inuenta est humilitas dei. Hostis quippe noster magnus inter omnia conditus, videri super omnia voluit elatus. Redemptor autem noster magnus manēs super omnia, fieri inter omnia dignatus est paruus. Sed melius & elationis causam detegimus, & fundamenta humilitatis aperimus, si breui commemoratione perstringimus, quid mortis auctor, quid vitæ conditor dicat. Ille nanque ait: In cœlum ascendam. Iste autem per prophetam dicit: Repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit. Ille dicit: Supra astra cœli C exaltabo solium meum. Iste humano generi à paradisi sedib' expulso dicit: Ecce venio citò, & habitabo in medio tui. Ille dicit: Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Iste dicit: Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Ille dicit: Ascendam super altitudinem nubium, & similis ero altissimo. Iste cùm in forma dei esset, non rapinam arbitratus est se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens: & per membra sua loquitur dicens: Domine quis similis tibi? Ille per membra sua loquitur dicens: Nescio dominum, & Israēl non dimittam. Iste per semetipsum dicit: Si dixero quia nō noui eum, ero similis vobis mendax: sed noui eum, & sermonem eius seruo. Ille dicit: Mea sunt flumina, & ego feci ea. Iste dicit: Nō possum à meipso facere quicquam. Et rursum: Pater meus in me manēs, ipse facit opera. Ille regna omnia ostendens dicit: Tibi dabo potestatē hanc vniuersam & gloriam illorum: quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa. Iste dicit: Calicē quidem meū bibetis, sedere autem ad dextram, vel ad sinistram meam, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Ille dicit: Eritis sicut dij, scientes bonum & malum. Iste dicit: Non est vestrum nosse tempora vel momēta, quę pater posuit in sua potestate. Ille vt voluntas diuina despici, & vt possit propria suaderi, 'dicit: Cur præcepit vobis deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi? Et paulo post: Scit enim deus quòd in quacúque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri. Iste dicit: Non D quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Ille per membra sua lōquitur, dicēs: Nullum pratum sit quod non pertrāseat luxuria nostra, coronemus nos rosis antequam marcescāt, vbique relinquamus signa lętitiæ nostrę. Iste membris suis prænunciat dicens: Plorabitis & flebitis vos, mundus autē gaudebit. Ille nihil aliud mentes sibi subditas docet quàm celsitudinis culmen appetere, cuncta æqualia mentis tumore transcendere, societatem omnium hominum alta elatione transire, ac sese & cōtra potentiam conditoris erigere, sicut de eisdem per Psalmistam dicitur: Transierunt in dispositionem cordis, cogitauerunt & locuti sunt nequitias, iniquitatem in excelso locuti sunt. Iste ad sputa, ad palmas, ad colaphos, ad spineam coronam, ad crucem, ad lanceam, atque ad mortem veniens, membra sua admonet dicens: Si quis mihi ministrat, me sequatur.

Isaie. 40. Luce. 13. Psalm. 61. Matt. 25. Eccli. 32. Heb. 13. Luce. 16. Exod. 16. Psalm. 67. Rom. 13. Iacobi. 4. Eccli. 10. Matth. 11. Gene. 3. Actu. 1. Gene. 3. Ioan. 5. Sapien. 2. Ioan. 16. Psalm. 72. Ioan. 12.

Caput. XXIII.

QVia igitur redemptor noster corda regit humilium, & Leuiathan iste rex dicitur superborum, apertè cognoscimus quòd euidentissimum reproborum signum superbia est, at contrà humilitas electorum. Cùm ergo quam quisque habeat, cognoscitur: sub quo rege militet, inuenitur. Vnusquisque enim quasi quendam titulum portat operis, quo facile ostendat sub cuius seruiat potestate rectoris. Vnde & per Euāgelium dicitur: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Ne igitur nos Leuiathan istius membra vel mira faciendo fallerēt, apertum signum dominus quo deprehendi valeant demonstrauit, dicens: Ipse est rex super E vniuersos filios superbiæ. Qui etsi quando fictam speciem humilitatis assumunt, semetipsos tamen celare in omnibus nequaquam possunt: quia eorum superbia diu latere non sustinens, cùm ex alia tegitur, ex alia actione denudatur. Qui verò sub rege humilitatis militāt, semper pauidi, atq; ex omni latere circunspecti, aduersum iacula elationis pugnāt, & quasi cōtra venientes ictus solum magis in suo corpore oculum custodiunt, dum in semetipsis principaliter humilitatem tuentur.

Mat. 7.

Libri trigesimiquarti Moralium sancti Gregorij finis.

LIBER TRIGE-simusquintus & vltimus Moralium sancti Gregorij, continuans quadragesimi-secundi capitis textus libri Iob expositionem.

Caput. I.



VIA iste vltimus huius operis liber est, & locis difficilioribus pertractatis, minus obscura sunt quæ supersunt: libet hunc indulgentius remissiusque transcurrere. Velut e- F menso enim magno mari, iam littus cernimus, & intentionis nostræ vela deponentes, non eodem quo prius impetu ducimur: sed tamen adhuc ex impulsione pristini flatus imus. Quasi anxietatis nostrę vētus cecidit, sed tamen eius vis iam seipsa tranquillior vsque ad stationem nos littoris impellit. Igitur postquam fideli famulo dominus Leuiathan hostis eius quàm sit & fortis & callidus ostendit, dum vires illius subtiliter fraudesque patefecit, beatus Iob ad vtraque respondit, dicens:

Textus capitis. xlij. libri beati Iob.



REspondens autem Iob domino, dixit: Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. Quis est iste qui cælat consilium absque scientia? Ideo insipienter locutus sum, & quæ vltra modū excederent scientiam meam. Audi, & ego loquar: interrogabo te, & responde mihi. Auditu auris audiui

D te, nunc

G te, nunc autem oculus meus videt te. Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Postquam autẽ locutus est dominus ad Iob verba hæc, dixit ad Elipham Themanitem. Iratus est furor meus in te,& in duos amicos tuos,quoniam non estis locuti coram me rectum sicut seruus meus Iob. Sumite ergo vobis septem tauros & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis. Iob autem seruus meus orabit pro vobis. Faciem eius suscipiam, vt non vobis imputetur stultitia. Neque enim locuti estis coram me rectum sicut seruus meus Iob. Abierunt ergo Elipham Themanites & Baldath Suites & Sophar Naamathites, & fecerunt sicut locutus fuerat dominus ad eos,& suscepit dominus faciem Iob. Dominus quoque conuersus est ad pœnitentiam Iob, cùm oraret pro amicis suis. Et addidit dominus omnia quæcunque fuerant Iob duplicia. Venerunt autem ad eum omnes fratres sui,& vniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerant eum prius, & comederunt cum eo panem in domo eius. Et mouerunt super eum caput, H & consolati sunt eum super omni malo quod intulerat dominus super eum,& dederunt ei vnusquisque ouem vnam & inaurem auream vnam. Dominus autem benedixit nouissimis Iob magis quàm principio eius. Et facta sunt ei quatuordecim milia ouium, & sex milia camelorum,& mille iuga boum, & mille asinæ,& fuerunt ei septem filij, & tres filiæ. Et vocauit nomen vnius Diem,& nomen secundæ Casiam, & nomen tertiæ Cornustibij. Non sunt autem inuentæ mulieres speciosæ sicut filiæ Iob in vniuersa terra. Deditque eis pater suus hæreditatem inter fratres earum. Vixit autem Iob post flagella hæc centum quadraginta annis, & vidit filios suos, & filiòs filiorum suorum vsque ad quartam generationem, & mortuus est senex & plenus dierum.

Libri Iob finis.

Quòd omnis sapientia humana sapientiæ diuinæ comparata, insipientia est.

Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio.) Contra immanes quippe vires eius intulit: Scio quia omnia potes,cõtra occultas verò machinationes illius subiũxit: Et nulla te latet cogitatio. Vnde & mox Leuiathan eidem exprobrat dicẽs:

Quis est iste qui cælat consilium absque scientia?) Absque I scientia enim Leuiathan cælat consilium: quia quanuis contra infirmitatem nostram multis fraudibus occultetur, protectoris tamen nostri sancta nobis inspiratione detegitur. Absque scientia cęlat consilium: quia licèt tentatos lateat, latere tamen protectorem non potest tentatorum. Igitur audita fortitudine & calliditate diaboli,audita etiam creatoris nostri potẽtia, quæ & illum valẽter reprimit,& nos misericorditer tegit,quęsumus beate Iob,vt quæ de temetipso sentis,nobis minimè occultes. Sequitur: Ideo insipienter locutus sum, & quæ vltra modum excederent scientiam meam.) Omnis humana sapientia quantolibet acumine polleat,diuinæ sapientiæ comparata,nec iusta nec pulchra,sed insipientia est. Omnia enim humana quæ iusta,quæ pulchra sunt, dei iustitiæ & pulchritudini comparata, nec iusta nec pulchra sunt, nec omnino sunt. Beatus itaque Iob ea quæ dixerat, sapienter se dixisse crederet,si verba superioris sapientiæ non audiret. In cuius comparatione stultum est nostrum omne quod sapit. Et qui sapienter quidem locutus hominibus fuerat, diuinas tamen sententias audiens,sapientius se cognoscit non esse sapientem. Hinc est quòd Abraham inter verba dominica nil se nisi puluerem
Gen.18. vidit,dicens: Loquar ad dominum meum, cùm sim puluis & cinis? Hinc est quòd Moyses omni Aegyptiorum sapientia instructus,ex quo loquentem dominum audiuit,impeditioris
Exod.4. & tardioris linguæ se esse deprehendit,dicens: Obsecro domine, non sum eloquens, ab heri enim & nudiustertius ex quo K locutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardioris linguæ sum. Hinc est quòd Esaias postquam sedentem dominum super solium excelsum atque eleuatum vidit, postquam Seraphin duabus alis faciem,duabus velare pedes, & duabus volare conspexit,postquam id quod est, sanctus, sanctus, sanctus dominus deus exercituum, alterum ad alterum clamare audiuit,ad seipsum rediens ait: Væ mihi quia tacui, quoniam vir pollutus labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito. Moxque ipsam pollutionem vnde cognouerat subdens, ait: Et regem dominum exercituum vidi oculis meis. Hinc etiam Hieremias diuina verba audiens, verba se non habere cognouit,dicens: A,a, a. Domine deus ecce nescio loqui: quia puer ego sum.

Esa.6. *Ibid.* *Hier.*

Caput. II.

HInc Ezechiel loquens de quatuor animalibus dicit: Cùm fieret vox supra firmamentum quod erat supra caput eorum,stabant & submittebant alas suas. Quid enim per volatum animalium,nisi Euangelistarum atque doctorum sublimitas designatur? Vel quid sunt alæ animalium, nisi sanctorum contemplationes, eos ad cœlestia subleuantes? Sed cùm fit vox supra firmamentum quod super caput eorum est, stantes submittunt alas suas: quia cùm internam vo- L cem supernæ sapientiæ audiunt, quasi volatus sui alas deponunt: quia videlicet ipsam veritatis altitudinem minus se contemplari posse cognoscunt. Ad vocem ergo desuper venientem alas deponere,est cognita superna potentia, virtutes proprias humiliare, & consideratione creatoris nil de se aliud quàm abiecta sentire. Sancti itaque viri dum diuinitatis arcana audiunt, quanto magis contemplando proficiunt, tanto amplius despiciendo quod sunt, aut nihil, aut propè nihil se esse cognoscunt. Respondeat ergo diuinis sermonibus beatus Iob, & sapienter proficiens, stultum se esse deprehendat, dicens: Insipienter locutus sum, & quæ vltra modum excederent scientiam meam. Ecce tanto se amplius redarguit, quanto amplius proficit, & scientiam suam vltra modum excelsisse se credidit: quia in verbis domini plus quàm æstimauerat, secreta eius sapientiæ agnouit. Sequitur:

Quòd serui dei ignorantiam suam profitentes, non arrogant sibi quod nesciunt, sed doceri à deo volunt.

Audi & ego loquar,interrogabo te,& responde mihi.) Audire nostrum, est sono aliunde venięti aurem alio positam cõmodare. At contra deo,cui nil extra est,audire propriè est,sub semetipso surgentia desideria nostra percipere. Ad deum ergo,qui & tacentium corda cognoscit, loqui nostrum est,non vocibus gutturis id quod sentimus prodere, sed promptis ad illum desideriis inhiare. Et quia ideo quisque interrogat, vt discere valeat quod ignorat, homini deum interrogare, est in conspectu eius nescientem se cognoscere. Respondere autem M dei,est eum qui se bene humiliter nescientem cognouerit, occultis inspirationibus erudire. Ait ergo beatus Iob: Audi & ego loquar. Ac si diceret: Misericorditer desideria mea percipe, vt dum hæc tua pietas percipiens adiuuat, ad te multipliciora consurgant. Bona quippe vota quoties effectum percipiunt,multiplicantur. Vnde aliàs scriptum est: Ego clamaui, *Psalm.* quoniam exaudisti me. Non enim ait: quia clamaui exaudisti me,sed clamaui quoniam exaudisti me. Qui enim loquẽs exauditus fuerat,votis proficientibus exauditus clamabat: Interrogabo te,& respõde mihi. Ac si diceret: nescientem me ex tuæ scientiæ contemplatione cognosco. Interroganti igitur responde,id est,stultitiam propriam humiliter cognoscentem doce. Quia enim interrogaret ipse ex desiderio humilitatis, & deum sibi respondere quæreret ex magisterio aspirationis, verbis sequentibus declaratur. Interrogaturum quippe se perhibuit,sed nihil interrogando subiungit: Nã sola de se humilia sentiens,& quæ misericorditer à domino perceperit agnoscẽs, protinus subdit:

Audire *Audire dei.* *Loqui nostrum deum.* *Interrogare nostrum.* *Respondeo.*

Quòd sanctus Iob tantum ex percussione profecerit vt internæ mentis oculo flagelli sui vtilitatem reuelante deo intellexerit.

Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te.) His ni-

A His nimirum verbis apertè indicat: quia quãto visus superior
est auditu, tanto differt ab eo quod prius extitit, & hoc quod
postmodum per flagella profecit. Et quia interno oculo veri-
tatis lumẽ magis conspexerat, humanitatis suæ tenebras diiu-
dicans plus videbat. Vnde & sequitur:

*Quod tunc vilis sit reprehensio, cùm correcti sequitur & pœ-
nitudo.*

Idcirco ipse me reprehendo.) Quanto enim quisque se mi-
nus videt tanto sibi minus displicet, & quanto maioris gratiæ
lumen percipit, tanto amplius reprehensibilem se esse cogno-
scit. Cùm enim intrinsecus subleuatur per omne quod est, ad
eam quam super se conspicit regulam congruere nititur. Et
quia adhuc humana infirmitas præpedit, cernit quia ei ex non
minima parte dissentit, totumq; ex se illi onerosum est, quod
internæ regulæ conueniens non est. Quam regulã beatus Iob
post flagella proficiens amplius suspicit, & à semetipso in ma-
gna sui redargutione dissentit, dicens: Idcirco ipse me repre-
hendo. Sed quia nulla est cognitio reprehensionis, si non se-
quantur etiam lamenta pœnitudinis, rectè post reprehensio-
B nem subditur: Et ago pœnitentiam in fauilla & cinere.) In
fauilla etenim & cinere pœnitentiam agere, est contemplata
summa essentia, nil aliud quàm fauillã se cineremque cogno-
Mat.11. scere. Vnde & ciuitati reprobæ in Euangelio dominus dicit:
Si in Tyro & Sydone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt
in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. In ci-
licio quippe asperitas & compunctio peccatorum, in cinere
autem puluis ostẽditur mortuorum. Et idcirco vtrunque hoc
adhiberi ad pœnitentiam solet, vt in punctione cilicij cogno-
scamus quid per culpam fecimus, & in fauilla cineris perpen-
damus, quid per iudicium facti sumus. Considerentur ergo in
cilicio pungentia vitia, consideretur in cinere per mortis sen-
tentiam subsequens iusta pœna vitiorum. Quia enim post
peccatum carnis contumeliæ surrexerunt, videat homo in as-
peritate cilicij superbiendo quid fecit, videat in cinere vsque-
quo peccando peruenit. Potest quoque cilicio ipsa per recor-
dationem atque pœnitentiam dolorum punctio designari.
Nam hoc quod ait beatus Iob: Ipse me reprehẽdo, quasi quo-
dam cilicio pũgitur, dum in mente sua asperis redargutionum
stimulis confricatur. In cinere autem agit pœnitentiam: quia
ex primo peccato quid per iustum iudicium factus sit, solerter
attendit, dicens: Ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Ac si a-
pertè dicat: De nullo auctoris mei dono superbio: quia sum-
ptus ex puluere, per illatæ mortis sententiam ad puluerem me
redire cognosco.

Caput. III.

AVditis igitur cunctis sermonibus Iob, cognitis etiam
respõsionibus amicorum, libet ad interni iudicis sen-
tentiam spectationem mentis nostræ conuertere,
C eique dicere: Ecce domine vtraque in conspectu tuo disserẽ-
tium partes audiuimus, & Iob quidem in hoc certamine vir-
tutis suæ facta reuoluere, & amicos eius contra eum cognoui-
mus tuæ iustitiæ gloriam defensare. Inter hæc autem quid no-
stra mens sentiat agnoscis. Neque enim possumus eorum nos
dicta reprehendere, quos defensioni tuæ cognoscimus deser-
uire. Sed ecce asistunt partes, expectant sententiam, profer ergo
domine ex inuisibili regula subtilissimum tuæ discretionis
examen, & quis in contentione ista sit rectius locutus osten-
de. Sequitur:

*Quòd ex dei sententia verba amicorum Iob reprobentur, ipsius
verò Iob responsio & patientia probatur.*

Postquam autem locutus est dominus verba hæc ad Iob,
dixit ad Elipham Themanitem: Iratus est furor meus in te, &
in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti corã me rectum
sicut seruus meus Iob.) O domine, iudicij tui sentẽtia indicat,
quantum à luce tuæ rectitudinis cæcitas nostra discordat. Ec-
ce te iudice beatum Iob victorem esse cognoscimus, quem in
te peccasse loquendo credebamus. Te iudice addicti sunt, qui
beati Iob se merita transcendere pro te loquendo crediderũt.
Quia igitur ex diuina sententia quid de partibus æstimemus
agnouimus, nũc eiusdem sententiæ paulo subtilius verba pen-
semus. Quomodo enim superius beatus Iob reprehenditur, si
in comparatione eius rectitudinis amici illius nequaquam co-
ram domino locuti rectum memorantur? An adhuc illa de eo D
sententia confirmatur, qua antiquo hosti dicitur: Vidisti seruũ
meum Iob, quod non sit ei similis super terram? Sed quid est
hoc quòd & laudatur hosti, & in seipso reprehenditur, in seip-
so autem reprehenditur, & tamen amicis loquentibus antefer-
tur, misi quòd sanctus vir cunctos meritorum suorum virtute
transcendit, sed eo ipso quòd homo fuit, ante dei oculos sine
reprehensione esse nõ potuit? In sancto quippe homine in hac
interim vita commorãte, diuini examinis regula habet adhuc
quod iudicet, quãuis iam ex comparatione cæterorum homi-
num habeat quod laudet. Beatus igitur Iob pro culpa se cre-
didit & non pro gratia flagellari, resecari in se æstimauit vitia,
non autem merita augeri, & in eo reprehenditur quòd inten-
tionem flagelli fuisse aliam suspicatur, & tamẽ amicis resisten-
tibus interni iudicij definitione prælatus est.

Caput. IIII.

VNde apertè colligitur quãtæ iustitiæ fuerit in eo quòd
contra amicorum verba innocentiam suæ operatio-
nis astruxit, qui diuino iudicio etiam ipsis eiusdem di-
uini iudicij defensoribus antefertur. In exordio autẽ libri hu-
ius agnouimus: quia de illo Satan domino dixerat: Mitte ma- E
num tuam & tange eum, & vide si non in faciem bene dicat ti-
bi. Ad quam petitionem beatus Iob damnis, orbitate, vulne-
ribus, & verborum scandalis tangi permittitur: quia videlicet
certus qui eum laudauerat extitit, quòd nequaquam iuxta as-
sertionem diaboli sanctus vir in maledictionis culpam labere-
tur. Sicut ergo & superius diximus, quisquis beatum Iob in lo-
cutione sua æstimat post flagella peccasse, apertè dominũ iu-
dicat in sua assertione errasse. Et quanuis dominus ad diabo-
lum loquens, bona illius præsentia prætulit, non autem eius
perseuerantiam spopondit, sciendum tamen est quia nequa-
quam eius iustitiam permittendo tentatori prætulisset, si eum
iustum in tentatione persistere non posse præuideret. Permis-
so itaque diuinitus in eius tentatione diabolo, quisquis eum in
tentatione succubuisse existimat, ignorantiam permittẽtis ac-
cusat. Approbemus igitur in dictis suis veraciter Iob, ne deũ
in sua prouidentia nequiter accusemus. Et quidem quantum
ad humana iudicia, in verbis suis amici eius multa illo rectius
dixisse crederentur, sed veritas aliam ex occulto regulam pro-
ferens, ait: Nõ estis locuti coram me rectum sicut seruus meus
Iob. Coram me ait, id est, intus, vbi sæpe multorũ vita displi-
cet, quæ etiã foris hominibus placet. Vnde cautè nimis in lau-
dem iustorum coniugum dictum est: Erant iusti ambo ante Luca. 1.
deum. Nõ enim secura laus est, iustos ante homines apparere.
Sæpe enim humana sententia velut in deo magnũ quempiam
approbat, sed hunc omnipotens deus qui quasi ex se approba-
tur ignorat. Hinc est enim quòd Psalmista vigilanter exorat
dicens: Dirige in conspectu tuo viam meam. Nimirum quia Psal.5.
plærunque in conspectu hominum recta via creditur etiã quę
à veritatis itinere deprauatur. Et notandum quòd non dici- F
tur: Non estis locuti coram me rectum sicut Iob, sed sicut ser-
uus meus Iob, vt videlicet interpositione seruitutis, dum eum
quasi sub quadam peculiaritate commemorat, cuncta quæ in
defensione sua dixerat: quia non contumaci superbia, sed hu-
mili veritate dixerit ostendat.

Caput. V.

SEd quia iustus est & misericors deus, amicos eius &
per iustitiam districtè redarguit, & per misericordiam be
nignè conuertit. Nam sequitur:

*Quòd hæretici ad catholicam Ecclesiam redeuntes per humili-
tatem confessionis & pœnitentiæ, sancti spiritus gratiam oran-
tibus orthodoxis accipiunt, nec sit aliquis extra communionem
Ecclesiæ, indulgentiæ locus.*

Sumite vobis septem tauros & septem arietes, & ite ad
seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis. Iob
autem seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, vt
non vobis imputetur stultitia.) Ecce iustus & misericors
deus nec culpas sine increpatione deserit, nec reatum sine
conuersione derelinquit. Quia enim internus est medicus,
primò putredinem vulneris innotuit, & pòst remedia conse-
quendę salutis indicauit. Quia autem sæpe iam diximus quòd
amici beati Iob hæreticorum speciem teneant, qui deum dum

Universidad de Deusto Biblioteca

G defendere nituntur offendunt, quoniam in dictis suis veritati rebelles sunt, cui famulari se in falsa assertione suspicantur, omnipotens deus sæpe illos corpori sanctæ Ecclesiæ per cognitionem veritatis inuiscerat, bene ipsa quoque eorum conuersio, quæ sæpe misericorditer agitur, per hãc veniam quam amici Iob percipiunt, designatur. Notandum verò magnopere est quòd conuersionis suæ sacrificium domino non per se, sed per Iob iubentur offerre. Nimirum hæretici cùm ab errore redeunt: quia erga se iram domini suo per se oblato sacrificio placare nequaquam possunt, nisi ad catholicam Ecclesiam, quam beatus Iob significat, conuertantur, vt salutem suam eius precibus obtineant, cuius fidem peruersis assertionibus impugnabant. Ait enim: Iob seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, vt non vobis imputetur stultitia. Ac si apertè hæreticis dicat: Sacrificia vestra non accipio, petitionum vestrarum verba non audio, nisi per intercessionem illius, cuius professionis verba de me veracia recognosco. Et vos quidem tauros atque arietes ad exhibenda sacrificia conuersionis vestræ deducite, sed à me salutem vestram per catholicam Ecclesiã, quam diligo postulate. Ipsi enim volo dimittere id quod mihi in ipsa deliquistis, vt hæc vestram incolumitatem obtineat, quæ ex vestro languore laborabat.

Caput. V I.

H SOla quippe est per quam sacrificium dominus libenter accipiat, sola quæ pro errantibus fiducialiter intercedat. Vnde etiam de agni hostia dominus præcepit dicens: In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras. In vna nanque domo agnus comeditur: quia in vna catholica Ecclesia vera hostia redemptoris immolatur. De cuius carnibus diuina lex efferri foras prohibet: quia dari sanctum canibus vetat. Sola est in qua opus bonum fructuose peragitur, vnde & mercedem denarij non nisi qui intra vineam laborauerant acceperunt. Sola est quæ intra se positos valida charitatis compage custodit. Vnde & aqua diluuij aream quidem ad sublimiora sustulit, omnes autem quos extra aream inuenit extinxit. Sola est in qua superna mysteria veraciter contemplemur. Vnde & ad Moysen dominus dicit: Est locus apud me, & stabis supra petram. Et paulopost: Tollam manum meam, & videbis posteriora mea. Quia enim ex sola catholica Ecclesia veritas conspicitur, apud se esse locum dominus perhibet de quo videatur. In petra Moyses ponitur, vt dei speciem contempletur: quia nisi quis fidei soliditatem tenuerit, diuinam præsentiam non cognoscit. De qua soliditate dominus dicit: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Quid est ergo hoc loco dicere ad amicos Iob: Ite ad Iob, nisi petram ascendite? Quid est, faciem eius pro vobis suscipiam, vt non vobis imputetur stultitia, nisi id quod illic dicitur: Posteriora mea videbis? id est, eius quæ postmodum futura est mysteria incarnationis intelliges. Hæretici autem pro eo quòd in petra stare contemnunt, transeuntis domini posteriora non aspiciunt: quia extra Ecclesiam positi, incarnationis eius sicut sunt mysteria non agnoscunt. Sicut autem & superius diximus, per tauros ceruix superbiæ, per arietes verò ducatus exprimitur, qui ab hæreticis persuasis plebibus quasi seductis gregibus agitur. De hæreticis nanque I superbientibus dicitur, qui infirmorum mentes malè suadendo corrumpunt: Consilium taurorum inter vaccas populorum. Et quia sequentes se populos velut greges trahunt, arietes aliquando nominantur. Gregem scilicet arietes ducunt. Vnde per increpationem Hieremias ait: Principes tui velut arietes. Quia igitur hæretici cùm ad sanctam Ecclesiam redeunt, superbiæ elationem deserunt, & nequaquam iam quasi sequentes greges populorum cuneos ad interitum ducũt, amici beati Iob offerre tauros & arietes iubentur. Tauros enim & arietes offerre in sacrificio, est superbum ducatum conuersionis humilitate mactare, vt edomita ceruice superbiæ, discant obediendo sequi, qui dudum docendo præire conabantur. Rectè quoque eorum hæc superbia septem sacrificiis expiatur: quia hæretici ad Ecclesiam reuertentes: per humilitatis hostiam dona spiritus gratiæ septiformis accipiunt, vt qui elationis suæ vetustate tabuerant, nouitate gratiæ reformentur. Septenarius autem numerus apud sapientes huius seculi quadam sua habetur ratione perfectus, quòd ex primo pari & ex primo impari consummatur. Primus enim impar ternarius K est, primusque par quaternarius. Ex quibus duobus septenarius constat, qui eisdem partibus suis multiplicatus in duodenarium surgit. Nam siue tres per quatuor, seu quatuor per tres ducimus, ad duodenarium peruenimus. Sed nos quia à superno munere veritatis prædicamenta percipimus, hæc fixa scientiæ altitudine despiciendo calcamus. Hoc procul dubio inconcussa fide retinentes: quia quos spiritus gratiæ septiformis repleuerit, perficit, eisque non solum trinitatis notitiam, sed etiam virtutum quatuor, id est, prudentiæ, temperantiæ, fortitudinis, atque iustitiæ operationem præbet. Qui in ipsis quoque quos ingreditur, suis quodammodo partibus augetur, dum & per trinitatis notitiam quatuor virtutum actio accipitur, & per operationem virtutum quatuor vsque ad manifestam trinitatis speciem peruenitur. Et apud nos ergo septenarius, sed longè dissimiliter: quia plenè & non inaniter in duodenarium surgit, dum & per fidem opera, & rursum per opera perficit fidem. Sancti quoque Apostoli gratiæ septiformis spiritu implendi, duodecim sunt electi. In quatuor enim mundi partibus trinitatem, quæ deus est, innotescere mittebantur. Duodecim ergo electi sunt, vt etiam ex ipsius numeri ratione causa claresceret, quòd per quatuor infima L tria summa prædicarent. Siue itaque hac seu alia qualibet fortasse ratione, in scriptura tamen sacra septenario numero aliquando secura requies æternitatis, aliquando vniuersitas præsentis huius temporis, aliquando autem sanctæ Ecclesiæ vniuersitas designatur. Septenario quippe numero perfectio æternitatis innuitur, cùm dies septimus in requiem domini sanctificatus vocatur. Cui iam vespera inesse non dicitur: quia æternæ beatitudinis requies nullo termino coarctatur. Hinc est etiam quòd lege data dies septimus feriatus esse præcipitur, vt æterna per illum requies designetur. Hinc est quòd in annorum curriculo septenarius numerus septies multiplicatus monade addita ad quinquagenarium ducitur, vt perpetuam beatitudinem signans iubilæi sacratissima requies obseruetur. Hinc est quòd resurgens dominus & frequenter apparens, vltimo iam conuiuio cùm septem discipulis comedisse describitur: quia hi qui in illo nunc perfecti sunt, æterna per illum refectione satiantur.

Caput. V I I.

RVrsum per septenarium numerum hæc vniuersitas temporalitatis accipitur. Hinc est enim quòd per septem dies hoc totum vitæ præsentis tempus euoluitur. Hinc est quod in typo sanctæ Ecclesiæ, quæ omni tẽpore hunc mundum prædicando circuit, area domini tubis clangentibus muros Hiericho diebus septem circumacta confregit. Hinc propheta ait: Septies in die laudem dixi tibi. Quod ipse rursum pro toto atque vniuerso suæ deprecationis tempore se dixisse significãs ait: Sẽper laus eius in ore meo. Quòd verò per septenarium numerum præsentis vitæ vniuersitas designatur, tunc magis ostenditur, cùm post eum quoque etiam octonarius subinfertur. Septenarium quippe cùm adhuc alius sequitur, ex ipso eius augmento exprimitur, quòd fi- M nienda temporalitas æternitate concludatur. Hinc est enim quòd Salomon admonet dicens: Da partes septem, nec non & octo. Per septenarium quippe numerum hoc quod septem diebus agitur, præsens tempus expresit. Per octonarium verò vitã perpetuam designauit, quam sua nobis dominus resurrectione patefecit. Dominico scilicet die resurrexit, qui dũ diem septimum, id est, sabbatum sequitur, à conditione octauus inuenitur. Bene autem dicitur: Da partes septem nec non & octo: quia ignoras quid mali futurum sit super terram. Ac si apertè diceretur: Sic dispensa temporalia, vt appetere non obliuiscaris æterna. Oportet nanque vt in posterum bene agendo prouideas, qui de venturo iudicio quanta tribulatio sequatur ignoras. Hinc est quòd quindecim gradibus templum ascenditur, vt ex ipsa eius ascensione discatur, quatenus per septem & octo & temporalis sollicitè dispensetur actio, & prouidè mansio æterna requiratur. Hinc est etiam quòd dum monas in denarium surgit, centum quinquaginta Psalmos propheta cecinit. Propter hunc septenarium numerum temporalia, octonarium verò æterna signantem, super centum vi-

Exod. 12. *Gene. 7.* *Exod. 33.* *Mat. 16.* *Psalm. 67.* *Threno. 1.* *Genes.* *Exodus* *Iosue. 6.* *Psalm. 33.* *Psal. 33.* *Eccles.*

A tum vigintiſi fideles in cœnaculo reſidentes ſpiritus ſanctus effuſus eſt. Per ſeptem quippe & octo quindecim componũtur, & ſi ab vno vſque ad quindecim numerando paulatim per incrementa conſurgimus, vſque ad centeſimum & vigeſimum numerum peruenimus. Qua ſcilicet effuſione ſpiritus ſancti didicerunt, vt & temporalia tolerando tranſirent, & eterna inhianter appeterent. Rurſum ſeptenario numero ſanctę Eccleſiæ vniuerſitas deſignatur. Vnde Ioannes in Apocalypſi ſeptẽ Eccleſijs ſcribit, ſed per eas quid aliud quàm vniuerſalem Eccleſiam intelligi voluit? Quæ nimirum vniuerſalis Eccleſia vt
4.Reg.4. plena ſeptiformis gratiæ ſpiritu ſignaretur: Heliſæus ſuper puerum mortuum ſepties oſcitaſſe deſcribitur. Super extinctum quippe populum dominus veniens, quaſi ſepties oſcitat: quia ei dona ſpiritus ſeptiformis gratię miſericorditer tribuit. Quia igitur ſæpe ſeptenario numero ſanctæ Eccleſiæ vniuerſitas figuratur, veniant ad beatum Iob amici illius, & iuſſum diuinitus offerant holocauſtum. Sed vigilanter omnino ſeptenarij numeri arcana cuſtodiant, vt videlicet hi qui extra ſunt poſiti, prius ſe vniuerſitati ſanctæ Eccleſiæ miſceant, & tunc demum veniam de reatu priſtinæ elationis exquirant. Pro culpa ſua ſeptem ſacrificia offerant: quia reatus ſui ablutionem non accipiunt, niſi gratiæ ſeptiformis ſpiritu vniuerſali paci à qua exciſi fuerant aggregentur. Dicatur igitur: Sumite vobis ſe-
B ptem tauros & ſeptem arietes, & ite ad ſeruum meum Iob, & offerte holocauſtum pro vobis. Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis, faciem eius ſuſcipiam, vt non vobis imputetur ſtultitia. Ac ſi hæreticis redeuntibus apertè diceretur: Vniuerſali vos Eccleſiæ per humilitatem pœnitentiæ iungite, atque eam quam per voſmetipſos digni non eſtis, veniam, eius à me precibus obtinete: qui cùm per hanc veraciter ſapere diſcitis, prioris apud me veſtræ ſapientiæ ſtultitiam deletis.

Sequitur:

Caput. VIII.

NEque enim locuti eſtis coram me rectum ſicut ſeruus meus Iob.) Hæc pauloante iam dominus protulit, & tamen hæc eadem iterando ſubiungit. Quid eſt hoc niſi quòd ſententiam quam ſemel iudicando dixerat, *iterum replicando* confirmat? atque vt manifeſtius beati Iob iuſtitia, amicorumque eius iniuſtitia demonſtretur, eius laus, illorumque reprehenſio iterata voce depromitur, vt replicata foris, appareant quàm fixa intus habeantur. Nanque cùm
Gene.41. rex Aegypti metuenda venturæ famis tempora ſub boum ſpicarumque ſpecie gemina viſione cognouiſſet, voce ſancti interpretis audiuit. Quòd vidiſti ſecundò ad eãdem rem pertinẽs ſomnium, firmitatis indicium eſt. Qua ex re apertè colligitur: quia quicquid in eloquio diuino repetitur, robuſtius confirmatur. Sed quia quid iudex decreuit audiuimus, addicti quoque quid faciant audiamus. Sequitur: Abierunt ergo Eliphas Themanites, & Baldath Suites & Sophar Naamathites, & fecerunt ſicut locutus fuerat ad eos dominus & ſuſcepit dominus faciem Iob.) Horum interpretationem nominum ideirco reticemus: quia in huius operis exordio de ea
C nos latius diſſeruiſſe meminimus. Intuẽdum verò eſt: quia ita cautè, ſicut prædictum fuerat ordo, acceptæ veniæ cuſtoditur, vt in ſacrificiis dominus non illorum ſed beati Iob faciem ſuſcepiſſe referatur. Sed quia quiſquis pro aliis intercedere nititur, ſibi potius ex ipſa charitate ſuffragatur, rectè ſubiungitur:

Dominus quoque conuerſus eſt ad pœnitentiam Iob, cùm oraret pro amicis ſuis.) Iam enim ſuperius pro amicis ſuis exauditus oſtenditur, cùm factum quod prædiximus memoratur: Fecerunt ſicut locutus fuerat ad eos dominus, & ſuſcepit dominus faciem Iob. Sed cùm protinus ſubinfertur: Dominus quoque conuerſus eſt ad pœnitentiam Iob cùm oraret pro amicis ſuis, apertè oſtenditur: quia etiam pro ſemetipſo pœnitens tanto citius exaudiri meruit, quãto deuotè pro aliis interceſſit. Plus enim pro ſe valere preces ſuas efficit, qui has & aliis impendit. Libentius quippe ſacrificium orationis accipitur, quod in cõſpectu miſericordis iudicis proximi dilectione conditur. Quod tunc veraciter quiſque cumulat, ſi hoc etiam pro aduerſarijs impendat. Hinc eſt enim quòd magiſtra
Luc.6. veritas dicit: Orate pro perſequentibus & calumniantibus
Mat.11. vos. Hinc rurſum ait: Cùm ſtabitis ad orandum, dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquem, vt & pater veſter qui in cœlis eſt, dimittat vobis peccata veſtra. Quantum verò pro ſe D obtinuit qui pro aliis interuenit, illico demonſtratur, cùm ſubditur:

Quòd in regno dei ſimplex ſit ad hunc ſtola ſanctorum.

Addidit dominus omnia quæcunque fuerãt Iob duplicia.) Cuncta quæ amiſerat, duplicia recepit: quia per pietatem benigni iudicis tentationis noſtræ diſpendium vincunt ſuffragia conſolationum. Minus autem tentat probatio, quàm remuneratio conſolatur, vt ex retributionis merito leue fuiſſe quod tolerauit agnoſcat, qui ex perſecutionis pondere graue ſe aliquid tolerare iudicabat. Vnde afflictæ quoque Iudææ di- *Eſa.54.*
citur: Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. Aliquando verò iuxta afflictionis pondus diſponitur menſura conſolationis. Vnde aliàs ſcriptũ
Pſal.93. eſt: Secundum multitudinem dolorũ meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. In ea enim menſura conſolatum ſe in qua afflictus fuerat indicat, qui lætificatum ſe ſecundum multitudinem dolorum clamat. Non autem minimè lector inſtruitur, ſi ipſum remunerationis ordinem contempletur. Exceſſum quippe correctio, correctionem pœnitentia, pœnitentiam venia, veniam verò munera ſubſequuntur. Sed quia diuinæ diſpẽſationis permiſsione percuſſus, etiam amicorum verbis afflictus eſt, diuinę pietatis muneribus conſolatur, etiam humana debet charitate refoueri, vt E
vndique ei conſolationis gaudia reſpondeant, quem vndique dolorum triſtitia & aduerſa lacerabant. Vnde & ſubditur:

Venerunt autem ad eum omnes fratres ſui, & vniuerſæ ſorores ſuæ, & cuncti qui nouerant eum prius, & comederunt cum eo panem in domo eius, & mouerunt ſuper eum caput ſuum.) Quid in comeſtione panis niſi charitas, quid verò in motione capitis niſi admiratio deſignatur? Bene autem ſubditur: Et conſolati ſunt eum ſuper omne malum quod intulerat dominus ſuper eum.) Percuſsi enim mœrorem conſolari, eſt ei poſt percuſsionem de venia congaudere. Nam quanto quiſque de reſtituta proximi ſalute cernitur hilareſcere, tanto ſe indicat de ablata doluiſſe.

Quòd in fine mundi de Gentibus & Iudæis vna erit Eccleſia, & innocentiam & obedientiam vterque populus offeret deo.

Et dederunt ei vnuſquiſque ouem vnam, & inaurem aureã vnam.) Licèt cuncta hæc iuxta hiſtoriam veraciter dicta ſint, ipſis tamen oblatis muneribus cogimur, vt ad allegoriæ myſterium recurramus. Neque enim ocioſè debemus accipere, quòd ouem, quòd vnam, quòd inaurem aureã obtulere, quòd vnam. Et ſi fortaſſe iuxta literam mirum non eſt, ouis oblata cur vna, valde tamen mirum eſt, inauris oblata cur vna. Quid verò aut ouis ad inaurem pertinet, aut quid inauris ad ouem? Ex ipſo ergo munerum fine compellimur, vt priora quoque quæ ſuperficietenus iuxta ſolam hiſtoriam contingendo trãſcurrimus, in allegoriæ myſteriis indagemus. Quia igitur Chriſtus & Eccleſia, id eſt, caput & corpus vna perſona eſt, ſæpe beatum Iob diximus modo capitis, modo figuram corporis F
deſignare.

Caput. IX.

SEruata ergo hiſtoriæ veritate, ſub typo geſtum ſanctæ Eccleſiæ ſentiamus id quod ſcriptũ eſt: Addidit dominus omnia quæcunque fuerãt Iob duplicia.) Sancta quippe Eccleſia etſi multos nunc percuſsione tẽtationis amittit, in fine tamen huius ſeculi ea quę ſua ſunt duplicia recipit, quãdo ſuſceptis ad plenum gentibus, ad eius fidẽ currere omnis quæ tunc inuenta fuerit etiam Iudæa conſentit. Hinc nanque ſcriptum eſt: Donec plenitudo gentium introiret, & ſic omnis Iſ- *Roma.11.*
raël ſaluus fieret. Hinc in Euangelio quoque veritas dicit: Helias veniet, & ille reſtituet omnia. Nunc enim amiſit Iſraëlitas *Matt.17.*
Eccleſia, quos conuertere prædicando non valuit, ſed tũc Helia prædicante, dũ quotquot inuenerit colligit, velut plenius recipit quod amiſit. Vel certè ſanctæ Eccleſiæ in fine ſuo duplũ recipere, eſt in ſingulis nobis & de beatitudine animę & de carnis incorruptione gaudere. Hinc eſt enim quod per pro- *Eſa.61.*
phetam de electis dicitur: In terra ſua duplicia poſsidebunt. Hinc eſt quod Ioannes Apoſtolus de ſanctis finẽ mundi quę- *Apoc.6.*
rentibus dicit: Datæ ſunt illi ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum

G est eis, vt requiescerẽt tempus adhuc modicum, donec compleretur numerus conseruorum & fratrum eorum. Sicut enim longè superius diximus, ante resurrectionem sancti singulas stolas accipiunt: quia sola animarum beatitudine perfruuntur, in fine autem mundi binas habituri sunt: quia cum mentis beatitudine etiã carnis beati gloriam possidebunt. Sed ea quæ subnexa sunt, in fine magis huius seculi conuersionem se Iudaici populi nunciare testantur. Nam subditur: Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerãt eum prius, & comederunt cum eo panem in domo eius.) Tũc quippe fratres sui ac sorores ad Christum veniunt, quando ex plebe Iudaica quotquot inuenti fuerint conuertuntur. Ex illo enim populo carnis materiam sumpsit. Tunc ergo ad eum fratres ac sorores accedunt, quando ex ea plebe quæ ei per cognationem iuncta est, vel qui fortes futuri sunt, velut fratres, vel infirmi, velut sorores, ad eum per cognitionem fidei deuota gratulatione concurrunt. Tũc apud eum celebre festiuitatis conuiuium exhibent, quando eum iam nequaquam quasi purum hominem contemnentes, propinquitatis suæ memores, diuinitati se eius inhærere congaudent. Tunc in domo eius panem comedunt, cùm postposita obseruatione subiacentis literæ, in sancta Ecclesia mystici eloquij quasi frugis medulla pascuntur. Bene autem subiungitur:

H Caput. X.

CVncti qui nouerant eum prius. Prius quippe nouerãt, quem in passione sua quasi incognitum contempserunt. Nam nasciturum Christum nullus qui plene legem didicit ignorauit. Vnde & Herodes rex Magorũ occursione perterritus, sacerdotes & principes studuit solerter inquirere, vbi Christum nasciturum esse præscirent, qui protinus responderũt: In Bethleem Iudę. Prius ergo nouerant, quę passionis suæ tempore dum despicerent ignorabant. Quorum & notitia prior, & ignorantia posterior bene ac breuiter Isaac caligante signatur. Qui dum Iacob benediceret, & quid eueniret in futuro prouidebat, & quis illi presens assisteret nesciebat. Sic quippe Israëlitarum populus fuit, qui prophetiæ mysteria accepit, sed tamen cæcos in contemplatione oculos habuit, qui eum præsentem non vidit, de quo tam multa in futuro præuidit. Ante se enim positum nequaquam cernere valuit, cuius aduentus potentiam longè antè nunciauit. Sed ecce in fine mundi veniunt, & eum quem prius nouerant recognoscunt. Ecce in domo eius panem comedũt: quia in sancta Ecclesia sacri eloquij fruge pascuntur, & omnem insensibilitatem pristini torporis excutiunt. Vnde & subditur: Et mouerunt super eum caput.) Quid enim in capite nisi principale mentis accipitur? sicut per Psalmistam dicitur: Impinguasti in oleo caput meum. Ac si apertè diceretur: Arẽtem in suis cogitationibus mentem meam charitatis vnctione rigasti. Caput ergo mouetur, cùm per formidinem veritatis tacta, ab insensibilitate sua mens quatitur. Veniant ergo parentes ad conuiuium, atque excusso torpore moueant caput, id est, hi qui redemptori nostro carne coniuncti fuerant, refectionem quandoque verbi in fide percipiant, & insensibilitatis pristinæ duritiam amittant. Vnde bene per Abacuc dicitur: Pedes eius steterunt, & mota est terra. Stante enim domino terra procul dubio mouetur, quia cum cordi nostro timoris sui vestigia imprimit, cuncta in nobis cogitatio terrena contremiscit. Hoc itaque loco caput mouere, est immobilitatem mentis excutere, & ad cognitionem fidei credulitatis gressibus propinquare. Sed quia sancta Ecclesia nunc Hebræorum auersione afficitur, & tunc conuersione releuatur, rectè subiungitur:

Mat. 2.

Genes. 27.

Psal. 22.

I

Caput. XI.

ET consolati sunt eum super omni malo quod intulerat dominus super eum.) Consolantur videlicet Christum, consolantur Ecclesiam, qui ab infidelitatis pristinæ errore resipiscunt: & prauitatem vitæ per quam recta docentibus repugnauerant deserunt. An non grauis mœror est duris cordibus infructuosè prædicare, laborem in ostendenda veritate sumere, sed nullum de conuersione audientium fructum laboris inuenire? At contrà magna prædicatorum consolatio est, subsequens profectus auditorum. Releuatio quippe docẽtis est immutatio proficientis. Et notandum quòd in flagello positum consolari noluerunt, sed ad consolandum eum post flagellum veniunt: quia nimirum passionis eius tempore Hebræi prædicamenta fidei contemnentes, quem hominem ex morte probauerant, deum credere despexerũt. Vnde per Psalmistam dominus dicit: Sustinui qui simul mecum contristaretur, & non fuit, consolantem me quæsiui, & non inueni. Consolantem quippe in passione minimè inuenit, qui in despectu mortis etiam ipsos hostes pertulit, pro quibus ad mortem venit. Post flagella ergo propinqui ad consolationem veniunt: quia in membris suis nunc quoque dominus patitur, sed extremo tempore Israëlitæ omnes ad fidem cognita Heliæ prædicatione concurrunt, atque ad eius protectionem quem fugerant redeunt, & tunc illud eximium multiplici aggregatione populorum cõuiuium celebratur. Tunc post flagella quasi Iob sanus ostenditur, quando à conuersis atque credentibus post passionem suam ac resurrectionem dominus in cœlis immortalis viuere per certitudinem fidei scitur. Tunc quasi remuneratus Iob cernitur, quando in maiestatis suæ potentia sicut est deus creditur, & eius fidei subiici hi qui prius restiterãt videntur. In fine igitur mundi credentes Hebræi conueniant, & humani generis redemptori in potentia diuinitatis quasi sino Iob oblationum suarum vota persoluant. Vnde & bene subditur:

Psal.

K

Caput. XII.

L

ET dederunt ei vnusquisque ouem vnam & inaurem auream vnam.) Quid per ouem nisi innocentia, quid per inaurem nisi obedientia designatur? Per ouem quippe simplex animus, per inaurem verò ornatus humilitatis gratia auditus exprimitur.

Quanta sit virtus obedientiæ.

Sed quia ad ostendẽdam virtutem obedientiæ occasio opportuna se præbuit, libet hanc paulo vigilantius sollicitiusque discutere, & quanti sit meriti demonstrare. Sola nanque virtus est obedientia quæ virtutes cæteras menti inserit, insertasque custodit. Vnde & primus homo præceptũ quod seruaret accepit, cui se si vellet obediens subdere, ad æternam beatitudinem sine labore peruenire. Hinc Samuel ait: Melior est obedientia quàm victimæ, & auscultare magis quàm offerre adipẽ arietum, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Obediẽtia quippe victimis iure præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur. Tanto igitur quisque deum citius placat, quanto ante eius oculos repressa arbitrij sui superbia, gladio præcepti se immolat. Quo contra ariolandi peccatum inobedientia dicitur, vt quanta sit virtus obedientiæ demonstretur. Ex aduerso igitur melius ostenditur, quid de eius laude sentiatur. Si enim quasi ariolandi peccatum est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere, sola est quæ fidei meritũ possidet, sine qua quisque infidelis esse conuincitur, etiam si fidelis esse videatur. Hinc per Salomonẽ in ostensione obedientiæ dicitur: Vir obediẽs loquitur victorias. Vir quippe obediens victorias loquitur: quia dum alienæ voci humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superamus. Hinc in Euangelio veritas dicit: Eum qui venit ad me, non eiiciam foras: quia de cœlo descendi, non vt faciam voluntatẽ meam, sed voluntatem eius qui misit me. Quid enim? si suam faceret, eos qui ad se veniũt, repulisset? Quis autẽ nesciat quòd voluntas filij à patris voluntate non discrepet? Sed quoniam primus homo quia suam facere voluntatem voluit, à paradisi gaudio exiuit, secundus ad redemptionem hominum veniens, dum voluntatem se patris & non suam facere ostẽdit, permanere nos intus docuit. Cùm igitur non suam, sed patris voluntatem facit, eos qui ad se veniunt: foras non eiicit: quia dũ exemplo suo nos obedientiæ subiicit, viã nobis egressionis claudit. Hinc rursum ait: Nõ possum ego à meipso facere quicquã, sed sicut audio iudico. Nobis quippe obedientia vsq; ad mortem seruanda præcipitur. Ipse autem si sicut audit iudicat, tunc quoque obedit, cùm iudex venit. Ne igitur nobis vsq; ad præsentis vitæ terminum obedientia laboriosa appareat, redemptor noster indicat: quia hãc etiam cùm iudex venerit seruat. Quid ergo mirum si homo peccator se obedientiæ in præsentis vitæ breuitate subiicit, quando hanc mediator dei & hominum, & cùm obedientes remunerat, non relinquit?

1. Reg. 15. Obedientia melior victimis.

M *Sine obedientia quisque infidelis conuincitur.*

Prouer. 21. Ioan. 6.

Ioan. 5.

Caput. XIII.

Sciendum

A Secundum verò est quòd nunquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem debet per obedientiam bonum quod agitur intermmitti. Neque enim mala in paradiso arbor extitit, quam deus homini ne contingeret interdixit. Sed vt per melius obedientiæ meritum, homo bene conditus crescèret, dignum fuerat vt hunc etiam à bono prohiberet: quatenus tanto verius hoc quod ageret, virtus esset, quanto & à bono cessans, auctori suo se subditum humilius exhiberet. Sed notandum quòd illic dicitur: Ex omni ligno paradisi *Gen. 2.* comedite, de ligno autem scientiæ boni & mali ne tetigeritis. Qui enim ab vno quolibet bono subiectos vetat, necesse est vt multa concedat, ne obedientis mens funditus intereat, si à bonis omnibus penitus repulsa ieiunat. Omnes autem paradisi arbores ad esum dominus concessit, cùm ab vna prohibuit, vt creaturam suam quam nolebat extingui, sed prouehi, tanto facilius ab vna restringeret, quanto ad cunctas latius relaxaret. Sed quia nonnumquam nobis huius mundi prospera, nõnunquam verò iubentur aduersa, sciendum summopere est quod obediẽtia aliquando si de suo aliquid habeat, nulla est, aliquando autem si de suo aliquid non habeat, minima. Nam cùm huius mundi successus præcipitur, cùm locus superior imperatur, is qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ sibi virtutem euacuat, si ad hæc etiam ex proprio desiderio anhelat. Neque enim se sub obedientia dirigit, qui ad accipienda huB ius vitæ prospera libidini propriæ ambitionis seruit. Rursum cùm mundi despectus præcipitur, cùm probra adipisci, & contumeliæ iubentur, nisi ex seipso animus hæc appetat, obedientiæ sibi meritum innuit: quia ad ea quæ in hac vita despecta sunt, inuitus nolensq́ue descendit. Ad detrimentum quippe obedientia ducitur, cum mentem ad suscipienda probra huius seculi nequaquam ex parte aliqua etiam sua vota comitantur. Debet ergo obedientia, & in aduersis ex suo aliquid habere, & rursum in prosperis ex suo aliquid omnimodo non habere, quatenus & in aduersis tanto sit gloriosior, quanto diuino ordini etiam ex desiderio iungitur, & in prosperis tanto sit verior, quanto à præsenti ipsa quã diuinitus percipit gloria, sunditus ex mente separatur. Sed hoc virtutis pondus melius ostẽdimus, si cœlestis patriæ duorum hominũ facta memoremus. Moyses nanque cùm in deserto oues pasceret, domino per angelum in igne loquente, vocatus est, vt eripiendæ omni Israẽlitarum multitudini præesset. Sed quia apud se mente humilis extitit, oblatam protinus tanti regiminis gloriam expauit, *Exo. 4.* moxq́ue ad infirmitatis patrocinium recurrit, dicens: Obsecro domine, non sum eloquens, ab heri enim & nudiustertius ex quo cœpisti loqui ad seruum tuum, tardioris & impeditioris linguæ sum factus. Et se postposito, alium deposcit dicens: Mitte quem missurus es. Ecce cum auctore linguæ loquitur, & ne tanti regiminis potestatem suscipiat, elinguẽ se esse causC atur. Paulus quoque diuinitus fuerat, vt in Hierusalẽ debuis- *Gala. 2.* set ascendere admonitus, sicut ipse Galatis dicit: Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam, assumpto Barnaba & Tito, ascendi autem secundum reuelationem. Isq́ue in itinere cum prophetam Agabum reperisset, quanta sit aduersitas in Hierosolymis maneret audiuit. Scriptum quippe est quod idem Agabus zonam Pauli suis pedibus inserens *Act. 21.* dixit: Virum cuius hæc zona est sic alligabunt in Hierusalem. A Paulo autem protinus respondetur: Ego non solum alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum pro nomine Iesu, neque enim preciosiorem facio animam meam quàm me. Prę ceptione igitur reuelationis Hierosolymam pergens, aduersa cognoscit, & tamen hęc libenter appetit, audit quæ timeat, sed ad hæc ardentior anhelat. Moyses itaque ad prospera de suo nihil habet: quia precibus renititur, ne Israëliticæ plebi præferatur. Paulus ad aduersa etiam ex suo voto ducitur: quia malorum imminentium cognitionẽ percipit, sed deuotione spiritus etiam ad acriora feruescit. Ille præsentis potestatis gloriam deo voluit iubente declinare, iste deo aspera & dura disponente, se studuit ad grauiora præparare. Præeunte ergo vtrorũque ducum infracta virtute instituimur, vt si obedientiæ palmam apprehendere veraciter nitimur, prosperis huius seculi ex sola iuisione, aduersis autem etiam ex deuotione militemus.

Caput. XIIII.

NOtandum verò est quod hoc loco cum inaure ouis, D cum oue inauris offertur: quia nimirum innocuis mẽtibus ornamentum semper obedientiæ iungitur, domino attestante, qui ait: Oues meæ vocem meam audiunt, & *Ioan. 10.* ego cognosco eas, & sequuntur me. Beato igitur Iob nemo inaurem sine oue, nemo ouem sine inaure obtulit: quia profectò redemptori suo non obedit, qui innocens non est, & innocens esse non potest, qui obedire contemnit. Quia verò ipsa obedientia non seruili metu, sed charitatis affectu seruãda est, non terrore pœnæ, sed amore iustitiæ, cuncti qui ad conuiuiũ veniunt, auream inaurem obtulisse perhibentur, vt videlicet in ea quæ exhibetur obedientia charitas fulgeat, quæ virtutes omnes quasi auri more cætera metalla transcẽdat. Sed quia nulla esse innocentia, nulla esse vera obedientia in multiplicibus hęreticorum diuisionibus potest, ad cognitionẽ fidei venientes offerant ouem, sed vnam, offerant inaurẽ, sed vnam, id est, tales veniant, qui in vnitate sanctæ Ecclesiæ innocui obedientesq́ue persistant. Vnum quippe diuidi per numeros non potest: quia & hoc ipsum vnum quod dicimus numerus non est. Offerant igitur ouem, sed vnam, offerant inaurem, sed vnam, id est, ad sanctam Ecclesiam cum innocentia atque obedientia venientes, eam mentem deferãt, quam sectarum schismata non diuidant.

Caput. XV.

APerire libet oculos fidei, & illud extremum sanctę Ec E clesiæ de susceptione Israëlitici populi conuiuiũ contemplari. Ad quod nimirum conuiuium magnus ille veniens Helias conuiuantium inuitator adhibetur, & tũc propinqui, tunc noti ad eum cum muneribus veniunt, quem in flagello pauloante positum contempserunt. Appropinquante enim die iudicij, vel præcursoris vocibus, vel quibusdam erumpentibus signis, ipsa eis iam aliquo modo aduenientis domini virtus interlucet. Cuius iram dum præuenire festinant, conuersionis suæ tempus accelerant. Conuersi autem cum muneribus veniunt: quia eum quem pauloante in passione deriserunt, tunc virtutum opera quasi munera offerendo veneran tur. Illud proculdubio hac sua oblatione complentes, quod & cernimus magna ex parte iam factum, & adhuc credimus ex magna parte *faciendum. Adorabunt eum filiæ Tyri in mu- *al. pfiẽt. neribus. Tunc nanque illum plenius filiæ Tyri in muneribus *Psalm. 44.* adorant, cùm Israëlitarum mentes huius nunc mundi subditæ desideriis, ei quem superbientes negauerunt, quandoque cognito suæ hostias confessionis apportant. Et quanuis eisdem temporibus quibus antichristus appropinquat, aliquatenus vita fidelium minoris esse virtutis appareat, quãuis in conflictu illius perditi hominis grauis etiam corda fortium formido cõstringat. Helia tamen prędicante roborati, non solum fideles quique in sanctæ Ecclesiæ soliditate persistunt, sed, sicut superius diximus, ad cognitionem fidei multi quoque ex infidelibus conuertuntur, ita vt Israëliticæ gentis reliquiæ, quę repul- F sæ prius funditus fuerant, ad sinum matris Ecclesię pia omnimodo deuotione concurrant. Vnde & bene nunc subditur:

Caput. XVI.

DOminus autẽ benedixit nouissimis Iob magis quàm principio eius.) Hæc historicè facta credimus, hæc mysticè facienda speramus. Magis enim nouissimis Iob quàm principio benedicitur: quia quantum ad Israelitici populi susceptionem pertinet, vrgente fine præsentis seculi, dolorem sanctæ Ecclesiæ dominus animarum multiplici collectione consolat. Tanto quippe locupletius ditabitur, quanto & manifestius innotescit quòd ad finem præsentis vitæ tẽporalitas vrgetur. Prædicatores nanque sanctæ Ecclesiæ benedictione extremi temporis Psalmista ditari conspexerat, cùm dicebat: Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi, & bene pa- *Psalm. 91.* tientes erunt, vt annuncient. In senecta scilicet vberi multipli cantur: quia cùm eorum vita differtur, semper ad melius fortitudo producitur, eisq́ue per augmentum temporum crescunt etiam lucra meritorum. Bene autem patientes sunt vt annuncient: quia cœlestia prædicantes, tanto robustius aduersa tolerant, quanto & per tolerantiam suam animarum commoda locupletius reportant. Sequitur:

Quòd ideo Iob duplicis numeri sobolem non accepit, sicut in alia

G *substantia acceperat: quia apud deum filij eius, & filiæ non perierant, qui in occulta animarum æternitate viuebant, & quòd per quatuordecim milia ouium plenitudo virtutum ex gratia sancti spiritus intimatur, quæ electis quidem in hac vita, sed amplius cõceditur in futura.*

Et facta sunt ei quatuordecim milia ouium, & sex milia camelorum, & mille iuga boum, & mille asinæ, & fuerunt ei septem filij & tres filiæ.) Quòd septem milia ouium, & tria milia camelorum, & quingenta iuga boum, & quingentas asinas ante probationem percussionis habuerit, ipsa eiusdem historiæ præfatio ostendit, quæ per flagellum perdita, ei nunc sunt duplicia restituta. Filij autẽ totidem sunt redditi quot amisit. Septem quippe filios, & tres filias habuit, septem autem nunc filios & tres filias recepisse describitur, vt & hi qui extincti fuerant, viuere demonstrentur. Dum enim dicitur: Addidit dominus quęcunque fuerant Iob duplicia, & tamen totidem filios ei restituit quot amisit, & liberos dupliciter addidit, cui decem postmodum in carne restituit, decem verò qui amissi fuerant, in occulta animarum vita reseruauit.

Caput. XVII.

H SI quis autem in prædictis animalibus postposito culmo historiæ, vt intellectuale videlicet animal, pasci mysteriorum fruge desiderat, necesse est vt quę sentimus agno scat. Intelligere enim possumus quòd in his animalibus aggregata fidelium vniuersitas designatur. Hinc est nanq; quod per Psalmistam patri de filio dicitur: Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi. Hinc est ꝙ idem propheta sanctam Ecclesiã simplices quosq; inhabitare cõspiciens ait: Animalia tua habitabũt in ea. Quid ergo in ouibus, nisi innocentes: quid in camelis, nisi eos qui ęterorum mala transeunt extuberanti, & tortuosa mole vitiorum: quid in iugatis bobus, nisi Israëlitas legi subditos: quid in asinis, nisi simplices gentilium mentes accipimus? Nam quia innocentes quique ouium nomine designantur, testatur Psalmista, qui ait: Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. Neque enim qui seruare innocentiam negligunt, illa internæ pascuæ refectione satiantur. Cameli verò nomine, aliquando in sacro eloquio dominus, aliquando gentilium superbia exprimitur, quasi excrescente desuper tumore tortuosa. Quia enim ad suscipienda onera sponte se camelus humiliat, non immeritò redemptoris nostri gratiam designat, qui in eo quòd infirmitatis nostræ onera suscipere dignatus est, à potestatis suæ celsitudine sponte descendit. Vnde & per euangeliũ dicit: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, & nemo tollit eam à me. Et vnde iterum dicit: Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Quid enim nomine diuitis, nisi quemlibet elatum, quid cameli appellatione, nisi propriam condescensionem signat? Camelus enim per foramen acus transiit, cùm idem redemptor noster vsque ad susceptionem mortis per angustias passionis intrauit. Quæ passio velut acus extitit: quia dolore corpus pupugit. Facilius autẽ camelus per foramen acus, quàm diues cœlorum regnum ingreditur: quia nisi ipse prius infirmitatis nostræ onera suscipiens, per passionem suam formam nobis humilitatis ostenderet, nequaquam se ad humilitatem illius superba nostra rigiditas inclinaret. Rursum cameli nomine, tortuosa ac plena vitiis gentilitas designatur, sicut per Moysen dicitur quod inclinata iam die, egressum in agro Isaac in camelo sedens Rebecca conspexit, ac protinus de camelo descendit, & sese pallio ad visionem illius verecundata cooperuit. Quem enim Isaac alium in eo quòd inclinata iam die in agro egressus fuerat designabat, nisi eum qui extremo huius mundi tempore, velut in diei fine veniens, quasi in agrum foras exiit? quia cum sit inuisibilis, in hoc mundo se visibilem demonstrauit. Quem in camelo sedens Rebecca conspexit: quia eum Ecclesia ex gentibus veniens, dum adhuc vitiis esset innixa, & necdum spiritalibus, sed animalibus motibus inhæreret, attendit. Sed protinus de camelo descendit: quia vitia quibus prius fuerat superbè elata, deseruit, seque etiam pallio operire curauit: quia viso domino, infirmitatem suæ actionis erubuit, & illa quæ prius in camelo libera gestabatur, descendens postmodum verecunda tegitur. Vnde eidem Ecclesiæ à priore clarione conuersæ per apostolicam vocem quasi Rebeccæ de camelo descendenti, sibique pallium superducenti dicitur: Quem enim fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?

Psalm. 8. *Psal. 67.* *Psal. 78.* *Ioan. 10.* *Matt. 19.* *Gene. 34.* *Rom. 6.*

Caput. XVIII.

IN bobus verò aliquando luxuriosorum dementia, aliquando laboriosa fortitudo prædicantium, aliquando humilitas exprimitur Israëlitarum. Quia enim bouis nomine per comparationem luxuriosorum dementia designatur, Salomõ indicat, qui cùm malè suadentis mulieris petulantiam præmisisset, adiunxit: Statimq; eam sequitur, quasi bos ductus ad victimam. Rursum quia bouis nomine, labor prædicatoris exprimitur legis verba testantur, quæ ait: Non obturabis os boui trituranti. Ac si apertè diceret: Prædicatores verbi à stipendiorum suorum perceptione nõ prohibeas. Rursum quia bouis nomine plebs Israëlitica figuratur, propheta asserit, qui redemptoris aduentum denuncians dicit: Cognouit bos possessorẽ suum, & asinus præsepe domini sui. Per bouem scilicet Israëliticum populum, iugo legis edomitum signans, per asinum verò gentilem populum indicãs, voluptatibus deditum, & grauius brutum. Asinorum quoque & asinarum nomine, aliquando luxuriosorum petulantia, aliquando mansuetudo simplicium, aliquando verò, vt prædiximus, stultitia gẽtilium designatur. Quia enim luxuriosorum petulantia asinorum appellatione per comparationem exprimitur, apertè declaratur, cùm per prophetam dicitur: Quorum carnes sunt vt carnes asinorum. Rursum quia asinarum nomine simplicium vita figuratur, redemptor noster cum Hierusalem pergeret, sedisse asinam describitur. Hierusalem quippe visio pacis dicit: Quid igitur signat quod dominus sedendo asinam Hierusalem ducit, nisi quòd simplices mentes dum præsidendo possidet, eas vsque ad visionem pacis sua sacra sessione perducit? Rursum quia asinorum nomine, stultitia gentilium designatur, prophe ta testatur, dicens: Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bouis & asini. Super omnes quippe aquas seminare, est cunctis populis fructuosa vitę verba prędicare. Pedem verò bouis & asini immittere, est vias Israëlitici, & gentilis populi per præceptorum cœlestium vincula religare.

Deut. *Esai.* *Ezech.* *Esai.*

Caput. XIX.

LIteræ igitur veritate seruata, sub beati Iob nomine cunctis his animalibus non immerito credimus sanctæ Ecclesiæ populos designari, quatenus ea quæ scripta sunt, dispensatione sancti spiritus cuncta mirabiliter ordinante, & transacta nobis referant, & futura prædicent. Agnoscamus ergo in ouibus fideles atque innocentes ex Iudæa populos, legis dudum pascuis satiatos. Agnoscamus in camelis ad fidem simplices ex gentilitate venientes, qui prius sub ritu sacrilego quasi quadam deformitate membrorum valde turpes ostensi sunt, videlicet fœditate vitiorum. Et quia sæpe, vt prædiximus, sacra eloquia curant repetere quod affirmant, possunt rursum in bobus Israëlitæ accipi, quasi iugo legis attriti: asinis verò vt dictum est, gẽtiles populi, designari, qui dum se colendis lapidibus inclinabant, non reluctante mente, quasi dorso stultè suppositio, quibuslibet idolis bruto sensu seruiebant. Sancta ergo Ecclesia quæ in exordiis suis innumeris tentationibus pressa, vel Israëliticum populum, vel multos exgẽtibus amisit, videlicet quos lucrari non potuit, duplicia in fine recipit: quia in ea ex vtraque natione, fidelium numerus multiplicior excrescit. Possunt etiam per iugatos boues, prædicatores intelligi. Vnde cum eos ad annunciandum dominus mitteret, teste Euãgelio, binos misisse describitur, vt quia vel duo sunt præcepta charitatis, vel quia haberi societas minus quàm inter duos non potest, prædicatores sancti ex ipsa qualitate suæ missionis cognoscerent quantum concordiam societatis amarent. Possunt, sicut prædiximus, per asinas mentes simpliciũ designari. Sancta verò Ecclesia duplices boues, atque asinas recipit: quia prædicatores sancti qui pressi formidine in eius dudum tentatione tacuerant, & mentes simplicium quæ victæ terroribus veritatem illius confiteri formidabant, tanto iam nunc robustius in confessione veritatis voces suas exerunt, quanto debilius antè timuerunt. Hæc in significatione Ecclesiæ breuiter diximus: quæ quomodo eiusdem sanctæ Ecclesiæ capiti seruiant, in exordio huius operis latius nos dixisse

Matt.

A dixisse memoramus. Qui ergo de his sibi plenius satisfieri nitur, lectionem huius operis librum legere dignetur. Iam verò si quærimus, vt etiam de ipso animalium numero differamus, cur mille iuga boum, vel mille asinæ, & sex milia camelorum, & quatuordecim milia ouium numerentur, dicere breuiter possumus quòd apud secularem quidem scientiam millenarius numerus idcirco perfectus habetur: quia denarij numeri quadratum solidum reddit. Decé quippe decies ducta sunt centum, quæ tam figura quadrata, sed plana non est. Vt autem in latitudinem surgat, & solida fiat, rursus centum decies multiplicantur, & mille sunt. Senarius autem numerus idcirco perfectus est: quia primus in numeris completur partibus suis, id est, sexta sui parte, & tertia, & dimidia, quæ sunt vnum, & duo, & tria: quæ in summam ducta sex fiunt. Nec alius ante senariũ numerum reperitur, qui in suis partibus dum diuiditur, tota eius summa compleatur.

Caput. XX.

SEd quia cuncta hæc per sacræ scripturæ celsitudinem proficiendo transcendimus, ibi senarium, ibi septenariũ, ibi denarium, ibi millenarium vnde sit perfectus inuenimus. Senarius quippe numerus in scriptura sacra perfectus est: quia in mundi origine dominus ea quæ primo die cœpit, sexto die opera impleuit. Septenarius in ea perfectus est: quia omne opus bonum septem per spiritum virtutibus agitur, vt
B & fides simul & opera consummentur. Denarius numerus in ea perfectus est: quia lex in decem præceptis concluditur, omnisque culpa non amplius quàm per decem verba co-
Matth.20. hibetur, atque enarrante veritate, operatores vineæ denario remunerantur. In denario quippe tria iunguntur ad septem. Homo autem qui ex anima constat, & corpore, in septem qualitatibus continetur. Nam tribus spiritaliter, & quatuor corporaliter viget. In dilectione etenim dei tribus qualitatibus spi-
Matth.22. ritaliter excitatur, cum ei per legem dicitur: Diliges dominum deum tuum ex tota mente tua, & ex tota anima tua, & ex tota virtute. Corporaliter verò quatuor qualitatibus continetur: quia videlicet ex materia calida & frigida, humida & sicca cõponitur. Homo ergo qui ex septem qualitatibus constat, denario remunerari dicitur: quia in illa perceptione supernæ patriæ, septem nostra ad tria iunguntur æterna, vt homo contemplationem trinitatis accipiat, & de remuneratione operis quasi quodam denario consummatus viuat. Vel certè quòd septem virtutes sunt quibus in hac vita laboratur, dumque eis in remuneratione contemplatio trinitatis redditur, vita laborantium denario remuneratur. Sed perfectus quisque etiam in hac vita denarium accipit, dum eisdem septem virtutibus, spem, fidem, charitatemque coniungit. Millenarius quoque numerus in sacro eloquio perfectus accipitur: quia appellatio-
Psalm.104 ne eius vniuersitas designatur. Vnde scriptum est: Verbi quod mandauit in mille generationes. Cum enim nequaquam credendum sit quòd ad centum generationes mundus extendi-
C tur, quid aliud mille generationib', nisi vniuersitas generationum figuratur? Beatus igitur Iob quatuordecim milia ouium recepit. Quia enim in sancta Ecclesia virtutum perfectio ad vtrunque sexum ducitur, septenarius in ea numerus duplicatur. Et sex milia camelorum: quia plenitudinem in illa operis accipiunt, qui ab illa dudum vitiorum suorum fœditate pe rierunt.

Quòd hi qui peccato mortui sunt, & in quibus vitiorum struma quassata est, per dei gratiam in bonis operibus consummantur.

Mille quoque iuga boum, ac mille asinas recepit: quia Israëlitas atque gentiles, doctos ac simplices, post tentationum casus in culmine perfectionis assumit.

Quòd in septem filiis Iob septiformis virtutum operatio accipiatur, & in nominibus filiarum eius conditio, & redemptio, & assumptio generis humani possit intelligi.

Septem quoque filios, & tres filias recepit: quia eorum mentibus quos septem virtutibus genuerat, ad perfectionis summam, spem, fidem, charitatemque coniungit, vt tanto verius prole sua gaudeat, quanto suis fidelibus nil deesse virtutis pensat.

Caput. XXI.

SEd quia hæc succinctè transcurrimus, nunc ipsis quoque D indagandis filiarum vocabulis intendamus. Sequitur: Et vocauit nomen vnius Diem, & nomen secundæ Casiam, & nomẽ tertiæ Cornustibij.) Hæc nomina pro eo quòd à virtutibus sumpta sunt, aptè curauit interpres non ea sicut in Arabico sermone inuenta sunt ponere, sed in latinum eloquium versa apertius demonstrare. Quis enim nesciat Diem, vel Casiam latina esse vocabula? At verò Cornus tibij quanuis non cornus, sed cornu dicitur, nec cantantium fistula tibium, sed tibia vocatur, in latina tamen lingua sermonis genere minimè custodito, rem credendo prodere maluit, atque in eius linguæ de qua transferebat, proprietate perdurare. Vel quia per cornu, & tibiam vnum verbum ex vtroque composuit, vtrunque verbum per vnam orationis partem in latina lingua transfusum, quo voluit genere licitè vocauit.

Caput. XXII.

QVid est ergo quòd prima filia beati Iob Dies dicitur, secunda Casia, tertia verò Cornustibij vocata memoratur: nisi quia vniuersum genus humanum quod benignitate conditoris, atque eiusdem misericordia redemptoris eligitur, istis nominib' designatur? Homo nanque quasi dies ex conditione claruit: quia hunc auctor suus ingenitæ innocentiæ splendore respersit. Sed sponte E
sua ad peccati tenebras lapsus: quia veritatis lucem deseruit, quasi in nocte se erroris abscondit: quia aliàs dicit secutus vmbram, sed quia auctori nostro nõ defuit largitas bonitatis suæ etiam contra tenebras iniquitatis nostræ, eum quem prius potenter ad iustitiam condidit, potentius redimendo postmodũ ab errore reuocauit. Cui quia post casum suum illa conditionis suæ pristina firmitas defuit, eum contra bella intima repugnantis corruptionis multiplicibus donorum suorum virtutibus fulsit. Quæ nimirum virtutes proficientium in notitia cæterorum hominum quasi suauitate fragrãt odorum. Hinc est enim quod per Paulum dicit: Christi bonus odor sumus deo. *2.Cor.2.*
Hinc est quòd sancta Ecclesia in electis suis quandã fragrantiam suauitatis odorata in Canticorum cãtico loquitur dicẽs: *Canti.1.*
Donec rex in recubitu suo est, nardus mea dedit odorem suũ. Ac si apertè dicat: Quousque meis obtutib' rex apud se in requie secreti cœlestis absconditur, electorum vita miris virtutum odoribus exercetur, vt quo adhuc eum quem appetit nõ videt, ardentius per desiderium flagret. Rege quippe in recubitu suo posito, nardus odorem dat, dum quiescẽte in sua beatitudine domino, sanctorum virtus in Ecclesia magnæ nobis gratiam suauitatis administrat. Quia ergo & conditum luce innocentiæ claruit, & redemptum genus humanum exercitio bonorum operum odorẽ suauitatis aspersit, prima filia rectè Dies, & secũda non incongruè Casia nominatur. Bene autem Casia dicitur, quæ in tanto sublimis vitæ odore dilatatur. In ip F
sa quippe sua origine in qua iustus homo conditus fuerat, tantis quantis nunc opus est virtutibus non indigebat: quia si stare sicut est conditus vellet, hostem extrà positum vincere sine difficultate potuisset. Postquam verò per assensum hominis semel aduersarius ad intima irrupit, laboriosius iam victor eiicitur, qui adhuc impugnans sine labore repelleretur. Multa nanque nunc exhibenda sunt, quæ in paradiso necessaria non fuerunt. Nunc quippe opus est virtute patientiæ, laboriosa eruditione doctrinæ, castigatione corporis, assiduitate precis, confessione delictorum, inundatione lachrymarum, quorum profectò omnium conditus homo non eguit: quia salutis bonum ex ipsa sua conditione percepit. Aegro quippe poculum amarum porrigitur, vt ad salutis statum morbo sublato reuocetur. Sano autem nequaquam præcipitur quid accipiat, vt cõualescat, sed à quibus caueat ne langueſcat. Nunc ergo maioribus studiis vtimur, cùm salutem nequaquam seruamus habĩtam, sed reparare curamus ablatam. Et quia omnes hi annisus nostrę reparationis magnis intra sanctam Ecclesiam opinionibus pollent, nomen secundæ filiæ velut Casia ex merito redolet, vt quia prima filia quasi dies extitit per dignitatem conditionis, secunda Casia sit per fragrantiam fortitudinis ex gratia redemptionis.

Caput. XXIII.

Vnde

G VNde & eidem venienti redemptori per Prophetam
Psalm.44. dicitur: Myrrha & gutta,& casia à vestimentis tuis à gradibus eburneis: ex quibus te delectauerunt filiæ regum in honore tuo. Quid enim myrrhæ,guttę,& casiæ nomine, nisi virtutum suauitas designatur? quid eburneis gradibus,nisi magna nitens fortitudine proficientium ascensus exprimitur? Redemptor igitur veniēs,myrrha,gutta,& casia in vestimento vtitur: quia ex electis suis quibus se misericorditer induit:myrrhę virtutis fragrantiam aspergit. In quibus iste odor ab eburneis gradibus ducitur: quia in eis virtutum opinio non ex ostensione simulationis, sed ex veri ac solidi operis ascēsu generatur. Bene autem subditur: Ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo. Sanctæ nanque animæ ab antiquis patribus ad cognitionem veritatis editę, redemptorem suum in eius honore delectant: quia ex eo quòd bene agunt, suæ laudi nihil vindicant. Quia verò tertio ordine est humanum genus etiam carnis resurrectione renouatum:in illo concentu æternæ laudis assumitur tertia filia,quæ cornustibij vocatur. Quid enim per cornustibij,nisi lætantium cantus exprimitur? Ibi enim veraciter adimpletur, quod modo per
Psalm.105. prophetam dicitur: Cantate domino canticum nouum. Ibi veraciter adimpletur: vbi canticum laudis dei non iam ex fide, sed ex specie contemplata cātabitur. Ibi à nobis conditor noster laudum suarum veraces cantus recipit:qui humanū genus
H & condēdo diem,& redimendo casiam,& assumendo cornustibij fecit. Qui enim lux fuimus conditi: & nunc sumus casia redempti:erimus quandoque cornustibij:in exultatione æternę laudis assumpti. Sed priusquam ad nuptiarū thalamum spōsa perueniat:omnē à se vitæ fœditatem respuit: & spōsi amori præparans sese per species virtutum comit. Studet quippe interni arbitri iudicio placere:& intimis desideriis subleuata,fœdos mores conuersationis humanę transcendere. Vnde bene & de eisdem filiabus beati Iob subditur:

Quòd pulchritudo sanctarum animarum ad hæc terrena incomparabilis sit, & licèt inter se quasi stellæ differant:in claritate tamen eadem actiuis, & contemplatiuis est hæreditas.

Non sunt autem inuentæ mulieres speciosæ sicut filiæ Iob in vniuersa terra.) Electorum quippe animæ omne humanū genus quod in terra secundum hominem conuersatur,suę pulchritudinis decore transcendunt: quantoćque se exterius affligendo despiciunt,tanto se verius intus componunt. Hinc est enim quòd sanctæ Ecclesiæ quæ electorum pulchritudine decoratur per Psalmistam dicitur: Concupiuit rex speciem tuā.
Psal. 44. De qua paulopost subditur:Omnis gloria eius filiæ regum ab intus. Nam si foris gloriam quæreret: intus speciem quam rex concupisceret,non haberet.

I Caput. XXIIII.

IN qua quidem quanuis multi virtutum decore fulgeant: atque ipsa viuendi perfectione cęterorum merita excedāt: nonnulli tamen quia ad altiora assequenda non sufficiunt, infirmitatis suæ conscij pietatis eius gremio continentur. Qui inquantum prævalent,mala vitant: quanuis inquantum appetunt,altiora bona non impleant. Quos tamen benignè dominus suscipit:eosque apud se pro modo dignę retributionis admittit. Vnde & sequitur: Deditque eis pater suus hæreditatem inter fratres earum.) Ipsæ ergo ex perfectorum meritò speciosæ memorantur: ipsæ etiam quasi ex imperfectorum typo velut infirmæ hæreditatem inter fratres accipiunt. Vsus nanque vitæ veteris non habebat vt hæreditatem fœminę inter masculos sortirentur:quia legis seueritas fortia eligens, infirma contemnens:districta potius studuit:quàm benigna sancire. Sed pio nostro redemptore veniente: nullus infirmitatis suæ conscius, de sortienda cœlestis patrimonij hæreditate desperet. Pater enim noster inter masculos etiam fœminis iura successionis tribuit:quia inter sortes atque perfectos,infirmos & humiles ad sortem supernæ hæreditatis admittit. Vnde ipsa
Ioan.14. veritas in Euangelio dicit:In domo patris mei mānsiones multæ sunt. Apud patrem quippe mansiones multæ sunt:quia in illa beatitudinis vita nō dispari, vnusquisque iuxta dispar meritum,locum disparem percipit: sed eiusdem disparilitatis dāna non sentit: quia tantum sibi, quantum perceperit sufficit.

Sorores ergo cum fratribus ad hæreditatem veniunt:quia infirmi illuc cum fortibus admittuntur:quatenus si quis per imperfectionem non erit summus: ab hæreditatis tamē sorte per humilitatem non sit extraneus. Quas bene Paulus mansiones iuxta merita distributas insinuat,cùm ait: Alia claritas Solis,& 1.Cor.
alia claritas lunę, & alia claritas stellarum. Stella enim ab stella differt in claritate. Sequitur:

Quòd sancta Ecclesia post huius vitæ terminum, depositis corruptionis pondere, peccato emortuo, in plenitudine dierum æternitatis, cùm sanctorum sobole, bonorum operum multiplicata retributione, in æternum cum Christo quiescat.

Vixit autem post hęc flagella Iob centum quadraginta annis:& vidit filios suos:& filios filiorum suorum vsque ad quartam generationem: & mortuus est senex, & plenus dierum.) In scriptura sacra non facile plenus dierum ponitur:nisi is cuius per eandem scripturam vita laudatur. Vacuus quippe dierum est:qui & quamlibet multum vixerit, ætatis suæ tempora in vanitate consumit. At contrà plenus dierum dicitur:cui nequaquam dies sui pereundo transeunt: sed ex quotidiana mercede boni operis,apud iustum iudicem,& postquam transacti fuerint,reseruantur.

Caput. X X V.

SEd quia sunt qui hæc etiam in typo sanctæ Ecclesiæ interpretari desiderant, quorum votis tanto magis obediendum est,quanto & eorum spiritali intelligentiæ con- L
gaudendum: si quatuordecim per denarium ducimus:ad centesimum & quadragesimum numerum peruenimus. Et rectè vita sanctæ Ecclesiæ multiplicata per decem & quatuor computatur:quia vtrunque testamentum custodiens,& tam secundum legis decalogum,quam secundum quatuor Euangelij libros viuens, vsque ad perfectionis culmen extenditur. Vnde & Paulus Apostolus quanuis epistolas quindecim scripserit: sancta tamen Ecclesia non amplius quàm quatuordecim tenet: vt ex ipso epistolarum numero ostenderet quòd doctor egregius legis & Euangelij secreta rimasset. Bene autem beatus Iob post flagella viuere dicit:quia & sancta Ecclesia prius disciplinæ flagello percutitur: & postmodum vitæ perfectione roboratur. Quæ etiam filios suos,& filios filiorum suorum vsque ad quartam generationem conspicit: quia in hac ætate quæ annuis quatuor temporibus voluitur, vsque ad finē mundi per ora prædicantium nascentes sibi quotidie soboles contemplatur. Nec abhorret à vero quòd per generationes dicimus tempora designari. Quid enim vnaquæque successio,nisi quædam propago est generis? Et pincerna regis Aegypti cùm
Gen. 40. vidisset somniū quòd tres propagines duceret: Ioseph præditus in solutione somniorum, tres propagines,tres dies renunciat designare. Si ergo per tres propagines spatium trium dierum exprimitur:cur non etiam per quatuor generationes annua quatuor tempora figurentur? Sācta itaque Ecclesia videt M
filios suos,cùm primam fidelium sobolem conspicit. Videt filios filiorum:cùm ab eisdem fidelibus ad fidem gigni,& filios cognoscit. Quæ etiam senex & plena dierū moritur:quia subsequente luce ex mercede quotidianorum operum, depositō corruptionis pondere,ad incorruptionem spiritalis patrię mutatur. Plena videlicet dierum moritur: cui labentes anni non transeunt,sed stantium actuum retributione solidantur. Plena dierum moritur:quæ per hæc transeuntia tēpora id quod non
Ioan. 6. transit operatur. Vnde & Apostolis dicitur: Operamini nō cibum qui perit:sed qui permanet in vitam æternam. Dies itaq; suos sancta Ecclesia etiam cùm præsentem vitam deserit,non amittit: quia in electis suis tanto eorum lucem multiplicius inuenit,quanto nunc in eis ab omni tentatione se cautius sollicitiusque custodit. Dies suos Ecclesia non amittit: quia sese in hac vita vigilanter quotidie pensare non negligit: & ad omnia quæ rectè facere valeat, inertia nulla torpescit. Hinc est
Prouer. 6 enim quòd de illa per Salomonem dicitur: Considerat semitas domus suæ:& panem ociosa non comedit. Semitas quippe domus suæ considerat: quia cunctas suæ conscientiæ cogitationes subtiliter inuestigat. Panem ociosa non comedit: quia hoc quod de sacro eloquio intelligendo perceperit, ante æterni iudicis oculos exhibendo operibus ostendit. Mori

autem

A autem dicitur, quia cùm illam æternitatis contemplatio absorbuerit: ab hac mutabilitatis suæ vicissitudine funditus extinguit, vt in ea iam hoc quod acumen intimę visionis impediat, vllo modo nihil viuat. Tanto enim verius tunc interna conspicit: quanto cunctis exterioribus plenius occumbit. Hanc itaque mortem, hanc dierum plenitudinem, & in beato Iob, vno scilicet membro Ecclesiæ credamus factam: & in tota simul Ecclesia speremus esse faciendam: quatenus ita teneatur rei gestæ veritas, vt non euacuetur rei gerendæ prophetia. Bona enim quę de sanctorum vita cognoscimus: si veritate carẽt, nulla sunt: si mysteria non habent, minima. Quæ ergo per spiritum sanctum bonorum vita describitur: & per intellectum nobis spiritalem fulgeat: & tamen sensus à fide historiæ non recedat: quatenus tanto fixior animus in suo intellectu permaneat, quanto hunc quasi in quodam medio constitutum: & erga futura spes, & erga præterita fides ligat.

Quod sanctus Gregorius in his quæ iam rectæ intentione protulit vanæ gloriæ vel laudis humanæ fauorẽ subrepsisse sibi formidat & pro recompensatione operis postulat orationem lectoris.

Caput. XXVI.

B EXpleto itaque hoc opere: ad me mihi video esse redeundum. Multum quippe mens nostra etiam cum rectè loqui conatur, extra semetipsam spargitur. Integritatem nanque animi, dum cogitantur verba qualiter proferantur: quia eum trahunt extrinsecus, minuunt. Igitur à publico locutionis redeundum est ad curiam cordis: vt quasi in quodã consilio consultationis ad meipsum discernendum conuocem cogitationes mentis: quatenus ibi videam ne aut incautè mala. aut bona non bene dixerim. Tũc enim bene dicitur bonum: cũ is qui dicit, soli ei à quo accipit, per id appetit placere quod dicit. Et quidem mala me aliqua etsi dixisse non inuenio: tamen quia omnino non dixerim, non defendo. Bona verò si qua diuinitus accipiens dixi: meo videlicet vitio minus me dixisse profiteor. Nam ad me intrinsecus rediẽs, postpositis verborum foliis, postpositis sententiarum ramis, dum ipsam subtiliter radicem meæ intentionis inspicio: deo quidem ex ea me summopere placere voluisse cognosco: sed eidem intentioni qua deo placere studeo, furtim se, nescio quomodo, intentio humanæ laudis interserit. Quòd cùm iam postmodum C tardeque discerno: inuenio me aliter agere, quod scio me aliter inchoasse. Sic etenim sæpe intentionem nostram dum ante dei oculos rectè incipitur: occultè sibi subiuncta, & eam velut in itinere comprehendens, intentio humanę laudis assequitur: sicut pro necessitate quidem cibus sumitur: sed in ipso esu dum furtim gula surrepit, edendi delectatio permiscetur. Vnde plærunque contingit: vt refectionem corporis quam salutis causa cœpimus, causa voluptatis expleamus. Fatendum est igitur quod rectam quidem intentionem nostrã quæ soli deo placere appetit: nonnunquam intentio minus recta, quæ de donis dei placere hominibus quærit, insidiando comitatur. Si autem de his diuinitus districtè discutimur: quis inter ista remanet salutis locus, quando & mala nostra pura mala sunt: & bona quæ nos habere credimus, pura bona esse nequaquam possunt? Sed hoc mihi facere operæprecium credo: quòd fraternis auribus omne quod in me latenter ipse reprehendo, incunctanter aperio. Quia enim exponendo non celaui quod sensi: confitendo non abscondo quod patior. Per expositionẽ patefeci dona: per confessionẽ detego vulnera. Et quia in hoc tã magno humano genere, nec paruuli desunt qui dictis meis D debeant instrui: nec magni desunt qui cognitę meæ valeant infirmitati misereri: per hęc vtraque aliis fratribus quantum possum curã cõfero, ab aliis spero. Illis dixi exponendo quod faciant: istis aperio confitendo quod parcant. Illis verborum medicamenta non subtraho: istis lacerationem vulnerum non abscondo. Igitur quæso vt quisquis hæc legerit: apud districtũ iudicem solatium mihi suæ orationis impẽdat: & omne quod in me sordidum deprehẽdit, fletibus diluat. Orationis autem atque expositionis virtute collata: lector meus in recompensatione me superat: si cùm per me verba accipit, p̃ me lachrymas reddat.

GREGORII MAGNI PAPAE doctoris Ecclesiæ præcipui, finiunt fœliciter omnes Moralium libri in grauissimas beati Iob sententias, morali digestione ad amussim castigati.

CODIGO

Universidad de Deusto
Biblioteca

TOMVS SECVNDVS operum aliquot D. Gregorii papæ huius nominis primi, cognomento Magni, doctæ ac piæ institutionis refertissimorum, nunc denuo ad fidem veterum exemplarium accuratiori diligentia à mendis innumeris repurgatorum.

Quorum omnium elenchum, quæ huic Tomo insunt, pagina proxima indicabit.

Accessit præterea eiusdem auctoris luculentissima in primum librum Regum explanatio.



PARISIIS,

Apud Carolam Guillard, viduam Claudij Cheuallonij, sub sole aureo, & Guillelmum Desboys, sub cruce alba, in via ad diuum Iacobum.

M. D. LI.

Index operum di-
VI GREGORII PA-
pæ, quæ huic Secundo To-
mo insunt.

Pastoralis curæ liber vnus in tres sectus partes.
De vita & miraculis patrum Italicorum: & de æternitate animæ, Dialogorum libri IIII.
In Cantica canticorum expositio.
In Ezechielem propheram, homiliæ XXII.
In diuersas Euangelij lectiones, homiliæ XL.
Expositio in vij. psalmos pœnitentiales.
Epistolarum, ex registro pontificatus eiusdem collectarum, libri XII.

Scripsit vero & alia nonnulla. D. Gregorius, vt Ioannes de Trittenheym testatur, scilicet in quinque libros Moysi, in Prophetas, & alias scripturas sanctas quæ post ipsius mortem nondum in publicum data, æmuli eius nequissimi gloriæ videlicet sancti viri inuidentes, igne perdiderunt, sicut Ioannes diaconus in vita Gregorij conqueritur.

Accessit insuper huic æditioni eiusdem D. Gregorij Papæ, in primum librum Regum expositio, quam priores Codices non habebant.

Tabula capitum libri Pastoralis beati Gregorij Papæ. Et primò Summaria primæ partis.

1 NE imperiti venire ad magisterium audeant.
2 Ne locũ regiminis subeant qui viuendo nõ perficiunt, quæ meditando didicerunt.
3 De pondere regiminis: & quod aduersa quæque despicienda sunt, & prospera formidanda.
4 Quòd plærunque occupatio regiminis soliditatem dissipet mentis.
5 De his qui in regiminis culmine prodesse exemplo virtutum possunt, sed quietem propriam sectando refugiunt.
6 Quòd hi qui põdus regiminis per humilitatem refugiunt, tunc verè sunt humiles cùm diuinis iudiciis non resistunt.
7 Quòd nõnunquam prædicationis officium nonnulli laudabiliter appetunt: & ad hoc nonnulli laudabiliter coacti pertrahuntur.
8 De his qui præesse concupiscunt, & ad vsum suæ libidinis instrumentum Apostolici sermonis arripiunt.
9 Quòd mens præesse volentium plærunque sibi ficta bonorum operum promissione blanditur.
10 Qualis quisque ad regimen venire debeat.
11 Qualis quisque ad regimen venire non debeat.

Summaria secundæ partis.

1 Is qui ad regimen ordinatè peruenerit qualem se in ipso regimine debeat exhibere.
2 Vt rector cogitatione sit mundus.
3 Vt rector sit semper operatione præcipuus.
4 Vt sit rector discretus in silentio, vtilis in verbo.
5 Vt sit rector singulis compassione proximus, præ cunctis contemplatione suspensus.
6 Vt sit rector bene agentibus per humilitatem socius: contra deliquentium vitia per zelum iustitiæ erectus.
7 Vt sit rector internorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum prouidentia internorum sollicitudinem non relinquens.
8 Ne placere rector suo studio hominibus appetat: sed tamen ad quid placere debeat intendat.
9 Quòd scire sollicitè rector debeat quòd plerunque vitia virtutes se esse mentiuntur.
10 Quòd esse debet rectori discretio correctionis & dissimulationis, feruoris, & mansuetudinis.
11 Quantum rector sacræ legis meditationibus esse debeat intentus.

Summaria tertiæ partis.

1 Quòd aliter admonẽdi sunt viri, atque aliter fœminæ, &c. continens in se XXXVJ. admonitiones & declarationes earundem.
2 De exhortatione multis adhibenda: vt sic singulorum virtutes adiuuet: quatenus per hanc contraria virtutibus vitia non excrescant.
3 De exhortatione quæ vni adhibenda est contrariis passionibus laboranti.
4 Quòd aliquando leuiora vitia relinquenda sunt, vt grauiora subtrahantur.
5 Quòd infirmis omnino debent alta prædicari.
6 De opere prædicationis & voce.

Summarium vnicum quartæ partis.

Qualiter prædicator omnibus ritè peractis ad semetipsum redeat: ne hunc vel vitia, vel prædicatio extollant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PROLOGVS IN Pastoralia beati Gregorij Papæ, ad sanctissimum Ioannem episcopum ciuitatis Rauennæ.

PAstoralis curæ me pondera fugere delitescendo voluisse: benigna frater charissime, atque humillima intentione reprehendis, quæ ne quibusdam leuia esse videantur: præsentis libri stylo exprimo de eorum grauedine omne quod penso: vt & hæc qui vacat, incautè non expetat: & qui incautè expetiit, adeptum se esse pertimescat. Quadripartita vero disputatione liber iste distinguitur, vt ad lectoris sui animum ordinatis allegationibus quasi quibusdam passibus gradiatur. Nam cùm rerum necessitas exposcit: pensandum valde est ad culmen quisque regiminis qualiter veniat: atque ad hoc rite perueniens qualiter viuat: & bene viuens qualiter doceat: & rectè docens infirmitatem suam quotidie quanta valet consideratione cognoscat: ne aut humilitas accessum fugiat: aut peruentioni vita contradicat: aut vitam
B doctrina destituat: aut doctrinam præsumptio extollat. Prius ergo appetitum timor temperet: pòst autem magisterium quod à non requirente suscipitur vita commendet: ac deinde necesse est vt pastoris bonum quod ostenditur viuendo, etiam loquendo propagetur. Ad extremum verò supereſt: vt perfecta quæque opera consideratio propriæ infirmitatis deprimat: ne hæc ante occulti arbitri oculos tumor elationis extinguat. Sed quia sunt plærique mihi imperitia similes: qui dum metiri se nesciunt, quæ non didicerunt docere concupiscunt: qui pondus magisterij tanto leuius æstimant: quanto vim magnitudinis illius ignorant: ab ipso libri huius reprehenduntur exordio: vt qui indocti ac præcipites doctrinæ arcem tenere appetunt: à præcipitationis suæ ausibus in ipsa locutionis nostræ ianua repellantur.

Ne veniæ imperiti ad magisterium audeant.

Caput. I.

C NVLLA ars doceri præsumitur: nisi intenta prius meditatione discatur. Ab imperitis ergo pastoribus magisterium pastorale suscipitur in magna temeritate: quoniam ars est artium regimen animarum. Quis autem cogitationum vulnera occultiora esse nesciat vulneribus viscerum? Et tamen sæpe qui nequaquam spiritualia præcepta cognouerunt: cordis se medicos profiteri non metuunt: dum qui pigmentorum vim nesciunt, videri medici carnis erubescant. Sed quia auctore deo ad religionis reuerentiam omne iam præsentis seculi culmen inclinatur: sunt nonnulli qui intra sanctam Ecclesiam per speciem regiminis gloriam affectant honoris: videri doctores appetunt: transcendere
Matt.23. cæteros concupiscunt: atque attestante veritate primas salutationes in foro: primos recubitus in cœnis: primas in conuentionibus quærunt cathedras: qui susceptum curæ pastoralis officium ministrare dignè tanto magis nequeunt, quanto ad huius humilitatis magisterium ex sola elatione peruenerunt. Ipsa quippe in magisterio lingua confunditur: quando aliud discitur, & aliud docetur. Contra quos dominus per prophetam
Osee.8. queritur, dicens: Ipsi regnauerunt & non ex me: principes extiterunt, & ego ignoraui. Ex se autem & non ex arbitrio summi rectoris regnant, qui nullis fulti virtutibus nequaquam diuinitus vocati: sed sua cupidine accensi: culmen regiminis rapiunt potius, quàm assequuntur. Quos tamen internus iudex & prouehit, & non cognoscit: quia quos permittendo tolerat: profectò per iudicium reprobationis ignorat. Vnde ad se quibusdam & post miracula venientibus dicit: Recedite à me operarij iniquitatis, nescio qui estis vos. Pastorum imperitia voce veritatis increpatur: cùm per prophetam dicitur: Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Quos rursum detestatur dominus dicens: Et tenentes legem nescierunt me. Et nesciri se ergo ab eis veritas queritur: & nescire se principatum nescientium se protestatur: quia profectò hi qui ea quæ sunt domini nesciunt: à domino nesciuntur. Paulo attestante qui ait: Si quis autem ignorat, ignorabitur. Quæ nimirum pastorum sæpe imperitia meritis congruit, sæpe subiectorum: quia quanuis lumen scientiæ sua culpa exigente non habeant: districto tamen dei iudicio agitur, vt per eorum ignorantiam hi etiam qui sequuntur offendant. Hinc nanque in Euangelio per semetipsam veritas dicit: Si cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt. Hinc Matt.15.
Psalmista non optantis animo, sed prophetantis ministerio denunciat dicens: Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua. Oculi quippe sunt, qui in ipsa honoris summi facie positi prouidendi itineris officiũ suscipiunt: quibus hi nimirum qui subsequenter inhærent dorsa nominantur. Obscuratis ergo oculis dorsum flectitur: quia cùm lumen scientiæ perdunt qui præeunt: profectò cuncti ad portanda peccatorum onera curuantur qui sequuntur. Psal.68.

Ne locum regiminis subeant, qui viuendo non perficiunt, quæ meditando didicerunt.

Caput. II.

E ET sunt nonnulli, qui solerti cura spiritalia præcepta perscrutantur: sed quæ intelligendo penetrant, viuendo conculcant: repentè docent quæ non opere, sed meditatione didicerunt: & quod verbis prædicant, moribus impugnant. Vnde fit vt cùm pastor per abrupta graditur, ad præcipitium grex sequatur. Hinc nanque per prophetam dominus contra contemptibilem pastorum scientiam queritur, dicens: Cùm Ezech.34.
ipsi limpidissimam aquam biberetis: reliquam pedibus vestris turbabatis: & oues meæ quæ conculcata pedibus vestris fuerant pascebantur: & quæ pedes vestri turbauerant, hæc bibebant. Aquam quippe limpidissimam pastores bibunt, cùm fluenta veritatis rectè intelligentes hauriunt. Sed eandem aquam pedibus perturbare, est sanctæ meditationis studia malè viuendo corrumpere. Aquam scilicet eorum turbatam pedibus oues bibunt: cùm subiecti quique non sectantur verba quæ audiunt: sed sola quæ conspiciunt opera prauitatis imitantur. Qui cùm dicta sitiunt, & per opera peruertuntur: quasi corruptis fontibus in potibus lutum sumunt. Hinc quoque scriptum est per prophetam: Laqueus ruinæ populi mei sacerdotes mali. Hinc rursum de sacerdotibus malis per prophetam dominus dicit: Facti Ezech.44.
sunt domui Israël in offendiculum iniquitatis. Nemo quippe amplius in Ecclesia nocet, quàm qui peruersè agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem nanque hunc nemo redarguere præsumit: & in exemplum culpa vehementer extenditur: quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur.
F Indigni autem quique tanti reatus pondera fugerent: si veritatis sententiam sollicita cordis aure pensarent, quæ ait: Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt: melius erat Matt.18.
ei vt ligaretur mola asinaria in collo eius, & proiiceretur in profundum maris. Per molam quippe asinariam, secularis vitæ circuitus ac labor exprimitur: & per profundum maris extrema damnatio designatur. Qui ergo ad sanctitatis speciem deductus, vel verbo cæteros destruit vel exemplo: melius profectò fuerat vt hunc ad mortem sub exteriori habitu terrena acta constringerent, quàm sacra officia cæteris in culpa imitabilem demonstrarent: quia nimirum si solus caderet: vtcunque hunc tolerabilior inferni pœna cruciaret.

De pondere regiminis eo quòd aduersa quæque despicienda sunt, & prosperà formidanda.

Caput. III.

HAec igitur breuiter diximus, vt quantum sit pondus regiminis monstraremus: ne temerare sacra regimina quisquis his impar est audeat: & per concupiscentiam culminis ducatum suscipiat perditionis. Hinc enim piè Iacobus prohibet dicens: Nolite plures magistri fieri fratres mei. Hinc ipse dei hominumque mediator regnum percipere vita- Iaco.3.
uit in terris: qui supernorum quoque spirituum scientiam sen-

G sumq́ue transcendens ante secula regnat in cœlis. Scriptum
Ioan.6. quippe est. Iesus ergo cùm cognouisset quia venturi essent: vt raperent eum & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. Quis enim principari hominibus tam sine culpa potuisset: quàm is qui hos nimirum regeret quos ipse creauerat? Sed quia idcirco in carne apparuit, vt non solum nos per passionem redimeret: verum etiam per conuersationem doceret exemplum se sequentibus præbens, rex fieri noluit: ad crucis verò patibulum sponte peruenit. Oblatam gloriam culminis fugit: pœnam probrosæ mortis appetit: vt membra eius videlicet discerent fauores mundi fugere, terrores minimè timere, pro veritate aduersa diligere, prospera formidando declinare: quia & ista sæpe per tumorem cor inquinant: & illa per dolorem purgant. In istis se animus erigit: in illis autem etiam quando se erexerat sternit. In istis homo se obliuiscitur: in illis verò ad sui memoriam uolens etiam coactúsque reuocatur. In istis sæpe & anteacta bona depereunt: in illis autem longi quoque temporis admissa terguntur. Nam plærunque aduersitatis magisterio sub disciplina cor premitur: quòd si ad regiminis culmen eruperit, in elatione protinus vsu gloriæ permutatur. Sic Saul qui indignum se prius considerans fugerat: mox vt regni gubernacula suscepit intumuit, honorari nanque coram populo cupiens dum reprehendi publicè noluit, ipsum qui in regem se vnxerat, abscidit. Sic Dauid auctoris sui iudicio penè in cunctis
H actibus placens mox vt pressuræ pondere caruit, in tumorem vulneris erupit, factúsque est in morte Vriæ crudeliter rigidus, qui in appetitu fœminæ fuit eneruiter fluxus. Et qui malis ante nouerat piè parcere: in bonorum quoque nece pòst didicit sine obstaculo retractionis anhelare. Prius quippe ferire deprehensum persecutorem noluit: & post cum damno desudantis exercitus etiam deuotum militem extinxit. Quem profectò ab electorum numero culpa longius raperet: nisi hunc ad veniam flagella reuocassent.

Quòd plærunque occupatio regiminis soliditatem dissipat mentis.

Caput. IIII.

S Aepe suscepta cura regiminis, cor per diuersa intuendo diuerberat, & impar quisque inuenitur ad singula dum confusa mente diuiditur ad multa. Vnde quidam sapiẽs prouidè admonet, dicens: Fili, ne in multis sint actus
Eccli.11. tui, quia videlicet nequaquam plenè in vniuscuiusque operis ratione colligitur, dum mens per diuersa sparsa partitur. Cumq; foras per insolentem curam trahitur, à timoris intimi soliditate vacuatur: fitque in exteriorum dispositione sollicita, & sui solummodo ignara, scit cogitare multa se nescies. Nam cùm plusquam necesse est se exterioribus implicat, quasi occupata in itinere obliuiscitur quo tendebat: ita vt à studio suæ inquisi-
I tionis alienata, ne ipsa quidem quæ patitur damna consideret, & per quanta delinquat ignoret. Neque enim peccare se Ezechias credidit, cùm venientibus ad se alienigenis aromatum cellas ostendit, sed in damnationem secuturæ prolis ex eo iram iudicis pertulit, quod se facere licenter æstimauit. Sæpe enim dum multa suppetunt, dumque agi possunt: quæ subiecti quia acta sunt admirentur: in cogitatione se animus eleuat, & plenè in se iram iudicis prouocat: quanuis per iniqua foris opera non erumpat. Intus quippe est qui iudicat, intus quod iudicatur. Cùm ergo in corde delinquimus: latet homines quod apud nos agimus:
Danie.4. sedtamen ipso iudice teste peccamus. Neque enim rex Babyloniæ tunc reus extitit de elatione, cùm ad elationis verba peruenit. Quippe qui ore prophetico & ante cùm ab elatione tacuit: sententiam reprobationis audiuit. Culpam nanque perpetratæ superbiæ iam ante deum deterserat: qui omnipotentem deum quem se offendisse reperit, cunctis sub se gentibus prædicauit. Sed post hæc successu suæ potestatis eleuatus, dum magna se fecisse gauderet: cunctis prius in cogitatione se prætulit, & post
Ibidem. adhuc tumidus dixit: Nõne hęc est Babylõ magna, quã ego ædificaui in domum regni, & in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Quæ videlicet vox illius iræ vindictam apertè protulit: quam occulta elatio accendit. Nam districtus iudex prius inuisibiliter vidit, quod postea publicè feriendo reprehẽdit. Vnde & in irrationale animal hunc vertit: ab humana socie-
tate separauit, agri bestiis mutata mente coniunxit: vt districto K
videlicet, iustóque eius iudicio homo quoque esse perderet, qui magnum se vltra homines æstimasset. Hæc itaque proferentes non potestatem reprehendimus, sed ab appetitu illius cordis infirmitatem munimus: Ne imperfecti quique culmen arripere regiminis audeant: & qui in planis stantes titubant, in præcipitio pedem ponant.

De his qui in regiminis culmine prodesse exemplo virtutum possunt, sed quietem propriam sectando refugiunt.

Caput. V.

N Am sunt nonnulli, qui eximia dona virtutum percipiunt, & pro exercitatione cæterorum magnis muneribus exaltantur: qui studio castitatis mundi, abstinentiæ robore validi: doctrinæ dapibus referti: patientiæ longanimitate humiles: auctoritate fortitudinis erecti: pietatis gratia benigni: iustitiæ seueritate districti sunt. Qui nimirum culmen regiminum, si vocati suscipere renuunt: ipsa sibi plærunque dona adimunt: quæ non pro se tantummodo, sed etiam pro aliis acceperunt. Cumque sua & non aliorum lucra cogitant: ipsi se quæ priuata habere appetunt bonis priuant. Hinc itaque ad discipulos veritas dicit: Non potest ciuitas abscondi supra montem Matth.
posita, & nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio, sed super candelabrum vt luceat omnibus qui in domo sunt. Hinc Petro ait: Simon Ioannis amas me? Qui cùm amare se protinus Ioan.
respondisset, audiuit: Si diligis me, pasce oues meas. Si ergo dilectionis est testimonium cura pastionis: quisquis virtutibus L
pollens gregem dei pascere renuit: pastorem summum conuincitur non amare. Hinc Paulus dicit: Si Christus pro omnibus 2.Cor.5.
mortuus est: ergo omnes mortui sunt. Et si pro omnibus mortuus est: superest vt qui viuunt iam non sibi viuant: sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Hinc Moyses ait: vt vxorem fra- Deut.25.
tris sine filiis defuncti superstes frater accipiat: atque ad nomen fratris filios gignat, quam si accipere forte renuerit: huic in faciem mulier expuat, vnumq́ue ei pedem propinquus discalcieti eiúsque habitaculum domus discalciati vocetur. Frater quippe defunctus ille est, qui post resurrectionis gloriam apparens dixit: Ite nunciate fratribus meis. Qui quasi sine filiis obiit: quia adhuc electorum suorum numerum non impleuit. Huius scilicet vxorem superstes sortiri præcipitur: quia dignum profectò est, vt cura sanctæ Ecclesiæ ei qui hanc bene regere prævalet, imponatur. Cui nolenti in faciem mulier expuit: quia quisquis ex muneribus quæ perceperit, prodesse aliis non curat: bonis quoque eius sancta Ecclesia exprobrans: & quasi in faciem saliuam iactat. Cui ex vno pede calciamentum tollitur, vt discalciati domus eius vocetur: Scriptum quippe est, Calciati pedes in Ephes.6.
præparatione Euangelij pacis. Si ergo vt nostram sic curam proximi gerimus: vtrunque pedem per calciamentum munimus. Qui verò suam cogitans vtilitatem proximorum negligit: quasi M
vnius pedis calciamentum cum dedecore amittit. Sunt itaque nonnulli qui magnis, vt diximus, muneribus ditati dum solius contemplationis studiis inardescunt, parere vtilitati proximorum prædicatione refugiunt, secretum quietis diligunt, secessum speculationis petunt. De quo si districte iudicentur, ex tãtis procul dubio rei sunt: quantis venientes ad publicum prodesse potuerunt. Qua enim mente is qui proximis profuturus enitescere, vtilitati cæterorum secretum præponit suum: quando ipse summi patris vnigenitus vt multis prodesset de sinu patris egressus est ad publicum nostrum?

Quòd hi qui pondus regiminis per humilitatem refugiunt: tunc verè humiles sunt, cùm diuinis iudiciis non resistunt.

Caput. VI.

E T sunt nonnulli qui ex sola humilitate refugiunt, ne eis quibus impares se æstimant præferantur. Quorum profectò humilitas, si cæteris quoq; virtutibus cingitur: tunc ante dei oculos vera est, cùm ad respuendum hoc quod vtiliter subire præcipitur, pertinax non est. Neque enim verè humilis est, qui superni nutus arbitrio vt debeat præesse intelligit, & tamẽ præesse contẽnit. Sed diuinis dispositionib⁹ subdit⁹ atq; à vitio obstinationis alienus: cũ sibi regiminis culmẽ imperãt, si iã donis prẽuẽtus est quib⁹ & aliis ꝓsit: & ex corde debet fugere

& inuitus

& inuitus obedire.

Quòd nonnunquam prædicationis officium nonnulli laudabiliter appetunt: & ad hoc nonnulli coacti pertrahuntur. *Caput. VII.*

QVanuis nonnunquam prædicationis officium & nonnulli laudabiliter appetunt, & ad hoc nonnulli laudabiliter coacti pertrahuntur: quod liquido cognoscimus, si duorum prophetarum facta pensamus: quorum vnus vt ad prædicandum mitti debuisset sponte se præbuit: quo tamen
Esa.6. alter pergere cum pauore recusauit. Esaias quippe domino quærenti quem mitteret: vltro se obtulit, dicens: Ecce ego, mitte me.
Hier.1. Hieremias autem mittitur: & tamen ne mitti debeat humiliter reluctatur dicens: A, a, a, domine deus: ecce nescio loqui quia puer ego sum. En ab vtrisque exterius diuersa vox prodiit: sed non à diuerso fonte dilectionis emanauit. Duo quippe sunt precepta charitatis, dei videlicet amor & proximi. Per actiuam igitur vitam prodesse proximis cupiens Esaias officium prædicationis appetit. Per contemplatiuam verò Hieremias amori conditoris sedulo inhærere desiderans: ne mitti ad prædicandum debeat contradicit. Quod ergo laudabiliter alter appetiit, hoc laudabiliter alter expauit. Iste ne tacitæ contemplationis lucra loquendo perderet: ille ne damna studiosi operis tacendo sentiret. Sed hoc in vtrisque est subtiliter intuendum: quia & is qui
B recusauit, plenè non restitit: & is qui mitti voluit ante per altaris calculum se purgatum vidit: ne aut non purgatus adire quisque ministeria sacra audeat: aut quem superna gratia eligit, sub humilitatis specie superbè contradicat. Quia igitur valde difficile est purgatum se quemlibet posse cognoscere: prædicationis officium tutius declinatur, nec tamen declinari, vt diximus, pertinaciter debet: cùm ad suscipiendum hoc superna voluntas agnoscitur. Quod Moyses vtrunque miro opere expleuit: qui præesse tamę multitudini & noluit & obediuit. Superbus enim fortasse esset, si ducatum plebis innumeræ sine trepidatione susciperet: & rursum superbus existeret: si auctoris imperio obedire recusaret. Vtrobique ergo humilis: vtrobique subiectus, & præesse populis semetipsum metiendo noluit: & tamen de imperantis viribus præsumendo consensit. Hinc ergo quique precipites colligant cum quanta culpa ex appetitu proprio cæteris præferri non metuunt: si sancti viri plebium ducatum suscipere deo etiam iubente timuerunt. Moyses suadente domino trepidat: & infirmus quisque vt honoris onus suscipiat anhelat: & qui ad casum valde vrgetur ex propriis, humerum libenter opprimendum ponderibus submittit alienis: quæ egit ferre non valet: & auget quæ portet.

De his qui præesse concupiscunt: & ad vsum suæ libidinis instrumentum Apostolici sermonis arripiunt.
C *Caput. VIII.*

PLærunque verò qui præesse concupiscunt, ad vsum
P suæ libidinis instrumentum Apostolici sermonis arripiunt, quo ait: Si quis episcopatum desiderat, bonum
1.Timo.3. opus desiderat: qui tamen laudans desiderium, in pauorem vertit protinus quod laudauit: cùm repentè subiungit: Oportet autem episcopum irreprehensibilem esse. Cumque virtutum necessaria subsequenter enumerat: quæ sit irreprehensibilitas ipsa manifestat. Et fauet ergo ex desiderio: & terret ex præcepto, ac si apertè dicat: Laudo quod quæritis: sed prius discite quid quæratis: ne dum vosmetipsos metiri negligitis: tanto fœdior vestra reprehensibilitas appareat: quanto & à cunctis conspici in honoris arce festinatis. Magnus enim regendi artifex fauoribus impellit: terroribus retrahit: vt auditores suos & descripto irreprehensibilitatis culmine restringat à superbia: & officium laudando quod quæritur componat ad vitam: quanuis nō tandum quòd illo in tempore hoc dicitur, quo quisque plebibus præerat primus ad martyrij tormenta ducebatur. Tunc ergo laudabile fuit episcopatum quærere: quādo per hunc quemquam dubium non erat ad supplicia grauiora peruenire. Vnde ipsum quoque episcopatus officium boni operis expressione diffinitur, cùm dicitur: Si quis episcopatum desiderat: bonum opus desiderat. Ipse ergo sibi testis est: quia episcopatum non appetit, qui non per hunc boni operis ministerium, sed honoris gloriam quærit. Sacrum quippe officium non solum non diligit omnino: sed nescit qui ad culmen regiminis anhelans in occulta meditatione cogitationis cęterorum subiectione pascitur: laude propria lætatur: ad honorem cor eleuat: rerum affluētium abundantia exultat. Mundi ergo lucrum quæritur sub eius honoris specie: quo mundi destrui lucra debuerant. Cumque mēs humilitatis culmen arripere ad elationem cogitat, quod foris appetit, intus immutat. D

Quòd mens præesse volentium plærumque sibi ficta bonorum operum promissione blanditur.

Caput. IX.

SEd plærunque hi qui subire magisterium pastorale
S cupiunt: nonnulla quoque opera bona animo proponunt. & quanuis hoc elationis intentione appetunt, operaturos tamen se magna pertractant: fitque vt aliud in imis intentio supprimat: aliud tractantis animo superficies cogitationis ostendat. Nam sæpe sibi de se mens ipsa mentitur, & fingit se de bono opere amare quod non amat: de mundi autem gloria non amare quod amat: quæ principari appetens fit ad hoc pauida cùm quærit: audax cùm peruenerit. Timens enim ne non perueniat trepidat, sed repente perueniens iure sibi hoc debitum ad quod peruenerit putat. Cumque percepti principatus officio perfrui seculariter cœperit: libēter obliuiscitur quicquid religiosè cogitauit. Vnde necesse est: vt cū cogitatio extra vsum E ducitur: protinus mentis oculus ad opera transacta reuocetur: ac pensęt quisque quid subiectus egerit: & repentè cognoscet, si prælatus bona agere quæ proposuerat, possit: quia nequaquā valet in culmine humilitatem discere: qui in imis positus non desinit superbire. Nescit laudem cum suppetit fugere: qui ad hanc didicit cùm deesset anhelare. Nequaquam vincere auaritiam potest: quando ad multorum sustentationem tenditur is, cui sufficere propria nec soli potuerunt. Ex anteacta ergo vita se vnusquisque inueniat: ne in appetitu se culminis imago cogitationis illudat. Quanuis plærunque in occupatione regiminis ipse quoque boni operis vsus perditur: qui in tranquillitate tenebatur: quia quieto mari rectè nauem & imperitus se nauta dirigit: turbato autem tempestatis fluctibus, etiam peritus se nauta confundit. Quid nanque est potestas culminis, nisi tempestas mentis? In qua dum cogitationum semper procellis nauis cordis quatitur: huc illucque incessanter impellitur: vt per repentinos excessus oris & operis quasi per obuiantia saxa frangatur. Inter hæc itaque quid sequendum est, quid tenendum: nisi vt virtutibus pollens coactus ad regimen veniat, virtutibus vacuus nec coactus accedat? Ille si omnino reluctatur, caueat ne acceptam pecuniam in sudarium ligans: de eius occultatione iudicetur. Pecuniam quippe in sudario ligare, est percepta dona sub ocio lenti torporis abscondere. At contrà, iste cùm regimen appe- F tit: attendat ne per exemplum praui operis Pharisæorum more ad ingressus regni cœlorum tendentibus obstaculum fiat: quia iuxta summi magistri vocem nec ipsi intrant, nec alios intrare permittunt. Cui considerandum quòque est: quia cùm curam populi electus præsul suscipit: quasi ad ægrum medicus accedit. Si ergo adhuc in eius opere passiones viuunt, qua præsumptione percussum mederi properat, qui in facie vulnus portat?

Qualis quisque ad regimen debet venire.

Caput. X.

ILle igitur modis omnibus debet ad exemplum bene
I viuendi pertrahi: qui cunctis carnis passionibus moriens iam spiritaliter viuit: qui prospera mundi postponit: qui nulla aduersa pertimescit: qui sola interna desiderat. Cuius intentioni bene congruens: nec omnino per imbecillitatem corpus, nec valde per contumaciam repugnat spiritus. Qui ad aliena cupienda non ducitur, sed propria largitur. Qui per pietatis viscera citius ad ignoscendum flectitur: sed nunquam plus quàm deceat ignoscens, ab arce rectitudinis inclinatur. Qui nulla illicita perpetrat: sed perpetrata ab aliis vt propria deplorat. Qui ex affectu cordis alienæ infirmitati compatitur: sicque in bonis proximi sicut in suis profectibus lætatur. Qui ita se imitabilem cæteris in cunctis quæ agit insinuat, vt inter eos non habeat, quod saltem de transactis mens erubescat. Qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sic studet viuere, vt proximorum quoque corda arentia doctrinæ valeat fluentis irrigare. Qui orationis vsu & experimento iam didicit, quòd obtinere à domino quæ popoſcerit possit: cui prophetica voce iam quasi specialiter dicitur: Adhuc loquente te, dicam, ecce assum.

Qualis quisque ad regimen venire non debeat.
Caput. XI.

S I enim fortasis quis veniat, vt pro se ad intercedendum nos apud potentem quempiam virum, qui sibi iratus, nobis verò incognitus est, ducat: protinus respondemus: ad intercedendum venire non possumus: quia familiaritatis eius notitiam non habemus. Si ergo homo apud hominem de quo minimè præsumit fieri interceſſor erubescit: qua mente apud deum intercessionis locum pro populo arripit, qui familiarem se eius gratiæ esse per vitæ merita nescit? Aut ab eo quomodo aliis veniam postulat: qui vtrum sit sibi placatus, ignorat? Qua in re est adhuc aliud sollicitius formidandum: ne qui placare iram posse creditur: hanc ipse ex proprio reatu mereatur. Cuncti enim liquidò nouimus: quia cùm is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergo adhuc desideriis terrenis astringitur: caueat ne districti iram iudicis grauius accendens dum loco delectatur gloriæ,
H fiat subditis auctor ruinæ. Solerter ergo se quisque metiatur ne locum regiminis assumere audeat: si in se adhuc vitium damnabiliter regnat: ne is quem crimen deprauat proprium: intercessor fieri appetat pro culpis aliorum. Hinc etenim superna voce

Leui.21. ad Moysen dicitur: Loquere ad Aaron: homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam, non offerat panes domino deo

Ibidem. suo: nec accedat ad ministerium eius. Vbi & repentè subiungitur: Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi & torto naso, si fracto pede vel manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore vel ponderosus. Cæcus quippe est qui supernæ contemplationis lumen ignorat: qui præsentis vitæ tenebris pressus dum venturam lucem nequaquam diligendo conspicit: quo gressus operis porrigat, nescit. Hinc etenim prophetante Anna dicitur:

1.Reg.2. Pedes sanctorum suorum seruabit: & impij in tenebris conticescent. Claudus verò est qui quidem quò pergere debeat, aspicit: sed per infirmitatem mētis vitæ viam perfectæ non valet tenere quam videt: quia ad virtutis statum dum fluxa consuetudine nō erigitur: quo per desiderium innititur, illuc gressus operis effi-

Hebr.12. caciter non sequuntur. Hinc etenim Paulus dicit: Remissas manus & dissoluta genua erigite: & gressus rectos facite pedibus vestris: vt non claudicans quis erret: magis autem sanetur. Paruo autem naso est qui ad tenendam mensuram discretionis idoI neus non est. Naso quippe odores fœtoréque discernimus. Rectè ergo per nasum discretio exprimitur, per quam virtutes eligimus: delicta reprobamus. Vnde & in laude sponsæ dicitur:

Canti.6. Nasus tuus sicut turris quæ est in Libano. Quia nimirum sancta Ecclesia quæ ex causis singulis tentamenta prodeant, per discretionem conspicit: & ventura vitiorum bella ex alto deprehendit. Sed sunt nonnulli, qui dum æstimari hebetes nolunt: sæpe se quibusdam exquisitionibus plus quàm necesse est exercentes ex nimia subtilitate falluntur. Vnde hic quoque subditur: vel grandi & torto naso. Nasus enim grandis & tortus est discretionis subtilitas immoderata: quæ dum plusquam decet excreuerit, actionis suæ rectitudinem ipsa confundit. Fracto autem pede vel manu est qui viam dei pergere omnino non valet: atque à bonis actibus funditus exors vacat: quatenus hæc non vt claudus saltem cum infirmitate teneat: sed ab his omnimodo alienus existat. Gibbus verò est quem terrenæ sollicitudinis pondus deprimit, ne vnquam ad superna respiciat: sed solis his quæ in infimis calcantur intendat. Qui & siquando aliquid ex bono patriæ cœlestis audierit: ad hoc nimirum peruersæ consuetudinis pondere prægrauatus, cordis faciem non attollit. Quia cogitationis statum erigere non valet: quem terrenæ sollicitudinis vsus curuum tenet. Ex horum quippe specie Psal-
K mista dicit: Incuruatus sum & humiliatus vsquequaque. Quo- *Psal.37.*
rum culpam quoque per semetipsam veritas reprobans ait: Se- *Luc.8.*
men autem quod in spinis cecidit: hi sunt qui audiunt verbum: & à sollicitudinibus & diuitiis & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Lippus verò est cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat, sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis quippe oculis pupillæ sanæ sunt, sed humore defluente infirmatæ palpebræ grossescunt. Quæ quia infusione crebra atteruntur, etiam acies pupillæ vitiatur. Et sunt nonnulli, quorum sensum carnalis vitæ operatio fauciat, qui videre recta subtiliter per ingenium poterant, sed vsu prauorum actuum caligant. Lippus itaque est cuius sensum natura exacuit, sed conuersationis prauitas confundit. Cui bene per angelum dicitur: Collyrio inunge oculos tuos vt videas. *Apoc.3.*
Collyrio quippe oculos vt videamus iniungimus: cùm ad cognoscendam veri luminis claritatem intellectus nostri aciem medicamine bonæ operationis adiuuamus. Albuginem verò habet in oculo, qui veritatis lucem videre non finitur: quia arrogantia sapientiæ seu iustitiæ cæcatur. Pupilla nanque oculi nigra videt, albuginem tolerans nihil videt: quia videlicet sensus humanæ cogitationis si stultum se peccatoremque intelligit: cognitionem intimæ claritatis apprehendit. Si autem candorem sibi iustitiæ siue sapientiæ tribuit, à luce se supernæ co-
L gnitionis excludit: & eo claritatem veri luminis nequaquam penetrat: quo se apud se per arrogantiam exaltat: sicut de quibusdam dicitur: Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. *Roma.1.*

Iugem verò habet scabiem, cui carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabie etenim feruor viscerum ad cutem trahitur, per quam rectè luxuria designatur: quia si cordis tentatio vsque ad operationem profilit, nimirum feruor intimus vsque ad cutis scabiem prorumpit, & foris iam corpus fauciat: quia dum in cogitatione voluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur. Quasi enim cutis prurigine Paulus curabat abstergere, cùm dicebat: Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Ac si apertè diceret: Humanum quidem est tentatio- *1.Cor.10.*
nem in corde perpeti, dæmoniacum verò est in tentationis certamine in operatione superari. Impetiginem quoque habet in corpore, quisquis auaritia vastatur in mente, quæ si in paruis non compescitur, nimirum sine mensura dilatatur. Impetigo quippe sine dolore corpus occupat, & absque occupati tædio excrescens membrorum decorem fœdat: quia & auaritia captiuam animam dum quasi delectat, exulcerat: dum adipiscenda quæque cogitationi obiicit, ad inimicitias accendit, & dolorem in vulnere non facit: quia æstuanti animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur: quia aliarum quoque virtutum per hanc pulchritudo deprauatur, & quasi to- M
tum corpus exasperat: quia per vniuersa vitia animum supplantat: Paulo attestante qui ait: Radix omnium malorum est cupi- *1.Tim.6.*
ditas. Ponderosus verò est, qui turpitudinem non exercet opere, sed tamen ab hac cogitatione continua sine moderamine grauatur in mente: qui nequaquam quidem vsque ad opus nefarium rapitur, sed eius animus voluptate luxuriæ sine vllo repugnationis obstaculo delectatur. Vitium quippe est ponderis, cùm humor viscerum ad virilia labitur, quæ profectò cum molestia dedecoris intumescunt. Ponderosus ergo est, qui totis cogitationibus ad lasciuiam defluens, pondus turpitudinis gestat in corde: & quanuis praua non exerceat opere, ab his tamen non euellitur mente. Nec ad vsum boni operis in aperto valet assurgere, quia grauat hunc in abditis pondus turpe. Quisquis ergo quolibet horum vitio subigitur, panes domino offerre prohibetur: ne profectò diluere aliena delicta non valeat is, quem adhuc propria deuastant. Quia igitur paucis ad magisterium pastorale dignus qualiter veniat, atque hoc indignus qualiter pertimescat ostendimus: nunc is qui ad illud dignè peruenerit, in eo qualiter viuere debeat demonstremus.

Secunda

SECVNDA PARS tractans de vita pastoris.

Is qui ad regimen ordinatè pervenerit: qualem se in ipso regimine debeat exhibere.

Caput.I.

TANTVM debet actionem populi actio transcendere præsulis: quantum distare solet à grege vita pastoris. Oportet nanque vt metiri se sollicitè studeat: quanta tenendæ rectitudinis necessitate constringitur: sub cuius æstimatione populus grex vocatur. Sit ergo necesse est cogitatione mundus: actione præcipuus: discretus in silentio: vtilis in verbo: singulis compassione proximus: præ cunctis contemplatione suspensus: bene agentibus per humilitatem socius: contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ erectus: internorum curam in exteriorum occupatione non minuens: exteriorum prouidentiam in internorum sollicitudine
B non relinquens. Sed hæc quæ breuiter enumerando perstrinximus: paulò latius replicando differamus.

Vt rector cogitatione sit mundus. *Caput.II.*

REctor semper cogitatione sit mundus: quatenus nulla hunc immunditia polluat, qui hoc suscepit officij, vt in alienis quoque cordibus pollutionis maculas tergat: quia necesse est vt esse munda studeat manus quæ diluere aliorum sordes curat: ne tacta quæque deterius inquinet: si sordida in se mens lutum tenet. Hinc nanque per prophetam Esaiam dicitur: Mundamini qui fertis vasa domini. Etenim vasa domini ferunt qui proximorum animas ad æterna sacraria perducendas: in suæ conuersationis fide suscipiunt. Apud semetipsos ergo quantum debeant mundari conspiciant: qui ad æternitatis templum vasa viuentia in sinu propriæ sponsionis portant. Hinc diuina voce præcipitur vt in Aaron pectore rationale iudicij vittis ligantibus imprimatur: quatenus sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxæ possideant: sed ratio sola constringat: ne indiscretum quid vel inutile cogitet: qui est ad exemplum aliis constitutus, ex grauitate vitæ semper debet ostendere quantam in pectore rationem portet. In quo etiam rationali vigilanter adiungitur: vt duodecim nomina patriarcharum describantur. Assciptos etenim patres semper in pectore
C ferre, est antiquorum vitam sine intermissione cogitare. Nam tunc sacerdos irreprehensibiliter graditur: cum exempla patrum præcedentium indesinenter intuetur: cum sanctorum vestigia sine cessatione considerat: & cogitationes illicitas deprimit: ne extra ordinis limitem operis pedem tendat. Quod bene etiam rationale iudicij vocatur: quia debet rector semper subtili examine bona malaque discernere: & quæ vel quibus: quando vel qualiter congruant studioſè cogitare: nihil quoque proprium quærere: sed sua commoda propinquorum bona deputare. Vnde illic scriptum est: Pones autem in rationali iudicij doctrinam & veritatem: quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram domino: & gestabit iudicium filiorum Israël in pectore suo in conspectu domini semper. Sacerdoti quippe iudicium filiorum Israël in pectore coram domini conspectu gestare, est subiectorum causas pro sola interni iudicis intentione discutere, vt nihil se ei humanitatis admisceat in eo quod diuina positus vice dispensat: ne correptionis studia priuatus dolor exasperet. Cúmque contra aliena vitia æmulator ostenditur: quæ sua sunt non exequatur: ne tranquillitatem iudicij aut latens inuidia maculet: aut præceps ira perturbet. Sed dum consideratur terror eius qui super omnia præsidet: videlicet iudicis intimi: non sine magno reguntur timore subiecti. Qui nimirum timor dum mentem rectoris humiliat, purgat: ne hanc aut præsumptio spiritus leuet: aut carnis delectatio inquinet: aut per terrenarum
al. puluere rerum cupiditatem importunitas pollutæ* cogitationis obscuret: quæ tamen non pulsare rectoris animum nequeunt: sed se- D
stinare necesse est vt repugnatione vincãtur: ne vitium quod per suggestionem tentat: mollities delectationis subiugat. Cúmque hæc ab animo tardè repellitur: vereor ne consensus succedat.

Esa.52. *Esa.28.* *Ibidem.*

Vt rector sit semper operatione præcipuus.

Caput.III.

IT rector operatione præcipuus: vt vitæ viam subdi-
S tis viuendo denunciet: & grex qui pastoris vocem moréſque sequitur, per exempla melius quam per verba gradiatur. Qui enim loci sui necessitate exigitur summa dicere: hac eadem necessitate compellitur summa monstrare. Illa vox nanque libentius auditorum corda penetrat: quam dicentis vita commendat: quia dum quod loquendo imperat: ostendendo adiuuat vt fiat. Hinc enim per prophetam dicitur: Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion. Vt *Esa.40.* videlicet qui cœlesti prædicatione vtitur, ima iam terrenorum operum deserens in rerum culmine stare videatur: tantóque facilius subditos ad meliora pertrahat: quanto per vitæ meritum de supernis clamat. Hinc diuina lege armum sacerdos dextrum in sacrificium accipit & separatum: vt non solum sit e- *Exod.29.*
ius operatio vtilis, sed etiam singularis. Nec inter malos tan- E
tummodo quæ recta sunt faciat: sed bene quoque operantes subditos: sicut honore ordinis superat: ita etiam morum virtute transcendat. Cui in esu quoque pectusculum cum armo tribuitur: vt quod de sacrificio præcipitur sumere: hoc de semetipso auctori discat immolare. Et non solum pectore quæ recta sunt cogitet: sed spectatores suos ad sublimia armo operis inuitet: nulla prospera præsentis vitæ appetat: nulla aduersa pertimescat. Blandimenta enim mundi respecto intimo terrore despiciat: terrores autem considerato internæ dulcedinis blandimento contemnat. Vnde supernæ quoque vocis imperio in vtroque humero sacerdos velamine superhumeralis astringitur: vt contra aduersa ac prospera virtutum semper ornamento muniatur: quatenus iuxta vocem Pauli: Per arma iustitiæ à *2.Cor.6.*
dextris sinistrisque gradiens: cum ad sola quæ anteriora sunt nititur: in nullo delectationis infimæ latere flectatur. Non hunc prospera eleuent: non aduersa perturbent: non blanda vsque ad voluptatem demulceant: non aspera vsque ad desperationem premant: vt dum nullis passionibus intentionem mentis humiliat: quanta in vtroque humero superhumeralis pulchritudine tegatur ostendat. Quod rectè superhumerale ex auro: hyacintho, purpura, bis tincto cocco, & torta fieri byſſo præcipitur: vt quanta sacerdos claresceret virtutum diuersitate debeat demonstretur. In sacerdotis quippe habitu ante omnia aurum fulget: vt in eo intellectus sapientiæ principaliter emicet. Cui hyacinthus, qui aërio colore resplendet, ad- F
iungitur: vt per omne quod intelligendo penetrat: non ad fauores infimos: sed ad amorem cœlestium surgat: ne dum incautus suis laudibus capitur: ipso etiam veritatis intellectu vacuetur. Auro quoque & hyacintho purpura permiscetur: vt videlicet sacerdotale cor cùm summa quæ prædicat sperat, in semetipso suggestiones vitiorum reprimat: eísque velut ex regia potestate contradicat: quatenus nobilitatem semper intimæ regenerationis aspiciat: & cœlestis regni sibi habitum moribus defendat. De hac quippe nobilitate spiritus per Petrum dicitur: Vos autem genus electum, regale sacerdotium. De hac etiam *1.Pet.2.*
potestate qua vitia subigimus: Ioannis voce roboramur: qui ait: Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem fi- *Ioan.1.*
lios dei fieri. Hanc dignitatem fortitudinis psalmista considerat dicens: Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Quia nimi- *Psal.138.*
rum sanctorum mens principaliter in summis erigitur, cùm exterius perpeti abiecta cernuntur. Auro autem, hyacintho, byſſo ac purpuræ bis tinctus coccus adiungitur: vt ante interni iudicis oculos omnia virtutum bona ex charitate decorentur: & cuncta quæ coram hominibus rutilant, hæc in conspectu occulti arbitri flamma intimi amoris accendat. Quæ scilicet charitas quia deum simul & proximum diligit: quasi ex duplici tinctura fulgescit. Qui igitur sic ad auctoris speciem anhelat vt proximorum curam negligat: vel sic proximorum curam exequitur: vt à diuino amore torpescat: quia vnum horum

G quodlibet negligit: in superhumeralis ornamento habere coccũ bis tinctum nescit. Sed cum mens ad præcepta charitatis tenditur: restat procul dubio vt per abstinentiam caro maceretur. Vnde & bis tincto cocco torta byssus adiungitur: De terra etenim byssus nitenti specie oritur. Et quid per byssum, nisi candens decore munditiæ corporalis castitas designatur? Quæ videlicet byssus torta pulchritudine superhumeralis innectitur: quia tunc castimonia ad perfectum munditiæ candorem ducitur, cum per abstinentiam caro fatigatur. Cúmque inter virtutes cæteras etiam afflictæ carnis meritum proficit: quasi in diuersa superhumeralis specie byssus torta candescit.

Vt sit rector discretus in silentio: vtilis in verbo.
Caput. IIII.

S It rector discretus in silentio, vtilis in verbo: ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit: ita indiscretum silentium hos qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sæpe nanque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes loqui liberè recta pertimescunt: & iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis custodiæ pastorum studio, sed mercenariorum vice deseruiunt: quia veniente lupo fugiunt, dum H se sub silentio abscondunt. Hinc nanque eos per prophetam dominus increpat dicens: Canes muti non valentes latrare. Hinc rursum queritur dicens: Non ascendistis ex aduerso: nec opposuistis murum pro domo Israël: vt staretis in prælio in die domini. Ex aduerso quippe ascendere, est pro defensione gregis voce libera huius mundi potestatibus contraire. Et in die domini in prælio stare, est prauis decertantibus ex iustitiæ amore resistere. Pastori enim recta timuisse dicere, quid est aliud quàm tacendo terga præbuisse? Qui nimirum si pro grege se obiicit: murum pro domo Israël hostibus opponit. Hinc rursum delinquenti populo dicitur: Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta: nec aperuerunt iniquitatem tuam vt te ad pœnitentiam prouocarent. Prophetæ quippe in sacro eloquio nonnunquam doctores vocantur, qui dum fugitiua esse præsentia iudicant, quæ sunt ventura manifestant. Quos diuinus sermo falsa videre redarguit: quia dum corripere culpas metuunt: incassum delinquentibus promissa securitate blandiuntur: qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt: quia ab increpationis voce conticescunt. Clauis quippe apertionis, sermo correptionis est: quia increpatio culpam detegit: quam sæpe nescit ipse etiam qui perpetrauit. Hinc Paulus ait: Vt potens sit exhortari in doctrina sana: & eos qui contradicunt redarguere. Hinc per Malachiam dicitur: Labia sacerdotis custodiunt scientiam & legem requirunt ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Hinc per Esaiam dominus admonet dicens: Clama, ne cesses: I quasi tuba exalta vocem tuam. Præconis quippe officium suscipit: quisquis ad sacerdotium accedit: vt ante aduentum iudicis qui terribiliter sequitur: ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo si prædicationis est nescius: quam clamoris vocem daturus est præco mutus? Hinc est enim quòd super pastores primos in linguarum specie spiritussanctus insedit: quia nimirum quos repleuerit, de se protinus loquentes facit. Hinc Moysi præcipitur vt tabernaculum sacerdos ingrediens, tintinnabulis ambiatur: vt videlicet voces prædicationis habeat: ne superni spectatoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est: Audiatur sonitus quando ingreditur vel egreditur sanctuarium in conspectu domini: & non moriatur. Sacerdos nanque ingrediens vel egrediens moritur: si de eo sonitus non audiatur: quia iram contra se occulti iudicis exigit: si sine sonitu prædicationis incedit. Aptè autem tintinnabula vestimentis illius describuntur inserta. Vestimenta etenim sacerdotis quid aliud quam recta opera debemus accipere? Propheta attestante qui ait: Sacerdotes tui induantur iustitiam. Vestimentis itaque illius tintinnabula inhærent vt vitæ viam cum linguæ sonitu ipsa quoque bona opera clament sacerdotis. Sed cùm rector se ad loquẽdum præparat: sub quanto cautelæ studio eloquatur attendat: ne si inordinatè ad loquendum rapitur: erroris vulnere audientium corda feriantur. Et cùm fortasse sapiens videri desiderat: vnitatis compagem insipienter abscindat. Hinc nanque veritas dicit: Habete sal in vobis: & pacem habete inter vos. Per sal quippe verbi R sapientia designatur. Qui loqui igitur sapienter nititur: magnopere metuat ne eius eloquio audientium vnitas confundatur. Hinc Paulus ait: Non plus sapere quàm oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Hinc in sacerdotis veste iuxta diuinam vocem tintinnabulis mala punica coniungũtur. Quid enim per mala punica, nisi fidei vnitas designatur? Nam sicut in malo punico vno exterius cortice multa interius grana muniuntur: sic innumeros sanctæ Ecclesiæ populos vnitas fidei contegit: quos intus diuersitas meritorum * tenet. Ne igitur rector incautus ad loquẽdum prorumpat: hoc quod iam præmisimus: per semetipsam veritas discipulis clamat: Habete sal in vobis: & pacem habete inter vos. Ac si figuratè per habitum sacerdotis dicat: Mala punica tintinnabulis iungite: vt per omne quod dicitis, vnitatem fidei cauta obseruatione teneatis. Prouidendum quoque est sollicita intentione rectoribus vt ab eis nõ solum praua nullo modo: sed ne recta quidem nimiè & inordinatè proferantur: quia sæpe dictorum virtus perditur: cùm apud corda audientium loquacitatis incauta importunitate leuigatur, & auctorem suum hæc eadẽ loquacitas inquinat: quæ seruire auditoribus ad vsum profectus L ignorat. Vnde bene per Moysen dicitur: Vir qui fluxum seminis patitur: immundus erit. In mente quippe audientium semen secuturæ cogitationis, est qualitas auditæ locutionis: quia dum per aurem sermo concipitur: cogitatio in mente generatur. Vnde & ab huius mundi sapientibus prædicator egregius seminiuerbius est vocatus. Qui ergo fluxum seminis patitur: immundus asseritur: quia multiloquio subditus ex eo se inquinat: quod si ordinatè promeret, prolem rectæ cogitationis ædere in audiẽtium corda potuisset: dúmque incautus per loquacitatem defluit: non ad vsum generis, sed ad immunditiam semen effundit. Vnde Paulus quoque cùm discipulum de instantia prædicationis admoneret, dicit: Testificor coram deo & Christo Iesu qui iudicaturus est viuos & mortuos, & aduentum ipsius & regnum eius: prædica verbum: insta opportunè importunè, dicturus importunè præmisit opportune: quia scilicet apud auditoris mentem ipsa sua vtilitate se destruit: si habere importunitas opportunitatem nescit.

Vt rector sit singulis compassione proximus: præ cunctis contemplatione suspensus.
Caput. V.

S It rector singulis compassione proximus: præ cunctis contemplatione suspensus: vt & per pietatis viscera in se firmitatem cæterorum transferat & per speculationis altitudinem semetipsum quoque inuisibilia appetendo transcendat: ne aut alta petens proximorum infirma despiciat: aut M infirmis proximorum congruens, appetere alta derelinquat. Hinc est nanque quòd Paulus in paradisum ducitur: cœlique tertij secreta rimatur: & tamen illa inuisibilium contemplatione suspensus, ad cubile carnalium aciem mentis retrocat: atque in occultis suis qualiter debeãt conuersari dispensat dicens: Propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat: & vnaquæque suum virum habeat. Vxori vir debitum reddat: similiter autem & vxor viro. Et paulopost: Nolite fraudare inuicem: nisi forte ex consensu ad tempus: vt vacetis orationi. Et iterum: Reuertimini in idipsum: ne tentet vos satanas. Ecce iam cœlestibus secretis inseritur: tamen per condescensionis viscera carnalium cubile perscrutatur: & quem subleuatus vsque ad inuisibilia erigit: hunc miseratus ad secreta infirmantium oculum cordis flectit. Cœlum contemplatione transcendit: nec tamen statum carnalium sollicitudine deserit: quia compage charitatis summis simul & infimis iunctus, & in semetipso virtute spiritus ad alta valenter rapitur: & pietate in aliis æquanimiter infirmatur. Hinc etenim dicit: Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur: & ego non vror? Hinc rursus ait: Factus sum Iudæis tanquam Iudæus. Quod videlicet exhibebat non amittendo fidem: sed ostendendo pietatem: vt in se personam infidelium transfigurans ex semetipso disceret qualiter aliis misereri debuisset: quatenus hoc illis impenderet quod sibiipsi si ita esset, impendi rectè voluisset. Hinc iterum dicit: Siue mente excedimus deo: siue sobrij sumus vobis, quia & semetipsum noverat contemplando

Exod.28. *Mat.5.* *Leuitic.* *Rom.12.* *Exod.39.* *Mala.2.* *Esa.40.* *Esa.56.* *Ezech.13.* *Ezech.13.* *2.Tim.3.* *Tit.1.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Psal.131.* *2.Tim.4.* *1.Cor.9.* *1.Cor.7.* *Ibidem.* *2.Cor.11.* *1.Cor.9.* *2.Cor.5.* *2.Cor.12.*

A temptantes transcendere: & eundem se auditoribus condescendendo temperans. Gen.28. Hinc Iacob domino desuper innitente & vncto deorsum lapide ascendentes angelos ac descendentes vidit, quia scilicet prædicatores sancti non solum sursum sanctum caput Ecclesiæ, videlicet dominum contemplando appetũt: sed deorsum quoque ad membra illius miserãdo descendunt. Hinc Moyses crebrò tabernaculũ intrat & exit: & qui intus in contemplationem rapitur: foris infirmantium negociis vrgetur. Intus dei arcana considerat: foris onera carnalium portat. Qui de rebus quoque dubiis semper ad tabernaculum recurrit: coram testamenti arca dominum consulit: exemplum proculdubio rectoribus præbens, vt cùm foris ambigunt quid disponant: ad mentem semper quasi ad tabernaculum redeant: & velut corã testamenti arca dominum consulant, si de his in quibus dubitant, apud Luc.6. semetipsos intus sacri eloquij paginas requirant. Hinc ipsa veritas per susceptionem nostræ humanitatis ostensa nobis, in monte orationi inhæret: miracula in vrbibus exercet: imitationis videlicet viam bonis rectoribus sterneus: vt etsi iam summa contemplando appetant: necessitatibus tamen infirmantium compatiendo misceantur: quia tunc ad alta charitas mirabiliter surgit, cùm ad ima proximorum se misericorditer attrahit: & cum benignè descendit ad infima, valenter recurrit ad summa. Tales autem sese qui præsunt exhibeant: quibus subiecti occulta quoque sua prodere non erubescãt: vt cùm tentationum fluctus parB uuli tolerant: ad pastoris mentem quasi ad matris sinum recurrãt: & hoc quod se inquinari pulsantis culpæ sordibus præuident, exhortationis eius solatio ac lachrymis orationis lauent. Vnde & ante fores templi ad abluendas ingredientium manus mare ęneũ, id est, luterem duodecim boues portant: qui quidem facie exterius eminent: sed ex posterioribus latent. Quid nanque duodecim bobus, nisi vniuersus pastorum ordo designatur? De quibus 1. Corin.9. Paulo differente lex dicit: Non obturabis os boui trituranti. 1. Timo.5. Quorum quidem nos aperta opera cernimus, sed apud districtũ iudicem quæ illos posterius maneant in occulta retributione nescimus. Qui tamen cùm condescensionis suæ patientiam diluendis proximorum confessionibus præparant, velut ante fores templi luterem portant, vt quisquis intrare æternitatis ianuam nititur, tentationes suas menti pastoris indicet, & quasi in boum lutere cogitationis vel operis manus lauet. Et fit plerunque, vt dum rectoris animus aliena tentamenta condescendendo cognoscit, auditis tentationibus etiam ipse pulsetur, quia & hæc eadem per quam populi multitudo diluitur, aqua proculdubio luteris inquinatur, nam dum sordes diluentium suscipit, quasi suæ munditiæ serenitatem perdit. Sed hæc nequaquam pastori timẽda sunt, quia deo subtiliter cuncta dispensante, tanto facilius à sua eripitur, quanto misericordius ex aliena tentatione fatigatur.

Vt sit rector bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ erectus. C *Caput. VI.*

S It rector bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ erectus, vt & bonis in nullo se præferat, & cùm prauorum culpa exigit, potestatem protinus sui prioratus agnoscat, quatenus & honore suppresso æqualem se subditis bene viuentibus putet, & erga peruersos iura rectitudinis exercere non formidet. Nam sicut in libris moralibus dixisse me memini, liquet quòd omnes homines natura æquales genuit, sed variante meritorum ordine alios aliis culpa postponit. Ipsa autem diuersitas quæ accessit ex vitio, diuino iudicio dispensatur, vt quia omnis homo æque stare non valet, alter regatur ab altero. Vnde cuncti qui præsunt, nõ in se potestatem debent ordinis, sed æqualitatem pensare conditionis, nec præesse se hominibus gaudeant, sed prodesse. Antiqui etenim patres nostri non reges hominum, sed pastores pecorum fuisse memorantur. Et cùm Noë dominus filiisque eius benedi-Gene.9. ceret dicens: Crescite & multiplicamini & replete terram, protinus adiunxit: Et terror vester ac tremor sit super cuncta animantia terræ. Quorum videlicet terror ac tremor quia esse super animantia terræ præcipitur, profectò esse super homines prohibetur. Homo quippe brutis animalibus, non autem hominibus

cæteris natura prælatus est, & idcirco ei dicitur, vt ab animalibus D & non ab hominibus timeatur, quia contra naturam superbire, est ab æquali velle timeri. Et tamẽ necesse est vt rectores à subditis timeantur, quando ab eis deum minimè timeri deprehendunt, vt humana saltem formidine peccare metuant qui diuina iudicia non formidant, nequaquam nanq; præpositi ex hoc quæsito timore superbiunt, in quo non suam gloriam: sed subditorum iustitiam quærunt. In eo enim quòd metum sibi à peruersè viuentibus exigunt, quasi non hominibus, sed animalibus dominantur, quia videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi, ex ea debent etiam formidini subiacere substrati. Sed plærunque rector eoipso quo cæteris præeminet, elatione cogitationis intumescit. Et dum ad vsum cuncta subiacent, dum ad votum velociter iussa complentur, dum omnes subditi si qua bene gesta sunt laudibus efferunt, malè gestis autem nulla auctoritate contradicunt, dum plærunque laudant etiam quod reprobare debuerant, seductis ab his quæ infra suppetunt super se animus extollitur, & dum foris immenso fauore circundatur, intus veritate vacuatur, atque oblitus sui in voces se spargit alienas, talémque se credit, qualem se foris audit, non qualem intus discernere debuit. Subiectos despicit, eósque æquales sibi naturę origine non agnoscit, & quos sorte potestatis excesserit, transcẽdisse se etiam vitæ meritis credit. Cunctis se æstimat amplius sapere, quibus se videt amplius posse. In quodam quippe se constituit culmine apud semetipsum, & qui æqua cæteris naturæ conditione constringi- E tur, ex æquo respicere cæteros dedignatur. Sicque vsque ad eius similitudinem ducitur, de quo scriptum est: Omne sublime *Iob.40.* videt, & ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. Qui singulare culmen appetens, & socialem angelorum vitam despiciens ait: Ponam sedem meam ad Aquilonem, & ero similis altis- *Esaiæ.14.* simo. Miro ergo iudicio intus foueam deiectionis inuenit, dum foris se in culmine potestatis extollit. Apostatæ quippe angelo similis efficitur, dum homo hominibus esse similis dedignatur. Sic Saul post humilitatis meritum in tumorem superbiæ culmine potestatis excreuit: per humilitatem quippe prælatus est, per superbiam reprobatus, domino attestante qui ait: Nónne cum *1.Reg.5.* esses paruulus in oculis tuis caput te cõstitui in tribubus Israël? Paruulum se in suis prius oculis viderat, sed fultus temporali potentia, iam se paruulum non videbat. Cæterorum nanque comparationi se præferens, quia plus cunctis poterat, magnum se præ omnibus æstimabat. Miro autem modo cùm apud se, paruulus, apud deum magnus, cùm verò apud se magnus apparuit, apud deum paruulus fuit. Plærunque ergo dum ex subiectorum affluentia animus inflatur, in luxum superbiæ ipso potentiæ fastigio lenocinante corrumpitur. Quam videlicet potentiam bene regit qui & tenere illam nouerit & impugnare. Bene hanc regit qui scit per illam super culpas erigi, scit & cum illa cæteris æqualitate componi. Humana etenim mens plærunque extollitur etiam cùm nulla potestate fulcitur, quanto magis in F altum se erigit, cùm se ei etiam potestas adiungit? Quam tamen potestatem rectè dispensat qui sollicitè nouerit & assumere ex illa quod adiuuat, & expugnare quod tentat, & æqualem se cum illa cæteris cernere, & tamen se peccantibus zelo vltionis anteferre. Sed hanc discretionem plenius agnoscimus, si pastoris primi exempla cernamus. Petrus nanque auctore deo sanctæ ecclesiæ principatum tenens, à bene agente Cornelio, & sese ei humiliter prosternente, immoderatius venerari recusauit, séque ei similem recognouit, dicens: Surge ne feceris, & *Actor.10.* ipse ego homo sum. Sed cùm Ananiæ & Saphiræ culpam repe- *Actor.5.* rit, mox quanta potentia super cæteros excreuisset, ostendit. Verbo nanque eorum vitam perculit, quam spiritu perscrutante deprehendit, & summum se intra ecclesiam contra peccata recoluit, quod honore sibi vehementer impenso, coram bene agentibus fratribus non agnouit. Illic communionem æqualitatis meruit sanctitas actionis, hic zelus vltionis ius aperuit potestatis. Paulus bene agentibus fratribus prælatum se esse nescibat, cùm diceret: Non quia dominamur fi- *2.Corin.2.* dei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri. Atque ilico adiunxit: Fide enim statis. Ac si id quod prætulerat aperiret, dicens: Ideo non dominamur fidei vestræ, quia fide statis, æquales enim vobis sumus in quo vos stare cognoscimus. Quasi prælatum

G latum se fratribus esse nesciebat, cum diceret: Facti sumus sicut paruuli in medio vestrum. Et rursum: Nos autem serui vestri per Christum. Sed cùm culpam quæ corrigi debuisset inuenit, ilico magistrum se esse recoluit dicens: Quid vultis? In virga veniam ad vos? Summus itaque locus bene regitur cùm is qui præest, vitiis potius, quàm fratribus dominatur. Sed cùm delinquentes subditos præpositi corriguut, restat necesse est vt solliciti attendant quatenus per disciplinæ debitum culpas quidem iure potestatis feriant, sed per humilitatis custodiam æquales se ipsis fratribus qui corriguntur, agnoscant: quamuis plærumque etiam dignum est, vt eosdem quos corrigimus tacita nobis cogitatione præferamus. Illorum nanque per nos vitia disciplinæ vigore feriuntur, in his verò quæ ipsi committimus ne verbi quidem ab aliquo inuectione laceramur. Tanto ergo apud dominum obligatiores sumus, quanto apud homines inultè peccamus. Disciplina autem nostra subditos diuino iudicio tanto liberiores reddit, quanto hic eorum culpas sine vindicta non deserit. Seruanda itaque est & in corde humilitas, & in opere disciplina. Atque inter hæc solerter intuendum est, ne dum immoderatius custoditur virtus humilitatis, soluantur iura regiminis, & dum prælatus quisque plus se quàm decet deiicit, subditorum vitam distringere sub disciplinæ vinculo non possit. Teneant ergo rectores exterius quod pro aliorum vtilitate suscipiunt, seruent interius quod de sua æstimatione pertimescunt.

H Sed tamen quibusdam signis decenter erumpentibus eos apud se esse humiles etiam subiecti deprehendant, quatenus & in auctoritate eorum quod formident videant, & de humilitate quod imitentur agnoscant. Studeant igitur sine intermissione qui præsunt, vt eorum potentia quanto magna exterius cernitur, tanto apud eos interius deprimatur, ne cogitationem vincat, ne in delectationem sui animam rapiat, ne iam sub se mens eam regere non possit, cui se libidine dominandi supponit. Ne enim præsidentis animus ad elationem potestatis sue delectatione rapiatur, rectè per quendam sapientē dicitur: Ducem te constituerūt, noli extolli, sed esto in illis quasi vnus ex illis. Hinc etiam Petrus ait: Non dominantes in clero, sed forma facti gregi. Hinc per semetipsam veritas ad altiora nos virtutum merita prouocans dicit: Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos, non ita erit inter vos, sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, fiat sicut minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus, sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Hinc est quòd seruum ex suscepto regimine elatum, quæ pòst supplicia maneant indicat dicens: Quòd si dixerit malus ille seruus in corde suo, moram facit dominus meus venire, & cœperit percutere conseruos suos, manducet autem & bibat cum ebriis, veniet dominus serui illius, in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum partémque eius ponet cum hypocritis. Inter hypocritas enim iure deputatur, qui ex simulatione disciplinæ ministerium regiminis vertit in vsum dominationis, & tamen nonnunquam grauius delinquitur si inter peruersos plus æqualitas, quàm disciplina custoditur. Quia enim falsa pietate superatus ferire Hely delinquentes filios noluit, apud districtum iudicem semetipsum cum filiis crudeli damnatione percussit. Hinc nanque diuina voce ei dicitur: Honorasti filios tuos magis, quàm me. Hinc pastores increpat per prophetam dicens: Quod fractum est non alligastis, & quod abiectum fuerat non reduxistis. Abiectum enim reducitur cùm quisque in culpa lapsus, ad statum iustitiæ ex pastoralis sollicitudinis vigore reuocatur. Fracturam verò ligamen astringit, cùm culpam disciplina deprimit, ne plaga vsque ad interitum defluat, si hanc districtionis seueritas non coarctat. Sed sæpe deterius frangitur, cùm fractura incautè colligatur, ita vt grauius scissuram sentiat, si hanc immoderatius ligamenta constringant. Vnde necesse est vt cùm peccati vulnus in subditis corrigendo restringitur, magna se sollicitudine etiam districtor ipse moderetur, quatenus sic iura disciplinæ contra delinquentes exerceat, vt pietatis viscera non amittat. Curandum quippe est vt rectorem subditis & matrem pietas, patrem exhibeat disciplina. Atque inter hæc sollicita circunspectione prouidendum, ne aut districtio rigida, aut pietas sit remissa. Nam sicut in libris moralibus iam diximus, disciplina vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. Sed erga subditos suos inesse rectoribus debet & iustè consolans misericordia, & pie sæuiens disciplina. Hinc nanque est, quòd docente veritate per Samaritani studium semiuiuus in stabulum ducitur, & vinum atque oleum eius vulneribus adhibetur, vt per vinum scilicet mordeantur vulnera, per oleum foueantur. Necesse quippe est vt quisquis sanādis vulneribus præest, in vino morsum doloris adhibeat, in oleo mollitiem pietatis, quatenus per vinū mundentur putrida, per oleum foueantur sananda. Miscenda ergo est lenitas cum seueritate, faciendū quoddam temperamentum ex vtroque, vt neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Quod iuxta Pauli vocem bene illa tabernaculi arca significat, in qua cū tabulis virga simul, & manna est, quia cum scripturæ sacræ scientia in boni rectoris pectore si est virga districtionis, sit & manna dulcedinis. Hinc Dauid ait: Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Virga enim percutimur, baculo sustentamur. Si ergo est districtio virgæ quæ feriat, sit & consolatio baculi quæ sustentet. Sit itaque amor, sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans: sit zelus, sed non immoderatè sæuiens: sit pietas, sed non plus quàm expediat, parcens: vt dum se in arce regiminis iustitia clementiáque permisceant, is qui præest, corda subditorum & terrendo demulceat, & tamen terroris reuerentiam demulcendo constringat.

K

L

Vt sit rector internorum curam in exteriorum occupatione non minuens, prouidentiam in internorum sollicitudine non relinquens. Caput. VII.

S It rector internorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum prouidentiam in internorum occupatione non relinquens, ne aut exterioribus deditus ab intimis corruat, aut solis interioribus occupatus, quæ foris debet proximis non impendat. Sæpe nanque nonnulli velut obliti quòd fratribus animarum causa prælati sunt, toto cordis aduisu secularibus curis inseruiunt: has, cùm adsunt, se agere exultant: ad has etiam cum desunt, diebus ac noctibus cogitationis turbidæ æstibus anhelant. Cúmque ab his cessante forsitan opportunitate quieti sunt, ipsa deterius sua quiete fatigantur. Voluptatem nanque censent si actionibus deprimuntur, laborem deputant si in terrenis negociis non laborant. Sicque fit vt dum vrgeri se mundanis tumultibus gaudeant, interna quæ alios docere debuerant ignorent. Vnde subiectorum quoque proculdubio vita torpescit, quia cùm proficere spiritaliter appetit, in exemplo eius qui sibi prælatus est quasi in obstaculo itineris offendit. Languente enim capite incassum membra vigent, & in explo ratione hostiū frustra exercitus velociter sequitur, si ab ipso duce itineris erratur. Nulla subditorum mentes exhortatio subleuat, eorúmque culpas increpatio nulla castigat, quia dum per animarum præsulem terreni exercetur officium iudicis, à gregis custodia vacat cura pastoris, & subiecti veritatis lumen apprehendere nequeunt, quia dum pastoris sensus terrena studia occupant, vento tentationis impulsus Ecclesiæ oculos puluis cæcat. Quo contrà rectè humani generis redemptor, cùm nos à ventris voracitate compesceret, dicens: Attendite autem vobis vt non grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, ilico adiunxit, aut in curis huius vitæ. Vbi pauorem quoque protinus intentè adiiciens, ne forte, inquit, superueniat in vos repentina dies illa. Cuius aduentus etiam qualitatem denunciat, dicens: Tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ. Hinc rursum dicit: Nemo potest duobus dominis seruire. Hinc Paulus religiosorum mentes à mundi consortio contestando, ac potius conueniendo suspendit dicens: Nemo militans deo implicat se negociis secularibus, vt ei placeat cui se probauit. Hinc Ecclesiæ rectoribus & vacandi studia præcipit, & consulendi remedia ostendit dicens: Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia illos constituite ad iudicandum, vt ipsi videlicet dispensationibus terrenis inseruiant, quos dona spiritalia non exornant. Ac si apertius dicat: Quia penetrare intima nequeunt, saltem necessaria foris operentur. Hinc Moyses qui cum deo loquitur, Ietro alienigenæ reprehensione iudicatur, quòd terrenis

M

populorum

Gal. 4. *2. Thes. 2.* *2. Cor. 4.* *1 Cor. 4.* *Eccli. 32.* *1. Pet. 5.* *Matth. 20.* *Matth. 24.* *Ibidem.* *1. Reg. 2.* *Ibidem.* *Ezech. 34.* *Luc. 10.* *Psal.* *Luc. 21.* *Luc. 21.* *2. Tim. 2.* *1. Cor. 6.* *Exod. 18.*

A populorum negotijs stulto labore deseruiat, cui & consilium
nox præbetur, vt pro se alios iurgia dirimenda constituat, & ip
se liberius ad erudiendos populos spiritalium arcana cognoscat.
A subditis ergo inferiora gerenda sunt, à rectoribus summa co
gitanda, vt scilicet oculum qui prouidendis gressibus præemi-
net, cura pulueris non obscuret. Caput nanque subiectorum
sunt omnes qui præsunt, & vt recta valeant pedes itinera carpe-
re, hæc procul dubio caput debet ex alto prouidere, ne à profe-
ctus sui itinere pedes torpeant, cum curuata rectitudine corpo-
ris caput sese ad terram declinat. Qua autem mente animarum
præsul honore pastorali inter cæteros vtitur, si in terrenis ne-
gocijs quæ reprehendere in aliis debuit, & ipse versatur? Quod
videlicet ex ira iustæ retributionis per prophetam dominus mi
natur dicens: Et erit sicut populus, sic sacerdos. Sacerdos quip-
pe est vt populus, quando ea agit is qui spiritali officio fungitur,
quæ illi nimirum faciunt qui adhuc de studiis carnalibus iudi-
cantur. Quod cum magno dolore scilicet charitatis Hieremias
propheta conspiciens, quasi sub destructione templi deplorat
dicens: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color
optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium pla-
tearum? Quid nanque auro quod metallis cæteris præeminet ni
si excellentia sanctitatis? Quid colore optimo, nisi cunctis ama-
bilis reuerentia religionis exprimitur? Quid per sanctuarij la-
pides, nisi sacrorum ordinum personæ figurantur? Quid pla-
B tearum nomine nisi præsentis vitæ latitudo signatur? Quia enim
Græco eloquio πλάτος latitudo dicitur, profectò à latitudine
plateæ sunt vocatæ. Per semetipsam verò veritas dicit: Lata &
spatiosa via est quæ ducit ad perditionem. Aurum igitur obscu-
ratur, cùm terrenis actibus sanctitatis vita polluitur. Color o-
ptimus commutatur, cùm quorundam qui degere religiosè cre-
debantur, æstimatio anteacta minuitur. Nam cùm quilibet post
sanctitatis habitum terrenis se actibus inserit, quasi colore per-
mutato aute humanos oculos eius reuerentia despecta pallescit.
Sanctuarij quoque lapides in plateas disperguntur, cum causa-
rum secularium foras lata itinera expetunt hi, qui ad ornamen-
tum Ecclesiæ internis mysteriis quasi in secretis sanctuarij vaca-
re debuerunt. Ad hoc quippe sanctuarij lapides fiebant, vt in-
tra sancta sanctorũ in vestimento summi sacerdotis apparerent.
Cùm verò ministri religionis à subditis honorem redemptoris
sui ex merito vitæ non exigunt, sanctuarij lapides in ornamen-
to pontificis non sunt. Qui nimirum sanctuarij lapides dispersi
per plateas iacent, cùm personæ sacrorum ordinum voluptatum suarũ libidini deditæ terrenis negocijs inhærent: Et no-
tandum quòd non hos dispersos in plateis, sed in capite platea-
rum dicit: quia & cùm terrena agunt, summi videri appetunt, vt
& lata itinera teneant ex voluptate delectationis, & tamen in pla
tearum sint capite ex honore sanctitatis. Nil quoque obstat si
sanctuarij lapides eosdem ipsos quibus constructum sanctua-
C rium existebat accipimus, qui dispersi in platearum capite ia-
cent, quando sacrorum ordinum viri terrenis actibus ex desi-
derio inseruiunt, ex quorum prius officio sanctitatis gloria ha-
re videbatur. Secularia itaque negocia aliquando ex compas-
sione toleranda sunt, nunquam verò ex amore requirenda, ne
cùm mentem diligentis aggrauant, hanc suo victam ponderead
ima de cœlestibus immergant. At contrà sunt nonnulli qui gre-
gis quidem curam suscipiunt, sed sic sibimet vacare ad spirita-
lia appetunt, vt rebus exterioribus nullatenus occupentur. Qui
cùm curare corporalia funditus negligunt, subditorum neces-
sitatibus minimè concurrunt. Quorum nimirum prędicatio plæ
runque despicitur, quia dum delinquentium facta corripiunt,
sed tamen eis necessaria vitæ præsentis non tribuunt, nequaquã
libenter audiuntur. Egentis etenim mentem doctrinæ sermo nõ
penetrat, si hunc apud eius animum manus misericordiæ non
commendat. Tunc autem verbi semen facile germinat, quando
hoc in audientis pectore pietas prædicantis rigat. Vnde recto-
ri necesse est, vt interiora possit infundere cogitatione innoxia
etiam exteriora prouidere. Sic itaque pastores erga interiora
studia subditorum suorum ferueant, quatenus in eis exterioris
quoque vitæ prouidentiam non relinquant. Nam quasi iure vt
diximus, à percipienda prædicatione gregis animus frangitur,
si cura exterioris subsidij à pastore negligatur. Vnde & primus
pastor sollicitè admonet dicens: Seniores qui in vobis sunt ob-

Ose.4.

Thren.4.

Matt.7.

1.Pet.5.

secro consenior & testis Christi passionũ, qui & eius quæ in fu- D
turo reuelanda est gloriæ communicator, pascite qui in vobis
est gregem dei. Qui in hoc loco vtrum passionẽ cordis an cor-
poris suaderet aperuit cùm protinus subiunxit: Prouidentes
non coactè, sed spontaneè secundum deum, neque turpis lucri
gratia sed voluntariè. Quibus profectò verbis pastoribus piè
præcauetur, ne dum subiectorum inopiam nimiè satiant, se mu-
crone ambitionis occidant, ne cum per eos carnis subsidiis re-
ficiuntur proximi, ipsi remaneant à iustitiæ pane ieiuni. Hanc
pastorum sollicitudinem Paulus excitat dicens: Qui suorum & *1. Timot.5.*
maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est
infideli deterior. Inter hæc itaque metuendum semper est & vi-
gilanter intuendum, ne dum cura ab eis exterior agitur, ab in-
terna intentione mergantur. Plærunque enim vt prædiximus,
corda rectorum dum temporali sollicitudine incautè deseruiũt
ab intimo amore refrigescunt, & foras fusa obliuiscì non me-
tuunt quia animarum regimina susceperunt. Sollicitudo ergo
quæ subditis exterius impenditur, sub certa necesse est mensu-
ra teneatur. Vnde bene ad Ezechielem dicitur: Sacerdotes *Ezech.44.*
caput suum non radant, neque comam nutriant, sed tondentes
attondeant capita sua. Sacerdotes nanque iure vocati sunt, qui vt
sacrum ducatum præbeant fidelibus præsunt. Capilli verò in ca
pite exteriores, sunt cogitationes in mente. Qui dum super ce-
rebrum insensibiliter oriuntur, curas vitæ præsentis exprimũt,
quæ ex sensu negligenti, quia importunè aliquando prodeunt, E
quasi nobis non sentientibus procedunt. Quia igitur cuncti qui
præsunt, habere quidem sollicitudines exteriores debent, nec
tamen vehemẽter eis incumbere, sacerdotes rectè & caput pro-
hibentur radere & comam nutrire: vt cogitationes carnis de vi-
ta subditorum, nec à se funditus amputent, nec rursum ad cre-
scendum nimis relaxent. Vbi & bene dicitur: Tondentes ton-
deant capita sua, vt videlicet curæ temporalis sollicitudinis &
quantum necesse est prouideant, & tamen resecentur citius ne
immoderatius excrescent. Dum igitur & per administratam ex-
teriorum prouidentiam corporum vita protegitur, & rursus
per immoderatam cordis intentionem non impeditur, capilli in
capite sacerdotis & seruantur vt cutem cooperiant, & resecan-
tur ne oculos claudant.

*Ne placere rector suo studio hominibus appetat, sed ta-
men ad quid placere debeat intendat. Caput VIII.*

INter hæc quoque necesse est vt rector solerter inui-
I gilet, ne hunc cupido placendi hominibus pulset, ne
cùm studiosè interiora penetrat, cùm prouidè exterio
ra subministrat, se magis à subditis diligi quàm veritatem quæ-
rat, ne cùm bonis actibus fultus à mundo videtur alienus, hunc
auctori reddat extraneum amor suus. Hostis nanque redempto-
ris est, qui per recta opera quæ facit, eius vice ab Ecclesia ama-
ri concupiscit: quia adulterinæ cogitationis est reus, si placere F
puer sponsæ oculis appetit per quem sponsus dona transmisit.
Quia nimirum amor proprius cùm rectoris mẽtem ceperit, ali-
quando hanc inordinatè ad mollitiem, aliquando verò ad aspe-
ritatem rapit. Ex amore etenim suo mens rectoris in mollitiem
vertitur, quia cùm peccantes subditos respicit, ne erga hunc eo-
rum dilectio torpeat, corripere non præsumit, nonnunquam ve-
rò errata subditorum quæ increpare debuerat, adulatione de-
mulcet. Vnde bene per prophetam dicitur: Væ his qui consuunt *Ezec.13.*
puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capi-
te vniuersæ ætatis ad capiendas animas. Puluillos quippe sub o-
mni cubito manus ponere, est cadentes à sua rectitudine animas,
atque in huius mundi se dilectione reclinantes, blanda adula-
tione refouere. Quasi enim puluillo cubitum, vel ceruicali-
bus caput iacentis excipitur, cùm correptionis duritia peccan-
ti subtrahitur, eique mollities fauoris adhibetur, vt in errore
molliter iaceat, quem nulla asperitas contradictionis pulsat. Sed
hęc rectores qui semetipsos diligunt, his proculdubio exhibẽt,
à quibus se noceri posse in studio gloriæ tẽporalis timent. Nam
quos nil contra se valere conspiciunt, hos nimirum asperitate ri
gidæ semper inuectionis premunt, nunquã clementer admonẽt,
sed pastoralis mansuetudinis obliti, iure dominationis terrent.
Quos rectè per prophetam diuina vox increpat dicens: Vos au- *Ezech.34.*
tem cum austeritate imperabatis eis & cum potentia. Plus enim
se suo

G se suo auctore diligentes, iactanter erga subditos se erigunt, nec quid agere debeant, sed quid valeant attendunt. Nil de subsequenti iudicio metuũt, qui improbè de temporali potestate gloriantur. Libet vt licenter & illicita faciant, & subditorum nemo contradicat. Qui ergo & praua studet agere, & tamen ad hæc vult cæteros tacere, ipse sibimet testis est quia plus se veritate appetit diligi, quam contra se nõ vult defendi. Nemo quippe est qui ita viuat vt aliquatenus nõ delinquat. Ille ergo seipso amplius veritatẽ desiderat amari, qui sibi à nullo vult contra veritatem parci. Hinc etenim Petrus increpationem Pauli libenter accipit. Hinc Dauid increpationem subditi humiliter audiuit, quia rectores boni dum priuato diligere amore se nesciunt, liberæ puritatis verbum à subditis obsequium humilitatis credunt. Sed inter hæc necesse est, vt cura regiminis tanti moderaminis arte temperetur, quatenus subditorum mens cùm quædam rectè sentire potuerit, sic in vocis libertatem prodeat, vt tamen libertas in superbiam non erumpat: ne dum fortasse immoderatius linguæ eis libertas conceditur, vitæ ab his humilitas amittatur. Sciendum quoque est quòd non oportet vt rectores boni placere hominibus appetant, sed vt suæ æstimationis dulcedine proximos in affectum veritatis trahant: non vt se amari desiderent, sed vt dilectionem suam quasi quandam viam faciant, per quam corda audientium ad amorem conditoris sui introducant. Difficile quippe est vt quamlibet recta denuncians
H prædicator, qui nõ diligitur, libenter audiatur: Debet ergo qui præest, & studere se diligi, quatenus possit audiri, & tamen amorem suum pro seipso non quærere, ne inueniatur ei cui seruire per officium cernitur, occulta cogitationis tyrannide resultare. Quod bene Paulus insinuat, cùm sui nobis studij occulta manifestat dicens: Sicut & ego per omnia placeo omnibus. Qui tamen rursus dicit: Ego si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Placet ergo Paulus & non placet, quia in eo quòd placere appetit, non se, sed per se hominibus placere veritatem quærit.

1.Cor.10. Ibidem.

Quod scire sollicitè rector debeat quòd plærumque vitia virtutes se esse mentiuntur.

Caput. IX.

S Cire etiam rector debet quòd plerunque vitia virtutes se esse mentiuntur. Nam sæpe sub parsimoniæ nomine se tenacia palliat, contraque se effusio sub appellatione largitatis occultat. Sæpe inordinata remissio pietas creditur, & effrenata ira spiritalis zeli virtus æstimatur. Sæpe præcipitata actio velocitatis efficacia, atque agendi tarditas, grauitatis consilium putatur. Vnde necesse est vt rector animarum, virtutes ac vitia vigilanti cura discernat, ne aut cor tenacia occupet, & parcum se videri in dispensationibus exultet, aut cùm effuse quid impenditur, * largum se quasi miserando glorietur,
1 aut remittendo quod ferire debuit, ad æterna supplicia subditos pertrahat, aut immaniter feriẽdo quod delinquitur, ipse grauius delinquat, aut hoc quod agi rectè ac grauiter potuit, immaturè præueniens leuiget, aut bonæ actionis meritum differendo ad deteriora permutet.

*.al. perditur.

Quòd esse debet & rectori discretio correctionis, & dissimulationis seuoris, & mansuetudinis.

Caput. X.

S Ciendum quoque est quòd aliquando subiectorum vitia prudenter dissimulanda sunt, sed quia dissimulantur, indicanda: aliquando & apertè cognita, maturè toleranda, aliquando verò subtiliter & occultè perserutanda: aliquando leniter arguenda, aliquando autem vehementer increpanda: Nonnulla quippe, vt diximus, prudenter dissimulanda sunt, sed quia dissimulantur, indicanda, vt cùm delinquens & deprehendi se cognoscit, & perpeti: has quas in se tacitè tolerari considerat, augere culpas erubescat, seque se iudice puniat, quem sibi apud se rectoris patientia clementer excusat. Qua sci licet dissimulatione bene Iudæam dominus corripit, cum per
Esa.57. prophetam dicit: Mentita es, & mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo, quia ego taceus & quasi non videns. Et dissimulauit ergo culpas & innotuit, quia & contra peccantem tacuit, & hoc ipsum tamen quia tacuerit dixit. Nonnulla autem vel apertè cognita, maturè toleranda sunt, cum videlicet rerum K minimè opportunitas congruit vt apertè corrigantur. Nam secta immaturè vulnera deterius inferuescunt, & nisi cum tempore medicamenta conueniant, constat proculdubio quòd medendi officium amittant. Sed cùm tempus subditis ad correptionem quæritur, sub ipso culparum pondere patientia præsulis exercetur. Vnde bene per Psalmistam dicitur: Supra dorsum meum Psal. fabricauerunt peccatores. In dorso quippe onera sustinemus. Supra dorsum igitur suum fabricasse peccatores quæritur, ac si apertè dicat: Quos corrigere nequeo, quasi superimpositũ onus porto. Nõnulla autem subtiliter & occultè sunt perserutãda, vt quibusdam signis erumpẽtibus rector in subditorum mente, omne quod clausum latet, inueniat, & interueniẽte correptionis articulo, ex minimis maiora cognoscat. Vnde rectè ad Ezechielem dicitur: Fili hominis fode tibi parietem. Vbi mox idem Ezech. propheta subiungit: Et cum fodissem parietem, apparuit ostium ibidem vnum. Et dixit ad me: Ingredere & vide abominationes pessimas quas isti faciunt hic. Et ingressus vidi. Et ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & vniuersa idola domus Israël depicta erãt in pariete. Per Ezechielem quippe præpositorum ordo signatur, per parietem duritia subditorum. Et quid est parietem fodere, nisi acutis inquisitionibus duritiã cordis aperire? Quem cùm fodisset apparuit ostium, quia cùm cordis duritia vel studiosis percunctationibus, vel maturis correptionibus scinditur, quasi quædam ianua ostenditur, ex qua om- L nia in eo qui corripitur cogitationum interiora videantur. Vnde & bene illic sequitur: Ingredere & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic. Quasi ingreditur vt abominationes aspiciat, qui discussis quibusdam signis exterius apparentibus ita corda subditorum penetrat, vt cuncta ei quæ illicitè cogitantur innotescant. Vnde & subdit: Et ingressus vidi. Et ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio. In reptilibus cogitationes omnino terrenæ signantur, in animalibus verò iam quidem aliquantulum à terra suspensæ, sed adhuc terrenæ mercedis præmia requirentes. Nam reptilia toto ex corpore terræ inhærent, animalia autem magna parte corporis à terra suspẽsa sunt, appetitu tamen gulæ ad terram semper inclinantur. Reptilia itaque sunt, intra parietem, quando cogitationes voluuntur in mente, quæ à terrenis desideriis nunquam leuantur. Animalia quoque sunt intra parietem, quando & si qua iam iusta, si qua honesta cogitantur, appetendis tamen lucris temporalibus honoribusque deseruiunt, & per semetipsa quidem quasi à terra suspensa sunt, sed adhuc per ambitum quasi per gulæ desiderium sese ad ima submittunt. Vnde & bene subditur: Et vniuersa idola domus Israël depicta erant in pariete. Scriptum quippe est: Et auaritia quæ est idolorum seruitus. Rectè ergo post Coloss. animalia idola describuntur, quia etsi honesta actione nonnulli quasi à terra se erigunt, ambitione tamen inhonesta semetipsos ad terrã deponunt. Bene autem dicitur, depicta erant: quia dum M exteriorum rerum intrinsecus species attrahuntur, quasi in corde depingitur quicquid fictis imaginibus deliberando cogitatur. Notandum itaq; est quia prius foramen in pariete ac deinde ostium cernitur, & tunc demũ occulta abominatio demonstratur: quia nimirum vniuscuiusque peccati prius signa forinsecus, deinde ianua apertæ iniquitatis ostenditur, & tunc demum omne malum quod intus latet aperitur. Nonnulla autem sunt leniter arguenda, nam cùm non malitia, sed sola ignorantia vel infirmitate delinquitur, profectò necesse est vt magno moderamine ipsa delicti correptio temperetur. Cuncti quippe quousque in hac mortali carne subsistimus, corruptionis nostræ infirmitatibus subiacemus. Ex se ergo debet vnusquisque colligere qualiter alienæ hunc oporteat imbecillitati misereri, ne contra infirmitatem proximi si ad increpationis vocem feruentius rapiatur, oblitus sui esse videatur. Vnde bene Paulus ad- Galat. monet dicens: Si quis præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum ne & tu tenteris. Ac si apertè dicat: Cum displicet ex aliena infirmitate quod conspicis, pensa quod es, vt increpationis zelo se spiritus temperet, dum sibi quoque quod increpat timet. Nonnulla autem sunt vehementer increpanda, vt cum culpa ab auctore non cognoscitur quanti sit ponderis, ab increpantis ore sentiatur. Et cùm sibi quis malum quod perperrauit

A petranit læuigat, hoc contra se grauiter ex corripientis asperitate pertimescat. Debitum quippe rectoris est supernæ patriæ gloriam per vocem prædicationis ostendere, quanta in huius vitæ itinere tentamenta antiqui hostis lateant aperire, & subditorum mala quæ tolerari leniter non debent, cum magna zeli asperitate corrigere, ne si minus contra culpas accenditur, culparum omnium reus ipse teneatur. Vnde bene ad Ezechielem dicitur: Sume tibi laterem & pones eum corã te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem. Statimque subiungitur: Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Eique ad munitionem suam protinus subiunxit: Et tu sume tibi sartaginem ferream, & pones eam murum ferreum inter te & ciuitatem. Cuius enim Ezechiel propheta nisi magistrorum speciem tenet? Cui dicitur, sume tibi laterem & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem. Sic quippe sancti doctores sibi laterem sumunt quando terrenum auditorum cor vt doceant apprehendunt. Quem scilicet laterem coram se ponunt, quia tota mentis illud intentione custodiunt. In quo & ciuitatem Hierusalem iubentur describere, quia prædicando terrenis cordibus curant summopere quæ sit supernæ pacis visio demonstrare. Sed quia incassum gloria patriæ cœlestis agnoscitur, nisi & quanta hic irruant hostis callidi tentamenta noscatur, aptè subiungitur: Et ordinabis aduersus eam obsi-

Ezech. 4. Ibidem.

B dionem, & ædificabis munitiones. Sancti quippe prædicatores obsidionem circa laterem in quo Hierusalem ciuitas descripta est ordinant, quando terrenæ menti, sed iam supernam patriam requirenti, quanta eam in huius vitæ tempore vitiorum impugnet aduersitas, demonstrant. Nam cùm vnumquodque peccatum quomodo proficientibus insidietur ostenditur, quasi obsidio circa ciuitatem Hierusalem voce prædicatoris ordinatur. Sed quia non solum debent innotescere qualiter vitia impugnent, verumetiam quomodo custoditæ nos virtutes roborent, rectè subiungitur: & ædificabis munitiones. Munitiones quippe sanctus prædicator ædificat, quando quæ virtutes quibus resistant vitiis demonstrat. Et quia crescente virtute, plærunque bella tentationis augentur, rectè adhuc subditur: Et cõportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Aggerem nanque comportat, quando prædicator quisque molem crescentis tentationis enunciat. Et contra Hierusalem castra erigit, quando rectæ intentioni audientium hostis callidi incircũspectas & quasi incomprehensibiles insidias prædicit. Atque arietes in gyro ponit, cum tentationum aculeos in hac vita nos vndique circundantes & virtutum murum perforantes innotescit. Sed cuncta hæc licèt subtiliter rector insinuet, nisi contra delicta singulorum æmulationis spiritu feruear, nullam sibi in perpetuum absolutionem parat. Vnde illic adhuc rectè subiungitur: Et tu sume tibi sartaginem ferream, & po-

C nes eam murum ferreum inter te & ciuitatem. Per sartaginem quippe fixura mentis, per ferrum verò increpationis fortitudo signatur. Quid verò acrius doctoris mentem quàm zelus dei frigit & excrutiat? Vnde Paulus huius sartaginis vrebatur

2. Cor. 11. frixura cùm diceret: Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non vror? Et quia quisquis zelo dei accenditur ne damnari ex negligentia debeat, forti in perpetuum custodia munitur, rectè dicitur, pones eam murum ferreum inter te & ciuitatem. Sartago enim ferrea murus ferreus inter prophetam & ciuitatem ponitur, quia cùm nunc fortem zelum rectores exhibent, eundem zelum postmodum inter se & auditores suos fortem munitionem tenent, ne tunc ad vindictam destituti sint, si nunc fuerint incorreptione dissoluti. Sed inter hæc sciendum est quia dum ad increpationem se mens doctoris exasperat, difficile valde est vt non aliquando & ad aliquid quod dicere non debet erumpat. Et plærunque contingit vt dum culpa subditorum cum magna inuectione corripitur, magistri lingua vsque ad excessus verba pertrahatur. Cumque increpatio immoderatè accenditur, corda delinquentium in desperatione deprimuntur. Vnde necesse est vt exasperatus rector cùm subditorum mentem plus se quàm debuit percussisse considerat, apud se semper ad pœnitentiam recurrat, vt per lamenta veniam in conspectu veritatis obtineat, ex eo etiam quòd per zeli eius studium peccat. Quod figuratè dominus præcipit per Moysen dicens: Si quis abierit cum amico suo simpliciter D in siluam ad ligna cædenda, & lignum securis effugerit manu, *Deut. 19.* ferrumque lapsum de manubrio, amicum eius percusserit & occiderit, huic ad vnam suprædictarum vrbium fugiat, & viuet, ne forte proximus eius, cuius effusus est sanguis, doloris stimulo persequatur, & apprehendat eum & percutiat animam eius. Ad siluam quippe cum animo imus, quotiens ad intuenda subditorum delicta conuertimur. Et simpliciter ligna succidimus, cùm delinquentium vitia pia intentione resecamus. Sed securis manum fugit, cùm sese increpatio plusquam necesse est in asperitatem pertrahit. Ferrumq; de manubrio prosilit, cùm de correptione sermo durior excedit. Et amicum percutit & occidit, quia auditorem suum pro lata contumelia à spiritu dilectionis interficit. Correpti nanque mens repente ad odium prorui, si hanc immoderata increpatio plus quàm debuit addicit. Sed is qui incautè ligna percutit & proximum extinguit, ad tres necesse est vrbes fugiat, vt in vna earum defensus viuat, quia si ad pœnitentiæ lamenta conuersus in vnitate sacramenti sub spe fide & charitate absconditur, reus perpetrati homicidij nõ tenetur. Eumque extincti proximus cùm inuenerit nõ occidit, quia cum districtus iudex venerit, qui sese nobis per naturæ nostræ consortium iunxit, ab eo proculdubio culpæ reatum non expetit, quam sub eius venia fides, spes & charitas abscondit.

Quantum rector sacræ legis meditationibus esse debeat intentus. *Caput. XI.* E

S Ed omne hoc ritè à rectore agitur, si supernæ formidinis & dilectionis spiritu afflatus studiosè, quotidie sacri eloquij præcepta meditetur, vt in eo vim sollicitudinis, & erga cœlestem vitam prouidæ circunspectionis, quam humanæ conuersationis vsus indesinenter destruit, diuinæ admonitionis verba restaurent. Et qui ad vetustatem vitę per societatem secularium ducitur, ad amorem semper spiritalis patriæ compunctionis aspiratione renouetur. Valde nanque inter humana verba cor defluit. Cumque indubitanter constet quod externis occupationum tumultibus impulsum à semetipso corruat, studere incessabiliter debet vt per eruditionis studium resurgat. Hinc est enim quod prælatum gregi discipulum Paulus admonet dicens: Dum venio attende lectioni. Hinc Dauid *1. Tim. 4.* ait: Quomodo dilexi legem tuam domine, tota die meditatio *Psal. 118.* mea est. Hinc Moysi dominus de portanda arca præcepit dicens: Facies quatuor circulos aureos quos pones per quatuor arcæ an- *Exod. 25.* gulos, facieisque vectes de lignis sethim, & operies auro, inducesque per circulos qui sunt in arcæ lateribus, vt portetur in eis, qui semper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis. Quid per arcam nisi sancta ecclesia figuratur? Cui quatuor circuli aurei per quatuor angulos iubentur adiungi, quia in eo quòd per quatuor mundi partes dilatata tenditur, proculdubio quatuor sancti Euangelij libris accincta prædicatur. Vectesque F de lignis sethim fiunt, qui eisdem ad portandum circulis inseruntur: quia fortes perseuerantesque doctores velut imputribilia ligna quærendi sunt, qui instructioni sacrorum voluminum semper inhærentes sanctæ Ecclesię vnitatem denuncient, & quasi intromissis circulis arcam portent. Vectibus quippe arcã portire, est bonis doctoribus sanctam Ecclesiam ad rudes infidelium mentes prædicando deducere. Qui auro quoque iubentur operiri, vt dum sermone aliis insonant, ipsi etiam vitæ splendore fulgescant. De quibus aptè subiungitur, qui semper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis. Quia nimirum necesse est, vt qui ad officium prædicationis excubant, à sacræ lectionis studio non recedant. Ad hoc nanque vectes esse in circulis semper iubentur, vt cum portari arcam opportunitas exigit, de intromittendis vectibus portandi tarditas nulla generetur, quia videlicet cum spiritale aliquid à subditis pastor inquitur, ignominiosum valde est si tunc quærat dicere, cùm quæstionẽ debet enodare. Sed circulis vectes inhæreant, vt doctores semper in suis cordibus eloquia sacra meditantes, testamenti arcam sine mora eleuent, si quicquid necesse est protinus doceant. Vnde bene primus pastor Ecclesiæ pastores cæteros admonet dicẽs: Parati sem- *1. Pet. 3.* per ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est spe. Ac si apertè dicat: vt ad portandam arcam nulla mora prædiat, vectes nunquam à circulis recedant.

PROLOGVS

G

PROLOGVS TERTIAE PARTIS DOcens qualiter rector bene viuens debeat docere & admonere subditos.

QVia igitur qualis esse debeat pastor ostendimus, nunc qualiter doceat demonstremus. Vt enim longè ante nos reuerendæ memoriæ, Gregorius Nazianzenus edocuit, non vna eadēque cunctis exhortatio cōgruit, quia non cunctos par morum qualitas astringit. Sæpe nanque aliis officiunt, quæ aliis prosunt. Quia & plærunque herbæ quæ hæc animalia enutriunt, alia occidunt, & lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat. Et medicamentum quod hunc morbum imminuit, alteri vires iungit, & panis qui vitam fortium roborat, paruulorum necat. Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum, vt & sua singulis congruant, & tamen à communis ædificationis arte nunquam recedat. Quid enim sunt intentæ mentes auditorum, nisi vt ita di-
H xerim, quædam in cithara tentiones stratæ chordarum? quas tangendi artifex vt non sibimetipsi dissimile canticum faciant, dissimiliter pulsat. Et idcirco chordæ consonam modulationem reddunt, quia vno quidem plectro, sed non vno impulsu feriuntur. Vnde & doctor quisque vt in vna cunctos virtute charitatis ædificet, ex vna doctrina, non vna eademque exhortatione corda tangere audientium debet.

Quòd aliter admonendi sunt viri, aliter fœminæ &c. continens in se triginta sex admonitiones, & declarationes earundem.

Caput I.

1 *Liter nanque admonēdi sunt viri, atque aliter fœminæ.*
2 *Aliter admonēdi sunt iuuenes, atque aliter senes.*
3 *Aliter admonendi sunt inopes, atque aliter locupletes.*
4 *Aliter admonendi sunt læti, atque aliter tristes.*
5 *Aliter admonendi sunt subditi, aliter prælati.*
6 *Aliter admonendi sunt serui, aliter domini.*
I 7 *Aliter admonendi sunt sapientes, aliter hebetes.*
8 *Aliter admonendi sunt impudentes, aliter verecundi.*
9 *Aliter admonendi sunt proterui, aliter pusillanimes.*
10 *Aliter admonendi sunt impatientes, aliter patientes.*
11 *Aliter admonendi sunt benenoli, aliter inuidi.*
12 *Aliter admonendi sunt simplices, aliter impij.*
13 *Aliter admonendi sunt incolumes, aliter ægri.*
14 *Aliter admonendi sunt qui flagella metuunt, & ideo innocenter viuunt, atque aliter qui sic in iniquitatibus durauerunt, vt neque per flagella corrigantur.*
15 *Aliter admonendi sunt nimis taciti, aliter multiloquio vacantes.*
16 *Aliter admonendi sunt pigri, aliter præcipites.*
17 *Aliter admonendi sunt mansueti, aliter iracundi.*
18 *Aliter admonendi sunt humiles, aliter elati.*
19 *Aliter admonendi sunt pertinaces, aliter inconstantes.*
20 *Aliter admonendi sunt gulæ dediti, aliter abstinentes.*
21 *Aliter admonendi sunt qui iam sua misericorditer tribuunt, atque aliter qui adhuc & aliena rapere contendunt.*
22 *Aliter admonendi sunt qui nec aliena appetunt, nec sua largiuntur, atque aliter qui & ea quæ habent tribuunt, & tamen aliena rapere non desistunt.*
23 *Aliter admonendi sunt pacati, aliter discordes.*
24 *Aliter admonendi sunt seminantes iurgia, aliter pacifici.*
25 *Aliter admonendi sunt qui sacræ legis verba non intelligunt recte, atque aliter qui rectè quidem intelligunt, sed hæc humiliter* K *non loquuntur.*
26 *Aliter admonendi sunt qui cum dignè prædicare valeant præ animia humilitate formidant, aliter quos à prædicatione imperfectio vel ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit.*
27 *Aliter admonendi sunt qui in hoc quod temporaliter appetūt prosperantur, atque aliter qui ea quidem quæ mundi sunt concupiscunt, sed tamen aduersitatis labore fatigantur.*
28 *Aliter admonendi sunt coniugijs obligati, aliter coniugij nexibus liberi.*
29 *Aliter admonendi sunt peccatorum carnis conscij, aliter ignari.*
30 *Aliter admonendi sunt qui peccata deplorant operum, aliter qui cogitationum.*
31 *Aliter admonendi sunt qui admissa deplangūt, nec tamen deserūt, atque aliter qui deserunt, nec tamen plangunt.*
32 *Aliter admonendi sunt qui illicita quæ faciunt etiam laudant, atque aliter qui accusant praua, nec tamen deuitant.*
33 *Aliter admonendi sunt qui repentina concupiscentia superantur, atque aliter qui in culpa ex consilio ligantur.*
34 *Aliter admonendi sunt qui licèt minima tamen illicita faciunt, atque aliter qui se à paruis custodiunt, sed aliquando in grauioribus demerguntur.*
35 *Aliter admonendi sunt qui bona nec inchoant, aliter qui inchoata minimè consummant.*
36 *Aliter admonendi sunt qui mala occultè agunt, & bona publicè,* L *atque aliter qui bona quæ faciunt abscondunt, & tamen quibusdam factis publicè malè de se opinari permittunt.*

Sed quid vtilitatis est quòd cuncta hæc collecta enumeratione transcurrimus, si non etiam admonitionis modos per singula quanta possumus breuitate pandamus?

De his igitur omnibus à principali sumentes exordium, latius ex ordine per singula differamus.

Admonitio. I.

A Liter igitur admonendi sunt viri, atque aliter fœminæ, quia illis grauia, istis verò iniungenda sunt leuiora: vt illos magna exercendo, istas verò lenia demulcendo conuertant.

Admonitio. II.

A Liter admonendi sunt iuuenes, atque aliter senes: quia illos plærunque seueritas admonitionis ad profectum dirigit, istos verò ad meliora opera deprecatio blanda componit. Scriptum quippe est: Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. *1. Tim. 5.*

Admonitio. III.

M

A Liter admonendi sunt inopes, atque aliter locupletes, illis nanque offerre consolationis solatium contra tribulationem, istis verò inferre metum contra elationem debemus. Inopi quippe à domino per prophetam dicitur: Noli timere, quia non confunderis. Cui non longè pòst blandiens dicit: Paupercula tempestate conuulsa. Rursumque hanc consolatur dicens: Elegi te in camino paupertatis. At contrà Paulus discipulo de diuitibus dicit: Diuitibus huius seculi præcipe nō superbè sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum suarum. Vbi notandum valde est quòd humilitatis doctor memoriam diuitum faciens non ait roga, sed præcipe, quia etsi impendenda est pietas infirmitati, honor tamen non debetur elationi. Talibus ergo rectum quod dicitur, tanto rectius iubetur, quanto & in rebus transitoriis altitudine cogitationis intumescunt. De his in Euangelio dominus dicit: Væ vobis diuitibus qui habetis consolationem vestram. Quia enim quæ sunt æterna gaudia nesciunt, ex præsentis vitæ abundantia consolantur. Offerenda est ergo eis consolatio quos caminus paupertatis excoquit, atque illis inferendus est timor, quos consolatio gloriæ temporalis extollit, vt & illi discant, quia diuitias quas non concupiscunt* possidebunt, & isti agnoscant, quia eas quas concupiscunt* nequaquam tenere possunt. Plærunque tamen personarum ordinem permutat, qualitas morum, vt si diues humilis sit pauper elatus. *Esa. 54. Ibidem. Esa. 41. 1. Tim. 6. Matt. 16. *al. cupiunt.*

Vnde

Vnde mox prædicantis lingua cum audientis debet vita componi: vt tanto districtius in paupere elationem feriat, quanto eum nec illata paupertas inclinat, & tanto leuius humilitatem diuitum mulceat, quanto eos nec abundantia quæ subleuat exaltat. Nonnunquam etiam superbus diues exhortationis blandimento placandus est, quia & plerunque dura vulnera per lenia fomenta mollescunt, & furor insanorum sæpe ad salutem medico blandiente reducitur. Cúmque eis in dulcedine condescéditur, languor insaniæ mitigatur. Neq; enim negligenter intuendum est, quòd cùm Saulem spiritus aduersus inuaderet, apprehensa Dauid cithara, eius vesaniam sedabat ac temperabat. Quid enim per Saulem nisi elatio potentum, & quid per Dauid innuitur nisi humilis vita sanctorum? Cùm ergo Saul ab immundo spiritu arripitur Dauid canente eius vesania temperatur, quia cùm sensus potentum per elationem in furorem vertitur, dignum est vt ad salutem mentis quasi ad dulcedinem citharæ locutionis nostræ tranquillitate reuocetur. Aliquando autem cùm huius seculi potentes arguuntur, prius per quasdam similitudines velut de alieno negocio requirendi sunt. Et cùm rectam sententiam quasi in alterum protulerint, tunc modis congruentibus de proprio reatu feriendi sunt, vt mens temporali potentia tumida, contra corripientem nequaquam se erigat quæ suo sibi iudicio superbiæ
B ceruicem calcat, & in nulla sui defensione se exerceat, quem
2. Reg. 12. sententia proprij oris ligat. Hinc est enim quòd Nathan propheta arguere regem venerat, & quasi de causa pauperis contra diuitem iudicium quærebat, vt prius rex sententiam diceret, & reatum suum postmodum audiret, quatenus nequaquã iustitiæ contradiceret, quam ipse in se protulisset. Vir itaque sanctus & peccatorem considerans, & regem miro ordine audacem, reum prius per confessionem ligare studuit, & postmodum per inuectionem secare. Cælauit paululũ quod quæsiuit, sed percussit repente quem tenuit. Pigrius enim fortasse incideret, si ab ipso sermonis exordio apertè culpam ferire voluisset, sed præmissa similitudine eam quam occultabat exacuit increpationem. Ad ægrum medicus venerat, secandum vulnus videbat, sed de patientia ægri dubitabat. Abscondit igitur ferrum medicinale sub veste, quod eductum subitò fixit in vulnere, vt secantem gladium sentiret æger antequam cerneret, ne si antè cerneret, sentire recusaret.

Admonitio. IIII.

Liter admonendi sunt læti atque aliter tristes. Lætis
A videlicet inferẽda sunt tristia quæ sequũtur ex supplicio, tristibus verò inferẽda sunt læta quæ promittuntur ex regno. Discant læti ex minarum asperitate quod timeant, audiant tristes præmiorum gaudia de quibus præsu-
Luc. 6. mant. Illis quippe dicitur: Væ vobis qui ridetis nũc, quoniam
Ibidem. C flebitis. Isti verò eodem magistro docẽte audiant: Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Nonnulli autem læti vel tristes non rebus fiunt, sed quibusdam conspersionibus existunt. Quibus profectò intimandum est quod quędam vitia quibusdã conspersionibus iuxta sunt. Habent enim læti ex propinquo luxuriã, tristes iram. Vnde necesse est vt non solum quisque consideret quod ex conspersione sustinet, sed etiam quod ex vicino deterius purget, ne dum nequaquam pugnat contra hoc quod tolerat, ei quoque à quo se liberũ existimat, vitio succumbat.

Admonitio. V.

Liter admonendi sunt subditi, atq; aliter prælati. Il-
A los ne subiectio conterat, istos ne locus superior extollat. Isti ne minus quæ iubẽtur impleãt, isti ne plus iusto iubeant quæ compleantur. Illi vt humiliter subiaceant, Isti quoque vt temperanter præsint. Nam, quod intelligi & figuraliter potest, illis dicitur: Filij obedite parentibus vestris
Coloss. 4. in domino. Istis verò præcipitur: Et, patres nolite ad iracun-
Ibidem. diam prouocare filios vestros. Isti discant quomodo ante occulti arbitri oculos sua interiora componant, isti quomodo etiam commissis sibi exempla bene viuendi exterius præbeãt. Scire etenim prælati debent, quia si peruersa vnquam perpetrant, tot moribus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Vnde necesse est vt tanto sẽ cautius à culpa custodiant, quanto per praua quæ faciunt non soli moriuntur, sed aliorum animarum quas prauis exemplis D
destruxerunt rei sunt. Vnde admonendi sunt illi ne districtius puniantur si absoluti reperiri nequeunt saltem de se, isti ne de subditorum erratibus iudicentur, etiam si se iam de se securos inueniunt. Illi vt tanto circa se sollicitius viuant, quanto eos aliena cura non implicat, isti verò vt sic aliorum curas expleant, quatenus & suas agere non desistant, & sic in propria sollicitudine ferueant, vt à commissorum custodia minimè torpescant. Illi enim sibimet vacanti dicitur: Vade ad for- *Prouer. 6.*
micam ô piger & considera vias eius & disce ab ea sapientiam. Iste enim terribiliter admonetur, cùm dicitur: Fili mi *Ibidem.*
si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, & illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus. Spondere nanque pro amico, est alienam animã in periculo suæ conuersationis accipere. Vnde & apud extraneum manus defigitur, quia apud curam sollicitudinis quæ antè deerat mens ligatur. Verbis verò oris sui illaqueatus est, ac propriis sermonibus captus, quia dum commisis sibi cogitur bona dicere, ipsum prius necesse est quæ dixerit custodire. Illaqueatur igitur verbis oris sui, dum ratione exigente constringitur, ne eius vita ad aliud quàm admonet relaxetur. Vnde apud districtum iudicem cogitur tanta in opere exoluere, quanta constat eum aliis voce præcepisse. Vbi & bene mox exhortatio subditur vt dicatur: Fac ergo quod dico fili *Ibidem.*
mi, & temetipsum libera, quia incidisti in manus proximi tui: E
discurre, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, ne dormitent palpebræ tuæ. Quisquis enim ad viuendum aliis in exemplum præponitur, non solum ipse vt vigilet, sed etiam vt amicum suscitet admonetur. Ei nanque vigilare bene viuendo non sufficit, si non & illum cui præest, à peccati torpore disiungit. Bene autem dicitur, ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. Somnũ quippe oculis dare, est intentione cessante subditorum curam omnino negligere. Palpebræ verò dormitant, cùm cogitationes nostræ ea quæ in subditis arguenda cognoscunt, pigredine deprimente disimulant. Plenè enim dormire, est cõmissorum acta nec scire, nec corrigere. Non autem dormire, sed dormitare, est quæ quidem reprehendenda sunt cognoscere, sed tamen propter mentis tædium dignis ea increpationibus non emendare. Dormitando verò oculus ad plenissimũ somnum ducitur, quia dum plerunq; qui præest, malum quod cognoscit non refecat, ad hoc quandoque negligentiæ suæ merito peruenit, vt quod à subiectis delinquitur, nec agnoscat. Admonendi sunt itaque qui prẹsunt, vt per circumspectionis studium oculos peruigiles intus & in circuitu habeant, & cœli animalia fieri contendant. Ostensa quippe cœli animalia in circuitu & intus oculis plena habentur, & sic describuntur. F
Dignum quippe est, vt cuncti qui præsunt, intus atque in circuitu oculos habeant: quatenus & interno iudici in semetipsis placere studeant, & exempla vitæ exterius præbentes, ea etiam quæ in aliis sunt corrigenda deprehendant. Admonendi sunt subditi ne præpositorum suorum vitam temere iudicent, si quid eos fortasse agere deprehensibiliter vident, ne vnde mala rectè redarguunt, inde per elationis impulsum in profundiora mergantur. Admonendi sunt ne cùm culpas præpositorum considerant, contra eos audaciores fiant: sed sic si qua valde sunt eorum praua, apud semetipsos diiudicent, vt tamẽ diuino timore constricti, ferre sub eis iugum reuerentiæ non recusent. Quod melius ostendimus si Dauid factum ad medium deducamus. Saul quippe persecutor cum ad purgandũ *1. Reg. 18.*
ventrem speluncam fuisset ingressus, illic cum viris suis Dauid inerat, qui iam tam longo tempore persecutionis eius mala tolerabat. Cúmque eum viri sui ad feriendum Saul accenderent, fregit eos responsionibus, quia manũ mittere in Christum domini non deberet. Qui tamen occultè surrexit, & orã chlamydis eius abscidit. Quid enim per Saul nisi mali rectores, quid per Dauid nisi boni subditi designantur? Saul igitur ventrẽ purgare, est prauos præpositos conceptã in corde malitiam vsq; ad opera miseri odoris extendere, & cogitata apud se noxia factis exterioribus exequendo monstrare. Quẽ tamẽ Dauid ferire metuit, quia piæ subditorum mentes ab omni se peste obtrectationis abstinẽtes, præpositorũ vitã nullo linguæ gladio percutiunt, etiã cum de imperfectione reprehendunt.

Qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Qui & si quãdo pro infirmitate sese abstinere vix possunt, vt extrema quædã atq; exteriora præpositorũ mala, sed tamẽ humiliter loquãtur, quasi orã chlamydis sileter incidũt: quia videlicet dum prelatæ dignitati saltẽ innoxiè & laetèr derogãt, quasi regis superpositi vestẽ secant,* sed tamen ad semetipsos redeunt, séque vehemẽtissimè vel de tenuissima verbi laceratione reprehendũt. Vnde bene & illic scriptum est: Post hæc Dauid percussit cor suũ, eo quòd abscidisset oram chlamydis Saul. Facta quippe præpositorum oris gladio ferienda non sunt, etiam cùm rectè reprehendenda iudicantur. Si quando verò contra eos vel in minimis lingua labitur, necesse est vt per afflictionẽ pœnitentiæ cor prematur, quatenus ad semetipsum redeat, & cùm præpositæ potestati deliquerit, eius contra se iudiciũ à quo sibi prælata est perhorrescat. Nam cùm in præpositis delinquimus, eius ordinationi qui eos nobis prætulit obuiamus. Vnde Moyses quoque cùm contra se & Aaron conqueri populum cognouisset, ait: Nos enim quid sumu? Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra dominum.

*al. fœdãt.

Admonitio. VI.

A Liter admonendi sunt serui, atq; aliter domini. Serui scilicet vt in se semper humilitatẽ conditionis aspiciãt, domini verò vt naturæ suæ qua æqualiter sunt cũ seruis cõditi, memoriã non amittant. Serui admonẽdi sunt H ne dominos despiciant, ne deũ offendant si ordinationi illius superbiẽdo contradicãt. Domini quoq; admonẽdi sunt, quia cõtra deũ de munere eius superbiũt, si eos quos per conditionem tenẽt subditos, æquales sibi per naturæ consortiũ non cognoscãt. Isti admonẽdi sunt vt sciãt se seruos esse dominorũ, illi admonẽdi sunt vt cognoscãt se cõseruos esse seruorũ. Istis nãque dicitur: Serui obedite dominis carnalibus. Et rursum: Quicũq; sunt sub iugo seruitutis, dominos suos omni honore dignos arbitrẽtur. Illis autẽ dicitur: Et vos domini eadẽ facite illis, remittentes minas, scientes quòd & illorũ & vester dominus est in cœlis.

Colo.3.
1.Tim.6.

Admonitio. VII.

A Liter admonẽdi sunt sapiẽtes huius seculi, atq; aliter hebetes. Sapientes quippe, admonendi sunt, vt sciãt amittere quę sciũt. Hebetes quoque admonẽdi sunt vt appetant scire quę nesciunt. In illis hoc primũ destruendũ est ꝙ se sapientes arbitrãtur, in istis iam ædificandũ est quicquid de superna sapiẽtia cognoscitur, quia dũ minimè superbiũt, quasi ad suscipiendũ ędificiũ corda parauerunt. Cum illis laborandũ est, vt sapiẽtius stulti siãt, stultã autẽ sapientiam deserãt, & sapientẽ dei stultitiã discãt. Istis verò prędicandum est: vt ab ea quę putatur stultitia, ad verã sapientiã vicinius trãseant. Illis nãque dicitur: Si quis videtur inter vos sapiẽs esse in hoc seculo, stultus fiat vt sit sapiẽs. Istis verò dicitur: Nõ multi sapiẽtes secundũ carnẽ. Et rursum: Quæ stulta sunt huius mũdi elegit deus, vt cõfundat sapiẽtes. Illos plerũq; ratiocinatio- I nis argumẽta, istos nõnunquam melius exẽpla conuertũt. Illis nõnunquã prodest vt in suis allegationibus victi iaceant, istis verò aliquãdo sufficit vt laudabilia aliorũ facta cognoscant. Vnde & magister egregius dicit sapiẽtibus & insipiẽtibus debitor sum, cũ Hebrẽorũ quosdã sapientes, quosdã verò etiam tardiores admoneret, illis de cõpletione testamenti veteris loquens, eorũ sapientiã argumẽto superauit dicens: Quod enim antiquatur & senescit, prope interitum est. Cũ verò solis exẽplis quosdã trahendos ad se cerneret, in eadẽ epistola adiunxit: Sancti ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Et rursum: Memẽtote præpositorũ vestrorũ qui vobis locuti sunt verbũ dei, quorũ intuentes exitũ conuersationis, imitamini fidem, quatenus & illos victrix ratio frangerer, & istos ad maiora conscẽdere imitatio blanda suaderet.

1.Corin.3.
1.Cor.1.
Ibidem.
Rom.1.
Heb.8.
Ibidem.

Admonitio. VIII.

A Liter admonendi sunt impudẽtes, atq; aliter verecũdi. Illos nãq; ab impudentię vitio nõ nisi increpatio dura compescit, istos autẽ plerunq; ad melius exhortatio modesta cõponit. Illi se delinquere nesciunt, nisi etiam à pluribus increpentur, istis plerunque ad conuersionẽ sufficit quòd eis doctor mala sua saltẽ leniter ad memoriam reducit. Illos melius corrigit qui inuehendo reprehendit, istis autẽ maior profectus adducitur, si hoc quod in eis reprehẽditur, quasi ex latere tangatur. Impudentem quippe Iudæorum plebem dominus apertè increpãs ait: Frõs mulieris meretricis facta est K tibi, noluisti erubescere. Et rursum verecundanter refouet dicens: Confusionis adolescentiæ tuæ obliuiscẽris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis, quia dominabitur tui qui fecit te. Impudẽter quoque delinquentes Galatas apertè Paulus increpat dicẽs: O insensati Galatæ, quis vos fascinauit? Et rursum: Sic stulti estis vt cũ spiritu cœperitis, nũc carne cõsummini? Culpas verò verecundantium quasi cõpatiens reprehẽdit dicens: Gauisus sum in domino vehementer, quoniam tãdem aliquando refloruistis pro me sentire sicut & sentiebatis, occupati enim eratis. Vt & illorum culpas increpatio dura detegeret, & horum negligentiam sermo mollior velaret.

Hieron.
Esa.54.
Galat.
Ibidem.
Ibidem.

Admonitio. IX.

A Liter admonendi sunt proterui, atq; aliter pusillanimes. Illi enim dũ valde de se prẽsumunt, exprobrãdo cæteros dedignãtur, isti autẽ dum nimis infirmitatis suæ sunt conscij, plerũq; in desperationẽ cadunt. Illi singulariter summa æstimant cuncta quæ agunt, isti vehementer despecta putant esse quę faciũt, & idcirco in desperatione frãguntur. Subtiliter itaque ab arguente discutienda sunt opera proteruorũ, vt in quo sibi placẽt, ostendantur quia deo displicent. Tũc enim proteruos melius corrigimus, cũ ea quæ bene egisse se credũt, malè acta mõstramus, vt vnde adepta creditur gloria, inde vtilis subsequatur confusio. Nonnunq; verò cùm se vitiũ proteruiæ minimè perpetrare cognoscunt, cõpendio- L sius ad correctionem veniũt, si alterius culpæ manifestioris & ex latere requisitæ improperio cõfundãtur, vt ex eo quod defendere nequeunt cognoscant se tenere improbè quod defendunt. Vnde cũ proteruè Paulus Corinthios aduersum se inuicem videret inflatos, vt alius Pauli, alius Apollo, alius Cephę, alius Christi esse se diceret, incesti culpã in mediũ deduxit, quæ apud eos & perpetrata fuerat, & incorrecta remanebat, dicens: Auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis *1.Cor.5.* nec inter gentes, ita vt vxorẽ patris qui habeat. Et vos inflati estis, & nõ magis luctũ habuistis vt tolleret de medio vestrũ qui hoc opus fecit. Ac si apertè dicat: Quid vos per proteruiã huius vel illius dicitis, qui per dissolutionẽ negligẽtiæ nullius vos esse mõstratis? At cõtrà pusillanimes aptius ad iter bene agẽdi reducimus, si quædam bona illorũ ex latere requiramus, vt dũ in eis alia reprehendendo corripimus, alia amplectendo laudemus, quaten' eorũ teneritudinẽ laus audita nutriat, quã culpa increpata castigat. Plerũq; autẽ vtilius apud illos proficimus, si & eorum bene gesta memoramus. Et siqua ab eis inordinatè gesta sunt, non iam tanq; perpetrata corripimus, sed quasi adhuc ne perpetrari debeant prohibemus, vt & illa quæ approbamus, illatus fauor augeat, & cõtra ea quæ reprehendimus, magis apud pusillanimes exhortatio verecunda cõualescat. Vnde idem Paulus cùm Thessalonicenses in accepta prædicatione perdurãtes, quasi de vicino mũdi termino quã- M dã cognoscerent pusillanimitate turbatos, prius in eis quæ fortia prospicit laudat, & cautè monẽdo postmodũ quæ infirma sunt roborat. Ait enim: Gratias agere debemus deo semper *1.Thes.1.* pro vobis fratres, ita vt dignũ est, quoniam supercrescit fides vestra & abundat charitas vniuscuiusq; vestrũ inuicem, ita vt & nosipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei pro patientia vestra & fide. Et cũ blanda hæc vitæ eorũ præconia pręmisisset, paulopost subdidit dicens: Rogamus autẽ vos fratres per ad- *Ibidem.* uentum domini nostri Iesu Christi, & nostrę congregationis in idipsum, vt nõ cito moueamini à vestro sensu neq; terreamini, neq; per spiritum, neq; per sermonẽ, neq; per epistolam tãquã per nos missam, quasi instet dies domini. Egit enim verus doctor vt prius audirent laudati quod recognoscerent, & postmodum quod exhortati sequerentur: quatenus eorum mentem ne commotio subiuncta concuteret, laus præmissa solidaret, & qui commotos eos vicini finis suspicione cognouerat, non iam redarguebat motos, sed quasi transacta nesciens adhuc cõmoueri perhibebat: vt dum de ipsa leuitate monitionis prædicatori suo se cognitos crederent, tanto reprehensibiliores fieri, quanto & cognosci ab illo formidarent.

Admonitio. X.

A Liter admonendi sunt impatientes, atq; aliter patiẽtes. Dicendum nanque est impatientibus quia dum refrænare spiritum negligunt, per multa etiam quæ

non

non appetunt iniquitatũ abrupta rapiuntur, quia videlicet mentem impellit furor quo non trahit desiderĩ, & agit cõmota velut nescius vnde pòst doleat sciens. Dicendum quoque est impatientibus, quia dum motionis impulsu præcipites, quædam velut alienati peragunt, vix mala sua postquam fuerint perpetrata cognoscunt. Qui dum perturbationi suæ minimè obsistunt, etiam si qua à se tranquilla mente fuerant bene gesta cõfundunt, & improuiso impulsu destruũt quicquid forsitan diu labore prouido construxerunt. Ipsa nanque quæ mater est omnium custosque virtutum, per impatientiæ vitium virtus amittitur charitatis. Scriptum quippe est: Charitas patiens est. Igitur cùm minimè est patiens, charitas non est. Per hoc quoque impatientiæ vitium ipsa virtutum nutrix doctrina dissipatur. Scriptum nanque est: Doctrina viri per patientiam noscitur. Tanto ergo quisque minus ostenditur doctus, quanto minus cõuincitur patiens. Neque enim potest veraciter bona docendo impendere, si viuendo nescit æquanimiter aliena mala tolerare. Per hoc quoque impatientiæ vitium plerunque mentem arrogantię culpa transfigit, quia dum despici in mũdo hoc quisque non patitur, bona si qua sibi occulta sunt, ostentare conatur, atque sic per impatientiam vsque ad arrogãtiam ducitur. Dumque ferre despectationem non potest, detegendo semetipsum in ostentatione gloriatur. Vnde scriptum est: Melior est patiens arrogante. Quia videlicet eligit patiens quælibet mala perpeti quàm per ostentationis vitium bona sua occulta cognosci. At
B contrà eligit arrogans bona de se vel falsa iactari, ne mala possit vel minima perpeti. Quia igitur cùm patientia relinquitur, etiam bona reliqua quæ iam gesta sunt destruũtur, rectè ad Ezechielem in altari dei fieri fossa præcipitur, vt in ea videlicet superposita holocausta seruentur. Si enim in altari fossa nõ esset, omne quod in eo sacrificium reperiret superueniens aura dispergeret. Quid vero accipimus altare dei nisi animam iusti, quæ quot bona egerit, tot super se ante eius oculos sacrificia imponit? Quid enim est altaris fossa, nisi bonorum patientia, quæ dum mentem ad aduersa toleranda humiliat, quasi more fossę hanc in imo positam demõstrat? Fossa ergo in altari fiat, ne superpositũ sacrificium aura dispergat, id est, electorum mens patientiam custodiat, ne commota vento impatientiæ, & hoc quod bene operata est amittat. Bene autem hæc eadem fossa vnius cubiti esse memoratur, quia nimirum si patientia non de-
ficitur, vnitatis mensura seruatur. Vnde & Paulus ait: Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Lex quippe Christi est charitas vnitatis, quam soli perficiunt, qui nec cùm grauantur excedunt. Audiant impatientes quod scriptum est in prouerbiis. Melior est vir patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium. Minor enim est victoria vrbium, quia extra sunt quæ subiugantur. Valde autem maius est quod per patientiam vincitur, quia ipse à se animus
C superatur, & is semetipsum sibimetipsi subiicit, quando eum patientia intra se frenari compellit. Audiant impatientes quod electis suis veritas dicat: In patiẽtia vestra possidebitis animas vestras. Sic enim conditi mirabiliter sumus, vt ratio animam, & anima possideat corpus. Ius vero animę à corporis possessione repellitur, si non prius anima à ratione possidetur. Custodem igitur conditionis nostræ patientiam dominus esse monstrauit, quia in ipsa nos possidere nosmetipsos docuit. Quanta ergo sit impatiẽtiæ culpa cognoscimus, per quam & hoc ipsum amittimus possidere quod sumus. Audiant impatientes quod per Salomonem rursum dicitur: Totum spiritum suum profert stultus, sapiens autem differt & reseruat in posterum. Impatientia quippe impellente agitur, vt totus foras spiritus proferatur, quem idcirco perturbatio citius eiicit, quia nulla interius disciplina sapientiæ circũcludit. Sapiens autẽ differt & reseruat in posterum. Læsus enim in præsenti se vlcisci non desiderat, qui etiã tolerans parci optat, sed tamẽ iustè vindicari omnia extremo iudicio nõ ignorat. At contrà admonẽdi sunt patiẽtes, ne in eo quod exterius portant interius doleant, ne tantæ virtutis sacrificiũ quod integrum foras immolant, intus malitię pestę cortũpant, & cùm ab hominibus non agnoscitur, sed tamẽ sub diuina examinatione peccatur, tanto deterior culpa doloris fiat, quanto sibi ante homines virtutis speciem vendicat: Dicendum itaque est patientibus vt studeant diligere quos sibi necesse est tolerare, ne si patientiã dilectio nõ sequatur, in deteD riorem culpam odij virtus ostensa vertatur. Vnde Paulus cùm diceret: Charitas patiens est, illico adiunxit: benigna est, videli- 1. Cor. 13.
cet ostendens, quia quos ex patientia tolerat, amare etiam ex benignitate non cessat. Vnde idem doctor egregius cum patientiam discipulis suaderet dicens: Omnis amaritudo, & ira & in- Ephes. 4.
dignatio, & clamor, & blasphemia auferatur à vobis cum omni malitia, quasi cunctis exterius iam bene compositis, ad interiora cõuertitur, dum subiungit: Cũ omni malitia. Quia nimirum Ibidem.
frustra indignatio clamor & blasphemia ab exterioribus tollitur, si in interioribus vitiorum mater malitia dominatur. Et incassum foras nequitia ex ramis inciditur, si surreptura multiplicius intus in radice seruatur. Vnde & per semetipsam veritas quoque dicit: Diligite inimicos vestros, & benefacite his Matth. 5.
qui oderunt vos, & orate pro persequentib' & calumniantibus vos. Virtus itaque est coram hominibus, aduersarios tolerare, sed virtus coram deo diligere: quia hoc solum deus sacrificium accepit, quod quidem ante eius oculos in altari boni operis flãma charitatis incendit. Hinc est quod rursum quibusdam patientibus nec tamen diligentibus dicit: Quid autem vides festu- Matt. 7.
cam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Per- & Luc. 6.
turbatio quippe impatientiæ festuca est, malitia vero in corde, trabes in oculo. Illam nãque aura tentationis agitat, hanc autem consummata nequitia penè immobiliter portat. Rectè verò illic subiungitur: Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo, Ibidem.
& tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui. Ac si dicatur menti iniquæ interius dolenti, & sanctam se exterius per- E
patientiam demonstranti, prius à te molem malitiæ excute, & tũc alios de impatientiæ leuitate reprehende, ne dum non studes simulationem vincere, peius tibi sit aliena praua tolerare. Euenire etiam plerunque patientibus solet, vt eo quidem tempore quo vel aduersa patiuntur, vel contumelias audiunt, nullo dolore pulsentur, & sic patientiam exhibeant, vt custodire etiam cordis innocentiam non omittant, sed cùm post paululum hæc ipsa quæ pertulerunt ad memoriam reuocant, igne se doloris inflammant, argumenta vltionis inquirunt, & mansuetudinem quã tolerantes habuerunt, retractantes in malitiam vertũt. Quibus citius à prædicatione succurritur, si quæ sit huius permutationis causa pandatur. Callidus nanque aduersarius bellum contra duos mouet, vnum videlicet inflammans vt contumelias prior inferat, alterum prouocans vt contumelias læsus reddat. Sed plerunque dum iam huius victor est qui iniuriam persuasus irrogat, ab illo vincitur qui illatam contumeliam sibi æquanimiter portat. Vnius ergo victor quem commouendo subiugauit, tota contra alterum virtute se erigit, eumque obsistentem fortiter & vincentem dolet, quem quia commouere in ipsa contumeliarum iaculatione nõ potuit, ab aperto certamine interim quiescens, & secreta suggestione cogitationem lacessens, aptum tempus deceptionis inquirit. Quia enim publico bello victo- F
riam perdidit, ad exercendas occultè insidias exardescit. Quietis nanque tempore iam ad victoris animum redit, & vel rerum damna aut iniuriarum iacula ad memoriam reducit, cunctaque quæ sibi illata sunt, vehementer exaggerans intolerabilia ostendit. Tantóque mentem mœrore conturbat vt plerunque vir patiens illa se æquanimiter tolerasse post victoriam captiuus erubescat, seque nõ reddidisse contumelias doleat, & deteriora rependere si occasio præbeatur quærat. Quibus ergo isti similes sunt, nisi his qui per fortitudinẽ in cãpo victores sunt, sed per negligentiam postmodum intra vrbis claustra capiuntur? Quibus sunt similes, nisi iis quos irruens grauis languor à vita non subtrahit, sed leuiter veniens recidiua febris occidit? Admonẽdi sunt igitur patientes, vt corpus victoria muniant, vt hostẽ publico bello superatum insidiari mœniis mentis intendant, & languorem plus repẽtem timeant, ne hostis callidus eo in deceptione postmodum maiori exultatione gaudeat, quo illa dudum contra se rigida colla victorum calcat.

Admonitio. XI.

Liter admonendi sunt beneuoli, atque aliter inuidi.

A Admonendi nanque sunt beneuoli, vt sic alienis bonis congaudeant, quatenus habere & propria concupiscant. Sic proximorum facta diligendo laudent, vt ea etiam imitando multiplicent, ne si in hoc præsentis vitæ stadio ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

G certamen alienum deuoti fautores sed pigri spectatores assistant, eo post certamen sine brauio remaneant, quo nunc in certamine non laborant, & tunc eorum palmas afflicti respiciant, in quorũ nunc laboribus otiosi perdurant. Valde quippe peccamus, si aliena bene gesta non diligimus. Sed nihil meredis agimus, si ea quæ diligimus, inquantum possumus non imitamur. Dicendum itaque est benevolis, quia si imitari bona minimè festinent, quæ laudantes approbant, sic eis virtutum sanctitatis sicut stultis spectatoribus ludierarum artium vanitas placet. Illi nanque aurigarum & histrionum gesta fauoribus efferunt, nec tamen tales esse desiderant, quales illos conspiciunt esse quos laudant, mirantur eos placita egisse, sed tamen deuitant similiter placere. Dicendum est benevolis vt cùm proximorum facta conspiciunt, ad suum cor redeant, & de alienis actibus non præsumant, ne bona laudent & agere recusent. Grauius quippe extrema vltione feriendi sunt, quibus placuit quod imitari noluerunt. Admonendi sunt inuidi vt perpendant quantæ cæcitatis sunt, qui alieno profectu deficiunt, aliena exaltatione contabescunt. Quantæ infœlicitatis sunt qui melioratione proximi deteriores fiunt, dumque augmenta alienæ prosperitatis aspiciunt, apud semetipsos anxij afflicti cordis sui peste moriũtur? Quid istis infœlicius, quos dum cõspecta fœlicitas afficit, pœna nequiores reddit? Aliorum vero bona quæ habere nõ possunt, si diligerent, sua facerẽt. Sic
H quippe sunt vniuersi consistẽtes in fide sicut multa membra vno continẽtur in corpore, quæ per officium quidem diuersa sunt, sed eo quo sibi vicissim congruunt, vnum fiunt. Vnde fit vt pes per oculum videat, & per pedes oculi gradiantur, ori auditus auriũ seruiat, & ad vsum suum auribus oris lingua concurrat, suffragetur venter manibus, ventri operentur manus. In ipsa igitur corporis positione accipimus, quod in actione seruemus. Nimis itaque turpe est nõ imitari quod sumus. Nostra sunt nimirũ, quæ etsi imitari non possumus, amamus in aliis, & amantium fiunt quæque amantur in nobis. Hinc ergo pensent inuidi, charitas quanta virtutis est, quæ alieni quoque laboris opera nostra facit sine labore. Dicendum itaque est inuidis, quia dum se à liuore minimè custodiunt, in antiquã versuti hostis nequitiam demerguntur. De illo nanque scriptum est: Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarũ. Quia enim ipse malignus spiritus aduersarius noster cœlum perdidit, condito ad hoc homini inuidit, & damnationem suam perditus adhuc alios perdendo cumulauit. Admonendi sunt inuidi, vt cognoscant quãtis lapsibus sucrescentis ruinæ subiaceant, quia dum liuorem à corde non proiiciunt, ad apertas operum nequitias deuoluuntur. Nisi enim Cain inuidisset fratris acceptam hostiam, minimè peruenisset ad extinguendam vitam.

Sapien. 2.

Genes. 4.

Vnde scriptum est: Respexit dominus ad Abel & ad munera
I eius, ad Cain verò & ad munera eius non respexit. Iratúsque

Ibidem.

est Cain vehementer, & concidit vultus eius. Liuor itaque sacrificij fratricidij seminarium fuit. Nam quem meliorem se esse doluit, ne vtcunque esset amputauit. Dicendum est inuidis, quia dum se ista intrinsecus peste consumunt, etiam quicquid in se aliud boni hãbere vidẽtur interimunt. Vnde scriptum est:

Prouer. 14.

Vita carnium sanitas cordis, putredo ossium inuidia. Quid enim per carnes nisi infirma quædam ac tenera, & quid per ossa nisi fortia acta signantur? Et plerũque contingit vt quidam cũ cordis innocentia in nonnullis suis actibus infirmi videantur, quidam verò iam quædam ante humanos oculos robusta exerceant, sed tamen erga aliorum bona intus inuidiæ pestilentia tabescant. Bene ergo dicitur, vita carnium sanitas cordis, quia si mentis innocentia custoditur, etiam si qua foris infirma sunt quandoque roborantur. Et rectè illic subditur, putredo ossiũ inuidia, quia per liuoris vitium ante dei oculos pereunt etiam quæ humanis oculis fortia vidẽtur. Ossa quippe per inuidiam putrescere, est quędam etiam robusta deperire.

Admonitio. XII.

Liter admonendi sunt simplices, atque aliter impu-
A ri. Laudandi sunt simplices quòd studeant nunquam falsa dicere, sed admonendi sunt vt nouerint nonnunquam vera reticere. Sicut enim semper dicentem falsitas læsit, ita nonnunquam quibusdam audita veritas nocuit. Vnde coram discipulis dominus locutionem suam silentio temperans ait: Multa habeo vobis dicere, sed nunc non potestis il- *Ioan. 16.*
la portare. Admonendi sunt igitur simplices vt sicut fallaci- B
am semper vtiliter vitant, ita veritatem semper vtiliter proferant. Admonendi sunt, vt simplicitatis bono prudentiam adiungant, quatenus sic securitatem de simplicitate possideant, vt circunspectionem prudentiæ non amittant. Hinc nanque per doctorem gentium dicitur: Volo vos sapientes esse in bono, simplices autem in malo. Hinc electos suos per semetipsam veritas admonet dicens: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Quia videlicet in electorum cordibus debet & simplicitatem columbæ astutia serpentis acuere, & serpentis astutiam columbæ simplicitas temperare, quatenus nec seducti per prudentiam calleant, nec ab intellectus studio ex simplicitate torpescant. At contra admonẽdi sunt impuri, vt quàm grauis sit quem cum culpa sustinent duplicitatis laborem agnoscant, dum enim deprehendi metuunt, semper improbas defensiones quærunt, semper pauidis suspicionibus agitantur. Nihil autem est ad defendendum puritate tutius, nihil ad dicẽdum veritate facilius. Nam dum falsitatem suam tueri conatur, duro cor labore fatigatur. Hinc nanque scriptum est: Labor la- *Psalm.*
biorũm suorum operiet eos. Qui enim nunc implet tunc operiet, quia cuius nunc animum per blandam inquietudinem exerit, tunc per asperam retributionem premit. Hinc per Hiere- *Hiere.*
miam dicitur: Docuerunt linguam suam loqui mendacium, vt
inique agerent laborauerunt. Ac si apertè diceretur: Qui ami- L
ci esse veritatis potuerunt sine labore, vt peccent laborant: cum
que viuere simpliciter renuunt, laboribus exigunt vt moriantur. Nam plerunque in culpa deprehensi, dum quales sint cognosci refugiunt, sese sub fallaciæ velamine abscondunt, & hoc quoc peccant, quodque iam apertè cernitur, excusare moliuntur, ita vt sæpe is qui eorum culpas & corripere studet, aspersæ falsitatis nebulis seductus, penè amisisse se videat quod de eis iam certũ tenebat. Vnde rectè sub Iudææ specie per prophetam contra peccantem animam excusantemque se, dicitur: *Esa. 34.*
Ibi habuit foueam Hericius. Hericij quippe nomine impuræ mentis sesequè callidè defendentis duplicitas designatur, quia videlicet Hericius cùm apprehenditur, & caput eius cernitur, & pedes videntur, & corpus omne cõspicitur, sed mox vt apprehensus fuerit, semetipsum in sphæram colligit, & pedes introrsus subtrahit, caput abscondit, & intra tenẽtis manus totus simul amittitur, qui totus simul antè videbatur. Sic nimirũ sic impuræ mentes sunt, cùm in suis excessibus comprehenduntur. Caput enim hericij cernitur quia quo initio ad culpam peccator accesserit videtur. Pedes hericij conspiciuntur, quia quibus vestigiis nequitia sit perpetrata cognoscitur: & tamen adductis repentè excusationibus impura mens introrsus pedes colligit: quia cuncta iniquitatis suæ vestigia abscondit. Caput subtrahit: quia miris defensionibus nec inchoasse se malum a- M
liquod ostendit. Et quasi sphæra in manu tenentis remanet: quia is qui corripit, cuncta quæ iam cognouerat, subito amittens inuolutum intra conscientiam peccatorem tenet, & qui totum iam deprehendendo viderat, tergiuersatione præuæ defensionis illusus totum pariter ignorat. Foueam ergo habet hericius in reprobis, quia malitiosæ mentis duplicitas sese intra se colligens abscondit in tenebris defensionis. Audiant impuri quod scriptum est: Qui ambulat simpliciter, ambulat *Prouer. 10.*
confidenter. Fiducia quippe magnæ securitatis, est simplicitas actionis. Audiant quod sapiẽtis ore dicitur: Spiritus sanctus di *Sapien.*
sciplinæ effugiet fictum. Audiant quod scriptura rursum testatur: Cum simplicibus sermocinatio eius. Deo enim sermocinari est per illustrationem suæ præsentiæ humanis mentibus arcana reuelare. Cum simplicibus igitur sermocinari dicitur: quia de supernis mysteriis illorum mẽtes radio suæ visitationis illuminat, quos nulla vmbra duplicitatis obscurat. Est enim speciale duplicium malũ quia dum peruersa & duplici actione cæteros fallunt quasi præstantius cæteris prudentes se esse gloriantur. Et quia districtionem retributionis nõ considerant, de dãnis suis miseri exultant. Audiant antẽ quomodo super illos propheta Sophonias vim diuinæ animaduersiõis intẽdat dicẽs: Ecce dies domini venit magnus & horribilis dies illa dies iræ, *Soph.*
dies tenebrarũ & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clãgoris super omnes ciuitates munitas, & sup omnes angulos excelsos,

A excelsos. Quid enim per ciuitates munitas exprimitur, nisi suspectæ mentes & fallaci semper defensione circundatæ, quæ quotiens earum culpa corripitur, veritatis ad se iacula non admittunt? Et quid per excelsos angulos, nisi duplicitas impuræ mentis intelligitur? Duplex quippe semper est in angulis paries. Quid per angulos parietis nisi impura corda signatur? Quę dum veritatis simplicitatem fugiunt, ad semetipsa quodammodo duplicitatis peruersitate replicantur. Et quod est deterius, apud cogitationes suas in fastu prudētiæ ex ipsa se culpa impuritatis extollunt. Dies igitur domini vindictæ atque animaduersionis plena super ciuitates munitas & super excelsos angulos venit, quia ira extremi iudicij humana corda & defensionibus contra veritatem clausa destruit, & duplicitatibus inuoluta dissoluit. Tunc enim munitæ ciuitates cadunt, quia mentes deo suspectæ damnantur. Tunc excelsi anguli corruunt: quia corda quæ se per impuritatis prudentiam erigunt, per iustitiæ sententiam posternuntur.

Admonitio. XIII.

Liter admonendi sunt incolumes, atque aliter ægri.

A Admonēdi sunt incolumes vt salutem corporis exerceant ad salutem mentis, ne si acceptæ incolumitatis gratiam ad vsum nequitiæ inclinant, dono deteriores fiant, & eo postmodum supplicia grauiora mereātur, quo nunc largioribus bonis dei male vti non metuunt. Admonendi sunt incolu-

B mes, ne opportunitatem salutis in perpetuum promerendæ despiciant. Scriptum nanque est: Ecce nunc tempus acceptabile, 2.Cor.6. ecce nunc dies salutis. Admouendi sunt ne placere deo si cùm possunt noluerint, cum voluerint sero non possint. Hinc est enim quòd eos pòst sapiētia deserit, quos prius diutius renuētes Prouer.1. vocauit, dicens: Vocaui & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo cùm vobis quod timebatis aduenerit: Et Ibidem. rursum: Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane consurgent, & non inuenient me. Salus itaque corporis quando ad bene operandum accepta despicitur, quanti sit muneris amissa sentitur. Et infructuose ad vltimum quæritur quæ congruo concessa tempore vtiliter nō habetur. Vnde bene per Salomonem rur Prouer.5. sum dicitur: Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis quando consumpseris carnem & corpus tuum. Qui nanque alieni à nobis sunt, nisi maligni spiritus, qui à cœlestis sunt patriæ sorte separati? Quis vero honor noster est, nisi quia in luteis corporibus conditi ad conditoris tamen nostri sumus imaginem & similitudinē creati? Vel quis alius crudelis est, nisi ille angelus apostata, qui & semetipsum pœna mortis superbiendo perculit: & inferre mortem humano generi etiam perditus nō pepercit? Honorem ita-

C que suum alienis dat, qui ad dei imaginem & similitudinē conditus, vitæ suæ tempora malignorum spirituum voluntatibus administrat. Annos etiam suos crudeli tradit, qui ad voluntatem malè dominantis aduersarij accepta viuendi spatia expendit. Vbi bene subditur: Ne forte impleantur extranei viribus Ibidem. tuis, & labores tui sint in domo aliena. Quisquis enim per acceptam valetudinem corporis, per tributum sibi sapientiam mē tis non exercendis virtutibus, sed perpetrandis vitiis elaborat, nequaquam suis viribus suam domum, sed extraneorum habitacula, id est, immundorum spirituum facta multiplicat, nimirum vel luxuriando, vel superbiendo agens vt etiam se addito Ibidem. perditorum numerus crescat. Bene autem subditur: Et gemas in nouissimis quando consumpseris carnem & corpus tuum. Plerunque accepta salus carnis per vitia expenditur, sed cùm repēte subtrahitur, cùm molestiis caro atteritur, cum iam egredi anima vrgetur, diu male habita quasi ad bene viuendum salus amissa requiritur. Et tunc gemunt homines quod deo seruire noluerunt, quando damna negligentiæ suæ recuperare Psal.77. seruiendo nequaquam possunt. Vnde aliàs dicitur: Cùm occideret eos, tunc requirebant eum. At contrà admonendi sunt ægri, vt eos se filios dei sentiant quos illos disciplinæ flagella castigant. Nisi enim correctis hęreditatem dare disponeret, erudire eos per molestias non curaret. Hinc náque ad Ioannem Apoc.3. dominus per angelum dicit: Ego quos amo arguo & castigo.

Hinc rursum scriptum est: Fili mi noli negligere disciplinam D domini, neque fatigeris cùm ab eo argueris. Quem enim di- Heb.12. ligit dominus castigat, flagellat autem omnē filium quem recipit. Hinc Psalmista ait: Multæ tribulationes iustorum, & de om Psal.33. nibus his liberauit eos dominus. Hinc quoque beatus Iob in dolore exclamans ait: Si iustus fuero non leuabo caput, saturatus afflictioné & miseria. Dicendum est ægris, vt si cœlestem Iob.19. patriam suam esse credunt, necessario in hac labores velut in aliena patiantur. Hinc est enim quòd lapides extra tunsi sunt, vt in constructione templi domini absque mallei sonitu ponerentur, quia videlicet nunc foris per flagella tundimur vt intus in templum dei postmodum sine disciplinæ percussione disponamur, quatenus quicquid in nobis est superfluum, modo percussio resecet, & tunc solanos in ædificio concordia charitatis liget. Admonendi sunt ægri, vt considerent pro percipiendis terrenis hæreditatibus, quomodo dura carnales filios disciplinæ flagella castigent. Quæ ergo nobis diuinæ correptionis pœna grauis est, per quam & nunquam amittenda hæreditas percipitur, & semper mansura supplicia vitantur? Hinc etenim Paulus ait: Patres quidē carnis nostræ habuimus eruditores, & re- Heb.12. uerebamur eos, nónne multo magis obtemperabimus patri spirituum & viuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundum voluntatem suam erudiebant nos. Hic autem ad id quod vtile est in recipiendo sanctificationem eius. Admonendi sunt ægri, vt considerent quanta salus cordis sit mole- E stia corporalis, quæ ad cognitionem sui mentem reuocat, & quam plerunque salus abiicit, infirmitatis memoria reformat, vt animus qui extra se in elationem ducitur, cui sit conditioni subditus, ex percussa quam sustinet carne memoretur. Quod recte per Balaam, si tamen vocem dei subsequi obediendo voluisset, in ipsa eius itineris retardatione signatur. Balaam nanque vt peruenire ad propositum tendit: sed eius votum animal cui præsedit, præpedit. Prohibitione quippe immorata asina angelum videt, quem humana mens non videt, quia plerunque caro per molestias tarda flagello suo menti deum indicat, quem mens ipsa carni præsidens non videbat, ita vt anxietatem spiritus proficere in hoc mundo cupientis, velut iter tendentis impediat, donec ei inuisibilem qui sibi obuiat innotescat. Vnde bene per Petrum dicitur: Correptionem habuit suæ vesaniæ sub- 2.Pet.2. iugalem mutum, quod in hominis voce loquens prohibuit prophetæ insipientiam. Insanus quippe homo à subiugali muto corripitur, quando elata mens humilitatis bonum quod tenere debeat ab afflicta carne memoratur. Sed huius correptionis donum idcirco Balaam non obtinuit, quia ad maledicendum pergens vocem non mentem mutauit. Admonendi sunt ægri, vt considerent quanti sit muneris molestia corporalis, quæ & admissa peccata diluit, & ea quæ admitti poterant compescit, quæ sumpta ab exterioribus plagis, concussæ menti pœnitentię vul- F nera infligit. Vnde scriptum est: Liuor vulneris abstergit ma- Prouer.20. la, & plagæ in secretioribus ventris. Mala enim liuor vulneris abstergit, quia flagellorum dolor vel cogitatas, vel perpetratas nequitias diluit. Solet vero ventris appellatione mens plerunque accipi, quia sicut venter consumit escas, ita mens pertractādo excoquit curas. Quia enim vēter mens dicitur, ea sententia docetur qua scriptum est: Lucerna domini spiraculū hominis, quę inuestigat omnia secretavētris, Ac si diceret: Diuini af- Ibidem. flatus illuminatio cùm in mentē hominis venerit, eā sibimetipsi illuminās ostēdit, quæ ante spiritus sancti aduentū cogitationes prauas & portare poterat, & pensare nesciebat. Liuor ergo vulneris abstergit mala, & plagæ in secretioribus ventris, quia dū exterius percutimur, ad peccatorū nostrorum memoriam taciti afflictique reuocamur, atque ante oculos nostros cūcta quæ à nobis sunt malè gesta reducim⁹, & per hoc quod foris patimur, magis intus quod fecimus dolemus, vnde fit vt inter aperta vulnera corporis amplius nos abluat plaga secreta ventris, quia sanat nequitias praui operis occultum vulnus doloris. Admonendi sunt ægri, quatenus patientiæ virtutem seruent vt incessanter quanta redēptor noster ab his quos creauerat pertulit mala considerent, quòd tot obiecta conuitiorum probra sustinuit: quòd de manu antiqui hostis captiuorum animas quotidie rapiens insultantium alapas accepit: quòd aqua salutis nos diluens, à perfidorū sputis faciem non abscōdit: quòd vocatione

G suanes ab æternis suppliciis liberans tacitus flagella tolerauit: quòd inter angelorũ choros perennes nobis honores tribuens, colaphos pertulit: quòd à peccatorum nos punctionibus saluãs, spinis caput supponere non recusauit: quòd æterna nos dulcedine debrians: in siti sua fellis amaritudinem accepit, quòd pro nobis patrem quanuis diuinitate esset æqualis adorauit, sub irrisione adoratus tacuit: quòd vitam mortuis præparans, vsque ad mortem ipse vita peruenit. Cur itaque asperum creditur vt à deo homo toleret flagella pro malis, si tanta deus ab hominibus pertulit mala pro bonis? Aut quis sana intelligentia de percussione sua ingratus existit, si ipse hinc sine flagello non exit, qui hic sine peccato vixit?

Admonitio. XIIII.

Liter admonendi sunt, qui flagella metuũt, & propter-
A ea innocenter viuunt, atque aliter admonendi sunt qui sic in iniquitate duruerunt, vt neque per flagella corrigantur. Dicendum nanque est flagella timentibus, vt & bona tẽporalia nequaquam pro magno desiderent, quæ adesse etiã prauis vident, & mala præsentia nequaquam velut intolerabilia fugiant, quibus hic plerunque etiam bonos affici non ignorant.

Admonendi sunt qui flagella metuunt, vt si malis veraciter carere desiderant, æterna supplicia perhorrescãt, neque in hoc suppliciorum timore permaneant, sed ad amoris gratiam nutri-
1. Ioan. 4. mento charitatis excrescant. Scriptum quippe est: Perfecta cha-
Rom. 8. ritas foras mittit timorem. Et rursum scriptum est: Non accepi-
H stis spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. Vnde idem doctor
2. Cor. 3. iterum dicit: Vbi spiritus domini, ibi libertas. Si ergo adhuc à praua actione formidata pœna prohibet, profectò formidantis animum nulla spiritus libertas tenet. Nam si pœnam nõ metueret, culpam proculdubio perpetraret. Ignorat itaque mens gratiam libertatis, quam ligat seruitus timoris. Bona enim pro semetipsis amanda sunt, & non pœnis compellentibus exequenda. Nam qui propterea bonum facit, quia tormentorum mala metuit, vult non esse quod metuat, vt audacter illicita committat. Vnde luce clarius constat, quòd coram deo innocẽtia amittitur, ante cuius oculos desiderio peccatur. At contra hi, quos ab iniquitatibus nec flagella compescunt, tãto acriori inuectione feriendi sunt, quanto maiore insensibilitate duruerunt. Plærunque enim sine dedignatione dedignandi sunt, sine desperatione desperandi, ita duntaxat vt & offensa desperatio formidinem incutiat, & subiuncta admonitio ad spem reducat. Districtæ itaque contra illos diuinæ sententiæ proferendæ sunt, vt ad
Prouer. 27. cogitationem sui considerata æterna animaduersione reuocentur. Audiant enim in se impletum esse quod scriptum est: Si cõtuderis stultum in pila, quasi ptisanas feriente desuper pilo, nõ auferetur ab eo stultitia eius. Contra hos propheta domino cõ-
Hier. 5. queritur, dicẽs: Attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinã.
I Hinc est quod dominus dicit: Interfeci & perdidi populũ istũ,
Esaiæ. 9. & tamen à viis suis non sunt reuersi. Hinc rursum ait: Populus
Hier. 51. non est reuersus ad percutientem se. Hinc voce flagellantium propheta Hieremias conqueritur, dicens: Curauimus Babylonem, & non est sanata. Babylon quippe curatur, nec tamen ad sanitatem reducitur, quando mens in praua actione confusa verba correctionis audit, flagella correptionis percipit, & tamẽ ad recta salutis itinera redire contemnit. Hinc captiuo populo Israëlitico, nec tamen ab iniquitate conuerso dominus exprobrat
Ezech. 22. dicens: Versa est mihi domus Israel in scoriam, omnes isti facti sunt mihi æs, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis. Ac si apertè dicat: Purgare eos per ignem tribulationis volui, & argentum illos vel aurum fieri quæsiui, sed in fornace mihi æs, stannum, & ferrum, & plumbum versi sunt, quia non ad virtutem, sed ad vitia etiam in tribulatione proruperunt. Aes quippe dum percutitur, amplius metallis cæteris sonitum reddit. Qui igitur in percussione positus erumpit ad sonitum murmurationis, in æs versus est in medio fornacis. Stannum verò cùm ex arte componitur, argenti speciem mentitur. Qui verò simulationis vitio non caret in tribulatione, stannum factus est in fornace. Ferro autem vritur, qui vitæ proximi insidiatur. Ferrum itaque in fornace est, qui nocendi malitiam non amittit in tribulatione. Plumbum quoque cæteris metallis est grauius. In fornace ergo plumbum inuenitur, qui sic peccati sui pondere premitur, vt etiam in tribulatione positus à terrenis K
desideriis non leuetur. Hinc rursum scriptum est: Multo labo- Ezech.
re sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius neque per ignem. Ignem quippe nobis tribulationis admonet, vt in nobis rubiginem vitiorum purget, sed nec per ignem rubiginem amittimus, quando & inter flagella vitio non caremus. Hinc prophe-
ta iterum dicit: Fruſtra conflauit conflator, malitiæ eorum sunt Hier.
consumptæ. Sciendum verò est, quòd nonnunquam cùm inter flagellorum duritiam remaneant incorrecti, dulci sunt admonitione mulcendi. Quos enim cruciamenta non corrigunt, nonnunquam ab iniquis actionibus lenia blandimenta compescũt. Quia & plærunque ægros quos fortis pigmentorum potio curare non valuit, ad salutem pristinam tepens aqua reuocauit, & nonnulla vulnera quæ curari incisione nequeunt, fomentis olei sanantur. Et durus adamas incisionem ferri minime recipit, sed leni hircorum sanguine mollescit.

Admonitio. XV.

Liter admonendi sunt nimis taciti, atque aliter multilo-
A quio vacantes. Insinuari nanq; nimis tacitis debet, quia dum quædam vitia incautè fugiunt, occultè deterioribus implicantur. Nam sæpe linguam quia immoderatius premunt, in corde grauius multiloquium tolerant, vt eo plus cogitationes in mente ferueant, quo illas violenta custodia indiscreti silentij angustat. Quæ plærũque tanto latius quoque diffluũt, quanto se esse securius æstimant, quia foris à reprehensoribus L
non videntur. Vnde nonnunquam mens in superbiam tollitur, & quos loquentes audit, quasi infirmos despicit. Cúmq; os corporis claudit, quantum se vitiis superbiendo aperiat non cognoscit. Linguam etenim premit, mentem eleuat. Et cum suam malitiam atque nequitiam minimè considerat, tanto apud se cunctos liberius, quanto & secretius accusat. Admonendi sunt igitur nimis taciti, vt scire sollicitè studeant, non solum quales exterius ostendere, sed etiam quales se debeant interius exhibere, vt plus ex cogitationibus occultum iudicium, quàm ex sermonibus reprehensionem metuant proximorum. Vnde per Salomonem quoque scriptum est: Fili mi attende sapientiam meã, Prou.
& prudentiæ meæ inclina aurem tuam, vt custodias cogitationes. Nihil quippe in nobis est corde fugacius, quod à nobis totiens recedit, quotiens per prauas cogitationes defluit. Hinc etenim Psalmista ait: Cor meum dereliquit me. Hinc ad semetip- Psal.
ipsum rediens, ait: Inuenit seruus tuus cor suum vt oret te. Cùm ergo cogitatio per custodiam restringitur, cor quod fugere cõsueuit, inuenitur. Plærunque autem nimis taciti cùm nonnulla iniusta patiuntur, eo in acriorem dolorem prodeũt, quo ea quæ sustinent, non loquuntur. Nam si illatas molestias tranquillæ linguæ sermone dicerent, à conscientia dolor emanaret. Vulnera enim clausa plus cruciant. Nam cùm putredo quæ interius feruet eiicitur, ad salutem dolor aperitur. Scire igitur debent, qui plusquam expedit tacent, ne inter molesta quæ tolerant dum lin- M
guam tenent, vim doloris exaggerent. Admonẽdi sunt enim, vt si proximos sicut se diligunt, minimè illis taceant vnde eos iustè reprehendant. Vocis enim medicamine vtrorumq; saluti cõcurritur, dum & ab illo qui infert, actio praua atq; peruersa cõpescitur, & ab hoc qui sustinet, doloris feruor vulnere aperto tẽperatur. Qui enim proximorum mala respiciunt, & tamen in silentio linguam premunt, quasi conspectis vulneribus vsum medicaminis subtrahunt, & eo mortis auctores fiunt, quo virus quod potuerunt, curare noluerunt. Lingua itaque discretè frenanda est, non insolubiliter obliganda. Scriptum nanque est: Eccles.
Sapiens tacebit vsque ad tempus, vt nimirum cùm opportunum considerat, postposita censura silentij, loquendo quæ congruunt, in vsum se vtilitatis impendat. Et rursum quoque scriptum est: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Discretè Eccles.
quippe vicissitudinum pensanda sunt tempora: ne aut cum restringi lingua debet, per verba inutiliter defluat, aut cum loqui vtiliter potest, semetipsam pigrè restringat. Quod bene Psalmista considerans dicit: Pone domine custodiam ori meo, Psalm.
& ostium circumstantiæ labiis meis. Non enim poni ori suo parietem, sed ostium petit, quod videlicet aperitur & clauditur. Vnde & nobis cautè discendum est, quatenus os discrete & cõgruo tempore vox aperiat, & rursum congruo taciturnitas claudat. At contrà admonendi sunt multiloquio vacantes,

vt vigilanter

A vt vigilanter aspiciant à quãto rectitudinis statu depereunt, dum per multiplicia verba dilabuntur. Humana etenim mens aquæ more & circuncluſa ad ſuperiora colligitur, quia illud repetit vnde deſcendit, & relaxata deperit, quia ſe per infima inutiliter ſpargit. Quod enim ſuper ſe vacuis verbis à ſilentij ſui cenſura diſſipatur, quaſi tot riuis extra ſe ducitur. Vnde & redire interius ad ſui cognitionem non ſufficit, quia per multiloquium ſparſa à ſecreto ſe intimæ conſiderationis excludit. Totam verò ſe inſidiantis hoſtis vulneribus detegit, quia nulla munitio- *Prouer. 25.* ne cuſtodiæ circuncludit. Vnde ſcriptum eſt: Sicut vrbs patens & abſque murorum ambitu, ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. Quia enim murum ſilentij non habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis. Et cum ſe per verba extra ſemetipſam eiicit, apertam ſe aduerſario oſtendit. Quam tanto ille ſine labore ſuperat, quanto & ipſa quæ vincitur, contra ſemetipſam per multiloquium pugnat. Plerunque autem dum per quoſdam gradus deſidioſa mens in lapſum caſus impellitur, dum otioſa cauere verba negligimus, ad noxia quandoque peruenimus, vt prius loqui aliena libeat, & poſtmodum detractionibus eorum vitam de quibus loquitur mordeat, ad extremum vero vſque ad apertas lingua contumelias erumpat. Hinc ſeminãtur ſtimuli, oriuntur rixæ, accenduntur faces odio-
B rum, pax extinguitur cordium. Vnde bene per Salomonem di- *Prouer. 17.* citur: Qui dimittit aquam, caput eſt iurgiorum. Aquam quippe dimittere, eſt linguam in fluxum eloquij relaxare. Quo con- *Prouer. 18.* tra in bona etiam parte iterum dicitur: Aqua profunda verba ex ore dei. Qui ergo dimittit aquam, caput eſt iurgiorum, quia qui linguam non refrenat, concordiam diſſipat. Vnde è diuer- *Prouer. 26.* ſo ſcriptum eſt: Qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat. Quia autem multiloquio quiſque ſeruiens linguam frenare nequiuerit, accidit vt rectitudinem iuſtitiæ tenere nequaquam poſſit, quod teſtatur propheta qui ait: Vir linguoſus non dirige- *Pſal. 139.* tur ſuper terram. Hinc quoque Salomon iterum dicit: In mul- *Prouer. 10.* tiloquio non deerit peccatum. Hinc Eſaias ait: Cultus iuſtitiæ, *Eſa. 32.* ſilentiũ: videlicet indicans, quia mẽs à iuſtitia deſolatur, quando ab immoderata locutione non parcitur. Hinc Iacobus ait: Si *Iaco. 1.* quis putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam, ſed *Ibidem.* ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio. Hinc rurſus ait: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. *Iaco. 3.* Hinc iterum [vim linguæ definiens] adiungit: Lingua inquietum malum, plena veneno mortifero. Hinc per ſemetipſam nos *Mat. 12.* veritas admonet dicens: Omne verbum otioſum quod locuti fuerint homines reddent de eo rationem in die iudicij. Otioſum quippe verbum eſt, quod aut ratione iuſtæ neceſsitatis, aut intẽtione piæ vtilitatis caret. Si ergo de otioſo ſermone ratio exigi-
C tur, penſemus quæ pœna multiloquium maneat, in quo etiam per noxia verba peccatur.

Admonitio. XVI.

Liter admonendi ſunt pigri, atque aliter præcipites. Il-
A li nanque ſuadendi ſunt ne agenda bona dum differunt amittant, iſti vero admonendi ſunt ne dum bonorum tempus incautè feſtinando præueniunt, eorum merita immutent. Pigris itaque intimandum quod ſæpe dum opportunè agere quæ poſſumus nolumus, paulopoſt cùm volumus non valemus. Ipſa quippe mentis deſidia dum congruo feruore non accenditur, à bonorum deſiderio funditus conualeſcente furtim *Prouer. 19.* torpore mactatur. Vnde apertè per Salomonem dicitur: Pigredo immittit ſoporem. Piger enim rectè ſentiendo quaſi vigilat, quamuis nihil operando torpeſcat. Sed pigredo ſoporem immittere dicitur, quia pauliſper etiam rectè ſentiendi vigilantia amittitur, dum à bene operandi ſtudio ceſſatur. Vbi rectè ſubiungitur: Et anima diſſoluta eſuriet. Nam mens quia ſe ad ſuperiora ſtringendo non dirigit, neglectam ſe inferius per deſideria expandit. Et dum ſtudiorum ſublimium vigore non conſtringitur, cupiditatis infimæ fame ſauciatur, vt quo ſe per diſciplinam ligare diſſimulat, eo ſe eſuriens per voluptatum deſideria ſpar- *Ibidem.* gat. Hinc ab eodem rurſum Salomone ſcribitur: In deſideriis eſt *Mat. 12.* omnis otioſus. Hinc ipſa veritate prædicante, vno quidem exeunte ſpiritu mũda domus dicitur, ſed multiplicius redeũte dum vacat occupatur. Plerunque piger dum neceſſaria agere negligit, quædam ſibi difficilia opponit, quædam vero incautè formidat, & dum quaſi inuenit quod velut inſtè metuat, oſtendit quòd in otio quaſi nõ iniuſtè torpeſcat. Cui rectè per Salomonẽ D
dicitur: Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æſta- *Prouer. 20.* te, & nõ dabitur ei. Propter frigus quippe piger nõ arat dum deſidia & torpore conſtrictus, agere quæ debet bona conſiderat, & diſſimulat. Propter frigus quippe piger non arat, dum parua ex aduerſo mala metuit, & operari maxima prætermittit. Bene autem dicitur: Mendicabit æſtate, & non dabitur ei. Qui enim nũc in bonis operibus non exudat, cum ſol iudicij feruentior apparuerit, quia fruſtra regni aditum poſtulat, nihil accipiens æſtate mendicat. Bene hinc per eundẽ Salomonem rurſum dicitur: Qui *Eccleſ. 11.* obſeruat ventum, non ſeminat, & qui conſiderat nubes, nũquam metit. Quid enim per ventum niſi malignorum ſpirituum tentatio exprimitur? Et quid per nubes quæ mouentur à vento, niſi aduerſitates prauorum hominum deſignantur? A ventis quippe impelluntur nubes, quia immundorum ſpirituum afflatu praui excitantur homines. Qui ergo obſeruat ventum, non ſeminat, & qui conſiderat nubes, nũquam metit, quia quiſquis tentationem malignorum ſpirituum quiſquis perſecutionem prauorum hominum metuit, neque nunc grana boni operis ſeminat, neq; tunc manipulos ſanctæ retributionis ſecat. At contra admonendi ſunt præcipites, quia dum bonorum actuum præueniunt tempus, meritum peruertunt, & ſæpe in malis corruunt, dum bona minimè diſcernunt. Qui nequaquam quid, quomodo vel quando quæque agant inſpiciunt, ſed plerunque acta quia ita non de- E
buerunt agere cognoſcunt. Quibus ſub auditoris ſpecie recte per Salomonem dicitur: Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt fa- *Eccli. 33.* ctum non pœnitebis. Et rurſum: Palpebræ tuæ præcedant greſ- *Prouer. 4.* ſus tuos. Palpebræ quippe greſſus præcedũt, cùm operationem noſtram conſilia recta præueniunt. Qui enim negligit conſiderando præuidere quod facit, greſſus tendit, oculos claudit, pergendo iter conficit, ſed præuidendo ſibimetipſi non antecedit, atque idcirco citius corruit, quia quò pedem operis ponere debeat, per palpebram conſilij non attendit.

Admonitio. XVII.

Liter admonendi ſunt manſueti, atque aliter iracundi. Nonnunquam verò manſueti cum præſunt, vicinum & quaſi iuxtà poſitum torporem deſidiæ patiuntur. Et plerunque nimia reſolutione lenitatis vltrà quàm neceſſe eſt vigorem diſtrictionis emolliunt. At contrà iracundi cùm regiminum loca Percipiunt, quo impellente ira in mentis veſaniam deuoluuntur, eo etiam ſubditorum vitam diſſipata quietis tranquillitate confundunt. Quos cum furor agit in præceps, ignorant quicquid irati faciunt, ignorãt quicquid patiuntur irati à ſemetipſis. Nonnunquam vero quòd eſt grauius, iræ ſuæ ſtimulum iuſtitiæ zelum putãt. Et cum vitium virtus creditur, ſine metu culpa cumulatur. Sæpe ergo mãſueti diſſolutionis tor- E
peſcunt tædio, ſæpe iracundi rectitudinis falluntur zelo. Illorũ itaque virtuti vitium latenter adiungitur, his autem ſuũ vitium quaſi virtus feruens videtur. Admonendi ſunt igitur illi, vt fugiant quod iuxta ipſos eſt: iſti quod in ipſis eſt. Attendant illi quod non habent, diſcernant iſti quod habent. Amplectantur manſueti ſollicitudinem, damnent iracundi perturbationem.

Admonendi ſunt manſueti vt habere etiam æmulationem iuſtitiæ ſtudeant. Admonendi ſunt iracundi vt æmulationi quam ſe habere exiſtimant, manſuetudinem ſubiungant. Idcirco nanque ſpiritus ſanctus in columba & in igne monſtratur: quia videlicet omnes quos implet, & columbæ ſimplicitate mãſuetos, & igne zeli ardẽtes exhibet. Nequaquam ergo ſancto ſpiritu plenus eſt, qui aut in tranquillitate mãſuetudinis feruorem æmulationis deſerit, aut rurſum in æmulationis ardore virtutem manſuetudinis amittit. Quod fortaſſe melius oſtendimus ſi in medium Pauli magiſterium proferamus, qui duobus diſcipulis & non diuerſa charitate præditis, diuerſa tamen adiutoria prædicationis impendit. Timotheum nanque admonens ait: *2. Tim. 4.* Argue, obſeera, increpa cum omni patientia & doctrina. Titum quoque admonet dicens: Hæc loquere & exhortare, & argue cũ *ad Tit. 2.* omni imperio. Quid eſt quòd doctrinam ſuam tanta arte diſpenſat, vt in exhibenda hac alteri imperium, atque alteri patientiam proponat, niſi quòd manſuetioris ſpiritus Titum, & Paulo feruentioris vidit eſſe Timotheũ? Illum per æmulationis ſtudiũ inflammat, hunc per lenitatem patientiæ temperat. Illi quod deeſt iũgit, huic quod ſupereſt ſubtrahit. Illum ſtimulo impellere

G nititur, hūc freno moderatur. Magnus quippe ſuſceptæ Eccleſiæ colonus alios palmites vt creſcere debeant rigat, alios cùm plus iuſto creſcere conſpicit reſecat, ne aut non creſcendo non ferant fructus, aut immoderatè creſcendo quos protulerunt amittant. Sed longe alia eſt ira quæ ſub æmulationis ſpecie ſurripit, alia quæ turbatum cor & ſine iuſtitiæ prætextu confundit. Illa enim in hoc quod debet inordinatè extenditur, hæc autem ſemper in his quæ non debet inflammatur. Sciendum quippe eſt quia in hoc ab impatientibus iracundi differunt, quod illi ab illis illata non tolerant, iſti autem etiam quæ tolerantur important. Nam iracundi ſæpe etiam ſe declinantes inſequuntur, rixæ occaſionem commouent, labore contentionis gaudent, quos tamen melius corrigimus, ſi in ipſa iræ ſuæ commotione declinamus. Perturbati quippe quid audiant ignorant, ſed ad ſe reducti tanto libentius exhortationis verba recipiunt, quanto ſe tranquillius toleratos erubeſcunt. Menti autem furore ebriæ, omne rectum
1. Reg. 25. quod dicitur, peruerſum videtur: Vnde & Nabal ebrio culpam ſuam Abigaïl laudabiliter tacuit, quam digeſto vino laudabiliter dixit, & idcirco malum quod fecerat, cognoſcere potuit, quia hoc ebrius non audiuit. Cum vero ita iracundi alios impetunt vt declinari omnino non poſsint, non aperta exprobratione, ſed ſub quadam ſunt cautela reuerentiæ parcendo feriendi. Quod melius oſtendimus, ſi Abner factum ad medium deducamus. Hunc quippe cum Azahel vi incautæ præcipitationis
1. Reg. 2. impeteret, ſcriptum eſt: Locutus eſt Abner ad Azahel di-
H cens: Recede à me, noli me perſequi: ne compellar confodere te in terram. Qui audire contempſit, & noluit declinare. Percuſſit ergo eum Abner aduerſa haſta in inguine, & transfodit eum, & mortuus eſt. Cuius enim Azahel typum tenuit, niſi eorum quos vehementer arripiens furor in præceps ducit? Qui in eodem furoris impetu tanto cautè declinandi ſunt, quanto & inſane rapiuntur. Vnde & Abner, qui noſtro ſermone patris luæerna dicitur, fugit: quia doctorum lingua quæ ſupernum dei lumen indicat, cum per abrupta furoris mentem cuiuſpiam ferri cōſpicit, cúmque contra iraſcentem diſsimulat verborum iacula reddere, quaſi perſequentem non vult ferire. Sed cum iracundi nulla conſideratione ſe mitigant, & quaſi Azahel perſequi & inſanire non ceſſant, neceſſe eſt vt hi qui furentes conantur reprimere, nequaquam in furore ſe erigant, ſed quicquid eſt tranquillitatis oſtendant: quædam vero ſubtiliter proferant in quibus ex obliquo furentis animum pungant. Vnde & Abner cùm contra perſequentem ſubſtitit, non eum recta, ſed aduerſa haſta transforauit. Ex mucrone quippe percutere, eſt impetu apertæ increpationis obuiare. Auerſa vero haſta perſequentem ferire, eſt furentem tranquillè ex quibuſdam tangere, & quaſi parcendo ſuperare. Azahel autem protinus occubuit, quia commotæ mentes dum & parci ſibi ſentiunt, & tamen reſponſorum ratione in intimis ſub tranquillitate tanguntur, ab eo quòd ſe erexerant, ſtatim cadunt. Qui ergo à furoris ſui impetu ſub lenitatis
I percuſsione reſiliunt, quaſi ſine ferro moriuntur.

Admonitio. XVIII.

A Liter admonendi ſunt humiles, atque aliter elati. Illis infinuandum eſt, quàm ſit vera excellentia quam ſperando tenent, iſtis vero intimandum eſt, quàm ſit nulla temporalis gloria, quam & amplectentes non tenent. Audiāt humiles quàm ſint æterna quæ appetunt, quàm tranſitoria quæ cōtemnunt. Audiant elati quàm ſint tranſitoria quæ ambiūt, quàm æterna quæ perdunt. Audiant humiles ex magiſtra voce veritatis: Omnis qui ſe humiliat, exaltabitur. Audiant elati: Omnis qui ſe exaltat humiliabitur. Audiant humiles: Gloriam præcedit humilitas. Audiant elati: Ante ruinam exaltatur ſpiritus. Audiant humiles: Ad quem autem reſpiciam, niſi ad humilem & quietum & trementem ſermones meos? Audiant elati: Quid ſuperbis terra & cinis? Audiant humiles: Deus humilia reſpicit. Audiant elati: Et alta à longe cognoſcit. Audiant humiles: Quia filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Audiant elati: Quia initium omnis peccati ſuperbia eſt. Audiant humiles: Quia redemptor noſter humiliauit ſemetipſum, factus obediens patri vſque ad mortem. Audiant elati quod de eorum capite ſcriptum eſt: Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Occaſio igitur perditionis noſtræ facta eſt ſuperbia diaboli, & argumentum redemptionis noſtræ inuenta eſt humilitas dei. Hoſtis enim noſter in-

Luc.18. *Ibidem.* *Prouer.15.* *Prouer.16.* *Eſa.66.* *Eccli.10.* *Pſal.137.* *Matt.20.* *Eccli.10.* *Philip.2.* *Iob.41.*

ter omnia conditus, voluit videri ſuper omnia elatus; redemptor K autem noſter magnus manens ſuper omnia, fieri inter omnia dignatus eſt paruulus. Dicatur ergo humilibus, quia dum ſe deiiciunt, ad dei ſimilitudinem aſcendunt. Dicatur autem elatis, quia dum ſe erigunt, in apoſtatæ angeli imitatione cadunt. Quid itaque elatione dejectius, quæ dum ſupra ſe tenditur, ab altitudine veræ celſitudinis elongatur? Quid autem humilitate ſublimius, quæ dum ſe in ima deprimit, auctori ſuo manenti ſuper ſumma coniungitur? Eſt tamen aliud, quod in eis debeat cautè penſari, quia ſæpe quidam humilitatis decipiuntur ſpecie, quidam vero elationis ſuæ ignorantia falluntur. Nam plærunque nonnullis qui ſibi humiles videntur, is qui hominibus deferri non debet, coniunctus eſt timor: plærunque verò elatos comitari ſolet libera vocis aſſertio. Et cùm quædam increpanda ſunt vitia, illi reticent ex timore, & tamen tacere ſe æſtimant ex humilitate: iſti loquuntur per impatientiam elationis, & tamen ſe credunt loqui per libertatem rectitudinis. Illos vt peruerſa non increpent, ſub ſpecie humilitatis premit culpa formidinis, iſtos ad increpanda quæ non debent aut magis quàm debent, ſub imagine libertatis effrenatio impellit timoris. Vnde & elati admonendi ſunt, ne pluſquam decet ſint liberi, & humiles admonendi ſunt, ne pluſquam expedit ſint ſubiecti: ne aut illi defenſionem iuſtitiæ vertant in exercitationem ſuperbiæ, aut iſti cùm ſtudent pluſquam neceſſe eſt hominibus ſubiici, compellantur eorum etiam vitia venerari. Conſiderandum verò eſt, quòd plærun- L que elatos vtilius corripimus ſi eorum correptionibus quædam laudum fomenta miſceamus. Inferenda nanque ſunt illis aut talia bona quæ in ipſis ſunt, aut dicendum certè quæ poterant eſſe ſi non ſunt, & tunc demum reſecanda ſunt mala quæ nobis diſplicent, cùm prius ad audiendum eorum placabilem mentem fecerint præmiſſa bona quæ placent. Nam & equos indomitos blanda prius manu tangimus, vt eos nobis plenius poſtmodum etiam per flagella ſubigamus, & amaro pigmentorum poculo mellis dulcedo adiūgitur, ne ea quæ ſaluti profutura eſt, in ipſo guſtu aſpera amaritudo ſentiatur: & dum guſtus per dulcedinem fallitur, humor mortiferus per amaritudinem vacuatur. Ipſa ergo in elatis inuectionis exordia permixta ſunt laude temperanda, vt dum admittunt fauores quos diligunt, etiam correptiones recipiant quas oderunt. Plærūque autem perſuadere elatis vtilia melius poſſumus, ſi profectum eorū nobis potius quàm illis profuturum dicamus, ſi eorum meliorationem nobis magis quàm illis profuturam dicamus, & eam magis nobis quàm ſibi impendi poſtulamus. Facile enim ad bonum elatio flectitur, ſi & alius eius inflectio prodeſſe credatur. Vnde Moyſes qui regente ſe deo, deſerti iter aëria columna duce pergebat, cùm Obab cognatum ſuum à gentilitatis conuerſatione vellet educere, & omnipotentis dominio ſubiugare, ait: Proficiſcimur ad locum Num.10.
quem dominus daturus eſt nobis, veni nobiſcū & benefacimus M
tibi, quia dominus bona promiſit Iſraëli. Cui cum reſpondiſſet ille, nō vadam tecum, ſed reuertar ad terram meam in qua natus ſum, ilico adiunxit: Noli nos relinquere, tu enim noſti in quibus locis per deſertum caſtra ponere debeamus, & eris dux noſter. Neque enim Moyſi mentē ignorantia itineris anguſtabat, quam & ad prophetiæ ſcientiam cognitio diuinitatis expanderat, quē columna exterius præibat, quem de cunctis interius per conuerſationem cum deo ſedulam locutio familiaris inſtruebat. Sed videlicet vir prouidus elato auditori colloquens, ſolatium petiuit vt daret, ducem eum requirebat in via, vt dux ei fieri ad vitam potuiſſet. Egit itaque vt ſuperbus auditor, voci ad meliora ſuadenti eo magis fieret deuotus, quo putaretur neceſſarius: & vnde ſe exhortatorem ſuum præcedere crederet, inde ſub verbis ſe exhortationis inclinaret.

Admonitio. XIX.

A Liter admonendi ſunt pertinaces, atque aliter inconſtantes. Pertinacibus nanque dicendum eſt, quòd plus de ſe quàm ſunt ſentiunt, & idcirco alienis conſiliis non acquieſcunt. Inconſtantibus vero intimandum eſt, quod valde ſe deſpicientes negligunt, & ideo leuitate cogitationum à ſuo iudicio per temporum momenta flectuntur. Illis dicendum eſt, quia niſi meliores ſe cæteris æſtimarent, nequaquam cunctorum conſilia ſuæ deliberationi poſtponerent. Iſtis dicendum eſt quia ſi hoc quod ſunt vtcunque attenderent nequaquam eos per

tot varietatis

A ros varietatis littora mutabilitatis aura verſaret. Illis per Pau-
Rom.12. Epheſ.4. Prouer.1. lum dicitur: Nolite prudentes eſſe apud voſmetipſos. At contrà iſti audiant: Non circunferamur omni vento doctrinæ. De illis per Salomonem dicitur: Comedẽt fructus vineæ ſuæ, ſuiſque cõ
Prouer.15. filiis ſaturabuntur. De iſtis autẽ ab eo rurſus ſcribitur: Cor ſtultorum diſsimile erit. Cor quippe ſapientium ſibimetipſis ſemper eſt ſimile: quia dum rectis perſuaſionibus acquieſcit, conſtãter ſe in bono opere dirigit. Cor vero ſtultorum diſsimile eſt, quia dum mutabilitate ſe varium exhibet, nunquam idem quod fuerat manet: Et quia quædam vitia ſicut ex ſemetipſis gignũt alia, ita ex aliis oriũtur, ſciendũ ſummopere eſt quòd tũc ea corripiendo melius tergimus, cùm ipſa ab amaritudinis ſuæ fonte ſiccamus. Pertinacia autem ex ſuperbia, inconſtantia verò ex leuitate generatur. Admonendi igitur ſunt pertinaces, vt elationem ſuæ cogitationis agnoſcant, & ſemetipſos vincere ſtudeant, ne dum rectis aliorum ſuaſionibus foris ſuperari deſpiciunt, intus à ſuperbia captiui teneantur. Admonendi ſunt vt ſolerter aſpiciant quia filius hominis, cui vna cum patre ſemper voluntas
Ioan.6. eſt: vt exemplum nobis frangendæ noſtræ voluntatis præbeat, dicit: Non veni facere voluntatem meam, ſed eius qui miſit me
Ioan.5. patris. Qui vt huius adhuc virtutis gratiam commendaret, ſeruaturum ſe hoc in extremo iudicio perhibet, cùm ait: Ego à meipſo non poſſum facere quicquam, ſed ſicut audio, iudico. Qua itaque conſcientia dedignatur homo alienæ voluntati acquieſce-
B re, quando dei & hominis filius cùm virtutis ſuæ gloriam venit oſtendere, teſtatur ſe non à ſemetipſo iudicare? At contrà admonendi ſunt inconſtantes, vt mentem grauitate roborent. Tũc enim genimina in ſe mutabilitatis arefaciunt, cùm à corde prius radicẽ leuitatis abſcindũt, quia & tũc fabrica robuſta cõſtruitur, cùm prius locus ſolidus in quo fundamentum poni debeat prouidetur. Niſi ergo antè mentis leuitas caueatur, cogitationum inconſtantia minimè vincitur, à quibus ſe alienum Paulus fuiſſe
2.Cor.2. perhibuit, cùm dicit: Nunquid leuitate vſus ſum, aut quæ cogito, ſecundum carnem cogito, vt ſit apud me, eſt & non? Ac ſi apertè diceret: Ideirco mutabilitatis aura non moueor, quia leuitatis vitio non ſuccumbo.

Admonitio. XX.

Liter admonendi ſunt gulæ dediti, atque aliter abſti-
A nentes. Illos enim ſuperfluitas locutionis, leuitas operis, atque luxuria, iſtos vero ſæpe impatientiæ, ſæpe vero ſuperbiæ culpa comitatur. Niſi enim gulæ deditos immoderata loquacitas raperet, diues ille qui epulatus quotidie dici-
Luc.16. tur ſplendidè, in lingua grauius non arderet, dicens: Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aquam vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Quibus profectò verbis oſtenditur, quia epulando
C quotidie crebrius in lingua peccauerat, qui totus ardens refrige-
Exod.32. rari ſe in lingua præcipuè requirebat. Rurſum quia gulæ deditos leuitas protinus operis ſequitur, auctoritas ſacra teſtatur dicens: Sedit populus manducare & bibere & ſurrexerunt ludere. Quos plærunque edacitas vſque ad luxuriam perturbit, quia dum ſatietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur. Vnde & hoſti callido, qui primi hominis ſenſum in concupiſcentiam pomi aperuit, ſed in peccati laqueo ſtrinxit, diuina voce di-
Gen.3. citur: Pectore & ventre repes. Ac ſi ei apertè diceretur: Cogitatione & ingluuie ſuper humana corda dominaberis. Quia gulæ deditos luxuria ſequitur, propheta teſtatur, qui dum aperta narrat, occulta denunciat dicens: Princeps cocorum deſtruxit muros Hieruſalem. princeps nanque cocorum venter eſt, cui magna cura obſequium à cocis impenditur, vt ipſe delectabiliter cibis impleatur. Muri autem Hieruſalem virtutes ſunt animæ, ad deſiderium ſupernæ pacis eleuatæ. Cocorum igitur princeps muros Hieruſalem deiicit, quia dum venter ingluuie extenditur, virtutes animæ per luxuriam deſtruuntur. Quo contra niſi mentes abſtinentiũ plærunque impatientia à ſinu tranquillita-
1.Pet.1. tis excuteret, nequaquam Petrus dum diceret: Miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, protinus vigilanter adiungeret dicens: In abſtinentia autem patientiam. Deeſſe quippe abſtinentibus patientiam præuidit, quæ eis vt adeſſet admonuit. Rurſum niſi cogitationes abſtinentium aliquãdo ſuperbiæ culpa transfigeret, Paulus mini-
Rom.14. mè diciſſet: Qui non manducat, manducantem non iudicet. Qui rurſus ad alios loquens, dum de abſtinentiæ virtute gloriantium D
præcepta perſtringeret, adiunxit: Quæ ſunt rationem quidem ha- Coloſ.2.
bentia ſapientiæ in ſuperſtitione & humilitate, & non ad parcẽdum corpori, non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis. Qua in re diligenter quoque aduertendum eſt, quòd in diſputatione ſua prædicator egregius, ſuperſtitioni humilitatis ſpeciem iungit, quia dum pluſquam neceſſe eſt caro atteritur per abſtinentiam, humilitas foris oſtenditur, ſed de hac ipſa humilitate grauiter interius ſuperbitur. Et niſi mens plærunque ex abſtinentiæ virtute tumeſceret nequaquam hanc velut inter magna merita Phariſæus arrogans ſtudioſè enumeraret dicens: Ieiuno bis in
ſabbato. Admonendi ergo ſunt gulæ dediti, ne in eo quòd Luc.18.
eſcarum delectationi incumbunt, luxuriæ ſe mucrone transfigant: & quanta ſibi per eſum loquacitas, quanta mentis leuitas inſidietur, aſpiciant: ne dum ventri molliter ſeruiunt, vitiorum laqueis crudeliter aſtringantur. Tanto enim longius à ſecundo parente receditur, quanto per immoderatum vſum dum manus ad cibum tenditur, parentis primi lapſus iteratur. At contra admonendi ſunt abſtinentes vt ſollicite ſemper aſpiciant, ne cùm gulæ vitium fugiunt, acriora his vitia quaſi ex virtute generentur, ne dum carnem macerant, ad impatientiam ſpiritus erũmpat, & iam nulla virtus eſt quòd caro vincitur, ſi ſpiritus ab ira ſuperatur. Aliquando autem dum mens abſtinentium ab ira ſe deprimit, hanc quaſi peregrina veniens lætitia corrumpit, & eo
abſtinentiæ bonum deperit, quo ſeſe à ſpiritalibus vitiis mini- E
mè cuſtodit. Vnde rectè per prophetam dicitur: Ecce in die ie- Eſa.58.
iunij veſtri inuenitur voluntas veſtra. Et paulopoſt: Ecce ad li- Ibidem.
tes & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Voluntas quippe ad lætitiam pertinet, pugnus ad iram. Incaſſum ergo per abſtinentiam caro atteritur ſi inordinatis demiſſa motibus mens vitiis diſsipatur. Rurſúmque admonendi ſunt vt abſtinentiam ſuam & ſemper ſine immutatione cuſtodiant, & nunquam hanc apud occultum iudicem eximiæ virtutis credant, ne ſi fortaſſe cùm magni meriti eſſe creditur, cor in elationem ſubleuetur. Hinc nanque per prophetam dicitur: Nunquid tale eſt Eſa.58.
ieiunium quod elegi? Sed frange eſurienti panem tuum, & egenos vagóſque induc in domum tuam. Qua in re penſandum eſt virtus abſtinentiæ quàm parua reſpicitur, quæ non niſi ex aliis virtutibus commendatur. Hinc Iohel ait: Sanctificate ieiunium. Iohel.1.
Ieiunium quippe ſanctificare, eſt adiunctis aliis bonis dignam deo abſtinentiam carnis oſtendere. Admonendi ſunt abſtinentes, vt nouerint quia tunc placentem deo abſtinentiam offerunt, cùm ea quæ ſibi de alimentis ſubtrahunt, indigentibus largiuntur. Solerter nanque audiendum eſt quod per prophetam dominus redarguit dicens: Cùm ieiunareris & plangeretis in quinto Zach.7.
& in ſeptimo menſe per hos ſeptuaginta annos, nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi? Et cum comederetis & biberetis, nunquid non vobiſmetipſis comediſtis, & vobiſmetipſis bibiſtis? F
Non enim deo: ſed ſibi quiſque ieiunat, ſi ea quæ ventri ad tempus ſubtrahit, non egenis tribuit, ſed ventri poſtmodum offerẽda cuſtodit. Itaque ne aut illos appetitus gulæ à mẽtis ſtatu deiiciat, aut iſtos afflicta caro ex elatione ſupplantet, audiant illi ex ore veritatis: Attendite enim vobis ne forte grauentur corda ve- Luc.21.
ſtra in crapula & ebrietate curis huius mundi. Vbi vtilis quoque pauor adiungitur: Et ſuperueniat in vos repentinus dies ille. Tanquam laqueus enim veniet in omnes, qui ſedent ſuper Ibidem.
faciem omnis terræ. Audiant iſti: Non quæ intrant per os co- Mar.7.
inquinant hominem: ſed quæ exeunt de ore, illa ſunt quæ in- 1.Cor.6.
quinant hominem. Audiant illi: Eſca ventri, & venter eſcis, deus Rom.13.
autem & hunc & hanc deſtruet. Et rurſum: Non in comeſſationi- 1.Cor.8.
bus & ebrietatibus. Et rurſum: Eſca nos non commẽdat deo. Au ad Tit.1.
diant iſti, quia omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum. Audiant illi: Quorum deus venter Philip.3.
eſt, & gloria in confuſione ipſorum. Audiant iſti: Diſcedent qui- 1.Tim.4.
dam à fide & veritate. Et paulopoſt: Prohibentium nubere, præcipientium abſtinere à cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus & his qui cognouerunt veritatem. Rom.14.
Audiãt illi: Bonum eſt non manducare carnẽ atque bibere vinum, neque in quo frater tuus ſcandalizatur. Audiãt iſti: Mo- 1.Tim.5.
dico vino vtere propter ſtomachum & frequẽtes tuas infirmitates. Quatenus illi diſcant cibos carnis inordinate non appetere, & iſti creaturã dei quam non appetunt, non audeant condẽnare.

G Admonitio.XXI.

Liter admonendi sunt, qui sua iam misericorditer tribuunt, atque aliter qui adhuc & aliena rapere contendunt. Admonendi sunt nanque qui iam sua misericorditer tribuunt, ne cogitatione tumida super eos quibus terrena largiuntur se extollant, ne idcirco se meliores æstiment, quia contineri per se cæteros vident. Nam terrenæ domus dominus famulorum ordines ministeriáque dispertiens, hos vt regant, illos vero statuit, vt ab aliis regantur. Istos iubet vt necessaria cæteris præbeant, illos vt accepta ab aliis sumant. Et tamen plærunque offendũt qui regunt, & in patrisfamiliàs gratia permanent qui reguntur. Ira merentur qui dispensatores sunt, sine offensione perdurant qui ex aliena dispensatione subsistunt.

Admonẽdi sunt igitur qui iam quæ possidẽt misericorditer tribuunt, vt à cœlesti domino dispensatores se positos subsidiorum temporalium agnoscant, & tanto humiliter præbeant, quãto & aliena esse intelligunt quæ dispensant. Cúmque in illorũ ministerio quibus accepta largiuntur constitutos se esse considerant, nequaquam eorũ mentes tumor subleuet, sed timor premat. Vnde & necesse est vt sollicitè perpendant ne commissa indignè distribuant, ne quædam quibus nulla, ne nulla quibus quædam, ne multa quibus pauca, ne pauca præbeant quibus impendere multa debuerunt, ne præcipitatione hoc quod tribuunt
H inutiliter spargant, ne tarditate petentes nociuè crucient, ne recipiendæ hic gratiæ intentio subrepat, ne dationis lumen laudis transitoriæ appetitio extinguat, ne oblatum munus coniuncta tristitia absorbeat, ne in bene oblato munere animus plusquam
1.Pet.4. decet hilarescat, ne sibi quicquam cùm totum rectè impleuerint tribuant, & simul omnia postquam peregerint perdant. Ne enim sibi virtutem suæ liberalitatis deputent, audiant quod scriptum est: Si quis administrat tanquam ex virtute, quam administrat deus. Ne in benefactis immoderatius gaudeant, audiant,
Luc.17. quod scriptum est: Cùm feceritis hæc omnia, quæ præcepta sunt vobis: dicite, serui inutiles sumus, quæ debuimus facere
2.Cor.9. fecimus. Ne largitatem tristitia corrumpat, audiant quod scriptum est: Hilarem enim datorem diligit deus. Ne ex impenso
Mat.6. munere transitoriã laudem quærãt, audiant quod scriptũ est: Ne sciat sinistra tua quid faciat dextera tua, id est, piæ dispensationi nequaquam se gloria vitæ præsentis admisceat, sed opus rectitudinis appetitionem ignoret fauoris. Ne impensæ gratiæ vi-
Luc.14. cissitudinem requirant, audiant quod scriptum est: Cum facis prandiũ aut cœnã, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites, ne forte te ipsi reinuitẽt, & fiat tibi retributio. Sed cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris, quia non habent vnde retribuant tibi. Ne quæ præbenda sunt citius, sero præbeantur,
Prouer.3. audiant quod scriptum est: Ne dixeris amico tuo, vade & reuer-
I tere, & cras dabo tibi, cùm statim possis dare. Ne sub obtentu largitatis ea quæ possident, inutiliter spargant, audiant quod scriptũ est: Studet eleemosyna in manu tua. Ne cùm multa ne-
2.Cor.9. cesse sunt, parua largiantur, audiat quod scriptum est: Qui parcè seminat, parcè & metet. Ne cum pauca oportet plurima præbeant, & ipsi postmodum nimiè inopiam tolerantes ad im-
2.Cor.8. patientiam erumpant, audiant quod scriptum est: Non vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate vestra abundantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum abũdantia vestræ inopiæ sit supplementum. Cùm enim dantis mens ferre inopiam nescit, si multa sibi subtrahit, occasionem contra se impatientiæ exquirit. Prius nanque præparandus est patientiæ animus, & tunc aut multa sunt aut cuncta largienda, ne dum minus æquanimiter inopia irruens fertur, & præmissæ largitatis merces pereat, & adhuc mentem deterius murmuratio subse-
Luc.6. quens perdat. Ne omnino nihil eis præbeant quibus conferre aliquid paruum debent, audiant quod scriptum est: Omni petenti te tribue. Ne saltem aliquid præbeant, quibus omnino
Eccles.12. conferre nihil debent, audiant quod scriptum est: Da bono, & noli recipere peccatorem. Benefac humili, & non dederis impio,
Tob.4. Et rursum: Panem tuum & vinum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. Panem enim suum & vinum peccatoribus præbet, qui iniquis subsidia pro eo quòd iniqui sunt impendit. Vnde & nonnulli huius mundi diuites, cùm fame crucientur Christi pauperes, effusis lar- K
gitatibus nutriunt histriones. Qui vero indigenti etiam peccatori panem suum non quia peccator, sed quia homo est tribuit, nimirum non peccatorem, sed iustum pauperem nutrit, quia in illo non culpam, sed naturam diligit. Admonẽdi sunt etiã, qui iam sua misericorditer largiuntur, vt sollicitè custodire studeãt, ne cùm commissa peccata eleemosynis redimunt, adhuc redimenda committant. Ne venalem dei iustitiam æstiment, si cum curant pro peccatis nummos tribuere, arbitrẽtur se posse inultè peccare. Melior quippe est anima quàm esca, melius corpus Mat.6.
quàm vestimentum. Qui ergo escam aut vestimentum pauperi- Luc.12.
bus largitur, sed tamen animæ vel corporis iniquitate polluitur, quod minus est iustitiæ obtulit, & quod maius est culpæ commisit, sua enim deo dedit, & se diabolo. At contrà admonendi sunt qui adhuc & aliena rapere contendunt, vt sollicitè audiant quid veniens in iudicium dominus dicat: Ait nanque: Esurini Mat.25.
& non dedistis mihi manducare, sitiui & non dedistis mihi potum, hospes fui & non collegistis me, nudus, & non operuistis me, infirmus & in carcere, & non visitastis me. Quibus etiam præmittit dicens: Discedite à me maledicti in ignem æternum, Ibidem.
qui præparatus est diabolo & angelis eius. Ecce nequaquam audiunt quia rapinas vel alia quælibet violenta commiserunt, & tamen æternis gehennæ ignibus mãcipantur. Hinc ergo colligendum est quanta damnatione plectendi sunt, qui rapiunt a- L
liena, si tanta animaduersione feriuntur qui sua indiscretè tenuerunt. Perpendant quo eos obliget reatu res rapta, si tali subiicit pœnæ non tradita. Perpendant quid mereatur iniustitia illata, si tanta percussione digna est pietas non impensa. Cùm aliena rapere intendunt, audiant quod scriptum est: Væ ei qui multi- Abac.2.
plicat non sua vsquequo aggrauat cõtra se densum lutum? Auaro quippe contra se densum lutum aggrauare, est terrena lucra cum pondere peccati cumulare. Cùm multiplicare largæ habitationis spatia cupiunt, audiant quod scriptum est. Væ qui Esa.5.
coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, vsque ad terminum loci. Nunquid habitabitis soli vos in medio terræ? Ac si apertè diceret: Quousque vos extenditis qui habere in communi modo consortes minimè vultis? Coniunctos quidem premitis, sed contra quos valeatis vos extendere, semper inuenietis. Cùm augẽdis pecuniis inhiant, audiãt quod scriptũ est:
Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias, non capiet Eccles.
fructum ex eis. Fructus quippe ex illis caperet, si eas bene spargere non amando voluisset. Qui vero eas diligendo retinet, hic vtique sine fructu derelinquet. Cùm repleri cunctis simul opibus inardescunt, audiant quod scriptum est: Qui festinat ditari, Prouer.28.
non erit innocens. Profecto enim qui augere opes ambit, vitare peccatum negligit, & more auium captus cùm escam terrenarum rerum auidè conspicit quo stranguletur peccati laqueo non agnoscit. Cùm quælibet præsentis mundi lucra desiderant, M
& ea quæ de futuro damno patientur ignorant, audiant quod scriptum est: Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. Ex hac quippe vita initium ducimus, vt ad benedictionis sortem in nouissimo veniamus. Qui itaque in principio hæreditare festinant, sortem sibi in nouissimo benedictione amputant, quia dum per auaritiæ nequitiam hic multiplicari appetunt: illic ab æterno patrimonio exhæredes fiunt. Cúmque plurima ambiunt, vel obtinere cuncta quæ ambierint possunt, audiant quod scriptum est: Quid prodest ho- Mat.16.
mini si totum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum faciat? Ac si apertè veritas dicat: Quid prodest homini si totum quod extra se est congregat, si hoc ipsum solum quod ipse est damnat? Plærunque autem citius raptorum auaritia corrigitur, si in verbis admonentis quàm fugitiua sit præsens vita monstretur, si eorum ad medium memoria deducatur, qui & ditari in hoc mundo diu conati sunt, & tamen in adeptis diuitiis diu manere nequiuerunt, quibus festina mors repentè & simul abstulit, quicquid eorum nequitia nec simul nec repentè cõgregauit, qui nõ solum hic rapta reliquerunt, sed secum ad iudicium causas rapinæ detulerunt. Horum itaque exempla audiant, quos in verbis suis proculdubio & ipsi condemnant, vt cùm post verba ad cor redeunt, imitari saltem quos iudicant erubescant.

Admonitio.XXII.

Aliter

A Liter admonendi sunt, qui nec aliena appetunt, nec sua
A largiuntur: atque aliter qui & ea quæ habẽt tribuunt,
& tamen aliena rapere non desistunt. Admonendi sunt
qui nec aliena appetunt, nec sua largiuntur: vt sciant sollicitè
quòd ea de qua sumpti sunt, cunctis hominibus terra communis est: & idcirco alimenta quoque omnibus communiter profert. Incassum ergo se innocentes putant, qui commune dei munus sibi priuatum vendicant: qui cùm accepta non tribuunt, in
proximorum nece grassantur: quia tot penè quotidie perimũt:
quot morientium pauperum apud se subsidia abscondunt. Nam
cùm quælibet necessaria indigentibus ministramus, sua illis reddimus: non nostra largimur, iustitiæ debitum potius soluimus,
quàm misericordiæ opus implemus. Vnde & ipsa veritas cum
Matth.6. de misericordia cautè exhibenda loqueretur, ait: Attendite, ne
iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Cui quoque sen-
Psal.111. tentiæ etiam Psalmista concinens dicit: Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in æternum. Cùm enim largitatem impensam pauperibus præmisisset: non hanc vocare misericordiã,
sed iustitiam maluit: quia quod à communi domino tribuitur,
iustúmque profecto est: vt qui cum accipiunt, eo communiter
Prouer.21. vtantur. Hinc etiam Salomon ait: Qui iustus est: tribuit & non
cessabit. Admonendi sunt quoque vt sollicitè attendãt quòd
ficulnea quæ fructum non habuit, contra hanc districtus agricola queritur quod etiam terram occupauit. Terram quippe ficulnea sine fructu occupat: quando mens tenacium hoc quod pro-
B desse multis poterat, inutiliter seruat. Terram ficulnea sine fructu occupat: quando locum quem exercere alius per solem boni operis valuit: stultus per desidiæ vmbram premit. Hi autem
dicere nonnunquam solent: Concessis vtimur, aliena non quærimus: & si digna misericordiæ retributione non agimus: nulla
tamen peruersa perpetramus. Quod idcirco sentiunt: quia videlicet aurem cordis à verbis cœlestibus claudunt. Neque enim
Luc.16. diues in Euangelio qui induebatur purpura & bysso, qui epulabatur quotidie splẽdidè, aliena rapuisse: sed infructuose propriis
vsus fuisse perhibetur: cúmque post hanc vitam vltrix gehenna
suscepit: non quia aliquid illicitum gessit: sed quia immoderato
vsu totum se licitis tradidit. Admonendi sunt tenaces: vt nouerint quòd hanc primam inituriam faciunt deo: quia danti sibi
omnia, nullam misericordiæ hostiam reddunt. Hinc etenim Psal
Psal.48. mista ait: Non dabit deo placationem suam: nec precium redemptionis animæ suæ. Precium nanque redemptionis dare, est opus
Luc.3. bonum præuenienti nos gratiæ reddere. Hinc Ioannes exclamat
dicens: Iam enim securis ad radicẽ arboris posita est. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Qui ergo se innoxios quia aliena nõ rapiunt, æstimant: ictũ
securis vicinæ præuideant & torporem improuidæ securitatis
amittant: ne cum ferre fructum boni operis negligunt: à presenti vita funditus quasi ex viriditate radicis exsecentur. At contrà
admonendi sunt qui & ea quæ habent tribuunt: & aliena rapere
C non desistunt ne dum valde munifici videri appetãt: de boni specie deteriores fiant. Hi etenim propria indiscretè tribuentes: nõ
solum: vt supra iam diximus ad impatientiæ murmurationem
proruunt, sed cogente se inopia vsque ad auaritiã deuoluuntur.
Quid eorum mente infœlicius, quibus de largitate nascitur auaritia: & peccatorum seges quasi ex virtute seminatur? Plus itaq;
admonendi sunt vt tenere sua rationabiliter sciant: & tunc demũ
vt aliena non ambiant. Si enim radix culpæ in ipsa effusione nõ
exuritur: nunquam per ramos exuberans auaritiæ spina siccatur. Occasio ergo rapiendi subtrahitur: si bene prius ius possidendi disponatur. Tunc vero admonendi audiant quomodo quę
habent misericorditer tribuant: quando nimirum didicerunt vt
bona misericordiæ per interiectam rapinæ nequitiam non confundant. Violenter enim exquirunt quæ misericorditer largiũtur. Sed aliud est pro peccatis misericordiã facere: aliud pro misericordia facienda peccare: quæ iam nequaquam misericordia
nuncupari potest: quia ad dulcem fructum non proficit: quæ per
virus pestiferæ radicis amarescit. Hinc est enim quod ipsa etiam
Esa.61. sacrificia per prophetam dominus reprobat dicens: Ego dominus diligens iudicium: & odio habens rapinam in holocausto.
Prouer.21. Hinc iterum dicit: Hostiæ impiorum abominabiles: quia offeruntur ex scelere. Qui sæpe quoque & indigentibus subtrahũt
quæ deo largiuntur, sed quanta eos animaduersione renuat, per
quendam sapientem dominus demonstrat dicens. Qui immolat Eccli.34.
sacrificium de substantia pauperis: quasi qui victimat filium in D
conspectu patris sui. Quid nanque esse intolerabilius potest quã
mors filij ante oculos patris? Hoc itaque sacrificium quanta ira
aspiciatur ostenditur: quòd orbati patris dolori comparatur. Et
tamen plerumque quanta tribuunt pensant: quanta autẽ rapiunt
considerare dissimulant. Quasi mercedem numerant: & perpendere culpas recusant. Audiant itaque quod scriptum est: Qui Aggæi.1.
mercedes congregauit: misit eas in sacculum pertusum. In sacculo quippe pertuso videtur quando pecunia mittitur: sed quando amittitur non videtur. Qui ergo quanta largiuntur aspiciunt:
sed quanta rapiunt non perpendunt, in pertuso sæculo mercedes mittunt: quia profectò has in spem suæ fiduciæ intuentes cõgerunt: sed non intuentes perdunt.

Admonitio. XXIII.

Liter admonendi sunt discordes: atque aliter pacati. Di-
A scordes nanque admonendi sunt, vt certissimè sciant
quia quantislibet virtutibus polleãt, spirituales fieri nul
latenus possunt, si vniri per concordiam proximis negligũt. Scri
ptum quippe est: Fructus autẽ spiritus est charitas, gaudiũ, pax, Galat.5.
Qui ergo seruare pacem non curat: ferre fructum spiritus recusat. Hinc Paulus ait: Cum sit inter vos zelus & contentio: nonne 1.Corin.3.
carnales estis? Hinc iterum quoq; dicit: Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam: sine qua nemo videbit deũ. Hinc rur- Hebr.12.
sum admonens ait: Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo Ephes.4.
pacis: vnum corpus & vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe E
vocationis vestræ. Ad vnã ergo vocationis spem nequaquã pertingitur, si non ad eam vnita cũ proximis mente curratur. At sæpe nonnulli quo quædam specialiter dona percipiunt: superbiẽdo donum concordiæ quod maius est amittunt: vt si fortasse carnem præ cæteris gulæ refrænatione quis edomat, concordare eis
quos superat abstinendo, contẽnat. Sed qui abstinentiam à cõcordia separat: quid admoneat Psalmista perpẽdat: ait enim: Lauda- Psal.150.
te eũ in tympano & choro. In tympano nanque ficta & percussa
pellis resonat. In choro autem voces sociatæ concordant. Quisquis itaq; corpus affligit, sed concordiam deserit, deum quidem
laudat in tympano, sed tamen eũ non laudat in choro. Sæpe verò
dum quosdam maior scientia erigit: à cæterorum societate disiungit: & quasi quo plus sapiunt: eo à concordiæ virtute desipiscunt. Hi itaque audiant quid per semetipsam veritas dicat. Ha- Mar.9.
bete sal in vobis, & pacem habete inter vos. Sal quippe sine pace
non virtutis est donum, sed damnationis argumentũ. Quo enim
quisque melius sapit: eo deterius delinquit: & idcirco inexcusabiliter & multo maius merebitur supplicium, quia prudenter si
voluisset potuit euitare peccatum. Quibus quoque rectè per la- Iacob.3.
cobum dicitur: Quòd si zelum amarum habetis inter vos, & contentiones sunt in corde vestro: nolite gloriari, & mendaces esse
aduersum veritatem. Non est ista sapientia descendens desursum:
sed terrena, animalis, diabolica. Quæ autem desursum est sapientia: primum quidem pudica est, deinde pacifica. Pudica videlicet E
quia castè intelligit: pacifica autem quia per elationem se minimè à proximorum societate disiungit. Admonendi sunt dissidẽtes, vt nouerint quòd tam diu nullum boni operis deo sacrificiũ
immolant: quàm diu à proximorum charitate discordant. Scri- Matth.5.
ptum nanque est: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque
ibi munus tuum ante altare: & vade prius reconciliari fratri tuo
& tunc veniens offeres munus tuum. Ex qua præceptione pensandum est quorum hostia repellitur, quàm intolerabilis culpa
monstratur. Nam cum mala cuncta bonis sequentibus diluãtur:
pensemus quanta sint mala discordiæ: quæ nisi extincta funditus fuerint bonum subsequi non permittunt. Admonendi sunt
discordes vt si aures à mandatis cœlestibus declinant: mentis oculos ad considerandas ea quæ in infimis versantur aperiãt, quòd
sæpe aues vnius eiusdémque generis sese socialiter volando nõ
deserunt: & quòd gregatim animalia bruta pascuntur. Quæ si
solerter aspiciamus: concordando sibi irrationalis creatura indicat quantum malum per discordiam rationalis creatura committat: quando hæc à rationis intentione perdidit: quod illa motu naturali custodit. At contrà admonendi sunt pacati: ne dũ
plusquam necesse est pacem quam possidẽt amant: ad perpetuã
peruenire non appetant. Plerunque enim grauius intentionem
mentium

G mentium rerum tranquillitas tentat: vt quo nõ sunt molesta quæ obtinent, eo minus amabilia fiant quæ vacant: & quo delectant præsentia: eo non requirantur æterna. Vnde & per semetipsam veritas loquens cum terrenam pacem à superna distingueret: atque ad venturam discipulos ex præsenti prouocaret, ait: Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Relinquo scilicet transitoriam: do mansuram. Si ergo in eam cor quæ relicta est figitur: nunquam ad illam quæ danda est peruenitur. Pax ergo præsens ita tenenda est: vt & diligi debeat & contemni: ne si immoderatè diligitur: diligentis animus in culpa capiatur. Vnde & admonẽdi sunt pacati: ne dum nimis humanam pacem desiderant, prauos hominum mores nequaquam redarguant: & consentiendo peruersis: ab auctoris sui se pace disiungant: ne dum humana foras iurgia metuunt: interni fœderis disciſione feriãtur. Quid est enim pax transitoria nisi quoddam vestigium pacis æternæ? Quid esse ergo demẽtius potest: quàm vestigia in puluere impressa diligere: sed ipsum à quo impressa sunt non amare? Hinc Dauid dum totũ se ad fœdera pacis internæ constringeret, testatur quòd cum malis concordiam non teneret dicens: Nónne qui oderant te domine oderam: & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi. Inimicos etenim dei perfecto odio odisse, est & quòd facti sunt diligere: & quod faciunt increpare, mores prauorum premere, & vitæ prodesse. Pensandum ergo est quando ab inceptatione quiescitur, quanta culpa si pax cum pessimis tenetur: si propheta tantus hoc velut in hostiam deo obtulit quod contra se pro domino prauorũ inimicitias excitauit. Hinc est quòd tribus Leui assumptis gladiis per castrorum media transiens: quia feriendis noluit peccatoribus parcere: deo manus dicta est consecrasse. Hinc Phinees peccantium ciuium gratiam spernens coëuntes cum Madianitis perculit, & iram domini iratus placauit. Hinc per semetipsam veritas dicit: Quid putatis? quia pacem veni mittere in terram? Non vtique: sed gladium. Malorum nanque cùm incautè amicitiis iungimur: culpis ligamur. Vnde Iosaphat qui tot de antea-cta vita præconiis attollitur: de Achab regis amicitiis penè periturus increpatur. Cui à domino per prophetam dicitur: Impio præbes auxilium: & his qui oderunt dominum, amicitia iungeris: & idcirco iram quidem domini merebaris: sed bona opera inuenta sunt in te, eo quòd abstuleris lucos de terra Iuda. Ab illo enim qui summè rectus est eoipso iam discrepat, quo peruersorum amicitiis vita nostra concordat. Admonendi sunt pacati: ne si ad increpationis verba prosiliant: temporalem pacem sibi perturbari formident. Rursúmque admonendi sunt vt eandem pacem dilectione integra intrinsecus teneant: quam per inuectionem vocis sibi extrinsecus turbant. Quod vtrumque prouide se Dauid seruasse perhibet, cùm dicit: Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cùm loquebar illis impugnabant me gratis. Ecce loquens impugnabatur, sed tamen impugnatus erat pacificus: quia nec insanientes cessabat reprehendere: nec reprehensos negligebat amare. Hinc etiam Paulus ait: Si fieri potest quod ex vobis est: cum omnibus hominibus pacem habentes. Hortaturus enim discipulos vt pacem cum omnibus haberent: præmisit dicens si fieri potest: atque subiunxit: quod ex vobis est. Difficile quippe erat vt si male acta corriperent: habere pacem cum omnibus possent, Sed cum temporalis pax in prauorum cordibus ex nostra increpatione confunditur: inuiolata necesse est vt in nostro corde seruetur. Rectè itaque ait quod ex vobis est, ac si nimirum dicat: Quia pax ex duarum partium consensu subsistit, si ab eis qui corripiuntur expellitur: integra tamen in vestra qui corripitis mente teneatur. Vnde rursum idem discipulos admonet dicens: Si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate, & non commisceamini cum illo: vt confundatur. Atque ilico subiunxit: Et nolite vt inimicũ existimare illum: sed corripite vt fratrem. Ac si diceret: Pacem cum eo exteriorem soluite: sed interiorem circa illum medullitus custodite, vt peccantis mentem sic vestra discordia feriat; quatenus pax à cordibus vestris nec abnegata discedat.

Ioan.14.
Psal.138.
Exod.32.
Num.25.
Matth.10.
2.Par.19.
Psal.119.
1.Thes.3.

H I

Admonitio. XXIIII.

A Liter admonendi sunt seminantes iurgia: atque aliter pacifici. Admonendi nanque sunt qui iurgia seminant, vt cuius sint sequaces agnoscãt. De apostata quippe angelo scriptum est, cum bonæ messi inserta fuisset zizania: Inimicus homo hoc fecit. De cuius etiam membro per Salomonem dicitur: Homo apostata vir inutilis graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat. Ecce, quem seminãtem iurgia dicere voluit: prius apostatam nominauit: quia nisi more superbientis angeli à conspectu conditoris prius intus auersione mentis caderet: foras post modum vsque ad seminanda iurgia non veniret. Qui rectè describitur quòd annuit oculis, digito loquitur, terit pede. Interior nanque est custodia, quæ ordinata seruat exterius membra. Qui ergo statum mentis perdidit, subsequenter foras inconstantia motionis fluit atque exteriori mobilitate indicat, quòd nulla interius radice stabilitatis subsistat. Audiant iurgiorum seminatores quod scriptum est: Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Atque è diuerso colligant quia si filij dei vocantur qui pacem faciunt: proculdubio satanæ sunt filij qui cõfundunt. Omnes autẽ qui per discordiam separantur à viriditate dilectionis arefiunt. Qui etsi boni operis fructus in suis actionibus poserunt, profecto nulli sunt: quia non ex vnitate charitatis oriuntur. Hinc ergo perpendant seminantes iurgia quàm multipliciter peccant: qui dum vnam nequitiam perpetrant: ab humanis cordibus cunctas simul virtutes eradicant. In vno enim malo innumera peragunt: quia seminando discordiam, charitatem quæ nimirum virtutum omnium mater est extinguunt. Quia autem nihil preciosius est deo virtute dilectionis: nihil est delectabilius diabolo extinctione charitatis. Quisquis ergo seminando iurgia dilectionem proximorum perimit: hosti dei familiarius seruit: quia qua ille amissa cecidit, hanc iste vulneratis cordibus subtrahens, eis iter ascensionis abscidit. At contrà admonendi sunt pacifici ne tantæ actionis pondus leuigent: si inter quos fundare pacem debeant ignorent. Nam sicut multum nocet si vnitas desit bonis: ita valde est noxium si non desit malis. Si ergo peruersorum nequitia in pacem iungitur: profecto eorum malis actibus robur augetur: quia quo sibi in malitia congruunt: eo se robustius bonorum afflictionibus illidunt. Hinc nanque est quòd contra dãnati illius vasa videlicet antichristi prædicatores diuina voce beato Iob dicitur: Membra carnium eius cohærentia sibi. Hinc sub squamarum specie de eius satellitibus perhibetur. Vna vni coniungitur, & nec spiraculum quidem incedit per eos. Sequaces quippe illius quo nulla inter se discordię aduersitate diuisi sunt, eo in bonorum grauius nece glomerantur. Qui ergo iniquos paci sociat, iniquitati vires administrat, quia bonos deterius deprimunt: quos & vnanimiter persequuntur. Vnde prædicator egregius graui Pharisæorum Sadducæorúmque persecutione deprehensus: inter semetipsos diuidere studuit, quos contra se grauiter vnitos vidit: cum clamauit dicẽs: Viri fratres, ego Pharisæus sum filius Pharisæorum, de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor. Dúmque Sadducæi spem resurrectionémque mortuorum esse denegarent, quam Pharisæi iuxta præcepta sacri eloquij crederent: facta in persecutorũ vnanimitate dissensio est, & diuisa turba illæsus Paulus exiuit: quæ hunc vnita prius immaniter pressit. Admonendi itáque sunt qui faciendæ pacis studiis occupantur: vt prauorum mentibus prius amorem debeant internæ pacis infundere, quatenus eis postmodum valeat exterior pax prodesse, vt dum eorum cor in illius cognitione suspenditur, nequaquam ad nequitiam ex huius perceptione rapiatur: dúmque supernam prouident, terrenam nullo modo ad vsum suæ deteriorationis inclinent. Cùm verò peruersi quique tales sunt, vt nocere bonis nequeant, etiam si concupiscant, inter hos nimirum debet terrena pax construi: & prinsquam ab eis valeat superna agnosci, vt hi scilicet quos contra dilectionem dei malitia suæ impietatis exasperat, saltem ex proximi amore mansuescant: & quasi è vicino ad melius transeant: vt ad illam quæ à se longè est, pacem conditoris ascendant.

Matth.5.
Prouer.6.
Mat.
Iob.41.
Ibidem.
Act.23.

K L M

Admonitio. XXV.

A Liter admonendi sunt qui sacræ legis verba non rectè intelligunt: atque aliter qui rectè quidem intelligunt, sed hæc humiliter non loquuntur. Admonendi sunt qui sacræ legis verba non rectè intelligunt: vt perpendant quia saluberrimum vini potum in veneni sibi poculum vertunt: ac per medicinale ferrum vulnere mortali se feriunt: dum

A quæ per hoc in se sanè perimunt, per quod salubriter abscindere sauciata debuerunt. Admonendi sunt vt perpendãt quòd scriptura sacra in nocte vitæ præsentis quasi quædam nobis lucerna sit posita: cuius nimirum verba dum non rectè intelligunt: de lumine tenebrescunt. Quos videlicet ad intellectum prauum intentio peruersa non raperet, nisi prius superbia inflaret. Dum enim se præ exteris sapientes arbitrantur: sequi alios ad melius intellecta despiciunt: atque vt apud imperitum vulgus scientiæ sibi nomen extorqueant: student summopere & ab aliis rectè intellecta destruere: & sua peruersa roborare. Vnde bene per prophetam dicitur: Secuerunt prægnantes Galaad: ad dilatandum terminum suum. Galaad nanque aceruus testimonij interpretatur. Et quia cuncta simul congregatio Ecclesiæ per confessionem seruit testimonio veritatis, non incongruè per Galaad Ecclesia exprimitur, quæ ore cunctorum fidelium de deo quæ vera sunt testatur. Prægnantes autem Galaad vocantur animæ, quæ intellectum verbi ex diuino amore concipiunt, etsi ad perfectum tempus veniant: conceptam intelligentiam boni operis ostensione parituræ sunt. Terminum verò suum dilatare, est opinionis suæ nomen extendere. Secuerunt ergo prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum: quia nimirum hæretici mentes fidelium quæ iam aliquid de veritatis intellectu conceperant, peruersa prædicatione perimunt: & scientiæ sibi nomen extendunt. Paruulorum quippe corda iam de verbi conceptione grauida, erro- *Amos.1.*

B ris gladio scindunt, & quasi doctrinæ sibi nomen faciunt. Hos ergo cùm conamur instruere ne peruersa sentiant, admoneamus prius necesse est, ne inanem gloriam quærant. Si enim radix elationis abscinditur, consequenter rami prauæ assertionis arefiunt. Admonendi sunt etiam: ne errores discordiásque generando, legem dei (quæ idcirco data est vt sacrificia satanæ prohibeat) eandem ipsam in satanæ sacrificium vertant. Vn- *Osee.2.*

de per prophetam dominus queritur dicens: Dedi eis frumentum, vinum & oleum, & argentum multiplicaui eis & aurum, quæ fecerunt Baal. Frumentum quippe à domino accipimus: quando in dictis obscurioribus subducto tegmine literæ per medullam spiritus legis interna sentimus. Vinum suum dominus nobis præstat: cùm scripturæ suæ alta prædicatione nos inebriat. Oleum quoque suum nobis tribuit: cùm præceptis apertioribus vitam nostram blanda lenitate disponit. Argentum multiplicat: cum nobis luce veritatis plena eloquia subministrat. Auro quoque nos ditat, quando cor nostrum intellectu summi fulgoris irradiat. Quæ cuncta hæretici Baal offerunt: quia apud auditorum suorum corda corruptè omnia intelligendo peruertunt. Et de frumento dei vino atque oleo, argento pariter & auro: satanæ sacrificium immolant: quia ad errorem discordiæ verba pacis inclinant. Vnde admonendi sunt vt perpendant: quia dum peruersa mente de præceptis pacis di-

C scordiam faciunt: iusto dei examine ipsi de verbis vitæ moriuntur. At contrà admonendi sunt qui rectè quidem verba legis intelligunt: sed hæc humiliter non loquuntur: vt in diuinis sermonibus priusquam aliis eos proferant: semetipsos requirant: ne insequentes aliorum facta, se deserant. Et cum rectè cuncta de sacra scriptura sentiunt: hoc solum quod per illam contra elatos dicitur non attendant. Improbus quippe & imperitus est medicus qui alienum mederi appetit: & ipse vulnus quod patitur nescit. Qui igitur verba dei humiliter non loquuntur: profectò admonendi sunt vt cum medicamenta ægris apponunt, prius virus suæ pestis inspiciant ne alios medendo ipsi moriantur. Admoneri enim debent vt considerent ne à virtute dicen- *Maldicti, bendi.*

di, viuendi* qualitate discordent: ne loquendo aliud, & ostendendo aliud prædicent. Audiant itaque quod scriptum est: Si quis loquitur, quasi sermones dei. Qui ergo verba quæ proferunt ex propriis non habent: cur quasi de propriis tument? Audiant quod scriptum est: Sicut ex deo coram deo in Christo loquimur. Ex deo enim coram deo loquitur: qui prædicationis verbum & quia à deo accepit intelligit: & placere per illud deo non hominibus quærit. Audiant quoque quod scriptum est: *Prouer.16.* Abominatio dei est omnis arrogans. Quia videlicet dum in verbo dei laudem ac gloriam propriam quærit: ius dantis inuadit: eúmque laudi suæ postponere nequaquam metuit: à quo hoc ipsum quod laudatur accepit. Audiant quod prædicatori per Salo- *Prouer.5.* monẽ dicitur: Bibe aquam de cisterna tua: & fluenta putei tui, Deriuẽtur fontes tui foras, & in plateis aquas diuide. Habeto eas D solus: ne sint alieni participes tui. Aquam quippe prædicator de cisterna sua bibit: cum ad cor suum rediẽs, prius audit ipse quod dicit. Bibit quidem sui fluenta putei: si sui irrigatione verbi infunditur. Vbi bene subiungitur: Deriuentur fontes tui foras, & *Ibidem.* in plateis aquas diuide. Rectum quippe est vt ipse prius bibat, & tunc prædicando aliis influat. Fontes quippe foras deriuare, est exterius aliis vim prædicationis infundere. In plateis autẽ aquas diuidere, est in magna auditorum amplitudine iuxta vniuscuiusque qualitatem diuina eloquia dispensare. Et quia plerumque inanis gloriæ appetitus subrepit dum sermo dei ad multorum notitiam currit, postquam dictum est: In plateis aquas diuide: *Prouer.5.* rectè subiungitur: Habeto eas solus: nec sint alieni participes tui. Alienos quippe malignos spiritus vocat: de quibus per prophetam tentati hominis voce dicitur: Alieni insurrexerunt in *Psal.53.* me, & fortes quæsierunt animam meam. Ait ergo: aquas in plateis diuide: & tamen solus habe. Acsi apertius dicat: Sic necesse est vt prædicationi exterius seruias, quatenus per elationem te immundis spiritibus non coniungas: ne in druini verbi ministerio hostes tuos ad te participes admittas. Aquas ergo & in plateis diuidimus & tamen soli possidemus: quando & exterius latè prædicationem fundimus: & tamen per eam humanas laudes assequi minimè ambimus.

Admonitio. XXVI.

Liter quoque admonendi sunt qui cùm prædicare di- E

A gnè valeant: præ nimia humilitate formidant: atque aliter admonendi sunt quos à prædicatione imperfectio vel ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit. Admonendi nanque sunt qui cum prædicare vtiliter possunt: immoderata tamen humilitate refugiunt, vt ex minori consideratione colligant, quantum in maioribus rebus delinquant. Si enim indigentibus proximis ipsi quas habent pecunias abscondunt: adiutores proculdubio calamitatis extitissent. Quo ergo reatu constringantur aspiciant qui dum peccantibus fratribus verbũ prædicationis subtrahunt: morientibus mentibus vitæ remedia abscondunt. Vnde & bene quidam sapiens dicit: Sapientia abscondita & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? Si populum *Eccli.20.* fames attereret, & occulta frumenta ipsi seruarent, auctores proculdubio mortis existerent. Qua itaque plectendi sunt pœna considerent, qui cum fame verbi animæ pereant, ipsi panem perceptæ gratiæ non ministrant. Vnde & bene per Salomonem dicitur: Qui abscondit frumenta, maledicitur in populis. Fru- *Prouer.11.* menta quippe abscondere, est prædicationis sanctæ apud se verba retinere. In populis autem talis quisque maledicitur: quia in solius culpa silenti j pro multorum quos corrigere potuit pœna damnatur. Si medicinalis artis minime ignari secandum vulnus cernerent, & tamen secare recusarent, profectò peccatum fraternæ mortis ex solo torpore committerent. Quanta ergo cul- F

pa inuoluantur aspiciant, qui dum cognoscunt vulnera mentium, curare negligunt ea sectione verborum. Vnde & bene per prophetam dicitur: Maledictus qui prohibet gladium su- *Hiere.48.* um à sanguine. Gladium quippe à sanguine prohibere, est prædicationis verbum à carnalis vitæ interfectione retinere. De quo rursum gladio dicitur: Et gladius meus manducabit carnes. Hi autem cùm apud se sermonem prædicationis occultant, diuinas contra se sententias terribiliter audiant, quatenus ab eorum cordibus timorem timor expellat. Audiant quòd talen- *Mat.25.* tum qui erogare noluit: cum sententia damnationis amisit. Audiant quod Paulus eo se à proximorum sanguine mundum credidit, quo feriendis eorum vitiis non pepercit, dicens: Con- *Act.20.* testor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium vestrorum, non enim subterfugi quo minus annunciarem omne consilium dei vobis. Audiant quòd voce angelica Ioannes admonetur, cum dicitur: Qui audit, dicat veni. Vt nimirum cui se *Apo.22.* vox interna insinuat, illuc etiam clamando alios quo ipse rapitur trahat, ne clausas fores etiam vocatus inueniat: si vocanti vacuus appropinquat: Audiant quòd Esaias qui à verbi ministerio tacuit, illustratus superno lumine, magna voce pœnitentiæ semetipsum ipse reprehendit, dicens: Væ mihi quia tacui. Au- *Esaiæ.6.* diant quod per Salomonem in illum prædicationis scientia multiplicari promittitur, qui in hoc quod iã obtinuit torporis vitio non tenetur. Ait nanq; Anima quæ benedicit impinguabitur, & *Prouer.11.*

qui

G qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. Qui enim prædicando exterius benedicit: interioris augmenti pinguedinem recipit, & dum vino eloquij auditorum mentem deebriare non desinit, potu multiplicati muneris deebriatus excrescit. Audiant quòd Dauid hoc deo in munere obtulit quòd prædicationis gratiam quam acceperat non abscondit, dicens: Ecce labia mea non prohibebo, domine tu cognouisti. Iustitiam autem tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuum dixi. Audiant quod sponsi colloquio ad sponsam dicitur: Quæ habitas in hortis: amici auscultãte te: fac me audire vocem tuam. Ecclesia quippe in hortis habitat: quæ ad viriditatem intimam exculta plantaria virtutum seruat. Cuius vocem amicos auscultare, est electos quosque verbum prædicationis illius desiderare: quam videlicet vocem sponsus audire desiderat: qui ad prædicationem eius per electorum suorum animas anhelat. Audiant quòd Moyses cùm irascentem deum populo cerneret: & assumi ad vleiscendum gladios iuberet: illos à parte dei denunciauit existere qui delinquentium scelera inuncktanter ferirent, dicens: Si quis domini est, iungatur mihi: ponat vir gladium super femur suum. Ite & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum & occidat vnusquisque fratrem suum, & amicum & proximum suum. Gladium quippe super femur ponere, est prædicationis studium voluptatibus carnis anteferre: vt cum sancta quis studet dicere: curet necesse est illicitas suggestiones e-
H domare. De porta verò vsque ad portam ire, est à vitio vsque ad vitium per quod ad mentem mors ingreditur, increpando discurrere. Per medium vero castrorum transire, est tanta æqualitate intra Ecclesiam viuere: vt qui delinquentium culpas redarguit: in nullius se debeat fauorem declinare. Vnde & rectè subiungitur: Occidat vir fratrem, & amicum, & proximum suum. Fratrem scilicet & amicum & proximum interficit: qui cũ punienda inuenit: ab increpationis gladio nec eis quos per cognationem diligit, parcit. Si ergo ille dei dicitur qui ad ferienda vitia zelo diuini amoris excitatur: profectò esse se dei denegat, qui inquantum sufficit increpare vitam carnalium recusat. At contrà admonendi sunt quos à prædicationis officio, vel imperfectio, vel ætas prohibet: & tamen præcipitatio impellit: ne dum tanti sibi onus officij præcipitatione arrogant: viam sibi subsequentis melioratiõnis abscindant: & cùm arripiunt intempestiuè quod non valent: perdant etiam quod implere quandoque tempestiuè potuissent: atque scientiam quam incongruè conantur ostendere, iustè ostendantur amisisse. Admonendi sunt vt considerẽt quòd pulli auium si ante pennarum perfectionem volare appetant, vnde ire in alta cupiunt: inde in ima merguntur. Admonendi sunt vt considerent quòd structuris recentibus necdum solidatis, si tignorum pondus superponitur:
I non habitaculum, sed ruina fabricatur. Admonendi sunt vt considerent quòd conceptas soboles fœminæ si priusquam plenè formentur proferunt: nequaquam domos, sed tumulos replent. Hinc est quòd ipsa veritas quæ repentè quos vellet roborare potuisset: vt exemplum sequentibus daret, ne imperfecti prædicare præsumerent, postquam discipulos de virtutis prædicatione instruxit: ilico adiunxit: Vos autem sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto. In ciuitate quippe cõsidemus: si intra mentium nostrarum nos claustra constringimus: ne loquẽdo exterius euagemur, vt cùm virtute diuina perfectè induimur: tunc quasi à nobismetipsis foras etiam alios instruentes exeamus. Hinc per quendam sapientem dicitur: Adolescens loquere in causa tua vix. Et si bis interrogatus fueris: habeat initium responsio tua. Hinc est quòd idem redemptor noster cùm in cœlis sit conditor, & ostensione suæ potentiæ semper doctor angelorum, ante tricenale tempus in terra magister noluit fieri hominum, vt videlicet præcipitatis vim saluberrimam timoris infunderet: cum ipse etiam qui labi nõ posset perfectæ vitæ gratiam non nisi perfecta ætate prædicaret. Scriptum quippe est: Cum factus esset annorum duodecim: remansit puer Iesus in Hierusalem. De quo à parentibus requisito paulo post subditur: Inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum: audientem illos & interrogantem. Vigilanti itaque consideratione pensandum est, quòd cum Iesus annorum duodecim dicitur in medio doctorum sedens: non docens, sed interrogans inuenitur. Quo exemplo scilicet ostenditur ne infirmus

Psal.39. *Cant.8.* *Exod.32.* *Ibidem.* *Luc.24.* *Eccli.32.* *Luc.2.2.* *Ibidem.*

docere quis audeat, si ille puer doceri interrogando voluit, qui K per diuinitatis potentiam verbum scientiæ ipsis suis doctoribus ministrauit. Hinc verò per Paulum discipulo dicitur: præcipe *1.ad Tim.4.* hæc & doce, nemo adolescentiam tuam contemnat. Sciendum nanque nobis est: quia in sacro eloquio aliquando adolescentia iuuentus vocatur. Quod citius ostenditur si Salomonis ad medium verba proferantur, qui ait: Lætare iuuenis in adolescen- *Eccles.* tia tua. Si enim vtraque vnum esse non decerneret, quem monebat in adolescentia, iuuenem non vocaret.

Admonitio. XXVII.

Liter admonẽdi sunt, qui in hoc quod temporaliter ap-
A petunt prosperantur: atque aliter qui ea quidem quæ mundi sunt concupiscunt, sed tamen aduersitatis labore fatigantur. Admonendi nanque sunt qui in hoc quod temporaliter appetunt prosperantur, ne cum cuncta ad votum suppetunt, dantem quærere negligant, si in his quæ dantur animum figant: ne peregrinationem pro patria diligant, ne subsidia itineris in obstacula peruentionis vertant, ne nocturno lunæ lumine delectati, claritatem Solis videre fugiant. Admonendi itaq; sunt: vt quæque in hoc mundo consequuntur, calamitatis solatia, non autem præmia retributionis credant, sed cõtra fauores mũdi mentem erigant ne in eis ex tota cordis delectatione succumbant. Quisquis enim prosperitatem qua vtitur apud iudicium cordis melioris vitæ amore non reprimit, fauorem vitæ transeuntis in mortis perpetuæ occasionẽ vertit. Hinc est enim quòd L sub Idumæorum specie, qui vincendos se prosperitati suæ reliquerunt, in huius mundi successibus lætantes, increpantur cùm dicitur: Dederũt terram meam sibi in hæreditatem cum gaudio, ex toto corde & ex animo. Quibus verbis perpenditur quòd nõ solum quia gaudeant, sed quod toto corde & ex animo gaudeãt: districta reprehensione feriantur. Hinc Salomon ait: Auersio *Prouer.* paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorũ perdet illos. Hinc Paulus admonet dicens: Qui emunt tanquam non possidẽ- *1.Cor.7.* tes: & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur. Vt videlicet sic nobis quæ suppetunt exterius seruiant, quatenꝰ à supernæ dilectionis studio animum non inflectant: ne luctum nobis internæ peregrinationis temperẽt ea quæ in exilium positis subsidium præbent, & quasi fœlices in transitoriis nos gaudeamus, qui ab æternis nos interimi miseros cernimus. Hinc nanque est quod electorum voce dicit Ecclesia: Læua eius sub capite meo, *Cant.* & dextera illius amplexabitur me. Sinistram dei prosperitatem videlicet vitæ præsentis quasi sub capite posuit, quam intentione summi amoris premit. Dextera verò dei eam amplectitur: quia sub æterna eius beatitudine tota deuotione continetur. Hinc rursum per Salomonem dicitur: Lõgitudo dierum in dex- *Prouer.3.* tera eius, in sinistra verò eius diuitiæ & gloria. Diuitiæ itaque & gloria qualiter sint habenda docuit, quæ posita in sinistra me- M morauit. Hinc psalmista ait: Saluum me fac dextera tua. Neque *Psal.107.* enim ait manu, sed dextera: vt videlicet cùm dexterã diceret, quia æternam salutẽ quæreret indicaret. Hinc rursum scriptum est: Dextera manus tua domine confregit inimicos. Hostes enim dei *Psal.67.* etsi in sinistra eius proficiunt: in dextera franguntur, quia plerunque prauos vita præsens eleuat, sed aduentus æternæ beatitudinis damnat. Admonendi sunt qui in hoc mundo prosperantur, vt solerter considerent, quia præsentis vitæ prosperitas aliquando idcirco datur vt ad meliorem vitam prouocet, aliquãdo verò vt in æternum plenius damnet. Hinc est enim quòd plebi Israëliticæ Chanaan terra promittitur, vt quandoque ad æterna speranda prouocetur. Neque enim rudis populus ille promissionibus dei in longinquum crederet, si à promissore suo non etiam è vicino aliquid percepisset. Vt ergo ad æternorum fidem certius roboretur, nequaquam solummodo spe ad rẽs, sed rebus quoque ad spem trahitur. Quod liquido psalmista testatur dicens: Dedit eis regiones gentium, & labores popu- *Psal.104.* lorum possederunt. Vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. Sed cùm largientem deum humana mens boni operis repensatione non sequitur, vnde nutrita piè creditur, inde iustius damnatur. Hinc enim per Psalmistam rursum dicitur: Deiecisti eos dum alleuarentur. Quia videlicet reprobi cùm *Psal.72.* recta opera diuinis muneribus non rependunt, cùm totes se hic deserunt, & affluentibus prosperitatibus dimittunt, vnde exterius proficiunt, inde ab intimis cadunt. Hinc est quòd

in infer-

A in inferno cruciato diuiti dicit: Recepisti bona in vita tua. Id-
Luc.16. circo etenim recepit bona in vita sua malus, vt illic plenius ma
la reciperet, quia hic fuerat nec per bona conuersus. At cõtrà
admonendi sunt, qui ea quidem quæ mundi sunt concupiscunt,
sed tamen aduersitatis labore fatigantur, vt sollicita cõsideratio-
ne pensandant creator dispensatórque cunctorum quanta su-
per eos gratis vigilat, quos in sua desideria non relaxat. Aegro
quippe quem medicus desperat: concedit vt cuncta quę concu-
piscit accipiat. Nam qui sanari posse creditur: à multis quæ ap-
petit prohibetur. Et pueris nummos subtrahimus, quibus tota
simul patrimonia heredib⁹ reseruamus. Hinc ergo de spe æter-
næ hæreditatis gaudium sumant: quos aduersitas vitæ tempora-
lis humiliat, quia nisi saluandos eos in perpetuum cerneret: eru
diendos sub disciplinę regimine diuina dispensatio non refre-
naret. Admonendi itaque sunt qui in his quæ temporaliter cõ
cupiscunt: aduersitatis labore fatigantur, vt sollicitè cõsiderent
quòd plerunque etiam iustos cùm temporalis potentia sustol-
lit, velut in laqueum culpa comprehendit. Nam sicut in priori
huius voluminis parte iam diximus, deo Dauid prius amabilis
1.Reg.24. rectior fuit in seruitio, quàm cùm peruenit ad regnum. Seruus
1.Reg.11. namque amore iustitię, deprehẽsum aduersarium ferire timuit:
rex autem persuasione luxuriæ deuotum militem etiam sub-
studio fraudis extinxit. Quis ergo opes, quis potestatem, quis
gloriam quærat innoxiè, si & illi exiterunt noxia qui hæc ha-
B buit non quæsita? Quis inter hęc sine magno discriminis labo-
re saluabitur: si ille in his culpa interueniente turbatus est: qui
ad hæc fuerat deo eligente præparatus? Admonendi sunt vt
considerent quia Salomon qui post tantam sapientiam vsque ad
idololatriam cecidisse describitur, nihil in hoc mundo prius
1.Reg.11. quam caderet aduersitatis habuisse memoratur. Sed concessa sa
pientia funditus cor deseruit: quod nulla, vel minima tribula-
tionis disciplina custodiuit.

Admonitio. XXVIII.

Liter admonendi sunt coniugiis obligati: atque aliter
A à coniugij nexibus liberi. Admonendi sunt nãque cõ
iugiis obligati: vt cùm vicissim quæ sunt alterius co-
gitent: sic eorum quisque placere studeat coniugi: vt non displi
ceat cõditori: sic ea quæ huius mundi sunt agant, vt tamen appe
tere quæ dei sunt non omittant: sic de bonis præsentibus gau-
deant, vt tamen sollicita intentione mala æterna pertimescãt: sic
de malis temporalibus lugeant: vt tamen consolatione integra
spem in bonis perennibus figant: quatenus dum in transitu co-
gnoscunt esse omne quod agunt, in mansione sciant quod appe-
tunt: nec mala mundi cor confringãt: cùm spes bonorum cœle-
stium roborat: nec bona præsentis vitæ decipiant, cùm suspecta
subsequentis iudicij mala contristant. Itaque animus Christia-
norum coniugum & infirmus & fidelis: qui & plenè cũcta tem
poralia despicere nõ valet: & tamen æternis se coniungere per
C desiderium valet: quãuis in delectatione carnis interim iaceat:
supernæ spei refectione conualescat. Et si habet quæ mũdi sunt
in vsu itineris: speret quæ dei sunt in fructu peruentionis: nec
totum se ad hoc quod agit conferat: ne ab eo quod robustè spe-
rare debuit, funditus cadat. Quod bene ac breuiter Paulus ex-
1.Cor.7. primit dicens: Qui habent vxores, tanquam non habentes sint:
& qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non
gaudentes. Vxorẽ quippe quasi non habendo habet, qui sic per
illam carnali consolatione vtitur, vt tamen nunquam ad praua
opera à melioris intentionis rectitudine eius amore flectatur.
Vxorem quasi non habendo habet, qui transitoria esse cuncta
conspiciens, curam carnis ex necessitate tolerat: sed æterna gau
dia spiritus ex desiderio expectat. Non flendo autem flere, est
sic exteriora aduersa plangere: vt tamen nouerit æternæ quo-
que spei consolatione gaudere. Et rursum, non gaudendo gau-
dere, est sic de infimis animum attollere, vt tamen nunquã desi-
nat summa formidare. Vbi quoq; aptè paulopost idem doctor
Ibidem. ac prædicator gentium subdit dicens: Præterit enim figura hu-
ius mundi. Ac si apertè diceret: Nolite constanter mundum di-
ligere: quando & ipse non potest quem diligitis stare: Incassum
cor quasi manentes figitis: dum fugit ipse quem amatis. Ad-
monendi sunt coniuges vt ea in quibus sibi aliquando displi-
Galat.5. cent: & patientes inuicem tolerent, & exhortantes inuicem sal-
uent. Scriptum namque est: Inuicem onera vestra portate: & sic
adimplebitis legem Christi. Lex quippe Christi, charitas est: D
quia ille nobis & largiter sua bona contulit: & æquanimi-
ter mala nostra portauit. Tunc ergo legem Christi & eius man
data imitando complemus, quando & nostra bona benignè
conferimus: & nostrorum mala piè sustinemus. Admonendi
quoque sunt & coniuges, vt eorum quisque non tam quæ ab al-
tero tolerat: quàm quæ ab ipso tolerentur attendat. Si enim sua
quæ portantur considereret: ea quę ab altero sustinet leuius por-
tat. Admonendi sunt coniuges vt suscipiendæ prolis se me-
minerint causa coniunctos: & cum immoderatæ admixtioni ser
uientes: propagationis articulum in vsum transferunt voluptā-
tis: perpendant, quòd licet extrà non exeant: in ipso tamen coni-
ugio coniugij iura transcendunt. Vnde necesse est vt crebris
exhortationibus moneantur vt defleãt quòd pulchram copulæ
speciem admixtis voluptatibus fœdant. Hinc est enim quòd
peritus medicinæ cœlestis Apostolus non tam sanos instituit
quàm infirmis medicamenta monstrauit, dicẽs: De quibus scri- 1.Cor.7.
psistis mihi: bonum est homini mulierem non tangere: propter
fornicationem autem vnusquisque suam habeat vxorem: & v-
naquæque suum virum habeat. Qui enim fornicationis metum
præmisit: profectò non stantibus præceptum contulit: sed ne
fortasse in terram ruerent, lectum cadentibus ostendit. Vnde
adhuc infirmantibus subdidit: Vxori vir debitum reddat: simi- Ibidem.
liter & vxor viro. Quibus dum in magna honestate coniugij E
aliquid de voluptate largiretur: paulopost subdidit: Hoc autem
dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Cul- Ibidem.
pa quippe esse innuitur: quod indulgeri perhibetur. Sed quæ
tanto citius relaxetur: quanto non per hanc illicitum quid agi-
tur: sed hoc quod est licitum, sub moderamine non tenetur.
Quòd bene Loth in semetipso exprimit: qui ardẽtem Sodomã Genes.19.
fugit: sed tamen Segor veniens, nequaquam mox montana con-
scendit. Ardentem quippe Sodomam fugere est illicita carnis
incendia declinare. Altitudo vero montium, est munditia con-
tinentium. Vel certè quasi in monte sunt qui & iam carnali co-
pulæ inhærent, sed tamen extra suscipiendæ prolis admixtionẽ
debitam, nulla carnis voluptate soluuntur. In monte quippe sta-
re quid est nisi fructus propaginis in carne nõ quærere? In mon
te stare, est carni carnaliter non adhærere. Sed quia multi sunt
qui scelera quidem carnis deserunt: nec tamen in coniugio po-
siti vsus solummodo debiti iura conseruant, exiit quidem Loth
Sodomam, sed tamen mox ad montana non peruenit, quia iam
damnabilis vita relinquitur: sed adhuc celsitudo coniugalis
continentiæ subtiliter non tenetur. Est verò in medio Segor
ciuitas, quæ fugientem saluet infirmum, quia videlicet cùm si-
bi per incontinentiam miscentur coniuges: & lapsus scelerum
fugiunt, & tamen venia saluantur. Quasi paruam quippe ciuita-
tẽ inueniunt in qua ab ignibus defendãtur, quia coniugalis hęc
vita non quidem in virtutibus mira est: sed tamen à suppliciis F
secura. Vnde idem Loth ad angelũ dicit: Est ciuitas hic iuxtà Genes.19.
ad quam possum fugere parua, & saluabor in ea. Nunquid non
modica est, & viuet anima mea in ea? Iuxtà ergo Segor dicitur,
& tamen ad salutem tuta perhibetur: quia coniugalis vita nec à
mundo longè diuisa est, nec tamen à gaudio salutis aliena. Sed
tunc in hac actione vitam suam coniuges quasi in parua ciuita-
te custodiunt: quando pro se adsiduis deprecationibus inter-
cedunt. Vnde rectè per angelum ad eundem Loth dicitur: Ec- Ibidem.
ce etiam in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertam vrbem
pro qua locutus es. Quia videlicet cùm deprecatio funditur
deo, nequaquã talis coniugij vita dãnatur. De qua deprecatio-
ne quoque Paulus admonet dicens: Nolite fraudare inuicem, ni 1.Cor.7.
si fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. At contrà
admonẽdi sunt qui ligati cõiugiis non sunt, vt cœlestibus præ-
ceptis cò rectius seruiant, quo eos ad curas mundi nequaquam
iugum copulæ carnalis inclinat, vt quos onus licitum coniugij
non grauat: nequaquam pondus illicitum terrenæ sollicitudi-
nis premat: sed tanto eos pariores dies vltionis quantò expe-
ditiores inueniat, ne quo meliora agere vacantes possunt, sed
tamen negligunt, cò supplicia deteriora mereantur. Audiant
quòd Apostolus cùm quosdam ad cœlibatus gratiam instrue-
ret, non coniugium spreuit, sed curas mundi nascentes ex coni-
ugio repulit, dicens: Hoc ad vtilitatem vestram dico, non vt la- Ibidem.
queum vobis iniiciam: sed ad id quod honestũ est, & quod facul

tatem

G tatem præbeat sine impedimento domino obseruandi. Ex cõiugiis quippe terrenæ sollicitudines prodeunt: & idcirco magister gentium auditores suos ad meliora persuasit: ne sollicitudine terrena ligarentur. Quem ergo cœlibem curarum secularium impedimentum præpedit, & coniugio se nequaquam subdidit: & tamẽ coniugij onera non euasit. Admonẽdi sunt cœlibes ne sine damnationis iudicio misceri se fœminis vacãtibus putent. Cùm enim Paulus fornicationis vitium tot criminibus
1.Cor.6. execrandis inseruit: cuius sit reatus indicauit dicẽs: Neque fornicatores, neq; seruientes idolis, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum dei possidebunt. Et rursum: Fornicatores autem & adulteros iudicabit
Heb.13. deus. Admonendi sunt itaque: vt si tentationum procellas cum difficultate salutis tolerant, coniugij portum petant. Scriptum
1.Cor.7. nanque est: Melius est nubere quàm vri. Sine culpa quippe ad coniugium veniunt, si tamen necdum meliora vouerunt. Nam quisquis bonum maius subire proposuit: bonũ minus quod licuit illicitum fecit. Scriptum quippe est: Nemo mittens manum
Luc.9. suam ad aratrum & respiciens retro, aptus est regno cœlorum. Qui igitur fortiori studio intenderat: retro conuincitur respicere, si relictis amplioribus bonis ad minima retorquetur.

Admonitio. XXIX.

H Aliter admonendi sunt peccatorum carnis conscij, atque aliter ignari. Admonendi nanque sunt peccata carnis experti: vt mare saltem post naufragium metuant: & perditionis suæ discrimina vel cognita perhorrescant: ne qui piè post perpetrata mala seruati sunt, hæc improbè repetendo moriantur. Vnde peccanti animæ nunquam à peccato definenti dicitur: Frons mulieris meretricis facta est
Hier.3. tibi, noluisti erubescere. Admonendi sunt itaque vt studeant quatenus si accepta naturę bona integra seruare noluerunt, saltem scissa resarciant. Quibus nimirum necesse est vt perpendant in tam magno fidelium numero: quàm multi & se illibatos custodiant: & alios ab errore conuertant. Quid ergo isti dicturi sunt, si aliis in integritate stantibus, ipsi nec post damna resipiscant? Quid dicturi sunt: si cùm multi & alios secum deferunt ad regnum: hi expectanti domino nec semetipsos reducant? Admonendi sunt vt præterita cõmissa considerent: & imminentia deuitent. Vnde sub Iudææ specie per prophetam dominus corruptis in hoc mundo mentibus: transactas ad memoriam culpas reuocat: quatenus pollui in futuris erubescant, dicens: For-
Ezec.23. nicatæ sunt in Aegypto in adolescẽtia sua: ibi subacta sunt vbera earũ: & fractæ sunt mammæ pubertatis earum. In Aegypto quippe vbera subiguntur: cùm turpi huius mundi desiderio humanæ mentis voluntas substernitur. In Aegypto pubertatis mammæ frãguntur: quãdo naturales sensus adhuc in semetipsis integri, pulsantis concupiscentiæ corruptione vitiantur. Admonendi sunt carnis peccata experti: vt vigilanti cura conspiciant, post delicta nobis ad se redeuntibus deus quanta beneuolentia sinum suæ pietatis expandat: cum per prophetam dicat:
Hier.3. Si dimiserit vir vxorem suam: & illa recedens duxerit virum alium: nunquid reuertetur ad eum vltra? Nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me: dicit dominus: Ecce de fornicante & relicta muliere argumentum iustitiæ proponitur: & tamen nobis redeuntibus post lapsum non iustitia: sed pietas exhibetur. Vt hinc vtique colligamus si nobis delinquentibus tanta pietate parcitur, à nobis nec post delictum redeuntibus, quanta improbitate peccatur: aut quæ ab illo erit super improbos venia, qui non cessat vocare post culpam? Quæ nimirum bene per prophetam post delictum misericordia vo-
Esa.30. cationis exprimitur cum auerso homini dicitur: Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum: & aures tuæ audient verbum post tergum monentis. Humanum quippe genus dominus in faciem monuit: quando in paradiso condito homini atque in libero arbitrio stanti: quid facere, quidve non facere deberet indixit. Sed homo in dei faciem terga dedit, cùm superbiens eius iussa contempsit. Nec tamen superbientem deus deseruit: qui ad reuocandum hominem legem dedit: exhortantes angelos misit: in carne nostræ mortalitatis ipse apparuit. Ergo post tergum stans nos admonuit, qui ad recuperationem nos gratiæ etiam contemptus vocauit. Quod igitur generaliter simul potuit dici de cunctis, hoc necesse est specialiter sentiri de singulis. Quasi enim coram positus deo quisque verba monitionis eius percipit: cum priusquam peccata perpetret: voluntatis eius præcepta cognoscit. Adhuc enim ante faciem eius stare, est necdum eum peccando contemnere. Cum vero derelicto bono innocentiæ iniquitatem eligens appetit: iam terga in eius faciem mittit. Sed ecce adhuc & post tergum deus subsequens monet: qui etiam post culpam ad se redire persuadet. Auersum reuocat, cum commissa non respicit, sed reuertenti sinum pietatis expandit. Vocem ergo post tergum monentis audimus: si ad inuitantem nos dominũ saltem post peccata reuertimur. Debemus ergo pietatem vocãtis erubescere: si iustitiam nolumus formidare: quia tanto grauiori improbitate contẽnitur, quanto & contemptus adhuc vocare non dedignatur. At contra admonendi sunt peccata carnis ignorãtes: vt tanto sollicitius præcipitem ruinam metuant, quanto altius stant. Admonendi sunt vt nouerint quia quo magis loco præeminenti consistunt: eo crebrioribus sagittis insidiatoris impetuntur. Quia tanto ardentius solet erigi: quanto robustius se conspicit vinci: tantoque intolerabilius dedignatur vinci: quanto contra se videt per integra infirmæ carnis castra pugnari. Admonendi sunt vt incessanter præmia suspiciant, & libenter proculdubio tentationum quas tolerant labores calcabunt. Si enim attendatur fœlicitas quæ sine transitu attingitur, leue fit quod transeũdo laboratur. Audiant quod per prophetam dicitur: Hæc dicit dominus eunuchis: Qui custodierint sabbata mea: & elegerint quæ
Esa.56. volui, & fœdus meum tenuerint: dabo eis in domo mea & in muris meis locum & nomen melius à filiis & filiabus. Eunuchi quippe sunt: qui compressis motibus carnis, affectum in se praui operis abscindunt. Quo autem apud patrem loco habeantur ostenditur quia in domo patris videlicet æterna mãsione etiam filiis præferũtur. Audiãt quod per Ioannem dicitur: Hi sunt qui
Apoc.14. cũ mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt: & sequũtur agnum quocũque ierit. Et quòd canticum cantant quod nemo potest dicere: nisi illa cẽtum quadraginta quatuor milia. Singulariter quippe canticum agno cantare, est cum eo in perpetuum præ cunctis fidelibus etiam de incorruptione carnis gaudere. Quod tamen electi cęteri canticum audire possunt: licet dicere nequeant, quia per charitatem quidem in illorum celsitudine læti sunt, quantuis ad eorum præmia non assurgant. Audiant peccatorum carnis ignari: quod per semetipsam de hac integritate veritas dicit: Non omnes capiũt verbum hoc. Quod eo innotuit summum esse, quo denegauit omnium: & dum præ-
Matt.19. dicit quia difficile capitur, audientibus innuit, captum cum qua cautela teneatur. Admonendi sunt itaque peccata carnis ignorantes, vt & præeminere virginitatem coniugio sciant: & tamen se super coniuges non extollant, quatenus dum & virginitatem præferunt, & se postponunt: & illud non deserant quod melius esse æstimant, & se custodiant quo se inaniter non exal- M
tant. Admonendi sunt vt considerent q; plerunque actione secularium vita continentiũ confunditur: cum illi vltra habitũ assumant opera: & isti iuxta ordinem proprium nõ excitant corda. Vnde bene per prophetam dicitur: Erubesce Sidon ait mare.
Esa.23. Quasi enim per vocẽ maris ad verecũdiã Sidon adducitur: quãdo per comparationem vitæ secularium atque in hoc mũdo fluctuantiũ, eius qui munitus & quasi stabilis cernitur, vita reprobatur. Sæpe enim nonnulli ad dominũ post peccata carnis redeuntes, tanto ardentius se in bonis operibus exhibent, quanto damnabiliores se de malis vident. Et sæpe quidam in carnis integritate perdurantes: cùm minus se respiciũt habere quod defleant, plenè sibi sufficere vitę suæ innocentiã putant: atq; ad fetuorem spiritus nullis se ardoris stimulis inflãmant. Et fit plerũque deo gratior amore ardens vita post culpam, quàm securitate torpens innocentia. Vnde & voce iudicis dicitur: Remit- *Luc.7.*
tuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. &: Gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitente, magis quàm super nonagintanouem iustis, quibus non opus est pœnitentia. Quod citius ex ipso vsu colligimus: si nostræ mentis iudicia pensemus. Plus nanque terram diligimus quæ post spinas exarata fructus vberes producit, quàm quæ nullas spinas habuit, sed tamen exculta sterilem segetem gignit. Admonendi sunt peccata

A cita carnis ignorantes, ne superioris ordinis celsitudine se cæteris præferant, cum ab inferioribus quanta se melius agantur ignorant. In examine namque recti iudicis mutat merita ordinum, qualitas actionum. Quis enim consideratis rerum ipsis imaginibus nesciat quòd in natura gemmarum carbunculus præfertur hyacintho? Sed tamen cærulei coloris hyacinthus præfertur pallenti carbunculo: quia & illi quod naturæ ordo subtrahit, species decoris adiungit: & hunc quem naturalis ordo prætulerat, coloris qualitas fœdat. Sic ergo in humano genere & quidam in meliori ordine deteriores sunt: & quidam in deteriori meliores: quia & isti sortem extremi habitus bene viuendo transcendunt, & illi superioris loci meritum moribus non exæquando diminuunt.

Admonitio. XXX.

Liter admonendi sunt qui peccata deplorant operum,
A atque aliter qui cogitationum. Admonendi quippe sunt qui peccata deplorant operum, vt consummata mala perfecto diluant lamento, ne plus astringantur in debito perpetrati operis: & minus soluant fletibus satisfactionis. Scriptum quippe est: Potum dedit nobis in lachrymis & in mensura, vt videlicet vniuscuiusque mens tantum pœnitendo compunctionis suæ bibat lachrymas quantum se à deo memmit aruisse per culpas. Admonendi sunt vt incessanter admissa ante
B oculos reducant: atque viuendo agant vt à districto iudice videri non debeant. Vnde Dauid cùm peteret dicens: Auerte oculos tuos à peccatis meis: paulo superius intulit: delictum meum coram me est semper. Ac si diceret: Peccatum meum ne respicias postulo, quia hoc respicere ipse non cesso. Vnde & per prophetam dominus dicit: Et peccatorum tuorum memor non ero: tu autem memor esto. Admonendi sunt vt singula quæque admissa considerent, & dum per vnumquodque erroris sui inquinationem deflent: simul se ac totos lachrymis mundent. Vnde bene per Hieremiam dicitur: cùm Iudææ singula delicta pensarentur: Diuisiones aquarum deduxit oculus meus. Diuisus quippe ex oculis aquas deducimus: quando peccatis singulis dispertitas lachrymas damus. Neque enim vno eodemq; tempore æque mens de omnibus dolet: sed dū nunc huius nunc illius culpæ memoria acrius tangitur: simul de omnibus in singulis commota purgatur. Admonendi sunt: vt de misericordia quam postulant præsumant: ne vi immoderatæ afflictionis intereant. Neque enim piè dominus antè delinquentium oculos flenda peccata opponeret: si per semetipsum ea districtè ferire voluisset. Constat enim quòd à suo iudicio abscondere voluit: quos miserando præueniens sibimetipsis iudices fecit.
C Hinc enim scriptum est: Præueniamus faciem domini in confessione. Hinc per Paulum dicitur: Si nosmetipsos diiudicaremus: non vtique iudicaremur. Rursumque admonendi sunt, vt sic de spe fiduciam habeant: ne tamen incauta securitate torpescant. Plerunque enim hostis callidus mentem quam peccato supplantat, cùm de ruina sua afflictam respicit: securitatis pestiferæ blanditiis seducit. Quod figuratè exprimitur: cùm factum Dinæ memoratur. Scriptū quippe est: Egressa est Dina vt videret mulieres regionis illius: quā cum vidisset Sichen filius Emoreui princeps terræ illius, adamauit: & rapuit & dormiuit cum illa: vi opprimens virginem, & cōglutinata est anima eius cum ea: tristemque blanditiis deliniuit. Dina quippe vt mulieres videat extraneæ regionis egreditur: quando vnaquæque mens sua studia negligēs, actiones alienas curans, extra habitum atque extra ordinem proprium vagatur. Quam Sichen princeps terræ illius opprimit: quia videlicet inuentam in curis exterioribus diabolus corrumpit. Et conglutinata est anima eius cùm ea: quia vnitam sibi per iniquitatem respicit. Et quia cùm mens à culpa resipiscit, ad se ducitur: atque admissum flere conatur, corruptor autem spes & securitates vacuas ante oculos reuocat: quatenus vtilitatem tristitiæ subtrahat: rectè illic subiungitur: Tristemque blanditiis deliniuit. Modo enim aliorum facta graviora: modo nihil esse quod perpetratum est: modo misericordem deum loquitur: modo adhuc tempus subsequens ad pœnitentiam pollicetur: vt dum per hæc decepta mens ducitur: ab intentione pœnitentiæ suspendatur: quatenus tunc bona nulla percipiat quam nunc mala contristant, & tunc plenius obruatur supplicijs quæ nunc etiam gaudet in delictis. At contrà admonēdi sunt qui peccata cogitationum deflent: vt sollicitè cōsiderent intra mentis arcana: vtrum delectatione tantummodo: an etiam consensu deliquerint. Plerunque enim tentatum cor & ex carnis nequitia delectatur, & tamen eidem nequitiæ ex ratione renititur, vt in secreto cogitationis & contristet quod libet: & libeat quod contristat. Nonnunquam verò ita mens baratro tētationis absorbetur: vt nullatenus renitatur, sed ex deliberatione sequitur hoc vnde ex delectatione pulsatur: & si facultas exterior suppetat, rerum mox effectibus interiora vota consummat. Quod videlicet si iusta animaduersio districti iudicis respicit, non est iam cogitationis culpa sed operis: quia etsi rerum tarditas foras peccatum distulit: intus hoc consensionis opere voluntas impleuit. In primo autē parente didicimus quia tribus modis omnis culpæ nequitiam perpetramus: suggestione scilicet, delectatione, & consensu. Primū itaque per hostem: secundum vero per carnem: tertium per spiritum perpetratur. Insidiator enim praua suggerit: caro se delectationi subiicit: atque ad extremum spiritus victus delectatione consentit. Vnde & ille serpens praua suggessit. Eua autem quasi caro se delectationi subdidit. Adā verò velut spiritus suggestione ac delectatiōe superatus cōsensit. Suggestione itaque peccatū agnoscimus delectatione vincimur: consensu etiam ligamur. Admonendi sunt igiturqui nequitias cogitationis deflent: vt sollicite considerēt in qua peccati mensura ceciderunt, E quatenus iuxta ruinæ modū quam in semetipsis introrsus sentiunt: etiam mensura lamentationis eriganturne si cogitata mala minus excruciant: vsque ad perpetranda opera perducāt. Sed inter hæc ita terrendi sunt: vt tamen minimè frangantur. Sæpe enim misericors deus eo citius peccata cordis abluit: quo exire ad opera non permittit: & cogitata nequitia tanto citius soluitur: quāto effectu operis districtius nō ligatur. Vnde rectè per Psalmistam dicitur: Dixi pronunciabo aduersum me iniustitias meas domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. Qui autem impietatem cordis subdidit: quia cogitationum iniustitias pronunciare vellet indicauit. Dumq; ait: dixi, pronunciabo: atque illico adiunxit, & tu remisisti: quàm sit super hæc facilis venia ostendit. Et dum se adhuc petere promittit, hoc quod petere se promittebat obtinuit, quatenus quia vsque ad opus non venerat culpa, vsque ad cruciatum non perueniret pœnitentia, sed cogitata afflictio mentem tergeret: quam nimirum tantummodo cogitata iniquitas inquinasset.

Admonitio. XXXI.

Liter admonēdi sunt qui admissa plangunt: nec tamen
A deserunt: atque aliter qui deserūt nec tamen plangunt. Admonendi sunt enim qui admissa plangunt, nec tamen deserunt: vt cōsiderare solicitè sciant quia flendo inaniter mūdant, qui viuēdo se nequiter inquinant, cū idcirco se lachrymis lauāt, vt mūdi ad sordes redeant. Hinc enim scriptū est: Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti. Canis quippe cùm vomit: profecto cibum qui pectus deprimebat proiicit: sed cum ad vomitū reuertitur vnde leuigatus fuerat, F rursus oneratur. Et qui admissa plangūt profectò nequitiam de qua malè satiati fuerant, & quę mentis intima deprimebat confitendo proiiciunt, quam post confessionem dum repetunt resumunt. Sus verò in volutabro luti cum lauatur, sordidior redditur. Et qui admissum plāgit, nec tamē deserit: pene grauiori culpæ se subiicit: qui & ipsam quā flendo potuit impetrare veniam contemnit, & quasi in lutosa aqua semetipsum voluit, quia dum fletibus suis vitæ munditiam subtrahit, ante dei oculos sordidas ipsas etiam lachymas facit. Hinc rursum scriptū est: Ne iteres verbū in oratione tua. Verbum namque in oratione iterare, est post flerū committere quod rursum necesse sit flere. Hinc per Esaiam dicitur: Lauamini, mundi estote. Post lauacrum enim mūdus esse negligit, quisquis post lachrymas vitę innocentiam non custodit. Lauantur ergo & nequaquam mundi sunt, qui commissa flere non desinunt, sed rursus flenda committunt. Hinc quoque per quendam sapientem dicitur: Quid prodest si baptizatur à mortuo, & iterum tangit illum, quid proficit lauatio eius? Baptizatur quippe à mortuo qui mundatur fletibus à peccato. Sed post baptisma mortuum tangit, qui culpam post lachrymas repetit. Admonendi sunt qui admissa plangunt, nec tamen deserunt, vt ante districti iudicis oculos eis

Universidad de Deusto
Biblioteca

G los eis se esse similes agnoscant, qui venientes ad faciem quorũdam hominum magna eis submissione blandiuntur, recedentes autem inimicitias ac damna quæ valent atrociter inferunt. Quid enim culpam flere: nisi humilitatem deo suæ deuotionis ostendere? Et quid est post fletum praua agere, nisi superbas in eum quem rogauerat, inimicitias exercere? Iacobo attestante qui ait: Quicunque voluerit amicus esse seculi huius: inimicus dei constituitur. Admonendi sunt qui admissa plangunt nec tamen deserunt: vt sollicitè considerent: quia ita plerunque mali inutiliter compunguntur ad iustitiam: sicut plerunque boni innoxiè tentantur ad culpam. Fit quippe mira exigentibus meritis dispositionis internæ mensura: vt & illi dum de bono aliquid agunt quod tamen non perficiunt, superbè inter ipsa quæ etiam plenissimè perpetrant mala confidant: Et isti dum de malo tentantur cui nequaquam consentiunt, quo per debilitatem ac infirmitatem titubant: eo gressus cordis ad iustitiam per patientiam & humilitatem verius figant. Balaam quippe tabernacula iustorum respiciens ait: Moriatur anima mea morte iustorum: & fiant nouissima mea horum similia. Sed cùm compunctionis tempus abscessit: contra eorum vitam quibus se similem fieri etiam moriendo popposcerat: consilium præbuit. Et cùm occasionem de auaritia reperit, cito oblitus est quicquid sibi de innocentia optauit. hinc vero doctor & prædicator gentium Paulus ait: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mẽtis meę, & captiuum H me ducentem in lege peccati quæ est in membris meis. Qui profecto idcirco tentatur, vt in bono robustius ex ipsa infirmitatis suæ cognitione solidetur. Quid est ergo quòd ille compungitur, & tamen iustitiæ non appropinquat: iste tentatur, & tamen eum culpa non inquinat? nisi hoc quod apertè ostenditur quòd nec malos bona imperfecta adiuuant: nec bonos mala inconsummata condemnant. At contrà admonendi quoque sunt etiam qui admissa deserunt: nec tamen plangunt, ne iam relaxatas æstiment culpas, quas etsi agendo non multiplicant, nullis tamen fletibus mundant. Neque enim scriptor si à scriptione cessauerit, quia alia non addidit: etiam illa quæ scripserat deleuit, & simili modo, nec qui contumelias irrogat, si solummodo tacuerit: satisfecit: cùm profectò necesse sit vt verba præmissæ superbiæ verbis subiunctæ humilitatis impugnet, nec debitor absolutus est quia alia non multiplicat, nisi & illa quæ ligauerat soluat. Ita & cum deo delinquimus, nequaquam satisfacimus si ab iniquitate cessamus: nisi voluptates quoque quas dileximus, econtrario appositis lamentis insequamur. Si enim nulla nos in hac vita operum culpa maculasset, nequaquam nobis hic adhuc degentibus ipsa ad securitatem innocentia nostra sufficeret: quia illicita animum multa pulsarent. Qua ergo mente securus est, qui perpetratis iniquitatibus ipse sibi testis est quia innocens non est? Neque enim deus I nostris cruciatibus pascitur, sed delictorum morbos medicamẽtis contrariis medetur: vt qui voluptatibus delectati discessimus: rursum fletibus amaricati redeamus. Et qui per illicita defluendo cecidimus, etiam à licitis nosmetipsos restringendo, surgamus. Et cor quod insana lætitia infuderat, salubris tristitia exurat: & quod vulnerauerat elatio superbiæ, curet abiectio humilis vitæ. Hinc enim scriptum est: Dixi iniquis nolite iniquè agere: & delinquentibus, nolite exaltare cornu. Cornu quippe delinquentes exaltant, si nequaquam se ad pœnitentiam ex cognitione suæ iniquitatis humiliant. Hinc rursum dicitur: Cor contritum & humiliatum deus non spernit. Quisquis enim peccata plangit, nec tamen deserit, cor quidem conterit, sed humiliare contemnit. Qui verò peccata iam deserit nec tamen plangit: iam quidem humiliat, sed tamen cor conterere recusat. Hinc Paulus ait: Et hæc quidem fuistis: sed abluti estis: sed sanctificati estis. Quia nimirum illos emendatior vita sanctificat, quos & per pœnitentiam abluens afflictio fletuum mundat. Hinc Petrus cùm quosdam territos malorum suorum consideratione conspiceret, admonuit dicens: Pœnitentiam agite: & baptizetur vnusquisque vestrum. Dicturus enim baptisma, præmisit pœnitentiæ lamenta: vt prius se aqua suæ afflictionis infunderent, & postmodum sacramento baptismatis lauarent. Qua ergo mente qui transactas culpas flere negligunt, viuunt securi de venia, quando ipse summus pastor Ecclesiæ huic etiam sacramento addendam pœ- K nitentiam credidit, quod peccata principaliter extinguit?

Exo. 4. *Num. 23.* *Num. 24.* *Roma. 7.* *Psal. 74.* *Psal. 50.* *1. Cor. 6.* *Actu. 2.*

Admonitio. XXXII.

ALiter admonẽdi sunt qui illicita quę faciunt etiam laudant, atque aliter qui accusant praua, nec tamen deuitant. Admonendi sunt enim qui illicita quæ faciunt etiam laudant, vt considerent quòd plerunque plus ore quàm opere delinquant. Opere nanque per semetipsos solos praua perpetrant. Ore autem per tot personas iniquitatem exhibent, quot audientium mentes iniqua laudantes docent. Admonẽdi ergo sunt vt si eradicare mala dissimulant: saltem seminare pertimescant: Admonendi sunt vt eis perditio priuata sufficiat. Rursumque admonendi sunt, vt si esse mali non metuunt, erubescant saltem videri quod sunt. Plerunque enim culpa dum absconditur, effugatur: quia dum mens erubescit videri quod tamen esse non metuit, erubescit quandoque esse quod fugit videri. Cum verò prauus quisque impudenter innotescit: quo liberius omne facinus perpetrat: eo etiam licitum putat: & quod licitum suspicatur: in hoc proculdubio multiplicius mergitur. Vnde scriptum est: Peccatum suũ sicut Sodoma prædicauerũt: *Esa.* nec absconderunt. Peccatum enim suum absconderet Sodoma: si adhuc sub timore peccaret. Sed funditus frena timoris amiserat, quæ ad culpã nec tenebras requirebat. Vnde & rursum scriptum est: Clamor Sodomorum & Gomorræ multipli- *Genes.* catus est. Peccatum quippe cum voce, est culpa cum actione, L peccatum vero etiam cum clamore, est culpa cum libertate.

At contrà admonendi sunt qui accusant praua, nec tamen deuitant: vt prouidè perpendant quid in districto dei iudicio pro sua excusatione dicturi sunt: qui de reatu suorum criminum etiam semetipsis iudicibus non excusantur. Hi itaque quid aliud quàm præcones sunt sui? voces contra culpas proferunt, & semetipsos operibus reos tradunt*. Admonendi sunt vt videant, *alaudã* quia de occulta iam retributione iudicij est quòd eorũ mens malum quod perpetrat illuminatur vt videat, sed non conatur vt vincat: vt quo melius videt, eo deterius pereat: quia & intelligentię lumen percipit, & actionis prauæ tenebras non relinquit. Nam cum acceptã ad adiutoriũ scientiã negligunt, hanc cõtra se in testimoniũ vertunt, & de lumine intelligentiæ augent supplicia: quod profectò acceperant vt possent delere peccata. Quorum nimirum nequitia dum malum agit quod diiudicat: veturum iudiciũ iam hic degustat: vt cum æternis suppliciis seruatur obnoxia, suo hic interim examine nõ sit absoluta. Tantóque illic grauiora tormenta percipiat: quanto hic malum non deserit, etiã quod ipsa mens condemnat. Hinc enim veritas dicit: Seruus qui cognouit voluntatem domini sui & non fecit *Luc. 12.* secundum voluntatem eius: plagis vapulabit multis. Hinc Psalmista ait: Descendant in infernum viuentes. Viui quippe quæ *Psal. 54.* circa illos aguntur, sciunt & sentiunt, mortui autem sentire nihil possunt. Mortui autẽ in infernũ descenderẽt, si mala nesciẽdo perpetrarẽt. Cũ vero sciunt mala & tamẽ faciunt, ad iniquitatis infernum viuentes miseri sentientesque descendunt. M

Admonitio. XXXIII.

Liter admonendi sunt qui repentina cõcupiscentia superantur, atque aliter qui in culpa ex consilio ligantur.

A Admonendi itaque sunt quos repẽtina concupiscentia superat: vt in bello præsentis vitæ se quotidie positos attendant, & cor quod præuidere vulnera non potest, scuto solliciti timoris tegant, vt occulta insidiantis iacula hostis perhorrescãt, & in tam caliginoso certamine intẽtione continua inter mentis castra se muniant. Nam si à circunspectionis sollicitudine cor destituitur, vulneribus aperitur: quia hostis callidus tanto liberius pectus percutit, quanto nudum à prouidentiæ lorica deprehendit. Admonendi sunt qui repentina concupiscentia superantur: vt curare nimis terrena desuescant: quia intentionem suam dum rebus transitoriis immoderatius implicant, quibus culparum iaculis transfigantur ignorant. Vnde per Salomonẽ vox percusi & dormientis exprimitur, qui ait: Verberauerunt *Prou. 23.* me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi. Quando euigilabo, & rursum vina reperiam? Mens quippe à cura suæ sollicitudinis dormiens verberatur & non dolet: quia sicut imminentia mala uõ prospicit, sic neque quæ perpetrauerit agnoscit. Trahitur & nequaquã sentit, quia per illecebras vitiorum ducitur:

A dus surrexerit tamen ad diui custodiam suscitatur. Quæ quidem euigilare optat vt rursum vina reperiat, quia quanuis somno torporis à sui custodia prematur: vigilare tamen ad seculi curas nititur: vt semper voluptatibus debrietur, & cum ad illud dormiat in quo solerter euigilare debuerat: ad illud vigilare appetit, ad quod laudabiliter dormire potuisset. Hinc superius scriptum est: Et eris quasi dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo. In medio enim mari dormit, qui in huius mũdi tentationibus positus prouidere motus irruentium vitiorum quasi imminentes vndarum cumulos negligit. Et quasi clauum gubernator amittit, quando mens ad regendam nauem corporis, studium sollicitudinis perdit. Clauum quippe in mari amittere, est intentionem prouidam inter procellas huius sæculi non tenere. Si enim gubernator sollicitè clauum stringit, modo in fluctibus exaduerso nauem dirigit, modo ventorum impetus per obliquum findit. Ita cum mens vigilanter animam regit, modo alia superans calcat, modo alia prouidens declinat, vt & præsentia laborando subiiciat, & contra futura certamina prospiciendo conualescat. Hinc rursum quoque de fortibus supernæ patriæ bellatoribus dicitur: Sit vnusquisque ensis super femur suum, propter timores nocturnos. Ensis enim super fœmur ponitur, quando acumine sanctæ prædicationis praua suggestio carnis edomatur. Per noctem verò cæcitas nostrę infirmitatis ac debilitatis exprimitur: quia quicquid aduersitatis
B in nocte imminet, non videtur. Vnusquisque ergo ensis super fœmur suum ponitur propter tentationes siue timores nocturnos, quia videlicet sancti & perfecti viri dum ea quæ non vident metuunt, ad intẽtionem certaminis parati semper assistunt. Hinc rursum sponsæ dicitur: Nasus tuus sicut turris quæ est in Libano. Rem nanque quam oculis non cernimus, plærunque odore prænidemus. Per nasum quoque odores, fœtoresq; discernimus. Quid ergo per nasum Ecclesię, nisi sanctorum prouida discretio designatur? Qui etiam turri similis quæ est in Libano dicitur, quia discreta eorum prouidentia ita in alto posita est, vt tentationum certamina & prius quàm veniant videat, & contra ea dum venerint munita subsistat. Quæ enim futura præ-
*al. putantur uidentur, cùm præsentia fuerint, minoris timoris * fiunt, quia dum contra ictum quisquis paratior redditur, hostis qui se inopinatum credidit, eo ipso quo præmissus est eneruatur. At contra admonendi sunt, qui in culpa ex consilio ligantur, quatenus prouida consideratione perpendant, quia dum mala ex iudicio faciunt, districtius contra se iudicium accendunt, vt tanto eos durior sententia feriat, quanto illos in culpa arctius vincula deliberationis ligant. Citius fortasse delicta pœnitendo abluerẽt, si in his sola præcipitatione cecidissent. Nam tardius peccatum soluitur, quod per consilium solidatur. Nisi enim mens omni modo æterna despiceret, in culpa ex consilij iudicio non periret. Hac ergo præcipitatione lapsi, & per consilium pereuntes
C differunt, quòd cum hi à statu iustitiæ peccando concidunt plærunque simul, & in laqueum desperationis cadunt, & radice spei funditus euelluntur. Hinc est quod per prophetam dominus non tam præcipitationum praua, quàm delictorum studia reprehendit, dicens: Ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea & succendatur, & non sit qui extinguat, propter malitiam studiorum vestrorum. Hinc iterum iratus dicit: Visitabo super vos iuxta frũctum studiorum vestrorum. Quia ergo à peccatis aliis differunt peccata quæ per consilium perpetrantur, non tam prauis facta dominus, quàm studia prauitatis insequitur. In factis enim sæpe infirmitate, sæpe negligentia, in studiis verò malicioſa semper intentione peccatur. Quo contra rectè beati viri expressione per prophetam dicitur: Et in cathedra pestilentiæ non sedit. Cathedra quippe iudicis esse vel præsidentis solet. In cathedra autem pestilentiæ sedere, est ex iudicio praua cõmittere. In cathedra pestilentię sedere, est & ex ratione mala discernere, & tamen ex deliberatione perpetrare. Quasi in peruersi consilij cathedra sedet, qui tanta iniquitatis elatione attollitur, vt adimplere malum etiam per consilium conetur. Et sicut assistentibus turbis prælati sunt, qui cathedræ honore fulciuntur: ita delicta eorum qui præcipitatione corruunt, exquisita per studium peccata trãscendunt. Admonendi ergo sunt, vt hinc colligant, qui in culpa etiam se per consilium ligant, qua quandoque vltione feriendi sunt, qui nunc prauorum non socij, sed principes sunt. D

Admonitio. XXXIIII.

A Liter admonendi sunt qui licet minima, crebro tamen illicita faciunt, atque aliter qui se à paruis custodiunt, sed aliquando in grauioribus demerguntur. Admonendi sunt qui quanuis in minimis, sed tamen frequenter exceduut: vt nequaquam considerent qualia sed quanta committunt. Facta enim sua si despiciunt timere, dum pensant: debent formidare cum numerant. Altos quippe gurgites fluminum, paruæ, sed innumeræ replent guttæ pluuiarum. Et hoc agit sentina latenter excrescens, quod patenter procella sæuiens. Et minuta sunt quæ erumpunt in membris per scabiem vulnera, sed cùm multitudo eorum innumerabiliter occupat, sic vitam corporis sicut vnum graue inflictum pectori vulnus necat. Hinc videlicet scriptum est: Qui modica spernit, paulatim decidit. Qui *Eccli.19.* enim peccata minima fiere ac deuitare negligit, à statu iustitiæ non quidem repentè, sed partibus totus cadit. Admonendi sunt qui in minimis frequenter exceduut, vt sollicitè considerent, quia nonnunquam in parua deterius, quàm in maiori culpa peccatur. Maior enim quo citius, quia sit culpa agnoscitur, eo etiam celerius emendatur. Minor verò dum quasi nulla creditur, eo peius quo & securius in vsu retinetur. Vnde fit plærũque vt mens assueta malis leuibus, nec grauiora perhorrescat, atq; ad quandam auctoritatem nequitiæ per culpas nutrita per- E ueniat: & tanto in maioribus contemnat pertimescere, quanto in minimis didicit non timendo peccare. At contra admonẽdi sunt, qui se à paruis custodiunt, sed aliquando in grauibus demerguntur: vt sollicitè seipsos deprehendant, quia dum cor eorum de custoditis minimis extollitur, ad perpetranda grauiora ipso elationis suæ barathro deuoratur: & dum foris sibi parua subiiciunt, sed per inanem gloriam intus intumescunt, languore superbiæ intrinsecus victam mentem etiam foras per mala maiora prosternunt. Admonẽdi sunt ergo qui se à paruis custodiunt, sed aliquando in grauibus demerguntur, ne vbi se stare extrinsecus æstimant, ibi intrinsecus cadant, & iuxta districtam districti iudicis retributionem elatio minoris iustitiæ via fiat ad foueam maioris culpæ. Qui enim vanè elati boni minimi custodiam suis viribus tribuunt, iustè derelicti culpis maioribus obruuntur: & cadendo discunt non fuisse proprium quòd steterunt, & mala immensa cor reprimant, quod minima bona exaltant. Admonendi sunt vt considerent, quòd & in culpis grauioribus alto reatu se obligant, & tamen plærunque in paruis quæ custodiunt deterius peccant, quia & in illis iniqua faciunt, & per ista se hominibus quòd iniqui sunt, tegunt. Vnde fit vt cùm maiora mala perpetrant, coram deo apertæ iniquitatis sint: cum parua bona custodiunt, coram hominibus simulatæ sanctitatis sint. Hinc est enim quod Pharisæis dicitur: Liquantes culicem, camelum autem glutientes. Ac si apertè diceretur: *Matth. 23.* Minima mala discernitis, maiora deuoratis. Hinc est enim quòd F rursum ore veritatis increpantur cùm audiunt: Decimatis mentam, & anetum, & ciminum, & relinquitis quæ grauiora sunt legis, iudicium, misericordiam & fidem. Neque enim negligenter audiendum est, quòd cum decimari minima diceret, extrema quidem de oleribus maluit, sed tamen bene olentia memorari, vt profectò ostenderet quia simulatores cùm parua custodiunt, odorẽ de se ostendere sanctæ opinionis quærunt, & quãuis implere maxima prætermittunt, ea tamen minima obseruãt, quæ humano iudicio longè lateq; redoleant. *Ibidem.*

Admonitio. XXXV.

A Liter admonendi sunt, qui bona nec inchoant, atque aliter qui inchoata minimè consummant. Qui enim bona nec inchoant, non sunt eis prius ædificanda, quæ salubriter diligant, sed destruenda ea in quibus semetipsos nequiter versant. Neque enim sequuntur quæ inexperta audiunt, nisi prius quàm pernicioſa sint ea, quæ sibi sunt experta deprehendant, quia nec leuari appetit, qui & hocipsum, quia cecidit nescit, & qui dolorem vulneris non sentit, salutis remedia non requirit. Prius ergo ostendenda sunt, q̃ sint vana quæ diligunt, & tunc demum vigilanter intimanda, quàm sint vtilia quæ prætermittunt. Prius videant fugienda quæ amant, & sine difficul-

tate postmodũ cognoscãt, amanda esse quę fugiũt. Melius enim
G inexperta recipiunt, si de expertis quicquid disputationis au-
diunt, veraciter cognoscunt. Tum vero pleno voto discunt ve-
ra bona quærere, cùm certo iudicio deprehenderint falsa se va
cuè tenuisse. Audiant ergo, quòd bona præsentia & à delecta-
tione citius transitura sunt, & tamen eorum causa ad vitionem
sine transitu permansura, quia & nunc quodlibet inuitis subtra
hitur, & tunc quod dolet inuitis in supplicium reseruatur. Ita-
que eisdem rebus terreantur salubriter, quibus noxiè delectã-
tur: vt dum percussa mens alta ruinæ suæ damna conspiciens, se-
se in præcipitium peruenisse deprehẽdit, gressum post tergum
reuocet, & pertimescens quod amauerat, discat diligere quod
contemnebat. Hinc est enim quòd Hieremiæ misso ad prædi-
Hiere.1. cationem dicitur: Ecce enim constitui te hodie super gentes &
super regna, vt euellas & destruas, & disperdas & dissipes, &
ædifices, & plantes. Quia nisi prius peruersa destrueret, ædifi-
care vtiliter recta non posset, quia nisi ab auditorum suorum
cordibus spinas vani amoris euelleret, nimirum frustra in eis
sanctæ prædicationis verba plantaret. Hinc est quòd Petrus
prius euertit, vt postmodum construat, cùm nequaquam Iudęos
monebat quid iam facerent, sed de his quæ fecerant, increpabat
Act.2. dicens: Iesum Nazarenum virum approbatum à deo in vobis
in virtutibus, & prodigiis, & signis quæ per illum fecit deus in
medio vestri sicut vos scitis, hunc definito consilio & prescien-
H tia dei traditum per manus iniquorum affigentes interemistis,
quem deus suscitauit solutis doloribus inferni: vt videlicet cru-
delitatis suę cognitione destructi, ædificationem sanctæ prę-
dicationis quanto anxiè quęrerent, tanto vtiliter audirent. Vn-
de & ilico respõderunt: Quid ergo faciemus viri fratres? Qui-
bus mox dicitur: Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquis-
que vestrum. Quæ ædificationis verba profectò contemnerent,
nisi prius salubriter ruinam suę destructionis inuenissent. Hinc
est quòd Saulus cùm super eum cœlitus lux emissa resplen-
Act.22. duit, non iam quid rectè deberet facere, sed quid prauè fecisset,
audiuit. Nam cùm prostratus requireret, dicens: Quis es domi-
ne? respondetur protinus: Ego sum Iesus Nazarẽus, quem tu
persequeris. Et cùm repente subiungeret: Domine, quid me vis
facere? ilico adiungitur: Surge, & ingredere ciuitatem, & ibi di
cetur tibi, quid te oporteat facere. Ecce de cœlo dominus lo-
quens, persecutoris sui facta corripuit, nec tamen ilico quæ es-
sent facienda monstrauit. Ecce elationis eius fabrica iam tota
corruerat, & post ruinam suam humilis ædificari requirebat,
& cum superbia destruitur, ædificationis tamen verba retinen-
tur: vt videlicet persecutor immanis diu destructus iaceret, &
tanto post in bonis solidior surgeret, quanto prius funditus e-
uersus à pristino errore cecidisset. Qui ergo adhuc agere nul-
la bona cœperunt, à rigiditate antea suæ prauitatis, correctio-
I nis manu euertendi sunt, vt ad statum postmodum rectæ opera-
tionis erigantur, quia & idcirco altum siluæ lignum succidi-
mus, vt hoc in ædificij tegmine subleuemus, sed tamen non re-
pentè in fabrica ponitur, vt nimirum prius vitiosa eius viridi-
tas exiccetur, cuius quo plus in infimis humor excoquitur, eo
ad summa solidius leuatur. At contrà admonendi sunt, qui
inchoata bona minimè consummant, vt cauta circunspectione
considerent, quia dum proposita non perficiunt, etiam quæ fue-
rant cœpta conuellunt. Si enim quod videtur gerendum, solli-
cita intentione non crescit, etiam quod fuerat bene gestum de-
crescit. In hoc quippe mundo humana anima quasi more nauis
est, contra ictum fluminis condescendentis, vno in loco nequa-
quam stare permittitur, quia ad ima relabitur, nisi ad summa co
netur. Si ergo inchoata bona fortis operantis manus ad perfe-
ctionem non subleuat, ipsa operandi remissio contra hoc quod
operatum est, pugnat. Hinc est enim quod per Salomonem di-
Prouer.18. citur: Qui mollis & dissolutus in opere suo fuerit, frater est sua
opera dissipantis. Quia videlicet qui cœpta bona districtè non
exequitur, dissolutione negligentiæ manum destruentis imita-
Apoc.3. tur. Hinc Sardis Ecclesiæ ab angelo dicitur: Esto vigilans, &
confirma cætera quæ moritura erant: non enim inuenio opera
tua plena coram deo meo. Quia ergo plena coram deo ei⁹ ope-
ra inuenta non fuerant, moritura reliqua etiam quæ erant ge-
sta prædicebat. Si enim quod mortuum in nobis est, ad vitam
non accenditur, hoc etiam extinguitur, quod quasi adhuc vi-
num tenetur. Admonendi sunt etiam vt perpendant, quòd ĩ
tolerabilius esse potuisset rectam viam nõ arripere, quàm post
arreptam post tergum redire. Nisi enim retro aspicerent, erga
cœptum studium nullo torpore languerẽt. Audiant ergo quod
scriptũ est: Melius erat eis non cognoscere viam iustitiæ, quàm
post agnitionem retrorsum conuerti. Audiant quod scriptum
est: Vtinam frigidus esses, aut calidus: sed quia tepidus es, nec
frigidus nec calidus: incipiam te euomere ex ore meo. Calidus
quippe est qui bona studia, & arripit & consummat. Frigidus
verò est, qui consummanda nec inchoat. Et sicut à frigore per
teporem transitur ad calorem, ita à calore quoque per te-
porem reditur ad frigus. Quisquis ergo amisso infidelitatis
frigore, sed nequaquam tepore superato exardescit vt feruea,
proculdubio calore desperato, dum noxio in tepore demora-
tur, agit vt frigescat. Sed sicut ante teporem frigus sub spe est,
ita post frigus tepor in desperatione. Qui enim adhuc in pec-
catis est, conuersionis fiduciam non amittit. Qui verò post cõ-
uersionem tepuit, & spem quæ esse potuit, de peccatore subtra-
xit. Aut calidus ergo quisque esse, aut frigidus quæritur, ne
tepidus euomatur: vt videlicet aut nedum conuersus adhuc de
se spem conuersionis præbeat, aut iam conuersus in virtutibus
inardescat, ne euomatur tepidus qui à calore quem proposuit,
torpore ad noxium frigus redit.

Admonitio. XXXVI.

Liter admonendi sunt qui mala occultè agunt, & bo-
A na publicè, atque aliter qui bona quæ faciunt, abscon-
dunt, & tamen quibusdam factis publicè mala de se
opinari permittunt. Admonendi sunt qui mala occultè agũt,
& bona publicè, vt pensent humana iudicia quanta velocitate
euolant, diuina autem quanta immobilitate perdurant. Ad-
monendi sunt vt in fine rerum mentis oculos figant, quia & hu
manæ laudis attestatio præterit, & superna sententia quæ &
abscondita penetrat, ad retributionem perpetuam conualescit.
Dum ergo occulta mala sua diuinis iudiciis, recta autem sua hu
manis oculis anteponunt, & sine teste est bonum quod publicè
faciunt: & non sine æterno teste est, quod latenter delinquunt.
Culpas itaque suas occultando hominibus, virtutesque pan-
dendo, & vnde puniri debeant abscondentes detegunt, & vnde
remunerari poterant, detegentes abscondunt. Quos rectè se- *Matth.*
pulchra dealbata speciosa exterius, sed mortuorum ossibus ple
na interius veritas vocat, quia vitiorum mala intus contegunt,
humanis verò oculis quorundam demonstratione operum de
solo foris iustitiæ colore blandiuntur. Admonendi itaque
sunt ne quæ agunt recta despiciant, sed ea meriti melioris cre-
dant. Valde nanque sua bona diiudicant, qui ad eorum merce-
dem sufficere humanos fauores putant. Cum enim pro recto M
opere laus transitoria quæritur, æterna retributione res digna
vili precio venundatur. De quo videlicet precio percepto ve-
ritas dicit: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. *Matth.*

Admonendi sunt vt considerent, quia dum prauos se in oc-
cultis exhibent, sed tamen exempla de se publicè in bonis ope-
ribus præbent, ostendunt sequenda quæ fugiunt, clamant à-
manda quæ oderunt, viuunt postremo aliis & sibi moriuntur.

At contra admonẽdi sunt, qui bona occultè faciunt, & tamen
quibusdam factis publicè de se mala opinari permittunt, ne
cùm semetipsos actionis rectæ virtute viuificant, in se alios per
exemplum prauæ æstimationis occidant, ne minus quàm se
proximos diligant: & cùm ipsi salubrem potum vini sorbeant,
intentis in sui consideratione mentibus pestiferum veneni po-
culum fundant. Hi nimirum in vno proximorum vitam mi-
nus adiuuant, in altero multum grauant, dum student & recta
occultè agere, & quibusdam factis ad exemplum de se praua
seminare. Quisquis enim laudis concupiscentiam calcare iam
sufficit, ædificationis fraudem perpetrat si bona quæ agit oc-
cultat: & quasi iactato semine germinandi radices subtrahit,
qui opus quod imitandum est non ostendit. Hinc nanque in
Euangelio veritas dicit: Videant opera vestra bona, & glorifi- *Ibidem*
cent patrem vestrum qui in cœlis est. Vbi illa quoque sen-
tentia promitur, quæ longè aliud præcepisse videtur, dicens:
Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram homini-
bus, vt

A bus, & videamini ab eis. Quid est ergo quòd opus nostrum & ita faciendum est ne videatur, & tamen vt debeat videri præcipitur, nisi quod ea quæ agimus & occultanda sunt, ne ipsi laudemur, & tamen ostendenda sunt, vt laudem cœlestis patris augeamus? Nam cùm nos iustitiam nostram coram hominibus facere dominus prohiberet, ilico adiunxit: vt videamini ab eis. Et cùm rursus videnda ab hominibus bona opera nostra præciperet, protinus subdidit: Vt glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Qualiter igitur videnda essent, vel qualiter non videnda, ex sententiarum suæ monstrauit, quatenus operantis meus opus suum & propter se videri non quæreret, & tamen hoc propter cœlestis patris gloriam non cælaret. Vnde fit plærunque vt bonum opus & in occulto sit cùm fit publicè, & rursus in publico cum agitur occultè. Qui enim in publico bono opere non suam, sed superni patris gloriam quærit, quod fecit absconditi: quia solum illum testem habuit, cui placere curauit. Et qui in secreto suo bono opere deprehendi ac laudari concupiscit: & nullus fortasse vidit quod exhibuit, tamen hoc coram hominib⁹ fecit, quia tot testes in bono opere secum duxit, quot humanas laudes in corde quæsiuit. Cùm verò praua æstimatio inquantum sine peccato valet ab intuentium mente non tergitur, cunctis mala credentibus per exemplum culpa propinatur. Vnde & plærunque contingit: vt qui negligenter de se mala opinari permittunt, per semetipsos quidem nulla iniqua faciunt,
B sed tamen per eos qui se imitati fuerint, multiplicius delinquunt. Hinc est quòd Paulus immunda quædam sine pollutione comedentibus, sed in perfectis tentationis scandalum sua hac comessatione mouentibus dicit: Videte ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Et rursum: Et peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Hinc est quòd Leuit.19. Moyses cùm diceret: Non maledices surdo, protinus adiunxit: nec coram cæco pones offendiculum. Surdo quippe maledicere, est absenti & non audienti derogare. Coram cæco verò offendiculum ponere, est discretam quidem rem agere, sed tamen ei qui lumen discretionis non habet, scandali occasionem præbere.

De exhortatione multis adhibenda, vt sic singulorũ virtutes adiuuet, quatenus per hanc contraria virtutibus non excrescant.

Caput. II.

H Aec sunt quæ præsul animarum in prædicationis diuersitate custodiat, vt sollicitius congrua singulorum vulneribus medicamina apponat. Sed cùm magni sit studij, vt exhortandis singulis seruiatur ad singula, cùm valde laboriosum sit vnumquenque de propriis sub dispensatione
C debitæ considerationis instruere, longè tamen laboriosius est auditores innumeros: ac diuersis passionibus laborantes, vno eodemque tempore voce vnius & communis exhortationis admonere. Ibi quippe tanta arte vox temperanda est, vt cum diuersa sint auditorum vitia, & singulis inueniatur congrua, & tamen sibimetipsi non sit diuersa, vt inter passiones medias vno quidem ductu transeat: sed more gladij bicipitis tumores cogitationum carnalium ex diuerso latere incidat, quatenus sic superbis prædicetur humilitas, vt tamen timidis non augeatur metus, sic timidis infundatur auctoritas, vt tamen non crescat superbis effrenatio, sic ociosis ac torpentibus prædicetur sollicitudo boni operis, vt tamen inquietis immoderatè licentia non augeatur actionis. Sic inquietis imponatur modus, vt tamen ociosis non fiat torpor securus. Sic ab impatientibus extinguatur ira, vt tamen remissis ac lenibus non crescat negligentia. Sic lenes accendantur ad zelum, vt tamen iracundis non addatur incendium. Sic tenacibus infundatur tribuendi largitas, vt tamen prodigis effusionis fræna minimè laxentur. Sic prodigis prædicetur parcitas, vt tamen tenacibus perniciarum rerum custodia non augeatur. Sic incontinentibus laudetur cõiugium, vt tamen iam continentes non reuocentur ad luxum. Sic continentibus laudetur virginitas corporis: vt tamen in cõiugibus despecta non fiat fœcunditas carnis. Sic prædicanda sunt bona, ne ex latere iubeantur mala. Sic laudanda sunt bona summa, ne despiciantur * vltima. Sic nutrienda sunt vltima, ne D dum sufficere creduntur, nequaquam tendatur ad summa. * *al.* desperentur.

De exhortatione quæ vni adhibenda est contrariis passionibus laboranti.

Caput. III.

T grauis quidem prædicatori labor est, in communis
E prædicationis voce ad occultos singulorum motus cautasque vigilare, & palæstrarum more in diuersi lateris artes se vertere: multo tamen acriori labore fatigatur, quando vni & contrariis vitiis seruienti prædicare compellitur. Plærunque enim quis lætæ nimis conspersionis existit, sed tamen eum repentè tristitia oborta immaniter deprimit. Curandum est itaque prædicatori quatenus sic tergatur tristitia, quæ venit ex tempore, vt non augeatur lætitia, quæ suppetit ex conspersione. Et sic denique lætitia frænetur, quæ ex conspersione est: vt tamen non crescat tristitia, quæ venit ex tempore. Iste grauatur vsu immoderatæ præcipitationis: & aliquando tamen ab eo quod festine agendum est, eum vis præpedit subitò natæ formidinis. Ille grauatur vsu immoderatæ formidinis, & aliquando tamen in eo quod appetit, temeritate impellitur præcipitationis. Sic itaque in isto reprimatur subitò oborta formido, vt non crescat enutrita diu precipitatio. Sic in illo reprimatur repente oborta præcipitatio: vt tamen non conualescat impressa ex conspersione formido. Quid autem mirum si mentium me- E
dici ita custodiunt: dum medici corporum tanta discretionis arte se temperant, qui non corda sed corpora medentur? Plærunque enim debile corpus opprimit languor immanis, cui languori scilicet obuiari adiutoriis fortibus debet, sed tamen corpus debile adiutorium forte non sustinet. Studet igitur qui medetur, quatenus sic superexistentem morbum subtrahat, vt nequaquam supposita corporis debilitas crescat, ne fortasse languor cum vita deficiat. Tanta ergo adiutorium discretione componat, vt vno eodémque tempore & languori obuiet & debilitati. Sic ergo medicina corporis indiuise adhibita seruire diuisibiliter potest: tunc enim vera medicina est, quando sic per eam vitio superexistenti succurritur: vt etiam suppositæ conspersioni seruiatur, cur medicina mentis vna eademque prædicatione apposita, morum morbis diuerso ordine obuiare non valeat, quæ tanto subtilior agitur, quanto de inuisibilibus tractatur.

Quòd aliquando leuiora vitia relinquenda sunt, vt graviora subtrahantur.

Caput. IIII.

Ed quia plærunque dum duorum vitiorum languor
S irruit, hoc leuius, illud fortasse grauius premit, ei nimirum vitio rectius sub celeritate subuenitur, per quod festine ad interitum tenditur. Et si hoc à vicina morte restringi non potest, nisi illud etiam quod existit contrarium cre F
scat, tolerandum est prædicatori vt per exhortationem suam artificioso moderamine vnum patiatur crescere, quatenus possit aliud à vicina morte retinere. Quod cùm agit, non morbum exaggerat, sed vulnerati sui cui medicamentum adhibet vitam seruat, vt exquirendæ salutis congruum tempus inueniat. Sæpe enim quis à ciborum se ingluuie minime temperans, iam iámque pene superantis luxuriæ stimulis premitur, qui huius pugnæ metu territus, dum se per abstinentiam restringere nititur, inanis gloriæ tentatione fatigatur, in quo nimirum vnum vitium nullatenus extinguitur, nisi aliud nutriatur. Quæ ergo pestis ardentius insequenda est, nisi quæ periculosius premit? Tolerandum nanque est, vt per virtutem abstinentiæ interimatur arrogantia contra viuentem crescat, ne eum per ingluuiem à vita funditus luxuria extinguat. Hinc est quòd Paulus cùm infirmũ auditorem suum perpenderet, aut praua adhuc velle agere, aut de actione recta humanæ laudis retributione gaudere, ait: Vis *Roma.13.* non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Neque enim ideo bona agenda sunt, vt potestas huius mundi nulla timeatur, aut vt per hæc gloria transitoriæ laudis sumatur: sed cùm infirmam mentem ad tantum robur ascendere non posse pensaret, vt & prauitatem vitaret simul & laudem, prædicator egregius ei admonendo aliquid obtulit, & aliquid tulit, concedendo enim leuia subtraxit acriora: vt quia ad deserenda

G cuncta simul non assurgeret, dum in quodam suo animus familiariter relinquitur, à quodam suo fine labore tolleretur.

Quòd infirmis mentibus omnino non debent alta prædicari. Caput. V.

S Ciendum verò est prædicatori, vt auditoris sui animũ vltra vires non trahat, ne, vt ita dicam, dum plus quàm valet tenditur, mentis chorda rumpatur. Alta etenim quæque debent multis audientibus contegi, & vix paucis aperiri. Hinc nanque per semetipsam veritas dicit: Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illi in tempore tritici mensuram? per mensuram quippe tritici exprimitur modus verbi, ne cùm angusto cordi incapabile aliquid tribuitur, extrà fundatur. Hinc Paulus ait: Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, nõ escam. Hinc Moyses à secreto dei exiens, coruscantem coram populo faciem velat, quia nimirum turbis claritatis intimæ arcana non indicat. Hinc per eum diuina voce præcipitur, vt is qui cisternam foderit, si operire neglexerit, corruente in ea boue vel asino, precium reddat. Quia ad alta scientiæ fluenta perueniens, cùm hæc apud bruta audientium corda non contegit, pœnæ reus addicitur, si per verba eius in scandalum, siue munda siue immunda mens capiatur. Hinc ad beatum Iob dicitur: Quis dedit gallo intelligentiam? Prædicator etenim sanctus H dum caliginoso hoc clamat in tempore: quasi gallus cantat in nocte, dum dicit: Hora est iam nos de somno surgere. Et rursùm: Euigilate iusti, & nolite peccare. Gallus autem profundioribus horis noctis altos ædere cantus solet. Cùm verò matutinum iam tempus in proximo est, minutas ac tenues voces format, quia nimirum qui rectè prædicat, obscuris adhuc cordibus aperta clamat, nihil de occultis mysteriis indicat, vt tunc subtiliora quæque de cœlestibus audiant, cùm luci veritatis appropinquant.

Luc.7.

1.Cor.3.

Exo.34.

Iob.38.

Rom.13.

De opere prædicationis & voce. Caput VI.

Ed inter hæc ad ea quæ iam superius diximus charitatis studia retorquemur, vt prædicator quisque plus S actibus quàm vocibus insonet, & bene viuendo vestigia sequacibus imprimat, vt potius agendo quàm loquendo quo gradiatur ostendat. Quia & gallus iste quem pro exprimenda boni prædicatoris specie in locutione sua dominus assumit, cùm iam ædere cantus parat, prius alas excutit, & semetipsum feriens vigilantiorem reddit. Quia nimirum necesse est, vt hi qui verba sanctæ prædicationis monent, prius studio bonæ actionis euigilent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excitent voce. Prius se per sublimia facta excutiant, & tunc ad bene viuendum alios sollicitos reddant. Prius cogitationum alis semetipsos feriant, qui quid in se inutiliter torpet, sollicita inuestigatione I deprehendant, districta animaduersione corrigant, & tunc demum aliorum vitam loquendo componant. Prius punire propria fletibus curent, & tunc quæ aliorum punienda sunt denuncient, & antequam verba exhortationis insonent, omne quod locuturi sunt, operibus clament.

QVARTA PARS tractans qualiter prædicator omnibus ritè peractis ad semetipsum redeat.

Caput. I.

Sed quia sæpe dum prædicatio modis congruentibus vbertim funditur, apud semetipsum de ostensione sui occulta lætitia loquentis animus subleuatur, magna cura necesse est vt timoris laceratiõe se mordeat, ne qui aliorum vulnera medendo ad salutem reuocat: ipse per negligentiam suæ salutis intumescat, ne proximos iuuando se deserat, ne alios erigens cadat. Nam quibusdam sæpe magnitudo virtutis occasio perditionis fuit, vt cùm de confidentia virium inordinatè securi sunt, inopinatè per negligentiam morerentur. Virtus nanque cum vitiis remittur, quadam delectatione eius sibimetipsi animus blanditur. Fitq; vt bene agentis mẽs metum suæ circunspectionis abiiciat, atque in sui cõfidentia secura requiescat, cui iam torpenti seductor callidus omne quod bene gessit enumerat, eamq; quasi præ cæteris præpollẽtem in tumore cogitationis exaltat. Vnde agitur, vt ante stulti iudicis oculos fouea mentis sit memoria virtutis, quia reminiscendo quod gessit, dum se apud se erigit, apud humilitatis auctorem cadit. Hinc nanque superbienti animæ dicitur: Quo pulchrior es, descende, & dormi cum incircũcisis. Ac si apertè diceretur: Quia ex virtutum decore te eleuas, ipsa tua pulchritudine impelleris vt cadas. Hinc sub Hierusalẽ specie virtute superbiens anima reprobatur, cũ dicitur: Perfecta eras in decore meo, quẽ posueram super te, dicit dominus, & habens fiduciã in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo. Fiducia quippe suæ pulchritudinis animus attollitur, cùm de virtutũ meritis læta apud se securitate gloriatur. Sed per hanc eandem fiduciam ad fornicationem ducitur, quia cùm interceptam mentem cogitationes suæ decipiunt, hanc maligni spiritus per innumera vitia seducẽdo corrumpunt. Notandum verò quòd dicitur: fornicata es in nomine tuo, quia cum respectum mẽs superni rectoris deserit, laudem protinus priuatam quærit, & sibi arrogare incipit omne bonum quod vt largitoris præconio seruiret accepit, opinio- L nis suæ gloriam dilatare desiderat, satagit vt mirabilis cunctis innotescat. In suo ergo nomine fornicatur, quia legalis thori eõ nubium deserens, corruptori spiritui in laudis appetitu substernitur. Hinc Dauid ait: Tradidit in captiuitatem virtutem eorũ, *Psal.77.* & pulchritudinem eorum in manus inimici. In captiuitatem etenim virtus & pulchritudo in manus inimici traditur, cùm deceptæ menti antiquus hostis ex boni operis elatione dominatur, quæ tamen virtutis elatio, quantis plenè non superat, vteũque tamen & electorum animum sæpe tentat, sed tamen eleuatus destituitur, & destitutus ad formidinem reuocatur. Hinc etenim Dauid iterum ait: Ego dixi in abundantia mea non mouebor in æternum. Sed quia de confidentia virtutis intumuit, paulò post quod pertulit, adiunxit: Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Ac si apertè dicat: Fortem me inter virtutes credidi, sed quãtæ infirmitatis sim derelict⁹ agnoui. Hinc rursum quoque dicit: Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ *Psal.* tuæ. Sed quia eius virium non erat manere in custodia quam iurabat, debilitatem suam protinus turbatus inuenit. Vnde & ad precis opem repente se contulit, dicens: Humiliatus sum vsque- *Ibidem.* quaque domine, viuifica me secundum verbum tuum. Nonnunquam verò superna moderatio prius quàm per munera prouehat, infirmitatis memoriam ad mentem reuocat, ne de acceptis virtutibus intumescat. Vnde Ezechiel propheta quotiens ad cõtemplanda cœlestia ducitur, prius filius hominis vocatur. Ac si M hunc apertè dominus admoneat, dicens: Ne de his quæ vides elatione cor subleues, cautus perpende quod es, vt cùm summa penetras, esse te hominem recognoscas, quatenus dum vltra te raperis, ad temetipsum sollicitus infirmitatis tuę fræno reuoceris. Vnde necesse est, vt cùm virtutum nobis copia blanditur, ad infirmitatem suam mentis oculus redeat, seseque salubriter deorsum premat, ne recta quæ agit sed quæ agere negligit, aspiciat: vt dum cor ex memoria infirmitatis atteritur, apud humilitatis auctorem robustius in virtute solidetur. Quia & plærunque omnipotens deus idcirco rectorum mentes, quanuis ex magna parte perficit, imperfectas tamen ex parua aliqua parte derelinquit, vt cùm miris virtutibus rutilant, imperfectionis suæ tædio tabescant, & nequaquam se de magnis erigãt dum adhuc contra minima innitentes laborant, sed quia extrema non valẽt vincere, de præcipuis actibus non audeant superbire. Ecce bone vir reprehensionis meæ necessitate compulsus, dum monstrare qualis esse debeat pastor, inuigilo, pulchrum depinxi hominem pictor fœdus, aliósque ad perfectionis littus dirigo, qui adhuc in delictorum fluctibus versor. Sed in huius quæso vitæ naufragio orationis tuæ me tabula sustine, vt quia pondus proprium me deprimit, tui meriti me manus leuet.

Pastoralium D. Gregorij, finis.

TABVLA

A *TABVLA CAPITVM PRIMI LIbri Dialogorum beati Gregorij papæ.*

1 DE Honorato abbate monasterii Fundensis.
2 De Libertino præposito eiusdem monasterii.
3 De monacho hortulano monasterii eiusdem.
4 De Equitio abbate Valeriæ prouinciæ.
5 De Constantio mansionario Ecclesiæ sancti Stephani.
6. De Marcellino Anchonitanæ ciuitatis episcopo.
7 De Nonnoso præposito monasterii in monte, qui Soractis dicitur.
8 De Anastasio abbate monasterii quod Suppetenia vocatur.
9 De Bonifacio Ferentinæ ciuitatis episcopo.
10 De Fortunato Tudertinæ ciuitatis episcopo.
11 De Martyrio monacho prouinciæ Valeriæ.
12 De Seuero presbytero eiusdem prouinciæ.

DIALOGVS beati Gregorij papæ, eiusq; diaconi Petri, in quatuor libros diuisus. De vita & miraculis patrum Italicorum, & de æternitate animarum.

B QVadam die nimiis quorũdam secularium tumultibus depressus, quib⁹ in suis negociis plærunq; cogimur soluere, etiam quod nos certum est non debere, secretum locum petij amicũ mœrori, vbi omne quod de mea mihi occupatione displicebat se patenter ostenderet, & cũcta quę infligere dolorem consueuerant, congesta ante oculos licenter venirent. Ibi itaque cùm afflictus valde & diu tacitus sederem, dilectissimus filius meus Petrus diaconus affuit, qui mihi à primęuo iuuẽtutis flore in amicitiis familiariter obstrictus est, atque ad sacri verbi indagationem socius. Qui graui excoqui cordis languore me intuens, ait: Nunquid non noui tibi aliquid accidit quòd plus te solito mœror tenet? Cui inq̃: Mœror Petre, quem quotidie patior, & semper mihi per vsum vetus est, & semper per augmentum nouus. Infœlix quippe animus meus occupationis suæ pulsatus vulnere, meminit qualis aliquando in monasterio fuit, quomodo ei labentia cuncta subtererant, quantũ rebus omnibus quæ voluuntur eminebat, quòd C nulla nisi cœlestia cogitare consueuerat, quòd etiam retentus corpore, ipsa iam carnis clausura contemplatione trãsibat, quòd mortem quoque quæ penè cunctis pœna est: videlicet vt ingressum vitæ, & laboris sui præmium amabat. At nunc ex occasione curę pastoralis secularium hominum negocia patitur, & post tam pulchram quietis suæ speciem terreni actus puluere fœdatur. Cumq; se pro condescensione multorũ ad exteriora sparserit, etiam cùm interiora appetit: ad hæc proculdubio minor redit. Perpẽdo itaque quid tolero, perpendo quid amisi. Dúmque intueor illud quod perdidi, fit hoc graui⁹ quod porto. Ecce etenim nunc magni maris fluctibus quatior, atq; in naui mentis tempestatis validæ procellis illidor. Et cum prioris vitæ statum recolo, quasi post tergum reductis oculis viso littore suspiro. Quodq; adhuc grauius est, dum immensis fluctibus turbatus feror, vix iam portum videre valeo quem reliqui: quia & ita sunt casus mentis, vt prius quidem perdat bonum quod tenuit, si tamen se perdidisse meminerit. Cúmque longius recesserit, etiam boni ipsius quod perdiderat obliuiscitur, fitq; vt pòst neque per memoriam quidem videat: quod prius per actionem tenebat. Vnde hoc agitur quod præmisi, quia cùm nauigamus longius, iam nec portum quietis quem reliquimus, videmus. Nonnunquam verò ad augmentum mei doloris adiungitur, q⁹ quorundam vita qui præsens seculum tota mente reliquerunt, mihi ad memoriam reuocatur. Quorum dum culmen aspicio, quantum ipse in infimis iaceam agnosco, quorum plurimi conditori suo in secretiori vita placuerũt, qui ne per humanos act⁹ à nouitate mentis veterascerent, eos omnipotens deus huius mũdi laboribus noluit occupari. Sed quæ iam prolata sunt melius insinuo, si ea quæ per inquisitionem ac responsionem dicenda sunt, sola nominum prænotatione distinguo. D

Petrus:

On valde in Italia aliquorum vitam virtutibus fulsisse cognoui, ex quorum igitur comparatione accenderis, N ignoro. Equidem bonos viros in hac terra fuisse non dubito, signa tamen atque virtutes aut ab eis nequaquam facta existimo, aut ita sunt hactenus silentio suppressa, vt vtrum ne sint facta nesciamus.

Gregorius:

I sola Petre referam, quæ de perfectis probatísque viris vnus ego homuncio, vel bonis ac fidelibus viris at- S testantibus agnoui, vel per memetipsum didici, dies vt opinor, antequam sermo cessabit.

Petrus:

Ellem quærenti mihi de eis aliqua narrares. Neq; hac V re interrumpere expositionis studium graue videatur, quia non dispar ædificatio oritur ex memoria virtutum. In expositione quippe qualiter inueniendа atque tenẽda sit virtus agnoscimus, in narratione verò signorum, cognoscimus inuenta ac retenta qualiter declarentur. Et sunt nonnulli quos *Attende.* ad amorem patriæ cœlestis plus exempla, quàm prædicamenta succendunt. Fit verò plærunque in audientis animo duplex ad- E iutorium in exemplis patrum, quia si ad amorem venturæ vitæ ex præcedentium comparatione accenditur, etiam si se esse aliquid existimat, dum meliora de aliis cognouerit, humiliatur.

Gregorius:

A quæ mihi sunt virorum venerabilium narratione E comperta: incũctanter narro sanctæ auctoritatis exemplo, cùm mihi luce clarius cõstet, quòd Lucas & Marcus Euangelium quod scripserunt non visu, sed auditu didicerint. Sed vt dubitationis occasionem legentibus subtraham, per singula quæ describo, quibus hæc narrantibus mihi comperta sint manifestabo. Hoc verò scire te cupio, quia in quibusdã sensum solummodo, in quibusdam verò & verba cum sensu teneo, quia si de personis omnib⁹ ipsa specialiter verba tenere voluissem, hoc rusticano vsu prolata stylus scribentis non aptè susciperet. Seniorum valde venerabilium didici relatione quod narro.

De Honorato abbate monasterij Fundensis.

Caput. I.

Enantij quõdam patricij in Samnij partibus villa fuit, V in qua colonus eius filium Honoratum nomine habuit. Qui ab annis puerilibus ad amorẽ cœlestis patriæ per abstinentiam exarsit. Cúmque tam magna conuersatione polleret: seq; iam ab otioso quoque sermone restringeret, multum, vt prętatus sum, per abstinentiam carnem domaret, die quadam parentes eius vicinis suis conuiuium fecerunt, in quo ad vescẽdum carnes paratæ sunt: quas dum ille ad esum contingere per abstinentiæ amorem recusaret, cœperunt eum parentes eius irridere, ac dicere: Comede, nunquid piscem in his montibus, tibi allaturi sumus. Illo verò in loco pisces audiri consueuerant, non videri. Sed cùm his sermonibus Honoratus irrideretur, repentè in conuiuio aqua ad ministerium defuit, & cum situla lignea, si ut illic moris est, mãcipium ad fontem perrexit. Dúmque hauriret aquam, piscis situlam intrauit. Reuersumq; mancipium ante ora discumbentium piscem cum aqua fudit, qui ad totius diei victum potuisset Honorato sufficere. Mirati sunt omnes, totaq; illa parentum irrisio cessauit. Cœpere namque in Honorato venerari abstinentiam, quam antè deridebant, sicq; à dei homine irrisionis deterfit opprobria piscis allatus de fonte*. Qui cum magnis virtutibus creseeret, à prædicto domino suo libertate donatus est, atque in eo loco qui Fundis* dicitur: monasterium construxit, in quo ducentorum fermè monachorum pater extitit, ibiq; vita illius circunquaque exempla eximiæ conuersationis dedit. Nam quadam die ex eo monte qui eius monasterio in excelso prominet, ingentis saxi moles eruta est, quæ per deuexum montis latus veniens totius ruinam cellæ, omniumq; fratrum interitum minabatur. Quam cùm venientem desuper vir sanctus vidisset, frequenti voce nomen

Honorati abstinẽtia.

Piscis montanus Honorati.

* *al. piscis montanus.*
* *al. flõdis. Fundis monasterium.*

G Christi inuocans, extensa mox dextera signum ei crucis oppo-
suit, eámque in ipso deuexi montis latere cadentem fixit, sicut
Laurentius. religiosus vir Laurentius perhibet. Et quia locus ei non fuerat
quo inhærere potuisset, aspicitur ita, vt nunc vsque montem cer
nentibus, casura pendere videatur. Petrus:

PVtamus, hic tam egregius vir, vt pòst magister discipulorũ
fieret, prius habuit magistrum? Gregorius:

N Equaquam hunc fuisse cuiusquã discipulum audiui,
sed legenon cõstringitur sancti spiritus donum. Vsus
quidem rectæ conuersationis est vt præesse nõ audeat,
qui subesse non didicerit, nec obedientiam subiectis imperet,
quam prælatis non nouit exhibere. Sed tamen sunt nõnulli, qui
Magisterii spiritus qui ita per magisterium spiritus intrinsecus docẽtur, vt etsi eis ex-
dã habent. terius humani magisterij disciplina desit, magistri intimi cen-
Magistri necessarii sunt infirmis. sura non desit. Quorum tamen libertas vitæ ab infirmis in exem-
plum non est trahenda: ne dum se quisque similiter sancto spi-
ritu impletum præsumit, discipulus hominis esse despiciat, &
magister erroris fiat. Mens autem quę diuino spiritu impletur,
habet euidentissima signa sua: virtutes, scilicet & humilitatem,
Ioannes baptista magistrum non habuit. quæ si vtraque perfectè in vna mente conueniunt, liquet quòd
de præsentia sancti spiritus testimonium ferat. Sic quippe etiã
Ioannes baptista magistrum habuisse non legitur, neque ipsa
veritas quæ corporali præsentia Apostolos docuit, eum corpo-
H raliter inter discipulos aggregauit. Sed quem intrinsecus doce-
Moyses caruit magistro. bat, extrinsecus quasi in sua libertate reliquerat. Sic Moyses in
eremo edoctus mandatum ab angelo didicit, quod per hominẽ
non cognouit: sed hæc, vt prædiximus, infirmis veneranda sunt,
non imitanda. Petrus:

PLacet quod dicis, sed peto vt mihi dicas, si tantus hic pater
aliquem sui imitatorem discipulum reliquit.

De Libertino præposito eiusdem monasterij.

Caput. II. Gregorius:

Ir reuerentissimus Libertinus, qui tempore Totilæ
V regis Gothorum eiusdem Fundensis monasterij pre-
positus fuit, in discipulatu illius conuersatus atq; eru-
ditus est. De quo quamuis virtutes multas plurimorum narra-
tio certa vulgauerit, prædictus tamen Laurentius religiosus vir
qui nunc supersest, & ei ipso in tempore familiarissimus fuit,
multa mihi dicere de illo consueuit, ex quibus ea quæ recolo,
pauca narrabo.

N eadem prouincia Samnij, quam supra memoraui,
I idem vir pro vtilitate monasterij carpebat iter. Dúm-
que Darida Gothorum dux cum exercitu in loco eo-
Libertini patientia. dem venisset, dei seruus ex caballo quo sedebat ab hominibus
eius proiectus est. Qui iumenti perditi damnum libẽter ferẽs,
etiam flagellum quod tenebat diripientibus obtulit, dicẽs: Tol-
lite vt habeatis qualiter hoc iumentum minare valeatis. Quibus
I dictis protinus se in orationem dedit. Cursu autẽ rapido præ-
dicti ducis exercitus peruenit ad fluuium qui vocatur Vultur-
nus, ibiq; equos suos cœperunt singuli hastis tũdere, & calcari-
bus cruentare, sed tamen equi verberibus cæsi, calcaribus cruẽ-
tati fatigari poterant, moueri non poterant: sicque aquam flumi
nis tangere quasi mortale præcipitium pertimescebant. Cumq;
diu cædendo sessores singuli fatigarentur, vnus eorum intulit,
quia ex culpa quam seruo dei in via fecerant, illa sui itineris di-
Caballus Libertino restituitur. spendia tolerabant. Qui statim reuersi post se Libertinum re-
periunt in oratione prostratum. Cui cùm dicerent: Surge tolle
caballum tuum, ille respondit: Ite cum bono, ego caballi opus
non habeo. Descendẽtes verò inuitum eum in caballum de quo
depositum fuerant leuauerunt, & protinus abscesserũt. Quorum equi
tanto cursu illud quod prius non poterant transire flumen trã-
sierunt, ac si ille fluminis alueus aquam minimè haberet. Sicque
factum est, vt cum seruo dei vnus caballus suus redditur: omnes
à singulis reciperentur.

Odem verò tempore in Campaniæ partibus Bucelli-
E nus cum Francis venit. De monasterio verò præfati vi
ri famuli dei rumor exierat quòd pecunias multas ha-
beret. Ingressi oratorium Franci, cœperunt sæuientes Liber-
tinum quærere, Libertinum clamare, vbi in oratione ille pro-
Libertinus Francis inuisibilis. stratus iacebat. Mira valde res, quærentes, sæuientesq; Franci,
ingredientes in ipso impingebãt, & ipsum videre non poterãt,
sicq; sua cæcitate frustrati, à monasterio sunt vacui reuersi.

Lio quoq; tempore pro causa monasterij abbatis insu qui Honorato eius magistro successerat, Rauẽnam K
A pergebat. Pro amore verò eiusdem venerabilis Hono
rati quocũq; Libertinus ibat, eius semper caligulã in sinu por-
tare cõsueuerat. Itaq; dũ pergeret accidit vt quędã mulier extin
cti filij corpusculum ferret. Quæ dum seruum dei fuisset in-
tuita, amore filij succensa iumentum eius per frænum tenuit, at-
que cum iuramento dixit: Nullatenus recedes, nisi filium meum
suscitaueris. At ille inusitatum habens tale miraculum expauit
petitionem illius, iuramenta declinare mulieris voluit, sed ne-
quaquam præualens animo hæsit. Considerare libet quale quã-
tumque in eius pectore certamen fuerit. Ibi quippe pugnabat
inter se humilitas conuersationis, ac pietas matris: timor ne in-
usitata præsumeret, dolor ne orbatæ matri non subueniret, sed
ad maiorem dei gloriam vicit pietas illud pectus virtutis, quod
ideo fuit validum, quia deuictum: virtutis enim pectus non es-
set, si hoc pietas non vicisset. Itaque descendit, genua flexit, ad *Libertini caligula. Ilrum. pueri mortui resuscitat.*
cœlum manus tetendit, caligulam de sinu protulit, & super ex-
tincti pueri pectus posuit. Quo orante anima pueri ad corpus
rediit, quem manu comprehendit, ac flenti matri viuentem red-
didit, atque iter quod cœperat, peregit. Petrus:

Vid nam hoc esse dicimus: virtutẽ tanti miraculi Ho-
Q norati egit meritum, an petitio Libertini?

Gregorius: L

N ostensione tam admirabilis signi cum fide fœminæ
I virtus conuenit vtrorumque, atque ideo Libertinum
existimo ista potuisse: quia plus didicerat de magistri,
quàm de sua virtute confidere. Cuius enim caligulam in pectus
extincti corpusculi posuit, eius nimirum animã obtinere quod 4. Reg.
petebat æstimauit. Nam Helisæus quoque magistri pallium fe-
rens, atque ad Iordanem veniens, percussit semel, & aquas mini-
mè diuisit. Sed cùm repentè diceret: vbi est deus Heliæ etiam
nũcẽ percussit fluuium magistri pallio, ac iter inter aquas fecit.

Perpendis Petre quantum in exhibendis virtutibus humili-
tas valet? Tunc exhibere magistri meritum virtutem potuit,
quando magistri nomen ad memoriam reduxit. Quia enim ad
humilitatem sub magistro rediit, quod magister fecerat & ipse
fecit. Petrus:

LIbet quod dicis, sed quæso te est ne aliquid aliud quod ad-
huc de ipso ad nostrã ædificationem narres? Gregorius:

St planè, sed si sit qui velit imitari: Ego enim virtutem
E patientiæ tanti patris signis & miraculis maiorem cre
do. Quadam nanque die is qui post venerabilis Hono-
rati exitum, monasterij regimen tenebat, contra eundem vene-
rabilem Libertinũ in graui iracundia exarsit, ita vt eum manibus *Libertini miraculi.* M
cæderet. Et quia virgam qua eum ferire posset minimè inue-
nit: cõprehẽso scabello suppedaneo faciẽ ei ac c.put tutudit, to-
tumq; illius vultum tumentem ac liuidum reddidit. Qui vehe-
menter cæsus ad stratũ proprium tacitus recessit. Die verò alte
ra erat pro vtilitate monasterij causa constituta. Expletis igitur
hymnis matutinalibus Libertinus ad lectũ abbatis venit: oratio-
nem sibi humiliter petiit. Sciens verò ille quantũ à cũctis hono-
raretur, quãtumq; diligeretur, pro iniuria quã ei ingesserat, re-
cedere eũ à monasterio velle putabat, atq; requisiuit dicẽs: Vbi
vis ire? Cui ille respõdit, Monasterij causa constituta est pater,
quã declinare nequeo, quia hesterno die me hodie iturum pro-
misi, illuc ire disposui. Tũc ille à fundo cordis cõsiderans aspe-
ritatem & duritiã suam, humilitatem ac mansuetudinẽ Liberti-
ni, ex lecto prosiliit, pedes Libertini tenuit, se peccasse, seq; reũ
esse testatus est, qui tanto taliq; viro tam crudelẽ facere cõtume
liam præsumpsisset. At contrà Libertinus sese in terrã prosterneus, eiusq; pedibus prouolutus, suæ culpæ non illius sæuitiæ
fuisse referebat quod pertulerat. Sicq; actum est vt ad magnam
mansuetudinẽ perduceretur pater, & humilitas discipuli magi-
stra fieret magistri. Cumq; pro vtilitate monasterij ad constitu-
tionem causæ egressus fuisset, multi viri noti ac nobiles qui eũ
valde honorabant, vehementer admirati, solliciti requirebant
quid nã hoc esset, q tam tumentem ac liuidam haberet faciem.
Quibus ille dicebat: hesterno die sero peccatis meis exigẽtibus *Libertini modestia reprehensa.*
in scabello suppedaneo impegi, atq; hoc pertuli. Sicq; vir san-
ctus seruãs in pectore honorem veritatis & magistri, nec patris
prodebat vitiũ, nec falsitatis incurrebat peccatũ. Petrus:

Puta sine

A Vtinè vir iste venerabilis Libertinus, de quo tot signa & miracula retulisti, in tam ampla congregatione imitatores suos in virtutibus non reliquit?

De hortulano monacho monasterij eiusdem.

Caput. III. Gregorius:

Oelix qui appellabatur Curuus*, quem ipse bene nosti, qui eiusdem monasterij nuper præpositus fuerat, multa mihi de fratribus eiusdem monasterij admiranda narrabat. Ex quibus aliqua quæ ad memoriam veniunt supprimo, quia ad alia festino. Sed vnum dicam quod ab eo narratum prætereundum nullo modo æstimo.

N eodem monasterio quidam magnæ vitæ monachus I erat hortulanus. Fur verò venire consueuerat, & per sepem ascendere, & occultè olera auferre. Cumque il le multa plantaret, quæ minus inueniret, & alia pedibus conculcata, alia direpta conspiceret: totum hortum circuiens, inuenit iter vnde fur venire consueuerat. Qui in eodem horto deambulans, reperit etiam serpentem, cui præcipiens dixit: Sequere me: atque ad aditum furis perueniens, imperauit serpenti, dicens: In nomine Iesu præcipio tibi vt aditum istum custodias, ac furem huc ingredi non permittas. Protinus serpens totum se in itinere in transuersum tetendit, & ad cellam monachus rediit. Cumq; meridiano tempore cuncti fratres quiescerent, more solito fur aduenit, ascendit sepem. Et cùm in hortum pedem poneret, vi- B dit subitò quia extensus serpens clausisset viam, & tremefactus post semetipsum concidit, eiúsque pes per calciamentum in sude sepis inhæsit, sicq; vsque dum hortulanus rediret, deorsum capite pependit. Consueta hora venit hortulanus, pẽdentem in sepe furem reperit, & serpenti dixit: Gratias ago deo, implesti quod iussi: recede modo. Qui statim abscessit. Ad furem verò perueniens, ait: Quid est frater? tradidit te mihi deus, quare in labore monachorum furtum totiens facere præsumpsisti? Qui hæc dicens pedem illius à sepe in qua inhęserat soluit, eumque sine læsione deposuit. Cui dixit: Sequere me: Quem sequentem duxit ad horti aditum, & olera quæ furto appetebat, auferre ei cum magna dulcedine præbuit, dicens: Vade, & post hæc furtum non facias: sed cùm necesse habes, huc ad me ingredere, & quæcu cum peccato laborabas tollere, ego tibi deuotus dabo.

Petrus:

NVnc vsque vt inuenio, incassum ego non fuisse patres in Italia, qui signa facerent, æstimabam.

De Equitio abbate prouinciæ Valeriæ.

Caput. IIII. Gregorius:

ORtunati viri venerabilis abbatis monasterij, quod E appellatur balneum Ciceronis, aliorumque etiam virorum venerabilium didici relatione quod narro. Vir sanctissimus Equitius nomine in Valeriæ prouinciæ partibus pro vitæ suæ merito apud omnes illic magnæ admirationis habebatur, cui Fortunatus idem familiariter notus fuit. Qui nimi C rum Equitius pro suę magnitudine sanctitatis multorum in eadem prouincia monasteriorum pater extitit. Hunc cùm iuuentutis suę tempore acri certamine carnis incentiua fatigarent, ipsæ suæ tentationis angustiæ eum ad orationis studium solertiorem fecerunt. Cumque hic in re ab omnipotẽti deo remedium continuis precibus quæreret, nocte quadam assistente angelo eunuchizari se vidit, eiúsque visioni apparuit, quòd omnẽ motum ex genitalibus eius membris abscinderet, atque ex eo tempore ita alienus extitit à tentatione: ac si sexum non haberet in corpore. Qua virtute fretus ex omnipotẽtis dei auxilio vt viris antè præerat, ita cœpit postmodum etiam fœminis præesse, nec tamen discipulos suos admonere cessabat, ne se eius exemplo in hac re facilè crederent, & casuri tentarent donum quod non accepissent.

O autem tempore quo malefici in hac sunt Romana vr E be deprehensi, Basilius, qui in magicis operibus primus fuit, in monachico habitu Valeriam fugiens pe- *al. Amitrinæ.* tiit. Qui ad virum reuerentissimum castrorum Amirtinę* ciuitatis episcopum pergens, petiit ab eo vt eum Equitio abbati cõmitteret, ac sanandum monasterio illius commẽdaret. Tunc ad monasterium venit episcopus, secúmque Basilium monachum deduxit, & Equitium dei famulum rogauit, vt eũdem monachũ in congregationem susciperet. Quem statim vir sanctus intuẽs, ait: Hunc quem mihi commendas pater, ego non video mona- D chum esse, sed diabolum. Cui ille respondit: Occasionem quæris, ne debeas præstare quod peto. Ad quem mox dei famulus dixit: Ego quidem hoc eum esse denuncio, quod video, ne tamen nolle me obedire existimes, facio quod iubes. Susceptus itaque in monasterio est. Post non multos verò dies, idem dei famulus pro exhortandis ad desideria superna fidelibus, paulò longius à cella digressus est. Quo discedente contigit vt in monasterio virginum in quo eiusdem patris cura vigilabat, vna earum quæ iuxta carnis huius putredinẽ speciosa videbatur febricitare inciperet: & vehementer anxiari, magnísque non vocibus sed stridoribus clamare: Modo moritura sum, nisi Basilius monachus veniat, & ipse mihi per suæ curationis studium salutem reddat. Sed in tanti patris absentia accedere quisquam monachorum in congregationem virginum non audebat, quanto minus ille qui nouus aduenerat, eiúsque adhuc vitam congregatio fratrum nesciebat. Missum repentè est, & dei famulo Equitio nunciatum, quòd sanctimonialis illa immensis febribus æstuaret, & Basilij monachi visitationẽ anxia quæreret: quo audito vir sanctus dedignando subrisit, atque ait: Nunquid non dixi, quòd diabolus est iste, non monachus? ite & eum de cella expellite. De ancilla autem dei quæ anxietate febrium vrgetur, nolite esse solliciti, quia ex hac hora neque febribus laboratura est, neque Basiliũ quæsitura. Regressus est monachus, & ea hora saluti restitutam dei virginem agnouit, qua eãdem salutem illius dei famulus E- quitius longè positus nunciauit, in virtute, scilicet miraculi, exemplum tenens magistri, qui inuitatus ad filium reguli, eum solo verbo restituit saluti, vt reuertens pater ea hora filium restitutum vitæ cognosceret, qua vitam illius ex ore veritatis audisset. Omnes autem monachi iussionem patris sui implentes eũdem Basilium ex monasterij habitatione repulerunt. Qui repulsus dixit frequẽter se cellam Equitij magicis artibus in aëra suspendisse, nec tamen eius quempiam lædere potuisse. Qui nõ post longum tempus in hac Romana vrbe exardescente zelo Christiani populi, igne crematus est.

Vadam verò die vna dei famula ex eodem monasterio Q virginum hortum ingressa est, quæ lactucam conspiciens cõcupiuit, eamque signo crucis benedicere oblita, auidè momordit: sed arrepta à diabolo protinus cecidit. Cũque vexaretur, eidem patri Equitio sub celeritate nunciatum est, vt veniret concitus, & orando succurreret. Moxque hortum idem pater vt ingressus est, cœpit ex eius ore quasi satisfaciens ipse qui hanc arripuerat diabolus clamare, dicens: Ego quid feci? ego quid feci? Sedebam ibi super lactucam, venit illa, & momordit me. Cui cum graui indignatione vir dei præcepit vt discederet, & locum in omnipotentis dei famula non haberet. Qui protinus abscessit, nec eam vltra contingere præualuit.

Vidam verò Fœlix nomine Mirsiæ* prouinciæ nobi- Q lis pater huius Castorij, qui nunc nobiscum in Romana vrbe demoratur, cùm eundem venerabilem virum Equitium sacrum ordinem non habere conspiceret, & per singula loca discurrere, atq; studiosè prædicare, eum quadam die familiaritatis ausu adiit, dicẽs: Qui sacrum ordinem non habes, atque à Romano pontifice sub quo degis prædicationis licentiã non accepisti, prædicare quomodo præsumis? qua eius inquisitione compulsus vir sanctus indicauit prædicationis licentiam qualiter accepit, dicens: Ea quæ mihi loqueris, ego quoque mecum ipse pertracto. Sed quadã nocte speciosus mihi per visionem iuuenis astitit, atque in lingua mea medicinale ferramentum, id est, fleubotomum posuit, dicens: Ecce posui verba mea in ore tuo, egredere ad prædicandum. Atque ex illo die etiam cùm voluero, de deo tacere non possum. Petrus:

VEllem etiam patris huius opus agnoscere, qui fertur talia dona à deo percepisse. Gregorius.

Pus Petre ex dono est, non donum ex opere, alioquin O gratia iam non est gratia. Omne quippe opus dona præueniunt: quamuis ex subsequenti opere ipsa etiam dona succrescunt, ne tamen vitæ eius cognitione frauderis, bene hanc reuerentissimus vir Albinus Reatinæ antistes Ecclesiæ cognouit, & adhuc supersunt multi qui scire potuerunt. Sed quid plus quæris operis, quando concordabat vitæ munditia cum studio prædicationis? Tantus quippe illum feruor ad col-

Balneũ Ciceronis, monasterium.

Visio de emundatione Equitij.

De Basilio magico.

Nachi diabolus est ab Equitio ejectus.

Virgo febricitãs sine remedio curata.

Basilius Romæ crematus est.

Monialis obsessa per Equitium liberatur.

Licentia prædicandi Equitij sine sacris ordinibus.

Equitij vita.

G ligendas deo animas accẽderat: vt sic monasteriis præesset quatenus per Ecclesias, per castra, per vicos, per singulorum quoque fidelium domos circũquaque discurreret, & corda audientium ad amorem patriæ cœlestis excitaret. Erat verò valde vilis in vestibus, atq; ita despectus, vt si quis illum fortasse nesciret, salutatus etiam resalutare despiceret: & quotiens alia tendebat ad loca, iumento sedere consueuerat, quod esse despicabilius omnibus iumentis in sella potuisset reperiri, in quo etiam capistro pro fræno, & veruecum pellibus pro sella vtebatur. Per semetipsum sacros codices in pelliceis sacculis missos dextro læuoq; portabat latere: & quocunque peruenisset, scripturarum aperiebat fontem, & rigabat prata mentium. Huius quoque opinio prædicationis ad Romanæ vrbis notitiam peruenit, atque vt est lingua adulantium auditoris sui animam amplectendo necans, eodem tempore clerici huius apostolicæ sedis antistiti adulãdo questi sunt, dicentes: Quis est iste vir rusticus, qui auctoritatem sibi prædicationis arripuit, & officium apostolici nostri domini sibimet indoctus vsurpare præsumit? Mittatur ergo si placet qui hue eum exhibeat, vt quis sit Ecclesiasticus vigor agnoscat. Sicut autem moris est vt occupato in multis animo adulatio valde subrepat si ab ipso cordis ostio nequaquam fuerit citius repulsa, suadentibus clericis consensum pontifex præbuit, vt ad Romanam vrbem duci debuisset, & quænam sua esset mensura cognosceret, Iulianum tamen tunc defensorem mittens, qui Sabinensi Ecclesiæ postmodum in episcopatu præfuit, hoc præcepit, vt cum magno honore eum deduceret, ne quicquam dei famulus ex conuentione eadem iniuriæ sentiret. Qui parere de eo clericorum votis concitus volens festinè ad eius monasterium cucurrit, ibiq; absente illo anti quarios scribentes reperit, vbi abbas esset, inquisiuit. Qui dixerunt: In valle hac quæ monasterio subiacet, fœnum secat. Idem verò Iulianus superbum valde atque contumacem puerum habuit, cui vix poterat vel ipse dominari. Hunc ergo misit vt ipsum ad se sub celeritate perduceret. Perrexit puer, & proteruo spiritu pratum velociter ingressus, omnésque illic intuens fœnum secantes, requisiuit quisnam esset Equitius. Moxque vt audiuit quis esset, eum adhuc longè positus aspexit, & immenso timore correptus est cœpit timore lassescere: seque ipsum nutanti gressu vix portare posse, qui tremens ad dei hominem peruenit, atque vlnis humiliter submissis eius genua deosculans strinxit, siumque dominum ei occurrisse nunciauit. Cui resalutato dei famulus præcepit dicens: Leua fœnum viride, porta pabulum iumentis in quibus venisti: ecce ego, quia parum supereſt, opere expleto te subsequor. Is autem qui missus fuerat Iulianus defensor mirabatur valde quid nam esset quòd redire moraretur puer. Cúmque reuertentem puerum conspicit, atque in collo fœnum ex prato deferentem, vehementer iratus cœpit clamare dicens: Quid est hoc? ego te misi hominem deducere, non fœnum portare. Cui puer respondit: Quem quæris: ecce subsequitur. Tũ ecce vir dei clauatis calciatus caligis falcem fœnariam in collo deferens veniebat. Quem adhuc longè positum puer suo domino quia ipse esset quem quæreret, indicauit. Idem verò Iulianus repentè vt vidit dei famulum, ex ipso habitu despexit, eumque qualiter deberet alloqui proterua mente præparabat. Mox verò vt seruus dei cominus affuit, eiusdem Iuliani animum intolerabilis pauor inuasit, ita vt tremeret, atque in insinuandum hoc ipsum pro quo venerat, vix sufficere lingua potuisset. Qui humiliato mox spiritu ad eius genua cucurrit, orationem pro se fieri petiit, & quia pater eius apostolicus pontifex eum videre vellet indicauit. Vir autem venerandus Equitius cœpit immensas gratias omnipotenti deo agere, asserens quòd se per summum pontificem gratia superna visitasset. Illico vocauit fratres, præcepit hora eadem iumenta præparari, atque executorem suum cœpit vehementer vrgere vt cito abire debuissent. Cui Iulianus ait: Hoc fieri nullatenus potest, quia lassatus ex itinere hodie non valeo abire. Tunc ille respondit: Cõtristas me fili: quia si hodierna die non egredimur, iam crastina non exiemus. Dei itaque famulus executoris sui lassitudine coactus in monasterio suo eadem nocte demoratus est. Sequenti verò die sub ipso lucis crepusculo vehementer equo in cursu fatigato ad Iulianum puer cum epistola peruenit, in qua præceptum est eine seruum dei contingere vel mouere de monasterio auderet. Quem cùm ille requireret cur sententia esset mutata, cognouit quia nocte eadem in qua ipse executor illuc missus est, per visum pontifex fuerat vehementer exterritus, cur ad exhibendum dei hominem mittere præsumpsisset. Qui protinus surrexit, seque venerandi viri commendans orationibus, ait: Rogat pater noster ne fatigari debeatis. Cumque hoc dei famulus audisset, contristatus ait: Nunquid non die hesterno dixi tibi, quia si statim non pergeremus, iam pergere minimè liceret? Tunc pro charitatis exhibitione aliquantulum executorem suum in cella detinuit, eíque laboris sui commodum coacto renitentíque dedit. Cognosce igitur Petre in quanta dei custodia sunt, qui in hac vita seipsos despicere nouerunt, cum quibus intus ciuibus in honore numerantur, qui despecti foris hominibus esse non erubescunt, quia & contra in dei oculis iacent, qui apud suos & proximorum oculos per inanis gloriæ appetitum tument. Vnde & quibusdam veritas dicit: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, deus autem nouit corda vestra, quia quod hominibus altum est, abominabile est ante deum. Luc.

Equitius vestes ferebat.

Equitij equitandi modus.

Equitium adulatores accusant.

Equitius fœnum secabat.

Clauatis calciatus erat caligis

Petrus:

Miror valde, quòd de tali viro surripi pontifici tanto potuerit.

Gregorius:

Vid miraris Petre, quia fallimur qui homines sumus? An menti excidit quod Dauid qui prophetiæ spiritum habere consueuerat, contra innocentem Ionathæ filium sententiam dedit, cùm verba pueri mentientis audiuit? quod tamen quia per Dauid factum est, & occulto dei iudicio iustum credimus, & tamen humana ratione qualiter iustum fuerit non videmus. Quid ergo mirum si ore mentientium aliquãdo in aliud ducimur, qui prophetæ non sumus? Multum verò est, quòd vniuscuiusque præsulis mentem curarum densitas vastat. Cumque animus diuiditur ad multa, fit minor ad singula, tantóque ei in vna qualibet re surripitur, quanto latius multis occupatur.

Dauid ira Ionathæ filium damnat.

Petrus:

Vera sunt valde quæ dicis.

Gregorius:

Ilere non debeo, quod de hoc viro abbate quondam S meo reuerentissimo Valentino narrante agnoui. Aiebat nanque, quia corpus eius dum in beati Laurentij martyris oratorio esset humatum, super sepulchrum illius rusticus quidam arcam cum frumento posuit, nec quantus, qualisque vir illic iaceret, perpendere ac vereri curauit. Tunc repentè turbo cœlitus factus, rebus illic omnibus in sua stabilitate manentibus arcam quæ superposita sepulchro eius fuerat, extulit longéque proiecit, ita vt palàm cuncti cognoscerent, quanti esset meriti is cuius illic corpus iaceret.

Equitij sepulchrum rusticus arcam imposuit.

Tiam ea quæ subiungo, prædicti venerabilis viri Fortunati qui valde mihi ætate, opere & simplicitate placer, relatione cognoui. Eandem Valeriæ prouinciam Longobardis intrantibus ex monasterio reuerentissimi viri Equitij in prædicto oratorio ad sepulchrum eius monachi fugerunt. Cumque Longobardi sæuientes oratorium intrassent, cœperunt eosdem monachos foras trahere, vt eos aut per tormenta discuterent, aut gladiis necarent, quorum vnus ingemuit, atq; acti dolore commotus clamauit: Heu heu sancte Equiti placeri tibi quod trahimur, & non nos defendis? Ad cuius vocem protinus sæuientes Longobardos immundus spiritus inuasit. Qui corruentes in terram tam diu vexati sunt, quousque hoc cuncti, etiam qui foris erant, Longobardi cognoscerent, quatenus locum sacrum temerare vlterius non auderent. Sicque vir sanctus dum discipulos defenderit, etiam multis pòst remedium illuc fugientibus præstitit.

M *Equitium monachi ad sepulchrum eius fugientes tutatur.*

De Constantio mansionario Ecclesiæ sancti Stephani.

Caput. V.

Viusdam coëpiscopi mei didici relatione quod narro. Qui in Anchonitana vrbe per annos multos in monachico habitu degit, ibiq; vitam nõ mediocriter religiosam duxit. Cui etiã quidã nostri iam prouectioris ætatis qui ex eisdẽ sunt partibus attestãtur. Iuxta eã nãq; ciuitatẽ Ecclesia beati martyris Stephani sita est: in qua vir vitæ venerabilis Cõstantius nomine: qui mãsionarij functus officio deseruiebat: cuius sanctitatis opinio sese adnotitiam hominũ longè lateq; dederat. Qui idẽ vir funditus terrena despiciens, totoq; animi mentis ad sola cœlestia flagrabat. Quadam verò die dum in eadem Eccleſia

C

Ecclesia beati Stephani.

A deo Ecclesia oleum deesset: & prædictus dei famulus vnde lampades accenderet, omnino non haberet: omnes lampades Ecclesiæ impleuit aqua: atque ex more in medio papyrū posuit: quas allato igne succendit: sicque aqua arsit in lampadibus ac si oleū fuisset. Perpende igitur Petre cuius meriti vir iste fuerit: qui necessitate compulsus, elementi naturam mutauit.

Constantij aquā fecit ardere in lampadibus sicut.

Petrus.

Mirum est valde quod audio: sed vellem nosse cuius humilitatis apud se esse intus potuit iste: qui tantæ excellentiæ foris fuit.

Gregorius.

I Nter virtutes animum cognoscere congruè quæris: quia multum valde est quod tentatione sua intus mentem lacessunt mira quæ foris fiunt. Sed si huius Constantij venerabilis vnum quod fecit audis: cuius humilitatis fuerit citius agnoscis.

Petrus.

POstquam mihi facti illius tale miraculum dixisti: superest etiam vt me de humilitate mentis eius ædifices.

Gregorius.

Q Via valde opinio sanctitatis ei⁹ excreuerat: multi hūc ex diuersis prouinciis anxiè videre sitiebāt. Quadam verò die ex longinquo loco ad videndum eum quidam rusticus venit. Eadem verò hora casu contigerat vt sanctus vir stans in ligneis gradibus, reficiendis deseruiret lampadibus. Erat autem pusillus valde, exili forma atque despecta. Cumque is qui ad videndum eum venerat quisnam esset inquireret: atque obnixè peteret vt sibi debuisset ostēdi: hi qui illum nouerant monstrarunt quis esset. Sed sicut stultæ mentes hominum merita ex qualitate corporis metiuntur: eum paruulum atque despectum videns: ipsum hunc esse cœpit omnino non credere: In mente etenim rustica inter hoc quod audierat & videbat, quasi facta fuerat quædam rixa: & æstimabat tam breuem per visionem esse non posse: quem tam ingentem habuerat per opinionem. Cumque ipsum eum esse à pluribus fuisset assertū, despexit, & cœpit irridere, dicens: Ego grandem hominem credidiuisse autem de homine nihil habet. Quod vt vir dei Constātius audiuit: lampades quas reficiebat protinus relinquens, lætus concitus descendit: atque in eiusdem rustici amplexum ruit: eumque ex amore nimio cōstringere cœpit brachiis & osculari: magnasque gratias agere quòd is de se talia iudicasset, dicēs: Tu solus es qui in me apertos oculos habuisti. Qua ex re pensandum est cuius apud se humilitatis fuerit: qui despicientem se rusticum amplius amauit. Qualis enim quisque apud se lateat: contumelia illata probat. Nam sicut superbi honoribus: sic plerunque humiles sua despectione gratulantur. Cumque se & in alienis oculis viles aspiciunt, idcirco gaudent, quia hoc iudicio confirmari intelligūt: quod de se & ipsi apud semetipsos habuerunt.

Constantij forma & statura.

Constantij humilitas magna.

Petrus.

C VT agnosco, vir iste magnus, fortis fuit in miraculis: sed maior intus in humilitate cordis.

De Marcellino Anchonitanæ ciuitatis episcopo. Cap. VI.

Gregorius.

Iusdem quoque Anchonitanæ antistes Ecclesię vir vitæ venerabilis Marcellinus fuit: cuius gressum dolore nimio podagra contraxerat: eumque familiares sui sic vbi necesse erat in manibus ferebant. Quadam verò die per culpam incuriæ eadem ciuitas Anchonitana succensa est. Cumque vehementer arderet: cucurrerunt omnes vt ignem extinguerent. Sed illis aquā certatim proiicientibus ita crescebat flamma vt iam totius vrbis interitum minari videretur. Cumque propinquiora sibi loca quæque ignis inuaderet: iamque vrbis partem non modicam consumpsisset: & obsistere nullus valeret: deductus in manibus venit episcopus: & tanta periculi necessitate compulsus, familiaribus suis se portantibus præcepit dicens: Contra ignem me ponite. Quod ita factū est: atque in eo loco est positus vbi tota vis flammæ videbatur incumbere. Cœpit autem miro modo in semetipsum incēdium retorqueri, ac si reflexionis suæ impetus exclamaret se episcopum transire non posse. Sicque factum est vt flamma incendij illo termino refrenata in semetipsa refrigesceret: & cōtingere vlterius quicquam ædificij non auderet. Perpendis Petre cuius sanctitatis fuerit ægrum hominem sedere & exorando flammas premere.

Marcellinus ignē æstuantem compescit.

Petrus: Et perpendo & obstupesco.

Gregorius. D

De Nonnoso præposito monasterij in monte Soractis. Caput. VII.

E vicino nunc loco tibi aliquid narrabo quod & viri

D venerabilis Maximiani episcopi, & Laurionis quem nosti veterani monachi qui vterque nūc vsque superest, relatione cognoui: qui scilicet Laurio in illo monasterio qđ iuxta vrbem Neptanam locatur, * ab Anastasio viro sanctissimo nutritus est. Qui nimirum Anastasius vitæ venerabilis viro Nonnoso præposito monasterij quod in Soractis monte situm est: & propinquitate loci & morum magnitudine, & virtutum studiis assidue iungebatur. Idem verò Nonnosus sub asperrimo sui monasterij degebat patre: sed eius mores mira semper æquanimitate tolerabat. Sicque fratribus præerat in mansuetudine sicut crebro patris iracundiam ex humilitate mitigabat. Quia verò eius monasterium in summo mōtis cacumine situm est: ad quamlibet paruum hortum fratribus excolendum nulla patebat planities: vnus autem breuissimus locus in latere montis excreuerat, quem ingentis saxi moles naturaliter egrediens occupabat. Quadam verò die dum Nonnosus vir venerabilis cogitaret quod saltem ad condimenta olerum nutrienda locus idem aptus potuisset existere: si hūc moles saxi illius non teneret: occurrit animo quod eandem molem quingenta boum paria mouere non possent. Cumque de humano labore facta esset

E desperatio: ad diuinum se solatium contulit: seque illic nocturno silentio in orationem dedit. Cumque mane facto ad eundem locum fratres venirent, inuenerunt molem tantæ magnitudinis ab eodem loco longius recessisse: suoque recessu largum fratribus spatium ad excolendum hortum dedisse.

* *al. quod iuxta vrbē Nepesinam Suppētonia vocatur.*

Nonnosus saxū rogēs sua oratione amouit.

Lio quoque tempore cùm idem vir venerabilis lam-

A pades vitreas in oratorio lauaret: vna ex eius manibus cecidit: quæ per innumeras partes fracta disiluit: qui vehementissimum patris monasterij furorem timens, lampadis protinus omnia fragmēta colligit: atque ante altare posuit: seq; cum graui gemitu in orationem dedit. Cumque ab oratione caput leuasset: sanam lampadem reperit quam timens per fragmēta collegerat. Sicque in duobus miraculis duorum patrum virtutes imitatus est. In mole scilicet saxi, factū Gregorij qui montem mouit. In reparatione verò lampadis, virtutem Donati qui fractum calicem pristinæ incolumitati restituit.

Nonnosus lampadem fractā oratione reintegrauit.

Petrus.

HAbemus, vt video, de exemplis veteribus noua miracula.

Gregorius.

VIs ne aliquid in operatione Nonnosi de imitatione quoque Helisæi cognoscere? Petrus.

Volo atque inhianter cupio. Gregorius.

Vm quadam die in monasterio vetus oleum deesset:

D iamque colligēdæ oliuę tempus incumberet: sed fructus in oleis nullus appareret: visum patri monasterij fuerat vt circunquaque fratres in colligendis oliuis ad exhibenda extraneis opera pergerent: quatenus ex mercede sui operis aliquantulum monasterio oleum deportarent. Quod vir domini Nonnosus fieri cum magna humilitate prohibuit: ne exeuntes fratres ex monasterio dum lucra olei quærerent, animarum damna paterentur. Sed quia in monasterij arboribus oliuæ paucæ inesse videbantur: eas colligi præcepit: & in prælo mitti: & quamlibet parum olei exire potuisset sibimet deferri. Factumque est: & susceptum in paruo vasculo oleum fratres Nōnoso dei famulo detulerunt: quod ipse protinus ante altare posuit: cunctisque egredientibus orauit: atque accersitis postmodum fratribus præcepit vt hoc quod detulerunt oleum leuarēt: & per cuncta vasa monasterij exiguè fundendo diuiderent, quatenus benedictione eiusdem olei omnia infusa viderentur, quæ protinus vt erant vacua claudi fecit. Die verò altera aperta omnia plena reperta sunt. Petrus.

Nonnosus oleum oratione augmentauit.

PRobamus quotidie impleri verba veritatis quæ ait: Pater meus vsque modo operatur & ego operor. *Ioan. 5.*

De Anastasio abbate monasterij quod Suppentonia vocatur. Caput. VIII. Gregorius.

Odem quoque tempore venerādus vir Anastasius cu-

E ius superius memoriam feci, sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui deo auctore deseruio, notarius fuit. Qui soli deo va-

G deo vacare desiderans scriniũ deseruit:monasterium elegit: atque in eo loco quem præfatus sum Suppentoniam vocari, per annos multos in sanctis actibus vitam duxit: eique monasterio solerti custodia præfuit. Quo videlicet in loco ingens desuper rupes eminet:& profundum subter præcipitium patet. Quadam verò nocte cum iam omnipotẽs deus ei⁹ venerabilis viri Anastasij labores remunerare decreuisset:ab alta rupe vox facta est: quæ producto sonitu clamaret, dicens: Anastasi veni. Quo vocato alij quoque septem tres vocati sunt ex nomine. Paruo autem momento ea quæ fuerat emissa vox siluit: & octauum fratrem vocauit. Quas dum apertè voces congregatio audisset:dubium non fuit:quin eorum qui vocati fuerant obitus appropinquasset. Intra paucos igitur dies primus venerandus vir Anastasius:cæteri autem in eo ordine ex carne educti sunt: quo de rupis vertice fuerant vocati. Frater verò ille ad quem vocandum vox parum siluit, atque eum tunc nominauit: morientibus aliis paucis diebus vixit,& tunc vitam finiuit: vt aperte monstraretur: quia interiectum vocis silentium paruum viuendi spatium signauerit. Sed mira res cõtigit: quia venerabilis vir Anastasius dum de corpore exiret:erat quidà frater in monasterio qui superuiuere eum nolebat: prouolutus verò eius pedibus cœpit cum lachrymis ab eo postulare, dicens: Per illum ad quem vadis deprecor, te adiuro ne septem dies super te in hoc mundo viuam:ante cuius septimum diem etiam ipse defunctus est: qui tamen in illa nocte inter cæteros non fuerat vocatus: vt apertè claresceret: quia eius obitum sola venerabilis Anastasij intercessio obtinere potuisset.

Septem fratres cum Anastasio ad montem vocati.

Nonus frater vltro mortẽ precat⁹ est.

H

Petrus.

CVm idem frater & vocatus inter cæteros non est:& tamen sancti viri intercessionibus ex hac luce subtractus est:quid aliud datur intelligi: nisi quòd hi qui apud dominũ magni sunt meriti:obtinere aliquando possunt ea etiam quæ non sunt prædestinata?

Gregorius.

Nota de prædestinatione.

OBtineri nequaquam possunt quæ prædestinata nõ fuerunt:sed ea quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt vt precibus obtineãtur. Nam ipsa quoque perennis regni prædestinatio ita est ab omnipotenti deo disposita vt ad hoc *electi* pro labore perueniant: quatenus postulando mereantur accipere quod eis omnipotens deus ante secula disposuit donare.

Petrus.

PRobari mihi apertius vellem: si potest prædestinatio precibus iuuari.

Gregorius.

Oc quod ego Petre intuh, concitè valet probari. Certe etenim nosti quia ad Abraham dominus dixit: In

H

Gene.21. Isaac vocabitur tibi semen. Cui etiam dixerat: Patrem

Gene.17. multarum gentiũ constitui te. Cui rursum promisit dicens: Bene-

Gene.22. dicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli: &

&.26. sicut arenam maris. Ex qua re apertè constat: quia omnipotens

I deus semen Abrahæ multiplicare per Isaac prædestinauerat, &

Gene.25. tamen scriptum est: Deprecatus est Isaac dominum pro vxore sua eo quod esset sterilis: qui exaudiuit eum & dedit cõceptum Rebeccæ. Si ergo multiplicatio generis Abrahæ per Isaac prædestinata fuit: cur coniugem sterilem accepit? Sed nimirum cõstat: quia prædestinatio precibus impletur: quando is in quo deus multiplicare semẽ Abrahæ prædestinauerat, oratione obtinuit:vt filios habere potuisset.

Prædestinatio quomodo precibus iuuetur.

Petrus.

QVia secretum ratio aperuit: nihil mihi dubietatis remansit.

4

Caput. IX.

Gregorius.

VIs tibi aliquid de Thusciæ partibus narrem: vt cognoscas quales in ea viri fuerint: & omnipotentis dei notitiæ quantum propinqui?

V

Petrus.

VOlo, atque hoc omnimodo exposco.

Gregorius.

De Bonifacio Ferentinæ ciuitatis episcopo.

VIt vir vitæ venerabilis Bonifacius nomine: qui in

F

ea ciuitate quę Ferentis dicitur, episcopatus officium tenuit,& moribus impleuit. Huius multa miracula is qui adhuc superest Gaudentius presbyter narrauit. Qui nutritus in eius obsequio tanto valet de illo quæque veracius dicere,quanto eis contigerit & hunc interesse. Huius ecclesiæ gratiis valde paupertas inerat, quæ bonis mentibus esse solet custo

Nota de paupertate.

dia humilitatis, nihilque aliud ad omne stipendium: nisi vnam K
tantummodo vineam habebat quæ quodam die ita grandine irruente vastata est:vt in ea paucis in vitibus vix parui rarique racemi remansissent. Quam cum dei prædictus vir reuerentissimus Bonifacius episcopus fuisset ingressus magnas omnipotenti deo gratias retulit:quia in ipsa sua adhuc inopia sese angustiari cognouit. Sed cum iam tempus exigeret vt ipsi quoque racemi qui remanserant maturescere potuissent,custodem vineę ex more posuit:eamque solerti vigilantia seruari præcepit. Quadam verò die mandauit Constantio presbytero nepoti suo: vt cuncta vini vascula in episcopio omniaque dolia ita vt ante consueuerat pice superfusa præpararet. Quod cũ nepos illius presbyteri audisset: valde admiratus est quòd quasi insana præciperet: quòd vini vascula præparari faceret qui vinum minimè haberet:nec tamen præsumpsit inquirere cur talia iuberet:sed iussis obtemperat:& omnia ex more præparauit. Tunc vir dei vineam ingressus racemos collegit: ad calcatorium detulit: omnesque exinde egredi præcepit,solusque ibi cum vno paruulo puerulo remansit,quem in eodem calcatorio deposuit:& calcari ipsos paucissimos racemos fecit. Cumque ex eisdem racemis parum aliquid vini defluxerat, cœpit hoc vir dei suis manibus in paruo vase suscipere: & per cuncta dolia, omniaque vasa quæ parata fuerant pro benedictione diuidere: vt ex eodem vino omnia vascula vix infusa viderentur. Cùm verò ex liquore vini parum aliquid in vasis omnibus mixtum fuisset:vocauit protinus presbyterum:iussitque pauperes adesse. Tunc cœpit vinum in calcatorio crescere:ita vt omnia quæ allata fuerant pauperum vascula impleret. Quibus cum se idoneè satisfeciisse conspiceret: ex calcatorio iussit puerum discedere:apothecam clausit:atque impresso *sigillo proprio* munitam reliquit: mox ad Ecclesiam rediit. *Die verò tertia* prædictum Constantium presbyterum vocauit: & oratione facta apothecam aperuit, & vasa in quibus tenuissimum liquorem infuderat, vbertim vinum fundentia inuenit, ita vt pauimentum omne excrescentia vina inuaderent: si ad hæc episcopus tardius intrasset. Tunc *terribiliter* presbytero præcepit, ne quousque ipse in corpore viueret, hoc miraculum cuiquam indicaret, pertimescens videlicet ne virtute facti fauore humano pulsatus inde intus inanesceret vnde foris hominibus magnus appareret, exemplum magistri sequens, qui vt nos ad viam duceret humilitatis, de semetipso discipulis præcepit, dicens: vt ea quæ vidissent nemini dicerent quousque filius hominis à mortuis resurgeret.

Bonifacius episcopus mira de angustia.

L

Petrus.

VIa occasio apta se præbuit: libet inquirere quidnam

Q

sit quod redemptor noster cum duobus cæcis lumen reddidit:iussit vt nemini dicerent:& illi abeuntes diffamauerũt eum in totã terrã illam? Nũquid nã vnigenitus filius patri & sancto spiritui coæternus hac in re velle habuit: quod non potuit implere, vt miraculum quod taceri voluit, minimè M
potuisset abscondi?

Gregorius.

EDemptor noster per mortale corpus omne quod e-

R

gît,hoc nobis in exemplum actionis præbuit: vt pro nostrarum vitium modulo eius vestigia sequentes in offenso pede operis præsentis vitæ carpamus viam. Miraculum nanque faciens & tacere iussit:& tamen taceri non potuit: vt videlicet & electi eius exempla doctrinæ illius sequentes in magnis quæ faciũt, latere quidem in voluntate habeant:sed vt prosint aliis prodantur inuiti: quatenus & magnæ humilitatis sit quòd sua opera taceri appetunt:& magnę vtilitatis sit quòd eorum opera taceri non possunt. Non ergo voluit dominus quicquam fieri & minime potuit: sed quid velle eius membra debeant:quidue de eis etiam nolentibus fiat, doctrinæ eius magisterio exemplum dedit.

Auditio firmat.

Petrus: Placet quod dicis.

Gregorius.

DHuc pauca aliqua quæ de Bonifacij episcopi opere

A

supersunt,quia eius memoriam fecimus, exequamur.

Alio nanque tempore beati Proculi martyris natalitius propinquabat dies: quo in loco vir nobilis Fortunatus nomine manebat: qui magis precibus ab eodem venerabili viro postulauit, vt cum apud beatum martyrem missarum solennia ageret: ad benedictionem dandam in suam domum declinaret. Vir autem dei negare non potuit quod ab eo ex Fortunati mente charitas poposcit. Peractis igitur missarum solennis:

cum ad

A cùm ad prædictũ Fortunati veniſſet menſam, priuſquam deo hymnum diceret, ſicut quidam ludendi arte cibum ſolent quærere, repentè ante ianuam cum ſimia vir aſtitit & cymbala percuſsit. Quem ſanctus vir dedignatus audiẽs ſonitum dixit: Heu heu, mortuus eſt miſer iſte, mortuus eſt miſer iſte. Ego ad mendam refectionis veni: os adhuc ad laudem dei non aperui, & ille cum ſimia veniens percuſsit cymbala. Subiunxit quoque & ait: Ite & pro charitate ei cibum potumque tribuite: ſcitote tamen quia mortuus eſt. Qui infœlix vir dum panem ac vinum ex eadem domo percepiſſet: egredi ianuam voluit: ſed ſaxum ingens ſubitò de tecto cecidit: eique in verticem venit. Ex qua percuſſione proſtratus in manibus iam ſemiuiuus leuatus eſt. Die verò altera ſecundum viri dei ſententiam funditus finiuit vitam. Qua in re Petre penſandum eſt quantus ſit viris ſanctis timor exhibendus: templa enim dei ſunt. Et cum ad iracundiam vir ſanctus trahitur: quis alius ad iraſcendum niſi eiuſdem templi inhabitator excitatur? Metuẽda ergo tanto eſt ira iuſtorum: quanto & conſtat quia in eorum cordibus ille præſens eſt: qui ad inferendam vltionem quam voluerit ianualidus non eſt.

Bonifacius ianuatori mortẽ præcinit.

Sancti viri dei templa ſunt.

Lio quoque tempore prædictus Conſtantius presbyA ter nepos eius equum ſuum duodecim aureis vendidit: quos in propria arca ponens ad exercendum opus aliquod diſceſsit. Tunc ſubitò ad epiſcopum pauperes venerunt qui importunè precabantur vt eis ſanctus vir Bonifacius B epiſcopus ad conſolationem ſuæ inopiæ aliquid largiri debuiſſet. Sed vir dei quia quid tribueret non habebat: æſtuare cœpit in cogitatione ne ab eo pauperes vacui exirent. Cui repentè ad memoriam rediit: quia Conſtantius presbyter nepos eius equum quem ſedere conſueuerat vendidiſſet: atque hòc ipſum in arca ſua precium haberet. Abſente igitur eodem nepote ſuo acceſsit ad arcam: & piè violentus clauſtra arcæ comminuit duodecim aureos tulit: eoſque indigentibus vt placuit diuiſit. Itaque Conſtantius presbyter reuerſus ex opere arcam fractam reperit: & caballi ſui precium quod in eam poſuerat non inuenit. Cœpit itaque voce magna perſtrepere: & cum furore nimio clamare: Omnes hic viuunt: ſolus ego in domo hac viuere non poſſum. Ad cuius nimirum voces venit epiſcopus: omneſque qui in eodem epiſcopio aderant. Cumque eum locutione blanda vir dei temperare voluiſſet, cœpit ille cum iurgio reſpondere, dicens: Omnes tecum viuunt: ſolus ego autem hic viuere ante te non poſſum: redde mihi ſolidos meos. Quibus vocibus commotus epiſcopus: beatæ Mariæ virginis Eccleſiam ingreſſus eſt: & eleuatis manibus [extenſo veſtimento] ſtando cœpit orare vt ei redderet vnde presbyteri furentis inſania mitigari potuiſſet. Cumque ſubitò oculos ad veſtimentum ſuum inter extenſa brachia reduxit: repente in ſinu ſuo duodecim aureos inuenit: ita fulgentes tanquam ſi ex igne producti eadem hora fuiſſent. Qui mox de Eccleſia egreſſus: eos in ſinum furentis presbyteri proiecit, dicens: Ecce habes ſolidos quos quæſiſti: ſed hoc tibi notum ſit: quia poſt mortem meam in huius Eccleſiæ epiſcopum non eligeris propter tuam auaritiam. Ex qua ſententia veritatis colligitur quia eoſdem ſolidos preſbyter pro adipiſcendo epiſcopatu præparabat. Sed viri dei ſermo prævaluit, nam idem Conſtantius in presbyteratus officio vitam finiuit.

Bonifacius vrãdo. xii. aureos à beata C virgine impetrauit.

Bonifacius pauperibus ſubuenit.

Lio quoque tempore duo ad eum Gothi hoſpitalitaA tis gratia venerunt: qui Rauennam ſe feſtinare profeſſi ſunt. Quibus ipſe paruum vas lineum vino plenum manu ſua præbuit: quod fortaſſe in prandio itineris habere potuiſſent: ex quo illi quoadusque Rauennam venirent, biberunt. Gothi autem aliquantis diebus in eadem ciuitate morati ſunt: & vinum quod à ſancto viro acceperant: quotidie in vſu habuerũt. Sicque vſque ad eundem venerabilem patrem ferentes reuerſi ſunt: vt nullo die ceſſarent bibere: & tamen vinum eis ex illo vaſculo nunquam deeſſet: ac ſi in illo vaſe ligneo quod epiſcopus eis dederat: vinum non augeretur, ſed naſceretur.

Vaſculum à Bonifacio acceptũ vinũ auxit.

Vper quoque de eiuſdem loci partibus ſenex quidam
N clericus aduenit: & ea quæ ipſe de eo narrat ſilentio non ſunt prætereunda. Nam dicit quod quadam die ingreſſus hortum magna hunc erucarum multitudine inuenit eſſe coopertum: qui omne holus in eo deperire conſpiciens: ad eaſdem erucas conuerſus dixit: Adiuro vos in nomine domini Ieſu Chriſti, recedite hinc, atque hæc holera comedere nolite. D Quæ ſtatim ad viri dei verbum ita omnes egreſſæ ſunt: vt nec vna quidem intra ſpatium horti remaneret. Sed quid mirum quod hæc de epiſcopatus eius tempore narramus: quando iam apud omnipotentem deum ordine ſimul & moribus creuerat: dum illa magis miranda ſint quæ eum hic ſenex clericus adhuc puerulum feciſſe teſtatur? Nam ait quòd eo tempore quo cum matre ſua puer habitabat: egreſſus hoſpitio, nonnunquam ſine linea, crebro etiam ſine tunica reuertebatur: quia mox vt nudum quempiam inuenit veſtiebat: hunc ſe expoliens vt ſe ante dei oculos illius mercede veſtiret. Quem mater ſua frequenter increpare conſueuerat, dicens quòd iuſtum non eſſet vt ipſe inops pauperibus veſtimenta largiretur. Quæ die quadam horreum ingreſſa penè omne triticum quod ſibi in ſtipendium totius anni præparauit inuenit à filio ſuo pauperibus erogatum. Cumque ſemetipſam alapis pugniſque tũderet quòd quaſi anni ſubſidia perdidiſſet: ſuperuenit Bonifacius puer dei: eámque verbis quibus valuit conſolari cœpit. Quæ cum nihil conſolationis admitteret: hanc rogauit vt ab horreo exire debuiſſet: in quo ex omni eorum tritico parum quid inuentum eſt remanſiſſe. Puer autem dei ſeſe illic protinus in orationem dedit. Qui poſt paululum egreſſus ab horreo matrem reduxit, quod ita tritico plenum inuentum eſt ſicut plenum ante non fuerat: cùm mater illius totius anni ſumptus ſe congregaſſe gaudebat. Quo viſo miraculo compuncta mater iam ipſa cœpit hortari vt daret: qui ſic celeriter poſſet quæ petiiſſet accipere. Hæcitaque in hoſpitij ſui veſtibulo gallinas nutrire conſueuerat: ſed eas ex vicino rure vulpes veniens auferebat. Quadam verò die dum in eodem veſtibulo puer Bonifacius ſtaret, vulpes ex more venit, & gallinam abſtulit. Ipſe autem concitus Eccleſiam intrauit: & ſe in orationem poſternens apertis vocibus dixit: Placet tibi domine vt de nutrimentis matris meæ manducare non poſsim: ecce enim gallinas quas nutrit, vulpes comedit. Qui ab oratione ſurgens Eccleſiam eſt egreſſus. Mox autem vulpes rediit, gallinam quam ore tenebat dimiſit, atque ipſa moriens ante eius oculos in terram cecidit:

Bonifacius adhuc puer oratiõe horreum tritico implenit. E

Bonifacius oratiõe vulpẽ necauit.

Petrus.

VAlde mihi mirum videtur quòd exaudire preces in ſe ſperantium, etiam in rebus vilibus dignatur deus.

Gregorius.

Oc Petre ex magna conditoris noſtri diſpenſatione
H agitur: vt per minima quæ percipimus: ſperare maiora debeamus. Exauditus nanque eſt in rebus vilibus puer ſanctus & ſimplex: vt in paruis diſceret quantum de deo præſumere in magnis petitionibus deberet.

Cur deus in paruis rebꝰ exaudiat preces.

Petrus. Placet quod dicis.

De Fortunato Tudertinæ ciuitatis epiſcopo. Caput. IX.

Gregorius. F

Lius quoque vir vitæ venerabilis in eiſdem partibus
A fuit Fortunatus nomine: Tudertinæ antiſtes Eccleſiæ: qui ineffugandis ſpiritibus immenſæ virtutis gratia pollebat: ita vt nonnunquam ab obſeſsis corporibus legiones dæmonum pelleret: & continuæ orationis ſtudio intentus obiectas contra ſe eorum multitudines ſuperaret. Huius viri familiariſsimus fuit Iulianus noſtræ Eccleſiæ defenſor: qui ante nõ longum tempus in hac vrbe defunctus eſt. Cuius ego quoque hoc didici relatione quod narro: quia ſæpe geſtis illius auſu familiaritatis interfui: eiuſque pòſt memoriam ad inſtructionẽ noſtram quaſi faui dulcedinem in ore retinebat.

Fortunatus eiiciendis dæmonibꝰ perpotens.

Atrona quædam nobilis in vicinis partibus Thu-
M ſciæ, nurum habebat: quæ intra breue tempus quo filium eius acceperat: cum eadem ſocru ſua ad dedicationem oratorij beati Sebaſtiani martyris fuerat inuitata. Nocte verò eadem qua ſubſequente die ad dedicationem prædicti oratorij fuerat proceſſura: voluptate carnis deuicta, à viro ſuo ſeſe abſtinere non potuit: cumq; mane facto conſcientiam deterreret perpetrata carnis delectatio: proceſsionẽ verò imperaret verecundia: plus erubeſcens vultum hominum quàm dei iudicium metuens, cum ſocru ſua ad dedicationem oratorij proceſsit. Mox verò vt reliquiæ beati Sebaſtiani martyris oratorium ingreſſæ ſunt: eandem prædictæ matronæ nurum malignus ſpiritus arripuit: & coram omni populo vexare cœpit.

Matrona ob carnis vitiũ à diabolo correpta.

Universidad de Sevilla
Biblioteca

G cœpit. Eiusdem verò oratorij presbyter dum eam vehementissimè vexari conspiceret: ex altari protinus sindonem tulit: eamque operuit: sed & hunc simul repente diabolus inuasit. Et quia vltra vires voluit quidquam præsumere: compulsus est & ipse cognoscere in sua vexatione quid esset. Hi verò qui aderant, puellam in manibus ex oratorio sublatam ad domum propriam reportauerunt. Cúmque hanc antiquus hostis vexatione continua vehementer attereret: propinqui sui eam carnaliter amantes & amando persequentes, ad obtinendum salutis remedium maleficis tradiderunt, vt eius animam funditus extinguerent: cuius carni magicis artibus ad tempus prodesse conarentur. Ducta est itaque ad fluuium: atque in aquam mersa: ibíque diutius incantationibus agere malefici moliebantur: vt is qui eam inuaserat diabolus exiret. Sed miro omnipotentis dei iudicio: dum arte peruersa vnus ab ea repellitur: in eam subitò legio intrauit. Cœpit ex hora illa tot motibus agitari: tot vocibus clamoribusque perstrepere: quot spiritibus tenebatur. Tunc inito consilio parentes eius suæ perfidiæ culpam fatentes hanc ad venerabilem virum Fortunatum episcopum duxerunt: eiq; reliquerunt. Qua ille suscepta multis se diebus ac noctibus in oratione dedit: tantóque amnisu precibus incubuit, quanto & in vno corpore contra se assistere legionis aciem inuenit. Quam post non multos dies ita sanam atque incolumẽ reddidit: ac si in eam ius proprium diabolus nunquam habuisset.

Fortunatus matronã à legione dæmonum liberat.

H Lio quoque tempore idem vir omnipotentis dei famulus ex obsesso quodam homine immundum spiritum excussit Qui malignus spiritus cùm vesperascente iam die secretam ab hominibus horam cerneret: peregrinũ quempiam esse se simulans circuire cœpit ciuitatis plateas & clamare: O virum sanctum Fortunatum episcopum: ecce quid fecit: peregrinum hominem de hospitio suo expulit. Quæro vbi requiescere debeam: & in ciuitate eius non inuenio. Tunc quidam in hospitio cum vxore sua & paruulo filio ad prunas sedebat: qui vocem eius audiens: & quid episcopus ei fecerit requirens hunc inuitauit hospitio: sedere secum iuxta prunas fecit. Cúmque vicissim aliqua confabularentur: paruulum eius filium idem malignus spiritus intrauit: atque in easdem prunas proiecit: ibíque mox eius animam excussit. Qui orbatus miser: vel quem ipse susceperit, vel quem episcopus expulit agnouit.

Diabolus sub forma peregrini puerum extinxit.

Petrus.

QVidnam hoc esse dicimus vt occidendi ausum in eius hospitio antiquus hostis acciperet: qui hunc peregrinũ æstimans ad se hospitalitatis gratia vocasset?

Gregorius.

Nota. Matt. 6.

M Vlta Petre videntur bona, sed non sunt: quia bono animo non fiunt. Vnde & in Euangelio veritas dicit: Si oculus tuus nequam fuerit: totum corpus tuum tenebrosum erit. Quia cùm peruersa est intentio quæ præcedit: prauum est omne opus quod sequitur: quamuis esse rectum videatur. Ego nanque hunc virum, qui dum quasi hospitalitatem exhiberet orbatus est: non pietatis opere delectatum æstimo, sed episcopi derogatione: nam pœna subsequens innotuit: quia præcedens illa susceptio sine culpa non fuit. Sunt nanque nonnulli

I

Nota.

qui ideirco bona facere student: vt gratiam alienæ operationis obnubilent. Nec pascuntur bono quod faciunt: sed laude boni qua cæteros premunt. Qua de re existimo hunc virum qui maligunum spiritum in hospitalitatem susceperit, ostentationi boni potius intendisse quàm operi: vt meliora quàm episcopus fecisse videretur: quatenus ipse susciperet eum quem vir domini Fortunatus expulisset.

Attẽde veram sententiam.

Petrus.

ITa est vt dicis: nam finis operis probat, quòd munda intentio operationis non fuerit.

Gregorius.

Fortunatus cæco visum restituit.

A Lio quoque tempore, dum oculorum quidam lumen amisisset: ad hunc deductus intercessionis eius opem petiit, & impetrauit. Nam cùm vir dei oratione facta oculis eius signum crucis imprimeret: ab eis protinus luce reddita: nox cæcitatis abcessit. Præterea equus cuiusdam militis in rabiem fuerat versus: ita vt à multis teneri vix potuisset: sed quoscunque potuit inuaderet: eorum membra morsibus dilaniaret. Tunc, vtcunque, à multis ligatus ad virum dei deductus est. Qui mox eius capiti extensa manu signum crucis ædidit: cunctam eius rabiem in mãsuetudinem mutauit: ita vt post ea mitior existeret quàm ante illam insaniam fuisset. Tunc idem miles equum suum quem celerrime ex miraculi imperio à sua vesania vidit immutatum: eidem sancto viro decreuit offerendum. Quem cùm suscipere ille renueret: ipse verò in precibus ne despiceretur eius oblatio perseueraret: sanctus vir mediam duarum partium viam tenens: & petitionem militis audiuit: & munus recipere pro hac exhibita virtute recusauit: prius nanque dignum precium præbuit: & postea equum quem sibi offerebat accepit. Quia enim si non susciperet eum contristari conspexerat: charitate cogente emit quod necessarium non habebat. Neque hoc silere de huius viri virtutibus debeo: quod ante dies ferè duodecim audiui. Quidam nanque ad me deductus est senex pauper: atque vt mihi senum collocutio esse semper amabilis solet: studiosè hunc vnde esset inquisiui. Qui se esse de Tudertina ciuitate respondit: cui inquam: Quæso te pater num Fortunatum episcopum nosti? Qui ait: Noui, & bene noui. Tunc ipse subiunxi: Dic rogo si qua illius miracula nosti: & desideranti mihi qualis vir fuerit innotesce. Qui ait: Homo ille longè fuit ab istis hominibus quos videmus modo. Nam quicquid ab omnipotenti deo petiit: ita vt petierat impetrauit. Cuius hoc vnum narro miraculum, quod ad præsens animo occurrit. Quadam nanque die Gothi iuxta Tudertinam ciuitatem venerunt, qui ad partes Rauennæ properabant: & duos paruulos pueruIos de possessione abstulerant: quæ possessio L præfatæ Tudertinæ ciuitati subiacebat. Hoc cùm viro sanctissimo Fortunato nuntiatum fuisset: protinus misit, atque eosdem Gothos ad se vocari fecit. Quos blando sermone alloquẽs eorum prius studuit asperitatem placare: ac post intulit, dicens: *Quale vultis preciũ dabo: & puerulos quos abstulistis reddite:* mihíq; hoc gratię vestræ munus præbete. Tunc is qui prior eorum esse videbatur, respondit dicens: *Quicquid aliud præcipis facere parati sumus: nam istos puerulos nullatenus reddemus.* Cui venerandus vir blandè minatus dicit: Contristas me fili, & non audis patrem tuum: noli me contristare, nam non expedit tibi. Sed idem Gothus in cordis sui feritate permanens, negando discessit. Die verò altera digressurus rursus ad episcopum venit: quem eisdem verbis pro prædictis puerulis iterum episcopus rogauit. Cúmque ad reddendum nullo modo consentire voluisset: contristatus episcopus dixit: Scio quia tibi non expedit quòd me contristato discedis. Quæ Gothus verba despiciens ad hospitium reuersus, eosdem pueros de quibus agebatur, equis superimpositos cum suis hominibus præmisit. Ipse verò statim ascendens equum subsecutus est. Cúmque in eadem ciuitate ante beati Petri apostoli Ecclesiam veniisset: equi eius pes lapsus est, qui cum eo corruit: & eius coxa mox fracta est: ita vt in duabus partibus os esset diuisum, leuatúsque in manibus reductus est ad hospitium. Qui festinus misit, & pueros quos præmiserat reduxit: & viro venerabili Fortunato mandauit, dicens: Rogo te pater, mitte ad me diaconum tuum. Cuius diaconus dum ad iacentem veniisset, pueros quos redditurum se episcopo omnino negauerat, ad mediũ deduxit: eósque diacono illius reddidit, dicens: Vade, & dic domino meo episcopo quia maledixisti mihi: ecce percussus sum, sed pueros quos quæsisti, recipe: & pro me rogo intercede. Susceptos itaque puerulos diaconus ad episcopum reduxit, cui benedictam aquam venerabilis Fortunatus statim dedit, dicens: Vade citius & eam super iacentis corpus proiice. Perrexit itaque diaconus atq; ad Gothum introgressus, benedictam aquam super membra illius asperst. Res mira & vehementer stupenda, mox vt aquã benedicta Gothi coxam contigit: ita omnis fractura solidata est, & saluti pristinæ coxa restituta, vt hora eadem de lecto surgeret, & ascenso equo ita cœptum iter ageret, ac si nullam vnquã læsionem corporis pertulisset. Factumq; est vt qui sancto viro Fortunato pueros cum precio reddere obedientiæ subiectus noluit: eos sine precio pœna subactus donaret. His igitur expletis studebat adhuc senex de eo & alia narrare. Sed quia nonnulli aderant ad quos exhortandos occupabar: iamque diei tardior hora incubuerat, venerabilis Fortunati facta mihi audire non licuit, quæ audire, si licear, semper volo. Sed die alia idem senex rem de illo magis adhuc mirabilem narrauit, dicens: In eadem Tudertina vrbe Marcellius quidam

R figura cuiusdam militis equum suum à vesania sanãtis dit.

M *Gothus coxa frãcta pueros dimittit.*

Formam aquæ benedictæ cui fanant.

A Quidam bonæ actionis vir cum duabus ſororibus ſuis habitabat: qui euenientе molestia corporis ipſo ſacratiſsimo veſperascente iam ſabbato paſchali defunctus eſt. Cuius corpus cùm longius eſſet efferendum, die eodem ſepeliri non potuit. Cúmque mora eſſet temporis ad explendum debitum ſepulturæ, ſorores eius morte eius afflictæ, cucurrerũt flentes ad venerabilẽ virum Fortunatum, eiſque magnis vocibus clamare cœperunt. Scimus quia Apoſtolorum vitam tenes, leproſos mundas, cæcos illuminas. Veni, & reſuſcita mortuum noſtrum. Qui mox vt cognouit earum fratrem defunctum, flere & ipſe etiam de morte eius cœpit, eiſque reſpondit, dicens: Recedite, & hæc dicere nolite, quia iuſsio omnipotentis dei eſt, cui contraire nullus hominum poteſt. Illis itaque diſcedentibus, triſtis ex morte eius manſit epiſcopus. Subſequente autem die dominico ante exurgentis lucis crepuſculum, vocatis duobus diaconibus ſuis perrexit ad domum defuncti: accedenſque ad locum vbi corpus iacebat exanime: ibi ſe in orationẽ dedit. Expleta autem prece ſurrexit, & iuxta corpus defuncti ſedit: non autem grandi voce defunctum per nomen vocauit dicens: Frater Marcelle. Ille autem ac ſi leuiter dormiens ad vicinam vocem quanuis modicam fuiſſet excitatus ſtatim oculos aperuit: atque ad epiſcopum reſpiciens dixit: O quid feciſti? ô quid feciſti? cui epiſcopus reſpondit dicens: Quid feci? At ille ait: Duo he ſterno die venerunt qui me eiicientes ex corpore in bonum lo-
B cum duxerunt: hodie autem vnus miſſus eſt qui dixit: Reducite eum: quia Fortunatus epiſcopus in domum eius venit. Quibus verbis expletis mox ex infirmitate conualuit: & in hac vita diutius manſit. Nec tamen credendum eſt: quia locum quem acceperat perdidit: quia dubium non eſt quòd intercеſſoris ſui precibus potuit poſt mortem melius viuere: qui & ante mortem ſtuduit omnipotenti deo placere. Sed cur multa de eius vita dicimus: cum nunc vſque ad corpus illius tot virtutum documẽta teneamus? Dæmoniacos quippe abſoluere: ægros curare quotidie ex fide petitur: vt viuus conſueuerat hoc indeſinenter facere: & apud mortua ſua oſſa perſeuerat. Sed libet Petre adhuc ad Valeriæ prouinciæ partes narrationis meæ verba reducere: de quibus me eximia valde miracula ex ore venerabilis Fortunati, cuius longè ſuperius memoriam feci, contigit audiſſe. Qui crebro ad me nunc vſque veniens dum facta mihi veterum narrat nouа refectione me ſatiat.

Fortunatus reſuſcitauit mortuum Marcellum.

De Martyrio monacho prouinciæ Valeriæ. Caput. XI.

Vidam nanque in eadem prouincia Martyrius nomine: deuotus valde omnipotentis dei famulus extitit: qui hoc de virtutibus ſuis teſtimonij ſignum dedit. Dum quadam die fratres illius panem ſubcinericium feciſſent: eiſque obliti eſſent crucis ſignum imprimere: ſicut in hac prouincia crudi panes ſigno * ſignari ſolẽt: vt per quadras quatuor partiti videantur, idem dei famulus affuit: eiſque referentibus
C ſignatum non fuiſſe cognouit. Cumque iam panis ille prunis eſſet & cineribus coopertus, dixit: Quare hunc minimè ſignaſtis? Qui hoc dicens: ſignum crucis digito contra prunas fecit. Quo ſignante protinus immenſum crepitum panis dedit: ac ſi ingens in ignibus olla crepuiſſet. Qui dum coctus poſtmodum fuiſſet, ab igne ſubtractus: ea cruce ſignatus inuentus eſt, quem non contactus: ſed fides fecit.

** al. ligno.*

Martyrius panes in ſorno cruce ſibi ſignauit.

De Seuero presbytero eiuſdem prouinciæ. Caput. XII.

In eo etiam loco Interorina vallis dicitur: quæ à multis verbo ruſtico Interocrina nominatur. In qua erat quidam vir vitæ valde admirabilis, nomine Seuerus, Eccleſiæ beatæ Mariæ dei genitricis & ſemper virginis ſacerdos. Hunc cum quidam paterfamilias ad extremum veniſſet diem: miſsis concite nunciis rogauit vt ad ſe quantocyus poſſet veniret: ſuiſque orationibus pro peccatis eius intercederet: vt acta de malis ſuis pœnitentia ſolutus culpa ex corpore exiret. Qui videlicet ſacerdos inopinatè contigit vt ad putandam vineam eſſet occupatus: atque ad ſe venientibus diceret. Antecedite: ecce ego vos ſubſequor. Cumque videret ſibi in eodem opere parum aliquid ſupereſſe, paululum moram fecit: vt opus quod minimum reſtabat expleret: quo expleto cœpit ad ægrum pergere. Eunti verò in itinere occurrentes hi qui prius venerant: obuiam facti ſunt dicentes: Pater quare tardaſti? Noli fa-

De Seuero presbytero.

tigari: quia iam defunctus eſt. Quo audito ille contremuit: magniſque vocibus ſe interfectorem illius clamare cœpit. Flens itaque peruenit ad corpus defuncti: ſeque coram lecto illius cum lachrymis in terram dedit. Cumque iam vehementer fleret: in terram caput tunderet: ſeque reum mortis illius clamaret: repentè is qui defunctus fuerat, animam recepit. Quod dum multi qui circunſtabant aſpicerent, admirationis vocibus emiſsis cœperunt amplius flere præ gaudio. Cúmque eum requirerent vbi fuerit vel quomodo rediſſet, ait: Tetri valde erant homines qui me ducebant: ex quorum ore & naribus ignis exibat: quem tolerare nõ poteram. Cúmque per obſcura loca me deducerent: ſubitò pulchræ viſionis iuuenis cum aliis nobis euntibus obuiam factus eſt: qui me trahentibus dixit: Reducite illum: quia Seuerus presbyter plangit: eius enim lachrymis dominus eum donauit. Qui ſcilicet Seuerus protinus de terra ſurrexit: eſque pœnitentiam agenti opem ſuæ interceſsionis præbuit. Et dum per dies ſeptem de perpetratis culpis pœnitentiam æger rediuiuus ageret: octaua die lætus de corpore exiuit. Perpende Petre quæſo hunc de quo loquimur Seuerum quàm dilectum dominus attendit, quem contriſtari nec ad modicum pertulit.

Seuerus lachrymis ſuis mortuũ reſuſcitauit.

Petrus.

ADmiranda ſunt valde quæ dicis: quę me inuenio nunc vſq; latuiſſe. Sed quid eſſe dicimus quòd modo tales viri nequeunt inueniri?

Gregorius.

Go Petre multos tales in hoc ſeculo nec modo deeſſe
E exiſtimo: neque enim ſi talia ſigna non faciunt: ideo tales non ſunt. Vitæ nanque vera æſtimatio in virtute eſt operum, non in oſtẽſione ſignorum. Nam ſunt plerique qui etſi ſigna non faciunt: ſigna tamen facientibus diſpares nõ ſunt.

Nota.

Petrus.

VNde mihi rogo oſtendi poteſt: quòd ſint quidam qui ſigna non faciunt: & tamen ſigna facientibus diſsimiles nõ ſunt?

Gregorius.

Vnquidnam neſcis quoniam Paulus Apoſtolus Pe-
N tro Apoſtolorũ primo in principatu Apoſtolico frater eſt? Petrus.

SCio plane nec dubium eſt: quia etſi minimus omnium Apoſtolorum: plus tamen omnibus laborauit.

Comparatio Petri & Pauli Apoſtolorum.

Gregorius.

Vod bene ipſe reminiſceris: Petrus ſuper mare pedi-
Q bus ambulauit: Paulus in mari naufragium pertulit. Et in vno eodémque elemento vbi Paulus ire cum naui non potuit: ibi Petrus pedibus iter fecit. Apertè igitur conſtat quia cum vtriuſque virtus fuerit diſpar in miraculo: vtriuſque tamen meritum diſpar non eſt in cœlo.

Petrus.

PLacet fateor omnino qđ dicis: ecce enim apertè noui: quia vita & non ſigna quęrenda ſunt. Sed quoniam ipſa ſigna quę fiunt, bonæ vitę teſtimonium ferunt: quæſo te adhuc ſi qua ſunt referas: vt eſurientem me per exempla bonorum paſcas.

Gregorius.

Ellem tibi in laudibus redemptoris de viri venerabi-
V lis Benedicti miraculis aliqua narrare: ſed ad hæc explenda hodiernum tempus video non poſſe ſufficere. Liberius itaque hæc loquimur ſi aliud exordium ſumamus.

Primi libri dialogi beati Gregorij finis.

CAPITA SECVNDI LIBRI DE vita & miraculis beati Benedicti.

1 DE capiſterio fracto & conſolidato.
2 De tentatione carnis ſuperata.
3 De ampulla vitrea igne crucis rupta.
4 De monacho vagæ mentis ad ſalutem reducto
5 De aqua quam in montis vertice ex petra oratio produxit.
6 De ferro ex profundo aquæ in manubrio retruſo.
7 De Mauro eius diſcipulo qui ſuper aquas pedibus ambulauit.
8 De infecto per venenum pane per coruum longius proiecto.
9 De ingenti ſaxo per eius orationem leuato.
10 De fantaſtico coquinæ incendio.

De ſerno

G 11 *De seruo dei puerulo ruina confracto & sanato.*
12 *De seruis dei qui cibum contra regulam sumpserunt.*
13 *De fratre Valentiniani monachi, quem vir dei in via comedisse in spiritu cognouit.*
14 *De simulatione regis Totilæ deprehensa.*
15 *De prophetia quæ de eodem rege Totila facta est.*
16 *De clerico à dæmonio liberato.*
17 *De prophetia destructionis monasterij sui.*
18 *De flascone sublato & per spiritum cognito.*
19 *De mappularum receptione à seruo dei cognita.*
20 *De cogitatione monachi superba à viro dei cognita.*
21 *De ducentis farinæ modiis famis tempore ante cellam inuentis.*
22 *De fabrica monasterij Tarraconensis per visionem disposita.*
23 *De ancillis dei quæ post mortem per eius oblationem communioni sunt redditæ.*
24 *De puero monacho quem sepultum terra proiecit.*
25 *De monacho qui monasterio discedens draconem in itinere inuenit.*
26 *De curatione morbi elephantini.*
27 *De solidis per miraculum debitori redditis.*
28 *De ampulla vitrea in saxis proiecta & non fracta.*
29 *De dolio vacuo & oleo repleto.*
30 *De monacho à dæmone liberato.*
31 *De rustico ligato: & solo eius visu soluto.*
H 32 *De mortuo suscitato.*
33 *De miraculo Scholasticæ sororis eius.*
34 *De anima sororis eius visa qualiter è corpore sit egressa.*
35 *De mundo ante oculos collecto: & de anima Germani Capuanæ ciuitatis episcopi.*
36 *Quòd regulam monachorum scripserit.*
37 *De prophetia sui exitus fratribus denunciata.*
38 *De insana muliere in eius specu sanata.*

LIBER SECVNdus dialogi beati Gregorij

de vita & miraculis sancti Benedicti.

IVIT vir vitæ venerabilis, gratia Benedictus & nomine: ab ipso suæ pueritiæ tempore cor gerēs senile. Aetatem quippe moribus transiens: nulli voluptati animum dedit: sed dum in hac terra adhuc esset, quo temporaliter liberè vti potuisset, despexit iam quasi aridum mundum cum flore. Qui liberiori genere ex prouincia Mirsiæ exortus: Romæ liberalibus literarum studiis traditus fuerat. Sed cùm in eis multos ire per abrupta vitiorum cerneret: eum quem quasi in ingressu mundi posuerat, retraxit pedem: ne si quid de sciētia eius attingeret: ipse quoq; in immane præcipitium totus iret. Despectis itaque literarum studiis: relicta domo rebusque patris, soli deo placere desiderans, sanctæ conuersationis habitum quæsiuit. Recessit igitur scienter nesciens & sapienter indoctus. Huius ergo omnia gesta non didici: sed pauca quæ narro, quatuor discipulis illius referentibus agnoui: Constantino scilicet reuerentissimo valde viro: qui ei in monasterij regimine successit. Valentiniano quoque: qui annis multis Lateranensi monasterio præfuit. Simplicio, qui congregationem illius post eum tertius rexit. Honorato etiam, qui nunc adhuc cellæ eius in qua prius conuersatus fuerat, præest.

Benedicti vita.

Constantinus.
Valentinianus.
Simplicius.
Honoratus.

De capisterij fracti reparatione. Caput. I.

Hic itaque cùm iam relictis literarum studiis petere deserta decreuisset: nutrix quæ hunc arctius amabat sola secuta est. Cumque ad locum venisset qui dicitur Enside,* multisque honestioribus viris pro charitate se illic detinentibus in beati Petri Ecclesia demorarentur: prædicta nutrix illius ad purgandum triticum à vicinis mulieribus præstari sibi capisterium petiit, quod super mensam incautè derelictum, casu accidente fractum est: sic vt in duabus partibus inueniretur diuisum. Quod mox rediens nutrix illius vt ita inuenit, vehementissime flere cœpit, quia vas quod præstitum acceperat, fractum videbat. Benedictus autem religiosus & pius puer cum nutricem suam flere conspiceret, eius dolori compassus ablatis secum vtrisque fracti capisterij partibus se cum lachrymis in orationem dedit, qui ab oratione surgens ita iuxta se vas sanum reperit: vt in eo inueniri fracturæ nulla vestigia potuissent: moxque nutricem suam blande consolatus ei sanum capisterium reddidit, quod fractum tulerat. Quæ res in eodem loco à cunctis est agnita, atque in tanta admiratione habita, vt hoc ipsum capisterium eius loci incolæ in Ecclesiæ ingressu suspenderent, quatenus præsentes & secuturi omnes agnoscerent à quanta Benedictus puer conuersationis gratia perfectione cœpisset: quod annis multis illic ante omnium oculos fuit: & vsque ad hæc Longobardorum tempora super fores Ecclesiæ pependit. Sed Benedictus plus appetens mala mundi perpeti quàm laudes, & pro deo laboribus fatigari quàm vitæ huius fauore extolli: nutricem suam occultè fugiens, deserti loci secessum petiit, cui Sublacus vocabulum est: qui ab Romana vrbe. xl. ferè milibus distans: frigidas atque perspicuas emanat aquas. Quæ illic videlicet aquarum abundantia in extenso prius loco* colligitur: ad extremum verò in amnem deriuatur. Quò dum fugiens pergeret, monachus quidam Romanus nomine, hunc euntem reperit, quo tenderet requisiuit. Cuius cum desiderium cognouisset, & secretum tenuit: & adiutorium impendit, eique sanctæ conuersationis habitum tradidit: & inquantum licuit ministrauit. Vir autem dei ad eundem locum perueniens in arctissimum specum se tradidit: & tribus annis excepto Romano monacho hominibus ibi incognitus mansit: qui videlicet Romanus non longe in monasterio sub Theodaci* patris regula degebat. Sed pie eiusdem patris sui oculis furabatur horas: & quem sibi ad manducandum surripere poterat: diebus certis Benedicto panem ferebat. Ad eundem verò specum à Romani cella iter non erat: quia excelsa de super rupes eminebat: sed ex eadem rupe in longissimo fune ligatum Romanus deponere panem consueuerat: in qua etiam resti paruum tintinabulum inseruit: vt ad eius sonum vir dei cognosceret quando sibi Romanus panem præberet: quem exigeus acciperet. Sed antiquus hostis vnius charitati inuidens, alterius refectioni: cum quadam die submitti panem conspiceret: iactauit lapidem: & tintinabulum fregit. Romanus tamen modis congruentibus ministrare noc desiit. Cùm verò iam deus omnipotens & Romanum vellet à labore quiescere: & Benedicti vitam in exemplum hominibus demonstrare: vt posita supra candelabrum lucerna clarescceret: quatenus omnibus qui in domo dei sunt luceret: cuidam presbytero longius manenti qui refectionem sibi in paschali festiuitate parauerat: per visum dominus apparere dignatus est dicens: Tu tibi delitias præparas, & seruus meus illo in loco fame cruciatur. Qui protinus surrexit: atque in ipsa solennitate paschali cum alimentis quæ sibi parauerat, ad locum tetendit: & virum dei per abrupta montium, per concaua vallium, per defossa terrarum quæsiuit: eumque latere in specu reperit. Cumque oratione facta, benedicentes dominum omnipotentem confediſſent: post dulcia vitę colloquia is qui aduenerat presbyter dixit: Surgamus cibum: quia hodie pascha est. Cui vir dei respondit dicens: Scio quia pascha est: quia hodie videre te merui. Longè quippe ab hominibus positus: quia die eodem paschalis solennitas esset, ignorabat. Venerabilis autem presbyter rursus asseruit dicens. Veraciter hodie resurrectionis dominicæ pascha lis dies est: abstinere tibi minimè congruit: quia & ego ad hoc missus sum vt omnipotentis dona dei pariter sumamus. Benedicentes igitur dominum sumpserunt cibum. Expleta itaque refectione & colloquio ad Ecclesiam suam presbyter recessit. Eodem quoque tempore hunc in specu latitantem etiam pastores inuenerunt: quem dum vestitum pellibus inter fruteta cernerent: aliquam bestiam esse crediderunt: sed cognoscentes dei famulum eorum multi ad pietatis gratiam à bestiali mente mutati

**al. Enside.*
**al. Diaconatus.*
Romani monachi.
Specus Benedicti.
Diaboli tintinabulum Romani fregit.
Deus alit presbyteri quendam.
Benedictum dum pascha celebrat ignorabat.

Universidad de Deusto Biblioteca

vastati sunt. Nomen itaque eius per vicina loca innotuit cūctis. Factumque est vt ex illo iam tempore a multis frequentari cœpisset: qui cùm ei cibum afferrent corporis: ab eius ore in suo pectore alimenta referebant vitæ.

De tentatione carnis superata. Caput. II.

Vadam verò die dum solus esset, tentator affuit. Nam Q nigra, paruaque auis quæ vulgo merula nominatur: circa eius faciem volitare cœpit: eiusque vultui importunè insistere: ita vt manu capi posset si hanc vir sanctus tenere voluisset: sed signo crucis edito recessit auis. Tanta autem carnis tentatio aui eadem recedente secuta est: quantam vir sanctus nunquam fuerat expertus. Quandam namque aliquando fœminam viderat: quam malignus spiritus ante eius mentis oculos reduxit: tantoque igne ferui dei animum in specie illius accendit: vt dum in eius pectore amoris flammam: vim caperet: etiā penè deserere eremum voluptate victus deliberaret. Tunc subitò superna gratia respectus ad semetipsum reuersus est: atque vrticarum & veprium iuxtà densa succrescere fruteta conspiciens: exutus indumento nudum se in illis spinarum aculeis, & vrticarum incendiis proiecit: ibique diu volutatus toto ex eis corpore vulneratus exiit: & per cutis vulnera eduxit à corpore vulnus mentis: quia voluptatem traxit in dolorem. Cumque bene pœnaliter foris arderet: extinxit quodintus illicitè ardebat. Vicit itaque peccatum: quia mutauit incendium. Ex quo B videlicet tempore sicut pòst discipulis ipse perhibebat: ita in eo est tentatio voluptatis edomita, vt tale aliquid in se minimè sentiret. Cœperunt postmodum multi iam mundum relinquere: atque ad eius magisterium festinare. Liber quippe à tentationis vitio: vero iure iam factus est virtutum magister. Vnde & per Moysen in Exodo præcipitur: vt leuitæ à vigintiquinque annis & supra ministrare debeant: ab anno verò quinquagesimo custodes vasorum fiant.

Carnis tentatio afferens medio superata.

Petrus.

IAm quidem prolati testimonij mihi aliquantum intellectus interlucet: sed tamen hoc plenius exponi postulo.

Gregorius.

Iquet Petre quod in iuuentute carnis tētatio ferueat: L ab anno autem quinquagesimo calor corporis frigescat: vasa autem sacra sunt fidelium mentes. Electi ergo cum adhuc in tentatione sunt: subesse eos ac seruire necesse est: & obsequiis, laboribusque fatigari. Cum vero iam mentis ætate tranquilla calor recesserit tentationis: custodes vasorum sunt: quia doctores animarum fiunt.

Petrus.

FAteor placet quod dicis: sed quia prolati testimonij clausa reseraſti: quæso vt de vita iusti debeas ea quæ sunt inchoata percurrere.

De vitro fracto per signum crucis. Caput. III.

Gregorius.

C Ecedente igitur tentatione vir dei quasi spinis erutis R exculta terra de virtutum segete feracius fructus dedit, præconio itaque eximiæ conuersationis celebre nomen eius habebatur. Non longè autem monasterium fuit: cuius congregationis pater defunctus est: omnisque ex illo congregatio ad eundem venerabilem Benedictum venit: & magnis precibus vt eis præesse deberet, petiit. Qui diu negando distulit: suis illorumque fratrum moribus se conuenire non posse prædixit: sed victus quandoque precibus assensum dedit. Cúmque in eodem monasterio regularis vitæ custodiam teneret: nullique vt prius per actus illicitos in dexteram lęuamque partem deflectere a conuersationis itinere liceret: suscepti fratres insanè sæuientes semetipsos prius accusare cœperunt: quia hunc sibi præesse popposcerent: quorum scilicet tortitudo in norma eius rectitudinis offendebat. Cumque sibi sub eo conspicerent illicita non licere: & se dolerent adsueta relinquere: durumque esset quòd in mente veteri cogebantur noua meditari: & quia grauis est semper prauis moribus vita bonorum: tractare de eius morte aliqui conati sunt: qui inito consilio venenum vino miscuerunt. Et cum vas vitreum in quo ille pestifer potus habebatur: recumbenti patri ex more monasterij ad benedicendum fuisset oblatum, extensa manu Benedictus signum crucis edidit: & vas quod longius tenebatur eodem signo rupit: sicque confractum est ac si in illo vase mortis pro cruce lapidē

Benedictus absq; effectu.

Benedictus vitrum venenatum signo crucis frigit.

dedisset. Intellexit protinus vir dei quia potum mortis habuerat: quod portare non potuit signum vitæ: atque illico surgens, [vultu placido,] mente tranquilla, conuocatos fratres allocutus est, dicens: Misereatur vestri fratres omnipotens deus: quare in me facere ista voluistis? Nunquid non prius dixi vobis: quia vestris ac meis moribus minimè conueniret? Ite, & iuxta vestros mores patrem vobis quærite: quia posthac me habere minimè potestis. Tuncque ad locum dilectæ solitudinis rediit: & solus in superni spectatoris oculis habitauit secum. D

Benedictus relicta abbatia solitudinem repetiit.

Petrus.

MInus patenter intelligo: quidnam sit, habitauit secum.

Gregorius.

I sanctus vir contra se vnanimiter conspirantes: fugę; S conuersationi longè dissimiles: coactos diu sub se tenere voluisset: fortassis sui vigoris vsum & modum tranquillitatis abscinderet: * atque à contēplationis lumine suæ mentis oculum declinasset. Dumque quotidie illorum correptione fatigatus minus curaret sua: & se forsitan relinqueret, & illos non inueniret. Nam quoties per contagionis motum nimium extra nos ducimur: & nos sumus, & nobiscum non sumus: quia nosmetipsos minimè videntes per alia vagamur. An illum secum fuisse dicimus qui in longinquam regionem abiit: portionem quam acceperat consumpsit: vni in ea ciuium adhæsit: porcos pauit: quos cùm manducare videret siliquas & esuriret: qui tamē cùm postmodum cœpit cogitare bona quæ perdidit: scriptum de illo est: in se reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? Si igitur secum fuit: vnde ad se rediit? Hunc ergo venerabilem virum secum habitasse dixerim: quia in sua semper custodia circunspectus ante oculos cōditoris: se semper aspiciens: se semper examinās: extra se mentis suæ oculum non diuulgauit. E

** al. excederet.*

Luc. 15.

Petrus.

Vid ergo quod de Apostolo Petro scriptum est dum Q de carcere ab angelo eductus fuisset: qui ad se reuersus dixit: Nūc scio verè, quia misit dominus angelum suum: & eripuit me de manu Herodis: & de omni expectatione plebis Iudæorum?

Act. 12.

Gregorius.

Vobus modis Petre extra nos ducimur: quia aut per D cogitationis lapsum sub nosmetipsos recidimus: aut per contemplationis gratiam super nosmetipsos leuamur. Ille itaque qui porcos pauit: vagatione mentis & immundi tie sub semetipsum cecidit. Iste verò quem angelus soluit, eius mētem in ecstasim rapuit: extra se quidē: sed super semetipsum fuit. Vterque ergo ad se rediit: quando & ille ab errore operis se collegit ad cor: & iste à contemplationis culmine ad hoc redit, quod in intellectu communi vt prius fuit. Venerabilis igitur Benedictus in illa solitudine habitabat secum inquantum se intra cogitationis claustra custodiuit: nam quoti escunque hunc F contemplationis ardor in altum rapuit: se procul dubio sub se reliquit.

Duobus modis extra nos ducimur.

Petrus.

PLacet quod dicis: sed quæso respondeas si deserere fratres debuit quos semel suscepit.

Benedictus an susceptū monasteriū relinquere debuit.

Gregorius.

T ego Petre existimo, ibi adunati æquanimiter portandi sunt mali, vbi inueniuntur aliqui qui adiuuentur boni. Nam vbi omnimodo de bonis fructus deest: fit aliquando de malis labor vacuus, maximè si è vicino causæ suppetant quæ fructum deo ferre valeant meliorem. Vir itaq; sanctus propter quem custodiendū staret, qui omnes vnanimiter se persequentes cerneret? Et sæpe agitur in animo perfectorum: quod silentio prætereundū non est, quia cum laborē suum sine fructu esse considerēt: in locum alium ad laborem cū fructu migrant. Vnde ille quoq; egregius prædicator, qui dissolui cupit, & cum Christo esse: cui viuere Christus est, & mori lucrum, qui passionū certamina non solum ipse appetiit, sed ad toleranda hæc & alios accendit: Damasci persecutione passus vt posset euadere murum, funem sportamq; quæsiuit, seque latenter deponi voluit. Nunquid non Paulum mortē dicimus timuisse, quam se ipse pro amore Iesu testatur appetere? Sed cū in eodem loco minorem sibi fructum adesse conspiceret, & graui labore ad laborem se alibi cū fructu seruauit. Fortis etenim præliator

Pauli fuga

Gliator dei teneri intra claustra noluit, certaminis campum quæ fuit. Vnde idem quoque venerabilis Benedictus si libenter audis, citius agnoscis: quia nō tantos ipse indociles deseruit: quantos in locis aliis à morte animæ suscitauit.

Petrus.

Ita est vt doces, & manifesta ratio & prolatum congruū testimonium declarat. Sed quęso vt de vita tanti patris ad narrationis ordinem redeas.

Gregorius.

Vm sanctus vir diu in eadem solitudine virtutibus, signisque succresceret: multi ab eo in eodem loco ad omnipotentis dei sunt seruitium congregati: ita vt illic duodecim monasteria cum omnipotentis Iesu Christi domini opitulatione construeret, in quibus statutis patribus duodenos monachos depurauit, paucos verò secum retinuit: quos adhuc in sua præsentia aptius erudiri iudicauit. Cœpere etiā tunc ad eum Romanę vrbis nobiles & religiosi concurrere: suosque ei filios omnipotenti deo nutriendos dare. Tunc quoque bonæ spei suas soboles, Euicius Maurum Tertullius verò patricius Placidum tradidit: è quibus Maurus iunior cùm bonis polleret moribus, magistri adiutor cœpit existere. Placidus verò pueriles adhuc idolis gerebat annos.

Benedictus xii. monasteria construxit.

Maurus & Placidus discipuli fuerunt Benedicti.

De castigatione monachi vagi. Caput. IIII.

NVno autem ex eis monasteriis quæ circunquaque construxerat, quidam monachus erat: qui ad orationē stare non poterat: sed mox vt se fratres ad studium orationis inclinabant, ipse egrediebatur foras: & mente vaga terrena aliqua & transitoria agebat. Cumque ab abbate suo sæpius fuisset admonitus: ad virtū dei deductus est: qui ipse quoque stultitiam eius vehementer increpauit: & ad monasterium reuersus vix duobus diebus viri dei admonitionem tenuit. Nam die tertia ad vsum proprium reuersus vagari tempore orationis cœpit. Quod cum seruo dei ab eodem monasterij patre quem constituerat, nunciatum fuisset, dixit: Ego venio: eumque per memetipsum emendo. Cumque vir dei venisset ad idem monasterium: & constituta hora expleta psalmodia sese fratres in orationem dedissent: aspexit quòd eūdem monachum qui in oratione manere non potuit, quidam niger puerulus per vestimenti fimbriam foras traheret. Tunc eidem patri monasterij Pompeiano nomine & Mauro dei famulo secretè dixit: Nunquid non aspicitis quis est qui istum monachum foras trahit? Qui respondentes dixerunt: non. Quibus ait: Oremus vt vos etiam videatis quem iste monachus sequitur. Cumque per biduum esset oratum, Maurus monachus vidit: Pompeianus verò eiusdem monasterij pater videre non potuit. Die igituralia expleta oratione vir dei oratorium egressus: stantem foris monachum reperit: quem pro cæcitate cordis sui virga percussit: qui ex illo die nil persuasionis vlterius à nigro iam puerulo pertulit: sed ad orationis studium immobilis permansit: ficque antiquus hostis dominari non ausus est in eius cogitatione ac si ipse percussus fuisset ex verbere.

Pompeianꝰ abbas.

Benedictus virgis monachum vagum castigauit.

De fonte in vertice montis viri dei oratione producto. Caput. V.

XHis autem monasteriis quæ in eodem loco construxerat: tria rursum in rupibus montis erant: & valde erat fratribus laboriosum quod semper ad lacum oportebat descendere vt aquam haurire debuissent: maximè quia è deuexo montis latere erat graue descendentibus in timore periculum. Tunc collecti fratres ex eisdem tribus monasteriis ad dei famulum Benedictum venerunt dicentes: Laboriosum nobis est propter aquam quotidie vsque ad lacum descendere: & idcirco necesse est ex eodem loco monasteria mutari. Quos blandè consolans dimisit & nocte eadem cum paruo puerulo nomine Placido, cuius superius memoriam feci, eiusdem montis rupem ascendit: ibique diutius orauit. Et oratione completa tres petras in loco eodem pro signo posuit: atque ad suum, cunctis illis nescientibus, monasterium rediit. Cumque die alia ad eum pro necessitate aquæ prædicti fratres rediissent dixit: Ite & rupem illam in qua tres superinuicem positas petras inueneritis, in modicum cauate: valet enim omnipotens deus etiam in illo montis cacumine aquam producere vt vobis laborem tanti itineris dignetur auferre. Qui euntes rupem montis quam Benedictus prædixerat iam sudantem inuenerunt. Cumque in ea concauum locum fecissent: statim aqua repletus est: quæ tam sufficienter emanauit: vt nunc vsque vbertim defluat: atque ab illo montis cacumine vsque ad inferiora deriuetur.

Fons Benedicti oratione factus.

De reiunctione ferri cum manubrio. Caput. VI.

LIo quoque tempore Gothus quidam pauper spiritu ad conuersionem venit: quem dei vir Benedictus libentissimè suscepit. Quadam verò die ei dare ferramentum iussit: quod ad falcis similitudinem falcastrū vocatur: vt de loco quodam vepres abscinderet: quatenus illic hortus fieri deberet. Locus autem ipse quem mundandum Gothus susceperat: super ipsam laci ripam iacebat. Cumque Gothus idem densitatem veprium totius virtutis annisu succideret: ferrum de manubrio prosiliens in lacum cecidit: vbi scilicet tanta erat aquarum profunditas vt spes requirendi ferramenti nulla iam esset. Itaque ferro perdito tremebundus ad Maurum monachum cucurrit Gothus: damnum quod fecerat nunciauit: & reatus sui egit pœnitentiam. Quod Maurus quoque monachus mox Benedicto famulo dei curauit indicare. Vir igitur domini Benedictus hæc audiens accessit ad lacum: tulit de manu Gothi manubrium & misit in lacum: & mox ferrum de profundo rediit: atque in manubrium intrauit. Qui statim ferramentū Gotho reddidit, dicens: Ecce labora: & noli contristari.

De ambulatione Mauri super aquam. Caput. VII.

VAdam verò die dum idem venerabilis Benedictus in cella cōsisteret, prædictus Placidus puer sancti viri monachus ad hauriendam de lacu aquam egressus est: qui vas quod tenuerat in aquā incautè submittens: ipse quoque cadendo secutus est. Quem mox vnda rapuit: & penè ad vnius sagittæ cursum eum à terra introrsus traxit. Vir autem dei intra cellam positus hoc protinus agnouit: & Maurum festinè vocauit, dicens: Frater Maure, curre, quia puer ille qui ad hauriendam aquam perrexerat in lacum cecidit: iamque eum longius vnda trahit. Res mira, & post Petrum Apostolum inusitata. Benedictione etenim postulata atque percepta: ad patris sui imperium concitus perrexit Maurus. Itaque vsque ad eum locum quo ab vnda deducebatur puer: per terram se ire existimans super aquam cucurrit: eumque per capillos tenens cursu rapido rediit. Qui mox vt terram tetigit: ad se reuersus post tergum respexit, & quia super aquas cucurrisset agnouit: & quod præsumere non potuisset vt fieret, miratus extremuit factum. Reuersus itaque ad patrem rem gestam retulit. Vir autem venerabilis Benedictus hoc non suis meritis: sed illius obedientiæ deputare cœpit. At econtra Maurus pro solo eius imperio factum dicebat: seque consciū in illa virtute non esse quam nescius fecisset. In hac itaque mutuæ humilitatis & amica contentione accessit arbiter puer qui ereptus est, nam dicebat: Ego cum ex aqua traherer, super caput meum melotem abbatis videbam: atque ipsum me ex aquis educere considerabam.

Maurus per aquam cucurrit.

Petrus.

MAgna sunt valde quæ narras: & multorum ædificationi profutura: ego autem boni viri miracula quo plus bibo: eo plus sitio.

De infecto per venenum pane per coruum longius proiecto. Caput. VIII.

Gregorius.

Vm iam loca eadem in amorem domini dei nostri Iesu Christi, longè lateque feruescerent: & secularem vitam multi relinquerent: & sub leni redemptoris iugo seruicem cordis edomarent: sicut mos prauorum est inuidere aliis virtutis bonum quod ipsi habere non appetunt: vicinę Ecclesiæ presbyter Florentius nomine huius nostri subdiaconi Florentij auus: antiqui hostis malitia percussus: sancti viri studiis cœpit æmulari: eiusque conuersationi derogare: quosque etiam posset ab illius visitatione compescere. Cumque iam se conspiceret eius profectibus obuiare non posse: & conuersationis illius opinionem crescere, atque multos ad statum vitæ melioris ipso quoque opinionis eius præconio indesinenter vacare: inuidiæ facibus magis magisque succensus deterior fiebat: quia conuersationis illius appetebat habere laudem: sed habere laudabilem vitam nolebat. Qui eiusdem inuidiæ tenebris cæcatus ad hoc vsque perductus est, vt seruo

Florentius Benedicti suorumque æmulus.

A vt seruo omnipotentis dei infectum veneno panem quasi pro benedictione transmitteret. Quem vir dei cum gratiarum actione suscepit: sed cum quæ pestis lateret in pane, non latuit. Adhoram verò refectionis illius ex vicina silua coruus venire consueuerat: & panem de manu eius accipere. Qui cùm more solito venisset: panem quem presbyter transmiserat vir dei ante coruum proiecit: eique præcepit dicens: In nomine Iesu Christi domini nostri, tolle hunc panem: & tali eum in loco proiice: vbi à nullo hominum possit inueniri. Tunc coruus aperto ore, expansis alis circa eundem panem cœpit discurrere, crocitare: ac si apertè diceret & obedire se velle: & tamen iussa implere non posse. Cui vir domini præcipiebat iterum atque iterum dicens: Leua, leua securus, atque ibi proiice vbi inueniri non possit. Quem diu demoratus: quandoque coruus momordit, leuauit, & recessit. Post trium verò horarum spatium abiecto pane rediit, & de manu hominis dei annonam quam consueuerat accepit. Venerabilis autem pater contra vitam suam inardescere sacerdotis animum videns: illi magis quàm sibi doluit. Sed prædictus Florentius quia magistri corpus necare non potuit: se ad extinguendas discipulorum animas accendit: ita vt in horto cellæ, cui Benedictus inerat, ante eorum oculos nudas septem puellas mitteret: quæ coram eis sibi inuicem manus tendentes & diutius ludentes: illorum mentes ad peruersitatem libidinis inflammarent.

Coruus suo pane vt solebat Florentij desertus.

Florentius fingit puellas nudas fratrib' obiicit.

B Quod vir sanctus de cella conspiciens lapsúmque adhuc tenerioribus discipulis pertimescens, idque pro sua solius persecutione fieri pertractans: inuidiæ locum dedit, atque oratoria & cuncta quæ construxerat, substitutis præpositis adunctis fratribus ordinauit, & paucis secum monachis ablatis habitationem mutauit loci. Sícque vir dei eius odia humiliter declinauit, quem omnipotẽs deus terribiliter percussit. Nam cum prædictus presbyter stans in solario Benedictum discessisse cognosceret & exultaret, perdurante immobiliter tota domus fabrica hoc ipsum tantum in quo stabat solarium cecidit, & Benedicti hostem conterens extinxit. Quod viri dei discipulus Maurus nomine, statim venerabili patri Benedicto qui adhuc à loco eodem vix decem milibus aberat, æstimauit esse nunciandum dicens: Reuertere: quia presbyter qui te persequebatur extinctus est. Quod vir dei Benedictus audiens, sese in grauibus lamentationibus dedit, vel quia inimicus occubuit, vel quia de inimici morte discipulus exultauit. Qua de re factum est vt eidem quoque discipulo pœnitentiam indiceret, quòd mandãs talia gaudere de inimici interitu præsumpsisset.

Florentij supplicium & ruina.

Petrus:

Ira sunt & multum stupenda quæ dicis. Nam in aqua ex

M petra producta Moysen, in ferro verò quod ex profundo aquæ rediit Heliseum, in aquæ itinere Petrum, in corui obedientia Heliam, in luctu autem mortis inimici Dauid video, & perpẽdo: vir iste spiritu iustorum omnium plenus fuit.

Benedictus æquat ad Moysen Heliseum &c.

C Gregorius.

Ir dei Benedictus Petre vnius dei spiritum habuit, qui

V per concessæ redemptionis gratiam electorum corda omnium implcuit, de quo Ioannes dicit: Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. De quo rursus scriptum est: De plenitudine eius nos omnes accepimus. Nam sancti dei homines potuerunt à domino virtutes habere, non etiam aliis tradere. Ille autem signa virtutis dedit subditis, qui se daturum signum Ionæ promisit inimicis, vt coram superbis moti dignaretur, coram humilibus resurgere, quatenus & illi viderent quod contemnerent, & isti quod venerantes amare debuissent. Ex quo mysterio actum est vt dum superbi aspiciunt despectum mortis, humiles contra mortem accipetent gloriam potestatis.

Ioan. 1.

Ibidem.

Ioan.

Petrus:

Væso te post hæc, ad quæ loca vir sanctus migrauerit, vel si aliquas in eis virtutes postmodum ostenderit,

Q innotesce.

Gregorius:

Anctus vir ad alia demigrans loca non hostem mutauit. Nam tanto pòst grauiora prælia pertulit, quantum

S contra se apertè pugnantem ipsum malitiæ magistrum inuenit. Castrum nanque quod Casinum dicitur in excelsi montis latere situm est, qui videlicet mons distenso sinu hoc idem castrum recipit, sed per tria milia in altum se subrigens veluti ad

D aëra cacumen tẽdit, vbi vetustissimum fanum fuit, in quo ex antiquorum more gentilium à stulto rusticorum populo Apollo colebatur. Circunquaque etiam in cultu dæmonum luci succreuerant, in quibus adhuc eodem tempore infidelium insana multitudo sacrificiis sacrilegis insudabat. Illuc itaque vir dei perueniens contriuit idolum, subuertit aram, succendit lucos, atque in ipsó templo Apollinis, oraculum beati Martini, vbi verò ara eiusdem Apollinis fuit, oraculum sancti Ioannis construxit, & commorantem circunquaque multitudinem prædicatione continua ad fidem vocabat. Sed hæc antiquus hostis tacitè non ferẽs, non occultè, vel per somnium, sed aperta visione eiusdem patris oculis sese ingerebat, & magnis clamoribus vim se perpeti conquerebatur, ita vt voces illius etiam fratres audirent quanuis imaginem minimè cernerent. Vt enim discipulis suis venerabilis pater dicebat, corporalibus eius oculis idem antiquus hostis tetterrimus & succensus apparebat, qui in eum ore oculísque flãmantibus sæuire videbatur. Iam verò quæ diceret audiebant omnes, prius enim hunc vocabat ex nomine. Cui cùm vir dei minimè responderet, ad eius mox contumelias erumpebat. Nam cùm clamaret dicens: Benedicte Benedicte, & eum sibi nullo modo respondere conspiceret, protinus adiungebat, maledicte non benedicte, quid mecum habes? quid me persequeris? Sed iam nunc expectanda sunt contra dei famulum antiqui hostis no

E ua certamina, cui pugnam quidem volens intulit, sed occasiones victoriæ ministrauit inuitus.

Fanum Apollinis.

Benedictus ædẽ Appollinis in sancti Martini templũ commutauit.

Diabolus Benedictũ maledictũ vocabat.

De ingenti saxo per viri dei orationem leuato.
Caput. IX.

Vadam die dum fratres habitacula eiusdem cellæ construerent, lapis in medio iacebat, quem in ædificium læ-

Q uare decreuerunt. Cúmque eũ duo vel tres mouere nõ possent, plures adiuncti sunt, sed ita immobilis manfit ac si radicitus in terra teneretur, vt palàm daretur intelligi, quòd super eum ipse per se antiquus hostis sederet, quem tantorum virorum manus mouere non possent. Difficultate igitur facta ad virum dei missum est vt veniret, & orando hostem repelleret, vt lapidem læuare possent. Qui mox venit, & orationem faciens benedictionem dedit, & tanta lapis celeritate leuatus est, ac si nullũ prius pondus habuisset.

Benedictus lapidẽ diabolo grauatum oratione leuẽ fecit.

De fantastico coquinæ incendio.
Caput. X.

Vnc in conspectu viri dei placuit vt in eodem loco ter-

T ram foderent. Quam dum fodiendo altius penetrarent, æreum illic idolum fratres inuenerunt. Quo ad horam casu in coquinam proiecto exire ignis repentè visus est, atque in cunctorum monachorum oculis quia omne eiusdem coquinæ ædificium consumeretur ostendit. Cúmque iaciendo fratres a-

F quam ad ignem quasi extinguendo perstreperent, pulsatus eodem tumultu vir dei aduenit. Qui eundem ignem in oculis fratrum esse, in suis verò non esse considerans, caput protinus in orationem flexit, & eos quos fantastico reperit igne deludi vocauit fratres, monuit vt oculos suos signarent, vt & sanum illud coquinæ ædificium assistere cernerent, & flammas quas antiquus hostis finxerat non viderent.

Fantasticus idoli ignis oratione restinctus.

De puero confracto à pariete, sanato.
Caput. XI.

Vrsus dum fratres parietem, quia res ita exigebat, pau-

R lò altius erigerent, vir dei in orationis studio intra cellæ suæ claustra morabatur. Cui antiquus hostis insultans apparuit, & ei quòd ad laborantes fratres pergeret indicauit. Quod vir dei per nuncium celerrimè fratribus indicauit dicens: Fratres cautè vos agite: quia ad vos hac hora malignus spiritus venit. Is qui mandatum detulit vix verba compleuerat, & malignus spiritus eundem parietem qui ædificabatur euertit, atque vnum puerulum monachum cuiusdam curialis filium opprimens ruina contriuit. Contristati omnes, ac vehementer afflicti non damno parietis, sed contritione fratris, venerabili patri Benedicto celeriter cum graui luctu nunciarunt. Tunc idem pater Benedictus dilaceratum puerum ad se deferri iubet. Quem portare non nisi in sacco potuerunt: quia collapsi saxa parietis, non solum eius membra, sed etiam ossa contriuerant.

Diabolus murũ euertẽdo puerũ contriuit.

Benedictus dilaceratũ pueri oratione reuiui ficauit.

G Præcepítque vir dei ſtatim eum in cella ſua in pſyacio quo orare conſueuerat proiici, miſſiſque foras fratribus cellam clauſit, qui orationi inſtantius quam ſolebat incubuit. Mira res, eadem hora hunc incolumẽ, atque vt prius valentem ad eũdem iterum laborem miſit, vt ipſe quoque parietem cum fratribus perficeret, de cuius ſe interitu antiquus hoſtis Benedicto inſultare credidiſſet.

De monachis qui extra cellam comederant.
Caput. XII.

C Oepit verò inter iſta vir dei prophetiæ etiam ſpiritu pollere, ventura prædicere, præſentibus etiam abſentia nunciare. Mos etenim cellæ fuit, vt quoties ad reſponſum aliquod egrederentur fratres, cibum potúmque extra cellam minimè ſumerent. Cúmque hoc de vſu regulæ ſollicitè ſeruaretur, quadam die ad reſponſum fratres egreſſi ſunt, & in eo tardiori compulſi ſunt hora demorari. Qui manere iuxta religioſam fœminam nouerant, cuius ingreſſi habitaculum ſumpſerunt cibum. Cúmque iam tardius ad cellam rediiſſent, benedictionem patris ex more petierunt. Quos ille protinus percunctatus eſt dicens: Vbi comediſtis? Qui reſponderunt: Nuſquam.

Benedictus abſentia in ſpiritu vidit.

Quibus ille ait: Quare ita mentimini? Nunquid illius talis fœminæ habitaculum non intraſtis? Nunquid hos atque illos cibos non acceptiſtis? Nunquid tot calices non bibiſtis? Cúmque eis venerabilis pater & hoſpitium mulieris, & genera ciborum & H numerum potionum diceret, recognoſcentes cuncta quæ egerãt ad eius pedes tremefacti ceciderunt, & ſe deliquiſſe cõfeſsi ſunt.

** al. culpæ pepercit.*

Ipſe autem protinus culpæ pœnitentiam præcepit,* perpendens quod in eius abſentia vltrà non facerent quẽ preſentem ſibi eſſe in ſpiritu ſcirent.

De fratre Valentiniani monachi quem vir dei in via comediſſe carpſit. Cap. XIII.

F Rater quoque Valentiniani eius monachi, cuius ſuperius memoriam feci, vir erat laicus, ſed religioſus. Qui vt ſerui dei orationem perciperet, & Germanum fratrẽ videret, annis ſingulis de loco ſuo ad cellam eius ieiunus venire conſueuerat. Quadam igitur die dum iter ad monaſterium faceret, ſeſe illi alter viator adiunxit, qui ſumendos cibos in itinere portabat. Cúmque iam hora tardior excreuiſſet, dixit: Veni frater ſumamus cibum ne laſſemur in via. Cui ille reſpondit: Abſit frater, hoc non faciam: quia ad venerabilem patrẽ Benedictũ ieiunus ſemper peruenire conſueui. Quo reſponſo percepto ad horam conuiator tacuit. Sed cùm poſt hoc aliquantu'um itineris ſpatium egiſſent, rurſus admonuit vt manducarent. Noluit conſentire qui ieiunus peruenire decreuerat. Tacuit quidem qui I ad manducandum inuitauerat, & cum eo ieiunus adhuc pergere modicum conſenſit. Cúmque iter longius ageret, & eos tardior hora fatigaret ambulantes inuenerunt in itinere pratum & fontem, & quæque poterant ad reficiendum corpus delectabilia videri. Tunc conuiator ait: Ecce aqua, ecce pratum, ecce amœnus locus in quo poſſumus refici & parum quieſcere, vt va-

Benedictus in ſpiritu vidit abſentẽ comedere.

leamus iter noſtrum poſtmodum incolumes explere. Cùm igitur & verba auribus & loca oculis blandirentur, tertia admonitione perſuaſus conſenſit & comedit, veſpertina verò hora peruenit ad cellam. Præſentatus autem venerabili Benedicto patri, ſibi orationem petiit: ſed mox ei vir ſanctus hoc quod in via egerat improperauit dicens: Quid eſt frater quod malignus hoſtis qui tibi per conuiatorem tuum locutus eſt, ſemel tibi perſuadere non potuit, ſecundò non potuit, tertiò verò perſuaſit, & te ad hoc quod voluit ſuperauit? Tunc ille reatum infirmæ ſuæ mentis agnoſcens, eius pedibus prouolutus tanto magis cœpit culpam deflere & erubeſcere, quanto ſe cognouit etiam abſentem in Benedicti patris oculis deliquiſſe.

Petrus.

EGo ſancti viri præcordiis Heliſæi ſpiritum video ineſſe, qui abſenti diſcipulo præſens extitit.

De ſimulatione regis Totilæ deprehenſa.
Caput. XIIII.
Gregorius.

Fraus Totilæ regis

O Portet Petre vt interim fileas, quatenus adhuc maiora cognoſcas. Gothorum nanque temporibus cum rex eorum Totila ſanctum virum prophetiæ habere ſpiritum audiſſet, ad eius monaſterium pergens, paulo longius ſubſtitit, eique ſe venturum eſſe nunciauit. Cui dum protinus mandatum de monaſterio fuiſſet vt veniret, ipſe, ſicut perfidæ mentis fuit, an vir dei prophetiæ ſpiritum haberet, explorare conatus eſt. Quidam verò eius ſpatarius Riggo dicebatur, cui calciamenta ſua præbuit, eúmque indui veſtibus regalibus fecit, quem quaſi in perſona ſua pergere ad dei hominem præcepit. Cui cuius obſequio tres, qui ſibi præ cæteris adhærere conſueuerant comites miſit, ſcilicet Vultericum, Rudericum, & Blindinum, vt ante ſerui dei oculos ipſum regem Totilam eſſe ſimulantes, eius lateri obambularent, cui alia quoque obſequia quaſi ſpatarij præberent, vt tam ex eiſdem obſequiis quàm ex purpureis veſtibus rex eſſe putaretur. Cúmque idem Riggo decoratis veſtibus obſequentum frequentia comitatus monaſterium fuiſſet ingreſſus, vir dei eminus ſedebat. Quem venientem conſpicicns cùm iam ab eo audiri potuiſſet, clamauit dicens: Pone fili pone hoc quod portas, non eſt tuum. Qui Riggo protinus in terram cecidit. Et quia tanto viro illudere præſumpſiſſet, expauit, omnéſque qui cum eo ad hominem dei veniebant, terræ conſternati ſunt. Surgẽtes autem ad eum propinquare minime præſumpſerunt, ſed ad ſuum regem reuerſi nunciauerunt trepidi in quanta velocitate fuerant deprehenſi.

Vult. Rud. Blin.

De prophetia regi Totilæ, & Camiſinæ antiſtiti facta. L
Caput. XV.

T Vnc per ſe idem Totila ad dei hominem acceſſit, quem cùm longè ſedentem cerneret, non auſus accedere ſeſe in terram dedit. Cui cùm vir dei bis terve diceret, ſurge, ſed ipſe ante eum de terra erigere ſe non auderet, Benedictus Chriſti Ieſu famulus per ſemetipſum dignatus eſt accedere ad regem, proſtratúmque de terra leuauit, & de ſuis actibus increpauit, atque in paucis ſermonibus cuncta quæ illi erant vẽtura prænunciauit, dicens: Multa mala facis, multa mala feciſti, iam aliquando ab iniquitate conquieſce. Equidem Romam ingreſſurus es, mare tranſiturus, nouem annis regnans, decimo morieris. Quibus auditis rex vehementer territus, oratione petita receſsit, atque ex illo iam tempore minus crudelis fuit, & nõ multo poſt Romam adiit, ad Siciliam perrexit. Anno autem regni ſui decimo, omnipotentis dei iudicio regnum cum vita perdidit. Præterea Camiſinæ* antiſtes Eccleſiæ ad eundem dei famulum venire conſueuerat quem vir dei pro vitæ ſuæ merito valde diligebat. Is itaque dum cum illo de ingreſſu regis Totilæ & Romanæ vrbis perditione colloquiũ haberet, dixit: Per hunc regem ciuitas iſta deſtruetur, vt iam amplius non inhabitetur. Cui vir domini reſpõdit: Roma à gentibus non exterminabitur, ſed tempeſtatibus, coruſcis, turbinibus, ac terræmotu fatigata, inardeſcet* in ſemetipſa. Cuius prophetiæ M myſteria nobis iam facta ſunt luce clariora, qui in hac vrbe diſſoluta mœnia, euerſas domus, deſtructas Eccleſias turbine cernimus, eiúſque ædificia longo ſenio laſſata: quia ruinis crebreſcentibus proſternantur videmus, quanuis hoc Honoratus eius diſcipulus, cuius mihi relatione compertum eſt, nequaquam ex ore illius audiſſe ſe perhibet. Sed quia hoc dixerit, dictum ſibi à fratribus fuiſſe teſtatur.

** al. Camiſinæ.* ** al. inardeſcet.* *Prophetia de Roma tertio.*

De clerico à dæmone liberato vſque ad tempus.
Caput. XVI.

E Odem quoque tempore quidam Aquinenſis Eccleſiæ clericus dæmonio vexabatur, qui à venerabili viro Conſtantio eiuſdem Eccleſiæ antiſtite per multa fuerat martyrum loca tranſmiſſus vt ſanari potuiſſet. Sed ſancti dei martyres noluerunt ei ſanitatis donum tribuere, vt quanta eſſet in Benedicto gratia demonſtrarent. Ductus itaque eſt ad omnipotentis dei famulum Benedictum, qui Ieſu Chriſto domino preces fundens, antiquum hoſtem de obſeſſo homine protinus expulit. Cui ſanato præcepit dicens: Vade & poſthac carnem non comedas, ad ſacrum ordinem nunquam accedere preſumas, quacũque autẽ die ad ſacrũ ordinẽ accedere præſumpſeris, ſtatim iuri diaboli iterũ mancipaberis. Diſceſsit igitur clericus ſanus, & ſicut terrere ſolet animũ pœna recens, ea quę vir dei

Præceptum Benedicti datum obſeſſo.

præcepe-

A præceperat, interim custodiuit. Cùm verò post annos multos o-
Clerici nō- mines priores illius de hac luce migrassent, & minores suos sibi-
sine iussu met supponi in sacris ordinibus cerneret, verba viri dei quasi ex
superiorū lōgo tempore oblitus postposuit, atque ad sacrum ordinem ac-
discessit. cessit, quem mox is qui reliquerat diabolus tenuit, cúmque ve-
xare quousque animam eius exeuteret non cessauit.

Petrus:

Ste vir dei diuinitatis, vt video, etiá secreta penetrauit:
I quia perspexit hunc clericū ideirco diabolo traditum,
ne ad sacrum ordinem auderet accedere.

Gregorius:

Vare diuinitatis secreta non nosset, qui diuinitatis
Q præcepta seruaret, cùm scriptum sit: Qui adhæret do-
1 Cor. 6. mino, vnus spiritus est cum eo?

Petrus:

I vnus sit cum domino spiritus qui domino adhæret,
S quid est quòd iterum idem egregius prædicator dicit:
Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius
Rom. 11. eius fuit? Valde enim esse inconueniēs videtur eius sensum cum
quo vnus vnum factum fuerit, ignorare.

Gregorius:

Ancti viri inquantum cum deo vnum sunt, sensum do
B S mini non ignorant. Nam idem quoque Apostolus di-
1 Cor. 2. cit: Quis enim scit hominū quæ hominis sunt, nisi spi
ritus hominis qui est in ipso? Ita & quæ dei sunt, nemo cognou-
it, nisi spiritus dei, qui vt se ostenderet nosse quæ dei sunt ad-
iunxit: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spi
Ibidem. ritum qui ex deo est. Hinc iterum dicit quod oculus non vidit,
Ibidem. nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit
deus diligentibus se, nobis autem reuelauit per spiritum suum.

Petrus:

I ergo eidem Apostolo ea quæ dei sunt per dei spiri-
S tum sunt reuelata, quomodo super hoc quod propo-
Rom. 11. suit præmisit dicens: O altitudo diuitiarū sapientiæ &
scientiæ dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inue-
stigabiles viæ eius? Sed rursum mihi hæc dicenti alia suboritur
Quæstio. quæstio. Nam Dauid propheta domino loquitur dicēs: In labiis
Psal. 118. meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Et cùm minus sit nosse
quàm etiam pronunciare, quid est quod Paulus incomprehensi-
bilia esse dei iudicia asserit, Dauid autem hæc se omnia non so-
lum nosse, sed etiam in labiis pronunciasse testatur.

Gregorius:

Vtraque hæc tibi superius sub breuitate respondi,
Responsio A dicens quòd sancti viri inquantum cum domino vnū
ad quæstio- sunt, sensum domini non ignorant. Omnes enim qui
nem. deuotè dominum sequuntur etiá deuotione cum deo sunt, & ad-
huc carnis corruptibilis grauati pondere, cum deo non sunt, occ-
ultáque dei iudicia inquantum coniuncti sunt, sciunt: inquan-
C tum disiuncti sunt, nesciunt: quia enim secreta eius adhuc perfe-
Quomodo ctè non penetrant, incomprehensibilia eius iudicia esse testan-
idem dei iu- tur. Qui verò mente ei inhærent, atque inhærēdo vel sacris scri
dicia sciant & nesciāt. pturæ eloquiis, vel occultis reuelationibus inquantum accipiūt
Psal. 118. agnoscunt, & nouerunt hæc & pronunciant: iudicia enim quæ
deus tacet, nesciunt, quæ deus loquitur, sciunt. Vnde & Dauid
propheta cùm dixisset: In labiis meis pronūciaui omnia iudicia,
protinus addidit, oris tui, ac si apertè dicat: Illa ego iudicia &
nosse & pronūciasse potui, quæ te dixisse cognoui. Nam ea quæ
ipse non loqueris, à nostra proculdubio cognitione abscondis.
Cōcordat ergo prophetia apostolicá que sententia: quia & incō-
prehensibilia sunt dei iudicia, & tamen quæ de ore eius prolata
fuerint, humanis labiis pronunciātur, quoniam sciri ab hominibus & prolata prodi possunt, & occultari non possunt.

Petrus:

N obiectione meæ quæstiunculæ patuit causa ratio-
I nis. Sed quæso te si qua sunt adhuc de viri huius virtu-
te subiunge.

De destructione monasterij viri dei ab ipso prædicta.

Caput. XVII.

Gregorius:

Ir quidam nobilis Theoprobus nomine, eiusdem Be-
V nedicti patris fuerat admonitione conuersus, qui
pro vitæ suæ merito magnam apud eum familiari-
tatis fiduciam habebat. Hic cùm quadam die eius cellam fuis- D
set ingressus, hunc amarissimè flētem reperit. Cúmque diu sub-
sisteret, eiúsque non finiri lachrymas videret, nec tamen vir dei
consueuerat orando plangere, sed mœrendo, quænam causa tan-
ti luctus existeret, inquisiuit. Cui vir dei ilico respondit: Omne *Benedictus*
hoc monasterium quod construxi, & cuncta quæ fratribus præ- *prædixit*
paraui, omnipotentis dei iudicio gentibus tradita sunt. Vix au- *monasteriū*
tem obtinere potui vt mihi ex hoc loco animæ concederentur. *suum prope*
Cuius vocem tunc Theoprobus audiuit, nos autem cernimus, *diem inter-*
qui destructum modo à Longobardorum gente eius monaste- *ituram.*
rium scimus. Nocturno enim tempore & quiescentibus fratri-
bus nuper illi Longobardi ingressi sunt, qui diripientes omnia,
ne vnum quidem hominem illic tenere potuerunt, sed impleuit
omnipotens deus quod fideli famulo Benedicto promiserat, vt
si res gentibus traderet, animas custodiret. Qua in re Pauli vi-
cem video tenuisse Benedictum, cuius dum nauis rerum omniū *Benedictus*
iacturam pertulit, ipse in consolatione vitam omnium qui eum *ad Paulum*
comitabantur accepit. *confertur.*

De absconsione flasconis à beato Benedicto cognita.

Caput. XVIII.

Vodam quoque tempore Exhilaratus noster, quem
Q ipse conuersum nosti, transmissus à domino suo fue- E
rat, vt dei viro in monasterium vino plena duo li-
gnea vascula quæ vulgo flascones vocantur deferret, qui vnum
detulit, alterum verò pergens in itinere abscondit. Vir autem
domini quem facta absentia latere non poterant, vnum cum gra-
tiarum actione suscepit, & discedentem puerum monuit dicens:
Vide fili ne de illo flascone quem abscondisti bibas, sed inclina
illum cautè, & inuenies quid intus habet. Qui confusus valde à *Vinum ab-*
dei homine exiuit. Et reuersus volens adhuc probare quod au- *sconditū, in*
dierat, cùm flasconem inclinasset, de eo protinus serpens egres- *serpentem*
sus est. Tunc prædictus Exhilaratus puer, per hoc quod in vino *versum.*
reperit, expauit malum quod fecit.

De mappularum receptione à viro dei cognita.

Caput. XIX.

On longè autem à monasterio vicus erat in quo non
N minima multitudo hominum ad fidem dei ab idolo-
rum cultu Benedicti fuerat exhortatione conuersa. Ibi
quoque quædam sanctimoniales fœminæ inerant, & crebro il-
luc pro exhortandis animabus fratres suos mittere Benedictus
dei famulus curabat. Quadam verò die misit ex more, sed is qui *De mappu-*
missus fuerat monachus post admonitionem factam à sancti- *lis à mona-*
monialibus fœminis rogatus mappulas accepit, sibique eas ab- *cho acce-*
scondit in sinu. Qui mox vt reuersus est, cum vir dei vehemen- *ptis.*
tissima amaritudine cœpit increpare dicens: Quomodo ingres- F
sa est iniquitas in sinum tuum? At ille obstupuit, & quid egis-
set oblitus, vnde corripiebatur ignorabat. Cui ait: Nunquid
ego illic præsens non eram quando ab ancillis dei mappulas ac-
cepisti, tibique eas in sinu misisti? Qui mox eius vestigiis pronō-
lutus stultè se egisse pœnituit, & eas quas in sinu absconderat
mappulas abiecit.

De cogitatione monachi superba à dei viro cognita.

Caput. XX.

Vadam quoque die dum venerabilis pater vespertina iam hora corporis alimenta perciperet, eius mo-
Q nachus cuiusdam defensoris filius fuerat, qui ei ante
mensam lucernam tenebat. Cúmque vir dei ederet, ipse autem
cum lucernæ ministerio astaret, cœpit per superbiæ spiritum in
mente sua tacitus voluere, & per cogitationem dicere: Quis est
hic cui ego manducanti assisto, lucernam teneo, seruitium im-
pendo? Quis sum ego vt isti seruiam? Ad quem vir dei statim *Benedictus*
conuersus vehementer cœpit eum increpare dicens: Signa cor *cognouit co*
tuum frater, quid est quod loqueris? signa cor tuum. Vocatísque *gitationes*
statim fratribus, præcepit ei lucernam de manibus tolli, ipsum *superbi.*
verò iussit à ministerio recedere, & sibi hora eadem quietum
sedere. Qui requisitus à fratribus quid habuerit in corde, per
ordinem narrauit quanto superbiæ spiritu intumuerat, & quæ
contra virum dei verba per cogitationem tacitus dicebat. Tunc
liquidò omnibus patuit, quòd venerabilem Benedictum la-
tere nil posset, in cuius auribus tacitæ etiam cogitationis ver-
ba sonuissent.

De ducentis modiis farinæ ante viri dei cellam inuentis.

Caput. X X I.

G Lio quoque tempore in eadem Campaniæ regione fa-
A mes incubuerat, magnáque omnes alimentorum indigentia coangustabat. Iámque in Benedicti monasterio triticum deerat. Panes verò penè omnes consumpti fuerant, vt non plusquam quinque ad refectionis horam fratribus inueniri potuissent. Cúmque eos venerabilis pater contristatos cerneret, eorum pusillanimitatẽ studuit modesta increpatione corrigere, & rursum promissione subleuare dicens: Quare de panis inopia vester animus contristatur? hodie quidem minus est, sed die crastina abundanter habebitis. Sequenti autem die ducenti farinæ modij antefores cellæ in saccis inuenti sunt, quos omnipotens deus quibus deferentibus transmisisset, nunc vsque manet incognitum. Quod cùm fratres cernerent, domino gratias referentes didicerunt iam de abundantia nec in egestate dubitare.

Ducenti farinæ modij diuinit' ad Benedictũ missi.

Petrus:

D Ie quæso te. Nunquid non credendum est huic dei famulo semper prophetiæ spiritum adesse potuisse, an per interualla temporum eius mentem prophetiæ spiritus implebat?

Gregorius:

H P Rophetiæ spiritus Petre prophetarum mẽtes non semper irradiat: quia sicut de sancto spiritu scriptum est: Vbi vult spirat: ita sciendum est: quia & quando vult aspirat. Hinc est enim quod Nathan à rege requisitus si cõstruere templum posset, prius consensit, & postmodum prohibuit. Hinc est quòd Helisæus cùm flentem mulierem cerneret, causámque nescisset, ad prohibentem hanc puerum dicit: Dimitte eam, quia anima eius in amaritudine est, & dominus cælauit à me, & non indicauit mihi. Quod omnipotẽs deus ex magnæ pietatis dispensatione disponit quia dum prophetiæ spiritum aliquando dat, & aliquando subtrahit, prophetantium mẽtes & eleuat in celsitudine, & custodit in humilitate, vt & accipientes spiritum inueniãt quid de deo sint, & rursum prophetiæ spiritum non habentes cognoscant quid sint de semetipsis.

Ioan. 3.

4. Reg. 4.

Petrus:

T Ta hoc esse vt asseris magna ratio clamat. Sed quæso
I de venerabili patre Benedicto quicquid adhuc animo occurrit exequere.

De dispositione monasterij per visionem habita.

Caput. X X I I.

Gregorius:

A Lio quoque tempore à quodam fideli viro fuerat rogatus vt in eius prædio iuxta Tarraconensem vrbem missis discipulis suis construere monasterium debuisset. Qui roganti consentiens deputatis fratribus patrem constituit, & quis ei secundus esset ordinauit. Quibus euntibus spo-
I pondit dicens: Ite, & die illo ego venio & ostendo vobis in quo loco oratorium, in quo refectorium fratrum, in quo susceptionem hospitum, vel quæque sunt necessaria ædificare debeatis. Qui benedictione percepta ilico perrexerunt, & constitutum diem magnopere præstolantes, parauerunt omnia quæ his qui cum tanto patre venire potuissent, videbantur esse necessaria. Nocte verò eadem qua promissus illucescebat dies, eidem seruo dei quem illic patrem constituerat, atque eius præposito, vir domini in somnis apparuit, & loca singula vbi quid ædificare debuissent, subtiliter designauit. Cúmque vtrique à somno surgerent, sibi inuicem quod viderant retulerunt. Non tamen visioni illi omnimodo fidem dantes virum dei sicut se venire promiserat expectabant. Cúmque vir dei constituto die minimè venisset ad eum cum mœrore reuersi sunt, dicentes: Expectauimus pater vt venires sicut promiseras, & nobis ostenderes vbi quid ædificare deberemus, & non venisti. Quibus ipse ait: Quare fratres, quare ista dicitis? Nunquid sicut promisi non veni? Cui cùm ipsi dicerent, quando venisti? respondit: Nunquid vtrisque vobis dormientibus non apparui, & loca singula designaui? ite & sicut per visionem vidistis, omne habitaculum monasterij ita construite. Qui hæc audientes vehemẽter admirati ad prædictum prędiũ sunt reuersi, & cũcta habitacula sicut ex reuelatione didicerant, construxerunt.

Benedictus apparuit quibusdam in somnis.

Petrus:

Oceri velim quo fieri ordine potuit, vt longè iret re- K
D sponsum dormientibus dicere quod ipsi per visionem audierant & recognoscerent.

Gregorius:

Vid est quod perscrutans, rei gestæ ordinem ambi-
Q gis Petre? Liquet profectò quia nobilioris naturæ est spiritus quàm corpus. Et certè scriptura teste nouimus quòd propheta ex Iudæa subleuatus, repentè est cum prandio in Chaldæa depositus, quo videlicet prandio propheta refecit, séque repentè in Iudæa iterum inuenit. Si igitur tam longè Abacuc potuit sub momento corporaliter ire & prandium deferre, quid mirum si Benedictus pater obtinuit: quatenus iret per spiritum, & fratrum quiescentium spiritibus necessaria narraret? vt sicut ille ad cibum corporis corporaliter perrexit, ita iste ad institutionem spiritalis vitæ spiritaliter pergeret.

Petrus:

Anus tuæ locutionis terfit meæ fateor dubietatem
M mentis, sed velim nosse in communi locutione qualis iste vir fuit.

De sanctimonialibus fœminis post mortem absolutis.

Caput. X X I I I.

Gregorius:

Ix ipsa Petre communis eius locutio à virtutis erat L
V pondere vacua: quia cuius cor sese in alta suspenderat, nequaquam verba de ore illius incassum cadebant. Si quid verò vnquam non iam decernendo, sed minando diceret, tantas vires sermo illius habebat, ac si hoc non dubiè atque suspensè, sed iam per sententiam protulisset. Nam non longè ab eius monasterio duæ quædam sanctimoniales fœminæ nobiliori genere exortæ, in loco proprio conuersabantur, quibus quidam religiosus vir ad exterioris vitæ vsum præbebat obsequium. Sed sicut nonnullis solet nobilitas generis parare ignobilitatem mentis vt minus se in hoc mundo despiciant, qui plus se cæteris aliquid fuisse meminerunt, necdum prædictæ sanctimoniales fœminæ perfectè linguam suam sub habitus sui freno restrinxerant, & eundem religiosum virum qui ad exteriora necessaria eis obsequium præbebat, incautis sæpe sermonibus ad iracundiam prouocabant. Qui dum diu ista toleraret perrexit ad dei hominem, quantásque pateretur verborum contumelias enarrauit. Vir autem dei hæc de illis audiens eis protinus mandauit dicens: Corrigite linguam vestram: quia si non emendaueritis excommunico vos. Quam videlicet excommunicationis sententiam non proferendo intulit, sed minando. Ille autem à pristinis moribus nihil mutatæ, intra paucos dies defunctæ sunt, atque in Ecclesia sepultæ. Cúmque in eadem Ecclesia missarum solennia celebrarentur: atque ex more diaco- M
nus clamaret, si quis non communicat, det locum: nutrix earum quæ pro eis oblationem domino offerre consueuerat, eas de sepulchris suis progredi & exire videbat. Quod dum sæpius cerneret: quia ad vocem diaconi clamantis exibant foras, atque intra Ecclesiam permanere non poterant, ad memoriam reduxit quæ vir dei illis adhuc viuentibus mandauit. Eas quippe se communione priuare dixerat, nisi mores suos & verba corrigerent. Tunc seruo dei cum graui mœrore indicatum est, qui manu sua protinus oblationem dedit dicens: Ite & hanc oblationem pro eis offerri domino facite, & vlterius excommunicatæ non erunt. Quæ dum oblatio pro eis fuisset immolata, & à diacono iuxta morem clamatum est, vt non communicantes ab Ecclesia exirent, illæ exire ab Ecclesia vlterius visæ non sunt. Qua ex re indubitanter patuit: quia dum inter eos qui communione priuati sunt, minimè recederent, communionem à domino per seruum domini recepissent.

Benedictus excommunicat monachas.

Absolutæ monachæ.

Petrus:

Irum valde quod dicis, quanuis venerabilem & san-
M ctissimum virum, adhuc tamen in hac carne corruptibili degentem, potuisse animas soluere in illo iam inuisibili iudicio constitutas.

Gregorius:

Vnquid nam Petre in hac adhuc carne non erat qui
N audiebat: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quæ solueris super terram, so-

Matth.

luta

A luta erunt & in cœlis? Cuius nunc vicem ligando & soluendo obeant, qui secum sancti regiminis fide & moribus tenēt. Sed vt tanta valeat homo de terra, cœli & terræ conditor in terram venit è cœlo, atque vt iudicare caro etiam de spiritalibus possit, hoc ei largiri dignatus est, factus pro hominibus deus caro: quia inde surrexit vltra se infirmitas nostra, vnde sub se infirmata est firmitas dei.

Petrus:

CVm virtute signorum concorditer loquitur ratio verborum.

De puero post sepulturam à terra proiecto.

Caput. XXIIII.

Gregorius:

Vadam quoque die dum quidam eius puerulus monachus parentes suos vltra quàm deberet diligens, atque ad eorum habitaculum tendens sine benedictione de monasterio exisset, eodem die mox vt ad eos peruenit defunctus est. Cúmque esset sepultus, die altero proiectum foras corpus eius inuentum est, quod rursus tradere sepulturæ curauerunt. Sed sequenti die iterum proiectum exterius, atque inhumatum sicut prius inuenerunt. Tunc concitè ad Benedicti patris vestigia currentes, cum magno fletu petierunt vt ei suam gratiam largiri dignaretur. Quibus vir dei manu sua protinus B communionem dominici corporis dedit dicens: Ite atque hoc dominicum corpus super pectus eius [cum magna reuerentia] ponite, & sic sepulturæ eum tradite. Quod dum factum fuisset, susceptum corpus eius terra tenuit, nec vltrà proiecit. Perpendis Petre apud Iesum Christum dominum, cuius meriti iste vir fuerit, vt eius corpus etiam terra proiecerit, qui Benedicti gratiam non haberet.

Sepultus in terra nō manere potuit.

Petrus:

Perpendo planè, & vehementer stupeo.

De monacho qui de monasterio discedens draconem in itinere inuenit. *Cap. XXV.*

Gregorius.

Vidam autem eius monachus mobilitati mentis deditus erat, & permanere in monasterio nolebat. Cúmque eum vir dei assiduè corriperet & frequenter admoneret, ipse verò nullo modo consentiret in congregatione persistere, atque importunis precibus vt relaxaretur innueret, quadam die idem venerabilis pater nimietatis eius tædio affectus, iratus iussit vt discederet. Qui mox vt monasterium exiit contra se assistere aperto ore draconem in itinere inuenit. Cúmque eum idem draco qui apparuerat deuorare vellet, cœpit ipse tremens & palpitans magnis vocibus clamare dicens: Succurrite succurrite: quia draco iste me deuorare vult. Currentes autem fratres draconem minimè viderunt, sed trementem atque C palpitantem monachum ad monasterium reduxerunt. Qui statim promisit nunquam se esse à monasterio recessurum, atque ex hora eadem in sua promissione permansit. Quippe qui sancti viri orationibus contra se assistere draconem viderat, quē prius non videndo sequebatur.

Draco monachum vago apparuit.

De puero ab elephantino morbo curato.

Caput. XXVI.

Ed neque hoc silendum puto quod illustri viro Antonio narrante cognoui, qui aiebat patris sui puerū morbo elephantino fuisse correptum, ita vt iam pilis cadē S tibus cutis intumesceret, atque increscentem saniē occultare non posset. Qui ad virum dei ab eodem patre eius missus est, & saluti pristinæ sub omni celeritate restitutus.

Puer curatus morbo elephantino.

De solidis per miraculum presbytero redditis.

Caput. XXVII.

Eque illud taceam, quod eius discipulus Peregrinus nomine, narrare consueuerat: quia die quadam fideN lis vir quidam necessitate debiti compulsus vnum sibi fore remedium credidit si ad dei virum pergeret, & quæ eum vrgeret debiti necessitas indicaret. Venit itaque ad monasteriū, omnipotētis dei famulum reperit: quia à creditore suo pro duodecim solidis grauiter affligeretur intimauit. Cui venerabilis pater nequaquam se habere duodecim solidos respondit, sed tamen eius inopiam blanda locutione consolatus ait: Vade & post biduum reuertere: quia deest hodie quod tibi debeam dare. In ipso autem biduo more suo in oratione fuit occupatus. Cúm- D que die tertio is qui necessitate debiti affligebatur rediit, super atcam monasterij, quæ erat frumento plena, subitò tredecim solidi sunt inuenti. Quos vir dei deferri iussit & afflicto petitori tribuit dicens: vt duodecim redderet, & vnum in expensis propriis haberet. Sed ad ea nunc redeam, quæ eius discipulis in libri huius exordio prædictis referentibus agnoui. Quidam vir grauissima aduersarij sui æmulatione laborabat, cuius ad hoc vsque odium prorupit, vt ei nescienti in potu venenum daret. Qui quāuis vitam auferre non valuit, cutis tamen colorem mutauit, ita vt diffusa in corpore eius varietas lepræ morem imitari videretur. Sed ad dei hominem deductus salutem pristinam citius recepit, nam mox vt eum tetigit, omnem cutis illius varietatem fugauit.

Benedictus xiij. solidos sed diminutus accepit.

De ampulla vitrea in saxis proiecta & non fracta.

Caput. XXVIII.

O quoque tempore quo alimentorum inopia Campaniam grauiter affligebat, vir dei diuersis indigentibus E monasterij sui cuncta tribuerat, vt penè nihil in cellario nisi parum quid olei in vitreo vase remaneret. Tunc quidam subdiaconus Agapitus nomine aduenit magnopere postulans vt sibi aliquantulum olei dari debuisset. Vir autem domini qui cuncta decreuerat in terra tribuere, vt in cœlo omnia reseruaret, hoc ipsum parum quod remanserat olei iussit petenti dari. E Monachus verò qui cellarium tenebat, audiuit quidem iubentis verba, sed implere distulit. Cúmque post paululū si id quod iusserat datum esset inquireret, respondit monachus se minimè dedisse: quia si illud ei tribueret, omnino nihil fratribus remaneret. Tunc iratus, aliis præcepit vt hoc ipsum vas vitreum in quo parum olei remansisse videbatur, per fenestram proiicerent, ne in cella aliquid per inobedientiam remaneret. Factúmque est. Sub fenestra autem eadem ingens præcipitium patebat saxorum molibus asperum. Proiectum itaque vas vitreū venit in saxis, sed sic mansit incolume, ac si proiectum minimè fuisset, ita vt neque frangi, neque oleum effundi potuisset. Quod vir domini præcepit leuari, atque vt erat integrum petēti tribui. Tunc collectis fratribus inobedientem monachum de infidelitate sua & superbia coram omnibus increpauit.

Vitreū vas lapidi illisum non fractum.

De dolio vacuo oleo impleto. *Cap. XXIX.*

Va increpatione completa, sese cum eisdem fratribus in orationem dedit. In eo autem loco vbi cum fratri- Q bus orabat, vacuum erat ab oleo dolium & coopertum. Cúmque sanctus vir in oratione persisteret, cœpit operimentum eiusdem dolij oleo excrescente subleuari. Quo commoto atque subleuato oleum quod excreuerat ora dolij transiēs, pauimentum loci in quo incubuerat inundabat. Quod Benedictus dei famulus vt aspexit, protinus orationem compleuit, atque in pauimentum oleum defluere cessauit. Tunc diffidentem inobedientémque fratrem latius admonuit, vt fidem habere disceret & humilitatem. Idem verò frater salubriter correptus erubuit: quia venerabilis pater virtutē omnipotentis dei quam admonitione intimauerat, miraculis ostendebat, nec erat iam vt quisquā de eius promissionibus dubitare posset: qui in vno eodémque momento pro vitreo vase penè vacuo plenum oleo dolium reddidisset.

Benedictus dolium oratione sua oleo plenū reddidit.

De monacho à dæmone liberato.

Caput. XXX.

Vadam die dum ad beati Ioannis oratorium, quod in Q ipsa montis celsitudine situm est pergeret, ei antiquus hostis in mulo medici specie obuiam factus est, cornu & trepidicam ferens. Quem cùm requisisset dicens: Quo vadis? Ille respondit: Ecce ad fratres vado potionem eis dare. Itaque perrexit venerabilis pater Benedictus ad orationem, qua completa concitus rediit. Malignus verò spiritus vnum seniorē monachum inuenit aquam hauriētem: in quem statim ingressus est, eúmque in terram proiecit, & vehemētissime vexauit. Quem cùm vir dei ab oratione rediēs tam crudeliter vexari cōspiceret, ei solummodo alapam dedit, & malignum ab eo spiritum protinus excussit, ita vt ad eum redire vlterius non auderet.

Benedictus per alapam obsessum liberauit.

Petrus:

G Elim nosse.si hæc tanta miracula, virtute semper ora-
V tionis impetrabat, an aliquando etiam solo voluntatis exhibebat nutu?

Gregorius:

Vi deuota mente deo adhærent, cùm rerum necessitas exposcit, exhibere signa modo vtroque solent, vt
Q mira quæque aliquando ex prece faciant, aliquando ex
Ioan.1. potestate. Cùm enim Ioannes dicat: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Qui filij dei ex potestate sunt, quid mirum si signa facere ex potestate valeant?
Act.5. Quia enim vtroque modo miracula exhibeant, testatur Petrus qui Thabitam mortuam orando suscitauit. Ananiam verò & Saphiram mentientes morti increpando tradidit. Neque enim orasse in eorum extinctione legitur, sed solummodo culpam quã perpetrauerant increpasse. Constat ergo quòd aliquando hæc ex potestate, aliquando verò exhibent ex postulatione, dum & istis vitam increpando abstulit, & illi reddidit orãdo. Nam duo quoque fidelis famuli dei Benedicti facta nunc replico, in quibus apertè clareat, aliud hunc accepta diuinitus ex potestate, aliud ex oratione potuisse.

De ligato rustico solo aspectu viri dei soluto.
Caput. XXXI.

H Othorum quidam Galla* nomine perfidiæ fuit Aria-
al. Zalla G næ qui Totilæ regis eorum temporibus, contra catho
Miraculum ex potestate factum. licæ Ecclesiæ religiosos viros ardore immanissimæ crudelitatis exarsit, ita vt quisquis ei clericus, monachús ve ante faciem venisset, ab eius manibus viuus nullo modo exiret. Quadam verò die auaritiæ suæ æstu succensus in rapinam rerum inhians, dum quendam rusticum tormentis crudelibus affligeret, eúmque per supplicia diuersa laniaret, victus pœnis rusticus sese, res suas Benedicto dei famulo commendasse professus est, vt dum hoc à torquente crederetur, suspensa interim crudelitate ad vitam hora reparetur. Tunc idem Galla cessauit rusticum tormẽtis affligere, sed eius brachia loris fortibus astringẽs ante equum suum cœpit impellere, vt quis esset Benedictus qui eius res susceperat demonstraret. Quem ligatis brachiis rusticus antecedens duxit ad sancti viri monasterium, eúmque ante ingressum cellæ solum sedentem reperit & legentem. Eidem autem subsequenti & sæuienti Gallæ rusticus dixit: Ecce iste est de quo dixeram tibi, Benedictus pater. Quem dum feruido spiritu, cum peruersæ mentis insania fuisset intuitus, eo terrore quo consueuerat acturum se existimans, magnis cœpit vocibus clamare dicens: Surge, surge, & tes istius rustici redde quas accepisti. Ad
Galla ad Benedictũ. cuius vocem vir dei protinus oculos leuauit à lectione, cúmque intuitus mox etiam rusticum, qui ligatus tenebatur attendit. Ad cuius brachia dum oculos deflexisset, miro modo tanta se celeri-
I tate cœperunt illigata brachiis lora deuoluere, vt dissolui tam
Benedictus solo visu vinculatũ rusticum solu it. concitè nulla hominum festinatione potuissent. Cúmque is qui ligatus venerat cœpisset subitò astare solutus, ad tantæ potestatis vim tremefactus Galla ad terram corruit, & ceruicem crudelitatis rigidæ ad eius vestigia inclinans se orationibus illius cõmendauit. Vir autem sanctus à lectione minimè surrexit, sed vocatis fratribus, eum introrsus tolli vt benedictionem acciperet, præcepit. Quem ad se reductum vt à tantæ crudelitatis insania quiescere deberet admonuit. Qui fractus recedens nil vlterius petere à rustico præsumpsit. Quem vir domini non tangendo, sed respiciendo soluerat. Ecce est Petre quod dixi: quia hi qui omnipotenti deo familiarius seruiunt, aliquando mira facere etiam ex potestate possunt. Qui enim ferocitatem Gothi terribilis sedens repressit, lora verò nodósque ligaturæ quæ innocentis brachia astrinxerant oculis dissoluit, ipsa miraculi celeritate indicat: quia ex potestate acceperat habere quod fecit. Rursum quoque quale, quantúmque miraculum orando valuit obtinere subiungam.

De mortuo suscitato. Cap. XXXII.

Vadam die cum fratribus ad agri opera fuerat egres-
Q sus, quidam verò rusticus defuncti filij corpus in vlnis ferens orbitatis luctu æstuans ad monasterium venit: Benedictum patrem quæsiuit. Cui cùm dictum esset quia idem pater cum fratribus in agro moraretur, protinus ante mo- K
nasterij ianuam corpus extincti filij proiecit, & dolore turbatus ad inueniendum venerabilem patrem sese in cursum concitus dedit. Eadem verò hora vir dei ab agri opere iam cum fratribus reuertebatur. Quem mox vt orbatus rusticus aspexit, clamare cœpit: Redde filium meum, redde filium meum. Vir autem dei in hac voce substitit dicens: Nunquid ego filium tuũ tibi abstuli? Cui ille respondit: Mortuus est, veni resuscita eũ. Quod vt mox dei famulus audiuit, valde contristatus est, dicens: Recedite fratres, recedite, hæc nostra non sunt, sed sanctorum Apostolorum. Quid nobis onera vultis imponere, quæ non possumus portare? At ille, quem nimius cogebat dolor, in sua petitione perstitit, iurans quòd non recederet, nisi eius filium resuscitaret. Quem mox dei famulus inquisiuit, dicens: Vbi est? Cui ille respondit: Ecce corpus eius ad ianuam monasterij iacet. Vbi cùm vir dei cum fratribus peruenisset, flexit genu, & super corpusculum infantis incubuit, seséque erigẽs ad cœlum palmas tetendit, dicens: Domine non aspicias peccata mea, sed fidem huius hominis qui resuscitari filium suum rogat, & redde in hoc corpusculum animam quam abstulisti. Vix in oratione verba compleuerat, & regrediente anima ita corpusculum pueri omne contremuit, vt sub oculis omnium qui aderant apparuerit concussione mirifica tremendo palpitasse. Cuius mox manum tenuit, & eum patri viuentem atque incolumem dedit. L
Liquet Petre quia hoc miraculum in potestate non habuit, quod prostratus petiit vt exhibere potuisset.

Petrus.

Ic cuncta esse vt asseris constat patenter: quia verba
S quæ proposueras rebus probas. Sed quæso te vt indices si sancti viri omnia quæ volunt possunt, & cuncta impetrant quæ desiderant obtinere.

De miraculo Scholasticæ sororis eius.
Caput. XXXIII.

Gregorius:

Visnam erit Petre in hac vita Paulo sublimior, qui
Q de carnis suæ stimulo ter dominum rogauit & ta- 2.Cor.12.
men quod voluit obtinere non valuit? Ex qua re necesse est vt tibi de venerabili patre Benedicto narrem: quia fuit quiddam quod voluit, sed non valuit implere. Soror namque *Scholastica Benedicti soror.* eius Scholastica nomine, omnipotenti domino ab ipso infantiæ tempore dedicata, ad eum semel per annum venire consueuerat. Ad quam vir dei non longè extra ianuam in possessione monasterij descendebat. Quadam verò die venit ex more, atque ad eam cum discipulis venerabilis eius descendit frater, qui totum diem in dei laudibus sacrisque colloquiis ducentes, incumbentibus iam noctis tenebris simul acceperunt cibos. Cúmque ad- M
huc ad mensam sederent & inter sacra colloquia tardior se hora protraheret, eadem sanctimonialis fœmina soror eius eum rogauit dicens: Quæso te vt ista nocte non deseras, vt vsque mane de cœlestis vitæ gaudiis loquamur. Cui ille respondit. Quid est quod loqueris soror? Manere extra cellam nullatenus possum. Tanta verò erat cœli serenitas, vt nulla in aëre nubes appareret. Sanctimonialis autem fœmina cùm verba fratris negantis audisset, inserras digitis manus super mensam posuit, & caput in manibus omnipotentem dominum rogatura declinauit. Cúmque de mensa leuaret caput, tanta coruscatio- *Scholastica orando pluuiã impetrat, & tẽpestatem fugat.*
nis & tonitrui virtus, tantáque inundatio pluuiæ erupit, vt neque venerabilis Benedictus, neque fratres qui cum eo aderant, extra loci limen quo consederant pedem mouere potuissent. Sanctimonialis quippe fœmina caput in manibus declinans, lachrymarum fluuium in mensam fuderat, per quas serenitatem aëris ad pluuiam traxit. Nec paulo tardius post orationem inundatio illa secuta est, sed tanta fuit conuenientia orationis & inundationis, vt de mensa caput iam cùm tonitruo leuaret, quatenus vnum idémque esset momentum, & leuare caput, & pluuiam deponere. Tunc vir dei inter coruscos & tonitruos atque ingentis pluuiæ inundationem videns se ad monasterium non posse remeare, cœpit conqueri contristatus dicens: Pareat tibi omnipotẽs deus soror, quid est quod fecisti? Cui illa respondit: Ecce te rogaui, & audire me noluisti, rogaui dominum meum, &

audiuit

audiuit me. Modo ergo si potes egredere, & me dimissa ad monasterium recede. Ipse autem exire extra tectum non valens, quia remanere sponte noluit, in loco mansit inuitus. Sicque factum est vt totam noctem peruigilem ducerent, atque per sacra

Benedictus quod voluit non potuit.

spiritalis vitæ colloquia sese vicaria relatione satiarent. Qua de re dixi eum voluisse aliquid: sed minimè potuisse: quia si venerabilis viri mentem aspicimus, dubium non est quin eandem serenitatem voluerit in qua descenderat permanere, sed contra hoc quod voluit: in virtute omnipotentis dei ex fœminæ pectore miraculum inuenit. Nec mirum quòd plus illo fœmina, quæ diu fratrem videre cupiebat, in eodem tempore valuit, quia enim iuxta Ioannis vocem, deus charitas est, iusto valde iudicio illa plus potuit quæ amplius amauit.

Ioan. 4.

Petrus:

Fateor, multum placet quod dicis.

De anima sororis eius visa. *Caput. XXXIIII.*

Gregorius:

Vmque die altero eadem venerabilis fœmina ad cellam propriam recessisset, vir dei ad monasterium rediit. Cùm ecce post triduum in cella consistens, eleuatis in aëra oculis vidit eiusdem sororis suæ animam de eius corpore egressam in columbæ specie cœli secreta penetrare. Qui tã tæ eius gloriæ congaudens, omnipotẽti deo in hymnis & laudibus gratias reddidit, eiúsque obitum fratribus denũtiauit. Quos etiam protinus misit vt eius corpus ad monasterium deferrent, atque in sepulchro quod sibi ipse parauerat ponerent. Quo facto contigit, vt quorum mens vna semper in deo fuerat, eorum quoque corpora nec sepultura separaret.

Benedictus vidit animã sororis defuncte.

De mundo ante oculos eius collecto, & de anima Germani Capuanæ ciuitatis episcopi. *Cap. XXXV.*

Lio quoque tẽpore Seruandus diaconus atque abbas eius monasterij quod in Campanię partibus à Liberio quondam Patricio fuerat constructum, ad eum visitationis gratia ex more venire consueuerat. Eius quippe monasterium frequẽtabat, vt quia idem quoque vir doctrinæ gratiæ cœlestis influebat, dulcia sibi inuicem vitæ verba transfunderent, & suauem cibum cœlestis patriæ quem adhuc perfectè gaudendo non poterant, saltem suspirando gustarent. Cúmque hora iam quietis exigeret, in cuius turris superioribus se venerabilis Benedictus, in eius quoque inferioribus se Seruandus diaconus collocauit, quo videlicet in loco inferiora ad superiora peruius continuabat ascensus. Ante eandem verò turrim largius erat habitaculum in quo vtriusque discipuli quiescebant. Cúmque vir dei Benedictus quiescẽtibus adhuc fratribus instans vigiliis, nocturnæ orationis tempora præueniisset, ad fenestram stans & omnipotentem deum deprecans, subitò intẽpesta noctis hora respiciens, vidit fusam lucem desuper cunctas noctis tenebras effugasse, tãtoque splendore clarescere, vt diem vincęret lux illa quæ in tenebris radiasset. Mira autem res valde in hac speculatione secuta est, quia sicut pòst ipse narrauit, omnis etiam mundus velut sub vno Solis radio collectus ante oculos eius adductus est. Qui venerabilis pater dum intentam oculorum aciem in hoc splendore coruscæ lucis infigeret, vidit Germani Capuani episcopi animã in sphæra ignea ab angelis in cœlum ferri. Tunc tanti sibi testẽ volens adhibere miraculi, Seruandum diaconum iterato bis terque eius nomine cum clamoris magnitudine vocauit. Cúmque ille fuisset insolito tanti viri clamore turbatus, ascendit, respexit, partémque iam lucis exiguam vidit. Cui tantum hoc obstupescenti miraculum, vir dei per ordinem quæ fuerant gesta narrauit, statimque in Casinum castrum religioso viro Theoprobo mandauit, vt ad Capuanam vrbem sub eadem nocte transmitteret, & quid de Germano episcopo ageretur, agnosceret & indicaret. Factúmque est, & reuerentissimum virum Germanum episcopum is qui missus fuerat, iam defunctum reperit, & requirẽs subtiliter agnouit eodem momento fuisse illius obitum, quo vir domini eius cognouit ascensum.

Totus mundus in quadam noctis claritate Benedicto apparuit.

Petrus:

Ira res valde & vehementer stupenda. Sed hoc quod dictum est; quia ante oculos ipsius quasi sub vno Solis radio collectus omnis mundus adductus est, sicut nunquam expertus sum, ita nec coniicere scio quonam ordine fieri potest vt mundus omnis ab homine vno videatur.

Gregorius:

Ixum tene Petre quod loquor: quia animæ videti creatorem, angusta est omnis creatura. Quamlibet etenim parum de luce creatoris aspexerit, breue ei fit omne quod creatum est: quia ipsa luce visionis intimæ mentis laxatur sinus, tantúmque expanditur in deo vt superior existat mundo, fit verò ipsa videntis anima etiam super semetipsam. Cúmque in dei lumine rapitur, super se in interioribus ampliatur, & dum sub se conspicit exaltata, comprehendit quàm breue sit quod comprehendere humiliata non poterat. Vir ergo dei, qui in turri globum igneum, angelos quoque ad cœlum redeuntes videbat, hæc proculdubio cernere non nisi in dei lumine poterat. Quid itaque mirum si mũdum ante se collectum vidit, qui subleuatus in mentis lumine extra mundum fuit? Quòd autem collectus mundus ante eius oculos dicitur, non cœlum & terra contracta est, sed videntis animus est dilatatus, qui in deo raptus videre sine difficultate potuit omne quod infra deum est. In illa ergo luce quæ exterioribus oculis fulsit, lux interior in mẽte fuit, quæ videntis animum cùm ad superiora rapuit, ei quàm angusta essent omnia inferiora, monstrauit.

Homo vn⁹ quomodo simul totum mundũ videre queat.

Petrus:

Ideor mihi vtiliter non intellexisse quæ dixeras, quando ex tarditate mea tantum creuit expositio tua. Sed quia hæc liquidè meis sensibus infudisti, quæso vt ad narrationis ordinem redeas.

Quòd regulam monachorum scripserit.

Caput. XXXVI.

Gregorius:

Ibet Petre adhuc de hoc venerabili patre multa narrare, sed quædam eius studiosè prætereo: quia ad alioru gesta voluẽda festino. Hoc autem nolo te lateat, quòd vir dei inter tot miracula quibus in mundo claruit, doctrinæ quoque verbo non mediocriter fulsit. Nam scripsit monachorum regulam, discretione præcipuam, sermone luculentam. Cui us si quis velit subtilius mores vitámque cognoscere, potest in eadem institutione regulæ, omnes magisterij illius actus inuenire: quia sanctus vir nullo modo potuit aliter docere quàm vixit.

Benedictus monachorũ regulã scripsit.

De prophetica sui exitus fratribus denunciatione.

Caput. XXXVII.

Odẽ verò anno quo de hac vita erat exitur⁹ quibusdã discipulis secum conuersantibus, quibusdam lõgè manẽtibus sanctissimi sui obitus denunciauit diem, præsentibus indicens vt audita per silentium tegerẽt, absentibus indicans quod vel quale eis signum fieret quando eius anima de corpore exiret. Ante sextum verò sui exitus diem aperiri sibi sepulturam iubet. Qui mox correptus febribus, acri cœpit ardore fatigari. Cúmque per dies singulos languor ingraueisceret, sexta die portari se in oratorium à discipulis fecit, ibíque exitum suum dominici corporis & sanguinis perceptione muniuit, atque inter discipulorum manus imbecillia membra sustentans, erectis in cœlum manibus stetit, & vltimum spiritum inter verba orationis efflauit. Qua scilicet die duobus de eo fratribus, vni in cella commoranti, alteri autem longius posito, reuelatio vnius atque indissimilis visionis apparuit. Viderunt nanque quia strata paliis atque innumeris coruscа lampadibus via recto Orientis tramite ab eius cella in cœlum vsque tendebatur. Cui venerando habitu vir desuper clarus assistens, cuius esset via quam cernerẽt inquisiuit. Illi autem se nescire professi sunt. Quibus ipse ait: Hæc est via qua dilectus domino cœlum Benedictus ascendit. Tunc itaque sancti viri obitum sicut præsentes discipuli viderunt, ita absentes ex signo quod eis prædictum fuerat agnouerunt. Sepultus verò est in oratorio beati Ioannis Baptistæ, quod destructa ara Apollinis ipse construxit. Qui & in eo specu in quo prius habitauit, nunc vsque si petentium fides exigat, miraculis coruscat.

Benedictus denunciat fratribus suis diem obitus sui.

Expiratio sancti Benedicti.

Sepultura Benedicti.

De insana muliere in eo specu sanata.

Caput. XXXVIII.

Vper nanque est res gesta quam narro. Quædam mulier mente capta, dum sensum funditus perdidisset, per montes & valles, siluas & campos die noctúque

G vagabatur, ibi tantummodo quiescebat, vbi hanc quiescere las-
Mulier furi bũda in spe cu Benedicti sanata est.
situdo coẽgisset. Quadam verò die dum vaga nimium erraret, ad beati viri Benedicti specũ deuenit, ibíque nescięs ingressa mãsit. Mane autẽ facto ita sanato sensu egressa est, ac si eam nũquam insania capitis vlla tenuisset, quæ omni vitæ suæ tempore in eadem quam accepit salute permansit.

Petrus:

Q Vidnam esse dicimus quòd plærũque in ipsis quoque patrociniis martyrum sic esse sentimus vt non tãta per corpora sua, quanta beneficia per reliquias ostendant, atque illic maiora signa faciũt vbi minimè per semetipsos iacẽt?

Gregorius:

V Bi in suis corporibus sancti martyres iacẽt dubium Petre non est quòd multa valeant signa demonstrare, sicut & faciunt, & pura mente quærentibus innumera miracula ostendunt. Sed quia ab infirmis potest mentibus dubitari, vtrum ne ad exaudiendum ibi præsentes sint, vbi cõstat quia in suis corporibus non sint, ibi necesse est eos maiora signa ostẽdere, vbi de eorũ præsentia potest mens infirma dubitare. Quorum verò mens in deo fixa est, tanto maius habet fidei meritum quanto illic eos nouit & non iacere corpore, & tamen non deesse ab exauditione. Vnde ipsa quoque veritas vt fidem discipulis augeret dixit: Si ego non abiero, paracletus nõ veniet ad vos. Cũ enim constet quia paracletus spiritus à patre semper procedat &
Quare sancti extra loca suorum corporũ sæpe maiora miracula faciant. Ioan. 16.
H filio, cur se filius recessurum dicit vt ille veniat qui à filio nunquam recedit? Sed quia discipuli in carne dominum cernẽtes, corporeis hunc oculis semper videre fitiebant, rectè eis dicitur: Nisi ego abiero, paracletus nõ veniet, ac si apertè diceretur: Si corpus non subtraho, quis sit amor spiritus nõ ostendo, & nisi me desieritis carnaliter cernere, nunquam me discetis spiritaliter amare.

Petrus:

Placet quod dicis.

Gregorius:

L Iquantulum iam à locutione cessandum est, vt si ad
A aliorum miracula enarranda tendimus, loquendi vires interim per silentium reparemus.

Libri secundi Dialogi de vita sancti Benedicti abbatis finis.

CAPITA TERTII LIBRI.

1 DE Paulino Nolanæ ciuitatis episcopo.
2 De Ioanne papa.
3 De Agapito papa.
4 De Datio Mediolanensi episcopo.
5 De Sabino Camisinæ ciuitatis episcopo.
I 6 De Casio Narniensis ciuitatis episcopo.
7 De Andrea Fundanæ ciuitatis episcopo.
8 De Constantio Aquinæ ciuitatis episcopo.
9 De Frigidiano Lunensis ciuitatis episcopo.
10 De Sabino Placentino episcopo qui Padum fluuium per literas suas compescuit.
11 De Cerbonio Populonij episcopo.
12 De Fulgentio Vtricelanæ ciuitatis episcopo.
13 De Herculano Perusinæ ciuitatis episcopo.
14 De Isaac seruo dei.
15 De Enthitio & Florentio seruis dei.
16 De Marcio monacho de monte Marsico.
17 De monacho ex monte Argentario qui mortuum suscitauit.
18 De Benedicto monacho.
19 De Ecclesia beati Zenonis martyris, in qua aquæ vltra portam apertam inundantes minimè intrauerunt.
20 De Stephano presbytero prouinciæ Valeriæ.
21 De puella conuersa, cuius solo imperio homo est à dæmone liberatus.
22 De presbytero prouinciæ Valeriæ, qui furem ad sepulchrum suũ tenuit.
23 De abbate Prænestini montis eiúsque presbytero.
24 De Theodoro mansionario Ecclesiæ beati Petri vrbis Romæ.
25 De Abundio mansionario Ecclesiæ beati Petri
26 De monacho solitario.
27 De quadraginta rusticis qui pro eo quod carnes immolatitias medere noluerunt, à Longobardis occisi sunt.
28 De multitudine captiuorum qui pro eo quod caput caprę adorare noluerunt, occisi sunt.
29 De Ariano episcopo cæcato.
30 De Arianorum Ecclesia quæ in Romana vrbe catholica consecratione dedicata est.
31 De Ermigildo rege Liuigildi Vuisigothorum regis filio pro fide catholica ab eodem patre suo occiso.
32 De episcopis Africanis qui pro defensione catholicæ fidei abscisis ab Arianis Vuandalorum linguis nullum locutionis iuuamen sustinuere dispendium.
33 De Eleutherio seruo dei.
34 Quot sunt genera compunctionis.
35 De Amantio presbytero prouinciæ Thusciæ.
36 De Maximiano Syracusanæ ciuitatis episcopo.
37 De Sanctulo presbytero prouinciæ Nursiæ.
38 De visione redempti Feretinæ ciuitatis episcopi.

LIBER TERtius dialogi beati.

Gregorij.

QVM vicinis valde partibus intendo, maiorum facta reliquerami ta vt Paulini miraculum Nolanæ vrbis episcopi qui multos, quorum memini, virtute & tempore præcesserit, memoriæ defuisse videatur, Sed ad priora nunc redeo, cáque quanta valeo breuitate perstringo, Sicut enim bonorum facta innotescere citius similibus solent, senioribus nostris per iustorum exempla gradientibus, prædicti venerabilis viri celebre nomen innotuit, eiúsque opus admirabile ad eorum se instruenda studia tetendit, quorum me necesse fuit gravitati* tam certò credere, ac si ea quæ dicerẽt, meis oculis vidissem.

De sancto Paulino Nolana vrbis episcopo.

Caput. I.

VM sæuientium Vuandalorum tempore fuisset in
M Campaniæ partibus depopulatio, multíque de hac terra in Africanam regionem traducti, vir domini Paulinus cuncta quæ ad episcopi vsum habere potuit, captiuis indigentibúsque largitus est. Cumque iam nihil omnino superesset quod petentibus dare potuisset, quædam die quædam vidua aduenit, quæ à regis Vuandalorum genero suum filium in captiuitatem fuisse ductum perhibuit, atque à viro dei eius pretium postulauit, si forte illius dominus hoc dignaretur accipere, & hunc concederet ad propria remeare. Sed vir dei magnopere petenti fœminæ quid dare potuisset inquirens, nihil apud se aliud nisi se inuenit, petentíque fœminæ respondit, dicens: Mulier, quod possum dare non habeo, sed me mecum tolle, seruum me iuris tui esse profitere, atque vt filiũ tuum recipias, me vice illius in seruitium trade. Quod ille ex ore tanti viri audiens irrisionem potius credidit, quàm compassionem. Ait ille vt erat vir eloquẽtissimus, atque apprime exterioribus quoque studiis eruditus, dubitanti fœminæ citius persuasit vt nulla crederet, & pro receptione filij sui in seruitium episcopum tradere non dubitaret. Perrexere igitur vtrique ad Africã. Procedente autem regis genero, qui eius filium habebat, vidua rogatura se obtulit, ac prius petiit vt ei filiũ donare debuisset. Quod cùm vir barbarus typho superbiæ turgidus, gaudio transitoræ prosperitatis inflatus nõ solũ facere, sed etiã audire despiceret, vidua subiũxit, dicẽs: Ecce hũc hominẽ pro eo vicarium præbeo, solummo-

De Soc Paulino mentionem fecit Aug. lib. 1. de Ciu. Dei. c. 10.

Universidad de Palermo

A dei vmquam præsentem in me exhibe, mihíque vnicũ filium redde. Cúmque ille vetusti vultus hominẽ considerasset quã artẽ nosset inquisiuit. Cui vir dei Paulinus respondit, dicens: Artẽ quidem aliquam nescio, sed hortum bene excolere scio. Quod vir gentilis valde libenter accepit, cùm in nutriẽdis holeribus quia peritus esset audiuit. Suscepit itaque seruum, & roganti viduæ reddidit filium. Quo accepto, vidua ab Africana regione discessit. Paulinus verò excolẽdi horti suscepit curam. Cúmque idem regis gener crebro ingrederetur hortum, suúmque hortulanũ quædam requireret, & sapientem valde hominem videret, amicos cœpit familiares deferre, & sæpius cum suo hortulano colloqui, atque eius sermonibus delectari. Cui Paulinus quotidie ad mensam holera, virentésque herbas deferre cõsueuerat, & accepto pane ad curam horti remeare. Cumque hoc diutius ageret quadam die suo domino secum secretius loquenti ait: Vide quid agas, & Vuandalorum regnum qualiter disponi debeat prouide: quia rex citius & sub omni celeritate est moriturus. Quod ille audiens, quia ab eodem rege præ cæteris diligebatur, ei minimè tacuit, sed quid à suo hortulano, sapiẽti scilicet viro, agnouisset, indicauit. Quod dum rex audisset, illico respondit: Ego vellem hunc de quo loqueris hominem videre. Cui gener eius, venerabilis Paulini temporalis dominus respondit, dicens: Virentes herbas mihi ad prandium deferre consueuit. Has itaque ad mensam eum deportare facio, vt quis sit qui mihi hæc est locutus agnoscas. Factúmque est. Et dum rex ad prandendum discubuit: B Paulinus ex suo opere holera quæque & virentia delaturus aduenit. Cumque hunc rex subitò conspexisset intremuit, atque accersito eius domino sibi per filiam propinquo, ei secretum quod prius absconderat indicauit, dicens: Verum est quod audisti. Nã nocte hac in somnio, sedentes in tribunalibus contra me iudices vidi, inter quos iste etiam simul sedebat, & flagellum quod aliquando acceperam, eorum mihi iudicio tollebatur. Sed percunctare quisnam sit, nam ego hunc tanti meriti virum, popularem, vt conspicitur, esse non suspicor. Tunc regis gener secretò Paulinum tulit, & quisnam esset inquisiuit. Cui vir domini respondit: Seruus tuus sum, quem pro filio viduæ vicarium suscepisti. Cumque instanter ille requireret vt non quis esset, sed quis in terra sua fuisset indicaret, atque hoc ab eo iteratione frequentis inquisitionis exigeret, vir domini constrictus magnis comminationibus, iam non valens negare quid esset, episcopum se fuisse testatus est. Quod possessor eius audiens valde pertimuit, atque humiliter obtulit, dicens: Pete quod vis, quatenus ad terram tuam à me cum magno munere reuertaris. Cui vir domini Paulinus ait: Vnum est quod mihi impendere beneficium potes, vt omnes ciuitatis meæ captiuos relaxes. Qui cuncti protinus in Africana regione requisiti, cum onustis frumento nauibus pro venerandi viri Paulini satisfactione in eius comitatu laxati sunt. Post non multos verò dies. Vuandalorum rex occubuit, & flagellum quod ad suam perniciem dispensante deo pro fidelium disciplina tenuerat, amisit. Sicque factum est, vt omnipotentis dei famulus Paulinus vera prædiceret, & qui se ab seruitium solum tradiderat, cum multis à seruitio ad libertatem rediret, illum videlicet imitatus qui formam serui assumpsit, ne nos essemus serui peccati. Cuius sequens vestigia Paulinus ad tempus voluntariè seruus factus est solus, vt esset postmodum liber cum multis. C

Paulinus hortulanũ se fuisse dixit

Paulinus prædixit regem Vuandalorũ statim moritu rum.

Paulinus cum omnibus suis captiuis Nolam reuersus est.

Petrus:

DVm me audire contingit quod imitari non valeo, flere magis libet quàm aliquid dicere.

Gregorius:

E cuius etiam morte apud eius Ecclesiam scriptum est: quia cum dolore esset lateris tactus, ad extrema perductus est. Dumque eius omnis domus in sua soliditate D persisteret, cubiculum in quo iacebat æger, facto terræmotu cõtremuit, omnésque qui illic aderant nimio terrore concussit, sicque sancta illa anima carne soluta est. Factúmque est vt magnus pauor inuaderet eos qui Paulini mortem videre potuissent. Sed quia hæc quam superius dixi, Paulini virtus valde est intimata, nunc si placet ad miracula exteriora veniamus, quę & multis iam nota sunt, & ego tam religiosorum virorum relatione didici, vt de his omnimodo ambigere non possim.

Paulinus cubiculum in mãe domo concidente terræmotu tremuit.

De sancto Ioanne papa. Caput II.

Othorum tempore cùm Ioannes vir beatissimus huius Romanæ ecclesiæ pontifex ad Iustinianum seniorem principem pergeret, in Corinthi partibus aduenit: cui necesse fuit vt in itinere ad sedendum equus requiri debuisset. Quod illic quidam vir nobilis audiens equum quẽ pro magna mansuetudine eius coniunx sedere consueuerat, ita ei obtulit, vt eo ad loca alia perueniente cùm alius equus potuisset inueniri, deberet ille quem dederat, propter suã coniugem retrãsmitti. Factumque est, & vsque ad certum locum prædictus vir equo eodem subuehente perductus est. Qui mox vt alium reperit, illum quem acceperat retransmisit. Cumque eum prædicti nobilis viri coniunx sedere ex more voluisset, vltra non valuit, quia post sessionem tanti pontificis mulierem ferre recusauit. Cœpit namque immenso flatu & fremitu atque incessanti totius corporis motu quasi despiciendo prodere, quia post mẽbra põtificis mulierem ferre non posset. Quod vir eius prudenter intuitus, hunc ad eundem venerabilem virum protinus remisit, magnis precibus petens vt equum ipse possideret, quẽ iuri suo sedendo dedicasset. De quo etiam illud mirabile à nostris senioribus narrari solet, quod in Constantinopolitana vrbe ad portam quæ vocatur aurea, veniens: populorum turbis sibi occurrentibus in conspectu omnium roganti cæco lumen reddidit: & manu superpositа oculorum tenebras fugauit. D E F

Equus qui Ioannẽ papam portauit, mulierẽ amplius ferre noluit.

Ioãnes papa cæcũ illuminauit.

De sancto Agapito papa. Caput III.

Ost non multum verò temporis exigente causa Gothorum, vir quoque beatissimus Agapitus huius sanctæ Romanæ Ecclesiæ pontifex: cui deo dispensante deseruio, ad Iustinianum principem accessit. Cui adhuc pergenti quadam die in Græciarum iam partibus curandus oblatus est mutus & claudus: qui neque vlla verba ædere: neque ex terra vnquam surgere valebat. Cumque hunc propinqui illius flentes obtulissent: vir domini sollicitè requisiuit an curationis illius haberent fidem. Cui dum in virtute dei ex auctoritate Petri: fixam salutis illius spem habere se dicerent: protinus venerandus vir orationi incubuit: & missarum solennia exorsus: sacrificium in conspectu dei omnipotentis immolauit. Quo peracto ab altari exiens claudi manum tenuit: atque assistente & aspiciente populo eũ mox à terra in propriis gressib⁹ erexit. Cúmque ei dominicum corpus in os mitteret: illa diu muta ad loquendum lingua soluta est. Mirati omnes, flere præ gaudio cœperunt: eorumque mentes illico metus & reuerentia inuasit: cùm videlicet cernerent quid Agapitus facere in virtute domini ex adiutorio Petri potuisset.

Agapitus claudũ & mutum curauit.

De Datio Mediolanensi episcopo. Caput IIII.

Iusdem quoque principis tẽpore cùm Datius Mediolanensis vrbis episcopus causa fidei exactus ad Constantinopolitanam vrbem pergeret, Corinthi deuenit. Qui dum largam domum ad hospitandum quæreret, quæ comitatum illius totum ferre potuisset, & vix inueniret, aspexit eminus domum congruentis magnitudinis, eámque sibi præparari ad hospitandum iussit. Cumque eiusdem loci incolæ dicerent in ea hunc manere nõ posse, quia multis iam annis hanc diabolus inhabitaret, atque ideo vacua remansisset, vir venerabilis Datius respondit dicens: Immo ideo hospitari in domo eadem debemus, si hanc spiritus malignus inuasit, & ab ea hominum habitationem repulit: In ea sibi igitur parari præcepit, securúsque illam, antiqui hostis certamina toleraturus, intrauit. Itaque intempestæ noctis silentio cùm vir dei quiesceret, antiquus hostis immensis vocibus, magnísque clamoribus cœpit imitari rugitus leonum, balatus pecorum, ruditus asinorum, sibilos serpentium, porcorum grunitus, stridores soricum. Tunc repentè Datius tot bestiarum vocibus excitatus surrexit, vehementer iratus & contra antiquum hostem magnis cœpit vocibus clamare, dicens: Bene tibi contigit miser, tu ille es qui dixisti: Ponam sedem meam ad Aquilonem, & ero similis altissimo. Ecce per superbiam tuam, porcis & soricibus similis factus es: & qui imitari deum indigne voluisti, ecce, vt dignus es, bestias imitaris. Ad quam eius vocem, vt ita dicam, delectionem suam malignus spiritus erubuit. An non erubuit, qui eandem domum ad exhibenda monstra quæ consueuerat, vlterius non intrauit? Sicque postmodum fidelium habitaculum facta est, quia dum eam vnus veraciter fidelis ingressus est, ab ea protinus mendax

Datius episcopus diabolum alloquitur.

Datius domũ à diabolo occupatã habitabilẽ fecit.

spiritus

G spiritus atq; infidelis abscessit. Sed oportet iam vt priora taceamus, ad ea quæ diebus nostris sunt gesta, veniendum est.

De Sabino Camisinæ ciuitatis episcopo.

Caput. V.

Vidam enim religiosi viri Apulię prouinciæ partibus cogniti, hoc quod apud multorum notitiam longè latéq; percrebuit, de Sabino Camisinæ * vrbis episcopo testari solent, quia idem vir longo iam senio oculorum lumen amiserat, ita vt omnimodo nil videret. Quem rex Gothorũ Totila prophetiæ habere spiritũ audiens minimè credidit, sed probare studuit quod audiuit. Qui cùm in hisdem partibus deuenisset, hunc vir domini ad prandium rogauit. Cumque iam ventum esset ad mensam, rex discumbere noluit, sed ad Sabini venerabilis viri dexterã sedit. Cùm verò eidem patri puer ex more poculum vini pręberet, rex silenter manum tetendit, calicem abstulit, eúmque per se episcopo vice pueri præbuit, vt videret an spiritu prouidente discerneret quis ei poculum præberet. Tunc vir dei accipiens calicem, sed tamen ministrum nõ videns, dixit: Viuat ipsa manus. De quo verbo rex lætatus erubuit, quia quanuis ipse deprehensu. sit, in viro tamen dei quod quærebat inuenit. Huius autem venerabilis viri cùm ad exemplum vitæ sequẽtium in longum senium vita traheretur, eius archidiaconus ambitione adipiscendi episcopatus accensus, eum extinguere veneH no molitus est. Qui cùm vini fusoris animum corrupisset, vt mixtum vino, veneni ei poculum præberet, refectionis hora cùm iã vir dei ad edendum discumberet, ei præmiis corruptus puer hoc quod ab archidiacono eius acceperat, veneni poculum obtulit. Cui statim venerabilis episcopus dixit: Bibe tu hoc quod mihi bibendũ præbes. Tremefactus puer deprehẽsum se esse sentiẽs, maluit moriturus bibere, quã pœnas pro illa tanti homicidij culpa tolerare. Cúmque sibi ad os calicem duceret, vir domini compescuit, dicens: Non bibas, da mihi, ego bibo, sed vade dic ei qui tibi illud dedit. Ego quidem venenum bibo, sed tu episcopus nõ eris, Facto igitur signo crucis venenum episcopus bibit securus, Eadémque hora in loco alio in quo erat, archidiaconus eius defunctus est, ac si per os episcopi ad archidiaconi viscera illa venena transissent. Cui tamen ad inferendam mortem venenum quidem corporale defuit, sed hunc in conspectu æterni iudicis venenum suæ malitiæ occidit.

Sabinus episcopus prophetiæ spiritũ habuit.

Sabinũ archidiacon' extinguere voluit.

Sabinus venenũ bibit quo is obiit qui dari fecit.

Petrus:

Ira sunt hæc, & nostris valde stupenda temporibus, sed
M talis eiusdem viri vita perhibetur, vt qui conuersationem eius agnouerit, virtutem non debeat mirari.

De Cassio Narniensis ciuitatis episcopo.

Cap. V I. Gregorius.

Eque hoc Petre sileam, quod multi nunc qui hiç de
I N Narniensi ciuitate adsunt, mihi sedulo testificantur. Eodem nanque Gothorum tempore cùm præfatus rex Totila Narnis venisset, ei vir vitæ venerabilis Cassius eiusdem vrbis episcopus occurrit. Cui quia ex consperſione semper facies rubere consueuerat, hoc rex Totila non consperſionis esse credidit, sed assiduæ potationis, eumque omnimodo despexit. Sed omnipotens deus vt quantus vir esset qui despiciebatur ostenderet, in Narniensi campo quo rex aduenerat, malignus spiritus coram omni exercitu eius spatarium inuasit, eumque vexare crudeliter cœpit. Qui cùm ante regis oculos ad venerandũ virum Cassium fuisset adductus, hunc ab eo vir domini oratione facta signo crucis expulit, qui in eũ ingredi vlterius non præsumpsit. Sicq; factum est vt rex barbarus seruum dei ab illo iam die veneraretur ex corde, quem despectum valde iudicauit ex facie. Nam quia virum tantæ virtutis vidit, erga illum illa mens efferа ab elationis fastu detumuit.

Cassius episcopus spatarium obsessum liberauit.

De Andrea Fundanæ ciuitatis episcopo.

Caput. V I I.

Ed ecce dum facta fortium virorum narro, repentè ad
S memoriam venit quid erga Andream Fundanæ ciuitatis episcopum diuina misericordia fecerit. Quod tamẽ ad hoc legentibus vt valeat exopto, quatenus qui corpus suum continentiæ dedicant, habitare cum fœminis non præsumant: ne ruina mentem tanto repentina surripiat: quanto ad hoc quod malè concupiscitur, etiam præsentia concupitæ formæ famulatur. Nec res est dubia quam narro: quia penè tanti in ea testes K sunt, quanti & eiusdem loci habitatores existunt. Hic nanque venerabilis vir cùm vitam multis plenam virtutibus duceret, séque sub sacerdotali custodia incontinentiæ arcæ custodiret, quandam sanctimonialem fœminam quam secum prius habuerat, noluit ab episcopij sui cura repellere, sed certus de sua eiúsque continentia secũ hanc permisit habitare. Ex qua re actũ est vt antiquus hostis apud eius animum aditum tentationis exquireret. Nam cœpit speciem illius oculis mentis eius imprimere: vt illectus nephanda cogitaret. Quadam verò die Iudæus quidam ex Campaniæ partibus Romam veniens Appiæ carpebat iter, qui ad Fundanam glebam * perueniens, cum iam diem vesperascere cer- *al. neret, & quo declinare posset, minimè reperiret, iuxta Apollinis templum fuit, ibique se ad manendum contulit. Qui ipsum loci illius sacrilegium pertimescens, quamuis fidem crucis minimè haberet, signo tamen se crucis munirè curauit. Nocte autem media ipso solitudinis pauore turbatus peruigil iacebat, & repentè conspiciens vidit malignorũ spirituum turbam quasi in obsequium cuiusdam potentis * præire, eum verò qui cæteris * al. præerat, in eiusdem gremio loci consedisse, qui cœpit singulorum spirituum obsequentiũ sibi causas actusque discutere, quatenus vnusquisque quantum nequitiæ gessisset inueniret. Cúmque singuli spiritus ad inquisitionem eius exponerent quid operati contra bonos fuissent, vnus in medium posilit, qui in Andreæ episcopi animum per speciem sanctimonialis fœminæ quę I. in episcopio eius habitabat, quantam tentationem carnis commouisset, aperuit. Cùm vero hoc malignus qui præerat spiritus inhianter audiret, & tanto sibi factum lucrum grande crederet, quanto sanctioris viri animam ad lapsum perditionis inclinaret, ille spiritus qui hæc eadem fatebatur, adiunxit: quia vsque ad hoc quoque die præterito vespertina hora eius mentem traxerit, vt in terga eiusdem sanctimonialis fœminæ blandiens alapam daret. Tunc malignus spiritus atque humani generis antiquus inimicus exhortatus hunc blandè est vt perficeret quod cœpisset, quatenus ruinæ illius singularem inter cæteros palmã teneret. Cumque Iudæus qui aduenerat, hoc vigilans cerneret, & magnæ formidinis anxietate palpitaret, ab eodem spiritu qui eunctis illic obsequentibus præerat, iussum est vt requireret quisnam esset ille qui iacere in templo eodem præsumpsisset. Quem maligni spiritus pergentes & subtilius intuentes, crucis mysterio signatum viderunt, mirantésque dixerunt: Væ, væ: vas vacuum & signatum. Quibus hoc renunciantibus cuncta illa malignorum spirituum turba disparuit. Iudæus verò qui hæc viderat, ilico surrexit, atque ad episcopum sub festinatione peruenit. Quem in Ecclesia sua reperiens, seorsum tulit: qua tentatione vrgeretur inquisiuit. Cui confiteri episcopus tentationem suam verecundatus noluit. Cùm verò ille diceret, quòd in illa tali dei famula praui amoris oculos iniecisset, atque adhuc epi- M scopus negaret, adiunxit, dicens: Quare negas quod inquireris, qui ad hoc vsque vespere hesterno perductus es, vt posteriora illius alapa ferires? Ad quæ nimirum verba deprehensum se episcopus intuens, humiliter confessus est quod prius pertinaciter negauit. Cuius ruinæ & verecundiæ idem Iudæus consulens, qualiter hoc cognouisset: vel quæ in conuentu malignorum spirituum de eo audiuisset indicauit. Quod ille agnoscens, se ad terram protinus in orationem dedit. Móxque de suo habitaculo non solum eandem dei famulam, sed omnem quoque fœminam quæ in eius illic obsequio habitabat expulit. In eodem vero templo Apollinis, beati Andreæ Apostoli repentè oratorium fecit, atque omni illa tentatione carnis funditus caruit. Iudæum verò cuius visione atque increpatione saluatus est, ad æternam salutem traxit. Nam sacramentis fidei imbutum, atque post aqua baptismatis emundatum, ad sanctæ Ecclesiæ gremium perduxit. Sicque factum est vt Hebræus idem dum saluti alienæ consulit, peruenire ad suam, & omnipotens deus inde alterum ad bonam vitam perduceret, vndę in bona vita alterum custodisset.

Denoti cã mulieribus habitare nõ debent.

Spiritus maligni inter ceros pbis nascũ.

Diabolus beneficit Iudæo.

Iudæus gratiam

Andreæ episcopi adulterium

Iudæus ad

Petrus:

REs hæc gesta quam audiui, & metum mihi præbet, & spẽ.

Gregorius:

VTique sic oportet & de dei nos semper miseratione confidere, & de nostra infirmitate formidare. Ecce enim paradisi

A paradiſi cedrum concuſſam audiuimus & non euulſam, quatenus infirmis nobis & de eius concuſsione naſcatur timor, & de eius ſtabilitate fiducia.

De Conſtantio Aquinæ ciuitatis epiſcopo.

Caput. VIII.

VIr quoque venerabilis vitæ Conſtantius Aquinæ ciuitatis epiſcopus fuit, qui nuper prædeceſſoris mei tẽpore beatæ memoriæ Ioannis papæ defunctus eſt. Hũc prophetiæ habuiſſe ſpiritum multi teſtantur: qui eum familiariter ſcire potuerunt. Cuius inter multa hoc ferunt religioſi veracéſque viri, qui præſentes fuerunt, quòd in die obitus ſui cùm à circunſtantibus ciuibus: vtpote diſceſſurus pater tam amabilis amariſsimè plangeretur, eum flendo requiſierunt, dicentes: Quẽ poſt te patrem habebimus? Quibus ipſe pater per prophetię ſpiritum reſpondit, dicens: Poſt Conſtantium mulionem, poſt mulionem fullonem. O tu Aquina, & hos habes. Quibus prophetiæ verbis editis, vitæ ſpiritum exhalauit extremum. Quo defuncto eius Eccleſiæ paſtoralem ſuſcepit curam Andreas diaconus illius: qui quondam in ſtabulis itinerum, curſum ſeruauerat equorum. Atque hoc ex hac vita ſubducto, ad epiſcopatus ordinem Iouinus accerſitus eſt, qui in eadem ciuitate fullo fuerat. Quo adhuc ſuperſtite ita cuncti inhabitatores ciuitatis illius & barbarorum gladiis & peſtilentiæ immanitate vaſtati ſunt, vt poſt mortem illius nec quis epiſcopus fieret, nec quibus fieret inueniri potuiſſet. Sic itaque completa eſt viri dei ſentẽtia: quatenus poſt deceſſum duorum ſe ſequentium eius Eccleſia paſtorem minimè haberet.

Conſtãtius prophetiæ ſpiritum habuiſſe multi teſtantur.

Conſtantij reſponſum in eius obitu.

De Frigidiano Lunenſis ciuitatis epiſcopo.

Caput. IX.

SEd neque hoc ſileã quod narrante viro venerabili Venantio Lunenſi epiſcopo me ante biduum contigit agnouiſſe. Lucanæ nanq; Eccleſiæ ſibimet propinquæ, fuiſſe miræ virtutis virum Frigidianum nomine narrauit epiſcopum, cuius hoc opinatiſsimum à cunctis illic habitantibus teſtatur memorari miraculum, quòd Anſeris* fluuius qui iuxta illius vrbis muros influebat, ſæpe inundatione facta curſus ſui alueum egreſſus, per agros diffundi conſueuerat, & quæcunque ſata & plantata repererat euertebat. Cúmque hoc crebro fieret, & magna eiuſdem loci incolas neceſsitas vrgeret: dato ſtudio operis eum per loca alia deriuare conati ſunt. Sed quamuis diutius laboratum fuiſſet, à proprio alueo deflecti non potuit. Tunc vir domini Frigidianus raſtrum ſibi paruulum fecit, ad alueum fluminis acceſsit, & ſolus orationi incubuit: atque eidem flumini præcipiens vt ſequeretur, per loca quæque ei viſa ſunt, raſtrum per terrã traxit. Quem relicto alueo proprio tota fluminis aqua ſecuta eſt: ita vt funditus locum conſueti curſus deſereret, & ibi ſibi alueum vbi tracto per terram raſtro vir domini ſignum fecerat, vendicaret: & quæque eſſent alimentis hominum profutura ſata vel plantata vltrà non læderet.

* *al. Anſur.*

Frigidianꝰ epiſcopus fluuiũ oratione ſua à proprio alueo diuertit.

De Sabino epiſcopo Placentino. Caput. X.

VIus quoque venerabilis viri Venantij epiſcopi aliud miraculum relatione cognoui, quod in Placentina vrbe perhibet geſtum, quod vir quoq; dei veraciſsimus Ioannes in hac modo Romana ciuitate locum præfectorum ſeruans, qui in eadẽ Placentina vrbe eſt ortus & nutritus, ita vt epiſcopus memorat, quia geſtum fuerit atteſtatur. In ea nanque ciuitate Sabinum nomine fuiſſe aſſerunt miræ virtutis epiſcopum. Cui dum die quadam ſuus diaconus nunciaſſet quòd curſus ſui Padus alueum egreſſus Eccleſiæ agros occupaſſet, totáque illic loca nutriendis ſeminibus profutura, aqua eiuſdem fluminis teneret, venerabilis vitæ Sabinus epiſcopus reſpondit, dicens: Vade, & dic ei: Mandat tibi epiſcopus vt te compeſcas, & ad proprium alueum redeas. Quod diaconus eius audiens, deſpexit & irriſit. Tunc vir dei accerſito notario dictauit, dicens: Sabinus domini Ieſu Chriſti ſeruus commonitorium Pado: Præcipio tibi in nomine Ieſu Chriſti domini noſtri, vt de alueo tuo in locis iſtis vlterius non exeas, nec terras Eccleſiæ lædere præſumas. Atque eidem notario ſubiungit, dicens: Vade hoc ſcribe, & in aquam eiuſdem fluminis proiice. Quo facto ſancti viri præceptum ſuſcipiens, ſtatim ſe à terris Eccleſiæ fluminis aqua compeſcuit, atque ad proprium alueum reuerſa, exire vlterius in loca eadem non præſumpſit. Qua in re Petre quid aliud quàm inobedientium hominum duritia cõfunditur, quando in virtute Ieſu, & elementum irrationabile ſancti viri præceptis obediuit?

Sabini mãdatũ Padus inundans intra ſuum alueum ſeſe retraxit.

De Cerbonio Populonij epiſcopo.

Caput. XI.

VIr quoque vir vitæ venerabilis Cerbonius Populonij epiſcopus magnam diebus noſtris ſanctitatis ſuæ probationem dedit. Nam cùm hoſpitalitatis ſtudio valde eſſet intentus: die quadam tranſeuntes milites hoſpitio ſuſcepit: quos Gothis ſuperuenientibus abſcondit, eorúmque vitam ab illorum nequitia abſcondendo ſeruauit. Quòd dum Gothorum regi perfido Totilæ nunciatum fuiſſet, crudelitatis immaniſsimę veſania ſuccenſus, hunc ad locum qui octauo huius vrbis miliario Merulis* dicitur, vbi tunc ipſe cum exercitu ſedebat, iuſsit deduci: eúmque in ſpectaculo populi vrſis ad deuorandum proiici. Cumque idem rex perfidus in ipſo quoque ſpectaculo conſediſſet ad inſpiciendam mortem epiſcopi, magna populi turba confluxit. Tunc epiſcopus deductus in medium eſt, atque ad eius mortem immaniſsimus vrſus exquiſitus, qui dum humana membra crudeliter carperet ſæui regis animum ſatiaret. Dimiſſus itaque vrſus ex cauea eſt, qui accenſus & concitus epiſcopum petiit, ſed ſubitò ſuæ ferocitatis oblitus, deflexa ceruice, ſubmiſſóque humiliter capite, lambere epiſcopi pedes cœpit, vt patenter omnibus daretur intelligi, quia erga illum virum dei & ferina corda eſſent hominum, & quaſi humana beſtiarum. Tunc populus qui ad ſpectaculum venerat mortis, magno clamore verſus eſt in admirationem venerationis. Tunc ad eius reuerentiam colendam rex ipſe permotus eſt. Quippe cum quo ſuperno iudicio actum erat, vt qui deum ſequi prius in cuſtodienda vita epiſcopi noluit, ſaltem ad manſuetudinem beſtiam ſequeretur. Cui rei hi qui tunc præſentes fuerũt, adhuc nõnulli ſuperſunt, eámque cum omni illic populo ſe vidiſſe teſtantur. De quo etiam viro aliud quoque miraculum Venantio Lunenſi epiſcopo narrante cognoui. In ea nanque Populonij Eccleſia cui præerat, ſepulchrum ſibi præparauit. Sed cùm Longobardorum gens in Italiam veniens cuncta vaſtaſſet, ad Helbam inſulam receſsit. Qui ingruente ægritudine ad mortem veniens, clericis ſuis ſibíque obſequentibus præcepit, dicens: In ſepulchro meo quod mihi præparaui Populonij me ponite. Cui illi cùm dicerent: Corpus tuum illuc qualiter reducere poſſumus, qui à Longobardis teneri loca eadem, & vbique eos illic diſcurrere ſcimus? Ipſe reſpondit: Reducite me ſecuri, nolite metuere, ſed feſtinè ſepelire me curate: moxque vt ſepultum fuerit corpus meum, ex eodem loco ſub omni feſtinatione recedite. Defuncti igitur corpus impoſuerunt naui. Cúmq; Populoniũ tenderent, collectis in aëre nubibus immenſa nimis pluuia erupit. Sed vt pateſceret omnibus cuius viri corpus nauis illa portaret, per illud maris ſpatium quod ab Helba inſula vſque Populonium. xij. milibus diſtat: circa vtraque nauis latera procellosa valde pluuia deſcendit, & in nauem eandem vna pluuiæ gutta non cecidit. Peruenerunt itaque ad locum clerici, & ſepulturæ tradiderunt corpus ſacerdotis ſui. Cuius præcepta ſeruantes, ad nauem ſub feſtinatione reuerſi ſunt. Quam mox vt intrare potuerunt, in eundem locum vbi vir domini ſepultus fuerat, Longobardorum dux crudeliſsimus Gummar* aduenit. Ex cuius aduentu virum dei habuiſſe ſpiritum prophetiæ claruit, quia miniſtros ſuos à ſepulturæ ſuæ loco ſub feſtinatione diſcedere præcepit.

* *al. Merulis.*

Totila rex Cerbonium vrſis dilaniandum expoſuit.

Vrſus pedes epiſcopi lãbebat.

In nauim nõ pluit in qua corpus Cerbonij vehebatur.

Gũmar Lõgobardorũ dux.

* *al. Gunmarit.*

De Fulgentio Vtriculano epiſcopo.

Caput. XII. Gregorius:

HOc verò quod de diuiſa pluuia factum narrauit miraculum, etiam in alterius epiſcopi veneratione monſtratum eſt. Nam quidam clericus ſenex, qui adhuc ſupereſt, eidem rei præſto ſe fuiſſe teſtatur dicens: Fulgentius epiſcopus qui Vtriculenſi Eccleſiæ præerat, regem crudeliſsimum Totilam infenſum omnimodo habebat. Cúmque ad eaſdem partes cum exercitu propinquaſſet, curæ fuit epiſcopo per clericos ſuos xenia ei tranſmittere, eiúſque furoris inſaniam ſi poſſet muneribus mitigare. Quæ ille vt vidit, protinus ſpreuit, atque iratus ſuis hominibus iuſsit, vt eundem epiſcopum ſub omni aſperitate conſtringerent, eúmque eius examini

Fulgentius epiſcopus regi Totilæ xenia miſit

G examini seruarent. Quem dum feroces Gothi ministri scilicet crudelitatis illius, tenuissent, circundantes eum vno in loco stare præceperunt eique in terra circulum designauerunt, extra quē pedem tendere nullo modo auderet. Cúmque vir dei in sole nimio æstuaret, ab eisdem Gothis circundatus, & designatione circuli inclusus, repentè coruscationes & tonitrua, & tanta vis pluuiæ erupit, vt hi qui eum custodiendum acceperant, immensitatē pluuiæ ferre non possent. Et dum magna nimis inundatio fieret, intra eandem designationem circuli in qua vir domini Fulgentius stetit, ne vna quidem pluuiæ gutta descendit. Quod dum regi crudelissimo nunciatum esset, illa mens effera ad magnā eius reuerentiam versa est, cuius pœnam prius insatiabili furore sitiebat. Sic omnipotens deus contra elatas carnalium mentes potentiæ suæ miracula per despectos operatur: vt qui superbè contra præcepta veritatis se eleuant, eorum ceruicem veritas per humiles premat.

Intra circulum Fulgentij non pluit.

De Herculano Perusino episcopo. Caput.XIII.

N Vper quoque Floridus venerabilis vir vitæ episcopus narrauit quoddam memorabile valde miraculū, dicēs: Vir sanctissimus Herculanus nutritor meus, Perusinę ciuitatis episcopus fuit, ex conuersatione monasterij ad sacerdotalis ordinis gratiam deductus. Totilæ autem perfidi regis tem-

H poribus eandem vrbem annis.vij. cōtinuis Gothorum exercitus obsedit, ex qua multi ciuium fugerunt, qui famis periculum ferre non poterant. Anno vero.vij. nondum finito obsessam vrbem Gothorum exercitus intrauit. Tunc comes qui eidem exercitui præerat, ad regem Totilam nuncios misit, exquirens quid de episcopo vel populo fieri iuberet. Cui ille præcepit, dicens: Episcopo prius à vertice capitis vsque ad calcaneum, corrigiam tolle, & tunc caput eius amputa: omnem verò populum qui illic inuentus est, gladio extingue. Tunc idem comes venerabilem virum Herculanum episcopum super vrbis murum deductum, capite truncauit: eiúsque cutem iam mortui à vertice vsque calcaneū incidit, vt ex eius corpore corrigia sublata videretur. Móxque corpus illius extra murum proiecit. Tunc quidam humanitatis pietate compulsi, abscissum caput ceruici apponentes, cum vno paruulo infante qui illic extinctus inuentus est iuxta murū, corpus episcopi sepulturæ tradiderunt. Cúmque post eandem cædem die. xl. rex Totila iussisset, vt ciues vrbis illius qui quolibet dispersi essent, ad eam sine aliqua trepidatione remearent, hi qui prius fame fugerant, viuendi licentia accepta reuersi sunt. Sed cuius vitæ eorum episcopus fuerat memores, vbi sepultum esset corpus illius quæsierunt, vt hoc iuxta honorem debitum in Ecclesia beati Petri Apostoli humarent. Cumque itum esset ad sepulchrum, effossa terra inuenerunt corpus pueri pariter humati, vtpote iam die. xl. tabe corruptum & vermibus plenum, corpus vero episcopi, acsi die eodem esset sepultum. Etquod est adhuc magna admiratione venerandum, quia ita caput eius vnitum fuerat corpori, acsi nequaquam fuisset abscissum, sic videlicet vt nulla vestigia sectionis apparerent. Cumque hoc & in terga verterent, exquirentes si quod signum vel de alia monstrari incisione potuisset, ita sanum atque intemeratum omne corpus inuentum est ac si nulla hoc incisio ferri tetigisset.

Crudele edictum in Herculanū episcopum.

I

Herculani caput corpori post mortem miraculose reunitū

Petrus:

QVis non obstupescat talia signa mortuorum quæ fiunt pro exercitatione viuentium?

De Isaac seruo dei. Caput.XIIII.

Gregorius:

Rioribus quoque Gothorum temporibus fuit iuxta P Spoletanam vrbem vir vitæ venerabilis Isaac nomine, qui vsque ad extrema penè Gothorum tempora pervenit, quem nostrorum multi nouerunt, & maximè sacra virgo Gregoria, quæ nunc in hac Romana vrbe iuxta Ecclesiam beatæ Mariæ semper virginis habitat. Quæ dum adolescentiæ suæ tempore constitutis iam nuptiis in Ecclesiam fugisset, & sanctimonialis vitæ conuersationem quæreret, ab eodem viro desensa, atque ad eum quem desiderabat habitum domino protegente perducta est. Quæ quia sponsum fugit in terra, habere sponsum meruit in cœlo. Multa autem de eodem viro narrante venerabili patre Eleutherio agnoui, qui & hunc familiariter noscerat, & eius verbis vitæ fidem præbebat. Hic itaque venerabilis K Isaac ortus ex Italia non fuit, sed ea illius narro miracula quæ cō uersatus in Italia fecit. Cùm primum de Syriæ partibus ad Spoletanam vrbem venisset, ingressus Ecclesiam à custodibus petiit, vt sibi quantum vellet licentia concederetur orandi, eumque horis secretioribus egredi non vrgerent. Qui mox ad orandum stetit, diémque totum peregit in oratione, cui sequentem continuauit & noctem. Secundo etiam die eum nocte subsequenti indefessus in precibus perstitit, diem quoque tertium in oratione coniunxit. Cumque hoc vnus ex custodibus superbiæ spiritu inflatus cerneret: vnde proficere debuit, inde ad defectus damna peruenit. Nam hunc simulatorem dicere, & verbo rustico cœpit impostorem clamare, qui se tribus diebus & noctibus orare ante oculos hominum demonstraret. Qui protinus currens virum dei alapa percussit, vt quasi religiosæ vitæ simulator esset, de Ecclesia cum contumelia exiret. Sed hunc repentè vltor spiritus inuasit, & ad viri dei vestigia strauit, ac per os illius clamare cœpit: Isaac me eiicit, Isaac me eiicit. Vir quippe peregrinus quo censeretur nomine nesciebatur, sed eius nomen ille spiritus prodidit, qui se ab illo posse eiici clamauit. Mox autem super vexati corpus vir dei incubuit, & malignus spiritus qui eum inuaserat abscessit. In tota vrbe tunc statim quid in Ecclesia factum fuisset innotuit. Currere viri & fœminæ nobiles atque ignobiles pariter cœperunt, certatimque eum in suis rapere domibus conabantur. Alij ad construendum monasterium prædia, alij pecunias, alij subsidia quæque poterant offerre viro dei supplicíter volebant. Sed seruus omnipotentis domini horum nihil accipiens, egressus vrbem non longè desertum locum reperit, ibique sibi humile habitaculum construxit. Ad quem dum multi pergunt, exemplo illius æternæ vitæ accendi desiderio cœperunt, atque sub eius magisterio in omnipotentis se domini seruitium dederunt. Cumque ei crebrò discipuli humiliter imminerent: vt pro vsu monasterij possessiones quæ offerebantur acciperet, ille sollicitus suæ paupertatis custos fortem sententiam tenebat, dicens: Monachus qui in terra possessiones quærit, monachus nō est. Sic quippe metuebat paupertatis suæ securitatē perdere, sicut auari diuites solent pereuntes diuitias custodire. Ibi itaque prophetiæ spiritu magnisque miraculis cunctis longè latéque habitantibus vita eius inclaruit. Nam die quadam ad vesperum in horto monasterij fecit iactari ferramenta, quæ vsitato nos nomine, vangas vocamus. Dixit itaque discipulis suis: Tot vāgas in horto proiicite, & citius rédite. Nocte verò eadē dum ex more cū fratribus ad exhibēdas laudes domino surrexisset, præcepit, dicens: Ite & operariis nostris pulmentum coquite, vt mane primo paratum sit. Facto autem mane, fecit deferri pulmentum quod parari iusserat, atque hortum cum fratribus ingressus, quot vangas iactari præceperat, tot in eo laborantes operarios inuenit. Ingressi quippe fures fuerant, sed mutata mente per spiritum apprehenderūt vangas quas inuenerunt, & ab ea hora qua ingressi sunt quousque vir domini ad eos veniret, cuncta horti illius spatia quæ inculta fuerant, coluerunt. Quibus vir domini mox vt ingressus est, ait: Caudete fratres, multum laborastis, iam quiescite. Quibus ilico alimenta quæ detulerat, præbuit: eósque post tanti laboris fatigationem refecit. Sufficienter autem refectis, ait: Nolite malū facere, quotiens de horto aliquid vultis, ad horti aditum venite: tranquillè petitè, cum benedictione percipite, & à furti prauitate cessate. Quos statim collectis oleribus onustari fecit. Actúmque est vt qui ad hortum nocituri venerant, cum laboris sui præmio, & repleti ab eo, & innocui redirent.

Isaac diebus Tiberij imperat.

Isaac diabolum ab obsi.

L

M

Fures vsq; ad opus inuenerunt

Isaac fures ad pœnitentiā reuocat.

Lio quoque tempore accesserunt ad eum peregrini A quidam misericordiam postulantes, scissis vestimentis, pannis obsiti, ita vt penè nudi viderentur. Cumque ab eo vestimenta peterent, eorum verba vir domini tacitus audiuit, qui vnum ex discipulis suis protinus silenter vocauit, eique præcipit, dicens: Vade atque in illa silua in loco tali cauam arborem require: & vestimenta quæ in ea inueneris, defer. Cumque discipulus abiisset, arborem sicut iussus fuerat requisiuit, vestimenta reperit, & latenter detulit magistro. Quæ vir dei suscipiens, peregrinis nudis atque petentibus ostendit, & præbuit dicens: Venite, quia nudi estis: ecce tollite, & vestite vos. Hæc illi intuentes recognouerunt

quæ

A quæ posuerant, magnóq; pudore consternati sunt,& qui fraudu
lenter vestimenta quærebant aliena,confusi receperunt sua.
Lio quoque tempore quidam se eius orationibus cõ
A mendans, sportas duas plenas alimentis ei per puerum
transmisit,quarum vnam idem puer surripuit, atq; in
itinere abscondit, vnam verò ad dei hominem detulit, & peti-
tionem illius qui se ei per xenium commendauerat enarrauit.
Isaac in spiritu factum vidit. Quam vir domini benignè suscipiens eundem puerum admo-
nuit,dicens:Gratias agimus,sed vide sportam quam in itinere po
suisti,ne incautè tangere præsumas,quia in eam serpens ingres-
sus est. Esto ergo sollicitus ne si tollere incautè volueris, à ser-
pente feriaris.Quibus verbis puer valde cõfusus, exultauit qui-
dem quòd euaserit mortem, sed tristis ad modicum factus est,
quia quamuis salubrem pœnam euaserit,tamen pertulit verecũ-
diam suam. Qui reuersus ad sportam,cautè ac sollicitè attendit,
sed eam iam sicut vir dei prædixerat,serpens tenebat. Hic itaque
cum virtute abstinentiæ, contemptu rerum transeuntium, pro-
phetiæ spiritu,orationis intentione esset incomparabiliter præ-
ditus,vnũ erat quod in eo reprehẽsibile esse videbatur, quia nõ-
nunquam tanta ei lætitia inerat, vt illis tot virtutibus nisi scire-
tur esse plenus,nullo modo crederetur.

Petrus:

Vidnam quæso te,quidnam hoc esse dicimus? sponte
Q sibi lætitiæ frena laxabat,an tot virtutibus pollens, a-
ß liquando ad præsens gaudium etiam renitens eius ani-
mus trahebatur? Gregorius:

Agna est Petre omnipotentis dei dispensatio: & plæ-
M runque cõtingit vt quibus maiora bona præstat: quę-
dam minora non tribuat,vt semper eorum animus ha-
beat vnde se ipse reprehendat, quatenus dum appetunt perfecti
esse,nec possunt:& laborant in hoc quod non acceperunt,nec ta-
men elaborando prævalent, in his quæ accepta habent, se mini-
mè extollant:sed discant quia ex semetipsis maiora bona non ha
bent, qui in semetipsis vincere parua vitia atque extrema non
possunt. Hinc est enim quòd perducto dominus ad terrã repro-
missionis populo,cunctos fortes atque præpotentes aduersarios
eius extinguens,Philistæos atque Chananęos diutius reseruauit,
Iudic.3. vt sicut scriptum est:In eis experiretur Israel: quià nonnunquã,
vt dictum est,eis etiam quibus magna dona tribuit, parua quæ-
dam reprehensibilia relinquit: vt semper habeant contra quod
bellum gerant & deuictis magnis hostibus mentem non erigãt:
quando eos adhuc aduersarij etiam minimi fatigant. Fit itaque
Diuina pa-ru quãdo-que magni luci causa sunt. vt miro modo vna eadémque mens & virtute polleat, & ex infir-
mitate lassescat,quatenus & ex parte constructa sit,& ex parte se
conspiciat esse destructam,vt per bonum quod quærit, & habe-
re non valet:illud seruet humiliter quod habet.Sed quid mirum
quòd hoc de homine dicimus, quando illa superna regio in ci-
uibus suis ex parte damna pertulit, & ex parte fortiter stetit vt
C electi angelorum spiritus,dum alios per superbiam cecidisse cõ-
spicerent,ipsi tanto robustius,quanto humilius starẽt? Illi ergo
regionis suæ etiam detrimenta profecerunt, quæ ad æternitatis
statum ex parte suæ destructionis est solidius instructa.Sic ergo
& in vnaquaque anima agitur, vt in humilitatis custodiam ali-
quando ad lucra maxima ex minimo damno seruetur.

Petrus:

Placet quod dicis:

De Euthicio & Florentio seruis dei.

Caput.X V. Gregorius:

Eque hoc sileam quod ex regione eadem venerabilis
N viri Sanctuli presbyteri narratione cognoui, de cuius
verbis ipse non dubitas, quia eius vitam fidémque mi-
nimè ignoras.

Odem quoque tempore in Nursinæ partibus prouin-
E ciæ duo viri in vita atque habitu sanctæ conuersatio-
nis habitabant:quorum vnus Euthicius,alter verò Flo
rentius dicebatur: Sed idem Euthicius in spiritali zelo atque in
feruore virtutis se exercuerat: multorúmq; animas ad deum per-
ducere exhortando satagebat.Florentius verò simplicitati atque
Euthicius monasterũ rexit. orationi deditum ducebat vitam. Non longè autẽ erat monaste-
rium quod rectoris sui morte erat destitutum:ex quo sibi mona
chi eundem Euthicium præesse voluerunt.Qui eorum precibus
acquiescens,multis annis monasterium rexit, discipulorúmque
animas in studio sanctæ conuersationis exercuit.Ac ne oratoriũ D
in quo prius habitauerat, solum remanere potuisset, illic vene-
rabilem virum Florentium reliquit. In quo dum solus habita-
ret,die quadam sese in orationem dedit,atq; ab omnipotenti do
mino petiit,vt ei illic ad habitandum aliquod solatium donare
dignaretur.Qui mox vt impleuit orationem, oratorium egres-
sus,ante fores vrsum reperit stantem. Qui dum ad terram caput
deprimeret,nihilque feritatis in suis motibus demonstraret, a-
pertè dabat intelligi quòd ad viri dei obsequiũ venisset, quod
vir quoque domini protinus agnouit.Et quia in eadẽ cella qua-
tuor vel quinque pecudes remanserant quibus omnino deerat
qui pasceret & custodiret,eidem vrso præcepit,dicens: Vade, at- *Vrsus pa-stor ouium effectus est.*
que oues has ad pastum eiice, ad horam verò sextam reuertere.
Cœpit itaque hoc indefinenter agere. Iniungebatur vrso cura pa
storalis,& quas manducare consueuerat,pascebat oues bestia ie-
juna. Cùm vir domini ieiunare volebat ad nonam, præcipiebat
vrso eadem hora cum ouibus reuerti,cùm verò noluisset,ad sex-
tam. In omnibus itaque mãdatis viri dei obtemperabat vrsus,vt
neque ad sextam iussus redire veniret ad nonam, neque ad nonã
iussus redire veniret ad sextã.Cúmq; diu hoc ageretur,cœpit in
loco eodẽ tantæ virtutis fama lõgè latéque crebrescere.Sed quia *Diabolus bonis inuidos subornat.*
antiquus hostis vnde bonos cernit enitescere ad gloriam, inde
peruersos per inuidiã rapit ad pœnã: quatuor viri ex discipulis
venerabilis Eutichij vehementer inuidentes ꝙ eorum magister
signa non faceret, & is qui solus ab eo relictus fuerat, tanto hoc E
miraculo clarus appareret,eundem vrsum insidiantes occiderũt.
Cúmque hora qua iussus fuerat non rediret, vir dei Florentius
suspectus est redditus,& vsque ad horam vesperam expectãs,as- *Eutichius vrsum fratrem vocabat.*
fligi cœpit quòd is quem ex simplicitate multa fratrem vocare
consueuerat, vrsus minimè reuerteretur. Die verò altera perre-
xit ad agrum, vrsum pariter ouésque quæsiturus, quem oc-
cisum reperit. Sed sollicitè inquirens, citius à quibus fuerat
occisus inuenit.Tunc sese in lamentum dedit, fratrum malitiam
magis quàm vrsi mortem deplorans. Quem venerandus vir Eu-
thicius ad se deductum consolari studuit, sed idem vir domini
coram eo doloris magni stimulis accensus,imprecatus est,dicẽs:
Spero in omnipotenti deo,quia in hac vita ante oculos omnium
ex sua malitia vindictam recipiant, qui nihil se lædentẽ, vrsum
meum occiderunt.Cuius vocem protinus vltio diuina secuta est.
Nam quatuor monachi qui eundem vrsum occiderant, statim e- *Elephantinus morbꝰ.*
lephantino morbo percussi sunt,vt membris putrescentibus in-
terirent. Quod factum vir dei Florentius vehementer expauit,
séque ita fratribus maledixisse pertimuit. Omni enim vitæ suæ
tempore flebat, quia exauditus fuerat, se crudelem, se in eorum
morte clamauit homicidã. Quod idcirco omnipotentem domi-
num fecisse credimus: ne vir miræ simplicitatis quantolibet do-
lore commotus, intorquere vltrà præsumeret iaculum maledi-
ctionis. Petrus:

NVnquidnam valde graue esse credimus, si fortasse cuilibet F
exagitante iracundia maledicamus. Gregorius:

E hoc peccato cur me percũctaris an graue sit, cũ Pau-
D lus dicat: Neque maledici regnum dei possidebunt?
Pensa itaque quàm grauis culpa est quæ separat à re- *1. Cor.6.*
gno cœlestis vitæ. Petrus:

QVid si homo non fortasse ex malitia, sed ex linguæ incuria
maledictionis verbũ iaculatur in proximũ? Gregorius:

I apud districtum iudicem Petre otiosus sermo repre-
S henditur,quanto magis & noxius? Pensa ergo quantũ
sit damnabilis qui à malitia non vacat, si & ille sermo
pœnalis est,qui à bonitate vtilitatis vacat.

Petrus:

Assentio. Gregorius:

Dem vir dei egit aliud,quod silere non debeo.Cùm e-
I nim magna eius opinio longè latéque crebresceret,
quidam diaconus longè positus ad eum pergere stu-
duit,vt eius se orationibus commendaret. Qui ad eius cellulam
veniens,omnem locum per circuitum inuenit innumeris serpen-
tibus plenum.Cúmque vehementer expauisset, clamauit dicens:
Serue dei ora.Erat autem tunc mira serenitas.Egressus verò Flo- *Florentius orando serpentes expulit.*
rentius, ad cœlum oculos & palmas tetendit, vt illam pestem si-
cut sciret dominus auferret. Ad cuius vocem, subitò cœlum
intonuit, atque idem tonitrus omnes illos qui eundem locum
occupaue-

G occupauerant serpentes interemit. Quos cùm vir dei Florentius interẽptos aspiceret, dixit: Ecce illos occidisti domine, quis eos hinc leuabit? Móxque ad eius vocem tantæ aues venerunt quanti serpentes occisi fuerant, quæ asportantes singulos, & longius proiicientes: locum habitationis illius mundum à serpentibus omnimodo reddiderunt. Petrus:

Aues serpẽtes extulerunt.

QVid virtutis, quid fuisse meriti dicimus, quòd eius ori tantum factus est deus proximus? Gregorius:

A Pud omnipotentis dei singularem munditiam, atque eius simplicem naturam multum Petre humani cordis mũditia atq; simplicitas valet. Hoc ipsum nanq; quod eius famuli à terrenis actionibus segregati, otiosa loqui nesciũt, & mẽtem per verba spargere, atque inquinare deuitant, auctoris sui præ cæteris exauditionẽ impetrant. Cui inquantum est possibile, ipsa puritate ac simplicitate cogitationis, quasi ex quadam iam similitudine concordãt. Nos autem turbis popularibus admixti, dum frequẽter otiosa, nonnunquam verò etiam, quod est grauius, noxia loquimur, os nostrum omnipotenti deo tanto lõginquum fit, quanto huic mundo proximum. Multũ quippe deorsum ducimur, dũ locutione cõtinua secularibus admiscemur. Quod bene Esaias postquam regem dominum exercituum vidit, in semetipso reprehendit, & pœnituit, dicens: Væ mihi, quia tacui: quia vir pollutus labiis ego sum. Qui cur polluta labia haberet, ostendit, cùm subiunxit: In medio populi polluta labia habentis ego habito. Pollutionem nanque labiorum habere se doluit, sed vnde hanc cõtraxerit indicauit, cùm in medio populi polluta labia habentis se habitare perhibuit. Valde enim difficile est vt lingua secularium mentem nõ inquinet quam tangit: quia dũplærunque eis ad quædam loquenda condescendimus, pauliſper assueti, hãc ipsam locutionem quæ nobis indigna est, etiam delectabiliter tenemus, vt ex ea iam redire nou libeat, ad quam velut ex condescensione deducti venimus inuiti. Sicque fit vt ab otiosis ad noxia, à leuioribus ad grauiora verba veniamus, & os nostrum ab omnipotenti domino tãto iam minus exaudiatur in prece, quãto amplius inquinamur stulta locutione, quia sicut scriptum est: Qui auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Quid ergo mirum, si postulantes tardè à domino audimur, qui præcipientem dominum, aut tardè, aut nullo modo audimus? Et quid mirum, si Florentius in prece sua citius est auditus, qui in præceptis suis dominum citius audiuit?

Otiosa non sunt loquenda.

Esaiæ.6.

Ibidem.

Prouer. 28.

Petrus:

NIhil est quod responderi valeat apertæ rationi. Gregorius:

VTichius verò qui prædicti Florentij in via domini socius fuerat, magnus post mortem claruit in virtute signorum. Nam cùm multa ciues vrbis illius de eo solebant narrare miracula, illud tamen est præcipuum quod vsque ad hæc Longobardorum tempora omnipotens deus per vestimentum illius assiduè dignabatur operari. Nam quotiens pluuia deerat, & æstu nimio terram longa siccitas exurebat, collecti in vnum ciues vrbis illius: eius tunicam leuare, atque in conspectu domini cũ precibus offerre consueuerãt. Cũ qua dum per agros pergerent exorantes repentè pluuia tribuebatur, quæ plenè terram satiare potuisset. Ex qua re patuit, eius anima quid virtutis intus, quid meriti haberet, cuius foris ostensa vestis iram conditoris auerteret.

Entichij tunica elata, aut pluuiã, aut solẽ adducebat.

De Marcio monacho de monte Marsico.

Caput. XVI.

VPer quoque in parte Campaniæ vir valde venerabilis Marcius * nomine in monte Marsico solitariam vitam duxit, multisque annis in specu angustissimo inclusus fuit, quẽ multi ex nostris nouerunt, eiúsque actibus præsentes extiterunt. De quo multa ipse & beatæ memoriæ papa Pelagio prædecessore meo, & aliis religiosissimis viris narrantibus agnoui. Cuius hoc miraculum primum fuit, quòd mox vt se in prædicti montis foramine contulit, ex petra eadem quæ in semetipsa concaua * angustum specum fecerat, aquæ stilla prorupit: quæ Marcio * dei famulo in vsu quotidiano sufficeret, & nec plus adesset, nec necessitati deesset. Qua in re ostendit omnipotens deus quantã sui famuli curam gereret, cui vetusto miraculo potum in solitudine ex petræ duritia ministraret. Sed antiquus hostis humani generis inimicus, eius virtutibus inuidens, hunc vsitata arte pellere ex eo specu molitus est. Nam amicam sibi bestiam, serpentem scilicet, ingressus, hunc ab eadem habitatione eiicere facto terrore conatus est. Cœpit etenim serpens in speluncam venire solus cum solo, eóque orante se ante illum sternere, & cum eubante pariter eubare. Sed vir sanctus omnino imperterritus eius ori manum vel pedem extendebat, dicens: Si licentiam accepisti vt serias, ego non prohibeo. Cumque hoc continuè per triennium gereretur, die quadam antiquus hostis tanta hac eius fortitudine victus infremuit, séque per deuexum montis latus in præcipitium serpens dedit, omniáque arbusta loci illius flamma ex se exeunte concremauit. Qui in eo quod montis latus omne combusserit, cogente omnipotente deo monstrare compulsus est, quantæ virtutis fuerat, qui victus abscedebat. Perpende quæso, iste vir domini in quo montis vertice stetit, qui cum serpente per triennium iacuit securus.

** al. Martinus.*

** al. ex petra eadem concaua, in qua sibimet ipse.*

Marcij miraculum.

** al. Martino, & sic deinceps.*

Petrus:

Auditu paueo. Gregorius:

IR iste venerabilis inclusionis suæ tempore primo decreuerat, vt vltrà mulierem non videret, non quia aspernabatur sexum, sed ex contemplatione speciei, tentationis incurrere metuebat vitium. Quod quædam mulier audiẽs, audacter ascendit montem, atque ad eius specum impudenter prorupit. At ille paulò longius intuens, & venientis ad se muliebria indumenta conspiciens, sese in orationem dedit, in terram faciem depressit, & eousque prostratus iacuit, quo impudens mulier à fenestra cellulæ illius fatigata recederet. Quæ die eodem mox vt de monte descendit, vitam finiuit: vt ex mortis eius sententia daretur intelligi, quia valde omnipotenti deo displicuit, quòd eius famulum ausu improbo contristauit.

LIo quoque tempore dum multi ad hunc religiosa deuotione concurrerent, atque arcta esset semita quæ in deuexo montis latere, ad eius cellulam properantes ducebat, puer paruulus incautè gradiens, ex eodem monte cecidit, & vsque ad vallem corruit: quæ sub monte eodem sita, quasi in profundo conspicitur. In loco quippe eodem tanta mõs ipse altitudine excreuit, vt arbusta ingentia quæ ex eadem valle prodeunt, ex monte aspicientibus quasi fruteta esse videantur. Perturbati itaque sunt cuncti qui veniebant, summáque cura quæsitum est si cubi corpus elapsi pueri potuisset inueniri. Quis enim aliud nisi extinctum crederet, quis vel corpus ad terram integrum peruenisse suspicaretur, dum interpositis vbique scopulis in partes discerpi potuisset? Sed requisitus puer in valle inuentus est, non solum viuus: sed etiam incolumis. Tunc cunctis patenter innotuit, quòd ideo lædi non potuit: quia hunc in casu suo Marcij oratio portauit. In specu verò illius magna desuper rupes eminebat, quæ cùm ex parte exigua monti videretur affixa, Marcij cellæ prominens casum suum quotidie, & illius interitum ruitura minabatur. Ad hunc Malcatus illustris vir armentarij nepos cum magna rusticorum multitudine veniens, precabatur vt vir dei de specu eodem dignaretur exire, quatenus ipse ruituram rupem ex monte potuisset euellere, atque in specu suo dei famulus iam securus habitaret. Cúmque hoc vir dei nequaquam acquiescere ei, quod posset vt faceret præcepit, & ipse in cellæ suæ remotiori se parte contulit: si tam ingens moles rueret, dubium non erat quòd simul & specum destrueret, & Marcium necaret. Itáque dum ea quæ venerat multitudo conaretur, si posset sine periculo viri dei ingens illud quod desuper incubuerat saxum leuare, cunctis videntibus repentè res valde admirabilis contigit, quia moles ipsa quam conabantur euellere, subitò ab eisdem laborantibus euulsa, ne speluncæ Marcij tectũ tangeret, saltum dedit, & quasi ferae dei læsionem fugiens, longius cecidit. Quod ad iussum omnipotentis dei angelico ministerio actum intelligit, qui diuina prouidentia disponi omnia fideliter credit. Hic cùm primùm se in eundem montem cõtulit: necdum clauso specu habitans, catena sibi ferrea pedem ligauit, eámque saxo ex parte altera affixit, ne ei vltrà liceret progredi, quàm catenæ eiusdem quantitas tendebatur. Quod vir vitæ venerabilis Benedictus audiens, cuius superius memoriam feci, ei per discipulum suum mandare curauit: Si seruus dei es, non teneat te catena ferri, sed catena Christi. Ad quam vocem Marcius protinus eundem compe-

Entichij tunica elata, aut pluuiã, aut solẽ adducebat.

Rupes ingens superior.

miraculum.

Marcius catenatus.

Benedictus.

Marcius.

catena Christi.

dem

A dem solum, sed nunquam postmodum solutum tetendit pedē vl-
tro secum qui hunc tenere ligatum consueuerat, neque in tanto se
spatio sine catena coēxcuit, in quanto & antea ligatus mānsit. Qui
dum se postmodum in eiusdem loci specu concluisset: cœpit e-
tiam discipulos habere, qui ab eius specu seorsum habitantes, ad
vsum vitæ aquam de puteo haurire consueuerant. Sed funis in
quo ad hauriendum aquam situla dependebat, crebro rumpeba-
tur. Vnde factum est vt eandem catenam quam ex pede suo vir
domini solue at, eius discipuli peterent, eámque funi adiunge-
rent, atque in illam situlam ligarent. Ex quo iam tempore con-
tigit, vt idem funis & quotidie tingeretur aqua, & nunq; rumpe-
retur. Quia enim catenam viri dei funis ille contigit, ipse quoq;
ad tolerandam aquam, ferri in se fortitudinem traxit.

*Funiculi ex ca-
tena eius cō-
tacto in se
ipsi solida-
ti.*

Petrus:

Facta hæc placent, quia mira: & multum, quia recentia.

De monacho ex monte Argentario, qui mortuum suscitauit.

Caput. XVII. Gregorius:

Ostris modo temporibus, quidam vir Quadragesimus
N nomine, Buxentinæ Ecclesiæ subdiaconus fuit, qui ouiū
suarum gregem pascere in eiusdem Aureliæ partibus
solebat. Cuius valde veracis viri narratione res mira innotuit,
quæ secretò fuerat gesta. Is nanque vt prædiximus, dum gregis
sui in Aurelia curam gereret, in diebus eiusdem vir fuit è monte
B qui Argentarius vocatur, venerabilis vitæ: qui habitum mona-
chi quem prætendebat specie, moribus explebat. Hic itaque ad
Ecclesiam beati Petri Apostolorum principis, ab eodem monte
Argētario annis singulis venire consueuerat: atque ad hunc, quē
Quadrage- prædixi, Quadragesimum subdiaconum, sicut ipse narrauit, ho-
simus sub- spitalitatis gratia declinabat. Quadam verò die dum eius hospi-
diaconus. tium, quod non longè ab Ecclesia aberat, intrasset: cuiusdam pau
perculæ mulieris maritus iuxtà defunctus est: quem ex more lo-
tum, vestimentis indutum, & sabano constrictum superueniente
vespere sepelire nequiuerunt. Igitur iuxta defuncti corpus vi-
duata mulier sedit: quæ in magnis fletibus noctem ducens, con-
tinuis lamentorum vocibus satisfaciebat dolori. Cúmq; hoc diu-
tius fieret, & flere nullo modo cessaret, vir dei qui receptus ho-
spitio fuerat, Quadragesimo subdiacono compūctus ait: Dolori
huius mulieris anima mea compatitur, rogo surge, & oremus.
Perrexerunt igitur vtrique ad vicinam Eccle iam, seseque pari-
ter in oratione dederunt. Cúmq; diutius orassent, complere ora-
tionem Quadragesimum subdiaconū seruus dei petiit. Qua cōpleta ab altaris crepidine puluerem collegit, atque cum eodem
Quadragesimo ad defuncti corpus accessit seseque ibidē in o-
rationem dedit. Cúmque diutius orasset, iam non sicut prius fe-
cerat, orationem compleri per subdiaconum voluit, sed ipse be-
nedictionem dedit: statimq; surrexit. Et quia manu dextera col-
lectum puluerem gestabat, sinistra pallium quo facies defuncti
C velabatur, abstulit. Quod cùm mulier fieri cerneret, cōtradicere
Te quidā vehementer cœpit, & mirari quid vellet facere. Ablato itaque
monachum pallio, diu eo quem collegerat puluere defuncti faciem fricauit.
Quadragesimo Qui cùm diutius fricaretur, recepit animam, oscitauit, oculos a-
mortuū re- perui t, seseque eleuans resedit: quid erga se ageretur miratus est:
suscitauit. ac si de grauissimo somno fuisset excitatus. Quòd cùm mulier
lamentis fatigata conspiceret, cœpit ex gaudio magis flere, & vo-
ces amplius ædere. Quā vir domini modesta prohibitione cōpe
scuit, dicēs: Tace, tace: sed si quis vos requisierit qualiter factū
sit hoc, solūmodo dicite: quia dominus Iesus Christus, opera sua
fecit. Dixit hoc: atque ab eius hospitio exiuit. Quadragesimum
subdiaconum protinus reliquit, & in loco eodem vltrà non com-
paruit. Temporalem nanque honorem fugiens, egit vt ab his à
quibus visus in tanta virtute fuerat, nunquam iam in hac vita vi-
deretur.

Petrus:

Vid alij sentiant ignoro. Ego autem præ cunctis mira-
Q culis hoc potius existimo esse miraculum, quòd ad vi-
tam mortui redeunt, eorúmque animæ ad carnem ex oc-
culto reuocantur.

Gregorius:

I visibilia attendimus, ita necesse est vt credamus. Si ve-
S rò inuisibilia pensamus, nimirum cōstat quia maius est
miraculum prædicationis verbo, atque orationis sola-
tio peccatorem cōuertere, quàm carne mortuum resuscitare. In i-
sto enim resuscitatur caro iterum moritura, in illo vero anima in
æternum victura. Cùm enim propono duos, in quo horum exi-
stimas maiori factū virtute miraculū: Lazarū quippe quem iam D
fidelem credimus fuisse, carne dominus suscitauit: Saulum verò
resuscitauit in mente. Et quidem post resurrectionem carnis de
Lazari virtutibus tacetur. Nam post resurrectionem animæ, ca-
pere nostra infirmitas non valet, quanta in sacro eloquio de Pau-
li virtutibus dicuntur. Quòd illæ eius crudelissimæ cogitatio-
nes ad pietatis mollia conuersæ sunt viscera. Quòd mori cupit
pro fratribus, in quorum prius morte gaudebat. Quòd plenus o-
mnis scripturæ scientia nil se scire indicat, nisi Christum Iesum,
& hunc crucifixum. Quod pro Christo virgis libenter cæditur,
quē gladiis insequebatur. Quòd apostolatus honore sublimis
est, sed tamen spōte fit paruulus in medio discipulorum. Quòd
ad cœli terti secreta ducitur: & tamen mentis oculum per com-
passionem reflectit ad dispensandum cubile coniugatorum di-
cens: Vxori vir debitum reddat, similiter & vxor viro. Quòd *1. Cor. 7.*
admiscetur in contemplatione cœtibus angelorum, & tamen nō
aspernatur cogitare atque disponere facta carnalium. Quòd gau
det in infirmitatibus, sibique in contumeliis placet. Quòd ei vi-
uere Christus est, & mori lucrum. Quòd totum iam extra car-
nem est hoc ipsum quod viuit in carne. Ecce qualiter viuit, qui
ab inferno mente ad vitam pietatis rediit. Minus est ergo quem-
piam in carne suscitari, nisi forte per viuificationem carnis ad vi-
tam reducatur mentis, vt ei hoc agatur per exterius miraculum,
quatenus conuersus interius viuificetur.

Petrus: E

Alde infra credidi hoc, quòd modo quàm sit incompa-
V rabiliter superius agnoui, sed quæso cœpta prosequere, vt dum tempus vacat, sine ædificatione hora non
transeat.

De Benedicto monacho. Caput. XVIII.

Gregorius:

Rater quidam mecum est in monasterio conuersatus, in
F scriptura sacra studiosissimus, qui me ætate præibat: hic *Miraculū*
ex multis quæ nescieba, me ædificare cōsueuerat. Huius *ignis in cel*
itaque narratione didici, quòd fuit quidā in Campaniæ partibus *la Benedi-*
intra quadragesimum Romanæ vrbis miliarium nomine Bene- *cti.*
dictus: equidem ætate iuuenis, sed moribus grandæuus, & in san-
ctæ conuersationis regula se fortiter stringēs. Quem Totilæ re-
gis tempore cùm Gothi reperissent, hunc incendere cum sua cel-
la moliti sunt. Ignem nanque posuerunt, sed in circuitu arserunt
omnia: cella vero illius, igne comburi non potuit. Quod viden- *Benedictū*
tes Gothi magísque sæuientes, atque hunc ex suo habitaculo tra- *Gothi in cel*
hentes, non longè aspexerunt succensum clibanum qui coquen- *lam eius im-*
dis panibus parabatur, eúmque in illo proiecerunt, clibanúm- *posuerunt.*
que clausérunt. Sed die altero ita illæsus inuentus est, vt non so-
lum eius caro ab ignibus, sed neq; extrema vllo modo vestimēta
cremarentur.

Petrus:

ANtiquum trium puerorum miraculum audio, qui proiecti F
in ignibus læsi non sunt.

Gregorius.

Illud, vt opinor, miraculum ex parte aliqua dissimili-
I ter gestum est. Tunc quippe tres pueri ligati pedibus
ac manibus in ignem proiecti sunt, quos die altera rex
requirens, in camino illæsis vestibus deambulantes reperit. Ex *Eodem mo-*
qua re colligitur, quia ignis in quo iactati fuerant qui eorum ve- *mento ha-*
stimenta nō contigit, eorum vincula consumpsit, vt vno eodém- *buit flāma*
que tempore in obsequio iustorum, & haberet flamma virtutem *virtutē, &*
suam, ad solatium, & non haberet ad tormentum. *nē habuit.*

De Ecclesia Beati Zenonis martyris, in qua aquæ vltra portam apertam inundantes minimè intrauerunt. Caput. XIX.

Vic tam antiquo miraculo diebus nostris res simi-
H lis ex contrario euenit elemento. Nam nuper Ioan-
nes tribunus relatione sua me docuit, quòd Pronul-
fus comes cùm illic adesset, se cum rege Autharico eo tem-
pore in loco eodem vbi mira res contigit, affuisse: eámque rem
cognouisse testatus est. Prædictus etenim tribunus narrauit,
dicens: quia ante hoc fere quinquennium quando apud hanc
Romanam vrbem alueum suum Tiberis egressus est, tantum
crescens, vt eius vnda super muros vrbis influeret, atque in-
de iam maximas regiones occuparet, apud Veronensem vr- *Athesis flu*
bem fluuius Athesis excrescens, ad beati Zenonis martyris *uij ingens*
atque *miraculū.*

G atque pontificis, Ecclesiam venit. Cuius Ecclesiæ dum essent ianuæ apertæ, aqua in eã minimè intrauit. Quæ paulisper crescẽs vsque ad fenestras Ecclesiæ quæ erant tectis proximæ, peruenit, sicq; stans aqua Ecclesiæ ianuam clausit, ac si illud elementum liquidum in soliditatem parietis fuisset mutatum. Cúmque essent multi inuenti interius, sed aquarum multitudine omni Ecclesia circundata, qua possent egredi non haberent, ibiq; se siti ac fame deficere formidarent, ad Ecclesiæ ianuam veniebant, ad bibendũ hauriebant aquam, quæ, vt prædixi, vsque ad senestras excreuerat, & tamen intra Ecclesiam nullo modo diffluebat. Hauriri itaque vt aqua poterat, sed diffluere vt aqua non poterat. Stans autẽ ante ianuam ad ostendendum cunctis meritum martyris, & aqua erat ad adiutorium, & quasi aqua non erat ad inuadendum locũ. Quod ego antiquo antedicti ignis miraculo verè prædixi non fuisse dissimile, qui trium puerorum & vestimenta nõ contigit, & vincula incendit.

Aqua hauriri poterat, diffluere nõ poterat.

Petrus:

Ira sunt valde sanctorum facta quæ narras, & præsenti infirmitati hominum vehemẽter stupenda. Sed quia tãtos nuper in Italia fuisse audio admirandæ virtutis viros, nosse velim si nullas eos contigit antiqui hostis insidias pertulisse, an ex insidiis profecisse.

M

Gregorius:

Ine labore certaminis non est palma victoriæ. Vnde ergo victores sunt, nisi quòd cõtra antiqui hostis insidias decertauerũt? Malignus quippe spiritus cogitationi, locutioni, atque operi nostro semper insistit, si fortasse quid inueniat vnde apud examen æterni iudicis accusator existat. Vis etenim nosse quomodo ad decipiendum semper assistat?

Vera sentẽtia.

S

H

De Stephano presbytero prouinciæ Valeriæ, cui diabolus caligas è tibiis traxit. Caput. XX.

Vidam qui nunc nobiscum sunt, rem quam narro testantur. Vir vitæ venerabilis Stephan⁹ nomine, Valeriæ prouinciæ presbyter fuit, huius nostri Bonifacij diaconi atque dispensatoris Ecclesiæ agnatione proximus. Qui quadam die de itinere domum regressus, mancipio suo negligenter loquens præcepit, dicens: Veni diabole, discalcia me. Ad cuius vocem mox cœperunt se caligarum corrigiæ in summa velocitate dissoluere, vt apertè cõstaret quod ei ipse qui nominatus fuerat, ad extrahendas caligas diabolus obediisset. Quod mox vt presbyter vidit, vehementer expauit: magnísque vocibus clamare cœpit dicens: Recede miser, recede: non enim tibi, sed mancipio meo locutus sum. Ad cuius vocem protinus recessit: ita vt inuẽtæ sunt magna iam ex parte dissolutæ corrigiæ [remãsisse.] Qua in re colligi potest, antiquus hostis qui tã præsto est factis corporalibus, quàm nimiis insidiis nostris cogitationibus insistat.

Q

Diabolus discalciauit Stephanum.

Petrus:

Laborioſum est valde atque terribile cõtra inimici insidias semper intendere, & continuè quasi in acie stare.

I

Gregorius:

Laborioſum non erit, si custodiam nostram non nobis, sed gratiæ supernæ tribuimus: ita tamen vt & ipsi quãtum possumus, sub protectione dei vigilemus. Si autem antiquus hostis à mente cœperit expelli, ex diuina largitate plerunque agitur: vt non solum iam timeri non debeat, sed ipse etiam bene viuentium virtute terreatur.

L

De puella conuersa, cuius solo imperio homo est à dæmonio liberatus. Caput. XXI.

Ei nanque quam narro, vir sanctissimus Eleutherius senex pater, cuius memoriã superius feci, testis extitit: mihíque hoc intimare curauit, quòd in Spolitana vrbe puella quædam iam nubilis cuiusdam primarij filia, cœlestis vitæ desiderio exarsit, eique pater ad viam vitæ resistere conatus est, sed contempto patre, conuersationis sanctæ habitum suscepit. Qua ex re factum est vt eam pater suæ substantiæ exhæredem faceret, nihílque ei aliud nisi sex vncias vnius possessiunculę largiretur. Eius verò exemplo prouocatæ cœperunt apud eam multæ nobilioris generis puellæ conuerti, atque omnipotenti domino dedicata virginitate seruire. Quadam verò die idem Eleutherius abbas vir vitæ venerabilis, ad eam gratia exhortationis atque ædificationis accesserat, & cum ea de verbo dei colloquens sedebat, cùm repentè ex eodem fundo quem in sex vncias

Eleutherꝰ.

R

à patre perceperat, cum xenio rusticus venit. Qui dum ante eos assisteret, maligno spiritu correptus cecidit, fatigarique nimiis stridoribus atque balatibus cœpit. Tunc sanctimonialis fœmina surrexit, atque irato vultu magnis clamoribus imperauit, dicẽs: Exi ab eo miser, exi ab eo miser. Ad cuius vocem mox per os vexati diabolus respondit, dicens: Et si de isto ex eo, in quem intrabo? Casu autem iuxtà porcus paruulus pascebatur. Tunc sanctimonialis fœmina præcepit dicens: Exi ab eo, & in hunc porcum ingredere. Qui statim de homine exiuit, porcum quem iussus fuerat inuasit, occidit, & recessit.

K

Virgo

iperce

bolum e

cit.

Petrus:

Velim nosse si saltem porcum concedere spiritui immundo debuit.

Gregorius:

Roposita regulæ nostræ actionis, sunt facta veritatis. Ipsi etenim redemptori nostro à legione quæ hominem tenebat dictum est: Si eiicis nos, mitte nos in gregẽ porcorum. Qui hanc & ab homine expulit, & in porcos ire, eósque in abyssum mittere concessit. Ex qua re etiã hoc colligitur quòd absque concessione omnipotentis dei nullam malignus spiritus contra hominem potestatem habeat, qui in porcos intrare nõ potuit, nisi permissus. Illi ergo nos necesse est sponte subdi, cui & aduersa omnia subiiciuntur in vita, vt tanto nostris hostibus potentiores simus, quanto cum auctore omnium vnum efficimur per humilitatem. Quid autem mirum si electi quíque in carne positi, multa facere mirabiliter possunt, quorum ipsa quoq; ossa L mortua plærunque in multis miraculis viuunt?

P

Mat

Diabo

nullam

tis hom

potestat

habet, q

dem po

mitta

De presbytero prouinciæ Valeriæ, qui furem ad sepulchrum suum tenuit. Caput. XXII.

N Valeria nãque prouincia res est hęc gesta quã narro: mihíque beatæ memoriæ abbatis mei Valentionis relatione cognita. Ibi etenim quidã venerabilis sacerdos erat, qui cum clericis suis dei laudibus bonisque operibus intentus, sanctæ conuersationis vitam ducebat. Superueniente autem vocationis die defunctus est, atq; ante Ecclesiam sepultus. Eidem verò Ecclesiæ caulæ inhærebant ouium, atque idem locus in quo sepultus est, ad easdem oues tendentibus peruius erat. Quadã autem nocte cùm clericis intra Ecclesiam psallentibus fur venisset, vt ingressus caulas furtum faceret, verueces tulit, & cõcitus exiit. Cùm verò peruenisset ad locum vbi vir domini sepultus erat, repentè hæsit, & gressum mouere non potuit. Verueces quidem de collo deposuit, eúmque dimittere voluit, sed manum laxare non valuit. Cœpit igitur stare miser cum præda sua reus & ligatus. Volebat verueces dimittere, nec valebat. Volebat egredi cũ verueces, nec poterat. Miro itaque modo fur qui à viuis videri timuerat, hunc mortuus tenebat. Cúmque itaque gressus manúsque illius fuissent obstricta, immobilis perstitit. Facto autẽ mane, expletis laudibus dei, ab Ecclesia egressi sunt clerici, & inuenerunt ignotum hominem verueces tenentem manu. Res venit in dubium, vtrũ verueces tolleret, an offerret: sed culpæ reus citius indicauit pœnam. Mirati omnes, quia ingressus fur viri dei merito ad prædam suam stabat ligatus. Qui se pro eo protinus in orationem dederũt, suísque precibus vix obtinere valuerunt, vt qui res eorum venerat rapere, saltem vacuus exire mereretur. Itaque fur qui diu steterat cum præda captiuus, quandoque exiit vacuus & liber.

M

Ambig

Sepulc

ri cauſ

virtus

rẽ mun

Petrus:

Apparet quantæ sit super nos dulcedinis omnipotens deus, cuius organos fiunt tam iocunda miracula.

De abbate Prænestini montis, eiusq; presbytero. Cap. XXIII. Gregorius.

Ræneſtinæ vrbi mons præminet, in quo beati Petri Apostoli monasterium situm est, virorum deiquorum relatione adhuc in monasterio positus audisse me contigit magnum hoc quod narro miraculum, quod eiusdem monasterij monachi nosse se testabantur. In eo nanque monasterio fuit pater vitæ venerabilis, qui quendam monachum nutriens, vsque ad reuerendos prouexit mores. Cúmque eum in timore domini videret excreuisse, in eodem sibi monasterio tunc presbyterum fecit ordinari. Cui post ordinationem suam, quia non longè abesset, eius exitus per reuelationem indicatus est. A prædicto autem patre monasterij petiit quatenus ei corpo-

P

A ret cederet vt sibi sepulchrum pararet. Cui ille respõdit: Antete quidem ego morturus sum, sed tamen vade, & sicut vis præpara sepulchrum tuum. Recessit igitur, & præparauit. Cùm non post multos dies senex pater febre præuentus ad extrema peruenit: atque assistenti presbytero iussit, dicens: In tuo sepulchro pone me. Cúmque ille diceret: Scis quia ego modo te secuturus sum, vtrosque capere non potest: abbas protinus respõdit, dicens: Ita fac vt dixi: quia sepulchrum tuum ambos nos capit. Defunctus itaque est, atque in sepulchro eodem quod sibi presbyter parauerat positus. Mox quoque & presbyterum corporis languor secutus est, quo languore crescente citius presbyter vitam finiuit. Cúmq; ad sepulchrum quod sibiipsi parauerat corpus illius fuisset à fratribus deportatum, aperto eodem sepulchro viderunt omnes qui aderant, locum non esse vbi poni potuisset, quia corpus patris monasterij quod illic antè positũ fuerat, omne illud sepulchrum tenebat. Cumque fratres qui presbyteri corpus detulerant, factam sibi sepeliendi difficultatem viderent, vnus eorum exclamauit dicens: O pater, vbi est quod dixisti, quia sepulchrum istud ambos vos caperet. Ad cuius vocem subitò cunctis videntibus abbatis corpus quod illic antè positum fuerat, & supinum iacebat, sese vertit in latere, & vacantem sepulchri locum ad sepeliendum presbyteri corpus præbuit, & quia vtrosque ille locus caperet, sicut viuus promiserat, mortuus impleuit. Sed quia hoc quod prædixi, apud Prænestinam vrbem in beati Petri apostoli monasterio gestũ est: vis ne aliquid etiam in hac vrbe de eius Ecclesiæ custodib⁹, vbi sacratissimum corpus illius est positum audire? Petrus: Volo, atque id vt fiat magnopere deprecor.

Abbas mortuus in sepulchro se vertit.

B

De Theodoro mansionario Ecclesiæ beati Petri Apostoli vrbis Romæ.

Caput. XXIIII. Gregorius:

A Dhuc supersunt aliqui, qui Theodorum eius Ecclesiæ custodem nouerunt, cuius narratione innotuit res, quę ei contigit valde memorabilis. Quòd quadam nocte dum citius ad melioranda iuxta ianuam lumina surrexisset, ex more ligneis gradibus sub lampade positus stabat, & lampadis refouebat lumen. Tunc repentè beatus Petrus Apostolus in stolam candida deorsum in pauimento constitit, eique dixit: Collibere quare tam citius surrexisti? Quo dicto ab oculis aspicientis euanuit, sed tantus in eum pauor irruit, vt tota in illo corporis virtus deficeret: & per dies multos de stratu suo surgere nõ valeret. Qua in re quid idem beatus Apostolus seruientibus sibi voluit, nisi præsentia sui respectus ostendere, quia quicquid pro eius veneratione agerent, ipse hoc pro mercede retributionis sine intermissione semper videret. Petrus:

Theodori beatus Petrus appa-rit.

Mihi hoc non tam apparet mirum quia visus est, sed quia is qui eum vidit, cùm sanus esset, ægrotauit.

C Gregorius:

Vid super hac re miraris Petre? Nunquidnam menti excidit, quia cùm Daniel propheta magnam illam ac terribilem visionem vidit, ex qua etiam visione contremuit, protinus adiunxit: Et ego elangui & ægrotaui per dies plurimos. Caro enim ea quæ sunt spiritus, capere non valet, & idcirco nonnunquam cùm mens humana vltra se ad videndum ducitur: necesse est vt hoc carneum vasculum quod ferre talenti põdus non valet infirmetur. Petrus:

Dan. 8.

Scrupulum cogitationis meæ aperta ratio dissoluit.

De Abundio mansionario Ecclesiæ beati Petri.

Caput. XXV. Gregorius:

Al. Accessit, & sic deinceps.

A Lius hic non ante longa tempora (sicut nostri seniores referunt) custos Ecclesiæ Abundius* dictus est: magnę humilitatis atque grauitatis vir, ita omnipotenti deo fideliter seruiens: vt idem beatus Petrus Apostolus signis ostenderet quam de illo haberet æstimationem. Nam cùm quædam puella paralytica in eius Ecclesia permanens, manibus reperet: & dissolutis renibus corpus per terram traheret, diúque ab eodem beato Petro Apostolo peteret, vt sanari mereretur: nocte quadam ei per visionem astitit, & dixit: Vade ad Abundium mãsionarium & roga illum, atque ipse tibi salutem restituet. Cúmque illa de tanta visione certa esset, sed quis esset Abũdius ignoraret: cœpit huc illucque per Ecclesiæ loca se trahere, vt quis esset Abundius inuestigaret. Cui repentè ipse factus est obuiam quem quæsiuit, eique dixit. Rogo te pater indica mihi qui est Abundius custos? Cui ille respondit: Ego sum. At illa inquit: Pastor & nutritor noster beatus Petrus apostolus ad te me misit vt ab infirmitate ista liberare me debeas. Cui ille respondit: Si ab ipso missa es, surge. Manúmque eius tenuit: & eam in statum suũ protinus erexit. Sicque ex illa hora omnes in eius corpore nerui ac mẽbra solidata sunt: vt solutionis illius signa vlterius nulla remanerent. Sed si cuncta quę in eius Ecclesia gesta cognouimus, euoluere conamur, ab omnium iam proculdubio narratione conticescimus. Vnde necesse est vt ad modernos * patres, quorum vita per Italiæ prouincias claruit, narratio se nostra retorqueat.

D

Abundius custos auctoritate Petri paralyticam curauit.

* *al. modestos.*

De monacho solitario. *Caput. XXVI.*

Vper in Samnij prouincia quidam venerabilis vir Menas nomine, solitariam vitam ducebat, qui nostrorum* multis cognitus, ante hoc ferè est decẽnium defunctus. De cuius operis narratione vnum auctorem nõ infero, quia penè tot mihi in eius vita testes sunt: quot Samnij prouinciam nouerunt. Hic itaque nihil ad vsum suum aliud, nisi pauca apium vascula possidebat. Huic cùm Longobardus quidam in eisdem apibus rapinam voluisset ingerere, prius ab eodem viro verbo correptus est: & mox per malignum spiritum ante eius vestigia vexatus. Qui ex re factum est: vt sicut apud omnes incolas, ita etiam apud eandem barbaram gentem eius celebre nomen haberetur, nullúsque vltrà præsumeret eius cellulam, nisi humilis intrare. Sæpe verò ex vicina sylua venientes vrsi, apes eius comedere conabantur. Quos ille deprehensos, ferula quam portare manu consueuerat, cædebat. Ante cuius verba immanissimæ bestiæ rugiebant & fugiebãt. Et quæ gladios formidare vix poterant, ex eius manu ictus ferulæ pertimescebant. Huius studium fuit, nihil in hoc mundo habere, nihil quærere: omnes qui ad se charitatis causa veniebant, ad æternæ vitę desideria accendere. Siquando autem quorumlibet culpas agnosceret: nunquam ab increpatione parceret, sed amoris igne succensus, studebat in eis vehementer per linguam sæuire. Consuetudinẽ verò vicini vel longè positi eiusdem loci accolæ fecerant: vt diebus certis * per hebdomadam vnusquisq; ei oblationes suas trãsmitteret, vt esset quod ipse ad se venientibus offerre potuisset. Quodam verò tempore possessor quidã Carterius nomine, immundo desiderio deuictus: quandã sanctimonialem fœminã rapuit, sibíque illicito matrimonio coniunxit. Quod mox vt vir domini cognouit: ei per quos potuit, quæ fuerat dignus audire, mandauit. Cúmque ille sceleris sui conscius timeret, atque ad virum dei nequaquam accedere præsumeret: ne fortè hũc asperè vt delinquentes solebat increpare, fecit oblationes suas, easque inter oblationes aliorum misit, vt eius munera saltẽ nesciẽdo susciperet. Sed cùm coram eo fuissent oblationes omnium deportatæ, vir dei tacitus sedit, sigillatim omnes considerare studuit, & omnes alias eligens atque seorsum ponens, oblationes quas idem Carterius transmiserat, cognouit per spiritum, spreuit atque abiecit dicens: Ite & dicite ei: Oblationem suam omnipotenti domino abstulisti, & mihi tuas oblationes transmittis? ego oblationem tuam non accipio: quia suam abstulisti deo. Qua ex re factum est, vt præsentes quosque magnus timor inuaderet: cùm vir domini tam scienter de absentibus iudicaret.

E

Menas vrsos ferula de apibus suis fugauit

* *al. singulis.*

Menas oblationem Carterij in spiritu cognouit.

F

Petrus:

Mvltos horum suspicor martyrium subire potuisse, si eos tempus persecutionis inuenisset.

Gregorius.

D Vo sunt Petre martyrij genera, vnum in occulto, alterum quoq; in publico. Nam etsi persecutio desit exterius: martyrij meritũ in occulto est, cùm virtus ad passionem prompta flagrat in animo. Quia enim esse possit & sine aperta passione martyrium, testatur in Euangelio dominus: qui Zebedæi filiis adhuc præ infirmitate mẽtis maiora sessionis loca quærentibus dicit: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Cui videlicet cùm responderent, possumus: ait vtrisq;: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meã vel sinistram, non est meum dare vobis. Quid autem calicis nomen, nisi passionis poculum signat? Et cùm nimirum constet, quia Iacobus in passione occubuit: Ioãnes verò in pace Ecclesię

Martyrij duo genera

Matth. 20.

Ibidem.

ee quieuit:

G quieuit: inconcussanter colligitur esse & sine aperta passione martyrium, quando & ille calicem domini bibere dictus est, qui ex persecutione mortuus non est. De his autem talibus tantisque viris quorum superius memoriam fecimus dicamus quia si persecutionis tempus extitisset, martyres esse potuissent: qui occultè antiqui hostis insidias tolerantes: suósque in hoc mundo aduersarios diligentes, cunctis carnalibus desideriis resistentes: per hoc quòd se omnipotenti deo in corde mactauerunt: etiam

Martyres pacis tempore.

pacis tempore martyres fuerunt: dum nostris modo temporib' viles quoque & secularis vitæ personas: de quibus nil cœlestis gloriæ præsumi posse videbatur, oborta occasione contigit ad martyrij coronas peruenisse?

De quadraginta rusticis qui pro eo quòd carnes comedere immolatitias noluerunt, à Longobardis occisi sunt.

Caput. XXVII.

xl. rustici à Longobardis occisi.

N Am ante hos fermè annos quindecim sicut hi testantur qui interesse potuerunt quadraginta rustici à Longobardis capti, carnes immolatitias comedere compellebantur. Qui cùm valde resisterent, & contingere cibum sacrilegum nolleat: cœpere Longobardi qui eos tenuerant nisi immolata comederent, mortem eis minari. At illi æternam potius vitam, quàm præsentem ac transitoriam diligentes, firmiter perstiterunt: atque in sua constantia simul omnes occisi sunt. Quid itaque isti: nisi veritatis martyres fuerunt, qui ne veritum co-

H medendo, conditorem suum offenderent, elegerunt gladiis vitam finire?

De multitudine captiuorum, qui pro eo quòd caput capræ adorare noluerunt, occisi sunt.

Caput. XXVIII.

* *al. quadringentos.*

O dem quoque tempore dum ferè quadraginta* captiE uos alios Longobardi tenuissent: more suo immolauerunt caput capræ diabolo, hoc ei per circuitum currẽtes, & carmine nefando dedicãtes. Cumque illud ipsi prius submissis ceruicibus adorarent, eos quoque quos ceperant, hoc adorare pariter compellebant. Sed ex eisdẽ captiuis maxima multitudo magis eligens moriendo ad vitam immortalem tendere, quàm adorando vitam mortalem tenere: obtemperare iussis sacrilegis noluit, & ceruicẽ quam semper creatori flexerat, creaturæ inclinare contempsit. Vnde factum est, vt hostes qui eos ce-

Christicolarũ multitudo à paganis occisa.

perant graui iracundia accensi: cunctos gladiis interficerent, quos in errore suo participes non haberent. Quid ergo mirum si erumpente persecutionis tempore illi martyres esse potuissent, qui in ipsa quoque pace Ecclesiæ semetipsos semper affligendo, angustam martyrij tenuerunt viam, quando ingruente persecutionis articulo hi etiam meruerunt martyrij palmas accipere, qui in pace Ecclesiæ latas huius seculi vias sequi videbãtur? Nec tamen hoc quod de eisdẽ electis dicimus viris, de cunctis iam quasi in regula tenemus. Nam cùm persecutionis aper-

I tè tempus irruit: ficur plærique martyrium subire possunt: qui esse in pace Ecclesiæ despicabiles videntur: ita nonnunquam in debilitatis formidinem corruunt, qui in pace Ecclesiæ prius fortiter stare videbantur. Sed eos de quibus prædiximus fieri martyres potuisse fideliter fatemur: quia hoc iam ex eorum fine colligimus. Cadere enim nec in aperta persecutione poterant hi de quibus constat, quia & vsque ad finẽ vitæ in occulta animi virtute perstiterunt.

Petrus:

T asseris ita est: sed super indignos nos diuinæ miseri-

V cordiæ dispensationem miror: quia Longobardorum sæuitiam ita moderatur, vt eorum sacerdotes sacrilegos qui esse se fidelium quasi victores vidẽt, orthodoxorum fidem persequi minimè permittat.

De Ariano episcopo cæcato. Caput. XXIX.

Gregorius:

O Petre facere plærunque conati sunt, sed eorum sæ-

H uitiæ miracula superna restiterunt. Vnde vnum narro quod per Bonifacium monasterij mei monachum, qui vsque ante quadriennium cum Longobardis fuit: adhuc ante triduum agnoui. Cùm ad Spolitanam vrbem Longobardorum

Arianus Longobardorum episcopus.

episcopus, scilicet Arianus venisset, & locum illic vbi solennia sua ageret non haberet, cœpit ab eius ciuitatis episcopo Ecclesiam petere, quam suo errori dedicaret. Quod dum valde episcopus negaret, idem qui venerat Arianus beati Pauli Apostoli Ecclesiam illic cominus sitam se die altero violẽter intraturum esse professus est. Quod eiusdem Ecclesiæ custos audiens festinus cucurrit: Ecclesiam clausit: seris munuit. Facto autem vespere lampades omnes extinxit, seque in interioribus abscondit. In ipso autem subsequentis lucis crepusculo Arianus episcopus collecta multitudine aduenit, claulas Ecclesiæ ianuas effringere paratus. Sed repentè cunctæ simul portæ diuinitus cõcussæ abiectis longius seris apertæ sunt: atque cum magno sonitu omnia Ecclesiæ claustra patuerunt. Effuso desuper lumine omnes quæ extinctæ fuerant lampades accensæ sunt. Arianus verò episcopus qui vim facturus aduenerat: subita cæcitate percussus est, atque alienis iam manibus ad suum habitaculum reductus. Quod dum Longobardi in eadem regione positi omnes agnoscerent: nequaquam vlterius præsumpserunt catholica loca temerare. Miro enim modo res gesta est, vt quia eiusdem Ariani causa lampades in Ecclesia beati Pauli fuerant extinctæ, vno eodémque tempore & ipse lumen perderet, & in Ecclesiam lumen rediret.

De Arianorum Ecclesia, quæ in Romana vrbe catholica consecratione dedicata est. Caput. XXX.

Ed neque hoc silcam quod ad eiusdem Arianæ hæreS seos damnationem in hac quoque vrbe ante biennium pietas superna monstrauit. Ex his quippe quæ narro, aliud populus agnouit: aliud autem sacerdos & custodes Ecclesiæ se audisse & vidisse testantur. Arianorum Ecclesia in regione vrbis illius quæ Subura dicitur: cùm clausa vsque ante biennium remansisset: placuit vt in fide catholica introductis illic beati Stephani* & sanctæ Marthæ* martyrum reliquiis dedicari debuisset: quod factum est. Nam cum magna populi multitudine venientes: atque omnipotenti domino laudes canẽtes: eandem Ecclesiam ingressi sumus. Cumque in ea iam missarum solennia celebrarentur, & præ eiusdẽ loci angustia populi se turba comprimeret: quidam ex his qui extra sacrarium stabant: porcum subitò intra suos pedes huc illúcque discurrere senserunt. Quem dum vnusquisque sentiret, & iuxta se stantibus indicaret: idem porcus Ecclesiæ ianuas petiit: & omnes per quos transiit, in admirationem commouit: sed videri à nullo potuit, quanuis sentiri potuisset. Quod idcirco diuina pietas ostendit, vt cunctis patesceret quia de loco eodem immundus habitator exiret. Peracta igitur celebratione missarũ recessimus, sed adhuc nocte eadem magnus in eiusdem Ecclesiæ tectis strepitus factus est, ac si in eis aliquis errando discurreret. Sequenti antẽ nocte grauior sonitus excreuit: ac subitò tãto terrore insonuit: ac si omnis illa Ecclesia à fundamẽtis fuisset euersa: & protinus recessit, & nulla illic vlteri' inquietudo antiqui hostis apparuit, sed per terroris sonitum quem fecit, innotuit quòd à loco quem diu tenuerat coact' exiebat. Post paucos verò dies in magna serenitate aëris super altare eiusdem Ecclesiæ nubes cœlitus descendit: suoq; illud velamine operuit, omnemq; Ecclesiam tanto terrore ac suauitatis odore repleuit, vt patentibus ianuis nullus illic præsumeret intrare. Sacerdos quoque & custodes, & hi qui ad celebranda missarum solẽnia venerant: rem videbant, ingredi minimè poterant: & suauitatem mirifici odoris trahebãt. Die verò alio cùm in ea lampades sine lumine dependerent: emisso diuinitus lumine sunt accensæ. Post paucos iterum dies cum expletis missarum solẽniis extinctis lampadibus custos ex eadem Ecclesia egressus fuisset, post paululum intrauit, & lampades quas extinctas reliquerat: lucentes reperit. Quas negligẽter extinxisse se credens, eas iam sollicitus extinxit: & exiẽs Ecclesiam clausit. Sed post horarum trium spatium regressus lucentes lampades quas extinxerat iterum accensas inuenit, vt videlicet ex ipso lumine apertè clarescceret, quia locus ille à tenebris ad lucem venisset.

Petrus:

T si in magnis sumus tribulationibus positi, quia tamẽ

E à conditore nostro non sumus omnino despecti, testãtur ea quæ audio eius stupenda miracula.

Gregorius:

Vanuis sola quæ in Italia gesta sunt narrare decreue-

Q ram, visne tamen vt pro ostendenda eiusdem Arianæ hæreseos damnatione transeamus verbo ad Hispaniam: atque inde per Africam ad Italiam redeamus?

Petrus:

Perge

A Pergè quò libet. Nam lætus ducor, lætus reducor.

De Ermigildo rege Liuigildi Vuisigothorum regis filio, pro fide catholica ab eodem patre suo occiso.

Caput. XXXI. Gregorius:

Sicut multorum qui ab Hispaniarum partibus veniunt, relatione cognouimus, nuper Ermigildus* rex Liuigildi regis Vuisigothorum filius ab Ariana hæresi ad fidem catholicam viro reuerentissimo Leandro Spolitano* episcopo dudum mihi in amicitiis familiariter iuncto prædicante conuersus est. Quē pater Arianus vt ad eādem hæresim rediret: & præmiis suadere, & minis terrere conatus est. Cumq; ille cōstantissimè responderet nunquam se veram fidem posse relinquere quam semel agnouisset: iratus pater eum priuauit regno, rebúsque expoliauit omnib⁹. Cúmque nec sic virtutem mentis illius emollire valuisset: in arcta illum custodia concludēs, collum manúsque illius ferro ligauit. Cœpit itaque idem Ermigildus rex iuuenis terrenum regnum despicere, & forti desiderio cœleste quærens: in ciliciis vinculatus iacens, omnipotenti deo ad confortandum se preces effundere: tantóque sublimius gloriam transeuntis mundi despicere, quanto & religatus agnouerat nil fuisse quod potuerit auferri. Superueniente autē paschalis festiuitatis die, intempestæ noctis silentio ad eum perfidus pater Arianum episcopum misit, vt ex eius manu sacrilegæ cōsecrationis communionem perciperet: atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir deo deditus Ariano episcopo veniēti exprobrauit vt debuit, eiúsque à se perfidiam dignis increpationibus repulit: quia etsi exterius iacebat ligatus: apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus. Ad se itaque reuerso episcopo Arianus pater infremuit: statimque suos aparitores misit, qui constantissimum confessorem dei illic vbi iacebat occiderent: quod & factum est. Nam mox vt ingressi sunt, securem cerebro eius infigentes, vitam corporis abstulerunt, hocque in eo valuerūt perimere quod ipsum quoque qui peremptus est in se constiterat despexisse. Sed pro ostendenda vera eius gloria, superna quoque nō defuere miracula. Nā cœpit in nocturno silentio psalmodiæ cantus ad corpus eiusdē regis & martyris audiri, atque ideo veraciter regis, quia & martyris. Quidam etiam ferunt, quòd illic nocturno tempore accensæ lampades apparebant, vnde & factum est quatenus corpus illius, vt videlicet martyris, iure à cunctis fidelibus venerari debuisset. Pater verò perfidus & parricida, commotus pœnitentia hoc feciſſe se doluit, nec tamen vsque ad obtinendam salutē pertimuit. Nam quia vera esset catholica fides agnouit, sed gentis suæ timore perterritus, ad hanc peruenire non meruit. Qui oborta ægritudine ad extrema perductus est, & Leandro episcopo quem prius vehementer afflixerat: Richardum* regem filiū suum quem in sua hæresi reliquerat: commendare curauit: vt in ipso quoque talia faceret, qualia & in fratre suis exhortationibus fecisset. Qua commendatione expleta: defunctus est. Post cuius mortem Richardus rex non patrem perfidum, sed fratrē martyrem sequens, ab Arianæ hæreseos prauitate conuersus est, totam quoque Vuisigothorum gentem ita ad veram perduxit fidem, vt nullum in suo regno militare permitteret, qui regni dei hostis existere per hæreticam prauitatem non timeret. Nec mirum quòd veræ fidei prædicator factus est, qui frater est martyris, cuius hunc quoque merita adiuuant, vt ad omnipotentis dei gremium tam multos reducat. Qua in re coesiderandum nobis est, quia totum hoc agi nequaquam posset, si Ermigildus rex pro veritate mortuus non fuisset. Nam sicut scriptū est: Nisi granum frumēti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Hoc fieri videmus in membris, quod factum scimus in capite. In Vuisigothorum etenim gente vnus mortuus est vt multi viuerent, & dum vnum granum fideliter cecidit, ad obtinendam fidem animarum seges multa surrexit.

Petrus:

Res mira, & nostris stupenda temporibus.

De episcopis Africanis, qui pro defensione catholicæ fidei abscisis ab Arianis Vuandalorum linguis, nullam locutionis solitæ sustinuere dispendium.

Caput. XXXII. Gregorius:

Vstiniani quoque Augusti temporibus, dum contra catholicorum fidem exorta à Vuādalis persecutio Ariana in Africa vehementer insaniret: quidam in defensione veritatis episcopi fortiter persistēres, ad medium sunt deducti. Quos Vuandalorum rex verbis ac muneribus ad perfidiam flectere non valens, tormentis frangere posse se credidit. Nam cùm eis in ipsa defensione veritatis silentiū indiceret, nec tamen ipsi contra perfidiam tacerent: ne tacendo forsitan cōsensisse viderentur: raptus in furorem, eorum linguas abscindi radicitus præcepit. Res mira & multis nota senioribus: quia ita pro defensione veritatis etiam sine lingua loquebantur: sicut prius loqui per linguam consueuerant. *Episcopi lingua priuati loquelā nō amiserunt.*

Petrus:

Mirandū valde & vehementer stupendum. Gregorius.

Principium Ioannis. In principio erat verbum: & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. *Ioan. 1.* De cuius etiam virtute subiūgitur: Omnia per ipsum facta sunt. Quid igitur miramur si verba ædere sine lingua potuit verbum quod fecit linguam? *Ibidem.*

Petrus:

Placet quod dicis. Gregorius

Hilaritate eo tempore profugi ad Constantinopolitanam vrbem venerunt. Eo quoque tempore quo pro explendis responsis Ecclesiæ ad principem ipse transmissus fuit: seniorem quendam episcopum reperi, qui se adhuc eorum ora sine linguis loquentia vidisse testabatur, ita vt apertis orib⁹ clamarent: Ecce videte, quia linguas nō habemus, & loquimur. Videbatur enim à respicientibus vt ferebat, quia abscisis radicitus linguis quasi quoddam barathrum patebat in gutture: & tamen ore vacuo plena ad integrum verba formabantur. Quorū illic vnus in luxuriam lapsus mox priuatus est dono miraculi, recto videlicet omnipotentis dei iudicio: vt qui carnis continētiam seruare neglexerat: sine linguis carnea non haberet verba veritatis. Sed hæc nos pro Arianæ hæreseos damnatione dixisse sufficiat: nunc ad ea quæ nuper in Italia gesta sunt signa, redeamus. *Vnus episcoporum ī luxuriā lapsus, dono miraculi priuatur.*

De Eleutherio seruo dei. Caput. XXXIII.

Sautem (cuius superius memoriam feci) Eleutherius pater monasterij beati Euāgelistæ Marci: quod in Spolitanæ vrbis pomeriis situm est, diu mecum est in hac vrbe in meo monasterio conuersatus, ibiq́ue defunctus est. Quē sui discipuli referebant plorando mortuum suscitasse. Vir autem tantæ simplicitatis erat & compunctionis: vt dubium non esset, quòd illæ lachrymæ ex tam humili simpliciq́ue mente æditæ: apud omnipotentem deum multa obtinere potuissent. Huius ergo aliquod miraculū narrabo, quod inquisitus mihi simpliciter & ipse fatebatur. Quadam nanque die dum iter carperet, facto vespere cùm ad secedendum locus deesset: in monasterium virginum deuenit, in quo quidam puer paruulus erat, quē malignus spiritus omni nocte vexare cōsueuerat. Sed sanctimoniales fœminæ vt virum dei susceperunt, eum rogauerunt dicētes: Tecum pater hac nocte puer iste maneat. Quem ipse benignè susceptt: secúmque eum nocte eadem iacere permisit. Facto autem mane cœperunt sanctimoniales fœminæ eundem patrem vigilanter inquirere, si quid ei puer quem dederant nocte eadē fecisset. Qui miratus cur ita requirerent, respōdit: Nihil. Tunc illæ eiusdem pueri innotuerunt causam: & quòd malignus spiritus nulla ab eo nocte recederet indicauerūt, summopere postulantes, vt hunc secum ad monasterium tolleret: quia iam vexationem illius videre ipsæ non possent. Consensit senex, puerum ad monasterium duxit. Qui cùm multo tempore in monasterio fuisset: atque ad hūc antiquus hostis accedere minimè præsumpsisset, eiusdem senis animus de salute pueri immoderatius per lætitiam tactus est. Nam coram positis fratribus dixit: Fratres: diabolus sibi cum illis sororibus iocabatur: at verò vbi ad seruos dei ventum est: ad hunc puerum accedere non præsumpsit. Postquam vocem emisit, hora eadem ac momento idem puer coram cunctis fratribus diabolo se inuadente vexatus est, quo viso senex se protinus in lamentum dedit. Quem dum lugentem diu fratres consolari voluissent: respondit dicens: Credite mihi, quia in nullius vestrum ore hodie panis ingreditur: nisi puer iste à dæmonio fuerit ereptus. Tunc se in orationem cum cunctis fratribus strauit, & eousque oratum est, quousque puer *Eleutherius plorando mortuū resuscitauit.* *Puer obsessus bis ab eodem sanatus est.*

G à vexatione lanaretur. Qui tam perfectè sanatus est, vt ad hunc malignus spiritus accedendi ausum vlterius non haberet.

Petrus:

CRedo quòd ei elatio parua surrepserat, sed eius discipulos omnipotens deus facti illius esse voluit adiutores.

Gregorius:

Ta est. Nam quia pondus miraculi solus portare non
I potuit, diuisit hoc cum fratribus & portauit. Huius viri oratio quantæ virtutis esset, in memetipso expertus sum. Nam cùm quodam tempore in monasterio positus incisionem virilium paterer, crebrisque angustiis per horarum momenta ad exitum propinquarem (quam medici molestiam Græco eloquio syncopin vocant) & nisi me frequenter fratres cibo reficerent, vitalis mihi spiritus funditus intercidi videretur: pâschalis superuenit dies. Et cùm sacratissimo sabbato in quo omnes & paruuli pueri ieiunant, ego ieiunare non possem, cœpi plus mœrore quàm infirmitate deficere. Sed tristis animus consilium citius inuenit, vt eundem virum dei secreto in oratorium ducerem, eúmque peterem, quatenus mihi vt die illo virtus ad ieiunandum daretur: suis apud omnipotentem dominum precibus obtineret: quod & factum est. Nam mox vt oratorium ingressi sumus, humiliter sese cum lachrymis in orationem dedit, & post paululum completa oratione exiit: & ad vocem benedictionis illius, virtutem tantam meus stomachus accepit, vt mihi
H funditus à memoria tolleretur cibus & ægritudo. Cœpi mirari quis essem, quis fuerim: quia & cùm ad animum redibat infirmitas, nihil in me ex his quæ memineram recognoscebam. Cũque in dispositione monasterij mens occupata fuisset, obliuiscebar funditus egritudinis meæ. Si verò (vt prædixi) rediret ægritudo ad memoriam, cùm tam fortem me esse sentirem, mirabar si non comedissem. Qui ad vesperam veniens, tantæ me fortitudinis inueni, vt si voluissem, ieiunium vsque ad diem alterum transferre potuissem. Sicque factum est, vt in me probarem ea etiam de illo vera esse, quibus ipse minimè interfuissem.

Eleutherij oratio impetrauit vt Gregorius ieiunare posset.

Eleutherij lachrymando Gregorium curauit.

Petrus:

Via eũdem virum magnæ compunctionis fuisse dixi-
Q sti, ipsum lachrymarum vim largius addiscere cupio. Vnde quæso, vt quot sunt genera compunctionis mihi edisseras.

Quot sunt compunctionis genera.

Caput. XXXIIII. Gregorius:

N multas species compunctio diuiditur, quando singu
I læ quæque à pœnitentibus culpæ plangũtur. Vnde ex voce quoque pœnitentium Hieremias ait: Diuisiones aquarum deduxit oculus meus. Principaliter verò compunctionis genera duo sunt: quia deum sitiens anima prius timore compungitur, pòst amore. Prius enim sese in lachrymis afficit, quia dum malorum suorum recolit, pro his perpeti æterna supplicia pertimescit. At verò cùm lõga mœroris anxietate fuerit formido consumpta, quædam iam de præsumptione veniæ securitas nascitur, & in amore cœlestium gaudiorum animus inflammatur: & qui prius flebat ne duceretur ad supplicium: postmodum amarissimè flere incipit, quia differtur à regno. Contemplatur etenim mens qui sint illi angelorum chori, quæ ipsa societas beatorum spirituum, quæ maiestas æternæ visionis dei, & amplius plangit quia à bonis perennibus deest: quàm fleuit prius cũ mala æterna metuebat. Sicq; fit vt perfecta compũctio formidinis tradat animum compunctioni dilectionis. Quod bene in sacra veraciq; historia figurata narratione describitur: quæ ait quòd Axa filia Caleph sedens super asinum suspirauit. Cui dixit pater suus: Quid habes? At illa respondit, Da mihi benedictionem: terram Australem & arentem dedisti mihi: iunge & irriguam. Dedítque ei pater suus irriguum superius, & irriguum inferius. Axa quippe super asinum sedet, cùm irrationabilibus carnis suæ motibus anima præsidet. Quæ suspirans à patre terram irriguam petit: quia à creatore nostro cũ magno gemitu quærenda est lachrymarum gratia. Sunt namque nonnulli, qui iam in dono perceperũt liberè pro iustitia loqui, oppressos tueri, indigentibus possessa tribuere, ardorem fidei habere, sed adhuc gratiam lachrymarum non habent. Hi nimirum terram Australem & arentem habent, sed adhuc irrigua indigent: quia in bonis operibus positi in quibus magni atque feruentes sunt,

Thren. 3. Cũpunctionis genera.

Iosue. 15.

Gratia lachrymarũ à bonis expetenda.

oportet nimirum vt aut timore supplicij aut amore regni cœlestis mala etiam quæ antea perpetrauerunt, deplorent. Sed quia (vt dixi) duo sunt compunctionis genera: dedit ei pater suus irriguum superius, & irriguum inferius. Irriguum quippe superius accipit anima cùm sese in lachrymis cœlestis regni desiderio affligit. Irriguum verò inferius accipit: cùm infernũ supplicia flendo pertimescit. Et quidem prius inferius, ac post irriguũ superius datur. Sed quia compunctio amoris, dignitate præeminet: necesse fuit vt prius irriguum superius: & pòst irriguũ inferius commemorari debuisset. Petrus:

Licet quod dicis: Sed postquam hunc venerandæ vitæ
P Eleutherium huius meriti fuisse dixisti, libet inquirere si nunc in mundo esse credendum est aliquos tales.

De Amantio presbytero prouinciæ Thusciæ.

Caput. XXXV. Gregorius:

Loridus Tudertinæ* Ecclesiæ episcopus: cuius veri-
F tis atque sanctitatis est: dilectioni tuæ incognitum non est. Hic mihi esse apud se presbyterum quendã Amantium nomine præcipuæ simplicitatis narrauit, virum quem hoc habere virtutis perhibet: vt Apostolorum more manum super ægros ponat, & salutem restituat: & quantumlibet vehemens ægritudo sit: ad tactum illius abscedat. Quem hoc etiam habere miraculi adiunxit: quia in quolibet loco quanuis immanissimæ asperitatis serpentem repererit: mox vt eum signo crucis signauerit, extinguit, ita vt virtute crucis quam vir dei digito ediderit: diruptis visceribus moriatur. Quem si quando serpẽs in foramine fugerit, signo crucis os foraminis benedicit: statimque ex foramine serpens iam mortuus trahitur. Quem tantæ virtutis virum ipse etiam videre curaui: eumque ad me deductum in infirmorum domo paucis diebus manere volui, vbi, siqua adesset curationis gratia: citius probari potuisset. Ibi autem quidam inter ægros alios mente captus iacebat, quem medici Græco vocabulo phreneticum appellant. Qui nocte quadam cùm magnas voces (scilicet vt insanus) æderet, cunctósque ægros immensis clamoribus perturbaret: ita vt nulli illic capere somnũ liceret: fiebat res valde mirabilis: quia vnde vnus malè, inde omnes deterius habebant. Sed sicut & prius à reuerentissimo Florido episcopo qui tunc cum prædicto presbytero illic pariter manebat: & pòst à puero qui nocte eadem ægrotantibus seruiebat, subtiliter agnoui, idem venerabilis presbyter de proprio stratu surgens ad lectum phrenitici silenter accessit, & super eum positis manibus orauit. Móxque illum melius habentem tulit, atque in superiora domus secum ad oratorium duxit: vbi pro eo liberius orationi incubuit, & statim eum sanum ad lectum proprium reduxit: ita vt nullas vlterius voces æderet, nec iam ægrotorum quempiam aliquo clamore perturbaret, nec iam ægritudinẽ auxit alienam: qui perfectè receperat mẽtem suam. Ex quo eius vno facto didicimus: vt de eo illa omnia audita crederemus. Petrus:

Agnæ vitæ ædificatio est videre viros tam mira facien
M tes, atque in ciuibus suis Hierusalem cœlestem in terra conspicere.

De Maximiano Syracusanæ ciuitatis episcopo.

Caput. XXXVI. Gregorius:

Eque hoc silendum puto quod omnipotẽs deus super
N Maximianum famulum suum nunc Syracusanum episcopum, tunc autem mei monasterij patrem dignatus est monstrare miraculum. Nam dum iussione pontificis mei in Constantinopolitanæ vrbis palatio responsis Ecclesiasticis deseruirem: illuc ad me idem venerabilis Maximianus charitate exigente cum fratribus venit. Qui cùm ad monasterium meum Romam rediret, in mari Adriatico nimia tẽpestate deprehẽsus: inæstimabili ordine atq; inusitato miraculo erga se cunctosq; qui cum eo aderant, omnipotentis dei & iram cognouit & gratiam. Nam cùm in eorum morte ventorum nimietatibus eleuati fluctus sæuirent, ex naui clauis perditis arbor abscissa est: vela in vndis proiecta: totúmque vas nauis cassatum nimis fluctibus ab omni fuerat sua compage dissolutum. Rimis itaque patentibus intrauit mare, atque vsque ad superiores tabulas impleuit nauem, ita vt non tam nauis intra vndas, quàm vndæ iam intra nauem esse viderentur. Tunc in eadem naui residentes nõ iã ex morte victima, sed ex ipsa ei' pẽsentia ac visione turbati omnes: sibimet

Amantius phrenetici curauit.

Maximianus Syracusanæ ciuitatis episcopus.

A dolmet pacem dederunt, corpus & sanguinem redemptoris acceperunt, deo se singuli commendantes: vt eorum animas benignè susciperet: quorum corpora in tam pauenda morte tradiderat. Sed omnipotens deus qui eorum mẽtes mirabiliter terruit: eorum quoque vitam mirabilius seruauit. Nam diebus octo nauis eadem vsque ad superiores tabulas aquis plena iter propriũ peregit, & euasit. Nono autem die in Cothronensis castri portum deducta est. Ex qua exierunt omnes incolumes, qui cũ prædicto venerabili viro Maximiano nauigabant. Cúmque posteos ipse quoq; fuisset egressus: mox in eiusdem portus profundum nauis demersa est, acsi illis egredientibus præ pondere subleuatione caruisset, & quæ plena hominibus in pelago aquas portauerat, atque natauerat: Maximiano cum suis fratribus recedente, aquas sine hominibus in portu non valuit portare, vt hinc omnipotens deus ostenderet: quia hanc onustam sua manu tenuerat, quæ ab hominibus vacua & derelicta super aquas non potuit manere.

Nauis aqua plena ad portum peruenit. Maximiani miraculum.

De Sanctulo presbytero prouincie Nursie.

Caput. XXXVII.

ANte hos dies quoque ferè. xl. vidisti apud me eum, cuius superius memoriam feci, venerabilis vitæ presbyterum Sanctulum nomine, qui ad me ex Nursiæ prouincia annis singulis venire consueuit. Sed ex eadem prouincia quidam monachus ante triduum venit: qui grauis nuncij mœrore me perculit, quia eundem virum obiisse nunciauit. Huius ergo viri etsi non sine gemitu dulcedinis recolo: iam tamen sine formidine virtutes narro, quas à vicinis eius sacerdotibus mira virtute & simplicitate præditis agnoui. Et sicut inter amantes se animos hominum magnum charitatis familiaritas ausum præbet, à me plerunque ex dulcedine exactus, ipse quoque de his quæ egerat, extrema quædam fateri cogebatur. Hic nãque quodam tempore cùm in prælo Longobardi oliuam premerent, vt oleum* liquari debuisset: sicut iocundus erat & vultu & animo, vtrem vacuum ad prælum detulit, laborantésque Longobardos læto vultu salutauit, vtrem protulit, & iubẽdo potius quàm petendo eum impleri sibi dixit. Sed gentiles viri quia tota iam die frustra laborauerant, atque ab oliuis exigere oleum torquẽdo non poterant, verba illius molestè susceperunt, eumque iniuriis infectati sunt. Quibus vir domini lætiori adhuc vultu respondit, dicens: Si pro me oretis, istum vtrem Sanctulo impleatis, & sic à vobis reuertetur. Cúmq; illi ex oliuis oleum defluere non cernerent: & virum dei ad implendum vtrem sibi insistere viderent: vehementer accensi, maioribus hunc verborum cõtumeliis detestari cœperunt. Vir autem dei vidẽs quòd ex prælo oleum nullo modo exiret: aquam sibi dari petiit, quam cunctis videntibus benedixit, atque in prælum suis manibus iactauit. Ex qua protinus benedictione tanta vbertas olei erupit, vt Longobardi qui prius diu incassum laborauerant, non solũ sua vascula omnia, sed vtrem quoque quem vir dei detulerat implẽtes, gratias agerent: quia is qui oleum petere venerat: benedicẽdo dedit quod postulabat.

* al. vt in alio.

Sanctulus aquã benedicendo in oleum conuertit.

LIo quoque tempore vehemẽs vbique fames incubuerat, & beati Laurentij martyris Ecclesia fuerat à Longobardis incensa. Quam vir dei restaurare cupiens, artifices multos ac plures subministrãtes operarios adhibuit, quibus necesse erat vt quotidiani sumptus laborantibus sine dilatione præberentur. Sed exigente eiusdem famis necessitate panis defuit: cœperuntque laborantes instanter victum quærere: quia vires ad laborem per inopiam non haberent. Quod vir dei audiens, eos verbis consolabatur foris, promittendo quod derat, sed ipse grauiter anxiabatur intus exhibere cibum non valens quem promittebat. Cùm verò huc illúcque anxius pergeret: deuenit ad clibanum in quo vicinæ mulieres pridie panes coxerant, ibique incuruatus aspexit, ne forte panis à coquentibus remansisset. Tunc repentè panem miræ magnitudinis, atque insoliti candoris inuenit, quem quidem tulit, sed deferre artificibus noluit, ne fortasse alienus esset, & culpam velut ex pietate perpetraret. Per vicinas itaque hunc mulieres detulit, eúmque omnibus ostendit, ac ne cui earum remansisset, inquisiuit. Omnes autem quæ pridie panem coxerant, suum hunc esse negauerunt, atque panes suos numero integro se à clibano retulisse professæ sunt. Tunc lætus vir domini perrexit ad multos artifices cum vno pane, & vt omnipotenti deo gratias agerent, admonuit. Et quia eis annonam præbuerat indicauit: eisque ad refectionem protinus inuitatis inuentum panem apposuit. Quibus sufficienter pleneque satiatis plura ex eo quàm ipse panis fuerat fragmenta collegit. Quæ die quoque altero eis ad refectionem intulit, sed id quod ex fragmentis supererat, ipsa quoque quæ apposita fuerant fragmenta superabat. Factumque est vt per dies decem omnes illi artifices atque operarij ex illo pane satiati, hunc & quotidie ederent, & ex eo quotidie quod edi posset, in crastinum supereresset: acsi fragmenta panis illius per esum crescerent, & cibum comedentium ora repararent.

Sanctulus panẽ in clibano mirabiliter reperit.

Vn⁹ panis pluribꝰ suffecit decem diebus.

Petrus:

MIra res, atque in exemplum dominici operis vehementer omnibus stupenda. Gregorius.

IPse Petre multos de vno pane pauit per seruum, qui ex quinque panibus quinque milia hominum satiauit per semetipsum, qui pauca seminis grana in innumera segetum frumenta multiplicat, qui ipsa quoque semina produxit ex terra, & simul omnia creauit ex nihilo. Sed ne diutius mireris quid in virtute domini venerandus vir Sanctulus exterius fecerit, audi ex virtute domini qualis interius fuit. Die etenim quadam à Longobardis captus quidam diaconus tenebatur ligatus, eumque ipsi qui tenuerant, interficere cogitabant. Adueſperascente autem die vir dei Sanctulus ab eisdem Longobardis petiit vt relaxari, eique vita concedi debuisset, quod posse se facere omnino negauerunt. Cumque mortem illius deliberasse eos cerneret, petiit vt sibi ad custodiã tradi debuisset. Cui protinus responderunt: Tibi quidem eum ad custodiendum damus, sed ea conditione interposita, vt si iste fugerit, pro eo ipse moriaris. Quod vir domini libenter accipiens, prædictum diaconum in suam suscepit fidem, quem nocte media cùm Longobardos omnes somno graui depressos aspiceret, excitauit & ait: Surge, & concitus fuge, liberet te omnipotens deus. Sed idem diaconus promissionis eius non immemor, respondit dicens: Fugere pater non possum: quia si ego fugero, pro me sine dubio ipse morieris. Quem vir domini Sanctulus ad fugiendum compulit, dicens: Surge & vade, te omnipotẽs deus eripiat. Nam ego in manu eius sum: tantum in me possunt facere: quantum ipse permiserit. Fugit itaque diaconus, & quasi deceptus in medio fideiussor remansit. Facto igitur mane Longobardi qui diaconum ad custodiendum dederant venerunt, quem dederant petierunt, sed hunc venerandus presbyter fugisse respondit: Tunc illi inquiunt: Scis ipse melius quid conuenit. Seruus autem domini constanter ait: scio. Cui dixerunt: Bonus homo es, nolumus te per varios cruciatus mori, elige tibi mortem quam vis. Quibus vir domini respondit dicens: in manu dei sum, ea morte me occidite, qua me occidi permiserit. Tunc omnibus qui illic aderãt Longobardis placuit vt eum capite truncare debuissent, quatenus sine graui cruciatu vitam eius compendiosa morte terminarent. Cognito itaque quòd Sanctulus qui inter eos pro sanctitatis reuerentia magni honoris habebatur occidendus esset: omnes qui in eodem loco inuenti sunt Longobardi conuenerunt: sicut sunt nimiæ crudelitatis, læti ad spectaculum mortis. Circunsteterunt itaque acies. Vir autẽ domini deductus in mediũ est, atque ex omnibus viris fortibus electus est vnus, de quo dubium non esset quin vno ictu caput eius abscinderet. Venerandus igitur vir inter armatos deductus, ad sua arma statim cucurrit: nam petiit vt sibi paululum orandi licentia daretur. Cui dum concessum fuisset: in terram se strauit & orauit. Qui dum paulò diutius oraret, hunc electus interfector calce pulsauit vt surgeret, dicens: Surge, & flexo genu tende ceruicem. Surrexit autem vir domini, genu flexit, ceruicem tetendit, sed tenso collo eductam contra se spatam intuens, hoc vtium publicè fertur dixisse: Sancte Ioannes sucipe illam. Tunc electus carnifex euaginatum gladium tenens, nisu forti in altum brachium percussurus leuauit, sed deponere nullo modo potuit, nam repentè diriguit, & erecto in cœlum gladio brachium inflexibile remansit. Tunc omnis Lõgobardorum turba quę ad illud mortis spectaculum aderat, in laudis fauorem conuersa mirari cœpit, virumque dei cum timore venerari, quia profectò claruerat cui* sanctitatis esset, qui carnificis sui brachium in aëre ligasset. Itaque [postulatus vt surgeret, surrexit:] postulatus vt brachiũ sui

Lõgobardi ad spectaculum mortis læti.

G carnificis sanaret, negauit dicens: Ego pro eo nullo modo orabo, nisi mihi antè iuramentum dederit, quia cum ista manu Christianum hominem non occidat. Sed Longobardus idem qui (vt ita dicam) brachium contra deum tendendo perdiderat, pœna sua exigente compulsus est iurare se Christianum hominē nūquam occidere. Tunc vir domini præcepit dicēs: Depone manū deorsum. Qui statim deposuit, atq; ilico adiunxit: Remitte gladium in vaginā. Et statim remisit. Omnes ergo tantæ virtutis hominem cognoscentes, boues & iumenta quæ deprædati fuerāt, certatim ei offerre in munere volebant, sed vir domini tale munus suscipere renuit: munus autem bonæ mercedis quæsiuit dicens: Si mihi aliquid vultis concedere, omnes captiuos quos habetis mihi tribuite, vt habeam vnde pro vobis debeam orare. Factúmque est, & omnes captiui cum eo dimissi sunt, atque superna gratia disponente: cum se vnus pro vno mori obtulit, multos à morte liberauit. Petrus:

Sanctulus carnificem sanauit.

MIra res, & quamuis hanc ab aliis & ipse cognouerim: verè tamen fateor, quia mihi quoties narratur innouatur.

Gregorius:

NIhil in hac re in Sanctulo mireris: sed pensa si potes, quis ille spiritus fuerit: qui eius tam simplicem mētem tenuit: atque in tanto virtutis culmine erexit. Vbi enim eius animus fuit, quando mori pro proximo tam constanter decreuit, & pro temporali vita fratris vnius suam despexit: atque H sub gladio ceruicem tetendit? Quæ ergo vis amoris illud cor tenuit, quòd mortem suam pro vnius salute proximi non expauit? Scimus certè quia idem venerabilis vir Sanctulus ipsa quoque elementa literarum bene nō nouerat, legis præcepta nesciebat: sed quia plenitudo legis est charitas: legem totam in dei ac proximi dilectione seruauit, & quod foris in cognitione nō nouerat, ei intus viuebat in amore. Et qui nunquam fortasse legerat quod de redemptore Ioannes apostolus dixit, quoniam sicut ille pro nobis animam suam posuit: sic & nos debemus pro fratribus animas ponere, tam sublime apostolicum præceptum faciendo magis, quàm sciendo nouerat. Comparemus si placet cū hac nostra indocta scientia illius doctam ignorantiam. Vbi hæc nostra iacet, ibi illius disciplina eminet. Nos de virtutibus vacui loquimur: & quasi inter fructifera arbusta positi, odoramur poma nec manducamus. Ille virtutum fructus carpere nouerat, quanuis hos in verbis odorari nesciebat.

Legis plenitudo est charitas.

1. Ioan. 3.

Petrus:

QVidnam quæso tu esse existimas, quòd boni quiq; subtrahuntur: & qui viuere ad ædificationem multorū poterant, aut penitus inueniri nequeunt, aut certè iam omni modo rarescunt? Gregorius:

MAlitia remanentium meretur vt hi qui prodesse poterant: festinè subtrahantur, & cùm mundi finis appropinquat, electi tolluntur: ne deteriora videant: Hinc enim propheta ait: Iustus perit, & nemo est qui recogitet in corde suo, & viri misericordiæ colliguntur: quia non est qui intelligat: Hinc rursus scriptum est: Aperite vt exeant qui conculcēt eam, tollite de via lapides. Hinc Salomon ait: Tempus mittendi lapides: & tempus colligendi. Quo igitur finis mundi vrget: eo necesse est, vt viui lapides ad ædificium cœleste colligātur, quatenus Hierusalem nostra in mensuram suæ constructionis excrescat. Nec tamen ita omnes electos subtrahi credimus, vt soli in mundo peruersi remaneant: quia nunquam peccatores ad lamentum pœnitentiæ redirent, si nulla essent bonorum exempla quæ eorum mentem traherent. Petrus:

Esa. 57.

Hiere. 50.

Eccles. 3.

INcassum subtrahi bonos queror: quia perire cateruatim & malos video.

De visione Redempti Ferentinæ ciuitatis episcopi.

Caput. XXXVIII. Gregorius:

HAc de re nihil Petre mireris: nam Redemptum Ferentinæ ciuitatis episcopum vitæ venerabilis virum, qui ante hos ferè annos septem ex hoc mundo migrauit, tua dilectio cognitum habuit. Hic sicut mihi adhuc in monasterio propè posito valde familiariter iungebatur, hoc quod Ioannis iunioris prædecessoris mei tempore de mundi fine cognouerat, sicut longè latéq; claruerat, à me requisitus mihi ipse narrabat. Aiebat namque quia quadam die dū parœcias suas ex more circuiret, peruenit ad Ecclesiam beati Euthicij martyris. Adueſperascente autem die stratum fieri sibi iuxta sepulchrū martyris voluit: atque ibi post laborem quieuit: cum nocte media vt asserebat, nec perfectè vigilare poterat, nec dormiebat, sed depressus vt solet somno, grauabatur quodā pondere vigilans animus: atque ante eum idē beatus martyr Euthicius astitit dicens: Redempte vigilas? Cui respondit: vigilo. Qui ait: Finis venit vniuersæ carnis, finis venit vniuersæ carnis, finis venit vniuersæ carnis. Postquam trinam vocem visio martyris* cum omnipotē- *In quadam tis dei gratia * quæ mentis eius oculis apparebat, euanuit. Tunc nō habetur. vir dei surrexit, seque in orationis lamentum dedit. Mox enim illa terribilia in cœlum signa secuta sunt, vt hastæ atque acies igneæ ab aquilonis parte viderentur. Mox effera Longobardorum gens de vagina suæ habitationis educta, in nostram ceruicem grassata est: atq; humanum genus quod in hac terra præ nimia multitudine quasi spissæ segetis more surrexerat, succisum aruit. Nā depopulatæ vrbes, euersa castra, cōcrematæ Ecclesiæ, destructa sunt monasteria virorum ac fœminarum, desolata ab hominibus prædia, atq; ab omni cultore destituta, in solitudine vacat terra: nullus hanc possessor inhabitat, occupauerūt bestiæ loca quę prius multitudo hominū tenebat. Et quid in aliis mūdi partibus agatur ignoro. Nā in hac terra in qua nos viuimus: finē suū mundus iam nō nunciat, sed ostēdit. Tanto ergo nos necesse est instantius æterna quærere, quanto à nobis cognoscimus ve- I. lociter temporalia fugisse. Despiciendus à nobis hic mundus *Mundus despiciendus.* fuerat: etiam si blandiretur: si rebus prosperis demulceret animum. At postquam tot flagellis premitur: tanta aduersitate fatigatur: tot nobis quotidie dolores* ingeminat: quid nobis aliud *al. dolore quàm ne diligatur clamat? Multa autem fuerant quæ adhuc de electorum factis narrare debuissem, sed hæc silentio supprimo, quia ad alia festino.

Petrus:

QVia multos intra sanctæ Ecclesiæ gremium constitutos, de vita animæ post mortem carnis perpendo dubitare, quæso vt debeas vel qua ex ratione posit agnosci: vel siqua animarum exempla animo occurrunt, *pro multo- *al. extrarum ædificatione dicere, vt hi qui suspicantur: discant cum carne animam non finiri. tione scripturarum.

Gregorius:

LAboriosum valde hoc opus est: & maximè occupato animo atque ad alia tendenti. Sed si sunt quibus prodesse valeat, voluntatem meam proculdubio postpono vtilitati proximorum, & inquantum deo largiente valuero, quòd anima post carnem viuat: subsequenti hoc quarto volumine demonstrabo.

Libri tertij finis. M

Capita libri quarti.

1 QVòd æterna ac spiritalia ideo à carnalibus minus credantur, quia ea quæ audiunt, per experimentum minimè nouerunt.
2 Quòd sine fide neque infidelis viuat.
3 Quòd tres spiritus vitales sunt creati.
4 De quæstione Salomonis quæ dicitur, vnus interitus est hominū & iumentorum.
5 De quæstione animæ inuisibiliter exeuntis an sit quæ videri non possit.
6 Quòd vita animæ manentis in corpore sicut deprehenditur ex motu membrorum, sic vita animæ post corpus in sanctis pensanda est ex virtute miraculorum.
7 De egressibus animarum.
8 De egressu animæ speciosi monachi.
9 De anima cuiusdam inclusi.
10 De egressu animæ Spei abbatis.
11 De egressu animæ Vrsini presbyteri.
12 De anima Probi Reatinæ ciuitatis episcopi.
13 De transitu Gallæ ancillæ dei.
14 De transitu Seruuli paralytici.
15 De transitu Romulæ ancillæ dei.

A 16 De transitu Theclæ virginis.
17 De transitu Maximæ virgin.
18 Quòd quibusdam paruulis regni cœlestis aditus à parentibus claudatur, cùm ab eis male nutriuntur, vt de puero blasphemo ostenditur, & postmodum declaratur.
19 De transitu Stephani ſerui dei.
20 Quòd aliquando animæ meritum non in ipſo egreſſu, ſed poſt mortem verius declaratur.
21 De duobus monachis Valentij abbatis.
22 De transitu Sorani abbatis.
23 De transitu diaconi Eccleſiæ Marſorum.
24 De morte viri dei qui miſſus Bethel fuerat.
25 Si ante reſtitutionem corporis recipiantur in cœlo animæ iuſtorum.
26 Quibus modis morientes aliqua prædicunt, & de morte cuiuſdam aduocati, & de reuelatione Gerontij ac Melliti monachorum, & de morte pueri Armentarij, & de diuerſitate linguarum.
27 De morte Theophanij comitis.
28 Quòd ſicut animæ perfectorum in cœlo, ita poſt diſſolutionem corporum iniquorum animæ in inferno eſſe credendæ ſunt.
29 Qua ratione credēdum ſit vt incorporeos ſpiritus tenere ignis corporeus poſſit.
30 De morte Theodorici regis Ariani.
B 31 De morte Reparati.
32 De morte curialis, cuius ſepultura incenſa eſt.
33 Si boni honos in regno & mali malos in ſupplicio agnoſcunt.
34 De quodam religioſo moriente qui prophetas vidit.
35 Quòd ſe etiam ignotæ animæ nonnunquam exituræ cognoſcunt, quæ vel pro culpis tormenta, vel pro bonis actibus ſimilia ſunt præmia receptura: & de morte Ioannis & Vrſi atque Eumorſi & Stephani.
36 De his qui per errorem duci videntur è corpore, & de vocatione & de reuocatione Petri monachi, & de morte & reſuſcitatione Stephani: ac de viſione cuiuſdam militis, & Deuſdedit, cuius domus ſabbato viſa eſt ædificari, & de pœna Sodomorum.
37 Quòd quorundam animæ adhuc in corpore poſitæ pœnale aliquid de ſpiritalibus vident: & de Theodoro puero.
38 De morte Criſorij & monachi cuiuſdam Iconiæ.
39 An poſt mortem ignis purgatorius ſit.
40 De anima Paſcaſij diaconi.
41 Cur in extremis temporibus tam multa de animabus clareſcunt, quæ antè latuerunt.
42 Vbi eſſe infernus credendus ſit.
43 Vtrum vnus gehennæ ignis ſit, an diuerſi?
44 Si ſemper ardeant qui gehennæ incendio deputantur.
45 Quomodo anima immortalis dicitur ſi conſtat quòd mortis damnatione puniatur.
C 46 De quodam ſancto viro qui ad mortem veniens expauit.
47 Quòd quidam ne in morte timeant reuelatione roborantur, & de Antonio & Mernlo & Ioanne monachis.
48 An obſeruanda ſint ſomnia, & quot ſunt modi ſomniorum.
49 De quodam viro, cui per ſomnium longæ vitæ ſpatia promiſſa ſunt & in breui tempore morte reſecata.
50 An proſit animabus ſi mortuorum corpora in Eccleſia fuerint ſepulta.
51 De quadam ſanctimoniali in Eccleſia ſancti Laurentij ſepulta, quæ dimidia apparuit incenſa.
52 De Valeriani patricij ſepultura.
53 De corpore Valentini ſepulti ab Eccleſia poſt mortem proiecto.
54 De tinctoris corpore in Eccleſia ſepulto, & poſtmodum non inuento.
55 Quid ſit quod poſt mortem valeat ad abſolutionem animæ adiuuare: & de Centumcellenſi presbytero, qui à cuiuſdam ſpiritu petitus eſt vt per ſacram hoſtiam poſt mortem potuiſſet adiuuari, & de anima Inſti monachi.
56 De vita & tranſitu Caſſij epiſcopi.
57 De quodam ab hoſtibus capto, cuius vincula oblationis hora ſoluebantur, & de Caraca nauta per ſalutarem hoſtiam à naufragio liberato.
58 De virtute ac myſterio victimæ ſalutaris.
59 De affligendo corde inter ſacra myſteria, & de mentis cuſtodia D poſt compunctionem.
60 De relaxandis culpis alienis, vt noſtræ relaxentur.

LIB. QVARTVS dialogi beati Gregorij papæ.

Quòd æterna ac ſpiritalia ideo à carnalibus minus credantur, quia ea quæ audiunt, per experimentum minimè nouerunt.

Caput. I.

POſtquam de paradiſi gaudiis (culpæ exigente) expulſus eſt primus humani generis parens: in huius cæcitatis atque exilij quam patimur venit ærumnam, quia peccādo extra ſemetipſum fuſus: iam illa cœleſtis patriæ gaudia quæ prius contemplabatur, videre non potuit. In paradiſo quippe aſſueuerat homo verbis dei perfrui: beatorum angelorum ſpiritibus cordis munditia & celſitudine viſionis intereſſe. Sed poſtquam huc cecidit, ab illo quo implebatur mentis lumine receſsit. Ex cuius videlicet carne nos in huius exilij cæcitate nati, audimus quidem cœleſtem eſſe patriam: audimus eius ciues angelos dei: audimus eorundem angelorum ſocios ſpiritus iuſtorum & perfectorum. Sed carnales quique quia illa inuiſibilia ſcire non valent per experimentum: dubitant vtrum ne ſit, quod corporalibus oculis non vident. Quę nimirum dubietas in primo parente noſtro eſſe nō potuit, quia excluſus à paradiſi gaudiis hoc quod amiſerat: quia viderat, recolebat. Hi autem ſentire vel recolere audita non poſſunt: qui eorum nullum ſicut ille ſaltem de præterito experimentum tenent. Ac ſi enim prægnans mulier mittatur in carcerem: ibíque pariat puerum: qui natus puer in carcere nutriatur & creſcat: cui ſi fortaſſe mater quæ hunc genuit ſolem, lunam, ſtellas, montes, & campos, volantes aues: currentes equos nominet, ille verò qui eſt in carcere natus & nutrit' nihil aliud quàm tenebras carceris ſciat: & hæc quidē eſſe audiat, ſed quia per experimentum non nouit: veraciter eſſe diffidat: ita in hac exilij ſui cæcitate nati homines: dum eſſe ſumma & inuiſibilia audiunt: diffidunt an vera ſint: quia ſola hæc infima in quibus nati ſunt viſibilia nouerūt. Vnde factum eſt vt ipſe inuiſibilium E & viſibilium creator ad humani generis redemptionem vnigenitus patris veniret: & ſanctum ſpiritum ad corda noſtra mitteret: quatenus per eum viuificati crederemus, quæ adhuc ſcire per experimentum non poſſumus: Quotquot ergo hunc ſpiritum hæreditatis noſtræ pignus accepimus: de vita inuiſibilium non dubitamus. Quiſquis autem in hac credulitate adhuc ſolidus non eſt: debet procul dubio maiorum dictis fidem præbere: eiſque iam per ſpiritum ſanctum inuiſibilium experimentum habentibus credere: quia & ſtultus eſt puer ſi matrem ideo æſtimet de luce mentiri: quia ipſe nihil aliud quàm tenebras carceris agnouit.

Homines cur non facile ſpiritalia credūt.

Petrus:

P Lacet valde quod dicis. Sed qui eſſe inuiſibilia nō credit, profectò infidelis eſt: qui verò infidelis eſt, in eo quod dubitat, fidem non quærit, ſed rationem.

Quòd ſine fide neque infidelis viuat. Caput. II.

Gregorius:

A Vdacter dico: quia ſine fide neque infidelis viuit: Nam ſi ab infideli, percunctari voluero quem patrem vel quam matrem habuerit: protinus reſpondebit illum atque illam. Quem ſi ſtatim requiram vtrum ne nouerit quando conceptus ſit: vel viderit quando natus: nihil horum ſe vel

G nosse vel vidisse fatebitur, & tamen quod non vidit credit. Nam illum patrem, illámque se habuisse matrem absque dubitatione testabitur.

Infidelis fidem habet.

Petrus:

FAteor: quia nunc vsque nesciui, quòd infidelis haberet fidem.

Gregorius.

Abent etiam infideles fidem: sed vtinam in deum. Quâ
H si vtique haberent infideles non essent. Sed hinc in sua perfidia redarguendi sunt: hinc ad fidei gratiam prouocandi, quia si de ipso suo visibili corpore credunt quod minimè viderunt: cur inuisibilia non credunt, quæ corporaliter videre non possunt?

Quod tres sunt vitales spiritus creati. Caput. III.

Spiritꝰ triplex à deo creatus.

Am quia post mortem carnis viuat anima, patet ratio:
N sed fidei admixta. Tres quippe vitales spiritus creauit omnipotens deus. Vnum qui carne non tegitur. Alium qui carne tegitur: sed non cum carne moritur. Tertium qui carne tegitur: & cum carne moritur. Spiritus nanque est qui carne non tegitur, angelorum: spiritus qui carne tegitur, sed cum carne non moritur, hominum: spiritus qui carne tegitur & cum carne moritur, iumentorum omniúmque brutorum animalium. Homo itaque sicut in medio creatus est: vt esset inferior angelo, superior iumento: ita aliquid habet commune cum summo: aliquid commune cum infimo: immortalitatem scilicet spiritus cum angelo: mortalitatem verò carnis cum iumento: quousque
H & ipsam mortalitatem carnis, gloria resurrectionis absorbeat: & inhærendo spiritui caro seruetur in perpetuum: quia & ipse spiritus inhærendo carni seruatur in deum. Quæ tamen caro nec in reprobis inter supplicia perfectè deficit: quia semper deficiendo subsistit: vt qui spiritu & carne peccauerunt, semper essentialiter viuentes, & carne & spiritu sine fine moriantur.

Petrus:

Ationi fidelium placent cuncta quæ dicis. Sed quæso te: dum spiritus hominum atque iumentorum tanta di-
R stinctione discernis: quid est quod Salomon ait? Dixi in corde meo de filiis hominum: vt probaret eos deus: & ostenderet similes esse bestiis. Ideirco vnus interitus est hominis & iumentorum: & æqua vtriusque conditio. Qui adhuc eandem suam sententiam subtiliter exequens adiungit: Sicut moritur homo: sic & illa moriuntur. Similiter spirant omnia: & nihil habet homo iumentis amplius. Quibus adhuc verbis generalem diffinitionem subinfert dicens: Cuncta subiacent vanitati: & omnia pergunt ad vnum locum, de terra facta sunt, & in terram pariter reuertentur.

Eccles.3. *Ibidem.* *Ibidem.*

De quæstione Salomonis quæ dicitur: Vnus interitus est hominis & iumentorum.

Caput. IIII. Gregorius:

Ecclesiastes cõcionator dicitur.

Alomonis liber in quo hæc scripta sunt, Ecclesiastes
I S appellatus est. Ecclesiastes autem propriè concionator dicitur. In concione verò sententia promitur, per quã tumultuosa turbæ seditio comprimatur. Et cùm multi diuersa sentiunt, per concionantis rationem ad vnam sententiam perducuntur. Hic igitur liber ideirco concionator dicitur: quia Salomon in eo quasi tumultuantis turbæ suscepit sensum, vt ea per inquisitionem dicat: quæ fortasse per tentationem imperita mẽs sentiat. Nam quot sentẽtias quasi per inquisitionem mouet: quasi tot in se personas diuersorum suscipit. Sed concionator verax velut extensa manu omnium tumultus sedat, eósque ad vnã sententiam reuocat, cùm in eiusdem libri termino ait: Finem loquendi omnes pariter audiamus. Deum time, & mandata eius obserua: hoc est enim omnis homo. Si enim in libro eodem per locutionem suam multorum personas non suscepisset, cur ad audiendum loquẽdi finem secum pariter omnes admonebat? Qui igitur in fine libri dicit: omnes pariter audiamus, ipse sibi testis est, quia in se multorum persona suscipiens, quasi solus locutus nõ est. Vnde & alia sunt quę in libro eodem per inquisitionem mouentur, atque alia quæ per rationem satisfaciunt. Alia quæ ex tentati profert animo, atque adhuc huius mundi delectationibus dediti: alia verò in quib⁹ ea quę rationis sunt differat, atq; animum à delectatione compescat: ibi nanque ait. Hoc itaq; mihi visum est bonum, vt comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo. Et longe inferius subiungit: Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. Si enim bonum est mã-
K ducare & bibere, melius fuisse videbatur ad domum conuiuij pergere, quàm ad domum luctus. Ex qua re ostenditur quia illud ex infirmantium persona intulit, hoc verò ex rationis diffinitione subiunxit. Nam ipsas protinus rationis causas edisserit, & de domo luctus quę sit vtilitas ostẽdit, dicens: In illa enim finis cunctorum admonetur hominum: & viuens homo cogitat quid futurus sit. Rursum illic scriptum est: Lætare iuuenis in adolescentia tua. Et paulopost subditur: Adolescentia enim & voluptas vana sunt. Qui dum hoc postmodum vanũ esse redarguit, quod prius admonuisse videbatur, patenter indicat quia illa quasi ex desiderio carnali verba intulit, hæc verò ex iudicij veritate subiunxit. Sicut ergo delectationem prius carnalium exprimens, curis postpositis denunciat bonum esse manducare & bibere, quod tamen postmodum ex iudicij ratione reprehendit, cùm esse melius dicit ire ad domum luctus, quàm ad domũ conuiuij: & sicut quod ait lætari debere iuuenem in adolescentia sua, quasi ex deliberatione carnaliũ proponit, & tamen postmodum per diffinitionem sententiæ adolescentiam & voluptatem vana esse redarguit, ita etiam concionator noster velut ex mente infirmantium humanæ suspicionis sententiam proponit dum dicit: Vnus interitus est hominis & iumentorum: & æqua vtriusque conditio. Sicut moritur homo: sic & illa moriuntur. Similiter spirant omnia: & nihil habet homo iumentis amplius. Qui tamen ex diffinitione rationis suam postmodum sententiã L protulit dicens: Quid habet amplius sapiens stulto, & quid pauper: nisi vt pergat illuc vbi est vita? Qui igitur dixit: nihil habet homo iumentis amplius: ipse rursum diffiniuit, quia habet aliquid sapiens non solum amplius à iumento, sed etiam ab homine stulto, videlicet vt pergat illuc vbi est vita. Quibus verbis primùm indicat quia hic hominum vita non est, quam esse alibi testatur. Habet ergo homo hoc amplius iumentis: quia illa post mortem non viuunt, hic verò tunc viuere inchoat, cùm per mortem carnis, hanc visibilem vitam consummat. Qui etiam longè inferius dicit: Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erit apud inferos: quò tu properas. Quomodo ergo vnus interitus est hominis & iumenti, & æqua vtriusque conditio? Aut quomodo nihil habet homo iumentis amplius, cùm iumenta post mortem carnis non viuunt? hominum verò spiritus pro malis suis operibus post mortem carnis ad inferos deducti: nec in ipsa morte moriuntur? Sed in vtraque tam dispari sententia demonstratur quia concionator verax est: & illud ex tentatione carnali intulit, & hoc postmodum ex spiritali veritate diffiniuit.

Eccles.12. *Eccles.5.* *Eccles.7.* *Ecclesiastes cõcionator dicitur.*

Petrus:

Libet nescisse quod requisiui: dum me in tanta subtili-
L tate contigit discere quod nesciui. Sed quæso te vt me æquanimiter feras si ipse quoque apud te more Ecclesiastis nostri infirmãtium in me personam susceperо: vt eisdem
M infirmãtibus prodesse propinquius quasi per eorum inquisitionem possim.

Gregorius:

Vt condescendentem te infirmitati proximorum æ-
C quanimiter non feram? cùm Paulus dicat: Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos. Quod ipse quoque dum ex condescensione charitatis egeris, in hac re amplius venerari debes: in qua morem egregij prædicatoris imitaris.

1.Cor.9

De quæstione animæ inuisibiliter exeuntis, an sit quæ videri non possit. Caput. V.

Petrus:

Vodam fratre moriente præsentem me fuisse contigit.
Q Qui repente dum loqueretur, vitalem emisit flatum, & quem prius mecum loquentem videbam: subitò extinctum vidi. Sed eius anima vtrum egressa sit an non: non vidi, & valde durum videtur vt credatur res esse: quam nullus valeat videre.

Gregorius:

Vid mirum Petre si egredientem animam non vidisti,
Q quam & manentem in corpore non vides? Nunquid nã modo cùm mecum loqueris, quia videre in me non vales animam meam: ideirco me esse exanimem credis? Natura quippe animæ inuisibilis est: atque ita ex corpore inuisibiliter egreditur: sicut in corpore inuisibiliter manet.

Anima inuisibilis

Quod

Quod vita animæ manentis in corpore sicut deprehenditur ex motu membrorum, sic vita animæ post corpus in sanctis pensanda est ex virtute miraculorum.

Petrus.

SEd vitam animæ in corpore manentis pensare possum ex ip
sis motibus corporis, quia nisi corpori anima adesset: eiusdē membra corporis moueri non possent: vitam verò animæ post carnem in quibus motibus quibúsve operibus videam, dicas: vt ex rebus visis etiam colligam quod videre non possum.

Gregorius.

ON quidem subtiliter, sed solerter dico, quia sicut vis
N animæ viuificat & mouet corpus: sic vis diuina implet quæ creauit omnia, & alia inspirando viuificat: aliis tribuit vt viuant, aliis vero hoc solummodo præstat vt sint. Quia vero esse non dubitas creantem & regentem, implentem & circumplectentem, transcendentem & sustinentem, incircunscriptum atque inuisibilem deum, ita dubitare non debes hunc inuisibilia obsequia habere. Debent quippe ea quæ ministrant, ad eius similitudinem tendere cui ministrant, vt & quæ inuisibili seruiunt, esse inuisibilia non dubitentur. Hæc autē quæ esse credimus: nisi sanctos angelos & spiritus iustorum? Sicut ergo motum considerans corporis, vitam animæ manentis in corpore perpendis ab imo, ita vitam animæ exeuntis è corpore perpendere debes à summo: quia potest inuisibiliter viuere, quā opor-
B tet in obsequio inuisibilis conditoris manere.

Petrus.

REctè totum dicitur, sed mens refugit credere: quod corpo
rei s oculis non valet videri.

Gregorius.

Heb. 11. VM Paulus dicat: Est enim fides sperandarum substā-
C tia rerum: argumentum non apparentium: hoc veraciter dicitur credi, quod non valet videri. Nam credi iam non potest quod videri potest. Vt tamen te breuiter reducam ad te: nulla visibilia nisi per inuisibilia videntur. Ecce enim cuncta corporea oculus tui corporis aspicit: nec tamen ipse corporeus oculus aliquid corporeum videret, nisi hunc res incorporea ad videndum acuerit. Nam tolle mentem quæ nō videtur: & incassum patet oculus qui videbat. Subtrahe animā corpori: remanent proculdubio oculi in corpore aperti. Si igitur per se videbant: cur discedente anima nihil vident? Hinc ergo collige: quia ipsa quoq; visibilia nō nisi per inuisibilia vidētur. Ponamus quoq; ante oculos mentis ædificari domus, immensas moles leuari, pendere magnas in machinis colūnas, quis (quæso te) hoc opus operatur, corpus visibile quod illas moles manibus trahit: an inuisibilis anima quę viuificat corpus? Tolle enim quod non videtur in corpore, & mox immobilia remanent cuncta quę moueri videbantur, sicut visibilia corpora metallorum. Qua ex re pensandum est, quia in hoc quoque mundo visibili nihil nisi per creaturam inuisibilem disponi potest. Nam sicut omnipotens deus aspirando vel implendo ea quæ ratione subsistunt, & viuificat & mouet inuisibilia: ita ipsa quoque inuisibilia implendo mouent atque sensificant carnalia corpora quæ videntur.

Visibilia per inuisibilia videntur.

Petrus:

IStis fateor allegationibus libenter victus propè nulla iam es-
se hæc visibilia existimare compellor, qui prius in me infirmantium personam suscipiens de inuisibilibus dubitabam. Itaque placent cuncta quæ dicis, sed tamen sicut vitam animæ in corpore manentis ex motu corporis agnosco: ita vitam animæ post corpus apertis quibusdam rebus attestantibus cognoscere cupio.

Quia vita animæ manentis in corpore sicut deprehenditur ex motu membrorū, sic vita animæ post corpus in sanctis pensanda est ex virtute miraculorum. *Caput VI.*

Gregorius.

Ac in re si cor paratum tuæ dilectionis inuenio in al-
H legatione minimè laboro. Nunquid nam sancti apostoli & martyres Christi præsentem vitā despicerent: & in mortem carnis animas ponerent: nisi certiorem animarum vitam subsequi scirent? Tu verò ipse inquies, quia vitam animæ in corpore manentis ex motibus corporis agnoscis, & ecce hi qui animas in mortem posuerunt: atque animarum vitam post mortem carnis esse crediderunt, quotidianis miraculis coruscant. Ad extincta nanque eorum corpora viuentes ægri veniūt
D & sanantur, periuri veniunt & dæmonio vexantur, dæmoniaci veniunt & liberantur, leprosi veniunt & mundantur, deferūtur mortui & suscitantur. Pensa itaque eorum animæ qualiter viuunt illic vbi viuunt, quorum hic mortua corpora in tot miraculis viuunt. Si igitur vitam animæ manentis in corpore deprehēdis ex motu membrorum, cur non perpendis vitam animæ post corpus etiam per ossa mortua in virtute miraculorum?

Per miracula sanctorū probat animā immortalem.

Petrus.

NVlla vt opinor huic allegationi ratio obsistit, in qua ex re
bus visibilibus cogimur credere quod non videmus.

De egressibus animarum. *Caput VII.*

Gregorius.

AVlo superius quæstus es morientis cuiusdam egre-
P dientem te animam nō vidisse, sed hoc ipsum iam culpæ fuit quòd corporeis oculis rem videre inuisibilē quæsisti. Nam multi nostrum mentis oculum fide pura & vberi oratione mundantes, egredientes è carne animas frequenter viderunt. Vnde nunc mihi necesse est vel qualiter egrediētes animæ visæ sint, vel quanta ipsæ dum egrederentur, viderint enarrare: quatenus fluctuanti animo quod plenè ratio nō valet, exempla suadeant. In secundo nanque huius operis libro iam præfatus sum quòd vir venerabilis Benedictus sicut à fidelibus eius discipulis agnoui, longè à Capuana vrbe positus, Germani eiusdem vrbis episcopi animam nocte media in globo igneo ad cœlum ferri ab angelis aspexit. Qui eandem quoque ascendentem
E animā intuens, mentis laxato sinu quasi sub vno Solis radio cunctum in suis oculis collectum mundum vidit.

Benedictus animā Germani vidit.

De egressu animæ Speciosi monachi. *Caput VIII.*

IIsdem quoq; discipulis illius narrantibus didici, quia
E duo nobiles viri atq; exterioribus studiis eruditi germani fratres, quorū vnus Speciosus, alter Gregorius dicebatur: eius se regulæ in sancta conuersatione tradiderunt. Quos idem pater venerabilis in monasterio quod iuxta Tetraconensem* vrbem construxerat, fecit habitare. Qui multas quidem pecunias in hoc mundo possederāt, sed cuncta pauperibus pro animarum suarum redemptione largiti sunt, & in eodē monasterio permanserunt. Quorum vnus, scilicet Speciosus, dum pro vtilitate monasterij iuxta Capuanam vrbem missus fuisset, die quadam frater eius Gregorius cum fratribus ad mēsam sedens atque conuescens, per spiritum subleuatus aspexit, & vidit Speciosi Germani sui animam tam longè à se positi de corpore exire, quod mox fratribus indicauit & cucurrit, iamque eundem fratrem suum sepultum reperit, quem tamen hora ea qua viderat exisse de corpore, inuenit.

**al. Terracinensem.*

Frater morientis fratris animā vidit.

De anima cuiusdam inclusi. *Caput IX.*

VIdam religiosus atque fidelissimus vir adhuc mihi
Q in monasterio posito, narrauit quòd aliqui de Siciliæ F partibus nauigio Romam petentes in mari medio positi cuiusdam serui dei qui in Samnio fuerat inclusus, ad cœlum ferri animam viderunt. Qui descendentes ad terram, causamq; an ita esset acta perscrutantes, illo die inuenerunt obiisse dei famulum, quo eum ad cœlestia regna ascendisse cognouerunt.

De egressu animæ Spei abbatis. *Caput X.*

ADhuc in monasterio positus cuiusdam valde venera-
A bilis viri relatione cognoui quod dico: Aiebat enim, quia venerabilis pater nomine Spes, monasterium cō struxit in loco cui vocabulum Cample est, qui sexti fermè miliarij interiacente spatio à vetusta Nursiæ vrbe disiungitur. Hunc omnipotēs & misericors deus ab æterno verbere flagellando protexit, eiq; dispensationis suæ maximam securitatem seruauit & gratiam, quantumq; eum prius flagellando diligeret, postmodum perfectè sanando monstrauit. Eius nanque oculos per quadraginta annorum spatium continuæ cæcitatis tenebris presit, nullum ei lumen vel extremæ visionis aperiens. Sed quia nemo in verbere illius gratia se destituente subsistit: & nisi idem misericors pater qui pœnam irrogat patientiā præstet, mox per impatientiam peccatum nobis ipsa auget correptio peccatorum, fitq; modo miserabili vt culpa nostra vnde sperare debuit terminum, inde sumat augmentum: idcirco nostra deus infirma conspiciēs flagellis suis custodiam permisceat,

atque

G atque in percussione sua electis filiis nunc misericorditer iustus est: vt sint quibus postea debeat iustè misereri. Vnde venerabilem senem dum exterioribus tenebris premeret, interna nũquam luce destituit. Qui cum flagello fatigaretur corporis, habebat per sancti spiritus custodiam consolationem cordis.

Spes abbas cæcus quadraginta annis, curatus est.

Cùm verò iam anni quadragesimi fuisset in cæcitate tẽpus expletum, ei dominus lumen reddidit, & vicinum suum obitum denunciauit, atque vt monasteriis circunquaque constructis verbum vitæ prædicaret, admonuit: quatenus corporis recepto lumine, visitatis in circuitu fratribus cordis lumen aperiret. Qui statim iussis obtemperans, fratrum cœnobia circuiuit, mandata vitæ quæ agendo didicerat, prædicauit. Quintodecimo igitur die ad monasterium suum peracta prædicatione reuersus est, ibique fratribus conuocatis astans in medio sacramẽ tum dominici corporis & sanguinis sumpsit, moxque cum eis mysticos Psalmorum cantus exorsus est. Qui illis psallentibus orationi intentus animam reddidit. Omnes vero fratres qui aderant, ex ore eius exisse columbam viderunt, quæ mox aperto tecto oratorij egressa aspicientibus fratribus penetrauit cœlũ. Cuius ideirco animam in columbæ specie apparuisse credendum est, vt omnipotens deus ex hac ipsa specie ostẽderet, quàm simplici corde ei vir ille seruisset.

Spei anima visa in specie columbæ.

De egressu animæ Vrsini presbyteri. Caput. XI.

H Ed neque hoc sileam quod vir venerabilis abbas Stephanus qui non longè ante hoc in hac vrbe defunctus S est, quem ipse etiam bene nosti, in eadem prouincia Nursiæ contigisse referebat. Aiebat enim quod illic presbyter quidam commissam sibi cum magno timore domini regebat Ecclesiam. Qui ex tempore ordinationis acceptæ presbyteram suam vt sororem diligens, sed quasi hostem cauens, ad se propius accedere nũquam sinebat, eamq; sibimet propinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi communionem funditus familiaritatis absciderat. Habent quippe sancti viri hoc propriũ: nam vt semper ab illicitis longè sint, à se plærunque etiam licita abscindunt. Vnde idem vir ne vnquam per eam incurreret culpam, sibi etiã per illam ministrari recusabat necessaria. Hic ergo venerabilis presbyter cùm longam vitæ impleret ætatẽ, anno quadragesimo ordinationis suæ inardescente grauiter febre correptus ad extrema deductus est. Sed cùm eum presbytera sua conspiceret solutis iam membris quasi in morte distentum, si quod adhuc ei vitale spiramen inesset, naribus eius apposita curauit aure dignoscere. Quod ille sentiens, cui tenuissimus inerat flatus, quantulo adnisu valuit vt loqui potuisset, inferuescente spiritu collegit vocem atque erupit, dicens: Recede à me mulier, adhuc igniculus viuit, paleam tolle. Illa igitur recedente crescente virtute corporis cum magna cœpit lætitia clamare dicens: Bene veniant domini mei, bene veniant domini I mei, quid ad tantillum seruulum vestrum estis dignati conuenire? Venio, venio: Gratias ago, gratias ago. Cumque hoc iterata crebro voce repeteret, quibus hoc diceret, noti sui qui illum circunsteterant, requirebant. Quibus ille admirando respondit, dicens: Nunquid hic conuenisse sanctos apostolos non videtis? beatum Petrum & Paulum primos apostolorum nõ aspicitis? Ad quos iterum conuersus dicebat: Ecce venio, ecce venio: atque inter hæc verba animam reddidit. Et quia veraciter sanctos apostolos viderit, eos etiam sequendo testat' est. Quod plærunque contingit iustis vt in morte sua sanctorum præcellentium visiones aspiciant, ne ipsam mortis suæ pœnalem sententiam pertimescant, sed dum eorum menti internorum ciuium societas ostenditur, à carnis suæ copula sine doloris & formidinis fatigatione soluantur.

Vrsinus apostolos vidit.

De anima Probi Reatinæ vrbis episcopi. Caput. XII.

Q Va de re neque hoc sileam quod Probus omnipotentis dei famulus, qui nunc in hac vrbe monasterio præsto est quod appellatur Reatum,* de Probo patruo suo Reatinæ ciuitatis Episcopo mihi narrare consueuit, dicens: Quia appropinquãte vitæ eius termino cum grauissima depressit ægritudo. Cuius pater nomine maximus pueris circunquaque transmissis colligere medicos studuit, si fortasse eius molestiæ subueniri potuisset. Sed congregati ex vicinis locis vndiq; medici, ad tactum venæ denunciauerunt eius exitum citius af-

** al. Reati.*

futurum. Sed cùm iam tempus refectionis incumberet, atque K diei hora tardior excreuisset, venerandus Episcopus de illorum potius quàm de sua salute sollicitus eos qui aderant, admonuit: cum sene patre in superioris episcopij sui partes ascendere, seque post laborem reficiẽdo reparare. Omnes igitur ascenderunt domum, vnus ei tantũ modo paruulus relictus est puer, quem nunc quoque prædictus Probus asserit supersse. Qui dum lecto iacentis assisteret, subitò aspexit intrantes ad virum dei quosdam viros stolis candidis amictos: qui eundem quoque candorem vestium vultuum suorum luce vincebant. Qua splendoris etiam claritate perculsus, quinam illi essent, emissa cœpit voce clamare. Qua voce etiam Probus episcopus commotus, intrantes eos aspexit & agnouit, atque eundem stridentem vagientemque puerum consolari cœpit, dicens: Noli timere quia ad me sanctus Iuuenalis, & sanctus Eleutherius martyres venerunt. Ille autem tantæ visionis nouitatem non ferens, cursu concito extra fores fugit, atque eos quos viderat patri ac medicis nunciauit. Qui concitè descenderunt, sed ægrum quem reliquerant, iam defunctum inuenerunt: quia illi eum secum tulerant, quorum visionem puer ferre non potuit, qui hic remansit.

Puer sa-
lus re-
manet.

De transitu Gallæ ancillæ dei. Caput. XIII.

Nterea neque hoc silendum arbitror quod mihi per I sonarum grauium atque fidelium est relatione compertum. Gothorum nanque temporibus Galla huius L vrbis nobilissima puella Symmachi cõsulis ac patricij filia, intra adolescentiæ tẽpora marito tradita, in vnius anni spatio eius est morte viduata. Quã dum feruente mundi copia ad iterandũ thalamum & opes & ætas vocaret, elegit magis spiritalibus nuptiis copulari deo, *in quibus à luctu incipitur*, sed ad gaudia æterna peruenitur, quàm carnalibus nuptiis subiici, quæ à lætitia semper incipiunt, & ad finem cum luctu tendũt. Huic autem cùm valde ignea consperfio corporis inesset, cœperunt medici dicere: quia nisi ad amplexus viriles rediret, calore nimio contra naturam barbas esset habitura, quod ita quoque pòst factum est. Sed sancta mulier nihil exterius deformitatis timuit, quæ interius sponsi cœlestis speciem amauit, nec verita est si hoc in illa fœdaretur, ꝙ à cœlesti sponso in ea nõ amaretur. Mox ergo vt eius maritus defunctus est, abiecto seculari habitu ad omnipotentis dei seruitium sese apud beati Petri Apostoli Ecclesiam monasterio tradidit, ibique multis annis simplicitati cordis atque orationi dedita, larga indigentibus eleemosynarum opera impendit. Cumque omnipotens deus perennem iam mercedem reddere eius laboribus decreuisset, cancri vlcere in mamilla percussa est. Nocturno autem tempore ante lectum eius duo candelabra lucere consueuerant: quia videlicet amica lucis, non solum spiritales, sed etiam corporales tenebras odio habebat. Quæ dum nocte quadam ex hac eadem iaceret infirmitate fatigata, vidit beatum Petrum Apostolum inter vtraque M candelabra, ante suum lectum constitisse, nec perterrita timuit, sex ex amore sumens audaciam exultauit, eique dixit: Quid est domine mi, dimissa sunt mihi peccata mea? Cui ille, benignissimi vt est vultus, inclinato capite annuit, dicens: Dimissa, veni. Sed quia quandam sanctimonialem fœminam in eodem monasterio præ cæteris diligebat, ilico Galla subiunxit: Rogo vt soror Benedicta mecum veniat. Cui ille respondit. Non, sed illa talis veniat tecum. Hæc vero quam petis, die te erit trigesimo secutura. His itaque expletis visio Apostoli assistentis & colloquentis ei ablata est. At illa protinus cunctæ congregationis acciuit matrem, eique quid viderit, quidve audierit, indicauit. Tertio autem die cum ea quæ iussa fuerat sorore defuncta est. Illa verò quam ipsa poposcerat, die est trigesimo subsecuta. Quod factum nũc vsque in eodem monasterio manet memorabile, sicque hoc à præcedentibus matribus traditũ, narrare illic solent subtiliter iuniores quæ nunc sunt sanctimoniales virgines, ac si illo in tempore huic tam grandi miraculo & ipsæ affuissent.

Galla ad sanctum Petrum.

De transitu seruuli paralytici. Caput. XIIII.

Ed inter hæc sciendum est: quia sæpe animabus exeun S tibus electorum, dulces solent laudes cœlestes erumpere: vt dum illam libenter audiũt, dissolutionem carnis ab anima sentire minimè permittantur. Vnde in homiliis

quoque

A quoque de Angelij iam narrasse me memini, quòd in ea portiuncula cuntibus ad Ecclesiam beati Clementis est peruia, fuit quidam Seruulus nomine: cuius te quoque non ambigo memi-
nisse, qui quidem pauper rebus, sed meritis dives erat, quem longa ægritudo dissoluerat. Nam ex quo illum scire potuimus, vsque ad finem vitæ paralyticus iacebat. Quid dicam quia stare non poterat, qui nunquam in lecto surgere vel ad sedendum valuit, nunquam manum suam ad os ducere, nunquam se potuit in latus aliud declinare? Huic ad seruiendum mater cum fratre aderat, & quicquid ex eleemosyna potuisset accipere, hoc eorum manibus pauperibus errogabat. Nequaquam literas noverat, sed scripturæ sacræ sibimet codices emerat, & religiosos quosque in hospitalitatem suscipiens, hos coram se studiosè legere faciebat. Factum est vt iuxta modum suum plenè sacram scripturam diceret, cum, sicut dixi, literas funditus ignoraret. Studebat semper in dolore gratias agere, hymnis deo & laudibus diebus ac noctibus vacare. Sed cùm iam tempus esset vt tanta eius patientia remunerari debuisset, membrorum dolor ad vitalia rediit. Cumque iam se morti proximum agnouisset, peregrinos viros, atque in hospitalitatem susceptos admonuit, vt surgerent, & cum eo Psalmos pro expectatione sui exitus decantarent. Cumque cum eis & ipse moriens psalleret, voces psallentium repentè compescuit cum terrore magni clamoris, dicens: Tacete. Nunquid non auditis quantæ resonent laudes in cœlo? Et dum ad easdem laudes quas intus audierat, aurem cordis intenderet: sancta illa anima carne soluta est. Quæ scilicet exeunte, tanta illic fragrantia odoris aspersa est, vt omnes qui illic aderant, inæstimabili suauitate replerentur: ita vt per hoc patenter cognoscerent, quòd eas laudes in cœlo susceperint. Cui rei monachus noster interfuit, qui nunc vsque viuit, & cum magno fletu attestari solet: quia quousque corpus eius sepulturæ traderent, ab eorum naribus odoris illius fragrantia non recessit.

Seruulus in exitu angelos cãtare audit.

De transitu Romulæ ancillæ dei. Caput. XV.

In eisdem quoq; homiliis rem narrasse me recolo quã Speciosus compresbyter meus qui hanc nouerat me narrante attestatus est. Eo namque tempore quo monasterium petij, anus quædam Redempta nomine, in sanctimoniali habitu constituta in vrbe hac iuxta beatæ Mariæ semper virginis Ecclesiam manebat. Hæc illius Herundinis discipula fuerat, quæ magnis virtutibus pollens super Prænestinos montes vitam eremiticam duxisse ferebatur. Huic autem Redemptæ duæ in eodem habitu discipulæ fuerant, vna nomine Romula, & altera quæ nunc adhuc superest, quam quidem facie scio, sed nomine nescio. Tres itaque hæ in vno habitaculo commanentes, morum quidem diuitijs plenam, sed tamen pauperem rebus vitam ducebant. Hæc autem quam præfatus sum Romula, aliam quam prædixi cum discipulam suam magnis vitæ meritis anteibat. Erat quippe miræ patientiæ, summæ obedientiæ, custos oris sui ad silentium, studiosa valde ad continuæ orationis vsum. Sed quia plærunque hi quos iam homines perfectos æstimant, adhuc in oculis summi opificis aliquid imperfectionis habent, sicut sæpe imperiti homines necdum perfectè sculpta sigilla conspicimus, & iam quasi perfecta laudamus, quæ tamen adhuc artifex considerat & limat, laudari iam audit, & tamen ea tundere meliorando non desiuit, hæc, quam prædiximus, Romula, ea quam Græco vocabulo medici paralysin vocant, molestia corporali percussa est, multisq; annis in lectulo decubans, penè omni iacebat membrorum officio destituta. Nec tamen hæc eadem eius mentem ad impatientiam flagella perduxerant. Nam ipsa ei detrimenta membrorum facta fuerant incrementa virtutum: quia tanto sollicitius ad vsum orationis excreuerat, quanto & aliud quodlibet agere nequaquam valebat. Nocte igitur quadam eandem Redemptã, quam præfatus sum, quæ vtraque discipulas suas filiarum loco nutriebat, vocauit dicens: Mater veni, mater veni. Quæ mox cum alia eius cõdiscipula surrexit, sicut vtriusque referentibus & multis eadem res claruit, & ego quoque in eodem tempore agnoui. Cumque noctis medio lectulo iacentis assisterent, subito cœlitus lux emissa omne illius cellulæ spatium impleuit, & splendor tantæ claritatis emicuit: vt corda assistentium inæstimabili pauore perstringeret, atque, vt pòst ipsæ referebãt, omne in eis corpus obrigesceret: vt & in subito stupore manerent. Cœpit namque quasi cuiusdam magnæ multitudinis ingredientis sonitus audiri, ostiumque cellulæ concuti, ac si ingredientium turba premeretur, atque, vt dicebant, intrantium multitudinem sentiebant, sed nimietate timoris & luminis videre non poterant: quia earum oculos & pauor depresserat, & ipsa tanti luminis claritas reuerberabat. Quam lucem protinus est miri odoris fragrantia subsecuta: ita vt earum animum, quia lux emissa terruerat, odoris suauitas resoueret. Sed cùm vim claritatis illius ferre non possent, cœpit eadem Romula assistentem & trementem Redemptam suorum morum magistram blanda voce consolari, dicens: Noli timere mater, non moriar modo. Cumque hoc crebro diceret, paulatim lux quæ fuerat emissa, subtracta est, sed is qui subsecutus est, odor remansit. Sicque dies secundus & tertius trãsiit, vt aspersa odoris fragrantia remaneret. Nocte igitur quarta eandem magistram suam iterum vocauit, qua venieute viaticum petiit, & accepit. Nec dum verò eadem Redempta: vel illa alia eius discipula à lectulo iacentis abscesserant, & ecce subitò in platea ante eiusdem cellulæ ostium duo chori psallentium constiterant, & sicut se dicebant sexus ex vocibus discreuisse, psalmodiæ cantus dicebant viri, & fœminæ respondebant. Cumque ante fores cellulæ exhiberentur cœlestes exequiæ, sancta illa anima carne soluta est. Quæ ad cœlum ducta, quanto chori psallentium altius ascendebant, tanto cœpit psalmodia lenius audiri, quousque & eiusdem psalmodiæ sonitus, & odoris suauitas elongata, finiretur.

Cælestes exequiæ.

De transitu Tarsillæ sacræ virginis. Caput. XVI.

Onnunquam vero in consolatione egredientis animæ ipse apparere solet auctor ac retributor vitæ. Vnde & hoc quod de Tarsilla amica* mea in homiliis Euangelij dixisse me recolo, replicabo: quæ inter duas alias sorores suas virtute continuæ orationis, grauitate vitæ, singularitate abstinentiæ, ad culmen sanctitatis excreuerat. Huic per visionem Fœlix atauus meus huius Romanæ Ecclesiæ antistes apparuit, eique mansionem perpetuæ claritatis ostendit dicens: Veni: quia in hac te lucis mansione recipiam. Quæ subsequenti mox febre correpta, ad diem peruenit extremum. Et sicut nobilibus fœminis virisque morientibus multi conueniunt, qui eorum proximos consolentur, eadem hora exitus ipsius multi viri ac fœminæ eius lectulum circunsteterunt. Tunc subitò illa sursum respiciens Iesum venientem vidit, & cum magna animaduersione cœpit circunstantibus clamare, dicens: Recedite, recedite: Iesus venit. Cumque in eum intenderet quem videbat, sancta illa anima è corpore est egressa. Tantaque subitò fragrantia miri odoris aspersa est, vt ipsa quoque suauitas cunctis ostenderet illic auctorẽ suauitatis venisse. Cumque corpus eius ex more mortuorum ad lauandũ esset nudatum, longę orationis vsu, in cubitis eius & genibus camelorum more inuenta est obdurata cutis excreuisse. Et quid viuens eius spiritus semper egisset, caro mortua testabatur.

**al. anitæ.*

Tarsilla Iesum viditi

De transitu Musæ puellæ. Caput. XVII.

Ed neq; hoc fileã quod prædictus Probus dei famulus de sorore sua, nomine Musa, puella parua narrare consueuit, dicẽs quòd quadam nocte ei per visionem sancta dei genitrix virgo Maria apparuit, atque coæuas ei in albis vestibus puellas ostendit. Quibus illa cum admisceri appeteret, sed se eis iungere non auderet: beatæ Mariæ virginis est voce requisita an velit cum eis esse, atque in eius obsequio viuere. Cui cum puella eadem diceret volo: ab ea protinus mandatum accepit, vt nihil vltra leue & puellare ageret, & à risu & iocis se abstineret, sciens per omnia quòd inter easdem virgines quas viderat, ad eius obsequium die trigesimo veniret. Quibus visis in cunctis suis moribus puella mutata est, omnemque à se leuitatem puellaris vitæ magna grauitatis deterſit manu. Cumque eam parentes eius mutatam esse mirarentur, requisita rem retulit, quid sibi beata dei genitrix iusserit, vel qua die itura esset ad obsequium eius, indicauit. Tunc post vigesimum quintum diem febre correpta est. Die autem trigesimo cùm hora eius exitus propinquasset, eandem beatam genitricem dei cum puellis quas per visionem viderat,

Musa beatam virginem vidit.

G viderat,ad se venire conspexit.Cui se etiam vocanti respondere cœpit,& depressis reuerenter oculis aperta voce clamare:Ecce domina venio:ecce domina venio.In qua etiam voce spiritū tradidit,& ex virgineo corpore, habitatura cum sanctis virginib⁹, exiuit. Petrus.

CVm humanum genus multis atque innumeris vitiis sit subiectum, Hierusalem cœlestis patriæ maximam partem ex paruulis vel infantibus arbitror posse compleri.

Quòd quibusdam paruulis regni cœlestis aditus à parentibus clauditur, cùm ab eis male nutriuntur, & de puero blasphemo ostenditur, & postmodum declaratur. Caput.XVIII.

Gregorius.

ET si omnes baptizatos infantes,atque in eadem infantia morientes ingredi regnum cœleste credēdum est, omnes tamē paruulos qui scilicet* iam loqui possunt, regna cœlestia ingredi credendum non est: quia nonnullis paruulis eiusdem regni cœlestis aditus à parētibus clauditur, si male nutriantur. Nam quidem vir cunctis in hac vrbe notissimus ante triennium filium habuit annorum,sicut arbitror, quinque: quem nimis carnaliter diligens remisse nutriebat: atque idem paruulus,quod dictu graue est, mox vt eius animo aliquid obstitisset, maiestatem dei blasphemare consueuerat,qui in hac ante triennium mortalitate percussus venit ad mortem. Cumque eum suus pater in sinu teneret, sicut hi testati sunt qui præsentes fuerunt,malignos ad se venisse spiritus trementibus oculis puer aspiciens cœpit clamare: Obsta pater,obsta pater.Qui clamans declinauit faciem vt se ab eis in sinu patris absconderet. Quem cùm ille trementem requireret, quid videret: puer adiunxit,dicens: Mauri homines veneruut,qui me tollere volunt. Qui cùm hoc dixisset, maiestatis nomen protinus blasphemauit, & animam reddidit. Vt enim omnipotens deus ostenderet pro quo reatu talibus fuisset traditus executoribus, vnde viuentem pater suus noluit corrigere,hoc morientem permisit iterare:vt qui diu per diuinitatis patientiam blasphemus vixerat, quandoque per diuinitatis iudicium blasphemaret & moreretur:quatenus reatum suum pater eius agnosceret, qui paruuli filij animam negligens, nō paruulum peccatorem gehennæ ignibus nutrisset. Sed interim hoc triste seponentes ad ea quæ narrare cœperamus læta redeamus.

**al.quæ licet.*

Paruulis à parentibus regnum cœleste nōnum quam clauditur.

De transitu Stephani viri dei. Caput.XIX.

RAdicto etenim Probo aliisque religiosis narrantibus viris agnoui, ea quæ indicare audientibus de venerabili patre Stephano in homiliis Euangelij curaui.Fuit enim vir,sicut idem Probus & multi alij testantur,nihil in hoc mundo possidens, nihil requirens, solam cum deo paupertatem diligens, inter aduersa semper patientiam amplectēs, conuentus secularium fugiens, vacare semper orationi concupiscens.De quo vnum bonum virtutis refero,vt ex hoc vno valeant multa eius bona pensari. Is nanque cùm quadam die messem quam sua manu secuerat desiccatam ad aream deduxisset: nihilque aliud cum discipulis suis ad totius anni stipendiū haberet,quidam peruersæ voluntatis vir antiqui hostis stimulis instigatus,eandem messem igne suppositio ita vt erat in area incendit.Quod factum dum alter conspiceret, eidem dei famulo cucurrit & nunciauit.Quod postquam indicauit,adiunxit,dicens: Væ væ pater Stephane, quid tibi contigit? cui statim vultu ac mente placida ille respondit: Væ quid illi contigit qui mihi hoc fecit:nā mihi quid contigit? In quibus eius verbis ostenditur in quo virtutis culmine sedebat qui vnū od in sumptū mundi habuerat, tam secura perdebat mente, magisque illi condolebat qui peccatum commiserat, quàm sibi qui peccati illius damna tolerabat,nec pensabat quid ipse exterius,sed culpę reus quantum perdebat intus. Hunc itaque cùm dies mortis egredi de corpore vrgeret, conuenerunt multi vt tam sanctæ animæ de hoc seculo recedenti suas animas commendarent. Cumque lecto illius hi qui conuenerant, omnes assisterent, alij ingredientes angelos viderunt, sed dicere aliquid nullo modo potuerunt,alij omnino nil viderunt. Sed omnes qui aderant, ita vehementissimus timor perculit, vt nullus egrediente illa sancta anima illic stare potuisset. Et hi ergo qui viderant,& hi qui omnino nihil viderant, vno omnes timore percussi & territi fuerunt, vt palam daretur intelligi quæ & quanta vis esset quæ illam egredientem animam susciperet, cuius egressum nemo mortalium ferre potuisset.

Stephani laus.

Stephani virtus eximia.

Quòd aliquando animæ meritum non in ipso suo ingressu, sed post mortem verius declaratur. Caput.XX.

EDinter hæc sciendum est:quia aliquando animę meritum non in ipso suo egressu ostēditur,post mortem vero certius declaratur. Vnde & sancti martyres ab infidelibus crudelia multa perpessi sunt,qui tamē,vt pdiximus, ad ossa sua mortua signis quotidie & miraculis claret cunt.

De duobus monachis Valentij abbatis. Caput.XXI.

ITæ nanq; venerabilis Valentius* qui pòst in hac Romana vrbe mihi sicut nosti, meo quoque monasterio prælfuit, prius in Valeriæ prouincia suum monasterium rexit. In quo dum Longobardi sæuientes veniissent, sicut eius narratione dedici, duos eius monachos in ramis vnius arboris suspenderunt,qui suspensi eodem die defuncti sunt.facto autem vespere vtrorumque eorum spiritus claris illic aspertisque vocibus psallere cœperunt: ita vt ipsi quoque qui eos occiderant,cùm voces psallentium audirent, nimium mirati terrerentur. Quas videlicet voces captiui quoque omnes qui illic aderant,audierunt: atque eorum psalmodiæ postmodum testes extiterunt. Sed has voces spirituum omnipotens deus idcirco pertingere voluit ad aures corporum,vt viuentes quique in carne discerent:quia si deo seruire studeant,post carnis mortem verius viuant.

**al.Valens.*

Mutas.

Spiritus aduersa cantus.

De transitu Surani abbatis. Caput.XXII.

VIbusdam religiosis quoque viris attestantibus adhuc in monasterio positus agnoui, quòd hoc Longobardorum tempore iuxta in hac prouincia quæ Sura nominatur, quidam monasterij pater vitæ venerabilis Suranus nomine fuerit, qui captiuis aduenientibus, atque à Longobardorum deprædatione fugientibus, cuncta quæ in monasterio videbatur habere, largitus est. Cumque in eleemosynis vestimenta sua,ac fratrum omnia, & cellariū consumpsisset,quicquid habere in horto potuit expendit. Expensis verò rebus omnibus Longobardi ad eum subitò venerunt:eumque tenuerunt, & aurum ab eo petere cœperunt. Quibus cùm ille diceret se omnino nihil habere, in vicino monte ab eis ductus est, in quo sylua immensæ magnitudinis stabat. Ibi captiuus quidam fugiens in caua arbore latebat, vbi vnus ex Longobardis educto gladio prædictum venerabilem occidit virum. Cuius corpore in terram cadente mons omnis protinus, & sylua concussa est, ac si se ferre non posse pondus sanctitatis eius diceret terra,que tremuisset.

Miracula.

De transitu diaconi Ecclesiæ Marsorum. Caput. XXIII.

LIus quoque in Marsorum prouincia vitæ valde venerabilis diaconus fuit,quem inuentum Longobardi tenuerunt,quorum vnus educto gladio caput eius amputauit. Sed cùm corpus eius in terram caderet, ipse qui hunc capite truncauerat, immundo spiritu correptus,ad pedes eius corruit,& quòd amicum dei occiderit, inimico dei traditus ostendit. Petrus.

QVid est hoc quæso te quòd omnipotens deus sic permittit mori, quos tamen post mortem cuius sanctitatis fuerint, non patitur cælari?

De morte viri dei qui missus Bethel fuerat. Cap.XXIIII.

Gregorius.

VM scriptum sit:Iustus quacunque morte prœuentus fuerit,iustitia eius nō auferetur ab eo: electi qui proculdubio ad perpetuam vitam tendunt,quid eis obest si ad modicum durè moriūtur? Et est fortasse nonnunquam eorum culpa, licet minima, quæ in eadem debeat morte resecari. Vnde fit vt reprobi potestatem quidem contra viuentes accipiant: sed illis morientibus hoc in eis grauius vindicatur, quòd contra bonos potestatem suæ crudelitatis acceperunt, sicut idem carnifex qui eundem venerabilem diaconum viuentem ferire permissus est, gaudere super mortuum permissus non est. Quod sacra quoque testantur eloquia. Nam vir dei contra Samariam missus: quia per inobedientiam in itinere comedit,

hunc

& leo in eodem itinere occidit. Sed statim illic scriptum est: quia
3. Reg. 13. fuerit leo iuxta asinum, & non comedit leo de cadauere. Ex qua re ostenditur quòd peccatum inobedientiæ in ipsa fuerit morte laxatum: quia idem leo quem viuentem præsumpsit occidere, contingere non præsumpsit occisum. Qui enim occidendi ausum habuit, de occisi cadauere comedendi licentiam non accepit: quia is qui culpabilis in vita fuerat, punita inobedientia erat iam iustus ex morte. Leo ergo qui prius peccatoris vitam necauerat, custodiuit postmodum cadauer iusti.

Leo custodit mortem cadauer iusti.

Petrus.

PLacet quod dicis, sed nosse vellem si nunc ante restitutionẽ corporum in cœlo recipi valeant animæ iustorum.

Si ante restitutionem corporis recipiantur in cœlo animæ iustorum. *Caput. XXV.*

Gregorius.

Oeneque de omnibus iustis fateri possumus, neque
H de omnibus negare. Nam sunt quorundam iustorum animæ quæ à cœlesti regno quibusdam adhuc mansionibus differuntur. In quo dilationis damno quid aliud innuitur, nisi quòd de perfecta iustitia aliquid minus habuerunt? Et tamen luce clarius constat: quia perfectorum animę mox vt huius carnis claustra exeunt, in cœlestis regni sedibus recipiuntur: quod & ipsa per se veritas attestatur, dicens: Vbicunque
Luæ 17. fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Quia vbi ipse
B redemptor noster est corpore, illuc proculdubio colliguntur
Philip. 1. iustorum animæ. Et Paulus: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Qui ergo Christum in cœlo esse non dubitat, nec Pauli animam esse in cœlo negat. Qui etiam de dissolutione sui corporis, atque de inhabitatione cœlestis patriæ dicit: Scimus
2. Cor. 5. quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem habemus ex deo, domum non manu factam, sed æternam in cœlis.

Petrus.

SIigitur nunc sunt in cœlo animę iustorum, quid est quòd in die iudicij pro iustitiæ suæ retributione recipient?

Gregorius.

Oc eis nimirum crescit in iudicio, quòd nunc anima-
H rum sola, postmodum verò etiam corporum beatitudine perfruuntur, vt in ipsa quoque carne gaudeant, in qua dolores pro domino cruciatúsque pertulerunt. Pro hac quippe geminata eorum gloria scriptum est: in terra sua duplicia possidebũt. Hinc etiam ante resurrectionis diem de sanc-
Esa. 61. torum animabus scriptum est: Datę sunt illis singulæ stollæ albæ,
Apoc. 6. & dictum est illis vt requiescerent tempus adhuc modicum, donec impleretur numerus conseruorum & fratrum eorum. Qui itaque nunc singulas acceperunt, binas in iudicio stolas habituri sunt: quia modo animarum tantummodo, tunc autem animarũ simul & corporum gloria lætabuntur.

Petrus.

C ASsentio. Sed vellem scire quonam modo agitur: quòd plærunque morientes multa prædicunt.

Quibus modis morientes aliqua prædicunt. Et de morte cuiusdam aduocati. Et de reuelatione Gerontij ac Meliti monachorum, & de morte pueri armentarij, & de diuersitate linguarum. *Caput. XXVI.*

Gregorius.

Psa aliquando animarũ vis subtilitate sua aliquid pręuidet. Aliquando autẽ exituræ de corpore animæ per
I reuelationem ventura cognoscunt. Aliquando verò iam dum iuxtà fit vt corpus deserant, diuinitus afflatæ in secreta cœlestia incorporeum mentis oculum mittunt. Nam quòd vis animæ aliquando subtilitate sua ea quę sunt ventura cognoscit, patet ex eo quòd quidam aduocatus qui in hac vrbe ante biduum lateris dolore defunctus est, ante paululum quàm moreretur, vocauit puerum suum, præparari sibi vestimenta ad pro-
Aduocatus futura prædixit. cedendum iussit. Quem dum puer quasi insanire cerneret, eiúsque præceptis minimè obediret, surrexit: vestimento se induit, & per viam Appiam ad beati Sixti Ecclesiã se esse processurum dixit. Cúmque post modicũ ingrauescẽte molestia esset defunctus, deliberatũ fuerat: vt apud beatũ Ianuarium martyrẽ Prænestinæ viæ eius corpus poni debuisset. Sed quia longũ hoc his qui funus eius curauerant, visum est: repentè orto consilio exeuntes cum eius funere per viam Appiam, nescientes quę ille di D
xerat, in ipsa eum Ecclesia quam prædixerat, posuerunt. Et cùm eundem virum curis secularibus obligatum, lucrisque terrenis inhiantẽ fuisse nouerimus: vnde hoc prædicere pŏtuit, nisi quia id quod futurum erat, eius corpori ipsa vis animæ ac subtilitas prævidebat? Quod autem sæpe etiam reuelationibus agitur, vt à morituris futura præsciantur, ex his colligere possumus: quæ apud nos gesta in monasteriis scimus. In monasterio etenim meo quidam frater ante decennium Gerontius dicebatur. Qui cùm graui molestia corporis fuisset depressus, in visione noctur na albatos viros & clari omnimodo habitus in hoc ipsum monasterium descendere de superioribus aspexit. Qui dum coram lecto iacentis assisterẽt: vnus eorum dixit: Ad hoc venimus vt de monasterio Gregorij quosdam fratres in militiam mittamus, atque alteri præcipiens adiunxit: Scribe Marcellum, Valentinianum, Aguellum: atque alios quorum nunc minimè recordor. Quibus expletis addidit, dicens: Scribe & hunc ipsum qui nos aspicit. Ex qua visione certus redditus prædictus frater, facto manè innotuit fratribus, qui & qui essent in breui ex eadem cella morituri, quos se etiam denunciauit esse secuturum, cùm die alio prædicti fratres mori cœperunt, atque sub eodem ordine se in morte secuti sunt, quo fuerant in descriptione nominati. Ad extremum verò & ipse obiit, qui eosdem fratres morituros præuidit. In ea quoq; mortalitate quę ante triennũ hanc vrbem vehementissima clade vastauit, in Portuensis ciui- E
tatis monasterio Mellitus dictus est monachus adhuc in annis iuuenilibus constitutus, sed miræ simplicitatis atque humilitatis vir, qui appropinquante vocationis die, eadem clade percussus ad extrema deductus est. Quod vir vitæ venerabilis Felix eiusdem ciuitatis Episcopus audiens, cuius & hæc relatione cognoui, ad eum accedere studuit, & ne mortem timere debuisset, verbis hunc persuasoriis confortare, cui etiam adhuc de diuina misericordia longiora vitæ spatia polliceri cœpit. Sed ad hæc ille respondit, cursus sui tempora esse completa, dicens apparuisse sibi iuuenem, atque epistolas detulisse, dicentem: Aperi & lege. Quibus apertis asserùit: quia se & omnes qui eodem tempore à prædicto Episcopo in paschali festiuitate fuerant baptizati, scriptos in eisdem epistolis literis aureis inuenisset. Primum quidem, vt dicebat, suum nomen reperit, ac inde omnium illo in tempore baptizatorum. Qua de re certũ tenuit, & se & illos de hac vita esse sub celeritate migraturos. Factumque est vt die eadem ipse moreretur, atque post eum cuncti illi qui baptizati fuerant ita secuti sunt, vt intra paucos dies nullus eorum in hac vita remaneret. De quibus nimirum constat quòd eos prædictus dei famulus ideirco auro scriptos viderat: quia eorum nomina apud se fixa æterna claritas habebat. Sicut itaque hi reuelationibus potuerunt ventura cognoscere: ita nonnunquam egressuræ animæ possunt etiam mysteria cœlestia non per somnium sed vigilando prælibare. Am- F
monium nanque monasterij mei monachum bene nosti, qui dum esset in seculari habitu constitutus: Valeriani huius vrbis aduocati naturalem filiam in coniugio sortitus, eius obsequiis sedulè atque incessanter adhærebat, & quæque in eiusdem domo agebantur, nouerat. Qui mihi iam in monasterio positus narrauit quòd in ea mortalitate quæ patricij Narsi temporibus hanc vrbem vehementer afflixit in domo prædicti Valeriani puer armentarius fuit præcipuæ simplicitatis & humilitatis. Cùm verò eiusdem aduocati domus eadem clade vastaretur, idem puer percussus est & vsque ad mortem deductus. Qui subitò sublatus à præsentibus rediit, sibique dominum suum vocari fecit. Cui ait: Ego in cœlo fui, & qui de hac domo morituri sunt, agnoui. Ille, ille atque ille morituri sunt, tu verò ne timeas: quia in hoc tempore moriturus non es. Vt verò scias quòd me in cœlo fuisse verum fateor, ecce accepi illic vt linguis omnium loquar. Nunquid tibi incognitum fuit Græcam me linguam omnino non nosse? & tamen Græce loquar, vt cognoscas an verum sit quòd me omnes linguas accepisse testificor. Cui tunc Græcè dominus suus locutus est, atque ita ille in eadem lingua respondit: vt cuncti qui aderant, mirarentur. In ea quoq; domo prædicti Narsi spiritarius Vulgar manebat. Qui festinè ad ægrũ deductus ei vulgarica lingua locutus est, sed ita puer ille in Italia natus & nutritus in eadem barbara locutione respondit,

Nota rem miram.

G respondit,ac si ex eadem fuisset gente generatus. Mirati sunt omnes qui audiebant,atque ex duarum linguarum experimento quas eum antea nescisse nouerant, crediderũt de omnibus quas probare minimè valebant. Tunc per biduum mors eius dilata est, sed die tertio, quo occulto iudicio nescitur, manus ac brachia lacertósque suos dentibus laniauit,atque ita de corpore exiuit. Quo mortuo omnes illi quos prædixerat, ex hac protinus luce subtracti sunt,nullúsque in illa domo eadẽ tempestate defunctus est,qui voce illius denunciatus non est.

Mors terribilis pueri.

Petrus.

VAlde terribile est, vt qui tale donum percipere meruit, tali etiam post hoc pœna plecteretur.

Gregorius.

Vis occulta dei iudicia sciat? Ea quæ in diuino examine comprehendere non possumus, timere magis quàm discutere debemus.

De morte Theophany comitis. Caput.XXVII.

T autem de egredientibus animabus quæ multa præ-
V noscunt ea quæ cœpimus, exequamur, neque hoc silendum est quod de Theophanio Centerelensis* vr-
bis comite in eadem vrbe posito multis attestantibus agnoui. Fuit nanque vir misericordiæ actibus deditus, bonis operibus intentus, hospitalitati præcipuè studens. Exercendis quidem
H comitatus curis occupatus,agebat terrena & temporalia, sed vt pòst in fine claruit, magis ex debito quam ex intentione. Nam dum appropinquante mortis eius tempore grauissima aeris tẽpestas obsisteret ne ad sepeliẽdum duci potuisset,eúmque vxor sua cum fletu vehementissimo inquireret, dicens:Quid faciamẽ quomodo te ad sepeliendum eiicio:quæ ostium domus huius egredi præ nimia tempestate non possum. Tunc ille respondit: Noli mulier flere:quia mox vt ego defunctus fuero, aëris serenitas redibit. Cuius protinus vocem mors & mortem serenitas secuta est.Quod signum etiam alia signa sunt comitata. Nam manus eius & pedes podagræ humore tumescentes versi in vulneribus fuerant,& profluente sanie putebant. Sed dum corpus eius ex more ad lauandum fuisset vudatum:ita manus pedésque eius sani inuenti sunt, ac si vnquam vulneris nihil habuissent. Ductus itaque ac sepultus est,eiúsq; coniugi visum est vt quarto die in sepulchro illius marmor quod superpositum fuerat, mutari debuisset. Quod videlicet marmor corpori eius superpositum dum fuisset ablatum,tanta ex corpore ipsius fragrantia odoris emanauit,ac si ex putrescente carne illius pro vermibus aromata ferbuissent. Quod factum dum narrante me in homiliis infirmis quibusdam venisset in dubium, die quadam sedente me in cõuentu nobilium,ipsi artifices qui in sepulchro illius marmor mutauerant,affuerunt,aliquid me de propria causa rogaturi. Quos ego de eodem miraculo coram clero, nobilibus ac plebe requisiui,qui & eadem odoris fragrantia miro modo
I se repletos fuisse testati sunt. Et quædam alia in augmento miraculi,quæ nunc narrare longum æstimo, de eodem sepulchro eius addiderunt.

al. Centũcellensis.

Theophanius comes futura prædixit.

Petrus.

INquisitioni meæ sufficienter iam video satisfactum, sed hoc est adhuc quod quæstione animum pulsat:quia cum superius dictum sit, esse iam sanctorum animas in cœlo, restat proculdubio vt iniquorum quoque animæ esse nõ nisi in inferno credantur.Et quid hac de re veritas habeat,ignoro. Nam humana æstimatio non habet peccatorũ animas ante iudiciũ posse cruciari.

Quòd sicut perfectorum animæ in cœlo, ita post dissolutionem corporum iniquorum animæ in inferno esse credendæ sint. Caput.XXVIII.

Gregorius.

I esse sanctorum animas in cœlo sacri eloquij satisfa-
S ctione credidisti, oportet vt per omnia esse credas & iniquorum animas in inferno: quia ex retributione æternæ iustitiæ ex qua iusti iam gloriantur, necesse est per omnia vt & iniusti crucientur. Nam sicut electos beatitudo lætificat, ita credi necesse est quòd à die exitus sui ignis reprobos exurat.

Petrus.

ET qua ratione credendum est:quia rem incorpoream tenere ignis corporeus possit?

Qua ratione credendum sit, vt incorporeos spiritus teneat ignis corporeus possit. Caput.XXIX.

Gregorius. K

I viuentis hominis incorporeus spiritus tenet in cor-
S pore, cur non post mortem, cùm incorporeus sit spiritus, etiam corporeo igne teneatur? Petrus.

IN viuente quolibet idcirco incorporeus spiritus tenetur in corpore:quia viuificat corpus. Gregorius.

I incorporeus spiritꝰ Petre in hoc teneri potest quod
S viuificat,quare nõ pœnaliter & ibi teneatur vbi mortificatur? Teneri autem spiritum per ignem dicimus, vt in tormento ignis,videndo atque sentiendo puniatur. Ignem nanq; eoipso patitur quòd videt:& quia cremari se aspicit,crematur. Sicque fit vt res corporea incorpoream exurat, dum ex igne visibili ardor ac dolor inuisibilis trahitur: vt per ignem corporeum mens incorporea etiam incorporea flamma crucietur:quanuis colligere ex dictis Euangelicis possumus, quia incendium anima non solum videndo, sed etiam experiendo patiatur. Veritatis etenim voce diues mortuus in inferno dicitur sepultus.Cuius anima quia in igne teneatur, insinuat voce diuitis qui Abraham deprecatur,dicens:Mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam,& refrigeret linguam meã: quia crucior in hac flamma. Dum ergo peccatorem diuitem damnatum veritas in ignem perhibet,quisquam sapiens reproborum animas teneri ignibus neget? Petrus.

Corpus ignis ad spiritum tenendum.

Luc.16.

ECce ratione ac testimonio ad credulitatẽ flectitur animus, sed dimissus iterum ad rigorem redit.Quomodo enim res L
corporea rem incorporeã teneat,atque affligere possit,ignoro.

Gregorius.

DIc quæso te,apostatas spiritus à cœlesti gloria deiectos,esse corporeos, an incorporeos suspicaris?

Petrus.

QVis sanum sapiens,esse spiritus corporeos dixerit?

Gregorius.

GEhennæ ignem esse corporeum, an corporeum fateris? Petrus.

IGnem gehennæ corporeum esse non ambigo, in quo certum est corpora cruciari.

Gregorius.

Erte reprobis veritas in fine dictura est: Ite in ignem *Matt.25.*
C æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Si igitur diabolus eiúsque angeli, cum sint incorporei, corporeo sunt igne cruciandi,quid mirum si animæ, & antequã recipiant corpora,possint corporea sentire tormenta?

Petrus.

PAtet ratio,nec debet animus de hac vlterius quæstione dubitare.

De morte Theodorici regis Ariani. Caput.XXX.

Gregorius.

Ostquam laborioſè credidisti, operæprecium credo
P si ea quæ mihi à viris fidelibus sunt digesta,narraue- M
ro.Iulianus nanque huius Romanæ ecclesiæ, cui deo auctore deseruio,secũdus defensor, qui ante septem fermè annos defunctus est, ad me adhuc in monasterio positum crebrò veniebat,& mecum colloqui de animæ vtilitate cõsueuerat.Hic itaque mihi quadam die narrauit,dicens:Theodorici regis temporibus pater soceri mei in Sicilia exactionem canonis egerat, atque iam ad Italiam rediebat. Cuius nauis appulsa est ad insulam quæ Liparis appellatur. Et quia illic vir quidam solitarius magnæ virtutis habitabat,dum nautæ nauis armamenta repararent,visum est prædicto patri soceri mei ad eundem virum dei pergere,seque eius orationibus commendare.Quos vir domini cùm vidisset, eis inter alia colloquens dixit: Scitis quia rex Theodoricus mortuus est? Cui illi protinus responderunt.Absit,nos eum viuentem dimisimus,& nihil tale ad nos de eo nunc vsque perlatum est. Quibus dei famulus addidit, dicens:Etiam mortuus est: nam hesterno die hora nona inter Ioannem papam & Symmachum patricium discinctus atque discalciatus, & vinctis manibus deductus, in hanc vicinam Vulcani ollam iactatus est. Quod illi audientes sollicitè conscripsorunt diem, atque in Italiam reuersi,eo die Theodoricum regẽ inuenerunt fuisse mortuum, quo de eius exitu atque supplicio dei famulo fuerat ostensum. Et quia Ioannem papam affligendo in custodia occidit, Symmachum quoq; patricium ferro trucidauit, ab illis

Universidad de Deusto Biblioteca

Vius iustè in ignem missus apparuit, quos in hac vita iniustè iudicauit.

De morte Reparati. Caput. XXXI.

Odem quoq; tempore quo primum remotæ vitæ desiderio anhelabam, quidam honestus senex Deusdedit nomine, valde huius vrbis nobilibus * amicus, mihi quoque in amicitiis sedulè iungebatur, qui mihi narrabat, dicens: Gothorum tempore quidam spectabilis vir, Reparatus nomine, venit ad mortem. Qui dum diu iam commutatus ac rigidus iaceret, visum est quòd ab eo funditus flatus vitalis exisset, atque exanime remansisset corpus. Cumque & multi qui conuenerant, & eum iam mortuum familia lugeret, subito rediit: & cunctorum plangentium in stuporem versæ sunt lachrymæ. Qui reuersus ait: Citius ad Ecclesiam beati Laurentij martyris, quæ ex nomine conditoris Damasci vocatur, puerum mittite: & quid de Tyburtio presbytero agatur, videat: & renunciare festinet. Qui videlicet tunc Tyburtius carnalibus desideriis subiacere ferebatur. Cuius adhuc vitæ morúmque quoque bene Florentius eius nunc Ecclesiæ presbyter meminit. Cum vero puer pergeret, narrauit idē Reparatus qui ad se reuersus fuerat, quòd illum vbi ductus fuerat, agnouit dicens: Paratus fuerat rogus ingens, deductus autem Tyburtius presbyter in eo est superpositus, atque supposito igne non crematus. Alius autem parabatur rogus, cuius à terra in cœlum cacumen tendi videbatur. Cui emissa voce clamatum est, cuius esset. His igitur dictis statim Reparatus defunctus est, puer verò qui transmissus fuerat ad Tyburtium, iam eum mortuum inuenit. Qui videlicet Reparatus ductus ad loca pœnarum dum vidit, rediit, narrauit, & obiit: apertè monstratur, quia nobis illa, non sibi viderit, quibus dum adhuc concessum est viuere: licet etiam à malis operibus emendare. Rogum vero construi Reparatus vidit, non quòd apud infernum ligna ardeant, vt ignis fiat: sed narraturus hæc viuentibus, illa de incendio prauorum* vidit, ex quibus nutriri apud viuentes corporeus ignis solet: vt per hæc assueta viuentes * discerent quid de insuetis timere debuissent.

al. eius.

Reparatus loca pœnarum vidit.

** al. pœnarum.*

** al. audiens.*

De morte curialis cuius sepultura incensa est. Caput. XXXII.

Erribile etiam quiddam in Valeriæ prouincia contigisse vir vitæ venerabilis Maximianus Syracusanus Episcopus, qui diu in hac vrbe meo monasterio præfuit, narrare consueuit, dicens: Quidam curialis illic sacratissimo Paschali sabbato iuuenculam cuiusdam filiam in baptismate suscepit. Qui post ieiunium domum reuersus, multoque vino inebriatus, eandem filiam suam secum manere petiit, eámque nocte illa, quod dictu nefas est, perdidit. Cumque manè facto surrexisset, reus cogitare cœpit vt ad balneum pergeret, ac si aqua balnei lauaret maculam peccati. Perrexit igitur, lauit, cœpitque trepidare Ecclesiam ingredi. Sed si tanto die non iret ad Ecclesiam, erubescebat homines: si verò iret, pertimescebat iudicium dei. Vicit itaque humana verecundia, perrexit ad Ecclesiam: sed tremebundus ac pauens stare cœpit, atque per singula momenta suspectus qua hora immundo spiritui traderetur: & coram omni populo vexaretur. Cumque vehementer timeret, ei in illa missarum celebritate quasi aduersi nihil contigit. Qui lætus exiit, & die altero Ecclesiam iam securus intrauit. Factumque est vt per sex continuos dies lætus ac securus procederet, æstimans quod eius scelus dominus aut non vidisset, aut visum misericorditer auertisset. * Die autem septimo subita morte defunctus est. Cúmque sepulturę traditus fuisset, per longum tempus cunctis videntibus de sepulchro illius flamma exiit, & tam diu ossa eius concremauit, quousque omne sepulchrum consumeret, & terra quæ in tumulum collecta fuerat, defossa videretur. Quod videlicet omnipotens deus faciens, ostendit quid eius anima in occulto pertulit, cuius etiam corpus ante humanos oculos flamma consumpsit. Qua in re nobis quoque hæc audientibus exemplum formidinis dare dignatus est: quatenus ex hac consideratione colligamus quid anima viuens ac sentiens pro reatu suo patitur, si tanto ignis supplicio etiam insensibilia ossa concremantur. Petrus.

** al. dimissa.*

Ossa curialis in sepultura arsa.

NOsse velim, si vel boni bonos in regno, vel mali malos in supplicio agnoscant.

Si boni bonos in regno, & mali malos in supplicio agnoscant. Caput. XXXIII.

Gregorius.

Vius rei sententia in verbis est dominicis, quam iam superius protulimus, luce clarius demõstrata. In quibus cùm dictum esset: Homo quidam erat dives, & induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendidè: & erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis: & nemo illi dabat, sed & canes veniebant & lingebant vlcera eius: subiunctum est quòd mortuus Lazarus portatus est ab angelis in sinu Abrahæ: & mortuus dives, sepultus est in inferno. Qui eleuans oculos suos cùm esset in tormentis, vidit Abrahã à longè, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamauit, dicens: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Cui Abraham dixit: Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Dives autem iam spem salutis de seipso non habens, ad promerendam suorum salutem conuertitur, dicens: Rogo te pater vt mittas eum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres vt testetur illis, ne & ipsi veniant in locum hunc tormentorum. Quibus verbis apertè declaratur, quia & boni bonos, & mali malos cognoscunt. Si enim Abraham Lazarum minimè recognouisset, nequaquam ad diuitem in tormentis positum, de transacta eius contritione loqueretur, dicens: quòd mala receperit in vita sua. Et si mali malos non recognoscerent, nequaquam dives in tormentis positus, fratrum suorum etiam absentium, meminisset. Quomodo enim præsentes non posset agnoscere, qui etiam pro absentium memoria curauit exorare? Qua in re illud quoque ostenditur quod nequaquam ipse requisiti: quia & boni malos, & mali cognoscunt bonos. Nam dives ab Abraham cognoscitur, cui dictum est: Recepisti bona in vita tua. Et electus Lazarus à reprobo est diuite cognitus, quem mitti precatur ex nomine, dicens: Mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam: & refrigeret linguam meam. In qua videlicet cognitione vtriusque partis, cumulus retributionis excrescit, vt & boni amplius gaudeant, qui secum eos lætari conspiciunt quos amauerunt, & mali dum cum eis torquentur quos in hoc mundo, despecto deo, dilexerunt, eos non solum sua, sed etiam eorum pœna consumat. Fit autem in electis quiddam mirabilius, quia non solum eos agnoscunt quos in hoc mundo nouerant, sed velut viros visos ac cognitos recognoscunt bonos quos nunquam viderunt. Nam cùm antiquos patres in illa æterna hæreditate viderint, eis incogniti per visionem non erunt, quos in opere semper nouerũt. Quia enim illic omnes communi claritate deum conspiciunt, quid est quod ibi nesciant, vbi scientem omnia sciunt?

Luc. 16.

Boni malos, & bonos mali re cognoscent, post mortẽ.

De quodam religioso qui prophetas moriens vidit. Caput. XXXIIII.

Am quidam noster religiosus vir & vitę valde laudabilis, cùm ante hoc quadriennium moreretur, sicut religiosi alij qui præsentes fuerunt testati sunt, in hora exitus sui Ionam prophetam, Ezechielem quoque & Danielem cœpit aspicere, eosque dominos suos ex nomine clamare. Quos dum ad se veniſſe diceret, & depressis luminibus eis reuerentiæ obsequium præberet, ex carne eductus est. Qua in re apertè datur intelligi quæ erit in illa incorruptibili vita notitia, si vir iste adhuc in carne corruptibili positus, prophetas sanctos quos nimirum nunquam viderat, agnouit.

Moriens prophetas vidit.

Quòd se etiam ignotæ animæ nonnunquam exituræ cognoscunt, quæ vel pro culpis tormenta, vel bonis actibus similia sunt præmia receptura: & de morte Ioannis, & Vrsi, atque Eumorphij, & Stephani. Caput. XXXV.

Olet autẽ plærunque contingere vt egressura anima eos etiã recognoscat cum quibus pro æqualitate culparum, vel etiam præmiorum, in vna est mansione deputanda. Nam vir vitæ venerabilis Eleutherius senex, de quo præcedente libro multa narraui, in monasterio suo germanum fratrem

Universidad de Sevilla Biblioteca

G fratrem nomine Ioannem se habuisse perhibuit: qui ante dies quatuordecim suum fratribus exitum prædixit. Cumque decrescentes quotidie computarent dies, ante triduum quàm vocaretur ex corpore, febre correptus est. Ad horam verò mortis veniens, mysteriũ dominici corporis & sanguinis accepit. Vocatisque fratribus coram se psallere præcepit, quibus tamen antiphonam ipse per semetipsum de semetipso imposuit, dicens: Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas confitebor domino: hæc porta domini, iusti intrabunt per eam. Cúmque coram eo assistentes fratres psallerent, emissa subitò & producta voce clamauit, dicens: Vrse veni. Quod mox vt dixit, eductus è corpore mortalem vitam finiuit. Mirati sunt fratres: quia hoc quod moriens frater clamauerat, ignorabãt. Quo defuncto, in monasterio facta est magna tristitia. Quarto autem die quiddam fratribus necessarium fuit vt ad monasterium aliud longè positum transmitterent. Illuc ergo euntes fratres, omnes eiusdem monasterij monachos tristes vehementer inuenerunt. Quibus cùm dicerent, quid habetis quod vos in tanto mœrore deprimitis? Responderunt dicentes. Loci huius desolationem gemimus, quia vnus frater cuius nos vita in hoc monasterio continebat, hodie quatus est dies quòd ex hac luce subtractus est. Cumque fratres qui venerant studiosè inquirerent qualiter dictus fuisset, responderunt: Vrsus. Qui vocationis eius horam subtiliter inquirentes, ipso eum momento
H cognouerunt exisse de corpore, quo per Ioannem, qui apud eos defunctus est, fuerat vocatus. Qua ex re colligitur, quia vtrorumque par fuerat meritum, eisque datum est vt in vna mansione socialiter viuerent, quibus è corpore contigit socialiter exire. Sed neque hoc silcam quòd dum adhuc laicus viuerem, atque in domo mea quæ mihi in hac vrbe ex iure patris obuenerat, manerem: de quibusdam vicinis meis me contigit agnouisse. Quædam namque iuxta me vidua, Galla dicebatur. Hæc Eumorphium nomine iuuenem filium habebat, à quo nõ longe quidam Stephanus qui alio nomine Optio dictus fuit, habitabat. Sed idem Eumorphius ad extrema vitæ veniens vocauit puerum suum eique præcepit, dicens: Vade citius & dic Stephano Optioni vt concitus veniat, quia ecce nauis parata est: vt ad Siciliam duci debeamus. Cumque hunc puer insanire crederet, & obedire recusaret, cœpit ille vehementer imminere, dicens: Vade & nuncia illi quod dico: quia non insanio. Egressus est puer vt ad Stephanum pergeret. Cúmque in medium iter veniisset, ei alius quidam obuius factus est, qui hunc requisiuit, dicens: Quo vadis? Cui ille respondit. Ad Stephanum Optionem à domino meo missus sum. Atque ille protinus dixit. Ab eo venio, sed ante me hac hora defunctus est. Reuersus verò est puer ad Eumorphium dominum suum, sed iam eum mortuum inuenit. Sicque factum est vt dum alter obuiam venit, & ex medio itinere puer reuersus est, vt ex mensura spatij potuisset colligi quia vno momento vtrique fuerant vocati.

Antiphona Ioannis.

Nota de Stephano & Eumorphio.

I

Petrus.

TErribile est valde quod dicitur: sed quæso te, cur egredienti animæ nauis apparuit, vel cur se ad Siciliam duci moriturus prædixit?

Gregorius.

Nima vehiculo non eget: sed mirum non est si adhuc
A homini in corpore posito, illud apparuit quod per corpus assueuerat videre, vt per hoc intelligi daretur quo eius anima spiritaliter duci potuisset. Quòd vero se ad Siciliam duci testatus est, quid sentiri aliud potest, nisi quòd præcæteris locis in eius terræ insulis eructante igne tormentorum ollæ patuerunt? Quæ, vt solent narrare qui nouerunt, laxatis quotidie finibus excrescunt vt mundi termino appropinquante, quanto certum est illuc amplius exurendos colligi, tanto & eadem tormentorum loca amplius videãtur aperiri. Quod omnipotens deus ad correptionem viuentium in hoc mundo voluit ostendi, vt mentes infidelium, quæ inferni tormenta esse nõ credunt, tormentorum loca videant, quæ audita credere recusant. Quod verò siue electi, siue reprobi, quorum communis causa in opere fuerit, ad loca etiam communia deducantur, veritatis nobis verba satisfacerent, etiam si exempla deessent. Ipsa quippe propter electos in Euangelio dicit: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si enim dispar retributio in illa æterna beatitudine non esset, vna potius mansio quàm multæ essent. K Multæ ergo mansiones sunt, in quibus & distincti bonorum ordines: & propter meritorum consortia communiter lętantur: & tamen vnum denarium omnes laborantes accipiunt. Qui multis mansionibus distinguuntur: quia & vna est beatitudo quam illic percipiunt, & dispar retributionis qualitas, quam per opera diuersa consequuntur. Quæ nimirum veritas iudicij sui diem denuncians, ait: Tunc dicam messoribus: Colligite zizania, & ligate ea in fasciculos ad comburendum. Messores quippe angeli zizania ad comburẽdum in fasciculos ligant, cum pares paribus in tormentis similibus sociant, vt superbi cũ superbis, luxuriosi cum luxuriosis, auari cum auaris, fallaces cum fallacibus, inuidi cum inuidis, infideles cum infidelibus ardeant. Cum ergo similes in culpa, ad tormenta similia deducũtur: quia eos in locis pœnalibus angeli deputant, quasi zizaniorum fasciculos ad comburendum ligant.

Ioan. 14.

Petrus.

ADinquisitionem meam responsionis satisfactione patuit causa rationis. Sed quidnam est, quæso te, quòd nonnulli quasi per errorem extrahuntur è corpore, ita vt facti exanimes redeant, & eorum quisque audisse se dicat quia ipse non fuerit qui erat iussus deduci?

De his qui quasi per errorem educi videntur è corpore: & de vocatione & reuocatione Petri monachi, & de morte & resuscitatione Stephani, ac de visione cuiusdam militis. L

Caput. XXXVI.

Gregorius.

Oc cùm fit Petre, si bene perpenditur, non error, sed
H admonitio est. Superna enim pietas ex magna misericordiæ suæ largitate disponit, vt nonnulli etiam post exitum repentè ad corpus redeant, vt tormenta inferni quæ audita non crediderant, saltem visa pertimescant. Nam quidam Illyricianus monachus, qui in hac vrbe in monasterio mecum viuebat, mihi narrare consueuerat: quia quodam tempore cùm adhuc in eremo moraretur, agnouerit quòd Petrus quidam monachus ex regione ortus Hiberiæ, qui ei in loco vastæ solitudinis cui Euasa nomen est, inhærebat, sicut ipso narrante didicerat, priusquam eremum peteret, molestia corporis interueniente defunctus est: sed protinus corpori restituendus, inferni se supplicia atque innumera loca flammarum vidisse testabatur. Qui etiam quosdam huius seculi potentes in eisdem flammis suspensos se vidisse narrabat. Qui cùm iam ductus esset vt in illas & ipse mergeretur, subitò angelum corusci habitus apparuisse sibi tebatur, qui eum in ignem mergi prohiberet. Cui etiam dixit: Regredere, & qualiter tibi posthac viuendum sit, cautissimè attende. Postquam vocem paulatim recalescentibus membris ab æternę mortis somno euigilans, cuncta quæ circa illum fuerãt, gesta narrauit. Tantisque se postmodum ieiuniis vigiliisq; con- M
strinxit, vt inferni eum vidisse & pertimuisse tormenta, etiam si taceret lingua, conuersatio loqueretur. Quippe omnipotentis dei mira largitate in morte actum est ne mori debuisset. Sed quia humanum cor grauis valde duritiæ esse solet: ita ipsa quoque pœnarum ostensio non æquè omnibus vtilis est. Nam illustris vir Stephanus, quem bene nosti, de semetipso mihi narrare cõsueuerat: quia in Constantinopolitana vrbe pro quadã causa demoratus, molestia corporis superueniente defunctus est. Cúmque medicus atque pigmentarius ad aperiendum eum atque condiendum esset quæsitus, & die eodem minimè inuentus, subsequente nocte corpus iacuit inhumatum. Qui ductus ad inferni loca, vidit multa quæ prius audita non credidit. Sed cùm præsidenti illic iudici præsentatus fuisset, ab eo receptus non est, ita vt diceret: Non hunc adduci, sed Stephanum ferrarium iussi. Qui statim reductus in corpore est, & Stephanus ferrarius qui iuxta eum habitabat, eadem mora defunctus est. Sicq; probatum est vera fuisse verba quę audierat, dum hæc effectus mortis Stephani demonstrauit. Ante triennium quoque in hac pestilentia quæ hanc vrbem clade vehementissima depopulauit, Miles quidã in qua etiam corporali visu sagittæ cœlitus venire, & singulos dum alteros quosque ferire videbantur sicut nosti: Stephanus idem defunctus est. Quidam verò miles in hac eadem vrbe nostra percussus, ad extrema peruenit. Qui eductus è corpore exanimis per vidiacuit,

Stephanum quidã per uias inferni vidit.

Miles quidam in Lybia cecidit.

A iacuit, sed eius rediit, & quæ cum eo fuerant gesta, narrauit. Videbat enim, sicut sunt res eadem etiam multis innotuit, quia pons erat: sub quo niger atque caliginosus fœtoris intolerabilis nebulam exhalans fluuius decurrebat. Transacto autem ponte, amœna erant prata atque virentia, odoriferis herbarum floribus ex ornata, in quibus albatorum hominum conuenticula esse videbantur. Tantúsque in eodem loco odor suauitatis inerat, vt ipsa suauitatis fragrantia illic deambulantes, habitantésque satiaret. Ibi mansiones erant diuersorum singulæ, magnitudine luculentæ. Ibi quædam miræ potentiæ ædificabatur domus, quæ aureis videbatur laterculis construi, sed cuius esset, non potuit agnosci. Erant verò super ripam prædicti fluminis nonnulla habitacula, sed alia exurgentis fœtoris nebula tangebat, alia autem exurgens fœtor è flumine minimè tangebat. Hæc verò erat in prædicto ponte probatio, vt quisquis per eum vellet iniustorum transire, in tenebrosum fœtentémque fluuium laberetur. Iusti verò quibus culpa non obsisteret, securo per eum gressu ac libero ad loca amœna peruenirent. Ibi se etiam Petrum Ecclesiasticæ familiæ maiorem, qui ante quadriennium est defunctus, deorsum positum in locis teterrimis magno ferri pondere religatum ac depressum vidisse confessus est. Qui dum requireret cur ita esset, ea se dixit audisse quæ nos qui eum in hac Ecclesia-
B stica domo nouimus, scientes eius acta, recolimus. Dictum nanque est. Hæc idcirco patitur: quia siquid ei pro facienda vltione videbatur, ad inferendas plagas plus ex crudelitatis desiderio quàm obedientiæ seruiebat. Quod sic fuisse, nullus qui illum nouit, ignorat. Ibi se etiam quendam peregrinum presbyterum vidisse fatebatur, qui ad prædictum pontem veniens, tanta per eum auctoritate transiit, quanta & hic synceritate vixit. In eodem quoque ponte hunc quem prædiximus Stephanum se recognouisse testatus est. Qui dum transire voluisset, eius pes lapsus est, & ex medio corpore iam extra pontem delectus, à quibusdam teterrimis viris ex flumine surgentibus per coxam deorsum, atque à quibusdam abbatibus, * & speciosissimis viris cœpit per brachia sursum trahi. Cúmque hoc luctamen esset, vt hunc boni spiritus sursum, mali deorsum, traherent, ipse qui hæc videbat, ad corpus reuersus est: & quid de eo plenius gestum sit, minimè cognouit. Qua in re de eiusdem Stephani vita datur intelligi: quia in eo mala carnis cum eleemosynarum operatione certabant. Qui enim per coxas deorsum, per brachia trahebatur sursum, patet nimirum quia & eleemosynas amauerat, & carnis vitiis perfectè non restiterat, quæ eum deorsum trahebant. Sed in illo occulto arbitri examine quid in eo vicerit, & nos & eum qui vidit & reuocatus est, latet. Constat tamen, quia idem Stephanus postquam, sicut superius narraui, & infera loca vidit: & ad corpus rediit, perfectè vitam minimè correxit, qui post multos annos de corpore adhuc in certamine vitæ & mortis exiit. Qua de re colligitur, quia ipsa quoque inferni supplicia
C cùm demonstrantur, aliis hoc ad adiutorium, aliis verò ad testimoniũ fiat, vt isti videant mala quæ caueãt: illi verò eo amplius puniantur, quoniam inferni supplicia nec visa & cognita vitare voluerunt.

*al. albatis Nota tertium.

Petrus:

Vid est hoc quæso te, quòd in amœnis locis cuiusdam
Q domus laterculis aureis ædificari videbatur? Ridiculum est valde si credimus quòd in illa vita adhuc metallis talibus egeamus.

Quid sibi vult in amœnis locis domus instructis, & de Deusdedit, cuius domus sabbato videbatur ædificari.

Gregorius:

Vis hoc si sanum sapit, intelligat? sed per hoc quod
Q illic ostensum est, quisquis ille est, cui mansio ista construebatur, apertè datur intelligi quid est quod hic operatur. Nam qui præmia æternæ lucis eleemosynarum largitate promerebitur: nimirum constat, quia auro ædificat mansionem suam. Quod enim superius memoriam fugit vt dicerem, idem miles qui hæc viderat, narrabat quòd eosdem laterculos aureos ad ædificationem domus senes ac iuuenes, puellæ
Deusdedit fuam domũ sabbato tãtum ædificabat. & pueri ferebant. Qua ex re colligitur, quia hi quibus hic pietas facta est, ipsi illic operatores esse videantur. Hic etiam quidam iuxta nos Deusdedit nomine, religiosus habitabat, qui calciamenta solebat operari, de quo alter per reuelationem vidit quòd eius domus ædificabatur, sed in ea constructores sui solo die sabbati videbantur operari. Qui eiusdem viri postmodum D subtiliter vitam requirens: inuenit quia ex his quæ diebus singulis laborabat, quicquid ex victu atque vestitu superesse potuisset, die sabbato ad beati Petri Ecclesiam deferre consueuerat, atque indigentibus erogare. Qua ex re perpende: quia non immeritò domus ipsius fabrica sabbato crescebat.

Petrus:

Ac de re mihi idonee video satisfactum: sed quæso te,
H quid esse dicimus, quòd quorundam habitacula fœtoris nebula tangebantur, quorundam verò tangi nõ poterant: vel quid quod pontem quidem & fluuium vidit?

Gregorius.

X rerum Petre imaginib' pẽsantur merita causarum.
E Per pontem quippe ad amœna loca transire iustos aspexit: quia angusta valde est semita quæ ducit ad vitam, *Matt. 7.* Et fœtentem fluuium decurrentẽ vidit: quia ad ima defluit quotidie carnalium hic putredo vitiorum. Et quorundam habitacula fœtoris nebula tangebat, quorundam verò ab ea tangi non poterant: quia sunt plærique qui multa iam bona opera faciunt, sed tamen adhuc carnalibus vitiis in cogitationis delectatione tanguntur. Et iustum valde est, vt illic nebula fœtoris assideat, quos hic adhuc carnis fœtor delectat. Vnde & eandem delectationem E carnis esse beatus Iob in fœtore conspiciens, de luxurioso ac lubrico sententiam protulit, dicens: Dulcedo illius vermes. Qui autem perfectè cor ab omni delectatione carnis excutiunt, constat nimirum quia eorum habitacula fœtoris nebula non tanguntur. Et notandum quòd idem fœtor esse & nebula visa sit: quia nimirum carnalis delectatio mentem quam inficit obscurat, vt veri luminis claritatem non videat, sed vnde delectatur inferius, inde caliginem supernam* patiatur. *Iob. 24.*

*al. ad superna.

Petrus:

PVtamus ne hoc auctoritate sacri eloquij posse monstrari: vt culpæ carnalium fœtoris pœna puniantur?

De pœna Sodomorum.

Gregorius:

Otest. Nam libro Geneseos attestante didicimus, quia *Gen. 19.*
P super Sodomitas dominus ignem & sulphur pluit, vt eos & ignis incenderet, & fœtor sulphuris necaret. Quia enim amore illicito corruptilis carnis exarserant, simul incendio & fœtore perierunt: quatenus in pœna sua cognoscerent: quia æternæ morti fœtoris sui se delectatione tradidissent.

Petrus:

DE his in quibus dubius fui, nihil mihi fateor quæstionis remansisse.

Quòd quorundam animæ adhuc in corpore positæ pœnale aliquid de spiritalibus vident. Et de Theodoro puero. F

Caput. XXXVII.

Ciendum quoque est, quia nonnunquam animæ ad-
S huc in suis corporibus positæ, pœnale aliquid de spiritalibus vident: quod tamen quibusdam ad ædificationem suam, quibusdam verò contingere ad ædificationem audientium solet. Nam is de quo in homiliis coram populo me narrasse iam memini, inquietus valde Theodorus nomine puer fuit, *Theodorus puer prauus.* qui in monasterium meum fratrẽ suum necessitate magis quàm voluntate secutus est. Cui nimirum graue erat si quis pro salute sua aliquid loqueretur. Bona enim non solum facere: sed etiam audire non poterat. Nunquam se ad sanctæ conuersationis habitum venire iurando, irascendo, deridendo testabatur. In hac autem pestilentia quæ nuper huius vrbis populum magna ex parte consumpsit: percussus in inguine, est perductus ad mortem. Cúmque extremum spiritum ageret: conuenerunt fratres vt egressum illius orando protegerent. Iam corpus eius ab extrema parte fuerat præmortuum, in solo tantum pectore vitalis adhuc calor anhelabat. Cuncti autem fratres tanto pro eo cœperunt enixius orare: quanto eum iam videbãt sub celeritate discedere. Tunc repentè cœpit eisdem fratribus assistẽtibus clamare, atque cum magnis vocibus orationes eorum interrumpere, dicens: Recedite, recedite. Ecce draconi ad deuorandum datus sum, qui propter vestram præsentiam deuorare me non potest. Caput meum iam suo ore absorbuit: date locum vt non me amplius cruciet: sed faciat quod facturus est. Si ei ad deuorandum datus sum: quare propter vos moras patior? Tunc fratres cœpe-

G runt ei dicere: Quid est quod loqueris frater? signum tibi sanctæ crucis imprime. Respondit ille, dicens: Volo me signare, sed nō possum: quia squamis huius draconis premor. Cúmque hoc fratres audirent: prostrati in terram cum lachrymis cœperunt pro ereptione illius vehementius orare. Et ecce subitò cœpit æger clamare dicens: Gratias deo, ecce draco qui me ad deuorandum acceperat, fugit: orationibus vestris expulsus stare non potuit. Pro peccatis meis modo intercedite: quia conuerti paratus sum, & secularem vitam funditus relinquere. Homo ergo qui, sicut iam dictum est, ab extrema corporis parte fuerat præmortuus, reseruatus ad vitam, toto corde ad deum conuersus est. Et postquam mutatus mente diu est flagellis astrictus, tunc eius anima carne soluta est.

Theodori conuersio.

De morte Crisorij & monachi cuiusdam Iconiæ.
Caput. XXXVIII.

Crisorius vitiosus homo.

T contra Crisorius, sicut Probus propinquus illius, A cuius iam superius memoriam feci, narrare consueuit, vir in hoc mundo valde idoneus fuit, sed tantum plenus vitiis quantum rebus, superbia tumidus, carnis suæ voluptatibus subditus, in acquirendis rebus auaritiæ facibus accensus. Sed cùm tot malis dominus finem ponere decreuisset, corporali hunc molestia percussit. Qui ad extremum veniens, eadem hora qua iam de corpore erat exiturus, apertis oculis vidit H teterrimos viros & nigerrimos spiritus coram se assistere, & vehementer imminere, vt ad inferni claustra eum raperent. Cœpit tremere, pallescere, sudare: & magnis vocibus inducias petere, filiúmque suum nomine Maximum, quem ipse iam monachus monachum vidi, nimiis & turbatis vocibus vocare dicens: Maxime curre. Nunquā tibi mali aliquid feci, in fide tua me suscipe. Turbatus mox Maximus affuit, lugens ac perstrepens familia conuenit. Eos autem quos ille insistentes sibi grauiter tolerabat, ipsi malignos spiritus videre non poterant, sed eorum præsentiam, in confusione, & pallore, & tremore illius qui trahebatur, videbant. Pauore autem tetræ eorum imaginis huc illúcque vertebatur in lectulo, iacebat in siniſtro latere, aspectum eorum ferre non poterat, vertebatur ad parietem, ibique adcrant. Cúmque constrictus nimis relaxari se iam posse desperaret: cœpitq; magnis vocibus clamare. Inducias vel vsque manè, inducias vel vsque manè. Sed cùm hæc clamaret, in ipsis vocibus de habitaculo suæ carnis euulsus est. De quo nimirum constat: quia pro nobis ista non pro se viderit, vt eius visio nobis proficiat quos adhuc diuina patientia longanimiter expectat. Nam illi tetros spiritus ante mortem vidisse, & inducias petisse quid profuit, qui easdem inducias quas petiit, non accepit? Est etiam nunc apud nos Athanasius ex Isauria presbyter, qui in diebus suis Iconij rem terribilem narrat euenisse. Ibi nanque, vt ait, quoddam monasterium Thongolaton dicitur: in quo quidā I monachus magnæ æstimationis habebatur. Bonis quippe cernebatur moribus, atque in omni sua actione compositus: sed sicut ex fine res patuit, longè aliter quàm apparebat, fuit. Nam cùm ieiunare se cum fratribus demonstraret, occultè manducare consueuerat. Quod eius vitium fratres omnino nesciebant. Sed corporis superueniente molestia, ad vitæ extrema perductus est. Qui cùm iam esset in fine, fratres ad se omnes qui monasterio inerant, congregari fecit. At illi tali, vt putabant, viro moriente, magnum quid ac delectabile se ab eo audire crediderant. Quibus ipse afflictus & tremens compulsus est prodere, cui hosti traditus cogebatur exire. Nam dixit: Quando me vobiscum credebatis ieiunare, occultè comedebam, & ecce nunc ad deuorādum draconi traditus sum, qui cauda sua mea genua pedésque colligauit: caput verò suum intra meum os mittens, spiritum meum ebibens extrahit. Quibus dictis statim defunctus est, atque vt pœnitendo se liberare potuisset, à dracone quem viderat, expectatus non est. Quod nimirum constat, quia ad solam vtilitatem audientium viderit, qui eum hostem cui traditus fuerat, & inuoruit, & non euasit.

Petrus:

D Oceri vellem, si post mortem purgatorius ignis esse credendus est.

An post mortem purgatorius ignis sit.
Caput. XXXIX.

Gregorius:

K N Euangelio dicit dominus: Ambulate dum lucem habetis. Per prophetam quoque ait: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiui te. Quod Paulus Apostolus exponens dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Salomon quoque ait: Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erit apud inferos quò tu properas. Dauid quoque ait: Quoniam in seculum misericordia eius. Ex quibus nimirum sententiis constat: quia qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio præsentatur. Sed tamen de quibusdam leuibus culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est, pro eo quòd veritas dicit: Quia si quis in sancto spiritu blasphemiā dixerit, neque in hoc seculo remittetur ei, neque in futuro. In qua sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo, quasdam verò in futuro posse laxari. Quod enim de vno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur. Sed tamen, vt prædixi, hoc de paruis, minimísque peccatis fieri posse credendum est: sicut est assiduus ociosus sermo, immoderatus risus, vel peccatum curæ rei familiaris, quæ vix sine culpa vel ab ipsis agitur qui culpam qualiter declinare debeant, sciunt: aut in non grauibus rebus error ignorantiæ, quæ cuncta etiam post mortem grauant, si adhuc in hac vita positis minimè fuerint relaxata. Nam cùm Paulus dicat Christum esse fundamentum, atque subiungat: Si quis superædificauerit super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam: vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit: si cuius opus manserit quod superædificauit, mercedem accipiet: si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quanuis hoc de igne tribulationis in hac nobis vita adhibito possit intelligi, tamen si quis hoc de igne futuræ purgationis accipiat, pensandum sollicitè est, quia illum per ignem dixit posse saluari, non qui super hoc fundamentum ferrum, æs, vel plumbum ædificat, id est, peccata maiora, & idcirco duriora, atque tunc iam insolubilia: sed lignum, fœnum, stipulā, id est, peccata minuta atque leuissima, quæ ignis facilè cōsumat. Hoc tamen sciendum est: quia illic saltem * de minimis nihil quisque purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actibus in hac adhuc vita positus, vt illic obtineat, promereatur.

1.Cor.3. *Iacob.4.* *Esaiæ.49.* *2.Cor.6.* *Eccles.9.* *Psal.* *Mat.12.* *1.Cor.3.* L *al. ita*

De anima Pascasii diaconi.
Caput. XL.

N Am cùm adhuc essem iuuenculus, atque in laico habitu constitutus, narrari à maioribus atque scientibus audiui, quòd Pascasius huius apostolicæ sedis diaconus, cuius apud nos rectissimi & luculenti de sancto spiritu libri extant, miræ sanctitatis vir fuerit, eleemosynarum maximè M operibus vacans, cultor pauperum, & contemptor sui. Sed hic *Pascasij laus.* in ea contentione quæ inardescente zelo fidelium inter Symmachum atque Laurentium facta est, ad pontificatus ordinem Laurentium elegit, & omnium post vnanimitate superatus, in sua tamen sententia vsque ad diem sui exitus perstitit, illum amando atque præferendo quem episcoporum iudicio præesse sibi Ecclesia refutauit. Hic itaque cum temporibus Symmachi apostolicæ sedis præsulis esset defunctus, eius dalmaticam feretro superpositam damoniacus tetigit, statímque sanatus est. Post multum verò temporis Germano Capuano Episcopo, cuius superius memoriam feci, medici pro corporis salute dicta- *Domitius sanat.* uerant, vt in angularibus * thermis lauari debuisset. Qui *al. aqs* ingressus easdem thermas, prædictum Pascasium diaconum *lauit.* stantem & obsequentem in caloribus inuenit. Quo viso vehementer extimuit, & quid illic tantus vir faceret, inquisiuit. Cui ille respondit: Pro nulla alia causa in hoc pœnali loco deputatus sum, nisi quia in parte Laurentij contra Symmachum sensi. Sed quæso te, pro me dominum deprecare. Atque in hoc cognosces quòd exauditus sis, si huc rediens me non inueneris. Quæ de re vir domini Germanus se in precibus strinxit, & post paucos dies rediit: sed iam dictum Pascasium in loco eodem minimè inuenit. Quia enim non malitiæ, sed ignorantiæ errore peccauerat, purgari post mortem à peccato potuit. Quod tamen credēdum est, quia ex illa eleemosynarum suarum *Pascasij error.*

largitate

A largitate hoc obtinuit, vt tũc posset promereri veniam cùm iam nihil posset operari.

Petrus:

Vid hoc est quæso te, quòd in his extremis temporibus tam multa de animabus claresc̃unt, quæ ante latuerunt, ita vt apertis reuelationibus atque ostẽsionibus venturum seculum inferre se nobis atque aperire videatur?

Q

Cur in extremis temporibus tam multa de animabus claruerunt, quæ antea latuerunt. Caput. XLI.

Gregorius:

Ta est, nam quantum præsens seculum propinquat ad finem, tantum futurum seculum ipsa iam quasi propinquitate tangitur, & signis manifestioribus aperitur. Quia enim in hoc cogitationes nostras vicissim minimè videmus, in illo autem nostra in alterutrum corda conspicimus, quid hoc seculum nisi noctem, & quid futurum nisi diem dixerim? Sed quemadmodum cùm nox finiri & dies incipit oriri, ante Solis ortum simul aliquo modo tenebræ cum luce commixtæ sunt, quousque discedentis noctis reliquiæ in luce diei subsequentis perfectæ vertantur: ita huius mundi finis iam cum futuri seculi exordio permiscetur, atque ipsæ reliquiarum eius tenebræ quadam iam rerum spiritalium permixtione transluc̃ent. Et quæ illius mundi sunt, multa iam cernimus, sed necdum perfectè cognoscimus: quia quasi in quodam mentis crepusculo hæc velut ante Solem videmus.

I

B

Petrus:

Lacet quod dicis: Sed in tanto viro Pascasio hoc animum ad inquisitionem mouet, quòd post mortem ad pœnalem locum ductus est, cuius feretri vestis tangi potuit, & malignus spiritus ab obsesso homine fugari.

P

Gregorius:

Ac in re magna debet omnipotentis dei dispensatio, & quàm sit multiplex, agnosci. Cuius iudicio actum est, vt idem vir Pascasius & ipse intus ad aliquantum temporis reciperet quod peccasset: & tamen ante humanos oculos mira per corpus suum post mortem faceret, qui ante mortem eis quoque cognoscẽtibus pia opera fecisset: vt neque hi qui bona eius viderant, de eleemosynarum illius æstimatione fallerentur, neque ipsi sine vltione laxaretur culpa, quam nec esse culpã credidit, & idcirco hanc fletibus non extinxit.

H

Pascasius quomodo mirabilem fecerit.

Petrus:

Erpẽdo quæ dicis, veruntamẽ hac ratione constrictus, non solum quæ intelligo: sed etiam ipsa quæ in me nõ intelligo, cogor iam peccata formidare. Sed quæso te, quia paulo superius sermo de locis pœnalibus inferni versabatur, vbinam esse infernum putamus. Super hanc terram, an sub hac terra esse credendus est?

P

Vbi esse infernus credendus sit. Cap. XLII.

Gregorius:

Ac de re temerè diffinire non audeo: Nonnulli namque in quadam terrarum parte infernum esse putauerunt. Alij verò hunc sub terra esse æstimant. Sed tamen hoc animum pulsat: quia si idcirco infernum dicimus, quia inferius iacet: quòd terra à cœlo est, hoc esse debet infernus à terra. Vnde & fortasse per Psalmistam dicitur: Liberasti animam meam ex inferno inferiori: Vt infernus superior in terra, infernus verò inferior sub terra esse videatur. Et Ioannis vox in æstimatione ista concordat, qui cùm signatum librum septem sigillis vidisse se diceret: quia nemo inuentus est dignus neque in cœlo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum & soluere signacula eius, adiunxit: Et ego flebam multum. Quem tamen librum postea per leonem de tribu Iuda dicit aperiri. Quo videlicet libro quid aliud quàm sacra scriptura signatur? Quam solus redemptor noster aperuit, qui homo factus, moriendo, resurgendo, ascẽdẽdo, cuncta mysteria quæ in eo fuerãt clausa patefecit. Et nullus in cœlo, quia neque angelus: nullus in terra, quia neque homo viuens in corpore: nullus subtus terram dignus inuentus est: quia neque animæ corpore exutæ aperire nobis præter dominum sacri eloquij secreta potuerunt. Cùm ergo ad aperiendum librum nullus sub terra inuentus dignus dicitur, quid obstet non video vt sub terra infernus esse credatur.

C

H

Psal. 85.

Apoc. 5.

Infernus sub terra esse si creditur.

Petrus:

Væso te: Vnus esse gehennæ ignis credendus est, an quanta peccatorũ diuersitas fuerit, tanta quoque æstimanda sunt & ipsa incendia esse præparata?

Q

D

Vtrum vnus gehennæ ignis sit, an diuersi. Caput. XLIII.

Gregorius:

Nus quidem est gehennæ ignis, sed non vno modo omnes cruciat peccatores. Vniuscuiusque etenim quãtum exigit culpa, tanta illic sentitur pœna. Nam sicut in hoc mundo sub vno Sole multi consistunt, nec tamen eiusdem Solis ardorem æqualiter sentiunt: quia alius plus æstuat, atque alius minus: ita illic in vno igne non vnus est modus incendij: quia quod hic diuersitas corporum, hoc illic agit diuersitas peccatorum, vt & ignem non dissimilem habeant, & tamen eosdem singulos dissimiliter exurat.

V

Vnus ignis est æternæ pœnæ.

Petrus:

NVnquid nam, quæso te, dicimus eos qui semel illic mersi fuerint, semper arsuros?

Si semper ardeant qui gehennæ incendiis deputantur. Caput. XLIIII.

Gregorius:

Onstat nimirum & incunctanter verum est: quia sicut finis non est gaudio bonorum: ita finis non erit tormẽto malorum. Nam cùm veritas dicat: Ibũt impij in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam: quia verum est quod promisit, falsum procul dubio non erit quod minatus est deus.

C

Matt. 25.

E

Petrus:

Vid siquis dicat: Idcirco peccãtibus æternam pœnam minatus est, vt eos à peccatorum perpetratione compesceret?

Q

Gregorius:

I falsum est quod minatus est, vt ab iniustitia corrigeret, etiam falsa est pollicitus: vt ad iustitiam prouocaret. Sed quis hoc dicere vel insanus præsumat? Et si minatus est quod non erat impleturus, dum asserere eum misericordem volumus, fallacem, quod dici nefas est, prædicare compellimur.

S

Petrus:

SCire velim quomodo iustum sit vt culpa quæ cum fine perpetrata est, sine fine puniatur.

Gregorius:

Ocrectè diceretur, si districtus iudex non corda hominum, sed facta pensaret. Iniqui enim ideo cum fine deliquerũt: quia cum fine vixerunt. Nam voluissent vtique si potuissent sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper viuere cupiunt, qui nũquam desinunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato.

H

Petrus:

SEd nullus iustus crudelitate pascitur, & delinquens seruus à iusto domino idcirco cædi præcipitur, vt à nequitia corrigatur. Ad hoc ergo vapulat, vt emendari debeat. Iniqui autem gehennæ ignibus traditi, si ad correctionem non perueniunt, quo fine semper ardebunt?

F

Gregorius:

Muipotens deus, quia pius est, miserorum cruciatu nõ pascitur: quia verò iustus est, ab iniquorum vltione in perpetuum non sedatur. Sed iniqui omnes æterno supplicio deputati, sua quidem iniquitate puniuntur, & tamen ad aliquid ardebunt, scilicet vt iusti omnes & in deo videant gaudia quæ percipiunt, & in illis respiciant supplicia quæ euaserunt: quatenus tanto magis in æternum gratiæ diuinæ debitores se esse cognoscant, quanto in æternum mala puniri conspiciunt, quæ eius adiutorio vicerunt.

O

Cur impij æternaliter puniantur.

Petrus:

TVbi est quòd sancti sint si pro inimicis suis quos tũc ardere vident, non orabunt: quibus vtique dictum est: Pro inimicis vestris orate?

E

Gregorius:

Ro inimicis suis orant eo tempore quo possunt ad fructuosam pœnitentiam eorum corda conuertere, atque ipsa conuersatione* saluare. Quid enim aliud pro inimicis orandum est, nisi hoc quod Apostolus ait: Vt det illis deus pœnitentiam ad cognoscendum veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad ipsius voluntatem?

P

**al. connersione.*

Petrus:

LAcet quod dicis: Et quomodo pro illis tunc orabunt, qui iam nullatenus possunt ad iustitiæ opera ab iniquitate commutari?

P

Gregorius:

EAdem itaque causa est cur non oretur tunc pro hominibus igni æterno damnatis, quæ nunc etiam causa est vt non oretur

Sancti cur pro damnatis nõ orant

Gtur pro diabolo angelisq; eius æterno supplicio deputatis. Quæ nunc etiam causa est, vt non orent sancti homines pro hominibus infidelibus, impiisque defunctis: quia pro eis vtique quos æterno deputatos supplicio iam nouerunt, ante illum iudicis iusti conspectum orationis suæ meritum cassari refugiunt. Quòd si nunc quoque viuentes iusti mortuis & damnatis iniustis minimè compatiuntur, quando adhuc aliquid iudicabile de sua carne* sese perpeti etiam ipsi nouerunt, quanto districtius tunc iniquorum tormenta respiciunt, quando ab omni vitio corruptionis exuti, ipsi iam iustitiæ vicinius atque arctius inhærebunt? Sic quippe eorum mentes per hoc quod iustissimo iudici inhærent, vis districtionis absorbet, vt omnino eis non libeat, quicquid ab illius æternæ regulæ subtilitate discordat.

*al. causa.

Petrus:

Os est iam quod respondere debeam apertæ rationi.

N Sed hæc nunc quæstio mentem mouet, quomodo anima immortalis dicitur, dum constet quòd in perpetuo igne moriatur?

Quomodo anima immortalis dicitur, si constat quòd mortis damnatione puniatur. Caput. XLV.

Gregorius:

Via duobus modis vita dicitur, duobus etiam modis

Q mors debet intelligi. Aliud nanque est quòd in deo viuimus, aliud verò quòd in hoc quòd conditi vel creati

H sumus, id est, aliud beatè viuere, atque aliud est essentialiter. Anima itaque & mortalis esse intelligitur, & immortalis. Mortalis quippe: quia beatè viuere amittit. Immortalis autem, quia essentialiter viuere nunquam definit, & naturæ suæ vitam perdere non valet, nec cùm in perpetua fuerit morte damnata. Illic enim posita beata esse perdit, & esse non perdit. Qua ex re cogitur semper vt & mortem sine morte, & defectum sine defectu, & finem sine fine patiatur. Quatenus ei & mors immortalis sit, & defectus indeficiens, & finis infinitus.

Anima & mortalis & immortalis est.

Petrus:

Vis hanc tam inexplicabilem damnationis sententiam

Q cuiuslibet sit operis, ad exitum veniens non pertimescat, quando etsi iam nouit quod egit, adhuc tamen facta illius quàm subtiliter iudicentur, ignorat?

De quodam sancto viro qui veniens ad mortem expauit. Caput. XLVI.

Gregorius:

Tasseris ita est Petre. Sed plærunque de culpis mini-

V mis ipse solus pauor egredientes iustorum animas purgat, sicut narrari de quodam sancto viro mecum frequenter audisti. Qui ad mortem veniens vehementer timuit, sed post mortem discipulis in stola candida apparuit, & quàm præclarè sit susceptus indicauit.

Quòd quidam ne in morte timeant, reuelatione roborantur. Et de Antonio, & Merulo, & Ioanne monachis. Caput. XLVII.

Onnunquam verò omnipotens deus trepidantiũ men-

N tes quibusdã prius reuelationibus roborat, vt in morte minimè pertimescant. Nam quidam mecũ in mona-

I sterio frater Antonius nomine viuebat, qui multis quotidianis lachrymis ad gaudia patriæ cœlestis anhelabat. Cúmque studiosissimè, & magno feruoris desiderio sacra eloquia meditaretur, non in eis verba scientiæ, sed fletum compunctionis inquirebat. Quatenus per hæc excitata mens eius inardesceret, & ima deserens ad regionem cœlestis patriæ per contemplationem volaret. Huic per visionem nocturnam dictum est: Paratus esto, quia dominus iussit migrare te. Cúmque ille non habere se sumptus ad migrandũ diceret, responsum protinus audiuit dicens: Si de peccatis tuis agitur, dimissa sunt. Quod cùm semel audisset, & magno adhuc metu trepidaret, nocte quoque alia eisdem verbis est admonitus. Tunc post quinque dies febre correptus, cunctis fratribus orantibus flentibúsque defunctus est.

Antonij visio.

Lius etiam frater in eodem monasterio Merulus dice-

A batur, vehementer lachrymis atque eleemosynis intentus. Psalmodia verò ex ore illius penè nullo tempore cessare consueuerat, excepto cùm aut alimentum corpori, aut mẽbra dedisset sopori. Huic nocturna visione apparuit quòd ex albis floribus corona de cœlo in caput illius descendebat. Qui mox molestia corporis occupatus, cum magna securitate animi atque hilaritate defunctus est. Ad cuius sepulchrũ dum Petrus, K qui nũc monasterio meo præest, sibi sepulturam facere post annos quatuordecim voluisse, tanta, vt asserit de eodem sepulchro illius fragrãtia suauitatis emanauit, ac si illic florum omniũ fuissent odoramenta congregata. Qua ex re manifestè patuit quàm verum fuit quod per nocturnam visionem vidit.

Meruli visio nocturna.

N eodem quoque monasterio alius quidã Ioannes dic-

I tus est, magnæ indolis adolescens, qui ætatem suã intellectu & humilitate, dulcedine & grauitate transigebat. Huic ægrotanti atque ad extremũ deducto, per nocturnam visionem quidam senex apparuit, & hunc virga tetigit, eíque dixit: Surge. Ex hac enim molestia modo minimè morieris, sed paratus esto, quia longũ tempus hic facturus nõ eris. Qui dum iam esset à medicis desperatus repentè sanatus est atque cõualuit. Rẽ quam viderat, narrauit: séque per biennium in dei seruitio, sicut prædixi, vltra ætatis suæ annos exhibuit. Ante hoc autem triennium, cùm quidam frater fuisset mortuus, atque in eiusdem monasterij cœmeterio à nobis sepult*, cũctis nobis ab eo lẽ cœmeterio exeuntibus idem Ioannes, sicut postmodum pallens & tremens indicauit, illic nobis discedentibus inuentus, ab eodem fratre qui mortuus fuerat, de sepulchro vocatus est. Quod mox etiã subsequẽs finis edocuit. Nam post dies decem inuasus febribus, carne solutus est.

Ioannis visio.

Petrus:

DOceri velim si hoc quod per nocturnas visiones ostenditur, L debeat obseruari.

An obseruanda sint somnia, & quot sint modi somniorum. Caput. XLVIII.

Gregorius:

N hoc Petre sciendum est: quia sex modis tangunt ani-

I mum imagines somniorum. Aliquando nanque somnia ventris plenitudine vel inanitate, aliquando verò illusione, aliquando cogitatione simul & illusione, aliquando reuelatione, aliquando autem cogitatione simul & reuelatione generantur. Sed duo quæ primò diximus, omnes experimento cognoscimus: subiuncta autem quatuor, in sacræ scripturæ paginis inuenimus. Somnia etenim nisi plærunque ab occulto hoste per illusionem fierent, nequaquam hoc vir sapiens indicaret, dicens: Multos enim errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. Et iterum: Non augurabimini, nec obseruabitis somnia. Quibus profectò verbis cuius sint detestationis ostenditur quæ auguriis coniunguntur. Rursum nisi aliquando ex cogitatione simul & illusione procederent, vir sapiens minimè dixisset: Multas curas sequuntur somnia. Et nisi aliquando somnia ex mysterio reuelationis orirentur, nec Ioseph præferendum se fratribus somnio videret, nec sponsum Mariæ, vt ablato puero in Aegyptum fugeret, per somnium angelus admoneret. Rursum nisi aliquando ex cogitatione simul & reuelatione procederent, nequaquam Daniel propheta Nabuchodonosor visionẽ differens, à radice cogitationis inchoasset, dicens: Tu rex cœpisti cogitare in stratu tuo quid esset futurum post hæc: & qui reuelat mysteria, ostendit tibi quæ ventura sunt, & paulopost videbas, & ecce quasi statua vna grandis: statua illa magna & statura sublimis stabat contra te, &c. Daniel itaque dixit somnium, & implendum reuerenter insinuat, & ex qua ortum sit cogitatione manifestat, patenter ostenditur: quia hoc plærunque ex cogitatione simul & reuelatione generetur. Sed nimirum, cùm somnia tot rerum qualitatibus alternent, tanto eis credi difficilius debet, quanto & ex quo impulsu veniant facilius non elucet. Sancti autem viri inter illusiones atque reuelationes ipsas visionum voces aut imagines quodam intimo sapore discernunt, vt sciant vel quid à bono spiritu percipiant, vel quid ab illusore patiantur. Nam si erga hæc mens cauta non fuerit, per deceptorem spiritum multis se vanitatibus immergit, qui nonnunquam solet multa vera prædicere, vt ad extremum valeat animam ex vna aliqua falsitate laqueare.

Somnium sex modis.

Ecclesiast. 5.

Ecclesiast.

Leuit. 19.

M

De quodam cui per somnium longa vitæ spatia promissa sunt, & in breui tempore morte resecata. Caput. XLIX.

Icut cuidam nostrum nuper certum est contigisse, qui

S dum somnia vehementer attenderet, ei per somnium longa spatia huius vitæ promissa sunt. Cúmque multas pecunias pro longioris vitæ stipendiis collegisset, ita re cepti-

Quidam somnio decepti-

pentè

gente defunctus est vt intactas omnes relinquere, & ipse secum nihil ex bono opere portaret.

Petrus:

Vis ille sit memini, sed quæso te ea quæ cœpimus exequamur: Putamúsne animab⁹ aliquid prodesse si mortuorum corpora fuerint in Ecclesiis sepulta?

An prosit animabus si mortuorum corpora in Ecclesia fuerint sepulta. Caput. L.

Gregorius:

Sepeliri in Ecclesia quib⁹ mortuis prosit.

Vos grauia peccata non deprimunt, hoc prodest mortuis si in Ecclesia sepeliantur, quòd eorum proximi, quotiens ad eadem sacra loca conueniunt, suorum quorum sepulchra conspiciunt, recordantur: & pro eis domino preces fundunt. Nam quos peccata grauia deprimunt, non ad absolutionem potius quàm ad maiorem damnationis cumulum eorũ corpora in Ecclesiis ponuntur. Quod melius ostendere poterimus, si ea quæ diebus nostris gesta sunt, breuiter enarremus.

De quadam sanctimoniali fœmina in Ecclesia sancti Laurentij sepulta, quæ dimidia apparuit intensa.

Caput. L I.

Dimidia fœmina.

Ir nanque vitæ venerabilis Felix Portuensis episcopus, in Sabinensi prouincia ortus atque nutritus est. Qui quandam sanctimonialem fœminam in loco eodem fuisse testatur, quæ carnis quidem continentiam habuit, sed linguæ procacitatem atque stultiloquium non declinauit. Hæc igitur defuncta, atque in Ecclesia sepulta est. Eadem autem nocte custos eiusdem Ecclesiæ per reuelationem vidit: quia deducta ante sacrum altare per medium secabatur, & pars vna illius igne cremabatur, & pars altera intacta remanebat. Cúmque hoc surgens mane fratribus narrasset, & locum ostẽderet in quo fuerat igne consumpta: ipsa flammæ combustio ita ante altare in marmoribus apparuit, ac si illic eadem fœmina igne corporeo fuisset concremata. Qua ex re apertè datur intelligi, quia hi quibus peccata dimissa non fuerint, ad euitandum iudicium sacris locis post mortem non valeant adiuuari.

De Valeriani patricij sepultura. Caput. L I I.

De Valeriano patricio.

Oannes quoque vir magnificus in hac vrbe locum præfectorum seruans, cuius grauitatis atque veritatis sit, nouimus: qui mihi testatus est Valerianum patricium in ciuitate quæ Brixia dicitur fuisse defunctũ. Cui eiusdem ciuitatis Episcopus, accepto precio, locũ in Ecclesia præbuit, in quo sepeliri debuisset. Qui videlicet Valerianus vsque ad ætatem decrepitam leuis ac lubricus extitit, modúmque suis prauitatibus ponere contempsit. Eadẽ verò nocte qua sepultus est, beatus Faustinus martyr, in cuius Ecclesia corpus illius fuerat humatum custódi suo apparuit, dicẽs: Vade & dic Episcopo vt proiiciat hinc fœtentes carnes quas hic posuit, quod si non fecerit, die trigesimo ipse morietur. Quam visionem custos Episcopo timuit confiteri, & rursus admonitus declinauit. Die autem trigesimo eiusdem ciuitatis Episcopus cùm vespertina hora sanus atque incolumis ad lectum rediisset, subita & inopinata morte defunctus est.

De corpore Valentini ab Ecclesia post mortem proiecto.

Caput. L I I I.

Dest quoque in præsenti venerabilis frater Venancius, Lunensis Episcopus, & magnificus Liberius vir nobilissimus atque veracissimus, qui se scire suósque homines interfuisse testantur eam rem quam narrant nuper in Genuensi vrbe contigisse. Ibi nanque, vt dicunt, Valentinus nomine, Ecclesiæ Mediolanensis defensor, defunctus est, vir valde lubricus & cunctis leuitatibus occupatus, cuius corpus in Ecclesia beati martyris Syri sepultum est. Nocte autem media in eadem Ecclesia factæ sunt voces ac si quis violẽter ex ea expelleretur, atque traheretur foras. Ad quas nimirum voces cucurrerunt extra custodes, & viderunt duos quosdam teterrimos spiritus, qui eiusdem Valentini pedes quadam ligatura strinxerant, & eum ab Ecclesia clamantem ac nimium vociferantem foras trahebant, qui videlicet exterriti ad sua strata reuersi sunt. Mane autem facto aperientes sepulchrum in quo idem Valẽtinus positus fuerat, eius corpus non inuenerunt. Cúmque extra Ecclesiam quærerent vbi proiectum esset, inuenerunt hoc in sepulchro alio positum, ligatis adhuc pedibus, sicut ab Ecclesia fuerat abstractum. Ex qua re Petre collige quia his quos peccata grauia deprimunt, si in sacro loco sepeliri se faciant, restat vt etiam de sua præsumptione iudicentur: quatenus eos sacra loca non liberent, sed etiam culpa temeritatis accuset.

Corpus Valentini extra Ecclesiam à diabolis eiectum.

De Tinctoris corpore in Ecclesia sepulto, post non inuento.

Caput. L I I I I.

Am quid quoque in hac vrbe contigerit, tinctorum qui hic habitant, multitudo testatur, quòd quidam artis eorum primus cùm defunctus fuisset, in Ecclesia beati Ianuarij martyris iuxta portam sancti Laurentij à coniuge sua sepultus est. Sequenti autem nocte ex eadẽ sepultura audiente custode eius spiritus cœpit clamare: Ardeo, ardeo. Cùm verò diu has duas voces emisisset, custos hoc eius nũciauit vxori. Vxor verò illius eos qui diligenter inspicerent artis eiusdem viros transmisit ad Ecclesiam, volens cognoscere qualiter eius corpus esset in sepulchro de quo talia clamaret. Qui aperientes sepulchrum vestimenta quidem intacta repererunt, quæ nũc vsque in eadem Ecclesia pro eiusdem causæ testimonio seruantur, corpus verò illius omnino non inuenerunt, ac si in sepulchro eodem positum non fuisset. Qua ex re colligendum est qua vltione anima eius damnata sit, cuius & caro est ab Ecclesia proiecta. Quid igitur sacra loca sepultis prosunt, quãdo hi qui indigni sunt, ab eisdem sacris locis diuinitus proiiciuntur?

Tinctoris corpus in sepulchro combusti.

Petrus:

QVidnam ergo esse poterit quod mortuorũ valeat animabus prodesse?

Quid sit quod post mortem valeat ad absolutionem animas adiuuare, & de Centumcellensi presbytero qui à cuiusdam spiritu petitus est, vt per sacram hostiã post mortem potuisset adiuuari, & de anima Iusti monachi.

Caput. L V.

Gregorius.

Mortuo⁹ balneanti famulabatur.

I culpæ post mortem insolubiles non sunt, multorum solet animas etiam post mortem sacra oblatio hostiæ salutaris adiuuare: ita vt hãc nonnunquam ipse defunctorum animæ expetere videantur. Nam prædictus Felix episcopus à quodam vitæ venerabilis presbytero, qui vsque ante biennium vixit, & in diœcesi Centumcellensis vrbis habitabat, atque Ecclesiæ beati Ioannis, quæ in loco qui dicitur Tauriana sita est, præerat: cognouisse se asserit, quòd idem presbyter in eodem loco in quo aquæ calidæ vapores nimios faciunt, quotiẽs corporis necessitas exigebat lauari consueuerat. Vbi dum die quadam fuisset ingressus, inuenit quendam incognitum virum ad suum obsequium præparatum, qui sibi de pedibus calceamenta abstraheret, vestimenta susciperet: & exeunti de caloribus sabana præberet, atque omne ministerium cum magno famulatu perageret. Cúmque hoc sæpius fieret, idem presbyter die quadam ad balnea iturus intra semetipsum cogitans, dixit: Viro illi qui mihi solet tam deuotissimè ad lauandum obsequi, ingratus apparere non debeo: sed aliquid me necesse est ei pro munere portare. Tunc duas secum oblationum coronas detulit. Qui mox vt peruenit ad locum, hominem inuenit, atque ex more eius obsequio in omnibus vsus est. Lauit itaque, & cùm iam vestitus voluisset egredi, hoc quod secum detulerat, obsequenti sibi viro pro benedictione obtulit, petens vt benignè susciperet quod ei gratia charitatis offerret. Cui ille mœrens afflictúsque respondit: Mihi ista quare das pater? Iste panis sanctus est, ego hunc manducare non possum. Ego etenim quem vides, huius loci dominus aliquando fui, sed pro culpis meis hic post mortem deputatus sum. Si autem mihi præstare vis, omnipotenti deo pro me offer hunc panem, vt pro peccatis meis interuenias. Et tunc exauditum te esse cognosce, cùm huc ad lauandum veneris, & me minimè repereris. In quibus verbis disparuit, & is qui homo esse videbatur, euanescendo innotuit, quia spiritus fuit. Idem verò presbyter hebdomada continua se pro eo in lachrymis afflixit, salutarem hostiam quotidie obtulit, & reuersus post ad balneum eum iam minimè inuenit. Qua ex re quantum prosit animabus immolatio sacræ oblationis ostẽditur, quando hãc & ipsi mortuorum spiritus à viuentibus petunt, & signa indicant quibus per eam absoluti videantur.

Oblatio hostiarũ mortuis est vtilis.

G Eque hoc silendum puto quod actum in meo mona-
N sterio ante hoc triennium reminiscor. Quidam nanque monachus Iustus nomine, medicinali arte fuerat imbutus, qui mihi in eodem monasterio constituto sedulè obsequi, atque in assiduis ægritudinibus meis excubare consueuerat. Hic itaque languore corporis præuentus ad extremum deductus est. Cui in ipsa sua molestia frater germanus nomine Copiosus seruiebat, qui ipse quoque nunc in hac vrbe per eandem medicinæ artem temporalis vitæ stipendia sectatur. Sed prædictus Iustus cùm iam se ad extremum peruenisse cognouisset, eidem Copioso fratri suo, quia occultatos tres aureos haberet, innotuit. Quod nimirum fratribus non potuit cælari, sed subtiliter indagantes, atque illius omnia medicamenta perscrutantes, eosdem tres aureos inuenerunt absconsos in medicamine. Quod mox vt mihi nunciatum est tantum malum de fratre, qui nobiscum communiter vixerat, æquanimiter ferre non valui: quippe quia eiusdem mei monasterij semper regula fuerat: vt cuncti fratres ita communiter viuerent, quatenus eis singulis nulla habere propria liceret. Tunc nimio mœrore percussus cogitare cœpi, vel quid ad purgationem morientis facerem: vel quid ad exemplum viuentibus fratribus prouiderem. Precioso igitur eiusdem monasterij præposito ad me accersito dixi: Vide vt nullus ex fratribus se ad eum morientem iungat, nec sermonem consolationis ex cuiuslibet eorum ore percipiat, sed cùm
H in morte constitutus fratres exquisierit, ei suus carnalis frater dicat: quia propter aureos quos occultatos habuit, à cunctis fratribus abominatus sit: vt saltem in morte de culpa sua mentem ipsius amaritudo transuerberet, atque à peccato quod perpetrauit, purget. Cum verò mortuus fuerit, corpus illius cum fratrum corporibus non ponatur, sed quolibet in sterquilinio fossam facite, & in ea corpus eius proiicite, ibique super eum tres aureos quos reliquit, iactate: omnes simul clamantes: Pecunia tua tecum sit in perditione, & sic eum terra operite. In quibus vtrisque rebus, vnam morienti, alteram verò volui prodesse fratribus viuentibus: vt & illum amaritudo mortis à culpa solubilem faceret, & istos auaritiæ tanta damnatio terreret, atque à culpa prohiberet, quod ita factum est. Nam cum idem monachus peruenisset ad mortem, atque anxiè se quæreret commendari fratribus, & nullus è fratribus ei applicari, & loqui dignaretur, ei carnalis frater cur ab omnibus fratribus esset abominatus, indicauit. Qui protinus de reatu suo vehementer ingemuit, atque in ipsa sua tristitia è corpore exiuit, qui ita est sepultus vt dixeram. Sed fratres omnes ex eadem eius sententia conturbati, cœperunt singuli extrema quæque & vilia, & quæ eis habere regulariter semper licuerat, ad medium proferre, vehementéque formidare, ne quid apud eos esset vnde reprehendi potuissent. Cum verò post mortem eius triginta iam essent dies deuoluti, cœpit animus meus defuncto fratri compati, eiúsque cũ
I dolore graui supplicia pensare, & si quod esset ereptionis eius remedium quærere. Tunc euocato ad me eodem Precioso monasterij mei præposito tristis dixi: Diu est quod frater ille qui defunctus est, in igne cruciatur: debemus ei aliquid charitatis impendere, & eum inquantum possumus vt eripiatur adiuuare. Vade itaque, ab hodierna die diebus triginta continuis offerre pro eo sacrificium stude, vt nullus omnino prætermittatur dies, quo pro absolutione illius hostia salutaris non offeratur. Qui protinus abscessit, & dictis paruit. Nobis autem alia curantibus atque dies euolutos non numerantibus, idem frater qui defunctus fuerat, nocte quadam fratri suo germano Copioso per visionem apparuit. Quem ille cùm vidisset, inquisiuit dicens: Quid est frater, quomodo es? Cui respondit: Nunc vsque malè fui, sed iam modo bene sum: quia hodie communionẽ recepi. Quod idem Copiosus pergens protinus indicauit fratribus in monasterio. Fratres verò sollicitè computauerunt dies, & ipse dies extiterat quo pro eo triceſima oblatio fuerat impleta. Cúmque & Copiosus nesciret quid pro eo fratres agerent, & fratres ignorassent quid de illo Copiosus vidisset, vno eodémque tempore dum cognoscit ille quid isti egerant, atque isti cognoscunt quid ille viderat, concordante simul visione & sacrificio res apertè claruit: quia frater qui defunctus fuerat, per salutarem hostiam euasit supplicium.

Attende prouidum Gregorij factum.

Per oblationem hostiæ Iustus à pœnis liberatus est.

Petrus:

Mira sunt valde quæ dicis, & non mediocriter læta. K

De vita & transitu Cassij Episcopi. Caput. LVI.

Gregorius:

E nobis in dubium veniant verba mortuorum, confirmant hæc facta viuentium. Nam vir vitæ venerabilis Cassius Narnienſis * episcopus, qui quotidianum offerre consueuerat deo sacrificium, séque in lachrymis inter ipsa sacrificiorum arcana mactabat, mandatum domini per cuiusdam sui visionem presbyteri suscepit, dicens: Age quod agis, operare quod operaris, non cesset pes tuus, non cesset manus tua, natali Apostolorum venies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Qui post annos septem ipso natalitio Apostolorum die cùm missarum solennia peregisset, & mysteria sacræ communionis accepisset, è corpore exiuit.

N

**al. Neuiensis.*

Cassij episcopi visio.

De quodam ab hostibus capto, cuius vincula oblationis hora soluebantur. Et de Baraca nauta per salutarem hostiam à naufragio liberato.

Caput. LVII.

Oc quoque quod audiuimus, quendam apud hostes
H in captiuitate positum, & in vinculis religatum fuisse, pro quo sua coniunx diebus certis sacrificium offerre consueuerat, qui longo pòst tempore ad coniugem reuersus, quibus diebus eius vincula soluerentur, innotuit: eiúsque
L coniunx illos fuisse dies in quibus pro eo sacrificium offerebat, recognouit.

Captiuus liberatus.

X alia etiam re quæ nobis ante annos septem gesta est,
E certissimè confirmatur. Agathus enim Panormitanus episcopus, sicut fideles mihi ac religiosi viri multi testati sunt atque testantur, cùm beatæ memoriæ antecessoris mei tempore iussus esset vt Romam veniret, vim nimiæ tempestatis pertulit: ita vt se ex tanto vndarum periculo euadere posse diffideret. Nauta verò illius Baraca nomine, qui nunc eiusdem Ecclesiæ clericatus officio fungitur: post nauem carabum regebat, ruptóque fune cum eodem carabo quem regebat, inter vndarum cumulos repentè disparuit. Nauis autem cui episcopus præerat, tandem post multa pericula ad Osticam insulam fluctibus quassata peruenit. Cúmque die tertio Episcopus nautam qui ab eo abreptus in carabo fuerat, in nulla maris parte videret apparere, vehementer afflictus mortuum credidit, sed per obsequium charitatis viuo vnum quod mortuo debebat, impendit: & omnipotenti deo pro absolutione eius animæ offerre sacrificium victimæ salutaris iubet. Quo oblato restaurata naue perrexit ad Italiam. Cúmque ad Romanum portum veniſſet, illic nautam reperit quem mortuum putabat. Tunc inopinata exultatione gauisus est, & eum qualiter tot diebus in illo tanto maris periculo viuere potuisset, inquisiuit. Qui videlicet indicauit quotiens in illius tempestatis fluctibus cum eodem quem regebat, fuisset ca-
M rabo versatus, qualiter cum illo vndis pleno natauerat, & quotiens eo à superiori parte deorsum verso ipse carinæ eius supersederet, adiungens cum diebus ac noctibus hoc incessanter faceret, iámque eius virtus funditus ex fame simul & labore cecidisset, quo eum ordine diuina misericordia seruauerit, indicauit. Etenim quod etiam nunc vsque testatur dicens: Laborans in fluctibus atque deficiens, subitò mentis pondere sum grauatus: ita vt neque vigilare me crederem, neque depressus somno essem, & ecce in eodem medio mari me posito quidam apparuit qui mihi panem ad refectionem detulit. Quem mox vt comedi, vires recepi: nec longè pòst nauis transiens affuit, quæ me ab illo vndarum periculo suscepit, atque ad terrã deduxit. Quod scilicet Episcopus audiens requisiuit diem, atque illum fuisse diem reperit, quo pro eo presbyter in Ostica insula deo omnipotẽti hostiam sacræ oblationis immolauit.

Agathus episcopus.

Petrus:

Ea quæ narras, ipse quoque in Sicilia positus agnoui.

Gregorius:

Deirco credo quia hoc tam apertè cum viuentibus ac
I nescientibus agitur, vt cunctis hæc agẽtibus ac nesciẽtibus ostendatur: quia si insolubiles culpæ nõ fuerint, ad absolutionem prodesse, etiam mortuis victima sacræ oblationis possit. Sed sciendum est quia illis sacræ victimæ mortuis prosunt, qui hic viuendo obtinuerunt: vt eos etiam post mortem

bona

A bona adiuuent quæ hic pro ipſis ab aliis fiunt.

De virtute ac myſterio victimæ ſalutaris.
Caput. L VIII.

Nota diligenter.

1 Nter hæc autem penſandum eſt quòd tutior ſit via vt bonum quod quiſque poſt mortẽ ſuam ſperat agi per alios, agat ipſe dum viuit per ſe. Beatius quippe eſt liberum exire, quàm poſt vincula libertatem quærere. Debemus itaque præſens ſeculum vel quia iam conſpicimus defluxiſſe, tota mente contemnere, quotidiana deo lachrymarum ſacrificia, quotidianas carnis eius & ſanguinis hoſtias immolare. Hæc nanque ſingulariter victima ab æterno interitu animam ſaluat, quæ illam nobis mortem vnigeniti per myſterium reparat, qui licet reſurgens à mortuis iam non moritur, & mors ei vltra non dominabitur, tamen in ſemetipſo immortaliter atque incorruptibiliter viuens, pro nobis iterum in hoc myſterio ſacræ oblationis immolatur. Eius quippe ibi corpus ſumitur, eius caro in populi ſalutem partitur, eius ſanguis nõ iam in manus infidelium, ſed in ora fidelium funditur. Hinc ergo penſemus quale ſit pro nobis hoc ſacrificium quod pro abſolutione noſtra paſsionem vnigeniti filij ſemper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium poſsit in ipſa immolationis hora ad ſacerdotis vocem cœlos aperiri, in illo Ieſu Chriſti myſterio angelorum choros adeſſe, ſummis ima ſociari, terrena cœleſtibus iungi, vnum quoque
B ex viſibilibus atque inuiſibilibus fieri?

Rom. 1.

De immolatione Chriſti.

De affligendo corde inter ſacra myſteria, & de mentis cuſtodia poſt compunctionem. Cap. L IX.

Sacerdos non celebrandum quid agere debeat.

Ed neceſſe eſt vt cùm hæc agimus, noſmetipſos deo in
S cordis cõtritione mactemus: quia qui paſsionis dominicæ myſteria celebramus, debemus imitari quod agimus. Tunc ergo verè pro nobis hoſtia erit deo, cùm noſipſos hoſtiam fecerimus. Sed ſtudendum nobis eſt vt etiam poſt orationis tempora inquantum deo largiente poſſumus, in ipſo animũ ſuo pondere & vigore ſeruemus, ne pòſt cogitatio fluxa diſſoluat: ne vana menti lætitia ſurrepat, & lucrum compunctionis anima per incuriam fluxæ cogitationis perdat. Sic quippe quod popoſcerat, Anna obtinere meruit: quia ſe poſt lachrymas in eodem mentis vigore ſeruauit. De qua nimirum ſcriptum eſt: Vultúſque eius non ſunt amplius in diuerſa mutati. Quæ igitur non eſt oblita quod petiit, non eſt priuata munere quod popoſcit.

De relaxandis culpis alienis vt noſtræ relaxentur.
Caput. L X.

Ed inter hæc ſciendum eſt: quia ille rectè ſui delicti veniam poſtulat, qui prius hoc quod in ipſo delinquitur,
S relaxat. Munus enim non accipitur, niſi ante diſcordia
Matt. 5. ab animo repellatur, dicente veritate: Si offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid
C aduerſum te, relinque munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Qua in re penſandum eſt cùm omnis culpa munere ſoluatur, quàm grauis eſt culpa diſcordiæ, pro qua nec munus accipitur. Debemus itaque ad proximum, quanuis longè poſitum, longéque diſiunctum, mente ire: eſque animum ſubdere, humilitate illum ac beneuolentia placare: vt ſcilicet conditor noſter dum tale placitum noſtræ mentis aſpexerit, à peccato nos ſoluat, qui munus pro culpa ſumit. Veritatis autem voce atteſtante didicimus: quia ſeruus qui decem milia talenta debebat, cùm pœnitentiam ageret, abſo-
Matt. 18. lutionem debiti à domino accepit. Sed quia conſeruo ſuo centum ſibi denarios debenti, debitum non dimiſit: & hoc eſt iuſſus exigi quod ei fuerat iam dimiſſum. Ex quibus videlicet dictis conſtat: quia ſi hoc quod in nos delinquitur, ex corde non dimittimus, & illud rurſus exigitur quod nobis iam per pœnitentiam dimiſſum fuiſſe gaudebamus. Igitur dum per indulti temporis ſpatium, licet dum iudex ſuſtinet, dum conuerſionem noſtram is qui culpas examinat, expectat: conflemus in lachrymis duritiam mentis: formemus in proximis gratiam benignitatis. Et audenter dico: quia ſalutari hoſtia poſt mortem non indigebimus, ſi ante mortem deo ipſi hoſtia fuerimus.

Dialogi beati Gregorij papæ finis.

DIVI GREGORIJ papæ prologus in Canticа canticorum. D

VIA ſi cæco, ſi longe à deo poſito cordi ſermo diuinus voce propria, ac voce diuina loqueretur, non caperet: per quædam ænigmata miſericorditer monet & reuocat, & per res notas latenter ei amorem rerum non notarum inſinuat. Per hoc enim quòd nõ horret cognitum, intelligit quiddam incognitum. Rebus notis allegoriæ conficiuntur, & in ſententias diuinas vertuntur: vt dum recognoſcimus ſenſu exteriora, intellectu perueniamus ad interiora. Hinc eſt quòd in libro hoc qui Canticum canticorum inſcribitur, amoris quaſi corporei verba ponuntur, vt à torpore ſuo anima per ſermones conſuetos diſcuſſa recaleſcat, & per verba amoris qui infra eſt, excitetur ad amorem qui ſupra eſt. Nominantur enim hic oſcula, vbera, genæ, fœmora. Vbi non irridenda eſt ſacra deſcriptio, ſed conſideranda miſericordia dei. In hoc etiam amplior: quia dum membra corporis nominat, ſic ad amorem ſuum nos vocat. Notemus quidem quàm mirabiliter, quàm miſericorditer nobiſcum operatur, qui vt nos ad amplexus ſacri amoris accendat, vſque ad turpis amoris noſtri verba ſe inclinat. Sed vnde ſe loquendo humiliat, inde nos intellectu exaltat: quia ex ſermonibus huius amoris diſcimus, qua virtute in diuinitatis amore ferueamus. Hic etiam ſolerter intuendum eſt, ne cùm exteriora audimus, ad exteriora ſentienda remeemus, & machina quæ ponitur vt leuet, ipſa magis opprimat & aggrauet. Debemus in verbis exterioribus corporeis quicquid interius eſt quærere, & loquentes de corpore extra corpus fieri. Debemus ad nuptias ſponſi & ſponſæ cum intellectu charitatis, id eſt, cum veſte nuptiali venire, ne ſi iſta careamus ab hoc conuiuio in exteriores tenebras, id eſt, in cæcitatem ignorantiæ repellamur. Debemus per verba paſsionis tranſire ad virtutem impaſsibilitatis. Litera enim occidit, ſpiritus viuificat. Sicut enim palea frumentum, ſic & litera tegit ſpiritum. Sed quia iumentorum eſt paleis, hominum frumentis veſci, qui humana ratione vtitur, paleas abiiciat: frumenta ſpiritus edere diſponat. Humanæ conuerſationis verba audientes, quaſi extra humanitatem eſſe debemus, ne ſi humaniter quæ audiuimus capiamus: nihil diuinitus de his ſentire poſsimus. Qui enim deum ſequitur, imitari debet quotidie reſurrectionem ſuam: vt ſicut tunc nihil paſsibile [erit in corpore, ita nunc nihil paſsibile] habeat in corde, vt ſecundum interiorem hominem iam noua creatura ſit, ſic iam quicquid vetuſtum ſonuerit, calcet: & in verbis veteribus ſolam vim nouitatis inquirat. Attendendum eſt quod liber hic non Canticum, ſed Canticorum canticum dicitur: Tanto eſt enim omnibus canticis ſublimius, quanto in nuptiis ſublimioris feſtiuitatis offertur. Hic notandum eſt: quia quando vult timeri, dominum: quando vult honorari, patrem: quando amari, ſponſum ſe nominat dominus. Attende ordinem. Ex timore enim honor, ex honore ſolet procedere amor. Nec vacat à myſterio, quod liber hic tertius ponitur in operibus Salomonis. Poſt Prouerbia enim Eccleſiaſtes, poſt Eccleſiaſten Canticum canticorum, non caſu, ſed plena ratione poſuit. In Prouerbiis moralis vita exprimitur, cùm dicitur: Audi fili mi ſapientiam. In Eccleſiaſte naturalis, vbi finis* omnium conſideratur, cùm dicitur: Vanitas vanitatum & omnia vanitas. In Cantico verò canticorum contemplatiua vita exprimitur, dum in eo ipſius domini aduentus & aſpectus deſideratur, cùm ſponſæ voce dicitur: Oſculetur me oſculo oris ſui. Quia ergo naturalis ad conſiderationem non perducitur, niſi prius mortalitas teneatur, rectè poſt Prouerbia Eccleſiaſtes ponitur. Et quia ſuperna contemplatio non conſpicitur, niſi prius hæc infra labentia deſpiciantur, rectè poſt Eccleſiaſten Canticum canticorum ponitur. Prius quippe eſt mores componere, poſtmodum omnia quæ ſunt, tanquam non ſint, conſiderare.

E

F

*al. fons.

G siderare. Postea munda cordis acie superna & interna conspicere. Hos ergo librorum gradus quasi quandam ad contemplationem dei scalam fecit, vt dum primùm in seculo bene geruntur honesta, postmodum etiam honesta seculi despiciantur, ad extremum verò dei intima conspiciantur. Sic autem generaliter ex voce sanctæ Ecclesiæ aduentus domini in hoc opere præstolatur: vt etiam specialiter vnaquæque anima ingressum dei ad cor suum tanquam aditum sponsi in thalamum aspiciat. Itaque sancta Ecclesia diu præstolans aduentum domini, diu sitiens fontem vitæ: quomodo oportet videre præsentiam sponsi sui: quomodo desideret, dicat:

EXPOSITIO beati Gregorij papæ in Cantica canticorum.

Caput. I.

H OSCVLETVR me osculo oris sui. Os sponsi inspiratio Christi, Osculum oris, dulcis amor inspirationis. Dicit ergo sponsa desiderio æstuans & in amplexum sponsi sui inardescēs. Osculetur me osculo oris sui. Ac si diceret: Ille quem super omnia, immo solum diligo, veniat: qui dulcedine suæ inspirationis me tangat: quia cùm eius osculum sentio, subita mutatione me derelinquo, & in eius similitudinem ilico liquefacta transformor. Fastidit quippe sancta mens omnia quæ per corpus sentit, & in illa spiritalia tota transmutari concupiscit: & dum ista obstrepunt in illa fugit, séque abscondere ne hæc sentiat, appetit. Ideóque osculum sponsi quærit: quia si ille gratissimi amoris vinculo hanc non trahit, hæc vi suæ molestissimæ grauedinis detenta, quomodo se ad illum conferat omnino non inuenit. Sed pius sponsus anxietatem eius sentiens, amorem diligens, votum exaudiens, osculum porrigit, & ne desiderio lassescat, gustu suæ suauitatis lenit: & dum suam præsentiam exhibet, eam ad maius dilectionis osculum accendit. Vnde hæc illum sentiens ad eum se conuertit, & quē præsentem habet, mox gaudens voce mutata alloquitur & dicit:

Anima fastidit omnia quæ per corp⁹ sentit.

Quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguē-tis optimis.

Vbera sponsi, dilectio dei & proximi. Ex his vberibus sponsam suam lacte pietatis nutrit, & inter tentationum turbines his eam fouet & nutrit: & vt persistat, reficit. Quid autem per vinum, nisi cura temporalis exprimitur, à qua mens secularis cuiuslibet inebriatur: vt ad inuisibilia cognoscenda aut ex toto, aut penè insensibilis reddatur? Sed vbera sponsi vino meliora existūt: quia illud necat, hæc nutriunt. Illud oculos mentis turbat, hæc acuūt. Illud apostatare facit etiam sapientes, hæc ipsos idiotas vtique sapientissimos faciunt. Quæ quot vicibus sponsa cum dilectionis vbertate fugit, tot sententias sapientiæ sibi in ventrem memoriæ trahit. Charitas enim sancta cor pacificat, mentem in tentationibus roborat, & vt sedes sapientiæ sit anima iusti, quietem tribuit, & locum præparat. Hæc itaque verba vnguentis optimis fragrant: quia odorem suauitatis per sapientiæ verba & sanctitatis exempla secum portant. Quicunque enim sancta charitate per gratiam dei se reficit, is spiritalium donorum & odorem & suauitatem sentit. Quorum bonorum vbertate proximos quosque ad interiora gustanda secum trahit, vt & in amorem diuinū conualescant, istis vberibus nutrit. Sequitur:

I

Vinum necat & vbera nutriūt.

Oleum effusum nomen tuum.

Nomen sponsi Christus est. Sed nomen sponsi quasi oleum effunditur: quia quicunque nomine Christiano in veritate censentur, charitate sancta affluunt, qua molliuntur: & vt flammas exēplorum emittant, eadem charitate continuè suffunduntur. Hac charitate in amorem ipsius Christi vehemētius accendūtur, & ab ipso accipiunt, quo ei amplius inhæreant, quo perfunduntur. Hinc est quod sequitur:

Ideo adolescentulæ dilexerunt te.

Quid enim per adolescentulas, nisi sanctæ animæ designantur, K quæ baptismatis aqua per spiritum sanctum regenerantur, & in nouam vitam per nouum testamentum transformantur? Quæ propter olei infusionem Christum diligunt: quia ad gratiam vocatæ in eo suauitatē vitæ perpetuæ inueniunt. Pro cuius suauitatis dilectione omnes mundi fastus & diuitias respuūt. Sunt enim nonnulli qui ita deum diligunt, vt seipsos contemnant, in interiora se rapiunt, vt deum inueniant. Et quia deus in superficie nō iacet, meditationibus laborant, subtilissimè cogitationes suas examinant, lectionibus vacant, & quomodo deus inueniatur, omnibus modis perquirere non cessant. Hi profectò odorem vnguentorum sentiunt, & olei infusione se inungunt: quia dum omnem putredinem vitiorū abiiciunt, flores sibi inueniunt, quorum compositione suaue olentia vnguēta deo faciente conficiūt. Qui eiusmodi est, desiderio æstuat, & quasi nil habeat, semper maiora exoptat, & quia sibi virtus non suppetit, in deum inhians trahi se postulat, dicens:

Deus in superficie iacet.

Trahe me post te, curremus in odore vnguentorum tuorum.

Non currit, qui non trahitur: quia quem diuina gratia non adiuuat, molestia suæ corruptionis grauatur. Gratia quippe diuina nos præuenit, & internorum dulcedinem nobis ostendens, de exterioribus nos cōpungit, móxque in illa transiens animus præ L eorum dilectione temporalia vilipendit. Iste ergo qui trahitur, currit: quia vinculum amoris libenter sequens, gratiæ roboratus amore, sine grauedine obstacula omnia transit. Nec mirum, cùm vnguentorum odorem sequatur: quia cùm spiritalium donorū suauitas sentitur, quid est in hac tēporalitate cuius desiderio anima sancta sponsa Christi; ne in illa properet, teneatur? Ibi quippe lenitate vnguentorum gaudet, & dum naribus discretionis spirat, charitas sibi suauiter olet. Hinc est quòd à singulari numero ad pluralem transit: quia in dilectione dei, etiam præceptū quod de proximi dilectione nos admonet, inuenit: quo instructa eructat nobis foras, quod gustauit suauiter intus, dicens:

Introduxit me rex in cellaria sua.

Quid per huius sponsi, qui rex est, cellaria intelligimus, nisi sanctæ scripturæ arcana quæ rimamur, nisi sanctæ contemplationis mysteria, quorum delitiis si reficimur, mox conualescimus? In illa proculdubio quisquis introducitur, omnia temporalia mox contemnit: quia æternis ditatur. Ideo sequitur:

Exultabimus & lætabimur in te, memores vberū tuorum super vinum.

Sancta anima sponsa Christi in sponsi sui deliciis exultat, dum corporalia respuit, & in spiritalibus se occultat. Eūdémque spōsum delitias suas facit, in cuius respectu mundana omnia non curat. Sed hæc in memoria vberum agit: quia dum recolit quanta M charitate Christus eam dilexerit, qui sanguine suo eam moriens in cruce redemit, & quotidie eam in sinu Ecclesiæ matris eiusdē sanguinis lacte nutrit, procul dubio magis ac magis in eius dilectionem intendit. Quod lac bene super vinum dulce esse dicitur: quia per sanguinem Christi misericorditer educamur, qui per legis literam seuerè prius constringebamur. Per quam dilectionem adimpletur quod dicitur:

Sanguis Christi animā redemit & eā quotidie nutrit.

Recti diligunt te.

Soli vtique recti Christum diligunt: quia quicunque adhuc per distorta vitiorum ex desiderio currunt, dum in rectitudinis lineam semper offendunt, ipsum iustitiæ auctorem Christum omnino diligere non possunt. Tunc verò homo per viam veritatis incedit, cùm & opera virtutū exequitur, & tamen peccata sua semper agnoscit. Ideóque sequitur & dicit:

Nigra sum sed formosa, filiæ Hierusalem, quasi tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.

Nigram quippe & formosam sancta anima se bene dicit: quia semper & turpitudinem peccatorum suorum perspicit, & tamen illius iustitiæ quam in intimis videt in exterioribus actibus secum solerter formam gerit. Quæ bene sicut tabernacula Cedar nigra, & sicut pelles Salomonis formosa dicitur: quia inquantum tenebras mortalitatis portat, nigredine corruptionis sordidatur. Cedar enim tenebræ interpretatur. Salomon verò qui Christum significat, pacificus dicitur: Formosam

A mosam ergo sicut pelles Salomonis dicit: quia dum sanctos quosque qui ad imitationem Christi se mortificant, imitari non negligit, eorum vtique pulchritudini per similitudinem se iungit. Ne verò proximi in eius nigredinem intendentes minus exempla bonorum eius ad imitationem diligant, turpitudinis causam satisfaciens ostendit: dum ab admiratione sua filias Hierusalem repellit, dicens:

Nolite me considerare quòd fusca sim: quia decoloravit me sol.

Anima qualiter à sole decolorat. Per Solem Christus significatur. Sol ergo eam decolorauit: quia quantumlibet fulgeat anima, in comparatione Christi fulgorem amittit. Sunt quippe nonnulli, qui in hac nocte mundi velut stellæ hominibus fulgent, luminaria proximis apparent, sed mox vt iustitiæ Christi se comparant, quasi sine luce sunt, qui bene incomparabiliter prius hominibus lucebant. Qualiter verò ad hoc peruenerit vt aliquantulum luceret, ostendit: cùm subiungit:

Filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis.

Mater sponsæ sancta Ecclesia, filij matris sancti Apostoli extiterunt. Ante Apostolorum quippe prædicationem penè totus mundus rebellis extitit, omnis penè anima idolorū se cultibus sordidauit, & cupiditates sceleratas accumulauit. Apostolorū verò prædicatio superueniens, contra omnes verbo pugnauit, in
B multis regnum dæmonum expugnauit: & regnum Christi, id est, sanctam Ecclesiam ampliauit. Iunctam ergo Christo & sanctificatam congregationem Apostoli custodem in vineis posuerunt: quia primos credentes in Ecclesias per mundum vt eas & congregarent & custodirent, disperserunt. Cuius dispersionis causam ostendit, dicens:

Vineam meam non custodiui.

Quid per vineam singulariter, nisi Iudæa designatur? quæ à se fideles expulit: quia custodiri aspernabatur. Prædicatione quippe expugnata, & sponsa Christi facta anima dilectione ardet & inquirendo eum quem diligit, in intimis se exercet, dicens:

Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiā post greges sodalium tuorum.

* *al. querit Meridies vtiurū ardorem nota.* In meridie Christus sub vmbra pascit & cubat: quia in refrigeratione spiritus sancti sibi quasi requiem & pastum parat. Per meridiem quippe ardor vitiorum exprimitur. Per vmbrā verò spiritalis gratiæ status designatur. Meridie ergo feruente in vmbra Christus requiescit: quia dum in reprobis æstus vitiorum flagrat, ipse sponsæ suæ spiritum refrigerij tribuit, & in ea sibi delectabilem locum quietis efficit. Sed hoc sibi sponsa indicari deposcit, quod nulli vnquam declaratur, nisi ei qui idem * sanctificatricis gratiæ munus percipit. Quare vero ad hæc percipienda æstuet: manifestatur, cùm subditur:

* *al. cius dē.*
C

Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.

Verè in quo Christus non cubat, vagatur: quia mens quam ille suauis & ponderosus Christi spiritus non implet, multis cogitationibus dissoluta circunfertur. Sed qui sunt sodales Christi, per quorum greges sponsa vagari pertimescit, nisi falsi quique Christiani? Qui aut ob nominis solius, aut etiam sacramentorum cōmunionem fratres Christi vocantur: quia electis quos ipse fratres vocauit, in Ecclesia cohabitando sociantur. Quorum multitudines bene per exprobrationem greges appellantur: quia dum quasi irrationabilia animalia sine ordine viuunt, seductoribus spiritibus ad deuorandum traduntur. Per huiusmodi greges vagatur quisquis ab intimo desiderio expulsus, reproborum stultitiam per similes cupiditates imitatur. Hos quippe electi cùm molestè patiantur, per eorum persecutionem probati, mundiores ad æterna bona perducuntur. Vnde admonetur sponsa cùm sibi per increpationem dicitur:

Si ignoras te ô pulchra inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum.

Si ignorat se sponsa, egrediatur & abeat: quia quisquis nescit se in hoc positum, vt tentationes per sufferentiam vincat, à fami-
liaritate Christi recedit: quia in bello positus, cum domino suo D
pugnare recusat. Sciendum est enim omnibus quòd cùm in tentationibus sumus, contra aëreas potestates pugnare præcipimur: quia sine victoria coronari non possumus. Et si aduersarius deest, nec est quem vincamus, idcóque corona deerit, quam non nisi vincentes capiemus. Hoc qui ignorat, in bello est, & quasi in pace exultat, & eo frequētius vulneratur, quo securior est: quia nescit videre quem caueat. Dignè ergo à pugnatoribus secernitur, vt vestigia gregum sequatur: quia dum prudentes quosque imitari negligit, necessario reprobos sequitur, quos stultitia brutis animalibus fecit similes.

Corona non datur sine victoria.

* *al. excipitur.*

Et pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum.

Per hœdos immundæ cogitationes designantur, per tabernacula pastorum conuenticula hæreticorum * exprimuntur. Qui ergo pugnare nescit, iuxta tabernacula pastorū hœdos pascit: quia quisquis obsistentibus tentationum gladiis viriliter non resistit, immundas cogitationes quasi hœdos lasciuos in corde nutrit, & efficitur ei similis etiam qui à fide recedit. Anima verò quæ spōsa Christi effici concupiscit, qualiter se habeat, Christus eam docet, cùm ei per comparationem protinus dicit:

* *al. malorū*

Equitatui meo in curribus Pharaonis, assimilaui te amica mea.

Scimus quia equitatus Israëliticus currus Pharaonis fugiens in E
mari demersos reliquit, nec tamen statim terram repromissionis intrauit, sed prius multas tentationes in eremo quadraginta annis sustinuit, multos reges multis laboribus expugnauit, & sic tandem quod promissum sibi fuerat, laborioſè acquisitum suscepit. Huic sancta anima sponsi amica similis efficitur, quæ prius in baptismo omnia peccata sua extincta quasi Pharaonis exercitum reliquit. Et post dum inter huius mundi habitatores, malignos videlicet spiritus, viuit, imminentia vitia quasi reges alienos prosternit, & sic tandem ad beatam terrā in qua cum spōso delectetur peruenit. Cui bene dicitur quod subditur:

Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.

Turtur post quam parem suum perdiderit semel, nunquam alteri se iungit, sed semper solitariè habitans in gemitu perseuerat: quia quem diligebat non inueniēs quærit. Sic sancta anima quæque dum à sponso suo absens est, ab eius amore non recedit, sed in eius desiderium semper anhelat & gemit, & dum illum quem valde diligit, non inuenit: quia ab omni alieno amore se retrahit, quasi in genarum verecundia castitatem cordis ipso habitu & actu exteriori ostendit. Sequitur:

Turturis pulchra cōditio.

Collum tuum sicut monilia.

Per collum sponsæ prædicatores sanctæ Ecclesiæ designantur. Monilibus prædicatores comparantur, vel quia Ecclesiæ sunt ornamentum, vel quia Ecclesiam muniunt, vt pectus monile, vel à rotunditate, id est, perfectione. In monilibus gemmæ in auro ponuntur. Per aurum quippe sapientia, per lapides opera exprimūtur. Collum ergo sponsæ sicut monilia existit: quia quilibet rectus Ecclesiæ prædicator & sapientia interius se induit, & opera exterius exercet, quæ in sapientia videt. Cui & adhuc dicitur: E

Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argēto,

Murena piscis est, qui captus vertit se in circulum, ad cuius exēplar fit inauris, quæ murenula dicitur, qua designatur prædicatio, quæ auribus inhæret & eas penetrat. Murenulis monilia collo ligantur: quia & sapientia & religio à scripturis sanctis prædicatoribus adiungitur. Per murenulas enim sancta scriptura intelligitur. Quæ bene auro & argento vermiculatæ dicūtur: quia & sapientia sancta scriptura fulget, & sonora prædicatione per vniuersum mundum auditur. Sicut enim per aurum sapiētia, sic per argentum sancta prædicatio demonstratur. His verbis spōsi sponsa respondet, & per corporeas rerum species amorem intimat, quo spiritaliter intus ardet, dicens:

Aurum sapientiā, argentum prædicationem demōstrat.

Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.

Nardus est herba humilis, quæ gustata frigus expellit, & calefacit membrum. Accubitum suum rex tunc intrauit, quando dominus

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dominus noſter Ieſus Chriſtus corporaliter cœli interiora penetrauit. Quo requieſcente, nardus ſponſæ odorem ſuum dedit, quia virtus ſanctæ Eccleſiæ ſuauem famam bonitatis longè latéque ſparſit. Ad cœlos enim dominus aſcendit, & ſpiritum ſanctum ſuum ſuper diſcipulos miſit. Quo impleti verba ſalutis mundo prædicarent, & per ſancta opera boni odoris famam circunquaque diffunderent. Hunc quippe ſpiritum in baptiſmo vnaquæque fidelis anima recipit, vt per eum ſibi ex virtutum cõfectione vnguenta componat, & proximos exempli exhibitione quaſi vnguenti odore reficiat. Sequitur:

Faſciculus myrrhæ dilectus meº mihi, inter vbera mea commorabitur.

Myrrham adhibere membris noſtris debemus.

Mortuorum corpora myrrha condiri ſolent, ne putreſcãt. Myrrham quippe corporibus ne putreſcant adhibemus, dum membra noſtra in Chriſti exemplum, per eorundem mortificationem à putredine luxuriæ reſtringimus, ne dum ea ſine condimento dimiſerimus diſſoluta putredine eſcam vermibus æternis faciamus. Sed quid eſt quod dilectum ſuum ſponſa nõ myrrham, ſed faſciculum myrrhæ nominat, niſi quod dum ſancta mens Chriſti vitam ex omni parte conſiderat, contra omnia vitia ex eius imitatione repugnantes virtutes congregat ex quibus ſibi faſciculũ myrrhæ aptat, quo carnis ſuæ putredinem ſempiternam abſtergat? Qui bene inter vbera commorari dicitur, quia in dilectione dei & proximi habitatio Chriſti ſancta ędificatur. Sãcta quippe anima dum deum ſic diligit vt proximum non contemnat, & proximi amorẽ ſic exequitur vt diuinũ non minuat, proculdubio vbera in pectore ſibi locat, quibus Chriſtum amplectens ipſum nutriat. Quaſi enim vberibus Chriſtus nutritus roboratur, dum hac gemina dilectione vt fortius inhæreat, delectatur. De quo & adhuc dicitur:

H Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.

Cyprus inſula eſt, in qua vberiores vineæ quàm alibi naſcuntur. Per Cyprum ergo Eccleſia vniuerſalis deſignatur, quæ multas vineas nutrit, dum in multas Eccleſias diuiſa, vinum quod lætificat cor hominis, gignit. [In Engaddi balſamum gignitur, quod cum oleo pontificali benedictione chriſma efficitur, quo dona ſancti ſpiritus exprimuntur.] Engaddi interpretatur fons hœdi. Hœdus autẽ antiquitus pro peccatis immolabatur. Quid ergo per fontem hœdi, niſi baptiſmus Chriſti figuratur? In quo dum corpus mergitur, anima abluitur, & per illius fidẽ qui pro peccatoribus mortem pertulit, anima humana à peccatis omnibus mundari ſe credit. Cui mox dilectus reſpondet:

I Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum.

Pulchritudinem duplicem, habet qui deũ & proximũ diligit.

Bis pulchram ſponſus ſponſam ſuam vocat: quia cui dilectionẽ dei & proximi donat, geminam pulchritudinem ei inſerit, qua delectatur, & quam laudat. Cuius oculi bene columbarum eſſe perhibentur: quia dum in temporalibus gemit, & ad æterna deſiderio rapitur, in ſimplicitate ſenſus ſuos cuſtodit, & carnales concupiſcentias deteſtatur. Columba quippe in amore pro cantu gemit. Et bene ſancta anima columbæ cõparatur: quia dum reprobi quique in amore mundi garriunt & lætantur, mens electa in cœleſti deſiderio atteritur: quia timet ne amittat quod diligit, dum differtur. Poſſunt etiam per oculos columbarum, Eccleſiarũ prędicatores intelligi, qui ſimplicitatem quam prædicant, ſeruant, & viſibilia contemnentes, ad æterna cum magnis gemitibus anhelant. Sequitur vox ſponſæ dicentis:

Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.

Pulcher & decorus dilectus dicitur: quia in diuinitate & humanitate omni amanti ſe menti ſine macula reprehenſionis aſpicitur. Quem dum ſponſa pleno deſiderio ſequitur, omnium mundi perturbationum obliuiſcitur, & dum in eius pace quieſcit, magis ac magis decoratur. Vnde ſequitur:

Lectulus noſter floridus.

Quid per lectulum ſponſæ niſi otij quietem intelligimus? Mens enim quæ ſponſum ſuum Chriſtum ſingulariter amat, inquantum poteſt, ab omnibus ſollicitudinibus mundi vacat, virtutes quibus ſponſo ſuo placeat, intus accumulat. Quæ dum omnia quæ temporalia ſunt contemnit, lectulum ſibi cum ſponſo in pace victoriæ facit, vbi quo quietius pauſat, eo amplius flores inue-

nit quibus ſe decoram ſponſo oſtendat. Sequitur: K

Tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia cypreſſina.

Cedrus quæ ſerpentes reprimit & fugat, ſublimiores ſignificat ſanctos, cypreſſus ſimpliciores. Per tigna etiam dilectionem dei poſſumus intelligere, per laquearia dilectionem proximi, quæ ſunt partes virtutis eminentioris in cordibus ſanctorum, quæ ſunt domus dei. Cedrina verò & cypreſſina ideo dicuntur: quia ſicut hæc ligna incorruptibilia ſunt, ita charitas nunquam excidit. Per domos plures Eccleſias intelligimus, per tigna cedrina prædicatores deſignamus; per laquearia cypreſſina ipſos populos figuramus. Tigna enim tectum ſuſtentant, laquearia verò domum implent & ornant. Sic ſic in ſancta Eccleſia prædicatores boni ſcripturam diuinam in corde & ore portant, quam fidelibus quaſi tectum expandentes prædicant, vt dum Eccleſia prædicatione cœleſti inſtruitur, munimen accipiat, quo ab imbribus tentationum protegatur. Cedrus autem & cypreſſus imputribilia ligna eſſe perhibentur. Quibus bene omnes electi figurantur: quia dum temporalia nullo deſiderio ſectantur, eterni fiunt, eo quod mente in æterna figuntur. Reſpondet ſponſus & dicit:

Caput. II.

Go flos campi, & lilium conuallium. L

Chriſtus quare ſe flos.

E Bene florem Chriſtus ſe nominat, qui dum ſpinas peccatorum exterminat, mentem ſponſæ & pulchritudine ſuæ iuſtitiæ exornat, & naribus cordis dum cœleſte deſiderium applicat, interiora animæ quaſi odore reſocillat. Qui ſequitur adhuc & dicit:

Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.

Bene ſicut lilium inter ſpinas, ſponſa inter filias eſſe perhibetur: quia cùm multi ſint in Eccleſia, qui ſolis verbis Chriſtum confitẽtur, operibus vero nihil niſi humanas ſollicitudines ſectantur, ſola illa anima in lilij dignitate computatur, quæ dum à mortalitatis radice ad cœleſtem pulchritudinẽ aſſurgit, & munditiæ candorem corde & corpore ſibiipſi cuſtodit, & proximos quoſque bonæ opinionis odore reficit. Sed quia ſponſus ſponſam ſuam tanta laude dignam habuit, ipſa iam ex debito laudat à quo ſe laudari perſpicit, & dicit:

Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectº meus inter filios.

Ligna ſylueſtria eſui hominum habiles fructus non gignunt. Malus vero quod gignit, congruè & ſalubriter homines edunt. Merito ergo per malum Chriſtus, per ſylueſtria vero ligna cæteri homines figurantur: quia in ſolo Chriſto cibũ ſalutis quoties quærimus inuenimus: in eius verbis & exemplis animas noſtras fructu ſuaui & ſalubri reficimus. Ipſe eſt quippe lignum vitæ, quam nobis tribuit. Ipſe eſt qui dum nobis ſemetipſum inſpirat, animam paſcit. In cæteris vero ſi quid reſocillationis inuenimus, non quod illorum, ſed quod Chriſti eſt, ab illis ſumimus: quia quicquid in eis præter deum eſt, mortiferum nobis proculdubio inuenimus. M

Salutis verbum in ſolo Chriſto inuenitur.

Sub vmbra illius quem deſiderabam, ſedi.

Vmbra Chriſti protectio eſt ſpirituſſancti. Spiritus quippe ſanctus mentem quam replet obumbrat: quia omnem tentationum feruorem temperat, & dum aura ſuæ inſpirationis ſuauiter mentem tangit, quicquid noxij caloris ſuſtinebat expellit, & quam iam forſitã nimius vitiorum æſtus marcidam fecerat, vmbra ſancti ſpiritus protegens recreat, vt dum in eius inſpiratione ſedẽs pauſat, vires colligat quibus ad æternam vitam robuſtius currat.

Sequitur:

Et fructus eius dulcis gutturi meo.

Arbor quippe fructifera ipſe Chriſtus in corde noſtro plantatus per fidem exiſtit. Quam ſi mens noſtra dignè diligit, & inſtanter excolit, fructus nimirum interius pulchros & vtiles gignit. Quos dum mens capiens auidè comedit, omnes mundi voluptates præ eius dulcedine poſtponit. Dulce enim eſt valde ſibi cœleſtia cogitare, in æternitate oculum intimum figere, vt aliquando in cœleſtibus etiam mens accenſa compungatur, & inter lachrymas ſubleuata, angelorum cibo ipſa videlicet ſponſa * quanto dulcius, tantò auidius paſcatur. Inde eſt quod ſubditur: * al. ſapientia.

Intro-

A Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.

Eternitatis plaga cella vinaria dicitur.

Quid enim per cellam vinariam congruentius, quàm ipsam arcanam æternitatis contemplationem accipimus? In hac æternitate angeli sancti vino sapientiæ debriantur, dum ipsum deum facie ad faciem videntes omni voluptate spiritali satiantur. Hanc cum sancta mens sibi à sponso introducatur, postpositis omnibus temporalibus intrat, in qua ex illis angelicis deliciis quantum sibi conceditur gustat. Et si adhuc quia in corpore corruptibili detinetur, se perfectè non satiat, tamen ex illo minimo quod cursim sumit, considerat quantum debeat amare quod amat. Potest tamen per cellam vinariam scriptura diuina figurari. Per hanc quippe in sponsa charitas odinatur: quia in eius doctrina manifestè dicitur qualiter deus & proximus ordinatè diligantur. Hac charitate percussa sequitur & dicit:

Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo.

Per flores teneri quique & incipientes, per mala verò perfecti fideles designantur. Sponsa quippe quia amore languet, fulciri se floribus & stipari malis appetit: quia dum se æternitatis desiderio afficit, dum qualiter illuc perueniat, tota anxietate perquirit, eo quod perfectionē * dum in carne viuit, omnino non inuenit, fatigata in desiderio suo requiescit. Et in hoc solo gaudet, si circa se respicit vel quibus ipsa proficiat, vel in B quorum profectione consolationem de languore suo recipere possit. Quibus de sponso suo subsequenter hæc dicit:

* alias, sed perperam.

Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Per læuam sponsi vita præsens, per dexteram verò vita æterna designatur. Per caput autem sponsæ, mens quæ animæ principatur assumitur. Sed læua sponsi sub capite sponsæ esse dicitur, & dextera eius amplexatur eam: quia vitam temporalem sub mente sua semper ponit, vitam verò æternam vt omnimodo amplexetur cōcupiscit. Hæc quippe quæ videt, magnanimiter mente sublimi conculcat, officiis cœlestibus se occupat. Hæc necessitate tolerat, ad illa summo desiderio quasi brachio dextero sponsi astricta suspirat. In quæ cùm aliquantulum intrat, delectabiliter quiescit, cuius quietis dilectione mundanos tumultus omnino fastidit. Sic quiescentem vtique sponsus amplius diligit, & ab eius excitatione improbos quosque repellit, dicens:

Adiuro vos filiæ Hierusalem per capreas, cerúosque camporum, ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

C Cerui & capreæ munda animalia in lege esse perhibentur, Quid ergo per ceruos & capreas, nisi fidem, spem, & charitatem accipimus? Quas dum nobis mundas seruamus, per easdem altos montes contemplationis ascendimus. Sancta autem anima sponsa Christi à cunctis mūdi perturbationibus quiescere appetit, in sinu sponsi sopitis terrenis cupiditatibus dormire sancto ocio concupiscit, ita vt etiam necessaria colloquia aliquando fastidiat, soliúsque sponsi collocutione quanto quietius tanto serenius hilarescat. Sed hanc dormientem carnales qui sunt in Ecclesia nonnunquam importunè excitant, negociis mundi eam implicare desiderant: quia eius vitam inutilem existimant, dum ab eorum curis eam se abstinentem considerant. Hi tales satis congruè non filij sed filiæ nominantur: quia dum effœminatos mores nutriunt virili dignitate amissa, quales interius habentur, exterius nomine fœmineo designantur. Hi dilectam suscitare sub adiurationis pondere prohibentur, ne videlicet mentem quæ ad vacandum deo se accingit, & solis spiritalibus studis inhærere concupiscit, importunis sollicitationibus inquietent, & tenebris curarum terrenarum oculum cordis eius obnubilent. Et tamē non ei omnis cura proximi interdicitur, sed quādo suscitari debeat, eius voluntati relinquitur: quia profectò omni perfectæ animæ discernendum est & quando cœlesti contēplationi studeat, & quando proximorum vtilitatibus inseruiat. Hanc vacandi deo licentiam libentissimè sponsa suscipit, statímque verbum sponsi amplectitur & dicit:

Virtutes bilaredes mentes & capreas significatur

Vox dilecti mei.

Acsi diceret: Hanc vocem dilecti mei sponsi esse recognosco, D hanc ab eius ore semper audire desidero: quia in hoc video quātum me diligat, cùm me ab amplexibus eius desiderabilibus impediri prohibeat. Ad hos amplexus qualiter peruenerit, subitò narrat, dicens:

Ecce iste venit saliens in mōtibus, transiliens colles.

Ad amplexus sponsæ suæ Christus venire disponens, humanitatem nostram dignanter assumpsit. Ad quod mysterium peragendum, quasi saliens in montibus venit: quia quædam opera inter homines ostēdit, quæ valde sublimia & super homines esse perspiciens humanum genus admirari potuit, sed attingere nequiuit. Quòd enim de virgine natus est: quod ad vagientem adorandum ire pastores angelus admonuit: magos stella perduxit: quod pendens in cruce, qua hora voluit spiritum emisit: quod mortuus tertia die seipsum suscitauit: quod cœlū ingressus spiritum sanctum quibus sibi placuit donauit: quòd fidei suæ per piscatores & idiotas mundum subiugauit, hæc faciens quasi in montibus ambulauit, quo eum nulla creatura assequi valuit. In his nimirum operibus colles transiliuit: quia sanctos omnes quātumcunque excreuerint, potentia suæ piæ operationis transcendit. De quo & sequitur:

Christus propter miracula dicitur venisse quasi saliēs in mōtibus

Similis est dilectus meus capreæ hinnuloq; ceruorū.

Similis capreæ bene esse dicitur: quia ex synagoga carnem traxit, quæ per capream ostenditur. Et quia ex antiquorum sanctorum stirpe progenitus est, quasi hinnulus ceruorum, rectè esse E perhibetur. Sequitur:

En ipse stat post parietem nostrum, aspiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.

Quasi post parietem nostrum Christus incarnatus stetit: quia in humanitate assumpta diuinitas latuit. Et quia eius immensitatem si ostenderet, infirmitas humana ferre non posset, carnis obstaculum obiecit. Et quicquid magni inter homines operatus est, quasi post parietem latitans fecit. Per fenestras autem & cācellos qui aspicit, partim videtur, partim verò se abscondit. Sic & dominus Iesus Christus dum & miracula per diuinitatis potentiam fecit, & abiecta per carnis infirmitatem pertulit, quasi per fenestram & cancellos prospexit: quia in alio latens, in alio quis esset apparuit. Incarnatus itaque Ecclesiæ suæ vel vnicuique perfectæ animæ loquitur, & ad æternam exhortatur patriam, dicens:

Christus qualiter per fenestras & cancellos prospicere dicitur.

Surge, propera amica mea, colūba mea, formosa mea, & veni.

Propter fidem Christus sponsam suam amicam vocat, columbā propter simplicitatem, formosam propter operationem. Quia enim sine fide deo placere non possumus, bene per fidem amici vocamur: quia dū fide cœlestia appetimus, abiectis terrenis deo F adhæremus. Columba verò bene anima propter simplicitatē dicitur: quia anima deuota dum simplicem deum cordis simplicitate perscrutatur, nequaquam mundi ineptam lætitiam dissoluta sectatur, sed semper ad æterna festinans, columbæ gemitum procantu diligendo imitatur. Propter operationem anima formosa rectè appellatur: quia dum præteritæ vitæ peccata per bona opera redimit, quasi antiquam turpitudinem assumpta forma meliori ante sponsi oculos abscondit. Hanc itaque hortatur sponsus vt surgat & veniat: quia dignum est vt quicunque ad amorem Christi properat, carnis torporem quantum potest abiiciat, & se ad æterna consequenda celeriter accingat. Sed quia vt ad cœlestia festinemus per exhibitionem noui testamenti à deo accepimus, ideo rectè sequitur.

Anima denota columbæ comparatur.

Iam enim hyems transiit, imber abiit & recessit.

Quid per hyemem, nisi legis austeritas intelligenda est? Quæ dum in carnalibus sacrificiis populum antiquum detinuit ad appetenda spiritalia & cœlestia obseruatores suos non adiuuit. Possumus etiam per hyemem vitam præsentem intelligere, quæ dum nos assiduis tentationibus impetit, quasi imbribus importunis ad sequendum Christum torpere compellit. Sed iam sponsa surgat, quia hyems transiit, quoniam quanto magis dies vltimus instat, præsens vita recedit, & quo amplius tempus ad terminum ducitur, eo citius currendum est, ne electa anima oblatis sibi muneribus æternis priuetur. Transiit enim dicitur: quia in proximo transitura esse non dubitatur.

Lex Moysi cōparatur hyemi.

Sequitur:

Flores

G Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit.

Flores apparuiſſe in terra dicuntur: quia ſanctæ animæ cùm à corporibus recedunt, in cœlo recipiuntur. Et quia in hac vita quamuis hyems fuerit, à bono opere non torpuerunt, mox vt receſſerunt, in terra viuentium glorioſe floruerunt. Bene ergo ſequitur quod dicit: Tẽpus putationis aduenit, quia quo amplior electorum numerus in cœlo congregatur, eo celerius reprobi ab Eccleſia tanquam ſarmenta inutilia amputantur, vt mundus citius finiatur. Sequitur:

Vox turturis audita eſt in terra noſtra.

Quid per turturem, niſi Eccleſia, quid per terram ſponſi, niſi vita illa beata deſignatur? Sed vox turturis in terra ſponſi audita eſſe dicitur: quia dum pro deſiderio ſuo ſancta Eccleſia deprecatur, à Chriſto in cœlo clementiſsimè exauditur. De qua rectè ſubditur:

Ficus protulit groſſos ſuos, vineæ florentes odorẽ dederunt.

Ficus quippe groſſos ſuos protulit: quia ſancta Eccleſia martyres ſuos ad æternam patriam præmiſit. Poſt quos vineæ florẽtes odorem ſuum dederunt: quia per vniuerſum mundum exempla bonorum operum excreuerunt. Vineæ vtique flores producunt, cùm ſingulæ Eccleſiæ animas prius infideles ad fidei nouitatem per baptiſmum educunt. Sed flores ipſi odorem proferunt, cùm credentes animæ, exempla bona per ſuauem opinionem ſibiinuicem & aliis aſpergunt. Sed quia Chriſtus vtroq; modo exhortationis nos trahit, vt videlicet & præceptis nos admoneat, & exemplis ſanctorum nos erigat, ideirco ſponſæ ſuæ prius vt ſurgeret admonendo præcepit, & deinde exempla ſanctorum ad cognitionem adduxit, & poſt exemplorum exhibitionẽ iterum ſe ad præcepti commonitionem conuertit, dicens:

Chriſtus dupliciter nos exhortatur.

H Surge amica mea, ſoror mea, & veni columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.

Anima ſurgit & venit.

Surgit anima, cùm à peccati perpetratione ſe erigit. Venit, cùm per bona opera deſiderij ſancti paſsibus ad cœleſtia tendit. Sancta etenim mens cùm præteritæ vitę turpitudines conſpicit, cùm peccata ſua enumerat quæ fecit, mox ſecum in conſcientia erubeſcit, & quæcunque in mundo dilexerat, ad odium ſibi transferẽs fletibus ſe punit, & ipſa pœnitentia facta robuſtior, ab omni inquinatione etiam cogitationis exilit, & ab omni torpore negligentiæ ſe excutit, vt iam in infimis cogitationibus nõ iaceat, ſed ad appetenda inuiſibilia per ſancta deſideria ſe extẽdat. Hęc itaque mens ſurgit & venit: quia & à torporis infirmitate per compunctionem ſe erigit, & in ſanctis ſtudiis ſe exercens ad æterna pedibus amoris currit. Per foramina autem petræ, vulnera manuũ & pedum Chriſti in cruce pendentis libenter intellexerim. Cauernam verò maceriæ, vulnus lateris quod lancea factum eſt, eodem ſenſu dixerim. Et bene columba in foraminibus petræ & in cauerna maceriæ eſſe dicitur: quia dum in crucis recordatione patientiam Chriſti imitatur, dum ipſa vulnera propter exemplum ad memoriam reducit, quaſi columba in foraminibus, ſic ſimplex anima in vulneribus nutrimentum quo conualeſcat, inuenit. Poſſunt tamen per foramina petræ, incarnationis Chriſti ſacramenta ſignari, & per cauernam maceriæ, ipſa protectio angelicæ cuſtodiæ figurari. In qua cuſtodia cùm anima ponitur, bene ei à ſponſo dicitur:

Petræ foramina dicũtur Chriſti vulnera.

I Oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis.

Quid enim per faciem, niſi fidem qua à deo cognoſcimur, accipimus? Et quid per vocem niſi prædicationem intelligimus? Sed præcipit ſponſus vt ei ſponſa faciem ſuam oſtendat: quia quicunque ſe fidem dicit habere, neceſſe eſt vt in bonis operibus ſe exerceat, vt in operibus exterioribus fides interior innoteſcat. Sed & opera neceſſe eſt vt vox prædicationis ſequatur: quia quicunque in ſanctis operibus perfectè ſe dilatat, conſequens eſt vt ad eadem facienda proximos quoſque exhortetur. Ideo ſequitur:

Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

Tunc enim & vox placet, & facies decoratur, quando & opera prædicatio ſequitur, & rurſum prædicationem bona opera comitantur. Huiuſmodi prædicatoribus conſequenter dicitur:

Capite nobis vulpes paruulas, quę demoliũtur vineas. K

Per vulpes hæretici, per vineas ſingulæ Eccleſiæ deſignantur. Sed vulpes vineas demoliuntur: quia per hæreticos Eccleſiæ, à rectæ fidei viriditate exiccantur. Quæ bene paruulæ dicuntur: quia quamuis contra veritatem intus ſuperbiant, exterius tamen in verbis humilitatem per ſimulationem ſectantur. Quæ tunc à ſanctis prædicatoribus capiuntur, quando inſtante altercatione ſententiis veritatis conuincuntur. Prædicatores quippe ſancti aliquando canes per ſimilitudinem dicuntur: quia prędicationibus aſsiduis quaſi latratibus importunis aduerſarios quoſque à grege ouium arcere nituntur. Iſti canes vulpes Chriſto capiunt: quia ducem ſuum dum fideliter diligunt, pro eius amore laborantes, tergiuerſantes hæreticos ab inuolutionibus quæſtionum quaſi à tenebroſis cauis ad lucem veritatis educunt. Quare verò vulpium demolitio timeatur, manifeſtatur cùm dicitur:

Hæretici comparantur vulpibus. Eccleſiam demoliuntur.

Nam vinea noſtra floruit.

Vinea quippe floruit: quia ſancta Eccleſia per baptiſmum filios ad fidei nouam conuerſationem perduxit. Quibus timendum eſt ne ab hæreticis deprauentur: quia dum quique fideles in nouitatem Chriſti regenerantur, quo quiſque tenerior eſt, eo citius ad prauitatem ſeducitur. Floribus omnino timendum eſt ne pereãt: quia dum adhuc quiſq; ad perfectionem per exercitium diuturnum non conualuit, facilè ſi à dente venenoſo mordetur, ab hoc quod nactus* fuerat, euaneſcit. Perfecta enim quæque anima in quo ſe iam diu exercuit, facilè non amittit: quia quo frequentius palato intimo quàm dulcis ſit dominus guſtauit, eo conſtantius ſponſi rectitudinem tenet, & diſtorta faſtidit. Quæ proſequitur conuenienter, & dicit:

* al. datum.

L

Dilectus meus mihi, & ego illi.

Ac ſi diceret: Dilecti mei amicitiam conſtanter teneo, quia eius conſtantem beneuolentiam erga me ſentio. Quia dum eius familiaritatem benignam habeo, durum mihi eſt quicquid ei aduerſum inimicos latrantes audio. Et dum in eius aſsiduitate qualis ſit video, ſi quid erroris proferunt aduerſarij, à veritate quam in eius viſione cognoui, non recedo. De quo bene ſequitur:

Qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ.

Quid per lilia, niſi mundæ animæ deſignantur? Quæ dum caſtitatis candorem retinent, per bonæ famæ opinionẽ proximis quibuſque ſuauiter olent. Inter lilia ſpõſus ergo paſcitur: quia proculdubio animarum caſtitate delectatur, quæ & in ſe munditiam carnis conſeruant, & per nitidas cogitationes coram eo placent, & exempla proximis quaſi odoris ſuauitatem donant. Dies verò tunc aſpirabit, & vmbræ inclinabuntur, quando vita æterna apparebit, & præſens vita finietur. Hic quippe nox eſt, ibi verò dies erit: quia hic in viſione veritatis caligamus, ibi deus ipſe tota veritas mentibus elucebit. Ad hanc prorſus diem ſanctæ animæ enituntur vt perueniant: propter hanc iuſtitiam illibatam inquantum poſſunt conſeruant, & quia ſine Chriſto nihil poſſunt, eius auxilium inuocant, eius familiaritatem deſiderant. Quarum dum mentem cõſiderat prope eſt benignus & adiuuat, & quo amplius proficiunt, eo familiarius ſemper amat, donec finitis tenebris mundi ad vitæ æternæ lucem perfectas educat. Quam lucem quia valde deſiderant, eámque cùm dominus ad iudicium venerit, videndam eſſe putant, ideirco cum ſummo deſiderio dicunt.

Spõſus in mariis habitat. Eccleſiaſtica dignitas.

M

Reuertere, ſimilis eſto dilecte mi capreæ hinnulóque ceruorum ſuper montes Bethel.

A nobis dilectus corporaliter tunc abiit, quando poſt reſurrectionem in cœlum aſcendit. Tunc autem reuertetur, quando in fine mundi reſuſcitatis corporibus hominum, omnibus in iudicio manifeſtabitur. Qui verè ſimilis capreæ & hinnulo ceruorum apparebit: quia in carne noſtra veniens ad iudicium omnibus ſe monſtrabit. Per capream enim quæ mundum eſt animal, Eccleſia deſignatur, quæ dum in cœleſtibus mente habitat, quaſi in montibus paſcitur: Per ceruos autem quid aliud quàm patres antiqui deſignantur, ex quorum carne Chriſtus natus, quaſi hinnulus ceruorum mundo eſt præſentatus? Bethel autem domus dei interpretatur. Quæ bene

Capreolus animal eſt, & ceruus. Eccleſia antiqua.

Eccleſia

A Ecclesia dei dicitur, quia in ea dominus habitat, dum per fidem corda nostra mundantur. Super montes ergo Bethel similis capreę hinnulo, cęruorum apparebit, quia in ea humanitatis forma ad iudicium veniet, quam ab Ecclesia sumpsit quando in hoc mundo ex patrum progenie quasi hinnulus ex ceruis humilis natus fuit. Qui verè & similis capreæ & super montes Bethel apparebit: quia & ex humanitate quidem similis Ecclesiæ erit, & tamen super ipsos summos, qui quasi montes excellunt, in Ecclesia sublimior eminebit. Qui dum venire moratur, quia eum semper sancta anima perquirere nititur, ideo sequitur:

Caput. III.

In lectulo meo per noctes quęsiui quem diligit anima mea.

Lectulum sibi sancta anima in nocte facit, dum omnes perturbationes mundi fugiens, secretum cõparat in quo requiescit. In hoc lectulo quem diligit quærit: quia dum ab omnibus sollicitudinibus mundi vacat, in eius inquisitione quomodo ad illum perueniat non quiescit. Notandum est autem quia per noctes quærit, qui modo in hoc mundo viuit, & perfectæ tenebras temporalitatis à se non excutit. Quas quo grauiores patitur, eo feruentius quærit eum, quo inuento tenebras amplius nõ patietur. Sed quia quem quærit, nunquam perfectè in hoc mundo inuenit, ideo subiungit:

B Quæsiui illum, & non inueni.

Quia verò maximo desiderio æstuat, & quicquid tenet, ei non sufficit donec dilectum inueniat, ideo constantiam inquisitionis subiungit dicens:

Surgam, & circuibo ciuitatẽ, per vicos & plateas quęram quem diligit anima mea.

Ciuitas per vicos augu. in quæst. super Iesu.

Quid per ciuitatem in hoc loco nisi Ecclesiam, quid per vicos ciuitatis, nisi spiritales quosque accipimus? Qui dum ad cœlestia toto corde gradiuntur, angustam viam tenent, qua ad vitam perducantur. Per plateas autem seculares designantur, qui dum voluptates suas multas sequuntur, latas vias gradiuntur. Surgit ergo sponsa & ciuitatem circuit, quia perfecta anima quę visibilia fastidit, omnes sanctos qui sunt vel fuerunt in Ecclesia, mente cõspicit, si quid forte in eorum actibus reperire poterit, quod imitando, ad sponsi inuentionem aliquando peruenire possit. Per vicos autẽ & plateas quærit: quia dum per bonorum imitationem ad dilecti familiares amplexus peruenire satagit, non solum in spiritalibus, sed & in ipsis etiam carnalibus aliquando inuenit quod imitari dignè possit. Sed postquam laborem geminatũ inquisitionis insinuauit, iterũ difficultatẽ inuẽtionis subdit, dicẽs.

Quæsiui illum, & non inueni.

Sed dum quærit & non inuenit, ipsa etiam quæritur & inuenitur, & ideo subditur:

C Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem.

Doctores designantur vigiles.

Quid per vigiles, nisi doctores Ecclesiæ designantur? Qui dum lucrandis animabus & scriptis & dictis inuigilant, vbi sancti desiderij aliquantulum sentiunt, augmentare ad melius nunquam cessant. Hi sponsam quærentem inueniunt: quia piam animam Christum inuenire satagentẽ excipiunt, & vt citius inueniat, præceptis instruunt, exẽplis accendunt. Quos illa interrogans dicit:

Num quem diligit anima mea vidistis?

Bene eos sponsa interrogare dicitur: quia dum eorũ scripta vel verba vigilanti studio perscrutatur, tanquam præsentibus etiam absentibus animi intentione loquens, quid de Christo senserint, scisciatur. Quia vero dum in eos omnino intendit, nunquã sponsum inuenit, consequenter subiungit:

Paululum cùm pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea.

Paululum vigiles transit, & dilectum inuenit: quia dum eos puros homines esse cogitat, ad diuinitatem mentem erigit, ibique sponsum suum supra homines patri æqualem cognoscit. Quem tunc inuenisse se dicit, cùm sanctis laboribus adiuta in eius diuinitatis claritatem oculum fidei tanquam per speculum contemplando aliquantulum figit: Quod tantillum quanta auiditate mẽtis susceperit, ostendit, dicens:

Tenui illum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculũ genitricis meæ.

D *Iudæi tandem ad fidem adducentur.*

Mater Ecclesiæ synagoga extitit: quia ex ipsa sanctos prædicatores habuit, à quibus verbum veritatis susceperit, per quod in fide regenerata fuit. Tenet ergo sponsum Ecclesia donec in domũ matris eum introducat: quia vsque in finem mundi ab eius fide & opere & amore non recedit donec ad fidem Iudæos adducat. Non quod postea recedat: quippe quem in exilio diligit, in patria videns amplius amabit. Sed de illo tempore dici debuit, de quo à quibuslibet propter obsistentes tentationes dubitari potuit. In domum ergo matris dilectum introducet quando in fine mundi Ecclesia per prædicationem in plebem Iudaicam Christiana sacramenta immittet. In cubiculum autem quasi in secretiorem partem domus eum introducet: quia ex eadem plebe ita plurimos conuertet, vt omnes mundi sarcinas abiiciant, & in intimis cogitationibus soli deo placere concupiscant. Huiusmodi homines cubiculum facient sponso: quia dum à se omnes sordes cupiditatis abiicient, quasi secretum locum in mente in quo delectetur component. A quorum inquietatione in eis delectabiliter pausans sponsus improbos prohibet iterum dicens:

Adiuro vos filiæ Hierusalem per capreas ceruósque camporum, ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

In hoc vtique ostendit: quia eiusdem perfectionis quosdam de synagoga post conuersionem inueniet, cuius de Ecclesia quàm E plurimos inuenit: dum in eorum quiete similiter delectatus, ab eis inquietatores prohibet, sicut ab Ecclesia prohibuit. Introducta ergo ad fidem synagoga Ecclesiæ mentem per opera quæ videt conspicit, & sublimitatem eius valde admirans dicit:

Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij?

Anima quãdo dicitur in deserto viuere.

In deserto vtique in hoc mundo Ecclesia siue sancta quæque anima viuit, dum à regno exul inter bestias, dæmones videlicet, degit. Hic enim etsi non omnino à sponso deseritur, tamen dum in carne est, nondum ad certam eius visionem admittitur, dum ab eo per exilia & tentationes peregrinatur: quia dum adhuc cum eo nõ regnat, deseri ab eo sibi videtur. Ob hoc semper laborat vt ascendat, vt quem valde diligit, magis ac magis sentiat, quatenus quoniam perfectè eum in deserto non tenet, vel ipso eius desiderio se reficiat, vt sic in via roborata, quandoque ad hoc quod diu concupiuit perueniat. Sũt quippe nonnulli qui dum omnia visibilia fastidiunt, mentem in cœlestia erigunt, & quia in infimis nihil quod eis dulcescat conspiciunt, totum cor ad superna amanda conuertunt. Hi ab omnibus malis moribus se exuunt: censum * mundi cum cupiditatibus contemnunt, spe * *al. sensum* ad inuisibilia tendunt, & quo ampliori desiderio illis inhærent, eo magis ac magis molestè corruptionem ferunt quam habent. F Hi nimirum per desertum ascendunt: quia dum in hoc mundo inter tentationes viuunt: quo amplius dum hic morantur deseri metuunt: eo quidem fortius ista deserunt, & feruentius ad illa gradiuntur, in quibus cùm fuerint, nihil amplius quod eos amoueat, iam timebunt. Bene autem sicut virgula fumi ascendere dicuntur: quia & odorem bonæ famæ, & subtilitatem mentis habere dicuntur. Non autem quarumlibet rerum fumus iste esse dicitur, sed ex aromatibus myrrhæ & thuris & vniuersi pulueris pigmentarij existere declaratur. Myrrha quippe mortuorum corpora condiuntur ne putrescant, thura verò accenduntur, vt redoleant. Per myrrham ergo carnis mortificatio designatur, per thus verò orationum munditia intelligitur. Sancta igitur anima dum carnem suam à putredine vitiorum mortificat, dum omnes mundi voluptates per continentiam abnegat, quasi myrrham mortuo corpori adhibet, vt post iudicium à corruptione æterna sanum permaneat. Cùm verò se ad cœlestia maiori desiderio accendit, & à cordis cubiculo omnes superfluas cogitationes feruenter abiicit, quasi thuribulum cor suum coram deo facit. In quo dum per dilectionem virtutes congregat, quasi carbones in thuribulo coaptat, in quo seipsam mens in conspectu dei igne charitatis accendat. Dumque feruentes & mundas orationes ad deum emittit, quasi fumum aromatum ex thuribulo educit, vt coram dilecto suaue redoleat, &

Myrrha & thus quid designant.

proximos

G proximos quoſque ad eius amorem per bona exempla concitare non deſinat. Sed notandum quod non ait vniuerſi pigmenti, ſed vniuerſi pulueris pigmẽtarij. Pigmẽta quippe facimus, quando virtutes congregamus in corde. Quando verò ipſas noſtras virtutes per ſingula quæque opera diligẽtius retractamus, ne quid in operibus noſtris incultum remaneat, ne inter virtutes vitium lateat, tunc procul dubio vnguenta virtutum quaſi in pulue rem tundimus, vt eo mundiora ſint opera noſtra, quo ſubtilius ea ab omni ſubreptione vitiorum diſcernere non ceſſamus. Huiuſcemodi mentes dilecto ſuo delectabiles ſe per eius gratiam fa ciunt, & dum ab omni mundano ſtrepitu ſe diuidunt, locum in quo ſponſus requieſcat, in ſeipſis componunt. De qua requie ſubditur:

En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſsimis Iſraël.

Ephes. 2. Lectulũ facere Salomoni quid ſit?

Salomon quippe pacificus interpretatur. Quid ergo per Salomonem niſi Chriſtus intelligitur, de quo ſcriptum eſt: Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnũ? Salomoni ergo lectulũ facimus, quando à mundi ſollicitudinibus omnino ceſſamus, dum in ſolo deſiderio Chriſti libenter pauſamus, eique vt nobiſcum pauſet, cor ab omni terrena cupiditate mundamus. Denarius autem numerus ſi per ſenarium numerum multiplicetur, nimirum ſexaginta complentur. Per denarium itaque decalogum legis accipimus. Per ſenarium autem totum hoc tempus intelligimus, quod
H ſex diebus operatoriis volui videmus. Per ſexaginta igitur fortes omnes perfectos qui fuerũt ante nos in Eccleſia, intelligimus, qui dum decem præcepta legis quo ſpiritalius eo fortius in ſex diebus compleuerunt, quaſi ſexagenarium numerum perfecerũt. Hi lectulum Salomonis ambiunt: quia mentem ſanctam in qua Chriſtus pauſat, verbis & exẽplis muniunt, quibus ab aditu mentis venientes hoſtes repellunt, dum ipſam mentem exemplis ſuſtinent, ſcriptis erudiunt.

Hi tenent gladios, & ad bella doctiſsimi exiſtunt.

Quia dum verbum dei opere complent quod corde ſciunt, magis ac magis ſemper docti, hoſtem ſuum dæmonem ſcilicet, ſapientia & fortitudine vincunt. Per gladium enim verbum dei deſignatur. Per manus autem quibus gladios tenent, ipſa opera figurantur. De quibus bene ſubditur:

Vniuſcuiuſque enſis ſuper fœmur ſuum, ꝓpter timores nocturnos.

Quid per enſem, niſi rigorem cõuerſationis, & quid per fœmur, niſi carnis appetitum accipimus? Electi ergo quique qui iam ad perfectionẽ vitæ proiecti ſunt, ſemper enſem ſuper fœmur ſuũ ferunt: quia rigore conuerſationis appetitum carnis aſſiduè frangunt, ne hoſtis quem in nocte huius mundi timent, repente veniens, mollem aditum inueniat, & per voluptatis mollitiem eo facilius quo voluptuoſiores inuenerit, ad grauiora peccata perducat. De laude itaq; Salomonis adhuc ſubditur cùm dicitur:

I Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani. Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum aſcenſum purpureum, media charitate conſtrauit, propter filias Hieruſalem.

Ligna Libani imputribilia eſſe aſſeruntur. Ferculum ergo fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani: quia ſecundum præſcientiæ ſuæ gratiam, Chriſtus ſanctam Eccleſiam de in æternum permanſuris ſanctis conſtruxit,

Columnas eius fecit argenteas.

Prædicatores ſunt tanquã columnæ

Quia eidem Eccleſiæ prædicatores dedit, qui & vt eam exemplis ſuſtentarent, magna iuſtitiæ rectitudine roborauit, & vt prædicationibus erudirent, nitore eloquij quaſi ſplendore argẽti decorauit.

Reclinatorium aureum fecit.

Quia dum in cordibus perfectorum reſplenduit, eis diuinitatis ſuæ potentiam per contemplationem oſtendit. In qua contemplatione dum eis pulchritudinem cœleſtium gaudiorum mõſtrauit, quaſi reclinatorium ex auro eis compoſuit: quia locum
Prouer. 8. in quo ſe refocillantes requieſcant, appoſuit. Quod reclinatorium bene aureum eſſe dicitur: quia melior eſt ſapientia cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur, ei non poſſunt comparari. Ad hoc reclinatorium multis laboribus peruenitur, multis tribulationibus aſcenditur, ita vt ſi neceſſe fuerit, etiam ſanguis ef- K
fundi permittatur. Ideo aſcenſus rectè purpureus eſſe dicitur. Dum enim ſancti quique martyres ꝓpter vitam æternam corpora ſua ad ſupplicia tradiderunt, dum flagella, aculeos, igues, gladios, & alia innumerabilia tormenta patienter pertulerunt, nõne ad reclinatorium iſtud ad beatam ſcilicet vitam, per aſcenſum purpureum aſcenderũt? Sed nos miſeri quid agimus, qui in hoc ferculo columnæ argenteæ non ſumus: quia ſanctam Eccleſiam nec exemplis ſuſtentamus, nec prædicatione docemus? In ea reclinatorium aureum non habemus: quia terrenis cogitationibus inuoluti, ad ſplendorem ſapiẽtiæ per contemplationem non aſſurgimus, Aſcenſum purpureum nec etiam cognoſcimus: quia voluptatibus vacantes, labores & perſecutiones pro æterna beatitudine ferre recuſamus. Conſolatur nos aliquantulũ quod de hoc ferculo ſubditur:

Media charitate conſtrauit, propter filias Hieruſalem.

Quid enim per filias Hieruſalem, cùm non filios ſed filias dixerit, intelligimus, niſi nos debiles, qui in Eccleſia non viri, ſed fœminæ ſumus: quia contra vitia fortiter non reluctamur, viriliter non reſiſtimus, muliebriter ſubiacemus? Hieruſalem e- *Fem*
nim viſio pacis interpretatur, per quam Eccleſia quæ eſt mater *ſunt q*
noſtra, deſignatur, eo quod aſſiduè pacem perpetuam contem- *vri n*
platur. Si ergo nos in ferculo regis columnæ argenteæ non ſu- *rũ ſi*
mus, reclinatorium aureum non habemus, per aſcenſum purpu- *ſtra*
reum aſcendere non valemus, ſaltem charitatem quæ communis L
omnibus electis quaſi in medio poſita eſt, teneamus. Per hanc quippe rex Salomon nos in ferculo ſuo eſſe cognoſcit: quia in eo cum columnis argenteis, cum reclinatorio aureo, cum aſcenſu purpureo, ꝓpter filias Hieruſalem etiam media charitate conſtrauit: quia cum Eccleſiæ membris ad eandem ſponſi beatitudinem peruenimus, ſi charitatem indefeſſam obſeruamus.

Sequitur:

Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eũ mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

Maria ſtum ba mat re nam.

Mater Chriſti beata Maria eſſe creditur, quæ coronauit eum diademate: quia humanitatem noſtram ex ea ipſe aſſumpſit, ſicut in Euangelio recitatur. Et hoc in die deſponſationis eius, & in die lætitiæ cordis eius factum eſſe dicitur: quia quando vnigenitus filius dei diuinitatem ſuam humanitati noſtræ copulare voluit, quãdo per bonam voluntatem ſuam tempore opportuno Eccleſiam ſponſam ſuam ſibi aſſumere placuit, tunc cũ charitatis exultatione carnem noſtrã ex matre virgine ſuſcipere voluit. In qua cum doloribus pro tempore viuens, de redemptione noſtra vehementer exultauit. Sed cùm diadema pro gloria aſſumatur, in humanitatis autem ſuſceptione non gloria verbi dei, ſed humilitas eſſe cognoſcitur, quomodo humanitate noſtra quaſi diademate coronatus fuiſſe dicitur? Sed cùm ipſa eius incarnatio verè gloria noſtra fuerit: quia membra eius ſumus propter communionem corporis, diadema membrorum bene capitis ſcriptura M
prædixit. Hic itaque quia à ſponſa laudatur, & ipſe viciſſim ſponſam laudare dignatur, dicens:

Caput. IIII.

Q Vàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es & decora, oculi tui columbarũ, abſq; eo quod intrinſecus latet.

Quia hæc ſuperius expoſuimus, vt potuimus, nunc eadem repetere propter breuitatem ſeruandam deuitamus. Sed quia hic adiunctum eſt, abſque eo quod intrinſecus latet, breuiter videndũ eſt quomodo ſuperioribus coniungatur. Pulchra eſt ergo ſponſa, & oculi eius columbarum abſque eo quod intrinſecus latet, quod valde honeſtũ eſt quicquid in exterioribus operatur, quod ſimpliciter inter homines conuerſatur, quod ea quæ videt temporaliter concupiſcere dedignatur, & ſi quid tamen in hoc mundo placet, poſt concupiſcentias ſuas ire deteſtatur. Sed vehementer pulchrius & honeſtius eſt, quod cordis deſiderium illibatum retinere conatur, quod æternæ beatitudinis claritatem in mente retinet, erecta contemplatur, quod in his quæ interius videt, ſuauiter requieſcit, & mundatur. Sequitur:

Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad.

Siper

A per oculos prædicatores Ecclesiæ designantur, quia cæteris vtim ostendunt, bene per capillos populi figurãtur, quia eidem Ecclesiæ ornamentum tribuunt. Capilli ergo sponsæ sicut greges caprarum esse dicuntur: quia populi Ecclesiæ dum præcepta legis ruminantes cœlestia fide contemplantur, munda sunt animalia & in altis pascuntur. Galaad autem aceruus testimonij interpretatur. Quod autem per aceruum testimonij, nisi multitudinẽ martyrum intelligimus? Qui dum fidem Christi insuperabiliter tenuerunt, eos testimonium veritati etiam per mortem suam perhibuisse scimus. Grex itaque iste caprarum de monte Galaad ascendit: qua populus Ecclesiæ eo magis fide se ad æterna suspendit, quo fortius sanctos martyres eidem fidei testimonium perhibuisse sciuit. Sequitur:

Capra ruminãs mundus per Galaad designatur.

Dentes tui sicut greges tonsarum, quę ascenderunt de lauacro.

Sicut per oculos prædicatores intelliguntur: quia per eos Ecclesia illuminatur, similiter & dentes eiusdem possunt dici: quia per eos infideles consumuntur, & paruuli nutriuuntur. Dentes quippe bene sancti prædicatores vocantur: quia dum sanctam scripturam exponendo minoribus fratribus elucidant, quasi panem paruulis, tanquam matres filiis commasticant, quo infirmi ad fortiora coualescant. Hi nimirum bene sicut grex tonsarum quæ ascenderunt de lauacro esse dicuntur: quia dum se à peccatis omnibus in baptismo ablutos esse recordantur, libenter
B onera mundi deponunt, vt ad cœlestia consequenda & prædicanda quo liberius, eo facilius gradiantur. De quibus subditur:

Omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter illas.

Prædicatores sancti duos dilectionis populos diligunt habent.

Gemellos fœtus omnes sancti prædicatores habent: quia dum in duobus præceptis charitatis cæteros homines supereminent, geminam dilectionem prædicant, & in ea duos populos Iudaicum & gentilẽ gignere non cessant. Inter quos nullus est sterilis: quia profectò prædicator non est dicendus, si filios spiritales gignere contemnit. De quibus adhuc subditur:

Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuũ dulce.

Iidem prædicatores labia Ecclesiæ dicuntur: quia nimirum per eos populis præcepta vitæ loquitur. Qui bene sicut vitta dicuntur: quia dum fluxas cogitationes in cordibus hominum suis prædicationibus restringunt, quasi sparsos crines ne immoderatè diffluant reprimunt. Sed quid est quod non tantum vittæ, sed coccineæ comparantur, nisi quia per coccum flamma charitatis intelligitur, qua illi ardent, & per eos alij accenduntur? Per quos eloquium sanctæ Ecclesiæ dulcoratur: quia dum quæ dicunt faciunt, prædicationes suas hominibus quasi sapidas escas apponunt. Sequitur:

Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, absq; eo quod intrinsecus latet.

Quid per genas Ecclesiæ, nisi eosdem ipsos prædicatores in-
C telligimus, qui dum in populis vt eis proficiant eminent, quasi in facie Ecclesiæ manifesti apparent? Per malum autem punicum ipsa Ecclesia designatur: quia dum multos populos in vnitate fidei nutrit, quasi multa grana sub vno cortice stringit. Fragmen ergo mali punici sancti prædicatores existunt: quia dum se in diuino seruitio cæteris fortius affliguntur, dum omnia mundana contemnunt, dum voluntates suas abnegant, & vitia sua omnino mortificant, dum seipsos humiliãt, & cæteros extollunt, & dum per exempla sua cæteros nutriunt, quasi fracti & aperti se cibos offerunt. Sed quamuis magna sint quæ extrinsecus apparent, maiora tamen in occulto retinent, quæ diuini oculi soli vidẽt. Ideo subiunctum est: Absque eo quod intrinsecus latet.

Sequitur:

Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cũ propugnaculis.

Collum quippe extendimus, quando longius prospicere vo-
Prædicatores Ecclesiæ alio cõparati procul vident. lumus. Propter aliud ergo sancti prædicatores oculi, propter aliud dentes, propter aliud autem genæ, & collum propter aliud conuenienter vocantur. Bene igitur sicut turris Dauid, collum sanctæ Ecclesiæ dicitur: quia sancti prædicatores procul venientes hostes sanctæ Ecclesiæ speculãtur, & fortiter resistunt, si quid in Ecclesia lædere conantur, & liberè terrena despicientes, cœlestia contemplantur. Collum ergo propter hostium speculatio-
D nem, turris verò dicuntur propter fortitudinem & propter excelsam cœlestium gaudiorum contemplationem. Quæ turris rectè Dauid esse dicitur: quia Dauid manufortis interpretatur, per quod Christus significatur, cuius est quicquid forte & excelsum operantur. De qua subditur:

Quæ ædificata est cum propugnaculis. Mille clypei pẽdent ex ea, omnis armatura fortium.

Cum propugnaculis turris Dauid ædificata dicitur: quia sancti prædicatores contra aduersarios homines si necesse sit, miraculis armantur. Contra vitia autem se clypeis muniunt: quia ne spiritalibus hostibus succumbant, virtutibus se defendunt. In quibus omnis armatura fortium pendet: quia quisquis hostium cuneis fortiter resistere vult, in eis exempla videt quibus armatus hostes strenuè valet superare. Mille autem hic pro perfectione ponitur: quia in millenario numero omnes numeri perfecti complentur. Sequitur:

Numerus millenarius omnes numeros perfecte continet.

Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis donec aspiret dies & inclinentur vmbræ.

Per duo vbera, duo prædicatorum ordines, vnus in circumcisione, alius in præputio designantur. Qui bene sicut duo hinnuli capreæ dicuntur: quia & filij synagogæ existunt, & in montibus contemplationum pascuntur. Gemelli verò ideo dicti sunt: quia
E concorditer prædicant & concorditer sapiunt. In liliis verò pascuntur, donec aspiret dies & inclinentur vmbræ: quia munditiam infatigabiliter sectantur donec in die iudicij præmia recipiant, quæ in labore noctis assiduè contemplantur. Sequitur sponsus dicens:

Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

Myrrha mortificationẽ, thus verò orationẽ denotat.

Quid per montem myrrhæ, nisi fortem altitudinem mortificationis in opere, & quid per collem thuris intelligimus, nisi altam humilitatem in oratione? Ad montem ergo myrrhæ & ad collem thuris sponsus vadit: quia eos familiariter visitat, quos per mortificationem vitiorum ad alta proficere, & per mundas & humiles orationes suauiter redolere perspicit. His quippe virtutibus sancta Ecclesia vel vnaquæque anima munda efficitur: quia dum per voluptatũ mortificationem vitiis reluctatur, & per sanctas orationes frequenter lachrymis abluitur, sordes lauat vt spõso placeat, cui pulchra apparere conatur. Cuius conatum ad effectum sponsus per gratiam suam ducit, opúsque suum in sponsa benignè laudat & dicit:

Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

Pœnitentiæ munditiam facit & cõseruat.

Cùm scriptum sit: Nemo viuit sine peccato, nec infans cuius vita est vnius diei super terram: quid est quod spõsa tota pulchra esse dicitur, in qua macula non habetur? Alibi quippe scriptum est? *Iob.25.* Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius. Et alibi: In multis offendimus omnes. *Iacob.3.* Et Ioannes Apostolus ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus, veritas in nobis non est. *1.Ioan.1.* Et idem: Si dixerimus quia peccatum non habemus, mentimur, & veritatẽ non *Ibidem.* facimus. Sed dum sancta anima à peccatis quotidianis se per pœnitentiam mundat, dum quotidie peccata minuta cum lachrymis abluit, & à maioribus se obseruat, quamuis frequenter peccet, per assiduam tamen pœnitentiam munditiam suam assiduè seruat. Hinc enim alibi præcipitur: Semper sint vestimenta tua candida. Et illud: Iustus autem ex fide viuit. Quamuis enim mox vt *Eccles.9.* peccat, à iustitia deuiet, tamen dum semper credit in eum qui iu- *Roma.1.* stificat impium, & assiduè sub eius fide peccata sua deflet, per assiduas ablutiones iustitiam suam retinet. Se igitur ita mundanti sponsæ consequenter dicitur:

Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni, coronaberis.

Libanus quippe dealbatio interpretatur. Quid ergo per Libanum nisi baptisma intelligitur, in quo sancta Ecclesia aqua abluitur, & à peccatorum nigredine per spiritum sanctum quem recipit, & per Christi fidem dealbatur? Vnde scriptum est: Asperges me domine hyssopo, & mundabor &c. De Libano *Psal.50.* ergo sancta Ecclesia ad coronam venit, quia in Christi baptismo fidem percipit, sub qua cum Christi gratia meretur vt præmium recipere possit. Sed quid est quod ter dicitur: Veni, nisi quia

G nisi quia in fide & in spe & in charitate quicquid operatur, subsistit: vt his tribus munita virtutibus robur habeat, per quod in via non lasseſcat? De fide enim dicitur: Fide mundans corda eorum. Et iterum: Sine fide impossibile est placere deo. De spe autem dicitur: Non confundentur omnes qui sperãt in te domine. Cui iterum dicitur: Quis enim in te speravit, & derelictus est? De charitate autẽ dicitur: Charitas operit multitudinem peccatorum. Et iterum: Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et Ioannes Apostolus: Deus charitas est: Potest tamen & aliter intelligi quod ter dicitur, veni. Venit enim sponsa sancta ad Christum dum in hoc mundo viuens bona quæ potest operatur. Venit quando in hora mortis anima ipsa videlicet sponsa à carne exuitur. Venit tertiò quãdo in die iudicij vltimi carnem resumit, & cum Christo thalamũ cœlestem ingreditur. Ibi quippe omnium laborum suorum prẽmia consequitur. Ibi iam omnino prostratis & exclusis hostibus glorioſè coronatur. Ideo & hic per promissionem sequitur:

Ecclesia tribus virtutibus cardinalibus debet esse munita.
Act.15.
Heb.11.
2.Pet.4.
1.Corin.13.

Coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.

Quid per Amana, Sanir, & Hermon, nomina videlicet montiũ, nisi potẽtes huius seculi intelligũtur? Qui quanto ditiores, tãto excelsiores & firmiores apud infirmos esse vidẽtur. Sed de his montibus sancta Ecclesia coronatur: quia dũ regnũ prædicat æternum, dum exemplo suo omnia quæ mundi sunt, vilia esse demonstrat, ipsos etiam potentes ad pœnitentiam inclinat, & sibi ipsi pro eorum acquisitione coronam in cœlestibus parat. Sic quippe fit vt humiles superbos prosternãt, & infimi excelsos inclinent. Ideo scriptum est: Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Sed quid est quòd non solum de montibus, sed etiam de capitibus montium coronanda esse dicitur nisi quòd impletum videmus quia iam ipsi excelsiores personæ in Christum credunt & eius præceptis per Ecclesiæ prædicationem obediunt? Reges enim & imperatores Christo seruiũt, coronas deponunt, & per pœnitentiam in ecclesia veniam petũt. Si itaque per capita montium summas personas intelligimus, bene per cubilia leonum & montes pardorum, principes quique & ministri designantur, qui crudelitati inseruiunt, & dolositatibus suis quos vi non possunt lædere decipiunt. Pardi quippe maculas in cute semper portant. Per quos qui alij quàm hypocritæ vel discordes significantur? In illis quippe qui crudelitatem sectantur, dæmones tanquam leones cubant. In illis verò quasi pardi montes ædificant, quos dum vitiis suis aliquas virtutes admiscere consentiunt, pro omnibus bonis suis laudis gloriam affectare compellunt. Hi itaque verè pardorum varietatem imitantur, quia dum cum virtutibus etiam vitia sectantur, quasi in vario corio coloris dissimilitudine diuiduntur. Sed de cubilibus leonum & de montibus pardorum Ecclesia coronatur: quia dum per eius prædicationem & crudeles ad pietatem, & hypocritæ ad vitæ humilis vnitatem conuertuntur, pro his omnibus præmium percipiet quod meretur. Cui iterum dicitur:

H

Esa.20.

Leonibus principes crudelitati deseruientes, & pardis hypocritæ comparantur.

I

Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

Per oculos sponsæ sanctæ Ecclesiæ prædicatores sicut dictum est designantur. Per crines verò populi multitudo figuratur. Per collum autem sancti capitis & corporis coniunctio demonstratur, quæ fides ecclesiæ intelligitur. Per hanc enim caput & corpus coniunguntur, dum Christo quisque eo tenacius inhæret, quo fidelior in bona conuersatione habetur. In vno ergo oculorum & in vno crine colli sponsæ sponsus vulneratur: quia profectò vsque ad mortem crucis afficitur, vt vnitas prædicatorum & plebis in Ecclesia cõfirmetur. De cuius dilectione erga sponsam iterum subdit sponsus:

Dilectio dei & proximi per mammas significatur.
** al. quando licet.*

Quàm pulchræ sunt mãmæ tuæ soror mea sponsa.

Quid per mãmas conuenientius in hoc loco quàm ipsa dilectio dei & proximi, de qua superius diximus, intelligitur? Per quas mens sancta omnes sensus suos suaui dilectione nutrit, dum deo suo charitatis tenacitate conglutinatur, & proximis si quid vtilitatis habet, quomodolibet *libenter impendit. Has mammas sponsæ quantum sponsus diligat, in repetitione laudis apertè manifestat dicens: K

Pulchriora sunt vbera tua vino.

Quod superius de sponsi vberibus diximus, hoc & hic cùm de sponsa loquitur, intelligi posse æstimamus.

Et odor vnguentorum tuorũ super omnia aromata.

Per vnguenta quippe ipsæ virtutes quæ ex charitate oriuntur, intelliguntur. Habent quippe etiam reprobi aliquando aromata quibus redolent, quia virtutes quasdam possident: & bona opera perpetrant. Sed quia sine charitate viuunt, in conspectu dei nulla quæ faciunt placent. Vnde in iudicio cùm dicent: Domine in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus, respondebitur eis. Nunquam noui vos, discedite à me omnes operarij iniquitatis. Bene ergo vnguenta Ecclesiæ super omnia aromata redolere dicuntur: quia etsi opera reproborum aliquando hominibus placent, hæc quæ sancta Ecclesia ex charitate conficit, in diuinis naribus sine cessatione redolent.

Sequitur:

Fauus distillans labia tua sponsa.

Prædicatorẽs Ecclesiæ bene labia sponsæ dicuntur: quia per eos populis loquitur, & per eos ad fidem paruuli quique eruditur, dum per eos occulta scripturæ quasi cordis latentia manifestantur. In fauo autem mel latet, & cera videtur. Rectè ergo labia sponsæ fauus vocantur: quia dum in carnis fragilitate sapientia magna habetur, quasi mel in cera absconditur. Quando verò electus quisque prædicat, quando cœlestia gaudia nescientibus reuelat, tunc fauus distillat: quia quanta dulcedo sapientiæ in corde lateat, per oris fragilitatem audientibus manifestat, vnde scriptum est: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Ideo subditur: L

2.Cor.4.

Mel & lac sub lingua tua.

Nimirum falsi prædicatores mel in lingua portant, quod sub lingua non habent: quia cœlestia gaudia aliquando prædicant tanquam veri sint, cùm ipsi terrestria bona totis desideriis appetãt. Sancta verò mens mel in lingua prætendit: quia sapientiæ dulcedinem loquendo ostendit, quam veraciter prædicans, audiẽtes tanquam mellis dulcedine reficit. Lac gerit: quia congruenti sibi doctrina paruulos quosque in Ecclesia nutrit. Sub lingua autem hæc omnia sibiipsi reseruat: quia internam dulcedinem assiduè secum portat. Dum enim terrena abiicit, dum vitiorum amaritudinem respuit, in interioribus sensibus sapientiæ dulcedine se pascit: qua robur colligit, vt ad æterna gradiẽs, in labore viæ lassescere non possit. Cui bene dicitur:

Prædicatores falsi non habent in lingua sed sub lingua portant.

Et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.

Quid per vestimenta hæc, nisi sancta opera designantur, quibus præcedentium malorum turpitudo operitur, ne videatur? Hinc enim scriptum est: Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua ne nudus ambulet, & videatur turpitudo eius. Thus verò per significationem pro oratione ponitur, sicut scriptum est: Ascendat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Sancta itaque anima in hoc mundo quanta potest bona opera operatur, & bene operans, desiderio & intentione sancta ad æterna se extendit: nihilque boni agit, nisi ea intentione vt ad cœlestia quæ diligit, quandoque peruenire possit. Bene, igitur odor vestimentorum eius sicut thuris esse perhibetur: quia in omnibus operibus suis orat, dum perueniendi intentione ea quæ potest bona operatur. M

Apoc.8.

Thus pro oratione ponitur.

Sequitur:

Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus fons signatus.

Hortus sancta Ecclesia existit: quia dum populos multos in fide gignit, quasi flores pulchros bona terra emittit. Qui hortus conclusus bene esse dicitur: quia charitatis vallo circunquaq; munitur, ne intra numerum electorum reprobus aliquis ingrediatur. Vnaquæque anima sancta etiam hortus conclusus esse intelligitur: quia dum virtutes nutrit, flores gignit, & dum virtutum exhilaratione se reficit, fructus quos genuerat, eadem custodit. Cõclusus enim hortus esse dicitur: quia dum bona sua intentione vitæ æternæ abscondit, dum humanas laudes omnino contemnit, ipsa bona intentione se circunsepit, ne ad interiora rapienda hostis antiquus irrumpere possit. Fõs etiam dicitur: quia dum cœlestia assiduè cogitat, dum scientiam scripturarum semper

in ventrem

A in vsuram memoriæ congregat, quasi aquas viuentes sancta ecclesia in se gignere non cessat, quas sitientibus proximis præbere vt reficiantur valeat. Vnde scriptum est dicente domino: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Et alibi: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina aquæ viuæ fluent de vētre eius. Sed cur dicitur fons ille figuratus, nisi quia sensus spiritalis mentibus indignis abscōditur? Infideli enim homini à domino dicitur: Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quò vadat. Et iterum scriptum est: Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Quod enim ibi lumen signatum, hoc hic procul dubio fons signatus esse perhibetur. Sanctus enim spiritus mentem quam replet, & illuminans irrorat: & irrorans illuminat, vt & de luce eius videat quid appetat, & de rore eius se refrigeret, ne calescat*.

Sequitur:

Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus.

Quid emittit sancta Ecclesia, nisi cum sanctis operibus sancta verba, quibus filios gignit & nutrit? Quorum dum alios vsque ad martyrium perducit, alios in sancta conuersatione erudit, hos sanguine martyrij rubentes ad æternam patriam transmittit, illos verò in sanctis operibus viuentes, proximis in exemplum sanctitatis tradit, quid aliud quàm mala punica & pomorum fructus emittit? Mala punica enim sub rubeo cortice multitudinem granorum continent. Fructus verò pomorum in se refectionis dulcedinem habent. Sic sic martyres dum sub igne tribulationis laborant, dum pro Christo sanguinem exterius fundere non dubitant, multitudinem virtutum interius sibi congregant in mente. Sancti etiam quique qui in pace Ecclesiæ viuunt, fructus pomorum gerunt: quia dum sancta opera faciunt, proximis exempla tribuunt, quorum exhibitione se qui volunt reficiunt. Quotquot enim sunt in Ecclesia sancti, siue igne passionis ardeant, siue in pace Ecclesiæ quiescentes sucrescant, sanctarum virtutum odorem tanquam paradisum suauitatis & deliciarum construere in se dum viuunt, non cessant. Cuius paradisi vbertatem scriptura demonstrat, dum sub voce sponsi per arbustorum nomina quasque virtutes designat, dicens:

Cypri cum nardo, nardus & crocus, fistula & cynamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha & aloë cū omnibus primis vnguentis.

Quid enim per has diuersas aromatum species designatur: nisi sanctarum virtutum odor & profectus qui in sanctis habetur? Ex his quippe speciebus regalia vnguenta conficiuntur, ex his corporum sanitates inueniuntur. Bene igitur virtutes animarum designant, quibus congregatis & confectis, & bonus C odor opinionis egreditur, & ægris animabus competens sanitas reparatur. Sed adhuc laus Ecclesiæ à sponso repetitur, cùm subditur:

Fons hortorum, puteus aquarum viuentiū, quæ fluunt impetu de Libano.

Rectè in emissionibus Ecclesiæ, fons hortorum, & puteus aquarum viuentium describitur. Quid enim per fontem & puteum, nisi sancta scriptura designatur? quæ sic aquam sapientiæ generat, vt & potantes semper reficiat, & tamen manare non desistat. Quæ bene hortorum esse perhibetur: quia illorum specialiter est sancta scriptura, in quorum mentibus virtutum semina oriuntur. Sed quærendum nobis est, quare fons & puteus vtrumque simul scriptura dicatur, cùm fons in superficie appareat, puteus verò in imis latens, omnes se quærentes maiori labore exerceat. Sed sciendum est, quòd diuina scriptura in quibusdam manifesta existens, in quibusdam verò locis obscuram se præbens, & aliquando leuiter sicut inuenitur, tanquam fons potatur, & aliquando magna inquisitione eget tanquam puteus, vt inuenta sumatur. Quòd verò sanctæ scripturæ intellectus per aquam designetur, ostenditur alibi cùm diuina voce de reprobis dicitur: Mittam eis sitim aquæ, & famem panis. Et per Esaiam dicitur: Auferet dominus ab Hierusalem & Iuda omne robur panis, & omne robur aquæ. Vbi notandum, quòd robur panis prius, & postea robur aquæ auferatur. Dum D enim grauia dicta scripturæ non perquiruntur vt mandantur, paulatim à scientia decidit mens, vt aliquando non leuia etiam intellectu capiantur. Sed aquæ istæ bene de Libano fluere cum impetu dicuntur. Libanus enim, vt dictum est, dealbatio interpretatur. In baptismo quippe dealbamur, dum amissa nigredine peccatorum ad munditiam nouæ vitæ reformamur. De Libano ergo aquæ putei fluunt: quia in baptismo electi quique donum spiritussancti accipiunt, quo illuminati scripturæ sacræ sensum intelligunt. Quæ scripturæ sanctæ scientia tanto fluit impetu, vt electos dum tangit, ab huius vitæ amore submoueat, & ad æterna gaudia vi impetus sui quosque adhærentes traiciat. Hinc est enim quod in Psalmo scriptum est: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Impetus enim fluminis ciuitatem *Psal.45.* dei lætificat: cùm per donum sancti spiritus fortiter inundans scripturæ sapientia sanctam Ecclesiam, vel cuiuslibet capientis mentem infusione sua exhilarat. Ad cuius spiritus aduentum malignus spiritus increpatur: cum hic in subsequentibus dicitur:

Surge Aquilo: & veni Auster; perfla hortum meum, & fluent aromata illius.

Quid enim per Aquilonem qui in frigore constringit, & torpentes facit: nisi immundus spiritus designatur: qui reprobos omnes dum possidet, à bono opere torpere facit? Per Austrum verò, calidum scilicet ventum, spiritussanctus figuratur: qui dum mentes electorum tangit: ab omni torpore relaxat, & feruentes facit: vt bona quæ desiderant operentur. Hinc enim dicitur: Conuerte domine captiuitatem nostram: sicut torrens in Austro. Surgat ergo Aquilo, & veniat Auster: & perflet hortum E sponsi, & fluant aromata illius: vt videlicet spiritus malignus ab Ecclesia vel ab vnaquaque electa anima discedat: & spiritussanctus adueniat. Qui veniens charitatis ignem cogitationibus infundat, & à torpore negligentiæ dum se infuderit, soluat. Quod dum agit, aromata fluunt: quia dum adueniente sancto spiritu cor quod prius torpuerat, ad opera se excitat, mox sanctæ operationis opiniones per proximos quosque suauiter discurrunt: vt quique audientes ad eadem se accendant: & Austro flante, id est, spiritu sancto se infundente virtutum odores emittant: vt vbique sanctus hortus floreat: & post florem fructus redolentes & reficientes producat. In quem hortum sponsa dilectum inuitat, cùm subdit:

Aquilo malignum spiritū: Auster verò spiritū sanctū repræsentat Psal.125.

Caput. V.

V Eniat dilectus meus in hortum suum: & comedat fructum pomorum suorum.

In hortum dilectus venit & fructum comedit: quando Christus mentes visitat: & bonorum operum delectatione se satiat. Vnde & idem subiiciens dicit: F

Veni in hortum meum soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis. Comedi fauum cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo.

Myrrham dilectus cum aromatibus metit: quādo Christus mortificatione vitę ad perfectionem perducta: electum suum ab hac vita succidens: ad cœleste horreum cum sancta opinione inducit. Fauum cum melle comedit: quando desiderium sanctum in sanctis operibus latens perficit: & ad sanctorum cōuiuium sanctam animam sua delectatione impinguandam trāsigit. Vinum verò suum cum lacte bibit: quando & perfectione quorundam se reficit: & innocentiam aliorum cum pietate diligens, vtrosq; ad æternum conuiuium ingerit. Ad quorum exemplum quosque remanentes inuitat cùm subiungit:

Comedite amici mei: bibite & inebriamini charissimi.

Notandum in primis est: quia qui comedunt, amici: qui verò bibunt & inebriantur, charissimi esse perhibentur. In quibus verbis intelligi datur: quia in hoc loco comedere bonum est: *Iustorū honesta occupatio.* sed bibere & inebriari amplius bonum est. Sunt nimirum quidam in sancta Ecclesia, qui sic præcepta diuina audiunt: vt cœ-

G leſtia pluſquam terrena amare diſcant: pro eorũ deſiderio multa pauperibus tribuant: à prauis operibus ſe cuſtodiant: nulla alicui violenter rapiant: Eccleſiæ prædicationem libenter audiant: in fide ſe iuſtruant: quam & operibus ſanctis exerceant: & tamen vxores habent, pigaora nutriunt, res ſuas diligunt: quanuis his omnibus Chriſtum præponant. Hi profectò comedunt, & amici ſunt: quia ſanctam ſcripturam audientes, talem ſibi refectionem aſſumunt: vt etſi ad ſummam perfectionem adhuc nõ aſſurgunt: tamen ſecundum modum ſuum perfecti, in præceptis diuinis ſine crimine viuant. Quod dum beati Ioãnis parentes, Zacharias videlicet & Elizabeth conſeruare ſtuduerunt: per reuelationem angelicam in ſenectute ſua filium accipere meruerunt: quo maior inter natos mulierum non ſurrexit: & ipſum ſaluatorem mundi digito oſtendere & baptizare meruit.

Ioãnes baptiſta natꝰ eſt ex parẽtibus antiquis.

Lucæ.1. De cuius parentibus dicitur: Erant autem iuſti ambo ante deum incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus domini ſine querela. Sunt verò alij qui tanta auiditate diuinam ſcripturam audiunt vel legunt: vt protinus cunctis terrenis operibus abdicatis ſola cœleſtia ambiant, parentes, vxores, domos, filios etiam & omnia tranſitoria abijciant: ſolummodo Chriſtum ſequi & amplecti concupiſcant. Eius deſiderio ſe affligunt ieiuniis: afficiunt lachrymis: exercent meditationibus diuinis: ſola quæ ſunt æterna cogitant: contemplationibus vacant: ad hoc laborantes, vt ea quæ retro ſunt obliuiſcentes, in anteriora magis ac magis ſe extendant. Quid profectò iſti, quid aliud agunt H niſi bibentes inebriantur: vt dum omnium terrenorum per deſiderium obliuiſcuntur: iure à ſponſo cœleſti non tantum amici: ſed & chariſsimi vocari mereantur? De quibus idem ſponſus ſequitur & dicit:

Ego dormio: & cor meum vigilat.

Huiuſmodi quippe electi cor ſponſi bene vocari poſſunt: qui quo amplius exteriora quę ſunt in mundo fugiunt, eo ſecretius ea quæ ſunt interiora ſponſi cognoſcunt. De quibus procul dubio idem ſponſus alibi dicit: Qui diligit me: diligetur à patre meo: & ego diligam eum: & manifeſtabo ei meipſum. Dormit ergo ſponſus: & cor eius vigilat: quia dum Chriſtus iam glorificatus eſt, in beatitudine quieſcit: quicunque eum perfectè diligit, vt ad ipſum perueniat laborat. De qua vigilantia ſponſa ſuperius dixit: Cùm eſſet rex in accubitu ſuo: nardus mea dedit odorem ſuũ. Quòd enim illud quieſcere dormire dicatur: id manifeſtat quod alibi legitur: In pace in idipſum dormiam & requieſcam. Quod tamen ipſum & ipſa ſponſa de ſe dicere poteſt: Dicat ergo: Ego dormio, & cor meũ vigilat. Ac ſi apertè mens ſancta loqueretur dicens: Dum à mundanis tumultibus exterius dormio: interiori cogitatione quæ ſint cœleſtia vigilãs penſo. Sancti etenim viri dum terrena omnia deſpiciunt: dum tumultus mundi omnino fugiunt: dũ otium in via dei aſſumunt: nequaquam vt torpori vaceut, ea dimittunt: ſed interius laborantes, quæ ſint illa ad quę facti ſunt: in corde aſpicere contendunt. Neque enim vt torpeant dormiunt: ſed vt liberius æterna contemplentur, à tranſitoriis rebus quieſcunt. Quos tamen aliquãdo ſponſus ad profectum proximorum excitat: & vt eis cũ quibus viuunt proficiant, ab otio quod diligunt reuocat. Cuius vocem audiens etiam cùm dormit ſponſa dicit:

Ioan.14.

Canti.1.

Pſal.4.

Viri ſancti terrenis ſpretis, ea ad quæ facti ſunt contemplantur.

Vox dilecti mei pulſantis.

Quid enim pulſans dicat ſubiungit:

Aperi mihi ſponſa mea: amica mea: columba mea: immaculata mea.

Cauſam etiam clamoris annectit dicens:

Quia caput meum plenum eſt rore: & cincinni mei guttis noctium.

Sponſa dormiente pulſat dilecꝰ vt ei aperiatur.

Dum ſponſa dormit, dilectus vt aperiatur ei pulſat: quia dum ſancta mens ſibiipſi per otium intendit: Chriſtus multa peccatorum opera in hoc mundo tolerat: quæ niſi ſpiritales viri ad doctrinam ſe accingant: nũquam per ſeipſos carnales vel agnoſcunt, vel corrigere curant. Vult ergo ſponſus vt aliquando otium dimittatur: & ad ædificationem proximorum ſpiritales quique ſollicitentur. Quia dum perfecti viri ſibi ſolis per interiorem quietem intendunt: dolet ſponſus quòd ſeculares ad peiora magis ac magis corruunt: dum eum propter ſilentium ſpiritalium ſemper minus ac minus cognoſcunt: quod ipſe manifeſtat cùm dicit: K

Quia caput meum plenum eſt rore: & cincinni mei guttis noctium.

Quid per caput ſponſi niſi deus, & quid per rorem in hoc loco, vbi lamentando dicitur, niſi frigus mentium carnalium accipitur? Scriptum eſt enim: Caput Chriſti deus. Et de frigore cuiuſlibet carnalis mentis iterum ſcriptum eſt: Sicut frigidam facit ciſternam aquam, ſic frigidam fecit malitiam ſuam. Caput ergo Chriſti plenum eſt rore: quia multi in Eccleſia poſiti, & deum eum credunt: & tamen frigidi perſiſtentes ad ardorem charitatis non accenduntur. Per cincinnos autem eiuſdem, populos intelligimus, quos in fide diuinitatis, quaſi in capite Chriſti pendentes & opprimentes ſcimus. Sed cincinni pleni eſſe dicuntur guttis noctium: quia dum in torpore* huius tenebroſæ temporalitatis ſe ſuſpendunt, magis ac magis ſtillationibus iniquitatum fluunt. Ad hos accendendos ſponſa excitatur, dum ſpiritalis quilibet pro ædificatione plurimorum, ab otio ad prælationem Eccleſiæ vocatur. Sed quoniam metuit ne ſi ad prælationem venerit: ſollicitudinibus mundi occupari neceſſe ſit: ſicque dum per occaſionem ædificationis plurimorum, temporalibus ſe inclinauerit: quietem amittat: eámque ſordibus peccatorum inficiat: ideo clamanti ſponſo reſpondet dicens: L

Expoliaui me tunica mea: quomodo iterum induar illa? Laui pedes meos: quomodo iterum inquinabo illos?

Tunica ſua ſponſa ſe expoliauit: quia omnia exteriora quibus honorabatur & onerabatur abiecit: De qua tunica dicitur: Nũc autem qui habet tunicam vẽdat eam, & emat gladium. Gladium quippe vendita tunica emit, qui pro æternis temporalia abdicat: & in ſancta conuerſatione viuens, verbum prædicationis acquirit. De quo dicitur: Et gladium ſpiritus, quod eſt verbum dei. Pedes autem ſuos ſponſa lauit: quia dum in ſancto otio ſancta anima viuit, opera ſua ſtudioſè ad memoriam reducit: & quicquid in eis ſordidum examinando deprehendit, lachrymis quotidianis & gemitibus plangit. Pedes itaque lauit: quia præterita opera quibus per hunc mundum diſſolutè ambulauerat, planxit. Pedes lauit, quia peccata abluens lachrymis, munda in conſpectu dilecti ſui apparere concupiuit. Hos pedes iterum inquinare metuit: quia valde ſollicita eſt, ne ſi in prælatione ponatur, per terrena ambulans, iterum ſuſcipiat quod dimiſit. Idcirco ab otio inuita recedit: quia dum à marinis fluctibus aliena eſt, quaſi in littore poſita ſecurius viuit. Sed dilectus non leuiter mortem proximorum tolerat. Ideoque propius accedens, per ſeipſum eam excitare non dubitat, vbi dicitur: M

Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen: & véter meus intremuit ad tactum illius.

Manum dilectus ad ſponſam mittit per foramen vt ſurgat: quando per ſubtilem intellectum quanta ſit operationis diuinæ virtus, ei inſpirando manifeſtat: quòd videlicet & inter pericula ſaluare poſsit: quod etiam in pace niſi per eum ſaluus ſit nemo, quòd in tumultu certaminis ſperantes in ſe non derelinquit. Ad cuius tactum venter ſponſæ intremiſcit: quia ſancta anima quo amplius diuinam potentiam per interiorem viſitationem præſentialiter ſentit, eo diſtrictius iudicat quicquid in ſe carnale deprehendit. Quo enim maiori charitate in eum ardet, quem mente concupiſcit, eo timidius ſe ei ſubiicit: & amplius veretur ne ſponſus in ea aliquid inueniat, propter quod eam à ſe dimittere velit, Idcirco ſponſo obediens ad laborem ſe præparat: vt ſicut in quiete familiaris ſponſo, ſic & in labore deuotè ſeruiens appareat. Ideo ſubdit dicens:

Surrexi vt aperirem dilecto meo.

Tacta ſurgit vt aperiat: quia dum ſpiritum dilectionis amplius ſolito accipit, mox de ædificatione proximi cogitat: & prædicando agit, vt apertis cordibus ſponſus ad inhabitandos proximos veniens aditum intrandi inueniat. Quæ etiam cum prædicatione exempla operum auditoribus demonſtrat dicens:

Manus

A Manus meæ stillauerunt myrrham.

Quid per manus nisi operationes: quid per myrrham nisi mortificatio carnis accipitur? Manus ergo sponsæ prædicationis myrrham stillant: quia quicunque aliis prædicant necesse est, si multis proficere velint, vt in omni opere suo carnalem vitam mortificare contendant. Sed vt hoc cum magna discretione fiat: manifestat cum subiungit, dicens:

Digiti mei pleni sunt myrrha probatissima.

Sicut enim ab vna manu plures digiti diuiduntur: sic in vna sancta conuersatione per discretionem diuersæ virtutes inueniuntur. Alia enim est virtus largitatis: alia virtus parcitatis. Aliud opus humilitatis: aliud liberæ increpationis. Aliud verò agimus quando nos sub silentio continemus, propter ædificationē propriam: aliud quādo proximis loquimur propter vtilitatem suā. Sed digiti myrrha probatissima pleni esse perhibentur: quia in omni quod agitur, semper necesse est vt mortificatio carnalitatis teneatur. Quæ tunc probatissima esse iure dicitur: quando in omni suggestione quæ ab hoste ingeritur, sine cessatione voluptas carnalis cauetur ne suscipiatur. Quod quando fit: omnis duritia mentis dissoluitur: & vt sponsus intret ad cor aditus præparatur. Hinc est quod sequitur:

B Pessulum ostij mei aperui dilecto meo.

Pessulum claudere et aperire quid significet.

Pessulum ostio facimus, quando per voluptates carnis, aditum cordis contra sponsum obseramus. Pessulum verò aperimus, quando remotis voluptatibus fluxis, cor nostrum in amorem Christi, quod prius durum fuerat, soluimus: & sponso pulsanti ad ostium introitum liberum facimus. Quod dum in hac carne viuimus: quia repentè fieri non potest, restat vt magis ac magis quotidie faciamus. Nemo enim, sicut scriptum est, repentè fit summus. Aliquando enim dum in hac corruptione positi dominum nostrum quærimus, magis nobis elongari quàm appropiare videtur. Ideoque sequitur:

At ille declinauerat: atque transierat.

Modo sponsus dilectam tangit, modo declinat: quia quando nos torpentes conspicit: ad amorem incitat, quando verò laborantibus nobis posse apprehendi videtur, tunc ne apprehendatur transit & declinat. Quod maxima in nobis eius gratia agitur: vt videlicet nec in torpore nostro iacentes: omnino eum amittamus, nec de pleua eius, vt nobis videtur, apprehensione superbiamus. Qui mox tamen vt recesserit, redit: & ne diutius anima sancta à dilecto suo alienetur, verbo inspirationis suæ desideranti animæ se infundit: & infundens liquefacit. Vnde exultat sponsa dicens:

Anima mea liquefacta est: vt dilectus locutus est.

C Ad verbum sponsi liquefactam se dicit: quia dum Christus se per spiritum suum animæ desideranti infundit, omnem duritiam cordis mox dissoluit: & aliquando mentem in tātas lachrymas liquefacit: vt vix capere possit hoc quod se capere intra se exultat: & intus miretur quid fuerit: & quid factam subitò seipsam videat. Quem liquorem dum sentit, perfectius apprehendere concupiscit: & aliquando dum hoc ipsum cogitat: hoc quod modo sentiebat, iam non sentit. Vnde sollicitatur ad quærendum vt hoc idem inueniat: sed aliquando cùm etiam diu fatigetur: non inuenit quod modo tam præsens tenebat. Ideo sequitur:

Quæsiui, & non inueni illum: vocaui, & non respondit mihi.

Ipsa quæ sit interior, & vt inueniatur.

Quærit sponsa dilectum: sed non inuenit: quia à deo inspirata mens assiduè suauitate illa intima perfrui concupiscit: sed corruptio prohibet: quam in hac vita gerit. Vocat ergo & non respondetur ei: quia & orationibus & operationibus suis dulcedine illius præsentiæ satiari appetit: sed ad votum suum hoc quod inuocat non occurrit. Restat ergo vt in se reuertens se cognoscat: & per scripturas sanctas dilectum suum magis ac magis illo gustu adiuta perquirat. Et hoc est quod sequitur:

Inuenerunt me custodes: qui custodiunt ciuitatem.

Dum inquisitione dilecti sponsa sollicitatur: in custodes ciuitatis incidit: quia dum sancta mens desiderio sponsi sui Christi se affligit, prædicatorum verba in scripturis diuinis suscipit: & eis quandiu à Christo exulat, eiusdem quem quærebat amore intendit. In quibus quid exercitationis inueniat, subiungit:

Percusserunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium D meum custodes murorum.

Custodes percutiunt sponsam & vulnerant: quia prædicatores sancti dum cœlestia loquuntur, amantem animam afficiunt, & maiori amore sagittant. Pallium tollunt: quia si quid pompæ secularis residuum erat in corde: exhortationibus suis ab animo auferunt. Pallium tollunt, quia aliquando ante verba prædicatorum nos non cognoscebamus, ipsique omne quod interius latebat dum loquuntur, detegunt. Quod dum fit, amplius diligendi sunt: & vt pro nobis dilecto loquantur, deuotius exorandi. Quod agit sponsa dum subiungit:

Pallium auferre dicuntur prædicatores.

Adiuro vos filiæ Hierusalem: si inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei quia amore langueo.

Dum enim sanctis viris cogitationes nostras referamus, dum eis siue viuentibus nobiscum: siue iam vitam æternam ingressis desiderium nostrum expandimus, & per deum oramus, vt domino Christo pro nobis orando offerant desiderium quo afficimur: quid aliud agimus, quàm filias Hierusalem adiuramus: vt dilecto cui nobis proximiores sunt nuncient, quia amore lāguemus? Sed & ipsi sancti si adhuc nobiscum sunt, & oratores suos orant: & qui vt nuncient orantur: præ humilitate tanquam ignari interrogant dicentes:

E

Qualis est dilectus tuus ex dilecto ô pulcherrima mulierum?

Sed quia quo ardentius diligunt, eo dulcius verba de eo repetunt: idem ipsum iterum dicunt:

Qualis est dilectus tuus ex dilecto: quia sic adiurasti nos?

Dilectus ex dilecto sponsus dicitur: vt videlicet per repetitionem dilectionis, maximus amor loquentis ostendatur. Vel dilectus ex dilecto bene Christus vocatur: quia si filium diligimus, & patrem ex quo est, consequenter amamus. Respondet sponsa subsequendo dicens:

Dilectus meus candidus est & rubicundus: electus ex milibus.

Christus dicitur candidus & rubicundus: Esa. 63.

Candidus & rubicundus Christus esse perhibetur, quia nullum omnino peccatum faciens, iustitiæ pulchritudinem ex integro tenuit, & tamen tanquam peccator esset, ad mortis passionem accessit. Cui per prophetam dicitur. Quare ergo rubrum est indumentum tuum? Electus verò est ex milibus, quia ex totius generis humani massa, nullus sine peccato reperitur: ipse verò non solum sine peccato fuit, sed etiam peccatores sua iustitia & sanguine redemit. Sequitur:

Caput eius aurum optimum.

F

Caput Christi deus. Quod caput bene aurum dicitur, quia ad comparationem creatoris omnis creatura res vilissima esse perpenditur.

Comæ eius sicut elatæ palmarum: nigræ sicut coruus.

Quid per comas Christi, nisi fideles quosque intelligimus? Qui dum fidem trinitatis in mente custodiunt, & deo adhærentes quod credunt faciunt, quasi in capite pendentes honorē portanti conferunt. Palma autem in altum valde crescendo proficit, & victoriam significatione sua prætendit. Comæ ergo sicut elatæ palmarum sunt: quia electi quiq; dum semper ad alta virtutum se efferunt: per dei gratiam quandoque ad victoriam se perducunt. Nigræ autem sicut coruus existunt: quia quamuis virtutibus in cœlum se erigant: semper tamen peccatores se esse cognoscunt. Sequitur:

Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarū: quę lacte sunt lotæ: & resident iuxta fluenta plenissima.

Oculi sponsæ sicut columbæ sunt: quia prædicatores Christi qui viam nobis ostendunt, in simplicitate viuunt. Super riuulos autem aquarum esse perhibentur: quia semper in refectione diuinarum scripturarum cōuersantur. Lacte verò sunt lotæ: quia gratia creatricis sapientiæ tanquam lacte matris à peccatis per baptismum sunt mundatæ. Quid autem per fluenta plenissima iuxta quæ residunt intelligimus: nisi sacræ scripturæ profunda & arcana dicta quæ discerpimus, quibus nos reficimus: dū ea legēdo vel audiendo haurimus? Ad hoc etiam colūbæ iuxta fluenta residere solent: vt volantium auium vmbram in aqua videāt:

Columbæ quare residentiuxta aquas.

Universidad de Sevilla Biblioteca

G super quam se proiicientes vngues rapacium sic effugiant. Sic sancti viri in scriptura sancta fraudes dæmonum prospiciunt: & ex descriptione quam vident: quasi ex vmbra hostem cognoscunt. Dumque se consiliis scripturæ ex toto addicunt: vt videlicet nihil agant nisi quod ex responso scripturarum audiunt: quasi in aquam se proiicientes, hosti illudunt. Quæ fluenta plenissima dicuntur: quia de quibuscunque scrupulis in scripturis consilium quæritur: sine minoratione de omnibus ad plenum inuenitur.

Genæ eius sicut areolæ aromatum: consitæ à pigmentariis.

Si per oculos prædicatores intelliguntur: bene per genas ipsi in Ecclesia figurantur, qui martyrio vitam finisse perhibentur. Dum enim pro fide Christi sanguinē suum fundere non dubitant: quasi genæ in facie Christi rubēt. Per eos quippe pulchritudo fidei Christianæ publicatur: quia ad quantum fidei præmium tendant: ostendunt dum pro ea moriuntur. Quæ genæ bene sicut areolæ aromatum esse dicuntur: quia dum in constantia fidei, martyrio electi exercentur: per cultum virtutum sanctæ opinionis fama, quasi odore aromatum dilatantur. Sed areolæ à pigmentariis conseruntur quia martyres sancti: & à præcedentibus prædicatoribus ad confessionem roborantur: & à subsequentibus ad imitationis exemplum populis adducuntur. Ab illis qui præcesserunt, pigmenta virtutum colunt: ab his verò
H qui sequuntur, pigmenta exemplorum sumuntur. Vnde & sequitur.

Labia illius lilia stillantia myrrham primam.

Quid enim per labia sponsi nisi ipsos quos dicimus prædicatores Christi intelligimus? Qui dum mortes martyrū populis prædicant: quasi myrrham mortificandis carnibus ad condimētum distillant. Quæ myrrha bene prima esse dicitur: quia nullus sic mortificatur: quomodo ille qui pro Christo martyrio finitur. Primam enim dixit non pro tempore, sed pro dignitate. Quid est quod labia sponsi lilia esse dicuntur: nisi quòd illi per quos Christus loquitur, necesse est vt mundi sint: & per eos bonus odor aspergatur? De quibus erat Apostolus Paulus, qui dicebat: Bonus odor sumus deo in omni loco: & in his qui pereūt: & in his qui salui fiunt. Sed notandum est quoniam quicquid in Ecclesia iustitię & fortitudinis habetur: ab ipso Christo per exempla operum illius trahitur. Ideo sequitur:

Prædicatores p labia sponsi designati, decent esse mundi.

Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis.

Quid enim per manus Christi designatur: nisi opera sancta quæ in mundo gessit & quæ nobis imitanda proponuntur? ipse enim
1.Ioan.2. ait: Qui me diligit, me sequatur: Et Apostolus: Qui dicit se in Christo manere: sicut ille ambulauit, & ipse ambulare debet. Manus verò tornatiles esse perhibentur: quia sancta opera eius sine impositione iniquitatis ex omni parte in iustitia gradiebātur. Quod enim tornatur, in rotunditate sui fine obstaculo voluitur. Sic Christi opera in rectitudinis rotunditate voluebantur: quia nulla culpa ei adhærebat, qua minus iustitia eius in rotundum duceretur. Aureæ etiam manus esse dicūtur: quia quicquid exterius inter homines operabatur: interius in diuinitatis pulchritudine disponebatur. Quid verò per hyacinthum, qui valdè precios⁹ lapis est, nisi munus retributionis æternæ designatur? Manus ergo sponsi plenæ hyacinthis esse dicuntur: quia quicunque illius opera pio corde imitantur: felicitatis æternæ muneribus in retributione ditantur. Vnde & idem redemptor
Ioan.12. ait: Qui mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Sequitur:

Venter eius eburneus: distinctus sapphiris.

Vetér mortalitatem Christi, & ebur eius incorruptionē designat

Quid per ventrem nisi mortalitas? Et quid per ebur: nisi incorruptio designatur? Ebur quippe valde durabile os habetur: & in ornamenta regum assumitur. Venter ergo Christi rectè eburneus esse dicitur: quia mortalitas Christi ad immortalitatem perducitur: dum per resurrectionem ad gloriam patris sui regis videlicet æterni: in vita æterna collocatur. De quo dicitur: Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltrà non dominabitur. Qui verè in ornamento regum assumitur: quia quisquis carnis suæ rex & dominus esse probatur: ipsius Christi mortalitate & resurrectione, amore cognitionis & spe immortalitatis ornatur. Vnde alibi dicitur: Qui gloriatur,
1.Cor.1. in domino glorietur. Sed venter distinctus sapphiris esse perhibetur: quia in nostra corruptione quam portauit: cœlestia opera per miracula quæ faciebat, passionibus nostris inseruit. Sapphirus enim qui aëreum colorē portat, bene cœlestia facta quæ in miraculis ostendebantur, designat. Venter verò Christi sapphiris distinguitur: quia dum inter passiones carnis diuina miracula operabatur: quasi in corruptione corruptio variabatur. Qua dispensatione Apostoli in fide eruditi sunt: & ad passiones tolerandas robusti extiterunt. Ideo sequitur:

Crura illius columnæ marmoreæ: quæ fundatæ sunt super bases aureas.

Per crura enim Apostolos intelligimus, per quos vniuersum mūdum circuiuit: & fidem eis prædicantibus populis audientibus sparsit. Quibus ipse in Euangelio ait: Ite in orbem vniuersum: & prædicate Euangelium omni creaturæ. Sed crura colūnæ marmoreæ esse perhibentur: quia Ecclesiam inflexibiliter sustinent: dum contra omnes aduersarios eorum prædicationibus & exemplis roboratur. Super bases autem aureas columnæ fundatæ sunt: quia à prophetarum dictis, vt fortes persisterent, fidem integram acceperunt. Vnde ipse primas Apostolorum
2.Pet. ait: Habemus firmiorem propheticum sermonem: cui bene facitis attendentes tanquam lucernæ ardenti in caliginoso loco. Ideo enim aureæ dicuntur: quia luce sapientiæ resplendescere sciuntur. Sequitur:

Species eius vt Libani: electus vt Cedri. I

Libanus quippe mons est in quo sublimes valde & odoriferę arbores habentur. Interpretatur autem Libanus dealbatio siue candidatio. Et de Christo dicit Apostolus Paulus: Ipse factus est no
1.Cor. bis à deo sapientia & sanctificatio & iustitia. Bene ergo species eius vt Libani existit: quia per eum credentes dealbantur: cui si adhæremus radicitus, sublimes efficimur. A cuius gratia etiam bonæ opinionis odorem si quem habemus accipimus. Electus etiam vt cedri esse dicitur: quia de eo pater loquitur: Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus: complacuit sibi in illo anima mea. Cedrus autem excelsa est valde arbor: & odora & imputribilis. Christus autem excelsior cedris existit: quia quamuis homo sit, tamen deus esse non desistit. De quo per Esaiam dicitur:
Esa. Et sublimis erit valde. Odorus etiam super omnes est Christus, quia ipse de seipso ait: Ego flos campi & lilium conuallium. Et
Cant. per sponsam ei dicitur: Curremus in odorem vnguentorū tuorum. De quo hic bene sequitur:

Guttur illius suauissimum: & totus desiderabilis.

Per guttur quippe voces transferuntur: & sapores in ventrem hauriuntur. Quid ergo per guttur sponsi: nisi testimētum Christi intelligitur: per quod Christus nobis loquitur: & in quo quàm suauis sit dominus: à fidelibus gustatur? Totus ergo desiderabilis existit: quia per hoc quod de eo bona omnia anima sancta audit, magis ac magis semper eum videre concupiscit. Cuius tot bonis enarratis consequenter concludit sponsa dicens:

Talis est dilectus meus: & ipse est amicus meus, filiæ M Hierusalem.

Sed enumeratis tot laudibus: ostensis tot muneribus, quis audiens non concupiscit: quis intendens non inardescit? Fidelis quippe anima quæque quo dulciora & ampliora de redemptore suo audit: eo ardentius inhiat & manifestiora de eo cognoscere appetit, dicens:

Quò abiit dilectus tuus ô pulcherrima mulierum? Quò declinauit dilectus tuus? & quæremus eum tecum.

Cùm enim proximus proximo de Christo loquitur, cum alter ab altero qualiter inueniatur sciscita: quid aliud quàm quomodo quæri debeat perscrutatur? Quamuis hoc de synagoga intelligi valeat: vt aliquando conuersa Ecclesiam interroget: cui protinus Ecclesia respondet:

Caput. VI.

Dilectus meus descendit in hortum suum ad D areolam aromatum: vt pascatur in hortis: & lilia colligat.

Dilectus in hortum suum ad areolam aromatum descendit:

quia

A qui Ecclesiam visitans, ad eos maiori gratia venit, quos sanctis operibus & virtutum exemplis bonæ famæ odorem ex se proximis emittere cognoscit. In hortis pascitur, cùm multarũ animarum virtutibus delectatur. Lilia colligit, quando perfectos quosque ab hac vita succidit. Sed quia sancta Ecclesia in filiis suis fide Christo ita coniungitur: spe suspenditur, charitate cõglutinatur, vt nihil extra Christum diligat, & cum sibi familiariter fide & amore inseparabilem teneat ideo subiungit:

Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi: qui pascitur inter lilia.

Notandum quippe, quòd synagoga per prædicationem Ecclesiæ, ad fidem quandoque conuertatur, ita vt se abnegans Christum solum sequatur: & eodem desiderio diligat Christum: quo eum ecclesia diligit: quem cæteris postpositis solum amat. Quã iam amicam factam iam sponsam sibi coniunctam sponsus alloquitur congratulans & dicens:

Pulchra es amica mea, suauis & decora, sicut Hierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata.

Pulchra & amica, suauis & decora sicut Hierusalem synagoga esse perhibetur: quia sancta quatuor Euangelia aliquando conuersa sicut Ecclesia sectabitur. Hierusalem quippe visio pacis interpretatur. Per quam bene sancta Ecclesia figuratur: quia dum in mundo semper pressuram patitur viam fastidiens: quæ sit pax patriæ cœlestis currendo contemplatur: confidens in eo
B qui discipulis suis dicebat: In mundo quidem pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum. Dignè autem synagoga conuersa, sicut Hierusalem pulchra & amica & suauis & decora dicitur: quia dum sanctam Ecclesiam imitatur, quatuor Euãgeliorum præcepta operatur: à quibus pulchritudinem morum accipit vt placeat: exercitium sanctæ operationis colligit, vt in amicitia hæreat: suauitatem mansuetudinis discit vt permaneat, speciem decoræ conuersationis ostendit, vt per exemplum trahat. De qua consequenter dicitur:

Terribilis vt castrorum acies ordinata.

Notum expertis est, quòd milites cum in procinctu contra hostes vadunt, si strictim & concorditer gradiuntur: ab hostibus contra venientibus timentur: quia dum in eis aditum per scissuram non aspiciunt: qualiter eos penetrent, hæsitantes non inueniunt. Illisque hoc impenetrabile munimen efficitur: quòd concorditer ordinati seipsis semetipsos tuentur. Dum enim de seipsis sibi vallum efficiunt: intrandi ad se aditum hostibus non relinquunt: & vt occidantur appetiti, ipsi facilius occidunt. Sic in multitudine fidelium contingit: quæ dum contra malignos spiritus pugnare non desinit: necesse est vt pace charitatis con-
C stringatur: quo salua sit. Si enim pacem tenet: terribilis hostibus apparet. Si per discordiam scinditur: vndique ab hostibus leuiter penetratur. Pace se itaque muniat: vnitate se vinciat: charitate se vniat vt dum in seipsa per scissuram damnum non patitur: ducem suum semper exultans sine confusione sequatur. In pace quippe oculus mentis mundatur: vt in ipsam beatitudinis visionem intendatur. Quam nemo sicut est, in hac vita conspicit: quia impossibile est patriam tenere, dum in exilio vnusquisque nostrum gemit. Ideo sanctæ animæ inardescenti, inhianti, propinquanti sponsus respondet, dicens:

Auerte oculos tuos à me: quia ipsi me auolare fecerunt.

Oculi ad sponsum tendimus: dum intuitum mentis ad videndam Christi beatitudinem aliquantulum aperimus. Sed oculos auertere præcipimur, ne videlicet aspicere eam sicuti est, quantumcunque videamus, arbitremur: ipsi enim oculi eum auolare fecerunt: quia quo amplius videtur, eo magis inuisibilis esse cognoscitur. Et à nobis auolat: quia quantulumcunque ictu mentis apprehensus, incomprehensibiliter super omnem conatum nostrum se exaltatum esse manifestat. Oculi quippe mentis quasi hoc efficiunt vt auolet: quia per hoc tantillum quo videtur, valde longinquus & auolans à nobis, sicut dictum est, apparet. Sequitur:

Capilli tui sicut greges caprarum quæ apparuerunt de monte Galaad. Dentes tui sicut greges ouiũ quæ ascẽderunt de lauacro. Omnes gemellis fœtibus: & sterilis non est in eis. Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ: D absque eo quod intrinsecus latet.

Hæc omnia dicta de Ecclesia superius, vt potuimus, exposuimus. Ideo nũc de synagoga eadem replicare deuitamus. Vnum tamen quod non similiter repetitur: quia ibi sicut fragmenta mali punici: hic autem sicut cortex mali punici dicitur: Quo nihil aliud designari puto, nisi sanguinem martyrum qui sub antichristo morientur: & vnitatem fidei: sub qua multi Iudæorum stringentur. In cuius constantia dum sanguinis effusionem patientur fidei tribulatione quasi corticis rubore decorabuntur. Sequitur:

Sexaginta sunt reginæ: & octoginta cõcubinę: & adolescentularum non est numerus.

Quid per reginas, nisi sanctorum animæ designantur: quæ dum corpora sua prudenter regunt, & aliis præsunt, regnum sibi æternum acquirunt? Sunt enim nonnulli in sancta Ecclesia qui carnem suam macerant, & propter deum affligunt, vitia vincunt, dæmones velut tyrannos sibi subiiciunt: omnes motus suos vt ordinatè currant, sapienter regunt: aliis prædicant hoc quod ipsi faciunt: multos à faucibus dæmonum gladio verbi pugnantes abstrahunt. Quid huiusmodi animæ nisi reginæ existunt: quæ dum regem Christum sponsum suum valde diligũt: amoris commixtione & libidinis execratione, regios filios, id est fideles populos gignunt? Quibus omnibus beatus Petrus E Apostolus dicebat: Vos autem estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Sed reginæ. lx. esse perhibentur. Denarius quippe numerus per senarium multiplicatus in. lx. completur. Et quid per denarium nisi decem præcepta legis: & quid per senariũ nisi labor huius vitæ signatur? Sex enim diebus quod necessarium est operamur: & in septimo quiescere per legem iubemur. Bene ergo. lx. reginæ esse dicuntur: quia dum decem præcepta in hoc seculo operantur: seculum autem hoc sex diebus operatoriis euoluitur, in eis quasi per senarium numerum denarius numerus replicatur. Prædicant enim perfecti quique. x. præcepta legis, in quorum operatione se exercent in temporalitate huius corruptionis. Sex igitur decies vel. x. sexies multiplicant: quia vniuersale hoc tempus in explenda. x. præcepta legis spiritaliter esse transigẽdum operibus suis manifestant: & verbo prædicãt. Quorum laudem in hoc mundo aliquando reprobi aspiciunt. Et vt similiter laudentur, vel vt aliquod commodum in hac vita quomodocũque adipiscantur: etiam ipsi per semetipsos prædicatores fiunt. De quibus bene subditur:

Animæ sanctorũ sunt reginæ.

Et octoginta concubinæ:

Concubinæ quippe non verè sed fictè dominos diligunt: & ab F eis non posteritatem filiorum, sed præsentiam commodorum expetunt: nec continentia se exercent, sed libidinem explere cõ cupiscunt. Sic falsi prædicatores in Ecclesia existunt: quia dum non Christum, sed lucrum vel laudem diligunt: non spiritaliter & castè: sed carnaliter & libidinosè Christo se coniungunt. Bene ergo concubinæ vocantur: quia Christum quem prædicant, non spiritu: sed carne sectantur. De quibus Apostolus Paulus dicebat: Multi enim ambulant quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum deus venter est. De quibus ipse idem ait: Huiusmodi non seruiunt domino Iesu: sed suo ventri. Quæ tamen cõcubinæ bene. lxxx. esse dicuntur: quia etsi toto corde terrena diligunt: cœlestia tamen loquuntur. Octonarium quippe numerum per denarium ducimus: & ad octoginta venimus. Per decẽ autem decalogus sicut dictum est significatur. Per octoverò resurrectio: quia octauo die redemptor noster resurrexisse probatur. Prædicatores verò etsi falsi sunt, per desiderium tamen & scripturam diuinam, & resurrectionem quam credimus, manifestant per verbum. Si enim aliud prædicarent prędicatores, inter Christianos nõ essent: de quibus in Euangelio veritas ait: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Sed quia & falsorũ & verorum prædicatorum exhortatione plurimi ad fidem veniunt: & cum electis multi intrant, qui ad sortem electorum nõ pertinguntiideo subditur:

Prædicatores falsi cõcubinis æquiparantur.

Philip. 3.

Roma. 16.

Matth. 23.

Et adolescentularum non est numerus.

G Cùm enim scriptum sit: Adolescentia & iuuentus vana sunt. Quid per adolescẽtulas has nisi vagas animas intelligimus? quæ dum vana huius mundi sectantur quæ diligunt: numerum electorum excedunt. De quibus per Psalmistam dicitur: *Psal.39.* Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Quòd enim electorum numerus apud deum sit constitutus; manifestat *2.Timo.2.* Apostolus Paulus qui ait: Nouit dominus qui sunt eius. Et per *Ioan.15.* semetipsum dominus ait: Ego scio quos elegerim. Quos quia non imperfectè scit sed perfectè nouit, procul dubio & numerũ in quo eliguntur cognoscit. De quibus per Paulũ dicitur: Quos *Roma.8.* enim præscisit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Bene ergo adolescentularum non est numerus: quia dum per vanitatem quam diligunt, in numerum electorum non currunt: extra remanentes quasi in cognitionem diuinam non veniunt. Quibus ipsa veritas in futuro iudicio dictura est: Nescio *Matth. 25. & Psal.6.* vos: discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Sed dum reprobi mundana quærunt, & per multiplices cupiditates animum diuidunt, sancta quælibet anima in numerum electorum se stringit: multa quæ videt fastidiens, vnum quod non videt, ardenter appetit: quod quandiu non tenet, in fide se nutrit: in charitate se vnit. Et dum id quod vnum & idipsum est sequitur: de huiusmodi multis vna Ecclesia conficitur: de qua per sponsum dicitur:

Vna est columba mea: perfecta mea: vna est matri suę:
H electa genitrici suæ.

Mater nostra est regeneratrix gratia: apud quam vna columba eligitur: quia illos solos colligit, qui in simplicitate permanent: & ab vnitate non scinduntur. Multi quippe fideles dum in id- *Fidelesmulti bene viuẽtes, & in simplicitate, vna colũba dici possunt.* ipsum intẽdunt: dum vno desiderio Christi se inuicẽ nutriunt: dum habentes cor vnum & animam vnam in charitate se vniunt: ex multis membris vnum corpus efficiunt. Omnesq; in vnitatis simplicitate & vnitate viuentes, vna columba existunt. Quæ sola perfecta & electa genitrici suæ dicitur: quia extra hanc quam dicimus Ecclesiam, nemo ad perfectionem, nemo ad vitam nisi per hanc solam gratia fouente nutritur. De qua bene subditur:

Viderunt eam filiæ Sion: & beatissimam prædicauerunt: reginæ & concubinæ laudauerunt eam.

Sion filiæ, [filiæ] sunt Ecclesiæ: quæ dum vitam æternam in hac carne contemplantur, à peregrinante Ecclesia ad regnãtem Ecclesiam eriguntur. Vidẽt filiæ Sion columbam, & beatissimam prædicant: quia sanctæ animæ dum virtutes Ecclesiæ spectant, in laudem prorumpunt: & ad eius beatitudinem inhiant. Sancta quippe Ecclesia gratia genitrice nutritur: dum fide eruditur, carne sui sponsi pascitur, sanguine lauatur, scriptura diuina saginatur. Huiusmodi robusta nutrimentis dæmones expugnat, vitia suffocat, carnem domat, spiritum roborat, vitam expectat. Hæc omnis quicunque aspicit, rectè in admirationem protinus assur-
I git: & beatissimam pronunciat: quia videt ad quantam gloriam per tot virtutes exurgat. Cum reginis eam & concubinæ laudant: quia etsi operibus falsi prædicatores contradicunt: sermo- *Prædicatores falsi eadẽ quæ & veri prædicant.* nibus tamen eadem quæ & veri populis ostendunt. De quibus ipsa veritas dicit: Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longè est à me. quod apertè manifestat dum iterum dicit: Dicunt enim, & non faciunt. De quibus & per Apostolum Paulum dicitur: Dictis confitentur se nosse deum: factis autem negant. Sancti autem viri dictis & factis deum confitentur, quia quod credunt faciunt: & ad bona quæ faciunt, etiam alios sermonibus & exemplis trahunt. Quorum virtutibus aduersarij **al.pietatem.* ad fidem excitantur, dum in eis & puritatem * fidei: & constantiam operis admirantur. Vnde & synagoga ad fidem erigitur, cùm in Ecclesia quæ sint merita fidei admirans contemplatur, dicens:

Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora?

Ecclesia sancta quasi aurora consurgens in iudicio vltimo progreditur: quia relictis tenebris corruptionis, in corruptionis claritate innouatur. Quæ bene vt sol electa dicitur: quia ad eãdem gloriam perducitur, ad quam caput eius Christus: qui sol *Ioan.12.* iustitiæ esse perhibetur. Vnde est quod idem sol ait: Volo pater vt vbi ego sum, illic & minister meus sit. Quod tamen & de membris eiusdem Ecclesiæ adhuc in hac carne viuentibus intelligi potest. Sunt enim nonnulli qui magna intentione quæ sint tormenta reproborum aspiciunt: & quæ sint facta sua sine pa- Ipatione examinare contendunt. Dúmque se peccasse cognoscunt: & per hoc ire ad reproborum tormenta pertimescunt: subitò tenebras iniquitatis derelinquunt: & luce iustitiæ accendi concupiscunt. Mox ad sanctam operationem consurgunt, & per bona quæ faciunt, clarere quibusque proximis incipiunt. Hi procul dubio velut aurora consurgentes progrediuntur: quia subitò noctem peccati euacuantes, ad lucẽ magis ac magis dilatantur. Sic anima quæ prius erat in tenebris, nunc splendens apparet: & quæ etiam in semetipsa obscurabatur: nunc aliis lumine sanctæ operationis resplendet. De qua bene subditur:

Pulchra vt luna: electa vt sol.

Luna quippe dum noctẽ illuminat, caligantibus oculis iter per quod homo gradiatur demonstrat. Sic nimirum quæque anima quæ tenebras dimittit, & in sanctam operationem se extendit: dum exemplum bene operãdi tribuit proximis: quasi lucem tenebrescentibus oculis spargit. Dum enim peccãtes quique bonum opus aspiciunt, & ad idem faciendum se conuertunt, quasi errantes in nocte, per lumen lunæ ad viam redeunt. Hæc itaq; anima dum peccantibus bona exempla præbet: quasi luna in nocte lucet. Dum verò magis ac magis crescit: & de die in diem per consuetudinem operis lumen iustitiæ tam perfectè accipit, vt etiam bonis exempla imitationis præbeat: quæ prius solis peccatoribus imitanda apparebat, profectò iam luna sol efficitur: quia quæ in nocte errantibus nunc lucebat: modo in die ambulantibus lumẽ veritatis manifestat. Hinc est quod sequitur: Electa vt sol. De qua bene subditur:

Terribilis vt castrorum acies ordinata.

Hoc quia iam dictum est, iterum non necesse est exponi, ne sic videatur fastidium generari. Sequitur ergo sponsus, & causam dicit vnde tanta virtus in Ecclesia excrescere possit. Visitatione quippe Christi renouatur: & quod in ea tenebrosum est respectione eius illuminatur. Et hinc est quod subdens ait:

Descendi in hortum nucum: vt viderem poma conuallium.

Quid per nuces: nisi perfectos quosque intelligimus: qui dum *Nuces.* diuinam sapientiam intra corpora sua retinet, quasi nucleum *fibras.* in fragili testa portant? Sunt enim quàm plures in Ecclesia, qui *quæ.* assiduè diuinæ scripturæ intendunt: quàm suauis sit dominus gustantes, amplius gustare concupiscunt: sancta gaudia in corde ruminant: & ruminantes magis ac magis conualescunt: & tamen foris nescientibus eos, viles apparẽt: quia ignoratur quàm dulcem in suis interioribus cibum portent. Quid isti, nisi nuces existunt: qui nuclei dulcedinem intus ferunt, exterius verò carnis vilitatem prætẽdunt? De quibus erat apostolus: qui dicebat: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Hortus igitur nu- *2.Cor.4.* cum, corda sunt sanctorum: qui dum deum valde diligunt, cœlestem dulcedinem in intimis gerunt. Vnde in psalmo scriptũ est: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine: quam abscon- *Psal.30.* disti timẽtibus te. Sed quid est quòd in hortum nucum sponsus descendit vt poma videat: cũ potius nuces videre debeat? Verũ tamen sciendum est, quòd maximè corda perfectorum visitat, eisq; benignitatis suæ suauitatem manifestat, vt per eos ad infirmiores postmodum veniat: & quantum in augmentum iustitiæ profecerint, per illos cognoscat. Vnde scriptũ est: Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligẽs, aut requirens deum. Dum enim diuina bonitas corda perfectorum illustrat, eosq; ad curam proximorum per charitatis sollicitudinem instigat: quid hoc est aliud nisi quòd ad hortũ veniens, poma conuallis per illos quibus præsidet prospectat? Tunc enim dominus videre vel cognoscere dicitur, cùm sanctos suos quos illustrat, ad videndum exhortatur. Sed quid est quod non poma montis, sed poma conuallis vt videat descendit, nisi quòd illis respectum suæ miserationis tribuit: quos in humilitate persistere cognoscit? De quo per Psalmistam dicitur: Quoniam excelsus dominus, & humilia respicit, & alta à longè cognoscit. Et ipse dominus per semetipsum ex voce prophetæ dicit. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos? Sequitur autem sponsus, & dicit:

Et insocierem

A Et inspicerem si floruissent vineæ, & germinassent mala punica.

Vineæ florent, quando in Ecclesia filij recenter in fide generãtur, & ad sanctam conuersationem quasi ad fructus soliditatem præparantur. Mala punica germinant, quando perfecti quique per exempla sua proximos ædificant, & in nouitatem sanctæ cõuersationis per prædicationem & bonorum operum ostensionem inuitant. Illud quippe malum punicum, videlicet apostolus Paulus, getminauerat, qui dicebat: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Sic etenim in sancta Ecclesia agitur: vt per bonos mali conuertantur: per perfectos imperfecti nutriantur, donec & ipsi ad perfectionem veniãt, & infirmos quosque sicut ipsi perducti sunt, ad meliora perducãt. Hoc Christus Ecclesiæ sponsus visitando perficit, respiciendo corpus sanctum coniungit: quia ideo corpus infirmitatis assumpsisse cognoscitur, vt in corpus suæ claritatis tota simul Ecclesia transformetur. Vnde beatus Paulus ait: Qui reformabit corpus humilitatis nostræ cõfiguratum corpori claritatis suæ. Hęc omnia in fine mundi synagoga tandem excitata percipiet: & se tamdiu hæc ignorasse reprehendet, dicens:

Mala punica quando fiorentur in Christi Ecclesia germinant.

Nescium. Anima mea conturbauit me, propter quadrigas Aminadab.

Ac si diceret: Tot virtutes in sancta Ecclesia fieri videns quare
B in tanto tempore non percepi? quare incredula perstiti? cur tam diu per infidelitatem meam in tenebris ignorantiæ remansi? Sed propter quadrigas Aminadab conturbatur: quia quandoq; per Christi prædicationem ad fidem suscipiendam excitatur. Aminadab enim spontaneus populi mei interpretatur. Et bene procul dubio Christus Iesus à patre spõtaneus populi mei dicitur: quia verè spontanea charitate ad populum saluandum descẽdit: & vt nos à morte releuaret, pia voluntate & benigna gratia mortem in cruce suscepit. Vnde & ipse ad patrem ait: Voluntariè sacrificabo tibi. Et vnus ex redemptis ad Christũ loquens aiebat: Exaudi me domine, quoniã benigna est misericordia tua. Propter quadrigas ergo Aminadab synagoga cõturbatur: quia quãdo tandem quatuor Christi Euangelia in mundo currentia, in cordibus hominum feruentia per fidem contemplatur, mox de infidelitatis suæ tenebris confunditur, & oborta confusione salubri, ad pœnitentiam commouetur. Cui Ecclesia benignè loquitur dicens:

Reuertere reuertere Sunamitis, reuertere reuertere, vt intueamur te.

Synagoga ad Christi fidem suscipit.

Sunamitis quippe captiua interpretatur. Sunamitis ergo vt reuertatur vocatur: quia synagogę in fine mundi fides ab Ecclesia auferetur, vt dignitatem pristinam recipiat, quæ sub infidelitatis iugo à dæmonibus captiuatur. Et bene quater reuerti admonetur: quia in quatuor mundi partes modo Iudæi dispersi sunt:
C qui vbicunque fuerint, vt dictum est, in fine conuertentur: sicut prædictum est per prophetã: Si fuerit numerus filiorum Israël velut arena maris, reliquiæ saluæ fient. Reuertatur ergo Sunamitis, vt eam intueamur, id est, synagoga ad fidem conuertatur, vt in pœnitentia sua omnibus ostendat quantum malum fecerit, quando deum suum in cruce configebat. Sed protinus cum Ecclesia fidem synagogæ intueri appetit: sponsus congratulando quasi interrogans respondet, & dicit:

Caput VII.

Vid videbis in Sunamite: nisi choros castrorum?

Q

Castra quippe, militantium sunt. Castra ergo in Sunamite videbuntur: quia pro fide quam modo impugnat, tunc ro-
* al. perfidiæ. bustè contra infideles* præliabitur. Sed quia hoc per sanctã Ecclesiam fiet, vt synagoga conuertatur: quia sermonibus & exemplis prædicatorum ad fidem conuertetur: ideo rectè ad laudem sponsæ sponsus se conuertit dicens:

Quàm pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis?

Filia principis sancta Ecclesia dicitur: quia prædicatione Christi in vitam nouam regeneratur: qui per diuinitatis potentiam, omni creaturę quam condidit principatur. Quid autem sunt calciamenta Ecclesiæ, nisi exempla præcedentium patrum, quibus in via mundi huius munitur: vt per omnes tribulationes quę exD urgunt, confidenter calciata gradiatur? Vnde alibi prædicatoribus Paulus dicit: Calciati pedes: in præparationem Euangelij pacis. Calciamenta quippe de mortuis animalibus fiunt. Et nos pedes spiritaliter calciamus, quando à patribus sanctis carnemortuis exempla sumimus: vt ad eorum similitudinem mundi huius tentationes expugnemus. Potest tamen intelligi quòd Ecclesia calciatur, quando in prædicatione sua ad perferenda insurgentia mala morte Christi munitur. Pulchri ergo sunt sponsæ gressus calciatæ, quæ filia est principis: quia coram diuinis oculis placet officium cuiuslibet electi secũdum exempla Patrum prædicantis. Sequitur:

Pedes calciare quando dicimur

Iunctura fœmorum tuorum sicut monilia.

Per duo fœmora sponsæ, duo populi Ecclesiæ: per iuncturam fœmorum, concordia designatur prædicatorum: quibus populi vniuntur, dum ad fidem catholicam circumcisio & præputiũ per eos erudiuntur. Qui vt monilia existunt: quia dum in sapientia qua refulgent, sancta opera faciunt, quasi in auro lapides gerũt. De quibus sequitur:

Quæ fabricata sunt manu artificis.

Manu artificis monilia fabricantur: quia opere Christi prædicatores pulchri & vtiles efficiuntur. Sequitur:

Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis.

E

Vmbilicus etiam sanctorum prædicatorum ordo est: qui bene crater esse dicitur: quia dum per eos populus eruditur, vino spiritali ipsorum officio debriatur. Qui bene tornatilis nuncupatur, quia iuxta mores hominum vniuersos, necesse est vt lingua prędicatoris voluatur. Qui poculis non indiget, quia quod aliis propinat, necesse est vt abundantius cæteris bibat: & plenius quod dat, contineat. Sequitur:

Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus liliis.

Per ventrem, populi latitudo designatur: qui bene sicut aceruus tritici liliis vallatur: quia dum operibus sanctis intendens, in cœleste horreum præparatur: exemplis sanctorum vt perseueret, vndique munitur, de quibus iterum dicitur:

Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli.

Duo vbera, duo populi existunt: quia dum in amore fraterno semper viuunt, se inuicem lacte pietatis in charitate nutriunt. Qui bene duo hinnuli capreæ gemelli nominantur: quia dum per prædicationem synagogæ in fide geniti, eius scripturis nutriuntur, in spe æternitatis intendentes, quasi in montibus concordes pascuntur. De quibus prædicatoribus sequitur:

Populi duo p duo vbera designãtur.

Collum tuum sicut turris eburnea.

Collum sponsæ sicut turris eburnea dicitur: quia prædicatores Ecclesiæ, & alti per contemplationem, & fortes per sanctorum operum exercitationem, & precioſi per diuinam sapientiam habentur. De quibus iterum dicitur:

Oculi tui sicut piscinæ in Esebon: quæ sunt in porta filiæ multitudinis. F

Esebon cingulum mœroris interpretatur. Oculi ergo spõsæ sicut piscinæ in Esebon dicũtur: quia dum de peregrinatione sua contristantur: & mœrore corroborati, contra spiritales hostes accinguntur, lachrymis se lauant: vt per eos populi conuenienter coram deo mundentur. In porta autem filiæ multitudinis sunt: quia in fide stant per quam Ecclesiæ multitudinem ad cœlestia introducunt. Sequitur:

Nasus tuus sicut turris Libani: quæ respicit contra Damascum.

In naso odoris discretio habetur. Per nasum ergo discretio prędicatorum designatur: quia per eos nobis virtutum odores, & vitiorum fœtores demonstrantur. Sed nasus sicut turris Libani existit: quia dum semel prædicatores aqua baptismatis lauãtur: & quotidianis lachrymis à peccatis quæ cõtra deum commiserunt, dealbantur, digni fiunt vt ad altiora magis ac magis per fortitudinem erigantur. Sed turris cõtra Damascum respicit: quia peccatoribus semper sanctus quilibet prædicator contradicit. Damascus quippe sanguineus interpretatur: & peccatrici genti dicitur: Manus tuæ plenæ sunt sanguine. Sed quia de membris dixit, dignum est vt de capite loquatur. Ideo subditur:

Nasus prædicatores repræsentat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Caput tuum vt Carmelus,& comæ capitis tui vt purpura regis,iuncta canalibus.

Caput Ecclesiæ Christus:qui bene vt Carmelus dicitur,quia ipse per passionem quam sustinuit, ad gloriã patris est exaltatus. De quo scriptum est: Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montiũ. In Carmelo quippe Helias orans obtinuit pluuiam:& nos in Carmelo orãtes, pluuiam impetramus,quando in Christum credẽtes, Christum desideramus,& à patre irrigationem gratiæ susc ipimus quam rogamus. Moraliter autem caput sponsæ mens vocatur:quia sicut à capite membra,sic à mente omnes cogitatus nostri disponuntur. Carmelus autem scientia circuncisionis interpretatur. Caput ergo sponsæ vt Carmelus esse perhibetur:quia quælibet sancta mens nouit qualiter dignè circũcidatur:nouit quia nihil est quicquid in corpore agitur, si mens immũda fuerit, quæ templum Christi si efficitur,ab ipso inhabitatur.Quod quia Pharisęi non agebãt, ideo dicebat beatus Stephanus eis qui eũ occidebant: Dura cervice,& incircuncisi cordibus & auribus, vos semper restitistis spiritui sancto.Comæ autem capitis eius vt purpura regis iũcta canalibus esse memorãtur.Purpura quippe per fasciculos in canalibus ligatur,super quos dum aqua proiicitur, per canales ad vestem quę supposita est currit:vt vestis tingatur,& inde nomẽ accepit,vt tincta colore purpureo purpura vocetur, quæ omnia sanctæ menti congruunt si intelligantur. Comæ quippe capitis
H sunt cogitationes mentis,quæ in canalibus ligantur: quia in scripturis diuinis ne inutiliter fluant,stringuntur. Super quas aqua proiicitur,quæ vestem regiam currens tingit:quia dum in cogitationibus sanctæ mentis, gratia cœlestis suscipitur, totam animam in cœleste ornamentum componit:ita vt iam tota anima in vitam æternam inardescat:& ad æternum sponsum etiã per sanguinem martyrij pergere concupiscat.De tota quippe Ecclesia, Paulus dicit:Qui exhibuit sibi ecclesiam, vestem sine macula & ruga.Et de singulis Ecclesiæ fidelibus dicitur:His omnibus velut ornamento vestieris.Sic tinctæ ergo,sic pulchræ,sic purpureæ factæ sponsæ adgaudens sponsus loquitur,dicens:

Quàm pulchra es & quàm decora charissima in deliciis.

Notandum quòd charissima in deliciis dicitur, quia ad charitatem & familiaritatem Christi non peruenit,quisquis scripturæ sanctæ deliciis abundare non contendit.Inde enim dicitur:Omni habenti dabitur,& abũdabit:ei autem qui non habet,& quod videtur habere,auferetur ab eo.His enim deliciis qui abundat, reficitur:his refectus,assiduè ad maiora percipiẽda prępparatur. Vnde & huic sponsæ charissimæ dicitur:

Habẽtis dabitur &c. qualiter exponitur.

I Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris.

Anima palmæ decenter comparatur.

Palma quippe dum crescit,deorsum stringitur, & sursum dilatatur.Sic sancta anima ab imis ad minima incipit:& paulatim ad maiora crescendo, vsque ad amplitudinem perfectæ charitatis peruenit.Nemo enim sicut scriptum est, repentè fit summus.In Psalmo autem de iusto homine dicitur: Iustus vt palma florebit. Vbera autem sponsæ duo præcepta charitatis existunt: quæ animam quam possident, vino cœlesti inebriant & nutriunt. Potest tamen per palmam crux Christi intelligi. Palma enim in sublime valde crescens, dulcissimos fructus gignit: & crux Christi cœlestem cibũ nobis prępparauit.Cui statura spõsę assimilatur:quia pro Christo mori nõ dubitat,quisquis Christũ valde diligẽs dignè imitatur. De palma sequitur spõsus dicens:

Dixi: ascendam in palmam & apprehendam fructus eius.

Dixit verè & ascendit: quia sicut ante secula pro morte nostra mori disposuit:sic in fine mundi propitius & verax adimpleuit. In palmam ergo ascendit,& fructus eius apprehẽdit: quia in cruce suspensus,fructum vitæ inuenit ac apprehendit, & nobis tribuit. Vnde adimpletum est quod sequitur:

Et erunt vbera tua sicut botri vineæ.

Verè per crucem vbera sponsæ sicut botri vineæ existunt: quia in morte Christi duo præcepta charitatis sensus animæ susceperunt,quibus pasta anima debrietur,debriata posteriora obliuiscatur,& in anteriora extendatur. His vberibus etiam proximos quosq; nutrit:ac roboratos secũ ad ea quæ concupiscit perducit. Vnde scriptum est:Qui audit,dicat veni. Sequitur:

Et odor oris tui sicut malorum. K

Mala punica de quibus superius tam sæpe dictum est,hic rememorantur: quorum odori odor oris sponsæ bene satis assimilatur. Per mala autem punica martyres designari superius diximus.Per os autem sponsæ hic debere intelligi eius prædicationem putamus. Quæ dum virtutes martyrum prædicat:dum ad eorum similitudinem animos audiẽtium instigat, dum in vnius prædicatione fidei multas virtutes esse manifestat: quid aliud quàm malorum odorem in ore portat? quia & ruborem corticis in martyrio ostendit,quod prædicat: & in virtutibus multitudinem granorum sub eadem fide quasi sub eodem cortice demonstrat.De quo & subditur:

Guttur tuum quasi vinum optimum.

In gutture quippe vox est. Per guttur ergo ipsa prædicatio iterum designatur,quę quasi vinum optimum esse dicitur:quia mẽtes hominum inebriat,vt præteritorum, sicut dictum est, obliuiscantur:& in anteriora currentes non lassentur, de quo sponsa verbum de ore sponsi suscipiens,adiungit: *Guttur pellens prædicationem designat.*

Dignum dilecto meo ad potandum: labiisque & dentibus illius ad ruminandum.

Tale est sponsæ vinum,vt dignum sit dilecto ad potandum: quia dum sancta Ecclesia fidem veram prædicat: dum auditores suos ad sancta opera excitat: dum solum Christum diligere, imitari,amplecti, bonum esse verbis & operibus demonstrat: quid L aliud quàm vinum suum dignum facit vt in ore sponsi dulce sapiat?quod bene Christus potare dicitur: quia à corpore suo,id est, à populis fidelibus amabiliter potatur. De quo notandum est quòd omnes potant: sed labia sola & soli dentes ruminant: quia dum Ecclesia per sanctos suos prædicat:omnes quidem audiunt,sed non omnes quanta sit virtus sententiarum quæ dicuntur,discernunt.Labia verò & dentes ruminant:quia dum perfectiores quique post auditum verba ad memoriam reuocant: dum audita quæque exercitatione assidua cogitant: quasi ad os reuocantes quod sumpserunt, quanta sit virtus cibi quem comederunt, sentiunt. Idcirco in lege scribitur, quia animal quod non ruminat, immundum habetur: quia quisquis bona quæ audit siue legit, non recogitat, vacans à sanctis cogitationibus: necessario immundas congregat. Sequitur sponsa, & dicit:

Ego dilecto meo,& ad me conuersio eius.

Acsi diceret: Quoniam fide ac dilectione soli Christo adhæreo:solum sequor:solum cum patre & spiritu sancto vnũ deum videre concupisco,respectionis eius suauitatem,visitationis benignitatem, conuersationis dulcedinem, gaudenter experior, experiens proclamo:

Veni dilecte mi: egrediamur in agrum: commoremur in villis: mane surgamus ad vineas videamus si floruit vinea,si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica. M

Dum sponsa sponsi dulcedinem experta se reficit: de proximo etiam cogitat, quem ipsius sponsi præcepto sicut se diligit: & quia sponsi præcepta,vel secreta intelligit, etiam vt alij intelligant,cõcupiscit dicens: Veni dilecte mi,egrediamur in agrum. Ager quippe, teste veritate, est hic mundus. In agrum verò cum sponsa sponsus egreditur: quando verbum dei carne susceptа,in thalamo virginis immundo monstratur. In villis commoratur quando gentes per fidem visitat, quam recipientibus largitur.Mane ad vineas surgit:quia post resurrectionem suam in gloria patris sedens, Ecclesias quas constituit, etiam defendit.Si floruit vinea conspicit: quia omnem profectum Ecclesiæ districto examine perpendit. Videt si flores fructus parturiunt: quia perspicit ad quem profectum teneri quique & imperfecti excrescunt. Videt etiam si floruerunt mala punica:quia perfectos quosque respicit: & quid vtilitatis in proximis habeant:quasi in floribus fructum arborum cognoscit, de quibus bene sequitur: *Spõsus perfecte diligi non potest, nisi etiam proximus diligatur.*

Ibi dabo tibi vbera mea.

In malis punicis dat sponso sponsa vbera: quia in perfectis viuit charitas gemina, ex qua dum infirma mẽbra in Ecclesia nutriunt:quasi Christũ lactãt, quem in minimis suis esse præsentẽ cognoscunt.

cognoſcunt. De quibus bene ſubditur:

Mandragoræ dederunt odorem ſuũ in portis noſtris.

Mandragoræ virtutes perfectorũ operationes.

Quid per mandragoras, herbam ſcilicet medicinalem & odoriferam, niſi virtus perfectorum intelligitur? per quam perfecti quique dum imperfectorum infirmitatibus medentur in fide quam prædicant, id eſt in portis Eccleſiæ veri medici eſſe comprobantur. Qui dum exempla bonorum operum circunquaque per ſanctam famam tribuunt: quaſi odorem quo ægroti ſanẽtur, aſpergunt. Sequitur:

Omnia poma noua & vetera dilecte mi ſeruaui tibi.

Hic per poma ſenſus ſcripturarum ſanctarum intelliguntur: quę dum ex patribus ſanctis ad nos vſque perueniunt & creduntur, quaſi ex arboribus poma exurgunt, quibus animæ delectantur. Omnia ergo poma noua & vetera dilecto ſuo ſponſa ſeruat: quia ſic nouum teſtamentum Eccleſia catholica recipit, vt vetus non abiiciat: ſic vetus veneratur, vt nouum ſemper in ipſis ſacrificiis carnalibus per ſpiritum intelligat: in nouo ſcilicet Chriſtum venire congaudens: in veteri autem ſemper venturum expectãs, & dicens: Caput. VIII.

Q Vis mihi det te fratrem meum ſugẽtem vbera matris meæ: vt inueniam te ſolum foris, & deoſculer: & iam me nemo deſpiciat?

B In veteri lege Eccleſia poſita Chriſtum exoptabat, & expectabat: & in ſecreto patris manentem, foras venire per carnem ad humanos oculos non mediocriter cupiebat. Vnde & Dauid deſiderans dicebat: Exurge, & ne repellas in finem. Et alibi: Inclina cœlos tuos, & deſcende. Et Eſaias valde cupiens eum videre dicebat: Vtinam diſrumperes cœlos, & deſcenderes. Vult ergo ſponſum foris ſponſa inuenire & deoſculari: quia concupiſcit ſub lege poſita, vt per carnem appareat: vt ei per amorem ſeruiat, cui prius non accepta gratia, plus timore quàm amore ſeruiebat. Poſt cuius oſculum iam à nemine deſpicitur: quia poſtquam Chriſtus venit, & fidelibus ſuis ſpiritũ libertatis infudit, ab ipſis etiam angelis Eccleſia honoratur. Hinc eſt q̃ Ioſue angelũ adorauit, Ioanni verò volẽti ſe adorare dixit: Vide ne feceris, conſeruus tuus ſum: & vnus fratrũ tuorum habentium teſtimonium Ieſu. Sed quia veniẽtem Eccleſia ſuſcepit, ſynagoga repulit: quæ iterum eum in fine mundi ſuſcipiet & amabit: ideo ſubſequitur Eccleſia, & dicit:

Angeli ſe incarnationem Chriſti non prouiſuros adorari.

Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: & in cubiculum genitricis meæ. Ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino conditum, & muſtum malorum granatorum meorum.

Apprehenſum in domum matris ſuæ ducit: quia ſynagogæ in fine mundi Chriſtum in quem credit, prædicabit: dumq; per prędicationem Eccleſiæ ſuſceptus fuerit, ibi Eccleſiã docebit, quia

C ſe doceri gaudebit: quando ſynagogam iam idem corpus factam erudiri ſecum videbit. Poculum ex vino conditum Eccleſia dabit: quia ipſi ſynagogæ nouum teſtamentum cum veteri prædicabit: & quaſi vino poculum condiet: quia dulcedinem Euangelij teſtimoniis legis, quæ aſpera eſt, vt robuſtius teneatur, cinget. Muſtum verò malorum granatorum ſuorum tribuet, quia fortium virorum qui vnitatem Eccleſiæ etiam in martyrio tenuerunt, exempla apponet: vt ad eorum ſimilitudinem ſynagoga in ardeſcat: & antichriſti perſecutionibus, martyrum præcedentium exemplis roborata * non ſuccumbat. Cùm enim fortium pugnatorum victorias audierit, ad eorum imitationem pugnã ſubire non dubitabit. Quod apertè manifeſtat cũ ſubiungit:

** debuit.*

Læua eius ſub capite meo: & dextera illius amplexabitur me.

Læua Chriſti vita præſens, dextera verò vita beata habetur. Caput autem noſtrum ſpiritaliter mens eſſe perhibetur. Dicit ergo ſynagoga predicationibus Eccleſiæ iam conuerſa, exemplis roborata, imitatione ſubleuata: Læua eius ſub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. ac ſi diceret: Quoniam nunc tandem Chriſti fidem teneo: eius ineffabilem gratiam experior concupiſcelem: & quam deſiderare neſciebã dulcedinem ſentio: iam terrena omnia poſtpono: etiam ipſam vitam carnis pro eius amore contemno: & ad eius beatitudinem videndam totis deſideriis anhelo. Hoc quippe quod rem aliquam amplectitur, D ipſam quam amplectitur rem ex omni parte intra ſe habere non ignoratur. Læua ergo ſub capite eſt, & dextera amplexatur: quando ſancta anima menti ea quę videt ſupponit: & ea quę non videt, omni conatu & viuerſis ſuis cogitationibus appetit. Sunt quippe modo nonnulli qui tanto deſiderio cœleſtia ſectantur, vt omnia viſibilia pro nihilo reputent: mentem ſuam cœleſtibus ſtudiis ſine intermiſſione occupent: vt nihil aliud agere libeat, quicquid extra ſpiritalem actionem eſt, animus faſtidiat: hanc ſolam diligat: cætera contemnat, niſi forte ea iſti neceſſaria eſſe cognoſcat. Iſti verò ſub capite læuam habent: qui mente erecta ad beatitudinem Chriſti currentes vitam præſentem ſub ſe vident. Et dextera Chriſti eos amplexatur: quia ex omni parte eos dilectio cœleſtis intra ſe retinens tuetur. Huiuſmodi quippe viri ſancto otio delectantur: in quo vitæ beatæ delectatione concupiſcibiliter per contemplationem perfruuntur. In qua contemplatione oculum cordis mundant, vt deum adhuc etiam in hac carne poſiti, quantum humanæ infirmitati datum eſt, videant: cuius viſione ſe illuminent, ſuauitate reficiant. Iſti illam beatitudinẽ iam aliquantulum experiuntur, de qua in Euãgelio veritatis voce dicitur: Beati mundo corde, quoniam ipſi deum videbunt. Quod enim futurum eſt, iam in eis incipit compleri, quia etſi in hoc mundo adhuc in carne viuunt, iam tamen per hoc quod maius eſt in eis, extra carnem ſunt. In his impleE tur quod per Pſalmiſtam diuina voce præcipitur. Vacate & videte, quoniam ego ſum deus. Hi enim ſine mundi ſtrepitu viuunt, eo mentem in dei viſionem per deſiderium & contemplationem figunt. Et quoniam tales multi ex ſynagoga in fine mundi, vt credimus, per conuerſationem erunt, bene ad huiuſmodi dictum intelligitur: Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. De quibus & pro quibus ſponſus loquitur conſequenter:

Adiuro vos filiæ Hieruſalem, ne ſuſcitetis neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.

Sed quia iam illud ſuperius expoſuimus, iterum exponere recuſamus. Sed de eadem ſynagoga iam facta Eccleſia, filiæ Hieruſalem admirantes interrogant & dicunt.

Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, delitiis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?

Eccleſia vel ſancta anima de deſerto aſcendere dicitur.

Sancta Eccleſia vel quælibet ſancta anima de deſerto aſcendit, quia in exilio huius peregrinationis poſita, ad cœleſtia gaudia mente & cogitationibus tendit. Vnde & Paulus dicebat: Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Deliciis affluit, quia ſanctæ ſcripturæ meditationibus intendens, cœleſti pabulo aſsiduè mentem paſcit. Super dilectũ innititur, quia in ſolius Chriſti auxilio confidens, eo largiente ab exilio ad patriam transfertur. Ipſa quippe veritas omnibus fidelibus ait: Sine me nihil poteſtis facere. F Vnde verò acceperit vt ab infimis ad ſuperiora, à deſerto ad regnum aſcendere poſsit, manifeſtat dilectus cùm ſubdit:

Sub arbore malo ſuſcitaui te.

Crux per arborẽ malum deſignatur.

Quid per arborem malum, niſi ſancta crux deſignatur? quæ malum illud ſuſtinuit, de quo eadem ſponſa in ſuperioribus dicit: Sicut malum inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios. Sed ſponſam ſuam Chriſtus ſub arbore malo ſuſcitauit, quia in cruce poſitus, ſubditam ſibi Eccleſiam ad vitam vocauit, vt à ſomno mortis reſurgeret, & cum illo ſe crucifigens, ad nouam reſurrectionem properaret. Vnde & Apoſtolus cuiuis animæ mortuæ dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Et quibuſdam qui iam ſurrexerant, alibi dicit: Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite. Sed quia infidelitas ſynagogæ Chriſtum crucifixit, ideo ſequitur:

Ibi corrupta eſt mater tua.

Sub arbore malo mater Eccleſiæ corrupta eſſe dicitur, quia quando ſaluatorem ſuum in ligno fixit, nefando ſcelere ſe corrupit. Cuius ſceleris magnitudinem inculcat, cùm idem replicat dicens:

Ibi violata eſt genitrix tua.

Sed quoniam ad hoc cæcitas in Iſraël facta eſt, vt pleuitudo gentium intraret, ideo intranti Eccleſiæ dicitur:

Pone

G Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum:

In corde sunt cogitationes, & in brachio operationes. Super cor ergo & super brachium sponsæ dilectus, vt signaculum, ponitur: quia in sancta anima quantum ab ea diligatur, & voluntate & actione designatur. Signum quippe sancta mens interius & exterius Christum portat, quia dum in eius meditationibus assiduè laborat, in exteriori actione eum imitari nō cessat, quo eius dilecta esse dubitari non debeat. De quo signo ipse sponsus discipulis suis aiebat: In hoc cognoscent omnes quia verè mei discipuli estis, si dilectionem habueritis adinuicem. De qua dilectione mox subditur:

Dilectio est signum quo cognoscūtur veri catholici.

Quia fortis est vt mors dilectio.

Bene procul dubio fortis vt mors dilectio esse perhibetur, quia dum per dilectionem à vitiis mortificamur, quod mors agit in sensibus corporis, hoc agit dilectio in cupiditatibus mētis. Sunt enim nonnulli qui sic diligunt deum, vt omnia visibilia negligant, & dum in æterna mente tendunt, ad omnia temporalia penè insensibiles fiunt. In his nimirum vt mors dilectio fortis exi stit, quia sicut mors exteriores corporis sensus ab omni proprio & naturali appetitu interficit, sic dilectio in talib⁹ viris omnia terrena desideria contemnere mentem aliàs intentam compellit. Huiusmodi mortuis & viuis dicebat Apostolus: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo.

H Hi proculdubio vitam suam cum Christo abscondūt, quia dum omnia quæ videmus postponunt, in his quæ non videmus, in beatitudine scilicet Christi veraciter & secretè viuunt. Quia enim falsam vitam despicium, quæ visibiliter apparet, in vera vita se abscondunt, quæ non nisi inuisibilibus oculis se manifestat. Potest tamen intelligi vt hoc de seipso Christus dicat inquiens: Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio. Ac si diceret: Dignum est vt in mente & actione signum dilectionis meæ meipsum tecum feras, quia in fortitudine dilectionis tuæ mortem subij, vt tu quæ mortua in infidelitate eras, mecum resurgens, in fidei nouitate spiritaliter viuas. Sed quia in cruce suspensus nequaquam fuisset, nisi ad magnam inuidiam cor synagogæ exarsisset, ideo subditur:

Dura vt infernus æmulatio.

Æmulatio in bonū & in malum accipitur.

Æmulatio quippe & in bonum & in malum accipitur. In bonū enim accipitur, sicut per Apostolum dicitur: Æmulamini charismata meliora. In malum autem assumitur, vbi per Samuelem Sauli dicitur: Auferetur à te regnum, & dabitur æmulo tuo. Æmulus quippe eius Dauid dicitur, cui Saul inuidere nō ignoratur. Dura est ergo vt infernus æmulatio, quia dum synagoga Christum ad inferos posse transmittere se putauit, ei vsque ad mortem corde immisericordi inuidit. Vt infernus æmulatio dura extitit, quia sicut infernus sine misericordia quos tenet cruciat, sic Iudaica plebs Christum apprehendens sine respectu pietatis ad mortem trahebat. De qua bene subditur:

I Lampades eius, lampades ignis atque flammarum.

Sicut enim ignis quæ incendit, consumit, sic Iudæos ab omni fidei virtute inuidia sua destruxit: de quibus bene alibi dicitur: Et nunc ignis aduersarios consumit. Ac si diceretur: Antequam ad æternum ignem veniant, in præsenti consumuntur, quia in se ipsi ignem inuidiæ portant, qui sine portantis combustione non portatur. Hic ignis inuidiæ flammas protulit, quando per exempla in quibus accēsus est, etiam in gentilibus vsque ad Christianorum martyria per mundum vniuersum excreuit. Sed quia hinc ignis inuidiæ, hinc ignis charitatis se extulit, ideo subditur:

Aquæ multę non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.

Charitate quippe martyres sancti viuaciter ardebant, quia in dei & proximi dilectione mirabiliter flagrabant. Hanc charitatem aquæ multæ extinguere non poterant, quia quantæcunque tribulationes eis fierent, ad odium eos transmutare non valebant. Hoc nimirum esset charitatem extinguere si in tribulationibus quas ingerebant, ad dei aut proximi odium eos humiliare potuissent. Sed cùm aquæ dictæ sint, quid rursum per flumina, nisi aquarum ipsarum incrementa & viuacitas intelligitur? Flumina quippe viuas aquas solere dici cognoscimus. Flumina ergo maximas tribulationes accipimus, quæ dum per totum orbem super martyres ebulierunt, ad extinguendum charitatis ignem grandi impetu confluxerunt. Sed quia inter flumina adeo charitatis vigor vixit, vt potius flumina consumeret, quàm se ab illis extingui permitteret, ideo multi etiam persecutorum ad eandem charitatem se conuertebant, ita vt dimitterēt quicquid in mundo possidebant, & seipsos morti darent, quam prius patientibus crudeliter inferebant. Vnde & subditur:

Tribulationes persecutionis ignem fortiorem reddunt.

K

Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

Cum terrenæ substantiæ cupiditate deus non diligitur, quia terrenus amor oculum cordis sordidat, ne diuina claritas videatur. Contra quod in Euangelio dicitur: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Et Ioannes Apostolus ait: Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Nec mirum, quomodo enim eum diligere potest quem nescit? Aut quomodo eum scit, ad quem sciendum oculum cordis claudit? Sed homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione tribuit, quando quicquid in mundo possidet, pro Christo distribuit, vt abiiciens quod impedit, deum diligat, & terso puluere sollicitudinum, oculos aperiat, vt deum videat. Et cum omnem substantiam dederit, quasi nihil eam despicit, quia postquam oculum terfit, & deum conspexit, in illius visione quicquid possederat,

L nihilipendit. Hoc Apostoli fecerunt, qui non solum possessa, sed etiam cupita, vt Christum sequerentur, dimiserunt. Quibus ipse Christus, pro quo omnia dimiserant, dicebat: Cùm feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Sed quoniam abiecta terrena substantia non statim ad perfectionem ascenditur, quia rebus exterioribus abnegatis, restat etiam labor vt idem ipse homo à semetipso abnegetur, quatenus gradatim proficiat, & quandoque perfectus non solum se, sed & alios secum ad vitam trahat, ideo de noua & tenera adhuc Ecclesia vel vnaquaque anima cōsequenter dicitur:

Soror nostra parvula est, & vbera non habet.

Ecclesia ex circumcisione.

Sororem Christus Ecclesiam vocat, quia de ipsis Apostolis dicebat: Ite, dicite fratribus meis. Soror autem parvula, vbera nō habebat, quando in solis Apostolis Ecclesia erat, in quibus seipsam vel alios nutrire lacte prædicationis non poterat. Quid enim Petrus aliis prædicaret, cùm seipsum discipulum Christi in vnius ancillæ voce detestando & iurando negaret? Prima * ergo Ecclesia vbera nō habebat, quia post resurrectionem in vna domo inclusa, inter persecutores suos non dico prædicare, sed & videri timebat. Consequenter ergo dicitur:

** al. para.*

Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est?

M Allocutus est Christus sororem suam, quādo spiritum sanctum super Apostolos misit, & eis in interioribus loquens, illos omnes mundi loquelas multiplici distributione docuit. Sed à quibus hoc quærere intelligendus est qui omnia nouit, nisi à sanctis patribus antiquis quos ad quærendum spiritu sancto instigauit? Quibus eodem spiritu quo in quæstionem eos induxit, respondet protinus conuenienter, & ait:

Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea.

Ecclesia sancto morum dispositu.

Dato spiritu sancto, murus sancta Ecclesia efficitur, quia quæ prius timida erat, instruente eandem spiritu omnipotente, ad resistendum aduersariis impenetrabiliter roboratur. Quod manifestat idem Petrus sub ancilla timidus, mox contra principes rigidus, quib⁹ dicebat: Obedire oportet deo magis quàm hominibus. Et iterum: Si iustum est vos potius audire quàm deum, iudicate. Nos enim non possumus quæ vidimus & audiumus, non loqui. Et de cæteris discipulis scriptum est: Ibant discipuli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ecce qualis murus facta est Ecclesia, quæ modo terrima, nec pedem cuiuslibet gradientis sine sui læsione gerit, modo verò accepto mirabili artifice spiritusancto, vniuersi exercitus assultus illæsa contemnit. Super quam propugnacula ædificantur, quia vt non

tantummodo

A testimmodò se defendat, sed vt & impugnantes resistendo prodiernat, miracula ei facere conceditur, quę cùm hostes viderint, ab eius aggressione tacula timentes terreātur. Quæ propugnacula bene argentea esse perhibentur, quia ipsa miracula cū verbi prædicatione dantur. Et quia argentum valde sonorum est metallum, argentea propugnacula existūt, quia per miracula fa-ſtum, vt eorum verba per vniuersum mundum conualescerent, & fidei prædicationem inflexibiliter circunquaque diffunderent, quod manifestat Psalmista dicens: In omnē terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sequitur:

Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.

Ostium etiam bene esse Ecclesiam dicimus, quam ab ipso Christo potestatem aperiēdi & claudendi accepisse scimus. Ostium procul dubio in suis prædicatoribus existit, quia per eos aditus ad vitam se nobis aperit. Vnde & ipsi primo pastori Ecclesiæ dicitur: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Vel ostium in ipso capite suo existit, quia ipse de se veraciter dicit: Ego sum ostium. Ostium verò tabulis cedrinis compingitur, quia sancta Ecclesia fidem prædicans, multitudinibus populorū decoratur, & dum populi variis virtutibus aspergun-

Virtutes diuersæ diuersis conueniunt populis.

B tur, vt videlicet alius de rebus quas possidet, indigentibus necessaria tribuat, alius omnia abiiciens, etiam à legitimo cōnubio se abstineat, alius verò tantum proficiat, vt aliorum etiam prædicator fiat, tanquam pictura multis coloribus, sic Ecclesia multis distinctionibus honestatur, quæ sancto spiritu conualescens hilariter respondet, dicens:

Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.

Vbera sua sicut turrim habuit, ex quo pacem coram sponso reperit, quia postquam sub ipso spiritum pacis accepit, prædicatores contemplatione altos, & robore inflexibiles nutriuit. Sed quid est quod non ait pacem, sed quasi pacem reperiēs, nisi quia dum in hoc mundo sumus, à peccatis omnimodis nō desistimus, & quādiu cum peccato viuimus, pacem perfectam cum illo qui sine peccato in carne vixit, nō habemus? Sed quoniam tantillam pacem quam habemus, per ipsum mediatorem dei & hominum tenemus, ideo subditur:

Vinea fuit pacifico in ea quæ habet populos, tradidit eam custodibus.

Ipse verò pacificus noster esse dicitur, quia per ipsum deo omne genus humanum reconciliatum est, Huic pacifico vinea fuit, quia in labore præceptorum carnalium synagogam plantauit, de qua dicitur: Vinea domini sabaoth domus Israel est. Quæ vinea in ea quæ habet populos extitit, quia in lege posita est, quæ multos populos ad se collegit. De quibus populis dicitur: Populi meditati sunt inania. Hanc vineam custodibus tradidit, quia

C synagogam Moysi & cæteris patribus custodiendam subiecit. De qua bene subditur:

Vir affert pro fructu eius mille argenteos.

Christus botrus conualescens ex synagoga genuit.

Hæc vinea fructum protulit quia ex synagoga botrus ille magnus, qui de terra promissionis allatus est, Christus videlicet Iesus, per humanitatem processit. De quo fructu pater ad Dauid ait: De fructu ventris tui ponam super sedē tuam. Vnde & Apostolus scribit: Quorum patres sunt, & ex quibus Christus. Per argenteos verò in hoc loco omnem terrenam substantiam intelligimus de qua Petrus eleemosynam petenti claudo dicebat: Argentum & aurum non est mihi. Pro fructu ergo vineæ vir mille argenteos affert, quia quisquis viriliter in fide quam suscepit se habet, libenti mente & perfectè omnia terrena dimittit, vt Christum veraciter habeat. Millenarius enim perfectus est numerus, ideo per eum perfectio rei cuiuslibet demōstratur. Hos argenteos in primitiua Ecclesia illi ferebant, de quibus in actibus Apostolorum scriptum est: Quotquot autem possessores agrorum aut domorum erant, vendebant, & afferentes ponebant ad pedes Apostolorum precia eorum quæ vendebant. Isti congregati aliam vineam videlicet sanctam Ecclesiam ex seipsis cō struxerunt, & vt boni agricolæ, sanguine suo propagauerunt, & prædicationibus vsque ad fines terræ dilatauerunt, vt iam mundum penè vniuersum impleat, & fructum gratum locata agricolis suis temporibus reddat. Vnde in Euangelio dicitur:

D Malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. De qua vinea iam bonis locata ipse pacificus dicit:

Vinea mea coram me est.

Coram ipso vinea sua existit, quia perditis malis agricolis, sanctam Ecclesiam per bonos doctores respectu benigno erudit. Cui dicit,

Mille tui pacifici, & ducenti iis qui custodiunt fructus eius.

Qui sunt isti pacifici, qui mille dicuntur esse & ducenti, nisi illi superiores argentei, quos dum perfectè dimittimus, pacem per eorum distributionem cum sanctis nobis ipsis acquirimus? Vnde & in Euangelio dominus præcipit: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Sed quid per ducentos intelligimus, nisi duplicem retributionem quā acquirimus, dum in hoc mundo perfectè pro Christo omnia terrena cōtēnimus? Mille ergo & ducēti Ecclesiæ argentei existunt, quia dum fideles quiq; omnia quę possident, ex toto relinquunt, & pacē sibi cum sanctis faciunt, & presentis vitæ remunerationem cum cœlesti percipiunt. Et hoc est quod dominus in Euangelio ait: Amen amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrē aut matrem, aut filios, aut agros, propter me & propter Euangelium, qui non accipiet centies tantum, nunc in tempore hoc domos & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persecutionibus: & in seculo futuro vitam æternā. Sed quibus ista remuneratio sic duplicatur, nisi his qui custodiunt fructus eius? Qui sunt autem qui fructus vineæ custodiunt, nisi illi qui in sancto opere quod inceperunt, perseuerantes existunt? Opus enim quod sancto desiderio incipitur, si constantia mētis vsque ad finē non tenetur, sine fructu habetur: quia immaturè ab hoc vnde processerat vacuatur. Ideoq; dominus in Euāgelio ait: Qui perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Sequit sponsus, & dicit:

Bona tēporalia ppter deum relinquentes inE æstimabilem recipient retributionem.

Quæ habitas in hortis, amici auscultant te: fac me audire vocem tuam.

Sponsa in hortis habitat, quia sancta Ecclesia vel quælibet sancta anima in fructificatione virtutum mentem versat. Cuius vocem sponsus audire desiderat, quia in hoc summopere Christo placet, vt perfectus quilibet vir infirmos quosque verbo sanctę prædicationis admoneat. Amici enim auscultant, quia fideles in Ecclesia vt amicus sponsi loquatur, pio desiderio expectant. Et notandum quòd amicus est qui auscultat, quia qui deum mente integra diligit, prædicantem quem diligit, libenter audit. Vnde in Euangelio dicitur: Qui est ex deo, verba dei audit. Sed quia dum Ecclesia veritatem prædicat, multi non intelligunt: multi quod percipiunt, prauo intellectu subuertunt: ideo admonenti vt prædicet, respondet sponsa, & dicit:

Prædicator amatus libenter auditur.

Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ hinnuloq; ceruorum super montes aromatum.

F

Dilectus fugit, quia à reprobis cordibus se, ne intelligatur, abscondit. Dum enim reprobæ mentes ad audiēda vel legenda verba dei, peruersa intentione accedunt, digno iudicio veritatē non inueniunt, quam indigno appetitu requirunt. Vnde & ipsa dei sapientia dicit: Quærent me mali, & non inuenient. Sed fugiens reprobos dilectus montes aromatū petit, quia peruersos dimittens, sanctas animas visitare non desinit, quæ & per contemplationem excelsæ fiunt, & per confectiones virtutum odorifera vnguenta secum ferunt. Super hos mōtes dilectus capreæ & hinnulo ceruorum assimilatur, quia in cordibus sanctorum virorū manifestatur quàm pia charitate humanitatem pro nobis assumpsit. Qui dum ex patribus antiquis natus fuit, quasi ex ceruis hinnulus, sicut dictū est superius, venit. Qui dum esset diues, pauperem se, vt nos ditaremur fecit: & dum esset super omnia excelsus, humilitatem nostram ineffabili dignatione suscepit. Cui immensas gratias quoadusq; viuimus reddamus: cui pro nobis in mortem tradito & resurgenti in immortalitatē, nosipsos & spiritū & corpus debemus: Qui viuit & regnat cū deo patre in vnitate spiritussancti deus, per infinita secula seculorum. Amen.

Christus peruersos dimittit & sanctos visitat.

Expositionis beati Gregorij papæ, super Cantica canticorum, finis.

PRAEFATIO

PRAEFATIO D. GREGORII PAPAE IN HOmilias ſuper Ezechielem Prophetam.

DIlectiſsimo fratri Mariano Epiſcopo Gregorius ſeruus ſeruorũ dei. Homilias quæ in beato Ezechiele propheta, vt corã populo loquebar, exceptæ ſunt, multis curis irruentib⁹ in abolitione reliquerã. Sed poſt annos octo petẽtibus fratribus notariorum ſchedulas requirere ſtudui, eáſque fauẽte domino tranſcurrens, inquantũ ab anguſtiis tribulationum licuit, emendaui. Tua itaq; dilectio has ſibi ad legendum mitti popoſcerat: ſed valde incongruũ credidi, vt aquã deſpicabilem hauriret, quem cõſtat de beatorum patrum Ambroſij atque Auguſtini torrentibus profunda ac perſpicua fluenta aſsiduè bibere. Sed rurſum dũ cogito quòd ſæpe inter quotidianas delitias etiam viliores cibi ſuauiter ſapiunt, tranſmiſi minima legẽti potiora, vt dum cib⁹ groſsior velut pro faſtidio ſumitur, ad ſubtiliores epulas auidius redeatur.

Homilia. I.

H

DE omnipotentis aſpiratione de Ezechiele propheta locuturus, prius debeo tempora & modos aperire prophetiæ, vt dum acceſſus eius oſtenditur, virtus melius cognoſcatur. Prophetiæ tempora tria ſunt: ſcilicet præteritum, præſens, & futurum. Sed ſciendum eſt quòd in duobus temporibus prophetia etymologiam perdit. Quia cum ideo prophetia dicta ſit, quòd futura prædicat, quando de præterito vel præſenti loquitur, rationem ſui nominis amittit: quoniam non procul quod venturum eſt, ſed vel ea memorat quæ tranſacta ſunt, vel ea quæ ſunt. Quæ tamen tria prophetiæ tempora verius loquimur, ſi ex ſacræ ſcripturæ teſtimoniis oſtendamus. Prophetia de futuro eſt: Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Prophetia de præterito: In principio creauit deus cœlũ & terram. De illo enim tempore dixit homo, quo non erat homo. Prophetia de preſenti eſt, quando Paulus Apoſtolus dicit: Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota, conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus: occulta enim cordis eius manifeſta fiunt, & ita cadens in faciem adorabit dominum pronunciãs, quòd verè deus in vobis ſit. Cùm igitur dicitur: Occulta cordis eius manifeſta fiunt: profectò monſtratur quia per hunc modum prophetiæ ſpiritus non prædicit quod futurum eſt, ſed oſtendit quod eſt: Quo autem pacto prophetiæ dicatur ſpiritus, qui nihil futurum indicat, ſed præſens narrat? Qua in re animaduertendum eſt quòd rectè prophetia dicitur, non quia prædicit ventura, ſed quia prodit occulta. Rem quippe quamlibet ſicut ab oculis noſtris in futuro ſubtrahunt tempora, ita ab oculis noſtris in præſenti ſubtrahit cauſa. Ventura etenim res occultatur in futuro tempore, præſens autem cogitatio abſconditur in latenti corde. Eſt etiam prophetia præſens, cum res quælibet non per animum, ſed per abſentem locum tegitur, quę tamen per ſpiritum denudatur. Et ibi fit præſens prophetantis animus, vbi per præſentiam non eſt corpus. Nam Giezi longè à propheta receſſerat, cùm Naaman Syri munera percipiebat, cui tamen idem propheta dicit: Nónne cor meum in præſenti erat, quando reuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tibi? Sciendum quoque eſt quia prophetiæ tempora inuicem ſibi concinunt, ad probationẽ, vt aliquando ex futuris præterita, aliquando verò ex præteritis probentur futura. Dixerat enim Moyſes: In principio creauit deus cœlum & terram. Sed quis crederet quia verum de præterito diceret, ſi de futuro etiã aliquid non dixiſſet? In ipſius etenim libri fine, in cuius exordio illa de præterito dixerat, aliquid prophetiæ per Iacob vocem de venturis permiſcuit, dicens: Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fœmoribus eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. Qui etiam per ſemetipſum eundem qui mittendus erat, ei quẽ ducebat populo prophetauit, dicens: Prophetam ſuſcitabit vobis dominus deus veſter de fratribus veſtris, tanquam me, ipſum audietis. Erit autem, quicunque non audierit prophetam illum, exterminabitur de populo ſuo. Cur ergo præteritis ventura permiſcuit, niſi vt dum implentur ea quæ de futuro prædiceret, oſtenderet etiam quia de præterito vera dixiſſet? Quia itaque docuimus qualiter ex futuro prophetiæ probentur præterita, reſtat nunc vt adhuc de ſacris eloquiis oſtendamus quomodo in ipſo prophetiæ ſpiritu ex præteritis probentur futura. Certè rex Babylonicus cùm ſomnium vidiſſet, miſit ad magos & hariolos, omneſque ſapientes Babyloniæ conuocauit, nec ab eis ſolummodo interpretationem ſomnij, ſed etiam ſomnium quæſiuit, vt nimirum ex præterito colligeret, ſi quid in eorum reſponſionibus de venturo certum teneret. Qui cum dicere nulla potuiſſent, Daniel deductus ad medium eſt, qui de interpretatione ſomnij & de narratione requiſitus, non ſolum hoc reſpondit quod interrogatus eſt, ſed ipſam ſomnij originem replicauit, dicens: Tu rex cœpiſti cogitare in ſtratu tuo quid eſſet futurum poſt hæc. Et paulopoſt: Tu rex videbas, & ecce quaſi ſtatua vna grandis, &c. Cuius videlicet ſomnij mox vt ordinem dixit, quicquid ex eodem venturum ſequebatur, aperuit. Penſemus ergo ordinem prophetiæ. A cogitationibus venit ad ſomnium, à ſomnio peruenit ad futura. Qui ergo ipſam, vt ita dicam, radicem ſomnij protulit, profectò ex præteritis probauit quòd vera eſſent quæ de futuris diceret: Prophetia autem præſentis temporis, nec præteriti atteſtatione indiget, nec futuri, quia cum res occulta per prophetiæ verba detegitur, veritati illius res ipſa quæ oſtenditur atteſtatur. Igitur quia de temporibus prophetiæ tractauimus, reſtat vt de modis eius ac qualitatibus aliqua diſſeramus. Spiritus quippe prophetiæ nec ſemper, nec eodem modo prophetæ animum tangit. Aliquando enim ſpiritus prophetiæ ex præſenti tangit animum prophetantis, & ex futuro nequaquam tangit: aliquando ex futuro tangit, & ex præſenti non tangit. Aliquando verò ex præſenti & ex futuro tangit: aliquando autem ex præterito & ex præſenti atque ex futuro pariter tangitur animus prophetantis. Aliquando tangit ex præterito prophetię ſpiritus, nec tangit ex futuro: aliquando autem tangit ex futuro, nec tangit ex præterito. Aliquãdo verò in prę-
ſenti ex parte tangit, & ex parte non tangit: aliquando in futuro ex parte tangit, & ex parte non tangit. Sed hæc ipſa ſi poſſumus eo ordine quo præmiſſa ſunt ſacræ ſcripturæ teſtimoniis oſtendamus. Ex præſenti enim prophetiæ ſpiritus prophetantis animum tangit, atque ex futuro non tangit, ſicut Ioannes baptiſta venientem dominum videns ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sed cùm iam moriturus eſſet, miſsis diſcipulis requirebat dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? In quibus verbis oſtenditur quia in terris quidem veniſſe redemptorem nouerat, ſed an per ſemetipſum ad aperienda inferni clauſtra deſcenderet, dubitabat. Ex præſenti enim prophetiæ ſpiritu tactus fuerat, qui humanitatẽ mediatoris videns, & diuinitatem eius intelligens, confitebatur agnum qui peccata mundi tolleret. Sed tactus ex futuro non fuerat, quia aduentum illius in inferno neſciebat. Aliquando verò prophetiæ ſpiritus animum prophetantis ex futuro tangit, atque ex præſenti non tangit, ſicut apertè libri Geneſeos hiſtoria teſtatur, cùm Iſaac Eſau filium ſuum ad venandum miſit, cui minorem filium Rebecca ad benedicendum ſuppoſuit, qui hœdinis pellibus indutus paterno palpatui corpus fraternum finxit. Cui ille minori filio tanquam maiori benedictionem dedit, quæque ei eſſent longè futura, nunciauit: ſed quis eſſet qui coram ſe aſſiſteret, ſcire non potuit. Prophetiæ ergo ſpiritus ex futuro animum prophetantis tetigit, atque ex præſenti non tetigit, quando caligantibus oculis pater & ventura prædicebat, & præſentem filium neſciebat. Aliquando prophetantis animum ex præſenti pariter & ex futuro tangit, quod ex eodem libro Geneſeos liquidò docemur. In illo quippe ſcriptum eſt, quia cùm ad vitæ iam terminum propinquaret Iacob, & duos filios ſuos Ioſeph feciſſet aſsiſtere ante eum, vt ex benedictione illius poſſent longè pòſt futura promereri, cui maiorem ad dexteram, minorem

Prophetia vnde dicitur.

Eſa.7. *Gene.1.* *1.Cor.14.* *Gene.1.* *Geneſ.49.* *4.Reg.5.* *Deut.18.* *Daniel.* *Ioan.1.* *Matt.11.* *Geneſ.27.* *Gene.48.*

A minorem verò pertulit ad sinistram. Cumque ille oculis senectu
te caligantibus, nepotes suos, quis prior, quisve esset minor,
humano visu discernere nequaquam posset, ductis in obliquum
brachiis, dexteram manum minori, sinistram maiori imposuit.
Quod dum corrigere filius vellet, ait: Non ita conuenit pater,
quia hic est primogenitus. Audiuit: Scio fili mi: scio. Et iste
quidem erit in populos & multiplicabitur, sed frater eius iu-
nior maior illo erit. Prophetiæ ergo spiritus ex præsenti pari-
ter & ex futuro prophetantis animum tetigit, dum Iacob & ven-
tura nunciabat, & eos quos corporeis oculis videre non pote-
rat, ante se positos, per spiritum discernebat. Sic Ahiæ pro-
phetæ animam prophetiæ spiritus & ex præsenti, atque ex fu-
turo tetigerat, cùm caligantibus oculis eam quæ se esse aliam
simulabat, & vxorem Hieroboam esse cognouit, & quicquid
ei futurum esset, aperuit, dicens: Ingredere vxor Hieroboa-
3.Reg.14. am, quare aliam te esse simulas? Ego autem missus sum ad te,
durus nuncius. Vade & dic Hierobam, hæc dicit dominus deus
Israël: Quia operatus es malè super omnes qui fuerunt ante te,
& fecisti tibi deos alienos & conflatiles, vt me ad iracundiam
prouocares: me autem proiecisti post corpus tuum, idcirco ego
inducam mala super domum Hieroboam. Ex præsenti ergo at-
que ex futuro pariter prophetantis animus tactus fuerat, qui &
ingredientem deprehendere potuit, & ei ventura nunciare.
Aliquando autem ex præterito, & ex præsenti, atque ex futu-
B ro pariter animus tangitur prophetantis, sicut Elizabeth veni-
re ad se Mariam conspiciens, quia incarnatum verbum gestaret
in vtero, agnouit: eamque iam domini sui matrem vocauit, di-
Luc. cens: Vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? De
Luc. cuius cōceptione per angelum quoque ad Ioseph dicitur: Quod
Luc. enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Quæ videlicet Eli-
zabeth dicit: Beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea
quæ dicta sunt tibi à domino, Dicens enim, Beata quæ credi-
disti: apertè indicat quia verba angeli quæ dicta ad Mariam fue-
rant, per spiritum agnouit: atque subiungens: Perficientur ea
quæ sunt dicta tibi à domino: quæ eam in futuro sequerentur,
præuidit. Simul ergo de præterito & præsenti atque ex futuro
per prophetiæ spiritum tacta est, quæ & eam promissionibus
angeli credidisse cognouit, & matrem nominans, quia redem-
ptorem humani generis in vtero portaret, intellexit. Et cùm om
nia perficienda prædiceret, quid etiam de futuro sequeretur,
aspexit. Aliquando verò prophetiæ spiritus ex præterito tan-
git animum, nec tangit ex futuro, sicut in Paulo Apostolo aper-
Gal. tè ostenditur, qui discipulis dicit: Notum vobis facio fratres
Euangelium quod euangelizatum est à me, quia non est secun-
dum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque
Ipse. didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Vnde aliis quoque di-
scipulis dicit: Secundum reuelationem notum factum est mihi
sacramentum. Qui tamen hoc ipsum Euangelium quod per re-
C uelationem cognouerat, cùm Hierosolymā prædicaturus ascen
deret, ait: Ecce ego alligatus spiritu vado in Hierusalem, quæ
Act.20. in ea ventura sunt mihi ignorans. Hoc quippe Euangelij sacra-
mentum est, quia vnigenitus patris incarnatus atque perfectus
homo factus est, qui crucifixus, mortuus & sepultus, die tertia
surrexit: die quoque quadragesima ascendit in cœlum, atque in
dextera patris sedet. Qui ergo per reuelationem Euangelium a-
gnouit, prophetiæ spiritu de præterito tactus est: sed quia quid
pro eodem Euangelio passurus esset, ignorabat, de futuro pro-
Idem. culdubio tactus non est. Nam sic dicit: Nisi quòd spiritus san-
ctus per omnes ciuitates protestatur mihi dicens: Quoniam vin
cula & tribulationes Hierosolymis me manēt. Apertè ostendi-
tur, quia ea quę ipsi futura essent, aliis de ipso reuelata erant, nō
Act.21. autem ipsi de se, sicut de illo per Agabum dicitur: Virum cuius
hæc zona est, ita alligari oportet in Hierusalem. Aliquando au-
tem prophetiæ spiritus tangit ex futuro, nec tangit ex præteri-
4.Reg.6. to, sicut in Heliſæi facto scriptum est, quia cùm vnus ex filiis
prophetarum materiam succideret, huic ferrum securis in aquā
cecidit: qui exclamauit: Heu heu domine mi, & hoc ipsum mu-
tuo acceperam. Dixit autem homo dei: Vbi cecidit? At ille
monstrauit ei locum. Præcidit ergo lignum, & misit illuc, na-
uitque ferrum. In quo videlicet prophetæ facto cognoscitur,
quia qui requirit vbi ceciderat, quid esset facturus nouerat: sed
tamen cùm requirit, constat quia vbi ferrum cecidisset, igno-
rabat. Prophetiæ ergo spiritus Heliſæi mentem ex futuro teti- D
gerat, sed ex præterito non tangebat: qui & ferrum ex profun-
dis dimersum quia reuocaturus esset ad superficiem: scire po-
tuit: sed vbi ceciderat, omnino nescivit. Aliquando verò pro-
phetiæ spiritus in præsenti ex parte tangit, & ex parte non tan-
git. Quod Petri Apostoli historia testatur: cùm missi ad eum à
Cornelio milites, ei sunt per spiritum nunciati. Scriptum quip-
pe est: Et dixit spiritus ei: Ecce viri tres quærunt te. Ad quos Act.10.
ille descendit, & requirens dixit: Quæ causa est propter quam
venistis? In cuius verbis ostenditur quia eandem causam per spi
ritum non audierat, quam a militibus requirebat. In præsenti
ergo mentem Petri spiritus ex parte tetigerat, & ex parte non
tetigerat, qui & adesse milites dixit, & pro qua causa venerant,
tacuit. Aliquando spiritus prophetiæ in futuro ex parte tangit,
& ex parte non tangit: sicut prophetarum filij de auferendo He
lia ad Heliſæum dicunt: Nunquid nosti quia hodie dominus tol 4.Reg.2.
lat dominum tuum à te? Quo tamen ablato, sese per diuersa di-
spergunt, eumque in rupibus & vallibus quærunt. In futuro er
go eorum mentem prophetiæ spiritus ex parte tetigerat, & ex
parte non tangebat, quando eum quem tollendum nouerant, nō
inueniendum quærebant. Ex parte itaque tacti sunt, atque ex
parte non tacti: qui & sciebant quòd tolli posset, & nesciebant
quòd inueniri non posset. Idem quoque Heliſæus per prophe-
tiæ spiritum de futuro ex parte tactus est, & ex parte nō tactus:
cùm regi Israël diceret: Percute iaculo terram. Et cùm percus- E
sisset tribus vicibus, & stetisset, iratus est contra eum vir dei, & 4.Reg.3.
ait: Si percussisses quinquies aut sexies siue septies, percussisses
Syriam vsque ad cōsumptionem, nunc autē tribus vicibus per-
cuties eam. Qui itaque nouerat quia totiens percuteret Syriam,
quotiens percussisset terram: sed cùm ei diceret. Percute ter-
ram: quotiens eam percussurus esset, ignorabat: quippe & indi-
gnatus est terram tertiò fuisse percussam, profectò cōstat quia
de futuro ex parte tactus fuerat, & ex parte non tactus, qui Sy-
riam percuti prædixit, sed terram amplius percuti voluit. Sic
Samuel cum ad vngendum Dauid à domino mitteretur, respon
dit: Quomodo vadam? Audiet enim Saul, & interficiet me. Qui 1.Reg.15.
& Dauid vnxit, nec tamen à Saule occisus est. Ex parte ergo
de futuro tactus prophetæ animus fuerat, & ex parte non tactus,
qui & vngendum Dauid in regno nouerat, & quia à Saule non
esset occidendus ignorabat. Sciendum quoque est quòd pro-
phetæ quidem è proximo tanguntur, atque è longinquo minimè
tanguntur. Alij verò è longinquo, & non tanguntur è proximo.
Alij autem & è longinquo & è proximo prophetiæ spiritu tan-
guntur. Nam quidam tanguntur è proximo, & non è longinquo,
sicut Samuel perisse asinas nouerat, easque inuentas esse nuncia- 1.Reg.10.
bat. Saul regem futurum prædicit: Dauid quoque quia in eius 1.Reg.9.
regno succederet, nunciat: sed quia pater regis æterni futurus 1.Reg.15.
sit, non prædicit. Quidam verò tanguntur è longinquo, & non
tanguntur è proximo, sicut idem Dauid incarnandum dei vni- F
genitum nouerat, de Iudæa dicens: Homo factus est in ea, & ip- Psal.86.
se fundauit eam altissimus. Atque hunc ad cœlos ascensurum, &
ad patris dexteram sessurum intelligit dicēs: Dixit dominus do Psal.109.
mino meo, sede à dextris meis. Et tamen multa quæ è vicino a-
cta sunt, minimè præuidit. Vt enim pauca de multis loquar, ser
uum Miphiboseth Sibam contra suum dominum mentientem 2.Reg.16.
non intellexit, & Amasæ promitte̅s dicit: Hæc faciat mihi deus,
& hæc addat, si non magister militiæ fueris coram me omni tē-
pore pro Ioab: videlicet quid sequeretur, ignorans: quia Ama-
sa idem non solum principatum militiæ pro Ioab non susci- 2.Reg.20.
peret, sed etiam per Ioab post paululum vitam finiret. Et cùm tem 2.Reg.7.
plum deo construere voluit, quid è vicino sequeretur, nescien,
prophetam alterum requisiuit. Quidam verò è longinquo tan-
guntur, & è proximo: sicut Esaias longè post futura prænuncia- Esa.7.
uit, dicens: Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur
nomen eius Emmanuel. De quo rursus ait: Paruulus natus est Esa.9.
nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus eius su-
per humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis consi-
liarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Multipli-
cabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Qui etiam de Eze Esa.38.
chia rege prophetiæ spiritu tactus è vicino, quia de infirmitate
sua surgeret, prædixit: & quotannis post infirmitatem viueret,
nunciauit. Aliquando enim prophetiæ spiritus prophetis deest,
nec sem

G nec ſemper eorum mentibus præſtò eſt, quatenus cùm hunt non habent, & hunc agnoſcãt ex dono habere cùm habent. Vnde Heliſæus cùm flentem Sunamitem mulierem à ſuis pedibus
4.Reg.4. per Gyezi puerum anelli prohiberet, dixit: Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine eſt, & dominus celauit à me, &
4.Reg.3. non indicauit mihi. Sic quoque cùm eum Ioſaphat de futuris requireret, & prophetiæ ei ſpiritus deeſſet, Pſaltem fecit applicari, vt prophetiæ ad hunc ſpiritus per laudem pſalmodiæ deſcenderet, atque eius animum de venturis repleret. Vox etenim pſalmodiæ cum per intentionem cordis agitur: per hanc omnipotenti domino ad cor iter paratur, vt intentæ menti, vel prophetiæ myſteria, vel compunctionis gratiam infundat. Vn-
Pſal.49. de ſcriptum eſt: Sacrificium laudis honorificauit me, & illic iter eſt quo oſtendam illi ſalutare dei. Quod enim Latinè ſalutare, hoc Hebraicè Ieſus dicitur: In ſacrificio igitur laudis fit Ieſu iter oſtenſionis, quia dum per pſalmodiam compunctio effunditur, via nobis in corde fit, per quam ad Ieſum in fine per-
Ioan.14. uenitur: ſicut ipſe de ſua oſtenſione loquitur dicens: Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manife-
Pſal.47. ſtabo ei meipſum. Hinc quoque ſcriptum eſt: Cantate domino, pſalmum dicite nomini eius, iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum, dominus nomen eſt ei. Ipſe etenim ſuper occaſum aſcendit, qui mortem reſurgendo calcauit. Cui dum cantamus, iter facimus, vt ad noſtrum cor veniat, & ſui nos amoris gra-
H tia accendat. Quia autem prophetis prophetiæ ſpiritus non ſem-
1.Reg.13. per adeſt, etiam vir dei indicat, qui contra Samariam miſſus, mala quæ ei ventura erant, nunciauit: qui tamen prohibitus à domino in via comedere, prophetæ falſa perſuaſione deceptus eſt, quem fallax ſermo non deciperet, ſi prophetiæ ſpiritum præſentem habuiſſet. Sciendum quoque quòd aliquando prophetæ ſancti dum conſuluntur, ex magno vſu prophetandi quędam ex ſuo ſpiritu proferunt, & ſe hæc ex prophetiæ ſpiritu dicere ſuſpicantur: ſed quia ſancti ſunt, per ſanctum ſpiritum citius correcti, ab eo quæ vera ſunt audiunt, & ſemetipſos, quia falſa dixerint, reprehendunt. Nathan etenim prophetam ſanctum virum fuiſſe quis neſciat? Qui Dauid regem & de culpa apertè reprehendit, & quæ ei pro culpa eadem eſſent ventura, nunciauit: quem tamẽ dum idem Dauid quia templum deo vel-
2.Reg.7. let conſtruere, requiſiſſet: illico reſpondit: Omne quod eſt in corde tuo, vade & fac, quia dominus tecum eſt. De quo illic ſtatim ſubditur: Factum eſt autem in nocte illa, & ecce ſermo domini ad Nathan dicens: Vade & loquere ad ſeruum meum Dauid. Hæc dicit dominus deus: Nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? Neque enim habitaui in domo ex die qua eduxi filios Iſrael de terra Aegypti vſque in diem hanc. Et paulopoſt: Cùm completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius, ipſe ædificabit domum no-
I mini meo. Ecce Nathan propheta qui prius regi dixerat: Vade & fac: poſtmodum prophetiæ ſpiritu edoctus, hoc fieri non poſſe denuncians, & regis conſiliis & ſuis ſermonibus contradixit: quia quod ex ſuo ſpiritu dixerat, falſum fuiſſe deprehendit. Qua in re inter prophetas veros ac falſos iſta diſtantia eſt, quia prophetæ veri ſi quid aliquando per ſuum ſpiritum dicunt, hoc ab auditorum mentibus per ſpiritum ſanctum eruditi citius corrigunt. Prophetæ autem falſi, & falſa denunciant, & alieni à ſancto ſpiritu, in ſua falſitate perdurant. Conſideratis igitur prophetiæ temporibus & modis, intueri libet qualiter omnipotens deus ad profectum hominum iræ ſuæ moderamina diſpenſat. Iſraëliticus quippe populus conditori ſuo
Exec.3. deliquerat, & idcirco regi Babylonio in captiuitate ſeruiebat: cum quo tamen Ezechiel propheta in captiuitatem mittitur, quem diuina gratia ita ſibi placabilem fecerat, vt per eum ventura quæque prædiceret, & afflicti populi mentem conſolari dignaretur. Conſideremus ergo, ſi poſſumus, quanta eſt diſpẽſatio ſupernæ pietatis, quia ſic iratus eſt populo ſuo dominus, vt tamen omni modo non iraſceretur. Nam ſi iratus nõ eſſet, in captiuitatem populũ minimè tradidiſſet: & ſi omni modo iratus eſſet, electos ſuos in captiuitatem cum illo non mitteret. Sed agit hæc diuina miſericordia, vt ex vna eadémque re ex qua carnalibus dat flagellum, ex ea ſpiritalibus virtutis præſtet incrementum. Cumque illos per tribulationem purgat, iſtos ex ſocietate tribulantium ad maiora promerenda excitat. Et ſic in- K
iuſtis iraſcitur, vt tamen eorum corda per iuſtorum cõſortium conſoletur, ne ſi omnimodo deſerat, nullus poſt culpas ad veniam redeat. Tenendo igitur repellit, & repellendo tenet, quando cum his quos diiudicat, ſimul in tribulationem mittit quos amat. Quis iſta tantæ pietatis viſcera penſare ſufficiat? quòd & culpas populi dominus ſine vindicta non deſerit, & tamen delinquentem populum à ſe funditus non repellit. Sic cùm Moy- Num.
ſes ad repromiſsionis terram exploratores duodecim miſiſſet, c.14.
ex quibus cùm decem poſtmodum deſperationem populo facerent, idem populus in ira murmurationis accenſus, ſeductum ſe à domino eſſe conqueſtus eſt, vt eius cadauera iacerent in deſerto. Cui omnipotens deus iratus, dixit quòd nullus eorum in terram repromiſsionis intraret. Quo terrore compuncti, prauè ſe egiſſe cognouerunt, ſeſe in lachrymis afflixerunt, & accincti armis, protinus cœperunt contra hoſtes aſcendere, vt repromiſsionis terram poſt lachrymas intrare potuiſſent. Quibus per Moyſen dominus dicit: Dic eis, nolite aſcendere: neque Num.
pugnetis, non enim ſum vobiſcum, ne cadatis coram inimicis veſtris. Qua in re penſandum eſt, ſi cum ipſis non erat, cur eos ne caderent, aſcẽdere prohibebat? Si autem cum ipſis erat, quid eſt quod ait: Non enim ſum vobiſcum? Sed mira diſpenſatione diſciplinæ ac miſericordiæ, & cum ipſis erat, & cum ipſis non erat. Cum ipſis non erat vt vincerent, ſed tamen cum ipſis erat, ne ab hoſtibus perirent. O ineffabilia pietatis viſcera. Culpas L
inſequitur, & tamen peccantes protegit. Iratum ſe indicat, & tamen ab hoſtibus defendit. Sic plærunque paruulo filio delinquenti iraſcitur mater, reprehendit, increpat, verberat: ſed ſi hunc in præceps ire cõſpexerit, vbi in mortis periculum ruat, manum tendit & retinet, & quæ ſic irata verberauerat, ac ſi non diligeret, ſic diligenter retinet, ac ſi irata non verberaſſet. Hæc in ſola præfatione colloquentes, nauigij noſtri quaſi intra portum exercitium fecimus, vt ad indaganda prophetiæ myſteria velut in immenſitate pelagi pòſt vela pandamus. Quod tamen non in noſtra virtute præſumimus, ſed in eo qui linguas infantium fecit diſertas. Quia ſpiritus domini repleuit orbẽ terrarum, & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. Omnipotens enim deus, ſermo patris omnipotentis eſt. Et qui de illo loqui concupiſcimus, muti in illo nullo modo erimus. Dabit enim verba vtilia omnipotens verbum, quod pro nobis incarnatũ viuit & regnat cum patre in vnitate ſpiritus ſancti deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Homilia. II.

ET factum eſt in triceſimo anno, in quarto, in quinta mẽſis, cum eſſem in medio captiuorum, iuxta fluuiũ Chobar, aperti ſunt cœli, & vidi viſiones dei. In quinta menſis, ipſe eſt annus quintus trãſmigrationis re- M
gis Ioachim, factum eſt verbũ domini ad Ezechielem, filium Buzi ſacerdotem in terra Chaldæorum, ſecus flumen Chobar. Et facta eſt ſuper eum ibi manus domini. Et vidi, & ecce vẽtus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, & ſplẽdor in circuitu eius, & de medio eius, quaſi ſpecies electri, id eſt, de medio ignis. Et in medio eiꝰ ſimilitudo quatuor animalium, & hic aſpectus eorũ, ſimilitudo hominis in eis.

V Sus propheticę locutionis eſt, vt prius perſonam, tempus locumque deſcribat, & poſtmodum dicere myſteria prophetię incipiat, quatenus ad veritatem ſolidius oſtendendam antè hiſtoriæ radicem figat, & pòſt fructus ſpiritus per ſigna & allegorias proferat. Ezechiel itaque ætatis ſuæ Ezech.
tempus indicat, dicens: Et factũ eſt in triceſimo anno, in quarto menſe, in quinta menſis.) Locum quoq; denunciãs adiungit: Cùm eſſem in medio captiuorum iuxta flumen Chobar, aperti ſunt cœli, & vidi viſiones dei.) Tempus etiam inſinuat, ſubdens: In quinta mẽſis: ipſe eſt annus quintus tranſmigrationis regis Ioachim.) Qui vt bene perſonã indicet, etiã genꝰ narrat cũ ſubditur: Et factum eſt verbũ domini ad Ezechielem, filiũ Buzi, ſacerdotem.)

A Ezechielem.) Sed prima quæstio nobis oritur, cur is qui nihil adhuc dixerat, ita exorsus est dicens: Et factum est in tricesimo anno:) Et nunquè sermo coniunctionis est, & scimus quia non coniungitur sermo subsequens, nisi sermoni præcedenti. Qui igitur nihil dixerat, cur dicit: Et factum est:) Cum non sit sermo cui hoc quod incipit subiungatè Qua in re intuendum est, quia sicut nos corporalia, sic prophetæ sensu spiritalia aspiciunt, eisque & illa sunt præsentia, quæ nostræ ignorantiæ absentia videntur. Vnde fit vt in mente prophetarum ita coniuncta sint exterioribus interiora, quatenus simul vtraque videant, simulque in eis fiat & intus verbum quod audiunt, & foras quod dicunt. Patet igitur causa cur qui nihil dixerat, inchoauit dicens: Et factum est in tricesimo anno.) Quia hoc verbum quod foris protulit, illi verbo quod intus audierat, coniunxit. Continuauit ergo verba quæ protulit, visioni intimæ: & idcirco incipit dicens: Et factum est.) Subiunxit enim hoc quod exterius loqui inchoat, ac si & illud foris sit, quod intus vidit. Hoc autem quod dicitur, quia tricesimo anno spiritum prophetiæ acceperit, indicat aliquid nobis considerādum, videlicet quia iuxta rationis vsum doctrinæ sermo non suppetit, nisi in ætate perfecta. Vnde & ipse dominus anno duodecimo ætatis suæ in medio doctorum in templo sedens, non docēs, sed interrogans voluit inueniri. Vt enim non auderent homines in infirma ætate prædicare, ille anno duodecimo ætatis suæ
B interrogare homines est dignatus in terra, qui per diuinitatem suam semper angelos docet in cœlo. Quia enim ipse est dei sapientia, de ipso angeli videndo viuunt, hoc quod beatitudine æterna satiantur. Quod Moyses quoque sub allegoriæ mysterio admonet dicens: Non arabis in primogenito bouis. Primogenitum enim bouis accipimus in infirma ætate primi nostri temporis bonam operationem. In qua tamen arandum non est, quia cùm prima sunt adolescentiæ vel iuuentutis nostræ tempora, nobis adhuc à prædicatione cessandum est, vt vomer linguæ nostræ proscindere non audeat terram cordis alieni. Quoadusque etenim infirmi sumus, continere nos intra nosmetipsos debemus, ne dum tenera bona citius ostendimus, amittamus: quia & arbusta plantata si prius in terra radicata non fuerint, manu tacta citius arescunt: at si semel radicem fixerint, manus tangit, & tamen nihil officit: venti impellunt, nec tamen impellentes lædunt. Et constructi parietes si impellātur, eruuntur, nisi à suo prius fuerint humore siccati. Mens itaque quousque ab humore prauitatis suæ perfectè non fuerit exiccata, alienæ linguæ manu tangi non debet, ne priusquam plenè percipiat, perdat soliditatem suam, ne impulsa ruat, ne velut arbustum sine radicibus dum plusquam tolerare valet concutitur, arescat. Ad exemplum ergo non sunt ostendenda, nisi quæ firma sunt. Prius etenim conualescere debet mens, atque ad vtilitatem proximorum postmodum demonstrari, cùm iam nec
C per laudem eleuata corruat, nec per vituperationē percussa contabescat. Nam etsi Timotheo dicitur: Præcipe hæc & doce, nemo adolescentiam tuam contemnat: sciendum est quòd in sacro eloquio nonnunquam adolescentia iuuentus vocatur. Vnde scriptum est: Lætare iuuenis in adolescentia tua. Profectò igitur vt ostendatur cuius auctoritatis sit in prædicatione, ætatis solidæ esse describitur, quatenus ei cum vita & spiritu omnia quæ ad prædicandum congruunt, concordare videantur. Nec contra hæc quempiam mouere debet quòd Hieremias atque Daniel prophetiæ spiritum pueri perceperunt, quoniam miracula in exemplo operationis non sunt trahenda. Omnipotens enim deus & linguas infantium fecit disertas: & ex ore infantium atque lactentium perficit laudem. Sed aliud est quod nos de doctrinæ vsu atque disciplinæ dicimus, aliud quod de miraculo scimus. Iam verò si quæritur vt in ipsa quoque ætatis illius expressione mysticum aliquid designetur, absurdum non est quòd propheta dominum quem verbis denunciat, ipso quoque ætatis suæ tempore ostendat. Anno tricesimo Ezechielis prophetæ cœli aperti sunt, & vidit visiones domini iuxta fluuiū Chobar, quia & quasi tricesimo ætatis suæ anno dominus ad fluuium Iordanis venit. Ibi itaque cœli aperti sunt, quia spiritus in columba descendit, vox quoque de cœlo sonuit, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Sed & ipsa Hebræa verba multum nobis ad mysterium interpretandum valent. Nam Chobar interpretatur grauitudo vel grauitas Ezechiel fortitudo dei: Buzi despectus vel contemptus, Chaldæi captiuantes, vel quasi dæmones. Venit ergo Ezechiel iuxta fluuium Chobar, quia enim Chobar grauitudo vel grauitas dicitur, qui per Chobar fluuium, nisi humanum genus congruè designatur? quòd ab ortu defluit ad mortem, & graue sibi est ex peccatis quæ & perpetrat & portat, quia sicut scriptum est: Iniquitas in talentum plumbi sedet. Omne enim peccatum graue est, quia non permittit animam ad sublimia leuari. Vnde & per Psalmistam dicitur: Filij hominum, vsquequo graui corde? Scriptum quippe de domino est, quia ipse est dei virtus, & dei sapiētia. Venit ergo Ezechiel iuxta fluuium Chobar, quia fortitudo dei per incarnationis suæ mysterium propinquare dignata est peccatorum suorum pondera portanti generi humano, quod ab ortu suo quotidie defluit ad mortem, sicut de illo per Psalmistam dicitur: Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Iuxta decursus quippe aquarum plantatus est, quia iuxta lapsus incarnatus est defluentium populorū. Ezechielem autem fortitudinem dei, Buzi verò despectum interpretari diximus. Sed Ezechiel filius est Buzi, quia ex illo populo vnigenitus dei incarnari dignatus est, quem propter culpā perfidiæ dominus despexit. Fortitudo ergo dei ex contēptu vel despectu nascitur, quia redemptor noster humanitatē assumere ex populo perfido & contēpto dignatus est. Venit ergo in terram Chaldæorum. Chaldæi interpretantur, vt diximus, captiD E uantes, vel quasi dæmones. Iniqui enim quia & ipsi iniquitates perpetrant, & ad iniquitatem alios persuadendo trahunt; nimirum captiuantes sunt. Qui rectè quoque & quasi dæmones interpretantur, quia & hi qui alios ad iniquitatē suadendo pertrahunt, in semetipsos ministerium dæmonum ad iniquitatem suscipiunt, quanuis dæmones per naturam non sint. Venit ergo fortitudo dei in terra Chaldæorum, quia inter eos vnigenitus patris apparuit, qui & per semetipsos ad peccatum defluxerant, & ad peccata alios captiuantes trahebant. Sed expositionis sermo ad prophetæ nunc personam redeat. Et facta est super eum ibi manus domini.) Manus vel brachium domini, filius dicitur, quia per ipsum omnia facta sunt. De quo etiam Psalmista ait: Fiat manus tua, vt saluum me faciat. Manus quippe dei, quæ per diuinitatem non est facta, sed genita, per humanitatem facta est, vt humani generis vulnera sanaret. Ibi ergo propheta incarnationem vnigeniti agnouit, vbi super se manum domini factam vidit. Quòd verò hic subditur: Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone.) Intuendum nobis est quis sit in prophetæ verbis ordo locutionis. Qui enim superius de seipso dixerat: Aperti sunt cœli & vidi visiones dei: postea tanquam si de alio narret, adiungit: Et facta est super eum ibi manus domini.) Ac deinde quasi ad se reuertitur, & dicit: Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone.) Quid est hoc quòd modo Ezechiel loquitur, modo de Ezechiele? Si per F totum diceret de se, quæstio non esset. Si per totum diceret quasi de alio, nihilominus quæstio non fuisset. Quid est ergo hoc quod sic variatur sermo propheticus, vt modo propheta de se loquatur, modo autem de ipso quasi alius loqui videatur? Sed sciendum est quia hi qui prophetiæ spiritu replentur, per hoc quod apertè nonnunquam loquuntur de se, & nonnunquam sic de se verba tanquam de aliis proferunt, indicant quia non propheta, sed spiritus sanctus loquitur per prophetā. Pro eo enim quòd per ipsos sermo fit: ipsi loquuntur de se, & pro eo quòd aspirante spiritu sancto loquuntur, idem spiritus sanctus per ipsos loquitur de ipsis, veritate attestante, quæ dicit: Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Hinc etiam Moyses ait: Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Qui enim non dicit eram, sed erat, profectò apertè indicat, quia is qui per illum de illo loquebatur, alius erat. Hinc Ioannes ait: Vidit illum discipulum quem diligebat Iesus. Vnde & Paulus vt non se esse qui loquebatur ostenderet, dixit: An experimentum quæritis eiūs qui in me loquitur Christus? Quia igitur in locutione prophetica alter est qui præsidet, alter qui obsequitur: cùm de seipso propheta loquitur, persona obsequentis est: cùm verò per prophetam spiritus loquitur, sublimitas præsidentis ostenditur. Rectè ergo & tanquam de alio dicitur: Facta est super eum

Cap.1. Ibidem. Matt.10. Num.12. Ioan.19. 2.Cor.13.

G eum ibi manus domini.) Et de se protinus adiungit: Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone.) Nunc itaque discutiendum nobis est, quid sit quod dicit: Et ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna.) Pro eo quòd ventus Aquilo constringit in frigore, non incongruè Aquilonis nomine torpor maligni spiritus designatur. Quod Esaias
Esa.14. quoque propheta testatur, qui dixisse diabolum denunciat, dicens: Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Malignus enim spiritus montem testamenti tenuit, quia Iudaicum populum qui legem acceperat, sibi in perfidiam subiugauit. Quando enim corda doctorum tenet, monti testamenti diabolus præsidet. Qui etiam in lateribus Aquilonis sedet, quia mentes hominum frigidas possidet. Vnde & sponsi voce in cantico canticorum dicitur: Surge Aquilo, & veni: Auster perfla
Cant.4. hortum meum, & fluant aromata illius. Cùm enim iubente domino frigidus spiritus recedit, calidus spiritus mentem fidelium occupat: qui hortum dei, id est, sanctam Ecclesiam perflat, vt opiniones virtutum eius, ad multorum notitiam velut aromata defluant. Recedente etenim Aquilone, id est, maligno spiritu, sanctus spiritus mentem quasi Auster replet. Qui dum calefaciendo flauerit, statim de fidelium cordibus aromata virtutum fluunt. Propheta ergo ea quæ essent in finem ventura, conspiciens: venire ab Aquilone ventum turbinis vidit, quia in extremo seculi mentes hominum torporis sui frigore maligH gnus spiritus grauius occupat. Vnde scriptum est: Væ terræ
Apo.12. & mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quia modicum tempus habet. Antiquus quippe aduersarius insidiarum suarum molimina in humanis mentibus grauius exaggerauit. Contra cuius excrescentem superbiam incarnati manifestata est humilitas dei: atque vt humanum genus à suo languore sanaret, tũc magna apparuit potentia medici, cùm languor creuit ægroti. Bene autem maligni spiritus immissio ventus turbinis appellatur. Turbo quippe ædificium quod tangit, concutiendo subruit. Et omnis antiqui hostis tentatio, quæ agitur in mente, ventus est turbinis, quia hanc concutiendo per desideria, à statu suæ rectitudinis euellit. Sed nos ista reticentes quæ humano generi erunt ab hoste callido in finem ventura, ad solam Iudæam, ex qua propheta fuit, & cuius perditionem prophetando conspicit, verba vertamus. Quæ incarnato domino tanto grauius ab Aquilone ventum turbinis pertulit, quanto à sua rectitudine concussa cadens, per torporem mentis in perfidia frigida remansit. Ventus ergo turbinis ab Aquilone venit, cùm vitam Iudaici populi malignus spiritus in tentatione concussit. Vbi & rectè additur: Et nubes magna.) Quia quanto plus quisque exarsit in crudelitate, tanto amplius obcæcari meruit in ignorantiæ suæ caligine. Redemptorem quippe humani generis quem in lege ac prophetis intelligentes expectauerant, videntes negabant. Vnde actum est, vt eoI rum mens magna ignorantiæ suæ nube tegeretur, ne hunc pòst inquirentes agnoscerent, quem prius & denunciare poterant, & amare renuebant. Nam cùm modo eius virtutes & miracula, modo autem passiones conspicerent, in infidelium cordibus nubes magna ab Aquilone venerat, quia ex peccati sui frigore propter infirmitatem passionis illius & inter signa caligabant. Quid verò ex illa nube magna & caligine fit secutum, subiungitur, cùm protinus dicit: Et ignis inuoluens.) Ignis enim
Luc.12. nomine cùm per significationem dicitur, aliquando spiritus sanctus, aliquando autem mentis malitia designatur. De bono enim igne scriptum est: Ignem veni mittere in terram: & quid volo, nisi vt accendatur? Ignis quippe in terram mittitur, cùm per ardorem sancti spiritus afflata terrena mens à carnalibus
Hebr.10. suis desideriis concrematur. De malo autem igne dicitur: Et nunc ignis aduersarios consumit: quia cor pessimum ex sua malitia tabescit. Sicut autem ignis amoris mentem erigit, ita ignis malitiæ inuoluit, quia & spiritus sanctus cor quod replet eleuat, & ardor malitiæ ad inferiora semper incuruat. Iudæa igitur nube suæ ignorantiæ cæcata, quia mox ad persecutionis nequitiam erupit, igne suo conuoluta est, quæ in obligatione se nequitiæ per eandem ipsam crudelitatem, qua arsit, implicauit. Ventus autem turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, quia ex torporis sui frigore ad ignorantiæ caliginem perducta, vsque ad malitiam persecutionis erupit.

Vnde ad alium quoque prophetam dicitur dicitur: Quid tu vi- K
des? Qui ilico respondit: Ollam succensam ego video, & fa- *Hiere.*
ciem eius à facie Aquilonis. Iudæorum quippe mens in persecutione sæuiens, atque in crudelitate malitiæ vndas cogitationum voluens, quid aliud quàm olla succensa fuit? Cuius faciei à facie Aquilonis esse dicitur, quia si se aduerso spiritui per totum porem mentis non subderet, contra bonos in tanta malitia non exarsisset. Nubem itaque sequitur ignis inuoluens, quia in eius cæcitatem mentis secuta est crudelitas persecutionis. Si enim *1.Cor.*
cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Sed iste ignis alibi arsit, atque alibi splenduit. Nam subditur: Et *Ezec.*
splendor in circuitu eius. Dum enim persecutio in Iudæa agitur, sancta Apostolorum prædicatio in vniuerso mundo dispersa est, sicut ipsi dicũt: Vobis missum fuerat verbum dei, sed quia *Act.*
indignos vos iudicastis, ecce imus ad gentes. De crudelitate ergo malitiæ quæ mentem Iudææ concremauit, omnipotens deus lucem gentibus sparsit, quia per hoc quòd illa redemptorem suum ac membra eius persecuta est, sanctis Apostolis per diuersa dispersis, nos qui in Iudęę circuitu positi in tenebris fuimus, dono cœlestis gratiæ splendorem veri luminis vidimus. Vnde scriptum est: Sedentibus in tenebris & vmbra mortis, lux orta *Esaiæ*
est eis. Iste itaque ignis malitiæ qui à Iudæorum cordibus arsit in persecutione, priusquam sanctos Apostolos sæuiendo affligeret, in ipso se exercuit auctore ac redemptore generis humani. Vnde & subditur: Et de medio eius quasi species electri, L
Ezech. id est, de medio ignis.) Quid electri specie nisi Christus Iesus mediator dei & hominum designatur? Electrum quippe ex auro & argento est. In electro dum aurum argentumque miscetur, argentum ad claritatem crescit, aurum verò à suo fulgore pallescit: Illud ad claritatem proficit, hoc à claritate tẽperatur. Quia igitur in vnigenito dei filio, naturæ diuinitatis vnita est natura nostra, in qua adunatione humanitas in maiestatis gloriam excreuit, diuinitas verò à sui fulgoris potentia humanis se oculis temperauit, per hoc quòd humana natura clarior facta est, quasi per aurum creuit argentum. Et quia diuinitas à fulgore suo nostris est aspectibus temperata, quasi aurum nobis palluit per argentum. Illa enim natura immutabilis, quæ in se manens innouat omnia, si ita vt est, nobis apparere voluisset, fulgore suo nos incenderet potius quàm renouaret: sed claritatem suæ magnitudinis tẽperauit nostris oculis deus, vt dum nobis eius claritas temperatur, etiam nostra infirmitas per eius similitudinem in eius luce claresceret, & per acceptam gratiam, vt ita dicam, suæ habitudinis calorem mutaret. Quasi electrum ergo in igne est deus factus homo in persecutione. Sequitur: Et in medio eius similitudo quatuor animalium.) Quod in medio eius dicitur siue electri siue ignis, nil obstat intelligi, quia qua- *Ibidem.*
tuor hæc animalia, sancti scilicet Euangelistæ, & ex eiusdem domini incarnatione ad fidei virtutem solidati sunt, & in igne persecutionis multis tribulationibus afflicti. Quòd si quis hæc quę M
de primo domini aduentu diximus, etiam de secundo velit accipere, celeri assensu sequendus est, quia sæpe prophetiæ spiritus minimum quid loquitur, multa simul intuetur. Ventus etiam turbinis ab Aquilone venit, quia nimirum causa peccatorum exigit, vt districti iudicij concussio omnia simul elementa perturbet. Terror enim perturbationis vltimæ inde venire dicitur, vnde generatur. Nam quia ad feriendas frigidas peccatorum mentes iudicium perturbationis vltimæ agitur, rectè ab Aquilone ventus turbinis venire perhibetur. Quæ videlicet concussio aptè ventus turbinis dicitur, quia in illo die cunctorum qui tunc in carne mortali inuenti fuerint, in pauore nimio corda commouentur. Cùm enim cœperit impleri quod scriptum est: Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur, *Matt.*
quæ mens erit hominis, æterni iudicis sententiam non formidantis? Ibi enim tunc cuncta simul peccata ante oculos redeunt: ibi omnia quæ cum delectatione acta sunt, ad memoriam cum pauore reuocantur: ibi caligo cogitationis miseræ ex pœna proximæ damnationis. Vnde & subditur: Et nubes magna.) Tunc quippe ex peccatorum memoria sensum mentis deprimit caligo cæcitatis, cum vnigenitum dei filium in forma diuinitatis conspicere reprobi non permittuntur. Videbunt enim *Zach.*
in quem transfixerunt: & Tollatur impius, ne videat gloriam

dei,

del, V & aperte subditur: Et ignis inuoluens.) Quia videlicet ignis ille iudicij, qui cœlum aëreum & terram concremat, peccatores iam in sua superbia non permittit erigi, sed inuoluit, quos proculdubio in pœna suæ damnationis confringit: Et splendor in circuitu eius.) Quia sicut fulgur exit ab Oriente, & paret vsque ad Occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Vbi nullus tunc à iudicio in sua mente latere permittitur, quia ipso iudicis fulgore penetratur. De quo mox iudicij die subditur: Et in medio eius quasi species electri: id est, de medio ignis.) Ipse enim angelis atque archangelis omnibúsque virtutibus præsidens redemptor noster, qui velut in electri similitudinem vnus ex vtraque & in vtraque natura, & deus permansit cum patre, & ad redemptionem nostram factus est mortalis cum hominibus, in suo tunc terrore videbitur, eíque ignis iudicij in reproborum vindicta famulabitur. Hinc enim scriptum est: Dies domini declarabit: quia in igne reuelabitur. Hinc Psalmista ait: Deus manifestè veniet: deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida. Hinc Petrus Apostolus dicit: Aduenient dies domini vt fur, in quo cœli magno impetu transibunt, elementa vero ignis ardore soluentur. Et quia tunc sancti omnes qui mundum perfectè reliquerunt, iudices veniunt, aptè mox subditur: Et in medio eius similitudo quatuor animalium.) Quid B enim per quatuor animalia, nisi quatuor Euangelistæ signantur? Nec immeritò per Euangelistas quatuor, perfectorum omnium numerus exprimitur, quia omnes qui in Ecclesia modo perfecti sunt, perfectionis suæ rectitudinem per eorum Euangelium didicerunt. De medio enim eius similitudo quatuor animalium, quia illi tunc eius corpori vniti, eius maiestati conjuncti, & simul facti cum eo iudices videbuntur qui modo perfecta opera iuxta Euangelica præcepta secuti sunt. Hinc est enim quod ipsis sanctis Apostolis dicitur: Vos qui secuti estis me, in regeneratione, cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Hinc Esaias ait: Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Hinc Salomon de Ecclesia loquitur dicens: Nobilis in portis vir eius, cùm sederit cum senatoribus terræ. His itaque sub breuitate transcursis, aduentus primi ordinem sicut cœpimus exequentes, ad Euangelistarum personas in expositione redeamus. Sequitur: Et hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis.) Quis hoc loco homo describitur, nisi ille de quo scriptum est: Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo? Hæc itaque animalia vt surgere ad sanctitatis virtutem valeant, ad huius hominis similitudinem tendunt. Sancta enim non essent, si huius hominis similitudinem non haberent: quia quicquid in C eis de visceribus pietatis, quicquid de mansuetudinis spiritu, quicquid de custodia humilitatis, quicquid de feruore charitatis est, hoc ab ipso fonte misericordiæ, ab ipsa radice mansuetudinis, ab ipsa virtute iustitiæ, id est, à mediatore dei & hominum deo domino traxerunt. Huius se hominis similitudinem habere egregius prædicator ostendit dicens: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ad eius nos similitudinem surgere admonet, cùm dicit: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem eius qui de cœlo descendit. Sanctus etenim quisque in tantum ad similitudinem huius hominis ducitur, inquantum vitam sui redemptoris imitatur. Nam ab eius mandatis atque operibus discordare, quid est aliud quàm à similitudine longè recedere? Plangunt autem vitam delinquentium prædicatores sancti, sed de ipso nostro capite scriptum est, quia fleuit super Hierusalem. Gaudent de bonis actibus subditorum, & rectè operantes diligunt: sed de redemptore nostro scriptum est, cui cùm adolescens quidam diceret: Hæc omnia custodiui à iuuentute mea: magis dilexit eum. Portant illatas contumelias prædicatores sancti, & nullam adinuicem contumeliam reddunt, sed cùm redemptori nostro diceretur: Dæmonium habes: non iniuriam reddidit, sed mansuetudinem respondit dicens: Ego dæmonium non habeo. Feruent zelo rectitudinis prædicatores sancti: sed redemptor omnium, flagello de resticulis facto, vendentes & ementes eiicit de templo, cathedras vendentium columbas euertit, & numulariorum effudit æs. In omne quod fortiter agunt, humilitatem tota intentione custodiunt: sed per redemptorem nostrum dicitur: Discitè à me quia mitis sum & humilis corde. Persecutores quoque suos diligunt prædicatores sancti: sed ipse auctor omnium ac redemptor in passione positus, pro persecutoribus intercedit, dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Membra sua ponunt in passione pro fratribus: sed pro electorum vita vsque ad mortem se tradidit auctor vitæ. Dicatur ergo de sanctis animalibus, quòd similitudo hominis in eis est: quia quòd sancta, quòd mira sunt, hoc in eis de specie similitudinis est, id est, de virtute imitationis. Caput quippe omnium nostrum redemptor noster est. Et per Salomonem dicitur: Oculi sapientis in capite eius, stultus autem in tenebris ambulat. Tunc enim in capite oculos habemus, cùm vitam redemptoris nostri tacita cogitatione conspicimus: cùm omnis nostra intentio in eius imitationẽ se erigit, ne si vias lucis aspicere óculus mentis neglexerit, statim clausus in tenebris erroris cadat. Ad huius similitudinem hominis surgere festinabat propheta, cùm diceret: In mãdatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas. Qui enim vias domini tacitè in mente considerat, & se exercere E in mandatis illius festinat, quid aliud in semetipso nisi imaginem noui hominis reformat? Quod quia in sanctorum cordibus incessanter agitur, rectè nunc de animalibus dicitur: Similitudo hominis in eis.) Post hanc verò similitudinem quæ nunc in moribus tenetur, quandoque ad similitudinem gloriæ peruenitur. Hinc etenim Ioannes dicit: Nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus autem quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus. Qui mox vnde hoc fieri valeat, adiungit dicens: Quoniam videbimus eum sicuti est. Esse enim dei, est æternum hunc atque incommutabilem permanere. Nam omne quod mutatur, desinit esse quod fuit, & incipit esse quod non fuit. Dei verò esse, est dissimiliter nunquam esse. Vnde ad Moysen dicitur: Ego sum qui sum. Et dices filiis Israël: Qui est, misit me ad vos. Iacobus quoque ait: Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Itaque per Ioannem dicitur: Similes ei erimus, quoniam videbimꝰ eum sicuti est. Quia per hoc quòd aspicimus eius essentiam naturæ, à mutabilitate nostra liberati, figimur in æternitatem. Immutamur quippe in ipso quem videbimus, quia morte carebimus videndo vitã. Mutabilitatem nostram transcendemus, videndo immutabilẽ. Corruptione nulla tenebimur, videndo incorruptionem. Erit autem tunc similitudo hominis etiam in corporibus nostris. Hinc etenim per Paulum dicitur: Nostra conuersatio in cœlis est: vnde etiam saluatorem expectamus dominũ Iesum Christum, qui re- F formabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Erunt ergo tunc electorum corpora claritati dominici corporis configurata: quæ etsi æqualitatem gloriæ eius non habent per naturam, similitudinem tamen configurationis eius habebunt per gratiam. Quia itaque similitudo vitæ eius nunc in moribus trahitur electorum, & in resurrectione sequitur similitudo æternitatis in mente, quoniam videbimus eum sicuti est. Et quia similitudinem quoque illius etiam corpora nostra percipient in configuratione, dicatur rectè de sanctis animalibus: Similitudo hominis in eis.) Hæc nos in expositionis exordio prælibasse sufficiat, vt loquendi virtus silentio refota, ad indaganda mysteria quæ sequuntur robustior exurgat. Certi etenim sumus quia ipsum de quo loquimur, habemus adiutorem. Qui viuit & regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Homilia tertia.

ET quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni. Et pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum quasi plãta pedis vituli: & scintillæ quasi aspectus æris candentis. Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus, & facies & pennhh nas per

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nas per quatuor partes habebant, iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum. Non reuertebãtur cùm incederent, sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur.

Iuncta quatuor animalia, quæ prophetiæ spiritu futura præuident, subtili narratione describuntur cùm dicitur: Quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni. Quid per faciem nisi notitia, & quid per pennas nisi volatus exprimitur? Per faciem quippe vnusquisque cognoscitur. Per pennam vero in altum auium corpora subleuantur. Facies itaque ad fidem pertinet, penna ad contemplationem. Per fidem namque ab omnipotenti deo cognoscimur, sicut ipse de suis ouibus dicit: Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & *Ioan.10.* cognoscunt me meæ. Qui rursus ait: Ego scio quos elegerim. *Ioan.13.* Per contemplationem vero qua super nosmetipsos tollimur, quasi in aëre leuamur. Quatuor ergo facies vni sunt, quia si requiras quid Matthæus de incarnatione domini sentiat: hoc nimirum sentit quod Marcus, Lucas, & Ioannes. Si quæras quid Ioannes sentiat: hoc proculdubio quod Lucas, Marcus, & Matthæus. Si quæras quid Marcus: hoc quod Matthæus, Ioannes & Lucas. Si quæras quid Lucas, hoc quod Ioannes, Matthæus, & Marcus sentit. Quatuor ergo facies vni sunt, quia notitia fidei qua cognoscuntur à deo, ipsa est in vno quæ est simul in H quatuor. Quicquid enim in vno inueneris, hoc in omnibus simul quatuor cognosces. Et quatuor pennæ vni, quia dei omnipotentis filium dominum nostrum Iesum Christum simul omnes concorditer prædicant, & ad diuinitatem eius mentis oculos leuantes, penna contemplationis volant. Euangelistarum ergo facies ad humanitatem domini pertinet, penna ad diuinitatem: quia in eo quem corporeum aspiciunt, quasi facies intendunt. Sed dum hunc esse incircunscriptum atque incorporeum ex diuinitate annunciant, per contemplationis pennam quasi in aëre leuantur. Quia itaque vna est fides incarnationis eius in omnibus, & par contemplatio diuinitatis eius in singulis, rectè nunc dicitur: Quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni.) Sed quæ virtus esset, si fidem atque contemplationem domini habentes prædicatores illius, sancta opera non haberẽt? Sequitur: Et pedes eorum pedes recti.) Quid per pedes, nisi gressus actuum designantur? Quatuor ergo animalium pedes recti esse describuntur, quia sanctorum Euangelistarum atque omnium perfectorum opera ad sequendam iniquitatem non sunt retorta. Hi autem pedes rectos non habent, qui ad mala mundi quæ reliquerunt reflectuntur. *2.Pet.2.* De quibus scriptum est: Canis reuersus ad suum vomitum: & sus lota in volutabro luti. *Gala.4.* Dolebat de quibusdam doctor egregius, quòd pedum rectitudinem retrò retorserant, quibus per increpationem dicebat: Quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa? quibus denuo seruire vultis? Dies obseruatis, & menses & tempora & annos, timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis. Qui alios admonet dicens: Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris. Vt vero in eisdem sanctis prædicatoribus vitæ grauitas, fortitudo atque discretio monstraretur, rectè subiungitur: Planta pedis eorum quasi planta pedis vituli.) Quia enim prædicatores sancti boum nomine designantur: docet Paulus Apostolus legis testimonium exponens: Non obturabis os *1.Cor.9.* boui trituranti. *Deut.25.* In sanctis ergo prædicatoribus planta pedis est vituli, scilicet maturè incedens, & fortis, & diuisa: quia vnusquisque prædicator & venerationem habet in maturitate, & fortitudinem in opere, & diuisionem vngulæ in discretione. Non enim facile prædicatio eius accipitur, si leuis in moribus esse videatur. Et nulla erit maturitatis ostensio, si contra aduersa omnia non adfuerit operis fortitudo. Virtutis autem meritum ipsa fortitudo operis amittit, si discretio in intellectu non fuerit: Ecce enim sacram scripturam legimus, si omnia ad literam sentimus virtutem discretionis amisimus, si omnia ad spiritalem allegoriam ducimus, similiter indiscretionis stultitia ligamur. Legunt enim sacra eloquia prædicatores sancti, & aliquando in historia literam suscipiunt, aliquando vero per significationem literæ spiritum requirunt. Et modo bona facta patrum præcedentium, sicut iuxta literam inueniunt, imitantur, modo quædam quæ iuxta historiam imitanda non sunt, spiritaliter intelligunt, & ad profectum tendunt. Quid ergo aliud prædicatores sancti in suo opere, nisi in pede vngulam findunt? De quibus adhuc aptè subditur: Et scintillæ quasi aspectus æris candentis.) Aeris metallum valde sonorum est. Et rectè vo ces prædicantium æri comparantur, quia in omnem terram exiuit sonus eorum & in fines orbis terræ verba eorum. Bene autem æs candens dicitur, quia vita prædicantium sonat & ardet. Ardet enim desiderio, sonat verbo. Aes ergo candens, est prædicatio accensa. Sed de candente ære scintillæ prodeunt, quia de eorum exhortationibus verba flammantia ad aures audientiũ procedunt. Rectè autem prædicatorum verba scintillæ appellatæ sunt, quia eos quos in corde tetigerint, incendunt. Considerandũ quoque est quòd scintillæ subtiles valde & tenues: quia cùm prædicatores sancti de cœlesti patria loquuntur, non tantum valent aperire verbo, quantum possunt ardere desiderio. Et ex eorum lingua quasi quædam ad nos scintillæ veniunt, quia de cœlesti patria in eorum voce vix tenue aliquid cognoscitur, quod tamẽ ab eis nõ tenuiter crematur. Neque enim cœlestem gloriam aut tantum videre sufficiunt, quantum est: aut tantum loqui prævalent, quantum vident. Candens ergo æs scintillas proiicit, quando vix tenuiter prædicator loqui sufficit hoc vnde ipse fortiter ignescit. Diuina autem pietate agitur, vt ex ipsis scintillis tenuissimis audientis animus inflammetur, quia sunt quidam qui dum parua audiunt, maiore desiderio replentur. Et inde perL fectè in dei amore ardent, vnde vix tenuissimas verborum scintillas acceperunt. Verbum quippe prædicationis, semen in corde audientis est. Et auditor bonus inde profert postmodum magnam messem scientiæ, vnde parum prius acceperat semen linguæ. Cui rei bene concinit factum in vidua ab Helisæo prophe- *4.Reg.* ta miraculum, quæ ne duos filios auferente creditore amitteret, prophetæ dictis obediuit, & ex eo quod parum olei habebat, per vasa vacua effudit, quæ cuncta pòst vsque ad summum repleta sunt, & ex eorum repletione mulier à creditoris sui debito est soluta. Quæ videlicet mulier, quam aliam nisi sanctam Ecclesiam signat, duorum populorum, id est, Iudaici & Gentilis quasi duorum filiorum matrem? Quæ prius ex peruerso opere per callidi spiritus persuasionem quasi quendam peccati nummum à creditore acceperat, & duos quos in fide genuit, amittere filios timebat. Sed prophetæ verbis, id est, scripturæ sacræ præceptis obediens, ex paruo quod habebat olei, vasa vacua infudit: quia dum ab vnius ore doctoris paruum quid de amore diuinitatis multorum vacuæ mentes audiunt, exuberante gratia vnigenito diuini amoris vsque ad summum replentur. Etiam multorum nunc corda quæ prius fuerant vacua vascula, vnguento spiritus plena sunt, quæ ex paucitate olei solummodo infusa videbantur. Quod dum aliis atque aliis datur, & ab auditoribus fides accipitur, Sarepta mulier, videlicet sancta Ecclesia, sub creI ditoris sui iam debito non tenetur. Sequitur: Et manus ho- M minis sub pẽnis eorum in quatuor partibus.) Possunt hoc in loco quatuor partes mundi accipi, scilicet Oriens, Occidens, Meridies, & Septẽtrio, quia sanctorum prædicatio auctore deo in cũctis mũdi partibus est egressa. Possumus etiam per quatuor partes principales quatuor virtutes accipere, ex quibus reliquæ virtutes oriuntur, videlicet prudentiam, fortitudinem, iustitiam, atque temperantiam. Quas nimirum virtutes tunc veraciter accipimus, cum earum ordinem custodimus. Prima quippe prudentia, secunda fortitudo, tertia iustitia, quarta temperantia est. Quid enim prodesse potest prudentia si fortitudo desit? Scire etenim cuiquam quod non potest facere, pœna magis quàm virtus est. Sed qui prudenter intelligit quod agat, & fortiter agit quod intellexerit, iam proculdubio iustus est: sed eius iustitiam temperantia sequi debet, quia plærunque iustitia, si modum non habet, in crudelitatem cadit. Ipsa ergo iustitia verè iustitia est, quæ se temperãtiæ freno moderatur, vt in zelo quo quisque feruet, sit etiam temperans, ne si plus feruerat, perdat iustitiam, cuius seruare moderamina ignorat. Duæ autem sunt sanctorum prædicatorum vitæ: actiua scilicet, & contemplatiua. *Prædicatorũ duplex vita.* Sed actiua prior est tempore quàm cõtemplatiua, quia ex bono opere tenditur ad contemplationem. Contemplatiua autem maior est merito quàm actiua, quia hæc in vsu præsentis operis laborat, illa verò sapore intimo venturam iam requiem degustat.

Quid

Universidad de Deusto

A Quid itaque per manus nisi actius vita, & quid per pennas nisi contemplatiua vita signatur? Manus ergo hominis sub pennis eorum est, id est, virtus operis sub volatu cõtemplationis. Quod bene in Euangelio duæ illæ mulieres designant: Martha scilicet & Maria. Martha etenim satagebat circa frequens ministerium: Maria autem sedebat ad pedes domini, & verba eius audiebat. Erat ergo vna intenta operi, altera contemplationi. Vna actiuæ seruiebat per exterius ministerium, altera contemplatiuæ per suspensionem cordis in verbum. Et quanuis actiua bona sit, melior tamen est contemplatiua, quia ista cum mortali vita deficit, illa verò in immortali vita plenius excrescit. Vnde dicitur: Maria optimam partem elegit: quæ non auferetur ab ea. Quia igitur actiua minor est merito, quàm contemplatiua, rectè nunc dicitur: Manus hominis, sub pennis eorum. Nam etsi per actiuam boni aliquid agimus, ad cœleste tamen desiderium per contemplatiuam volamus. Vnde & apud Moysen actiua seruitus, contemplatiua autem libertas vocatur. Et cùm vtraque vita ex dono sit gratiæ, quandiu tamen inter proximos viuimus, vna nobis in necessitate est, altera in voluntate. Quis enim cognoscens deum, ad eius regnum ingreditur, nisi prius bene operetur? Sine contemplatiua ergo vita intrare possunt ad cœlestem patriam, qui bona quæ possunt operari non negligunt. Sine actiua autem intrare non possunt, si negligunt bo-
B na operari quæ possunt. Illa ergo in necessitate, hæc in voluntate est. Illa in seruitute, ista in libertate. Hinc est enim quod ad Moysen dicitur: Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis. Cùm quali veste intrauerit, cum tali exeat. Si habens vxorem, & vxor egrediatur simul. Sinautem dederit illi dominus vxorem, & peperit filios & filias, mulier & liberi eius erunt domini sui, ipse verò exibit cùm vestitu suo. Quod si dixerit seruus, diligo dominum meum, & vxorem ac liberos, non egrediar liber: offerat eum dominus diis, & applicabit ad ostium & postes, perforabitque aurem eius subula, & erit ei seruus in seculum. Paulo latius testimonium dedimus, vt distinctionem seruitutis atque libertatis in vtraque vita monstremus. Sed onerosum esse non debet, si hoc exponendo exequimur, vnde ista quæ diximus affirmemus. Hebræus enim transiens interpretatur. Et seruus Hebræus emitur, quando vnusquisque qui iam ab hoc seculo mente transit, seruitio omnipotentis domini subditur: Ille etenim verè deo seruire appetit, qui ab hoc seculo mente transire di-
dicerit. Sic Moyses transiuit, vt videret visum. Sic Dauid cùm videret impium exaltatum & eleuatum super cedros Libani, transiuit & ecce non erat. Quia iniquorum potentias esse magnũ aliquid fortasse credimus, nisi ad permanens seculũ mente transeamus. Seruus vero Hebræus emptus sex annis seruire præcipitur, ita vt in septimo liber exeat gratis. Quid enim per senarium numerum, nisi actiuæ vitæ perfectio designatur? Quid per se-
C ptenarium nisi contemplatiua exprimitur? Sex ergo annis seruit, & septimo egreditur liber, qui per actiuam vitam quam perfecte exhibuerit, ad contemplatiuæ vitæ libertatem transit. Et notandum quòd gratis liber egreditur, quia hi postquam omnia fecerint, dicunt se inutiles seruos. Eis procul dubio sicut ipsa actiua fuit ex munere, ita erit ex gratia: etiam contemplatiua. Cum quali veste intrauerit, cùm tali exeat: quia omnino necesse est vt vnusquisque nostrum in hoc quod incipit perseueret, atque vsque ad finem operis in ea quam inchoauit intentione perduret. Ille quippe ad contemplatiuam transit, qui in actiua vita intentionis suæ vestem ad deteriora non mutauerit. Et sunt nonnulli qui priusquam omnipotentis dei seruitio in sancta conuersatione socientur, iam bona operari diligunt. Sunt vero alij qui bona opera postquàm ad seruitium omnipotentis dei venerint, discunt. Qui ergo operationem bonam & priusquã ad dei seruitium veniret habere studuit, Hebræus seruus cum vxore emptus est. Et plerunque is qui talis est, potest ad contemplatiuam vitam transire, & tamen actiuam non deserere. Vnde & illic subditur: Si habens vxorem, & vxor egrediatur simul: Cum eo enim ad libertatem & vxor egreditur, quando is qui ad contemplationem peruenit etiam foris actionem boni operis, qua prodesse posset aliis, non relinquit. Sinautem dominus dederit illi vxorem, & pepererit filios & filias, mulier & liberi eius erunt domini sui, ipse verò exibit cum vestitu suo. Seruo empto dominus dat vxorem, cum prædicator quisque eum quem iuri o- D
mnipotentis dei mancipauerit, bonæ actioni coniungit. Nam & prædicatores domini vocantur, sicut Helisæo prophetæ de prædicatore suo dicitur: Scis quod dominus tuus tollatur à te? Vxor 4. Reg. 4.
verò serui emptitij filios & filias parit, quando bona actio fortes vel teneros fructus generat. Sed mulier quæ à domino data est, eidem domino cum filiis remanet, ipse verò seruus exit cum vestitu suo, quia bona actio vel eiusdem bonæ actionis fructus prædicatoris mercede reputantur. Ipse verò in desiderij sui intentione perdurans, per supernam gratiam ad contemplationem liber egreditur. Quòd si dixerit seruus, diligo dominum meũ & vxorem ac liberos, nõ egrediar liber. Seruus dominum suum diligit, quando prædicatoris verba sollicita mẽte custodit. Vxorem quoque amans & liberos, liber egredi recusat, quando actiuam vitam eiúsque fructus diligens, trãsire ad contemplatiuam non vult, quia bona se opera habere in ministerij sui seruitute considerans, ad libertatis quietem recusat secedere. Sed offerat eum dominus diis, & applicetur ad ostium & postes, & perforet aurem eius subula, vt sit ei seruus in seculum. Is enim qui in actiua disposuit vita perdurare, à domino diis offertur, quando à prædicatore suo antiquorum patrum dictis imbuitur, qui nobis in via omnipotentis domini sacerdotes fuerunt. Atque ad ostiũ E
& postes tabernaculi ducitur, vt de ingressu cœlestis habitaculi altius aliquid audiat, & tremendi iudicij diem subtiliter agnoscat, ne per bona opera quæ facit, placere hominibus appetat. Sicque auris eius subula perforatur, dum mens illius timoris dei subtilitate percutitur, vt verbi acumine trãsfixa, per omne quod agit, nouerit ingressum regni semper attẽdere, & quasi ab ostio & poste tabernaculi perforatam aurem portare, qui erit seruus in seculo, vt esse post seculum liber possit. In seculo etenim seruus est, qui per actiuam vitam hominibus seruire disposuit, vt post præsens seculum ad libertatem veram valeat peruenire. De qua per Paulum dicitur: Quia & ipsa creatura liberabitur à ser- Rom. 8.
uitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Tunc etenim in nobis vera libertas erit, cùm ad gloriã filiorum dei adoptio nostra peruenerit. Nunc vero non solum actiua vita in seruitute est, sed ipsa quoque contemplatio qua super nos rapimur, libertatem mentis adhuc perfectè nõ obtinet, sed imitatur, quia illa quies intima in ænigmate videtur. Ipsa tamen in quantalibet sit contemplationis angustia, actiua vita iam valde est latior atque sublimior, quæ ad quandam mentis libertatem trãsit temporalia non cogitans, sed æterna. Quia itaque contemplatiua vita ad superiora euolat, & actiuæ vitæ supereſt quadam, vt ita dicam, dignitate securitatis suæ, aptè nunc dicitur: Et manus hominis sub pennis eorum.) Sin verò hoc in loco homo redemptor noster accipitur, manus hominis sub pennis eorum est, F
quia nisi dominus homo fieret, qui mentes prædicantium ad cœlestia subleuasset, illa quæ apparent animalia, non volarent. Nec immeritò manus hominis esse sub pennis dicitur, quia de eodem redemptore nostro scriptum est: Qui cùm sit splendor glo Heb. 1.
riæ & figura substantiæ eius, portánsque omnia. Eius ergo manus corda nostra portat, eius manus in contemplatione nos subleuat. Nisi enim, vt dictum est, omnipotens verbum propter homines homo fieret, humana corda ad contemplandam verbi excellentiam non volarent. Inde ergo excelsæ factæ sunt hominum mentes, vnde inter homines apparuit humilis deus. Dicatur itaque de sanctis animalibus: Et manus hominis sub pennis eorum.) De quibus adhuc subditur. Et facies & pennas per quatuor partes habebant, iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum per quatuor partes.) Facies & pennas habent, quia in cunctis mũdi regionibus prædicantes demonstrant quicquid de humanitate, quicquid de diuinitate nostri redemptoris sentiũt. Quia dum incarnatũ deum vbique prædicant, in quatuor mundi partibus faciẽ demonstrant. Dúmque eũ esse vnũ cum patre & spiritu sancto annunciant, vbique penna contemplationis volant. Quorum pennæ iunctæ sunt alterius ad alterum, quia omnis eorum virtus, omnisque sapientia qua cæteros homines cõtemplationis suæ volatu transcendunt, vicissim sibi in pace atque vnanimitate coniungunt. Vnde scriptum est: Quæ desursum Iac. 3.
est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica. Vnde & eisdem suis prædicatoribus veritas dicit: Habete in vobis sal, Mar. 9.
& pacem habete inter vos. Penna ergo animalium alterius ad alterum

Universidad de Oviedo Biblioteca

G terum iungitur, quia sanctorum prædicatorum virtus atque sapientia vicissim sibi in charitatis atque concordiæ pace sociatur. Penna autem alterius ab altero diuisa esset, si in hoc quod vnusquisque in sapientia euolat, habere pacem cum altero recusaret. Sequitur: Non reuertebantur cùm incederent, sed vnũquodque ante faciem suam gradiebatur.) Pennata animalia, videlicet prædicatores sancti, cum incedunt, minimè reuertuntur, quia sic à terrenis actibus ad spiritalia pertranseunt, vt ad ea quæ reliquerunt, vlterius nullatenus reflectantur. Quasi enim per quandam viam eis incedere, est mente ire semper ad meliora. Quo contra de reprobis dicitur, quia reuersi sunt corde in Aegyptum. Per

Luc. 9. semetipsam veritas dicit: Nemo mittens manum in aratrum & aspiciens retrò, aptus est regno dei. Manum quippe in aratrum mittere, est quasi per quendam compũctionis vomerem ad proferendos fructus terram sui cordis aperire. Sed retrò post aratrũ aspicit, qui post exordia boni operis ad mala reuertitur quæ reliquit. Quod quia electis dei minimè contingit, rectè nunc per prophetam dicitur: Non reuertebantur cùm incederent.) Qui cur non reuertãtur, indicat cùm subiungit: Vnumquodque ante faciem suam gradiebatur.) Ante nos enim æterna sunt, post nos temporalia, quia & illa pergentes inuenimus, & ista recedentes quasi post dorsum relinquimus. Vnde & magnum illud pennatum animal dicebat, quod vsque ad cœli tertij secreta

Philip. 3. H volauerat. Vnum vero quæ retro sunt oblitus, in ea quæ sunt ante extendens me, sequor ad palmam supernæ vocationis. In anteriora etenim extentus, eorum quæ retro sunt oblitus fuerat, quia temporalia despiciens, sola quæ sunt æterna quærebat. Ante faciem ergo suam gradiuntur sancta animalia, quia & ea quæ reliquerunt, nullo iam appetitu respiciũt, & in æternis quæ appetunt, sub contemplationis suæ oculos boni operis pedem ponunt. Quisquis itaque iam ante faciem suam ambulare decreuerit, magna ei consideratione pensandum est, quòd aliter retrò respicitur ex opere, atque aliter ex cogitatione. Sunt etenim quidam qui magna deliberant, & peccatorum suorum conscij, multa ex his quæ possident, egenis distribuere pertractant, vt culpas suas ante dei oculos misericordiæ visceribus redimant. Iámque hæc operari inchoant, & plærunque cum operãtur, paupertatis timor eorum animum concutit, atque timentes ne egeãt, erga egentes tenaces fiunt, seséque ab ea quam cœperant bona operatione suspendunt. Hi nimirum incedentes reuersi sunt,

Prouer. 20. quia ante faciem suam ambulare noluerunt. Contra quos rectè per Salomonem dicitur: Propter frigus piger arare noluit: mẽdicabit ergo æstate, & non dabitur ei. Qui enim nunc propter pauorem mentis atque torporem bene operari negligit, cùm sol iustitiæ in iudicio velut in æstate claruerit, mendicat vitam, sed non accipit, quia propter illam bona operari contempsit. Alius despectis carnis desideriis cuncta relinquere, & omnipotentis

I dei se subdere seruitio pertractat, séque ipsum restringere sub continentiæ & castitatis freno deliberat, sed cum cecidisse alios etiam post castitatem conspicit, hoc ipsum facere quod deliberat pertimescit. Fítque vt retro per cogitationem redeat, qui ad anteriora respiciens, iam mentis gressibus ad alta ibat. De quo bene

Eccles. 11. per Salomonem dicitur: Qui obseruat ventum, non seminat, & qui considerat nubes, nunquam metet. Venti quippe nomine, malignus spiritus, qui mentem tentationibus impellit: nubis vero appellatione peccator exprimitur, qui tentationis impulsione commouetur. Qui ergo attendit ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metit: quia is qui tentationes maligni spiritus metuens, & iniquorum lapsus conspiciens semetipsum desperat, neque nunc exercetur in bono semine operis, neque pòst reficitur de munere iustæ retributionis. Sunt verò nonnulli qui bona quidem quæ nouerunt operantur, atque hæc operantes meliora deliberant, sed retractantes meliora quæ deliberant immutant, & quidem bona agunt quæ cœperant, sed à melioribus quæ deliberauerant succumbunt. Hi nimirum ante humana iudicia stare videntur in opere; sed ante omnipotentis dei oculos ceciderunt in deliberatione. Vnde fit plærunque vt bonum opus eorum minus deo placeat, quia cum pauore mentis in meliori gradu deliberationis inconstanter ponitur, hos ipsa cogitationis inconstantia accusat. Sed quia perfecti quique magna se discretionis subtilitate conspiciunt, ne ad deteriora vnquam vel in opere, vel in cogitatione delabantur, quantum quotidie proficiunt, incessanter pensant, rectè de his dicitur: Nõ K reuertebantur cùm incederent, sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur.) Inter hæc igitur considerare libet nos ad ista tractanda, qui sumus, vnde venimus, & vsque ad quæ sacri eloquij mysteria perscrutanda subleuamur. Certè in antiquis patẽtibus nostris cultores idolorum fuimus, sed ecce per spiritum gratiæ, verba iam cœlestia rimamur. Vnde hoc nobis? Sed impleuit hoc redemptor humani generis quod per prophetam dixit: Et deserta in vbertatem versa aduenæ comedẽt. Hæc quippe *Esa.* prophetarum dicta deserta apud Iudæos fuerunt, quia per intellectum mysticum ea excolere inquirendo noluerunt. Nobis autem in vbertatem versa sunt, quia & iuxta historiam visionis dicta largiente deo menti nostræ spiritaliter sapiunt, & iam aduenæ comedimus, quæ ciues legis manducare noluerunt. Sint gratiæ vnigenito, sit laus æternæ sapientiæ: qui viuit & regnat, &c.

Homilia quarta.

SImilitudo autem vultus eorum facies hominis & facies leonis à dextris ipsorum quatuor, facies autem bouis à sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorum L quatuor, & facies eorum & pennæ eorum extentæ desuper. Duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tegebant corpora eorum. Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat.

Et sanctum prophetiæ spiritum pẽnata animalia sub-

P tiliter describuntur, vt per hæc Euangelistarum significari personas ipsa nobis subtilitas discretionis aperiat, nihilque sermo dei nostro intellectui dubietatis relinquat. Ecce enim dicitur: Similitudo autem vultus eorum, facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor. Facies autem bouis à sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor.) Quòd enim quatuor hæc pennata animalia sanctos quatuor Euangelistas designent, ipsa vniuscuiusque libri Euangelici exordia testantur. Nam quia ab humana generatione cœpit, iure per hominem Matthæus: quia per clamorem in deserto, rectè designatur per leonem Marcus. Quia à sacrificio exorsus est, bene per vitulum Lucas. Quia vero diuinitate verbi cœpit, dignè per aquilam significatur Ioannes, qui dicit: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Dum in ipsa diuinitatis substantia intendit, qua- *Ioan. 1.*
si more aquilæ oculos in solem fixit. Sed quia electi omnes mẽbra sunt redemptoris nostri, ipse autem redemptor noster ca- M put est omnium electorum, per hoc quòd membra eius figurata sunt, nihil obstat si etiam in his omnibus & ipse figuretur. Ipse enim vnigenitus dei filius veraciter factus est homo: ipse in sacrificio nostræ redemptionis dignatus est mori vt vitulus, ipse per virtutem suæ fortitudinis surrexit vt leo. Leo etiam apertis oculis dormire perhibetur, quia in ipsa morte in qua ex humanitate redemptor noster dormire potuit, ex diuinitate sua immortalis permanendo vigilauit. Ipse etiam post resurrectionem suam ascendens ad cœlos, in superioribus est eleuatus vt aquila. Totum ergo simul nobis est, quia & nascendo homo, & moriendo vitulus, & resurgendo leo, & ad cœlos ascendendo aquila factus est. Sed quia per hæc animalia Euangelistas quatuor, & sub eorum specie simul perfectos omnes iam superius significari diximus, restat vt quomodo vnusquisque electorum istis animalium visionibus exprimatur, ostendamus. Omnis etenim electus atque in via dei perfectus, & homo, & vitulus, & leo simul & aquila est. Homo enim rationale est animal. Vitulus autem in sacrificio mactari solet. Leo vero fortis est bestia, sicut scriptum est: Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum. Aquila ad sublimia euolat, & irreuerberatis oculis solis radiis intendit. Omnis itaque qui in ratione perfectus est, homo est. Et quoniam semetipsum ab huius mundi voluptate mortificat, vitulus est. Quia vero ipsa sua spontanea mortificatione cõtra aduersa omnia fortitudinem securitatis habet, vnde scriptum est: Iustus autem quasi leo confidens absque terrore *Prouer. 28.*
erit,

A trit, leo est. Quia verò sublimiter contemplatur ea quæ cœlestia atque terrena sunt, aquila est. Igitur quoniam iustus quisque per rationem homo, per sacrificium mortificationis suæ vitulus, per fortitudinem securitatis leo, per contemplationem verò efficitur aquila, recte per hæc sancta animalia signari vnusquisque perfectus potest. Quod idcirco dicimus, vt ea quæ de quatuor animalibus dicta sunt, pertinere quoque etiam ad perfectorum singulos demonstremus. Sed magna nobis de eisdem Euangelistis & sanctis prædicatoribus quæstio oritur, cur homo & leo à dextris ipsorum quatuor, vitulus verò à sinistris ipsorũ quatuor esse perhibetur. Neque enim sine mira ratione est, cur duo illa à dextris, & vnum hoc esse à sinistris dicitur. Et rursum quærendum, cur aquila non à dextris vel sinistris, sed desuper ipsorum quatuor esse memoratur. Duas itaque nobis quæstiones obiecimus, quas oportet vt aperiente domino dissoluamus. Homo igitur & leo à dextris, vitulus verò à sinistris esse perhibetur. A dextris etenim læta, à sinistris verò tristia habemus. Vnde & sinistrum nobis esse dicimus hoc quod aduersum esse deputamus. Et sicut præfati sumus, per hominem incarnatio, per vitulum passio, per leonem verò auctoris nostri resurrectio designatur. De incarnatione autem vnigeniti filij, qua redempti sumus, omnes electi lætati sunt: de morte verò illius, ipsi electorum primi sancti Apostoli contristati: qui ite-
B rum de eius resurrectione gauisi sunt. Quia eius & natiuitas & resurrectio lætitiam discipulis præbuit, quos eius passio contristauit, homo & leo à dextris, vitulus verò à sinistris eius fuisse describitur. Ipsi nanque Euangelistæ sancti de eius humanitate gauisi sunt, de eius resurrectione confirmati, qui de eius passione fuerant contristati. Homo ergo & leo eis à dextris est, quia redemptoris nostri eos incarnatio viuificauit, resurrectio confirmauit. Sed vitulus à sinistris, quia mors illius eos ad momentum temporis in infidelitate prostrauit. Iure autem locus aquilæ non iuxta, sed desuper esse describitur, quia siue per hoc quòd eius ascensionem signat, seu quia verbum patris deum apud patrem esse denunciat, super Euangelistas cæteros virtute contemplationis excreuit, cum quibus & simul de eius deitate loquitur, hanc tamen omnibus subtilius contemplatur. Sed si aquila cum tribus aliis adiuncta, quatuor animalia esse memorantur, mirum quomodo desuper ipsorum quatuor esse discribitur, nisi quia Ioannes per hoc quod in principio verbum vidit, etiam super semetipsum transiit. Nam nisi & se transisset, verbum in principio non vidisset. Qui ergo & semetipsum transgressus est, non iam solummodo super tria, sed adiuncto & se, super quatuor fuit. Sequitur: Et facies eorum & pennæ eorum extentæ desuper.) Facies & pennæ extentæ desuper describuntur, quia omnis intentio, omnisque contemplatio sanctorum super se tendit, vt illud possit adipisci quod in cœlestibus appetit. Siue enim bono operi, siue vero inuigi-
C let contemplationi, tunc veraciter hoc quod agit bonum est, quando ei complacere concupiscit à quo est. Nam qui bona agere videtur, & per hæc non deo, sed hominibus placere desiderat, intentionis suæ faciem deorsum premit. Et qui idcirco in sacro eloquio ea quæ diuinitatis sunt contemplatur, vt per hoc quod intelligit occupari ad quæstiones possit, quia non dulcedine quæsitæ beatitudinis satiari appetit, sed doctus videri, iste nimirum intellectus sui pennas desuper non extendit: sed quoniam sensus sui vigilantiam in terreno appetitu occupat, pennas quas subleuare in altum, & quibus subleuari ipse potuit, in imis deponit. Qua in re pensandum est vt omne bonum quod agitur, per intentionem semper ad cœlestia leuetur. Qui enim per bona quæ facit, terrenam gloriam concupiscit, pennas suas & faciem suam deorsum deprimit. Hinc enim per prophetam
Ose. de quibusdam dicitur: Victimas in profundum deferebant. Quid enim sunt lachrymæ orationis, nisi victimæ oblationis nostræ? sicut scriptum est: Sacrificium deo spiritus contribulatus. Et sunt nonnulli qui idcirco se in prece lamentis afficiũt, vt aut terrena commoda acquirant, aut hominibus sancti esse videantur. Quid isti, nisi victimas in profundum deferunt? Qui per hoc quòd in imo sunt quæ requirunt, orationis suæ sacrificium deorsum deponunt. Electi autem quia & in bono opere omnipotenti deo placere appetunt, & per contẽplationis gratiam, æternam iam beatitudinẽ degustare concupiscunt, facies & pennas desuper extendunt. Sequitur: Duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tegebant corpora eorum.) Dictum fuerat: Et facies & pennæ eorum extentæ desuper, atque mox subiunctum est hoc quod protulimus, quia duæ pẽnæ singulorum iungebantur. Vbi apertè intelligitur quia extendebãtur desuper & iungebantur, duæ verò tegebant corpora eorum. Quid autem pennæ animalium, nisi alæ nominantur? Qua in re nobis diligenti perscrutatione quærendum est, quæ sint quatuor pẽnæ sanctorum, ex quibus duæ superius extensæ iunguntur, duæ vero eorum corpora contegunt. Si enim vigilanter aspicimus, quatuor esse virtutes inuenimus, quæ à terrenis actibus omne pennatum animal leuant: in futuris videlicet amor & spes, de præteritis autem timor & pœnitentia. Pennæ ergo sibimet iunctæ superius extenduntur, quia sanctorum mentem amor & spes ad æterna subleuant. Quæ aptè quoque coniunctæ nominantur, quia electi proculdubio & amant cœlestia quæ sperant, & sperant quæ amant. Duæ verò corpora contegunt, quia timor & pœnitentia ab omnipotentis dei oculis eorum mala præterita abscondunt. Duæ itaque, vt dictum est, pennæ iunguntur sursum, quando amor & spes electorum corda ad superiora eleuant, ad cœlestia suspendunt. Duæ autem pẽnæ tegunt corpora, quando eorum mala præterita à conspectu æterni iudicis timor & pœnitentia ab-
E scondunt. In eo enim quòd se peccasse meminerunt, quia pertimescunt & deflent, quid aliud quàm corpus cooperiunt? Qui facta carnalia per superducta bona opera à districto examine abscondunt. Scriptum quippe est: Beati quorum remissæ sunt iniquitates & quorũ tecta sunt peccata. Peccata enim tegimus, cùm bona facta malis actibus superponimus. Omne enim quod operitur, inferius ponitur: & hoc vnde operitur, desuper ducitur. Quando ergo abdicamus mala quæ fecimus, & eligimus bona quæ faciamus, quasi tegimen ei rei superducimus quam erubescimus videre. Quamlibet enim sancti viri in hac adhuc vita sint, habent tamen quod ante dei oculos operire debeant, quia omnino est impossibile vt aut in opere, aut in locutione, aut in cogitatione nunquam delinquant. Vnde & beatus Iob qui perfecta quidẽ hominibus dixerat, dei tamen vocem audiẽs, séque ipsum de ipsa sua perfecta locutione reprehendens, dicebat: Manum meam ponam super os meum. In manu quippe operatio, in ore locutio est. Manum ergo super os ponere, est peccata locutionis per virtutem boni operis tegere. Libet fratres charissimi ad huius rei testimonium magistrum gentium vocare, qualiter sanctum illud animal alis quatuor inuitatur aspicere, ex quibus duabus ad superiora euolat, duabus vero pennis corpus contegit, quia præterita quæ egerat, abscondit. Videamus igitur quantus hunc amor ad cœlestia eleuet: Mihi viuere Christus est:
F & mori lucrum. Cognoscamus quanta spe ad superiora tollitur: Nostra conuersatio in cœlis est, vnde etiam saluatorem expectamus Iesum Christum dominum nostrum. Videamus si & in tantis virtutibus positus adhuc timet: Castigo corpus meum, & seruituti subiicio, ne fortè cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Cognoscamus si hunc mala feciſſe pœnitet: Ego minimus Apostolorum sum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam dei. In cuius verbis quid aliud quàm duritia nostræ mentis accusatur? quia ipse plangit quod ante baptisma commiserat, nos vero & post baptisma multa cõmisimus, & tamen flere recusamus. Quatuor itaque pennis sancta animalia vtuntur, quia per amorem & spem ad cœlestia euolant, & per timorem & pœnitentiam facta in se illicita deplorant. Sed quia dictum est, duæ pennæ singulorum iungebantur: hoc fortasse intelligitur quòd non pẽnas proprias eleuantes iungant, sed vnius ad alterum pennæ coniunctæ sunt, vt pennæ videlicet eleuatæ vicissim sibi in coniunctione concordent. Qua in re quæstio oritur, quia si duæ pennæ quæ eleuantur, amorem & spem, duæ verò quæ corpora contegunt, timorẽ & pœnitentiam designant, cur duæ quæ extentæ sunt, dicuntur esse coniunctæ, & duæ quæ corpus contegunt, non dicuntur? Sed hac in re facilis largiente domino ratio occurrit, quòd sanctorum pennæ coniunctæ sunt amor & spes, duæ vero pennæ quæ corpora contegunt, sibimetipsis ad alterutrum coniunctæ non sunt, timor & pœnitentia. Dauid enim pro lapsu carnis timendo & pœnitẽdo affligitur. Petrus casum perfidiæ fleuit amarè. Paulus in se crudelitatem præteritæ persecutionis plangit. Omnes tamen vnam

Amor & spes sanctorum mẽtem eleuant ad superna.

Psal. 31.

Iob. 39.

Philip. 1.

Philip. 3.

1. Cor. 9.

1. Cor. 15.

Universidad de Oviedo Biblioteca

G patriam appetunt, ad vnum auctorem omnium peruenire festinant. Duæ ergo singulorum pennæ coniunctę sunt, & duę non sunt, quia per amorem & spem vnum est quod desiderant, sed per timorem & pœnitentiam diuersum est quod deplorant.

Sequitur: Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat.) Dictum superius fuerat, vnumquodque eorum ante faciem suam gradiebatur: nunc autem dicitur, coram facie sua ambulabat. Ipsa itaque repetita videtur esse sententia. Sed quia coràm in præsenti dicimus, possumus subtilius inquirendo discernere, quòd aliud sit ante faciem ambulare, atque aliud in præsenti. Ante faciem quippe ambulare, est anteriora appetere. In præsenti verò ambulare, est sibimetipsi absentē non esse. Omnis etenim iustus qui vitam suam sollicitus aspicit, & diligenter considerat quantum quotidie in bonis crescat, aut fortasse quantum à bonis decrescat, iste quia se ante se ponit, coram se ambulat. Quippe qui vigilanter videt vtrum surgat an defluat. Quisquis vero vitæ suæ custodiam negligit, discutere quæ ait, quæ loquitur, quæ cogitat, aut despicit aut nescit, coram se iste non ambulat: quia qualis sit in suis moribus vel in actibus, ignorat. Nec sibimetipsi præsens est, qui semetipsum quotidie exquirere atque cognoscere sollicitus non est. Ille autem veraciter se ante se ponit, sibique in præsenti est, qui se in suis actibus tanquam aliū attendit. Nam sunt multa peccata quæ committimus, sed idcirco nobis grauia non videntur, quia priuato nos amore diligētes,

H clausis nobis oculis in nostra deceptione blandimur. Vnde fit plærunque vt & nostra grauia leuiter, & proximorum mala leuia grauiter iudicemus. Scriptum quippe est: Erunt homines se- *2.Tim.3.* ipsos amantes. Et scimus quia vehementer claudit oculum cordis amor priuatus. Ex quo fit vt hoc quod nos agimus, & graue esse non existimamus, plærunque agatur à proximo, & nimis nobis detestabile esse videatur. Sed quare hoc quod in nobis vile esse videbatur, graue esse videtur in proximo: nisi quia nec nos sicut proximum, nec proximum conspicimus sicut nos? Si enim nos sicut proximum aspiceremus, nostra reprehensibilia districtè videremus: Et rursum si proximum aspiceremus vt nos, nunquam nobis eius actio appareret intolerabilis, qui sæpe fortasse talia egimus, & nil nos proximo intolerabile fecisse putabamus. Hoc male diuisum mentis nostræ iudicium corrigere per legis præceptum Moyses studuit, cùm dixit vt iustus deberet esse modius, æquúsque sextarius. Hinc Salomon ait: Pondus & *Leuit.19.* *Prouer.20.* pondus, mensura & mensura, vtrunque abominabile est apud deum. Scimus quia in negotiatorum duplici pondere, aliud maius, aliud minus est. Nam aliud pondus habent ad quod pensant sibi, & aliud pondus ad quod pensant proximo. Ad dandum pondera leuiora, ad accipiēdum verò grauia præparant. Omnis itaque homo qui aliter pensat ea quæ sunt proximi, & aliter ea quę sua sunt, pondus & pondus habet. Vtrunque ergo abominabile

I est apud deum: quia si sic proximum vt se diligeret, hunc in bonis sicut se amaret. Et si sic se sicut proximum aspiceret, se in malis sicut proximum iudicaret. Debemus ergo nosmetipsos sollicitè sicut alios videre: nósque ipsos, vt dictum est, ante nos ponere, vt pennata animalia incessanter imitantes, ne nesciamus quid agimus, coram facie nostra semper ambulemus. Peruersi autem, sicut paulò ante iam diximus, coram facie sua non ambulant, quia ea quæ agunt, nunquam considerant, ad interitum tendunt, in prauis actibus exultant. De quibus scriptum est: *Prouer.2.* Qui lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Sæpe vero iustus qui eos conspicit, defler, sed ipsi phreneticorum more planguntur & rident. Alij indigētibus de rebus propriis multa largiuntur, sed cùm occasionis tempus inuenerint, indigentes opprimunt, cósque quibus valuerint rapinis deuastant. Ponunt ante oculos cogitationis suæ bona quæ faciunt, & non ponunt pessima quæ committunt. Hi videlicet coram facie sua non ambulant, quia si sibimetipsis præsentes essent, cuncta subtiliter quæ agunt viderent, qualiter bona opera malis actibus perdant *Aggei.1.* agnoscerent: Sicut scriptum est: Et qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum. De pertuso quippe sacculo aliunde exit quod aliunde mittitur: quia indiscretæ mentes mercedem, quæ ex bono opere acquiritur, non aspiciunt quomodo ex malo opere perdatur. Alius castitatem corporis seruat, séque vigilanter circunspicit, ne quid foris reprehensibiliter admittat, suis contentus est, aliena non diripit, sed tamen in corde odium fortasse contra proximum seruat. Et cum scriptum sit: Qui odit K fratrem suum, homicida est: considerat quàm sit mundus foris in *1.Ioan.* opere, & non perpendit quàm sit crudelis in mente. Quid iste nisi sibimetipsi absens est, qui in cordis sui tenebris ambulat, & ignorat? Alius iam aliena non diripit, iam corpus ab immunditia custodit, iam mente pura proximum diligit, & malorum præteritorum conscius lamentis se in precibus afficit. Sed finita prece lætatur, de quibus in hoc mundo gaudeat requirit, & temporalibus gaudiis negligentē animum dimittit, nec curat ne in eo lachrymarum mensuram immoderata gaudia transeant. Fitque vt bonum nimiè ridendo perdat, quod plangendo lucratus est. Hic itaque coram facie sua non ambulat, quia damna quæ patitur, cōspicere recusat. Scriptū quippe est: Cor sapiētium vbi tri- *Eccle.* stitia est, & cor stultorum vbi lætitia. In cunctis ergo quæ agimus, diligēter nosmetipsos conspicere interius exteriúsque debemus, vt pennata animalia sequentes, nobismetipsis præsentes simus, & coram facie nostra semper ambulemus, habentes adiutorem vnicum patris Iesum Christum dominum nostrum, qui cum deo viuit & regnat in vnitate, &c.

Homilia quinta.

VBi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cùm ambularent. Et similitudo animalium & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium: & quasi aspectus lampadarum. Hæc erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. L

O Quàm mira est profunditas eloquiorum dei, libet huic intendere, libet eius intima gratia duce penetrare. Hanc quotiens intelligendo discutimus, quid aliud quàm syluarum opacitatem ingredimur, vt in eius refrigerio ab huius seculi æstibus abscondamur? Ibi viridissimas sententiarum herbas legendo carpimus, tractando ruminamus. In ea locutione quæ ad vos fratres charissimi nudiustertius facta est, qualiter ostensa animalia vel redemptorem nostrum, vel quatuor eius Euangelistas atque perfectos omnes significēt, dictum est. Quorum videlicet animalium adhuc subtilius virtus exprimitur, vt ad eorum imitationem nos quoque infirmi & despicabiles, inquantum domino largiente possumus, extendamur. Ecce enim dicitur: Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur.) In electis & reprobis diuersi sunt impetus. In electis vi- M delicet impetus spiritus, in reprobis impetus carnis. Impetus quippe carnis ad odium, ad elationem, ad immunditiam, ad rapinam, ad exteriorem gloriam, ad crudelitatem, ad perfidiam, ad desperationem, ad iram, ad iurgia, ad voluptates animum impellit. Impetus vero spiritus ad charitatem, ad humilitatem, ad continentiam, ad largitatem misericordiæ, ad interiorem profectum, ad pietatis opera, ad æternorum fidem, ad spem sequentis gaudij, ad patientiam, ad pacem, ad considerationem vitæ immortalis, ad lachrymas mentem pertrahit. Vnde necesse est vt magna semper cura considerare debeamus in omne quod agimus, qui nos impetus ducat, vtrum nostra cogitatio per impetū carnis, an per impetum spiritus impellatur. Amare etenim terrena, temporalia æternis præponere: exteriora bona non ad vsum necessarium habere, sed ad voluptatem concupiscere, vltionem de inimico quærere, de æmuli casu gaudere impetus carnis est. At contrà amare cœlestia, contemnere transitoria, non ad fructum voluptatis transitoriæ, sed ad vsum necessitatis quærere, de inimici morte tribulari, impetus spiritus est. Et quia perfecti quique in istis se semper virtutibus exercent, rectè nunc de sanctis animalibus dicitur: Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebātur.) Sed sciendū nobis est quòd plærūque impetus carnis se sub velamine spiritalis impetus palliat, & quod carnaliter facit, mētitur sibi ipsa cogitatio quia hoc spiritaliter faciat. Nā sæpe quis iracundiæ stimulis victus, contra delinquentes

zelo

A zelo vlciſcendæ iuſtitiæ pluſquam neceſſe eſt inflammatur, & iuſtitiæ limitem in vltione tranſiens, agit crudeliter quod ſe agere iuſtè ſuſpicatur. Impetus igitur carnis huic ſub ſpecie ſpiritus velatus eſt, quando hoc quod iuſtè agi creditur, ſub diſcretionis moderamine non tenetur: Et ſæpe alius nimiæ manſuetudini ſtudens, ſubiectorum vitia aſpicit, atque hæc per feruorem zeli corrigere reculat, quæ in eis crudeliter non corrigēdo multiplicat. Sicque vt eius lenitas & ſibi ſit & ſubiectis inimica, qui torporē mentis ſuæ patientiam deputat, per carnis ſpiritum ab impetu ſpiritus elongat. Prima ergo in nos cogitatio inquiſitionem noſtri cordis debet excutere, ne ad quædam quæ agimus, per apertum carnis impetum ducamur: nec prauis cogitationibus animus ſeductus, mala eſſe cognoſcat, & tamen faciat. Secunda vero nos cura debet vigilantes reddere, ne ſe impetus carnis quaſi impetus ſpiritus latenter ſubiiciat, & culpas quas agimus, nobis virtutes fingat. Sciendum vero eſt, quia grauiores culpæ ſunt quæ ſuperducta ſpecie virtutes imitantur, quia illæ in aperto cognitæ, animum in confuſionem deiiciunt, atque ad pœnitentiam trahunt, iſtæ vero non ſolum in pœnitentiam non humiliant, ſed etiam mentem operantis eleuant, dum virtutes putantur. Hoc autem quod de ſanctis animalibus dictum ſuperius fuerat, vt altius confirmetur, iterum replicatur: Non re-
B uertebantur cùm ambularent.) Quia electi quique ſic ad bona tendunt, vt ad mala perpetranda non redeant. Qui enim perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Et ſicut per Salomonem dicitur: Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem. In eorum nanque animum bonum deſiderium atque intellectus lucis intimæ iam pars diei eſt, ſed quia vſque ad finem vitæ in virtute proficiunt, ad perfectum diem tunc veniunt quando ad regna cœleſtia perducti, in ea luce quam deſiderant, iam minus aliquid non habebunt. Sequitur: Et ſimilitudo animalium & aſpectus eorum quaſi carbonum ignis ardentium, & quaſi aſpectus lampadarum.) Aſpectus animalium carbonibus ignis ardentibus atque lampadibus comparatur. Quiſquis enim carbonem tangit, incenditur, quia qui ſancto viro adhæret, ex eius aſsiduitate viſiōis, vſu locutionis, exemplo operis accipit vt accendatur in amorem veritatis, peccatorum ſuorum tenebras fugat, in deſiderio lucis exardeſcit, vt iam per verum amorem ardeat, qui prius in iniquitate tantum mortuus quantum frigidus iacebat. Lampades vero lucem ſuam longius ſpargunt, & cùm in alio ſint, in alio reſplendent. Qui enim ſpiritu prophetiæ verbo doctrinæ, miraculorum pollet gratia, huius opinio longè latéque vt lampas lucet, & quique bona eius audiunt: quia per hæc ad amorem cœleſtium ſurgunt, in eo quod ſe per bona opera exhibent, quaſi ex lampadis lumine reſplendent. Quia ergo ſancti viri quoſdam iuxta ſe poſitos quaſi tangendo ad amorem patriæ cœleſtis
C accendunt, carbones ſunt. Quia verò quibuſdam longè poſitis lucent, eorum itinera ne in peccati ſui tenebras corruant, lampades fiunt. Hoc verò inter carbones & lampades diſtat, quòd carbones ardent quidem, ſed eius loci in quo iacuerint tenebras non expellunt. Lampades autem quia magno flammarum lumine reſplendent, diffuſas circunquaque tenebras effugant. Qua ex re notandum eſt, quia ſunt plærique ſanctorum ita ſimplices & occulti, ſeſéque in locis minoribus ſub magno ſilentio contegentes, vt vix eorum vita ab aliis poſsit agnoſci. Quid itaque iſti niſi carbones ſunt? Qui etſi per feruorem ſpiritus ardorem habent, tamen exempli flammam non habent. Nec in alienis cordibus tenebras peccatorum vincunt, quia vitam ſuā omnino ſciri refugiunt. Sibimetipſis quidem accenſi ſunt, ſed aliis in exemplo luminis non ſunt. Hi autem qui & exempla virtutum prærogant, & lumen boni operis per vitam & verbum errantibus demonſtrant, iure lampades appellantur, quia & per ardorem deſiderij, & per flammam verbi, à peccatorum cordibus erroris tenebras expellunt. Qui igitur in occulto bene viuit, ſed alieno profectui minimè proficit, carbo eſt. Qui vero in imitatione ſanctitatis poſitus, lumen ex ſe rectitudinis multis demonſtratur, lampas eſt: quia & ſibi ardet: & aliis lucet. Sequitur: Et hæc erat viſio diſcurrens in medio animalium, ſplendor ignis, & de igne fulgur egrediens.) Splendor ignis & de igne fulgur egrediens in medio animalium diſcurrens videtur, quia niſi ab igne veritatis pennata illa animalia calorem ſuſciperent, ipſa in carbonum atque lampadarum ſimilitudinē non arderent. D
Ignis enim nomine ſanctuſſpiritus ſignificari ſolet. De quo in euangelio dominus dicit: Ignem veni mittere in terram, & quid *Luc.12.*
volo niſi vt accendatur? Cum enim carnalis mens ſpiritum ſanctum accipit, ſpirituali amore ſuecēſa malum plangit quod fecit. Et terra ardet, quando accuſante ſe conſcientia cor peccatoris vritur, atque in dolore pœnitentiæ crematur. Hinc rurſum ſcriptum eſt: Deus tuus ignis conſumens eſt. Quia enim mentem *Deut.4.*
quam repleuerit, eam à peccatorum rubigine mundam reddit, creator noſter & ignis dicitur, & conſumens. Sanctus ergo ſpiritus in medio animalium ſplendor ignis, & de igne fulgur egrediens diſcurrere dicitur, quia vniuerſam Eccleſiam replens, in electorum cordibus ex ſeipſo flammas amoris proiicit, vt coruſcis more, per terrorem feriat, & ad amorem ſuum corda torpentia accendat. Sed quia ſpirituſſanctus deus ante ſecula patri eſt & filio coæternus, quærendum nobis eſt cur diſcurrere dicatur. Omnis etenim qui diſcurrit, accedit ad locum in quo non fuit, & eum deſerit in quo fuit. Qua igitur ratione diſcurrere ſpiritum dicamus, dum cuncta intra ipſum ſint, & locus nuſquam ſit vbi non ſit? ſicut ſcriptum eſt: Spiritus domini repleuit orbem *Sapien.1.*
terrarum. Et tamen cum laus ſapiētiæ deſcriberetur, adiunctum eſt: Eſt enim in illa ſpiritus intellectus, ſpiritus vnicus, multi- *Sapien.7.*
plex, ſubtilis, mobilis. Et paulopoſt: Humanus, ſtabilis. In quibus rurſum verbis magna nobis quæſtio oritur, cur iſte ſpiritus E
qui implet omnia, ſimul mobilis & ſtabilis dicatur? Sed ſi ad vſum conſuetudinis humanæ recurrimus, ſenſum citius loquentis inuenimus. Homo quippe quia in ea regione in qua eſt vbique diſcurrit, procul dubio vbique obuiam venit, & repentè vbi non creditur, inuenitur. Omnipotentis ergo ſpiritus vt vbique præſentia ſignaretur, ſimul & mobilis & ſtabilis dicitur. Stabilis, quia per naturam omnia continet. Mobilis autē dicitur, quia vbique etiam neſcientibus occurrit. Tenēs ergo omnia, ſtabilis, præſentem ſe omnibus exhibens, mobilis appellatur. Splendor ergo ignis & de igne fulgur egrediens inter pennata animalia diſcurrit, quia ſpirituſſanctus ſimul ſingulis atque omnibus preſto fit, & incendit quos contigerit, & illuminat quos incēdit, vt poſt frigus priſtinum accenſi ardeant, & per ignem amoris quem acceperint, flammas exemplorum reddant. Fulgur quippe de hoc igne egrediens torpentes mentes percutit, eáſque percutiendo excitat & inflammat, vt poſt amorem illius ardētes pariter & lucētes currant. Vnde aliàs ſcriptum eſt: Thronus eius flāma ignis, *Dan.7.*
rotæ eius ignis accenſus. Hi enim qui animarum cuſtodes ſunt, & paſcendi gregis onera ſuſceperunt, mutare loca minimè permittuntur. Sed quia vno in loco poſiti, diuinitatis in ſe præſentiam portant & ardent, thronus dei flamma ignis dicitur: Hi autē qui amore domini in prædicatione diſcurrūt, rotæ eius ignis F
ardentes ſunt, quia cum ex eius deſiderio per varia loca diſcurrunt, vnde ipſi ardent, alios accendunt. Poteſt tamen diſcurſus atque mobilitas ſpiritus requiſitione alterius conſiderationis intelligi. In ſanctorum quippe cordibus iuxta quaſdam virtutes ſemper permanet, iuxta quaſdam verò receſſurus venit, & venturus recedit. In fide etenim, ſpe atque charitate, & in bonis aliis ſine quibus ad cœleſtem patriam non poteſt veniri, ſicut eſt humilitas, caſtitas, iuſtitia, atque miſericordia, perfectorum corda non deſerit. In prophetiæ verò virtute, doctrinæ facundia, miraculorum exhibitione, electis ſuis aliquando adeſt, aliquando ſe ſubtrahit. Adeſt vt eleuentur, & ſemetipſum ſubtrahit, vt humilientur. Adeſt vt eos oſtenſa virtute glorificet: recedit, vt ſemetipſos ſubtracta eius virtute cognoſcant. Adeſt vt oſtendat quid per ſemetipſum ſint, recedit vt patefaciat qui vel quales remaneant ſine ipſo. In his itaque virtutibus ſine quibus ad vitam minimè peruenitur, ſanctus ſpiritus in electorum ſuorum cordibus permanet. In his verò per quas ſanctitatis virtus oſtenditur, aliquādo miſericorditer præſto eſt, & aliquando miſericorditer recedit. Diſcurrens ergo & mobilis ſpiritus dicitur, quia in ſignis atque virtutibus iuxta vniuſcuiuſque votum continuè non habetur. Bene autem inter ſancta animalia diſcurrere perhibetur. Diſcurſus quippe ad celeritatem pertinet. Inter perfectos autē diſcurrit ſpiritus, quia & ſi ab eorum corde ad momentum receſſerit, citius redit. Sequitur: Et animalia ibant & reuertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcātis.) Cum ſuperius dictum ſit: Non reuertebantur cum ambularent, qua ratione nunc dicitur:

G Animalia ibant & reuertebantur ? Valde sibi hæc videntur esse contraria, quia ibant & non reuertebantur, & ibant & reuertebantur. Sed qualiter intelligendum sit citius agnoscimus, si duas vitas, actiuam scilicet & contemplatiuam sollicitè discernamus. In vna enim fixi permanere possumus, in altera autem intenta mente manere nullo modo valemus. Cùm enim torporem nostrum relinquimus, nósque ipsos ad bonæ operationis studium excitamus, quo alibi nisi ad actiuam imus, à qua reuerti pòst nos nullo modo debemus, quia qui post illam ad torporem negligẽtiæ, ad prauitatis nequitias quas reliquerat redit, esse siue dubio cœleste animal nescit. Cùm vero ab actiua vita ad contemplatiuam surgimus, quia din mens stare in contemplatione non valet, sed omne quod de æternitate per speculum & in ænigmate conspicit, quasi furtim hoc & per trãsitum videt, ipsa sua infirmitate ab immẽsitate tantæ celsitudinis animus repulsus, in semetipso relabitur. Et necesse est vt ad actiuam redeat, séque ipsum continuè in vsu bonæ operationis exerceat, vt cùm mens surgere ad contemplanda cœlestia non valet, quæque potest bona agere non recusset. Sícque fit vt ipsis suis bonis actibus ad superiora rursus in contemplationem surgat, & amoris pastum de pabulo contemplatæ veritatis accipiat. In qua quia diu se tenere ipsa corruptionis infirmitas non potest, ad bona rursus opera rediens, suauitatis dei memoria pascitur: & foris piis actibus, intus vero sanctis desideriis nutritur. Hinc etenim
H de perfectis viris post contemplationem suam redeuntibus dicitur: Memoriam suauitatis tuæ eructabunt. Dulcedinem quippe suauitatis intimæ quia vtcũque possunt, velut quodam ex coruscо, prægustando tangere, eius memoriã studeant recolendo semper & loquendo eructare. Vnde & apertè nos Psalmista admonet, dicens: Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. Lætamini iusti in domino, & confitemini memoriæ sanctitatis eius. Qui rursus ait. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine. Quæ videlicet quàm magna esset, nullo modo cognosceret, nisi hanc aliquatenus contemplando gustasset. Hinc iterum dicit: Ego dixi in ecstasi mea proiectus sum à vultu oculorum tuorum. Nisi enim in mentis excessu subleuatus, dulcedinem suauitatis æternæ cognouisset, in hoc adhuc mundo retentus non discerneret quàm longè proiectus iaceret. Ostensa ergo animalia vadunt & non reuertuntur, atque vadunt, & redeunt, quia sancti viri & ab actiua vita quam apprehenderunt, ad iniquitates non non corruunt, & à contemplatiua quam tenere iugiter non possunt, in actiua relabuntur. Sicut enim dictum est, ipso infirmitatis suæ pondere deuicti, ad semetipsos repulsi redeunt, vt euntes discant quid desiderent, & reuertentes, vbi iaceant sciant. Euntes intelligant vbi nondum sint, reuertentes quid sint. Sed qualiter hæc sancta animalia redeant, demonstratur cùm subditur: In similitudinem fulguris coruscantis.) Bene autem reuertentia a-
I nimalia coruscanti fulguri comparantur, quia sancti viri cùm ad superna contemplanda euolant, cùm primitias sui spiritus in cœlestis patriæ amore ligant, sed grauati humanæ conuersationis pondere, ad semetipsos redeunt: bona cœlestia quæ saltem per speculum contemplari potuerunt, fratribus denunciant, eorúmque animos in amorem intimæ claritatis accendunt, quam nec videre sicut est, nec loqui prævalent sicut viderunt. Loquentes autem verbis suis corda audientium feriunt & incendunt. Quasi ergo fulgur coruscans redeunt, quia cùm cœlestia loquuntur, per eos supernum lumen intermicat, & ad amorem cœlestis patriæ mentes audientium inflammat. More itaque coruscantis fulguris cùm loquendo percutiunt, ignem spiritalis desiderij spargunt. Alio quoque modo sancta animalia vadunt & redeunt. Vadunt enim cum ad insinuãdam cœlestis doni gratiam, in prædicationem mittuntur: atque vt ad fidem trahant, mira coram infidelibus faciunt. Sed redeunt, quia hæc omnipotentis domini virtuti tribuentes, sibimetipsis quæ fecerint non asscribunt. Cũ enim stupenda faciunt fulgura sunt: quia corda intuentium concutiunt, terrent, illuminant, & accendunt. Vnde scriptum est: In
Abac.3. lumine iacula tua ibunt, in splendore fulguris armorum tuorum. Iacula domini sunt verba sanctorum, quæ corda peccantiũ feriunt. Sed ista iacula habent arma. Scitis fratres quia præliatores viri iacula mittunt, armis vero muniuntur. Dum ergo verbis addunt miracula, quasi armis se muniunt, ne ipsi feriantur. In lumine iacula tua ibunt, quia in aperto exeunt verba dei. Sed quia comitari debent sententias doctorum, facta miraculorum, & rectè subiungitur: In splendore fulguris armorum tuorum.) Quia dum addunt eis arma miraculorum, mentes persequentium fulgurant, vt eos persequi non præsumant. Hæc itaque animalia vadunt & reuertuntur in similitudinem fulguris coruscãtis, quia postquam mira sancti inter homines faciunt, postquam corda audientium sparso lumine incendunt, ad quandam auctori suo gloriam redeunt, vt illi laudem reddant per quem se posse talia sciunt. Sic Petrus cùm sanato homine qui claudus ex vtero matris fuerat, signum fecit, quod omnes qui cognoscerent valde mirarentur, dixit: Quid miramini in hoc, aut nos *Actor.*
quid intuemini quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hũc ambulare? Deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob, deus patrũ nostrorum glorificauit filium suum Iesum. Et paulopost. In fide nominis eius hunc quem videtis & nostis, confirmauit nomen eius. Signum quippe faciens, intuentium oculos miraculi lumine perstrinxit, sed humilitatem custodiens, & laudem auctori reddens, quasi vnde venerat rediit, quia lux fulguris vnde fuerat ostendit. Sancta itaque animalia cùm ad signa operanda veniunt, & cum ad reddendam auctori suo gloriam intus apud semetipsos redeunt, fulgura sunt, quia & ostendendo miracula, & exempla humilitatis præbendo, mentes intuentium feriunt & incendunt. In omne autem quod faciunt, idcirco semper ad laudem creatoris redeunt, vt in ea virtute quam accipiunt, vera stabilitate perfistant. Nam si quid sibi tribuerent, in hoc quod L
acceperant, stare non possent. Vnde bene etiam per Salomonem dicitur: Ad locum de quo exeunt flumina, reuertuntur vt *Eccles.*
iterum fluant. Siue enim in virtutibus seu in doctrina, quid aliud sunt sancti viri quàm flumina, quæ terram cordis carnalium aridam rigant? Sed siue in operatione quam faciunt, seu in doctrinæ verbis citius siccarentur, nisi per intentionem cordis semper sollicitè ad locum de quo exeunt redirent. Si enim introrsus ad cor non redeant, ac sese in amore conditoris desiderio-rum vinculis non astringant, & manus ab eo quod agebat deficit, & lingua ab eo quod loquebatur aresçit. Sed intus semper per amorem redeunt, & hoc quod in publico operantes atque loquentes fundunt, in secreto suo de fonte amoris hauriunt: Amando enim discunt quod docendo proferunt. Ad locum ergo de quo exeunt flumina, reuertuntur vt iterum fluant, quia aquam sapientiæ inde semper hauriunt vnde oritur: ne cum cucurrerit exiccetur. Per omne ergo quod agimus, ad fontem veri luminis solicita mente redeamus. Reddamus creatori nostro gratias de bonis quæ accepimus, eíque cum Esaia propheta supplíciter dicamus: Omnia opera nostra operatus es nobis. Bona e-
nim nostra, eius sunt opera, cuius visceribus non suffecit vt nos *Esaiæ.*
erigeret, nisi & semetipsum pro nobis inclinaret. Si enim coæternus patri deus ante secula non fieret homo in tempore, quando homo temporalis saperet æterna? Descensio ergo veritatis, M
ascensio facta est humanitatis nostræ. Demus ei gloriam, demus laudem, qui viuit cum patre in vnitate spiritusſancti deus per omnia secula seculorum, Amen.

Homilia sexta.

CVmque aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram, iuxta animalia, habens quatuor facies. Et aspectus rotarum & opus earum quasi visio maris, & vna similitudo ipsarum quatuor, & aspectus earũ & opera quasi si sit rota in medio rotæ. Per quatuor partes earum euntes ibãt, & non reuertebantur cùm ambularent. Statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus.

T Enebrosa aqua in nubibus aëris: quia obscura est scientia in prophetis. Sed Salomonis voce attestante didicimus: Gloria regum, cælare verbum, & gloria dei est inuestigare sermonem, quia & honor est hominum, eorum secreta abscondere, & gloria dei est, mysteria sermonis eius aperire. Ipsa autem per se veritas discipulis dicit: Quæ dico *Psal.17.* *Prouer.25.* *Matt.10.*
vobis

A vobis in tenebris, dicite in lumine, id est, apertè exponite quæ in allegoriarum obscuritatibus auditis. Magnæ verò vtilitatis est ipsa obscuritas eloquiorũ dei, quia exercet sensum vt fatigatione dilatetur, & exercitatus capiat quod capere non potest otiosus. Habet quoque adhuc aliud manus quia scripturæ sacræ intelligentia si in cunctis esset aperta, vilescceret. In quibusdã locis obscurioribus tanto maiore dulcedine inuenta reficit, quanto maiore labore fatigat animum quæsita. Ecce enim sancti Ezechielis nunc voce dicitur: Cumque aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram. Quid autem rota, nisi sacram scripturã signat, quæ ex omni parte ad auditorum mentes voluitur, & nullo erroris angulo à prædicationis suæ via retinetur? Ex omni autem parte voluitur, quia inter aduersa & prospera, & rectè & humiliter incedit. Circulus quippe præceptorum illius modo sursum, modo deorsum est, quia quę perfectioribus spiritaliter dicuntur, infirmis iuxta literam congruunt. Et ipsa quæ paruuli iuxta literã intelligunt, docti viri per spiritalem intelligentiam in altum ducunt. Quis namque paruulorum in facto Esau & Iacob, quòd alter ad venatum mittitur vt benedicatur, alter verò per suppositionẽ matris à patre benedicitur, nisi iuxta sacræ lectionis historiam pascitur? In quâ videlicet historia si ad intellectum paulo subtilius astrigatur, videtur quia Iacob primogeniti benedictionem non per fraudem surripuit, sed vt sibi debitam accepit, quã
B concedente fratre data lentis mercede emerat. At vero si quis altius sentiens, vtrorunque facta velit per allegoriæ arcana discutere, protinus ab historia in mysterium surgit. Quid est enim ψ Isaac de maioris filij sui venatione vesci concupiscit, nisi quòd omnipotens deus Iudaici populi bona operatione pasci desiderabat? Sed illo tardante, minorem Rebecca suppositum, quia dum Iudaicus populus bona opera foris quærit, gentilem populum mater gratia instruxit, vt omnipotenti patri cibum boni operis offerret, benedictionémque maioris fratris acciperet. Qui eosdem cibos ex domesticis animalibus præbuit: quia gentilis populus placere deo de exterioribus sacrificiis non quærens, per vocem prophetiæ dicit: In me sunt deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi. Quid est quòd idem Iacob manus ac brachia & collum hœdinis pellibus texit, nisi quòd hœdus pro peccato offerri cõsueuit? Et gentilis populus carnis quidem in se peccata mactauit, sed coopertum se peccatis carnalibus confiteri nõ erubuit. Quid est quòd vestimẽtis fratris maioris induitur, nisi quòd sacræ scripturæ præceptis quæ maiori populo data fuerant, in bona operatione vestitus est? Et eis minor in domo vtitur, quæ maior foras exiens intus reliquit, quia illa gentilis populus præcepta tenet in mente, quæ Iudaicus populus habere non potuit dum solam in eis literam attendit. Et quid est quòd Isaac eundem filium nescit quem benedicit, nisi hoc quod de gentili populo dominus
C per Psalmistam dixit: Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: ob auditum oris obediuit mihi? Quid est quòd præsentem non videt, & tamen quæ ei in futuro veniebant videt, nisi quòd omnipotens deus cùm per prophetas suos prædicaret gentilitati gratiam prærogandam, eam & in præsenti per gratiam non videt, quia tunc in errore dereliquit, & tamen quia hanc quandoque collecturus erat, per benedictionis gratiam præuidit. Vnde & idem Iacob gentilis populi figuram tenet, eique in benedictione dicitur: Ecce odor filij mei sicut odor pleni agri, cui benedixit dominus deus. Sicut enim in Euangelio veritas dicit: Ager est hic mundus. Et quia gentilis populus ad fidem perductus, per electos suos in vniuerso mundo virtutibus redolet, odor filij, odor est agri pleni. Aliter nanque olet flos vuæ, quia magna est virtus & opinio prædicatorum, qui inebriant mentes audientium. Aliter flos oliuæ, quia suaue est opus misericordiæ, quia more olei refouet & lucet. Aliter flos rosæ, quia mira est fragrantia quæ rutilat & redolet ex cruore martyrum. Aliter flos lilij, quia candida vita carnis est de incorruptione virginitatis. Aliter flos violæ, quia magna est virtus humilium, qui ex desiderio loca vltima tenentes, se per humilitatem à terra in altum non subleuant, & cœlestis regni purpuram in mente seruant. Aliter redolet spica, cum ad maturitatem perducitur: quia bonorum operum perfectio ad satietatem eorum qui iustitiam esuriunt præparatur. Quia ergo gentilis populus in electis suis vbique per mundum sparsus est, & ex eis virtutibus quas agit, omnes qui intelligunt, odore bonæ opinionis replet: dicatur rectè. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Sed quia eiusdem virtutes ex semetipso non habet, adiungat: Cui benedixit dominus deus. Et quoniam electorum populus per quosdam etiam in contemplationem surgit: per quosdam verò in actiuæ vitæ solummodo opera pingescit: rectè illic additur: Det tibi dominus de rore cœli: & de pinguedine terræ. Ros enim desuper & subtiliter cadit. Et totiens de rore cœli accipimus, quotiens per infusionem contemplationis intimæ de supernis aliquid tenuiter videmus. Cum vero bona opera etiam per corpus agimus: de terræ pinguedine ditamur. Quid est autem quòd Esau tardè ad patrem redit: nisi quòd Iudaicus populus ad placandum dominum sero reuertitur? Cui & hoc in benedictione dicitur: Tempúsque erit cum soluatur iugum de collo tuo. Quia à seruitute peccati Iudaicus populus in fine liberabitur: sicut scriptum est: Donec plenitudo gentium introiret, & sic omnis Israel saluus fieret. Quem non paruulorum ipsa Euangelica historia in miraculi operatione reficiat, quòd hydrias vacuas dominus aqua implere præcepit, eandémque aquam protinus in vinum vertit? Sed cum hæc vigilantiores ingenio audiunt: & sacram historiam credendo venerantur, quid interius innuat requirunt. Qui enim mutare aquam in vinum potuit, etiam vacuas hydrias valuit vino statim replere. Sed implere hydrias aqua iubet, quia prius per sacræ lectionis historiam corda nostra replenda sunt. Et aquam nobis in vinum vertit, quando ipsa historia per allegoriæ mysterium in spiritalem
E nobis intelligentiam commutatur. Rota ergo quasi per terram trahitur, quia paruulis humili sermone concordat, & tamen magnis spiritalia infundens, quasi circulum in altum leuat. Et inde sursum erigitur, vnde terram tangere pauloante videbatur.

Quia verò vndique ædificat: quasi per circulum rota currit. Vnde & in lege scriptum est: Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo: hastile eius & calamos & scyphos & sphærulas ac lilia ex ipso procedentia. Quis in candelabro nisi redemptor humani generis designatur? qui in natura humanitatis infulsit lumen diuinitatis, vt mundi candelabrum fieret, quatenus in eius lumine omnis peccator in quibus iaceret tenebris videret. Qui pro eo quòd naturam nostram sine culpa suscepit; candelabrum tabernaculi ex auro purissimo fieri iubetur.

Ductile autem feriendo producitur, quia & redemptor noster qui ex conceptione & natiuitate perfectus deus & homo extitit: passionum dolores pertulit, & sic ad resurrectionis gloriam peruenit. Ex auro ergo mundissimo ductile candelabrum fuit, quia & peccatum non habuit: & tamen eius corpus per passionis contumelias ad immortalitatem profecit. Nam iuxta virtutes animæ quibus percussionibus potuisset proficere, omnino non habuit. In membris autem suis (quæ nos sumus) quo-
F tidie percussionibus proficit, quia dum nos tundimur & efficimur vt eius corpus esse mereamur, ipse proficit. De eius autem corpore scriptum est: Ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum dei. Corpus quippe illius nos omnes sumus. Per nexus verò & coniunctiones corpus ligatur: quia dum capiti pectus: dum pectori brachia, dum brachiis manus, digiti manibus sunt coniuncti, ac membra cætera membris inhærent, corpus omne perficitur: sicut sancti Apostoli, quia redemptori nostro propinqui steterunt, quasi pectus capiti inhæsit. Quos quia martyres sunt secuti: quasi coniuncta brachia pectori fuerunt. Quibus dum pastores & doctores subiuncti sunt per bona opera, manus brachiis inhæserunt. Hoc verò omne corpus redemptoris nostri quotidie per nexum & coniunctionem subministratum est in cœlo: quia cũ ad eũ illuc electæ animæ ducũtur, ei sua mẽbra colligãtur. De quo bene dicitur: Subministratũ & cõstructũ crescit in augmentũ dei: quia deus omnipotens redẽptor noster qui in se quo ꝓficiat nõ habet, adhuc per mẽbra sua quotidie augmentũ habet. Vnde rursum scriptum est: Donec occurramus omnes in virum perfectum in mensurã ætatis plenitudinis Christi. Hastile verò eiusdem candelabri ipsa Ecclesia debet intelligi, quæ corpus eius est: quia inter tot aduersa libera stat. Calami autẽ qui de hastili procedũt, prędicatores sunt, qui dulcẽ sonũ in mundo ædiderunt, videlicet canticum nouum. Scyphi autem

Gen. 27.

Psal.

Gen. 28. Ioan. 7. Matth.

Gen. 27.

Exod. 25.

Coloss. 2.

Ephes. 4.

G tem vino repleri solent. Quid ergo mẽtes auditorum nisi scyphi sunt, quæ sanctis prædicantibus vino scientiæ replentur? Sphærula autem quid est aliud nisi volubilitas prædicationis? Sphæra autem ex omni parte voluitur. Et prædicatio quæ nec aduersitate retineri potest, nec prosperitatibus eleuatur, sphæra est. Et inter aduersa fortis, & inter prospera humilis, nec timoris habet angulum, nec elationis. In cursu ergo suo figi non valet: quia per cuncta se volubiliter trahit. Vt autem hoc quod exẽpli causa protulimus exequamur, bene post calamos scyphos & sphærulas, in candelabro lilia describuntur: quia post eam quam diximus prædicationis gratiam atque volubilitatem, illa virens patria sequitur: quæ animabus sanctis: id est, floribus vernat æternis. Sphærulæ ergo ad laborem pertinent, lilia ad retributionem. Itaque sicut apud Moysem sphærula doctrina prædicationis accipitur: ita hic per rotam ipsa sacra scriptura signatur. Prophetæ igitur dum sancta animalia videret, adiunxit: Cumque aspicerem animalia: apparuit rota vna super terram.) Qua in re quærendum est cùm inferius rotæ describuntur, cur vna rota prius apparuisse dicitur, nisi quia antiquo populo vetus solummodo testamentum datum est, quod ad erudiendam mentẽ illius quasi rota volueretur? Bene autem rota eadem super terram apparuisse dicitur: Peccanti enim homini dictum est: Terra es, & in terram ibis. Rota ergo super terram apparuit: quia deꝰ omnipotẽs legem super corda peccantium dedit. Sed quia hæc pennata animalia sanctos (vt antè diximus) Euangelistas designant: quomodo prius animalia, & postmodum rota vna aspicitur, dum antè testamentum vetus fuerit, & postmodum sancti Euangelistæ secuti sint? Sed intelligere in his possumus quod illi priusà propheta visi sunt, qui merito transcendunt. Nam quantum sanctum Euangelium testamentum vetus præcellit: tanto & prædicatores eius in descriptione prophetica præferri debuerunt. Quamuis sit adhuc aliud quod in hac descriptione considerari debeat, quia prophetiæ spiritus sic intra semetipsum anteriora & posteriora simul colligit: vt hæc simul prophetæ lingua proferre nõ possit. Sed ampla quæ videt de præteritis sermonibus emanat, & nunc vltima post prima, nunc vero prima post vltima loquitur. Vnde Ezechiel propheta sub figura sanctæ vniuersalis Ecclesiæ & Euangelistarum gloriam per quatuor animalium similitudinem videt: & tamen repentè illa subiungit quæ anterioribus gesta sunt: vt patenter indicet simul se vidisse: quod carnis lingua non sufficeret simul dicere. Quia verò per quatuor animalia etiam perfectos omnes significari diximus, considerandum quoque est quosdam sanctorum & ante legem fuisse qui naturali lege districtè viuerent, & omnipotenti domino placerent. Post animalia ergo rota describitur: quia electorum multi apud omnipotentem dominum perfecti & ante legem fuerunt. Sin vero animalia solos (vt diximus) Euangelistas debemus accipere: est adhuc aliud quod considerare debeamus. Videbat enim in spiritu propheta: quia hæc ipsa verba quæ obscuritatibus obuoluta proferebat, non Iudaico populo, sed gẽtibus panderentur. Nobis igitur loquens: prius animalia, & pòst rotam describere debuit: quia nos ad fidem domino largiente venientes, non per legem Euangelium, sed per sanctum Euangelium legem didicimus. Vbi verò vel qualis rota apparuerit: adiungit cùm dicit: Iuxta animalia habens quatuor facies.) Vbi adhuc subditur: Et aspectus rotarum & opus earum quasi visio maris: & vna similitudo ipsarum quatuor: & aspectus earum & opera, quasi si sit rota in medio rotæ.) Quid est hoc quòd cũ vna rota diceretur: paulopost adiungitur: quasi si sit rota in medio rotæ, nisi quòd in testamenti veteris litera testamentum nouum latuit per allegoriã? Vnde & rota eadẽ quę iuxta animalia apparuit, quatuor facies habere describitur, quia scriptura sacra per vtraque testamenta in quatuor partibus est distincta. Vetus etenim testamentum in lege & prophetis, nouum vero in Euangeliis atque Apostolorum actibus & dictis. Scimus autem quia vbi faciem intendimus, ibi quod necesse est videmus. Rota ergo quatuor habet facies: quia prius resecanda mala in populis vidit per legem, postmodum vidit per prophetas: subtilius vero per Euangelium, ad extremum autem per Apostolos ea quæ in culpis hominum resecarentur, aspexit. Potest quoque intelligi quod quatuor facies rota habeat, propter hoc quòd scriptura sacra per gratiam prędicationis extensa in quatuor mundi partes innotuit. Vnde & bene rota eadem vna prius iusta animalia apparuisse: & postmodum quatuor facies habuisse describitur: quia nisi lex Euangelio concordaret, in quatuor mundi partibus non innotesceret. Sequitur: Et aspectus rotarum & opus earum quasi visio maris.) Rectè sacra eloquia visioni maris similia narrantur: quia in eis magna sunt volumina sententiarum, cumuli sensuum. Nec immerito mari similis scriptura sacra dicitur: quia firmantur in ea sententiæ locutionis, sacramento baptismatis. Vel certè considerandum est, quia nauibus in mare nauigamus, cum ad desideratas terras tendimus. Nobis autem quid est in desiderio nisi illa terra de qua scriptum est: Portio mea in terra viuentium? Ligno autem (vt dixi) euehitur qui mare trãsit. Et scimus quia sacra scriptura lignum crucis per legem nobis prænunciat, cùm dicit: Maledictus omnis qui pendet in ligno. Quod de redemptore nostro Paulus attestatur, dicens: Factus pro nobis maledictum. Per prophetas quoque lignum annunciatur, cùm dicitur: Dominus regnabit à ligno'. Et rursum: Mittamus lignum in panem eius. Per euangelium vero lignũ crucis apertè ostenditur: vbi ipsa domini passio quæ prophetata est, declaratur. Per Apostolum autem hæc eadem crux etiam in verbis & operibus tenetur, cùm Paulus dicit: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Et rursus: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Nobis ergo qui ad æternam patriam tendimus: scriptura sacra per quatuor suas facies mare est. Quæ crucem annunciat: quia nos ad terram viuentium ligno portat. Nisi autẽ mari scripturã sacrã similem cerneret propheta, minimè dixisset: Repleta est terra scientia domini: sicut aquæ maris operientis. Sequitur: Et vna similitudo ipsarũ quatuor: & aspectus earum & opera, quasi si sit rota in medio rotæ.) Vna similitudo ipsarũ est quatuor, quia quod prædicat lex, hoc etiam prophetæ: quod denunciant prophetæ, hoc exhibet Euangelium: quod exhibuit Euangelium, hoc prædicauerunt Apostoli per mundum. Vna ergo est similitudo ipsarum quatuor, quia diuina eloquia etsi temporibus distincta, sunt tamen sensibus vnita. Et aspectus earum & opera, quasi si sit rota in medio rotæ.) Rota intra rotam est testamentum nouũ (sicut diximus) intra testamentum vetus: quia quod designauit testamentum vetus, hoc testamentum nouum exhibuit. Vt enim pauca de multis loquar, quid est quòd Adam dormiente Eua producitur, nisi quòd moriente Christo Ecclesia formatur? Quid est quòd Isaac ad immolandum ducitur, & ligna portat, atæ superimponitur & viuit: nisi quòd redemptor noster ad passionem ductus, lignum sibi crucis ipse portauit? & sic in sacrificio pro nobis ex humanitate est mortuus, vt tamen immortalis maneret ex diuinitate. Quid est quòd homicida post mortem summi pontificis absolutus, ad terram propriam redit: nisi quòd humanum genus quod peccando sibimetipsi mortem intulit, post mortem veri sacerdotis videlicet redemptoris nostri, peccatorum suorum vinculis soluitur: & in paradisi possessione reparatur? Quid est quòd in tabernaculo propitiatorium fieri iubetur: super quod duo Cherubin, vnum à summitate vna, & alterum à summitate alia, ex auro mundissimo ponuntur expandentes alas, & operientes oraculum? Quid est quod se mutuo respiciunt, versis vultibus in propitiatorium: nisi quòd vtraque testamenta ita sibi in mediatorem dei & hominum concordant, vt quod vnum designat, hoc alterum exhibeat? Quid enim per propitiatorium, nisi ipse redemptor humani generis designatur? De quo per Paulum dicitur: Quem proposuit deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius. Quid verò per duo Cherubin quæ plenitudo scientiæ dicuntur, nisi vtraque testamenta signata sunt? Ex quibus vnum à summitate vna propitiatorij, aliud verò à summitate altera stat: quia quod testamentum vetus de incarnatione nostri redemptoris cœpit prophetando promittere, hoc testamentum nouum perfectè narrat expletum. Duo autem Cherubin ex auro mundissimo facta sunt, quia vtraque testamenta pura ac simplici veritate describuntur. Expandunt vero alas, & oraculum operiunt, quia nos qui omnipotentis dei oraculum sumus: à culpis imminentibus scripturæ sacræ ædificatione protegimur. Cuius dum sententias sollicitè aspicimus, ab errore ignorantiæ eius alis velamur. Duo ergo Cherubin

Gene. 3.

Universidad de Deusto

A rubin in se mutuo respiciunt, versis vultibus in propitiatorium: quia vtraque testamenta in nullo à se discrepant. Et quasi ad semetipsa vicissim facies tenent, quia quod vnum promittit, hoc aliud exhibet, dum inter se positum mediatorem dei & hominum vident. Facies quippe à semetipsis Cherubin auerterent, si quod vnum testamentum promitteret aliud negaret. Sed dum concorditer de mediatore dei & hominum loquuntur, vt vicissim se respiciant, in propitiatorium intendunt. Rota ergo in medio rotæ est: quia inest testamento veteri testamentum nouum. Et sicut sæpe iam diximus, quod testamentũ vetus promisit, hoc nouum exhibuit, & quod illud occulte annunciat, hoc istud exhibitum aperte clamat. Prophetia ergo testamenti noui, testamentum vetus est, & expositio testamenti veteris, testamentum nouum. Sequitur: Per quatuor partes earum ibant, & non reuertebãtur.) Quo alibi diuina eloquia nisi ad corda hominum vadunt? Sed per quatuor partes euntes ibant, quia scriptura sacra per legem ad corda hominum vadit, signando mysterium. Per prophetas vadit paulo apertius, prophetando dominum. Per Euangelium vadit, exhibendo quem prophetauit. Per Apostolos vadit, prædicando eum quem pater in nostra redemptione exhibuit. Habent ergo rotæ facies & vias: quia ostendunt sacra eloquia notitiam præceptorum cum exhibitione operum. Et per quatuor partes
B vadunt, quia distinctis (vt prædiximus) temporibus loquuntur, vel certè quia in cunctis mundi regionibus incarnatum dominũ prædicant. De quibus apertè mox subditur: Et non reuertebantur cùm ambularẽt.) Hæc superius de animalibus dicta sunt, sed non eadem intelligi de rotis quæ de animalibus possunt. Rotis quippe signari testamenta diximus. Et testamentum vetus ambulauit quidem: quia per prædicationem ad mentes hominum venit, sed post ad semetipsum reuersum est, quia iuxta literam, in præceptis suis & sacrificiis vsque ad finem seruari non potuit. Non enim sine imutatione permansit: cùm in eo spiritalis intelligentia defuit. Sed cùm redemptor noster in mundum venit, hoc spiritaliter fecit intelligi, quod carnaliter inuenit teneri. Itaque dum spiritaliter litera eius intelligitur, omnis in eo illa carnalis exhibitio viuificatur. Testamentum verò nouum etiam per testamenti veteris paginas testamentum æternum appellatum est, quia intellectus illius nunquam mutatur. Bene ergo dicitur quòd rotæ euntes ibant, & non reuertebantur cum ambularent, quia nouum testamentum non rescinditur, dum vetus iam spiritaliter intelligitur. Post se non redeunt, quia vsque ad finem mundi immutabilia persistunt. Ambulant ergo, sed non reuertuntur, quia sic spiritaliter ad cor nostrum veniunt, vt eorum præcepta vel studia vlterius non mutentur. Sequitur: Statura
C quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus.) Quid est quòd in scripturæ sacræ eloquiis tria hæc inesse narrantur: vt staturam, altitudinem, & horribilem aspectum, id est terribilem habere memorentur. Quærendum nobis magnopere est, quæ diuinæ scripturæ statura, quæ altitudo, quis horribilis aspectus dicitur. Sciendum ergo est, quia stare, ad vitam congruit bene operantis. Vnde per Paulum dicitur: Qui stat, videat ne cadat. Qui etiam discipulis dicit: Sic state in domino charissimi. Et propheta qui se vita ac moribus ante dominũ stare videbat, ait: Viuit dominus, in cuius conspectu sto. Altitudo vero, est cœlestis regni promissio. Ad quam tunc pertingitur, quando iam mortalis vitæ omnis corruptio subiugatur. Horribilis vero aspectus est terror gehennæ, quæ sine fine reprobos cruciat, & semper in cruciatum conseruat. Statura ergo in rectitudine prædicationis est: Altitudo in celsitudine supernæ promissionis: Horribilis verò aspectus in minis atque terroribus supplicij sequentis. Scriptura igitur sacra staturam habet, quia mores ad standum dirigit: vt auditorum mentes ad terrenam concupiscentiam non curuentur. Altitudinem habet: quia in cœlesti patria æternæ vitæ gaudia promittit. Horribilem quoque aspectum habet: quia omnibus reprobis gehẽnæ supplicia minatur. Ostendit igitur staturam suam in ædificatione morum. Ostendit altitudinem in promissione præmiorum: Ostendit horribilem aspectum in terroribus suppliciorum. Recta est enim in præceptis: alta in promissionibus: horribilis in minis. Habet staturã, cum per prophetam dicit: Quiescite agere peruersè: discite benefacere: quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo: defendite viduam. Et rursum: Frange esurienti panem tuum, & egenos vagósque induc in domum tuam. Cùm videris nudũ, D operi eum: & domesticos seminis tui ne despexeris. Habet altitudinem, cùm per eundem prophetam dicit: Non erit tibi sol amplius ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam, & deus tuus in gloriam tuam. *Esaiæ.60.* Habet horribilem aspectum, cum infernum describẽs dicit: Dies vltionis domini, annus retributionis iudicij Siõ, & conuertentur torrentes eius in picẽ, & fumus eius in sulphur, & erit terra eius in picem ardentem nocte & die, non extinguetur in sempiternum. *Esaiæ. 34.* Quam beatus quoque Iob describit dicens: Terram tenebrosam & opertam mortis caligine, terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitans. *Iob.10.* Habet staturam cùm per eum dominus propitius pollicetur dicens: Sicut cœli noui & terra noua quæ ego stare facio coram me dicit dominus, sic stabit semen vestrum & nomen vestrum. *Esa.vlti.* Illi enim veraciter coram domino stant, qui vitam suam in prauitate non disipant. Habet altitudinem, cùm statim subdit: Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato, *Ibidem.* & veniet omnis caro vt adoret coram facie mea, dicit dominus: Quid est mensis nisi profectio dierum? Et quid est sabbatum, nisi requies in qua fieri opus seruile nõ liceat? Mensis ergo ex mẽse est, quia qui hic perfectè viuunt, illuc ad perfectionem gloriæ perducuntur. Sabbatum verò ex sabbato est, quia qui hic cessant à peruerso opere, illic quiescunt in cœlesti retributione. Habet etiam horribilem aspectũ, cum protinus adiungit: Et egrediẽtur E & videbuut cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me. *Ibidem.* Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. *Ibidem.* Quid enim horribilius dici, quid cogitari potest, quàm damnationis vulnera susci pere, & dolores vulnerum nunquam finire? De hoc horribili aspectu rotarum bene per Sophoniam dicitur: cùm superuenire duris mentibus dies iudicij denunciatur: Iuxta est dies domini magnus, iuxta & velox nimis. Vox diei domini amara tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris. *Sopho.1.* Sed quia exterioris rotæ dicta posuimus, restat nunc vt interioris quoque staturam, altitudinem, & horribilem aspectum proferre debeamus. Habet quippe rota interior staturam suam, cum per sanctum Euangelium ad terrena desideria incuruare nos prohibet, redemptoris nostri vocibus dicens: Attẽdite vt non grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, aut in curis huius vitæ. *Luc. 21.* Habet altitudinem, cùm de eodem redemptore promittit, dicens: Quotquot autem crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. *Ioan.1.* Quid enim hac potestate altius, quid hac altitudine sublimius dici potest, in qua creatus quisque efficitur filius creatoris? Habet horribilem aspectum, cùm de reprobis F loquitur dicens: Ibunt in supplicium æternum. *Matth. 25.* Habet staturam, cum veritas discipulos admonet dicens: Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. *Luc.12.* Facite vobis sacculos non veterascentes. Habet promissionis altitudinem, cùm dicit: Venient *Matth.8.* ab oriente & occidente: & recumbent cum Abraam & Isaac & Iacob in regno cœlorum. Habet horribilem aspectum, cum subdit: Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores, ibi erit *Ibidem.* fletus & stridor dentium. Quibus rursum voce veritatis dicitur: Vos in peccatis vestris moriemini. Habet staturam, cum *Ioan.8.* primi pastoris vocibus dicit: Ministrate in fide vestra virtutem, *2.Pet.1.* in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Habet altitudinem, cum paulopost dicit: Sic enim *Ibidem.* abũdanter ministrabitur vobis introitus in æterno regno domini & saluatoris nostri Iesu Christi. Qui rursus bonis pastoribus pollicetur, dicens: Cum apparuerit princeps pastorum, per- *2.Pet.5.* cipietis immarcesibilem gloriæ coronam. Habet horribilem *Ibidem.* aspectum, cum dicit: Aduenict autem dies domini vt fur, in qua cœli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur: Cum hæc igitur omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum diei dei: per quam cœli ardentes soluentur: elementa verò ignis ardore tabescent? Habet staturam, cùm per Paulum nos à terrenis desideriis erigit, dicens: Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornica- *Coloss.3.*

tionem,

Universidad de Oviedo Biblioteca

G tionem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam & auaritiam, quæ est idolorum seruitus. Habet altitudinẽ, cùm promittit dicens: Vita vestra abscõdita est cum Christo in deo. Cùm enim Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cũ ipso in gloria. Habet horribilem aspectum, cùm minatur dicẽs: In reuelatione domini nostri Iesu Christi de cœlo, cum angelis virtutis eius in flamma ignis, dantis vindictam his qui non nouerunt deum, & qui non obediunt Euangelio domini nostri Iesu Christi, qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie domini, & à gloria virtutis eius. Habet staturam, cùm nos admonet dicẽs: Videte ne quis alicui malum pro malo reddat, sed semper quod bonum est sectamini in inuicem & in omnes. Habet altitudinem, cum promittit dicens: Si commorimur, & conuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus. Et rursum: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in vobis. Habet horribilem aspectum, cum minatur dicens: Terribilis quidem expectatio iudicij, & ignis æmulatio: quæ consumptura est aduersarios. Qui rursus ait: Horrendum est incidere in manꝰ dei viuentis. Quæ omnia breui quoque sententia stringit, dicẽs: Vt positis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. Lata quippe est charitas, quia & inimicorum dilectionem capit, & per eam charitatẽ qua nos deus omnipotens latè diligit, etiam longanimiter portat. Hoc ergo nos debemus exhibere proximis: quod indignis nobis à creatore nostro conspicimus exhiberi. Latitudo itaque
H & longitudo ad staturam pertinet, quia per amorem mores dilatat, vt fraterna mala charitas longanimiter portet. Sublimitas autem est æternorum illa remuneratio præmiorum, de cuius immensitate dicitur: Quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se. Habet ergo in sublimitate altitudinem, quia æterna sanctorum gaudia nulla nunc præualent cogitatione penetrari. Profundũ quoque est illa inæstimabilis damnatio suppliciorum, quæ eos quos susceperit in imis demergit. In quibus sacra eloquia horribilem aspectum habent, quia inæstimabilem terrorem audientibus incutiunt, cùm supplicia inferis loquuntur. Bene ergo dicitur: Statura quoque erat rotis, & altitudo & horribilis aspectus.) quia scriptura sacra in vtroque testamento & admonendo recta est, & promittendo alta, & minando terribilis. Hæc nos fratres charissimi hodierna die largiente domino dixisse sufficiat, vt ad differenda ea quæ subiuncta sunt, otio reparati redeamus, in auctore omnium deo & domino nostro Iesu Christo confidentes: Qui vi uit & regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorum, Amen.

Ibidem. *1.Thes.1.* *1.Thes.5.* *Roma.8.* *Ibidem.* *Hebr.5.* *Hebr.10.* *Ephes.3.* *1.Cor.2.*

Homilia septima.

I

ET totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor. Cúmque ambularẽt animalia: ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & cùm eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ. Quocunque ibat spiritus, illuc eunte spiritu & rotæ pariter eleuabantur, sequẽtes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis. Cum euntibus ibant, & cum stantibus stabant: & cũ eleuatis à terra pariter eleuabantur & rotæ sequentes ea: quia spiritus vitæ erat in rotis. Et similitudo super caput animalium firmamẽti quasi aspectus crystalli horribilis & extenti super capita eorum desuper. Sub firmamento autem pẽnæ eorum rectæ alterius ad alterum. Vnumquodque duabus alis velabat corpus suum, & alterum similiter velabatur.

S Icut nostis fratres charissimi: consuetudo prophetiæ est, nunc ista, nunc illa conspicere, & ab alius in aliud subito verba diriuare. sicut Psalmista cum de domino loqueretur, dixit: Deus iudex iustus, fortis & patiens, nunquid irascetur per singulos dies? Nisi conuertamini, gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit & parauit illum, & in ipso parauit K vasa mortis sagittas suas ardentibus effecit. Repentè subiunxit: Concepit dolorem & peperit iniquitatem. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. Ecce cum domini narraret iustitiam, quasi non mutata voce, repentè peccatoris intulit culpam. Quod vnum me exempli causa dixisse sufficiat: quia quisquis in prophetis vsum lectionis habet, quàm crebrò ista faciat, non ignorat. Vnde nunc Ezechiel propheta cum de rotis loqueretur, adiunxit: Et totum corpus plenum oculis in circuitu ipsorum quatuor.) Qui enim non ipsarum sed ipsorum dixit: profecto indicat quia repentè sermo eius à rotis ad animalia rediit. Per quæ nimirum perfecti quique (vt prædictum est) designantur. Corpora itaque animalium idcirco plena oculis describuntur, quia sanctorum actio ab omni parte circunspecta est: bona desiderabiliter prouidens, mala solerter cauens. Et hoc est laboriosius, quia sanctorum mens vehementer inuigilat ne se ante eorum oculos mala sub bonorum specie abscondant. Circunspecta ergo est vita sanctorum, ne sic sit libera, vt superba sit: quia sæpe superbia excedit in verbis, & audiri appetit libertas puritatis. Ne sic sit humilis, vt formidolosa: quia aliquando timor restringit animum, & loqui quæ recta sunt, nõ præsumit, sed tamen in ipsa timida cogitatione humilitatẽ esse se simulat. Ne sic sit parca, vt tenax sit: quia plærunque tenacia parsimo- L nia appetit æstimari, vt iustè ac necessariè videatur tenere, quicquid egenti proximo misericorditer non vult impendere. Ne sic sit misericors, vt effusa sit: quia nonnunquam effusionem esse misericordiam putat. Aliud enim est pietatis studio necessaria proximis dare: atque aliud ea quæ possidentur, sine mercedis intentione dispergere. Quicquid ergo agitur, in radice intẽtionis pẽsandum est quo merito apud iudicium creatoris habeatur. Vnde & idem creator dicit: Si oculus tuus simplex fuerit: totũ cor- *Matt.* pus tuum lucidum erit. Oculum videlicet intentionem, corpus verò actionẽ nominãs. Quia si nostra intentio apud deũ simplex fuerit: in eius iudicio nostra actio tenebrosa non erit. Igitur quia sancti viri solerter inuigilant, vt se vndique aspiciant, & vbique custodiant: ne aut mala propter ea ipsa appetant, aut hæc eadem sub specie bonorum agant: scilicet ne se eis vitia virtutes esse mentiantur, totum corpus plenum in circuitu oculis habent: quia omnis eorum actio prouidentia solicitudinis M & repletur & circundatur. Hinc est quod Paulus Apostolus dum cuidam pœnitenti de perpetrato facinore Corinthios prospiceret voluisse misereri, ait: Si cui aliquid donastis, & ego. Nam & ego quod donaui, propter vos in persona Christi: vt nõ *2.Cor.* circunueniamur à satana. Non enim ignoramus cogitationes eius. Si enim parcendum erat: cur se humilitati tantæ voluntati discipulorum magister egregius sociat, vt neque ipse à discipulis, neque ab eo discipuli in compassionis causa diuisi viderentur, nisi quia sollicito prouidentiæ oculo attendit, quòd plærunque dum alter donat: alter irascitur? Et quale est iam misericordiæ sacrificium, quod cum discordia proximi offertur? Vnde rectè ait: Vt non circumueniamur à satana. Non enim ignoramus cogitationes eius. Quia videlicet inde in alterius corde rixæ malum solet immittere, vnde alterum conspicit pietatis negotium feciſſe. Imperfectum enim bonum est quod sic agitur, vt ne quid ei ex alio latere malè surrepat, non attendatur: nisi fortè hoc quod sine cuiuspiam scandalo fieri non potest, culpa sit non feciſſe. Hoc verò ideo dicimus, vt votum nostræ dilectionis faciamus: quia in nostro bono opere aliquando cauendum est scandalum proximi, aliquando vero pro nihilo contemnendum. Quod in ipso nostro auctore didicimus, qui dum tributum Petro inquisito peteretur, prius paradigma proposuit, per quod se nihil debere respondit, dicens: Reges terræ à *Matt.* quibus accipiunt tributum vel censum, à filiis suis, an ab alienis? Cui cum diceretur ab alienis, illico respondit: Ergo liberi sunt filij. Sed postquam liberum se esse monstrauit, ne forte scandalum cuiquam faceret, subdidit: Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit tolle, & aperto ore eius inuenies statẽrem, illum sumens da eis pro me & te. Qui rursum cùm diceret, quia *Matt.* omne quod in os intrat, non coinquinat hominem, tunc accedentes discipuli dixerunt ei: Scis quia Pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt? At ille respondens ait: Omnis plantatio

Psal.7.

Universidad de Deusto

A tatio quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Simile illos, cæci ſunt, & duces cæcorum. Ecce magiſtra veritas ne in quorundam cordibus ſcandalum gigneretur, quod non debuit tributum dedit. Et rurſum quia generari ſcandalum in quorundam cordibus contra veritatem vidit, in ſuo eos ſcandalo remanere permiſit. Ex qua re nobis conſiderandum eſt quia inquantum ſine peccato poſſumus, vitare proximorum ſcandalũ debemus. Si autem de veritate ſcandalum ſumitur, vtilius permittitur naſci ſcandalum, quàm veritas relinquatur. Corpora ergo animalium plena ſunt oculis, cum ſe hincinde cautè circũſpiciunt. Sed ſciendum nobis eſt, quia ſæpe dum alios reprobos intendimus: fit vt alia negligamus. Et vbi negligimus, ibi prodimus: fit vt alia negligamus. Et vbi negligimus, ibi proculdubio oculum non habemus. Nam Phariſæus ille qui aſcenderat in templum orare (teſtante Euangelio) quid dixit agnouimus. Ait enim: Deus gratias ago tibi. Rectè ergo gratias deo agebat, à quo acceperat bona quæ fecerat. Qui etiã ſubiungit: Quia non ſum ſicut cæteri hominum raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic publicanus: ieiuno bis in ſabbato, decimas do omnium quæ poſſideo. Ecce ad exhibendam abſtinentiã, ad impendendam miſericordiam, ad referendas deo gratias oculum Phariſæus habuerat: ſed ad humilitatis cuſtodiam oculum non habebat. Et quid prodeſt quòd contra hoſtium inſidias penè tota ciuitas cautè cuſtoditur, ſi vnum foramen apertum relinquitur, vnde ab hoſtibus intretur? Quid ergo prodeſt cuſtodia quæ penè vbique circumponitur, quando inimicis tota ciuitas per neglectum loci vnius aperitur? Phariſęus autem qui ieiuniũ exhibuit, decimas dedit, deo gratias retulit, quaſi penè per circuitum in ſuæ ciuitatis cuſtodia vigilauit. Sed quia vnum in ſe foramen ſuperbiæ non attendit, ibi hoſtem pertulit, vbi per negligentiam oculum clauſit. Quia ergo ſanctorum mentes vndique ſe circunſpicientes inuigilant, atque in omni ſuo opere puoris & ſollicitudinis oculum circunducunt, ne aut prꝛua agant: aut recta quæ præcepta ſunt non agant: aut bonis actibus expletis, in ſuis cogitationibus intumeſcãt, & tanto grauius offendãt, quanto iuſti videntur foris, & occultius peccant, rectè dicitur:

Totum corpus eorum plenum oculis in circuitu.) Sciendum quoque quòd in tranſlatione veteri non habetur totum corpus eorum in circuitu, ſed dicitur: Dorſa eorum plena oculis. Quæ videlicet ſententia ab ædificationis intellectu non diſcrepat. Ea enim quæ ſunt in facie, ſæpe etiam peccatores homines cuſtodire ſolent. Iuſti autem viri quia ſe & in eis cuſtodiunt quæ in prõptu & in facie non videntur: in dorſis oculos habere referuntur. Qui ergo & ea quæ in occultis ſunt diſcutiunt: atque ab ipſis ſe cuſtodiunt quæ latent, profectò oculos in dorſis habent. Quod tamen intelligi & aliter poteſt, quia ea quæ ſunt ante faciem noſtram, videmus, dorſa autem noſtra alius in nobis videt, & nos C videre non poſſumus. Quia autem ſancti viri ſolerter ſe aſpiciũt in quibus ab aliis iudicari poſſunt, & diſtrictè ſe vident ſicut ſæpe diſtrictè ab aliis videntur, qui in ſe nec ea quæ latere poterãt ignorant, lumen in dorſum portant. Sequitur: Cúmq; ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea. Et cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur ſimul & rotæ.) Ambulant animalia, cùm ſancti viri in ſcriptura ſacra intelligunt quemadmodum moraliter viuant. Eleuantur vero à terra animalia, cùm ſancti viri ſe in contemplatione ſuſpendunt. Et quia vnuſquiſque ſanctorum quanto ipſe in ſcriptura ſacra profecerit, tanto hæc eadem ſcriptura ſacra proficit apud ipſum, rectè dicitur: Cùm ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ: & cùm eleuarentur animalia de terra, eleuabantur ſimul & rotæ: quia diuina eloquia cum legente creſcunt: nam tãto illa quiſque altius intelligit, quãto in eis altius intendit. Vnde nec eleuantur rotæ ſi non eleuantur animalia, quia niſi legentium mentes ad alta profecerint, diuina dicta, velut in imis, non intellecta iacent. Cùm enim legenti cuilibet ſermo ſcripturæ ſacræ, ſi tepidus videtur ſenſus diuini eloquij, eius mentem non excitat, & in cogitatione ſua nullo intellectus lumine emicat, rota & otioſa & in terra eſt, quia animal non eleuatur à terra. At vero ſi animal ambulet, id eſt, bene viuendi ordinem quærat, & progreſſum cordis inueniat, quemadmodum greſſum boni operis ponat, ambulant pariter & rotæ, quia tantum in ſacro eloquio profectum inuenis quantum apud illum ipſe profeceris. Si enim pennatum animal ſeſe in contemplatione tẽderet, rotæ protinus à terra ſubleuarentur: quia terrena non eſſe intelligis, quæ prius in ſacro eloquio iuxta terrenum morem dicta credidiſti. Fitque vt ſcripturæ ſacræ verba eſſe cœleſtia ſentias: ſi acceſſus per contemplationis gratiam temetipſum ad cœleſtia ſuſpendas. Et mira atque ineffabilis ſacri eloquij virtꝰ agnoſcitur, cùm ſuperno amore legentis animus penetratur. Quia ergo animal ad alta ſe ſubleuat, rota volat. Sequitur: Quocunque ibat ſpiritus, illuc eunte ſpiritu & rotæ pariter leuabãtur ſequẽtes eũ.) Quò enim ſpiritus legentis tendit: illuc & diuina eloquia leuantur, quia ſi in eis altum quid videndo & ſentiendo quæſieris, hæc eadem ſacra eloquia tecum creſcunt, tecum in altioribus aſcendunt. Bene autem de eiſdem rotis dicitur: Sequentes eum. Legentis enim ſpiritus ſi quid in eis ſcire morale aut hiſtoricum quærit, ſenſus hũc moralis hiſtoriæ ſequitur. Si quid typicum, mox figurata locutio agnoſcitur. Si quid contemplatiuum, ſtatim rotæ quaſi pennas accipiunt, & in aëre ſuſpenduntur, quia in verbis ſacri eloquij intelligentia cœleſtis aperitur. Quocunque ergo ibat ſpiritus, illuc eunte ſpiritu & rotæ pariter leuabantur ſequentes eũ. Rotæ enim ſpiritum ſequuntur: quia verba ſacri eloquij, vt ſæpe iam dictum eſt, iuxta ſenſum legentium per intellectum creſcũt. In vna enim eadémque ſcripturæ ſententia, alius ſola hiſtoria paſcitur: alius typica, alius vero intelligentiam per typum contem- E
platiuam quærit. Et fit plærunque, vt, ſicut dictum eſt, in vna ea- *Exod. 3.*
démque ſententia cũcta ſimul tria valeant inueniri. Moyſes enim cum de ardenti rubo vocatus fuiſſet, acceſſit propius vt videret viſum, & ecce rubus ardebat, & non conſumebatur. Magnum eſt hoc miraculum. Si ſolam in eo hiſtoriam requiras, eſt vnde legẽtis nutriatur animus, vt videas quòd in ligno ignis ardeat, & nõ conſumat. At vero ſi typicam intelligentiam quæras, quid flamma niſi legem de qua ſcriptum eſt: In dextera eius ignea lex? & *Deute. 33.*
quid rubus ille, niſi Iudaicum populum deſignauit, peccatorum ſuorum ſpinis obſitum? Sed rubus ardens conſumi non potuit, quia Iudaicus populus & ignem quidem legis accepit, & tamen peccatorum ſuorum ſpinas non deſeruit, nec eius vitia diuini ſermonis flamma concremauit. Fortaſſe in hoc facto alius maiora per typum contemplari deſiderat. Huius quia ſenſus exceſcit, eleuãtur pariter & rotæ. Inter homines enim perfectus homo factus eſt vnicus dei filius, qui ſua peccata non habuit, ſed ſpinas noſtræ nequitiæ ſuſcepit, atque vſque ad paſſionem pro nobis humiliari dignatus eſt, & in ſemetipſo ignem tribulationis noſtræ ſuſcipere. Sed arſit, & non arſit, quia ex humanitate eſt mortuus, & tamen immortalis ex diuinitate permanſit. Suſcepit à nobis vnde ſacrificium fieret pro nobis, & tamen impaſſibilis atq; incommutabilis permanſit in propriis, vt nos commutaret à no- F
ſtris. Alius fortaſſe hiſtoriæ moralitatem, atque per allegoriam *Leuiti. 1.*
intelligentiæ contemplationem requirit. Patet cunctis, iuxta hi- *& 5.*
ſtoriam, hoc quod in lege ſcriptum eſt, vt turtur quæ pro peccato offertur, retorqueatur caput eius ad pennulas, ita vt collo inhæreat, & nõ penitus abrumpatur. In quibus verbis dubius legentibus ſenſus hiſtoricus non eſt. Sed ſi hæc intelligere moraliter requiras, agitur rota, dum ad moralem intelligentiam ducitur ſacri verbi ſententia. Nos enim ipſi in omnipotentis dei ſacrificium eſſe turtur debemus, ita vt caput noſtrum retorqueatur ad pennulas, id eſt, animus ad virtutes. Non enim immeritò per caput mentem intelligimus, quia ſicut caput corpus, ita mens actiones regit. Sed caput ad pennulas retorqueri præcipitur, vt ea quæ dicis facias, & os ad opera coniungas. Nec ita caput abſcindendum eſt, vt à corpore diuidatur, ſed ex parte deciſum, corpori ſuo iubetur inhærere, quia videlicet mens noſtra à carnali delectatione incidenda eſt, ſed à carnis cura *Roma. 13.*
neceſſaria incidenda non eſt. Hinc enim ſcriptum eſt: Carnis curam ne feceritis in deſideriis. Quæ ergo in deſideriis fieri prohibetur, proculdubio in neceſſitate conceditur. Caput ergo turturis ex parte abſciſſum eſt, & ex parte inhæret, vt ſicut dictum eſt, & à voluptate carnis mens noſtra inciſa ſit, & tamen à neceſſitate non ſit abſciſſa. Quòd ſi hoc ſacrificij genus ſub typica redemptoris noſtri intelligentia, alius ad contemplationem requirat, aſcendat ergo ad fortiora animus, eleuentur animalia, vt eleuentur pariter & rotæ. Quis enim caput noſtrum eſt, niſi redemptor generis humani? De quo ſcriptum

eſt:

Universidad de Deusto
Biblioteca

G est: Ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, quæ est corpus
Ephes.1. ipsius. Quem cùm Iudæi persequerentur, nomen eius delere de terra conati sunt. Cúmque eum crucifixum & sepultum viderent, hunc se ab amore omnium diuisisse erediderunt. Sed caput turturis & incisum est, & tamen à suo corpore diuisum non est, quia ex eo quòd pro nobis mortem pertulit, omnes nos sibi verius in ipsa sua morte coniunxit. Et per hoc quòd se nostris oculis visibiliter subtraxit, nostris se mentibus inuisibiliter radicauit. Caput ergo turturis incisum inhæsit corpori, quia pro nobis quidem redemptor noster passus est, sed à nobis separatus per passionem non est. Quia igitur dicta sacri eloquij cùm legentium spiritu excrescunt, rectè nunc dicitur: Quocunque ibat spiritus, illuc eunte spiritu & rotæ pariter leuabantur, sequentes eum. Et subditur: Spiritus enim vitæ erat in rotis.) In rotis enim spiritus vitæ est, quia per sacra eloquia dono spiritus vitificamur, vt mortifera à nobis opera repellamus. Potest enim intelligi quia spiritus vadit, cùm legentis animum diuersis modis & ordinibus tangit deus, quando hunc per verba sacri eloquij modo in zelo excitans, ad vltionem erigit, modo ad patientiam mitigat, modo in prædicationem instruit, modo ad pœnitentiæ lamenta compungit. Sed curramus breuiter per hæc eadem verba quæ diximus, & videamus quomodo sequuntur rotæ spiritum, qui vitæ spiritus dicitur, & rotis inesse perhibetur.

H Certè si legentis animum spiritus vitæ in zeli feruore tetigerit,
Exo.33. protinus in sacris eloquiis videt quòd Moyses ad castra rediens, & populum per idola peccasse cognoscens, hunc per feruorem
Num.25. spiritus gladiis strauit. Quod Phinees persequendo luxuriam,
Acto.5. iram domini gladio placauit. Quod Petrus sibimet mentientes
1.Cor.4. verbo perculit & occidit. Quòd Paulus negligentibus discipulis virga minatur. Si vitæ spiritus legentis animum ad seruandam patientiam tangit, statim sequuntur & rotæ: quia in sacris
Num.20. eloquiis inuenit quòd Moyses & Aaron cùm loquentes recta, persecutionem populi passi sunt, ad tabernaculum cucurrerũt, pro ipso populo exorantes quem fugiebant. Sancta autem eo-
Vide num fit, tumorẽ. rum mens & timorem superbientium pertulit, & tamen contra eos ad odium non erupit. Patientia enim vera est, quæ & ipsum amat quem portat. Nam tolerare sed odisse non est virtus man-
1. Reg.8. suetudinis, sed velamentum furoris. In eisdem quoque eloquiis inuenit quòd Samuel de principatus culmine deiectus, orasse se etiam pro deiicientibus confitetur. Quòd nemo sanctorum ad cœlestem gloriam, nisi patientiam seruando peruenit. Quòd ipse auctor & redemptor generis humani, sputa, colaphos, spineam coronam, crucem, lanceam pertulit, & tamen pro persecutoribus orauit. Si vitæ spiritus legentis animũ ad studiũ prædicationis excitat, statim sequũtur & rotæ, quia in sacris eloquiis
Exo.15. inuenit: Moyses iubente domino contra Aegypti regem in
I quantis se prædicationibus liberè verbis erexit. Quod Ste-
Acto.7. phanus Iudæis perfidis diceret: Vos semper spiritui sancto re-
Acto.5. stitistis, nec inter lapides timuit. Quòd Petrus fustibus cæsus,
Philip.1. ne in nomine Iesu loqueretur, cum magna libertate respondit: Obedire oportet deo magis quàm hominibus. Quòd Paulus catenarum vinculis stringitur, sed tamen verbum dei non
2.Reg.12. est alligatum. Si vitæ spiritus ad pœnitentiæ lamenta compungit: sequuntur protinus rotæ, cùm scripturæ sacræ verba Dauid pœnitentiam proferunt, quòd rex reprehensus à prophe-
Luc.18. ta quia subiectus cœlesti regi non fuit, subiecto increpanti non erubuit confiteri quod fecit. Quòd publicanus qui reatum
Matth.26. suæ nequitiæ cognouit, etsi iniustus ad templum venit, iusti-
Luc.23. ficatus à templo rediit. Quòd Petrus negationis maculas lachrymis lauit. Quòd latro qui in cruce cognouit culpam, in ipsa iam morte inuenit veniam. De quibus adhuc rotis eadem propheta replicat atque subiungit: Cum euntibus ibant & cum stantibus stabant, & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur, & rotæ sequentes ea, quia spiritus vitæ erat in rotis.) Hæc sicut nostis fratres charissimi, ex maxima parte iam dicta sunt: sed iterata descriptione narrantur. Nec nos itaque pigeat eadem breuiter exponendo repetere, quæ spiritus per prophetam dignatus est replicando narrare. Hoc enim solum in his verbis nouum dicitur, quod dictum est: Cum stantibus stabant.) Sunt autem quidam qui vsque ad hoc proficiunt, vt terrena quæ accipiunt, bene dispensare nouerint, misericordiæ operibus intendant, opressis subueniant. Hi videlicet vadunt, in eo quòd se K ad proximi vtilitatem tendunt. Cum his ergo rotæ gradiuntur, quia sacra eloquia dictorum suorum passus in eius itinere disponunt. Et sunt alij qui in fide quam acceperunt, ita ad tenendum fortes sunt, vt aduersis quibusque resistere valeant, & non solum minimè ad peruersitatem trahantur perfidiæ, sed etiã peruersa loquentes impugnent, eósque ad rectitudinem pertrahãt. Cum istis stantibus stant etiam rotæ, quia in eis rectitudinem suam sacri eloquij verbis confirmant, cùm in eis audiunt: State *1.Thes.* & tenete traditiones quas didicistis. Et rursum: Aduersarius *1.Pet.* vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Et sunt alij qui omnia terrena despiciunt: nulla quæ prætereunt possidere dignantur, & in dei se vt prædictum est, contemplatione suspendunt. Cum his ergo eleuatis & rotæ pariter leuantur: quia inquantum quisque ad alta profecerit, intantum ei & sacra eloquia de altioribus loquũtur. Vadunt ergo animalia ad vtilitatem proximi, stant ad custodiam sui, eleuantur ad contemplationem dei. Sed & rotæ pariter vadunt, stant, & eleuantur, quia quæsita sancta lectio talis inuenitur qualis & fit ipse à quo quæritur. Ad actiuam enim vitam profecisti: ambulat tecum. Ad immobilitatem atque constantiam spiritus profecisti: stat tecum. Ad contemplatiuam vitam per dei gratiam peruenisti: volat tecum. Et rursum subditur: Quia spiritus vitæ erat in rotis.) Quod idcirco secun- L dò dicitur vitæ spiritus in rotis esse, quia scripturæ sacræ duo sunt testamenta, quæ vtraque dei spiritus scribi voluit, vt nos à morte animæ liberaret. Vel certè quia duo sunt præcepta charitatis, dilectio videlicet dei, & dilectio proximi, per quæ vtraque nos sacræ scripturæ dicta viuificant. Secundo ergo dicitur, quòd spiritus vitæ erat in rotis: quia dilectionem dei & proximi capimus in eloquiis diuinis. Per præcepta enim scripturæ sacræ reuiuiscimus, qui mortui in culpa iacebamus. Vnde omnipotenti domino per Psalmistam dicitur: In æter- *Psal.* num non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me. Iustificationes enim præcepta domini dicuntur, in quibus nos corrigendo iustificat. De quibus Psalmista apertius dicit: In tuis iustificationibus meditabor, non obliuiscar sermones tu- *Ibidẽ* os. In eis itaque nos viuificat: quia per hæc nobis spiritalem vitam demonstrat, eámque per afflatum spiritus nostris mentibus infundit. Quod quia quotidie per donum gratiæ in electorum mentibus agitur, spiritus vitæ erat in rotis. Hæc nobis scriptura in tenebris vitæ præsentis, facta est lumen itineris. Hinc etenim Petrus ait: Cui benefacitis intendentes, quasi lucernæ lu- *1.Pet.2.* centi in caliginoso loco. Hinc Psalmista dicit: Lucerna pedibus *Psal.118.* meis verbum tuum domine, & lumen semitis meis. Scimus tamen quia & ipsa nobis nostra lucerna obscura est, nisi hanc nostris mentibus veritas illustret. Vnde iterum Psalmista ait: Quo- M niam tu illuminas lucernam meam domine, deus meus illumina *Psal.17.* tenebras meas. Quid enim lucerna ardens, nisi lumen est? Sed lumen creatum nobis non lucet, nisi illuminetur à lumine non creato. Quia ergo omnipotens deus ad salutem nostram sanctorum testamentorum dicta & ipse creauit, & ipse aperuit, spiritus vitæ erat in rotis. Sequitur: Et similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis extenti super capita eorum desuper.) Hæc largiente domino duobus modis exponimus, vt lectoris iudicio quod eligendum censeat relinquamus. Possunt enim firmamẽti nomine, cœlestes potestates intelligi. Quod firmamentũ rectè quasi aspectus crystalli dicitur: quia videlicet crystallum forte quidem nimis est, sed ex aqua solidatur. Et natura angelica, quando creata est, liberum arbitrium accepit, vtrum vellet in humilitate persistere, & in omnipotentis dei conspectu permanere, an ad superbiam laberetur, & à beatitudine caderet, per similitudinem aquæ fuit. Sed quia cadentibus aliis, sancti angeli in sua beatitudine perstiterunt, atque hoc acceperunt in munere, vt iam cadere omnino non possent, in eis natura sua, quia iam deinci mutabiliter non potest, quasi in magnitudine crystalli durata est. Quod crystallum horribile & extensum super capita animalium dicitur, quia illæ potestates angelicæ quæ omnipotentis dei conspectui assistunt, nobis adhuc in hac corruptione positis, terribiles atque pauendæ sunt. Quarum nunc gaudia qua sen-

sum no-

A sum nostrarum mentium excedunt: super capita animalium esse memorantur. Quis enim in carne corruptibili positus, cõprehẽdere valeat quæ sit illa angelorum ineffabilis & sine fine lætitia? Quæ beatitudo, siue defectu vultũ videre creatoris, atq; in eius delectatione sine immutatione persistere? Potest autẽ firmamenti nomine, ipse per figuram noster redemptor intelligi, verus deus super omnia, & factus inter omnia homo perfectus, in quo nostra natura apud patrem confirmata est. De quo etiam per Psalmistam prophetando dicitur: Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis quem confirmasti tibi. Humana etenim natura priusquam à creatore omnium susciperetur, terra erat: nam firmamentum non erat. Peccatori quippe homini dictum est: Terra es, & in terram ibis. Et postquam assumpta est ab auctore omnium, atque in cœlis subleuata, & super angelos ducta, firmamentum facta est, quæ terra fuit. Sed firmamentũ quod aspicitur, cuius habeat similitudinem, subinsertur, cum dicit: Quasi aspectus crystalli horribilis.) Crystallum sicut dictum est, ex aqua congelascit, & robustum fit. Scimus verò quanta sit aquæ mobilitas. Corpus autem redemptoris nostri quia vsque ad mortem passionibus subiacuit, aquæ simile iuxta aliquid fuit: quia nascendo, crescendo, lassescendo, esuriendo, sitiẽdo, moriẽdo vsq; ad passionẽ suam per momenta temporum mobiliter decucurrit. Cuius cursum propheta intuens ait: Exultauit vt gigas ad currendam viam. Sed quia per resurrectionis suæ gloriam ex ipsa sua corruptione in in-
B corruptionis virtute conualuit, quasi crystalli more ex aqua duruit, vt in illo & hæc eadem natura esset, & ipsa quæ iam fuerat corruptionis mutabilitas non esset. Aqua ergo in crystallum versa est, quando corruptionis eius infirmitas per resurrectionem suam ad incorruptionis est firmitatem mutata. Sed notandum quòd hoc crystallum horribile, id est, pauendum, dicitur. Quis autem nesciat cuius pulchritudinis sit crystallum? Et mirum quomodo in hoc crystallo conueniat pulchritudo cum pauore? Sed omnibus vera scientibus cõstat quia redemptor humani generis cùm iudex apparuerit, & speciosus iustis, & terribilis erit iniustis. Quem enim mansuetum aspiciunt electi, hunc eundem pauendum atque terribilem conspiciunt reprobi. Sed hunc ideo tunc electi terribilem non videbunt, quia modo terrorem illius considerare non cessant. Studiosè enim considerant quàm terribilis ad iudicium veniat. Culpas ante actas deflent, imminentes declinant. Pauorem illius quotidie ante oculos mentis ponunt: & quando tremendus appareat, sine
Timum cessatione suspecti sunt, atque quotidie timendo agunt, ne quãdo venerit pertimescant. Similitudo ergo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis. Et quia ipse pauor eius quem in suis cogitationibus tenent, eorum mẽtes protegit, rectè subiungitur. Extenti super capita eorum desuper.) Firmamentum hoc quod in similitudinem crystalli super capita eorum animalium apparet: & horribile & extentum
C est, quia bonorum mentes vnde terret: inde protegit. Si enim pauendus in eorum cordibus non esset, protector & modo à peccatis & post à suppliciis non fuisset. Quia autem semper considerant quis pauor ex iudicio immineat, virtutum pennas in rectitudinem conseruant. Vnde & aptè mox subditur: Sub firmamento autem pennæ eorum rectè alterius ad alterum.) Tunc pennæ virtutum sub firmamento rectæ sunt, quando bonum quod alter habet, hoc alteri impendit: vt qui terrenam substantiam accipit, indigentis proximi inopiam subleuet. Qui doctrinæ gratia plenus est, ignorantis proximi tenebras verbo suæ prædicationis illustret. Qui temporali potestate subnixus est, oppressos à violentiis releuet. Qui prophetiæ spiritu pleni est, à vita proximi mala, imminentia bona suadendo, declinet. Qui gratiam curationis accipit: intercessione sua saluti infirmantium piè & humiliter impendat. Qui à terrenis actibus liber soli deo vacare meruit, pro delinquentibus proximis exoret. Fit autem sæpe vt qui in terrena substantia nimis occupatur, orationi non quantum debet inuigilet. Et fit plærunque vt is qui ad exorandum dominum cunctis mundi oneribus exutus vacat, sustentationem viuendi non habeat. Sed dum diues porrigit alimentum atque vestimentum pauperi, & dum pauper orationem suam animæ diuitis impendit, pennæ animalium rectè alterius ad alterum tenduntur. Nam dum ille mihi verbum prædicationis exhibet, & lumine veritatis ex cor- D
de meo ignorantiæ tenebras expellit, dumque illi ego quia fortasse à mundi huius potente opprimitur, solatium meæ defensionis impartior, atque hunc de violentis manibus euello, vicissim nobis pennas nostras tendimus, vt nos affectu & ope vicaria, ex bono quod accepimus tangamus. Vnde bene primus pastor admonet dicens: Omnium finis appropinquabit. Estote 1. Pet. 4.
itaque prudentes, & vigilate in orationibus: ante omnia mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine murmurationibus. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes. Quod ergo apud Ezechielem penna, hoc apud Petrum Apostolum accepta gratia dicitur. Et quod ille ait: Rectæ pennæ alterius ad alterũ: hoc Ecclesiæ pastor dicit, Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes. Pennæ enim nostræ rectæ iam non sunt, si ad vtilitatem nostram solummodo reflectuntur. Sed tunc rectæ fiunt, cum in vtilitatem proximi dirigimus quod habemus. Quia enim bona nostra non à nobis sunt, sed ab eo hæc accepimus à quo factum est vt essemus, tanto ea nobis non debemus retinere priuata, quanto ea nobis conspicimus ab auctore nostro ad communem vtilitatem data. Vnde rectè Petrus apostolus in exhortatione huius rei subdit dicens: Sicut boni dispensatores mul- Ibidem.
tiformis gratiæ dei. Atque adhuc adiicit: Si quis loquitur, quasi E
sermones dei: si quis ministrat, tanquam ex virtute quam administrat deus. Ac si apertè dicat: Humiliter impendite bonum proximis, quia scitis vobis non à vobis esse quod habetis. Quælibet enim penna virtutis cùm ad proximum impartiendo tenditur, recta non erit, si humilitate caruerit. Sequitur: Vnumquodque duabus alis velabat corpus suum, & alterum similiter velabatur.) Quia per corpus actio, per alas vero virtutes signentur, supra iam diximus. Et cum dicat: Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius, ad alterum, quærendum est qualiter subditur: Vnumquodque duabus alis velabat corpus suum.) Qua in re hoc patenter indicatur, quia & pennas alias ad alterum tendebant, & tamen duabus alis corpus proprium velabant. Quid est hoc nisi quia sic debemus virtutes quas accepimus aliis impendere, vt & ea in quibus peccauimus, non desinamus cautè cogitare, & reatum nostrum quotidie per timorem & pœnitentiam plangere? Duas enim alas superius, quibus corpus velatur, timorem & pœnitentiam diximus. Ne ergo in charitate crescamus, vt pennas tendamus in proximos, & nunquam desinamus cogitare & plangere nosmetipsos. Pennæ tendantur iuxta, pennæ cooperiant corpora, vt & de bonis actibus præbeamus exempla, & mala quæ egimus, abscondant à iudicio timor & pœnitentia. In translatione autem veteri de his alis dicitur: Singulis duæ coniunctæ & tegentes corpora eorum.) In quibus verbis intelligitur, quia & ipsæ erant pennæ quæ iungebantur alterius ad alterum, & ipsæ quæ eorum
corpora cooperiebant. Quod per figuram bene accipitur, quia F
illæ nos virtutes apud omnipotentem deum protegunt, quas ex charitate proximis impartimur, atque coniungimus. Cum quibus dum concorditer viuimus, mala quæ fecimus velamus. Possunt ergo etiam per has alas duo præcepta charitatis intelligi, amor scilicet dei & proximi. Amando enim deum, nostra in nobis mala persequimur, id est, corpus velamus. Diligendo autem proximum, & ei in quo prodesse possumus festinamus, id est, alas ad alterum tendimus. Hoc autem quod subditur: Et alterum similiter velabatur.) in translatione veteri non habetur. Et quæri potest cur postquàm dictum est: Vnumquodque duabus alis velabat corpus suum) subiungitur: Et alterum similiter velabatur?) Translationẽ autem septuaginta interpretũ, Aquilæ, Theodotionis, & Symmachi sollicitè perscrutantes, nihil ex his verbis inuenimus, sed beati Hieronymi scripturã legentes agnouimus, quia hanc sententiam in Hebræa veritate ita positam non quidẽ iuxta verbum, sed iuxta sensum inuenerit. Quæri etenim potest cur postq̃ dictum est. (Vnumquodq; velabat corpus suum:) statim subditur (& alterum similiter velabatur.) Si enim diceret vnum & alterũ, loquendi ratio staret. Postq̃ verò dictum est vnũ quodq;, cur adiicitur alterum, cum in vnoquoq; omnes comprehendantur? Sed si & perfectorum vitam, & proficientium merita distinguimus, & vnumquodque & alterum non irrationabiliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

G biliter positum videmus. Qui enim & sua deflent, & virtutum pennas ad proximos in exemplum tendunt, proculdubio perfecti sunt. Sunt autem plærique parvulorum, qui eorum lachrymas conspiciunt & imitantur. Et qui nudi in suis prauitatibus esse potuissent, sanctos vigilantiores q; viros considerant, moxq; suis prauitatibus irati, accenduntur vt plangant, & inflammantur ad pœnitentiam. Atque vt velare sanctos corpora sua conspiciũt, ita ipsi quoque lachrymarum suarum alis velantur. Seipsos enim magnis increpationibus feriunt, cur qui virtutes nõ habent, peccata sua minimè deplorant, si adhuc & illi plangere non desistũt, qui iam virtutum pennas per exempla ad proximos tendunt. In quib⁹ verbis necesse est vt nos qui parvuli adhuc sumus, perfectorum semper & virtutes & lachrymas ante mentis nostræ oculos ponamus. Imitemur quæ in illis aspicimus, vt dum cœpe-
1. Ioan. 1. gimus per incrementa crescere, possimus ab illo districto examine mala quæ fecimus velare. In assiduis enim fletibus in quotidiana nostra pœnitentia habemus sacerdotem in cœlis, qui interpellat pro nobis. De quo etiam per Ioannem dicitur: Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrẽ Iesum Christum iustũ, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Ecce exultat animus, cum aduocati nostri potentiam audimus. Sed exultationem nostram iterum remordet timor, quia ipse qui nobis aduocatus est, dicitur iustus. Nos enim causas iustitiæ habem⁹, iustus vero aduocatus iniustas causas nullo modo suscipit, nec verba durè pro
H iniustitia defendit. Quid ergo agim⁹ charissimi fratres mei? Sed ecce occurrit animo quid agamus. Mala quæ fecimus, & defera-
Prouer. 18. mus, & accusemus. Scriptum est: Iustus in principio accusator est sui. Quilibet etenim peccator cõuersus in fletibus, iam iustus esse inchoat, cũ cœperit accusare quod fecit. Cur enim iustus non sit, qui contra suam iniustitiam iam per lachrymas sæuit? Iustus igitur aduocatus noster iustos nos defendet in iudicio: quia nosmetipsos & cognoscimus & accusamus iniustos. Non ergo in fletibus, non in actibus nostris, sed in aduocati nostri allegatione confidamus: Qui viuit & regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorum. Amen.

Homilia octaua.

I ET audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum, quasi sonũ sublimis dei. Cum ambularent: quasi sonus erat multitudinis, vt sonus castrorũ. Cumq; starent, demittebantur pennæ eorũ. Nam cũ fieret vox super firmamentum quod erat super caput eorũ: stabãt & submittebãt alas suas. Et super firmamẽtum quod erat imminẽs capiti eorum: quasi aspectus lapidis sapphiri: similitudo throni, & super similitudinẽ throni similitudo quasi aspectus hominis desuper. Et vidi quasi speciẽ electri, velut aspectum ignis intrinsecus per circuitũ, à lumbis eius & desuper: & à lumbis eius vsque deorsum vidi quasi speciẽ ignis splendẽtis in circuitu: velut aspectũ arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ. Hic erat aspectus splẽdoris per gyrum. Hæc visio similitudinis gloriæ domini. Et vidi, & cecidi in faciem meam.

QVod per exempla iustorum multi proficiant, superioris locutionis fine tractatum est. Atq; hoc ipsum propheta nobis certius aperit, cum his quæ dixerat adiungit: Et audiebam sonum alarũ, quasi sonum aquarum multarũ.) Solent in sacro eloquio per aquas populi designari. Vnde per Ioannem dicitur: Aquæ verò sunt populi. Idcirco autem aquis populus designatur, quia & in vita sonum habet ex tumultu carnis, & quotidie defluit ex decursu mortalitatis. Vt autem sæpe iã diximus, alæ sunt animalium virtutes sanctorũ. Quid est ergo q̃ propheta alarum sonum audit quasi sonum aquarum multarum: nisi quòd ex omnipotentis dei pietate illæ alæ virtutum quæ in paucis prius sanctis sonabant, iam nunc prædicatione diffusa, in multorum populorum conuersatione resonant? Incarnato enim, K passo, ac resurgente domino, pauca pennata animalia fuerunt: quia rari valde extiterunt qui cœlestia desiderarent, & virtutum pennis se in alta suspenderẽt. Sed postquam diuinitatis eius prædicatio in mundo diffusa est, quanti iam parvuli, quanti graviores, quanti fortes iuuenes, quanti imbecilles, quantæ conuersæ peccatrices, quantæ annosæ virgines per fidem, per spem, per amorem ad cœlestia euolant, quis dicere, quis æstimare sufficiat? Ecce alarum sonitus qui prius in paucis animalibus fuit, iam nũc in populis resonat, iam nunc mundi multitudinem ad cœleste desiderium pennæ virtutum leuant. Bene ergo dicitur: Et audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum: quia sicut præfati sumus, ille virtutum sonus qui in aurem dei prius ex paucis sanctis factus est, postmodum ex aquis multis, id est, ex innumerabilibus est populis multiplicatus. De quo sono adhuc bene additur: Quasi sonum sublimis dei.) Quid est quòd alarum sonus in sanctis animalibus quasi sonus sublimis dei dicitur, nisi q̃ omnipotens deus & ipse implet mentes sanctorum cœlesti desiderio, & ipse exaudit impletas? Ipse etenim creat in sanctorum cordibus amorem, & ipse ex amantibus cordibus suscipit precem. Negationem suam Petrus fleuit amarè: sed tamen Luc. illic præmittitur, quia Iesus respexit Petrum. Venit Maria Mag- Luc. dalene post multas maculas culpæ ad pedes redemptoris nostri cum lachrymis. Sed quis illam infudit intus, nisi qui benignè suscepit foris? Quis illam ad lachrymas vrgebat per compun- L ctionis spiritum: nisi qui hanc exterius coram simul recumbentibus recipiebat ad veniam? Redemptor igitur noster peccatricis mulieris mentem extergebat, cùm de culpa compungeret. Suscipiebat vt à culpa liberaret. Bene ergo iste alarum sonus quasi sublimis dei dicitur, quia quicquid in sanctorum virtutibus agitur, eius est gratiæ qui merita largitur. Qui rectè per prophetam sublimis deus esse memoratur. In scriptura etenim Ejus. sacra aliquando deus nuncupatiuè, aliquando verò essentialiter dicitur: Nuncupatiuè enim dicitur, sicut scriptum est: Ecce Exod. constitui te deum Pharaonis: Et sicut Moyses ait: Si quis hoc Exod. vel illud fecerit, applica illum ad deos: videlicet ad sacerdotes. Qui rursum dicit: Diis non detrahes, id est, sacerdotibus. Et si- Ibid. cut Psalmista ait: Deus stetit in synagoga deorum, in medio au- Psal. tem deos discernit. Essentialiter autem deus dicitur, sicut ad Moysem dicitur: Ego sum deus patris tui: deus Abraham, deus Exod. Isaac, deus Iacob. Vnde Paulus Apostolus volens nuncupatiuum, dei nomen ab essentiali discernere, de redemptore nostro loquutus est dicens: Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem qui est super omnia deus benedictus in secula. Qui enim nuncupatiuè dicitur, deus inter omnia, qui verò es- Rom. sentialiter, deus super omnia est. Vt ergo ostenderet Christum naturaliter deum, non hunc deum tantummodo, sed deum su- M per omnia esse memorauit: quia & electus quisque sicut præmissimus, vel in exemplo iustitiæ prærogando positus dici deus potest, sed inter omnia, quoniam nuncupatiuè deus. Christus autem deus est super omnia, quia naturaliter deus. Quem ergo Paulus deum super omnia, hunc Ezechiel propheta deum sublimem nominat. Postquam verò dictum est: Audiebã sonum alarum quasi sonum aquarũ multarũ) quia adhuc additur: Quasi sonum sublimis dei.) etiam hoc intelligere possumus, quod futurum electis omnibus scimus. Alarum etenim sonitus, sicut diximus, fuit in prædicatoribus sanctis: aquarum sonitus in conuersis & sequentibus populis. Sed idem ipse sonitus erit quandoque sonus sublimis dei: quia multitudo quæ nunc ad fidem per sanctos doctores trahitur, quandoque in cœlestem patriam congregatur, vt ibi omnes electi sine fine laudent cùm viderint sine fine quem laudent. Et quia tunc perfectè corpus redemptoris efficitur omnis multitudo sanctorum, iuxta Pauli vocem di- Rom. centis: Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei, eique ita tunc inhærent, vt eis de corruptione, quæ per resurrectionem vincitur, iam nihil in suo sancto amore contradicat, sed vnitu gloriæ sui redemptoris fiat: Rectè dicitur: Quasi sonus sublimis dei.) Notandus est ordo describentis, quia prius sonus ex alis animalium, qui postmodum quasi sonus aquarum multarum, ad extremum verò quasi sonus sublimis dei dicitur: Quòd enim prius prædicauerunt sancti, hoc postmodum crediderunt atque

A tenuerunt conuersi ad fidem populi, qui ad extremum quoque liberatori omnium reddent laudem in cœlestia subleuati. Sonus itaque animalium fit quasi sonus aquarum, & sonus aquarum fit quasi sonus sublimis dei: quia laudem omnipotentis domini quam prius in mundo pauci, hanc postmodum multi clamauerunt. Et quam nunc multi clamant: cùm adhuc eis in semetipsis sua corruptio repugnat, hanc in cœlestem patriam electi omnes suo iam capiti uniti resonabunt. Adhuc autem sanctorum animalium opera virtutésque describuntur, cùm subditur: Cùm ambularent, quasi sonus erat multitudinis, vt sonitus castrorum.) Si per sonitum sublimis dei, laus nostri creatoris in cœlesti patria designatur, mirandum non est, quòd rursus ad sanctorum opera, in hac adhuc vita viuentium, propheticus sermo refunditur: quia sanctus spiritus in corde prophetarum quod simul ostendit intus, non simul eiicit per linguam foras. Aqua quippe scientiæ qua prophetantis animus repletur, in contemplatione vehementer exuberat. Sed quia angustum est spiritui omne os hominis, id est foramen carnis, ad explendam illam immensitatem quæ conspicitur, proferendo lingua variatur. Postquam ergo sonum alarum quasi sonum sublimis dei esse conspexit in cœlis, rursus ad terras redit, & pennata animalia quid hinc agant loquitur, vt illic summa mereantur, dicens: Cùm ambularent, quasi sonus erat multitudinis: vt sonitus castrorum.) Cùm prædicatores sancti mundum prædi-
B cando & trahendo circumeunt, animalia ambulant. Et quia hi etiam quos colligunt, statim vt crediderint, in laudem nostri creatoris exurgunt, fit sonus quasi sonus multitudinis. Et quia in prædicatione eadem bellum contra aërias potestates sumunt, rectè subiungitur: Vt sonitus castrorum.) Cum sanctis prædicatoribus fideles populi coniunguntur, contra malignos spiritus in procinctu fidei multitudines castrorum fiunt. Et dum quotidie fideles quique cœlestibus desideriis replentur, terrena despiciunt, dura sibi pro amore supernæ patriæ proponunt, contra potestates aërias castra fiunt, quia armati fide & bonis operibus muniti gradiuntur. Quasi enim quibusdam castris spiritalis exercitus per Paulum dicitur: Induite vos armatura dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Sanctorum ergo multitudinis castra sunt, quæ bellum contra potestates aërias susceperunt. Vnde sanctæ vniuersalis Ecclesiæ ita sub
Cant. specie dilectæ describitur, vt dicatur: Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Hierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata. Quia enim Hierusalem pacis visio interpretatur: cuius nomine patria cœlestis exprimitur, sancta Ecclesia suauis & decora vt Hierusalem dicitur: quia eius vita & desiderium visioni iam pacis intimæ comparatur, vt in eo quòd auctorem
C suum diligit, quòd eius speciem videre concupiscit, de quo scriptum est: In quem desiderant angeli prospicere, per ipsa iam amoris sui desideria angelis similis dicatur: Quæ quantum deo amabilis efficitur, tanto agitur vt malignis spiritibus terribilis fiat. Qualiter autem sit terribilis: subiuncta comparatione ostenditur, id est, vt castrorum acies ordinata. Quid est quòd sancta Ecclesia ab hostibus suis vt castrorum acies sit timenda? Non enim à magno intellectu vacat ista comparatio: & idcirco est subtiliter intuenda. Scimus enim & constat, quia castrorum acies tunc hostibus terribilis ostenditur, quando ita fuerit constipata atque densata, vt in nullo loco interrupta videatur. Nam si ita disponitur, vt locus vacuus per quem hostis possit ingredi dimittatur: profectò iam suis hostibus terribilis non est. Et nos ergo cùm contra malignos spiritus spiritalis certaminis aciem ponimus, summopere necesse est, vt per charitatem semper uniti atque constricti, nunquam interrupti per discordiam inueniamur: quia si quælibet bona in nobis opera fuerint, si charitas desit, per malum discordiæ locus aperitur in acie: vnde ad feriendos nos hostis valeat intrare. Antiquus verò inimicus castitatem in nobis, si fine charitate fuerit, non timet: quia ipse nec carne premitur, vt in eius luxuria dissoluatur. Abstinentiam non timet, quia ipse cibo non vtitur: quia necessitate corporis non vrgetur. Distributionem terrenarum rerum non timet, si eidem operi charitas desit: quia diuitiarum subsidiis nec ipse eget. Valde autem in D
nobis charitatem veram, id est amorem humilem, quem nobis vicissim impendimus, timet, & nimis concordiæ nostræ inuidet, quia hanc nos tenemus in terra, quam ipse tenere nolens amisit in cœlo. Bene ergo dicitur: Terribilis vt castrorum acies ordinata: quia electorum multitudinem eo maligni spiritus pertimescunt, quò eos per charitatis concordiam munitos contra se, & conglobatos aspiciunt. Quanta autem sit concordiæ virtus ostenditur, cùm sine illa virtutes reliquæ, virtutes non esse monstrantur. Magna enim est virtus abstinentiæ. Sed si quis ita ab alimentis abstineat, vt cæteros in cibo diiudicet, *Roma.14.*
& alimenta eadem quæ deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione, fidelibus etiam damnet, quid huic virtus abstinentiæ facta est, nisi laqueus culpæ? Vnde Psalmista quoque nullam esse abstinentiam sine concordia designans ait: Lau- *Psal.150.*
date eum in tympano & choro. In tympano enim corium siccum resonat, in choro autem voces concorditer cantant. Quid ergo per tympanum nisi abstinentia, & quid per chorum nisi charitatis concordia designatur? Qui itaque sic abstinentiam tenet, vt concordiam deserat, laudat quidem in tympano, sed non laudat in choro. Et sunt nonnulli qui dum plus sapere, quàm necesse est student, à proximorum pace resiliunt, dum eos velut hebetes stultósque contemnunt. Vnde per se veritas admonet, dicens: Habete in vobis sal, & pacem habete inter *Mar.9.*
vos: vt quisquis habere sal sapientiæ studet, curet necesse est, E
quatenus à pace concordiæ nunquam recedat. Quod verò de his duabus virtutibus diximus: hoc de cæteris omnibus sentiendum est. Vnde Paulus terribiliter admonet, dicens: Pacem *Hebr.12.*
sectamini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit deum. Quia autem nil sine concordia deo placeat, ipsa per se veritas demonstrat, dicens: Si offers munus tuum ad al- *Matth.5.*
tare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ad altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Ecce à discordantibus accipere non vult sacrificium, holocaustum suscipere recusat. Hinc ergo perpendite quantum sit malum discordiæ, propter quod & illud abiicitur, per quod culpa laxatur. Quia verò electi semper in charitate coniuncti sunt, & hæc eadem eorum charitas sonum laudis reddit auctori, malignis verò spiritibus, id est, antiquis suis hostibus pœnam incutit timoris: rectè nunc de pennatis animalibus dicitur: Cùm ambularent, quasi sonus erat multitudinis, vt sonus castrorum.) Debet autem ab exortu sanctæ Ecclesiæ fidei oculos vsque ad finem mundi tendere, & hæc eadem castra quomodo ambulent videre. Castra enim multitudines appellantur exercitus, cùm in procinctu pergunt, aut in certo quolibet loco in itinere demorantur. Castris ergo via est vita præsentis seculi, omnibus concorditer viuentibus sanctis.
Alia autem sunt castra prædicantium: qui huc illúcque pro col F
ligendis animabus in sancti operis procinctu laborant. Alia castra continentium, atque ab hoc mundo recedentium, qui contra malignorum spirituum bella quotidie in corde se præparant. Alia castra bonorum coniugatorum, qui viuentes in amore omnipotentis dei concorditer, sic vicissim sibi carnis debitum soluunt, vt tamen quid deo de bonis operibus debeãt, nullatenus obliuiscantur. Sed etsi qua, vt homines, delinquunt, hæc incessanter piis actibus redimunt. Quia ergo distincti fidelium ordines ab exortu sanctæ Ecclesiæ vsque ad finem mundi concorditer viuentes, contra potestates aërias dimicant, castra ambulant, & fit quasi quidam castrorum sonitus, quia in eis ad laudem omnipotentis dei, & virtutum gladij, & arma miraculorum sonant. De sanctis verò animalibus adhuc subditur: Cúmque starent, demittebantur pennæ eorum.) Stant sancta animalia, quando ea quæ dei sunt, intenta contemplatione considerant. Sed eorum pennæ deponuntur, quia dum alta dei iudicia aspiciunt, suæ eis virtutes vilescunt. Quod apertè exponitur, cùm statim subditur: Nam cùm fieret vox super firmamentum, quod erat super caput eorum, stabant: & submittebant alas suas.) Firmamentum superius sub intellectu duplici iudicauimus exponendum. Possunt enim, sicut dictum est, firmamenti nomine, cœlestes potestates intelligi. Et potest firmamenti nomine, incarnatus vnigenitus, per hoc

G quòd in eum natura noſtra ad æternitatem firmata eſt, deſignari. Prius ergo quid ſentimus de angelis, & poſtmodum de domino angelorum loquamur. Ecce enim dicitur: Cùm fieret vox ſuper firmamentum, ſtabant, & ſubmittebant alas ſuas.) Quo in loco hoc primò ſciendum eſt, quia non ſubmittere ab inferiori ad ſuperiora tendere, ſed à ſuperiori ad inferiora alas deponere debet intelligi, propter hoc quod præmiſſum eſt. Cum ſtarent, demittebantur pennæ eorum.) Quærendum itaque nobis eſt, quæ ſit vox quæ ſuper firmamentum fit. Sed eandem vocem melius intelligimus ſi ab imis ad ſuperiora gradientes, quaſi quibuſdam paſsibus aſcendamus. Sicut auditus corporis excitatur voce, ita ſenſus mentis excitatur intellectu, qui de interioribus agitur. Vox ergo eſt in mente, quaſi quidã ſonus intelligentiæ. Sed ſciendum eſt, quia noſtris ſenſibus aliquando vox carnis loquitur, aliquando vox animæ, aliquando vox firmamenti, aliquando vox quæ ſuper firmamentum eſt. Ponamus ergo ante oculos, quòd ſi quiſpiam ſit læſus à proximo, qui ex humana ratione cogitat, vt vicẽ læſioni reddat, malũ pro malo retribuat, huic vox carnis loquitur in mẽte: quia cùm diuina mandata præcipiant bene nos facere his qui nos oderunt, quiſquis malefacere ſe odientibus cogitat, in eius animo vox carnis ſonat. Multa terrena quotidie agimus, poſt hæc ad orationem redimus. Accenditur ad compunctionem animus, ſed earum rerum quas egimus, imagines verſantur in mente,
H & intentionem compunctionis præpediunt in oratione, & quod volentes foris egimus, hoc interius patimur inuiti, & quædam cogitationum phantaſmata mentem per imagines corporeas diſpergunt, ne ſtricta totam in oratione ſe colligat. Hæc quoque vox carnis eſt. Cùm verò & iſta ſubigimus, atque ab oculis mentis cunctas corporeas imagines effugamus, ipſam in nobiſmetipſis naturam animæ quærentes, qualis ſit, quæ carnem viuificare poteſt, ſed ſemetipſam ſtringere in bonis cogitationibus ſicut deſiderat non poteſt: inuenimus quendam intellectualem ſpiritum per creatoris potentiam viuentem, corpus quod ſuſtinet viuificantem, ſed tamen obliuioni ſubditum, mutabilitati ſubiectum, quem ſæpe timor afficit, lætitia extollit. Ipſe itaque intellectus animæ vox eius eſt, quia ſonat quod eſt: quæ tamen adhuc vox ſub firmamento eſt. Sed tranſcendentes animam vocem de firmamento quærimus, cùm illa ſanctorum angelorum innumera multitudo in omnipotentis domini conſpectu qualis ſit inueſtigamus, quæ ſit in eis ſine fine feſtiuitas viſionis domini, quæ lætitia ſine defectu, qui amoris ardor non
I crucians, ſed delectans, quantum in eis ſit deſiderium viſionis dei cum ſatietate, & quanta ſatietas cum deſiderio. In quibus nec deſiderium pœnam generat, nec ſatietas faſtidium parit. Quomodo inhærendo beatitudini ſint beati, quomodo contemplando ſemper æternitatem ſint æterni, quomodo coniuncti vero lumini facti ſint lux, quomodo aſpicientes ſemper incommutabilem, mutati ſunt in incommutabilitatem. Sed cùm iſta de angelis cogitamus, adhuc vox de firmamento eſt, non ſuper firmamentum. Tranſeat ergo animus, & ab ipſis tranſcendat omne quod creatum eſt. In ſolo creatoris ſui lumine fidei oculos figat, quòd vnus viuificet omnia qui creauit deus, quòd vbique eſt, & vbique totus eſt, quòd incircunſcriptus & incomprehenſibilis ſentiri poteſt: & videri non poteſt, quòd nuſquam deeſt, & tamen ab iniquorum cogitationibus longè eſt: quòd nec ibi deeſt vbi longè eſt: quia vbi non eſt per gratiam, adeſt per vindictam: quòd omnia tangit, nec tamen æqualiter omnia tangit. Quædam enim tangit vt ſint, nec tamen vt viuant & ſentiant, ſicut ſunt cuncta inſenſibilia. Quædam tangit vt ſint, viuant, & ſentiant, nec tamen vt diſcernant, ſicut ſunt bruta animalia. Quædam tangit vt ſint, viuant, & ſentiant, & diſcernant, ſicut eſt humana & angelica natura. Et cùm ipſe nunquam ſibimetipſi ſit diſſimilis, diſſimiliter tangit diſſimilia. Quòd vbique præſens eſt, & inueniri vix poteſt: quòd ſtantem ſequimur, & apprehendere non valemus. Ponamus ergo ante oculos mentis, quæ illa natura ſit quæ tenet omnia, implet omnia, circumplectitur omnia, ſuperexcedit omnia, ſuſtinet omnia. Nec alia ex parte ſuſtinet, atque alia ſuperexcedit: neque alia ex parte implet, atque alia circumplectitur, ſed circumplectendo implet, implendo circumplectitur, ſuſtinendo ſuperexcedit, ſuperexcedendo ſuſtinet. Huius naturæ potentiam cùm ſtrictus in ea cogitat animus, vox ſuper firmamentum fit: quia eius intellectum concipit, quia & angelorum ſenſum ſua incomprehenſibilitate tranſcendit. Cùm ergo vox ſuper firmamentum fit, ſtant animalia, & ſubmittunt alas ſuas, quia ſanctorum mentes cùm creatoris ſui potentiam intenta cõtemplatione conſiderant, vileſcunt eorum animo virtutes quas habent, & tanto fiunt apud ſe humiles, quanto eis illud altum eſt quod ſuper angelos ſonat. Fortaſſe enim doctores ſunt, ſed cùm cœperint tacita mente cogitare, quæ ſit ineffabilis dei ſapientia, quæ mentes hominum ſine ſtrepitu verborum docet, & quomodo hæc eadem ſapientia ſi auditorum mentes non doceat, vox docentium vacuè laborat, ſua eis doctrina protinus vileſcit: quia neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat deus. Fortaſſe prophetæ ſunt, ſed cùm tacita mente conſiderant, quia prophetiæ ſuæ oculo ſimul omnia diuinitatis myſteria penetrare non poſſunt, quoniam ſicut ait Apoſtolus: Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus, in illa immenſitate ſecretorum vident, quia parum eſt omne quod vident, atque ex ipſa immenſitate altitudine luminis conſiderant, quàm minus ſit illud quod intento oculo quaſi per rimas viderunt. Deponant ergo alas ſuas, cùm vox ſuper firmamentum fit: id eſt, humilientur in eo quod apprehendunt, cùm ſuperna conſpiciunt, quæ ab eis comprehendi non poſſunt. Sæpe etiam ſancti cogitationibus ipſa quæ habent bona blandiuntur, vt eorum mentes in aliqua ſui fiducia eleuent, ſed protinus ad occulta dei iudicia recurrunt, quomodo alij ex virtutibus ad infernum per elationem corruunt, alij ex vitiis correcti, ad cœlum per humilitatem leuantur. Vndenos ad humilitatem reuocans Propheta terret & admonet, dicens: Venite, & videte opera domini, quàm terribilis in conſiliis ſuper filios hominum. Quis enim dignè conſiderare valeat, quantus ſuper nos terror ſit conſiliorum dei, quando alter ex virtutibus in finem tendit ad vitia, & alter ex vitiis in virtutibus concludit finem? Quia iuxta Salomonis vocem, ſunt iuſti atque ſapientes, & opera eorum in manu dei. Nec tamen ſcit homo vtrum amore vel odio dignus ſit, ſed omnia in futuro ſeruantur incerta. Et eſt via quæ videtur hominibus recta, & nouiſsimum eius ducit ad mortem. Hæc itaque occulta iudicia profunda cogitare, quid eſt aliud, quàm alas deponere, id eſt, de nulla iam virtute confidere, ſed ſub magno timore trepidare. Siue enim omnipotentis dei naturam conſiderent, ſiue eius iudicia perpendant, trepident, pertimeſcant. Eis ergo quaſi alas deponere, eſt virtutes quas habent humiliare. Sic Abraham alas depoſuit, qui quando loqui cum deo cœpit, puluerem & cinerem ſe eſſe cognouit, dicens: Loquar ad dominum meum, cùm ſim puluis & cinis? Sic Moyſes alas depoſuit, qui eruditus omni ſcientia Aegyptiorum, mox vt verba domini audiuit: verba ſe non habere deprehendit, dicens: Obſecro domine, non ſum eloquens ab heri & nudiuſtertius. Ex quo enim locutus es ad ſeruum tuum, impeditioris & tardioris linguæ ſum. Ac ſi apertè diceret: Poſtquam à te verba vitæ audio, confuſum me in verbis prioribus agnoſco. Sic Eſaias, cuius vita domino ad prædicandum placuerat, cùm eundem dominum contemplatus, carbone de altari in ore, tactus eſt, ait: Væ mihi quia tacui: quia vir pollutus labiis ego ſum. Ecce ad ſuperiora ſubleuatus ſibimetipſi de labiorum pollutione diſplicuit. Niſi enim cœleſtis munditiæ alta conſpiceret, eſſe ſe iudicabilem non inueniſſet. Sic loquente domino Hieremias clamat: A, a, a domine deus: ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Iuxta enim ea verba quæ audiebat, verba ſe non habere cognouerat. Sic Daniel ſublimem viſionem videns, per plurimos dies elanguit & ægrotauit. Quia & hi qui in virtutibus fortes ſunt, cùm altiora dei conſpiciunt, in ſua ſibimet æſtimatione infirmi atque imbecilles fiunt. Sic beatus Iob de quo dominus amicis illius dixit: Non eſtis loquuti coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob: cùm verba dei colloquentis audiret, reſpondit, dicens: Inſipienter loquutus ſum, & quæ vltra modum excederent ſcientiam meam. Et paulò poſt: Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Qui enim quantum ad homines ſapienter loquutus fuerat, loquentem ſibi deum audiens, inſipienter ſe loquutum fuiſſe reprehendit: quia in contemplatione veræ ſapientiæ

ſua ci

A ſui excipicuntia vilunt. Ad vocem ergo deſuper venientem animalia alas deponunt, quia virtutem dei ſiue in natura ſua contemplari requiramus, ſiue in occultis iudiciis inueſtigare cogitemus, pro eo quòd eius alta nobis impenetrabilia ſunt, noſtra nobis & qua meſſe bona credebantur vileſcunt. Et qui in quantulacunque ſcientia volare credebamur, inuiſibilem ſuper nos naturam & impenetrabilia eius iudicia perpendentes, ſubmiſſis alis humiliter ſtamus. Sequitur: Et ſuper firmamentum quod erat imminens capiti eorum: quaſi aſpectus lapidis ſapphiri, ſimilitudo throni. Et ſuper ſimilitudinem throni ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper.) Quid per thronum, niſi illæ virtutes angelicæ deſignantur, quæ ipſos quoque angelos dignitate loci ſuperioris excedunt? Nam cùm angeli nuncij dicantur: ſæpe angeli ad annuncianda quædam hominibus veniunt, throni miſsi ad miniſterium nuncij nuſquam leguntur: quia eis longè ſublimius creator omnium præſidet. Vnde Paulus Apoſtolus ordines cœleſtium agminum, quos ad tertium cœlum raptus viderat, deſcribens ait: Siue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt. Thronos igitur ante eos angelorum ordines dixit: quibus illos prælatos eſſe cognouit. Bene autem thronus lapidi ſapphiro comparatur: quoniam lapis ſapphirus aërium habet colorem. Virtutes ergo cœleſtium lapide ſapphiro deſignantur, quia hi ſpiritus quibus deus omnipotens al-
B nus præſidet, ſuperioris loci in cœleſtibus dignitatem tenent. Super thronum verò ſimilitudo hominis: quia & ſuper illas virtutes quæ & ipſos angelos antecedunt: noſtri eſt gloria redemptoris. Notandum ergo qui ordo ſeruatur. Super animalia enim firmamentum, ſuper firmamentum thronus, ſuper thronum homo eſſe deſcribitur: quia & ſuper ſanctos homines adhuc in hac corruptione corporis viuentes, angeli, & ſuper angelos, ſuperiores & deo proximæ angelicæ poteſtates, ſuper poteſtates deo proximas, eleuatus eſt mediator dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus. Sin verò, vt prædiximus, firmamẽti nomine mediator dei & hominum pro aſſumpta humanitate debet intelligi, quia ſub vnius nominis appellatione ſolent per prophetiæ ſpiritum multa ſignari, vox ſuper firmamentum facta eſt, quæ ſuper baptizatum dominum de cœlo ſonuit, dicens: Tu es filius meus dilectus: in te complacui. Sicut per Euangeliſtam alium dicitur: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Quæramus igitur quomodo hanc vocem animalia audiunt, & alas deponunt? Abacuc propheta requiſitus, dicat: Domine audiui auditum tuum, & timui: conſideraui opera tua, & expaui. Quid eſt autem quod pater de filio loquitur, dicens: In quo mihi complacui? Omnis enim qui pœnitendo corrigit aliqua quæ fecit, eoipſo quo pœnitet, ſe ſibi diſplicuiſſe indicat, quia emendat quod fecit. Et quia omnipotens
C pater ſicut intelligi ab hominibus poterat, humano modo de peccatoribus locutus eſt, dicens. Pœnitet me feciſſe hominem ſuper terram: quaſi ſibimetipſi diſplicuit in peccatoribus quos creauit. In ſolo autem ſibi vnigenito domino noſtro Ieſu Chriſto complacuit, quia hunc inter homines hominem creaſſe eum non pœnituit omnimodo, in quo peccatum nullo modo inuenit, ſicut de illo per Pſalmiſtam dicitur: Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. In ſolo ergo ſibi redemptore noſtro complacuit pater, quia in ſolo non inuenit culpam, in qua ſe reprehendat quaſi per pœnitentiam. Sancta itaque animalia vocem ſuper firmamentum audiant & pertimeſcant: quia ſi ſolus ſine peccato eſt, in eius innocentia aſpiciunt in quantis ipſa quotidie delinquant, quæ neceſſe eſt vt inceſſanter defleant. Conſiderant quoque quia & ipſe auctor vitæ, ſine paſsionis dolore ex hac vita non exiit. Et hæc ergo vox ſuper firmamentum facta eſt, quia omnipotentis patris ſententia etiam de morte ac reſurrectione vnigeniti proceſsit. Sed cùm vox ſuper firmamentum fit, ſtant animalia, & ſubmittunt alas ſuas, quia ſancti quique cùm ipſum quoque vnigenitum flagellatum in hoc mundo conſpiciunt, deponunt ſi quid de ſuis meritis præſumunt. Nã ſi ipſe hinc ſine flagello nõ exiit, qui venit ſine peccato, quomodo flagellis digni non erunt, qui huc cum peccato venerunt? Ipſum ergo firmamentum, quod eſt ſuper caput animalium, id eſt, quod tranſcendit mentes ſanctorum, habet ſuper ſe vocem, quia redemptor noſter eam qui cum patre D diſpoſuit ex diuinitate, ſententiam pertulit in carne. Quam audientes iuſti terrentur, & omnem de ſuis viribus præſumptionem deponunt. Quibuſlibet etenim virtutibus polleat, quid digna eſt vita peccatorum, ſi & eius vita pro nobis flagello ſubiacuit, quæ ſubdita nullo peccato fuit? Sed ecce grauis nobis quæſtio oritur, cum dicitur: quia ſuper firmamentum quod erat imminens capiti eorum, quaſi aſpectus lapidis ſapphiri ſimilitudo throni. Si enim per firmamentum dominus, & per lapidem ſapphirum & ſimilitudinem throni ſummæ illæ poteſtates angelicæ figurantur, quomodo ſuper firmamentum, id eſt, ſuper dominum eſſe credendæ ſunt, cùm & mox ſubditur: Et ſuper ſimilitudinem throni ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper? Nam ſi, ita vt dictum eſt, firmamentum exprimitur dominus, & rurſus homo accipitur dominus, qua ratione poteſt intelligi, & ipſe ſuper thronum, & ipſe ſub throno? Sed aſtrictos huius quæſtionis nodos ipſe ſoluit de quo loquimur, qui afflatu ſancti ſpiritus ea quæ clauſa ſunt, aperit. Incarnatus enim vnigenitus patris per hoc quod homo factus eſt, infra angelos fuit, ſicut de eo ſcriptum eſt: Minuiſti eum paulominus ab angelis. Reſurgens autem & aſcendens in cœlos, omnibus angelicis poteſtatibus præſidet: ſicut de eo illic rurſum ſcriptum eſt: Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. Et ſicut ipſe ait: Data eſt mihi omnis poteſtas. Firmamentum ergo ſub throno, & homo ſuper thronum eſt: quia per humanæ aſſumptionem naturæ, & ipſe eſt ſub angelis natus, & ipſe ſuper angelos exaltatus. Qui & priusquàm per reſurrectionis exaltaretur gloriam, diuinitate ſuper angelos fuit, ſed tamen angelis, vt dictum eſt, humanitate minoratus: ex qua & morti ſubiacuit. At poſtquam mortem reſurgendo calcauit, humanitatem ſuam etiam maieſtatibus angelorum ſuperpoſuit. Prius itaque thronus ſuper firmamentum, & pòſt homo ſuper thronum viſus eſſe deſcribitur: quia humani generis redemptor, humanitatem quam deſcendendo ſub angelis aſſumpſit, aſcendendo ſuper angelos exaltauit. Sic verò factum eum ſub angelis dicimus, ſicut factum ſub lege prædicante Apoſtolo audiuimus. Aſſumptam ergo humanitatem ſub angelis accipimus pro ea minoratione, in qua dignatus eſt apparere. Nam mox vt verbum caro factum eſt: mox deus homo poteſtate ſuper angelos fuit. De ipſo quippe ante paſsionem ſcriptum eſt: Ecce angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei. Sed tamen vt humanitatis eius infirmitas monſtraretur, rurſum de eo ſcriptum eſt: Apparuit illi angelus de cœlo, confortans eum. Indumento ergo vtriuſque naturæ, huic & angeli miniſtrare, hunc & angelus confortare deſcribitur. Vnus quippe in vtraque natura: quoniam qui deus ante ſecula extitit, homo factus eſt in fine ſeculorum. Cui tamen ante paſsionem ſuam & angeli miniſtrant, & hunc angelus confortat. Poſt paſsionem verò atque reſurrectionem eius huic angeli miniſtrare poſſunt, ſed iam hunc confortare non poſſunt: quia, vt prædictum eſt, etſi prius firmamentum ſub throno apparuit, iam tamen homo ſuper thronum eſt. In cuius perſona, vt Propheta ſanctus adiunctionem vtriuſque naturæ ſe vidiſſe oſtenderet, protinus adiunxit: Et vidi quaſi ſpeciem electri.) Quid eſt quòd aſpectus hominis videtur in throno quaſi ſpecies electri, niſi quòd in electro, ſicut longè ſuperius diximus, aurum argentúmque miſcetur, vt res vna ex metallis duobus fiat? In qua & per argentum auri claritas temperatur, & per auri claritatem ſpecies clareſcit argenti. In redemptore autem noſtro natura diuinitatis & humanitatis inconfuſè vnita ſibimet atque coniuncta eſt, vt & per humanitatem diuinitatis eius claritas noſtris potuiſſet oculis temperari, & per diuinitatem humana natura in eo clareſceret, atque exaltata fulgorem vltra hoc quod creata fuerat, haberet. Ipſe vero aſpectus hominis ſuper thronum, & ſpecies electri quam vidit: qualis ei apparuerit, adhuc ſcribendo ſubiunxit: Velut aſpectus ignis intrinſecus per circuitum, à lumbis eius & deſuper. Et à lumbis eius vſque deorſum vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu.) Quid eſt quòd mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus à lumbis & deſuper aſpectum ignis intrinſecus per circuitum habere deſcribitur, & à lumbis & deorſum ſpeciem ignis ſplendentis per circuitum? Inueſtigandum nanque eſt quare à lumbis & deſuper ignẽ

G intrinſecus, nec tamen ſplendentem ignem habere narratur: à lumbis verò & deorſum habere ignis ſpeciem dicitur: non tamen hunc habere intrinſecus memoratur: quia & ſplendentem & in circuitu hunc habere deſcribitur. Quid enim lumborum nomine, niſi propago mortalitatis exprimitur? Propter quod
Hebr.7. etiam & Leui dicitur: quia adhuc in lumbis patris erat cùm Melchiſedech occurrit Abrahæ. De lumbis verò Abrahæ virgo Maria exiit, in cuius vtero vnigenitus patris per per ſpiritum ſanctum incarnari dignatus eſt. Ex qua incarnatione vniuerſo
Pſal.44. innotuit mundo deus, ſicut & per Pſalmiſtam dicitur: Accingere gladio tuo circa fœmur tuum potentiſsime. Gladium etenim circa fœmur potentiſsimus ſumpſit, quia ſermo prædicationis illius, ex incarnatione conualuit. Quid verò iſte ignis deſignat, niſi ardorem ſancti ſpiritus, qui corda quæ repleuerit incendit?
Luc.12. De quo ipſa veritas dicit: Ignem veni mittere in terram. Quid eſt ergo quòd in hoc aſpectu hominis qui prophetæ apparuit, à lumbis ſuperius intrinſecus per circuitū ignis ardet, à ſūbis verò inferius nō ignis intrinſecus, ſed in circuitu reſplendet: niſi quòd ante incarnationem vnigeniti redemptoris noſtri, ſola intra ſe Iudæa ardorem amoris eius habuit: poſt incarnationem verò illius in circuitu eius ignis reſplenduit, quia in vniuerſo mundo gentibus claritatem ſancti ſpiritus effudit? Prius ergo intrinſecus ignis erat, ſed ſplendor non erat: quia ſpiritus ſanctus in multis quidem patribus Iudæam replebat, ſed ad no-
H titiam gentium, necdum eius lumen emicuerat. A lumbis verò eius & deorſum ignis in circuitu ſplendet: quia poſtquam de virgine carnem ſumpſit, in humano genere longè lateque ſancti ſpiritus dona dilatauit. Et notandum quòd ignis iſte à lumbis ſuperius per circuitum eſſe deſcribitur, non extrinſecus, ſed intrinſecus: quia amoris flamma, ſicut dictum eſt, in electis atque ſpiritalibus viris vbique in ſuis finibus Iudæam repleuit. Nec tamen exiebat extrinſecus, quia ſeſe in multitudinem gentium non dilatabat. Quæ ardoris flamma viſa eſt poſtmodum in circuitu ſplendere, quia per mundi cardines in vniuerſis gentibus omnipotentis dei cœpit amor exereſcere. Erat
Gen.49. ergo prius ignis intrinſecus, cùm Iacob diceret: Saluare tuum expectabo domine. Quod enim ſalutare dicimus Latinè, hoc verbo Hebraico Ieſus dicitur: In quo verbo beati Iacob mens oſtenditur, quomodo Ieſu deſiderio ardebat: quem ſe moriens
Exod.23. expectare perhibebat. Ardebat ignis cùm Moyſes diceret: Si inueni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi temetipſum:
Pſal.41. vt videam te. Ardebat ignis in mente, cùm Dauid diceret: Sitiuit anima mea ad deum viuum, quando veniam & apparebo ante faciem dei mei? Qui incarnationem verbi deſiderans, ait:
Pſal.84. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis. Ardebat ignis cùm Simeon de corruptione vitæ præſentis exire deſiderans, audiuit non prius ſe viſurum mortem, niſi videret Chriſtum domini. Sed ecce iam ignis iſte qua-
I ſi ſub lumbis exterius reſplendet, quia vniuerſa gentilitas incarnati dei eſt amore ſuccenſa. Quod tamen intelligi & aliter poteſt, quia redemptor noſter deus dominus Ieſus Chriſtus per humanitatem ſuam hominibus innotuit, qui per diuinitatem notus angelis & ante incarnationem fuit. Nobis ergo à lumbis inferius reſplendet in circuitu, cuius ignis intrinſecus à lumbis ſuperius ardet in cœlo, quia illic cœleſtes ſpiritus eum in diuinitate ſua conſpiciunt, & amoris eius ignibus accenduntur. Nos verò qui hunc ex aſſumpta humanitate diligimus, adhuc in hac corruptibili vita poſiti, ſplendorem ignis illius foris habemus. Vnus itaque ſuper thronum eſt, qui & ſuper lumbos ignem intrinſecus habet in angelis, & ſub lumbis ignem in circuitu habet in hominibus, quia in omne quod ab angelis amatur, per omne quod ab hominibus deſideratur: vnus eſt, qui in cordibus ardet amantium. Hinc eſt enim quòd magnæ illæ poteſtates angelicæ, ſeraphin, id eſt, incendium no-
Hebr.12. minantur. Hinc de ipſo omnium creatore ſcriptum eſt: Deus
Deut.4. noſter ignis conſumens eſt. Ignis enim deus dicitur, quia flammis amoris ſui incendit mentes quas replet. Et idcirco ſeraphin incendium dicuntur, quia poteſtates ei proximæ, in cœlis inæſtimabili amoris eius igne ſuccenſi ſunt. Ex hoc igne ſuccenſa ardent in terra corda iuſtorum. Hoc igne calefacta redeunt ad pœnitentiam corda peccantium, quæ inflammata vehementer timorem in amorem vertunt. Nam quæ prius tabeſcere metu cœperunt, poſtmodum igne amoris flagrant. Et
quia eius membra ſunt electi angeli in cœlo, eius membra ſunt conuerſi homines in terra. Vnus homo eſt qui & ſuper lumbos ardet intrinſecus, & ſub lumbis inferius ignis ſui ſplendorem in circuitu emittit, quia & angelos ad amorem ſuum per diuinitatem tenuit, & homines ad ſancti ardoris ſui deſiderium ex humanitate reuocauit. Sequitur: Velut aſpectus arcus cùm fuerit in nube in die pluuiæ.) Arcum omnipotens deus inter ſe atque homines in ſigno poſuit: vt vltra mundum diluuio non deleret, dicens: Arcum meum ponam in nubibus, & *Gen.*
erit ſignum fœderis inter me & inter terram. Cumque obduxero nubibus cœlum, apparebit arcus meus in nubibus, & recordabor fœderis mei vobiſcum. Vnde & in arcu eodem co- *Iris.*
lor aquæ & ignis ſimul oſtenditur: quia & ex parte eſt ceruleus, & ex parte rubicundus: vt vtriuſque iudicij teſtis ſit, vnius videlicet faciendi, & alterius facti. Sed iam non vlterius faciendi, quia mundus quidem iudicij igne cremabitur, ſed aqua iam diluuij non deletur. Quid eſt autem quòd ſplendentem ignem à lumbis hominis throno præſidentis, ſicut ait: Aſpectus arcus cùm fuerit in nube in die pluuiæ, propheta conſpexit? Quia enim per ignem, ſicut dictum eſt, ardor ſancti ſpiritus deſignatur, quæ ſimilitudo eſt arcus & ſpiritus, vt ignis qui apparuit, quaſi aſpectus arcus apparuiſſe diceretur? Sed ſi ipſi quam prædiximus viſioni arcus intendimus, quomodo arcus ſignificet ſpiritum videmus. In arcu quippe ſicut præfatus ſum, aqua & L
ignis apparent. Et poſt mediatoris aduentum, eo virtus ſpiritus ſancti in humano genere claruit, quo electos dei & aqua baptiſmatis lauit, & igne diuini amoris incendit. Quaſi enim admixto colore aquæ ſimul & ignis, quidam arcus in nube ad probationem ponitur, cùm veritas dicit: Niſi quis renatus fue- *Ioan.*
rit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum dei. Qui arcus in nube eſt in die pluuiæ, quia in dominica incarnatione & in effuſione prędicationis oſtēditur, vt ad veniam corda credentium domino parcente reuocentur. Nubem enim redemptoris carnem non inconuenienter accipimus. De qua per Pſalmiſtam dicitur: Qui ponit nubem aſcenſum ſuum. Nu- *Pſalm.*
bem quippe aſcenſum ſuum poſuit, quia is qui diuinitate vbique eſt, carne ad cœleſtia aſcendit. Expleta verò omni myſtica viſione, ſubiungit: Hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum, & hæc viſio ſimilitudinis gloriæ domini.) Quid enim in vniuerſo mundo ſancti ſpiritus gratia agat aſpiciens, ait: Hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum.) Quæ verò intrinſecus eiuſdem ſancti ſpiritus gloria maneat, conſiderare volens, ſed ſicut erat non valens, ſubiungit: Et hæc viſio ſimilitudinis gloriæ domini.) Non enim ait: Viſio gloriæ, ſed ſimilitudinis gloriæ. vt videlicet oſtendatur quia quantalibet ſe intē tione mens humana tendat, etiam ſi iam phantaſias imaginum corporalium à cogitatione compeſcat, ſi iam omnes circumſcriptos ſpiritus ab oculis cordis amoueat, adhuc tamen in corde M
mortali poſita, videre gloriam dei non valet ſicut eſt. Sed quicquid de illa eſt, quod in mente reſplendet, ſimilitudo, & non ipſa eſt. Vnde & ille prædicator, qui raptus vſque ad ter- *2.Cor.13.*
tium cœlum fuerat, dicebat: Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate. Qua in re non deſpicienda nobis quæſtio oritur, quomodo Ioannes Euangeliſta cùm erga miracula redemptoris noſtri Iudæorum perfidiam etiam ex verbis propheticis deſcripſiſſet, adiungit, dicens: Hæc dixit Eſaias quando vidit gloriam eius, & loquutus eſt de eo. Et ſi Ezechiel vidit, quid eſt quòd iſte ſimilitudinem gloriæ, & ille eius gloriam vidiſſe deſcribitur? Sed cùm Ioannes Euangeliſta prius miracula redemptoris noſtri narrauit, atque infidelitatem Iudæorum poſtmodum ſubdidit, hanc eiuſdem redemptoris noſtri gloriam quæ in mundo apparuit, Eſaiam vidiſſe manifeſtat. Omne enim quod in terra mirum diuinitus agitur, gloria omnipotentis dei eſt, & eius gloria in omnibus factis videtur. Eſaias ergo eius gloriam in terra vidit, Ezechiel verò gloriam in cœlo ſicuti eſt videre non potuit, quia aliter eſt gloria eius in rebus factis, atque aliter in ſemetipſo. Hæc ergo eius gloria quæ in rebus eſt, videri poteſt: illa verò quæ in ipſo eſt, videri modo niſi per ſimilitudinem non poteſt. Sed & ſi eandem ſimilitudinem gloriæ vel ſubleuatus portare propheta potuerit, cognoſcamus. Sequitur: Et vidi, & cecidi in faciem meam.)

Quid

A Quia ergo de hoc viro fieret, si ita vt est, eius gloriam vidisset, si ferre non valens cecidit? Qua in re cum magno mœrore pensare & considerare cum lachrymis debemus, in quantam miseriam & infirmitatem cecidimus, qui & ipsum bonum ferre non possumus, ad quod videndum creati sumus. Est tamen & aliud quod de prophetæ facto consideremus in nobis, Prophetа enim mox vt gloriæ domini similitudinem vidit, in faciem suam cecidit. Cuius similitudinem gloriæ, quia nos per spiritum prophetiæ videre non possumus, hanc assiduè cognoscere, & sollicitè contemplari in sacro eloquio, in cœlestibus monitis, in præceptis spiritalibus debemus. Qui cùm aliquid de deo conspicimus, in faciem nostram cadimus, quia ex malis erubescimus quæ nos reminiscimur perpetrasse. Ibi enim cadit homo vbi confunditur. Vnde & Paulus quasi quibusdam in facie iacentibus dicebat: Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? Ecce cœlestis gratiæ dono largiente, obuolutum mysteriis libri initium in Ezechiel propheta discussimus, & dicta mystica moraliter differentes, volantem prophetiæ historiam à terra extraximus, vt quæ prius paruulorum animæ mihique similium volabat, sed non eleuabatur, iam nunc ab eis legatur & cognoscatur, euolet & leuet. Agamus ergo gratias redemptori nostro, qui spiritali semper alimento nos reficit, qui panis viuus descendit de cœlo, & dat vitam mundo. Qui viuit & regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus:
B Per omnia secula seculorum. Amen.

Homilia nona.

ET audiui vocem loquentis, & dixit ad me: Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecum. Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos. Et audiui loquentem ad me, & dicentem: Fili hominis mitto ego te ad filios Israël, ad gentes apostatrices quę recesserunt à me. Patres eorum præuaricati sunt pactum meum vsque ad diem hanc, & filij dura facie & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: si forte vel ipsi audiant, & si forte quiescant, quia domus exasperans est: & scient quia propheta fuerit in medio eorũ. Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque sermones eorum metuas: quoniam incredduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Verba eorum ne
C timeas, & vultus eorum ne formides: quia domus exasperans est. Loqueris ergo verba mea ad eos, si forte audiant & quiescant, quoniam irritatores sunt. Tu autem fili hominis audi quæcunque loquor ad te: & noli esse exasperans, sicut domus exasperatrix est. Aperi os tuum: & comede quæcunque ego do tibi. Et vidi, & ecce manus missa ad me: in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me: qui erat scriptus intus & foris: & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ.

Nitium libri in Ezechiel propheta magnis obscuri-
1 tatibus clausum, & quibusdam mysteriorum nodis ligatũ in homiliis octo, deo domino nostro Iesu Christo largiente discussimus. Iam nunc planiora sunt & minus difficilia quæ sequuntur. Charitati itaque vestræ colloquimur, eidem omnipotenti deo gratias referentes, quia post tot opaca syluarum, tandem læti ad campos exiuimus, in quibus liberis gressibus locutionis nostrę intrepidum pedem ponamus. Ecce enim postquam propheta similitudinem gloriæ domini contemplatus in faciem suam cecidit, adiungit. Et audiui vocem loquẽtis, & dixit ad me: Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecum.) Vbi adhuc subditur: Et ingressus est in me spiritus postquã locutus est mihi, & statuit me super pedes meos.) Ecce diuina vox iacenti prophetæ iussit, vt resurgeret. Sed surgere omnino non posset, nisi in hunc omnipotentis dei spiritus intrasset: quia ex omnipotentis dei gratia ad bona opera conari quidem possumus, sed hæc implere non possumus, si ipse non adiuuat qui iubet. Sic Paulus cùm discipulos admoneret dicẽs: Cum metu & tremore vestram ipsorum salutem operamini: illi- *Philip.2.*
co quis in eis hæc ipsa bona operaretur adiunxit, dicens: Deus est enim qui operatur in vobis, & velle & perficere pro bona voluntate. Hinc est quod ipsa veritas discipulis dicit: Sine me ni- *Ioan.15.*
hil potestis facere. Sed in his cõsiderandum, quia si bona nostra sic omnipotẽtis dei dona sunt, vt in eis aliquid nostrum non sit, cur nos quasi pro meritis æternam retributionem quærimus? Si autem ita nostra sunt, vt dona dei omnipotentis non sint, cur ex eis omnipotenti deo gratias agimus? Sed sciendum est quia mala nostra, solummodo nostra sunt: bona autem nostra, & omnipotentis dei sunt, & nostra: quia ipse aspirando nos præuenit vt velimus, qui adiuuando subsequitur, ne inaniter velimus, sed possimus implere quæ volumus. Præueniente ergo gratia, & bona voluntate subsequente, hoc quod omnipotentis dei donum est, fit meritum nostrum. Quod bene Paulus breui sententia explicat, dicens: Plus illis omnibus laboraui. Qui ne suæ vi- *1.Cor.15.*
deretur virtuti tribuisse quod fecerat, adiunxit: Non autem ego, sed gratia dei mecum. Quia enim cœlesti dono præuentus est, quasi alienum se à bono suo opere agnouit: Non autem ego. Sed quia præueniens gratia liberum in eo arbitrium fecerat in E
bono, quòd libero arbitrio eandem gratiam est subsecutus in opere, adiunxit: Sed gratia dei mecum. Ac si diceret: In bono opere laboraui, non ego, sed & ego. In hoc enim quòd solo domini dono præuentus sum: non ego. In eo autem quòd donum voluntate subsecutus: & ego. His igitur breuiter contra Pelagium & Celestinum dictis, ad exponendi ordinem redeamus.

Fili hominis sta super pedes tuos & loquar tecum.) Notandus nobis est ordo locutionis & operis, quia prius similitudo gloriæ domini apparet vt deiiciat: postmodum alloquitur vt eleuet, deinde super abundantis gratiæ spiritum mittit & leuat, ac supra pedes statuit. Nisi enim aliquid de æternitate in mente videremus, nunquam in facie nostra pœnitendo caderemus. Sed iam iacentis vox dòmini consolatur nos facere vt in opere surgamus, quod tamen nos nostra virtute non possumus facere. Ipsius ergo nos spiritus implet & leuat, & super pedes nostros statuit: vt qui pront in pœnitentia pro culpa iacuimus, recti postmodum in bono opere stemus. Sed stans propheta quid audierit, adiunxit, dicens: Et audiui loquentem ad me, & dicentem: Fili hominis, mitto ego te ad filios Israël, ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me.) Sic propheta describit sua, vt significet nostra. Nam quid est hoc quod ei iacenti dicitur: Sta supra pedes tuos, & loquar tecum? Qui enim iacenti loquebatur, cur non se nisi stanti promittit esse locuturum? Sed sciendum quia alia sunt quæ iacentes, alia quæ stantes au- F
dire debeamus. Iacenti enim dicitur vt surgat, stanti autem precipitur vt ad prædicationem proficiscì debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confusione iacentibus præberi non debet auctoritas prædicationis. Sed cùm iam in bono opere surgimus, cùm iam recti stare cœperimus: dignum est vt ad lucrandos alios in prædicationem mitti debeamus. Stans ergo propheta, visionem spiritalem vidit & cecidit. Cadens verò, iam monitionis verbum suscepit vt surgeret. Surgens autem præceptum audiuit vt prædicaret. Nam qui adhuc ex superbiæ vertice stamus, cùm iam de æternitatis timore aliquid sentire cœperimus, dignum est vt ad pœnitentiam cadamus. Et cum infirmitatem nostram subtiliter cognoscentes, humiliter iacemus, per diuini verbi consolationem surgere ad fortiora opera iubemur. Et cùm iam in bonorum operum soliditate persistimus, necesse est vt vnde nosmetipsos correximus, inde iam prędicantes & alios leuemus. Iacenti ergo non præcipitur vt ad prædicationem pergat, ne infirmus quisque hoc quod verbo ædificare potest, opere destruat. Vnde rectè quoque per Psalmistam dicitur: Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis. Sta- *Psal.39.*
tuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos: & immisit in os meum canticum nouum, hymnum deo nostro. Prius enim de luto prauitatis educitur, vt eius pedes per fidem in petra solidentur. Sed quia rectam fidem, recta subsequi

Universidad de Deusto
Biblioteca

G debet operatio: gressus eius directi sunt, vt post directionem gressuum, id est, post perfectionem boni operis, in ore accipe-
Acto.9. ret etiam nouum canticum prædicationis. Sic Saulus dum superbè Damascum pergeret, redẽptoris voce prostratus iacuit. Et qui prædicator futurus erat, non tamen mox vt prædicaret quod viderat audiuit: sed ei iacenti dicitur: Ingredere in ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Iacens ergo hoc solum audire potuit, vt surgens disceret quod audierat. Surgens verò hoc didicit, vt quæ cognouerat prædicaret. Sed quærendum nobis est, cur Ezechiel & Paulus in faciem cadunt: & de ascensore equi, id est, de eo qui in huius mundi gloria elatus est, dicitur: Vt cadat ascensor eius retro? Rursumque de perse-
Ioan.18. cutoribus domini scriptum est: Abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Quid est hoc quòd electi in faciem, & reprobi retrorsus cadunt, nisi quòd omnis qui post se cadit: ibi procul dubio cadit vbi non videt: qui verò ante se ceciderit, ibi cadit vbi videt? Iniqui ergo quia in inuisibilibus cadunt, post se cadere dicuntur: quia ibi corruunt vbi quid eos tunc sequatur, modo videre non possunt. Iusti verò quia in istis visibilibus semetipsos sponte deiiciunt vt in inuisibilibus erigantur, quasi in faciem cadunt, quia timore compuncti videntes humiliantur. Notandum verò quod dicitur: Mitto ego te ad filios Israël: ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me.) Sicut enim duobus modis à deo receditur, ita duobus modis à deo
H apostatæ homines fiunt. Nam vnusquisque à conditore suo aut fide recedit, aut opere. Sicut ergo qui à fide recedit, apostata est: ita qui ad peruersum opus quod deserit redit, ab omnipotente deo apostata absque vlla dubietate deputabitur, etiam si fidem tenere videatur. Vnum enim sine altero nil prodesse valet, quia nec fides sine operibus, nec opera adiuuant sine fide,
Acto.10. nisi fortasse pro fide percipienda fiant, sicut Cornelius antè pro bonis operibus meruit audire, quàm fidelis existeret. Qua ex re colligitur, quia bona opera pro fide percipienda facie-
Ibidem. bat. Nam cui ab angelo dicitur: Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu dei: & mox pro eadem ascensione præcipitur vt ad Simonem mittat, qui ei veniens prædicare debeat, constat quia hoc petiit, vnde meruit exaudiri. Sequitur: Patres eorum præuaricati sunt pactum meum vsque ad diem hanc, & filij dura facie & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te.) Ecce est vna culpa superbiæ: quia præuaricati sunt pactum. Ecce altera obstinationis, quia vsque ad diem hanc. Ecce in iniquitate filiorum culpa grauis impudentiæ, quia dura facie: quoniam mala quæ faciunt, iam non erubescunt, & nunquam vel post culpas ad pœnitentiam redeunt: quia indomabili corde sunt. Cùm verò tãtæ prauitatis, tantæque obstinationis sint hi ad quos propheta mittitur: quis iam non videat, quia persona prophetę à tam peruersis hominibus despici valeat? Sed ecce auctoritas personæ
I tribuitur, cùm subditur: Et dices ad eos. Hæc dicit dominus deus.) Ac si apertè diceretur. Quia si ex te despiceris ex mea voce necesse est vt loquaris. Ne contemnaris ipse qui mitteris, verba mea proferens, ostende qui misit. Sequitur: Si forte vel ipsi audiant, & si forte quiescant: quia domus exasperans est.) Dum constat, quòd omnipotens deus omnia sciat, mirandum valde est cur dicitur: Si forte audiant, & si forte quiescant. Quapropter sciendum nobis est: quia ista dubitatio locutionis dei non ex ignorantia, sed ex aliqua significatione descendit. Nam quis nesciat quòd qui fecit & videt omnia, omnia sciat? Et per semetipsam in Euangelio veritas de antichri-
Matth. 24. sti prædicatoribus dicit: Dabunt signa magna & prodigia: ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Cur hoc sub dubitatione dicitur, cùm quid futurum sit, à domino præsciatur? Vnum verò è duobus est, quia si electi sunt, fieri non potest. Si autem fieri potest, electi non sunt. Et tamen dicitur, vt in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Ista ergo dominici sermonis dubitatio ex electorum cordibus, designatio tentationis fuit: quia qui electi sunt ad perstendum, per signa prædicatorum antichristi tentabuntur ad cadendum. Per hoc ergo quod dicitur, si fieri potest, hoc exprimitur, quòd electi in corde tentabuntur. Nutant enim, sed non cadunt. Dicitur ergo si fieri potest: quia trepidabunt: & tamen dicuntur electi, quia non cadunt. Dubitatio itaque sermonis à domino in electis exprimit trepidationem mentis. Quos & K
electos nominat, quia cernit quòd in fide & bono opere persistunt. Vnde hic quoque dicitur: Si forte audiant, & si forte quiescant.) Per hoc enim quod dicitur, si forte, quia ex magna multitudine pauci audituri sunt demonstratur. Per dubitationem ergo sermonum dei quid significatur aliud, nisi paucitas auditorum? Notandum verò, quòd posquam mala parentum defunctorum dixerat, mittens prophetam ad filios dicat: Si forte vel ipsi audiant, & si forte quiescant. Quid est dicere vel ipsi, nisi quia eorum patres qui in culpa defuncti sunt, audire noluerunt? Pensemus rogo, quæ virtus sit in hoc dominici sermonis defectu, vt dicat: si forte vel ipsi audiant. Nobis hoc apertè dicitur, qui afflicti, oppressi, conclusi, omnia quæ in hoc mundo habuimus bona, perdidimus. Vrbes eruitas, euersa castra, depopulatos agros, fussosas Ecclesias videmus, & tamen adhuc parentes nostros ad iniquitates sequimur, ab eorum elatione quam vidimus, non mutamur. Et illi quidem inter gaudia, nos verò, quod est grauius, & inter flagella peccamus. Sed ecce omnipotens deus iniquitates iudicans, iam priores nostros abstulit, iam ad iudicium vocauit. Nos adhuc ad pœnitentiam expectat, ad reuertendum sustinet. Et qui in illis iam iudicium exercuit, nobis suæ patientiæ longanimitatem prætogat, ne cum nostris prioribus perdat, dicens: Si forte vel ipsi audiant, & si forte quiescant, quia do-
L mus exasperans est.) Omnis anima etiam post acceptam fidem in peruersitate sua, aut permanens aut reuertens, domus exasperans vocatur, quia eum quem per fidem susceperat, repellit à se prauis moribus habitatorem deum. Nam domus inhabitatur à domino. Si ergo domus, quare exasperans? Si verò exasperans, quare domus, quæ vtique iam non habitatur? Domus, quia in ea deus per fidem habitare cœperat. Exasperans verò est, quia ab ea prauis moribus repulsus exiit, vt vacua remaneat: quam prius cœlestis inhabitator replebat. Vnde etiam sicut veritatis voce cognouimus, iniquissimus spiri-
Matt. tus cum septem aliis rediens, domum scopis mundatam inuenit, quia mentem à virtutibus alienam replet. Sequitur:

Et scient quia propheta fuerit in medio eorum.) Malis scire bonos, aut ad adiutorium salutis proficere, aut ad testimonium damnationis solet. Sciant ergo quia in medio eorum propheta fuerit, vt audita prædicatione aut adiuuentur vt surgant & conuertantur, aut sic in iniquitatibus eorum damnentur, vt excusatione careant. Sequitur: Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque sermones eorum metuas, quoniam increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas.) Patet ad quàm peruersos in prædicationem mittitur, qui ne timeat admonetur. Et quia praui atque peruersi quique bona sibi loquentibus alia iniqua faciunt, & adhuc alia minantur, propter illa quæ faciunt dicitur: Ne timeas eos: & propter hoc quod minantur, adiungitur: Neque sermones eorum metuas. M
Vel certè quia reprobi atque iniqui & mala bonis ingerunt, & eorum semper actibus derogant, propheta missus admonetur, ne eorum vel crudelitatem aut furorem metuat, vel verba pertimescat. In hoc itaque quod dicitur: Ne timeas, prophetæ datur auctoritas prædicationis. Et quia omnes qui in deo viuimus, organa veritatis sumus, vt sæpe per alium mihi, sæpe verò aliis loquatur per me, sic nobis boni verbi inesse auctoritas debet, vt & is qui præest, dicat recta liberè, & is qui subest, inferre bona humiliter non recusset. Bonum enim quod maiori à minore dicitur: tunc verè bonum est, si humiliter dicatur: Nam si rectitudo sentiendi humilitatem loquendi perdiderit, radicem sensus in ramo linguæ vitauit. Quod videlicet vitium iam non ex ramo, sed ex radice est, quia nisi cor intumescceret, lingua minimè superbiret. Inesse ergo ad loquendum priori humilis auctoritas, inesse autem minori libera humilitas debet. Sed sæpe in hominibus ipse loquendi ordo confunditur: sicut & longè superius diximus. Nam aliquando quis per tumorem elationis loquitur: & loqui se per auctoritatem libertatis existimat, & aliquando alius per stultum timorem tacet: & tacere se per humilitatem putat. Ille locum sui reginiinis attendens, non metitur sensum tumoris: iste locum suæ subiectionis considerans, timet dicere bona, quæ sentit, & ignorat quantum charitatis reus

efficitur

A efficetur tacendo. Sic verò sub authoritate superbia, & humanus timor sub humilitate se palliat: vt sæpe nec ille valeat considerare quid deo, nec iste quid debeat proximo. Nam ille eos qui sibi subiecti sunt conspicit: & ei cui omnia subiacent, non intendit. In elatione attollitur: & de elatione sua velut de authoritate gloriatur. Iste verò nonnunquam dum timet ne maioris gratiam amittat, atque per hoc aliquid temporalis damni sustineat, recta quæ intelligit occultat: atque apud se tacitus, ipsum timorem quo constringitur, humilitatem nominat. Sed eum cui nil vult dicere: tacendo in cogitatione diiudicat. Sitque vt vnde se humilem existimat, inde grauius sit superbus. Discernenda ergo semper sunt libertas & superbia, humilitas & timor: ne aut timor humilitatem, aut superbia libertatem fingat. Ezechiel itaque quia non solum populo, sed etiam senioribus loqui mittebatur, ne incautum timorem humilitatem crederet: vt timere non debeat, admonetur, dum dicitur: Ne timeas eos. Ac ne forte derogationis eorum verba pertimescat, adiungitur: Neque sermones eorum metuas. Cur autem linguas derogantium timere non debeat, etiam causa subiungitur, cùm protinus subinfertur: Quoniam increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Timendi enim essent hi quibus loqui mittebatur, si in fide & opere deo omnipotẽti placuissent. Quia autem increduli & subuersores sunt, in suis sermonibus de-
B rogantes, timendi non sunt, quia stultum valde est si illis placere quærimus, quos non placere domino scimus. Debent enim haberi in metu & reuerentia iudicia iustorum, quia membra omnipotentis dei sunt, & hoc ipsi in terra reprehendunt, quod dominus redarguit è cœlo. Nam peruersorum derogatio, vitæ nostræ approbatio est, quia iam ostenditur nos aliquid iustitiæ habere, si illis displicere incipimus, qui non placent deo. Nemo etenim potest in vna eadémque re, omnipotenti domino, atque eius hostibus gratus existere. Nam deo se amicum denegat, qui eius placet inimico. Inimicis veritatis aduersabitur, qui eidem veritati in mente subiugatur. Vnde sancti viri in vocis liberæ increpatione succensi, eos ad sua odia excitare non metuunt, quos deum non diligere cognoscunt. Quod propheta ardenter exhibens, creatori omnium
Psal. quasi in munere obtulit, dicens: Nónne qui oderunt te deus, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Ac si apertè dicat: Pensa quantum te diligo, qui tuorum hostium excitare contra me inimicitias non pertimesco. Hinc iterum dicit: Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam secutus sum iustitiam.
Psal. Bonum valde est quod iustus tribuit, quando malè agentibus libera voce contradicit. Sed peruersi mala pro bonis retribuũt, cùm iustis derogant, quia contra eos iustitiæ defensionem seruant. Non enim iusti humana iudicia, sed æterni iudicis examẽ
C aspiciunt, atque ideo derogantium verba contemnunt. Hinc
Ioa. etenim derogantibus Corinthiis Paulus dicebat: Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Qui nec in corde suo vnde se reprehendere potuisset inueniens, adiungit: Sed neque meipsum iudico. Videns autem quia ei ad perfectionem sanctitatis nec suum iudicium sufficeret, subdidit: Sed non in hoc iustificatus sum. Cur verò nec sibimetipsi de seipso credidit, causam reddidit, cùm subiunxit: Qui autem iudicat me, dominus est. Ac si apertè dicat: Nec meo de me iudicio credendum existimo, quia ille me iudicat, cuius ego iudicium non comprehendo. Hinc beatus Iob cùm amicorum derogantium linguas, inter dolores vulnerum pateretur iacula verborum, cogitatione protinus ad conscientiam recurrit,
Iob. atque vbi mentem solidam haberet aspexit, dicens: Ecce enim
Iob. in cœlo testis meus, & conscius meus in excelsis. Qui etiam subdidit: Verbosi amici mei, ad deum stillat oculus meus. In omne enim quod de nobis dicitur, semper taciti recurrere ad mentem debemus, interiorem testem & iudicem quærere. Quid enim prodest si omnes laudent, cùm conscientia accuset? Aut quid poterit obesse si omnes nobis derogent, & conscientia sola nos defendat? Beatus ergo Iob inter linguas derogantium inflexa mente persistens, quia in terra se impugnari falsis sermonibus vidit, in cœlo testem quæsiuit. Hinc Esaias ait:
Esa. Populo meus qui beatificant te, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. Qui videlicet populus ne verba suæ D laudis attenderet, & in culpis altius periret, statim ei dicitur, quem aspiciat, cuius iudicium pertimescat, cùm subditur: Stat *Ibidem.* ad iudicandum dominus, stat ad iudicandos populos. Ac si apertè diceretur: iudicia humana cur sequeris, qui stare super te cœlestem iudicem scis? Hinc est quòd Ioannem baptistam veritas esse arundinem vento agitatam negat, dicens: Quid existis vi- *Matth.11.* dere in desertum? arundinem vento agitatam? Quod quia negando dixerat, non affirmando, subiecta verba testantur. Ait enim: Sed quid existis videre in desertum? hominem mollibus *Luc.7.* vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Arundo autem vento agitata modo flatibus erigitur, modo flatibus inclinatur. Omnis autem infirmus animus, qui vel derogatione deiicitur, vel laudibus exaltatur, arundo vento agitata est. Quod Ioannes non erat, quia inflexibilem mentis verticem inter laudes hominum & derogationes tenebat. Sed magna inquisitione res indiget, cùm recti operis viam tenemus, vtrum semper despicere derogantium verba debeamus, an certè aliquando compescere. de qua re sciendum est, quia linguas detrahentium sicut nostro studio non debemus excitare ne ipsi pereant, ita per suam malitiam excitatas debemus æquanimiter tolerare, vt nobis meritum crescat. Aliquando autem etiam compescere, ne dum de nobis mala dissemi-
nant: eorum qui audire nos ad bona poterant, corda innocentium corrumpant. Hinc est enim quòd Ioannes obtrectatoris E sui linguam redarguit dicens: Is qui amat primatum gerere in *Epistolæ* eis, Diotrephes non recipit nos, propter hoc si venero, com- *Ioan.3.* moneam eius opera quæ facit: verbis malignis garriens in nos. Hinc Paulus iterum de detrahentibus Corinthiis loquitur dicens: Epistolæ inquiunt, graues sunt & fortes, præsentia au- *2.Cor.10.* tem corporis infirma, & sermo contemptibilis. Hoc cogitet qui huiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in opere. Hi etenim quorum vita in exemplo imitationis est posita, debent, si possunt, detrahentium sibi verba compescere, ne eorum prædicationem non audiant qui audire poterant, & in prauis moribus remanentes, bene viuere contemnant. Sed hac in re subtili inquisitione necesse est, vt semetipsum animus inuestiget, ne fortasse suæ laudis gloriam quærat, & animarum lucra se quærere nostra cogitatio simulet. Sæpe enim sui nominis laude animus pascitur: & quasi sub obtentu lucrorum spiritalium, cùm de se bona dici cognouerit lætatur. Et sæpe suæ gloriæ defensione cõtra detrahentes irascitur, & fingit sibimet quòd hoc ex eorum zelo faciat, quorum corda à bono itinere detrahentis sermo perturbat. Illi ergo debent magnopere curare, ne contra eorum opinionem detrahentium verba præualeant, qui suam cõscientiam subtiliter discutientes, se in ea inueniunt de amore priuatæ gloriæ nihil habere. Hinc est enim quòd iusti atque perfecti aliquando virtutes suas prædicant, bona quæ diuini- F tus acceperunt, narrant: non vt ipsi apud homines sua ostensione proficiant, sed vt eos quibus prædicant, exemplo suo ad vitam trahant. Vnde Paulus Apostolus quotiens fustibus cæ- *2.Cor.11.* sus, quotiens lapidatus, quotiens naufragium pertulit, quanta pro veritate sustinuit, quòd ad tertium cœlum raptus, quòd in paradisum ductus sit, Corinthiis narrat, vt eorum sensum à falsis prædicatoribus auertat: vt dum se innotescerent qualis esset, illi eis vilescerent, quos ab eis cognouerat iniquè venerari. Quod perfecti cùm faciunt, id est, cùm virtutes proprias loquuntur, in hoc quoque omnipotentis dei imitatores sunt, qui laudes suas hominibus loquitur, vt ab omnibus cognoscatur. Nam cùm scriptura sancta præcipiat, dicens: Laudet te alie- *Prouer. 27.* nus, & non os tuum, quomodo facit ipse quod prohibet? Sed si virtutes suas omnipotens deus taceret, eum nullus agnosceret: si eum nullus agnosceret, nullus amaret: si nullus amaret, nullus ad vitam rediret. Vnde & per Psalmistam de eo dicitur: Virtutem operum suorum annunciabit populo suo: vt *Psal.110.* det illis hæreditatem gentium. Virtutes ergo suas annunciat, non vt laudibus suis ipse proficiat, sed vt hi qui hunc ex sua laude cognouerint, ad perpetuam hæreditatem veniant. Iusti itaque atque perfecti non solum cùm vituperationis suæ verba reprehendunt, sed etiam cùm virtutes quas habent, infirmis loquuntur, reprehensibiles non sunt, quia per suam vi-

G tam quam referunt, aliorum animas ad vitam quærunt. De quibus tamen sciendum est: quia nunquam bona sua detegunt, nisi eos, vt dixi, aut proximorum vtilitas, aut certè nimia necessitas cogat. Vnde Paulus Apostolus cùm virtutes suas Corinthiis e- 2. Cor. 12. numerasset, adiunxit: Factus sum insipiens, vos me coëgistis. Fit verò, aliquando vt necessitate compulsi, in bonis quæ de se referunt, non aliorum vtilitatem, sed suam requirant, sicut beatus Iob facta sua enumerat, dicens: Oculus fui cæco, & pes claudo, pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. Et multa alia quæ sæpe egisse se commemorat. Sed quia in vulnere doloris positus, ab amicis increpantibus ipse impiè egisse, & violentus proximis, atque oppressor pauperum fuisse dicebatur: vir sanctus inter flagella dei, & humanæ increpationis verba deprehensus, mentem suam grauiter concuti, atque ad desperationis foueam conspexit impelli, qui iam iámque cadere poterat, nisi ad memoriam bene acta reuocasset, vt ad spem animum reduceret, ne oppressus verbis & vulneribus in desperationem periret. Quòd ergo bona sua enumerat, non innotescere aliis quasi ex laude desiderat, sed ad spem animum reformat. Iusti itaque sicut sine arrogantia loquuntur aliquando bona quæ agunt: ita sine zelo priuatæ gloriæ detrahentium sibi linguas redarguunt, quia noxia loquuntur. Cùm verò linguæ derogantium corrigi nequeunt, æquanimiter sunt per omnia tolerandæ. Nec obtrectationis sermo timendus est, ne dum vituperatio peruersorum metuitur, recti operis via deseratur. Vnde nunc Exechieli prophetæ dicitur. Sermones eorum ne metuas: quia increduli & subuersores sunt tecum.) Minus autem mali esset, si hi qui sunt increduli, subuersores minimè fuissent. Quia enim ipsi vel cœlestis regni præmia, vel gehennæ esse supplicia non credunt: in suis prauitatibus dimissi, à fide & opere etiam alios subuertunt, vt regnum quod ipsi appetere non volunt: nec alter assequatur. Hi nanque cùm teneriores quosdam bona incipere, mala iam deuitare cognouerint, modo irridendo quod in cœlis promittitur, modo despiciendo quod deus omnipotens de inferni suppliciis minatur, modo laudando bona temporalia, & delectationes præsentis seculi callida persuasione pollicendo, deflectunt mentes innocentium, eorumque itinera peruertunt. Gaudent si quos potuerint à vita reuocare, ad mortem trahere, lætantur in prauitatibus suis, exultant & in alienis. His nimirum pœna sua non sufficit, qui agunt ne soli moriantur. At si fortasse iustum quempiam tantæ iam virtutis inuenerint: vt ei loqui contraria non præsumant, quia subuersores esse non possunt, statim scorpiones fiunt. Scorpio enim palpando incedit, sed cauda ferit. Nec mordet à facie, sed à posterioribus nocet. Scorpiones ergo sunt omnes blandi & malitiosi, qui bonis quidem in faciem non resistunt, sed mox vt recesserint derogant, alios quos valuerint inflammant, quæque possunt noxia immittunt, mortifera inferre occultè non desinunt. Scorpiones ergo sunt, qui blandi & innoxij in facie videntur, sed post dorsum portant, vnde venenum fundant. Qui enim in occulto feriunt, quasi mortem latenter trahunt. Vnde etiam per Psalmistam dicitur: Circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. Apes enim in ore mel habent, in aculeo caudæ vulnus. Et omnes qui lingua blandiuntur, sed latenter ex malitia feriunt, apes sunt: quia loquendo dulcedinem mellis proponunt, sed occultè feriendo vulnus inferunt. Ista verò facientes exardescunt sicut ignis in spinis: quia per flammas detrahentium non iustorum vita comburitur, sed si quæ in eis esse poterant peccatorum spinæ concremantur. Dicatur ergo: Increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Increduli scilicet deo, subuersores verò infirmantibus proximis, scorpiones autem etiam fortibus & robustis. Quibus etsi in facie contradicere non præsumunt, ex occulto tamen vulnus derogationis inferunt. Increduli quippe simul & subuersores & scorpiones sunt, quia & audita ea quæ dei sunt, non credunt, & eos quos præualent, à bonis moribus subuertunt, & quos inflectere non valent, occultis machinationibus feriunt. Qua in re hoc quoque notandum est, quia cùm prophetæ dicitur: Increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas, nobis consolationis medicamentum profertur. Quos sæpe tedet viuere, dum nolumus cum malis habitare. Querimur etenim cur non omnes boni sunt, qui nobiscum I viuunt. Mala proximorum ferre nolumus, omnes sanctos iam debere esse decernimus, dum esse nolumus, quod ex proximis portemus. Sed hac in re luce clarius patet dum malos portare renuimus, quàm multum adhuc ipsi de bono minus habeamus. Neque enim perfectè bonus est, nisi qui fuerit & cum malis bonus. Hinc beatus Iob de semetipso asserit, dicens: Frater fui draconum, & socius struthionum. Hinc Paulus A- Iob. 30. postolus discipulis dicit: In medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Hinc Petrus gregis dominici pastor dicit: Iustum Loth oppressum à nephandorum iniuria, conuersatione eripuit. Aspectu enim & auditu iustus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant. Sæpe verò cùm de vita proximorum querimur, mutare locum conamur, secretum vitæ remotioris eligere, videlicet ignorantes, quia si desit spiritus, non adiuuat locus. Idem enim Loth de quo loquimur, in Gen. 19. Sodomis sanctus extitit, in monte peccauit. Quia autem loca mentem non muniunt, ipse humani generis primus testatur parens, qui & in paradiso cecidit. Sed minus sunt omnia quæ loquimur ex terra. Nam si locus saluare potuisset, Satan de cœlo non caderet. Vnde Psalmista vbique in hoc mundo tribulationes esse conspiciens, quæsiuit locum quo fugeret, sed sine deo inuenire non potuit munitum. Ex qua re & ipsum sibi locum fieri petiit, propter quem locum quæsiuit, dicens: Esto Psal. 30. mihi in deum protectorem, & in locum munitum, vt saluum me facias. Tolerandi ergo vbique sunt proximi, quia Abel fieri non valet, quem Cain malitia non exercet. Vnum verò est pro quo vitari societas debet malorum, ne si fortasse corrigi non valent, ad imitationem trahant. Et cùm ipsi à sua malitia non mutantur: eos qui sibi coniuncti fuerint, peruertant. Vnde Paulus ait: Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et 1. Cor. 15. sicut per Salomonem dicitur: Noli esse amicus homini iracundo, nec ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ. Sicut ergo perfecti viri peruersos proximos non debent fugere, quia & eos sæpe ad rectitudinem trahunt, & ipsi ad peruersitatem nunquam trahuntur: ita infirmi quique societatem declinare debent prauorum, ne mala quæ frequenter aspiciunt, & corrigere non valent, delectentur imitari. Sic enim verba proximorum audiendo quotidie sumimus in mente, sicut flando atque respirando aërem trahimus corpore. Et sicut malus aër assiduo flatu tractus infi:it corpus, ita peruersa locutio assiduè audita, infirmantium inficit animum, vt tabescat delectatione praui operis, assidui iniquitate sermonis. Sequitur: Verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides: quia domus exasperans est.) Ideo boni timendi sunt, ne offendantur: ne forte per eos ille prouocetur ad iram, qui eorum corda semper inhabitat. Nam sicut M superius dictum est, si malos offendimus, timere minimè debemus: quoniam illis nostra actio displicet, quibus nec iustitia creatoris placet. Quid ergo timendum est, si nobis ingrati sunt, qui deo amabiles non sunt? Vnde rectè nunc dicitur: Verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides: quia domus exasperans est.) Ac si apertè diceretur: Timendi essent, nisi me in suis actibus exasperarent. Dequibus adhuc subditur: Loqueris ergo verba mea ad eos, si forte audiant & quiescant, quia irritatores sunt. Omnis qui peccat, quid aliud quàm conditoris sui in se iracundiam irritat? Et scimus quia quotiens actu, quotiens verbo, quotiens cogitatione delinquimus, deum contra nos totiens irritamus. Sed tamen sustinet, & clementer expectat per patientiam. Per prædicatores autem suos verbum nobis exhortationis prærogat. Omnis autem qui recta prædicat, si auditur, iram irritati creatoris super præuaricatorem populum placat. Vnde necesse est, vt ipse non debeat agere malum, quod solet in populo furorem conditoris sui irritare. Propter quod etiam subditur: Tu autem fili hominis audi quæcunque loquor ad te, & noli esse exasperans sicut domus exasperatrix est.) id est, mala quæ fieri conspicis, ipse non facias: ne hoc quod prohibere uiteris, ipse committas. Omnis etenim prædicator intenta semper debet mente pensare, ne qui missus est lapsos erigere, ipse in prauitate operis cum lapsis cadat, & Pauli hunc sententia feriat dicentis: In quo Rom. 2. alterum

A rectum iudicas, teipsum condemnas. Vnde Balaam dei spiritu repletus ad loquendum, sed tamen in carnalem vitam suo spiritu detentus, de semetipso loquitur dicens: Dixit auditor sermonum dei, qui nouit doctrinam altissimi: & visiones omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos. Cadens apertos oculos habuit, qui rectum quod diceret vidit: sed rectè videre contempsit. Cadens videlicet in peruerso opere, & apertos habens oculos in sancta prædicatione. Est tamen aliud quod possit intelligi: cur beatus Ezechiel qui ad prædicationem mittitur, esse exasperans prohibetur. Nisi enim ad loquenda verba cùm mittebatur obediret, omnipotentem dominum sicut populus de peruerso opere, sic propheta de suo silentio exasperasset. Nam sicut mali ideo deum exasperant, quia loquuntur vel faciunt mala, ita nonnunquam boni exasperant, quia reticent bona. *Illis itaque in culpa est peruersa agere, istis recta reticere.* In hoc ergo cum malis etiam boni simul deum exasperant, quia cùm peruersa non increpant, eis per suum silentium proficiendi licentiam præstant. Sequitur: Aperi os tuum, & comede quæcunque do tibi.) Aperimus os nostrum, cùm recta loquimur: & comedimus quæ à deo accipimus: quia & tribuitur & augetur in nostris sensibus cibus vitæ, cùm prædicare cœperimus. Vnde propheta alius dicit: Os meum aperui, & attraxi spiritum. Non enim spiritum attraheret, nisi os operiret: quia nisi ad prædicandum proximis se impenderet, spiritalis doctrinæ in eo gratia non creuisset. Sequitur: Et vidi: & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber. Et expandit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris.) Sicut per prophetam prædicatorum ordo, sic per librum quem accepit, scripturæ sacræ paginæ designantur. Liber autem inuolutus, est scripturæ sacræ eloquium obscurum: quod profunditate sententiarum inuoluitur, vt non facile sensu omnium penetretur. Sed coram propheta liber expanditur: quia coram prædicatoribus sacri eloquij obscuritas aperitur. Inuolutum librum manus dei porrexerat, cùm saluator dicebat: Simile factum est regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cùm autem dormirent homines, venit inimicus eius: & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cùm autem creuisset herba, & fructum fecisset: tunc apparuerunt & zizania, & reliqua: quæ charitas vestra etiam me reticente reminiscitur. Sed librum quem inuolutum ostenderat, expandit cùm hoc quod per ænigmata loquebatur, exposuit dicens: Qui seminat bonum semen, est filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum verò semen, hi sunt filij regni: zizania autem filij sunt nequam. Inimicus autem qui seminauit ea, est diabolus. Messis verò consummatio seculi. Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: sic erit in consummatione seculi. Inuolutus itaque liber expanditur, quando hoc quod obscurè prolatum fuerat per latitudinem intellectus aperitur. Hunc inuolutum librum veritas expandit: quando in discipulis egit quod scriptum est: Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. De quo adhuc libro subditur: Qui erat scriptus intus & foris.) Liber enim sacri eloquij intus scriptus est per allegoriam: foris per historiam. Intus per spiritalem intellectum: foris autem per sensum literæ simplicem, adhuc infirmantibus congruentem. Intus, quia inuisibilia promittit: foris, quia visibilia præceptorum suorum rectitudine disponit. Intus, quia cœlestia pollicetur: foris autem, quia terrena contemptibilia qualiter sint vel in vsu habenda, vel ex desiderio fugienda, præcepit. Alia nanque de secretis cœlestibus loquitur: Alia verò in exterioribus actionibus iubet. Et ea quidem quæ foris præcepit, patent: sed illa quæ de internis narrat, plenè apprehendi nequeunt. Vnde scriptum est: Extendens cœlum sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius. Quid enim cœli nomine nisi sacra scriptura signatur? De qua nobis & sol sapientiæ, & luna scientiæ: & ex antiquis patribus stellæ exemplorum atque virtutum lucent. Quod sicut pellis extenditur: quia per scriptores suos carnis lingua formatum, ante oculos nostros & per verba doctorum exponendo diplicatur. Quid vero aquarum nomine, nisi sanctissimi angelorum signantur chori? De quibus scriptum est: Et aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini. Huius ergo cœli superiora dominus aquis tegit, quia alta sacri eloquij, id est, ea quæ de natura diuinitatis vel de æternis gaudiis narrat, nobis adhuc nescientibus, solis angelis in secreto sunt cognita. Cœlum ergo hoc & coram nobis extenditur: & tamen aquis superiora eius conteguntur: quia & quædam sacri eloquij iam nobis per apertionem spiritus patent: & quædam quæ solis angelis possunt esse manifesta: nobis adhuc seruantur occulta. De quibus tamen occultis iam partem per spiritalem intelligētiam sentimus: iam sancti spiritus pignus accepimus: qui hæc & plenè necdum cognouimus, & tamen medullitus amamus: & in multis spiritalibus sensibus quos iam cognouimus, veritatis pabulo pascimur. Dicat ergo: Qui erat scriptus intus & foris. Quia in sacro eloquio & dictis occultioribus atque sublimioribus satiantur fortes: & præceptis apertioribus nos paruuli nutrimur. Vnde scriptum est: Montes excelsi ceruis: petra refugium herinaciis. Habeant enim montes intelligentiæ qui iam contemplationis saltus dare nouerunt. Sed petra sit refugium herinaciis: quia nos paruuli & peccatorum nostrorum spinis cooperti, & si intelligere alta non possumus, in petræ nostræ refugium, id est, in Christi fide saluamur. Vnde & quibusdam dicitur: Nihil me iudicaui scire inter vos nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Ac si diceret: Quia vos capere diuinitatis eius mysteria non posse pensaui: sola vobis humanitatis eius infirma locutus sum. Sequitur: Et scriptæ erant in eo lamentationes carmen, & væ.) Carmen aliquando in bono, aliquando verò in malo accipi dubium non est: quia & lætum carmen, & lugubre carmen dicere possumus. Sed nos scripturæ sacræ vsum sequentes, quæ penè semper carmen ponere in prosperis solet: hoc in loco pro bona parte dictum carmen accipimus. Nam cùm omnipotens deus populum suum de mari rubro liberasset: scriptum est: Tunc Moyses & filij Israël cecinerunt carmen domino. Et cùm Dauid victoriam de hostibus fecisset, scriptum est: Locutus est Dauid domino verba carminis huius. Salomon quoque ait: Acetum in nitro: qui cantat carmina corde pessimo. Acetum quippe si mittatur in nitro, feruescit nitrum protinus & ebullit. Et peruersa mens quando per increpationem corripitur: aut per prædicationis dulcedinem bona suadentur, de correptione fit deterior. Et inde in murmurationis iniquitate succenditur: vnde debuit ab iniquitate compesci. Per Heliu quoque de ingrato ac sese desperante dicitur: Et non dixit: Vbi est qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? Carmen quippe in nocte est lætitia in tribulatione. Carmen in nocte accipimus, quando in pressuris præsentibus de futuris gaudiis consolamur. Carmen nobis ostendebat Apostolus, cùm dicebat: Spe gaudentes in tribulatione patientes. Carmen in nocte se Dauid habere indicat dicens: Tu es mihi refugium à pressura, quæ circundedit me: exultatio mea, redime me à circundantibus me. Qui enim circundari se pressuris narrat, & tamen deum sibi esse exultationem nominat, procul dubio carmen in nocte cantat. Quia igitur penè semper in bono carmen ponere scriptura sacra consueuit: ita à nobis etiam in hoc loco debet intelligi. Væ autem in scriptura sacra sæpius de æterno luctu, quàm præsenti solet intelligi. Vnde scriptum est: Væ in pio in malo: retributio enim manuum eius fiet ei. Et beatus Iob loquitur dicēs: Si impius fuero, væ mihi est: si autem iustus, non leuabo caput, saturatus afflictione & miseria. Iustorum enim afflictio temporalis est. Væ ergo quod dixit: à temporali afflictione distinxit, qui & iustum afflictionem, & impium væ habere perhibuit. Per semetipsam quoque veritas dicit: Væ mundo à scandalis. Et væ vobis qui ridetis, quoniam flebitis. Et væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Pensandum ergo nobis est, quomodo hæc tria in sacro volumine scripta sint, lamentationes, carmen, & væ. Lamentationes videlicet: quia in eo scripta est pœnitentia peccatorum. Carmen verò, quia ibi prænunciantur gaudia iustorum. Væ autem, quia illic expressa est damnatio reproborum. Vt ergo peccata punias, lege quæ in hoc volumine scripta sunt lamenta: Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Et rursus: Miseri estote, & lugete: risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. Vt autem de promissione gaudij sequentis hilarescas: cognosce quæ in hoc volumine scripta sunt carmina laudis æternæ: Beati qui habitant in domo tua domine, in seculū seculi laudabunt te. Et sicut per quendam sapientem de cœlesti Hierusalē dicitur:

Ezech.1. *Psal.* *Psal.103.* *1.Cor.2.* *Exod.15.* *2.Reg.22.* *Prouer.25.* *Iob.35.* *Roma.12.* *Psal.31.* *Esa.3.* *Iob.1.* *Matt.23.* *Luc.6.* *Matt.25.* *Iohel.2.* *Iaco.4.* *Psal.83.*

G dicitur: Ex lapide precioso & mundo omnes plateę eius sternentur: & per omnes vicos eius hallelu ia cantabitur. Hoc nobis carmen cœlestis patriæ nunciare ciues eius venerant, qui concorditer clamabant: Gloria in excelsis deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Sed si adhuc præsenti seculo mente inhæres, si adhuc terrenis voluptatibus delectaris, amare non potes gaudia æterna quæ audis. Cognosce ergo in hoc volumine vę quod in eo scriptum est: atque ab animo per timorem expelle quod diligis, vt possis ex iudicio carmen amare quod legis. Ibi quippe sub vnius damnati specie, multitudo omnis exprimitur reproborum, cùm voce veritatis dicitur: Legatis pedibus eius ac manibus, mittite eum in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium. Tunc etenim reprobi in exteriores tenebras cadunt, quia nunc in interioribus sua se sponte deiecerunt: vt veritatis lumen nec credendo nec bene operãdo sequerentur. In quibus ligatis pedibus ac manibus mitti præcipiuntur: quia nunc dum tempus operandi atque currendi est, habere manus & pedes liberos in bona actione noluerunt. Ibi væ reproborum scriptum est: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Ibi damnatis ac repulsis dicitur: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. In hoc itaque volumine cuncta quę ædificant, omnia quę erudiunt, scripta continentur. Peccasti enim, & iam te pœnitet illicita perpetrasse, vt ad agendam pœnitentiam doceaH ris: ibi inuenis lamenta. Spe cœlestium gaudiorum mentem releuare desideras: ibi ad consolationem tuam inuenis carmen. Sin verò & mala perpetrasti, & hæc te perpetrasse non pœnitet, sed ceruicem mentis erigis, ad nullas pœnitentiæ lamentationes inclinaris, nulla cœlestium gaudiorum expectatione corrigeris, velis nolis, ibi scriptum auditurus es væ: vt quem nec timor ad pœnitẽtiam humiliat, nec spes ad superna præmia exaltat, damnationis suæ iam nunc pœnam prospiciat: & sine excusatione in æternum supplicium cadat. Quid igitur fratres: quid agendum est miseris nobis: nisi vt euigilemus ad huius verba voluminis: & mala quæ nos egisse meminimus, fletibus puniamus: vt per lamenta pœnitentiæ, perueniamus ad carmen vitæ? Ne si affligi modo pœnitendo nolumus: væ postmodum sine fine sentiamus. Nec nos nostrorum vulnerum multitudo in desperationem deprimat: quia maior est potentia medici, quàm magnitudo lãguoris nostri. Quid est enim quod reparare ad salutem non possit: qui potuit omnia ex nihilo creare? Vnigenitus quippe est omnipotenti patri coæternus. Qui cum eo viuit & regnat in vnitate spiritussancti, per omnia secula seculorum. Amen.

Tob.13.

Matt.22.

Esa.66. Matt.15.

Homilia decima.

Ezech.3.

I Fili hominis, quodcũque inueneris, comede. Comede volumen istud: & vadens loquere ad filios Israël. Et aperui os meum: & cibauit me volumine illo. Et dixit ad me: Fili hominis, venter tuus comedet: & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. Et comedi illud: & factũ est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me: Fili hominis, vade ad domum Israël: & loqueris verba mea ad eos. Non enim ad populum profundi sermonis & ignotæ linguæ tu mitteris ad domum Israël: neque ad populos multos profundi sermonis & ignotæ linguæ: quorum non possis audire sermones. Et si ad illos mitteris, ipsi audirent te. Domus autem Israël nolunt audire te: quia nolunt audire me. Omnis quippe domus Israël attrita fronte est, & duro corde. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum: & frontem tuam duriorem frontibus eorum: & vt adamantem & vt silicem dedi faciem tuam. Ne timeas eos: neque metuas à facie eorum: quia domus exasperans est. Et dixit ad me: Fili hominis, omnes sermones meos quos ego loquor ad te, assume in corde tuo: & auribus tuis audi: & vade, ingredere ad transmigrationem ad filios populi mei: & loqueris ad eos, & dices eis: Hæc dicit dominus deus: si forte audiant & quiescant. Et K assumpsit me spiritus: & audiui post me vocem commotionis magnæ: Benedicta gloria domini de loco suo, & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram: & vocem rotarum sequentium animalia: & vocem commotionis magnæ. Spiritus quoque leuauit me, & assumpsit me: & abij amarus in indignatione spiritꝰ mei. Manus enim domini erat mecum, confortans me.

S Olent quidam scripturam sacri eloquij legentes, cum sublimiores eius sententias penetrant, minora mandata quæ infirmioribus data sunt, tumenti sensu despicere: & ea velle in alio intellectu permutare. Qui si rectè in eo alta intelligerent, mandata quoque minima despectui non haberent: quia diuina præcepta sic in quibusdam loquuntur magnis, vt tamen in quibusdam congruant paruulis: qui per incrementa intelligentiæ quasi quibusdam passibus mentis crescant atque ad maiora intelligenda perueniant. Vnde nunc sancto prophetæ dicitur: Fili hominis, quodcunque inueneris comede.) Quicquid enim in sacra scriptura inuenitur, edendum est: quia & eius parua simplicem componunt vitam: & eius magna subtilem ædificant intelligentiam. Sequitur: Comede volumen istud: & vadẽs loquere ad filios Israël. Et aperui os meum: L & cibauit me volumine illo.) Scriptura enim sacra cibus & potus est. Vnde etiam dominus per prophetam alium minatur: Amos. Mittam famem in terram: non famem panis, neque sitim aquæ: sed audiendi verbum domini. Qui ergo subtracto suo eloquio, fame ac siti nos dicit atteri: quia eiꝰ verba & cibus noster & potus sint, demonstrat. Sed notandum quod aliquando cibus: aliquando potus sunt. In rebus enim obscurioribus quæ intelligi nequeunt nisi exponantur, scriptura sacra cibus est: quia quicquid exponitur vt intelligatur: quasi manditur vt glutiatur. In rebus verò apertioribus potus est. Potum enim non mandendo glutimus. Apertiora ergo mandata bibimus: quia etiam non expositа intelligere valemus. Pro eo autẽ quod multa Ezechiel propheta obscura atque perplexa auditurus erat: nequaquam ei de sacro volumine dicitur, bibe: sed comede. Ac si apertè diceretur: Pertracta & intellige: id est, prius mande, & tunc degluti. Sed in verbis sacri eloquij iste debet studij nostri ordo seruari: vt hæc ideo cognoscamus: quatenus de iniquitate nostra compuncti, cognoscentes mala quæ fecimus, vitemus ne alia faciamus. Et cùm iam ex magno vsu lachrymarum, de peccatorum remissione cœperit esse fiducia: per verba dei quæ intelligimus, ad vitam quoque & alios trahamus. Ad hoc enim intelligenda sunt, vt & nobis prosint, & intentione spirituali aliis conferantur. Vnde bene nunc dicitur: Comede volumen istud: & vade loquere ad filios Israël. Ac si ei de sacro cibo di- M ceretur: Comede & pasce: saturare & eructa: accipe & sparge: confortare & labora. Et notandum quod propheta subiungit dicens: Et aperui os meum: & cibauit me volumine illo.) Os in corde esse alius propheta testatur, dicens: Labia dolosa in Psal.11. corde & corde locuti sunt mala. Os ergo aperimus, quando sensum ad intelligentiam facti verbi præparamus. Itaque ad vocem domini propheta os aperuit: quia ad spiramentum dominici præcepti cordis nostri desideria inhiant, vt de cibo vitæ aliquid sumant. Sed tamen hoc ipsum sumere, nostrarum virium non est: nisi ipse cibauerit qui vt comedatur iussit. Ille etenim cibatur, qui per se edere non potest. Et quia ad capienda verba cœlestia idonea nostra infirmitas non est: ipse nos cibat qui nobis in tempore mensurã tritici temperat: quatenus in sacro verbo dum hodie intelligimus quod hesterno die nesciebamus: cras quoque comprehendimus quod hodie nescimus: per diuinæ dispensationis gratiam, quotidiano alimento nutriamur. Omnipotens etenim deus quasi totiens ad os cordis nostri manum porrigit, quoties nobis intellectum aperit: & cibum sacri eloquij in nostris sensibus mittit. Cibat ergo nos volumine, cùm sensum nobis scripturæ suæ dispensando aperit: & eius dulcedine nostras cogitatiões replet. Vnde & subditur: Et dixit ad me: Fili hominis: venter tuus comedet: & viscera tua replebuntur volumine isto quod ego do tibi.) In translatione veteri

A veteri non habetur, venter tuus comedet, & viscera tua replebuntur. Os enim nostrum comedit dum verbum dei legimus: viscera vero nostra complentur, cum intelligimus atque seruamus ea in quibus legendo laboramus. In posteriori autem translatione quam & veraciorem credimus, scriptum est: Venter tuus comedet, & viscera tua replebuntur.) In sacro vero eloquio nonnunquam venter pro mente poni consuevit. Vnde & per Hieremiam dicitur: Ventrem meum, ventrem meum doleo. Quod quia de spirituali & non corporeo venere dixerat, adiunxit: Sensus cordis mei conturbati sunt. Neque enim ad salutem populi pertinebat, si propheta ventrem corporeum se dolere prædicaret. Sed ventrem doluit, qui mentis afflictionem sensit. Sed cur exemplum prophetæ proferimus, cùm testimonium domini apertius habeamus? Et necesse est vt cum per semetipsam veritas loquitur, propheta taceat: quia lucerna claritatem non habet in sole. Ait enim: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Quia enim de mente fidelium sanctæ prædicationes defluunt, quasi de ventre credentium aquæ viuæ flumina decurrunt. Ventris autem viscera quid sunt aliud nisi mentis interna, id est, recta intentio, sanctum desiderium, humilis ad deum, pia ad proximum voluntas? Vnde nunc rectè dicitur: Venter tuus comedet, & viscera tua replebuntur.) Quia cùm mens nostra pabulum veritatis acceperit: interna nostra non iam vacua remanent, sed alimento vitæ satiata. Pensemus charissimi fratres mei quàm sit pia ista promissio, qua dicitur: Venter tuus comedet: & viscera tua replebuntur volumine isto quod ego do tibi.) Multi etenim legunt, & ab ipsa lectione ieiuni sunt. Multi vocem prædicationis audiunt: sed post vocem vacui recedunt. Quorum etsi venter comedit, viscera non replentur: quia etsi mente intellectum sacri verbi percipiunt: obliuiscendo & non seruando quæ audierint, hæc in cordis visceribus non reponunt. Hinc est enim quod per prophetam alium quosdam dominus increpat dicens: Ponite corda vestra super vias vestras. Seminastis multum, & intulistis parum: comedistis, & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati. Multum cordi suo seminat, sed parum infert, qui de mandatis cœlestibus vel legendo, vel etiam audiendo multa cognoscit, sed negligenter operando pauca fructificat. Comedit & non satiatur: qui verba dei audiens, lucra vel gloriam seculi concupiscit. Bene autem non satiari dicitur: quia aliud mandit, & aliud esuriit. Bibit & non inebriatur qui ad vocem prædicationis aurem inclinat, sed mentem non mutat. Solet enim per ebrietatem bibentium sensus mutari. Qui ergo ad cognoscendum dei verbum deuotus est, sed ea quæ sunt huius seculi adipisci desiderat, bibit & inebriatus non est. Si enim inebriatus esset, procul dubio mentē mutasset: vt iam terrena non quæreret: iam vana & transitoria quę amauerat non amaret. De electis nanque per psalmistam dicitur: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Quia tanto omnipotentis dei amore C repleti sunt: vt mutata mente sibimetipsis extranei esse videantur: implentes quod scriptum est: Qui vult post me venire, abneget semetipsum. Semetipsum abnegat, qui mutatur ad meliora, & incipit esse quod non erat, & definit esse quod erat. Sæpe autem quosdam vidimus ad vocem prædicationis quasi ex cōuersione compunctos, habitum non animum mutasse: ita vt religiosam vestem sumerent, sed anteacta vitia non calcarent: iræ stimulis inaniter agitari, malitia doloris in proximi læsionem feruescere: de ostensis quibusdam bonis ante humanos oculos superbire: præsentis mundi lucra inhianter quærere: & de solo exterius habitu quem sumpserunt, sanctitatis fiduciam habere. Quibus quid aliud dicendum est: nisi hoc quod doctor egregius quibusdam legis exteriora seruantibus loquitur dicens: quia in Christo Iesu neque circūcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura? Non enim magni est meriti, si quid foris erga nos agatur in corpore, sed magnopere pensandum est quid agatur in mente. Nam præsentem mundum despicere, transitoria non amare, mentem medullitus in humilitate deo & proximo sternere, contra illatas contumelias patientiam seruare, & custodita patientia, dolorem malitiæ à corde repellere, egenis propria tribuere, aliena minimè ambire, amicum in deo diligere, propter deum & eos qui inimici sunt amare, de afflictione proximi lugere, de morte eius qui inimicus est non exultare: hæc est noua creatura, quam idem magister gentium D apud alios discipulos vigilanti oculo requirit, dicens: Si qua igi 2.Cor.5. tur in Christo noua creatura, vetera transierunt: ecce facta sunt omnia noua. Ad veterem quippe hominem pertinet, præsentem mundum quærere: transitoria ex concupiscentia amare: mentem in superbiam erigere: patientiam non habere: ex dolore malitiæ de proximi læsione cogitare: sua indigentibus non dare: atque ad multiplicandum aliena quærere: nullum purè propter deum diligere: inimicitias inimicis reddere: de afflictione proximi gaudere. Cuncta hæc vetusti sunt hominis: quæ videlicet de radice trahimus corruptionis. Sed qui iam ista exuperat, & ad præcepta dominica mentem in benignitatem commutat, de hoc rectè dicitur: Quia vetera transierunt: ecce facta sunt omnia noua. Tunc ergo in nostris mentibus noua fiūt: cùm à nobis vetusti hominis vitia transeunt: quando sacri verbi præceptum venter comedit, & viscera medullitus replentur. Sæpe enim quosdam vidimus tota se mente ad sanctæ lectionis studium contulisse: atque inter verba dominica recognoscentes in quantis deliquerint, semetipsos in lachrymis mactare: mœrore continuo affligi: in nullis huius mundi prosperitatibus delectari: ita vt eis vita præsens oneri, & lux ipsa fastidio fieret: vix ad colloquendum communia admittere: atque à rigore disciplinæ animum difficile relaxare: per amorem conditoris, luctu solummodo & silentio gaudere. Horum venter sacrum volumen comedit: & viscera repleta sunt: quia præce- E pta vitæ quæ sensus capere potuit, memoria non amisit: sed hæc collectus in deo animus lugendo semper & recolendo seruabit. Et fit plærunque vt tales quique ex dono cœlestis gratiæ, etiam verbum doctrinæ percipiant: atque de veritatis pabulo, quod ipsi intrinsecus dulciter ruminant, proximos suauiter pascant. De quorum profectò ore prædicatio audientibus dulcis est: quando eorum actio contraria suis prædicationibus nō est: quia de propria vita sumunt, quod per linguam proximis conferunt. Vnde rectè hic quoque propheta subiungit: Et comedi illud, & factum est in ore meo sicut mel dulce.) Liber qui viscera repleuit, dulcis in ore sicut mel factus est: quia ipsi de omnipotenti domino sciunt suauiter loqui: qui hunc didicerint in cordis sui visceribus veraciter amare. In eius quippe ore scriptura sacra dulcis est, cuius vitæ viscera mandatis illius replentur: quia ei suauis est ad loquendum, cui interius impressa ad viuendum fuerit. Nam sermo dulcedinem non habet, quem vita reproba intra conscientiam remordet. Vnde necesse est, vt qui verbum dei loquitur, prius studeat qualiter viuat: vt pòst ex vita colligat quæ & qualiter dicat. Ad prædicandum nanque plus conscientia sancti amoris ædificat, quam exercitatio sermonis: quia amando cœlestia, intra semetipsum prædicator legit quomodo persuadeat vt despici debeant terrena. Qui enim vitam suam interius pensat, & exemplo suo foris admonendo alios ædificat: quasi in corde linguæ calamum tingit: in eo quòd manu F verbi proximis exterius scribit. Inde admirabilis prædicator cùm multa discipulis exhortando dixit: quia nullam intra semetipsum de conscientia contrarietatem pertulit, secutus ad- Philip.4. iunxit: Si qua virtus, si qua laus disciplinæ: hæc cogitate quæ & didicistis & accepistis & audistis & vidistis in me. Hæc agite, & deus pacis erit vobiscum. Sequitur: Et dixit ad me: Fili hominis, vade ad domum Israël: & loqueris verba mea ad eos.) In eo quod dominus prophetæ dicit: loqueris verba mea ad eos: quid aliud quàm eius ori frenum moderaminis imponit? ne quæ prius intus non audierit: foris dicere præsumat. Nam prophetæ falsi sua & non dei verba loquebantur, de quibus scriptum est: Nolite audire verba prophetarum qui prophetant Hiere.22. vobis, & decipiunt vos: visionem cordis sui loquuntur, non de ore domini. Et rursum: Non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Ibidem. Qua ex re quoque colligendum est: quia & quisquis expositor in explanatione sacri eloquij vt fortasse auditoribus placeat, aliquid mentiendo componit: sua & non domini verba loquitur: si tamen placendi vel seducendi studio mentiatur. Nam si in verbis dominicis virtutem requirens, ipse aliter quā is per quem prolata sunt, senserit, etiam si sub intellectu alio ædificationem charitatis requirat, domini sunt verba quæ narrat: quia ad hoc solum deus per totam nobis sacram scripturam loquitur, vt nos ad suum & proximi amorem trahat. Sequitur:

Non enim

Universidad de Navarra Biblioteca

G Non enim ad populum profundi sermonis & ignotæ linguæ tu mitteris: ad domum Israël: neque ad populos multos profundi sermonis & ignotæ linguæ, quorum non possis audire sermones. Et si ad illos mitteretis, ipsi audirent te. Domus autem Israël nolunt audire te, quia nolunt audire me.) In ipso iussionis exordio quo propheta ad prædicandum mittitur, apertè & vocatio gentium, & Israeliticarum repulsio designatur. Nam cùm dicitur: Non ad populos multos profundi sermonis & ignotæ linguæ mitteris: quorum non possis audire sermones: atque statim subditur: Et si ad illos mitteretis, ipsi audirent te: apertè declaratur obedientia gentium: quæ quandoque prædicatorum voces essent sine tarditate secuturæ. Et cùm subditur: Domus autem Israël nolunt audire te: quia nolunt audire me. Iudææ duritia designatur: quæ verba prædicantium & cognouit, & sequi noluit. Ignota autem lingua gentium ad obediendum moram non fecit: quamuis extranea ab eloquio legis fuit. Bene autem dicitur: Nolunt audire te, quia nolunt audire me: secundum hoc quod scriptum est: qui vos spernit, me spernit. *Luc.10.* Causa quoque cur non audiant, subinfertur cùm dicitur: Omnis quippe domus Israël attrita fronte est, & duro corde.) Cùm domus Israël attrita fronte esse perhibetur: quid aliud sentiendum, quidve cogitandum est: nisi quod frontem cordis in impudentiam atterit culpa frequens: vt quo crebrius committitur, eo de illa committentis animus minus verecundetur? Atque ideo ad tantam cordis duritiam quandoque peccator peruenit, vt iam in correptione sensibilis non sit: quia qui vsu peccandi induruit, nullo modo corripientis verbum, id est, manum palpantis sentit: sicut Iudææ quoque crebrius delinquenti dicitur: Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. *Ezech.3.* Vel certè attrita frons est in huius mundi actibus assueta: quia sicut sunt nonnulli qui quietem cunctis mundi præmiis atque honoribus præponunt: ita nonnulli vt in hoc mundo aliquid esse videantur: terrenis laboribus insudant, insistunt causis, permiscentur iurgiis. Et quamuis se corpore deficere inter labores sentiant: amore tamen terrenarum rerum deuicti, *Osee.10.* delectabiliter fatigantur. Quibus per prophetam dicitur: Effraim vitula docta diligere triturам. Vitula etenim in tritura areæ assueta, etiam si relaxatur a labore: sponte redit. Sic quibusdam prauis mentibus nihil est laboriosius quàm si eis præcipitur, vt in huius mundi actibus non laborent. Nam sæpe quidam repulsi ab actione terrena, deprecantur vt redeant. Rogant vt premantur: graue se incurrisse periculum quietem putant. Attrita ergo fronte sunt, qui non solum labores non fugiunt: sed neque importuni videri in laboribus qui sibi negãtur erubescunt. Sequitur: Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum: & frontem tuam duriorem frontibus eorum.) Sicut verecundia laudabilis est in malo, ita reprehensibilis est in bono. Erubescere enim malum, sapientiæ est. Bonum verò I erubescere, fatuitatis. Vnde scriptum est: Est cõfusio adducens *Eccli.4.* peccatum: & est confusio adducens gloriam. Qui enim erubescit pœnitendo mala quæ fecit, ad vitæ libertatẽ peruenit. Qui verò erubescit bona facere: a statu rectitudis cadit, atq; ad damnationem tendit, sicut per redemptorem dicitur: *Luca.9.* Qui me erubuerit & meos sermones: hunc filius hominis erubescet cùm venerit in maiestate sua. Et sunt quidam qui bona sua iam in mente concipiunt: sed necdum malis apertè contradicunt. Hi nimirum quia boni sunt in mente, sed auctoritatem non habent in locutione, apti ad veritatis defensionem non sunt. Ille enim esse veritatis defensor debet: qui quod rectè sentit, loqui nec metuit, nec erubescit. Vnde nunc in magno munere prophetæ promittitur. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum: & frontem tuam duriorem frontibus eorum.) Quid est autem peccator nisi vulneratus? & quid prædicator nisi medicus? Si ergo non erubescit peccator qui iacet in vulnere: cur erubescat medicus qui per medicamenta prouidet salutem? Sæpe verò contingit vt prædicator reuerenter audiatur. Nonnunquam verò à peruersis ita despicitur: ac si eis nihil vtilitatis loquatur. Vnde rectè nunc dicitur: Vt adamantem & vt silicem dedi faciem tuã.) Adamas & silex vtraq; dura: sed vnum horum pretiosum est, alterum vile. Adamas ad ornamentum sumitur: silex ab itinerantibus calcatur. Et sæpe contingit vt hos quos correptionem suam conspicimus nimis humiliter audire, verecundemur eis aliqua dicere. Nonnunquam verò euenit, vt eos K quos increpationem suam videmus postponere: & despectui habere, trepidemus eis verbum prædicationis inferre. Sed si rectè sapimus, & ad eos à quibus nos honorari conspicimus: & ad eos à quibus nos despici videmus, auctoritatem exhortationis vel increpationis sumimus: vt nec illorum humilitatem debeamus erubescere: nec illorum superbiam formidare. Dicatur ergo: Dedi faciem tuam vt adamantem.) id est, si ab auditoribus honoraris. Dedi faciem tuam vt silicem) si ab auditoribus conculcaris atque despiceris: vt nec per illatum honorem refrenetur lingua ex verecundia: nec per despectum taceat ex infirmitate. Sequitur: Ne timeas eos, neque metuas a facie eorum: quia domus exasperans est.) Hoc iam superius dictum est. Sed notandum quam aspera domus habetur: cuius asperitas tam crebrò replicatur. Increpandus itaque peccator est: & nunquam timendus, quia domus exasperans est. Timeri enim homo debuerat, si ipse auctorem omnium vt homo timuisset. Nam qui rationis sensum ad timorem dei non habuit: tanto in nullo timendus est: quãto hoc quod esse debuit, non est. Sequitur: Et dixit ad me: Fili hominis: omnes sermones meos quos loquor ad te, assume in corde tuo: & auribus tuis audi: & vade ingredere ad transmigrationem filiorum populi tui.) Vigilanter intuendum est quod voce domini ad prophetam dicitur: vt prius sermones eius audiat: & postmodum loquatur. Audimus enim verba dei, si facimus. Et tunc ea proximis rectè loquimur, L cùm prius ipsi fecerimus. Quod bene Marcus euangelista confirmat, cùm factum domini miraculum narrat dicens: Adducũt *Marc.* ei surdum & mutum: & deprecabantur eum vt imponat illi manum. Cuius ordinem curationis insinuat subdens: Misit digitos suos in auriculas: expuensque tetigit linguam eius: & suspiciẽs in cœlum ingemuit, & ait illi. Effeta: quod est adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius: & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Quid est enim quod creator omnium deus cùm surdum & mutum sanare voluisset, in aures illius suos digitos misit: & expuens linguã ei' tetigit? Quid per digitos redemptoris, nisi dona sancti spiritus designantur? Vnde cùm in alio loco eiecisset dæmonium, dixit: Si in digito dei eicio dæmonia: profectò peruenit in vos regnum dei. Qua de re per e- *Luc.* uangelistam alium dixisse describitur: Si ego in spiritu dei eicio dæmones: igitur peruenit in vos regnum dei. Ex quo vtroque loco colligitur: quia digitus spiritus vocatur. Digitos ergo in auriculas mittere, est per dona spiritus sancti mentem surdi ad obediendum aperire. Quid est verò quod expuens linguam eius tetigit? Saliua nobis est ex ore redemptoris: accepta sapientia in eloquio diuino. Saliua quippe ex capite defluit in ore. Ea ergo sapientia quæ ipse est: dum lingua nostra tangitur: mox ad prædicationis verba formatur. Qui suspiciens in cœlum ingemuit: non quod ipse necessarium gemitum haberet qui dabat quod postulabat: sed nos ad eum gemere qui cœlo præsidet do M cuit: vt & aures nostræ per donum spiritus sancti aperiri: & lingua per saliuam oris, id est, per scientiam diuinæ locutionis solui debeat ad verba prædicationis. Cui mox effeta, id est, adaperire dicitur: & statim apertæ sunt aures eius: & solutum est vinculum linguæ eius. Qua in re notandum est: quia propter clausas aures dictum est, adaperire. Sed cui aures cordis ad obediendum apertæ fuerint: ex subsequenti procul dubio etiam linguæ eius vinculum soluitur: vt bona quæ ipse fecerit, etiam facienda aliis loquatur. Vbi bene additur, & loquebatur rectè. Ille enim rectè loquitur, qui prius obediendo fecerit, quæ loquendo admonet esse facienda. Quòd verò ad transmigrationem populi admonendam propheta mittitur: non solum ea transmigratio debet intelligi, quæ eius populi erat in corpore: sed etiam quæ facta fuerat in mente. Ab Hierusalem quippe ad Babyloniam venerat. Et quid Hierusalem nisi visio pacis? quid Babylonia nisi confusio vocatur? Quisquis verò à rectis operibus in peruersis actibus cadit: quoniam à bono studio ad vitia defluit, quasi ab Hierusalem ad Babyloniæ ciuitatem venit. Culmen enim bonæ contemplationis deseruit: atque in transmigratione confusionis iacet. Quod illis solet sæpe euenire: qui cùm bona agunt, in his de sua virtute gloriantur. Vnde Psalmista ne à visione pacis, id est, à bonis actibus captiuus ad Babyloniam emigraret, domino supplicans dicit:

Adiuua

A Adiutor meus non emigrabo. Si enim in se confideret: à iustitiæ operibus cadendo migraſſet. Sed neque hi qui à ſtatu rectitudinis in prauam actionem ceciderunt, deſperandi ſunt: quia ecce propheta ad tranſmigrationem Babyloniæ mittitur. Et per prophetam alium dominus dicit: Et veniens veſque Babylonem: & ibi liberaberis. Sæpe enim quis poſtquam in confuſionem vitiorum ceciderit: erubeſcens mala quæ perpetrauit, ad pœnitentiam redit: ſeque à ſuis lapſibus bene viuendo erigit. Quid ergo iſte, niſi vſq; ad Babylonem venit, & ibi liberatus eſt: Qui poſtquam confuſus mente, peruerſa perpetrauit: hæc ipſa erubeſcens mala quæ fecit, ſe contra ſe erigit: & bene operando ad ſtatum rectitudinis redit. In Babylonem itaque veniens liberatus eſt: qui per diuinam gratiam oſtenditur etiam de confuſione ſalua tus. Propheta ergo ad tranſmigrationem loquitur: cùm illos increpat, qui à ſtatu rectitudinis ad erroris vitia tranſmigrando ceciderunt. Sequitur: Et loqueris ad eos: & dices: Hæc dicit dominus deus: ſi forte audiant & quieſcant. Quòd quoties diuinis vocibus difficultas audiendi repetitur: vt dicatur ſi forte audiāt: quid aliud quàm tranſmigrati populi duritia deſignatur? In quibus verbis magna eſt noſtra conſolatio: quia ſi omnipotens deus prophetam mittēs, à peruerſo populo verba ſua denunciat difficilè audiri: cur nos miſeri contriſtamur, cùm ſæpe à fratribus in noſtra admonitione contemnimur? Nam crebrò delinquentes alloquimur, frequenter increpamus. Sæpe cùm eis
B blandi ſermonibus agimus: & tamen alter audit, alter audire contemnit. Alter ex parte verbum exhortationis ſuſcipit: & ex parte recipere recuſat: ita vt quotidie impleri videamus hoc quod per prophetam alium dominus narrat quæ fecerit iratus, cùm dicit: Plui ſuper ciuitatem vnam: & ſuper alteram non plui. Pars vna compluta eſt: & pars quæ compluta non eſt, aruit. Cum enim ſanctæ exhortationis verba alia mens ſuſcipit: alia ſuſcipere recuſat: ſuper vnam ciuitatem dominus pluit: & ſuper alteram non pluit. Cùm verò & ipſe qui proximos audit, ab aliis ſe vitiis corrigit, atque ab aliis emendare contemnit: vna eademque ciuitas & ex parte compluitur: & ex parte arida remanet: in qua à ſe prædicationis pluuiam repellit. Sunt etenim quidam, qui exhortationis verba omnino non audiunt, hi penitus ſuſcipere pluuiam nolunt. Et ſunt quidam qui audiunt: ſed tamen hanc medullitus non ſequuntur: quia alia in ſe vitia reſecant: ſed in aliis grauiter perdurant. Sæpe enim quoſdam videmus quia per prædicationis verbum à ſemetipſis auaritiæ æſtum repellunt: & non ſolum iam aliena non rapiunt: ſed & propria indigentibus largiuntur: nec tamen iræ ſtimulos edomant: nec patientiæ moderamina per mētis tranquillitatem ſeruant. Et ſæpe alij ad exhortationis verbum in ſemetipſis tanto carnis immunditiam vincunt: corpus in caſtitate cuſtodiunt: nec tamen adhuc animum ſicut debent proximis inclinant: ſed per rigorem ſuperbiæ in cogitatione ſe eleuant. In iſtis pars vna
C compluta eſt, quia fructum fecit: & pars quæ compluta non eſt, aruit: quia exhortatiōis verbū nō plenè ſuſcipiens, à bono opere ſterilis remanſit. Sequitur: Et aſſumpſit me ſpiritus: & audiui poſt me vocem commotionis magnæ: Benedicta gloria domini de loco ſuo.) Quid eſt hoc quod propheta poſtquam ad tranſmigrationem filiorum populi mittitur: vocem poſt ſe magnæ commotionis audit, dicentem: Benedicta gloria domini de loco ſuo? Conuerſus quippe ad peccatores Babyloniæ fuerat: & vocem gloriæ domini de loco ſuo poſt tergum audiebat. Locus eſt enim dei Hieruſalem, id eſt, viſio pacis: quia nimirum illa corda vident ea quæ dei ſunt: quę ad tranſmigrationem Babyloniæ: hoc eſt ad confuſionis vitia non deſcendunt. Ibi enim inhabitat deus vbi vera pax quæritur: internæ contemplationis gloria amatur. Nam qui ad peruerſitatem deſluit, locus dei eſſe contemnit. Locus ergo gloriæ dei eſt vel ſancta quæque anima: vel vnuſquiſque in cœleſtibus permanens angelicus ſpiritus. Et gloria domini de loco ſuo benedicitur: cùm vel ab electis hominibus, vel à ſanctis angelis auctori omnium laus æterna cantatur. In eo ergo quod iuſti de conuertendis peccatoribus cogitant: quia eorum vitia conſiderando ad carnales actus oculum ducunt: quaſi ad Babyloniam intendunt. Qui tamen proſtatu ſuæ rectitudinis, quia in laude dei bona ſanctorum conſiderare nunquam deſinunt: quamuis per cogitationem aliud intendunt: quaſi poſt ſe vocem gloriæ domini ab Hieruſalem, id eſt, de loco ſuo audiunt. Sed cur in iſtis immoramur, qui hęc propheţę verba largiēte domino per ſenſum alterum & ſubtilius intelligere, & apertius dicere valeamus? Ait enim. Et aſſumpſit me ſpiritus.) Prædicatorem ſpiritus aſſumit, cum eius mentem in amore dei omnipotentis eleuatam, à terrenis iam deſideriis alienam reddit, vt nihil ei agere libeat: niſi ea quibus lucra ſpiritalia congreget, & ad regna cœleſtia quotidiani ſui operis fructum porret. Vnde & nobis prædicatoribus iubetur: Operamini non cibum qui perit: ſed qui permanet in vitam æternam. Bene autem ſubditur: Et audiui poſt me vocem commotionis magnæ.) Propheta ſancto ſpiritu repletus: quaſi tranſacta narrat, quæ facienda præuidet: quia & in prædeſtinatione iam facta ſunt, quæ adhuc in opere ſequuntur. Vnde & in tranſlatione veteri per Eſaiam dicitur: Qui fecit quæ futura ſunt. Quid eſt ergo quod poſt ſe propheta vocem audiuit commotionis magnæ: niſi quod poſt ſermonem prædicationis, qui fit ad corda peccantium, lamenta pœnitentiam ſequuntur? Peruerſi etenim quique dum praua agunt: & à iuſtis recta non audiunt: neſciunt quàm ſint grauia quæ committunt: atque ex ipſa ſua ignorantia, in ſuo ſtupore ſecuri ſunt: & iacentes in culpis, quaſi molliter quieſcunt: ſicut de quodam peccatore & ſecuro populo dicitur: Requieuit in fecibus ſuis, quia ſecurus iacet in peccatis. Cùm verò audire peruerſi verbum prædicationis cœperint, quæ ſint ſupplicia æterna cognoſcere, qui terror iudicij, quàm ſubtilis examinatio de ſingulis quibuſque peccatis, ilico contremiſcunt: implentur gemitibus & non ſe capientibus ſuſpiriis anxiantur: atque magno pauore concuſſi, in luctu & fletibus erumpunt. Prophetam ergo vox magnæ commotionis ſequitur, quia poſt verbum prædicationis, conuerſorum atque pœnitentium luctus audiuntur. Qui enim prius quieti iacebant in vulnere: tacti poſtmodum manu medicinæ, cùm dolore redeunt ad ſalutem. De hac commotione pœnitentium per prophetam alium dicitur: Pedes eius ſteterunt: & commota eſt terra, quia cùm veritatis veſtigia in mente audientium figuntur: ipſa mens in ſui conſideratione turbata commouetur. Hinc pſalmiſta pro peccatoribus exorat dicens: Qui ſedes ſuper cherubin, mouea tur terra. Hinc pro afflictis & pœnitentibus deprecans ait: Commouiſti terram, & conturbaſti eam: ſana contritiones eius, quia mota eſt. Terra quippe commota & turbata, eſt peccator de cognitione reatus ſui anxius, & ad pœnitentiæ lamēta perductus. Peccanti etenim homini dictum eſt: Terra es, & in terram ibis. Exoret ergo vt ſanetur contritio terræ: quia mota eſt: quatenus peccator qui de culpis ſuis affligitur, de cœleſtis miſericordiæ gaudio conſoletur. Hæc eſt itaque vox commotionis magnæ, quando vnuſquiſque ſua acta diiudicans, in afflictione pœnitentiæ perturbatur. Sed quid vox ipſa dicat, audiamus. Benedicta gloria domini de loco ſuo.) Locus enim maligni ſpiritus fuerāt corda peccantium: ſed cùm ſibimetipſis irati, per pœnitentiam redeunt ad vitam, gloriæ domini locus fiunt. Iam enim ſe contra ſe erigunt: iam pœnitentię lachrymis inſequuntur mala quæ commiſerunt. Inde ergo auditur benedictio gloriæ in laude domini: vnde prius ſonabat creatoris iniuria de amore præſentis ſeculi. Et corda pœnitentium fiunt iam domino locus ſuus: quæ prius in peccatis poſita, fuerant locus alienus. Ipſi autem qui à peccatis ſuis ad dominum conuertuntur: non ſolum delent lachrymis peruerſa quæ fecerunt: ſed etiam miris operibus ad alta proficiunt: vt ſancta animalia dei omnipotentis fiant: vt ſignis & virtutibus ad alta euolent: vt terram funditus deſerāt: & acceptis donis ſeſe ad cœleſtia per deſiderium ſuſpēdant. De quibus adhuc ſubditur: Et vocem alarum animalium percutientium alterum ad alterum.) Audit poſt ſe propheta vocem commotionis magnæ: quia ſicut dictum eſt: verbum prædicantium, luctus pœnitentium ſequitur. Audit poſt ſe vocem alarum animalium: quia ex ipſo luctu pœnitentium oriuntur virtutes ſanctorum: vt tanto magis in ſancta actione proficiant, quanto ſe ad cognitionem vitæ nequiter egiſſe meminerunt. Sed eſt in his verbis magna dubitatio: quia non apertè per prophetam dicitur vtrum vnumquodque animal alas ſuas in ſemetipſis percutiat: an certè hæc eadem ſancta animalia alis ſuis ſe viciſſim feriant: vt ala huius alterum: & ala alterius iſtud animal tangat. Sed quia plerunque in ſacro eloquio ideo aliquid

D E F

Ioan. 6. *Hiere. 48.* *Zach. 14.* *Pſal. 69.* *Pſal. 59.* *Gene. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quid obscurè dicitur: vt dispensante mirabiliter deo multipliciter exponatur: nos charitati vestræ vtraque exponere largiente domino debemus. Sæpe iam alas animalium virtutes diximus esse sanctorum. Quomodo ergo vnumquodq; animal alas suas excutiens, alteram ad alteram percutit: nisi quod apertè datur intelligi: quia si sancta animalia efficimur: virtus in nobis virtutem excitat: dum vna alteram ad perfectionem pulsat? Ecce etenim quis habet iam verbi dei scientiam, discat vt viscera etiam misericordiæ habeat. Per scientiam quippe verbi dei discit:
Lucæ.11. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Cumque iam esse misericors in eleemosynis cœperit, verba sanctæ auctoritatis legit: & quicquid in eis de misericordia dicitur: vberius per experimentum intelligit. Ibi enim scriptum est: Pater
Iob.29. eram pauperum. Quod fortasse antea legebat, & præteribat. Sed cùm in eius corde iam misericordiam cœperit imitari natura: quod est patrem esse pauperum, legit & recognoscit quia introrsus redit, in semetipso intelligit quod foris audit. Aliud nanque est eleemosynam ex præcepto facere, atque aliud ex charitate. Ex præcepto enim facere bonum, inchoantium est. Ex charitate autem, bonum perfectorum: qui non solum quia iubetur faciunt: sed etiam diligunt faciendo quod iubetur. Hinc
Psal.118. est enim quod in magna virtute per psalmistam dicitur: Vide quia mandata tua dilexi domine: in tua misericordia viuifica me. Mandata enim dei pro iussione facere, seruientis & obe-
H dientis est: diligendo hæc facere, obedientis & amantis est. Quia ergo & per scientiam charitatis misericordia discitur: & per charitatem misericordiæ in corde compuncto scientia multiplicatur: ala in nobis alam percutit: quia virtus virtutem excitat. Sic qui castitatis bonum in suo corpore custodit: contra luxuriantes zelo accenditur, vt ab immunditiæ maculis expientur. Et sæpe dum quosdam in lapsibus inuenit, edomat, affligit, atque ad castitatis munditiam restringit. Cuius si forte mens de immunditia luxuriæ fuerit tentata, ex ipso zelo quo alios correxit: semetipsum conuenit, & erubescit immunda cogitare, quæ se in aliis recolit correxisse. In hoc ergo ala alam percutit, dum virtus virtutem pulsat: & ab immunditia custodit. Sin verò, vt præfati sumus, vicissim se alis suis animalia feriunt: & altera ad alteram ala percutitur singulorum: huius quoque descriptionis largiente domino sensus patet. Quid est ergo quod hæc pennata animalia vicissim alas altera ad alteram feriunt: nisi quod omnes sancti se inuicem suis virtutibus tangunt: & sese ad profectum excitant ex consideratione virtutis alienæ? Non enim vni dantur omnia: ne in superbiam elatus:
cadat. Sed huic datur quod tibi non datur: & tibi datur quod illi denegatur: vt dum iste considerat bonum quod habes, & ipse non habet: te sibi in cogitatione præferat. Et rursum dum tu habere illum conspicis quod ipse non habes: te illi in tua cogita
Phil.2. tione postponas: & fiat quod scriptum est: Superiores sibi inuicem arbitrantes. Vt enim pauca ex multis loquar: isti miræ abstinentiæ virtus tribuitur: & tamen verbum scientiæ non habet. Illi autem datur verbum scientiæ, & tamen virtutem perfectæ abstinentiæ apprehendere conatur, & non valet. Huic libertas vocis tribuitur: vt oppressis quibusque protectionis solatia impendens ad defensionem iustitiæ liberè loquatur: sed tamen adhuc multa in hoc mundo possidens, relinquere omnia vult, & non valet. Illi verò iam datum est omnia terrena relinquere: & nihil in hoc mundo cupit habere: sed tamen adhuc auctoritatem vocis contra peccantes quosque non præsumit exerere. Et qui ideo plus loqui liberè debuit: quia iam non habet vnde in hoc mundo teneatur: loqui contra alios liberè recusat: ne ipsam vitæ suæ quietem perdat. Isti virtus prophetiæ data est: multa iam quæ ventura sunt præuidet: sed tamen præsentis proximi ægritudinem conspiciens atque compatiens non valet curare. Illi data est curationis gratia, atque à corpore proximi molestiam quæ in præsenti est, orationibus repellit: sed tamen quid seipsum paulopost sequatur, ignorat. Mira itaque dispensatione omnipotens deus sic in electis suis sua dona dispensat: vt & isti det quod illi denegat: & alteri maius, quod alteri minus tribuit: quatenus dum vel iste habere illum conspicit quod ipse non habet: vel ille hunc maius accepisse considerat, quod sibi minus adesse pensat: dona dei alter in altero, id est, vicissim omnes admirentur: atque ex hac ipsa admiratione humilietur alter alteri: & quem videt habere quod non habet: K eum diuino iudicio sibi prælatum putet. Aliis ergo suis vicissim se animalia feriunt: cùm sanctæ mentes alternis se virtutibus tangunt, & tangendo excitant, atque excitata ad profectum volant. Videamus Paulum quomodo Apostolorum alis tactus, atque ad pœnitentiam excitatus fuerat: qui mala præteritæ persecutionis suæ, ad Apostolorum innocentem vitam considerans, dicebat: Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non 1.Co
sum dignus vocari Apostolus: quia persecutus sum Ecclesiam dei. Considerauit quippe Apostolorum innocentiam: & propter præcedentem malitiam, vilis in eius oculis facta est omnis quam exhibebat in Ecclesia sollicitudo sua. Et quàm multos ex accepto intellectu præcederet, non attendit: quia illorum innocentiam pensans, persecutorem aliquando fuisse se doluit. Sed videamus si quis ex Apostolis eum qui Paulo datus est intellectum miratur. Ipse nobis Apostolorum primus requirendus est: qui discipulos admonens ait: Sicut & charissimus fra- 2.Pe
ter noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis: sicut in omnibus epistolis, loquens in eis de his in quibus sunt quædam difficilia intellectu: quæ indocti & instabiles depranant. Miratur itaque in Apostolis omnibus Paulus innocentiam: miratur Apostolorum primus in Paulo sapientiam. Alis ergo se tangunt qui inde se vicissim ad profectum excitant, vnde volant. Hoc itaque omnipotens deus agit in cordibus hominum: quod facit in regionibus terrarum. Poterat nanque vni L
cuilibet regioni fructus omnes tribuere: sed si vna quælibet regio alterius regionis fructu non indigeret: communionem cum altera non habuisset. Vnde fit vt huic vini, alij vero olei abundantiam tribuat. Hanc multitudine pecudum, illam verò vbertate abundare fructuum: vt cùm illa defert quod ista non habet: & ista reddit quod illa non detulit, per communionem gratiæ, sibi simul etiam diuisæ terræ coniunctæ sint. Sicut ergo regiones terrarum, ita sunt mentes sanctorum, quæ dum vicissim sibi conferunt quod acceperunt: quasi fructus suos regiones regionibus impendunt: vt in vna omnes charitate iungantur. Sed inter hæc sciendum est quia sicut electi quique hoc semper in aliis attendunt quod à deo melius acceperunt quàm ipsi, vt eos sibi in cogitatione præferant: seque illis in humilitate substernant, ita reproborum mens nunquam considerat quid alter boni amplius quàm ipse: sed quid boni ipse amplius quàm alter habeat. Neque enim pensant quæ bona spiritus alter acceperit, & ipsis desint: sed quæ bona ipsi, & quæ mala adsint alteri. Et cum omnipotens deus ad hoc virtutes singulas diuidat, vt alterum alteri in cogitatione humiliet: ad hoc reprobi pertrahunt bonum quod acceperunt: vt ex eo in elatione perdantur: dum semper considerant bona quæ ipsi habent, & alij non habent: & nunquà perpendere studeant quanta bona alij habeant, & ipsi non habeant. Quòd ergo diuina pietas in augmentum disponit humilitatis: hoc mentes reprobæ in argu- M
mentum vertunt elationis. Et ex diuersitate munerum à bono deficiunt, vnde crescere in humilitatis bono debuerunt. Propter hoc ergo necesse est fratres charissimi: vt in vobis hoc semper debeatis aspicere quod minus habetis: in proximis verò hoc quod vobis amplius acceperunt: quatenus dum super vosmetipsos eos pro bono quod ipsi habent, & vos non habetis, aspicitis: ad hoc quoque obtinendum etiam vos ex humilitate crescatis. Si enim & vos in illis accepta bona perpenditis: & illi in vobis considerant dona quæ habetis: vicissim vos alis tangitis, vt excitati semper ad cœlestia voletis. Sequitur:

Et vocem rotarum sequentium animalia, & vocem commotionis magnæ.) In rotis sacri eloquij testamenta signari superius diximus. Vox igitur rotarum, est sermo testamentorum. Post vocem itaque alarum animalium auditur etiam vox rotarum, quia prædicantium sermone suscepto, dum virtutes sanctorum ad altiora agenda euolant: seque vicissim ad proiectum pulsant, sanctæ Ecclesiæ status erigitur: vt per vniuersum mundum sacrorum testamentorum paginæ legantur. Vbique etenim iam sanctum euangelium: vbique Apostolorum dicta: vbique lex & prophetæ resonant. Post alarum ergo vocem vox rotarum sequitur: quia post sanctorum miracula, verba sacri eloquij intra sanctam Ecclesiam liberè & licenter audiuntur. Quæ rotæ animalia sequuntur, quia vt superius dictum

A ctum est: postquam in honorem venit vita sanctorum, venerandaque apparuerũt hominibus eloquia testamentorum. Vel certè rotæ animalia sequuntur: quia in sanctorum patrum vita cognoscimus, quid in sacræ scripturæ volumine intelligere debeamus. Illorum quippe actio nobis aperit hoc quod in suis prædicationibus pagina testamentorum dicit: Sed quærendum nobis est cur postquam superius dictum est: Audiui post me vocem commotionis magnæ: post vocem quoque alarum atque rotarum subditur: Et vocem commotionis magnæ? Quod si diligenter aspicitur, inueniri potest quia non ociosè repetitur. Duæ quippe sunt commotiones magnæ, quibus corda nostra commouentur. Vna quippe commotio ex timore est: altera ex charitate: vna fit ex luctu pœnitentium, alia ex feruore amantium. Post prædicationis ergo verbum prima commotio est: cùm plangimus mala quæ fecimus. Post vocem verò alarum & rotarum, secunda commotio est: dum magnis fletibus quærimus cœlestia bona quæ audimus. Ecce enim quia intra sanctam Ecclesiam de multis patribus virtutum exempla cognoscimus, quasi alarum sonitum quotidie audimus: quia vbique sacra eloquia personant, quasi rotarum vocibus excitamur. Et quia per eadem sacra eloquia ad amorem nostri conditoris accendimur: magni feruore ignis esse nos longè adhuc ab omnipotentis dei facie plangimus. Post primam ergo vocem commotionis magnæ, & ad extremum quoque vox magnæ commotionis fit: quia
B qui cognoscendo deum cœpimus peccata plangere, iam diligendo quem cognoscimus, non cessamus eum cum fletibus desiderare. Post rotarum itaque vocem vox magnæ commotionis sequitur: quia cùm testamenta dei in ore cordis sonare cœperint, audientium spiritus ex amore compunctus ad lamenta commouetur. Hinc est enim quòd scripturæ sacræ verba fiunt in corde legentium sapida. Hinc est enim quod ab amantibus plærunque in silentiũ quasi furtiuè & tacitè leguntur. Vnde per prophetam quoque alium dicitur: Præcidisti in alienatione capita potentium: mouebuntur in ea gentes: adaperient ora sua sicut pauper edens in occulto. Omnipotens enim deus in alienatione capita potentium præcidit: quia Iudæorum superbiam à semetipso alienando repulit. In qua alienatione gentes motæ sunt: quia dum Iudæi à fide caderent, ad cognitionem fidei corda gentiliũ cucurrerunt. Quæ videlicet gentes in sacræ lectionis pabulum os cordis aperiunt: & in occulto sicut pauper comedunt: quia cũ festinatione & silentio verba vitæ legentes sumunt. Sed sciendum est quia quanto auditores in charitate atque intellectu proficiunt: tanto sanctis prædicatoribus maior gratia spiritus datur. Vnde cùm prius propheta dixisset: Assumpsit me spiritus, & audiui post me vocem commotionis magnę, post vocem commotionis magnæ alarum atque rotarum: atque iterum commotionis magnæ, ilico subiungit: Spiritus quoque eleuauit me & assumpsit me.) Cur qui se assumptum iam à spiritu dixerat: iterum eleuatum & assumptum narrat? Sed ad altiora mens prædicantium proficit: cùm per eos sensus audientium ad omnipotentis dei desiderium commouetur. Qui videlicet prædicatores sancti idcirco proficiunt: vt per eorum ministerium dona gratiæ in sancta Ecclesia multiplicentur: sicut de hac eadem sancta Ecclesia dictum est: Riuos eius inebrians multiplica generationes eius: in stillicidiis suis lætabitur cum exorietur. Riui quippe Ecclesiæ sancti prædicatores sunt: qui terram nostri cordis infundunt. Sed cùm inebriantur riui, generationes Ecclesiæ multiplicantur: quia cùm vberiorem gratiam spiritus prædicatores accipiunt, fidelium numerus augetur. Quæ sancta Ecclesia in suis stillicidiis lætatur. In stillicidio etenim aqua de tecto in terram vadit, quæ de cœlo ceciderat in tectum. Tectum verò Ecclesiæ sancti prædicatores sunt: qui nos intercedendo & admonitionibus muniendo protegunt. Sed quia illorum cor diuinitus in prædicatione infunditur: quasi aqua de cœlo venit in tectum. Quia verò nos eorum verbis irrigamur, quasi aqua de tecto defluit in terram. Sancta itaque Ecclesia dum exoritur, in stillicidiis suis lætatur: quia cùm in fide & bonis operibus nascitur, ea quæ accepit dona considerat: & in verbis prædicantium exultat. Quia ergo auditoribus ad meliora surgentibus, eorum quoque prædicatoribus gratia multiplicatur, propheta dicit: Spiritus quoque eleuauit me & assumpsit me.) Inde enim prædicator magis ac magis eleuatur & assumitur, vn-

de auditor ad meliorem vitam mutatur. Sed quærendum nobis D
est, cùm spiritus mentem non eleuet nisi assumpserit: cur prius eleuauit, & postmodum dicitur assumpsit? Sed hoc loco assumpsit dictum est: constanter tenuit. Nam sunt nonnulli quos eleuat spiritus, sed non assumit. Quorum & intellectus ad spiritalia emicat, sed tamen vita in factis carnalibus remanens, intellectui non concordat. Balaam nanque per prophetiæ spiritum eleNume.22.
uatus erat, sed assumptus non erat: quia & veraciter potuit longè post futura prospicere, & tamen à terrenis desideriis mentem noluit separare. Sed quia propheta sanctus scientia eleuatus est, & vita pariter assumptus: iam qualis in prædicationem pergat, audiamus: Et abij amarus in indignatione spiritus mei.) Pensate fratres charissimi, is cui dona sancti spiritus creuerant, cur amarus abibat? An omne cor quod idem spiritus assumit, amarum in indignatione sui spiritus facit? Vnde sciendum est, quia cui adhuc præsens vita dulcis est, etiam si verbum dei loqui videatur, eleuatus & assumptus prædicator non est. Mentem enim quam spiritus sanctus replet, in amaritudinem temporalium delectatione æternorum commouet. Dulce enim est esse in rebus humanis: sed ei qui adhuc de cœlestibus gaudia nulla gustauit: quia quanto minus æterna intelligit, tanto delectabilius in temporalibus requiescit. At si quis iam cordis ore gustauerit quæ sit illa dulcedo cœlestium præmiorum: qui illi hymnidici angelorum chori: quæ incomprehensibilis visio sanctæ trinitatis: huic quanto illud dulce fit quod intus videt: tanto in E
amaritudinem vertitur omne quod foris sustinet. Rixatur secum de his quæ malè egisse se recolit: & sibimetipsi displicet, cùm ei ille placere iam cœperit qui omnia creauit. Reprehendit se de cogitationibus, insequitur de verbis, & punit flendo de factis. Supernis inhiat, terrena iam omnia per mentis despectum calcat. Et quandiu illud quod desiderat, adhuc per speciem non habet, flere dulce habet, sesèq; continuis lamentis affligere. Et quia necdum se esse in patria ad quam creatus est videt, in huius vitæ exilio nil ei plus illud quam sua amaritudo placet. Dedignatur itaque subiacere temporalibus, & ardenter
suspirat æternis. Vnde recte quoque per Salomonẽ dicitur: Eo Eccleſiaſtes.1.
quod in multa sapiẽtia multa sit indignatio: & qui apponit scientiam, apponit dolorem. Cœlestia etenim cognoscentes, terrenis animum subdere dedignamur. Et dum plus sapere incipimus de his quæ malè egimus, nobismetipsis displicemus: & fit in multa sapientia multa indignatio, quia quanto plus proficimus in cognitione, tanto nobis indignamur amplius de peruerso opere. Atque cum scientia dolor crescit: quia quanto magis æterna cognoscimus: tanto magis esse nos in huius exilij miseria dolemus. Vel sicut in translatione alia dicitur: Et qui addit scientiam, addit laborem. Quò enim scire incipimus quæ sint cœlestia gaudia, eo magis vt errorum nostrorum laqueos possimus euadere, flendo laboramus. In multa ergo sapientia multa est indignatio, quia si æterna iam sapimus, concupiscere tem F
poralia dedignamur. Si æterna iam sapimus, nosmetipsos despicimus egisse hoc quod nos potuit ab æternitatis amore separare. Reprehendit semetipsam conscientia, accusat quod egit, damnat per pœnitentiam quod accusat, fit rixa in animo, parturiens pacem cum deo. Sic Achab rex iniquus à propheta reprehensus, cùm contra se diuinam sententiam audisset, pertimuit: & magno mœrore deprehensus est, ita vt prophetæ suo dominus diceret: Nónne vidisti humiliatum Achab coram me? 3.Reg.21.
Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. In quibus domini verbis pensandum est quomodo & in electis suis mœror amaritudinis placeat qui amittere timent dominum: si sic ei & reprobi pœnitentia placuit, qui timebat perdere præsens seculum? Aut quomodo ei grata sit spontanea afflictio pro culpis in eis qui placent: si hæc ad tempus placuit & in eis qui displicebant? Sed sciendum quia nullus hæc pro amore omnipotentis domini ex toto corde agere præualet, nisi is cuius animum spiritus sanctus assumpserit. Nam quando homo ex sua virtute sufficiat terrena despicere, cœlestia amare, pacem cum deo quærere, secum rixam subire, in cogitatione semetipsum reprehendere, & gemitibus punire? Nullus hæc agere, nisi quem diuina gratia roborauerit, valet. Vnde & subditur: Manus enim domini erat mecum, confortans me.) Ad bona quippe assurgere pfectè nõ possumus: nisi nos spi

ritus

Universidad de Navarra
Biblioteca

G ritus & præueniendo eleuet, & subsequẽdo confortet. Sed quærendum est cùm superius de volumine quod acceperit scriptum sit: Et factum est in ore meo sicut mel dulce:) qua ratione postmodum dicitur: Abij amarus in indignatione spiritus mei? Mirum quippe valde est, si dulcedo simul & amaritudo conueniant. Sed iuxta superiorem sensum sciendum est, quia cùm sermo dei in ore cordis dulcis esse cœperit: huius procul dubio contra semetipsum animus amarescit. Quò enim in illo subtiliter discit qualiter reprehendere se debeat: eo se durius per amaritudinem pœnitentiæ castigat. Qui tanto sibi magis displicet, quanto in sacro volumine amplius de omnipotente deo videt quod amet. Sed quia ad ista proficere sua virtute non valet homo, rectè nunc dicitur: Manus domini erat mecum, cõfortans me. Manus enim domini in sacro eloquio aliquando etiam vnigenitus filius appellatur: quia omnia per ipsum facta sunt. Et de cuius ascensione per Moysen pater omnipotens loquitur dicens: Tollam in cœlum manum meam. Hęc manus quę electorum suorum corda confortat, discipulis dicebat: Sine me nihil potestis facere. In omni ergo quod cogitamus, semper cogitandum est vt & ipso aspirante cogitemus: & ipso adiuuante faciamus. Qui viuit & regnat cum patre in vnitate spirituſſancti deus in secula seculorum. Amen.

Ioan.15.

Homilia vndecima.

H Et veni ad transmigrationem, ad aceruum nouarum frugum, ad eos qui habitabant iuxta flumen Chobar: & sedi vbi illi sedebãt: & mansi ibi septẽ diebus, mœrens in medio eorum. Cùm autem pertransissent septem dies, factum est verbum domini ad me, dicẽs: Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israël: & audies de ore meo verbum: & annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impium, morte morieris: non annũciaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinẽ autẽ eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris impio: & ille nõ fuerit cõuersus ab impietate sua, & à via sua impia: ipse quidem in impietate sua morietur: tu autem animã tuam liberasti. Sed & si conuersus iustus à iustitia sua fuerit: & fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo. Ipse morietur: quia non annunciasti ei. In pecato suo morietur: & non erunt in memoriam iustitiæ eius quas fecit: sanguinem verò eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris iusto vt non pec-
I cet iustus: & ille non peccauerit: viuens viuet: quia annunciasti ei: & tu animam tuam liberasti.

I Nter cætera prophetiæ miracula hoc quoque mirandum habent libri prophetarum: quod sicut in eis verbis res, ita nonnunquam verba rebus exponuntur: vt eorum non solum dicta, sed etiam res gestæ prophetię sint. Vnde nunc dicitur: Veni ad transmigrationem, ad aceruum nouarum frugum, ad eos qui habitabant iuxta flumẽ Chobar.) Cùm causa exigeret vt indicare debuisset quia ad transmigrationem veniret: quæ dicendi necessitas fuit, vt per fruges locum quoque exprimeret dicens: Ad aceruum nouarũ frugum: nisi quod sæpe per res & loca causæ signantur? Multi quippe Ezechiele prophetante iam captiuitatis anni defluxerant: atque ex his qui in captiuitatem ducti fuerant, plures iam in morte carnis obierant: ad quorum filios loqui propheta veniebat. Vnde & ei superius dicitur: Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel: ad gẽtes apostatrices, quæ recesserunt à me. Patres eorum præuaricati sunt pactum meum vsque ad diem hanc: & filij dura cerutce & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te. Ex quibus quia multi fuerant credituri: atque per obedientiam ad fertilitatem boni operis peruenturi: acerui frugum vocantur. Quia enim bonæ animæ fruges appellantur dei: propheta alius testatur dicens: Sancti Israël domino primitiæ frugum eius. Fruges

Hier.2.

etenim domini etiam conuersæ ad fidem gentes postmodum sanctæ sunt. Sed quia prius Israël domino credidit: rectè hũc propheta frugum eius primitias appellauit. Quia ergo propheta missus non priori populo, sed filiis eiusdem populi verba intulit: ad aceruum frugum nouarum venit. Quid verò per Chobar fluuium designetur, iam diximus. Quæ nequaquam modo repetimus: ne repetendo fastidium generemus Sequitur: Et sedi ibi vbi illi sedebant: & mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum.) Notandum, captiuo populo propheta sanctus quanta compassione se copulat: eorumque se mœroribus consedendo & mœrendo coniungit: quia radix verbi, virtus est operis. Et ille sermo ab audiente libenter accipitur: qui à prędicante cum compassione animi profertur. Sic ferrum cum ferro iungitur, liquatur prius, vt postmodum vicissim à semetipso teneatur. Si enim prius minimè mollescit, postmodum tenere se fortiter non sufficit. Sic propheta captiuo populo consedit, & mœrens in medio eorum extitit: vt dum per charitatis gratiam condescendendo se & molliorem redderet, & eum statim per verbi fortitudinem teneret. Sin verò Israëliticus populus, qui domus exasperans vocatur: quia culpas nec inter flagella cognouit, nullo mœrore animum depressit: propheta inter gaudentes mœrens sedere studuit: vt tacendo ostenderet quod loquendo venerat docere. Et priusquam verba faceret: in hoc quod mœrens tacuit, formam verborum sumpsit. Sequitur: Cùm autem pertransissent septem dies: factum est L
verbum domini ad me dicens:) In eo quod septem diebus mœrens sedit: & post diem septimum verba dominicæ iussionis accepit, vt loqui debuisset: apertè indicat quia eisdem diebus mœrens tacuerat. Missus autem ad prædicandum fuerat: & tamen septem diebus sedens tacebat. Quid est hoc quod nobis propheta sanctus in hoc suo silentio innuit: nisi quia ille loqui veraciter nouit, qui prius bene tacere didicerit? Quasi enim quoddam nutrimentum verbi est censura silentij. Et rectè per excrescentem quoque gratiam sermonem accipit: qui ordinatè antè per humilitatem tacet. Hinc enim per Salomonem dicitur: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Non enim ait tempus loquendi, & tempus tacendi: sed prius tacendi præmittit tempus, & postmodum subdit loquendi: quia non loquendo tacere, sed tacendo debemus loqui discere. Si ergo propheta sanctus qui missus ad loquendũ fuerat, diu prius tacuit, vt postmodum rectè loqueretur: pensandum nobis est quanta ei culpa sit non tacere, quem nulla cogit necessitas loqui. Sequitur: *Eccles. 3.*

Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israël.) Notandum quòd eum quem dominus ad prædicandum mittit, speculatorem esse denunciat. Cui enim aliena cura committitur, speculator vocatur: vt in mentis altitudine sedeat: atque vocabulum nominis ex virtute actionis trahat. Non est enim speculator qui in imo est. Speculator quippe semper in altitudine stat: vt quicquid venturum est, longè prospiciat. Et quisquis popu- M
li speculator ponitur, in altum debet stare per vitam: vt possit prodesse per prouidentiam. Hinc propheta alius speculatorem admonet dicens: Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion. Vt videlicet qui prædicationis locum suscipit: ad altitudinem bonæ ascendat actionis. Ad excelsa transeat, & eorum qui sibi commissi sunt opera transcendat: quatenus subiectorum vitam tanto subtilius videat, quanto & terrenis rebus quas despicit, animum non supponit. O quam dura mihi sunt ista quæ loquor: quia memetipsum loquendo ferio: cuius neque lingua vt dignum est prædicationem tenet: neque inquantum tenere sufficit, vita sequitur linguam. Qui otiosis verbis sæpe implicor: & ab exhortatione atque ædificatione proximorum torpens & negligens cesso. Qui in conspectu dei factus sum mutus & verbosus: mutus in necessariis, verbosus in otiosis. Sed ecce sermo dei de speculatoris vita, compellit vt loquar. Tacere non possum, & tamen loquendo me ferire pertimesco. Dicam, dicam, vt verbi dei gladius etiam per meipsum ad cõfigendum cor proximi transeat. Dicam, dicam, vt etiam cõtra me sermo dei sonet per me. Ego reum me esse non abnego: torporem meum atque negligentiam video. Erit fortasse apud pium iudicem impetratio veniæ, ipsa cognitio culpæ. Et quidem in monasterio positus, valebam & ab otiosis linguã restringere, & in intentione orationis penè continuè mentẽ tenere. At *Esa.40.*

postquam

A postquam cordis humerum sarcinæ pastorali suppositi: colligere se ad semetipsum assiduè non potest animus: quia ad multa partitur. Cogor namque modo Ecclesiarum: modo monasteriorum causas discutere. Sæpe singulorum vitas actúsque pensare. Modo quædam ciuium negocia sustinere: modo de irruentibus barbarorum gladijs gemere: & commisso gregi insidiantes lupos timere. Modo rerum curam sumere: ne desint subsidia eisdem, quibus disciplinæ regula tenetur. Modo raptores quosdam æquanimiter perpeti: modo eis sub studio seruatæ charitatis obuiare. Cùm itaque ad tot & tanta cogitanda, scissa ac dilaniata mens ducitur: quando ad semetipsam redeat, vt totam se in prædicatione colligat, & à proferendi verbi ministerio non recedat? Quia autem necessitate loci sæpe vjris secularibus iungor, nonnunquam mihi linguæ disciplinam relaxo. Nam si in assiduo censuræ meæ vigore me teneo, scio quia ab infirmioribus fugio, eósque ad hoc quod appeto, nunquam traho. Vnde fit vt eorum sæpe & otiosa patienter audiam. Sed quia ipse quoque infirmus sum, in otiosis sermonibus paulisper tractus, libenter ea loqui incipio, quæ audire cœperam inuitus. Et vbi tædebat cadere, libet iacere. Quis ergo ego vel qualis speculator sum, qui non in monte operis sto, sed adhuc in valle infirmitatis iaceo? Potens verò est humani generis creator & redemptor, indigno mihi & vitæ altitudi-
B nem, & linguæ efficaciam donare, pro cuius amore in eius eloquio nec mihi parco. Esse ergo speculatoris vita & alta debet semper & circunspecta. Ne enim terrenarum rerum amore succumbat, alta sit: ne occulti hostis iaculis feriatur, ex omni latere circunspecta. Neque enim speculatori sufficit vt altè viuat, nisi & loquendo assiduè ad alta auditores suos pertrahat, eorúmque mentes ad amorem cœlestis patriæ loquendo succendat. Sed tunc hæc rectè agit, cùm lingua eius ex vita arserit. Nam lucerna quæ in semetipsam non ardet, eam rem cui supponitur non accendit. Hinc enim de Ioanne veritas dicit: Ille erat lucerna ardens & lucens. Ardens videlicet per cœleste desiderium, lucens per verbum. Vt ergo seruetur veritas prædicandi, teneatur necesse est altitudo viuendi. Vnde rectè quoque sanctæ Ecclesiæ sponsi voce in Canticis Canticorum dicitur: Nasus tuus sicut turris Libani. Quæ ergo laus est fratres mei, vt sponsæ nasus turri comparetur? Quia per nasum semper odores fœtoréque discernimus: quid per nasum nisi speculatorum discretio designatur? Qui nimirum nasus & sicut turris esse, & Libani dicitur: quia videlicet præpositorum discretio & munita semper debet esse ex circunspectione, & in altitudine vitæ consistere, id est, in valle infirmi operis non iacere. Sicut enim turris in monte ideirco ad speculandum ponitur, vt hostes qui veniunt, longius videantur, sic prædicatoris vita semper in alto debet fixa permanere, vt more narium discernat fœtores vitiorum, odoréque virtutum. Incursus mali-
C gnorum spirituum longè prospiciat, & commissas sibi animas per suam prouidentiam cautas reddat. Sequitur: Et audies ex ore meo verbum, & annunciabis eis ex me.) Ecce iterum monetur propheta ne præsumat loqui quod non audierit, sed prius aurem cordis aperiat voci creatoris, & postmodum os sui corpo
Psal. 44. ris aperiat auribus plebis. Vnde propheta alius dicit: Inclinabo ad similitudinem aurem meam, aperiam in Psalterio propositionem meam. Qui enim rectè prædicat, prius, sicut dictum est, aurem cordis locutioni intimæ inclinat, vt postmodum os corporis in propositionem admonitionis aperiat. Sequitur: Si dicente me ad impium, morte morieris non annunciaueris, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. In quibus verbis quid nobis notandum est, quid sollicitè cogitandum, nisi quia nec subiectus ex culpa præpositi moritur, nec præpositus sine culpa est, quando verba vitæ non audiens, ex sua culpa moritur subiectus? Impio etenim mors debetur. Sed & à speculatore via vitæ nuncianda est, & eius impietas increpanda. Si verò speculator taceat, ipse impius in iniquitate sua morietur: quia impietatis eius meritum fuit, vt dignus non esset ad quem speculatoris sermo fieret. Sed sanguinem eius dominus de manu speculatoris requirit: quia ipse hunc occidit, qui eum tacendo morti prodidit. In quibus vtrisque pensandum est quantum sibi connexa sunt peccata subdito-

rum atque præpositorum: quia vbi subiectus ex sua culpa mo- D
ritur, ibi is qui præest, quoniam tacuit, reus mortis tenetur. Pẽsate ergo fratres charissimi, pensate, quia & quòd nos digni pastores non sumus, & iam ex vestra culpa est, quibus tales prælati sumus. Et si quando vos ad iniquitatem defluitis, etiam ex nostro hoc reatu est, quòd obsistentes atque reclamantes in prauis desideriis non habetis. Vobis ergo & nobis parcitis, si à prauo opere cessatis. Vobis & nobis parcimus, quando hoc quod displicet, non tacemus. O quàm liber à commissorum sibi sanguine fuerat prædicator egregius, qui dicebat: Mundus sum à *Actor.20.* sanguine omnium. Non enim subterfugi, quo minus annunciarem omne consilium dei vobis. Si enim non annunciasset, mundus à sanguine non esset. Sed quibus omne consilium dei annunciare studuit, ab eorum sanguine mundus fuit. In qua voce nos conuenimur, nos constringimur, nos rei esse ostendimur, qui sacerdotes vocamur, qui super ea mala quæ propria habemus, alienas quoque mortes addimus: quia tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi & tacentes videmus. Cùm verò dicitur, Sanguinem autem eius de manu tua requiram: si hoc in loco sanguinis nomine mors corporis designatur, valde nobis de nostro silentio augetur metus: quia si in subiectis suis is qui prælatus ad speculandum est, & de morte corporis quandoque E
morituri tam grauiter reus tenetur, quo reatu de morte animæ subiecti constringitur, quæ potuisset semper viuere, si verba correctionis audisset? Sed melius possunt sanguinis nomine peccata signari. Vnde quidam cùm peccata carnis defleret, dixit: Libera me de sanguinibus deus, deus salutis meæ. Sanguis *Psal.50.* ergo morientis de manu speculatoris requiritur, quia peccatum subditi culpa esse præpositi si tacuerit reputatur. Est ergo quod faciat, vt etiam moriente subdito se liberum reddat. Surgat, inuigilet, malis actibus contradicat, sicut scriptum est: Discurre, *Prouer.6.* festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. Vnde hic quoque additur: Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia, ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. Tunc enim subiectus moritur sine te, quando in causa mortis contradictorem pertulerit te. Nam morti cui non contradicis, adiungeris. Et notandum quæ sunt quæ debeant à speculatore prædicari. Nimirum fides & operatio. Nam ait: Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia.) Impietas quippe ad infidelitatem pertinet, via verò impia ad prauam actionem. Et omnis speculator hoc habere debet studij, vt prius ad pietatem fidei, postmodum ad piam viam, id est, ad bonam actionem trahat. Sed quia de exhortatione sermo
F se intulit, innotescere breuiter debemus, in ore pastoris quantus esse debeat ordo, atque consideratio locutionis. Pensare etenim doctor debet quid loquatur, cui loquatur, quando loquatur, qualiter loquatur, & quantum loquatur. Si enim vnum horum defuerit, locutio apta non erit. Scriptum quippe est: Si rectè of- *Leui.2.* feras, rectè autem non diuidas, peccasti. Rectè autem offerimus, cùm bono studio bonum opus agimus. Sed rectè non diuidimus, si habere discretionem in bono opere postponamus. Considerare etenim debemus quid loquamur, vt iuxta Pauli vocem, sermo noster semper in gratia sale sit conditus. Pensandum ve- *Colos.4.* rò nobis est, cui loquamur: quia sæpe increpationis verbum quod hæc admittit persona, altera non admittit. Et sæpe ipsa eadem persona secundum factum fit altera. Vnde Natham propheta Dauid post adulterium forti increpationis sententia per- *2.Reg.12.* cussit. Qui cùm de raptore ouis diceret: Filius mortis est vir qui fecit hoc: ei protinus respondit dicens: Tu es ille vir: Cui tamen cùm de Salomonis regno loqueretur: quia culpa defuit, ei se humiliter in adoratione prostrauit. In vna ergo eadémque persona quia causa dispar extitit, etiam sermo propheticus dissimilis fuit. Pensandum quoque est quando loqui debeamus, quia sæpe etsi differtur increpatio, postmodum benignè recipitur. Et nonnunquam langueſcit, si hoc quod ante proferri debuit, tempus amiserit. Nam & sapiens mulier Nabal ebrium videns, increpare de culpa tenaciæ noluit, quem dige- *1.Reg.25.* sto vino, increpationis suæ verbis vtiliter percussit. Et propheta adulantium linguas non esse in subsequenti tempore differendas annunciat, qui ait: Confundantur statim erubescen- *Psal.40.*

Universidad de Navarra Biblioteca

G tes, qui dicunt mihi, euge euge. Adulatio etenim si vel ad tempus patienter susci-
pitur, augetur, & paulisper demulcet animum, vt à rigore suæ rectitudinis mollescat in delectatione sermonis. Sed ne crescere debeat, statim est & sine mora ferienda. Pensandum quoque nobis est, qualiter loquamur. Nam sæpe verba quæ hunc ad salutem reuocant, alium vulnerant. Vnde
ad Titū. 2. Paulus quoque Apostolus qui Titum admonet dicens: Argue
2. Timo. 4. cum omni imperio: Timotheum exhortatur dicens: Argue, obsecra, increpa cum omni patientia & doctrina. Quid est quod vni imperium, & alij patientiam præcepit, nisi quod vnum lenioris, alterum verò feruentioris spiritus esse conspexit? Leni per auctoritatem imperij iniungenda erat seueritas verbi: is autem qui per spiritum feruebat, per patientiam temperandus fuerat, ne si plus iustò inferuesceret, non ad salutem vulnerata reduceret, sed sana vulneraret. Curandum quoque quantum loquamur, ne si ei qui multa ferre non valet, per verbum vel exhortationis vel increpationis longius trahimus, auditorem nostrum ad fastidium perducamus. Vnde idem prædica-
Heb. 14. tor egregius Hebræis loquitur dicens: Obsecro vos fratres vt sufferatis verbum solatij. Etenim perpaucis scripsi vobis. Hoc tamen infirmis præcipuè congruit, vt pauca quidem & quæ præualent capere audiant, sed quæ eorum mentem in pœnitentiæ dolorem compungant. Nam si eis vno in tempore exhortationis sermo fuerit multipliciter dictus: quia multa re-
H tinere non valent, simul amittunt omnia. Vnde & medici corporum pannos quos infirmantibus stomachis ponunt, apto quidem medicamine, sed subtiliter liniunt, ne si repleti multo medicamine fuerint, infirmitatem stomachi non roborantes adiuuent, sed opprimentes grauent. Sciendum tamen quia & si quando modum suum sermo prolixior transeat, periculosum hoc auditoribus non est. Si autem qualiter quid dicatur, & quibus dicatur, non vigilanter conspicitur, valde periculosum est. Verecundæ etenim mentes si quas fortasse culpas admiserint, leniter arguendæ sunt: quia si asperius increpentur, franguntur potius quàm erudiuntur. At contrà mentes asperæ atque impudentes si increpatæ leniter fuerint, ad maiores culpas ipsa lenitate prouocantur. Quod bene in eodem egregio
1. Cor. 1. prædicatore discimus, qui cùm Corinthios cognosceret pro amore personarum in schisma diuisos, eorum verecundiæ consulens, locutionem suam eis à gratiarum actione & laudibus
Ibidem. cœpit, dicens: Gratias ago deo meo semper pro vobis, in gratia dei quæ data est vobis in Christo Iesu: quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis. Qui adhuc adiungit & dicit: Ita vt nihil desit vobis in vlla gratia, expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi. Quæso te Paule, si iam nihil deest, cur eis scribendo fatigaris? cur in longinquo positus loqueris? Pensemus ergo fratres charissimi
I quantum laudat. Ecce eis gratiam dei datam asserit, factos in omnibus diuites dicit, in omni verbo & in omni scientia: Christi testimonium, id est, quod de semetipso moriendo & resurgendo testatus est, in eorum vita confirmatum esse perhibet: & nihil eis deesse in vlla gratia testatur. Quis rogo credat quia paulo post eos corripiat quos ita laudat? Nam post cetera subiungit: Obsecro autem vos fratres per nomen domini nostri
Ibidem. Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Quod enim potuit tam perfectis támque laudabilibus schisma surrepere? Significatum enim est mihi de vobis fratres mei, ab his qui sunt Chloës, quia contentiones inter vos sunt. Hoc autem dico, quod vnusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ, ego autem Christi. Ecce quos in omni verbo & in omni scientia laudauerat, quibus nihil deesse in vlla gratia dixerat, paulisper loquens ad increpandum leniter veniens, diuisos erga seipsos reprehendit. Et quorum prius salutem narrauerat, postmodum vulnera patefecit. Peritus enim medicus vulnus secandum videns, sed ægrum timidum esse conspiciens, diu palpauit, & subitò percussit. Prius blanda manu laudes posuit, & postmodum ferrum increpationis fixit. Nisi enim verecundæ mentes fuerint palpando reprehensæ, ita vt ex aliis rebus audiant quod in consolationem sumant, per increpationem protinus ad desperationem cadunt. Sed nunquid mentitus est Paulus, vt prius eis nil deesse in omni gratia diceret, quibus postmodum dictu- K
rus erat vnitatem deesse? Absit hoc vt quis de illo talia vel desipiens credat. Sed quia erant inter Corinthios quidam omni gratia repleti, & erant quidam in personarum fauoribus exciti, cœpit à laudibus perfectorum, vt modesta inuectione ad reprehensionem pertingeret infirmorum. Et in hoc quoque ad medicinam cordis, à medicina corporis vsum trahens. Nam cùm feriendum vulnus medicus aspicit, prius ea membra quæ circa vulnus sana sunt palpat, vt pòst ad ea quæ vulnerata sunt, leniter palpando perueniat. Cùm ergo Paulus perfectos in Corinthiis laudauit, sana membra iuxta vulnus tetigit. Cùm verò infirmos de diuisione reprehendit, vulnus in corpore percussit. Videamus tamen hunc ipsum, qui tanta modestia atque mansuetudine ad corripiendos Corinthios ducitur, qualiter contra Galatas, qui à fide discesserant, erigitur. Nulla enim modestia in exordio inuehendo redarguit. Nam præmissa salutatione sic cœpit: Miror quòd sic tam cito transferimini ab *Gal.*
eo qui vos vocauit in gratia Christi. Quibus etiam in aperta increpatione post cætera subiungit: O insensati Galatæ, quis vos fascinauit? Mentes etenim duræ nisi aperta essent increpatione percussæ, nullo modo malum cognoscerent quod egissent. Nam sæpe hi qui impudentes sunt, tantum se peccasse non sentiunt, quantum de peccatis quæ fecerunt, non increpantur. Minores culpas suas æstimant, quas minor inue- L
ctio castigat. Et quas vehementer obiurgari viderint, maiores esse deprehendunt. Vnde necesse est, vt semper sermo prædicantis cum auditorum debeat qualitate formari, ne aut verecundis aspera, aut impudentibus lenia loquatur. Quid autem mirum si hoc verbi dei erogator faciat, cùm & agricola, qui semina in terram mittit, prius terræ qualitatem præuidet, quibus seminibus apta videatur, & postquam qualitatem terræ viderit, tunc semina aspergit? Sed quia de qualitate doctrinæ locutionem longius traximus, oportet vt ad eum quem cœpimus exponendi ordinem redeamus. Sed etsi conuersus iustus à iustitia sua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo: ipse morietur, quia non annunciasti ei. In peccato suo morietur, & non erunt in memoriam iustitiæ eius quas fecit, sanguinem verò eius de manu tua requiram.) Quia iusto qui in peccato cadit, prædicator tacuit, eius sanguine reus tenetur. Et qui sollicitus esse non studuit in prædicatione, factus est particeps in damnatione. Sed cùm dicitur, In peccato suo morietur, & non erunt in memoriam iustitiæ eius quas fecit: hoc nobis maximè considerandum est, quia cùm mala committimus, sine causa ad memoriam bona nostra transacta reuocamus: quoniam in perpetratione malorum, nulla debet esse fiducia bonorum præteritorum. Sed quæri potest vtrum iusto postquam ceciderit prædicandum sit, an & priusquam cadat? Inuigilare prædicator debet, ne ad casum veniat M
procul dubio & priusquam cadat. Nam sequitur: Si autem tu annunciaueris iusto, vt non peccet iustus, & ille non peccauerit, viuens viuet, quia annunciasti ei: tu autem animam tuam liberasti.) Si ergo prædicator ideo animam suam liberauit, quia iusto ne peccaret denunciauit, cùm iustus ad peccatum prædicatore tacente cecidit, prædicator quia tacuit, reus tenetur. Sed quis nostrum rogo ad hæc sufficiat, vt non solum peccatores studiosè corripiat, sed etiã iustis inuigilet ne cadant? Nos enim infirmitatis nostræ conscij, cùm iustos viros conspicimus, admonere eos non præsumimus, vt iustitiæ viam teneant, quam quia tenent videmus, & tamen prædicatoris est debitum etiam iustos admonere: Vnde prædicator egregius dicebat: Sapientibus & insipientibus debitor sum. In his verò *Rom. 1.*
omnibus quæ de iusto ad iniquitatem conuerso dicta sunt, hoc est laboriosum ad loquendum, hoc valde pertimescendum, quod dominus dicit: Ponam offendiculum coram eo. Ait enim: Si conuersus iustus à iustitia sua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo. Nos enim dicimus, quia si iniquitatem fecerit, offendit: & verum est omnino quod dicimus. Cur adhuc ei deus omnipotens offendiculum ponet, quem iam impiè egisse, & cecidisse per iniquitatem quam perpetrauerat, conspicit? Sed districta sunt omnipotentis dei iudicia. Et qui peccatorem diu expectat vt redeat, non redeunti atque contenenti ponit adhuc vbi grauius impingat. Peccatum quippe quod per pœnitentiam

A nitentiam citius non detur, aut peccatum est, aut causa peccati, simul & pœna peccati. Omne enim quod prius committitur, peccatum est. Sed si citius pœnitendo non tergitur, iusto iudicio omnipotens deus obligatam peccatis mẽtem etiam in culpam alteram permittit cadere, vt qui flendo & corrigendo noluit mundare quod fecit, peccatum incipiat peccato cumulare. Peccatum ergo quod pœnitentiæ lamento non diluitur, peccatum simul est & causa peccati: quia ex illo oritur vnde adhuc peccatoris animus altius obligetur. Peccatum verò quod ex peccato sequitur, peccatum simul est & pœna peccati: quia excrescente cæcitate, ex retributione prioris culpæ generatur, vt quasi iam quædam sint in peccatore supplicia ipsa incrementa vitiorum. Fit verò nonnunquam vt vnum idémque peccatum & peccatum sit, & pœna peccati, simul & causa peccati. Ponamus enim ante oculos quẽpiam rem proximi concupisse, quam quia apertè non valuit, furto diripuit, sed in furti accusatione positus, se hanc diripuisse iureiurando denegauit. Huic ergo concupiscentia peccatum fuit & causa peccati: quia per eam peruenit ad rapinam. Ipsum verò furtum quo rem concupitam diripuit, & peccatum ei factum est & pœna peccati, quia ex retributione iam non repressæ concupiscentiæ factum est vt veniret ad furtum, & culpa cordis excresceret in opere & vltione cæcitatis. Sed quia furtum periu-
B rio tegere curauit, ex peccato rursum peccatum genuit. Furtum ergo quod ex concupiscentia processit, & periurium pertulit, peccatum & pœna peccati factum est culpæ præcedenti: peccatum & causa peccati culpæ subsequenti: quia de illa natum, hanc genuit. Quod bene Paulus de quibusdam deum intelligentibus, sed non honorantibus insinuat dicens: Cùm cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis. Ecce est peccatum & causa peccati. Ex qua causa quid sequatur adiungit: Et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. Ecce est peccatum solummodo. Et pœna peccati esset, si non adhuc ex hoc peccato & aliud sequeretur. Nam post infidelitatem eorum subditur: Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. Quia igitur cognoscẽtes deum non sicut deum glorificauerũt, ex eo peccato & causa peccati ad hoc quoque perducti sunt, vt ad cultum serpẽtium & volucrum laberentur. Sed quia per hanc etiam cæcitatem vsque ad immunditiam & carnis contumelias ceciderunt, ipsa infidelitatis eorum cæcitas præcedenti intellectui & peccatum est & pœna peccati: subsequenti verò immunditiæ peccatum factum est & causa peccati. Sed quia de his in libris moralibus diu tractatum est, nobis nunc in eis diutius immorandum non est. Hoc
C autem nobis cum tremore considerandum est, quomodo iustus & omnipotens deus cùm præcedentibus peccatis irascitur, permittit vt cæcata mens etiam in aliis labatur. Vnde Moyses ait: Nondum completa sunt peccata Amorrhæorũ. Dauid quoque ait: Appone iniquitatem super iniquitatem ipsorum, vt non intrent in iustitia tua. Propheta etiam alius dicit: Maledictum & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Sanguis enim sanguinem tangit, quando peccato peccatum additur, vt ante dei oculos adiunctis iniquitatibus anima cruentetur. Paulus Apostolus ait: Vt impleant peccata sua semper. Ioanni quoque per angelum dicitur: Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Vnde nunc etiam dominus dicit: Si conuersus iustus à iustitia sua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo. Ac si apertè dicat: Quia videre pœnitendo noluit vbi iam impingit, iusto eum iudicio deserẽs, ponam ei vt & alibi impingat. Quod tamen domini ponere, est nequaquam ad peccandum premere, sed nolle à peccato liberare: sicut de Pharaone dicitur: Ego indurabo cor eius. Non enim cor peccantis dominus obdurat: sed obdurare dicitur cum ab obduratione non liberat. Misericors enim deus tempus nobis ad pœnitentiam relaxat, sed cùm eius gratiæ patientiam nos ad augmentum vertimus culpæ, hoc ipsum tempus quod ad parcendum piè disposuit, districtius ad ferieudum vertit, vt quia reuerti quis etiam spatio temporis accepto noluerit, per hoc mala sua ad reatum augeat, per quod ea diluere potuit, si conuerti voluisset. Vnde scriptum est: Ignoras D
quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? secundũ duritiam autem tuam & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. De benignitate ergo omnipotentis dei iram sibi in die iræ reprobus thesaurizat: quia dũ ad pœnitendum tempus accipitur, & ad peccandum exhibetur, ipsum remedium gratię vertit in augmentum culpæ. Vnde & omnipotens deus quia collata remedia conspicit ad culpæ augmẽtum trahi, ipsam benignitatem quam contulit, in iudicij districtionem vertit, vt inde pòst amplius feriat, vnde modo amplius expectat. Et quia homo deserere malum non vult vt viuat, auget, vnde moriatur. Sed siue iustus in culpa, siue peccator in morte corruat, speculatori timendum est ne hunc ex suo silentio reatus peccantium pariter inuoluat. Sed interim dum loquor, auertere à memetipso oculos volo, & ecce iterum sermo diuinus me impingit in memetipsum, vt meam negligentiam videam, & mihi dici hæc quæ audio pertimescam. Sicut enim superius dixi, cuius cor in curis innumeris exsparsum se ad se colligat? Quando etenim possum & ea quæ circa me sunt sollicitè omnia curare, & memetipsum adunato sensu conspicere? Quando possum prauorum nequitias insequendo corrigere, bonorum actus laudando & admonendo custodire, aliis terrorem, atque aliis dulcedinẽ de- E
monstrare? Quando valeo & de his quę sunt necessaria fratribus cogitare, & contra hostiles gladios de vrbis vigiliis sollicitudinẽ gerere, ne incursione subita ciues pereant prouidere, & inter hæc omnia pro animarum custodia plenè atque efficaciter verbũ exhortationis impendere? Loqui etenim de deo, quietæ valde & liberæ mentis est. Tunc nanque bene lingua dirigitur in sermone, cùm securè sensus quieuerit in trãquillitate: quia nec concussa aqua imaginem respicientis reddit, sed tunc in ea vultus intẽdentis, aspicitur, cùm non mouetur. Quam ergo exhortationem vobis speculator vester fratres charissimi faciat, quem tot rerũ confusio perturbat? Certè is de quo loquimur propheta reuelatione vltima templũ videns, quæ in eodem templo conspexerit, inter cętera narrat dicẽs: Terra vsque ad fenestras, & fenestrę clausę.) Paulus quoque Apostolus dicit: Tẽplum enim dei sanctũ est. 1.Cor.3.
quod estis vos. In hoc autem tẽplo fenestræ sacerdotes & speculatores sunt, qui in populo fidelium lumen sanctæ prędicationis fundũt. Sed cùm terra vsq; ad fenestras est, fenestræ clausæ sunt: quia cum terrena cogitatio in sacerdotum cordibus excrescit, fenestræ lumẽ non fundunt: quia sacerdotes ab officio prædicationis obmutescunt. Est & aliud valde in ordine sacerdotum graue: quia non sicut hi qui vitam quietam ac remotam ducunt, fixi valent in sua cogitatione permanere. Hi enim, sicut superius diximus, qui à loco regiminis longè sunt, possunt peccatorum suorũ culpas & fletibus lauare, & post fletus in eodem mentis mœrore F
persistere, sicut de bona quoque muliere scriptum est, quæ ad tabernaculum orauerat, & ab intentione sua animum post compũctionis gratiam non mutauit, cùm dicitur: Vultúsque eius non 1.Reg.1.
sunt amplius in diuersa mutati. In qua nobis considerandum est: quia si sic plãxit mulier quæ quærebat filium, quomodo debet plangere anima quæ quærit deum? Sacerdos verò etiã post compũctionem ac lachrymas cogitur necessaria quoque filiorũ suorum cognoscere, & ea quæ refugit animo, patiẽter audire, atque post suspiria cœlestium, quorumlibet carnalium hominũ onera portare, & sæpe cum superuenientibus cor in diuersa qualitate transfundere. Nam aliquando de lucris spiritalibus gaudet, sed cùm quilibet mœrens superuenerit, nisi eius mœrorẽ in se suscepерit tribulationi illius compatiens non est. Et aliquando de dãnis animarum luget, & repentè superueniunt qui de quibusdam suis prosperitatibus lætantur. Quorum si lætitiæ sacerdos non congaudet, minus amare creditur filios in quorum gaudio non exultat. Præcipuè cum Paulus dicat: Gaudere cum gaudentibus, Rom.12.
flere cum flentibus. Nihil ergo tam onerosum in ordine sacerdotum video, quàm rigorem mentis compatiendo flectere, & cum personis superuenientibus animum mutare, & tamen hoc valde est necessarium. Nam quando ex prædicatione eius ad boni operis gratiam peccator reducitur, si ipse prædicator videtur ingratus? Vnde per hunc quoque eundem prophetam in extrema Exod.28.
parte dicitur: Et cùm sacerdotes intrinsecus ministrant, vestibus &c.29.
laneis non vtantur. De quibus subditur: Cúmque egredientur Leuit.11.
atrium exterius ad populum, exuent se vestimenta sua in quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

G miniſtrauerant,& reponent ea in gazophylacia ſanctuarij. Groſ ſiora quippe veſtimenta ſunt lanea. Sed cùm ſacerdos ad ſanctum miniſterium accedit, id eſt, cùm intus per compunctionem ingre ditur, ſubtiliori intellectu neceſſe eſt quod ipſe quaſi lineo veſti mento veſtiatur. Sed cùm ad populum foras egreditur, oportet vt veſtimẽta in quibus intrinſecus miniſtrauerat, reponat, atque populo aliis veſtibus indutus appareat. Quia ſi in compunctio nis ſuæ rigore ſe teneat, ſi in eo quem orationis tempore habuit mœrore perduret, exteriorum verba ſuſcipere non admittat. Et quid grex de neceſſariis faciat, ſi audire atque perpẽdere, & hoc quod præſens tempus exigit, paſtor recuſat? Groſsiora ergo ve ſtimenta ſacerdos exiens ante populum induat, vt mentis ſuæ ha bitum pro vtilitate filiorum etiam ad terrena toleranda compo nat. Penſate ergo fratres chariſsimi, quantus ſpeculatori labor ſit & ad ſublimia cor tendere, & hoc repentè ad ima reuocare: & in ſublimitate cognitionis intimę extenuare animum, & propter exteriores cauſas proximorum, vt ita dicam, ſubitò in cogita tione craſſeſcere. Nõ ergo mihi modo neceſſe eſt prophetæ ver ba exponere, ſed meam coram vobis miſeriam deflere. Vnde pe to vt veſtra me oratio talem faciat, qualis & mihi valeam & vo bis prodeſſe. Potens eſt indigno mihi & infirmo ex veſtra inter ceſsione iſta tribuere, qui ex ſua pietate pro nobis dignatus eſt
1.Cor.1. infirmari. Virtus enim dei eſt atque ſapientia, quæ noſtram infir
H mitatem ſumpſit, vt ex ſua nos infirmitate roboraret Ieſus Chri ſtus dominus noſter. Qui viuit, &c.

Homilia duodecima.

ET facta eſt ſuper me manus do mini, & dixit ad me: Surgens egredere in campum, & ibi lo quar tecum. Et ſurgens egreſ ſus ſum in campum, & ecce ibi gloria domini ſtabat, quaſi glo ria quam vidi iuxta fluuiũ Cho bar, & cecidi in faciem meam. Et ingreſſus eſt in me ſpiritus, & ſtatuit me ſuper pe des meos, & locutus eſt mihi, & dixit ad me: Ingredere, & includere in medio domus tuæ. Et tu fili homi nis, ecce data ſunt ſuper te vincula, & ligabũt te in eis, & non egredieris de medio eorum, & linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quaſi vir obiurgans: quia domus exaſperans eſt. Cùm autem
I locutus fuero tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus. Qui audit, audiat: & qui quieſcit, quieſcat: quia domus exaſperans eſt. Et tu fili hominis, ſume tibi laterem, & pones eum coram te, & deſcribes in eo ciuitatem Hieruſalem. Et ordinabis aduerſus eam obſidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem: & dabis contra eam caſtra, & pones arietes in gyro. Et tu ſume tibi ſartaginẽ ferream, & pones eam in murum ferreum inter te & inter ciuitatem, & obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obſidionem & circundabis eam. Signum eſt domui Iſraël.

S Eruata veritate hiſtoriæ, diuina eloquia aliquando ex tẽpore, aliquando ex loco cauſas deſignant, quas aper to ſermone non indicãt. Ex tempore etenim, ſicut præ dicante Iudæis domino per Euangeliſtam dicitur: Hyems erat.
Ioan.10. Inter illa enim myſteria quæ veritas loquebatur, quæ cauſa fuit vt nomen hyemis adderetur, niſi vt per qualitatẽ temporis oſten deret frigus cordis? quia & cùm verba veritatis acciperent, frigi da Iudæorum corda remanebant. Aliquando verò ex loco, ſicut
Exod.19. carnali Iſraëlitico populo deſcendente de monte, Moyſi lex in cã peſtribus data eſt, & ſanctis Apoſtolis dominus in mõte ſedens,
Matt.5. ſumma & ſpiritalia præcepta locutus eſt, vt ex locis videlicet monſtraretur: quia & illis tanquam carnalibus mandata minima dabantur in valle terrarum: & iſti tanquam ſpiritales & ſancti in monte mandata cœleſtia audirent: quatenus apertè monſtrare- K
tur quòd aſcendentes corde ad cœleſtia, infirma mundi relinque rent, & in mentis culmine ſtarent. Vnde nunc Ezechiel prophe ta quid iubente deo in locis egerit deſcribit, vt per locorum qualitatem indicet quid in poſterum de prophetæ myſteriis ſe queretur. Ecce enim ait: Facta eſt ſuper me manus domini, & dixit ad me: Surgens egredere in campum, & ibi loquar tecum.) Quid eſt hoc quòd prius dominus in medio Iſraëlitarum locu tus ad prophetam ſuum fuerat, & tamen poſtmodum dicit: Egre dere in campum & ibi loquar tecum, niſi quòd prophetiæ ſuæ gratiam & prius Iudææ infundere, & hanc poſtmodum digna tus eſt in latitudine gentium demonſtrare? Neque enim im meritò per campum gentilitas deſignatur, quæ longè latéque id eſt, in vniuerſo mundo diſtenditur. Vbi & ſubditur: Et ſurgens egreſſus ſum in campum, & ecce gloria domini ſtabat, quaſi gloria quam vidi iuxta flumen Chobar.) In campo glo riam domini propheta vidit, quam iuxta flumen Chobar in medio Iſraëlitarum viderat: quia ipſa eius maieſtas gentibus ap paruit, quæ prius ſe electis in Iudaico populo reuelante ſpiri tu declarauit. Sequitur: Et cecidi in faciem meam.) Viſa glo ria domini in faciem ſuam propheta cadit, quia quanuis homo ad intelligẽda ſublimia eleuetur, ex contemplatione tamen ma ieſtatis dei, infirmitatem ſuæ conditionis intelligit. Et quaſi ſtatum non habet, qui ſe ante dei oculos eſſe cinerem & pulue- L
rem videt. Sequitur: Et ingreſſus eſt in me ſpiritus, & ſta tuit me ſuper pedes meos.) Cùm nos humiliter deo ſternimus, cùm eſſe nos puluerem cinerémque cognoſcimus, cùm infir mitatem conditionis propriæ penſantes, ſtatum rigiditatis & ſuperbiæ non habemus, omnipotens deus per ſuum nos ſpiri tum leuat, & ſuper pedes noſtros ſtatuit, vt qui humiliter a pud nos ex infirmitatis noſtræ cogitatione iacuimus & iacemus, in bono pòſt opere quaſi ſuper pedes ex rectitudine ſtemus. Quod cur in campo de propheta agitur, niſi vt ſpecialiter de ſignetur: quia etiam electis gentium ſpiritus ſanctus dandus eſſet, qui eos quos aſſumeret, & prius à ſuperbiæ ſuæ ſtatu deiiceret, & poſtmodum ſuper pedes ſuos, id eſt, ſuper bona opera ſolidaret? ſicut per Paulum dicitur: Remiſſas manus & Hebr.
diſſoluta genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris. Sequitur: Et locutus eſt mihi, & dixit ad me: Ingredere & includere in medio domus tuæ.) Quid eſt quod de medio Iſraë litici populi propheta ad campum educitur, atque ad domum poſtea de campo reuocatur, niſi quod prædicationis gratia à Iu daico populo ablata, in latitudine gentilitatis aſperſa eſt? Sed tamen quia in fine mundi Iudæi ad fidem redeunt, quaſi ad do mum propheta reducitur, vt in ſuo populo rurſus prædicatio inhabitet, quæ modo velut in campo ita diuerſis gentibus ful- M
get. Scriptum quippe eſt: Donec plenitudo gentium ſubintra- Rom.11.
ret, & ſic omnis Iſraël ſaluus fieret. Quia & per prophetam al terum dicitur: Si fuerit numerus filiorum Iſraël quaſi arena ma- Oſee.1.
ris reliquiæ ſaluæ fient. Exeat ergo propheta de medio populi ad campum, de campo redeat ad domum, vt prædicatio quæ Iu dææ facta eſt, egrediatur inter gentes, & repletis fide gentibus, recipiat Iudæa ſpiritalis doctrinæ dona quæ amiſit. Includi au tem propheta in medio domus ſuæ præcipitur: quia antichriſti tempora ab eis gentibus quæ in infidelitate remanſerint, plebs conuerſa Iudæorum, duris perſecutionibus coangуſtatur. Vn de ſcriptum eſt: Atrium autem quod eſt extra templum, eiice Apoc.11.
foras, & ne metiaris illud, quoniam datum eſt gentibus, & ci uitatem ſanctam calcabunt menſibus quadraginta duobus. Et tu fili hominis, ecce data ſunt ſuper te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eorum, & linguam tuam adhæreſcere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quaſi vir ob iurgans: quia domus exaſperans eſt.) Quæ videlicet verba ſi per typicæ expoſitionis ordinem ſequimur, propheta in do mo ſua vincula ſuſcipit & ligatur: quia in extremis cùm Iudæa crediderit, grauiſsimas antichriſti tempore perſecutiones ſen tit, vt prædicationes eius, miniſtri iniquitatis non recipiant, ſed reſiſtendo has vinculis dolorum premant. Et in medio eorum non egreditur: quia ad corda prauorum prædicatio non perue nit, dum lingua bonorum ligata tribulationibus tacet. Erunt etenim tũc multi ex Iudæis infidelibus, qui eoſdem ipſos qui ex Iudæis crediderint, perſequentur. Vnde & notandum eſt quod

hic

Universidad de Deusto

A hic quoque dicitur: quia in domo sua vincula propheta sustineat, vt videlicet designetur quoniam ex ipso suo genere Iudæa cùm fidelis fuerit, tribulationem persecutionis portet. Dum enim vnigenitus summi patris incarnatus ac mortuus resurrexisse, atque ad cœlos ascendisse non creditur, sicut per sacræ scripturæ paginas prædicatur, nimirum apud eos prophetia ligata erit. Quæ si ita vt dicta est, in eorum intellectum decurreret, quasi gressus liberos suæ prædicationis habuisset. Reprobis ergo tunc prædicatorum scientia tacere compellitur. Vnde & hic subditur: Et linguam tuam adhærescere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est.) Sed quia Enoch & Helia prædicante, multi ex his qui tunc ex Iudæis in infidelitate remanserint, ad cognitionem veritatis redeunt, sicut de eodem Helia dicitur: Helias veniet, & ipse restituet omnia: qui vtrique per Zachariam duæ oliuæ, & per Ioannem duo candelabra nominantur, rectè hic quoque subiungitur: Cùm autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos, Hæc dicit dominus deus.) Tunc enim velut in extremos prophetæ aperitur, cùm in prædicatione Enoch & Heliæ Iudæis ad fidem redeuntibus, prophetia sacri eloquij de Christo fuisse cognoscitur. Sed quia hæc typicè diximus, nunc verba eadem charitati vestræ moraliter disseramus. Quid enim est quod exire propheta ad campum iubetur, nisi quod vnusquisque qui prædicat, propter eos quos extra se positos corrigit, atque ab iniquitate compescit, loquendo ad campum exit, ibique gloriam domini videt? Quia tanto largius doctrinæ gratiam percipit, quanto se in labore prædicationis ex amore proximorum tendit. Foras ergo exeundo in altam visionem ducitur: quia vnde in alienis cordibus ignorantiæ cæcitatem ministerio suæ locutionis illuminat, inde eum superna gratia in altiorem intelligentiam exaltat. Sed quia semper prædicator debet ad mentem recurrere, humilitatem atque munditiam intrinsecus custodire, post campum necesse est vt ad domum redeat, quatenus in his quæ dicit, qualis etiam ipse sit intra conscientiam agnoscat. Si enim aut hoc quod loquitur minimè custodit, aut de his quæ loquitur, temporalem gloriam requirit, loquendo quidem ad campum exit, sed non cogitando semetipsum, ad domum redire contemnit. Accepto etenim spiritu, in medio domus includimur, quando per eius gratiam ad discutienda mentis nostræ secreta reuocamur, vt apud seipsum in deo animus quiescat, & non iam per exteriores concupiscentias in appetitu laudis & gloriæ, cogitationis mobilitate discurrat. De hac domo cordis cuidam sanato per semetipsam veritas dicit: Tolle grabbatum tuum, & vade in domum tuam. Per grabbatum quippe, in quo carnis est requies, ipsa caro signatur. Per domum verò conscientia figuratur. Et quia cùm mente mortui in vitiis iacemus, in carnis delectatione quiescimus, infirmi portamur Ç in lecto. Cùm verò sanati fuerimus mente, vt iam pulsantibus carnis vitiis resistamus, necesse est vt & tentationum contumelias de nostra carne toleremus. Aegro itaque ad salutem reducto præcipitur: Tolle grabbatum tuum: id est, porta lectum in quo portatus es: quia necesse est vt sanatus quisque portet contumeliam carnis in qua prius iacebat ægrotus. Quid est ergo dicere: Tolle grabbatum tuum, & vade in domum tuam: nisi, porta tentationes carnis in quibus hactenus iacuisti, ac reuertere ad conscientiam tuam, vt videas quæ feceris? Prophetа itaque post campum in domo includi præcipitur, vt prædicator post gratiam doctrinæ quam proximis ministrat, ad conscientiam redeat, séque ipsum subtili examinatione discutiat, ne de his quæ foris prædicat, aliquid ipse apud se intrinsecus transitoriæ laudis quærat. Vnde & per Salomonem dicitur: Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui. Diriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas diuide. Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Valde autem contraria esse videntur quæ dicit: Diriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas diuide: Cum protinus adiungit: Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Quomodo enim aquam scientiæ solus habere poterit, si hanc in plateis diuidit? Quomodo alieni aquæ eius participes non sunt, si fontes illius foras diriuantur? Sed cùm prædicamus populis, nimirum in plateis aquas diuidimus: quia in auditorum multitudinem scientiæ verba dilatamus. Cùm verò nos adiuuante diuina gratia intrinsecus custodimus, & ne ma- D
ligni spiritus, qui iure à nobis alieni sunt: quia sortem beatitudinis perdiderunt, nobis in elatione surripiant, sollicitudine cauta circumspicimus, soli habemus aquas quas in plateis diuidimus, vt nobis in eis alieni participes non sint. Hi nimirum, de quibus scriptum est: Alieni insurrexerunt in me, & fortes *Psal.53.* quæsierunt animam meam. Aquas ergo & in plateis diuidit, & solus habet, qui per hoc quod multis prædicat, se in cogitatione temporalis gloriæ non exaltat. Tunc enim possidet homo quod docet, quando se non gaudet innotescere, sed prodesse. Ex campo ergo propheta ad domum reducitur, vt is qui ex deo loquitur, postquam pro vtilitate proximorum loquendo foras exierit, ex humilitate semper ad discutienda cordis sui secreta reuocetur. Vnde & subditur: Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eorum.) Cùm enim prædicator quisque ad conscientiam domus suæ reducitur, super eo vincula dantur, & ligatur in eis: quia quanto plus se in cogitatione discusserit, tanto amplius agnoscit iusti anima quantis mortalitatis suæ infirmitatibus sit ligata. Nisi enim se ligatum conspiceret Paulus, minimè dixisset: Desiderium habens dissolui, & cum Christo esse. *Philip.1.*
Hinc per Psalmistam dicitur: Vt audiret gemitum vinculatorum, & soluat filios interemptorum. Et rursus: Intret in con- E *Psal.60.*
spectu tuo gemitus compeditorum. Sæpe autem cùm iam anima ad redemptoris sui speciem contemplandam exire desiderat, *Psal.101.*
cùm cœlestibus gaudiis interesse suspirat, ipsa mortalitatis suæ vincula conspicit & gemit, quibus adhuc in præsenti mundo ligata retinetur. Hinc est enim quod subtile omnipotentis dei iudicium intuens Hieremias ait: Circunædificauit aduersum me *Threno.3.*
vt non egrediar, aggrauauit compedem meam. Habemus enim compedes, ipsam infirmitatem atque corruptionem mortalitatis nostræ, sed cùm tribulatio nobis & gemitus additur, ipsæ nostræ compedes aggrauantur. Et quidem quandiu in hac vita iustus mores patitur loquendo bona, prodesse aliis festinat, sed cùm duras mentes conspicit, eásque considerat contentionibus occupari, prædicationis verbum retinet. Et in medio eorum non egreditur: quia à bonis quæ loqui poterat, obmutescit, sicut per Paulum dicitur: Nihil per contentionem. Et rursus: Si quis vult contentiosus esse, nos talem consuetudinem non ha- *Philip.2.*
bemus: Vnde hic quoque aptè subiungitur: Et linguam tuam *1.Cor.11.*
adhærescere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est.) Aliquando verò etiam contra resistentium linguas prædicantium corda zelo sui dominus accendit ne taceant, sed dicta fallacium verbis veritatis premant. Vnde hic subditur: Cùm autem locutus fuero tibi, aperies os tuum, & dices ad eos, Hæc dicit dominus deus.) Sed hæc F
quæ breuiter sub duplici intellectu discussimus, placet vt iuxta considerationem literæ leuiter tangendo transeamus. Quid enim nobis amplius per ipsa verba historiæ quàm virtus obediētiæ commendatur? cùm modo ad transmigrationem iuxta fluuium Chobar pergere, modo ad campum egredi, ex campo ad domum redire propheta præcipitur? vt prius ex iussione pergens, & paulopost exiens, atque iterum domum rediens, & semetipsum recludens, semper suæ voluntatis arbitrium ad diuini eloquij præceptum frangat, quatenus in cœlesti iussione suspensus, non suam, sed conditoris sui voluntatem impleat. Cui dicitur: Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eorum.) Qua in re notandum est quod aduersa prophetа prænoscit, vt contra omnia paretur. Minus enim mala contra mentem prævalent, quæ inopinata non veniunt: & tamen dum contraria prænoscuntur, quanta sit in eo obedientiæ virtus ostenditur, qui & cognoscit quod aduersa passurus est, & tamen voci dominicæ inobediens non est. Magna enim consideratione indigent verba quæ protinus adduntur. Et linguam tuam adhærescere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est.) Discernendum quippe nobis est, vtrum pro solis malis auditoribus, an aliquando etiam pro vitio prædicantis, prædicationis sermo subtrahatur. Quatuor enim qualitatibus res hæc considerata distinguitur. Nam aliquando propter malos auditores bonis tollitur sermo doctoribus. Aliquando verò pro bonis auditoribus datur sermo doctoribus & malis. Aliquādo autem

G tem propter docentium atque audientium iustificationem, bonis doctoribus datur, vt & ipsi per meritum crescant, & auditores eorum in intellectu & vita proficiant. Aliquando verò quia nec hi digni sunt accipere quibus doctrinæ sermo profertur, neque illi doctrinæ verbum proferre qui locum docendi tenent, prædicationis sermo tollitur, vt vtraque pars districtè iudicetur. Propter malos namque auditores bonis sermo doctoribus tollitur, sicut nunc ad Ezechielem dicitur: Linguam tuam adhærescere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est.) Et sicut Paulo dicitur: Festina & exi velociter ex Hierusalem, quoniam non recipient testimonium tuum de me. Et sicut volentibus Apostolis prædicare in
Act.16. Asia, scriptum est: quia prohibuit eos spiritus Iesu. Propter bonos auditores etiam malis doctoribus sermo datur, sicut de Pha-
Matt.13. risæis dominus dicit: Omnia quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundum verò opera eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. Propter docentium quoque meritum & audientium iustificationem, sermo doctrinæ tribuitur, sicut suis
Mat.15. Apostolis dicitur: Euntes docete omnes gentes. Propter malos verò auditores & indignam vitam eorum qui docere debuerant, sermo doctrinæ subtrahitur, sicut Heli ad corrigendos filios
1.Reg.2. districtæ increpationis verbum non habuit, quia & eius negli-
3.Reg.4. gentia, & filiorum exigebat vita, vt cum eis & populus caderet, & arca domini capta ad Allophylos transiret. Magna enim o-
H mnipotentis dei est gratia cùm iniquè agentibus durus à doctoribus sermo increpationis profertur. Quo contra nunc dicitur: Et eris mutus, nec quasi vir obiurgans.) Delinquentes etenim obiurgasset, si digni ipsa obiurgationis gratia fuissent. Sed cùm in doctrina atque silentio sit meritorum tanta diuersitas, vt sciri facilè non possit vtrum ex auditoris, an ex eius vitio qui doctrinæ locum videtur tenere, docendi sermo subtrahatur: quid aliud nobis quàm seruari semper in rebus dubiis humilitas iubetur? vt quando loqui possumus, non extollamur, ne fortasse hæc ipsa locutionis nostræ gratia non nobis, sed auditoribus nostris collata sit. Et rursus quando loqui non possumus, hi qui nobis commissi sunt, minimè nos diiudicent: ne fortasse non ex nostro, sed ex peccato audientium loqui minimè possimus. Ad hoc ergo nobis cuncta de meritis nostris incerta sunt, vt vnam certam gratiam teneamus humilitatem, quatenus & nos cùm loquimur, ex omnipotentis dei dono hoc esse vestrum meritum putemus. Et quando à locutione doctrinæ obmutescimus, quamuis nostra culpa sit, vos tamen hanc esse vestram specialiter credatis: vt cùm vicissim mala nobis tribuimus, & bona aliis, per ipsam humilitatis gratiam fiat vt doctrinæ sermo qui ablatus fuerat, redeat. Sequitur: Cùm autem locutus fuero tibi, aperiens os tuum, & loqueris ad eos. Hæc dicit dominus deus: Qui audit, audiat: & qui quiescit, quiescat: quia domus exaspe-
I rans est.) Sæpe quidem verbum dei audire desiderant, sed dum alios conspiciunt aurem auertere, etiam ipsi à salutis auditu deuiant, & plærunque multi quiescere appetunt, atque cunctis mundi huius actibus vacare, nullis iam desideriis terrenis succumbere, sed dum vident alios inquietè agendo proficere, atque in hoc mundo diuitiis & honoribus extolli: quia necdum in via rectitudinis firmi sunt, ad praua opera ex aliorum exemplo delabuntur. Hinc est enim quod in typo infirmatium Psal-
Psal.77. mista loquens dicebat: Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei, quia zelatus sum in peccatoribus, pa-
Psal.9. cem peccatorum videns. Hinc iterum dicit: Dum superbit impius, incenditur pauper. Hinc ad Hieremiam prophetam voce dominica de Iuda & Israël dicitur: Nunquid vidisti quæ fe-
Hier.3. cerit auersatrix Israël? Abiit sibimetipsa super omnem montem excelsum, & sub omne lignum frondosum, & fornicata est ibi. Et dixi cùm feciſſet hæc omnia, ad me conuertere, & non est reuersa. Vbi statim subditur qualiter ex æmulatione eius etiam Iuda cecidit, qui stare videbatur. Ait enim: Et vidit præuaricatrix soror eius Iuda, quia pro eo quod mœchata esset auersatrix Israël, dimisissem eam, & dedissem ei libellum repudij, & non timuit præuaricatrix Iuda soror eius, sed abiit & fornicata est etiam ipsa. Ecce misericors deus contemnitur & vocat, auersantibus se finum misericordiæ aperit: quia peccanti dicit: Ad me conuertere, & tamen non est conuersa. Sed quia omnipotentem deum plebs Israëlitica deseruit, reuerti nolens, libellum repudij accepit. Deseruit videlicet peccando, sed li- K
bellum repudij accepit in suis iniquitatibus sine flagello remanendo. Anima enim quæ peccat, recedit. Sed si eam post peccatum prosperitas sequitur, nulla disciplina, nulla districtionis increpatio, reuocat ad cor indiuisionem quam inter se & dominum fecit. Etiam libellum repudij accipit, vt iam velut aliena derelicta faciat mala quæ vult, zeli dei flagella non sentiat, quatenus ad æterna supplicia profundius descendat. Sed soror eius Iuda quoniam dimissam Israëliticam plebem in suis voluptatibus vidit, ipsa quoque in immunditia fornicationis exarsit. Quia enim aspexit adulteram in sua peruersitate florere, etiam ipsa non timuit deterius peccare, atque à coniunctione domini quasi à viri legitimi cubili recedere. Vnde necesse est vt peccantes quosque tunc consideremus amplius miseros, quando eos conspicimus in culpa sua sine flagello derelictos. Hinc
enim per Salomonem dicitur: Auersio parvulorum interficiet *Prouer.1.*
eos, & prosperitas stultorum perdet illos. Qui enim à deo auertitur & prosperatur, tanto perditioni fit proximus, quanto à zelo disciplinæ inuenitur alienus. Dicatur ergo: Qui
audit, audiat, & qui quiescit, quiescat: quia domus exasperans est.) Ac si apertè diceretur: Vos qui iam & verba veritatis audire, & à praua cœpistis actione quiescere, nolite illos imitari, quorum me exasperari moribus videtis. Quod tamen intelligere & aliter possumus. Quidam enim verbum audientes non L
audiunt: quoniam aures ad sacrum eloquium ponunt, sed cor à mundi desideriis non euellunt. Et sunt nonnulli qui quiescentes minimè quiescunt: quia à prauis quidem actibus ociosi sunt corpore, sed peruersitates operum ex delectatione versant in mente. Hinc est enim quod de Iudæa ad captiuitatem perueniente
scriptum est: Viderunt eam hostes, deriserunt sabbata eius. *Thren.1.*
Hostes quippe sabbata derident, quando maligni spiritus ociosæ menti prauas cogitationes iniiciunt, vt & si quiescit ab opere, non quiescat à malorum operum delectatione. Rectè ergo nunc dicitur: Qui audit, audiat: quatenus sic fiat sermo in ore corporis, vt sonet in aure cordis. Et qui quiescit, quiescat: vt prauitatis desideria repellantur à cogitatione, cùm iam repulsa videntur ab opere. Vbi ne malorum, sicut diximus, exempla sequantur, adiungitur: Quia domus exasperans est.) Mali autem & si diu tolerantur, subitò corruunt, & eorum pœnas infirmi conspiciunt, ne quorum culpas impunitas existimant, imitentur. Vnde hic quoque eiusdem Iudææ desolatio subiungitur, quæ domus exasperans vocatur, cùm protinus prophetæ suo dominus dicit: Et tu fili hominis, sume tibi laterem, & pones eum contra te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem, & ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones M
arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginem ferream, & pone eam murum ferreum inter te & ciuitatem, & obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem, & circundabis eam, signum est domui Israël.) In quibus videlicet verbis quid aliud iuxta historiam, nisi Hierosolymæ vrbis obsessio atque destructio designatur, & peccatoris populi afflictio exprimitur? Qui domus exasperans vocatur, cùm apertè dicitur: Ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro.) Sed quia verba prophetiæ sic plærunque narrant historiam, vt per hæc etiam mystica describant, oportet vt hæc eadem dicta quæ protulimus historialiter, etiam spiritaliter disseramus, maximè quia in eis interponitur quod teneri posse ad literam non videtur, cùm dicitur: Et tu sume tibi sartaginem ferream, & pones eam murum ferreum inter te & ciuitatem, & obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem.) Nisi enim rebus historicis mystica miscerentur, quid sartago ferrea necessaria prophetæ fuit, vt hanc inter se & ciuitatem poneret, quatenus ab eius obsidione separaret? Cùm enim dicitur: Sume tibi sartaginem ferream, & pones eam murum ferreum inter te & ciuitatem: apertè declaratur quia per eandem sartaginem ferream ab obsidione ciuitatis propheta se liberum reddat. Vnde & quod prædixit subiungitur: Et obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem.) Ex qua re ostenditur quia propheta in eadem obsidione non erit, si sartaginem ferream inter se & ciuitatẽ murum ferreũ ponit. Et certè siue in ea captiuitate, siue in ea

quæ

A quæ postmodum Israelitico populo contigit, nullus ab eiusdem
captiuitatis periculo liber fuit, sed omnes simul par calamitas
inuoluit. Quid ergo intelligi iuxta literam potest, vt prophe-
ta inter se & ciuitatem quæ obsidenda est, sartaginem ferream
ponat? Sed quanuis omne hoc quod in descriptione lateris sub
signo Hierosolymorum ciuitatis legitur, iuxta literam factum
sit, nobis tamen ferendum est quia typicum aliquod per sartagi-
nem figuratur, & obsessio Hierosolymorum vera describitur.
Quare instruimur vt dum aliud completum iuxta historiam scri-
mus, & aliud iuxta allegoriam à ratione vacare cognoscimus,
quatenus & obsessionem Hierosolymorum, quæ iuxta literam
postmodum facta est, in prophetæ verbis & factis credamus esse
figuratam, & tamen per eandem obsidionem, obsidio alia, id est,
interior designatur. In qua iure quærimus quid per sartaginem
ferream, quæ murus ferreus dicitur, valeat designari. Illam ita-
que obsidionem qua Hierosolymorum ciuitas destructa est,
iam factam nouimus, sed nunc aliam intrinsecus quæ quotidie
agitur requiramus. De qua per significationem dicitur: Et tu
fili hominis, sume tibi laterem, & pones eum coram te, & descri-
bes in eo ciuitatem Hierusalem.) Sed antè nobis inquirendum
est cur Ezechiel propheta vel quotiens sublimia conspicit, vel
quotiens agere aliqua mystica iubetur, prius filius hominis ap-
pellatur? Sæpe enim subleuatur ad cœlestia, & occultis ac inui-
B sibilibus rebus eius mēs pascitur. Necesse ergo est vt inter occul
ta quæ penetrat, filius hominis vocetur, vt semper agnoscat
quod est, & nunquam extollatur de his ad quæ ducitur. Quid
est enim prophetæ ad spiritalia subleuato semper fili hominis
dicere, nisi ei infirmitatis propriæ memoriam facere? vt conscius
conditionis infirmæ, eleuari in cogitatione non debeat de ma-
gnitudine contemplationis suæ. Quia verò idem propheta, vt
supra iam diximus, typum prædicantium vel doctorum tenet,
rectè ei nunc dicitur: Sume tibi laterem, & pones eum coram te.
Omnis enim doctor cùm terrenum quempiam auditorem ad cœ
lestis verbi doctrinam suscipit, laterem assumit. Cui dum loqui
cœperit quæ sit retributio cœlestis patriæ, quæ visio pacis su-
pernæ, ciuitatē Hierusalē describit in latere. Quem corā se po
nit: quia intēta mente qualitatē audientis considerat, id est, profe
ctum vel defectū conspicit, & iuxta eiusdem intelligentiā, prędi-
cationis suæ verba moderatur, vt describi in audientis mente ci-
uitas Hierusalem, id est, visio pacis possit. Dicatur ergo: Sume
tibi laterem, videlicet proximi cor terrenum. Pones eum coram
te, scilicet vt vitam atque intellectum illius intenta mente cu-
stodias. Et describes in eo ciuitatem Hierusalem, vt ei quæ sint
superna gaudia de visione pacis innotescas. Quasi enim iam Hie
rusalem in latere descripta est, cùm terrena mens cœperit quæ
sint illa internæ pacis gaudia vera cognoscere, & ad conspicien-
dam gloriam patriæ cœlestis anhelare. Quasi interna visio pa-
C cis describitur, quando mens quæ prius terrena sapuerat, per a-
morem iam ad contemplandam gloriam regni cœlestis eleua-
tur. Sed mox vt animus amare cœlestia cœperit, mox vt ad vi-
sionem pacis intimæ tota se intentione collegerit, antiquus ille
aduersarius qui de cœlo lapsus est inuidet, & insidiari amplius
incipit, & acriores quàm consueuerat tentationes admouet, ita
vt plærunque sic resistentem animam tentet, sicut antè nunquam
Tetigerat. tentauerat quando possidebat. Vnde scriptum est: Fili, acce-
dens ad seruitutem dei, sta in iustitia & timore, & præpara ani-
mam tuam ad tentationem. Vnde & dæmoniacus qui à domi-
Mar. 9. no sanatur, ab exeūte dæmone discerpitur, sicut scriptū est: Et cla
mans & multum discerpens eum, exiit ab eo. Quid est enim
quod obsessum hominem antiquus hostis quem possessum non
discerperat, deserens discerpsit, nisi quòd plærunque dum de
corde expellitur, acriores in eo tentationes generat, quàm prius
excitauerat quando hoc quietus possidebat? Vnde & Israelitæ
Exod. 5. quoque ad Moysen & Aaron dicunt: Videat dominus & iudi-
cet quoniam fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone
& seruis eius, & præbuistis ei gladium, vt occideret nos. In
Moyse enim & Aaron lex & prophetæ figurati sunt. Et sæpe
apud se infirmus animus quasi contra sacra eloquia murmurat:
quia postquam verba cœlestia audire & sequi cœperit, regis
Aegyptij aduersitas, id est, maligni spiritus tentatio excrescit.
Debet ergo vigilanter doctor proficienti animæ quæ illam ten-
tationes sequantur innotescere, vt cautam se valeat contra ma-
ligni spiritus insidias præparare. Vnde bene nunc post descri- D
ptam ciuitatem Hierusalem in latere, dicitur prophetæ: Et or-
dinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, &
comportabis aggerem.) In qua enim iam pacis visio describi-
tur, ei necesse est vt tentationum bella nuncientur. Nam vt va-
leat ad illa pacis gaudia æterna pertingere, hanc hic proculdu-
bio oportet tribulationum certamina multa sustinere. De qua
bene dicitur: Ordinabis aduersus eam obsidionem. Prædicato-
tes quippe contra erudiendam animam obsidionem ordinant,
cùm præmonendo indicant quibus se modis vitia virtutibus op-
ponant, quomodo luxuria castitatem seriat, qualiter ira tran-
quillitatem animi perturbet, quantum inepta lætitia vigorem
mentis resoluat, qualiter multiloquium munitionem cordis de-
struat, quomodo inuidia charitatem interficiat, quemadmo-
dum superbia arcem humilitatis effodiat, qualiter fallacia cùm
veritatem in sermone corruperit, hanc etiam in cogitatione cor-
rumpat, vt qui verum dicere noluit quod intellexit, iam nec in-
telligat quod dicere valeat. Ordinatur erga prædicatorem ob-
sidio, cùm per sanctæ admonitionis verba singulis quibúsque
virtutibus, quæ vel quibus modis vitia insidientur ostenditur.
Et contra Hierusalem, quam describit in latere, prædicator
munitiones ædificat, quando mala quæque quàm munita E
contra mentem veniant, demonstrat: vt sese vitia sub vir-
tutum specie abscondant, quatenus, sicut sæpe iam diximus,
immoderata ira iustitia videri appetat: & disciplinæ remissio,
mansuetudo videri velit: & tenacia sese parsimoniam nominet,
& inordinata rerum effusio se beneuolentiam appellet. Quasi e-
nim ædificare contra mentem munitiones sunt, quando vitia sub
virtutum specie excrescunt, & in alto se ostendunt per imagi-
nem, quæ in imo iacent semper per actionem. Adhuc quoque
additur: Et comportabis aggerem.) Quò enim mens desidera-
re cœlestia cœperit, eò in illam maligni spiritus tentationi-
bus suis terrenas amplius cogitationes exaggerant. Propheta
ergo aggerem comportat, cùm prædicator sanctus bonis men-
tibus qualiter terrena desideria surrepere solent denunciat. At-
que adhuc additur: Et dabis contra eam castra, & pones arietes
in gyro.) Quasi dat contra animam doctor castra, quando ma-
lignorum spirituum contra eam collectas atque adunatas insi-
dias indicat, vt aliquando non solummodo ex vno, sed ex con-
iunctis vitiis simul tentent. Nam sunt quædam vitia quasi per
quandam sibi cognationem propinqua, sicut dissolutio spiri-
tus, appetitus gulæ, & immunditia luxuriæ: sicut multilo-
quium, fallacia, atque periurium. Ex dissolutione quippe spi-
ritus mens ad ingluuiem ventris rapitur. Et dum cibis venter
extenditur, ad luxuriam caro trahitur superbiendo captiua. Et
rursum ex multiloquio fallacia generatur: quia valde difficile F
est vt qui multa loquitur, non etiam mentiatur. Et sæpe men-
dacium etiam periurio tegitur: vt ante humana iudicia veletur.
Superbia quoque esse sine inuidia atque inani gloria nullatenus
potest. Superbus etenim quisque honorem quem ipse ambit, a-
liis inuidet. Et cùm hunc fortasse obtinuerit, in elationem glo-
riæ temporalis attollitur, atque quod alios conspicit minimè
percipere potuisse, hoc se per inanem gloriam gaudet præ cæ-
teris habere. Sciendum quoque est quia sæpe nonnulla vitia ad
mentem non simul veniunt, sed supponuntur, vt vnum alteri in
tentatione succedat. Et aliud contra faciem venit, aliud verò in
tentatione se ex latere subiicit, quatenus dum alteri resistitur, ab
altero mēs decepta capiatur. Ipsa enim quæ superius diximus vi-
tia, plærunque se alia pro aliis furtiuè supponunt, sicut non-
nunquam dum iram vincere in nobismetipsis conamur, plus-
quam necesse est lenitas mentem occupat, vt asperitatem pecca-
tibus quam oportet minimè proponat. Sæpe verò dum nobis
inesse incauta lenitas displicet, zelus se in furorem trahit, atque
extra patientiæ limitem animum captiuum rapit. Quia ergo
permixta vitia atque adunata contra mentem veniunt, rectè in
prædicatoris ore contra descriptam Hierusalem castro propo-
nuntur. Et quia aliquando singula hinc inde sensum feriunt, in
gyro arietes ordinantur. Ponit ego prædicator arietes in gyro,
dum cautè denunciat, quàm blandè luxuria percutit, quàm aspe-
rè impatientia occidit, quam laboriosè auaritia accendit & in-
terimit, quam tumidè superbia extinguit. In gyro itaque arietes
ponere, est prædicando ostendere qui vndique soleant animam

G mucrones vitiorum ferire. Sequitur: Et tu sume sartaginem ferream, & pones eam murum ferreum inter te & inter ciuitatem.) Quia ferrum forte metallum est, & in sartagine cibus frigitur, quid per sartaginem ferream, nisi spiritalis zeli fortis frixura signatur? Omnis quippe spiritalis zelus doctoris animam frigit: quia valde cruciatur dum infirmos quosque æterna deserere, & rebus temporalibus delectari conspicit. Quàm bene Paulus sartaginem ferream sumpserat, cùm zelo animarum cruciatus dicebat: *1. Cor. 11.* Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scãdalizatur, & ego non vror? Ipsum suũ cor quod animarũ zelo succenderat, quid aliud quã sartaginem fecerat, in quo amore virtutum contra vitia ardebat? Quòd enim vrebatur, sartago erat. Inardescebat enim & coquebat: quia incendebatur amaritudine, sed virtutũ alimẽta præparabat ex sua afflicta cogitatione. Sed quid est quod eandem sartaginem propheta inter se & ciuitatem murum ferreum ponit, nisi quod idem fortis zelus qui nunc in mẽte doctoris agitur, in die extremi iudicij inter eum & animã quã à vitiis zelatur, testis est? Vt etsi audire is qui docetur noluerit, doctor tamen pro zelo quem exhibet, de auditoris negligentia reus non sit. Murum ergo ferreum inter se & ciuitatẽ ponit: quia vltionis tempore inde doctor à damnationis periculo munitur, vnde nunc per zelũ custodiæ cordis frixurã patitur. Nullũ quippe omnipotenti deo tale est sacrificium, quale est zelus animarũ. *Psal. 68.* Hinc enim Psalmista ait: Zelus domus tuæ comedit me. Quantum verò frixura cordis quæ spiritali zelo agitur, omnipotentẽ H dominum deum placat, apertè ostenditur, cùm offerri per legem *Leuit. 6.* simila in sacrificiũ iubetur. De qua scriptũ est: In sartagine oleo conspersa frigetur, offerétque eam calidam in odorem suauissimum domino sacerdos qui patri iure successerit, & tota crematur in altari. Tunc enim simila in sartagine frigitur, cùm munda mens iusti per zelum sancti amoris crematur. Quæ conspergi oleo præcipitur, id est, charitati misericordiæ misceri, quæ in cõspectu omnipotentis domini ardet & lucet. Conspergatur ergo oleo mens quæ in sartagine frigitur: quia in sancti zeli districtione necesse est vt ex misericordię virtute & ardeat & clarescat. Amat enim eundem ipsum quem insequi videtur. Vnde & calida in odorem suauissimum domino offerri præcipitur: quia si amorem zelus nõ habet, ea quæ de sartagine offertur, calorem simila amisit. Et notandum quis eam offerre præcipitur, videlicet sacerdos qui patri iure successerit. Ille enim sacerdos patri iure succedit, qui esse se omnipotentis domini filium demonstrat moribus, atque à nobilitate intima, operum suorũ ignobilitate non discrepat. Quæ in altari tota cremari præcipitur, vt videlicet ho- *Holocaustũ quid.* locaustũ fiat. Holocaustum enim totum incensum dicimus. Vnde & in translatione altera hoc in loco hæc eadem simila quæ in sartagine frigitur, holocaustum fieri iubetur. Hoc autẽ inter holocaustum & sacrificium distat: quia omne quidem holocaustũ sacrificium est, non omne sacrificium holocaustum. Sunt enim I multa bona quæ aguntur sacrificia, sed holocaustum non sunt: quia totam mentem in amore spiritali minimè incendunt. Qui enim sic operantur ea quæ dei sunt, vt tamen & quædã quæ sunt seculi non relinquant, nimirum sacrificium & non holocaustum offerunt. Qui autem cuncta quæ mundi sunt deserunt, & totam mentem igne diuini amoris incendunt, hi nimirum omnipotenti domino sacrificium & holocaustum fiunt. Simila itaque in sartagine, est munda mens iusti in zeli spiritalis afflictione, quæ per sollicitudinem animarum frigitur, & non solum sacrificium, sed etiam holocaustum domino esse deputatur. Sumamus ergo sartaginem ferream, & ponamus eam murum ferreum inter nos & ciuitatem: id est, assumamus zelum fortem, vt inter nos & auditoris nostri animã inueniamus hanc postmodum fortem munitionem. Tunc enim hunc murum ferreum inuẽturi sumus, si nũc eum fortiter tenemus, videlicet docendo, custodiendo, suadendo, increpando, mulcendo, terrendo, aliquando leniter, aliquando verò etiam seuerius agendo. De qua seueritate rectè subditur: Et obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem.) Quid est obfirmare faciem ab Hierusalem in latere descripta, nisi vt ei animæ cui cœlestis pacis visionem doctor denũciat, si adhuc eam infirmari in suis actibus conspicit, remissiorem & clementiorẽ *Eccles. 7.* se minimè ostendat? Vnde scriptũ est: Filiæ tibi sunt? serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. Infirmæ quippe animæ atque appetitui mundi deditæ, aliquãdo melius ex seueritate seruantur, vt obfirmata facies, id est, per seueri- K tatis custodiam ab omni spe friuolæ remissionis abducta, inconstantem animam terreat, atque à delectatione vitiorum districtionis vigore constringat. Quòd cùm à doctore agitur, semper necesse est vt dulcedo & humilitas in corde teneatur, quatenus & multum amet, & nunquam contra eum per elationem superbiat, cui tamen amorem suum & humilitatem pro vtilitate eius prodere recusat. Sequitur: Et circundabis eam.) Circundat doctor auditoris animã, cùm in omne quod in hac vita agitur, tẽtationum laqueos apponi posse denunciat, vt dum vbique fit mens pauida, vbique circunspecta, quanto timidior, tanto vigilantior viuat. Sequitur: Signum est domui Israël.) Si ad historiam obsidionis quæ iuxta literã facta est, signum est domui Israël quod propheta fecit: si ad mysterium, quod quotidie erga vniuscuiusque animã à doctore agitur: signum est domui Israël & hoc quod egit, & hoc quod agendũ nunciauit: quia sicut domus Israël obsidionem corporaliter pertulit: ita vnaquæque anima quæ iam seruire omnipotenti deo incipit, obsidentes se insidias malignorum spirituum sentit. A quibus si verè eripi appetit, scire debet quia eripi sua virtute non possit: sed eius necesse est vt adiutoriũ speret, qui nos & in carne corruptibili viuentes, per redemptionis suæ mysterium potest etiam super spiritus qui sunt sine carne roborare, Iesus Christus dominus noster, qui viuit & regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus, per omnia secula secu- L lorum. Amen.

Libri primi Homiliarum beati Gregorij papæ, super Ezechielem, finis.

PRAEFATIO IN secundum librum homiliarum beati Gregorij super Ezechielem.

QVIA multis curis prementibus, Ezechielis prophetæ librum, coram charitate vestra totum per ordinem perscrutari non licuit, bonis vestris desideriis placuit petere, vt saltẽ extrema eius visio, quæ ei facta est de ædificio in monte constituto, quæ & cunctis est visionibus eius obscurior, exponi debuisset. Et quidem voluntati vestræ me parêre necesse est, sed duo sunt quæ hac in re perturbant animum meum. Vnum quod hæc eadem visio tantæ obscuritatis nebulis tegitur, vt vix in ea aliquid intellectu interlucente videatur. A- M liud quod iam Agiulfum* Longobardorum regem ad obsidionem nostrã summopere festinantem Padum transisse cognouimus. Vnde pensate fratres charissimi, in caliginosis ac mysticis sensibus penetrare quid valeat mens misera, timoris sui perturbationibus occupata. Quanto enim circa terrena plus fatigit, tãto in his quæ sunt cœlestia minus videt, pro eo quod curis suis extra se ducitur, & valde intus minor est, quia scriptum est: Deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Quæ enim *Sapien.* superiora penetrare etiam collecta non sufficit, pensate quid agere poterit diuisa. Scimus autem, scimus omnes quia & fluuius qui in multis riuis diuiditur, à suo alueo siccatur. Sed tamen inter hæc adest superna gratia. Et si mentem meam cogitationum mearum pondera deprimunt, vestrorum hanc pennæ desideriorũ leuant. Obscurum quidem valde est opus quod aggredimur, sed ponamus in animo, quia nocturnum iter agimus. Restet ergo vt hoc palpando carpamus.

al. Agil. fum.

Homilia decimatertia.

IN vigesimoquinto anno transmigrationis nostræ, in exordio anni: decima mẽsis, quarto decimo anno postquã percussa est ciuitas, ipsa hac die facta est super me manus domini: & adduxit me illuc in visionibus dei. Adduxit me in terram Israël,

A Israël, & dimisit me super montem excelsum nimis: super quem erat quasi ædificium ciuitatis vergentis ad Austrum: & introduxit me illuc. Et ecce vir cuius erat species quasi species æris: & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius. Stabat autem in porta: & locutus est ad me idem vir.

IN vigesimo & quinto anno transmigrationis nostræ, in exordio anni, decima mensis, quartodecimo anno postquam percussa est ciuitas, ipsa hac die facta est super me manus domini, & adduxit me illuc.) Dicturus mysticam narrationem historicam præmittit: vt fiat ex tempore, quod creditur in reuelatione. Notandum vero quòd in exordio libri huius quo anno prophetare cœperit, indicauit: in fine verò inseruit, quod in extrema visione vidit: ita vt cognosci valeat in quot annis prophetiæ suæ librum dixerit. Tempus nanque quo prophetare cœpit, in locutionis suæ initio posuit, dicens: Aperti sunt cœli, & vidi visiones domini in quinta mẽsis: ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachim. Nunc vero loquitur, dicẽs: In vigesimo & quinto anno transmigrationis nostræ. Idem nanque propheta in captiuitate prima cùm Ioachim rege fuerat in Babyloniam transductus. Nam de secũda Hierosolymorum captiuitate subiungit: Quartodecimo anno postquam percussa est
B ciuitas. Vndecim quippe annis Sedechias post captiuitatem primam, in qua Ezechiel propheta cum Ioachim rege ductus est, in Hierosolymorum vrbe regnauerat. Post captiuitatem verò eiusdem Sedechiæ, quæ etiam secunda erat vrbis captiuitas, quartodecimo anno propheta visionẽ vltimam vidit. Vndecim itaq; & quatuordecim simul iuncti, faciunt viginti & quinque. Si igitur visionem primã quinto captiuitatis prioris anno locutus est, atque hanc vltimam vigesimo & quinto anno factam fuisse describit, profectò patet quòd in viginti annis locutionis suæ moras vsque ad vltima visionis suæ verba tetenderit. Nec mouere quempiã debet quòd in medio prophetiæ suæ volumine, cum de Babylonico rege loqueretur, vigesimi ac septimi anni memoriã facit. Quo in loco cum nihil de tempore suæ captiuitatis interserit, apertè demonstrat, quia eius regis tempora describat, de quo vt prophetaret acceperat. Quod vero ait, in exordio anni, decima mensis, tempus simpliciter exprimit: vt ex ipso quoque tempore in corda audientium iuxta literam verbi radicem figat, ex qua spiritales fructus postmodum proferat. Notandum verò quod ait: Quartodecimo anno postquam percussa est ciuitas ipsa hac die. Quid est enim quòd per hanc visionem vltimã omnipotẽs deus eaipsa die dignatus est promissionis suę misericordiam facere, qua die in percussa ciuitate iram iustitiæ impleuit: nisi quòd illa diuinitas quæ vsque in diuersitatis motum &
C tabilitatem non ducitur, ipsa luce iustitiæ afflictos ac pœnitentes viuificat, qua superbientes ac rigidos percutit? Præmisso itaque visionis suæ tempore, subiungit: Facta est super me manus domini, & adduxit me illuc in visionibus dei. Adduxit me in terram Israël, & dimisit me super montem excelsum nimis, super quem erat quasi ædificium ciuitatis vergentis ad Austrum.) Cuius videlicet ciuitatis ædificium accipi iuxta literam nullatenus potest. Nam paulopost subdit hocipsum ædificium calamo sex cubitorum & palmo, portam verò eiusdem ciuitatis quatuordecim cubitis mensuratam, cuius portæ frontes esse perhibet sexaginta cubitorum. Quæ cuncta stare iuxta literam nullatenus valent. Quomodo enim totum simul ædificium calamo, id est, sex cubitis & palmo mensuratur: & portæ ædificij in quatuordecim cubitis: frontes verò portarum in sexaginta cubitis extenduntur? Porta verò in ciuitate est, frontes verò in portis. Et nulla recipi ratio permittit, quia minus est hoc quod continetur ab eo quod continet. In scriptura autem sacra & ea quæ accipi secundum historiam possunt, plærunque spiritaliter accipienda sunt: vt & fides habeatur in veritate historiæ, & spiritalis intelligentia capiatur de mysteriis allegoriæ. Sicut illud
Psal. quoque nouimus quod Psalmista ait: Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & stellas quæ tu fundasti. Ecce enim exteriori descriptione stat sermo rationis: quia & cœli opera dei sunt, & luna ac stellæ ab eo creatæ atque fundatæ sunt. Sed si hoc Psalmista iuxta sola exteriora opera, & nõ etiam secundum intellectum mysticum asserit, quia cœlos opera dei esse professus est, dicturus lunam & stellas: cur non etiam Solem quem scimus quia eius opus est, pariter enumerauit? Si enim solum iuxta literam loquebatur, dicturus luminare minus, prius luminare maius dicere debuit, vt ante solem, & post lunam atque stellas fundatas esse perhiberet. Sed quia iuxta intellectum mysticum loquebatur: vt lunam sanctam Ecclesiam, & stellas homines sanctos accipere deberemus, Solem nominare noluit, quia videlicet ipsi æterno Soli loquebatur: De quo scriptum est: Mala. 4. Vobis autem qui timetis dominum, orietur Sol iustitiæ. De quo reprobi in fine dicturi sunt: Sol iustitiæ non ortus est nobis. Di Sapien. 10. cendo ergo lunam & stellas quas tu fundasti: & tamen tacendo Solem qui factus est, indicauit quia illi Soli locutus est qui non solum Solem & lunam atque stellas corporaliter, sed etiam lunã Ecclesiam atque stellas homines sanctos spiritaliter fecit. Si ergo aliquid de historiæ aperta ratione ducimus ad intellectum allegoriæ, quanto magis illa spiritaliter accipienda sunt, in quibus iuxta rationem literæ nihil historicum sonat? Facta est super me manus domini, & adduxit me illuc in visionibus dei: adduxit me in terram Israël. Quod dixerat, adduxit me illuc: hoc replicans subdidit: adduxit me in terram Israël. Manus quippe in visione, est virtus in contemplatione. Quibus verbis quid apertè indicat, nisi quia nihil de ciuitate quam viderat, iuxta literam dicat? Nam spiritaliter de ea loquitur, quam spiritaliter contemplatur. Et dimisit me super montem excelsum nimis.) E
Quem ergo significat mons excelsus, nisi mediatorem dei & hominum hominem Christum Iesum? Qui de terra quidem, sed vltra terram est: quia caro eiusdem redemptoris nostri de imis habet materiam, sed in summis præeminet ex potestate. Quem minus erat vt excelsum diceret, nisi adderet nimis: quia non solum homo, sed eiusdem humanitatis conceptione quæ ab eo assumpta est, deus & homo. Non solum homo vltra homines, sed homo etiam super angelos factus. Hinc enim de illo per Esaiam dicitur: In die illa erit fructus terræ sublimis. Creator et- Esaiæ. 4. enim noster quia pro nobis incarnatus est, fructus terræ factus est nobis. Sed iam fructus terræ sublimis est, quia qui homo natus est in terra, super angelos regnat in cœlo: quia iuxta Dauid & Pauli vocem, omnia subiecit sub pedibus eius. In eo Psal. 8. enim quòd ei subiecit omnia, nihil dimisit non subiectum ei. Heb. 2. Mons ergo iste est excelsus & nimis, quia etsi de terra est per substantiam humanitatis, incomprehensibilis tamen est ex altitudine diuinitatis. Hinc est enim quòd eundem dominum cùm Esaias propheta prospiceret in carne esse venturum, per prophetiæ spiritum subleuatus, ait: Et erit in nouissimis diebus Esa. 2. præparatus mons domus domini in vertice montium. Domus enim domini Israëliticus populus fuit. Mons itaque domus domini ille appellatus est, qui in Israëlitico populo incarnari dignatus est. Fuerunt autem in eodem populo sancti viri, qui mõtes iure vocarentur, quia per vitæ meritum ad cœlestia propin- F quauerunt. Sed incarnatus vnigenitus istis montibus æqualis nõ fuit, quia naturam, vitam, merita omnium ex sua diuinitate trãscendit. Vnde & rectè mons super verticem montium dicitur: quia excelsus ex diuinitate sua inuentus est, etiam super cacumina sanctorum: vt hi qui multum in deo profecerant, eius vestigia vix potuissent tangere ex vertice cogitationis. Qui ergo illic mons super verticem montium dicitur: ipse hic mons excelsus nimis esse perhibetur. Sequitur: Super quem erat quasi ciuitatis ædificium vergentis ad Austrum.) Notandum est quòd non dicitur super quem erat ædificium, sed quasi ædificiũ, vt videlicet ostenderetur quòd non de corporalis, sed de spiritalis ciuitatis ædificio cuncta dicerentur. Qui enim non se ædificium, sed quasi ædificium vidisse perhibet, cor audientium ad spiritalem fabricam mittit, sicut per Psalmistam dicitur: Hie- Psal. 121. rusalem quæ ædificatur vt ciuitas. Quia etenim illa internæ pacis visio ex sanctorum ciuium congregatione construitur, Hierusalem cœlestis vt ciuitas ædificatur. Quæ tamen in hac peregrinationis terra dum flagellis percutitur, tribulationibus tunditur, eius lapides quotidie quadrãtur. Et ipsa est ciuitas, scilicet sancta Ecclesia, quæ regnatura in cœlo, adhuc laborat in terra. Cuius ciuibus Petrus dicit: Et vos tanquam lapides vi- 1. Pet. 2. ui superædificamini. Et Paulus ait: Dei agricultura, dei ædi- 1. Cor. 3. ficatio estis. Quæ videlicet ciuitas habet hic in sanctorum moribus

G moribus magnum iam ædificium ſuum. In ædificio quippe lapis lapidem portat, quia lapis ſuper lapidem ponitur. Et qui portat alterum, portatur ab altero. Sic itaque ſic in ſancta Eccleſia vnuſquiſque & portat alterum, & portatur ab altero. Nam viciſsim ſe proximi tolerant, vt per eos ædificium charitatis ſurgat. *Gala.6.* Hinc enim Paulus admonet dicens: Inuicem onera veſtra portate: & ſic adimplebitis legem Chriſti. Cuius legis virtutem *Roma.13.* denuncians, ait: Plenitudo legis charitas. Si enim ego vos portare negligo in moribus meis, & vos me tolerare contemnitis in moribus veſtris, charitatis ædificium inter nos vnde ſurgit, quos vicaria dilectio per patientiam non coniungit? In ædificio autē, vt prædiximus, lapis qui portat portatur: quia ſicut ego iam mores eorum tolero qui adhuc in conuerſatione boni operis rudes ſunt, ita ego quoque ab illis toleratus ſum, qui me in timore domini præceſſerunt & portauerunt, vt portatus portare diſcerem. Sed & ipſi quoque à maioribus ſuis portati ſunt. Lapides verò qui in ſummitate atque extremitate fabricæ ponuntur, ipſi quidem portantur ab aliis, ſed alios nequaquam portant: quia & hi qui in fine Eccleſiæ, id eſt, in extremitate mūdi naſcituri ſunt, tolerantur quidem à maioribus, vt eorum mores ad bona opera imponantur. Sed cùm non eos ſequuntur qui per illos proficiāt, nullos ſuper ſe fideles fabricæ lapides portant. Nunc itaque alij portantur à nobis, nos verò portati ſumus ab aliis. Omne autem pondus fabricæ fundamentum portat, quia mores ſimul omniū
H ſolus redemptor noſter tolerat. De quo Paulus ait: Fundamen- *1.Corin.3.* tum enim aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Portat fundamentum lapides, & à lapidibus non portatur, quia redemptor noſter omnia noſtra tolerat: ſed in ipſo malum non fuit quod tolerari debuiſſet. Vnde bene nunc dicitur: Dimiſit me ſuper montem excelſum nimis, ſuper quem erat quaſi ædificium ciuitatis.) Quia mores & culpas noſtras ſolus ille ſuſtinet, qui totam ſanctæ Eccleſiæ fabricam portat. Qui per prophetæ vocem de peruerſè adhuc viuentibus dicit: *Hiere.6.* Laboraui ſuſtinens. Non autem ſuſtinendo dominus laborat, cuius diuinitatis potentiam nulla fatigatio contingit, ſed verbis humanis loquens, ipſam ſuam circa nos patientiam, laborem vocat. Et notandum quòd eandem ciuitatem quā propheta conſpexerat, ad Auſtrum vergentem vidit. Auſter enim ventus, quia in ſancti ſpiritus typo poni ſoleat hi qui in ſacro eloquio ſtudioſi ſunt, recognoſcunt: ſicut econtrario per Aquilonem ſæpe diabolus deſignatur, quia & ille relaxat in calore, *Matth.24.* & iſte conſtringit in frigore. Et veritas dicit: Abundabit iniquitas, & refrigeſcet charitas multorum. Propheta quoque *Hiere.6.* de Iudæa aſſerit, dicens: Sicut frigidam facit ciſterna aquam, ſic frigidam fecit malitiam ſuam. Hinc enim diabolus propheta eo- *Eſaiæ.14.* dem atteſtante dixiſſe perhibetur: Sedebo, inquit, in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Et quia torporem mētis ſancti *Pſal.125.* ſpiritus gratia relaxat, hinc Pſalmiſta ait: Conuerte domine captiuitatem noſtram, ſicut torrens in Auſtro. Captiuitas enim no
I ſtra quæ torporis frigore ad ſequendum deum pigra remanſerat, per calorem ſancti ſpiritus relaxatur, vt currat in amorem dei. Vnde & nunc dicitur quòd ciuitas quæ in monte conſtituta eſt, ad Auſtrum vergit, quia electorum Eccleſia cogitationes ſuas in afflatu ſancti ſpiritus aperit, atque ab omni ſuperbiæ ſuæ vertice diſcedens, in deo cui credit, amoris calorem concipit: vt nihil ei libeat niſi eius gratiæ ſubmitti, eius dilectione calefieri, eius afflatus ſemper munere repleri. Vnde & valido amore *Pſal.62.& 69.* ſuccenſus contemplator dicebat: Anima mea exultauit in domino, delectabitur ſuper ſalutari eius. Qui enim Latinè ſalutaris, ipſe Hebraicè Ieſus dicitur. Propheta igitur quia vias eius atque miracula, redemptionis quoque noſtræ myſterium per prophetiæ ſpiritum contēplabatur, exultare ſe in domino, & delectari ſuper Ieſu perhibet: quia inde gaudium in mente conceperat, vnde per amorem fortiter ardebat. Penſemus itaque ſi mentes ſpiritalium patrum in illo delectatæ ſunt, qui necdum venerat, ſed præuidebatur: cuius reatus ſit eius vias, eius exempla, eius monita poſtquàm venit & redemptionem exhibuit, nō amare. Hæc ergo ciuitas ad Auſtrum vergere dicitur: ac ſi apertè diceretur quòd prior illa ciuitas, ſcilicet ſynagoga, in iſidelibus ſuis ad Aquilonem ſtetit, quæ in frigore perfidiæ durauit. Sancta vero Eccleſia quia charitatem fidei concepit, per calorem ad Auſtrum vergit, & quaſi calido vento innititur: quia non in ſui fiducia, ſed in dono ſpiritalis gratiæ lætatur. Sequitur: K

Et introduxit me illuc.) Cœleſtis ciuitatis ædificium ille intrat, qui in ſancta Eccleſia bonorum vias imitando conſiderat. Intrare quippe eſt ædificium ſuper montem, electos ſanctæ Eccleſiæ aſpicere. Iſte enim vitam coniugio ligatam ducit: propriis rebus contentus eſt: aliena non diripit: de ſuo quicquid prævalet indigentibus largitur: peccata ſine quibus quotidiana vita coniugatis duci non poteſt, flere non negligit. Pro eo enim quod ipſa familiaris cura animum conturbat, ſeſe ad lachrymas excitat. Ille verò iā cuncta quæ ſunt mundi deſeruit, nil eius habere appetit, ſolius contemplationis exercitatione paſcitur, ſpe præmiorum cœleſtium cum fletibus lætatur, tranſcendit præſentia quæ haberi conceſſa ſunt, quotidianum cum domino habere ſecretum quærit, nulla eius animum prætereuntis mundi cura perturbat, mentem ſemper in expectatione cœleſtium gaudiorum dilatat. Alius verò iam huius mundi cuncta deſernit, eiúſque mens in contemplatione cœleſtium ſubleuatur: ſed tamen pro ædificatione multorum, locum regiminis tenens, qui rebus prætereuntibus deſiderio non ſuccumbit, ad eas aliquando propter proximorum compaſsionem reflectitur, vt ex earum cura indigentibus miſereatur, verbum vitæ auditoribus prædicat, animabus ſimul & corporibus neceſſaria miniſtrat. Et qui propter ſe ad cœleſte deſiderium iam per contemplationem euolat, adhuc tamen profectu & vtilitate proximorum in rebus temporalibus laborat. Quiſquis ergo in ſancta Eccleſia L conſiderare ſollicitè ſtudet, vt aut in bonorum coniugatorum vitam, aut in arcem continentium, & omnia quæ ſunt huius mundi derelinquentium, aut etiam in prædicatorum ſummitatem proficiat, iam ciuitatis in monte poſitæ ædificium intrauit. Nam qui conſiderare meliorum vitam vt proficiat negligit, adhuc extra fabricā ſtat. Et ſi honorem quē iam ſancta Eccleſia in mundo habet admiratur, quaſi ædificium foris conſpicit & obſtupeſcit. Et quia exterioribus ſolis intentus eſt, intus ingreſſus nō eſt. Sequitur: Et ecce vir cuius erat ſpecies quaſi ſpecies æris.) Ipſe ſignatur in viro, qui figuratur ex monte. Vir autem iſte metiri ædificium dicitur: Et rectè dominus per virum ſignatur & montem, quia & ipſe omnia intra ſanctam Eccleſiam iudicando diſponit, & ipſe eandem ſanctam Eccleſiam portat, & portando ad cœleſtia ſubleuat, ſicut in ſancto quoque Euangelio idem redemptor noſter loquitur, dicens: Qui in- *Ioan.* trat per oſtium, paſtor eſt ouium. Et paulopoſt: Ego ſum oſtium. Atque iterum poſt pauca ſubiungit: Ego ſum paſtor bonus. Si igitur ipſe paſtor & ipſe oſtium, & intrat paſtor per oſtium: cur non hoc loco & ipſe mons, & ipſe vir intelligitur, qui ædificium metitur in monte? Sed quærendum nobis eſt cur de hoc viro dicitur: cuius ſpecies erat quaſi ſpecies æris? Cuncti M autem nouimus fratres metallum æris valde eſſe durabile atque omnimodo ſonorum. Quid eſt ergo quòd aſpectus mediatoris dei & hominum ſpeciei comparatur æris, niſi hoc quod apertè nouimus, quia vnigenitus filius formam ſerui accipiens, fragilitatem noſtram carnis humanæ per reſurrectionis ſuæ gloriam vertit in æternitatem, quia in eo caro facta eſt iam ſine fine durabilis. Nam ſurgens à mortuis iam non moritur, mors *Roma.6.* ei vltra non dominabitur. Quid eſt autem quòd ipſa eius incarnatio ſonoro metallo comparatur, niſi quòd per eandem aſſumptionem humanitatis noſtræ, inſonuit omnibus gloria maieſtatis ſuæ? Et quaſi aſpectum æris habet ex corpore, quia deus mundo innotuit ex carne. Vnde & per Ioannem dicitur: *Apoca.* Habebat in veſtimento & in fœmore ſuo ſcriptum: rex regum, & dominus dominantium. Quid enim veſtimentum eius eſt, niſi corpus quod aſſumpſit ex virgine? Nec tamen aliud eius veſtimentum eſt, atque aliud ipſe. Nam noſtrum quoque veſtimentum caro dicitur, ſed tamen ipſi nos ſumus caro qua veſtimur. Hoc autem veſtimentum illius longè antè Eſaias aſpiciens per crucem paſsionis ſanguine cruentatum, dixit: Qua- *Eſaiæ.63.* re rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua quaſi calcantium in torculari? Cui ipſe reſpondit: Torcular calcaui *Ibidem* ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum. Solus enim torcular in quo calcatus eſt calcauit, qui ſua potentia eam quam pertulit paſsionem vicit. Nam qui vſque ad mortem crucis paſſus eſt, de morte cum gloria ſurrexit. Bene autem dicitur: Et de gentibus non eſt vir mecum: quia hi pro quibus pati venerat,

A erat, passionis eius esse participes debuerant: qui pro eo quòd illo tempore necdum crediderant, de ipsis in passione queritur, quorum vita in illa passione quærebatur. Per fœmur enim propagatio carnis est. Quia ergo per propaginē generis humani, sicut & cur generationum ordines Matthæo vel Luca narrantibus describuntur, ut hoc mundo venit ex virgine, & per incarnationis suæ mysterium, quia rex esset & dominus, cunctis gentibus indicauit: in vestimento & fœmore scriptum habuit: Rex regum, & dominus dominantium. Vnde enim in mundo innotuit, ibi de se lectionis scientiam infixit. Prædicatio ergo eius ex carne, quasi quidam sonitus ex ære est. Dicatur igitur rectè, Cuius species quasi species æris. Sequitur: Et funiculus lineus in manu eius.) In septuaginta interpretibus funiculus lineus non habetur, sed funiculus cementariorum. Quorum si in hoc versu translationem ad exponendum tenemus: quid aliud cementarios quàm sanctos doctores accipimus, qui loquendo spiritalia, ad cœleste ædificium vivos lapides, id est, electorum animas componunt? Quicquid enim antiqui patres, quicquid prophetæ, quicquid Apostoli, quicquid Apostolorū successores locuti sunt, quid aliud fuit quàm compositio lapidum in hac quæ quotidie construitur fabrica sanctorum? In funiculo autem cæmentarij hoc agi solet, vt cognosci æqualitas vel rectitudo surgentis parietis debeat: vt si lapis intus est, foras eiicitur, si exterius prominet, interius reuocatur. Et certè quotidie hoc agit prædicatio doctorum, vt B vnaquæque anima cui regiminis onera susci pere fortasse non expedit, etiam si foris apparere appetat, interius reuocetur. Et rursum quæ latere vult, & sui tantummodo curam gerere, si sibi ac multis esse vtilis potest, etiam cùm latere desiderat, exterius producatur vt appareat. Sicque fit vt sanctorum lapidum ordo teneatur, dū sæpe & volens ad honorē venire, repellitur, & honorē fugiens, in sacri ordinis arce sublevatur. Sed quia vt per interpretem nostrum didicimus, Hebræorum historia non habet cementariorum, sed funiculus lineus in manu eius: hoc quod apud nos certius habetur, exponere debem⁹. Scimus autem quòd funiculus lineus subtilior est, quàm funiculi fiant aliunde. Et quid in funiculo lineo nisi subtiliorem prædicationem, id est, spiritalem debemus accipere? Censura etenim legis, funiculus fuit, sed lineus non fuit: quia rudem populum non subtili prædicatione coërcuit, in quo per pœnæ sententiam non peccata cogitationis, sed operis resecauit. At postquam per semetipsum dominus etiam cogitationes hominum prædicando religauit, & perfectum esse peccatum etiam in corde innotuit, funiculum lineum in manu tenuit. Ait enim: Audistis quia dictum est antiquis. Non mœchaberis: ego autem dico vobis, quia qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eā in corde suo. Funiculus ergo lineus prædicatio est subtilis, quæ mentem audientis ligat, ne se vel in misera cogitatione dissoluat.

C Et notandum quòd dicitur, quia ei funiculus in manu est, id est, prædicatio in operatione. Ipse enim ostēdit omne quod docuit, sicut scriptū est: Quę cœpit Iesꝰ facere & docere. Et quia ipsa quę dixit, etiā scripturæ tradidit, vt posteris mandarentur: rectè subiungitur: Et calamus mensuræ in manu eius.) De sancta Ecclesia per prophetam alium dominus pollicetur, dicens: Orietur in ea viror calami, & iunci. Quod in loco alio exposuisse me memini: vt per calamum scriptores, per iuncum verò debeant auditores intelligi. Sed quia ad humorem aquæ & iuncus & calamus nasci solet, & ex vna eadémque aqua vtraque proficiunt: & calamus quidem ad scribendum assumitur, cum iunco verò scribi non potest, quid in iunco & calamo accipere debemus, nisi quòd vna est doctrina veritatis, quæ multos auditores irrigat? Sed irrigati alij ad hoc vsque proficiunt in verbo dei, vt etiam scriptores fiant, videlicet tanquam calami. Alij verò verbum vitæ audiunt, bonæ spei & rectorum operum viriditatem tenent, sed tamen ad scribendum proficere nullatenus possunt. Hi quid in aqua dei, nisi quidam⁹, vt ita dicam, iunci sunt? Qui quidem viri discendo proficiunt, sed literas exprimere nequaquam possunt. Redemptor noster quia verba quæ dixit, etiam per doctorum studium scribi largitus est, in manu calamum tenuit. Qui calamus mensuræ dicitur, quia in ipsa doctorum studia sub quadam occulta iudicij dispensatione detinentur: vt & aliis legentibus prosint, & aliis legentibus prodesse non possint. Vnde sancti Apostoli cùm magistrum veritatis sibi apertius loquentem requirerent: cur turbis in parabolis loqueretur, audierunt: Quia vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum, illis autem non. Vel certè calamus mensuræ est: quia in ipso sacro eius eloquio quod nobis conscriptum est, occultas esse dispensationes eius agnoscimus. Nam per incomprehensibile eius iudicium, & alter intra mensuram electorum mittitur, & alter foras relinquitur: vt nullo modo ad electorum numerum pertinere mereatur. Habet ergo funiculum, habet in manu calamum mensuræ. Qui enim funiculo locum metitur, alibi funiculum trahit, aliunde retrahit: & huc ducit quem aliunde subducit. Sic nimirum sic redemptor noster in collectione hominum facit, dum alios à suis iniquitatibus educit, alios in sua iniquitate derelinquit. In his enim quos colligere dignatus est, occultæ mensuræ funiculum traxit: & ab his quos derelinquendos esse iudicauit, quid aliud nisi funiculum retraxit? Vt & boni intra mensuram cœlestis fabricæ teneantur, & mali extra fabricam. In quibus bona quæ æstimātur non sunt: quasi sine mensura remanent. Hunc funiculum & mensuræ calamum in manu sua redemptor noster tenuit: cùm Paulum Apostolum per apparentem virum Macedonem admonere dignatus est: ita vt idem Macedo vir diceret: Transiens adiuua nos. Et tamen volentibus Apostolis ad prædicandum ire in Asiam, non permisit spiritus Iesu. Quid est quòd sancti Apostoli & ibi vocabantur ire, vbi fortasse pergere non cogitabant, & illuc vbi desiderabant pergere prohibebantur: nisi quia occulti iudicij funiculus & mēsuræ calamus tenetur in manu: vt & alij verba vitæ audiant, & alij audire nullatenus mereantur? Funiculus ergo mēsuræ est, qui aliò tractus est, aliunde retractus. Sancto quoque Euangelio testante didicimus quòd venit qui diceret: Magister, sequar te quocunque ieris. Cui responsum est: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Venit alter qui diceret: Magister, sine me primum ire, & sepelire patrem meum. Cui dicitur: Sine mortuos sepelire mortuos suos, tu autem me sequere, & annuncia regnum dei. Quid est quòd ille promittit se ire, & deseritur: iste domum vult redire, & tamen vt sequi debeat iubetur? Ille non suscipitur, iste nec ad horæ momentum ab obsequio relaxatur. Interno ergo occultóque iudicio, funiculus & mensuræ calamus ducitur: in quo & iste trahitur, & ille relinquitur: vt cœlestis fabrica non sine pio & iusto examine construatur. Potest etiam calamus mensuræ scriptura sacra pro eo intelligi, quòd quisquis hanc legit, in ea semetipsum metitur, vel quantum in spiritali virtute proficit, vel quantum à bonis quæ præcepta sunt longè disiunctus remansit: quantum iam assurgat ad bona facienda, quantum adhuc in prauis actibus prostratus iaceat. Sequitur: Stabat autem in porta.) Quisquis in porta stat, ex quadam parte intus est, ex quadam verò foris: quia aliud eius foris aspicitur, aliud intus absconditur. Redemptor itaque noster pro bonis misericorditer incarnatus, ante humanos quasi in F porta stetit: quia & per humanitatem visibilis apparuit, & sese inuisibilem per diuinitatem seruauit. Hinc enim Iudæi qui hunc ex prophetarum promissione sustinuerant, perfidiæ suæ confusione turbati sunt, quia cum quem ad ereptionem suam venire crediderant, mortalem videbant, Qui igitur in porta stat, sicut superius dictum est, ex quadam parte foris, ex quadam verò parte intus videtur. Vnde nec ipsa Iudæorum perfidia sine diuinæ virtutis ostensione est derelicta. Nam miracula eius videntes trahebantur vt crederent, sed rursum passiones illius perpendentes dedignabantur deum credere, quem carne mortalem videbant: vnde factum est vt de eius cognitione dubitarent. Videbant enim esurientem, sitientem, comedentem, bibentem, lassescentem, dormientem: & purum hunc hominem esse æstimabāt. Videbant mortuos suscitantem, leprosos mundantem, cæcos illuminantem, dæmonia eiicientem: & esse hunc vltra homines sentiebant. Sed ipsa eius miracula in eorum corde cogitata, humanitas perturbabat. Vnde sancta Ecclesia sub sponsæ voce hunc apertè iam videre desiderans, ait: En ipse stat post parietem nostrum. Qui enim humanis oculis hoc quod de mortali natura assumpsit, ostendit: & in scipso inuisibilis permansit, in aperto se videre quærentibus, quasi post parietem stetit, quia videndum se manifesta maiestate non præbuit. Quasi enim post parietem stetit, qui

Matt. 14. & Mar. 4.

Acto. 16.

E

Matth. 8.

Ibidem.

Cant. 2.

Cant.2.

Gtit, qui humanitatis naturam quam assumpsit, ostendit: & diuinitatis naturam humanis oculis occultauit. Vnde & illic subditur: Respiciens per fenestrã, prospiciens per cancellos, Quisquis enim per fenestras vel per cancellos respicit, nec totus latet, nec totus videtur. Sic nimirum redemptor noster ante dubitantium oculos factus est: quia si miracula faciens nil pertulisset vt homo, plenè eis apparuisset deus: & rursum humana patiens, si nulla fecisset vt deus, purus putaretur homo. Sed quia & diuina fecit, & humana pertulit: quasi per fenestras vel per cancellos ad homines prospexit, vt deus & appareret ex miraculis, & lateret ex passionibus: & homo cerneretur ex passionib⁹, sed tamẽ esse vltra hominem ex miraculis agnosceretur. Sed quia vir iste stare in porta dicitur: quærendum nobis est vtrum facie interius stetit? Qua in re si ea quæ sunt præmissa & subiuncta conspicimus, citius qualiter steterit inuenimus. Prius enim dicitur: Erat quasi ædificium ciuitatis vergẽtis ad Austrum, & introduxit me illuc.) Et paulopost de eodem viro subditur: Stabat autem in porta.) Statimque subiungitur: Et locus est ad me idem vir.) Qui enim introducto propheta in ædificium, stans in porta locutus est: profecto constat, quia facie interius, & tergo exterius stetit. Sed introductus propheta cui vir stans in porta locutus est, procul dubio faciem ad portam tenebat, vnde verba loquentis audiebat. Quid est ergo quòd vir interius aspicit, propheta
H foris? Quid est quòd eiusdem viri facies ad ædificium, prophetæ vero oculi ad portã sunt: nisi quòd vnigenitus patris idcirco incarnatus est, vt nos ad spiritale ædificium, id est, ad sanctæ Ecclesiæ fidem introduceret? Cuius oculi ædificium suum semper aspiciunt: quia quantum quisque in virtutibus proficiat, indesinenter attendunt. Propheta vero ad portam respicit, quia qui verba dei audit, semper oculos cordis ponere ad exitum debet, & sine cessatione meditari quando à præsenti vita exeat, atque ad æterna gaudia pertingat. Propter hoc quippe incarnatus est deus, vt nos introduceret ad fidem, & educat ad speciem visionis

Ioan.10. suæ. Vnde quoque in sancto Euangelio loquitur, dicens: Per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Ingredietur videlicet ad fidem, egredietur autem ad speciem: pascua verò inueniet in æterna satietate.

Esa.140. Hinc etiam Psalmista ait: Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum. Custodit enim dominus vniuscuiusque animæ introitum quo intrat ad fidem, exitum quoque quo exit ad speciem: vt neque intrans Ecclesiam erroribus supplantetur, neque ab hac temporali ad æternam exiens, ab antiquo hoste rapiatur. Propter hunc verò egressum nostrum quem quotidie debemus mente meditari: Apostolus de redemptore nostro loHeb.13. quitur, dicens: Vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra,

Ibidem. improperium eius portantes: Non enim hic habemus manen-
I tem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Vir itaque qui apparuit, in porta stetit, atque ita locutus est, quia mediator dei & hominum Christus Iesus in ipso quoque passionis suæ tempore, præcepta vitæ discipulis dedit, vt hi qui in eum credunt, ad portam semper respiciant, & passionem eius sollicita consideratione pensantes, à suo quoque exitu, cordis oculos non auertant. Nos quoque cùm iam claustra carnis despicere, mortalitatis nostræ angustias per immortalitatis desiderium transire, ad supernæ lucis libertatem tendere, ad cœlestis patriæ gaudia anhelare cœperimus, ad portam oculos tenemus, quia dum à sacramentis temporalibus transire ad æterna cupimus: quasi

Sapien.9. iam præsenti vitæ terga dedimus, & cordis faciem in desiderio nostri exitus habemus. Scriptum quippe est: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Sic itaque per contemplationem iam mentem extra carnis angustias tendimus: adhuc tamen in sacramentis quæ cognouimus, ipsa carnali angustia intra portam tenemus. Sæpe nanque animus ita in diuina contemplatione suspenditur, vt iam se percipere de æterna illa libertate quã oculus non vidit, nec auris audiuit, aliquid per quandam imaginem lætetur. Sed tamen cùm reuerberatus pondere mortaEsaiæ.64. 1.Cor.2. litatis, ad ima relabitur, quibusdam pœnæ suæ vinculis ligatus tenetur. Portæ igitur intendit, qui veræ libertatis suæ gaudia conspicit, iámque exire concupiscit, sed adhuc non valet. Hinc est ergo quòd Hebraicus populus de Ægypti seruitute liberatus, cùm loquente deo columnam nubis cerneret, vnusquisque in tabernaculi sui foribus stabat & orabat. De quibus paulò superius dicitur: Cùm egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui. Ibi etenim stamus, vbi mentis oculos figimus. Vnde Helias ait: Viuit dominus, in cuius conspectu sto: Ibi vtique stabat, vbi cor fixerat: Quid est autem populum columnã nubis aspicere, & in tabernaculi sui foribus stare atq; orare: nisi quòd humana mens cùm superiora illa atque cœlestia vtcunque in ænigmate conspicit, iam claustra habitationis corporeæ per subleuatam cogitationem exit, atque illum humiliter adorat, cuius etsi videre substantiam non valet, iam tamen eius potentiam per illuminationem spiritus miratur? Et cùm Moyses tabernaculum ingreditur, eius terga populus aspicit: & in papilionum suorum ostiis consistit, quia cùm sanctus quisque prædicator alta de deo loquitur, supernæ habitationis iam vtcunque tabernaculum ingreditur. Cuius prædicationis infirmi quique etsi virtutem plenè pensare non possunt: tamen velut terga aspiciunt: quia postrema quæ præualent, per intellectum sequuntur. Sed in ipsis quoque quæ minus capere sufficiunt, iam de suis papilionibus quasi exeunt, atque in ostiis stant: quia & habitacula carnis relinquere, & ad illa æternæ vitæ gaudia quæ audiunt, progredi conantur. Hinc est etiam quòd Helias cùm vocem domini secum loquentis audiret, in speluncæ suæ ostio stetisse describitur. & faciem velasse: quia cùm per contemplationis gratiam 1.Reg.19. vox supernæ intelligentiæ fit in mente, totus homo iam intra speluncam nõ est, quia animam carnis cura non possidet, sed stat in ostio: quia mortalitatis angustias exire meditatur. Sed iam qui in ostio speluncæ constitit, & verba dei in aure cordis percipit, necesse est vt faciem velet: quia dum per supernam gratiam ad altiora intelligenda ducimur, quanto subtilius leuamur, tanto semper ad humilitatem nosmetipsos intellectu nostro premere debemus: ne conemur plus sapere quàm oportet sapere, sed sa- Rom.12. pere ad sobrietatem, ne dum nimis inuisibilia discutimus, aberrem⁹, ne in illa natura incorporea cerporei luminis aliquid quæramus. Aurem enim intendere & faciem operire, est vocem interioris substantiæ audire per mentem, & tamen ab omni specie corporea oculos cordis auertere, ne quid sibi in illa corporale animus fingat, quæ vbique tota, & vbique incircunscripta est. Nos itaque fratres charissimi qui iam per redemptoris nostri mortem ac resurrectionem, atque ad cœlos ascensionem, gaudia æterna didicimus: qui in testimonio diuinitatis eius apparuisse exterius ciues nostros angelos illius scimus: concupiscamus regem, desideremus ciues quos cognouimus, atque in hoc sanctæ Ecclesiæ ædificio stantes, oculos in porta teneamus: demus terga mentis huic corruptioni vitæ temporalis, intendamus cordis faciem ad cœlestis patriæ libertatem. Sed ecce adhuc multa sunt quæ nos de cura vitæ corruptibilis premunt. Quia ergo perfectè exire non possumus: saltẽ in speluncæ nostræ ostio stemus, M exituri quandoque prosperè per gratiam redemptoris nostri: Qui viuit & regnat cum patre in vnitate spiritus sancti: Per omnia secula seculorum. Amen.

Homilia decimaquarta.

Fili hominis: vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia quæ ego ostendam tibi: quia vt ostendantur tibi, adductus es huc. Annuncia omnia quæ tu vides domui Israël. Et ecce murus foris secus in circuitu domus vndique: & in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum & palmo. Et mensus est latitudinem ædificij calamo vno, altitudinem quoque calamo vno.

NEquidam me fortasse tacita cogitatione reprehendant, qui Ezechielis prophetæ tam profunda mysteria à magnis expositoribus intentata discutere præsumo, qua mente id faciam agnoscant. Non enim hoc temeritate

A meritate aggredior, sed humilitate. Scio enim quia plærunque multa in sacro eloquio quæ solus intelligere non potui, coram fratribus meis positus intellexi. Ex quo intellectu & hoc quoque intelligere studui: vt scirem ex quorum mihi merito intellectus daretur. Patet enim quia hoc mihi pro illis datur, quibus mihi præsentibus datur. Ex qua re largiente deo agitur vt sensus crescat, & elatio decrescat, dum propter vos disco quod inter vos doceo. Quia verum fateor, plærunque vobiscum audio quod dico. Quicquid ergo in hoc propheta minus intellexero, meæ cæcitatis est: si quid intelligere aptè potuero, ex diuino munere vestræ venerationis. Sæpe enim per omnipotentis domini gratiam in eius eloquio quædam intelliguntur melius, cùm sermo dei secretius legitur, atque animus culparum suarum cõscius, dum recognoscit quod audierit, doloris se iaculo percutit, & cõpunctionis gladio transfigit, vt nihil ei nisi flere libeat, & fluentes fletuum maculas lauare. Inter quæ etiam aliquando ad sublimiora contemplanda rapitur, & in eorum desiderio suaui fletu cruciatur. Dolet sese hic esse anima, vbi adhuc prostrata per infirmitatẽ iacet, atque illic adhuc non esse, vbi illuminata fortiter vigeat: & iam mentis oculum ad mortalitatis tenebras non reducat. Hinc itaque hic ardor nascitur in mente, luctus oritur ex ardore. Et quia inhærere cœlestibus necdum valet: feruore suo in lachrymis fessa requiescit. Sed aliud est cùm de vnius profectu res agitur: aliud cùm de ædificatione multorum. Ea itaque
B doctrinæ sermone largiente deo proferenda sunt, quæ vitam audientium morésque componant. Nunc ergo quicquid nos ad studium bonæ operationis ædificet: in prophetæ verbis, sicut cœpimus, exequamur. Fili hominis vide oculis tuis, & auribus tuis audi.) Ad testimonium spiritalium rerum deducto, quid est quod cùm dicitur, vide oculis, additur tuis: & cum subditur, audi auribus, adiungitur tuis? Sed sciendum quia oculi atque aures corporis adsunt etiam carnalibus, eisque sunt in vsu rerũ quę corporaliter videntur. Oculi verò atque aures cordis solummodo spiritalium sunt, qui inuisibilia per intellectum vident, & laudem dei sine sono audiunt. Has omnipotẽs dominus aures quærebat, cùm diceret: Qui habet aures audiendi, audiat. Quis nanque in illo populo esse tunc poterat, qui aures corporis non haberet? Sed cùm dicitur: qui habet aures audiendi, audiat: apertè monstratur quòd illas aures quæreret, quas omnes habere nõ poterant. Dicatur ergo: Fili hominis vide oculis tuis, & auribus tuis audi.). In priori autem locutionũ nostrarum parte iam diximus cur propheta quotiens ad videnda spiritalia ducitur, filius hominis appellatur. Sed ne hoc mente excesserit, breuiter replicabo: quia in hac appellatione memoratur semper quid est ex infirmitate, ne extollatur de contemplationis magnitudine. Et notandum quia diuersa sunt vt dicatur: oculis tuis vide, auribus tuis audi, & tamen filius hominis vocetur. Sed per hæc verba quid ei aliud apertè dicitur, nisi spiritalia spiritaliter aspice:
C & tamen infirmitatis tuæ memorare? Hinc est etiam quòd plærunque qui plus in contemplationem rapitur, contingit vt amplius in tentatione fatigetur: sicut quibusdam sæpe contingere bene proficientibus solet: quorum mentem dum aut compũctio afficit, aut contemplatio super semetipsum rapit, statim etiam tentatio sequitur, ne de his ad quæ rapta est, extollatur. Nam compunctione vel contemplatione ad deum erigitur, sed tentationis suæ pondere verberatur ad semetipsam: quatenus tentatio aggrauet, ne contemplatio inflet: & item contemplatio eleuet, ne tentatio demergat. Si enim sic contemplatio attolleret, vt tentatio funditus deesset, in superbia animus caderet. Et si sic tentatio premeret, vt contemplatio non leuaret, plenè in culpa laberetur. Sed mira dispensatione, in quodam medio anima libratur, vt neque in bonis superbiat, neque in malis cadat. Vnde & per beatum Iob de domino dicitur: Et aquas appendit mensura. Aquas quippe deo mensura appendere, est inter prospera & aduersa, inter dona & tentationes, inter summa & infima animarum sensum humilitate custodire. Sic Helias ignem de cœlo deposuerat, aquas cœlo ligauerat, & tamen pauore vnius mulieris territus, per deserta fugiebat. Apparet fugienti angelus, cibum præbet, quia longum iter restat prædicit, & tamen timorem de corde non excutit: quia in corde prophetæ, mentis magna erat custodia fortitudinis, illa infirmitas timoris. Sequitur:

Pone cor tuum in omnia quæ ego ostendam tibi: quia vt o- D
stendatur tibi, adductus es huc. Annuncia omnia quæ tu vides domui Israël.) Pone cor tuum. Ac si dicatur: Considera, quia vt ostendantur tibi, adductus es huc. Et annuncia omnia quæ vides. Ad hoc ideo es adductus huc, vt videas. Et ideo vides, vt annuncies. Quia quisquis spiritalia videndo proficit, oportet vt hæc loquendo etiam aliis propinet. Videt quippe vt annunciet, qui ideo quòd in se profecerit, & prædicando de profectu proximi curam gerit. Vnde & alibi scriptum est: Qui audit, dicat *Apoca.22.*
veni: Cui enim iam vox vocantis dei efficitur in corde, necesse est vt proximi per prædicationis officium erumpat in voce: & ideireo alium vocet, quia iam ipse vocatus est. Vnde & sponsus quoque in Canticis Canticorum loquitur, dicens: Quæ habi- *Canti.8.*
tas in hortis amica ausculta, fac me audire vocem tuam. In hortis enim sancta Ecclesia, in hortis vnaquæque anima habitat, quæ etiam viriditate spei est, & bonorum operum repleta. Sicca quippe spes est huius seculi, quia omnia quæ hic amantur, cum festinatione marcescunt. Et Petrus nos Apostolus festinare admonet, dicens: In hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam, *1.Pet.1.*
immarcesibilem. Quæ ergo in hortis habitat, oportet vt sponsum suum vocem suam audire faciat, id est, canticum bonæ prædicationis emittat, in qua ille delectetur quem desiderat: quia amici auscultant, videlicet omnes electi, qui vt ad cœlestem patriam reuiuiscant, verba vitæ audire desiderant. Sed iam propheta ea nobis quæ videt aperiat. Sequitur: Et ecce murus E
forinsecus in circuitu domus vndique.) Plærunque in sacro eloquio ex protectionis suæ munimine, murus dici ipse incarnatus dominus solet, sicut de sancta Ecclesia per prophetam dicitur: Ponetur in ea murus, & antemurale. Ipse enim nobis murus est, *Esaiæ. 26.*
qui nos vndique custodiendo circundat. Antemurale autem muri nostri prophetæ omnes fuerunt, qui prius quàm dominus appareret in carne, ad construendam fidẽ prophetando missi sunt. In sancta ergo Ecclesia dominus murus nobis, & prophetæ eius antemurale sunt positi: quia ad nos quos ipse perfectè protegit, etiam prophetarum verba in fidei constructionem venerũt. Vnde & bene prius murus, & pòst antemurale ponitur: quia vocati ex gentibus, nisi prius dominum cognoscceremus, prophetarum illius dicta minimè susceperissemus. Et notandum quòd iste murus spiritalis ædificij esse forinsecus dicitur. Murus quippe qui ad munitionem ædificij constituitur, non interius sed exterius poni solet. Quid ergo necessarium fuit vt diceretur forinsecus, dum nunquam poni murus intrinsecus soleat? quia necesse est vt exterius positus, ea quæ intus sunt defendat. Sed in hoc verbo quid apertè nisi ipsa dominica incarnatio demonstratur? Murus enim nobis intus est deus: murus vero foris est deus homo. Vnde & per quendam prophetam dicitur: Existi in salutem populi tui, vt saluos facias Christos tuos. Iste etenim murus, *Abac.3.*
incarnatus videlicet dominus, murus nobis non esset, si forinsecus non fuisset: quia intus nos non protegeret, si exterius non E
appareret. Sed neque hoc negligenter prætereundum est, quod idem murus positus dicitur in circuitu domus vndique. Domus quippe dei non solum angeli sancti, de quibus Psalmista ait: Do- *Psal.25.*
mine dilexi decorem domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ: sed etiam nos sumus, quorum mentes inhabitare dignatur. Et murus iste vndique in circuitu domus est: quia vnigenitus patris, qui sursum est firmitas angelorum, ipse deorsum factus est redemptio hominum. Illis fortitudo ne cadant, nobis adiutoriũ vt surgamus post casum. Si verò per domum dei hoc loco sola redemptorum hominum multitudo signatur: vndique nobis dominus & per circuitum murus est, quia vt nos perfectè custodiret, omnia quæ docuit ostendit, sicut scriptum est: Quæ cœpit *Actõ.1.*
Iesus facere & docere. Quia enim nos vocare ad cœlestem patriam venit, nimirum despicere nos bona transitoria docuit, & mala temporalia non timere. Vnde & opprobria despexit, iniurias pertulit, mortem non timuit, crucis patibulum non refugit, & cùm hunc voluissent rapere, & regem constituere, statim fugit. Quid nobis aliud his exemplis innuens, nisi vt debeamus huius mundi & aduersa non metuere, & prospera vitare? quia plus plærunque eius bona occupant animum, quàm mala perturbant. Ante passionem verò suam contumelias audiuit, nec tamen contumelias reddidit. Traditorem suũ diu tacitus pertulit,

Universidad de Navarra Biblioteca

G tulit,& fictè ſalutanti dare oſculum non recuſauit.Suſcepit mortem,ne mori timeremus.Oſtendit reſurrectionem,vt nos reſurgere poſſe crederemus.Poſt paſsionem quoque ſuam de his qui ſe crucifixerant,ad fidei gratiam vocauit:donum pro iniquitate reddidit.Qui ergo nos exemplo ſuo de omnibus inſtruxit, murus nobis per circuitum & vndique factus eſt, Sequitur: Et in manu viri calamus menſuræ ſex cubitorum & palmo.) Præterita lectione iam diximus, quia per calamum ſcriptura ſacra ſignatur. Qui calamus menſuræ eſſe dicitur: quia in ipſa omnem vitæ noſtræ actionem metimur: vt ſcilicet videamus vel quantum proficimus, vel quantum longè à profectu diſtamus. Nam ſæpe aliquid agentes, iam cuiuſdam meriti eſſe nos credimus,ſed cùm ad verba dei recurrimus, præcepta ſublimia audimus: ibi cognoſcimus quantum à perfectione minus habeamus.Calamus ergo menſuræ eſt, quia per manus ſcribentium vita menſuratur auditorum. Qui calamus in manu viri eſſe dicitur: ſiue quia ſacrum eloquium in poteſtate eſt mediatoris dei & hominū hominis Chriſti Ieſu: ſeu certè quia hoc quod ſcribi voluit, operando compleuit. Idem verò calamus ſex cubitorum & palmo eſſe deſcribitur.Duæ etenim vitæ ſunt, in quib⁹ nos omnipotēs deus per ſacrum eloquium erudit. Actiua videlicet, & contemplatiua. Et per ſex cubitos quid aliud quàm actiua vita exprimitur, quia ſexto die perfecit deus omnia opera ſua. Palmus ve-
H rò qui ſuper ſex cubitos eſſe dicitur, iam de ſeptimo eſt, ſed tamen cubitus non eſt. Actiua ergo vita ſignatur per ſex cubitos, contemplatiua per palmum: quia illam opere perficimus, de iſta verò etiam cùm cor tendimus, vix parum aliquid attingere valemus. Actiua enim vita eſt, panem eſurienti tribuere, verbo ſapientiæ neſcientem docere, errantem corrigere, ad humilitatis viam ſuperbientem proximum reuocare, infirmantis curam gerere, quæ ſingulis quibuſque expediunt diſpenſare, & commiſsis nobis qualiter ſubſiſtere valeant prouidere.Contemplatiua verò vita eſt, charitatem quidem dei & proximi tota mẽte retinere, ſed ab exteriore actione quieſcere,ſoli deſiderio cõditoris inhærere: vt nil iam agere debeat, ſed calcatis curis omnibus, ad videndam faciem ſui creatoris animus inardeſcat: ita vt iam nouerit carnis corruptibilis pondus cum mœrore portare, totiſque deſideriis appetere illis hymnidicis angelorum choris intereſſe, admiſceri cœleſtibus ciuibus, de æterna in conſpectu dei incorruptione gaudere. In palmo itaque manus & digiti tenduntur. Sed parum quid de menſura cubiti per palmum contingitur,quia quantolibet amore animus ardeat, quantalibet virtute ſe in domino & cogitatione tetenderit,non iam quod amat perfectè videt: ſed adhuc inchoat videre quod amat: quia
1.Corin.13. ſicut fortiſsimus prædicator dicit: Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Et nunc cognoſco ex parte: tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum.De ſeptimo ergo cubito palmum tangimus, qui in hac vita poſiti, contem-
I plationis intimæ ſola initia deguſtamus. Actiua autem vita quia perfectè teneri poteſt, & ſexto die homo eſt conditus: qui bona debet operari: ſex cubitos calamus habet. Bene has vtraſque vi-
Luc.10. tas duæ illæ mulieres ſignauerunt: Martha videlicet & Maria: quarum vna ſatagebat circa frequens miniſterium: alia vero ſedebat ad pedes dei, & audiebat verba de ore eius. Cumque contra ſororem Martha quereretur quòd ſe adiuuare negligeret, reſpondit dominus dicens: Martha, occuparis & ſatagis erga multa. Porrò, vnum eſt neceſſarium.Maria autem optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Ecce, pars Marthæ non reprehenditur, ſed Mariæ laudatur. Neque enim bonam partem elegiſſe Mariam dicit, ſed optimam, vt etiam pars Marthæ indicaretur bona. Quare autem pars Mariæ ſit optima, ſubinfertur cùm dicitur: quæ non auferetur ab ea. Actiua etenim vita cum corpore deficit.Quis enim in æterna patria panem eſurienti porriget, vbi nemo eſurit? potum tribuat ſitienti, vbi nemo ſitit? Quis mortuum ſepeliat, vbi nemo moritur? Cum præſenti ergo ſeculo vita aufertur actiua. Contemplatiua autem hic incipitur, vt in cœleſti patria perficiatur: quia amoris ignis qui hic ardere inchoat: cùm ipſum quem amat viderit, in amore ipſius amplius igneſcit. Contemplatiua ergo vita minimè aufertur: quia ſubtracta præſentis ſeculi luce perficitur. Has vtraſque,ſicut & antè nos dictum eſt,duæ beati Iacob mulieres ſignauerũt:
Lia videlicet & Rachel. Lia quippe interpretatur laborioſa.Ra- Genes.29.
chel verò ouis, vel viſum principium. Actiua autem vita labo- K
rioſa eſt: quia deſudat in opere. Contemplatiua verò ſimplex ad ſolum videndum principium anhelat: videlicet ipſum qui
Ioan.1. ait: Ego ſum principium:propter quod & loquor vobis.Beatus autem Iacob Rachel quidem concupierat, ſed in nocte accipit Liam, quia videlicet omnis qui ad deum conuertitur, contemplatiuam vitam deſiderat, quietem æternæ patriæ appetit: ſed prius neceſſe eſt vt in nocte vitæ præſentis operetur bona quæ poteſt, deſudet in labore, id eſt, Liam accipiat,vt poſt ad videndum principium in Rachel amplexibus requieſcat. Erat autem Rachel videns & ſterilis, Lia autem lippa, ſed fœcunda: Rachel pulchra & infœcunda. Quia contemplatiua vita ſpecioſa eſt in animo: ſed dum quieſcere in ſilentio appetit, filios non generat ex prædicatione. Videt & non parit:quia quietis ſuæ ſtudio minus ſe in aliorum collectione ſuccendit. Et quantum introrſus conſpicit: aperire aliis prædicando non ſufficit. Lia vero lippa & fœcunda eſt, quia actiua vita dum occupatur in opere, minus videt: ſed dum modo per verbum,modo per exemplum ad imitationem ſuam proximos accendit, multos in bono opere filios generat. Et ſi in contemplatione mentem tendere non valet: ex L
eo tamen quod agit exterius, gignere ſequaces valet.Recte ergo in menſura calami prius ſex cubiti & poſtmodum palmus dicitur: quia antè actiua agitur, vt ad contemplatiuam poſtmodum veniatur. Sed ſciendum eſt quia ſicut bonus ordo viuendi eſt vt ab actiua in contemplatiuam tendatur: ita plærunque vtiliterà contemplatiua animus ad actiuam reflectitur: vt per hoc quòd contemplatiua mentem accenderit, perfectius actiua teneatur. Debet ergo nos & actiua ad contemplatiuam tranſmittere, & aliquando tamen ex eo quòd introrſus mente conſpeximus, ad actiuam melius contemplatiua reuocare. Vnde & idem Iacob poſt Rachelis amplexus ad Liæ rediit, quia & poſt viſum principiũ, laborioſa vita boni operis non eſt funditus deſerenda.Eſt autem in contemplatiua vita magna mentis contentio, cùm ſeſe ad cœleſtia erigit, cùm in rebus ſpiritalibus animum tendit,cùm tranſgredi nititur omne quod corporaliter videtur, cùm ſeſe anguſtat vt dilatet. Et aliquando quidem vincit, & reluctantes tenebras ſuæ cæcitatis exuperat, vnde incircunſcripto lumine quiddam furtim & tenuiter attingat. Sed tamen ad ſemetipſam protinus verberata reuertitur, atque ab ea luce ad quam reſpiran- M
do tranſiit, ad ſuæ cæcitatis tenebras ſuſpirando atque lamentando rediit.Quod bene ſacra hiſtoria deſignat,quæ beatum Iacob cum angelo luctatũ narrat.Cùm enim ad parentes proprios Genes.32.
rediret,in via angelum inuenit, cum quo in lucta magnum certamen habuit.Is enim qui certat in luctamine, aliquãdo ſuperiorem ſe,aliquando verò eum cum quo contenderit,inferiorem inuenit.Deſignat autem angelus domini & Iacob qui cum angelo contendit,vniuſcuiuſque perfecti viri,& in contemplatione eam poſitam exprimunt. * Quæ videlicet anima cùm contemplaci * al. cum
deum nititur,velut in quodam certamine poſita,modo quaſi exu- planum
perat, quia intelligendo & ſentiendo de incircunſcripto lumine paſſi, ac-
aliquid deguſtat: modo ſuccumbit, quia & deguſtando iterum mam cpit
deficit. Quaſi ergo vincitur angelus, quando intellectu intimo mi.
apprehenditur deus. Sed notandum quod idem victus angelus neruum fœmoris Iacob tenuit, eúmque marceſcere ſtatim fecit, atque ab eo Iacob tempore vno claudi cauit pede,quia ſcilicet omnipotens deus cùm iam per deſiderium & intellectum cognoſcitur, omnem in nobis voluptatem carnis arefacit. Et qui prius quaſi duobus pedibus innitentes, & deum videbamur quærere, & ſeculum tenere, poſt agnitionem ſuauitatis dei vnus in nobis ſpes ſanus remanet, atque alius claudicat, quia neceſſe eſt vt debilitato amore ſeculi conualeſcat ad amorem dei. Si ergo tenemus angelum, vno claudicamus pede, quia dum creſcit in nobis fortitudo amoris intimi, infirmatur procul dubio fortitudo carnis. Omnis quippe qui vno pede claudicat, ſoli illi pedi innititur quem ſanum habet: quia & cui deſiderium terrenum iam arefactum fuerit, in ſolo pede amoris dei tota virtute ſe ſuſtinet. Et in ipſo ſtat, quia pedem amoris ſeculi quem ponere in terra conſueuerat, iam à terra ſuſpenſum portat. Et nos ergo ſi ad parentes proprios, id eſt, ad ſpiritales patres redimus, teneamus in via angelum, vt ſuauitate intima apprehenda-

A hendamus deum. Contemplatiua etenim vita amabilis valde dul cedo est, quæ super semetipsam animam rapit, cœlestia aperit, terrena autem debere esse contemptui ostendit, spiritalia mentis oculis patefacit, corporalia abscondit. Vnde bene Ecclesia in Canticis Canticorum dicit: Ego dormio, & cor meum vigilat. Vigilanti etenim corde dormit, quia per hoc quod interius cõtemplando proficit, ab inquieto foris opere quiescit. Sed inter hæc sciendum est quia quandiu in hac mortali carne viuitur, nul lus ita in contemplationis virtute proficit, vt in ipso incircunscripto luminis radio mentis oculos infigat. Neque enim omnipotens deus iam in sua claritate conspicitur, sed quiddam sub illa speculatur anima vnde refota proficiat, & pòst ad visionis eius gloriam pertingat. Sicnanque Esaias cùm se dominum vidisse fatetur, dicens: Anno quo mortuus est rex Ozias, vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum: protinus adiunxit: Et ea quæ sub eo erant, implebant templum. Quando Ozias rex superbus ac præsumptor moritur, dominus videtur: quia cùm mundi huius elatio à desiderio mentis occiditur, tunc ipsa mens dei gloriam contemplatur. Et notandum quòd dominus super solium excelsum & eleuatum sedit. Quid nanque est eius solium, nisi creatura angelica vel humana, cui per intellectũ quẽ dedit præsidet? Quod videlicet solium excelsum & eleuatum dicitur, quia & natura humana ad cœlestem gloriã eleuata proficit, & creatura angelica dum multis spiritibus cadentibus iam
B solidata est in cœlo ne cadat: inde & eleuata est vnde & confirmata. Templum vero eius hoc est quod solium, quia æternus rex ibi habitat vbi sedet. Nos ergo templum illius sumus, in quorum mentibus habitare dignatur. Sed ea quæ sub eo erant, implebant templum: quia quicquid de illo modo conspicitur, adhuc non est ipse, sed sub ipso est. Sic Iacob angelum vidit, & vidisse deũ fatetur: quia cùm ministeria eius cõspicimus, iam multum est quod super nosmetipsos leuamur. Notandũ verò quòd dicitur: implebant templum: quoniam etsi angelus apparet, infirmæ tamen mentis desiderio satisfacit: vt si adhuc maius non potest, iam tamen minus quod videt admiretur. Ea ergo quæ sub eo sunt, implent templum: quia sicut dictum est, & cùm mens in contemplatione profecerit, non iam quod ipse, sed id quod sub ipso est contemplatur. In qua videlicet contemplatione iam quietis internæ gustus contingitur. Cuius quia quædam quasi pars est, & perfecta esse non potest: rectè in Apocalypsi scriptum est: Factum est silentium in cœlo, quasi media hora. Cœlum quippe est anima iusti, sicut per prophetam dominus dicit: Cœlum mihi sedes est. Et cœli enarrant gloriam dei. Cùm ergo quies contemplatiuæ vitæ agitur in mente, silentium fit in cœlo: quia terrenorum actuum strepitus quiescit à cogitatione, vt ad secretum intimum auris animum apponat. Sed quia hæc quies mentis esse in hac vita perfecta non potest, nequaquam hora integra factum in cœlo silentium dicitur: sed quasi media hora,
C vt neque ipsa media hora plenè sentiatur, cùm præmittitur quasi, quia mox vt se animus subleuare cœperit, & quietis intimæ lumine perfundi, redeunte citius cogitationum strepitu, de semetipso confunditur, & confusus cæcatur. Vita igitur contemplatiua quæ illic hora quasi media dicitur: apud Ezechielem prophetam non cubitus, sed palmus appellatur. Ecce fratres charissimi dum vniuscuiusque vitæ causas exprimere cupimus, paulo latius per excessum locuti sumus. Sed bonis mentibus quibus vtraque eadem vita est ad agendum amabilis, esse non debet ad audiendum grauis. Sequitur: Et mensus est latitudinem ædificij calamo vno, altitudinem quoque calamo vno.) Omnipotens deus qui nec in magnis tenditur, nec in minimis angustatur, sic de tota simul Ecclesia loquitur, ac si de vna anima loquatur. Et sæpe quod ab eo de vna anima dicitur nil obstat si de tota simul Ecclesia intelligatur. Latitudo itaque ædificij ad charitatem pertinet, de qua Psalmista dicit: Latum mandatum tuum nimis. Nil enim latius quàm omnes in sinu amoris recipere, & nullas odij angustias sustinere. Sic quippe lata est charitas: vt in amplitudine dilectionis suæ capere etiam inimicos possit. Vnde & præcipitur: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Considerandum quoque nobis est, quia latitudo in æqualitate, altitudo verò in sublimitate tenditur. Latitudo ergo pertinet ad charitatem proximi, altitudo ad intelligentiam contemplatoris. Sed latitudo & altitudo ædificij vno calamo mensuratur, quia videlicet vnaquæ- D
que anima quantum lata fuerit in amore proximi, tantum & alta erit in cognitione dei. Dum enim se per amorem iuxta dilatat, per cognitionem superius exaltat. Et tantum super semetipsam excelsa fit: quantum se iuxta se in proximi amorem tendit. Et quia ædificium quod inhabitat deus, & angelica simul & humana natura perficitur: per hoc quòd angelica creatura fursum est, & humana adhuc deorsum, potest per latitudinem atque altitudinem ædificij, vtraque hæc creatura significari, quia ista adhuc in imis degit: illa verò in sublimibus permanet. Sed vno calamo mensuratur vtraque, quia humilitas hominum quãdoque ad æqualitatem perducitur angelorum. Vnde scriptum est: Neque nubent neque nubentur: sed erunt sicut angeli dei *Matth. 22.* in cœlo. Et vnde per Ioannem dicitur: Mensura hominis quæ *Marc. 12.* est angeli. Quia vsque ad illam altitudinem gloriæ homo per- *Luc. 20.* ducitur, in qua solidatos se angeli lætantur. Latitudo ergo ædi- *Apoc. 21.* ficij tanta est, quanta & altitudo, quia electi quique qui modo in imis laborãt, quandoque illis beatissimis spiritibus non erũt inæquales. Sed nos inter hæc redeamus ad mentem, ac totis medullis cordis deum diligamus & proximum. Dilatemur in affectu charitatis, vt exaltemur in gloria celsitudinis. Compatiamur per amorem proximo, vt coniungamur per cognitionem deo. Condescendamus fratribus minimis in terra, vt coæquemur angelis in cœlo: quia vir qui sua imagine redemptorem signat, mensus est latitudinem ædificij calamo vno, altitudinem quoque calamo vno. Nunc igitur metitur mores, pensat E
opera, cogitationes considerat: vt sine fine postmodum retributionem reddat Iesus Christus vnigenitus patris, qui cum eo viuit & regnat in vnitate spiritus sancti: per omnia secula seculorum. Amen.

Homilia decimaquinta.

ET venit ad portam quæ respiciebat viam Orientalem: & ascendit per gradus eius. Et mensus est limen portæ calamo vno latitudinem, id est, limen vnum calamo vno in latitudine: & thalamum vno calamo in longum, & vno calamo in latum: & inter thalamos quinque cubitos, & limen portæ iuxta vestibulum portæ intrinsecus calamo vno.

IR cuius calamus mensuræ in manu eius describitur,
V venit ad portam quæ respiciebat ad viam Orientalem.) Quis verò alius portæ huius appellatione si- F
gnatur, nisi ipse dominus ac redemptor noster: qui nobis ianua factus est regni cœlestis? sicut ipse ait: Nemo venit ad patrem, *Ioan. 14.* nisi per me. Sed cùm eundem virum lineis indutum figuram domini tenere dixerimus, quærendum nobis est qua ratione conueniat, vt idem dominus & per virum designari valeat, & per portam: dum vir veniat ad portam? Nunquidnam ipse venit ad semetipsum? An ita est quia & in Euangelio ipse testatur dicẽs: Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde: *Ioan. 10.* ille fur est & latro? Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Et paulopost dicit: Ego sum ostium. Atque iterum subiungit: Ego sum pastor bonus. Si ergo pastor intrat per ostium, ipse est ostium, ipse pastor, ipse proculdubio intrat per semetipsum. Ecce dum Ezechielis sensum enodare cupimus, de Euangelio etiam quæstionem ligamus. Quærendum nobis itaque est qualiter & ipse intret, & per semetipsum intret. Dominus enim ac redemptor noster cum sancta Ecclesia quam redemit, secundum carnem vna substantia est, Paulo attestante, qui ait: Adim- *Colos. 1.* pleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea: pro corpore eius quod est Ecclesia. Huius capitis corpus Ecclesia est, & hu *Ephe. 1.* ius corporis caput Christus. De quo suo capite exultat corpus, *Colos. 1.* id est, sancta Ecclesia, cùm per Psalmistam dicit: Nunc autem *Psal. 26.* exultauit caput meum super inimicos meos. Quia enim quandoque ipsa etiam exaltanda est, iam nũc caput suum super inimicos suos exaltatum gaudet in cœlis. Cùm ergo electi quique ad vitã

perue-

C peruenium, quia membra eius per eum intrant ad eum: ipse per se intra: ad se. Ipse enim in suis membris est qui intrat, ipse caput ad quod intrantia membra perueniunt. Quod Ezechiel propheta multipliciter insinuat, qui virum venisse dicit ad portam: & quæ eadem porta sit ostendit, dicens: Quæ respiciebat ad viam Orientalem.) Ipse etenim nobis est via qui dixit:
Ioan.14. Ego sum via, veritas, & vita. Ipse etiam Orientalis via, de quo
Zacha.6. scriptum est: Ecce vir, Oriens nomen eius. Porta ergo viam Orientalem respicit, quia illum signat qui nobis iter ad ortum fecit luminis. Potest etiam portæ nomine, vnusquisque prædicator intelligi: quia quisquis nobis ianuam regni cœlestis ore suo aperit, porta est. Vnde & duodecim portæ vel in Ioannis Apo-
Apoca.21. calypsi, vel in extrema huius prophetæ visione describuntur. Potest etiam portæ nomine, scripturæ sacræ scientia non inconuenienter intelligi. Quæ dum nobis intellectum aperit, cœlestis regni ianuam pandit. Possumus portæ nomine & fidem accipere, quam primam contingimus, vt ad virtutum ædificia intremus. Vnde hic apertè subiungitur. Et ascend.t per gradus eius.) Quid enim gradus sunt huius portæ, nisi merita virtutum? Siue enim in cognitione mediatoris dei & hominum hominis Iesu Christi, seu in scientia diuini eloquij, seu in ipsa fide quam de illo accipimus, quibusdam gradibus ad altiora incrementa peruenimus. Nemo enim repentè fit summus, sed in bona conuersatione à minimis quisque inchoat, vt ad magna
Psal.47. perueniat. De his gradibus per Psalmistam dicitur: Deus in gra
H dibus eius dignoscetur dum suscipiet eam. Dum enim sanctam Ecclesiam dominus suscipit, in gradibus eius dinoscitur, quia eius gloria per illius incrementa declaratur. Quantum enim sancta Ecclesia ascendendo profecerit, tantum deus hominibus ex eius virtutibus innotescit. De his quoque gradibus beatus Iob
Iob.31. loquitur, dicens: Per singulos gradus meos pronunciabo illum. Omnipotẽtem quippe dominum per singulos gradus suos pronunciat, qui per incrementa virtutum quæ cœpit, ei semper laudem suæ pietatis reddit. Si quidam gradus in cordis ascensio-
Psal.83. ne non essent, Psalmista non diceret: Ambulabunt de virtute in virtutem. Nec mirum si de virtute in virtutem gradus sunt, quando vnaquæque virtus quasi quibusdam gradibus agitur, & sic per incrementa meritorum ad summa perducitur. Alia nanque sunt virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. Si enim & ipsa fides ad perfectionem suam non quibusdam gradibus duceretur, sancti Apostoli minimè dixissent: Adauge
Luca.17. nobis fidem. Et quidam venit ad Iesum, qui curari voluit filium suum, sed requisitus an crederet, respondit: Credo domine,
Matth.9. adiuua incredulitatem meam. Pensat e ergo quod dicitur: Si credebat, cur incredulitatem dicebat? Si verò incredulitatem habere se nouerat, quomodo credebat. Sed quia per occultam inspirationem gratiæ, meritorum suorum gradibus fides crescit, vno eodémque tempore is qui necdum perfectè crediderat, simul & credebat, & incredulus erat. Hos nimirum gradus dominus
Marc.4. sub messis nomine describit, dicens: Sic est regnum dei quem-
I admodum si iaciat homo semen in terram, & dormiat, & exurgat nocte ac die, & semen germinet & crescat dum nescit ille. Vltrò enim terra fructificat primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Et cùm ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest tempus messis. Semen homo iactat in terram, cùm cordi suo bonam intentionem inserit. Et postquam semen iactauerit, dormit: quia iam in spe boni operis quiescit. Nocte verò exurgit ac die, quia in aduersa & prospera proficit. Et semen germinat & crescit, dum nescit ille: quia dum adhuc metiri incrementa sua non valet, semel concepta virtus ad perfectum ducitur. Et vltrò terra fructificat: quia præueniente se gratia, mens hominis spontaneè ad profectũ boni operis assurgit. Sed hæc eadem terra primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum producit in spica. Herbam quippe producere, est inchoationis bonæ adhuc teneritudinem habere. Ad spicam verò herba peruenit, cùm se virtus animo concepta, ad profectum boni operis pertrahit. Plenum verò frumentum in spica fructificat, quando iam intantum virtus proficit, vt esse robusti & perfecti operis possit. Sed cùm ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest tẽpus messis. Omnipotens enim deus producto fructu, falcẽ mittit, & messem suam desecat, quia cùm vnumquemque ad opera perfecta perduxerit, eius temporalem vitam per emissam sententiam in- K
cidit, vt granum suum ad cœlestia horrea perducat. Cùm igitur desideria bona concipimus, semen in terram mittimus. Cùm verò operari recta incipimus, herba fumus. Cumque in eiusdem operationis perfectione solidamur, iam plenum frumentum in spica proferimus. Herba etenim Petrus fuerat, qui passionis *Luc.22.*
tempore per amorem dominum sequens, hunc confiteri ante an- *Mat.26.*
cillæ vocem timebat. Erat enim iam viriditas in mente, quia cre- *Marc.*
debat omnium redemptorem, sed valde adhuc flexibilis pede *Ioan.*
conculcabatur timoris. Iam in spicam surrexerat, quando eum quem moriturum confiteri timuerat, nunciante angelo in Galilæa viuentem videbat. Sed ad plenum granum in spica peruenerat, quando veniente desuper spiritu, & suam mentem in illius amore roborante ita solidatus est, vt vires persequentium cæsus despiceret, & redemptorem suum liberè inter flagella prædicaret. Nullus itaque qui ad bonum propositum adhuc in mentis teneritudine esse conspicitur, despiciatur: quia frumentum dei in herba incipit, vt granum fiat. Vir ergo vestitus lineis venit ad portam: quia dominus ac redemptor noster membris suis intrantibus perducitur ad se. Et ascendit per gradus eius: quia nobis proficientibus, eò nobis amplius exaltatur, quãto altius & incomprehensibilis esse cognoscitur. In virtute quippe nostrarum mentium gradibus ipse ascẽdere dicitur, quia tanto ipse sublimior nobis ostenditur, quantum noster animus à rebus infimis separatur. Sequitur: Et mensus est limen portæ calamo vno latitudinem.) Cur postquam dictum est limen L
portæ: statim subiungitur, limen vnum? Nisi quia apertè innuit quòd adhuc inferius limen aliud dicatur. Porta antemà limine surgit vt porta sit. Si igitur porta dominus, quis huius portæ limen est, nisi illi antiqui patres ex quorum progenie *Rom.*
dominus incarnari dignatus est? sicut per Paulum dicitur: Quorum patres ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Notandum nobis est in hac Pauli sententia, quòd dij & cæteri hominum sunt vocati, sicut Moysi dicitur: Ponam te in deum Pharaoni. Et per Psal- *Exo.*
mistam dicitur: Ego dixi dij estis. Et rursum: Deus stetit in *Psal.*
synagoga deorum. Sed aliud est nuncupatiuè, aliud naturaliter dici deum. Et si Moyses in deum Pharaoni est positus, sed deus intra omnia, non deus super omnia dicitur. Qui verò est in vtero virginis incarnatus: deus super omnia vocatur. Itaque limen portæ, antiqui patres ex quibus ille natus est, qui nobis aditum regni cœlestis aperuit. Limen autem portæ vno calamo mensuratur, quia ipsi antiqui patres qui potuerunt re- M
demptorem nostrum & prophetando & bene viuendo prædicare, tanquam sex cubita in perfectione operis, & palmum inchoationis per contemplationem habuerunt. Quia enim eorum vitam in vnitatem fidei & perfecta operatio, & inchoata contemplatio sublimem reddidit, in vno calamo mensura liminis fuit. Sequitur: Et thalamum vno calamo in longo, & vno calamo in latum.) Consideremus quid agi in thalamo solet: atque exinde hoc quod in sancta Ecclesia agitur colligamus. In thalamo quippe sponsus & sponsa fœderantur, sibique in amore iunguntur. Qui ergo sunt in sancta Ecclesia thalami, nisi eorum corda in quibus animæ per amorem sponso inuisibili iunguntur, vt eius desiderio mens ardeat, nulla iam quæ in mundo sunt concupiscat, præsentis vitæ longitudinem pœnam deputet, exire festinet, & amoris amplexu in cœlestis spõsi visione requiescere? Mens itaque quæ iam talis est, nullam præsentis seculi consolationem recipit, sed ad illam quam diligit medullitus suspirat, feruet, anhelat, anxiatur. Vilis ei fit ipsa salus sui corporis, quia transfixa est vulnere amoris: vnde *Cant.*
& in canticis dicit: Vulnerata charitate ego sum. Mala autem salus est cordis, quæ dolorem huius vulneris nescit. Cùm verò anhelare iam in cœlesti desiderio, & sentire vulnus amoris cœperit, fit anima salubrior ex vulnere, quæ prius ægrotabat ex salute. Menti autem sponsum suum fortiter amanti, de amorevitæ præsentis vna solet esse consolatio, si per hoc quòd ipsa ab eius visione differtur, aliorum animæ eius verbo proficiant, & ad cœlestem sponsum amoris facibus inardescant. Mœret, quia differri se conspicit. Triste est ei omne quod aspicit, quia illum adhuc non videt quem videre concupiscit. Sed est vt dixi, non parua consolatio, si feruens anima differtur, & per eam

multæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A multæ colliguntur, vt tardè eum cum multis videat, quem sola videre citius volebat. Vnde rursus in cantico sponsa dicit: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Quid namque sunt flores, nisi animæ bonum iam opus inchoantes, & desiderium cœleste redolentes? Quid mala de floribus, nisi perfectarum bonorum mentes, quæ ad fructum perueniunt boni operis de initio sanctæ propositionis? Quæ ergo amore languet, fulciri quærit floribus, stipari malis: quia si illum quem desiderat, videre adhuc non permittitur, magna est ei consolatio si aliorum profectibus lætetur. Anima ergo sancta amore languida, floribus malisq; fulciatur, vt requiescat in bono opere proximi, quæ adhuc contemplari non valet vultum dei: Pensemus ergo qualis thalamus Pauli mens fuerat, qui dicebat: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Omnipotenti deo inquantum se amore coniunxerat, qui sibi vitam Christum tantummodo, & mori lucrum esse deputabat? Hinc est quòd iterum dicit: Desiderium habens dissolui, & cum Christo esse multo magis melius. Sed ecce qui dissolui desiderat, quo amore langueat videamus. Quia interim differri te conspicimus, fulciri quæso floribus non requiris? Quærit planè, nam sequitur: Permanere autem in carne necessarium propter vos. Et profitientibus discipulis dicit: Quæ est enim nostra spes aut gaudium, aut corona gloriæ? Nónne vos ante dominum nostrum Iesum Christum? Hinc est quòd idem thalamus vno calamo in
B longo, & vno calamo in lato dicitur mensus. Longitudo quippe ad longanimitatem expectationis pertinet, & latitudo ad amplitudinem charitatis. Tantum ergo vnusquisque thalamus habet in longitudinem, quantum & in latitudinem habere potuerit: quia mens cœlesti desiderio succensa, quantum amorem habuerit ad colligendum proximum, tantum & longanimitatem exhibet ad expectandum deum, & patienter portat moras longitudinis, quia se in profectu proximi dilatat amplitudo charitatis. Potest etiam ipsa longitudo longanimitatem patientiæ quæ exhibetur proximo, designare. Et quia latitudo charitatem signat, quæ sinum mentis aperit, & amicos simul atque inimicos in amorem recipit, tanta est longitudo thalami, quanta latitudo, quia quantum lata mens fuerit per amorem, tantum erit & patiens per longanimitatem. Nam tantum quisque portat proximum, quantum amat. Si enim amas, portas: si desistis amare, desistis tolerare. Quem enim minus diligimus, minus etiam toleramus: quia irruente fastidio, citius facta proximi adducuntur in grauedinem ponderis, quæ nobis non leuiat penna charitatis. Sequitur: Et inter thalamos quinque cubitos.) Vnum suprà thalamum dixerat, & postmodum quinque cubitos esse inter thalamos narrat. Ea videlicet ratione, quia multi thalami vnum faciunt, sicut & multæ Ecclesiæ vna Ecclesia vocatur. Vnde & in Ioannis Apocalysi septem Ecclesiis scribitur, per quas vna catholica designatur. Hi itaque qui in sancta
C Ecclesia, sicut diximus, feruenti amore deum videre sitiunt, eique iam per desiderium coniunguntur, thalami vocantur. Sed tamen sunt in ea quidam, qui penetrare subtilia non valentes, & quinque adhuc corporis sensibus depressi, tanto minus amât eum qui fecit omnia, quanto amplius in his quæ facta sunt illigantur. Et iam quidem exercere se in timore domini, & amore proximi tendere student, bona opera corporaliter agere, eleemosynis peccata redimere. Sed quia vi amoris intimi ardere ad cœleste desiderium nesciunt quasi adhuc deuincti corporeis sensibus tenentur. Isti itaque thalami non sunt: sed tamen inter thalamos continentur, quia per eorum ducatum qui visionem dei perfectè diligunt, & ipsi ad perfectum mentis diliguntur. Inter thalamos ergo quinque sunt cubiti, quia hi qui ab exterioribus quinque sensibus adhuc ad intellectum mysticum non assurgunt: dum inter eos sunt qui spiritu amoris feruent, velut manentes inter thalamos in fidei constructione proficiunt, & à mensura cœlestis ædificij disiuncti non sunt. Nam & paulisper se ab appetitu corporalium sensuum subtrahunt, & dilatato mentis spatio, imitantes charitatem quam conspiciunt, hinc inde ad thalamos extenduntur. Quòd ergo non per sex cubitos, sed per quinque descripti sunt, ipsa adhuc eorum imperfectio designatur. Sed tamen per bonum desiderium in mensura spiritalis ædificij esse memorantur, quia ex voce Ec-
Psal.131. clesiæ per Psalmistam dicitur: Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Qui iterum per D Psalmistam dicit: Benedixit omnes timentes se dominus, pu- Psal.113. sillos cum maioribus. Hi itaque & imperfecti sunt & pusilli. Inquantum tamen cognoscere præualent: & deum & proximum diligunt, atque ideo bona quæ possunt, non negligunt operari. Qui etsi necdum ad spiritalia dona proficiunt, vt vel ad perfectam operationem, vel ad succensam contemplationem animam exerant, tamen ab amore dei & proximi inquantum capere præualent non recedunt. Vnde fit vt ipsi quoque etsi minori loco, in sancta tamen ædificatione sint positi, quia etsi ad doctrinam, si ad prophetiam, si ad miraculorum gratiam, si ad contemptum mundi plenius exequendum fortasse minores sunt, tamen in timoris & amoris fundamento sunt, in quo solidantur, quia etsi igne cœlestis desiderij non ardent, in ipsis exterioribus quæ exercere sufficiunt, vapore charitatis animantur, & inter proximorum præcellentium ædificia continentur. Vnde & rectè sponsa in canticis canticorum loquitur dicens. Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, colum- Cantic.3. nas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate constrauit, propter filias Hierusalem. Neque enim credendum est Salomonem tantæ magnitudinis regem, qui sic immensis delitiis affluebat, vt pondus auri eius æstimari non posset, & argentum in diebus illis precium non haberet, quia ferculum sibi ligneum fecit. Sed est Salomon videlicet pacificus noster, qui sibi de lignis Libani fer- E culum fecit. Libani quippe ligna cedrina valde sunt imputribilia. Ferculum itaque regis nostri sancta Ecclesia est, quæ de fortibus patribus, id est imputribilibus mentibus est constructa. Quæ rectè ferculum dicitur, quia ipsa fert quotidie animas ad æternum conuiuium conditoris sui. Cui ferculo columnæ argenteæ factæ sunt: quia prædicatores Ecclesiæ sanctæ, eloquij luce resplendent. Est autem cum columnis argenteis reclinatorium aureum, quia per hoc quòd à sanctis prædicatoribus lucidè dicitur, mentes audientium fulgorem charitatis intimæ in qua reclinentur inueniunt. Per hoc enim quòd luculentè & apertè audiunt, in illud quod claresci in corde requiescunt. Columnæ ergo argenteæ & reclinatorium aureum factum est, quia per lucem sermonis inuenitur apud animum claritas quietis. Illius iam quippe fulgor internus mentem irradiat, vt per intentionem ibi requiescat vbi prædicationis gratia non quæratur. De eadem quippe sancta Ecclesia scriptum est. Pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in Psal.67. specie auri. Quæ enim hic spiritu mansuetudinis impleta, quasi columba pennas deargentatas habet: in posteriora dorsi eius speciem auri continet: quia hic prædicatores suos sermonis luce induit: in posteriori autem seculo, fulgorem in se claritatis ostendit. Sed ad hoc quod clarum intus ostenditur, qualis sit ascensus adiungit, cùm de eodem ferculo protinus subdit: Ascensum purpureum. Vera quippe purpura quia de san- F guine tingitur, non immeritò in colore sanguinis videtur, quia maxima multitudo fidelium in exordio nascentis Ecclesiæ per martyrij sanguinem peruenit ad regnum. Rex noster ascensum purpureum fecit in ferculo: quia ad clarum quod intus aspicitur, per tribulationem sanguinis peruenitur. Quid ergo nos miseri atque ab omni fortitudine destituti, quid acturi sumus? Ecce in hoc ferculo columna esse non possumus, quia in nobis nec fortitudo operis, nec lumen emicat prædicationis. Reclinatorium aureum non habemus, quia necdum sicut oportet per intellectum spiritalem requiem internæ claritatis aspicimus. Ascensus purpureus non sumus, quia pro redemptore nostro fundere sanguinem non valemus. Quid ergo de nobis agendum est? Quæ spes erit, si nullus ad regnum peruenit, nisi qui summis virtutibus præditus fuerit? Sed adest quoque nostra consolatio. Amemus inquantum possumus deum, diligamus & proximum, & simul quoque nos ad dei ferculum pertinemus: quia sicut illic scriptum est: Media charitate constra- Cantic.3. uit. Habe quippe charitatem, & ibi sine dubio pertines vbi & columna argentea erigitur: & ascensus purpureus tenetur. Nam quia hoc propter nostram infirmitatem dicitur: apertè monstratur, cùm illic protinus subdidit: Propter filias Hierusa- Ibidem. lem. Sermo etenim dei qui non filios, sed filias dicit, quid aliud per sexum fœmineum, quàm mentium infirma signauit? Quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ergo illic inter columnas argenteas, reclinatorium aureum, & ascensum purpureum, inesse media charitas dicitur propter filias Hierusalē, hoc hic inter thalamos per quinq; cubitos designatur, quia & qui in virtutibus infirmantur, si ipsi bona quæ possunt facere cum charitate non negligunt, à dei ædificio alieni non sunt. Sequitur: Et limen portæ iuxta vestibulum portæ intrinsecus calamo vno.)Dum limen quod modo describitur, iuxta vestibulum portæ intrinsecus esse memoratur, apertè ostenditur, quia limen quod prius scriptum est, extrinsecus fuit. Sed si porta est dominus, quod sit limen portæ intrinsecus, extrinsecus requiramus. Per limen etenim portam vnusquisque ingreditur. Et quæ sunt duo hæc limina: nisi patres testamenti veteris, & patres testamenti noui? Non solum quippe hi de quibus dominus incarnari dignatus est, sed omnes testamenti veteris patres portæ huius limen fuerunt, quia hi qui eū prædicare & in eo sperare meruerunt, cunctis ad eum venientibus aperuerunt aditum fidei, vt omnis qui crediderit dominum, quasi iam portam huius liminis intraret. Sed cur ante limen exterius, & post limen interius dicitur, nisi quia prius testamenti veteris patres, & postmodum noui testamenti doctores fuerunt? Rectè autem limen exterius testamenti veteris patres designat, quia per eorum prædicationem opera peruersa punita sunt. Per dicta verò nouorum patrum, vniuscuiusque animus etiam ab illicitis cogitationibus coërcetur, dum reatus
H esse perfectus & in deliberatione cordis ostenditur. Illi quippe à flagitiis, à crudelitatibus, à rapinis auditorum animas prohibere curauerunt: isti verò dum non solum peruersa opera, sed etiam illicita cogitationum resecant, quid nobis aliud nisi limen intrinsecus facti sunt? Vnde & ipsa veritas loquitur dicens: Audistis quia dictum est antiquis: Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. Rectè quoque exterius limen illos patres designat, qui ab ipsa incarnatione redemptoris nostri per interualla temporum longius constiterunt. Et quidem ab Abel sanguine, passio iam cœpit Ecclesię. Et vna est Ecclesia electorum præcedentium atque sequentium. Sed tamen quia discipulis dicitur: Multi reges & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: antiquis patribus quasi foris stetisse est, redēptoris nostri præsentiam corporaliter non vidisse. Exterius igitur sed tamen non diuisi à sancta Ecclesia fuerunt, quia mente, opere, prædicatione, ista iam fidei sacramenta tenuerunt, istam sanctæ Ecclesiæ celsitudinem conspexerunt, quam nos non adhuc præstolando, sed iam habendo conspicimus. Sicut enim nos in preterita passione redemptoris nostri, ita illi per fidem in eadem ventura sunt saluati. Illi ergo foris non extra mysterium, sed extra tempus. Vnde & in constructione tabernaculi, vt columnæ argenteæ interius starent, paxilli ærei figi per circuitum
I exterius iussi sunt, in quibus religatum tabernaculum teneretur. Columnæ itaque argenteæ interius, paxilli verò ærei in circuitu figuntur, atque in ipsis funes ligati sunt, vt tabernaculum fixum maneret: quia videlicet vt sancti Apostoli in luce sermonis sui solidi starent, & totum tabernaculum, id est, sancta Ecclesia in fidei integritate consisteret, tanquam paxilli ærei patres testamenti veteris ac prophetæ exterius fixi sunt: qui verborum suorum funibus prædicatorum mentes in soliditate stringerent, atque in hoc dei paxilli sunt, vt habitaculum in statu fidei ligarent. Extra ergo paxilli sunt, qui ante tempus huius sanctæ Ecclesiæ fuerunt. Sed tamen eos ligant qui in ipsa sunt, quia dum cœlestia mysteria ventura prædicant, hæc postquam ostensa sunt, credibilia omnibus fecerunt. Vt ergo intus columnæ immobiles stent, foris paxilli funes continent, quia vt sancti Apostoli perfectè incarnationis dominicæ mysterium crederent, illorum prædicatio obtinuit, qui hoc priusquàm fuerit, & videre & prædicere potuerunt. Vnde rectè quoque ipse primus Apostolorum, magna scilicet columna veri tabernaculi, loquitur dicens: Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis intendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco. In quibus verbis indicat quamuis ad altiora surrexit ex culmine, vbi religata persistat in fide. Quæ tamen lucerna prophetici sermonis iam quidem intelligentibus lucet, sed adhuc non intelligentibus cooperta allegoriarum obscuritatibus permanet. Vnde etiam per Psalmistam de hisdem dictis prophetarum dicitur: Tenebrosa aqua in nubibus aëris, quia videlicet occulta est scientia in prophetis. Nec immerito columnæ argenteæ, paxilli verò ærei facti sunt: quia quod clarè iam Apostoli prædicant, hoc prophetæ sub intellectu mystico obscurè locuti sunt. Rectè ergo per æris metallum signati sunt, qui clari in suis prædicationibus non fuerunt. Sancti verò Apostoli qui ad redemptoris nostri mysterium lucem prædicationis habuerunt, argenteis columnis expressi sunt. Et notandum quòd argentum sonat & lucet, æs verò sonat & non lucet, quia prædicatores noui testamenti apertè locuti sunt, quæ etiam monstrare potuerunt. Prædicatores verò testamenti veteris quia per allegoriarum vmbras de cœlesti mysterio obscura dicta protulerunt, quasi fine luce sonitum dederunt. Quod ergo illic per paxillos & columnas, hoc hic per limen exterius designatur. Si verò portam scripturam sacram hoc in loco accipimus, ipsa quoque duo limina habet exterius & interius, quia in litera diuiditur & allegoria. Limen quippe scripturæ sacræ exterius litera: limen verò eius interius allegoria. Quia enim per literam ad allegoriam tendimus, quasi à limine quod est exterius, ad hoc quod est interius venimus. Et sunt in ea permulta, quæ ita iuxta literam mentem ædificant, vt per hoc quod exterius agitur, audientis mens interius trahatur. Ibi quippe inuenimus prædicamenta operis & exempla virtutis: ibi iubetur quid agere etiam corporaliter debemus: ibi hoc L quod ad operandum præcipitur, in sanctorum virorum ac fortium actione monstratur: vt postquam nos apertiora præcepta atque exempla iustorum ad bonam operationem instruunt, tūc ad limen interius, id est, ad intellectum mysticum intimæ contemplationis tendamus si possumus pedem mentis. Studete quæso fratres charissimi dei verba meditari, nolite despicere scripta nostri conditoris, quæ ad nos missa sunt. Multum valde est, quod per ea animus refricatur ad calorem, ne iniquitatis suæ frigore torpescat. Cum illa præcedentes iustos fortiter egisse cognoscimus, & ipsi ad fortitudinem bonæ operationis accingimur, sanctorum exemplorum flamma animus legentis incenditur. Videt quæ fortia ab eis facta sunt, & valde indignatur sibi quia talia non imitatur. Vnde rectè sponsi voce ad sponsam dicitur: Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est Cant.
cum propugnaculis suis. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. In collo etenim guttur, in gutture vox est. Quid ergo per collum sanctæ Ecclesiæ, nisi sacra eius eloquia designantur? In qua dum mille clypei dependere memorantur, per hunc perfectum numerum numerus vniuersus ostenditur, quia vniuersa nostra munitio in sacro eloquio continetur. Ibi quippe sunt præcepta dei, ibi exempla iustorum. Si enim torpet animus à conditoris sui desiderio, audiat quod dicitur: Diliges dominum deum tuum ex tota mente tua, & ex to- Matth.
ta virtute tua. Si quis in odio fortasse labitur proximi, audiat M
quod dicitur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Res alie- Marc.
na concupiscitur? audiat quod illic scriptum est: Non concupi- Ibidem.
scees rem proximi tui. De iniuria quæ proximi ore vel facto il- Exodus.
lata est, ad iram mens accenditur? audiat quod dicitur: Non Marcus.
quæres vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. In Leuitic.
carnis concupiscentiam malè saucia mens accenditur? ne sequatur oculus mentem, audiat quod paulò superius dictum est: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Contra inimicum forsitan quisque animum suum relaxare ponit in odio? audiat quod illic scriptum Matth.
est: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt. Ibidem.
Sed is qui aliena iam non rapit, adhuc forsitan sua inordinatè retinet? audiat quod illic dicitur: Vendite quæ possideris, & Lucas.
date eleemosynam. Infirmantis animus perfrui desiderat deo simul & seculo? audiat quod illic scriptum est: Nemo potest Matth.
duobus dominis seruire. Alius non ad necessitatem stipendij, sed ad voluntatem desiderij possessa retinet? audiat quod illic dicitur: Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, Lucas.
non potest esse meus discipulus. Quidam enim relinquunt omnia, multi autem possidendo renunciant, qui sic ad vsum possessa retinent, vt eis desiderio non succumbant. Turpere quisque appetit, & laborem subire pro domino etiam cum prævalet refugit. In collo ergo Ecclesiæ, id est in sacri eloquij

prædicatione

Matth.5. *Lucæ.10.* *2.Pet.1.* *Psalm.*

A prædicatione quæ pro ſua munitione & altitudine, turri Dauid
inuiſis dicitur, mille clypei dependent, quia quot illic præce-
pta ſunt, tot etiam pectoris noſtri munimina. Ad ſeruandam
itaque innocentiam etiam læſi à proximo perdurare in humi-
litate feſtinamus? Abel ante oculos veniat, qui & occiſus à fra-
tre ſcribitur, & non legitur reluctatus. Mentis munditia etiam
cum coniugali copula eligitur? Enoch debet imitari, qui & in
coniugio poſitus ambulauit cum deo, & non inueniebatur, quia
tranſtulit illum deus. Præcepta dei feſtinamus præſenti noſtræ
vtilitati præponere? Noë ante oculos veniat, qui cura domeſti-
ca poſtpoſita, ex iuſſione omnipotentis domini, per centum an-
nos ad arcæ fabricam vixit occupatus. Subire obedientiæ vir-
tutem nitimur? aſpicere Abraham debemus: qui relicta domo,
cognatione, patria, obediuit exire in locum quem accepturus
erat in hæreditatem: & exiit neſciens quò iret: qui paratus exti-
tit: vt pro æterna hæreditate dilectum quem acceperat occide-
ret hæredem. Et quia vnicum domino offerre non diſtulit, vni-
uerſam multitudinem gentium in ſemen accepit. Morum ſim-
plicitas placet? Iſaac ad mentem veniat: quem in omnipotentis
dei oculis vitæ ſuæ tranquillitas ornauit. Laborioſa fortitudo
vt obtinere debeat quæritur? Iacob ad memoriã deducatur, qui
poſtquam ſciuit fortiter ſeruire homini, ad eam quoque virtu-
tem deductus eſt, vt non potuiſſet à luctante angelo ſuperari.
Conamur carnis illecebram vincere? Ioſeph ad memoriam re-
B deat, qui tentante ſe domina ſtuduit, carnis continentiam etiam
cum vitæ periculo cuſtodire. Vnde factum eſt vt quia membra
ſua bene nouerat regere, regendæ quoque omni Aegypto præ-
eſſet. Manſuetudinem atque patientiam obtinere quærimus?
Moyſen ante oculos deducamus, qui exceptis paruulis ac mu-
lieribus, ſexcenta milia armatorum regens, mitis fuiſſe deſcri-
bitur ſuper omnes homines qui habitabant ſuper faciem orbis
terræ. Rectitudinis zelo contra vitia accendimur? Phinees ante
oculos deducatur, qui coeuntes gladio transfigens, caſtitati po-
pulum reddidit, & iram dei iratus placauit. De ſpe omnipoten-
tis dei præſumere in dubiis quærimus? Ioſue ad memoriam re-
uocemus, qui dum dubia certamina certa mente ſubiit, ad vi-
ctoriam ſine dubietate peruenit. Iam mentis inimicitias punire
cupimus, in benignitate animum dilatare? Samuel in cogitatio-
nem deducatur, qui de principatu deiectus à populo, cùm idem
populus peteret, vt pro eo domino preces effunderet, reſpon-
dit dicens: Abſit à me hoc peccatum in domino, vt ceſſem orare
pro vobis. Culpam quippe vir ſanctus perpetrare ſe credidit, ſi
eis quos aduerſarios pertulerat vſque ad deiectionem, benigni-
tatem gratiæ non reddidiſſet in prece. Qui rurſus cum iubente
domino mitteretur vt Dauid vngeret in regem, reſpondit: Quo-
modo vadam? inueniet enim me Saul, & occidet me. Et tamen
quia iratum deum eidem Sauli cognouerat, in tanto ſe luctu af-
fixerat, vt ei per ſe dominus diceret: Quouſque tu Saulem lu-
C ges, cùm ego illum abiecerim? Penſemus ergo eius animum
quantus ardor charitatis incenderat, qui & illum flebat à quo ti-
mebat occidi. Cauere autem volumus quem timemus? ſolli cita
nobis mente penſandum eſt ne ſi locum fortaſſe reperimus, ma
lum pro malo reddamus ipſi quem fugimus. Dauid ergo ad
memoriam redeat, qui perſequentem ſe regem & inuenit vt po-
tuiſſet occidere, & tamen in ipſa feriendi poteſtate poſitus, ele-
git bonum quod ipſe deberet facere, non autem malum quod
ille merebatur pati, dicens: Abſit à me vt mittam manum meam
in Chriſtum domini. Et cùm idem Saul pòſt ab hoſtibus fuiſſet
interemptus, eum quem perſecutorem dum viueret pertulit,
fleuit occiſum. Errantibus huius mundi potentibus liberè lo-
qui decernimus? Ioannis auctoritas ad animum reducatur, qui
Herodis nequitiam reprehendens, pro verbi rectitudine occi-
di non timuit. Et quia Chriſtus veritas, ipſe ideo pro Chriſto,
quia pro veritate animam poſuit. Carnem iam noſtram pro deo
ponere in mortem feſtinamus? Petrus ad mentem veniat, qui
inter flagella gaudet, qui cæſus principibus reſtitit, qui vitam
ſuam pro vita deſpicit. Cum mortis appetitu diſponimus aduer
ſa contemnere? Paulus ante oculos deducatur, qui non ſolum al-
ligat, ſed & mori paratus pro Chriſto, non facit precioſiorem
animam ſuam, quàm ſe. Succendi cor noſtrum igne charitatis
quærimus? Ioannis verba penſemus, cuius omne quod loqui-
tur, charitatis igne vaporatur. Quia in voce ſacri eloquij cuiuſ-
libet quærim us munimen virtutis, inuenimus: mille clypei pen D
dent ex ea, omnis armatura fortium. Si enim pugnare contra ſpi-
ritalia nequitiæ volumus, in collo Eccleſiæ quæ nobis ſicut Da *Canti. 4.*
uid turris erecta eſt, id eſt, in diuina eloquia protectionis arma
requiramus, vt ex diſcretione præcepti, contra vitia ſumatur
virtus adiutorij. Ecce enim contra aërias poteſtates feſtinamus
fortes exiſtere? in hac turri armaturam noſtræ mentis inueni-
mus, vt inde præcepta conditoris, inde ſumamus exempla præ-
cedentium, per quæ contra aduerſarios noſtros inexpugnabili-
ter armemur. Dum enim quamlibet virtutem ſubire appetis, &
hanc illic à patribus iam impletam vides, ibi armaturam tuam
inuenis, per quam contra ſpiritalia bella muniaris. Dependent
in ea quippe clypei, ſi quis pugnare appetit, aſſumat, & ex ea
virtute pectus muniat, & verborum iacula emittat. Et notãdum
quia ædificata cum propugnaculis ſuis dicitur. Hoc quippe a-
gunt propugnacula quod clypei, quia vtraque pugnantem mu-
niunt. Sed inter vtraque diſtat, quia clypeos pro noſtro muni-
mine vbicunque volumus mouemus. Propugnaculo autem de-
fendi poſſumus, ſed hoc mouere non poſſumus. Clypeus in ma-
nu tenetur, nam propugnaculum non tenetur. Quid ergo inter
propugnacula & clypeos diſtat: niſi quòd in ſacro eloquio pa-
trum præcedentium & miracula legimus, & virtutes bonorum
operum audimus? Ibi nanque cognoſcimus quòd alius potuit E
mare diuidere, alius ſolem figere, alius mortuũ ſuſcitare, alius
paralyticum verbo erigere: vmbra ægros curare, alius per ſuã
ſententiam infirmantium febribus obuiare. Qui tamen omnes
& patientiæ longanimitate mites, & zelo rectitudinis feruentes
fuerunt, verbi prædicatione diuites, ſimul & miſericordia lar-
gi. Hi itaque quàm vera de deo dixerint, teſtãtur miracula, quia
talia per illum non facerent, niſi de illo vera narrarent. Et quàm
pij: quàm humiles, quàm benigni extiterint, eorum teſtantur
operationes. Si igitur de fide tentamur, quam ex illorum prędi-
catione concepimus, loquentium miracula conſpiciamus, & in
fide quam ab eis accepimus, confirmamur. Quid ergo illorum
miracula niſi noſtra ſunt propugnacula? quia & muniri per illa
poſſumus, & tamen hæc in manu noſtri arbitrij non tenemus:
nam talia facere non valemus. Clypeus verò in manu eſt, & de-
fendit: quia virtus patientiæ, virtus miſericordiæ, præcedente
nos gratia, & in poteſtate eſt arbitrij, & à periculo protegit ad-
uerſitatis. Turris itaque noſtra cum propugnaculis ſuis ædifi-
cata eſt, in qua mille clypei dependent, quia ſcriptura ſacra ſub
miraculis patrum à iaculo aduerſitatis abſcondimur, & conuer
ſationis ſanctæ munimina etiam in manu operis tenemus. No-
tandum verò, quòd limen portæ vno calamo menſuratur. Cala-
mus autem in ſex cubitis & palmo tẽditur, quia videlicet in ſcri
ptura ſacra doctrina perfectę operationis, & initium ſupernæ
contemplationis inuenitur. Sin verò porta hoc loco vnuſquiſ-
que prędicator accipitur, limen exterius in porta eſt vita acti- F
ua, limen verò interius vita contemplatiua. Per illam quippe am
bulatur in fide, per hãc verò feſtinatur ad ſpeciem. Illa exterius
ducit, vt vnuſquiſque bene viuere debeat: iſta interius perducit,
vt ex bona vita ad gaudia æterna pertingat. Hęc nos hodie
tractaſſe ſufficiat. Quia enim tranſeuntes ad alia, diu per exceſ-
ſum locuti ſumus, ea quę ſubiecta ſunt, lectioni alteri reſerue-
mus, reparandi per ſilentium, ſperantes in verbo, quod viuit &
regnat cum patre in vnitate ſpiritus ſancti: per omnia ſecula
ſeculorum. Amen.

Homilia. XVI.

ET menſus eſt veſtibulum portæ octo cubitorum, & frontem e-
ius duobus cubitis. Veſtibulum autem portæ erat intrinſecus.
Porro thalami portæ ad viam orientalem tres hinc & tres in-
de, menſura vna trium: & men-
ſura vna frontium ex vtraque
parte. Et menſus eſt latitudinem liminis portæ decem
cubitorum: & longitudinem portę tredecim cubito-
rum, & marginem ante thalamos cubiti vnius, & cu-
bitus vnus finis vtrunque.

G Ir cuius erat ſpecies quaſi ſpecies æris, menſus eſt ve-
V ſtibulum portę octo cubitorum, & frontem eius duo-
bus cubitis.) Acne hoc veſtibulum extra portam eſſe
crederemus, ſubditur: Veſtibulum autem portæ erat intrinſecus:) Quid ergo per interius veſtibulum niſi æternæ vitæ latitudo ſignatur? quæ modo inter anguſtias vitæ præſentis iam
Pſal.99. ſpe mente concipitur. De qua per Pſalmiſtam dicitur: Intrate portas eius in confeſsione, atria eius in hymnis confeſsionum. Cùm enim peccata noſtra per lachrymas confitemur, anguſtæ vitæ portam ingredimur. Sed cùm poſt hæc ad æternam vitam perducimur, portæ noſtræ atria in confeſsionum laudibus intramus, quia ibi iam anguſtia non erit, cùm nos lætitia æternæ ſolemnitatis aſſumpſerit. Propter cõfeſsionis noſtræ anguſtiam
Matth.7. veritas dicit: Intrate per anguſtam portam. Et cum ſe Pſalmiſta recipere in latitudine gaudia æterna præſumpſerat, dicebat:
Pſal.30. Staruiſti in loco ſpatioſo pedes meos. Ad atrium ergo per portam tenditur, quia ad latitudinem ſolẽnitatis pertingitur ab anguſtia confeſsionis. Illa itaque gaudia, quæ apud Dauid atria, apud Ezechielem veſtibulum intrinſecus vocatur. Vnde & hoc ipſum veſtibulum octo cubitis dicitur menſuratum. Ibi enim omnes recipiendi ſunt, qui nunc in exercitio operis laborant, & ad æterna gaudia per contemplationis gratiam ſuſpirant. Nec immerito menſura veſtibuli in octo cubitis ponitur, quia ſeptẽ diebus vniuerſum tempus euoluitur. Aeterna etenim dies, quæ
H expleta ſeptem dierũ viciſsitudine ſequitur ſcilicet, octaua eſt. Vnde etiam Pſalmiſta reſurrectionis diem conſiderans, quia de extremi iudicij diſtrictione erat locuturus, præmiſit titulum dicens: In finem Pſalmus Dauid pro octaua. Vt enim quam octauam diceret demonſtraret, diem illam tremẽdi terroris in Pſal-
Pſal.6. mi inchoatione ſecutus eſt, dicens: Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me. Modo enim quiſquis per flagella corripitur, & correptionibus emendatur, in manſuetudine corripitur, non in ira. In diſtricto autem illo examine omnis argutio atque correptio ira eſt, quia venia poſt correptionem nõ eſt. Huius octonarij numeri cauſa eſt, quòd poſt ſabbatum dominus voluit à morte reſurgere. Dies quippe dominicus, qui tertius eſt à morte dominica, à conditione dierum numeratur octauus, quia ſeptimum ſequitur. Vnde & ipſa vera redemptoris noſtri paſsio & vera reſurrectio figurauit aliquid de ſuo corpore in diebus paſsionis ſuæ. Sexta enim feria paſſus eſt: ſabbato quieuit in ſepulchro, dominico die reſurrexit à morte. Præſens etenim vita nobis adhuc ſexta eſt feria, quia in doloribus ducitur, & in anguſtiis cruciatur. Sed ſabbato quaſi in ſepulchro quieſcimus, quia requiem animæ poſt corpus inuenimus. Dominico verò die, videlicet à paſsione tertio, à conditione vt diximus octauo, iam corpore à morte reſurgem', & in gloria animæ etiam cum carne gaudebimus. Quod ergo mirè ſaluator noſter fecit in ſe, hoc veraciter ſignificauit in no-
I bis, vt nos dolor in ſexta, & requies in ſeptima, & gloria excipiat in octaua. Hinc per Salomonem dicitur: Da partes ſeptem,
Eccles.11. necnon & octo, quia ignoras quid mali futurum ſit ſuper terram. Partes etenim ſeptem ſimul & octo damus, quando ſic ea quæ ſeptem diebus euoluuntur diſponimus, vt per hæc ad bona æterna veniamus. Vt dummodo cautè agitur, poſtmodum venientis tremendi iudicij ira deuitetur. Octo itaque cubitis veſtibulum menſuratur intrinſecus, quia per lucem quæ poſt ſeptem dies ſequitur, latitudo nobis æternitatis aperitur. Sed nemo ad illam venit, niſi qui hic dilectionem dei ac proximi deuota mente tenuerit. Vnde & ſubditur: Et frontem eius duobus cubitis.) Frons etenim portæ eſt boni meritum vitæ præſentis. Sicut enim veſtibulum intrinſecus ſuperna requies debet intelligi, ita per frontem portæ neceſſe eſt qualitatem viſibilis vitæ ſignari. Frons ergo portę duobus cubitis menſuratur, quia quiſquis hic dilectionem dei ac proximi ſeruare ſtuduerit, ipſe ad æternitatis atrium pertingit. Vita igitur noſtra vt duobus cubitis ſit menſurata, tendi quotidie per charitatem debet in amorem dei ſimul & proximi. Non eſt enim charitas
Exod.28. vera, ſi minus à duobus cubitis habet. Vnde Moyſes cùm per colores veſtium, electorum virtutes exprimeret, in ornamento pontificis bis tinctum coccum iubet adhiberi. Quid nanque per coccum, niſi charitas deſignatur, quę ſemper flamma amoris accenditur? Sed coccus bis tingitur, quando non ſolum ex amore dei, ſed etiam proximi noſtra charitas inflammatur. K Nam quiſquis ſic amat deum, vt commiſſi ſibi proximi curam relinquat, adhuc in eo coccus ſemel tinctus eſt. Et quiſquis ſic amat proximum, vt minuat deſiderium quo flagrare debet in deum, non eſt adhuc in eo color tinctura geminatus. Debemus ergo & amare eos cum quibus viuimus, & ad illum totis deſideriis anhelare, in quo veraciter viuamus. Ecce etenim ad fidem atque ad audiendum verbum omnipotentis domini nos qui religioſo induti habitu videmur, ex diuerſa mundi qualitate conuenimus, atque ex diſsimilibus iniquitatibus in ſanctæ Eccleſiæ concordia congregati ſumus, ita vt iam patenter factum eſſe videatur, quod de promiſsione Eccleſiæ per Eſaiam dicitur: Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accu- E babit. Nam per ſanctæ charitatis viſcera lupus cum agno habitat, quia hi qui in ſeculo raptores fuerunt, cum manſuetis ac mitibus in pace conquieſcunt. Et pardus cum hœdo accubabit, quia is qui peccatorum ſuorum maculis varius fuit, cum eo qui ſe deſpicit & peccatorem fatetur, humiliare conſentit. Vbi & ſubditur: Vitulus & leo & ouis ſimul morabuntur. Quia & is qui per contritum cor ad quotidianum ſe deo ſacrificium præparat, & alius qui tanquam leo ex crudelitate ſeuiebat, & alter qui velut ouis in innocentię ſuę ſimplicitate perdurat, in caulis ſanctę Eccleſię conuenerunt. Ecce qualis eſt charitas, quæ per diuerſitates mentium accenditur, concremat, conflat, & quaſi in vnam auri ſpeciem reformat. Sed in eo quòd ſe L electi ſic amant, ad illum neceſſe eſt vt feſtinent, quem æterno gaudio in cœlis videre mereantur. Vnus eſt etenim dominus ac redẽptor noſter, qui & hic electorum ſuorũ corda ad vnanimitatem ligat, & ad ſupernum amorem per interna deſideria ſemper ſtimulat. Vnde & illic ſubditur: Et puer paruulus minabit *Ibidem* eos. Quis iſte eſt puer paruulus, niſi de quo ſcriptum eſt: Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis? Qui ſimul habitantes minat, quia ne in terrenis rebus corda noſtra inhæreant, hęc per internum deſiderium quotidie inflammat. Et hoc ipſum eius minare, eſt ad ſuum nos amorem inceſſanter accendere, ne cùm nos viciſsim diligimus, mente in hoc exilio remaneamus: ne quies huius vitæ ſic placeat, vt ad obliuionem patrię perducat: ne delectata mens proſperis torpeat. Vnde & donis ſuis flagella permiſcet, vt nobis omne quod nos in ſeculo delectabat, amareſcat, & illud incendium ſurgat in animo, quod nos ſemper ad cœleſte deſiderium in quiete excitet: atque vt ita diam, delectabiliter mordeat, ſuauiter cruciet, hilariter contriſtet. Puer ergo nos paruulus minat, quia is qui paulominus quàm angeli minoratus eſt, per charitatem quam nobis tribuit, in hoc nos mundo mentem figere non permittit. Bis tinctus itaque in nobis coccus eſt, ſi & hic proximos noſtros ſicut nos diligimus, & ad auctorem omnium cum ipſis quos diligimus, feſtinamus. Si igitur vita noſtra de perfecta charitate bis tingitur, frons in nobis portę duobus cubitis menſuratur. Siue igitur doctor ſeu ſacrum eloquium, vel certè fides portę nomine ſignetur, in menſura vtriuſque cubiti charitas non inconuenienter accipitur: quia & ille vera prędicat, qui dei ac proximi amorem docet, & ipſa eſt certa ſcientia quam charitas ædificat, & fides robuſta eſt, quę ſe in dilectione dei ac proximi exercet. Sequitur: Porrò thalami portę ad viam orientalem tres hinc & tres inde, & menſura vna trium.) Quid thalami, quid via orientalis deſignet, iam ſuperius diximus, nec replicare latius neceſſarium putamus. Sed quęrendum nobis eſt, quid eſt quod dicitur, tres hinc & tres inde? Thalami quippe iuxta viam orientalem ſunt corda feruentium in amore dei. Et ſiue hi qui electi in teſtamento veteri fuerunt, ſiue hi qui in teſtamento nouo ſecuti ſunt, nimirum conſtat, quia omnes ex amore trinitatis accenſi ſunt. Neque enim verè deum diligerẽt, ſi eiuſdem trinitatis, quæ deus eſt, gratiam non accepiſſent. Iuxta viam ergo orientalem tres hinc & tres inde ſunt thalami, quia dum inter veteres & nouos patres dominus incarnari dignatus eſt, quaſi in medio thalamorum via orientalis apparuit, qui thalami ad veram ſpeciem ex trinitatis ſunt cognitione decorati. Sin verò ad virtutes electorum eundem numerum referamus, tres ſunt virtutes, ſine quibus is qui aliquid operari iam poteſt, ſaluari non poteſt, videlicet fides, ſpes, charitas. Et quia eadem fides, ſpes, & charitas in antiquis patribus quæ in

nouis

A nouis doctoribus fuit, iuxta orientalem viam tres hinc & tres inde thalami describuntur. Vel certè quia tres patrum veterum distinctiones fuerunt, tres quoque nouorum sub gratia sequuntur. Vetus quippe populus habuit patres ante legem, ac deinde in lege, & postmodum prophetas. In nouo autem populo prius Hebræorum primitiæ crediderunt, postmodum plenitudo gentium fidei tecta est, ac deinde in fine seculi Hebræorum reliquiæ saluantur. Quia ergo incarnatio domini & ex superiori parte patres ante legem, patres in lege, atque ad extremum prophetas habuit, & ex posteriore fideles ex Hebræis, fideles ex gentibus, ac postmodum Hebræorum omnes reliquias collegit, orientalis via tres hinc & tres inde thalamos habere memoratur. Sed hoc quoque non inconuenienter accipimus, si tres esse fidelium ordines dicamus. Siue namque in veteri, seu in nouo testamento, alius est ordo prædicantium, alius continentium, atque alius bonorum coniugatorum. Vnde & idem propheta in superiori parte tres viros liberatos vidit: Noë, Daniel, & Iob, in quibus videlicet tribus prædicatores, continentes, & coniugati signati sunt. Nam Noë aream in vndis rexit, atque ideo figuram rectorum tenuit. Daniel in aula regia abstinentiæ deditus fuit, & idcirco vitam continentium signauit. Iob verò in coniugio positus, & curam domus propriæ exercens placuit, per quem dignè bonorum coniugatorum ordo figuratur. Quia ergo etiam ante mediatoris aduentum, & prædicatores, & continentes, ac boni coniugati fuerunt, qui eundem eius aduentum præstolarentur, & magna hunc siti desiderij videre cuperent, & postmodum prædicatores continentes, ac boni coniugati, sicut cernimus, exstitit. Qui redemptorem nostrum non iam desideramus incarnatum, sed in maiestatis suæ gloria contemplandum, orientalis via tres hinc, & tres inde thalamos habet, iuxta Psalmistæ vocem, qui de eadem via videlicet redemptore nostro dicit: In circuitu eius tabernaculũ eius. Sed pensandum nobis est sollicita intẽtione quod dicitur, quia mensura vna trium. Cùm enim longè sit à continentibus & tacentibus excellentia prædicatorum: & valde à coniugatis distet eminentia continentium: quid est quòd vna mensura dicitur trium? Coniugati quippe quanuis & bene agant, & omnipotentem deum videre desiderent, domesticis tamen curis occupantur, & necessitate cogente, in vtroque mentem diuidunt. Continentes autem ab huius mundi actione remoti sunt, & voluptatem carnis etiam à licito coniugio restringunt: nulla coniugis, nulla filiorum cura, nullis noxiis ac difficilibus rei familiaris cogitationibus implicantur: Prædicatores verò non solum se à vitiis coërcent, sed etiam alios peccare prohibent: ad fidem du cunt, in studio bonæ conuersationis instruunt. Quomodo ergo vna eorum mensura est, quorum vitæ æqualitas vna non est? Sed mensura vna trium est, quia etsi in eis meritorum magna est diuersitas, tamen distantia in fide in qua tenduntur non est.

C Nam eadem fides quæ istos solidat in maximis, illorum infirmitatem continet in paruis. Vel certè trium vna mensura est, quia in retributione vltima quanuis eadem dignitas omnibus non sit, vna tamen erit omnibus vita beatitudinis. Vnde & per semetipsum dominus dicit: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Sed tamen qui in ea ducti sunt, quanuis diuersis horis venerint, vnum denarium perceperunt. Qua itaque ratione conueniant mansiones multæ cum vno denario: nisi quia diuersæ quidem beatorum ciuium dignitates erunt, sed tamen vna requies æternæ retributionis? Nam & si dispar erit meritum singulorum, non erit diuersitas gaudiorum: quia etsi alter minus atque alius amplius exultat, omnes tamen vnum gaudium de cõditoris sui visione lætificat. Hoc quoque est siue de veteribus, seu de nouis patribus sentiendum, quia orientalis via cùm tres hinc, & tres inde thalamos habet, mensura vna trium est, quoniam ipsa fides atque ipsum meritum tenuit corda præcedentium, quæ repleuit corda sequentium sub testamento nouo positorum, sicut & per Paulum dicitur: Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum. Et nos credimus propter quod & loquimur. Spirituales quippe illi patres omnipotentem deum trinitatem ita esse crediderunt, sicut eandem trinitatem noui patres apertè loquuti sunt. Esaias namque audiuit angelica agmina in cœlo clamantia: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabbaoth. Vt enim personarum trinitas monstraretur, tertiò sanctus dicitur. Sed vt D vna esse substantia trinitatis appareat, non domini sabbaoth, sed dominus sabbaoth esse perhibetur. Quod Dauid quoque sentiens ait: Benedicat nos deus deus noster, benedicat nos deus. *Psal.66.* Qui cùm tertiò dixisset deus, vt vnum esse hunc ostenderet, subdidit: Et metuant eum omnes fines terræ. Paulus quoque loquitur dicens: Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt *Roma.11.* omnia. Ex ipso videlicet, ex patre. Per ipsum, per filium. In ipso autem, in spiritu sancto. Quem ergo ipsum cum tertiò dixisset, adiunxit. Ipsi gloria in secula seculorum, amen. Qui enim non dixit, ipsis, sed ipsi, dicendo ter ipsum, distinxit per personas & subiungendo ipsi gloria, non diuisit substantiam. Quia itaque vna est veterum ac nouorum patrum fides, rectè thalamorum describitur mensura vna trium. Quod verbis aliis replicatur cùm subditur: Et mensura vna frontium.) Ex vtraque enim parte est mensura frontium, quia patres nostri vel prius à veteri, vel nunc à nouo testamento venientes, in vna mediatoris fide conueniunt. Qui pro eo quòd charitate pleni sunt, carnem suam abstinentia edomant, corda audientium prædicationis lumine illustrant, signa faciunt, virtutes operantur. Per hoc quòd eorum bona nobis foris innotescunt, non immeritò huius cœlestis ædificij frontes vocantur. Omne enim quod nũc in aperto ostenditur, frons est: vt illud sit vestibulum ædificij, quod nobis interius reseruatur. Vnde & sanctæ Ecclesiæ in cantico canticorum dicitur: Sicut cortex mali punici genæ tuę abs- *Cantic.6.* que occultis tuis. Genæ quippe sunt sanctæ Ecclesiæ spirituales E patres: qui nunc in ea miraculis coruscant, & velut in eius facie venerabiles apparent. Cùm enim videmus multos mira agere, ventura prophetare, mundum perfectè relinquere, cœlestibus desideriis ardere, sicut cortex mali punici sanctæ genæ rubent. Sed quid istud est omne quod miramur, in illius rei comparatione de qua scriptum est, quòd oculus non vidit, nec auris *Esa.64.* audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit deus dili- *1.Cor.12.* gentibus se? Bene ergo cùm miraretur genas Ecclesiæ, subdidit: Absque occultis tuis. Ac si apertè diceretur: Ea quidem quæ in te non latent, magna sunt, sed illa valde ineffabilia quæ latent. Sequitur: Et mensus est latitudinem liminis portæ decem cubitorum, & longitudinem portæ tredecim cubitorum.) Multa superius de portæ significatione iam diximus. Sed vnum tenere aliquid debemus, per quod posit & cętera lectoris prudẽtia penetrare. Dictum quippe est, per portã scripturam sacram posse significari. Sed hoc nobis modo laboriosè discutiendum est, cur latitudo liminis portæ decem cubitis, & longitudo portæ tredecim mensuratur. Hoc autem loco longitudo portæ altitudo dicitur, sicut nos longæ staturę dicimus, quem altum videmus. Nam longitudo portę dici in transuersum non potest, cuius latitudo per decem cubitos demonstratur. Quid ergo latitudo liminis portę, nisi lex testamenti veteris fuit: & longitudo portæ, nisi gratia testamenti noui? F Quia videlicet scriptura sacra dum per testamentum vetus crimina operum compescuit, dari decimas præcepit, quasi per mandata humilia in liminis latitudine iacuit. Sed dum per testamentum nouum cogitationes prauas coërcuit, derelinqui omnia, & pro deo vitam corporis iussit cum præsenti seculo despici, quasi porta nostra in longitudinis altitudine surrexit. Minora quippe præcepta Israëlitico populo per legem data sunt. Vnde & eidem populo Moyses in campo locutus est. Altiora *Exod.19.* dominus sanctis Apostolis dedit. Vnde & eosdem mandatis vitæ in monte docuit. Dum verò redemptor noster per Euangelium dicit: Nolite putare quoniam veni soluere legem aut pro- *Matth.5.* phetas: non veni soluere, sed adimplere. Adimplere enim venerat legem qui legis iustitię gratiam addidit, vt quod illa iubebat in minimis, ipse perfici adiuuaret in summis. Et quod illa coërcebat ab opere: ipse resecaret à corde. Intellecta ergo lex quę in latitudine iacuit, in altitudine surrexit. Ipsa enim dei cognitio quæ apud illam in spiritalibus patribus fuit, nota omni Hebræorum populo non fuit. Nam omnipotentem deum, sanctam videlicet trinitatem cum prophetę prędicarent, populus ignorabat: solum decalogum tenebat in fide, legem trinitatis nescient. Mensuretur ergo latitudo liminis portę decem cubitis, quia durus *ille* populus subtilitatem fidei ignorans, mãdatis seruiebat decalogi. Mensuretur ergo longitudo portę

Universidad de Navarra Biblioteca

G tredecim cubitis, quia per teſtamentum nouum in corde fidelis populi ſuper mandata decalogi quem verius cuſtodit, cognitio trinitatis creuit: Et cùm mandata legis perficit, trinitatem eſſe omnipotentem dominum credidit. Vbi & quæri rationabiliter poneſt, cur iſtam latitudinem liminis portæ, quam ſuperius dixerat vno calamo menſurari, inferius ſubiunxit quòd decem cubitis menſuretur: ac deinde ſubditur quòd longitudo portæ tredecim ſit cubitis mẽſurata? Vnus etenim calamus iam, ſicut ſæpe dictum eſt, ſex cubitos habet, & palmum: decem verò cubiti iam menſuram ſuam ſuper calamum tenent: tredecim verò amplius quàm decem. Quid eſt ergo quòd prius vno calamo limen portæ: poſtmodum latitudo eius decem cubitis, ad extremum quoque longitudo portæ tredecim menſuratur, niſi quòd ſancti patres quos per ſacram ſcripturam ante legem fuiſſe cognoſcimus, vnum quidem omnipotentem deum, ſanctam videlicet trinitatem eſſe nouerunt, ſed eãdem trinitatem quam cognouerant, apertè minimè prædicauerunt? Qui eius iuſsionibus obedientes, & vitæ munditiam conſeruantes, quaſi in ſex cubitis calami habuerunt perfectionem operis, & ſæpe angelos videntes, habuerunt palmum contemplationis. Data autem lege, rudis ille Hebræorum populus mandata decalogi ſeruare conatus eſt, ſed tamen de cognitione ſanctæ trinitatis eruditus non eſt. Et quauis hanc ſpiritales patres perfectè cognouiſſent,
H multitudo tamen ſynagogæ nec inuenire myſterium trinitatis potuit, nec quærere ſciuit. Superueniente autem gratia per teſtamentum nouum, omnis fidelis populus vnum deum trinitatem eſſe cognouit, & virtutem decalogi eius agnitione compleuit. Prius ergo limen portæ menſuretur calamo vno, poſtmodũ latitudo eius cubitis decem: atque ad extremum longitudo portæ cubitis tredecim: quia & ſanctis patribus ante legem actiua & contemplatiua vita non fuit: & ſub lege decalogi populus diuinæ ſubſtantiæ myſterium neſciens, in mandatorum latitudinem ſeruiuit. Et nunc ſub gratia cuſtoditis verius decalogi præceptis, omnis qui ad fidem venerit, ſanctæ trinitatis ſacramenta cognoſcit. Qua in re hoc quoque nobis ſciendum eſt, quia & per incrementa temporum creuit ſcientia ſpiritalium patrum. Plus nanque Moyſes quàm Abraham, plus prophetæ quàm Moyſes, plus Apoſtoli quàm prophetæ in omnipotentis dei ſcientia eruditi ſunt. Fallor ſi hæc ipſa ſcriptura non loquitur:
Danic.12. Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia. Sed hęc eadem quæ de Abraham, Moyſe, prophetis & Apoſtolis diximus, & eiuſdem ſcripturæ verbis ſi poſſumus oſtendamus. Quis enim
Exod.6. neſciat quia Abraham cum deo locutus eſt? & tamen ad Moyſen dominus dicit: Ego ſum deus Abraham, deus Iſaac, & deus Iacob, & nomen meum Adonai non indicaui eis. Ecce plus Moyſi quàm Abrahæ innotuerat, qui illud de ſe Moyſi indicat, quod ſe Abrahæ non indicaſſe narrabat. Sed videamus ſi prophetæ plus quàm Moyſes diuinam ſcientiam apprehendere po-
Pſal.118. tuerunt. Certè Pſalmiſta dicit: Quomodo dilexi legem tuam domine? tota die meditatio mea eſt. Atque ſubiunxit: Super omnes docentes me intellexi, quia teſtimonia tua meditatio mea
Ibidem. eſt. Et iterum: Super ſeniores intellexi. Qui ergo legem meditari ſe memorat, & ſuper omnes docentes ſe ac ſuper ſeniores intellexiſſe teſtatur, quia diuinam ſcientiam pluſquam Moyſes acceperat, manifeſtat. Quomodo autem oſtenſuri ſumus, quia plus ſancti Apoſtoli edocti ſunt, quàm prophetæ? Certè veritas
Lucæ.10. dicit: Multi reges & prophetæ voluerunt videre quæ videtis, & audire quæ auditis, ſed non viderunt. Plus ergo quàm prophetæ de diuina ſcientia nouerunt, quia quod illi ſolo ſpiritu viderant, ipſi etiam corporaliter videbant. Impleta itaque eſt
Danic.12. ea, quam ſuperius diximus, Danielis ſententia, quia pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia. Menſura ergo calami qui eſt ſex cubitorum & palmo, ducatur ad cubitos decem: & menſura decem cubitorum ad extremum ſurgat in tredecim. Quia quanto mundus ad extremitatem ducitur, tanto nobis æternæ ſcientiæ aditus largius aperitur. Sequitur: Et marginem ante thalamos cubiti vnius.) Sicut ſæpe diximus, thalami corda electorum ſunt, omnipotentis amore feruentia. Quid per marginem ante thalamos, niſi fides exprimitur? quia niſi prius ipſa teneatur, nullo modo ad ſpiritalem amorem pertingitur. Non enim charitas fidem, ſed fides charitatem præcedit. Nemo enim poteſt amare quod non crediderit. Margo itaque
K eſt ante thalamos, fides ante ardorem charitatis: quia ſicut dictum eſt, niſi ea quæ audis credideris, ad amorem eorum quæ audieris, nullatenus inflammaris. Sed margo ante thalamum cubiti vnius eſt, quia tunc fides corda audientium in amore copulat, quando per errores & ſchiſmata diuiſa non eſt, ſed in vnitate perdurat. Vt videlicet margo vnius cubiti audientis animum ad thalamum perducat, quia cœleſtis ſpiritus ſpeciem quam hic prædicat, poſtmodum in cœleſtibus demonſtrat. Vbi & bene ſubditur: Et cubitus vnus, finis vtrunque.) Vtrunque autem dicitur, ac ſi dicatur vtrorumque. Per latitudinem quippe liminis, & longitudinem portæ, vetus ac nouum teſtamentum diximus deſignari. Ad extremum verò additur, quòd cubitus vnus ſit finis vtrorumque, quia videlicet & teſtamẽtum vetus vnum nobis mediatorem dei & hominum nunciauit, & teſtamentum nouum eundem nobis nunciat in æterna claritate venturum, quem iam pro nobis cognouimus incarnatum. Cubitus ergo vnus vtrorunque eſt, quia & quem lex prædixit, in carne apparuit: & ipſe quem nunc teſtamentum nouum loquitur, in gloria maieſtatis apparebit. Et tunc vtrorunque finis erit, cùm viſus in diuinitatis ſuæ potentia, omnia quæ ſunt prædicta compleuerit. Scriptum nanque eſt: Finis legis Chriſtus ad iuſti- *Romano.*
tiam credenti. Finis videlicet, non qui conſumit, ſed qui perficit. Tunc etenim legem perfecit, cùm ſicut lex prædixerat, incarnatus apparuit. Sed adhuc de eius iudicio multa nouum teſta
L mentum loquitur, adhuc multa de regno illius narrat, quæ nec dum videmus impleta. Ecce quotidie Euangelium legitur, ventura prædicantur. Tunc ergo erit & noui teſtamenti finis, cùm & quæ de ſe promiſit, compleuerit. Finietur verò teſtamentum nouum, quia perficietur. Nam cùm ipſe de quo loquitur, viſus fuerit, eiuſdem teſtamenti verba ceſſabunt. Vnde & ſanctæ Eccleſiæ veri luminis diem quaſi tempus vernale præſtolanti per
Cant.2. ſponſi vocem dicitur: Surge propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni. Iam enim hyems tranſiit, imber abiit & receſsit, flores apparuerunt in terra. Siue enim ſancta Eccleſia, ſeu vnaquæque electa anima, cœleſti ſponſo eſt amica per amorem, columba per ſpiritum, formoſa per morum pulchritudinem. Quæ cùm iam de corruptione carnis ducitur, et procul dubio hyems tranſit, quia præſentis vitæ torpor abſcedit. Imber quoque abit & recedit: quia cùm ad contemplandum in ſua ſubſtãtia omnipotentem deum educitur, iam verborum gutæ neceſſariæ non erunt, vt pluuia debeat prædicationis infundi. Nam quod minus audire potuit, amplius videbit. Tunc apparent flores in terra, quia cùm de æterna beatitudinis vita quędam ſuauitatis primordia præguſtare anima cœperit, quaſi iam in floribus odorata exit. Quod poſtquam egreſſa fuerit, in fructu vberius habebit. Vnde & illic ſubditur: Tempus putationis *Ibidem.*
aduenit. In putatione quippe ſarmenta ſterilia reciduntur, vt ea quæ prævalent, vberius fructum ferant. Noſtræ itaque putationis tempus tunc aduenit, quando infructuoſam ac noxiam M
corruptionem carnis deſerimus, vt ad fructum animæ peruenire valeamus. Qui fructus nobis erit vberrimus, viſio vnius cubiti. Ergo vnus eſt finis vtrunque, quia vnus eſt ille qui dixit: Singulariter ſum ego donec tranſeam. Qui ſolus cum patre & *Pſal.140.*
ſancto ſpiritu præſidet in cœlo, ſicut paſſer vnicus in ædificio. Quemadmodum impleuit legem per myſterium incarnationis & perfectæ humanitatis ſuæ, ita teſtamenti noui promiſſa impleturus eſt per oſtenſam gloriam claritatis ſuæ. Hunc vnum nobis cubitum menſura quoque arcæ locuta eſt. Arca enim quę *Genes.*
trecentis cubitis fieri in longitudine iuſſa eſt, ſexaginta verò in latitudine, triginta autem in altitudine, in vno eſt cubito cõſummata. Quid enim per arcam niſi ſancta Eccleſia figuratur, quæ inferius ampla eſt: ſuperius anguſta? Quæ à trecentis & ſexaginta ac triginta cubitis ad vnum cubitum colligitur, quia latitudinem, quam ſancta Eccleſia in membris ſuis adhuc infirmantibus habet, pauliſper anguſtata & in altum proficiens ad vnum tendit. Ipſa enim ratio exigit, vt credamus quòd in illa arcæ latitudine omnes beſtiæ, cuncta quadrupedia atque reptilia in inferioribus fuerunt, homo verò atque volatilia nimirum in ſuperioribus. Iuxta ſuperiorem etenim partem feneſtra fuit in latere, de qua coruum vel columbam dimiſit homo, vt ſi iam diluuij tranſiſſet aqua, cognoſceret. Et quia arca eadem in vno fuit cubito conſummata, homo & volatilia

iuxta

A iuxta cubitum sortiuntur. Rectè itaque per arcam vniuersa Ecclesia designatur, quæ adhuc in multis suis carnalibus lata est, in paucis spiritalibus angusta. Et quia ad vnum hominem qui est sine peccato colligitur, quasi in vno cubito consummatur. Videmus etenim multos intra eiusdem sanctæ Ecclesiæ sinum in superbia erigi, in carnis voluptate dissolui, acquirendis terrenis rebus inhiare, imperante auaritia mare transire, deseruire iracundiæ, iurgiis vacare, proximos quos præualent lædere. Sed quia eos adhuc sancta Ecclesia tolerat vt conuertat, quasi in arcæ latitudine deorsum bestiæ morantur. Videmus alios iã aliena nõ quærere, illatas iniurias æquanimiter portare, rebus propriis esse contentos, humiliter viuere. Sed quia isti iam pauci sunt, angustatur arca. Alios autem conspicimus etiam possessa relinquere, nullum terrenis rebus studium dare, inimicos diligere, carnem à cunctis voluptatibus domare, motus omnes sub rationis iudicio premere, per cœleste desiderium contemplationis pennas subleuare. Sed quia tales quique valde rari sunt, in arca iuxta cubitum ducuntur, vbi homines & volatilia continentur. Quæratur tamen si quis in eis esse valeat sine peccato, & nullus inuenitur. Quis itaque homo sine peccato est, nisi ille qui in peccato natus non est? In vno ergo cubito consummatur arca, quia vnus est auctor & redẽptor sanctæ Ecclesiæ sine peccato, ad quem omnes proficiunt, qui se esse peccatores nouerunt. Dicatur itaque de limine & porta. Et cubitus vnus, finis

B vtrunque. Quia cùm vnus mediator dei & hominum Christus Iesus in maiestate sua apparuerit, omnia vtriusque testamenti quæ prędicta & promissa sunt complebit. Sin verò vtraque hoc loco marginem ac thalamos memorat, neque hoc ab hac sententia abhorret, quia cùm maiestas redemptoris nostri nobis fuerit ostensa, finitur fides, cùm iam cœperit videre homo quod credidit. Et ad finem suum perueniunt thalami, quia corda fidelium incomparabiliter longè quàm modo sunt in amore illius perficiuntur. Cubitus ergo vnus finis vtrunque est: quia vnius domini & saluatoris visio in electis suis fidem finit, & charitatem perficit. Consideranda libet qui nos sumus, qui ista tractamus. Certè ex gentibus venimus, certè parentes nostri lignorum ac lapidum cultores fuerunt. Vnde ergo hoc nobis vt ea quæ nunc vsque Hebræi nesciunt, Ezechielis prophetæ tam profunda mysteria rimemur? Agamus ergo gratias toto desiderio vni, qui cuncta quæ de eo in sacro eloquio scripta sunt, opere impleuit, vt quæ intelligi audita non poterant, visa panderentur. Ibi quippe incarnatio, ibi passio, ibi mors, ibi resurrectio, ibi ascensio illius continetur. Sed quis nostrum hæc audita crederet, nisi facta cognouisset? Signatum ergo librum, si-

Apoc. 5. cut in Ioannis Apocalypsi legitur, quem aperire & legere nemo poterat, leo de tribu Iuda aperuit, quia omnia eius nobis mysteria in sua passione ac resurrectione patefecit. Et per hoc quòd infirmitatis nostræ mala pertulit, suæ nobis potentiæ &

C claritatis bona monstrauit. Caro enim factus est, vt nos spiritales faceret: benignè inclinatus est, vt leuaret: exiit, vt introduceret: visibilis apparuit, vt inuisibilia monstraret: flagella pertulit, vt sanaret: opprobria & irrisiones sustinuit, vt ab opprobrio æterno liberaret: mortuus est, vt viuificaret. Agamus ergo gratias viuificanti & mortuo, & ideo amplius viuificanti, quia mortuo. Vnde bene salutem nostram, & passionem illius Esaias cõ-

Esai. 17. templatus ait: Vt faciat opus suum, alienum est opus eius: vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. Opus etenim dei est animas quas creauit colligere, ad æternæ lucis gaudia reuocare. Flagellari autem atque sputis illiniri, crucifigi, mori, atque sepeliri, non hoc in sua substantia opus dei est, sed opus hominis peccatoris, qui hæc omnia meruit per peccatum.

Ibid. Sed peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Et qui in natura sua antè semper incomprehensibilis, in natura nostra comprehendi dignatus est ac flagellari, nisi ea quæ erant infirmitatis nostræ susciperet, nunquam nos ad suæ fortitudinis potentiam subleuaret. Vnde ergo faciat opus suum? Alienum opus eius, & vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo: quia incarnatus deus vt nos ad suam iustitiam colligeret, dignatus est pro nobis tanquam peccator homo vapulare. Et alienum opus fecit vt faceret proprium, quia per hoc quòd infirmans mala nostra sustinuit, nos qui creatura illius sumus, ad fortitudinis suæ gloriam perduxit. In qua viuit & regnat cum patre in vnitate spiritus sancti, per omnia secula seculorum. Amen. D

Homilia. XVII.

THalami autem sex cubitorum erãt hinc & inde. Et mensus est portam à tecto thalami vsque ad tectum eius, latitudinem viginti quinque cubitorum, ostium contra ostium. Et fecit frontes per sexaginta cubitos, & ad frontem atrium portæ vndique per circuitum, & ante faciẽ portæ quæ pertingebat vsque ad faciem vestibuli portæ interioris, quinquaginta cubitos, & fenestras obliquas in thalamis & in frontibus eorum, quę erant intra portam vndique per circuitum. Similiter autem erant & in vestibulis fenestræ per gyrum intrinsecus, & ante frontes pictura palmarum celata. *Ezech. 40.*

M Emoratis superius thalamis, propheta subiungit, quia thalami sex cubitorum erant hinc & inde. Qua in re magna nobis quæstio generatur, cur superius thalamum vno calamo mensuratum dixit, quem videlicet calamum sex cubitos & palmum habere perhibuit: atque inferius thalamos sex solummodo dicit cubitis mensurari? Si enim non calamo, sed sex cubitis mensurantur, palmus deest, qui superius in mensura calami dicebatur adesse. Sed si thalami sunt sensus atque cogitationes fidelium, in quibus castæ animæ conditori suo in amore iunguntur, & per sex cubitos perfecta operatio, per palmum verò inchoatio contemplationis exprimitur, sanctæ vniuersalis Ecclesiæ debemus membra cõspicere: & citius inuenimus quia sunt in ea thalami vno calamo, & sunt alij sex tantummodo cubitis mensurati. Nam fideles quidam in illa omnipotentem deum ita amant, vt & in opere perfecti sint, & in cõtemplatione suspensi. Hi profectò calamum in mensura habẽt, quia & sex cubitos operationis, & palmum contẽplationis possident. Quidam verò omnipotentem quidem deum diligunt, & perfectè in bonis operibus exercentur, sed tamen contemplari eius magnitudinem subtiliori intellectu nesciunt. Amant autem, sed inuestigare gaudia eius claritatis ignorant. Hi itaque sex cubitos habent, & palmum non habẽt, quia ei iam per amorem iuncti sunt, sed ex contemplatione disiuncti. Qui tamen thalami post commemorationem cubiti vnius, hinc & inde esse referuntur, quia videlicet in amore auctoris ac redemptoris nostri fideles animæ & ex Iudaico populo & ex gentilitate cõuenerunt. Vnde & idem redemptor noster cùm asellum sedens, Hierusalem tenderet, sicut Euangelista testatur, multi vestimenta sua strauerunt in via, alij autem frondes cædebant de arboribus, & sternebant in via, & qui præibant & qui sequebantur, clamabant dicentes: Osanna benedictus qui venit in nomine domini. Saluator etenim noster asellum sedens, Hierusalem tendit, quando vnusquisque fidelis anima, regens videlicet iumẽtum suum, ad pacis intimæ visionem ducit. Iumentum sedet etiã cùm sanctæ Ecclesiæ vniuersaliter præsidet, eamque in supernæ pacis desiderium accendit. Multi autem vestimenta sua in via sternunt, quia corpora sua per abstinentiam domant, vt ei iter ad mentem parent, & *exempla bona sequentibus præbeant. Alij autem ramos vel frondes de arboribus cædunt, & sternũt in via, quia in doctrina veritatis, verba atque sententias patrum ex eorum eloquio cerpunt, & hæc in via dei ad auditoris animum venientes, humili prędicatione submittunt. Quod indigni quoque & nos modo facimus. Nam cum patrum sententias in sermone exhortationis assumimus, frondes de arboribus cędimus, & has in via dei omnipotẽtis domini sternimus. Sed qui prędicabant & qui sequebantur, clamabant: osanna. Prędicauit quippe Iudaicus populus, secutus est gentilis. Et quia omnes electi siue qui in Iudęa esse potuerunt, siue qui nunc in Ecclesia existunt, in mediatorem dei & hominum crediderunt & credunt, qui prędicant & qui sequuntur, osanna clamant: Osanna autem latina lingua, salua nos dicitur: Ab ipso enim salutem & priores quæsierunt & præsentes quærunt, & benedictum qui venit in *vel. *Osanna Latine dicitur salua nos.*

G nomine domini confitentur, quoniã vna ſpes, vna fides eſt præcedentium atque ſequentium populorum. Nam ſicut illis peccata paſsione ac reſurrectione eius ſanata ſunt, ita nos præterita paſsione illius ac permanenti in ſecula reſurrectione ſaluamur. Quem enim priores noſtri ex Iudaico populo crediderũt atque amauerunt venturum: hunc nos & veniſſe credimus & amamus, eiúſque deſiderio accendimur, vt eum facie ad faciem contemplemur. Thalami ergo eius hinc & inde ſunt, quia corda amantium fidem quæ in illo eſt, & à priori parte ſeculi, & ab vltima complectuntur. Sequitur: Et menſus eſt portam à tecto thalami vſque ad tectum eius, latitudinẽ viginti & quinque cubitorum.) Sæpe iam diximus portam fidem, & per eandem fidem ipſum dominum ac redemptorem noſtrum mediatorem dei & hominum Ieſum Chriſtum poſſe ſignari, quia per fidem quæ in eo eſt, introitus ad fidem patet. Sed etiam ſcripturam ſacram quæ nobis eandem ipſam fidem in redemptoris noſtri intellectum aperit, non immeritò portam accipimus, quia ea vt oportet cognita ad intelligenda viſibilia intramus. Si igitur hoc in loco, vt prædiximus, porta ſcriptura accipitur: quærendum eſt quid per tectum thalami, quid per tectum portæ ſignetur. Sed habet thalamus tectum, quia operta eſt mens amantium, & adhuc feruor amoris in occulto eſt. Habet quoque & porta tectum, quia ſcriptura tota quidem propter nos ſcripta eſt, ſed non tota intelligitur à nobis. Multa quippe in illa ita
H aperta ſunt vt paſcant paruulos, quædam verò obſcurioribus ſententiis vt exerceant fortes: quatenus cum labore intellecta plus grata ſint. Nonnulla autem ita in ea clauſa ſunt, vt dum ea non intelligimus, agnoſcentes infirma noſtræ cæcitatis, ad humilitatem magis, quàm ad intelligentiã proficiamus. Sunt enim quædam quæ ita de cœleſtibus loquuntur, vt ſolis illis ſupernis ciuibus in patria ſua perſiſtentibus pateant: nec dúmque nobis peregrinantibus reſerentur. Nam ſi quis ad vrbem incognitam pergens, multa de illa in via audiat: quædam quidem ex ratione colligit, quædam verò quia necdum videt, nullo modo cognoſcit: ipſi verò ciues qui in ea ſunt, & quæ de illa tacentur vidẽt, & quæ de illa dicuntur intelligunt. Nos igitur in via adhuc ſumus, multa de illa cœleſti patria audimus, alia iam per ſpiritum & rationem intelligimus, quædam verò non intellecta veneramur. Vnde & de eodem ſacro eloquio ſcriptum eſt: Extendens *Pſal.103.*
cœlum ſicut pellem, qui regis in aquis ſuperiora eius. Cœlum quippe ſicut pellis extenditur, quia per ora mortalium ſcriptura ſacra nobis in expoſitionibus explicatur. Sed ſunt aquæ in cœlo, ſuperiores videlicet multitudines, id eſt angelorum agmina, in quibus eiuſdem cœli teguntur ſuperiora, quia ea quæ in ſacro eloquio altiora & obſcuriora ſunt, angelicis ſolummodo ſpiritibus patent, & nobis adhuc incognita perdurant. Habet ergo thalamus tectum, quia neſcit adhuc proximus quantum amatur à proximo. Porta quoque, id eſt ſacrum eloquium habet te-
I ctum: quia necdum omnia penetrare intellectu poſſumus, quæ de cœleſtibus audimus. Reſtat ergo vt in his quæ intelligimus, in profectu quotidie charitatis ambulemus. Et quamuis in nobis proximi quoque noſtri non videant quantum diligãtur à nobis, atque in ſacro eloquio ea quę necdum intelligimus humiliter veneramur, in his tamen ad quæ intelligendo peruenimus, dilatari per bonam operationem debemus. Vnde & dicitur:

Et menſus eſt portam à tecto thalami vſque ad tectum eius latitudinem viginti & quinque cubitorum.) Quinque enim carnis ſenſibus præditi ſumus, videlicet viſu, guſtu, olfactu, auditu, atque tactu. Iſdem verò quinarius numerus per ſemetipſum multiplicatus, ad viceſimum & quintum numerum ſurgit. Operari autem exterius quiddam de mandatis cœleſtibus, ſine iſtis corporeis quinque ſenſibus non valemus. His quippe officiis ſuis iudex animus interius præſidẽt, & quid exterius agere iuſtè vel miſericorditer poſsit, quaſi eiſdem officiis renunciantibus ac deſeruientibus agnoſcit. Cum ergo timore omnipotẽtis domini animus impletur, neceſſe eſt vt quinque noſtri ſenſus nobis velut ſubiecta officia in bona operatione deſeruiant. Per quos cùm aliquid agere miſericorditer cœperimus, plus ſe quotidie ipſa miſericordia aperit, & quaſi quidam ſinus boni operis expandit. Quinque igitur ſenſus multiplicantur in ſe, dum hoc quod per ipſos agitur, in bono quotidie opere per profectum multiplicatur. Vnde & latitudo eſſe viginti & quinque cubitorum dicitur, quia timor, tenacia, & pigredo anguſtia eſt. Quiſ- K
quis enim ideo indigenti dare panem metuit, ne ſibi deſit, adhuc in anguſtia timoris eſt. Quiſquis igitur veſtimentum algenti nõ porrigit, quia hoc ſolus habere concupiſcit, adhuc tenacię ſuæ anguſtia coarctatur. Quiſquis ideo bonum non agit, quia tepore animi torpeſcit, ipſe ei ſu* torpor anguſtia eſt. Reſpicere autem inopem, exaudire precẽ, largiri ſtipem, præbere defenſionem, atque pro eiuſdem defenſione pauperis, aduerſantis cuiuſlibet inimicitias non timere: magnæ mentis latitudo eſt. Menſuretur ergo inter thalamum & portam ea quæ intereſt latitudo, cubitis viginti & quinque, quia in exteriore ſenſuum operatione probatur & cognoſcitur, quæ intrinſecus largitas bonitatis habeatur. Nam quid iam de ſcriptura ſacra didiceris, & quantũ proximum tacitus ames, in latitudine boni operis oſtendis. Pateat itaque viginti & quinq; cubitis latitudo inter thalamum & portam, quia inter charitatem & ſcientiam teſtis eſt bona operatio. Quę ſi fortaſſe defuerit, profectò certum eſt nec cognouiſſe te deum, nec diligere proximum: id eſt nec portã ſacri eloquij, nec amoris thalamum habere. Et notandum quòd à tecto thalami vſque ad tectum portæ dicitur menſuratũ. Per ea enim quæ nobis in ſacra ſcriptura cooperta ſunt, noſtra humilitas approbatur, quia quicquid in illa non intelligimus, nõ ſuperbè reprehendere, ſed venerari humiliter debemus. Vnde & de domino ſcriptum eſt: Palpebrę eius interrogant filios hominum. Palpe- *Pſal.10.*
bræ quippe eius interrogant, quando aliquid nobis claudunt, & L
aliquid aperiunt. Aperiendo nos interrogant, ſi intelligendo nõ extollimur. Claudendo nos interrogant, ſi non deſpicimus quę intelligere non valemus. Per ea autem quæ de charitate noſtra proximis noſtris non loquimur, in conſpectu dei verius probamur. In quorundam enim ore charitas ficta eſt, in quorũdam cordibus vera. Et ſæpe de charitate oſtenditur quod non eſt, & demonſtratur quod eſt. Amorem itaque noſtrum erga proximũ plus bona operatio loquitur, quàm lingua: vt in ipſo bono opere proximus noſter amari ſe videat. Et cùm tantum non poſſumus quantum volumus operari, omnipotenti deo occulta amoris noſtri ſufficiant. A tecto ergo thalami vſque ad tectum portæ ſit magna latitudo, vt ab occultis noſtræ charitatis propter proximum vſque ad humilitatem ſcientię, & propter deum, inquantum intelligimus & valemus, bona ſemper operemur. Poteſt enim porta ipſe iam aditus regni cœleſtis intelligi. Habet nunc thalamus tectum: habet & porta tectum: quia & quanta ſit noſtra charitas inter deum & proximum, non cognoſcitur: & quando de hoc ſeculo ad æternæ vitæ requiem introducamur, ignoratur. Eſſe enim nobis conditor noſter diem mortis noſtrę incognitum voluit: vt dum ſemper ignoratur, ſemper eſſe proximus credatur: & tanto quis feruentior ſit in operatione, quãto & incertus eſt devocatione. Vnde & latitudo viginti & quinque cubitorum à thalamo ad portam tenditur: quia charitatem quam ſemel in deo & proximo concepimus, vſque ad ingreſ- M
ſum regni debemus omne quod poſſumus multipliciter atque inceſſanter operari. A tecto itaque thalami vſque ad tectum portæ magna latitudo eſt: quia ex gratia qua inchoamus deum diligere, vſque ad ipſam dilectionem quæ nobis aditum regni cœleſtis aperit, debemus noſmetipſos in magna bonorum operum actione dilatare: aduerſa patienter perpeti, benigna charitatis obſequia libenter impendere, ipſos etiam quos patimur amare, habita tribuere, non habita non ambire, proximos ſicut ſemetipſos diligere, eorum bona noſtra credere, eorum mala quaſi propria defiere. In tali ergo mente magna latitudo eſt, in qua anguſtia odiorum non eſt. Quam profectò latitudinem ex dei & proximi amore concipimus, quantum per ſacra mandata cognouimus. Nam & ipſos latitudines viginti & quinque cubitos non inconuenienter intelligimus, ſi eos iuxta ſacrum eloquium diſcutere velimus. Sex enim cubitis menſuratos thalamos dixerat, & ſexto die homo eſt conditus: eo quoque die do- *Genes.*
minus perfeciſſe opera ſua deſcribitur. Vnde etiam pro perfectione poni ſenarius numerus ſolet. Et quia omnem operationem bonam per quatuor ſancti Euangelij libros agnouimus, ſi ſex quater ducimus, ad viginti & quatuor peruenimus. Cui monas additur, quia in vno ſemper deo bene omnes operamur. Viginti ergo & quinq; cubitis latitudo hæc explicari debuit: quia omnis bona operatio per quatuor ſancti Euangelij, vt diximus,

libros

A libros agnoscitur & in vnius dei cognitione & confessione completur. Sequitur: Et ostium contra ostium.) Hoc loco contrarium ad aduersitatem ponitur: sed ad rectitudinem. Ostium enim contra ostium est, cùm recto itinere ab exteriore ad interiorem aditum peruenitur. In cognitione vero omnipotentis dei primum ostium nostrum fides est, secundum vero species illius, ad quam per fidem ambulando peruenimus. In hac etenim vita tanquam ingredimur, vt ad illam postmodum perducamur. Ostium ergo contra ostium est, quia per aditum fidei, aperitur aditus visionis dei. Si quis vero vtraque hæc ostia in hac vita velit accipere, neque hoc à salubri intelligentia abhorret. Nam sæpe volumus omnipotentis dei naturam inuisibilem considerare, sed nequaquam valemus: atque ipsis difficultatibus fatigata anima ad semetipsam redit, sibique de seipsa gradus ascensionum facit: vt primum semetipsam, si valet, consideret, & tunc illam naturam quæ super ipsam est, inquantum potuerit, inuestiget. Sed mens nostra si in carnalibus imaginibus fuerit sparsa, nequaquam vel se vel animæ naturam considerare sufficit: quia per quot cogitationes ducitur, quasi per tot obstacula cæcatur. Primus ergo gradus est vt se ad se colligat. Secundus, vt videat qualis est collecta. Tertius, vt super semetipsam surgat, ac se contemplationi auctoris inuisibilis intendendo subiiciat. Sed se ad se nullatenus colligit, nisi prius didicerit terrenarum atque cœlestium imaginum phantasmata ab oculo mentis compescere: quicquid de visu, quicquid de auditu, B quicquid de odoratu, quicquid de tactu & gustu corporeo cogitationi eius occurrerit, respuere atque calcare: quatenus talem se quærat intus, qualis sine istis est. Nam hæc quando cogitat, quasi quasdam vmbras corporum introrsus versat. Abigēda ergo sunt omnia manu discretionis ab oculis mentis: quatenus talem se anima considereat, qualis sub deo super corpus creata est, vt à superiore viuificata, viuificet inferius quod administrat. Quæ & sic infusa est corpori, vt non per membrorum partes partibus sit diuisa. Nam in quolibet loco pars corporis percutitur, tota dolet. Miro autem modo, vna eademque viuificatione membrorum præsidens, cùm ipsa per naturam non diuersa sit, per corpus tamen agit diuersa. Ipsa quippe est quæ per oculos videt, per aures audit, per nares odoratur, per os gustat, per membra omnia tangit, & tangendo lene ab aspero discernit. Et cum tam diuersa per sensus operatur, non hæc diuersa, sed vna illa, in qua creata est, ratione disponit. Cùm ergo seipsam sine imaginibus corporis cogitat anima, iam primum ostium intrauit. Sed ab hoc ostio ad illud tenditur, vnde de natura dei omnipotentis aliquid contempletur. Anima itaque in corpore, vita est carnis. Deus vero, qui viuificat omnia, vita est animarum. Si igitur tantæ est magnitudinis vt comprehendi non possit vita viuificata, quis intellectu comprehendere valeat, quantæ maiestatis sit vita viuificans? Sed hoc ipsum considerare atque discernere, iam est aliquatenus intrare, quia ex sua æstimatione anima colligit quid de incircunscripto spiritu sentiat, qui ea incomprehensibiliter regit quæ incomprehensibiliter creauit. Conditor etenim noster longè incomparabiliter creaturæ suæ præsidet: & quædam operatur vt sint, nec tamen viuant: quædam vero vt sint & viuant, nec tamen discernere aliquid de vita valeant: quædam autem vt sint, viuant atque discernant. Et operatur vnus omnia, sed in omnibus non diuisus. Est enim verè summus, & nunquam sibi dissimilis. Anima autem etsi per naturam sibimetipsi diuersa non est: per cogitationem tamen diuersa est. Eo enim momento iste quo de visu cogitat: de auditu cogitare obliuiscitur: & eo momento iste quo de auditu vel gustu cogitat, de odoratu vel tactu cogitare non prævalet: quia per contentionem & obliuionem fit semper sibimetipsi dissimilis: vt nunc hoc, nunc illud cogitatione teneat. Omnipotens autem deus, quia sibimetipsi similis est, ea virtute videt qua audit: omnia ea virtute creat, qua iudicat creata. Eius ergo & videre, simul omnia administrare est, & administrata conspicere. Nec alia cogitatione iustos adiuuat, atque alia iniustos damnat: sed vna eademque vi naturæ singularis, sibi semp indissimilis dissimilia disponit. Cur autem hoc de potentia creatoris admiremur, qui virtutis eius vestigia & in creatura conspicimus? Natura quippe luti & ceræ diuersa est, Solis vero radius non est diuersus, & tamen cum diuersus non sit, diuersa sunt quæ in luto operatur & cera: quia vno eodemque sui ignis calore lutum durat, & cerara liquat. Sed fortasse hoc in natura luti vel ceræ est, non in ipsa Solis substantia, quæ in naturis diuersis diuersa videtur operari. Omnipotens autem deus in semetipso habet sine immutatione mutabilia disponere: sine diuersitate sui diuersa agere: sine cogitationum vicissitudine dissimilia formare. Longè ergo dissimiliter operatur dissimilia nunquam sibi dissimilis deus, qui & vbique est, & vbique totus est. Ait enim: Cœlum mihi *Esa.66.* sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Et de ipso scriptum est: Qui cœlum metitur palmo, & terram pugillo con- *Esa.4.* cludit. Ex qua re considerare necesse est: quia is qui cœlum velut sedem præsidet, super & intus est. Et qui cœlum palmo, & terram pugillo concludit: exterius superius, & inferius est. Vt ergo indicaret omnipotens deus interiorem se esse & superiorem omnibus, cœlum ipse sibi sedem esse perhibuit. Vt vero se ostenderet omnia circundare: cœlum metiri palmo, & terram se asserit pugillo concludere. Ipse est interior & exterior: ipse inferior & superior: regendo superior, portando inferior: replendo interior, circundando exterior. Sicque est intus vt portet, sic circundat vt penetret: sic præsidet vt portet, sic portat vt præsideat. Cùm ergo eleuata ad seipsam anima suum modulum intelligit, & quia corporalia omnia transcendat agnoscit: atque ab intellectu suo se ad auctoris intellectum tendit, quid iam hæc, nisi ostium contra ostium aspicit? E Vnde & auctori omnium propheta dicit: Mirabilis facta est *Psal.138.* scientia tua ex me. Quia quantumlibet intenderit: nec semetipsam anima perfectè sufficit penetrare, quantomagis illius magnitudinem qui potuit & animam condere? Cumque in scientia dei intellectu laboraret, lassescens ac deficiens subdidit: *Ibidem.* Confortata est, nec potero ad eam. Sed cùm conantes atque tendentes quiddam iam de inuisibili natura conspicere lassamur, reuerberamur, repellimur: & si interiora penetrare non possumus, tamen iam ab exteriore ostio interius ostium videmus. Ipse considerationis labor ostium est: quia ostendit aliquid eo quod intus est, & si adhuc ingrediendi potestas non est. Sequitur: Et fecit frontes per sexaginta cubitos, & ad frōtem atrium portæ vndique per circuitum.) Sæpe iam diximus senario numero perfectionem boni operis designari: non illud sequentes quod conati sunt huius seculi sapientes astruere: dicentes idcir co senarium numerum esse perfectum: quia suo ordine numeratus perficitur: vt cùm vnus duo tres dicuntur: senarius numerus impleatur: vel quia in tribus partibus diuiditur, id est, sexta, tertia, & dimidia: videlicet in vno, duobus, & tribus: sed idcirco senarium numerum esse perfectum: quia sicut paulo-antè dictum est: Sexto die perfecit deus omnia opera sua. Quo- *Gene.1.* niam verò peccatori homini legem dedit: quæ in decem præceptis scripta est, & sexdecies ducta in sexagenarium surgūt: rectè per sexaginta cubitos, bonorum operum perfectio designatur. F Quod apertè etiam dominus in euangelio designat: qui cùm parabolam seminantis exponeret, dixit: Aliud cecidit in *Matt.13.* terram bonam, & dabat fructum ascendentem & excrescentem, & afferebat vnum triginta, & vnum sexaginta, & vnum centum. Fructus etenim terræ bonæ triginta affert: cùm mens *Marc.4.* perfectionem fidei, quæ est in trinitate conceperit. Sexaginta affert: cùm bonæ vitæ opera perfectè protulerit. Centum verò affert: cùm ad æternæ vitæ contemplationem profecerit. Sinistra enim nostra, est vita præsens: dextera verò, est vita ventura. Et recte per centenarium numerum æternæ vitæ contemplatio designatur: quia cùm post triginta ac sexaginta ad centesimum numerum computandum peruenimus: idem centenarius numerus in dexteram transit. Fides atque operatio adhuc in sinistra est: quia hic adhuc positi & credimus quod non videmus, & operamur vt videamus. Cùm verò iam se animus in contemplationem æternæ vitæ suspenderit, quasi ad dexteram manum computus peruenit. Fecit itaque frontes per sexaginta cubitos. Quia enim per sexagenariū numerum perfectio: quid per frontes ædificij, nisi ipsa opera designantur quæ exterius videntur? Prædicationis enim verbum tribuere, alimenta esurientibus vestimenta algentibus dare, & pro bono opere patienter aduersa tolerare: quid aliud quàm frontes sunt ædificij cœlestis? quia pulchritudo operū exteriorum ornat habitaculū dei, quod

G quod adhuc latet intrinſecus. Sed iſtæ frontes habent atrium vndique per circuitum, quia in hoc magna ſunt opera, ſi hæc in mente dilatat amplitudo charitatis. De charitate quippe ſcriptum eſt: Latum mandatum tuum nimis. De hac iterum Pſalmiſta ait: Statuiſti in loco ſpacioſo pedes meos. Sed ecce dum loquor, animo occurrit quomodo lata eſt charitas. Si per charitatem pertingitur ad deum, & per ſemetipſam veritas dicit: Intrate per anguſtam portam: & rurſum Pſalmiſtam audio dicentem: Propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodiui vias duras: atque in Euangelio dominus dicit: Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue: quomodo ergo aut lata charitas, ſi anguſta porta: aut quomodo iugum ſuaue eſt, & onus leue, ſi in præceptis dei viæ duræ ſunt quæ cuſtodiuntur? Sed hanc nobis quæſtionem citius ipſa veritas ſoluit, quia via dei & inchoantibus anguſta eſt, & perfectè iam viuentibus lata. Et dura ſunt quæ contra vſum ſpiritaliter animo proponimus, & tamen onus dei leue eſt poſtquam hoc ferre cœperimus: ita vt pro amore eius etiam perſecutio placeat, & omnis pro eo affectio in mentis dulcedine veniat, ſicut ſancti quoque Apoſtoli gaudebant, cùm pro domino flagella tolerabant. Ipſa ergo anguſta porta amantibus lata fit, ipſæ viæ duræ ſpiritaliter currentibus molles & planæ fiunt, dum ſcit animus ſe pro temporalibus doloribus gaudia æterna recipere, & hoc incipit quod affligitur amare. Atrium ergo ante frontes eius, in perfectione

Pſal.118. *Pſal.30.* *Matt.7.* *Pſal.16.* *Matt.11.* *Act.5.*

H operis eſt latitudo dilectionis. Et notandum quòd dicitur: Vndique per circuitum: vt videlicet homo per omne quod agit, ſemper ſe in charitatis amplitudine dilatet, ne hunc aut timor, aut odia anguſtent. Si quis ergo de verbo dei loquitur, & charitatem quam prædicat, in mente non ſeruat, ædificij frontem habet, ſed atrium ante frontem non habet. Si quis eleemoſynam indigentibus largitur, & per hanc fortaſſe in corde extollitur, nec ex charitate proximi inopiæ ſubuenit, ſed ſe elatione tacita extollit: frontem quidem in ædificio oſtendit, ſed iuxta frontem atrium non fecit. Si quis illatas à proximo contumelias tolerat, & mala obiecta tacitus portat, magna eſt patientia quam demonſtrat, ſi dolorem in corde non habeat, ſi lucrari ad tranquillitatem manſuetudinis etiam ipſum qui malè exceſſerat, quærat. Nam ſi patientiam exterius adhibens, intus dolorem tenet, nec amat eum quem ſuſtinet: habet quidem frontem in ædificio, ſed ante frontem atrium non habet: quia is qui ſe anguſtiæ odiorum ſubdidit, profectò charitatis latitudinem amiſit. Nam ſicut in ſuperiori parte iam diximus: Patientia enim vera eſt, quæ & ipſum amat quem portat. Nam tolerare, ſed odiſſe, non eſt virtus manſuetudinis, ſed velamentum furoris. Et notandum quòd hoc ipſum atrium portæ dicitur. Porta quippe noſtra eſt aditus ad regnũ. Et deum ac proximũ perfectè amare, iam ad ingreſſum regni eſt tendere. Inquantũ enim quiſque amat, intantum ad ingreſſum propinquat. Inquantum verò

I amare negligit, intantum ingredi recuſat: quia nec ſtudet videre quod appetit. Tunc ergo habemus atrium portæ, quando ex latitudine charitatis ad ſupernam vitam quam adhuc contingere minimè poſſumus, iam per deſiderium intramus. Itaque cùm bonum opus erga proximum agitur, reſtat vt eiuſdem boni operis intentio diſcernatur, ſi non præſentis gratiæ retributionem quærit, ſed ſpem ſuam animus ad futuram promiſſionem tendit, vt ex temporalibus æterna, ex terrenis cœleſtia ſperet. Spes enim cœleſtium mentem ſolidat, ne concutiatur fluctibus tumultuum terrenorum. De qua & per Paulum dicitur: Quam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vſque ad interiora velaminis. De quibus interioribus hic quoque ſubiungitur: Et ante faciem portæ quæ pertingebat vſque ad faciem veſtibuli portæ interioris quinquaginta cubitos.) Hoc quod hoc loco dicitur, ante faciem portæ: non exterior, ſed interior ante portam locus deſcribitur, dum vſque ad faciem veſtibuli portæ interioris pertingere perhibetur. Vnde & idem locus quinquaginta cubitis dicitur menſuratus. Per quinquagenarium enim numerum requies æterna ſignatur. Habet enim ſeptenarius numerus perfectionem ſuam, quia eo die dierum numerus eſt completus. Et per legem ſabbatum in requiem datum eſt. Ipſe autem ſeptenarius per ſemetipſum multiplicatus, ad quadraginta & nouem ducitur. Cui ſi monas additur ad quinquagenarium peruenitur: quia omnis noſtra perfectio in illius vnius contemplatione erit, in cuius no- K
bis viſione iam minus aliquid ſalutis & gaudij non erit. Hinc etiam Iubileus id eſt annus quinquageſimus in requiem datus eſt, quia quiſquis ad omnipotentis dei gaudia peruenerit, laborem & gemitum vlterius non habebit. Notandum verò, quia locus qui deſcribitur per quinquaginta cubitos tendi, ad faciem veſtibuli portæ interioris pertingere memoratur. Non ergo hoc loco propheta iam ipſum veſtibulum portæ interioris, ſed locum interius qui tendit ad veſtibulum portæ interioris narrat. Per quem locum vtique, ſicut diximus, ſpes noſtra ſignatur, quæ dum æternam requiem quærit, mentem ad veſtibulum portæ interioris ducit. Hoc ipſum enim quòd deſideramus cœleſtia, quòd ad promiſſa gaudia ſuſpiramus, quòd æternæ vitæ requiem quærimus, iam ad interioris veſtibuli faciem propinquamus. Signetur ergo per portam fides per atrium charitas, per locum vero qui ad faciem veſtibuli portæ interioris propinquat, figuretur ſpes: ſine quibus tribus virtutibus quiſquis iam vti ratione poteſt, ingredi ad cœleſte ædificium non poteſt. Habeatur ergo fides in porta, quia introducit ad intelligentiã. Charitas in atrio, quia mentem dilatat in amorem. Spes in loco quinquaginta deſcribitur cubitis, quia per deſideria atque ſuſpiria introducit animum ad ſecreta gaudia quietis. De qua quiete etſi adhuc ſicut eſt veritatis lumen non cernimus, iam tamen per rimas intelligentiæ aliquid videmus. Vnde & hic ſubditur:

Et feneſtras obliquas in thalamis.) In feneſtris obliquis pars L
illa per quam lumen intrat, anguſta eſt: ſed pars interior quæ lumen ſuſcipit lata. Quia mentes contemplantium quamuis aliquid tenuiter de vero lumine videant, in ſemetipſis tamen magna amplitudine dilatantur. Quæ videlicet & ipſa quæ conſpiciunt, capere pauca vix poſſunt. Exiguum valde eſt, quod de æternitate contemplantes vident, ſed ex ipſo exiguo laxatur ſinus mentium in augmento feruoris & amoris. Et inde apud ſe amplæ ſunt, vnde ad ſeueritatis lumen quaſi per anguſtias admittuntur. Quæ magnitudo contemplationis, quia concedi nõ niſi amantibus poteſt, in thalamis obliquæ feneſtræ eſſe perhibentur: vel in his quæ iuxta thalamos non iam extrinſecus, ſed eſſe intrinſecus dicuntur. Nam de eiſdem feneſtris ſubditur: Et in frontibus eorum quæ erant intra portam vndique per circuitum. Erant enim in thalamis, erant & in frontibus eorum, quæ intra portam vndique per circuitum fuerant conſtructa: quia qui cor intus habet, ipſe quoque lumen contemplationis ſuſcipit. Nam qui adhuc exteriora immoderatius cogitant, quæ ſint de æterno lumine rimæ contemplationis ignorant. Neque enim cùm corporearum rerum imaginibus illa ſe infuſio incorporeę lucis capit: quia dum ſola viſibilia cogitantur, lumen inuiſibile ad mentem non admittitur. Sed quiſquis iam lumini contemplationis intendit, curare magnopere debet, vt mentem ſemper in humilitate cuſtodiat: nunquam ſe de gratia qua infunditur extollat, & ipſas quæ mentes contemplantium ſignant, quales M
ſint obliquæ feneſtręconſideret. Per obliquas etenim feneſtras lumen intrat, & fur non intrat: quia hi qui verè ſpeculatores ſunt, ſemper ſenſum in humilitate deprimunt, atq; ad eorũ mentes intelligentia contemplationis intrat, ſed iactantia elationis nõ intrat. Et patent itaque feneſtræ, & munitæ ſunt: quia & aperta eſt in mentibus eorum gratia qua repleantur, & tamen ad ſe aduerſarium ingredi ad ſuperbiam non permittunt. Notandum verò, quod intra portam vndique per circuitum feneſtræ obliquæ eſſe memorantur. Non enim contemplationis gratia ſummis datur, & minimis non datur, ſed ſæpe hanc ſummi, ſæpe minimi, ſæpius remoti, aliquando eam coniugati percipiunt. Si ergo nullum eſt fidelium officium à quo poſsit gratia contemplationis excludi, quiſquis cor intus habet, illuſtrari etiam lumine contemplationis poteſt: quia intra portam vndique per circuitum feneſtræ obliquæ conſtructæ ſunt, vt nemo ex hac gratia quaſi de ſingularitate glorietur. Nullus ſe donum veri luminis æſtimet habere priuatum: quia in eo quod ſe habere præcipuum putat, ſæpe alter eſt ditior, quem habere apud ſe boni aliquid non putat. Vnde hic quoque adhuc aptè ſubiungitur: Similiter autem erant, & in veſtibulis feneſtræ per gyrum intrinſecus.) Poſtquam dixit feneſtræ in frontibus: adiungit feneſtras in veſtibulis per gyrum intrinſecus: quia nõ ſolum alta ſanctæ Eccleſiæ membra quæ prominent, habent contẽplationis

Heb.6.

A tionis gratiam, sed plærunque hoc donum etiam illa membra percipiunt, quæ etsi nondum per desiderium ad summa emicant, tamen adhuc per officium in imis iacent. Nisi enim his qui despecti videntur, omnipotens deus lumen contemplationis infuderit, fenestræ in vestibulis non fuissent. Videmus itaque alios in summis locis sanctæ Ecclesiæ cõstitutos, alta de cœlestibus loqui: miro studio inquantum illustrata mens sufficit supernæ patriæ secreta rimari, quia fenestræ sunt in frontibus. Alij verò in sanctæ Ecclesiæ sinu continentur, & despecti humanis oculis videntur, sed apud se sapientiæ studiis vacant, ad cœlestia anhelant, atque inquantum prævalent quæ sint gaudia æterna considerant. Fenestræ itaque obliquæ sunt, sed in vestibulis. Bene autem dicitur per gyrum, quia omnis inquisitio secretarum rerum gyrum habet, dum in cogitatione sua dicit animus, putásne hoc illud est? Quasi circuit, vt inueniat quod quærit. Cui cùm incircunscriptum lumen erumpere in cogitatione cœperit, quasi per obliquam fenestram radius veritatis venit. Sic quippe in contemplationem nostram multa cogitationibus circumeundo proficimus, sicut exempla bonorum sæpe quærimus, vt in moribus proficiamus. Nam cùm iam cogitat animus ad meliora transire, quicquid melius de aliis audire possit exquirit: nunc huius, nunc sancti alterius vitam ventilat. Vnde & electus quidam qui in expanso riuo sanctæ Ecclesiæ per vniuersum mundum mentis oculos miserat, bonorum vi-

B tam ad imitationem requirens, dicebat: Circuibo & immolabo in tabernaculo dei hostiam iubilationis. Ecce vt immolaret *Psal.26.* iubilationis hostiam, circuibat: quia nisi animam huc illucque ad bonorum vitam exquirendam mitteret, ipse vsque ad iubilationis sacrificium non peruenire. Cum vero sancti viri intra Ecclesiam ad loca summa perducuntur, eorum vita quasi in speculo ponitur, vt cuncti videant bona quæ debeant imitari. Vnde & adhuc aptè subiungitur: Et ante frontes pictura palmarum.) Quid per palmas nisi præmia victoriæ designantur? Ipsæ quippe dari vincentibus solent. Vnde de his quoque qui in certamine martyrij antiquum hostem vicerant, & iam victores in *Apoc.7.* patria gaudebant, scriptum est: Et palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes: Salus deo nostro, qui sedet super thronum, & agno. Palmas quippe in manibus tenere, est victorias in operatione tenuisse. Cuius operationis palma ibi retribuetur, vbi iam sine certamine gaudebit. Vnde & hic non dicitur: Palmæ ante frontes, sed ante frontes pictura palmarũ. Ibi enim victoriæ palma videbitur, vbi iam sine fine gaudebit. Nam hic plærunque sanctos viros aspicimus mira agere, virtutes multas facere, leprosos mundare, dæmonia eiicere, tactu ægritudinis corpora sanare, prophetiæ spiritu ventura prædicere. Cuncta itaque hæc necdum palmæ sunt, sed adhuc pi-

Mat.7. ctura palmarum. Nam hæc aliquando dantur & reprobis. Vnde & per Euangelium veritas dicit: Multi dicent mihi in die il-

C la: domine, domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in tuo nomine dæmonia eiecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: *Luc.13.* discedite à me qui operamini iniquitatem. Vnum verò signum electionis est soliditas charitatis, sicut scriptum est: In hoc scietur quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Hæc autem miracula cùm electi faciunt, longè dissimiliter à reprobis fiunt: quia quod electi ex charitate, hoc reprobi studentagere per elationem. Sed eisdem electis ipsa mira quæ per charitatem faciunt, non iam palmæ sunt, sed adhuc pictura palmarum: quia de eis foris ostenditur, quales apud omnipotentem dominum intus habeãtur. Ibi autem eis palma erit, vbi iam mortis contentio non erit. Nam prædicator egregius tunc aspexit palmam veram vincentibus dari, cùm resurrectionem *1.Cor.15.* præuidit mortuorum fieri, sicut dicit: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatem. Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatẽ, tunc *Ibidem.* fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua, vbi est mors stimulus tuus? Tunc erit perfecta victoria, cùm mors plenè fuerit absorpta. In omne autem quod modo mirabiliter de signis agi conspicimus, non iam ipsam victoriam, sed adhuc imagines victoriæ videmus. Quia plærunque sanctis etiam & in locis sublimioribus positis, vt ad bona opera alij prouocentur, virtutes & signa dantur, ante frontes interioris ædificij palmarum pictura ostenditur. Hæc hodierno die tractata sufficiant, vt ad ea quæ subiuncta sunt, valentiores adiuuante domino nostro Iesu Christo veniamus: qui viuit & regnat, &c. D

Homilia. XVIII.

ET eduxit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia, & pauimentum stratum lapide in atrium per circuitũ. Triginta gazophylacia in circuitu pauimẽti, & pauimẽtũ in fronte portarũ secundum longitudinem portarum erat inferius. Et mensus est latitudinem à facie portæ inferioris vsque ad frontem atrij interioris extrinsecus centum cubitos ad Orientem & Aquilonem.

POstquam de cõtemplationis gratia obliquas fenestras P insinuans propheta multa locutus est, eductum se exterius dicit, & gazophylacia vidisse commemorat. In quibus gazophylaciis quid aliud quàm doctorum scientia designatur? Sed rectè hac in re quæri potest, cũ doctores sancti spiritalia atque interna doceant, cur propheta eductum se exterius dicit, & gazophylacia foris vidisse? Sed sciendum est, quia alia E est contemplatio quæ tantum videt quantũ dicere non valet: alia vero scientia atque doctrina, quæ tantum videt, quantum exprimere per linguam possit. In comparatione quippe illius luminis quod voce exprimi non potest, quasi hoc totum foris est quod exprimi voce potest. Ait itaque: Et eduxit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia & pauimentum stratum lapide in atrium per circuitum.) Quia sermone Græco φυλάττειν seruare dicitur, & gaza lingua Persica diuitię vocatur, gazophylaciũ locus appellari solet in quo diuitiæ seruantur. Quid itaque per gazophylacia designatur, nisi, vt prædiximus, corda doctorum sapientia atque scientia diuitiis plena? quia iuxta Pauli vocem: Alij datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ in *1.Cor.13.* eodem spiritu. Sunt enim quidam qui per donum gratiæ, & ipsa intelligunt quæ exponi à doctoribus non audierunt: hi videlicet sermonem sapientiæ perceperunt. Et sunt quidam qui per semetipsos intelligere audita nequeunt, sed ea quæ in expositoribus legerint retinent, atque scienter proferunt quæ lecta didicerunt. Vnde itaque isti, nisi sermone scientiæ pleni sunt? Quamuis hoc intelligi & aliter possit, quia sapientia ad vitam, scientia verò pertinet ad doctrinam. Qui igitur bene viuit & prudenter Prædicat, gazophylacium spiritalis ædificij rectè nominatur: quia ab eius ore cœlestes diuitiæ dispensantur. His diuitiis abundare discipulos idem magister gentium viderat, cum dice- *1.Cor.1.* bat: Diuites facti estis in illo, in omni verbo & omni scientia. F Sunt itaque in sanctæ Ecclesiæ ædificio constructa gazophylacia, quia abundat diuitiis scientiæ lingua doctorum. Has veras esse diuitias ipsa per se veritas denunciat, cùm de transitoriis di- *Matt.13.* uitiis dicit: Fallacia diuitiarum suffocat verbum scientię. Sapientia etenim atque scientia doctrinæ, spiritales veræ sunt diuitiæ, in quarum comparatione quæ transire possunt, falsæ nominantur. De his diuitiis per Salomonem dicitur: Thesaurus desidera- *Prouer.21.* bilis requiescit in ore sapientis. Excepto autẽ eo quòd ad æternam patriam diuitiæ spiritales ducunt, est eis à terrenis diuitiis magna distantia: quia spiritales diuitiæ erogatæ proficiunt: terrenæ autem diuitiæ aut erogantur & deficiunt, aut retinentur & vtiles non sunt. Qui ergo has in se veras diuitias continent, rectè gazophylacia nominantur. Et habent ipsa gazophylacia pauimentum per circuitum: quia eis adhæret ac subiacet humilitas auditorum. Quod pauimentum rectè stratũ lapide in atrium dicitur, quia in latitudinem charitatis vicissim sibi iunctæ sunt animæ fideles. Quæ & lapides appellãtur pro fortitudine fidei: & stratæ in pauimento sunt in compage humilitatis. Has fidelium mentes Petrus apostolus fortes in fide conspexerat, cùm *1.Pet.2.* dicebat: Et vos tanquam lapides viui superædificamini domos spirituales. De his lapidibus sanctæ Ecclesiæ dominus per Esaiã dicit: Ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in la- *Esa.54.* pides sculptos: vniuersos terminos tuos in lapides desiderabiles,

Universidad de Sevilla Biblioteca

G biles, omnes filios tuos doctos à domino. Omnipotens enim deus sanctæ Ecclesiæ propugnacula iaspidem, qui lapis viridis coloris est, posuit: quia prædicatorum illius mentes internæ viriditatis amore solidauit, vt transitoria cuncta despiciant: nihil in hoc mundo quod fine clauditur appetant: cuncta eius gaudia velut arida contemnant. Vnde & ipse pastor Ecclesiæ, auditores suos ad pascua æternæ viriditatis vocans, de deo loquitur dicens: Secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuam: per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam & immarcessibilem, conseruatam in cœlis. Huius sanctæ Ecclesiæ portæ insculptos lapides ponuntur: quia hi per quorum nos vocem ad vitam æternam ingredimur, sancta opera quæ diuinitus præcepta sunt, dum in semetipsis ostenderent, quasi in se sculpta tenuerunt. Portæ etenim non sculptæ, sed puræ essent, si vocem quidem promerent, sed sancta in se opera non demonstrarent. At vbi secundum hoc se ostendunt viuere quod loquuntur: & portæ sunt, quia intus ducunt: & sculptæ, quia viuendo custodiunt quæ aliis loquuntur. Huius sanctæ Ecclesiæ vniuersos terminos in lapides desiderabiles positos videmus, dum in ea fideles quosque fortes in fide & charitate conspicimus. Qui, vt quos dixerit, lapides demonstraret: adiunxit: Omnes filios tuos doctos à domino. Quod ergo Esaias vniuersos Ecclesiæ terminos desiderabiles vidit: hoc Ezechiel
H pauimentum lapide stratum per circuitum esse perhibuit, qui adhuc de gazophylaciis subdit: Triginta gazophylacia in circuitu pauimenti.) Denarius numerus pro perfectione semper accipitur, quia in decem præceptis legis custodia continetur. Actiua etenim ac contemplatiua vita simul in decalogi mandatis coniuncta est, quia in ea & amor dei & amor seruari proximi iubetur. Amor quippe dei ad contemplatiuam, amor verò proximi pertinet ad actiuam. Sed vnusquisque doctor, vt in actiuam vitam plenè se dilatet, atque in contemplatiuam vigilanter surgat, in sanctæ trinitatis fide debet esse perfectus. Vnde & eadem gazophylacia triginta esse commemorantur: vt cùm denarius ter ducitur, vita & lingua doctoris in trinitate solidetur. Sed hac in re illud nobis est vigilanter intuendum, quòd propheta dum gazophylacia describsisset, adiunxit: Pauimentum per circuitum. Atque inferius subiunxit: Gazophylacia in circuitu pauimenti. Quatenus & gazophylacia in circuitu pauimenti, & pauimentum in circuitu gazophylaciorum esse videatur. Pauimentum quippe & gazophylacia eo sunt ordine distincta, vt gazophylacia inter pauimentum, & pauimentum inter gazophylacia fuerit stratum. Non hoc fratres sine magno mysterio est, quòd in circuitu gazophylaciorum dicitur esse pauimẽtum, & in circuitu pauimenti narrat esse gazophylacia. Habet enim pauimentum in circuitu gazophylacia, quia vita audientium erudit quotidie & custodit lin-
I guam doctorum. Doctores etenim boni in sanctæ eruditionis verbis modo fomentis dulcedinis, modo asperitate increpationis inuigilant, vt auditorum suorum vitam a vitiis defendant. Sed habent ipsa quoque gazophylacia in circuitu pauimentum: quia sæpe etiam doctorum cor, vitiorum tentationibus tangitur, vt modo eleuetur iactationis superbia, modo iræ stimulis inflammetur. Sed cùm bonorum auditorum vitam considerant, eamque profeciſſe suis exhortationibus pensant, erubescunt tales non esse quales auctore deo per se conspiciunt alios factos esse, & tanto se in mente stabiliunt, quanto plenè in culpam labuntur. Nam cùm ipsa sua doctoribus verba ad memoriam reducunt, erubescunt non seruare quod dicunt. Vnde per Salomonem quoque dicitur: Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum. Os enim nostrum nos compellit ad laborem, quando per hoc quod diximus, à viciis refrenamur: quia turpe nimis est ibi nos negligendo cadere, vnde prædicando conati sumus alios leuare. Habent ergo gazophylacia in circuitu pauimentum, quia doctorum magna custodia est vita venerabilis auditorum. Et suus ei sermo fit in adiutorio, quia erubescunt pulsantibus vitiis non resistere, qui contra vitia alios armauerunt. Quia enim quandiu in hac vita viuimus, contra malignos spiritus quid aliud quàm in acie stamus? Sicut prædiximus, doctoris animus forsitan aliqua elatione pulsatur. Sed siue ne ipse pereat, seu ne per exemplum suum

1. Pet. 1.

Esa. 54.

Prouer. 16.

alios ad perditionem trahat, vigilanter se & festinè circumspi- K
cit, in cogitationibus remordet. Adducta auditorum suorum vita ad memoriam, semetipsum humiliat, & quibus præualet modis agit ne elatio principetur in mente, ne dominetur in opere. Scriptum quippe est: Initium omnis peccati superbia. Eccli.
Quis ergo ante dei oculos fructus boni operis, si ex radice putruit elationis? Sæpe vt prædictum est, eius animus tentatur ex ira: sed citius se ad circumspiciendum recolligit, & disciplinæ pondere deprimens agit ne motus animi transeat in sermone, ne erumpat in voce. Fitque vt ira perturbati animi, vbi per negligentiam oritur, ibi per iudicium suffocata moriatur. Qua ex re agitur, vt ex cœpta culpa animus virtutem pariat, qui etsi se fortiter custodire noluit ne ad motum surgeret, se tamen in commotione fortiter vicit. Vnde bene per Salomonem dicitur: Prouer.
Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium. Patiens præfertur: quia in illa actione victoriæ, homo victor est hominum: in hac autem mansuetudine patientiæ, animus victor est suus. Sequitur: Et pauimentum in fronte portarum secundum longitudinem portarum erat inferius.) Si portarum longitudinem ad locum referimus in quo portæ fuerant constructæ: secundum longitudinem portarum pauimentum erat inferius: quia quantum tenere locus portarum poterat, tantum tenebatur & pauimentum quod erat inferius. Longitudo ergo pauimenti à portis non erat dissimilis, sed tamen æqualitas pauimenti non erat cum portis. Quid est ergo L
quòd pauimẽtum cum portis longum similiter erat, sed æquale non erat, nisi quòd longè distat vita populorũ à vita doctorum? quia & si ad regna cœlestia tendentes, eandem longanimitatem spei habent, eadem vero viuendi studia non habent. Tendatur ergo pauimentum similiter in longum: quia ipsam fidem, ipsam spem in se retinent auditores, quam habere certum est prædicatores. Sed pauimentum inferius iaceat: vt omnes auditores, prædicatores suos longè suis meritis antecedere cognoscant. Sin verò longitudinem portarum ipsam, sicut superius diximus earum altitudinem intelligere debemus: dum sicut paulopost scriptum est, ad portas gradibus ascendebatur: tanto pauimentum iacet inferius, quanto vnaquæque porta surgit in altitudinẽ. Quia quanto sanctior est vita doctoris, tanto fit humilior sensus audientis. Et semetipsum despicit, dum prædicatoris sui vitam in magna surgere altitudine perpendit. Imitari etenim bona eius alia forsitan potest, alia non potest. In quibus præualet, proficit, in quibus minimè præualet, ad humilitatem crescit. Et hoc ipsum ergo ei in profectu est, quod ei imitabile ad profectum non est. Ecce enim prædicatorum nostrorum ea quæ legimus dicta & facta pensamus, & in quantam altitudinem surrexerint portæ, cognoscimus. Vt enim taceamus de ostensione signorum, loquamur de virtutibus cordium. Certè Paulus qui se legi mortuum per legem dicit: quia Roma.
vt in Christo crederet, ei hoc & lex ipsa prædicauit, magno fi- M
dei ardore succensus, præcepta legis tenere carnaliter noluit: circumcisionem in gentibus fieri vetuit. Et cùm Petrus Apo- Galat.
stolus seruari adhuc in circumcisione legis consuetudinem vellet, ei in faciem restitit, eumque hac in re fuisse reprehensibilem dicit. Et in hoc eius studium discipulis loquens, non solum culpam, sed quod est magis, hypocrisim, id est, simulationem nominat dicens: Cùm venisset Petrus Antiochiam, in faciem Galat.
ei restiti, quia reprehensibilis erat. Et paulopost: Et simulationi eius consenserunt cæteri Iudæi. Idem verò Apostolorum primus cum multa discipulos admoneret, atque à quibusdam detrahi Pauli scriptis agnosceret, dicit: Sicut charissimus 2. Pet. 3.
frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Ecce Paulus in epistolis suis scripsit Petrum reprehensibilem, & ecce Petrus in epistolis suis asserit Paulum in his quæ scripserat admirandum. Certè enim nisi legisset Petrus Pauli epistolas, non laudasset. Si autem legit, quia illic ipse reprehensibilis dicitur inuenit. Amicus ergo veritatis laudauit, etiam quòd reprehensus est, atque ei ad hoc ipsum placuit, quia in his non placuerat, quæ aliter quàm debuerat sensit. Seque etiam minori fratri ad consensum dedit, atque in eadem re factus est

sequens

A lapsens minorem fui, etiam vt in hoc præiret: quatenus qui primus erat in Apostolatus culmine, esset primus & in humilitate. Pensate ergo fratres charissimi, in quo mentis vertice stetit qui illas epistolas laudauit, in quibus scriptum se vituperabilem inuenit. Quæ illa mansuetudo tanta esse potuit, quæ quies animi, quæ soliditas, atque imperturbatio cogitationis? Ecce à minore suo reprehenditur, & reprehendi non dedignatur. Non ad memoriam reuocat, quòd primus in Apostolatum vocatus est, non quòd claues regni cœlestis acceperit, non quòd peccata quæcunque in terra soluerit, essent soluta & in cœlo, non quòd in mare pedibus ambulauit, non quòd paralyticos in Iesu nomine iubendo erexerat, non quòd ægros corporis sui vmbra sanauerat, non quod mentientes verbo occiderat, non quòd mortuos oratione suscitabat. Ne igitur increpationis verba dedignaretur audire, omnia dona quæ acceperat, quasi à memoria repulit, vt vnum fortiter humilitatis donũ teneret. Quis ergo nostrum si vel extremum aliquod signum feciſſet, à minori fratre increpatus, increpationis verba patienter audiret? Nihil enim signi fecimus: & si quis nos fortasse de actione nostra reprehenderit, statim intumescimus, magnos quosdam nos taciti cogitamus, virtutes nobis ad animum deducimus, etiam quas non habemus. At contrà Petrus cum virtutibus humilis in reprehensionibus permansit, sed porta surrexit in altitudinem. Hanc autem tantam mansuetudinem nos imitari non

B possumus: sed quia pauimentum sumus, longè inferius iacemus. Sunt verò nonnulli qui non Petrum Apostolorum principem, sed quendam alium eo nomine qui à Paulo est reprehensus accipiunt. Qui si Pauli studiosius verba legissent, ista

Galat.2. non dicerent. Dicturus etenim Paulus: Cùm venisset Petrus Antiochiam, ei in faciem restiti: vt de quo Petro loqueretur, ostenderet: in ipso suæ narrationis initio præmisit, dicens: Cre-

Ibidem. ditum est mihi Euangelium præputij, sicut Petro circumcisionis. Qui enim operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis, operatus est & mihi inter gentes. Patet ergo de quo Petro Paulus loquitur, quem & Apostolum nominat, & præfuisse Euangelio circumcisionis narrat. Et fuerunt quidam qui secundam Petri epistolam, in qua epistolæ Pauli laudatæ sunt, eius dicerent non fuisse. Sed si eiusdem epistolæ verba pensare voluissent, longè aliter pensare poterant. In ea quippe scriptum

2.Pet.1. est: Voce delapsa ad eũ huiuscemodi à magnifica gloria: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Atque subiungi-

Ibidem. tur: Et hanc vocem nos audiuimus cum essemus cum ipso in monte sancto. Legant itaque Euangelium, & protinus cognoscunt, quia cùm vox ista de cœlo venit, Petrus Apostolus cum domino stetit. Ipse ergo hanc epistolam scripsit, qui hanc vocem in monte de domino audiuit. Sed quia pauca de Petro diximus: nunc si placet ad Pauli mansuetudinem conuertamur, & pensemus si possumus, ille qui tanti ardoris est in zelo præ-

C dicationis, vt Apostolorum quoque primo non parceret, quan-

1.Cor.11. tæ sit mansuetudinis in studio longanimitatis. Taceamus autem quòd ter virgis cæsus est, quia semel lapidatus est, quia ter naufragium fecit, quia nocte ac die in profundo maris fuit, quia à Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepit. Minus enim animum ad iracundiam commouent ea mala quæ nobis ab apertis aduersariis irrogantur, hoc plus solet dolere quod à propriis patimur. Vnde & per Psalmistã ipsa veritas contra tra-

Psal.54. ditorem suum loquitur, dicens: Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, supportassem vtique. Tu verò vnanimis dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos. Pensemus ergo si possumus, Paulus Apostolus qui tantum patiens inter persecutores, quantum mansuetus inter discipulos fuerit. Certè Corinthi veniens, ab idolorum seruitio Corinthios retraxit, quis esset verus deus innotuit, æternæ eius vitæ gaudia prædicauit. Et cum magnam multitudinem populi in fide collegisset, tantam illic inopiam pertulit, vt victus sui gratui necessitate laboraret. Et panem terræ à discipulis non accepit, quibus panem cœli prædicauit. Insistebat verbo pro vita audientium, insistebat labori manuum pro vita corporis sui. De terris quoque aliis stipendia ei à discipulis mittebantur, vt

1Cor.4. Corinthiis prædicare sufficeret. Ipse quoque ad eosdem Co-

2Cor.11. rinthios pòst per epistolam loquitur, dicens: Cum essem apud vos & egerem, nulli onerosus fui, nam quod mihi deerat, suppleuerunt fratres qui venerunt à Macedonia. Quibus ad ma- D

Ibidem. gnum quoque improperium præmisit dicens: Alias Ecclesias spoliaui, accipiens stipendium ad ministerium vestrum. Pensemus ergo si possumus cuius hoc mansuetudinis fuerit, panem spiritus prædicare, & panem carnis non accipere, corda audientium de diuitiis æternis instruere, & inter eosdem discipulos fideles & abundantes fame laborare, inter satiatos pati inopiam, nec tamen quod patiebatur dicere, nec tamen dolere, videre dura erga se corda audientium tenacium, nec à prædicatione desistere. Nam sicut Apostolorum Acta testantur an-

Actor.18. no & sex mensibus cõtinuè in eadem ciuitate prædicauit. Cúmque ab eisdem Corinthiis recessisset, ad eos postmodum scri-

1.Cor.11. bit quod apud eos positus pertulit. Quare autem hoc eis cùm inter eos viueret, nunquam dixit? Ne quod erga eum factum ex bona voluntate non fuerat, fieret ex iussione. Et cùm innotesceret eorum miseria, remaneret voluntas ignota. Quare autem hoc postmodum longè positus scribit? Ne omnimodo discipuli incorrecti remanerent, & quales magistro in tenacia fuerant, aliis quoque fratribus tales non essent. Verè in hoc Paulus verè magister gentium: sua negligens, aliena curans, impleuit quod prædicauerat: Nemo quod suum est, quærat,

1.Cor.10. sed quod alterius. Et non quæ sua sunt singuli cogitantes, sed ea quæ aliorum. Quanta itaque ista mansuetudinis virtus est? Quanta tranquillitas spiritus? Quis autem nostrum, si vnum huius mundi diuitem ad omnipotentis dei seruitium conuertis- E set, seque egere conspiceret, & illum sibi vitæ subsidia non præbere, non protinus de eius vita desperasset? Quis non incassum laborasse se diceret? Quis non ab eius exhortatione obmutesceret, quem in semetipsum primùm ferre fructum boni operis non videret? Sed Paulus per mansuetudinem in virtutum vertice solidatus perstitit, prædicauit, dilexit, & bonum quod cœperat expleuit, eaque portando & persistendo discipulorum corda ad misericordiam perduxit. Nam eorum profectum postmodum scire se indicans, in eadem epistola scribit de ministerio quod fit in sanctos: Ex abundantia est enim mihi scri

2.Cor.9. bere vobis. Scio enim promptum animum vestrum, pro quo de vobis glorior apud Macedonas, quoniam Achaia parata est ab anno priore, & vestra æmulatio prouocauit plurimos. De

Ibidem. quibus rursus ait: Qui non solum facere, sed & velle cœpistis ab anno priore. In quibus enim non tam opera quàm pia vota requirebat, in eis proculdubio plus laudat pia vota quàm opera. Notandum nobis est, quia habet improperium hæc ipsa consolatio, cùm dicitur: ab anno priore. Bonum quippe, sed tardè fecerant, atque ideo hoc magister non sine reprehensione laudat. Medicus quippe est qui medicamentum vulneri apponit, quod & ea quæ purgata sunt, refouet: & ea quæ putrida inueniuntur, mordet. Sed hæc tolerando atque prædicando, expleuit quod cœpit. Et miræ longanimitatis virtus discipulorum du- F ritiam emolliuit ad misericordiæ viscera, quia longitudo portæ surrexit in altitudinem. Sed infirmi nos ad imitandum tantæ mansuetudinis longanimitatem idonei non sumus, quia videlicet pauimentum sumus, & despecti in nostris moribus iacemus. Ecce autem dum de duobus ducibus cœlestis exercitus loquor, martyr quoque Stephanus memoriæ occurrit, qui tentus pro creatoris sui nomine, & in medium persecutorum deductus: imperterritus stetit, fiducialiter docuit, & ex zelo veritatis persecutores suos fortiter increpauit, dicens: Vos semper spiri-

Actor.7. tui sancto restitistis. Cumque illi ad lapides currerent, flexo genu pro eisdem persecutoribus orauit, dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Quæ itaque ista virtus est, sic zelo fer-

Ibidem. uere, vt eis à quibus terrebatur, perfidiæ improperia fiducialiter diceret, & sic diligere, vt in morte quoque pro eis à quibus moriebatur, oraret? Sic quippe ex zelo inferbuit, ac si mansuetudinis nihil haberet. Et sic mansuetus in eorum dilectione perstitit, ac si contra eos feruoris nihil habuisset. Pensemus inter hæc vbi nostræ conscientiæ reatus iacet. Quis enim nostrum si saltem verbi contumeliam à proximo acceperit, non confunditur, commouetur, non ad odium erumpit, non præceptum dilectionis obliuiscitur? Sed hoc Stephanus ex omnipotentis dei gratia potuit, quia surgens in altitudinẽ porta fuit. Hoc nos miseri nostra virtute imitari non possumus, quia longè inferius sicut pauimentum iacemus. Quid autem nos in vita

sanctorum

G ſanctorum de noſtra admiratione dicimus: cùm ipſi quoque antiqui patres prædicatorum ſanctæ Eccleſiæ vitam conſiderantes, valde admirati ſunt? An non eorum vitam Pſalmiſta admiratus eſt, cùm dicebat: Mihi autem valde honorati ſunt amici tui deus, nimis confortatus eſt principatus eorum? Quod de quibus eius amicis dicat: Euangelium interroga, in quo veritas prædicatorbus dicit: Vos amici mei eſtis. Eſaias quoque eorum vitam intuens, ait: Qui ſunt iſti qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? Rectè autem prædicatores ſancti nubes appellati ſunt: quia verbis pluunt: miraculis coruſcant. Qui volare quoque vt nubes dicuntur: quia in terra viuentes, extra terram fuit omne quod egerunt. Vnde & per quandam nubem dicitur: In carne enim ambulantes, non ſecundum carnem militamus. Priores enim patres coniugiis vtebantur, filios procreabant, ſubſtantias poſsidebant, curis rei familiaris intendebant. Iſtos autem prophetiæ iam ſpiritu præuidens ſubſtantias deſerere, nihil in terra quærere, nihil poſsidere, non eos vel homines per terram ambulantes, ſed nubes volantes nominat. Volant enim qui terram quaſi non tangunt, quia in ipſa nil appetunt. Qui & ad feneſtras ſuas quaſi columbæ ſunt, quia pro manſuetudinis ſuæ ſpiritu in hoc mundo per oculos nil concupiſcunt. Conſideremus ergo quantæ altitudinis iſtæ ſpiritalis ædificij portæ ſunt, quas & ſpiritales patres admirantur, quantumque nos in earum admiratione humiliare neceſſe eſt, qui pa
H uimentum ſumus. Sed quia ſub longitudinis appellatione altitudinem portarum audiuimus, nunc aliquid de earum latitudine cognoſcamus. Sequitur: Et menſus eſt latitudinem à facie portæ inferioris vſque ad frontem atrij interioris extrinſecus, centum cubitos ad Orientem & ad Aquilonem.) In quibus verbis ſi portam aditum accipimus quo ad cognitionem domini intramus, porta inferior fides eſt, atrium vero interius contemplatio. Habet autem porta inferior latitudinem in facie, quia videlicet fides per charitatis ſuæ amplitudinem habet eam quæ videtur à proximis operationē. Quam dum fortiter à perfectioribus agi conſpicimus, nos qui in bonis actibus anguſtamur, exempla per eos magnæ operationis accipimus. Et vnaquæque ſancta actio quaſi quædam nobis fit latitudo itineris, quæ prius erat anguſtia difficultatis. Habet quoque atrium interius frontem, quia contemplatiua vita per quædam ſigna deſideriorum & gemituum oſtendit quantum intus videat quę tantum amat. Denarius autem numerus per ſemetipſum multiplicatus, in centenarium ſurgit. Vnde rectè per centenarium magna perfectio deſignatur, ſicut de electis dicitur: Omnis qui relinquit domū vel fratres, aut ſorores, aut patrē, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſsidebit. Neque etenim ſanctus quiſque ideo terrena deſerit, vt hæc poſsidere in hoc mundo multiplicius poſsit: quia quiſquis terreno ſtudio terram re-
I linquit, terram non relinquit, ſed appetit. Nec qui vnam vxorem deſerit, centum recepturus eſt, ſed per centenarium numerum perfectio deſignatur. Quia quiſquis pro dei nomine temporalia atque terrena contemnit, & hic perfectionem mētis recipit: vt iam ea non appetat, quæ contemnit, & in ſequenti ſeculo ad æternæ vitæ gloriam peruenit. Centies itaque recipit quod dedit, qui perfectionis ſpiritum accipiens, terrenis non indiget, etiam ſi hæc non habet. Ille autem pauper eſt qui eget eo quod non habet. Nam qui & non habens habere non appetit, diues eſt. Paupertas quippe in inopia mentis eſt, nō in quantitate poſſeſsionis. Nam cui in paupertate bene conuenit, non eſt pauper. Menſus eſt ergo vir latitudinem à facie portæ inferioris, vſque ad frontem atrij interioris extrinſecus centum cubitos. Quia redemptor noſter quotidie per magiſtros atque doctores in mēſura perfectionis metitur vitam fidelium, vel in ſpecie boni operis per fidem, vel in ſanctis deſideriis per contemplationem. Multi etenim videntur in fide poſiti magna operari, ſed in centum cubitis non menſurantur, quia per ipſa quæ faciunt, terrenam gloriam quærunt. Et quidam videntur per abſtinentiam cruciari, gemitibus inſiſtere, ſed eorum menſura ad centum cubitos minimè ducitur: quia in his quæ agunt, ab humano iudicio fauores requirunt. Quis ergo eſt qui per centū cubitos menſuratur, niſi is cuius bona operatio recta intentione tutur: vt in eo quod agit, non ad terrena lucra appetenda,

Pſal.138.

Ioan.16.

Eſa.60.

1.Cor.10.

Matt.19.

aut ad laudes tranſitorias reflectatur? Ecce enim miſericordiam K proximis exhibere, poſſeſſa largiri, cum celeritate indigenti tribuere, latitudo in facie portæ inferioris eſt. Sed ſi tua dans, aliena non appetas, ſi terrenam gloriam de ipſo bono opere nō requiras: rectè in centenario numero, id eſt, in perfectione menſuraris. Nam qui videtur dare miſericorditer propria, & rapit forſitan violenter aliena: iſte adhuc quæ ſit via perfectionis ignorat, nec cognouit vnde ad perfectionem tenditur, quia nec ipſum eius initium inuenit. Prius enim appetitum euellere à mente debuit, & poſtea quæ iure poſsidet largiri. Vnde ſcriptum eſt: Declina à malo, & fac bonum. Quid enim poteſt eſ- *Pſal.33.*
ſe boni quod fecit, qui necdum à malo declinauit? Et ſunt quidam, qui, ſicut dictum eſt, ab alimentis abſtinent, carnem cruciant, ſed tamen ſi pulſati fuerint, cognoſcūtur quia ad mundi gloriam anhelant. Iſti frontem atrij interioris oſtendunt, ſed per centum cubitos non menſurantur. Hi ergo in numero perfectionis ſunt, de quibus per Paulum dicitur: Qui carnem *Galat.5.*
ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. Et notandum quia non dicitur quod intrinſecus, ſed extrinſecus iſta menſuratur: quia videlicet redemptor noſter cùm per nos facta hominum, vel approbat, vel iudicat, non intrinſecus metitur. Vnde & per Euangelium dicit: Ex fructibus eorum cognoſcetis *Matt.7.*
eos. Quia enim per hoc quod videmus, cognoſcimus operantis animum quem non videmus, ſiue latitudinem quæ in facie portæ eſt inferioris, ſiue frontem atrij interioris extrinſecus L metimur. Cùm enim alios conſpicimus largiri eleemoſynam, afflicto occurrere, oppreſſo ſubuenire, nihil in hoc mundo gloriæ quærere, nullis huius mundi compendiis inhiare, atque alios videmus carnem domare, lachrymis inſiſtere, verbis cœleſtibus occupari, nihil tranſitorij honoris appetere: quid aliud debemus niſi eos perfectos eſſe credere, ſanctos æſtimare? Quia ergo per hoc quod aſpicimus, eos perfectos eſſe videmus, eorum vitam per centum cubitos extrinſecus metimur. Et quia multi in Iudæa, plerique verò in gentilitate poſiti, ad hanc perfectionis ſummam venerunt, rectè ſubiungitur: Ad Orientem & ad Aquilonem.) Iudaicus etenim populus Oriens iure dictus eſt, de cuius carne ille eſt natus qui Sol iuſtitiæ vocatur. De quo per Prophetam dicitur: vobis autem qui timetis dominum, orietur Sol iuſtitiæ. Per Aquilonem verò gen- *Mala.4.*
tilitas figuratur, quæ diu perfidiæ ſuæ frigore torpuit, & in cuius corde ille regnauit, qui atteſtante Propheta apud ſemetipſum dixit: Ponam ſedem meam ad Aquilonem. Quia itaque *Eſa.14.*
incarnatus omnipotens deus alios perfectos ex Iudæa, alios ex gentilitate perfectos intra ſanctam Eccleſiam fecit: centum cubitos non ſolum ad Orientem menſus eſt, ſed etiam ad Aquilonem. Sed quia ſub Aquilonis nomine de gentilitate ſermo ſe intulit, conſiderare libet quantum ſuper nos effuſa ſunt viſcera creatoris noſtri. Omnes enim nos ex gentilitate venimus. Antiqui parentes noſtri lignis & lapidibus ſeruiebant, M
& derelinquentes deum à quo facti ſunt, deos venerati ſunt quos fecerunt. Nos autem per omnipotentis dei gratiam ad lucem de tenebris venimus. Recolamus ergo de quibus tenebris venimus, & de luce quam accepimus, gratias agamus. Neque enim diuinam miſericordiam intelligit, qui ſuæ miſericordiæ memor non eſt. Vnde & per Pſalmiſtam deo dicitur: Mirifica miſericordias tuas domine, qui ſaluos facis ſperantes in te. Tunc enim nobis dei miſericordiæ mirificantur, cùm *Pſal.16.*
nobis ad memoriam miſeriæ noſtræ reuocantur: quia recolentes quid fuimus, intelligimus cui debemus quod ſumus. Cantemus itaque cum gaudio creatori noſtro, qui de ſeruitio creaturæ, colla mentis excuſsimus. Gaudeamus in nobis impletum eſſe quod per Eſaiam dictum eſt: Et frenum erroris quod erat *Eſa.30.*
in maxillis populorum, canticum erit vobis ſicut vox ſanctificatæ ſolennitatis. Frenum quippe erroris maxillas populorum conſtrinxerat, quando idolorum errore obligata gentilitas, deo vero confeſsionis laudem dare neſciebat. Sed hoc ipſum erroris frenum iam nobis in cāticum verſum eſt, cùm gaudendo pſallimus atque cantamus: Omnes dij gentium dæmo- *Pſal.105.*
nia, dominus autem cœlos fecit. Et rurſum: Simulacra gentium *Ibidem.*
argentum & aurum, opera mānuum hominum. Os habent & nō loquentur, oculos habent & nō videbunt. Aures habent & non audient, nares habent & non odorabunt. Manus habent & non

palpa-

A pabunt, pedes habent & non ambulabunt. Qui itaque hæc omnipotenti domino psallendo dicimus: ipsum erroris nostri frenum quod à laude dei era nostra ligauerat, vero domino connexum iecimus. Bene autem dicitur, sicut vox sanctificatæ solemnitatis: quia dum confessionis laudem deo reddimus, in sanctificata solemnitate gaudemus. Respondeamus ergo moribus tantæ misericordiæ redemptoris nostri: & qui lucem cognouimus, prauorum operum tenebras declinemus. Quid est iam, rogo quod in hoc mundo libeat? Vbique luctus aspicimus, vbique gemitus audimus. Destructæ vrbes, euersa sunt castra, depopulati agri, in solitudinem terra redacta est. Nullus in agris incola, penè nullus in vrbibus habitator remansit, & tamen ipsæ paruæ generis humani reliquiæ adhuc quotidie & sine cessatione feriuntur. Et finem non habent flagella cœlestis iustitiæ, quia nec inter flagella correctæ sunt actionis culpæ. Alios in captiuitatem duci, alios detruncari, alios interfici videmus. Quid est ergo quod in hac libeat fratres mei? Si & talem adhuc mundum diligimus: non iam gaudia, sed vulnera amamus. Ipsa autem quæ aliquando mundi domina esse videbatur, qualis remanserit Roma conspicimus. Immensis doloribus multipliciter attrita: desolatione ciuium, impressione hostium, frequentia ruinarum: ita vt in ea completum esse videamus, quod contra vrbem Samariam per hunc eundem prophetam longè superius dicitur: Pone ollam, pone inquam & mitte in ea aquam, & Ierem.14. B congere frusta eius in ea. Et paulopòst: Efferbuit coctio eius, & discocta sunt ossa illius in medio eius. Atque iterum: Congere ossa quæ igne succendam: consumentur carnes, & coquetur vniuersa compositio, & ossa tabescent. Pone quoque eam super prunas vacuam, vt incalescat & liquefiat æs eius. Tunc enim nobis olla posita est, cum hæc est ciuitas constituta. Tunc in eam aqua missa est, & frusta eius congesta sunt, quando ad eam vndique populi defluebant, qui velut aqua calens actionibus mundi feruescerent & quasi frusta carnium in ipso suo feruore liquarentur. De qua bene dicitur: Efferbuit coctio eius, & discocta sunt ossa eius in medio illius. Quia prius quidem in ea vehementer incaluit actio gloriæ secularis, sed postmodum ipsa gloria cum suis sequacibus defecit. Per ossa etenim potentes seculi, per carnes vero populi designantur: quia sicut carnes portantur ossibus, ita per potentes seculi infirmitas regitur populorum. Sed ecce iam de illa omnes huius seculi potentes ablati sunt, ossa ergo excocta sunt. Ecce populi defecerunt, carnes eius liquefactæ sunt. Dicatur itaque: Congere ossa quæ igni succendam: consumentur carnes, & coquetur vniuersa compositio eius, & ossa tabescent. Vbi enim senatus? vbi iam populus? Contabuerunt ossa, consumptæ sunt carnes: omnis in ea secularium dignitatum ordo extinctus est. Excocta est vniuersa compositio eius. Et tamen ipsos nos paucos qui remansimus: adhuc quotidie gladij, adhuc quotidie innumeratæ tribulationes premunt. Dicatur ergo: Pone quoque eam super prunas C vacuam. Quia enim senatus deest, populus interiit: & tamen in paucis qui sunt, dolores & gemitus quotidie multiplicãtur, iam vacua ardet Roma. Quid autẽ ista de hominibus dicimus, cùm ruinis crebrescentibus, ipsa quoque destrui ædificia videmus? Vnde aptè de ciuitate iam vacua subditur: Incalescat & liquefiat æs eius. Iam enim & ipsa olla consumitur, in qua prius & carnes & ossa consumebantur: quia postquam defecerunt homines, etiam parietes cadunt. Vbi autẽ sunt qui in eius aliquando gloria lætabantur? vbi eorum pompa? vbi superbia? vbi frequens & immoderatum gaudium? Impletum est in ea quod contra destructam Niniuen per prophetam dicitur: Vbi est habitaculum Nam.2. leonum, & pascua catulorum leonum? An eius duces ac principes leones non erant, qui per diuersas mundi prouincias discurrentes, prædam sæuiendo & interficiendo rapiebant? Hic leonum catuli inueniebant pascua: quia pueri, adolescentes, iuuenes, seculares, & secularium filij huc vndique concurrebant, cùm proficere in hoc mundo voluissent. Sed iam ecce desolata, ecce contrita, ecce gemitibus oppressa est. Iam nemo ad eam currit, vt in hoc mundo proficat: iam nullus potens & violentus remansit, qui opprimendo prædam diripiat. Dicamus ergo. Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum? Michæ. Contigit ei quod de Iudæa nouimus per prophetam dictum: Dilata caluitium tuum sicut aquila. Caluitium quippe hominis in solo capite fieri solet, caluitium vero aquilæ in toto corpore: D quia cùm valde senuerit, plumæ eius ac pennæ ex omnibus membris illius cadunt. Caluitium ergo suum sicut aquila dilatat, quia plumas perdidit, quæ populum amisit. Alarum quoque pennæ ceciderunt, cum quibus volare ad prædam consueuerat: quia omnes potentes extincti sunt, per quos aliena rapiebat. Hęc autẽ quę de Romanę vrbis cõtritione dicimus, in cunctis facta mũdi ciuitatibus scimus. Alia etenim loca clade desolata sunt, alia gladio consumpta, alia fame cruciata, alia terræ hiatibus absorpta. Despiciamus ergo ex toto animo hoc prẽsens seculũ vel extinctum. Finiamus mundi desideria saltem cum mundi fine. Imitemur bonorum facta quæ possumus. Apud Orientem & Aquilonem multi sunt, qui pro perfectione vitæ centũ cubitis mẽsurantur. Ex Iudæa etenim & gentilitate, sicut dictũ est, ad sanctitatis culmen excreuerunt. Quanuis intelligi per Orientem & Aquilonem, etiam iusti & peccatores possint. Oriens quippe non immeritò iusti nominantur, qui sicut in luce fidei nati sunt, in innocentia perstiterunt. Per Aquilonem verò rectè peccatores accipimus, qui mentis frigore dilapsi sub peccati sui vmbra torpuerunt. Sed quia omnipotentis dei misericordia etiam tales ad pœnitentiam reuocat, compunctione & lachrymis lauat, virtutibus ditat, vsque ad perfectionis gloriam subleuat, non centum cubitis solum ad Orientem, sed etiam ad Aquilonem ducũtur, dum cum iustis etiam peccatores per dona & pœnitentiam ad perfectionem veniunt. E

Homilia. XIX.

DOrtam vero quæ respiciebat viam Aquilonis atrij exterioris, mensus est tam in longitudine quàm in latitudine: & thalamos eius tres hinc & tres inde, & frontem eius & vestibulum eius secundum mensuram portæ prioris, quinquaginta cubitorum lõgitudinem eius, & latitudinem viginti quinque cubitorum. Fenestræ autem eius, & vestibulũ, & sculpturæ secundum mensuram portæ quæ respiciebat ad Orientem, & septem gradũ erat ascensus eius. Et vestibulum ante eam, & porta atrij interioris contra portam Aquilonis & Orientalem. Et mensus est à porta vsque ad portam centum cubitos. Et eduxit me ad viam Australem, & ecce porta quæ respiciebat ad Austrum. Et mensus est frontem eius, & vestibulũ eius iuxta mensuras superiores, & fenestras eius, & vestibula in circuitu sicut fenestras cæteras, quinquaginta cubitorum longitudine, & latitudine vigintiquinque cubitorum, & in gradibus septẽ ascendebatur ad eam. F Et vestibulum ante fores eius, & cælatæ palmæ erant: vna hinc, & altera inde in fronte eius.

MAgna legentium debet esse discretio, vt in sacro eloquio cùm quilibet vnus sermo dicitur, non semper vnam eandemque rem significare credatur: sicut aliquando Sol in bono, aliquando verò accipitur in malo. Solis etenim nomine aliquando signatur dominus, aliquando persecutio. Attestante autem libro Sapientiæ, in inferno impij dicturi sunt: Errauimus à via veritatis, & Sol iustitiæ non luxit *Sapien.5.* nobis. Et de iactis seminibus dominus dicit: Orto sole aruerunt: quia videlicet facta persecutione, in reproborum cordibus prædicationis verba siccantur. Sic leo dominum signat. Vnde scriptum est: Vicit leo de tribu Iuda. Sic leonis nomine *Apo.5.* diaboli similitudo exprimitur, sicut per primum pastorem dicitur: Aduersarius vester diabolus sicut leo rugiens circuit *1.Pet.5.* quærens quem deuoret. Sic bouis nomine sapiens designatur. Vnde scriptum est: Non iunges bouem & asinum: id est, sapien- *Deut.22.* tem cum stulto in prædicatione non socies. Sic per bouem fatuus figuratur, sicut de eo qui in turpitudine amoris captus est, dicitur: Statimque eam sequitur, quasi bos ductus ad *Prouer.7.* victimam: id est, sicut fatuus trahitur ad mortem. Hæc igitur dixi, ne quia portam significare dominum, vel prædicatores,

vel

Universidad de Oviedo Biblioteca

G vel ſcripturam ſacram, vel fidem expoſui, vbicunque iam in hoc propheta porta legitur, ſignare aliud non credatur. Cùm enim de vna porta propheta loqueretur, rectè fides intellecta eſt, quia vna eſt omnium electorum fides. Cùm verò aliæ portæ nominantur, intelligi oſtà prædicatorum poſſunt, per quæ vera vita cognoſcitur, & per quæ aſcenditur ad ſacramentorum ſpiritalium cognitionem. Nam porta per quam ſignificari fidem diximus, notandum nobis eſt, quia inferior appellatur. In hac enim vita dum ſumus, quaſi in imo poſiti adhuc inferius tenemur. Et rectè inferior porta fides eſt, quia nobis in terra poſitis aperit cognitionem dei. Itaque nunc dicitur: Portam quoque quæ reſpiciebat viam Aquilonis atrij exterioris, menſus eſt tam in longitudine quàm in latitudine: & thalamos eius tres hinc, & tres inde. Et frontes eius, & veſtibulum eius ſecundum menſuram portæ prioris quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & latitudinem viginti & quinque cubitorum. Feneſtræ autem eius, & veſtibulum, & ſculpturæ ſecundum menſuram portæ quæ reſpiciebat ad Orientem: & ſeptem graduum erat aſcenſus eius, & veſtibulum ante eam.) De porta quæ reſpiciebat viâ Aquilonis atrij exterioris ea ipſa replicantur quæ iam de porta alia ſuperiori dicta ſunt, atque alia ſubiunguntur quæ de prædicta porta propheta tacuerat. Vt ergo de his latius differamus, quæ necdum diſcuſſa ſunt: debemus ea quæ dicta ſunt, ſub breuitate replicare. Porta enim viam Aquilonis re-
H ſpicit, cùm prędicator quiſque vitam peccatoris agnoſcit, eiq́ue interiora vitæ per verbum prædicationis aperit. Quæ porta atrij exterioris dicitur: Exterius quippe eſt atrium vita præſens, in qua omne quod corporaliter agitur, corporaliter etiam videtur. Quæ tam in longitudine quàm in latitudine menſuratur: quia cùm ad fidem peccator ducitur, neceſſe eſt vt eius doctor conſideret, vel quantum in longitudinem ſpei, vel quantum in latitudinem charitatis ex eius admonitione proficiat. Qui enim ad deum conuertitur, ſi adhuc bona vitæ præſentis ſperat, longitudinem non habet, quia breuis eſt vita in qua ſpem poſuit. Si per terrenorum concupiſcentiam, & adhuc proximi odio coanguſtatur, latitudinem non habet: quia neſcit vel tranſitoria contemnere, vel ſe in proximi amore dilatare. Cùm verò conuerſus quiſq; æternæ vitæ gaudia longanimiter ſperat, proximorum moleſtias cum charitate tolerat, & ea quæ non habet concupiſcere contemnit, longitudinem & latitudinem porta habet, quia gloria prędicatoris eſt profectus auditoris. Vnde quibuſdam per magnum prædicatorem dicitur: Gaudium meum *Phil.4.* & corona mea. Et turſum: Ecce nunc viuo, ſi vos ſtatis in do- *1.Tim.3.* mino. Atque iterum: Quæ eſt noſtra ſpes aut gaudium? nónne *1.Theſ.2.* vos ante dominum? Longitudo ergo & latitudo portæ eſt quæ ad Aquilonem reſpicit: quia cùm infidelem quempiam in peccati ſui frigore torpentem prædicator ad fidem conuerterit, per hoc quòd eum in longitudinem ſpei tendit, & in amplitudinem
I charitatis dilatat, eius gloriam facit. Et quia in cognitione ſanctæ trinitatis ex verbo prædicationis auditores quique in eiuſdem trinitatis amore proficiunt: habet hæc eadem porta thalamos tres hinc, & tres inde: quia omne quod per teſtamentum nouum de trinitate conditor loquitur, hoc etiam de teſtamento veteri oſtendit. Et cor audientium in amore cœleſtis patriæ perficit, vt anima inhærens deo, quaſi ſponſa cum ſpõſo in quodam iam thalamo ſedeat, atque ſe à terrenis deſideriis funditus auertat. Vel certè, vt longe ſuperius dictum eſt, quia tres ſunt ordines bene viuentium: bonorum ſcilicet coniugatorum, cõtinentium, atque prædicatorum: & quia alij etiam in coniugiis poſiti amore cœleſtis patriæ anhelant: alij autẽ ſpe æterni gaudij etiam carnem maceraut, omneſque actus terrenos refugiũt, & in cura huius ſeculi implicari contemnunt: alij verò & terrena bona deſpiciunt, & cœleſtia gaudia prædicant quæ cognouerunt: quid iſti niſi in ſpiritali ædificio thalami ſunt, in quorum cogitatione & meditatione anima cœleſti ſponſo ſociatur? Quos tres bonorũ ordines, quia non ſolum Eccleſia ex gẽtibus habet, ſed aliquando etiam ſynagoga habuit, dum magna multitudo ſpiritalium, redemptoris gratiam ardenter expectauit: porta ædificij cœleſtis tres hinc, & tres inde thalamos habet, quia prædicator quiſque cum ad ſupernam patriam auditorem prouocat, & nouos patres & veteres anhelaſſe cœleſti deſiderio demonſtrat, plus enim plærunque exemplum, quam ratio-

cinationis verba compungunt: & cùm prædicator dicit quales K
alij in coniugio, vel incontinentia, vel in prædicatione erga omnipotentis dei amorem in nouo teſtamento fuerint, vel alij quales in veteri: porta quæ loquitur, ternos ex vtroque latere habere thalamos oſtenditur. Quæ porta habet & frontem, quia ſunt in prædicatoris vita aperta opera quæ videntur. Habet & ante frontem veſtibulum: quia priuſquam bona opera inſinuet, prædicat fidem, per quam anima humiliter veniens, ad bonorum actuum altitudinẽ ſubleuetur. Quę cuncta ſecundum menſuram portę prioris ſunt, iuxta hoc quod ſubditur: Quia mẽſus eſt quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & latitudinem viginti quinque cubitorum. Hæc iam ſuperius latius me dixiſſe meminiſtis. Per quinquagenarium enim numerum requiem diximus figurari: quia & quinquageſimus veteri populo in requiem datur, appellatus eſt Iubileus, & ſeptenarius numerus, per quem hoc omne tempus euoluitur, ſepties multiplicatus, ad quadraginta & nouem ducitur. Cui monas additur: quia in vnius contẽplatione requies æterna perficitur. Idem ergo quinquagenarius numerus nobis in longitudinem eſt: quia peruenire ad illam requiem non poteſt, niſi qui ad eam ſpem ſuam modo tendere longanimiter poteſt. Quia enim per quinquagenarium numerum ad æternam requiem prouocamur: etiam hoc nos omnino inſtruit, quòd in tabernaculo decem cortinæ iuſ- *Exod.*
ſæ ſunt fieri, quæ haberent anſulas quinquagenas, & circulos aureos quinquagenos à latere & ſummitate. Cortinæ tabernaculi ſancti oẽs ſunt, qui ex diuerſis virtutũ coloribus in ſanctæ Eccleſiæ ornamento proficiunt. Qui & interiora velant, & exteriora omnimodo exornant; quia eorum vita inquantum videtur, ornamentum eſt: & eorum intellectus intus abſconditus, dum cœleſtia quæ in mente ſeruant, edicere non poſſunt, in eis aliquo modo velatur. Rectè autem decem cortinæ ſunt: quia per decalogi ſtudium, ipſa ſanctorum corda profecerunt. Hyacinthinæ vero anſulæ cortinarum fieri quinquaginta præceptæ ſunt. Hyacinthus cœli ſpeciem habet. Anſulæ ergo cortinarum ſunt præcepta cœleſtia, in quibus ligantur animæ, vt ab inferioribus ſubleuatæ ſuperius pendeant. Quæ videlicet anſulæ habent & circulos aureos, intellectum ſcilicet vera ſapientia fulgentem. Qui intellectus, quia eſſe debet per omnia circunſpectus, & cautæ ſollicitudinis vigilantia munitus, rectè per circulos deſignatur. Et notandum quòd à latere & ſummitate iubẽtur anſulæ vel circuli in cortinis fieri: quia præcepta cœleſtia & intellectus ſpiritalis, non ſolum debet nos ſurſum in dei amorem ſuſpendere, ſed etiam proximo in charitate ſociare. In eo enim quòd cõditorem noſtrum diligimus, quaſi per ſuperiores anſulas in aẽre pendemus. In eo verò quòd ſicut noſmetipſos proximos amamus, anſulas & circulos à latere habemus: vt cortinæ tabernaculi, id eſt, fidelium animæ per charitatem coniunctæ ſint, & non per diſcordiam diuiſæ. Vnde & hic poſt longitudinem quinquaginta cubitorũ, protinus latitu- M
do ſubiungitur viginti & quinque cubitorum, quę videlicet latitudo & charitatem proximi pertinet. Ipſa enim in fratrũ amore ſe dilatat, atque erga eos omne quod poteſt boni operis, exercet. Cuncta autem bona opera quę corporaliter fiunt, per quinque corporeos ſenſus exhibẽtur, videlicet per viſum, auditum, tactum, guſtum, odoratũ. Quinarius verò numerus per ſemetipſum ductus ad viceſimum & quintum peruenit: quia bona opera cùm agi cœperint, per feruorem animum ad augmentum excitant, & per ſemetipſa multiplicantur. Vnde & latitudinem menti faciunt, vt non ſit anguſta per teporem, ſed expenſa in bonis actibus per charitatẽ. Omnis enim torpor teporis anguſtia eſt, omnis vero benignitas charitatis magna latitudo. Nam etſi res deſunt, quæ fortaſſe indigenti proximo præbeantur, ampla eſt ſubſtantia voluntatis bonæ, quæ ſufficit ad regni retributionem, ſicut ſcriptum eſt: In terra pax hominibus bonæ voluntatis. Sequitur: Feneſtræ autẽ eius, veſtibulum & ſculpturæ, ſecundum menſuram portæ quæ reſpiciebat ad Orientẽ.)Cuncta hęc iam ſuperius latius dicta ſunt, & idcirco ſermo nõ debet moroſa expoſitione tardare. Hoc tamen magnopere notandum eſt, quòd porta ad Aquilonẽ ea omnia habere perhibetur, quę porta ad Orientem: feneſtras ſcilicet contemplationis, veſtibulum humilitatis, ſculpturam bonæ operationis. Omnes enim qui per hoc quod in conuerſatione nati ſunt, in innocentia perſtiterunt, *Luc.*

portam

A portam ad Orientem habent, quia eis cœlestis regni aditus patet ex lumine quod acceperunt. Et omnes qui in peccatis postmodum lapsi, torporis sui frigore sunt depressi, sed per pœnitentiam redeunt ad amorem cœlestis patriæ & recalescunt, portam ad Aquilonem habent: quia eis etiam post peccati sui frigus regni aditus per misericordiam patet. Ea ergo habere dicitur ad Aquilonem, quia & conuersi peccatores sic ditantur virtutibus, sicut illi sunt diuites qui cadere in peccati pœnitentiam vitauerunt. Vnde & Psalmistæ voce per dominum dicitur: Cinerem sicut panem manducabam. Quia sic pœnitentes recipit vt iustos. Scriptum quippe est de peccatoribus: Olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Cinis ergo sicut panis comeditur, quando auctori suo peccator per pœnitentiam, sicut innocens reuocatur. Porta igitur ad Aquilonem habet fenestras, habet vestibulum, habet sculpturas: quia cùm peccator ad vitam post culpas reducitur, sæpe lumen contemplationis accipit, atque de ipsa memoria iniquitatis suæ gratiam magnæ humilitatis: bonæ quoque operationis efficaciam, vt omne quod fieri præcipitur, in vita eius quasi sculptum esse videatur: Septem verò graduum erat ascensus eius, & vestibulum ante eam.) Septem gradibus ad portam ascenditur, quia per sancti spiritus septiformem gratiam aditus nobis regni cœlestis aperitur. Quam septiformem gratiam Esaias in ipso nostro capite, vel B in eius corpore quod sumus, enumerans dicit: Requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & veritatis, * & replebit eum spiritus timoris domini. Quos gradus de cœlestibus loquens, descendendo magis quàm ascendendo numerauit: videlicet sapientiam, intellectum, consilium, fortitudinem, scientiam, pietatem, timorem. Et cùm scriptum sit: Initium sapientiæ timor domini: constat proculdubio, quia à timore ad sapientiam ascenditur: non autem à sapientia ad timorem reditur, quia nimirum perfectam habet sapientia charitatem. Et scriptum est: Perfecta charitas foras mittit timorem. Propheta ergo, quia de cœlestibus ad ima loquebatur, cœpit magis à sapientia, & descendit ad timorem. Sed nos qui à terrenis ad cœlestia tendimus, eosdem gradus ascendendo enumeremus, vt à timore ad sapientiam peruenire valeamus. In mente etenim nostra primus ascensionis gradus est timor domini: secundus, pietas: tertius, scientia: quartus, fortitudo: quintus, consilium: sextus, intellectus: septimus, sapientia. Est enim timor domini in mente. Sed qualis est iste timor, si cum eo pietas non est? Qui enim misereri proximo ignorat, qui compati eius tribulationibus dissimulat: huius timor ante omnipotentis dei oculos nullus est, quia non subleuatur ad pietatem. Sed sæpe pietas per inordinatam misericordiam errare solet, si fortasse pepercerit quæ parcenda, non sunt. Peccata etenim quæ seriri gehennæ ignibus possunt, disciplinæ verbere sunt corrigenda. Sed inordinata pietas C cùm temporaliter parcit, ad æternum supplicium pertrahit. Vt ergo vera & ordinata sit pietas, ad gradum est alium subleuanda, id est, ad scientiam, vt sciat vel quid ex misericordia puniat, vel quid ex pietate dimittat. Sed quid si sciat quid agere quis debeat, virtutem verò agendi non habeat? Scientia ergo nostra crescat ad fortitudinem: vt cùm videt quid agendum sit, hoc agere per mentis fortitudinem possit, ne timore trepidet, & pauore collapsa, non valeat bona defendere quæ sentit. Sed sæpe fortitudo si improuida fuerit, & minus contra vitia circunspecta, ipsa sui præsumptione in casum ruit. Ascendat ergo ad consilium, vt prouidendo præmuniat omne quod agere fortiter potest. Sed esse consilium non potest, si intellectus deest: quia qui non intelligit malum quod agentem grauat, quomodo potest bonum solidare quod adiuuat? Itaque à consilio ascendamus ad intellectum. Sed quid si intellectus magno acumine vigilet, & moderari se nesciat per maturitatem? Ab intellectu ergo ascendamus ad sapientiam: vt hoc quod acutè intellectus inuenit, sapientia maturè disponat. Quia igitur per timorem surgimus ad pietatem, per pietatem ad scientiam ducimur, per scientiam ad fortitudinem roboramur, per fortitudinem ad consilium tendimus, per consilium intellectu proficimus, per intellectum ad maturitatem sapientiæ peruenimus; septem gradibus ad portam ascendimus, per quam nobis aditus vitæ spiritalis aperitur. Bene autem dicitur, quia D vestibulum erat ante eam: quia nisi quis prius humilitatem habuerit, ad hos gradus donorum spiritalium non ascendit, sicut scriptum est: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos? De quo per Psalmistam dicitur: Ascensus in corde eius disposuit in conualle lachrymarum. Conuallis quippe humilis locus est, & peccator quisque dum se in lachrymis humiliter affligit in corde, per ascensum virtutum proficit. Qui rursus ait: Emittit fontes in cõuallibus: Quia omnipotens deus dona spiritalis gratiæ humilibus præstat. Potest quoque per vestibulum fides intelligi. Ipsa quippe est ante gradus & portam: quia prius ad fidem venimus, vt postmodum per spiritalium donorum gradus, cœlestis vitæ aditum intremus. Non enim virtutibus venitur ad fidem, sed per fidem pertingitur ad virtutes. Cornelius enim Centurio cuius eleemosynæ ante baptismum angelo testante laudatæ sunt: non operibus venit ad fidem, sed fide venit ad opera. Nam & ei per angelum dicitur: Orationes tuæ & eleemosynæ ascenderunt in conspectum dei. Si enim deum verè & ante baptismum non crediderat, quid orabat? vel quomodo hunc omnipotens deus exaudierat, si non ab ipso se in bonis perfici petebat? Sciebat igitur creatorem omnium E deum: sed quod eius omnipotens filius incarnatus esset, ignorabat. Neque enim poterat bona agere, nisi antè credidisset. Scriptum namque est: Sine fide impossibile est placere deo. Fidem ergo habuit, cuius operationes & eleemosynæ placere potuerunt. Bona autem actione promeruit, vt deum perfectè cognosceret, & incarnationis eius mysterium crederet, quatenus ad sacramentum baptismatis perueniret. Per fidem ergo venit ad opera, sed per opera est solidatus in fide. Vestibulum itaque ante gradus est: quia qui prius credidit, ipse pòst virtutum gradibus ad portæ aditum ascendit. Sequitur: Et porta atrij interioris contra portam Aquilonis & Orientalem.) Hoc loco contrà non pro aduersitate ponitur, sed pro rectitudine: ita enim porta interioris atrij posita monstrabatur, vt porta Aquilonis & Orientis perfecto ad eam aditu tenderet. Quid est ergo quòd porta interior recto itinere posita contra portam Orientis & Aquilonis ostenditur, nisi hoc quod apertè datur intelligi: quia siue Iudaico & gentili populo, seu iustis & peccatoribus, sed post peccata conuersis, æquè aditus regni cœlestis aperitur? Larga est enim misericordia creatoris nostri. Et porta interior non solum portam Orientis respicit, sed etiam Aquilonis: quia non solum his qui in innocentia permanent, sed etiam peccatoribus peccata sua pœnitendo damnantibus aperiuntur interioris atrij gaudia: vt ineffabilia mysteria patriæ cœlestis agnoscant, agnoscendo sitiant, sitiendo F currant, currendo perueniant. Hæc æterni gaudij secreta cognouerat, qui dicebat: Sitiuit anima mea ad deum viuum, quando veniam & apparebo ante faciem dei? Prædicator gentium ad hunc aditum regni cœlestis anhelabat, cùm dicebat: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Hæc exultationis occultæ secreta cognouerat sponsa, quæ dicebat: Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius. Dilectus etenim manum per foramen mittit, quando virtute sua dominus nostrum animum per subtilem intellectum pulsat. Et venter in tactu illius contremiscit, quia infirmitas nostra per hoc quod cœlestis gaudij intellectu tangitur, ipsa sua exultatione turbatur, & fit in mente pauor cum lætitia: quia etsi iam sentit quid de cœlesti gaudio diligit, adhuc metuit, ne non pereat quod vix tenuiter sentit. Quid igitur restat, nisi vt se ad perfectioris vitæ cursum dirigant omnes qui illa gaudia patriæ cœlestis agnoscunt? Vnde & hic aptè subiungitur: Et mensus est à porta vsque ad portam centum cubitos.) Centenarium numerum, quia decies per denarium ducitur, iam superius diximus esse perfectum. Is itaque qui aditum atrij interioris videt: profectò necesse est vt per vitam perfectionis currat, & à porta inchoationis vsque ad consummationis ingressum perueniat. Mensuretur ergo atrium interius, quòd à portis exterioribus vsque ad portam interiorem tenditur centum cubitis: vt qui intrare amando cœpit, latitudinem perfectionis habeat in mente: quatenus in eo quem dili-

Universidad de Navarra Biblioteca

git, hunc nec aduersa coanguſtant, ſed tranſitoria cuncta deſpiciens, quouſque ad gaudia ſecreta peruenìat, per atrium perfectionis currat. Sunt etenim multi qui iam in ſeptem gradibus aditum portæ exterioris intrauerunt, iuxta quendam ſupernæ diſpenſationis modum: per timorem dei humiles, per pietatis ſtudium miſericordes, per ſcientiam diſcreti, per mentis fortitudinem liberi, per conſilium cauti, per intellectum prouidi, per ſapientiam maturi: ſed adhuc quibuſdam neceſsitatibus obligati, huius mundi curis inſeruiunt. Et vnde iam ex magna parte excuſſerunt animum, ibi adhuc tenentur inuiti. Cúmque ſuper impoſita terrenæ occupationis portant onera, minus in præceptis cœleſtibus exercentur. Et dum anhelare medullitus ad æternam patriam non vacat: ipſa in eis ſua aliquo modo deſideria langueſcunt: quia animo curis temporalibus præpediti, vera gaudia quæ cognouerunt, amare non tantum licet quantum libet. Hi plærunque à iugo mundi colla mentis excutiunt, omnia deſerunt, terrenæ curæ pondera deponunt, atque vt ad cœleſte deſiderium latius animi ſinum laxent, vitam remotam petunt, & in ea ſanctis precibus intenti, ſacris meditationibus dediti, quotidiano ſe fletu afficiunt, & vetuſtatem cordis, igne amoris conflant, atque ad cœleſte gaudium accendendo ſe innouant. Hi plærunque in ipſo ſuo deſiderio accẽſi, exire iam de carne concupiſcunt, atque ad vitam præſentem redire poſt fletum nolùnt. Sed tamen differuntur, vt dilatus amor ex ipſa H ſua dilatione proficiat, & ardenti deſiderio quaſi quod negatur, creſcat. Sic in regione Geraſenorum qui liberatus à legione dæmonum fuerat, iam cum domino ire volebat, ſed tamen ei dicitur: *Luc. 8.* Reuertere in domum tuam, & narra quanta fecerit tibi dominus. Sic ſponſa in Canticis canticorum ſanctis deſideriis anxia loquitur dicens: *Cant. 3.* In lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea. Quæſiui illum, & non inueni. In lectulo enim dilectum quærit, quando in ipſo ſuo ocio & vacatione quam appetit, iam videre anima dominum concupiſcit, iam ad eum exire deſiderat, iam carere præſentis vitæ tenebris anhelat. Sed quærit illum, & non inuenit: quia quanuis magno amore deſiderat, adhuc tamen ei non conceditur videre quem amat. Tales itaque ſanctorum mentes quid aliud in hoc deſiderio faciunt, niſi quòd iam à portis exterioribus per atrium interioris ad portam currunt? Quibus ſæpe euenit, vt cùm ſe viderint magno cœleſtis gratiæ munere compunctos, iam ſe perfectos exiſtiment, & obedientes putent, ſed quia nullus eſt qui dura præcipiat: patientes eſſe ſe credant, ſed quia nemo eos per cõtumelias & aduerſitates pulſat. Et plærunque contingit, vt ſpiritale miniſterium vel inuiti ſuſcipiant, atque ad gubernationem fidelium deducantur. Qui cùm magnis tribulationibus fuerint hinc inde pulſati, turbati mente, ſeſe imperfectos inueniunt, qui non pulſati perfectos ſe eſſe crediderunt. Qua ex re I agitur, vt ſe ad ſemetipſos colligant, & apud ſe opprobrium ſuę infirmitatis erubeſcant, atque ex ipſa ſua confuſione roborati, contra aduerſa patientiam opponant, & ex tribulatione proficiant, qui prius in ocio ex ipſa ſua ſecuritate torpebant. Et veraciter eſſe tales incipiunt, quales ſe eſſe prius inaniter putauerunt. Hi itaque cùm à portis exterioribus vſque ad interiorem portam per boni ſtudij atrium deferuntur: hoc ipſum in eis atrium centum cubitis menſuratur, quia dilectione & exercitio in ſancta quotidie perfectione proficiunt. Per quotidiana enim deſideria in mente perfici, quaſi centum eſt cubitis interius atrium menſurari. Idcirco ergo à portis vſque ad portam centum ſunt cubiti, vt quaſi quædam more: vnde ſit ipſa dilatio viuendi, per quam quotidie in virtutibus creſcitur, vt ad interiorem aditum perfectius perueniatur. Sequitur: Et eduxit me ad viam Auſtralem, & ecce porta quæ reſpiciebat ad Auſtrum. Et menſus eſt frontem eius, & veſtibulum eius iuxta menſuras ſuperiores, & feneſtras eius, & veſtibula in circuitu, ſicut feneſtras cæteras, quinquaginta cubitorum longitudinem, & latitudinem viginti quinque cubitorum. Et in gradibus ſeptem aſcendebatur ad eam, & veſtibulum ante fores eius.) Cuncta hæc in Orientis & Aquilonis porta iam dicta ſunt, & congruum non eſt, vt ea quæ ſemel ac ſecundò exponentes diximus, ſæpius replicemus. Notandum tamen nobis eſt, quia in ſpiritali ædificio alter aditus ad Orientem, alius ad Aquilonem, atque alius ad Auſtrum patet. Sicut enim A- K quilonis frigore peccatores, ita per Auſtralem viam feruentes ſpiritu deſignantur. Qui calore ſancti ſpiritus accenſi, velut in meridiana luce virtutibus excreſcunt. Pateat itaque porta ad Orientem: vt hi qui ſacramenta fidei bene inchoauerunt, & in nulla poſtmodum vitiorum profunditate demerſi ſunt, ad gaudia ſecreta perueniant. Pateat porta ad Aquilonem, vt hi qui poſt inchoationem caloris & luminis in peccatorum ſuorum frigore & obſcuritate dilapſi ſunt: per compunctionem pœnitentiæ ad veniam redeant, & quæ ſit internæ retributionis vera lætitia cognoſcant. Pateat porta ad meridiem, vt hi qui ſanctis deſideriis in virtutibus feruent, ſpiritali intellectu quotidie interni gaudij myſteria penetrẽt. Inter hæc autem quæri poteſt, cùm quatuor huius mundi partes ſint: cur in hoc ædificio hæ exteriores non quatuor, ſed tres portæ eſſe memorantur? Quod rectè quærendum fuerat, ſi propheta non ſpiritale, ſed corporale ædificium vidiſſet. Sancta enim Eccleſia, id eſt, ſpiritale ædificium, vt ad ſecreta gaudia pertingat: tres ſolummodo portas habet, videlicet fidem, ſpem, atque charitatem. Vnam ad Orientem, aliam ad Aquilonem, tertiam ad Meridiem. Porta quippe in Oriente eſt fides, quia per ipſam lux vera naſcitur in mente. Porta ad Aquilonem ſpes, quia vnuſquiſque in peccatis poſitus: ſi de venia deſperauerit, funditus perit. Vnde neceſſe eſt, vt qui per ſuam iniquitatem extinctus eſt, per ſpem L miſericordiæ reuiuiſcat. Porta ad Meridiem charitas, quia igne amoris ardet. In meridiana etenim parte Sol in altum ducitur, & quia per charitatem lumen fidei in dei & proximi dilectione ſubleuatur. Tribus igitur portis ad interius atrium tenditur, quia per fidem, ſpem, atque charitatem ad gaudia ſecreta peruenitur. Alia quoque quæſtio oritur, cur porta atrij interioris poſita contra portam Orientis & Aquilonis dicitur, & an ad Auſtralem portam pateat, tacetur. Sed quia per Orientem inchoantes, per Aquilonem lapſos diximus deſignari: dignum fuit, vt vel de inchoantibus quibus adhuc Sol in tepore eſt: vel etiam de lapſis, ſed per conuerſionem redeuntibus apertè diceretur, quod eis porta atrij interioris pateat, quatenus ex ipſis nos certos faceret, de quibus dubitari potuerat. Hoc autem de porta Auſtrali dicendum non erat: quia eos ad gaudia interna pertingere qui feruore ſpiritus in virtutibus permanent, nullus ignorat. Sequitur: Et cælatæ palmæ erant: vna hinc, & altera inde in fronte eius.) Quid eſt hoc quòd prius in frontibus pictura palmarum, nunc autem cælatæ palmæ in fronte eſſe memorantur? Sed ſicut iam ſuperius diximus, pictura palmarum eſt oſtenſio ſignorum. Nunc verò cælatura palmarum dicitur, vt bonorum operum demonſtratio deſignetur. Ipſis enim ſummis prædicatoribus dicitur: Videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Qui igitur in vita ſua M impreſſa eſſe ſancta opera demonſtrant, palmas in fronte cælatas habent, quia quanta illos in poſterum victoria ſequatur: iam nunc in ſanctis ſuis operibus oſtendunt. Vel certè quia fidem per Orientis, ſpem per Aquilonis, charitatem verò per Auſtralem portam diximus deſignari. Notandum verò nobis eſt, quia in Orientis porta pictura palmarum, in Aquilone verò & Meridie cælatura eſſe perhibetur: quia contingit ſæpe, vt hi qui adhuc inchoantes ſunt, necdum ſe in operibus ſolidis ac magnis exerceant: hi verò qui poſt iniquitates ad virtutem redeunt, plærunque vt culpas ſuas ante omnipotentis dei oculos tegere valeant, in magnis operibus exercentur. Et quia iam feruore ſpiritus actibus & virtutibus excreuerunt, quaſi meridies in ſanctis actibus inardeſcunt. In Orientis ergo porta pictura eſt, in Aquilonis verò & Meridiei cælatura: quia ſignum victoriæ quod inchoantibus oſtenditur, hoc in reuertentibus atque feruentibus iam ſolidius & robuſtius tenetur. Notandum quoque magnopere eſt, quòd dicitur hinc & inde. Omnes enim qui ad vitæ aditum tendimus, & ex dextro & ſiniſtro latere habere palmam debemus. Quod enim hinc & inde dicitur, latus vtrunque ſignatur. A dextro igitur palmam habet is, quem proſpera non extollunt. A ſiniſtro palmam habet is, quem aduerſa non deiiciunt. Quaſi ex vtraque parte portabat Paulus palmam cùm diceret: Per arma iuſtitiæ à dextris & à ſi- *2. Cor. 6.* niſtris, per gloriam & ignobilitatem: per infamiam, & bonam fa-

mam:

A mum: vt seductores, & veraces. Non hunc aduersa frangebant, non prospera in mentis tumorem subleuabant. Hincinde ergo gestabat palmam, quia & in aduersitate fortis, & in prosperitate humilis permanebat. Quisquis enim de prosperis extollitur, habere in dexteram partem palmam nescit. Quisquis in aduersitatibus frangitur, portare palmam à sinistro latere ignorat. Vt ergo hinc & inde palma gestetur in fronte, adesse semper nostris mentibus debet & in aduersis fiducia, & in prosperis timor: ne aut aduersa in desperationem pertrahant, aut prospera animum in sui fiduciam extollant. Hinc est quòd idem
Philip.4. egregius prædicator dicebat: Scio & humiliari, scio & abundare: vbique & in omnibus institutus sum. Et satiari, & esurire: & abundare, & penuriam pati: omnia possum in eo qui me confortat. Nunquid nam fratres ars est aliqua, humiliari & abundare: satiari & esurire: abundare & penuriam pati: vt pro magno se ista scire tantus prædicator insinuet? Ars omnino, & mira disciplinæ scientia, quæ toto nobis cordis est adnisu discenda. Quem enim penuria sua non frangit, à gratiarum actione non retrahit, in rerum temporalium desiderium non accendit, scit humiliari. Hoc enim loco Apostolum humiliari, dicit penuriam perpeti. Nam statim econtrario subiungit: scio & abundare. Qui enim acceptis rebus non extollitur, qui eas ad vsum vanæ gloriæ non intorquet, qui solus non possidet quod acce-
B pit: sed hoc cum indigentibus misericorditer diuidit, scit abundare. Qui accepta alimenta non ad ingurgitationem ventris vtitur, sed ad reparationem virtutis, nec plus carni tribuit, quàm necessitas petit, scit satiari. Qui alimentorum inopiam sine murmuratione tolerat, nec pro necessitate virtutis agit aliquid vnde anima peccati laqueum incurrat, scit esurire. Quem ergo nec abundantia in superbiam eleuat, nec in necessitate cupiditas irritat, nouit abundare, nouit penuriam pati. Qui cùm statim subdiderit, omnia possum: ne elationis esse verba credidetimus, adiunxit: in eo qui me confortat. Ecce in altum ramus prodiit, sed quia in radice se tenuit, in viriditate permansit. In altum enim surgens arescerat, si se à radice diuisisset. Sibi enim nihil tribuit, quia omnia se posse non in se, sed in eo qui se confortat fatetur. Hinc & inde ergo prædicator egregius palmam habet, quem nec abundantia in superbiam, nec inopia ad auaritiam pertrahit. Discamus itaque fratres non solum in prosperis, sed in aduersis quoque gratias agere. Pater enim nobis ex pietate sua factus est conditor noster, nósque adoptiuos filios ad hæreditatem regni cœlestis nutrit. Et non solum donis reficit, sed etiam flagellis erudit. Discamus igitur abundare: vt cuncta quæ ab eo accepimus, cum indigentibus partiamur, vt mentem abundantia non eleuet, ne fortasse gaudeat: quia hoc adest sibi quod deest alteri, & non iam communi bono, sed proprio lætetur. A priuato gaudio veritas ad
C commune discipulos reuocat, cùm eos de prædicatione redeun-
Luc.10. tes, & de subiectione dæmonum lætantes admonet, dicens: Nolite gaudere super hoc, sed potius gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cœlo. Non enim omnes electi dæmonia eiiciunt, sed tamen electorum omnium nomina cœlo tenentur adscripta. Admonentur ergo discipuli priuatam lætitiam deponere, de communi autem & perpetua fœlicitate gaudere. Quisquis itaque in eo gaudet quod alter non habet: ex ipsa sua abundantia deterior factus, gaudium priuatum habet. Contra
1.Ioan.2. huius nos appetitum abundantiæ Ioannes admonet, dicens: No-
Ibidem. lite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Qui mox rationem subdidit, quare: Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Nemo enim potest duobus dominis seruire, quia non valet simul transitoria & æterna diligere. Si enim æternitatem diligimus, cuncta temporalia in vsu non in
Ibidem. affectu possidemus. Qui eandem rationem protinus subdidit, dicens: Quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Ideo enim habere aliquid homines, & vltra quàm necesse est, concupiscũt, vt habendo superbiant: & quia hoc alius non habet, se in cogitationibus extollant. Quisquis itaque talis est, adhuc ad portandam abundantiam doctus non est. Sæpe autem quod auaritia ex appetitu suggerit, necessitatem putat. Et cùm minora sufficiant, dolet maiora deesse, atque incautus animus quandam
minima quasi necessitatem patitur quam parit. Et cùm minima sunt quæ desiderat, suam sibi auaritiam aliquo modo excusat. Abun- D
dantia itaque superbiæ vicina est. Quam si quando etiam cupiditas intercepit, hanc, vt ita diximus, quasi peregrina captiuitas inuasit. Si igitur abundandi artem scire volumus, necesse est, vt non solum ea quæ vicina sunt, sed ea etiam quæ de longinquo veniunt, vitia fugiamus. Discamus penuriam pati, ne ea quæ non habemus, habere etiam cum culpa requiramus, ne fœlices putemus, quos rebus onustos cernimus. Nimia valde sunt ea quæ sibi quasi in sumptus vitæ præsentis præparant. Multa portant, sed in via breui. Magna est nobis in hoc itinere socia paupertas, quæ animum non angustat, cùm deest terrena substantia, de qua æterno iudici rationes ponamus. Liberius ad patriam tendimus, quia quasi in via pondere caremus. Discamus satiari, ne in sumendis alimentis corporis, gulæ magis quàm necessitati seruiamus. Plus enim concupiscentia, quàm necessitas petit: Et sæpe dum carnis inopiæ satisfacere curamus, voluptas surrepit, modum refectionis excedit. Vnde fit vt culpa transeat ad culpam: quia plærunque inde alia tentatio carnis nascitur, dum carni immoderata refectione seruitur. Ex peccato etenim primi hominis, infirmante natura, in hoc mundo cum nostris tentationibus nascimur. Et caro nobis
aliquando adiutrix est in bono opere, aliquando autem sedu- E
ctrix in malum. Si igitur ei plusquam debemus tribuimus, hostem nutrimus. Et si necessitati eius quæ debemus, non reddimus, ciuem necamus. Satianda itaque est caro, sed ad hoc vsque, vt in bono nobis opere famulari sufficiat. Nam quisquis ei tantum tribuit vt superbiat, satiari penitus ignorat. Ars itaque magna est satiari, ne vnusquisque per satietatem carnis ad iniquitatem prorumpat turpitudinis. Discamus esurire, vt nobis propter abundantiam sequentem nostra hic inopia placeat. Nec nos ventris necessitas ad culpam trahat, nec peccatum menti ipsa indigentia suggerat: & dum caro fame afficitur, ad cupiditatem animus irritetur, & quærat cum culpa prouidere vnde carni valeat in necessitate satisfacere, ne cor in indignationem prosiliat, & linguam in murmurationis amaritudinem accendat. Qui igitur in carnis suæ inopia se hincinde circunspicit, atque à peccati laqueo custodit, nouit esurire. Nos itaque fratres charissimi iram atque auaritiam in aduersitate fugientes, & elationem & immoderata gaudia in prosperitate declinantes: quia per fidem, spem, atque charitatem, interioris vitæ atrium tribus portis intrare concupiscimus, palmas hinc & inde teneamus. Libet adhuc alterum ciuem cœlestis patriæ ad mentem reducere, & qualiter hincinde palmam teneat, demonstrare. Beatus etenim Iob cùm esset viris Orientalibus ditior, & ei prospera cuncta suppeterent, filiis polleret, familia
cresceret, greges exuberarent, in tanto omnipotentis dei ti- F
more perstitit: vt inter custodiam disciplinæ, inter acta iustitiæ, inter multa humilitatis obsequia: misericordiæ operibus intentus, sacrificiis offerendis deditus, holocausta domino pro singulis filiis immolaret, ne quis eorum saltem in corde peccasset. Pensemus ergo quanta erat custodia boni operis, qui in filiis suis expiabat sacrificiis culpas cordis. Sed quàm iustus esset in prosperitate innotuerat. Valde autem ignotum erat, si perseuerare iustus & inter flagella potuisset. Tangendus ergo erat verbere. Vir ille sanctus in prosperis, interrogatur aduersis: vt qui notus erat omnipotenti domino, notus per flagella fieret nobis & sibimetipsi. Disponente itaque domino, consumpti sunt greges, interfecti custodes, euersa domus, extincti filij, percussa caro à planta pedis vsque ad verticem. Remansit vxor incolumis, quæ verborum iaculis vulnera augeret. Sed hanc vir sanctus in tentatione, sanus in vulnere prudenter docet, eique respondet dicens: Si bona accepimus de manu domini, mala quare *Iob.2.*
non suscipiamus? Amici quoque ad consolandum veniunt, ad contumelias prorumpunt: & in dolore vulnerum, addunt adhuc vulnera verborum. Immisericordem dicunt, raptorem nominant, violentum denunciant, oppressorem pauperum fatentur. Quid igitur miles dei faceret inter dolentia vulnera & amara verba depressus? Ecce flagella dei & verba hominum simul afflicti animum ad desperationem premunt, sed virtute spiritus plenus, carnis vulneribus iacens, mentis robore stans, contra desperationis impulsum reduxit ad memoriam bona quæ egerat. Quia misericors fuerat, dicit: Oculus fui cæco, & pes clau- *Iob.29.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G do. Et rursum: Pater eram pauperum. Quia disciplinæ custos &
Ibidem. benignus, dicit: Cúmque sederem quasi rex circunspectante me
Ibidem. exercitu, eram tamen mœrentium consolator. Quia humilis
Iob.21. fuerat, dicit: Si contempsi subire iudicium cum seruo meo & ancilla mea, cùm disceptarent aduersum me. Quia hospitalis fuerat, fatetur: Si despexi prætereuntem, eo quòd non habuerit in-
Ibidem. dumentum. Quia largus in donis, dicit: Si non benedixerunt
Ibidem. mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est.
Ibidem. Quia violentus non fuerat, testatur dicens: Si leuaui super pupillum manum meam, cùm viderem me in porta superiorem.
Iob.21. Quia de inimici periculo nunquam exultauerat, dicit: Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat. Quia patiens fuit, & etiam
Ibidem. suorum malitiam æquanimiter pertulit, dicit: Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius vt saturemur? Quid est hoc quòd vir sanctus tot suas virtutes inter flagella enumerat? Quid est quòd ore suo opera quæ fecerat, laudat: nisi quia inter vulnera & verba quæ hunc ad desperationem trahere poterant, ad spem animum reformat? Et qui in prosperitate humilis fuit, reuocatis bonis suis ad memoriam, infractus in aduersitate permansit. Cuius enim animum inter tot flagella illa verba ad desperationem non impellerent, nisi sibi ad memoriam bona quæ fecerat reuocasset? Vidit igitur sanctus vir mentem suam auditis tot malis ad desperationem concuti, & mirabiliter
Eccli.11. fluduit in spe certa ex bonis suis actibus solidari. Sic impletur quod scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorum,
H & in die malorum ne immemor sis bonorum. Si enim cùm bona habemus, malorum reminiscimur, quæ aut iam passi sumus, aut adhuc pati possumus: accepta bona mentem non eleuant, quia eorum gaudium timor memoriæ malorum premit. Et si cùm mala habemus, bonorum reminiscimur, quæ aut iam accepimus, aut adhuc nos posse accipere speramus, malorum pondus animum ad desperationem non premit, quia hunc ad spem memoria bonorum leuat. Si itaque fratres charissimi, & per præcepta dominica, & per sanctorum exempla gradimur, vt nos nec prosperitas eleuet, nec aduersitas frangat, habere nos ante omnipotentis dei oculos palmas hinc & inde monstramus. Cui est honor & gloria, in secula seculorum, Amen.

Homilia. XX.

I ET porta atrij interioris in via Australi. Et mensus est à porta vsque ad portam in via Australi centum cubitos. Et introduxit me in atriũ interius ad portam Australem: & mensus est portam iuxta mẽsuras superiores, thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius eisdem mensuris, & fenestras, & vestibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis vigintiquinque cubitos, & vestibulum per gyrum lõgitudine vigintiquinque cubitorum, & latitudine quinque cubitorũ. Et vestibulum eius ad atrium exterius, & palmas eius in fronte, & octo gradus erant quibus ascendebatur per eam. Et introduxit me in atrium interius per viam Orientalem: & mensus est portam secundum mensuras superiores, thalamum eius, & frõtem eius, & vestibulũ eius sicut supra, & fenestras eius, & vestibula in circuitu lõgitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine vigintiquinque cubitorum: & vestibulum eius, id est, atrij exterioris, & palmæ cælatæ in fronte eius hinc & inde, & in octo gradibus ascensus eius. Et introduxit me ad portam quæ respiciebat ad Aquilonem. Et mensus est secundum mensuras superiores, thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius, & fenestras eius per circuitum longitudine quinquaginta cubitorum & latitudine vigintiquinque cubitorum. Et vestibulum eius respiciebat ad atrium exterius, & cælatura palmarum in fronte eius hinc & inde, & in octo gradibus ascensus eius, & per singula gazophylacia ostium in frontibus portarum. Ibi lauabũt holocaustũ.

P Rophetæ verba, quæ largiente domino hodie charitati vestræ loquenda sunt, lectione magis indigent quàm expositione. Ea enim in tribus portis interioribus replicantur, quæ secundò iam vel tertiò de exterioribus dicta sunt. Pauca verò in earum descriptione permutantur. Vnde necesse est ea nos quæ iam dicta sunt, replicare: vt ea quæ dicenda sunt, licentius possimus enodare. Itaque nunc dicitur:

Et porta atrij interioris in via Australi: & mensus est à porta vsque ad portam in via Australi centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portam Australem, & mensus est portam iuxta mensuras superiores: thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius eisdem mensuris. Et fenestras eius, & vestibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis vigintiquinque cubitos, & vestibulum per gyrum.) Cuncta hæc superius dicta atque exposita esse meminisse. Necdum verò est dictum quod de eodem vestibulo subditur: Longitudine viginti & quinque cubitorum, & L
latitudine quinque cubitorum, & vestibulum eius ad atrium exterius. Atque iterum hoc quod iam superius dictum fuerat, replicatur cùm dicitur: Et palmas eius in fronte: & statim quod adhuc dictum non fuerat, subditur: Et octo gradus erant in quibus ascendebatur ad eam. Hoc quoque quod de Australi porta scriptum est, de Orientali quoque porta in eodem ordine narratur. Nam protinus subinfertur: Et introduxit me in atrium interius per portam Orientalem, & mensus est portam secundum mensuras superiores: thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius sicut supra: & fenestras eius, & vestibula eius in circuitu longitudine quinquaginta cubitorum, latitudine vigintiquinque cubitorum. Et vestibulum eius, id est, atrij interioris, & palmæ cælatæ in fronte eius hinc & inde, & in octo gradus ascensus eius. Ea quoque quæ de Australi porta & Orientali dicta sunt, in eisdem verbis etiam de porta quæ ad Aquilonem respicit, replicantur. Nam subditur: Et introduxit me ad portam quæ respiciebat ad Aquilonem, & mensus est secundum mensuras superiores: thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius, & fenestras eius per circuitum, longitudinem quinquaginta cubitorum, latitudinem vigintiquinque cubitorum: & vestibulum eius respiciebat in atrium exterius, & celatura palmarum in fronte illius hinc & inde, & in octo gradus ascensus eius.) Quid itaque interiori atrio, quid thalamo, quid frontibus, quid vestibulo, quid fe- M
nestris, quid longitudine & latitudine, quid palmarum celatura signetur, latè iam superius diximus. Nec oportet vt in eisdem iterum, sed in his solummodo quæ necdum dicta sunt, occupemur. Nunc ergo quærendum nobis est quæ istæ tres portæ interiores sint: vel quid est quòd earundem portarum vestibula vigintiquinque cubitis longitudine, & quinque cubitis latitudine metiuntur: vel cur ad eas non septem sicut de portis exterioribus dictum fuerat, sed octo gradibus ascenditur. Porta enim atrij interioris quæ superius dicta est, de his tribus portis interioribus nõ est: quia illa contra Orientis & Aquilonis portã respicere dicitur: istæ autem singulæ interius ad Austrum vel Orientem & Aquilonem positæ esse memorantur. Vnde rectè per illam aditus interior designatur, quia sicut præcedenti locutione iam dictum est, vel Iudææ & gentilitati, vel inchoantibus atque in bono perseuerantibus, vel à bono cadentibus, sed post culpas per pœnitentiam surgentibus patet. Nunc autem postquam singulæ in Oriente & Aquilone & Austro portæ descriptæ sunt: cur interioris atrij rursum portæ singulæ in Austro & Oriente atque Aquilone describuntur? Aspirante domino, magna intentione opus est sinum tantæ profunditatis indagare. Si enim portarum nomine sanctos prædicatores accipimus: sciendum nobis est, quia vna est Ecclesia in prædicatoribus testamenti veteris ac noui. Portæ autem septem vel octo gradus habent, quia sancti spiritus septiformem gratiam concorditer prædicant. Octauo verò gradu annunciant præ-

mium

A mium retributionis æternæ. Vnde scriptum est: Da partes septem, necnon & octo. Quid itaque dicere possumus exteriores portas, nisi antiquos patres fuisse, qui per præcepta legis nouerant opera populi magis quàm corda custodire? vt interiores portas prædicatores sanctæ Ecclesiæ debeamus accipere, qui spiritalibus monitis discipulorum suorum corda custodiunt, ne malis quæ noti faciant, vel in cogitationibus delectentur. Per illas enim septem gradibus ascendi dicitur: istarum verò octo graduum ascensus esse perhibetur: quia & in veneratione legis dies septimus fuit, & in nouo testamento octauus dies in sacramento est: is videlicet qui dominicus appellatur, qui tertius à passione, sed octauus à conditione est, quia & septimum sequitur. Sin verò portarum nomine solos intelligimus sanctos Apostolos designari, qui videlicet primi nobis sunt sanctæ Ecclesiæ prædicatores, & nos fidem, spem, atque charitatem summopere tenere docuerunt. Ipsi itaque nobis in his virtutibus portæ sunt, qui nos per easdem virtutes ad interiorem intellectum æternæ sapientiæ perducunt. Sed si ipsi exteriores portæ sunt, quos accipimus interiores? Si verò ipsi interiores sunt, quos intelligimus exteriores? Qua in re intelligi vtiliter potest, quia ipsi nobis & exteriores simul & interiores portæ sunt. Cùm enim adhuc inchoantibus non alta & mystica, sed quædam quæ capi prævalent prædicant, portæ exteriores sunt.

B Cùm verò perfectis profunda & mystica loquuntur, portæ interiores. Videamus qualiter porta exterior pateat: Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Videamus qualiter porta interior pateat: Sapientiam loquimur inter perfectos. Videamus vtrum ipsa eadem sit porta interior & exterior: Sapientibus & insipientibus debitor sum. Qui rursum dicit: Siue mente excedimus, deo: siue sobrij sumus, vobis. In hoc enim quòd contemplando & loquendo sapientibus mente excedit, porta interior est. In hoc verò quòd paruulis sobriè in prædicatione se temperat, & quanta ebrietate spiritus infundatur in mente cùm prædicat, non ostendit, exterio rem portam se esse manifestat. Ipsi itaque & exteriores portæ nobis sunt & interiores, qui nos & in primo aditu fidei, spei, atque charitatis instituunt: & cùm iam proficientibus cœlestis regni mysteria prædicant, per subtiliorem sensum nos ad interiora perducunt. Vnde & per septem gradus prius ascensus earum describitur, & postmodum per octo. Per octauum etenim gradum illius vitæ mysteria signantur, quam in secretis suis perfecti intelligunt, qui iam cuncta temporalia mente trãscendere nouerunt: qui præsentem vitam quæ septem dierum curriculo euoluitur, plenè despiciunt: qui de intima contemplatione pascuntur. Habent igitur portæ spiritalis ædificij septem gradus: quia timorem domini, pietatem & scientiam,

C fortitudinem & consilium, intellectum & sapientiam suis auditoribus prædicant. Sed cùm iam omnia dimitti præcipiunt, cùm nihil in hoc mundo diligi admonent, nil per affectum teneri, vim contemplationis cœlestis patriæ intendi, atque in eius suadent mysteriis delectari, gradum addunt, & ad interiora traiiciunt. Iste gradus docente veritate cuidam ostensus est, cui cùm legis præcepta dicerentur, respondit: Hæc omnia custodiui à iuuentute mea. Quasi enim iam in septem gradibus stabat, cùm à iuuentute sua omnia custodisse se diceret. Sed ei mox dicitur: Adhuc vnum tibi deest: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me. In quibus verbis octauum quidem gradum vidit, sed ascendere noluit, quia tristis abscessit. Quisquis itaque contemptis rebus temporalibus, æternitatis contemplatione pascitur, cœlestis regni gaudia rimatur. Post septem gradus quos timendo & operando atque intellectu sapientiæ suæ crescendo tenuit, octauo gradu interioris portæ aditum intrauit. Per octauum verò numerum & dies æterni iudicij, & carnis resurrectio designatur. Vnde & Psalmus qui pro octaua scribitur, à pauore iudicij est inchoatus, cùm dicitur: Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me. Nunc enim tempus est misericordiæ, in illo autem iudicio dies iræ. In quo videlicet die omne hoc tempus finitur, quod septem diebus euoluitur. Et quia post septem dies sequitur, iure octauus appellatur. In quo & caro nostra resurgit ex D puluere: vt siue bona siue mala quæ egit, recipiat à veritate. Vnde & per legem quoque octauo die fieri circumcisio iubetur. Nam per membrum quod circunciditur, mortalis propagatio generatur, decedentium quoque & succedentium numerus augetur. Sed quia in resurrectione mortuorum, nec carnis iam propagatio agitur, & decessio atque successio nulla erit, quia sicut scriptum est: Neque nubent neque nubentur, sed erunt *Matt.22.* sicut angeli in cœlo: octaua die præcipitur præputium incidi. *& Mar.12.* Ibi enim locum iam carnis propagatio non tenet, vbi resur- *& Luc.20.* gens caro perseuerantiam æternitatis habet. Per hoc verbum mater virgo descendit, quæ deum in vtero sine virilis carnis admixtione concepit, qui primus nobis æternæ patriæ gloriam in sua resurrectione monstrauit. Qui resurgens à mortuis, *Rom.6.* iam non moritur, & mors ei vltrà non dominabitur. Nobisque exemplum dedit, vt ea fieri in die vltimo de nostra carne credamus, quæ facta de carne illius in die resurrectionis agnouimus. Sed quia de carnis resurrectione nobis sermo se intulit, triste nimis & valde lugubre est, quòd quosdam in Ecclesia stare, & de carnis resurrectione dubitare cognoscimus. Hanc autem antiqui patres venturam esse certissimè crediderunt, etiam cùm nullum adhuc eiusdem resurrectionis exem- E plum tenuerunt. Qua igitur damnatione digni sunt, qui & exemplum iam dominicæ resurrectionis acceperunt, & tamen adhuc de sua resurrectione diffidunt. Pignus tenent, & fidem non habent. Ecclesias replent, sed quia de resurrectione sua dubitant, mente vacua stant. De hac quippe resurrectione per beatum Iob dicitur: Scio quòd redemptor meus viuit, & in *Iob.19.* nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo deum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Hinc *Psal.21.* etiam per Psalmistam dicitur: In conspectu eius procidunt vniuersi qui descendunt in terrã. In terrã enim mortui non spiritu, sed corpore descendũt. In conspectu ergo domini procidunt qui in terram descendunt: quia resurgendo ad iudicium veniunt, qui nunc in puluere putrescunt. Hinc iterum dicit: Sitiuit in te *Psal.62.* anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea: Sitiuit anima mea, ad deum. Videat caro quid sitit, nisi vt resurgat. Hinc rursus *Psal.103.* ait: Aufer spiritum eorum: & deficient: & in puluerem suum *Psal.31.* reuertentur. Móxque de carnis resurrectione subiungit: Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Hinc iterum dicit: Exurge domine in requiem tuam, tu & ar- *Psal.131.* ca sanctificationis tuæ. Exurrexit enim dominus in requiem suam, cùm carnem suam de sepulchro suscitauit. Post hunc quoque exurgit & arca, quia resurgit Ecclesia. Hinc per eundem prophetam de quo loquimur scriptum est: Ossa arida, au- *Ezech.37.* dite verbum domini. Hæc dicit dominus deus ossibus his: Ec- F ce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis. Et dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes, & superextendam in vos cutem, & dabo vobis spiritum, & viuetis. Hinc est quòd propheta alius per resurrectionem domini humanum genus vidit in finem suscitari, atque ait: Viuificabit nos post *Osee.6.* duos dies, in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Hinc est quòd cùm de semetipso dominus loqueretur, adiunxit: Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua om- *Ioan.5.* nes qui in monumentis sunt, audient vocem eius. Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Hinc Paulus ait: Vnde *Philip.3.* etiam saluatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Hinc iterum dicit: Si enim credimus quòd Ie- *1.Thes.4.* sus mortuus est, & resurrexit, ita & deus eos qui dormierunt, per Iesum adducet cum eo. Qui rursus ait: Primitiæ dormientium Christus. Si enim nos à mortis somno non surgimus, *1.Cor.15.* quomodo resurrectionem dominicam primitias habemus? Ecce veteres ac noui patres vno sibi spiritu de carnis resurrectione concordant. Ecce ipsa per se veritas prius voce docuit, quod de resurrectione carnis postmodum opere demonstrauit: & tamen adhuc quorundam infirmitas fidem non habet in domo fidei stans. Sed mirari solent qualiter caro reuiuiscere possit ex puluere. Mirentur igitur altitudinem cœli, molem terræ, abys-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sos aquarum: omnia quæ in mundo sunt, ipsos quoque angelos creatos ex nihilo. Minus est valde aliquid ex aliquo facere, quàm omnia ex nihilo fecisse. Ipsa nobis elementa, ipsæ rerum species, resurrectionis imaginem prædicant. Sol enim quotidie nostris oculis moritur, quotidie resurgit. Stellæ matutinis horis nobis occidunt, vesperi resurgunt. Arbusta æstiuis temporibus plena foliis & frugibus videmus, quæ hyemali tempore nuda foliis, floribus, ac fructibus, & quasi arida remanent, sed vernali Sole redeunte, cùm à radice humor surrexerit, suo iterum decore vestiuntur. Cur ergo de hominibus diffiditur quod fieri in lignis videtur? Sed sæpe in puluerem putrescentes carnes aspiciunt, & dicunt: Vnde ossa & medullæ, vnde caro vel capilli poterunt in resurrectione reparari? Hæc itaque requirentes, parua semina ingentium arborum videant, atque si possunt dicant: Vbi in eis latet tanta moles roboris, tanta diuersitas ramorum, tanta multitudo & viriditas foliorum, tanta species florum, tanta vbertas, sapor, atque odor fructuum? Nunquidnam semina arborum odorem vel saporem habent, quem ipsæ post arbores in suis fructibus proferunt? Si ergo ex semine arborum quod videri non potest, produci potest, cur de puluere carnis humanæ diffiditur, quia ex eo reparari forma valeat quæ non videtur? Sæpe autem obiicere inanem quæstiunculam solent, qua dicunt: Carnem hominis lupus comedit, lupum leo deuorauit, leo moriens ad puluerem rediit, cùm
H puluis ille suscitatur: quomodo caro hominis à lupi & leonis carne diuiditur? Quibus quid respondere aliud debemus, nisi vt prius cogitent qualiter in hoc mundo venerint, & tunc inuenient qualiter resurgant? Certè tu homo qui loqueris, aliquando in matris vtero spuma sanguinis fuisti: ibi quippe ex patris semine, & matris sanguine paruus ac liquidus globus eras. Dic rogo, si nosti qualiter ille humor seminis in ossibus duruit, qualiter in medullis liquidus remansit, qualiter in neruis solidatus est, qualiter in carne creuit, qualiter in cute extensus est, qualiter in capillis atque vnguibus distinctus: ita vt capilli molliores carnibus, & vngues essent teneriores ossibus, carnibus duriores. Si igitur tot & tanta ex vno semine per species distincta sunt, & tamen in forma remanent coniuncta: quid mirum si possit omnipotens deus in illa resurrectione mortuorum, carnem hominis distinguere à carne bestiarum, vt vnus idémque puluis & non surgat inquantum puluis lupi & leonis est, & tamen resurgat inquantum puluis est hominis? Vide itaque homo qualiter ad vitam venisti, & nequaquam dubites ad vitam qualiter redeas. Cur autem ratione vis comprehendere quomodo redeas, qui ignoras quomodo venisti? Da potentiæ creatoris tui quod comprehendere non vales de temetipso. Certè enim quia tu ex terra factus es, terra verò ex nihilo, tu es creatus ex nihilo. Ne ergo de carnis tuæ resurrectione
I desperes, perpende prudenter, quia minus est deo reparare quod erat, quàm fecisse quod non erat. Si non potes resurrectionis effectum ratione comprehendere, perpende quàm multa sunt quæ non intelligis qualiter sint, & tamen esse non dubitas. Dic rogo si nosti, gyrus cœli, terræ cardines, aquarum abyssus, vbi finiuntur, vbi suspensi sunt? Scimus autem, quia quod ex nihilo factum est, pendet in nihili. Sed si est aliquid quod dicitur nihilum, iam nihilum non est. Si autem nihil est nihilum, nusquam mundi moles dependet, nec est vbi sit quod creatum est vt sit. Quomodo ergo nusquam est quod nouimus quia est? Sed hæc fortasse ad te multa sunt: Ad temetipsum homo reuertere. Certè ex spiritu es creatus & limo. Vno inuisibili, altero visibili: vno sensibili, & altero insensibili. Quomodo ergo permisceri in te potuit spiritus & limus, atque ex diuerso fieri res non diuersa, ita vt in tanta conuenientia misceretur spiritus & limus: vt cùm caro atteritur, spiritus marceat: & cùm spiritus affligitur, caro contabescat? Sed forsitan necdum prænales discutere temetipsum, perpende rogo si vales: quomodo ru-
Exod.14. brum mare virga diuisum est, quomodo petræ duritia percus-
Num.20. sione virgæ vndas emanauit: quomodo Aaron virga sicca flo-
Num.17. ruit, quomodo ex eius genere veniens virgo concepit, quomodo & in partu virgo permansit: quomodo quatriduanus mor-
Ioan.6. tuus iussione suscitatus, ligatus manibus ac pedibus de sepulchro exiit, quem postmodum solui dominus per discipulos iussit: quomodo idem redemptor noster in vera carne atque ossi- K
bus resurgens, clausis ostiis ad discipulos intrauit. Ecce hæc in- *Ioan.20.*
uestigare non vales, & tamen credis. Cur ergo de resurrectionis gloria dubitando & discutiendo dubitas, qui tam multa mysteria sine discussione credidisti? Qui tamen si resurrectionem carnis non credis: omnia sine causa credidisti: quia in hoc angelorum spectaculo videris quidem velociter currere, sed postquam cursum peregeris: ne brauium accipias auersaris. Vnde
per Paulum dicitur: Sic currite, vt comprehendatis. Qui rur- *1.Cor.9.*
sus ait: Si in hac vita in Christo tantum sperantes sumus, mi- *1.Cor.15.*
serabiliores sumus omnibus hominibus. Diuinæ autem virtutis mysteria quæ comprehendi non possunt, non intellectu discutienda sunt, sed fide veneranda. Sciendum itaque nobis est: quia quicquid ratione hominis comprehendi potest, mirum esse iam non potest. Sed sola est in miraculis ratio, potentia facientis. Ecce dum de resurrectione carnis loquimur, ab expositionis ordine paululum digressi sumus. Ad ea ergo quæ cœpimus redeamus. Habent autem interiores portæ vestibula: quæ viginti & quinque cubitis in longitudinem metiuntur. Si enim octo ter ducimus: ad viginti & quatuor peruenimus. Cui vnus additur: vt viginti & quinque teneamus. Auditores etenim boni qui quasi quædam vestibula sunt portarum, æternæ spei longanimitatem tenent: octauum diem in trinitatis fide L
sustinent. Quæ trinitas quia vnus est deus, octo quidem per tria ducunt, sed in vnius dei confessione solidantur. Plana sunt vestibula: quia humilia sunt corda bonorum auditorum. Habent longitudinem: quia in spei perseuerant longanimitatem. Viginti & quinque cubitis earum longitudo mensuratur: quia resurrectionem carnis in octaua per trinitatem credunt, & eandem sanctam trinitatem vnum esse deum fatentur. Habent quoque quinque cubitos latitudinem: quia per vitam simplicem quæ quinque sensibus ducitur: circa amorem proximi dilatantur. Et notandum quia postquam portarum vestibula superius alia dicta sunt: postmodum vestibulum quod quinque cubitis habet latitudinem, exterius respicere dicitur: quia nimirum sunt auditores alij qui intellectum interioris vitæ magnis virtutibus proficiendo penetrant, & sunt quidam simplices qui bene quidem, sed iuxta sensus corporeos viuunt. Vnde & exterius respicere dicuntur. Quasi enim extra respiciunt: quia iuxta sensus corporeos viuunt. Sed tamen & exterius respicientes intus sunt. quia & si sensus corporeos intelligendo transcendere nesciunt: fidem tamen atque charitatem & humilitatem tenent. Et intus ergo sunt in spiritali ædificio per amorem, & quasi foris respiciunt per simplicitatem. Potest per vestibulum quod exterius respicit, fides inchoantium designari, & per vestibulum quod est interius, fides perfectorum: qui iam per eam M
in virtutibus emicant. Possunt etiam per vestibulum interius præcepta altiora: per vestibulum verò quod respicit exterius, præcepta adhuc minima figurari. Per vestibulum quippe itur ad gradus & ad portam: quia per præcepta prædicationis pertingitur ad virtutes atque aditum gratiæ cœlestis. Cùm verò iubet aliis in cogitatione sua æterna meditari: cœlestia sapere: essque dicitur in psalmis & hymnis & canticis spiritalibus viuere: quasi interius vestibulum ostenditur: quod quinquaginta cubitis longitudine, & vigintiquinque latitudine mensuratur. De quibus numeris nunc tacemus: quia ex his iam multa superius diximus. Cum verò aliis præcipitur: vxori vir de- *1.Cor.7.*
bitum reddat: similiter autem & vxor viro: quasi vestibulum quod exterius respicit, designatur. Quod quanuis extra respiciat: tamen intus est: quia rudis auditor & adhuc agit quod carnis est, & tamen à bonorum numero alienus non est. Potest autem & per Orientis portam dominus, & per Australem Iudæa: per Aquilonis verò conuersa gentilitas designari. Sed hac in re quæstio animum pulsat: cur in superiori narratione prophetæ prius Orientalis: postmodum Aquilonis: ac deinde Austri porta descripta est? Cúmque eadem portas interiori atrio narraret: prius portam Austri, deinde Orientis, & tertio in loco descripsit Aquilonis. Cur autem non eundem ordinem quem cœperat tenuit: sed hunc in portarum descriptione permutauit: vt & prius diceret Orientis portam, Aquilonis & Austri, & postmodum Austri, Orientis & Aquilonis? Sed si Aquilonis

A lonis nomine gentilitas designatur: cunctis studiosè legentibus liquet, quia ante synagogam gentilitas fuit. Nam & vir ipse à quo Hebræi appellati sunt, ex gentibus est electus. Dicatur ergo porta Orientalis ante portam Aquilonis & Austri: quia in diuinitate sua dominus ante gentilitatem & Iudæam natus est: quia & ante omnia secula. Dicatur verò narratione subsequenti porta Austri, Orientis & Aquilonis: quia redemptor noster in humana natura inter Iudæam & gentilitatem nasci dignatus est: quia & in fide synagogæ venit, & ante initium Ecclesiæ quam ex gentibus collegit. In prima ergo descriptione sit Orientalis porta ante portam Aquilonis, & Austri: in secunda autem inter portam Austri & Aquilonis, Orientis porta nominetur: quia ex diuinitate antecessit omnia, & ex humanitate venit inter omnia: quia & decedentis Iudææ finis factus est, & subsequentis gentilitatis initium. Igitur quia ea quæ necdum dicta fuerant, vt domino largiente potuimus, rimati sumus, & ea quæ sæpius sunt replicata, transcurrimus: nunc ad ea veniamus quæ sic iam per ordinem dicuntur: vt in eis penè nihil de his quæ dicta sunt replicetur. Et per singula gazophylacia ostiũ in frontibus portarum.) Gazophylacia superius diximus corda doctorum: quæ scientiæ diuitias seruant. Frontes autem portarum sunt verba atque opera prædicatorum: in quibus eos fòris agnoscimus, quales apud se intrinsecus viuant. Est autem o-

B stium per gazophylacia singula in frontibus portarum: quia vnusquisque doctor in corde auditoris intellectum aperit in dictis & operibus patrum. Cùm enim Petri Apostoli prædicationem discutimus, cùm Pauli verba perscrutamur, cùm Ioannis Euangelium inuestigamus: atque ex eorum verbis auditores nostros ad interiorem intellectum trahimus: quid aliud agimus, nisi ostium in portarum frontibus aperimus? Dicatur ergo: Per singula gazophylacia ostium in frontibus portarum: quia si doctor hoc quod loquitur, Apostolorum dictis minimè confirmat, in frontibus portarum ostium non habet. Et si ostium non habet: dici iam gazophylacium spiritalis ædificij non potest: quia si intellectum non aperit, doctor non est. Cùm verò auditores boni per ora docentium, Apostolorum dicta & opera cognoscunt: culpas suas apud semetipsos tacitè reprehendunt, & lachrymis insequuntur omne quod se egisse iniquè meminerunt. Vnde hic quoque de ostio quod est in frontibus portarum, subditur: Ibi lauabunt holocaustum.) Qui enim se per fidem in conuersatione sancta domino deuouerunt: holocaustum domino facti sunt. Sed quia adhuc multa in se de corruptibili sua carne patiuntur: quia adhuc in eis cordis munditia sordidis cogitationibus inquinatur: quotidie ad lachrymas redeunt: assiduis fletibus affliguntur. Sanctorum enim patrum dicta & facta considerant, & cùm se indignos pensant, in portarum ostio holocaustum lauant. Ecce etenim quis pro timore

C omnipotentis domini esse patiens deuouit, nulli conuitium pro conuitio reddere, omnia æquanimiter tolerare, & tamen cùm hunc contumelia ab ore proximi illata subitò percusserit, turbatur: forte aliquid loquitur quod loqui non debuit. Certè iste iam holocaustum est, sed adhuc inquinatum. Fortassè contra illatas contumelias patientiam exhibuit, tacitus permansit: sed tamen contra easdem contumelias quas portat, dolore tangitur: eiúsque animus in charitate fauciatur. Patientia enim vera est, quæ & ipsum amat quem portat. Nam tolerare, sed odisse, non est virtus mansuetudinis, sed velamentum furoris. Hic itaque sæpe in cogitatione sua se iudicat: reprehendit semetipsum quia dolet: nec tamen apud se prævalet obtinere ne doleat. Iam ergo per bonam deuotionem holocaustum est: sed tamen per dolorem quo tangitur, adhuc inquinatum. Alius ea quæ possidet, apud semetipsum decreuit indigentibus cuncta tribuere, nil sibimet reseruare, vitam suam soli supernæ gubernationi committere: sed dum præbet pauperibus quæ habet: fortassè cogitatio mentem subrepit quæ dicit: vnde viuis, si cuncta dederis? Nec tamen desistit tribuere. Sed quod lætus dare cœperat, postmodum tristis præbet. Quid huius mens nisi misericordiæ holocaustum est? Sed tamen per tristitiam cogitationis inquinatum. Aut enim deliberare summa non debuit: aut post deliberationem nullo modo dubitare. Alius contempta mundi superbia, honores atque dignitates huius seculi decreuit vitare. Vltimum appetit inter homines locum tenere, vt tanto excelsior inueniatur in permanenti gloria, quanto humi- G
lior aspicitur in transeunte vita. Is fortassè cùm subitò se à proximo despici agnoscit, dedignatur cur despicitur. Vult quidem in loco humili, sed tamen attendi contemptibilis non vult. Hũc iam deuotio eleuat, sed adhuc infirmitas grauat. Iam ergo per deuotionem holocaustum est, sed adhuc ex infirmitate inquinatum. Hi itaque qui in eis quæ optimè deuouerunt, aliqua infirmitate sui culpa tanguntur, cùm per verba doctorum dicta patrum intelligunt, & in quanta culpa iaceant, agnoscunt: séque ipsos pœnitentiæ lamentis afficiunt, holocaustum in ostio portarum lauant. Sciendum verò est, quia hoc inter sacrificium atque holocaustum distat, quòd omne holocaustum sacrificium est: sed non omne sacrificium holocaustum. In sacrificio etenim pars pecudis, in holocausto verò totum pecus offerri consueuerat. Vnde & holocaustum Latina lingua totum incensum dicitur. Pensemus ergo quid est sacrificium, quid holocaustum. Cùm enim quis suum aliquid deo vouet, & aliquid non vouet, sacrificium est. Cùm verò omne quod habet, omne quod viuit, omne quod sapit, omnipotenti deo vouerit, holocaustum est. Nam sunt quidam qui adhuc mente in hoc mundo retinentur, & tamen ex possessis rebus subsidia egentibus ministrant, & pressos defendere festinant. Isti in bonis quæ faciunt, sacrificium offerunt: quia & aliquid de actione sua deo immolant, & E
aliquid sibimetipsis reseruant. Et sunt quidam qui nihil sibimetipsis reseruant, sed sensum, linguam, vitam, atque substantiam quam perceperunt, omnipotenti domino immolant. Quid isti nisi holocaustum offerunt, immò magis holocaustum fiunt? *Exod.12.*
Israëliticus etenim populus primum sacrificium in Aegypto *Exod.13.*
obtulit, secundum verò in eremo. Qui itaque adhuc mentem habet in seculo: sed boni iam aliquid operatur, deo sacrificium obtulit in Aegypto. Qui verò præsens seculum deserit, & agit bona quæ valet, quasi iam Aegypto derelicta sacrificium præbet in eremo: quia repulso strepitu desideriorum carnalium, in mentis suæ quiete atque solitudine deo immolat quicquid operatur. Quanuis ergo, sicut dictum est, sacrificium sit etiam holocaustum, maius tamen est holocaustum sacrificio: quia mente quæ huius mundi delectatione non premitur, totum in omnipotentis dei sacrificio incenditur quod habetur. Sed sciendum nobis est, quia sunt quidam qui etiam seculum relinquentes, totum quidem quod habent, offerunt: sed tamen in bonis quæ agunt, minimè compunguntur: & bonum quod agunt, holocaustum est: sed quia flere ac semetipsos diiudicare nesciunt, séque ex amore ad lachrymas non accendunt, perfectum eorum holocaustum non est. Hinc per Psalmistam dicitur: Memor sit o- *Psal.19.*
mnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. Holocaustum quippe siccum, est bonum opus quod orationis lachrymæ non infundũt. Holocaustum verò pingue est, quando hoc quod F
bene agitur, corde humili etiam per lachrymas irrigatur. Vnde rursus dicitur: Holocausta medullata offeram tibi. Quisquis *Psal.65.*
enim bonum opus agit, sed omnipotentis dei amore atque desiderio fiere nescit: holocaustum habet, sed medullam in holocausto non habet. Qui verò bona operatur, & visioni iam creatoris sui inhiat, atque ad æterna contemplationis gaudia peruenire festinat, séque ipsum ex amore quo accenditur, in fletibus mactat, holocausta domino medullata dedit. Studendum verò nobis est & mala funditus relinquere, & bona quæ sufficimus operari, atque in ipsis bonis quæ agimus, amore æterni luminis compungi. Ipse enim cordis tenebras discutit amor lucis, vt subtilius videre valeamus, ne qua in bonis quæ agimus, praua misceantur. Considerandum nobis quippe est opus nostrum quale sit, quæ cogitatio in opere, quæ intentio in cogitatione. Et cùm nostro bono operi admixtum aliquid malitiæ vel pravæ delectationis agnoscimus, redeamus ad lachrymas, lauemus holocaustum. Sunt autem quidam qui semetipsos in magnis actionibus domino deuouerunt, atque ad tantam perfectionem perueniunt, vt ab eis nulla vnquam difficultate flectantur: quatenus à deliberatione castitatis nequaquam caro in pravæ cogitationis delectatione animum sternat. Nam etsi quando per suggestionem pulsat, surgere non permittitur: quia vigore iudicij calcatur. In deliberatione quoque patientiæ nec sermo inordinatus ab ore prodeat, nec dolor tacitus animum premat: vt in largitate eleemosynæ nulla inopiæ suspi-

Universidad de Navarra
Biblioteca

G tio tristitiam generet, vt in deliberatione humilitatis nullus despectus animum mordeat. Sed cùm iam in his quæ rectè deuouerunt, sese fortiter exhibent, priora tamen peccata quæ ab ipsis ante bonam deliberationem perpetrata sunt, ad memoriam deducunt, & plangunt quicquid illicitè se egisse meminerunt. Hi itaque per vitam quam tenent, holocaustum sunt, sed per vitam quam ante tenuerunt, inquinatum. Lauant ergo holocaustum in ostio portarum: quia intellectu quem percipiunt de dictis patrum, lamentis se quotidianis afficiunt, & mundant vitam lachrymis quam prauis aliquando actibus inquinauerunt. Nos itaque inter hæc ad vitam præteritam mentis oculos reducamus, reminiscamur qui fuimus, cùm mundi huius concupiscentias sequeremur. Et si iam domino toto corde seruimus: quia nos peccasse meminimus, defluamus in fletibus, lauemus holocaustum. Ecce, omnipotenti deo deuouimus castitatem nostram. Sed si adhuc immunda cogitatio mentem inquinat, redeamus ad lachrymas, lauemus holocaustum. Ecce patientiam nos seruare decreuimus. Si adhuc ira perturbat, si mentem tacitus dolor excruciat: redeamus ad lachrymas, lauemus holocaustum. Ecce iam nouimus possessa tribuere, atque in hoc mundo humilem locum tenere. Si qua adhuc animum inopiæ suspitio deprimit, si despectus proximi in aliqua nos indignatione confundit: redeamus ad lachrymas, lauemus holocaustum. Magnus est etenim creatori nostro ad recipiendos fletus humilium, misericordiæ
H sinus. Vbi enim innumerabilium hominum fletus susceptí sunt, ibi locum suum inuenturæ sunt & lachrymæ nostræ. Pen-
Zach.12. semus quid per alium prophetam dicitur: Et erit qui offenderit ex eis in illa die quasi Dauid, & domus Dauid quasi dei, sicut angelus domini in conspectu eius. Hæc dies misericordiæ, quæ nobis de aduentu redemptoris nostri promissa est. Qui itaque offenderit, erit quasi Dauid: quia peccator ad pœnitentiam redit. Domus autem Dauid, quasi dei: quia reuersus quisque ad iustitiam, habitatio efficitur creatoris sui: vt sit sicut angelus in conspectu eius: quia misericordiæ viscera quæ in se expertus est, annunciando & aliis propinat. Hinc etiam paulopost illic
Zacha.13. dicitur: In die illa erit fons patens domus Dauid habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Fons quippe occultus est vnigenitus patris inuisibilis deus. Fons verò patens est idem deus incarnatus. Qui fons patens rectè domus Dauid dicitur: quia ex Dauid genere noster ad nos redemptor processit. Hierusalem verò visio pacis interpretatur. Hi autem Hierusalem habitant, qui in visione pacis intimæ mẽtem figunt. Peccator verò & menstruata est vel is qui delinquit in opere, vel mens quæ labitur in praua cogitatione. Menstruata nanque ista pollutio est: quia & aliena carne non tangitur, & sua carne inquinatur. Sic itaque, sic est omnis anima, quæ etsi malum opus non agit, polluta tamen cogitatione sordescit. Vnde etiam per prophetam alium sub Iudææ specie de anima im-
I mundis desideriis occupata dicitur: Omnes qui quærunt eam,
Hier.2. non deficient, in menstruis eius inuenient eam. Maligni quippe spiritus quærentes non deficiunt, cùm inferre perditionem cupiunt, & nulla bonæ cogitationis rectitudine repelluntur. Atque in menstruis suis animam inueniunt, quando in pollutis cogitationibus positam facilè ad peruersam operationem trahunt.

Dicatur ergo: In die illa erit fons patens domus Dauid habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ: quia apertus iam nobis est fons misericordiæ redemptor noster, qui in domo Dauid incarnari dignatus est: vt peccatorem lauet à peruerso opere, & menstruatam mentem diluat ab immunda cogitatione. Patet igitur fons, curramus cum lachrymis, lauemur hoc fonte pietatis. In hoc fonte ipse quoque Dauid lotus est, cùm rediit ad lamenta pœnitentiæ post maculas grauis culpæ. Ipsum quippe inuenire fontem quærebat, cùm
Psal.50. diceret: Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Iesus enim Hebraicè, Latinè salutaris dicitur: Et quid est quod sibi lætitiam Iesu reddi postulabat, nisi quòd hũc ante culpam contemplari consueuerat, eiúsque contemplationis gaudia in culpa perdiderat? Vnde rectè post pœnitentiam,
Luc.7. visionis eius lætitiam sibi reddi quærebat. In hoc fonte misericordiæ lota est Maria Magdalene, quæ prius famosa peccatrix, postmodum lauit maculas lachrymis, detersit maculas corrigendo mores. In hoc fonte misericordiæ omnibus aperto lauit Petrus quod negauerat: quia fleuit amarè. In hoc fonte misericordiæ in fine suo lotus est latro, qui semetipsum in morte reprehendens, à culpa sua ablutus est confessione veritatis. Cur igitur pigri sumus? cur torpentes & frigidi remanemus, qui in hoc fonte pietatis tantos iam se lauisse cognouimus? Ergóne in in mundatione nostra desperabimus, qui tot exempla misericordiæ in pignore tenemus? & cessamus veniam quærere, atque cum lachrymis fiduciam habere, qui tantorum iam emundationem spei nostræ pignus accepimus? Quærere enim misericordiæ fontem debuimus, etiam si clausus esset. Patet, & negligimus. Mittamus oculos fidei in mundum vniuersum, consideremus quanti peccatores diebus ac noctibus per lamenta in hoc fonte misericordiæ lauantur: quanti post tenebras ad lucem, quanti post maculas ad munditiam redeunt. Curramus cum talibus post mortis tenebras ad aquam vitæ: consideremus quantum peccauimus, quantum quotidie peccamus, atque vt appareamus mundi post culpas, lauemus holocaustum. *Matt.26. Luc.23.*

Homilia vigesimaprima.

ET in vestibulo portæ duæ mẽsę hinc, & duę mensæ inde: vt im-L moletur super eas holocaustũ, & pro peccato, & pro delicto. Et ad latus exterius, quod ascendit ad ostium portæ quæ pergit ad Aquilonem, duæ mensæ: & ad latus alterum ante vestibulum portæ duæ mensæ. Quatuor mensæ hinc, & quatuor mensæ inde. Per latera portæ octo mensæ erant, super quas immolabant. Quatuor autem mensæ ad holocaustum de lapidibus quadris extructæ, longitudine cubiti vnius & dimidij, & latitudine cubiti vnius & dimidij, & altitudine cubiti vnius, super quas ponunt vasa in quibus immolatur holocaustum & victima. Et labia earum palmi vnius, reflexa intrinsecus per circuitum. Super mensas autem carnes oblationis.

QVid sumus de mysticis sensibus Ezechielis prophetæ locuturi, qui ipsa eius historiæ verba vix capimus? Ecce etenim dicit: Et in vestibulo portę duæ mensæ hinc, & duæ mensæ inde, vt immoletur super eas holocaustum, & pro peccato, & pro delicto. Et ad latus exterius quod ascendit M ad ostium portæ, quæ pergit ad Aquilonem, duæ mensæ: & ad latus alterum ante vestibulum portæ duæ mensæ. Quatuor mensę hinc, & quatuor mensæ inde. per latera portæ octo mensæ erant super quas immolabant.) In quibus videlicet verbis magna caligo dubietatis oritur, vtrũ hæc de vna porta qualibet, an de duabus, aut de singulis portis dicantur. Sed dum quaternæ mensæ per latera describuntur, ac postmodum in summa conclusione dicitur: Octo mensæ erant super quas immolabãt.) patet quia hoc spiritus non de singulis portis quas superius descripserat dicat, quia si portæ sex superius enarratæ quaternas mensas per latera haberent, simul omnes non octo, sed quadraginta & octo dicerentur. Rursum si hoc de vna dicitur, magno obstaculo nostra intelligentia reuerberatur, quòd post descriptum portæ vestibulum, vbi duæ mensæ hinc, & duæ mensæ inde esse narratæ sunt, adhuc ad latus exterius, quod ascendit ad ostium portæ quæ pertingit ad Aquilonem, duæ mensæ esse memorantur: atque subiungitur: Et ad latus alterum ante vestibulum duæ mensæ.) Si enim intra vestibulum portæ binæ per latera mensæ erant, cùm subditur: Et ad latus exterius duæ mensæ, atque ad latus alterum ante vestibulum duæ mensæ, inter quas etiam porta quæ respicit viam Aquilonis, esse memoratur, profectò patet aliud vestibulũ intrinsecus, atque aliud extrinsecus fuisse: quia & prius porta interior, & postmodum hoc in loco exterior Aquilonis porta describitur. Nã cùm tres portas superius descripsisset, tres quoque alias interioris atrij esse memorauit, quarũ

extremam

A extremam Aquilonis portam narrauerat: sed vt prædictum est, atrij interioris. Nunc ergo cùm duæ mensæ hinc in portæ vestibulo, & duæ mensæ inde describuntur, adhuc de eadem interiori porta sermo contexitur. Quippe cùm protinus subinfertur: quia ad latus exterius, quod ascendit ad ostium portæ quæ pertingit ad Aquilonem, duæ mensæ: & ad latus alterum ante vestibulũ portæ duæ mensæ. Porta ergo interior binas per latera in vestibulo mensas habere descripta est, & porta exterior similiter binas. Quatuor autem hinc, & quatuor inde mensæ pariter fiunt, dum per latera singula binæ in vestibulo portæ interioris, & binæ hinc & inde exterius in Aquilonis porta describunt: quæ simul omnes octo sunt, in quibus immolatur. His itaque de exteriori narratione discussis, ad spiritalem intellectum sermo redeat: quia tanto iam nobis interioris esse largiente domino facilior debet, quanto nos exterioris descriptionis ignorantia non angustat. Possunt etenim portarum nomine, sicut superius dictum est, sancti prædicatores intelligi, vt vestibulum portæ sit populus. Qui dum mente humili verba prædicationis suscipit, in eo mense ad sacrificium ex virtute construuntur. Rursum nihil obstat si portam accipimus hoc quod nobis per ora prædicantium sacri eloquij intellectus aperitur, vt vestibulum portæ eiusdem nobis prædicationis verba sint, quæ prius humiliter accipimus, vt pòst ad sacri eloquij intelligentiam veniamus. Sit itaque nobis porta interior testamentum nouum, porta verò exB terior testamentum vetus: quia & hoc spiritalem intellectum aperit, & illud rudibus adhuc mentibus in historia sacri eloquij literam custodit. Habet autem porta interior in magna iam multitudine fidelium populorum duo latera: videlicet dilectionem dei & dilectionem proximi. Binæ autem mensæ sunt hinc & inde: quia in dilectione dei necessariò tenenda est fides & vita: in dilectione autẽ proximi debet summopere patientia & benignitas custodiri. Est enim in dilectione dei necessaria fides & vita: quia videlicet scriptũ est: Sine fide ipossibile est placere deo. Et rursus scriptũ est: Fides sine operibus mortua est. Est autem in dilectione proximi nobis patiẽtia & benignitas cõseruãda: quia de eadem dilectione scriptum est: Charitas patiens est, benigna est. Patiens scilicet, vt illata à proximis mala æquanimiter portet. Benigna autem, vt sua bona proximis desiderabiliter impendat. Habet quoque porta exterior, videlicet lex, duo latera: spiritales patres & carnalem populum. In quibus singulis binæ mensæ sunt: quia habet in spiritalibus patribus doctrinam & prophetiam, habet in carnali populo circumcisionem & sacrificium. In his itaque octo mensis immolatur: quia quicquid fides credit, quicquid vita in exemplo boni operis ostendit, quicquid patientia humiliter tolerat, quicquid benignitas largiter ministrat, quicquid doctrina salubriter docet, quicquid prophetia imposterum præmonet, quicquid circumcisio ad mandatum exterius ligauit, quicquid sacrificium ex deuotione offerentis egit, in omnipotentis dei oculis hoc esse victimam ostendit. In lege enim etiam per carnale sacrificium quid aliud populus, nisi deuotionem sui cordis immolabat? Notandum verò quod quatuor mensæ solummodo ad holocaustum fuisse memorantur, quas videlicet vestibuli portæ interioris accipimus, vt de reliquis quatuor sentiamus, quæ ad sacrificium constructæ fuerant, non ad holocaustum. Holocaustum enim, sicut præcedenti iam locutione professus sum, totum incensum dicitur: Et lex quidem deum ac proximum diligi, diuina mandata custodiri præcipit: ab alienarum rerum concupiscentia compescit, non tamen omnia dimitti iubet. In testamento autem nouo nos veritas contestatur, dicens: Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest esse meus discipulus. Atque iterum dicit: Qui vult post me venire, abneget semetipsum. Mensæ ergo interioris portæ holocaustum habent: quia in virtutibus testamenti noui quasi per holocaustum omnia incendimus, quando omnibus quæ huius mundi sunt renunciamus. Mensæ verò portæ exterioris sacrificium habent, sed holocaustum non habent: quia præcepta legalia decimas offerri iubent, sed dimitti omnia non iubent. De interioris autem vestibuli quatuor mensis dicitur: Vt immoletur super eas holocaustum & pro peccato & pro delicto. Hoc etenim inter peccatum & delictum distat, quod peccatum est mala facere: delictum verò est bona derelinquere: quę summopere sunt tenenda. Vel certè peccatũ in opere, est delictũ in cogitatione. Rectè ergo in interioris portæ quatuor mẽsis immolatur holocaustum & pro peccato, & pro delicto: quia quicunque potuerit hoc præsens seculum pleniter contemnere, & derelinquens omnia, semetipsum domino holocaustum dare, ipse iam perfectè nouit & peccata operis plangere, & peccata cogitationis, vel quod malum fecit, vel quod debuit facere bonum quod non fecit. Qui etenim totum dimisit, culpas suas in fletibus iam liberius conspicit. Cúmque eius mentem terrena cura non præpedit, pro opere simul & cogitatione plangendo, mentẽ suam omnipotenti domino quid aliud quàm holocaustum dedit? Neque hoc à ratione videtur extraneum, quod propheta cùm latus exterius diceret, & ostium portæ nominaret, addidit: Quæ pergit ad Aquilonem. In exteriori enim custodia literæ lex data tenebatur. Ostium verò portæ est ipse historicus intellectus legis, qui ad domini timorem ducit. Quæ porta ad Aquilonem pergere dicitur: quia lex eadem sub timore mortis frigida Iudaici populi corda constrinxit. Quasi enim per calorem ille populus curreret, si præcepta dominica ex amore seruasset. Sed quia sub timore mortis propositæ literam custodiuit, quasi in torpore frigoris remansit. Vnde nouis populis æterna præmia amantibus, non autem temporalia tormenta timentibus atque iam calentibus dicitur: Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis, in quo clamamus, abba pater. *Roma.8.*

Dicatur autem: Quatuor mensæ hinc, & quatuor mensæ inde per latera portæ.) Dum enim fides & vita, doctrina & prophetia in bonorum mentibus custoditur, porta nostra, id est, intellectus sacri eloquij, quatuor ex latere mensas habet. Cúmque in proficientibus populis sancta prædicatio patientiam & benignitatem seruat, quæ prius in carnalibus circumcisionem & sacrificium custodiunt, mensę quoq; quatuor quasi ex alio latere mõstrãtur. Quæ simul omnes octo ad immolandũ fiunt, quatuor videlicet interiores ad holocaustum, quatuor verò exteriores ad sacrificium. Quia & hi qui in sancta Ecclesia fidem, vitam, patientiam atque benignitatem custodiunt, summis iam proculdubio virtutibus pollent. Et hi qui in synagoga doctrinam & prophetiam, circumcisionem & sacrificium cognouerunt, alia offerendo, atque sibimetipsis alia retinendo, deuotionis victimam omnipotenti domino dederunt. Sed quia superius dictum est idcirco mensas quatuor interioris vestibuli constructas, vt immoletur super eas holocaustum & pro peccato & pro delicto, vnde mensæ ipsæ constructæ sint, inferius aperitur: cùm subditur: Quatuor autem mensæ ad holocaustum de lapidibus quadris extructæ.) Quos enim hoc loco lapides quadros accipimus, nisi quoslibet sanctos quorum vita in prosperitate atque aduersitate nouit fortiter stare? Lapis etenim quadrus æque stat, in quocunque latere fuerit versus. Quisquis ergo in prosperitate non extollitur, in aduersitate non frangitur, suasionibus ad malum non trahitur, vituperationibus à bono opere non reuocatur, lapis quadrus est. Et quasi ex omni latere statum habet, qui casum in qualibet permutatione non habet. Certè cùm Iudæorum populum propheta à fide perire cognosceret, & sanctos Apostolos surgere in Ecclesia præuideret, per quos multi sunt ex gentibus in fidei & vitæ fortitudine solidati, in magna consolatione locutus est, dicens: Lapides ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus. Videns quippe in sancta Ecclesia Apostolos, martyres atque doctores surgere, de lapidum casu, id est, de Iudæorum perditione minus doluit: quia omnipotentis dei ædificium, id est, sanctam Ecclesiam de quadris lapidibus ædificari conspexit. Mensæ ergo quatuor de quadris lapidibus construuntur: quia fides & vita, patientia & benignitas de vita sanctorum in exemplum datæ sunt sequentibus populis, vt iam vestibulum mensas habeat, id est, virtutes vitæ populus teneat, in quibus omnipotenti deo orationis sacrificium in ara sui cordis incendat. Quicquid enim boni fideles sanctæ Ecclesiæ populi vel fecerunt vel faciunt, hoc in exemplo de prædicatorum suorum vita susceperunt. Vnde enim mensas hoc vestibulum haberet, nisi quadros lapides inuenisset? Vt enim vnum de quadris lapidibus breuiter ad medium deducamus, vultis fratres charissimi fidem videre? Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Vultis vitam cogno- *Philip.1.* *Esaiæ.6.*

G cognoscere? Mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo. Vultis pa-
Gala.6. tientiam audire? Vsque in hanc horam & esurimus, & colaphis
1.Corin.4. cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus
Ibidem. nostris. Maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur,
& sustinemus: blasphemamur, & obsecramus. Vultis benignita-
2.Cor.12. tem cognoscere? Ego autem libentissimè impendam, & super-
impendar ipse pro animabus vestris. Ac ne forsitã credamus quia
eorum pro quibus impẽdi desiderat, debitor fuerit, mox ad eos-
Ibidem. dem discipulos subiungit, dicens: Licèt plus vos diligens, minus
diligar. Cùm ergo à populo fideli ad imitandas virtutes sanctorum prædicatorum vita cognoscitur, profectò in vestibulo de quadris lapidibus mensæ construuntur. Habuit verò & synagoga spiritales patres in doctrina atque prophetia, ex quibus exemplum vitæ in virtutibus traheret. Sed rudis eius populus magis per timorem seruiens, quàm per amorem sequens, vitas patrum noluit imitari quas vidit, atque ideo porta exterior, quæ ad Aquilonem pergit, mensas non habet ad holocaustum. Sed quia hæc moraliter diximus, restat adhuc vt eadem mensas per intelligentiam typicam perscrutemur. Porta etenim nostra in interiori vestibulo quatuor mensas habet: quia sancta Ecclesia ad eruditionem fidelium populorum, quatuor regentium ordines accipit, quos Paulus ex dono omnipotentis dei enumerat, dicẽs:
1.Corin.12. *& Eph. 4.* Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophe-
H tas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores. Pastores verò & doctores vnum regentium ordinem nominat: quia gregem dei ipse veraciter pascit, qui docet. Habuit quoque & porta exterior mensas quatuor: quia videlicet synagoga, obsequij exterioris obseruantiam per principes sacerdotum & seniores populi, per scribas atque Pharisæos tenuit. Qui scilicet Pharisæi, etiam legis doctores vocati sunt. Siue autem exteriori, seu interiori portæ duæ mensæ hinc sunt, & duæ inde: quia in exordiis suis sancta Ecclesia Apostolos & prophetas habuit. Prophetas autem dicimus non eos qui in veteri populo fuerant, sed eos qui in sãcta Ecclesia post Apostolos sunt exorti. Posteriori quoque tempore quod nunc est, habet Euangelistas atque doctores. Quia verò Euangelium bonum nuncium dicitur, Euangelistas vtique appellamus, qui rudibus populis bona patriæ cœlestis annunciant. Qui videlicet Euangelistæ atque doctores & priori quidem tempore fuerunt, sed & nunc vsque domino largiente permanent: quia adhuc quotidie & infideles populos ad fidem trahi, & fideles quosque in bonos mores per doctores erudiri cognoscimus. Apostoli verò & prophetæ ab hoc tempore præsentibus sublati sunt: atque ideo dicimus quia mensæ hæ portæ nostræ, id est, sanctæ Ecclesiæ quasi in alio latere fuerunt. Habet & porta quæ pergit ad Aquilonem, duas mensas hinc, & duas inde: eosdem quos diximus principes sacerdotum & seniores populi in maiori auctoritate regiminis: Scribas quoque & Pharisæos qui rudi illi populo minori loco præfuerunt.
I Sed hæ mẽsæ iuxta portam sunt quæ ad Aquilonem pergit: quia cùm quatuor isti ordines populo præessent, synagoga in persecutione redemptoris nostri sæuiens, ad torporem perfidiæ prorupit. Quæ tamen mensæ habuerunt sacrificium, quod iuxta solam literam tenuerũt, vnde & ad torporem frigoris lapsi sunt: quia flamma spiritus succensi non sunt. Interiores autem mensæ holocaustum non habent, quia siue in cordibus Apostolorum atque prophetarum, seu in mente Euangelistarum atque doctorum, ignis spiritus & arsit & ardet. Qui pro eo quod omnem eorum cogitationem in bono opere assumit, flamma amoris dei quasi holocaustum simul quod inuenit incendit. Holocaustum enim offerunt, qui siue in bono opere, seu in sancta cogitatione medullitus accenduntur. Mensæ verò hæ ex quadris lapidibus factæ sunt, quia dum quotidie sacri eloquij in suis cordibus verba meditantur, ad offerendum domino orationis holocaustum quasi ex quadris lapidibus construuntur. Verba etenim scripturæ sacræ lapides quadri sunt, qui vbique stant: quia ex nullo latere reprehensibilia inueniuntur. Nam in omne quod præteritum narrant, in omne quod venturum annunciant, in omne quod moraliter prædicant, in omne quod spiritaliter sonant, quasi in diuerso latere statum habent: quia reprehensionem non habent. Corda itaque sanctorum mensæ dei sunt ad holocaustum ex quadris lapidibus constructæ: quia qui dei verba semper cogitant, semetipsos domino à carnali vita in cogitatione K
mactant. Vnde scriptum est: Lex dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius. Et vnde rursum dicitur: In *Psal.*
corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Sed quia *Psal.*
mensæ hæ vnde sint constructæ cognouimus, etiam cuius mensuræ sint audiamus. Sequitur: Longitudinem vnius cubiti & dimidij, & latitudinẽ cubiti vnius & dimidij, & altitudinẽ cubiti vnius.) Hunc locum quidam exposuit, dicens: Longitudinem & latitudinem habet mensa, vnum cubitum & dimidium, id est, per quadrum: quæ simul iunctæ tres cubitos faciunt. Qui tres cubiti habent in altitudinem cubitum vnum, vt mysteria trinitatis vnius cubiti, hoc est diuinæ maiestatis mensura conseruet. Qui videlicet sensus expositionis idcirco non potest stare, quia in illa summa trinitate quæ omnia creauit, omnia continet, dimidium nihil est, nec ex duobus dimidiis aliquid vnum. Neque enim quicquam imminutionis ac decisionis habet illa substantia: quæ semper incommutabilis manens, nec detrimentum recipit nec augmentum. Sæpe autem diximus longitudinem ad longanimitatem spei, latitudinem verò ad charitatis amplitudinem pertinere. Mensæ ergo quæ ad holocaustum constructæ sunt, lõgitudine cubiti vnius & dimidij metiũtur: quia sancti patres atque doctores, qui se longanimiter ad secreta spei intimæ extendunt, per hoc quod in virtutibus viuunt, quantũ ad humanam quidem mensuram pertinet, valde perfecti sunt, quantũ verò ad diuina mysteria, quæ plenè ab homine capi non pos- L
sunt quàm diu in hac mortali carne subsistit, perfecti non sunt. In semetipsis ergo iam cubitum habent, in deo autem adhuc cubitum non habent: quia iam quidem in virtutibus plenè proficiunt, sed tamen aliquid de deo adhuc ex parte cognoscunt. Ecce iterum in mensura mensæ ad testimonium Paulus occurrit. Videamus an eius vita cubito integro mensuretur. Dicit enim: Quotquot perfecti sumus, hoc sapiamus. Videamus si *Philip.3.*
in his quæ de deo sentit, iam se ad percipienda mysteria perfectè tetenderit. Ego me non arbitror comprehendisse. Qui rur- *Philip.3.*
sus ait: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cùm autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Qui iterum dicit: Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Si ergo perfectus est, & ex parte cognoscit, cubitum habet quantum ad se, sed tamen dimidium super se. Tendantur ergo in longanimitate spei corda sanctorum, tendantur in perfectione quam habent, cubito vno. Sed quia adhuc plenè videre non possunt vbi spei oculum mittunt, hoc quod super vnum cubitum habent, in dimidio cubito recidatur, quatenus in hac vita semper se imperfectos aspiciant, & ardentius ad perfectionem currant. Habent quoque mensæ latitudinem cubiti vnius & dimidij: quia sanctorum corda in charitatis amplitudine dilatata, iuxta proximum quem diligunt & vident, habent cubitum. Possunt e- M
nim perfectè diligere, quos perfectè valent iuxta aliquid scire. Omnipotentem verò deum medullitus diligunt, medullitus sequuntur, sed tamen tantum diligere non possunt quantum debent: quia adhuc non valent videre quem diligunt, & mensura amoris minor est, vbi adhuc mensura minor est cognitionis. Super vnum ergo cubitum habent & dimidium: quia hoc eis iam in amore integrum est, quod valde minus est in charitate cum proximo, atque illud quod eis valde maius est adhuc in amore dei quem non vident, integrum non est. De hoc amore qui hic incipitur, vt ex visione domini in æterna patria perficiatur, rectè Esaias loquitur, dicens: Viuit dominus cuius i- *Esaiæ 31.*
gnis est in Sion, & caminus eius in Hierusalem. Plus est autem caminum esse quàm ignem: quia esse ignis & paruus potest, in camino autem vastior flamma succenditur: Sion verò speculatio, Hierusalem visio pacis dicitur: Pacem verò nostram hic interim speculamur, vt illic postmodum plenè videamus. Ex amore ergo domini in Sion ignis, in Hierusalem caminus: quia hic amoris eius flammis aliquatenus ardemus, vbi de illo aliquid contemplamur. Sed ibi plenè ardebimus, vbi de illo plenè videbimus quem amamus. Altitudo verò mensurarum * est cubiti vnius. Quæ est enim altitudo sanctorum ni- * mensa
si fides inuisibilium? Per fidem enim creditur quod non videtur, atque ideo per hanc iustorum mensa ad altitudinem ducitur, vt

A gur, vt cuncta visibilia despiciat in terra, & ea quæ audit inuisibilia sequatur in cœlo. Sed vnum cubitum habet altitudo mensæ: quia vnitas est fidei in corde omnium sanctorum. Vnum deum esse trinitatem & patres testamenti veteris, & prædicatores professi sunt testamenti noui. Altitudo itaque mensurarum* nil vno cubito amplius, nil minus habet: quia in magna sibi vnitate concordat omnium fides patrum. Sed hi qui iam in longanimitatem spei summis virtutibus proficientes, vnum & dimidium cubitum habent, atque in latitudine charitatis vno ac dimidio cubito metiuntur, in altitudinem verò fidei vno cubito excrescunt, magni sunt, & summa admiratione venerandi. Debent ergo paruulorum animas in sinu suæ conuersationis suscipere, atque eas in conspectu domini velut quoddam holocaustum ac sacrificium offerre. Vnde apertè sequitur: Super quas ponunt vasa in quibus immolatur holocaustum & victima.) Quid enim sunt animæ fidelium, nisi vasa sancta, quæ verba pietatis capiunt, vt ex eorum mentibus holocaustum vitæ atque orationis immoletur? Hinc est enim quòd Paulus cùm adhuc rudis esset in fidei vocatione: quia iam domini verba perceperat, *Act.9.* & cœlesti gratia plenus erat, vas appellatur, cùm dicitur: Vas electionis mihi est. Hinc pastores atque doctores propheta ad- *Isaie.52.* monet, dicens: Mundamini qui fertis vasa domini. Ipsi etenim quasi mensæ domini vasa portant, qui vitam fidelium erudiendo tolerant, vt quandoque hanc domino ad holocaustum & sacri- B ficium perducant. Sed neque hoc negligenter intuendum est, quòd in eisdem vasis holocaustum & victima dicitur immolari. Holocaustum enim sicut & superius diximus, victima est, non tamen victima holocaustum: quia cùm quid ex parte offertur, & ex parte retinetur, sacrificium quidem est, sed holocaustum nō est. Sunt verò in multitudine magna fidelium alij, qui quæ mūdi sunt omnia relinquunt, cuncta quæ possident tribuunt, nihil sibimetipsis reseruant, ad æternam patriam medullitus anhelāt, séque ex toto corde in lachrymis mactant. Hi videlicet vasa super mensam sunt, in quibus immolatur holocaustum. Et sunt alij qui curam propriæ domus gerunt, de filiis cogitant, eisdem hæreditatem seruant. Qui tamen æterni iudicij memores, misericordiam pauperibus impendunt, alimenta ac vestimenta eis ex parte qua decreuerint tribuunt. Hi nimirum vasa super mensam sunt, in quibus victima immolata est, non holocaustū. Quia enim patientia & doctrina sanctorum admonēdo & sustinendo: suadendo atque terrendò aliorùm corda vsque ad hoc erudiunt, vt omnia deserant, & totos se in amore domini accendant, aliorum verò ad hoc vsque instruunt, vt quia omnia relinquere non valent, vel ex parte qua præualent, misericordes fiant, & carnis curam cum animæ cura partiantur, mensæ domini de quadris lapidibus instructæ vasa portant, in quibus immolatur holocaustum & victima: quia & perfecti, sicut dictum est, cùm omnia deserunt, totum cor in amore domini accendunt, & imperfecti C sacrificium offerunt, quod ex parte deuouerunt. Sequitur:

Et labia eorum palmi vnius, reflexa intrinsecus per circuitum.) Quid est hoc, quod mensarum labia palmo metiuntur, nisi quod in palmo manus tenditur, & sancti patres atque doctores eaprædicant, in quibus auditorum opera tenduntur? Quasi enim manum extendimus, cùm opera nostra dilatamus. Loquatur ergo vnusquisque doctor, cor audientis exerceat, ociosorum torporem excutiat. Quos dum ad bona opera tetenderit, palmum se habere in labiis ostendit. Pensandum quoque quia in palmo digitus maior ac minimus tenditur. Quid verò in maiori ac minimo digito, nisi magna & extrema actio designatur? Palmum ergo mensæ in labiis habeant, quatenus in doctorum suorum prædicatione auditor euigilet, & sic ex eorum admonitione magna opera faciat, vt agere & minima non omittat. Sic minimis intentus sit, vt piger in agendis maioribus non sit. Vn- *Matth. 23.* de per Euangelium veritas dicit: Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia decimatis mentam & anetum: & cyminum, & relinquitis quæ grauiora sunt legis: iudicium & misericordiam & fidem: hæc oportuit facere: & illa non omittere. Per iudicium quippe & misericordiam & fidem, maior digitus operationis ostenditur. Per mentam verò & anetum & cyminum, digitus proculdubio minimus figuratur. Hæc ergo oportuit facere, & illa non omittere: quia si opus nostrum palmo metiri volumus, sic necesse est vt tendatur minimus, quatenus maior D digitus non attrahatur. Bene autē cùm mensarum labia metiuntur, & mensura palmi dicitur, additur vnius, vt ex doctorū prædicatione sicut vnitas tenetur in fide, ita quoque vnitas mentium seruetur in opere, ne per opus bonum quod alter agit, alter ad discordiæ malum prorumpat. Ita etenim bona facere opera debemus, vt per hæc quoque cum his cum quibus viuimus vnanimitatem rectè vt possumus conseruemus: id est, non deserendo quod agimus, sed præueniendo bonis persuasionibus malum discordiæ quod timemus. Sic in suis operibus vnitatem palmi custodiens Paulus discordiam generari prohibebat, cùm quendam lapsum atque ab Ecclesia abiectū iam velle recipere Corinthios videret, dicens: Si cui aliquid donastis, & ego. Nam & ego si *2.Cor.2.* quid donaui, propter vos in persona Christi, vt non circumueniamur à satana. Qui videlicet solet de bonis mala generare, & hoc quod per charitatem agitur, ad discordiam trahit. Vnde & mox de ipso subiecit, dicens: Non enim ignoramus cogitatio- *Ibidem.* nes eius. Doctor autem qui per bona quæ prædicat, in suis auditoribus rectam operationem format, si mentes operantium ad vnanimitatem non ligat, in labiis palmum habet, sed eam quæ dicta est, palmi vnitatem non habet. Pensandum verò est valde quod dicitur: quia earundem mensarum labia interius sunt reflexa. Tunc enim mensarum labia intrinsecus reflectuntur, quādo doctores ad conscientiam reuocant tacita cogitatione quod dicunt quando semetipsos subtiliter perscrutantur si faciunt quod E loquuntur. Rectè autem cùm reflexa intrinsecus mensarum labia dicuntur, additur quoque per circuitum, vt non in vna qualibet se parte considerent, atque ex alia semetipsos perpendere prætermittant, sed vbique semetipsos inspiciant, & inquantum præualent studeant singula opere implere quæ docent, ne si prædicantes facere bona dissimulant, sui vastatores sint, cultores alieni. O doctor, ecce iam mensa es, iam vasa portas, iam in vasis fidelibus pondus holocausti & victimæ sustines, sed intus reflecte labium, id est, ad cor reuoca sermonem. Audi quod dicis, operare quod prædicas. Si enim negligis implere quod doces, alios messem seminas, & ipse à frumenti participatione ieiunas. Vnde scriptum est: Cuius messem famelicus comedit. Messem quippe *Iob.5.* doctoris qui bona loquitur sed non operatur, famelicus comedit: quia is qui panem iustitiæ esurit, operatur mandata quæ audit, & ipse fructum non habet qui seminando laborauit. Hinc Salomon ait: Abscondit piger manum suam sub axella, nec ad os *Prouer.19.* suum porriget eam. Nemo ita piger est, vt ad os manum comedendo reducere laborem putet. Sed piger nec ad os manum suā porrigit, qui nec hoc vult operari quod dicit: Hinc iterum debene docentibus & malè operantibus dicitur: Filij Effraim in- *Psal.77.* tendentes arcum, & mittentes sagittas, conuersi sunt in die belli. Intendunt arcum, atque sagittas mittunt, qui scripturæ sacræ sententias proponunt, & verbis rectis auditorum vitia feriunt. Sed F conuertuntur in die belli: quia post semetipsos redeunt in tentatione vitiorum, & pectus opponere non volunt: quia in tentationum certamine non resistunt. Hinc iterum dicitur: Auertisti *Psal.88.* adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello. Gladius quippe doctoris, est sermo dei. Vnde per Paulum dicitur: Et gla- *Ephe.6.* dium spiritus, quod est verbum dei. Omnipotens itaque deus cùm doctorem respicit nolle operari quæ dicit, in die belli adiutorij eius gladium auertit: quia in tentationum certamine non permittit ei esse in adiutorium doctrinæ verba quæ dedit. Habet igitur gladium, sed hunc in bello non adiuuat: quia cùm aduersitas tentationis eruperit, verbi obliuiscitur quod dicebat: Ecce enim de patientia forsitan sermo doctori est, doctrinæ suæ magisterio docere cogitur qualiter contra illata damna, contra auditas contumelias patientia seruetur. Sed cùm ipse vel damno vel contumelia fuerit lacessitus, oblitus quod docuerit, vel in læsione proximi, vel in reddendo grauius contumeliam excedit. Inter hæc itaque cogitet: quia mensa dei est, labium intus reflectat, seruet quod prædicat. Scriptum quippe est: In patien- *Luc.21.* tia vestra possidebitis animas vestras. Et rursum scriptum est: Doctrina viri per patientiam noscitur. Si itaque index doctri- *Prouer.19.* næ patientia est, tanto quisque doctus ostenditur, quanto patiens fuerit. Hinc est enim quod bonus ille discipulus qui magistrum tolli in aëra videbat, per magnæ charitatis affectum clamabat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

4.Reg.2. clamabat, dicens: Pater mi, pater mi, currus Iſraël & auriga e-
G ius. Quid eſt fratres chariſsimi quod Helias currus Iſraël & auriga dicitur, niſi quia auriga agitat, currus portat? Doctor ergo qui mores populi & per patientiam ſuſtinet, & ſacri eloquij verbis docet, & currus dicitur & auriga. Currus, quia tolerando portat: auriga, quia exhortando agitat. Currus, quia mala ſuſtinet: auriga, quia populum bonis admonitionibus exercet. Fortaſſe autem contra vanam gloriam ſermo doctori eſt, & mirè inſinuans qualiter debeat declinari, eiſdem ipſis ſermonibus vanam gloriam quærit, quibus contra eandem vanam gloriam diſputat. Si igitur hoc appetit adipiſci quod prohibet, menſa intus labium non reflectit. Tunc autem menſa domini ex quadris lapidibus extructa habebit intus labium reflexum, ſi ſtuduerit audire quod docet. Scriptum quippe eſt: Ne quid per contentionem, neque per inanem gloriam. Atque eiſdem rurſus egregius prædicator dicit: Nec quærentes ab hominibus gloriã, neque à vobis neque ab aliis. De prædicationis etenim labore laudem tranſitoriam quærere, quid eſt aliud quàm rem magnam vili precio venundare? Sed eſt in doctrinæ verbis graue periculum: quia ſæpe ſermonem docentium ſauores audientium ſequuntur: & cùm doctores ab eo quod bene innotuerint, apparere iam minores in dictis nolunt, doctrinæ verbum quod pro acquirendis animabus auditores ex omnipotentis dei amore inchoauerunt, in hoc poſtmodum pro acquirendis laudibus labo-
H rant. Et qui in verbis dei quærebant prius lucra ſpiritalia, temporales poſtmodum fauorẽs ſequuntur. Vnde fit vt ſiue recta quælibet opera ſeu ſanctæ doctrinæ verba, in omnipotentis dei iudicio pereant, cùm per hæc quiſque tranſitoriis fauoribus anhelat. Hinc etenim per prophetam Iudææ dicitur, quod in ſeipſam incauta mens inuenit, ſi ſaltem poſt culpam ſuas cautè cogitationes rimetur. Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocauit dominus nomen tuum. Ad vocem loquelæ grandis exarſit ignis in ea, & combuſta ſunt fruteta eius. Oliuam quippe vberem & pulchram, fructiferam & ſpecioſam dominus vocat, cuius vel efficaciam in operatione, vel ſancta ſtudia in verbis ſcientiæ approbat. Sed ad vocem loquelæ grandis exarſit ignis in ea: quia cùm laudari quis cœperit, erubeſcit forſitan minor videri quàm dicitur, & ſtudet eſſe quod dicatur. Vox enim grandis loquelæ eſt, fauor adulantis. Vnde ſcriptum eſt: Qui benedicit proximo ſuo voce grandi de nocte conſurgens, ſimilis eſt maledicenti. Ad vocem ergo loquelę grandis exarſit ignis in ea: quia in magnitudine fauoris, flamma in corde accenditur de amore laudis. Sed omnia oliuæ fruteta comburuntur: quia ante omnipotentis dei oculos vel quæ bene geſta, vel quæ ſcienter ſunt dicta depereunt, cùm iam non amore domini, ſed intentione tranſitoriæ laudis fiunt. Sic enim cogitationi bonæ cogi-
I tatio ſiniſtra ſubiungitur, vt vir ipſe qui eaſdem cogitationes generat animus cognoſcat. Vnde prædicator egregius cùm loquens ſubtiliter diceret: Viuus eſt ſermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus: ilico ſubiunxit, Compagum quoque & medullarum, & diſcretor cogitationum & intentionum cordis. Diſtinguit enim dei ſermo compages & medullas: quia diſcernit cogitationes & intentiones cordis. Per compages quoque oſsibus oſſa iunguntur. Et ſæpe dum quid recta cogitatione agimus, ſed ſubitò in laudis amore declinamus, atque hoc pro laude facimus quod prius facere pro veritate cœperamus: quia cogitationes cogitationibus adiunguntur, quaſi quædam compages fiunt. Sed habent oſſa quæ in compage iuncta ſunt, etiam medullas. Quod prædicator ſanctus apertius intulit, cùm ſubiunxit: Diſcretor cogitationum & intentionum cordis. Compages enim noſtræ, cogitationes ſunt: medullę autem intẽtiones. Et ſæpe aliud cogitamus, atque aliud eſt quod per cogitationem intendimus. Nam ſi quis propoſito nummorum præmio, pupilli vel viduæ cauſam defendat, & fortaſſe Eccleſiam ingrediens, in ſuis precibus deo dicat: Tu vides quia cauſam pupilli & viduæ defendo, iſte proculdubio quod cogitat ſcit, ſed quò intendat eius cogitatio ignorat. Aliud quippe cogitat, atque aliò intendit. Non enim defenſionem pupilli vel viduæ, ſed mercedem nũmorum quærit. Nam tollere temporale præmium, & non pupillum ac viduam defendere intendit. Sermo itaque dei diſcre-

Ppilip.2.

Hiere.11.

Prouer.27.

Heb.4.

tor eſt cogitationum & intentionũ cordis: quia non aſpicit quid K apud temet ſum cogitas, ſed per medullam compagis, id eſt, per intentionem cogitationis quæ accipere requiris. Reſtat ergo vt doctor cùm loquitur, quaſi menſa dei ſemper intus labium reflectat, ne aut mala intentione loqui inchoet, aut cùm bene cœperit, ſeductus fauoribus, in appetitum alium declinet. Fortaſſe autem de cuſtodia diſciplinæ ſermo doctori eſt. Et ſæpe etiam contingit vt diſciplinæ regulam quam ſcit dicere, neſciat tenere: qui aut nimio zelo motus, minus ſe per manſuetudinem temperat, aut nimia manſuetudine placidus, minus ſe cõtra vitia in zeli ſtimulo inflammat. Magna enim conſideratione debemus penſare quod ſcriptum eſt: Quia in vaſis templi inter coronas & ple- 3.Reg.6.
ctas, boues & leones & Cherubin exculpta ſunt, & ſubter boues & leones lora dependentia. Coronæ quippe ſignum victoriæ, plectæ autem concordiæ vnanimitatem ſignant. Cherubin verò plenitudo ſcientiæ dicuntur. Sacerdotes enim atque doctores inter coronas & plectas, id eſt, inter fortitudinẽ boni operis quo ad victoriam currunt, & charitatis concordiam quo à ſe viciſsim non diſcrepant, per boues & leones atque Cherubin deſignati ſunt: quia in plenitudine ſcientię quam habent neceſſe eſt vt & boum manſuetudinem teneant, & feruorem leonum, quatenus in diſciplinam quam prædicant, & ex ſancto zelo accenſi ſint, & ex paterna dulcedine tranquilli. Quibus ſubter ſe lora dependeant, vt diſciplinæ ſuæ retinacula quibus ipſi ligati ſunt, etiam ſubiectis ſuis ſollicitè impendant. Super eos enim lora L
dependere, eſt cuſtodiæ vincula ſubditis tenere. Quæ tunc rectè ſeruantur, cùm nec boum manſuetudo in zeli feruore amittitur, nec leonum terror in manſuetudine declinatur. Tanta quippe debet eſſe diſcretio vt nec diſciplina nimia, nec ipſa quoque miſericordia ſit remiſſa, ne ſi inordinatè culpa dimittitur, is qui eſt culpabilis, in reatu grauius adſtringatur. Et rurſus, ſi culpa immoderatè retinetur, tanto qui corrigitur deterior fiat, quanto erga ſe nil ex benignitatis gratia agi conſiderat. Exhibenda itaque prauis eſt aſperitas in oſtenſione, charitas in mente, vt & dura oſtenſio delinquentem coërceat, & charitatis cuſtodia mercedem manſuetudinis non omittat. Ecce dum loquor, Ioſeph animum pulſat, vt ad oſtendenda quæ dico, ipſe teſtis veniat. Certè ſomnium quod de profectu ſuo vide- Gene.37.
rat, fratribus narrans, per hoc quod innocenter retulit, malitiæ contra ſe ſtimulos excitauit. Ab eiſdem fratribus, Hiſmaë- Ibidem.
litis eſt venditus, in Aegyptum ductus, mira omnipotentis domini diſpenſatione eidem Aegypto prælatus eſt. Cumque in ter
ra Chanaan fames exurgeret, fratres ad Aegyptum venerunt, Gene.42.
Ioſeph prælatum Aegypto repererunt, eumque ſubmiſsis ad terram ceruicibus adorauerunt. Et quia mutari dei conſilium non valet, quem ideo vendiderant ne adorarent, adorauerunt Gene.42.
quia vendiderunt. Tunc ipſe vir dei ſpiritu diſcretionis plenus, cognouit fratres, non cognitus. Sed memor culpæ, & remiſſor M
iniuriæ, mala fratrum nec reddere ſtuduit, nec ſine purgatione laxare. Nam ſuſpecta voce protinus dixit: Exploratores eſtis Ibidem.
vos, vt videatis infirmiora terræ, veniſtis, iam nunc experimẽtum veſtri capiam. Per ſalutem Pharaonis non egrediemini hinc, O iaculum in corde. Peregrini venerant, famis periculum fugiebant, frumenta quæ quærebant non acceperant, & feriri ſe inſuper iactatione criminis videbant. Inter hæc ducuntur ad carcerem, & poſt triduum adhuc in eadem aſperitate terrentur. Iam reditur ad cor, iam culpæ memoria pulſat animum, atque Gene.42.
inter ſe inuicem loquuntur. Meritò hæc patimur: quia peccauimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtiam animæ illius, cùm deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio. In his autem cor Ioſeph amore vincitur, ſeceſſum petit, ſoluit flendo quod pietati debuit. Seuerus ad fratres reuertitur: vt cruciatas eorum animas à culpa liberaret. Poſt hæc vnus religatur in vinculis, dimittuntur cæteri cum frumentis, vt vnus frater veniat, quem minimum habere ſe dixerant. Venit poſtmodum frater. Vincebat mentem pietas, cùm frater innocens videretur, ſed permanebat in oſtenſione aſperitas, vt fratres noxij purgarentur. Frumẽta dantur, ſcyphus in ſac Gene.44.
co iunioris fratris abſconditur, furti poſt eos quæſtio mouetur. Mittitur vt reducantur addicti in ſeruitutẽ, decernitur apud quẽ ſcyphus fuiſſet inuentus. In ſacco vltimi fratris inuenitur. Tunc

Beniamin

A Beniamin reducitur, afflicti omnes fratres sequuntur. O tormenta misericordiæ. Cruciat & amat. Reuersi igitur, in terra cum lachrymis prostrati, veniam postulant. Memores enim quid de illo patri promiserant, mœrore intolerabili tabescebant. Tunc se vltra cohibere nō valens pietas clausa prorupit ad medium, & excussit charitas lachrymas de vultu seueritatis. Detersa est ira quæ apparebat, & non erat ostensa misericordia quæ erat & non apparebat. Sic vir sanctus facinus fratrum & dimisit, & vindicauit. Sic in vigore clementiam tenuit, vt delinquentibus fratribus nec sine vltione pius existeret, nec sine pietate districtus. Ecce hoc est magisterium disciplinæ, vt culpis & discretè noueritparcere, & piè resecare. Qui autem discretionis spiritum non habent: aut sic dimittunt peccata vt non corrigant, aut sic quasi corrigendo feriunt vt non dimittant. Doctor ergo cui de disciplinæ moderamine loqui necesse est, mensam dei esse se sciat, atque intus labrum reflectat, vt quod docendo loquitur, hoc sub discretionis spiritu vigilanter operetur. Nec si quædam sibi deesse considerat, oportet vt ab eorum prædicatione conticescat. Locus quippe eius exigit vt loquatur. Verbis ergo suis semetipsum conueniat: & si non ideo loquitur quia operatur, ideo operetur quia loqui compellitur. Vbi itaque se conspicit opere implere quod dicit, ibi auditores admoneat, eorúmque animos ad studium bonæ operationis accingat. Vbi autem necdum se videt implesse quod loquitur, ad bona de quibus auditores ad-
B monet, se quoque pariter inflammet, vt ipse etiam simul discat in opere, quod per eum loquitur veritas in prædicatione. Sæpe enim quod viuendo nescimus, compulsi loqui doctrinam, loquēdo discimus, vt dum de cogitationis nostræ pigritia reatus nascitur in mente, eandem mentem compunctio subitò oborta trāsuerberet, & sua voce excitata euigilet in opere, quæ prius torpebat in ocio sine voce. Ecce autem cùm mensæ labium palmo tenditur, id est, cùm per doctoris os contra vitia disputatur, atque ad bona opera cor auditorum accenditur, multi qui eius verba audiunt, quanta vel qualia mala perpetrauerint, recognoscūt, atque ad eum confitentes veniunt, eúmque pro peccatis suis intercessorem fieri cùm fletibus petunt, vt ipse orando deleat culpas, quas prædicando manifestat. Vnde & subditur: Super mensas autem carnes oblationis.) Doctores etenim sancti cùm pro compunctis peccatoribus atque confitentibus omnipotenti domino preces fundūt, per hoc quod ad veniam pro carnali eorum vita postulant, mensæ domini carnes oblationis portant. Vt ergo sint pro quibus conuersis & flentibus rogent, oportet vt eisdem prius in peccato positis prædicent, & cùm iam cœperint peccata relinquere, atque ad innocentiam festinare, necesse est vt erga eos in ore doctoris incrementa prædicationis excrescant, & quibusdam doctrinæ suæ verbo tanto vehementius insistat, quanto eos grauius cecidisse considerat, videlicet sciens quod ipse tanto mercedem magnæ remunerationis accipiat,
C quanto verbis suis alios de profundioribus peccatis leuat. Libet inter hæc sancti Euangelij ad medium verba deducere, cuius sacra historia per hoc quod factum est miraculum narrat, mira quæ quotidie aguntur denunciat. Nam confessi atque ieiuni ad dominum populi cùm venissent, discipulis dominus dixit: Mi-
Matth.8. sereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quid manducent: & si dimisero eos ieiunos in domos suas, deficient in via, quidam enim ex eis de longè venerunt. Turba triduo dominum sustinet, quando multitudo fidelium peccata quæ perpetrauit, per pœnitentiam declinans, ad deum se in opere locutione atq; in cogitatione conuertit. Quos dimittere ieiunos in domū suam dominus noluit, ne deficiant in via: quia videlicet conuersi peccatores in præsentis vitæ via deficiunt, si in sua conscientia fine doctrinæ sanctæ pabulo dimittantur. Neergo lassemur in huius peregrinationis itinere, pascendi sumus sacra admonitione. Valde autem pensanda est pia sententia
Matth.8. quæ processit ex ore veritatis, qua dicitur: Quidam enim ex eis de longè venerunt. Est autem qui nihil fraudis & nihil carnalis corruptionis expertus, ad omnipotentis dei seruitium festinauit. Iste de longinquo non venit: quia per incorruptionem & innocentiam proximus fuit. Alius nulla impudicitia, nullis flagitiis inquinatur, solo autem coniugio expertus, ad ministerium spiritale conuersus est. Neque iste venit de longinquo: quia vsus coniunctione concessa, per illicita non errauit. Alij verò post carnis flagitia, alij post falsa testimonia, alij post facta D
futta, alij post illatas violentias, alij post perpetrata homicidia ad pœnitentiam redeunt, atque ad omnipotentis dei seruitium conuertuntur, hi videlicet ad dominum de longinquo veniunt. Quanto etenim quisque plus in prauo opere errauit, tanto ab omnipotente domino longius recessit. Nam & prodigus filius qui patrem deseruit, abiit in regionem longinquam, in qua porcos pauit: quia vitia nutriuit. Dentur igitur alimenta eis etiam qui de longinquo veniunt: quia conuersis peccatoribus doctrinæ sanctæ cibi præbendi sunt, vt in deum vires reparent, quas in flagitiis amiserunt. Qui sæpe à doctoribus tanto necesse est vt largioribus cibis doctrinæ satientur, quanto sessi maioribus vitiis venerunt. Et cùm iam confiteri cœperint mala quæ commiserunt, atque confitendo relinquere & fletibus punire, necesse est vt doctores sancti pro eorū peccatis sollicitè exorent, quatenus mensæ domini carnes oblationis portēt. Quod quoties agunt, & in hoc pro alienis peccatis interueniunt, sua ante dei oculos amplius detergunt: quia ea ipsa charitate se iustificant, qua mira pietate pro alienis iniquitatibus se in lamentis mactant. Nec laborioſum debet esse doctori pro conuersis peccatoribus lachrymas fundere, quando & ipse qui omnia creauit, homo factus, pro nostris iniquitatibus in cruce sanguinem fudit. Qui viuit & regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus in secula seculorum. Amen.

E

Homilia vigesimasecunda & vltima.

ET extra portam interiorem gazophylacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portæ respicientis ad Aquilonem, & facies eorum contra viam Australem vnam ex latere portæ Orientalis, quæ respiciebat ad viam Aquilonis. Et dixit ad me: Hoc gazophylacium quod respicit viam Meridianam, sacerdotum est qui excubant in custodiis templi. Porro gazophylacium quod respicit ad viam Aquilonis, sacerdotum erit qui excubant ad ministerium altaris. Isti sunt filij Sadoch, qui accedunt de filiis Leui ad dominum, vt ministrent ei. Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum, & latitudine centum cubitorum per quadrum, & altare ante faciem templi. Et introduxit me in vestibulum templi, & mensus est vestibulum quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & latitudinem portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde, longitudinem autem vestibuli vi- F
ginti cubitorum, & latitudinem vndecim cubitorum. Et octo gradibus ascendebatur ad eam, & columnæ erant in frontibus vna hinc, & altera inde.

Finis textus Ezechielis.

S Acri eloquij mysticos sensus propheta per aspirationem sancti spiritus prudenter intelligens, dicit: Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. *Psal.118. Ibidem.*
Qui rursus ait: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Qui enim necdum occulta de apertis intelligit, oculos velatos habet. Qui verò iam intelligit, reuelatos. Et mirabilia de lege dei considerat, qui spiritaliter literæ verba discutiens, quæ interius magnitudo lateat pensat. An non est mirabile quando aliud auribus sonat, atque aliud exit ad intelligentiam quod non sonabat? Cui ergo verba sacri eloquij, nisi lapidi similia dixerim, in quo ignis latet? Qui manu quidem frigidus tenetur, sed percussus ferro, per scintillas micat, atque hoc emittit ignem qui pòst ardeat, quod prius manus frigidum tenebat. Sic etenim, sic verba sunt sacri eloquij, quæ quidem per narrationem literæ frigida tenentur, sed si

quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quis hæc aſpirante domino intento intellectu pulſauerit, de myſticis eius ſenſibus ignem producit, vt in eius verbis pòſt animus ſpiritaliter ardeat, quæ prius per literam ipſe quoque frigidus audiebat. Ecce etenim propheta dicit: Et extra portam interiorem gazophylacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portæ reſpicientis ad Aquilonem, & facies eorum contra viam Auſtralem vnam, ex latere portæ Orientalis quæ reſpiciebat ad viam Aquilonis.) In his itaque verbis literæ, ad amorem dei cuius animus inferueſcat, quin potius quis non ex ipſa eorum lectione tepefiat? Si autem latens in litera ſpiritalis medulla diſcutitur, per hoc ſcintillæ intellectus exeunt, & incendunt quod prius cordis auribus frigidum ſonabat. Nobis tamen vt ſe aſpirante domino interior intellectus aperiat, ipſa prius narratio iuxta literam patefiat. Ait enim quia porta erat interior, atque extra hanc atrium quod appellatur interius, ac deinde aliæ, id eſt, Aquilonis, Auſtri atque Orientis portæ deſcribuntur, vt ipſum atrium quod eſſe extra portam interiorem dixerat, à portis exterioribus eſſe interius oſtendat. Atrium ergo hoc & foris & intus eſt. Foris, quia extra portam interiorem: intus autem, quia intra portas exteriores, Gazophylacia quoque cantorum eſſe in hoc eodem atrio narrantur, quæ à latere portæ poſita dicuntur reſpicientis ad Aquilonem. Sed ipſa eadem gazophylacia ad Auſtralem viam reſpiciunt. Et ſubditur: Ex latere portæ Orientalis, quæ reſpiciebat ad viam Aquilonis.) In quibus
H verbis apertè intelligitur quia cantorum gazophylacia inter latus portæ reſpicientis ad Aquilonem, & latus portæ Orientalis fuerant poſita: quæ porta videlicet reſpiciebat ad viam Aquilonis. Facies itaque gazophylaciorum cõtra viam Auſtralem, ſed poſitio inter portam erat Orientis & Aquilonis. Porta ergo interior habebat ex latere portam Aquilonis, ex alio quoque latere portam Auſtralem. In fronte verò veſtibuli Orientalis porta ſurrexerat, atque ſic atrium quod erat extra portam interiorem, vt hoc quoque eſſet interius, portæ exterius ambiebant. Hæc de verbis literæ ſub breuitate tranſcurrimus, vt in eis ſenſus myſticos non breuiter exquiramus. In parte autem ſuperiori tres portæ deſcriptæ ſunt, id eſt, Orientis, Aquilonis & Auſtri: móxque interioris atrij tres aliæ narratæ, id eſt, Auſtri, Orientis, & Aquilonis, ac deinde porta atrij interioris dicta eſt, in qua menſæ de quadris lapidibus extructæ memorantur: & porta quæ reſpiciebat ad Aquilonem, in qua menſæ eſſent ad ſacrificium, non ad Holocauſtum, Vnde in interiori diximus ſignificari Eccleſiam, in exteriori ſynagogam, Sed his expletis, rurſum propheta incipit interiorem portam, atque tres alias, id eſt, Aquilonis, Auſtri, & Orientis deſcribere, & in earum atrio interiori quod erat extra portam interiorem, eſſe gazophylacia, cantores, ſacerdotes, templum, altare, ſacrificia perhibet. In quibus verbis quia de ſanctę Eccleſię inſtitutione narrare alia ab eis quæ ſuperius dixerat cœpit, patet quod interioris portæ intel-
I lectum mutauit. Si enim ſub vno intellectu omnia diceret, nouo ordine ipſa atque alia non replicaret. Nam quomodo poſſumus extra portam interiorem atrium, gazophylacia, cantores, ſacerdotes, templum altare, ſacrificia dicere, ſi per eandem prophetiã interior hoc loco ſancta Eccleſia deſignatur? Cùm enim cuncta hæc intra ipſam ſint, quomodo extra portam interiorem ſunt, ſi extra Eccleſiam non ſunt? Intelligi ergo porta interior poteſt ea de qua iam longè ſuperius locuti ſumus, quæ contra portam Aquilonis & Orientalem dicitur poſita, per quam figurari diximus aditum qui nobis ad interiora gaudia patriæ cœleſtis aperitur, vt hic quoque per portas quæ circa veſtibulum narrantur, ſancta Eccleſia: per portam verò interiorem, cœleſtis regni aditus figurentur. Sed ne quis me verba ſancti ſpiritus æſtimet ad intellectum meum violenter inflectere, & dicat quia de porta interiori ſignificationem ſanctæ Eccleſiæ quam ſemel dixi, mutare non debui, in fulgente dei omnipotentis gratia quæ cœpimus ipſa teneamus, vt & porta interior ſignet Eccleſiã, quæ nos ad interiora gaudia perducet, & gazophylacia, cantores, ſacerdotes, templum altare, ſacrificia ſint in atrio quod eſt extra portam, & tamen extra Eccleſiam non ſint. Si enim ſubtili inueſtigatione perquirimus, nil obſtat intelligi vt interiorem portam ſicut dictum eſt, ſanctam Eccleſiam ſentiamus. De qua nunc dicitur: Et extra portam interiorem gazophylacia cantorum in atrio interiori. Duo ſunt etenim quæ dicuntur: Porta interior, atque extra hanc atrium interius, quatenus hoc ipſum atrium & exterius K
ſit & interius. A porta exterius, interius autem, ſicut prædiximus, portis quas narrando ſubiunxit. Sancta enim Eccleſia duas vitas habet. Vnam quam temporaliter ducit, aliam quam in æternum recipit. Vnam qua laborat in terra, aliam qua remuneratur in cœlo. Vnã qua mercedes colligit, aliam verò in qua iam de receptis mercedibus gaudet, atque in vtraque vita offert ſacrificium. Hic videlicet ſacrificium compunctionis, & illic ſacrificium laudis. De hoc ſacrificio dicitur: Sacrificium deo ſpiritus contribulatus. De illo autem ſcriptum eſt: Tunc accepta- *Pſal.50.*
bis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes & holocauſta. De quo rurſus *Ibidem.*
ait: Vt cantem tibi gloria mea, & non compungar. In vtroque *Pſal.29.*
autem ſacrificio carnes offeruntur: quia hic oblatio carnis eſt maceratio corporis, ibi oblatio carnis eſt in laude dei gloria reſurrectionis. Tunc quippe illic quaſi in holocauſtum offertur caro: quando in æterna incorruptione permutata, nil contradictionis, nil mortalitatis habuerit: quia tota ſimul amoris eius ignibus acceuſa, in laude ſine fine permanebit. Porta ergo hæc interior, id eſt, ſancta Eccleſia habeat interiora ſua, illam videlicet vitam quæ adhuc oculis noſtris occulta eſt. Habeat extra eam atrium exterius, id eſt, vitam præſentem, in qua omne bonum agitur, vt ad bonum ſine fine perueniatur. Sint ergo in interiori atrio, quod tamen extra portam eſt, gazophylacia cantorum: quia electi quique atque perfecti quia adhuc in carne mortali ſubſiſtunt, & intra ſinum ſunt ſanctæ Eccleſiæ, & adhuc extra ſecreta gaudia interioris vitæ. Sint gazophylacia can- L
torum interius & exterius: quia corda ſanctorum quæ omnipotenti deo deſiderium ſuum per magni ardoris amorem cantant, & iam intus ſunt, & adhuc intus non ſunt: quia in ſanctæ Eccleſiæ ſinu poſita, & iam vident per ſpiritum quod intus fortiter ament, & tamen adhuc non vident perfectè quod amant. Sint itaque in interiori atrio gazophylacia, ſed extra portam, vt iam & intus ſint per deſiderium, & adhuc intus non ſint per plenarium effectum. Quid ſunt autem gazophylacia cantorum, niſi ſancta deſideria amantium? Qui præcepta diuina quaſi quaſdam diuitias cuſtodiunt in mente, quas cantando ſeruant: qui mandata dei non ex timore ſed ex amore perficiunt, eiſque ipſæ ſacri eloquij præceptiones cantabiles fiunt, quas non ex triſtitia, ſed ex deſiderio ſemper operantur. Vultis cor iuſti quaſi cuiuſdam cantoris gazophylacium audire? Cantabiles *Pſal.118.*
mihi erant iuſtificationes tuæ in loco incolatus mei. Iuſtificationes dei dicimus præcepta diuina, quæ nos iuſtos faciunt, ſi impleantur. Quæ tunc nobis in loco incolatus noſtri cantabiles fiunt, quando in hac peregrinatione vitæ præſentis ipſa eadem mandata diligimus, & ex deſiderio implemus. Hinc eſt quòd idem Pſalmiſta iterum ex cantorum gazophylacio ſe eſſe inſinuat, qui ait: Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Miſericordiam domini qua peccata laxantur, cantare etiam *Pſal.100.*
peccator debet: id eſt, hanc cum gaudio dicere atque ſperare. M
Sed quis ita iuſtus eſt, vt eius ſibi æternum iudicium ante mentis oculos reuocet, & non contremiſcat? An potius venire ad illud examen tanti iudicis præſumat, feſtinet & gaudeat? Quiſquis ille eſt, magnus eſt: quia iam miſericordiam domini & iudicium cantat. Cantat quippe iudicium, ad quod intrare non trepidat. Sit ergo mens illius gazophylacium cantorum, vt per diuitias miſericordiæ quas accipit, lætus pergat ad iudicium quod iam non pertimeſcit. Videamus ſi placeat fratres chariſſimi, aliud quoque gazophylacium cantoris. Forſitan & ipſe iudicium cantat. Quid etenim dicit? Ego enim iam delibor, *2.Tim.4.*
& tempus meæ reſolutionis inſtat, Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. Qui laborum ſuorum conſcius, memor certaminis quod egit, memor fidei quam ſeruauit, * eſſe ſibi in iudi- *quaſi*
cio repoſitam coronam dicit, eamque ſibi in illa die reddi ſpe- *non*
rat potius quàm donari. Profecto patet quia iudicium cantat, quod venire deſiderat. Vnde etiam ſubdit: Non ſolum autem *2.Tim.4.*
mihi, ſed & his qui diligunt aduentum eius. Nemo enim aduentum iudicis diligit, niſi qui ſe habere cauſam in iudicio bonam nouit. Eorum ergo corda qui aduentum iuſti iudicis diligunt, gazophylacia cantorum ſunt: quia per præſumptionem gratiæ & vitæ per virtutes ſancti deſiderij cantant iuſti iudicium, quod

omnes

A omnes iniusti pertineſcũt. Meminit autem charitas veſtra: quia ſuperiori locutione per portam Orientis fidem, per Aquilonis ſpem, per Auſtri autem charitatem diximus deſignari. Hæc itaque gazophylacia inter portam Orientis & Aquilonis eſſe memorantur, atque ad viam Auſtralem reſpicere: quia corda ſanctorum, inter fidem & ſpem poſita, Auſtralem viam reſpiciunt, quoniam ſanctæ charitatis ignibus inardeſcunt. Ipſa quoque Orientalis porta reſpicere dicitur ad viam Aquilonis: quia nobis per fidem quidem omnia in baptiſmate peccata laxantur, ſed tamen dum adhuc hic viuimus, etiam poſt fidem ſæpius ad peccata declinamus. Et quaſi Orientis porta viam Aquilonis reſpicit, cùm vita noſtra poſt perceptam fidem, adhuc aliquatenus in frigore culpæ torpeſcit. Quis enim in hac vita valeat poſt fidem ſine culpa viuere, cùm Ioannes dicat: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt? Cuius verbis Iacobus concordans ait: In multis enim offendimus omnes. Si autẽ peccata præterita in fidei perceptione dimiſſa ſunt, & adhuc poſt fidem ad peccata declinatur, quæ nobis erit præſumptio iuſtitiæ, quæ ſpes vitæ permanentis, niſi vt dum adhuc inter portam Orientis & Aquilonis ſumus, ad viam Auſtri mentis oculos leuemus, quatenus ex ſancta charitate feruẽtes calor nos amoris liberet à culpa teporis & frigoris? Sint ergo gazophylacia inter portam Oriẽtis & Aquilonis, ſed ſicut dictum eſt, ad Auſtralem viam facies intendant, vt inter hoc quod nati in fi-
B de ſumus, & quod poſt ad peccata delapſi, de ſpe pietatis præſumimus, exerceamus noſmetipſos in ardore charitatis, & ibi tendamus oculos cordis, vbi accendamur ignibus amoris. Poteſt autem per Aquilonis portam gentilitas, per Auſtri viam Iudæa, per Orientis autem portam *ipſe* dominus deſignari. Per Aquilonem quippe non immeritò gentilitas figuratur quam ille in torporis frigore poſsĭdet qui dixit: Sedebo *in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis.* Per Auſtralem quoque portam rectè Iudæa accipitur, in qua ſpiritales patres cœleſti amore ferbuerunt. Quorum vnus loquitur dicens: Conuerte domine captiuitatem noſtram, ſicut torrens in Auſtro. Quæ etſi carnalem populum habuit, in quo velut Aquilonis frigora portauit, in ſanctis tamen ſuis doctoribus ac prophetis ad deum ac proximum calore charitatis arſit. Orientalis autem porta non immeritò ipſum ſignat, de quo ſcriptum eſt: Ecce vir, Oriens nomen eius. Et de quo Zacharias ait: Viſitauit nos Oriens ex alto. Sint ergo gazophylacia cantorum ex latere portæ Aquilonis: quia non ſolum in Iudæa fuerunt corda ſanctorum ſpiritaliter accenſa, ſed etiam in gentilitatis multitudine ad ſanctæ fidei ſacramenta conuerſa, ardent corda ſanctorum amore cœleſtis patriæ, inhiant gaudia æterna, ſuſpirant ad ſocietatem ſanctorum ciuium in cœlo, ſed tamen exempla huius ardoris quem dono ſancti ſpiritus acceperunt, à ſpiritalibus patribus ſynagogæ capiunt. Vnde ipſa quoque gazophylacia & in Aquilonis latere poſita, oculos ad viam Auſtralẽ tendũt. Ecce enim ex gẽtibus venimus, ſed in hoc quo-
C que pro ſancti ſpiritus amore calemus. Iudææ patres aſpicimus, qui nobis in ſuis dictis quotidie ſancti deſiderij exempla præbent. An non quaſi calore Meridiani feruoris ardebat, qui æſtuabat dicens: Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum viuum: quando veniam & apparebo ante faciem dei? Qui rurſus ait: Pſallam & intelligam in via immaculata, quando venies ad me. Hoc quoque ardore ſuccenſus fuerat qui dicebat: Nunc dimittis domine ſeruum tuum ſecundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Quia ergo ex gentilitate venimus, ſed ſanctos Iudææ patres nobis in diuini amoris imitatione proponimus, quaſi quædam cantorum gazophylacia ex latere portæ quæ viam Aquilonis reſpicit, ſumus: ſed ad viam Auſtri facies tenemus. Et notandum quod hæc eadem gazophylacia inter portam Aquilonis & Orientis eſſe perhibentur: quia videlicet poſt incarnationem dominicam, multitudo gentium ad fidem venit, atque inter ipſos fideles populos & ſacramenta dominicæ incarnationis quæ medullitus diligunt, corda amantium ſurgunt. Habeant ergo ſancti gazophylacia, hinc Orientis portam, & inde Aquilonis: quia inter ipſa redemptionis ſuæ myſteria quæ ſequuntur, & carnales quoſdam quos & intra ſanctam Eccleſiam tolerant, multi in deum forti amore proficiunt, virtutibus excreſcunt, æterni iudicis aduentum quærunt, & in-
D ter ea quæ amant atque illa quæ tolerant, quaſi quædam gazophylacia, diuitias ſpiritus in mente ſeruant. Nec inter ſacramẽta quæ diligunt, & quæ iam contraria portant deficiunt: quia ad Auſtralem viam facies intendunt. Quid enim patimur quod patres noſtri pro amore domini antea non pertulerunt? Notandum verò quod inter portam Auſtri & Aquilonis, Orientalis porta eſſe deſcribitur: quia dominus ac redemptor noſter de Iudæa eſt natus, móxque in fide ſua Eccleſiam ex gentibus traxit. Quaſi enim inter Meridianam portam & Aquilonis apparuit: quia ex illa venit, & iſtam in ſuo ſeruitio conuertit. Vnde & bene dicitur quod porta eadem Orientalis ad viam reſpicit Aquilonis: quia natus dominus ſynagogam deſeruit, & multitudinem gentium collegit. Notandum quoque eſt quod dum de gazophylaciis diceretur: Et facies eorum ad viam Auſtralem, additum eſt, vnam, vt videlicet apertè ſentiamus: quia non alia eſt via ad cœleſtem patriam nobis qui ex gentilitate venimus, atque alia illis patribus qui fuerunt in Iudæa, ſed hæc eadem vna via eſt nobis & illis, quæ nos ad æterna gaudia perducit, quæ nobis per Euangelium dicit: Ego ſum via, veritas, & vita. De *Ioan. 14.* qua Pſalmiſta ait: Vt cognoſcamus in terra viam tuam, in om- *Pſal. 56.* nibus gentibus ſalutare tuum. Quod enim Hebraicè Ieſus, hoc Latinè dicitur ſalutaris. In terra ergo via cognoſcitur: quia Ieſus, deus ante ſecula, & homo factus in fine ſeculorum, gentibus E
eſt manifeſtatus. Vna ergo eſt via & illis qui ab Auſtro ſunt, & his qui ab Aquilonis porta reſpiciunt: quia electis Iudæis & gentibus dominus ac redemptor noſter expulſa pœna formidinis, ad patrem factus eſt iter amoris, atque adiutorium perſentionis. Sequitur: Et dixit ad me: Hoc gazophylacium quod reſpicit viam Meridianam, ſacerdotum eſt qui excubant in cuſtodiis templi.) Atque mox ſubditur: Porro gazophylacium quod reſpicit ad viam Aquilonis, ſacerdotum erit qui excubant ad miniſterium altaris.) Quibus prophetæ verbis prius nobis quærendum eſt, qui ſint maioris ordinis ſacerdotes, vtrum hi qui in cuſtodiis excubant templi, an qui in miniſterio altaris? Sed quia paulopoſt ſubditur: Altare erat ante faciem templi:) apertè oſtenditur illos eſſe maioris ordinis ſacerdotes qui in cuſtodiis templi excubant, quia profectò in altari quod eſt interius miniſtrant. Hi autem qui ad altare quod intra faciem templi eſt excubant, tanto inferiores ſunt, quanto exterioribus miniſtrant. Quærendum ergo nobis eſt, qui ſacerdotes ſint qui templum cuſtodiunt, & qui ad miniſterium altaris excubare perhibentur. Magiſter gentium fidelibus ſcribens ait: Templum dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Qui itaque ſacerdotes ſunt qui tem- *1. Corin. 3.* plum dei cuſtodiunt, niſi hi qui orando, prædicando, ſpiritalibus actibus vigilando, ſanctam Eccleſiam à malignorum ſpirituum immiſsionibus, à prauorum ſuaſionibus, ab hæreticorum F
erroribus defendunt? An non cuſtos templi fuerat qui labores ſuæ paſsionis enumerans dicit: In labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & ſiti, in ieiuniis multis, in frigore & nu- *2. Cor. 11.* ditate? Atque ſtatim ſubdit: Præter illa quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium Eccleſiarum. Penſate quæſo, cuſtos templi quanta ſollicitudine vigilet. Ecce enim in ſeipſo inæſtimabilia patitur, & cordis ſui ſollicitudinem aliis impartitur. Cuius rogo virtutis eſt, plus de vtilitate proximorum quàm de ſua afflictione cogitare? Quis hoc digne æſtimet? quis dignè penſet? Laborat, luget, eſurit, ſitit, alget, ieiunat, vigilat, & tamen vigilando de Eccleſiarum omnium ſollicitudine cogitat. Ecce enim eſt ſolertiſsimus cuſtos templi æterni in exẽplo propoſitus. Imitetur quia valet aduerſa pro veritate pati, bona proximis impendere, circa animarum ſollicitudinem vigilare. Ne quis in perfidiam, ne quis in ſuperbiam, ne quis in rapinam vel immunditiã labatur, exquirere atque compeſcere: hoc eſt templum dei, id eſt, ſanctam Eccleſiam cuſtodire. Sunt autem minoris ordinis ſacerdotes, qui ad miniſterium altaris excubant, qui videlicet in adiutorio maiorum, peccata delinquentium ſubtiliter inueſtigant, & vitam carnalium corrigunt, atque ad hoc vſque perducunt, vt per lamenta pœnitentiæ quaſi incendant carnem in ſacrificio, quam prius viuere permiſerant in peccato. Non enim hi qui ſanctis Eccleſiis præſunt, per ſemetipſos cuncta agere prævalent.

Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Sed dum ipsi causis spiritalibus occupantur, si qua prava ac carnalia perpetrantur, hæc aliis discutienda atque corrigenda committunt. Per quos dum carnalis vita corrigitur, & vsque ad abstinentiæ atque orationis studium à proficientibus peruenitur, quasi in altari iam caro incenditur, vt in conspectu omnipotentis domini inde sacrificium redoleat, vnde prius culpa displicebat. Sed hac in re quæstio oritur, cùm superius dictum sit, quòd gazophylacia ad Australem viam facies haberent, qua ratione nunc dicatur, quia gazophylacium quod respicit viam Meridianam, sacerdotum est qui excubant in custodiis templi: & gazophylacium quod respicit viam Aquilonis, sacerdotum qui excubant ad ministerium altaris? Si enim vtraque facies ad Australem viam tenebant, quomodo nunc vnum ad Meridianam, atque aliud ad Aquilonis viam respicere dicitur? Sed in his verbis agnoscimus quòd gazophylacium sacerdotum qui excubant in custodiis templi, ita positum fuerat, vt solam Meridianam viam respiceret: gazophylacium, verò sacerdotum qui excubant ad ministerium altaris, ita erat in atrio, vt & ad Australē viam & Aquilonis faciem intenderet, quatenus & cum gazophylacio sacerdotum qui excubant in custodiis templi, Meridianam viam aspiceret, & tamen sine gazophylacio eorundem sacerdotum Aquilonis viam videret. Sed quid est hoc fratres charissimi? H quid in his verbis mysticum possumus intueri, nisi hoc quòd secundum ea quæ præmissa sunt, iam spiritalis auditor intelligit: quia sacerdotes maioris ordinis, qui excubant in custodiis templi, solam Meridianam viam respiciunt, quoniam solis studiis spiritalibus occupati, semper his quæ amoris dei sunt, sollicitè intendunt: sacerdotes autem minoris ordinis, qui discutiēdis peccatis delinquentium præsunt, etiam ad Aquilonis viam oculos reflectunt, vt in mentibus peccantium quæ sint operis frigora videant, & hæc verbis correptionis vsq; ad pœnitentiæ gemitus perducentes, quasi carnes in altari domini incendant? Respiciant etiam cum magnis sacerdotibus ad Meridianam viam: quia quantum ad semetipsos est, feruent igne charitatis, & succensi sunt flammis amoris dei. Sed quia peccata delinquentium crebrò corrigunt, etiam ad Aquilonis viam oculos reducunt. De vtrisque autem sacerdotum ordinibus subditur: Isti sunt filij Sadoch, qui accedunt de filiis Leui ad dominum vt ministrēt ei.) Sadoch latinè dicitur iustus. Quis autem iustus est nisi ipse *Psal.113.* cui dicitur: Iustus es domine, & rectum iudicium tuum? Qui verò sunt filij iusti, nisi hi de quibus scriptum est: Quotquot autem crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios dei fieri? *Ioan.1.* Leui autem interpretatur assumptus. Quis autem assumptus est, nisi populus fidelis, qui per sacramenta fidei est à perfidis segregatus? I Omnes ergo qui perseuerāter spiritalibus actibus intendunt, filij sunt iusti. Et de filiis populi assumpti accedunt ad dominum, vt ministrent ei: quia de ipsis quoque fidelibus eliguntur qui ad omnipotentis dei ministerium veniant, & cœlestibus studiis pro eruditione populi intendāt. Sed nobis solerter inquirendum est, qui sunt qui domino ministrant. Neque enim omnes qui legunt, omnes qui prædicant, omnes qui propria tribuunt, omnes qui per carnis abstinentiam corpus castigant, domino ministrant. Qui enim legendo atque prædicando gloriam propriam quærunt, largiendo quæ habent, & corpus in abstinentia macerando, laudes recipere ab hominibus appetunt: sibi, non domino ministrant. Quo contrà per Psalmistam dominus *Psal.100.* dicit: Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Habet enim maculam in via, qui in bono opere quod agit, terrenæ gloriæ sibi præmium proponit: quia qui in hoc mundo recipere mercedem quærit, fœdat in conspectu dei speciem boni operis per maculam pravæ intentionis. Fortasse etenim quis disciplinæ studio intentus feruet: culpas delinquentium resecat. Qui tamen ad hæc agenda si non ex omnipotentis dei amore, sed zelo proprio ducitur: sibi in his & non domino ministrat. Alius ne asper esse videatur: multa leniter tolerat quæ pravè perpetrantur. Iste itaque quia videri pro domino districtus non vult, per lenitatis suæ studium sibi & non domino ministrat. Restat ergo vt siue in verbi ministerio fatigemur: seu indigentibus nostra largiamur: siue per abstinentiam carnem domemus: seu zelo moueamur: siue per patientiam aliquando leniter prava toleremus: vt nos summopere debeamus intentionem nostram discutere: quatenus omne quod facimus, non nostro sed domi- K ni zelo faciamus: ne in his quæ agimus, nobis potius quàm domino ministremus. Non enim domino sed sibi ministrauerant: de quibus Paulus dicebat: Omnes quæ sunt sua quærunt: non *Philip.2.* quæ sunt Christi Iesu. Idem verò Paulus cum cœlectis fratribus non sibi ministrare, sed domino, & viuendo & moriendo festinabat, dicens: Nemo nostrum sibi viuit: & nemo sibi moritur. *Rom.14.* Siue enim viuimus, domino viuimus: siue morimur, domini sumus. Sibi enim sancti nec viuunt, nec moriuntur. Sibi non viunt, quia per omne quod agunt, ad lucra spiritalia anhelant: atque orando, prædicando, sanctis operibus insistendo, cœlestis patriæ ciues multiplicare desiderant. Sibi minimè moriuntur, quia in conspectu hominum deum sua morte glorificant: ad quē peruenire etiam moriendo festinant. Pensemus itaque, in morte sanctorum quantum eorum opprobrium ab infidelibus fuit: sed quanta laus domini in corde fidelium excreuit. Qui si suam laudem quærerent: profectò patet quia opprobria in morte timuissent. Sed nemo illorum sibi viuit, & nemo sibi moritur: quia suam gloriam nec viuendo nec moriendo quæsierunt. Videamus si ipse primus pastor Ecclesiæ qui sibi non vixit: sibi sit mortuus. Ioannes eius socius requiratur: & de verbis domini ex morte pastoris eiusdem dicat: Hoc autem dixit significans *Ioan.* qua morte clarificaturus esset deum. Non ergo sibi est mortuus, qui deum clarificauit in morte. Discamus igitur fratres mei in- L tentionem nostram in omne quod agimus, sollicita inquisitione discutere: & nostra non quærere, si omnipotenti deo volumus ministrare. Sed quia ex fideli populo filios Sadoch ad omnipotentis dei ministerium diximus assumptos: nunquid in eodem populo non sunt multi qui inueniantur in mandatis dei vinere perfecti? Sunt omnino. Nam subditur: Et mensus est atrium longitudinem centum cubitorum: & latitudinem centum cubitorum per quadrum.) Sæpe iam per longitudinē, longanimitatem spei: per latitudinem verò, charitatis amplitudinē diximus signari. Centenarius autem numerus in quo denarius decies ducitur, quod summam perfectionis signet plenè superius dictum est. Quid est igitur atrium spiritalis ædificij: nisi amplitudo fidelium populorum? Ipsa autem longanimitas spei & latitudo charitatis vacua in cordibus fidelium non est. Nam per fidem quicquid valet operatur. Vnde & per Paulum dicitur: *In Chri-* *Gal.* sto Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides quæ per dilectionem operatur. Si ergo in vita fidelium iuxta quendam modum per singulos perfecta est longanimitas spei, perfecta latitudo charitatis, perfecta certitudo fidei, perfectum studium operationis: atrium templi per quadrum centum cubitos habet. In mensura autem quadri non aliud latus maius est, atque aliud minus: sed cuncta simul quatuor lateraæquali spatio tenduntur: quia & ipsas easdem virtutes quas diximus fidem scilicet, spem, charitatem atque operationem, quan- M diu in hac vita viuimus: æquales sibi esse apud nosmetipsos inuenimus. Idcirco autem maior spe & fide charitas dicitur: quia postquam ad auctoris nostri speciem peruenitur, spes quidem & fides transit, sed charitas permanet. Nam nunc & quantum credimus, tantum amamus, & quantum amamus, tantum de spe præsumimus. De fide quoque & operatione Ioannes Apostolus fatetur dicens: Qui se dicit nosse deum, & mandata eius non *1.Ioan.* custodit, mendax est. Notitia quippe dei ad fidem pertinet: mandatorum custodia ad operationem. Cùm ergo virtus, tempus, & locus operandi suppetit, tanto quis operatur: quanto deum nouerat. Et tantum se nosse deum indicat: quantum pro deo bona operatur. Metiantur ergo fidelis populi virtutes in quadrum: quia vnusquisque qui in hoc vitæ exercitio versatur, tantum credit, quantum sperat & amat: & tantum operatur, quantum credit, amat & sperat. Quia itaque sanctæ Ecclesiæ populi multi sunt & robusti per fidem, & longanimes per spem, & ampli per charitatem, & efficaces per operationem: atrium templi centum cubitis in quadro mensuretur. Nam vt aliquid quoque de eorum virtutibus loquamur: sæpe ex eis quosdam videmus prudentes per intelligentiam, fortes in aduersitate, iustos in operatione, temperantes à voluptatibus, atque in omni zelo discretionis se mensura moderantes. Qui dum prudentiam, fortitudinem, iustitiam, atque temperantiam, vel sicut eas inue-

A eis enumerare quibusdam placet, prudentiam, temperantiam, fortitudinem, atque iustitiam tenent: mensuram spiritalis atrij in quadro habent. Ecce enim ipsæ virtutes quas habere bonos fideles diximus, ita in quadro sunt: vt vna aliam non excedat. Magna quippe est prudentia: sed si minus est à voluptatibus temperans minus in periculis fortis: minus in operationibus iusta: profectò minus est prudens. Magna est temperantia, sed si minus intelligit vnde se temperat: si aduersa sustinere per fortitudinem minus valet: atque in timore animum deiicit: si per præceptionem suam aliquando ad iniustitiæ opera prorumpit, minus est temperans. Magna est fortitudo, sed si minus intelligit quæ bona custodiat: quibus malis resistat: si minus à voluptatis appetitu se temperat: sed vincitur delectatione: si iustitiæ opera minùs tenet, atque aliquando ad iniustitiæ opera dominatione superatur: minus est fortis. Magna est iustitia, sed si minus quàm debet inter iusta & iniusta opera discernit: si minus cor à mundi delectatione temperat: si minus se contra aduersa confortat, minus est iusta. Mensuretur ergo perfectorum fidelium vita per quadrum: & tantum habeat spiritalis atrij latus vnum: quantum latera singula: quia vnusquisque tantum prudens est, quantum temperans: & iustus tantum, quantum prudens, temperans, & fortis fuerit. Sunt tamen inter eos plurimi, qui adhuc carnaliter viuunt. Qui & si fortasse literas ignorant, & præcepta dei legere non valent: certè in multorum fidelium B conuersatione, bona quæ imitentur vident. Ecce in Ecclesia voces sancti Euangelij atque Apostolorum sonant: ecce exempla bene viuentium quotidie omnium oculis opponuntur. Nec in excusatione dicere poterunt, non vidimus quod imitari deberemus. Vnde & subditur: Et altare ante faciem templi.) Quid est templum nisi fidelis populus? Sicut per Paulum apostolum discipulis dicitur: Templum enim dei sanctum est, quod estis vos. Et quid est altare dei, nisi mês bene viuentium? Qui peccatorum suorum memores, lachrymis se lauant: carnem per abstinentiam macerant: nullis se mundi huius actionibus miscent: quæ habent, indigentibus tribuunt: & habere quæ non habent, non concupiscunt. Rectè igitur horum cor altare dei dicitur: vbi ex mœrore compunctionis ignis ardet, & caro consumitur. Et nunquid non tales, fratres charissimi, quotidie in sancto hoc fideli populo quasi in templi atrio videmus? Nunquid non eorum vitam nobis ad exemplum propositam indesinenter aspicimus? Altare ergo ante faciem templi est: cùm multi in sanctæ Ecclesiæ conspectu sunt propositi: qui æterni iudicij memores, semetipsos quotidie deo sacrificium in lamento compunctionis mactant. Qui vt prædictum est, corpora castigant: quatenus hoc quod per magistrum gentium dicitur, impleant: Vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem. Hostia quippe occiditur, vt offeratur: Sed hostia viuens, est corpus domino afflictum. Quod & hoC stia dicitur, & viuens: quia viuit in virtutibus, & est à vitiis occisum. Hostia videlicet, quia iam huic mundo est à prauis actibus mortuum. Viuens autem, quia cuncta quæ prævalet bona operatur. Sed quia sub altaris nomine, de compunctionis flamma sermo se intulit: necessarium puto quæ sit diuersitas eiusdem compunctionis ostendere. Alia quippe compunctio est, quæ per timorem nascitur, alia quæ per amorem: quia aliud est supplicia fugere, aliud præmia desiderare. Vnde etiam in tabernaculo per legem duo altaria fieri iubentur. Vnum videlicet exterius, aliud verò interius. Vnum in atrio, aliud ante aram. Vnum quod ære coopertum est, aliud quod auro vestitur. Atque in altari æreo cremantur carnes: in altari verò aureo incenduntur aromata. Quid est hoc fratres charissimi, quòd fortis concremantur carnes, intus aromata: nisi hoc quod quotidie videmus: quia duo sunt compunctionis genera? Quia alij adhuc per timorem plangunt: alij verò iam se per amorem in lamentis afficiunt. Multi nanque peccatorum suorum memores: dum supplicia æterna pertimescunt: quotidianis se lachrymis affligunt. Plangunt mala quæ fecerunt: & incenduntur vitia igne compunctionis: quorum adhuc suggestiones in corde patiuntur. Quid ifti nisi altare sunt æreum? in quo carnes ardent: quia adhuc ab eis carnalia opera planguntur. Alij verò à carnalibus vitiis liberi, aut longis iam fletibus securi: amoris flamma in compunctionis lachrymis inardescunt: cœlestis patriæ præmia cordis oculis aspiciunt supernis iam ciuibus interesse cõ D cupiscunt. Dura eis apparet seruitus, longitudo peregrinationis suæ. Regem in decore suo videre desiderant: & flere quotidie ex eius amore nõ cessant. Quid isti, nisi altare sunt aureum? in quorum corde aromata incensa sunt: quia virtutes ardent. Bene autem de eodem altari dicitur quod ante velum arcæ sit positum in sancta sanctorum. Arca quippe testamenti ipse nobis factus est, de quo scriptum esse nouimus: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ absconditi. Arca intra velum est redemptor noster in cœlo. Altare verò aureum in quo thymiama incenditur ante velum: quia sanctorum corda quæ cum magnis virtutibus in dei amore succensa sunt, per sanctum desiderium in illo ardent, quem adhuc reuelata facie videre non possunt. Inter arcam quippe & altare velum est: quia hoc quod nos adhuc à visione dei separat: corruptionis nostræ obstaculum remotum non est. Sed quousque ante velum sumus, oportet vt quasi thymiamatis incẽsum flamma amoris ardeamus. Per compunctionis autem lachrymas nil terrenum, nil transitorium quærere debemus. Solus nobis desiderium perficit, qui fecit omnia. Transcendamus per desiderium omnia, vt mente colligamur in vnum. Non iam timore pœnarum, non memoria vitiorum, sed amoris flamma succẽsi, ardeamus in lachrymis cum odore virtutum. Ista electorum oratio mea prospiciebatur, cùm in sponsæ laude diceretur: Quæ est ista quæ ascendit per de- *Cantic.3.* sertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris: & E vniuersi pulueris pigmentarij? Sancta quippe electorum Ecclesia cùm ab hoc mundo in sanctis precibus ardenti amore se erigit, per desertum quod deserit, ascendit. Qualiter verò ascẽdat, adiungit. Sicut virgula fumi ex aromatibus. Fumus de incenso nascitur, sicut per Psalmistam dicitur: Dirigatur oratio *Psal.140.* mea sicut incensum in conspectu tuo. Fumus excutere lachrymas solet. Itaque fumus est ex aromatibus compunctio orationis concepta ex virtutibus amoris. Quæ tamen oratio fumi virgula dicitur: quia dum sola cœlestia postulat, secreta progreditur: vt ad terrena atque temporalia petenda minimè reflectatur. Et notandum quòd non virga, sed virgula nuncupatur: quia interdum in compunctionis ardore tantæ subtilitatis est vis amoris: vt hanc nec ipse animus possit comprehendere, qui illuminatus meruit habere. Bene autẽ dicitur: myrrhæ & thuris. Thus enim ex lege domino in sacrificium incenditur. Per myrrham verò corpora mortua condiuntur, ne vermibus corrumpantur. Myrrhæ ergo & thuris sacrificium offerunt, qui & carnem afficiunt, ne eis corruptionis vitia dominentur: & redolentem in conspectu domini amoris sui hostiam incendunt: seq; ipsos deo in sanctis virtutibus exhibent. Vnde & illic subditur: Et vniuersi pulueris pigmentarij. Puluis est pigmẽtarij, virtus bene operantis. Et notandum quòd virtutes bene operantium non pigmenta, sed pulueres dicuntur: Cùm enim quælibet bona agimus, pigmenta offerimus. Cùm verò ipsa etiam bona quæ agimus, retractamus: & ne quid in his simistrum sit, iudicio retractationis attendimus, quasi ex pigmentis puluerem facimus: vt orationem nostram domino per discretionem & amorem subtilius incendamus. Ecce hæc vt deo largiente potuimus, coram vobis fratres charissimi rimati sumus. Nemo autem me reprehendat, si post hanc locutionem cessauero: quia sicut omnes certitis, nostræ tribulationes excreuerunt: vndique gladiis circũfusi sumus, vndique imminens mortis periculum timemus. Alij detruncatis ad nos manibus redeunt, alij captiui, alij interempti nunciantur. Iam cogor linguam ab expositione retinere: quia tædet animam meam vitæ meæ. Iam nullus in me sacri eloquij *Iob.10.* studium requirat: quia versa est in luctum cithara mea: & orga- *Iob.30.* num meum in vocem flentium. Iam cordis oculus in mysteriorum discussione nonvigilat quia dormitauit anima mea præ tę- *Psal.118.* dio. Iam minus lectio animo dulcis est: quia oblitus sum mandu *Psal.101.* care panem meum: à voce gemitus mei. Cui autem viuere non licet, de scripturæ sacrę sensibus loqui mystica qualiter libet? Et qui cogor quotidie amara bibere, quãdo possum dulcia propinare? Quid igitur restat nisi vt inter flagella quæ ex nostris iniquitatibus patimur: cum lachrymis gratias agamus? Ipse etenim qui nos creauit, etiam pater nobis factus est per adoptionis spiritũ quem dedit. Et aliquando filios pane nutrit: aliquando flagello corrigit: quia per dolores & munera ad hereditatem

G perpetuam erudit. Sit itaque gloria omnipotẽti domino noſtro Ieſu Chriſto, qui viuit & regnat cum patre in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Homiliarum beati Gregorij papæ ſuper Ezechielem libri duo finiunt feliciter.

Homilia, ſi Tortellio creditur, cum aſpiratione principij & vnico l atque i latino ſecundum veram orthographiam ſcribitur: indicatq; apud nos ſermonem: & deſcendit ab ὁμιλέω, quod eſt ſermocinor. Calepinus autem dicit homiliam eſſe colloquium vel ſermonem ad populum. Et habet penultimam correptam.

LIBER. XL.

HOMILIARVM BEATI GREgorij papæ: de diuerſis lectionibus Euangelij: ad Secundinum Laurimitanum epiſcopum:

Prologus.

HReverendissimo & ſanctiſsimo fratri Secundino epiſcopo Gregorius ſeruus ſeruorum dei. Inter ſacra miſſarum ſolennia, ex his quæ diebus certis in hac Eccleſia legi ex more ſolent: ſancti Euangelij quadraginta lectiones expoſui. Et quarundam quidem dictata expoſitio aſsiſtenti plebi eſt per notarium recitata: quarundam verò explanationem coram populo ipſe locutus ſum: atque ita vt loquebar, ita excepta eſt. Sed quidam fratres ſacri verbi ſtudio feruentes: antequã ad propoſitum modum ea quæ dixeram, ſubtili emendatione perducerem, tranſtulerunt. Quos rectè ego quibuſdam famelicis ſimiles dixerim: qui prius eſcas edere apperunt, quàm cibi plenius excoquantur. Hoc verò vbi ſcriptum eſt: Ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo: prius quidem quaſi ſub quadam ambiguitate expoſui: ſed eandem dubitationem poſtmodum certa notatione correxi. Eaſdem quoque homilias eo quo dictæ ſunt ordine, in duobus codicibus ponere curaui: vt & priores viginti quæ dictæ ſunt: & poſteriores totidem, quæ ſub oculis dictæ: in ſingulis eſſent diſtinctæ corporibus. Quòd verò quædam antepoſitæ ſunt quæ in Euangelio poſt leguntur: quædam verò poſtpoſitæ, quæ ante per Euangeliſtam ſcriptæ ſunt, inuenιuntur: nequaquam mouere tuam fraternitatem debet: quia ſicut à me diuerſis temporibus dictatæ ſunt: ita quoque ſunt ab exceptoribus in codicibus affixæ. Tua itaque fraternitas ſacris ſemper lectionibus intenta, ſi prædictum locum Euangelij inuenerit ſub dubietate prolatum: vel I eaſdem homilias repererit ita vt prędixi non eſſe diſpoſitas: has inemendatas remanſiſſe cognoſcat: & iuxta eaſdẽ quas per præſentem portitorem mittere ſtudui, corrigat: nullóque modo illas ſine emendatione remanere permittat. Editæ autem in ſcrinio ſanctæ Eccleſiæ noſtræ retinentur: vt ſiqui forte à tua fraternitate longè ſunt: hic inueniant vnde in his quæ emendatæ ſunt, certiores fiant.

Famelicorũ natura. Matth. 4.

Homiliarũ liber diuiſus eſt i duas partes.

Homiliæ xl. Gregorij quare rectò ordine non ſunt poſitæ.

Finit prologus.

LIBER. XL. Homiliarum beati Gregorij papæ.

Lectio ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

Luc. 21.

IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Erunt ſigna in Sole, & Luna, & ſtellis, & in terris preſſura gentium: præ confuſione ſonitus maris & fluctuũ: areſcentibus hominibus præ timore & expectatione: quę ſuperuenient vniuerſo orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna & maieſtate. His autem fieri incipientibus, reſpicite & leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinem. Videte ficulneam & omnes arbores: cùm producunt iam ex ſe fructum: ſcitis quoniam propè eſt æſtas. Ita & vos cùm videritis hæc fieri, ſcitote quoniam propè eſt regnum dei. Amen dico vobis: quia non præteribit generatio hæc donec omnia fiant. Cœlum & terra tranſibunt: verba autem mea non tranſibunt.

Homilia Beati Gregorij papæ in baſilica beati Petri Apoſtoli ad populum habita: Dominica ſecunda aduentus domini.

Homilia prima.

DOminus ac redemptor noſter, fratres chariſsimi, paratos nos inuenire deſiderans, ſeneſcentem mundum quæ mala ſequantur denunciat: vt nos ab eius amore compeſcat. Appropinquantem eius terminum quantæ percuſsiones præueniant innoteſcit: vt ſi deum L metuere in tranquillitate non volumus: ſaltem vicinum eius iudicium vel percuſsionibus attriti timeamus. Huic etenim lectioni ſancti Euangelij quam modo veſtra fraternitas audiuit, paulo ſuperius dominus præmiſit, dicens: Exurget gens Mat. contra gentem: & regnum aduerſus regnum: & erunt terræmotus magni per loca, peſtilentiæ, & fames: & quibuſdam interpoſitis, hoc quòd modo audiſtis adiunxit: Erunt ſigna in Sole & Luna, & ſtellis: & in terris preſſura gentium, præ confuſione ſonitus maris & fluctuum.) Ex quibus profectò omnibus alia iam facta cernimus: alia è proximo ventura formidamus. Nam gentem contra gentem exurgere, earumq; preſſuram terris inſiſtere, plus iam in noſtris temporibus cernimus, quàm in codicibus legimus. Quod terræmotus vrbes innumerabiles obruat: ex aliis mundi partibus ſcitis quàm frequenter audiuimus. Peſtilentias ſine ceſſatione patimur. Signa verò in Sole & Luna & ſtellis adhuc apertè minimè vidimus. Sed quia & hæc non longè ſint, ex ipſa iam aëris immutatione colligimus: quamuis priuſquam Italia gentili gladio Italia ferienda traderetur: igneas in cœlo acies vidimus: ipſumque cum ipſo qui poſtea humani generis fuſus eſt ſanguinem coruſcantes. quinto Cõfuſio autem maris & fluctuum necdum noua exorta eſt. Sed ejuſdem cum multa prænunciata iam completa ſint: dubium nõ eſt quin reſequantur etiam pauca quæ reſtant: quia ſequentium rerum certitudo eſt præteritarum exhibitio. Hæc nos fratres chariſsimi M idcirco dicimus: vt ad cautelæ ſtudium veſtræ mentes euigilent: ne ſecuritate torpeant, ne ignorantia langueſcant: ſed ſemper eas & timor ſollicitet: & in bono opere ſollicitudo confirmet, penſantes hoc quod redemptoris noſtri voce ſubiungitur: Areſcentibus hominibus præ timore & expectatione quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur.) Quid etenim dominus virtutes cœlorum niſi angelos, archangelos, thronos, dominationes, principatus & poteſtates appellat? quæ in aduentu diſtricti iudicis noſtris tunc oculis viſibiliter apparebunt: vt diſtrictè tunc à nobis exigant hoc quod modo inuiſibilis conditor æquanimiter portat. Vbi & ſubditur: Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum poteſtate magna & maieſtate.) Ac ſi apertè diceretur, in poteſtate magna & maieſtate viſuri ſunt: quem in humilitate poſitum audire noluerunt, vt virtutem eius tantò tunc diſtrictius ſentiant: quantò nunc ceruicem cordis ad eius patientiam nõ inclinant. Sed quia hęc contra reprobos dicta ſunt: mox ad electorum conſolationem verba vertuntur. Nã & ſubditur: His autem fieri incipientibus, reſpicite & leuate capita veſtra: quoniam appropinquat redemptio veſtra.) Ac ſi apertè veritas electos ſuos admoneat, dicens: Cùm plagæ mundi crebreſcunt: cùm terror iudicij virtutibus commotis oſtenditur: leuate capita, id eſt, exhilarate corda: quia dum finitur mundus: cuius amici non eſtis: propè fit redemptio quam quæritis.

Cœlorum virtutes quid dicantur.

In ſcriptura

A Scriptura etenim sacra sæpe caput pro mente ponitur: quia sicut capite reguntur membra: ita & cogitationes mente dispo-
nuntur. Leuare itaque capita, est mentes nostras ad gaudia pa-
triæ cœlestis erigere. Qui ergo deum diligunt, ex mundi fine
gaudere atque hilarescere iubentur: quia videlicet eum quem
amant, mox inuenient: dum transit is quem non amauerunt. Ab-
sit enim vt fidelis quisque qui deum videre desiderat: de mun-
di percussionibus lugeat: quem finiri eisdem suis percussioni-
bus non ignorat. Scriptum nanque est: Quicunque voluerit a-
micus esse seculi huius: inimicus dei constituitur. Qui ergo ap-
propinquante mundi fine non gaudet: amicum se illius esse te-
statur: atque per hoc inimicus dei esse conuincitur. Sed absit
hoc à fidelium cordibus: absit ab his qui & esse aliam vitam per
fidem credunt: & eam per operationem diligunt. Ex mundi e-
nim destructione lugere, eorum est: qui radices cordis in eius
amore plantauerunt: qui sequentem vitam non quærunt: qui il-
lam neque esse suspicantur. Nos autem qui cœlestis patriæ gau-
dia æterna cognouimus: festinare ad ea quantocyus debemus.
Optandum nobis est citius pergere: atque ad illam breuiore
via peruenire. Quibus enim malis mundus non vrgetur? Quæ
nos tristitia, quæ aduersitas non angustat? Quid est vita morta-
lis nisi via? Et quale sit fratres mei perpendite: in labore viæ
lassescere: & tandem eandem viam nolle finiri? Quòd autem
calcari mundus ac despici debeat: redemptor noster prouida
B comparatione manifestat: cùm protinus adiunxit: Videte fi-
culneam & omnes arbores: cùm producunt iam ex se fructum:
scitis quia propè est æstas. Ita & vos cùm videritis hæc fieri: sci-
tote quoniam propè est regnum dei.) Ac si apertè dicat: quia si-
cut ex fructu arborum vicina æstas cognoscitur: ita ex ruina
mundi propè esse agnoscitur regnum dei. Quibus profectò
verbis ostenditur: quia fructus mundi ruina est. Ad hoc enim
crescit, vt cadat. Ad hoc cadit, vt germinet. Ad hoc germinat,
vt quæcunque germinauerit, cladibus consumat. Bene autem
regnum dei æstati comparatur: quia tunc mœroris nostri nubi-
la transcunt: cùm vitæ dies æterni Solis claritate fulgescunt.
Quæ omnia sub magna certitudine confirmantur: cum senten-
tia subiungitur: qua dicitur: Amen dico vobis: quia non præ-
teribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum & terra trans-
ibunt: verba autem mea non transibunt.) Nihil enim in rerum
corporalium natura cœlo & terra durabilius: & nihil in rerum
natura, tam velociter quàm sermo transit. Verba enim quous-
que imperfecta sunt, verba non sunt: cùm verò perfecta fuerint,
omnino iam non sunt: quia nec perfici nisi transeundo possunt.
Ait ergo: Cœlum & terra transibunt: verba autem mea non
transibunt.) Ac si apertè dicat: Omne quod apud vos durabile
est, sine mutatione durabile ad æternitatem non est: & omne
C quod apud me transire cernitur, fixum & sine transitu tenetur:
quia sine mutabilitate manêtes sententias exprimit meus sermo
qui transit. Ecce fratres mei iam cernimus quod audiebamus.
Nouis quotidie & crebrescentibus malis mũdus vrgetur. Ex il-
la plebe innumerabili quanti remanseritis, aspicitis: & tamen
adhuc quotidie flagella vrgent. Repentini casus opprimunt:
nouæ nos & improuisæ clades affligunt. Sicut enim in iuuen-
tute viget corpus: forte & incolume manet pectus: torosa cer-
uix, plena sunt brachia: in annis autem senilibus statura curua-
tur: ceruix exiccata deponitur, frequentibus suspiriis pectus
vrgetur, virtus deficit, loquentis verba anhelitus intercidit:
nam & si languor desit, plærunque senibus ipsa sua salus ægri-
tudo est, ita mundus in annis prioribus velut in iuuentute vi-
guit: ad propagandam humani generis prolem robustus fuit:
salute corporum viridis, opulentia rerum pinguis. At nunc ip-
sa sua senectute deprimitur: & quasi ad vicinam mortem mole-
stiis crebrescentibus crebrius vrgetur. Nolite ergo fratres
mei diligere quem videtis diu stare non posse: Præcepta apo-
stolica in animo ponite, quibus nos admonet, dicens: Nolite di-
ligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt: quia si quis dili-
git mundum, non est charitas patris in eo. Nudiustertius fra-
tres agnouistis, quòd subitò turbine annosa arbusta eruta, de-
structæ domus, atque Ecclesiæ à fundamentis euersæ sunt.
Quanti ad vesperum sani atque incolumes, acturos se in cra-
stinum aliquid putabant: & tamen nocte eadem repentina mor-
te defuncti sunt: in laqueo ruinæ deprehensi? Sed considera-
dum nobis est dilectissimi, quòd ad hæc agenda inuisibilis iu- D
dex venti tenuissimi spiritum mouit: vnius procellam nubis ex-
citauit: & terram subruit, casura tot ædificiorum fundamenta
concussit. Quid ergo iudex ipse facturus est, cùm per semet-
ipsum venerit: & in vltionem peccatorum, ira eius exarserit: si
portari non potest, cùm nos per tenuissimam nubem ferit? In
iræ eius præsentia quæ caro subsistet: si ventum mouit, & ter-
ram subruit: concitauit aëra, & tot ædificia strauit? Hanc di-
strictionem venturi iudicis Paulus considerans ait: Horren- *Hebr.10.*
dum est incidere in manus dei viuentis. Hanc Psalmista expri- *Psal.49.*
mit, dicens: Deus manifestè veniet, deus noster, & non silebit.
Ignis in conspectu eius ardebit: & in circuitu eius tempestas va
lida. Districtionem quippe tanti iudicis, tempestas igníque
comitabuntur: quia tempestas examinat, quos ignis exurit. Il-
lum ergo diem, fratres charissimi, ante oculos ponite: & quic-
quid modo graue creditur: in eius comparatione leuigatur. De *Iudicij dies*
illo etenim die per prophetam dicitur: Iuxtà est dies domini *semper ante*
magnus: iuxtà & velox nimis. Vox diei domini amara, tribula- *oculos ponẽ*
bitur ibi fortis, dies iræ, dies illa: dies tribulationis & angu- *dus est.*
stiæ, dies calamitatis & miseriæ: dies tenebrarum & caliginis, *Sopho.1.*
dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris. De hac die
dominus iterum per prophetam dicit: Adhuc semel, & ego mo-
uebo non solum terram, sed etiam cœlum. Ecce, vt prædixi-
mus, aëra mouit, & terra non subsistit. Quis ergo ferat, cùm
cœlum mouerit? Quid autem terrores quos cernimus: nisi se- E
quentis iræ præcones dixerimus? Vnde & considerare necesse *Præcones*
est: quia ab illa tribulatione vltima tanto sunt istæ tribulatio- *iræ sequẽtis*
nes dissimiles: quantum à potentia iudicis persona præconis *sunt terro-*
distat. Illum ergo diem fratres charissimi tota intentione co- *res quos*
gitate, vitam corrigite, mores mutate, mala tentantia resisten- *cernimus.*
do vincite, perpetrata autem fletibus punite. Aduentum nan-
que æterni iudicis tanto securiores quandoque videbitis: quã-
to nunc districtionem illius timendo præuenitis, præstante
domino &c.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.



IN illo tempore. Assumpsit Ie- *Lucæ.18.*
sus duodecim discipulos suos: &
ait illis: Ecce ascendimus Hie-
rosolymam: & consummabun-
tur omnia quæ scripta sunt per
prophetas de filio hominis. Tra-
detur enim gentibus & illude-
tur, & flagellabitur, & conspue-
tur. Et postquam flagellauerint, occident eum: & die
tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat
autem verbum istud absconditum ab eis: & non in- F
telligebant quæ dicebantur. Factum est autem cùm
appropinquaret Hiericho: cæcus quidam sedebat se-
cus viam mendicans. Et cùm audiret turbam præter-
euntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem
ei: quòd Iesus Nazarænus transiret. Et exclamauit di
cens: Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui præibant, in-
crepabant eum vt taceret. Ipse verò multo magis cla-
mabat: fili Dauid, miserere mei. Stans autem Iesus ius
sit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset inter-
rogauit illũ dicens: Quid tibi vis faciam? At ille di-
xit: domine vt videam. Et Iesus dixit illi: Respice, fi-
des tua te saluum fecit. Et confestim vidit: & seque-
batur illum, magnificans deum. Et omnis plebs vt vi
dit, dedit laudem deo.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beati Petri Apostoli: Dominica in quinquagesima.

Homilia secunda.

R Edemptor noster præuidens ex passione sua discipulorum animos perturbandos, eis longè antè & eiusdem passionis pœnam, & resurrectionis suæ gloriam prædixit: vt cùm eum morientem, sicut prædictum est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G cernerent: etiam resurrecturum non dubitarent. Sed quia carnales adhuc discipuli nullo modo valebant capere verba mysterij: venitur ad miraculum. Ante eorum oculos cæcus lumen recipit: vt qui cœlestis mysterij verba non caperent: eos ad fidem cœlestia facta solidarent. Sed miracula domini & saluatoris nostri sic accipienda sunt fratres charissimi: vt & in veritate credantur facta: & tamen per significationem nobis aliquid innuant. Opera quippe eius & per potentiam aliud ostendunt: & per mysterium aliud loquuntur. Ecce enim quis iuxta historiam cæcus iste fuerit, ignoramus: sed tamen quid per mysterium significet, nouimus. Cæcum quippe est genus humanum: quod in parente primo à paradisi gaudiis expulsum, claritatem supernæ lucis ignorans, damnationis suæ tenebras patitur: sed tamen per redemptoris sui præsentiam illuminatur: vt internæ lucis gaudia iam per desiderium videat: atque in via vitæ boni operis gressus ponat. Notandum verò est, quòd cùm Iesus Hiericho appropinquare dicitur: cæcus illuminatur. Hiericho quippe luna interpretatur: luna autem in sacro eloquio pro defectu carnis ponitur: quia dum menstruis momentis decrescit: defectum nostræ mortalitatis designat. Dum igitur conditor noster appropinquat Hiericho: cæcus ad lumen redit: quia dum diuinitas defectum nostræ carnis suscepit: humanum genus lumen quod amiserat, recepit. Vnde enim deus humana patitur: inde homo ad diuina subleuatur. Qui videlicet cæcus rectè & iuxta viam sedere, & mendicans esse describitur. Ipsa enim veritas dicit: Ego sum via. Qui ergo æternæ lucis claritatem nescit, cæcus est. Sed si iam in redemptorem credit, iuxta viam sedet: si autem iam credit, sed vt æternam lucem recipiat, rogare dissimulat atque à precibus cessat, cæcus quidem iuxta viam sedet: sed minimè mendicat. Si verò & crediderit, & cæcitatem cordis sui cognouerit: sed vt lumen veritatis recipiat postulat: iuxta viam cæcus sedet & mendicat. Quisquis ergo cæcitatis suæ tenebras agnoscit: quisquis hoc quod sibi deest lumen æternitatis intelligit: clamet medullis cordis: clamet & vocibus mentis, dicens: Iesu fili Dauid miserere mei.) Sed quid clamante cæco subiungitur: audiamus.

Miracula Christi vltra ipsam veritatem aliquid innuunt.

Hiericho luna interpretatur.

H

Genus humanũ quãdo recepit lumẽ quod amiserat. Ioan. 14.

Et qui præibant, increpabant eum vt taceret.) Quid autem designant isti qui Iesum venientem præcedunt: nisi desideriorum carnalium turbas, tumultúsque vitiorum? Qui prius quàm Iesus ad cor nostrum veniat, tentationibus suis cogitationem nostram dissipant, & voces cordis in oratione perturbant. Sæpe nanque dum conuerti ad dominum post perpetrata vitia volumus: dum contrà hæc eadem exorare vitia quæ perpetramus conamur: occurrunt cordi phantasmata peccatorum quæ fecimus: mentis nostræ aciem reuerberant: confundunt animum, & vocem nostræ deprecationis premunt. Qui præibant ergo, increpabant eum vt taceret: quia priusquam Iesus ad cor ve-
1 niat: mala quæ fecimus, cogitationi nostræ suis imaginibus illisa, in ipsa nos nostra oratione perturbant. Sed quid adhuc illuminandus iste cæcus fecit, audiamus. Sequitur: Ipse verò multo magis clamabat: Fili Dauid miserere mei.) Ecce quem turba increpat vt taceat, magis ac magis clamat: quia quãto grauiori tumultu cogitationum carnalium premimur: tanto orationi insistere ardentius debemus. Contradicit turba ne clamemus: quia peccatorum nostrorum phantasmata plærunque & in oratione patimur. Sed nimirum necesse est vt vox cordis nostri quò durius repellitur: eo valentius insistat: quatenus cogitationis illicitæ tumultum superet: atque ad pias aures domini nimietate suæ importunitatis erumpat. In se, vt suspicor, recognoscit vnusquisque quod dicimus: quia dum ab hoc mundo animum ad deum mutamus: dum ad orationis opus conuertimur: ipsa quæ prius delectabiliter gessimus, importuna post-ea atque grauia in oratione nostra toleramus. Vix eorum cogitatio manu sancti desiderij ab oculis cordis abiicitur. Vix eorum phantasmata per pœnitentiæ lamenta superantur. Sed cùm in oratione nostra vehementer insistimus: transeuntem Iesum menti figimus. Vnde illic subditur: Stans autem Iesus iussit eum adduci ad se.) Ecce stat, qui antè transibat: quia dum adhuc turbas phantasmatum in oratione patimur, Iesum aliquatenus transeuntem sentimus. Cùm verò orationi vehementer insistimus: stat Iesus vt lucem restituat, quia deus in corde figitur, & lux amissa reparatur. Qua tamen in re & aliud aliquid no-

Conuersio peccatorum ad dominũ per quid impeditur.

Tẽporalib⁹ dediti vix spiritalia amplectuntur.

bis dominus innuit: quod intelligi de humanitate ac diuinitate illius vtiliter posit. Clamantem etenim cæcum Iesus transiens audiuit: sed stans miraculum illuminationis exhibuit. Transire quippe humanitatis est, stare diuinitatis. Per humanitatem quippe natus est, crescere, mori, resurgere, de loco ad locum transire. Quia ergo in diuinitate mutabilitas non est, atque hoc ipsum mutari transire est: profectò iste transitus ex carne est, nõ ex diuinitate. Per diuinitatem verò ei semper stare est: quia vbique præsens nec per motum recedit, sicut nec per motum venit. Cæcum igitur clamantem dominus transiens audiuit: sed stans illuminauit: quia per humanitatem suam vocibus nostræ cæcitatis compatiendo misertus est: sed lumen nobis gratiæ per diuinitatis potentiam infudit. Et notandum quid cæco venienti dicat: Quid tibi vis faciam?) Nunquid qui lumen reddere poterat, quid vellet cæcus ignorabat? Sed peti vult hoc quod & nos petere, & se concedere prænoscit. Importunè nanque ad orationem nos admonet, & tamen dicit: Scit nanque pater ve- *Matt.*
ster cœlestis quid opus sit vobis: antequam petatis eum. Ad hoc ergo requirit vt petatur: ad hoc requirit, vt cor ad orationem excitet. Vnde & cæcus protinus adiunxit: Domine vt videam.) Ecce cæcus à domino non aurum sed lucem quærit: parui pendens extra lucem aliquid quærere: quia etsi habere cæcus quodlibet potest: sine luce videre non potest quod habet. Imitemur ergo fratres charissimi eum quem & corpore audiuimus & mente illuminatum. Non falsas diuitias, non terrena dona, non fugitiuos honores à domino, sed lucem quæramus: nec lucem quæ loco clauditur: quæ tempore finitur: quæ noctium interruptione variatur: quæ à nobis communis cum pecoribus cernitur: sed lucem quæramus, quam videre cum solis angelis possimus: quam nec initium, inchoat, nec finis angustat. Ad quam profectò lucem, via fides est. Vnde rectè & illuminando cæco protinus respondetur: Respice, fides tua te saluum fecit.) Sed ad hoc cogitatio carnalis dicit: Quomodo possum lucem spiritalem quærere, quam videre non possum? Vnde mihi certum est si sit: quæ corporeis oculis non insulget? Cui scilicet cogitationi est quod breuiter quisque respondeat: quia & hæc ipsa quæ sentit: non per corpus, sed per animam cogitat. Et nemo suam animam videt: nec tamen dubitat se animam habere, quam non videt. Ex inuisibili nanque anima, visibile regitur corpus. Si autem auferatur quod est inuisibile: protinus corruit hoc quod visibile stare videbatur. Ex inuisibili ergo substantia in hac vita visibili viuitur: & esse vita inuisibilis dubitatur? Sed iam petenti cæco quid factum sit: vel quid ipse fecerit, audiamus. Sequitur: Confestim vidit, & sequebatur eum.) Videt & sequitur qui bonum quod intelligit, operatur. Videt autem, sed non sequitur: qui bonum quidem intelligit: sed bene operari contemnit. Si ergo fratres charistmi cæcitatem iam nostræ peregrinationis agnoscimus: M
si credendo in redemptoris nostri mysterium, iuxta viam sedemus: si exorando quotidie ab auctore nostro vitæ lumen petimus: si eadem luce iam per intellectum videndo illuminati post cæcitatem sumus: Iesum quem mente cernimus, opere sequamur. Aspiciamus qua graditur: & eius vestigia imitando teneamus. Iesum etenim sequitur, qui imitatur. Hinc nanque dicit Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Sequere enim, dicitur imitare. Hinc rursus admonet dicens: Si *Matth. Ioann.*
quis mihi ministrat, me sequatur. Consideremus ergo quà graditur, vt sequi mereamur. Ecce cùm sit dominus & creator angelorum: suscepturus naturam nostram quam condidit: in vterum virginis venit. Nasci tamen in hoc mundo per diuites noluit: parentes pauperes elegit. Vnde & cùm agnus qui pro illo offerretur defuit: columbarum pullos & par turturum ad sacrificium mater inuenit. Prosperari in mundo no- *Christ. homin. mater*
luit, opprobria, irrisionésque toleranit: sputa, flagella, alapas, spineam coronam, crucémque sustinuit. Et quia rerum corporalium delectatione à gaudio interno cecidimus, eum qui amaritudine illuc redeatur, ostendit. Quid itaque homo pro se pati debet: si tanta deus pro hominibus pertulit? Qui ergo in Christum iam credidit: sed adhuc auaritiæ lucra sectatur: in superbia honoris extollitur: inuidiæ facibus ardescit: libidinis se immunditia polluit: prosperari ad ea quę in mundo sunt concupiscit, Iesum in quem credidit, sequi contemnit.

Diuerso

A Diuerso quippe itinere ambulat, si gaudia delectationésque appetit: cui dux suus viam amaritudinis ostendit. Reuocemus ergo ante oculos peccata quæ fecimus: consideremus quàm terribilis iudex hæc puniturus aduenit. Mentem formemus ad lamenta. Vita nostra ad tempus amarescat in pœnitentia: ne æternam amaritudinem sentiat in vindicta. Per fletus quippe ad æterna gaudia ducimur: veritate pollicente, quæ ait: Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Ad fletum verò per gaudia peruenitur: hac eadem veritate attestante, quæ ait: Væ vobis qui nunc ridetis: quia lugebitis & flebitis. Si ergo retributionis gaudium in peruentione quærimus: pœnitentiæ amaritudinem in via teneamus. Sicque fit vt nō solum vita nostra in deum proficiat: sed hæc ipsa nostra conuersatio ad laudem dei & alios accendat. Vnde illic subditur: Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem deo.)

Lectio sancti euangelij secundum Matthæum.

Cap. 12. IN illo tempore, loquente Iesu ad turbas: ecce mater eius & fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærentes te: B At ille respondens dicenti sibi ait: Quę est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendēs manus in discipulos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est: ipse meus frater, soror, & mater est.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum, in basilica sanctæ Felicitatis die natalis eius.

Homilia tertia.

Sancti Euangelij fratres charissimi breuis est lectio recitata: sed magnis mysteriorum ponderibus grauida. Iesus etenim conditor & redemptor noster matrē se nosse dissimulat: & quæ ei mater sit, & qui propinqui: non per cognationem carnis, sed per coniunctionem spiritus designat, dicens: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est: ipse meus frater, & soror, & mater est.) Quibus nobis verbis quid aliud innuit, nisi quòd obsequentes iussionibus suis multos ex gentilitate colligit: & Iudæam, ex cuius carne est genitus, non agnoscit? Vnde & mater eius cùm quasi non agnoscitur, foris stare perhibetur: quia videlicet synagoga idcirco ab auctore suo non recognoscitur: quia legis obseruationes tenens, spiritalem intellectum perdidit, & sese ad custodiam literæ foris fixit. Sed cum is qui voluntatem patris fecerit, soror & frater domini dicitur: propter vtrunque sexum qui ad fidem colligitur, mirum non est: mirandum verò valde est quomodo etiam mater dicatur. Fideles enim discipulos fratres vocare dignatus est, Matth. 28. dicens Ite, nunciate fratribus meis. Qui ergo frater domini fieri ad fidem veniendo potuerit: quærendum est quomodo etiam & mater esse possit. Sed sciendum nobis est, quia qui Christi soror & frater est credendo, mater efficitur prædicando. Quasi enim parit dominum, quem cordi audientis infuderit. Et mater eius prædicando efficitur: si per eius vocē amor domini in proximi mente generatur. Ad quam rem nobis idonèe confirmandam adest beata Felicitas: cuius hodie natalitia celebramus: quæ credendo extitit ancilla Christi: & prædicando facta est mater Christi. Septem quippe filios, sicut in gestis eius emendatioribus legitur, sic post se timuit viuos in carne relinquere: sicut carnales parentes solent metuere ne mortuos præmittant. In persecutionis enim labore deprehensa, filiorum corda in amore supernæ patriæ prædicando roborauit. Et parturiuit spiritu quos carne pepererat: vt prædicatione pareret deo, quos carne pepererat mundo. Considerate fratres charissimi in fœmineo corpore virile pectus. Ad mortē stetit imperterrita. Amittere se in filiis lumen veritatis timuit: si non fuisset orbata. Nūquidergo hanc fœminam martyrem dixerim? sed pluſquā martyrem. Certè dominus cùm de Ioanne loqueretur dixit: Quid Matth. 11. existis in desertum videre? prophetam? vtique dico vobis & pluſquam prophetā. Et Ioannes ipse requisitus, respōdit dicens: D Non sum propheta. Qui enim se pluſquam prophetam nouerat esse se prophetam negabat. Qui idcirco pluſquam propheta dicitur: quia prophetæ est officium ventura prænunciare: non etiam ostendere. Ioannes verò pluſquam propheta est, quia quem verbo dixit, digito ostendit. Non ergo hanc fœminam martyrem, sed pluſquam martyrem dixerim: quę septem pignoribus ad regnum præmisisis, tot ante se mortuos transmisit: Ad pœnam prima venit: sed peruenit octaua. Aspexit mater & cruciata & imperterrita filiorum mortē: spei gaudio adhibuit dolorem naturæ. Timuit viuentibus, gauisa est morientibus. Optauit nullum post se relinquere: ne si quem haberet superstitem, non posset habere consortem. Nemo ergo ex vobis fratres charissimi existimet quòd eius cor morientibus filiis, etiam carnalis affectus minimè pulsarit. Neque enim filios quos carnem suam esse nouerat, sine dolore poterat morientes videre: sed erat vis amoris interior, quæ dolorem vinceret carnis. Vnde & passuro Petro dicitur: Cùm senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget: & ducet quò tu non vis. Neque enim si plenissimè Petrus nollet: pro Christo pati potuisset. Sed martyrium quod per infirmitatem carnis noluit, per virtutem spiritus amauit. Qui dum per carnem ad pœnas trepidat: per spiritum ad gloriam exultat. Actúmque est vt cruciatum martyrij nolendo voluisset. *Amor interior vincit quandoque dolore carnis.*

Sic nos quoque cùm gaudium quærimus salutis, amarum poculum sumimus purgationis. Amaritudo quidem in poculo displicet: sed restituenda per amaritudinem salus placet. Amauit ergo iuxta carnem Felicitas filios suos: sed pro amore cœlestis patrię mori etiam coram se voluit, quos amauit. Ipsa eorum vulnera accepit: sed ipsa in eisdem ad regnum præuenientibus excreuit. Rectè ergo hanc fœminam vltra martyrem dixerim: quę totiens in filiis est desiderabiliter extincta. Dum multiplex martyrium sustinuit, ipsam quoque martyrij palmam vicit. Fertur apud veteres mos fuisse: vt quisquis consul existeret, iuxta ordinem temporum honoris sui locum teneret. Et si quis posterius ad consulatum veniens, consul non semel sed bis fortasse aut tertiò fieret: etiam illos laude & honore transcenderet, qui non plus quàm semel consules extitissent. Vicit ergo beata Felicitas martyres: quæ tot ante se morientibus filiis, pro Christo frequenter occubuit: quia ad illius amorem, sola sua mors ei minimè suffecit. Consideremus fratres hanc fœminam, consideremus nos qui membris corporeis viri sumus: in eius comparatione quid existimabimur. Sæpe nanque agenda aliqua bona proponimus: sed si vnicus contra nos vel leuissimus sermo ab ore irridentis eruperit: ab intentione actionis nostrę fracti protinus & confusi resilimus. Ecce nos plęrunq; à bono opere verba reuocant. Felicitatem verò à sancta intentione frangere, nec tormenta potuerunt. Nos iniuriam maledictionis in aurem maledictoris impingimus: hæc ad regnum etiam per ferrum exiit, nihilque esse quod obsistebat, æstimauit. Nos ad præcepta dominica largiri nostra saltem superflua nolumus: hæc non solum deo suam substantiam contulit: sed pro illo etiam propriam carnem dedit. Nos cùm ex diuina iussione filios amittimus: sine consolatione lugemus. Hæc eos velut mortuos plangeret: si non obtuliſſet. Cùm ergo ad illud terribile examen districtus iudex venerit: quid nos viri dicemus, cùm huius fœminæ gloriam viderimus? De debilitate mentis suæ quæ tunc erit viris excusatio, quando hæc ostendetur, quæ cum seculo & sexum vicit? Sequamur ergo fratres charissimi districtam & asperam redemptoris viam. Vsu quippe virtutum ita iam plana facta est, vt per eam fœminis libeat ambulare. Despiciamus ergo cuncta præsentia. Nulla sunt etenim in hoc mundo: quæ transire possunt. Turpe sit diligere, quod constat citius perire. Non nos terrenarum rerum amor superet: non superbia inflet: non ira dilaniet: non luxuria polluat, non inuidia consumat. Amore nostri fratres charissimi redemptor noster occubuit: & nos amore eius discamus vincere nosmetipsos. Quod si perfectè agimus: non solum imminentes pœnas euademus: sed vnà cum martyribus gloria remunerabimur. Nam quanuis occasio persecutionis desit: habet tamen & pax nostra martyrium suum: quia etsi carnis colla ferro non subdimus: spiritali tamen gladio carnalia desideria in mente trucidamus, ipso adiuuante &c. *Salutem vt recuperemus, amara potamus.* *Viros esse fœminas remissiores turpe est.* *Viam redemptoris asperam sequi debemus.*

Universidad de Oviedo Biblioteca

6 Lectio sancti euangelij secundum Matthæum.

Cap.10. IN illo tempore. Misit dominus Iesus duodecim discipulos suos: præcipiens eis, & dicens: In viam gentium ne abieritis: & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israël. Euntes autem prædicate, dicentes: quia appropinquabit regnum cœlorum. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eiicite. Gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris. Non peram in via: neque duas tunicas, neque calciamenta, neque virgam. Dignus est enim operarius cibo suo.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti Stephani: de Apostolis.

Homilia quarta.

CVm constet omnibus fratres charissimi: quia redemptor noster in mundum pro redemptione gentium venit: cùm Samaritanos quotidie ad fidem vocari conspicimus: quid est quod in prædicationem discipulos mittēs dicit: in viam gentium ne abieritis: & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israël: nisi hoc quod ex facti fine colligimus: quia prius soli Iudææ voluit, & postmodum cunctis gentibus prædicari? vt dum illa cōuerti vocata renueret: prædicatores sancti ad vocationem gentium per ordinem venirent: quatenus redemptoris nostri prædicatio à propriis repulsa, gētiles populos quasi extraneos quæreret. Et quod Iudæis fiebat in testimonium: hoc gentibus gratiæ esset incrementum. Erant enim tunc qui de Iudæa vocandi essent: & de gentibus vocandi non essent. Nam & in Apostolorum actibus prædicante Petro legimus, & prius Hebræorum tria milia, & postea quinque milia credidisse. Et cùm prædicare Apostoli gentibus in Asia voluissent: per spiritum prohibiti esse memorantur: & tamen ipse spiritus qui prius prædicationem prohibuit, hanc Asianorum cordibus postmodum infudit. Nam diu est quòd Asia cuncta iam credidit. Idcirco ergo prius prohibuit, quod postmodum fecit: quia tunc in illa erant, qui saluādi non erant. Tunc in illa erant, qui necdum ad vitam reparari merebantur: nec tamen grauius de contempta prædicatione iudicari. Subtili ergo occultoque iudicio, à quorundam auribus prędicatio sancta subtrahitur: quia suscitari per gratiā non merētur. Vnde necesse est fratres charissimi, vt in omni quod agimus, omnipotentis dei super nos consilia occulta timeamus: ne dum mens nostra exterius fusa, à sua se voluptate non reuocat: intus contra eam iudex terribiliter aduersa disponat. Quod bene Psalmista intuens ait: Venite & videte opera domini: quàm terribilis in consiliis super filios hominum. Vidit nanque quod alius misericorditer vocatur: alius iustitia exigente repellitur. Et quia alia parcendo dominus, alia irascendo disponit: expauit quod penetrare non potuit. Et quem non solum inuestigabilem in quibusdam suis sententiis, sed etiam inflexibilem vidit: terribilem in consiliis esse memorauit. Missis autem prędicatoribus quid præcipiatur, audiamus. Euntes prædicate dicentes: quia appropinquauit regnum cœlorū.) Hoc iam fratres charissimi: etiam si Euangelium taceat, mundus clamat. Ruinæ nāque illius voces eius sunt. Qui enim tot attritus percussionibus à gloria sua cecidit: quasi iam nobis è proximo regnum aliud quod sequitur ostendit. Ipsis iam & à quibus amatur, amarus est. Ipsæ ruinæ eius prędicant quod amandus non est. Si enim ruinam sui domus quassata minaretur: quisquis in illa habitaret, fugeret. Et qui stantem dilexerat: recedere quātocyus à cadente festinaret. Si igitur mundus cadit: & nos eum amando amplectimur, opprimi volumus potius, quàm habitare: quia nulla nos ratio à ruina illius separat, quos eius passionibus amor ligat. Facile est ergo nunc iam cùm destructa omnia cernimus: animum nostrum ab eius dilectione disiungere. Sed hoc illo in tempore difficillimū fuit, quo prædicare cœlorum regnum inuisibile mittebātur: cū longè latéque omnes cernerent florere regna terrarum. Vnde & adiuncta sunt prædicatoribus sanctis miracula: vt fidem verbis daret virtus ostensa: & noua facerent, qui noua prædicarēt: sicut in hac eadem lectione subiūgitur: Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eiicite. Florente mūdo, crescente humano genere, diu in hac vita subsistente carne, exuberante rerum opulētia: quis cùm audiret vitam esse aliam, crederet? quis inuisibilia visibilibus præferret? Sed ad salutem redeuntibus infirmis, ad vitam resurgētibus mortuis, catuis mūdiuam recipientibus leprosis, ereptis à iure immundorum spirituum dæmoniacis, tot visibilibus miraculis exactis, quis non crederet quòd de inuisibilib⁹ audiret? Ad hoc quippe visibilia miracula coruscant: vt corda videntium ad fidem inuisibilium pertrahant: vt per hoc quod mirum foris agitur: hoc quod intus est: longè mirabilius esse sentiatur. Vnde nunc quoque cùm fidelium numerositas excreuit, intra sanctam Ecclesiā multi sunt qui viam virtutum tenent, sed signa virtutum non habent: quia frustra miraculum foris ostēditur, si deest quod intus operetur. Nam iuxta magistri gentiū vocem: Linguæ in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus. Vnde & idem prædicator egregius inter prædicationis verba dormientem, cadentemque de fenestra Eutychum: atque à vita funditus extinctum, coram cunctis infidelibus orando suscitauit. Meliten veniens, & plenam infidelibus insulam sciens, patrem Publij dysenteria febribus⁹q; vexatum, orando sanauit. Peregrinationis verò suæ comitem, & sanctæ prędicationis adiutorem Timotheum ex infirmitate stomachi lassescentem non verbo curauit, sed medicinali arte reparauit dicens: Modico vino vtere, propter stomachum, & frequentes tuas infirmitates. Qui ergo infirmum infidelem: &, vt credimus, mortuum vna prece saluat, cur & ægrotum socium prece non roborat? Quia nimirum ille foris per miraculum sanandus erat, qui adhuc interius viuus non erat: vt per hoc quod exterior potestas ostenderet, hunc ad vitam interior virtus animaret. Aegrotanti autem fideli socio exhibenda foris signa non fuerant: qui salubriter intus viuebat. Sed cōcessa potestate prædicationis, cōcessis virtutum miraculis: quid redemptor noster subiungat, audiamus: Gratis accepistis, gratis date.) Prescie-bat namque nonnullos hoc ipsum donū accepti spiritus in vsum negociationis inflectere: & miraculorum signa ad auaritiæ obsequium declinare. Hinc est enim quòd Simon magus per impositionem manus edita miracula conspiciens, percipere donū spiritus sancti pecunia voluit: scilicet vt deterius vēderet quod malè comparasset. Hinc de tēplo redemptor noster flagello de resticulis facto turbas eiecit, cathedras vendentium columbas euertit. Columbas quippe vēdere, est impositionem manus qua spiritus sanctus accipitur, nō ad vitæ meritum, sed ad præmium dare. Sed sunt nonnulli qui quidem nummorum præmia ex ordinatione non accipiunt: & tamen sacros ordines pro humana gratia* largiuntur: atque de largitate eadem, laudis solummodo retributionem quærunt. Hi nimirum quod gratis acceptum est: gratis non tribuunt: quia de impenso officio sanctitatis, nūmum expetunt fauoris. Vnde bene cùm iustum virum describeret propheta, ait: Qui excutit manus suas ab omni munere. Neque enim dicit: Qui excutit manus suas à munere: sed adiunxit, ab omni: quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus à manu, aliud munus à lingua. Munus quippe ab obsequio, est subiectio indebitè impensa. Munus à manu, pecunia est. Munus à lingua, fauor. Qui ergo sacros ordines tribuit, tūc ab omni munere manus excutit: quando in diuinis rebus non solum nullam pecuniam: sed etiam humanam gratiam* nō requirit. Sed vos fratres charissimi, quos secularis habitus tenet: cùm quæ sint nostra cognoscitis: mentis oculos ad vestra reuocate. Cuncta erga vos vicissim gratis agite. Nolite operis vestri in hoc mundo retributionem quærere, quem cum tanta iam cernitis velocitate defeciisse. Sicut malè acta abscondi vultis ne alij videant: ita bona ne ad humanam laudem appareant cauete. Neque mala quoquomodo, nec bona pro temporali retributione faciatis. Ipsum vestri operis testem quærite: quē iudicem sustinetis. Occulta nunc bona vestra esse videat: vt ea retributionis suæ tempore in publico ostendat. Sicut carni vestræ ne deficiat, cibos quotidie præbeat:

Discipuli Christi quare prohibiti fuerūt prædicare gētibus & Samaritanis.

Actor.3.

Actor.4.

Prædicatio à quibusdam subtrahitur.

Psal.45.

Mūdus nō est amādus

Miracula rātē ostēsiua.

Actor.

Actor.

1.Tim.

Ioan.2.

Columbas vendere quid est.

**gloria.*

Esa.33.

Munus tri plex.

**gloriam*

Actus mala & bona sunt abscondenda.

A boni: sic mentis vestræ quotidiana alimenta bona sint opera. Cibo corpus pascitur, opio opere spiritus nutriatur. Quod morituræ carni tribuitis, victuræ in perpetuum animæ non negetis. Si quando enim repentinus ignis habitaculum absumit: quisquis eius possessor exierit, rapit quod valuerit, & fugit: lucrum deputat, si quid secum ex ignibus tollat. Ecce tribulationum flamma mundum concremat: & cuncta quæ in eo speciosa videbantur, finis iam proximus velut ignis deuastat. Lucrum ergo fratres charissimi maximum credite: si vobiscum aliquid de illo rapiatis: si quid fugientes tollitis: si hoc quod perire remanendo poterat: ad retributionem vobis perpetuam largiendo seruatis. Terrena quippe omnia seruando amittimus: sed bene largiendo seruamus. Cum velocitate tempora fugiunt. Ad videndum ergo citius iudicem nostrum quia cum magna importunitate impellimur: ei bonis actibus cum festinatione præparemur: donante domino nostro Iesu Christo, &c.

Luæ arrepta seruãda aliter amittitur.

Lectio sancti euangelij secundum Matthæum.

Matth. 4.

IN illo tempore. Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus: & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis: Venite post me: & faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuò relictis retibus, secuti sunt eum. Et procedens inde vidit duos alios fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in naui, cum Zebedæo patre eorum: reficientes retia sua: & vocauit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre: secuti sunt eum.

B

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in basilica beati Andreæ Apostoli, in natali eius.

Homilia quinta.

A Vdistis fratres charissimi: quia ad vnius iussionis vocem Petrus & Andreas relictis retibus secuti sunt redemptorem. Nulla verò hunc facere adhuc miracula viderant: nihil ab eo de præmio æternæ retributionis audierãt: & tamẽ ad vnum domini præceptum, hoc quod possidere videbantur, obliti sunt. Quanta nos eius miracula videmus: quod flagellis affligimur: quantis minarum asperitatibus deterremur: & tamen vocantem sequi contemnimus? In cœlo iam sedet, qui de conuersione nos admonet, iam iugo fidei colla gentium subdidit, iam mundi gloriam strauit: iam ruinis eius crebrescentibus districti fui iudicij diem propinquantẽ denunciat: & tamen

C superba mens nostra adhuc non vult hoc sponte deserere, quod quotidie perdit inuita. Quid ergo fratres charissimi, quid in ei⁹ iudicio dicturi sumus, qui ab amore præsentis seculi, nec præceptis flectimur, nec verberibus emẽdamur? Sed fortasse aliquis tacitis sibi cogitationibus dicat: Ad vocem dominicam vterque iste piscator quid aut quantum dimisit, qui penè nihil habuit? Sed hac in re fratres charissimi, affectum debemus potius pensare, quàm censum. Multum reliquit, qui sibi nihil retinuit: multum reliquit, qui quãtumlibet parum totum deseruit. Certe nos & habita cum amore possidemus, & ea quæ minimè habemus, ex desiderio quærimus. Multum ergo Petrus & Andreas dimisit, quando vterque etiam desideria habẽdi dereliquit. Multum dimisit, qui cum re possessa etiam concupiscentiis renunciauit. Asequentibus ergo tanta dimissa sunt: quanta à non sequẽtibus concupisci potuerunt. Nemo igitur etiam cùm quosdam cõspicit multa reliquisse, apud semetipsum dicat: Imitari mũdi huius contemptores volo. sed quod relinquam, non habeo. Multa fratres relinquitis, si desideriis terrenis renunciatis. Exteriora etenim nostra domino quamlibet parua sufficiunt: cor nanque & non substantiam pensat. Nec perpendit quantum in eius sacrificio, sed ex quanto proferatur. Nam si exteriorem substantiam perpẽdamus, ecce sancti negociatores nostri perpetuã angelorum vitam datis retibus & naui, mercati sunt. Aestimationẽ quippe precij rectè non habet: sed tamen regnum dei tantũ valet, quantum habes. Valuit nanque Zacchæo dimidium substãtiæ: quia dimidium aliud ad hoc quod iniustè abstulit, restitnẽdum in quadruplum reseruauit. Valuit Petro & Andreæ dimissis retibus & naui. Valuit viduæ duobus minutis. Valuit alteri calice aquæ frigidæ. Regnum itaque dei, vt diximus, tantum valet quantum habes. Pensate igitur fratres quid vilius cùm emitur: quid carius cùm possidetur? Sed fortasse nec calix aquę frigidæ suppetit qui indigenti præbeatur: etiam tunc securitatem nobis promittit sermo diuinus. Redemptore etenim nato, cœli ciues ostensi sunt, qui clamarẽt: Gloria in excelsis deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ante dei nanque oculos nũquam est vacua manus à munere: si fuerit arca cordis repleta bona voluntate. Hinc etenim psalmista dicit: In me sunt deus vota tua: quæ reddã laudationes tibi. Ac si apertè dicat: Etsi exterius munera offerenda non habeo: intra memetipsum tamẽ inuenio quod in ara tuæ laudis impono: quia qui nostra datione non pasceris, oblatione cordis melius placaris. Nihil quippe offertur deo ditius voluntate bona. Voluntas autem bona est, sic aduersa alterius sicut nostra pertimescere: sic de prosperitate proximi, sicut de nostro profectu gratulari. Aliena damna, nostra credere: aliena lucra, nostra putare. Amicum non propter mundũ, sed propter deum diligere. Inimicum etiam amando tolerare. Nulli quod pati non vis, facere: nulli quod tibi iustè impendi desideras, denegare. Necessitati proximi nõ solum iuxta vires succurrere: sed prodesse etiam vltra vires velle. Quid ergo isto holocausto locupletius: quãdo per hoc quod deo immolat in ara cordis, anima semetipsam mactat? Sed hoc bonæ voluntatis sacrificium deo nunquam plenè persoluitur: nisi mundi huius cupiditas perfectè deseratur. Nam quicquid in eo concupiscimus: hoc procul dubio proximis inuidemus. Videtur etenim quia nobis desit: quod alter assequitur: Et quia semper inuidia à bona volũtate discordat: mox vt hæc mentem cœperit, illa discedit. Vnde prædicatores sancti vt possent proximos perfectè diligere: studuerunt in hoc seculo nihil amare, nihil vnquam appetere, nihil etiam cũ appetitu* possidere. Quos bene Esaias intuens ait: Qui sunt isti qui vt nubes volant: & quasi columbę ad fenestras suas? Vidit quippe terrena eos despicere: mente cœlestibus propinquare, verbis pluere, miraculis coruscare. Et quos à terrenis cõtagiis sancta prædicatio & sublimis vita suspenderat: hos volantes pariter & nubes appellat. Fenestræ autem nostri sunt oculi: quia per ipsos anima respicit quod exterius concupiscit. Colũba verò simplex est animal: atq; à malitia fellis alienum. Quasi columbę ergo ad fenestras suas sunt: qui nihil in hoc mundo cõcupiscunt, qui omnia simpliciter aspiciunt: & in hæc quæ vidẽt, rapacitatis studio non trahuntur. At contra miluus & non colũba ad fenestras suas est: qui ad ea quæ oculis considerat, rapinæ desiderio anhelat. Quia ergo fratres charissimi, beati Andreæ apostoli natalitia celebramus, debemus imitari quod colimus. Ostendat nostræ obsequium deuotionis, immutatæ solemnitas mentis: despiciamus quæ terrena sunt: relictis tẽporalibus mercemur æterna. Si autem necdum possumus relinquere propria, saltem non concupiscamus aliena. Si necdum mens nostra accẽditur igne charitatis, in ambitione sua habeat frænum timoris: vt profectus sui passibus vegetata, dum ab alienorum appetitu compescitur, quandoque ad propria contemnenda perducatur: adiuuante domino nostro Iesu Christo.

D E F

Multi propter diuitias quas non habent rem. Petrus & Andreas pauperes multum pro Christo dimiserunt.

Luæ. 19.

Luæ. 21.

Matth. 9.

Luæ. 2.

Psal. 55.

Voluntas bona, quam deus appetit, in quo consistat.

** al. nihil vel sine appetitu.*

Esa. 60.

Oculi sunt fenestræ animæ.

Lectio sancti euangelij secundum Matthæum.

Mat. 11.

IN illo tempore. Cùm audisset Ioannes in vinculis opera Christi: mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es: an alium expectamus? Et respondens Iesus, ait illis: Euntes renunciate Ioanni quæ auditis & vidistis. Cæci vident: claudi ambulant: leprosi mundantur. Surdi audiunt: mortui resurgunt: pauperes euangelizantur. Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne, Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agita-

G tam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur: in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis: & plusquam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam: qui præparabit viam tuam ante te.

Malac.3.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum, in basilica sanctorum Marcellini & Petri: die natalis eorum: Dominica tertia aduentus domini.

Homilia sexta.

Q Værendum nobis est fratres charissimi: Ioannes propheta & plusquam propheta: qui venientem ad Iordanis baptisma dominum ostendit dicens: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi: Qui & humilitatem suam, & diuinitatis eius potentiam considerans dicit: Qui de terra est, de terra loquitur: qui autem de cœlo venit, super omnes est: cur in carcere positus: mittēs discipulos suos requirit: Tu es qui venturus es: an alium expectamus? tanquam si ignoret quem ostenderat: & an ipse sit nesciat: quem ipsum esse prophetando, baptizando, & ostendendo clamauerat. Sed hæc citius quæstio soluitur: si gestæ rei tempus & ordo pensetur. Ad Iordanis enim fluē ta positus: quia ipse redemptor mundi esset, asseruit. Missus verò in carcerem, an ipse veniat requirit: non quia ipsum esse mūdi redemptorē dubitat: sed quærit vt sciat si is qui per se in mūdum venerat: per se etiam ad inferni claustra descendat. Quem enim præcurrens mundo nunciauerat, hunc moriendo & ad inferos descendendo præcurrebat. Ait ergo: Tu es qui venturus es, an alium expectamus?) Ac si apertè dicat: Sicut pro hominibus nasci dignatus es, an etiam pro hominibus mori, & ad inferos descendere digneris insinua, vt qui natiuitatis tuæ præcursor extiti, descensionis etiam præcursor fiam, & venturum in inferno te nunciem, quem iam venisse mundo enunciaui. Vnde & inquisitus dominus enumeratis potentiæ suæ miraculis, de mortis suæ protinus humilitate respondit dicens: Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.) Visis tot signis tantisque virtutibus non scandalizari quisque potuit, sed admirari. Sed infidelium mens graue in illo scandalum pertulit, cùm eum post tot miracula morientem vidit. Vnde & Paulus dicit: Nos autē prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autē stultitiam. Stultum quippe hominibus visum est, vt pro hominibus auctor vitæ moreretur: & inde contra eum homo scandalum sumpsit, vnde ei amplius debitor fieri debuit. Nam tanto deus ab hominibus dignius honorandus est, quanto pro hominibus & indigna suscepit. Quid est ergo dicere: Beatus qui non fuerit scandalizatus in me: nisi aperta voce abiectionem mortis suę humilitatémque signare? Ac si patenter dicat: Mira quidem facio, sed abiecta perpeti non dedignor. Quia ergo moriendo te subsequor, cauendum valde est hominibus, ne in me mortem despiciant, qui signa venerātur. Sed dimissis Ioannis discipulis, quid de eodem Ioanne turbis dicat, audiamus: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam?) Quod videlicet nō asserendo, sed negando intulit. Arundinem quippe mox vt aura contigerit, in partem alteram inflectit. Et quid per arundinem, nisi carnalis animus designatur? Qui mox vt fauore vel detractione tangitur, statim in partem quamlibet inclinatur. Si enim ab humano ore aura fauoris flauerit, hilarescit & extollitur, totumque se quasi ad gratiam inflectit. Sed si inde ventus detractionis eruperit vnde laudis aura veniebat, mox eū quasi in partem alteram ad vim furoris inclinat. Sed arundo vento agitata Ioannes non erat, quia hunc nec blandum gratia, nec cuiuslibet detractionis ira asperum faciebat. Nec prospera hunc erigere, nec aduersa nouerant inclinare. Arundo ergo vento agitata Ioannes non erat, quem à status sui rectitudine nulla rerum varietas inflectebat. Discamus ergo fratres charissimi arundo vento agitata non esse, soliddemus animum inter auras linguarum positum, stet inflexibilis status mentis. Nulla nos detractio ad iram prouocet, atque ad remissionem inutilis gratiæ nullus fauor inclinet. Non nos prospera eleuent, non aduersa perturbent, vt qui in soliditate fidei figimur, nequaquam rerum transeuntium mutabilitate moueamur. Adhuc autem de eius sanctitate subsigitur: Sed quid existis in desertum videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.) Camelorum etenim pilis contextis, vt scitis, vestitus Ioannes fuisse describitur. Et quid est dicere: Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt: nisi aperta sententia demonstrare, quia non cœlesti sed terreno regi militant hi, qui pro deo perpeti aspera fugiunt, & solis exterioribus diditi, præsentis vitæ mollitiem & delectationem quærunt. Nemo ergo existimet in fluxu atque studio preciosarum vestium peccatum deesse: quia si hoc culpa non esset, nullo modo Ioannem dominus de vestimenti sui asperitate laudasset. Si hoc culpa non esset, nequaquam Paulus apostolus per epistolam fœminas à preciosarum vestium appetitu compesceret, dicens: Non in veste preciosa. Pensate ergo quæ culpa sit, hoc etiam viros appetere, à quo curauit pastor Ecclesiæ & fœminas prohibere. Quanuis hoc quod Ioannes non esse vestitus mollibus dicitur, per significationem intelligi & aliter potest. Mollibus enim vestitus non fuit, quia vitam peccantium non blandimentis fouit, sed vigore asperæ inuectionis increpauit, dicens: Genimina viperarum, quis vobis demonstrauit fugere à ventura ira? Vnde & per Salomonem dicitur: Verba sapientium quasi stimuli, & sicut claui in altum defixi. Clauis quippe atque stimulis, sapientum verba comparantur, quia culpas delinquentium nesciunt palpare, sed pungere: Sed quid existis videre in desertum? Prophetam? etiam dico vobis & plusquam prophetam.) Prophetæ quippe ministerium est, ventura prædicere, non etiam demonstrare. Ioannes ergo plusquam propheta est, quia eum quem præcurrendo prophetauerat, etiam ostendendo monstrabat. Sed quia arundo vento agitata esse denegatur, quia non esse vestitus mollibus dicitur, quia prophetæ nomen huic impar esse perhibetur, tam quid dignè dici possit, audiamus. Sequitur:

Ioan.1.

Ioan.3.

Ioānes Baptista dubitauit an ad Inferos Christus descenderet.

Arūdo carnalem animum designat.

Arūdo vēto agitata esse nō debemus.

Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.) Quod enim Græcè angelus, hoc Latinè nuncius dicitur. Rectè ergo qui nunciare supernum iudicem mittitur, angelus vocatur, vt dignitatem seruet in nomine, quam explet in operatione. Altum quidem nomen est, si vita nomine inferior non est. Vtinam fratres charissimi, non ad iudicium nostrum dicamus, quia omnes qui sacerdotij nomine censentur, angeli vocantur: Propheta attestante, qui ait: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirūt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Sed huius altitudinem nominis etiam vos si vultis potestis mereri. Nam vnusquisque vestrum in quantum sufficit, in quantum gratiam supernæ aspirationis accepit, si à prauitate proximum reuocat, si exhortari ad bene operandum curat, si æternum regnum vel supplicium erranti denunciat, cùm sanctæ denunciationis verba impendit, profectò angelus existit. Et nemo dicat, admonere non sufficio, exhortari idoneus non sum. Quantum potes exhibe, ne malè seruatum talentum quod acceperas, in tormentis pendere exigaris. Neque enim plus quàm vnum talentum acceperat, qui hoc abscondere magis studuit, quàm erogare. Et scimus quòd in tabernaculo nō solum phialæ, sed præcipiente domino etiam cyathi facti sunt. Per phialas quippe doctrina exuberans: per cyathos verò parua atque angusta designatur scientia. Alius doctrina veritatis plenus, audientium mētes inebriat. Per hoc ergo quod dicit, profectò phialam porrigit Alius explere quod sentit non valet, sed quia hoc vtcunque denunciat, profectò per cyathum gustum præbet. In dei ergo tabernaculo: id est, in sancta Ecclesia positi, si per doctrinam sapientiæ ministrare phialas minimè potestis, inquantum pro diuina largitate sufficitis, proximis vestris boni verbi cyathos date. Inquantum vos profeciſſe pensatis, etiam vobiscum alios trahite, in vias domini socios habere desiderate. Si quis vestrum fratres ad forum aut fortasse ad balneum pergit, quem ociosum esse considerat, vt secum veniat inuitat. Ipsa ergo terrena actio vestra vos conueniat, & si ad deum tenditis, curate ne ad eum soli veniatis. Hinc etenim scriptū est: Qui audit, dicat veni, vt qui iam in corde vocem superni amoris acceperit, foras etiam proximis vocem exhortationis reddat. Et fortasse panem vt indigēti eleemosynam

1.Cor.1.

Angelus

Græce

cuius

tinc.

Malac.

Sacerdotes angelos dici

Talentum erogare quid sit

Aqua

A tre eleemosynam potu) gat non habet, sed maius est quod tribuere valeat, qui linguam habet. Plus enim est verbi pabulo victuram in perpetuum mentem reficere, quàm ventrem morituræ carnis terreno pane satiare. Nolite ergo fratres proximis vestrã eleemosynam verbi subtrahere. Mecum vos admoneo, vt ab ocioso verbo ratione parcamus, inutiliter loqui declinemus. Inquantum remitti linguæ prævalemus, in ventum verba non defluant, cùm iudex dicat: Omne verbũ ociosum quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij. Ociosum quippe verbum est quod aut vtilitate rectitudinis, aut ratione iustæ necessitatis caret. Ociosa ergo colloquia ad ædificationis studium vertite. Quàm celerrimè huius vitæ tempora fugiant, considerate. Quàm districtus veniat iudex attendite. Hunc ante oculos vestri cordis ponite. Hũc proximorũ vestrorũ mẽtibus intimate, vt inquantum vires suppetunt, si annunciare eum nõ negligitis, vocari ab eo angeli cũ Ioanne valeatis, adiuuante domino, &c.

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

Ioan.1. IN illo tempore. Miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum, tu quis es? Et confessus est, & non negauit. Et confessus est, quia non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Helias es tu? qui dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit, Non. Dixerunt ergo ei: Quis es? vt responsum demus his qui miserunt nos. Quid dicis de teipso? Ait: Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam domini, sicut dixit Esaias propheta. Et qui missi fuerant, erant ex pharisæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neque propheta? Respondit eis Ioannes dicens: Ego baptizo in aqua. Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis: Ipse est qui post me vẽturus est, qui ante me factus est, cuius non sum dignus vt soluam eius corrigiam calciamenti. Hæc in Bethania * facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans.

Esaiæ 40.

* al. Bethabara.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti Petri Apostoli: Dominica quarta in aduentu domini.

Homilia septima.

EX huius nobis lectionis verbis fratres charissimi, Ioãnis humilitas commẽdatur, qui cùm tantæ virtutis esset vt Christus credi potuisset, elegit solidè subsistere in se, ne humana opinione raperetur inaniter super se. Nam confessus est, & non negauit: & confessus est, quia non sum ego Christus. Sed qui dixit nõ sum, negauit planè quod non erat, sed non negauit quod erat: vt veritatem loquens, eius membrum fieret, cuius sibi nomen fallaciter non vsurparet. Cum ergo non vult appetere nomen Christi factus est membrum Christi, quia dum infirmitatem suam studuit humiliter agnoscere, illius celsitudinem meruit veraciter obtinere. Sed cùm ex lectione alia redemptoris nostri sententia ad mentem reducitur, ex huius lectionis verbis nobis quæstio valde implexa generatur. Alio quippe in loco inquisitus à discipulis dominus de Heliæ aduentu, respondit: Helias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eum quæcunque voluerunt. Et si vultis scire: Ioannes ipse est Helias. Requisitus autem Ioannes dicit: Non sum Helias.) Quid est hoc fratres charissimi, quia quod veritas affirmat, hoc propheta veritatis negat? Valde namque inter se diuersa sunt, ipse est, & non sum. Quomodo ergo propheta veritatis est, si eiusdem veritatis sermonibus concors non est? Sed si subtiliter veritas ipsa requiratur, hoc quod inter se contrarium sonat quomodo contrarium non sit, inuenitur. Ad Zachariam namque de Ioanne angelus dicit: Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Heliæ. Qui idcirco venturus in spiritu & virtute Heliæ dicitur, quia sicut Helias secundum dominj aduentum præueniet, ita Ioannes præuenit primum. Sicut ille præcursor venturus est iudicis, ita iste præcursor est factus redemptoris. Ioannes ergo in spiritu Helias erat, in persona Helias non erat. Quod ergo dominus fatetur de spiritu, hoc Ioannes denegat de persona: quia & iustum sic erat, vt & discipulis dominus spiritalem de Ioanne sententiam diceret: & Ioannes iisdem turbis carnalibus non de spiritu, sed de corpore responderet. Contrarium ergo veritati videtur esse quod Ioannes sonuit, sed tamen à veritatis tramite non recessit. Qui cùm se etiã prophetam negat, quia videlicet non solum poterat redemptorem prædicare, sed etiam demonstrare, quisnam sit, continuò exprimit, dum subiungit: Ego vox clamantis in deserto.) Scitis fratres charissimi, quia vnigenitus filius verbum patris vocatur, Ioanne attestante qui ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Et ex ipsa vestra locutione cognoscitis, quia prius vox sonat, vt verbum postmodum possit audiri. Ioannes ergo vocem se esse asserit, quia verbum præcedit. Aduentum itaque dominicum præcurrens vox dicitur, quia per eius ministerium patris verbum ab hominibus auditur. Qui etiam in deserto clamat, quia derelictæ destitutæ Iudææ solatium sui redemptoris annunciat. Quid autem clamet insinuat, cùm subiungit: Dirigite viam domini, sicut dixit Esaias propheta.) Via domini ad cor dirigitur, cùm veritatis sermo humiliter auditur. Via domini ad cor dirigitur, cùm ad præceptum illius vita præparatur. Vnde scriptum est: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Quisquis ergo in superbiam mentem eleuat, quisquis auaritiæ æstibus anhelat, quisquis se luxuriæ inquinationibus polluit, cordis ostium contra veritatem claudit, & ne ad se dominus veniat, clausira animi seris vitiorum damnat. Sed adhuc qui missi sunt, percontantur: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neque propheta? Quod quia non studio cognoscendæ veritatis, sed malitia exercendæ æmulationis dicitur, Euangelista tacitè innotuit, qui subiungit dicens: Et qui missi fuerant, erant ex pharisæis.) Ac si apertè dicat: Illi Ioannem de suis actibus requirunt, qui doctrinam nesciunt quærere, sed inuidere. Sed sanctus quisque etiam cum peruersa mente requiritur, à bonitatis suæ studio non mutatur. Vnde Ioannes quoque ad verba inuidiæ, prædicamenta respondit vitæ. Nam protinus adiungit: Ego baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit quem vos nescitis.) Ioannes non in spiritu sed in aqua baptizat, quia peccata soluere non valens, baptizatorũm corpora per aquam lauat, sed tamen mentem per veniam non sanat.* Cur ergo baptizat qui peccata per baptisma non relaxat, nisi vt prærursionis suæ ordinem seruans, qui nasciturum nascendo præuenerat, baptizaturum quoque dominum baptizando præueniret? Et qui prædicando factus est præcursor Christi, baptizando etiam præcursor eius fieret imitatione sacramẽti. Qui inter hæc mysterium nostri redemptoris annuncians, hunc in medio hominum & stetisse asserit, & nesciri, quia per carnem dominus apparens, & visibilis extitit corpore, & inuisibilis maiestate. De quo etiam subdit: Qui post me venit, ante me factus est.) Sic nanque dicitur ante me factus: ac si dicatur, Ante me positus. Post me ergo venit, quia postmodum natus. Ante me autem factus est, quia mihi prælatus. Sed hæc paulò superius dicens, etiam prælationis eius causas aperuit, cùm subiunxit: Quia prior me erat. Ac si apertè dicat: Inde me etiam pòst natus superat, quo eum natiuitatis suæ tempora non angustant. Nam qui per matrem in tempore nascitur, sine matre ante tempora est à patre generatus. Cui quantæ reuerentiæ humilitatẽ debeat, subdendo manifestat: Cuius non sum dignus soluere corrigiã calciamenti.) Mos apud veteres fuit, vt si quis eam quę sibi cõpeteret, accipere vxorem nollet, ille ei calciamentum solueret, qui ad hanc spõsus iure propinquitatis veniret. Quid igitur inter homines Christus, nisi sanctæ Ecclesiæ sponsus apparuit? De quo & idem Ioannes dicit: Qui habet sponsam, sponsus est. Sed quia Ioannem homines Christum esse putauerunt, quod idem Ioannes negat, rectè se indignũ esse ad soluẽdam corrigiã eius calciamẽti denunciat. Ac si apertè dicat: Ego redẽptoris nostri vestigia denudare nõ valeo, quia spõsi nomẽ mihi immeritò nõ vsurpo. Qđ tamẽ intelligi & aliter potest. Quis enim nesciat ęp calciamenta ex mortuis animalibus fiunt? Incarnatus verò dominus

Ioan. 1.

Ioannes baptista quare dictus est vox.

Ioan. 14.

Cordis ostium multi contra veritatem claudunt.

Baptismus Ioãnis erat in aqua.

*Lauat.

Baptizando & prædicando fuit Ioãnes Christi præcursor.

Corrigiam calciamenti soluere quid signat Ioan. 3.

G minus veniens, quasi calciatus apparuit, quia in diuinitate sua, morticina nostræ corruptionis assumpsit. Vnde etiam per prophetam dicit: In Idumæam extendam calciamentum meum. Per Idumæam quippe gentilitas, per calciamentum verò assumpta mortalitas designatur. In Idumæam ergo dominus calciamẽtum suum se extendere asserit, quia dum per carnem gentibus innotuit, quasi calciata ad nos diuinitas venit. Sed huius incarnationis mysterium humanus oculus penetrare non sufficit. Inuestigari etenim nullatenus potest quomodo incarnatur verbum: quomodo summus & viuificator spiritus, intra vterum matris animatur: quomodo is qui initium non habet, & existit & concipitur. Corrigia ergo calciamenti, est ligatura mysterij. Ioannes itaque soluere corrigiam calciamenti eius non valet, quia incarnationis eius mysteriũ nec ipse inuestigare sufficit, qui hoc per prophetiæ spiritum agnouit. Quid est ergo dicere, non sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius: nisi apertè & humiliter suã ignorantiam profiteri? Ac si patenter dicat: Quid mirum si ille mihi prælatus est, quem post me quidem natum considero, sed natiuitatis eius mysterium non apprehendo? Ecce Ioannes prophetiæ spiritu impletus, mira scientia emicat, & tamen illud de se insinuat, quod ignorat. Qua in re pensandum nobis est fratres charissimi, & tota intentione cogitandum, quomodo sancti viri vt humilitatis in se virtutem custodiant, cùm quędam mirabiliter sciunt, illud ante mentis oculos studeant reuocare quod

H nesciunt, vt dum ex parte alia infirmitatem suam cõsiderant, ex ea parte qua perfecti sunt, eorum se animus non extollat. Scientia etenim virtus est, humilitas etiam custos virtutis. Restat ergo vt in omne quod scit, sese mens deprimat, ne quod virtus scientiæ congregat, ventus elationis spargat.* Cùm bona fratres agitis, semper ad memoriam malè acta reuocate, vt dum cautè culpa conspicitur, nunquam de bono opere incautè animus lætetur. Superiores inuicem in via dei eos maxime qui vobis commissi non sunt, proximos vestros attendite, quia & quos agere aliqua praua conspicitis, quæ in eis lateant bona nescitis. Maguus ergo vnusquisque esse studeat, sed tamen aliquo modo esse se nesciat, ne dum sibi magnitudinem arroganter tribuit, amittat intus quod erat. Hinc etenim per prophetam dicitur: Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Hinc Paulus ait: Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. Hinc contra superbientem Saul dicitur: Cùm esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israël factus es. Ac si apertè diceretur: Cum tu te paruulum conspiceres, ego te præ cæteris magnum feci. Quia verò tu te magnum conspicis: à me paruus æstimaris. Quo contra cùm Dauid regni sui potentiam coram arca fœderis domini saltando despiceret, dixit: Ludam & vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis. Quem enim non extolleret, ora leonum frangere, vrsorum brachia dissipare, despectis prioribus fratribus eligi, reprobato rege ad regni

I tabernacula vngi, timendum cunctis vno lapide Goliam sternere, à rege proposita extinctis allophylis numerosa præputia reportare, regnum ex promissione percipere, cunctumque Israëliticum populum sine vlla postmodum contradictione possidere? & tamen in cunctis se despicit, qui in suis oculis se esse humilem confitetur. Si ergo sancti viri etiam cùm agunt fortia, de semetipsis vilia sentiũt, quid in sua excusatione dicturi sunt, qui sine operatione virtutis intumescunt? Sed & si quælibet bona assint opera: nulla sunt, nisi ex humilitate condiantur. Miranda quippe actio cum elatione non eleuat, sed grauat. Qui enim sine humilitate virtutes congregat, quasi in vento puluerem portat, & vnde aliquid ferre cernitur, inde deterius cæcatur. In cunctis ergo quæ agitis fratres mei, radicem boni operis humilitatem tenete, nec quibus iam superiores, sed quibus adhuc inferiores estis, aspicite: vt dum meliora vobis exempla proponitis, ad maiora semper ascendere ex humilitate valeatis.

Pſal.59. *Christi incarnatio vix inuestigari potest.* *Humilitas est custos virtutis.* ** tollat.* *Esa.5.* *Roma.12.* *1.Reg.15.* *Dauid humilitas & præclara gesta.* *1.Reg.3.* *Opera bona sine humilitate nihil sunt.*

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

Cap.2. IN illo tempore. Exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino. Et ibant omnes vt profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autẽ & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam ciuitatem Dauid quæ vocatur Bethlehem, eo quòd esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante. Factum est autem cùm essent ibi, impleti sunt dies vt páreret, & peperit filium suum primogenitum. Et pannis eum inuoluit & reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio: Et pastores erant in regione, eadem, vigilantes & custodiẽtes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas dei circunfulsit illos: Et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. Et subitò facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis exercitus, laudantium & dicentium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in Basilica beatæ Mariæ, in die natalis domini.

Homilia. VIII.

L Q Via largiente domino, missarum solennia ter hodie celebraturi sumus, loqui diu de euangelica lectione nõ possumus. Sed nos aliquid vel breuiter dicere, redemptoris nostri natiuitas ipsa compellit. Quid est enim quòd nascituro domino mundus describitur, nisi hoc quod apertè monstratur, quia ille apparebat in carne, qui electos suos ascriberet in æternitate? Quo contrà de reprobis per prophetam dicitur: Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Qui bene etiam in Bethlehem nascitur. Bethleem quippe domus panis interpretatur. Ipse nanque est qui ait: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Locus ergo in quo dominus nascitur, domus panis antea vocatus est, quia futurum profecto erat vt ille ibi per materiam carnis appareret, qui electorum mentes interna satietate reficeret. Qui non in parentum domo, sed in via nascitur, vt profectò ostenderet, quia per humanitatem suam quam assumpserat, quasi in alieno nascebatur. Alienũ videlicet non secundum potestatem dico, sed secundum naturam. Nam de potestate eius scriptum est: In propria venit. In natura etenim sua ante tempora natus est, in nostra venit ex tempore. Qui ergo æternus permanens, temporalis apparuit, alienum est vbi descendit. Et quia per Prophetam dicitur: Omnis caro fœnum: factus homo, fœnum nostrum vertit in frumentum, qui de semetipso ait: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Vnde & natus in præsepio reclinatur, vt fideles omnes: videlicet sancta animalia, carnis suæ frumento reficeret, ne ab æternæ intelligentiæ pabulo ieiuna remanerent. Quid autem est quòd vigilantibus pastoribus angelus apparet, eosque dei claritas circumfulget, nisi quòd illi præ cæteris videre sublimia merentur, qui fidelibus gregibus præesse sollicitè sciunt? Dumque ipsi pie super gregẽ vigilãt, diuina super eos gratia largius coruscat. Regem verò natum angelus nunciat, eiusque voci angelorum chori concinunt, & congaudentes clamant: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Prius quippe quàm redemptor noster nasceretur per carnẽ, discordiã cum angelis habuimus, à quorum claritate atque munditia per primæ culpæ meritum, per quotidiana delicta longè distabamus. Quia enim peccãdo extranei eramus à deo, extraneos nos à suo consortio deputabant angeli, ciues dei. Sed quia nos cognouimus regem nostrum, recognouerunt nos angeli ciues suos. Quia enim cœli rex terram nostræ carnis assumpsit, infirmitatem nostram illa iam angelica celsitudo non despicit. Ad pacem nostram angeli redeunt, intentionem prioris discordiæ postponunt, & quos prius infirmos, abiectosque despexerant, iam socios venerantur. Hinc est enim q; Loth & Iosue angelos adorant, nec tamen adorare prohibentur: Ioannes verò in Apocalypsi sua adorare angelum voluit, sed tamẽ idem hunc angelus ne se deberet adorare compescuit,

Mundus quare describitur domino nascituro. *Pſal.61.* *Ioan.8.* *Ioan.1.* *Esa.40.* *Ioan.12.* *Pastores gales sublimia videre merentur.* *Genes.19.*

A compescuit, dicens: Vide ne feceris, cõseruus enim tuus sum & fratrum tuorum. Quid est quòd ante redemptoris aduentum angeli ab hominibus adorantur, & tacent, postmodum verò adorari refugunt: misi quòd naturam nostrã quam prius despexerant: postquam hanc super se assumptam conspiciunt, prostratam sibi videre pertimescunt? Nec iam sub se velut infirmam cõtemnere ausi sunt, quam super se videlicet in cœli rege venerãtur. Nec habere dedignantur hominem socium, qui super se adorant hominem deum. Curemus ergo fratres charissimi ne qua nos immunditia polluat, qui in æterna præscientia & dei ciues, & angelis eius æquales sumus. Vendicemus moribus dignitatẽ nostrã, nulla nos luxuria inquinet, nulla nos turpis cogitatio accusẽt, non malitia mentem mordeat, non inuidiæ rubigo consumat, non elatio inflet, non ambitio per terrena oblectamẽta dilaniet, nõira inflãmet. Dij etenim vocati sunt homines. Defende ergo tibi ô homo contra vitia honorem dei, quia propter te factus est deus homo, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 25. IN illo tẽpore. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam peregrè proficiscẽs vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum: vnicuique secundũ propriam virtutẽ: & profectus est statim. Abiit autẽ qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinq;. Similiter qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autẽ vnũ acceperat, abiẽs fodit in terram, & abscõdit pecuniam domini sui. Post multũ verò temporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinq; talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituã: Intra in gaudium domini tui. Accessit autẽ & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: Intra in gaudium domini tui. Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es, metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti, & timens abij & C abscondi talentũ tuum in terra. Ecce habes quod tuũ est. Respondens autem dominus eius dixit ei: Serue male & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi? Oportuit ergo te committere pecuniam meam numulariis, & veniens ego recepissem vtique quod meum est, cum vsura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decẽ talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit, ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in Basilica sancti Siluestri episcopi, die natalis eius.

Homilia nona.

LEctio sancti Euangelij, fratres charissimi, sollicitè cõsiderare nos admonet, ne nos qui plus cæteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur ab auctore mũdi, grauius inde iudicemur. Cùm enim augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Tanto ergo esse humilior, atque ad seruiendum promptior quisq; debet ex munere, quãto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione. Ecce homo qui peregrè proficiscitur, seruos suos vocat, eisque ad negocium talenta partitur. Post multum verò temporis positurus rationem reuertitur. Bene operantes pro apportato lucro remunerat, seruũ verò à bono opere torpentem damnat. Quis itaque iste homo est qui peregrè proficiscitur, nisi redemptor noster; qui in ea carne quam assumpserat, abiit in cœlũ? Carnis enim locus proprius terra est, quę quasi ad peregrina ducitur, dum per redemptorem nostrũ in cœlo collocatur. Sed homo iste peregrè proficiscens, seruis suis bona sua tradidit, quia fidelibus suis spiritalia dona concessit. Et vni quidem quinque talenta, alij duo, alij verò commisit vnum. Quinque etenim sunt corporis sensus: videlicet visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Quinque ergo talentis, donum quinque sensuum id est, exteriorum scientia exprimitur. Duobus verò, intellectus & operatio designatur. Vni autem talenti nomine, intellectus tantummodo designatur. Sed is qui quinque talenta acceperat, alia quinque lucratus est, quia sunt nonnulli qui etsi interna ac mystica penetrare nesciũt, pro intentione tamen supernæ patriæ docent recta quos possunt, de ipsis exterioribus quæ acceperunt, duplum talentum portant. Dumque se à carnis petulantia, & à terrenarum rerum ambitu, atque à visibilium voluptate custodiunt, ab his etiam alios admonendo compescunt. Et sunt nonnulli qui quasi duobus talentis ditati, intellectum atque operationem percipiunt, subtilia de internis intelligunt, mira in exterioribus operãtur. Cumque & intelligendo & operando aliis prædicant, quasi duplicatum de negocio lucrum reportãt. Bene autem alia quinque vel alia duo in lucrum venisse referuntur, quia dum vtrique sexui prædicatio impenditur, quasi accepta talenta geminantur. Sed is qui vnum talentum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Talentum in terra abscondere, est acceptum ingenium terrenis actibus implicare, lucrum spiritale non quærere, cor à terrenis cogitationibus nunquam leuare. Sunt namque nonnulli qui donum intelligentiæ perceperunt, sed tamen sola quæ carnis sunt sapiunt, de quibus per prophetam dicitur: Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt. Sed dominus qui talenta cõtulit, rationem positurus reditq; quia is qui nunc piè spiritalia dona tribuit, districtè in iudicio merita exquirit. Quid quisque accepit, considerat: & quod lucrum de acceptis reportet, pensat. Seruus qui geminata talenta retulit, à domino laudatur, atque ad æternam remunerationem intromittitur, cùm ei voce dominica dicitur: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui.) Pauca quippe bona sunt omnia præsentis vitæ, quamlibet multa esse videantur, comparatione retributionis æternæ. Sed tunc fidelis seruus super multa constituitur, quando deuicta omni corruptionis molestia, de æternis gaudiis in illa cœlesti sede gloriatur. Tunc ad domini sui gaudium perfectè intromittitur, quãdo in æterna illa patria assumptus, atque angelorum cœtibus admixtus, sic interius gaudet de munere, vt non sit iam quod exterius doleat de corruptione. Seruus autem qui operari de talento noluit, ad dominum cum verbis excusationis redit, dicens: Domine, scio quia homo durus es: metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti, & timens abij & abscondi talentum tuum in terra, ecce habes quod tuum est.) Notandum quòd inutilis seruus durum dominum vocat, cui tamen ad lucrum deseruire dissimulat, & timuisse se dicit in lucrum talentum expendere, qui hoc solum timere debuerat, ne hoc sine lucro ad dominum reportaret. Sunt enim plærique intra sanctam Ecclesiam, quorum iste seruus imaginem tenet, qui melioris vitæ vias aggredi metuunt, & tamen iacere in sui torporis ignauia non pertimescunt. Cumque se peccatores considerant, sanctitatis vias arripere trepidant, & remanere in suis iniquitatibus non formidant. Quorum bene Petrus adhuc in infirmitate positus speciem tenet, cùm viso miraculo piscium dixit: Exi à me domine, quia homo peccator sum. Immo si te peccatorem consideras, oportet vt à te dominum non repellas. Sed qui idcirco melioris habitus vias, & rectoris vitæ apprehendere arcem nolunt, quia infirmos se esse conspiciunt, quasi & peccatores se fatentur, & dominum repellunt, eumq; in quo sanctificari debuerant, fugiunt: & velut in perturbatione consiliũ non habent dum moriunt, & vitã timent. Vnde & huic seruo protinus respondetur: Serue male & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & congrego

Talenta quinque, duo, & vnũ quid significant.

Hiere. 4.

Ecclesia multos intra se habet qui melioris vitæ vias aggredi metuunt. Lucæ. 5.

G congrego vbi non ſpargo? Oportuit ergo te dare pecuniam meam numulariis, & ego veniens recepiſſem vtique quod meũ eſt, cum vſuris)Ex verbis ſuis ſeruus piger conſtringitur, cùm dominus dicit: Meto vbi non ſemino, & congrego vbi non ſparſi.) Ac ſi apertè dicat: Si iuxta tuam ſententiam & illud exquiro quod non dedi, quanto magis à te exigo quod ad erogandum dedi? Pecuniam verò dare numulariis, eſt eis ſcientiã prædicationis impendere, qui hanc valeant & dictis & operibus exercere. Sed ſicut noſtrum periculum aſpicitis, ſi dominicam pecuniam teneamus, ita veſtrum fratres chariſsimi ſollicitè penſate, quia à vobis cum vſura exigitur, quod auditis. In vſura quippe pecunia etiam non data recipitur. Cùm enim hoc redditur quod acceptum fuerat, illud etiam ſuperimpenditur quod acceptum non eſt. Penſate ergo fratres chariſsimi, quia de accepta hac verbi pecunia vſuras ſoluetis, & curate vt ex eo quod auditis, etiam alia ſtudeatis intelligere quæ non auditis, quatenus alia ex aliis colligentes, etiam illa diſcatis ex vobiſmetipſis agere, quæ necdum ex prædicatoris ore didiciſtis. Pigrum verò ſeruum qua ſententia feriat, audiamus. Tollite ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta.) Opportunum valde videbatur, vt cùm à malo ſeruo vnum talentum tollitur, ei potius qui duo, quàm qui quinque talenta acceperat daretur. Illi enim magis dari debuit, qui minus quàm qui plus habuit. Sed, ſicut ſuperius diximus, per quinque talenta, quinque videlicet ſenſus, id eſt exteriorum ſcientia deſignatur. Per duo autem, intellectus & operatio exprimitur. Plus ergo habuit qui duo, quàm qui quinque talẽta perceperat, quia qui per quinque talenta, exteriorum adminiſtrationem meruit, ab intellectu interiorum adhuc vacuus fuit. Vnum ergo talentum quod intellectum ſignificare diximus, illi dari debuit, qui bene exteriora quæ acceperat, miniſtrauit. Quod quotidie in ſancta cernimus Eccleſia, quia plærique dum bene miniſtrant exteriora quæ accipiunt, per adiunctam gratiam, ad intellectum quoque myſticum perducuntur, vt etiam de interna intelligentia polleant, qui exteriora fideliter adminiſtrant. Generalis etiam mox ſententia ſubditur, qua dicitur: Omni enim habẽti dabitur, & abũdabit, ei autẽ qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo.) Habenti nanque dabitur, & abũdabit, quia quiſquis charitatem habet, etiam dona alia percipit. Quiſquis charitatem non habet, etiam dona quæ percepiſſe videbatur, amittit. Vnde neceſſe eſt fratres mei vt per omne quod agitis, erga charitatis cuſtodiam vigileris. Charitas autem vera eſt, & amicum diligere in deum, & inimicum diligere propter deum. Quam quiſquis non habet, omne bonum amittit quod habet, talento quod acceperat priuatur, & iuxta dominicam ſententiam, in exteriores tenebras mittitur. Per pœnam quippe in exteriores tenebras cadit, qui per culpam ſuam ſponte in interiores tenebras cecidit, & ille coactus patitur tenebras vltionis, qui hic libenter fulſit nuit tenebras voluptatis. Sciendum verò eſt quòd nullus piger ab hac talenti acceptione ſecurus eſt. Nullus nanque eſt qui veraciter dicat: Talentum minimè accepi, non eſt vnde rationes ponere cogar. Talenti enim nomine, cuilibet pauperi etiam hoc ipſum reputabitur, quod vel minimum accepit. Alius nanque accepit intelligentiam prędicationis, miniſterium debet ex talento. Alius terrenam ſubſtantiam accepit, erogationem talenti debet ex rebus. Alius nec internorum intelligentiam, nec rerum affluẽtiam accepit, ſed tamen didicit artem qua paſcitur, ipſa ars ei in talenti acceptionem reputatur. Alius nihil horum aſſecutus eſt, ſed tamen fortaſſe familiaritatis locum apud diuitem meruit, talentum profectò familiaritatis accepit. Si ergo nihil ei pro indigentibus loquitur, pro talenti retentione damnatur. Habens ergo intellectum, curet omnino ne taceat: habens rerum affluentiam, vigilet ne à miſericordiæ largitate torpeſcat. Habens artem qua regitur, magnopere ſtudeat vt vſum atque vtilitatem illius cum proximo partiatur. Habens loquendi locum apud diuitẽ, damnationem pro retento talẽto timeat, ſi cùm valet, non apud eum pro pauperibus intercedit. Talentum quippe ab vnoquoque noſtrum venturus iudex exigit, quantum dedit. Vt ergo de talenti ſui rationibus redeunte domino quiſque ſecurus ſit, cum tremore penſet quotidie quid accepit. Ecce nanque iam iuxtà eſt, vt ille qui peregrè profectus eſt, redeat. Quaſi quippe peregrè abiit, qui ſcilicet de hac terra in qua natus eſt, longè diſceſſit, ſed profectò K
reuertitur vt de talentis rationes ponat, quia ſi à bona actione torpeſcimus, de ipſis donis quæ contulit, nos diſtrictius iudicat. Conſideremus ergo quæ accepimus, atque in eorum erogatione vigilemus. Nulla nos à ſpirituali opere terrena cura impediat, ne ſi in terra talentum abſconditur, talenti dominus ad iracundiam prouocetur. Piger etenim ſeruus, cùm iam culpas iudex examinat, talentum de terra leuat, quia ſunt plærique qui tunc ſe à terrenis deſideriis vel operibus ſubtrahunt, quando iam per animaduerſionem iudicis ad æternum ſupplicium trahuntur. Antè ergo de talenti noſtri ponenda ratione vigilemus, vt cùm iam iudex ad feriẽdum imminet, lucrum nos quod fecimus excuſet. Quod præſtet nobis deus qui viuit, &c.

Pecuniam numulariis dare quid ſignificat.

Talẽta duo qui accepit plus habuit quàm ille qui habuerat quinque.

Charitas vera in duobus cõſiſtit.

Talentum quilibet à deo accepit.

Diuites debent eſſe liberales.

Lectio ſancti euangelij ſecundum Matthæum.

CVm natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iudæ, in diebus Herodis regis, ecce Cap. 2
Magi ab Oriente venerunt Hieroſolymam, dicentes: Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorũ? Vidimus enim ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo. L
Et congregans omnes principes ſacerdotum & Scribas populi, ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudæ. Sic enim ſcriptum eſt per prophetam: Et tu Bethlehẽ terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim Mich. 5
exiet dux, qui regat populum meum Iſraël. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tẽpus ſtellæ quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethlehem dixit: Ite & interrogate diligenter de puero, & cũ inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniẽs adorem eum. Qui cùm audiſſent regem, abierunt: Et ecce ſtella quam viderant in Oriẽte, antecedebat eos, vſque dum veniens ſtaret ſuprà vbi erat puer. Videntes autem ſtellam, gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerũt puerum cũ Maria matre eius. Et procidentes, adorauerunt eum. Et apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et reſponſo accepto in ſomnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam.

Homilia lectionis eiuſdem habita ad populum in baſilica ſancti Petri Apoſtoli, in die Epiphaniæ.

Homilia. X. M

SIcut in lectione Euãgelica fratres chariſsimi audiſtis, cœli rege nato, rex terrę turbatus eſt: quia nimirũ terrena altitudo confunditur, cùm celſitudo cœleſtis aperitur. Sed quærendum nobis eſt quid nam ſit quòd redemptore nato, paſtoribus in Iudæa angelus apparuit, atque ad adorandum hunc ab Oriente magos non angelus ſed ſtella perduxit? Quia videlicet Iudæis tanquam ratione vtentibus, rationale animal, id eſt angelus, prædicare debuit, Gentiles verò quia vti ratione neſciebant ad cognoſcendum dominum, nõ per vocem, ſed per ſigna perducuntur. Vnde etiam per Paulũ dicitur: Propheticę fidelibus datæ ſunt, non infidelibus. Signa autem infidelibus, nõ fidelibus. Quia & illis prophetiæ tanquam fidelibus non infidelibus, & iſtis ſigna tanquam infidelibus non fidelibus data ſunt. Et notandum quòd redemptorem noſtrum cùm iam perfectæ eſſet ætatis, eiuſdem gentilibus Apoſtoli prædicant, eumque paruulum & necdum per humani corporis officium loquẽtem, ſtella gentibus denunciat: quia nimirum rationis ordo poſcebat, vt & loquentem iam dominum loquentes nobis prædicatores innoteſcerent, & necdum loquentem elementa muta prædicarent. Sed in omnibus ſignis, quæ vel naſcente domino, vel moriente eo monſtrata ſunt, conſiderandum nobis eſt quanta fuerit in quorundam Iudæorum corde duritia, quæ hunc nec per prophetiæ

Gẽtiles ad cognitionẽ dominũ per ſigna ſunt perducti.

prophetiæ donum, nec per miracula cognouit. Omnia quippe elementa auctorem suum venisse testata sunt. Vt enim de eis quiddam vsu humano loquar, deum hunc cœli esse cognouerũt, quia protinus stellam miserunt. Mare cognouit, quia sub plantis eius se calcabile præbuit. Terra cognouit, quia eo moriente contremuit. Sol cognouit, quia lucis suæ radios abscondit. Saxa & parietes cognouerunt, quia tempore mortis eius scissa sunt. Infernus agnouit, quia hos quos tenebat mortuos reddidit. Et tamen hunc quem deum omnia insensibilia elementa senserunt, adhuc infidelium Iudæorum corda deum esse minimè cognoscunt, & duriora saxis, scindi ad pœnitendum nolunt, eumque confiteri abnegant: quem elementa, vt diximus, aut signis, aut scissionibus deum clamant. Qui etiam ad damnationis suæ cumulum eum quem natum despiciunt, nascturum lõgè antè præsciuerunt. Et non solum quia nasceretur nouerant, sed etiam vbi nasceretur. Nam ab Herode requisiti, locum natiuitatis eius exprimunt, quem scripturæ auctoritate didicerunt. Et testimonium proferunt, quòd Bethlehem honorari natiuitate noui ducis ostenditur, vt ipsa eorum gemina scientia & illis fieret ad testimonium damnationis, & nobis ad adiutorium credulitatis. Quos profectò bene Isaac cum Iacob filium suum benediceret, designauit: qui & caligans oculis, & prophetans, in præsenti filium non vidit, cui tamen multa in posterum præuidit. Quia nimirum Iudaicus populus prophetiæ spiritu plenus & cæcus, eũ de quo multa in futurum prædixit, in præsenti positũ non agnouit. Sed natiuitate regis nostri cognita, Herodes ad callida argumenta conuertitur: & ne terreno regno priuaretur, renunciari sibi vbi puer inueniatur postulat. Adorare eum velle se simulat, vt hunc si inueniri possit, extinguat. Sed quanta est humana malitia contra consilium diuinitatis? Scriptum quippe est: Non est sapientia, non est prudẽtia, non est consilium contra dominum. Nam ea quæ apparuit stella, magos perducit. Natum regem reperiunt, munera deferunt. Et ne redire ad Herodem debeant, in somnis admonentur. Sicque fit vt Iesum quem quærit Herodes, inuenire nõ possit. Cuius persona qui alij quàm hypocritæ designantur, qui dum fictè quærunt inuenire dominum, nunquam merentur? Sed inter hæc sciendum quòd Priscillianistæ hæretici nasci vnumquemque hominem sub cõstitutionibus stellarum putant: & hoc in adiutorium sui erroris assumũt, quòd noua stella exiit cùm dominus in carne apparuit. Cuius fuisse fatum eandem quæ apparuit stellam, putant. Sed si Euangelij verba pensamus, quibus de eadem stella dicitur: Vsque dum veniens staret suprà vbi erat puer. Dum non puer ad stellam sed stella ad puerum cucurrit, si dici liceat, non stella fatum pueri, sed fatum stellæ is qui apparuit puer fuit. Sed à fidelium cordibus absit vt aliquid esse fatum dicant. Vitam quippe hominum solus hanc conditor qui creauit administrat. Neque enim propter stellas homo, sed stellæ propter hominem factæ sunt. Et si stella fatum hominis dicitur, ipsis suis ministeriis subesse homo perhibetur. Certè cùm Iacob de vtero egrediẽs, prioris fratris plantam teneret manu, prior perfectè nequaquam egredi potuit, nisi subsequens inchoasset: & tamen cum vno tempore, eodemque momento vtrunque mater fuderit, non vna vtriusque vitæ qualitas fuit. Sed ad hoc solent mathematici respondere, quia virtus cõstellationis in ictu puncti est. Quibus è diuerso nos dicimus, quia magna est mora natiuitatis. Si igitur in ictu puncti constellatio permutatur, necesse iam erit, vt tot dicant fata quot sunt mẽbra nascentium. Fateri etiam Mathematici solent, quòd quisquis signo aquarij nascitur, in hac vita piscatoris ministerium sortiatur. Piscatores verò, vt fertur, Getulia non habet. Quis ergo dicat quia nemo illic in stella aquarij nascitur, vbi piscator omnino non habetur? Rursum quos nasci signo libræ asserunt, trapezitas futuros dicũt, & trapezitas multarum gentium prouinciæ ignorant. Fateantur ergo necesse est, aut hoc in eis signum deesse, aut effectum fatalem nullo modo habere. In Persarum quoque, Francorumque terra reges ex genere prodeũt, quibus profectò nascentibus quis æstimet quanti eisdem momentis horarum ac temporum ex seruili conditione nascuntur? & tamen regum filij vno eodemq; sydere cum seruis nati, ad regnum proficiunt, cùm serui qui secum fuerant geniti, in seruitute morian tur. Hæc de stella breuiter diximus, ne mathematicorum stultitiam indiscussam præteriisse videamur. Magi verò aurum, thus, & myrrham deferunt. Aurum quippe regi cõgruit. Thus verò in dei sacrificium ponitur. Myrrha autem mortuorũ corpora condiuntur. Eum ergo Magi quem adorant, etiam mysticis muneribus prædicant, auro regem, thure deum, myrrha mortalem. Sunt verò nonnulli hæretici qui hunc deum credũt, sed vbique regnare nequaquam credunt. Hi profectò ei thus offerunt, sed offerre etiam aurum nolunt. Et sunt nonnulli qui hunc regem existimant, sed deum negant. Hi videlicet ei aurum offerunt, sed offerre thus nolunt. Et sunt nonnulli qui hunc & deum & regem fatẽtur, sed assumpsisse carnem mortalem negant. Hi nimirum ei aurum & thus offerunt sed offerre myrrham assumptæ mortalitatis nolunt. Nos itaque nato domino offeramus aurum, & hunc vbique regnare fateamur. Offeramus thus, vt credamus quòd is qui in tempore apparuit, deus ante tẽpora extitit. Offeramus myrrham, vt eum quem credimus in sua diuinitate impassibilem, credamus etiam in nostra fuisse carne mortalem. Quanuis in auro, thure, & myrrha intelligi & aliud potest. Auro nanque sapientia designatur: Salomone attestante, qui ait: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Thure autem quod deo incenditur, virtus orationis exprimitur: Psalmista testante, qui dicit: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Per myrrham verò carnis nostræ mortificatio figuratur. Vnde sancta Ecclesia de suis operariis vsque ad mortem pro deo certantibus dicit: Manus meæ distillauerunt myrrham. Nato ergo regi aurum offerimus, si in conspectu illius claritate supernæ sapientiæ resplendemus. Thus offerimus, si cogitationes carnis per sanctæ orationum studia in ara cordis incendimus, vt suaue aliquid deo per cœleste desiderium redolere valeamus. Myrrham offerimus, si carnis vitia per abstinentiam mortificamus. Per myrrham nanque, vt diximus, agitur ne mortua caro putrefiat. Mortuam verò carnem putrescere, est hoc mortale corpus fluxui luxuriæ deseruire: sicut de quibusdã per prophetam dicitur: Computruerunt iumẽta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore suo putrescere, est carnales homines in fœtore luxuriæ vitam finire. Myrrham ergo deo offerimus, quando hoc mortale corpus à luxuriæ putredine per condimentum continentiæ custodimus. Magnum verò nobis aliquid magi innuunt, quòd in regionem suam per aliam viam reuertũtur. In eo nanq; quod admoniti faciunt, nobis profectò insinuant quid faciamus. Regio quippe nostra paradisus est. Ad quam Iesu cognito, redire per viam qua venimus prohibemur. A regione etenim nostra superbiendo, inobediendo, visibilia sequendo, cibum vetitum gustando, discessimus: sed ad eam necesse est, vt flendo, obediendo, visibilia contemnendo, atque appetitum carnis refrenando, redeamus. Per aliam ergo viam ad regionem nostram regredimur: quoniam qui à paradisi gaudiis per delectamenta discessimus, ad hæc per lamenta reuocamur. Vnde necesse est fratres charissimi, vt semper pauidi semperque suspecti ponamus ante oculos cordis hinc culpas operis, illinc iudicium extremæ districtionis. Pensemus quam districtus iudex veniat, qui iudicium minatur & latet. Terrores peccatoribus intentat, & tamen adhuc sustinet. Et idcirco venire citius differt, vt minus inueniat quod condemnet. Puniamus fletibus culpas, & cum Psalmistæ voce præueniamus faciẽ eius in confessione. Voluptatum nos ergo fallacia nulla decipiat, nulla vana lætitia seducat, in proximo nanq; est iudex qui dixit: Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Hinc enim Salomon ait: Risus dolori miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Hinc iterum dicit: Risum deputaui errorem: & gaudio dixi, quid frustra deciperis? Hinc rursus ait: Cor sapientium vbi tristitia est, & cor stultorum vbi lætitia. Pertimescamus ergo præcepta dei, si celebramus veraciter solennitatem diei. Gratum nanque deo sacrificium est afflictio contra peccatum, Psalmista testante, qui ait: Sacrificium deo spiritus contribulatus. Peccata nostra præterita in baptismatis perceptione laxata sunt, & tamen post baptisma multa commisimus, sed lauari iterum baptismatis aqua non possumus. Quia ergo & post baptisma inquinauimus vitam, baptizemus lachrymis conscientiã, quatenus regionem nostram per viam aliam repetentes, qui ex ea bonis delectati discessimus, ad eam malis amaricati redeamus, præstante domino, &c.

Genes.27.

Prouer.21.

Regum manera Christo oblata quid significant.

Aurum sapiẽtiam significat.

Prouer.21.

Thus orationem.

Psal.140.

Cant.5.

Ioel.1.

Iumenta in stercore putrescere quid est.

Regionem nostrã paradisum scilicet per aliã viam quærere debemus.

Psal.94.

Luc.6.

Prouer.14.

Eccles.2.

Eccles.7.

Psal.50.

Lectio

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Lectio sancti euangelij secundum Matthæum.

Matt.13. N illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hãc. Simile est regnum cœlorum thesauro absc̃dito in agro, quem qui inuenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnum cœlorum homini negociatori quærenti bonas margaritas. Inuenta autem preciosa margarita, abiit & vendidit vniuersa quæ habuit, & emit eam. Iterum simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam cùm impleta esset educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dẽtium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei, etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamiliâs, qui profert de thesauro H suo noua & vetera.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in basilica sanctæ Agnetis, in die natalis eius.

Homilia vndecima.

C Oelorum regnum fratres charissimi idcirco terrenis rebus simile dicitur, vt ex his quæ animus nouit surgat ad incognita quæ non nouit: quatenus exemplo visibilium se ad inuisibilia rapiat, & per ea quæ vsu didicit, quasi confricatus incalescat: vt per hoc quod scit notum diligere, discat & incognita amare. Ecce enim cœlorum regnum thesauro abscondito in agro comparatur, quẽ qui inuenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Qua in re hoc quoque notandum est quòd inuentus thesaurus absconditur vt seruetur: quia studium cœlestis desiderij à malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In præsenti etenim vita quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident. Depræ-

Thesaurũ publicè in via portãs deprædari desiderat.

dari ergo desiderat, qui thesaurum publicè portat in via. Hoc autem dico, non vt proximi opera nostra bona non videant: cùm scriptum sit: Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est: sed vt per hoc quod agimus, laudes exterius non quæramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto, vt & de bono opere proximis præbeamus exemplũ, & tamen per intentionẽ, qua deo soli placere quærimus, semper optemus secretum. Thesaurus autem cœleste est desiderium: ager verò in quo thesaurus absconditur, disciplina studij cœlestis. Quem profectò agrum venditis omnibus cõparat, qui voluptatibus carnis renuncians, cuncta sua terrena desideria per disciplinæ cœlestis custodiam calcat: vt nihil iam quod caro blanditur libeat, nihil quod carnalem vitam trucidat spiritus perhorrescat. Rursum cœleste regnum negociatori homini simile dicitur, qui bonas margaritas quærit, sed vnam preciosam inuenit, quam videlicet inuentam, omnia vendẽs emit: quia qui cœlestis vitæ dulcedinem inquantum possibilitas admittit, perfectè cognouerit: ea quæ in terrenis amauerat, libẽter cuncta derelinquit: in comparatione eius vilescũt omnia, deserit habita, congregata dispergit, inardescit in cœlestibus animus, nihil in terrenis libet, deforme conspicitur quicquid de terrenæ rei placebat specie, quia sola preciosæ margaritæ claritas fulget in mente. De cuius dilectione rectè per Salomonẽ dicitur: Fortis est vt mors dilectio: quia videlicet sicut mors corpus interimit, sic ab amore rerum corporalium æternæ vitę charitas occidit. Nam quem perfectè absorbuerit, ad terrena foris desideria velut insensibilem reddit. Nec enim sancta hæc cuius hodie natalitia celebramus, mori pro domino potuisset in

Vitæ cœlestis cupidus cuncta terrena facile derelinquit

Cant.8.

corpore, si prius à terrenis desideriis mortua non fuisset in mente. Erectus nanque in virtutis culmine animus tormenta despexit, præmia calcauit. Ante armatos reges & præsides inuicta letit, teriente robustior, iudicante sublimior. Quid inter hęc nos barbati & debiles dicimus, qui ire ad regna cœlestia puellas per ferrum videmus? Quos ira superat, superbia inflat, ambitio perturbat, luxuria inquinat. Qui si adipisci regna cœlorum per bella persecutionum nõ possumus, hoc ipsum nobis turpe sit quòd deum nolumus saltem per pacem sequi. Ecce nulli nostrum hoc *Deus* tempore dicit deus, Pro me morere: sed illicita tantummodo in *quæris* te desideria occide. Qui ergo in pace subigere carnis desideria *quod p* nolumus, quando in bello pro domino ipsam carnem daremus? *moriam*

Rursus simile esse regnum cœlorum sagenæ in mare missæ *Ecclesia* dicitur, ex omni genere piscium congreganti, quæ impleta ad *gens in* littus educitur, & in vasis boni pisces eliguntur, mali autẽ proii *parum.* ciuntur foras sancta Ecclesia sagenæ comparatur, quia & piscatoribus est commissa, & per eam quisque ad æternum regnum à præsentis seculi fluctibus trahitur, ne in æternæ mortis profunda mergatur. Quæ ex omni genere piscium congregat: quia ad peccatorum veniam sapientes & fatuos, liberos & seruos, diuites & pauperes, fortes & infirmos vocat. Vnde per Psalmistã *Psal.64.* deo dicitur: Ad te omnis caro veniet. Quæ sagena scilicet Ecclesia tunc vniuersaliter repletur, cùm in fine suo humani generis summa concluditur. Quam educunt, & secus littus sedent: quia sicut mare seculum, ita seculi finẽ significat littus maris. In quo L scilicet fine boni pisces in vasis eliguntur, mali autẽ proiiciun- *Mors iu* tur foras: quia & electi quique in tabernacula æterna recipiun- *tos, sicut* tur, & interni regni luce perdita ad exteriores tenebras repro- *finem seculi* bi pertrahuntur. Nunc enim bonos malosque cõmuniter quasi *ficat.* permixtos pisces fidei sagena nos continet, sed littus indicat sanctæ Ecclesiæ sagena quid trahebat. Et quidem pisces qui capti fuerint, mutari non possunt: nos autem mali capimur, sed in bonitate permutamur. Cogitemus igitur in captione, ne diu damur in littore. Ecce quàm grata est nobis hodierna solennitas, ita vt se non modicum addicat, si cui ex hoc conuentu nostro deesse contingat. Quid ergo in die illa acturus est, qui à conspectu iudicis rapitur, ab electorum societate separatur, qui tenebrescit à lumine, cruciatur æterna combustione? Vnde & hanc eandem comparationem dominus sub breuitate aperit, cùm subiungit: Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli, & separabunt *Tormenta* malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi *peccãtum* erit fletus & stridor dentium.) Hoc iam fratres charissimi timendum est potius quàm exponendum. Aperta etenim voce tormenta peccantium dicta sunt, ne quis ad ignorantiæ suæ excusationem recurreret, si quid de æterno supplicio obscurè diceretur. Vnde & subditur: Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Vtique domine.) Atque in conclusione subiungitur: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum simile est homini patrifamilias proferenti de thesauro sua noua & vetera.) Si per nouũ M & vetus quod dicitur, vtrunque testamentum accipimus, Abraham doctum fuisse denegamus, qui nouũ & veteris testamenti etsi facta nouit, minimè verba nunciauit. Moysen quoque docto patrifamiliâs comparare non possumus, qui etsi testamẽtum vetus edocuit, noui tamen dicta non protulit. Dum ergo ab hoc intellectu excludimur, ad alium vocamur. Sed in eo quod veritas dicit: Omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est patrifamiliâs: intelligi valet quia non de his qui fuerant, sed de his qui esse in Ecclesia poterant loquebatur. Qui tunc noua & vetera proferunt, cùm vtriusque testamenti prædicamenta vocibus & moribus loquuntur. Quod tamen intelligi & aliter potest. Vetustum quippe humani generis fuit, ad inferni claustra descendere, pro peccatis suis supplicia æterna tolerare. Cui per mediatoris aduentum, nouum aliquid accesit, vt si hic rectè studeat viuere, cœlorum regna valeat penetrare. Et homo in terra editus, à corruptibili vita moriatur, in cœlo col- *Regnũ* locandus. Et vetus itaque est, vt pro culpa humanum genus in *cœlorum* æterna pœna intereat: & nouum, vt conuersus in regno viuat. *tractatur,* Quod ergo in conclusione locutionis suæ dominus subdidit, *qui recti* hoc est vtique quod præmisit. Prius enim de regni similitudine *studiis* thesaurum inuentum, ac bonam margaritam protulit, postmodum verò inferni pœnas de malorum combustione narrauit, atque in conclusione subiunxit: Ideo omnis scriba doctus in re-

gno

A gno cœlorum similis est patrifamiliâs proferenti de thesauro suo noua & vetera.) Ac si apertè diceretur: ille in sancta Ecclesia doctus prædicator est, qui & noua scit proferre de suauitate regni, & vetusta dicere de terrore supplicij: vt vel pœnæ terreant, quos præmia non inuitant. Audiat de regno quod amet, audiat de supplicio vnusquisque quod timeat: vt torpentem animum & terrę vehementer inhærentem, si amor ad regnum non trahit, vel timor minet. Ecce enim de gehennæ expressione dicitur: Ibi erit fletus & stridor dentium.) Sed quia præsentia gaudia sequuntur perpetua lamenta, hic fratres charissimi vanam lætitiam fugite, si illic flere formidatis. Nemo etenim potest & hic gaudere cum seculo, & illic regnare cum Christo. Temporalis itaque lætitiæ fluxa restringite, carnis voluptates edomate. Quicquid animo ex præsenti seculo arridet, ex consideratione æterni ignis amarescat. Quicquid in mente pueriliter hilarescit, hoc disciplinæ iuuenilis censura coërceat: vt dum sponte temporalia fugitis, æterna gaudia sine labore capiatis: præstante domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat deus per omnia secula seculorum, Amen.

Prædicator dicitur doctus.

Lætitia spernitur gaudia.

Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Matt. 25.

B IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus nō sumpserunt oleum secum. Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuę autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Respondernnt prudentes dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus, & quæ paratæ erant intrauerunt cū eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissimè verò veniunt & reliquę virgines dicentes: Domine domine, aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in
C Basilica sanctæ Agnetis, in die natalis eius.

Homilia duodecima.

Aepe vos fratres charissimi admonեō praua opera fu
S gere, mundi huius inquinamenta deuitare, sed hodier
na sancti Euangelij lectione compellor dicere, vt &
bona quæ agitis, cum magna cautela timeatis, ne per hoc quod à vobis rectè geritur, fauor aut gratia humana requiratur. Ne appetitus laudis surrepat, & quod foris ostenditur, intus à mercede vacuetur. Ecce enim redemptoris voce decem virgines, & omnes dicuntur virgines, & tamen intra beatitudinis ianuam non omnes sunt receptæ: quia earum quædam dum de virginitate sua gloriam foris expetunt, in vasis suis oleum habere noluerunt. Sed prius quærendum nobis est quid sit regnum cœlorum, aut cur decem virginibus comparetur, quæ etiam virgines prudentes & fatuæ dicantur. Dum enim cœlorum regnum constat quia reproborum nullus ingreditur, etiam fatuis virginibus cur simile esse perhibetur? Sed sciendum nobis est quòd sæpe in sacro eloquio regnum cœlorum præsentis temporis Ecclesia dicitur: De quo alio in loco dominꝰ dicit: Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Neque enim in illo regno beatitudinis in quo pax summa est, inueniri scandala poterūt quę colligantur. Et vnde rursum dicitur: Qui ergo soluerit vnū de mādatis istis minimis, & docuerit sic homines, hic minimus vocabitur in regno cœlorum. Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorū.

Bona agēs vanam gratiam humanam.

Ygit ecclesia dicitur quandoque Ecclesia.

Matt. 13. Matt. 4.

D Mandatū quippe soluit & docet, quando hoc quisque voce prędicat, quod viuendo non implet. Sed ad regnum æternę beatitudinis peruenire non valet, qui non vult opere implere quod docet. Quo modo ergo in eo minimus vocabitur, qui adhuc nullo modo intrare permittitur? Quid itaque per hanc sententiam nisi præsens Ecclesia regnum cœlorum dicitur? In qua doctor qui mādatum soluerit, minimus vocatur, quia cuius vita despicitur, restat vt eius prędicatio contemnatur. In quinque autem corporis sensibus vnusquisque subsistit: geminatus autem quinarius denarium perficit. Et quia ex vtroque sexu fidelium multitudo colligitur, sancta Ecclesia decē virginibus similis denunciatur. In qua quia mali cum bonis, & reprobi cū electis admixti sunt, rectè similis virginibus prudentibus & fatuis esse perhibetur. Sunt nanque plærique continentes, qui ab appetitu se exteriori custodiunt, & spe ad interiora rapiuntur, carnem macerant, & toto desiderio ad supernam patriam anhelāt, æterna præmia expetunt, pro laboribus suis recipere laudes humanas nolunt. Hi nimirum gloriam suam non in ore hominum ponunt, sed intra conscientiam contegunt. Et sunt plærique qui corpus per abstinentiam affligunt, sed de ipsa sua abstinentia humanos fauores expetunt, doctrinæ inseruiunt, indigentibus multa largiuntur. Sed fatuæ profecto sunt virgines, quia solam laudis transitoriæ retributionem quærunt. Vnde & aptè subditur: Quinque fatuæ acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum, pruden
E tes autem acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.) Per oleum quippe nitor gloriæ designatur: vascula autē nostra sunt corda, in quibus ferimus cuncta quæ cogitamus. Prudentes ergo oleum in vasis habent, quia nitorem glorię intra conscientiā retinent: Paulo attestante, qui ait: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Fatuæ autem virgines oleum secum non sumunt, quia gloriam intra conscientiam non habent, dum hanc ab ore proximorum quærunt. Notandum verò quòd omnes lampades habent, sed omnes oleum nō habent: quia plærunque bona in se opera cum electis & reprobi ostendunt, sed soli ad sponsum cum oleo veniunt, qui de his quæ foris egerint, intus gloriam requirunt. Vnde per Psalmistam quoque de sancta electorum Ecclesia dicitur: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt.) Quia dum venire iudex ad extremum iudicium differt, electi & reprobi in mortis somno sopiuntur. Dormire etenim mori est. Ante somnum verò dormitare, est ante mortē à salute langueſcere, quia per pondus ægritudinis peruenitur ad somnum mortis. Media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam ei.) De aduentu spōsi clamor in media nocte fit, quia sic dies iudicij surrepit, vt præuideri non valeat, quando venit. Vnde scriptum est: Dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Tunc omnes virgines surgunt, quia & electi & reprobi à somno suę mortis excitantur. Lāpades ornant, quia
F sua secum opera numerāt, pro quibus æternam recipere beatitudinem expectant. Sed Lampades fatuarum virginū extinguūtur, quia earum opera quæ clara hominibus foris apparuerant, in aduentu iudicis intus obscurantur, & à deo retributionem nō inueniunt, quia pro eis receperunt ab hominibus laudes quas amauerunt. Quid est autem quòd tunc à prudentibus oleum petunt, nisi quòd in aduentu iudicis cùm se intus vacuas inuenerint, testimonium foris quærunt? Ac si à sua fiducia deceptæ proximis dicant: Quia nos quasi sine opere repelli conspicitis, dicite de nostris operibus quid vidistis. Sed prudentes virgines respondent dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & vobis.) In illo enim die, quod tamen de quibusdā in pace Ecclesiæ quiescentibus loquor, sibimetipsi testimonium vnusquisque vix sufficit, quanto minus & sibi & proximo? Vnde & protinus per increpationem subdunt: Ite potius ad vendentes, & emite vobis.) Venditores quippe olei, adulatores sunt. Qui enim accepta qualibet gratia, vanis suis laudibus nitorem gloriæ offerunt, quasi oleum vendunt. De quo profectò oleo Psalmista dicit: Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Principale etenim membrū nostrum, caput est. Appellatione autem capitis, ea quę principatur corpori, mens vocatur. Impinguat ergo caput oleum peccatoris, cùm demulcet mentē fauor adulantis. Sed dum irent emere, venit sponsus.) Quia cùm vitæ suæ testimonium

Dormire mori est.

Adulatores dicūtur olei venditores.

Psal. 140.

Psal. 44.

1. Cor. 1.

1. Thes. 5.

Doctor maius vocatur minimus.

G testimonium à proximis quærunt, iudex venit, qui non solum operum, sed & cordium testis est: Quæ autem paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua.) O si sapere in cordis palato possit, quid admirationis habet quod dicitur, venit sponsus? Quid dulcedinis, intrauerunt cum eo ad nuptias? Quid amaritudinis, & clausa est ianua? Venit quippe ille qui aduentu suo elementa concutit, in cuius conspectu cœlum & terra contremiscit. Vnde etiam per prophetam dicit: Adhuc semel, & ego mouebo nō solum terram, sed etiam cœlum. Ad cuius examen omne humanum genus deducitur. Cui ad vindictam malorum remunerationemque bonorum, archanheli, throni, principatus, & dominationes obsequuntur. Pensate fratres charissimi, ante conspectum tanti iudicis, qui in illo die terror erit, quando iam in pœna remedium non erit? Quæ illa confusio, cui reatu suo exigente continget in conuentu omnium angelorum hominumque erubescere? Qui pauor, cum quem & tranquillum mens humana capere non valet, etiam iratum videre? Quem diem bene propheta intuens ait: Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulę & turbinis, dies tubæ & clangoris. Pensate ergo fratres charissimi, extremi diem iudicij super corda reproborum qua asperitate propheta vidit amarescere, quem tot appellationibus non valet explicare. Quanta verò tunc erit electorum lætitia, qui de eius merentur visione gaudere, de cu-

H ius conspectu vident & elementa omnia contremiscere, cum eo simul ad nuptias intrare: qui & in sponsi nuptiis gaudent, & tamen ipsi sunt spōsa, quia in illo æterni regis thalamo visioni nostræ deus coniungitur. Quæ scilicet visio nunquam iam in perpetuum ab amoris sui amplexibus euelletur. Tunc regni ianua lugentibus claudetur, quæ modo quotidie pœnitentibus aperitur. Erit nanque & tunc pœnitentia, sed fructuosa iam non erit: quia nequaquam tunc veniam inuenit, qui modo aptum veniæ tempus perdit. Hinc etenim Paulus dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hinc propheta ait: Quærite dominū dum inueniri potest, inuocate eum dum propè est. Vnde & easdē virgines fatuas inuocantes dominus non audit, quia intercluſa regni ianua, is qui nunc per exauditionē propè esse poterat, propè iam non erit. Nam subditur: Nouissimè veniunt & reliquæ virgines dicentes: Domine domine aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis, nescio vos.) Ibi iam à deo non potest mereri quod petit, qui hic noluit audire quod iussit, quia qui tempus congruæ pœnitentiæ perdidit, frustra ante regni ianuam cū precibus venit. Hinc est enim quod per Salomonem dominus dicit: Vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cū vobis quod timebatis aduenerit: cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio & angustia tunc inuocabunt me, & non exaudiam, manè consurgent, & non inuenient me. Ecce aperiri clamant, & repulsionis suæ dolore compulsæ, appellationem dominantis ingeminant dicentes: Domine domine aperi nobis.) Preces offerunt, sed nesciuntur, quia tunc velut incognitos dominus deserit, quos modo suos per vitæ meritum non agnoscit. Vbi aptè quoque generalis ad discipulos exhortatio subinfertur, cum dicitur: Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam.) Quia post peccata deus pœnitentiam suscipit, si sciret quisque de præsenti seculo quo tempore exiret, aliud tempus voluptatibus, atque aliud pœnitētiæ aptare potuisset. Sed qui pœnitenti veniam spopōdit, peccanti diem crastinū non promisit. Semper ergo extremum diem debemus metuere, quem nunquam possumus pręuidere. Ecce hunc ipsum diem de quo loquimur, ad inducias conuersionis accepimus, & tamē mala quæ fecimus, flere recusamus. Non solum commissa non plangimus, sed etiam quæ defleantur augemus. At si aliqua nos ægritudo corripiat, si signa ægritudinis vicinam mortem denunciēt, inducias viuendi quærimus, vt peccata nostra defleamus, & eas cum magno æstu desiderij petimus, quas acceptas modo pro nihilo habemus. Rem fratres charissimi refero, quam si intentè audire vult charitas vestra, ex consideratione illius vehementer instruitur. Quidā vir nobilis in Valeria, puincia nomine Chrisaurius fuit, quem lingua rustica populus Chrisorium vocabat, vir valde idoneus, sed tātum plenus vitiis quātum rebus: superbia tumidus, carnis suæ voluptatibus subditus, in acquirēdis rebus auaritiæ facibus accensus. Sed cum tot malis dominus finē ponere decreuisset, sicut à religioso viro quodā qui nūc superest, propinquo illius discipuli, corporis lāguore percussus est. Qui ad extremum veniens, eadem hora qua iam de corpore erat exiturus, apertis oculis vidit tetros & nigerrimos spiritus coram se assistere, & vehementer imminere, vt ad inferni claustra se raperent. Cœpit tremere, pallescere, sudare, & magnis vocibus inducias petere, filiumq; suum nomine Maximum, quē ipse iam monachus monachum vidi, nimiis & turbatis clamoribus vocare, dicens: Maxime curre: Maxime curre, nunquam tibi aliquid mali feci, in fidem tuā me suscipe. Turbatus mox Maximus affuit, lugens & perstrepens familia conuenit. Eos autem quos ille insistētes sibi grauiter tolerabat, ipsi malignos spiritus videre nō poterant, sed eorum præsentiam in confusione, in pallore ac tremore illius qui trahebatur, videbāt. Pauore autem tetræ eorum imaginis, huc illucque vertebatur in lectulo. Iacebat in sinistro latere, aspectum eorum ferre non poterat: vertebatur ad parietem, ibi aderant. Cumq; constrictus nimis relaxari se iam posse desperaret, cœpit magnis vocibus clamare dicens: Inducias vel vsque manè, inducias vel vsque manè. Sed cum hæc clamaret, in ipsis suis vocibus de habitaculo suæ carnis euulsus est. De quo nimirum constat, quia pro nobis ista nō pro se viderit, vt eius visio nobis proficiat, quos adhuc diuina patiētia longanimiter ex-

L pectat. Nam illi tetros spiritus ante mortem vidisse, & inducias petisse, quid profuit, qui easdem inducias quas petiit non accepit? Nos ergo fratres charissimi nunc sollicitè ista cogitemus, ne nobis in vacuū tempora pereant, & tūc quæramus ad bene agendum viuere, cum iam compellimur de corpore exire. Memētote quid veritas dicat: Orate ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Per legis quippe mandatū, ambulare longius sabbato non licet: hyems quoque ad ambulandum impedimento est, quia grelsus ambulantium torpor frigoris astringit. Ait ergo: Orate ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Ac si apertè dicat: Videte ne tunc quæratis peccata vestra fugere, quando iam non licet ambulare. Illud ergo tempus quo fugere non licet, modo debet cogitari dum licet. Illa hora nostri exitus est semper intuenda, ista redēptoris nostri admonitio ante mentis oculos semper ponenda, qui ait: Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam.)

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptiis, vt cùm venerit & pulsauerit, con-M festim aperiant ei. Beati serui illi, quos cùm venerit dominus inuenerit vigilātes. Amen dico vobis, quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.

Homilia lectionis eiusdem, habita in Basilica beati Felicis, die natalis eius.

Homilia decimatertia.

Sancti Euangelij fratres charissimi aperta vobis est le-

S ctio recitata. Sed ne aliquibus ipsa eius planities alta fortasse videatur, eam sub breuitate transcurrimus, quatenus eius expositio ita nescientibus fiat cognita, vt tamen scientibus non sit onerosa. Quia viris luxuria in lumbis sit, fœminis in vmbilico, testatur dominus, quia de diabolo ad beatum Iob loquitur dicens: Virtus eius in lumbis eius: & fortitudo illius in vmbilico ventris eius. A principali igitur sexu, Iob

lumborum

A lumborum nomine, luxuria designatur, cum dominus dicit: Sint lumbi vestri precincti.) Lumbos enim præcingimus: cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Sed quia minus est quia nō agere, nisi etiam quisque studeat, & bonis operibus insudare, protinus additur: Et lucernæ ardentes in manibus vestris.) Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, cùm per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. De quibus profectò operibus dominus dicit: Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Duo autem sunt, quæ iubentur, & lumbos restringere, & lucernas tenere, vt & munditia sit castitatis in corpore, & lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro vnum sine altero placere nequaquam potest: si aut is qui bona agit, adhuc luxuriæ inquinamenta non deserit, aut is qui castitate præminet, nec dum se per bona opera exercet. Nec castitas ergo magna est sine bono opere, nec opus bonum est aliquod sine castitate. Sed & si vtrunque agitur, restat vt quisquis ille est, spe ad supernam patriam tendat, & nequaquam se à vitiis pro mundi huius honestate contineat. Qui etsi quædam bona aliquando pro honestate inchoat, in eius tamen intentione non debet permanere, nec per bona opera præsentis mundi gloriam quærere, sed totam spem in redemptoris sui aduentum constituat. Vnde & protinus subditur: Et vos similes hominibus B expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptiis.) Ad nuptias quippe dominus abiit, quia resurgens à mortuis, ascendens in cœlum, supernam sibi angelorum multitudinem nouus homo copulauit. Qui tunc reuertitur, cùm nobis iam per iudicium manifestatur. Bene autem de seruis expectantibus subditur: Vt cùm venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei.) Venit quippe dominus cùm ad iudicium properat: pulsat verò, cùm iam per ægritudinis molestias esse mortem vicinam designat. Cui confestim aperimus, si hunc cum amore suscipimus. Aperire enim iudici pulsanti non vult, qui exire de corpore trepidat, & videre eum quem contempsisse se meminit, iudicem formidat. Qui autem de sua spe & operatione securus est, pulsanti confestim aperit, quia lætus iudicem sustinet. Et cùm tempus propinquæ mortis aduenerit, * de gloria retributionis hilarescit. Vnde & protinus subditur: Beati sunt serui illi quos cùm venerit dominus inuenerit vigilantes.) Vigilat, qui ad aspectum veri luminis mentis oculos apertos tenet. Vigilat, qui seruat operando quod credit. Vigilat, qui à se torporis & negligentiæ tenebras repellit. Hinc etenim Paulus dicit: Euigilate iusti, & nolite peccare. Hinc rursus ait: Hora est iam nos de somno surgere. Sed veniens dominus quid seruis vigilantibus exhibeat, audiamus: Amen dico vobis quòd præcinget se, & faciet eos discumbere, & transiens ministrabit illis.) Præcinget se, id est, ad retributionem præparabit. Et faciet illos discumbere, id est, æterna quiete refoueri. Discumbere quippe C nostrum in regno quiescere est. Vnde rursum dominus dicit: Venient & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob. Transiens autem dominus ministrat, quia lucis suæ illustratione nos satiat. Transire vero dictum est, cùm de iudicio ad regnum redit. Vel certè dominus nobis post iudicium transit, quia ab humanitatis forma, in diuinitatis suæ contemplationem nos eleuat. Et trāsire eius est in claritatis suæ speculationem nos ducere, cùm eum quem in humanitate in iudicio cernimus, etiam in diuinitate post iudicium videmus. Ad iudicium quippe veniens, in forma serui omnibus apparet, quia scriptum est: Videbunt in quem transfixerunt. Sed cùm reprobi in supplicium corruunt, iusti ad claritatis eius gloriam pertrahuntur, sicut scriptum est: Tollatur impius, ne videat gloriam dei. Sed quid si serui in prima vigilia negligentes existunt? Prima quippe vigilia, primæuæ ætatis custodia est. Sed neque sic desperandum est, & à bono opere cessandum. Nam longanimitatis suæ patientiam insinuans dominus subdit: Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi.) Prima quippe vigilia, primæuum tempus est, id est, pueritia. Secunda adolescentia vel iuuentus, quæ auctoritate sacrij eloquij vnum sunt, dicente Salomone: Lætare iuuenis in adolescentia tua. Tertia autem senectus accipitur. Qui ergo vigilare in prima vigilia noluit, custodiat vel secundam, vt qui conuerti à prauitatibus suis in pueritia neglexit, ad vias vitæ saltem in tempore iuuentutis euigilet. Et qui euigilare in secunda vigilia noluit, tertiæ D vigiliæ remedia non amittat, vt qui in iuuentute ad vias vitæ non euigilat, saltem in senectute resipiscat. Pensate fratres charissimi, quia conclusit dei pietas duritiam nostram. Non est iam quid homo excusationis inueniat. Deus despicitur, & expectat: contemni se videt, & reuocat. Iniuriam de contemptu suo suscipit, & tamen quandoque reuertentibus etiam præmia promittit. Sed nemo hanc eius longanimitatem negligat: quia tanto districtiorem iustitiam in iudicio exigit, quanto longiorem patientiam ante iudicium prærogauit. Hinc etenim Paulus dicit: Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? tu *Rom.2.* autem secundum duritiam tuam & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Hinc Psalmista ait: Deus iudex iustus, fortis & longanimis. Dicturus *Psal.7.* quippe longanimem, præmisit iustum, vt quem vides peccata delinquentium diu patienter ferre, scias hunc etiam quandoque districtè iudicare. Hinc per quendam sapientem dicitur: Altis- *Eccli.5.* simus enim est patiens redditor. Patiens enim redditor dicitur, quia peccata hominum & patitur & reddit. Nam quos diu vt conuertantur tolerat, non conuersos durius damnat. Ad excutiendam verò mentis nostræ desidiam, etiam exteriora damna per similitudinem ad medium deducuntur, vt per hæc animus ad E sui custodiam suscitetur. Nam dicitur: Hoc autem scitote, quia si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam.) Ex qua præmissa similitudine etiam exhortatio subinfertur, cùm dicitur: Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.) Nescien- *Fur domū* te enim paterfamilias, fur domum perfodit, quia dum à sui cu- *perfodit pa* stodia spiritus dormit, improuisa mors veniens, carnis nostræ *trefamilias* habitaculum irrumpit, & eum quem dominum domus inuene- *nescientē.* rit dormientem, necat: quia cùm ventura damna spiritus minimè præuidet, hunc mors ad supplicium nescientem rapit. Furi autem resisteret, si vigilaret: quia aduentum iudicis qui occultè animam rapit præcauens, ei pœnitendo occurreret, ne impœnitens periret. Horam verò vltimam dominus noster idcirco vō- *Horā vlti-* luit nobis esse incognitam, vt semper possit esse suspecta: vt *mam quare* dum illam præuidere non possumus, ad illam sine intermissione *dominꝰ vo* præparemur: Proinde fratres mei in conditione mortalitatis ve- *luit nobis* stræ mentis oculos figite, venienti vos iudici per fletus quoti- *esse incogni* die, & lamenta præparate. Et cùm certa mors maneat omnes, *tam.* nolite de temporalis vitæ prouidentia incerta cogitare. Terrenarum rerum vos cura non aggrauet. Quantislibet enim auri & argenti molibus circundetur, quibuslibet preciosis vestibus induatur caro, quid est aliud quàm caro? Nolite ergo attendere quid habetis, sed quid estis. Vultis audire quid estis? Prophe- F ta indicat dicens: Verè fœnum est populus. Si enim fœnum po- *Esa.40.* pulus non est, vbi sunt illi qui ea quæ hodie colimus, nobiscum *Populus est* transacto anno beati Felicis natalitia celebrauerunt? O quanta *fœnum.* & qualia de præsentis vitæ prouisione cogitabant, sed surrepente mortis articulo repentè in his quæ prouidere nolebant, inuenti sunt. Et cuncta simul temporalia quæ congregata quasi stabiliter tenere videbantur, amiserunt. Si ergo transacta multitudo generis humani quæ per natiuitatem viruit in carne, post mortem aruit in puluere, velut fœnū fuit. Quia igitur momentis suis horæ fugiunt, agite fratres charissimi vt in boni operis mercede teneantur. Audite quid sapiens Salomon dicat: Quod- *Eccli.9.* cunque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec scientia, nec ratio, nec sapientia erunt apud inferos, quò tu properas. Quia ergo & venturæ mortis tempus ignoramus, & post mortem operari non possumus, superest, vt ante mortem tempora indulta rapiamus. Sic enim sic mors ipsa cùm venerit, vincetur: si priusquam veniat, semper timeatur.

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

Universidad de Burgos
Biblioteca

G *Ioan.10.* IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues,& fugit: & lupus rapit & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient. Et fiet vnum ouile, & vnus pastor.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti Petri Apostoli, Dominica prima post octauas Paschæ.

Homilia. XIIII.

H A Vdistis fratres charissimi ex lectione euangelica eruditionem vestram: audistis ex lectione euangelica periculum nostrum. Ecce enim is qui non ex accidenti dono, sed essentialiter bonus est, dicit: Ego sum pastor bonus.) Atque eiusdem bonitatis formam quam nos imitemur, adiungit dicens: Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis.) Fecit quod monuit, ostendit quod iussit. Bonus pastor pro ouibus suis animam suam posuit, vt in sacramento nostro corpus suum & sanguinẽ verteret, & oues quas redemerat, carnis suæ alimento satiaret. Ostensa nobis est de contemptu mortis via quam sequamur, apposita est forma cui imprimamur. Primum nobis est exteriora nostra misericorditer ouibus eius impendere. Postremum verò, si necesse sit, etiam mortem nostram pro eisdem ouibus ministrare. A primo autem hoc minimo peruenitur ad postremũ maius. Sed cùm incomparabiliter lõgè sit melior anima qua viuimus, quàm terrena substantia quã exterius possidemus, qui non dat, pro ouibus substantiã suam, quando pro his daturus est animã suam? Et sunt nonnulli qui dum plus terrenã substantiã quàm oues diligunt, meritò nomen pastoris perdunt. De quibus protinus subditur: Mercenarius autẽ & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit.) Non pastor, sed mercenarius vocatur, qui non pro amore intimo oues dominicas, sed ad tẽporales merces pascit. Mercenarius quippe est, qui locum quidẽ pastoris tenet, sed lucra animarum non quærit. Terrenis commodis inhiat, I honore prælationis gaudet, tẽporalibus lucris pascitur, impensa sibi ab hominibus reuerentia lætatur. Istæ sunt etenim mercedes mercenarij, vt pro eo ipso, quod in regimine laborat, hic quod quærit inueniat, & ab hæreditate regis in posterum alienus existat. Vtrũ verò pastor sit an mercenarius, cognosci veraciter non potest, si occasio necessitatis deest. Tranquillitatis enim tempore, plærunque ad gregis custodiã, sicut verus pastor, sic etiã mercenarius stat: sed lupus veniens indicat, quo quisque animo super gregis custodiã stabat. Lupus etenim super oues venit, cùm quilibet iniustus & raptor, fideles quosque atque humiles opprimit. Sed is qui pastor esse videbatur & non erat, relinquit oues & fugit: quia dum sibi ab eo periculum ingeri metuit, resistere eius iniustitiæ non præsumit. Fugit autem non mutando locũ, sed subtrahendo solatium. Fugit, quia iniustitiam vidit & tacuit. Fugit, quia se sub silentio abscondit. Quibus bene per prophetam dicitur: Non ascendistis ex aduerso neque opposuistis murũ pro domo Israël, vt staretis in prælio in die domini. Ex aduerso quippe ascendere, est quibuslibet potestatibus prauè agentibus, rationis libera voce contraire. Et in die domini pro domo Israël in prælio stamus, ac murũ opponimus: si fideles innocentes contra peruersorum iniustitiam ex iustitiæ auctoritate vindicamus. Quod quia mercenarius non facit, cùm veniẽtem lupum viderit, fugit. Sed est alius lupus qui sine cessatione quotidie non corpora, sed mentes dilaniat, malignus videlicet spiritus, qui caulas fidelium insidians circuit, & mortesanimarum quærit. De quo lupo mox subditur: Et lupus rapit & dispergit oues.) Lupus venit, & mercenarius fugit, quia malignus spiritus mentes fidelium intentatione dilaniat, & is qui locum pastoris tenet, curam sollicitudinis non habet. Animæ pereunt, & ipse de terrenis commodis lætatur. Lupus rapit & dispergit oues, cùm alium ad luxuriam pertrahit, alium ad auaritiam accendit, alium in superbiam erigit, alium per iracundiam diuidit, hunc inuidia stimulat, illum fallacia supplantat. Quasi ergo lupus gregem disipat, cùm fidelium populum diabolus per tentationes necat. Sed contra hæc mercenarius nullo zelo accenditur, nullo feruore dilectionis excitatur: quia dum sola exteriora commoda requirit, interiora gregis damna negligenter patitur. Vnde & mox adiungitur: Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.) Sola enim causa est vt mercenarius fugiat, quia mercenarius est. Ac si apertè diceretur: Stare in periculo ouium non potest, qui in eo quòd ouibus præest, non oues diligit, sed lucrum terrenum quærit. Dum enim honorem amplectitur, dum temporalibus commodis lætatur, opponere se contra periculum trepidat, ne hoc quod diligit, amittat. Sed quia redemptor noster culpas ficti pastoris innotuit, iterum formam, cui debeamus imprimi ostendit dicens: Ego sum pastor bonus.) Atque subiungit: Et cognosco oues meas.) Hoc est diligo: Et cognoscunt me meæ.) Acsi patenter dicat, diligentes obsequuntur. Qui enim veritatem non diligit, adhuc minimè cognouit. Quia ergo audistis fratres charissimi periculum nostrum, pensate in verbis dominicis etiam periculum vestrum. Videte si oues eius estis, videte si eum cognoscitis, videte si lumen veritatis scitis. Scitis autem dico, non per fidem, sed per amorem. Scitis dico, non ex credulitate, sed ex operatione: Nam idem ipse qui hoc loquitur Ioannes euangelista testatur dicens: Qui dicit se nosse deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Vnde & in hoc loco dominus protinus subdit: Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis.) Acsi apertè dicat: In hoc constat quia & ego agnosco patrem, & cognoscor à patre, quia animam meam pono pro ouibus meis, id est, ea charitate qua pro ouibus morior, quantum patrem diligam ostendo. Quia verò non solum Iudæam, sed etiã Gentilitatem redimere venerat, adiũgit:

Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor.) Redemptionem nostram, qui ex Gentili populo venimus, dominus aspexerat, cùm se adducere & alias oues dicebat: Hoc quotidie fieri fratres aspicitis, hoc reconciliatis gentibus factum hodie videtis. Hodie quasi ex duobus gregibus vnum ouile efficit, quia Iudaicum & Gentilem populum in sua fide coniungit: Paulo attestante, qui ait: Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Dum enim ad æternam vitam ex vtraque natione simplices eligit, ad ouile proprium oues deducit. De quibus profecto ouibus rursum dicit: Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis. De quibus & paulò superius dicit: Per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur & pascua inueniet.) Ingredietur quippe ad fidem, egredietur vero à fide ad speciem, à credulitate ad contemplationem, pascua autem inueniet in æterna refectione. Oues ergo eius pascua inuenient, quia quisquis illum corde simplici sequitur, æternæ viriditatis pabulo nutritur. Quæ autem sunt istarum ouium pascua, nisi interna gaudia semper virentis paradisi? Pascua, nanque electorum sunt, vultus præsens dei, qui dum sine defectu conspicitur, sine fine mens vitæ cibo satiatur. In istis pascuis de æternitatis satietate lætati sunt, qui iam laqueos voluptuosæ temporalitatis euaserunt. Ibi hymnidici angelorum chori. Ibi societas supernorum ciuium. Ibi dulcis solennitas à peregrinationis huius tristi labore reduentium. Ibi prouidi prophetarum chori. Ibi iudex Apostolorum numerus. Ibi innumerabilium martyrum victor exercitus, tanto illic lætior, quanto hic durius afflictus. Ibi confessorum constantia, præmij sui perceptione consolata. Ibi fideles viri, quos à virilitatis suæ robore voluptas seculi emollire non

Pastor bon⁹ duo pro ouibus impendere débet.

Oues pascẽs pro tẽporali mercede, nõ est pastor.

Lupus quãdo dicitur super oues venire.

Ezech.13.

Diabolus est lupus

K *mordet dilaniat*

L *Mors in peccato non potest*

Iudæos Gentiles venerat redimere.

M *Ephes.2.*

Pascuum Christus qui sit

A non potuit. Ibi sanctæ mulieres, quæ cum seculo & sexum vicerunt. Ibi pueri, qui hic annos suos moribus transcenderunt. Ibi senes, quos hic & ætas debiles reddidit, & virtus operis non reliquit. Quæramus ergo fratres charissimi hæc pascua, in quibus cum tantorum ciuium solennitate gaudeamus. Ipsa nos lætantiũ festinitas inuitet. Certè sicubi populus nundinas celebraret, si ad alicuius Ecclesiæ dedicationẽ denunciata solennitate concurreret, festinaremus omnes simul inueniri, & interesse vnusquisque satageret. Graui se damno afflictum crederet, si solennitatẽ communis lætitiæ non videret. Ecce in cœlestibus electorum ciuium lætitia agitur, vicissim de se omnes in suo conuentu gratulantur, & tamen nos ab amore æternitatis tepidi, nullo desiderio ardemus, interesse tantæ solennitati non quærimus, priuamur gaudiis, & læti sumus. Accendamus ergo animum fratres, recalescat fides in id quod credidit, inardescant ad superna, nostra desideria: & sic amare iam ire est. Ab internæ solennitatis gaudio nulla nos aduersitas reuocet, quia & si quis ad locum propositũ ire desiderat, eius desiderium quælibet viæ asperitas non immutat. Nulla nos prosperitas blandiens seducat, quia stultus viator est, qui in itinere amœna prata conspiciens, obliuiscitur ire quò tendebat. Toto ergo desiderio ad supernam patriam animus anhelet, nil in hoc mundo appetat, quod constat quia citius relinquat, vt si cœlestis pastoris veraciter oues sumus, quia in viæ delectatione non figimur, æternis pascuis in peruentione satiemur: B præstante domino nostro Iesu Christo qui viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Ad festiuitatem dedicationis.

Festiuitas ibi sancte celebratur.

Viatoris stulti condicio.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

Luc. 8.

IN illo tempore. Cùm turba plurima cõueniret ad Iesum, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem: Exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatũ est, & volucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum, fecit fructum centuplum. Hæc dicens, clamabat: Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabãt autem eum discipuli eius quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. C Est autem hæc parabola: Semen est verbum dei. Quod autem secus viam, hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam quod supra petram, hi sunt qui cùm audierint, cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinis cecidit, hi sunt qui audierunt, & à sollicitudinibus & diuitiis & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem cecidit in terram bonam, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti Petri Apostoli in sexagesima.

Homilia decimaquinta.

LEctio sancti Euangelij, quam modo fratres charissimi audistis, expositione non indiget, sed admonitione. Quã enim per semetipsam veritas exposuit, hãc discutere humana fragilitas nõ præsumit. Sed est quod sollicitè in hac ipsa expositione dominica pensare debeamus, quia si nos vobis semen verbum, agrum mundum, volucres dæmonia, spinas diuitias significare diceremus, ad credendum nobis mens forsitan vestra dubitaret. Vnde & idem dominus per semetipsum dignatus est exponere quod dicebat, vt sciatis rerum significationes quærere in his etiam quæ per semetipsum noluit explanare. Exponendo ergo quod dixit, figuratè se loqui innotuit, quatenus certos nos redderet, cùm vobis nostra fragilitas verborum illius figuras aperiret. Quis enim mihi vnquam crederet, si spinas diuitias interpretari voluissem? Maximè cùm illæ pungant, istæ delectent. Et tamen spinæ sunt, quæ cogitationũ suarum punctionibus mentem lacerant, & cum vsque ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto vulnere cruentant. Quas bene hoc in loco, alio Euangelista attestante, nequaquam dominus diuitias, sed fallaces diuitias appellat. Fallaces enim sunt, quæ nobiscum diu permanere non possunt. Fallaces sunt quæ mentis nostræ inopiam non expellunt. Solæ autem diuitiæ veræ sunt, quæ nos dimites virtutibus faciunt. Si ergo fratres charissimi esse diuites cupitis, veras diuitias amate. Si culmen veri honoris quæritis, ad cœleste regnum tendite. Si gloriam dignitatum diligitis, in illa superna angelorum curia adscribi festinate, verba domini quæ audiendo percipitis, mente retinete. Cibus enim mentis est sermo dei. E Et quasi acceptus cibus stomacho languente reiicitur, quando auditus sermo in ventre memoriæ non tenetur. Sed quisquis alimenta non retinet, huius profectò vita desperatur. Aeternæ igitur mortis periculum formidate, si cibum quidem sanctæ exhortationis accipitis, sed verba vitæ, id est, alimenta iustitiæ in memoria non tenetis. Ecce transit omne quod agitis, & ad extremum iudicium sine vlla momenti interpositione quotidie volentes nolentésque properatis. Cur ergo amatur quod relinquitur? Cur illud negligitur quo peruenitur? Mementote quod dicitur: Si quis habet aures audiendi, audiat.) Omnes enim qui illic aderant, aures corporis habebant. Sed qui cunctis aures habentibus, si quis habet aures audiendi audiat, dicit: aures proculdubio cordis requirit. Curate ergo, vt acceptus sermo in cordis aure remaneat. Curate ne semen iuxta viam cadat, ne malignus spiritus veniat, & à memoria verbum tollat. Curate ne petrosa terra semen excipiat, & fructum boni operis sine perseuerantiæ radicibus mittat. Multis enim libet quod audiunt, boni operis initia proponunt, sed mox vt fatigari aduersitatibus cœperint, inchoata derelinquunt. Petrosa ergo terra humorem non habuit, quia hoc quod germinauerat, ad fructum perseuerãtiæ non perduxit. Multi itaque cùm verbum contra auaritiam audiunt, eandem auaritiam detestantur, rerum omnium contemptum laudant, sed mox vt viderit animus quod concupiscat, obliuiscitur quod laudabat. Multi cùm verbum contra luxuriam audiunt, pollutiones carnis non solum perpetrare non appetunt, F sed etiam perpetratas erubescunt, sed mox vt carnis species eorum oculis apparet, sic mens ad desideria rapitur, ac si adhuc ab ea nihil sit contra hæc eadem desideria deliberatum, & damnanda agit, qui quicquid egisse se meminit, iam & ipse damnauit. Sæpe etiam contra culpas compungimur, & tamen post fletum, ad easdem culpas redimus. Sic Balaam Israëlitici populi tabernacula contemplatus fleuit, eísque se similem fieri in morte depoposcit, dicens: Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Sed mox vt hora compunctionis transiit, in auaritiæ nequitiam exarsit. Nam propter promissa munera, in eius populi mortem consilium dedit, cuius morti se fieri similem optauit. Et oblitus est quod planxerat, cùm extinguere noluit, quod per auaritiam ardebat. Notandum verò est quòd exponens dominus dicit, quia sollicitudines & voluptates & diuitiæ suffocant verbum. Suffocant enim, quia importunis cogitationibus suis, guttur mentis strangulant, & dum bonum desiderium intrare ad cor non sinunt, quasi aditum flatus vitalis necant. Notandum etiam quòd duo sunt quæ diuitiis iungit, sollicitudines videlicet & voluptates, quia profectò & per curam mentem opprimunt, & per affluentiam resoluunt. Re enim contraria possessores suos & afflictos & lubricos faciunt. Sed quia voluptas conuenire non potest cum afflictione, alio quidem tempore per custodiæ suæ sollicitudinem affligũt, atque alio per abundantiam ad voluptates emolliunt. Terra autẽ bona fructum per patientiã reddit, quia videlicet nulla sunt bona quæ agimus, si nõ æquanimiter etiam proximorum mala toleramus.

Matt. 13. Diuitiæ dicuntur fallaces.

Num. 23. Balaam propter auaritiã in populi necem consensit.

Iudicium ad extremum sine intermissione properam⁹.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Quanto enim quisque altius profecerit, tanto in hoc mundo inuenit quod durius portet, quia cùm à præsenti seculo mentis nostrę dilectio* deficit, eiusdem seculi aduersitas crescit. Hinc est enim quod plærosque cernimus & bona agere, & tamen sub gratui tribulationum fasce desudare. Terrena nanque iam desideria fugiunt, & tamen flagellis durioribus fatigantur. Sed iuxta vocē domini, fructum per patientiam reddunt, quia cùm humiliter flagella suscipiunt, post flagella ad requiem sublimiter suscipiuntur. Sic vua calcibus tunditur, & in vini saporem liquatur. Sic oliua contusionibus expressa, amurcam suā deserit, & in olei liquorem pinguescit. Sic per trituram areæ, à paleis grana separantur, & ad horreum purgata perueniunt. Quisquis ergo appetit plenè vitia vincere, studeat humiliter purgationis suæ flagella tolerare, vt tantò post ad iudicem mundior veniat, quanto nunc eius rubiginem ignis tribulationis purgat. In ea porticu quæ euntibus ad Ecclesiam beati Clementis est peruia, fuit quidam Seruolus nomine, quem multi vestrum mecū nouerunt, rebus pauper, meritis diues, quem longa ægritudo dissoluerat. Nam à primæua ætate vsque ad finem vitæ paralyticus iacebat. Quid dicam quia stare non potuerat, qui nunquam in lecto suo surgere vel ad sedendum valebat? nunquam manum suam ad os ducere, nunquam se potuit in latus aliud declinare. Huic ad seruiendum mater cum fratre aderat, & quicquid ex eleemosyna potuisset accipere, hoc eorum manibus pauperibus erogabat. Nequaquam literas nouerat, sed scripturæ sacræ sibimet codices emerat. & religiosos quosque in hospitalitatem suscipiens, hos coram se legere sine intermissione faciebat. Factúmque est vt quantū ad mensuram propriam attinet, plenè sacram scripturam disceret: cùm, sicut dixi, literas funditus ignoraret. Studebat in dolore semper gratias agere, hymnis deo & laudibus diebus ac noctibus vacare. Sed cùm iam tempus esset vt tanta eius patientia remunerari debuisset, membrorum dolor ad vitalia rediit. Cúmque se iam morti proximū agnouit, peregrinos viros atque in hospitalitate susceptos admonuit vt surgerent, & cum eo psalmos pro expectatione exitus sui decantarent. Cúmque cùm eis & ipse moriens psalleret, voces psallētium repentè compescuit, cum terrore maligni clamoris dicens: Tacete. Nunquid non auditis quantæ resonant laudes in cœlo? Cúmque ad easdem laudes quas intus audierat, aurem cordis intenderet, sancta illa anima à carne soluta est. Sed exeunte illa, tanta illic fragrantia odoris aspersa est, vt omnes illi qui aderant, inæstimabili suauitate replerentur, ita vt per hoc patenter agnoscerent, quòd eam laudes quas audierat, in cœlo susceperint. Cui rei monachus noster interfuit, qui nunc usque viuit, & cū magno fletu attestari solet, quia quousque corpus eius sepulturæ traderent, ab eorum naribus odoris illius fragrātia non recessit. Ecce quo fine ex hac vita migrauit, qui in hac vita æquanimiter flagella tolerauit. Iuxta vocem ergo dominicam, bona terra fructum per patientiā reddidit, quę exarata discIplinæ vomere, ad remunerationis segetem peruenit. Sed vos rogo fratres charissimi attendite, quod excusationis argumentum in illo districto iudicio habituri sumus nos, qui à bono opere torpentes, & res & manus accipimus, si præcepta dominica egenus & sine manibus potuit implere? Non contra nos dominus tunc Apostolos ostendat, quia ad regnum secum turbas fidelium prædicando traxerunt. Non contra nos martyres exhibeat, qui ad cœlestem patriam sanguinem fundendo peruenerunt. Quid tunc dicturi sumus, cùm hunc de quo locuti sumus, Seruolū viderimus, cui longus languor brachia tenuit, sed tamen hæc à bono opere non ligauit? Hæc vobiscum fratres agite, sic vos ad studium boni operis instigate, vt cum bonos vobis modo ad imitandū proponitis, eorum consortes tunc esse valeatis, præstante domino nostro Iesu Christo, &c.

*al. delectatio.

Bonis quādoque graues contingunt afflictiones.

Seruoli patris Romani patientia fuit maxima.

Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Matt. 4.

I N illo tempore. Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Et cū ieiunasset quadraginta dieb⁹ & quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator, dixit ei: Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit: Scriptum est: Non in solo pane K viuit homo sed in omni verbo quod procedit de ore Deut. 8. dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus rursum. Scriptum est: Non tentabis Deut. 6. dominum deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum & dixit illi: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei Iesus: Vade Satana. Scriptum est enim: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Tūc reliquit eum diabolus, & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. Ibidem

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti Ioannis, quæ dicitur Constantiniana: Dominica prima in quadragesima.

Homilia. XVI.

D Vbitari à quibusdam solet, à quo spiritu sit Iesus ductus in desertū, propter hoc quod subditur: Assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem.) Et rursum: Assumpsit eum in montem excelsum valde.) Sed verè & absque vlla quæstione conuenienter accipitur, vt à sancto spiritu in desertum ductus credatur, vt illic eum suus spiritus duceret, vbi hunc ad tentandum malignus spiritus inueniret. Sed ecce cùm dicitur deus homo vel in excelsum montem, vel in sanctam ciuitatem à diabolo assumptus, mens refugit credere, humanæ hoc audire aures expauescunt. Qui tamen non esse incredibilia ista cognoscimus, si in illo & alia facta pensamus. Certè iniquorum omnium caput diabolus est, & huius capitis membra sunt omnes iniqui. An non diaboli membrum fuit Pilatus? An non diaboli membra, Iudæi persequentes, & milites crucifigentes Christum fuerunt? Quid ergo mirum si se ab illo permisit in montem duci, qui se pertulit etiam à membris illius crucifigi? Non est ergo indignum redemptori nostro quòd tentari voluit, qui venerat occidi. Iustum quippe erat vt sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret, sicut mortem nostram venerat sua morte superare. Sed sciendum nobis est quia tribus modis tentatio agitur, suggestione, delectatione, & consensu. Et nos cùm tentamur, plærunque in delectationem aut etiam in consensum labimur: quia de carnis peccato propagati, in nobisipsis etiam gerimus, vnde certamina toleramus. Deus verò qui in vtero virginis incarnatus, in mundum sine peccato venerat, nihil contradictionis M in semetipso tolerabat. Tentari ergo per suggestionem potuit, sed eius mentem peccati delectatio non momordit. Atque ideo omnis diabolica illa tentatio foris non intus fuit. Sed si ipsum ordinem tentationis eius aspicimus, pensemus quanta magnitudine nos à tentatione liberamur. Antiquus hostis contra primū hominem parentem nostrum in tribus se tentationibus erexit, quia hunc videlicet gula, vana gloria, & auaritia tentauit, sed tentando superauit, quia sibi eum per consensum subdidit. Ex gula quippe tentauit, cùm cibum ligni vetiti ostendit, atque ad comedendum suasit. Ex vana autem gloria tentauit, cum diceret: Eritis sicut dij. Et ex prouectu auaritiæ tentauit, cùm diceret: Gen. 3. Scientes bonum & malum, Auaritia enim non solum pecuniæ est, sed etiam altitudinis. Rectè enim auaritia dicitur, cùm supra modum sublimitas ambitur. Si enim non ad auaritiam, honoris rapina pertineret, nequaquam Paulus de vnigenito dei filio diceret: Non rapinam arbitratus est se esse æqualem deo. In Philip. 2. hoc autem diabolus parentem nostrum ad superbiam traxit, quo eum ad auaritiam sublimitatis excitauit. Sed quibus modis primum hominem strauit eisdem modis secundo homini tentator succubuit. Per gulam quippe tentat, cùm dicit: Dic vt lapides isti panes fiant.) Per vanam gloriam tentat, cùm dicit: Si filius dei es, mitte te deorsum.) Per sublimitatis auaritiam tentat, cùm regna omnia mundi ostendit, dicens: Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me.) Sed eisdem modis à secundo

Iesus à spiritu suo ductus in desertum.

Pilatus membrum diaboli.

Tētatio pliciter fit.

Adam plici tentatione tus fuit.

A secundo homine vincitur, quibus primum hominem se vicisse gloriabatur, vt à nostris cordibus ipso aditu captus exeat, quo nos aditu intromissus tenebat. Sed est aliud fratres charissimi, quod in hac tentatione dominica considerare debemus, quia tentatus à diabolo dominus sacri eloquij præcepta respondit: & qui eo verbo quod erat, tentatorem suum mergere in abyssum poterat, virtutem suæ potentiæ non ostendit, sola diuinæ scripturæ præcepta edidit, quatenus suæ nobis patientiæ præberet exemplum: vt quotiens à prauis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam excitemur potius, quàm ad vindictã. Pensate quanta est patientia dei, & quanta impatientia nostra. Nos si iniuriis aut aliqua læsione prouocamur, furore permoti, aut quantum possumus, nosmetipsos vlciscimur, aut quod non possumus, facere minamur. Ecce aduersitatem diaboli dominus pertulit, & nihil ei nisi mansuetudinis verba respondit. Portat quem punire poterat, vt hoc in laudem eius altius cresceret, si hostem suum non extinguendo, sed interim patiendo superaret. Notandum verò quod subditur, quia recedente diabolo, angeli ministrabant ei. Ex qua re quid aliud, quàm vnius personæ vtraque natura ostẽditur? Quia & homo est quem diabolus tentat, & idem ipse deus est, cui ab angelis ministratur. Cognoscamus igitur in eo naturam nostram, quia nisi hunc diabolus hominem cerneret, non tentaret. Veneremur in illo diuinitatem suam, quia nisi super omnia deus existeret, ei nullo modo angeli ministrarent. Sed

B quia his diebus lectio congruit, nam quadraginta dierum abstinentiam nostri redemptoris audiuimus, quia quadragesimæ tempus inchoamus, discutiendum nobis est, cur hæc ipsa abstinentia per quadraginta dierum numerum custoditur. Moyses enim vt legem acciperet, secundò diebus quadraginta ieiunauit. Helias in deserto quadraginta diebus abstinuit. Ipse auctor hominum ad homines veniens, in quadraginta diebus nullum omnimodo cibum sumpsit. Nos quoque inquantum possumus, annuo quadragesimæ tempore carnem nostram per abstinentiam affligere conemur. Cur ergo in abstinentia quadragenarius numerus custoditur, nisi quia virtus decalogi per libros quatuor sancti Euangelij impletur? Denarius etenim quater ductus, in quadragenarium surgit, quia tunc decalogi mandata perficimus, cùm profectò quatuor libros sancti Euangelij custodimus. Ex qua re sentiri & aliud potest. In hoc enim mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus, & per voluptates eiusdem corporis, præceptis dominicis contraimus. Præcepta autem dominica per decalogum sunt accepta. Quia ergo per carnis desideria, decalogi mandata contempsimus, dignum est vt eandem carnem quaterdecies affligamus. Quanuis ergo de quadragesimali tempore est adhuc aliud quod possit intelligi. A præsenti etenim die vsque ad paschalis solennitatis gaudia sex hebdomadæ veniunt. Quarũ videlicet dies quadragintaduo

C fiunt. Ex quibus dum sex dies dominici abstinentię subtrahuntur, non plus in abstinentia, quàm triginta & sex dies remanẽt. Dum verò per trecentos & sexagintaquinque dies annus ducitur, nos autem per triginta & sex dies affligimur, quasi anni nostri decimas deo damus, vt qui nobismetipsis per acceptum annum viximus, auctori nostro nos in eius decimis per abstinentiam mortificemus. Vnde fratres charissimi sicut offerre in lege iubemini decimas rerum, ita ei offerre contendite & decimas dierum. Vnusquisque inquantum virtus suppetit, carnem maceret, eiusque desideria affligat, concupiscentias turpes interficiat, vt iuxta Pauli vocem, hostia viua fiat. Hostia quippe & immolatur, & viua est, quando ab hac vita homo deficit, & tamen se à carnalibus desideriis occidit. Caro nos læta traxit ad culpam, afflicta reducat ad veniam. Auctor etenim mortis nostræ, per fructum ligni vetiti, vitæ præcepta transgressus est. Qui ergo à paradisi gaudiis per cibum cecidimus, ad hæc inquantum possumus, per abstinentiam resurgamus. Sed nemo sibi eandem abstinentiam solam credat posse sufficere, cùm per

Esa.58. prophetam dominus dicat: Nónne hoc est magis ieiunium quod elegi? subiiciens: Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagósque induc in domum tuam. Cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Illud ergo ieiunium deus approbat, quod ad eius oculos manus eleemosynarum leuat, quod cum proximi dilectione agitur, quod cum pietate conditur. Hoc ergo quod tibi subtrahis, alteri largire, vt vnde tua caro affligitur, inde egentis proximi caro reparetur. Hinc etenim per D prophetam dominus dicit: Cùm ieiunaretis & plangeretis, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cùm comeditis & bibitis, nũquid non vobis comeditis, & vobismetipsis bibitis? Sibi enim comedit & bibit, qui alimenta corporis, quæ sunt communia dona conditoris, sine indigentibus percipit. Et sibi quisque ieiunat, si ea quæ sibi ad tempus subtrahit, non pauperibus tribuit, sed ventri postmodum offerenda custodit. Hinc per Iohelem dicitur: Sanctificate ieiunium. Ieiunium quippe sanctificare, est adiunctis bonis aliis, dignam deo abstinentiam carnis ostendere. Cesset ira, sopiantur iurgia. Incassum enim caro atteritur, si à prauis suis voluptatibus animus non refrænatur, cùm per prophetam dominus dicat: Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè, & omnes debitores vestros repetitis. Neque enim qui à debitore suo hoc quod dedit repetit, aliquid iniustum facit: sed dignum est vt quisquis se in pœnitentia macerat, etiam hoc quod sibi iustè competit, interdicat. Sic sic nobis afflictis & pœnitentibus à deo dimittitur quod iniustè egimus, si pro amore illius & hoc quod nobis iustè competit, relaxemus.

Ioel.2. Esa.58.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

E



Luc.10. IN illo tempore. Designauit dominus Iesus & alios septuaginta duos & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse vẽturus, & dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messe suã. Ite: Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos. Nolite portare saculum, neque peram, neque calciamenta: & neminem per viam salutaueritis. In quancunque domum intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra. Sinautẽ, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes, quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quancunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponũtur vobis. Et curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquabit in vos regnum dei.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in F basilica Lateranensi: De Apostolis.

Homilia. XVII.

D Ominus & saluator noster, fratres charissimi, aliquãdo nos sermonibus, aliquando verò operibus admonet. Ipsa etenim facta eius præcepta sunt, quia dum aliquid tacitus facit, quid agere debeamus innotescit. Ecce enim binos in prædicationem discipulos mittit: quia duo sunt præcepta charitatis, dei videlicet amor, & proximi: & minus quàm inter duos, charitas haberi non potest. Nemo enim propriè ad semetipsum habere charitatem dicitur, sed dilectione se in alterum tendit, vt charitas esse possit. Ecce enim binos ad prædicãdum discipulos dominus mittit quatenus hoc nobis tacitus innuat, quia qui charitatem erga alterum non habet, prędicationis officium suscipere nullatenus debet. Bene autem dicitur, quia misit eos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse venturus. Prædicatores enim suos dominus sequitur, quia prædicatio præuenit, & tũc ad mentis nostræ habitaculum dominus venit, quando verba exhortationis præcurrunt, atque per hoc veritas in mente suscipitur. Hinc nanque eisdem prædicatoribus Esaias dicit: Parate viam domini, rectas facite semitas dei nostri. Hinc filiis Psalmista ait: Iter facite ei qui ascendit super occasum. Super occasum nanque dominus ascendit, quia vnde in passione occubuit, inde maiorem suam gloriam resur-

Domini diuersæ sunt admonitiones.

Esa.40. Psal.67. Dominus ascendit super occasũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G gendo manifestauit. Super occasum videlicet ascēdit, quia mortem quam pertulit, resurgendo calcauit. Ei ergo qui ascendit super occasum, iter facimus: cùm nos eius gloriam vestris mentibus prædicamus: vt eas & ipse pòst veniens per amoris sui præsentiam illustret. Missis autem prædicatoribus quid dicat, audiamus: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suā.) Ad messem multam, operarij pauci sunt, quod sine graui mœrore loqui non possumus, quia etsi sunt qui bona audiant, desunt tamen qui dicāt: Ecce mundus sacerdotibus plenus est, sed tamē in messe dei rarus valde inuenitur operator: quia officium quidem sacerdotale suscipimus, sed opus officij non implemus. Sed pensate fratres charissimi, pensate quod dicitur: Rogate dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.) Vos pro nobis petite, vt digna vobis operari valeamus, ne ab exhortatione lingua torpeat: ne postquam prædicationis locum suscipimus, apud iustum iudicem nostra nos taciturnitas addicat. Sæpe enim pro sua nequitia, prædicantium lingua restringitur. Sæpe verò ex subiectorum culpa agitur, vt eis qui præsunt, prædicationis sermo subtrahatur. Ex sua quippe nequitia prædicantium lingua restringitur, sicut Psalmista ait: Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iustitias meas? Et rursum ex vitio subiectorum, vox prædicantium subtrahitur *, sicut ad Ezechielem dominus dicit: Linguam tuam adhærescere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. Ac si H apertè dicat: Idcirco tibi prędicationis sermo tollitur: quia dum me in suis actibus plebs exasperat, non est digna cui exhortatio veritatis fiat. Ex cuius ergo vitio prædicatori sermo subtrahatur, non facilè cognoscitur. Quia verò pastoris taciturnitas aliquando sibi, semper autem subiectis noceat, certissimè scitur. Sed vtinam si ad prædicationis virtutem non sufficimus, loci nostri officium in innocentia vitæ teneamus. Nam subditur:

Mundus sacerdotibus plenus est.

Psal.49.

**prohibetur.*

Ezech.3.

Matth.10. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.) Multi autem cū regiminis iura suscipiunt, ad lacerandos subditos inardescunt. Terrorem potestatis exhibent, & quibus prodesse debuerant, nocent. Et quia charitatis viscera non habent, domini videri appetunt, patres se esse minimè recognoscunt, humilitatis locum in elationem dominationis immutant. Et si quando extrinsecus blandiuntur, intrinsecus sæuiunt. De quibus aliàs veritas dicit: *Matth.7.* Veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Contra quæ omnia considerandum nobis est, quia sicut agni inter lupos mittimur, vt sensum seruantes innocentiæ, morsum malitiæ non habeamus. Qui enim locum prædicationis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare, vt ex ipsa sua mansuetudine iram sæuientium mitiget, & peccatorum vulnera in aliis ipse afflictionib⁹ vulneratus sanet. Quem & si quādo zelus rectitudinis exigit, vt erga subiectos sæuiat, furor ipse de amore sit, non de crudelitate, quatenus & iura disciplinæ foris exhibeat*, & intus paterna pietate diligat, quos foris quasi insequendo castigat. Quod tunc bene rector exhibet, cùm seipsum diligere per amorem primatum nescit, cùm nulla quæ mundi sunt appetit, cùm terrenæ cupiditatis oneribus nequaquam mentis colla supponit. Vnde & subditur: Nolite portare saeculum, neque peram, neque calciamenta, & neminem per viam salutaueritis.) Prædicatori etenim tanta debet in deo esse fiducia, vt præsentis vitæ sumptus quamuis non prouideat, tamen sibi hos non deesse certissimè sciat, ne dum mens eius occupatur ad temporalia, minus aliis prouideat æterna. Cui etiam per viam neminem salutare conceditur, vt sub quanta festinatione in iter prædicationis pergere debeat, ostēdatur. Quæ si quis verba etiam per allegoriam velit intelligi, in saeculo pecunia clausa est: pecunia verò clausa, est sapientia occulta. Qui igitur sapientiæ verbum habet, sed hoc erogare proximo negligit, quasi pecuniam in saeculo ligatam tenet. Vnde scriptum *Eccli.41.* est: Sapientia abscondita & thesaurus occultus, quæ vtilitas in vtrisque? Quid verò per peram, nisi onera seculi: & quid hoc loco per calciamenta, nisi mortuorum operum exempla signātur? Qui ergo officium prædicationis suscipit, digaum non est vt onus secularium negotiorum portet: ne dum hoc eius colla deprimit, ad prædicanda cœlestia non assurgat. Nec debet stultorum operum exempla conspicere, ne sua opera quasi ex mortuis pellibus credat munire. Sunt etenim multi qui prauitatem

Prælat⁹ nō sit crudelis ī subditos.

I

**al. quatenus & foris erga eos vigorē disciplinæ exhibeat, &c.*

suam, ex alienis prauitatibus tuentur. Quia enim alios talia se- K
cisse considerant, se hæc facere licenter putant. Hi quid aliud faciunt, nisi pedes suos ex mortuorum animalium munire pellibus conantur? Omnis verò qui salutat in via, ex occasione salutat itineris, non ex studio optandæ eiusdem salutis. Qui igitur non amore æternæ patriæ, sed præmiorum ambitu salutem audientibus prædicat, quasi in itinere salutat: quia ex occasione, & non ex intentione, salutem audientibus exoptat. Sequitur:

Salutat in itinere dicens.

In quancunque domum intraueritis, primum dicite: pax huic domui, & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur.) Pax quæ ab ore prædicatoris offertur, aut requiescit in domo, si in ea filius pacis fuerit, aut ad eundem prædicatorem reuertitur: quia aut erit quisque prædestinatus ad vitam, & cœleste verbum sequitur quod audit: aut si nullus audire voluerit, ipse prædicator sine fructu non erit: quia ad eum pax reuertitur: quoniam ei à domino pro labore sui operis merces recompensatur. Ecce autem qui peram & sac- *Prædic.*
culum portare prohibuit, sumptus & alimenta ex eadem prædi- *potēs p*
catione concedit. Nam subditur: In eadem autem domo ma- *re sum*
nete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim *& alim*
operarius mercede sua.) Si pax nostra recipitur, dignum est vt in eadem domo maneamus, edentes & bibentes quæ apud illos sunt, vt ab eis terrena stipendia consequamur, quibus præmia patriæ cœlestis offerimus. Vnde etiam Paulus hæc ipsa pro mi- *1.Cor.*
nimo suscipiens dicit: Si nos vobis spiritalia seminauimus, ma- L
gnum est si vestra carnalia metamus? Et notandum quod subditur: Dignus est operarius mercede sua.) Quia iam de mercede operis, sicut ipsa alimenta sustentationis, vt hic merces de labore prędicationis inchoētur, quę illic de veritatis visione perficitur. Qua in re cōsiderandum est, quòd vni nostro operi duæ *Merces*
mercedes debentur: vna in via, altera in patria: vna quę nos in la- *plex hū*
bore sustentat, alia quæ nos in resurrectione remunerat. Mer- *ni mi*
ces itaque quæ in præsenti accipitur, hoc in nobis debet agere, *opus.*
vt ad sequentem mercedem robustius tēdatur. Verus ergo quisque prædicator non ideo prædicare debet, vt in hoc tempore mercedem recipiat: sed ideo mercedem recipere, vt prædicare subsistat. Quisquis nanque ideo prædicat, vt hic vel laudis vel muneris mercedem recipiat, æterna proculdubio mercede se priuat. Quisquis verò vel ea quæ dicit, ideo placere hominib⁹ appetit, vt dum placet quod dicitur, per eadem dicta non ipse, sed dominus ametur: vel idcirco terrena stipendia in prædicatione consequitur, ne à prædicationis voce per indigentiam lassetur: huic proculdubio ad recipiēdam mercedem nihil obstat in patria, quia sumptus sumpsit in via. Sed quid nos, quod tamen *Pastor⁹*
sine dolore dicere non possumus, quid nos ô pastores agimus, *mi oro.*
qui & mercedem consequimur, & tamen operarij nequaquā sumus? Fructus quippe sanctæ Ecclesiæ in stipendio quotidiano M
percipimus, sed tamen pro æterna Ecclesia minimè in prædicatione laboramus. Pensemus cuius damnationis sit, siue labore hic percipere mercedem laboris. Ecce ex oblatione fidelium viuimus, sed nunquid pro animabus fidelium laboramus? Illa in stipendium nostrum sumimus, quæ pro redimēdis peccatis suis fideles obtulerunt, nec tamen contra peccata eadē vel orationis studio, vel prędicationis, vt dignum est, insudamus. Vix procul pa sua quempiam aperta voce reprehēdimus. Et adhuc, quod est grauius, aliquando si persona in hoc mundo potens sit eius forsitan errata laudamus, ne si aduersemur per iracūdiam, unus subtrahat quod impendebat. Sed debemus sine cessatione meminisse quod de quibusdam in Osee scriptum est: Peccata populi mei *Osee.4.*
comedent. Cur autem peccata populi comedere dicuntur, nisi quia peccata delinquentium fouent, ne tēporalia stipendia amittant? Sed & nos qui ex oblationibus fidelium viuimus, quasi illi pro peccatis suis obtulerūt, si comedimus & tacemus, & eorum proculdubio peccata manducamus. Pensemus ergo, cuius sit apud deum criminis peccatorum preciū manducare, & nihil cōtra peccata prædicando agere. Audiamus quid beati Iob voce dicitur. Si aduersum me terra mea clamat, & cū ipsa sulci eius de- *Iob.31.*
flent, si fructus eius comedi absq; pecunia. Terra etenim cōtra *Terra*
possessorem suum clamat, quādo contra pastorē suum iustè Ec- *de dam*
clesia murmurat. Cuius etiā sulci deflent, si corda audientiū quę *clamat à*
à præcedētibus sunt patribus prędicationis voce & vigore *mur ma*
&tionis exarata, vidēt aliquid quod lugeāt de vita pastoris. Cui *sso*
videlicet

A videlicet terræ fructus possessor bonus sine pecunia non manducat, quia discretus pastor prærogat talentum verbi, ne ad damnationem suam de Ecclesia stipendium sumat alimenti. Tunc enim de terra nostra cum pecunia fructus comedimus, quando sumentes ecclesiastica subsidia, in prædicatione laboramus. Præcones namque venturi iudicis sumus. Quis ergo venturum iudicem nunciet, si præco tacet? Proinde considerandum nobis est, vt inquantum valet quisque vel inquantum sufficit, & terrorem venturi iudicij, & dulcedinem regni, susceptæ Ecclesiæ insinuare contendat. Et quia vna eadémque exhortationis voce non sufficit, simul cunctos admonere debet, singulos inquantum valet instruere, priuatis locutionibus ædificare, exhortatione simplici fructum in filiorum suorum cordibus quærere. Debemus namque pensare continuò quod Matth.5. sanctis Apostolis dicitur, & per Apostolos nobis: Vos estis sal terræ. Si ergo sal sumus, condire mentes fidelium debemus. Vos igitur qui pastores estis, pensate quia dei animalia pascitis. De quibus profectò animalibus deo per Psalmistam Psal.67. dicitur: Animalia tua habitabunt in ea. Et sæpe videmus quòd petra salis brutis animalibus ponitur, vt ex eadem salis petra Sacerdos debet esse pro sale populis. lambere debeant, & meliorari. Quasi ergo inter bruta animalia petra salis debet esse sacerdos in populis. Curare nãque sacerdotem necesse est, quæ singulis dicat, vnumquemque qualiter admoneat, vt quisquis sacerdoti iungitur, quasi ex salis tac-
B tu, æternæ vitæ sapore condiatur. Sal etenim terræ non sumus, si corda audientium non condimus. Quod profectò condimẽtum ille veraciter proximo impendit, qui prædicationis verbum non subtrahit. Sed tunc verè aliis recta prædicamus, si dicta rebus ostendimus, si nosipsi diuino amore compungimur, & humanæ vitæ, quæ sine culpa transiri nequaquam potest, quotidianas lachrymis maculas lauamus. Tunc autem de nobis verè compungimur, si studiosè patrum præcedentium facta pensamus, vt ex conspecta illorum gloria, in nostris nobis oculis nostra vita sordescat. Tunc verè compũgimur, cũ precepta domini studiosè perscrutamur, & per hæc proficere ipsi cõtendimus, per quæ iam profeciſſe nouimus quos veneramur. Exod.38. Hinc est enim quod de Moyse scriptum est: Posuit & labrum æneum in quo lauarentur Aaron & filij eius, cùm ingrederentur in sancta sanctorum, quod fecit de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. Labrum quippe æneum Moyses ponit in quo sacerdotes lauari debeant, & sancta sanctorum ingredi, quia lex dei prius nos lauari per compunctionem præcipit, vt nostra immunditia ad penetrandum secretorum dei mũditiam non sit indigna. Quod bene labrum de speculis mulierum perhibet factum, quæ ad tabernaculi ostium indesinenter excubabant. Specula quippe mulierum sunt præcepta dei, in
C quibus se sanctæ animæ semper aspiciunt, & si quæ in eis sunt fœditatis maculæ, deprehendunt. Cogitationum vitia corrigunt, & quasi renitentes vultus velut ex reddita imagine componunt, quia dum præceptis dominicis solerter intendunt, in eis procul dubio vel quid in se cœlesti viro placeat, vel quid displicear, agnoscunt. Quæ quàm diu in hac vita sunt, æternum tabernaculum ingredi nequaquam possunt. Sed tamen ad ostium tabernaculi mulieres excubant, quia sanctæ animæ etiam cum infirmitate adhuc carnis grauantur, amore tamen continuò ingressum æterni introitus obseruant. Moyses ergo labrum sacerdotibus de speculis mulierum fecit, quia lex dei lauacrum compunctionis, peccatorum nostrorum maculis exhibet, dum ea per quæ sanctæ animæ superno sponso placuerunt, intuenda nobis cœlestia præcepta præbet. Quibus si diligenter intendimus, internæ nostræ imaginis maculas videmus. Videntes autem maculas, in pœnitentiæ dolore compungimur. Compuncti verò quasi in labro de speculis mulierum lauamur. Est autem valde necessarium, vt cùm de nobis compunctione afficimur, etiam commissorum nobis vitam zelemus. Sed ergo nos amaritudo compunctionis afficiat, vt tamen à proximorum cu-
Amemus nos & proximos. stodia non auertat. Quid enim prodest si amantes nosmetipsos, relinquamus proximos? Vel quid rursum prodest si amantes vel zelantes proximos, relinquamus nosmetipsos? In ornamento Exod.35. quippe tabernaculi, bis tinctus coccus offerri præcipitur, vt ante dei oculos charitas nostra, dei & proximi amore coleretur. Ille autem verè se diligit, qui purè diligit authorem. Tunc ergo coccus bis tingitur, quando erga se & proximum ex amore ve- D
ritatis animus inflammatur. Sed inter hæc sciendum nobis est, vt sic exerceatur zelus rectitudinis contra praua acta proximorum, quatenus in feruore districtionis nullo modo relinquatur virtus mãsuetudinis. Ira etenim sacerdotis nequaquã debet es- Ira sacerdotis qualis esse debet. se præceps & perturbata, sed magis ex cõsilij grauitate metuenda. Et portare ergo debemus quos corrigimus, & corrigere quos portamus: ne si ex vtroque vnum defuerit, vel in feruore vel in mansuetudine, actio sacerdotalis non sit. Hinc nanque est quòd in templi ministerio, in basibus templi sculptorio opere leones & boues & cherubin expressa sunt. Cherubin quippe est plenitudo scientiæ. Sed quid est quòd in basibus nec leones sine bobus, nec boues sine leonibus fiunt? Quid enim aliud designãt bases in templo, nisi sacerdotes in Ecclesia? Qui dum sollicitudinem regiminis tolerant, quasi more basium superimpositum onus portant. In basibus ergo cherubin exprimuntur, quia decet nimirum, vt sacerdotum pectora plenitudine scientiæ sint referta. Per leones autem terror seueritatis, per boues verò patientia mansuetudinis figuratur. Itaque in basibus nec leones si- Sacerdos sit seuerus & mansuetus. ne bobus, nec boues sine leonibus exprimuntur, quia semper in sacerdotali pectore cum terrore seueritatis custodiri debet virtus mansuetudinis: vt & iram mansuetudo condiat, & eandem mansuetudinem, ne forte sse dissoluta sit, zelus districtionis accendat. Sed ista cur loquimur, cùm adhuc plæroſque grauari factis atrocioribus videamus? Vobis enim sacerdotibus lugens lo E
quor, quia nonnullos vestrum cùm præmiis facere ordinationes agnouimus, spiritalem gratiam vendere, & de alienis iniquitatibus cum peccati damno temporalia lucra cumulare. Cur ergo ad memoriam vestram non redit, quod vox dominica præcipiens dicit: Gratis accepistis, gratis date? Cur non ante men- Matth.10. tis oculos reuocatis, quòd templum redemptor noster ingres- Ioan.2. sus, cathedras vendentium columbas euertit, & numulariorum effudit æs? Qui nanque sunt in templo dei hodie qui columbas vendunt, nisi qui in Ecclesia precium de impositione manus accipiunt? per quam videlicet impositionem spiritus sanctus cœlitus datur. Columba ergo venditur, quia manus impositio, per quam spiritus sanctus accipitur, ad precium præbetur. Sed redemptor noster cathedras vendentium, columbas euertit: quia talium negociatorum sacerdotium destruit. Hinc est enim quòd Simonia dãnatur p canones. sacri canones simoniacam hæresim damnant, & eos priuari sacerdotio præcipiunt, qui de largiendis ordinibus precium quę-runt. Cathedra ergo vendentium columbas euertitur, quando hi qui spiritalem gratiam venundant: vel ante humanos vel ante dei oculos sacerdotio priuantur. Et quidem multa sunt alia prepositorum mala, quæ humanos modo oculos latent. Et plærunque se pastores sanctos hominibus exhibent, atque in occultis suis videri turpes ante interni arbitri oculos non erubescunt. Veniet, veniet profectò ille dies, nec longè est, in quo pastorum pastor appareat, & vnuscuiusque facta in publicum deducat. Et qui modo subditorum culpas per præpositos vlciscitur, tunc F
præpositorum mala per semetipsum sæuiens damnat. Vnde & Prælatos deus punit p seipsum. ingressus in templum, per semetipsum quasi flagellum de funiculis fecit, & de domo dei prauos negociatores eiiciens, cathedras vendentium columbas euertit, quia subditorum quidem culpas per pastores percutit, sed pastorum vitia per semetipsum ferit. Ecce modo hominibus negari potest, quod latenter agitur. Ille certè iudex venturus est, cui tacendo quisque se non potest celare, quem negando non potest fallere. Est & aliud fratres charissimi, quod me de vita pastorum vehementer affligit: sed ne cui hoc iniurioſum videatur fortasse quod affero, me quoque pariter accuſo, quanuis barbarici temporis* necessita- * timoris. te compulsus, valde in his iaceo inuitus. Ad exteriora enim negotia delapsi sumus, & aliud ex honore suscipimus, atque aliud ex officio actionis exhibemus. Ministerium prædicationis relinquimus, & ad pœnam nostram, vt video, episcopi vocamur, qui honoris nomen, non virtutis tenemus. Relinquunt nanque deum hi qui nobis commissi sunt, & tacemus. In prauis actibus iacent, & correptionis manum non tendimus. Quotidie per multas nequitias pereunt, & eos ad infernum tendere negligenter videmus. Sed quomodo nos vitam corrigere valemus alienam, qui negligimus nostram? Curis enim secularibus intenti, tanto insensibiliores intus efficimur, quanto ad ea quæ foris

G sunt studiosiores videmur. Vsu quippe curæ terrenæ, à cœlesti desiderio obdurescit animus, & dum ipso suo vsu durus efficitur per actionem seculi, ad ea emolliri non valet, quæ pertinent ad charitatem dei. Vnde bene sancta Ecclesia de membris suis infirmantibus dicit: Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui. Vineæ quippe nostræ actiones sunt, quas vsu quotidiani laboris excolimus. Sed custodes in vineis positi, nostram vineam minimè custodimus, quia dū extraneis actionibus implicamur: ministerium actionis nostræ negligimus. Nullum, puto, fratres charissimi ab aliis maius præiudicium, quàm à sacerdotibus tolerat deus, quando eos quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla prauitatis cernit, quādo ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus. Plærunque, quod est grauius, sacerdotes qui propria dare debuerant, etiam aliena diripiunt. Plærunque si quos humiliter, si quos cōtinenter viuere conspiciunt, irridēt. Considerate ergo quid de gregibus agatur, quādo pastores lupi fiunt. Hi enim custodiam gregis suscipiunt, qui insidiari gregi dominico non metuunt, contra quos, dei greges custodiri debuerant. Nulla animarum lucra quærimus: ad nostra quotidie studia vacamus, terrena cōcupiscimus, humanam gloriam intenta mente captamus. Et quia eoipso quo cæteris prælati sumus, ad agenda quælibet maiorem licentiam habemus: susceptæ benedictionis ministerium vertimus ad ambitionis argumentum. Dei causam relinquimus, ad
H terrena negotia vacamus. Locum sanctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur. Impletū est in nobis profectò quod scriptum est: Et erit sicut populus, sic sacerdos. Sacerdos enim non distat à populo quando nullo merito vitæ suæ vulgi transcendit actionem. Imploremus Hieremiæ lachrymas, consideret mortem nostram, & deplorans dicat: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum? Aurum quippe obscuratum est, quia sacerdotum vita quondam per gloriam virtutum clara, nunc per actiones infimas ostenditur reproba. Color optimus est mutatus, quia ille sanctitatis habitus, per terrena & abiecta opera ad ignominiam despectionis venit. Lapides verò sanctuarij intrinsecus habebantur, nec sumebantur in summi sacerdotis corpore: nisi cum sancta sanctorum ingredieus, in secreto sui conditoris apparebat. Nos ergo fratres charissimi, nos sumus lapides sanctuarij, qui apparere semper debemus in secreto dei, quos nunquam necesse est foris conspici, id est, nunquam in extraneis actionibus videri. Sed dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum: quia hi qui per vitam reprobam & orationem intus semper esse debuerant, per vitam foris vacant. Ecce iam penè nulla est seculi actio, quam non sacerdotes administrent. Dum ergo in sancto habitu constituti, exteriora sunt quæ exhibent, quasi sanctuarij lapides foris iacent. Quia enim Græca voce platea à latitudine vocatur: sanctuarij lapides in plateis sunt, cùm religiosi quique lata mū-
I di itinera sectantur. Nec solum in plateis, sed & in capite platearum dispersi sunt, quia & per desiderium, huius mundi opera peragunt, & tamen de religioso habitu culmen honoris quærunt. In capite ergo platearum dispersi sunt: quia & iacent per ministerium operis, & honorati volunt de imagine sanctitatis. Quanto autem mundus gladio feriatur, aspicitis: quibus quotidie percussionibus intereat populus, videtis. Cuius hoc nisi nostro præcipuè peccato agitur? Ecce depopulatæ vrbes, euersa castra, Ecclesiæ ac monasteria destructa, in solitudinem agri redacti sunt. Sed nos pereunti populo auctores mortis existimus, qui esse debuimus duces ad vitam. Ex nostro etenim peccato populi turba prostrata est, quia nostra factente negligentia, ad vitam erudita non est. Quid autem animas hominum, nisi cibum domini dixerimus, quæ ad hoc sunt conditæ, vt in eius corpore traiiciantur, id est, vt in æternæ Ecclesiæ augmentum tendant? Sed huius cibi condimentum nos esse debuimus. Sicut enim paulò superius præfati sumus, missis prædicatoribus dicitur: Vos estis sal terræ. Si igitur cibus dei est populus, condimentum cibi sacerdotes esse debuerunt. Sed quia dum nos ab orationis & eruditionis sanctæ vsu cessamus, sal infatuatum est, condiri non valet cibus dei, atque idcirco ab auctore non sumitur, quia exigente fatuitate nostra, minimè conditur. Pensemus ergo qui vnquam per linguam nostram conuersi, qui de per-

Cantic.1.

Sacerdotes vitiosi plus præiudicāt, quàm quicūque alij.

Pastores lupos fieri periculosum est gregib⁹.

Osee.4.

Thren.4.

Aurū obscuratū est.

Sacerdotes fermè omnes actiōes seculi administrant.

Mūd⁹ mul tas ex sacerdotū culpis calamitates patitur.

Matth.5.

uerso suo opere nostra increpatione correpti, pœnitentiam gerunt, quis luxuriam ex nostra eruditione deseruit, quis auaritiam, quis superbiam declinauit? Pensemus quod lucrum deo fecimus nos, qui accepto talento, ab eo ad negotium missi sumus. Etenim dicit: Negotiamini dum venio. Ecce iam venit, ecce de nostro negotio lucrum requirit. Quale ei animarum lucrum de nostra negociatione monstrabimus? Quot eius conspectui animarum manipulos de prædicationis nostræ segete illaturi sumus? Ponamus ante oculos nostros illum tantæ districtionis diem, quo iudex veniet, & rationem cum seruis suis quibus talenta credidit, ponet. Ecce in maiestate terribili, inter angelorum atque archangelorum choros videbitur. In illo tanto examine, electorum omnium & reproborum multitudo deducetur, & vnusquisque quid sit operatus ostendetur. Ibi Petrus cum Iudæa conuersa, quam post se traxit apparebit. Ibi Paulus conuersum, vt ita dixerim, mundum ducens. Ibi Andreas post se Achaiam, ibi Ioannes Asiam, Thomas Indiam, in conspectum sui iudicis* conuersam ducet. Ibi omnes dominici gregis arietes, cum animarum lucris apparebunt, qui sanctis suis prædicationibus deo post se subditum gregem trahunt. Cùm igitur tot pastores cum gregibus suis ante æterni pastoris oculos venerint, nos miseri quid dicturi sumus, qui ad dominum nostrum post negotium vacui redimus, qui pastorum nomen habuimus, & oues quas ex nutrimento nostro debeamus ostendere, non habemus? Hic pastores vocati sumus, & ibi gregem non duci-
L mus. Sed nunquid si nos negligimus, omnipotens deus deseret oues suas? Nullo modo. Nam ipse eas, sicut per prophetam pollicitus est, per semetipsum pascet. Omnésque quos præordinauit ad vitam, flagellorum stimulis, compunctionis spiritu erudit. Et per nos quidem fideles ad sanctum baptisma veniunt, nostris precibus benedicuntur, & per impositionem nostrarū manuum à deo spiritum sanctum percipiunt, atque ipsi ad regnum cœlorum pertingunt: & ecce nos per negligentiam nostram deorsum tendimus. Ingrediuntur electi, sacerdotum manibus expiati, cœlestem patriam: & sacerdotes ipsi per vitam reprobam ad inferni supplicia festinant. Cui ergo rei, cui similes dixerim sacerdores malos, nisi aquæ baptismatis, quæ peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum cœleste mittit, & ipsa postea in cloacas descendit? Timeamus hæc fratres, conueniat actioni nostræ ipsum ministerium nostrum. De peccatorum nostrorum relaxatione quotidie cogitemus, ne nostra vita peccato obligata remaneat, per quam omnipotens deus quotidie alios soluit. Consideremus sine cessatione quid sumus, pensemus negotium nostrum, pensemus pondus quod suscepimus. Faciamus quotidie nobiscum rationes, quas cum nostro iudice habebimus. Et sic debemus agere curam nostri, vt non negligamus curam proximi: vt quisquis ad nos iungitur, ex linguæ nostræ sale condiatur. Cùm lasciuientem* quempiam & lubricum videmus, admo-
M nendus est vt coniugio frænare studeat iniquitatem suam, quatenus per hoc quod licet, discat superare quod non licet. Cùm coniugatum videmus, admonendus est vt sic exerceat curam seculi, ne postponat amorem dei: sic placeat voluntati coniugis, vt non displiceat conditori. Cùm clericum videmus, admonendus est quatenus sic viuat, vt exemplum vitæ secularibus præbeat ne si quid in illo iustè reprehenditur, ex eius vitio ipsa religionis nostræ æstimatio grauetur. Cùm monachum videmus, admonendus est vt reuerentiam habitus sui in actu, in locutione, in cogitatione sua semper circunspiciat: vt ea quæ mundi sunt, perfectè deserat: & quod ostendit humanis oculis habitu, hoc ante dei oculos moribus prætendat. Ille itaque iam sanctus est, admoneatur vt crescat. Ille verò qui adhuc iniquus est, admoneatur vt se corrigat. Quatenus quisquis se ad sacerdotem iunxerit, sale sermonis illius conditus recedat. Hæc fratres vobiscum sollicitè cogitate, hæc & proximis vestris impendite, omnipotenti deo fructum vos reddere de negocio quod accepistis parate. Sed ista quæ dicimus, melius apud eum orando, quàm loquendo obtinebimus.

Lucæ.

Iudex ve ueni ho ror mo las ora nibus ge serum p ferim ferioribus.

**regit.*

Ezech.3.

Sacerdo mali sū miles ad baptis tis.

** vacūm*

Peccatum coniugibus sacerdotes admoni-

Oremus.

D Eus qui nos pastores in populo vocare voluisti: præsta quæsumus, vt hoc quod humano ore dicimur, in tuis oculis esse valeamus. Per dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Lectio

A Lectio ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.



IN illo tempore: Dicebat Ieſus turbis Iudæorum & principibus ſacerdotum: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatē dico vobis: quare non creditis mihi? Qui ex deo eſt verba dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex deo non eſtis. Reſpōderunt ergo Iudæi, & dixerūt ei: Nónne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu: & dæmonium habes: Reſpondit Ieſus: Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico patrem meum, & vos inhonoraſtis me: Ego autem non quæro gloriam meam. Eſt qui quærat & iudicet. Amen amen dico vobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit inæternum. Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus eſt & prophetæ: & tu dicis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſtabit inæternum. Nunquid tu maior es patre noſtro Abraham? qui mortuus eſt, & prophetæ mortui ſunt. B Quem teipſum facis? Reſpondit Ieſus: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. Eſt pater meus qui glorificat me: quem vos dicitis, quia deus veſter eſt, & nō cognouiſtis eum. Ego autem noui eum. Et ſi dixero quia neſcio eum, ero ſimilis vobis, mendax: ſed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo. Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum, vidit, & gauiſus eſt. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondū habes, & Abraham vidiſti? Dixit eis Ieſus. Amē amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego ſum. Tulerunt ergo lapides Iudæi, vt iacerent in eum. Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templo.

Homilia lectionis eiſdem habita ad populum in baſilica ſancti Petri Apoſtoli: Domini in paſsione.

Homilia. XVIII.

P Enſate fratres chariſsimi manſuetudinem dei. Relaxare peccata venerat, & dicebat: Quis ex vobis arguet me de peccato?) Non dedignatur ex ratione oſtendere ſe peccatorem non eſſe, qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iuſtificare. Sed terribile eſt valde, quod ſubditur: Qui ex deo eſt, verba dei audit, propterea vos non auditis, quia ex deo non eſtis.) Si enim ipſe verba dei audit qui ex deo eſt, & au C dire verba eius non poteſt quiſquis ex illo non eſt, interroget ſe vnuſquiſque ſi verba dei in aure cordis percipit, & intelliget vnde ſit. Cœleſtem patriam deſiderare veritas iubet, carnis deſideria conteri, mundi gloriam declinare, aliena non appetere, propria largiri. Penſet ergo apud ſe vnuſquiſq; veſtrum ſi hæc vox dei in cordis eius aure conualuit, & quia iam ex deo ſit, a-

Verborum diuinorum auditores ſunt in multiplici differentia

guoſcit. Nam ſunt nonnulli qui præcepta dei nec aure corporis percipere dignantur. Et ſunt nonnulli qui hæc quidem corporis aure percipiunt, ſed nullo ea mentis deſiderio complectuntur. Et ſunt nonnulli qui libenter verba dei ſuſcipiunt, ita vt etiā in fletibus compungantur, ſed poſt lachrymarum tempus, ad iniquitatem redeunt. Hic profectò verba dei non audiunt, qui hęc exercere in opere contemnunt. Vitam ergo veſtram fratres chariſsimi ante mentis oculos reuocate, & alta conſideratione pertimeſcite hoc quod ex ore veritatis ſonat: Propterea vos non auditis, quia ex deo non eſtis.) Sed hoc quod de reprobis veritas loquitur, ipſi hoc de ſemetipſis reprobi iniquis ſuis operib⁹ oſtendunt. Nam ſequitur: Reſponderunt igitur Iudæi, & dixerunt ei: Nónne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?) Accepta autem tanta contumelia, quid do-

Samaritanus cuſtos interpretatur.

minus reſpondeat, audiamus: Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico patrem meum, & vos inhonoraſtis me.) Quia enim Samaritanus interpretatur cuſtos, & ipſe veraciter cuſtos eſt, *Pſal.126.* De quo Pſalmiſta ait: Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, inuanum vigilant qui cuſtodiunt eam. Et cui per Eſaiam dicitur: Cu- D
ſtos quid de nocte? Cuſtos quid de nocte? reſpondere noluit do- *Iſa.21.*
minus: Samaritanus non ſum: ſed, Ego dæmonium non habeo. Duo quippe ei illata fuerunt, vnum negauit: aliud tacendo conſenſit. Cuſtos nanque humani generis venerat, & ſi Samaritanum ſe non eſſe diceret, eſſe ſe cuſtodē negaret. Sed tacuit quod recognouit, & patienter repulit quod dictum fallaciter audiuit, dicens: Ego dæmonium non habeo.) In quibus verbis quid *Patientia*
aliud niſi ſuperbia noſtra cōfunditur? quæ ſi exagitata vel leui- *Chriſti ineſ-*
ter fuerit, atrociores iniurias reddit quàm acceperit: facit mala *fabilis nos*
quæ poteſt, minatur & quæ facere non poteſt. Ecce iniuriam ſu- *ad patien-*
ſcipiens dominus non iraſcitur, non contumelioſa verba reſpon- *tiā exhorta-*
det. Qui ſi eiſdem iſta dicentibus reſpondere voluiſſet, dæmo- *ri debet.*
nium vos habetis: verum profecto diceret: quia niſi impleti eſſent dæmonio, tam peruerſa de deo loqui non poſſent. Sed acceptа iniuria, etiam quòd verum erat, dicere veritas noluit, ne nō diciſſe veritatem, ſed prouocatus, contumeliam reddidiſſe videretur. Ex qua re quid nobis innitur, niſi vt eo tempore quo à proximis ex falſitate contumelias accipimus, eorum etiam vera mala taceamus, ne miniſterium iuſtæ correptionis, in arma vertamus furoris? Sed quia quiſquis dei zelo vtitur, ſæpe à pra uis hominibus dehonestatur, in ſemetipſo nobis dominus patientiæ præbuit exemplū, qui ait: Sed honorifico patrem meū, & vos inhonoraſtis me.) Sed quid nobis ad iſta faciendum ſit, adhuc exemplo nos admonet, cum ſubiungit: Ego autem non E
quæro gloriam meam: eſt qui quærat & iudicet.) Scimus cer- *Ioan.5.*
tè quod ſcriptum eſt, quia pater omne iudicium dedit filio: & tamen ecce idem filius iniurias accipiens, gloriam ſuam non quærit. Illatas contumelias patris iudicio reſeruat, vt nobis profectò inſinuet, quantum nos eſſe patientes debemus, dum ſe adhuc vlciſci non vult & ipſe qui iudicat. Cùm verò malorum peruerſitas creſcit, non ſolum prædicatio non debet minui, *ſed *frangi.*
etiam augeri. Quod ſuo dominus exemplo nos admonet, qui poſtquam habere dæmonium dictus eſt, prædicationis ſuæ beneficia largius impendit, dicens: Amen amen dico vobis: ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum.) Sed ſicut bonis neceſſe eſt vt meliores etiam per contumelias exiſtant, ita ſemper reprobi de beneficio peiores fiunt. Nam accepta prædicatione, iterum dicunt: Nunc cognouimus quia dæmonium habes.) Quia enim æternæ morti inhæſerant, & eandem mortem cui inhæſerant, non videbant, dum ſolam mortem carnis aſpicerent, in veritatis ſermone caligabant, dicentes: Abraham mortuus eſt, & prophetæ mortui ſunt. & tu dicis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſtabit in æternum?) Vnde & ipſi veritati eundem Abraham & prophetas quaſi venerantes præferunt. Sed aperta nobis ratione o- *Deū neſciē-*
ſtenditur, quia qui deum neſciunt, dei quoque famulos falſò *tes, dei fa-*
venerantur. Et notandum quòd vidit eos dominus aperta ſibi *mulos falſò*
impugnatione reſiſtere, & tamen eis ſe iterata non deſinit voce *venerātur.*
prædicare, dicens: Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt.) Tunc quippe diem do- F
mini Abraham vidit, cùm in figura ſummæ trinitatis, tres an- *Geneſ.18.*
gelos hoſpitio recepit: quibus profectò ſuſceptis, ſic tribus, quaſi vni locutus eſt, quia & ſi in perſonis numerus trinitatis eſt, in natura vnitas diuinitatis eſt. Sed carnales mentes audientium, oculos à carne non ſubleuant, dum in eo ſolam carnis ætatem penſant, dicentes: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti?) Quos benignè redemptor noſter à carnis ſuæ intuitu ſubmouet, & ad diuinitatis contemplationem trahit, dicens: Amen amen dico vobis, antequam fieret Abraham, ego ſum.) Ante enim, præteriti temporis eſt, ſum, præſentis. Et quia præteritum & futurum tempus diuinitas non habet, ſed ſemper eſſe habet, non ait: Ante Abraham ego fui, ſed ante Abraham ego ſum. Vnde & ad Moyſen dicitur: Ego ſum *Exod.3.*
qui ſum: & dices filiis Iſraël, qui eſt, miſit me ad vos. Ante ergo & poſt, Abraham habuit, qui & accedere potuit per exhibitionem præſentiæ, & recedere per curſum vitæ. Veritas verò ſemper eſſe habet, quia ei quicquam nec priori tempore incipitur, nec ſubſequēti terminatur. Sed ſuſtinere iſta æternitatis verba mentes infidelium non valentes, ad lapides currunt, & quem intelligere non poterant, obruere quærebant. Quid autem contra furorem lapidātium dominus fecerit, oſtenditur cùm protinus ſubin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnus subinfertur: Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.) Mirum valde est fratres charissimi, cur persecutores suos dominus se abscondendo declinauerit, qui si diuinitatis suæ potentiam exercere voluisset, tacito nutu mentis in suis eos ictibus ligaret, aut in pœnam subitæ mortis obrueret. Sed quia pati venerat, exercere iudicium nolebat. Certè sub ipso passionis tempore & quantum poterat ostendit, & tamen hoc ad quod venerat pertulit. Nam cùm persecutoribus suis se quærentibus diceret: Ego sum, sola hac voce eorum superbiam perculit, & omnes in terram strauit. Qui ergo & hoc in loco potuit manus lapidantium non se abscondendo euadere, cur abscondit se, nisi quòd homo inter homines factus redemptor noster alia nobis verbo loquitur, alia exemplo? Quid autem nobis hoc exemplo loquitur, nisi vt etiam cum resistere possumus, iram superbientium humiliter declinemus? Vnde & per Paulum dicitur: Date locum iræ. Quanta humilitate iram proximi ferre debeat, perpendat homo, si furores irascentium abscondendo se, declinauit deus. Nemo ergo se contra acceptas contumelias erigat, nemo conuitiis conuitium reddat. Imitatione etenim dei: gloriosius est iniuriam tacendo fugere, quàm respondendo superare. Sed contra hoc superbia dicit in corde: Turpe est, vt accepta iniuria taceas. Quisquis conspicit quia contumeliam accipis, & taces: non putat quia patientiam exhibes, sed crimina agnoscis. Sed vnde vox ista in corde nostro contra patientiâ nascitur, nisi quia in imis cogitationem fiximus, & dum in terra gloriam quærimus, placere ei qui nos de cœlo conspicit, non curamus? Accepta ergo contumelia, meditemur in opere vocem dei: Ego nō quæro gloriam meam: est qui quærat & iudicet.) Hoc autem quod de domino scriptum est: Abscondit se, intelligi & aliter potest. Multa quippe Iudæis prædicauerat, sed prædicationis eius verba deridebant. Deteriores quoque ex prædicatione facti sunt, qui vsque ad iaciendos lapides peruenerūt. Et quid abscondendo se dominus significat, nisi quòd eis ipsa veritas absconditur, qui eius verba sequi contemnunt? Eam quippe quam non inuenit humilem, veritas fugit mētem. Et quàm multi sunt hodie qui Iudæorum duritiam detestantur, quia prædicationem domini audire noluerunt, & tamen quales illos arguunt fuisse ad fidem, tales ipsi sunt ad operationem. Præcepta domini audiunt, miracula cognoscunt, sed conuerti à suis prauitatibus renuunt. Ecce vocat, & redire nolumus. Ecce sustinet, & eius patientiam dissimulamus. Dum ergo tempus habemus fratres, prauitatem suam vnusquisque deserat, dei patientiam pertimescat, ne quem nunc tranquillum despicit, iratum postmodum nequaquam euadere possit.

Christus si voluisset, facile suos persecutores exterminasset. Ioan. 8.

Roma. 12.

H

Veritas ipsa absconsa fuit Iudæis.

Lectio sancti euangelij secundum Matthæum.

I

Matt. 20.

IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cœlorum homini patrifamiliâs, qui exiit primo manè conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno: misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam: vidit alios stantes in foro otiosos, & illis dixit: Ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit: dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam & nonam horam: & fecit similiter. Circa vndecimam verò horam exiit, & inuenit alios stantes: & dixit illis: Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dixit illis: Ite & vos in vineā meā. Cùm sero autem factum esset: dixit dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedē, incipiens à nouissimis vsque ad primos. Cùm venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi. Acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patremfamiliâs, dicentes: Hi K nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus? At ille respōdens vni eorum dixit: Amice, non facio tibi iniuriam. Nónne ex denario cōueneisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade. Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. An non licet mihi facere quod volo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erūt nouissimi primi & primi nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beati Laurentij martyris, in septuagesima.

Homilia. XIX.

IN explanatione sua, multa ad loquēdum sancti Euāge
I lij lectio postulat, quam volo, si possum, sub breuitate perstringere, ne vos & extensa processio, & prolixa expositio videatur onerare. Regnum cœlorum homini patrisfamiliâs simile dicitur, qui ad excolendam vineam suam operarios conducit. Quis verò patrisfamiliâs similitudinem rectius tenet quàm conditor noster, qui regit quos condidit, & electos suos sic in hoc mundo possidet, quasi subiectos dominus in domo? Qui habet vineam, vniuersalem scilicet Ecclesiam, quæ ab Abel iusto vsque ad vltimum electum qui in fine mundi nasciturus L est, quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. Hic itaque *iuste* suæ paterfamiliâs ad excolendam vineam suam mane, hora tertia, *pit.* sexta, nona, & vndecima operarios conducit, quia à mundi huius initio vsque in finem ad erudiendam plebem fidelium prædicatores congregare nō desistit. Mane etenim mundi fuit ab Adam vsque ad Noë. Hora verò tertia, à Noë vsq; ad Abraham. Sexta quoque ab Abraham vsque ad Moysen. Nona autem à Moyse vsque ad aduentum domini. Vndecima verò ab aduentu domini vsque ad finem mundi. In qua prædicatores sancti Apostoli missi sunt, qui mercedem plenam & tardè venientes acceperūt. Ad erudiendam ergo dominus plebem suam, quasi ad excolendam vineam suā, nullo tempore destitit operarios mittere, quia & prius per patres, & postmodum per legis doctores & prophetas, ad extremū verò per Apostolos, dum plebis suæ mores excoluit, quasi per operarios in vineæ cultura laborauit. Quauis in quolibet modulo vel mensura, quisquis cum fide recta, bonæ actionis extitit, huius vineæ operarius fuit. Operator ergo manè, hora tertia, sexta & nona, antiquus ille & Hebraicus populus designatur: qui in electis suis ab ipso mundi exordio dum recta fide deum studuit colere, quasi non destitit in vineæ cultura laborare. Ad vndecimam verò gentiles vocantur, quibus & dicitur: Quid hic statis tota die otiosi?) Qui enim transacto tam longo mundi tempore, pro vita sua laborare neglexerant, quasi tota die otiosi stabant. Sed pensate fratres quid inquisiti M respondeant. Dicunt enim, quia nemo nos cōduxit. Nullus quippe ad eos patriarcha, nullus propheta venerat. Et quid est dicere, ad laborem nos nemo conduxit: nisi, quia vitæ nobis vias nullus prædicauit? Quid ergo nos à bono opere cessantes, *in* excusatione nostra dicturi sumus, qui penè à matris vtero ad fidem venimus: qui verba vitæ ab ipsis cunabulis audiuimus, qui ab vberibus sanctæ Ecclesiæ potum superne prędicationis suximus cum lacte carnis? Possumus verò & easdem diuersitates horarum, etiam ad vnum quemque hominem per ætatum momenta distinguere. Mane quippe intellectus nostri, pueritia est. Hora autem tertia, adolescentia intelligi potest: quia quasi iam sol in altum proficit, dum calor ætatis crescit. Sexta verò inuentus est: quia velut in centro sol figitur, dum in ea plenitudo roboris solidatur. Nona autem senectus intelligitur, in qua sol velut ab alto axe descendit: quia ea ætas à calore inuentutis deficit. Vndecima verò hora ea est ætas quæ decrepita vel veterata dicitur. Vnde & Græci valde seniores, non γέροντας, sed πρεσβυτέρους appellant, vt plus quàm senes esse insinuent, quos prouectiores vocant. Quia ergo ad vitam bonam alius *in* pueritia, alius in adolescentia, alius in iuuentute, alius in senectute, alius in decrepita ætate perducitur, quasi diuersis horis operarij ad vineā vocantur. Mores ergo vestros fratres charissimi aspicite, & si iam dei operarij estis, videte. Pensēt vnusquisque quid agat & confide-

Mundus varias habet ætates.

Christum à bona re cessantes vix se excusabit quod dominum.

A & consideret si in dominj vinea laboret. Qui enim in hac vita ea quæ sua sunt quærit, adhuc ad dominicam vineam non venit. Illi namque domino laborant, qui non sua sed lucra dominica cogitant, qui zelo charitatis, studio pietatis inseruiunt, animabus lucrandis inuigilant, perducere & alios secum ad vitam festinant. Nam qui sibi viuit, qui carnis suæ voluptatibus pascitur, rectè otiosus redarguitur, quia fructum diuini operis non sectatur. Qui verò & vsque ad ætatem vltimam deo viuere neglexerit, quasi vsque ad vndecimam otiosus stetit. Vnde rectè vsque ad vndecimam torpentibus dicitur: Quid hic statis tota die otiosi?) Ac si apertè dicatur: Et si deo viuere in pueritia & iuuentute noluistis: saltem in vltima ætate resipiscite, & ad vitæ vias cùm iam laboraturi multum non estis, vel serò venite. Et tales ergo paterfamiliâs vocat, & plærunque ante remunerantur, quia prius ad regnum de corpore exeunt, quàm hi qui iam à pueritia vocati esse videbantur. An non ad vndecimam horam venit latro, qui etsi non habuit per ætatem, habuit tamen serò per pœnam, qui deum in cruce confessus est, & penè cum voce sententiæ, spiritum exhalauit vitæ? A nouissimo autem reddere denarium paterfamiliâs cœpit, quia ad paradisi requiem prius latronem quem Petrum perduxit. Quanti patres ante legem, quanti sub lege fuerunt, & tamen hi qui in domini aduentu vocati sunt, ad cœlorum regnum sine aliqua tarditate peruenerunt. Eundem ergo denarium accipiunt qui laborauerunt ad vndecimam, quem expectauerunt toto desiderio qui laborauerunt ad primam, quia æqualem vitæ æternæ retributionem sortiti sunt, cum his qui à mundi initio vocati fuerant, hi qui in mundi termino ad dominum venerunt. Vnde & hi qui in labore præcesserant, murmurantes dicunt: Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus?) Pondus enim diei & æstus portauerunt hi quos à mundi initio, quia diu hic contigit viuere, necesse fuit etiam longiora carnis tentamenta tolerare. Vnicuique enim pondus diei & æstus ferre, est per longioris vitæ tempora, carnis suæ calore fatigari. Sed quæri potest quomodo murmurasse dicti sunt, qui saltem serò ad regnum vocantur? Cœlorum etenim regnum nullus murmurans accipit: nullus qui accipit, murmurare potest. Sed quia antiqui patres vsque ad aduentum domini quantumlibet iustè vixerint, ducti ad regnum non sunt, nisi ille descenderet qui paradisi claustra hominibus interpositione suæ mortis aperiret, eorum hoc ipsum murmurasse est, quòd & rectè pro percipiendo regno vixerũt, & tamen diu ad percipiendum regnum dilati sunt. Quos enim post peractam iustitiam inferui loca quamuis tranquilla susceperunt, eis profectò & laborasse fuit in vinea, & murmurasse. Quasi ergo post murmurationem denarium accipiunt, qui post longa inferni tempora, ad gaudia regni peruenerunt. Nos autem qui ad vndecimam venimus, post laborem non murmuramus, & denarium accipimus, quia post mediatoris aduentum, C in hoc mundo venientes, ad regnum ducimur, mox vt de corpore eximus, & illud sine mora percipimus, quod antiqui patres cum magna percipere dilatione meruerunt. Vnde & idem paterfamiliâs dicit: Volo & huic nouissimo dare sicut & tibi.) Et quia ipsa regni perceptio eius est bonitas voluntatis: rectè subiungit: An non licet mihi quod volo facere?) Stulta enim quæstio est hominis contra benignitatem dei. Conquerendum quippe esset [non si non daret quod non deberet, sed] si non daret quod deberet. Vnde aptè subditur: An oculus tuus nequam est: quia ego bonus sum?) Nemo autem se de opere, nemo de tempore extollat, cùm hac expleta sententia, subsequenter veritas clamet: Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.) Ecce enim & si iam scimus quæ vel quanta bona egimus, adhuc supernus iudex qua subtilitate hęc examinet, ignoramus. Et quidem gaudendum cuique summopere est in regno dei esse vel vltimum. Sed post hæc terribile est valde quod sequitur: Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.) Quia & ad fidem plures veniunt & ad cœleste regnum pauci perducuntur. Ecce enim ad hodiernam festiuitatem quàm multi conuenimus. Ecclesiæ parietes implemus, sed tamen quis sciat quàm pauci sunt qui in illo electorum dei grege numerantur? Ecce enim vox omnium Christum clamat, sed vita omnium nõ clamat. Plærique deum vocibus sequuntur, moribus fugiunt. Hinc etenim Paulus dicit: Qui cõfitentur se nosse deum, factis D autem negant. Hinc Iacobus ait: Fides sine operibus mortua *ad Tit. 1.* est. Hinc per Psalmistam dominus dicit: Annunciaui & locu- *Iaco. 2.* tus sum, multiplicati sunt super numerum. Vocante enim do- *Psal. 39.* mino, super numerum multiplicantur fideles: quia nonnunquam etiam hi ad fidẽ veniunt, qui ad electorum numerum non pertingunt. Hic enim fidelibus per confessionem admixti sunt, sed propter vitam reprobam illic numerari in sorte fidelium non merentur. Hoc ouile sanctæ Ecclesiæ hœdos cum agnis recipit, sed attestante Euangelio, cùm iudex venerit, bonos à ma- *Matt. 25.* lis separat, sicut pastor segregat oues ab hœdis. Neque etenim possunt qui hic carnis suæ voluptatibus seruiunt, illic in ouium grege numerari. Illic eos à sorte humilium iudex separat, qui se hic in superbiæ cornibus exaltant. Regnum cœlorum percipere nequeunt, qui hic & in cœlesti fide positi: toto desiderio terrena quærunt. Et multos tales intra Ecclesiam fratres charissimi cernitis, sed eos nec imitari, nec despicere * debetis. Quid enim sit hodie aspicimus, sed quid cras futurus sit vnusquisque, nescimus. Plærunque & qui post nos venire cernitur, per agilitatem nos boni operis antecedit, & vix eum cras sequimur, *Acto. 7.* quem hodie præire videbamur. Ecce cum Stephanus pro fide moreretur, Saulus lapidantium vestimenta seruabat. Omnium ergo lapidantium manibus ipse lapidauit, qui ad lapidandum omnes expeditos reddidit, & tamen eundem ipsum in sancta Ecclesia laboribus anteceſsit, quem persequendo martyrem fe- E cit. Duo ergo sunt quæ sollicitè pensare debemus. Quia enim multi vocati, sed pauci electi sunt, primum est vt de se quisque minimè præsumat, quia etsi iam ad fidem vocatus est, vtrum perenni regno dignus sit, nescit. Secundum vero est, vt vnusquisque proximum quem fortasse iacere in vitiis conspicit, desperare non audeat, quia diuinæ misericordiæ diuitias ignorat. Rem fratres quæ nuper contigit refero, vt si vos peccatores ex corde esse conspicitis, omnipotentis dei misericordiam amplius *Exemplum eiusdam peruersi qui tandem bonus effect⁹ est.* ametis. Præsenti anno in monasterio meo, quod iuxta beatorum martyrum Ioannis & Pauli Ecclesiam situm est, frater quidam ad conuersionem venit, deuotè susceptus est, sed ipse deuotius est conuersatus. Hunc ad monasterium frater suus corpore, non corde secutus est. Nam valde conuersationis vitam & habitum detestans, in monasterio vt hospes habitabat, & monachorum vitam moribus fugiens, recedere à monasterij habitatione non poterat, quia vel quid ageret, vel vnde viueret, non habebat. Erat eius prauitas cunctis onerosa, sed hunc omnes æquanimiter pro fratris eius amore tolerabant. Nam superbus & lubricus, si qua post hæc seculum sequeretur vita, nesciebat. Irridebat verò si quis illi hanc prædicare voluisset. Itaque cum habitu seculari viuebat in monasterio, verbis leuis, nutibus instabilis, mẽte tumidus, veste incompositus, actione dissipatus. Mense autem Iulio nuper elapso, huius quam nostis pestilentiæ F clade percussus est, qui ad extremum veniens, vrgeri cœpit vt animam redderet. Et vltima iam corporis parte præ mortua, vitalis virtus in solo pectore & lingua remanserat. Fratres aderant, eiusque exitum, inquantum deo largiente poterant, oratione tuebantur. At ille subitò ad deuorandum se draconem venire conspiciens, magnis vocibus cœpit clamare, dicens: Ecce draconi ad deuorandum datus sum, qui propter vestram præsentiam deuorare me non potest. Quid mihi moram facitis? date locum, vt ei deuorare me liceat. Cumque hunc fratres vt signũ sibi crucis imprimeret admonerent, respondebat virtute qua poterat, dicens: Volo me signare, sed non possum, quia à dracone premor. Spumæ oris eius faciem meam liniunt, guttur meum eius ore suffocatur. Ecce ab eo brachia mea comprimuntur qui iam & caput meum in suo ore absorbuit. Cumque hoc ille pallens & tremens & moriens diceret, cœperunt fratres vehementius orationibus insistere, & oppressum draconis præsentia suis precibus adiuuare. Tunc repentè liberatus, magnis cœpit vocib⁹ clamare, dicẽs: Deo gratias. Ecce discessit, ecce exiit, ante orationes vestras fugit draco, qui me acceperat. Mox autẽ seruiturum se deo, & esse monachum deuouit, atque à tempore illo nunc vsque febribus premitur, doloribus fatigatur. Morti quidem subtractus est, sed adhuc plenius vitæ restitutus non est. Quia enim longis & diuturnis iniquitatib⁹ pressus est, lõgo languore fatigat, & durũ cor ignis purgationis durior concremat, quia

Iuuentutem qui sine fructu præterit: saltẽ in fructu ne tantæ bene viuere.

Regnũ cœlorum an possint murmurantibus.

Regnũ cœlorum quibus denegatur.

**desperare.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quia diuina dispensatione agitur, vt prolixiora vitia ægritudo prolixior exurat. Quis illum vnquam seruari ad conuersionem crederet? Quis tantam dei misericordiam considerare sufficiat? Ecce iuuenis prauus draconem vidit in morte, cui seruiuit in vita: nec vidit vt vitam funditus perderet, sed vt cui seruierat sciret, sciendo resisteret, ipsumq; resistendo superaret, & eū à quo prius nō videns tenebatur, vidit ne postea teneretur. Quæ ergo lingua narrare viscera diuinæ misericordiæ sufficiat? Quis spiritus tantæ pietatis diuitias non obstupescat? Has diuinæ pietatis diuitias considerauit Psalmista, cùm diceret: Adiutor meus tibi psallam, quia tu deus susceptor meus es, deus meus misericordia mea. Ecce perpendens in quibus laboribus humana sit vita constituta, deum appellauit adiutorem, & quia à tribulatione præsenti in requiem æternam nos suscipit, appellat etiam susceptorem. Sed considerans quòd mala nostra aspicit & portat, culpas nostras tolerat, & tamen nos per pœnitentiam ad præmia reseruat: noluit deum misericordem dicere, sed hunc ipsam misericordiam vocauit, dicens: Deus meus misericordia mea. Reuocemus ergo ante oculos mala quæ fecimus. Pensemus ex quanta dei benignitate toleramur, consideremus quæ sunt pietatis eius viscera, vt non solum culpas indulgeat, sed cœleste regnum pœnitentibus etiam post culpas promittat. Atque ex omnibus medullis cordis dicamus singuli, dicamus omnes: Deus meus misericordia mea, qui viuis & regnas trinus in vnitate, & H vnus in trinitate, per infinita secula seculorum. Amen.

Aegritudo diutius premit propter prolixiora vitia.

Psal.58.

Ibidem.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

Lucæ.3.

ANno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudeam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilenes tetrarcha: sub principibus sacerdotum Anna & Caipha: factum est verbum domini super Ioannem Zachariæ filium, in deserto. Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ: in remissionem peccatorum, sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ prophetæ:

Esa.40.

Vox clamantis in deserto: parate viam domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Et erūt praua in directa, & aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare dei. Dicebat ergo ad turbas quæ exiebant vt baptizarentur ab ipso: Genimina viperarum, quis ostendit I vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ: & ne cœperitis dicere, patrem habemus Abraham. Dico enim vobis: quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et interrogabant eum turbæ dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti Ioannis Baptistæ, Sabbato quatuor temporum ante natalem Christi.

Homilia. XX.

**verbum*

REdemptoris nostri præcursor quo tempore prædicationis officium* acceperit, memorato Romanę reipublicæ principe & Iudææ regibus, designatur, cum dicitur: Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilęæ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilenes tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, factum est verbum domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto.) Quia enim illum prædicare K veniebat, qui & ex Iudæa quosdam, & multos ex gentibus redempturus erat, per regē gētium & principes Iudæorum* prædicationis eius tempora designantur. Quia autem gentilitas colligenda erat, & Iudæa pro culpa perfidię dispergenda, ipsa quoque descriptio terreni principatus ostendit, quoniam & in Romana republica vnus præfuisse describitur, & in Iudææ regno per quartam partem plurimi principabantur. Voce etenim nostri redēptoris dicitur: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Liquet ergo quòd ad finem regni Iudæa peruenerat, quæ tot regibus diuisa subiacebat. Aptè quoque non solum quibus regibus, sed etiā quibus sacerdotibus actum sit, demonstratur, & quia illum Ioannes baptista prædicaret, qui simul rex & sacerdos existeret: Lucas Euangelista prædicationis eius tempora per regnum & sacerdotium designauit: Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ, in remissionem peccatorum.) Cunctis legentibus liquet, quia Ioannes non solum baptismum pœnitentiæ prædicauit, verūetiam quibusdam dedit, sed tamen baptismū suū in remissionē peccatorum dare non potuit. Remissio etenim peccatorum in solo nobis baptismo Christi tribuitur. Notandum itaque quòd dicitur, predicans baptismum pœnitentiæ, in remissionem peccatorum: quoniam baptismū quod peccata solueret, quia dare non poterat, prædicabat, vt sicut incarnatum verbum patris præcurrebat verbo prædicationis, ita baptismum pœnitentiæ quo pec- L cata soluuntur, præcurreret suo baptismate, quo peccata solui non possunt, vt quia eius sermo prę currebat presentiā redēptoris, ipsum quoq; eius baptisma præcedendo fieret vmbra veritatis. Sequitur: Sicut scriptum est in libro sermonū Esaiæ prophetæ, Vox clamantis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas eius.) Idem verò Ioannes Baptista requisitus quis esset, respondit dicens: Ego vox clamantis in deserto. Qui, sicut ante per nos dictū est, ideo vox à propheta vocatus est, quia verbum præibat. Quid autē clamaret: aperitur, cùm subditur: Parate viam domini, rectas facite semitas eius.) Omnis qui fidem rectam & bona opera prædicat, quid aliud quàm venienti domino ad corda audientium viam parat? vt hæc vis gratiæ penetret, lumen veritatis illustret, vt rectas deo semitas faciat, dum mundas in animo cogitationes per sermonem bonæ prędicationis format. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur.) Quid hoc loco vallium nomine, nisi humiles? quid montium & collium, nisi superbi homines designantur? In aduentu ergo redemptoris, valles impletæ, montes vero & colles humiliati sunt, quia iuxta eius vocem: Omnis qui se exaltat humiliabitur, & omnis qui se humiliat exaltabit. Vallis etenim impleta crescit, mons autem & collis humiliatus decrescit, quia nimirum in fide mediatoris dei & hominum hominis Christi Iesu, & gentilitas plenitudinem gratiæ accepit, & Iudæa per errorem perfidiæ hoc vnde tumebat perdidit. Omnis enim vallis im M plebitur, quia corda humilium sacrę doctrinę eloquio virtutum gratia replebuntur, iuxta hoc quod scriptum est: Qui emittit fontes in conuallibus. Et vnde rursum dicitur: Et conualles abundabunt frumento. A montibus namque aqua dilabitur, quia superbas mētes veritatis doctrina deserit. Sed fontes in conuallibus surgunt, quia mentes humilium verbum prædicationis accipiunt. Iam videmus, iam conualles frumento abundare conspicimus, quia illorum ora pabulo veritatis impleta sunt, qui mites ac simplices huic mundo despicabiles esse videbantur. Ipsum quoque Ioannem Baptistam quia mira sanctitate præditū populus viderat, illum hunc esse singulariter celsum ac solidum montem credebat, de quo scriptū est: In nouissimo dierum erit mōs domus domini præparatus in vertice montium. Nam hunc esse Christum putabat, sicut per Euangeliū dicitur: Aestimante autē populo & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne: ne fortè ipse esset Christus, quē & requirebant dicentes: Nunquid Christus es tu? Sed nisi idem Ioannes apud se vallis esset repletus gratiæ spiritu non fuisset. Qui vt hoc quod erat ostenderet, dixit: Venit fortior me post me cuius non sum dignus soluere corrigiā calciamēti eius. Et rursum ait: Qui habet spōsam, sponsus est: amicus autē sponsi qui stat & audit eū, gaudio gaudet propter vocem spōsi: hoc autē gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autē minui. Ecce cū pro mira operatione virtutum

Esa.40.

Luc.3.

Psal.95.

Psal.64.

Mich.4.

Matt.3. Ioan.1.

Matt.3. Ioan.1.

A uastitum talis esset vt Christus esse crederetur, non solum Christum non esse se respondit, sed etiam corrigiam calciamenti eius soluere, id est, incarnationis eius mysterium perscrutari non se dignum esse perhibuit. Eius esse sponsam Ecclesiam credebant, qui hunc Christum esse existimabant. Sed ait: Qui habet sponsam, sponsus est. Ac si diceret: Ego sponsus non sum, sed amicus sponsi sum. Nec propter vocem suam, sed in voce sponsi se gaudere perhibebat, quia non ideo lætabatur in corde, quoniam à populis humiliter audiebatur loquens: sed quia ipse veritatis vocem audiebat intus, vt loqueretur foris. Quod bene gaudiū impletum dicit, quia quisquis de sua voce gaudet, plenum gaudium non habet. A quo & subditur: Illum oportet crescere, me

Christus creuit & Ioannes minuꝰ est. autem minui. Qua in re quærendum est in quo creuit Christus, in quo imminutus est Ioannes, nisi quòd populus Ioannis abstinentiam videns, remotum hunc ab hominibus esse conspicieus, eum esse Christum putabat: Christum verò cum publicanis comedentem, inter peccatores ambulantem intuens, eum non Christum, sed esse prophetam credebat. Sed dum per accessum temporis & Christus qui propheta esse putabatur, Christus est agnitus: & Ioannes qui Christus esse credebatur, propheta esse innotuit: impletum est quod de Christo suus præcursor prædixit: Illum oportet crescere, me autem minui. In æstimatione quippe populi & Christus creuit, quia agnitus est quod erat: & Ioannes decreuit, quia cessauit dici quod non erat. Igitur quoniam & idem Ioannes ideo in sanctitate perstitit, quia in cordis humilitate perdurauit: & multi idcirco ceciderunt, quia apud

B semetipsos elata cogitatione tumuerunt, dicatur recte: Omnis vallis implebitur, & omnis mōs & collis humiliabitur:) quia donum humiles accipiunt, quod à se corda superbientium repel

Isaiæ. 40. lunt. Sequitur: Et erunt praua in directa, & aspera in vias planas.) Praua directa fiunt, cùm malorum corda per iniustitiam detorta, ad iustitiæ regulam diriguntur. Et aspera in vias planas immutantur, cùm immites atque iracundæ mentes, per infusionem supernæ gratiæ ad lenitatem mansuetudinis redeunt. Quando enim verbum veritatis ab iracunda mente non recipitur, quasi asperitas itineris gressum pergentis repellit. Sed cùm mens iracunda per acceptam māsuetudinis gratiam, correptionis vel exhortationis verbum recipit, ibi planam viam prædicator inuenit, vbi prius præ asperitate itineris pergere, id est, prædicationis gressum ponere non valebat. Sequitur: Et videbit omnis

Salutare dei videbit omnis caro quidam in figura. caro salutare dei.) Quia omnis caro accipitur omnis homo, salutare dei videlicet Christum in hac vita omnis homo videre non potuit. Vbi ergo in hac sententia propheta prophetiæ oculum, nisi ad extremi iudicij diem tetendit? vbi cum apertis cœlis, ministrantibus angelis, consedentibus Apostolis, in sede maiestatis suę Christus apparuerit, omnes hūc & electi & reprobi pariter videbunt, vt & iusti de munere retributionis sine fine gaudeant, & iniusti in vltione supplicij in perpetuum gemant. Nam quia ad hoc ista sententia tendit, quòd in extremo examine ab

C omni carne videbitur, rectè subiungitur: Dicebat autem ad turbas quæ exibant vt baptizarentur ab eo: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira?) Ventura enim ira est animaduersio vltionis extremæ. Quam tunc fugere pec-

Viperarum genimina vocātur mala horum parēs simulq; soboles. cator non valet, qui nunc ad lamenta pœnitentiæ non recurrit. Et notandum quòd malæ soboles malorum parentum actionem imitantes, genimina viperarum vocantur: quia per hoc quòd bonis inuident, eósque persequuntur, quòd quibusdam mala retribuunt, quòd læsiones proximis exquirunt, quoniam in his omnibus priorum suorum carnalium vias sequuntur, quasi venenati filij de venenatis parentibus nati sunt. Sed quia iam peccauimus, quia vsu malę consuetudinis inuoluti sumus, dicat quid nobis faciendum sit: vt fugere à ventura ira valeamus. Sequitur:

Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ.) In quibus verbis nō tandum est, quòd amicus sponsi non solum fructus pœnitentiæ, sed dignos pœnitentiæ admonet esse faciendos. Aliud nanque est

Fructū facere, & digna pœnitentiæ fructum facere, sunt diuersa. fructum facere, aliud dignum pœnitentiæ fructum facere. Vt enim secundum dignos pœnitentiæ fructus loquamur, sciendum est quia quisquis illicita nulla commisit: huic iure conceditur, vt licitis vtatur: sicque pietatis opera faciat, vt tamen si voluerit, ea quæ mundi sunt, non relinquat. At si quis in fornicationis culpam, vel fortasse, quod est grauius, in adulterium lapsus est, tanto à se licita debet abscindere, quanto se meminit & illicita perpetrasse. Neque enim par fructus boni operis esse debet, D eius qui minus, & eius qui amplius deliquit, aut eius qui nullis, & eius qui in quibusdam facinoribus cecidit, & eius qui in multis est lapsus. Per hoc ergo quòd dicitur: Facite dignos fructus pœnitentiæ, vniuscuiusque conscientia conuenitur: vt tanto maiora acquirat bonorum operum lucra per pœnitentiam, quanto graviora sibi intulit damna per culpam. Sed Iudæi de generis nobilitate gloriantes, idcirco se agnoscere peccatores nolebant, quia de Abrahę stirpe descenderant. Quibus rectè dicitur: Et ne cœperitis dicere, patrem habemus Abraham: dico enim vobis, quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę.) Quid enim lapides, nisi corda gentilium fuerunt, ad intellectum dei omnipotentis insensibilia? sicut etiam quibusdam ex Iudęis dicitur: Auferam cor lapideum de carne vestra. *Ezech. 11.* Nec immeritò lapidum nomine gentes significatæ sunt, quia lapides coluerunt. Vnde scriptum est: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. De quibus nimirum lapidibus filij Abrahæ suscitati sunt, quia dum dura corda gentilium in Abrahæ semine: id est in Christo crediderunt, eius filij facti sunt, cuius semini sunt vniti. Vnde & eisdem gentibus per egregium prædicatorem dicitur: Si autem vos Christi, ergo *Gala. 3.* Abrahæ semen estis. Si igitur nos per fidem Christi, Abrahæ iam semen existimus, Iudæi propter perfidiam Abrahę filij esse desierunt. Quia vero in illo tremendi examinis die, pa-

E rentes boni malis filiis prodesse non possint: testatur prophe-

Ezech. 14. ta qui dicit: Noe Daniel & Iob si fuerint in medio eorum, viuo ego dicit dominus deus, quia filium & filiam non liberabunt: sed ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas. Et rursum, quia boni filij nihil malis parentibus prosint, sed ad reatum potius malorum parentum proficiat bonitas filiorum, ipsa per se veritas non credentibus Iudæis dicit: Si ego in Beelzebub eiici *Luc. 11.* dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Sequitur: Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis enim arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.) Arbor huius mundi est vniuersum genus humanum. Securis verò est redemptor noster, qui ve-

Redemptor noster dicitur securis. lut ex manubrio & ferro tenetur ex humanitate, sed incidit ex diuinitate. Quæ videlicet securis iam ad radicem arboris posita est, quia etsi per patientiam expectat, videtur tamen quid facturā est. Omnis enim arbor non faciens fructum bonum, excide-

Arbor non faciens fructū in ignē mittetur. tur, & in ignem mittetur, quia vnusquisque peruersus paratam citius gehennæ concremationem inuenit, qui hic fructum boni operis facere contemnit. Et notandum quòd securim non iuxta ramos positam, sed ad radicem dicit: Cùm enim malorum filij tolluntur, quid aliud quàm rami infructuosæ arboris abscinduntur? Cùm verò tota simul progenies cum parente tollitur: infructuosa arbor à radice abscissa est, ne iam remaneat, vnde praua iterum soboles succrescant. In quibus Ioannis Baptistæ verbis constat quòd audientium corda turbata sunt, cum protinus F subinfertur: Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus?) Perculsæ enim terrore fuerant, quæ consiliū quærebant. Sequitur: Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat.) Per hoc quòd tunica plus est necessaria vsui nostro quàm palliū, ad fructum dignum pœnitentiæ pertinet, vt non solum exteriora quæque & minus necessaria: sed ipsa valde nobis necessaria diuidere cum proximis debeamus, scilicet vel escam qua carnaliter viuimus, vel tunicam qua vestimur. Quia enim in lege scriptum est: Diliges proximum tuum sicut teipsum, minus proximum amare conuincitur, qui non cum eo in necessitate *Matth. 22. & Leui. 19* illius etiam ea quæ sibi sunt necessaria partitur. Idcirco ergo de diuidendis cum proximo duabus tunicis datur præceptum, quia hoc de vna dici non potuit, quoniam si vna diuidatur, nemo vestitur. In dimidia quippe tunica & nudus remanet qui accipit, & nudus qui dedit. Inter hoc autem sciendum est quantum misericordiæ opera valeant, cùm ad fructus dignos pœnitentiæ ipsa præ cæteris præcipiuntur. Hinc etiam per semetipsam veritas dicit: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vo- *Lucæ. 11.* bis. Hinc rursus ait: Date & dabitur vobis. Hinc scriptum est: *Lucæ. 6.* Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. *Eccli. 3.* Hinc iterum dicitur: Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & *Eccli. 29.* hæc pro te exorabit. Hinc bonus pater innocentē filiū admonet, *Eccli. 29.* dicens:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tob.4. dicens: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum fue
G rit, etiam exiguum libenter ſtude impartiri. Vt autem quanta eſſet virtus in continentia & ſuſceptione indigentium, redemptor noſter oſtenderet, dicit: Qui recipit prophetam in nomine
Matth. 10. prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedē iuſti accipiet. In quibus verbis notandum eſt: quia non ait mercedem de propheta, vel mercedem de iuſto, ſed mercedem prophetæ, atque mercedem iuſti accipiet.

Mercedem pphetæ & mercedē de propheta recipere differunt. Aliud eſt enim merces de propheta, aliud merces prophetæ: atque aliud merces de iuſto, aliud merces iuſti. Quid eſt enim dicere, mercedem prophetæ accipiet: niſi quia is qui prophetam ſua largitate ſuſtentat, quamuis ipſe prophetiam non habeat, apud omnipotentem tamen dominum prophetiæ præmia habebit? Iſte enim fortaſſe iuſtus eſt, & quanto in hoc mundo nihil poſsidet, tanto loquendi pro iuſtitia fiduciam maiorem habet. Hunc dum ille ſuſtentat, qui in hoc mundo aliquid poſsidet, & fortaſſe adhuc pro iuſtitia loqui liberè non præſumit, iuſtitiæ illius libertatem ſibi participem facit, vt cum eo pariter iuſtitiæ

Corpus ſi nō reficitur, vox ipſa ſubtrahitur Epiſtola Ioan.3. præmia recipiat, quem ſuſtentando adiuuit, quatenus eandem iuſtitiam liberè loqui potuiſſet. Ille enim prophetiæ ſpiritu plenus eſt, ſed tamen corporeo eget alimento. Et ſi corpus non reficitur, certum eſt quòd vox ipſa ſubtrahatur. Qui ergo alimētum prophetæ propter hoc quòd propheta eſt tribuit, prophetiæ illius vires ad loquendum dedit. Cum propheta ergo mercedem prophetæ recipiet: qui etſi ſpiritu prophetiæ plenus non
H fuit, hoc tamen ante dei oculos exhibuit, quod adiuuit. Hinc eſt quòd de quibuſdam peregrinantibus fratribus Caio per Ioannē dicitur: Pro nomine enim Chriſti profecti ſunt, nihil accipientes à gentilibus. Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi, vt cooperatores ſimus veritatis. Qui enim ſpiritalia dona habētibus,

Dona ſpiritalia percipiuntur à paucis. temporalia ſubſidia tribuit, in ipſis donis ſpiritalibus cooperator exiſtit. Nam cū pauci ſint, qui ſpiritalia dona percipiunt, & multi qui rebus temporalibus abundant, per hoc ſe diuites virtutibus pauperum inſerunt: quo eiſdem ſanctis pauperibus de ſuis diuitiis ſolatiantur. Vnde cum per Eſaiæ vocem: derelictæ dominus gentilitati, id eſt, ſanctæ Eccleſiæ ſpiritualium virtutum merita, tanquam deſerto arbuſta promitteret, vlmum quoque pariter promiſit, dicens: Ponam deſertum in ſtagna aquarum,
Eſaiæ.41. & terram inuiam in riuos aquarum: dabo in ſolitudine cedrum, & ſpinam: myrtum, & lignum oliuæ: ponam in deſerto abietem, vlmum & buxum ſimul, vt videant & ſciant & recogitent & intelligant pariter. Deſertum quippe dominus in ſtagna a-

Deſertū dominus ſtagna aquarum poſuit. quarum poſuit, & terram inuiam in riuos aquarum, quia gentilitati quę prius per ariditatem mentis, nullos bonorum operum fructus ferebat, fluenta ſanctæ prædicationis dedit: & ipſa ad quam prius pro aſperitate ſuæ ſiccitatis, via prædicatoribus non patebat, doctrinæ poſtmodum riuos emanauit. Cui adhuc ex
I magno munere promittitur, Dabo in ſolitudine cedrum & ſpinam. Cedrum, quia magni odoris eſt, atque imputribilis naturæ, iure accipimus in promiſsione. De ſpina verò cum peccanti homini dictum ſit: Terra tua ſpinas & tribulos germina-
Gene.3. bit tibi, quid mirum ſi ſanctæ Eccleſiæ illud promittitur, quod peccanti homini pro pœna multiplicatur? Sed cedri ſignantur

Cedri quos ſignat. 2.Cor.2. nomine, hi qui virtutes & ſigna exhibent in ſua operatione: qui dicere cum Paulo valent: Chriſti bonus odor ſumus deo. Quorum corda ita in æterno amore ſolidata ſunt, vt eadem iam terreni amoris putredo nulla corrumpat. Per ſpinam vero ſignati

Prædicatores poſſunt ſpinæ dici. ſunt doctrinæ ſpiritalis viri, qui dum de peccatis ac virtutibus differunt, & modo æterna ſupplicia minantur, modo cœleſtis regni gaudia promittunt, corda audientium pungunt, ſicque mentem dolore compunctionis perforant, vt ab eorum oculis quaſi quidam ſanguis animæ, lachrymæ decurrant. Myrtus verò temperatiuæ virtutis eſt, ita vt diſſoluta membra temperando conſtringat. Qui itaque per myrtum, niſi hi ſignati ſunt, qui afflictionibus proximorum compati ſciunt, eorūmque tribulationem per compaſsionem temperant? iuxta hoc
2.Corin.1. quod ſcriptum eſt: Gratias autem deo, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, vt poſsimus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt. Qui dum afflictis proximis verbum vel opem conſolationis ferunt, eos proculdubio ad ſtatum rectitudinis reſtringunt, ne immoderata tribulatione in deſperationem

Oliua miſe ſoluantur. Quos autem per oliuam, niſi miſericordes accipimus?

Quia & Græcè eleos miſericordia vocatur, & quaſi oliuę liquor, ante omnipotentis dei oculos, miſericordiæ fructus lucet. Cui adhuc in promiſsione ſubiungitur: Ponam in deſerto abietem, vlmum & buxum ſimul. Qui per abietem, quæ valde creſcendo ad aëris alta ſuſtollitur, niſi hi deſignati ſunt, qui intra ſanctam Eccleſiam adhuc in terrenis corporibus poſiti, iam cœleſtia contemplantur? Et quamuis naſcendo de terra exierunt: contemplando tamen iam iuxta æthera verticem mentis extollunt. Et quid per vlmum niſi ſecularium mentes expreſſæ ſunt? Quæ dum terrenis adhuc curis inſeruiunt, nullum virtutum ſpiritalium fructum ferunt? Sed etſi fructum proprium vlmus non habet, portare tamen vitam cum fructu ſolet, quia & ſeculares viri intra ſanctam Eccleſiam quamuis ſpiritalium virtutum dona nō habeant, dum tamen ſanctos viros donis ſpiritalibus plenos ſua largitate ſuſtentant, quid aliud quàm vitem cum botris portant? Buxus autem quos alios deſignat, quæ in altum non proficit, & quamuis fructum non habeat, viriditatem tamen habet, niſi eos qui intra ſanctam Eccleſiam adhuc ex ætatis infirmitate bona opera ferre non valent, ſed tamen parentum fidelium credulitatem ſequentes, fidem perpetuæ viriditatis tenent? Poſt quæ omnia aptè ſubiungitur. Vt videant & ſciant & recogitent & intelligant pariter. Ad hoc enim cedrus in Eccleſia ponitur, vt quiſquis à proximo odorem virtutum ſpiritalium trahit, ipſe quoque in terrenæ * vitæ dilectione non torpeat, * interne.
ſed ad bonorum cœleſtium deſideria igneſcat. Ad hoc ſpina L
ponitur, vt qui prædicationis eius verbo compunctus fuerit, ipſe quoque exemplo illius diſcat corda ſequentium prædicationis verbo compungere. Ad hoc myrtus ponitur, vt qui in ardore tribulationis ab ore vel opere proximi compatientis, temperamentum conſolationis acceperit, ipſe etiam diſcat quemadmodum afflictis proximis ſuæ conſolationis temperamentum proferat. Ad hoc oliua ponitur, vt qui alienæ miſericordiæ opera cognoſcit, diſcat quemadmodum debeat indigenti proximo & ipſe miſereri. Ad hoc abies ponitur, vt quiſquis vim contemplationis eius agnouerit, ipſe quoque ad contemplanda æterna præmia ſuccendatur. Ad hoc vlmus ponitur, vt quiſquis intuetur eum qui habere virtutum fructum ſpiritalium non valet, ſed tamen eos qui ſpiritalibus donis pleni ſunt ſuſtentat, ipſe quoque ſanctorum vitæ, quanta valet largitate inſeruiat, & cœleſtium bonorum botros quos gignendo non valet, ſuſtinendo ferat. Ad hoc buxus ponitur, vt qui habere multos adhuc in infirmitate poſitos veræ fidei viriditatem conſiderat, etiam eſſe ipſe infidelis erubeſcat. Bene ergo deſcriptis prius arboribus, dicitur: Vt videant & ſciant, & recogitent, & intelligant. Vbi & aptè ſubiungitur, pariter, quia cum intra ſanctam Eccleſiam diuerſi hominum mores, diuerſi ſunt ordines, M
neceſſe eſt vt omnes ſimul diſcant, dum in ea ſpiritales viri diuerſæ qualitatis, ætatis, & ordinis ad imitandum ſimul videntur. Sed ecce nos dum monſtrare vlmum quærimus, per multa arbuſta longius euagati ſumus. Ad hoc itaque propter quod prophetæ teſtimonium protulimus, reuertamur. Qui recipit *Matth.10.*
prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, quia etſi fructum vlmus non habet, vitem tamen cum fructibus portans, hæc ipſa ſua efficit, quæ bene ſuſtentat aliena. Quia verò ad magna nos opera Ioannes admonet, dicens: Facite fructus dignos pœnitentiæ.) & rurſus: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat:) iam patenter datur intelligi quid eſt quod veritas dicit: A die- *Matth.11.*
bus Ioannis Baptiſtæ vſque nunc regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Quæ ſupernæ verba ſententiæ nobis ſunt magnopere perſcrutanda. Nam quærendum eſt, quomodo vim perpeti regnum cœlorum poſsit. Quis enim cœlo violentiam irrogat? Et rurſum quærendum eſt, ſi pati vim regnum cœlorum poteſt, & violēti rapiunt illud, cur eandem vim à diebus Ioannis Baptiſtæ, & nō etiam ante pertulerit? Sed cùm lex dicat: Si quis hæc vel illa fecerit, morte moriatur, cunctis legentibus liquet, quia peccatores quoſque pœna ſuæ ſeueritatis perculit, non autem pœnitentiam ad vitam reduxit. Cum verò Ioannes Baptiſta, redemptoris gratiam præcurrens, pœnitentiam prædicat, vt peccator qui ex culpa mortuus eſt, per conuerſionem viuat, profectò à diebus Ioannis Baptiſtæ regnum cœlorum vim patitur. Quid eſt autem regnum *Regnū cœlorum*

cœlorum, nisi locus iustorum? Solis enim iustis cœlestis patriæ præmia debẽtur, vt humiles, casti, mites atq; misericordes ad gaudia superna perueniãt. Cum verò quis vel superbia tumidus, vel carnis facinore pollutus, vel iracundia accensus, vel crudelitate impius, post culpas ad pœnitentiam redit, & vitam æternam percipit, quasi in locum peccator intrat alienum. A diebus ergo Ioannis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiũt illud, quia qui pœnitentiam peccatoribus indixit, quid aliud quàm regno cœlorum fieri violentiam docuit? Recogitemus ergo fratres charissimi, mala quæ fecimus, & nosmetipsos assiduis lamentis atteramus. Hæreditatem iustorum quam non tenuimus per vitam, rapiamus per pœnitentiam. Vult à nobis omnipotens deus talem violentiam perpeti. Nam regnum cœlorum rapi vult nostris fletibus, quod nostris meritis non debetur. Ab spei ergo certitudine nulla nos malorum nostrorum qualitas, nulla quantitas frangat. Præstat magnam veniæ fiduciam latro ille venerabilis, qui non inde venerabilis, vnde latro: nam latro ex crudelitate, venerabilis ex confessione. Cogitate rogo, cogitate quàm sint incomprehensibilia in omnipotenti deo misericordiæ viscera. Latro iste cruentis manibus, abstractus à facie itineris, suspensus est in patibulo crucis, ibi confessus, ibi sanatus est, ibi audire meruit: Hodie mecũ eris in paradiso. Quid est hoc? Quis tantam bonitatem dei dicere, quis æstimare sufficiat? De ipsa pœna criminis peruenit ad præmia virtutis. Idcirco autem omnipotens deus electos suos in quibusdam lapsibus cadere permisit, vt aliis in culpa iacentibus, si toto ad eum corde consurgant, spem veniæ redderet, & eis per lamenta pœnitentiæ iam cœlestem patriam * aperiret. Exerceamus ergo nosmetipsos in lamentis, exting uamus fletibus & dignis pœnitentiæ fructibus culpas quas fecimus, ad veniam tempora nobis indulta non pereant, quia qui multos à suis iniquitatibus iam sanatos aspicimus, quid aliud quàm supernæ misericordiæ pignus tenemus? Adiuuat ipse quẽ amamus Iesus Christus deus dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Violenti rapiunt cœlum.

Latro bonus magnã fiduciam præstat peccatoribus veniæ.

Luc. 23.

Deus quare loque suos electos labi permittit.

**iam pie latis.*

Finis primæ partis homiliarum beati Gregorij. Initium secundæ.

Lectio sancti Euangelij secundum Marcum.

Marc. 16.

IN illo tempore. Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata: vt venientes vngerent Iesum. Et valde manè vna sabbatorum veniunt ad monumentum, orto iam sole. Et dicebãt ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumenti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, & obstupuerunt. Qui dixit illis, Nolite expauescere. Iesum quæritis Nazarænum crucifixum. Surrexit, non est hîc. Ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galileam. Ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beatæ Mariæ, die sancto Paschæ.

Homilia. XXI.

MVltis vobis lectionibus fratres charissimi, per dictatum loqui consueui, sed quia lassescente stomacho, ea quæ dictaueram, legere ipse non possum, & quosdam vestrum minus libenter audientes intueor: vnde nunc à memetipso exigere contra morem volo, vt inter sacra missarum solẽnia, lectionem sancti Euangelij non dictando, sed colloquendo edisseram. Sicq; excipiatur vt loquimur, quia collocutionis vox corda torpentia plusquam sermo lectionis excitat, & quasi quadam manu sollicitudinis vt euigilent, pulsat. Et quidem ad hoc opus me sufficere posse non video, sed tamẽ vires quas imperitia denegat, charitas ministrat. Scio nanque qui dixit: Aperi os tuũ: & ego adimplebo illud. Bonum ergo opus nobis in volũtate sit. Nam ex diuino adiutorio erit in perfectione. Dat loquendi ausum ipsa etiam resurrectionis dominicæ tanta solennitas, quia & indignum valde est vt eo die laudes debitas taceat lingua carnis: quo videlicet die caro resurrexit auctoris. Audistis fratres charissimi quòd sanctæ mulieres quæ dominum fuerant secutæ, cũ aromatibus ad monumentum venerunt, & ei quem viuentem dilexerant, etiam mortuo, studio humanitatis obsequuntur. Sed res gesta, aliquid in sancta Ecclesia signat gerendum. Sic quippe necesse est vt audiamus quæ facta sunt, quatenus cogitemus etiam quæ nobis sint ex eorum imitatione facienda. Et nos ergo in eũ qui est mortuus credẽtes, si odore virtutũ referti, cum opinione bonorum operum dominum quærimus, ad monumentum profecto illius cum aromatibus venimus. Illæ autem mulieres angelos vident, quæ cum aromatibus venerunt: quia videlicet illæ mentes supernos ciues aspiciunt, quæ cum virtutum odorib' ad dominum per sancta desideria proficiscuntur. Notandum verò nobis est quidnam sit quòd in dextris sedere angelus cernitur. Quid nanque per siniſtrã, nisi vita presens, quid verò per dextrã, nisi perpetua vita designatur? Vnde in Canticis Canticorum scriptum est: Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me, quia ergo redemptor noster iam præsentis vitæ corruptionem transierat, rectè angelus qui nunciare perennem eius vitam venerat, in dextera sedebat. Qui stola candida coopertus apparuit, quia festiuitatis nostræ gaudia nunciauit. Candor etenim vestis, splendorem nostræ denunciat solẽnitatis. Nostræ dicam', an suæ? Sed vt fateamur verius, & suæ dicamus & nostræ. Illa quippe redemptoris nostri resurrectio, & nostra festiuitas fuit, quia nos ad immortalitatem reduxit, & angelorum festiuitas extitit, quia nos reuocando ad cœlestia, eorum numerum implebuit. In sua ergo ac nostra festiuitate angelus in albis vestibus apparuit: quia dum nos per resurrectionem dominicam ad superna reducimur, cœlestis patriæ damna reparantur. Sed quid aduenientes fœminas affatur, audiamus: Nolite expauescere.) Ac si apertè dicat: Paueant illi qui non amant aduentum supernorum ciuium. Pertimescant qui carnalibus desideriis pressi, ad eorum se societatem pertingere posse desperant. Vos autem cur pertimescitis, quæ vestros conciues videtis? Vnde & Matthæus angelum apparuisse describens, ait: Erat aspectus eius sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix. In fulgure etenim terror timoris est, in niue autem blandimentum candoris. Quia vero omnipotens deus & terribilis peccatoribus, & blandus est iustis: rectè testis resurrectionis eius angelus, & in fulgure vultus, & in candore habitus demonstratur, vt de ipsa sua specie & terreret reprobos, & mulceret pios. Vnde rectè quoque populum per deserta gradientem, columna ignis in nocte, & columna nubis præibat in die. In igne enim terror est, in nube autem visionis blandimentum: dies vero vita iusti: & nox accipitur vita peccatoris. Vnde & conuersis peccatoribus Paulus dicit: Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. In die ergo per nubem columna monstrata est, & in nocte per ignem: quia omnipotens deus & blandus iustis, & terribilis apparebit iniustis. Istos in iudicio veniens per lenitatis manſuetudinem demulcet: illos vero per iustitiæ districtionem terret. Sed iam quid angelus subiungat, audiamus. Iesum quæritis Nazarenum.) Iesus Latino eloquio salutaris, id est, saluator interpretatur. At verò multi tunc Iesus dici poterant: non tamen substantialiter, sed nuncupatiuè. Ideo & locus subiungitur, vt de quo Iesu dictum sit manifestetur: Nazarenum. Et causam protinus subdidit: Crucifixum. Atque addidit: Surrexit: non est hic.) Non est hic dicitur, per præsentiam carnis, qui tamen nusquam deerat per præsentiam maiestatis. Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, quia præcedit vos in Galilæam.) Quærendum nobis est cur nominatis discipulis, Petrus designatur ex nomine. Sed si hunc angelus nominatim non exprimeret, qui magistrum negauerat: venire inter discipulos non auderet. Vocatur ergo ex nomine, ne desperaret ex negatione. Qua in re considerandum

Vox plus excitat q̃ lectio. Psal. 80.

Mulieres dominũ viderunt, quæ cum aromatibus venerunt. Cant. 2.

Resurrectio redẽptoris fuit festiuitas Christiãnorum & angelorum.

Matth. 28.

Columna ignis & nubis quare populum If raelitic m præibat. Ephes. 5.

Deus est vbique per præsentiam maiestatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Grandum nobis est, cur omnipotens deus eum quem cunctæ Ecclesiæ præferre disposuerat, ancillæ vocem pertimescere, & se ipsum negare permisit. Quod nimirum magnæ actum esse pietatis dispensatione cognoscimus, vt is qui futurus erat pastor Ecclesiæ: in sua culpa disceret, qualiter aliis misereri debuisset. Prius itaque eum ostendit sibi: & tunc præposuit cæteris, vt ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer alienam infirma toleraret. Bene autem de redemptore nostro dicitur: Præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.) Galilæa nanque transmigratio facta interpretatur. Iam quippe redemptor noster à passione ad resurrectionem, à morte ad vitam, à pœna ad gloriam, à corruptione ad incorruptionem transmigrauerat. Et prius post resurrectionem in Galilæa bene à discipulis videtur: quia resurrectionis eius gloriam pòst læti videbimus, si modo à vitiis ad virtutum celsitudinem transmigramus. Qui ergo in sepulchro nunciatur, in tranſmigratione ostenditur: quia is qui in mortificatione carnis agnoscitur, in trãsmigratione mentis videtur. Hæc fratres charissimi pro tanta diei solennitate, de lectionis Euangelicæ expositione transcurrimus, sed libet vt de hac eadem solennitate aliquid subtilius loquamur. Duæ etenim vitæ erant, quarum vnam nouimus, alteram nesciebamus. Vna quippe mortalis est, altera immortalis, Vna corruptionis, altera incorruptionis. Vna mortis, altera resurrectionis. Sed venit mediator dei & hominum homo Christus Iesus: suscepit vnam, & ostẽdit alteram. Vnam pertulit moriendo, & ostendit alteram resurgendo. Si ergo nobis mortalem vitam scientibus, resurrectionem promitteret carnis, & tamen hanc visibiliter non exhiberet: quis eius promissionibus crederet? Factus iaque homo apparuit in carne, mori dignatus est ex voluntate: sed resurrexit ex potestate, & ostendit exemplo quod nobis promisit in præmio. Sed fortasse aliquis dicat: Iure ille surrexit, qui cùm deus esset, teneri à morte non potuit. Ad instruendam ergo ignorantiam nostram, ad roborandam infirmitatem nostram, suæ tantum resurrectionis exemplum nobis sufficere noluit. Solus in illo tempore mortuus est: & tamen solus minimè resurrexit. Nam scriptum est: Multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt. Ablata ergo sunt omnia argumenta perfidiæ. Ne quis enim dicat, sperare de se non debet homo quod in carne sua exhibuit deus homo: ecce cum deo homines resurrexisse cognoscimus, & quos puros homines fuisse non dubitamus. Si ergo membra nostri redemptoris sumus, præsumamus in nobis quod gestum constat in capite. Si multum nos abiicimus: sperare in nobis debemus nos membra vltima, quod de membris eius superioribus audiuimus. Ecce verò ad memoriam redit quod crucifixo dei filio Iudæi insultantes dicebant: Si rex Israël est, descendat de cruce: & credimus ei. Qui si de cruce tunc descenderet, nimirum insultantibus cedens, virtutem nobis patientiæ non demonstraret. Sed expectauit paululum, toleravit opprobria, irrisiones sustinuit, seruauit patientiam, distulit admirationem. Et qui de cruce descendere noluit de sepulcro surrexit. Plus igitur fuit de sepulchro surgere, quàm de cruce descendere. Plus fuit mortem resurgendo destruere, quàm vitam descendendo seruare. Sed cùm Iudæi hunc ad insultationes suas de cruce descendere minimè cernerent, cùm morientem viderent: eum se vicisse credidetunt, nomen illius se quasi extinxisse gauisi sunt. Sed ecce clarificatum de morte nomen eius per mundum creuit, ex qua hoc infidelis turba extinxisse se credidit. Et quem gaudebat occisum, dolet mortuum: quia hũc ad suam gloriam cognoscit peruenisse per pœnam. Quod bene in libro Iudicum Sampson illius facta significant, qui cùm Gazam ciuitatem Philistinorum fuisset ingressus: Philistæi ingressum eius protinus cognoscentes, ciuitatem repente obsidionibus circundederunt, custodes deputauerunt, & Sampson fortissimum se iam comprehendisse gauisi sunt. Sed quid Sampson fecit agnouimus. Media nocte portas ciuitatis abstulit, & montis verticem ascendit. Quem fratres charissimi hoc in facto, quem nisi redemptorem nostrum Sampson ille significat? Quid Gaza ciuitas, nisi infernum designat? Quid per Philistæos, nisi Iudæorum perfidia demonstratur? Qui cum mortuum dominum viderent, eiusque corpus in sepulchro iam positum, custodes illico deputauerunt, & eum qui auctor vitæ claruerat, in inferni claustris retentum, quasi Sampsonem in Gaza se deprehendisse lætati sunt. Sampson verò media nocte non solum exiit, sed etiam portas tulit, quia videlicet redemptor noster ante lucẽ resurgens, non solũ liber de inferno exiit, sed & ipsa etiam inferni claustra destruxit. Portas tulit, & montis verticem subiit, quia resurgendo claustra inferni abstulit, & ascendendo cœlorum regna penetrauit. Hanc ergo resurrectionis eius gloriam fratres charissimi quæ & prius demonstrabatur ex signo, & pòst patuit ex facto, tota mente diligamus, pro eius amore moriamur. Ecce enim in resurrectione auctoris nostri ministros eius angelos cõcives nostros agnouimus. Ad horum ergo ciuium illam frequentem solennitatem festinemus. His, cùm necdum visione possumus, desiderio & mente iungamur. Transmigremus ad virtutes de vitiis: vt in Galilæa redemptorem nostrum videre mereamur. Adiuuet omnipotens deus ad vitam desiderium nostrũ, qui pro nobis in mortem dedit vnicum filium suum dominum nostrum Iesum Christum: qui cum eo viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorum, Amen.

Petrus quare prmissus est dominũ negare.

Galilæa trãsmigratio facta interpretatur.

1. Timo. 2.

Matth. 27.

Ibidem.

Surgere de sepulchro plus fuit, quàm de cruce descẽdere.

Iudic. 16.

Sampson Christi resurrectionẽ figurauit.

Gaza ciuitas infernũ designat.

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.



IN illo tẽpore. Vna sabbati Maria Magdalene venit manè, cùm adhuc tenebræ essent, ad monumẽtum: & vidit lapidem sublatum à monumento. Cucurrit ergo & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum quem diligebat Iesus: & dixit eis: Tulerunt dominum de monumento & nescimus vbi posuerunt eum. Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus: & venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul: & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro: & venit primus ad monumentum. Et cùm se inclinasset, vidit linteamina posita: non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum: & introiuit in monumentum. Et vidit linteamina posita: & sudarium quod fuerat super caput eius: non cum linteaminibus positum: sed separatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui venerat primus ad monumentum, & vidit: & credidit. Nondum enim sciebant scripturas: quia oportebat eum à mortuis resurgere.

Ioan. 20.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beati Ioannis, quæ appellatur Constantiniana, sabbato Paschæ.

Homilia. XXII.

FRactus longa molestia stomachus, diu me charitati vestræ de lectionis Euangelicæ expositione loqui prohibuit. Vox nanque ipsa à clamoris virtute succubuit: & quia à multis audiri non valeo, loqui, fateor, inter multos erubesco. Sed hanc in me verecundiam & ipse reprehendo. Quid enim? Nunquid si multis prodesse nequeo, nec paucis curabo? Et si ex messe portare manipulos multos non possum, nunquid etiam panem debeo ad aream vacuus redire? Quamuis enim quantos debeo ferre non valeo, certè vel paucos, certè vel duos, certè vel vnum feram. Habet nanque ipsa infirmitatis intentio mercedis suæ certitudinem: quia supernus arbiter noster etsi pondus considerat in retributione, tamen vires pensat in pondere. Lectio sancti Euangelij quam modo fratres audistis, valde in superficie historica est aperta, sed eius nobis sunt mysteria sub breuitate requirenda. Maria Magdalene cum adhuc tenebræ essent, venit ad monumentum.) Iuxta historiã notatur hora: iuxta intellectũ verò mysticum requirentis signatur intelligentia. Maria etenim auctorem omnium, quem in carne viderat mortuum, quærebat in mo-

Vitium etiam parum debet ferri.

A in monumento: & quia hunc minimè inuenit, furatum credidit. Adhuc ergo erant tenebræ, cùm venit ad monumentum. Cucurrit citius, discipulis nunciauit. Sed illi præ cæteris cucurrerunt, qui præ cæteris amauerunt: videlicet Petrus & Ioannes. Currebāt autem duo simul: sed Ioannes præcucurrit citius Petro. Venit prior ad monumentum, & ingredi nō præsumpsit. Venit ergo posterior Petrus, & intrauit. Quid fratres, quid cursus significat? Nunquid nam hæc tam subtilis Euangelistæ descriptio, à mysteriis vacare credenda est? Minimè. Neque enim se Ioannes & præisse & non intrasse diceret: si in ipsa sui trepidatione mysterium defuisse credidisset. Quid ergo per Ioannem nisi synagoga, quid per Petrum nisi Ecclesia designatur? Nec mirum esse videatur quòd per iuniorem synagoga, per seniorem verò Ecclesia signari perhibetur: quia etsi ad dei cultum prior est synagoga, quàm Ecclesia gentium: ad vsum tamen seculi, prior est multitudo gentium, quàm synagoga: Paulo attestāte, qui ait: Quia non prius quod spiritale est, sed quod animale. Per seniorem ergo Petrum significatur Ecclesia gentium, per iuniorem vero Ioannem synagoga Iudæorum. Currunt ambo simul, quia ab ortus sui tempore, vsque ad occasum, pari & communi via, etsi non pari & communi sensu, gentilitas cum synagoga cucurrit. Venit synagoga prior ad monumentum, sed minimè intrauit: quia legis quidem mandata percepit, prophetias de incarnatione ac passione dominica audiuit, sed credere in mortuum noluit. Vidit enim Ioannes posita linteamina, non tamen introiuit: quia videlicet synagoga & scripturæ sacrę sacramenta cognouit: & tamen ad fidem passionis dominicæ credendo intrare B distulit. Quem diu longè lateque prophetauit, præsentem vidit, & recipere renuit. Hominem esse despexit: deum carne mortalem factum credere noluit. Quid ergo est, nisi quia & citius cucurrit, & tamen ante monumentum vacua stetit? Venit autem Simon Petrus sequens eum: & introiuit in monumentum: quia secuta posterior Ecclesia gentium, mediatorem dei & hominum hominem Iesum Christum, & cognouit carne mortuum: & viuentem credidit deum. Vidit linteamina posita: & sudarium quod fuerat super caput eius nō cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. Quid esse fratres credimus: quòd sudarium capitis domini cum linteaminibus non inuenitur in monumento: nisi quia Paulò attestante, caput Christi deus, & diuinitatis incomprehensibilia sacramenta ab infirmitatis nostræ cognitione diſiūcta sunt, eiusque potentia creaturæ transcendit naturam? Et notandum quòd non solum separatim, sed & inuolutum inueniri dicitur in vnum locum: Linteum quippe quod inuoluitur, eius nec initiū nec finis aspicitur. Rectè ergo sudariū capitis inuolutum inuentum est: quia celsitudo diuinitatis nec cœpit esse, nec definit: nec per initium nascitur, nec termino coangustatur. Bene autem additur: In vnum locum: quia in scis- C sura mentium deus non est. Deus quippe in vnitate est, & illi eius habere gratiam merentur, qui se abinuicem per sectarum scandala non diuidunt. Sed quia solet per sudarium, laborantium sudor detergi: potest etiam sudarij nomine exprimi labor dei, qui in se quidem semper quietus atque incommutabilis permanet, sed tamen laborare se denſiciat, cùm duras hominum prauitates portat. Vnde & per prophetam dicit: Laborauī sustinens. Deus autem apparuit in carne, laborauit ex nostra infirmitate. Quem laborem passionis eius dum incredduli viderunt, eum venerari noluerunt. Quem enim videbant carne mortalem, dignati sunt credere immortalem esse diuinitate. Vnde etiam Hieremias ait: Reddes eis vicem domine, iuxta opera manuum suarum: dabis eis scutū cordis laborem tuum. Ne enim prædicationis spicula eorum corda penetrarent, dum passionis eius laborē dedignati sunt: quasi eundem laborē illius pro scuto tenuerunt: vt eo ad se transire eius verba non permitterent, quo eum laborare vsque ad mortem viderunt. Quid autem nos nisi nostri capitis: id est, dei membra sumus? Per linteamina itaque corporis, laborum ligamenta signantur, quæ nunc electos omnes: id est, eius membra constringunt. Sudarium ergo quod super caput eius fuerat, seorsum inuenitur: quia ipsa redemptoris nostri passio longè à nostra passione diſiūcta est: quoniā ipse sine culpa pertulit, quod nos cum culpa toleramus. Ipse sponte morti succumbere vo- D luit, ad quam nos venimus inuiti. Sequitur: Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui venerat prior ad monumentū.) Postquam intrauit Petrus, ingressus est & Ioannes. Posterior intrauit: qui prior venerat. Notandum * fratres est quòd in fine mundi ad redemptoris fidem etiam Iudæa colligetur, Paulo attestante, qui ait: Donec plenitudo gentium intraret: & sic omnis Israël saluus fieret. Et vidit, & credidit.) Quid fratres, quid æstimandus est credidisse? Nunquid quia dominus resurrexerat, quem quærebant? Non vtique: quia adhuc tenebræ erant ad monumentum, & subiuncta quoque verba contradicunt, cùm dicitur: Nondum enim sciebant scripturas, quia oporteret eum à mortuis resurgere. Quid ergo vidit, & quid credidit? Vidit linteamina posita, & credidit quod mulier dixerat, de monumēto dominum fuisse sublatum. Qua in re diuinæ dispensationis magnitudo pensanda est: quòd discipulorum corda & accenduntur vt quærant, & differuntur ne inueniant, quatenus infirmitas animi ipso suo mœrore cruciata, & purgatior ad inueniendum fiat: & tanto validius teneat cū inuenerit, quanto tardius inuenit quod quærebat. Hæc sub breuitate fratres charissimi de Euangelica lectione trāscurrimus: nunc restat vt de ipsa tantę solennitatis nobilitate aliquid loquamur. Hanc enim rectè nobilitatem solennitatis dicā: quia *Paschalis solēnitas cæteras antecedit. Sicut enim in sacro eloquio, sancta sanctorum, vel Cantica canticorum, pro sui magnitudine dicuntur: ita hæc festiuitas rectè dici potest solennitas solennitatum. Ex hac quippe solennitate exemplum nobis resurrectionis datum est, spes cœlestis patriæ aperta: & facta su- E perni regni iamiam præsumptibilis gloria. Per hanc electi, qui quanuis in tranquillitatis sinu, tamen apud inferni claustra tenebantur, ad paradisi amœna reducti sunt. Quod ante passionem dixit, in resurrectione sua dominus impleuit: Si exaltatus fuero, inquit, à terra: omnia traham ad me. Omnia etenim traxit, qui de electis suis apud inferos nullum reliquit. Omnia abstulit, vtique electa. Neque etenim infideles quosque & pro suis criminibus æternis suppliciis deditos, ad veniam dominus resurgendo reparauit, sed illos ex inferni claustris rapuit, quos suos in fide & actibus recognouit. Vndè rectè etiam per Osee dicit: Ero mors tua ô mors: ero morsus tuus inferne. Id nanque quod occidimus, agimus vt penitus non sit. Ex eo etenim quod mordemus, partem abstrahimus, partemque relinquimus. Quia ergo in electis suis funditus occidit mortem, mors mortis extitit. Quia verò ex inferno partem abstulit, & partem reliquit, non occidit funditus, sed momordit infernum. Ait ergo: Ero mors tua ô mors. Ac si apertè dicat: Quia in electis meis te funditus perimo: ero mors tua. Ero morsus tuus inferne, quia sublatis eis, te ex parte transfigo. Quæ est ergo ista solennitas, quæ inferni claustra destruxit: & ianuas nobis regni cœlestis aperuit? Inquiramus subtilius nomen eius. Requiratur egregius prædicator. Vi- F deamus quid de eius æstimatione denuncier. Ait enim: Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Si ergo pascha Christus: pensandum nobis est quid de pascha, lex loquitur: vt indagemus subtilius an de Christo dicta videantur. Moyses quippe ait: Sument de sanguine agni, ac ponent super vtrunque postem, & in superliminaribus domorum in quibus comedent illum: & edent carnes nocte illa assas igni: & azymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua: sed assum tantum igni. Caput cum pedibus eius & intestinis vorabitis: nec remanebit ex eo quicquam vsque manè. Si quid residuum fuerit, igne comburetis. Vbi & additur: Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis, calciamenta habebitis in pedibus vestris, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinantes. Quæ videlicet cuncta magnam nobis ædificationem pariunt, si fuerint mystica interpretatione discussa. Quid nanque sit sanguis agni, non iam audiendo, sed bibendo didicistis. Qui sanguis super vtrunque postem ponitur: quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. In vtroque etenim poste sanguis agni est positus, quando sacramentum passionis illius cum ore ad redemptionem sumitur, ad imitationē quoque intenta mente cogitatur. Nam qui sic redemptoris sui

*Notum.

Rom.11.

1.Corin.15.

Hier.6.

Thren.3.

Exod.12.

Agni paschalis cōfessio.

Oseæ.13. Christus fuit mors mortis, & morsus inferni.

G sanguinem accipit: vt imitari passionem illius necdum velit, in vno poste sanguinem posuit, qui etiam in superliminaribus domorum ponendus est. Quid enim spiritaliter domus, nisi mentes nostras accipimus, in quibus per cogitationem inhabitamus? Cuius domus superliminare est ipsa intentio, quæ præeminet actioni. Qui ergo intẽtionem cogitationis suæ ad imitationem dominicæ passionis dirigit in superliminari domus, agni sanguinem ponit. Vel certè domus nostræ, ipsa sunt corpora, in quibus quousque viuimus habitamus. Et in superliminari domus agni sanguinem ponimus: quia crucem passionis illius in fronte portamus. De quo adhuc agno subditur: Et edent carnes nocte illa assas igni. In nocte quippe agnum comedimus, quia in sacramento modo dominicum corpus accipimus: quando adhuc adinuicem nostras conscientias non videmus. Quæ tamen carnes igni assandæ sunt: quia nimirum dissoluit ignis carnes quas aqua coxerit, quas verò ignis sine aqua excoquit, roborat. Carnes itaque agni nostri ignis excoxit, quia eum ipsa vis passionis illius ad resurrectionem valentiorem reddidit, atque ad incorruptionem roborauit. Qui enim ex morte conualuit, videlicet carnes illius ab igne durerũt. Vnde etiam per Psalmistam dicit: Exaruit velut testa virtus mea. Quid nanque est testa ante ignem, nisi molle lutum? Sed ei ex igne agitur, vt solidetur. Virtus ergo humanitatis eius velut testa exaruit: quia ab igne passionis, ad virtutẽ incorruptionis creuit, sed sola redẽptoris nostri percepta sacramẽta

H ad veram solennitatem mentis non sufficiunt, nisi eis quoque & bona opera iungantur. Quid enim prodest corpus & sanguinem illius ore percipere, & ei peruersis moribus contraire? Vnde bene adhuc ad comedendum subditur: Et azymos panes cum lactucis agrestibus. Panes quippe sine fermento comedit, qui recta opera sine corruptione vanæ gloriæ exercet: qui mandata misericordiæ sine admixtione peccati exhibet: ne peruersè diripiat, quod quasi rectè dispensat. Hoc quoque peccati fermentum bonæ suæ actioni miscuerant, quibus prophetæ voce per increpationem dominus dicebat: Venite ad Bethel, & impiè agite. Atque post pauca: Et sacrificate de fermentato laudẽ. De fermentato nanque laudem immolat, qui deo sacrificium de rapina parat. Lactucæ verò agrestes valde amaræ sunt. Carnes ergo agni cum lactucis agrestibus sunt edendæ, vt cùm corpus redemptoris accipimus, nos pro peccatis nostris in fletibus affligamus, quatenus ipsa amaritudo pœnitentiæ abstergat à mentis stomacho peruersæ humorem vitæ. Vbi & subditur: Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua. Ecce iam nos ipsa verba historiæ ab intellectu historico repellunt. Nunquid fratres charissimi, Israëliticus ille populus in Aegypto constitutus, comedere agnum crudum consueuerat: vt ei lex dicat: Non comedetis ex eo crudum

I quid? Vbi & additur: nec coctum aqua. Sed quid aqua, nisi humanam scientiam designat? iuxta hoc quod per Salomonem sub hæreticorum voce dicitur: Aquæ furtiuæ, dulciores sunt. Quid crudæ agni carnes, nisi inconsideratam ac sine reuerentia cogitationis relictam illius humanitatem significant? Omne enim quod subtiliter cogitamus, quasi mẽte coquimus. Sed agni caro nec cruda edenda est, nec aqua cocta: quia redemptor noster nec purus homo estimandus est, neque per humanam sapientiam, qualiter incarnari deus potuit, cogitandus. Omnis enim qui redemptorem nostrum purum hominẽ credit: quid iste aliud quàm agni carnes crudas comedit, quas videlicet coquere per diuinitatis eius intelligentiam noluit? Omnis verò qui incarnationis eius mysteria iuxta humanam sapientiam discutere conatur, carnes agni aqua vult coquere, id est dispensationis eius mysterium per dissolutam vult scientiam penetrare. Qui ergo paschalis gaudij solennitatem celebrare desiderat, agnum nec aqua coquat, nec crudum comedat: vt neque per humanam sapientiam, profunditatem illius incarnationis penetrare appetat: neque in eum tãquam in hominem purum credat, sed assas igni carnes comedat, vt dispensari omnia per sancti spiritus potentiam sciat. De quo adhuc rectè subiungitur: Caput cùm pedibus & intestinis vorabitis. Sicut iam prædiximus fratres, Paulo attestãte didicimus, quòd caput Christi deus est: quia redemptor noster est α & ω: deus videlicet ante secula: & homo in fine seculorum. Caput ergo agni vorare, est diuinitatem illius fide percipere. Pedes verò a- K
gni vorare, est vestigia humanitatis eius amando & imitando perquirere. Quid verò sunt intestina, nisi verborum illius occulta & mystica mãdata? Quæ tunc voramus, cùm verba vitæ cum auiditate sumimus. In quo deuorationis verbo quid aliud quàm pigritiæ nostræ torpor reprehenditur? qui eius verba ac mysteria, & per nosmetipsos non requirimus, & dicta ab aliis audimus inuiti. Non remanebit ex eo quicquam vsque manè, quia eius dicta magna sunt sollicitudine discutienda, quatenus prius quàm dies resurrectionis appareat, in hac præsentis vitæ nocte, omnia illius mandata intelligendo & operando penetrentur. Sed quia valde difficile est vt omne sacrum eloquium possit intelligi, & omne eius mysterium penetrari, rectè subiungitur: Si quid autem remãserit, igne comburetis. Quod ex agno remanet, igne comburimus: quãdo hoc quod de mysterio incarnationis eius intelligere & penetrare non possumus, potestati sancti spiritus humiliter reseruamus: vt non superbè quis audeat vel contemnere vel denunciare quod non intelligit: sed hoc igni tradit, cùm sancto spiritui reseruat. Quia qualiter edendum sit pascha cognouimus, nunc à qualibus edi debeat, agnoscamus. Sequitur: Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis. Quid in renibus, nisi delectatio carnis accipitur? Vnde & Psalmista postulat, dicens: Vre renes meos. Si enim voluptatẽ libidinis in renibus esse nesciret, eos vri minimè petisset. Vnde quia potestas diaboli in humano L
genere maximè per luxuriam præualuit, de illo voce dominica dicitur: Potestas eius in lumbis eius. Qui ergo pascha comedit, habere renes accinctos debet, vt qui solennitatem resurrectionis atque incorruptionis agit, corruptioni iam per vitia nulla subiaceat, voluptates edomet, carnem à luxuria restringat. Neque enim cognouit quæ sit solẽnitas incorruptionis, qui adhuc per incontinentiam corruptioni subiacet. Hæc quibusdã dura sunt, sed angusta porta est quæ ducit ad vitam. Et habemus iam multa exempla cõtinentium. Vnde bene adhuc subditur: Calciamenta habebitis in pedibus.) Qui sunt etenim pedes nostri, nisi opera? quid verò calciamenta, nisi pelles mortuorum animalium? Calciamenta autem pedes munuunt. Quæ verò sunt mortua animalia, ex quorum pellibus nostri muniũtur pedes, nisi antiqui patres, qui nos ad æternam patriam præcesserunt? Quorum dum exempla conspicimus, nostri operis pedes munimus. Calciamenta ergo in pedibus habere, est mortuorum vitam conspicere, & nostra vestigia à peccati vulnere custodire. Tenẽtes baculos in manibus. Quid lex per baculum, nisi pastoralem custodiam designat? Et notandum quòd prius præcipimur renes accingere, postmodum baculos tenere: quia illi debent curam pastoralem suscipere, M
qui iam in suo corpore sciunt fluxa luxuriæ domare: vt cùm aliis fortia prædicant, ipsi desideriis mollibus eneruiter nõ succumbant. Bene autem subditur: Et comedetis festinãtes. Notate charissimi fratres, notate quòd dicitur, festinantes. Mandata dei, mysteria redemptoris, cœlestis patriæ gaudia, cum festinatione cognoscite, & præcepta vitæ cum festinatione implere curate. Quia enim adhuc hodie licet bene agere, scimus: vtrum cras liceat, ignoramus. Festinantes ergo pascha comedite, id est ad solennitatem patriæ cœlestis anhelate. Nemo in huius vitæ itinere torpeat, ne in patria locum perdat. Nemo moras ad appetenda *studia innectat, sed cœpta perficiat, ne minimè liceat implere quod inchoat. Si ad amorem dei pigri non sumus, adiuuat ipse quem amamus Iesus Christus dominus noster: qui viuit & regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus, Per omnia secula seculorum. Amen.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore. Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorũ sexaginta ab Hierusalem, nomine Emaus: & ipsi loquebãtur adinuicẽ de omnibus his quæ acciderant. Et factum est dũ fabularẽtur, & secum quærerent, ipse Iesus appropinquãs, ibat cum illis

A non occidunt. Cum assо pisce fauus sumitur, quia qui hic afflictionem pro veritate suscipiunt, illic dulcedine vera satiantur. Notandum quoque quod vltimum cõuiuium dominus cum septem discipulis habuisse describitur. Petrus nanque & Thomas, Nathanaël, filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo, in eo fuisse memorantur. Cur cum septem discipulis vltimũ cõuiuium celebrat, nisi quòd eos tantũmodo qui septiformi gratia sancti spiritus pleni sunt, futuros secum in æterna refectione denunciat? Septem quoque diebus omne hoc tẽpus euoluitur, & sæpe septenario numero perfectio designatur. Illi ergo vltimo conuiuio de præsentia veritatis epulantur, qui nũc perfectionis studio terrena transcendunt, quos mũdi huius amor non ligat, quibus etsi vtcunque per tentamenta obstrepit, cœpta tamen eorum desideria non retundit. De hoc extremo cõuiuio alias per Ioannem dicitur: Beati qui ad cœnam nuptiarũ agni vocati sunt. Idcirco enim non ad prandium, sed ad cœnã vocatos narrat, quia nimirum in fine diei cõuiuium cœna est. Qui ergo finito præsentis vitæ tẽpore, ad refectionem supernæ contemplationis veniunt, non ad agni prandiũ, sed ad cœnam vocantur. Quæ videlicet cœna hoc vltimo conuiuio exprimitur, cui septem discipuli adesse memorãtur, quia illos vt diximus, tunc interna refectio reparat, qui pleni nunc septiformi gratia in amore spiritus anhelant. Hæc ergo vobiscum fratres agite, huius spiritus repleri præsentia desiderate. Quid vos sequi in futurum possit, ex præsenti perpendite. Pensate si hoc spiritu pleni estis, & nostis si ad illud conuiuium peruenire valeatis. Quisquis nanque ille est quem nunc spiritus iste B non reparat, profectò ab illa æterni conuiuij refectione ieiunat. Mementote quid de eodem spiritu Paulus dicat: Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Quasi quidam titulus diuinæ possessionis est iste spiritus amoris. Nũquid nam spiritum Christi habet is cuius mentem odia dissipant, elatio inflat, ira vsque ad diuisionem mentis exasperat, auaricia cruciat, luxuria eneruat? Pensate quis sit spiritus Christi. Profectò ille qui facit amicos & inimicos diligi, terrena despici, pro cœlestibus æstuari, carnem propter vitia conteri, mentem à concupiscentiis frenari. Si ergo vultis vos cognoscere possessiones dei, personam perpendite possessoris vestri. Ecce enim quod diximus, voce veridica Paulus clamat: Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Ac si apertè dicat: Qui nunc deo inhabitante non regitur, de diuinæ claritatis specie postmodum non lætatur. Sed nos tamen qui ad hęc quæ dicta sunt infirmamur, necdum culmen perfectionis attingimus, in via dei quotidie sancti desiderij gressus ponamus. Consolatur nos veritas, quæ per Psalmistam dicit: Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Non omnino erit nobis noxia nostra imperfectio, si in dei itinere constituti, & ad transacta nõ respicimus, & ad ea quæ restant transire festinamus. Nam qui imperfectorum desideria dignanter inflammat: hæc quandoque ad perfectionem roborat. Per do- C minum nostrum Iesum Christum, qui cum eo viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus, Per omnia secula seculorum, Amen.

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore. Maria stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se: & prospexit in monumentum. Et vidit duos angelos in albis sedentes: vnũ ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu. Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt dominum meum, & nescio vbi posuerunt eũ. Hæc cùm dixisset, conuersa est retrorsum: & vidit Iesum stantem: & nesciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus. Mulier quid ploras? Quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum: & ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Maria. Conuersa illa, dixit ei: Rabboni: quod dicitur magister. Dicit ei Iesus: Noli me tãgere: nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum & patrẽ ve- D strum: deum meum, & deum vestrum. Venit ergo Maria Magdalene annuncians discipulis, quia vidi dominum: & hæc dixit mihi.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in Basilica sancti Ioannis, quæ appellatur Constantiniana: Feria quinta Paschæ.

Homilia. X X V.

MAria Magdalene quæ fuerat in ciuitate peccatrix, amando veritatem, lauit lachrymis maculas criminis. Et vox veritatis impletur, qua dicitur: Dimissa sunt *Luc. 7.* ei peccata multa, quia dilexit multum. Quæ enim prius frigida peccãdo remanserat, postmodũ amando fortiter ardebat. Nã postquã venit ad monumentũ, ibiq; corpus dominicum non inuenit: sublatũ credidit, atque discipulis nũciauit. Qui veniẽtes viderunt, atq; ita esse vt mulier dixerat, crediderunt. Et de *Ioan. 6.* eis protinus scriptũ est: Abierunt ergo discipuli ad semetipsos. *Magdalenam maxima vis amoris accẽdit.* Ac deinde subiungitur: Maria autẽ stabat ad monumentum foris, plorans.) Qua in re pensandum est, huius mulieris mentẽ quanta vis amoris accenderat, quæ à monumento domini etiã discipulis recedentibus non recedebat. Exquirebat quem non inuenerat, flebat inquirendo, & amoris sui igne succensa, eius quem ablatum credidit, ardebat desiderio. Vnde cõtigit vt eũ E sola tunc videret, quæ remanserat vt quæreret: quia nimirum virtus boni operis, perseuerantia est. Et voce veritatis dicitur: Qui autẽ perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Et præ- *Mat. 10.* cepto legis cauda hostiæ in sacrificio iubetur offerri. In cauda *& 24.* quippe finis est corporis: & ille bene immolat, qui sacrificium *Leui. 3. &* boni operis vsq; ad finem debitæ perducit actionis. Hinc Io- *Exod. 20.* seph inter reliquos fratres talarẽ tunicam habuisse describitur. *Gene. 37.* Tunica quippe vsq; ad talum, est opus bonum vsque ad consummationẽ. Maria ergo cùm fleret, inclinauit se: & prospexit in monumentum. Certè iam monumẽtum vacuum viderat, iã sublatum dominum nunciauerat. Quid est quòd se iterum inclinat, iterũ videre desiderat? Sed amãti semel aspexisse nõ sufficit, quia vis amoris intẽtionẽ multiplicat inquisitionis. Quæ- *Amor multiplicat inquisitionẽ.* siuit ergo prius, & minimè inuenit: perseuerauit vt quæreret, vnde & cõtigit vt inueniret. Actumque est vt desideria dilata crescerent, & crescentia caperẽt quod inuenissent. Hinc est enim quod de eodem spõsa Ecclesia in Cãticis Cãticorũ dicit: *Canti. 3.* In lectulo meo per noctes quęsiui quẽ diligit anima mea: quęsiui illũ, & nõ inueni. Surgam, & circuibo ciuitatẽ, per vicos & plateas, quærã quem diligit anima mea. Quæ defectũ quoque inuentionis ingeminat, dicẽs: Quæsiui illum, & nõ inueni. Sed quia diu inuẽtio se nõ elõgat, si inquisitio non desistat, adiungit: Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatẽ. Nũ quẽ di- *Ibidem.* ligit anima mea vidistis? Paululum cùm pertransissem eos, in- F uẽni quem diligit anima mea. Dilectũ nanq; in lectulo quæri- *Dilectum quãdo dicamur in lectulo quærere.* mus, quãdo in præsentis vitæ aliquãtula requie redẽptoris nostri desiderio suspiramus. Per noctẽ quærimus: quia etsi iam in illo mens vigilat, tamẽ adhuc oculus caligat. Sed qui dilectum suum nõ inuenit: restat vt surgat, ciuitatẽ circũeat, id est, sanctam electorum Ecclesiã mente & inquisitione percurrat: per vicos eum & plateas quærat, id est per angusta & lata gradientes aspiciat: vt si qua inuenire in eis valeat, eius vestigia exquirat, quia sunt nõnulli etiam vitæ secularis: qui imitandum aliquid habeant de actione virtutis. Quærentes autem nos vigi- *Patres sancti Ecclesiæ statum custodiunt.* les inueniunt qui custodiunt ciuitatem, quia sancti patres qui Ecclesiæ statũ custodiũt, bonis nostris studiis occurrũt, vt suo vel verbo vel scripto nos doceãt. Quos cùm paululũ pertrãsimus, inuenimus quẽ diligimus, quia redemptor noster etsi humilitate homo inter homines, diuinitate tamẽ super homines fuit. Cùm ergo trãseũtur vigiles, dilectus inuenitur: quia cùm prophetas & Apostolos infra ipsum esse conspicimus, illũ qui natura deus est, esse supra homines consideramus. Prius ergo non inueniendus quæritur, vt pòst inuẽtus strictius teneatur. Sancta enim desideria, vt prædiximus, dilatione crescũt. Si autem dilatione deficiunt, desideria nõ fuerũt. Hoc amore arsit, quisquis ad veritatẽ pertingere potuit. Hinc nanq; Dauid ait: *Psal. 41.* Sitiuit anima mea ad deum viuum, quãdo veniam & appare-

Universidad de Puerto Rico
Biblioteca

G bo ante faciem dei? Hinc nos admonet, dicens: Quærite faciem eius semper. Hinc propheta ait: Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te. Hinc iterum Ecclesia in Canticis Canticorum dicit: Vulnerata charitate ego sum. Iustum quippe est, vt ex visione medici pertingat ad salutem, quæ per æstum eius desiderij vulnus amoris portat in pectore. Hinc rursus ait: Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Mens nãque hominis, conditoris sui speciem non quærentis, malè dura est: quia in semetipsa remanet frigida. At si ardere iam ex desiderio cœperit ad sequendum quem diligit: liquefacta per ignem amoris currit. Fit desiderio anxia, vilescunt in seculo cuncta quæ placebant: nihil est quod extra conditorem libeat, & quę prius delectabant animum, fiunt postmodum vehementer onerosa. Nihil eius mœstitiam consolatur, quousque adhuc qui desideratur non aspicitur. Mœret mens, lux ipsa fastidio est. Taliq́ue igne in mente decoquitur rubigo culpæ: & succensus animus quasi auri more: quia per vsum speciem perdidit, per incendium clarescit. Ista itaque quæ sic amat: quę se ad monumentum quod perspexerat, iterũ inclinat: videamus quo fructu vis amoris in ea ingeminat opus inquisitionis. Sequitur:

Psal.104. *Esa.26.* *Canti.4.* *Canti.5.*

Vidit duos angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & vnũ ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu.) Quid est quòd in loco dominici corporis duo angeli videntur, vnus ad caput, atque alius ad pedes sedẽs, nisi quia Latina lingua angelus nũcius dicitur: & ille ex passione sua nunciandus erat, qui & deus est ante secula, & homo in fine seculorum? Quasi ad caput sedet angelus, cùm per Apostolum Ioannem prędicatur: quia in principio erat verbum, & verbum erat apud deum: & deus erat verbum. Et quasi ad pedes sedet angelus, cùm dicit: Verc caro factum est: & habitauit in nobis. Possumus etiã per duos angelos duo testamenta cognoscere: vnum prius, & aliud sequens. Qui videlicet angeli per locum dominici corporis sibimet sunt coniuncti: quia nimirum vtraque testamenta dum pari sensu incarnatum & mortuum, ac resurrexisse dominum denunciant, quasi testamentum prius ad caput, & testamentum posterius ad pedes sedet. Vnde & duo cherubin quę propiciatorium tegunt sese inuicem aspiciunt versis vultibus in propiciatorium. Cherubin quippe plenitudo scientiæ dicitur: Et quid per duo cherubin, nisi vtraque testamenta signantur? Quid verò per propiciatorium, nisi incarnatus dominus figuratur? De quo Ioannes ait: Ipse est enim propiciatio pro peccatis nostris. Et dum testamentum vetus hoc faciendum denunciat, quod testamentum nouum de domino factũ clamat, quasi vtraque cherubin se inuicem aspiciunt, dum vultus in propiciatorium vertunt, quia dum inter se positum incarnatũ dominum vident, à suo aspectu non discrepant, quæ dispensationis eius mysterium concorditer narrant. Requirunt Mariã angeli, dicẽtes: Mulier quid ploras?) Et dicit eis: Quia tulerunt dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum.) Ipsa nanque sacra eloquia quæ in nobis lachrymas amoris excitãt, eãdem lachrymas cõsolantur, dum nobis redemptoris nostri speciem promittunt. Sed notandum iuxta historiam est, quòd mulier non ait: Tulerunt corpus domini mei: sed tulerunt dominum meum. Vsus nanque sacri eloquij est: vt aliquando ex parte totum, aliquando verò ex toto partẽ significet. Ex parte etenim totum signat: sicut de Iacob filiis scriptum est: quia descendit Iacob in Aegyptum in animabus septuaginta. Neq; enim in Aegyptum animæ sine corporibus descenderunt, sed per solam animam totus homo significatur, quia ex parte totũ exprimitur. Et solum dominicum corpus in monumento iacuerat, & Maria non corpus domini, sed sublatum dominum quærebat, videlicet ex toto significans partem. Hæc cùm dixisset, conuersa retrorsum vidit Iesum stantem: & nesciebat quia Iesus esset.) Notandum quòd Maria quæ adhuc de domini resurrectione dubitabat, retrorsum conuersa est vt videret Iesum: quia videlicet per eãdem dubitationem suam quasi tergum in domini faciem miserat, quem resurrexisse minimè credebat. Sed quia amabat & dubitabat: videbat, & nõ agnoscebat, cumq́ue illi & amor ostenderat, & dubietas abscondebat. Cuius adhuc ignorantia exprimitur, cùm infertur: Et nesciebat quia Iesus esset. Qui dixit ei: Mulier, quid ploras? Quem quæris?) Interrogatur doloris causa, vt augeatur, desiderium, quatenus cùm nominaret quem quæretet, in amore eius ardentius æstuaret. Illa existimas quia hortulanus esset, dixit ei: Domine, si tu sustulisti eũ, dicito mihi vbi posuisti eum: & ego eum tollã.) Forsitan nec errãdo hæc mulier errauit, quæ Iesum hortulanum credidit. An non ei spiritaliter hortulanus erat, qui in eius pectore per amoris sui semina, virtutum virẽtia plantabat? Sed quid est quòd viso eo quem hortulanũ credidit, cui necdum dixerat quem quærebat, ait: Domine, si tu sustulisti eum? Quasi enim iam dixisset, ex cuius desiderio plãgeret, eum dixit quem non dixerat. Sed vis amoris hoc agere solet in animo, vt quem ipse semper cogitat, nullum aliũ ignorare credat. Rectè & hæc mulier quem quærit, non dicit: & tamen dicit: Si tu sustulisti eum: quia alteri non putat incognitum, quem sic ipsa continuo plangit desiderio. Dicit ei Iesus: Maria.) Postquam eam communi vocabulo appellauit ex sexu, & agnitus non est, vocat eã ex nomine. Ac si ei apertè dicat: Recognosce eum à quo recognosceris. Perfecto quoque viro dicitur: Noui te ex nomine: quia homo cõmune omniũ nostrum vocabulum est, Moyses verò proprium, cui rectè dicitur: quia ex nomine scitur. Ac si ei apertè dominus dicat: Nõ te generaliter vt cæteros, sed specialiter scio. Maria ergo quia vocatur ex nomine, recognoscit auctorem: atq; eum protinus rabboni, id est, magistrum vocat, quia & ipse erat qui quærebatur exterius, & ipse qui eam interius vt quæreret, docebat. Iam verò ab Euangelista non subditur quid mulier fecit, sed ex eo innuitur quod audiuit. Cui dicitur: Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meum.) In his nanque verbis ostẽditur quòd Maria amplecti voluit eius vestigia, quem recognouit. Sed ei magister dicit: Noli me tangere.) Non quia post resurrectionem dominus tactum tenuit fœminarũ, cùm de duabus ad sepulchrũ eius venientibus scriptũ sit: Accesserunt, & tenuerunt pedes eius. Sed cur tangi nõ debeat, ratio quoque additur, cùm subinfertur. Nondum enim ascẽdi ad patrem meum.) In corde etenim nostro tunc Iesus ad patrem ascendit, cùm æqualis creditur patri. Nam quisquis eum æqualem patri nõ credit, adhuc in eius pectore ad patrem dominus non ascendit. Ille ergo Iesum veraciter tangit, qui patri filium coæternum credit. In corde etenim Pauli iam ad patrem Iesus ascenderat, cùm idem Paulus dicebat: Qui cùm in forma dei esset, non rapinã arbitratus est esse se æqualem deo. Vnde Ioannes quoque redemptorem nostrum manu fidei tetigit, qui ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum: omnia per ipsum facta sunt. Tangit ergo dominum, qui eum patri æternitate substãtiæ æqualem credit. Sed fortasse aliquis tacita quæstione pulsatur, quomodo filius patri esse æqualis possit. Qua in re humana natura quod admirando comprehendere non valet, restat vt hoc sibi esse credibile ex admiratione alia sciat. Habet nanque quod ad hæc sibi sub breuitate respondeat. Constat enim quia ipse creauit matrem, in cuius virgineo vtero ex humanitate crearetur. Quid ergo mirum si æqualis est patri, qui prior est matre? Paulo quoque attestante didicimus Christum dei virtutem, & dei sapientiam. Qui ergo filium minorem putat, patri specialiter derogat, cuius sapientiam esse ei inæqualem fatetur. Quis etenim homo potens æquanimiter ferret, si quis ei diceret: Magnus quidem es, sed tamen sapientia tua te minor est? Ipse quoque dominus dicit: Ego & pater vnum sumus. Et rursus ait: Pater maior me est. De quo etiam scriptum est, quia subditus erat parentibus suis. Quid ergo mirum si ex humanitate sua minorem se patre asserit in cœlo, ex qua subiectus erat etiam parentibus in terra? Ex qua humanitate nunc Mariæ dicitur. Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, deum meum, & deum vestrum.) Cùm meum dicat & vestrum, cur non communiter dicit nostrum? Sed distinctè loquens indicat, quia eundem patrem & deum dissimiliter habeat ipse quàm nos. Ascendo ad patrem meum, videlicet per naturam: & patrẽ vestrum, per gratiam. Ad deum meum, quia descendi: ad deum vestrum, quia ascendetis. Quia enim & ego homo, deus mihi est. Quia vos ab errore liberati, deus est vobis. Distinctè ergo mihi pater & deus est, quia quẽ ante secula deum genuit, hominẽ in fine seculorum me mecum creauit. Venit Maria Magdalena annuncians discipulis,

Angel⁹ dicitur nũci⁹. *Ioan.1.* *Ibidem.* *Exod.25.* *Cherubin plenitudo scientiæ dicitur.* *1.Ioan.2.* *Scriptura sacra aliquando ex parte totũ, aliquando ex toto partẽ significat Gene.46.*

illis. Oculi autem illorum tenebantur, ne eũ agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos conferitis adinuicem ambulantes, & estis tristes? Et respõdens vnus cui nomẽ Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalem: & nõ cognouisti ea quę facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazareno: qui fuit propheta, potens in opere & sermone, coram deo & omni populo. Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis: & crucifixerunt eum. Nos autẽ sperabamus: quia ipse esset redempturus Israël. Et nunc super hæc omnia tertia dies est hodie, quòd hæc facta sunt. Sed & mulieres quędam ex nostris terruerũt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum: & non inuento corpore eius, venerunt dicentes se etiã visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum verò non inuenerunt. Et ipse dixit ad illos: O stulti & tardi corde ad credendũ in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. Nónne hæc oportuit pati Christum: & ita intrare in gloriã suam? Et incipiens à Moyse & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant. Et ipse finxit se longius ire. Et coëgerunt illum, dicentes: Mane nobiscum domine: quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est dum recũberet cum eis: accepit panem & benedixit ac fregit, & porrigebat illis: & statim aperti sunt oculi eorũ, & cognouerunt eum: & ipse euanuit ab oculis eorum. Et dixerunt adinuicem: Nónne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dũ loqueretur nobis in via: & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in Hierusalem: & inuenerunt cõgregatos vndecim, & eos qui cũ ipsis erãt: dicentes quòd surrexit dominus verè, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabãt quæ gesta erant in via: & quomodo cognouerũt eum in fractione panis.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in Basilica beati Petri Apostoli: in crastino Paschæ.

Homilia. XXIII.

IN quotidiana nobis solennitate laborantibus pauca loquęnda sunt: & fortasse hæc vtilius proderunt, quia sæpe & alimenta quæ minus sufficiunt, auidius sumuntur. Lectionis ergo Euangelicæ summatim sensum statui nõ per singula verba discutere: ne dilectionem vestram valeat sermo prolixior expositionis onerare. Ecce audistis fratres charissimi: quia duobus discipulis ambulantibus in via, non quidem credentibus, sed tamen de se loquẽtibus dominus apparuit, sed eis speciem quam recognoscerent, non ostendit. Hoc ergo egit foris dominus in oculis corporis, quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis. Ipsi nanque apud semetipsos intus, & amabãt & dubitabant. Eis autem dominus foris & præsens aderat: & quis esset, non ostendebat. De se ergo loquẽtibus præsentiam exhibuit, sed de se dubitantibus cognitionis suæ speciem abscondit. Verba quidem contulit, duritiam intellectus inerepauit. Sacræ scripturæ mysteria quæ de seipso erãt, aperuit: & tamen quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat à fide, se ire longius finxit. Fingere nanque componere dicimus, vnde & compositores luti, figulos vocamus. Nihil ergo simplex veritas per duplicitatem fecit: sed talem se eis exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente. Probandi autem erant, si hi qui eum etsi necdum vt deum diligerent, saltem vt peregrinum amare potuissent. Sed quia esse extranei à charitate non poterãt hi cum quibus veritas gradiebatur: eum ad hospitium quasi peregrinum vocant. Cur autem dicimus vocant, cùm illic scriptum sit: Et coëgerũt eum?) Ex quo nimirum exemplo colligitur, quia peregrini ad hospitium nõ solũ inuitandi sunt, sed etiam trahẽdi. Mensãm igitur ponunt, panes cibosque offerunt, & deum quem in scripturæ sacræ expositione non cognouerant, in panis fractione cognoscunt. Audiẽdo ergo præcepta dei, illuminati non sunt: faciendo illuminati sunt, quia scriptum est: Non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Quisquis ergo vult audita intelligere, festinet ea quæ iam audire * potuit, opere implere. Ecce dominus non est cognitus dum loqueretur, & dignatus est cognosci dum pascitur. Hospitalitatem ergo fratres charissimi diligite, charitatis opera amate. Hinc enim per Paulum dicitur: Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam, angelis hospitio receptis. Hinc Petrus ait: Hospitales inuicem sine murmuratione. Hinc ipsa veritas dicit: Hospes fui, & suscepistis me. Opinata res est valde, & seniorum nostrorum nobis relatione tradita. Quidam paterfamilias cum tota domo sua magno hospitalitatis studio seruiebat. Cumque quotidie ad mensãm suam peregrinos susciperet, quodam die peregrinus quidam inter alios aduenit, ad mensam ductus est. Dumque paterfamilias ex humilitatis consuetudine aquam vellet in eius manibus fundere: conuersus vrceum accepit: sed repentè eum in cuius manibus aquam fundere voluerat, non inuenit. Cumque hoc factum secum ipse miraretur: eadem nocte ei dominus per visionem dixit: Cæteris diebus me in membris meis, hesterno autem die me in memetipso suscepisti. Ecce in iudicium: veniens, dicet: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Ecce ante iudicium cùm per membra sua suscipitur, susceptores suos etiam per semetipsum requirit, & tamẽ nos ad hospitalitatis gratiam pigri sumus. Pensate fratres quãta hospitalitatis virtus sit. Ad mensas vestras Christum suscipite, vt vos ab eo susciपi ad conuiuia æterna valeatis. Præbete modo peregrino Christo hospitiũ: vt vos in iudicio nõ quasi peregrinos nesciat, sed vt proprios recipiat ad regnum: ipso adiuuante qui viuit & regnat deus in secula.

Peregrini sunt ad hospitium trahendi. *Roma. 2.* ** intelligere.* *Heb. 13.* *1. Petr. 4.* *Mat. 25.* *Mat. 25.* *Hospitẽ suscipiens susciपit Christum.*

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore. Manifestauit se iterum Iesus discipulis suis ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic: Erant autem simul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus: & Nathanaël qui erat in Chana Galilęæ: & filij Zebedæi: & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicũt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem iam facto, stetit Iesus in littore: non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Respondernnt ei: Non. Et dixit eis: Mittite in dexteram nauigij rete: & inuenietis. Miserunt ergo, & iã non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus Petro: Dominus est. Simon ergo Petrus cùm audisset quia dominus est, tunica succinxit se, erat enim nudus, & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt non enim longè erant à terra: sed quasi cubitis ducentis, trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas: & piscem superpositum & panem. Dixit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascẽdit Simon Petrus: & traxit rete in terram: plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cùm tãti essent, non est scissum rete. Dixit eis Iesus: Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum: tu quis es? scientes quia dominus est. Et

Ioan. 21.

G venit Iesus,& accepit panem,& dabat eis: & piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis, cùm surrexisset à mortuis.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum, in Basilica beati Laurentij: Feria quarta Paschæ.

Homilia. XXIIII.

LEctio sancti Euangelij quæ modo in auribus vestris lecta est, fratres mei, quæstione animum pulsat, sed pulsatione sua vim discretionis indicat. Queri etenim potest, cur Petrus qui piscator ante cõuersionẽ fuit, post cõuersionem ad piscationẽ rediit. Et cum veritas dicat: Nemo mittens manum suã ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno dei, cur repetiit quod dereliquit? Sed si virtus discretionis inspicitur, cito videtur: quia nimirum negocium quod ante cõuersionẽ sine peccato extitit, hoc etiã post conuersionem repetere culpa non fuit. Nam piscatorem Petrum, Matthæum verò telonearium scimus. Et post conuersionem suam ad piscationẽ Petrus rediit, Matthæus verò ad telonei negocium nõ resedit: quia aliud est victum per piscationem quærere, aliud autem telonei lucris pecũnias augere. Sunt enim pleraque negocia quæ sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Quę ergo ad peccatum implicant, ad hæc necesse est vt post conuersionem animus non recurrat. Quæri etiã potest, cur discipulis in mari laborantibus, post resurrectionem suã dominus in littore stetit, qui ante resurrectionem suã coram discipulis in fluctibus maris ambulauit. Cuius rei ratio festinè cognoscitur, si ipsa quæ tunc inerat causa pensetur. Quid enim mare nisi præsens seculum signat, quod se casuum * tumultibus, & vndis vitæ corruptibilis illidit? Quid per soliditatem littoris, nisi illa perpetuitas quietis æternæ figuratur? Quia ergo discipuli adhuc H fluctibus mortalis vitæ inerant, in mari laborabant. Quia autem redemptor noster iam corruptionẽ carnis excesserat, post resurrectionem suã in littore stabat. Ac si ipsum resurrectionis suæ mysteriũ rebus discipulis loqueretur, dicens: Iam vobis in mari non appareo: quia vobiscum in perturbationis fluctibus non sum. Hinc est quod alio in loco post resurrectionẽ suam eisdem discipulis dicit: Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos cùm adhuc essem vobiscum. Neq; enim cum ipsis non erat, quibus præsens corporaliter apparebat, sed tamen iam se esse cum ipsis denegat: à quorum mortali corpore, carnis immortalitate distabat. Quod illic cum ipsis positus, fatetur non se esse cum ipsis: hoc quoque hic situ corporis indicat: cùm adhuc eis nauigantibus, esse se iam in littore demonstrat. Facta est autem discipulis piscationis magna difficultas, vt magistro veniente fieret admirationis magna sublimitas. Qui protinus dixit. Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis.) Bis in I sancto Euãgelio legitur quia dominus iussit vt ad piscandum retia mitterentur: ante passionẽ videlicet, & post resurrectionẽ. Sed prius quàm redemptor noster pateretur & resurgeret: mitti quidẽ rete ad piscandum iubet, sed vtrum in dexterã an in sinistram mitti debuisset, nõ iubet. Post resurrectionẽ verò discipulis apparens, mitti rete in dexterã iubet. In illa piscatione tanti capti sunt, vt retia rumperentur. In ista autem & multi capti sunt, & retia rupta non sunt. Quis vero nesciat bonos dextera, & malos sinistra figurari? Illa ergo piscatio in qua specialiter in quã partem mitti rete debeat non iubetur, præsentẽ Ecclesiã designat, quę bonos simul ac malos colligit: nec eligit quos trahat, quia & quos eligere possit, ignorat. Hæc autẽ piscatio post domini resurrectionem facta, in solã dexterã missa est: quia ad videndam claritatis eius gloriam, sola Electorum Ecclesia pertingit, quæ de sinistro opere nihil habebit. In illa piscatione præ multitudine piscium rete rumpitur, quia nunc ad cõfessionem fidei etiam cum electis reprobi tanti intrant, qui ipsam quoque Ecclesiam hæresibus scindant. In ista vero piscatione & multi pisces & magni capiuntur, & rete nõ rumpitur, quia sancta electorum Ecclesia in continua auctoris sui pace requiescens, nullis iam dissentionibus dilaniatur. Captis autem tam magnis piscibus, ascendit Simõ Petrus, & traxit rete in terram. Iam credo quòd vestra charitas aduertat: quid est quòd Petrus rete ad terram trahit. Ipsi quippe sancta Ecclesia est commissa. Ipsi specialiter dicitur: Simon Ioãnis amas me K pasce oues meas. Quod ergo postmodum aperitur in voce, hoc nunc signatur in opere. Quia ergo prædicator Ecclesiæ nos à mundi huius fluctibus separat, nimirũ necesse est vt rete plenum piscibus Petrus ad terram ducat. Ipse enim pisces ad soliditatem littoris pertrahit: quia sanctæ prædicationis voce stabilitatem æternę patrię fidelibus ostendit. Hoc egit verbis, hoc epistolis, hoc agit quotidie miraculorum signis. Quotiens per eum ad amorem quietis æternæ conuertimur: quotiens à terrenarũ rerum tumultibus separamur, quid aliud quàm missi intra rete fidei, vt pisces, ad littus trahimur? Sed cùm rete magnis piscibus plenum dicitur, additur & quantis, scilicet cẽtum quinquaginta tribus. A magno mysterio numerus non vacat, sed intentos vos tanti mysterij profunditas expectat. Neque enim quantitati summam solerter Euãgelista exprimeret, nisi hanc sacramento plenam esse iudicasset. Scitis nanque quòd in veteri testamẽto omnis operatio per decalogi mandata prę cipitur: in nouo autem eiusdem operationis virtus per septiformem gratiam sancti spiritus multiplicatis fidelibus datur. Quem propheta denuncians dicit. Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientię & pietatis, & replebit eum spiritu timoris domini. Sed ille in hoc spiritu operationem percipit, qui fidem trinitatis agnoscit, vt & patrem & filium & eundem spiritum sanctum vnius virtutis credat, vnius substantiæ esse fateatur. Quia ergo septem quæ superius diximus, per nouum testamẽtum latius data sunt, decem vero per vetus præcepta, omnis nostra virtus & operatio per decem & septem potest plenè comprehendi. Ducamus ergo per trigonum decem & septem, & veniunt ad quinquaginta vnum. Qui profecto numerus à magno mysterio non vacat, quia in testamento veteri legimus, quòd annus quinquagesimus iubileus vocari iussus est. In quo videlicet cũctus populus ab omni operatione quiesceret. Sed vera requies in vnitate est. Diuidi quippe vnum non potest. Vbi enim scissura diuisionis est, vera requies non est. Ducamus ergo per trigonum quinquaginta & vnum, & fiunt centum quinquaginta tres. Quia ergo omnis nostra operatio in fide trinitatis exhibita, ad requiem tẽdit, decem & septẽ ter ducimus vt ad quinquaginta & vnum venire debeamus. Et quia vera nostra requies tũc est, cùm ipsam iam claritatem trinitatis agnoscimus, quam in vnitate diuinitatis esse certum tenemus: quinquaginta & vnum ter ducimus, & electorum summam in superna patria quasi centum quinquaginta trium piscium numerum tenemus. Post resurrectionem ergo domini missum rete dignũ fuit vt tot pisces caperet, quot solummodo electos ciues supernæ patriæ designarent. Inter hæc verò, vt hesterna sancti Euangelij lectio, & hodierna nos admonet, vt vigilanter debeamus inspicere, cur dominus & redemptor noster post resurrectionem suam piscem assum legitur comedisse. Nõ enim vacat à mysterio, quod iteratur in facto. In hac etenim lectione panem & assum piscem: in illa vero quæ hesterno die lecta est, cum asso pisce etiam fauum mellis comedit. Quid autem signare piscem assum credimus, nisi ipsum mediatorem dei & M hominum passum? Ipse enim latere dignatus est in aquis generis humani, capi voluit laqueo mortis nostræ, & quasi tribulatione affatus est tempore passionis suæ. Sed qui piscis assus fieri dignatus est in passione, fauus mellis nobis extitit in resurrectione. Nam qui in pisce asso figurari voluit tribulationem passionis suæ, in fauo mellis vtranque naturam exprimi voluit personæ suæ. Fauus quippe mel in sera est. Mel vero in cera est diuinitas in humanitate. Quod ab hac quoque lectione non discrepat: nam piscem comedit & panem. Qui enim assari vt piscis potuit ex humanitate, pane nos reficit ex diuinitate, qui ait: Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Assum ergo piscem cõmedit & panem: vt ipso suo cibo nobis ostenderet, quia & passionem ex nostra humanitate pertulit, & refectionem nostram ex sua diuinitate procurauit. Quod si vigilanter inspicimus, nobis quoque qualiter ad imitandum congruat videmus. Sic enim sua facta redemptor indicat, vt imitationis viam nobis sequẽtibus sternat. Ecce in cibo suo dominus noster pisci asso cõiungere fauum voluit, quia videlicet illos in suo corpore ad æternam quietẽ suscipit, qui cùm hic tribulationes pro domino sentiunt, ab amore internę dulcedinis

non

Lucæ.9.

Petrus quare post conuersionem suã ad piscationem rediit, Matthæus autẽ ad officiũ suũ non est reuersus.

Matt.13.

**causarũ.*

Lucæ.24.

Piscari seu ad piscãdũ retia mitti, bis dominꝰ legitur iussisse.

Rete plenum centũ quinquaginta tribus, quid hoc?

Esa.11.

Leuit.25.

Ioan.21.

Lucæ.24.

Piscis assus quare dominus sumpsit.

Ioannes.

A discipulis, quia vidit dominū, & hæc dixit mihi.) Ecce humani generis culpa ibi absconditur, vnde processit. Quia enim in paradiso mulier viro propinauit mortem, à sepulchro mulier viris annūciat vitam. Et dicta sui viuificatoris narrat, quę mortiferi serpentis verba narrauerat. Ac si humano generi nō verbi dominus, sed rebus dicat: De qua manu vobis illatus est potus mortis, de ipsa suscipite poculum vitæ. Hæc de expositione lectionis Euangelicæ succinctè transcurrimus: nunc opitulante eodem de quo loquimur domino, & resurrectionis eius gloriam, & pietatis eius viscera consideremus. Citius enim à morte voluit resurgere, ne nostra diu anima in infidelitatis morte remaneret. Vnde bene quoque per Psalmistam dicitur: De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput. In humano quippe genere, ab ipso mundi initio torrens mortis effluxerat, sed de hoc torrente dominus in via bibit, quia mortem in trāsitu gustauit. Atque ideo exaltauit caput, quia hoc quod moriendo in sepulchro posuit, resurgendo super angelos eleuauit. Et inde antiquum hostem in æternum perculit, vnde sæuire contra se manus persequentium temporaliter permisit. Quod apertè dominus beato Iob indicat, dicens: Nūquid capies Leuiathan hamo? Per Leuiathan quippe, quod additamentum eorum dicitur: vetus * ille deuorator humani generis designatur. Qui dum se diuinitatē homini addere spopondit, immortalitatē sustulit. Qui præuaricationis quoque culpā quam primo homini propinauit, dum se sequentibus pessima persuasione multiplicat, pœnas eis sine cessatione coaceruat. In hamo autem esca ostenditur, aculeus occultatur. Hunc ergo pater omnipotens hamo cepit, quia ad mortem illius vnigenitum filium incarnatum misit. In quo & caro passibilis videri posset, & diuinitas impassibilis videri non posset. Cumq; in eo serpens iste per manus persequentium escam corporis momordit: diuinitatis illum aculeus perforauit. Prius verò eū in miraculis deum cognouerat, sed de cognitione sua ad dubitationem cecidit, quando hunc passibilem vidit. Quasi hamus ergo fauces glutientis tenuit, dum in illo esca carnis patuit, quam deuorator appeteret, & diuinitas passionis tēpore latuit quæ necaret. In hamo ergo eius incarnationis captus est: quia dum in illo appetiit escam corporis, trāsfixus est aculeo diuinitatis. Ibi quippe inerat humanitas quę ad se deuoratorem duceret. Ibi diuinitas quæ perforaret. Ibi aperta infirmitas, quæ prouocaret. Ibi occulta virtus, quę raptoris faucem transfigeret. In hamo igitur captus est: quia inde interiit, vnde momordit. Et quos tenebat mortales, iure perdidit: quia eum in quo ius non habuit: morte appetere immortalem præsumpsit. Hinc est etiā quòd hæc ipsa de qua loquimur Maria vixit: quia ille p humana no genere qui morti nihil debebat, occubuit. Hinc est quòd nos quotidie ad vitam post culpas reuertimur: quia ad pœnam nostram cōditor sine culpa descendit. Ecce iam antiquus hostis ea quæ de humano genere cœperat spolia amisit: supplātationis suę victoriā perdidit. * Quotidie peccatores ad veniam veniendo, à sua potestate recedūt: quotidie de eius faucibus redemptoris manu rapiuntur. Vnde bene quoque ad beatum Iob voce dominica iterum dicitur: Aut armilla perforabis maxillam eius? Armilla vbi ponitur, ambiendo constringit. Quid ergo per armillam, nisi circumplectens nos diuina misericordia designatur? Quæ Leuiathan istius maxillam perforat: dum nobis post perpetrata quę prohibuit, adhuc pœnitentiæ remedium ostendit. Armilla dominus maxillam Leuiathan perforat: quia ipse ineffabili misericordiæ suæ potentia, sic malitiæ antiqui hostis obuiat: vt aliquando eos etiam quos iam cepit amittat. Et quasi ab ore illius cadunt: qui post perpetratas culpas ad innocentiā redeūt. Quis enim ore illius semel raptus, maxillam eius euaderet, si perforata non esset? An non in ore Petrum tenuit cùm negauit? An non in ore Dauid tenuit: cùm in tantam se luxuriæ voraginem mersit? Sed dum ad vitam vterque per pœnitentiam rediit: Leuiathan iste eos aliquo modo quasi per maxillæ suæ foramen amisit. Per foramen ergo maxillæ ab eius ore subtracti sunt: qui post perpetrationem tantæ nequitiæ, pœnitendo redierunt. Quis autem hominum Leuiathan istius os euadat, vt illicita nulla committat? Sed hinc cognoscimus, quantum redemptori humani generis debitores sumus: qui non solum nos in ore Leuiathan ire prohibuit: sed ab ore eius redire cōcessit. Qui spem peccatori non abstulit: quia maxillam eius, vt euadēdi viam tribueret perforauit, vt saltem post morsum fugiat, qui incautus prius cauere noluit ne morderetur. Vbique ergo nobis occurrit superna medicina: quia & dedit homini præcepta ne peccet: & tamen peccāti dedit remedia ne desperet. Vnde cauendum summopere est, ne quis delectatione peccati Leuiathan istius ore rapiatur: & tamē si raptus fuerit, non desperet: quia si peccatum perfectè lugeat: adhuc foramen in maxilla eius inuenit, per quod euadat. Adest testis diuinæ misericordiæ, hæc ipsa de qua loquimur Maria: de qua Pharisęus dum pietatis fontē vellet obstruere, dicebat: Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Sed lauit lachrymis maculas cordis & corporis: & redemptoris sui vestigia terſit: * quæ sua itinera prava dereliquit. Sedebat ad pedes Iesu: verbumque de ore illius audiebat. Viuenti adhærerat, mortuum quærebat. Viuentem reperit, quem mortuum quæsiuit. Tantumque apud eum locum gratię inuenit, vt hunc ipsis quoque Apostolis, eius videlicet nunciis, ipsa nunciaret. Quid itaque fratres, quid in hac re debemus aspicere: nisi immensam misericordiam conditoris nostri? qui nobis velut in signo ad exemplum pœnitentię posuit eos quos per pœnitentiam viuere post lapsum fecit. Perpendo enim Petrum, considero latronem, aspicio Zacchæum, intueor Mariam, & nihil in his aliud video, nisi ante oculos nostros posita spei & pœnitentiæ exempla. Fortasse enim in fide lapsus est aliquis, aspiciat Petrum: qui amarè fleuit, quod timidè negauerat. Alius contra proximum suum in malitia crudelitatis exarsit: aspiciat latronem, qui & in ipso mortis articulo ad vitæ præmia pœnitendo peruenit. Alius auaritiæ æstibus anhelans: aliena diripuit: aspiciat Zaccheum: qui si quid alicui abstulit, quadruplum reddidit. Alius libidinis igne succensus, carnis munditiam perdidit: aspiciat Mariam: quæ in se amorem carnis, igne diuini amoris excoxit. Ecce omnipotens deus vbique oculis nostris quos imitari debeamus obiicit: vbique exempla suæ misericordię opponit. Mala ergo iam displiceant, vel experta. Libenter obliuiscitur omnipotens deus quòd nocentes fuimus: paratus est pœnitentiam nostram nobis ad innocentiam deputare. Inquinati post aquas salutis, renascamur ex lachrymis. Itaque iuxta primi pastoris vocem, sicut modo geniti infantes, lac concupiscite. Redite ergo paruuli filij ad sinum matris vestræ æternæ sapientiæ, fugite larga vbera pietatis dei, transacta plangite, imminentia vitate. Redemptor noster momentaneos fletus nostros æterno consolabitur gaudio: qui viuit & regnat cum deo patre in vnitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

Ioan. 20.

IN illo tempore. Cùm esset serò die illa vna sabbatorum: & fores essent clausæ vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorū: venit Iesus & stetit in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis. Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterum, Pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos: Hęc cùm dixisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Thomas autem vnus de duodecim, qui dicitur didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum: & mittam digitum meum in locum clauorum: & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Deinde dixit Thomæ: Infer

G digitum tuum huc: & vide manus meas: & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. Respõdit Thomas, & dixit ei: Dominus meus: & deus meus. Dixit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma credidisti: Beati qui non viderunt, & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum: quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, vt credatis quia Iesus est filius dei: & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in Basilica beati Ioannis quæ dicitur Constantiniana: in octauis paschæ.

Homilia. XXVI.

Fides non habet meritũ cui humana ratio præbet experimentũ.

PRima lectionis huius Euangelicæ quæstio animũ pulsat: quomodo post resurrectionem corpus dominicum verum fuit: quod clausis ianuis ad discipulos ingredi potuit. Sed sciendũ nobis est quòd diuina operatio si ratione cõprehenditur: non est admirabilis. Nec fides habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Sed hæc ipsa nostri redemptoris opera, quæ ex semetipsis comprehẽdi nequaquam possunt: ex alia eius operatione pensanda sunt: vt rebus mirabilibus fidem præbeant facta mirabiliora. Illud enim corpus domini intrauit ad discipulos ianuis clausis: quod videlicet ad humanos oculos per natiuitatem suã clauso exiit vtero virginis. Quid ergo mirũ si clausis ianuis post resurrectionem suam in æternum iam victurus intrauit: qui moriturus veniens, non aperto vtero virginis exiuit: Sed quia ad illud corpus quod videri poterat, fides intuentium dubitabat: ostendit eis protinus manus & latus: palpandam carnem præbuit, quam clausis ianuis introduxit. Qua in re duo mira, & iuxta humanam rationem sibi valde contraria ostendit: dum post resurrectionem suam corpus suum incorruptibile, & tamen palpabile demonstrauit. Nam & corrumpi necesse est quod palpatur: & palpari nõ potest quod non corrumpitur. Sed miro modo atque inæstimabili, redẽptor noster & incorruptibile post resurrectionem, & palpabile corpus exhibuit: vt monstrando incorruptibile, inuitaret ad præmium: & præbendo palpabile, formaret ad fidem. Et incorruptibilem se ergo & palpabilẽ demonstrauit: vt profectò esse post resurrectionem ostenderet corpus suum & eiusdem naturę, & alterius gloriæ, Dixit eis: Pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos.) id est, sicut misit me pater deus deum: & ego mitto vos homo homines. Pater filium misit: qui hunc pro redemptione generis humani incarnari constituit. Quem videlicet in mundum venire ad passionem voluit: sed tamen amauit filium quem ad passionem misit. Electos verò Apostolos dominus non ad mundi gaudia: sed, sicut ipse missus est, ad passiones in mundum mittit. Quia ergo & filius amatur à patre: & tamen ad passionem mittitur: ita & discipuli à domino amantur, qui tamen ad passionẽ mittuntur in mundum. Itaque rectè dicitur: Sicut misit me pater: & ego mitto vos: id est, ea vos charitate diligo, cùm inter scãdala persecutorum mitto: qua me charitate pater diligit: quem venire ad tolerãdas passiones fecit. Quamuis mitti etiam iuxta naturã diuinitatis possit intelligi. Eo enim ipso à patre filius mitti dicitur: quo à patre generatur. Nam sanctũ quoque spiritum, qui cùm sit coæqualis patri & filio, non tamen incarnatus est, eisdem se filius mittere perhibet dicens: Cùm venerit paracletus quem ego mittam vobis à patre. Si enim mitti solũmodo incarnari deberet intelligi: sanctus proculdubio spiritus nullo modo diceretur mitti, qui nequaquam incarnatus est. Sed eius missio ipsa processio est, qua de patre procedit & filio. Sicut itaque spiritus mitti dicitur, quia procedit: ita & filius non incõgruè mitti dicitur, quia generatur. Hæc autem cùm dixisset: insufflauit, & dixit eis: Accipite spiritum sanctũ.) Quærendum nobis est, quid est quòd spiritum sanctum dominus noster & semel dedit in terra consistens, & semel cœlo præsidẽs? Neque enim alio in loco datus spiritus sanctus apertè monstratur, nisi nunc cùm per insufflationem percipitur: & postmodum cum de cœlo veniens, in linguis variis demonstratur. Cur ergo prius in terra discipulis datur: postmodum de cœlo mittitur, nisi quòd duo sunt præcepta charitatis: dilectio videlicet dei, & proximi? In terra datur spiritus, vt diligatur proximus. E cœlo datur spiritus vt diligatur deus. Sicut ergo vna est charitas & duo præcepta: ita vnus spiritus & duo data. Prius à consistente domino in terra, postmodum è cœlo: quia in proximi amore discitur, qualiter peruenire debeat ad amorem dei. Vnde & idem Ioannes dicit: Qui non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et antè quidem discipulorum mentibus idem spiritus sanctus inerat ad fidem: sed tamen manifesta datione non nisi post resurrectionem datus est. Vnde & scriptum est: Nondum erat spiritus datus: quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Vnde etiam per Moysen dicitur: Suxerunt mel de petra & oleum de firma petra. Neque enim quicquam tale iuxta historiam legitur: si tota testamenti veteris series recensetur. Nusquam de petra mel: nusquam oleum ille populus suxit. Sed quia iuxta Pauli vocem: Petra erat Christus: mel de petra suxerunt, qui eiusdem redemptoris nostri facta & miracula viderunt. Oleum verò de firma petra suxerunt: quia effusione sancti spiritus post resurrectionem eius vngi meruerũt. Quasi ergo infirma petra mel dedit: quando adhuc mortalis dominus miraculorum suorum dulcedinem discipulis ostendit. Sed firma petra oleum fudit: quia post resurrectionẽ suam factus iam impassibilis, per afflationem spiritus donum sanctę vnctionis emanauit. De hoc oleo per prophetam dicitur: Cõputrescet iugum à facie olei. Sub iugo quippe tenebamur dæmoniacæ dominationis: sed vncti sumus oleo spiritus sancti. Et quia nos gratia libertatis vnxit, dominationis dæmoniacæ iugum putruit: Paulo attestante, qui ait: Vbi spiritus domini: ibi libertas. Sciendum verò est quòd hi qui prius spiritũ sanctum habuerunt: vt & ipsi innocenter viuerent: & in prædicatione quibusdam prodessent: idcirco hunc post resurrectionem domini patenter acceperunt: vt prodesse non paucis, sed pluribus possent. Vnde & in hac ipsa datione spiritus dicitur:

Mitto vos sicut misit me pater: qualiter intelligatur.

Ioan. 15.

Spiritũ sanctum quare dedit dominus semel in terra cõsistẽs, & semel in cœlo præsidẽs.

Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.) Libet intueri, illi discipuli ad tanta onera humilitatis vocati, ad quantum culmen gloriæ sint perducti. Ecce non solum de semetipsis securi fiunt, sed etiam alienæ obligationis potestatem relaxationis accipiunt: principatumque superni iudicij sortiũtur, vt vice dei, quibusdã peccata retineant, quibusdam relaxent. Sic sic eos à deo decebat erigi: qui tantum pro deo consenserant humiliari. Ecce qui districtum dei iudicium metuunt, animarum iudices fiunt: & alios damnant vel liberant: qui semetipsos damnari metuebãt. Horum profecto nunc in Ecclesia episcopi locum tenent. Ligandi atque soluendi auctoritatem suscipiunt: qui gradum regiminis sortiuntur. Grandis honor, sed graue põdus istius est honoris. Durum quippe est vt qui nescit tenere moderamina vitæ suæ: iudex vitæ fiat alienæ. Et plerunque contingit vt hic iudicij locum teneat: cui ad locum vita minimè concordat. Ac proinde sæpe agitur vt vel damnet immeritos, vel alios ipse ligatus soluat. Sæpe in soluendis ac ligandis subditis suæ voluntatis motus, non autem causarum merita sequitur. Vnde fit vt ipsa ac ligandi & soluendi potestate sẽ priuet: qui hãc pro suis voluntatibus & non pro subiectorum moribus exercet. Sæpe fit vt erga quemlibet proximum odio vel gratia moueatur pastor. Iudicare autem de subditis dignè nequeunt: qui in subditorum causis sua vel odia vel gratiam sequũtur. Vnde rectè per prophetam dicitur: Mortificabant animas quæ non moriuntur: & viuificabant animas quæ nõ viuunt. Non morientem quippe mortificat, qui iustum damnat. Et non victurum viuificare nititur: qui reũ à supplicio absoluere conatur. Causæ ergo pensandæ sunt: & tunc ligãdi atq; soluendi potestas exercẽda. Videdũ est quæ culpa, aut quæ sit pœnitẽtia secuta post culpam: vt quos omnipotens deus per compunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absoluat. Tunc enim vera est absolutio præsidentis: cùm æterni arbitrium sequitur iudicis. Quod bene quatriduani mortui resuscitatio illa significat: quæ videlicet demonstrat: quia prius mortuum dominus vocauit & viuificauit dicens: Lazare veni foras: & postmodum is qui viuens egressus fuerat, à discipulis est solutus, sicut scriptum est: Cumque egressus esset qui fuerat ligatus institis: tunc dixit discipulis: Soluite eum, & sinite abire.

Ecce

Universidad de Deusto Biblioteca

A Ecce illum discipuli iam viuentem soluũt: quem magister re-
suscitauerat mortuum. Si enim discipuli Lazarum mortuum
soluerent:factorem magis ostenderẽt quàm virtutem. Ex qua
consideratione intuendum est:quod illos nos debemus per pa
storalem auctoritatem soluere,quos auctorem nostrũ cogno-
scimus per suscitantem gratiam viuificare. Quæ nimirum vi-
uificatio ante operationem rectitudinis,in ipsa iam cognoscí-
tur confessione peccati. Vnde & huic ipsi mortuo Lazaro ne-
quaquã dicitur,Reuiuisce:sed veni foras. Omnis quippe pec-
cator dum culpam suam intra conscientiam abscondit:intror
sum latet, in suis penetralibus occultatur. Sed mortuus venit
foras: cùm peccator nequitias suas spontè confitetur. Lazaro
ergo dicitur, veni foras: ac si apertè cuilibet mortuo in culpa
diceretur:Cur reatum tuum intra conscientiam abscõdis? Fo-
ras iam per confessionem egredere: qui apud te interius per
negationem lates. Veniat itaque foras mortuus,id est, culpam
confiteatur peccator. Venientem verò foras soluant discipuli:
vt pastores Ecclesiæ ei pœnam debeant amouere quam me-
ruit, qui non erubuit confiteri quod fecit. Hæc de solutionis
ordine breuiter dixerim:vt sub magno moderamine pastores
Ecclesiæ, vel soluere studeant, vel ligare. Sed vtrum iustè an
iniustè obliget pastor:pastoris tamen sententia gregi timenda
est:ne is qui subest,& cùm iniustè forsitan ligatur:ipsam obli-
gationis suæ sentẽtiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel
absoluere indiscretè timeat, vel ligare. Is autem qui sub manu
pastoris est,ligari timeat,vel iniustè: nec pastoris sui iudicium
B temerè reprehendat: ne & si iniustè ligatus est,ex ipsa tumidæ
reprehensionis superbia,culpa quæ non erat,fiat. Sed quia hęc
breuiter per excessum diximus: ad expositionis ordinem re-
deamus. Thomas autẽ vnus ex duodecim,qui dicitur didy-
mus,non erat cum eis quando venit Iesus.) Iste vnus discipu-
lus defuit:reuersus quod gestum est,audiuit:audita credere re-
nuit. Venit iterum dominus: & non credenti discipulo latus
palpandum præbuit: manus ostendit:& ostensa suorum cica-
trice vulnerum,infidelitatis illius vulnus sanauit. Quid fratres
charissimi,quid inter hęc animaduertitis? Nunquid casu gestũ
creditis, vt electus ille discipulus tunc deesset: pòst autem ve-
niens audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palpans
crederet? Non hoc casu,sed diuina dispensatione gestum est.
Egit nanque miro modo superna clementia, vt discipulus ille
dubitans,dum in magistro suo vulnera palparet carnis,in no-
bis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis Thomæ in-
fidelitas ad fidem, quam fides credentium discipulorum pro-
fuit: quia dum ille ad fidem palpando reducitur, nostra mens,
omni dubitatione postposita,in fide solidatur. Sic quippe di-
scipulum dominus post resurrectionem suam dubitare per-
misit:nec tamẽ in dubitatione deseruit, sicut ante natiuitatem
suam habere Mariam sponsum voluit,qui tamen ad eius nup-
tias non peruenit. Nam ita factus est discipulus dubitans &
palpans, testis veræ resurrectionis:sicut sponsus matris fuerat
custos integerrimæ virginitatis. Palpauit autem,& exclama-
C uit: Dominus meus,& deus meus. Dicit ei Iesus:Quia vidisti
me,credidisti.) Cùm Paulus apostolus dicat: Est autem fides
sperandarum substantia rerum,argumentum non apparentiũ:
profectò liquet, quia fides illarum rerum argumẽtum est quæ
apparere non possunt. Quæ etenim apparent,iam fidem non
habent,sed agnitionem. Dum ergo vidit Thomas,dum pal-
pauit,cur ei dicitur:quia vidisti me,credidisti? Sed aliud vidit,
aliud credidit. A mortali quippe homine diuinitas videri non
potuit. Hominẽ ergo vidit,& deum confessus est,dicens:Do-
minus meus,& deus meus. Videndo ergo credidit:qui consi-
derando verum hominem, hunc deum quem videre non po-
terat,exclamauit. Lętificat valde quod sequitur: Beati qui nõ
viderunt,& crediderunt.) In qua nimirum sententia nos spe-
cialiter signati sumus:qui eum quem carne non vidimus, men
te retinemus. Nos signati sumus:sed si fidem nostram operi-
bus sequimur. Ille etenim verè credit, qui exercet operando
quod credit. Quo contra, de his qui fidem nominetenus reti-
nent, Paulus dicit:Confitentur se nosse deum:factis autem ne
gant. Hinc Iacobus ait: Fides sine operibus mortua est. Hinc
ad beatum Iob de antiquo hoste generis humani dominus di
cit: Absorbebit fluuium, & non mirabitur:& habet fiduciam
quod influat Iordanis in os eius. Quis etenim per fluuium de-
signatur,nisi humani generis fluxus? Quod videlicet genus ab D
ortu ad finem defluit:& quasi aquę more,vsque ad competen
tem terminum ex carnis liquore percurrit. Quid per Iordanẽ,
nisi baptizatorum forma signatur? Quia enim in Iordanis flu-
mine ipse auctor redemptionis nostrę baptizari dignatus est,
rectè Iordanis nomine, eorum multitudo exprimitur:qui in-
tra sacramentum baptismatis continentur. Antiquus ergo ho
stis generis humani fluuium absorbuit: quia à mundi origine
vsque ad redemptoris aduentum, vix paucis electis euadenti-
bus, in ventrem suæ malitiæ genus humanum traxit. De quo
rectè dicitur: Absorbebit fluuium,& non mirabitur: quia pro
magno nõ habet, cũ infideles rapit. Sed graue est valde quod
subditur: Et habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius:
quia postquam infideles quosque à mundi origine rapuit:ad-
huc se posse decipere etiam fideles præsumit. Nam ore pestife
ræ persuasionis eos quotidie deuorat:in quibus à confessione
fidei reproba vita discordat. Hoc ergo fratres charissimi tota
intentione pertimescite. Hoc apud vos sollicita mente cogi-
tate. Ecce paschalia solennia agimus:sed ita viuendum est no-
bis, vt peruenire ad æterna festa mereamur. Transeunt cun-
cta quæ temporaliter festiua celebrantur. Curate qui his so-
lennitatibus interestis: ne ab æterna solennitate separemini.
Quid prodest interesse festis hominum:si deesse contingat fe-
stis angelorum? Vmbra venturæ solennitatis est solennitas prę
sens. Idcirco hanc annuè agimus,vt ad illam quæ non est an-
nua,sed continua perducamur. Cùm hæc statuto tempore ge
ritur,ad illius desiderium memoria nostra refricatur. Frequen
tatione ergo gaudij temporalis, ad æterna gaudia mens inca-
lescat & ferueat:vt ex veritate lętitia perfruat in patria: quod
de vmbra gaudij meditatur in via. Vitã ergo vestram fratres
moresque componite. Is qui mitis resurrexit ex morte: quàm
districtus in iudicio veniat, prævidete. Certè in die tremendi
examinis sui,cum angelis,cum archangelis, cum thronis, cùm
dominationibus, cũ principatibus & potestatibus apparebit:
cœlis ac terris ardentibus,cunctis videlicet elemẽtis in sui ob-
sequij terrore commotis. Hunc ergo tanti pauoris iudicẽ ante
oculos ponite. Hunc venturum timete:vt hunc cùm venerit,
non timidi,sed securi videatis. Timendus ergo est,ne timeat.
Terror eius nos ad vsum bonæ operationis exerceat:metus il
lius vitam nostram à prauitate compescat. Mihi fratres credi-
te,quia tanto tunc erimus securi de eius præsentia:quanto nũc
esse satagimus suspecti de culpa. Certè si aliquis vestrum cum
suo aduersario causam dicturus in meo iudicio, die crastino
esset exhibendus: totam fortasse noctem insomnem duceret:
quid sibi dici posset: quid obiectionibus responderet: secum
sollicita,& æstuante mente versaret:ne me inueniret asperum,
vehementer metueret:ne apud me appareret noxius, formida
ret. Et quis aut quid ego? nimirum nõ longè pòst futurus post
hominem vermis:atque post vermẽ puluis. Si ergo tanta cura
pertimescitur iudicium pulueris: qua intentione cogitandum
est,qua formidine prouidendum, tantæ iudicium maiestatis?
Sed quia sunt nõnulli qui de resurrectione carnis incerti sunt:
& hanc tunc rectius docemus,si etiam cordium vestrorũ quę-
stionibus occultis occurrim⁹: pauca nobis de ipsa resurrectio-
nis fide loquenda sunt. Multi etenim de resurrectione dubi-
tantes,sicut & nos aliquando fuimus,dum carnem in putredi-
nem, ossaque in puluerem redigi per sepulchra conspiciunt:
reparari ex puluere carnem, & ossa diffidunt. Sicque apud se
quasi ratiocinantes dicunt:Quando ex puluere homo reduci-
tur? quando agitur vt cinis animetur? Quibus breuiter respon
demus: quia longè minus est deo reparare quod fuit: quàm
creasse quod non fuit. Aut quid mirum si hominem ex pulue-
re reficit: qui simul omnia ex nihilo creauit? Mirabilius nan-
que est cœlum & terram ex nullis existentibus condidisse: q̃
ipsum hominem ex terra reparare. Sed cinis attenditur, & in
carnem redire posse desperatur: & diuinæ operationis virtus
comprehendi quasi ex ratione quæritur. Qui scilicet hæc idcir
co in tuis cogitationibus dicunt:quia eis quotidiana dei mira-
cula ex assiduitate viluerunt. Nam ecce in vno grano paruissi-
mi seminis latet tota quæ nascitura est arboris moles. Consti-
tuamus nanque ante oculos cuiuslibet arboris miram magni-
tudinem. Cogitemus vnde oriendo cœpit:quæ ad tantam mo
lem crescendo peruenit. Inuenimus proculdubio eius origi-
nem,

Diabolus dicitur fluuium absorbuisse.

Festa hominum ita celebrẽtur, vt festa angelorum non perdantur. E

Christus mitis resurgendo, districtus erit in dicendo.

Iudiciũ humanũ sit tãtopere timeatur: longè magis timẽdũ est diuinum. F

Resurrectionis possibilitas multis ostenditur modis.

Miracula ex assiduitate vilescunt.

Thomas inducitur vulnera in latitantis sanare.

Maria sponsa ad eius nuptias nõ peruenit.

Ioh. 11.

Omnia pluuius fiunt, siue nata, siue facta, finita esse.

ad Tim. 1. Iac. 2. Iob. 40.

9. exortari ne Lazaro dicitur esse, veni foras.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nem,paruiſſimum ſemen.Conſideremus nunc vbi in illo paruo grano ſeminis latet fortitudo ligni:aſperitas corticis,ſaporis,odoriſque magnitudo,vbertas fructuum,viriditas foliorũ. Contrectatum nanque ſeminis granum non eſt validum. Vnde ergo proceſſit ligni duritia?Non eſt aſperum, vnde aſperitas corticis erupit? Non eſt ſaporum, vnde ſapor in fructibus? Olfactum nil redolet, vnde odor in fructibus fragrat? Nil in ſe viride oſtendit,vnde foliorum viriditas exiuit? Cuncta ergo in ſemine ſimul latẽt:quæ tamen non ſimul ex ſemine prodeunt:Ex ſemine quippe producitur radix. Ex radice procedit virgultum. Ex virgulto oritur fructus: ex fructu etiã producitur ſemen. Addamus ergo quia & ſemen latet in ſemine. Quid igitur *mirum*,ſi oſſa,neruos, carnem,capillosque reducat ex *puluere*:qui lignum,fructus,folia,in magna mole arboris ex paruo quotidie ſemine reſtaurat? Cùm ergo dubitans animus de reſurrectionis potentia rationem quærit,earum rerum ei quæſtiones inferendæ ſunt:quæ & inceſſanter fiunt: & tamen ratione comprehendi nequaquam poſſunt: vt dum nõ valet ex viſione rei penetrare quod conſpicit,de promiſſione
H diuinæ potẽtiæ credat quod audit. Illa ergo vobiſcum fratres chariſſimi promiſſa cogitate, quæ permanent:quæ verò cum tempore tranſeunt, velut iam dimiſſa deſpicite. Ad huius reſurrectionis gloriam quam in ſe veritas oſtendit, tota intentione feſtinate. Terrena deſideria quæ ab auctore ſeparant, fugite:quia tanto altius ad conſpectum dei omnipotentis pertingitis, quãto mediatorem dei & hominum ſingularius amatis. Qui viuit & regnat cum patre in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum .Amen.

Lectio ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

Ioan. 15. IN illo tempore.Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem: ſicut dilexi vos.Maiorem hac dilectionem nemo habet:quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quę ego præcipio vobis.Iam non dicam vos ſeruos:quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius.Vos autem dixi amicos:quia omnia quęcunq; audiui à patre meo,nota feci vobis.Non vos me elegiſtis,ſed ego elegi vos:&poſui vos vt eatis, & fructum afferatis:& fructus veſter maneat: vt quod-
1 cunque petieritis patrem in nomine meo,det vobis.

Homilia lectionis eiuſdem, habita ad populum in baſilica ſancti Pancratij, die eius natiuitatis.

Homilia.xxvij.

Mãdatum omne eſt de ſola dilectione.

CVm cuncta ſacra eloquia dominicis plena ſint præceptis:quid eſt quod de dilectione,quaſi de ſingulari mãdato dominus dicit:Hoc eſt præceptum meum,vt diligatis inuicem: niſi quia omne mandatum de ſola dilectione eſt: & omnia vnum præceptum ſunt? quia quicquid præcipitur: in ſola charitate ſolidatur. Vt enim multi arboris rami ex vna radice prodeunt:ſic multæ virtutes ex vna charitate generantur. Nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, ſi nõ manet in radice charitatis. Præcepta ergo dominica,& multa ſunt & vnum:multa per diuerſitatem operis, vnum in radice dilectionis. Qualiter autem iſta dilectio tenenda ſit:ipſe inſinuat qui in plærisque ſcripturæ ſuæ ſententiis,& amicos iubet diligi in ſe:& inimicos propter ſe. Ille enim veraciter charitatem habet, qui & amicum diligit in deo: & inimicum diligit propter deum. Nam ſunt nonnulli qui diligunt proximos:ſed per affectum cognationis & carnis. Quibus tamen in hac dilectione ſacra eloquia non contradicũt.Sed aliud eſt quod ſpõte impenditur naturæ:aliud quod præceptis dominicis ex charitate debetur obedientiæ. Hi nimirum & proximum diligũt: & tamen illa ſublimia dilectionis præmia non aſſequuntur: quia amorem ſuum non ſpiritaliter, ſed carnaliter impendũt. K
Proinde cùm dominus diceret:Hoc eſt præceptum meum,vt *Ioan. 15.*
diligatis inuicẽ:protinus addidit,Sicut dilexi vos.Ac ſi apertè dicat:Ad hoc amate,ad quod amaui vos.Qua in re fratres chariſſimi, ſolerter intuendũ eſt:quod antiquus hoſtis dum mẽtẽ noſtram ad rerum temporalium dilectionem*trahit:infirmio *delectationem.*
rem contra nos proximum excitat:qui ea ipſa quæ diligimus, auferre moliatur. Nec curat antiquus hoſtis hæc faciens, vt terrena tollat:ſed vt charitatem in nobis feriat.Nam in odium repentè exardeſcimus:& dum foris inuicti eſſe cupimus,intus grauiter ferimur, dum parua foris defendimus, intus amittimus maxima:quia dum rem diligimus temporalem,veram amittimus dilectionem.Omnis quippe qui noſtra tollit,inimicus eſt.Sed ſi odio habere cœperimus inimicũ: intus eſt quod perdimus.Cùm ergo aliquid exterius à proximo patimur: cõtra occultum raptorem interius vigilemus:qui nunquam melius vincitur,niſi cùm raptor exterior amatur. Vna quippe & ſumma eſt probatio charitatis:ſi & ipſe diligitur,qui aduerſatur.Hinc eſt quod ipſa veritas,& crucis patibulum ſuſtinet:& tamen ipſis ſuis perſecutoribus affectum dilectionis impẽdit, *Luca. 23.*
dicens:Pater ignoſce illis,quia neſciunt quid faciunt. Quid ergo mirum ſi inimicos diligant diſcipuli dum viuunt: quando L
& tunc inimicos diligit magiſter cùm occiditur? Cuius dilectionis ſummam exprimit:cùm ſubiungit: Maiorem hac dilectionem nemo habet: quam vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis.)mori etiam pro inimicis dominus venerat: & tamen poſiturum ſe animam pro amicis dicebat:vt profectò nobis oſtenderet:quia dum diligendo,lucrum facere de inimicis poſſumus:etiam ipſi amici ſunt qui perſequũtur.Sed ecce nos *Amici ſunt qui perſequuntur.*
vſque ad mortem nemo perſequitur. Vnde ergo probare poſſumus an diligamus inimicos?Sed eſt quod in pace ſanctæ Eccleſię fieri debeat,vnde clareſcat ſi perſecutionis tempore mori pro dilectione valeamus.Certè idem Ioannes dicit:Qui ha- *1. Ioan. 3.*
buerit ſubſtantiam mundi huius: & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere:& clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo?Hinc etiam Ioannes baptiſta ait:Qui ha- *Luca. 3.*
bet duas tunicas,det non habẽti. Qui ergo tranquillitatis tempore non dat pro deo tunicam ſuam: quando in perſecutionis tempore daturus eſt animam ſuam? Virtus ergo charitatis vt inuicta ſit in perturbatione: nutriatur per miſericordiam in tranquillitate:quatenus omnipotẽti deo primum diſcat ſua impendere,poſtmodum ſemetipſum. Sequitur: Vos amici mei eſtis.)O quanta eſt miſericordia conditoris noſtri. Serui *Homilia.*
digni non ſumus,& amici vocamur. Quanta eſt dignitas hominum,eſſe amicos dei?Sed audiſtis gloriam dignitatis:audite & laborem certaminis. Si feceritis quæ ego præcipio vobis.) Amici mei eſtis, ſi ea quæ præcipio vobis facitis. Ac ſi apertè dicat: Gaudetis de culmine: penſate quibus laboribus peruenitur ad culmen. Certè dum filij Zebedæi interueniente matre quærerent: vt vnus à dextris Dei: & alius à ſiniſtris ſedere debuiſſent, audierunt: Poteſtis bibere calicem quem M
ego bibiturus ſum? Iam locum celſitudinis quærebant. Ad *Matt. 20.*
viam illos veritas reuocat, per quam ad celſitudinem venirent. Ac ſi dicatur: Iam vos locus delectat celſitudinis: ſed prius via exerceat laboris. Per calicem enim pertingitur ad maieſtatem. Si mens veſtra appetit quod demulcet: prius bibite quod dolet. Sic ſic per amarum poculum confeſſionis* *Dulcia non meruit qui non gustauit amara. *confessionis.*
peruenitur ad gaudium ſalutis. Iam non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius: vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui à patre meo: nota feci vobis.) Quæ ſunt omnia quæ audiuit à patre ſuo: quæ nota fieri voluit ſeruis ſuis: vt eos efficeret amicos ſuos, niſi gaudia internæ charitatis, niſi illa feſta ſupernæ patriæ, quæ noſtris quotidie mentibus per aſpirationem ſui amoris imprimit? Dum enim audita ſuper cœleſtia amamus, amata iam nouimus: quia amor ipſe notitia eſt. Omnia ergo eis nota fecerat: qui à terrenis deſideriis immutati, amoris ſummi facibus ardebant. Iſtos verò amicos Dei aſpexerat Propheta, *Pſalm. 138.*
cùm dicebat: Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui *Amicus enim custos vocatur.*
Deus. Amicus enim quaſi animi cuſtos vocatur. Quia ergo Pſalmiſta proſpexit electos Dei à mundi huius amore ſeparatos,cuſtodire in mandatis cœleſtibus voluntatem dei: miratus eſt amicos Dei, dicens: Mihi autem nimis honorificati

ſunt

A Illi autem profecti prædicauerunt vbique, domino cooperante: & sermonem confirmante sequẽtibus signis.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in basilica beati Petri: in ascensione domini.

Homilia.xxix.

QVod resurrectionem dominicam discipuli tardè crediderunt: non tam illorum infirmitas, quàm nostra, vt ita dicam, futura firmitas fuit. Ipsa nanque resurrectio illis dubitantibus per multa argumenta monstrata est. Quæ dum nos legentes agnoscimus: quid aliud quàm de illorũ dubitatione solidamur? Minus enim mihi Maria Magdalene prestitit quæ citius credidit: quàm Thomas q̃ diu dubitauit. Ille etenim dubitando, vulnerum cicatrices tetigit: & de nostro pectore dubitationis vulnus amputauit. Ad insinuandam quoque veritatem dominicæ resurrectionis, no tandum nobis est quid Lucas referat dicens: Conuescens præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent. Et post pauca: Videntibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Notate verba, signate mysteria. Cõuescens eleuatus est. Comedit & ascendit, vt videlicet, per effectum comestionis, veritas patesceret carnis. Marcus verò priusquam cœlum dominus ascendat: eum de cordis atque infidelitatis duritia increpasse discipulos memorat. Qua in re quid considerandum est: nisi quod idcirco dominus tũc discipulos increpauit, cùm eos corporaliter reliquit, vt verba quæ recedens diceret: in corde audientium arctius impressa remanerent? Increpata igitur eorũ duritia, quid admonendo dicat, audiamus. Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ.) Nũquid fratres mei, sanctum Euãgelium, vel insensatis rebus, vel brutis animalibus fuerat prædicandum: vt de eo discipulis dicatur: Prædicate omni creaturæ? Sed omnis creaturæ nomine, signatur homo. Sunt nanque lapides: sed nec viuunt, nec sentiunt. Sunt herbæ & arbusta: viuunt quidem, sed non sentiũt. Viuunt dico, non per animã, sed per viriditatem: quia & Paulus dicit: Insipiens, tu quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur. Viuit ergo quod moritur, vt viuificetur. Lapides itaque sunt, sed non viuunt. Arbusta etiam sunt, & viuunt: sed non sentiunt. Bruta autem animalia sunt, viuunt, sentiunt: sed non discernunt. Angeli etenim sunt: viuunt, sentiunt, & discernunt. Omnis autem creaturæ aliquid habet homo. Habet nanque commune esse cum lapidibus, viuere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis. Si ergo commune habet aliquid cum omni creatura homo: iuxta aliquid omnis creatura est homo. Omni ergo creaturæ prædicatur Euangelium: cùm soli homini prædicatur: quia ille videlicet docet, propter quem in terra cuncta creata sunt: & à quo omnia per quandam similitudinem aliena non sunt. Potest etiam omnis creaturæ nomine, omnis natio gẽtium designari. Ante etenim dictum fuerat: In viam gentium ne abieritis. Nunc autem dicitur, Prædicate omni creaturæ: vt scilicet prius à ludæa Apostolorum repulsa prædicatio, tunc nobis in adiutorium fieret, cùm hanc illa ad damnationis suæ testimonium, superba repulisset. Sed cùm discipulos ad prędicandum veritas mittit, quid aliud in mundo facit, nisi grana seminis spargit? Et pauca grana mittit in semine, vt multarum messium fruges recipiat ex nostra fide. Neq; etenim in vniuerso mũdo tãta fideliũ messis exurgeret: si de manu domini super rationalem terram illa electa grana prædicantium non venissent. Sequitur: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur.) Fortasse vnusquisque apud semetipsum dicat: Ego iam credidi, saluus ero. Verum dicit, si fidẽ operibus tenet. Vera etenim fides est, quæ in hoc quod verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: Qui confitẽtur se nosse deum, factis autem negant. Hinc Ioannes ait: Qui dicit se nosse deum: & mandata eius non custodit, mẽdax est. Quod cùm ita sit, fidei nostræ veritatẽ in vitæ nostræ consideratione debemus agnoscere. Tunc enim veraciter fideles sumus: si quod verbis promittimus, operibus complemus. In die quippe baptismatis omnibus nos antiqui hostis operibus, atque omnibus pompis abrenunciare promisimus. Itaque vnusquisque vestrum ad cõsiderationem suam mentis oculos reducat: & si seruat post baptismum quod ante baptismum spopondit: certus iam quia fidelis est, gaudeat. Sed ecce si quod promisit, minime seruauit: si ad exercenda praua opera, ad concupiscendas mundi pompas dilapsus est: videamus si iam scit plangere quod errauit. Apud misericordem nanque iudicem, nec ille fallax habetur, qui ad veritatem reuertitur, etiam postquam mentitur: quia omnipotens deus dum libenter nostram pœnitentiam suscipit: ipse suo iudicio hoc quod erraumus, abscondit. Sequitur:

D *verbis promittunt, operibus cõplent.*

Signa autem eos qui crediturí sunt: hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis: serpentes tollent: Et si mortiferum quid biberint: nõ eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt.) Nunquid nam fratres mei, quia ista signa non facitis: minimè creditis? Sed hęc necessaria in exordio Ecclesiæ fuerunt. Vt enim ad fidem cresceret multitudo credentium, miraculis fuerat nutrienda: quia & nos cum arbusta plãtamus, tam diu eis aquam infundimus: quousque ea in terra iam coaluisse videamus, & si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit. Hinc est enim quod Paulus dicit: Linguæ in signum sunt, non fidelibus: sed infidelibus. Habemus de his signis, atque virtutibus quę adhuc subtilius considerare debeamus. Sancta quippe Ecclesia quotidie spiritaliter facit quod tunc per Apostolos corporaliter faciebat. Nam sacerdotes eius cùm per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt: & habitare malignos spiritus in eorum mente contradicunt: quid aliud faciunt, nisi dæmonia eiiciunt? Et fideles quiq; qui iam vitæ veteris secularia verba derelinquũt, sancta autem mysteria insonant: conditoris sui laudes, & potẽtiam quantum pręualent, narrant: quid aliud faciunt, nisi nouis linguis loquuntur? Qui dũ bonis suis exhortationibus malitiam de alienis cordibus auferunt, serpentes tollunt. Et dum pestiferas suasiones audiunt: sed tamen ad operationem prauã minimè pertrahuntur: mortiferum quidem est quod bibunt, sed non eis nocebit. Qui quotiens proximos suos in bono opere infirmari conspiciunt: dum eis tota virtute concurrunt: & exemplo suæ operationis illorum vitam roborant, qui in propria actione titubant: quid aliud faciunt, nisi super ægros manus imponunt, vt bene habeant? Quæ nimirum miracula tanto maiora sunt, quanto spiritalia: tanto maiora sunt, quanto per hæc non corpora, sed animæ suscitantur. Hæc itaque signa fratres charissimi auctore deo si vultis vos facitis. Ex illis enim exterioribus signis obtineri vita ab hæc operantibus nõ valet. Nam corporalia illa miracula ostendunt aliquando sanctitatem, non autem faciunt. Hęc verò spiritalia quæ aguntur in mente, virtutem vitæ non ostendunt, sed faciunt. Illa habere & mali possunt: istis autem perfrui, nisi boni non possunt. Vnde de quibusdam veritas dicit: Multi mihi dicẽt in die illa: Domine domine, nónne in nomine tuo prophetauimꝰ: & in nomine tuo dęmonia eiecimus: & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tũc cõfitebor illis, quia non noui vos: discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Nolite ergo fratres charissimi amare signa quæ possunt cum reprobis haberi communia: sed hæc quæ modo diximus, charitatis atque pietatis miracula amate: quæ tanto securiora sunt, quanto & occulta: & de quibus apud dominũ eo maior fit retributio: quo apud homines minor est gloria. Sequitur: Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris dei.) In veteri testamento cognouimus: quod Helias sit raptus in cœlum. Sed aliud est cœlum aëreum, aliud aethereum. Cœlum quippe aëreum terrę est proximum. Vnde & aues cœli dicimus: quia eas volitare in aëre videmus. In cœlum itaque aëreum Helias subleuatus est: vt in secretam quandam terræ regionem repentè duceretur: vbi in magna iam carnis, & spiritus quiete viueret: quousque ad finem mundi redeat, & mortis debitum soluat. Ille etenim mortem distulit, non euasit. Redemptor autem noster, quia non distulit, superauit: eãq; resurgendo consumpsit: & resurrectionis suæ gloriam ascendendo declarauit. Notandum quoq; est quod Helias in curru legitur ascendisse: vt videlicet apertè demonstraretur: quia homo purus adiutorio indigebat alieno. Per angelos quippe facta illa, & ostensa sunt adiumenta: quia nec in cœlum quidem aëreum

E *Sacerdotes etiam hodie dæmonia possunt eiicere.*

F *Miracula sanctitatem ostendunt, sed non faciunt.*

Matth.7.

Psalm.6.

4.Regũ.2.

Cœlum est & aethereũ, & aereum. Helias in cœlum aereum subleuatus est.

4.Regũ.2.

G aëreum per se ascendere poterat: quem naturæ suæ infirmitas grauabat. Redemptor autem noster non curru, non angelis subleuatus legitur: quia is qui fecerat omnia nimirum super omnia sua virtute ferebatur. Illò etenim reuertebatur, vbi erat: & inde redibat, vbi remanebat: quia cùm per humanitatẽ ascenderet in cœlum, per diuinitatem suam, & terram pariter continebat, & cœlum. Sicut autem Ioseph à fratribus venditus, venditionem redẽptoris nostri figurauit: sic Enoch translatus, atque ad cœlum aëreum Helias subleuatus, ascensionem dominicam vterque designauit. Ascensionis ergo suæ dominus prænuncios, & testes habuit, vnum ante legem, alium sub lege, vt quandoque veniret ipse qui veraciter cœlos penetrare potuisset. Vnde & ipse ordo in eorum quoque vtrorunque subleuatione per quædam incrementa distinguitur. Nam Enoch translatus, Helias verò ad cœlum subuectus esse memoratur, vt veniret postmodum qui nec trãslatus, subuectus, cœlum æthereum sua virtute penetrarer. Qui nobis in se credentibus: quia carnis suæ quoque munditiam largiretur, & sub eo per incrementa temporum, virtus castitatis excresceret, in ipsa quoque eorum translatione, qui ascensionem dominicam,

H vt videlicet famuli designauerunt, & in seipso qui ad cœlum ascendit, dominus ostendit. Nam Enoch quidem vxorem & filios habuit. Helias verò neque vxorem, neque filios legitur habuisse. Pensate ergo quomodo per incrementa temporum creuerit munditia sanctitatis: quod & per translatos famulos, & per ascendentis domini personam patenter ostendit. Trãslatus nanque est Enoch, & per coitum genitus, & per coitum generans. Raptus est Helias per coitum genitus: sed non iam per coitum generans. Assumptus verò est dominus, neq; per coitum generans, neque per coitum generatus. Considerandum verò nobis est, quid est quod Marcus ait: Sedet à dextris dei, & Stephanus dicit: Video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris dei. Quid est quod hunc Marcus sedentem, Stephanus verò stantem se videre testatur? Sed scitis fratres, quia sedere iudicantis est: stare verò pugnantis vel adiuuãtis. Quia ergo redemptor noster assumptus in cœlum, & nũc omnia iudicat: & ad extremum iudex omnium veniet, hunc post assumptionem Marcus sedere describit: quia post ascensionis suæ gloriam, iudex in fine videbitur. Stephanus verò hunc in labore certaminis positus, stantem vidit, quem adiutorem habuit: quia vt iste in terra persecutorum infidelitatem vinceret, pro illo de cœlo illius gratia pugnauit. Sequitur:

Illi autem profecti prædicauerunt vbique, domino cooperante: & sermonem confirmante sequentibus signis.) Quid in his considerandum est: quid memoriæ commendandum, nisi

I quòd præceptum obedientia, obedientiam verò signa secuta sunt? Sed quia auctore deo breuiter lectionem Euangelicam exponendo transcurrimus: restat vt aliquid de ipsa tantæ considerationis solennitatis dicamus. Hoc autem nobis primum quærendum est: quidnam sit quòd nato domino apparuerunt angeli: & tamen non leguntur in albis vestibus apparuisse: ascendente autem domino, missi angeli in albis leguntur vestibus apparuisse. Sic etenim scriptum est: Videntibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in cœlum euntem illum: ecce duo viri steterunt iuxta illos in vestibus albis. In albis autem vestibus, gaudium & solennitas mentis ostẽditur. Quid est ergo quòd nato domino, non in albis vestibus: ascendente autem domino, in albis vestibus angeli apparent: nisi quòd tunc magna solennitas angelis facta est: cùm cœlum deus homo penetrauit? quia nascente domino, videbatur diuinitas humiliata: ascendente vero domino, est humanitas exaltata. Albæ etenim vestes exaltationi magis congruunt quàm humiliationi. In ascensione ergo eius angeli in albis vestibus videri debuerunt: quia qui in natiuitate sua apparuit deus humilis: in ascensione sua ostensus est homo sublimis. Sed hoc nobis magnopere fratres charissimi in hac solennitate pensandum est, quia deletum est hodierna die chirographum damnationis nostræ: mutata est sententia corruptionis nostræ. Illa enim natura cui dictũ est, Terra es, & in terram ibis, hodie in cœlum iuit. Pro hac ipsa nanque carnis nostræ subleuatione per figuram beatus Iob dominum auem vocat. Quia enim ascensionis eius mysterium Iudæam non intelligere conspexit: de infidelitate eius per figurã beatus Iob K sententiam protulit, dicẽs: Semitam ignorauit auis. Auis enim Iob. rectè appellatus est dominus: quia corpus carneum ad æthera librauit. Cuius auis semitam ignorauit quisquis eum ad cœlũ ascendisse non credidit. De hac solennitate per Psalmistam dicitur: Eleuata est magnificentia tua super cœlos. De hac rursus ait: Ascendit deus in iubilatione: & dominus in voce tubæ. De hac iterum dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Ascendens quippe in altũ, captiuam duxit captiuitatem: quia corruptionem nostrã virtute suæ incorruptionis absorbuit. Dedit verò dona hominibus: quia misso desuper spiritu, alij sermonem sapientiæ, alij sermonem scientiæ, alij gratiam virtutum, alij gratiam curationum, alij genera linguarum, alij interpretationem tribuit sermonum. Dedit ergo dona hominibus [dum per huius gratiam eorum virtus in mũdum excreuit.] De hac ascensionis eius gloria etiam Abacuch ait: Eleuatus est Sol, & luna stetit in Abac. ordine suo. Quis enim Solis nomine nisi dominus, & quæ lunæ nomine nisi ecclesia designatur? Quousque enim dominus L ascendit ad cœlos: sancta eius Ecclesia aduersa mundi omnimodo formidauit. At postquam eius ascensione roborata est: apertè prædicauit, q̃ occultè credidit. Eleuatus est ergo Sol, Sol iu & luna stetit in ordine suo: quia cùm dominus cœlum petiit: tur eli sancta eius Ecclesia in auctoritate prædicatiõis excreuit. Hinc luna in eiusdem Ecclesiæ voce per Salomonem dicitur: Ecce iste ve- ordine nit saliens in montibus, & transiliens colles. Considerauit nan que tantorum operum culmina, & ait: Ecce iste venit saliens Cant. 2. in montibus. Veniendo quippe ad redemptionem nostram, quosdam, vt ita dicam, saltus dedit. Vultis fratres charissimi ipsos eius saltus agnoscere? De cœlo venit in vterum, de vtero venit in præsepe: de presepe venit in crucem: de cruce venit in sepulchrum: de sepulchro rediit in cœlũ. Ecce vt nos post se currere faceret: quosdam pro nobis saltus manifestata per carnem veritas dedit: quia exultauit vt gigas ad currẽdã viam suam: vt nos ei diceremus ex corde: Trahe nos post te: curre- Psal. 1 mus in odore vnguentorum tuorum. Vnde fratres charissimi Cant. 1. oportet vt illuc sequamur corde: vbi eum corpore ascendisse credimus. Desideria terrena fugiamus: nihil nos iam delectet in infimis: qui patrem habemus in cœlis. Et hoc nobis est magnopere perpendendum: quia is qui placidus ascendit, terribilis redibit: & quicquid nobis cum mãsuetudine præcepit: hoc à nobis cum districtione exiget. Nemo ergo indulta pœnitentiæ tempora paruipendat: nemo curam sui dum valet agere, M negligat: quia redemptor noster tanto tunc in iudicium districtior veniet: quanto nobis ante iudicium magnam patientiã prærogauit. Hæc itaque vobiscum fratres agite: hæc in mente sedula cogitatione versate. Quãuis adhuc rerum perturbationibus animus fluctuet: iam tamen spei vestræ anchoram in æternam patriam figite: intentionẽ mentis in vera luce solidate. Ecce ad cœlum ascendisse dominum audiuimus. Hoc ergo seruemus in meditatione: quod credimus. Et si adhuc hic tenemur infirmitate corporis: sequamur tamen eum passibus amoris. Non autem deserit desiderium nostrum ipse qui dedit Iesus Christus dominus noster: qui viuit & regnat cum deo patre in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. Amen.

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Et pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mãsionem apud eum faciemus. Qui non diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonẽ quem audistis, non est meus: sed eius qui misit me patris. Hæc locutus sum vobis apud vos manẽs. Paracletus autem spiritus sanctus

A sunt amici tui dicens. Et tanquam si ab eo protinus causas honoris tanti nobis infuturi quæreremus, ilico adiunxit: Nimis cōfortatus est principatus eorum. Ecce electi dei carnē domant, spiritum roborant, dæmonibus imperant, virtutibus coruscāt, præsentia despiciunt, æternam patriam cum voce & moribus prædicant: eam etiam moriendo diligunt, atque ad illam per tormenta pertingunt. Occidi possunt, & flecti nequeunt. Nimis ergo cōfortatus est principatus eorum. In ista ipsa passione qua ceciderunt in morte carnis, videte quantum fuerit culmen mentis. Vnde hoc, nisi quia confortatus est principatus eorum? Sed [ne putes quod] sic magni forsitan pauci sunt, subiunxit: Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur. Totum mundum fratres aspicite. Martyribus plenus est. Iam penè tot qui videamus non sumus, quot veritatis testes habemus. Deo ergo numerabiles, nobis super arenam multiplicati sunt, quia quanti sint, à nobis comprehendi non possunt. Sed quisquis ad hanc peruenit dignitatem, vt amicus vocetur dei: sese in se conspiciat: dona autem quæ percipit, super se: nihil suis meritis tribuat, ne ad inimicitias erumpat. Vnde & subditur: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: & posui vos vt eatis, & fructum afferatis.) Posui ad gratiam: plantaui vt eatis volendo: fructum afferatis operando. Eatis enim volendo dixi: quia velle aliquid facere, iam mente ire est. Qualem verò
B fructum afferre debeāt, subditur: Et fructus vester maneat.) Omne quod secundum præsens seculum laboramus: vix vsq; ad mortem sufficit. Mors nanque interueniēs, fructum nostri laboris abscindit. Quod verò pro æterna vita agitur, etiā post mortem seruatur: & tunc apparere incipit: cùm laborum carnalium fructus cœperit non videri. Ibi ergo illa retributio inchoat, vbi ista terminatur. Quisquis ergo iam æterna cognouit: apud eius animum temporales fructus vilescant. Tales ergo fructus operemur, qui maneāt: tales fructus operemur, qui cùm mors cuncta interimat, ipsi exordium à morte sumant. Nā quod à morte incipiat fructus dei, testatur propheta, qui dicit: Cùm dederit dilectis suis somnum: hæc est hæreditas domini. Omnis qui dormit in morte, perdidit hæreditatem: sed cum dederit dilectis suis somnum, hæc est hæreditas domini: quia electi dei postquam peruenerint ad mortem: tunc inuenient hæreditatem. Sequitur: Vt quodcunque petieritis patrem in nomine meo, det vobis.) Ecce hic dicit: Quodcunq; petieritis patrē in nomine meo, det vobis.) Rursum alibi per eundem euangelistam dicit: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo. Si omne quod petim' in nomine filij, dat nobis pater: quid ergo est quod Paulus ter dominum rogauit, & exaudiri non meruit, sed dictum est illi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur? Nūquid ille tam egregius prædicator in filij nomine non petiit? Quare autem non accepit
C quod petiit? Quomodo ergo verum est, quia quicquid petierimus patrem in nomine filij, dat nobis pater: si auferri à se angelū satanæ petiit Apostolus in nomine filij: & tamē quod petiit non accepit? Sed quia nomen filij Iesus est: Iesus autem saluator, vel etiam salutaris dicitur: ille ergo in nomine saluatoris petit, qui illud petit quod ad veram salutem pertinet. Nā si id quod non expedit petitur: non in nomine Iesu petitur pater. Vnde & eisdem Apostolis adhuc infirmantibus dominus dicit: Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo. Ac si apertè diceretur: Non petistis in nomine saluatoris: qui nescitis quærere æternam salutem. Hinc est quod & Paulus non exauditur: quia si liberaretur à tentatione, ei non prodesset ad salutem. Ecce vidimus fratres charissimi quàm multi ad solennitatem martyris conueniistis, genua flectitis, pectus tunditis, voces orationis ac confessionis emittitis, faciem lachrymis rigatis. Sed pensate quæsō petitiones vestras: videte si in nomine Iesu petitis: id est, si gaudia salutis æternę postulatis. In domo enim Iesu, Iesum non quæritis, si in æternitatis templo importunè pro temporalibus oratis. Ecce alius in oratione quærit vxorem, alius petit villam, alius postulat vestem, alius dari sibi deprecatur alimentum. Et quidem cùm hæc desunt: ab omnipotenti deo petenda sunt. Sed meminisse continuò debemus quod ex mandato eiusdē nostri redemptoris accepimus.
Matth. 6. Quærite primum regnum dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis. Et hæc itaque à Iesu petere, non est errare: si tamen non nimiè petantur. Sed adhuc, quod est grauius, alius D postulat mortem inimici: eumq; quem gladio nō potest persequi: persequitur oratione. Et viuit adhuc qui maledicitur: & tamen is qui maledicit, iam de morte illius reus tenetur. Iubet autem deus, vt diligatur inimicus: & tamen rogatur deus vt occidat inimicum. Quisquis itaque sic orat: in ipsis suis precibus contra conditorem pugnat. Vnde & sub Iudæ specie dicitur: Fiat oratio eius in peccatum. oratio autem in peccatum est, illa petere que prohibet ipse qui petitur. Hinc veritas dicit: Cū statis ad orandū: remittite si quid habetis in cordibus vestris. Quam virtutem remissionis apertius ostendimus: si vnum testimonium testamenti veteris proferamus. Certè cùm Iudæa conditoris sui iustitiam culpis exigentibus offendisset: prophetam suum ab oratione dominus prohibet, dicens: Nō assumas laudem & orationem pro eis. Si Moyses & Samuël steterint coram me: non est anima mea ad populum istum. Quid est q intermisis, relictisque tot patribus, soli Moyses & Samuël ad medium deducuntur: quorum mira obtinendi virtus ostenditur: dum nec ipsi posse intercedere dicuntur? Ac si apertè dominus dicat: Nec illos audio quos propter magnū petitionis suæ
E meritum minimè contemno. Quid ergo est quòd Moyses & Samuël cæteris patribus in postulatione præferunt: nisi quod hi duo tantummodo in cuncta testamenti veteris serie etiam pro inimicis suis leguntur exorasse? Vnus à populo lapidibus impetitur: & tamen pro lapidatoribus suis dominum deprecatur. Alter ex principatu eiicitur: & tamen petitus vt exoraret, fatetur dicens: Absit à me hoc peccatum in domino, quo minus cessem orare pro vobis. Si Moyses & Samuël steterint coram me: non est anima mea ad populum istum. Ac si apertè dicat: Nec illos modo pro amicis audio: quos magnæ virtutis merito, orare etiam pro inimicis scio. Virtus ergo veræ orationis est celsitudo charitatis. Et tunc quisque quod rectè petit, adipiscitur, cùm eius animus in petitione, nec inimici odio fuscatur. Sed plerunque reluctantem animum vincimus: si etiā pro inimicis oramus. Effundit os pro aduersariis precem: sed vtinam eor teneat amorem. Nam sæpe & orationem pro inimicis nostris impēdimus: sed hanc ex præceptione potius fundimus quàm ex charitate. Nam & vitā inimicorum petimus, & tamen ne exaudiamur, timemus. Sed quia internus iudex mentem potius quàm verba cōsiderat: pro inimico nil postulat: qui pro eo ex charitate non orat. Sed ecce in nos grauiter inimicus deliquit, damna intulit, iniuantes læsit, amantes persecutus est. Retinenda hæc essent: si remittenda nobis delicta non essent. Aduocatus etenim noster precem nobis in causa nostra composuit: & ipse eiusdem causæ iudex est, qui aduocatus. Preci autē quam composuit, conditionem inseruit, dicens: Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quia ergo ipse iudex venit, qui aduocatus extitit: ipse precem exaudit, qui fecit. Aut ergo non facientes dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & nosmetipsos hoc dicendo amplius liga- F mus. Aut fortasse conditionem hanc in oratione intermittimus: & aduocatus noster precem quam composuit, non recognoscit, atque apud se protinus dicit: Scio quid monui, nō est ipsa oratio quam feci. Quid ergo nobis agendū est fratres: nisi vt veræ charitatis affectum impēdamus fratribus: nulla in corde malitia maneat? vt consideret omnipotens deus erga proximum charitatem nostram: & nostris impendat iniquitatibus pietatem suam. Mementote quod monemur: Dimittite, & dimittetur vobis. Ecce debetur nobis, & debemus. Dimittamus ergo quod debetur nobis: vt dimittat quod debetur à nobis. Sed ad hæc mens renititur: & vult implere quod audit, & tamē reluctatur. Ad martyris tumbam consistimus: qui ad cœleste regnum ex qua morte peruenerit, scimus. Nos si pro Christo corpus nō ponimus: saltem animum vincamus. Placatur deus isto sacrificio: & probat in iudicio pietatis suæ victoriam pacis nostræ. Certamen enim nostri cordis aspicit: & qui pòst vincentes remunerat: nunc decertantes iuuat Iesus Christus dominus noster: qui viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

In

G *Ioan.4.* IN illo tempore. Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur, Capharnaum. Hic cum audisset quia Iesus veniret à Iudæa in Galilęam: abiit ad eum, & rogabat eum, vt descenderet & sanaret filiũ eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia videritis: non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus: Vade: filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus: & ibat. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauerunt dicentes: quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerat. Et dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo
H pater quia illa hora erat in qua dixerat ei Iesus: filius tuus viuit. Et credidit ipse, & domus eius tota.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in basilica sanctorum Neræi & Achillæi, die natalis eorũ.

Homilia.xxviij.

LEctio sancti Euangelij quam modo fratres audistis, expositione non indiget. Sed ne hanc taciti præteriisse videamur, exhortando potius quàm exponendo in ea aliquid loquamur. Hoc autem nobis solummodo de expositione video esse requirendum: cur is qui ad salutem filio petendam venerat, audiuit: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.) Qui enim salutem filio quærebat, proculdubio credebat. Neque enim ab eo quæreret salutem, quem non crederet saluatorem. Quare ergo dicitur: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis: qui antè credidit quàm signa videret? Sed mementote quid petiit: & apertè cognoscetis, quia in fide dubitauit. Poposcit nanque vt descenderet, & sanaret filium eius. Corporalem ergo præsentiam domini quærebat: qui per spiritum nusquam deerat. Minus itaque in illum credidit: quem non putauit posse salutem dare, nisi præsens esset & corpore.
Deus est vbique. Si enim perfectè credidisset: proculdubio sciret, quia non esset
I locus, vbi nõ esset deus. Ex magna ergo parte diffusus est: quia virtutem nõ dedit maiestati, sed præsentię corporali. Salutem itaque filio petiit, & tamen in fide dubitauit: quia eum ad quẽ venerat, & potentem ad curandum credidit: & tamen morienti filio esse absentem putauit. Sed dominus qui rogatur vt vadat: quia non desit vbi inuitatur, indicat. Solo iussu salutem reddidit, qui voluntate omnia creauit. Qua in re, hoc est nobis solerter intuendum, quod sicut Euangelista alio tacente
Matt.8. didicimus, centurio ad dominum venit, dicens: Domine, puer meus iacet paralyticus in domo mea, & malè torquetur. Cui à Iesu protinus respondetur: Ego veniam & curabo eũ. Quid est quod regulus rogat, vt ad eius filium veniat: & tamen ire corporaliter recusat: ad seruum verò centurionis non inuitatur: & tamen se corporaliter ire pollicet? Reguli filio per corporalem præsentiam non dignatur adesse: centurionis seruo nõ dedignatur occurrere. Quid est hoc, nisi quod superbia nostra retunditur: qui in hominibus non naturam qua ad imagi-
Honores & diuitias veneramur potius quã homine ipsos. nem dei facti sunt, sed honores & diuitias veneramur? Cumq; pensamus quæ circa eos sunt, negligimus pẽsare ipsos, eo profectò quod interiora minimè prouidemus, dum ea consideramus quę in corporibus despecta sunt: negligimus pẽsare quod sunt. Redemptor verò noster vt ostẽderet, quia quæ alta sunt hominum, despicienda sunt: & quæ despecta sunt hominum,
Superbia nostra increpat quod redẽptor seruũ centurionis despicienda non sunt: ad filium reguli ire noluit: ad seruũ centurionis ire paratus fuit. Increpata est ergo superbia nostra: quæ nescit pensare homines propter homines. Sola, vt dixim', quæ circunstant hominibus pensat: naturam non aspicit: honorem dei in hominibus non agnoscit. Ecce ire non vult filius dei ad filium reguli: & tamen venire paratus est ad salutem serui. Certè si nos cuiuspiam seruus rogaret, vt ad eum ire deberemus: protinus nobis nostra superbia in cogitatione tacita respon- K
deret, dicens: Non eas, quia temetipsum degeneras: honor tuus despicitur, locus vilescit. Ecce de cœlo venit: qui seruo in terra occurrere non despicit: & tamen humiliari in terra contemnimus, qui de terra sumus. Quid verò apud deum vilius, quid despectius esse potest: quàm seruare honorem apud homines: & interni testis oculos non timere? Vnde & in sacro Euangelio ad Pharisæos dominus ait: Vos estis qui iustificatis vos co *Luc.* ram hominibus: deus autem nouit corda vestra: quia quod hominibus altum est, abominabile est apud deũ. Notate fratres, notate quod dicitur: Si enim quod hominibus altũ est, abominabile est apud deum: cordis nostri cogitatio tanto apud deũ in imo est, quanto hominibus in alto. Et humilitas cordis nostri tanto apud deum in alto est, quanto hominibus in imo. Despiciamus ergo si quid boni gerimus: nulla nos nostra inflet operatio: non rerum abundantia, non gloria extollat. Si quibuslibet ex bonis affluẽtibus intus tumescimus, deo despecti sumus. Quo contra Psalmista de humilibus dicit: Custodi- *Psalm.* ens paruulos dominus. Qui quia paruulos humiles appellat, postquam sententiam protulit, consilium subiungit: Nã quasi quæreremus quid ipse ad hęc faceret, adiũxit: Humiliat' sum, *Ibidem.* & liberauit me. Hæc ergo cogitate fratres. Hæc tota intentio- L
ne pensate. Nolite in proximis vestris mundi huius bona venerari. Hoc propter deum honorate in hominibus, quibus tamen commissi non estis, q̃ facti sunt ad imaginem dei. Quod *Honores quos in proximis non debemus.* tunc proximis verè seruatis: si apud vosmetipsos prius in corde non intumescitis. Nam qui se adhuc pro rebus transitoriis *bonis.* extollit, nescit in proximo venerari quod maneat. Nolite ergo intra vosmetipsos pensare quod habetis, sed quid estis. Ecce mundus qui diligitur, fugit. Sancti isti ad quorum tumbam consistimus: florentem mundum mentis despectu calcauerũt. Erat tunc vita longa, salus continua, opulentia in rebus, fœcũditas in propagine, tranquillitas in diuturna pace: & tamen cũ in seipso floreret, iam in eorum cordibus mundus aruerat. Ecce iam mũdus in seipso aruit: & adhuc in cordibus nostris floret. Vbique mors, vbique luctus, vbique desolatio, vndiq; percutimur, vndiq; amaritudinibus replemur: & tamen cęca mente carnalis concupiscentiæ, ipsas eius amaritudines amamus, fugientem sequimur, labenti inhæremus. Et quia labentem retinere non possumus, cum ipso labimur, quem cadentem tenemus. Aliquãdo nos mundus delectatione retraxit à deo: nũc* **delectationis* tantis plagis plenus est, vt ipse nos iam mundus mittat ad deũ. *tionis* Pensate ergo quia nulla sunt, quæ temporaliter currunt. Finis *tenuitas* temporalium ostendit: quàm nihil sit quod trãsire potuit. Ca- *&c.* sus rerum indicat, quia res transiens, & tũc propè nihil fuit, cũ stare videretur. Hæc ergo fratres charissimi sollicita consideratione pensate: in æternitatis amore cor figite, vt dum terre- M
na culmina* adipisci contemnitis: perueniatis ad gloriã quam ** terrena* per fidem tenetis: per dominum nostrum Iesum Christum fi- *laudem.* lium tuum, &c.

Lectio sancti Euangelij secundum Marcum.



Marci vlt. NIllo tempore. Recumbentibus vndecim discipulis, apparuit eis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorũ, & duritiã cordis: quia his qui viderãt eum resurrexisse, non crediderant. Et dixit eis: Eũtes in vniuersum mũdũ, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eiicient: linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum: & sedet à dextris Dei.

Illi

A spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quęcunq; dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat: ego do vobis. Non turbetur cor vestrũ, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique: quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis. Iam nõ multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius: & in me non habet quicquam. Sed vt cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in basilica sancti Petri, die sancto pentecostes.

Homilia. xxx.

LIbet fratres charissimi Euangelicæ verba lectionis sub breuitate transcurrere: vt pòst diutius liceat in contemplatione tantæ solennitatis immorari. Hodie nanq; spiritus sanctus repentino sonitu super discipulos venit, mentésque carnalium in sui amorem permutauit. Et foris apparentibus linguis igneis, intus facta sunt corda flammantia: quia dũ deum in ignis visione susceperunt, per amorem suauiter arserunt. Ipse nanque spiritus sanctus amor est. Vnde & Ioannes dicit: Deus charitas est. Qui ergo mente integra deum desiderat, profectò iam habet quem amat. Neque enim quisquam posset deum diligere, si eum quem diligit, non haberet. Sed ecce si vnusquisque vestrum requiratur, an diligat deum: tota fiducia & secura mente respondet, diligo. In ipso autem lectionis exordio audistis quid veritas dicit: Si quis diligit me, sermonem meũ seruabit.) Probatio ergo dilectionis, exhibitio est operis. Hinc in epistola sua idem Ioannes dicit: Qui dicit, diligo deũ, & mandata eius nõ custodit, mẽdax est. Verè enim diligimus, si ad mandata eius à nostris nos voluptatibus coarctamus. Nam qui adhuc per illicita desideria diffluit, profectò deum non amat: quia ei in sua voluntate contradicit. Et pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mãsionem apud eum faciemus.) Pẽsate fratres charissimi, quanta sit ista dignitas, habere in cordis hospitio aduentum dei. Certè si domum nostram quisquam diues, aut prępotens amicus intraret, omni festinantia domus tota mũdaretur, ne quid fortasse esset quod oculos amici intrãtis offenderet. Tergat ergo sordes praui operis, qui deo præparat domum mentis. Sed videte quid veritas dicat: Veniemus, & mansionem apud eum faciemus.) In quorundam etenim corda venit, & mansionem non facit: quia C per compunctionem quidẽ dei respectum percipiunt, sed tentationis tempore hoc ipsum quod compuncti fuerant, obliuiscuntur, sicque ad perpetranda peccata redeunt, ac si hæc mihi mè planxissent. Qui ergo deum verè diligit, qui eius mandata custodit, in eius corde dominus & venit, & mansionem facit: quia sic eum diuinitatis amor penetrat, vt ab hoc amore, tentationis tempore non recedat. Ille ergo verè amat, cuius videlicet mentem delectatio praua ex consensu non superat. Nam tanto quisq; à superno amore disiungitur, quanto inferius delectatur. Vnde & adhuc subdit: Qui nõ diligit me, sermones meos non seruat.) Ad vosmetipsos ergo fratres charissimi introrsus redite, si deum verè amatis, exquirite. Nec tamen sibi aliquis credat, quicquid sibi animus sine operis attestatione responderit. De dilectione conditoris, lingua, mẽs, & vita requirantur. Nunquam est dei amor ociosus. Operatur etenim magna, si est: si verò operari renuit, amor non est. Et sermonem meum quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me patris.) Scitis fratres charissimi, quia ipse qui loquitur vnigenitus filius, verbũ patris est, & ideo sermo quem loquitur filius, non est filij, sed patris: quia ipse filius verbum est patris. Hæc locutus sum vobis apud vos manens.) Quando nõ maneret apud eos, qui ascensurus cœlum, promittit dicẽs: Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi? Sed verbum incarnatum, & manet, & recedit. Recedit corpore, D manet diuinitate. Apud eos ergo tunc se mansisse perhibet: quia qui inuisibili semper potestate præsens erat, corporali iã visione recedebat. Paracletus autem spiritus sanctus quẽ mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis.) Nostis plurimi fratres mei, quod Græca locutione paracletus, Latina aduocatus dicitur, vel consolator. Qui idcirco aduocatus dicitur: quia pro errore delinquentiũ apud iustitiam patris interuenit. Qui vnius substantiæ cum patre & filio, exorare pro delinquẽtibus perhibetur, quia eos quos repleuerit, exorantes facit. Vnde & Paulus dicit: Ipse enim spiritus postulat pro nobis, gemitibus ine- *Roma. 8.* narrabilibus. Sed diceret quis: Minor est qui postulat, quã qui postulatur, quomodo ergo spiritus postulare dicitur, qui minor non est: Sed ipse spiritus postulat: quia ad postulãdum eos quos repleuerit, inflammat. Consolator autem idem spiritus *Spiritus sanctus vocat* vocatur: quia de peccati perpetratione mœrentibus, dũ spem *consolator.* veniæ præparat, ab afflictione tristitiæ mentem leuat. De quo rectè promittitur: Ipse vos docebit omnia.) quia nisi idẽ spiritus cordi asit audientis, ociosus est sermo doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit: *Doctoris lingua in vacuum laborat, nisi intus sit qui doceat.* quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Ecce vnam loquentis vocem, omnes pariter auditis, nec tamen pariter sensum auditæ vocis percipitis. Cùm ergo vox dispar non sit, cur in cordibus vestris dispar est vocis intelligentia, nisi quia per hoc quod vox loquentis communiter admonet, est magister interior, qui de vocis intelligentia quosdam specialiter docet? De hac vnctione spiritus E rursus per Ioannem dicitur: Sicut vnctio eius docet vos de omnibus. *1. Ioan. 2.* Per vocem ergo non instruitur, quando mens per spiritum non vngitur. Sed cur ista de doctrina hominum loquimur, quando & ipse conditor nõ ad eruditionem hominis loquitur, si eidem homini per vnctionem spiritus nõ loquatur? Certè Cain priusquam fratricidium opere perpetraret, audi- *Gene. 4.* uit: Peccasti, quiesce. Sed quia culpis suis exigentibus, voce est admonitus, nõ vnctione spiritus, audire verba dei potuit, sed seruare contempsit. Requirẽdum verò nobis est, cur de eodẽ spiritu dicatur: Suggeret vobis omnia, cũ suggerere soleat esse minoris? Sed quia suggerere aliquãdo dicimus subministrare, inuisibilis spiritus suggerere dicitur, non quòd nobis scięti am ab imo inferat, sed ab occulto. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Hìc relinquo, illic do. Sequentibus relinquo, peruenientibus do. Ecce fratres charissimi, verba sacrę lectionis sub breuitate discussimus: nunc in contemplationem tantæ festiuitatis animum transferamus. Sed quia cũ lectione euãgelica vobis est etiam actuum Apostolorum lectio recitata, ex ea ergo aliquid in vsum nostræ cõtemplationis trahamus. Audistis etenim quia spiritus sanct⁹ super discipulos in igneis *Act. 2.* linguis apparuit, omniumq; linguarum scientiam dedit. Quid F scilicet hoc miraculo designans, nisi quod sancta Ecclesia eodem spiritu repleta, omnium gẽtium erat voce locutura? Qui *Gene. 11.* verò contra deum turrim ędificare conati sunt, communionẽ vnius linguæ perdiderunt. In his autem qui deum humiliter metuebant, linguę omnes vnitæ sunt. Hìc ergo humilitas virtutem meruit, illic superbia confusionem. Sed quærendum est *Spiritus sanctus quare sub diuerfis figuris apparuisse legitur.* nobis fratres dilectissimi, cur spiritus sanctus patri & filio coæternus, in igne apparuit, cur in igne simul & linguis, cur aliquando in columba, aliquando verò in igne monstratur, cur super vnigenitum filium apparuit in columbæ specie, & super discipulos in igne, ita vt neq; super dominum veniret in igne, neque super discipulos mõstraretur in columba. Per quatuor itaque hæc quæ proposuimus, soluendo redeamus. Patri nãq; & filio coæternus spiritus in igne monstratur: quia incorporeus, ineffabilis, atque inuisibilis ignis est deus, attestante Paulo: Deus noster ignis consumens est. Deus quippe ignis dicit: *Heb. 12.* quia per hunc peccatorum rubigo consumitur. De hoc igne veritas dicit: Ignem veni mittere in terram: & quid volo nisi *Lucæ. 12.* vt ardeat? Terra enim vocata sunt corda terrena, quæ dũ semper infimas in se cogitationes congerunt, à malignis spiritibus conculcantur. Sed ignem dominus in terram mittit, cùm affatu sancti spiritus corda carnalium incẽdit. Et terra ardet, cùm cor carnale in suis prauis voluptatibus frigidum, relinquit concupiscen-

Spiritus sanctus ī igne apparuit, & in linguis igneis.

G concupiscentias presentis seculi,&incenditur ad amorem dei. Bene ergo in igne apparuit spiritus:quia ab omni corde quod replet,torporem frigoris excutit. & hoc in desiderium suæ æternitatis accendit. In igneis autē linguis monstratus est: quia idem spiritus coæternus est filio, & habet cognationem maximam lingua cum verbo. Verbum quippe patris est filius. Et quia vna est spiritus,& verbi substantia,idem spiritus mōstrari debuit in lingua. Vel certè quia per linguam procedit verbum, in lingua apparuit spiritus: quia quisquis sancto spiritu tangitur,dei verbum,id est, vnigenitum dei filium confitetur, & negare dei verbum non valet: quia iam sancti spiritus linguam habet. Vel certè in linguis igneis apparuit spiritus: quia omnes quos repleuerit,ardentes pariter,& loquētes facit. Linguas igneas doctores habent:quia dum deum amandum prædicant,corda audientium inflammant. Nam & ociosus est sermo doctoris,si præbere non valet incendium amoris. Hoc doctrinę incendium ab ipso veritatis ore conceperant,qui dicebant:Nónne cor nostrum ardens erat in nobis,cùm loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Ex audito quippe sermone inardescit animus,torporis frigus recedit,fit mens in su

Luc. xlii.

H perno desiderio anxia,à cōcupiscentiis terrenis aliena. Amor verus qui hanc repleuerit,fletibus cruciat,sed dum tali ardore cruciatur,ipsis suis cruciatibus pascitur. Audire ei libet præcepta cœlestia,& quot mandatis instruitur, quasi tot facibus inflammatur,& quæ torpebat prius per desideria, ardet postmodum per verba. Vnde bene per Moysen dicitur:In dextera eius ignea lex. In sinistra quippe reprobi, qui & ad sinistrā ponendi sunt. Dextera autem dei appellantur electi. In dextera ergo dei,ignea lex est:quia electi mandata cœlestia nequaquā frigido corde audiunt, sed ad hæc amoris intimi facibus inardescunt. Sermo ad aurem ducitur:& mens eorum sibimet ira-

Deut. 33.

Spiritus sanctus quos replet, simplices facit, & ardētes.

ta,ex internæ dulcedinis flamma concrematur. In colūba verò spiritus sanctus, & in igne monstratus est:quia omnes quos repleuerit, simplices & ardentes facit. Simplices puritate,ardētes æmulatione. Neque enim placere deo, aut simplicitas sine zelo, aut zelus sine simplicitate potest. Hinc ipsa veritas dicit: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.

Matth. 10.

Qua in re notandum est quod discipulos suos, nec de columba sine serpente, nec de serpente sine columba voluit dominus admonere:quatenus & columbæ simplicitatem astutia serpentis accenderet, & serpentis astutiam columbæ simplicitas

1. Cor. 14.

temperaret. Hinc Paulus ait:Nolite pueri effici sensibus. Ecce prudentiam serpentis audiuimus, nunc de simplicitate columbæ moneamur. Sed malitia paruuli estote. Hinc de beato Iob

Iob. 1.

dicitur: Erat vir simplex & rectus. Quæ est autem rectitudo sine simplicitate,aut quæ simplicitas sine rectitudine? Quia ergo & rectitudinem docet iste spiritus, & simplicitatem, & in igne monstrari debuit, & in columba, quatenus omne cor

I quod eius gratia tangitur, & mansuetudinis lenitate tranquillum,& zelo iustitiæ accensum fiat. Ad extremum verò quærēdum est,cur in ipso redemptore nostro, mediatore dei & hominum, per columbam apparuit, in discipulis verò per ignē? Certè vnigenitus dei filius, iudex est generis humani. Sed quis eius iustitiam ferret,si priusquam nos per mansuetudinem colligeret, culpas nostras per zelum rectitudinis examinare voluisset? Homo ergo pro hominibus factus, mitem se hominibus præbuit. Nouit peccatores ferire, sed colligere. Prius voluit mansuetè corripere, vt haberet quos postmodum in iudicio saluaret. In columba ergo super eum apparere debuit spiritus, qui nō veniebat vt peccata iam per zelum percuteret, sed adhuc per mansuetudinem toleraret. At contrà super discipulos in igne debuit spiritus sanctus demonstrari, vt hi qui erant simpliciter homines,atque ideo peccatores,eos contra semetipsos spiritalis feruor accenderet, & peccata quibus deus per mansuetudinem parceret, ipsi in se per pœnitentiam punirēt.

Spiritus sanctus quare apparuit super redēptorem in columba, & super discipules in igne.

1. Ioan. 1.

Nec ipsi quippe esse poterant sine peccato, qui adhærebant cœlesti magisterio. Ioāne attestante,qui ait:Si dixerimus quia peccatum non habemus,nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. In igne ergo venit in hominibus,in columba verò apparuit in domino:quia peccata nostra quæ piè dominus per mansuetudinem tolerat, nos per zelum rectitudinis debemus cautè conspicere, & ardore semper pœnitentiæ cremare. Igitur per columbam spiritus in redemptore monstratus est,per ignē verò in hominibus: quia quanto nobis nostri iudicis facta est seueritas temperata, tanto erga se debet fieri nostra infirmitas accensa. Quatuor itaq; propositionū expleta ratione,ad dona eiusdem spiritus contēplanda transeamus. De isto quippe spiritu scriptum est:Spiritus eius ornauit cœlos. Ornamenta enim cœlorum, sunt virtutes prædicantium. Quæ videlicet ornamenta Paulus enumerat,dicens: Alij datur per spiritū sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatū in vno spiritu,alij operatio virtutum,alij prophetia,alij discretio spirituum,alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus,diuidens singulis prout vult. Quot ergo sunt bona prædicantiū, tot sunt ornamēta cœlorum. Hinc rursus scriptum est:Verbo domini cœli firmati sunt, &c. Verbum enim domini,filius est patris. Sed eosdem cœlos,videlicet sanctos Apostolos, vt tota simul sancta trinitas ostendatur operata, repentè de sancti spiritus diuinitate adiūgitur: Et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Cœlorum ergo virtus de spiritu sumpta est:quia mundi huius potestatibus contraire non præsumerent, nisi eos sancti spiritus fortitudo solidasset. Quales nanq; doctores sancte Ec

L clesię,ante aduentum huius spiritus fuerint,scimus:& post aduentum illius,cuius fortitudinis facti sint,conspicimus. Certè iste ipse pastor Ecclesiæ,ad cuius sacratissimū corpus sedem', quantæ debilitatis,quantæque formidinis ante aduentum spiritus fuerit,ancilla ostiaria requisita dicat. Vna enim mulieris voce percussus,dum mori timuit,vitam negauit. Et pensandū quia eum comprehensum Petrus negauit in terra,quem suspē sum latro confessus est in cruce. Sed vir iste tantæ formidinis, qualis pōst aduentum spiritus existat,audiamus. Fit cōuentus magistratus atque seniorum, cæsis denunciatur Apostolis, ne in nomine Iesu loqui debeāt. Petrus magna auctoritate respō det: Obedire oportet deo,magis quàm hominibus. Et rursus: Si iustū est in conspectu dei vos potius audire quàm deum, iudicate. Non enim possumus quæ vidimus & audiuimus,nō loqui. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij,quoniā digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati. Ecce gaudet Petrus in verberib', qui antè in verbis timebat. Et qui prius ancillæ vocem requisitus timuit,post aduentum spiritus sancti,vires principū cæsus premit'. Libet oculos fidei in virtutem opificis huius attollere, atq; sparsim patres testamēti no ui ac veteris cōsiderare. Ecce apertis eisdē oculis fidei, Dauid, Amos,Danielem,Petrum,Paulum,Matthęum intueor,& sanctus iste spiritus qualis sit artifex,considerare volo,sed in ipsa mea cōsideratione deficio. Implet nāq; citharœdum pueru, & Psalmistā facit. Implet pastorem armentarium sycomoros vellicantē,& prophetā facit. Implet abstinētē puerū, & iudicē senum facit. Implet piscatorē,& prædicatorē facit. Implet persecutorē,& doctorē gentiū facit. Implet publicanū,& Euangelistā facit. O qualis est artifex iste spiritus,nulla ad discendum mora agit in omne quod voluerit: Mox enim vt tetigerit, mētem docet:solūq; tetigisse,docuisse est. Nā humanū animū subitò vt illustrat,immutat:abnegat hoc repentè quod erat, exhibet repentè quod non erat. Pensemus,sanctos prædicatores nostros quales hodierna die reperit,quales fecit. Certè qui in vno conclaui pro Iudæorū metu residebāt,natiuitatis suæ singuli linguā nouerant,& tamen nec ea ipsa lingua quam nouerant, apertè Christū loqui præsumebant. Venit spiritus,& in ore eos per diuersitatē linguarū docuit,in mēte autē ex auctoritate roborauit. Cœperunt & in aliena Christum eloqui, qui de illo prius & in sua lingua loqui metuebant. Inflammatum etenim cor despexit tormenta corporis, quæ antè metuebat. Vicit vim carnalis formidinis præ amore conditoris. Et qui prius suis aduersariis succumbebant formidine, eis iam præerant auctoritate. Qui ergo in tantæ eos celsitudinis culmen erexit, quid aliud dixerim,nisi quod mentes terrenorum hominum cœlos fecit? Pensate fratres charissimi, post incarnationem vnigeniti filij dei qualis sit hodierna solennitas de aduentu spiritus sancti. Sicut enim illa, ita quoque & hæc est honorabilis. In illa quippe deus in se permanens suscepit hominem,in ista verò homines venientē desuper susceperunt deū.

In

A In illa deus naturaliter factus est homo, in ista homines facti sint per adoptionem dij. Si ergo remanere carnales in morte nolumus, hunc fratres clarissimi viuificantem spiritum amemus. Sed quia caro spiritum nescit, dicat fortasse carnali cogitatione apud se aliquis: Quomodo diligere valeo, quē ignoro? Hoc & nos concedimus: quia mens visibilibus intenta, videre nescit inuisibile. Nulla enim nisi visibilia cogitat, eaque & cùm non agit, eorum imagines introrsus trahit, dumque in imaginibus corporis iacet, surgere ad incorporea nō valet. Vnde fit, vt tantò deterius creatorem nesciat, quanto in cogitatione sua familiarius corpoream creaturā portat. Sed cùm deum videre non possumus, habemus aliquid quod agamus vnde iter fiat, quò ad eum nostræ intelligentiæ oculis veniat. Certè quem in se videre nullo modo valemus, hunc in seruis suis videre iam possumus. Quos dum mira conspicimus agere, certum nobis fit, in eorum mētibus deum habitare. In re autem incorporea

Solem rectè inspicere nemo valet.

à rebus corporalibus vsum trahamus. Nemo etenim nostrum orientem clarè solem in sphæram illius intendendo valet conspicere, quia tensi in eius radiis oculi reuerberātur. Sed sole illustratos mōtes aspicimus, & quia iam Sol ortus est, videmus. Quia ergo solem iustitiæ in seipso videre non possumus, illustratos montes claritate illius videamus, sanctos videlicet. Apostolos, qui virtutibus emicant: miraculis coruscāt, quos nati solis claritas perfudit, & cùm in seipso sit inuisibilis, per eos nobis quasi per illustratos montes se visibilem præbuit. Vir-

B tus enim diuinitatis in se, quasi sol in cœlo est. Virtus diuinitatis in hominibus, sol in terra. Solem ergo iustitiæ intueamur in terra, quem videre non possumus in cœlo, vt dum inoffenso pede operis per hunc in terra gradimur, ad intuendum illum quandoque oculos & in cœlum leuemus. Sed inoffenso pede iter nostrum in terra agitur, si deus ac proximus integra mente diligatur. Nec enim deus verè sine proximo, nec proximus verè diligitur sine deo. Hinc est, quòd, sicut in alio sermone iam diximus, idem spiritus secundò legitur discipulis datus, prius à domino in terra degente, postmodum à domino cœlo præsidēte. In terra quippe datur, vt diligatur proximus, è cœlo verò vt diligatur deus. Sed cur prius in terra, postmodum è

Proximus & amād⁹ ad deum peruenire volumus.

cœlo, nisi quod patenter datur intelligi: quia iuxta Ioānis vocem, qui fratrem suum non diligit quem videt, deum quē non videt, quomodo potest diligere? Diligamus ergo proximum fratres, amemus eum qui iuxta nos est, vt peruenire valeamus ad amorem illius qui super nos est. Meditetur mens in proximo quod exhibeat deo, vt perfectè mereamur in deo gaudere cum proximo. Tunc ad illam supernæ frequentiæ lætitiā peruenimus, de qua nūc sancti spiritus pignus accepimus. Ad istū finem toto amore tendamus, in quo sine fine lætabimur. Ibi supernorum ciuium societas sancta. Ibi solēnitas certa. Ibi re-

C quies secura. Ibi pax vera, quæ nobis iam non relinquitur, sed datur per dominum Iesum Christum.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

Luc. 13.

IN illo tempore. Dicebat Iesus turbis similitudinem hanc. Arborem fici habebat quidam plātatā in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Succide ergo illam. Vt quid etiam terram occupat? At ille respondens dixit illi: Domine, dimitte illam, & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora. Et si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eā: Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cùm videret Iesus, vocauit eam ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et impo- D suit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat deum. Respondens autem archisynagogus, indignans quia sabbato curasset Iesus, dicebat turbę: Sex dies sunt in quibus oportet operari. In his ergo venite & curamini, & non in die sabbati. Respondens autem ad illum Iesus dixit: Hypocritæ, vnusquisque vestrū sabbato nō soluit bouem suum aut asinum à præsepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ quam alligauit satanas, ecce decem & octo annis, nónne oportuit solui à vinculo isto die sabbati? Et cùm hæc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius. Et omnis populus gaudebat in vniuersis quæ gloriosè fiebant ab eo.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum, in Basilica sancti Laurentij martyris, Sabbato quatuor temporum.

Homilia. XXXI.

DOminus ac redemptor noster per Euangelium suum aliquando verbis, aliquādo rebus loquitur: aliquādo E aliud verbis, atque aliud rebus: aliquando autem hoc verbis, quod rebus. Duas etenim res ex Euangelio fratres audistis, ficulneam infructuosam, & mulierē curuam, & vtriq; rei est pietas impensa. Illud autem dixit per similitudinem, istud egit per exhibitionē. Sed hoc significat ficulnea infructuosa, quod mulier inclinata, & hoc ficulnea reseruata, quod mulier erecta. Dominus vineæ tertiò venit ad ficulneam, & fructum minimè inuenit, & mulier quæ erecta est, decem & octo annis fuerat curua. Hoc autem decem & octo annorum numero signatur, quod tertiò dominus vineæ ad ficulneā infructuosam venisse perhibetur. Quia ergo præmittēdo summatim totum perstrinximus, iam per lectionis ordinem singula differamus.

Arborem fici habebat quidam plantatā in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit.) Quid arbor fici, nisi humanam naturā designat? Quid mulier inclinata, nisi eādem naturam significando denunciat? Quæ & bene plantata est sicut ficus, & bene creata * sicut mulier, sed in culpam propria sponte lapsa, neque fructum seruat operationis, neq; statum rectitudinis. Ad peccatum quippe ex voluntate corruēs: quia fructum obediētiæ ferre noluit, statū rectitudinis amisit. Quæ ad dei similitudinem condita, dum in sua dignitate non perstitit, quod plantata vel creata fuerat, seruare contempsit. Tertiò dominus vineæ ad ficulneam venit: quia naturam ge- F neris humani ante legem, sub lege, sub gratia, expectando, admonendo, visitando requisiuit. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt ex quo venio fructum quærens in ficulnea hac, & non inuenio.) Venit ante legem: quia per naturalem intellectum quid vnusquisque exemplo sui, qualiter erga proximū agere debuisset, innotuit. Venit in lege: quia præcipiendo docuit. Venit post legem per gratiā, quia pietatis suæ præsentiam exhibendo monstrauit. Sed tamen in tribus annis fructum se non inuenisse conqueritur: quia quorūdam prauorum mentes nec inspirata lex naturalis corrigit, nec præcepta erudiunt, nec incarnationis eius miracula cōuertunt. Quid verò per cultorem vineæ, nisi præpositorum ordo exprimitur? Qui dum præsunt Ecclesiæ, nimirum dominicæ vineæ curam gerūt. Huius enim vineæ primus cultor Petrus Apostolus extitit. Hunc nos indigni sequimur, inquātū pro eruditione vestra, docendo, prædicando, * increpando laboramus. Sed cum magno iam timore audiendum est, quod cultori vineæ de infructuosa arbore dicitur: Succide eam, vt quid etiā terrā occupat?) Vnusquisque iuxta modum suum, inquantum locum vitæ præsentis tenet, si fructum bonæ operationis nō exhibet, velut infructuosa arbor terram occupat: quia in eo loco in quo ipse est, & aliis operādi occasionem negat. Sed in hoc seculo potens quilibet si fructum non habet operationis bonæ, etiā impedimētum præstat cæteris: quia quicūq; sub ipso sunt: exemplo prauitatis illius, quasi vmbra peruersitatis eius premuntur.

Ficulnea & mulier curua humanā naturā repræsentant.

**erecta.*

Dominus venit ante legē, in lege, & post legem.

**deprecando.*

Arbori infructuosæ, cōparatur qui bonæ operationis fructum nō exhibet.

G muntur. Stat desuper arbor infructuosa, & subter terra sterilis iacet. Infructuosę arboris desuper vmbra densatur, & Solis radius ad terram descendere nequaquam permittitur: quia dum subiecti quilibet, patroni peruersi peruersa exempla cõspiciũt, ipsi quoque infructuosi remanentes, veritatis lumine priuantur. Et pressi vmbra, calorem Solis nõ accipiunt: quia inde remanent à deo frigidi, vnde in hoc seculo malè protegũtur. Sed de hoc peruerso quolibet & potente, penè iam requisitio deo non est. Postquam enim se perdidit, quærendum solum modo est, cur & alios premat. Vnde bene eiusdẽ vineæ dominus dicit: Vt quid etiam terram occupat? Terram quippe occupat, qui mentes alienas grauat. Terram occupat, qui locum quẽ tenet, in bonis operibus non exercet. Sed tamẽ nostrum est pro talibus deprecari. Nam cultor vineæ quid dicat, audiamus.

Prælatorũ peruersa exempla subditos corrumpunt.

Domine, dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam.) Quid est circa ficulneam fodere, nisi infructuosas mentes increpare? Omnis quippe fossa in imo est. Et nimirum increpatio dũ mentẽ sibi demonstrat, humiliat. Quoties ergo aliquẽ de peccato suo corripimus, quasi ex culturæ debito circa infructuosam arborem fodimus. Post fossionem verò quid dicatur, audiamus. Et mittam cophinum stercoris.) Quid

H est cophinus stercoris, nisi memoria peccatorum? Peccata etenim carnis, stercora vocantur. Vnde & per prophetam dicitur: Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore suo computrescere, est carnales quosque in fœtore luxuriæ vitam finire. Nos itaque quoties carnalem mentem de suis peccatis increpamus, quoties ad eius memoriã vitia antea cta reducimus, quasi infructuosæ arbori cophinũ stercoris versamus: vt malorum quę egit, memoriam recolat, & ad compunctionis gratiam quasi de fœtore pingueścat. Mittitur ergo cophinus stercoris ad radicem arboris, quando prauitatis suæ cõscientia tangitur memoria cogitationis. Cumque se per pœnitentiam ad lamenta mens excitat, & ad bonæ operationis gratiam reformat, quasi per tactum stercoris redit ad fœcunditatem operis radix cordis. Plangit quod feciſſe se meminit. Displicet sibi qualem fuisse se recolit. Intentionem contra se dirigit, atque ad meliora animum accendit. Ex fœtore ergo ad fructum reuiuiscit arbor: quia de consideratione peccati ad bona se opera resuscitat animus. Et sunt plerique qui increpationes audiunt, & tamen ad pœnitentiam redire contemnunt, & infructuosi deo, in hoc seculo virides stant. Sed audiamus quid ficulneæ cultor adiungat. Si quidem fecerit fructũ: sinautem, in futurum succides eam, quia profectò qui hic non vult ad fœcunditatẽ pingueścere per increpationem, illic cadet vnde iam resurgere per pœnitentiam non valet: & in futurũ succidetur, quamuis hic sine fructu viridis stare videatur. Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier quę

Iohel.1. Iumenta in stercore putrescere quid est.

Arbor reuiuiscit ad fructum ex fœtore.

I habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo.) Paulo ante iam diximus, quia hoc erat trinus aduẽtus domini ad infructuosam ficulneam, quod decem & octo annorũ numerus adcuruam mulierem signat. Sexto enim die homo factus est, atq; eodem sexto die opera domini cuncta perfecta sunt. Senarius autem numerus in trigonum ductus, decẽ & octo facit. Quia ergo homo qui sexta die factus est, perfecta opera habere noluit, sed ante legem, sub lege, atque in exordio inchoãtis gratię infirmus extitit, decem & octo annis curua mulier fuit: Et erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere.) Omnis peccator terrena cogitans, cœlestia non requirens, sursum respicere non valet: quia dum desideria inferiora sequitur, à mẽtis suę rectitudine curuatur: & hoc semper videt, quod sine cessatione cogitat. Ad corda vestra fratres charissimi redite, quid horis omnibus in cogitationibus vestris voluatis, semper aspicite. Alius de honoribus, alius de pecuniis, alius de prædiorum ambitu cogitat. Hæc cuncta in imo sunt, & quando mens talibus implicatur, ab status sui rectitudine flectitur. Et quia ad cœleste desiderium non assurgit, quasi mulier inclinata sursum respicere nequaquã potest. Sequitur: Hanc cùm vidisset Iesus, vocauit ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua, & imposuit illi manũ, & confestim erecta est.) Vocauit & erexit: quia illuminauit ipsam mulierem, & adiuuit. Vocat, sed non erigit, quando per eius gratiam illuminamur, sed exigentibus nostris meritis adiuuari non possumus. Plærũque enim videmus quę agenda sunt, sed opere non implemus. K Nitimur & infirmamur. Mentis iudicium rectitudinẽ cõspicit, sed ad hanc operis fortitudo succũbit: quia nimirũ iam de pœna peccati est, vt ex dono quidem possit bonum conspici, sed tamen ab eo quod aspicitur, contingat per meritum repelli. Vsitata etenim culpa obligat mentem, vt nequaquam surgere possit ad rectitudinẽ. Conatur, & labitur: quia vbi sponte diu perstitit, ibi & cùm noluerit, coacta cadit. Bene de hac nostra incuruatione ex typo humani generis per Psalmistã dicitur: *Psal.3* Incuruatus sum, & humiliatus sum vsquequaque. Contemplatus nanque quod ad supernam lucem intuendam homo cõditus fuerat, sed peccatis exigentibus foras missus, mentis suę tenebras secum portat, superna nõ appetit, infimis intendit, cœlestia nequaquam desiderat, terrena semper in animo versat: hoc quod de suo genere doluit, in seipso exclamauit, dicens: Incuruatus sum, & humiliatus sum vsquequaque. Cõtẽplationem nanque cœlestium perdens, si sola carnis necessaria homo cogitaret, incuruatus & humiliatus esset, sed tamẽ vsquequaq; non esset. Quem ergo à supernis cogitationibus nõ solum necesitas deiicit, sed etiam voluptas illicita sternit, nõ solum in- L curuatus, sed vsquequaque incuruatus est. Hinc alius propheta de immundis spiritibus dicit: Qui dixerunt animæ tuæ, in- *Esa.51.* curuare, vt transeamus. Recta quippe stat anima, cùm superna desiderat, & nequaquam flectitur ad ima. Sed maligni spiritus *Alia ꝛc.* cùm hanc in sua rectitudine stare conspiciunt, per eã transire *dopte ditur est ꝛ* non possunt. Transire nãque eorum, est immunda illi desideria spargere. Dicunt ergo, incuruare vt transeamus: quia si ipsa *Ita, qua deque ꝛc.* se ad ima appetenda non deiicit, cõtra hanc illorum peruersitas nullatenus conualescit. Et trãsire per eam nequeunt, quam contra se rigidam in superna intentione pertimescunt. Nos ergo fratres charissimi, nos viã malignis in nobis spiritibus damus, cùm terrena cõcupiscimus, cùm ad temporalia appetenda curuamur. Pudeat ergo terrena concupiscere, & dorsa mẽ- *Curuat* tium ascendentibus aduersariis præbere. Terram semper in- *per ꝛ* tuetur qui curuus est, & quo præmio sit redemptus, nõ memi- *intuetur* nit, qui ima quærit. Hinc etiã per Moysen dicitur vt qui gib- *Leui.21.* bo premitur, nequaquam ad sacerdotiũ prouehatur. Et quotquot Christi sanguine redempti sumus, membra eiusdẽ summi sacerdotis efficimur. Vnde & nobis per Petrũ dicitur: Vos *1.Pet.2.* autem genus electum, regale sacerdotiũ: Sed qui gibbum tolerat, ima semper intuetur. A sacerdotio ergo repellitur: quia quisquis solis terrenis intentus est, ipse sibi testis est, quod mẽ- *Leui.21* brum summi sacerdotis non est. Hinc rursus pisces qui pennulas non habent, ab esu fidelis populi prohibentur. Pisces quippe qui pennulas squamarum habent, dare etiam saltus super aquas solent. Quid ergo pennatis piscibus nisi electæ animæ fi- M gurantur? Quæ profectò solæ in cœlestis Ecclesiæ corpus trãseunt. Quæ modo virtutum pennulis fultę, saltus dare per cœleste desiderium sciunt, vt superna per contemplationem appetant, quamuis in seipsis iterum ex mortali carne relabantur. Si ergo iam bona cœlestis patriæ agnouimus, displiceat nobis fratres charissimi quòd curui sumus. Ponatur ante oculos mulier curua, & arbor infructuosa. Reminiscamur malorum quæ fecimus, mittamus ad radicem cordis cophinum stercoris, vt tũc in retributionis fructu pingueścat quod nobis hic per pœ- **Figura* nitentiam fœtebat. Et si virtutum summa* operari non possumus, ipse deus nostro gaudet lamento. Ex ipsa enim ei iustitię inchoatione placebimus, qui iniusta quę fecimus punimus. Nec mora erit in fletibus: quia tergẽt citius transeũtes lachrymas mansura gaudia. Per dominum nostrum &c. Amen.

Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.



Matth. & Luc.

N illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suã, & sequatur me. Qui enim voluerit animã suã saluam facere, pdet eã. Qui autẽ pdiderit animã suã propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si

A ni si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suę detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis vēturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera sua. Amē dico vobis, sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortē, donec videant filium hominis venientem in regno suo.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in Basilica sanctorum Processi & Martiniani.

Vnius martyris Homilia. XXXII.

Præcepta noua dedit redemptor mundi bo-

QVia dominus ac redemptor noster nouus homo vēnit in mundum, noua præcepta dedit mundo. Vitæ etenim nostræ veter in vitiis enutritæ, contrarietatem opposuit nouitatis suæ. Quid enim vetus, quid carnalis homo nouerat, nisi sua retinere, aliena rapere si posset, concupiscere si non posset: Sed cœlestis medicus singulis quibusque vitiis obuiantia adhibet medicamenta. Nam sicut arte medicinæ calida frigidis, frigida calidis curātur: ita dominus noster contraria opposuit medicamēta peccatis, vt lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis mansuetudinem, elatis pręciperet humilitatem. Certè cùm se sequētibus noua mandata proponeret, dixit. Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Ac si apertè dicat. Qui per vitam veterem aliena concupiscitis, per nouæ conuersationis studium & vestra largimini. Quid verò in hac lectione dicat, audiamus. Qui vult post me venire, abneget semetipsum. Ibi dicitur vt abnegemus nostra, hic dicitur vt abnegemus nos. Et fortasse laboriosum nō est homini relinquere sua, sed valdè laboriosum est relinquere semetipsum. Minus quippe est abnegare quod habet, valde autem multum est, abnegare quod est. Ad se autem nobis veniētibus dominus præcepit, vt renūciemus nostris: quia quicunque ad fidei agonem venimus, luctamen contra malignos spiritus sumimus. Nihil autem maligni spiritus in hoc mūdo proprium possident. Nudi ergo cum nudis luctari debemus. Nam si vestitus quisque cū nudo luctatur, citius ad terram deiicitur, qui habet vnde teneatur. Quid enim sunt terrena omnia, nisi quædam corporis indumenta? Qui ergo contra diabolum ad certamen properat, vestimenta abiiciat, ne succumbat. Nihil in hoc mundo amando possideat, nullas rerum labentium delectationes requirat, ne vnde ad votū tegitur, ad casum inde teneatur. Nec tamen sufficit nostra relinquere, nisi relinquamus & nos. Quid est quod dicimus, relinquamus & nos? Si enim nosmetipsos relinquimus, quò ibimus extra nos? vel quis est qui vadit, si se deseruit? Sed aliud sumus per peccatum lapsi, aliud per naturā conditi, aliud quod fecimus, aliud quod facti sumus. Relinquamus nosmetipsos quales peccando nos fecimus, & maneamus nosmetipsi quales per gratiam facti sumus.

Luc. 14.

B

Christi sequi volens abneget semetipsum.

Relinquere semetipsos quam po sit sequi.

C Ecce etenim qui superbus fuit, si conuersus ad Christum humilis factus est, semetipsum relinquit. Si luxuriosus quisque ad continentiam vitam mutauit, abnegauit vtique quod fuit. Si auarus quisq; ambire iam desiit, & largiri didicit propria, qui prius aliena rapiebat, procul dubio semetipsum reliquit. Ipse quidem est per naturam, sed nō est ipse per malitiam. Hinc enim scriptum est: Verte impios, & non erunt. Conuersi nāque impij non erunt, non quia non erunt omnino in essentia, sed scilicet non erunt in impietatis culpa. Tunc ergo nosmetipsos relinquimus, tunc nos ipsos abnegamus, cùm vitamus quod per vetustatē fuimus, & ad hoc nitimur quod per nouitatem vocamur. Pensēmus quomodo se Paulus abnegauerat, qui dicebat: Viuo autem iam nō ego. Extinctus quippe fuerat ęquus ille persecutor, & viuere cœperat pius prædicator. Si enim ipse esset, pius profectò non esset. Sed qui se viuere denegat, dicat vnde est quod sancta verba per doctrinā veritatis clamat. Protinus subdit: Viuit verò in me Christus. Ac si apertè dicat: Ego quidem à memetipso extinctus sum: quia carnaliter non viuo, sed tamen essentialiter mortuus nō sum: quia in Christo spiritaliter viuo. Dicat ergo veritas, dicat: Si quis vult post me venire abneget semetipsum.) Quia nisi quis à semetipso deficiat, ad eum qui super ipsum est, non appropinquat: nec valet apprehendere, quod vltra ipsum est, si nescierit mactare quod est. Sic olerum plantæ transponuntur, vt proficiant, atq; vt ita dixerim, eradicantur vt crescant. Sic rerum semina in terræ admixtione deficiunt: vt in reparatione sui generis vberius assurgant. Vndè enim videntur perdidisse quod erant, inde accipiunt hoc apparere quod non erant. Sed qui iam se à vitiis abnegat, exquirendæ ei virtutes sunt in quibus crescat. Nam cùm dictū est: Qui vult post me venire, abneget semetipsum, protinus additur: Et tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.) Duob' etenim modis crux tollitur, cùm aut per abstinētiam afficitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur animus. Pensemus qualiter vtroque modo Paulus crucem suam tulerat, qui dicebat: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè aliis prædicans, ipse reprobus efficiar. Ecce in afflictione corporis audiuimus crucē carnis, audiamus nūc in compassione proximi crucem mentis. Ait enim: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Perfectus quippe prędicator vt exemplum daret abstinentiæ, crucem portabat in corpore. Et quia in se trahebat damna infirmitatis alienæ, crucem portabat in corde. Sed quia ipsis virtutibus quædam vitia mixta * sunt, dicēdum nobis est quod vitium abstinentiam carnis, & quod obsideat compassionem mentis. E vicino nanque abstinentiam carnis nonnunquam vana gloria obsidet: quia dū tenuitas in corpore, dum pallor in vultu respicitur, virtus patefacta laudatur: & tanto se celerius foras fundit, quanto ad humanos oculos per ostensum pallorem exit. Et plærunque fit, vt hoc quod causa dei agi creditur, pro solis humanis fauoribus agatur. Quod bene Simon ille significat, qui inuentus in itinere, crucem dominicam in angaria portat. Aliena quippe onera in angaria portantur, quando per vanitatis studium aliquid geritur. Qui ergo per Simonē designantur, nisi abstinentes & arrogantes? qui per abstinentiam quidem carnem afficiunt, sed fructum abstinentiæ interius non requirunt. Crucem ergo domini in angaria Simon portat: quia cùm ad opus bonum ex bona voluntate non ducitur, rem iusti sine fructu peccator operatur. Vnde idem Simon crucem portat, sed non moritur: quia abstinentes & arrogantes, per abstinentiam quidem corpus afficiunt, sed per desiderium vanæ gloriæ mundo viuunt. Compassionem verò animi plærunque latenter obsidet pietas falsa, vt hāc nōnunquam vsque ad condescendēdum vitiis pertrahat, cùm ad culpas quisque non debeat compassionem exercere, sed zelū. Compassio quippe homini, & rectitudo vitiis debetur, vt in vno eodemque homine & diligamus bonum quod factus * est, & persequamur mala quæ fecit: ne dum culpas incautè remittimus, non iam per charitatem compati, sed per negligentiam concidisse * videamur. Sequitur: Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: & qui perdiderit animam suam propter me, saluam eam faciet.) Sic dicitur fideli: Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: & qui perdiderit animam suam propter me, saluam eam faciet. Ac si agricolæ dicatur: Frumentum si seruas, perdis: si seminas, renouas. Quis enim nesciat quòd frumentum cùm in semine mittitur, perit ab oculis, in terra deficit? Sed vnde putrescit in puluere, inde virescit in renouatione. Quia verò sancta Ecclesia aliud tempus habet persecutionis, atque aliud pacis, redemptor noster ipsa eius tempora distinguit in præceptis. Nā persecutionis tempore ponenda est anima: pacis autē tempore ea quæ amplius dominari possunt, frangēda sunt desideria terrena. Vnde & nunc dicitur: Quid enim proficit homo, si lucretur totum mundum, se autem perdat, & detrimentum sui faciat? Cùm persecutio ab aduersariis deest, valde vigilantius cor custodiendum est. Nam pacis tempore quia licet viuere, libet etiam ambire. Quæ profectò auaritia bene compescitur, si ipse status ambientis sollicitè consideretur. Nam cur instet ad colligendum, quando stare non potest ipse qui colligit? Cursum ergo suum quisque consideret, & agnoscit sibi posse sufficere parua quæ habet. Sed fortasse metuit ne in huius vitæ itinere sumptus desit. Longa nostra desideria increpat via breuis. Incassum multa portantur, cùm iuxtà

D

Homo non valet apprehendere quod vltra ipsum est, si nescierit mactare quod est.

1. Cor. 9.

2. Corin. 11.

*iuxta.

E

Mat. 27.

Crucem domini portauit Simō in angaria.

* *factum.*

* *cœcęssisse.*

F

Frumētum pditur seruando, sed renouatur seminādo.

Mūdū totū lucrari & se perdere nihil proficit.

Bona tēporalia timere ne desint, vanus est timor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G est quò pergitur. Plerunque autem & auaritiam vincimus, sed adhuc obstat quod vias rectitudinis minori tenemus custodia perfectionis. Nam sæpe labentia cuncta despicimus, sed tamen adhuc humanæ verecundiæ vsu præpedimur, vt rectitudinem quam seruamus in mente, nõdum exprimere valeamus in voce. Et tanto dei faciem ad iustitiæ defensionem negligimus, quanto humanas facies contra iustitiam veremur. Sed huic quoque vulneri congruum subiungitur medicamentum, cùm
Luc.9. dominus dicit: Qui me erubuerit & meos sermones, hũc filius hominis erubescet cùm venerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum.) Sed ecce nunc apud se homines dicunt, nos iam dominum & sermones eius non erubescimus: quia aperta cum voce profitemur. Quibus ego respondeo, quod in hac plebe Christiana sunt nõnulli qui Christum ideo confitentur: quia cunctos Christianos esse conspiciunt. Nam si nomen Christi in tanta hodie gloria non esset, tot professores Christi sancta Ecclesia non haberet. Non ergo ad probationem fidei vox sufficit professionis, quam defendit à verecundia professio generalitatis. Est tamen vbi se quisque interroget, vt in confessione Christi se veraciter probet, si non iam nomen eius erubescit, si plena virtute mẽtis humanum pudorem subdidit. Certè enim persecutionis tempore erubescere poterant fideles substantiis nudari, de dignitatibus deiici, ver-
H beribus affligi. Pacis autem tempore quia hæc à nostris persecutionibus desunt, est aliud vbi ostendamur nobis. Veremur sæpe à proximis despici, dedignamur iniurias verbi tolerare. Si cõtingat iurgium fortasse cum proximo, erubescimus priores satisfacere. Cor quippe carnale dum huius vitæ gloriam quærit, humilitatem respuit. Et plerunque ipse homo qui irascitur, discordanti sibi reconciliari appetit, sed ire ad satisfaciẽdum prior erubescit. Pẽsemus facta veritatis, vt videamus quo iaceãt nostræ prauitatis actiones. Si enim membra summi capitis sumus, imitari eum cui connectimur, debemus. Quid nãque ad nostræ eruditionis exemplum Paulus egregius prædi-
2.Corin.5. cator dicit? Pro Christo legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, recõciliamini deo. Ecce inter nos & deum discordiam peccando fecimus, & tamen ad nos deus suos legatos prior misit, vt nosipsi qui peccauimus, ad pacem dei rogati veniamus. Erubescat ergo humana superbia, confundatur quisque si non satisfaciat prior proximo, quando post culpam nostram vt ei reconciliari debeamus, & ipse qui offensus est, legatis interuenientibus obsecrat deus. Sequitur: Dico autem vobis. Verè sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum dei.) Regnum dei fratres charissimi non semper in sacro eloquio venturum regnum dicitur, sed nõnunquam præsens Ec-
Mat.13. clesia vocatur. Vnde scriptum est: Mittet filius hominis angelos suos, & colligẽt de regno eius omnia scandala. In illo quip-
I pe regno scandala non erunt, vbi profectò reprobi non admittuntur. Quo videlicet exemplo colligitur: quòd hoc loco regnũ dei præsens Ecclesia vocatur. Et quia nonnulli ex discipulis vsque adeo in corpore victuri erant, vt Ecclesiã dei cõstructam conspicerent, & contra mundi huius gloriam erectã, consolatoria promissione nunc dicitur: Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem, donec videant regnum dei.) Sed cùm tanta dominus subeundæ mortis præcepta ederet, quid necessarium fuit vt ad hãc subitò promissionem veniret? Quod si subtiliter attendamus, quanta dispẽsatione pietatis agatur, agnoscimus. Discipulis enim rudibus etiã de præsenti vita aliquid promittendum fuit, vt possent robustius in futura solidari. Sic Israëlitico populo ex Aegypti terra liberãdo, repromissionis terra promittitur, & cùm vocandus esset ad dona cœlestia, terrenis promissionibus suadetur. Cur hoc? vt dum esset aliquid quod de vicino perciperet, illud iam fidelius crederet, quod de lõginquo audire potuisset. Carnalis etenim populus si parua non acciperet, magna non crederet. Omnipotens ergo deus largiendo terrena, suadet ad cœlestia, vt percipiens quod videret, sperare disceret quod minimè videbat. Et tanto solidior de inuisibilibus fieret, quanto eum ad spei certitudinem visibilia promissa fulcirent. Vnde rectè quoque
Psal.104. per Psalmistam dicitur: Dedit eis regiones gentium, & labores populorum possederunt, vt custodiant iustificationes eius, &

Ecclesia præsens vocatur regnum dei.

Populo Israelitico promittitur terra repromissionis, quare hoc?

legem eius requirant. Sic ergo hoc loco rudibus discipulis ve- K
ritas loquens videndum regnum cœlorum promittit in terra, vt hoc ab eis fidelius in cœlo præsumatur. Ex ipso itaque regno quod iam videmus in mundo esse sublimatum, speremus regnum quod in cœlo credimus percipiendum. Nam sunt nõnulli qui Christianitatis nomine censentur, sed Christia- *Christianitatis nomen sæpe*
nitatis non habent fidem. Sola esse visibilia æstimant, inuisibilia non appetunt: quia nec esse suspicantur. Ad sanctorũ mar- *nomine*
tyrum corpora consistimus fratres mei. Nunquid isti carnem *non fides*
suam in mortem darent, nisi eis certissimè constitisset esse vitam pro qua mori debuissent? Ecce qui ita crediderunt, miraculis coruscant. Ad extincta nanque eorum corpora, viuentes ægri veniunt, & sanantur. Periuri veniunt, & à dæmonio vexantur. Dæmoniaci veniunt, & liberantur. Quomodo ergo viuunt illic, vbi viuunt, si in tot miraculis viuunt hic, vbi mortui sunt? Rem fratres dico breuem verbo, sed nõ paruam me- *Exemp.*
rito, quam religiosis quibusdam senioribus narrantibus agnoui. Gothorum tempore matrona quædam fuit valde religiosa, quæ ad horum martyrum Ecclesiam crebrò veniebat. Quadam die dum ex more ad orandum venisset, egrediens duos stantes sub peregrino habitu monachos inuenit, peregrinos credidit, dari eis aliquid eleemosynæ præcepit. Sed priusquam eius erogatoreis ad largiendum eleemosynam propinquasset, L
astiterunt *illi* vicinius, & dixerunt: Tu nos modo visitas, nos te in *die iudicij* requiremus, & quicquid possumus, præstabimus tibi. Quo dicto, ab oculis eius ablati sunt. Territa illa ad orandum rediit, seseque in lachrymis prolixius effudit. Et facta est post hoc tanto instantior in prece, quanto certior de promissione. Si autem iuxta Pauli vocem, Est fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium: nequa- *Hebr.11.*
quàm iam dicimus vt venturam vitam credatis: quia ecce ipsi qui in illa viuunt, humanis obtutibus visibiliter præsentantur. Quod enim videri potest, melius dicitur sciri quàm credi. Vẽturam ergo vitam nos dominus magis voluit scire quàm credere, qui eos quos inuisibiliter recipit, apud se viuere nobis etiam visibiliter ostendit. Hos ergo fratres charissimi in causa vestri examinis quam cum districto iudice habebitis, patronos facite. Hos in die tanti terroris illius defensores adhibete. Certè si apud quendam magnum iudicem causa quælibet ve- *Iudicis*
stra esset die crastino ventilanda, totus hodiernus dies in cogi- *turus*
tatione duceretur, patronum vestra fraternitas quæreret, ma- *nũ cõ*
gnis precibus ageret, vt apud tãtum iudicem sibi defensor ve- *re debe*
niret. Ecce districtus iudex Iesus venturus est, tanti illius angelorum archangelorumque concilij terror adhibetur. In illo conuentu causa nostra discutitur, & tamen nos patronos mo- M
do non requirimus, quos tunc defensores habeamus. Assunt defensores nostri sancti martyres, rogari volunt, atque, vt ita dixerim, quærunt, vt quærantur. Hos ergo adiutores vestris orationibus quærite. Hos protectores vestri reatus inuenite: quia ne punire peccatores debeat, rogari vult & ipse qui iudicat. Vnde etiam longo tempore comminatur iram, & tamen misericorditer expectat. Sic autem nos & misericordia eius refoueat, vt nullo modo negligentes reddat. Sic peccata nostra perturbent, vt mens in desperationem non proruat: quia etsi præsumentes metuimus, & metuentes speramus, æternum regnum citius adepturi sumus, per eum qui viuit & regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

Luc.7. IN illo tempore, Rogabat Iesum quidam Pharisæus, vt manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi, discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd Iesus accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti, & stãs retro secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius,

A eius,& capillis capitis sui tergebat: & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum,ait intra se dicens: Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum: quia peccatrix est.Et respondens Iesus dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister,dic. Et respondens Iesus dixit:Duo debitores erant cuidam fœneratori,vnus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent,donauit vtrisque.Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon,dixit: Aestimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei:Rectè iudicasti.Et cõuersus ad mulierem,dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam,aquam pedibus meis non dedisti:hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit.Osculum mihi non dedisti, hæc autem ex quo intraui,non cessauit osculari pedes meos.Oleo caput meum non vnxisti,hæc autem vnguento vnxit pedes meos.Propter quod dico tibi,Remittuntur ei peccata multa,quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur,minus diligit. Dixit autem Iesus ad illam: Remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt qui simul discumbebant,dicere intra se: Quis est hic,qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit,Vade in pace.

B

Homilia lectionis eiusdem,habita ad populum in *Basilica* sancti *Clementis*,feria sexta quatuor tẽporum *Septembris*.

Homilia.XXXIII.

COgitanti mihi de Mariæ Magdalenæ pœnitentia, flere magis libet, quàm aliquid dicere. Cuius enim vel laxeum pectus ille huius peccatricis lachrymæ,ad exemplum pœnitendi non emolliant? Cõsiderauit nanque quid fecit,& noluit moderari quid faceret. Super conuiuantes ingressa est,non iussa venit,inter epulas lachrymas obtulit. Discite quo dolore ardet,quæ flere & inter epulas non erubescit. Hanc verò quam Lucas peccatricem mulierem,Ioannes Mariam nominat,illam esse Mariam credimus,de qua Marcus septem dæmonia eiecta fuisse testatur. Et quid per septem dæmonia,nisi vniuersa vitia designantur? Quia enim septem diebus omne tempus comprehenditur, rectè septenario numero vniuersitas figuratur. Septem ergo dæmonia Maria habuit, quæ vniuersis vitiis plena fuit. Sed ecce quia turpitudinis suæ maculas aspexit,lauanda ad fontem misericordiæ cucurrit,cõuiuantes non erubuit. Nam quia semetipsam grauiter erubescebat intus, nihil esse credidit quod verecundaretur foris. Quid ergo miramur fratres, Mariam veniẽtem, an dominum suscipientem? Suscipientem dicam, an trahentem? Sed melius trahentem dicam & suscipientem: quia nimirum ipse eam per misericordiam traxit intus,qui per mãsuetudinem suscepit foris.Sed iam textum sancti Euangelij percurrentes,ipsum quoque ordinem quo venerit sananda,videamus. Attulit alabastrum vnguenti,& stans retrò secus pedes Iesu,lachrymis cœpit rigare pedes eius,& capillis capitis sui tergebat,& osculabatur pedes eius & vnguento vngebat.) Liquet fratres quòd illicitis actibus prius mulier intenta, vnguentum sibi pro odore suæ carnis adhibuit. Quod ergo sibi turpiter exhibuerat, hoc iam deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat, sed hos iam per pœnitentiam conterens flebat. Capillos ad compositionem vultus exhibuerat,sed iam capillis lachrymas tergebat. Ore superba dixerat, sed pedes domini osculans, hoc in redemptoris sui vestigia figebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutum numerum,numerum criminum, vt totum seruiret deo in pœnitentia, quicquid ex se deum contempserat in culpa.Sed hoc Pharisæus intuẽs despicit,& nõ solum venientem peccatricem mulierem,sed etiam suscipientem dominum reprehendit,dicens intra se. Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis esset mulier quæ tangit eum: quia peccatrix est.) Ecce Pharisæus veraciter apud se superbus, & fallaciter iustus,ægram reprehendit de ægritudine,medicum de subuentione,qui ipse quoq; de elationis vulnere ægrotabat, & ignorabat. Inter duos autem ægros medicus aderat, sed vnus æger in febre integrum sensum tenebat,alter verò in febre carnis & sensum perdiderat mẽtis.Illa quippe flebat quod fecerat, Pharisæus autem de falsa iustitia elatus, vim suæ inualitudinis exaggerabat. In ægritudine ergo & sensum perdiderat, qui hoc ipsum quoque,quòd à salute longè esset,ignorabat. Sed inter hæc nos gemitus cogit, quosdam nostri ordinis viros intueri, qui sacerdotali officio prædi ti,si quid fortasse iustè exterius vel tenuiter egerint, protinus subiectos despiciunt,& peccatores quosque in plebe positos dedignãtur, eisque compati culpam suam confitentibus nolunt, ac velut Pharisæi more, à peccatrice muliere tangi despiciunt. Quæ profectò mulier si ad Pharisæi pedes venisset,nimirum calcibus repulsa discederet. Inquinari enim se alieno peccato crederet. Sed quia hunc vera sua iustitia non replebat, de alieno vulnere ægrotabat. Vnde semper necesse est vt cùm peccatores quosque conspicimus, nosmetipsos prius in illorum calamitate defleamus: quia fortasse in similibus aut lapsi sumus, aut labi possumus si lapsi non sumus.Et si censura magisterij debet semper virtute disciplinæ vitia persequi, oportet tamen vt sollicitè discernamus:quia districtionem debemus vitiis,compassionem naturæ. Si enim feriendus est peccator, nutriendus est proximus. Cùm verò iam per pœnitentiam percutit ipse quod fecit, iam noster proximus peccator non est: quia cùm dei iustitiam contra se dirigit, & hoc in se punit quod iustitia diuina reprehendit. Sed iam iste superbus & arrogans qua sententia conuincatur,audiamus.De duobus quippe ei debitoribus paradigma opponitur, quorum vnus minus, & alius amplius debet,vtrorunque debito dimisso,quis amplius largitorẽ debiti diligat,interrogatur. Quibus verbis protinus ille respondit. Ille plus diligit,cui plus dimittitur.)Qua in re notandum est quia dũ sua sententia Pharisæus conuincitur,quasi phreneticus funem portat vnde ligetur. Enumerantur ei à domino bona peccatricis mulieris, & enumerantur mala falsi iusti, cùm dicitur: Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti. Hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti, hæc autem ex quo intraui non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti, hæc autem vnguento vnxit pedes meos.) Post enumerationem verò subinfertur sententia: Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multũ.) Quid fratres mei esse dilectionem credimus,nisi ignem? & quid culpam,nisi rubiginem? Vnde nunc dicitur: Remittuntur ei peccata multa: quia dilexit multum. Ac si apertè diceretur: Incendit plenè peccati rubiginem: quia ardet validè per amoris ignem. Tanto nanque amplius peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur.Ecce ea quæ ad medicum venerat ægra,sanata est,sed de salute eius adhuc alij ægrotant.Nam simul discumbentes conquesti sunt intra se,dicentes: Quis est hic qui etiam peccata dimittit?) Sed cœlestis medicus ægros non despicit,quos etiam de medicamẽto fieri deteriores videt. Eam autem quam sanauerat, per pietatis suæ sententiam confirmat, dicens: Fides tua te saluam fecit, vade in pace.) Fides etenim eius saluam eam fecit: quia hoc quod petiit, posse se accipere non dubitauit.Sed ipsam quoque spei certitudinem iam ab illo acceperat, à quo per spem etiam salutem quærebat.In pace autem ire præcipitur,vt à veritatis itinere in viam scandali vlterius non diriuetur. Vnde & per Zachariam dicitur:Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Tunc enim gressus nostros in viã pacis dirigimus, quando per illud actionũ iter pergimus,in quo ab auctoris nostri gratia non discordamus. Hæc itaque fratres charissimi historica expositione transcurrimus, nunc verò si placet, ea quæ dicta sunt, mystico

C

D

Sacerdotes etiam iusti subiectos non despiciant.

Peccatores dum cõspicimus, nosmetipsos de fleamus.

E

F

Dilectio est ignis & culpa rubigo.

Luc. 1.

G stico intellectu disseramus. Quem nanque Pharisæus de falsa iustitia præsumens, nisi Iudaicum populum, quem peccatrix mulier sed ad vestigia domini veniens & plorans, nisi conuersam gentilitatem designat? Quæ cùm alabastro venit, vnguẽtum fudit, retrò secus pedes domini stetit, lachrymis pedes rigauit, capillis tersit, eosdemque quos infundebat & tergebat, pedes osculari non desiit. Nos ergo nos illam mulier expressit, si toto corde ad dominũ post peccata redeamus, si eius pœnitentiæ luctus imitemur. Quid nanque vnguento, nisi bonæ
2.Corin.2. odor opinionis exprimitur? vnde & Paulus dicit: Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Si ergo recta opera agimus, quibus opinionibus boni odoris Ecclesiã respergamus, quid in domini corpore nisi vnguentum fundimus? Sed secus pedes Iesu mulier stetit. Contra pedes enim domini stetimus, cùm in peccatis positi, eius itineribus retinebamur? Sed si ad veram pœnitentiam post peccata conuertimur, iam retrò secus pedes stamus: quia eius vestigia sequimur, quem impugnabamus. Lachrymis mulier pedes ei' rigat. Quod nos quoque veraciter agimus, si quibuslibet vltimis membris domini per compassionis affectum inclinamur, si sanctis eius in tribu-
Capilli denotãt abundantem terrenam substantiam. latione compatimur, si eorum tristitiã, nostram putamus. Capillis mulier pedes quos rigauerat, tersit. Capilli quippe superfluunt corpori. Et quid abundans terrena substantia, nisi capillorum speciem tenet? Quæ dum ad vsum necessitatis superfluit, etiam abscissa non sentitur. Capillis ergo pedes domini tergimus, quando sanctis eius quibus ex charitate cõpatimur, etiam ex his quæ nobis superfluunt, miseremur: quatenus sic
H mens per compassionem doleat, vt etiã larga manus affectum doloris ostendat. Rigat nanque lachrymis redemptoris pedes, sed capillis suis nõ tergit, qui vtcunque proximorum dolori compatitur, sed tamen eis ex his quæ sibi superfluunt, non miseretur. Plorat & non tergit, qui verba quidem doloris tribuit, sed non ministrãdo quæ desunt, vim doloris minimè abscindit. Osculatur mulier pedes quos tergit. Quod nos quoque plenè agimus, si studiosè diligimus quos ex largitate cõtinemus, ne grauis nobis sit necessitas proximi, ne ipsa nobis eius indigentia quæ sustentatur, fiat onerosa: & cùm manus necessaria tribuit, animus à dilectione torpescat. Potest quoque
Ioan.1. per pedes ipsum mysterium incarnationis eius intelligi, per quod diuinitas terram tetigit: quia carnem sumpsit. Verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis. Osculamur ergo
Pedes redẽptoris quãdo dicimur osculari. redemptoris pedes, cùm mysterium incarnationis eius ex toto corde diligimus. Vnguento pedes vngimus, cùm ipsam humanitatis eius potentiam sacri eloquij bona opinione prædicamus. Sed hoc Pharisæus videt, & inuidet: quia cùm Iudaicus populus gentilitatem deum prædicare conspicit, sua apud se malitia tabescit. Sed redemptor noster facta eiusdem mulieris, quasi bona gentilitatis enumerat, vt in quo malo Iudaicus
I populus iaceat, agnoscat. Nam sic Pharisæus retunditur, vt per eum, sicut diximus, perfidus ille populus ostendatur. Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrymis rigauit pedes meos.) Aqua quippe extra nos est, lachrymarum humor intra nos: quia videlicet infidelis ille populus, nec ea quę extra se erant, vnquam pro domino tribuit, conuersa autem gentilitas pro eo non solum rerum substantiam dedit, sed etiã sanguinem fudit. Osculum mihi non dedisti, hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos.) Osculum quippe, dilectionis est signum. Et infidelis ille populus deo osculum non dedit: quia ex charitate eum amare noluit, cui ex timore seruiuit. Vocata autem gentilitas, redemptoris sui vestigia osculari non cessat: quia in eius amo-
Canti.1. re continuò suspirat. Vnde & sponsæ voce de eodem redemptore suo in Canticis canticorum dicitur: Osculetur me osculo oris sui. Osculum rectè conditoris sui desiderat, quæ se ei obsequi per amorem parat. Oleo caput meum nõ vnxisti.) Si pedes domini, mysterium incarnationis eius accipimus, cõ-
1.Corin.11. gruè per caput illius ipsa diuinitas designatur. Vnde & per Paulum dicitur: Caput Christi, deus. In deo quippe, & non in se, quasi in homine credere Iudaicus populus fatebatur. Sed Pharisæo dicitur: Oleo caput meum non vnxisti: quia ipsam quoque diuinitatis eius potentiam, in qua se Iudaicus populus credere spopondit, digna laude prædicare neglexit. Hæc autẽ vnguẽto vnxit pedes meos.) quia dum incarnationis eius K
mysteriũ gentilitas credidit, summa laude etiam eius ima prædicauit. Sed iã redẽptor noster enumerata bona cõcludit, cùm per sententiam subdit: Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multum.) Ac si apertè dicat: Etsi durum est valde quod coquitur, abundat tamen amoris ignis quo etiam dura consumantur. Libet inter hæc consi- *Redemptor apud Pharisæum passus est.*
derationem tantæ pietatis intueri. Peccatricis mulieris opera, sed pœnitentis, qua æstimatione veritas apud se seruat, quæ eius aduersario sub tãta distributione enumerat. Ad Pharisæi prãdium dominus discumbebat, sed apud pœnitentem mulierem mentis epulis delectabatur. Apud Pharisæum veritas pascebatur foris, apud peccatricem mulierem, sed tamen conuersam, pascebatur intus. Vnde & ei sancta Ecclesia, quam sub specie hinnuli ceruorum quærit, in Canticis cãticorum dicit: Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubas in meridie. Ceruorum quippe hinnulus, dominus appellatur, iuxta assumptam carnem, antiquorum filius patrum. Feruentior verò in meridie æstus ardescit, & vmbrosum locum hinnulus quærit, quem æstus igne non afficit. In illis ergo cordibus dominus requiescit, quæ amor præsentis seculi non incendit, quę carnis desideria non exurunt, quæ incensa suis anxietatibus in huius mundi concupiscentiis non arescunt. Vnde & Mariæ di- *Luc.1.*
citur: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Vmbrosa ergo loca in meridie ad pascendum hinnulus quærit: quia talibus mentibus dominus pascitur, quæ per respectum gratiæ temperatæ, corporalibus desideriis non L
vruntur. Plus ergo pœnitẽs mulier pascebat intus, quàm Pharisæus dominum pascebat foris: quia ab æstu carnalium quasi hinnulus redemptor noster ad illius mentem fugerat, quam post vitiorum ignem, pœnitentiæ vmbra temperabat. Pensemus quantæ pietatis fuerit, peccatricem mulierem non solum ad se admittere, sed ei etiam ad tangẽdum pedes præbere. Cõsideremus gratiam misericordis dei, & damnemus multitudinem reatus nostri. Ecce peccatores videt, & sustinet, resistentes tolerat, & tamen quotidie per Euangelium clementer vocat. Cõfessionem nostram ex puro corde desiderat: & cuncta quę delinquimus relaxat. Temperauit nobis districtionem legis, misericordia redemptoris. In illa quippe scriptum est: Si *Exod.xx.* *& Leuit.*
quis hæc vel illa fecerit, morte moriatur. Si quis hæc vel illa fecerit, lapidibus obruatur. Apparuit conditor noster in carne, confessioni peccatorum nõ pœnam, sed vitam promittit: mulierem sua vulnera confitentem suscipit, & sanam dimittit. Inflexit ergo ad misericordiã duritiam legis: quia quos iustè illa damnat, ipse misericorditer liberat. Vnde bene quoq; in lege *Exod.xv.*
scriptum est: quia manus Moysi erant graues, sumentes ergo lapidem, posuerunt subter, in quo sedit. Aaron autem & Hur M
sustentabant manus eius. Moyses quippe sedit in lapide, cùm lex requieuit in Ecclesia. Sed hæc eadem lex manus graues habuit: quia peccãtes quosque non misericorditer pertulit, sed seuera districtione percussit. Aaron verò mõs fortitudinis, Hur autem ignis interpretatur. Quem itaque mõs iste fortitudinis signat, nisi redemptorẽ nostrum: de quo per prophetã dicitur: *Esa.2.*
Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice mõtium? Aut quis per ignem, nisi spiritus sanctus figuratur: de quo idem redẽptor dicit: Ignem veni mittere in terram? Aaron ergo & Hur graues manus Moysi sustinẽt, atque sustentando leuiores reddunt: quia mediator dei & hominum cum igne sancti spiritus veniens, mandata legis grauia, quæ dũ carnaliter tenerentur, portari non poterant, tolerabilia nobis per spiritalem intelligentiã ostẽdit. Quasi enim manus Moysi leues reddidit: quia pondus mandatorum legis ad virtutẽ cõfessionis retorsit. Hanc nobis sequentibus misericordiæ promissionem innuit, cùm per prophetã dicit: Nolo mortẽ pec- *Ezech.18.*
catoris, sed vt conuertatur & viuat. Hinc iterũ sub Iudææ spe- *Hier.3.*
cie vnicuiq; peccatrici animæ dicitur: Si dereliquerit vir vxorem suã, & illa recedens duxerit virum alterũ, nũquid reuertetur ad eã vltrà? nunquid non polluta & cõtaminata erit mulier illa? Tu autẽ fornicata es cum amatoribus multis: veruntamen reuertere ad me, dicit dominus. Ecce paradigma turpis mulieris dedit. Ostendit quod post turpitudinem recipi nõ possit. Sed hoc ipsum paradigma quod protulit, per misericordiam

A diam vincit: cùm dicit fornicãtem mulierem recipi nequaquã posse: & tamen ipse fornicãtem animam vt recipiat expectat. Pensate fratres pondus tantæ pietatis. Dicit quod fieri nõ potest: & demonstrat quia hoc ipse facere etiam contra morem potest. Ecce vocat, & quos inquinatos denunciat, hos etiam amplecti quærit: à quibus desertum esse se queritur. Nemo ergo tantæ misericordiæ tempus perdat: nemo oblata remedia diuinæ pietatis abiiciat. Ecce superna benignitas auersos nos reuocat: & nobis reuertentibus, suæ clementiæ sinum aperit. Vnusquisque ergo pensẽt quo debito constringitur: quando illum deus expectat, ne contemptus exasperetur. Qui ergo permanere noluit, redeat: qui stare contempsit, saltem post lapsum surgat. Quanto nos amore cõditor noster expectat, insinuat, cùm per prophetam dicit: Attendi & auscultaui, nemo quod bonum est loquitur. Non est qui recogitet in corde suo & dicat, quid feci? Certè nunquam cogitare mala debuimus. Sed quia cogitare recta noluimus, ecce adhuc sustinet, vt recogitemus. Videte tantæ pietatis sinum, consideratæ apertũ vobis misericordiæ gremium. Quos malè cogitantes perdit, bene recogitantes quærit. Ad vos ergo fratres charissimi, ad vos oculos mentis reducite, & pœnitentem peccatricem mulierem in exemplum vobis imitationis anteferte. Quæcunque vos in adolescentia, quæcunque in iuuentute deliquisse meministis, deflete: morum operumque maculas lachrymis tergite. Amemus iam redemptoris nostri vestigia, quæ peccando contempsimus. Ecce, vt diximus, ad recipiendos nos supernæ pietatis sinus aperitur, nec maculosa in nobis vita contemnitur. Per hoc quòd inquinationem nostram perhorrescimus, internæ iam munditiæ concordamus. Reuertentes nos dominus clementer amplectitur, quia peccatorum vita ei esse indigna iam non potest, quæ fletibus lauatur in Christo Iesu domino nostro, qui viuit & regnat cum patre deus in vnitate spiritus sancti: Per omnia secula seculorum. Amen.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore. Erãt appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant scribæ & Pharisæi, dicentes: quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolã istã, dicẽs: Quis ex vobis homo qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quę perierat, donec inueniat illam? Et cùm inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens. Et veniens domum, conuocat amicos & vicinos, dicens illis: Cõgratulamini mihi: quia inueni ouem meam quæ perierat. Dico vobis quòd ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agẽte: quàm super nonagintanouem iustis qui non indigent pœnitẽtia. Aut quæ mulier habens drachmas decem: & si perdiderit drachmam vnam, nónne accendit lucernam, & euertit domum: & quærit diligenter donec inueniat? Et cùm inuenerit: cõuocat amicas & vicinas, dicens: Cõgratulamini mihi, quia inueni drachmã quam perdideram. Ita dico vobis, Gaudium erit in cœlo corã angelis dei, super vno peccatore pœnitentiam agente.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum, in Basilica beatorum Ioannis & Pauli: dominica tertia post Trinitatem.

Homilia. XXXIIII.

AEstiuum tempus quod corpori meo valde contrariũ est, loqui me de expositione Euangelij longa mora interueniente prohibuit. Sed nunquid quia lingua tacuit, ardere charitas cessauit? Hoc etenim dico quod apud se D vestrum vnusquisque recognoscit. Plærunq; charitas quibusdam occupationibus prepedita, & intus flagrat in corde, & tamen non monstratur in opere: quia & sol cùm nube regitur, non videtur in terra, & tamen ardet in cœlo. Sic sic esse occupata charitas solet: & intus vim sui ardoris exerit, & foris flammas operis non ostendit. Sed quia nunc ad loquendum tẽpus rediit, vestra me studia accendunt: vt mihi tãto amplius loqui libeat, quanto hoc vestræ mentes desiderabilius expectant. Audistis nanque in lectione Euangelica fratres mei, quia peccatores & publicani accesserunt ad redemptorem nostrum: & non solum ad colloquendum, sed etiam ad conuescendum recepti sunt. Quod videntes pharisæi, dedignati sunt. Ex qua re colligite, quia vera iustitia compassionem habet, falsa iustitia dedignationem, quamuis & iusti soleant rectè peccatoribus dedignari. Sed aliud est quod agitur typho superbiæ: aliud quod zelo disciplinæ. Dedignantur etenim: sed non dedignãtes: desperant, sed non desperantes: persecutionem commouent, sed amantes: quia etsi foris increpationes per disciplinam exaggerant, intus tamen dulcedinem per charitatem seruant. Præponunt sibi in animo ipsos plærunq; quos corrigunt, meliores existimant eos quoque quos iudicant. Quod videlicet agentes, & per disciplinam subditos, & per humilitatem custodiunt semetipsos. At contrà hi qui de falsa iustitia superbire solent, cæteros quosque despiciunt: nulla infirmantibus misericordia condescendunt: & quò se peccatores esse non credunt, eo deterius peccatores fiunt. De quorum profectò numero pharisæi extiterant: qui diiudicantes dominũ, quod peccatores susciperet, arenti corde ipsum fontem misericordiæ reprehendebant. Sed quia ægri erant, ita vt ægros se esse nescirent: quatenus quod erant agnoscerent, cœlestis eos medicus blandis fomẽtis curat: benignum paradigma obiicit, & in eorum corde vulneris tumorem premit. Ait nanque: Quis ex vobis homo qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nónne dimittit nonagintanouẽ in deserto, & vadit ad illam quæ perierat? Ecce mira dispensatione pietatis, similitudinem veritas dedit: quam & in se ipse homo recognosceret, & tamen hæc specialiter ad ipsum auctorem hominum pertineret. Quia enim centenarius perfectus est numerus: ipse cẽtum oues habuit, cùm angelorum substantiam & hominũ creauit. Sed vna ouis tunc periit: quando peccãdo homo pascua vitæ dereliquit. Dimisit autẽ nonagintanouẽ oues in deserto: quia illos summos angelorum choros reliquit in cœlo. Cur autem cœlum desertum vocatur: nisi quod desertum dicitur derelictum? Tunc autẽ cœlum homo deseruit: cum peccauit. In deserto autem nonagintanouem oues remãserant: quãdo in terra dominus vnã quærebat: quia rationalis creaturæ numerus, angelorum videlicet & hominum, qui ad videndum deum conditus fuerat, pereunte homine, erat imminutus: & vt perfectè summa ouiũ redintegraretur in cœlo, homo perditus quærebatur in terra. Nam quod hic Euãgelista dicit, in deserto: alius dicit, in mõtibus: vt significet in excelsis: quia nimirũ oues quę non perierãt, in sublimibus stabãt. Et cùm inuenerit ouẽ, imponit in humeros suos gaudẽs.) Ouem in humeris suis imposuit, quia humanã naturã suscipiens, peccata nostra ipse portauit. Et veniens domum, cõuocat amicos & vicinos, dicens eis: Congratulamini mihi, quia inueni ouẽ meã quæ perierat.) Inuenta oue domum redit, quia pastor noster reparato homine ad regnum cœleste rediit. Ibi amicos & vicinos inuenit, illos videlicet angelorũ choros qui amici eius sunt: quia voluntatem eius continuè in sua stabilitate custodiunt. Vicini quoque eius sunt, quia claritate visionis illius sua assiduitate perfruuntur. Et notandum quòd nõ dicit, congratulamini inuẽtæ ouí: sed mihi: quia videlicet eius gaudium est vita nostra. Et cùm nos ad cœlum reducimur, solẽnitatem lætitię eius implemus. Dico vobis quòd ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitẽtiam agente, quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia.) Considerandũ nobis est fratres mei, cur dominus plus de cõuersis peccatoribus, quàm de stantibus iustis in cœlo gaudiũ esse fateatur. Vnde hoc, nisi quòd ipsi per quotidianum visionis experimentum nouimus, quia plærunque hi qui nullis se oppressos peccatorum mo-

Charitas in prælatis nõ cessat etiam lingua tacente.

Iustitia vera compassionẽ habet.

Iustitiã falsam habẽtes alios despiciunt.

E

Numerus centenarius est perfectus. Ouis quæ perierat, fuit homo.

Matt. 18.

F

Ouis inuẽta redit domũ pastor.

Universidad de Puerto Rico
Biblioteca

G libus sciunt: stant quidem in via iustitiæ, nulla illicita perpetrant, sed tamen ad cœlestem patriam anxiè non anhelãt, tantoque sibi in rebus licitis vsum præbent: quanto se perpetrasse nulla illicita meminerunt. Et plærunque pigri remanent ad exercenda bona præcipua: quia valde sibi securi sunt, quòd nulla commiserint mala grauiora. At contra nonnunquam hi qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti, inardescũt in amorem dei, seseque in magnis virtutibus exercent: cuncta difficilia sancti certaminis appetunt, omnia mundi derelinquunt, honores fugiunt, acceptis contumeliis lætantur, flagrant desiderio, ad cœlestem patriam anhelant: & quia se errasse à deo considerant, damna præcedentia lucris sequentibus recompensant. Maius ergo de peccatore conuerso, quàm de stante iusto gaudium sit in cœlo: quia & dux in prælio plus eum militem diligit, qui post fugam reuersus, hostem fortiter premit, quàm illum qui nunquam terga præbuit, & nunquam aliquid fortiter gesit. Sic agricola illam amplius terram amat, quæ post spinas vberes fruges profert, quàm eam quæ nunquam spinas habuit, & nunquam fertilem messem producit. Sed inter hæc sciendum est, quia sunt plærique iusti, in quorum vita tãtum est gaudium, vt eis quælibet peccatorum pœnitentia præponi nullatenus possit. Nam multi & nullorum sibi malorum sunt conscij: & tamen in tanti ardoris afflictione se exercent, ac si à peccatis omnibus coangustentur. Cuncta etiam licita respuunt, ad despectum mũdi sublimiter accinguntur, licere sibi nolunt omne quod libet. Bona sibi amputant etiam concessa, contemnunt visibilia, inuisibilibus accenduntur, lamentis gaudent. In cunctis semetipsis humiliant: & sicut nonnulli peccata operum, sic ipsi cogitationum peccata deplorant. Quid itaque istos dixerim, nisi & iustos & pœnitentes, qui se & in pœnitentia de peccato cogitationis humiliant, & recti semper in opere perseuerant. Hinc ergo colligendum est, quantum deo gaudium faciat, quando humiliter plangit iustus, si facit in cœlo gaudium, quando hoc quod malè gesit, per pœnitentiam damnat iniustus. Sequitur: Aut quæ mulier habens drachmas decem: & si perdiderit drachmam vnam, nonne accẽdit lucernam, & euertit domum, & quærit diligenter donec inueniat drachmã quam perdiderat? Qui signatur per pastorem, ipse & per mulierem. Ipse etenim deus: ipse & dei sapientia. Et quia imago exprimitur in drachma: mulier drachmam perdidit: quando homo qui conditus ad imaginem dei fuerat: peccando à similitudine sui conditoris recessit. Sed accendit mulier lucernam: quia dei sapientia apparuit in humanitate. Lucerna quippe lumen in testa est: lumen vero in testa, est diuinitas in carne. De qua videlicet testa sui corporis dicit ipsa sapiẽtia: Exaruit velut testa virtus mea. Quia enim testa in igne solidatur: ei' virtus sicut testa exaruit: quia assumptam carnem ad resurrectionis gloriam ex passionis tribulatione roborauit. Accensa autem lucerna euertit domũ, quia mox vt eius diuinitas per carnem claruit, omnis se nostra conscientia concussit. Domus nãque euertitur, cùm consideratione reatus sui humana conscientia perturbatur. Qui euersionis sermo non discrepat ab eo quod in aliis codicibus legitur, emundat: quia nimirum praua mens si nõ prius per timorem euertitur, ab assuetis vitiis non emundatur. Euersa ergo domo inuenitur drachma: quia dum perturbatur conscientia hominis, reparatur in homine similitudo conditoris. Et cùm inuenerit, cõuocat amicas & vicinas suas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram.) Quæ amicę vel vicinæ, nisi illæ potestates cœlestes sunt, iam superius dictæ? Quæ tanto supernæ sapientiæ iuxtà sunt, quanto ei per gratiam continuę visionis appropinquant. Sed inter hæc nequaquam relinquere negligenter debemus: cur ista mulier per quam dei sapientia figuratur, decem drachmas habuisse perhibetur: ex quibus vnam perdidit, quam cùm quæreret, inuenit. Angelorũ quippe & hominum naturam, ad cognoscendum se dominus condidit, quam dum consistere ad æternitatem voluit: eam procul dubio ad suam similitudinem creauit. Decem verò drachmas habuit mulier: quia nouem sunt ordines angelorum. Sed vt compleretur electorum numerus, homo decimus est creatus, qui à conditore suo, nec post culpam periit, quia hunc æterna sapientia per carnem miraculis coruscans ex lumine testæ reparauit. No- K
uem verò angelorum ordines diximus: quia videlicet esse testante sacro eloquio scimus angelos, archangelos, virtutes, potestates, principatus, dominationes, thronos cherubin, atq; seraphin. Esse nanque angelos & archangelos, penè omnes sacri eloquij paginæ testantur. Cherubin verò atque seraphin sæpe, vt notum est, libri prophetarum loquuntur. Quatuor quoq; ordinum nomina Paulus Apostolus ad Ephesios enumerat, dicens: Supra omnem principatum, & potestatẽ, & virtutem, & dominationem. Qui rursus ad Colossenses scribens, ait: Siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue dominationes. Dominationes verò & principatus ac potestates tã ad Ephesios loquens descripserat: sed ea quoque Colossensibus dicturus, præmisit thronos de quibus necdum quicquam fuerat Ephesiis locutus. Dum ergo illis quatuor quæ ad Ephesios dixit, id est, principatibus, potestatibus, virtutibus, atque dominationibus coniunguntur throni, quinque sunt ordines qui specialiter exprimuntur. Quibus dum angeli & archangeli, cherubin atque seraphin adiuncta sunt, procul dubio nouem esse angelorum ordines inueniuntur. Vnde & ipsi angelo, qui primus est cõditus, per prophetam dicitur: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore, in delitiis paradisi dei fuisti. Vbi notandum est quòd non ad similitudinem dei factus, sed signaculum similitudinis dicitur: vt quò in eo subtilior est natura, eo in illo imago dei similius insinuetur expressa. Quo in loco mox subditur: Omnis lapis preciosus operimentũ tuum. Sardius, topazius, & iaspis, chrysolitus, onyx, & beryllus, sapphirus, carbunculus, & smaragdus. Ecce nouẽ dixit nomina lapidum: quia profectò nouem L
sunt ordines angelorum. Quibus nimirum ordinibus ille primus angelus ideo ornatus & opertus extitit: quia dum cunctis agminibus angelorum prælatus est, ex eorum cõparatione clarior fuit. Sed cur istos persistentium angelorũ choros enumerando perstrinximus, si non eorum quoque ministeria subtiliter exprimamus? Græca etenim lingua angeli nuncij, archãgeli vero summi nuncij vocantur. Sciendum verò quòd angelorum vocabulum, nomen est officij, nõ naturæ. Nam sancti illi cœlestis patriæ spiritus, semper quidem sunt spiritus, sed semper vocari angeli nequaquã possunt: quia tunc solum sunt angeli, cùm per eos aliqua nunciantur: vnde & per Psalmistã dicitur: Qui facit angelos suos spiritus. Ac si patenter dicat: Qui eos quos semper habet spiritus, etiam cùm voluerit angelos facit. Hi autem qui minima nunciãt, angeli: qui verò summa annunciant, archangeli vocantur. Hinc est enim quòd ad Mariã virginem non quilibet angelus, sed Gabriel archangelus mittitur. Ad hoc quippe ministerium summũ angelum venire dignum fuerat, qui summũ omnium nunciabat. Qui idcirco etiam priuatis nominibus cẽsentur: vt signetur per vocabula etiam in operatione quid valeant. Neque enim in illa sancta ciuitate quam de visione omnipotentis dei plena scientia perficit: idcirco propria nomina sortiuntur, ne eorum personæ sine nominibus sciri nõ possint: sed cùm ad nos aliquid ministraturi veniunt, apud nos etiam nomina à ministeriis trahũt. Mi- M
chaël nanque, quis vt deus? Gabriel autem fortitudo dei: Raphaël verò dicitur medicina dei. Et quotiens miræ virtutis aliquid agitur, Michaël mitti perhibetur, vt ex ipso actu & nomine detur intelligi quia nullus potest facere, quod facere prẽualet deus. Vnde & ille antiquus hostis qui deo esse per superbiam similis concupiuit, dicens: In cœlum conscendam, super astra cœli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo: dum in fine mundi in sua virtute relinquetur extremo supplicio perimendus, cum Michaële archangelo prælaturus esse perhibetur, sicut per Ioannem dicitur: Factum est prælium cum Michaële archangelo: vt qui se ad dei similitudinem superbus extulerat, per Michaëlem peremptus discat quia ad dei similitudinem per superbiam nullus exurgat. Ad Mariam quoque Gabriel mittitur, qui dei fortitudo nominatur. Illum quippe nunciare veniebat, qui ad debellandas aëreas potestates humilis apparere dignatus est. De quo per Psalmistam dicitur: Tollite por- Psal.23
tas principes vestras, & elauamini portæ æternales: &

introibit

Peccatores aliqui qui se aliqua illicita egisse meminerũt, optimi quãdoque efficiuntur.

Terra spinosa quandoque plus amatur quàm illa quæ nunquam spinas habuit.

Drachmam mulier perdit quid hoc signat.

Psal.21.

Domꝰ quãdo dicitur euerti.

Conscientia hominis dũ perturbatur, in eo similitudo cõditoris reparatur.

Angelorũ ordines sex nouem.

Ephes.1.

Colos.1.

Ezechiel.

Ibidem.

Lapidem nõ preciũ, nouẽ angelorũ ordines significat.

Psal.103.

Luc.1. Gabriel archangelus quare fuit ad Mariã missus.

Michael Gabriel & Raphael qualiter interpretãtur.

Esa.14.

Apoc.12.

Psal.23

A introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Et rursum, Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Per dei ergo fortitudinem nunciandus erat, qui virtutum dominus, & potens in prælio contra potestates aëreas ad bella veniebat. Raphaël quoque interpretatur, vt diximus, medicina dei: quia videlicet dum Tobiæ oculos quasi per officium curationis tetigit, cęcitatis eius tenebras tersit. Qui ergo ad curandum mittitur, dignum videlicet fuit, vt dei medicina vocaretur. Sed quia angelorum nomina interpretando perstrinximus, nunc superest vt ipsa officiorum vocabula breuiter exequamur. Virtutes etenim vocantur illi nimirum spiritus, per quos signa & miracula frequentius fiũt. Potestates etiam vocantur hi qui hoc potentius cæteris in suo ordine perceperunt, vt eorum ditioni virtutes aduersæ subiectæ sint, quorum potestate refrenantur, ne corda hominũ tantum tentare prævaleant, quantum volunt. Principatus etiam vocantur, qui ipsis quoque bonis angelorum spiritibus præsunt, qui subiectis aliis dum quæque sunt agenda disponunt, eis ad explenda diuina ministeria principãtur. Dominationes autem vocantur, qui etiam potestates principatuũ dissimilitudine alta transcendunt. Nam principari est inter reliquos prio rem existere: dominari verò est etiam subiectos quosque possidere. Ea ergo angelorum agmina quę mira potentia præemi nent, pro eo quòd eis cætera ad obediendum subiecta sunt, do minationes vocantur. Throni quoque illa agmina sunt vocata, quibus ad exercenda iudicia semper deus omnipotens præ B sidet. Quia enim thronos latino eloquio sedes dicimus: throni dei dicti sunt hi qui tanta diuinitatis gratia replentur, vt in eis dominus sedeat, & per eos sua iudicia decernat. Vnde & per Psalmistam dicitur: Sedes super thronum, qui iudicas æquitatem. Cherubin quoque plenitudo scientiæ dicitur. Et sublimiora illa agmina idcirco Cherubin vocata sũt: quia tãto perfectiori scientia plena sunt, quanto claritatem dei vicinius cõtemplantur, vt secundum creaturæ modum, eo plenè omnia sciant, quo visioni conditoris sui per meritum dignitatis appropinquant. Seraphin etiam vocantur illa spirituum sanctorum agmina: quę ex singulari propinquitate conditoris sui incomparabili ardent amore. Seraphin nanque ardentes, vel incendentes vocantur. Quæ quia ita deo cõiuncta sunt, vt inter hæc & deum nulli alij spiritus intersint: tanto magis ardent, quanto hunc vicinius vident. Quorũ profectò flamma amor est, quia quo subtilius claritatem diuinitatis eius aspiciunt, eo validius in eius amore flammescunt. Sed quid prodest nobis de angelicis spiritibus ista perstringere: si non studeamus hæc etiam ad nostros profectus congrua consideratione deriuare? Quia enim superna illa ciuitas ex angelis & hominibus constat, ad quam tantum credimus humanum genus ascendere, C quantos illic contigit electos angelos remãsisse: sicut scriptum est: Statuit terminos gentium secũdum numerum angelorum dei: debemus & nos aliquid ex illis distinctionibus supernorũ ciuium ad vsum nostræ conuersationis trahere, nosque ipsos ad incremẽta virtutum bonis studiis inflammare. Quia enim illuc tanta ascensura creditur multitudo hominũ, quanta multitudo remansit angelorum: supereſt vt ipsi quoque homines qui ad cœlestem patriam redeunt, ex eius agminibus aliquid illuc reuertentes imitentur. Distinctè nanque conuersationes hominum, singulorum agminum ordinibus congruunt, vt in eorum sortem per conuersationis similitudinem deputentur. Nam sunt plærique qui parua capiunt, sed tamen hæc eadem parua piè annunciare fratribus non desistunt. Isti itaque in angelorum numerum currunt. Et sunt nonnulli qui diuinæ largitatis munere refecti, secretorum cœlestium summa & capere prævalent, & nunciare. Quo ergo isti, nisi inter archangelorum numerum deputantur? Et sunt alij qui mira faciunt, signa valenter operãtur. Quo ergo isti, nisi ad supernarum virtutum sortem, & numerum congruunt? Et sunt nonnulli qui etiam de obsessis corporibus malignos spiritus fugant, eosque virtute orationis, & vi acceptæ potestatis eiiciunt. Quo itaq; isti meritum suum, nisi inter potestatum cœlestium numerum sortiuntur? Et sunt nonnulli qui acceptis virtutibus etiam electorum hominum merita transcendunt, cumque & bonis meliores sunt: electis quoque fratribus principantur. Quo ergo isti sortem suam, nisi inter principatuum numeros accipiunt? Et sunt nonnulli qui sic in semetipsis cunctis vitiis, omnibusque desideriis dominantur: vt ipso iure munditiæ, dij inter homines vocentur. Vnde & ad Moysen dicitur: Ecce constitute deum Pharaonis. Quò ergo isti, nisi inter numeros dominationum currunt? Et sunt nonnulli qui dum sibimetipsis vigilanti cura dominantur, dumque se sollicita intentione discutiunt: diuino timori semper inhærentes, hoc in munere virtutis accipiunt, vt iudicare rectè & alios possint. Quorum profectò mentibus dum diuina contemplatio præsto est, in his velut in throno suo dominus præsidens, aliorum facta examinat, & cuncta mirabiliter de sua sede dispensat. Quid ergo isti throni sui cõditoris sunt? Vel quò nisi ad supernarum sedium numeros asscribuntur? Per quos dum sancta Ecclesia regitur, plærunque de quibusdam suis infirmis actibus etiam electi iudicantur. Et sunt nonnulli qui tanta dei ac proximi dilectione pleni sunt, vt Cherubin iure nominentur. Quia enim, vt prefati sumus, Cherubin plenitudo scientiæ dicitur: & Paulo dicẽte didicimus, quia plenitudo legis est charitas: omnes qui dei & proximi charitate cęteris amplius pleni sunt, meritorum suorum sortem inter Cherubin numeros perceperũt. Et sunt nonnulli qui supernæ contemplationis facibus accensi, in solo conditoris sui desiderio anhelant: nihil iam in hoc mundo cupiunt, solo æternitatis amore pascuntur, terrena quæque abiiciunt, cuncta temporalia mente transcendunt, amant & ardẽt, atque in ipso suo ardore requiescunt: amando ardent, loquendo & alios accendunt, & quos verbo tangunt, ardere protinus in dei amore faciunt. Quid ergo istos nisi Seraphim dixerim, quorum cor in igne conuersum lucet & vrit: quia & mentium oculos ad superna illuminant, & eos compũgendo in fletibus vitiorum rubiginem pũrgant? Qui ergo ita ad amorem sui cõditoris inflammati sunt, quo nisi inter Seraphin numerum sortem suæ vocationis acceperunt? Sed hæc fratres charissimi me loquente, introrsus vos ad vosmetipsos reducite, secretorum vestrorum merita cogitationesque discutite. Videte si quid iã boni vobiscum intus agitis, videte si in numero horum agmi num quæ breuiter tangendo perstrinximus, sortem vestræ vocationis inuenitis. Væ autẽ animæ quæ in se de his bonis quæ enumerauimus, minimè aliquid recognoscit. Eique adhuc væ deterius imminet, si & priuatam se donis intelligit, & nequaquam gemit. Quisquis ergo talis est fratres mei, gemendus est valde: quia non gemit. Pensemus ergo accepta electorum mu nera, & virtute qua possumus, ad amorem tantæ sortis anhæle mus. Qui in se donorũ gratiam minimè recognoscit, gemat. Qui verò in se minora cognoscit, aliis maiora non inuideat: quia & supernę illæ distinctiones beatorum spirituum ita sunt F cõditæ, vt aliæ aliis sint prælatę. Fertur verò Dionysius Areopagita, antiquus videlicet & venerabilis pater, dicere quòd ex minorum angelorum agminibus foras ad explendum ministerium, vel visibiliter, vel inuisibiliter mittuntur, scilicet quia ad humana solatia, aut angeli, aut archangeli veniunt. Nam superiora illa agmina ab intimis nunquam recedunt: quoniam ea quæ præeminent, vsum exterioris ministerij nequaquam habent. Cui rei illud videtur esse contrarium quod Esaias dicit: Et volauit ad me vnus de Seraphin, & in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum. Sed in hac prophetę sententia vult intelligi, quia ij spiritus qui mittũtur, eorum vocabulum percipiunt, quorum officium gerunt. Qui enim vt peccata locutionis incendat, de altari angelus carbonem portat, Seraphin vocatur, quod incendium dicitur: Huic autem sensui, & illud creditur non inconuenienter opitulari, quod per Danielem dicitur: Milia milium ministrabant ei: & Dan. 7. decies milies centena milia assistebant ei. Aliud nanque est ministrare, aliud assistere: quia hi administrant deo, qui ad nos nunciando exeunt: assistunt verò qui sic contemplatione intima perfruuntur, vt ad explenda foras opera minimè mittantur. Sed quia in quibusdam scripturæ locis quædã per Cherubin, quædam verò per Seraphin agi didicimus: vtrum per se hæc faciant, an per subiecta agmina agantur, quę sicut dicitur, in eo quòd à maioribus veniunt, maiorum vocabula sortiuntur, nos affirmare nolumus, quod apertis testimoniis non approbamus. Hoc tamen certissimè scimus, quia ad explendũ

de

Ibidem.

Tobiæ 2.

Angelorũ officia.

Principari, & dominari, differunt.

Throni dicuntur sedes.

Psalm. 9. Cherubin dicitur plenitudo scientiæ.

Seraphin dicuntur ardentes.

Hominum ad vicem ciuium angelis assumptorum, ipsi angelorum imitari debent.

Exo. 7.

Roma. 13. Charitas est plenitudo legis.

Gemendus est qui non gemit.

Angeli secundũ Dionysium, vel visibiliter, vel inuisibiliter mittuntur ad humana solatia.

Esaiæ. 6.

Dan. 7.

G de supernis ministerium, alij spiritus alios mittunt: Zacharia
Zach. 2. scilicet propheta testante, qui ait: Ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur: & ecce alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre, & loquere ad puerum istum, dicens: absque muro habitabitur Hierusalem. Dū enim angelus ad angelum dicit, curre & loquere: dubium non est, quia alius alium mittit. Minora verò sunt quæ mittuntur, maiora quæ mittunt. Sed hoc quoque de ipsis agminibus quæ mittuntur certum tenemus: quia & cùm ad nos veniunt, sic exterius implent ministerium, vt tamen nunquam desint interius per contemplationem. Et mittuntur igitur, & assistunt: quia etsi circunscriptus est angelicus spiritus, summus tamen spiritus ipse, qui deus est, circunscriptus non est. Angeli itaque & missi, & ante ipsum sunt, quia quolibet missi veniant, intra ipsum currunt. Sciendum quoque est, quia plærunque ipsi beatorum spirituum ordines vicinorum sibi ordinum vocabula sortiuntur. Thronos etenim, scilicet sedes dei, specialem beatorum spirituum ordinem diximus, & tamen per Psalmistam
Psalm. 79. dicitur: Qui sedes super Cherubin, appare: quia videlicet dum in ipsis distinctionibus agminum Cherubin thronis iungunturi sedere etiam super Cherubin dominus ex vicini agminis æqualitate perhibetur. Sic quippe in illa summa ciuitate specialia quædam singulorum sunt, vt tamen sint communia omnium: & quòd in se ex parte quisque habet, hoc in alio ordine totum possidet. Sed idcirco vno eodemque vocabulo cōmuniter non censentur, vt ille ordo vocari priuato vniuscuiusque rei nomine debeat, qui hanc in munere plenius accepit. Seraphin nanque incendium diximus, & tamen amore cōditoris simul omnes ardent. Cherubin verò plenitudinem scientiæ dicimus: & tamē quis ibi aliquid nesciat, vbi ipsum omnes simul fontem scientiæ deum vident? Throni quoque illa agmina quibus conditor præsidet, vocantur: sed beatus esse quis potest, nisi creator suus eius menti præsideat? Quæ ergo ex parte ab omnibus habentur, eis in priuato nomine data sunt: qui hæc in munere plenius acceperūt. Nā & si qua illic sic alij habent, vt haberi ab aliis nequaquam possint: sicut speciali nomine dominationes, & principatus vocantur, cūcta ibi singulorum sunt: quia per charitatem spiritus, ab alio in aliis habentur. Sed ecce dum cœlestium ciuium secreta rimamur: ab expositionis nostræ ordine longè digressi sumus. Suspiremus ergo ad eos de quibus loquimur, sed redeamus ad nos. Memi nisse etenim debemus, quia caro sumus. Taceamus interim de secretis cœli: sed ante conditoris oculos, manu pœnitentiæ ter gamus maculas pulueris nostri. Ecce ipsa diuina misericordia
Lucæ. 15. pollicetur, dicens: Gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente: & tamen per prophetam dominus dicit:
Ezech. 33. Quia quacunque die iustus peccauerit, omnes iustitiæ eius in obliuione erunt coram me. Pensemus si possumus dispensationem supernæ pietatis, quæ stantibus, si ceciderint, minatur pœnam: lapsis verò vt surgere appetant, promittit misericordiam. Illos terret, ne præsumant in bonis: istos refouet, ne desperent in malis. Iustus es, iram pertimesce, ne corruas: peccator es, præsume de misericordia, vt surgas. Ecce autem iam lapsi sumus, stare nequaquam valuimus, in prauis nostris desideriis iacemus. Sed qui nos condidit rectos, adhuc expectat, & prouocat vt surgamus. Sinum suæ pietatis aperit, nosque ad se recipere per pœnitentiam quærit. Sed pœnitentiam agere dignam non possumus: nisi modum quoque eiusdem pœnitentiæ cognoscamus. Pœnitentiam quippe agere, est & perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat, vt tamen alia committat: adhuc pœnitētiam agere, aut dissimulat, aut ignorat. Quid enim prodest si peccata quis luxuriæ defleat, & tamen adhuc auaritiæ æstibus anhælat? Aut quid prodest si iræ culpas iam lugeat, & tamen adhuc inuidiæ facibus tabescat? Sed minus est valde quod dicimus: vt qui peccata deplorat, ploranda minimè committat: & qui plangit vitia, perpetrare vitia timeat. Nam cogitandum summopere est, vt qui se illicita meminit commisisse, à quibusdam etiam licitis studeat abstinere: quatenus per hoc conditori suo satisfaciat, vt qui commisit prohibita, sibimetipsi abscindere debeat etiam concessa. & se reprehendat in minimis, qui se meminit in maximis deliquisse. Minima sūt quæ loquor, si hæc ex sacri eloquij testimoniis non affirmo. Lex certè veteris testamenti alienam vxorem concupiscī prohibet. A rege verò fortia iuberi militibus, vel desiderari aquam, non pœnaliter vetat. Et cuncti nouimus quòd Dauid concupiscentiæ mucrone transfixus, alienam coniugem, & concupiuit, & abstulit. Cuius culpam digna verbera sunt secuta, & malum quod perpetrauit, per pœnitentiæ lamenta correxit. Qui cùm longè pòst contra hostium cuneos sederet, aquam bibere de Bethlehemitica cisterna ex desiderio voluit. Cuius electi milites inter cateruas aduersantium medias erumpentes, aquam quam rex desiderauerat, illæsi detulerunt. Sed vir flagellis eruditus, semetipsum protinus cum periculo militum aquam desideraſſe reprehendit, eamque domino fundens libauit: sicut illic scriptum est: Libauit eam domino. In sacrificiū quippe domini effusa aqua conuersa est, quia culpam concupiscentiæ mactauit per pœnitentiam reprehensionis suæ. Qui ergo quondam concupiscere alienam coniugem nequaquam timuit, pòst etiam quia aquā concupiscet, expauit. Quia enim se illicita perpetrasse meminerat, contra semetipsum iam rigidus, etiam à licitis abstinebat. Sic sic agamus pœnitentiam, vt ea quæ commisimus, perfectè desleamus. Pensemus supernas diuitias conditoris nostri. Peccare nos vidit, & pertulit. Qui nos ante culpam peccare prohibuit, etiam post culpam expectare ad veniam non desistit. Ecce ipse nos quem despeximus vocat. Auersi ab illo sumus, & tamen non auertitur. Vnde bene per Esaiam dicitur: Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum: & aures tuæ audient vocem post tergum monentis. Quasi in faciem suam homo monitus est, quando ad iustitiam conditus, præcepta rectitudinis accepit. Sed cùm hæc eadem præcepta contempsit, quasi conditori suo dorsum mentis in faciem dedit. Sed ecce adhuc post tergum sequitur, & monet: quia iam & à nobis contemptus est, & tamen nos adhuc vocare non cessat. Quasi dorsum ei in faciem dedimus, cuius verba despicimus, cuius præcepta calcamus. Sed stans post tergum nos auersos reuocat, quia & videt quòd despicitur, & tamen per præcepta clamat, per patientiam expectat. Pensate ergo fratres charissimi, si cuilibet vestrum loquenti famulus suus superbiret, terga in faciem mitteret, nunquid non contemptus dominus eius superbiam feriret, vulnera districtæ animaduersionis infligeret? Ecce nos peccando auctori nostro terga in faciem dedimus, & tamen sustinemur. Superbè auersos benignè reuocat: & qui ferire nos auersantes potuit, vt reuertamur, munera promittit. Tanta ergo conditoris nostri misericordia duritiam nostri reatus emolliat: vt homo qui malum quod fecit experiri percussus poterat, saltem expectatus erubescat. Rem fratres breuiter refero, quam viro venerabili Maximiano tunc patre monasterij mei atque presbytero, nunc autem Syracusano episcopo narrante cognoui. Hanc autem si solerter auditis, charitati vestræ breuiter suffragari credo. Nostris modo temporibus Victorinus quidam extitit, qui alio quoque nomine Aemylianus appellatus est, non inopis substantiæ iuxta mediocritatem vitæ. Sed quia plærunque regnat in rerum opulentia carnis culpa, in quodam facinore lapsus est, quod debuisset valde pertimescere, ac de suæ mortis immanitate cogitare. Reatus ergo sui consideratione compunctus erexit se contra se, mundi huius omnia dereliquit, monasterium petiit. In quo nimirum monasterio tantæ humilitatis tantæque sibi districtionis extitit: vt cuncti fratres qui illic ad amorem diuinitatis excreuerant, suam cogerentur vitam despicere, dum illius pœnitentiam viderent. Studuit nanque toto mentis adnisu cruciare carnem, voluntates proprias frangere, surtiuas orationes quærere, quotidianis se lachrymis lauare, despectum sui appetere, oblatam à fratribus venerationem timere. Hinc itaque nocturnas fratrum vigilias præuenire consueuerat. Et quia mons in quo monasterium situm est, ex vno latere in secretiore parte prominebat, illuc consuetudinem fecerat ante vigilias egredi: vt se quotidie in fletu pœnitentiæ quanto secretius, tanto liberius mactaret. Contemplabatur nanque districtionem venturi iudicis sui, & iam eidem iudici

Fons scientiæ est deus

Pœnitentiæ definitio.

Luxuriam fugere non prodest, si auaritiam sequaris.

Victorini exinsidiā mendacii. Carnis culpa plærunque regnat in rerum opulentia.

A iudici cõcordans, flebat in lachrymis reatum facinoris sui.
Quadam verò nocte abbas monasterij vigilans hunc latenter egredientem intuitus, sẽto foras pede secutus est. Quem cùm in secreto montis latere cerneret in oratione prostratum expectare voluit quando surgeret, vt ipsam quoque longanimitatem orationis eius exploraret; cùm subito cœlitus lux emissa super eum fusa est, qui in oratione prostratus iacebat. Tãtaq; se illo in loco claritas sparsit, vt tota pars regionis illius ex eadem luce cãdesceret. Quam abbas vt vidit, intremuit, & fugit. Cumque post longum horæ spatium, idem frater ad monasterium rediisset, abbas eius vt disceret an super se effusionẽ tanti luminis agnouisset, requirere eum studuit, dicens: Vbi fuisti frater? At ille latere posse se credens, in monasterio se fuisse respondit. Quod negans abbas compulsus est dicere quid vidisset. At ille videns se esse deprehensum, hoc quoque quod abbatem latebat, aperuit adiungens. Quando super me vidisti lucem de cœlo descendere, vox etiam pariter venit dicens: Dimissum est tibi peccatum tuum. Et quidem omnipotens deus peccatum eius potuit tacendo laxare. Sed loquendo per vocẽ, radiando per lumen, exemplo suæ misericordiæ nostra ad pœnitentiam voluit corda cõuertere. Miramur fratres charissimi quod persecutorem suum Saulum dominus de cœlo prostrauit, de cœlo allocutus est. Ecce nostris quoq; temporibus peccator, & pœnitens vocem de cœlestibus audiuit. Illi dictũ est: Quid me persequeris? iste verò audire meruit: Dimissum est tibi peccatum tuum. Longè est inferior meritis peccator iste
B pœnitens quam Paulus. Sed quia adhuc in hac re de Saulo loquimur, crudelitatem necis anhelante, liceat audenter dicere: quia Saulus propter superbiam vocem increpationis, iste verò propter humilitatem vocem consolationis audiuit. Hunc quia humilitas strauerat, diuina pietas erigebat. Illum quia superbia erexerat, diuina seueritas humiliabat. Habete ergo fiduciam fratres mei de misericordia conditoris nostri, cogitate quæ facitis, recogitate quę feciſtis. Largitatem supernæ pietatis aspicite, & ad misericordem iudicem dum adhuc expectat, cum lachrymis venite. Considerantes nanque quòd iustus sit, peccata vestra nolite negligere. Considerantes verò q̃ pius sit, nolite desperare. Prębet apud deum homini fiducia deus homo. Est nobis spes magna pœnitentibus, quia aduocatus noster factus est iudex noster. Qui viuit & regnat cum patre & spiritu sancto deus in secula seculorum. Amen.

Saulũ pſecutẽ ſuũ dominus de cœlo allocutus eſt. Actor. 9.

Iudicium misericordem habeamus lachrymas actæ debemus.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

Luc. 21.

IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis: Cùm audieritis prælia & seditiones, nolite terreri. Oportet enim hæc primum fieri: sed nõdum statim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem: & regnum
C aduersus regnum: & terræmotus magni erunt per loca: & pestilentiæ & fames, terroresque de cœlo, & signa magna erunt. Sed ante hæc omnia iniicient vobis manus suas, & persequentur, tradentes in synagogas & custodias: trahentes ad reges & præsides, propter nomen meum. Continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam: cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri. Trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis: & morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum, in Basilica sancti Mammę, die natalis eius.

Homilia. xxxv.

QVia longius ab vrbe digressi sumus, ne ad reuertendum nos tardior hora præpediat, necesse est vt expositionem sancti Euangelij breuior sermo trãscurrat. D
dominus ac redemptor noster perituri mundi præcurrentia mala denunciat, vt eo minus perturbent venientia, quo fuerint præscita. Minus enim iacula feriunt, quæ præuidentur: & nos tolerabilius mundi mala susc ipimus, si contra hæc per præscientiæ clypeum munimur. Ecce enim dicit: Cũ audieritis prælia & seditiones, nolite terreri. Oportet enim primùm hæc fieri, sed nõdũ statim finis.) Pensanda sunt verba redẽptoris nostri, per quę nos aliud interius, aliud exterius passũros esse denunciat. Bella quippe ad hostes pertinẽt, seditiones ad ciues. Vt ergo nos indicet interius exteriusq; turbari, aliud nos fatetur ab hostibus, aliud à fratribus perperi. Sed his malis præuenientibus, quia non statim finis sequatur, adiungit. Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum: & terræmotus magni erunt per loca, & pestilentiæ & fames, terroresque de cœlo, & signa magna erunt.) Vel sicut in quibusdam codicibus inuenitur, terroresque de cœlo, & tempestates: atq; pòst subditur: & signa magna erunt. Vltima tribulatio multis tribulationibus prẽuenitur: & per crebra mala quæ præueniunt, indicãtur mala perpetua quæ subsequentur: Et ideo post bella & seditiones non statim finis: quia multa debẽt mala præcurrere, vt malum valeant sine fine nũciare. Sed cum tot signa perturbationis dicta sint, oportet vt eorum considerationem breuiter per singula perstringamus: quia necesse est vt alia è cœlo, alia è terra, alia ab elementis, alia ab hominibus patiamur. Ait enim: Surget gens contra gentem) ecce perturbatio E
hominum. Erunt terræmotus magni per loca) ecce respectus iræ desuper. Erunt pestilẽtiæ) ecce inæqualitates corporum.
Erit fames) ecce sterilitas terræ. Terroresque de cœlo & tẽpestates) ecce inæqualitas aëris. Quia ergo omnia consummãda sunt, ante consummationem omnia perturbantur, & qui in cunctis deliquimus, in cunctis ferimur, vt impleatur quod dicitur: Et pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Omnia nanque quæ ad vsum vitæ accepimus, ad vsum conuertimus culpæ. Sed cũcta quæ ad vsum prauitatis infleximus, ad vsum nobis vertuntur vltionis. Tranquillitatẽ quippe humanę pacis, ad vsum vertimus vanæ securitatis. Peregrinationem terræ, pro habitatione diligimus patriæ. Salutem corporum, redigimus in vsum vitiorum. Vbertatis abundantiã, non ad necessitatem carnis, sed ad peruersitatem intorsimus voluptatis. Ipsa serena blandimenta aëris, ad amorem nobis seruire coëgimus terrenæ delectationis. Iure ergo restat vt simul nos omnia feriãt, quæ simul omnia vitiis nostris malè subacta seruiebant: vt quot prius in mundo incolumes habuimus gaudia, tot de ipso postmodum cogamur sentire tormenta. Notandum vero quòd dicitur: Terrores de cœlo & tẽpestates.) Cùm tempestates hyemales venire ex ordine soleant temporum, cur hoc loco tempestates venire in perditionis signũ præ-
dicuntur: nisi quòd eas tempestates dominus venire denunciat, quę nequaquam ordinem temporum seruant? Quæ enim ordinatè veniunt, in signa non sunt: sed tempestates in signa sunt, quæ ipsa quoque temporum statuta confundunt. Quod nos quoque nuper experti sumus, qui æstiuum tempus omne conuersum in pluuiis hyemalibus vidimus. Quia autem cuncta hæc non de iniustitia ferientis sunt, sed de merito mũdi patientis, facta prauorum hominum præmittuntur, cum dicitur:
Sed ante hęc omnia incipient vobis manus suas iniicere, & persequentur, & tradent vos in synagogis, ducentes ad reges, & præsides propter nomen meum.) Ac si apertè dicat: Prius corda hominum, & pòst elementa turbantur, vt cùm rerũ ordo confunditur, ex qua iam retributione veniat, demonstretur. Nam quanuis finis mundi ex ipso suo ordine pẽdeat, perueriores tamen quosq; inueniens, quia dignè ruinis illius opprimantur, innotescit, cùm subditur: Ducẽtes ad reges & præsides propter nomen meum. Contingent autem hæc vobis in testimonium. In testimonium videlicet quorum, nisi eorum qui aut persequendo mortes inferunt, aut videndo non mutãtur? Mors quippe iustorum bonis in adiutorium est, malis in testimonium: vt inde peruersi sine excusatione pereant, vnde electi exemplum capiũt vt viuant. Sed auditis tot terroribus, turbari

Iacula præuisa minus feriunt.

Bella & seditiones differunt.

Sapien. 5. Orbis terrarum contra insensatos pugnabit.

Bonorum prosperitatem conuertimus ad voluptatis puersitatẽ.

Mors iustorũ bonis est i adiutoriũ

G turbari poterant infirmorum corda, atq; ideo consolatio adiungitur, cùm protinus subinfertur: Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri.) Ac si apertè membris suis infirmantibus dicat: Nolite terreri, nolite pertimescere, vos ad certamen acceditis, sed ego prælior: vos verba æditis, sed ego sum qui loquor. Sequitur: Trademini autem à parentibus & fratribus, & cognatis, & amicis: & morte ex vobis afficient.) Minorem dolorem mala ingerunt, quæ ab extraneis inferuntur. Plus verò in nobis ea tormenta sæuiunt, quæ ab illis patimur, de quorum mentibus præsumebamus: quia cum damno corporis, mala nos cruciant amissæ charitatis. Hinc est enim quod de Iuda traditore suo per Psalmistam dominus dicit: Et quidem si inimicus meus maledixisset mihi, supportassem vtique: & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me vtique ab eo. Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo dei ambulauimus cum consensu. Et rursum: Homo pacis meæ in quo sperabã, & qui edebat panes meos, amplia-uit aduersum me supplantationem. Ac si de traditore suo aperтis vocibus dicat: Transgressionem eius tanto grauius pertuli, quanto hanc ab eo qui meus esse videbatur, sensi. Omnes ergo electi quia summi capitis membra sunt: caput quoq; suum in passione sequũtur, vt ipsos quoque aduersarios in sua morte sentiant, de quorum vita præsumebant, & tanto eis crescat merces operis, quanto eis virtutis lucrum proficit ex alienæ dãno charitatis. Sed quia dura sunt quæ prædicũtur de afflictione mortis, protinus cõsolatio subditur de gaudio resurrectionis: cùm dicitur: Capillus de capite vestro non peribit.) Scimus fratres, quia caro incisa dolet, capillus incisus non dolet. Ait ergo martyribus suis: Capillus de capite vestro non peribit.) videlicet apertè dicens: Cur timetis ne pereat quod incisum dolet, quando & illud in vobis perire non potest, quod incisum non dolet? Sequitur: In patientia vestra possidebitis animas vestras.) Idcirco possessio animę in virtute patientiæ ponitur, quia radix omnium custosque virtutum patiẽtia est. Per patiẽtiam verò possidemus animas nostras: quia dum nobis ipsis dominari discimus, hoc ipsum incipimus possidere quod sumus. Patientia verò est aliena mala æquanimiter perpeti: contra eum quoq; qui mala irrogat, nullo dolore morderi. Nam qui sic proximi mala portat, vt tamẽ tacitus doleat, & tempus dignæ retributionis quærat, patientiam non exhibet, sed ostendit. Scriptum quippe est: Charitas patiens est, benigna est. Patiens nanque est, vt aliena mala toleret, benigna verò est, vt ipsos etiam quos portat, amet. Hinc nanque per semetipsam veritas dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos: orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Virtus itaq; est coram hominibus, aduersarios tolerare: sed virtus coram deo, diligere: quia hoc solum deus sacrificium accipit, quod ante eius oculos in altari boni operis flãma charitatis incendit. Sciendum vero quòd plerunque ideo patientes esse videmur: quia retribuere mala non possumus. I Sed qui idcirco malum non retribuit, quia nequaquam valet, proculdubio, vt prædiximus, patiens non est: quia patiẽtia nõ in ostensione inquiritur, sed in corde. Per impatientiæ autem vitium, ipsa virtutum nutrix doctrina dissipatur. Scriptũ nanque est: Doctrina viri per patientiam noscitur. Tanto ergo quisque minus ostenditur doctus, quanto conuincitur minus patiens. Neque enim potest veraciter bona docendo impẽdere, si viuendo nesciat æquanimiter aliena mala tolerare. Quanto enim culmine virtus patientię polleat, rursus Salomon indicat, dicens: Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium. Minor est ergo victoria, vrbes expugnare: quia extra sunt quæ vincuntur. Maius autem est quod per patiẽtiam vincitur, quia ipse à se animus superatur: & semetipsum sibimetipsi subiicit: quando cum patientia in humilitate tolerantię sternit. Sciendum verò est ꝙ plerunque euenire patientibus solet, vt eo quidem tempore quo aduersa patiuntur, vel contumelias audiunt, nullo dolore pulsentur: & sic patientiam exhibeant, vt custodire etiam cordis innocentiam curent. Sed cùm post paululum hęc ipsa quæ pertulerint, ad memoriam reuocant, igne vehementissimi doloris instigã K tur. Argumenta vltionis inquirunt, & mansuetudinẽ quam tolerantes habuerunt, in retractatione sua semetipsos diiudicantes perdũt. Callidus nãq; aduersarius bellũ contra duos mouet: vnum videlicet inflammans, vt contumelias prior inferat: alterum vero prouocans, vt cõtumelias lęsus reddat. Sed quia eius iam victor extitit, quem ad proferendas contumelias commouit: contra illum acrius dolet, quem ad reddendas iniurias cõmouere non potuit. Vnde fit vt tota se virtute contra eum erigat, quem contumelias fortiter pertulisse considerat. Quem quia commouere in ipsa iniuriarum iaculatione nõ potuit, ab aperto certamine interim recedens, in secreta cogitatione, deceptionis tempus inquirit. Et qui in publico bello perdidit, ad exhibendas occultè insidias exardescit. Quietis nanq; iam tempore ad victoris animum redit, & vel damna rerũ, vel iniuriarum iacula ad memoriam reducit. Cunctaque quæ sibi illata sunt, vehementer exaggerans, fuisse intolerabilia ostẽdit: & quiescentis animũ tanto furore conturbat, vt plærunq; vir patiens illa se æquanimiter tolerasse, etiam post victoriam captiuus erubescat: seque non reddidisse contumelias doleat, & deteriora rependere, si occasio præbeatur, quærat. Quibus ergo isti sunt similes, nisi his qui per fortitudinem in campo victores sunt: sed per negligentiam postmodum intra vrbis claustra capiũtur? Quibus isti sunt similes, nisi his quos irruens gra L uis languor à vita non subtrahit: sed leuiter veniens recidiua febris occidit. Ille ergo veraciter patientiam seruat, qui & ad tempus aliena mala sine dolore tolerat, & hęc eadem retractans, pertulisse se talia exultat, ne bonum patiẽtiæ quietis tempore pereat, quod in perturbationibus custoditur. Sed quia natalem martyris hodierna die colimus: fratres mei, nequaquam nos à virtute eius patientiæ existimare extraneos debemus. Si enim adiuuante nos domino virtutem patientiæ seruare contendimus, & in pace Ecclesiæ viuimus: & tamen martyrij palmam tenemus. Duo quippe sunt martyrij genera: vnũ in mente, aliud in mente simul & actione. Itaque esse martyres possumus, etiam si nullo percutiẽtium ferro trucidemur. Mori quippe à persequente, martyrium in aperto opere est. Ferre verò contumelias, odientem diligere, martyrium est in occulta cogitatione. Nam quia duo sunt martyrij genera: vnum in occulto opere, aliud in publico: testatur veritas, quæ Zebedæi filios requirit, dicens: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Cui cùm protinus respõderent: Possumus: ilico dominus respondit, dicens: Calicem quidem meum bibetis. Quid enim per calicem, nisi dolorem passionis accipimus? De quo aliàs dicit: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Et Zebedæi filij, id est, Iacobus, & Ioannes non vterque per martyrium occubuit: & tamen quòd vterque calicem biberet, audiuit. Ioãnes nanque nequaquam per martyrium vitam finiuit, sed M tamen martyr extitit: quia passionem quam non suscepit, in corpore, seruauit in mente. Et nos ergo hoc exemplo sine ferro esse possumus martyres, si patientiam veraciter in animo custodimus. Nam abs re arbitror fratres charissimi, si vnum vobis exemplum seruandæ patientiæ ad ædificationem loquar: Fuit quidam diebus nostris Stephanus nomine, pater monasterij iuxta Reatinæ vrbis mœnia constituti: vir valde sanctus, virtute patientiæ singularis. Et supersunt multi qui illum nouerunt, eiusque vel vitam, vel obitum narrant. Erat autem huius lingua rustica, sed docta vita. Hic pro amore cœlestis patrię cuncta despexerat, possidere aliquid in hoc mundo fugiebat. Tumultus deuitabat hominum, crebris ac prolixioribus orationibus intentus erat. Virtus tamen patientiæ in eo vehementer excreuerat, ita vt eum sibi amicum crederet, qui sibi molestiæ aliquid irrogasset. Reddebat contumeliis gratias. Si quod in ipsa sua inopia damnum fuisset illatum: hoc maximum lucrum putabat. Omnes suos aduersarios nihil aliud quàm adiutores æstimabat. Hunc cùm dies mortis egredi de corpore vrgeret: conuenerunt multi, vt tam sanctæ animæ de hoc mundo recedenti, suas animas commendarent. Cumque circa lectum illius hi qui conuenerant, omnes assisterent: alij corporeis oculis ingredientes angelos viderunt, sed dicere aliquid nullo modo potuerunt. Alij omnino nihil viderunt, sed omnes qui aderant, ita vehementissimus timor perculit,

Tormenta à notis illata plus nocent quã ab ignotis.

Psalm. 54.

Psalm. 40.

Iudas grauius nocuit dño, quàm si nõ fuisset de eius familia.

Capillus incisus non dolet.

Patientia quid est.

1. Cor. 13.

Matth. 5. Luc. 6.

Sacrificium qđ est Deo acceptum?

Prouerb. 19

Prouer. 16.

Bellum intra duos mouet callidus aduersarius.

Martyrij genera duo sunt.

Matth. 20. Mar. 10. Matth. 26. Marci. 14.

Patientiæ seruandæ exemplum singulare.

Aduersarij possunt dici adiutores.

A perfit, vt nullus egrediẽte illa ſancta anima, illic ſtare potuiſſet. Et hi ergo qui viderãt, & hi qui omnino nihil viderãt, vno omnes timore perculſi, & territi fugerũt. Nullusq; illic aſſiſtere illo moriente potuit. Penſate ergo fratres, omnipotens deus qualiter terreat quando diſtrictus iudex venturus eſt, ſi ſic aſſi ſtentes terruit, quando gratus & remunerans venit: aut qualiter timeri poteſt, cùm videri potuerit, ſi ſic mẽtes præſentium ſtrauit, & quando videri non potuit. Ecce fratres chariſsimi ſeruata illa in Eccleſiaſtica pace patientia, ad quantum hunc retributionis culmen euexit. Quid huic ſuus cõditor intus dedit, de quo nobis tantam gloriam in die eius exitus & foris innotuit? Quibus hunc credamus niſi ſanctis martyribus ſociatum, quem atteſtantibus corporeis quoque oculis, à beatis ſpiritibus conſtat eſſe ſuſceptum? Nullo iſte gladio percuſſus occubuit, & tamen coronam patientię quam in mente tenuit, in egreſsione percepit. Probamus quotidie verum eſſe quod ante nos dictum eſt: quia ſancta Eccleſia electorum floribus plena, habet in pace lilia, in bello roſas. Sciendum præterea eſt q̃ tribus modis virtus patientiæ exerceri ſolet. Alia nanque ſunt quę à deo, alia quę ab antiquo aduerſario, alia quæ à proximo ſuſtinemus. A proximo nanque perſecutiones, damna, & contumelias: ab antiquo verò aduerſario tentamẽta: à deo autem flagella toleramus. Sed in his omnibus tribus modis vigilanti oculo ſemetipſam debet mens circunſpicere, ne contra mala B proximi, pertrahatur ad retributionem mali: ne contra tentamenta aduerſarij, ſeducatur ad delectationem, vel conſenſum delicti: ne cõtra flagella opificis, ad exceſſum proruat murmurationis. Perfectè enim aduerſarius vincitur, quando mens noſtra, & inter tentamenta eius ad delectationem, atque conſenſum non trahitur: & inter contumelias proximi cuſtoditur ab odio: & inter flagella dei compeſcitur à murmuratione. Nec hęc agentes, retribui nobis bona præſentia requiramus: nam pro labore patientię bona ſperanda ſunt ſequentis vitæ, vt tũc præmium noſtri laboris incipiat, quando omnis iã labor funditus ceſſat. Vnde & per Pſalmiſtam dicitur: Non in finẽ oblitio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem. Quaſi enim periiſſe patientia pauperum cernitur, cùm nihil pro illa in hac vita humilibus recõpenſatur. Sed patientia pauperum in finem non peribit: quia tunc eius gloria percipitur, cùm ſimul omnia laborioſa terminantur. Seruate ergo fratres in mente patientiam, eamq; cùm res exigit, exercete in operatione. Nullum veſtrum ad odium proximi, contumelioſa verba commoueant, nulla perituraru rerum damna perturbent. Si enim fixa mente manſura damna pertimeſcitis, damna rerum tranſeuntium grauia non putatis. Si æternæ retributionis gloriam concupiſcitis, de temporali iniuria nõ doletis. Tolerate ergo aduerſarios veſtros: ſed vt fratres diligite, quos toleratis. Aeterna præmia pro damnis temporalibus quærite. C Nec quiſquam veſtrum ſuis ſe viribus hanc implere poſſe cõfidat: ſed obtinete precibus, vt ipſe hanc qui imperat, præſtet. Et ſcimus quia petentes libenter exaudit, quando hoc petitur largiri quod iubet. Cùm continuò pulſatur in prece, concitè opitulatur in tentatione, Ieſus Chriſtus dominus noſter: qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat deus in ſecula ſeculorum. Amen.

Lectio ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

Luc. 14.

IN illo tempore. Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis, parabolam hanc: Homo quidam fecit cœnã magnam, & vocauit multos: & miſit ſeruum ſuũ hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent: quia iã parata ſunt omnia. Et cœperunt omnes ſimul excuſare. Primus dixit ei: Villam emi, & neceſſe habeo exire & videre illam. Rogo te, habe me excuſatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa. Rogo te, habe me excuſatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo nõ poſſum venire. Et reuerſus ſeruus nunciauit hæc domino ſuo. Tunc iratus paterfamiliãs, dixit ſeruo ſuo: Exi D citò ĩ plateas & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles, cæcos & claudos introduc huc. Et ait ſeruus: Domine, factum eſt vt imperaſti: & adhuc locus eſt. Et ait dominus ſeruo: Exi in vias & ſepes, & cõpelle intrare: vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, q̃ nemo virorum illorum qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam.

Homilia lectionis eiuſdem, habita ad populum in baſilica beatorum apoſtolorum Philippi & Iacobi: Dominica ſecunda poſt Trinitatem.

Homilia. xxxvj.

HOc diſtare fratres chariſsimi inter delitias corporis, & cordis ſolet, q̃ corporales delitiæ cum non habentur, graue in ſe deſiderium accendunt: cùm verò auidè eduntur, comedentem protinus in faſtidium per ſatietatem vertunt. At contrà ſpiritales delitiæ cùm non habentur, in faſtidio ſunt: cùm verò habentur, in deſiderio: tantoq; à comedente amplius eſuriuntur, quanto & ab eſuriente amplius comeduntur. In illis appetitus placet, experientia diſplicet. In iſtis appetitus vilis eſt, & experientia magis placet. In illis appetitus ſaturitatem, ſaturitas faſtidium generat. In iſtis autem appetitus ſaturitatem, ſaturitas appetitum parit. Augẽt enim ſpiritales delitiæ deſiderium in mente, dum ſatiant: quia quanto magis earum ſapor percipitur, eo amplius cognoſcitur quod auidius ametur. Et idcirco nõ habitæ amari non poſſunt: quia E earũ ſapor ignoratur. Quis enim amare valeat quod ignorat? Proinde Pſalmiſta nos admoneat, dicẽs: Guſtate, & videte quoniam ſuauis eſt dominus. Ac ſi apertè dicat: Suauitatẽ eius nõ cognoſcitis, ſi hanc minimè guſtatis. Sed cibum vitæ ex palato cordis tangite, vt probantes eius dulcedinem amare valeatis. Has autem homo delitias tunc amiſit, cùm in paradiſo peccauit: extra exiit, os à cibo ęternę dulcedinis clauſit. Vnde nos quoq; nati in huius peregrinationis erumna, huc faſtidioſi iã venimus: neſcimus quid deſiderare debeamus. Tantoq; ſeamplius faſtidij noſtri morbus exaggerat, quanto ſe magis ab eſu illius dulcedinis animus elõgat. Et eò iam internas delitias nõ appetit, quo eas comedere diu longeq́ue deſuerit. Faſtidio ergo noſtro tabeſcimus, & lõga inediæ peſte fatigamur. Et quia guſtare intus nolumus paratam dulcedinem, amamus foris miſeri famem noſtram. Sed ſuperna nos pietas, nec deſerentes ſe deſerit. Contemptas enim illas delitias ad memoriæ noſtræ oculos reuocat, easq́ue nobis proponit: in promiſsione torporẽ excutit, atq; vt faſtidium noſtrũ repellere debeamus, inuitat. Ait nãque: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Quis iſte homo eſt, niſi ille de quo per prophetam dicitur: Et homo eſt, & quis cognouit eum? Qui fecit cœnam magnam, quia ſatietatem nobis dulcedinis internæ præparauit. Qui vocauit multos, ſed pauci veniunt: quia nõnunquam ipſi F qui ei per fidem ſubiecti ſunt, æterno eius conuiuio malè viuẽdo contradicunt. Sequitur: Miſit autem ſeruum ſuũ hora cœnę dicere inuitatis, vt venirent.) Quid hora cœnę, niſi finis eſt mundi: In quo nimirum nos ſumus, ſicut iam dudũ Paulus teſtatur, dicens: Nos ſumus in quos fines ſeculorum deuenerũt. Si ergo iam hora cœnæ eſt cùm vocamur, tanto minus nos debemus excuſare à conuiuio dei, quanto propinquaſſe iam cernimus finem ſeculi. Quò enim penſamus quia nihil eſt quod reſtat, eo debemus pertimeſcere, ne tempus gratiæ quod præſto eſt, pereat. Idcirco autem hoc cõuiuium dei non prandiũ, ſed cœna vocatur: quia poſt prãdiũ cœna reſtat, poſt cœnam verò conuiuium nullum reſtat. Et quia ęternum dei conuiuiũ nobis in extremo præparabitur, rectum fuit vt hoc non prandium, ſed cœna vocaretur. Sed quis per hunc ſeruum qui à patrefamiliãs ad inuitandũ mittitur, niſi prędicatorum ordo deſignatur? De quo videlicet ordine quanuis adhuc indigni exiſtimus, quanuis peccatorum noſtrorũ ponderibus grauamur, & nos tamen in iſtis diebus ſumus: & cum de ædificatione veſtra aliquid vobis loquor, hoc eſt quod ago. Seruus enim ſum ſummi patrisfamiliãs. Cũ vos admoneo ad contẽptum ſeculi, inuitare vos venio ad cœnam dei. Nemo me propter me hoc in loco

Patientiæ virtus tribus modis exercetur.

Corporis & cordis delitiæ plurimũ inter ſe differunt.

Pſalm. 33.

Multi ſunt qui neſciũt quid deſiderare debeant.

Cœnam magnam fecit dominus.

1. Cor. 10.

Cœna ſacta nullum reſtat conuiuium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G in loco despiciat. Et si ad inuitandum nequaquam dignus appareo, sed tamen magnæ sunt delitiæ quas promitto. Sepe fratres mei solet euenire quod dico: vt persona potens famulum habeat despectum, cumque per eum suis fortè, vel extraneis aliquod responsum mandat, non despicitur persona loquentis serui, quia seruatur in corde reuerentia mittentis domini. Nec pensant qui audiunt per quem, sed quid vel à quo audiant. Ita ergo fratres, ita vos agite: & si nos forsitan dignè despicitis, in mente tamen vestra vocantis domini reuerẽtiam seruate. Cõ uiuę fieri summi patrisfamiliàs libenter obedite. Corda vestra discutite, atque ex eis mortale fastidium pellite. Ad repellendũ nanq; fastidium vestrum iam parata sunt omnia. Sed si adhuc carnales estis, fortasse epulas carnales inquiritis. Ecce ipsæ carnales epulæ in spiritale vobis alimentum conuersæ sunt. Ad abstergendum nanque mentis vestrę fastidium, in cœna Dei ille vobis singularis agnus est occisus. Sed quid agimus, qui hoc quod subiungitur, adhuc fieri à multis videmus? Et cœpe rũt simul omnes excusare. Offert deus quod rogare debuerat, non rogatus dare vult, quod vix sperari poterat, quia dignaretur largiri postulatus: & tamen contemnitur. Contemptoribus vero paratas delitias refectionis æternæ denunciat, & tamen simul omnes excusant. Ponamus ante oculos mentis minima: vt possimus dignè pensare maiora. Si quispiam potens ad inuitandum quemlibet pauperem mitteret, quid fratres rogo, quid pauper ille faceret, nisi de eadem sua inuitatione gau

H deret: responsum humile redderet, vestem mutaret, ire quantocyus festinaret, ne prior se ad potentis conuiuium alter occurreret? Homo ergo diues inuitat, & pauper occurrere festinat. Ad dei inuitamur conuiuium, & excusamus. Sed ecce inter hæc æstimare possum, quid sibi corda vestra respondeant. Occultis enim fortasse sibimet cogitationibus dicunt. Excusare nolumus. Ad illud enim supernæ refectionis conuiuium, & vocari & peruenire gratulamur. Loquentes vobis talia mẽtes vestræ verum dicunt, si non plus terrena quàm cœlestia diligunt, si non amplius rebus corporalibus quàm spiritalibus occupantur. Vnde hic quoque ipsa excusantium causa subiungitur, cùm protinus subinfertur. Primus dixit: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam: rogo te, habe me excusatum.) Quid per villam, nisi terrena substãtia designatur? Exiit ergo videre villam, qui sola exteriora cogitat propter substãtiam. Alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te, habe me excusatum.) Quid in quinque iugis boum, nisi quinque corporis sensus accipimus? Qui rectè quoque iuga vocati sunt: quia in vtroque sexu geminantur. Qui videlicet corporales sensus, quia interna comprehendere nesciunt, sed sola exteriora cognoscunt: & deserentes intima, ea quę extra sunt tangunt: rectè per eos curiositas designatur. Quę dum alienam quærit vitam discutere, semper sua intima nescions, studet exteriora cogitare. Graue nanque curiositatis est vi-

I tium, quæ dum cuiuslibet mentem ad inuestigandam vitam proximi exterius ducit, semper ei sua intima abscondit, vt aliena sciens, se nesciat: & curiosi animus quanto peritus fuerit alieni meriti, tanto fiat ignarus sui. Propter hoc nanque & de eisdem quinque iugis boum dicitur: Eo probare illa: rogo te, habe me excusatum.) Ipsa enim excusantis verba à vitij sui significatione non discrepant, dum dicit: eo probare illa: quia videlicet aliquando pertinere probatio ad curiositatem solet. Sed notãdum est quòd & is qui propter villam, & is qui propter probanda iuga boum, à cœna sui inuitatoris excusat, humilitatis verba permiscet, dicens: Rogo te, habe me excusatum.) Dum enim dicit, rogo te: & tamen venire contemnit, humilitas sonat in voce, superbia in actione. Et ecce hæc diiudicat prauus quisque cùm audit: nec tamen ea quę diiudicat, agere desistit. Nam dum cuilibet peruersè agenti dicimus, cõuertere, deum sequere, mundum relinque: vbi hunc nisi ad dominicam cœnam vocamus? Sed cùm respondet, ora pro me, quia peccator sum: hoc facere non possum: quid aliud agit, ni si & rogat & excusat? Dicens nanque peccator sum, humilitatem insinuat: subiungens autem, conuerti non possum: superbiam demonstrat. Rogando ergo excusat, qui & humilitatem perducit in voce, & superbiam exercet in actione.

Alius autem dixit: Vxorem duxi: & ideo non possum venire.) Quid per vxorem, nisi voluptas carnis accipitur? Nam quanuis bonum sit coniugium, atque ad propagandam sobo- K
lem prouidentia diuina constitutum, nonnulli tamen non per hoc fœcunditatem prolis, sed desideria expetunt voluptatis, & idcirco per rem iustam significari potest non incongruè res iniusta. Ad cœnam ergo nos æterni conuiuij summus paterfamiliàs inuitat, sed dum alius auaritiæ, alius curiositati, alius voluptati carnis est deditus, nimirum reprobi simul omnes excusant. Dum hunc terrena cura occupat, illum alieni actus sagax cogitatio deuastat, alterius etiam mentem voluptas carnalis inquinat, fastidiosus quisque ad æternæ vitæ epulas non festinat. Sequitur: Reuersus seruus nunciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamiliàs, dixit seruo suo: Exi citò in plateas & vicos ciuitatis: & pauperes, debiles, cæcos, & claudos, introduc huc.) Ecce qui terrenæ substantiæ plus iustò incumbit, venire ad dominicam cœnam recusat: qui labori curiositatis insudat, præparata vitæ alimenta fastidit: qui carnalibus desideriis inseruit, spiritalis conuiuij epulas respuit. Quia ergo venire superbi renuunt, pauperes eliguntur. Cur hoc? quia iuxta Pauli vocem, infirma mundi elegit 1.Cor.1.
Deus, vt confundat fortia. Sed notandum nobis est quomodo describantur qui ad cœnam vocantur, & veniunt. Pauperes & debiles dicuntur, qui iudicio suo apud semetipsos infirmi sunt. Nam pauperes & quasi fortes sunt, qui & positi in
paupertate superbiunt. Cæci verò sunt, qui nullum ingenij lumen habent. Claudi quoque sunt, qui rectos gressus in o-
peratione non habent? Sed dum morum vitia in membro- L
rum debilitate signantur: profectò liquet quia sicut illi peccatores fuerunt, qui vocati venire noluerunt: ita hi quoque peccatores sunt, qui inuitantur & veniunt. Sed peccatores superbi respuuntur, vt peccatores humiles eligantur. Hos itaque elegit Deus, quos despicit mundus: quia plærunque ipsa despectio hominem reuocat ad semetipsum. Is enim qui patrem reliquit, & partem substantiæ quam perceperat prodigè expendit, postquàm esurire cœpit, in se reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei, abundant panibus? Longè quippe à se discesserat, quando peccabat. Et si non esuriisset, in semetipsum minimè rediisset: quia postquàm terrenis rebus indiguit, tunc cogitare cœpit quid de spiritalibus amisit. Pauperes ergo & debiles, cæci & claudi vocantur, & veniunt: quia infirmi quique, atque in hoc mundo despecti plærunque tantò celerius vocem Dei audiunt, quantò & in hoc mundo non habent vbi delectentur. Quod bene 1.Reg. 30
Amalechitarum puer ille Aegyptius designat, qui Amalechitis prædantibus atque currentibus æger remansit in via: & fame sitique aruit. Quem cùm Dauid inuenit, ei cibum potumque præbuit, qui ilicò conualescens dux Dauid factus est. Conuiuantes Amalechitas reperit, & eos qui se debilem M
reliquerant, cum magna fortitudine prostrauit. Amalechita quippe populus lambens vocatur. Et quid per lambentem populum, nisi mentes secularium designantur? Quæ terrena cuncta ambiendo quasi lambunt, dum solis temporalibus delectantur. Quasi enim populus lambens, prædam facit dum terrena diligentes, lucra de alienis damnis exaggerant. Sed puer Aegyptius æger in via relinquitur: quia peccator quisq; dum infirmari ab huius mundi statu cœperit, mox secularibus mentibus in despectũ venit. Quem tamen Dauid inuenit, eique cibum & potum præbet: quia manu fortis dominus abiecta mũdi non despicit, & plærunque eos qui sequi mundum minimè valentes, quasi in via remanent, ad amoris sui gratiã conuertit, eisque verbi sui cibum potumque porrigit: & quasi duces sibi in via eligit, dum suos etiam prædicatores facit. Dum enim Christum peccatorum cordibus inferunt, quasi Dauid super hostes ducunt. Qui conuiuantes Amalechitas velut Dauid gladio feriunt, quia superbos quosque qui se in mundo despexerant, domini virtute prosternunt. Puer ergo Aegyptius qui in via remanserat, Amalechitas interfecit, quia plærunque ipsi mentes secularium prædicando superant, qui prius cum secularibus in hoc mundo currere non valebant. Sed deductis ad cœnam pauperibus, quid puer subiungat audiamus. Domine factum est vt imperasti, & adhuc locus est.) Multi tales ad cœnam dominicam ex Iudea collecti sunt, sed multitudo quæ ex Israëlitico populo credidit, locum supperni conuiuij non impleuit. Intrauit iam frequentia Iudæorum,

Nunʒ ver ba q̃ adoque nõ despiciuntur, non propter ipsum, sed ꝓpter aũm mittentem.

Villa terrenã substantiam signat.

Boũ quinq; iuga, quinque sensus repsentant.

Contemptores bonum eli.

Auaritia, curiositas, & voluptas, quomodo bonũ conuiuium deuitent.

Pauperes & debiles qui dicuntur.

Deus eligit quos mundꝰ despicit. Lucæ 15.

Amalechita populus lambens vocatur.

A cum, sed adhuc locus vocat in regno, vbi susci pi debeat nume rositas gentium. Vnde & eidem seruo dicitur: Exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.) Cum de vicis & plateis ad cœnam quosdam dominus inuitat: illum videlicet populum designat, qui tenere legem sub vrbana conuersatione nouerat. Cum verò conuiuas suos colligi ex viis & sepibus præcipit, nimirum agrestem populum colligere, id
Psalm. 95. est, gentilem quærit, de cuius significatione per Psalmistam dicitur: Tunc exultabunt omnia ligna syluarum ante faciem domini, quoniam venit. Ligna enim syluæ, gentes vocatæ sunt,
Gentiles vocati sunt ligna siluæ. quia in infidelitate sua tortæ & infructuosæ semper fuerunt. Qui ergo ex illo agresti vsu conuersi sunt, ad cœnam dominicam quasi ex sepibus venerunt. Notandum verò est quòd in hac inuitatione tertia non dicitur, inuita, sed compelle intrare. Alij enim vocantur, & venire contemnunt. Alij vocantur & veniunt. Alij autem nequaquam dicitur, quia vocãtur, sed cõpelluntur vt intrent. Vocantur & venire contemnunt, qui do num quidem intellectus accipiunt, sed eundem intellectũ operibus non sequuntur. Vocantur & veniunt, qui acceptam intellectus gratiam operando perficiunt. Quidam verò sic vocantur, vt etiam compellantur. Nam sunt nonnulli, qui bona facienda intelligunt, sed hæc facere desistunt. Vident quæ agere debeant, sed hęc ex desiderio non sequuntur. His plærunque,
B vt superius diximus, contingit, vt eos in carnalibus desideriis suis mundi huius aduersitas feriat: apprehendere temporalem gloriam conentur, & nequeãt: & dum per alta pelagi quasi ad
Temporalem gloriam conantur apprehendere & nequeunt. grãdiores curas huius seculi nauigare proponunt, semper aduersis flatibus ad deiectionis suæ littora repellantur. Cumque se frangi in desideriis suis, aduersante mũdo conspiciunt, quid de se auctori suo debeant commonentur, ita vt ad eum erubescentes redeant, qui eum superbientes pro mundi amore dese rebant. Sæpe nanque nonnulli ad temporalem gloriam proficere volentes, aut longa ægritudine tabescunt, aut afflicti iniu riis concidunt, aut percussi grauibus damnis affliguntur, & in mundi dolore vident, quia nihil confidere de eius voluptate debuerunt, seq; ipsos in suis desideriis reprehendentes, ad deũ corda conuertunt. De his quippe dominus per prophetam di
Osee 2. cit: Ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet: & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: quęret, & non inueniet eos: & dicet, Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc
Anima cui nil fidelis vnqd est. magis quàm nunc. Vir vniuscuiusque fidelis animæ deus est, quia hæc videlicet ei est coniuncta per fidem. Sed illa quę cõiuncta deo fuerat anima, amatores suos sequitur quando mẽs quę iam per fidem credidit, adhuc se immundis spiritibus in operatione substernit, mundi gloriam quærit, carnali delecta-
C tione pascitur, exquisitis voluptatibus nutritur. Sed plęrunque omnipotẽs deus talem animam misericorditer respicit, & eius voluptatibus amaritudines permiscet. Vnde dicit: Ecce ego sepiã vias tuas spinis. Viæ etenim nostræ spinis septæ sunt, quan
Osee 2. do in hoc quod malè cupimus, dolorum punctiones inueni-
Vie nostre nostris spinis sepiuntur. mus. Et sepiam eas maceria, & semitas suas non inueniet. Viæ nostræ maceria sepiuntur, cum desideriis nostris duræ in hoc mundo obiectiones resistunt. Et semitas nostras inuenire nõ possumus, qa hoc quod malè quærimus, adipisci prohibemur. Et sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: quæret, & non inueniet eos: quia malignos spiritus quibus se in suis desideriis anima subdidit, ad desideriorum suorum effectum mini mè comprehendit. Sed ex hac salubri aduersitate quanta vtilitas nascatur, adiungit cùm subditur, Et dicet: Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quàm nunc. Postquã ergo vias suas spinis septas inuenit, postquam amatores suos apprehendere non valet: ad amorem viri prioris reddit, quia plærunque postquam in hoc mundo nõ possumus obtinere quæ volumus, postquam in terrenis desideriis de impossibilitate lassamur, tunc ad mentem deum re-
Compulsi isqui intus ad cor sanctũ. ducimus, tunc placere incipit quod displicebat, & is cuius nobis amara fuerant præcepta, repentè dulcescit in memoria, & peccatrix anima quę adultera conata est esse, nec tamen aperto opere potuit: decernit esse fidelis coniunx. Qui ergo huius mundi aduersitatibus fracti, ad dei amorem redeunt: atque à præsentis vitæ desideriis corriguntur, quid isti fratres mei, nisi compelluntur vt intrent? Sed valde est tremenda sentẽtia quæ D protinus subinfertur. Intenta hanc cordis aure percipite fratres & domini mei: Inquantum peccatores fratres mei: inquantum iusti, domini mei. Intenta hanc aure percipite, vt tanto eã minus sentiatis in examine, quãto nunc auditis formidolosius in prædicatione. Ait enim: Dico autem vobis, quòd nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.) Ecce vocat per se, vocat per angelos, vocat per patres, vocat p prophetas, vocat per apostolos, vocat per pastores, vocat etiã per nos, vocat plęrunque per miracula, vocat plærunque per flagella, vocat aliquando per huius mundi prospera, vocat aliquando per aduersa. Nemo contemnat, ne dum vocatus excusat, cùm voluerit intrare non valeat. Audite quid sapiẽtia per Salomonem dicat: Tunc inuocabunt me, & nõ exaudiam, ma
Prouer. 1. nè consurgent, & non inuenient me. Hinc est quod fatuę virgines tarde venientes clamant dicentes: Domine domine, ape
Matt. 25. ri nobis. Sed iam tunc aditum quærentibus dicitur: Amẽ amẽ dico vobis: nescio vos. Quid inter hæc fratres charissimi, nisi relinquere omnia debemus, curas mundi postponere, solis de fideriis æternis inhiare? Sed hæc paucis data sunt. Admonere vos volo, vt relinquatis omnia, sed non præsumo. Si ergo cun
Bona mundana qualiter sunt renenda. cta mundi relinquere non potestis, sic tenete quæ huius mundi sunt, vt tamen per ea nõ teneamini in mundo: vt terrena res possideatur, non possideat: vt sub mentis vestræ sit dominio quod habetis: ne mens vestra dum terrenarum rerum amore E vincitur, à rebus suis ipsa magis possideatur. Sit ergo res tẽporalis in vsu, æterna in desiderio: sit res temporalis in itinere, de sideretur æterna in peruentione. Quasi ex latere respiciat quic quid in hoc mundo agitur. Ante nos autem tendant mentis oculi, dũ tota intentione illa conspiciunt, ad quæ peruenimus. Extirpẽtur funditus vitia, non solum ab actu operis, sed etiam à cogitatione cordis euulsa. Non nos voluptas carnis, nõ sollicitudo curiositatis, non æstus ambitionis à dominica cœna præpediat, sed ipsa quoque quæ honesta in mundo agimus, quasi ex quodam mentis latere tangamus, vt terrena quælibet sic nostro corpori seruiant, quatenus cordi minimè obsistant.
Omnia relinquere possumus etiam retinendo. Non ergo fratres audemus vobis dicere, vt omnia relinquatis: sed tamen si vultis, omnia etiam retinendo relinquitis, si sic tẽporalia geritis, vt tamen tota mente ad æterna tendatis. Hinc etenim Paulus apostolus dicit: Tempus breue est: reliquũ est, vt qui habent vxores, tanquam non habentes sint: & qui flẽt, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudẽtes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur: præterit enim figura huius mũdi. Vxorem nãque habet, sed quasi non habens, qui sic scit debita carnis exoluere: vt tamen per ea mundo tota mente non cogatur inhærere. Nam cùm idem rursum egregius prędica-
1. Cor. 7. F tor dicat: Qui habet vxorem, cogitat quæ sunt huius mundi, quomodo placeat vxori: ille vxorem habet quasi non habẽs, qui sic studet placere coniugi, vt tamen non displiceat conditori. Flet quoque, sed tanquam non fleat, qui sic temporalibus damnis affligitur, vt tamen de æternis lucris semper animum consoletur. Gaudet verò, sed tanquam non gaudeat, qui sic de
Gaude, sed tanquã nõ gaudeas. temporalibus bonis hilarescit, vt tamen semper tormenta perpetua consideret: & in hoc p mentem gaudio subleuat, hanc continuò pondere prouidi timoris premat. Emit autem sed quasi non possidens, qui & ad vsum terrena præparat, & tamẽ cauta cogitatione præuidet quòd hæc citius relinquat. Mũdo quoque vtitur, sed quasi non vtatur, qui & necessaria cuncta exterius ad vitæ suæ ministerium redigit, & tamen hæc eadem non sinit suæ menti dominari: vt subiecta foris seruiant, & nũquam intentionem animi ad alta tendentis frangant. Quicunque ergo tales sunt, eis profectò terrena omnia non ad desiderium, sed ad vsum assunt: quia rebus quidem necessariis vtuntur, sed nihil habere cum peccato cupiũt. De ipsis quoque rebus habitis quotidie mercedes acquirunt: & plus gaudent bono opere, quàm bona possessione. Ac ne aliquibus ista difficilia esse videantur: rem de persona refero, quam multi vestrum mecum nouerunt. Quam videlicet rem ipse ante trienniũ in Centũcellensi vrbe à personis fidelibus didici. Nuper nãque in eadem ciuitate Theophanius comes fuit, vir misericordiæ
Theophanij comitis cõmendatio. actibus deditus, bonis operibus intentus, hospitalitati præcipuè stu-

G què ſtudens. Exercendi comitatus actibus occupatus, agebat terrena & temporalia, ſed vt pòſt ex fine eius claruit, magis ex debito quàm ex intentione. Nam cùm appropinquante mortis eius tempore, grauiſsima aëris tempeſtas obſiſteret, ne ad ſepeliendum duci potuiſſet: cumque coniunx ſua cum fletu vehementiſsimo requireret, dicens: Quid faciam? quomodo te ad ſepeliendum eiicio, quę hoſtium domus huius egredi prę nimia tempeſtate non poſſum? Tunc ille reſpondit: Noli mulier flere, quia mox vt ego defunctus fuero: aëris ſerenitas redibit. Cuius protinus & vocem mors, & mortem ſerenitas eſt ſecuta. Cuius manus ac pedes podagræ humore tumeſcentes, & verſi in vulneribus fuerant, & profluẽte ſanie putebant. Sed cum corpus illius ex more ad lauandum fuiſſet detectum, ita manus, pedesque illius ſani reperti ſunt: ac ſi vnquam vulneris nihil habuiſſent. Ductus itaque ac ſepultus eſt: eiusque coniugi vſum eſt, vt quarto die in ſepulchro illius marmor quod ſuperpoſitum fuerat, mutari debuiſſet. Quod videlicet marmor corpori eius ſuperpoſitum dum fuiſſet ablatum, tanta ex eius corpore fragrantia odoris emanauit: ac ſi ex putreſcenti carne illius pro vermibus aromata ſerbuiſſent. Hæc igitur dixi: vt è vicino exemplo oſtendere poſſem, nonnullos & ſecularem habitum gerere: & ſecularem animum non habere. Quos enim

H tales in mundo neceſsitas ligat, vt ex omni parte exui à mundo non poſsint: ſic debent ea quę mundi ſunt tenere, vt tamen eis neſciant ex mentis fractione ſuccumbere. Hoc ergo cogitate, & cum relinquere cuncta quæ mundi ſunt, non poteſtis: exteriora bene exterius agite, ſed ardenter interius ad æterna feſtinate. Nihil ſit quod deſiderium veſtrę mẽtis retardet: nullius vos rei in hoc mundo delectatio implicet. Si bonum diligitur: mens in bonis melioribus, id eſt, in cœleſtibus, delectẽt. Si malum metuitur: mala animo æterna proponantur: vt dum illic eſſe conſpicit, & amplius quod diligat, & amplius quod pertimeſcat, hic omnino non hereat. Ad hæc agẽda habemus mediatorem dei & hominum, adiutorem noſtrum: per quem citius cuncta obtinebimus, ſi ad illum vero amore flagramus. Qui viuit & regnat cum patre & ſpiritu ſancto deus in ſecula ſeculorum. Amen.

Mentis noſtræ deſiderium nihil retardare debet.

Lectio ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

Lucæ. 14.

IN illo tẽpore. Dixit Ieſus turbis: Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorẽ, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui nõ baiulat crucem ſuam, & venit poſt me: nõ poteſt meus

I eſſe diſcipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, nónne prius ſedẽs computat ſumptus qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendum: ne poſtquam poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui viderint, incipiant illudere ei dicentes: quia hic homo cœpit ędificare, & non potuit cõſummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduerſus alium regem, nónne ſedens prius cogitat, ſi poſsit cũ decem milibus occurrere ei qui cum viginti milibus venit ad ſe? Alioquin adhuc illo longè agente, legationẽ mittens rogat ea quę pacis ſunt. Sic ergo omnis ex vobis qui nõ renũciauerit omnibus quę poſsidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Homilia lectionis eiuſdem, habita ad populum, in Baſilica beati Sebaſtiani martyris.

Homilia. xxxvij.

SI conſideremus fratres chariſsimi, quæ & quãta ſunt quæ nobis promittuntur in cœlis: vileſcũt animo omnia quæ habentur in terris. Terrena nanque ſubſtantia ſupernæ

Vita temporalis, æternæ

fœlicitati comparata, pondus eſt, non ſubſidium. Temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors eſt potius dicenda quàm vita. Ipſe enim quotidian⁹ defectus corruptionis, quid eſt aliud quàm quædam prolixitas mortis? Quæ autẽ lingua dicere, vel quis intellectus capere ſufficit, illa ſupernæ ciuitatis quãta ſint gaudia: angelorum choris intereſſe, cum beatiſsimis ſpiritibus gloriæ conditoris aſsiſtere, præſentem dei vultum cernere, incircunſcriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lętari? Sed ad hęc audita inardeſcit animus: iamque illic cupit aſsiſtere, vbi ſe ſperat ſine fine gaudere: ſed ad magna præmia perueniri non poteſt, niſi per magnos labores. Vnde & Paulus egregius prædicator dicit: Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Delectat ergo mentẽ magnitudo pręmiorum, ſed non deterreat certamen laborũ. Vnde ad ſe veniẽtibus veritas dicit: Si quis venit ad me, & nõ odit patrem ſuum & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.) Sed percontari libet quomodo parentes, & carnaliter propinquos pręcipimur odiſſe: qui iubetur & inimicos diligere? Et certè veritas de vxore dicit: Quod deus coniunxit, homo non ſeparet. Et Paulus ait: Viri diligite vxores veſtras: ſicut & Chriſtus Eccleſiam. Ecce diſcipulus vxorem diligendam prædicat, cùm magiſter dicat: Qui vxorem non odit, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus? Nunquid aliud iudex nunciat, aliud præco clamat? An ſimul & odiſſe poſſum⁹, & diligere? Sed ſi vim præcepti perpendimus, vtrunq; agere per diſcretionem valemus: vt eos qui nobis carnis cognatione coniũcti ſunt, & quos proximos nouimus, diligamus: & quos aduerſarios in via dei patimur, odiendo & fugiendo neſciamus. Quaſi enim per odium diligitur, qui carnaliter ſapiens, dum praua nobis ingerit, non auditur. Vt autem dominus demonſtraret hoc erga proximos odium, non de affectione procedere, ſed de charitate, addidit protinus dicens: Adhuc autem & animam ſuam.) Odiſſe itaq; præcipimur proximos, odiſſe & animã noſtram. Conſtat ergo, quia amando debet odiſſe proximum: qui ſic eũ odit, ſicut ſemetipſum. Tũc etenim bene noſtram animam odimus, cum eius carnalibus deſideriis non acquieſcimus: cùm eius appetitum frangimus, eius voluptatibus reluctamur. Quę ergo contempta ad melius ducitur: quaſi per odium amatur. Sic ſic nimirum exhibere proximis noſtris odij diſcretionem debemus: vt in eis & diligamus quod ſunt, & habeamus odio quòd in dei nobis itinere obſiſtunt. Certè dum Paulus Hieroſolymam pergeret, propheta Agabus zonam illius apprehendit: ſuiſque pedibus alligauit, dicẽs: Virum cuius hæc zona eſt, ſic alligabunt Iudæi in Hieruſalem. Sed is qui animam ſuam perfectè oderat: quid dicebat? Ego non ſolum alligari, ſed & mori in Hieruſalẽ paratus ſum pro nomine domini Ieſu Chriſti: nec facio animam meam precioſiorem q̃ me. Ecce quomodo animam ſuam amando oderat, imò odiens amabat, quam cupiebat pro Ieſu morti tradere, vt hanc ad vitam de peccati morte ſuſcitaret. Ab hac ergo diſcretione odij noſtri traham⁹ formam ad odium proximi. Ametur quilibet in hoc mundo etiam aduerſarius: ſed in via dei contrarius non ametur etiam propinquus. Quiſquis enim iam æterna concupiſcit, in ea quã aggreditur cauſa dei, extra patrem, extra matrem, extra vxorem, extra filios, extra cognatos, extra ſemetipſum fieri debet: vt eo verius cognoſcat deum, quo in eius cauſa neminẽ recognoſcit. Multum nanq; eſt q̃ carnales affectus intentionẽ mẽtis diuerberant, eiuſque aciem obſcurant: quos tamen nequaq̃ noxios patimur, ſi eos premendo teneamus. Amãdi ergo ſunt proximi: impendenda eſt charitas omnibus, & propinquis, & extraneis: nec tamen pro eadem charitate à dei amore flecten dum. Scimus autem quia cum de terra Philiſtiim arca domini ad terram Iſraëlitarum rediret, plauſtro ſuperimpoſita eſt, & vaccæ plauſtro ſubiunctæ ſunt, quæ fœtæ fuiſſe memorantur: quarum filios clauſerunt domi. Et ſcriptum eſt: Ibant autem in directum vaccæ per viam quæ ducit Bethſamis: vno iti nere gradiebantur, pergentes & mugientes, & non declinabãt, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Quid ergo vaccæ, niſi fideles quoſque in Eccleſia deſignant? qui dum ſacri eloquij præcepta conſiderant, quaſi ſuperimpoſitã ſibi domini arcam portant. De quibus hoc etiam eſt notãdum q̃ fuiſſe fœtę memorant: quia ſunt plæriq; qui in via dei intrinſecus poſiti, foris carnalibus affectibus ligantur, ſed nõ declinant à recto itinere,

Arca domini ferebat per vacas.

A pere, qui arcam deportant in mente. Ecce enim vaccæ Bethsamis pergunt. Bethsamis quippe dicitur domus solis. Et propheta ait: Vobis autem qui timetis dominum, orietur sol iustitiæ. Si ergo ad æterni Solis habitationem tendimus, dignum profectò est, vt de dei itinere pro carnalibus affectibus nō declinemus. Tota enim virtute pensandum est, quòd vaccæ dei plaustro supposite pergunt & gemunt. Dant ab intimis mugitus, & tamen ab itinere non deflectunt gressus. Sic nimirū prædicatores dei, sic fideles quique esse intra sanctam Ecclesiam debent, vt compatiantur proximis per charitatem, & tamen de via dei non exorbitent per compassionem. Hoc ipsum verò animæ odium qualiter exhiberi debeat, veritas subdendo manifestat, dicens: Qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Crux quippe à cruciatu dicitur. Et duobus modis crucem domini baiulamus: cùm aut per abstinentiam carnem afficimus, aut per cōpassionem proximi, necessitatem illius nostram putamus. Qui enim dolorem exhibet in aliena necessitate, crucem portat in mente. Sciendum verò est quòd sunt nonnulli qui carnis abstinentiam non pro deo, sed pro inani gloria exhibent. Et sunt plærique qui compassionem proximo non spiritualiter, sed carnaliter impendunt: vt ei * non ad virtutem, sed quasi miserendo ad culpas faueant.* Hi itaque crucem quidem videtur ferre, sed dominum non sequuntur. Vnde rectè hæc eadem veritas dicit: Qui non baiulat crucem suam, & venit post me, nō

B potest meus esse discipulus.) Baiulare etenim crucem & post dominum ire, est vel carnis abstinentiam, vel compassionem proximo pro studio æternæ intentionis exhibere. Nam quisquis hæc pro temporali intentione exhibet, crucem quidem baiulat, sed ire post dominū recusat. Quia verò sublimia præcepta data sunt, protinus comparatio ædificandæ sublimitatis adiungitur, cum dicitur: Quis enim ex vobis volens turrim ædificare: non prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne postea quàm posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui viderint, incipiant ei illudere, dicentes, quia hic homo cœpit ædificare: & non potuit consummare?) Omne quod agimus, præuenire per studium considerationis debemus. Ecce enim iuxta veritatis vocem, qui turrim ædificat, prius ædificij sumptus parat. Si ergo humilitatis turrim construere cupimus: prius nos præparare contra aduersa huius seculi debemus. Hoc enim inter terrenum & cœleste ædificium distat, quòd terrenum ædificium expensas colligendo construitur, cœleste vero ædificium expensas dispergendo. Ad illud sumptus facimus: si non habita colligamus. Ad istud sumptus facimus, si & habita relinquamus. Istos sumptus diues ille habere non potuit: qui multas possessiones possidens, magistrum requisiuit dicens: Magister bone quid faciendo vitam æternam possidebo? Qui cum præcepta relinquendi omnia audisset, tristis abscessit: & inde

C est angustatus in mente, vnde foris fuit latior in possessione. Quia enim in hac vita amabat sumptus celsitudinis, tendendo ad æternam patriam, habere noluit sumptus humilitatis. Considerandum vero est quod dicitur: Omnes qui viderint, incipient illudere ei.) Quia iuxta Pauli vocem, spectaculum facti sumus mundo, angelis, & hominibus. Et in omne quod agimus, considerare occultos nostros aduersarios debemus, qui semper nostris operibus insistunt, semper ex nostro defectu gratulantur. Quos propheta intuens ait: Deus meus in te confido, non erubescam, neque irrideant me inimici mei. In bonis enim operibus intenti, nisi contra malignos spiritus sollicite vigilemus: ipsos irrisores patimur, quos ad malum persuasores habemus. Sed quia de construendo ædificio comparatio data est, nunc ex minori ad maius similitudo subditur: vt ex rebus minimis maiora pensentur. Nam sequitur: Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, nónne sedēs prius cogitat, si possit cùm decem milibus occurrere ei, qui cum viginti milibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt.) Rex cōtra regem ex æquo venit ad prælium: & tamen si se perpendit non posse sufficere, legationem mittit, & ea quę pacis sunt, postulat. Quibus ergo nos lachrymis veniam sperare debemus: qui in illo tremendo examine cum rege nostro ex æquo ad iudicium non venimus? Quos nimirum conditionis infirmitas, & causa inferiores exhibet. Sed fortasse iam mali operis D culpas abscidimus: iam praua quæque exterius declinamus. Nunquid ad reddendam rationem cogitationis nostræ sufficimus? Nam cum viginti milibus venire dicitur is, contra quē minimè sufficit iste qui cum decem milibus venit. Decem milia quippe ad viginti milia, simplum ad duplum sunt. Nos autem si multum proficimus, vix exteriora nostra opera in rectitudine seruamus. Nam & si iam luxuria carnis abscissa est: tamen adhuc à corde sunditus abscissa non est. Ille autem qui *Index exteriora & interiora iudicabit.* iudicaturus venit, exteriora simul & interiora iudicat: facta pariter & cogitationes pensat. Cum duplo ergo exercitu contra simplum venit: qui nos vix in solo opere præparatos, simul de opere & cogitatione discutit. Quid ergo agendum est fratres: nisi vt dum nos cū simplo exercitu cōtra duplū illius sufficere non posse conspicimus: dum adhuc longè est: legationem *Legationem ad dominū mittere debem⁹ vt rogemus ea quæ pacis sunt.* mittamus, & rogemus ea quæ pacis sunt? Longè enim esse dicitur: qui adhuc præsens per iudicium non videtur. Mittamus ad hunc legationem, lachrymas nostras, mittamus misericordiæ opera: mactemus in ara eius hostias placationis, cognoscamus nos cum eo in iudicio non posse contendere. Pensemus virtutem eius fortitudinis: rogemus ea quæ pacis sunt. Hæc est nostra legatio: quæ regem venientem placat. Pensate fratres quàm benignum sit, quòd is qui suo aduentu valet opprimere, tardat venire. Mittamus ad hunc, vt diximus legationem nostram flendo, tribuendo, sacras hostias offerendo. Singulariter nāque ad absolutionem nostram oblata cum E lachrymis & benignitate mentis sacri altaris hostia suffragatur: quia is qui in se resurgens à mortuis iam non moritur, ad- *Hostia altaris multū valet ad absolutionē nostram.* huc per hanc in suo mysterio pro nobis iterum patitur. Nam quotiens ei hostiam suæ passionis offerimus, totiens nobis ad absolutionem nostram, passionem illius reparamus. Multos vt arbitror vestrum fratres charissimi contigit nosse hoc quod volo ad memoriam vestram narrando reuocare. Non lon- *Hostiæ oblatio magna esse efficaciæ notabilis ostēditur exemplo.* gè à nostris fertur temporibus factum quòd quidam ab hostibus captus longè transductus est. Cumque diu teneretur in vinculis, eum vxor sua cùm ex eadem captiuitate non recuperet, extinctū putauit. Pro quo iam velut mortuo hostias hebdomadibus singulis curabat offerre. Cuius totiēs vincula soluebantur in captiuitate, quotiens ab eius cōiuge oblatæ fuissent hostiæ pro animæ eius absolutione. Non longo post tempore reuersus, admirans valde suæ indicauit vxori, quòd diebus certis hebdomadibus singulis, eius vincula soluebantur. Quos videlicet dies eius vxor atque horas discutiēs, tunc eum recognouit absolutum, cum pro eo sacrificium meminerat oblatum. Hinc ergo fratres charissimi, hinc certa cōsideratione colligite, oblata à nobis hostia sacra quantum in nobis soluere valeat ligaturam cordis, si oblata ab altero potuit in altero soluere vincula corporis. Multi vestrum fratres charissimi Casium Narniensis vrbis episcopum nouerunt: cui mos erat quotidianas deo hostias offerre, ita vt penè nullus dies vitę F eius abscederet, quo non omnipotenti deo hostiam placationis immolaret. Cui cum sacrificio valde etiam concordabat vita. Nam cuncta quæ habebat, in eleemosynis tribuēs, cùm ad horam offerendi sacrificij veniſſet, velut totus in lacrymis defluens, semetipsum cum magna cordis contritione mactabat. Cuius & vitam & exitum à quodam venerabilis vitæ diacono qui fuerat ab eo nutritus, referēte cognoui. Aiebat enim quòd quadam nocte eius presbytero per visum dominus astitit, dicens: Vade & die episcopo: Age quod agis: operare quod operaris, non cesset pes tuus, non cesset manus tua: natali Apostolorum venies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Surrexit presbyter, sed quia è vicino Apostolorum natalitius dies imminebat, tam propinqui exitus diem episcopo nunciare pertimuit. Alia nocte dominus rediit, eiusque inobedientiam vehementer increpauit, atque eadem iussionis suæ verba retexuit. Tūc presbyter surrexit vt pergeret, sed rursus infirmitas cordis impedimento facta est indicādæ reuelationis. Et *Punitione magna dignus erat, qui sæpius dei gratiā contempsit.* ad admonitionem quoque iteratæ iussionis obduruit pergere, & quę viderat, manifestare neglexit. Sed quia magnā mansuetudinem contemptæ gratiæ, maior sequi solet ira vindictę, vi- sione tertia dominus apparens, iam verbis addidit verbera, & tā districta cęde mactatus est, vt in eo duritiā cordis emolliret vulnera corporis. Surrexit ergo eruditus ex verbere, perrexit

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ad episcopum,eumq; iam ex more iuxta beati Iuuenalis martyris sepulchrum ad offerendũ sacrificium consistentẽ reperit: secretum à circunstãtibus petiit,seq; eius pedibus strauit. Cũq; eum vbertim flentem episcopus vix ad se leuare potuisset, lachrymarum causas cognoscere studuit. Ille verò relaturus ordinem visionis,prius vestimento ex humeris deuoluto,detexit plagas corporis,vt ita dicam,testes veritatis & culpæ,monstrauit quãta animaduersione districtionis membra illius accepta verba liuore inflicto sulcauerãt. Quæ mox vt episcopus vidit,exhorruit: & quis sibi talia facere præsumpsisset, cum magnæ obstupefactionis vocibus inquisiuit. At ille respõdit,hæc se pro ipso fuisse perpessum. Excreuit cum terrore admiratio, sed nullas iam presbyter inquisitioni eius moras adiiciens, secretum reuelationis aperuit,eique iussionis dominicæ ea quæ audierat verba narrauit,dicens: Age quod agis, operare quod operaris:non cesset manus tua,non cesset pes tuus,natali Apostolorum venies ad me,& retribuam tibi mercedem tuã. Quibus auditis,episcopus se in orationem cum magna cordis contritione prostrauit,& qui oblaturus sacrificium, ad horam tertiam venerat,hoc pro extensæ orationis magnitudine, ad horam nonam vsque protelauit. Atque ex illo iam die magis magisque aucta sunt ei lucra pietatis. H Factusque est tam fortis in opere,quàm certus ex munere:quippe qui eũ cui ipse debitor fuerat,ex ea promissione iam cœperat habere debitorẽ. Huic autẽ consuetudo fuerat, annis singulis natalitio Apostolorum die Romam venire. Iamque ex hac reuelatione suspectus,venire iuxta morem noluit. Eodem ergo tempore sollicitus fuit, secundo quoque anno vel tertio in mortis suæ expectatione suspensus,quarto,quintoq; & sexto similiter. Qui desperare iã de veritate reuelationis poterat, si verbis fidem verbera non fecissent. Cum ecce anno septimo vsque ad expectati natalis sacras vigilias incolumis peruenit, sed leuis hunc in vigiliis calor * attigit,atque ipso die natalitio filiis suis se expectantibus, missarum solennia implere se posse recusauit. Illi verò qui de eius erant pariter egressione suspecti, simul ad eum omnes venerunt, sese vnanimiter astringẽtes, vt die eodem nequaquam acquiescerẽt missarum solennia celebrari,nisi pro eis apud dominum idem antistes suus intercessor accederet. Tunc ille compulsus,in episcopij oratorio missas fecit, & manu sua corpus dominicum pacemque omnibus tribuit. Qui cuncto ministerio oblati sacrificij peracto, ad lectulum rediit, ibique iacens, dum sacerdotes suos ac ministros circunstetisse cerneret,quasi vale vltimum dicens,de seruando eos vinculo charitatis admonebat,& quanta debuissent concordia inter se viri,prædicabat. Cùm subitò inter ipsa sanctę exhortationis verba, voce terribili clamauit dicens. Hora est. Moxque assistentibus ipse suis manibus linteum dedit, quod ex more morientium,sibi contra faciem tenderetur. Quo tenso,spiritum emisit,sicque sancta illa anima ad gaudia æterna perueniens,à carnis corruptione soluta est. Quem fratres charissimi, quem vir iste in morte sua imitatus est, nisi eum quem in vita sua fuerat contemplatus? Dicens enim,hora est,de corpore exiit: quia & Iesus peractis omnibus cum dixisset consummatum est,inclinato capite tradidit spiritum. Quod ergo dominus ex potestate,hoc egit famulus ex vocatione. Ecce quotidianæ hostiæ illa cum eleemosynis & lachrymis missa legatio, quãtam cum rege veniente gratiæ pacem fecit. Relinquat ergo omnia qui potest. Qui autem relinquere omnia non potest, cùm adhuc longè est rex, legationem mittat, lachrymarum, eleemosynarum, hostiarum munera offerat. Vult enim placari precibus, qui scit quia portari non possit iratus. Quòd adhuc moram facit venire,legationem pacis sustinet. Veniisset iam iamque si vellet,& cũctos suos aduersarios trucidasset. Sed & quàm terribilis veniet,indicat: & tamen ad veniendum tardat, quia nõ vult inuenire quos puniat, sed reatum nobis contemptus nostri denunciat,dicens: Sic ergo omnis ex vobis qui nõ renũciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.) Et tamen sperandæ salutis remedium confert, quia qui per irã non potest ferri, per postulatæ pacis vult legationem placari. Lauate ergo fratres charissimi lachrymis maculas peccatorũ, eleemosynis tergite, sacris hostiis expiate. Nolite possidere per desiderium,quę adhuc per vsum minimè reliquistis.Spem in solo redemptore figite,ad æternam patriam mente transite. Si enim nil in hoc mundo iam amando possidetis: etiam possidendo cuncta reliquistis. Ipse nobis gaudia desiderata concedat, qui nobis æternæ pacis remedia contulit Iesus Christus dominus noster. Qui viuit & regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus,per omnia secula seculorum,Amen. K

al. leuis dolor.

I

Ioan.19. Lachrymarũ legationẽ mittam ad regem.

Deus vult placari precibus.

Eleemosynæ tergunt maculas peccatorũ.

Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.



IN illo tempore. Loquebatur Iesus principibus sacerdotũ & Pharisæis in parabolis,dicens: Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebant venire. Iterum misit alios seruos,dicens: Dicite inuitatis, Ecce prandium meum parauit: tauri mei & altilia occisa sunt,& omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt alius in villam suam,alius vero ad negociationẽ suam. L Reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cùm audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitates illorũ succendit. Tunc ait rex seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt,sed qui inuitati erant,nõ fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarũ, & quoscũque inueneritis,vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt,bonos & malos,& impletæ sunt nuptiæ discumbẽtium. Intrauit autem rex vt videret discumbentes,& vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali:& ait illi: Amice, quomodo huc intrasti,non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis pedibus eius & manibus,mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

Homilia lectionis eiusdem,habita ad populum, in Basilica beati Clementis: Dominica.xx.post Trinitatẽ. Homilia.XXXVIII.

TExtum lectionis Euangelicæ fratres charissimi volo, M si possum,sub breuitate trãscurrere, vt in fine eius valeam ad loquendum largius vacare. Sed quærendum prius est,an hæc apud Matthæum ipsa sit lectio,quæ apud Lucam sub appellatione cœnæ describitur? Et quidẽ sunt nõnulla quæ sibi dissona esse videntur,quia hic prandium, illic cœna memoratur: hic qui ad nuptias nõ dignis vestibus intrauit, repulsus est: illic nullus qui intrasse dicitur,repulsus esse perhibetur. Qua ex re rectè colligitur,quòd & hic per nuptias præsens Ecclesia,& illic per cœnam æternum & vltimum conuiuium designatur: quia & hanc nonnulli exituri intrant, & ad illud quisquis semel intrauerit,vlterius nõ exibit. At si quis forte contendat hãc eandem esse lectionẽ,ego melius puto, salua fide,alieno intellectui cedere,quã cõtẽtionib⁹ deseruire: quoniã & intelligi cõgruè forsitan potest,quia de proiecto eo qui cum nuptiali veste non venerat,quod Lucas tacuit,Matthæus dixit. Quòd verò per illum cœna, per hunc autem prandium dicitur,nequaquam vel hoc nostræ intelligentiæ obsistit: quia cùm ad horam nonã apud antiquos quotidie prandium fieret, ipsum quoque prandium cœna vocabatur. Sæpe autẽ iam me dixisse memini, quòd plærunque in sancto Euangelio regnũ cœlorum præsens Ecclesia nominatur. Congregatio quippe iustorum, regnum cœlorum dicitur: Quia enim per prophetam dominus dicit: Cœlum mihi sedes est, & Salomon ait: Anima iusti sedes sapientiæ: Paulus etiam dicit Christum dei virtutem, & dei sapientiam, liquidò colligere debemus, quia si deus sapientia, anima autem iusti sedes sapientiæ, dum

Esaiæ. 66. Sapien. 1. Cor. 1. Matth. 12.

cœlum

A cœlum dicitur sedes dei, cœlum ergo est anima iusti. Hinc per Psalmistam de sanctis prædicatoribus dicitur: Cœli enarrant gloriam dei. Regnum ergo cœlorum est ecclesia iustorum: quia dum eorum corda in terra nil ambiunt, per hoc quòd ad superna suspirant, iam in eis dominus quasi in cœlestibus regnat. Dicatur ergo: Simile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.) Iam intelligit charitas vestra, quis est iste rex, regis filij pater: ille nimirum cui Psalmista ait: Deus, iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis.

Qui fecit nuptias filio suo.) Tunc enim deus pater deo filio suo nuptias fecit, quando hunc in vtero virginis humanæ naturæ coniunxit: quando deum ante secula, fieri voluit hominem in fine seculorũ. Sed quia ex duabus personis fieri solet ista nuptialis coniunctio, absit hoc ab intellectibus nostris, vt personam dei & hominis, redemptoris nostri Iesu Christi, ex duobus personis credamus vnitam. Ex duabus quippe atque in duabus hunc naturis existere dicimus, sed ex duabus personis compositum credi, vt nefas, vitamus. Apertius ergo atq; securius dici potest, quia in hoc pater regi filio nuptias fecit, quo ei per incarnationis mysterium sanctã Ecclesiam sociauit. Vterus autem genitricis virginis, huius sponsi thalamus fuit. Vnde & Psalmista dicit: In sole posuit tabernaculũ suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Tãquam spõsus quippe de thalamo suo processit, qui ad cõiungẽdã sibi Ecclesiam incarnatus deus de incorrupto vtero virginis exi-
B uit. Misit ergo seruos suos, vt ad istas nuptias amicos inuitarent. Misit semel, misit iterum, quia incarnationis dominicæ prædicatores ad inuitandum misit, & prius prophetas, & postmodum Apostolos fecit. Bis itaque seruos ad inuitandum misit, quia incarnationem vnigeniti & per prophetas dixit futuram, & per Apostolos nunciauit factam. Sed quia hi qui prius inuitati sunt, ad nuptiarum conuiuium venire noluerunt, in secunda inuitatione iam dicitur: Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata. Quid in tauris vel altilibus fratres charissimi, nisi noui ac veteris testamenti patres accipimus? Quia enim vulgo loquor, etiam ipsa me necesse est verba Euangelicæ lectionis explanare. Altilia enim saginata dicimus. Ab eo enim quod est alere, altilia quasi altilia vocamus. Cùm verò in lege scriptum sit: Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum: accepta tunc iustis licentia fuerat, vt dei inimicos, suosque aduersarios quanta possent virtute comprimerent, eosque iure *gladij ferirent. Quod in nouo proculdubio testamento compescitur, cùm per semetipsam veritas prædicat dicens: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Qui ergo per tauros, nisi patres testamenti veteris significantur? Nam dum ex promissione legis acceperant, quatenus aduersarios suos odij retributione percuterent, vt ita dicam, quid aliud quàm tauri
C erant, qui inimicos suos virtutis corporeæ cornu feriebant? Quid verò per altilia, nisi patres testamenti noui figurantur? qui dum gratiam pinguedinis internæ percipiunt, æternis desideriis innitentes, ad sublimia contemplationis suæ pennis subleuantur. In imo quippe cogitationem ponere, quid est aliud quàm quædam ariditas mentis? Qui autem intellectu cœlestium, iam per sancta desideria de supernis, delectationis intimæ cibo pascuntur, quasi largiori alimento pinguescunt. Hac enim pinguedine saginari propheta concupierat, cum dicebat: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Quia ergo prædicatores dominicæ incarnationis missi, persecutionem ab infidelibus, & prius prophetæ, & postmodum sancti apostoli pertulerunt, inuitatis & venire nolentibus dicitur:

Tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata.) Ac si apertius dicatur: Patrum præcedentium mortes aspicite, & remedia vitæ vestræ cogitate. Notandum verò quòd in priori inuitatione nil de tauris & altilibus dicitur, in secũda autem iam tauri & altilia mactata esse memorantur: quia omnipotens deus, cum verba eius audire nolumus, adiungit exempla, vt omne quod impossibile credimus, tanto nobis ad sperandum fiat facilius, quanto per hoc transisse iã & alios audimus. Sequitur:

Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam suã, alius verò in negociationem suam.) In villam quippe ire, est laborẽ terreno immoderatè incumbere. In negociationẽ verò ire, est actionum secularium lucris inhiare. Quia enim alius intẽtus labori terreno, alius vero mũdi huius actionibus deditus, my- D
sterium incarnationis dominicæ pensare, & secundum illud viuere dissimulat, quasi ad villam vel negocium pergẽs, venire ad regis nuptias recusat. Et plærunq; quod est grauius, nõnulli vocantis gratiam non solum respuunt, sed etiã persequũtur. Vnde & subditur: Reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt. Sed rex ista cognoscens, missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succẽdit.) Homicidas perdit: quia persequẽtes interimit. *Ciuitas malorum succenditur.* Ciuitatem eorum igni succendit: quia illorum non solum animæ, sed & caro quoque in qua habitauerant, æternæ gehennæ flamma cruciatur. Missis vero exercitibus extinxisse homicidas dicitur: quia in hominibus omne iudicium per angelos exhibetur. Quid nanq; sunt illa angelorum agmina, nisi exercitus regis nostri? Vnde & idem rex dominus sabbaoth dicitur Sabbaoth quippe exercitus interpretatur. Ad perdendos ergo *Sabbaoth interpretatur exercitus.* aduersarios suos exercitum mittit, quia nimirum vindictã dominus per angelos exercet. Cuius vindictæ potentiam tunc nostri patres audiebant, nos autem iã cernimus. Vbi sunt enim superbi illi martyrum persecutores? Vbi illi qui contra conditorem suam cervicem cordis erexerant, & de huius mundi gloria mortifera tumebant? Ecce iam mors martyrum floret in fide viuentium, & hi qui contra illos de crudelitate sua gloriati sunt, nequaquam ad memoriam nostram veniunt, vel in numero mortuorum. Rebus ergo cognoscimus, quod in para- E
bolis audiuimus. Sed is qui inuitantem se contemni conspicit, regis filij sui nuptias vacuas non habebit. Ad alios mittit, quia etsi apud aliquos laborat verbum dei, quandoque tamen sermo dei inuẽturus est vbi requiescat. Vnde & subditur: Tũc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscũque inueneritis, vocate ad nuptias.) Si in scriptura sacra vias actiones accipimus, exitus viarũ intelligimus defectus actionum: quia illi plærunque facilè ad deum veniunt, quos in terrenis actibus prospera nulla comitantur. Sequitur: Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos, & impletæ sunt nuptiæ discumbẽtium.) Ecce iam ipsa qualitate conuiuantium apertè ostenditur: quia per has regis nuptias præsens Ecclesia designatur, in qua cum bonis & mali conueniunt. Permixta quippe est diuersitate filiorum: quia sic omnes ad fidem generat, vt tamen omnes per immutationem vitæ ad libertatem spiritalis gratiæ culpis exigentibus non perducat. Quousque nanque hic viuimus, necesse est vt vitam præsentis seculi permixti peragamus. Tunc autem discernimur, cum peruenimus. Boni enim soli nusquam *Boni quãdo separabuntur à malis.* sunt, nisi in cœlo, & mali soli nusquam sunt, nisi in inferno. Hæc autem vita quæ inter cœlum & infernum sita est, sicut in
F medio subsistit, ita vtrarunque partium ciues communiter recipit, quos tamen sancta Ecclesia & nunc indiscretè suscipit, & postmodum in egressione discernit. Si ergo boni estis, quandiu in hac vita subsistitis, æquanimiter tolerare malos debetis. Nam quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam suam testis est, quia bonus non est. Abel enim esse renuit, quem Cain malitia non exercet. Sic in tritura areæ grana sub paleis premuntur: sic flores inter spinas oriuntur & rosa quæ redolet, crescit cum spina quæ pungit. Duos quippe filios habuit primus homo: vnus horum electus est, alter reprobus fuit. Tres filios Noë arca continuit, sed duo ex his electi sunt, & vnus reprobus fuit. Duos Abraham filios habuit: sed vnus electus est, alter reprobus fuit. Duos Isaac filios habuit, sed vnus electus est, alter reprobatus. Duodecim filios habuit Iacob, sed ex his vnus per innocentiam venditus est, alij verò per malitiam venditores fratris fuerunt. Duodecim Apostoli sunt electi, sed vnus in his admixtus est reprobus qui probaret, vndecim qui probarentur. Septem sunt diaconi ab Apostolis ordinati: sed sex in fide recta permanentibus, vnus extitit auctor erroris. In hac ergo Ecclesia nec mali sine bonis, nec boni sine malis esse possunt. Anteacta itaque tempora fratres charissimi ad mentem reducite, & vos ad malorum tolerantiam roborate. Si enim electorum filij sumus, restat necesse est, vt per eorum exempla gradiamur. Bonus enim non fuit, qui malos tolerare recusauit. Hinc nanque est quod de semetipso beatus Iob asserit dicens:

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Frater fui draconum, & socius struthionum. Hinc per Salomonem sponsi voce sanctæ Ecclesiæ dicitur: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Hinc ad Ezechielē dominus dicit: Fili hominis, increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Hinc Petrus beati Loth vitam glorificat dicens: Et iustum Loth oppressum à nefandorum iniusta cōuersatione eruit: aspectu enim & auditu iustus erat, habitās inter eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Hinc Paulus discipulorum vitam & laudat & roborat, dicens: In medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Hinc Ioannes Pergami Ecclesiæ attestatur dicēs: Scio vbi habitas, vbi sedes est Sathanæ, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. Ecce fratres charissimi penè omnia percurrendo cognoscimus, quia bonus nō fuit, quē malorum prauitas nō ꝓbauit. Vt enim ita loquar, ferrū animæ nostræ nequaquam perducitur ad subtilitatem acuminis, si hoc non eraserit alienæ lima prauitatis. Terrere autem vos non debet quòd in Ecclesia & multi mali, & pauci sunt boni, quia arca in vnidis diluuij, quæ huius Ecclesiæ typum gessit, & ampla in inferioribus, & angusta in superioribus fuit. Quæ in summitate etiam sua ad vnius mensuram cubiti excreuit. Inferius quippe, quadrupedia atque reptilia, superius verò aues & homines habuisse credenda est. Ibi lata extitit: vbi bestias habuit, H ibi angusta, vbi homines seruauit: quia nimirum sancta Ecclesia in carnalibus ampla est, in spiritalibus angusta. Vbi enim bestiales hominum mores tolerat, illic latius sinum laxat. Vbi autem eos habet qui spiritali ratione suffulti sunt, illic quidem ad summum ducitur: sed tamen quia pauci sunt, angustatur. Lata quippe via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui vadunt per eam, & angusta est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Eò autem vsque arca angustatur in summis, quousque ad mensuram vnius cubiti perducatur, quia in sancta Ecclesia quantò sanctiores quique sunt, tantò pauciores. Quæ in summo ad illum perducitur, qui solus homo in hominibus, & sine alterius comparatione natus est sanctus. Qui iuxta Psalmistæ vocem, factus est sicut passer vnicus in ædificio. Tanto ergo magis mali tolerandi sunt, quāto & amplius abundant, quia & in areæ tritura pauca sunt grana quæ seruantur horreis, & grandes acerui palearū, qui ignibus comburuntur. Sed quia iam largiente domino, nuptiarum domum, id est sanctam Ecclesiam intrastis, solerter fratres aspicite, ne aliquid de mentis vestræ habitu rex ingrediens reprehendat. Cum magno enim cordis timore pensandum est quod protinus subditur: Intrauit autem rex vt videret discūbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali.) Quid fratres charissimi exprimi per nuptialem vestem putamus? Si enim vestem nuptialem, baptisma vel fidem dicimus, I quis sine baptismate & fide has nuptias intrauit? Eo enim ipso foris est, quo necdum credidit. Quid ergo debemus intelligere nuptialem vestem, nisi charitatem? Intrat enim ad nuptias, sed cum nuptiali veste non intrat, qui in sancta Ecclesia assistens, fidem habet, sed charitatem non habet. Rectè enim charitas, nuptialis vestis vocatur, quia hanc in se conditor, noster habuit, dū ad associādæ sibi Ecclesiæ nuptias venit. Sola quippe dilectione dei actum est: vt eius vnigenitus mentes sibi electorum hominum vniret. Vnde & Ioannes dicit: Sic enim dilexit deus mundū, vt filium suum vnigenitū daret pro nobis. Qui ergo per charitatem venit ad homines, eandem charitatē innotuit vestem esse nuptialem. Omnis ergo vestrum qui in Ecclesia positus deo credidit: iam ad nuptias intrauit: sed cum nuptiali veste non venit, si charitatis gratiam non custodit. Et certe fratres si quis ad carnales nuptias esset inuitatus, vestē mutaret, congaudere se spōso & sponsę ex ipso sui habitus decore ostenderet: inter gaudentes & festa celebrātes despectis vestibus apparere erubesceret. Nos ad dei nuptias venimus, & cordis vestem mutare dissimulamus. Congaudent angeli, cum ad cœlum assumuntur electi. Qua ergo mente hæc spiritalia festa conspicimus, qui nuptialem vestem, id est charitatem, quæ sola nos speciosos exhibeat, non habemus? Sciendū verò est quia sicut in duobus lignis, superiore videlicet & inferiore vestis texitur, ita in duobus præceptis charitas habetur in dilectione scilicet dei, & proximi. Scriptū quippe est: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota K virtute tua, & proximum tuū sicut te ipsum. Qua in re notandum est, quia in dilectione proximi mensura amoris ponitur, cum dicitur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dei autē dilectio nulla mensura cōstringitur, cū dicitur: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Non enim iubetur quisque quantum diligat, sed ex quanto, cum dicitur ex toto: quia ille veraciter deū diligit, qui sibi de se nihil relinquit. Duo ergo hæc necesse est vt charitatis præcepta custodiat, quisquis habere in nuptiis vestē nuptialē curat. Hinc est enim quod apud Ezechielē prophetā, portæ ipsius ciuitatis in mōte constitutę, vestibulū duobus cubitis mēsuratur, quia nimirum accessus nobis cœlestis ciuitatis nō pāditur, si in hac Ecclesia, quæ pro eo quod adhuc foris est, vestibulum dicitur, dei & proximi dilectio non tenetur. Hinc est quòd cortinis tabernaculi intexi coccus bis tinctus iubetur. Vos estis fratres, vos estis cortinæ tabernaculi, qui per fidē in cordibus vestris secreta cœlestia velatis. Sed cortinis tabernaculis bis tinctus coccus debet inesse. Coccus quippe ignis speciem habet. Quid verò est charitas nisi ignis? Sed ista charitas esse bis tincta debet, vt tingatur & per amorē dei, tingatur & per amorē proximi. Qui enim sic amat deū, vt per cōtēplationem illius negligat proximum, coccus quidē est, sed bis tinL ctus nō est. Rursum qui sic amat proximum, vt tamen cōtemplationem dei per eius amorē relinquat: coccus est, sed bis tinctus nō est. Vt ergo charitas vestra bis tinctus coccus esse valeat, & ad amorem sē dei, & ad amorē proximi accendat: quatinus nec ex cōpassione proximi, contemplationem relinquat dei: nec plusquam debet inhærens contemplationi dei, cōpassionem abiiciat proximi. Omnis itaque homo inter homines viuens, sic ad eum anhælet quem desiderat, vt tamē hunc deserat, cū quo currebat: & sic huic adiutorium ferat, vt ab illo nullatenus torpeat ad quem festinabat. Sciendum quoq; est quòd ipsa dilectio proximi in duobus præceptis subdiuiditur, cum quidam sapiens dicat: Omne quod tibi odis fieri, vide ne ipse alteri facias. Et per semetipsam veritas prædicat dicens: Quæ vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Si enim & quod impendi nobis rectè volumus, hoc aliis impartimur, & quod nobis fieri nolumus, hoc aliis facere ipsi deuitamus, charitatis iura illæsa seruamus. Sed nemo cum quempiam diligit, habere se protinus charitatem putet, nisi prius ipsam vim suæ dilectionis examinet. Nam si quis quemlibet amat, sed propter deum non amat: charitatem nō habet, sed habere se putat. Charitas autem vera est, cùm & in deo diligitur amicus, & propter deum diligitur inimicus. Ille enim propter deum diligit eos quos diligit, qui iam & eos diligere à quibus nō diligitur, scit. Probari enim charitas per solam odij aduersitatem solet. Vnde & per semetipsum dominus dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Ille M ergo securus amat, qui propter deum illum amat à quo se intelligit non amari. Magna sunt hæc, alta sunt hæc, & multis ad exhibendum difficilia, sed tamen ista est vestis nuptialis. Quisquis autem hanc recumbens in nuptiis non habet, iam sollicitus metuat, ingrediente rege quando mittatur foras. Ecce enim dicitur: Intrauit rex ad nuptias, vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali.) Nos sumus fratres charissimi qui in nuptiis verbi discumbimus, qui iam fidem in Ecclesia habemus, qui scripturæ sacræ epulis pascimur, qui coniunctam deo Ecclesiam esse gaudemus. Considerate rogo, si cum nuptiali veste ad has nuptias venistis, cogitationes vestras sollicita inquisitione discutite. De rebus singulis corda vestra trutinate, si iam contra nullum odium habetis, si contra fœlicitatem alienam nulla vos inuidiæ face succenditis, si per occultam malitiam nemini nocere festinatis. Ecce rex ad nuptias ingreditur: & cordis nostri habitum contemplatur, atque ei quem charitate vestitum non inuenit, protinus iratus dicit: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?) Mirandum valde est fratres charissimi quòd hunc & amicum vocat, & reprobat. Ac si ei apertius dicat: Amice, & non amice. Amice per fidem, sed non amice per operationem. At ille obmutuit.) quia quod dici sine gemitu non potest, in illa districtione vltimę increpationis omne argumentū cessat excusationis: quippe

quia

Iob.13. *Cant.2.* *Ezech.2.* *2.Pet.2.* *Philip.2.* *Apoc.2.* *Boni pauci sūt, & multi mali.* *Mat.7.* *Psal.101.* *Nuptiarū domus dicitur sancta Ecclesia.* *Ioan.3.* *Vestis nuptialis dicitur charitas.* *Mar.22.* *Deut.6.* *Exod.* *Charitas debet esse bis tincta* *Tob.4.* *Mat.7.* *Charitas vera qui est.* *Luc.6.* *Amicus nō amicus dicitur quia non est aliquis.*

A quasi foris increpat, qui testis cõscientiæ intus animum accusat. Sed inter hæc sciendum est, quia quisquis hanc vestem virtutis habet, sed tamen adhuc perfectè non habet: ad pij regis ingressum desperare de venia non debet: quia ipse quoque spem nobis per Psalmistam tribuens dicit: Imperfectũ meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Sed quia pauca hæc in consolatione labentis & infirmantis diximus, nunc ad eum qui hanc omnimodo nõ habet, verba vertamus.

Sequitur: Tunc rex dixit ministris: Ligatis manibus eius & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium.) Ligãtur tunc pedes & manus per districtionem sententiæ, qui modò à prauis operibus ligari noluerunt per meliorationem vitæ. Vel certè tunc ligat pœna, quos modò à bonis operibus ligauit culpa. Pedes enim qui visitare ægrum negligunt, manus quæ nihil indigentibus tribuunt, à bono opere iam ex voluntate ligatæ sunt. Qui ergo nunc sponte ligãtur in vitio, tunc in supplicio ligantur inuitè. Bene autem dicitur quòd in exteriores tenebras proiiciatur. Interiores quippe tenebras dicimus cæcitatem cordis, exteriores verò tenebras æternam noctem damnationis. Tunc ergo damnatus quisque non in interiores, sed in exteriores tenebras mittitur, quia illic inuitus proiicitur in noctem damnationis, qui hic sponte ceB cidit in cæcitatem cordis. Vbi fletus quoq; & stridor dentium esse perhibetur, vt illic dentes strideãt, qui hic de edacitate gaudebant: illic oculi defleant, qui hic per illicitas concupiscentias versabantur in mundo: quatenus singula quæq; membra supplicio subiaceãt, quę hic singulis quibusque vitiis subiecta seruiebant. Sed repulso vno, in quo videlicet omne malorũ corpus exprimitur, generalis protinus sententia subinfertur, qua dicitur: Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.) Tremendũ est valde fratres charissimi quod audiuimus. Ecce nos omnes iam vocati per fidẽ ad cœlestis regis nuptias venimus, incarnationis eius mysterium & credimus & confitemur, diuini verbi epulas sumimus, sed futuro die iudicij rex intraturus est. Quia vocati sumus, nouimus: si sumus electi, nescimus. Tantò ergo necesse est vt vnusquisque nostrum in humilitate se deprimat, quanto si sit electus ignorat. Nonnulli enim bona nec incipiunt, nonnulli verò in bonis quæ inceperũt, minimè persistunt. Alter penè totam vitam ducere in prauitate conspicitur, sed iuxta finem vitæ à prauitate sua per districtę pœnitentiæ lamenta reuocatur. Alter electam videtur vitam ducere, & tamen hunc contingit ad erroris nequitiam iuxta finem vitæ declinare. Alius bonum bene inchoat, melius consummat. Alius in malis actibus à primæua ætate se exercet, & in eisdem operibus semper seipso deterior cõsummatur. Tanto ergo sibi vnusquisque sollicitè metuat, quanto ignorat quod restat: quia quod sæpe dicendum est, & sine obliuione retinendum, multi sunt vocati, pauci verò electi. Sed quia nonnunquam mentes audientium plus exempla fidelium, quàm docentium verba cõuertunt, volo vobis aliquid de proximo dicere, quod corda vestra tanto formidolosius audiant, quanto eis hoc de C propinquo sonat. Neque enim res longè antè gestas dicimus, sed eas de quibus testes existunt, eisque interfuisse se referunt, memoramus. Tres pater meus sorores habuit, quæ cũctæ tres sacræ virgines fuerunt. Quarum vna Tarsilla, alia Gordiana, alia Aemiliana dicebatur. Vno omnes ardore conuersæ, vno eodemque tempore sacratæ, sub districtione regulari degẽtes, in domo propria socialem vitam ducebant. Cũque essent diutius in eadem conuersatione, cœperunt quotidianis incremẽtis in amorem conditoris sui Tarsilla & Aemiliana sucrescere, & cum solo hic essent corpore, quotidie animo ad æterna transire. At cõtra Gordianæ animus cœpit à calore amoris intimi per quotidiana decrementa tepescere, & paulisper ad huius seculi amorem redire. Crebrò autem Tarsilla dicere Aemilianæ sorori suæ cum magno gemitu solebat: Video Gordianam sororem nostram de nostra sorte non esse: perpendo enim quia foras defluit, & cor ad quod proposuit non custodit. Quam curabant blanda quotidie redargutione corripere, atque à leuitate morum ad grauitatem sui habitus reformare. Quæ quidem resumebat vultum subitò grauitatis inter verba correptionis, sed cùm eiusdem correptionis hora transisset, transibat protinus & superducta grauitas honestatis, moxque ad leuia verba redibat: Puellarũ gaudebat societate laicarum, eique persona valde onerosa erat, quæcunque huic mũdo dedita non erat. Quãdam verò nocte huic Tarsillæ, quæ inter sorores suas virtute continuæ orationis, afflictionis studiosæ abstinentiæ singularis, grauitate vitæ venerabilis, in honore & culmine sanctitatis excreuerat, sicut ipsa narrauit, per visionem atauus meus Fœlix huius Romanæ Ecclesiæ antistes apparuit, eique mansionem perpetuæ claritatis ostendit, dicens: Veni, quia in hac te lucis mansione suscipio. Quæ subsequenti mox febre correpta, ad diem peruenit extremum. Et sicut nobilibus fœminis, virisque morientibus multi conueniunt, qui eorum proximos consolentur, eadem hora eius exitus multi viri ac fœminæ eius lectulum circunsteterunt, inter quas mater mea quoque affuit. Cum subitò sursum illa respiciens, Iesum venientem vidit, & cum magna animaduersione cœpit circunstantibus clamare, dicens: Recedite recedite, Iesus venit. Cumque in eum intenderet quem videbat, sancta illa anima à carne soluta est, tantaq; subito fragrantia miri odoris aspersa est, vt ipsa quoq; suauitas cunctis ostenderet, illic auctorem suauitatis venisse. Cumque corpus eius ex more mortuorum ad lauandum esset nudatum, longæ orationis vsu, in cubitis eius & genibus, camelorum more inuenta est obdurata cutis excreuisse, & quid viuens eius spiritus semper egerit, caro mortua testabatur. Hæc autem gesta sunt ante dominici natalis diem. Quo transacto, mox Aemilianæ sorori suæ per visionem nocturnæ visionis apparuit dicens: Veni, vt quia natalem dominicum sine te feci, sanctam Theophaniã iam tecum faciam. Cui illa protinus de sororis suæ Gordianæ salute sollicita respondit: Et si sola venio, sororem nostrã Gordianam cui dimitto? Cui sicut asserebat, tristis vultu iterum dixit: Veni, Gordiana etenim soror nostra inter laicas deputata est. Quã visionem mox molestia corporis secuta est, atque ita vt dictũ fuerat, ante dominicæ apparitionis diẽ, eadem molestia ingrauescente defuncta est. Gordiana autem mox vt solam remansisse se reperit, eius prauitas excreuit, & quod prius latuit in desiderio cogitationis, hoc pòst effectu prauæ actionis exercuit. Nã oblita dominici timoris, oblita pudoris & reuerentiæ, oblita consecrationis, conductorem agrorum suorum postmodũ maritum duxit. Ecce omnes tres vno prius ardore conuersæ sunt, sed non in vno eodemque studio permanserunt, quia iuxta dominicam vocem, multi sunt vocati, pauci vero electi. Hæc ergo dixi, ne quis in bono iam opere positus, sibi vires boni operis tribuat, ne quis de propria actione confidat, quia & si iam nouit hodie qualis sit, adhuc cras quid futurus sit, nescit. Nemo ergo de suis iam operibus securus gaudeat, quando adhuc in huius vitæ incertitudine qui finis sequatur, ignorat. Sed quia rem retuli, quæ vos ex diuina districtione perterruit, aliud adhuc è vicino refero, quod ex diuina misericordia perterrita vestra corda consoletur: quod tamen in sermone alio iam dixisse me memini, sed vos nequaquam affuistis. Ante biennium frater quidam in monasterium meum, quod iuxta beatorum martyrum Ioannis & Pauli Ecclesiam situm est, gratia conuersationis venit: qui diu regulariter protractus, quandoque susceptus est. Quem frater suus ad monasterium non conuersationis studio, sed carnali amore secutus est. Is autem qui ad conuersationem venerat, valde fratribus placebat. Et contrà, frater illius longè à vita eius ac moribus discrepabat. Viuebat tamen in monasterio necessitate potius quàm voluntate. Et cùm in cunctis actibus peruersus existeret, pro fratre suo ab omnibus æquanimiter tolerabatur. Erat enim leuis eloquio, prauus actione, cultus vestibus, moribus incultus, ferre verò non poterat si quisquam illi de sancti habitus conuersatione loqueretur. Facta autem fuerat vita illius cunctis fratribus visu grauis, sed tamen, vt dictum est, pro fratris sui gratia erat cunctis tolerabilis. Aspernabatur valde, si quis sibi aliquid de prauitatis suæ correctione loqueretur. Bona non solum facere, sed etiam audire non poterat. Nunquam se ad sanctæ conuersationis habitum venire, iurando, irascendo, deridendo, testabatur. In hac autem pestilẽtia quæ nuper huius vrbis populum magna ex parte consumpsit, percussus in inguine, est perductus ad mortem. Cumq; extremum diem *ageret, cõuenerunt fratres, vt ægressum illius orando protegerent. Iam corpus eius ab extrema fuerat parte præmortuum, in solo tantummodo pectore vita-

D

Nobilemo rientes mul ti circũue niunt.

Mortuorũ corpora a liquãdo la nantur.

E

F

Exemplum cuiusdam mundani qui fratrem religiosum habebat.

Hominis mũdani cõ ditiones.

* *Spiritum.*

Universidad de Puerto Rico Biblioteca

G lis adhuc calor anhelabat. Cuncti autem fratres tanto pro eo cœperunt enixius orare, quantò eum iam videbant sub celeritate discedere. Tum repentè cœpit eisdem fratribus assistentibus adnisu quo poterat clamare, & orationes eorũ interrumpere, dicens: Recedite, recedite: ecce draconi ad deuorandum datus sum, qui propter vestram præsentiam deuorare me non potest. Caput meum iam in suo ore absorbuit: date locum vt me amplius nõ cruciet, sed faciat quod facturus est. Si ei ad deuorandum datus sum, quare propter vos moras patior? Tunc fratres cœperunt ei dicere: Quid est quod loqueris frater? Signum tibi sanctæ crucis imprime. Respondebat ille vt poterat, dicens: Volo me signare, sed non possum, quia à dracone premor. Cumque hoc fratres audirent, prostrati in terra cum lachrymis cœperunt pro ereptione illius vehementius orare. Et ecce subitò cœpit melioratus eger quibus valebat vocibus exultare, dicens: Gratias deo, eccè draco qui me ad deuorandum acceperat, fugit. Orationibus vestris expulsus est, & stare non potuit. Pro peccatis meis modo intercedite, quia conuerti paratus sum, & secularem vitam funditus relinquere. Homo ergo qui, sicut iam dictum est, ab extrema corporis fuerat parte præmortuus, reseruatus ad vitam, toto ad deum corde H conuersus est. Longis & continuis in cõuersatione eadem flagellis eruditus, atq; ante paucos dies excrescente corporis molestia defunctus est. Qui iam moriens draconẽ non vidit, quia illum per cordis immutationem vicit. Ecce fratres mei, Gordiana, quam superius dixi, à sanctimonialis habitus excellẽtia corruit ad pœnã, & frater hic de quo ista narraui, ab ipso mortis articulo rediit ad æternam vitam. Nemo ergo scit quid de se in occultis dei iudiciis agatur, quia multi sunt vocati, pauci verò electi. Quia ergo nulli de se certum est electum se esse, restat vt omnes trepident, omnes de sua actione formident, omnes in sola diuina misericordia gaudeant, nullus de suis viribus præsumat. Est qui perficiat fiduciam nostrã, ille scilicet qui in se dignatus est assumere naturam nostram Iesus Christus, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Oratio deuota protegit à deuoratione diabolica.

Finẽ suum nemo cognoscit.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

Luc. 19.

I  N illo tempore. Cum appropinquaret Iesus Hierusalem, videns ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses, & tu. Et quidem in hac die tua: quę ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo. Et circundabunt te, & coangustabunt te vndique, & ad terrã prosternent te, & filios tuos qui in te sunt. Et non relinquẽt in te lapidem super lapidem, eo quòd non cognoueris tẽpus visitationis tuæ. Et ingressus in templum, cœpit eiicere vẽdentes in illo & ementes, dicens illis: Scriptũ est, quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam spelucã latronum. Et erat docens quotidie in templo.

Esa. 56.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in Basilica beati Ioannis quæ dicitur Constantiniana.

Homilia. XXXIX.

LEctionem breuem sancti Euangelij, breui, si possum, volo sermone percurrere: vt illis in ea prolixior detur intentio, qui sciunt ex paucis multa cogitare. Quòd à flente domino, illa Hierosolymorum subuersio describitur, quæ à Vespasiano & Tito Romanis principibus facta est, nullus qui historiam euersionis eiusdem legit, ignorat. Romani enim principes denunciantur, cum dicitur: Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te: & filios tuos qui in te sunt.) Hoc quoque quod additur, non relinquent in te lapidem super lapidem) etiam iam ipsa eiusdem K ciuitatis transmigratio testatur, quia dum nunc in eo loco cõstructa est, vbi extra portam fuerat dominus crucifixus, prior illa Hierusalẽ, vt dicitur, funditus est euersa. Cui ex qua culpa euersionis suæ pœna fuerit illata, subiungitur: Eo quòd nõ cognoueris tempus visitationis tuæ.) Creator quippe hominũ per incarnationis suæ mysterium hanc visitare dignatus est, sed ipsa timoris & amoris illius recordata non est. Vnde etiam per prophetam in increpatione cordis humani, aues cœli ad testimonium deducũtur, dum dicitur: Miluus in cœlo cognouit tempus suum, turtur & hirundo & ciconia custodierũt tẽpus aduentus sui, populus autem meus nõ cognouit iudicium domini. Sed quærendum prius est quid sit quod dicitur: Videns ciuitatem, fleuit super illam dicens, quia si cognouisses, & tu.) Fleuit etenim pius redemptor ruinam perfidæ ciuitatis, quam ipsa sibi ciuitas non cognoscebat esse venturam. Cui à flẽte domino rectè dicitur: Quia si cognouisses, & tu.) subaudi fleres, quæ modo quia nescis quod imminet, exultas. Vnde & subditur: Et quidem in hac die tua, quæ ad pacẽ tibi.) Cùm enim carnis se voluptatibus daret, & ventura mala non prospiceret, in die sua quæ ad pacem esse ei poterant, habebat. Cur verò bona præsentia ad pacẽ habuerit, manifestatur cum L dicitur: Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.) Si enim cordis eius oculis mala quæ imminebant, abscondita non essent, læta in præsentibus prosperis non fuisset. Cuius mox etiã pœna quæ de Romanis, sicut prędixi, principibus imminebat, adiuncta est. Qua descripta, quid dominus fecerit, subditur: quia ingressus tẽplum, cœpit eiicere vendentes de illo & emẽtes, dicens illis: Scriptum est, quia domus mea domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronũ.) Qui enim narrauit mala ventura, & protinus templum ingressus est, vt de illo vendentes & ementes eiiceret, profectò innotuit, quia ruina populi maximè ex culpa sacerdotum fuit. Euersionem quippe describens, sed vendentes & ementes in templo feriens, in ipso effectu sui operis ostẽdit vnde radix prodiit perditionis. Sicut autem Euangelista alio teste didicimus, in templo columbæ vendebantur. Et quid per columbas, nisi sancti spiritus donum accipitur? Sed vendentes & ementes è templo eliminat, quia vel eos qui pro munere impositionẽ manuum tribuunt, vel eos qui donum spiritus emere nituntur, damnat. De quo templo mox subditur: Domus mea, domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum.) Qui enim ad accipienda munera in templo residebant, profectò quia quibusdam non dantibus lęsionem exquirerent, dubium non erat. Domus ergo orationis, spelunca latronum facta fuerat, quia ad hoc in templo assistere nouerant, vt aut non do- M nantes munera studerent corporaliter persequi, aut dantes spiritaliter necare. Quia verò redemptor noster prædicationis verba nec indignis nec ingratis subtrahit, postquàm disciplinę vigorem eiiciendo peruersos tenuit, donum mox gratiæ ostẽdit. Nam subditur: Et erat docens quotidie in templo.) Hęc iuxta historiam breuiter tractando transcurrimus. Sed quia euersam iam Hierusalem nouimus, atque euersione sua in melius commutatam, quia expulsos latrones à templo, atq; ipsum iam templum erutum scimus: debemus ex rebus exterioribus introrsus aliquam similitudinem trahere, atque ex euersis ædificiis parietum, morum ruinam timere. Videns enim ciuitatem, fleuit super illam, dicẽs: quia si cognouisses, & tu. Hoc semel egit, cùm perituram ciuitatem esse nunciauit. Hoc quotidie redemptor noster per electos suos agere nullatenus cessat, cùm quosdam ex bona vita ad mores reprobos peruenisse cõsiderat. Plangit enim eos qui nesciunt cur plangãtur, qui iuxta Salomonis verba, Lætantur cùm malè fecerint: & exultant in rebus pessimis. Qui si damnationẽ suã quæ eis imminet, agnouissent, semetipsos cum lachrymis electorum plangerent. Bene autem perituræ animæ sententia quæ subditur, conuenit:

Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.) Suam hic diem habet anima peruersa, quæ transitorio gaudet in tempore. Cui ea quæ assunt, ad pacem sunt: quia dum rebus temporalibus lætatur, dum honoribus extollitur, dum in carnis voluptate resoluitur, dum nulla venturæ pœnæ formidine terretur, pacem habet in die sua, quæ graue damnationis suæ scandalum in die habebit

Hierusalẽ visitauit cum in humanitate.

Hiere. 8.

Prouer. 2.

Matt. 21.

Esa. 56.

Matth. 21.

Populus sacerdotum.

Domus domus orationis est.

Mar. 11.

Vespasian⁹ & Titus Hierusalẽ euerterunt.

Animę peruersę suum diẽ habebit.

habebit aliena. Ibi enim affligenda est, vbi iusti lætabuntur: & cuncta quæ modo et ad pacem sunt, tunc in amaritudinem rixæ vertentur, quia rixari secum incipiet, cur damnationem quam patitur, non expauit: cur à prospiciendis malis sequentibus oculos mentis clausit. Vnde ei dicitur: Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.) Peruersa quippe anima rebus præsentibus dedita: in terrenis voluptatibus resoluta, abscondit sibi mala sequentia, quia præuidere futura refugit, quæ præsentem lætitiam perturbant: dumque in præsentis vitæ oblectationibus se deserit, quid aliud quàm clausis oculis ad ignē vadit? Vnde bene scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorum. Et inde per Paulum dicitur: Qui gaudent, tanquam non gaudentes sint: quia etsi qua est præsentis temporis, ita est agenda lætitia, vt nunquam amaritudo sequentis iudicij recedat à memoria: quatenus dum mens pauida extremæ vltionis timore transfigitur, quantum nunc præsens lætitia, tantum pòst ira subsequens temperetur. Hinc nanque scriptum est: Beatus homo, qui semper est pauidus. Qui verò mētis est duræ, corruet in malum. Sequentis enim ira iudicij tantò tunc districtior portabitur, quantò nūc & inter culpas minimè timetur. Sequitur: Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo.) Qui inquam sunt humanæ animæ maiores inimici, quàm maligni spiritus, qui hanc à corpore exeuntem obsident, quam in carnis amore positam, deceptoriis delectationibus fouent? Quam vallo circundāt: quia ante mentis eius oculos reductis iniquitatibus quas perpetrauit, hanc ad societatem suæ damnationis trahentes coarctant: vt in ipsa iam extremitate vitæ deprehensa, & à quibus hostibus circuncluſa sit, videat, & tamen euadendi aditum inuenire non possit: quia operari iam bona non licet, quæ cùm licuit agere, contempsit: de quibus adhuc aptè quod sequitur, intelligi valet: Circundabunt te, & coangustabunt te vndique.) Maligni quippe spiritus vndique animam coangustāt, quando ei non solum operis, verumetiam locutionis, atque insuper cogitationis iniquitates replicant: vt quæ prius se per multa dilatauit in scelere, ad extremum de omnibus angustetur in retributione. Sequitur: Et ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt.) Tunc anima per cognitionem reatus sui ad terram consternitur, cùm caro cui vitam suam credidit, redire ad puluerem vrgetur. Tunc in mortē filij illius cadunt, cùm cogitationes illicitæ quæ modo ex illa prodeūt, in extrema vitæ vltione dissipantur, sicut scriptum est: In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Quæ scilicet duræ cogitationes intelligi, etiam per lapidum significationem valent. Nam sequitur: Et non relinquent in te lapidem super lapidem.) Peruersa etenim mēs, cùm peruersæ cogitationi adhuc peruersiorem adiicit, quid aliud quàm lapidem super lapidem ponit? Sed in destructa ciuitate super lapidem lapis non relinquitur: quia cùm ad vltionem suam anima ducitur, omnis ab illa cogitationum suarum cōstructio dissipatur. Quæ cur hoc patiatur, adiungitur: Eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ.) Prauam quanque animam omnipotens deus multis modis visitare consueuit. Nam assiduè hanc visitat præcepto: aliquando autem flagello, aliquādo vero miraculo: vt ea vera quæ nesciebat, audiat: & tamen adhuc superbiens atque contēnens, aut dolore compuncta redeat, aut beneficiis deuicta, malum quod fecit, erubescat. Sed quia visitationis suæ tempus minimè cognoscit, illis in extremo vitæ inimicis traditur: cū quibus in æterno iudicio damnationis perpetuę societate colligatur, sicut scriptum est: Cùm vadis cùm aduersario tuo ad principem, in via, da operam liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicē, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Aduersarius noster quippe in via, est sermo dei, cōtrarius nostris carnalibus desideriis in præsenti vita. A quo ipse liberatur, qui præceptis eius humiliter subditur. Alioqui aduersarius iudici, & iudex tradet exactori, quia ex sermone domini contēpto reus peccator tenebitur in examine iudicis. Quē iudex exactori tradet: quia hūc maligno spiritui ad vltionē tradi permittet: vt compulsam animam ipse ad pœnam de corpore exigat, quæ ei ad culpam sponte consensit. Exactor mittit in carcerē: quia per malignum spiritū in inferno recluditur, quousque dies iudicij veniat, ex quo iam in inferni ignibus simul & ipse crucietur. Expleta ergo perditione ciuitatis, quam nos ad pereuntis animæ similitudinē traximus, protinus subditur: D

Et ingressus templum, cœpit eiicere vēdentes & emētes de illo.) Sicut templum dei in ciuitate est, ita & in plebe fideli vita religiosorum. Et sæpe nonnulli religionis habitum sumunt, & dum sacrorum ordinum locū percipiunt, sanctæ religionis officium in commerciū terrenæ negociationis trahunt. Vendentes quippe in templo sunt, qui hoc quod quibusdam iure competit, ad præmium largiuntur. Iustitiam enim vendere, est hāc pro præmij acceptatione seruare. Ementes vero in tēplo sunt, qui dum hoc persoluere proximo quod iustū est, nolunt: dūq; rem iure debitam facere contemnunt, dato patronis præmio emunt peccatum. Quibus bene dicitur: Domus mea, domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum.) Quia dum nonnunquam peruersi homines locū religionis tenent, ibi malitiæ suæ gladiis occidunt, vbi viuificare proximos orationis suæ intercessione debuerunt. Templum quoque & domus dei est ipsa mens atque conscientia fidelium. Quæ si quando in læsionem proximi peruersas cogitationes profert, quasi in spelunca latrones residet, & simpliciter gradiētes interficiunt, quando in eos qui in nullo rei sunt, læsionis gladios defigunt. Mens enim fidelium iam non domus orationis, sed spelunca latronum est, quando relicta innocentia & simplicitate sanctitatis, illud conatur agere, vnde valeat proximis nocere. Sed quia contra peruersa hæc omnia verbis redemptoris nostri per sacras paginas indesinenter instruimur: nunc vsque hoc agitur, quod factum fuisse perhibetur, cùm dicitur: Et erat docens quotidie in templo.) Cùm enim mentem filium ad cauenda mala subtiliter erudit, quotidie veritas in templo docet. Sed sciendum nobis est, quia veritatis verbis veraciter erudimur: si extrema mala nostra formidolosè & indesinēter aspicimus: iuxta hoc quod per quendam sapiētem dicitur: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternū nō peccabis. Pensare quippe quotidie debemus, quod ex eiusdem voce nostri redemptoris audiuimus: Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.) Dum enim districtus iudex sustinet, & adhuc manū non exerit in percussionem: dum à retributione vltionis vltimę esse quædam temporis securitas videtur: debemus pensare malum quod sequitur, pensantes gemere, gementes ea quæ commisimus peccata indesinenter aspicere, aspicientes flere, & flētes abstergere. Nulla nos prosperitas trāsitoriæ laudis lætitiæq; dissoluat, nec mentis nostræ oculos ea quæ sunt trāsitoria obstruant, ne cæcos ad ignem ducant. Si enim districtè pensetur cuius sit ponderis improperium, ex ore veritatis agnoscitur: cùm negligenti & futura non prospicienti dicitur: Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.) Nam cogitandum valde est quantum nobis erit terribilis hora nostræ resolutionis, qui pauor mentis, quanta nunc omnium malorum memoria, quæ obliuio transactæ fœlicitatis, quæ formido & consideratio iudicis. Quid ergo esse nobis de præsentibus ad delectationem debet, quando cunctis simul transeuntibus, non valet transire quod imminet? quando & hoc funditus finitur, quod diligitur: & illud incipitur, vbi dolor nunquam finitur? Tunc maligni spiritus egrediente anima, sua opera requirunt. Tunc mala quæ suaserunt, replicant, vt sociam ad tormenta trahant. Sed cur hoc de peruersa solummodo anima dicimus, cùm ad electos quoque egredientes veniant: & suum in illis, si præualeant, aliquid requirant? Vnus autem in hominibus extitit, qui ante passionem suam libera voce dixit: Iam nō multa loquar vobiscum: venit enim princeps mundi huius, & in me non habet * quicquam. Quia enim hunc mortalem hominem vidit, suum in illo mundi princeps aliquid inuenire posse credidit. Sed sine vllo peccato à mundi corruptione exiit, qui sine peccato in mūdum venit. Hoc de se contra mundi principem, nec Petrus dicere præsumpsit, qui audire meruit. Quæcunque ligaueris super terram, ligata erunt & in cœlis: & quodcunque solueris super terrā, solutum erit & in cœlis. Hoc nec Paulus dicere præsumpsit, Qui priusquam mortis debitum solueret, ad cœli tertij secreta peruenit. Hoc nec Ioannes dicere ausus est, qui pro amore præcipuo, in redemptoris sui pectore in cœna recubuit. Nā cùm propheta dicat: Ecce enim in iniquitatibus cōcept' sum, & in delictis peperit me mater mea: sine culpa in

Iustitiā vēdere quid est.

Mat. 21.

Tēplum dei est cōscientia.

E

Eccli. 7.

Iudex districtus dū sustinet quid agere debeamus.

Hora resolutionis erit terribilis.

F

Ioan. 14.

* *inuenit.*

Matt. 16.

2. Corin. 2.

Ioan. 21.

Psalm. 50.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mundo esse non potuit, qui in mundũ cum culpa venit. Hinc
Psal.142. nanque idem propheta ait: Non iustificabitur in cõspectu tuo
Eccles.7. omnis viuens: Hinc Salomon ait: Non est homo iustus in ter-
1.Ioan.1. ra qui faciat bonum, & non peccet. Hinc Ioannes dicit: Si di-
xerimus quia peccatũ non habemus, ipsi nos seducimus, & ve-
Iacobi.3. ritas in nobis non est. Hinc Iacobus ait: In multis enim offen-
Diabolus aliquid habet in eis qui de carnis delectatione concepti sunt. dimus omnes. Constat enim, quia omnes qui de carnis dele-
ctatione concepti sunr, in eorum proculdubio vel actione, vel
locutione, vel cogitatione aliquid suum princeps huius mundi
habuit. Sed idcirco illos vel post rapere, vel prius tenere non
potuit: quia eos ille à debitis suis eripuit, qui pro nobis sine de-
Ioan.14. bito mortis debitum soluit, vt nos ideo sub iure hostis nostri
Diabol⁹ evit terribilis in die exitus. debita nostra non teneant: quia pro nobis mediator dei & ho
minum homo Christus Iesus gratuitò reddidit quod non de-
bebat. Qui enim pro nobis mortem carnis indebitam reddi-
dit, nos à debita animæ morte liberauit. Ait ergo: Venit enim
princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Vnde
curandum nobis est, & cum magnis quotidie fletibus cogitã-
dum, quàm rabidus, quàm terribilis sua in nobis opera requi-
rens: in die nostri exitus princeps huius mundi veniat, si etiam
ad deum carne moriẽtem venit, & in illo aliquid quæsiuit, in
H quo suum inuenire nihil potuit. Quid itaque nos miseri dictu-
ri, quid acturi sumus, qui innumera mala commisimus? Quid
requirẽti aduersario, & multa sua in nobis inueniẽti dicemus,
nisi solum quod nobis est certũ refugium, & solida spes, quia
vnum cum illo facti sumus, in quo princeps huius mundi &
suum aliquid requisiuit, & inuenire minime potuit? quoniam
solus est inter mortuos liber. Et à peccati iam seruitio veraci
libertate soluimur: quia ei qui verè liber est, vnimur. Constat
enim, nec negare possumus, sed veraciter fatemur, quia prin-
ceps huius mundi habet in nobis multa: sed tamen in mortis
nostræ tempore, iam nos rapere non valet, quia eius membra
effecti sumus, in quo non habet quicquam. Sed quid prodest
quòd eidem redemptori nostro per fidem iungimur, si ab eo
Mat.7. moribus disiungamur? Ipse etenim dicit: Non omnis qui dicit
Mala sunt diluẽda lamentis. mihi domine domine, intrabit in regnũ cœlorũ. Recta ergo
opera rectæ fidei iungenda sunt. Mala quæ fecimus, per quo-
tidiana lamenta diluamus: transactas nostras nequitias surgen-
tia ab amore dei & proximi recta opera superent, nulla quæ
possumus fratribus impendere bona recusemus. Neque enim
aliter redẽptoris nostri membra efficimur, nisi inhærẽdo deo,
& compatiendo proximis. Sed quia ad amorem dei & proxi-
mi plærunque corda audientiũ plus exempla quàm verba ex-
citant, charitati vestræ indicare studeo, quòd is qui præsto est
filius meus, Epiphanius diaconus, Isauria prouincia exortus,
in vicina facta terra Lycaoniæ solet narrare miraculum. Ait
Martyrij monachi mirabilis deuotio. enim, quod in ea quidam Martyrius nomine, vitæ valde ve-
nerabilis monachus fuit, qui ex suo monasterio visitationis
gratia ad aliud monasterium tendebat, cui spiritalis pater præ-
erat. Pergens itaque, leprosum quendam quem densis vulne-
I ribus elephantinus morbus per membra fœdauerat, inuenit in
via, volentem ad suum hospitiũ redire, sed prę lassitudine non
valentem. In ipso vero itinere se habere perhibebat hospitiũ,
quo idem Martyrius monachus ire festinabat. Vir autem dei
eiusdem leprosi lassitudini misertus, pallium quo vestiebatur,
in terram protinus proiecit & expandit, ac desuper leprosum
posuit, eumque suo pallio vndique constrictum super hume-
rum leuauit, secumque reuertens detulit. Cumque iam mona-
sterij foribus propinquaret, spiritalis pater eiusdem monaste-
rij magnis vocibus clamare cœpit: Currite, ianuas monasterij
citius aperite, quia frater Martyrius venit dominum portans.
Statim verò, vt Martyrius ad monasterij aditum peruenit, is
qui leprosus esse putabatur: de collo eius exiliens, & in ea spe-
cie apparens, qua recognosci ab hominibus solet redemptor
Deus super cœlos hunc non erubescet, qui deum super terram non erubuit. humani generis, deus & homo Christus Iesus, ad cœlum Mar-
tyrio aspiciente rediit, eique ascendens dixit: Martyri tu me
non erubuisti super terram, ego te non erubescam super cœ-
los. Qui sanctus vir mox, vt est monasterium ingressus, ei pa-
ter monasterij dixit: Frater Martyri, vbi est quem portabas?
cui ille respondens dixit: Ego si sciissem quis esset, pedes illius
tenuissem. Tunc idẽ Martyrius narrabat: quia cùm eum por-
tasset, pondus eius minimè sensisset. Nec mirum: Quomodo
enim pondus sentire poterat, qui portantem portabat? Qua in
re pensandum est nobis quantum fraterna compassio valeat, K
quantum nos omnipotenti deo misericordiæ viscera coniun-
gant. Inde enim ei qui est super omnia propinquamus, vnde *Fraterna compassio multum valet.*
nos per compassionem proximi, etiam sub nosmetipsos depo-
nimus. In rebus corporalibus nemo alta tangit, nisi qui tendi-
tur. In rebus verò spiritalibus certum est: quia quãto plus per
compassionem attrahimur, tanto altis verius appropinqua-
mus: Ecce autẽ redemptori generis humani ad ædificationem
nostram minimè suffecit, quod in extremo iudicio dicturum
se esse perhibuit: Quandiu fecistis vni de his fratribus meis mi- *Matt.25.*
nimis, mihi fecistis: nisi & ante iudicium hoc in se ostenderet
quod dixisset: vt videlicet demonstraret, quia quisquis nunc
bona opera indigentibus exhibet, ei hæc specialiter impendit,
cuius hæc amore exhibuerit. Et tanto plus quisque maiorem
mercedem recipit, quãto nec eum despicit, qui amplius despi-
ciendus videtur. Quid enim in humana carne sublimius carne
Christi, quæ est super angelos exaltata? Et quid in humana *Leprosi carne nil est abiectius.*
carne abiectius carne leprosi, quæ tumescentibus vulneribus
scinditur, & exhalantibus fœtoribus impletur? Sed ecce in spe-
cie leprosi apparuit: & is qui est reuerendus super omnia, vide-
ri despectus infra omnia dedignatus non est. Cur hoc, nisi vt L
sensu nos tardiores admoneret: quatenus quisquis ei qui in cœ
lo est, festinat assistere, humiliari in terra, & compati etiam ab-
iectis & despicabilibus fratribus non recuset? Loqui charitati
vestræ sub breuitate decreueram: sed quia non est in homine
via eius, decurrens sermo retineri non potest, quem disponit
ipse de quo loquimur: qui viuit & regnat cum patre in vnitate
spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.



Luc.16. IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc.
Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso & epulabatur quotidie splendidè. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebãt de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant, & lingebãt vlcera eius. Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est M
autem & diues, & sepultus est in inferno. Eleuãs autem oculos suos cùm esset in tormentis, vidit Abrahã à longè, & Lazarum in sinu eius. Et ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flãma. Et dixit illi Abrahã: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. Et ait: Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in locum hunc tormẽtorum. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & prophetas, audiant illos. At ille dixit: Nõ pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi: Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Homilia lectionis eiusdem, habita ad populum in Basilica beati Laurẽtij martyris: Dominica prima post Trinitatem.

Homilia. XL.

In verbis

A IN verbis sacri eloquij fratres charissimi prius seruanda est veritas historiæ, & postmodum requirenda spiritalis intelligentia allegoriæ. Tunc nanque allegoriæ fructus suauiter carpitur, cùm prius per historiam in veritatis radice solida
ædifi tur. Sed quia nonnunquam allegoria fidem ædificat: & historia moralitatem: nos qui auctore deo iam fidelibus loquimur,
per historiam. non abs re credimus, si ipsum loquendi ordinem postponamus: quatenus qui fidem iam rectam* tenetis, prius de allegoria aliquid breuiter audire debeatis. Et quod vobis de moralitate historiæ valde est necessarium, hoc in expositionis nostræ ordine seruetur extremum, quia ea plærunque solēt melius recoli, quæ contingit postmodum audiri. Sensus ergo allegoricos sub breuitate transcurrimus: vt ad moralitatis latitudinem citius venire valeamus: Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & byssо, & epulabatur quotidie splēdidè.) Quem fratres charissimi, quem diues iste qui induebatur purpura & byssо, & epulabatur quotidie splēdidè, nisi Iudaicum populum signat, qui cultum vitæ exterius habuit, qui acceptæ legis delitiis ad nitorem vsus est, non ad vtilitatem? Quem verò Lazarus vlceribus plenus, nisi gētilem populum figuraliter exprimit? qui dum conuersus ad deum, peccata confiteri sua non erubuit, huic vulnus in cute fuit. In cutis quippe vulnere virus à visceribus trahitur, & foras erumpit. Quid est ergo peccatorum confessio, nisi quædam vulnerum ruptio? quia peccati virus salubriter aperitur in confessione, quod pestiferè latebat in mente. Vulnera etenim cutis in superficiem trahunt humorem putredinis. Et confitendo peccata, quid aliud agimus, nisi malum quod in nobis latebat aperimus? Sed Lazarus vulneratus cupiebat saturari de micis quæ cadebāt de mēsa diuitis, & nemo illi dabat: quia gentilium quemque ad cognitionem *legis* admittere superbus ille populus despiciebat. Qui dum doctrinam *legis* non ad charitatem habuit, sed ad elationem, quasi de acceptis opibus tumuit. Et quia ei verba defluebant de scientia, quasi micæ cadebant de mensa. At contrà iacentis pauperis vulnera lingebant canes. Nonnunquam solent in sacro eloquio, per canes, prædicatores intelligi. Canum etenim lingua vulnus dum lingit, curat: quia & doctores sancti dum in confessione peccati nostri nos instruunt, quasi vulnus mentis per linguam tangunt. Et quia nos loquendo à peccatis eripiunt, quasi tangendo vulnera ad salutem reducūt. Quia enim canum nomine prædicatorum lingua signatur, à domino per Psalmistam dicitur: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Ex Iudæis quippe infidelibus sancti prædicatores electi sunt, qui in assertione veritatis contra fures, latrones que venientes magnos pro domino, vt ita dicam, latratus dederunt. Quo contra de quorundam reprobatione dicitur: Canes muti, non valentes latrare. Quia ergo prædicatores sancti peccata damnant: confessionem verò peccatorum approbant, dicētes: Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini: vlcera Lazari canes lingunt. Sancti etenim doctores dum gentilium confessiones accipiunt, mentiū vulnera saluti restituunt. Vnde & Lazarus bene interpretatur adiutus: quia ipsi hunc ad ereptionem iuuant, qui eius vulnera per linguę correptionem curant. Potest etiam per linctionem canum, lata adulantium lingua signari. Adulantibus etenim, vulnera nostra lingere est: quòd plærunque solent etiam ipsa mala quæ nos in nobis reprehendimus, improbo fauore laudare. Contigit verò, vt vterque moreretur. Diues qui induebatur purpura & byssо, sepultus est in inferno. In sinum verò Abrahæ Lazarus ab angelis ductus est. Quid Abrahæ sinus, nisi secretam requiem significat patrum? De qua veritas dicit: Multi, inquit, venient ab Oriente & Occidente, & recumbēt cum Abrahā, & Isaac, & Iacob, in regno cœlorum: filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Qui enim purpura & byssо indutus dicitur, rectè regni filius vocatur. Qui de longinquo ad videndum Lazarum oculos leuat: quia dum per dānationis suæ supplicia infideles in imo sunt, fideles quoq; ante diem extremi iudicij super se in requie attendunt, quorum pòst gaudia contemplari nullatenus possunt. Longè verò est quod conspiciunt, quia illuc per meritum non attingūt. In lingua autem amplius ardere ostenditur, cùm dicit: Mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquā, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.) Infidelis populus verba legis in ore tenuit, quæ opere seruare contempsit. Ibi ergo amplius ardebit, vbi se ostendit scire quod facere noluit. Quapropter bene de doctis & negligentibus per Salomonem dicitur: Omnis labor hominis in ore eius, sed anima illius non implebitur: quia quisquis hoc solūmodo laborat vt sciat quid loqui debeat, ab ipsa refectione suæ scientiæ mente vacua ieiunat. Ab extremo digiti se tangi desiderat, quia æternis supplicijs datus optat operatione iustorum, vel vltima, participari. Cui respondetur, quòd in hac vita bona receperit, quia omne suum gaudium fœlicitatem transitoriam putauit. Habere hic etenim possunt, & iusti bona, nec tamen hæc in recompensatione recipere: quia dum meliora, id est, æterna appetunt, eorum iudicio quælibet bona adfuerint, cum sanctis desideriis æstuant, bona minimè videntur. Vnde Dauid propheta, qui regni diuitiis, multisque obsequiis fulciebatur, quanuis & hęc ad necessitatem bona esse conspiceret: vni tamen singulariter bono inhianter æstuabat, dicens: Mihi autem adhærere deo bonum est. Inter hęc verò notandum est, quod ei dicitur: Memento fili.) Ecce enim Abraham filium vocat, quem tamen à tormento non liberat, quoniam huius infidelis populi precedentes patres fideles, quia multos à sua fide deuiasse considerant, eos nulla compassione à tormentis eripiunt, quos tamen per carnem filios recognoscunt. In tormentis autem diues positus, quinque fratres habere se perhibet, quia superbus idē Iudaicus populus, qui ex magna iam parte dānatus est, sequaces suos quos super terram reliquit: quinque libris Moysi carnaliter intellectis, vel quinque sensibus corporis deditos nouit. Quinario ergo numero fratres quos reliquerat, exprimit, quia quos ad spiritalem intelligentiam non assurgere in inferno positus gemit, petit vt ad eos Lazarus mittatur. Cui quia Moysen & prophetas habeant, dicitur. Sed ait: Quia non credent, nisi quis ex mortuis resurrexerit.) Cui protinus respondetur: Si Moysen & prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent ei.) Certè de Moyse veritas dicit: Si crederetis Moysi, crederetis vtique & mihi. De me enim ille scripsit. Impletur ergo quod per Abrahæ responsionem dicitur. Ex mortuis enim dominus resurrexit, sed Iudaicus ille populus, quia Moysi credere noluit: ei etiam qui resurrexit ex mortuis, credere contempsit. Cumq; Moysi verba spiritaliter intelligere contempsit, ad eum de quo Moyses locutus fuerat, non peruenit. Hæc nos fratres charissimi pro indicandis* allegorię mysteriis succinctè transcurrisse sufficiat, nunc ad intuendam latius rei gestę moralitatem animus recurrat: Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & byssо, & epulabatur quotidie splēdidè. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ante ianuā diuitis, vlceribus plenus.) Nonnulli putant præcepta veteris testamenti districtiora esse, quàm noui: sed hi nimirum improuida consideratione falluntur. In illo enim non tenacia, sed rapina mulctatur. Ibi res iniustè sublata, restitutione quadrupli punitur. Hic autem diues iste nō abstuliſſe aliena reprehenditur, sed propria nō dedisse. Nec dicitur, quia vi quenquam oppresſit, sed in acceptis rebus se extulit. Hinc ergo summopere colligendum est, qua pœna mulctandus sit qui aliena diripit, si inferni dānatione percutitur qui propria non largitur. Nemo ergo securum se æstimet dicens: Ecce alienа nō rapio, sed concessis licitè rebus fruor: quia diues iste nō idcirco punitus est, quoniam aliena abstulit, sed quia acceptis rebus semetipsum male dereliquit. Hoc quoq; fuit quod hunc in inferno tradidit, quia in sua fœlicitate timidus non fuit: quia accepta dona ad vsum arrogantiæ inflexit, quia viscera pietatis ignorauit, quia peccata sua redimere etiam cùm sibi abundaret precium, noluit. Et sunt nonnulli qui cultum subtilium precioſarumq; vestium non putāt esse peccatum: Quod si videlicet culpa non esset, nequaquam sermo dei tam vigilanter exprimeret, q̄ diues qui torquebat apud inferos, byssо & purpura indutus fuisset: Nemo quippe vestimēta precioſa, nisi ad inanem gloriam quærit, videlicet vt honorabilior cæteris esse videatur. Nam quia pro sola inani gloria, vestimentum precioſius quæritur, res ipsa testatur, quòd nemo vult ibi precioſis vestibus indui, vbi ab aliis nō possit videri. Quam culpam possumus melius etiam ex diuerso colligere: quia si abiectio vilis

D *tur plus ardere cæteris mēbris.* *Eccles. 6.*

E *Diues malus dicitur habuisse quinque fratres.*

Psalm. 72.

F *Testamēti noui præcepta nō sunt faciliora q̄ veteris. Bona propria non largiens damnari potest.*

Vestes precioſas ferre an sit peccatum.

**indagandis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gvilis indumenti virtus non esset, Euangelista vigilanter de lo-
Marci. 1. anne non diceret: Erat indutus pilis camelorum. Sed notandũ
Matth. 3. nobis est magnopere, in ore veritatis de superbo diuite & hu
mili paupere quantus sit ordo narrationis. Ecce enim dicitur:
Homo quidam erat diues: & protinus subinfertur, & erat qui-
Diuitũ nomina plus solẽt sciri q̃ pauperum. dam mendicus nomine Lazarus. Certè in populo plus solent
nomina diuitum, quàm pauperum sciri. Quid est ergo quòd
dominus de paupere & diuite verbum faciens, nomen paupe-
ris dicit, & nomen diuitis nõ dicit, nisi quòd deus humiles no-
uit atque approbat, & superbos ignorat? Vnde & quibusdam
de miraculorum virtute superbientibus in fine dicturus est:
Matth. 7. Nescio vos vnde sitis: discedite à me omnes operarij iniquita-
Exod. 33. tis. At contrà Moysi dicitur: Noui te ex nomine. Ait ergo de
diuite: Homo quidam. Ait de paupere: Egenus nomine Laza
rus. Ac si apertè dicat: Pauperem humilem scio, superbum di-
uitem nescio. Illum cognitum per approbationẽ habeo, hunc
per iudicium reprobationis ignoro. Pensandum nobis est e-
tiam, conditor noster quanta omnia ẽsideratione dispẽsat.
Vna etenim res non pro vna re agitur. Nam ecce plenus vlce-
ribus mendicus Lazarus ante ianuam diuitis iacet. Qua de re
vna dominus duo iudicia expleuit. Habuisset enim fortasse a-
liquam excusationem diues: si Lazarus pauper & vlcerosus an
te eius ianuã non iacuisset, si remotus fuisset, si eius inopia non
esset oculis importuna. Rursum si longè esset diues ab oculis
H vlcerosi pauperis, minorem toleràsset in animo tentationem
pauper. Sed dum egenum & vlceratum ante ianuam diuitis, &
delitiis affluentis posuit, in vna eademq́; re, & ex visione pau-
peris non miserenti diuiti cumulum damnationis intulit: &
rursum ex visione diuitis tẽtatum quotidie pauperem proba-
uit. Quantas nanq; hunc egenum, & vulneribus obsessum ten
tationes creditis in sua cogitatione toleràsse, cùm ipse egeret
pane, & non haberet sanitatem? Atque ante se diuitem cerne-
ret salutem, & delitias habere cum voluptate, se dolore & fri-
gore adfici? Illum gaudere conspiceret, byssо & purpura vesti
ri, se deprimi vulneribus? Illum affluere acceptis rebus, se ege-
re, illũ nolle largiri? Quantus putamus fratres mei tunc in cor-
de pauperis tumultus tentationis fuit: cui certè ad pœnam suf-
ficeret paupertas, etiam si sanus fuisset: & rursum sufficisset æ-
gritudo, etiam si subsidium adesset? Sed vt probaretur amplius
pauper, simul hunc & paupertas, & ęgritudo tabefecit. Atque
insuper videbat procedentem diuitem obsequentibus cuneis
Iudicia duo Deus ex vna re exhibuit. circumfulciri, & se in infirmitate, & inopia à nullo visitari. Nã
quia nemo ei ad visitandum aderat: testantur canes, qui licen-
ter eius vulnera lingebant. Ex vna ergo re omnipotens deus
duo iudicia exhibuit, dum Lazarum pauperem ante ianuam
I diuitis iacere permisit: vt & diues impius damnationis sibi au
geret vltionem, & tentatus pauper crescceret ad remuneratio-
nem. Conspiciebat ille quotidie cui non misereretur, videbat
iste de quo probaretur. Duo inferius corda, sed vnus desuper
inspector, qui & hũc tentando exercebat ad gloriam, & illum
tolerando expectabat ad pœnam. Nam sequitur: Factum est
autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in si-
num Abrahę. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in in-
ferno.) Qui nimirum diues eũ cui in hac vita misereri noluit,
in suo iam supplicio positus patronum quærit. Nam ecce sub-
iungitur: Qui eleuans oculos cùm esset in tormẽtis, vidit A-
braham à longè, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans di-
xit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum vt intin-
gat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguã meam.
quia crucior in hac flamma.) O quanta est subtilitas iudicio-
rum dei. O quàm districtè agitur bonorum actuum malo-
Actuũ bonorum & malorum retributio, districtissimè agitur. rumq́ue retributio. Certè superius dictum fuit: quia in hac vi
ta Lazarus cadentes micas de mensa diuitis quęrebat, & nemo
illi dabat: nunc de supplicio diuitis dicitur, quia de extremo di
gito Lazari distillari aquam in ore suo cõcupiscit. Hinc ergo,
hinc fratres colligite, quanta sit districtio seueritatis dei. Di-
ues enim iste qui vulnerato pauperi mensæ suæ, vel minima
dare noluit: in inferno positus, vsq; ad minima quærenda per-
uenit. Nam & guttam aquæ petiuit, qui micas panis negauit.
Sed notandum valde est quid sit quòd diues in igne positus,
linguam suam refrigerari petit. Mos quippe est sacri eloquij,
vt aliquando aliud dicat, sed ex eodem dicto aliud innuat. Su-
perius autem hunc superbum diuitem dominus non loquaci- K
tati vacantem dixerat, sed superfluè conuiuantem. Neq; hunc
de loquacitate notauit, sed cum elatione & tenacia de edacita-
te peccasse. Sed quia abundare in conuiuiis loquacitas solet, is
qui malè hic conuiuatus dicitur, apud infernum grauius in lin
gua ardere perhibetur. Prima nanque male conuiuantibus fa-
mulatur culpa loquacitatis, post loquacitatem verò ludendi
etiam leuitas sequitur. Nam quia edacitatẽ lusus sequatur: te-
statur sacra scriptura, quæ ait: Sedit populus manducare & bi-
bere, & surrexerũt ludere. Sed priusquam ad lusum moueatur
corpus, ad iocos ac verba inania mouetur lingua. Quid ergo
est quod innuitur, quia in tormẽtis positus diues linguam suã
refrigerari postulat, nisi quòd is qui conuiuando magis de lo-
quacitate peccauerat, per retributionis iustitiã in lingua atro-
cius ardebat? Sed cum graui valde est pauore pensandum hoc
quod ei per Abrahæ responsionẽ dicitur: Fili recordare, quia
recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc au-
tem hic consolatur, tu verò cruciaris.) Ista fratres mei senten-
tia pauore potius indiget, quàm expositione. Nam si qui estis
qui in hoc mundo exterioris boni aliquid accepistis: ipsum,
vt ita dicam, donum exterius pertimescere debetis, ne vobis
pro quorundam vestrorum actuum recompẽsatione sit datũ:
ne iudex qui hic bona exteriora restituit, à retributione boni
intimi repellat: ne honor hic vel diuitiæ, non adiumentũ vir-
tutis, sed remuneratio sint laborisEcce enim dum dicitur, Re
cepisti bona in vita tua: indicatur & diues iste boni aliquid ha
buisse, ex quo in hac vita, bona receperit. Rursumque dum de
Lazaro dicitur, quia recepit mala, profectò monstratur & La-
zarus habuisse malum aliquod quod purgaretur. Sed mala La
zari purgauit ignis inopiæ, & bona diuitis remunerauit fœli-
citas transeuntis vitę. Illum paupertas afflixit & terſit, istũ abũ
dantia remunerauit & repulit. Quicunque ergo bona in hoc
seculo habetis, cũ vos bona egisse recolitis: valde de ipsis perti
mescite, ne concessa vobis prosperitas eorũdem remuneratio
sit bonorum. Et cùm quoslibet pauperes nonnulla reprehen-
sibilia perpetrare cõspicitis: nolite despicere, nolite desperare,
quia fortasse quos superfluitas tenuissimæ prauitatis inquinat,
caminus paupertatis purgat. De vobis omnimodo pertimesci
te: quia nonnulla etiam malè acta, prospera vita secuta est. De
illis vero sollicitè pensate: quia eorum vitam etiam magistra
paupertas cruciat, quousque ad vitæ rectitudinem perducat.
Sequitur: Et in his omnibus inter nos, & vos chaos magnum
firmatum est: vt hi qui volunt hinc ad vos transire, non pos-
sint, neque inde huc transmeare.) Qua in re valde quærẽdum
est, quomodo dicatur, hi qui volunt hinc ad vos transire non
possunt. Quia enim hi qui in inferno sunt, ad beatorum sortẽ
transire cupiant, dubium non est. Qui verò iam in beatitudi-
nis sorte susceptі sunt, quo pacto dicitur: quia transire ad eos
qui in inferno cruciantur, volunt? Sed sicut transire reprobi ad
electos cupiunt, id est, à suppliciorum suorum afflictione mi-
grare: ita ad afflictos atque in tormentis positos transire iusto-
rum, est mẽtem ire per misericordiam, eosque velle liberari. Sed
qui volunt de beatorum sorte* ad afflictos atque in tormentis
positos transire non possunt: quia iustorum animę quanuis in
suæ naturæ bonitate misericordiam habeant, iam tunc auctо-
ris sui iustitiæ coniunctæ, tanta rectitudine constringuntur, vt
nulla ad reprobos compassione moueantur. Ipsi quippe iudi-
ci concordant, cui inhærent: & eis quos eripere non possunt,
nec ex misericordia condescẽdunt: quia tantum illos tunc à se
videbunt extraneos quantũ ab eo quem diligunt auctore suo
conspiciunt esse repulsos. Nec iniusti ergo ad beatorum sortẽ
transeunt, quia damnatione perpetua constringuntur. Nec iu-
sti transire ad reprobos possunt: quia erecti iam per iustitiam
iudicij, eis nullo modo ex aliqua compassione miserentur.
Sed postquam ardenti diuiti de se spes tollitur, eius animus ad
propinquos quos reliquerat, recurrit: quia reproborum men-
tem pœna sua quandoque inutiliter erudit ad charitatem: vt
iam tunc etiam suos spiritaliter diligant: qui hic dum pecca-
ta diligerent, nec se amabant. Vnde nunc subditur: Rogo te
ergo pater, vt mittas eum in domum patris mei: habeo enim
quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc lo-
cum tormentorum.) Qua in re notandum est, ardenti diuiti

Comitũ sunt plus loquaces.

Exo. 32.

Diues ma lus quare atrocius in lingua cruciabat.

Bonum quod à re habeamus, pertimescamus. L

Damnati an velint transire ad saluatos, & contra. M

quanta

A quanta ad supplicium cumulantur. Ad pœnam nanque suam ei, & cognitio seruatur & memoria. Cognoscit enim Lazarum quem despexit. Fratrum quoque suorum meminit, quos reliquit. Perfecta quippe ei vltio de paupere non esset, si hunc in retributione non recognosceret. Et perfecta pœna in igne nõ esset, si non hoc quod ipse patitur, etiam suis timeret. Vt ergo peccatores in supplicio amplius puniantur, & eorũ vident gloriam quos contempserunt: & de illorum etiam pœna torquentur quos inutiliter amauerunt. Credendũ verò est, quòd ante retributionem extremi iudicij, iniusti in requie quosdam iustos conspiciunt: vt eos videntes in gaudio, non solum de suo supplicio, sed etiam de illorum bono crucientur. Iusti verò in tormentis semper intuentur iniustos, vt hinc eorum gaudium crescat: quia malũ conspiciunt quod misericorditer euaserunt, tantoque maiores redemptori suo gratias referunt, quanto vident in aliis quod ipsi perpeti, si essent relicti, potuerunt. Nec illam tantæ beatitudinis claritatem apud iustorum animũ fuscat aspecta pœna reproborum: quia vbi iam compassio miseriæ non erit, minui proculdubio beatorum lætitia non valebit. Quid autem mirum, si dum iusti iniustorum tormenta cõspiciunt, hoc eis veniat in obsequium gaudiorum, quando & in pictura niger color substernitur, vt albus vel rubeus clarior videatur? Nam sicut dictum est, tanto bonis sua gaudia excrescunt, quanto eorum oculis damnatorum mala subteriacent,

B quæ euaserunt. Et quanuis eis sua gaudia ad perfruendum plenè sufficiant: mala tamen reproborum absque dubio semper aspiciunt: quia qui creatoris sui claritatem vident, nihil in creatura agitur, quod videre non possint. Petenti autem diuiti, vt Lazarus mittatur, ab Abraham protinus respondetur: Habẽt Moysen & prophetas, audiant illos.) Sed qui dei verba despexerat, hæc audire non posse suos sequaces existimabat. Vnde & respondit dives: Non pater mi: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Cui mox veraci sententia dicitur: Si Moysen & prophetas non audiũt: neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent.) Quia nimirum qui verba legis despiciunt, redemptoris præcepta qui ex mortuis resurrexit: quanto subtiliora sunt, tanto hęc difficilius implebũt. Minus est enim quicquid per legem dicitur, quàm hoc quod per dominum iubetur. Illa enim dare decimas præcipit, redẽptor verò noster ab his qui perfectionem sequuntur, omnia dimitti iubet. Illa peccata carnis resecat, redemptor verò noster illicitas cogitationes etiam damnat. Si ergo Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent: quia hi qui viliora legis præcepta implere negligunt, saluatoris nostri mãdatis altioribus obedire quando conualescunt? Et nimirũ constat: quia cuius implere dicta renuunt, ei proculdubio credere

C recusant. Hęc nos de ipsa rei gestæ consideratione dixisse sufficiat. Sed vos fratres & requiem Lazari, & pœnam diuitis cognoscentes, solerter agite, culparum vestrarũ intercessores quærite, atque aduocatos vobis in die iudicij pauperes procurate. Multos etenim nunc Lazaros habetis, ante ianuas vestras iacent, atque his indigent, quæ vobis iam satiatis quotidie micæ de mensa cadunt. Verba sacræ lectionis debent nos instruere ad implenda mãdata pietatis. Quotidie Lazarum si quærimus, inuenimus: quotidie Lazarum, & si non quærimus, cernimus. Ecce importunè se pauperes offerunt, rogant nos, qui tũc pro nobis intercessores venient. Certè nos omnino rogare debuimus, sed tamen rogamur. Videte si negare debemus quod petimur, quando patroni sunt qui petunt. Nolite ergo misericordiæ tempora perdere, nolite accepta remedia dissimulare. Ante supplicium cogitate de supplicio. Cùm quoslibet in hoc mundo abiectos aspicitis: etiam si qua reprehensibilia eorum esse videantur, nolite despicere: quia fortasse quos morum infirmitas vulnerat, medicina paupertatis curat. Quorum si qua sunt talia quæ debeant iure reprehendi: hæc si vultis, ad vsum vestræ mercedis inflectite, vt ex ipsis eorum vitiis cumulentur vobis incrementa pietatis: quatenus panem pariter detis & verbum: panem refectionis cũ verbo correptionis: & duo à vobis alimenta percipiat, qui vnum quærebat, dum & exterius cibo, & interius satiatur eloquio. Pauper ergo cùm reprehensibilis cernitur, moneri debet, & despici non debet. Si vero reprehensionis nihil habet, venerari summopere sicut intercessor debet. Sed ecce multos cernimus, quis cuius sit meriti nescimus. Omnes ergo venerandi sunt, tantoque necesse D est, vt omnibus te humiliare debeas, quanto quis sit ipse ignoras. Rem fratres refero, quam bene is qui præsto est frater & compresbyter meus Speciosus nouit. Eodem tempore quo monasterium petij, anus quædam Redempta nomine, in sanctimoniali habitu constituta, in vrbe hac iuxta beatæ Mariæ virginis Ecclesiam manebat. Hæc illius Erundinis discipula fuerat, quæ magnis virtutibus pollens, super Prænestinos mõtes vitam eremiticam duxisse ferebatur. Huic duæ, in eodem habitu, discipulæ adhærebant: vna nomine Romula, & altera quæ nunc adhuc supereſt, quam quidem facie scio, sed nomine nescio. Tres itaque hę in vno habitaculo commanentes, morum quidem diuitiis plenam, sed tamen rebus pauperem vitam ducebant. Hæc autem quam præfatus sum Romula, aliam quam prædixi condiscipulam suam magnis vitæ meritis anteibat. Erat quippe miræ patientię, summæ obedientiæ, custos oris sui ad silentium, studiosa valde ad cõtinuæ orationis vsum. Sed quia plærunque hi quos iam perfectos homines æstimant, adhuc in oculis summi opificis aliquid imperfectionis habent, sicut sæpe imperiti homines necdum perfectè sculpta sigilla conspicimus, & iam quasi perfecta laudamus, quæ adhuc artifex considerat & limat, laudari iam audit, & tamen ea tundere meliorando nõ desinit, hęc quam prædiximus Romula, ea quam Græco vocabulo medici paralysim vocãt, molestia corporali percussa est, multisque annis in lectulo decubans, penè omnium iacebat mẽbrorum officio destituta: nec tamen hæc eadem eius mentem ad impatientiam flagella per- E duxerant. Nam ipsa ei detrimenta membrorum facta fuerant incrementa virtutum: quia tanto sollicitius ad vsum orationis succreuerat, quanto & aliud quodlibet agere nequaquam valebat. Nocte ergo quadam eandem Redemptam quam præfatus sum, quæ vtrasque discipulas suas filiarum loco nutriebat, vocauit dicens: Mater veni, mater veni. Quæ mox cum alia eius condiscipula surrexit, sicut vtrisque referentibus, & multis res eadem claruit, & ego quoque eodem tempore agnoui. Cũque noctis medio lectulo iacentis assisterẽt, subitò cœlitus lux emissa, omne illius cellulæ spatium impleuit, & splendor tantę claritatis emicuit: vt corda assistentium inæstimabili pauore perstringeret: atque, vt pòst ipsæ referebant, omne in eis corpus obrigesceret, & in subito stupore remanerent. Cœpit nanque quasi cuiusdam magnæ multitudinis ingredientis sonitus audiri, ostium cellulæ concuti, ac si ingredientium turba premeretur. Atque, vt dicebant, intrantium multitudinem sentiebãt, sed nimietate timoris & luminis, videre nil poterant: quia earum oculos & pauor depresserat, & ipsa tanti luminis claritas reuerberabat. Quam lucem protinus miri odoris est fragrantia subsecuta: ita vt earum animum, quia lux emissa terruerat, odoris suauitas refoueret. Sed cũ vim claritatis illius ferre non possent, cœpit eadem Romula assistentem sibi & trementem F Redemptam, suorum morum magistram, blanda voce consolari, dicens: Noli timere mater, non morior modo. Cumq; hoc illa crebrò diceret: paulatim lux quæ fuerat immissa, subtracta est, sed is qui subsecutus est odor remansit. Sicque dies secundus & tertius transiit, vt aspersa fragrantia odoris remaneret. Nocte ergo quarta eandem magistram suam iterũ vocauit. Qua veniente viaticum petiit, & accepit. Necdum verò eadem redempta, & alia eius discipula à lectulo iacentis abscesserant: & ecce subitò in platea ante eiusdem cellulæ ostiũ duo chori psallentium astiterunt: & sicut ipsæ se dicebant sexus ex vocibus discreuisse, psalmodiæ cantus dicebant viri, & fœminæ respondebant. Cumque ante fores cellulæ exhiberẽtur cœlestes exequiæ, sancta illa anima carne soluta est. Qua ad cœlum ducta, quanto chori psallentium altius ascendebant, tanto cœpit psalmodia lenius audiri, quousque & eiusdem psalmodiæ sonitus, & odoris suauitas elongata finiretur. Hæc ergo quandiu vixit in corpore, quis illam haberet in honore? Indigna cunctis, omnibus despecta videbatur. Quis enim ad illam accedere, quis ad illam venire dignaretur? Sed latebat in sterquilinio margarita dei. Sterquilinium fratres hanc ipsam corruptibilitatem corporis appello, sterquilinium abiectionem paupertatis nomino. Assumpta est ergo Margarita quæ iacebat in sterquilinio, & posita in cœlestis regis ornamẽto, iam inter supernos ciues emicat. Iam inter ignotos illos lapides

Damnati quamdoque vident saluatos in æternum supplicij.

Iusti iniustorum tormenta conspiciunt pro sui gaudij augmento.

Pauperes diligendi sunt quia saluatoris nostri mandata implent.

Mulieris religiosæ optima iudicia.

Margarita quandoque latet in sterquilinio.

Gpides æterni diadematis coruſcat. O vos qui in hoc mundo diuites, aut eſſe creditis, aut eſtis, conferte, ſi poteſtis, falſas diuitias veſtras veris diuitiis Romulæ. Vos in huius mundi via omnia amiſſuri poſsidetis, illa nihil queſiuit in itinere, & omnia inuenit in peruentione. Vos lætam vitam ducitis, triſtem mortem timetis: illa triſtem vitam pertulit, ad lætam mortem peruenit. Vos ad tempus quæritis obſequium hominum, illa deſpecta ab hominibus, inuenit ſocios choros angelorum. Diſcite ergo fratres temporalia cuncta deſpicere. Diſcite honorem tranſeuntem contemnere, æternam gloriam amare. Honorate quos pauperes videtis, & quos foris conſpicitis deſpectos ſeculi, intus arbitramini amicos dei. Cum his participamini quod habetis, vt hoc quandoque dignentur vobiſcum participari quod habent. Penſate quod ore magiſtri gentium dicitur: In hoc tempore veſtra abũdantia illorum inopiam ſuppleat: vt & illorum abundantia, veſtræ inopiæ ſit ſupplementum. Penſate quod ipſa per ſe veritas dicit: Quandiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Ad tribuendũ ergo pigri cur eſtis, quando hoc quod iacenti in terra porrigitis, ſedenti in cœlo datis? Sed hæc omnipotẽs deus quæ per me in veſtris auribus loquitur, per ſe in veſtris mẽtibus loquatur. Qui viuit & regnat cũ patre in vnitate ſpiritusſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Diuitiæ veræ valde diſerepant à falſis.

Honores tranſeuntes contemnendi ſunt.

2. Cor. 8.

Matth. 25.

H

Beati Gregorij papæ Homiliæ quadraginta, de diuerſis Euangelij lectionibus finiunt.

PROLOGVS beati Gregorij papæ in ſeptem Pſalmos pœnitentiales.

Sicut ille rex & Propheta conuenienter Dauid, id eſt, manu fortis vocatus eſt: quia vrſum interfecit, leonem ſuffocauit, Goliath fortiſsimum lapidis vnius ictu proſtrauit, & gentes innumeras imperij ſui ditioni ſubegit: nõ incongruè eodem nomine ſanctam animã accipimus, quæ illum qui quaſi leo rugiens circuit quærens quem deuoret, in ſe ipſa interficit: & ſi quãdo eam ſicut fortis armatus aperto certamine aggreditur, lapidis quem reprobauerunt ędificãtes, illum ictu proſternit, corporis nihilominus paſsiones ſubigit, atq; ad virtutum officia conuertit. Pſalterium quoque eandem animam ſpiritalibus exercitiis aſſuetam non inconuenienter nominamus. Sicut enim muſicum illud inſtrumentum triangulum decem chordarum inferius quidem percutitur, ſuperius verò ſonare videtur: ita anima ſanctę trinitatis fide formata, decem legis præceptis inſtructa: inferius percutitur, & ſuperius auditur: quia cùm carnem aliquis perfectè afflixerit, tunc ſuauiſsimum deo in dulcedine melos reddit. Per Pſalmum ergo meditationes, & laudes, & gaudia de deo in animo concepta accipimus, ſicut cantum illius muſici inſtrumenti Pſalmum vocamus. Pſalmus ergo iſte, id eſt, hæc meditatio, Dauid, id eſt, fideli animæ virtutibus exercitatæ attribuitur: animæ ſcilicet tendenti in finem, id eſt, in Chriſtum, qui eſt initium & finis. Chriſtus finis dicitur: vel quia eſt conſummatio legis & prophetarum, ſicut ipſe pendens in cruce teſtatus eſt, cum aceto & felle potatus dixit: Cõſummatum eſt. Vel quia bonorum omnium perfectio eſt, quia nullum bonum perficitur, niſi quod in ſummo bono ſolidatur. Sicut enim nobis non ſufficit alios bonos quærere, niſi ad eius ſtudeamus agnitionem peruenire: ita eo inuento nullus iam melior quæritur: quia omnis creatura eo, ſub cuius pedibus à patre omnia ſunt ſubiecta, inferior inuenitur. Pro octaua vero Pſalmus iſte factus aſſeritur, quia pro conſideratione futuræ reſurrectionis domino decantatur. Omne præſentis vitę tẽpus ſeptem diebus euoluitur: & ideo æterna dies quę expleta horum dierum viciſsitudine futura eſt, octaua vocatur. Et quia pro conſideratione extremi iudicij Pſalmus iſte concinitur, rectè pro octaua intitulatur. Vel quia ſequitur finem carnalis & ſpiritalis generationis: ideo octaua dicitur reſurrectionis. Caro enim ex quatuor conſtat elementis, anima tribus vegetatur naturis. Eſt enim rationalis ad diſcernẽdum, concupiſcibilis ad virtutes appetendum, iraſcibilis ad vitia auerſandum. De hac enim ita per eundem prophetam dicitur: Iraſcimini, & nolite peccare. Quòd enim ſe cõtra ſeipſum erexerit, & zelo rectitudinis inflammatus, contra vitiorum ſe importunitates viriliter commouerit: in conſpectu interni iudicis nequaquam delinquit. Vel ſecundum quoſdam octaua dicitur: quia ſequitur ſex ætates in hoc ſeculo viuentium, & ſeptimam dormientium iuſtorum. Hunc autem Pſalmũ in hymnis habendum titulus aſtruit: quia qui tactus dolore cordis intrinſecus peccata ſua confitens, cor in pœnitẽtia conterit, ſuauem ad aures miſericordis dei vocem exultationis reddit. Maius eſt enim angelis dei ſuper vno peccatore pœnitente gaudium, quàm de nonagintanouem perſeuerantia iuſtorum. Et qui pro indulgentiæ deſiderio iniquitates ſuas annunciat, in tabernaculis iuſtorum dulciter hymnizat. Loquitur ergo in hoc pſalmo fidelis anima octauam illam, id eſt, diem iudicij tremendam conſiderans, terroremque diſtrictionis diuinæ & reproborum damnationem perpetuam prudentiæ intuitu cõtemplans. Et quia de ſuis meritis diffidens, in ſe qualiter in illo tremendo examine iram vltionis diuinæ effugere poſsit, non inuenit, audacter quidem, ſed confidenter ad fontem miſericordiæ faciem eius præoccupans accedit, malens in hac vita per pœnitentiam, & flagella conteri, quàm in futuro horrẽdis ſuppliciorum cruciatibus affligi. Quid ergo dicat audiamus, & illius exemplo cum fiducia ad thronum glorię dei adeamus.

1

Pſalterium quid.

Pſalmus quid.

Ioan. 19.

K

L

M

Domine officium.

Furor in deo.

DOmine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

Vides quàm bonum principiũ, quàm affectuoſum, quàm gratiæ plenum. In eo enim quòd dominum eum vocauit, quòd ſui iure miſereri deberet oſtendit. Dominorum enim eſt, ſeruos alere, non negligere: delinquentes corrigere, non necare: fugientes requirere, non abdicare: Domine, ne in furore tuo.) Solet fieri, vt qui dominorum iram incurrunt: ſi eis reconciliari appetunt, patronos quęrant, interuentores adhibeant, aduocatos adſciſcant. Sed hæc anima illius terribilis iudicij terrore perculſa, amoris dei deſiderio accẽſa, moras non patitur, dilationem aduerſatur: & ſi ad horam deum conuenire diſtulerit, damnationem ſe euadere non poſſe arbitratur. Deſiderium enim nõ ſuſtinet, & in patientia modum nõ habet. Vires ergo colligit, de miſericordia cõditoris cõfidit, & quaſi eum preſentem videat, loqui præſumit: ac ſi dicat. Scio quidẽ quia ab oculis tuis meis excludor meritis, ſed tamen minor ſum cũctis miſerationibus tuis. Tu igitur domine cuius me ſeruum eſſe non abnego, cuius imperiis obtemperare deſidero, cuius ſuaue iugum referre nequaquam recuſo: Ne arguas me in furore tuo.) Hic me potius argue: dum tẽpus eſt miſericordiæ, corripe: dũdies ſalutis eſt, exerce. Quiſquis in hac vita flagellis atteritur, in manſuetudine corripitur, quia correptionibus emendatur. In illo autem tremẽdo examine iniquus omnis in furore arguitur: quia pœnam interminabilem venia nulla comitatur. Abſit, vt in deo furorem eſſe credamus. Non enim eſſet incommutabilis, ſi eum commouere poſſet alicuius neceſsitas paſsionis. Sed quia aliter de deo, niſi ſecundum humanum morem loqui nõ poſſumus, infinitę damnationis ſentẽtiam, furorem vocamus. Non vt in illa iuſtitiæ ſeueritate, aliqua omnino perturbatione Deus moueatur: ſed quia in eos qui duplici ſunt contritione conterendi, irremediabiliter vindicatur: Ne arguas me in furore tuo:) non humano, non tranſitorio. Furor humanus, ſicut citò præterit, ita ſuæ vigorem poteſtatis, non niſi in corporibus extendit: diuinæ verò vltionis animaduerſio, non ſolum pœnas in corpore, & anima multiplicat, verumetiam in dam-

A in damnatis immobiliter perseuerat: Neque in ira tua corripias me.) Sicut maior est furor quàm ira, ita arguere maius est quàm corripere. Eos corripimus, quos amantes emendamus. Et quia post mortem carnis alij eternis deputantur suppliciis, alij ad vitam per ignem transeunt purgationis, fidelis anima, nō solum furorem timet, sed etiam iram abhorret. Teste beato Augustino, hi omnes qui non posuerunt sibi fundamētum Christum, in furore arguuntur: quia æterno igne cruciantur. Qui autem eidem fundamento superposuerunt lignum, fœnum, stipulam, in ira corripiuntur: quia igne purgati, ad beatitudinis requiem deducuntur. Dicat ergo fidelis anima quid fecit considerans, & quid sit receptura contemplans: Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.) Ac si apertè dicat: Hoc solum tota cordis intētione efflagito, hoc indesinenter votis omnibus concupisco, ne me in illo tremendo examine, vel cum reprobis ferias, vel cum purgandis flammis vltricibus affligas. Et vt hoc fiat:

Miserere mei domine, quoniam infirmus sum, sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

In eo quòd nomen venerandum repetit, piæ precis affectum se habere ostendit. Quasi dicat: Tu domine, quem suaue videtur mihi sæpius inuocari, miserere mei dum tempus est misericordiæ. Hic me misericorditer corripe. Hic per flagella con
B tere. Hic igne tribulationis exure. Et ne quid in me post huius vitæ terminum vindicandum inuenias, oro vt per ignem tui amoris omnem in me vitiorum rubiginem consumas. Et hoc opus est vt facias: Quoniam infirmus sum.) Ex peccato primi parentis pœnam contraxi magnæ infirmitatis: nō enim
ps. 7. quod volo, ago: sed quod odi malum, illud facio: Infirmus sum:) quia ad malū pronus sum. Sed tu domine animarū debilium velox medice: Sana me:) scilicet interius omni vitiorum labe emunda: Quoniā cōturbata sunt omnia ossa mea) id est, virtutes animæ obscuratæ sunt, & extenuatæ virtutes simul conturbatę sunt. Charitas enim cōfunditur, humilitas impingitur, fortitudo deiicitur, castitas impugnatur. Per ossa virtutes accipimus, per quas nimirum animam sustētamus. Sicut enim in ossibus est fortitudo corporum, ita in virtutib' robur inuenitur animarum. Et planè debilis omnis comprehenditur anima, nisi quæ fuerit virtutum fortitudine fulta. Postquam enim in ordine culpam incurrit primus humani generis parēs, ab illa in qua positus fuerat mentis celsitudine decidit, claritatem visionis diuinæ perdidit: suauissimas verborum dei epulas quibus interius reficiebat, amisit. Oculos carnis ad obscœna & turpia videnda aperuit, qui prius aciem mentis qua lucis summæ fulgor intuebatur, obscurauit.

Et anima mea turbata est valde, sed tu domine vsquequo?

C Et quia me infirmū sentio, quia ossa mea cōturbata agnosco? Anima mea) scilicet eò quòd mea est, quòd per me corrupta est, quòd per me debilis, & ægra facta est: turbata est ad gemitum, commota est ad compūctionem & lamenta, valde magna, scilicet & multimoda turbatione. Turbatur enim, quia peccauit, quia bonum dominum offendit, quia vitā perdidit, mortem incurrit: Sed tu domine vsquequo) turbatis contra me, quia peccaui, quia te ad iracundiam delinquendo prouocaui? Vel tu domine, dæmones quidem inuasores non domini naturaliter, malunt meam perditionem quàm salutem. Sed tu domine qui non vis mortem peccatoris: singulariter domine, non abusiuè sed propriè: vsquequo, id est, quandiu differs sanare? Ecce in conspectu boni medici, & curare valentis assisto, vulnera detego, preces emitto, dolores augeo, lachrymas effundo. Cur ergo dissimulas, cùm non sit tibi minor potentia quàm voluntas? Licèt hoc cæles in corde tuo: tamen scio, quia vniuersorum memineris. Omnis curatio quanto difficilius acquiritur, tanto acquisita cautius custoditur.

Conuertere domine, & eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiam tuam.

Ne magis turberis, supplico: ne vltra misereri differas, peto: imò conuertere domine. Sicut anima mea conuersa est ad te per turbationem pœnitudinis, ita tu conuertere ad eam per serenitatem miserationis. Et cōuersus: Eripe animam meam.) Impediunt eam vepres carnalium delectationum, detinent illa mūndi secularium illecebrę cupiditatum. Sed tu qui potens es omnia facere superabūdanter quàm petimus, aut intelligimus, eam eripe: igne tui amoris, terrenarum dumeta voluptatum quibus irretitur, adure: extra omnem peccati appetitum illam tuæ manu fortitudinis trahe: Saluum me fac propter misericordiam tuam.) Parum est vt animam meam à mundi voluptatibus liberes, nisi me ab hostium tentationibus virtutis tuę protectione conserues. Boni medici officium est, non solum *Medici bo* salutem restituere, sed etiam restitutam custodiæ sedulitate ser *ni officium.* uare. Sic ergo & tu cùm animam meam à carnalibus desideriis eripueris, da mihi in bono perseuerantiam, ne mihi demissos laqueos iterum tentationum incurram. Et hoc: Propter misericordiam tuam:) Non de meis meritis confidens, vt me saluum facias supplico, sed de sola misericordia tua præsumēs impetrare, quod non de meis meritis spero.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi.

Peccata consummata generant mortem. Nisi enim conuersus fueris, nisi animam meam eripueris, nisi me saluum feceris: in peccatorum me caligine, id est, in morte dimittis: quòd si in morte fuero, tui proculdubio memoriam perdo. Et inde hoc scio, quòd in morte penitus tui memor esse nequibo: Quoniā non est in morte qui memor sit tui.) Quomodo nanque mihi conceditur, quod omnibus denegat? In inferno aūt, &c.) E
Sicut de morte ad infernum peccator peruenit, ita de peccatorum multitudine in desperationis foueā cadit. Vnde & scriptum est: Peccator cùm venerit in profundum malorum, con *Prouerb. 18* temnit. Fidelis anima nō exaudiri metuens, miserias quas perlatura est si non exauditur, enumerat, vt se maximo timore cō cutiat, & deum citius ad misericordiam flectat. Ait ergo: In inferno autem quis confitebitur tibi?) Quasi dicat: Dico si nō eripueris me, in morte futuram: & nō solum in morte futuram me pręuideo, sed etiam in inferno, id est, in desperatione me sepeliendam cognosco. Quòd si in inferno fuero, tibi me confiteri non posse perpendo. Nullus enim in inferno confitebitur tibi. Et hoc est quod ait sub specie interrogantis: In infer no autem quis confitebitur tibi?) scilicet nullus: Non enim est *Eccli. 15.* speciosa laus in ore peccatoris. Aliter: Quoniam non est in morte qui memor sit tui.) Precor vt animam meam liberes à carnalibus desideriis quæ militant aduersus eam. Si enim hoc non feceris, interficient me: quia à te, qui es vita mea, separabunt me. Cùm enim tu sis illud idem animæ, quod est anima corpori: si tibi inseparabiliter non inhæsero, necessariò mortē incurro. Et si in morte fuero, tui memor non ero. Quoniam non est in morte qui memor sit tui.) Sicut nullius rei meminit caro mortua, ita nec te sentire prævalet à te deo anima diuisa. Nulla societas luci ad tenebras. Vbi autem tui ingreditur memoria, ibi est lux veritatis immensa. Quod tamen intelligi & aliter potest. Quasi dicat: Immedicabile corpus est recidendū F
ense, & membri in corpore mortui abscisio potius est necessaria quàm medicina. Sed ego non sum, vt membrum mortuū cui medicina non proficiat, sedulitas nihil conferat. Nam sum memor tui, scilicet misericordiæ. Te enim medicum scio, misericordem non ambigo, longanimem agnosco, quod non facerem si in morte essem. Et hoc apparet à toto, quoniam non est in morte.

Laboraui in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.

Dixerat superius, saluum me fac, & tempus est vt facias: nam ego laboraui in gemitu meo. Adest miser, asit & misericordia. Miseriam meam ego cognosco, vulnus nō dissimulo, peccatum non cælo. Nisi enim miserum me agnoscerem, in gemē do non laborarem. Sed ego laboraui, id est, studiosè egi vt essem in gemitu, scilicet vt quousque viuerem, gemendum mihi putarē. Et, Laboraui in gemitu.) id est, modo mihi proprio. Nemini enim, sicut mihi ingemiscendum æstimo, quia prę omnibus me peccasse perpendo. Et quia non sufficit bene incipere, nisi studeat quis in bono opere perseuerare: adiungit:

Laui per singulas noctes, id est, per singulas tenebrosas cogi- *Lectus conscientiam* tationes: Lectum meum.) Per lectum conscientiam accipimus: quia sicut in lecto iacentes quiescimus, ita in ea vel legi *repræsentat.* dei, vel legi peccati consentimus. Et sicut in laboribus pressi in

Universidad de Deusto
Biblioteca

G in lecto quiescentes reficimur: ita dum mundi huius aduersitatibus premimur, in bona conscientia interius delectamur: 2.Cor.1. Paulo attestante qui ait: Gloria nostra hæc est, testimoniũ cõscientiæ nostræ. Lectum ergo per singulas noctes lauat, qui cõscientiam à cogitationibus tenebrosis lachrymis compũctionis emundat. Et non solum conscientiam purificabo, sed etiã Lachrymis meis stratum meum rigabo.) Quia vilis lectus est stratum, per ipsum, carnem accipimus. Et quoniã sicut stratum facilè concutitur, ita caro ab infirmo animo variè versãPsalm.40. tur, sicut per eundem prophetam dicitur: Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Rigat ergo lachrymis stratum suum, quia continuo luctu & dolore carnis maculas diluit, & cordis duritiam imbre compunctionis emollit: vt sicut ortus recepta suaui pluuia euidenter germinat, ita caro lachrymarũ fluentis rigata, bonorum operum & iustitiæ germen emittat. Cur autem laborauerit, causam subdit: ac si dicat, ideo laborauí, ideo ingemui, quia:

Turbatus est à furore oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos.

Humana natura ad imaginem primitus, & similitudinem Dei condita: per præuaricationis culpam à contemplationis diuinæ claritate expulsa, sicut immortalitatis eternę beatitudinem perdidit, ita interiorem oculum animæ scilicet rationabilem obscurauit. Et quia postea bonum à malo discernere noluit: volens postmodum, quid sibi sequendum, quíd ve fugiendum H esset, scire nequiuit. Et quia illũ qui lux est, & in quo non sunt vllæ tenebræ, non tenuit: sicut in nocte, sic postea in meridie palpauit. Dicat ergo fidelis anima: Turbatus est à furore oculus meus.) Quia discernendi rectè volũtatem non habui, per furorem, id est, damnationis sententiam ipsam eligendi potentiam amisi. Vel etiam illius à furore oculus turbatur, quia tremendi diem iudicij, damnari metuens, intuetur. Cum enim quod quisque gesserit, quia ibi sit recepturus, considerat: mentem quæ hoc præuidet, malorum suorum conscíam, ipse iudicij terror perturbat. Et quia ad illud iudicium venire non trepidat, nisi quem conscientia de peccatis accusat, ideo adiũgit:

Inueteraui inter omnes inimicos meos.) Ac si diceret: Ideo ad illud terribile examen deduci metuo: quia per consuetudinem & perseuerantiam prauorum operum, non nouum, sed veterem me peccatorem agnosco. Cùm enim sim inter inimicos meos, spiritus videlicet malignos: quia eorum à me suggestiones non repuli, illis consentiens in tenebrarũ operibus inueteraui, id est, in veteris hominis inobediẽtiam redij. Factus sum comparabilis veteri vesti. Sicut enim vetus vestis, nec ornatum adiicit, nec frigus repellit: ita nec frigus tentationis expellere valeo, nec proximorum animas per doctrinę verbum adorno. Vel inueteraui habitãs inter inimicos meos: inimicos 1 scilicet catholicę fidei, & Christianæ religionis.

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ, quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.

Quæ societas luci ad tenebras? Quæ conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? Sicut enim qui diabolum sequitur, sanctorum collegium affectu & opere aspernatur: ita qui deo perfectè adhæserit, impiorum cõsortium nequaquam admittit. Quia ergo inueteraui cõuersãs inter inimicos meos, ne amplius aliquid vetustatis in me appareat, ne inimicorum conuersatio notam mihi præuaricationis infigat: vos qui operamini iniquitatem, qui culpas vestras confiteri negligitis, qui in malis operib⁹ impœnitẽtes perseueratis: hic à me affectu discedite, hic vos à me operum dissimilitudine elongate: vt quia à deo receditis hic animo, & in futuro etiam corpore à me discedatis. Discedite vt amplius non communicem operibus vestris iniquis: Quoniã exaudiuit dominus vocem fletus mei.)
Cantí.5. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Vocem flebilem dominus exaudiuit, quia ab omni inquinamento carnis, & spiritus me mundauit. Quomodo autem exauditus sit, ostendit.

Exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem meam suscepit.

Peccata dimittendo, dominus orationem meam suscepit, perseuerantiam dando: quasi dicat: Non solum pro peccatis meis flenti delictorum mihi indulgentiam contulit: sed etiam ne eadem vlterius committerem, gratię suæ vbertatem concessit. K Dixerat superius: Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.) Sed quia charitas non quærit quæ sua sunt: & hinc vera esse ostẽditur, cùm ille diligitur qui aduersatur, ideo subiungit:

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei, conuertantur & erubescant valde velociter.

Ille veraciter charitatem habet, qui & amicum diligit in Deo, *Charitas quo est veracitas.* & inimicum diligit propter deum. Hinc nanque per semetipsam veritas dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui *Luc.6.* oderunt vos. Ne ergo surda aure præcepta transeat dominica, pro inimicis orat anima exaudita: Erubescant & conturbentur.) Ergo quia propter peccata quę perpetraueram erubui: erubescens verò, vt ea diluerem in gemitu meo laboraui, exaudita veniam impetraui. Et vtinam meo exemplo erubescat, quicunque quòd ad imaginem & similitudinem dei sit factus intelligit, & qualiter illam peccando fœdauit, agnoscit. Si se circũspiciens consideret: & decorem quem perdidit: & obscœnitatem qua se velut quodam teterrimo colore perfudit de operum suorum qualitate, nisi sit lapis erubescit. Nobilis anima si quas aliquando peccati notas admiserit, verecundiam tamẽ à se funditus non repellit. Nam & illud verũ est apertæ desperationis indicium, si verecundia non sequitur peccatum. Vnde sub Iudææ specie contemnenti animæ dicitur: Frons mu- L lieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. Qui enim *Hier.3.* neglecto dei timore peccata peccatis accumulat, profectò vt meretrix frontem obdurat. Sed quia minus est de anteacta vita erubescere, nisi quis etiam studeat ea quę admisit, pœnitendo corrigere, subiungit: Et conturbentur vehemẽter.) Quisquis peccati sui modum considerans, sibi iratus, cõtra seipsum grauiter quòd egit puniendo inuehitur, per compũctionis lachrymas vehementer conturbatur. Quia verò per dolorẽ pœnitentiæ peruenitur ad conuersionem vitæ, protinus additur:

Conuertantur.) Ille nimirum ad deum conuertitur, qui tam cogitatus suos, quàm etiam operationes ad deum semper dirigere conatur. Et quoniam tempus breue est, & finis peccatorum mors est: ne quis putaret in hominis esse potestate, quando vias suas velit corrigere, repetit: Erubescant) se peccasse. Erubescant conuersionem distulisse. Et hoc faciant: Valde velociter.) Dies enim domini sicut fur in nocte ita veniet. Vn- *2.Pet.3.* de & Salomon: Ne tardes, inquit, conuerti ad dominum, neq; *Eccles.5.* differas de die in diem.

Prologus secundi Psalmi pœnitentialis.

Sicut suprà iam diximus, per Dauid fidelis anima accipitur: cui & nominis interpretatio, & operum magnificẽtia conuenienter aptantur. Fidelis ergo anima ea quæ in M hoc Psalmo dicuntur, intelligat, & ab isto nũquam intellectu recedat. Intellectus verò Dauid in hoc Psalmo est, vt nemo se ante fidem de meritis suis, quæ nulla sunt, efferat. Nemo fide per gratiam accepta, de peccati impunitate præsumat. Nemo bonũ quod facit, sibi, sed gratiæ dei attribuat. Nemo per desidiæ torporẽ in bona operatione pigrescat. Videamus nũc quid dicat:

Expositio secundi psalmi pœnitentialis.

Beati, quorum remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

Quasi dicat: Cum omnes velint esse beati, diuersi de beatitudine diuersa sentiũt, & desideriorum suorum errorem sectantes, ad beatitudinis portum per deuia venire proponunt. Sed quicquid illi æstiment, istud est ratum, istud est catholicum, quòd illi solum sunt beati, quorum remissæ sunt iniquitates originales per baptismum: Et quorum tecta sunt peccata) actualia post baptismum commissa. Si tegit infirmus vulnera, quomodo illi à medico adhibetur medicina? Nónne si cælare vulnus cœperit, latius extensum introrsum putrescit? Sic & peccatum, nisi per confessionem detegatur, letaliter in intimis dilatatur. Et sicut vulnus non ostensum etiam sanam carnem putredine inficit, ita peccatum nisi confitendo reueletur: etiã si qua ibi sunt, bona corrumpit. Non enim ac-

cepta

A cepta sunt deo bona, quæ malorum admixtione maculantur. Sed aliud est quod a peccatore homine per obstinationem tegitur, aliud quod miserente Deo per remissionem operitur. Tegit medicus vulnus sanandum medicamine, tegit deus peccatum, ea quæ multitudinem peccatorum operit, charitate. Si quis ergo peccata sua tecta esse desiderat, deo ea per vocem confessionis ostendat. Sunt tamen quædam peccata, quę quan diu in hac vita viuitur, etiam à perfectis viris aut vix, aut nullatenus declinentur. Habent enim sancti viri aliquid quod in hac vita operire debeant: quia omnino est impossibile vt in locutione, aut etiam in cogitatione nunquam delinquant. Studeant igitur viri dei, oculorum linguæque culpas tegere meritis vitæ, studeant pondere bonorum operum premere immoderata verborum. Verum quomodo in electis est possibile, eorum transgressiones contegi, cùm ab illo cuius oculis nuda, & aperta sunt omnia, nō possunt abscōdi? Sed quia hoc quod tegitur, inferius ponitur, & aliud aliquid superducit, vt quod est subterpositum, tegatur: tegere peccata dicimus, quæ quasi subterponentes abdicamus. Quibus nimirum, quasi tegmen superducimus, dum bonorum operum nos indumento vestimus. Peccata itaq; tegimus, si bona facta malis actibus superponamus.

Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus.

B Si nosmetipsos iudicaremus, nō vtique iudicaremur. Si nobis peccata nostra imputauerimus, non ea nobis imputat deus. Si ea satisfaciendo puniremus, nullum qui nos in futuro puniat, inueniremus. Imputare sibi Adā peccatum suum noluit, quando culpam suam in creatorem refudit, dicens: Mulier quam dedisti mihi sociā, dedit mihi de ligno, & comedi. Vnde quia se confiteri culpabilem renuit, mortiferæ damnationis sententiam ad posteros misit. Iudicare autem seipsum nemo poterit, nisi qui virilem animum ad vitia persequendum assumit, sicut per eundē prophetam dicitur: Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiāt. Qui enim mollis est, & dissolutus in opere suo, frater est opera sua dissipantis. Ideo dixit: Beatus vir. Quasi dicat: Ad hoc opus nemo adsurgere præualet, nisi qui sanctæ fortitudinis vires habet. Quid enim fortius quàm omnes animi sui motus rationi subigere: omnia carnis desideria spiritus virtute frenare, proprias voluntates abiicere, contemptis visibilibus ea quæ non videntur amare? Vnde & Salomon ait: Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium.

Nec est in spiritu eius dolus.) Illi quidem peccatum non imputabitur, in cuius spiritu dolus mendacij non inuenitur. Qui se iustum esse non simulat, qui ea etiam quæ occultè deliquit, non cælat. In spiritu publicani ad templum ascendentis, dolus non fuit: quia dum illum quem occulta non transeunt, placare

C voluit iudicem, confiteri se non erubuit peccatorem. Ait nanque: Deus propicius esto mihi peccatori. Magis ergo iustificatus descendit, quàm qui se de meritorum enumeratione iactabat. Denique & iustus in principio sermonis accusator est sui. In Pharisęi verò spiritu dolus fuit, qui magis videri, quàm esse iustus optauit. Dum ergo ea quæ clamare debuerat, tacuit: miser quod sibi tacēdum esset, clamauit. Et per superbiam, si qua in eo fuerant, minuit merita: qui humiliari contemnens, adauxit peccata. Et nos ergo exemplo huius publicani præoccupemus faciem huius iudicis in confessione, & effundamus coram illo corda nostra, leuantes puras manus sine ira & deceptione in habitu ordinato cum verecundia & sobrietate: vt qui omni tentationi patētes, manum effugere non possumus iudicis: per confessionē mundati, clementiā experiamur misericordis.

Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.

Ille in cuius spiritu dolus non est, beatus est: econtrariò ille in cuius spiritu dolus est, infœlix est. Et hoc mihi experto credēdum est: Nam inueterauerunt ossa mea, quoniam tacui dum clamarem.) Per ossa nimirum virtutes accipimus, quia per eas animam sicut corpus per ossa sustentamus. Quæ profecto inueterantur, quando à statu suæ fortitudinis infirmantur. Sicut enim morborum infestationes corporis ossa debilitant, ita vitiorum importunæ turbationes animæ virtutes infirmant. Ait D ergo: Inueterauerunt ossa mea.) Ac si dicat: Virtutes & iustitia, vel ratio & intelligentia, ita in me debilitatæ sunt: vt nec per me quidem vitiis resistere, nec animam ægram, & ad ima ruentem, virtutum valeam fortitudine sustentare. Et quia per humilitatem confessionis ad nouum hominem peruenire nolui, per arrogantiæ iactantiam in veteris infirmitate permansi. Quare autem inueterauerūt, causam aperit, cùm ait: Quoniam tacui dum clamarem tota die.) Cùm clamare & tacere interse repugnent, quomodo potest fieri vt aliquis taceat & clamet? Sed ille tacet nimirum & clamat, qui peccata quidem sua silentio contegit, merita verò per vocem magnificationis extollit. Aut certè ille tacet & clamat, qui peccata quidem præterita per confessionem non annunciat, & per cor impœnitēs alia committere accepta peccandi libertate non cessat. Nam quòd peccatum clamor sit, testatur scriptura quæ dicit. Clamor Sodomorum & Gomorræorum ascēdit à me. Et iterum: Descendam videre vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint. Peccatum quippe cum voce, culpa est in actione: peccatum cum clamore, est culpa cum libertate. Dum clamarem tota die.) Tota die clamat, qui pro omni bono opere quod agit, laudari affectat: vel etiam tota die clamat, qui publice peccare non trepidat. *Gene. 18.*

Quoniā die ac nocte grauata est super me manus tua, conuersus sum in ærumna mea, dum configitur *spina. E

Sicut per noctem opera tenebrarum, ita per diem, bonarum intelligimus lucem actionum. Qui ergo peccare non desinit, & cæteris se præferens, per bona opera superbit, die ac nocte diuinæ potentiæ irā incurrit. Vel, Die ac nocte,) id est, in prosperitate & aduersitate. Grauata est super me manus tua.) Quia enim & in aduersis succubui, & in prosperis me nimis erexi, iram tuæ potentiæ super me prouocaui: Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina.) Quoniam manus tua quæ superbos humiliat, humiles exaltat, grauata est super me. Me enim superbum depressit: quia non solum peccatum mihi dominari permisit, sed etiam de qua nimis gloriabar, iustitiam mihi difficilem fecit. Ideo, Conuersus sum in ærumna mea.) Qui enim de me presumens, quasi diuitem me prius & nullius egentem credidi: postea ad me rediens, quàm sum miser & infœlix agnoui. Et hoc feci, Dum cōfigitur spina.) Per spinam omne peccatum ideo accipitur: quia dum confert delectationem, quasi pungendo lacerat mentem. Tunc autem pœnitentis anima ad lamētum ducitur, cùm perpetrata nequitia in memoria fixè retinetur. In alia translatione non configi, sed confringi spina dicitur: quia nimirum mens ad luctum vertitur, vt peccati compunctio pœnitendo frangatur. Quomodo autem sit conuersus, ostendit dum subdit: *al. confrin gitur.* *Peccatum omne spina dicitur.*

Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiā meā non abscondi. F

Quanuis omnia sint nuda, & aperta oculis tuis: tamē quia ore confessio fit ad salutem: feci tibi cognitum delictum, dicens illud esse meum. Mihi enim, quia deliqui imputo, me solum in operum meorum prauitate culpabilem clamo. Plus est delictum cognitum facere, quàm delictum manifestare. Ille enim delictum cognitum facit, qui non solum quod fecit annūciat, sed etiam omnem peccati causam, & originem narrat. Qui nō superficietenus peccatum loquitur, sed & quando, & vbi, & quomodo: & si vel ignorantia, vel casu, vel studio deliquerit, confitetur: Et iniustitias meas non abscōdi.) Nullum in corde meo dolositatis scrupulum retinui, iniustum esse quicquid à me habeo intimaui. Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum desursum est. Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi.) Non solū quòd deliqui, quæ mihi facienda fuerant bona prætereundo aperui: sed quicquid commisi quæ prætereunda fuerant, mala faciendo narraui. *Delictū cognitū facere plus est quàm ipsū manifestare.* *Iaco. 1.*

Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.

Quòd delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitias meas non abscondi: non fuit ex necessitate, vel alicuius leuitatis occasione, sed ex pœnitendi & confitēdi præmeditatione. Nam, Dixi) id est, in corde meo statui: Confitebor aduersum me iniustitiam

G iniustitiam meam domino.) Aduersum se confitetur, qui omnino confitetur quod aperit: Qui in peccati confessione sibi non parcit: quicquid peccauit, non deo imputat, non deo annotat, non fortunæ attribuit, non diabolo, non constellationi adscribit. In eo autem euasurum se credit, si sibi iratus se sine moderatione accusat: Et tu remisisti impietatē peccati mei.) Attende quantæ sit indulgentiæ vitalis velocitas, quanta misericordiæ dei commendatio, vt confitentis desiderium comitetur venia: antequam ad cruciatum perueniat pœnitentia: an tè remissio ad cor perueniat, quàm confessio in vocem erumpat: Tu remisisti impietatem peccati mei.) Tu qui solus parcis, qui solus peccata dimittis. Quis enim potest dimittere pec cata, nisi solus deus? Remisisti impietatem peccati mei.) Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Non solum pec catum remisisti, sed etiam ipsam impietatem, prauæ scilicet operationis intentionem: vt iam nulla in corde meo malitiæ radix remaneat, ex qua pestiferæ actionis de cætero germen succrescat.

Confiteri aduersum se, quid est.

Esaiæ. 38.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.

Scriptum est, quia nemo sine peccato, neque infans cuius est vnius diei vita super terram. Et iterum Iob testatur, quia cœli non sunt mundi in conspectu eius, & in angelis suis reperit prauitatem. Quanto ergo electus quisque maiori sanctitate præeminet, tanto magis de his sine quibus hæc vita non ducitur, venialibus peccatis dolet. Quis autem sanctior Paulo, qui cùm delectatur legi dei secundum interiorem hominem, & aliam legem in membris suis, legi mentis suæ videret repugnantem, miserum se exclamans commemorat, & de se diffidens, de corpore mortis illius per dei gratiam liberari expectat. Idem nihil sibi cōscius fuerat, sed nequaquam in hoc se iustificatum credebat. Sancti etenim viri licèt magnis iam virtutibus polleant, habent tamen adhuc de culpę obscuritate quod fleant. Et licèt magna iam vitæ claritate luceant, aliquas tamen peccati nebulas velut quasdam noctis reliquias nolentes trahunt. Quod diuinę profectò pietatis dispensatione agitur: vt qui ascensiones in corde suo disposuit, ad humilitatis celsitudinem sua melius infirmitate subleuetur: quatenus vnde parua reprehensibilia humiliter patitur: inde verius in iustitiæ virtute roboretur. Et eò se in virtutis culmine erectus minimū sentiat, quo suis viribus etiam parua quæ eum impediunt, non expugnat. Orat ergo pro remissione peccati omnis sanctus, quia sine peccati macula solus inuenitur homo Iesus Christus. Denique de ipso solo legimus, quòd nō haberet quotidie necessitatem: quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostiam offerre, deinde pro populo. Verum ne aliquid intelligas

H

Iob. 15.

Roma. 7.

I transitorium appeti in oratione sanctorum, adiungit, Ad te.) Electi etenim dei orantes vt ad deum perueniant, infirmitatis suæ incessanter excessus deplorant: quia & inde refectionis intimæ dulcedinem sentiunt, vnde vim suauissimi amoris per lachrymas emittunt: In tempore opportuno.) Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, dicit Apostolus: Tempus opportunum, tempus gratiæ: dies remissionis, plenitudo tēporis. In quo propter nimiam charitatem suā qua dilexit nos deus, misit filium suum factum ex muliere, factum sub lege: vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Sed quid est quòd dicit, in tēpore opportuno? Nunquid & ante aduentum Christi non extiterunt sancti qui orarent pro hac sua & populi ignorantia? Fuerunt planè. Sed quia ipsum in carne venturum expectabant, eumque solum saluatorem suum esse sciebāt, per eius nimirum fidem saluari sunt. Iamq; illud tempus opportunum in corde susceperāt, quia ad ipsum toto cordis desiderio nihil hæsitantes suspirabant.

2. Cor. 6.

Veruntamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.

Aqua profunda verba ex ore viri. Et de hæreticorū adinuentionibus scriptū est: Aquæ furtiuæ dulciores sunt. Per aquarū ergo diluuium, multiplicitatem intelligimus doctrinarum. A quibus nimirum Paulus nos prohibet, dicens: Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Quisquis enim hæreticas & prophanas nouitates susceperit, longè à veritate abducitur. Et eò ad littus misericordiæ dei nō approximat, quo inanium garrulitatum fluctibus raptus, in procellosam se disputationū caliginem omnes recipiens ineptias iactat. Illis ergo tempus opportunum non est, qui de sua stulta sapientia inflati, vnde deum placare debuerant, inde eum magis per vanarum adsertionum blasphemiam irritant. Et excusando excusationes in peccatis, vt ad deum veniant, non inueniunt remedium, quem per compendium confessionis possent habere placatum.

Prouer. 9.

Hebr. 13.

K

Tu es refugium meum à tribulatione quæ circundedit me, exultatio mea, erue me à circundantibus me.

Quasi dicat: Illi in diluuio aquarū, id est, in multiplicitate doctrinarum, & excusationum ad te non approximabunt, sed ego qui delictum meū cognitum tibi feci, qui iniustitias meas non abscondi, qui à fidei vnitate non exorbito, qui de me diffidens, de multitudine miserationum tuarum præsumo, ad te per humilitatem confessionis approximo: nam tu es refugium meum. Maledictus homo qui spem suam ponit in homine, & benedictus homo qui confidit in domino. Impugnāt me carnis illecebrę, circunueniunt ignominiosæ passiones, perturbāt inordinati desideriorum tumultus. Sed eò tutius omnia despicio, quo de me vilia sentiens, in solo virtutis tuę munimine cōfido: Exultatio mea erue me.) In diuinę contemplationis claritate electorum mētes quanto grauiores rerum temporalium tumultus tolerant, tāto in meditatione secuturę in perpetuum fœlicitatis suauius exultant. Et cùm cœperint eis mundanæ peruersitatis inæqualitates amarescere, tunc primùm possunt internæ quietis suauitatem sentire. Et quia nihil de seculo, nisi tristitiæ fructus colligunt, Deum solummodo suum esse gaudium ducunt. Cęterum quoniam secundum Apostolum, Omnes qui volunt piè viuere in Christo, persecutionem patiuntur: ideo subiungitur: Erue me à circundantibus me.) Sancta etenim anima diuini amoris spiculis vulnerata, cùm anhelare in deum cœperit, cùm ad supernam se patriam per desiderii extendit, ad tentationem ei vertitur quicquid in hoc seculo amicum antea blandumq; putabatur: quia qui peccantē amare consueuerant, rectè viuentem crudeliter impugnant. Voluptates nihilominus pristinæ ad memoriam redeunt, & resistentem sibi graui aperti certaminis perturbatione affligunt. Orat ergo, vt in his omnibus liberationis præsidium à deo habeat, metuens ne ipso fatigationis suę tædio deuicta succumbat.

Hier. 17.

L

2. Tim. 3.

Intellectum tibi dabo, & instruā te in via hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos.

Pendent inferiora ex superioribus. Dixerat enim propheta superius: remisisti impietatem peccati mei: nunc verò ipsius propiciationis diuinæ verba interserit, in quibus significat, nō solum de præteritis adeptum veniam, sed etiam de futuris peccatis diuinitus sibi prouisam esse cautelam, dicens: Intellectum tibi dabo, & instruam te.) Homo cùm in honore esset, nō intellexit: comparatus est iumentis insipiētibus, & similis factus est illis. Qui naturæ rationalis dignitatem contra auctoris nostri præcepta superbiendo perdidimus: per infusam cordibus nostri spiritus sancti gratiam quam in nobis peccatum obscurauerat, intelligentiæ lucem cōfessionis humiliatione reuocamus. Cùm enim ad secretarium cordis accedimus, & quàm districtus iudex futurus sit, qui nunc est patiēs & longanimis cōsideramus, cùm ad intuenda sanctorum præmia, & iniquorum damnationem oculos mentis attollimus: cùm de futuris incerti, ne labamur metuimus: & ea quæ malè egimus, flendo punimus: tunc nimirum salutari à deo intellectu accepto, de cordis nostri habitaculo ignorātiæ tenebras effugamus. Sed quia minus est rectè intelligere, nisi studeat quis rectè intellecta morum honestate complere, adiungitur: Et instruam te.) Nō te permittam perfunctoriè voluntatis meæ arcana cognoscere, sed & hoc tibi conferam, vt etiam bonum quod intellexeris, peragas: & qualiter id agendum sit, cauta cōsideratione discernas. Sunt nanq; nonnulli qui rectè quidē offerunt, sed rectè diuidere non sciunt: quia bonū quodlibet recta intentione incipiunt, sed habere in eodem bono opere discretionis virtutem postponunt. Hi nimirum quod bene inchoant, malo plerúque fine consummant: quia inde reatum incurrunt criminis, vnde fructū habere potuerūt virtutis. Quia verò nihil est bonū q̄d incipi-

M

Psalm. 41.

mus, nisi perseuerãti illud sine compleamus, rectè subiungit: In via hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos. Quandiu hic viuimus, in via sumus qua ad patriã tendimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi custodiunt, & operi nostro insidiantes, deceptionis suæ vbique laqueos tendunt. Facilè ergo inter laqueos ambulantes labimur, nisi sapientiæ dei ducatu gubernemur. In hac verò via ille non graditur, qui temporalium rerũ vel copiam cupiens, vel inopiam metuẽs, à rectæ operationis studio reuocatur. Sed quoniam is qui spiritu dei operatur, nõ desidia corrumpitur, non timore repellitur, non labore lassatur, non incõgruè subiungitur: Qua gradieris.) Quia nimirum semper de virtute in virtutem graditur, qui à sanctæ operationis studio nulla antiqui hostis calliditate superatur. Super eum ergo qui in hac vita graditur, deus oculos suos firmat: quia quicunque à boni propositi intentione non deficit, respectus ab eo diuinæ misericordiæ nunquam recedit: quatinus eum semper in omnibus adiutorem habeat, ad quem indeficientis amoris desiderio incessanter anhælat. Vnde & alibi per eundem prophetam scriptum est: Oculi domini super iustos.

Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus

Sancti viri cùm mala sua superant, cùm ad superna intuenda bonorum operum perfectionibus volant, nihil esse quod faciunt deputant, nisi etiam alios ab errore cõpescant. Scriptum enim est: Charitas non quærit quæ sua sunt. Sollicitæ ergo discretionis inspectione in secretis cordium ipsam matrem virtutum charitatem exquirunt, quam profectò se non habere comperiunt, nisi omnibus etiam inimicis eadem velint tribui quæ sibi optant impendi. Vnde sancta anima quæ per confessionis vocem peccata sibi dimissa nõ dubitat, & ipsius promissionis diuinæ oraculo roborata, in eo quod supereſt viæ, hostium insidias incurrere non formidat, ad proximos alloquendos conuertitur: & ne ipsi ab hac immensitate pietatis dei ineuniantur exortes, hortatur dicens: Nolite fieri sicut equus & mulus.) Ac si dicat: Quoniam quidem ad naturæ vestrę statum pietas diuina vos reuocat, & similitudinis suæ imaginem quam inobedientia destruxerat, benignitas Saluatoris nostri in vobis reformat: nolite diuitias bonitatis dei cõtemnere, nolite sicut equus alienum sessorem indifferenter portare. Equus enim sicut dominum suum ad portandum recipit, ita etiam sine discretione alios qui volunt ascẽdere sessores admittit. Qui ergo timore dei posposito, qui dominus omnium est, diabolicæ se potestati subiecerit: & animam, quæ sedes sapientiæ esse debuerat, fallacis domini ditioni mancipauerit, sine intellectu proculdubio sicut equus exiſtit. Mulus verò sicut onus domini sustinet, ita se cuilibet extraneo onerabilem præbet. Quisquis itaque domini illius cuius iugum suaue, & cuius onus leue, præcepta reiiciens, grauissimas peccatorum sarcinas ferre non recusauerit, irrationabilem se profectò sicut mulum ostendit.

In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.

Plærunque qui præcepta dei aure cordis audire renuunt, persecutionum verberibus admonentur, vt ad virtutis amorem pœnarum dolores pertrahant, quos æternæ vitæ præmia non inuitant. De quibus nimirum scriptum est: Sola vexatio intellectum dabit auditui. Sæpe etenim amator præsentis seculi ita ab eodem quem diligit mundo despicitur & impugnatur: vt cùm eo nequaquam currere valeat, sed fractus aduersitate torpescat. Quod diuinæ profectò dispensatione miserationis agitur: quia in hoc mundo despectus, tanto celerius trahitur ad deum, quãto nihil habet in seculo vbi delectetur. Orat igitur fidelis anima vt lubricos peccantium cursus mundana aduersitate virtus diuina coërceat: quatinus erroris sui desideria sequi non valeant, & hoc modo ad se reuersi, saltem ex difficultate & impotentia peccandi resipiscant. Possumus quoque per chamum & frenum verba diuinæ legis accipere: quę quia peccantibus aliquando grauiter minantur de pœna, aliquando suauiter blandiuntur de venia, dum in ora fidelium veniunt, vagos eorum gressus more freni & chami reflectunt. Maxillas constringunt, quia vocem iactantiæ comprimunt, dum qui ex vitio superbiæ solebant iactare merita, per humilitatis virtutem discunt confiteri peccata. Quare autem tantopere prauorum hominum etiam inuitam conuersionem exoptet, ostendit cùm subdit:

Multa flagella peccatoris, sperantem autem in domino misericordia circundabit.

Qui enim per superbiam erectus contra conditorem peccata augere non desierit: & hic curarum aduersantium flagellis affligitur, & in futuro duplici nihilominus contritione conteretur. Cui si ad iniquitatis suæ cumulum peccanti contigerit exterius proficere, hoc ipsum sibi est diuinæ animaduersionis flagella tolerare: quia modo in conspectu dei eo ipso interius deiicitur, quo falsa gloria in conspectu hominum exterius eleuatur. Et illi sua in pœnã vertitur culpa: quia hoc ipsum fiit verè intus cadere, quod foras ostenditur profecisse. Hæc quidem prædicta inconsidentes inueniunt: Sperantem autem in domino, misericordia circundabit.) Diligentibus enim deũ, omnia cooperantur in bonum.) Qui in amore cœlestium fixus, seculum perfectè despexerit, nulli omnino vanitati succũbit: nulla hunc aduersitas deiicit, nulla prosperitate corrumpitur, flagellis proficit: quippe qui ea aut quæ perpetrauit peccata obliterat, aut quæ perpetrare poterat, futura deuitat. Et sibi omnia fore existimat prospera, quæ à dilectoribus mundi putantur aduersa. *Roma. 8.*

Lætamini in domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.

Quasi diceret: Quandoquidem sperantes in domino misericordiæ diuinæ clypeo muniuntur: Lætamini in domino & exultate iusti.) Nõ est impiis gaudere, dicit dominus: quia qui terrenarum rerum amore vincitur, in deo nullatenus delectatur. Et quanto quis ad temporalia acriori cura exarserit, tanto magis ab æternis dãnabili torpore frigescit. Iustis ergo solummodo, vt in domino lætentur dicitur: quia qui deum toto corde non diligunt, in eo lætari quamdiu secularibus delectãtur, non possunt. Scriptum est enim: Quicunque amicus huius seculi esse voluerit, inimicus dei constituitur. Neq; enim possumus hic gaudere cum seculo, & illic regnare cum Christo. Sed iusti tantum in domino exultant: quia ità extra mundum sunt facti, vt nec prosperari in mũdo cupiant, nec aduersa pati nullo tacti præsentium amore pertimescant. Et notandũ, quia non solum lætamini dixit, sed etiam & exultate adiecit: vt intelligas eos non posse tristari in corpore, quibus diuinæ claritas miserationis fulget in mente: Et gloriamini omnes recti corde.) Illi quidem qui habent cor ad terrena distortum, non gloriantur in domino, quia spem suam posuerunt in mundo. Vos autem qui cor vestrum secundum dei voluntatem dirigitis, in spe beatitudinis æternæ gloriari debetis: vt qui gloriatur, in domino glorietur. Illa nanque sine dubio est vera gloria, quam nullius mœstitiæ obtenebrat pœna. *Iacobi. 4.* *2. Corin. 10.*

Prologus tertij Psalmi pœnitentialis.

SAbbatum requies interpretatur. Sabbatum humanum genus in primo parente habuit, qui quamdiu in conditoris sui obedientia perstitit, in suauissimo contemplationis diuinæ lecto requieuit. In paradiso nanque primus homo delitiis potitus, sicut nullam in anima poterat sentire esuriem: ita etiam omnem quæ ex carne nascitur, ignorabat passionem. At postquam diuini colloquij peccando familiaritatem perdidit, mortis legibus succumbens, requiem fœlicitatis æternæ amisit. Et in procellosos mundanæ instabilitatis corruit fluctus, quia statum rectitudinis seruare contempsit. Fidelis ergo anima requiem in primo homine perditam ad memoriam reuocans, & futurum nihilominus vitæ æternæ sabbatum spiritus agilitate contẽplans, ab omnis spiritus & carnis optat corruptione eripi, & ad futuram indeficientis beatitudinis requiem, consummato huius vitæ termino, orat sine cunctatione perduci. Ait ergo:

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Explanatio tertij Psalmi pœnitentialis.

DOmine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

Ignis purgatorij est grauior omni tribulatione præsentis seculi.

Quasi dicat: Scio futurum esse, vt post huius vitæ exitum alij flammis expientur purgatoriis, alij sententiam æternæ subeãt damnationis. Sed quia illum transitorium ignem omni tribulatione æstimo præsenti intolerabiliorem, non solum in furore æternæ damnationis opto non argui, sed etiam in ira transeuntis timeo correptionis purgari. Tu ergo domine cui in spiritu meo seruio, quem omnium saluatorem esse cognosco: ne arguas me in furore damnationis perpetuæ, neque corripias me in ira expurgantis vindictæ. De furore & ira, quia sufficiẽter in superioribus exposuimus: iterum tractare superfluum putamus, ne eadem repetẽtes, legẽtibus fastidium generemus. Quare autem non debeat in ira corripi, & in furore damnari, subiungit cùm ait:

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam.

Quanto quisque plus cœperit quod amisit intelligere, tanto plus incipit corruptionis suæ sententiam quam subiuit lugere. Fidelis ergo anima perpendens quod perdidit, considerans quod inuenit, videns se à paradisi gaudiis venisse ad miserias
H vitæ præsentis: à societate angelorum transisse ad curas necessitatum: pensat quòd subiacet periculis, quæ peccãdo gloriam perdidit æternæ incorruptionis. Nouit etiam quia mortem nulla possit ratione euadere: quæ posset, si non peccasset, semper vixisse. Has ergo sibi sagittas infixas esse cõqueritur: quia iam nobis est naturaliter inditum, quod primo homini fuit pro culpæ vindicta illatum. Mortalitas & passibilitas sunt sagittæ, quæ nimirum nobis infixæ sunt: quia quãdiu in præsenti seculo viuimus, ab eis liberari aliqua ratione nequimus. Dicat ergo fidelis anima: Quandoquidem pro originali commisso mortalis effectus, magnam huius seculi miseriam sustineo, pro me autem pœnitentiam ago: tu qui visitabis iniquitates in virga, ne impleas amaritudinibus vniuersa. Sed cùm in hoc seculo peccati pœnam lugeam, saltem in futuro districtæ animaduersionis terrorem euadã. Quod vt facere debeas: Cõfirmasti super me manum tuam.) Sicut studiosus magister frequenter verbere puerum corripit, ita à me tuæ vindictæ manus nunquam recedit. Per manum domini quam super se asserit confirmatam, miseriarum frequentiam & assiduitatem intellige. Quam ideo memorat, vt tãto facilius in futuro acquiratur venia, quanto maior hic fuit irrogata vindicta. Possumus etiam per sagittas verba dei intelligere, quæ corda quidem nostra transfodiunt, cùm nobis altius infixa, amoris dei nos vulnere compungunt. Quomodo autem sit continua hæc pœna quam patitur, ostendit dicens:

Mortalitatẽ & passibilitatẽ nemo euadere poterit.

Sagittæ sũt verba dei.

I Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, nõ est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

Caro humana ex quo maledictionis promeruit sententiam, portare non destitit peccati continuam pœnam. Et quia nos eius incessanter infirmitas debilitat, iræ dei faciem nobis in desinenter repræsentat. Portamus nanque corpus mortale doloribus obnoxium, indigentiis impeditum: quod nimirũ tentationes sollicitant, sollicitudines angustant, angustiæ conterunt, contritiones affligunt. Quodque etiam si aliquando videatur esse validum, ipsa sua valetudine magis inuenitur infirmum. Quid enim infirmius quàm assiduè fame tabescere, difficultate somni languere, frigore dissolui, æstu torreri? Quæ autem sanitas esse poterit, vbi tot malorum multitudo concurrit? Dicat ergo fidelis anima: Non est sanitas in carne mea.) Vt videlicet corpus infirmum esse sentiat, quod tam facilè passionum inæqualitas permutat. Ne autẽ intelligas propter peccati pœnam non infirmari in mente, quia dixerat sibi non esse sanitatem in carne, subiungit: Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.) Sicut iam dictum est, per ossa virtutes accipimus, quia sine eis nullum in anima robur habemus. Omnes autem virtutes in conspectu dei vicaria ope se subleuant, nec virtutes veræ sunt, si à se inuicem aliqua diuersitate discordant. Vna enim virtus sine altera, aut omnino K nulla est, aut minima. Si enim aut castitatem humilitas deinpus vel humilitatem castitas derelinquat, cùm deus detestetur nde superbiam quàm immunditiam: quomodo oculis eius accepta erit castitas elata, vel humilitas immunda? Non enim bona accepta sunt deo, quæ malorum admixtione maculantur: quia modicum fermentum totam massam corrumpit: & qui in vno offendit, multa bona perdit: Et qui sine humilitate virtutes cõgregat, quasi in ventum puluerem portat. Quia ergo virtutes animæ aut vitiis impugnantur, aut plærunque elatione deprimuntur, rectè nunc dicitur: Non est pax ossibus meis, à facie peccatorum meorum.) Quotidieque peccatorum pœnam patior, quam in ipsa peccatorum facie contẽplor. Et quia sentio pœnam, recogito culpam. Vel, Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.) Quia videlicet nullam anima mea potest habere requiem, donec aliquam peccati in se habeat recordationem.

Homine nihil infirmius.

Virtutes seiunctæ paru proficiũt.

Quoniã iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.

Quasi dicat: Non est mirum si non est pax ossibus meis: nam iniquitates meæ grauatæ sunt super me sicut onus graue. Iniquitas in talento plumbi sedet. Plærunq; anima amoris dei desiderio accenditur, adeo vt etiam ad summa ambienda sustolli videatur. Sed quia graui peccatorum põdere premitur, eò ci- L tius ad ima labitur, quo admissorum conscientia interius grauatur. Et quidem ascendere ad deum ea qua potest virtute nititur, sed ipso suo conamine lassata, relabi compellitur. Causam verò tantæ grauitatis præmisit, cùm ait: Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ.) Nisi enim iniquitates principale cordis mei superando transcenderent, nequaquã tanta me prauorum operum depressione grauarent. Sancti nanque viri, si quando in mente tentationes tolerant, illicitum cordis appetitum magna virtutis dominatione refrenant: ne si in aliquo lapsu tentatori consentiant, non iam cogitationum suarum, sed serui crudelium dominorum existant. Cùm enim diabolicis anima subesse suasionibus cœperit: quanto se hosti callido crebrius subiicit, tanto eum sibi intolerabiliorem facit: vt ei iam in nullo resistere valeat, cui in vno sui oblita assensum præstat. Solerter itaque vigilandum est, vt cùm pullare mentem culpa inchoat: peractam culpã quis finis sequitur, attendat: ne si malæ suasionis blandimenta non perspiciat, in nequissimæ tenebras perpetrationis nescius ruat.

Diabolo consentire periculosum.

Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ.

Fidelis anima quæ in seipsam, sibi non parcens, vehitur, deteriora adhuc de se quàm prius dixerat, cõfitetur, dicens: Putruerunt, &c.) Super curatum vulnus cicatrix obducitur, dum M signum præteritæ plagæ in resarcita cute monstratur. Quæ nimirum cicatrix necessariò corrumpitur, si caro sanata iterum vulneratur. Vbi quanto magis extenditur inæqualitas corporis, tanto difficilius ostẽditur efficacia curationis. Sed quid per vulnus nisi peccatum exprimitur? Quid verò per cicatricem, nisi pœnitentiæ actio designatur? Qui enim per pœnitentiæ lamenta peccatum corripit, quasi cicatricem vulneri superducit. Quòd si dimissæ nequitiæ mentem iterum ad delectationem pertrahunt, superductæ vulneri cicatrices putrescunt. Cicatrices nanque putrescere, est sanata iam peccatorum vulnera rursum in tentationem serpere, atque de eorum iteratione delectationem sentire. Cicatrices computrescere, est ex peccatorum suggestionibus post superductam cutem pœnitentiæ, dolorem iterum culpæ in occulto cordis per putridas cogitationes perpeti, & tandem per opus miserum quasi effuso fœtore corrumpi. Quare autem hoc sibi contigit, ostendit cùm ait:

A facie insipientiæ meę.) Sicut summa prudentia est aliquẽ post acceptam pœnitentiam sollicitę sibi circunspectionis studio in posterum prospicere: ita miserabilis insipientiæ est in istius vitæ ambiguo quasi accepta securitate dormire. Per insipientiam ergo negligentiæ, vulnus iam sanatum computruit: quia dum per studium vigilantiæ mens ingrata sibi in posterum prouidere noluerit, miserabilius ea quę prius abdicauerat mala committit.

Prudentia summa quo cupiat.

Miser

A Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar.

Tanto vnaquæque anima fit pretiosior ante oculos dei, quanto fuerit despectior ante oculos suos. Quid autem infœlicius quàm infœlicitatem suam non cognoscere, & inter ipsa vitæ discrimina nullum infirmitatis dolorem sentire? Sicut enim phrenetici mentis alienationẽ tolerant, cùm se nó solum nihil pati, sed etiam incolumes putent, ita qui mortali carne circundatus, ærumnas præsentis vitæ non senserit, à virtute sapientiæ alienus existit. Innumerabiles nanque humanæ deiectionis miseriæ, sicut corda iustorum graui tristitiæ dolore conuulnerant, ita iniquorum mentes ipsa sua importunitate delectant. Cum enim omni vanitati patentes, sola quæ carnis sunt, cogitant: & lachrymarum causas tripudiantes peragunt, mortis suę negocium ridentes exequuntur. De quibus profectò scriptum est: quia lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Verùm qui ad sabbatum quietis æternæ peruenire desiderat: circunspecta quas patitur miseriarum multitudine, seipsum humilians dicat: Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem.) Vsque in finem curuatur, qui iniquæ voluntatis studium vsque ad effectum praui operis terrenis inhians protrahit, & ad cœlestia ambienda non solum per gradum operis, sed nec per intentionis volatum assurgit. Sed quia culpam sæpe sequitur pœnitentia: & plærunque qui cadit, adiicit B vt resurgat. Sequitur: Tota die contristatus ingrediebar.) Cùm sollicito se timore mens humana circunspiciens, modo quæ egit, mala enumerat: modo quæ agere neglexit, bona ad memoriam reuocat: modo reprehensibilia esse in quibus versatur, cõspicit: modo sibi recta opera adhuc deesse perpendit: quia malorum tantorum in se remedium non inuenit, tristitiæ intolerabilis pondere prægrauata tabescit: & tanto se durius in cogitatione dilaniat, quanto terribilius esse quod imminet, iudicium pensat. Tota autem die contristatus ingreditur, qui miseriam esse deputat, si quando ei prosperitas seculi fallaciter pernicioseque blanditur, sicut in Canticis canticorum sponsus ad sponsam loquitur, dicens: Oculi tui columbarum. Columba enim pro cantu gemitum habet. Quia ergo sancti viri seculi blandimenta timentes & dolentes cum luctu & gemitu tolerant, in quibus amatores mundi securi & gaudentes exultant, sancta Ecclesia columbis assimilatur: quia inde sanctus omnis cum dolore ingemiscit, vnde iniquus quisque cum gaudio hilarescit. Vnde per Salomonem dicitur: Risum reputaui errorem: & gaudio dixi, Quid frustra deciperis? Quare autem contristatus, viam præsentis vitæ ingrediatur, ostendit dicens:

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea.

C In lumbis carnalis delectatio continetur: & inde nimirum humana generatio propagatur. Possumus ergo per lumbos animam accipere: quia sicut ex lumbis carnales delectationes prodeunt, ita ex anima omnes cogitationes procedunt. Deinde cùm illiciti operis tentatio subrepit, per vanarum cogitationum phantasmata spiritus malignus illudit. Sæpe nanque sanctorum etiam virorum mentes cogitationes illicitæ polluunt: & eas iam ad summa tendentes, terrenarum rerum delectationibus tangunt. Sæpe etiam in ipso orationis tempore importunè se illis ingerunt: vt hoc ipsum sacrificium aliquo modo commaculare valeant, quod in odore suauitatis deo acceptum contrito corde & cõtribulato spiritu mactatur. Quod nobis apertè illud quod de Abrahã scriptum est, innuit, quia circa solis occasum sacrificium offerens, insistentes aues pertulit, quas ne oblatum raperent sacrificium, sollicitè abigere curauit. Nos ergo si quando in ara cordis sacrificium deo offerimus, à malignis hoc spiritibus sollicitè custodiamus, ne tenebrosarum importunitates cogitationum hoc aliquando valeant diripere, quod deo speramus vtiliter offerre. Quod autem sequitur: Non est sanitas in carne mea.) Idem est quod ait Apostolus: Non inuenio in me, hoc est in carne mea, bonum. Omnia nanque corporis membra quæ ad vsum vitę accepimus, ad erroris materiam inclinamus. Oculos enim ad videndum obscæna & turpia inflectimus. Aures libenter ad audiendas detractiones accommodamus. Illecebros odoratus naribus haurire concupiscimus. Iniquitatem in excelso loquimur, & inter fratres discordiam seminamus. Salutem etiã corporis redigimus in vsum vitiorum. Omnia tandem quibus vti vtiliter possemus ad dei seruitium, in praui operis cõuertimus instrumentum. Non est in carne nostra sanitas: quia nulla pars nostri corporis intentata remanet, per quam nos peccati desiderium non titillet. Sequitur: D

Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei.

Qui enim dixerat, non est sanitas in carne mea: ne forte in anima nihil pati putaretur, subiecit: Afflictus sum, & humiliatus sum nimis:) Vt intelligas in anima grauissimo iniquitatis pondere obrutum, quem in carne vides tot miseriis & passionibus afflictum. Peccatum enim sicut peccantis mentem retibus delectationum illaqueat: ita etiam implicitam quasi mole superposita grauat, vt ad sublimia leuari iam non valeat, quoniam iniquitatis eam grauitudo coarctat, sicut per Psalmistam dicitur: Filij hominum vsquequo graui corde? Plærunque enim & quæ agenda sunt, bona conspicimus, & ad hæc assurgere cordis desiderio non valemus. Et si forte mens aliquando ad bonum anhælare inchoat: grauitas quam sustinet, cogit vt E cadat, quia ex pœna peccati est: vt à bono quod per rationis iudicium clarè conspicitur, per vitæ meritum anima infirma pellatur. Vnde fit, vt quia ad supernam lucem intuendam non valet ascendere, peccatis exigentibus delectetur in tenebris iacere. Et quam à supernis deiecit necessitas, eam in infimis illicita teneat voluptas. Nimis ergo humiliatus est, qui ex peccati pœna non solum cœlestia non appetit, sed etiam carnalibus & terrenis cum amore & delectatione intendit. Sed quia plærunque tanto citius ad deum anima conuertitur, quanto longius se ab eo separatam intuetur, adiungitur: Rugiebam à gemitu cordis mei.) Rugitus, gemitus est cordis cum magno dolore: quia quanto vehementius pœnitentis animum concutit, tanto velocius ad aures diuinæ misericordiæ conscendit. Et notandũ quòd dixit, à gemitu cordis mei: quia sicut dolorem carnis, generat amissio pecuniæ, & pignorum, ita cordis dolorem confert exterminatio virtutum. *Psalm. 4.*

Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus.

Tale est desiderium meum, vt dignum sit in conspectu tuo. Quia enim requiem, pro qua semper est orandũ, desidero: esse coram te desiderium meum confido. Sancti viri, quia mundi gloriã contemnentes, supernæ claritatis lumine illustrari solũ F modo cupiunt, diuinę maiestatis conspectui semper assistunt. Cùm enim sola cœlestia appetunt, vsque ad contemplandum deum per mentis desiderium ascendunt. Et quia quàm dulcis est dominus interius sentiunt, nunquam ab eo per prauæ voluntatis studium recedunt. Si enim à deo Helias propheta aliquo modo discessisset, nequaquã dixisset: Viuit dominus, ante cuius conspectũ sto. Quo contrà de reprobis dicitur: Non apparebit in conspectu dei omnis hypocrita. Hypocrita enim nequaquam cœlos penetrat: quia per opus bonum non deum, sed humanas laudes, vel transitorios quæstus, affectat. Et quia ad deum desiderium non dirigit, se ab eius oculis sub nequitiæ latebris abscondit. Qui autem per amorem spiritus cœlestia appetit, oculis dei intentionem suam ostẽdit. Despiciamus ergo terrena, & amemus cœlestia, vt possimus & nos dicere cum propheta: Domine ante te omne desiderium meum.) Qui deum amat, ipsum solum desiderat. Qui autem eum desiderat, ad ipsum cordis voce clamare non cessat. Nisi enim de corde desiderantis magnus ad aures misericordis dei clamor procederet, nequaquam Moysi diceretur: Quid clamas ad me? Sicut ergo frigescente charitate cor à bonis silet: ita clamorem emittit, cùm charitas feruet. Et notandum, quia dicturus desiderium, præmisit omne: vt intelligas illud deo non posse placere desiderium, quod prauæ voluntatis commaculat additamentum. Et gemitus meus à te non est abscõditus.) Omne desiderium in pœnam conuertitur, si non citò euenerit quod *3. Reg. 17.* *Hypocritæ sunt reprobati.* *Exod. 14.*

Universidad de Navarra
Biblioteca

G optatur. Desiderium enim non sustinet: quia sicut scriptum est: Cupiditati ipsa celeritas tarda est, & cupienti animo nihil satis festinatur. Quisquis ergo de deo in corde desiderium concipit: quia statim quod optat non obtinet, ingemiscit. Igitur hoc animo cùm præmisisset desiderium, statim adiecit gemitum, dicens: Et gemitus meus à te non est absconditus.) Quasi dicat: Quia desiderium quod de te concipio, per iudicium approbas: ideo dolorem quem inde sustineo, non ignoras. Scire enim dei, approbare est: sed nescire, est reprobare. Moysi nanque dicit: Noui te ex nomine. Et reprobis in fine dicturus est: Nescio vos. Non ergo à deo absconditur gemitus, qui illi spiritui qui discretor est cogitationum, existit acceptus.

Exod.33.
Mat.25.

Cor meum conturbatum est in me, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

Ac si dicat: Non est mirum si doleo, si gemo: nam Cor meum conturbatum est in me.) Latrones enim timeo, temporalia damna formido, cœli motus & terræ perhorresco: vndique sollicitudinibus angustor, vndique angustiis premor, vndique pressuris deiicior. Aduersitas me deprimit, successus extollit, conuitia commouent, adulationes demulcent. Hæc autem omnia ideo patior: Quia dereliquit me virtus mea.) Humanum cor ad omnem tentationis impulsum facilè concutitur,
H si virtute constantiæ interius non firmatur. Possumus quoque per hanc virtutem rationalitatem accipere, quæ ita in nobis per peccatum primi parentis hebetata est: vt dei in nobis obfuscantes imaginem, creaturas sequentes, relinquamus creatorem. Sequitur: Lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.) Solet plærunque animæ peccanti contingere, vt mox cum in culpam labitur, & à sui cognitione longius separetur. Peccatum enim ipsum quod peragit, quasi murũ quendam oculis se mẽtis opponit: adeo vt nec vnde ceciderit conspicere valeat: nec bonum quod sibi quærendum sit, cognoscat. Voluntariis nanque tenebris obuoluta, quantò malis tenacius adhæserit, tantò difficilius intelligit bona perpetua quę amisit. Lux quippe veritatis prauorum culpas subtiliter examinans, si ab opere repellitur, nequaquam in corde versatur. Districto enim & occulto agitur iudicio: vt à quo inuenta negligitur, ab eo postmodum nec amissa requiratur: & qui illam non seruat in opere, notitiam illius non habeat in corde. Sed tunc homo lumen quodammodo intelligentiæ habere incipit, cùm cæcitatis suæ tenebras recognoscit. Quicunque ergo claritate luminis diuini illustrari desiderat, ignorantiæ suæ primitus agnoscens caliginem, dicat: Lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.) Nec vacat quod ait: & ipsum.) Ipsum sine quo cor humanum in tenebris est, sine quo viuere non valeo, sine quo bonum à malo discernere non
I queo. Sequitur:

Amici mei & proximi mei, aduersum me appropinquauerunt & steterunt.

Sciendum nobis est, quòd hi qui spiritu prophetiæ replentur, sicut aliquando verba de se quasi de aliis proferunt, ita nonnunquam de deo quasi de seipsis loquuntur: vt in hoc quoque quòd vnum cum deo sint innuant: cùm dei opera quasi sint, sua narrant. Sic etiam fideles quiq; quia in corpore Christi, quod est Ecclesia, positi, membra sunt Christi, de eo quasi de seipsis aliquãdo loquuntur: vt dum verba capitis sui Christum induti, quasi sint sua enunciant, alium esse qui per ipsos profatur, ostendant. Spiritus enim sanctus per eos loquitur, sicut ipsa veritas Apostolis loquens testatur. Ait enim: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Hinc etiam Paulus ait: An quæritis experimentum eius qui in me loquitur Christus? Ipse est enim qui dixit: Aperi os tuum, & ego adimplebo illud. Ipse etiam ait: Ego ipse qui loquebar, ecce assum. Cùm itaque non prophetas, sed se locutum esse denunciat: profectò quia ipse in eis loqueretur, affirmat. Non autem admirandum est, si de seipso aliquando loquitur qui intus præsidet: quandoquidem ipse est qui os & animam per officium obsequentis adimplet. Sic ergo & in hoc loco, enumeratis aliquibus humanæ infirmitatis miseriis, passionem suam commemorat: vt capiti cõgruere quod K
conuenit membris ostendat. Et fiat nobis magnum consolationis remedium, si illum etiam passionis nostræ fieri participẽ cognoscimus: quem laborum quos patimur, futurum remuneratorem speramus: sicut etiam aliàs loquitur: Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Ait ergo: Amici mei & proximi *Ioan.*
mei, aduersum me appropinquauerunt & steterunt.) Quasi dicat: Non solum membra mea illis quibus prędictum est modis conturbantur, sed etiam ego vt virtutem in primo parẽte perditam eis restituam, conturbationem auferam, lumen nihilominus amissum reddam: solus inter mortuos liber, factus sum obediens patri vsque ad mortem. In qua morte: Amici mei & proximi mei aduersum me, &c.) Multi ex Iudæis amicos se Christi dicebant, multi eum miracula facientem sequebantur. Multi enim dominum, multi vocabant magistrum: sicut legis doctor, qui cùm vellet eum capere in sermone, dicebat: *Matth.*
Magister scimus quia verax es, & viam dei in veritate doces. Proximos quoque eosdem appellat Iudæos, secundum carnis sibi cognationem propinquos. Neque enim fratres eius credebant in eum. Qui omnes appropinquauerunt Christo: non mente, sed corpore: non passibus fidei, sed processu nequitiæ: non voluntate sequendi, sed intentione nocẽdi. Quod factum L
est, quando congregati in atrio principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, consilium fecerunt, vt eum dolo caperent & *Matth.*
occiderent. Aduersus eum steterunt, quando constanter accu- *Marc.*
sabant eum, & quando clamantes dicebant: Crucifige crucifige eum.

Et qui iuxta me erant, de longè steterunt, & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Scriptum est enim: Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. *Mat.26.*
Et iterum: Stabant autem noti eius de longè: Et vim faciebant qui quærebant animam meam.) Volente Pilato Chri- *Ibidem.*
stum dimittere, Iudæi clamabãt: Si hunc dimittis, non es ami- *Ioan.19.*
cus Cæsaris: Omnis qui se regem facit, contradicit Cęsari. Vim ergo faciebant qui iudicem iniustè iudicare minis & clamoribus vrgebant. Animam Christi Iudæi quærebant: non vt in eum crederent, sed vt illum perderent. Vel aliter: Vim faciebant.) Quia sua vi & potestate Christo mortem inferre putabant. Sed ipse eis dicebat: Nemo tollit à me animam meam, *Ioan.10.*
sed ego pono eam, & sumo eam. Et iterum: Potestatem habeo ponendi animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.

Mala Christo principes sacerdotum inquirebant, quando falsum testimonium contra eum, sicut Euangelica lectio testa- M
tur, quærebant. Et omnibus inquisitis, locuti sunt vanitates. Dicit enim Euangelista, quia non erat conueniens testimoniũ ipsorum, sicut illorũ qui dicebãt: Hic dixit. Possum destruere *Mat.26.*
templum dei, & in tribus diebus reædificare illud: Et dolos tota die meditabantur.) Non enim casu aut ignorantia peccauerunt, qui scienter mendacia confinxerunt. Grauiori ergo pœna plectuntur, quia eorũ delicta qui ex præcipitatione corruunt, exquisita per studium peccata transcendunt, sicut in ea- *Ioan.19.*
dem passione sua veritas ait: Propterea qui me tradidit tibi, *Ioan.15.*
maius peccatum habet: Et alibi: Si nõ venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et iterum: Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatũ non haberent: nunc autem & viderunt & oderunt, & me, & patrem meum. Tribus nan- *Peccatum*
que modis peccatum admittitur. Aut ignorantia incurritur, *tripliciter*
aut infirmitate committitur, aut studio perpetratur. Sed sicut *committitur.*
grauius est infirmitate quàm ignorantia delinquere, ita peius est studio quàm infirmitate peccare. Ignoranter quidem Paulus peccauerat, qui dicebat: Qui prius fui blasphemus & perse- *1.Tim.1.*
cutor, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci. Per infirmitatem verò Petrus cecidit, quando mentis suæ ædificium fidei fundamento titubante concussit. Et quia subire mortem pertimuit: ad ostiariæ vocem, vitam negauit. Vn- *Matth.*
de post fletum amaritudinis à domino respicitur: quia electi quique eo citius miserationis diuinæ diuitias inueniunt, quò se si quando per carnis infirmitatem deliquerunt, durius & amarius

A amarus affligunt. Ex industria autem Iudæi peccauerunt, qui eum quem inaudita miracula facientem videbant, execrabilis inuidiæ facibus accensi, vt morti traderent, consilium quærebant. Vnde excusationem de peccato suo non habẽt: quia etsi malum sit bona non agere, tamen nequius est bonorum doctorum acta odisse.

Ego autem tanquam surdus non audiebã, & sicut mutus non aperiens os suum.

Disce qui maledicta & irrisiones pateris, in omnibus seruare patientiam & obtrectantium linguas audire. Dissimula, ne si tu contumeliis conuitia retuleris, à doctrina Christi extorris inueniaris. Mediator nanque dei & hominum, homo Christus Iesus, qui ad hoc venerat, vt humilitatis & patientiæ præberet exemplum: non solum iniurias sustulit, sed nec conuitiãtibus respondit: nos in hoc instruens: vt cum perfidorum iniuriis impetimur, etiam si vera dicere possumus, ad contumelias reddendas non erumpamus, ne ministerium correptionis in arma vertamus furoris.

Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.

Sicut homo non audiens erat, cui nihil ad obiecta respondenti, Pilatus dicebat: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Qui cogitationes iniquorum nouerat, blasphemãtium voces non audiebat: Nulla enim blasphemia eum mouere poB terat, qui penitus omnẽ mutabilitatẽ ignorat: & qui posset eis vera ꝓ falsis respõdere, vt adimpleretur quod de eo per prophetam scriptum est: Tãquam ouis ad occisionem ductus est: & sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. Redargutiones enim in ore suo Christus non habebat, qui vnde eos reprehenderet, nihil in cordibus, nihil in actibus eorum laudabile videbat. In ore redargutiones non habebat, qui vnde eos reprehẽderet, in promptu habebat, & in ore suo habebat vnde posset eos redarguere, ex quo nullus vnquam potuit mendacium audire.

Quoniam in te domine speraui, tu exaudies me domine deus meus.

Quasi dicat: Ideo omnia patienter sustinui, ideo ad eorum contumelias non respondi: Quoniam in te domine speraui.) Tibi enim domine reuelaui causam meã: In te domine speraui:) Non in sapientia seculi, non in diuitiis mundi, non in viribus corporis, non in nobilitate carnis, non in tutamento principum, non in præsidiis amicorum. Verba sunt hæc Christi secundum humanam naturam. Sic ergo & membrum Christi, si quando persecutionibus affligitur: & si flagellis atteritur, si conuitiis prouocatur, illum qui propositus est nobis forma iustitiæ, in omnibus imitetur: non deficiat si causa sua non auditur, apud terrenum iudicem, sciens quoniam cõscium habet in excelsis regem cœlestem. Speret, quia si in hoc seculo immeritò accipit damnationis sententiam: à deo accipiet in cœlo coronam. Sciat, quia retributionis æternæ gaudium neC quaquam in cœlo colligitur, nisi prius in terra cum fletu & gemitu, & amaritudine seminetur: sicut scriptum est: Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Sicut enim carne quiescente spiritus deficit, ita ea laborante conualescit. Et quemadmodum carnem mollia nutriunt, ita animam dura ad alta sustollunt. Illa nãq; delectationibus pascitur, hæc amaritudinibus vegetatur. Denique illam lenia refouent, istam verò aspera exercent. Et rursum, sicut carnem dura conuulnerãt, ita spiritum mollia necant. Et sicut carnem laboriosa attenuãt, ita spiritum delectabilia angustant. Nos ergo quanto grauiora in hoc mundo tentamenta perferimus, tãto spei nostræ anchoram in deo immobilius figimus, vt dicere veraciter cũ capite nostro possimus: Quoniam in te domine speraui, tu exaudies me domine deus meus.)

Quia dixi nequãdo supergaudeant mihi inimici mei, & dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Gauisi sunt Iudæi occiso Christo, sed non sunt ei supergauisi, quia in causa mortis eius ipso sunt inferiores inuenti. Qui enim, vt à morte redimeret hominem, mortis legibus subiacuit: tertia verò die victoriosissimè à mortuis surrexit. Hoc est quod ante omnia secula clementissimæ dispensationis moderamine sapientia dei statuerat: hoc est quod caro sine cõtagione peccati assumpta euidenter rogabat, cùm diceret: Pater, clarifica filium tuum. Hoc etiã multo ante tempore per prophetam manifestauerat, dicens: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Ipse enim dixit: & facta sunt. Sequitur: Et dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt.) Pedes dicti sunt Apostoli: quia sicut pedes corpus deferunt, ita Apostoli Christum in omnium gẽtium notitiam detulerunt: iuxta quod scriptum est: In omnem terram exiuit sonus eorum. Qui nimirum commoti sunt, quando eum quem pati viderunt, esse filium dei dubitauerunt: sicut ille qui dicebat: Nos sperabamus quòd ipse esset redempturus Israël. Pedibus ergo commotis, super Christum inimici eius magna locuti sunt, quia Apostolis conturbatis & fugientibus, Iudæi illum reum esse mortis iudicauerunt. Possunt quoque hæc verba fideli animæ conuenire. Habet nanque fidelis anima inimicos suos in hac vita, habet qui contra eam interius dimicent, habet etiam qui eam extrinsecus impugnent. Sed super eam inimici gaudere non valent: quia consilij spiritu & fortitudinis repleta, & suggestiones diabolicas abdicat, & rabiem persequentium calcat. Cuius affectus si timore aliquo senserint, qui persequũtur arcem intentionis, proposito promoueri: vel si cognouerint inuisibiles hostes prauis eam suggestionibus delectari: tãto grauiores tentationes ingerunt, quanto magis de victoria confidentes, quasi vnum ingrediendi aditum inuenerunt. Difficilè enim inimico resistitur, si persuasionibus illius anima delectatur. Ideo vt non supergaudeant mihi inimici mei, confido:

Ioan. 17. *Psal. 15.* *Psal. 32.* *Apostoli dicũtur pedes Christi.* *Psal. 18.* *Luca. 24.* D E

Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.

Malo enim occidi quàm vinci. Flagella libenter patior, persecutiones amplector, visitationes desidero, correptiones concupisco. Sancti viri in hac vita flagellari desiderant: vt flagellis correcti, & imminentes culpas videant, & commissas ante oculos ponant. Sæpe enim delinquentes oculos flagella aperiunt: quos inter vitia insolentiæ & securitatis tenebræ concludunt. Sæpe torpentis animus persecutionibus tangitur vt excitetur: quatenus qui statum suæ rectitudinis per securitatem perdidit, in afflictione consideret quò peruenit.

Oculi flagellis aperiuntur.

Sequitur: Et dolor meus in conspectu meo.) Sicut causam reddidit quare visibiles inimicos non timeat, quasi imputet beneficio quod ipsi inferunt pro tormento: ita etiam quare versutias diaboli non timeat, subdendo manifestat: Et dolor meus in conspectu meo semper.) Scriptum est enim: Cor quod cognouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio illius non miscebitur extraneus. Nam qui omnes vitæ præsentis erumnas frequenter cogitat, quæque sunt tranquilla quæ perdidit, quàm confusa in quibus incidit pensat: quia supernæ patriæ desideriis accensus, mundo nequam & concupiscentiis eius moritur, nullis vanitatis mundanæ delectationibus occupatur.

Prouer. 14. F

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.

Qui peccatum suum confitendo annunciat, & pro eiusdẽ peccati satisfactione cogitare non cessat: quia nullam in mundo inuenit requiem, in conspectu suo semper habet doloré. Vnde cum dixisset: Dolor meus in conspectu meo semper.) Quasi quomodo hoc fieri possit quæreremus, subiecit dicens:

Quoniam iniquitatem meã annunciabo.) Hæc sunt nãque veræ humilitatis testimonia, & iniquitatem suam quẽque cognoscere, & cognitã voce confessionis nunciare, & nunciatam pœnitentiæ satisfactione delere. At contrà omne prauorum hominum vitium est, & peccatum labendo committere, & cõmissum negando abscondere, & vulgatum defendendo multiplicare. Sciendum tamen est, quia peccata sua sæpe & reprobi confitendo aperiunt: sed quia nouæ vitæ habitum immutare despiciunt, ea ipsa quæ confitentur, flere obstinati contemnunt. Electi verò culpas suas non solum voce confessio-

Humilitas vera per quid cognoscitur.

G nis denunciant: sed etiam districtæ animaduersionis eas fletibus abolere procurant. Ad pœnitentiæ nanque se lamenta incitantes, occulta se increpatione dilaniant: & futuri iudicij timore percussi, si qua in eis adhuc malè gesta lateant, diligenter inuestigant. Sæpe enim quod torpentes latuit, flentibus innotescit. Et qui reatum suum securi nesciunt, hunc in se contra se erecti deprehendunt. Cogitemus ergo & nos pro peccato nostro, & amara illud pœnitentiæ inuectione persequamur, ne dum culpas nostras pensare negligimus, peccati pondus per negligentiam augeamus. Sequitur:

Inimici autem mei viuunt, & cõfirmati sunt super me, & multiplicati sunt qui oderunt me iniquè.

Occulti dispensatione cõsilij, conditor noster & culpas mortalium inspicit, & spatia vitæ disponit, vt diuturnæ vitę tempora quibus iustus vtitur ad bene operandi auxilium, iniquus accipiat ad damnationis augmẽtum. Si enim accepta quis pœnitentiæ tempora diuertit ad culpam, districtus cùm venerit iudex, indulta misericordiæ spatia conuertit ad pœnam: Et confirmati sunt super me.) Ad hoc nanque omnipotens deus aliquando peruersos patitur diutius viuere, vt & ipsi malè viuentes praua quotidie opera augeant, & contemptores seculi ex eorum nihilominus persecutione clarescant. Qui fastu superbiæ tumentes, eò se grauius aduersus electos erigunt, quo
H in mundo eis cuncta ad votum succedunt. Nec intelligunt, quòd in vita sua plerunque bona mali recipiãt, & ideo eos aut raro aut nunquam aduersa conturbant. Nam & iniquitatum suarum fautores perditos quosque eò citius ij tales inueniunt, quò mundi gloriam quæstu & muneribus quærunt. Vnde & subditur: Et multiplicati sunt qui oderunt me iniquè.) Nihil est iniquius quàm odium pro dilectione rependere, mala pro bonis retribuere, pro correptione iniurias respondere. Quod plerunque mali faciunt, cùm iustos qui eorum saluationem appetunt, execrabilis nequitiæ percussionibus affligũt. Atque ideo subiungit:

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem.

Qui reddit mala pro bonis, bonus non est. Qui nõ reddit bona pro bonis, ingratus est. Qui autem reddit mala pro bonis, iniquus est. Solent nanque perditi homines bene viuentibus inuidiosè detrahere, aut notam eis excogitati criminis infigere, aut puræ vitæ innocentiam, simulationem vocare. Quare autem hoc faciant, ostẽdit cùm ait: Quoniam sequebar bonitatem.) Bonitatem sequitur qui Christum imitatur. Cuius imitatores tanto in hac vita grauiora tentamenta perferunt, quanto longius corde à mundo discedunt. Dicit enim Apostolus: Omnes qui piè volũt viuere in Christo, persecutionem patiũtur. Et alibi scriptum est: Multæ tribulationes iustorum. Iusti nanque qui ea quæ dei sunt, tota intentione desiderãt, & supra mundum facti, mundana omnia quadam virtute dominationis conculcant: non solum in occulto cordis diabolicas
I infestationes tolerant, sed etiam peruersorum malitiam decore suæ conuersationis inflammant. Verùm quia ad superãdum nullus inuenitur idoneus, nisi qui fuerit virtutis diuinę fortitudine roboratus, qui persecutorum flagellis atteritur, qui detrahentium dentibus mordetur, præsentiam & auxilium diuinæ maiestatis expostulat, vt eius fultus præsidio: cõtra omnia quæ patitur aduersa conualescat. Ait ergo:

1. Tim. 3.
Psal. 33.

Ne derelinquas me domine deus meus, ne discesseris à me.

Illos procul dubio dominus relinquit, quibus constantiam in tribulatione non tribuit. Necessariò enim sequitur, vt omni tentationi sit subditus, quicunque à deo fuerit derelictus. Qui ergo tentamenta diaboli metuit, qui pati in hoc seculo aduersa pertimescit, ad deum tota virtute se conuertat: clamet ad deum mẽdullis cordis, & dicat: Ne derelinquas me domine deus meus.) Quod verbum si cum affectu & desiderio sæpe replicare studuerit: puto quòd quandam in eo dulcedinẽ sentiet, quam sermo noster explicare non valet. Sequitur: Ne discesseris à me.) Sancta anima quæ solum deum perfectè desiderat, precatur, vt nec ad horam deus ab illa discedat. Nouit enim, quia inter inimicos graditur: nouit, quia omni tempore diabolus sibi aduersatur. Quia ergo omni tempore intelligit K sibi imminere pericula, etiam momento temporis non potest esse secura.

Intende in adiutorium meum, domine deus salutis meæ.

Quasi dicat: Tu qui es adiutor in opportunitatibus in tribulatione, noli me velut alienũ negligere, noli velut extraneum abdicare, immo intende in adiutorium meum: tuque me inter letifera tentationum iacula protege, tu ab omni inimicorum incursione defende, tu in corde meo intelligentiæ lucem illumina, tu me ab omni malo, auxilio tuæ virtutis circunda. Quod bene debes facere, quia tu es dominus meus. Te enim solum habeo dominum, te solum confiteor deum. Congruum ergo videtur, vt qui es restitutor salutis in primo parente perditæ, sis & conseruator eiusdem in me per gratiam restitutæ.

Prologus quarti Psalmi pœnitentialis.

NOta est historia de qua titulus iste sumptus est. Dauid enim captus pulchritudine Bersabeæ vxoris Vriæ, non solum cum ea carnaliter coiit, sed etiam occiso viro eam sibi in coniugium copulauit. Postea verò cùm 2. Reg. 12.
venisset ad eum Natham propheta, eumque suo iudicio, inducta de ouibus similitudine, condemnasset: non solum peccatum celare vel defendere noluit, sed etiam confessus quod fecerat, ad dura se pœnitentiæ lamenta conuertit. In Psalmo tamen nulla fit de historia mentio, sed magna cognoscitur animi dolentis affectio. Admonemur autem in hoc psalmo pro- L
spera metuere, & contra omnem seculi fœlicitatem acrius vigilare. Sæpe nanque præsentia gaudia sequuntur perpetua lamenta. Sicut enim per fletus ad gaudia ducimur, ita per gaudia ad fletum peruenitur. Ille nempe qui dixit: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur: ipsemet ait: Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. Quis sanctior Dauid? Qui cum Saulis persecutionibus vrgeretur, non solum persequentem occidere non voluit, sed ipsi persecutori cùm ipsum occidere posset, pepercit. Tanto enim in dei misericordiam spem suam fixerat, quanto miserabilius infirmitatem suæ tribulationis sentiebat. Verum vbi deuictis hostibus pressuris caruit, homicidium adulterio incautè secutus adiecit. Admonemur etiam in hoc Psalmo carnales cupiditates restringere, & de dei misericordia nunquam desperare. Quisquis ergo desperans de venia, agere pœnitentiam dubitat, Dauid pœnitentiam ad animum reducat. Audiamus & nos Dauid clamantem, & nos cum eo clamemus. Gementem, & congemiscamus. Audiamus flentem, & collachrymemur. Correctum, & collætemur.

Professa sunt mendacia.

Matt. 5. Luc. 6.

Expositio quarti Psalmi pœnitentialis.

MIserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.

Ponamus ante mentis oculos aliquem grauiter vulneratum, M
& vix iam vltimos huius vitalis auræ trahentem anhælitus qui & nudus in sterquilinio iaceat, & vulnus nondum ligatum ostendat, aduenientis medici desiderio confici, & agnitum vt sui misereatur precari. Vulnus enim animæ, peccatum Esa. 1.
est: de quo dicitur: Vulnus & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Agnosce interius vulnerate medicum tuum, & ei peccatorum tuorum vulnera detege. Audiat cordis tui gemitum, cui omne patet cogitationis arcanum. Moueant illum lachrymæ tuæ, & quidam illum importunitate quærendi semper ad eum alta de profundo cordis suspiria educito: perueniat ad eum dolor 2. Reg. 12.
tuus, vt dicatur etiam tibi: Transtulit dominus peccatum tuum. Clama cum Dauid, vide quid ipse dixerit: Miserere mei deus, secundum magnam misericordiam tuam.) Quasi diceret: Ingenti vulnere periclitor, quod nullus medicorum curare valeat, nisi medicus ille qui est omnipotens succurrat. Omnipotenti enim medico nihil est insanabile, qui sicut medetur sine precio, ita salutem restituit verbo. Desperarem ergo de vulnere, si non præsumerem de omnipotente. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.) Quærant paruam misericordiam, qui ignoranter contrahunt culpam.

Ego

A Ego autem sicut grauiter cecidi, ita etiam sciẽter peccaui. Sed tu omnipotens medice & contemptores corrigis, & nescientes instruis, & confitentibus ignoscis. Vtinam domine Iesu ad me misericordia motus digneris accedere, qui descendens ab Luc.10. Hierusalem in Hierico, proruens scilicet de summis ad infima, de vitalibus ad infirma, in angelos tenebrarum incidi, qui non solum gratiæ spiritalis mihi vestimentum abstulerunt, sed etiam plagis impositis semiuiuum reliquerũt. Vtinam peccatorum meorum vulnera, data mihi recuperandæ salutis fiducia alliges, ne deterius sæuiant si sanari desperent. Vtinam oleum mihi remissionis adhibeas, & vinum compunctionis Psalm.122. infundas. Quòd si in iumentum tuum me imposueris, de terra inopem, & pauperem de stercore suscitabis. Tu es enim qui 2.Reg.5. peccata nostra pertulisti, qui pro nobis quæ non rapueras exoluisti. Si in stabulum me Ecclesiæ tuæ duxeris, corporis & sanguinis tui me refectione cibabis. Si curam mei egeris, nec præcepta tua prætereo, nec frementium rabiem bestiarum incurro. Custodia enim tua indigeo, quandiu carnem hanc corruptibilem porto. Audi ergo me Samaritane spoliatum & vulneratum, flentem & gementem, inuocantem, & cum Dauid clamantem: Miserere mei deus, secundum magnam misericordiam tuam.)

Et secundum multitudinem miserationũ tuarum dele iniquitatem meam.

Peccata mea magna sunt & multa, & ideo nõ solum magnam misericordiam expeto, sed etiam multitudinem miserationum
B tuarum requiro, ne pro aliis quod metuo subeam supplicium, si vnum solum non deleret peccatum. Per misericordiam, misericordiæ & misericordiæ distinctio. serentis affectum intelligimus, per miserationem verò ipsam misericordiæ exhibitionem signamus, iuxta quod scriptum Psalm.110. est: Misericors & miserator dominus. Superfluum enim esset vtrunque ponere, nisi esset varietas in significatione. Scire debemus quia nemo est insanabilior eo qui sibi sanus videtur. Illud enim est clarum venturæ salutis indicium, si incipit homo cognoscere semetipsum. Semetipsum autẽ Dauid cognoscebat, cùm multitudinem miserationum quærebat. Dicat & peccator cũ eo: Secundum multitudinẽ miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.) Immensas & innumerabiles mundo exhibuisti misericordias, quando genus humanum de seruitute diabolicæ tyrannidis eripuisti, & à peccatis suis in sanguine tuo electos tuos lauasti. Lauet sanguis iste peccatorum meorum maculas, qui totius mundi potuit delere offensas. Non postulo à te aurum, non lapides pretiosos, non laboribus & naufragiis exquisita commercia, non peregrinas merces de remotis terrenarum regionum multo ad nos discrimine delatas, quæ etiam fortium sæpe virorum mentes effœminant, & falsæ pulchritudinis imagine illectas captiuãt. Verùm quod omnibus his est præstantius & pretiosius, remissionem peccatorum expeto. Quæ tunc vera esse probabitur, si addito
C fructu pœnitentiæ, gratiæ tuæ muneribus cumulatur. Quid enim mihi prodest malorum quæ feci impunitas, nisi etiam bene operandi subsequatur facultas?

Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.

Quid iniquius quàm alienam contrectare vxorem? virum eius nec scientem nec lachrymãtem occidere? Et hoc quidem fecerat propheta de gregibus ouium sublatus, de post fœtentes ad regni gubernacula assumptus, corporis fortitudine prẽditus, spiritalis gratiæ donis illuminatus. Qui tanto grauius ceciderat, quanto celsius & regni gloria & excellentia virtutum cæteris præeminebat. Gloriæ nanque præcedentis præconiũ, Peccatum peiùs grauat & ex quã foedum. sequentis culpæ adauxit reatum. Tanto enim quisque grauius corruit, quanto antequam caderet, in conspectu dei altius ascẽdit. Dicat ergo: Amplius laua me ab iniquitate mea.) Prosit mihi domine quòd cecidi. Lauentur cum hac macula notæ delictorum, quas hactenus neglexi. Sæpe nanque dum quædam malè gesta plangimus, ipsa vi amaritudinis ad discutiendos nos excitati, alia in nobis plangenda inuenimus. Quæ admissa eo facilius obliuioni tradimus, quò ea vel nulla vel leuia putamus. Sed fucrescens amaritudo pœnitentiæ, non solum maiora peccata cordi nostro congerit, sed etiã minima quæq; ad memoriam reducit. Quæ omnia tãto obstinatius prosequi- D
mur, quanto omne malitiæ germen vigilantius extirpare de corde conamur. Lauatur ergo amplius, cui non solum quod in se punit peccatum dimittitur, sed etiam alia quæ obduxerat obliuio, nihilominus delẽtur. Aquæ quibus diluitur iniquitas, dona sunt sancti spiritus: quæ quasi torrens de supernis veniẽtia, sicut electorum corda vt germinent irrigant, ita etiam ab omni inquinamento carnis & spiritus emundãt. De hoc quippe torrente scriptum est: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Psalm.45. dei. Et à peccato meo munda me.) Inquinauit me facinorum colluuies, polluit peccati contagium, sed ad fontem confugio misericordiarum. Potens es me & ab iniquitate abluere, & à peccato mundare. Iniquè egi innocentem opprimẽs, peccatum feci mihi ipsi non parcens. Sciebat enim propheta quia quicunque molitur lædere alium, prius proprio iaculo percutit semetipsum. Quid crudelius quàm semetipsum occidere? Si os mentientis occidit animam, quanto magis gladius ferientis extinguit vitam? Vnde scriptum est: Miserere ani- Eccli.30. mæ tuæ placens deo. Et iterum: Qui sibi nequam est, cui bonus erit?

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.

Quasi diceret: Scio quem inuocem. Iustum inuoco, qui & peccata odio habet, & ista impunita non dimittit. Sicut eius misericordiam expeto, ita etiam iustitiam ipsius attẽdo. Nã sic po- E
stulo misericordiam accipere, vt velim ab eo iustitiam suã auferre. Nolo vt peccatum meum remaneat impunitum. Sic misericordia est vt peccanti ignoscat, sic iustitia est vt peccatum impunitum non transeat. Sed quia peccatum meum egoipse paueo, ideo vt tu me nõ punias tam vehementer exoro. Ideo agnosco, vt tu ignoscas. Ergo miserere mei, laua, munda, quoniam iniquitatem meam ego agnosco. Et peccatum meum contra me est semper.) Non posui super dorsum quod feci, nõ Mat.7. intueor alios oblitus mei. Nõ affecto de oculo fratris festucam & Luc.6. eiicere, & trabẽ quæ in oculo meo est, non considerare. Peccatum meum contra me est semper.) Quicunque misericordiam dei inuenire desiderat, necesse est vt iam grauiter peccata agnoscat, puniat culpas fletibus, faciem domini in cõfessione præueniat, ponat ante cordis oculos & culpas operis, & vltimæ terrorem animaduersionis: pensẽt quàm discretus iudex veniat, qui ideo peccatores sustinet, vt eis conuersis minus inueniat quod condemnet. Ascendat tribunal mentis suæ, cõstituat se ante se, videat fœditatem suam vt corrigat, ne volens tãdem videat & erubescat. Sit sibi iudex incorruptus, torqueat eum timor, erumpat confessio, vt cum propheta possit dicere deo: Iniquitatem meam ego cognosco.)

Tibi soli peccaui & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Homo homini nõ peccat, quia eum aut par aut grauior culpa F
inquinat. Deus solus iustè peccata vlciscitur, quia ipse sol⁹ est in quo nõ potest inueniri quod puniatur. Quia ergo sol⁹ deus parcit, solus iustè iudicat, ipsum solũ offendit qui peccat. Quo enim se quisq; peccando dissimilẽ deo facit, eo tremẽdã superni iudicis maiestatẽ offendit. Clamet ergo ad deũ peccator, clamet iniquitatũ suarũ conscius, clamet medullis cordis, & dicat:

Tibi soli peccaui.) Quia tu solus es sine peccato. Et malũ corã te feci.) Ab aliis quidẽ peccatũ meum ignorari potuit, te autẽ latere nequiuit. Penetrabilior enim omni gladio ancipiti penetras vsque ad diuisionẽ animæ & spiritus, artuũ quoq; & medullarũ, & discretor es cogitationum cordis. Nulla creatura in cõspectu tuo est inuisibilis, quia omnia nuda & aperta sunt oculis tuis. Intantum es sine peccato, vt etiã Iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.) Scribit Apostolus di- Roma.3. cens: Est autem deus verax, omnis autem homo mendax: sicut scriptum est: Iustificeris in sermonibus tuis. Si deus verax est, necessariò in verbis suis iustus est. Nam si in sermonibus suis falsa veris insereret, iustus omnino non esset. Sed absit à fidelium cordibus, vt esse in deo mendacium putemus. Fidelis e- Psal.144. nim est in omnibus verbis suis, & sanct⁹ in omnibus operibus suis, sicut ipse etiam ait: Cœlum & terra transibunt, verba au- Mat.24. tem mea non transibũt. Deũ ergo veritas iustificat, hominem

Universidad de Deusto
Biblioteca

G verò mendacium condemnat. Sequitur: Et vincas cũ iudicaris.) Præuidebat propheta deum in carne venturũ, qui humano cõdemnandus esset iudicio, vt æternæ mortis homo careret tormẽto, ideoque ait: Et vincas cum iudicaris.) Quasi diceret: Omnes qui iudicati sunt, etiam si multũ fuerint in virtute prouecti, non omnino iniustè subierunt iudicium, quia antequam iudicarẽtur, aliquo modo commiserunt peccatum. Tu verò cùm mortis iniustè sententiam acceperis, quia solus homo inter homines ab omnibus peccatis es immunis, vincis ergo omnes iudicatos, cùm iudicaris vel tu deus pater in filio, vèl tu deus verbum in homine assumpto. Quod tamen intelligi & aliter potest, quasi dicat: Ideo vt miserearis precor, vt laues, vt mũdes: vt iustificeris in sermonibus tuis, id est, verax appareas in promissis. Promisisti enim iustis regnũ æternum, & virtutum amatoribus vitæ æternæ brauium præparasti. Sed nisi me & alios iustifices, non poteris inuenire quos damnes. Iustifica ergo me, vt tu iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Iudicant te, qui negant post lapsum reparationem fieri, & remissionem peccatorum nemini dandam astruunt. Quos, si mihi peccatum remiseris, velut fabricatores mendacij & peruersorum dogmatum cultores superabis. Vel iustifica me, vt iustificeris in sermonibus tuis. Promisisti enim quòd de stirpe mea carnem sis assumpturus: sed si me de tanto
H non emundes scelere, de cuius semine carnem assumas videor
Psal.131. indignus. Tu enim es qui dixisti: De fructu vẽtris tui ponam super sedem tuam. Laua me ab iniquitate, ne sim fraudatus à promissione. Et vincas cùm iudicaris.) Iudicatus dominus vicit, quia vnde in passione succubuit, inde maiorẽ sui gloriam refurgẽdo manifestauit. Iudicatus vicit, quia quorum ad tempus iudicium moriendo subiit, eos iusto iudicio condemnatos æterna morte mulctauit.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

Opus est domine vt miserearis, quia ab ineunte vitæ primordio, in peccati foueam incidi, & concupiscentiæ carnalis sordibus inquinata natiuitatis meæ initia cõtraxi. Non in me illa quam nouiter admisi, sola viget iniquitas, habeo in me etiã ex veteri quod ignoscas. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum.) Non ideo homines in peccatis concipiuntur, quia pec-
Matrimonium dicitur castum. catum sit coniugibus commiscere: hoc enim opus castum non habet culpam in coniuge, quia nuptiale fœdus non exorbitat à fide. Deus enim copulam maritalem instituit, quãdo masculum & fœminam in principio creauit. Qui quidem sine peccato filios ederent, si in paradiso positi, in conditoris obedientia perstitissent. Sed quia à statu rectitudinis primus homo peccando corruit, peccati pœnam ad filios misit. Carnalis enim delectatio pœna peccati est, quæ ex radice peccati ita contrahitur, vt nullus absque illa in mundo generetur. Sed sicut in
1.Corin.15. I Adam omnes moriũtur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Confiteatur ergo pœnitens de culpa quod meruit, vt consequi valeat de venia quod cupit.

Ecce enim veritatem dilexisti, incerta & occulta sapiẽtiæ tuæ manifestasti mihi.

Ideo vias meas à principio arguo, peccata mea ego ipse condemno, quia veritatem dilexisti. Veritatẽ deus diligit, quia sine vltione delictum nõ deserit. Aut enim hoc homo in se puniens persequitur, aut postmodum deus districto examine vlciscitur. Siue ergo sit magna siue parua iniquitas, nisi puniatur
Peccata nisi hic puniãtur, in alio seculo seuerissimã sentient peccatores vltionem. ab homine pœnitente, punietur à deo iudicante: sicut per quẽdam sapientem dicitur: Sciens quia non parceres delinquenti. Delinquenti non parcitur, quia sine vindicta peccatum nõ relaxatur. Veritatem itaque deus diligit, quia iustum iudicium non prætermittit: Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.) Qui non est securus de munere veniæ, nõ est vehemens in executione vindictæ. Et quidem ante aduentum Christi incertum fuit, si grauiter lapsi possent habere veniam, & peccatorum remissio complures latuit, sed Dauid qui redẽptorem mũdi vt peccata tolleret, futurum præuiderat, de peccatorum indulgentia non dubitabat. Non ignorabat opus sapientiæ dei à seculis absconditum, ante omnia tempora dispositum, exhibitum in finem seculorum. Nanque sapientia filius dei est, de quo scriptum est: Christum dei virtutem, & dei sa- K
1.Cor.1. pientiam. Ipse est per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Ipse est de quo propheta dicit: Omnia in sapiẽ-
Ioan.1. tia fecisti. Dignum autem fuerat vt per eũ fieret remissio, per
Psal.103. quem facta fuerat creatio: & ipse esset largitor gratiæ, qui fuerat omnibus auctor naturæ. Quam remissionem sicut in tempore gratiæ confitentibus tribuit, ita ante aduentum suũ eum expectantibus prærogauit. Hæc sunt incerta & occulta diuinę dispositionis consilia, omnibus gentibus per dei sapiẽtiam vltimis temporibus reuelata. Quæ quia Dauid per spiritum cognouerat, de dei confidenter misericordia præsumebat. An nõ Niniuitis incerta erant, qui pœnitentiam agentes, super prędicatione Ionæ hæsitando dicebant: Quis scit si conuertatur &
Ionæ.3. ignoscat deus?

Asperges me domine hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.

Hyssopus est herba humilis, saxo quidem adhærens, & parum
Hyssopus est herba, Christi humilitatẽ significans. vtilitatis in seipsa sui facie ostendens, quæ tamen pulmonis inflationem deprimit, & virtutis suæ acrimoniam si conteratur ostendit. Quid ergo per hyssopum, nisi Christi humilitas designatur? Ipsa est enim quæ omnem in nobis reprimit contumaciam, sicut herba illa pulmoni inflato adhibet medicinam. Quis etenim iã dedignetur in mundo se pro deo abiicere, cùm L
audiat dei filium opprobria & derisiones subiisse? Quis supplicium pro deo perpeti arbitretur dedecus, cùm ipse rex regum & dominus dominantium morte turpissima propter nos sit condemnatus? præsertim cùm ipse sit nobis positus forma iustitiæ, cuius & audire imperia, & sequi debeamus exẽpla: sicut
Matt.11. ipse in Euangelio ait: *Discite à me, quia mitis sum & humilis* corde. Iuxta legis quoque testimonium, inquinatos mũdabat
Vacca humanitatem Christi significat. ciusdem herbæ fasciculus, vaccæ rufæ cruore intinctus. Quid autem per vaccam, nisi ad sacrificium assumpta incarnationis dominicæ infirmitas designatur? Sicut enim per masculinum sexum solet fortitudo intelligi, sic & per fœmininum potest infirmitas designari: & de eo scriptum est: Quia etsi mortuus
2.Corin.13. est ex infirmitate, sed viuit ex virtute dei: Ipse est enim summus pontifex noster, qui in ara crucis pro totius mundi sanitate, sui corporis hostiam obtulit. Pontifex videlicet futurorum bonorum, qui per proprium sanguinem in sancta æterna redemptione inuenta semel intrauit. Hęc autem vacca rufa dicitur vt in ea sanguinis Christi rubor euidenter demõstretur.
Cant.5. De quo in canticis canticorum sponsa loquitur dicens: Dilectus meus candidus, & rubicundus. Candidus nimirum ex diuinitatis specie, rubicundus ex passionis cruore. Hoc itaque hyssopo ille solummodo aspergitur, qui vias dominicæ pas-
Hebr.9. sionis imitatur. Sanctificatur verò aspersus, sicut per Paulum dicitur: Si enim sanguis taurorum & vitulorum & cinis vitulæ aspersos inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quãto magis sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetip- M
sum obtulit immaculatum deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum deo viuenti? Sequitur: Lauabis me, & super niuem dealbabor.) Quemadmodum corpus aqua lauat à squaloribus sordium, ita gratia sancti spiritus animam purgat à maculis peccatorum. Quod verò ait: Et super niuem dealbabor.) Ostendit quia nulla pulchritudo quæ inest corpori, valet decori sanctæ animę cõparari. Quid nanque in corporibus niue candidius? Et tamen
Mat.13. qui vias passionis Christi sequitur, super niuem dealbatur. De sanctis etenim scriptum est: Iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Quis verò ignoret solem niue cãdidiorem? Præterea candor niuis citò præterit, decor autem sanctorũ inęternum manebit.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata.

Tunc quidem verum & inæstimabile gaudium habituri sunt sancti, cùm impiis æterna morte mulctatis, & in horrendam
Matt. perpetui cruciatus voraginem per extremæ damnationis sententiam missis, audituri sunt: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. In eo autem quod ait, gaudium & lætitiam, duplicem sanctorum venerationem intellige, qui visione claritatis in illa die,

quantum

A quantum cogitare non possumus illustrati, sicut animarum cernuntur beatitudine, ita etiam corporis vestientur incorruptione. De ipsis enim scriptū est: In terra sua duplicia possidebunt. Sancti etenim viri mundi gloriam mentis despectu calcantes, omnes in se carnales voluptates mortificant, vt in deo posthumodum perenniter viuant. Qui quoniam mundi miserias pro deo pati minimè refugiunt, beatitudinis æternæ retributionem acquirunt. Quæ nimirum beatitudo, & animabus eorum ante resurrectionem tribuitur, & corporibus nihilominus post iudicium conferetur, sicut in Apocalypsi Ioannes Apostolus scribit, dicens: Vidi sub altari dei animas interfectorum propter verbum dei, & testimoniū quod habebant, & clamabant voce magna, dicentes: Vsquequo domine sanctus & verus nō vindicas sanguinem nostrum, de his qui sunt in terra? Et datę sunt ei singulæ stolæ albæ, & dictum est illis, vt requiescerent tēpus adhuc modicum, donec impleatur numerus conseruorum & fratrum ipsorum, qui interficiēdi sunt sicut & illi. Quid nanque est singulas illis stolas albas tribuere, nisi animabus eorum beatitudinis æternæ immortalitatē conferre? Quid verò est donec electorum numerus impleatur requiescere, nisi futuræ resurrectionis gloriam expectare? In qua nimirum iterum singulas stolas albas accipient, quia immortalia & incorruptibilia corporum suorum vestimenta resumēt.

B Quia ergo sancti viri ad æternæ fœlicitatis prēmia, non solum anima, sed etiam corpore post iudicium transeunt, rectè de eis dicitur, quia in terra sua duplicia possidebunt. Huius incremēta fœlicitatis. Propheta intuens, ait: Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata.) Animarū nostrarum ossa virtutes sunt, quæ nimirum in hac vita humiliantur, quia assiduis tentationum impugnationibus indesinenter turbantur. Tentatio enim est vita hominis super terram. In æterna autem vita, non solum inuictæ potestatis accipient for titudinem, sed etiam nullam vitiorum aduersantium sentient impugnationem.

Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

Quia peccata sua semper habet præ oculis, meritò rogat, vt deus faciem suam auertat ab ipsis. Superius nempe propheta dixerat: Peccatum meum contra me est semper. Qui ergo peccatum suum semper videbat, continuum pro eo dolorem in corde gestabat. Et ideo oculos ab eius peccato deus auertit, quia ipse illud sine cessatione animaduertit. Non enim Deus eorum peccata vlciscitur, qui in occulto cordis de prauorum operum memoria affliguntur. Qui nimirum ad hoc semetipsos iudicant, vt terribile omnipotentis iudicium euadant, iuxta illud Apostoli: Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtiq; iudicaremur. At contrà reprobi, quia ea quæ commiserunt, ne-

C quaquam conspiciunt, actus suos à conspectu iudicis non abscondunt. Et quanto magis errores suos ipsi considerare refugiunt, tanto magis eos conspectui diuinę maiestatis opponūt. Delinquentium autem mala deus videt, non vt approbet, sed vt condemnet: non vt foueat, sed vt puniat: non vt semper patiatur, sed vt in iudicio vlciscatur. Denique oculi domini super faciētes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Grauis vltio, non solum de terra mala facientes expellere, sed etiā omnem penitus memoriam eorum abolere. Consideremus ergo mala quæ fecimus, & ea ante mentis oculos sine intermissione ponamus, ne cum ante iudicis illius conspectum venerimus, tunc primùm quicquid gesserimus, nolentes videamus. Impœnitenti enim deus terribiliter minatur, dicens: Existimasti inique quòd ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam. Similis tui essem, si peccatum tuum impunitum dimitterem. Tu enim illud non solū non vis punire, sed & post tergum proiicis, ne possis videre. Ego autē qui illud video, quid faciam? nunquid impunitum dimittam? Iudex sum & iustus, iudex sum & vltor iniquitatum. Quomodo ergo iniustè iudicabo? quomodo veritatem mendacio mutabo? Tacui, nunquid semper tacebo? Tacui, quia misericordiam prærogaui. Iniquitatem tuam dissimulaui, tempus pœnitentiæ indulsi. Sed nunquid semper tacebo, imò arguam te, & statuam contra faciem tuam. Arguam quidem te de mendacio, quando cordium cōsilia manifestabo. A peccatis tuis auertis oculos tuos, & quādā tibi vanæ spei securitatem promittis. Et quia ipse te nō vides, quòd nec ego te videam suspicaris. Putas quòd te nō videam fornicantem, quem video adulterium cogitantē? Ex hoc itaq; te arguam, & statuam contra faciem tuam. Si non vis hic attendere faciem tuam, faciam vt agnoscas miseriam tuam. Et omnes iniquitates, &c.) Per Prophetam domin⁹ dicit: Ego sum qui deleo iniquitates tuas, & memor non ero. Tu autem memor esto, & iudicemur. Audi qua conditione iniquitatū tuarū se esse immemorem dicat, videlicet si tu memor fueris. Caue ergo ne vnquā quod deliquisti, à memoria tibi excidat: aut aliqua obliuione peccata tua obliteres: ne si carnaliū voluptatū illecebris captus, iniquitatum tuarum memor non fueris, dicat tibi in tēpore necessitatis: Proiecisti sermones meos retrorsū.

Esa. 43.

Psalm. 39.

Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

In Euangelio scriptum est: Beati mundo corde. Si illum qui ab omni peccato mundus est, in cordis nostri hospitio habere volumus, oportet primò vt illud ab omni vitiorum sorde purgemus. Emundemus ergo interiora mentis nostræ, & diligenter peccatorum nostrorum secreta scrutemur, ne ex affectu nostro peccati delectatio pullulet, ne turpe desideriū cor in occulto titillet, ne passionum ex eo contentiones prodeāt, ne peruersarum cogitationum dispensationes aliquando erūpant. Templum enim dei non potest esse pollutum, quia scriptum est: Templum dei sanctum est, quod estis vos. Verum quis gloriabitur mundum se habere cor, aut immunem esse se à peccato? Si propheta pollutum labiis se esse asserit, cuius os Seraphin carbone quem susceperat de altari purgauit: quid dicturi sumus nos, quos luxuria inquinat, inuidia angustat, ambitio præcipitat, superbia exaltat? Non est enim virtutis humanæ ita ab illicitis motibus mundare animum, vt perstrepentiū voces nō sentiat cogitationum. Sed quia deo nihil est impossibile, clamemus ad deum tota virtute: Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.) Vide ordinem, primò cor mundum, deinde spiritum rectū propheta à deo requirit. Prius enim abrenunciandum est tibi omni peccato, & omnis à corde vitiorum fœditas eliminanda, vt omne quod agitur aut dicitur, eò purum in conspectu dei ac lucidum appareat, quo ex bonæ intentionis origine quasi de puro quodammodo fonte manat. Quomodo enim poterit esse perspicuum, quod in ipsa origine fuerit vitiatum? Scriptū est enim. Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala. Omnibus igitur carnalibus desideriis à corde exclusis, pete à deo vt spiritum rectum renouet, ne forte spiritus ille immundus inueniens domum de qua exiuit vacantem, assumptis aliis septem nequioribus se, cū

F eis ibi habitet, & fiant nouissima tua peiora prioribus. Hæc est autem spiritus recti innouatio, vt omnem mundi gloriā mente despicias, mentem medullitus in conditoris tui amore infigas, illatis contumeliis patientiam custodias, & custodita patientia dolorem à corde repellas, omnibus te per humilitatem inferiorem deputes, de morte inimici nullatenus exultes, aliena non ambias, propria egentibus distribuas, amicum in deo, & inimicum propter deum diligas, in afflictione proximi teipsum per compassionem affligas. Hæc quidem est illa spiritus innouatio quam persuadet Apostolus dicens: Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem qui secundum deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Et iterum: Si qua igitur in Christo noua creatura, vetera transierunt, & ecce facta sunt noua. Ad veterem quippe hominem pertinet, mundi huius gloriam concupiscere, animum à deo auertere, patientiam non seruare, opportunitatem vindictæ exquirere, melioribus quibusque despectis superbire, aliena diripere propria retinere, nullum propter deum diligere, de inimici morte gaudere. Hæc autem omnia ille respuit qui deum induit, quique in nouitate vitæ ambulare contendit.

Matth. 12.

Spiritum innouare quid est.

Ephe. 4.

Homo vetus quid sit.

Ne proiicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

A facie dei proiicitur, cui spes veniæ post peccatum negatur. Qui enim peccauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro. Quis est autem qui peccat

G cat in ſpiritum ſanctum, niſi qui non credit remiſsionem peccatorum? Remiſsio enim peccatorum, opus ſpiritus ſancti eſt. Nam & de baptiſmo Chriſti, in quo remiſsio peccatorum dãda erat, dixit Ioannes. Ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igne. Vnde etiam ſuper baptizatum dominum in columbæ ſpecie ſpiritus ſanctus deſcendit, vt ex hoc apertè oſtenderet, quia ſpiritalis gratia per lauachrum baptiſmatis credẽtiũ corda mundaret. An non in ſpiritum ſanctũ Cain peccauit, quando dixit: Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear? Et quia de venia deſperauit, ideo dixit: Ecce eiicis me à facie tua. De quo & poſtea ſubditur, quòd egreſſus ſit à facie domini. Vides quemadmodum ille qui in deſperationis foueam labitur, à facie dei proiiciatur: Et ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.) Attẽde qualiter poſtulat, ne ſpem veniæ poſt peccatum amittat. Vbi ſpiritus ſancti præſentia eſt, ibi deſperatio eſſe non poteſt. Fides enim in ſpiritu datur, ſicut Apoſtolus ait: Denique ipſe poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Et nemo in ſpiritu dei loquẽs dicit anathema Ieſu. Nam in eo clamamus abba pater, quia ſcriptum eſt: Veri adoratores, adorabunt patrem in ſpiritu & veritate.

Ioan. 1.
Cain peccauit in ſpiritũ ſanctũ.
Gene. 4.
Roma. 8.
1. Cor. 12.
Roma. 8.
Ioan. 4.

H Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.

Lætabatur propheta de aduentu filij dei antequam peccaret, & certus quòd de ſuo naſciturus erat ſemine, antequam laberetur gaudebat. Sed poſtquam vxoris Vriæ amore deceptus modum in peccando nõ habuit, ne ſibi deus hoc offenſus ſubtraheret quod antea placatus promiſerat, formidauit. Ideoque ait: Redde mihi lętitiam ſalutaris tui.) Salutaris quis eſt, niſi dei hominumq; mediator? De quo iſte idem propheta in perſona dei patris dixerat: Propter miſeriam inopum, & gemitũ pauperum nunc exurgam dicit dominus. Ponam in ſalutari, ſi ducialiter agam in eo. Exurgere enim dicitur deus pater, cum filium mittit: qui quaſi iacere viſus eſt, cùm ſeruos miſit. Illi enim neminem ſaluare potuerũt: ſed filius hominis venit quærere, & ſaluum facere quod perierat. Ideoque perfectam & manentem ſaluationem in eo ſe poſiturum aſtruit, & in eo fiducialiter ſe dicit agere, quem conſtat nihil omnino peccati habuiſſe. Qui enim grauium ſibi conſcius eſt delictorum, non poteſt fiducialiter agere: quia poterit eum vel ille quem corripit reprehendere, vel conſcientia propria remordere. Redemptor verò noſter eò liberè loqui potuit, quo nunquam peccati maculam ex natiuitate, vel etiam ex operatione contraxit.

Salutaris eſt mediator Dei & hominum.
Pſalm. 11.

I Vnde turbis Iudæorum & principibus ſacerdotum inuidentibus & detrahentibus ipſe dicebat: Quis ex vobis arguet me de peccato? Fiducialiter ergo agebat, quem in nullo conſcientia accuſabat. Nam & de eo ſcriptum eſt, quòd erat docens tanquam poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ & Phariſæi. Huius ergo ſalutaris ſibi reddi lętitiam Dauid poſtulat, in quo omnis ante aduentum ipſius electus ſperabat: Et ſpiritu principali confirma me.) Solet quibuſdam contingere, vt dum ſe purgatos per ſatisfactionem reputant, ab internæ mentis cuſtodia animũ reſoluant. Qui quidem ipſa ſua elatione depreſſi, eò deterius corruunt, quo ſibi de indulgentia blandientes, vanæ ſpei ſecuritatem promittũt. Inde eſt quod propheta exorat dicens: Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum. Non dicit lætetur, vt ſecurum ſit: ſed lætetur vt timeat. Ac ſi apertè dicat: Ita me correctum facito gaudere de venia, vt tamen nũquam deſinam eſſe ſuſpectus de culpa. Sic & in hoc loco poſtquam ſibi reddi ſalutaris dei lętitiam petiit, ne ſibi dimiſſus ad deteriora prorueret, illicò adiunxit: Et ſpiritu principali confirma me.) Sciebat enim qa infirma eſt omnis anima, niſi ſancti ſpiritus fuerit virtute firmata. Nam & de apoſtolis dictum eſt: Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Quid enim cœlorum nomine, niſi ſancti Apoſtoli deſignantur? Qui nimirum verborum imbribus terram cordis noſtri inebriant, venturi iudicij minis & terroribus intonant, miraculorum ſignis, & operum ſanctitate coruſcant. Denique ipſi ſunt qui enarrant gloriam Dei. Quibus profectò tunc ſpiritus virtutem tribuit, cùm in igneis linguis apparens, in cordibus eorum diuini flammas amoris accendit.

Ioan. 8.
Matth. 7.
Pſalm. 85.
Pſalm. 32.
Apoſtoli cœlorum nomine repræſentantur.

Quod quidem apertè cognoſcere poſſumus, ſi quales ante, K
quales poſt aduentum ſancti ſpiritus fuerunt, perpendamus. Qui enim ad paſsionem tendentem magiſtrum fugientes reliquerant, poſtmodum per adiunctam ſancti ſpiritus gratiam roborati, conſtanter & publicè nomen Chriſti prædicabant. Nam vt reliquos prætermittamus, ipſe Apoſtolorum princeps qui mori metuens vitam negauerat, cum facto conuentu cæſis Apoſtolis ſacerdotes & ſcribę ne in nomine Chriſti loquerentur prohiberent, aiebat: Obedire oportet deo magis quàm hominib⁹. Cœlorum igitur virtus de ſpiritu ſancto eſt, quia per infuſam ſancti ſpiritus gratiam facti ſunt in Chriſti confeſsione fortes Apoſtoli, qui prius fuerant ex fragilitate carnis infirmi. Niſi enim promiſſa chariſmatum dona illi dominici gregis paſtores ſuſciperẽt, eorum corda nullo virtutis decore claruiſſent. Hæc nanque virtus ſpiritus ſicut ab omni pœnarum, & mortis timore quos repleuerit efficit liberos, ita ab omni diabolicæ reddit tentationis incurſu ſecuros. Meritò ergo cui ſalutaris dei in remiſsionem peccatorum lætitia redditur, poſtulat vt in vera innocentia ſpiritus principalis virtute confirmetur.

Actor. 5.

Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertẽtur.

Illos diuina clementia à peccatis per remiſsionem efficit liberos, quos præuidet vtilitati Eccleſiæ poſt conuerſionem profuturos. Vnde Ananiæ de Saulo dixit: Vade, quoniam vas electionis mihi eſt iſte, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Iſraël. Magno igitur fructu dimiſſa ſunt illi à deo peccata. Qui enim prius blaſphemus, & perſecutor, ac iniurioſus extitit, poſtmodum plus omnibus laborauit. Propheta ergo qui deleri iniquitates ſuas, & ſpiritu ſancto confirmari à domino poſtulat, quòd nõ ſine fructu hoc ſit futurum, affirmat dicens: Docebo iniquos vias tuas.) Vniuerſæ vię domini miſericordia & veritas. Miſericordia eſt, qua ſine vllis præcedentibus meritis, pœnitentibus veniam tribuit. Veritas, qua poſt gratiam vocationis & veniæ, peccata impœnitẽtium punit. Ille ergo cui peccata dimittũtur, vias dei iniquos docet, cum peccantibus ſi reſipuerint, exemplo ſui ſpem tribuit veniæ: & inconuertibilibus, niſi ad veniam redeant, infert timorem gehennæ: Et impij ad te conuertentur.) O quàm vtilis eſt peccatorum remiſsio, quæ conuerſos non ſolum à peccatis liberos efficit, ſed etiam alios à via impietatis & iniuſtitiæ retrahit, flamma charitatis accendit. Hæc eſt enim charitatis euidens probatio, vt cui per gratiam dei contigerit à peccatorum vinculis eripi, ipſe ex zelo iuſtitiæ ſtudeat ad ſpem veniæ delinquentes hortari. Nullum quippe tam gratum deo eſt ſacrificium, quàm zelus animarum. Exerceat ergo ſe in via dei, M
cui Deus peccata dimiſit, & exemplo ſuo peccatores, quoſque ad pœnitentiæ confugere remedium admoneat. Non ſit arbor infructuoſa, aut ocioſus operarius, ſciens quia non ſolum manè venientibus ad veniam merces promittitur, ſed etiam circa vndecimam horam vocatis vitæ æternæ denarius præbetur.

Paulus raptus eſt electus.
Actor. 9.
Matth. 20.

Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis meæ, & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

Niſi primitus me à peccatis liberaueris, non potero aliis eſſe exemplum conuerſionis. Libera ergo me de ſanguinibus, deſideriis videlicet carnalibus, quæ militant aduerſus animam. Caro enim & ſanguis regnum Dei non poſsidebunt. Deus deus ſalutis meæ. Nota in repetitione nominis, magnum affectum cordis, quaſi dicat: Meritò te vt me ſalues inuoco, quia tu ſolus es auctor ſalutis meæ. Nam domini eſt ſalus. A te ſolo eſt ſalus, quia ab omnibus aliis eſt infirmitas, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Non ſaluatur rex per multam virtutem, & gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ. Denique fallax equus ad ſalutem. Ex quibus verbis colligitur quòd nec ex diuitiis temporalibus, nec ex corporali fortitudine ſalus acquiratur: Et exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.) Iuſtitia Dei, fides eſt, ſicut ſcriptum eſt: Credidit Abraham deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, quia iuſtus ex fide viuit. Si ergo iuſti vita fides eſt, conſequens eſt eandem fidem eſſe iuſtitiam, ſine qua quiſque eſſe iuſtus non poteſt. Hanc itaque dei iuſtitiam ille cum exultatione enunciat, qui

1. Pet. 2.
1. Cor. 15.
Eccleſ. 12.
Pſalm. 32.
Gene. 15.
Fides cauſa iuſtitiæ eſt.
non poteſt.

mundi

A mundi huius copiam, nec cupiens, nec inopiam metuens, omnem hæreticam prauitatem impugnat'. Vel iustitia dei est, q̃ non vult mortem peccatoris. Homini nempe iustum videtur, vt suam vlciscatur iniuriam. Dei vero iustitia est confitenti relaxare offensam.

Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.

Non aliter iustitiam tuam proferre potero, nisi tu labia mea aperias. Tu es enim qui ora superborum obstruis, & linguas infantium diserras facis. Hactenus os meũ ego ipse aperui, & ideo ex vaniloquio peccatũ cõtraxi. Nunc verò vt tu aperias desidero, quia nihil nisi quod suggesseris, loqui concupisco. Illius labia deus aperit, qui non solum quid loquitur, sed etiam quando & vbi, & cui loquatur attendit. Sapientia nanque dei
Isaiæ. 50. dicit: Dominus dedit mihi linguam eruditam, quando scilicet oporteat sermonem dicere: Meritò ergo sapiens est, quia accepit à domino quo tempore sibi loquendum sit. Vnde non
Eccli. 20. inconuenienter ait scriptura: Homo sapiens tacebit vsque ad
Eccli. 18. tempus. Hinc rursum scriptum est: Ori tuo fac ostium & vectem, & in verbis tuis iugum & stateram. Et fortasse hoc ostium sibi Propheta postulabat à domino, cùm dicebat:
Psalm. 140 Pone domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labiis meis. Debemus enim os nostrum claudere, & diligentius obseruare*, ne quis in iracundiam excitet vocem nostram, & con
**Obseruo.*
B tumeliam rependamus contumeliæ. Iugum etiam in verbis nostris esse, & statera præcipitur, vt omne quod loquimur, & humilitate condiatur, & mensura ponderetur. Proferamus ergo sermones examinatos libra iustitiæ, vt sit grauitas in sensu, modus in verbis, pondus in sermone. Nec prius loquendo os aperiamus, quàm expediat, sed examinemus verba nostra, si tacendum hoc, si dicendum aduersus hũc, si tempus sit sermonis huius, postremò si à virtute modestiæ non dissentiat. Nihil indecens, nihil inhonestum, nihil inuidum sonãs erumpat. Verum quia ad hæc omnia idonei esse non possumus, nisi hoc à largitore omnis gratiæ percipiamus, exclamandum est nobis cum propheta: Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.) Non est speciosa laus in ore peccatoris. Ideoque propheta indulgẽtiam peccatorum primùm à domino expetit, & postmodum laudem se dei annunciaturũ esse promittit, nobis patenter innuens, quia illi soli laudis Dei possunt sentire dulcedinem, qui peccatorum suorum meruerint percipere remissionem. Vnde scriptum est: Rectos decet
Psalm. 32. collaudatio. Quid autem laudabilius in deo, quàm misericordia? Scriptum nanque est: Confiteantur domino misericordiæ
Psal. 144. Gen. 1. eius, deniq; Miserationes eius super omnia opera eius. Quanuis enim laudabile sit quòd hominem de limo terræ condidit: laudabilius tamen est, quòd perditum proprij filij sui morte
C redemit. Denique illud potestatis est, hoc gratiæ. Et os meũ annunciabit laudem tuam.) Sunt enim plærique qui non ore
Auarus & luxuriosus ore suo deũ nõ laudãt. laudant deum. Nunquam suo laudat ore deum auarus. Nunquam suo ore laudat luxuriosus. Nonne quasi alienum os tibi videtur assumere, dum ea conatur quæ in corde nõ sentit proferre? De quibus profecto scriptum est: Cor eorum longè est à
Ioh. 17. disciplina, propterea non exultabunt: quia nimirum eorũ laus ad omnipotentis dei aures nequaquam extollitur, quorũ cor à
Mat. 15. & Marci. 7. semita iustitiæ per prauæ intentionis studium elongatur. Tales erant illi de quibus dominus dicebat: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me.

Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem vtique, holocaustis non delectaberis.

Sciebat propheta per spiritum, quia illa legalium instituta sa-
Sacrificium deo acceptũ esse ipsũ pure corde laudare. crificiorum, ad inuisibilis essent oblationis intelligentiã transferenda, quia illud verum & acceptabile est sacrificium, quòd aliqs puro corde laudat deũ. Vnde & alio in loco dicit: In me sunt deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi. Et item: Immola deo sacrificium laudis. Et rursum. Sacrificium laudis honorificabit me. Cùm ergo dixisset, os meum annunciabit laudem tuam, illico subiunxit: Quoniam si voluisses, sacrificium
Psalm. 49. dedissem.) Ac si dicat: Laudis tibi offeram sacrificium, sciens quia carnalium nolis obseruãtiam cerimoniarum. Quoniam si voluisses sacrificium dedissem vtique, holocaustis non dele- D
staberis.) Ideo nolo confidere in carnalis ritu sacrificij, quia scio te hircorum & arietum occisione non delectari. Tu es enim qui dixisti: Non accipiam de domo tua vitulos, neque de *Ibidem.*
gregibus tuis hircos.

Sacrificium deo, spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despicies.

Nequaquam verè pœnitentiam agit, qui ex peccatorum suorum recordatione quandam spiritus tribulationem nõ sentit. Quod quidem reprobis familiare est, quia etsi aliquando peccata sua confiteantur, ea tamen districtæ animaduersionis fletibus non persequuntur. Electi vero etiam si minima sint quæ in se punienda inueniunt, zelo rectitudinis contra se erecti, ad pœnitentiæ se lamenta studiosè succendunt. Qui dum sanctæ contẽplationis pennis ad cœlestia se intuenda erigunt, eò subtilius si quid in seipsis vitiosum latebat inueniunt, quo ad diuinæ lucis claritatem vicinius accedunt. Tantoque eis displicet quod infirmum ex carne tolerant, quanto eos delectat quod ex incorruptibilis vitæ suauitate degustant. Vnde fit quòd grauis in seipsos, vel pro ociosis verbis, vel pro vanis cogitationibus inuectione desæuiant, & quę leuia antè crediderant, mox vt grauia & mortifera perhorrescunt. Beneficia sibi diuinitus collata conspiciunt, culpas nihilominus anteactas ad memoriam reducunt. Vitæ huius corruptibilis erumnosas necessita- E
tes enumerant, quanta sit cœlestis gloriæ fœlicitas, in meditatione pertractant. A qua quia per carnis fragilitatem retrahi se sentiunt, validissimi seipsos interius vulnere doloris transfigũt. Dum ergo hæc omnia ante mentis oculos intenta consideratione recolligunt, vehementissimæ tribulationis igne intrinsecus inardescunt. Hæc est illa spiritalis sanctorum tribulatio, quam in cordibus eorum generat pœnitentiæ & desiderij dilati amaritudo. Hanc nimirũ Iob sentiebat, cùm dicebat: Lo- *Iob. 7.*
quar in tribulatione spiritus mei. Electorum etenim linguas tribulatio spiritus commouet, vt reatum praui operis vox cõfessionis impugnet. Cor contritum & humiliatum deus non despicies.) Multi habent cor contritum, qui non habent cor humiliatum. Sunt enim plærique qui etsi peccata sua fletibus puniunt, pauperes tamẽ opprimere potestatis suæ dominatione non cessant. Hi nimirum nequaquam purum sacrificium deo offerunt, quia detestabilis superbię illud admixtione corrumpunt. Vel sicut beatus Hieronymus hunc locum exponit, *Cor contritum, sed nõ humiliatũ quidam habent.*
illi cor conterunt, sed non humiliant, qui peccata quidem quæ commiserunt deflent, sed tamen cadẽ committere etiam post fletus non timent. Dum enim errorum suorum cõsideratione reuocati, ad ea quæ dimiserant redeunt, se contra conditorem suum per opera prauitatis extollunt. Ex superbiæ nanque vitio est timorem Dei contemnere, conditoris præcepta prauæ actionis transgressione calcare, cœlestis vitæ gaudia mansu- F
ra negligere, damnationis perpetuæ infinita supplicia non timere. Illorum ergo sacrificium deus non accipit, qui lachrymis quidem se compunctionis abluunt, sed eisdem à quibus ante mundati esse videntur, peccatorum maculis in idipsum reuertentes sordescunt. De talibus scriptum est: Qui baptiza- *Eccli. 24.*
tur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodest lauatio eius? Ille quippe lauatur à mortuo, qui per pœnitentiam mundatur à peccato. Quem si contigerit eadem quæ punierat iterando peccata committere, nihil contulisse videtur adhibita satisfactionis lauatio, quem maculauit inhonestius iterata faciloris turpitudo. Quia igitur scriptum est: Deus superbis resi- *1. Pet. 5.*
stit, humilibus autem dat gratiã, illos qui superbiendo ad peccata redeunt, diuina iustitia respuit. Illos vero qui continendo & humiliando post tergum non respiciunt, clementia dei nõ despicit, quia scriptum est: Propè est dominus his qui tribula- *Psalm. 33.*
to sunt corde: & humiles spiritu saluabit.

Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hierusalem.

Sion speculatio interpretatur, per quam sancta significatur Ecclesia. Quæ in eminentioribus virtutum, & scientiæ locata vestigiis, & cœlestem patriam à longè prospicit, & irruen- *Sion Ecclesiam significat.*
tes

Gtes ſpiritalium inimicorum cuneos, interiori intuitu deprehẽdit. Cui deus tunc benignè fecit, quando filium ſuum in mundum miſit. Veniens autem filius dei, quam de diabolica poteſtate eripit, ſanctam ſibi Eccleſiam in vnitate ſpiritus conſœderauit. De quo Ioannes ait: Qui habet ſponſam ſponſus eſt. *Ioan. 3.* Quid autem benignius quàm, filium dei ſeruilem formam induere, mortis legibus ſubiacere, proprio ſanguine nos redimere, æternæ vitæ aditum quem culpa obſtruxerat aperire, corpore ſuo nos paſcere, & de tenebrarũ poteſtate erutos, ad cœleſtem gloriam, & ad regnum nos lucis transferre? Quid denique benignius quàm quòd deus tradidit filium, vt redimeret ſeruum? Benignitatem nihilominus dei quotidie ſentit Eccleſia, cùm illam deus claritate ſuę cognitionis illuminat, inter ſeculi turbines fluctuantem ſpiritus ſui virtute confirmat, ſuauitatis intimæ delitiis reficit, atque per eam peccantibus peccata dimittit. Et notandum quòd ait: In bona voluntate tua.) *Perfectum nihil conſequimur ex meritis.* Vt intelligas nihil perfectum haberi poſſe ex meritis, ſed tantum conferri gratuito munere diuinæ miſerationis. Vt ædificẽtur muri Hieruſalem.) Per Hieruſalem, quæ viſio pacis interpretatur, ſancta anima accipitur, quæ futuram ſanctorum pacem mentis intuitu conſpicit, & omnibus in ſe mortificatis hoſtibus, illicitorum motuum impugnationem non ſentit. *Ciuis eſt qui libet Hieruſalem aut Babylonis.* Cuius muri virtutes ſunt. Quos ille nimirum ædificat, qui ex operibus iuſtitiæ & pietatis, ſpiritale conſtruere ędificium nõ ceſſat. Vnuſquiſque autem Hieruſalẽ, aut Babylonis ciuis eſt. Sicut enim per amorem dei ſanctus quiſque Hieruſalem ciuis efficitur, ita per amorem ſeculi, omnis iniquus in Babyloniæ ſtructura operatur. Ad conſtruendum autem huius ſpiritalis Babyloniæ ædificium, peruerſi quiq; illius antiqui Babel imitantur exemplum. Cuius teſte ſancta ſcriptura, ciuitatis auctores, & pro ſaxis lateres, & pro cæmento bitumen habuiſſe leguntur. Per quod intelligitur quòd mundi amatores, carnalis vitæ conſtruunt municipium, quod ad vim ventorum, & impetus fluuij, facili impulſu velociter eſt ſubruendum. Notandum verò eſt, quia illi de quibus agitur, de Oriente veniſſe, & in campo Sennaar habitaſſe perhibẽtur. Cùm enim Chriſtus *Zacha. 6.* verè ſit Oriens, propheta atteſtante qui ait: Ecce vir Oriens nomen eius: de Oriente veniunt, qui à Chriſti conſortio malè viuendo recedunt. Sennaar autem interpretatur excuſſio *Sennaar quid repræſentat.* dentium, ſiue fœtor eorum. In campo ergo Sennaar habitant, qui poſiti non in celſitudine virtutum, ſed in planitie vitiorũ, & detractionum morſibus proximos lacerant, & in ocioſæ vitæ volutabro iacentes, infamiæ ſuæ circũquaque fœtorem exhalant. Quorum dentes tunc omnipotẽs excutit, cùm illorum facta ſimul & verba cõfundit. Vnde per prophetam ſcriptum *Pſalm. 57.* eſt: Dentes peccatorum contriuiſti. Et iterum: Dominus conteret dentes eorum in ore ipſorum, molas leonum confringet dominus. Nam de fœtore eorum per alium prophetam ſcriptum eſt: Computruerunt iumẽta in ſtercore ſuo. Computreſcere, eſt carnales homines in fœtore luxurię vitam finire. Et *Eſa. 3.* Eſaias ait: Et erit pro ſuaui odore fœtor, pro zona funiculus. Quia nimirum hi praui operis fœtorem emittunt, qui abiecto cingulo caſtitatis, funiculum intexunt laſciuię. De quibus *Eſaiæ. 5.* dicitur per prophetam: Vę qui trahit peccata ſicut reſtem longam. Meritò ergo qui in Sennaar habitant, de lateribus ciuitãtem ędificant: quia qui terrenis dediti ſunt, voluptatibus carnis inſeruiunt, de fragili materia mentis mutationem attollũt. Cæterum qui contempta terrenarum opum cupiditate, & carnalis vitæ abdicatis illecebris, per opera ſanctitatis virtutum in ſeipſis ſanctificationem accumulant, hi profectò lateres in lapides mutant. Et neque in arena mundanæ confidentiæ ſpiritalem ſtructuram erigũt, ſed in petra fidei, quæ Chriſtus eſt, atria nulli excidio obnoxia, ad ſimilitudinem euangelicę illius parabolæ conſtituunt. Tales nimirum rectè cum Eſaia poſ- *Eſaiæ. 9.* ſunt dicere: Lateres ceciderunt, ſed quadris lapidibus ædificabimus. Sycomoros ſucciderunt, ſed cedros immutabimus. Lateribus quippe cadentibus, lapidibus quadris ædificat, quicunque carnis laſciuiam diſciplinæ ſtrictioris rigore caſtigat: qui membrorum legem, mentis lege ſuperat: qui corporis fortitudinem ſpiritus virtute commutat. Hinc nanque per pro- *Eſaiæ. 40.* phetam dicitur: Qui confidunt in domino, mutabunt fortitudinem. Qui dum non dixit, accipient: ſed, mutabunt: apertè oſtendit, quia alia eſt fortitudo quæ deponitur, & alia quæ no K
uiter inchoatur. Habent enim ſancti viri ſuam in hac carne poſiti fortitudinem, cùm vel pro fide certantes, tormenta omnia conſtantiæ virtute deſpiciunt, vel tentationes diabolicas armis ſpiritalibus protecti repellunt. De eis nanque per Salo- *Cant. 3.* monem ſcriptum eſt: En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt, ex fortiſsimis Iſraël. Lectulum quippe Salomonis fortes ambiũt, quia intimam noſtri redemptoris requiem, ſancti quique indefeſſa deſiderij ſedulitate contemplantur. Hinc de ſancta Eccleſia electorum dicitur: Fortitudo & de- *Prou. 31.* cor indumentum eius. Qui enim ita ſe in virtutibus decorum exhibet, vt tamen tentationum impugnationibus non repugnet, hic nimirum decore ad tempus induitur, ſed fortitudine nequaquam veſtitur. Quia verò ſancti dei, & ex operibus iuſtitiæ fulgidi, & ex aduerſariorum apparent impugnationibus veſtiti, rectè de eis ſub typo Eccleſiæ dicitur: Fortitudo & decor indumentum eius. Quiſquis ergo infirma carnis fortitudine contempta, in virile ſpiritus robur animum excitat, quaſi lateres in ſaxa quibus muri Hieruſalem ædificentur commutat. Poſſumus quoque per Hieruſalem, illam ſanctam ciuitatẽ accipere, quæ ex viuis lapidibus in cœlis conſtruitur, & ſicut ſponſa ornata viro ſuo à deo paratur. De illa nanque dicit A- *Gala. 4.* poſtolus: Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalẽ, libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Quæ meritò dicitur libera, quia ab omni corruptionis moleſtia inuenit aliena. Nec incõgrue Hieruſalẽ dicitur, quę verã in ſeipſa pacẽ ſine defectu experit. Illa eſt enim L
ciuitas pacis, in quam nullus hoſtis ingreditur, & ex qua nullus ciuis egredit. Ciuitas inquã cuius plateæ auro mũdo ſtruũtur, & in qua cãticũ lætitiæ indefinẽter cantatur. Quæ quidẽ, ſicut *Apoca. 21.* ſcriptum eſt, non eget ſole neq; luna: quia cùm illam deus præſentia ſue claritatis illuminet, impoſsibile eſt vt eam aliqua caliginis obumbratio obſcuret. Deus enim lux eſt, ſicut ait in e- *1. Ioan. 1.* piſtola ſua Ioannes apoſtolus, & tenebræ in eo non ſunt vllæ. Quòd ſi tanta eſt claritas ſolis, vt totam ortu ſuo terram illuminet, quanta æſtimanda eſt dei claritas, qui & ipſum ſolem condidit, & ei ad vtilitatem noſtram hanc quam cernimus luminis venuſtatem infudit? Huius igitur Hieruſalem muri ædificantur cùm fideles ad vitam prædeſtinati, ad perfectionem iuſtitię deducuntur. Figuram autem huius ciuitatis illud Salomonis templum geſtauit, in cuius ædificatione lapidibus extructa, mallei ſonitus auditus non fuit. In ſacris enim ædificiis permanſuri, adhuc foris per flagella tundimur, vt in templo domini poſtmodum ſine aliqua percuſsione diſciplinæ diſponamur, quatenus quicquid in nobis ſuperfluum, aut diſtortũ eſt, modo percuſsio reſecet, & tunc ſola in cœleſti ædificio cõ- M
cordia veritatis liget. Nec mirum ſi templum eadem ciuitas dicatur, quę etiam tabernaculum dicitur, ſicut ſcriptum eſt: Ecce *Apoca. 21.* tabernaculum dei cum hominibus.

Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ oblationes & holocauſta, tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Aedificata cœleſti Hieruſalem, ſacrificium duntaxat iuſtitiæ acceptum erit domino, quia ibi non erit opus offerri ſacrificium pro peccato. In hac enim vita quia in multis quotidie delinquimus, oportet vt contriti cordis & contribulati ſpiritus Deo ſacrificium offeramus. In reſurrectione autem, cùm corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, nec vllus ſanctorum peccare poſtmodum poterit, nec quiſquam ad deum pro peccato orabit. In tantum nanque peccatum delebitur, vt etiam pœna peccati omnino deſtruatur, ſicut ſcriptum eſt: Abſorpta eſt mors *1. Cor. 15.* à victoria. Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors aculeus tuus? Stimulus enim mortis peccatum eſt: Neceſſario ibi peccatum deeſſe conuincitur, vbi mortis aculeus non inuenitur. Non igitur oportet ibi offerri pro peccato ſacrificium, vbi nec in cogitatione admittitur delictum. Sacrificium itaque iuſtitiæ ſancti in æterna vita Deo offerent, quia in ſolo conditoris amore intenti, indefeſſas remuneratori ſuo in lætitia cordis laudes dicent. Vnde ſcriptum eſt: Beati qui habitant *Pſal. 83.* in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabũt te. Et iterum:

Universidad de Deusto
Biblioteca

A rum: Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorũ. Tunc
Psalm.117. electorum suorũ oblationes deus acceptas habebit, quia sanctas eorum meditationes nullius prauitatis admixtio commaculabit. Holocausta nihilominus eorum accipiet: quia totum quod in eis erit, flamma diuinæ charitatis accendet. Et tunc imponent super altare tuum vitulos.) Altare Dei filius est, de
Exod.20. quo ipse dominus ait: Altare de terra facietis mihi. Quid est enim aliud altare de terra facere, nisi de Dei filij incarnatione non dubitare? Ipse est nanque cui in hac vita cordium nostrorum sacrificia imponimus, & in quo cogitationes illicitas ne
Psalm.137. conualescant mactamus. Vnde scriptum est: Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Ad petram quippe paruulos nostros allidimus, cùm oriẽtes motus illicitos imitatio-
1.Cor.10. nis Christi intentione mortificamus. Scriptum est enim: Petra autem erat Christus. Ipse ergo est petra ad quam cogitationes nostras tenemus, ipse altare cuius clementiæ peccatorum
1.Pet.2. victimas imponere præsumimus. Denique peccata nostra ipse portauit. Super ipsum ergo vitulos in æterna vita sancti seipsos imponent, quia per gratiam dei liberati à lege peccati & mortis, quòd nulli iugo legis postmodum erũt subditi, totum
(cõ temi nipsum, nõ filius dei carnem sumpsisset. B attribuent gratiæ filij dei. Nullus enim hominum in cœlum ascenderet, nisi filius Dei pro salute nostra carnem sumpsisset. Vel certè vitulos super altare imponent, cùm deposita primi hominis vetustate, & mortalibus exuti exuuiis, facti vituli, id est, innouati & puri in perpetuum viuent. Quod si, vt premissum est, secundum moralem intelligentiam ædificationẽ Hierusalem accipere volumus, hunc quoque versum eidem intellectui hoc modo conuenienter aptamus. Dictum est Dauid
Psal. 17. regi à domino: Non tu ædificabis mihi domum, quia vir sanguinum es, postea verò filius eius re & nomine pacificus, & sapientiæ gratiam à domino vltra mortales obtinuit, & templũ mirifici operis, sicut liber historiarum attestatur, deo Israël ædificauit. In quo datur intelligi, quia dum cum hostilibus vitiorum cuneis, virtutum oppositione confligimus, domum sapientiæ nequaquam ædificare valemus, vbi verò superatis aduersariorum agminib⁹, & passionum depulsa barbarie, pacem in nobis factam, omnibus mentis imperiis carne iam temperante senserimus, tunc corpus nostrum inuiolabile templum domino construimus, in quo & sacrificium quod ex zelo iustitiæ veritatem prædicantes offerimus, deus accipit, & oblationes sanctarum meditationum, & igne feruentis desiderij ardentium orationum holocausta assumit. Super altare quoque cordium nostrorum ponimus vitulos, si cornua producentes, & vngulas, & hæreticorum sententias vtriusque testamenti auctoritate nouerimus comminuere, & virtutes à vitiis per studium discretionis separare. Per vngulas enim vitulorum, quæ
Vitulorum vngule discretionem frant. C finduntur, discretionem accipimus: per cornua verò, vtriusq; testamenti præcepta notamus. Vel certè cornua producimus, si etiam in his quæ carnis sunt, deo placere studeamus. Cornu nãque cùm de carne sit, carnem superexcedens durescit. Quisquis ergo carnis infirmitate depolita, etiã per carnis obsequiũ opera virtutis effecerit, quasi cornua de carne producit.

Prologus quarti Psalmi pœnitentialis.

ORatio pauperis cùm anxiatus fuerit, & coram domino effuderit precem suam. Quis est iste pauper cuius in hoc Psalmo notatur oratio, nisi ille de quo ait Apo-
Philip.2. Christus quare totius iste pauper. stolus: Qui cum esset diues, pauper pro nobis factus est? Ipse enim vt nos diuitiarum suarum efficeret participes, paupertatis nostræ susceptit necessitates. Exinaniuit nanque semetipsum, formam serui accipiens, in similitudinẽ hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediẽs vsque ad mortem, mortem autem crucis. Sicut autem pauper pro nobis factus est, ita & pro nobis anxiatus est. Denique & pro nobis est morti traditus, & pro nobis in ligno su-
1.Cor.15. spensus. Mortuus est enim, vt ait Apostolus, propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Ex humana autem natura habuit vt anxiaretur, ex qua habuit etiam vt moreretur. Orat ergo caput nostrum in Psalmo hoc, vt illuc reducamur per gratiam, vnde per primi parẽtis cecidimus culpam. Potest etiam hæc oratio cõuenire vnicuique qui paperem se esse intelligit, & suarum miseriam necessitatũ agnoscit, qui fallaces esse diuitias seculi istius considerat, & quàm horrendum sit in manus dei viuentis incidere pẽsat. Qui post tergum reductis oculis cogitat vnde ceciderit, & circunspectis omnibus quæ imminent, quas inuenerit calamitates attendit. Hæc itaque omnia ante mentis oculos omnis pauper congerat, & pauperem Christum pro nobis anxiatum considerans, miseriarum suarum multitudinem attendat. Quanta gloria in Adam fuerit creatus recolligat, & in eis omnibus anxiatus, nõ in oculis hominum, sed coram domino precẽ suam effundat, dicens: D *Oratio vnicuique salutaris.*

Explanatio quarti Psalmi pœnitentialis.

DOmine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat.

In hac oratione quam expositurí sumus, quedam ipsi attribuuntur capiti, quædam nostræ conueniunt infirmitati. Nec mirandum si ea quæ nobis solummodò congruunt, quasi sint sua Christus pronunciat. Vnum quippe corpus est tota sancta vniuersalis Ecclesia, sub Christo Iesu suo videlicet capite constituta. Vnde ait Apostolus: Ipse est caput corporis *Coloss. 1.* Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis. Ipsa est enim quæ per Prophetam iucundatur, & dicit: Nunc exaltauit caput meum, super inimicos meos. Pater enim filium, E *Psalm.36.* qui est caput Ecclesiæ, super inimicos eius exaltauit, cum destructo mortis imperio, in suæ illum maiestatis æqualitate cõstituit, cui & dixit: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos *Psalm.109.* tuos, scabellum pedum tuorum. Christus itaque cum tota sua Ecclesia, siue quę adhuc versatur in terris, siue quę cum eo iam *Christus cũ sua Eccles. e est vera p-sona.* regnat in cœlis, vna persona est. Et sicut est vna anima quæ diuersa corporis membra viuificat, ita totam simul Ecclesiam vnus spiritus sanctus vegetat & illustrat. Sicut nanque Christus, qui est caput Ecclesiæ, de spiritu sancto conceptus est, sic sancta Ecclesia quæ corpus eius est, eodem spiritu sancto repletur vt viuat, eius virtute firmatur, vt in vnius fidei & charitatis compage subsistat. Vnde dicit Apostolus: Ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones subministratum, & constructum crescit in augmentũ dei. Istud est corpus extra quod non viuificat spiritus. Vnde dicit beatus Augustinus: Si vis viuere de spiritu Christi, esto in corpore Christi. De hoc spiritu non viuit hæreticus, non viuit schismaticus, non viuit excommunicatus: nõ enim sunt de corpore. Ecclesia autem spiritum viuificãtem habet, quia capiti suo Christo inseparabiliter ad-
hæret. Scriptum est enim: Qui adhæret domino, vnus spiritus *1.Cor. 6.* est cum eo. Pro membris itaque orat caput in hoc Psalmo, vt corporis sui orationem deus pater exaudiat, & vt eius clamor ad diuinę maiestatis aures ascendat. Quotidie enim orat Christus pro Ecclesia, de quo testatur Apostolus Paulus: Quia se- F
dens ad dexteram patris interpellat pro nobis. *Coloss. 3.* Denique & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Potest autem hęc oratio vnicuique conuenire fideli, qui à deo postulat in bono perseuerantiam, & tam sancti desiderij quàm etiam irremissæ operationis emittit clamorem. Clamor autem aliquando in bona, aliquando in mala significatione accipitur. Clamat enim *Clamor est & bonus & malus.* iustus cùm operatur iustitiam ex desiderio. Clamat & impius cùm peccatum adiungit peccato. Clamabat Moyses cùm populum de Aegyptiaca seruitute liberatum, ad terram promissionis per desertum deduceret. Clamabat & populus Gomorrhæus, cùm ex frequentissima peccati perpetratione deum ad iracũdiam prouocaret. Denique & Moysi tacenti dictum est *Exo. 14.* à domino: Quid clamas ad me? Et de illis ait dominꝰ: Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum ascendit ad me. Vnde quidam nos admonet dicens: Auferatur clamor de medio vestrꝝ. Hic autem pro irremissa operatione clamor accipitur, cum dicitur: Clamor meus ad te veniat:) Notandum verò est quòd cùm præmisisset, exaudi orationem meam, statim adiecit:

Et clamor meus ad te veniat.) Illi enim à domino exaudiri merentur, qui diuini zelo amoris accensi, omnia quæ possunt bona operantur. Nam qui peruersis actionibus assuetus, operibus iniquitatis inuigilat, nequaquam dignus est exauditione cum orat. Hinc nãque per semetipsam veritas ait: Non omnis *Matth. 7.* qui

G qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorum. Si volumus igitur vt ad aures dei nostra perueniat oratio, studeamus necesse est, vt ab omni admixtione prauitatis nostra mundetur operatio, vt possimus Deo cum propheta dicere. Clamor meus ad te veniat.)

Non auertas faciem tuam à me, in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

Dominꝰ in suos iratus quid facit.

Ad similitudinem dominorum dictum est, qui cùm pro alicuius suorum culpa grauiter offenduntur, solent eum à conspectu suo expellere, & à familiarium assistentium collegio separare à supplicante faciem auertere, roganti veniam denegare.

Misericordia Dei est benignissima.

Deus verò licet cùm superbiẽdo ab eo auertimur, à nobis per iustitiam auertatur, tamen cùm humiliati ad eum cõuertimur, ad nos per misericordiam conuerti non dedignatur. Ipse est enim qui dicit: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Et iterum: Si impius egerit pœnitentiam de omnibus peccatis suis quæ operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est, & non recordabor, in iustitia sua quam operatus est viuet. Ecce patet nobis sinus misericordiæ Dei. Quare misericordiam dei à nobis excludimus? quare vocationẽ eius audire dissimulamus? Non enim solum à conuersis non auertitur, sed etiam auersos vt conuertantur hortatur. Hinc est enim quod per Prophetam dicit: Si dimiserit vir vxorem suam, & illa recedens duxerit virum alium, nunquid reuertetur ad eam vltra? Nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus tuis multis, tamen reuertere ad me, dicit dominus. Mulieris derelictæ & fornicantis similitudinem adducit, vt eius cognoscamus pietatẽ, & sciamus cò nos illum grauius offendere, quo non cessat nos etiam post delictum vocare. Hæc autem vocationis dei clementia à parte exprimitur, cùm homini auerso per alium prophetam dicitur: Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuũ, & aures tuæ audient vocem post tergum monentis. Ille enim coram positus verba dei percipit, qui antequam peccatum perficiat, voluntatis eius præcepta cognoscit. Quasi enim adhuc ante faciẽ eius stare est, necdum eum peccando contemnere. Cæterum si abiecto timore Dei iniquitatem operari cœperit, quasi tergũ in faciem eius mittit. Sed & post tergum subsequens deus abscedẽtem admonet, quia etiam nequitia perpetrata ad se eum reuerti persuadet. Audiamus ergo vocem post tergum monẽtis, & ad inuitantem nos deum, saltẽ, post peccata reuertamur, vt si iustitiam vindicantis formidare negligimus, saltem vocãtis & miserentis pietatem erubescamus. In quacunque die tribulor inclina, &c.) Ecce iam caput nostrum sedet à dextris dei, & tamen se dicit tribulari. Vbi ergo tribulatur, nisi in corpore? Nam quòd in corpore tribuletur, manifestè ostẽdit cum Saulo persecutori dixit: Saule Saule quid me persequeris? Et Petro ait: Venio Romam iterum crucifigi. Qui enim in seipso iam pridem crucifixus fuerat, in Petro iterum se crucifigendum dicebat: Quanuis sit in electorum cordibus etiam alia tribulatio quam in eis generat continua pœnitentiæ amaritudo. Qui enim mala quæ commisit, ante mentis oculos congerens, pro singulis quibuscunque compungitur, in arcano cordis magna & amara doloris, & metus anxietate contribulatur. Solẽt nanque electi viri ad ea quorum sibi sunt conscij peccata, mẽtis intuitum reducere, & modis eorum cauta singulatim consideratione perspectis, singula queq; deflere, vt hoc modo cordis sui præparent habitaculum, dum per vnumquodque erroris sui deplorant excessum. Hinc nanque Hieremias ait: Diuisiones aquarum deduxit oculus meus. Diuisas quippe aquas ex oculis deducere, est dispertitas lachrymas vnicuique peccato tribuere, & iniquitatis gaudia satisfactionis doloribus compensare, quatenus dum nunc huius, nunc illius delicti memoria mens acrius tangitur, simul de omnibus singulis commota purgetur. Quod verò ait: Inclina ad me aurem tuam.) Tale est, quasi dicat: Aeger sum, non possum me erigere ad te, quia non est hominis dirigere viam suam. Sed tu more fidelis medici, inclina ad me aurem tuam. Inclina aurem, quia non erigo ceruicem. Scio enim quia si me erexero, longius discedis: si humiliauero, propius accedis. Sicut enim humiliato appropinquas, ita te ab elato elongas. Ideo ergo tribulor, vt ad me inclines aurem tuam. K

Esaiæ. 30.

Act. 8.

Consuetudo bona viri electi.

Thre. 1.

In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me.

Non iam terrenus terrena desidero, sed à prima captiuitate liberatus, cœlestia concupisco. Exaudi ergo me orantẽ non pro diuitiis seculi, non pro gloria temporali, non pro fœcunditate pignorum, non pro morte inimicorum. Velociter autem exaudi, vt in me adimpleas quod dixisti: Adhuc loquente te, dicam ecce assum. Multi vocant deum, sed non inuocant, quia labiis tantummodo, non cordis affectu orare procurant. Qui verò deum toto corde desiderat, confidenter clamat: In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me.) In die inuocat, qui in mentis puritate deum exorat. Cuius iustitia cũ vias suas domino reuelauerit, sicut lumẽ educitur, & iudicium, sicut ait propheta, tanquam meridies illustratur. Vnde & scriptum est: Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. Cordis enim simplicitas dies est, quam fraus nõ obnubilat, non obtenebrat mendacium, nõ obscurat inuidia, non obfuscat dolus, quam lux veritatis illuminat, præsentiæ diuinę claritas illustrat. Scriptum est enim: Cum simplicibus sermocinatio eius. Deo autem sermocinari, est per suæ præsentię illuminationem humanis mentibus voluntatis suæ arcana reuelare. Cum simplicibus igitur deus sermocinari dicitur, quia illorum mentes de arcanis cœlestibus suæ inspirationis claritate illuminat, quos nulla caligo duplicitatis obumbrat. Quo contra de non simplicibus dicitur: Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus. Et Salomon ait: Spiritus sanctus disciplinę effugiet fictum & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Constat ergo quia istos inhabitando illuminat, illos recedendo excæcat. L

Sapien. 1.

Prouer. 3.

Psalm. 5.

Sapien. 1.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut cremium aruerunt.

Spectat hoc ad id quod dixit, velociter exaudi me. Quasi diceret: Opus est vt velociter me exaudias, quia dies mei defecerunt, videlicet ad defectũ velut fumus deuenerunt. Per dies suos hic vult intelligi omne tempus quo mandata dei postpo suit, & funestis perituraru rerum accensus desideriis, sibi nõ deo militans carnaliter vixit. Habet enim in hac vita diem suã anima peruersa, quę transitorio gaudet in tempore, & lætifera carnalis delectationis perfruitur iucunditate. Hinc est ꝙ saluator noster præuaricatrici Hierusalem, destructionis suæ iustũ excidium comminans, ait: Et quidem in hac die tua, quę ad pacem tibi. Diem etenim suam ille tunc populus habebat, quia in rerum labentium opulentia confidens, quiete & successu gaudebat. Quorum nimirum oculos prosperitas clauserat, vt nec visitationis suæ tempus cognoscerent, nec imminentium malorum cõtritionem viderent. Sicut enim cordis oculos flagella aperiunt: sic mentis aciem aliquotiens successus prosperi retundunt, adeo vt seipsam mẽs cognoscere non valeat, quam prosperitatis mundanæ oblectatio captiuat. Hinc nanque Salomon ait: Auersio populorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet eos. Israëliticum ergo populum prosperitas perdidit, cuius in die sua oculos ne futuri excidij vastitatẽ cognoscerent, clausit. Hæc est dies de qua Hieremias ait: Diem hominis non desideraui. Dicat & fidelis anima: Defecerunt sicut fumus dies mei.) Fumus, sicut est omnibus notum, in altum quidem se in primis erigit, sed citò deficiens, quasi non fuerit euanescit. Sic nimirum si humana superbia cum rerum opulentia intumescens, se in altum extulerit, à statu suæ celsitudinis corruens, ad ima ruit. Hinc nanque per semetipsam veritas ait. Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Hinc per prophetam scriptum est: Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros libani. Et transiui, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Qua in re pensandum est, peruersorum potentia qualiter destruitur, quorum nec locus quidem post modicum inuenitur. Sequitur: Et ossa mea sicut cremium aruerunt.) Per ossa, rationem & intelligentiam possumus accipere, quæ quasi sicca remanent, dum factorum & virtutum pinguedinem non habent. De qua profectò pinguedine dicit Propheta: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Vel per ossa, fortiores

Anima peruersa habet hic dies suam.

M

Prouerb. 1.

Hier. 17.

Luce. 14.

Psalm. 36.

Psalm. 62.

A ctores qui sunt in Ecclesia accipimus, quia sicut per ossa corpus nostrum vegetatur, ita per illos corpus Christi, quod est Ecclesia, regitur & sustentatur. Habet enim & corpus Christi carnem suam, infirmos scilicet, virtutum carentes fortitudine, qui perfectorum indigent sustentatione. De hac carne in persona Christi rectè per Iob dicitur: Pelli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum. Quod nimirum in passione Christi impletum est, quando discipulis fugientibus mulieres steterūt, & vsque ad crucem secutæ sunt. Scimus enim quia in corpore hominis pellis exterius eminet, caro verò ossibus introrsus adhæret. Pelli ergo cōsumptis carnibus os Christi adhæret, quia fugientibus & dubitantibus Apostolis, qui ei familiarius astiterant, mulieres quæ quasi remotiores esse videbantur, nec à cruce suspensi, nec à sepulti monumento discedebāt. Quia verò sancti viri imperfectis delinquentibus cōdolent, & eorum infirmitati compatiuntur, rectè nunc dicitur: Ossa mea sicut cremium aruerunt.) Quod euidēter ostendemus, si vnum exemplum ad medium deducamus. Videamus vnum de ossibus Christi quomodo cum infirmantibus infirmetur, cum dolentibus doleat, cum arescentibus arescat. Ait enim: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Vides quomodo omnium in se infirmitates transtulerat, omnium casus velut proprios deflebat. Ideoque ait: Vt lugeam omnes qui peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam. Denique & omnibus omnia factus est, vt omnes lucrifaceret. Ossa ergo sicut cremium consumpto adipe arent, cùm perfecti quique carnalium infirmitatibus condolent, & se quasi spiritali
B pinguedine æstimant vacuos, dum illos aspiciunt virtutum auxiliis destitutos. Cuius infœlicitatis causam manifestè aperit, cùm subiungit:

Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.

Scriptum est in Esaia: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quasi flos agri. Et rursum: Verè fœnum est populus. Homo nanque fœno comparabilis est, quia per natiuitatem viret in carne, per iuuentutem candescit in flore, per mortem aret in puluere. Ipse est enim, Iob attestante, qui quasi flos egreditur & conteritur. Hęc autem mors & contritio, quæ ad omnes homines ex iustę damnationis sententia peruenit, ex primi hominis peccato descendit. Vnde & Apostolus ait: Per primum hominem peccatum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit. Homo ergo qui si in creatoris obedięntia perstitisset posset inæternum viuere, propter inobedięntię culpam percussus est mortalitate. De qua nimirum percussione in hoc loco dicitur: Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum.) Quia ergo primus homo peccando mortem incidit, propagata generis humani successio à rationis intimæ viriditate consequenter exaruit. Quare autem cor humanum ab illo aruit virore in quo conditū fuit, subdendo manifestat.
C Ait enim: Quia oblitus sum comedere panem meum.) Panē suum in paradiso primus homo conditus habuit, quandiu inconcusso mentis vestigio conditoris sui præcepta seruauit. Panis autem eius fuit visionis diuinæ delectatio, verbi dei satietas, internæ quietis gaudium, lucis inaccessibilis splendor, sapientiæ refectio, angelorum societas, amor dei, iubilum spiritus, contemplationis suauitas, collocutionis desiderium, securitas mentis, præsentia creatoris. Quem panem tunc profectò perdidit, cum serpentis suggestioni consensit. Tangens enim vetitum, oblitus est præceptum. Vnde factum est vt qui tenebat arcem beatitudinum, in lacum incideret miseriarum. Et qui intimę reficiebatur suauitate dulcedinis, panem postmodum manducaret doloris. Quicūque ergo illius portat imaginem, factus est de terra terrenus, panem suum comedere obliuiscitur, quia terrenæ voluptatis captus illecebris, in verbo dei non delectatur. Panis etenim noster, verbum dei est. Hinc nanque per semetipsam veritas ait: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Sequatur ergo oblioni commemoratio, & esuriem refectio comitetur, vt panem illum qui de cœlo descendit manducantes, & pœnā euadamus mortis perpetuæ, & vitæ participemus æternæ, sicut dominus ait in Euangelio: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.

D

A voce gemitus mei, adhæsit os meum carni meæ.

Arescente corde propter panis & vini inopiam, & obliuionē, vox gemitus emittitur, quia vbi à desiderio vitæ æternæ defecerit intentio, consequenter de corde procedit malarum cogitationum vociferatio. In qua nimirum os adhæret carni, si ratio subigitur delectationi. Quæ nimirum vox gemitus dicitur, quia per eam ad tristitiam peruenitur. Aut enim in hac vita generat dolorem pœnitentiæ, aut in futuro cruciatum parit vindictæ. Possumus quoque per vocem gemitus vocem serpētis accipere, qua primis hominibus vt de interdicto gustarent persuasit, eosque deos futuros fraudis suæ dolositate promisit. Illa est enim vox gemitus per quam omnes peccauimus, per quam mortales & passibiles facti sumus. Vox per quam à cœlestibus gaudiis cecidimus, & in valle lachrymarum exulamus. Per hanc vocem os carni adhæsit, quia Adam Euæ consensit. Habet in se vnusquisque Adam & Euam. Sicut enim in illa prima hominis transgressione suggessit serpens, delectata est Eua, consensit Adam: sic & quotidie fieri videmus, dū suggerit diabolus delectatur caro, consentit spiritus. Nos quippe cum tentamur, plerunque in delectationem, aut etiam in consensum labimur. Sicut autem peccatū illud subsecuta est mors, sic & peccato consentiens moritur anima, quia à vita sua, quæ deus est, separatur. Mortui enim sumus, quando implemur ossibus mortuorū. Mortuus est sermo malus, qui ex ore nostro
E procedit. Scriptum nanque est: Sepulchrum patens est guttur eorum. Habemus autem portas per quas mortui efferimur, corporis videlicet sensus, de quibus ait propheta: Qui exaltas me de portis mortis. Hæ sunt enim portæ per quas mors ingreditur, & per quas mortuus effertur. Nā quod per illas mors ingrediatur, testatur alius Propheta, qui ait: Intrauit mors per feneſtras nostras. Qui enim vidit mulierem ad concupiscendā eam, mortem per oculorum feneſtras admisit. Qui verò seminat inter fratres discordias, & iniquitatem in excelso loquitur per oris portam mortuus effertur. Et quidem mihi hoc significare videtur iuuenis extra ciuitatis portam delatus, quem suscitauit Iesus. Signat enim hominem delectatione mortuum, & per praui operis iudicia iam extra portas perlatum. Obsecro domine Iesu vt cūctas meæ ciuitatis portas iustitię facias, vt ingressus in eas confitear nomini tuo, tuæque maiestati, cū iustis per eas intrantibus, vt mors ibi aditus ingressum non habeat, passio non dominetur, sed occupet salus muros eius, & portas illius laudatio.

Adam & Euā vnusquisque habet.

Psalm. 5.
Psalm. 9.
Portæ mortis sunt sensus nostri.
Hiere. 9.
Matth. 5.
Lucæ. 7.

Similis factus sum pellicano solitudinis, factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Pellicanus auis est amās solitudinem, in qua venenatis animalibus vescitur, & ideo per eam peccator designatur, qui in deserto huius mundi corde habitans, ærumnosis istius vitæ captus illecebris, veneno delectatur diabolicæ persuasionis. Ny- F cticorax, qui alio nomine bubo dicitur, in dirutarum domuū ędibus moratur. Solet autem nocte cantum cantare, per quod notantur hi qui in tenebroso tripudiant opere, & in mentium suarum exultant destructione. Sed quia sagena Ecclesiæ missa in mari præsentis seculi, non solum malos pisces colligit, sed etiam bonos trahit, rectè nunc dicitur:

Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Vigilat qui ad aspectum veri luminis mentis oculos apertos tenet. Vigilat qui seruat operando quod credit sicut scriptum est: Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua. Vestimentum tuum, fides tua est: vestimentum tuum, operatio tua est. Custodi ergo ne diripiant alieni laborem tuum: ne denuderis, & appareat ignominia tua. Esto sicut passer solitarius in tecto. Per passerem quæ cauta & querula auis est, & in domibus nidificat, rectè homo intelligitur, qui in excelsis habitans, & solitudinem incolens, pro peccatis suis clamare non cessat. Prudentis enim & circunspecti viri est, in alto nidum ponere: & pro peccatis plorare, & solitudinem inhabitare: quatinus in opere terrena non appetat, & in lamentis veniam acquirat, & in habitatione inanium strepitus cogitationum effugiat, vt possit dicere cum propheta: Elongaui fugiens, & mansi in solitudine

Apoca. 16.
Passer hominē prudē tem notat.
Psalm. 54.

G solitudine. Vel etiam caput nostrum, pellicanus fuit solitudinis, quando natus est in Iudæa, quæ erat sola ciuitas plena populo, prophetis videlicet, & iustis orbata, & spiritus sancti virtute destituta. Nycticorax extitit, quando his qui in tenebris erant, regnum Dei euangelizauit. De illo nãque scriptum est, lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt: Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Per domicilium Iudæos intelligimus, qui ex parte diruti erant, & ex parte stare videbantur, pro eo q̃ circuncisionẽ tenentes, legem & prophetas habebant, sed in eum quẽ prophetæ in carne venturum prædixerãt, nequaquam credebant. Stabant quidem in eis parietes carnalis obseruantiæ, sed corruerat tectum fidei & disciplinę. Occiderunt ergo vitam mortui, & lucẽ tenebræ extinxerunt. Sed quid vltra fecerit audiamus.

Threno. 1.

Ioan. 1.

1. Corin. 2.

Vigilaui & factus sum sicut passer solitarius in tecto.) Vigilauit, quia à mortuis resurrexit. Qui enim dormiuit in morte, vigilauit in resurrectione. Hinc nanque ait: Ego dormiui & somnũ cepi, & resurrexi. Hinc Iacob in benedictione ait: Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna. Quis suscitabit eũ? Quis est iste catulus leonis, nisi ille de quo in Apocalypsi ad Ioannem dicitur: Vicit leo de tribu Iuda? Qui ad prędam ascendit, quia fortem armatum fortior superueniẽs expugnauit. Arma eius abstulit, quia iure illo quod in hominib⁹ habere videbatur, eum priuauit. Ille enim dum ambiit illicita, perdidit acquisita. Spolia quoq; eius distribuit, quia vasa iræ fecit vasa misericordiæ. Hinc ergo leo requiescens accubuit, quia mortem sponte subiit. Sed nullus eum suscitauit, quia per diuinitatis suę potẽtiam ipse à mortuis resurrexit. Et quia post resurrectionem suã in cœlum ascendit, rectè cum præmisisset vigilaui, subiecit: Et factus sum sicut passer solitarius in tecto.) Quia solus inter mortuos liber, cum patre regnat in cœlo. Vnde & ait: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo. Ferunt philosophi quòd pellicanus filios suos statim vt nati sunt, interficit: postea verò per triduum multo dolore se adficit, eisq̃ue quodammodo naturæ affectum ostẽdit. Postea verò mater seipsam vulnerat, eosq̃ue sanguine suo resuscitat. Quis verò pater noster & mater, nisi mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus? qui occidit in nobis omnem iniquitatem, vt meliorem inueniamus resurrectionem, sicut ipse ait: Ego occidam, & ego viuere faciam. Et de eo per prophetam scriptum est: Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Clamat adhuc in solitudine caput nostrũ vel membrum eius, cùm eos vocat qui nondum agnouerunt veritatem. Clamat in domicilio, dum eos ad pœnitẽtiam qui ceciderunt inuitat. Clamat in tecto, cùm admonet vt foras mittamus timorem. Vnde in Euangelio discipulus ait: Quæ in aure auditis, prædicate super tecta.

Psalm. 3.

Gene. 49.

Christus dicitur catulus leonis.

Apoca. 5.

Ioan. 3.

Pellicani natura.

Deut. 32.

Osee. 6.

Matt. 10.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, aduersum me iurabant.

Quid iniquius? Venerat filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Venerat inquam vt auferret gemitum dolentium, vt reconciliaret nos deo, sed Iudæi quos iniquitatis suæ caligo cæcauerat, pro bonis mala retribuentes, illum quasi hostem oderant, eiq̃ue maledictionis conuitia exprobrantes inferebant cùm dicerent: Dæmonium habes, & cætera insaniæ deliramenta, quę Euangeliorum liber continet. Qui & si ei aliquando extrinsecus blandirentur, intrinsecus sęuiebant, sicut hi qui eum capere in sermone volentes dicebant: Magister, scimus quia verax es, & viam dei in veritate doces, non est tibi cura de aliquo. Magistrum eum vocabant qui venerant non discendi intentione, sed nocendi cupiditate. Nam q̃ ita se res habeat, veritas manifestat, cùm tentatores eos & hypocritas vocat. Quasi ergo aduersum eum iurauerant, qui ex consilio contra eum mendacia confingebant. Toto etiam vitæ huius tempore, veritatis inimici Ecclesiæ dei exprobrant, cùm eam hęretica prauitate, aut morum dissimilitudine impugnant. Plærique autem in causa dei subdolè, & fallaciter intendentes, & esse se in corpore Christi simulant, & pacem Ecclesiæ dei occulta machinatione perturbant. De quibus profectò hic dicitur: Qui laudabant me, aduersum me iurabant.) Hi sunt qui veniũt ad vos in vestimẽtis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Qui in verbis quidem socialem videntur habere mansuetudinem, in corde verò hostilem gestant furorẽ. Talis erat ille Simon magus ab Apostolis baptizatus, sed postea ab Apostolorum principe propter nephandæ venalitatis ambitionem reprobatus. Vnde & dictum est ei: Non est tibi pars in sermone isto. Dum enim spiritus sancti gratiam precio comparare volult, à doctrina Christi miser se alienauit. Ipse nanque præcepe rat dicens: Gratis accepistis, gratis date. Hæc est inquam hæresis, quæ ipsa nascentis Ecclesiæ rudimẽta tentauit, & ante alias hæreses prima apparuit. Cuius erroris vesania licèt extunc dãnata fuerit, postea tamen in Ecclesia germine pestifero pullulauit. Nostris verò maximè temporibus malitiæ suæ virus exercuit. Et totius Ecclesiæ pacem schismatica infestatione turbauit. Concitauit enim aduersus Ecclesiam dei, non solum innumerabilem populi multitudinem, verum etiam regiam, si phas est dicere, potestatem. Nulla enim ratio finit, vt inter reges habeatur, qui destruit potius q̃ regat imperiũ, & quodcunque habere potest peruersitatis suæ socios, eos à cõsortio Christi efficit alienos. Qui turpissimi lucri cupiditate illectus, sponsam Christi captiuam cupit abducere, & passionis dominicæ sacramentũ ausu temerario contendit euacuare. Ecclesiã quippe quam sui sanguinis precio redemptam saluator noster voluit esse liberam, hanc iste potestatis regiæ iura transcendens facere conatur ancillam. Quanto melius foret sibi dominã suã esse agnoscere, eiq̃ue religiosorum principum exemplo deuotionis obsequium exhibere, nec contra deum fastum extendere dominationis, à quo suę dominium accepit potestatis? Ipse est enim qui ait: Per me reges regnant. Sed immensæ cæcatus cupiditatis caligine, & diuino, vt patet, ingratus beneficio: & contra deum fastuosus, terminos quos posuerunt patres nostri, contemptu diuino timore transgreditur, & contra catholicam veritatem suæ furore tyrannidis efferatur. Intantum autem suæ temeritatem extendit vesanię, vt caput omnium Ecclesiarum Romanam Ecclesiam sibi vindicet, & in domina gentium terrenę ius potestatis vsurpet. Quod omnino ille fieri prohibuit, qui hanc beato Petro apostolo specialiter commisit dicens: *Tibi dabo Ecclesiam meam.* Obstruatur ergo os *loquentium iniqua, & omnis hęreticorum acies obmutescat,* quia nullas vires habet mendacium, quod ipsius voce veritatis inuenitur destructum. Sequitur:

Iudæorum malitia.

Luc. 7.

Matth. 22.

Matth. 7.

Regis qui tirannus.

Prou. 8.

Matth. 28.

Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potũ meum cum fletu miscebam.

Ex hoc maximè Scribæ & Pharisæi redemptorem nostrũ criminabantur, quia publicanos peccatores, non solũ nõ respuebat, sed etiam cum illis in cibo & potu communicabat. Vnde quidam eorum indignè ferentes dicebant: Quare cum publicanis & peccatoribus mãducat & bibit magister vester? Sed ille qui non iustos, sed peccatores vocare venerat, quid dicebat? Non est opus sanis medicus, sed malè habẽtibus. O immẽsam dei clementiam. O inæstimabilem gratiæ charitatem! Illos volebat curare, qui salutem nolebãt habere, qui aduersus salutem suam armati, & phreneticorum more medicum incusantes, volebãt potius ex infirmitate mortem incurrere, quam vitam ex salute inuenire. Sed cineres redẽptor noster manducabat, quãdo in corpus suum eos traiiciebat. Cineres nanque erant, quia dum principem tenebrarum magis quàm auctorẽ sequerẽtur luminis, in eorum cordibus quasi extinctus fuerat diuini prorsus ignis amoris. Cineres inquam erant, videlicet nullo apti vsui, & sine charitatis glutino omnino dissoluti. Quis non hasmiretur misericordiæ dei diuitias? Quis iam de remissione peccatorum desperet? Quis non credet se si conuertatur, veniam consequi, cùm audiat etiam incredulos tanta benignitate admitti? Vnde ait Apostolus: Si enim cùm inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus ab ira per ipsum. Quia ergo redẽptor noster in mundum veniens, vasa irę fecit vasa misericordiæ, & omnibus ad se veniẽtibus pietatis suę signũ aperuit, rectè nũc dicit: Quia cinerẽ tanq̃ panẽ manducabã, & potũ meũ cum fletu miscebam.) Quæ autem esuries eius, vel sitis fuerit, ipse euidẽter ostẽdit, cùm ait: Meus cibus est vt faciã volũtatem patris mei qui

Matth. 9.

Ibidem.

Iudæi cineres.

Roma. 5.

Ioan. 4.

A omnium me. Et iterum: Me oportet operari opera patris me qui me misit, donec dies est. Venit nox, quãdo nemo operar Ioan. potest. Quæ sunt hæc patris opera, quæ in die dicit & non nocte operanda, nisi salutifera agri intellectualis cultura? Ipse est enim homo qui seminauit bonum semen in agro suo, ad cuius culturam postea operarios destinabat, cùm diceret: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Quis sit ergo iste ager, ipsè ostendit, cùm agrum mundũ, & semen dixit esse verbum dei. Seminauit ergo vt meteret, messuit vt manducaret. Huius agri fructũ quotidie colligit, & quasi eo pascitur, cùm electorum profectibus delectatur. Vnde sponsus in cãticis cãticorum dicit: Comedi fauum cum melle meo. Habet iste homo & vineam sanctam, videlicet Ecclesiam, ad quam excolẽdam primò mane operarios misit, & postea singulis quibusq; temporibus mittere non cessauit. Patet ergo quia sicut agrum excoluit vt comedat, ita vineam plantauit vt bibat. Bona vinea, quæ vuarum decorata coloribus, & dilectionibus ac perseuerantię palmitibus propagata, regi omnium suauem in fructibus suis haustum præbet. Bona inquam vinea, quæ potest dicere: Vinea fui pacifico, in ea quæ habet populos. Quæ est illa quæ habet populos, nisi sancta Ecclesia per totum orbem diffusa? Illa nanque habet populos, quia ex omni parte terrarum rectè credẽtes continet. In hac ergo solummodo electus
B quisque vinea efficitur, quia nullum aliquando fructum ferre poterit, qui ab vnitate Ecclesiæ discedit. Eo enim deo poculũ subtrahit, quo hæreticorum ineptę garrulitati consentit. Quid enim sitit deus nisi fidem nostram? Vnde & à muliere Samaritana quæsiuit bibere, de cuius eum non legimus aqua bibisse: sed spiritalem potum ei mulier obtulit, cùm mundi eum saluatorem agnouit. In cruce quoque positus sitiebat, & pœnitentiam peccantium, & fidem exoptabat perfidorum. Sed vinea domini sabbaoth in patribus à deo plantata, & doctrinæ aratro & verbi ligonibus per manus prophetarum exculta, nouissimè in amaritudinẽ versa, dum ei vinum lætitiæ ferre debuit, feralis inuidiæ acetum porrexit. Plęrunque etenim bonum vinum corrumpitur, & in acetum mutatur. Quia ergo ille populus & in patribus sanctus, & in filiis nequam extitit: quasi primò vinum, postmodum verò acetum fuit. Fuerunt tamen aliqui etiam inter illos qui hunc omnium saluatorem crediderunt: fuerũt & qui de peccatorum profundo ad misericordiarum se patrem leuauerunt. Quis enim pluribus aut maioribus criminibus vnquam obligatus extitit, quàm mulier illa peccatrix de qua septem, vt ait Euangelista, dæmonia eiecit? Nam & Luc.16. Zacchæus publicanis & raptoribus publicanus ipse & raptor Luc.19. præfuit, & tamen ad ipsius hospitium dei filius diuertit. Sed & Simon indignè tulit de admissione mulieris, & turba murmurauit de hospitio peccatoris. Poculum nanque suum cum fletu miscuerat, & ideo sibi inimicorum proteruitas exprobrabat.
C Quod quotidie in Ecclesia fieri cernimus cùm peccatores pro peccatis suis plangẽtes, Christum indui, & ad ipsius intrare vnitatem videmus. Vel certè poculum deo cum fletu miscere, est alios ab exterioribus introrsus trahere, alios ab interioribus exterius iactare. Scimus enim, quia potus ab exterioribus interius trahitur, fletus ab interiori exterius diriuatur. Quia ergo conditor noster occulta nostra examinat, & non solum opera, verum etiam intentiones radicitus pẽsat, occulto eius iudicio fit vt quosdam qui in oculis hominum iusti esse videntur reprobet, quosdam criminibus reos per pœnitentiam correctos saluet. Et cùm iuxta Apostoli sententiam, neque volentis, neque currentis sed miserentis sit dei, alios qui corruerant, misericorditer erigit, alios qui stare videbantur, cadere iustè permittit. Ex peccato nanque primi parẽtis accepimus, vt nec in ipsa iustitia stabiles esse possimus, sed aut cõtra deum nobis bonum quod facimus imputando erigimur, aut contra proximos in superbiam leuamur, vnde & subditur:

Rom.9.

A facie iræ indignationis tuæ, quia eleuans allisisti me.

Quia enim iustæ damnationis sententiam primus homo peccando pertulit, quam postmodum nepotum successio consequenter incurrit, ideo Christus Iesus venit in mundũ peccatores saluos facere, & ab ea qua tenebantur damnatione liberare. Ecclesia verò quæ corpus eius est, cui claues regni cœlorum tribuit, & ligandi atque soluendi potestatem dedit, ideo peccatores quotidie suscipit, quia illam iræ dei sententiam agnoscit. Quia enim per faciem personã agnoscimus hominis, rectè per faciem iræ, damnationis intelligimus cognitionem. Nam quòd iram indignationis agnoscat, manifestè ostendit cùm subiungit: Quia eleuans allisisti me.) Creatis cæteris animalibus, homo præ cũctis eleuatus fuit, quia & libertate extitit arbitrij præditus, & rationis lumine illustratus. Cui etiam datum est vt non sicut cætera animantia terram semper aspiceret, sed vt ipso situ corporis cœlos erectus videret, vt ex hoc quoque apertè cognosceret, quia & intẽtionem ad summa dirigere, & mentem deberet ad deum leuare. Nam & terror eius & tremor omnibus animantibus incubuit, quia diuina voce eis prælatus fuit. Mortem quoq; nequaquam incurreret, si diuinis præceptis obediens nunquam peccaret. Sed conditoris sui mandata transgrediens, tanto grauius corruit, quanto antequam caderet altius stetit. Cadens igitur allisus est, quia peccare nõ metuens, & pro salute infirmitates pertulit, & pro vita mortem suscepit.

D *Hominis dignitas super cætera animalia.*

Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui.

Grauis allisio, per quam lux in tenebras vertitur, & in ariditatem viror mutatur. Diem nãque sicut vmbram primus homo habuit, quando se à facie conditoris abscõdit. Nam inter opaca nemorum latere voluit, vt ex hoc quoque patenter ostẽderet quas cæcitatis vmbras interius pertulisset. Si enim in vmbra non esset, deum esse localem nõ crederet, nec ab eius oculis putaret se abscõdi, à quo sciret etiam cordis occulta videri. Quæsiuit ergo vmbram corporis, qui prius incurrit vmbram mentis. Dies nanque eius inclinata fuerat, & ideo illi lumen sapientiæ interius non fulgebat. Sol etenim dum inclinat, maiores vmbras efficit, & caloris sui magnitudinẽ paulatim subtrahit. Vnde post meridiem Adam à deo vocatus esse describitur, vt ab exterioribus agnoscamus quid interius gereretur. In meridie enim lux est purior, aër lympidior, æstus feruẽtior. Quasi ergo meridies in Adam pectore inerat, dum lumine diuinæ contemplationis illustratus, amoris summi facibus ardebat. Sed hunc miser meridiem perdidit cùm peccauit. Ibi enim amoris refriguit incendium: caligauit claritas, defecit visio. Veniens autem in mundum lux vera dei filius, hanc nobis claritatem reddidit, cùm cordis nostri tenebras præsentiæ suæ illuminatione fugauit. Vnde scriptum est: Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Magna lux rẽmissio peccatorum, donum gratiæ, intelligentiæ claritas, contemplationis gaudium, collatio virtutum. Dedit enim nobis, vt ait Apostolus, pignus spiritus: gustauimus bonum dei verbum, virtutesque seculi superuenturi. Hi sunt dies gratię quos nobis contulit excellentia bonitatis dei. In quibus si noctem nequitiæ contemnimus, ad cœlestis regni hæreditatem inoffenso itinere ambulamus. Hinc etenim saluator ait: Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt. Sed hi dies in nobis sicut vmbra declinant, cùm peccatorum nostrorum nebulas propiciationi diuinæ opponentes, & mentis patimur caliginem, & diuinæ extinguimus charitatis ardorem. Scimus autem quia sole ad occasum vergente, vmbræ crescũt donec nox veniat, & lumen omnino diei deficiat. Sic nimirum cùm in reproborum cordibus sol iustitię occidere cœperit, cæcitatis vmbra vehementer excrescit, adeo vt diuino non illuminentur lumine, sed mortifera noctis inuoluantur obscuritate. Sequitur: Et ego sicut fœnum arui.) Nemo est qui nesciat quòd quantumlibet tenera aut delectabilis herba sit, si apposita falce succiditur, ex coloris venustate confestim exuitur, & à radicis humore siccatur. Sic profectò quicunque per opera prauitatis à deo recessit, necessariò à virtutis intimæ humore arescit. Hinc etenim saluator discipulis ait: Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso nisi manserit in vite, sic & vos nisi in me manseritis. Nam etsi florere in hac vita peccatores plærunque videantur, ariditatem tamen suam in fine recognoscunt, dum simul amit-

E *Adã vocatus est post meridiem.*

Esa.9.

F

2.Cor.5.

Ioan.11.

Fœnum facilè aret.

Ioan.15.

G tunt & ridentis vitæ dulcedinem, & temporalis gloriæ dignitatem. In sapientiæ quippe suæ vanitate confisi, dum sperant facilè sibi cuncta suppetere, arbitrantur vtique se religionis virtute non egere. Et dum de inani sapientia se iactant, insipienter viuere nequaquam formidant. Et quia à veræ sapientiæ radice præcisi sunt, in stulta sua sapientia aruerunt. Qui si voluerint in ipsâ sapientiæ vitalis radice reuiuiſci, summopere studeant ad fontem vitæ mentis processu properare.

Tu autem domine in æternum permanes, & memoriale tuum in generatione & generationem.

Spectat hoc ad id quod ait: Ego sicut fœnum arui.) Quasi dicat: Qui diligens vanitatem, & sequens mendacium in eternitate & stabilitate persistere nolui, temporalis & instabilis factus, mortis ariditatē incurri. Sed tu domine in æternum permanes. Hæc ergo est vnica spes salutis meæ, vt tibi inhæream, vt sicut per me factus sum aridus, ita per te fiam æternus. Et in te viuens mortem effugiã, à quo discedens perdidi vitam. Nos quoque scientes quia primus homo factus est de terra terrenus, secundus de cœlo cœlestis: sicut terreni imaginem portauimus, ita cœlestis imaginem portemus: & cum eo vnum efficiamur, qui resurgens à mortuis, iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur. Ipse est enim qui factus est in spiritum viuificantem: cuius si membra fuerimus, quo caput nostrum præcesserit, pariter ascendemus. Cuius ascensus spem ipse nobis contulit, qui ait: Pater volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecum. Quòd si ab eius separati fuerimus corpore, velut abscissa membra participatione caremus vitæ, nec cum eo in cœlum ascēdim⁹. Cum eo ergo vnũ simus, quia sicut ipse ait: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Et notandum quia nõ dixit viuis, sed permanes in æternum. Homo etiam si multo tempore viuat, non tamen vno die permanet: quia vt semper mutetur, ex conditione mortis habet. De quo quidam sapiens perhibet, dicens: Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Deus verò qui solus vere æternus, vere immortalis est, in æternum permanet: quia in eo nihil est transitorium, nihil mutabile, nihil quod alienum sit à sempiterna eius diuinitate. Memoriale tuum in generatione & generationē.) Quid magis memoriale in deo quàm misericordia? De illa nanque scriptum est: Miserationes eius, super omnia opera eius. Misericordia domini ab æterno vsque in æternum super timentes eum. Licèt enim hominem mirabiliter condiderit, mirabilius tamẽ perditum per filij sui mortem redemit. Hæc memorialis dei misericordia in generatione & generatione permanet, quæ omnibus per tẽporum curricula viuentibus vsque in finem seculi patet.

H

Ioan. 17.

Viuere, & permanere multũ differunt.

Iob. 13.

Psal. 144.

Homo mirabiliter cõditus est, sed mirabilius redẽptus.

Tu exurgens domine misereberis Sion, quia tẽpus miserendi eius, quia venit tempus.

I

Sion notat Iudæos & Gentiles.

Si Sion ad literam accipimus. Iudæorum in hoc loco & gentium vocationem notare valemus. Et videbitur hoc modo quasi præcedentis verbi expositio, vt cùm duas generationes nominat, qualiter in generatione & generatione misericordia dei sit permansura ostendat. Ait ergo: Tu exurgens misereberis Sion.) Per filium deus pater exurrexit, quia qui antea nõ cognoscebatur, per eum in hominum notitiam venit. Vnde & verbum patris & splendor dicitur, quia per eum & voluntas dei agnoscitur, & ipsa diuinitatis essentia declaratur. Sion verò, id est Iudaici populi misertus est, quando de eorum progenie nasci voluit, & prius eos ad fidem vocauit: Tempus miserendi.) Tempus plenitudinis intellige: quia iuxta Apostoli sententiam, vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege: vt eos qui erant sub lege, redimeret: Quod verò ait: Quia venit tempus.) Tempus nimirum gratiæ vult intelligi, de quo dominus per prophetam dicit: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Quod exponens Apostolus ait: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.

Gala. 4.

Esa. 49.

2. Corin. 6.

Ibidem.

Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius, & terræ eius miserebuntur.

Apostoli di Per lapides Sion. Apostolos intelligere possumus, qui de Iudaico nati populo, Ecclesiam demum ex seipsis ędificauerunt. Qui profectò lapides seruis dei placuerunt, cùm quales futuri essent, prophetæ per spiritum viderunt. Nisi enim prophetis Apostoli placuissent, nequaquam de eis Esaias diceret: Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi colũbæ ad fenestras suas? Et iterum: Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona? Qui sunt pacem euangelizantes, nisi Apostoli Christum prædicantes? Ipse est enim pax nostra, vt ait Apostolus, qui fecit vtraque vnum. Vnde etiam ipso nato, hominibus pacem redditã angeli pastoribus nunciauerũt, quam postea Apostoli omnibus gẽtibus publicè prædicauerunt. Per pedes verò euangelizantium, affectus intelligimus Apostolorum, qui quidem speciosi erant, quãdo non sua commoda, sed auditorum vtilitatem quærebant. Speciosi inquam erant, qui terreni lucri inquinamenta ex ipso operationis suæ incessu nõ contrahebant. Tunc nanque corporeos pedes habere speciosos dicimur, quando nulla cœnosæ viæ labe fœdamur. Quia ergo ex prædicationis officio terrenas diuitias Apostoli non quærebant, rectè de eis dicitur, quia pedes eorũ speciosi erant. Hinc nanque Anna de deo prophetauit, dicens: Pedes sanctorum suorum seruabit. Quia ergo quales futuri essent Apostoli, per spiritum sanctum prophetæ viderunt, rectè nunc dicitur, quia seruis dei lapides Sion placuerunt. Qui porrò lapides terræ miserti sunt, quia pœnitẽtiam agentes à peccatis absoluerunt. Per terram quippe peccatores accipimus. Vnde serpẽti à domino dictum est: Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Antiquus enim hostis terram comedit, quia peccatores quosque in ventrẽ suæ malitiæ abscondit. Isque hominum perditionem desiderans quodammodo reficitur, dum prauis eorum operationibus delectatur. Terræ ergo Sion Apostoli miserti sunt, quando Iudæos ab errore cõuersos à peccatis absoluerunt. Ecce constructus est vnus paries domus dei, quę est Ecclesia, paries inquam ex circuncisione: veniet paries ex pręputio, vt duo parietes in vnum iũcti lapidẽ angularem, vnam construant ciuitatem. Videamus ergo quid sequatur:

K tamen lapides Sion.

Esa. 60. Roma. 10.

Ephe. 2.

Pedes speciosos habere debent.

2. Reg. 2.

L

Peccatores dicuntur mures. Gala. 5.

Et timebunt gẽtes nomen tuum domine, & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quasi dicat: Non solum misereberis, Iudæos vocando, sed etiam gentium, eas ad fidem conuertendo. Quæ quidem nõ resistent Euangelio, sed agnita veritate. Timebunt gentes nomen tuum domine.) Timebunt inquam non timore seruili, sed casto & filiali. Timuerunt gentes deum quãdo spreta idolorum cultura, & antiquæ contemptis superstitionis erroribus, baptismo sunt mundati pœnitentiæ, & Christianæ susceperũt instituta doctrinæ. In quibus verbis notandum, quia non ait, Sion timebit nomen tuum domine: sed, gentes timebunt nomen tuum: quia etsi missus sit Christus ad oues quæ perierunt domus Israël, tamen illis verbum dei repellẽtibus, & indignos se æternæ vitæ iudicantibus, conuersi sunt ad gentes Apostoli, quæ nomen Christi cum gaudio susceperunt. Hinc nãque Apostolus ait: Dico Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis, propter veritatem dei ad confirmandas traditiones patrum. Gentes autem super misericordia honorare deum, sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in gentibus, & nomini tuo cantabo. Hinc rursus ait: Quod quęrebat Israël, non est consecutus: electio autem cõsecuta est: Et omnes reges terræ gloriam tuam.) Infirma mundi elegit deus, vt confunderet fortia. Ignobiles vocauit, vt nobiles vinceret, piscatores elegit, vt reges subiugaret. Ecce impletum est quod de Christo prædictum est: Omnes reges terræ timebunt gloriam tuam. Omne enim culmen seculi ad reuerentiam Christi flectitur. Omnis dignitas humanæ conditionis ad obsequium Christi inclinatur, sicut ait Apostolus: Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Gloria Christi resurrectio est, per quam à diabolo regnum abstulit, & mortis destruxit imperium. Qui enim in morte visus est infirmus, in resurrectione apparuit glorioſus, vnde dicit Apostolus: Et si mortuus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute.

M

Roma. 15.

Psal. 17.

Roma. 11.

Philip. 2.

2. Corin. 13.

Quia

A Quia ædificauit dominus Sion, & videbitur in gloria sua.

Causa est quare Gentes & Iudei ad fidem vocentur. Ex vtroque enim populo ædificata est Sion spiritalis, quæ in celsitudine virtutum posita terrena deserit, cœlestibus intendit, futura præuidet, hostium incursus non timet. Huius fundamenta in montibus sanctis sunt, quia sicut ait Apostolus: Iam non sumus hospites & aduenæ, sed ciues sanctorum & domestici dei superædificati super fundamentum Apostolorum & prophetarum. In hac ciuitate deus homini coniungitur, sicut scriptum est: Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis: Synagogam enim reprobauit, Ecclesiam elegit. Ideoque scriptum est: Diligit dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob. Illa nempe deus tabernacula deseruit, Sion verò, id est, Ecclesiam presentia sue habitationis illustrauit. Vnde & illic nequaquam conspicitur, hic autem ab his qui mundo sunt corde, mentis intuitu videtur, nam subditur: Et videbitur in gloria sua.) In gloria sua Christ' videtur in Ecclesia, qui in infirmitate visus est in synagoga. In qua infirmitate nequaquam à morte videbitur, qui immortalis & impassibilis factus, cum patre deus in illa iam cœlesti sede gloriatur. Vnde dicit Apostolus: Et si nouimus Christum secundum carnem, sed iam non nouimus. Possumus quoque per id quod superius dictum est: Tu exurgens misereberis Sion.) Remissionem peccatorum quæ in Ecclesia datur intelligere, & multiformis dona gratiæ, quæ quotidianis diuinitus incrementis consequitur. Quæ in illis deus multiplicat, quibus Sion placent lapides, id est, qui & Apostolorum doctrinam recipiunt, & eorum pro posse exempla imitantur. Sed iam ad sequentia reuertamur.

B

Respexit in orationem humilium & non spreuit precem eorum.

In humilium deus orationem respexit, quando ad humanam naturam reformandam filium in mundum misit. Hoc enim iustorum requirebat oratio, hoc prophetarum expectabat desiderium, vt ille in mundum veniret, qui & à diabolica seruitute hominem redimeret, & vitæ aditum quem culpa obstruxerat, gratuito pietatis suæ munere reseraret. Hinc nanque Esaias ait: Clamabunt ad dominum à facie tribulantis, & mittet eis saluatorem & propugnatorem qui liberet eos. Ex quibus verbis liquidò colligitur, quia in eorum respexit orationem, quibus in tribulatione clamantibus non solum saluatorē contulit, sed etiam propugnatorem misit. Idem verò qui fuit saluator, fuit & propugnator. Saluator nanq; dei filius est, de quo scriptum est per prophetam: Deus ipse veniet, & saluabit nos. Vnde etiam Iesus priusquam in vtero conciperetur, vocatus est ab angelo. Nam quòd propugnator sit, ipse ostendit cùm per prophetam ait: Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. Ex hoc preces non spreuit, quia eis quod deprecabantur indulsit. Si enim preces eorum spreuisset, nequaquam ad eos liberandos filium misisset. Hinc nanq; Moyses ad dominū ait: Obsecro domine mitte quem missurus es. Hinc propheta alius exclamauit dicens: Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes. Hinc etiam Dauid dixit: Deus iudicium tuum regi da. Iudicium suum regi deus pater dedit, quādo dei filius carnis humanæ substantiam assumpsit. Hinc nanque ad filium ipse pater ait: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Patet ergo quia iudicium suum illi dedit, cui & bonorum regnum, & inconuertibilium tradidit comminutionem. Vas enim figuli postquam semel confringitur, nullo modo postmodum reparatur. Quid ergo per cōfractionem vasorum figuli, nisi extrema damnatio designatur? Ibi enim per iudicij seueritatē quicunque confringitur, nequaquam vlterius per pœnitentiæ remedium reparabitur. Quod profectò iudicium per dei & hominum mediatorem fiet, quia scriptum est: Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. In humilium nihilominus orationem deus respicit, cùm pro se vel aliis exorantes fideles exaudit.

C

Scribantur hæc *in* generatione altera, & populus qui creabitur, *laudabit* dominum.

D

Sicut ex duobus populis primitiua est constructa Ecclesia, ita gemina est generatio in fidei vnitate collecta: carnalis scilicet, & spiritalis. Siue ergo Sion & ea quæ sunt supradicta, ad literam intelligamus, siue per intellectum mysticum ad Ecclesiam cuncta referantur, conueniunt superioribus sequentia, & prælibatis exponenda concordant: dictum est enim: Tu exurgens domine misereberis Sion. Et iterum: Quia ædificauit dominus Sion. Nunc verò ait: Scribantur hæc in generatione altera.) Quod enim Iudæis fuit promissum, hoc in gētibus videtur impletum. Si verò iuxta spiritalem intelligentiam per Sion Ecclesiam accipimus, per generationem alteram, spiritalem intelligimus, in qua nimirum diuinæ scriptæ sunt promissiones: quia quicquid de remissione peccatorum, quicquid de æternitate fœlicitatis scriptura sacra asserit, hoc in cordibus suis per amorem spiritus, spiritalis generatio inscribit. Cui & dicitur: Audi Israël præcepta domini, & ea in corde quasi in libro scribe. De hac præceptorum dei inscriptione per prophetam dominus dicit: Hoc est testamentum quod testabor eis, dabo leges meas in cordibus eorum, & in sensibus eorum scribam eas. Bonus pater, qui filiis non terrenæ hæreditatis iura, non luto aut lateribus constructas domus, non auri argentíve præscribit aceruos, quæ liuoris plærunque & inuidiæ seminarium sunt, & superbiæ ac luxus existunt fomenta, sed charitatis & dilectionis gratiam, iustitiæ & pietatis proponit edicta, & veritatis legem non in lapide, vel membrana, vel ligno, vel cæra sed in tabulis cordis præscribit, vt æternæ filij promissionis vanis nunquam cogitationibus occupentur, sed semper omnipotentis patris testamentum quasi præ oculis habentes, quid timere, quídve sperare debeant cogitēt, & in exequendis mandatis cœlestibus, votis omnibus elaborēt. De his quippe ait propheta in Psalmo: Hec est generatio querentium dominum, quærentium faciem dei Iacob. Quid nobilius generatione diuina, quid sublimius cœlesti? quid castius conceptione spiritali? Voluit immaculatus dominus vt homo sine macula nasceretur peccati, & absque vitio carnalis delectationis humanæ sobolis propagaretur successio. Et ideo talem fecit Adam vt absque peccato filios æderet, si in cōditoris obedientia perstitisset. Posset nanque fieri vt sicut absque delectatione fructus suos terra germinat, ita sine peccato filium mulier pareret. Et sicut ipse à deo Adam purè conditus fuerat, ita homo hominem purè procrearet. Quod homini cur esse incredibile videatur, cùm apibus etiam hoc ipsum conferatur? Sed quia domino suo obedire humana anima renuit, animæ imperio caro obtemperare contempsit. Nam & rebellis ei semper postmodum extitit, & aduersus eam cuius ancilla fuerat, se in superbiam erexit. Plærunque autem vsque adeo erigitur, vt ipsa dominę suæ versa vice dominetur. Vnde fit vt in filiorum procreatione per delectationem in peccatum incidat, & bonum opus malè operando delinquat. Sed dei hominumque mediator sicut nobis quam perdideramus vitam contulit, ita etiam hanc in nobis generationem reparauit. Vnde & de virgine, & sine peccato nasci voluit: vt ex hoc patenter ostenderet quia hoc etiam nobis inter innumera beneficiorum suorum dona conferret. Ideoque Esaias ait: Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet & pariet filium. Quam virginis conceptionem nequaquā signum esse diceret, nisi aliquid nobis in ipsa sua natiuitate quod credere deberemus signaret. Vnde rursum scriptum est: O radix Iesse, qui stas in signum populorum. Signum enim fuit populis illa Christi sine virili commixtione natiuitas, quod his qui credunt in nomine eius, daturus erat potestatē filios dei fieri, his videlicet qui nō ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Sicut nāq; beata Maria Christū peperit virgo, post partū incorrupta permānsit: ita & mater Ecclesia filios deo sine dolore generat, & virgo semper illibata perseuerat. Qui in hoc quoque quòd deum toto corde diligunt, patrem se deum habere euidenter ostēdunt. Filiorū enim est diligere, non timere. Porrò

Psal.101.

Filium mulier sine peccato parere posset.

Esa.7.

E

F

G in hac dilectione nequaquam torpescunt ocio, aut operibus insolescunt, sed & in mandatis cœlestibus voluntatem dei custodiunt, & ex virtutum operatione nullam ab hominibus laudem quærunt. Vnde & subditur: Et populus qui creabitur laudabit dominum.) In operibus nempe suis deum laudant, qui bonum quod faciunt, nequaquam sibi, sed gratiæ dei attribuũt. Vnde & Paulus cùm plus omnibus se laborasse dixisset, subiecit atque ait: Non autem ego, sed gratia dei mecum. Sed quæ in nobis sunt sanctitatis opera, ita sunt ad proximorum ædificationem exterius trahenda, vt in eis non fauor aut gratia humana requiratur, sed ipse à quo hæc sunt hominibus collata, deus laudetur. Hinc nanque per semetipsam veritas Apostolis ait: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.

1. Cerin. 15.

Mat. 5.

Quia prospexit de excelso sancto suo, dominus de cœlo in terram aspexit.

Nec noua post creationem nasceretur, nec deum perfectè sanctorum vita laudaret, nisi per eum nos diuina miseratio respexisset, qui nos in Nicodemo denuo nasci docuit: aliter in regnum intrare non posse, nisi ex aqua & spiritu renasceremur monstrauit. Vnde dum populum creandum dominum benedicturum esse propheta dixisset, causam ilico nostræ redẽptionis adiecit, velut qui indubitanter sciret aliter nouum nõ posse creari populum, nisi dominus & redẽptor noster nouus homo veniret in mundum. Nec posse quenquam amplius de vera salute ambigere, cùm sciret omnipotentem medicum ad infirmos descendisse. Dicatur ergo: Quia prospexit de excelso sancto suo.) Prospicere dicimur, cùm à longè intuemur. Quia ergo per verbi dei incarnationem non solum Iudæa quæ iuxta esse videbatur, sed etiam Gentilitas liberanda erat per misericordiam, rectè nunc dicitur, quia prospexit de excelso sancto suo, iuxta quod scriptum est: Pacẽ iis qui longè, & pacem iis qui prope. Redemptor noster non immeritò excelsus dicitur, quia diuinitatis eius potentiam nemo mortalium intuetur: denique & sanctus extitit, & dei per omnia fuit. Hinc nanque ipse de se in Euãgelio ait: Quem deus sanctificauit, & misit in mundum. Nam quod dei per omnia fuerit, ipse testatur cùm ait: Non potest filius à seipso facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem. Idem autem qui excelsus extitit, ipse etiam cœlum fuit. Sed excelsus propter sublimitatẽ, cœlum verò propter diuinam inhabitationem. In eo enim, sicut testatur Apostolus, habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et per prophetam quoq; dominus ait: Cœlum mihi sedes est: Quæ autem maior sedes dei quàm Christus? Cœlum igitur dei Christus est, de qua dominus in terram aspexit, vt cùm peccãtibus quibusque spem per eum veniæ tribuit, de cœlo in terram aspexit, vt cœlum fieret qui terra fuit. Quod apertè ostẽditur, cùm ilico subiungitur:

H

Prospicere, est à longè intueri.

Ephe. 2.

Redemptor noster quare excelsus & cœlũ dicitur.

Ioan. 15.

Col. 2.

Esa. 66.

I

Vt audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum.

Sancti viri nõ incongruè compediti dicuntur, quia ligati vinculis disciplinæ dei, nequaquam ad ea quæ exteriora sunt vagantur, & quasi gressum operis immobiliter figunt, dum à cõditoris desiderio nusquam discedunt. De his nãque compedibus scriptũ est: Iniice pedes tuos in cõpedes eius, & in torques illius collũ tuum: Quia profectò cuius à prauitate gressus cõpescitur, eius fides sanctarum varietate virtutum adornatur. Collum nanque fides est, per quam deo fidelis quisque cõiungitur, & quasi per collum capiti suo Christo Ecclesia, quæ eius est corpus, vnitur. Vnde in laudem sponsæ in canticis canticorum dicitur: Collum tuum sicut monilia. Quia enim, sicut Iacobus ait: Fides sine operibus mortua est, quasi collum sponsæ monilibus circundatur, dum fides sanctæ animæ operibus decoratur. Gemunt continuè compediti, quia dum exilij sui tenebras electi considerant, ad claritatem visionis dei indesinenter suspirãt. Sed eorum gemitus nequaquam deus audiret, nisi mediatorem nobis filium suum dedisset. Vnde dicit Apostolus: Per quem accessum habemus ad patrem, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Constat ergo quia nullius audiret gemitum deus, nisi ille venisset per quem ad patrem habemus accessum. Vt solueret filios interemptorum.) Filij interemptorum sunt imitatores martyrum, eorum scilicet qui vel pro testamento dei sua corpora tradiderunt, & in sanguine agni lauerunt stolas suas: vel qui membra sua super terrã mortificantes, carnem suam cum vitiis & concupiscentiis crucifixerunt. Possumus quoque per compeditos eos accipere, qui mortalitatis & passibilitatis vinculis se astrictos intelligunt, & miseriis humanæ necessitatis afflicti, indesinenter gemunt.

Viri sancti dicuntur cõpediti & gementes.

Eccli. 6.

Cant. 1.

Iacob. 2.

Ephe. 2.

K

Vt annuncient in Sion nomen domini, & laudem eius in Hierusalem.

Soluti à peccatorum vinculis, eò magis in Ecclesia nomen dei annunciant, quo eis dimissum est de peccatorum excessibus quod timebant: quid verò aliud est nomen domini annunciare, nisi dei misericordiam in Ecclesia prædicare? Dominorum enim est misereri. Hinc nanque de Christo dicitur: Benedictus qui venit in nomine domini. Scimus enim quia mediator dei & hominum homo Christus Iesus iudex est humani generis, iuxta quod scriptum est: Pater non iudicat quẽquam, sed omne iudicium dedit filio. Qui si in primo aduentu venisset in nomine iudicis, nemo profectò foret qui pœnam æternæ euaderet damnationis. Omnes enim, vt ait Apostolus, peccauerunt & egent gloria dei. Venit ergo in nomine domini. L qui venit vt peccata dimitteret, non vt peccatores damnaret. Venit, inquam, in nomine domini primò, qui in nomine iudicis in aduentu veniet secundo. In Sion ergo nomen domini annunciant, qui dei misericordiam populis prædicant. Sequitur: Et laudem eius in Hierusalem.) Vnam Ecclesiam propter diuersas causas diuersis appellat nominibus, Sion eam nominans, sicut quæ ad alta sustollitur. Hierusalem verò quæ quasi iam mortificatis hostibus, veram in se pacem intuetur. Notandum verò quia nomen domini prius annunciandum, postea verò posuit esse laudandum. Agnitionem enim nominis laus sequitur confessionis. Quomodo enim credent ei quem non audierunt? Quæ autem maior laus dei, quàm quòd mundus in vnitate fidei collectus, non solum opera eius annunciat, sed etiam vita eum & operibus laudat? Vnde & subditur:

Mat. 21.

Ioan. 5.

Rom. 3.

In conueniendo populos in vnum, & reges vt seruiant domino.

Respondit ei in via virtutis suæ, paucitatem dierum meorum nuncia mihi.

In vnum conuenerunt populi in Ecclesia per totum orbẽ diffusa, quæ Christum credit esse filium dei. De hac vnitate dicit M Apostolus: Vnus deus, vna fides, vnum baptisma. Extra hanc nemo laudat deum, nemo annunciat. Hanc designabat ille vnus qui post motionem aquæ in piscinam descendẽs sanabatur. Nemo nãque est qui veræ possit inuenire salutis remediũ, nisi ad vnitatem fidei veniat, & per sanctificationẽ vitæ Christum induens, vnum cum eo fiat. Hinc nãque per semetipsam veritas ait: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quẽ misisti Iesum Christum. Per reges eos intelligas qui animorum suorum motus secundum dei voluntatem dirigunt, eisque regum more dominantur, dum in rationis eminentia quasi in regali solio præsidentes, repugnantia quæque seruituti subiiciũt, & pacatis omnibus, æquitatis leges & innocentiæ iura in seipsis disponunt: siue etiã eos qui populis præfecti, in rerum culmine stare videntur, dum diuitiis affluunt, honoribus cumulantur, terreni præeminent dominatione imperij, & gloria mundanæ potentiæ extolluntur, nõ absurdum videbitur cùm & illi in ipsã cordium suorum directione domino seruiant: & isti religionis Christianæ documenta tenentes, orthodoxæ fidei iugo mentis colla supponant. In hoc igitur populorum, & regum conuentu quilibet fidelis respondit deo in via veritatis positus, videlicet in Christo, qui viam se nobis proposuit, dicens: Ego sum via, veritas & vita. Respõsio autem hæc non voce æstimatur, sed opere. Non enim respondent domino qui vocati peruersè viuunt, qui post illud diuinum

Ephe. 4.

Ioan. 17.

Reges quo propriè dicuntur.

Isaiæ.

A fuit dimmũ lemen in terra rationabili ſuſceptũ, ſpinas peruerſitatis, aut tribulos producunt nequitiæ, ſed qui in omni bono ſe aptantes, & de ſua vocatione gratias deo referunt, & fructũ deo cẽteſimũ, vel ſexageſimũ, aut etiã triceſimũ in cordis innocentia ferunt. Notandũ verò quòd dicit in via virtutis. Virtus nanq; Chriſti, eſt gloria reſurrectionis eius. Licet enim opera fecerit quæ nemo alius fecit, & miraculorũ ſigna diuinitatis eius fidẽ aſtruant, credendi tamẽ in eum nulla potentior, aut cõdecẽtior via extitit, quàm quòd mortuus & ſepultus tertia die reſurrexit. In via ergo virtutis dei reſpondet Eccleſia, cùm de gloria reſurrectionis Chriſti nihil aſſerẽs ambiguum, nihil ſentiens obſcurũ, ſtudet in mẽbris ſuis Chriſto per baptiſmum & pœnitentiã cõmori, & per nouitatem vitæ Chriſtum induens eidẽ conuiuificari. Cùm enim, nihil in ſe lucidum, nihil vitale cõſpiciat, à ſolo deo ſe putat poſſe acquirere & luculentarum virtutum plenitudinẽ, & deſideratã vitæ indeficiẽtis æternitatem. Quæ etiã non niſi per gratiã dei poteſt aduertere quot ſit obnoxia defectibus, quot infirmitatibus ſubdita, quot miſeriis vallata. Ideoq; dicit: Paucitatẽ dierum meorum nuncia mihi.) Quaſi dicat: Qui ex meis viribus hoc cõſequi non valeo, vt quàm pauci ſunt dies mei intelligã, fac vt per gratiã tuæ inſpirationis, & virtutum defectum, & huius vitæ breuitatem agnoſcam, quatinus vitæ huius velocem conſiderans trãſitum, nullum in corde ſentiam de amore illus affectum.

Reſurrectio gloriæ & virtus Chriſti.

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum, in gene-
B ratione & generationem anni tui.

Per dimidium dierum, imperfectionẽ vitæ accipimus, in qua ſe fidelis quiſq; non reuocari de mundi huius exorat exilio, ne ſi in die exitus ſui trãſitoriæ adhuc vitæ amore occupatus fuerit, *ad illã* æternitatis vitã tranſire minus poſsit. In hac vita dimidium tantum dierũ accipimus, quia etſi nos aſsiduè ſolis huius materialis ſplendor illuminet, ſequitur tamẽ nox, quæ aſsiduè illuminatos obſcuret. Roget ergo vnuſquiſq; vt dũ in vitæ huius curſu mentis amore defigitur, antequam de adipiſcẽdis æternis ſatagat, à deo nõ reuocetur. Sãcti viri etſi ſunt mortali carne circundati, nequaquã ſunt in dimidio dierum, quia perfecti deſiderij amore à terrenis ſuſpẽſi, illa beatæ vitæ æternitate iam in ſpe perfruuntur. Hinc nãq; Paulus dicit: Spe ſalui facti ſumus. Hinc rurſus ait: Noſtra cõuerſatio in cœlis eſt. Sic nãque inoffenſo curſu ad æternitatis ſtatum peruenitũt. Sic ante huius vitæ terminum, in æternitatis deſiderio mentẽ fixerunt. Quod quidem euidenter oſtẽditur, cùm protinus ſubditur: In generatione & generationem anni tui.) Nota quòd vitam ſuam dierum paucorum appellatione ſignificat, æternã verò, annorum in generatione & generatione permanẽtium, vt per hoc quoque prudens lector intelligat & infinitam illius futuræ fœlicitatis longitudinem, & labentem temporalis gloriæ breuitatem. Quis enim neſciat annos diebus multo lõgiores? Quia verò etiam in annis finis poteſt intelligi, in generatione & generatione eos permãſuros dicit: Sapiẽtia dicit: Ge-
C neratio vadit, & generatio venit, terra autem in æternum ſtat. Hæc eſt nanque inſtabilis vitæ illius permutatio, vt decedentibus aliis alij ſuccedãt, quibus poſtmodum ſimili modo deficientibus, alij nõ æquali cõditione oriantur. Ex quibus tamen omnibus quæ in ſeculo fuerũt vel futurę ſunt generationibus, viua illa & diuina generatio perficitur, quæ in æternum claritatis dei cõſortio perfruetur. In hac itaque annos, id eſt, æternitatem dei permanſuram dicit propheta, tunc videlicet cùm generatio quæ præcedit & quæ ſequitur, vna facta fuerit, nouiſsima vtpote morte deſtructa, quæ antequã in victoria abſorbeatur, nihil ſtabile, nihil ſolidum, nihil dimittit illæſum. Quæ tamẽ intelligi & aliter poſſunt, vt ad ſuperiora hoc modo referãtur. Dictum nanque eſt ſuperius: Populus qui creabitur, laudabit dominum. Quomodo ergo laudet oſtẽdit cùm ait: Reſpõdit ei in via virtutis ſuæ, & laudẽ eius annunciabunt in Hieruſalẽ. Hieruſalẽ verò quæ ſeruit cùm filiis, illa enim vocata nequaquam in laude reſpõdet, ſed illa cui dictum eſt: Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe & clama quę non parturis: vocata reſpondet domino poſita in via virtutis ſuæ. Via virtutis Chriſti, eſt imitatio cõſtãtiæ eius. In hac via populus creatus, vel Hieruſalem intelligibilis reſpondet domino, quia ſicut pro nobis Chriſtus animam poſuit, ita conſtantiam Chriſti ſequens pro fratribus animam ponere in filiis ſuis nõ recuſauit. D Quid verò reſponderit, oſtendit cum ait: Paucitatem dierum meorum nuncia mihi. Rogat innouatus populus vel fœcunda filiorum ſpiritaliũ mater, vt breue ſibi videatur huius tẽpus tribulationis, cõparatione æternæ fœlicitatis: ne dũ nimis extẽdi quas patitur perſecutiones autumat, pro dilatione præmiorũ quaſi tædio victa, quã imitari propoſuit Chriſti conſtantiã, amittat. Tunc nobis deus quid ſequi debeamus annũciat, cùm voluntatis ſuæ arcana nobis inſpirat. Nunquid non paucitatẽ dierum ſuorum illi deus annunciauerat qui dicebat: Exiſtimo quod non ſunt cõdigne paſsiones huius temporis ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis? Nouerat enim quia tẽporaliũ preſſura paſsionũ veloci fine cõcluditur, gloriæ verò cœleſtis fœlicitas nullo termino anguſtatur. Poſſumus per paucitatem dierum etiã aliud intelligere. Fuerunt nanque hæretici qui dicerent, Eccleſiã nõ eſſe generalem, ſed in tempore Donati & ante finem ſeculi conſummandã: nõ attendentes quòd eis dominus in Apoſtolis promiſit, dicens: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad cõſummationẽ ſeculi. Cõtra eos nunc dicitur, paucitatẽ dierum meorum nuncia mihi. Conſtat quia per multiplicitatem dierum perennis vita accipitur: per paucitatem verò curſus iſtius ſeculi deſignatur. Scriptũ quippe eſt: Longitudo dierum in dextera eius. Quid enim per dexteram, niſi perpetua vita deſignatur? Quia ergo ſanctorũ requies nullo clauditur termino, rectè in dextera dei dierum dicitur eſſe E longitudo. Nam quod hic dicitur: Paucitatem dierum meorũ nuncia mihi: tale eſt ac ſi dicat Eccleſia, Sunt qui inſipiẽtiæ ſuę caligine & perfidiæ deteſtabilis induti erroribus aſſerãt me in breui finiendam, & vſq; in finem ſeculi inhabitatorem nõ habituram: ſed tu de cuius non diffido promiſsionibus, nuncia paucitatẽ dierum meorum mihi. Futura dierum paucitas, inquam, data eſt Eccleſiæ, quia toto iſtius vitę tempore debet fides Chriſtiana in mundo vigere. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum.) Per dimidium dierum imperfectionem accipe temporum tranſeuntium, in qua quaſi deus reuocari permitteret, ſi huic ſententię, hæreticorum faueret. Hoc autẽ ideo poſtulat, ne ab illis annis qui ſunt in generatione & generatione, alicuius eam erroris peruerſitas abducat.

Roma.8. *Matt.28.* *Prouer.3.*

Initio tu domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli.

Initium dei filius eſt, de quo ſcriptũ eſt: Ipſe eſt initiũ omnis creaturæ. Quod etiã ipſe euidenter oſtẽdit, cùm ſe principium nominauit. Deniq; & in Apocalypſi ad Ioannem idẽ ipſe ait: Ego ſum α & ω, primus & nouiſsimus, initium & finis. In hoc initio fundata eſt terra, quia in ipſo fundata eſt Eccleſia. Hinc nanq; Apoſtolus dicit: Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Hinc ipſe dei & hominum mediator, ad Apoſtolorum principẽ ait: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiã meam. Ipſe eſt enim petra à qua Petrus nomẽ accepit, & ſuper quam F ſe ædificaturũ Eccleſiam dixit: Terra autẽ dicta eſt Eccleſia, tum quia in meſſe fidelium populorum ſpiritali fœcunditate exuberat, tum quia in ſoliditate fidei perpetua firmitate immobiliter perſeuerat. Vnde per Salomonẽ dicitur: Terra inæternum ſtat. Terra quippe inæternũ ſtare dicitur: quia ſancta Eccleſia in hoc ſeculo à catholica fide nequaquam deficiet, & in futuro cũ deo æterna ſtabilitate permanebit. Nam quod in hac vita nullis aduerſitatibus frangenda ſit, nullis perſecutionibus ſuperanda: ipſe ſuper quem ædificata eſt, euidenter oſtẽdit cum ait: Portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam. Portæ inferi hæreſes ſunt, quæ dum multos in fide infirmos ſucata verborum calliditate decipiunt, quaſi infernorum eis aditum pandunt. Sunt etiam portæ inferi quædã poteſtates huius mũdi. Quid enim Nero, quid Diocletianus, quid denique iſte qui hoc tempore Eccleſiam perſequitur, nunquid nõ omnes portæ inferi? Quis cogitare ſufficiat quãti promiſsionibus eorum deuorati ſunt? Quanti eorum metu perterriti? Quãti afflictionibus eorum ſuperati? Quos omnes perpetuæ mortis profundum abſorbuit, & ad cruciandũ damnationis æternæ infernus admiſit. Sed Eccleſia in illius, de qua dictũ eſt, petræ ſoliditate fundata, nec minarum ventis concutitur, nec perſecutionũ fluminibus mouetur, nec corporalium pœnarum incõmodis ti-

Ioan.1. & 22. *1.Cor.3.* *Matth.16.* *Eccleſia dicitur terra.* *Eccli.1.* *Mat.16.* *Portæ inferi quæ ſint.*

G tubat, nec mortis ipsius timore vacillat. Illi verò qui inferni aditum sequacibus suis vtpote portas aperiunt, eam impugnare & persequi modis omnibus nō desistunt. In quo quid aliud
Mat.16. faciunt, nisi quod veritatis verba euacuare cōtendunt? Nō prę-
Psal.144. ualebunt aduersus eam portæ inferi dicit dominus: & tamē vt ei prævaleant conantur. Sed fidelis dominus in omnibus viis suis, & sanctus in operibus suis. Initio enim terram fundauit, &
Prædicatores dicuntur cæli. opera manuum eius sunt cœli. Quid per cœlos nisi prędicatores sanctos accipimus? Quid terram istam, de qua dictum est, verborum imbribus prædicantes inebriant, subiectis fidelium perpetuæ damnationis exitium comminantes intonant, ad a-
Esa.55. struendam verborum fidem miracula facientes coruscant. Nā quod prædicātis verba pluuiæ sint, testatur dominus, cùm per prophetam dicit: Quomodo descendit imber & nix de cœlo, & illuc non reuertitur, sed inebriat terram & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti & panem comedenti: sic erit verbum quod egredietur de ore meo. Quid apertius? Ecce sicut de cœlo descendunt pluuiæ, ita de prædicatoribus verba emanant doctrinæ. Isti sunt nimirum qui enarrant gloriam dei. De quibus etiam hic dicitur, quia opera manuum e-
Psal.8. ius sunt cœli. In præcedentibus dicit propheta: Videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum: hic verò ait: Opera manuum tuarum sunt cœli. Quid est quod ibi vocantur opera digitorum, hic verò manuum, nisi quod diuersa ibi dona sancti spiritus doctorum infundenda cordibus intelliguntur? Hic verò
H ipsa virtutum opera ex eisdem tamen donis in hominū prodeuntia notitiam vocantur. Quia enim per manus omne opus agitur, ipse virtutum operationes per manuum opera signantur. Primùm nanque humanis mētibus gratia spiritalis infunditur, postmodum verò in mente quid spiritus egerit, in operibus demonstratur. Cœli etiam doctores Ecclesiæ dicti sunt, quia dominus in eis præsidet, dum per eos sua iudicia exercet. Quibus nanque regni cœlorum claues tribuit, eis ligādi atque soluendi potestatem dedit. Per eos ergo iudicat, quia quodcūque ab eis ligatum fuerit, ligat. Scimus autem quia sedere iudi-
Esa.66. cantis est: & ipse dominus per prophetam dicit: Cœlum mihi sedes est. Si ergo sedes dei cœlum est, & in rectoribus Ecclesię dominus iudicat, cùm sedere iudicantis sit, necessariò cōsequitur quod Ecclesiæ rectores cœli dicuntur. Qui profectò cœli opera manuum sunt dei, quia hoc ipsum quod cœli sunt, ex
Psal.32. gratia virtutis acceperunt, sicut scriptum est: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent.

Nemo iam spem suā ponat in homine. Ipsi enim cœli etsi sint opera manuum dei, peribunt tamē. Quomodo autē peribunt
I nisi secūdum corpus? Quòd si secundum corpus perituri sunt, vbi resurrectio? quam non solum negare scelus est, sed etiā de ea dubitare, summū nephas est. Patet itaque: quia non sic peribunt vt non resurgant: sed vt eas quas in hac vita patiuntur, necessitates corporis euadāt. In ipsā enim corporis eorum resumptione quodammodo periisse videbuntur, cùm pereunte in eis corruptione, destruetur quod animale est, vt quod spiritale est viuat: & iam quasi non sint quod fuerāt, dum in aliam mutati naturam, in lumine claritatis dei perenniter exultant. Solus nanque deus verè immortalis est, quia solus æternus & incommutabilis est. Vnde dicit beatus Augustinus: Vera ęternitas & vera immortalitas non est nisi in deitate trinitatis, cui quod est esse perfectū est: quia natura initio carens, incremento non indigens, sicut nullum finem, ita nullam recipit mutabilitatem. Creaturæ autem etiam illæ quibus deus ęternitatem dedit vel daturus est, non penitus omnis finis alienæ sunt, quia non sunt extra commutationem. Inter hæc sciendum est, quia hi de quibus agitur, cœli peribunt & non peribunt: quia morietur in eis illa quam ex carnali generatione contraxerunt corruptio. Et tamen in eis plenior erit, quam in hac vita per speculum & in ænigmate acceperūt, diuina inhabitatio. Cœli hoc modo esse non desinent, dum ad recipiēdum in semetipsis deum, sinum cordis amplius laxent. Vnde cùm eos perituros propheta dixisset: subiecit atque ait: Tu autem permanes.) Ac si patenter dicat: Peribit quidem quicquid in eis ex humana habetur corruptione, sed permanebit in illis quod ex tua

Cœli peribunt, & nō peribunt.

acceperunt virtute. Tu enim permanes. Liquet ergo, quia in K
eis non moritur quicquid de diuinitatis participatione in ipsis habetur. Caro tamen in puluerem redigitur, vt postmodū per resurrectionē in melius reformetur. Vnde & subditur: Omnes sicut vestimentum veterascent.) Vestimēta sanctorū, sunt corpora eorum. Vnde de quibusdā scriptum est: Isti sunt qui *Apoc.7.*
non inquinauerunt vestimenta sua. Et iterum: Lauerunt stolas suas, & dealbauerūt eas in sanguine agni: Quæ profectò vestimenta tunc veterascunt, cùm animabus eorum ad cœlum tendentibus, ipsa eorum corpora in terræ essentiam deducuntur. Quia verò mortalitatem corporis immutatio sequitur resurrectionis, consequenter adiunxit dicens:

Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es & anni tui non deficient.

Non prętereundū nobis est, quòd cùm dixisset eos sicut opertorium mutādos, subiunxit, & mutabuntur. Signauit enim his verbis duplicē illā sanctorum in futura vita cōmutationē. In qua nō solum corpora corruptioni in hoc seculo & morti obnoxia perpetuā percipient incorruptionem, sed etiam anima eorū & corda in æternā transibunt stabilitatē, vt sicut mori nō poterunt, ita & peccare quidem non possint: & appareat in eis multiplicis bonitatis dei beneficium, cùm & mortale induerit immortalitatem, & affectus non sentiet tentationē. Notādum L
quòd opertorium dei sancti dicūtur. Sicut enim homini nihil est vicinius quàm vestis, ita deo nihil est vicinius sanctis. Sicut enim vestimentis suis homo circundatur, ita sanctis suis deus vestitur. Hinc nāque per prophetā scriptum est: Viuo ego di- *Esa.49.*
cit dominus: quia in sublimatione tua omnibus his velut vestimēto vestieris. Hinc rursus deo per alium prophetā dicitur: *Psalm.44.*
Myrrha & gutta & casia à vestimētis tuis. Quia enim omniū virtutum odoramenta à sanctis prodeunt, rectè dicitur: quia è vestimentis dei myrrha & gutta & casia procedunt. Hinc nā- *2.Cor.2.*
que Apostolus ait: Christi bonus odor sumus deo. Vestimēta ergo dei mutantur: quia sancti post mortem corporis, in fœlicitatem transeunt vitæ cœlestis. Sequitur: Tu autem idē ipse es.) Hęc est vera dei ęternitas, & vera eiusdē immortalitas quod non solū nullius finis limite sempiterna eius virtus & diuinitas cōcluditur, sed quod potestas ac voluntas ipsius nullatenus imperfectionis cuiusq; aut incōstātiæ varietate permutatur. Vnde ad Moysen de seipso ait: Ego sum qui sum. Et ite- *Exod.3.*
rū: Hæc dices filiis Israēl: Qui est, misit me ad vos. Ideo & hic *Ibidem.*
dicitur: Tu autem idem ipse es.) Homo nanque etsi ipse sit, nō tamen idem est: quia hoc ex suæ mortalitatis corruptione accepit, vt in eodem statu diu permanere nō posit. Quod de deo sentire nimis absurdum est. Sicut enim est æternus, ita incōmutabilis: nō diminutionē sentiens, nec augmētis excrescēs: M
non mutans propositum, nō improbās quod semel est approbatum. Vnde & subditur: Et anni tui non deficient.) Si per annos dei, æternitatem accipimus, qualiter anni eius non deficiēt, apertè videmus. Quòd si per annos ipsam sanctorū multitudinem intelligere volumus, anni nō deficient: quia cū illo qui nunquam deficiet vnum fient. Reuolutionē enim quandā dierum, annum vocamus. Quid autem sunt sancti nisi dies, & quid peccatores nisi nox? Hinc etenim scriptum est: Dies diei *Psal.18.*
eructat verbum, & nox nocti indicat scientiā. Anni ergo non deficient: quia sanctorum chori postquam illā incomprehēsibilem semel in semetipsis acceperint lucem, nullā amplius sentient ignorantiæ vel tētationis obscuritatem. Tunc enim dies videtur deficere, cùm aut nubium aut noctis tenebris obscuratus cœperit non lucere. Quod ab illa vita alienum erit: quia vera lux quæ obscurari non potest, in sanctis fulgebit.

Filij seruorum tuorum habitabunt, & semen eorum in seculum dirigetur.

Qui sunt filij in annis, id est, in æternitate dei habitaturi, nisi Apostolorū imitatores, cùm deo in cœlesti regno perenniter māsuri? Omnes enim fideles, Apostolorum dicuntur filij: quia *Gala.*
ab eis fuerunt in fide generati. Hinc nanque ad Galatas Apostolus ait: Filioli mei, quos iterū parturio. In eo quod dicit filios illic & nō seruos habitaturos, ostēdit quod ad cœleste regnū aliquis peruenire non valeat, nisi prius vetustate abiecta, per nouitatem vitæ filius fiat. Nam & ipsi quos seruos vocat,

Apostolorum

A Apostolorum filij fuerunt, veterem videlicet cõuersationem abdicantes,& in nouitate vitæ per Christum ambulantes. Fuerunt igitur serui, fuerunt & filij: serui propter laborem operis, filij propter mutationem nouitatis. Hinc est quod ex filiis Israël qui ex Aegyptiaca seruitute liberati sunt,& mare rubrum præuio ductore Moyse transierunt, nullus terram promissionis, exceptis duobus, intrauit: sed filij eorum postea intrauerunt,& patribus eorum repromissa diuinæ largitatis beneficia acceperunt. Significabatur nanque per hoc quod ad promissam nobis æternæ hæreditatis terram nemo potest ascendere, nisi qui prius per amorem spiritus in nouitate vitæ didicerit ambulare. Duo, Caleph videlicet & Iosue, caput designant & corpus, Christum scilicet & Ecclesiam, qui soli ingrediuntur illam viuentium terram. Quòd verò ait: Semen eorum in seculum dirigetur.) Electorum voluit opera intelligi, quæ tũc profectò diriguntur in seculum, cùm omnia spectãt ad deum. Semen quippe suum nequaquam dirigit, qui ex operibus suis aliquid transitorium quærit. Opera autem nostra idcirco semen dicta sunt: quia sicut ex semine fructum colligimus, sic ex operibus nostris mercedem expectamus. Hinc nanque Apostolus ait: Quæcunque seminauerit homo, hæc & metet. Qui enim in hac vita semen boni seminauerit operis, in futuro fructum æternæ consequetur remunerationis. Per seculum verò, B illius beatæ vitæ intelligitur æternitas, quæ quia per varias tẽporum mutationes nullatenus diuiditur, vnius seculi appellatione non inconuenienter signatur. In illud ergo seculum dirigamus semen nostrum, & cibum operemur nõ qui perit, sed qui permanet in æternam vitam. Dum tempus habemus, operemur bonum, vt cùm ad indeficientem vitæ illius beatitudinem peruenerimus, perpetuos fructus in cœlo colligamus. Ille enim verè perpetuus est fructus, per quem perpetuò viuimus,& perenni panis & vini satietate gaudemus. Perpetuus, inquam, quia & mandendo non minuitur, & vetustate non deterioratur.

Prologus sexti Psalmi pœnitentialis.

INter innumeras & rutilantium operum & eminentiũ structurarum varietates, quibus templum Salomonicum adornatum fuit, hoc quoq; fuisse describitur, quòd quindecim ad illud gradibus ascendebatur. Quod quidem non casu vel sine causa factum credendum est. Salomon quippe cœlestium scrutator secretorum, & diuinæ receptaculum sapientiæ, sic tẽplum illud manufactum edidit, vt exinde templum aliud non manufactum signaret, quatenus ex corruptibili terrenæ domus ædificio, incorrupta cœlestis templi quodammodo imaginaretur pulchritudo. Ad illud nanque templum quod ex viuis in cœlo lapidibus construitur, non plana aut spatiosa peruenitur via, vel gressu ascenditur corporeo, sed processu fidei C & charitatis ascensu. Hinc nanque propheta dicit: Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit. Dixit ascensiones in corde beati viri dispositas,& vnde ascendere debeamus ostendit, cùm ait: In valle lachrymarum. In ea nanque exilij nostri damnationem deplangimus, & innumerabiles corruptionis humanæ deflemus molestias. Quis enim immunis à molestiis? Hinc etenim Iob dicit: Si impius fuero, væ mihi est: si autem iustus, non leuabo caput, saturatus afflictione & miseria. Et iterum: Tentatio est vita hominis super terrã. Quia enim in hac vita omnia vidit esse plena laqueis & tentationibus, non in ea tentationes esse dixit, sed ipsam esse tentationem memorauit. Laboriosa enim est vita temporalis, leuior fabulis, velocior cursore, instabilitate fluitans, imbecillitate nutans: cuius habitatio in luteis domibus, imo ipsa in luto subsistens, cui nulla est fortitudo, nulla propositi constantia, nulla à turbationibus requies, nulla à laboribus reclinatio. Quis denique est quem non excruciet dolor, sollicitudo non vrgeat, non subruat timor? Risus fletum sequitur, gaudium tristitia comitatur, esuriei succedit saturitas. Saturitatem iterum excludit esuries: in nocte dies optatur, in die nox quæritur. In algore calor, in æstu refrigerium, ante cibum suspiria, post cibum tribulatio, iræ, indignationes exagitant,& innumerabiles miseros homines motus perturbant. Hæc est vallis quam sancti viri mentis affectibus indesinenter exire disponunt, & ad D illud ineffabile bonum, ad illud inæstimabile gaudium ascendere, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. *1.Cor.2.* Qui etsi corpore quidem inter homines esse videantur, animas tamen suas ad cœlestia eleuant: & illi puro, & summo bono atque immortali & perpetuo adhærentes, temporalia & corruptibilia deserunt, & mundo superiores facti, in sinu diuinæ contemplationis quiescunt. Ibi in illo cœlesti templo cordis oculis deum conspiciunt, immo & in eiusdem templi structura ipsi quoque lapides fiunt. Per quindecim verò illius templi gradus, spiritalis sanctorum signatur ascensus. Numerus enim iste in septem & octo diuiditur: & ideo per eum gemina iustorum vita signatur, actiua videlicet, & contemplatiua. Actiua nanque in mundo versatur, contemplatiua verò ad cœlestia erigitur. Quia verò septenario numero temporalis, octonario verò perpetua vita signatur, rectè per eosdem numeros & contemplatiua vita exprimitur & actiua. Hinc nanque prædicti templi auctor Solomon dominum exorans ait: Da mihi domine partes septem, necnon & octo. Optabat enim regiæ dignitatis potentia præditus, ita sibi subditos populos regere, vt tamen contemplationis diuinæ non defraudaretur perfectione. Ipsa nanque officij administratoria necessitate constrictus, cogebatur temporali actioni insistere, sed suauius eum contemplationis diuinæ dulcedo reficiebat in mente. Potest etiam intelligi quod ille quindecim gradus ad illud diuinæ illuminationis templum ascendit, qui sempiternæ virtutis dei amore correptus, temporalibus quæ per septenarium numerum designantur, gradatim cõtemptis, per scalas octo beatitudinum ad sublimia prouehitur, donec deus deorum in Sion mẽtis oculis videatur. Sed videmus nũc, sicut ait Apostolus, per speculum in ænigmate. Impossibile est *1.Corin.13.* enim vt quis lutei huius corporis ergastulo incluſus, aut mortalis carnis circumseptus volutabro, ascendentem super Cherubin & super pennas ventorum volantem deum conspiciat, vel quanta sit eius potentia diuinitatis agnoscat. Vnde per Ioannem dicitur: Deum nemo vidit vnquam. Et Moysi deum *1.Ioan.4.* videre quærenti, responsum est à domino: Nõ videbit me homo & viuet. Quòd si tanta claritas est Solis vt oculis in eum *Exod.3.* corporalibus non valeamus intendere, quanta est illius claritas qui fecit Solem, vt eum possimus in hac qua sumus corruptione videre? Ipsum verò per speculum in ænigmate intueri, quod humili aduentu sponsi accepit Ecclesia, illius æternæ visionis signum est,& futuræ perfectionis imago, in qua nõ iam per fidem, sed per speciẽ ambulabimus: & reuelata facie ipsam diuinæ maiestatis gloriam irreuerberatis oculis conspiciemus. Quia ergo hi quindecim Psalmi quandam spiritalis ascensus continent formam, rectè sub eodem titulo omnes prænotati sunt, vt sicut ad illud materiale templum per gradus ascendebatur lapideos, ita cœleste illud templum hæc nobis cantica præferunt, per quæ in deo exultans anima, quasi per quosdam F gradus ascendat. Ascensuri ergo non corpore sed spiritu, non passibus sed affectibus, hunc Psalmum decantemus, & in eo studeamus deo meditatione appropinquare, dicentes cum propheta:

Vita actiua & contemplatiua per numerũ quindecim designantur.

Eccles. 11.

E

Explanatio sexti Psalmi pœnitentialis.

DE profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam.

Attendat vnusquisque in quo profundo iaceat, & quàm longè à deo peruersè agens effectus sit. Clamet ad eum totis viribus qui intuetur abyssos, & sedet super Cherubin, donec de profundi tenebris erutus, superno illustretur lumine, & claritate perfuatur cognitionis diuinæ. Clamauit Ionas ad deum de ventre ceti, de altitudine maris, de profundo inobedientiæ, & ad aures dei oratio illius peruenit: qui eum eruit à fluctibus, eripuit à bestia, absoluit à culpa. Clamet & peccator quem à deo recedentem cupiditatum tempestas contriuit, quẽ malignus hostis absorbuit, quem præsentis seculi fluctus inuoluit: agnoscat se esse in profundo, vt ad deum sua perueniat oratio. Quia verò Psalmus iste ad ascendentes pertinet, videamus qualiter ad deum iustus de profundo clamet. Quo-

Ionas clamauit ad deum, & exauditus fuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G modo enim nō profundus est qui ascēsiones suas in corde suo dispositi, qui intentionē cordis ad deū dirigit, qui laboris studium ad cœlos attollit? Sed sciendū quòd sancti viri eò se magis infimos & abiectos sentiunt, quò per mentis desideriū erecti, vicinius ad deum accedunt. Tunc enim primùm miseriam suam incipiunt perfectè cognoscere, cùm dei præsentiā cœperint in corde sentire. Hinc est quòd Abraham qui collocutionis diuinæ gratiam meruit, puluerem se esse & cinerem memorat, dicens: Loquar ad dominum, cùm sim puluis & cinis? Hinc Iacob postquā dominum vidit, neruo fœmoris emarcescente, vno pede claudicauit: quia profectò debiles se esse & infirmos reputant, qui se ad videndum deum per studium sanctæ contemplationis leuant. Qui dum spem suam in carne ponere desinunt, quasi vnius cruris vires amittunt. Eoque assuescunt cœlesti duntaxat desiderio inniti, quò senserint se à spe rerum temporalium debilitari. Et quasi neruum non habent in fœmore, dum non confidunt in carnali generatione. Omnia quę sub cœlo sunt, vanitatem æstimant: & cùm præsentis vitæ miseriis plenos se esse & obsitos circunquaque conspiciunt, quasi de profundis ad deū clamāt. Magna profunditas vita mortalis in qua nihil est certum, nihil vitale, nihil tutum, nihil tranquillum. Magna inquā profunditas, in qua peccator obruitur, impius immergitur, iustus turbatur. Ideo nanque clamat & dicit:

Gene. 43. *Gene. 32.* *Spē in carne ponere non debemus.*

H De profundis clamaui ad te domine.) In quo notādū: quia non ait clamo, sed clamaui. Habes in hoc perseuerantiæ documentū, vt si primò non exaudiris, ab oratione nō deficias, imo precibus & clamori insistas. Vult deus rogari, vult cogi, vult quadā importunitate vinci. Ideo tibi dicit: Regnum dei vim patitur, & violenti rapiūt illud. Esto ergo sedulus in oratione, esto in precibus importunus: caue ne ab oratione deficias. Si dissimulat audire quē rogas, esto raptor, vt regnum cœlorum accipias: esto violentus, vt vim etiam ipsis inferas cœlis. Quid hac rapina locupletius? quid hac gloriosius violētia? Bona violentia, qua deus non offenditur sed placatur, proximus non læditur, sed iuuatur, peccatum minuitur nō multiplicatur. Bona inquam violētia, qua non quæritur lucrum citò periturum, sed regnum acquiritur sine fine mansurum. Discant qui res alienas diuino postposito timore diripiūt, & rapinis pauperum magis peccata cumulare quàm lucra augere non cessant: aliquid rapere quo & veras sibi vendicent diuitias, & gloriam laudis perpetuæ acquirant: ne in hoc quoque stultitiæ arguantur, si cùm possint preciosa & æterna diripere, vilia solum & transitoria videantur auferre. Inferant & ipsi cœlis violentiam, & regnum cœlorum quadam orationis vi rapiant. Sint in precibus importuni, vt ex longo clamoris vsu dicere possint:

Oratio debet esse perseuerans. *Mat. 11.* *Violētia est cælis inferenda.*

De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam.) Nominis venerandi repetitio, precandi adauget affectum. Mouetur enim desiderium, si nomen quod diligitur replicatur. Videtur hic qui loquitur, quandam exauditionis causam prætendere, cùm se insinuat clamasse, vt quasi iure debeat exaudiri, qui dudum institit clamori. Hanc & Apostoli causām domino dedisse leguntur, cùm Chananæa rogante dixerunt: Dimitte eam: quia clamat post nos. Ideo nanque à domino exaudiri meruit: quia prima domini responsione repulsa, clamare nequaquam cessauit. Fide quippe & dilectione accensa, à clamore non antea destitit, quam optatā filiæ salutem acquisiuit.

I *Mat. 15.*

Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.

Ascendens iste maius aliquid rogare aggreditur, & in ipsa etiam sua oratione ascendit, cùm hoc adeo expostulat, vt quasi quodammodo aures inclinans orationi suæ deus intendat: ne forte sit mora in exauditione, si longè sint aures ab oratione. Videtur enim quendam diuinæ miserationis præcipuum precari affectum, cùm rogat eum quodammodo ad audiendum affectari, vt cùm vocem velit audire supplicantis, opus nō differat exercere miserentis: humanæ in hoc sequens locutionis modum, quasi huiusmodi deus affectione indigeat, quem non effugit cogitatio, non latet voluntas, dum ei nec intentio silet, nec desiderium tacet. Nam dum potens quilibet supplicantem aliquem audire negligit, quasi primo aditu repulsus, exaudiri qui supplicat diffidit. Si verò qui rogatur, primò libenter audire cœperit, & aliis postpositis negociis, verbis solummodo rogantis intendere, continuò ille qui rogaturus aduenit, quandam concipit impetrandi fiduciam, & ipsa quodammodo spe animatus, suam liberius proloquitur causam. Magnum quippe bonæ voluntatis suæ dominus illi dedit indicium, cùm loquenti se præbuit incunctanter intentum. Sic & nos cùm dari nobis veniam à deo quærimus, & cœlestis gratiæ vitalia dona conferri, si nobis deum præsentem aliquibus suauitatis & dulcedinis suæ senserimus indiciis, ad ipsius desiderium studiosius animamur, super his quæ cupimus, adipiscendis aliquatenus certiores effecti, cùm ille quem anima nostra desiderat, desiderantibus nobis per misericordiam appropinquat. Ascendens igitur iste qui ad illius incorruptibilis celsitudinem mentem leuare proposuit, aures dei deprecationi suæ intentas deposcit: vt quia oratio sua ad deum per rectæ studium intentionis diri gitur, circa eum quem rogat, velociter exaudiatur. Ascendenti autem & prouecto viro, à domino per prophetā dicitur: Adhuc loquente te dicam, ecce assum. Inter orationem & deprecationem hoc interest: quia oratio pro virtute perseuerantiæ, deprecatio verò fit pro peccatorum impunitate. Ideo qui ad celsitudinis arcem ascendere contendit, dicit: Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.) Deprecatur enim deum vt peccatorum suorum obliuiscatur, vt pater esse velit, non iudex. Ideoque subiungit dicens:

Oratio & deprecatio differunt.

K L

Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit.

Nomen repetit, vt affectum excitet. Iniquitatem Deus obseruaret, si peccatoribus veniam negaret. Si solummodo ostenderet seueritatem, nō etiam adhiberet pietatem. Quod si faceret, nemo æternæ gloriam fœlicitatis expectaret: nemo ad patiendum iusti examinis pœnam sufficeret. Omnes enim peccauerunt, vt ait Apostolus, & egent gratia *dei. Verùm quia pœnitentibus ex corde ignoscit, & peccatore conuerso omnium iniquitatum eius obliuiscitur, quis iam de misericordia dubitet? Quis iam de venia desperet? Hæc etenim per prophetā dominus pollicetur dicēs: Ego sum, ego sum, qui deleo vt nebulam iniquitates tuas vt iustificeris. Attēde qualiter peccati confessio peccata obliteret, quæ iustificat iniquum, tollit à deo memoriam peccatorum. Confiteamur vt deleantur nostra peccata, nec post confessionem ad ea reuertamur, sed iuxta Apostolum, in anteriora nos extendētes, quæ retrò sunt obliuiscamur. Nō gestiamus reuerti in Aegyptum, aut sedere super ollas carnium, nec simus concupiscentes malorum, nec idola mentis ve neremur, nec deum tentemus, nec in deserto mūdi huius murmuremus. Confiteamur de præteritis peccatis nos accusantes, confiteamur de peccatorum indulgentia deum laudantes. Est nanque confessio peccati, & confessio laudis. Si enim cōfessio laudis non esset, saluator noster nequaquam dixisset: Cōfiteor tibi pater cœli & terræ. Nam quomodo peccatum confiteretur, qui peccatum non fecit? præcedat itaque confessio, vt laudatio sequatur, sicut scriptum est: Rectos decet collaudatio. Habemus enim pontificem qui possit compati infirmitatibus nostris, de quo & apertè sequitur:

Roma. 3. ** gloria.* *Esa. 44.* *Cōfessio ēt & peccati & laudis.* *Psalm. 32.* M

Quia apud te propiciatio est, & propter legem tuā sustinui te domine.

Quis est propiciatio nisi Christus Iesus: qui se obtulit sacrificium deo, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorē bonorum operum? denique Ioannes ait: Ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Qui est apud deum: quia sedet ad dexteram dei, sicut dicit propheta: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Apostolus quoque perhibet, quòd ad dexteram patris sedens pro nobis interpellet. Et propter legem tuam sustinui te domine.) Lex dei misericordia est, qua peccantibus veniam contulit, reuertentibus æternæ vitæ aditum patefecit. Hāc legē ꝑ crucifixoribus suis patrē exorans Christus impleuit, hāc nobis tenēdā verus magister indixit. Ait enim: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est. In quo profectò ostendit: quia filij dei aliter esse nō possu mus, nisi misericordiæ legem seruantes, inimicos diligamus.

1. Ioan. 2. *Psal. 109.* *Heb. 9.* *Luca. 6.* *Filij dei se non pr micos nō di ligunt.*

Hanc

A Hanc etiam nobis Paulus tenendam insinuat, cùm ait: Fratres etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Quis autem portat alterius onera, nisi qui charitatem habet? Qui enim veraciter diligit, læsus non lædit, contumeliis vicem non reddit, detrahentibus sibi non detrahit: qui eum oderunt, non odit. Scriptum nanque est: Charitas patiens est, benigna est. Patiens quidem vt alienа mala toleret, benigna verò vt ipsos etiam quos portat, amet. Qui ergo illata mala æquanimiter tolerat, quasi infirmi fratris onera portat. Hæc est lex misericordiæ, per quam perpetuam euadere damnationem confidimus, per quam etiam saluatorem dominum nostrum Iesum Christum expectamus. Qui si, vt supra dictum est, iniquitates obseruaret, nemo sustinere sufficeret. Sustinemus autem eum propter legem suam, qui peccantibus in nos idcirco dimittimus, vt peccatorum nostrorum ab eo veniam percipiamus. Hinc nanque per semetipsam veritas ait: Dimittite, & dimittetur vobis.

Sustinuit anima mea ī verbo eius, sperauit anima mea in domino.

Vide perfectæ charitatis ordinem. Ascendens iste & in amore diuino proficiens, qui fide & dilectione introrsus accenditur, desiderio ad æterna erigitur. Spe ad summa leuatur, proximorum non negligit curam, non postponit salutem: ad eos inter ipsa diuinæ gaudia contemplationis conuertitur, & vt gradibus eisdem ad deum accedant hortatur: eis nimirum exemplum se proponens, vt si infirmitate aliqua impediantur à desiderio proficientis, iam & peruenientis promoueantur exemplo. Ideoque ait: Sustinuit anima mea in verbo.) Nolite diffidere, nolite dubitare, ponite corda vestra in virtute eius: quia sustinuit anima mea in verbo eius. Qui manet in verbo, non fraudatur à regno. Aliter nanque fructum facere nō possumus, nisi in eo maneamus. Ideoque ait: Manete in me, & ego in vobis. Vbi enim manendum nisi in ipso? Deficient domus, palatia corruent, destruentur ciuitates, ab imis sedibus turres euellentur. Postremò, cœlum & terra transibunt, verbum autem domini manet in æternum. Maneamus ergo in eo qui manet in æternum. Non sequamur vanitatem, deserentes veritatem: nec contristemur sicut cæteri qui spem non habent, sed sustineamus eum. Et si moram fecerit, expectemus, ne contingat nobis quod per Prophetam dicitur: Væ his qui perdiderūt sustinentiam: vnde & subditur: Sperauit anima mea in domino.) Quicunque mundanæ aduersitatis fractus molestiis, diabolicæ tentationis infestatione deiectus, à spe cœlestium promissionum deciderit: sustinentiæ quam prius habuerat mercedem amittit. Qui verò sustinebit, magnam reportabit remunerationem. Fidelis enim dominus in omnibus viis suis. Promisit in hac vita pœnitentibus veniam. Manifestum est ergo quia sicut confitentibus remissionem tribuit peccatorum, ita à spe non decidentibus dabit regnum cœlorum. Ideo qui in verbo eius sustinuit, in domino sperare se dicit: Sicut enim maledictus homo qui confidit in homine: ita & beatus cuius est nomen domini spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas.

A custodia matutina vsque ad noctem, speret Israël in domino.

Si ad literam hoc accipiamus, dehortari nos potius quàm monere videtur. Quis enim tam pusillanimis: vt vna tantum die speret in domino? Vbi iam erit illa Pauli sententia qua ait. Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus? Quàm parua vnius diei patientia, & quàm breuis expectatio? Sed vt hunc locum melius intelligamus, ad vicesimi primi Psalmi titulum curramus. Intitulatur enim pro assumptione matutina. Quę est assumptio matutina, nisi resurrectio deo manè facta? Ibi nempe & custodia facta fuit, ad hoc vsq; prorumpente Iudaicæ cęcitate perfidiæ, vt quem viderant mortuum, crediderant non resurrecturum. Et ne eum discipuli nocte raperent, custodibus sepulchrum munierunt. Alia translatio habet, à vigilia matutina: per quod aptius ipsa domini resurrectio exprimitur. Qui enim dormiuit in morte, vigilauit in resurrectione. Ideoq; dicit: Ego dormiui, & soporatus sum, & resurrexi. Et iterum: Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Hęc itaque resurrectio spei nostræ fundamentum est: quia illuc nos peruenturos speramus, quo caput nostrum præcessisse cognoscimus. Multos enim ante hanc resurrectionem legimus resuscitatos, & tamē dicit Apostolus: quia primitiæ dormientium Christus. Ioannes quoque primogenitum mortuorum eum nominat. Quotquot enim ante eum resurrexerunt, iterum mortui sunt: Christus verò resurgēs à mortuis, iam non moritur. Christi ergo resurrectio spei nostrę fundamentum est: quia in illa vita resurrecturos nos credimus, in qua nos cum eo victuros sine fine speramus. Nec debet iā homo de resurrectionis veritate ambigere, cùm sciat verū hominem Christū à mortuis resurrexisse. Ad hoc enim mortuus est vt viueremus, accepit à nobis vt offerret pro nobis. Moriendo itaque mortem destruxit, resurgendo vitę aditum nobis patefecit. Hinc est quòd eidem Ecclesia dicit: Notas mihi fecisti vias vitæ. Ante aduentum quippe eius, vitæ via omnibus ignota fuerat, tendentibus cunctis ad mortem, & ad inferos descendētibus etiam electis, donec ille veniret qui & impios ad iustificationem, & mortuos vocaret ad vitam, veram fidem astruens mortis & resurrectionis suæ indiciis, & doctrinæ nouę nos formās institutis, per quæ nimirum, & mortem possemus euadere, & in nouitate vitæ per adiunctam spiritus sancti gratiam ambulare. Possumus quoque per custodiam matutinam ipsa fidei nostræ rudimenta accipere, vt à tempore accepti baptismatis, post illustrationem gratiæ salutaris, intētionem suā vnusquisque ad eum dirigat, & spem suam in eo singulariter ponat. Quasi enim matutinam lucē recipit anima, cùm tenebris infidelitatis expulsis, & vitiorum detersa caligine, & emūdatis peccatorum maculis per lauachrum regenerationis, paulatim incipit deum agnoscere, & in lumine iucundari cognitionis diuinę. Est enim lumen cognitio dei, de qua scriptū est: Illuminate vobis lumen cognitionis. Magnum lumen, quod tenebras cordis euacuat, mentis oculos purgat, animos erigit, corda accendit, edocet semitas iustitiæ, desiderium virtutis adauget. Magnum lumen, per quod vitamus offendicula, præcipitia præcauemus, euadimus pericula, pertrāsimus laqueos, nō timemus prospera, sustinemus aduersa, respuimus errorem, sequimur veritatem. Quis nō desideret hoc illuminari lumine? Quis non hoc fulgore illustrari exoptet? Hinc est q̄ propheta nos admonet dicens: Accedite ad eum, & illuminamini. Qui accedit per fidem, illuminatur per cognitionem. Statim autē post illuminationem, gratiæ spem sequi oportet. Hoc enim monet qui dicit: A custodia matutina vsq; ad noctem speret Israël in domino.) Quæ est hæc custodia? nunquid auri vel argenti? num monilium, vel lapidum precioſorum? num vestiū, vel pecuniarum? Nónne hæc sunt quæ mergunt hominem in interitum? Sed est his multo precioſius quod illuminatum custodiri oporteat. Dicit enim propheta: Iudicia domini vera, iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum & lapidē precioſum multum. Denique de sapientia dictum est: quia est precioſior cunctis opibus: & omnia quæ desiderantur, huic nō valent cōparari. Hæ sunt ergo diuitiæ quas custodire debet qui de nocte ad matutinum peruenit, multo precioſiores terrenis, & temporalibus veriores, quas nec ignis exurere, nec tinea comedere, nec prædo poteſt auferre. Hæc etiā mihi videtur propheta sensisse cùm in præcedentibus quereret: In quo corrigit adolescentior viam suam? Ne si hoc sine discussione assereret, videretur quod adiunctum est, magis ex præcipitatione prolatum, quàm ex iudicio definitum. Et vt consiliū eò salubrius crederetur, quo propensiori meditatione examinatum videretur, secutus adiunxit: In custodiendo sermones tuos. Conuersus autem ad deum, ad interrogata respondet, vt diuinæ pietatis remedium crederetur, quod esset inuentum non præsumptione humana, sed inspiratione diuina. Hinc Hieremias ait: Bonum est viro cùm portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius & tacebit. Iugum est verbum dei, mentis nostræ collo impositū, vt nec alta ceruice, aut nutibus procedamus oculorum, nec de accepta qualibet gratia inflemur, nec extollamus in altum cornu nostrum, nec aduersus Deum iniquitatem loquamur, sed in omnib⁹ sicut dei ministros nosmetipsos

Psalm. 3. *Psalm. 100*

Christus est primitiæ dormientiū Roma. 6.

Psalm. 15.

Custodia matutina pro quo accipitur.

Psalm. 33.

Psalm. 18. *Prouer. 3.*

Psalm. 118.

Ibidem.

Thre. 3. *Iugum portare debemus ab adolescētia.*

G metipsos exhibẽtes,animas nostras humiliemus,& iuxta Apo
Ephe. 5. stolum:Imitatores dei sicut filij charissimi existamus.Portandum autẽ hoc iugum ab adolescentia,vt iuuentutis annos congrua disciplinæ correctione vnusquisque præueniat,ne si post decursę iuuentutis annos iugum tulerit,suorum stimuletur rememoratione peccatorum,& erroris vsu,& peccandi consuetudine exagitetur, & nouis semper insurgentibus præliis, eos in seipso sentiat impugnationum tumultus,per quos quotidie aut victor existat,aut victus.Nam si ab ipsis adolescentiæ primordiis ceruicem verbi iugo subdiderit,omnibus in seipso ritè compositis in pace sedebit. Sedebit quidem animæ carnem subiiciens,& de tribunali rationis quasi de iudiciaria sede omnibus internis motibus velut quibusdam ciuibus edicta proponens.Sedebit inquam nullum metuens hostem, nullam sentiens impugnationem. Stare nanque pugnantis est,sedere verò feriati.Sedebit quoque solitarius,id est,ab omni carnalium
Psalm. 54. desideriorum tumultu remotus. De hac solitudine Dauid di-
Dauid cùm cit: Elongaui fugiens, & mansi in solitudine.Neque enim rex
rex esset, qualiter in solitudine manere potuit? potentissimus qui tot milibus populorum præerat,in solitudine habitabat.Habitabat autem in solitudine cordis sui,in qua nullos hostium spiritalium impetus,nullos peruersarum cogitationũ strepitus, nullos pateretur clamoris iniqui tumultus. Qui verò solitarius sedet,tacet: intelligens, melius esse silere, quàm loqui incautè.Hinc etenim scriptum est:Homo sapiens
Proverb.11. tacebit vsque ad tempus. Prius nanque oportet discere quàm
Ezech.2. docere. Ideo dictum est:Audi Israël. Neque enim prius dixit
H loquere,sed audi.Sed prophetæ dictum est à domino:Fili hominis, sta super pedes tuos, & audi quæcunque loquor ad te. Qui audit, tacet. Tacet ergo qui in lege dei meditatur die ac
Psal. 84. nocte, & audit quid loquatur in eo dominus deus,qui loquitur pacem in eos qui conuertuntur ad cor. Restat ergo vt dicamus quid sit quòd vsque ad noctem sperandum in domino dicit:Quis dubitat noctem finem esse diei?Sic & vnicuiq; hominis finis istius vitæ mors sua est.Potest quoque per noctem intelligi illa extremi iudicij dies, quam propheta diem nominat tenebrarum & caliginis, in qua ad cœleste regnum vocantur electi,vbi iam spes eorum terminabitur,receptis omnibus quę in hac vita sperauerunt, & ad laudem dei concinentibus sanctis:Sicut audiuimus,sic vidimus in ciuitate domini virtu-
Psalm. 47. tum. Quod enim videt quis, quid sperat? Sperauimus ergo in hac vita,vt quod hic in spe concipimus, ibi in re habeamus.

Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.

Commendat nobis dei charitatem, vt nos ad sperandum hortetur.Ex hoc enim vsque ad noctem speramus:quia cum misericordem credimus,longanimem scimus. Vnde non incongruè per quendam sapientem dictum est: Tribularer, si non scirem misericordias tuas domine. Tribulationi quippe cor-
I dis nostri remedium miserationis diuinæ occurrit: & contra
* *Vide nũ sit, diffidentiæ.* differentiæ* malum,firmissimæ spei adhibet consolationem, promissionum diuinarum certa nobis proponens exempla, quibus peccantium salutem se malle asserit quàm perditionẽ. Quorundam quoque correctionẽ ad animum reducens,quos etli à statu rectitudinis error subruit, conditoris tamen gratia in melius reformauit. Ecce grauium delictorũ mole obrutus,
Peccatorum exemplaria ad se conuertendum. & de meritorum qualitate diffisus,aspicio Zaccheum,intueor Mariam,considero Petrum,perpendo latronem in quibus miserationis diuinæ splendor apparuit,atque per eos spem venię peccantibus dedit.Hæ sunt inæstimabilis miserationis dei diuitiæ,humano quidem generi à seculis absconditæ,nouissimis verò temporibus per mediatorem dei & hominum declaratę.
Misericordia dei est ineffabilis. Quæ pro sui immensitate adeo incomprehensibiles sunt,vt in explanatione eorum manus torpeat,fatiscant ingenia,eloquẽtiæ conticescant.Superant enim sensum, sermonem transcendunt,intellectum excedũt. Quis enim dignè enarrare sufficiat quantæ misericordiæ fuit, vnigenitum dei filium de sinu patris ad publicum nostrum descendere,carnem mortalem assumere,irrisiones pro nobis,vincula,flagella,crucem,mortemq; tolerare?Quis cogitare valeat quantæ fuerit gratiæ,ouem perditam quærere,quæsitam inuenire,inuentam in humeris portare?Quis exponere queat,quantæ fuit miserationis,sacratissima precioſi sanguinis effusione genus humanum redimere, & K
sacrosanctum viuifici corporis & sanguinis sui mysteriũ membris suis tribuere?cuius perceptione corpus suum,quod est Ecclesia,pascitur & potatur,abluitur & sanctificatur.Ideo & plenitudo temporis tempus gratiæ nominatur,in quo iuxta Pauli vocem:Apparuit gratia saluatoris nostri dei omnibus homi- *Titum. 2.*
nibus,erudiens nos,vt abnegantes impietatem,& secularia desideria,sobriè,& iustè,& pie viuamus in hoc seculo. Et iterũ: Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri,non ex o- *Titum. 3.*
peribus iustitiæ quæ fecimus nos,sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.Hinc per Zachariam prophetam di- *Zacha. 13.*
citur:In die illa erit fons patens domus Dauid inhabitantibus Hierusalem in ablutione peccatorum & menstruatæ.Quis est iste fons nisi vnigenitus dei filius?de quo per prophetam Deo *Filius Dei dicitur fons patens.*
dicitur:Apud te est fons vitæ. Qui nimirum tunc patens extitit,quando in mundo visibilis apparens, pro liberatione nostra carnem suscepit.Qui etiam domus Dauid dictus est:quia ex semine Dauid secundum carnem natus est.Hierusalem verò visio pacis interpretatur. Hi ergo Hierusalem inhabitant, *Psalm. 77.*
qui ad amorem cœlestium mentem leuant. Peccator verò & menstruata est,vel is qui delinquit in opere,vel mens quæ labitur in praua cogitatione. Menstruata nanque mulier ita in seipsa polluitur,vt aliena carne minimè tangatur. Quasi ergo menstruata illa est anima,quæ etsi in praui operis effectũ non ducitur, in immundarum tamen cogitationum delectatione L
versatur. Quia igitur iam patet nobis fons misericordiæ redẽptor noster,toto hunc pectore hauriamus,vt extinguere sitim carnalium desideriorũ valeamus.Lauemus in eo maculas criminum,notas diluamus carnalium cogitationum.Et qui fontem misericordiæ,si clausus esset,quærere debuimus,saltem apertum & patentem non negligamus. Sperandum nanque nobis est:quia ibi pœnitentiæ nostræ locus non deerit,vbi innumerabilium hominum compunctio locum inuenit. Ad hoc enim patet vt lauet, ad hoc fluit vt lætificet, ad hoc redundat vt purget.Nam subditur:

Et ipse redimet Israël,ex omnibus iniquitatibus eius.

Restat igitur vt Israël efficiamur, & omnem transcendentes creaturam,in eum qui omnia creauit, mẽtis aciem dirigamus. Disponamus ascensiones in corde nostro, & per eas ad conditorem angelorũ puro & simplici intellectu ascendamus.Quid enim tam suaue,& tam iucundum quàm mentis oculis & cordis desiderio contemplari deum,atque eius suauissimam degustare dulcedinem,dulcissimamq; sentire suauitatem?Adest nobis gloria redemptoris nostri,quæ nos à terrenis ad cœlestia erigat,oculos cordis nostri ad videndum solem iustitię aperiat, ac per hoc ex omnibus nos iniquitatib' nostris redimat. Qui viuit & regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

M

Prologus septimi Psalmi pœnitentialis.

DE Psalmi centesimi quadragesimisecundi titulo, iuxta quod pietas diuina contulerit, locuturus, prius volo modos aperire prophetiæ, quatenus dum eius diuersitas ostenditur, eius & intelligentia facilius acquiratur.Sciendum nanque est:quia prophetia tribus modis fit:vi- *Prophetia triplicitor fit.*
delicet verbis,factis, somniis. Quicunque enim propheta futura innotuit: aut verbis, aut factis, aut somniis prophetauit. *Esaiæ. 7.*
Verbis nanque futura prædixit Esaias cùm ait: Ecce virgo concipiet & pariet filiũ,& vocabitur nomen eius Emmanuel. Somniis verò Nabuchodonosor futura prætuidit, quæ spiritu sancto Daniel repletus enodauit. Factis Abraham futura nunciauit, quando vnicum filium suum ad sacrificia obtulit. Quem nimirum, quem in hoc opere designat, nisi eum qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tra- *Roma. 8.*
didit illum? Ipsa enim antiquorum patrum gesta nobis prophetiæ sunt, qui dum aliud agunt, & aliud innuunt, occulta nobis quasi per operis linguam produnt. Quod hoc in loco euidenter ostenditur, cùm Absalon facta ad memoriam reducuntur.Absalon nanque patrem persequens, ad hoc vsque *2.Reg.18.*
liuore feralis prorupit inuidiæ, vt in seipso destrueret iura naturæ. Quem enim naturaliter amare debuerat vt patrem,

eum

A enim inhumanè persequebatur vt hostem. Absaló autem pax patris interpretatur: non quòd ei pax vlla cum patre fuerit, sed quia quantæ pacis & patientiæ extitit in eius peruersitate pater, ostendit. Quis autem per Absalon nisi Iudaicus populus? quis verò per Dauid nisi redemptor noster signatur? Hinc nanque per prophetam veritas ait: Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt. Denique ipse est filius senior, qui adolescentioris inuentioni inuidens & saluti, domum renuit intrare Ecclesiæ. Qui profectò canticum non cantat lætitiæ, nec concinentium admiscetur choris, & annulo carens fidei, nec stola immortalitatis induitur, nec vituli saginati alimento satiatur. Qui etiam hœdum querit: quia agnum qui tollit peccata mundi, non sequitur: & ideo inter hœdos in iudicio statuitur, nec ad cœnam nuptiarum eius vocatur. Patrem ergo Absalon persecutus est: quia Iudaicus populus dum monita salutis respuit, in propria venientem dei filium recipere recusauit. In tantum autem vesaniæ suæ extendere conatus est rabiē, vt suum occidere præsumeret creatorem. In quo nimirum facto patientia Christi declarata est, qui non solum eis malum pro malo nō reddidit, verumetiam ad mortem ductus pro eis orauit dicens: Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Vnde & Apostolus admonet dicēs: Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius.
B Qui peccatū non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, nō comminabatur. Orat autem caput in hoc Psalmo pro membris. Christus pro Ecclesia, virtus pro infirmitate. Orat quippe vt non seuerè iudicentur, sed misericorditer exaudiantur. Persequitur etiam hoc tempore schismaticus corpus Christi, impugnat hæreticus Ecclesiam, vnitatē infidelis perturbat. Sed clamat ad deum Ecclesia, capiti suo Christo in vnitate spiritus cō iuncta. Quæ etsi omni tempore ad deum clamat, præcipuè tamen in tribulatione se ad orandū excitat, vnde & dicit: In die tribulationis meæ clamaui ad te. Sed videamus quid dicat:

Explanatio septimi Psalmi pœnitentialis.

DOmine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua, exaudi me in tua iustitia.

Sancta vniuersalis Ecclesia secundum digniorem partem sui in spe cœlestium præmiorum roborata, sicut in electis habet quod conseruari desideret, ita in infirmis inuenit quod sibi dimitti exoret: sciens omnes diuino egere auxilio, quos infœlicis vitæ conditio angustat: cùm & iustus inter pericula securus esse non valeat, & peccantem non nisi sola gratia diuinę miserationis absoluat. Vtrobique ergo pauida, vtrobiq; suspecta,
C & pro currentibus orat vt perueniāt, & pro regressis obsecrat vt currant. Inter orationem autem & obsecrationem hoc interest, quòd oratio pro perseuerantia virtutum, obsecratio verò fit pro indulgentia peccatorum. Orat ergo caput vel Ecclesia, vt & bene operantes in iustitia roborentur. In eo verò quod ait: Auribus percipe obsecrationem meam,) delinquentium designat debilitatem, qui ad similitudinem ægrotantium quadam omnipotentis medici indigent condescensione, cùm se nō valeat ad eum peccator leuare. Vel auribus percipe, id est, obsecrationibus intende. Hoc nanque per Prophetam pollicetur, dicens: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Vnde & subditur: In veritate tua.) In hoc enim vera apparet promissio: quia cōuerso tribuitur remissio peccatorum, iuxta quod scriptum est: Iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cū iudicaris: Exaudi me in tua iustitia.) Qui gloriatur in se, non exauditur. Non exaudiuntur illi qui ignorantes dei iustitiam, & suam volentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Denique Pharisæus iustitiam suam in templo statuere voluit, & ideo à domino reprobatus fuit. Gloriemur ergo in iustitia dei, si exaudiri quærimus, vt nos cum propheta dicere possimus:

Exaudi me in tua iustitia.) Quis autem gloriatur in iustitia dei, nisi qui nihil boni suis meritis tribuit, & iustum esse quicquid aduersi tolerat sentit? Gloriabatur Paulus in infirmitatibus suis, nihil boni non accepti se habere testabatur, humilitatis nobis exemplа proponens erat, vt qui gloriatur, in domino glorietur. D 1. Cor. 1.

Et non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Qui contra conditoris flagella murmurat, quasi cum eo in iudicium intrat. Dei nanque accusat iudicium, qui se æstimat iniustè percussum. Et quasi cum deo in iudicio contendit, qui inter flagella innocentē se ostendit. Hinc etenim dominus ad beatum Iob loquitur, dicens: Nunquid qui contendit cū deo, tam facilè conquiescit? Vtique qui arguit deū, debet & respondere illi. Tunc beatus Iob quasi deum arguit cum de percussione sua an fuerit iusta dubitauit. Nullius quippe delicti sibi conscius, iniustè se percussum credidit: quia merita sibi augeri ex percussione nesciuit. Sed qui multa de operatione sua locutus, audita sanctorum vita tacuit, quasi cum deo contēdens facile cōquieuit. Vel certe ille cum deo in iudicium ingreditur, qui cum orauerit, murmurat si nō exauditur. Quibus dicitur: An vultis mecum iudicio contendere? Quasi enim iudicio cō- tendebant, qui dicebant: Quare ieiunauimus, & non aspexisti? Humiliauimus animas nostras, & nescisti? Siquidem stultum est ab oratione deficere, si deus differat cùm rogatur exaudire. Et iniquum arguere conditorem, si effectus non sequitur orationem: præsertim cùm quid oremus sicut oportet, nescimus. Nonnullis quippe impatientibus dominus quod petebāt sæpe concesit iratus: sicut ecōtra Apostolo negauit propitius. Dedit enim regem petentibus secundum desideria cordis eorum: dedit etiam postulanti diabolo, vt Iob simplicem & rectum, & timentem Deum tentaret. Malignos spiritus exaudituit, & in porcorum gregem dęmonum concesit legionem intrare. Non igitur pro magno quis habeat si fuerit exauditus, cùm aliquid petat quod nō impetrare plus prosit. Quòd si postulata non obtinet, non se abiiciat, aut de diuina erga se miseratione desperet, cùm forte ea peteret, quibus acceptis vel affligatur atrocius, vel inutilius prosperetur. Scriptum quippe est: Auersio populorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet eos. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.) Scio multos in conspectu hominum iustos videri, & ad spem cœlestium promissorum erectos innocenter in mundo viuere, qui etsi non delinquant in opere, labuntur tamē aliquando vana aut peruersa cogitatione. Cuius enim mentem cogitationes vanæ non laniant? cuius cor tentationes non vexant? cuius animum desideria carnis non turbant? Non ergo in conspectu dei iustificatur qui corde delinquit, quod intuetur deus.

Murmuratores dicuntur intrare in iudiciū cum Deo. *Iob. 39.* *Hiere. 2.* *Esaiæ. 58.*

E *Dñs iratus sæpe cōcedit impatientibus quod petunt.* *Prouer. 1.*

Quia persecutus est inimicus animam meam, humiliauit in terra vitam meam.

Quis sit generis humani inimicus, ostendit qui parabolam zizaniorum exponens ait: Inimicus autem diabolus est. Et apostolus Petrus ait: Inimicus vester diabolus tanquam leo rugiēs circuit, quęrens quem deuoret. Ipse enim est qui animas perse quitur, qui mortem inferre perpetuam molitur. Ipse est, inquā, qui incautos decipit, & in via huius vitæ gradientibus laqueos tendit. Ideo propheta ait: In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi. Rursum de eo scriptum est: Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitas. Dum enim humanę saluti inuidens perdere innocentē appetit, prius ei aliquid quod libeat ostendit. Quod dum appetere incautus nititur, occulto peccati mucrone transuerberatur. Quasi ergo in terra pedica absconditur, dum in terrenis commodis peccatum occultatur. Decipula quoq; ab antiquo hoste super semitam ponitur, cùm in actione huius mūdi quam mens appetit, peccati laqueus paratur. Ita nanque in terra decipula ponitur, vt exposita esca ipsa nō videatur. Sic nimirum sic antiquus hostis dum subruere aliquem cupit, quasi escam in muscipula, lucrum in culpa ponit. Ad quod dū auiditatis amore viator inhiat, ex improuiso eū peccati laqueus suffocat. Quis huius hostis versutias non metuat, qui tanto est perniciosior, quanto occultior? Non enim quæ extra nos sunt auferre nititur, sed dirimere thesauros interiores conatur. Nulla sibi temporalium bonorum cupiditas, nulla diuitiarum ambitio, nullum dignitatis desiderium

F *Diabol⁹ est gñis humani inimic⁹.* *Matth. 13.* *1. Petri. 5.* *Psalm. 139.* *Iob. 18.*

Diabolus sola interiora appetit.

G desiderium,sola interiora appetit,solas virtutes diripit, solam animam occidit. Quòd si aliquando exteriora tetigerit, non ea aufert vt habeat,sed vt ea auferendo animam euertat. Nouimus quomodo multos quotidie fraudib⁹ suis occupet,quomodo vestimentis gratiæ expoliet, deceptos virtutum priuet ornatu,diuitiis opum defraudet,liuoribus infuscet tentationū, vulneribus peccatorum transfigat. Hęc est nanque peruersitatis eius intentio, vt omnes noceat, omnes deiiciat. Denique quos in viis dei ambulantes viderit,& in proposito iustitię cognouerit fortiores, eos grauius persequitur, à statu rectitudinis subruere conatur. Ideoque ait: Persecutus est inimicus animam meam,humiliauit in terra vitam meam.)Grauis persecutio. Qui cœperam amore cœlestium terrena relinquere, & contemptis diuitiis secularibus,in cœlis conuersari,iam impulsione diabolica cogor summa & æterna despicere, & de
Sapien. 9. mundi huius prouidẽtia incerta cogitare. Terrenarum rerum curis aggrauor:carnalių voluptatum captus illecebris, ad ima deducor.Deprimit enim terrena habitatio sensum multa cogitantem. Humiliauit in terra vitam meam.) Qui contemptis cœlestibus,ad ima solummodo appetenda deducitur, eius vita in terra humiliatur. Vnde fit vt eò morti fiat proxim⁹, quo à deo factus est per dissimilitudinem longinquus. Hinc nãque
1.Timo.6. apostolus ait: Qui volunt diuites fieri,incidunt in tentationẽ,
Diuitiẽ velle fieri periculosum est. & in laqueum diaboli,& desideria multa inutilia, quæ mergũt homines in interitum. Vnde & aptè subditur:

H Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Quid infœlicius? Viuebam olim Deo,mortuus seculo:nunc econtrario mortuus deo,mũdo viuo. Quid est enim peccatum
Psalm. 6. nisi mors? Hinc etenim scriptum est: Nõ est in morte qui me-
Hiere. 9. mor sit tui. Et iterum intrauit mors per fenestras nostras. Mors nanque est quæ animam à Deo separat, sensuum internorum intercludit officia,diuinam deturpat imaginẽ,lucis adimit claritatem. Denique qui in Christo moritur,in sepulchro conscientiæ tumulatur,ligatur concupiscentiarum instítis,à conspectu dei proiicit̃,duritie operitur,lapide iniquitatis intus clau-
Psalm. 75. ditur. De talibus scriptum est: Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. Hos tamẽ aliquando resuscitat Iesus, & sublato impœnitudinis lapide,à tenebris ad lucem reuocat. Et cùm pro eis Ecclesia intercesserit, per ministerium eos sacerdotum absoluit. Venit ipse ad monumentum, ad lachrymas Ecclesiæ commouetur,iubet vt ad iustitiam resurgat,qui pridem in iniquitate iacuerat. Tantummodo opus est vt per confessionem foras veniat,sentiat cordis dolorem,timeat iudicium dei, ab iniquitate recedat. Habet etiam in hoc prophetę documentum. Nam subditur: Anxiatus est super me spiritus meus,in me turbatum est cor meum.)Pœnitentis viri spiritus anxiatur, cùm
I superna desiderãs,carnis corruptione deprimitur. Cùm enim terrenæ labis pondere prægrauatus, sustolli ad altiora nititur, ipso suo conamine fatigatus lassatur. Sed eò enixius superiora desiderat,quo verius sarcinam agnoscit quam portat. Turbatur verò cor peccatoris in recordatione peccati,cùm primùm cœperit seipsum cognoscere, & quàm longè à Deo recesserit cogitare. Nec vacat quod addidit, in me. Quasi enim extra se fuerat,qui spretis salubribus & æternis,de noxiis & temporalibus cogitabat: qui ægritudinis suæ molestias non sentiebat: qui se videre cùm secus esset putabat. Sed eo in se rediit, quo seipsum qualis fuerat recognouit. Scriptum nanque est: Redi-
Esa. 46. te præuaricatores ad cor. Sed de filio prodigo narrauit dominus:quia cùm distractis & profusis paternis bonis, vitæ cœle-
Peccator si à deo recipi desideret, ad seipsum vt fil⁹ prdigus reuerti debet. stis alimento egeret,in se reuersus sit. Non enim in se reuerteretur,nisi à se prius exisset. Ideoque & pater eius ait: Hic filius meus mortuus fuerat,& reuixit:perierat, & inuentus est. Si ergo à patre à quo per inobedientiam discesseras inuẽniri desideras,& delitiosè in domo illius epulari,ad teipsum statim reuertere, & discussis actibus tuis, vnde excideris recordare, vt eò magis mouearis ad pœnitentiam, quo incipies cognoscere quod amiseris,& perdere quod inueneris. Sequitur:

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis,& in factis manuum tuarum me K ditabar.

Fœlices antiqui dies,nihil tenebrarum,nihil caliginis preferentes. Quas diuinitatis illustrabat præsentia,securitatis purgabat serenitas,lætitiæ immensitas decorabat. Dies gaudiorum & luminis,dies virtutum & pacis,dies delitiarũ & suauitatis. Quos non perturbabat mœror,non infestabat angustia,non obumbrabat infirmitas. Hos dies in paradiso habuit anima antequã à statu rectitudinis per culpam caderet prævaricationis: sed eosdem tunc infœliciter perdidit,cùm precepta conditoris seruare contempsit: Potest quoque intelligi per antiquos dies, *Dies mei qui dicunt.* primorum parentum transgressio,per quam oculos eorum apertos testatur scriptura. Vel etiam illecebrosa istius mundi prosperitas,fraudulenta quadã amœnitate stultis arridens, cui maledicit iustus dicens, Pereat dies in qua natus sum. Sãcti et- *Iob.3.* enim viri mundi huius prospera magis quàm aduersa metuentes,in ipsis successibus suis seipsos discutiunt:& q̃ cito transeat mundanæ fœlicitatis fumus attendunt,reuoluentes quod scriptum est: In die malorum ne immemor sis bonorum. Si quem *Eccli.11.* verò in mundo prosperari viderint: & in gloria diuitiarum suarum exultare, non culmen dignitatis eius considerant, sed finem illius mente pertractant: vt tanto obnoxius vera bona considerent,quanto apertius bona non esse quæ transeunt vident. Hinc nanque Iob dicit: Ego vidi stultum firma radice, *Iob.5.* & maledixi pulchritudini eius statim. Qui enim in multitudi- L ne diuitiarum suarum cõfidit, quasi in terra radicem firmauit. Sed vir sanctus eius maledicit pulchritudini,cùm illi⁹ derogat prosperitati. Meditatus sum in omnibus operibus tuis.) Qui mundi huius diuitias fallaces esse agnouerit,& amore cœlestiũ contempserit terrena, meditatur in operibus bonis quæ vita hac transeunte permaneant,& æternæ vitæ prẽmia ferant. Neque enim tempore vtiliter viuitur, nisi ad comparandum meritum quo in æternitate viuatur. Sequitur: Et in factis manuũ tuarum meditabar.)Loquitur propheta ad deum. Opera manuum tuarum sunt cœli. Et alibi: Cœli enarrant gloriam dei. *Psalm.101.* Illi sunt cœli qui enarrant gloriam dei, qui opus manuum dei *Psalm.18.* dicuntur:quia diuinam in se non deformant imaginem, charismatum non excludunt dona,animæ speciem non demoliũtur. Qui nihil boni sibi,sed totum gratiæ dei tribuunt,scientes se nihil habere quod non acceperunt. Hoc enim operatus est in eis,qui vasa misericordiæ fecit eos, qui illos ante mundi cõstitutionem in seipso elegit,vt in se non glorientur, nec altum sapiant,sed timeant,nec dicant in abundantia sua, non mouebor in ęternum. In his meditabitur,qui de Babylone reuersus, *Psalm.29.* exempla eorum sibi ad imitandum proponens, ne deceptus conuersatione eorum qui terrena sapiunt, in eadem quæ dimiserat relabatur,& fiat deterior erroris confusio,si post acceptũ aratrum cœperit retrò aspicere, aut ad tollendam tunicam in domum remeare. Eorum itaque exemplo se ad bene operan- M dum excitat,cùm eis absens corpore,mente conuersatur. Gloriam ergo beatitudinis æternę quam receperunt,aut recepturi sunt,attendit,vt eò magis ad opus bonum animetur,quo cœperit agnoscere quod egerunt,& sperare quod acceperunt.

Expandi manus meas ad te, anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Non sufficit bene velle, nisi sequatur & facere. Ideo qui in operibus bonis meditatum se dixerat, & in meditatione laudis sanctorum immoratum, secutus adiunxit: Expandi manus meas ad te.)Hinc nanque Propheta nos admonet,dicens: Leuemus corda nostra cum manibus ad deum. Quid est ma- *Thre.3.* nus ad deum expandere, nisi operationem ad omnipotentem *Pauperib⁹ non subueniens,frustra manus ad deum expandit.* leuare? Denique ille manus suas contrahit,qui indigentibus nihil tribuit,qui vocem pauperis non exaudit. Hinc quidam sapiens admonet dicens: Non sit manus tua ad dandum contracta,& ad accipiendum porrecta. Docuit ille manus expande- *Eccle.11.* re,qui dixit: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Et Propheta testatur dicens: In die tribulationis meæ *Psalm.76.* deum exquisiui manibus meis. Quid est enim manibus deum exquirere, nisi operibus sanctis saluatorem inuocare? Nec ocioso additum est,ad te:quia sunt plærique qui in eo quod bene agunt,

A ne agunt, laudem ab hominibus appetunt. Hi manus suas ad deum expandunt, qui per opera sanctitatis non deum, sed mũdi gloriam quærunt. De talibus dicit dominus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suã. Expandamus ergo manus nostras ad deum, ne iustitiam nostram faciamus coram hominibus, nec cum fatuis virginibus lãpades vacuas accipiamus, sed in vasis nostris oleum sumentes, venienti sponso occurramus, vt dicere cum Apostolo possimus: Gloria nostra hæc est, testimoniũ conscientiæ nostræ. Anima mea sicut terra sine aqua tibi.) Hoc est propter quod magis timoratus quisque se ad bene operandum excitat, si se non extollat de meritis, si in se superbiam humanæ præsumptionis extinguat, si nihil se esse reputet, si virtutis incrementum à conditore expectet. Ideoque ait: Anima mea sicut terra sine aqua tibi.) Quasi enim terra sine aqua, est anima sine gratia. Sicut enim terra quę imbre nõ perfunditur, non vestitur herbis, non venustatur floribus, nõ abundat messe, sic anima gratia carens nõ operitur virtutibus, non cogitat de cœlestibus, non insistit vtilibus. Vitiato nanq; in primo parẽte libero arbitrio, iam nec velle quidem bonum possumus, nisi illius gratia adiuuemur, apud quem gressus hominis diriguntur. Scriptum quippe est: Præparatur voluntas à domino. Et dominus discipulis ait: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Et Apostolus: Deus est, inquit, qui operatur in vobis, & velle, & perficere, pro bona voluntate. Et iterũ: Gratia dei saluati estis, per fidẽ. Si ergo fidem sine gratia dei nemo habet, quis se facere fructum estimet sine adiutorio illius, qui B ait: Posui vos vt eatis, & fructus vester maneat? Quicunq; enim plantet aut riget, incassum vox correptionis exterius perstrepit, nisi ille incremẽtũ dederit, sine quo nihil possumus facere.

Velociter exaudi me domine, defecit spiritus meus.

„ Non incongruè à quodam sapiente dictum est: Cupiditati ipsa celeritas tarda est. Parum enim est desiderãti iustificationes „ dei vt exaudiatur, nisi etiam velociter exaudiatur. Addit etiã causam quare exaudiri debeat, quasi inflantem iam spiritum non habeat, qui spem suam omnino in deo ponit. Dicendo enim defecit spiritus meus, pauperem spiritu se esse testatur, & de seipso non prẽsumere, sed sacrificiũ deo spiritum contribulatum offerre. Agnoscit hoc etiã se ex gratia dei habere quod humiliatus est, confidens se eius auxilio erigendum, cuius gratia se sentit elisum. Hinc nanque propheta dominum exorans ait: Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Emitte spiritum tuum, & creabuntur. Non enim receptaculum spiritus dei quisquã efficitur, nisi spiritu suo primitus euacuetur. Nam nec requiescit spiritus dei, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones dei. Denique qui tremit, deficit. Hinc ꝓpheta ait: Defecit in salutari tuo anima mea. Nisi enim quis à semetipso deficiat, ad eum qui supra ipsum est, nõ appropinquat. Hinc de regina Saba scriptum est, quòd audita sapiẽtia Salomonis, & visis ministris domus eius, non habebat vltra spiritum: quia electorum Ecclesia de gentibus congregata, cognita Christi gratia, & Euangelicę doctri C næ inuentis magistris, abiecto superbiæ spiritu, omniq́ elationis fastu deposito, didicit de seipsa diffidere, & in regis sui misericordia magna sperare.

Non auertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum.

Solent domini irati ab his quibus offensi sunt seruis oculos auertere, & si quando illi pro gratia supplicauerint, in partem aliam faciem declinare. Et quia recto eos intuitu conspicere nequeunt, animorum suorum motus in ipso corporis habitu ostendunt. Deus quoque idem delinquentibus auertitur: quia turpitudinem eorum sereno vultu inspicere dedignatur. Sed qui abiicit delinquentem, conuertitur ad pœnitentem, vocat etiam auersos, donat peccata conuersis, hortatur pigros, consolatur afflictos, docet studiosos, adiuuat dimicantes, cõfirmat laborantes, exaudit corde clamantes. Ipse nanque per prophetã dicit: Conuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos. Sed quia conuerti ad eum sine ipso non possumus, quotidie cũ propheta clamemus: Ne auertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum.) Auertente domino faciem, peccator in lacum descendit: quia nisi illum deus misericorditer respexerit, post multa perpetrata scelera in desperationis foueam D cadit. Nam & Petrus amarè non fleuisset, nisi eum dominus respexisset. Est enim pœnitentia vnum de perfectis donis descendentibus à patre luminum. Nisi ergo benigna dei misericordia mẽtem hominis illuminauerit, impossibile est ei in nouam naturam mutari, cùm scriptum sit: Non potest homo à se facere quicquam, nisi datum fuerit desuper. Et Apostolus. Fiduciam, inquit, talem habemus per Christum ad deum, non 2. Cor. 3. quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Si ergo nec cogitare aliquid à nobis sufficimus, quomodo sine respectu misericordiæ dei pœnitentiam agemus? Sunt enim tenebræ vbi Christus nõ *Tenebræ* respicit, vbi lux illa vera non ingreditur, quæ sic lucet in tene- *sunt vbi* bris, vt tamen non comprehendatur à tenebris. Ideoque pro- *Christus nõ* pheta dominum exorãs dicebat: Faciem tuam illumina super *respicit.* seruum tuum. Quid est autem facies dei, nisi quædam claritas *Psalm. 118.* cognitionis eius? Hanc cognitionis eius claritatem non vidẽt, qui misericordiam ipsius ignorãt: qui de peccatorum suorum venia desperant. Illi denique in lacum descendunt, vbi lumen non videant misericordiæ, intentionem cordis non dirigant ad cœlos, carnis satisfaciant desideriis, deum contemnant, sicut scriptum est: Peccator cùm in profundum venerit, contemnit. *Prouer. 18.* De talibus per Amos prophetam dominus intonat dicens: Si E cælauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo *Amos. 9.* serpenti, & mordebit eos. Quid est enim cælari in profundo maris, nisi in altitudine delitescere desperationis? Cælat verò se qui non confitetur peccata sua. Non confitetur autem qui desperat de misericordia dei. Vel certè ille se ab oculis dei cælat, qui à mandatis eius auertitur. Oculi enim domini, spiritus dei, qui legem, id est, mandata dedit. Qui ergo se ab oculis dei in profundo desperationis cælauerint, potestatem accipit diabolus vt eos mordeat, & vt in ventrem eos suæ malitiæ inducat. Ipse est enim serpeus cui dictum est: Terram comedes o- *Gene. 3.* mnibus diebus vitæ tuæ.

Auditam fac mihi manè misericordiam tuam: quia in te speraui.

Quid est manè, nisi sequentis diei initium? Quæ autem dies nisi illa de qua propheta dicit: Melior est dies vna in atriis tuis *Psalm. 83.* super milia? Et Apostolus: Nox, inquit, præcessit, dies autẽ ap- *Roma. 13.* propinquabit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic vt in die honestè ambulemus. Illa est enim dies quam verus ille sol illuminat qui nescit occasum, quẽ non obtenebrat nubes, nõ obscurat nebula, non obumbrat turbo. Quæ rectè vna dicitur: quia nullius finis termino angustatur. In hac quippe vita diem non habemus, in qua per fidem, non per speciem ambulamus. In qua cæcitatis nostræ patimur te- *Diẽ in hac* nebras, & erroris humani deflemus caliginem. In qua assiduis *vita non* mœroris, & angustiæ premimur nebulis, & ꝑ deuia trahimur, *habemus.* quasi captiui lumen sapientię non habentes, & in cogitationibus nostris euanescentes. Cùm autem Christus apparuerit vita nostra, & reuelata facie deum videre cœperimus, tunc omnis effugiet caligo tenebrarum, omnis euanescet ignorantię fumus, omnis dissipabitur tentationis nebula: quia & corruptibile hoc induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem. Illa erit claritatis & lucis dies, quam electis omnib⁹ præparauit, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & trãstulit in regnum filij dilectionis suæ. Huius diei manè est futura resurrectio, iuxta quod scriptum est: Manè astabo tibi & vi- *Psalm. 5.* debo, quoniam non deus volens iniquitatem tu es, neque habitabit iuxta te malignus. Et iterum: Bonum est confiteri do- *Psalm. 91.* mino, & psallere nomini tuo altissime: ad annunciandum manè misericordiam tuam. In ea quippe iustorum lucescet fœlicitas, apparebit gloria, videbitur exultatio, vbi absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, vbi nouissima de- *Apoca. 21.* struetur mors, vbi iusti fulgebunt sicut Sol in regno patris eo- *Matth. 13.* rum. In illo autem mane auditam faciet dominus misericordiam suam, cùm segregatis iustis, ab impiis, ouibus scilicet ab hœdis, dicet his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti pa- *Matth. 25.* tris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Ibi nota fiet misericordia dei, quam in prẽsenti vita

mens

G mens humana capere non potest. Præparauit enim dominus
1.Cor. 2. diligentibus se, quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Ideo qui per bonam conuersationem à gratia dei veniẽtem, ad desiderium æternæ vitæ erigitur, dicit: Auditam fac mihi manè misericordiam tuam) scilicet æternam. Misericordia enim domini ab æterno vsque in æternum super timentes eum. Quòd si illa sanctorum fœlicitas misericordia est, & non meritis acquiritur, vbi erit quod scriptũ est:
Prou. 24. Et tu reddes vnicuique secundum opera sua? Si secundũ opera redditur, quomodo misericordia æstimabitur? Sed aliud est secundum opera reddere, & aliud propter ipsa opera reddere. In eo enim q̃ secundum opera dicitur, ipsa operũ qualitas intelligit, vt cuius apparuerint bona opera, eius sit & retributio gloriosa. *Illi* nanque beatæ vitæ in qua cum deo, & de deo vi-
Roma. 8. uitur, nullus potest æquari labor, nulla opera comparari, præsertim cùm Apostolus dicat: Non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Quanquam & ex hoc quoq; misericordia iure possit nominari, quia pro illis operibus datur quæ sine præuentu misericor-
Psal. 58. die dei nemo adsequitur. Vnde in Psalmis dicitur: Deus meus, misericordia eius præueniet me. Nisi enim vasa iræ fecisset vasa misericordiæ, neminem ab illa perditionis massa conuersatio sancta discerneret, neminem à pœna perpetuę mortis iusti-
Vasa iræ fecit deus vasa misericordiæ. tia propria liberaret. Cõstat ergo quia quibus misericorditer
H tribuit, vt in hac vita bene operẽtur, eis misericordius largitur vt in æterna beatitudine centuplicato fructu remunerentur. Hęc est gratia quam pro gratia dandam sanctis dei Apostolus perhibet, vt quibus in hac vita diuinitus datur gratia sanctificationis, eis ex hac quoque in futuro detur gratia æternæ fœlicitatis. Quod verò ait: Quia in te speraui) quasi causa est iustę petitionis: quia cum spem suam quis in deo posuerit, ad exorandum deum confidentior erit. Dixerat quoq; superius: Defecit spiritus meus, nũc verò in deo sperare se dicit: In quo maioribus vius confidentiæ remediis, spei nostræ saluberrimum adhibet documentum, vt discamus parum esse quod à nobis deficimus, nisi nos transcendentes in deo proficiamus.

Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

Quis est qui peruenire possit ad audiendam manè vocem misericordiæ, nisi ambulauerit in via iustitiæ? Hinc Propheta do-
Psalm. 118. minum exorans ait: Viam iustificationum tuarum instrue me.
Psalm. 26. Et illud: Dirige me in semitam rectã propter inimicos meos.
Psalm. 56. Et dirige in conspectu tuo viam meam. Sciebat enim viã esse quę recta videtur hominibus, cuius nouissima ad mortem ducunt. Ideoque ait: Notam fac mihi viam in qua ambulẽ: quia
I ad te leuaui animam meam.) Vide ordinem. Primum est vt à teipso deficias, nec super te causa iactantiæ rapiaris, sed omnibus inferiorem te sentias, & sic in te spiritum superbiæ extinguas. Non te generis nobilitas extollat, non erigat honor, non inflet prudentia. Qui enim cõfidit in homine, maledicto subiacet. Deinde sequitur vt in deo speres, vt derelict⁹, iuxta pro-
Psalm. 26. phetam à patre & matre, assumaris à domino, & eius præsidio
Terrenorũ contemptus est saluberrimus. guberneris inter fluctus mundanæ tentationis. Postremò vt animam ipsam leues ad deum, & omni vanitate expulsa, in cœlestibus conuersetis, vbi delitiarum dei reficiaris dulcedine, & visionis eius perfruaris claritate. Nõ tibi subrepat terrenarum delectatio cupiditatum, non vanitatum phantasmata mentem occupent, quæ cum animum in diuersa traxerint, tantam inducunt caliginem negligentiæ, & cæcitatis tenebras opponunt, vt cùm appetere cœperit infima, nullatenus erigat ad summa. Si amore cœlestium accensus fueris, & per istos ascenderis hu-
Psalm. 24. militatis gradus, poteris & tu dicere cum propheta: Ad te domine leuaui animam meam. Beatus qui hoc potest dicere. Beatus planè quem iniquitas non onerat, non reuocat delectatio,
Psalm. 63. non inclinat voluptas, quem non grauat cupiditas, non deprimit opulentia, nõ trahit ambitio, sicut scriptum est: Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit.

Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam: quia deus meus es tu.

Pericula Qui in via ambulat, insidias metuit, hostium timet incursus, prædonum impetus perhorrescit. Ideo qui viam nosse salutis K
desiderat, vt etiã ab inimicis eripiatur exorat. Nouit quia inter inimicos graditur, in medio laqueorum, vndique pericula imminent, vndique ponuntur insidiæ, vndique incauti præcipitantur. Aduersarius enim noster diabolus tanquam leo rugiens circuit: quęrens quem deuoret. Occupat incautos, inermes sauciat, incautos expoliat. Alios necat, alios captiuat, alios suffocat. Aliquando transfigurat se in angelum lucis: & incautæ menti quædam agenda bona proponit: vt dum à proposito tentatus deciderit, & tentationum ventis velut arundo cœperit agitari, facilius ad delicti inducatur consensum. Inserit inutiles cogitationes, vana adhibet desideria, virtutum figmenta depingit. Si quem verò inuenerit fortiorem, in bono proposito perseuerantem: eum acrius persequitur, & grauioribus admotis tentationum aculeis, extinguere conatur. Habet quoq; secum nequitiæ ministros, duces & satellites suos: cum quibus aduersus humanam fragilitatem congreditur, vt eò tanto facilius superetur, quanto non ab eo, sed à multis impugnat. Contra hunc potentem aduersarium eiusque plurimos apparatus
Ephes. nos instruebat Paulus cùm diceret: Non est vobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Quis tot inimicorum cateruas euadere, eorumque insidias inuestigare potest? Non grauantur carne, nullis occupantur curis, sed sunt ad nocendum parati. Quis hominum aduersus eos L
dimicans illæsus abire potest, nisi auxilio diuinæ gratiæ vallatus fuerit, & scuto bonę voluntatis eius coronatus? Etiam si bonæ operationis studio floreat, si lumine polleat virtutum: non poterit inimici rugientis superare nequitiam, nec potestatis iniquæ reprimere vires, nisi illius fuerit fretus præsidio, qui sic manet in nobis, vt etiam pugnet pro nobis. Restat ergo vt in omnibus diuinæ gratiæ auxiliũ postulemus: & ad illud inexpugnabile occurramus semper refugium, *in quo nullius hostis timeamus incursum.* Ad illud nempe refugium cõfugerat qui dicebat: Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi.) Et alibi: Domine refugium factus es nobis. Notandum Psalm. 89
verò quia nõ ait protege me, sed eripe me, quasi dicat: Iam me *fraudum suarum laqueis implicant, iam deceptionum astringunt nodis, iam retibus iniquitatum inuoluũt.* Quis autem ad eripiendum idoneus, nisi ille cui cum propheta cantamus: A- Psalm. 123
nima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus? Et ne quis sibi placens de ereptione sua glorietur, adiunctum est: Adiutorium nostrum in nomine domini, qui fecit cœlum & terram: Ambulantes itaque in via hac in qua absconderunt laqueos nobis, totis ad Deum medullis cordis clamemus: Eripe me de M
inimicis meis domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia deus meus es tu.) Iustum est vt deo suo omnis homo seruiat: creatura obediat creatori, domini sui mandata seruus non transgrediatur. Contendat Christiana anima facere volũtatem dei sui, agnoscat creatorem suum, audiat vocem *Anima christiana quid agere debet.* eius, dirigat viam eius, obediat præceptis eius. Oret vt doceatur, postulet vt dirigatur, supplicet vt confirmetur. Hoc quippe sine auxilio diuinæ inspirationis adsequi nemo potest, sed in omnibus diuina nobis est exorãda clementia: vt infuso cordibus nostris spiritu cuius vnctio docet nos de omnibus: discamus quæ sit voluntas dei bona, beneplacens & perfecta. Roma. 12.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectã: propter nomen tuum domine viuificabis me in æquitate tua.

Qui à spiritu suo deficit, à spiritu Dei deducitur. Dixerat autem superius suum spiritum defecisse. Constat itaque quia ad malum eum suus spiritus deduxerat. Et fortasse deduxe- *Filij prodigi* rat eum in regionem longinquam, in qua substantiam suam *pulchre ap* dissipasset, in qua fames esset verbi dei, in qua vni ciuium, vi- *plicat.* delicet diabolo, qui princeps est mundi huius nuncupatus, adhærens, ad porcos mitteretur pascendos. Vbi porcorum cibis ventrem suum cuperet implere: id est, malignorum spirituum suggestionibus carni suæ satisfacere. Iam verò malo spiritu deficiente, dei bono assumptus, in terram rectam speret

A speret introduci: quæ tribulos non germinet & spinas, nec deserta sit, vel inuia, vel in aquosa: sed cœtenis exuberet fructibus, & delitiis abundet æternis. Qui enim spiritu dei aguntur, hi, iuxta Apostoli vocem, filij dei sunt. Si autem filij, & hæredes. Et si hæredes, hæreditatem possidentes. Quæ est autem hæreditas, nisi terra viuentium? Hinc nanque propheta ait: Mansueti hæreditabunt terrã, & delectabuntur in multitudine pacis. Hinc rursus ait: Benedicentes ei, hæreditabunt terrã. Et ne quis crederet terram illam quæ transitura est, benedicentibus & mansuetis hæreditatem promitti, subiunxit atque ait: Iusti autem hæreditabunt terram, & inhabitabunt in seculum seculi super eam: &, Nouit dominus dies immaculatorum, & hereditas eorum in æternum erit. Si ergo hæreditas filiorum est, & illi sunt filij dei, qui aguntur spiritu dei, cùm hæreditas terra viuẽtium sit, qui spiritu dei illuminantur, in terram rectam deducentur. Ad quam quicunque deducitur, in multitudine pacis delectatur. Hanc pacis multitudinem dominus per prophetam pollicetur dicens: Dabo illis solatium verum, pacem super pacem. Super pacem enim quam dilectis suis in hac vita tribuit, in æterna fœlicitate aliam diuina miseratio dabit, vt iam caro non repugnet spiritui, nec aliqua vllĩ tẽtationis subrepat occasio, omnibus iam compositis: vt reformata in melius humana natura, nemo iam cadere, nemo possit peccare. Hęc est pax Christi: quam Apostolis ipse promisit dicens: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. In quo notandum, quia cùm bis

B eis suam pacem promisit, intelligamus sanctos Dei quandam in hac vita pacem habere, sed veram perfectamque pacem ibi solummodo inuenturos, vbi eos iam nulla vana mouebit cogitatio, nulla turbabit illusio, cùm eripuerit deus animas eorũ de morte, oculos eorum à lachrymis, pedes eorũ à lapsu. Hanc pacem Christus solus habuit, quia solus inter mortuos liber, peccati aculeum in corde non sensit. Nos verò quandiu corruptibili carne premimur, & corporis innectimur nodis, integræ illius perfectæque pacis ignari vanè conturbamur, irrepẽtibus nobis terrenarum illecebris cupiditatum, & cogitationibus vanis, quæ frequenter quasi facto agmine ex improuiso erumpentes, mentem confundunt, atque alio quàm proposuerimus animum trahunt. Non enim in potestate nostra est cor nostrum. Non ad deum secundum voluntatem nostram erigitur, deducitur ad ima, trahitur ad deuia. Si ergo in terram rectã cupimus ingredi, à spiritu dei bono optemus deduci. Propter nomen tuum domine viuificabis me in æquitate tua.) Non viuit iustitiæ, nisi qui moritur iniquitati. Sicut autem quod seminauimus non viuificatur, nisi moriatur prius, sic qui mundo

C & concupiscentiis eius non moritur, in fructu bonorum operum non multiplicatur. Superest ergo vt mortificemus membra nostra quæ sunt super terrã, quatenus viuificet nos auctor vitæ. Ad hoc enim ipse mortuus est & resurrexit, vt nos peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Hinc propheta dicit: Viuificabit nos post duos dies, & in die tertia suscitabit nos. Illa nempe resurrectio nostra vita fuit, per quam à morte animę liberati sumus, atque vitæ restituti perpetuæ. Si enim credimus, quòd Iesus mortuus est & resurrexit, ita & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Vides quia qui Christo commoritur, cum eo conuiuificatur: sicut testatur Apostolus dicens: Si enim complãtati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Plus est autem viuificari in æquitate, quàm viuificari æquitati. Deniq; qui in æquitate viuificatur, in ipsam æquitatem introducitur: vt nihil iniquum sapiat, nihil impium agat. Potest etiam per æquitatem ipse Christus intelligi, in quo viuificatur qui mundo moritur. Denique corpore suo & sanguine pascimur & viuificamur, alimur & saginamur. Nec ociosè additur, propter nomen tuũ. Ad omne enim bonum quod agimus, non nostram, sed domini gloriam quærimus. In eo nãque opus bonum deo acceptum efficitur, si ex virtute operis non serui, sed domini nomen glorificetur.

Educes de tribulatione animam meam: & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Conscientia delictorum ẽ maxima

Inter multiplices humanæ animæ tribulationes, & innumerabiles afflictionum molestias, nulla est maior afflictio, quàm conscientia delictorum. Cùm enim exterius patitur homo, ad deum confugit, ad virum fortitudinis recurrit. Singulare nan- D *omniũ afflictionũ.*
que & saluberrimum est consolationis remedium, tribulationes exterius patienti: vt si eum contristat orbitas, si angit paupertas, si venit infirmitas, recedat ab eo qui foris est strepitus: & ingressus in interiora mentis penetralia, ibi deum inuocet, vbi nemo videt. Restat quoq; vt ostium cordis contra illatas claudat molestias: vt sæuientium exterius non sentiat impetus, sed in spe cœlestium promissorum exultans postponat damna, molestias negligat, seculi blandimenta contemnat, humiliet se in confessione peccati: magnificet & laudet deum corripientẽ & consolantem. Quòd si malæ cõscientiæ tribulationem perferens, in arcano cordis deum non inuenit: quoniam forte recessit ab hospitio cordis pro abundantia iniquitatis, quid facturus est homo? vbi consolationem inueniet? vbi requiem perquiret? Grandis tribulatio vbi nullus euadendi aditus, vbi nulla libertatis spes, vbi nulla ereptionis fiducia. Si ad exteriora recurrit, si in transitoriis consolationem quæsierit, ibi animi afflictio vrgebit: sollicitudinum stimulabit calamitas, miseriarũ turba vallabit. Quæ enim in temporalibus consolatio? quale in diuitiis gaudium? Nunquid nobiscũ permansuræ sunt? Nõ- *Diuitiarũ gaudiũ est momentaneum.*
ne illæ sunt spinæ, quę semen verbi suffocant? Quæ sicut acquisitę lætificant, sic etiam amissæ contristant. Superest itaque vt E
in tribulatione positus peccator ad eum recurrat, in quo solo vera est consolatio, & per istius vitæ noctes in lectulo cordis deum quærat. Quem si primò non inuenit, magis ad quærendum animetur: surgat ad amorem cœlestium, ciuitatem circũeat exultatione vniuersę terræ fundatã, interroget vigiles qui custodiunt Ecclesiam, nudetur pallio secularis ornatus, & charitatis sagitta interius vulneretur. Nec prius à quærendo desistat, quàm mœrentium consolatorem inueniat. Inuentum autem summopere teneat, donec redemptus ope adiutricis gratiæ, à conscientiæ eripiatur tribulatione. Si enim naufragus cupiens vitam in vndis seruare, semel adeptam tabulam non antè dimittit, quàm fractus labore sæuientium procellarum desiciat: aut vehiculi præsidio adiutus, optatum littus attingat: quis in huius maris magni & spatiosi naufragio dei non amplectatur sapientiam: cuius gubernetur præsidio, regimine deducat? De ipsa nanque scriptum est: Lignum vitæ est his qui appre- *Prouer. 3.*
henderint eam: & qui tenuerit eam, beatus. Quæ est autem dei *1. Cor. 1.*
sapientia nisi Christus? secundum quod Apostolus ait: Christum dei virtutem & dei sapientiam. Teneamus ergo lignum
F
salutis in pelago procellosę tempestatis: per quod possimus, & à periculo horrendæ mortis eripi: & de tribulatione diabolicarum tentationum educi. Dat nobis magnam ereptionis nostræ fiduciam, quod subditur: Et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.) Qui sint inimici humani generis, *Hostes humani generis qualiter disperdun tur à Deo.*
& christianæ animæ impugnatores, superiori satis expositione declaratum est. Quos tunc clemẽtia diuina disperdit, cùm eis vires nocendi adimit, cùm aduersus iacula tentationis diabolicæ scutum opponit suæ protectionis. Quasi enim cõfusi abscedunt, cùm se ad prævalendum impotentes agnoscunt.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniã ego seruus tuus sum.

Iustum est vt bonus seruus à bono domino adiuuetur: contra hostiles muniatur incursus: à periculo liberetur. Sed quid est quòd se nominat seruum, cùm seruus nõ maneat in domo in æternum? Hinc ipsa veritas discipulis ait: Iam non dicam *Ioan. 15.*
vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Et Apostolus: Non accepistis, inquit, spiritum seruitutis iterum in *Roma. 8.*
timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Sed sciendum, quoniam sicut sunt duo timores: ita etiam sunt duæ seruitutes. Est enim timor pœnam *Timor est duplex.*
habens, quem perfecta charitas foras mittit. Est & timor domini sanctus permanens in seculum seculi, de quo etiam scriptum est: Initium sapientiæ timor domini. Et iterum: Timen- *Eccli. 1.*
tibus deum nihil deest. Ille igitur timor qui à charitate excluditur, ad seruum non manentem in domo pertinere videtur. Timor verò sanctus seruo illi conuenire nosci tur, cui voce dominica dicitur: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca *Lucæ. 12.*
fuisti fidelis: super multa te constituam, intra in gaudium domini

G mini tui. Quòd verò ait: Perdes omnes qui tribulãt animam meam.)ad illam beatæ vitæ fœlicitatem referẽdum est: in qua nullum habebimus aduersarium, nullum metuemus inimicũ, cùm absorbebitur mors in victoria,cum illa nouissima inimica destruetur mors, cũ immutati fuerimus, & æquales angelis effecti.Modo enim nihil quietis aut securitatis inuenire possumus,dum adhuc in nobisipsis ingemiscimus grauati: adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri.Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc nulla erit diabolicæ fraudis impugnatio, nullum hæreticæ prauitatis dogma, nulla infidelis populi impietas, omnibus ita pacatis & compositis, vt in tabernaculis iustorum sola audiatur vox exultationis & salutis.Ibi sancti sine fine laudabunt deum: & in lumine claritatis eius exultabunt:ciues effecti illius ciuitatis,quæ libera est,& æterna in cœlis. Quam non obscurant tenebræ, non obumbrat nox,non consummat vetustas,non in ea rutilat lumen Solis,aut lunæ splendor, aut stellarum iubar: non ibi lucerna quæritur,non lampas accenditur, non lychnus aptatur. Claritas quippe diuina eam illuminat, Sol clarificat iustitiæ, lux vera illustrat, lux inquam inaccessibilis, quæ nõ clauditur loco,non finitur tempore,non obumbratur tenebris, non variatur nocte. Hoc immenso & indeficiente,& lucidissimo lumine illustrata Hierusalem sancta,quæ est mater nostra, filios abdicat tenebrarum,ciues recipit pacificos, filios videlicet lucis & diei,filios adoptionis,cõsortes supernæ hæreditatis. Nullus in eam ingreditur impius,nullus habitat iniquus,nullus intrat immundus.Muri eius ex lapidibus construũtur viuis:portæ eius ex optimis adornantur margaritis, plateæ eius ex auro purissimo sternuntur, & canticum lætitiæ sine fine in ea cantatur. Ibi est lux sine defectu, gaudium sine gemitu,desideriũ sine pœna,amor sine tristitia,satietas sine fastidio,sospitas sine vitio,vita sine morte,salus sine languore.Ibi sancti & humiles corde,ibi spiritus & animæ iustorum,ibi cũcti cœlestis patriæ ciues:& beatorum spirituum ordines regem in decore suo videntes, & in gloria virtutis eius exultantes. Perfecta viget in omnibus charitas, vna omnium lætitia,vna iucunditas.

Vitæ beatæ excellentia.

H

Oratio auctoris pia, & satis artificiosa.

BOne Iesu, verbum patris, splendor paternæ gloriæ, in quem desiderant angeli prospicere,doce me facere voluntatem tuam:vt à spiritu tuo bono deductus,ad beatam illam perueniam ciuitatem, vbi est dies æternus, & vnus omnium spiritus: vbi est certa securitas, & secura æternitas:& eterna tranquillitas,& tranquilla fœlicitas:& fœlix suauitas,& suauis iucunditas: vbi tu deus cum patre & spiritu sancto viuis & regnas per infinita seculorum secula. Amen.

Deo gratias.

Finis explanationis diui Gregorij in septem Psalmos pœnitentiales.

IN NOMINE domini incipiunt Epistolę ex

K

registro sancti Gregorij papæ. Mense septembrio Indictione nona:quæ fuit ordinationis eius prima.

Gregorius vniuersis episcopis per Siciliam constitutis: Vt semel in anno in vnum conueniant.

Caput primum.

VALDE necessarium esse perspeximus:vt sicut prædecessorũ nostrorũ fuit iudicium,ita vni eidemque personæ omnia committamus: vt vbi nos præsentes esse non possumus,nostra per eum cui præcipimus repræsentetur auctoritas. Quamobrẽ Petro subdiacono sedis nostræ, intra prouinciam Siciliã vices nostras deo auxiliante commisimus. Nec enim de eius actibus dubitare possumus:cui deo auxiliante totum nostrę Ecclesiæ nosci mur patrimonium commisisse. Illud quoque fieri debere perspeximus, vt semel per annum ad Syracusanam, siue Cathenẽsium ciuitatem,vniuersaliter honore quo dignum est,sicut eidẽ iussimus,fraternitas vestra conueniat:quatinus quę ad vtilitatem ipsius prouincię Ecclesiarumque pertinent,siue ad necessitatẽ pauperum oppressorumque subleuãdam: vel ad monitionem omnium atque correctionem eorum, quorum excessus contigerit demonstrari, congrua cum eodem Petro subdiacono sedis nostræ, debeatis moderatione disponere. A quo consilio procul absint odia, facinorum nutrimẽta, atque inuidia interna tabescat, & nimis execrabilis animorum discordia. Sacerdotes suos concordia deo placita,& charitas recognoscat. Hęc igitur omnia cum ea maturitate ac tranquillitate gerite:vt dignissimè possit episcopale concilium appellari.

Epistola.i. Habẽ pa ma pa decreui dist.94 prin.ca. Valde.

L

Gregorius Iustino præsori Siciliæ. Quem redarguit de frumentis non ex integro transmissis. Caput.II.

QVod lingua loquitur,attestatur conscientia:quia dum vos & nullius dignitatis occupationibus implicitos,multum dilexi,multumque veneratus sum. Ipsa nanque incessus vestri modestia quibusdam conatibus exigebat,vt diligi & venerari etiã à nolente debuisset. Et cùm vos venisse ad administrandam prelaturam Sicilię audiui,valde gauisus sum. Et quia quandam inter vos atq; ecclesiasticos simulationem subrepere comperi,vehementissimè contristatus sum. Nunc verò quia & vos administrationis cura, & me studium huius regiminis occupat: intãtum vos rectè diligere specialiter possumus,inquantum generalitati minimè nocemus. Vnde per omnipotentem dominum rogo, in cuius tremẽdo iudicio nostrorum actuum posituri rationes sumus: vt eius respectum semper gloria vestra ante oculos habeat: & nunquam quodlibet ex quo inter vos,vel parua dissensio proueniat,admittat. Nulla vos lucra ad iniustitiam pertrahãt,nullius vel minæ, vel amicitiæ, à rectitudinis itinere deflectant. Quòd sit vita breuis aspicite, ad quem quandoque ituri estis iudicem,qui iudiciariam potestatem geritis,cogitate. Solerter ergo intuendum est,quòd cuncta lucra hic relinquimus, & solas dispendiosorum lucrorum causas nobiscum ad iudiciũ deportamus. Illa ergo sunt nobis commoda quęrenda: quæ nequaquam mors adimat, sed mansura in perpetuum præsentis vitæ finis ostendat. De frumentis autem quæ scribitis, longè aliter vir magnificus Citonatus asserit: quia solummodo tãta transmissa sunt, quæ pro transactæ indictionis debito ad replẽdum sitonicum sufficerent. De qua re curã gerite:quia si quid minus huc transmittitur, non vnus quilibet homo, sed cũctus simul populus trucidatur. Ad regendum verò Siciliæ patrimonium, talem, vt existimo, virum, Deo auctore transmisi: cum quo vobis, si, vt ego expertus sum,recta diligitis, omnino conueniat. Quod autem me vt vestri memor esse debeam admonetis,

Epistola.ii.

M

Respectus ad deũ habemus habere. Vita quia breuis sit aspicere debemus.

A adnunetis, verum fateor, si ex antiqui hostis insidiis iniustitia nulla subrepat, tantam gloriæ tuæ modestiam didici, vt tuus nō esse erubescam.

Gregorius Paulo scholastico. Maurentium magistrum militum & Petrum subdiaconum commendat.

Caput. III.

Quicquid mihi ex honore sacērdotalis officij extranei arrident, non valde penso. De vobis autem mihi hac ex re arridentibus non minimè doleo, qui desiderium meum plenissimè scitis: & tamen profeciſſe me creditis. Sūmus enim mihi profectus fuerat, si potuisset impleri quod volui. Si voluntatem meam quam dudum cognitam habetis, perficere optatæ quietis perceptione valuissem. At quia nunc in ciuitate teneor Romana, honoris huius vinculis religatus, habeo aliquid quod etiam vestræ gloriæ exultem. Et quia viro excellentissimo domino Leone exconsule veniente, vos in Sicilia remanere non suspicor: & cum ipse quoque tuo honore religatus, retineri Romæ cœperis, quid mœroris, quid amaritudinis ego patiar agnoscis. Veniente autem viro magnifico domino Maurentio Chartulario, ei quæso in Romanæ vrbis necessitate concurrite: quia hostilibus gladiis foris sine cessatione cōfodimur. Sed seditione militum interno periculo grauius vrgemur. Petrum vero B subdiaconum nostrum, quem pro regendo Ecclesiæ patrimonio, deo auctore transmisimus, vestræ gloriæ per omnia commendamus.

Gregorius Ioanni episcopo Constantinopolitano. Ipsius beati Gregorij confirmationem apud imperatorem procuranti, amicè conqueritur, & eius orationibus se committit.

Caput. IIII.

Si charitatis virtus in proximi dilectione consistit, si sic diligere pximos sicut nos iubemur: quid est quod me beatitudo vestra, non ita sicut se diligit? Quo enim ardore, quo studio, episcopatus pondera fugere volueritis scio, & tamen hæc eadem episcopatus pondera ne mihi deberent imponi non restitistis. Constat ergo quia non me sicut vos diligitis, qui illa me voluistis onera suscipere, quæ vobis imponi noluistis. Sed quia vetustam nauem vehementer confractam indignus ego infirmúsque suscepi: vndique enim fluctus intrant: & quotidiana ac valida tempestate quassatæ putridæ naufragium tabulæ sonant: per omnipotentem deum rogo, vt in hoc mihi periculo orationis vestræ manum porrigatis: quia & tanto enixius potestis exorare, quanto & à confusione tribulationum, quas in hac terra patimur, longius statis. Synodicam vero epistolam de subsequenti festinatione transmitto: quia latorem præsentium Bacandā fratrem & coëpiscopum nostrū, in ipso meæ ordinationis initio multis & grauibus pressus occupationibus relaxaui.

C *Gregorius Theotistæ sorori imperatoris. Scribit de onere curæ pastoralis: & vitam actiuam & contemplatiuam per Rachel & Liam: Marthā & Mariā significari luculēter declarat.*

Caput. V.

Mens mea vestræ veneration quanta deuotione substernitur, explere verbis nequeo, nec tamen me prodere M laboro: quia & me tacente in vestro corde legitis, quid de mea deuotione sentiatis. Miror autē quòd in me collatas dudum continentias vestras ex hac moderna pastoralis officij continentia distraxistis: in qua sub colore episcopatus, ad seculum sum reductus, in qua tantis terræ curis inseruio, quantis me in vita laica nequaquam deseruisse reminiscor. Alta enim quietis meæ gaudia perdidi, & intus corruens, ascēdisse exterius videor. Vnde me à conditoris mei facie longè expulsum deploro. Conabar nanque quotidie extra mundum, extra carnem fieri. Cuncta phantasmata corporis ab oculis mentis abigere, & superna gaudia incorporaliter videre, & non solum vocibus, sed medullis cordis ad dei speciem anhelans dicebā: Tibi dixit cor meum, quæsiui vultum tuum: &, Vultum tuum domine requiram. Nil autem in hoc mundo appetens, nil pertimescens, videbar mihi in quodam rerum vertice stare, ita vt in me penè impletum credetem, quod pollicente domino ex propheta didicissem: Sustollam te super altitudines terræ. Super enim altitudinem terræ sustollitur, qui & ipsa quæ alta & glorioſa præsentis videntur seculi, per mentis despectum calcat. Sed repentè à rerum vertice tentationis huius turbine impulsus, ad timores pauoréſque corrui: quia etsi mihi nil timeo, eis tamen qui mihi commissi sunt, multum formido. Vndique causarum fluctibus quatior, ac tempestatibus deprimor, ita vt rectè dicam: Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Redire post causas ad cor desidero, sed vanis ab eo cogitationum tumultibus exclusus redire nō possum. Ex hoc ergo mihi longè factum est quod intra me est, ita vt obedire nequeam propheticæ voci, qua dicitur: Redite prævaricatores ad cor. Sed stultis pressus cogitationibus, solummodo exclamare compellor, Cor meū dereliquit me. Contemplatiuæ vitæ pulchritudinem velut Rachelem dilexi, sterilem, sed videntem ac pulchram: quæ etsi per quietem suam minus generat, lucem tamen subtilius videt. Sed quo iudicio, nescio. Lia mihi in nocte coniuncta est, actiua videlicet vita fœcunda: sed lippa, minus videns, quanuis amplius pariens. Sedere ad pedes domini cum Maria festinaui, verba oris eius percipere: & ecce cum Martha compellor in exterioribus ministrare, & erga multa satagere. Expulsa à me, vt credidi, legione dæmonum, volui obliuiſci quos noui, ad saluatoris pedes quiescere, & ecce mihi nolenti atque compulso dicitur: Reuertere in domum tuam: E & annuncia quanta fecerit tibi dominus. Sed quis inter tot terrenas curas valeat dei miracula prædicare? cùm iam mihi difficile sit saltem recolere. Pressus enim in hoc honore tumultu secularium negociorum, ex eis me esse video, de quibus scriptum est: Deiecisti eos dum alleuarentur. Neque enim dixit deiecisti eos postquam alleuati sunt: sed, dum alleuarentur: quia praui quique dum temporali honore suffulti, foris videntur surgere, intus cadunt. Alleuatio ergo ipsa ruina est: vt quia dum gloria falsa subnixi sunt, à gloria vera euacuantur. Hinc iterum dicit: Deficientes vt fumus deficiens. Fumus quippe ascendendo deficit, & sese dilatando euanescit. Sic videlicet fit cùm peccatoris vitam præsens fœlicitas comitatur: quia vnde ostenditur vt altus sit, inde agitur vt non sit. Hinc rursum scriptum est: Deus meus pone illos in rotam. Rota quippe ex posteriori parte attollitur, & in anterioribus cadit. Posteriora autem nobis sunt bona præsentis mundi, quæ relinquimus: anteriora vero sunt æterna & permanentia, ad quæ vocamur: Paulo attestante, qui ait: Quæ retro sunt oblitus, in ea quæ sunt priora me extendens. Peccator ergo cùm in præsenti vita profecerit, vt rota ponitur: quia in anterioribus corruens, ex posterioribus eleuatur. Nam cùm in hac vita gloriam percipit quam relinquit, ab illa cadit quæ post hanc venit. Et quidem multi sunt qui sic exteriores prouectus regere sciunt, vt per eos nequaquam interius corruant. Vnde scriptum est: Deus potentes non abiicit: F cùm & ipse sit potens. Et per Salomonem dicitur: Et intelligens gubernacula possidebit. Sed mihi hæc difficilia sunt, quia & valde onerosa. Et quod mens sponte non recipit, congruè non disponit. Ecce serenissimus dominus imperator fieri simiam leonem iussit. Et quidem prouisione illius vocari leo potest, fieri autem leo non potest. Vnde necesse est vt omnes culpas ac negligentias meas non mihi, sed suæ pietati deputet, qui virtutis mysterium infirmo commisit.

Psal. 68. *Esa. 46.* *Psal. 39.* *Psal. 72.* *Psal. 36.* *Psal. 82.* *Philip. 3.* *Iob. 36.* *Prouer. 1.* *Imperator fieri simiam leonem iussit.*

Gregorius Narsi patricio. Cui exponit id quod Apostolo Petro dicitur: Macta & manduca.

Caput. VI.

Vm contemplationis dulcedinem altè descripsistis, *Epi. 6.* ruinæ meæ mihi gemitum renouastis, qui audiui quid intus perdidi, dum foris ad culmen regiminis ascendi immeritus. Tanto autem me percussum mœrore agnoscite, vt vix loqui sufficiam: oculos enim mentis meæ doloris tenebræ obsident. Triste est quicquid aspicitur. Quicquid delectabile creditur, cordi meo lamentabile apparet. Penso enim ab alto quietis meæ culmine corruens, ad quantum delectus exterioris prouectus culmen ascendi: & pro culpis meis in occupationis exilium à facie dominantis missus, quasi destitutæ viduæ vocibus, cum propheta dico: Qui consolabatur me, longè recessit à me. Quod verò causæ & nominis similitudinem faciendo, per scripta vestra clausulas declamationéſque formatis: certè

G frater charissime, simiam leonem vocas. Quod eo modo vos agere conspicimus, quo scabiosos sæpe catulos, pardos vel tygrides vocamus. Ego enim bonæ vir quasi filios perdidi: quia per terrenas curas recta opera amisi. Nolite ergo me vocare Noëmi, id est, pulchrum, sed vocate me Maram: quia amaritudine plenus sum. Quòd autem me dicitis scribere non debuisse, vt in agro dominico cum bubalis non aratres, quia in ostenso beato Petro linteo & bubali & omnes feræ oblatæ sunt: scis ipse quia subjunctum est, macta & manduca. Tu ergo qui easdem bestias necdum mactaueras, manducare iam per obedientiam cur nolebas? Aut nescis quia easdem quas scripsisti bestias oris tui gladius occidere recusauit? Quas ergo per compunctionem occidere potueris, de illis necesse est vt in tui desiderij fame satieris. De causa autem fratrum nostrorum vt scripsisti, ita futurum, si deus adiuuet, existimo, de qua modo serenissimis rerum dominis scribere omnino non debui: quia in ipso initio non est à quæstibus inchoandum: sed dilectissimo filio meo Honorato diacono scripsi, vt opportuno tempore eis congruè suggerat, & mihi respõsum sub celeritate indicet. Domnum Alexandrũ, domnum Theodorum, filium meum Marinum, domnam Eusiriam, domnã Eudochiam, & domnam Dominicam, mea peto vice salutari.

Gregorius Mariã se no cari dicit Aflo. 10.

Gregorius, Anastasio Episcopo Antiocheno. Cui dicit ab imperatore se reditum eius postulasse.

H Caput. VII.

Epistolam beatitudinis vestræ, vt fessus requiem, salutem æger, fontem sitiens, vmbram æstuans accepi. Neque enim illa verba per linguam carnis videbãtur expressa, sed sic spiritalem amorem suum quem gestabat, aperuit: ac si mens per seipsam loqueretur. Sed durum valde fuit, quod secutum est: quia amor vester terrena me portare onera præcepit, & quem prius spiritaliter diligebatis, postea, vt existimo, temporaliter amãtes, vsque ad terram me superposito onere depressistis: ita vt mentis rectitudinem funditus perdens, contemplationisque aciem amittens, non per prophetiæ spiritum, sed per experimentum dicam: *Incuruatus sum, & humiliatus sum vsquequaque.* Tanta quippe occupationum onera deprimunt, vt ad superna animus nullatenus erigatur. Multis enim causarũ fluctibus quatior, & tumultuosæ vitæ tempestatibus affligor, ita vt rectè dicam: *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Periclitanti igitur mihi orationis vestræ manum tendite, vos qui in virtutum littore statis. Quòd verò me os domini, quòd lucernam dicitis, quòd multis prodesse perhibetis: hoc quoque mihi ad iniquitatum mearum cumulum accedit: vt cùm vindicari in me iniquitas debuit, laudes pro vindicta recipiam. Quibus autem hoc in loco terrenarum rerum tumultibus premor, explere verbis nequeo, quod tamen colligere ex breuitate I epistolæ potestis, in qua ei minus loquor, quem plus omnibus diligo. Præterea indico quia à serenissimis dominis quantis valui precibus postulaui: vt vos honore restituto, ad sancti Petri Apostolorum principis limina venire, & quousque ita deo placuerit, hic mecum viuere concedant: quatenus dum vos videre meruero, peregrinationis nostræ tædium de æterna patria inuicem loquendo releuemus.

Epi. 7. Vide infra epistolã. 25 lib. 1.

Psal. 118.

Psal. 68.

Gregorius Bacandæ episcopo Formiensi. Menturiensem Ecclesiam desolatam Formiensi coniungit.

Caput. VIII.

Epi. 8.

T temporis necessitas nos perurget, & imminutio personarum exigit, vt destitutis Ecclesiis salubri ac prouida debeamus dispositione succurrere. Et ideo quoniam Ecclesiam Menturiensem funditus tam cleri quàm plebis destitutam desolatione cognouimus: tuámque pro ea petitionẽ, quatinus Formianæ Ecclesiæ, in qua corpus beati Erasmi martyris requiescit, cui fraternitas tua præsidet, adiũgi debeat: piam esse ac iustissimam prouidentes, necessarium duximus, consulentes tam desolationi loci illius, quàm Ecclesiæ tuæ paupertati, reditus supradictæ Ecclesiæ Menturiensis, vel quicquid ei antiquo modernóque iure vel priuilegio potuit, potéstve qualibet ratione competere, ad tuæ Ecclesiæ ius potestatémque hac præcepti nostri auctoritate migrare: vt à præsenti tempore sicuti de propria Ecclesia debeas cogitare, eique cõpetentia tua prouisione disponere, quatinus deinceps, quod perire hucusque potuit, pauperum Ecclesiæ tuæ vtilitatibus plærisque proficiat.

K

Gregorius, Petro subdiacono. Disceptationem de possessione per quadraginta annorum tempus possessa, fine debito terminari mandat.

Caput. IX.

Regorius seruus dei presbyter & Abbas monasterij *Epi. 9.*

G sancti Theodori in Sicilia prouincia, territorio Panormitano constituti, insinuauit nobis homines fundi Saloniaci, iuris sanctæ Ecclesiæ Romanæ, fines fundi Gerdimiæ, collimitantis eidem præfato fundo Ecclesiæ sanctæ Romanæ, quos quieto iure per innumeros annos possederunt, velle peruadere: & ideo volumus accedente tea ad Panormitanam ciuitatem, quæstionem ipsam tali ratione discutere, dominio rei apud possessorem sicuti hactenus possessa est, videlicet permanente: vt si monasterium præfatum sancti Theodori fines de quibus certatio mota est, inconcussis quadraginta annis possedisse repereris: nullam deinceps, etiam si quid sanctæ Romanæ Ecclesiæ competere potuit, patiaris sustinere calumniam, sed quietem eorum inconcussam modis omnibus procurare. Sin verò auctores sanctæ Ecclesiæ non eos possedisse quadraginta annis inconcusso iure monstrauerint: sed aliquam hæc intra tempora motam fuisse aliquando quæstionem eorundem finium: electis arbitris, tranquillè & legaliter sopiatur. Nos enim non solum nunquam mota suscitari nolumus: verumetiam quæ praua foris admonemur, sopire modis omnibus festinamus. Ita ergo experientia tua cuncta faciat effectibus mancipari, ne qua posthac huius rei quæstio ad nos reuertatur. Testamentum autem Bachandæ quondam xenodochi in ea qua conditum est, volumus firmitate persistere.

Cauſa. 11. q. 4. 7. mus.

L

Mense Nouembri. Indictione nona.

Gregorius Honorato diacono Salonitano. De contentione ipsius contra episcopum suum.

Caput. X.

A quæ contra nos tu & episcopus tuus contraria direxistis scripta agnoscẽtes, doluimus, eò quòd inter vos nihil charitas recognoscit. Veruntamen te in officio ordinis tui administrare præcipimus: & si illic potest superante gratia causa vestri scandali definiri, multum credimus vestræ animæ acquisiuisse. Sin verò discordia inter vos partes suas armauit: vt in timore scandali voluntas vestra debeat remanere, tu ad nostram audientiam indifferenter occurre: & episcopus tuus pro se dirigat quam elegerit personam instructam: vt omnia subtili ratione perpensa constituere, quæ visa fuerint partibus, debeamus. Scire vero te volumus, quòd à te districtè quæsituri sumus, M si non ea quæ vel propriæ Ecclesiæ, vel de diuersis Ecclesiis similia sunt collecta, sub omni nunc sollicitudine & fide seruentur. Quòd si quid ex eis vel negligentia, vel cuiusquam fraude deperierit tu in hoc reatu cõstringeris, qui per archidiaconatus ordinem custodiæ eiusdem Ecclesiæ arctius implicaris.

Epi. 10.

Mense Decembri. Indictione nona.

Gregorius Clementinæ patriciæ. Consolatoriam epistolam facit de morte Eutherij episcopi.

Caput. XI.

Pistolam gloriæ vestræ suscipiens, quæ de transitu Eu- *Epi. 11.*

E therij quondam magnificæ memoriæ loquebatur, indicamus non minus animos nostros quàm vestros esse tali mœrore confusos: eo quod opinionis probatæ viros huic paulatim subtrahi mundo conspicimus: cuius ruina in ipsis tam causarum effectibus comprobatur. Sed huic nos solerti decet conuersionis cautela subducere, ne sua nos secum pariter ruina circumplicet. Et quidem amicorum nos amissio tanto debet tolerabilius contristare, quanto amissuros nos illos conditio mortalitatis expescit. Sed tamen amissum carnalis vitæ subsidium, potens est ille consolari, qui vt adimeretur permittendo concessit, & ipse ad locũ qui destitutus erat consolator accedere. Diaconum vero Anatholium quẽ ad vos dirigi popostistis, hoc nos facere non posse causæ magis modus quàm rigoris austeritas fecit. Vicedominum enim eum constituimus, cuius arbitrio episcopum commissimus disponendum.

1. par. Diſtinct. 22. canon.

Gregorius

Gregorius, Ioanni episcopo de vrbe veteri. Admonet de iniusta vexatione monasterij tollenda.

Caput. XII.

Gapitus Abbas monasterij sancti Gregorij, insinuauit nobis plurima se à vestra sanctitate grauamina sustinere: & non solum in his quæ necessitatis tempore aliquod monasterio possint inferre subsidium, verumetiã quòd in eodem monasterio missas prohibeatis celebrari. Sepeliri etiã ibidem mortuos interdicatis. Quod si ita est, à tali vos hortamur inhumanitate suspendi: & sepeliri ibidem mortuos, vel celebrari missas, nulla vlterius habita contradictione permittatis: ne denuo querelam de his quæ dicta sunt, prædictus vir venerabilis Agapitus deponere compellatur.

Gregorius, Dominico episcopo Centumcellensi. Commendat Luminosam viduam Zemarchi.

Caput. XIII.

Efficij quidem sacerdotalis est, vt viduis ac maritali regimine desolatis, impartiri solatia debeatis, vt vnde in hoc mundo humana conditione priuantur, sacerdotali tuitione possint remedia reperire. Quoniam ergo Luminosa honesta fœmina relicta charissimi Zemarchi tribuni, nostræ se post deum tuitioni commisit, huic vos solatiari in quo sibi necesse fuerit, admonemus: nullúsque sit ei de quolibet molestus articulo. Sed quia comitiuam illam quam vir eius agendã susceperat, nunc Theodoro Palatino concedente, ipsi est mulieri vt peragere debeat attributum, vel quem ipsi placuerit, donec præsentis indictionis celebretur impletio, nullum eandem quousque expleat inquietare permittas. Ita ergo facite, vt & deum vobis faciatis pro rebus talibus debitorem: & noster huiusce modi, de impensis à vobis solatiis, propensius animus gratuletur.

Gregorius, Demetrio episcopo Neapolitano. Præcipit hæreticos, etiam cum periculo, in communionem suscipere.

Caput. XIIII.

Tephanus præsentium portitor, cùm de quibusdam fidei catholicæ capitulis, eius à via veritatis nutaret intentio, pro huius rei dubietate à catholicæ se Ecclesiæ communione suspenderat, donec eum deus veritatis iudex ad viam rectitudinis reuocaret: quem recepta satisfactione in fidẽ catholicam communicasse cognoscas. Sed quia eum quosdã dubietatis suæ socios ibidem in Neapolitana ciuitate habere comperimus, hoc nobis de his quoque præfatus Stephanus pollicitus esse dinoscitur, vt si eorum ambiguitatem animæ nostræ interpositionis periculo sanaremus, ipsos etiam ad communionem catholicam sine mora posse vel reluctatione conuerti. Pro qua re præsentibus epistolis admonemus, nostra fide, nostróque, sicut ipsi videntur popoposcisse, periculo, eos in fidem catholicam communionémque suscipite: quibus potestis modis ad lucem de tenebris reuocate. Ne postquam ad nos huiusmodi causa perlata est, si silentio præterimus, de animabus eorum negligentiæ possimus subire iacturam.

Gregorius, Balbino episcopo Rosellano. Populonensem Ecclesiam visitationis gratia commendat.

Caput. XV.

Eruenit ad nos quòd Populonensis Ecclesia ita sit sacerdotis officio destituta, vt nec pœnitentia decedentibus ibidem, nec baptisma possit præstari infantibus. Hutus igitur tam piæ rei, támque necessariæ mole permoti, iubemus dilectioni tuæ, vt huius præceptionis auctoritate cõmonitus, memoratæ Ecclesiæ visitator accedas: vt vnum cardinalem illic presbyterũ, & duos debeas diaconos ordinare. In parœciis verò præfatæ Ecclesiæ tres similiter presbyteros, quos tamen dignos ad tale officium veneratione vitæ & morum grauitate præuideris: & quibus in nullo obuient constituta canonicæ disciplinæ, vt sanctæ cum digna cautela prouideatur Ecclesiæ.

Gregorius, Seuero episcopo Aquileiensi. Præcipit Romam ob fidei causam venire.

Caput. XVI.

Icut gradientem per deuia, carpentem denuo rectum tramitem, tota dominus auiditate complectitur: ita deum de deserente cognitã veritatis viam maiore mœrore, quàm gaudio quo de conuertente lætatus fuerat, contristatur: quia minoris excessus est, veritatem non cognoscere, quàm in eadem cognita non manere. Aliúdque est quod ab errante cõmittitur, aliud quod per scientiam perpetratur. Et nos siquidem quantum incorporatum te iampridem fuisse in vnitatem Ecclesiæ gauisi fueramus, abundantius nunc dissociatum à catholica societate confundimur. Pro qua re imminente latore præsentiũ, iuxta christianissimi & serenissimi rerum domini iussionem, ad beati Petri Apostoli limina, cum tuis sequacibus venire te volumus, vt auctore deo aggregata synodo, de ea, quæ inter vos vertitur dubietate, quod iustum fuerit iudicetur.

Gregorius vniuersis episcopis Italiæ. Scribit vt filios Longobardorum in hæresi Ariana baptizatos ad fidem catholicam concilient. Caput. XVII.

Voniam nefandissimus Antharith in hac, quæ nuper expleta est, paschali solennitate Lõgobardorum filios in fide catholica baptizari prohibuit: pro qua culpa eum diuina maiestas extinxit, vt solennitatem paschalem vlterius non videret: vestram fraternitatem decet cunctos per loca vestra Longobardos admonere, vt quia vbique grauis mortalitas imminet, eosdem filios suos in Ariana hæresi baptizatos, ad catholicam fidem concilient: quatenus super eos iram domini omnipotentis placent. Quos ergo potestis admonete, quanta virtute valetis, eos ad fidem rectam suadendo rapite: æternam eis vitam sine cessatione prædicate: vt eùm ad districti veneritis conspectum iudicis, posítis ex vestra sollicitudine lucrum in vobis ostentare pastoris. *Epi. 17.*

Gregorius Petro subdiacono. Insinuat vt Marcello victus & vestitus necessaria ministret.

Caput. XVIII.

Nsinuatum nobis est Marcellum Barubicanæ Ecclesiæ, ibidem in Panormitana ciuitate, in monasterio sancti Adriani, in pœnitentiam deputatum, non solum victus necessitatem pati, sed & nuditatis nimiam sustinere molestiam. Pro qua re necesse habemus strenuitati tuæ præsenti iussione præcipere, vt ipsi pro victu & vestimento, stratóque ad cõtinentiam, pueróque eius annonam quatum prospexeris satis esse, constituas: vt inopia nuditásque eius tali prouidentia possint habere consultum: & vt ea quæ eidem viro deputaueris, tuis postmodum possint rationibus imputari. Id ergo fac, vt & nostram iussionem impleas, & tu quoque hoc ipsum bene disponendo hac ipsa possis participari mercede. Præterea hoc tibi indagandum mandare curauimus, veteri quæ iam moleuerat cõsuetudine postposita: vt si quæ ciuitates in prouincia Siciliæ pro peccatis per sacerdotum lapsus à pastorali regimine vacare noscuntur, de clero Ecclesiarum ipsarum vel ex monasteriis, si qui digni ad sacerdotalem locum possint inueniri, perspicias: & ad nos inquisita primitus morum grauitate trasmittas: vt grex vniuscuiusque loci per pastoris lapsum inueniri non debeat longo tempore destitutus. Si verò vacantia quidem loca repereris, & nullus tali dignitati ex eadem Ecclesia congruus inueniatur, ad nos similiter inquisitione solerti renuncia: vt deus quem dignum talibus ordinationibus indicauerit, valeat prouidere. Nõ enim oportet vt vnius excessu grex dominicus per prærupta possit sine pastore diffluere. Ita enim & locorum ordinatio prouenit, & reuertendi lapsis ad gradum priorem quò melius pœniteant, suspitio non manebit. *Epi. 18.*

Gregorius Natali episcopo Salonitano. Præcipit vt Honoratum archidiaconum suo gradui restituat.

Caput. XIX.

Esta quæ nobis in concilij vestri confecta secretario direxistis, in quibus archidiaconus Honoratus addicitur, plena esse cognouimus semine iurgiorum: cùm vnò eodémque tempore vna persona nolens ad sacerdotij ordinem prouehitur, quæ tanquam immerita à diaconatus officio remouetur. Et sicut iustum est, vt nemo crescere compellatur inuitus: ita censendum puto similiter, ne quisquam insons ab ordinis sui ministerio deiiciatur iniustè. Veruntamen quia inimica deo discordia tuas partes accusat: locum & administrationem *Epi. 19.* *Distinc. 74. gesta in prin.* *Discordia inimica est deo.*

Universidad de Buenos Aires
Biblioteca

G ſuam Honorato archidiacono reſtituas cõmonemus, atque concordes diuinis miniſteriis competentia exhibere ſeruitia. Audientiæ & quæſtioni noſtræ ſi adhuc inter vos cauſa nutritur ſcandali, prædictus archidiaconus occurrat admonitus: atque dilectio tua pro partibus ſuis dirigat perſonam inſtructam: quibus præſentibus ſolatiante domino nobis depoſito ſtudio perſonarum quæ competunt fauori iuſtitiæ decernere valeamus.

Gregorius Natali epiſcopo Salonitano. Scribit ſe gregémque dominicum vt precibus adiuuet.

Caput. X X.

Epi.20. Cripta reuerentiæ tuæ quæ proceſsioni noſtræ gratias
S referebat, offerente Stephano diacono, quem direxiſtis, accepimus: & nimirum valde credenda ſunt gratia & ſtudio charitatis impenſa, dum pontificatus noſtri congaudere ordinem ratio commonebat. Idcirco nos ſalutis tuæ cauſa redditi lætiores, conſcientiam noſtram indicamus, ipſius honoris onera me ægro animo ſuſcepiſſe. Sed quia diuinis iudiciis nõ poteram reſultare: neceſſario mẽtem meam parti lætiori reuocani. Pro qua re reuerentiam veſtram epiſtolario ſermone depoſcimus: vt tam nos quàm Chriſtianus grex curæ noſtræ cõmiſſus, orationis veſtræ ſolatiis perfruamur: quatenus ea valeamus præſidij firmitate procellas temporum ſuperare.

Menſe Februario: Indictione nona.

Gregorius Nonnoſo. Maurentium de poſſeſſione quam petiit, dicit ſe exauditurum.

Caput. X X I.

Epi.21. Mnipotens deus cordi veſtro indicet quanta deuotio-
O ne ac dilectione vobis cõiungor. Et ſi hanc per epiſtolas implere nequeo: ſi quando tamen opportunitatem inueniam, rebus oſtendere curabo. Salutationis præterea alloquiũ ſoluens indico, quia veniente humili veſtro domino Maurentio de poſſeſsione quam gloria veſtra petiit, per omnia parebimus.

Gregorius, Georgio epiſcopo Italiæ, Gratiarũ actiones facit.

Caput. X X II.

Epi.22. Onitatem veſtræ excellentiæ quam ſemper cognitam
B habui, experimento ſuperaddito recognoui. Vnde omnipotentem deum deprecor, vt ſua nos protectione cuſtodiat vobiſque & apud ſe gratiam, & apud ſereniſsimos dominos largiatur. Si autem nullæ hominum qui interſunt vo: prauitates diuidant, eſſe me veſtrum proprium valde certum tenete, & vobis dilectione coniunctum. Quod in omnipotente domino confido: quia hoc vobis etiam per documentum meæ atteſtationis oſtendo. Salutationis igitur alloquium ſoluens peto, vt quotiens vſus exegerit, veſtris me affatibus releuare curetis.

Gregorius Anthemio ſubdiacono. Ancillas dei, Paulinum
I *presbyterum, & alios commendat.*

Caput. X X III.

Epi.23. Nſinuatum nobis eſt ancillas domini quaſdam Nola-
I næ ciuitatis in Aboritana domo cõmorantes, nimiam victus veſtitúſque penuriã ſuſtinere. Quibus ex præcepto dei nos ſubuenire conuenit: & inopiam earum, quantum poſſumus, donãte domino ſubleuare. Propterea experientiæ tuæ præſenti iuſsione mandamus, vt de hac præſenti nona indictione, quadraginta in auro eis ſolidos dare debeas: & deinceps ſuccedentibus indictionibus annuos viginti ſolidos miniſtrare, quituis poſsint rationibus imputari. Præterea Paulino presbytero monaſterij ſancti Eraſmi, quod in latere montis Soractis ſitum eſt: ſed & duobus monachis in oratorio ſancti Archangeli ſeruientibus, quod in Lucano caſtro iuxta ſancti Petri Baſilicam eſſe dinoſcitur: binos te in præſenti ſolidos dare præcipimus, qui & ipſi tuis rationibus imputentur. Ita ergo fac vt impenſæ mercedis tu quoque participium ſortiaris.

Gregorius Ioanni epiſcopo Conſtantinopolitano, Eulogio Alexandrino, Gregorio Antiocheno, Ioanni Hieroſolymitano, & Anaſtaſio Patriarchæ Antiocheno aparibus. Scribit epiſtolam de onere paſtorali ſibi nuper impoſito, in qua etiam plurima teſtimonia ſcripturarum exponit.

Caput. X X IIII.

Conſideranti mihi quòd impar meritis, ac toto animo K
C renitens, paſtoralis curæ pondera portare compul- *Epi.24. Dignitas ſacerdotalis, acrue declaratur, & officiũ.*
ſus ſum, caligo mœroris occurrit: & triſte cor nihil aliud, niſi eas quæ videri nil ſinunt tenebras videt. Nam quid antiſtes ad dominum, niſi pro delictis populi interceſſor eligitur? Qua itaque fiducia ad deum pro peccatis alienis interceſſor venio, apud quem de propriis ſecurus non ſum? Si fortaſſe quiſpiã apud potentem virum, qui & ſibi iratus, & mihi eſſet incognitus, interceſſorem ſuum me fieri quæreret, protinus reſponderem: Ad intercedendum venire nequeo, quia eius notitiam ex ſedula familiaritate non habeo. Si igitur rectè homo apud hominem de quo minimè præſumpſiſſem, fieri interceſſor erubeſcerem, quantæ hoc audaciæ eſt, quòd apud deum pro populo locum interceſſoris obtineo, cui familiarem me eſſe per vitæ meritum non agnoſco? Qua in re eſt mihi adhuc aliud grauius formidandum: quia ſicut cuncti liquidò cognouimus, cùm is qui diſplicet ad intercedendum mittitur, irati ad deteriora animus prouocatur. Et valde pertimeſco, ne cõmiſſa mihi plebs fidelium, reatus mei additamento depereat: cuius nunculque delicta dominus æquanimiter tolerabat. Cùm verò vtcunque hũc timorem ſupprimo: & conſolatam mentem ad pontificalis operis ſtudia accingo, conſiderata ipſa rei immenſitate deterreor. Perpendo quippe quòd omni cura vigilandum eſt, vt rector cogitatione ſit mundus, operatione præcipuus, diſcretus in ſilen- L
tio, vtilis in verbo, ſingulis compaſsione proximus, præ cunctis *Rector qualis eſſe debet.*
contemplatione ſuſpenſus, bene agentibus per humilitatem ſocius: contra delinquentium vitia, per zelum iuſtitiæ erectus. Quæ videlicet cuncta dum ſubtili ſtudio & inquiſitione perſcrutor, ipſa me in ſingulis latitudo conſiderationis anguſtat. Nam, ſicut prædixi, curandum ſummopere eſt, vt rector cogitatione ſit mundus: quatenus nulla hunc immunditia polluat, qui hoc ſuſceperit officij, vt in alienis quoque cordibus pollutionis maculas tergat. Quia neceſſe eſt vt eſſe munda ſtudeat manus, quę *1. quæſt. 1. neceſſe.*
diluere ſordes curat: ne tacta quæque deterius inquinet, ſi ſordida ipſa ſtercoris lutum tenet. Scriptum nanque eſt: Mundamini, qui fertis vaſa domini. Domini etenim vaſa ferunt, qui pro- *Eſa. 52.*
ximorum animas ad interna ſacrificia perducendas, in conuerſationis ſuæ exemplo ſuſcipiunt. Apud ſemetipſum ergo quantum debeat mundari conſpiciat: qui ad æternitatis templum vaſa viuentia in ſinu propriæ conuerſationis portat. Hinc diuina voce præcipitur vt in Aaron pectore rationale iudicij vittis ligãtibus imprimatur: quatenus ſacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxæ poſsideant, ſed ratio ſola conſtringat. Nec indiſcretum quid vel inutile cogitet, qui ad exemplum aliis conſti- M
tutus, ex grauitate ſemper debet oſtendere quantam in pectore rationem portet. In quo etiam rationale vigilanter adiungitur: vt duodecim patriarcharum nomina deſcribantur. Aſſcriptos enim patres in pectore ferre, eſt antiquorum vitam ſine intermiſsione cogitare. Nam tunc ſacerdos irreprehenſibiliter graditur: cùm exempla patrum præcedentium indeſinenter intuetur. Cùm ſanctorum veſtigia ſine ceſſatione conſiderat, & cogitationes illicitas deprimit: ne extra ordinis ſui limitem, pedem operis tendat. Rurſum cùm me ad conſideranda debita paſtoris opera confero: perpendo quanta intentione curandum eſt, vt ſit operatione præcipuus: quatenus vitæ viam ſubditis viuendo denunciet: & grex qui paſtoris vocem moréſque ſequitur, per exempla melius quàm per verba gradiatur. Qui enim loci ſui neceſsitate exigitur ſumma dicere, hac eadem neceſsitate compellitur ſumma monſtrare. Illa nanque vox libentius auditorum cor penetrat, quam dicentis vita cõmendat: quia quod loquẽdo præcipit, oſtendẽdo adiuuat, vt fiat. Hinc enim per prophetã dicitur: Super montem excelſum aſcende tu qui euangelizas Sion. Vt videlicet qui cœleſti prædicatione vtitur: ima iã ter- *Eſa. 40.*
renorũ operum deſerens, in rerum culmine ſtare videatur: tãtóque ſubditos facilius ad meliora pertrahat, quanto per vitæ meritum de ſupernis clamat. Hinc diuina lege armum ſacerdos in *Leuit. 7.*
ſacrificiũ & dextrum accepit & ſeparatũ: vt non ſolũ ſit eius operatio vtilis, ſed etiam ſingularis: nec inter malos tantũmodo quæ recta ſunt faciat, ſed bene quoque operãtes ſubditos, ſicut honore ordinis ſupérat, ita etiã morum virtute tranſcendat. Cui in eſu quoque pectuſculum cum armo tribuitur, vt quod de ſacrificio

præciptur

A præcipitur sumere, hoc de semetipso discat conditori suo immolare. Et non solum rectore quæ recta sunt cogitet, sed spectatores suos ad sublimia armo operis inuitet. Nulla præsentis vitæ appetat, nulla pertimescat: blandimenta mundi, respecto intimo terrore despiciat: terrores autem considerato internæ dulcedinis blandimento contemnat. Vnde supernæ quoque vocis imperio, in vtroque humero sacerdos velamine superhumeralis astringitur: vt contra aduersa & prospera, virtutum semper ornamento muniatur, quatenus iuxta Pauli vocem: Per
2.Cor.6. arma iustitiæ à dextris sinistrisque gradiens: cùm ad sola quæ anteriora sunt nititur, in nullo delectationis infimæ latere delectatur. Non hunc prospera eleuent, non aduersa perturbent: non blanda vsque ad voluptatem demulceant, non aspera ad desperationem premant: vt dum nullis passionibus intentionem humiliat, quanta in vtroque humero superhumeralis pulchritudine tegatur, ostendat. Quod rectè etiam superhumerale ex auro, hyacintho, purpura, bis tincto cocco, & torta fieri byssо præcipitur: vt quanta sacerdos claresceere virtutum diuersitate debeat, demonstretur. In sacerdotis quippe habitu ante omnia aurum fulget, vt in eo intellectus sapientiæ principaliter emicet. Cui hyacinthus qui aëreo colore resplendet, adiungitur: vt per omne quod intelligendo penetrat, non ad fauores infimos, sed ad amorem cœlestium surgat: ne dum
B in suis incautus laudibus capitur, ipso etiam veritatis intellectu vacuetur. Auro quoque ac hyacintho purpura permiscetur: vt videlicet sacerdotale cor, cùm summa prædicat: in semetipso etiam suggestiones vitiorum reprimat, eisque veluti regia potestate contradicat: quatenus nobilitatem semper intimæ regenerationis aspiciat: & cœlestis regni habitum moribus defendat. De hac enim nobilitate spiritus per Petrum dicitur: Vos
1.Pet.2. autem genus electum, regale sacerdotium. De hac etiam potestate qua vitia subigimus, Ioannis voce roboramur, qui ait:
Ioan.1. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Auro autem ac hyacintho & purpuræ bis tinctus coccus adiungitur: vt ante interni iudicis oculos, omnia virtutum opera ex charitate decorentur: & cuncta quæ coram hominibus rutilant, hæc in conspectu occulti arbitri flamma intimi amoris accendat. Quæ scilicet charitas, quia deum simul & proximum diligit, quasi coccus ex duplici tinctura fulgescit. Qui igitur sic ad auctoris speciem anhelat, vt proximorum curam negligat: vel sic proximorum curam exequitur, vt à diuino amore tepescat, quia vnum horum quodlibet negligit, in superhumeralis ornamento habere coccum bis tinctum nescit. Sed cùm mens ad præcepta charitatis tenditur, restat proculdubio: vt per abstinentiam caro maceretur. Vnde & bis tincto cocco torta byssus adiungitur: De terra enim byssus nitenti specie oritur. Et quid per byssum, nisi candens decore munditiæ cor-
C poralis castitas designatur? Quæ videlicet torta pulchritudini superhumeralis innectitur: quia tunc castimonia ad perfectissimæ munditiæ candorem ducitur, cùm per abstinentiam caro fatigatur. Cúmque inter virtutes cæteras etiam afflictæ carnis meritum proficit, quasi in diuersa superhumeralis specie byssus torta candescit. Rursum cùm me ad considerandum debitum pastoris verbum ac silentium confero, pauenti cura perpendo, quòd valde necesse est, vt & discretus sit in silentio, & vtilis in verbo: ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit: ita in-
Locutio incauta in errorem pertrahit. discretum silentium, hos qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sæpe nanque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui recta liberè pertimescunt: & iuxta veritatis vocem, nequaquam iam gregis custodiæ pastorum studio, sed mercenariorum vice deseruiunt: quia veniente lupo
Ezech.13. fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc nanque eos dominus per prophetam increpat, dicens: Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israël, vt staretis in prælio in die domini. Ex aduerso quippe ascendere, est pro defensione gregis voce libera huius mundi potestatibus contrarire. Et in die domini in prælio stare, est prauis decertantibus ex iustitiæ amore resistere. Pastori etenim recta timuisse dicere: quid est aliud quàm terga tacendo præbuisse? Qui nimirum si pro grege se obiicit, murum pro domo Israël hostibus

opponit. Hinc rursus delinquenti populo dicitur: Prophetæ D
tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant tibi iniquitatem *Thren.2.*
tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. Prophetæ quippe nõ- *Prophetæ*
nunquam in sacro eloquio doctores vocantur, qui dum fugiti- *quandoque*
ua esse præsentia indicant, quæ sint ventura manifestant. Quos *doctores*
diuinus sermo falsa videre redarguit: quia dum corripere cul- *vocantur.*
pas metuunt, incassum delinquentibus promissa securitate blandiuntur. Qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt, quia ab increpationis voce conticescunt. Clauis quippe apertionis, sermo est correptionis: quia increpando culpam detegit, quam sæpe nescit ipse etiam qui perpetrauit. Hinc Paulus ait: Vt potens sit exhortari in doctrina sacra: & eos qui contradi- *Ad Tit.1.*
cunt, redarguere. Hinc per Malachiam dicitur: Labia sacerdo- *Mala.2.*
tis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Hinc per Esaiam dominus admo- *Esa.58.*
net dicens: Clama, ne cesses: sicut tuba exalta vocem tuam. Præconis quippe officium suscipit, quisquis ad sacerdotium ascendit: vt ante aduentum iudicis qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos vero si prædicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est præco mutus? Hinc est enim quòd super pastores primos in linguarum specie spiritus-
E sanctus insedit: quia nimirum quos repleuerit, de se protinus loquentes facit. Hinc Moysi præcipitur vt tabernaculum sacerdos ingrediens, tintinnabulis ambiatur: vt videlicet voces prædicationis habeat: ne superni speculatoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est: Audiatur sonitus quando ingre- *Exod.28.*
ditur vel egreditur sanctuarium in conspectu domini: & non *Sacerdotes*
moriatur. Sacerdos nanque ingrediens vel egrediens moritur, *sonitũ de-*
si de eo sonitus non audiatur: quia iram contra se occulti iudi- *bent dare.*
cis exigit, si sine sonitu prædicationis incedit. Aptè autem tintinnabula vestimentis eius describuntur inserta. Vestimenta etenim sacerdotis, quid aliud quàm recta opera debemus accipere? propheta attestante, qui ait: Sacerdotes tui induantur iusti- *Psal.131.*
tiam. Vestimentis itaque illius tintinnabula inhærent: vt vitæ viam cum linguæ sonitu, ipsa quoque opera sacerdotis clament. Sed considerandum quoque est vt rector cùm se ad loquendum præparat, sub quantæ cautelæ studio loquatur attendat: ne si inordinatè ad loquendum rapitur, erroris vulnere audientium corda feriantur: & cum fortasse sapiens videri desiderat, vnitatis compagem insipienter abscindat. Hinc nanque veritas di-
cit: Habete sal in vobis: & pacem habete inter vos. Per sal *Mar.9.*
quippe, verbi sapientia designatur. Qui igitur loqui sapienter nititur: magnopere metuat, ne eius eloquio audientium vnitas confundatur. Hinc Paulus ait: Non plus sapere quàm opor- *Rom.12.*
tet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Hinc in sacerdotis veste
F iuxta diuinam vocem tintinnabulis mala punica coniunguntur. Quid enim per mala punica, nisi fidei vnitas designatur? Nam sicut in malo punico vno exterius cortice multa interius grana muniuntur: sic innumeros sanctæ Ecclesiæ populos vnitas fidei contegit, quos intus diuersitas meritorum tenet. Tunc ergo tintinnabulis mala punica iungimus: cùm per omne quod dicimus vnitatem fidei custodimus. Rursum, cùm me ad considerandum confero qualis rector in compassione, qualisque esse debeat in contemplatione perpendo, vt & singulis compassione sit proximus, & præ cunctis contemplatione suspensus: quatenus & per pietatis viscera in se infirmitatem cæterorum transferat: & per speculationis altitudinem semetipsum quoque inuisibilia appetendo transcendat: ne aut alta petens, proximorum infirma despiciat: aut infirmis proximorum congruens, appetere alta desistat. Hinc est nanque quòd Paulus in paradisum du- *1.Cor.12.*
citur: cœlique tertij secreta rimatur: & tamen in illa inuisibilium contemplatione suspensus, ad cubile carnalium mentis aciem reuocat: & cùm sanctum sit coniugium, creandorum cau- *1.Cor.7.*
sa liberorum, aliquid etiam eis & de voluptate largitur dicens: Propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat: & vnaquæque suum virum habeat. Vxori vir debitum reddat: similiter & vxor viro. Ecce iam cœlestibus secretis inseritur: & tamen per condescensionis viscera, carnalium cubile perscrutatur, & quem subleuatus ad inuisibilia erigit, hunc mentis oculum ad secreta coniugum inflectit. Cœlum contemplatione transcendit: nec tamen stratum carnalium sollicitudine

G deserit: quia compage charitatis summis simul & infimis iunctus, & in semetipso virtute spiritus ad alta valenter rapitur, & pietate in aliis æquanimiter ad ima reuocatur. Pro hac suæ com-
2.Cor.11. passione charitatis iterum Apostolus Paulus dicit: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego nō vror?
1.Cor.9. Hinc rursus ait: Factus sum Iudæis tanquam Iudæus. Quod videlicet exhibebat nō amittendo fidem, sed extendendo pietatem: & in se personam infidelium transfigurans, vt ex semetipso disceret qualiter aliis misereri debuisset: quatenus hoc illis impenderet, quod sibi ipse, si ita esset, impendi rectè voluisset.
2.Cor.5. Hinc iterum dicit: Siue mẽte excedimus, deo: siue sobrij sumus, vobis: quia & semetipsum nouerat contemplando transcendere: & eundem se auditoribus condescendendo temperare. Hinc Iacob domino desuper innitente, & vncto deorsum lapide ascendentes & descendentes angelos vidit: quia scilicet prædicatores recti, non solum sursum sanctum caput Ecclesiæ, videlicet dominum contemplando appetunt: sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt. Hinc Moyses crebrò tabernaculum intrat & exit: & qui intus in contemplatione rapitur, foris infirmantium negociis vrgetur. Intus dei arcana considerat, foris onera carnalium portat. Qui de rebus quoque dubiis semper ad tabernaculum recurrit, & coram testamenti arca dominum consulit. Exemplum proculdubio rectoribus præbens, vt cùm foris ambiguat quid disponant, ad mentem semper quasi ad ta-
H bernaculum redeant: & velut coram testamenti arca dominum consulant, si de his in quibus dubitant, apud semetipsos intus sacri eloquij paginas requirant. Hinc ipsa veritas per susceptionem nobis nostræ humanitatis ostensa, in monte orationi inhæret: miracula in vrbibus exercet: imitationis videlicet viam bonis rectoribus sternens: vt etsi iam summa contemplando appetunt, necessitatibus tamen infirmantium compatiendo misceātur: quia tunc ad alta charitas mirabiliter surgit, cum ad ima proximorum se misericorditer attrahit: & quò benignè descendit ad infima, valenter recurrit ad summa. In qua videlicet compassione necesse est vt talem se qui præest exhibeat, cui subiecti quique occulta quoque sua prodere non erubescant: vt cùm tentationum suarum fluctus paruuli tolerant, ad pastoris mentem, quasi ad matris sinum recurrant: & hoc quòd se inquinari pulsantis culpæ sordibus præuident, exhortationis eius solatio, & lachrymis orationis lauent. Vnde & ante fores templi ad abluendas ingredientium manus mare æneum, id est, luterem, duodecim boues portant: qui quidem facie exterius eminent, sed ex posterioribus latent. Quid nanque duodecim bobus, nisi vniuersus pastorum ordo signatur? De quibus lex Paulo dis-
1.Cor.9. serente dicit: Non obturabis os boui trituranti. Quorum quidem nos aperta opera cernimus: sed apud districtum iudicem, quæ illos posterius maneant in occulta retributione, nescimus. Qui tamen cùm condescensionis suæ patientiam abluendis proximorum confessionibus præparant, velut ante fores templi lu-
I terem portant: vt quisquis intrare æternitatis ianuam nititur, tentationes suas menti pastoris indicet: & quasi in boum lutere cogitationis vel operationis manus lauet. Et fit plærunque vt dum rectoris animus tentamenta condescendendo recognoscit, auditis tentationibus & ipse pulsetur: quia & hæc eadem per quam populi multitudo diluitur, aqua proculdubio luteris inquinatur. Nam dum sordes diluentium suscipit, quasi suæ munditiæ serenitatem perdit. Sed hæc nequaquam pastori timenda sunt: quia deo subtiliter cuncta pensante, tanto facilius à sua eripitur, quanto misericordius ex aliena tentatione fatigatur. Rursus cùm me ad considerandum confero, qualis in humilitate, qualisque esse rector debeat in districtione: perpendo quoniam necesse est vt & bene agentibus sit per humilitatem socius, & contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ erectus: quatenus & bonis in nullo se præferat, & cùm prauorum culpa exigit, prioratus sui potestatem agnoscat: vt & honore suspenso, æqualem se subditis bene viuentibus deputet: & contra peruersorum culpas ex zelo iustitiæ excrescat. Hinc
Act.9. est nanque quòd Petrus auctore deo sanctæ Ecclesiæ principatum tenens, à bene agente Cornelio & sese ei humiliter prosternente, immoderatius venerari recusauit: séque illi similem recognouit dicens: Surge ne feceris; & ego homo sum. Sed cùm Ananiæ & Sapphiræ culpam reperit, mox quanta potentia su- K
per cæteros excreuissent ostendit. Verbo nanque eorum vitam Actus 5.
perculit, quam spiritu perscrutante deprehendit: & summum se intra Ecclesiam contra peccata recoluit, quod honore sibi vehementer impenso, coram bene agentibus fratribus non agnouit. Hic communionem æqualitatis meruit sanctitas actionis: illic zelus vltionis vim aperuit potestatis. Hinc est quòd Paulus bene agentibus fratribus prælatum se esse nesciebat, cùm diceret: 2.Cor.1.
Non quia dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri. Ad quæ ilico adiunxit: Fide enim statis. Ac si id quod prætulerat aperiret, dicens: ideo non dominamur fidei vestræ, quia fide statis. Aequales enim vobis sumus in quo vos stare cognoscimus. Quasi prælatum se esse fratribus nesciebat, cum diceret: Facti sumus paruuli in medio vestrum. & rursus: Nos 1.Thess.2.
autem seruos vestros per Christum. Sed cùm culpam quæ corrigi debuisset, inuenit: ilico se magistrum esse recoluit, dicens. 1.Cor.4.
Quid vultis, in virga veniam ad vos? Summus itaque locus bene regitur, cùm is qui præest, vitiis potius quàm fratribus dominatur. Bene acceptam potestatem regit, qui & tenere illam nouit, & impugnare. Bene hanc regit, qui scit per illam super culpas erigit: scit cum illa cæteris in æqualitate componi. Sic Humilitatis virtus
autem seruanda est virtus humilitatis, vt non soluantur iura re- quomodo obseruanda.
giminis: ne dum prælatus quisque plus se quàm decet deiicit, subditorum vitam restringere sub disciplinæ vinculo non pos- L
sit: & sic seruanda est disciplinæ seueritas, ne dum pluspuam ne- Vitia sæpe virtutum mentitæ.
cesse est zelus accenditur, mansuetudo funditus amittatur. Sæpe nanque vitia virtutes se esse mentiuntur, vt tenacia parsimonia, effusio largitas, crudelitas zelus iustitiæ, remissio pietas velit videri. Disciplina ergo vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. Sed magna discretionis arte seruanda est & iustè consulens misericordia, & piè feriens disciplina. Hinc nanque est quod docente veritate per Samaritani stu- Luc.10.
dium semiuiuus in stabulum ducitur: & vinum atque oleum vulneribus eius adhibetur, vt per vinum scilicet mordeantur vulnera, & per oleum foueantur. Necesse quippe est, vt is qui sanandis vulneribus præest, in vino morsum doloris adhibeat, in oleo mollitiem pietatis: quatenus per vinum mordeantur putrida, per oleum sananda foueantur. Sit ergo amor, sed non emolliens. Sit vigor, sed non exasperans. Quod bene illa tabernaculi arca significat, in qua cum tabulis virga simul & mãna est, quia cum scripturæ sacræ scientia in boni rectoris pectore si est virga districtionis, sit & manna dulcedinis. Suscepto itaque pastoralis curæ onere, cum cuncta hæc atque alia huiusmodi multa considero, videor quod esse non possum: maximè quia hoc in loco quisquis pastor dicitur, curis exterioribus grauiter occupatur, ita vt sæpe incertum fiat vtrum pastoris of- M
ficium an terreni proceris agat. Et quidem quisquis regendis fratribus præest, vacare funditus à curis exterioribus non potest, sed tamen curandum magnopere est, ne ab his immoderatè deprimatur. Vnde recte ad Ezechielem dicitur: Sacerdotes Ezech.44.
caput suum non radant, neque comam nutriant, sed tondentes attondeant capita sua. Quid enim signant capilli in capite, nisi exteriores cogitationes in mente? Qui dum super cerebrum insensibiliter oriuntur, curas vitæ præsentis exprimunt, quæ ex neglecto ac torpenti sensu quia inopportunè prodeunt, quasi nobis non sentientibus procedunt. Quia ergo cuncti qui præsunt, habere quidem sollicitudines exteriores debent, nec tamen eis vehementer incumbere, sacerdotes rectè & caput prohibentur radere, & comam nutrire, vt cogitationes carnis de vita subditorum nec à se funditus amputent, nec rursum ad crescẽdum nimis relaxent. Vnde bene dicitur, tondentes tondeant capita sua, vt videlicet curæ temporalis sollicitudinis & ad quantum necesse est prodeant, & tamen recidantur citius, ne immoderatius excrescant. Dum igitur per administratam exteriorem prouidentiam corporalis subditorum vita protegitur, & rursus per immoderatam alta cordis intentio non impeditur, quasi capilli in capite sacerdotis seruantur, vt cutem cooperiant: & resecantur, ne oculos claudãt. Sed hoc in loco huius discretionis moderamina video seruari nō posse, quia tanti quotidie casus immi nent, vt mentẽ simul obruant, cum vitã corporalẽ necant. Vnde fratres sanctissimi, per venturum iudicem rogo, per multorum

milium

Ioan.5.

Rom.10. Psalm.15. ea.sent.

Ide.25. Vide supra ep.67.

Psal.18.

Psal.68.

A milium angelorum frequentiam, per Ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cœlis, sub hoc pastoralis curæ onere lassescentem, orationis vestræ intercessione me adiuuate, ne susceptа me pondera vltra vires premant. Memor verò quod scriptũ est: Orate pro inuicem vt saluemini, etiam impendo quod peto. Sed recipiam quod impendo. Dum enim nos vobis per orationis opem coniungimus, quasi ambulantes per lubricum, vicissim nobis manum tenemus: fitque ex magna prouisione charitatis, vt eò singulorum robustius charitas perfigatur, quo in alterum alter innititur. Præterea quia corde creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutem, sicut sancti euãgelij quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & venerari me fateor. Nicænum scilicet, in quo peruersum Arij dogma destruitur. Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomij & Macedonij error conuincitur. Ephesinum etiam primum, in quo Nestorij impietas iudicatur. Chalcedonẽse verò, in quo Euthicetis Dioscoríque prauitas reprobatur, tota deuotione complector: integerrima approbatione custodio, quia in his velut in quadrato lapide, sanctæ fidei structura consurgit. Et cuiuslibet vitæ atque actionis existat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra ædificium iacet. Quintum quoque concilium pariter veneror, in quo epistola, quæ Ibe dicitur, erroris plena, reprobatur, in quo Theodorus personam mediatoris dei & hominum in duabus substantiis separans, ad impietatis perfidiam cecidisse conuincitur, & in quo scripta quoque Theodorici per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementiæ prolata, refutantur. Cunctas verò quas præfata veneranda concilia personas respuunt, respuo: quas venerantur, amplector: quia dum vniuersali sunt consensu cõstituta, se & non illa destruit quisquis præsumit aut soluere quos religant, aut ligare quos soluunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit. Quisquis verò prædictarum synodorum fidem tenet, pax ei sit à deo patre per Iesum Christum filium eius, qui cum eo viuit & regnat consubstantialiter deus in vnitate spiritus sancti, per omnia secula seculorum. Amen.

B

C

Gregorius Anastasio patriarchæ Antiocheno. Conqueritur de onere pastorali. *Caput.XXV.*

S Cripta vestræ beatitudinis, vti fessus requiem, salutẽ æger, fontem sitiens, vmbram æstuans accepi. Neque enim illa verba per linguam carnis videbãtur expressa: quia sic spiritalem amorem suum quem gestabãt aperuerunt, ac si mens per semetipsam loqueretur. Sed durũ valde fuit quod scriptum est, quia amor vester terrena me portare onera præcepit, & quem prius spiritaliter diligebatis, postea, vt existimo, tẽporaliter amantes, vsque ad terram me superposito onere depressistis: ita vt omnem mentis rectitudinem funditus perdens, contemplationisque aciem amittens, non per prophetiæ spiritũ, sed per experimẽtum dicam: Incuruatus sum & humiliatus sum vsquequaque. Tanta me quippe occupationum onera deprimũt, vt ad superna animus nullatenus erigatur. Multis causarum fluctibus quatior, & post illa quietis ocia, tumultuosæ vitæ tempestatibus affligor, ita vt rectè dicam: Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Periclitanti igitur mihi manum orationis vestræ tendite vos qui in virtutum littore statis. Quòd vero me os domini, quòd lucernam dicitis, quòd loquendo multis prodesse, multísque posse lucere perhibetis, existimationem mihi meam, fateor, in dubietatem maximam perduxistis. Considero nanque qui sum, & nihil in me ex huius boni signo deprehẽdo. Considero nanque qui estis, & vos mentiri posse non arbitror. Cum ergo credere volo quod dicitis, contradicit mihi infirmitas mea. Cum disputare volo quod in laude mea dicitur, cõtradicit mihi sanctitas vestra. Sed quæso vir sancte nobis aliquid de hoc certamine nostro conueniat, vt etsi non quod dicitis ita est, sit ita quia dicitis. Præterea sicuti patriarchis aliis vel fratribus, ita & synodicam vobis epistolam direxi, quia apud me semper hoc estis, quod ex omnipotentis dei munere accepistis esse, non quod ex voluntate hominum putamini non esse. Latori vero præsentium Bonifacio defensori aliqua iniunxi, quæ sanctitati vestræ debeat seriosius intimare. Amatoris autem vestri beati Petri apostoli vobis claues transmisi, quæ super ægros positæ, multis solent miraculis coruscare.

Gregorius Anastasio archiepiscopo Corinthiensi. Conqueritur de onere pastorali, & hortatur vt succurrat portitori præsenti. *Cap.XXVI.* D

Vdicia dei quanto sunt inuestigabilia, tãto debent hu- *Epi.26.*
I manis mentibus esse metuenda: vt quia ea ratio mortalis comprehendere non valet, his se necesse est humili cordis ceruice substernat: quatenus quò eam regentis voluntas duxerit, illuc obedientibus mentis gressibus prosequatur. Ego autem considerans infirmitatem meam ad Apostolicæ sedis culmen non posse pertingere, onus hoc malui declinare, ne in pastorali regimine imparis administrationis actione succumberem. Sed quia contraire non est domini disponentis arbitrio, obediens tercussi sum quod misericors de me regentis manus voluerit operari. Nam fraternitati vestræ, & si præsens non eueniret occasio, necessariò fuerat indicandum, quòd licet indignum, me Apostolicæ sedi dominus præesse dignatus est. Cùm ergo fieri hoc & causa poscceret, & directi à vobis præsentium latoris, id est, Bonifacij defensoris, eueniisset occasio, curauimus non solum scriptis fraternitati vestræ charitatis vota persoluere, sed etiam de ordinatione nostra, quod desiderabile vobis fuisse credimus, indicare. Propterea charitas vestra reciprocis literis nos de vnitate Ecclesiæ, & desiderabili nuncio salutis vestræ lætificet: quaE tenus absentia corporalis, quam nos locorũ facit sustinere diuiũctio, scriptorum sibi vicissitudine præsentetur. Adhortamur etiam vt quia memoratum superius præsentium portitorem pro necessariis quibusdam causis ad clementissimi principis vestigia destinauimus, & mutabilitas temporis multa solet impedimenta itineris generare, quicquid ei siue in terreni itineris prouisione, siue etiam in procuratione nauigij necessariũ fuerit, vestra sacerdotalis impendat affectio: vt destinatum iter celerius domino miserante valeat explicare.

Gregorius Sebastiano episcopo Risinienſi. De conuersione Anastasii patriarchæ.

Caput.XXVII.

Vanuis nulla merui beatitudinis vestræ scripta susci- *Epi.27.*
Q pere, tamẽ ego etiam obliuiscentẽ me non obliuiscor, negligentem pulso, torpentẽ amoris stimulis inquieto, vt qui ex semetipso non vult impẽdere, vel pulsatus sciat reddere quod debet. Præterea indico suggestionem me apud piissimos dominos summis precibus plenam feciſſe, vt virum beatissimum dominum Anastasium patriarcham cõcesso vsu pallij ad beati Petri Apostolorum principis limina mecum celebraturũ solennia missarum transmittere debuisset, quatenus si ei ad sedẽ suam minimè reuerti liceret, saltem mecum in honore suo viueret. Sed quæ causa contigerit vt eadem scripta retinerem, præsentium lator vobis innotescet. Eiusdem tamen domini AnastaF sij animum cognoscite, & quicquid ei de hac re placuerit, vestris mihi epistolis indicate.

Gregorius Aristobolo expræfecto & antigrapho. De expositione epistolarum suarum.

Caput.XXVIII. *Epi.28.*

D explendum affectum meum fateor, lingua non sufA ficit, sed quicquid de vobis sentio, vester vobis melius affectus dicit. Quibusdam vero vos aduersitatibus laborare audiui. Sed non hac de re valde contristor, quia plærunque nauis quæ peruenire ad alta pelagi per prosperitatem poterat, in ipso nauigationis initio vento aduersante repellitur, sed ad portum repulsa reuocatur. Præterea si prolixam epistolã ad interpretandum accipere fortasse contigerit: rogo non verbum ex verbo, sed sensum ex sensu transferte, quia plerunque dum proprietas verborum attenditur, sensuum virtus amittitur.

Gregorius Andreæ de Dibiria. Transmittit clauem à corpore sancti Petri, & de catenis eius.

Caput.XXIX.

Omnipotens deus dulcissimo cordi vestro indicet, quia *Epi.29.*
O & absens corpore à charitate vestra animo non recessi. Bona enim vestra etiam si obliuisci volo, non valeo. Hoc autem quòd me ad episcopatus ordinem cognoscitis peruenisse, si me diligitis, plangite: quia hic huius mundi tãtæ occupationes sunt, vt per episcopatus ordinẽ penè ab amore dei me videam esse separatum. Quod incessanter defleo, atque vt pro me

G dominum exoretis,rogo. Præterea ſanctiſsimam clauem, à ſancti Petri Apoſtoli corpore vobis tranſmiſi, quæ ſuper ægros multis miraculis ſolet coruſcare, nam etiam de eius catenis interius habetur. Eædem igitur catenæ quæ illa ſancta colla tenuerunt, ſuſpenſæ colla veſtra ſanctificent.

Gregorius Ioanni exconſuli atque patricio & quæſtori. Clauem ſancti Petri & de catenis eius tranſmittit.

Caput. XXX.

Epiſt.30. Ona excellentiæ veſtræ expertus,tanto erga vos amo-
B re conſtringor, vt veſtra memoria de meo pectore aboleri nullatenus poſsit. Sed contra amorem non modicè contriſtor, quia quatenus me quærere cognouiſtis, & ad inquietudinem perduxiſtis, vobis quidem omnipotens deus quia hoc bono animo feciſtis,bona æterna retribuat,ſed me à tãto loci huius periculo qualiter voluerit abſoluat: quia ſicut peccata mea merebantur,non Romanorum,ſed Longobardorum epiſcopus factus ſum, quorũ ſinthiciæ ſpatæ ſunt,& gratia pœna. Ecce vbi me patrocinia veſtra perduxerunt. Gemo quotidie occupationibus preſſus,& reſpirare non valeo. Sed vos qui adhuc vaIctis huius mundi occupationes fugite:quia quãto in eo quiſque profecerit,tãto,vt video,ab amore dei amplius decreſcit. Præterea ſanctiſsimã clauem à beati Petri Apoſtolorum principis corpore vobis trãſmiſi,quæ ſuper ægros multis ſolet miraculis coruſcare. Nam etiã de eius catenis interius habet. Eędẽ igitur cate
H næ quæ illa ſancta colla tenuerũt,ſuſpẽſę colla veſtra ſanctificẽt.

Gregorius Philippo Comiti Excubitorum. Cauſas Italiæ cõmendat. Caput. XXXI.

Epiſt.31. Nquantũ homo diſcutere& inueſtigare iudicia ſuper-
I na non ſufficit, intãtum ſub eis debet cernicem cordis inflectere: vt quia id quod ſibi tribuitur, quo iudicio diſponatur ignorat, nec ad appetendum locum procax inſiſtere, nec ad repellendũ contumax debet inueniri. Vnde indignus ego ad ſuſcipienda epiſcopatus onera iuſsioni omnipotentis dei, veſtræque me voluntati ſubdidi. Cui me præeſſe largitate magis gratiæ quàm iudicij extimatione voluiſtis. Potens eſt enim deus propter quem me indignum diligitis, hanc vobis in perpetuum repenſare mercedem,vt gratiam quam indignis famulis eius impenditis, apud eum inuenire multiplicius valeatis. Cauſas verò Italiæ,veſtra quæſo excellentia habeat mandatas, vt dum vos petentibus libenter impenditis, omne quòd à deo petitis, quantocyus impetretis.

Gregorius Romano Patricio & exarcho Italiæ. Exarcho ſcribit de Blando epiſcopo reſtituendo.

Caput. XXXII.

Epi.32. Cribendi ad excellentiam veſtrã ſi cauſa omnino nul-
S la ſuppeteret, nos tamẽ eſſe oportet charitate paterna de veſtræ ſalutis incolumitate ſollicitos,vt quod de vobis audire cupimus,internunciorũ frequentia cognoſcamus. Pręterea peruenit ad nos Blandũ epiſcopum Hortenſis ciuitatis,lon
I go iam tempore in ciuitate Rauennate à veſtra excellentia detineri. Et fit vt eccleſia ſine rectore, & populus quaſi ſine paſtore grex conſiſtens defluat,& ibidẽ infantes pro peccatis abſque baptiſmate moriãtur. Et rurſus quia non credimus quòd eum excellentia veſtra niſi pro aliqua probabilis exceſſus cauſa tenuerit, oportet vt habita ſynodo palàm fiat ſi quod in eum crimen intenditur. Et ſi talis in eo culpa reperitur, quæ vſque ad degradationem ſacerdotij perducatur,aliam neceſſe eſt ordinationem inquiramus, ne Eccleſia dei in his ſine quibus iã Chriſtiana non patitur eſſe religio,inculta ac deſtituta remaneat. Sinautem excellentia veſtra aliter ſe habere quàm de eo quod dicitur eſſe perſpexerit, eum ad Eccleſiã ſuam reuerti concedat vt officium ſuũ in commiſsis ſibi animabus adimpleat.

Menſe Martio. Indictione nona.

Gregorius Venantio Cancellario Italiæ. Venantio exmonacho ſcribit,& increpat de habitumonaſtico dimiſſo.

Caput. XXXIII.

Epi.33. Vlti hominum ſtulti putauerunt quòd ſi ad ordinem
M epiſcopatus eueherer, vos alloqui ac per epiſtolas frequentare recuſarem. Sed non ita eſt,quia ipſa iam loci mei neceſsitate compellor, vt tacere non debeã: ſcriptum quip-
Eſa.58. pe eſt: Clama,ne ceſſes: ſicut tuba exalta vocem tuam. Et rurſus ſcriptum eſt: Speculatorem te dedi domui Iſraël: audies de *Ezech.3.*
ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. Ex qua videlicet an- K
nunciatione vel retenta vel exhibita quid ſpeculatorem vel auditorem ſequatur,protinus intimatur: Si dicente me ad impiũ, Morte morieris: non annunciaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via ſua impia & viuat: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuerſus ab iniquitate ſua: & à via ſua impia: ipſe quidem in iniquitate ſua morietur,tu autem animam tuam liberaſti. Hinc etiam Epheſius *Act.20.*
Paulus dicit: Mundæ ſunt hodie manus meæ à ſanguine omniũ *Diſt.43.*
veſtrum: non enim ſubterfugi quò minus annunciarem vobis *Epheſii.*
omne dei conſilium. Mundus ergo à ſanguine eorum non eſſet, ſi eis dei conſilium annunciare noluiſſet,quia cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo paſtor occidit.

Hac igitur conſideratione compulſus, velis nolis locuturus ſum,quia omni virtute aut te cupio ſaluari, aut de tua morte me eripi. In quo enim habitu fueris recolis, & ſupernæ diſtrictionis animaduerſione propoſita, ad quid ſis delapſus agnoſcis. Culpam ergo tuam penſa dum vacat, diſtrictionem futuri iudicis dum vales exhorreſce: ne tunc illam amaram ſententiam audias: cum iam nullis fletibus euadas. Penſa quod ſcriptum eſt: Orate ne fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbato. Ad ambulandum *Matt.24.*
quippe in hyeme torpor frigoris obſiſtit, & iuxta præceptum L
legis, ambulare in ſabbato non licet. In hyeme ergo vel ſabbato fugere conatur, qui iram diſtricti iudicis tunc appetit fugere, quando ei iam non licet ambulare. Dum vacat ergo, dum licet, animaduerſionem tanti terroris fuge. Penſa quod ſcriptum eſt: Omne quod poteſt manus tua facere, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia, ſunt *Eccles.9.*
apud inferos, quò tu properas. Teſte Euangelio, ſcis quia diuina ſeueritas de ocioſo ſermone nos arguit, & de verbo *inutili* *Matt.12.*
rationes ſubtiliter exquirit. Penſa ergo quid factura eſt de peruerſo opere, ſi quoſdam in iudicio ſuo reprobat de ſermone? Ananias pecunias deo vouerat, quas pòſt diabolica victus per- *Cau.17.*
ſuaſione,ſubtraxit. Sed qua morte mulctatus eſt,ſcis. Si ergo il- *quæſt.1.*
le mortis periculo dignus fuit, qui eos quos dederat nummos *Ananias.*
deo abſtulit, conſidera quanto periculo in diuino iudicio dignus eris, qui non nummos, ſed temetipſum deo omnipotenti, cui te ſub monachali habitu deuoueras, ſubtraxiſti? Cõſidera iudicium dei quod mereatur qui ſemetipſum deo vouit, continuóque mundi deſideriis irretitus,mentitus eſt quod vouit. Si mihi credideris, ſi correptionis meæ verba ſecuturus audieris, quàm ſint blanda & dulcia in fine cognoſces. Ecce fateor, mœrens loquor, & facti tui triſtitia aſtrictus, edere verba vix valeo, & tamen animus tuus actionis ſuæ conſcius vix ſufficit fer- M
re quod audit: erubeſcit,confunditur auerſatur. Si ergo non valet verba ferre pulueris, quid facturus eſt ad iudicium conditoris? Fateor tamen, quia ſupernæ gratiæ eſſe miſericordiam maximam credo, quòd te effugere vitam conſpicit: & tamen ad vitam adhuc reſeruat: quòd ſuperbientem te videt: & tolerat, quòd per indignos famulos ſuos verba tibi increpationis & admonitionis adminiſtrat. Tantum eſt vt penſare ſollicitè debeas: quod Paulus ait: Exhortamur vos fratres ne in vacuum gratiam *2.Cor.6.*
dei recipiatis. ait enim tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Sed ſcio quia cum epiſtola mea ſuſcipitur, protinus amici conueniunt, literati clientes vocantur, & de cauſa vitæ conſiliũ à fautoribus mortis quæritur,qui dum non te, ſed res tuas diligunt, nulla tibi niſi quæ ad tẽpus placeant loquuntur. Tales enim fuerunt,ſicut ipſe reminiſceris, dudum conſiliarij qui te ad tanti facinus perduxerunt delicti. Vt tibi aliquid ſecularis auctoris loquar: Cum amicis omnia tractanda ſunt, ſed prius de ipſis. Si verò in cauſa tua hominem conſiliariũ quæris, conſiliariũ rogo me ſuſcipe. Nullus tibi fidelior eſſe ad conſiliũ poteſt, quàm qui non tua,ſed te diligit. Omnipotẽs deus cordi tuo indicet,cor meũ quanto te amore quãtáque charitate amplectitur, in quantũ tamen diuina gratia non offendatur. Nam ſic culpã tuã inſequor, vt te diligã. Sic perſonã diligo,vt culpæ vitiũ non amplectar. Si igitur à me amari te credis, Apoſtolorum liminibus præſentare, méque cõſiliario vtere. Si autẽ eſſe fortaſſe in cauſa dei minimus

credor,

A credor, & pro zeli mei ardore suspectus sum, cunctam simul Ecclesiam in consilio huius disceptationis adhibeo, & quicquid omnibus fieri salubriter placet, ego in nullo contradico: sed quod in commune decernitur, lætus impleo & subscribo. Implentem quæ monui, gratia diuina te custodiat.

Gregorius Petro episcopo Terracinensi. De Iudæis non persequendis. Cap. XXXIIII.

Epist. 34. I Oseph, præsentiũ lator, Iudæus nobis insinuauit quòd de loco quodam in quo ad celebrandas festiuitates suas Iudæi in Terracinensi castro consistentes conuenire consueuerant, tuam eos fraternitatem expulisse: & in alium locum pro colendis similiter festiuitatibus suis, te quoque nescente & consentiente migrauerint: & nunc de eodem loco, expulsos se denuo conqueruntur. Sed si ita est, volumus vt tua fraternitas ab huiusmodi se querela suspendat: & ad locum quem sicut prædiximus, cum tua conscientia quò congregentur adepti sunt, eis sicut mos fuit, ibidem liceat conuenire. Eos enim qui à religione Christiana discordant, mansuetudine, benignitate, admonendo, suadendo, ad vnitatem fidei necesse est congregare: ne quos dulcedo prædicationis, & prætentus futuri iudicis terror ad credendum inuitare poterat, minis & terroribus repellantur. Oportet ergo vt ad audiendum de vobis verbum dei benignè cõ ueniant: quàm austeritatem quæ supra modum extenditur exB pauescant.

Gregorius Ioanni episcopo Rauennati. De controuersia Ioannis & Stephani episcopi. Cap XXXV.

Epist. 35. I professionem ordinis nostri, & locum cuius ministerium gerimus, attendamus: oportet nos afflictis, inquãtum possumus, comitante iustitia subuenire. Quoniam ergo gloriosum virum Maurilionem expræfecto insontem concedere in gestis Ecclesiasticis cognouimus: vestra fraternitas inquantum possibilitas subest, opem ferre festinet: non quia, quod absit, de viri excellentissimi domini Georgij præfecti iustitia dubitamus, aut in aliquo putamus eũ rationis tramitem declinare, virum quem in huius tantæ dignitatis administratione in bonis omnibus habemus expertum, sed quò & gloriosus vir Maurilio expræfecto rationes suas absque suspitione oppressionis exponat, & prædictus excellentissimus vir dominus Georgius præfectus rationes sine laceratione suæ opinionis exequatur.

Gregorius Malcho episcopo Dalmacienſi. De contẽtionibus Ioannis & Stephani. Caput. XXXVI.

Epist. 36. I Oannes vir eloquentissimus: consiliarius viri excellentissimi domini Georgij præfecti per Italiam, insinuauit nobis contra Stephanum episcopum Scodensis ciuitatis quorundam se negotiorum habere cõtrouersias: & petiit inter eum & se iudicium debere consistere. Propterea fraterniC tatem tuam præsenti præceptione curauimus admonendam, vt prædictum episcopum ad eligendum compellas venire iudiciũ. Et quicquid inter prædictum Ioannem virum magnificum & sæpefatum episcopum electorum fuerit sententia diffinitum, ad effectum perducere non omittas, vt & actor de consecuta iustitia gratias referat, & pulsatus cum ad cognitionem deducitur, nihil contra se de illata iniustitia conqueratur.

Gregorius Anthemio subdiacono. Vt dominæ Paterichiæ & Viuianæ necessaria subministret. Caput. XXXVII.

Epist. 37. I Scedenti tibi mandauimus, & postmodum præceptis discurrentibus iniunxisse me memini, vt curam pauperum gereres. Et si quos illic egere cognoscerес, scriptis recurrentibus indicares, & vix de paucis hæc facere curasti. Volo autem vt dominæ Paterichiæ meæ mox vt præsentem iussionem susceperis, offeras ad calciarium puerorum solidos quadraginta, & tritici modios quadringentos. Dominæ Palatinæ relictæ Vtbici, solidos viginti: & tritici modios trecentos. Dominæ Viuianæ relictæ Felicis: solidos viginti, & tritici modios trecẽtos. Qui omnes simul octoginta solidi in tuis rationibus imputentur. Summam verò impensionũ sub festinatione transmittito, & ad paschalem diem domino auxiliante occurrito.

Gregorius Felici episcopo Messanensi. De monasterio sancti Theodori ordinando. Caput. XXXVIII.

T tibi gratum confidimus si fratris tui viri venerabiD E lis episcopi Paulini peregrinationis onera releuentur, & eius regimine communi mercede beati Theodori monasterium in ciuitate tua fundatum studiosius omnipotenti deo deseruiat. Quod etiam te voluisse facere, eius relatione cognouimus. Ideóque rectori patrimonij nostri præcepimus, vt monachos monasterij memorati episcopi perquisitos ad vnum congreget: & in eodem monasterio cum iis qui nunc ibi sunt, collocare non differat, quatenus eo rectore dignius animarũ suarum curam exerceant. Quam rem veneration tuæ innotescendam præuidimus: ne te omisso, aliquid ordinatum in tua contristeris diœcesi. *Epist. 38.*

Gregorius Petro diacono. De monachis dispersis per Siciliam. Caput. XXXIX.

Erum Paulinus episcopus Tauri ciuitatis, prouinciæ *Epist. 39.*
V Brittiorũ, nobis asseruit monachos suos occasione dispersos barbarice: eósq; nunc per totam vagari Siciliã, & eos, quippe sine rectore, nec animarum curam gerere, nec disciplinæ sui habitus indulgere. Qua de re præcipimus eosdem monachos te omni cura & sollicitudine perquisitos ad vnum reducere, & cum memorato episcopo rectoréque suo in monasterio sancti Theodori Messanensi ciuitate posito collocare: vt & hi qui nunc ibi sunt quos egere rectore comperimus, & illi quos de congregatione eius inuentos reduxeris, in vnum possint eo duce omnipotenti domino deseruire. Quam rem & Felici eiusdẽ E ciuitatis episcopo nos significasse cognosce: ne præter suam notitiam in diœcesi sibi concessa ordinatum quippiam cõtristetur.

Gregorius Anthemio subdiacono. De monachis circunquaque vagantibus. Caput. XL.

Oannes frater & coëpiscopus noster directo per iustũ *Epi. 40.*
I clericum suũ capitulari, inter alia plura hoc nobis noscitur intimasse, aliquos monachos monasteriorum in Surentina diœcesi positorũ, de monasterio in monasteriũ, prout eis libuerit, transmigrare: & à proprij abbatis regula desiderio rei secularis abscedere. Sed & quod non licere notum est, peculiaritati eorum singulos studere. Si quos autem à clericatu in monachicam conuersionem venire contigerit, nõ liceat eis ad eandẽ vel aliam Ecclesiam: quarum pridem milites fuerant sua voluntate denuo remeare: nisi talis vitæ monachus fuerit: vt episcopus cui ante militauerat, sacerdotio dignum præuiderit: vt ab eo debeat eligi, & in loco quo indicauerit ordinari. Propterea experientiæ tuæ iussione præsenti mandamus, vt neque monacho vlterius de monasterio in monasterium liceat migrare, neque eorum aliquando peculiare quicquam habere permittas. Sed si quilibet hoc præsumpserit, in monasterio in quo ab initio conuersatus est, & sub abbatis sui regula de qua fugerat, cum competẽti coërctione reddatur: ne si tantam iniquitatem fluxam inemendatámque dimittimus, pereuntium animæ à præpositorum anF ma requirantur. Et quia aliquos monachorum vsque ad tantum *Cau. 37. q. 1. Et quia.* nephas profiliisse cognouimus, vt vxores publicè sortiantur: sub omni eos vigilantia requiras, & inuentos digna coërctione in monasteriis quorum monachi fuerunt retransmittas. Sed & de clericis ad monachatum venientibus, sicut supra diximus, peragere non omittas. Ita enim dei placabis oculos, & impletæ mercedis particeps inuenieris.

Gregorius Leandro episcopo Hispaniarum. De Recharedo rege. Et de trina mersione baptismi. Caput. XLI.

Espondere epistolis vestris tota intentione voluissem, *Epi. 41.*
R nisi pastoralis curæ ita labor me attereret: vt mihi magis flere libeat quàm aliquid dicere. Quod vestra quoque reuerentia in ipso literarum mearum textu vigilanter intelligit, quando ei negligenter loquor quem vehementer diligo. Tantis quippe in hoc loco huius mundi fluctibus quatior, vt vetustam ac putrescentem nauem quam regendam occulta dei dispensatione suscepi, ad portum dirigere nullatenus possim. Nunc ex aduerso fluctus irruunt: nunc ex latere cumuli spumosi maris intumescunt, nunc à tergo tempestas insequitur. Intérque hæc omnia turbatus cogor modo in ipsam clauum aduersitatem dirigere, modo curuata naui impetum fluctuum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G fluctuum ex obliquo declinare. Ingemisco, quia sentio quòd negligente me crescit sentina vitiorum, & tempestate fortiter obuiante, iamiamque putridæ naufragium tabulæ sonant. Eleos reminiscor quòd perdidi meæ placitum littus quietis, & suspirando terram conspicio, quam tamen rerum ventis aduersantibus tenere non possum. Si ergo me frater charissime diligis, tuæ mihi orationis in his fluctibus manum tende, vt quo laborantem me adiuues: ex ipsa vice mercedis in tuis quoque laboribus valentior existas. Explere autem loquendo nullatenus valeo gaudium meum quòd communem filium Recharedum glorioſissimum regem ad catholicam fidem integerrima agnoui deuotione conuersum. Huius dum mihi per scripta vestra mores exprimitis, amare me etiam quem nescio fecistis. Sed quia antiqui hostis insidias scitis, quoniam bellum durius contra victores proponit, nunc contra eundem solertius sanctitas vestra euigilet, vt bene cœpta perficiat, nec se de perfectis bonis operibus extollat: vt fidem cognitam vitæ quoque meritis teneat, & quia æterni regni ciuis sit, operibus ostendat: quatenus post multa annorum curricula, de regno ad regnum transeat. De trina verò mersione baptismatis, nil responderi verius potest, quàm quod ipsi sensistis: quia in vna fide nihil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo diuersa. *4.sen.di.3. iuxta fin. De consec. di.4. De trina.*

H Nos autem quòd tertiò mergimus, triduanæ sepulturæ sacramenta signamus, vt dum tertiò infans ab aquis educitur, resurrectio triduani temporis exprimatur. Quod si quis fortè etiam pro summæ trinitatis veneratione existimet fieri, neque ad hoc aliquid obsistit baptizando semel in aquis mergere: quia dum in tribus personis vna substantia est: reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptismate vel ter vel semel immergere, quando & in tribus mersionibus personarum trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari. Sed quia nunc hucusque ab hæreticis infans in baptismate tertiò mergebatur, fiendum apud nos esse non censeo: ne dum mersiones numerant, diuinitatem diuidant, dúmque quod faciebant faciunt, se morem nostrum vicisse glorientur. Dulcissimæ autem mihi fraternitati vestræ codices direxi, quorum notitiam subter inserui. Ea autem quæ in beati Iob expositione dicta fuerant, & vobis dirigenda scribitis, quia hæc verbis sensibusque petentibus per homilias direxeram, vtcunque studui in librorum ductum permutare, qui nunc à librariis conscribuntur. Et nisi portitoris præsentium me festinatio coangustasset, cuncta vobis transmittere sine aliqua imminutione voluissem, maximè quia & hoc ipsum opus ad vestram reuerentiam scripsi, vt ei quem præ cæteris diligo, in meo iudicer labore desudasse. Præterea si vobis indulgeri tempora ab Ecclesiastica occupatione cognoscitis, quid sentiam scitis, quamuis etiam absentem corpore præsentem mihi te semper intueor, quia vultus tui imaginem intra cordis viI scera impressam porto.

Gregorius Petro subdiacono Siciliæ. De iniustis ponderibus rusticorum: aliisque quàm plurimis rebus necessariis: ac de vxoribus clericorum. Caput. XLII.

Epi. 42.

Q Vod responsalem tuum tardè dimisimus, paschalis festiuitatis occupationibus implicati, eum relaxare citiùs minimè valuimus. Causas vero de quibus indicandum curasti, omnes subtiliter perquirentes, qualiter dispositimus, inferius cognosces. Cognouimus rusticos Ecclesiæ vehementer in frumentorum precijs grauari, ita vt instituta summa eis in comparatione abundantię tępore non seruetur. Et voluimus vt iuxta precia publica omni tempore siue minus siue amplius frumenta nascantur, in eis comparationis mensura teneatur. Frumenta autem quæ naufragio pereunt, per omnia volumus reputari, ita tamen vt à te negligentia ad transmittendum minimè fiat, ne dum transmittędi tępus negligitur, damnũ ex vitio vestro generetur. Valde autem iniquum & iniustum esse prospeximus, vt à rusticis Ecclesiæ de sextariaticis aliquid accipiatur, & ad maiorẽ modium dare compellantur, quàm in horreis Ecclesiæ infertur. Vnde præsenti admonitione præcipimus, vt plusquam decem & octo sextariorum modium nunquam à rusticis Ecclesiæ frumenta debeant accipi. Nisi forte si quid est quod nautæ iuxta consuetudinem superaccipiunt: quod minui ipsi in nauibus attestantur. Cognouimus etiam in aliquibus massis Ecclesiæ exactionẽ valde iniustissimam fieri, ita vt à septuagiẽta ternis semis, quod dici K nephas est conductores exigantur, & adhuc neq; hoc sufficit, sed insuper aliquid ex vsu iam multorum annorum exigi dicuntur. Quam rem omnino detestamur, & amputari de patrimoniis fundituis volumus. Sed tua experientia siue in hoc quod per libram amplius: siue in aliis minutis oneribus, & quod vltra rationis æquitatem à rusticis accipitur penset, & omnia in summam pẽsionis redigat: & prout vires rusticorum portant, pensionem integram & pensantem ad septuagena vina persoluant, & neque siliquas extra libras, neque libram maiorem, neque onera supra libram maiorem exigi debeant: sed per æstimationem tuam prout virtus sufficit, in summam pensionis crescat: & sic turpis exactio nequaquam fiat. Neque vero post obitum meum hæc ipsa onera quæ super pensum illata subtraximus, & in capite pensionis fecimus crescere, iterum in quolibet addantur & inueniantur, & summa pẽsionis augeri, & onera adiectionis insuper rustici persoluere compellantur. Volumus vt securitatis libellos ita de pẽsionibus facias, quatenus in primis dicens tantam pensionẽ vnũquemque debere persoluere, i nibi adiectis siliquis oneribus vel granaticis. Quod autẽ ex his minutiis in vsu rectoris accedebat, volo vt hoc ex præsenti iussione nostra, ex summa pensionis in vsum tuum veniat. Ante omnia hoc te volumus sollicitè attendere, ne iniusta pondera in exigendis pensionibus ponantur. Sed si L qua talia inueneris, frange, & noua & recta constitue, quia & filius meus & seruus dei diaconus iam talia inuenit, quæ ipsi displicerent, sed licentiam hæc immutandi non habuit. Super iusta ergo pondera præter excepta & vilia cibaria nihil aliud volumus à colonis Ecclesiæ exigi. Præterea cognouimus quòd prima illatio burdationis rusticanos nostros vehementer angustat, ita vt priusquàm labores suos venundare valeant, compellátur tributa persoluere, quæ dum de suo vnde dare non habent, ab auctionariis publicis mutuo accipiunt, & grauia commoda pro eodẽ beneficio persoluunt, ex qua re fit vt dispendiis grauibus coangustentur. Vnde præsenti admonitione præcipimus, vt omne quod mutuum pro eadem causa ab extraneis accipere poterant, à tua experientia ex publico detur, & à rusticis Ecclesiæ paulatim vt habuerint accipiatur, ne dum in tempore coangustentur, quod eis postmodum sufficere poterat, in inferendum prius compulsi, vilius vendant, & hoc eis minimè sufficiat. Peruenit etiam ad nos quòd de nuptiis rusticorum immoderata commoda percipiantur, de quibus præcipimus vt omne commodum nuptiarum vnius solidi summam nullatenus excedat. Si qui sunt pauperes, etiam minus dare debeant. Si qui autem diuites, præfati solidi summam nullatenus transgrediantur: quod nuptiale commodũ nullatenus volumus in nostram rationem redigi, sed ad vtilitatem conductorum proficere. Cognouimus etiam quòd nonnullis conductoribus morientibus parentes sui non permittuntur succedere, sed res eorum ad vsus Ecclesiæ pertrahuntur: de qua M re diffinimus, vt parentes morientium qui in possessione Ecclesiæ degunt, hæredes eis succedere debeãt: nec aliquid eis de substantia moriẽtium subtrahatur. Si vero filios paruulos aliquis reliquerit, quousque ad ætatẽ talem veniant, vt substantiam suam regere valeant, personæ eligantur cautæ, quibus parentum eorum res trădi debeant ad custodiendum. Cognouimus etiam *Ca.16.q.1. cognouim.* quòd si quis ex familia culpam fecerit Ecclesiæ: non in ipso sed in eius substantia vindicatur: de qua re præcipimus vt quisquis culpam fecerit, in ipso quidem vt dignum est vindicetur. A cõmodo autem eius omnino abstineatur. Nisi forte parum aliquid quod in vsum executoris, qui ad eum transmissus fuerit, proficere non possit. Cognouimus etiam quia quoties conductor aliquid colono suo iniustè abstulerit, hoc quidem à conductore exigitur: sed ei non redditur à quo ablatum est, de qua re præcipimus vt quicquid violenter cuilibet ex familia ablatum fuerit, ipsi restituatur cui ablatũ est, & vtilitati nostræ nõ proficiat, ne nos ipsi auctores violentiæ esse videamur. Præterea volumus vt si quando eos qui in obsequio sunt experientiæ tuæ, in aliquibus causis quæ sunt extra patrimonium transmittas, parua quidem commoda ex eis accipiant, sed tamen ita vt in eorum vtilitatem proficiant: quia nos sæculum Ecclesiæ ex lucris turpibus nolumus inquinari. Iubemus etiam vt hoc experientia tua summopere custodiat, vt per commodum

conductores

A conductores in massis Ecclesiæ nunquam fiant, ne dum commodum quæritur, conductores frequenter mutentur: ex qua commutatione quid aliud agitur nisi vt Ecclesiastica prædia nunq̃ colantur? Sed ipse etiam libellatica, prout summa pensionis fuerit, moderentur, per cellas & cellaria nõ plus de massis Ecclesiæ te accipere volumus, nisi quantum cõsuetudo est, tua autem quæ comparari iussimus, ab extraneis comparentur. Peruenit autem ad nos tres libras auri Petro conductori de Subpatriana iniustè ablatas, de qua causa Fautinum defensorem subtiliter require, & si manifestè iniustè & incompetenter ablatæ sunt, sine aliqua tarditate restitue. Cognouimus etiam rusticos burdationem quam iam ab eis exactam Theodosius minimè persoluerat, iterum dedisse, ita vt in duplo exacti sint. Quod ideo factum est: quia eius substantia ad debitum Ecclesiæ non sufficiebat. Sed quoniam per filium nostrum seruum dei diaconum edocti sumus: quòd ex rebus substantiæ eius possit hoc ipsum damnum sufficienter resarciri, volumus quingentos septem solidos eisdem rusticis sine aliqua imminutione restitui, ne in duplo videantur exacti. Si autem supra damnum rusticorum etiam quadraginta solidi de rebus Theodosiij remanent, quos apud te diceris habere, volumus vt filiæ eius reddantur, vt res suas quas in pignore dederat, recipere debeat. Cui etiam Batiolam patris sui restitui volumus.

Campanianus gloriosus magister militum duodecim solidos annuos Ioãni notario suo reliquerat ex massa Varroniana, quos
B dare te annis singulis sine aliqua dubitatione præcipimus. Nepti Eupli conductoris, quamuis omne mobile eiusdem Eupli perceperit: exceptis dumtaxat solidis: dare etiam de solidis illius te volumus solidos vigintiquinque. Suppositorium aliquod argenteum, pro vno solido dicitur esse appositum, & calix pro sex solidis dicitur esse appositus. Interrogato Dominico secretario: vel aliis qui scire possunt, debitũ recipe, & vascula præfata restitue. Agimus autem gratias sollicitudini tuæ, quia de causa fratris mei præcepi tibi vt argentum illius transmittere debuisses, & sic obliuioni mandasti, ac si tibi aliquid ab extremo mancipio diceretur, quod iam vel modo non experientia, sed negligentia tua studeat implere, vel quicquid eius apud Antoninum fuisse cognoueris: sub omni velocitate retransmitte. De causa Salpingi Iudæi epistola aliqua est inuenta, quam tibi fecimus transmitti, vt eam relegens, & subtiliter causam eius, vel viduæ cuiusdam quæ in eodem negocio dicitur implicata cognoscens, de quinquaginta vno solidis, qui reddi debere noscuntur, sicut iustum tibi fuerit visum, responsum facias: ita vt res alienæ iniustè nullo modo à creditoribus defraudentur. Antonino medietas legati sui data est, medietas redimetur: quam medietatem ex communi substantia ei voluimus adimpleri, & non solum ei, sed etiam defensoribus & peregrinis, quibus legati
C titulo aliquid dereliquit, & familiæ legatum persolui volumus, quod tamen ad nos pertinet. Collecta ergo ratione pro nostra parte, id est, pro nouem vnciis persolue. De solidis Ecclesiæ Canusinæ volumus vt aliquid clericis eiusdem Ecclesiæ largiaris: quatenus & ij qui nunc inopiam patiuntur, sustentationem aliquam habeant. Et si illic deus voluerit ordinari episcopum, habeat vnde subsistat. De lapsis sacerdotibus vel leuitis, vel quolibet ex clero, obseruare te volumus, vt in rebus eorum nulla contaminatione miscearis: sed pauperrima regularia monasteria require, quæ secundum deum viuere sciuntur, & in eisdem monasteriis ad pœnitentiam lapsos trade, vt res lapsorum in eodem loco proficiant, in quo agere pœnitentiam traduntur: quatenus ipsi ex rebus illorum subsidium habeant, qui de correptione eorum sollicitudinem gerunt. Si verò parentes habent, res eorum legitimis parentibus dentur, ita tamen vt eorum stipendium qui in pœnitentiam dati fuerint, sufficienter debeat procurari. Si qui verò ex familia Ecclesiastica sacerdotes, vel leuitæ, vel monachi, vel clerici, vel quilibet alij lapsi fuerint: dari eos in pœnitentiam volumus, sed res eorum Ecclesiastico iuri non subtrahi. Ad vsum tamen suum accipiant: vnde ad pœnitendum subsistant, ne si nudentur, locis in quibus dati fuerint, onerosi sint. Si qui parentes in possessione habent, ipsis res eorum tradendæ sunt, vt in ipsis iura Ecclesiæ conseruentur. Ante triẽnium subdiaconi omnium Ecclesiarum Siciliæ prohibiti fuerant, vt more Romanæ Ecclesiæ, nullatenus suis vxoribus miscerentur. Quod mihi durum atque incompetens D videtur, vt qui vsum eiusdem continentiæ non inuenit, neque castitatem antè promisit, compellatur à sua vxore separari: atque per hoc, quod absit, deterius cadat. Vnde videtur mihi vt à *Subdiaco-* præsenti die omnibus episcopis dicatur, vt nullum subdiaco- *norum ca-* num facere præsumant: nisi qui se victurum castè promiserit: *stitas.* quatenus & præterita mala quæ per propositum mentis appetita non sunt, violenter non exigantur: & futura cautè caueantur. Qui vero post eandem prohibitionem quæ ante triennium facta est continenter cum suis vxoribus vixerunt, laudandi atque remunerandi sunt: & vt in bono suo permaneant, exhortandi. Eos autem qui post prohibitionem factam se à suis vxoribus continere noluerint, promoueri ad sacrum ordinem nolumus: quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. Liberato negociatori qui se Ecclesiæ commendauit, qui habitat in massa Cinciana annuam continentiam à te volumus fieri. Cuius continentiæ summam ipse æstima quanta esse debeat: vt renunciata nobis in tuis possit rationibus imputari. De præsenti verò indictione, vt iam à filio nostro seruo dei diacono percepi, Fautinum defensorem Ioannes monachus quidem moriens in sex vncias hæredem dimisit: cui hoc quidem quod dimissum est trade: sed contestare eum vt hoc facere vlterius non præsumat.

Sed pro labore suo statue quid accipiat, vt ei vacuus labor suus esse non debeat: & hoc meminerit, vt qui Ecclesiæ stipendiis subsistit, ad lucra propria non anhælet. Si quid vero sine peccato, sine appetitu concupiscentiæ, per eos qui causas Ecclesiæ E agunt ad Ecclesiam venerit, dignum est vt labore suo ipsi vacui esse non debeant. Sed nostro seruetur iudicio, qualiter debeant remunerari. De argento Rusticiani, causam subtiliter require, & quod tibi iustum videtur, exequere. Alexandrum virum magnificum admone, vt causam suam cum sancta Ecclesia decidere debeat. Quòd si facere forte neglexerit: eandem causam cum timore dei, honestate seruata, vt potes, exequere. In qua re etiam largiri te volumus aliquid, & si potest fieri, quod aliis dandum est, ipsi relaxetur: dummodo causam quam nobiscum habet, exeat. Donationem ancillæ dei quæ lapsa est, & in monasterio data, omni postposita tarditate restitue: quatenus ipse locus, vt superius dixi, rerum eius stipendia habeat, qui eius sollicitudinis labores portat. Sed quicquid ab aliis ex eius substantia tenetur, recollige: & monasterio præfato trade. Pensiones xenodochij de via noua quantas mihi indicasti, quia apud te habes, nobis dirige. Actionario autem quem in eodem patrimonio deputasti, prout tibi videtur, ei aliquid largire.

De ancilla dei quæ cum Theodosio fuit, Extranea nomine, videtur mihi vt ei continentiam facias si vtile conspicis: aut certè donationem quam fecit reddas. Domum monasterij quam Antonius datis triginta solidis à monasterio tulerat: receptis solidis omni postposita tarditate restitue. Amulas onychinas E requisita subtiliter veritate restitue, quas per portitorem præsentem transmitte. Saturninum, si vacat, & occupatus apud te non est, ad nos dirige. Felix conductor dominæ Campaniæ, quem liberum reliquerat, atque esse indiscussum iusserat, dixit sibi à Maximo subdiacono septuaginta duos solidos ablatos, pro quibus dandis asseruit quia omnes res suas quas in Sicilia habuit, vel venundedit vel apposuit. Sed scholastici dixerunt, quòd de fraudibus indiscussus esse non potest: dum tamen ad nos de Campania reuerteretur, facta tempestate mortuus est, cuius te volumus vxorem & filios requirere, & quicquid apposuerat vel vendiderat apposita absolue, & de venditis precium restitue: & insuper eis aliquod alimentum præbe, quia Maximus eum in Siciliam miserat, & ibi ei quæ asserebat abstulerat. Cognosce ergo quæ ablata sunt, & vxori filiisque eius sine aliqua mora restitue. Hæc omnia sollicitè relege: omnémque illam familiarem tuam negligentiam postpone, Scripta mea ad rusticos quæ direxi, per omnes massas fac relegi: vt sciant quid sibi contra violentias debeant defendere ex auctoritate nostra, eisque vel authentica vel exemplaria eorum dentur. Vide vt omnia absque imminutione custodias, quia de his quæ tibi pro seruanda iustitia scribo, ego absoluor: & tu si negligis, obligaris: terribilem iudicem considera venientem, & de

aduentu

C.26.q.6. Delapsis.

Dist.31. Ante.

G aduentu illius nunc tua conſciẽtia contremiſcat, ne tunc ſine cauſa iam timeat, cùm coram illo cœlum & terra tremuerit. Audiſti quod volo: vide quid agas.

Gregorius vniuerſis epiſcopis per Illyricum. De epiſcopis ab hoſtibus expulſis ſuſcipiendis.

Caput. XLIII.

Epiſt. 43. Obinus excellentiſsimus vir, filius noſter, præpoſitus
I per Illyricum, ſcriptis ſuis nobis indicaſſe dinoſcitur ad ſe ſacris apicibus deſtinatis iuſſum fuiſſe: vt epiſcopos quos è propriis locis hoſtilitatis furor expulerat, ad eos epiſcopos qui nunc vſque in locis propriis degunt, pro ſuſtentatione & ſtipendiis præſentis vitæ eſſe iungendos. Et licet ad hoc fraternitatem veſtram iuſsio principalis admoneat, habemus tamen maius tuis mandatum æterni principis, quo ad hæc terribilius peragenda compellimur, vt non dico fratres & coëpiſcopos noſtros, ſed etiam quos nobis contrarios patimur, cum opportunitas poſtulat, in conferendis ſubſidiis neceſsitatum carnalium diligamus. Oportet ergo vos ad hanc rem & cœleſti primitus principi obedientes exiſtere, & imperialibus iuſsionibus conſentire, quatenus fratres coëpiſcopóſque noſtros quos & captiuitatis diuerſarúmque neceſsitatum anguſtiæ comprimunt, debeatis conſolandos, conuicturóſque vobiſcum in Eccleſiaſticis ſuſtentationibus libenter ſuſcipere. Non quidem vt per communionem epiſcopalis throni dignitas diuidatur, ſed vt ab Ec-
H cleſia iuxta poſsibilitatem ſufficientiæ debeant alimenta percipere. Sic enim & proximum in deo & deum in proximo diligere comprobamur. Nullam quippe eis nos in veſtris Eccleſiis auctoritatẽ tribuimus: ſed tamen eos veſtris ſolatiis contineri ſummopere hortamur.

Menſis Iunij, Indictione nona.

Gregorius Petro ſubdiacono. Petrum quendam commendat.

Caput. XLIIII.

Epiſt. 44. Iuina præcepta nos admonent diligere proximos ſi-
D cut noſmetipſos, & cum hac eos præcipiamur charitate diligere, quantomagis debemus his in ſubſidiis neceſsitatum carnalium ſubuenire? vt eorum anguſtias ſi non ex omnibus ſaltem aliquibus ſuſtentaculis ſubleuemus. Quoniam ergo Godeſtaldi diginſsimi filium non ſolum amiſsione viſus, ſed etiam inopia victus egeſtatem pati cõſpeximus, neceſſarium duximus inquantum poſsibilitas ſuppetit, ei præbere conſultum. Propterea experientiæ tuæ præſenti iuſsione præcipimus, vt ei annis ſingulis viginti quatuor modios tritici, fabæ quoque modios duodecim, & vini decimatas viginti pro ſuſtentatione vitæ debeat miniſtrare: quod tuis poſtmodum poſsit rationibus imputari. Ita ergo fac vt præſentium lator nullas de percipiendis domini donis moras ſuſtineat: & tu bene diſpenſatæ mercedis poſsis particeps inueniri.

Gregorius Virgilio & Theodoro epiſcopis Maſſiliæ Galliarum.
I *De Iudæis quòd vi non debeant baptizari.*

Caput. XLV.

Cribendi ad fraternitatem veſtram reddendíque debi-
Epiſt. 45. S tæ ſalutationis alloquium, licet nulla congrui temporis vel perſonarum eſſet occaſio: actum eſt vt vno in tẽpore & quæ decebant de dilectione proximitatis fraternæ perſoluerem, & quorundam querimoniam quæ ad nos perlata eſt, quomodo errantium animæ ſaluandæ ſint, non tacerem. Plurimi ſiquidem Iudaicæ religionis viri in hac prouincia commorãtes: ac ſubinde in Maſſiliæ partes pro diuerſis negociis ambulantes, ad noſtram perduxere notitiam, multos conſiſtentium in illis partibus Iudæorum, vi magis ad fontẽ baptiſmatis quàm prædicatione perductos. Nam intentionem quidem huiuſmodi & laude dignam cenſeo, & de domini noſtri dilectione deſcẽdere profiteor. Sed hanc eandem intentionem, niſi competens ſcripturæ ſacræ comitetur effectus, timeo ne aut mercedis opus exinde non perueniat, aut iuxta aliquid, animarũ quas eripi volumus, quòd abſit, diſpendia ſubſequantur. Dum enim quiſpiam ad baptiſmatis fontem non prædicationis ſuauitate, ſed neceſsitate peruenerit, ad priſtinam ſuperſtitionem remeans, inde deterius moritur, vnde renatus eſſe videbatur. Fraternitas ergo veſtra huiuſmodi homines frequenti prædicatione prouocẽt: quatenus mutare veterem vitam magis de doctoris ſuauitate deſiderent: ſic enim & intentio veſtra rectè perficitur, & cõuerſi animus ad prio- K
rem denuo vomitum non mutatur. Adhibendus ergo eſt illis ſermo qui & errorum in ipſis ſpinas vrere debeat: & prædicando quod in his tenebreſcit illuminet, & pro his admonitione frequẽti mercedem fraternitas veſtra capiat, & eos quantum deus donauerit, ad nouæ regenerationem vitæ perducat.

Gregorius Theodoro duci Sardiniæ. De Iuliana abbatiſſa & Pompeiana.

Cap. XLVI.

Vſtitiam quam mente geritis, oportet coram homi-
Epiſt. 46. I nibus luce operum demonſtretis. Iuliana ſiquidẽ abbatiſſa monaſterij ſancti Viti: quod Vitulana quondã recordandæ memoriæ conſtruxerat: inſinuauit nobis à Donato officiali veſtro poſſeſsionem iuris prædicti monaſterij detentari. Qui dum excellentiæ veſtræ patrociniis erigi ſe conſpicit, ad examinandum iudicium venire contemnit. Sed nunc gloria veſtra præcipiat eundem officialem, cum prædicta ancilla dei arbitrale ſubire iudicium: quatenus quicquid eorum de tali controuerſia arbitrorum iudicio fuerit diffinitum, effectui mãcipetur: vt id quod ſe admittere ſiue retinere proſpexerit, non hoc virtutis opere fieri, ſed legis iuſtitia debeat reputari. Præterea & Põpeiana religioſa quæ monaſterium in domo propria conſtruxiſſe dinoſcitur: quæritur matrem quondam generi ſui defuncti teſtamentum eius velle caſſare, quatenus vltimum filij eius arbitrium ad irritum deducatur. Pro qua re charitate paterna, gloriã veſtram neceſſariò duximus adhortandam: vt piis ſe cauſis ſalua L
iuſtitia libenter accommodet, & quicquid his iuris ratio tribuit, benignè iubeat cuſtodire. Dominum autem petimus, vt viam vitæ veſtræ propicius dirigat, dignitatémque eius ſuſcepta adminiſtratione proſperitate diſponat.

Gregorius Honorato diacono. De oppreſsionibus Theodori ducis.

Cap. XLVII.

Via regiminis locum licet immeriti ſuſcepimus, opor
Q tet vt fratrum noſtrorum neceſsitatibus, inquantum *Epiſt. 47.*
facultas ſuppetit, occurramus. Ianuarius ergo metropoleos Carallis frater & coëpiſcopus noſter veniens huc in Romanam ciuitatem edocuit nos Theodorum glorioſum magiſtrũ militum, qui ducatum Sardiniæ inſulæ ſuſcepiſſe dignoſcitur, multa illic contra piiſsimorum dominorum iuſſa peragere, quibus plurima grauamina poſſeſſorum, vel ciuium imperij ſui, illa competenti clementia, ac manſuetudine ſubmouerũt. Pro qua re volumus vt apto tempore piiſsimis dominis, iuxta id quod prouinciales prædictæ inſulæ competenter poſtulant, ſuggeras: dum & ad Edantium glorioſum magiſtrum militum, iam per indictionem ſeptimam tunc ducem Sardiniæ ſacra imperialia concurrunt, quibus omnia præceperunt grauia nunc capitula ſubmoueri, quatenus eorum iuſſa de pietatis fonte procedentia, à ducibus quos in tempore præeſſe contigerit, inconcuſſa ſeruentur: mercéſque eorum ab adminiſtrantibus non debeat diſsipari, vt quietam ſub imperio clementi dominorum vi- M
tam tranſigant, & conſultum quod ſubiectis ſuis tranquilla mẽte tribuunt, in aduentu æterni iudicis multiplicata compenſatione percipiant.

Gregorius Anthemio ſubdiacono. Quòd mulieres circa monaſteria monachorum non maneant, nec pueri ante xviij. annos in monaſterio ſuſcipiantur.

Cap. XLVIII.

Icut regiminis locum deo, vt ipſi placuit, diſponente
S ſuſcepimus, ita nos oportet de commiſsis nobis ani- *Epiſt. 48.*
mabus eſſe ſollicitos. Comperimus autem in inſula Orphiana, in qua ſitum beati Petri Apoſtolorum principis oratorium eſſe dinoſcitur; multos virorum cum mulieribus ſuis diuerſorum patrimoniorum, illuc pro neceſsitate feritatis barbaricæ refugiſſe: quod importunum iudicauimus, vt dum aliorum refugiorum loca vicina ſint: ibidem cum monachis debeant mulieres habitare. Propterea præſenti iuſsione præcipimus experientiæ tuæ: vt à præſenti tempore nullam illic vlterius mulierem, ſiue Eccleſiaſtici iuris ſit, ſiue cuiuſlibet alterius, habitare, commanereve permittat, ſed refugium ſibi, cùm ſicut prædictum eſt, tot loca vicina ſint, vbi maluerint ipſi prouideant, vt omnis exinde mulierum conuerſatio ſubmoueatur, ne ſi quæ in nobis eſt curam gerere deſiſtamus, & *Mulieres cum monachis habitare non debent.*

inimici

A inimici laqueis obuiare, nos exinde, quod absit, si quid aduersi contigerit, culpabiles existamus. Præsentiũ itaque latori Felici abbati mille quingentas plumbi libras, de quo in eadem insula egere dinoscitur, dare non differas: quod postmodum cùm totius quantitatis summa noscetur, tuis rationibus imputetur. Ita ergo fac, vt tu ipse prouideas, si in eiusdem insulæ fabrica expendi vtiliter valent. Quia autem dura est in insulis congregatio monachorum, etiam pueros in eisdem monasteriis ante decem & octo annorum tempora suscipi prohibemus. Vel si qui nunc sunt, tua eos experientia auferat, & in Romanam vrbem transmittat. Hoc & in Palmaria aliisque insulis te per omnia volumus custodire.

Gregorius vniuersis monachis in Christi monte insula constitutis. De Horosio abbate suscipiendo.
Caput. XLIX.

Epi. 49. P Eruenit ad nos, nulla vos monachicæ regulæ præcepta custodire. Ideo compulsi sumus præsentis præcepti portitorem Horosium abbatem ad vos dirigere: vt omnia acta vestra subtiliter exquirens, quæque ei recta fuerint visa disponat, & nobis quæ ab eo ordinata fuerint renunciet. Proinde admonemus vt omnem ei obedientiam præbeatis. Et quicquid disposuerit, velut antè à me dispositum cum debita reuerentia custodite.

Gregorius Symmacho defensori. De Horosio abbate in Gorgone
B *insula ordinando.* *Caput. L.*

Horo. F Illius meus Bonifacius diaconus dixit mihi quòd experientia tua scripsisset monasterium quondam ab Albina religiosa fœmina constructum posse paratum existere, vt in eo debeant monachi ordinari. Et quidem laudaui sollicitudinem tuam, sed volo vt excepto eo loco qui iam in eandẽ rem dimissus est, locus alter debeat prouideri, ita tamen vt pro incertitudine temporis locus super mare requiri debeat: qui aut loci dispositione munitus existat, aut certè non magno labore muniri valeat, vt illuc monachos transmittamus, quatenus insula ipsa quæ monasterium nuncusque non habuit, ex huius conuersationis via meliorari debeat. Ad quam rem implendam atque prouidendam Horosium abbatem præsentis præcepti portitorem direximus, cum quo tua experientia littora Corsicæ circumeat: & cuiuslibet personæ priuatæ locus talis inueniri dignus potuerit: dignum parati sumus precium dare, vt possimus aliquid firmè cõstituere. Cui præfato Horosio iniunximus: vt in Gorgonem insulam pergat: cum quo tua experientia pariter eat, & mala omnia quę illic cognouimus admissa, ita vindicate, vt
C per vltionem vestram præfata insula etiam in posterum maneat correcta. Huius insulæ monasteria sepefatus abbas Horosius instituat, atque ita ad nos remeare festinet. Ita igitur experiẽtia tua faciat: vt ex vtraque re, id est, vel prouidendo in Corsica monasterio, vel corrigendis monachis in Gorgonia, non nostræ sed volũtati omnipotentis dei parêre festinet. Præterea volumus vt sacerdotes qui in Corsica commorantur, prohiberi debeant: ne cũ mulieribus conuersentur, excepta dumtaxat matre, sorore, vel vxore, quæ castè regenda est. Tribus verò de quibus prædicto filio meo Bonifacio diacono tua experientia scripsit, quia vehementer egent, quicquid eis sufficere æstimas impende, quod nos in tuis postmodum rationibus reputabimus.

Gregorius Felici episcopo Sipontino. Canosinam Ecclesiam com-
mendat. *Caput. LI.*

Epist. P Eruenit ad nos quòd Canosina Ecclesia ita sit sacerdotij officio destituta, vt nec pœnitentia ibidem decedentibus, nec baptisma præstari possit infantibus. Huius igitur tam piæ rei támque necessariæ mole permoti, iubemus dilectioni tuæ, vt huius præceptionis auctoritate commonitus, memoratæ Ecclesiæ visitator accedas, & vel duos parœciales presbyteros debeas ordinare, quos tamen dignos ad tale officium veneratione vitæ, & morum grauitate præuideris: & quibus in nullo obuient constituta canonicæ disciplinæ, vt sanctæ cum digna cautela prouideatur Ecclesiæ.

Gregorius Ioanni episcopo Surrentino. Præcipit consecrationem
monasterij sancti Stephani.
Caput. LII.

Eligiosis desideriis facile est præbere consensum: vt Epi. 52.
R fidelis deuotio celerem sortiatur effectum. Et quoniã D
Sauinus abbas monasterij sancti Stephani insulæ Cabris suggessit nobis se sanctæ Agathæ martyris reliquias iam olim apud se habere concessas, & in monasterio suo vult ipsa sanctuaria collocari, ideo ad prædictum monasteriũ te iubemus accedere, & si ibidem nullum corpus constat humatum, prædicta sanctuaria solenniter collocabis, vt deuotionis suæ potiatur effectu.

Gregorius Anthemio subdiacono. Scribit de oppressione Gaudiosi.
Caput. LIII.

On solum frequentibus præceptionibus, sed etiam Epi. 53.
N præsentẽ te sæpius me monuisse memini, vt illic vice nostra, non tantum pro vtilitatibus Ecclesiasticis, quantum pro subleuandis pauperum necessitatibus fungereris, & eos magis à cuiuslibet oppressionibus vindicares. Præsentiũ ergo lator Gaudiosus insinuauit nobis ab auctoribus sanctæ Romanæ, cui deo auctore præsidemus, Ecclesiæ sibi violentiam irrogari, asserens quòd filios suos viri prædictæ Ecclesiæ velint vendicare. Oblatis etenim ab eo documentis, agnouimus Siricam vxorem præsentium portitoris ab Ecia quondam glorioſæ memoriæ, Morenæ cuidam fœminæ, titulo donationis fuisse largitam, & ab eadem Morena per epistolam manumissam, & ideo indecens esse credimus, vt progeniti ex libera muliere filij ad E
seruitium retrahantur. Propterea experientiæ tuæ præsenti auctoritate præcipimus, vt his ipsis documentis sicut & nos didicimus: exuto à curis animo, diligenter intendat, quatenus si documenta nulla sunt ab Ecclesiæ parte quæ documentis huius hominis debeant obuiare: ab eius se molestia sine aliqua retractatione suspendat. Durum enim est vt si alij pro mercede sua libertates tribuunt, ab Ecclesia quam tueri hæc oportuerat, reuocentur. Iterum ergo atque iterum experientiam tuam necessariò submonemus: vt illic si quæ inter pauperes & Romanam Ecclesiam sanctam quæstiones vertuntur, omni mentis integritate discutiat: sicque patrimoniales vtilitates peragat, vt à benignitate iustitiæ non recedat.

Gregorius Petro subdiacono. De stipendiis in dedicatione sanctæ
Ecclesiæ Mariæ dandis.
Caput. LIIII.

Epist. 54. Estiuitatibus sanctorũ desiderabiliter insistentes, præ-
F sentis præceptionis nostræ paginam, ad experientiam tuam necesse duximus dirigendam: indicantes ei oratorium beatæ Mariæ quod nuper in cella fratrum ædificatum est, vbi Marinianus abbas præesse dinoscitur, Augusto mense dispo- F
suisse nos adiuuante domino summopere dedicare, quatenus cœpta nostra operante domino debeant consummari. Sed quia cellæ ipsius tenuitas exigit debere nos in ipsa diei festiuitate concurrere: propterea volumus vt ad celebrandam dedicationem dare debeas ad erogandum pauperibus, in auro solidos decem, vini amphoras triginta, annonæ modios ducentos, olei orcas duas, verueces duodecim, gallinas centum: quæ tuis possint rationibus postmodum imputari. Statim ergo fieri hæc nulla morę interiectione constitue, vt vota nostra deo auctore sortiantur effectum.

Gregorius Seuero episcopo. Visitationem Ariminensis Ecclesiæ
iniungit. *Caput. LV.*

Epist. 55. Raternitatis tuæ docti sumus epistola, in persona O-
F deatini de electione episcopatus aliquos consensisse; quem quoniam nos non concedimus, in eius non debent immorari persona. Sed habitatoribus eiusdem ciuitatis edicito: vt si in eadem Ecclesia dignum ad hoc opus inuenerint: in ipsius cuncti electionem declinent. Alioquin præsentium tibi portitor personam de qua ei diximus, indicabit: in cuius debeat fieri electione decretum. Vos etenim in eiusdem visitatione Ecclesiæ estote solertes atque solliciti, vt & res eius illibatæ seruentur, & vtilitates vobis disponentibus more solito peragantur.

Gregorius Visicino duci, clero ordini & plebi Ariminensis ciui-
tatis. De episcopo eligendo.
Caput. LVI.

Dilectionis

Universidad de Navarra
Biblioteca

G Ilectionis vestræ quàm sit in expectatione pontificis
Epist.56. D prona deuotio, directæ relationis textus insinuat. Sed quia ordinatorem vehementer in his oportet esse sollicitum: nostræ in hoc vtique cura deliberationis inuigilat. Ideóque charitatem vestram scriptis præsentibus admonemus, vt nullus se debeat pro Odeatini ad nos fatigare persona, sed si in eadem ciuitate qui ad hoc sit vtilis inuenitur, ita vt à nobis reprehendi non possit, vestra concurrat electio. Si vero ad hoc dignus inuentus non fuerit: nos in quo pariter debeatis præbere consensum, præsentium diximus portitori. Vos autem vnanimes orate fideliter vt quicunque fuerit ordinandus, & vobis vtilis possit existere, & dignum deo nostro sacerdotale exhibere seruitium.

Gregorius Anthemio subdiacono. Palatinam illustrem fœminã pro sustentatione commendat. Cap. L V I I.

Epist.57. I in proximorum necessitatibus habita compassione
S benigna mente concurrimus, nostris proculdubio petitionibus clementem dominum reperimus. Palatina siquidem fœmina illustris, continua hostilitate insinuauit se plurimis necessitatibus subiacere. Propterea experientiæ tuæ præsenti auctoritate præcipimus: vt pro sustentatione eius annuos triginta solidos dare non differas, qui tuis postmodum possint rationibus imputari. Ita ergo fac: vt tu & bene ministrando mercedis commodum percipias, & nostra ad effectum præcepta
H perducas.

Gregorius clero & ordini & plebi consistenti Perusiæ. De episcopo eligendo. Caput. L V I I I.

Epist.58. Iramur charissimi fratres in Christo: quare Ecclesiam
M dei tanto tempore absque rectore conspicitis: ac de vestro totiúsque plebis regimine minimè cogitatis. Notum est enim quòd grex si pastoris cura defuerit, per auia gradiatur, & ob hoc familiarius inimici laqueos insidiãtes incurrat. Vnde necesse est de his qui Ecclesiæ militant, vnum habito timore domini perquirere, qui pastoris ministerium possit dignè suscipere: atque illic protegente domino sacramentorum diuinorũ dispensator insistere: quatenus & pro filiis Ecclesiæ vestræ puræ quotidie mentis holocaustum offerat, & viam gregi quomodo ad supernam patriam gradiatur, ostendat.

Gregorius Gennadio patricio & exarcho Africæ. De violentiis Theodori magistri militum. Cap. L I X.

Epist.59. Ei præ oculis vos indesinenter habere timorem, ac se-
D ctari iustitiam submissa hostium colla testantur: sed vt gloriam vestram in eadem prosperitate gratia Christi custodiat, quæcunque perperam committi cognoscitis, celeri, sicut consueuistis, cohibitione cõpescite: vt armis iustitiæ præmuniti, hostiles impetus fidei virtute, quod est totius culmen
I virtutis, superetis. Marianus siquidem Turritanæ ciuitatis frater & coëpiscopus noster nobis lachrymabiliter indicauit: ciuitatis suæ pauperes omnino vexari, & commodalibus affligi dispendiis. Insuper & religiosos Ecclesiæ suæ homines grauem ab hominibus Theodori magistri militum sustinere molestiam: ac pati corporales iniurias, & ad hoc vsque prorumpitur, vt in carcerem, quod dici nephas est, retrudantur. Se quidem etiam in causis ad Ecclesiam suam pertinentibus, à præfato glorioso viro grauiter impediri. Quæque sint, si tamen vera sint, reipublicæ disciplinæ contraria vos scitis. Et quia hæc omnia vestram excellentiam conuenit emendare, salutans eminentiam vestram postulo, vt ea vlterius fieri non sinatis: sed ex opere illi iubete diligere, vt ab Ecclesiæ se læsione remoueat, & nullus eorum in angariis seu commodis vltrà quàm finit ratio prægrauetur: aut si quæ causæ fuerint, non potentatus metu, sed legali ordine finiantur. Ita igitur quæso aspirante nobis domino hæc omnia interminationis nostræ præceptione corrigite, vt si non rectitudinis contemplatione, saltem formidine nostræ iussionis, à talibus se glorioſus Theodorus, vel homines eius, abstineant, quatenus quod ad laudem vestram proficiat & mercedem, in partibus vobis commissis possit florere cum libertate iustitia.

Gregorius Ianuario archicpiscopo Car. Sardiniæ. Catellam illustrem fœminam commendat. Cap. L X.

I ipse dominus noster viduarum se maritum, orphano- K
S rumque patrem scripturæ sacræ profitetur testimonio, Epist.60.
nos quoque membra corporis eius, ad imitandum caput summo debemus mẽtis affectu intendere, & salua iustitia, orphanis & viduis præsto, si necesse sit, esse. Et quia insinuatum est nobis Catellam religiosam fœminam, habentem filium suum hic in sancta Romana Ecclesia, cui deo auctore præsidemus, militantem, quorundam immissionibus vel inquietudinibus molestari: de ea re fraternitatem vestram scriptis præsentibus necesse duximus adhortandam: vt eidem prædictæ fœminæ tuitionem ferre, salua iustitia, non declinet: sciens quod de huiusmodi rebus & dominum sibi debitorem faciat, & nostram circa se charitatem magis astringat. Causas enim prædictæ fœminæ, siue sint, siue fuerint, nostro volumus iudicio terminari: vt foralis illi inquietudo submoueri debeat, & tamen à iudicij iustitia nullatenus excusetur. Oro autem dominum, qui viam vestram cursu ad se prospero dirigat, & ad regnũ venturæ gloriæ propiciatus ipse perducat.

Gregorius Ianuario episcopo Car. al. Sardiniæ. Pompeianam religiosam commendat. Cap. L X I.

Icèt fraternitas vestra zelo iustitiæ se in diuersorum Epist.61.
L tuitionem congruenter impendat: proniorem tamen
eã credimus prorsus existere in eorum solamina, quos L
ei nostra commendat epistola. Pompeiana igitur religiosa fœmina per hominem suum suggessit nobis, multa se quorundam hominum sustinere assiduè irrationabiliter grauamina: & ob hoc nobis supplicasse dignoscitur, vt nostris eam vobis commẽdaremus apicibus. Propterea salutaus fraternitatem vestram, débito charitatis affectu prædictam vobis fœminam necessariò duximus commendandam: vt comitante iustitia, in nullo eam fraternitas tua contra æquitatẽ grauari permittat: nec aliqua incõsultè pati dispendia. Sed si quas eam habere causas contigerit, in electorum iudicio altercando ventiletur contentio: & quæcunque fuerint definita, ita tranquillè ad effectũ vobis solatiantibus perducantur, vt & vobis pro tali opere merces inhæreat, & nostris apicibus commendata gaudeat se inuenisse iustitiam.

Gregorius item Ianuario archiepiscopo Caralitano Sardiniæ. Catellam religiosam commendat. Caput. L X I I.

Astoralis regiminis necessitate compellimur, vt orpha Epist.62.
P norum, viduarumque causis solertius quàm curis cæteris insistamus: & quia insinuatum nobis est Catellã religiosam fœminam, habentem filium hic in sancta Romana Ecclesia, cui deo auctore præsidemus, militantem, quorundam im- M
missionibus vel inquietudinibus molestari, de ea re fraternitatẽ vestram scriptis præsentibus necesse duximus adhortandam, vt eidem prædictæ fœminæ tuitionem ferre salua iustitia non declinet, sciens quòd de huiusmodi rebus & sibi dominum faciat debitorem, & nostram circa se charitatem astringat. Causas enim prædictæ fœminæ, siue sint siue fuerint, nostro volumus iudicio terminari: vt foralis illi inquietudo submoueri debeat, & tamen à iudicij iustitia nullatenus excusetur. Oro autem dominum qui viam vestram cursu ad se prospero dirigat: & ad regnum venturæ gloriæ propitiatus ipse perducat.

Gregorius Anthemio subdiacono. Scribit domum Petronij iniustè titulatam. Cap. L X I I I.

Icut res ad ius Ecclesiæ pertinentes amittere non debe- Epist.63.
S mus, ita alienas appetere inciuile esse nihilominus iudicamus. Et quoniam edocti sumus domũ Petronij notarij sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui deo auctore præsidemus, à Cõstantino tunc defensore irrationabiliter titulatam, experientiæ tuæ præsentis præcepti pagina demandamus, vt omni excusatione vel dilatione omissa, depositio titulo eandem domum præsentium latrici Theodoræ relictæ antedicti Petronij sine mora restituas: ne, quod absit, viduis inde præiudicium oriatur, vnde consolationis debent inuenire solatium.

Gregorius Felici episcopo Messanensi. Scribit vt consuetudines antiquas obseruet. Caput. L X I I I I.

Consuetu line:

A Consuetudines quæ Ecclesiis grauamen noscuntur in-
C ducere, nostranos decet consideratione remittere: ne
illuc aliqua cogantur inferre, vnde sibi inferenda de-
beant potius expectare. Cleticorum quidem aliorum consuetu-
dinem te oportet illibatã seruare, essque annis singulis quæ sunt
consueta, transmittere. Nobis autem de cætero ne quid transmit-
tere debeas, inhibemus. Et quoniam non delectamur xeniis, pal-
macianas quas tua direxit fraternitas, cum gratiarum actione su-
scepimus: sed eas, ne quod exinde potuisses sentire dispendium,
digno fecimus precio venundari, & id fraternitati tuæ transmisi-
mus sigillatim. Sed quia charitatem tuam ad nos venire velle co-
gnouimus, scriptis præsentibus admonemus, vt ad veniendum
non debeas laborem assumere, sed ora pro nobis, vt quanto nos
itineris interualla dissociant, tanto animis nostris adiuuicẽ Chri
sto adiuuante simus in charitate coniuncti: quatenus nos alter-
na obsecratione iuuantes, susceptum officium vẽturo integrum
iudici resignemus.

Gregorius Anthemio subdiacono. Pastorem quendam, infirmũ oculis, commendat. Cap. LXV.

Epist.65. I proximorum necessitatibus habita compassione be-
S nigna mente concurrimus, nostris proculdubio peti-
tionibus dominum clementem reperimus. Pastorem
siquidem qui nimia visus imbecillitate laborat, habentem coniu-
gem, duóque mancipia: qui & cum Ionatha quondam glo-
B rioso fuerat, plurimis cognouimus necessitatibus subiacere.
Propterea experientiam tuam per præsentis præcepti paginam
admonemus, vti pro sustentatione eius annuos tritici modios
xxiij. necnon & fabæ modios xj. dare non differas, quæ postmo-
dum possint tuis rationibus imputari. Ita ergo fac vt tu bene mi-
nistrans mercedis commodum percipias, & nostra ad effectum
præcepta perducas.

Mense Augusto.

Gregorius Anthemio subdiacono. Castigationem iniungit illo-rum qui sacra vasa & ministeria Ecclesiastica Iudæis vendide-runt. Caput. LXVI.

Epist.66. Vscus Archiater ardore fidei prouocatus preces effu-
F dit, dicens Opilionem diaconum, sed & seruum dei
Crescentium, clericos Benefanæ Ecclesiæ, oblitos timo
rem futuri iudicij, ministeria præfatæ Ecclesiæ Hebræo cuidam
quod dici nephas est, vendidisse: id est, in argento calices duos,
coronas cum delphinis duas, & de aliis coronis lilios, pallia ma-
iora sex. Et ideo mox vt præsentem iussionem experientia tua
susceperit, memoratos Ecclesiasticos ad se faciat indifferenter
occurrere: & requisita veritate, si ita esse sicut suggestum est
constiterit, memoratum Hebræum, qui oblitus vigorem legũ,
præsumpsit sacra ciuiliter comparare, per iudicem prouinciæ fa
ciat conueniri: & sine aliqua mora antefacta ministeria restitue-
re cõpellatur, vt ex eis sæpefatæ Ecclesiæ nihil possit imminui.
C Ipsum autẽ diaconum vel clericos qui nephas cõmiserunt, in pœ
nitentia relegare non differas, vt tale tantúmque delictum suis
lachrymis possint diluere.

Gregorius Petro subdiacono Siciliæ. Præcipit vt exteriorem cu-ram monasterij Fausto commendet. Cap. LXVII.

Epist.67. Icut studij nostri esse condecet, à litigiis foralibus mo
S nachos submouere: vt diuinis ministeriis piè ac soler-
ter inuigilent: ita necesse est nostra prouisione, quẽad-
modum negotia eorum disponi debeant ordinare, ne districta
mens per varias causarum curas defluat, & ad celebrandum opus
consuetum eneruata torpescat. Præsentium itaque lator abbas lo
annes plurima se monasterij sui asserit habere negocia. Pro qua
re experientiam tuam per præsentis præcepti paginam admone-
mus, quatenus cum Fausto qui Romani viri magnifici ex præ-
tore cancellarius fuerat, loqui debeat. Cuius si pronam ad hanc
rem compereris voluntatem, ei monasterij ipsius generaliter de-
beas constituto salario commendare negocia. Expedit enim par-
no incommodo à strepitu causarum seruos dei quietos existere:
vt & vilitates cellæ per negligentiam non pereant, & seruorum
dei mentes ad opus dominicum liberiores existant.

Gregorius vniuersis episcopis per Siciliam. Vt se caueant de his qui fallaciter angarias accipiunt. Cap. LXVIII.

Raternitatis vestræ diu iam probata deuotio tanto nos D
F compellit pro vobis cautè prouidere, quanto nos af- *Epist.68.*
serit audito vestræ Ecclesiæ damno studiosè concurre-
re. Cognouimus quosdam in Sicilia insula simulantes se sedis a-
postolicæ defensores, de frumento vos in angariis aliisque rebus
affligere: necessarióque duximus eorum fallaciæ scriptis præ-
sentibus obuiare. Ideóque fraternitatem vestram charitate de-
bita salutantes, magnopere commonemus: vt nullo modo tali-
bus deinceps apud vos locus surrependi remaneat, sed quis-
quis ille est, si reuera sedis nostræ fuerit notarius vel defensor,
nisi nostra ad vos specialiter, vel rectoris nostri patrimonij
scripta detulerit, nullis per nomen Ecclesiæ nostræ potiatur an-
gariis: nec aliqua vobis ab eo grauamina imponi permittatis,
sed suis vtilitatibus iter suum propriis, vt nouit, disponat expẽ-
sis. Nec quemquàm ab eo in locis istis patiamini molestari. Hæc
etenim quæ nostris apicibus pro vestra vestrorúmque quiete nos
inhibuisse cognoscimur, sic constantius conseruate, vt hoc exu-
ti grauamine, diuinis obsequiis deuoti ac paratiores inueniri
valeatis.

Gregorius Petro subdiacono. Tuitionem Ciriaci, & Ioannam commendat. Caput. LXIX.

Gentibus nostræ commẽdationis auxilio, oportet nos, *Epist.69.*
E inquantum ratio patitur, benigna mente præbere sub-
sidium. Proinde experientiæ tuæ Ciriacum & Ioannã
coniugem eius, præsentium portitores, nostra præceptione du-
ximus commendandos, quatinus à nullo eos contra iustitiam op E
primi vel grauari permittas. Sed vbi necesse fuerit, tuis, annuente
iustitia, solatiis perfruantur: vt salua æquitate, nostram sibi in o-
mnibus commendationem te concurrente prodesse lætentur.
Quia verò præfata fœmina, pro eo quòd post acceptas sponsa-
litias arras, ex Iudæa ad Christianam religionem conuersa est, di
citur sustinere molestiam: & eandem causam iam dictam assertã
& finitam, experientia tua diligenter exquirat: & si causam iudi-
catam cognouerit, nullam exinde querelam aduersus suprascri-
ptam fœminam vlterius quolibet modo reserpere permittat. Sed
quæ iudicata sunt, modis omnibus conseruentur, ne ob id quòd
meliorem partem elegisse dinoscitur, malorum hominum con-
trouersiis quatiatur.

Gregorius, Petro subdiacono. Ne episcopi ante hyemem ad se ve-niant. Et de comparatione frumenti. Cap. LXX.

Via fratres & coëpiscopos nostros in Sicilia insula *Epist.70.*
Q commorantes, ad beati Petri Apostoli natalitium diem
conueniisse voluimus, scriptis præcedentibus agno-
uisti. Sed quia ea causa quæ cum viro magnifico Iustiniano ex-
prætore dicitur: eorum iter præpediuit: & quia iam tempus ve
niendi & redeundi non sinit, eos nolumus ante hyemem fatiga-
ri. Gregorium verò Agrigentinum, & Leonem Cathenensem,
& Victorem Panormitanum per omnia volumus ad te ante hye- F
mem proficisci. Quinquaginta verò auri libris quas habes, ex
eis noua frumenta ab extraneis compara: & in Sicilia in locis in
quibus non pereant, repone, vt mense Februario illuc naues
quantas possumus, dirigamus: & eadem ad nos frumenta defe-
rantur. Sed si nos transmittere cessamus, ipse naues prouide, &
ad nos auxiliante domino Februario mense transmitte hæc ea-
dem frumenta, exceptis dumtaxat frumentis, quæ nunc mense
Septembrio vel Octobrio, iuxta consuetudinem transmitti præ-
stolamur. Ita ergo experientia tua faciat, vt sine alicuius vexa-
tione Coloni Ecclesiastici, frumenta congregentur: quia tantum
hic parua natiuitas fuit, vt nisi auxiliante deo frumenta de Sicilia
congregentur, fames vehementer immineat. Naues vero quæ cõ-
mendatæ Ecclesiæ sanctæ semper fuerunt, in omnibus tuere, ad
quod tibi etiam directæ glorioso viri Leonis exconsulis epistolę
concurrunt. Multi vero huc veniunt, qui terras aliquas vel in-
sulas in iure Ecclesiæ nostræ, in emphyteusim sibi postulant da-
ri: & aliquibus quidem negamus, aliquibus verò iam concessi-
mus. Sed tua experientia sanctæ Ecclesiæ vtilitatem conspiciat,
memor quòd ante sacratissimũ beati Petri Apostoli corpus, po-
testatem patrimonij eius acceperit. Et licet hinc scripta decurrãt,
quod vtilitatem patrimonij impedit, fieri nullo modo permit-
tat: quia nec nos sine ratione aliquid dedisse reminiscimur, vel
dare disponimus.

Gregorius

Universidad de Navarra
Biblioteca

Gregorius Petro subdiacono. De possessionibus Tauraminitanæ Ecclesiæ iniustè occupatis. Cap. LXXI.

Epi.71. Vanto Apostolicæ sedi ab Ecclesiis reuerentia ceteris exhibetur, tanto eam in earum decet esse tuitione sollicitam. Et quia domus vel fines vel possessiones Tauraminitanæ iuri Ecclesiæ pertinentes, ab actionariis dicuntur nostræ Ecclesiæ contra rationis ordinem occupatæ: experientiæ tuæ huius præcepti paginam deputamus, quatinus cognita veritate, si ita est, cuncta quæ occupata didiceris, in antefatæ Ecclesiæ pristina iura restituas. Quia vero peruenit ad nos viuente adhuc Victorino episcopo, eiusdem Ecclesiæ perisse pecunias, ad earum requisitionem te Secundino fratri & coepiscopo nostro volumus præbere solatia: & vtilitatibus eiusdem Ecclesiæ in quo necessarium fuerit, salua æquitate concurrere. Ita etenim cuncta quæ in huius præcepti pagina continentur, effectui mancipare festina, vt de æquitate seruata præfati episcopi relationibus ipse lauderis.

Gregorius Gennadio patricio & exarcho Africæ. De concilio contra hæreticos faciendo. Cap. LXXII.

Epi.72. Icut excellentiam vestram hostilibus bellis in hac vita dominus victoriarum fecit luce fulgere: ita oportet eam inimicis Ecclesiæ eius omni viuacitate mentis & corporis obuiare, quatinus eius ex vtroque triumpho magis ac magis enitescat opinio: cùm & forensibus bellis aduersariis catholicæ Ecclesiæ pro christiano populo vehementer obsistitis, & Ecclesiastica prælia sicut bellatores domini fortiter dimicatis. Notum est enim hæreticæ religionis viros si eis, quod absit, suppetit nocendi licentia, contra catholicam fidem vehementer insurgere, quatinus hæreseos suæ venena ad tabefacienda, si valuerint, christiani corporis membra transfundant. Cognouimus enim eos contra Ecclesiam catholicam domino eis aduersante, colla subrigere, & fidem velle Christiani nominis inclinare. Sed eminentia vestra conatus eorum comprimat, & superbas eorum ceruices iugo rectitudinis premat. Concilium vero catholicorum episcoporum, admoneri præcipite, vt primatem non ex ordine loci, postpositis vitæ meritis faciat: quoniam apud deum non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur. Ipse vero primas non passim, sicut moris est, per villas: sed in vna iuxta eorum electionem ciuitate resideat, quatinus adeptæ dignitatis meliori ingenio resistendi Donatistis possibilitas disponatur. Ex concilio vero Numidiæ, si qui desiderauerint ad apostolicã sedem venire, permittite: & si quilibet eorum viæ contradicere voluerit, obuiate. Magno profecto excellentiæ vestræ apud creatorem gloria proficit: si per eam dispersarum Ecclesiarum potuerit societas restaurari. Cùm enim largita munera ad nominis sui gloriam conspicit reuocari, tanto largiora tribuit, quanto per ea religionis suæ dignitatem viderit ampliari. Persoluentes præterea paternæ charitatis affectum, dominum petimus, quo brachium vestrum ad comprimendos hostes forte efficiat, & mentem vestram zelo fidei velut mucronem gladij vibrantis exacuat.

Gregorius Gennadio patricio & exarcho per Africam. Gratiarum actiones facit pro beneficiis sancto Petro collatis. Caput. LXXIII.

Epi.73. Ca.25.q.4. Si non. I non ex fidei merito, & Christianæ religionis gratia, tanta excellentiæ vestræ bellicorum actuum prosperitas eueniret, non summopere miranda fuerat, cùm sciamus etiam hæc antiquis bellorum ducibus fuisse concessa. Sed cùm futuras deo largiente victorias non carnali prouidentia, sed magis orationibus præuenitis, fit vt hoc in stuporem veniat, quòd gloria vestra non terreno consilio, sed deo desuper largiente descendat. Vbi enim meritorum vestrorum loquax non discurrit opinio? Quę bella vos frequenter appetere, non desiderio fundendi sanguinis, sed tantum dilatandę causa reipublicę: in qua deum coli conspicimus, loquitur, quatinus Christi nomen per subditas gentes, fidei prædicatione circunquaque discurrat. Sicut enim exteriora nos virtutum opera eminentes in hac vita constituunt, ita & interna morum ornamenta ex corde mundo procedentia, in futurorum gaudiorum participatione glorificant. Plurima enim pro pascendis ouibus beati Petri Apostolorum principis vtilitatibus excellentiam vestram præstitisse didicimus: ita vt non parua loca patrimonij eius propriis nudata cultoribus, largitis Datitiorum habitatoribus restauraſſet. Quæcunque igitur hic illic Christiana mente confertis, horum retributionem per spem futuri iudicij sustinetis. Quamobrem præsentium quoque latorem Hilarium nomine, eminentiæ iudicauimus commendandum vestræ, vt in his quę sibi necessaria, iustitia tamen pręeunte, suggesserit: solitum ei impendatis affectum. Persoluentes autem paternæ charitatis alloquium, petimus dominũ saluatoremque nostrum, qui eminentiam vestram pro solatio reipublicę sanctę misericorditer protegat, & ad dilatandum per finitimas gentes nomen eius, magis magisque brachij sui firmitate confortet.

Gregorius Gaudioso maternæ Africæ. Congratulatur pro beneuolentia eius. Cap. LXXIIII.

Epi.74. Icut lucernę lumen per collimitantia quęque quo lucet loca diffunditur, ita cuiuslibet personæ bonorum actuum probitas, non solum quo degit, sed per diuersas prouincias fama loquente cognoscitur: vt quoniam presentiæ nulla potest esse notitia, hoc discursus opinionis efficiat, quod rei veritas per presentiam poterat exhibere. Didicimus enim diuersos iudices qui ad administrandam Aphricanam prouinciam diriguntur, summa gloriam vestram familiaritate diligere. Quod non procederet, nisi apud eosdem iudices mẽtis eius syncerita appareret, vt adeptam administrationem consilij vestri participatione disponerent. Ex quo maximas deo gratias referimus, cùm tales habere proprios prouincias habitatores cognoscimus, qui ingenita nobilitate polleant, & potentibus viris adhæreant, prouincialibúsq; suis ad remedium, adepta temporũ opportunitate, consistant. Persoluentes itaque paternæ charitatis affectum, præsentium latorem quem illuc ad ordinandas res pauperum direximus, vestræ gloriæ commendamus: quatenus ei quæ necessaria fuerint, salua iustitia tribuatis. Oro autem dominum, qui vitam vestram in omni bono custodiat, actúsque vestros misericordiæ suæ dono disponat.

Gregorius vniuersis episcopis Numidiæ. Vt nullum ex Donatistis ordinent. Caput. LXXV.

Epi.75. I quando charissimi in Christo fratres, inter virentes segetes, zizaniorum quędam se infert importuna commixtio, hanc radicitus necesse est cultoris manus adimat, ne futurus fœcundæ segetis fructus possit intercipi. Et nos ergo qui, licet indigni, dominici agri culturam suscepimus, ab omni zizaniorum scandalo ingenuam reddere segetem festinamus, quatenus ager domini reditu abundantiori fructificet. Petiistis etenim per Hilarium chartularium nostrum, à beatæ memoriæ prædecessore nostro, vt omnes vobis retro temporũ consuetudines seruarentur, quas à beati Petri Apostolorũ principis, ordinationũ initiis hactenus vetustas longa seruauit. Et nos quidem iuxta seriem relationis nostræ, consuetudinem, quæ tamen contra fidem catholicam nihil vsurpare dinoscitur, inuiolatam permanere concedimus, siue de primatibus constituendis, cæteríque capitulis, exceptis his qui ex Donatistis ad episcopatũ perueniunt, quos prouehi ad primatus dignitatem, etiam cùm ordo eos ad locum eundem deferat, modis omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis commissæ sibi plebis tantummodo curã gerere: non autem etiam illos antistites, quos catholica fides in Ecclesiæ sinu & edocuit & genuit, ad obtinendi culmen primatus anteire. Vos ergo fratres charissimi, admonitiones nostras zelo charitatis dominicæ prænenite, sciẽtes quòd districtus iudex ad examinandum deducturus est cuncta quæ gerimus, & vnumquẽq; nostrum non ex prærogatiua sublimioris gradus, sed ex operũ meritis approbabit. Quęso ergo, vosmetipsos inuicem alterna pace diligite in Christo, & hæreticis vel inimicis Ecclesiæ vno cordis intuitu obuiate. De proximorum animabus estote solliciti, ad fidem quos valetis prædicatione charitatis prætenso terrore futuri iudicij suadete: quoniam pastores constituti estis, & dominus gregum ab iis quibus commisit pastoribus fructum multiplicati gregis expectat. Qui si proprij gregis augmentum adhibito studio diligentiori prospexerit, multiplicibus profecto vos cœlestis regni muneribus decorabit. Persoluens præterea fraternæ dilectionis

Dat. *Part.1. Distinc.11. Nos.*

A dilectionis alloquium, oro dominum, qui nos animarum pastores quos elegit, ante se dignos efficiat: sed hic actus nostros quos in futura vita dignè suscipiat, ipse disponat.

Gregorius Leoni episcopo in Corsica. Visitationem iniũgit Sagonensis Ecclesiæ. Caput. LXXVI.

Pastoralis nos cura constringit, Ecclesiæ sacerdotis moP deramine destitutæ, sollicita consideratione concurrere. Et quoniam Ecclesiam Sagonẽsem ante annos plurimos, obeunte eius pontifice, omnino destitutã agnouimus, fraternitati tuę visitationis eius operam duximus iniungendã, quatenus tuis dispositionibus eius posit vtilitas profligari. In qua etiam Ecclesia vel eius parœciis diaconos atque presbyteros tibi concedimus ordinandi licentiam. De quibus tamen tui sit studij diligentius perscrutari, vt eorum personæ à sacris nullo modo canonibus respuantur. Sed quos fraternitas tua tanto dignos ministerio perspexerit, eorúmque mores & actus huic ordinationi concordare cognouerit, eos auctoritatis nostræ permissione, ad prædictum promoueat licenter officium. Cũctis igitur rebus superscriptæ Ecclesiæ vt proprium te volumus vti pontificem, vsque ad secundam nostrã epistolam. Ita ergo in omnibus his diligens esto ac sollicitus, vt tua dispositione vtilitates Ecclesiasticæ salubriter modis omnibus deo valeant auctore disponi.

B *Gregorius Martino episcopo in Corsica. Præcipit de Tamitana Ecclesia transire in Alerienſem.*

Caput. LXXVII.

Vsta poscentibus, aurem nos oportet beniuolam com-1 modare, quatenus & petẽtes remedia sperata reperiãt, & Ecclesiæ non desit sollicitudo pastoris. Et quoniam Ecclesia Tamitana, in qua dudum fuerat honore sacerdotali tua fraternitas decorata, ita est delictis facientibus, hostili feritate occupata atque diruta: vt illuc vlterius spes remeandi nulla remanserit. In Ecclesia Salonensi, quæ iam diu pontificis auxilio destituta est, cardinalem te secundum petitionis tuæ modum, hac auctoritate constituimus sine dubio sacerdotem. Ita ergo studio vigilanti cum dei amore secundum canonum præcepta, cuncta dispone vel ordina, vt & fraternitas tua suis desideriis se gaudeat esse potitam, & Ecclesia dei alterno gaudio repleatur cardinalem te suscepisse pontificem.

Gregorius clero, & ordini, & plebi Vianensis Ecclesiæ. De episcopo eis ordinando. Caput. LXXVIII.

Votiẽs res aliqua pluribus agenda committitur, dumQ quisquis dissentit ab altero, dispẽdiis potius quàm vtilitatibus aditus reseratur. Quod nos prouidentes, ne hoc vestræ contingere possit Ecclesiæ, eius curam vtilitatésque Honorato presbytero ad præsens committendas eligimus, quatenus res vtilitatésque Ecclesiæ per eum procurari valeant, & modis omnibus custodiri. Ideóque dilectionem vestram scriptis C præsentibus adhortamur, quatenus vt vobis possit ordinari sacerdos, inuicẽ vestræ voluntatis omnino in vnius digna electione cõcordet assensus: nec amplius dei Ecclesiam officio patiamini vacarẽ pontificis. Quousque verò Ecclesiæ ipsi sacerdos fuerit ordinatus, omnem supradicto presbytero, sicut diximus, sollicitudinis eius curam commisimus. Ita ergo se vestra dilectio in his omnibus exhibere festinet, vt amorem vos Ecclesiæ habere, pronæ deuotio mentis ostendat.

Gregorius clero, & nobilibus Corsicæ à paribus. De Martino episcopo eis de alia Ecclesia ordinando.

Caput. LXXIX.

Tsi vos multo iam tempore sine pontifice esse dei Ec-E clesiam non doletis: nos tamen de eius regimine cogitare & suscepti cura compellit officij, & vestra quàm plurimum charitas dilectionis astringit: scientes quòd in eius gubernationibus animarum vestrarum simul consistit vtilitas. Nã si gregi pastoris cura defuerit, facilè laqueos insidiatoris incurrit. Ea de re quoniam Ecclesia Salonensis sacerdotis diu est auxilio destituta, necessarium duximus Martinum fratrem & coëpiscopum nostrum ibidem cardinalẽ constituere sacerdotem: Leoni verò fratri & coëpiscopo nostro operam visitationis iniungere. Cui etiam in ea, parœciisque eius presbyteros atque diaconos concessimus ordinandi licentiam, eúmque rebus eius quousque

illic fuerit, vt proprium pontificẽ vti permisimus. Ideóque scriD ptis præsentibus admonemus, vti prætatum visitatorem charitas vestra cum omni deuotione suscipiat: eíque obedientiam in his quæ rationi conueniũt, sicut Ecclesiæ decet filios, exhibete: quatenus omnia quæ ad vtilitatem suprascriptæ pertinere cognoscũtur Ecclesiæ, vestra valeat fusultus deuotione implere.

Gregorius Laurentio episcopo Mediolanensi. De quibusdam possessionibus iniustè detentis.

Caput. LXXX.

Cripta fraternitatis vestræ suscipiens, gratias omnipo *Epist.* 80.
S tenti deo retuli, qui desiderabili me sospitatis eius nũcio releuauit. Quòd autem perhibetis ab exactione patrimonij Siciliæ prouinciæ vestræ, sanctæ, cui deo præsidetis auctore, Ecclesiæ certã redhiberi pecuniæ quãtitatem: pro eo quòd ab auctoribus sanctæ Romanæ Ecclesiæ illo tempore patrimonij Ecclesiæ vestræ celebratur exactio: necessarium fuerat iuxta tenorem scriptorum à vobis directorum, acceptarum illatarúmque pecuniarum summam inspicere, & totius ratiocinij meritũ subtiliter indagare, quibus perspectis nihil à sancta Romana Ecclesia Ecclesiæ vestræ allegatum est redhiberi. Sed quia dum Cõstantius diaconus vester ad ea quæ obiecta à nostris fuerãt, aliud E allegauit: examen negocij venit in dubium, quod subtilius poterat ventilari, si qua persona existeret, cum qua definiri aliquid stabiliter potuisset. Proinde necesse est, sanctitas vestra hac de re personam instituat cum qua Romana Ecclesia aliquid debeat solidè definire: vt siue nihil debet, ex iudicio pateat: seu aliquid debet, restituat: & personam quam instituistis, cum securitate solenniter remittat.

Gregorius Ianuario archiepiscopo Carallis Sardiniæ. De superbia Liberati diaconi comprimenda.

Caput. LXXXI.

Criptis tuis cor nostrum lætificasse dignosceris, quòd *Epist.* 81.
S te mandatorum nostrorum memorẽ fuisse testatus es. Et quia memoriter retinemus ea quæ nos fraternitati tuæ mandasse commemoras, quemadmodum disponendum sit vbi volũtatis nostræ expectatur auctoritas, scriptis præsentibus breuiter respõdemus. Liberatus igitur de quo nobis tua fraternitas indicauit: quia diaconij fungi perhibetur officio, si à decessore tuo non factus est cardinalis, ordinatis à te diaconis nulla debet ratione pręponi, ne eos quos consecrando probasse cognoscens, reprobare supponendo quodammodo videaris. Prædictum itaque Liberatum quem reprimẽdus ambitionis inflat spiritus, omni instantia à sui prauitate compesce, & vltimum inter diaconos stare constitue, ne dum se illicitè præferri contendit, F immeritus loco in quo nunc situs est, iudicetur. Cuius tamen si obedientia fueris inuitatus: & eum post hæc cardinalem facere volueris, nisi pontificis sui cessionem solenni more meruerit, abstinendum ab omni eius incardinatione memineris, quoniam æquitati conuenire non ambigis, vt aliis seruare nõ differas, quod ipse quoque tibi seruari desideras.

Gregorius Hilario Monacho Africæ. De Argentio episcopo & Donatistis. Caput. LXXXII.

Elicisimus atque Vincentius diaconi Ecclesiæ Lami- *Epist.* 82.
F gẽsis, oblata petitione quæ tenetur in subditis, suggesserunt ab Argẽtio eiusdem ciuitatis episcopo, grauem se iniustitiam pertulisse, & accepto præmio, Donatistas in Ecclesiis fuisse præpositos, cúmque inter alia non leue aliud facinus, quod dici nephas est, commisisse commemorant. Propterea experientiæ tuæ præsenti pagina præcepti duximus iniungendum, quatenus præfatum episcopum idoneæ satisfactioni committere non omittas, tuáque instantia in locis illis fiat ex more conciliũ: & omnia secundum oblatæ petitionis textum canonicè coram positis partibus subtili indagatione perquirãtur. Et quæcunque eorum iudicio fuerint terminata: te exequente modis omnibus compleantur. Ita ergo cum omni te vivacitate huic causæ volumus præbere instantiam, vt ad examinanda quæ iussimus, nulla possit subnecti dilatio, sciturus non in leuem te offensam incurrere, si nostra quacunque excusatione lentata fuerit præceptio.

In nomine domini. Mense Septembrio.
Indictione decima.

TEmporibus papæ Gregorij, cõsulatu Mauricij Augusti anno septimo, depositus est Laurẽtius, qui primus fuerat in ordine diaconij sedis apostolicæ, propter superbiam, & mala sua, quæ tacenda duximus, & factus est archidiaconus Honoratus corã omnibus presbyteris & diaconis, notariisque, subdiaconis: vel cuncto clero in basilica aurea.

Charta quæ relicta est de litania maiore, in basilica sanctæ Mariæ.

Olennitas annuæ deuotionis nos filij dilectissimi admonet, vt litaniam quæ maior ab omnibus appellatur, sollicitis ac deuotis debeamus, auxiliante domino, mẽtibus celebrare: per quam à nostris excessibus, eius misericordiæ supplicantes, purgari aliquatenus mereamur. Considerare etenim nos conuenit dilectissimi, quàm variis, continuísque calamitatibus pro nostris culpis atque offensionibus affligamur, & qualiter cœlestis pietatis nobis subinde medicina subueniat. Sexta igitur feria veniente à titulo beati Laurenti j martyris, qui appellatur Lucinæ, egredientes ad beatum Petrum Apostolorũ principem, domino supplicantes cum hymnis & canticis spiritalibus properemus, vt ibidem sacra mysteria celebrantes, tam de antiquioribus quàm de præsentibus beneficiis pietati eius, inquantum possumus, referre gratias mereamur.

Gregorius Petro notario. De monachis in monasterio sancti Michaelis. Caput. I.

Epist. 1. MOnasterium sancti Archangeli, quod Tropeis est cõstitutum, indicante præsentium portitore, victus habere necessitatem didicimus. Ideóque experiẽtia tua diligenter inuigilet: & si eiusdem loci monachos bene se tractare noueris, in quibus eos necessitatem habere manifesta veritate patuerit, eis subuenire hac auctoritate suffultus, modis omnibus festinabis, sciturus tuis rationibus quicquid nostra præceptione præbueris imputandum. Sed & terrulam Ecclesiæ nostræ vicinam quam solidum vnum & tremisses duos pensitare asserunt, si ita est, sibi libellario nomine ad summam tremissis vnius habere concede. Studij ergo tui sit hæc omnia ita complere: si, sicut diximus, eius loci monachi in dei seruitio, sicut decet, solerter perstiterint.

Gregorius Præiectitio episcopo Narniensi. De mortalitate, & conuersione Longobardorum.

Caput. II.

Epist. 2. I Eruenit ad nos, peccatis imminentibus, in ciuitate vestra Narniensi mortalitatem omnino grassari: quæ res nos nimis addixit. Quamobrem salutantes fraternitatem tuam, instantissimè suademus: vt à Longobardorũ siue Romanorum, qui in eodem loco degunt admonitione siue exhortatione nulla ratione cessetis, & maximè à gentilium & hæreticorum, vt ad veram, rectámque fidem catholicam conuertantur. Sic enim aut diuina misericordia pro sua eis forsitan conuersione, & in hac vita subueniet: aut si eos migrare contigerit, à suis, quod & magis optandum est, transient facinoribus absoluti.

Gregorius clero, nobilibus, ordini & plebi consistentibus Neapoli. De episcopo eligendo.

Caput. III.

Epist. 3. Q Vanuis spiritalium syncera deuotio filiorum pro matre Ecclesia, nullius adhortationis indigeat: ne tamen se neglectam existimet, epistolari debet alloquio prouocari. Propter quod dilectionem vestram commonitione paternæ charitatis aggredior: vt profusis lachrymis redemptori nostro vnanimiter gratias referatis, qui sub tam peruerso doctore vos per auia gradientes, ad iter rectum perduxit: & tam indigni pastoris crimina publicauit. Demetrius siquidẽ qui nec ante episcopus dici meruerat, tantis ac talibus negotiis inuentus est inuolutus, vt si secundum suorum qualitatem facinorum iudicium sine misericordia recepisset, diuinis mundanísque legibus durissima proculdubio fuerit morte plectendus. Sed quia pœnitentiæ reseruatus, sacerdotij honore priuatus est, Ecclesiam dei sine ductore diu vacare non patimur: quia & canonicis regulis est constitutum, vt defuncto vel sublato pastore, diu sacerdotio priuari Ecclesia non debeat. Ideóque charitatem vestram scriptis præsentibus admonemus, vt ad eligendum pontificem nec mora, nec discordia, quæ consueuit scandala generare, proueniat. Sed talem vobis cum omni sollicitudine personam exquirite, in qua & omnium adunata possit gaudere concordia, & sacris nullo modo canonibus respuatur, quatenus officium quod nephandissimus hominum malè gerendo polluerat, quisquis ille per dei gratiam fuerit ordinatus, ipso quoque suffragrante, digna valeat administratione complere.

Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. Præcipit vice sua esse super omnes Ecclesias Siciliæ.

Caput. IIII.

Epist. 4. M Andata cœlestia efficacius gerimus, si nostra cum fratribus onera partiamur. Proinde super cunctas Siciliæ Ecclesias reuerendissimum te virum Maximianum fratrem & coëpiscopum nostrum vices sedis apostolicæ ministrare L decernimus: vt quisquis illic religionis habitu censetur, fraternitati tuæ ex nostra auctoritate subiaceat, quatenus eis non sit necessarium post hæc pro paruulis ad nos causis tãta maris spatia trãsmeando peruenire: sed si qua fortasse difficilia existunt, quæ fraternitatis tuæ iudicio nequaquam dirimi possint, hæc solummodo nostrum iudicium flagitent, vt subleuati de minimis, in causis maioribus efficacius occupemur. Quas videlicet vices non loco, sed personæ tribuimus: quia ex transacta in te vita didicimus, quid etiam de subsequenti tua conuersatione præsumamus.

Mense Decembri. Indictione decima.

Gregorius Candido episcopo de Vrbe veteri. De Calumnioso ægroto.

Caput. V.

Epist. 5. Ca. 7. q. 1. Cum pos sit. C Vm percussio corporalis vtrũ pro purgatione, an pro vindicta contingat, dei in hoc iudicium ignoratur: nõ debet à nobis addi flagellatis afflictio, ne nos culpæ, quod absit, offensa respiciat. Et quia præsentium lator Calumnioſus pro hac percussione quam sustinet, consueta sibi commoda ab Ecclesia vestra asserit negari: idcirco fraternitatem tuam præsentibus hortamur epistolis, quatenus nihil eum ad percipiẽda quæ consueta sunt, hæc ægritudo debeat impedire: quia diuersis in Ecclesia militantibus, varia sicut nosti, sæpe contingit M infirmitas. Et si hoc fuerint exemplo deterriti, nullus de cætero qui Ecclesiæ militet, poterit inueniri. Sed secundum loci eius ordinem quæque ei si sanus esset poterant ministrari, de ipsa exiguitate quæ Ecclesiæ potest accedere, fraternitas tua diuini contemplatione iudicij ægrotanti præbere non desinat, quatenus in huius rei administratione ad eleemosynam potius videaris quæ sunt consueta exoluendo conuertere.

Gregorius ordini & plebi consistenti Neapoli. De eligendo Paulo episcopo.

Caput. VI.

Epist. 6. Vale de Paulo fratre & coëpiscopo nostro habeat charitas vestra iudicium, directa à vobis relatio patefecit. Q Quem quoniam ita estis in paucis diebus experti, vt eum cardinalem habere desideretis, episcopum gratulamur. Sed quia summis in rebus citum non oportet esse consilium, & nos quid fiendum sit, matura subinde Christo adiuuante deliberatione disponimus, & vobis melius tractu temporis qualem se exhibeat innotescet. Ideoque filij dilectissimi prædicto viro si eum verè diligitis, obedite, deuotíque ad eum mentibus occursione pacifica conuenite: quatenus ita vos ad alterutrum dilectio mutuæ charitatis astringat, vt inimicus sæuiendo circunuolans, in nullo viam nanciscatur ad vestram dissociandum vnanimitatem, qua subrepat. Præfatum quoque episcopum dum fructum animarum quẽ desideramus deo nostro, ipso quoque suffragãte facere senserimus: quicquid post hæc de eius persona, vestróque desiderio cordi nostro inspiratio diuina ministrauerit, faciemus.

Gregorius

Gregorius Paulo episcopo Neapolitano. De officio sacerdotali. Caput.VII.

A I Sacerdotale quod suscepimus, securè ministramus officium: & diuinum adiutorium, & dilectio nobis spiritalium aderit sine dubio filiorum. Propterea ita se fraternitas tua in cunctis studeat exhibere: quatenus testimonium quod de ea Neapolitanæ ciuitatis clerus, nobilitas simul habet & populus, bonitatis tuæ roboretur augmento. Sic ergo te in præfati populi adhortatione assidua debes occupatione constringere, vt verbi tui fructū quem ex eis fueris operatus, in suis horreis diuinus condat agricola. Quousque verò de his quæ à nobis prædicti filij nostri fienda postulant: reuelante domino deliberare possimus: clericos ex laicis ordinari, necnon & manumissiones apud te in eadē Ecclesia solenniter celebrari concedimus. Consuetudines autem cleri suprascriptæ Ecclesiæ & presbyterorum te volumus sine cunctatione persoluere. In cuius etiam instructione ita diligenter inuigila, quatenus ab incongruis vel illicitis omnibus abstinentes, in dei nostri seruitium digno obsecundationis ministerio te quoque hortante consistant.

Mense Ianuario. Indictione decima.

Gregorius Clero, ordini, & plebi consistenti Nepæ. De Leontio illuc transmisso, vt ei obediant.

Caput.VIII.

Epist.10. B L Eontio viro clarissimo præsentium portitori curam sollicitudinémque ciuitatis iniunximus: vt in cunctis inuigilans quæ ad vtilitatem vestram, vel reipublicæ pertinere dinoscit, ipse disponat. Ideóque dilectionem vestram scriptis præsentibus admonemus, quatenus ei exhibere obedientiam in omnibus debeatis, nec quisquam vestrum eum pro vestra vtilitate tractantem existimet contemnendum, quia quisquis congruæ ordinationi eius restiterit, nostræ resultare dispositioni cognoscitur. Quicūque verò eum in his quæ supra retulimus audierit, nos audiet. Si quis autem, quod non credimus, eum post hanc admonitionem nostram contemnendum putauerit: ad suū proculdubio sciat pertinere periculum.

Gregorius Castorio episcopo de Arimino: De oratorio sanctæ Crucis consecrando. Cap.IX.

Epist.11. T Hemothea illustris fœmina petitoria nobis insinuatione suggessit, quod habetur in subditis, intra ciuitatem Ariminensem in loco iuris sui oratorium se pro sua deuotione fundasse, quod in honorem sanctæ Crucis desiderat cōsecrari. Et ideo frater charissime si in tuæ ciuitatis iure memorata constructio consistit, & nullum corpus ibidē constat humatum esse, percepta primitus donatione legitima, id est, totius facultatis eius excepta familia, prius mobilium vel immobiliū, séque mouentium vnciis octo retento sibi vsufructuario diebus vitæ suæ, gestísque municipalibus alligatam, prædictum oratorium absque missis publicis solenniter consecrabis: ita vt in eodem loco nec futuris temporibus baptisterium construatur, nec presbyterum constituas cardinalem. Et si missas forte maluerit fieri sibi à dilectione tua presbyterum nouerit postulandū, quatenus nihil aliàs à quolibet sacerdote alio nullatenus præsumatur. Sanctuario verò susceptа sui cum reuerentia collocabis.

C

Gregorius Importuno episcopo. Transmittit Dominicum presbyterum. Caput.X.

Epist.10. E A quæ prouidè disponuntur, fraternitatem tuam credimus libenter amplecti. Et quia Ecclesiā sanctæ Mariæ Campisonis in tua parœcia positā, presbytero vacare cognouimus, præsentium portitorem Dominicum presbyterum in eadem Ecclesia vt præesse debeat, nos certum est deputasse. Ideoque fraternitas tua ei emolumenta eiusdem Ecclesiæ faciat sine cunctatione præstari: & decimæ fructus indictionis, qui iam percepti sunt, prædicto viro fac sine mora restitui, quatenus eiusdem Ecclesiæ vtilitates cuius emolumenta consequitur, deo adiutore sollicitè valeat procurare.

Gregorius Ioanni episcopo Vellitrano. Præcipit in alium locum transmigrare. Caput.XI.

Epist.11. T Emporis qualitas admonet, episcoporum sedes antiquitus certis ciuitatibus constitutas, ad alia quæ securiora putamus eiusdem diœceseos loca transponere, quò & habitatores nūc degere, & barbaricum possit periculum facilius declinari. Propterea te Ioannem fratrem, coēpiscopúmque nostrum Vellitrēsis ciuitatis, sedémque tuam in locum quē Harenata ad sanctum Andream Apostolum dicunt, præcipimus exinde transmigrari: quatenus & ab hostilitatis incursu liberior existere valeas: & illic consuetudinum solēnium festa disponas. D

Gregorius Paulo episcopo. Scribit de persona Petri. Caput.XII.

Epi.12. A D hoc fraternitatem tuam Neapolitanæ Ecclesiæ ad præsens præesse constitui: vt quosque potuisses, suasoria ad deum prædicatione conuerteres. Et dum tota te oporteat hoc intentione peragere, prius quàm hic domini fructum opereris, reuerti festinas, petísque à me vt celeriter eandem debeam Ecclesiam ordinare, dum meus non sit animus in hac re ociosus. Sed quia vtilitates eius summa cupio firmitate vallare, diuturna de hoc necesse habeo deliberatione tractare, vt eam digna possim ordinatione Christo reuelante disponere. Interea ergo fraternitas tua ita inuigilare animarum lucris studeat, vt iudicium quod de te habeo operationis tuæ roboretur effectu. De persona verò Petri diaconi quæ scripsisti, omnia mihi Theodorus vir consularis nunc indicauit. Et ideo postquam tibi adhærere, & Ecclesiasticis eum vtilitatibus, tua testificatione studere cognoui, nullius debet aduersitatem vel inimicitias formidare: sed quanto sibi alios inuidere perpendit, tanto vigilantius vt ei nihil nocere valeant, in vtilitatibus Ecclesiæ, & dei seruitio perseueret. Fraternitas autem tua pro eius persona post hoc non debet esse suspecta: quia apud me nulla subreptio locum inueniet. E

Gregorius Paulino episcopo. Liparitanam Ecclesiam sua auctoritate commendat. Caput.XIII.

Epi.13. S Cire te volumus, quia Maximiano fratri & coēpiscopo nostro scripsimus vt fraternitatem tuā Ecclesiæ Liparitanæ ex nostra auctoritate præesse constituat. Cui te modis omnibus obedire necesse est, eiúsque te Ecclesiæ vtilitatibus præcipimus decēter insistere, & quæque eius commoditatibus cognoueris oportere, te volumus sine cunctatione peragere. Ecclesiam verò Tauritanensem, quotiens opportunum tēpus cognoueris, visitabis. Ita ergo fraternitas tua hæc omnia implere festinet: vt & sui præsentia Liparitanam salubriter disponat Ecclesiam, & visitationis studio Tauritanensem Ecclesiā congregare & fouere non desinat.

Gregorius Natali episcopo Salonitano. De Honorato archidiacono in locum suum restituendo. Cap.XIIII.

Epi.14. Parte.1. dist.44. Multis. M Vltis ab vrbe tua venientibus frater charissime didici, pastorali cura derelicta, solis te conuiuiis occupatū. Quæ audita non crederem, nisi hæc actionum tuarum experimentis approbarem. Nam quia nequaquam lectioni studeas, nequaquā exhortationi inuigiles, sed ipsum quoque vsum Ecclesiastici ordinis ignores, hoc est in testimoniū quòd eis sub quibus es positus, reuerentiam seruare nescis. Cum enim sanctæ memoriæ decessoris mei fueris scriptis prohibitus, ne cōtra Honoratum archidiaconum tuum dolorem tam longè ingratitudinis in corde retineres, cúmque à me sæpe correptus fueris, & hęc tibi summopere fuerint interdicta: & mandata dei negligens, & scripta nostra contemnens, præfatum Honoratum archidiaconum tuum, quasi ad fortiorem honorem prouehens, conatus es callida arte degradare. Vnde actum est vt eo de archidiaconatus loco summoto, alium accersires, qui tuis moribus obtemperare potuisset: cum præfatus vir pro nulla tibi re, vt arbitror, displicuit: nisi quòd vasa sacra & velamina tuis te parentibus dare prohibebat. Quam causam subtili voluimus & nunc ego, & tunc sanctæ memoriæ decessor meus indagatione discutere: sed tu tuorum tibi actuum conscius personam ad iudicium instructā trāsmittere distulisti. Proinde fraternitas tua vel post frequentatam totiens admonitionē à culpæ suæ errore resipiscat: & præfatum Honoratum in suum mox, vt mea scripta susceperit, locum suscipiat. Quòd si forte facere distuleris vsum tibi pallij, qui ab hac sede concessus est, nouerit esse sublatum. Si verò etiam amisso pallio in eadem pertinacia adhuc persistis, dominici corporis F

Universidad de Buenos Aires
Biblioteca

G ac sanguinis te scias participatione esse priuatum. Post quæ iam necesse est vt causas tuas subtilius indagantes, an in episcopatu ipso persistere debeas: summa cura atque inquisitione debeamus
Ca.7.q.1. Eum enimuero. tractare. Eum enimuero qui contra iustitiæ regulam, in archidiaconatum alterius se prouehi consensit, ab eiusdem archidiaconatus honore deponimus. Qui si vlterius in loco eodem ministrare præsumpserit: se participatione communionis sacræ nouerit esse priuatum. Tu igitur frater charissime, nequaquã nos amplius prouoces: ne duros valde in asperitate sentias, quos erga te positos in charitate contemnis. Restituto igitur loco suo Honorato archidiacono, instructam personam sub festinatione transmitte, qui mihi hoc debere ex ratione fieri suis possit allegationibus demonstrare. Eundem nanque archidiaconum ad nos venire decreuimus: vt quicquid iustum, quicquid omnipotenti deo placitum fuerit, cognitis assertionibus partium decernamus. Nos enim nullum pro personali amore defendimus, sed auctore deo normam iustitiæ postposita cuiuslibet personæ acceptione custodimus.

Gregorius vniuersis episcopis per Dalmatiam constitutis. De Natali episcopo, & Honorato archidiacono.

Caput. X V.

Epi.15.

H F Raternitatem vestram licet desideremus scriptis discurrentibus frequenter visitare, tamen præterea cùm res exigit, vtraque cupimus negocij vnius occasione per soluere, vt & fraternos de visitatione releuemus animos: & quæ superueniunt, ne mentem possint ignorata confundere, subtilius explicare. Frater itaque noster Natalis Salonitanæ ciuitatis episcopus: cùm Honoratum archidiaconum sedis suæ ad ordinẽ presbyteratus vellet prouehere, ac deinceps ille ad sublimiorem gradum crescere declinaret, à sanctæ memoriæ decessore meo missa supplicatione popposcerat, ne ad hunc ordinem inuitus accederet. Hoc enim fieri sibi non prouehendi gratia, sed causa ingratitudinis perhibebat. Pro qua re tunc iam sanctæ memoriæ decessor noster scripta Natali fratri coëpiscopóque nostro direxerat: interdicens ne prædictum Honoratum archidiaconum inuitum proueheret, néve dolorem conceptæ ingratitudinis in corde suo retineret. Cúmq; & à nobis sæpe correptus fuerit, & hæc eidem summopere fuerint interdicta: non solum mandata dei negligens, sed & scripta nostra contemnens, præfatum archidiaconum, vt dicitur, contra morem, quasi ad fortiorem honorem prouehens, conatus est callidè degradare. Vnde actum est vt eo de archidiaconatus loco submoto, alium adscisceret, qui in loco depositi archidiaconi ministraret. Quem scilicet Honoratum arbitramur antistiti suo propterea displicere potuisse, quòd eum vasa sacra suis dare parentibus prohibebat. Quam causam & tunc sanctæ memoriæ decessor meus:
I & nunc ego subtili voluimus indagatione discutere: sed is ipse sibi conscius, personam ad iudicium postposuit destinare, ne actuum eius discussa potuisset veritas apparere. Nos itaque tot iam scriptis admonitum, & hactenus pertinaciter obstinatum, scriptis iterum directis per præsentium latorem curauimus admonendum: quatenus Honoratum archidiaconum coniungente statim præsentium latore in priore loco susciperet. Quẽ obdurato adhuc corde contumaciter ad eundem reuocare gradum si forte postponeret, vsu eum pallij, qui ab hac sede concessus est, pro contumacia tot vicibus admissa priuari præcipimus. Si verò etiam amisso pallio adhuc in eadem pertinacia perseuerauerit, à dominici quoque corporis ac sanguinis participatione submoueri. Aequum enim est vt asperos de iustitia sentiat, quos erga se positos in charitate contempsit. Nos itaque nec nunc quidem à iustitiæ, quam præfatus antistes despexit, semita deuiamus, sed restituto in locum suum eo cuius nobis culpa minimè patuit, præcipimus Natalem episcopum instructam ad nos debere dirigere personam, quæ rectam eius esse intentionem suis possit nobis allegationibus demonstrare. Nam & eundem archidiaconum venire fecimus, vt quicquid iustum, quicquid omnipotenti deo placitum fuerit, cognitis assertionibus partium decernamus. Nullum nanque pro personali amore defendimus, sed auctore deo normam iustitiæ, postposita cuiuslibet acceptione personæ, custodimus.

Gregorius Antonino subdiacono. De Natali episcopo K
& Honorato archidiacono.

Caput. X V I.

Onoratus archidiaconus Ecclesiæ Salonitanæ à san- *Epi.16.*
H ctæ memoriæ decessore meo missa supplicatione popposcerat, vt ab antistite suo inuitus prouehi ad fortioris gradus ordinem contra morem nullatenus cogeretur. Hoc enim fieri sibi non prouehendi gratia, sed causa ingratitudinis perhibebat. Pro qua re tunc iam sanctæ memoriæ decessor noster scriptis suis Natali fratri coëpiscopóque nostro interdixerat, ne prædictum Honoratum archidiaconum inuitum proueheret, néve dolorem conceptæ ingratitudinis diutius in corde retineret. Cúmque & à nobis hæc eidem summopere fuerint interdicta, non solum mandata dei negligens, sed & scripta nostra contemnens, præfatum archidiaconum quasi ad fortiorem honorem prouehens, conatus est arte callida degradare. Vnde actum est, vt eo de archidiaconatus loco summoto, alium adscisceret: qui eius obtemperare moribus potuisset. Quem Honoratum archidiaconum arbitramur antistiti suo aliunde displicere non potuisse, nisi quòd eum vasa sacra suis dare parentibus prohibebat. Quam causam subtili voluimus, & tunc sanctæ memoriæ decessor meus, & nunc ego indagatione discutere, sed ipse suorum sibi actuum conscius, personam ad iudicium postposuit destinare. Proinde experientiam tuam præsen- L
tis præcepti auctoritate duximus fulciendam, quatenus conueniens in Salona, Natalem fratrem coëpiscopúmque nostrum saltem tot scriptis admonitum studeat adhortari: vt supra memoratum archidiaconum in suo statim loco suscipiat. Quod si facere hoc contumaciter, vt consueuit, forte distulerit: vsum ei pallij, qui ab hac sede concessus est, ex auctoritate sedis apostolicæ contradicito. Quem si etiam amisso pallio adhuc in eadem pertinacia perseuerare perspexeris, dominici quoque corporis ac sanguinis eundem antistitem participatione priuabis. Eum verò qui contra iustitiæ regulam, in archidiaconatum alterius prouehi consensit, ab eiusdem archidiaconatus honore deponi præcipimus. Quem, si vlterius in loco eodem ministrare præsumpserit, communionis sacræ participatione priuamus. Aequum enim est vt asperos de iustitia sentiat, quos erga se positos in charitate contempsit. Restituto ergo loco suo Honorato archidiacono, instructam personam supradictus antistes te compellente dirigat, quæ intentionem eius esse vel fuisse iustam, suis mihi allegationibus possit demonstrare. Sed & eundem archidiaconum ad nos venire præcipimus: vt quicquid iustum, quicquid omnipotenti deo placitum fuerit, cognitis assertionibus partium decernamus. Nos enim nullum
pro personali amore defendimus, sed auctore deo normam iu- M
stitiæ postposita cuiuslibet acceptione personæ seruamus. Malchum verò fratrem coëpiscopúmque nostrum curabis fideiussori committere, vt ad nos quantocyus veniat: quatenus omni mora ac dilatione postposita, actionum suarum expositis ratiociniis, ad propria cum securitate valeat remeare.

Ca.7.q.1. Eum.

Gregorius Iobino episcopo Illyrici. Plurimum gaudet, & de Natali episcopo loquitur.

Caput. X V I I.

Epi.17.

Icet ad reddenda paternæ charitatis officia, hostilita-
L te itineribus occupatis, raritas portitorum impediat: quotiens tamen occasio inciderit, excellẽtiam vestram non desistimus scriptis discurrẽtibus visitare, quatenus hos quorum aspectum præsentium videre non possumus, eos aliquatenus scriptis valeamus alternantibus intueri. Gaudemus itaque quòd eminentiæ vestræ regimine, afflictæ dominus voluit prouinciæ consulere: vt quam ex vna parte flagello Barbaricæ vastationis vlcerat, hanc ex alia per eminentiam vestram, quasi per superductam salutem curet. Largitam ergo vobis dignitatem ex solo munere donãtis attendite: & ex ipsa concessi regiminis administratione conditorem vestrum erga vos placabilem facite, quatenus cùm ipse quod largitus est meritis bonorũ operum, ad suam viderit gloriam reuocari, & in hac vos vita clariores efficiat, & præmia vobis regni cœlestis concedat. Præsentium igitur latorem quem illuc pro ipsa exigui patrimonij administra-

tione

A ne direximus, vestræ excellentiæ commendamus. Nos enim charitatis vestræ connexi vinculo, dominum petimus, quò sic actus vestros in hac vita dirigat: vt ipsorum merito ad æterna vos regna perducat. Natali autem fratri & coëpiscopo nostro in nullo gloria vestra opem contra iustitiam ferat: quia tanto necesse est vt canonicæ vltionis vindictam sentiat, quanto & ipse regulam, canonicam ignorat.

Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De quodam presbytero digno ad episcopatum Ecclesiæ.
Caput.XVIII.

Epist.18. F Elix vir consularis, præsentium lator, edocuit nos, esse quendam in illis partibus presbyterum, qui ad episcopatus ordinem prouehi probatæ vitæ merito dignus appareat. Hunc ergo fraternitas tua coram se deduci faciat, eúmque, sicut certus sum, propter animæ periculum diligenter examinet. Quem si ad hunc gradum prouehi dignum esse perspexerit, ad nos studeat destinare, vt eum disponēte deo loco, cui præuiderimus, possimus ordinare pastorem. Præsentium verò latorem Felicem virum consularem Chartularium, salua fraternitatis tuæ iustitia, cōmendamus: quatenus in his quæ iustè poposcerit, fratrum inuenire possit affectum.

Gregorius Benenato episcopo visitatori Cumanæ Ecclesiæ.
B *Visitationem iniungit Cumanæ Ecclesiæ.*
Caput.XIX.

Epist.19. Q Voniam Cumanæ Ecclesiæ Liberius quondam antistes de hac luce migrasse cognoscitur: propterea visitationis destitutæ Ecclesiæ fraternitati tuæ operā solenniter delegamus, quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de proiectionibus clericorū, reditu, ornatu, ministeriisque, vel quicquid illud est, à quoquam præsumatur Ecclesiæ. Et ideo charitas tua ad prædictam Ecclesiam ire properabit: & assiduis adhortationibus clerum plebémque eiusdem Ecclesiæ admonere te volumus, vt remoto studio diuersarū partium, vno eodémque consensu talem sibi præficiendum expetant sacerdotem, qui & tanto ministerio dignus valeat reperiri, & à venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti, omnium subscriptionibus roborati, dilectionis tuæ testimonio literarum ad nos sacrandus occurrat. Commonemus etiam fraternitatem tuam, vt nullum de altera eligi permittas Ecclesia: nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis in qua visitationis impendis officium, nullus ad episcopatum dignus, quod euenire non credimus, potuerit inueniri. Prouisurus ante omnia, ne ad hoc cuiuslibet conuersationis vel meriti laicæ personæ aspirare præsumant, & tu periculum ordinis tui, quod absit, incutras.

Gregorius Ioanni episcopo visitatori Nepesinæ Ecclesiæ. Visitationem Nepesinæ iniungit Ecclesiæ.
C Caput.XX.

Epist.20. Q Voniam Paulo fratri & coëpiscopo nostro Neapolitanæ Ecclesiæ visitationis operam iniunximus, idcirco fraternitas tua visitationem Ecclesiæ Nepesinæ nō desinat assumere, quatenus exigente paschali festiuitate, quicquid sacrorum solennitas poscit, te operante, modis omnibus impleatur. Donec igitur quid de persona prædicti fratris & coëpiscopi nostri agendum sit, deliberare possumus: ita in cunctis te fraternitas tua solertem vigilantémque studeat exhibere, vt prædictus vir absens nullo modo sentiatur.

Gregorius Rusticiano. De visitatione sanctorum locorum, & insidiis Passiui.
Caput.XXI.

Epist.21. E Pistolam excellentiæ vestræ suscipiēs, votiuo sum incolumitatis eius nuncio releuatus, optans vt vitam actúsque vestros sua dominus misericordia protegat & disponat. Valde autem miratus sum, cur deliberatæ viæ eundi ad loca sancta intentionem, & votum boni operis deflexistis, dum si quando bonum aliquod dono conditoris in corde concipitur, celeri necesse est deuotione compleri: ne dum callidus insidiator animum irretire nititur, subinde impedimenta suggerat, quibus ad effectum minimè desideria sua mens occupationibus debilitata perducat. Vnde necesse est excellentiam vestram omnibus impedimentis piis causis obuiantibus anteire, & ad D fructum boni operis totis cordis nixibus inhiare, vt & in præsenti sæculo tranquillè viuere, & in futuro cœleste regnum valeat possidere. Illud autem quod scripsistis: Passiuum contra vos aliquas molitum fuisse calumnias, piissimos verò imperatores nō solum libenter non audisse, sed etiam asperè suscepisse, cuius hoc fuerit donum perpendite, & ad eum qui hominibus in hoc sæculo ne quantum appetunt nocere valeant, potenter obuiat, totam spem mentis inflectite: quatenus prauas hominum voluntates brachij sui oppositione reuerberet, conatúsque eorum vt consueuit misericorditer ipse confringat. Glorioſum domnum Appionem, & domnam Eusebiam, domnum Eudoxium, & domnam Gregoriam mea per vos deprecor vice salutari.

Gregorius Ioanni episcopo Rauennati. Commendat episcopos longè à se positos.
Caput.XXII.

Epi.22. D Ominicis mandatis præcipimur proximos sicut nosmetipsos diligere, eorúmque languoribus tanquam propriis infirmitatibus condolere. Quorum memor fraternitas vestra competenti sibi more Castorium fratrem coëpiscopúmque nostrum, & prius compassione habita studuit visitare, & postmodum pro excrescenti molestia corporis Rauennati in vrbe suscipere. Vnde non solum nos impensæ charitatis, sed & deum vobis feciſtis proculdubio debitorem, cui in fratris infirmitate condoluisse probamini, ipsúmque ægrum in sui membri molestia, non solum visitasse, sed etiam suscepisse. Quem quidem ipse pro sua simplicitate illic ordinare omnimode renuebam: sed petentium importunitas fecit, vt contradicere nullatenus potuissem. Si autem fieri potest, multum mihi & ipsi consuletis, si eum ad me per Siciliam transmittatis: si tamen ei graue non esse perpenditis. De episcopis verò ad nos pertinentibus, qui tamen huc pro interpositione hostium venire nō possunt, curam vestra fraternitas gerat. Ita tamen vt pro causis suis ad Rauennatem vrbem nullatenus reuocentur, ne eos hoc tempore vexare aut fatigare in aliquo videamur. Sed si qua sunt quę in eis videantur iustè reprehendi, debent semper per fraternitatis vestræ epistolas admoneri. Sin verò, quod absit, aliqua grauiora contigerint, hæc ad nos subtiliter referre vos volumus, vt inquisitionis vestræ testimonio roborati, quæ legibus canonibúsque conueniunt, salubri iuuāte domino cōsilio disponamus.

Mense Iulio. Indictione decima.

Gregorius Iustino presbytero. De Leone episcopo suscipiendo.
Caput.XXIII.

Epi.23. H Abet hoc proprium antiqui hostis inuidia, vt quos in prauorum actuum perpetratione, deo sibi resistente, decipere non valet, opiniones eorum falsa ad præ- Ca.2.q.5. sens simulando dilaceret. Quoniam igitur quædam contra sacerdotale propositum de Leone fratre & coëpiscopo nostro siniſter rumor asperſit: vtrum vera essent, districta diutius fecimus inquisitione perquiri, & nullam in eo de his quæ dicta fuerant, culpam inuenimus. Sed ne quid videretur omissum, quod nostro potuisset dubium cordi remanere, ad beati Petri sacratissimum corpus districta cum exabundanti fecimus sacramenta præbere. Quibus præstitis, magna sumus exultatione gauisi, quòd huiuscemodi experimento innocentia eius euidenter enituit. Pro qua re gloria vestra prædictum virum cum omni charitate suscipiat, & reuerentiam ei, qualem sacerdoti decet, exhibeat: ne qua in cordibus remaneat de his quæ sunt iam purgata, dubietas. Sed ita suprascripto vos episcopo deuotissimè oportet in omnibus adhærere: vt congruè decentérque deum in eius persona, cuius minister est, videamini honorare. Habet.

Gregorius Eusebio abbati. De contentione inter ipsum & Maximianum episcopum.
Caput.XXIIII.

Epi.24. C Redat mihi charitas tua, quia valde contristatus sum de tristitia tua, ac si in te iniuriam ipse pertulissem. Sed postmodum agnoui, quia etiam reddente reuerendissimo viro fratre & coëpiscopo nostro Maximiano gratiam atque communionem, tua dilectio ab eo communicare nolebat. Cognoui & illud prius iustum fuisse quod factum est. Seruorum dei humilitas in afflictionis tempore debet apparere. Qui

 verò

Universidad de Navarra
Biblioteca

G verò se cõtra præpositos suos erigunt, profectò ostendunt quia ferui dei esse contemnunt. Et quidem ab illo hoc quod factum est, minimè fieri debuit: à te tamen omnino debuit diligenter suscipi: & rursum cum gratiam reddebat, ad eum cum gratiarum actione debuit occurri. Quod quia ita à te factum non est, adhuc cognosco quia nobis omnino lachrymarum opus est. Non enim grande est his nos esse humiles, à quibus honoramur: quia & hoc seculares quilibet faciunt. Sed illis maximè humiles esse debemus, à quibus aliqua patimur: nam Psalmista dicit. Vide humilitatem meam de inimicis meis. Nos cuius vitæ sumus, qui humiles esse etiam patribus nolumus? Proinde dilectissime fili rogo, vt omnis amaritudo de corde tuo transeat, ne fortasse fiuis vicinus sit, & antiquus hostis per iniquitatem discordiæ, viam regni cœlestis intercludat. Propterea centum solidos per Petrum subdiaconum dilectioni tuæ dari fecimus, quos peto vt absque iniuria sui suscipiat.

Psal.9.

Gregorius Ioanni episcopo Squilatino. Visitationem cuiusdam iniungit Ecclesiæ.

Caput.XXV.

Epi.25. Ca.7.q.1. pastoralis.

P Astoralis officij cura nos admonet destitutis Ecclesiis proprios constituere sacerdotes, qui gregem dominicum debeant sollicitè gubernare. Propterea te Ioãnem ab hostibus captiuatum Lisitanæ ciuitatis episcopum in Squilatina Ecclesia cardinalem duximus necesse constituere sacerdotem: vt susceptam semel animarum curam, intuitu futuræ retributionis impleas. Et licet à tua Ecclesia sis hoste imminente depulsus, aliam quæ pastore vacat, Ecclesiam debes gubernare: ita tamen vt si ciuitatem illam ab hostibus liberam effici, & domino protegente ad priorem statum contigerit reuocari, in eam in qua prius ordinatus es, Ecclesiam reuertaris. Sinautem prædicta ciuitas continua captiuitatis calamitate premitur, in hac in qua à nobis ordinatus es vel incardinatus Ecclesia debeas permanere.

H

dist.34. præcipim⁹.

Præcipimus autem ne vnquam illicitas ordinationes facias. Ne digamum, aut qui virginem non est sortitus vxorem, aut ignorantem literas, vel in qualibet parte corporis vitiatum, pœnitentiæ, vel curiæ, vel cuilibet conditioni obnoxium, ad sacros ordines permittas accedere. Sed si quos huiusmodi repereris, non audeas promouere. Aphros passim, vel incognitos peregrinos, ad Ecclesiasticos ordines tendentes, nulla ratione suscipias: quia Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati: peregrini verò plurimi etiam in minoribus ordinibus constituti, ad fortiores prætendisse honores sæpe probati sunt. Admonemus etiam fraternitatem tuam, vt in commissis sibi animabus solerter inuigilet, & animarum magis lucris quàm commodis vitæ præsentis intendat. In continendis aut disponendis rebus Ecclesiæ diligens insistat: vt omni ex parte susceptum dignè te gessisse pastoris officium venturus iudex cùm ad iudicandum venerit, debeat

I approbare.

Gregorius Ioanni episcopo Squilatino. Ad idem admonet: vt supra. Caput.XXVI.

Epi.26.

Bitum Paulini Tauriatinensis Ecclesiæ, sed & illius

O Turritanæ Ecclesiæ antistitum, directa relatio patefecit. Quapropter visitationis destitutarum Ecclesiarũ fraternitati tuæ operam solenniter delegamus, quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouectionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriisque, vel quicquid illud est, in patrimonio eiusdem à quoquam præsumatur Ecclesiæ. Et ideo fraternitas tua ad prædictas Ecclesias ire properet: & assiduis adhortationibus clerum plebémque earundem Ecclesiarum admonere festinet: vt remoto studio vno eodémque consensu talem sibi præficiẽdum expetant sacerdotem, qui & tanto ministerio dignus valeat reperiri, & à venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati, & directionis tuæ testimonio literarum ad nos veniat consecrandus. Commonentes etiam fraternitatem tuam, vt nullum de altera eligi permittas Ecclesia, nisi forte inter clericos earundem ciuitatum in quibus visitationis impendis officium, nullus ad episcopatum dignus, quod euenire non credimus, poterit inueniri: Prouisurus ante omnia ne ad hoc cuiuslibet conuersationis vel meriti laicæ personæ aspirare præsumant, & tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras. Monasteria autem si qua sunt in ipsius parœcia constituta, sub tua cura disponito, neque quousque illic prius fuerit episcopus ordinatus esse concedimus: vt sollicitudinis tuæ vigilantia, proposito suo congrua deo iuuante actione respondeat.

K

Gregorius Ioanni, clero, ordini & plebi consistenti Crotonæ. De Ioanne visitatore eiusdem Ecclesiæ.

Caput.XXVII.

Epi.27.

Estri antistitis obitum cognoscentes, curæ nobis fuit,

V destitutæ Ecclesiæ visitationem fratri & coëpiscopo nostro Ioanni solenniter delegare. Cui dedimus in mandatis, vt nihil de prouectionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriisque à quoquam vsurpari patiatur. Cuius vos assiduis adhortationibus conuenit obedire: quatenus in Ecclesiastico obsequio sacerdos exquiratur, qui à venerandis canonibus nulla discrepet ratione. Qui dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati, & visitatoris pagina prosequente, ad nos veniat ordinandus. Prouisuri ante omnia, ne cuiuslibet vitæ vel meriti laicam personam præsumatis eligere. Et non solum ille ad episcopatus apicem nulla ratione prouehetur, verùm etiam vos nullis intercessionibus veniam promereri posse cognoscite: sed omnes quos ex vobis de laica persona aspirasse contigerit, ab officio & à communione alienos

L faciendos proculdubio noueritis.

Gregorius Ioanni episcopo Rauennati. De Viuldo & Gauiniano diacono. Caput.XXVIII.

Epi.28.

Vrgantium controuersias celeri sententia terminare,

I & æquitati proculdubio conuenit & vigori. Quia ergo Viulandus præsentium lator, fraternitatis tuæ cognitionem implorat, diaconum Gauinianum contra quem se habere causam commemorat, fraternitas tua ad suum faciat accersiri iudicium, & amota dilatione, causæ veritatem subtili inquisitione discutiat: & quæcunque iustitiæ ordo dictauerit, ac tua fuerit sententia definitum, & obseruare & implere partes modis omnibus compellantur.

Gregorius Felici episcopo de Acropoli. Visitationem Velinæ, Vixentinæ, & Blandanæ iniungit Ecclesiarum.

Caput.XXIX.

Epi.29.

Voniam Velina, Vixentina, & Blandana Ecclesia, quæ

Q tibi in vicino sunt constitutæ, sacerdotis noscuntur vacare regimine: propterea fraternitati tuæ earum solenniter operam visitationis iniunximus: illud præ omnibus commonentes, vt vbi præfatarum Ecclesiarum siue diœceseos

M earum, vel diaconi, siue religiosæ personæ inuentæ fuerint, districtè canonicéque vt viuant, modis omnibus admonere studebis. Nec passim eis in qualibet re sit excedendi licentia, sed tuo moderamine atque prouisione inculpabiliter in qua sunt conuersatione vel habitu perseuerent, Sciturus si quid secus accesserit, tuo neglectui modis omnibus imputari. Presbyteros quoque vel diaconos, si in aliquibus Ecclesiis præuidebis ordinandos, si tales personæ fuerint quæ canonicis regulis morũ vel vitæ qualitate nullo modo reprobentur, habebis per omnia ordinandi licentiam. Ministeria verò earundem Ecclesiarum vbi sint recondita, sollicita indagatione perquire, quibus repertis ad nostram notionem perducere festinato: vt cognoscentes quid fiẽdum sit, adiutore domino disponamus.

Gregorius Lucillo episcopo de Mellita. De clericis terras Africanæ Ecclesiæ tenentibus.

Caput.XXX.

Epist.30.

Fficij nostri decet valde propositum, subiectis magno-

O pere suadere, vt rebus debeant seruare fidem in placitis: ne dum inconsideratè lucrandi rapiuntur studio, pacificam vertant conuentionem in iurgium. Peruenit itaque ad nos, fraternitatis tuæ clericos, terras Africanæ tenentes Ecclesiæ, quòd pensionem earundem possessionum dare contemnant. Quod si verum est, & ad fraternitatis tuæ hæc sunt perlata notitiam, tua in hoc desidia eorum culpa nutrita est. Ob quam rem scriptis te præsentibus admonemus: quatenus ad persoluendam pensionẽ nulla mora nullâque excusatione eosdem clericos vti

permittas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A permittas. Sed si fidem, honestatis contemplatione seruare postponunt: tua districtione compulsi, quæ rationi conueniunt, cogantur implere. Nam si huius rei ad nos denuo querela recurrerit, & de te aliam æstimationem habere incipiemus, & in illos vt dignum est vindicabimus.

Gregorius Bencnato episcopo. Cumanam & Musitanam vnitas præcipit esse Ecclesias.

Caput. XXXI.

Epist. 31. Cap. 16. q. 1. Diuisoris.

T temporis qualitas, & vicinitas nos locorum inuitat:
E vt Cumanam atque Musitanã vnire debeamus Ecclesias: quoniam hæ non longo à se itineris spatio seiunctæ sunt, nec peccatis facientibus tanta populi multitudo est, vt singulos, sicut olim fuit, habere debeant sacerdotes. Quia igitur Cumani castri sacerdos cursum vitæ huius expleuit, vtranque nos Ecclesiam præsentis auctoritatis pagina vnisse, tibíque commisisse cognosce, propriúmque vtrarúmque Ecclesiarum scito te esse pontificem. Et ideo te quæcunque tibi de earum patrimonio, vel cleri ordinatione siue promotione, iuxta canonum statuta visa fuerint ordinare atque disponere: habebis, vt proprius reuera sacerdos, liberam ex nostræ auctoritatis consensu atque permissione licentiam. Vbi verò commodius atque vtilius esse perspexeris, ibi habitato: ita sanè vt alteram Ecclesiam cui corpo
B raliter præsens non es, sollicita prouidentíque cura disponas: quatenus diuina illic mysteria solenniter auxiliãte domino peragantur. Fraternitas ergo tua tanto in adhortatione populi, lucrã dísque animabus sollicitiori cura semper inuigiler: quãto se vnitarum Ecclesiarum gubernationis onera susce pisse cognoscit.

Gregorius Ioanni episcopo Rauennæ. De Arnulpho. De episcopis Istriæ. De baptizatis non rebaptizandis. Et de ordinatis non reordinandis. Aliáque quamplura.

Caput. XXXII.

Epist. 32.

Vod scriptis vestræ beatitudinis minimè respondi, nõ
Q hoc torpori meo, sed languori deputate: quia peccatis meis facientibus, eo tempore quo Arnulphus ad Romanam vrbem veniens, alios occidit, alios detruncauit, tanta mœstitia affectus sum, vt in cholicã molestiam caderem. Valde autem mirabar quid esset quòd illa mihi notissima sollicitudo vestræ sanctitatis huic vrbi meisque necessitatibus minimè prodesset: sed scriptis vestris discurrẽtibus, agnoui vos quidem sollicitè agere, culpámque non habere. Peccatis ergo hoc meis reputo: quia iste qui nunc interest, & repugnare contra inimicos nostros dissimulat, & nos facere pacem vetat: quamuis iam modo, etiam si velit facere, omnino non possumus: quia Arnulphus exercitum Anæturith & Nordulphi habens, eorum sibi dari precaria desiderat: vt nobiscum aliquid loqui de pace dignetur. De
C causa verò episcoporum Istriæ omnia quæ mihi vestra fraternitas scripsit, ita esse iam ante deprehendi in his iussionibus, quę ad me à piissimis principibus venerunt: quatenus me interim ab eorum compulsione suspenderem. Ego quidem pro his quæ scripsistis, zelo atque ardori vestro valde cõgaudeo, debitorémque me vobis multipliciter factum profiteor. Scitote tamen quia de eadem re serenissimis dominis cum summo zelo dei & libertate rescribere non cessabo. Mouere autem vos non debet præfati excellentissimi viri Romani Patricij animositas, quia nos quanto eum loco & ordine præimus: tanto si qua sunt eius leuia, tolerare maturè & grauiter debemus. Si quando tamen est aliqua cum eo locus obtinendi, agat apud eum fraternitas vestra, vt pacem cum Arnulpho, si ad aliquid parum possumus, faciamus: quia miles de Romana vrbe ablatus est, sicut ipse nouit. Theodosiani verò qui hic remanserunt, togam non accipientes, vix ad murorum custodiam se accommodant: & destituta ab omnibus ciuitas si pacem nõ habet, quomodo subsistet? Præterea de puella de qua scripsistis nobis, quæ de captiuitate redempta est, volo vt requirat sanctitas vestra qualiter orta sit, quia ignota persona non facile inuestigari potest. Illud autem quod dicitis, vt is qui ordinatus est, iterum ordinetur: valde ridiculum est, & ab ingenij vestri consideratione extraneum: nisi forte quod exemplum ad medium deducitur, de quo & ille iudicandus est qui tale aliquid fecisse perhibetur. Absit autem à fraternitate vestra sic sapere. Sicut enim baptizatus semel, iterum baptizari non debet: ita qui consecratus est semel, in eodem iterum ordine non de- D
bet consecrari. Sed si quis forsitan cum leui culpa ad sacerdotium venit, pro culpa pœnitentia indici debet, & tamen ordo seruari. De Neapolitana verò vrbe excellentissimo viro exarcho instanter imminente vobis indicamus: quia à Rhegiis, vt cognouimus, cum Arnulpho se fecit: & reipublicæ contra fidem venit: & valde insidiatus est eidem ciuitati, in quã si celeriter dux non mittatur, omnino iam inter perditas habetur. De hoc quòd dicitis incẽsæ ciuitati Seueri schismatici eleemosynam esse mittendam: idcirco vestra fraternitas sentit, quia quæ contra nos præmia in palatium mittat, ignorat. Quæ & si non transmitteret nobis, considerandum fuit quia misericordia prius fidelibus, ac postea Ecclesiæ hostibus est facienda. Iuxta quippe est ciuitas Phanum, in qua multi captiuati sunt: ad quam ego iam transacto anno transmittere volui, sed inter hostes medios non præsumpsi. Videtur ergo mihi vt Claudium abbatem cum aliquanta pecunia ibi transmittere debeatis: & liberos quos illic pro precio suo in seruitio teneri inuenerit, vel si qui adhuc sunt captiui, redimat. De summa verò eiusdem pecuniæ transmittenda, vobis certum sit, quia quicquid vos decernitis, mihi placet. Sinautem cum excellentissimo viro Romano Patricio agitis vt pacem facere cum Arnulpho debeamus, ego ad vos personam E
aliam transmittere paratus sum, cum qua mercedis causæ melius fiant. De fratre autem & coëpiscopo nostro Natali valde contristabar: quòd de illo quædam superba cognoueram. Sed quia mores suos ipse correxit, meam tristitiam simul meipsum vincendo consolatus est. Pro qua re fratrem & coëpiscopum nostrum Malchum admone: vt priusquam ad nos veniat, ei rationes suas ponat: & tunc demum alibi vbi necesse est proficiscatur. Et si eius actus bonos cognoscimus, ei fortasse vbi necesse est vt hoc ipsum patrimonium quod tenuit, restituamus.

Gregorius Columbo episcopo Numidiæ. De hæresi Donatistarum. Et de curæ pastorali.

Caput. XXXIII.

Epi. 33.

Otum est charissime in Christo frater, quòd antiquus
N hostis qui primum hominem de paradisi deliciis in hanc erumnosam vitam callida persuasione deposuit: & in eo iam tunc humano generi pœnam mortalitatis inflixit, eadem calliditate nunc ouium dominicarum pastores, quò facilius gregem capiat, transfusis conetur venenis inficere, & iure iam potestati propriæ vendicare. Sed nos qui, licet immeriti, sedem Apostolicam vice Petri Apostolorum principis suscepimus gubernandam, ipso pontificatus officio cogimur generali hosti quibus valemus nisibus obuiare. Porrecta igitur petitione insinuauerunt nobis præsentium latores, Constantius & Mustellus, vt asserunt, Ecclesiæ Pudentianæ diaconis in Numidia prouincia constitutæ: Maximianum eiusdem Ecclesiæ antistitem in lo- F
co quo degit, corruptum præmio Donatistarum, episcopum noua licentia fieri permisisse: cùm & si hoc anterior vsus permitteret, manere atque persistere fides catholica prohiberet. Ob hoc ergo fraternitatem tuam scriptis præsentibus necessariò duximus adhortandam: vt veniente ad te Hilario chartulario nostro, adunato episcoporũ vniuersali concilio, habito præ oculis terrore venturi iudicis, causa eadem subtili ac solerti debeat indagatione perquiri. Et si capitulum hoc à præsentium latoribus prædicto episcopo documentis idoneis fuerit approbatum, à dignitate officióque quo fungitur, modis omnibus degradetur: vt & ille ad pœnitentiæ lucra per agnitionem delicti redeat: & cæteri tentare talia non præsumant. Aequum enim est vt qui Iesum Christum dominum nostrum hæretico accepta pecunia venundedit, vt fertur, ab eius videlicet sacrosancti corporis ac sanguinis tractandis mysteriis submoueatur. Si qua autem inter eos extra crimen hoc damnorum quorumdam vel priuatorum negociorum, sicut petitio diaconorum ipsorum continet, versatur intentio: hanc tua fraternitas cum prædicto chartulario nostro priuata cognitione perquirat: & inter vtranque partem iustitia præcedente definiat. Porrò autem præsentium latorum insinuatione didicimus. Donatistarum hæresim pro peccatis nostris quotidie dilatari: & valde plures data per venalitatem licentia, post catholicum baptisma à Donatistis denuo baptizari. Quod quàm graue sit frater, oportet nos tota men-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tis intentione perpendere. Ecce lupus dominicum gregem non iam in nocte latenter, sed in aperta luce dilaniat: & nos eum grassari in ouium nece cernimus, & nulla ei sollicitudine, nullis verborum iaculis obuiamus. Quos ergo fructus domino multiplicati gregis ostendemus, si & ipsum quem pascendum suscepimus, ociosa mente cernimus à bestia deuorari? Studeamus igitur cor nostrum terrenorum pastorum imitatione succendere, qui hyemales noctes, imbribus gelúque constricti ducunt sæpe peruigiles: ne vel vna ouis, & non forte vtilis pereat. Quam & si insidiator ore voraci momorderit, quomodo satagunt, quibus cordis anhelant æstibus, in quas voces vt eruant captum pecus angustia stimulante prosiliunt: ne à gregis domino quicquid per incuriam perdiderint, exigatur? Vigilemus ergo ne quid pereat, et si captum forte quid fuerit, vocibus diuinorum eloquiorum ad gregem dominicum reducamus: vt ille qui pastor pastorum est, vigilasse nos circa gregem suum suo dignetur iudicio comprobare. Hoc quoque vos necesse est solerter attendere: vt si qua contra latores præsentium eiusdem episcopi recta fuerit petitio, subtili debeat indagatione perquiri: & si fortasse ipsi quoque pro sua culpa iure feriendi sunt, nequaquam censemus esse parcendum.

Mense Augusto. Indictione decima.

H *Epist.34.* *Gregorius Ianuario episcopo Caralitan. Inter alia scribit de Isidoro sine causa excommunicato.*

Caput.XXXIIII.

I sacerdotale quod administramus officium mentis integritate pensemus, sic nos cum filiis nostris debet vnire concordia, vt sicut patres in nomine, ita affectu probemur in opere. Dum ergo tales nos esse quales præfati sumus oporteat: miramur cur aduersus fraternitatem tuam tanta querimoniarum moles exorta est. Quod quidem nos adhuc credere dubitamus. Sed vt veritatem valeamus agnoscere, Ioannem sedis nostræ notarium nostra illic præceptione sufficientem direximus, qui partes in electorum compellat adesse iudicio: & sua ad effectum executione quæ fuerint iudicata perducat. Quocirca fraternitatem tuam scriptis præsentibus adhortamur: vt causarum apud se antè debeat merita pertractare. Et si qua se iniustè tulisse vel habere cognoscit, ante iudicium sacerdotij con- templatione restituat. Inter querelas autem multiplices: Isidorus vir clarissimus à fraternitate tua frustra se excommunicatum anathematizatúmque conquestus est. Quod ob quam rem factum fuerit, dum à clerico tuo qui præsens erat, voluissemus addiscere: pro nulla alia causa, nisi pro eo quòd te iniuriauerat, factum innotuit. Quæ res nos vehementer affligit. Quod si ita est, nil te ostendis de cœlestibus cogitare, sed terrenam te conuersationem habere significas: dum pro vindicta propriæ iniuriæ, quod sacris regulis prohibetur, maledictionem anathematis inuexisti. Vnde de cætero omnino esto circunspectus atque sollicitus: & talia cuiquam pro defensione propriæ iniuriæ tuæ inferre denuo non præsumas. Nam si tale aliquid feceris, in te scias postea vindicandum.

Ca.23.q.4. inter querelas.

I

Gregorius Ioanni episcopo. Triumtabernensium Ecclesiam suæ Ecclesiæ vniri præcipit.

Caput.XXXV.

Epi.35. Ca.16. q.1. postquam.

Ostquam hostilis impietas diuersarum ciuitatum, ita peccatis facientibus desolauit Ecclesias, vt reparandi eas spes nulla populo deficiente remãserit: maiori valde cura constringimur, ne defunctis earum sacerdotibus, reliquiæ plebis nullo pastoris moderamine gubernatæ, per inuia fidei, hostis callidi rapiantur, quod absit, insidiis. Huius ergo rei sollicitudine sæpe commoti, hoc nostro cordi sedit consilium: vt vicinis eas mandaremus pontificibus gubernandas. Ideóque fraternitati tuæ curam gubernationémque Triumtabernẽsium* Ecclesiæ prouidimus committendam, quam tuæ Ecclesiæ aggregari vnirique necesse est: quatenus vtrarumque Ecclesiarum sacerdos rectè Christo adiutore possis existere. Quæque tibi de eius patrimonio, vel cleri ordinatione seu promotione, vigilanti ac canonica visa fuerint cura disponere, quippe vt pontifex proprius, liberam habeas ex nostra præsenti permissione licentiam. Quapropter frater charissime dominicorum remi-

**al. Trenerensium.*

nisceris salubriter mandatorum: ita in commissæ plebis regimine lucrandis animabus inuigila, vt ante tribunal æterni iudicis constitutus, fructum bonæ operationis, quod ad mercedem tuam pertineat, eidem redẽptori nostro, in quo lætari possis, exhibeas.

K

Gregorius vniuersis episcopis per Hyberniam. De causa trium capitulorum.

Caput.XXXVI.

Epist.36.

Cripta vestra summa cum gratulatione suscepi: sed entrit in me vberior valde lætitia, si mihi de vestra contigerit reuersione gaudere. Prima itaque epistolæ vestræ frons, grauem vos pati persecutionem innotuit. Quæ quidem persecutio dum non rationabiliter sustinetur: nequaquam proficit ad salutem. Nam nulli phas est retributionem præmiorum expectare pro culpa. Debetis enim scire sicut beatus Cyprianus dixit: quia martyrem nõ facit pœna, sed causa. Dum igitur ita sit, incongruum nimis est de ea vos quam dicitis persecutione gloriari: per quam vos constat ad æterna præmia minimè prouehi. Reducat ergo charitatem vestram tandem integritas fidei ad matrem quæ vos generauit Ecclesiam: nulla vos animorum intentio à concordiæ vnitate dissociet, nulla persuasio repetendo vos à recto itinere defatiget. Nam in synodo in qua de tribus capitulis actum est, apertò liquet nihil de fide conuulsum esse, vel aliquatenus immutatum: sed sicut scitis, de quibusdam L illic solummodo personis est actitatum: quarum vna, cujus scripta euidenter à rectitudine catholicæ fidei deuiabant, non iniustè damnata est. Quod autem scribitis quia ex illo tempore inter alias prouincias maximè flagelletur Italia: non hoc ad eius debetis intorquere opprobrium, quoniam scriptum est: Quem diligit dominus, castigat: flagellat omnem filium quem recipit. *Hebr.12.* Si igitur ita est vt dicitis, ex eo tempore magis dilecta est apud deum, & modis omnibus approbata, ex quo domini sui meruit sustinere flagella. Quia verò non ita sit quemadmodum vos in eius insultatione affirmare conamini, rationem attendite. Postquam recordandæ memoriæ Virgilius papa in vrbe regia constitutus, contra Theodoram tunc augustam vel acephalos damnationis promulgauit sententiam: tunc Romana vrbs ab hostibus adita & captiuata est. Ergo bonam causam habuerunt acephali, & iniustè damnati sunt, post quorum damnationem talia contigerunt? Absit. Hoc enim nec nostrum quempiam nec alios qui catholicæ fidei mysteriis instituti sunt, dicere vel aliquo modo confiteri conuenit. His denique cognitis, ab hac quandoque iam deliberatione recedite. Vt igitur de tribus capitulis animis vestris ablata dubietate possit satisfactio abundanter infundi: librum quem ex hac re sanctæ memoriæ decessor meus Pelagius papa scripserat, vobis vtile iudicaui transmittere. Quem si posito voluntariæ defensionis studio, puro vigilantíque corde sæpius volueritis relegere, eum vos per omnia secuturos, & ad vnitatem vestram reuersuros nihilominus esse confido. Porrò autem si post huius libri lectionem in ea qua estis volueritis deliberatione persistere, sine dubio non rationi operam, sed obstinationi vos dare monstratis. Vnde iterum habita locutione charitatem vestram admoneo, vt quoniam deo suffragante fidei nostræ integritas in causa trium capitulorum inuiolata permansit: mentis tumore deposito, tanto citius ad matrem vestram: quæ filios suos expectat & inuitat, Ecclesiam redeatis: quanto vos ab ea quotidie expectari cognoscitis.

M

Gregorius Natali episcopo Salonitano. De conuiuiis iustis & iniustis. Et de Honorato archidiacono.

Caput.XXXVII.

Q Vasi oblita præcedentium scriptorum serie, sola vestræ beatitudini quæ ad dulcedinem pertinerent, loqui decreueram: sed dum vestra epistola ad priora scripta ratiocinando reuocat: iterum forsitan quædam quæ minus libeant, narrare compellor. In conuiuiorum etenim defensionem vestra fraternitas Abrahæ conuiuium memorat, in quo, teste sacro eloquio, tres angelos suscepisse perhibetur. Sed hoc exemplo neque nos beatitudinẽ vestrã de cõuiuio reprehendimus, si hãc suscipere angelos in hospitalitate cognoscimus. Rursum narrat Isaac sanctũ benedictionẽ filio dedisse. Quæ vtraque veteris testamẽti quia ita sunt gesta per historiã, vt tamẽ signarẽt aliquid p allegorianti

Epist.37.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A riam: vtinam valeamus sic res gestas legendo percurrere, vt possimus etiam gerendas præuidendo sentire. Ille quippe in tribus angelis vnum salutans, trinitatis subsistentias vnius substantiæ esse declarauit. Ille verò satiatus benedixit filium, quia qui diuinis epulis repletur, illius sensus in prophetiæ virtutem tenditur. Diuinæ autem epulæ sacri eloquij verba sunt. Si igitur assiduè legitis, si exemplum ab exterioribus trahentes, interna penetratis, quasi de agri venatione satiati, mentis ventrem repletis: vt antepositio filio, susceptio videlicet populo, positis ventura nunciare. Sed iam in hoc seculo caligat qui de deo aliquid prophetat: quia profectò dignum est, vt hic iam per concupiscentiam minus videat, cuius sensus per allegoriam intus coruscat.

Hæc ergo ad vosmetipsos trahite: & si vos tales cognoscitis, nihil est quod de vestra æstimatione dubitetis. Gaudere quoque beatitudinem vestram inuenio, si voracis nomen cum rerum auctore sustineat. Quod ego breuiter expono, quia si de vobis falsum dicitur, nomen hoc veraciter cum rerum auctore sustinetis. Si verò de vobis verum est, quod de illo falsum fuisse quis dubitet? absoluere vos non valet par nomen, quorum dispar est causa. Nam cum eo crucem etiam periturus latro suscepit: sed quē reatus proprius tenuit, par crucifixio non absoluit. Ego autem quantis valeo precibus deposco: vt sanctissimam fraternitatem vestram auctori nostro non solum nomen, sed etiam causa con-
Psal.1. iungat. Conuiuia autem quæ ex intentione impendendæ cha-
tom.4. ritatis fiunt: rectè sanctitas vestra in suis epulis laudat. Sed ta-
Conuiua. men sciendum est, quia tunc veraciter ex charitate prodeunt: cùm
B in eis nulla absentium vita mordetur, nullus ex irrisione reprehenditur: & non inanes in eis secularium negociorum fabulæ, sed verba lectionis sacræ audiuntur: cùm non plus quàm necesse est seruitur corpori, sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsum exercendæ virtutis habeatur. Hæc itaque si vos in vestris conuiuiis agitis, abstinentium fateor magistri estis. Quod er-
Rom. 14. go Pauli Apostoli testimonium ad me posuistis, in quo ait: Qui non manducat, manducantem non iudicet: omnino existimo incongruum fuisse: quia neque ego non comedo, neque ad hoc à Paulo dictum est, vt membra Christi quæ in eius corpore, id est, in Ecclesia inuicem sibi charitatis compage connexa sunt, nullam de se vllo modo curam gerant. Sed si neque ego ad te, neque tu aliquid pertineres ad me, iure tacere compellerer: vt cum non reprehenderem qui emendari non posset. Hæc ergo sententia solummodo propter eos dicta est, qui illos iudicare studet, quorum sibi cura commissa non est. At postquam nos auctore deo vnum sumus, si ea quæ nobis corrigenda sunt tacemus, valde delinquimus. Ecce fraternitas tua ægre se tulit de conuiuiis à me esse reprehensam, cùm ego qui etsi hanc non vita, tamen loco transgredior, ab omnibus corripi, ab omnibus emendari paratus sim. Et hunc solum mihi amicum æstimo, per cuius linguam
C ante apparitionem districti iudicis meæ maculas mentis tergo.

Illud autem frater dulcissime quòd tribulationibus pressum te legere posse abnegas: minus ad excusationem idoneum puto,
Rom.15. cùm Paulus dicat: Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Si igitur ad consolationem nostram sacra scriptura præparata est, tanto magis debemus legere, quanto magis nos conspicimus sub tribulationum fasce laßari. Si vero in ea solummodo sententia est fidendum, quam in epistola vestra po-
Matth.10. suistis, qua dominus dicit: Cum tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Nō enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis: sacra ergo ad nos eloquia frustra mandata sunt: quia repleti spiritu, verbis exterioribus non egemus. Sed aliud est frater charissime quod angustiati persecutionis tempore absque dubitatione confidere: aliud quod in tranquillitate Ecclesiæ agere debemus. Oportet etenim nos per spiritum hunc modo legendo percipere quæ possumus: si contigerit causa in nobis esse, etiam patiendo demonstrare. Valde verò in epistola vestra gauisus sum, quòd vos exhortationi studium dare fatemini. In hoc etenim scio quia curam vestri ordinis solerter agitis, si ad auctorem vestrum & alios trahere curatis. Quod autem in eodem loco dicitis vos mei similes non esse, post abortam lætitiam me ilico contristastis: quia laudes meas per irrisionem dici existimo, quas per veritatem minimè recognosco. Ago autem omnipotenti deo gratias: quia per vos D
quidam hæretici ad sanctam Ecclesiam reuocantur. Sed curare vobis necesse est: vt ipsi quoque qui intra sanctæ Ecclesiæ gremium continentur, ita viuant, quatenus eius aduersarij prauis moribus non existant. Nam si non diuino desiderio, sed terrenis cupiditatibus, voluptatibúsque deseruiunt: intra eius gremium filij alieni nutriuntur. Quòd autem vos fatemini ecclesiasticos ordines ignorare non posse: ego quoque hoc de vobis per omnia scio, atque idcirco valde contristor: quia cùm rerum ordinem scitis, in me quod peius est sciendo deliquistis. Postquam enim ad beatitudinem vestram, & decessoris mei, & mea in causa Honorati archidiaconi scripta directa sunt: tunc contempta vtriusque sententia, præfatus Honoratus proprio gradu priuatus est. Quod si quilibet ex quatuor patriarchis fecisset, sine grauissimo scandalo tanta contumacia transire nullo modo potuisset. Tamen postquam fraternitas vestra ad suum ordinem rediit, nec ego meæ, nec decessoris mei iniuriæ memor sum. Quòd vero dicitis nostris temporibus debere seruari *Can.25.q.2.* quæ à meis quoque prædecessoribus tradita atque custodita *Quòd ve-* sunt: absit hoc à me, vt statuta maiorum consacerdotibus meis *ro.* in qualibet Ecclesia infringam: quia mihi iniuriam facio, si fratrum meorum iura perturbo. Sed cùm responsales vestri aduenerint: quæ inter vos & præfatum Honoratum archidiaconum fiunt iusta cognoscam: & ex ipso meo examine perpendetis, quia si pars vestra per iustitiam fulta est, nihil aduersi à me perferetis, sicut nec antè pertulistis. Sinuero sæpefato Honorato archidiacono in assertione sua iustitia suffragatur: ex e- E
ius absolutione monstrabo, quia personas etiam quas noui, in iudicio non agnosco. De excommunicationis verò articu- *Can.24.q.*
lo, quæ tamen interposita conditione gradus, secundo vel ter- *3. De excō-*
tio iam, vt ita dicam, ex necessitate subiuncta est: beatitudo *municatio-*
vestra immeritò queritur, cùm Paulus Apostolus dicat: In *nis.*
promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam. Sed ista iam *2.Cor.10.*
transeant, ad nostra redeamus. Si enim rectè agit, ego domino Natali non possum coniunctus non esse, cuius me affectui valde esse debitorem noui.

Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De Ecclesia Liparitana ordinanda.

Caput XXXVIII.

Ocis inimicis Ecclesia constituta, pastoris vacare non *Epist.38.*
L debet officio. Quia igitur Ecclesia Liparitana sacerdote priuata dinoscitur: ideo Paulinum Taurianensis Ecclesiæ episcopum in prædicta Ecclesia Liparitana fraternitas tua sine mora præesse constituat: vt officij sui administrationem in eadem Ecclesia vigilanter exhibeat: & quæque eius vtilitatibus conuenire didicerit, ordinare non desinat. Cunctúmque clerū vt in omnibus canonicè ei obedire debeat, admoneas: quatenus præ- F
fatæ Ecclesiæ in cunctis vtilitas, prædicto fratre & coëpiscopo nostro disponente, Christo adiuuante procurari valeat.

Data pridie Martij. Indictione.x.

Gregorius Dominico episcopo Carthaginensi gratiarum actiones reddit. Et de cura pastorali admonet, & de ecclesiasticis priuilegiis.

Cap.XXXIX.

Erlatas ad nos serius per Donatum, atque Quoduult- *Epist.39.*
P deum, reuerendissimos fratres & coëpiscopos nostros: necnon & Victorem diaconum vel Angelum notarium vestræ fraternitatis epistolas summa cum gratulatione suscepimus. In quarum etsi nos sustinuisse dispendium tarditate putauimus: tamen de vberiori reperimus charitate compendium, vt hac dilatione temporis, non interrupta videatur: sed nutrita dilectio, quam miserante domino, contemplatione sacerdotij, lectionis vsu, ætatisque in vobis cognoscimus iam maturitate fundatam. Non enim tam largè de te flueret, si in tuis plurimas venas mentibus non haberet. Hanc ergo matrem custodémque virtutum sanctissime frater inconcussa stabilitate teneamus. Nullæ in nobis eam subdolorum linguæ imminuant: nullæ antiqui hostis insidiæ corrumpant. Hæcnanque diuisa iungit, & coniuncta custodit. Hæc humilia sine

Universidad de Deusto
Biblioteca

G lia sine tumore subrigit. Hæc erecta sine dejectione submittit. Per hanc vniuersalis Ecclesiæ vnitas, quæ est compago corporis Christi, exæquatione mentis gaudet in singulis, cum sit ei disparilitas in diuersitate membrorum. Per hanc eadē membra & alieno gaudio in suis afflicta exiliunt, & alienis mœroribus etiam in
1.Cor.12. suis læta contabescunt. Teste enim magistro gentium, dum si quid patitur vnum membrorum, compatiuntur cætera membra: & si gloriatur vnum membrum, congaudēt omnia membra: vos non ambigo de nostra perturbatione ingemiscere, cū nos omnino certum sit de vestra pace gaudere. Quod verò ordinationi nostræ fraternitas vestra congaudet, affectum mihi integerrimæ charitatis exhiber. Sed ex consideratione huius ordinis mentem meam, fateor, transuerberat vis doloris. Graue nanque est pondus sacerdotij: prius quippe est sacerdoti necesse vt cæteris ad exemplum viuat: ac deinde seruandum, vt mentem per ostensa exempla non eleuet. De prædicationis semper ministerio cogitet: intentissimo timore considerans quòd recessurus ad percipi-
Luc.19. endum regnum dominus, & talenta seruis distribuens, dicat: Negociamini dum venio. Quod profectò negocium tunc verè nos agimus, si viuendo & loquendo proximorum animas lucramur: si infirmos quoque cœlestis regni gaudia prædicando, in superno amore roboramus: si proteruos ac tumidos, gehennæ supplicia terribiliter insonando, flectimus. Si nulli contra veritatē parcimus. Si supernis amicitiis dediti, humanas inimicitias non ti-
H memus. Quod nimirum exhibens, quasi quoddam se sacrificium obtulisse deo Psalmista nouerat, cùm dicebat: Nónne qui oderant te deus oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam?
Psal.138. Perfecto odio oderā illos, & inimici facti sunt mihi. Sed ad hoc ego pondus meæ infirmitatis expauesco: & quòd accepto regno pater familiàs redeat, rationem nobiscum positurus, aspicio. Sed qua eum mente sustineo, cui de suscepto negocio animarum lucrum aut nullum, aut penè nullū reporto? Tua ergo me oratione frater charissime adiuua: & quæ de me formidare me cōspicis, in temetipso quotidie timore prouidæ sollicitudinis pensa. Per charitatis quippe compagem, & tua sunt quę de me loquor, & mea quæ te agere concupisco. *De Ecclesiasticis* verò priuilegiis quod vestra fraternitas scribit, hoc postposita dubitatione
Causa.25. q.2. de Ecclesiasticis. teneat: quia sicut nostra defendimus, ita singulis quibusque Ecclesiis sua iura seruamus. Nec cuilibet, fauente gratia, vltra quàm meretur impartior: nec vlli hoc quod sui iuris est, ambitu stimulante derogo: sed fratres meos per omnia honorare cupio: sicque studeo honore singulos subuehi, dummodo non sit quod alteri iure ab altero possit opponi. Responsalium verò nostrorū moribus valde cōgaudeo: in quibus mihi ostensum est quantum me diligitis, qui ad me electos fratres & filios transmisistis.

Data decimo Augusti. Indictione.x.

I FINIS.

INCIPIVNT EPISTOLAE EX REgistro beati Gregorij. Indictione.xj.

Gregorius Petro subdiacono Campaniæ. De persecutione Pauli episcopi.

Caput.XL.

Epist.1. Vale in castello Luculano sit scelus in Paulo fratre & coēpiscopo nostro commissum, directa nobis fecit relatio manifestū. Et quia his diebus Scholasticus vir memorabilis Cāpaniæ iudex hic præsens inuentus est, specialiter ei iniunximus, vt tantæ peruersitatis insaniam districta debuisset emēdatione corrigere. Sed quia nunc prędictæ relationis portitor nos vt personam dirigeremus admonuit: ideo Epiphanium subdiaconum illuc direximus: qui vnà cū præfato iudice à quibus excitata sit vel commissa seditio, inuestigare ac cognoscere possit, & digna vltione vindicare. Experientia ergo tua ita tota virtute in hac causa solatiari festinet, quatenꝰ & cognosci veritas, & in delinquētes valeat vindicta procedere. Quoniam igitur mancipia gloriosæ Clementiæ in eodem scele- K.
re interfuisse, & voces quæ seditionem commouerant iactitasse dicuntur, si ita est, districtè ea imminenti vltioni substerne: nec pro persona vllius sit vestra seueritas remissior: quia tanto amplius ferienda sunt, quanto, vtpote nobilis fœminæ pueri, ex sola superbia deliquerunt. Sed & illud subtili vos oportet indagatione perquirere, vtrum ne prædicta fœmina in tanta habuerit sceleris immanitate consilium: aut si cum eius est scientia perpetratum: vt quàm sit periculosum non solum manibus, sed etiam in sacerdotem verbis excedere, ex nostra cuncti possint defensione cognoscere. Si quid enim in hac causa lentatum fuerit vel omissum, ad tuam culpam, ac potius cognoscas pertinere periculum: nec aliquem apud nos excusationis locum inuenies. Nam quanto te apud nos res ipsa si districtissimè fuerit perscrutata & emendata commendat: tanto si lentata fuerit, nostram contra te scito indignationem exacui. Mancipia autem si qua de cætero in monasterio sancti Seuerini vel in alia Ecclesia eiusdem castelli de ciuitate refugerint: mox vt ad notitiam tuam peruenerit, nullo modo illic ea immorari liceat, sed intra ciuitatem in Ecclesiā reuocentur: & si iustam contra dominos suos querelam habuerint, cum congrua ordinatione de Ecclesiis exire necesse est. Si verò venialem culpam commiserint, dominis suis accepto de venia sacramento, sine mora reddantur.

Gregorius Paulo episcopo. Consolatoriam scribit epistolam. L
Caput.XLI.

Icet non mediocriter nos contristauerit cognita quam *Epist.2.*
L es perpessus iniuria: habemus aliquam tamen consolationis materiam, quòd laudem tuam huic rei inesse cognouimus: ob id quòd pro æquitatis rectitudine hoc, quantum directa nobis patefecit relatio, pertulisti. Vt ergo ad maiorem fraternitatis tuæ gloriam applicetur; hæc res constantiam tuam nec frangere, nec à via debet veritatis auertere. Nam maior in sacerdotibus merces est, *in veritatis tramite* etiam post iniu*rias* permanere. Ac ne tātæ *impietatis* insania inulta remaneat, & *in peius indisciplinatio* pernicios*a* prorumpat, Scholastico viro memorabili Campaniæ iudici: quia hic præsens inuentus est, vt hæc digna coërctione vindicare debuisset, iniunximus. Sed quia homines tui à nobis vt personam dirigeremus, petiuerunt: propterea Epiphanium subdiaconum illuc nos transmisisse cognosce: qui vnà cum suprascripto iudice inuestigare valeat ac cognoscere veritatem: quatenus in eos à quibus tantum facinus commissum constiterit vel perpetratum, sua instantia dignam faciat exerceri vindictam.

Gregorius Ioanni abbati. De Bonifacio præposito. De tunica sancti Ioannis. De causa Floriani. De cura animarum. De hospitibus, & de pauperibus.
Caput.XLII. M

Etiit dilectio tua vt frater Bonifacius in monasterio *Epist.3.*
P tuo à te debeat ordinari prępositus: quod ego valde miratus sum, quia antè factum non est. Nam ex quo illum tibi dari feci, iam eum ordinare debuisti. De tunica verò sancti Ioannis omnino gratè suscepi, quia sollicitus fuisti mihi indicare. Sed studeat dilectio tua mihi ipsam tunicam, aut, quod melius est, eundem episcopum qui eam habet, cum clericis suis: & cum ipsa ad me transmittere: quatenus & benedictione tunicę perfruamur, & de eodem episcopo vel clericis mercedem habere valeamus. Causam verò quæ cum Floriano vertitur, incidere volui: etiam ei vel octoginta solidos mutuos dedi. Quos ille credo disponit sibi pro monasterij debito recompēsari, & omnino volo eandem causam decidi: quia Stephanus chartularius dicitur imminere, vt eam prædictus Florianus in publico transferat, & graue nobis est cum publico litigare. Vnde necesse est nobis aliquid cedere: vt possimus eandem causam ad compositionem perducere. Quod dum factum fuerit, dilectioni tuæ, deo auxiliante, nunciabimus. De fratrum verò animabus esto sollicitus. Sufficiat iam quòd opinio monasterij per vestram negligentiam inquinata est. Non frequenter foras egrediaris, in causis istis procuratorem institue: & tu ad lectionem atque orationem vaca. De hospitalitate esto sollicitus, quantum po-

A cum potes pauperibus largire: ita tamen vt ſerues quod Floriano reſtitui debeat. In ipſis autē frattribus monaſterij tui quos video, non inuenio eos ad lectionem vacare. Vnde conſiderare neceſſe eſt quantum peccatum eſt: vt ex aliena oblatione deus vobis alimoniam tranſmiſerit, & vos mandata dei diſcere negligatis. De ſex verò vnciis domus, ſi authenticam chartulam non videmus aut exemplaria, nil poſſumus facere. Sed Florentino dei famulo præceptum tranſmiſi, vt ſi ei veritas conſtiterit, eaſdem ſex vncias vobis reſtituat. Quibus reſtitutis, reliquas ſex vncias aut in emphyteuſim damus, aut reditus commutamus.

Gregorius Bonifacio epiſcopo Regien. De humanis laudibus vitandis.

Cap. XLIII.

Epiſt. 4. QVibuſdam venientibus agnoui fraternitatem tuam miſericordiæ operibus vehementer inſiſtere, atque omnipotenti deo gratias retuli: quia iuxta egregij prædicatoris vocem, nunc viuimus, ſi vos ſtatis in domino. Sed illud, fateor, non leuiter mentem meam momordit: quòd eadem opera multis voſipſi nunciaſtis, ex qua re collegi, quòd mens veſtra nō ſtudeat dei oculis, ſed humano iudicio placere. Vnde neceſſe eſt frater chariſsime, vt cùm bona exterius agis, hæc interius cum magna cautela cuſtodias: ne appetitus placendi hominibus ſubrepat, & omnis labor boni operis incaſſum fiat. Nos enim qui ſumus, quibus placeri ab hominibus quæritur? Quid nanq; aliud, B quàm puluis & cinis ſumus? Sed illi tua fraternitas placere deſideret, qui & non longè eſt vt appareat: & omne quod retribuerit, finem nullo modo habebit.

Menſe Octobri. Indictione vndecima.

Gregorius Petro ſubdiacono Campaniæ. De violentiis laicorum reprimendis.

Caput. XLIIII.

Epiſt. 5. SIcut in iudiciis laicorum priuilegia turbare non cupimus: ita eis præiudicantibus, moderata te volumus auctoritate reſiſtere. Violentos nanque laicos coërcere, non contra leges eſt agere, ſed legi ferre ſubſidium. Quia igitur Deuſdedit gener Felicis de Orticello præſentium latrici violentiam dicitur irrogaſſe: præfatámque rem illicitè detinere: ita vt viduitatis eius deiectio non miſericordiam prouocare, ſed eius inueniatur roborare malitiam: præcipimus experientiæ tuæ, vt tam contra præfatum virum, quàm in cæteris cauſis in quibus ſe aſſerit præfata fœmina præiudicium ſuſtinere, tuæ ei ſolatium tuitionis impendas: nec à quolibet eam prægrauari permittas, ne vel ea quæ tibi ſalua tamen æquitate mandantur, in aliqua inueniatis parte negligere, vel viduis aliiſque pauperibus, dum illic auxilium non inueniunt: ex huius itineris profligentur longinquitate diſpendia.

Gregorius Ioanni epiſcopo primæ Iuſtinianæ. De iniuſta condemnatione Adriani epiſcopi.

C *Caput. XLV.*

Epiſt. 6. POſt longas tribulationes ſuas quas Adrianus Thebanę ciuitatis epiſcopus à conſacerdotibus ſuis velut ab hoſtibus pertulit, in Romanam ciuitatem confugit. Et licèt aduerſus Ioannem Lariſſæum epiſcopum eius fuiſſet prima ſuggeſtio, non ab eo in cauſis pecuniariis reſeruatis legibus iudicatum: tamen poſt hæc magis contra perſonam fraternitatis tuę, à qua non iuſtè ſe à ſacerdotij gradu flagitabat eſſe deiectum, grauiſsimè querebatur. Sed nos indiſcuſsis petitionibus non credentes, eadem quæ apud Ioannem frattrem & coëpiſcopum noſtrum, vel quæ apud fraternitatem tuam ſunt acta relegimus.

Et quidem de memorati Ioannis epiſcopi Lariſſæi iudicio, quod fuerat appellatione ſuſpenſum, ſatis & piiſsimi rerum domini ad Corinthi epiſcopum miſsis iuſsionibus decreuerunt. Et nos quoque per præſentium latores epiſtolis noſtris ad præfatū Ioannē Lariſſæum directis, Chriſto auxiliante decreuimus, cū diuerſi diſceptatione iudicij, cuius examinationem tibi imperialia iuſſa tradiderant: & inſpecta geſtorum apud Ioannem epiſcopū de criminalibus habitorum ſerie ventilaremus, reperimus propè nil te quod ad nominatas indictáſque ſibi cauſas attinuit, exquiſiſſe: ſed machinationibus quibuſdam teſtes aduerſus Demetrium diaconum in damnatione eiuſdem epiſcopi produxiſſe. Qui eum de illo, quod nec audiri phas eſt, teſtimonium dicentē ſe audiſſe perhiberent. Quod dum præſens Demetrius contradiceret ſe dixiſſe, aduerſus ſacerdotalem morem diſciplinámq; canonicam, deiectum honore ſuo diaconum proconſuli prouinciæ tradidiſſe. Qui cùm multis laniatus verberibus aduerſus epiſcopum ſuum forſan aliqua potuiſſet tormentorum neceſsitate mē tiri, vſque ad finem negotij nihil eum de quibus interrogabatur penitus inuenimus fuiſſe cōfeſſum. Sed nec alia in geſtis ipſis, ſiue per depoſitionem teſtium, ſiue per Adriani profeſsionem, quod ei potuiſſet obeſſe, reperimus. Sed tantum fraternitas tua neſcio quo mētis motu, diuino humanóqueiure contempto, abruptam protulit in eius dānatione ſententiā: quæ licèt non eſſet appellatione ſuſpenſa, contra leges canonéſque prolata, ipſo non poterat iure ſubſiſtere. Poſtquam tamen ex abundanti appellatione tibi conſtat eſſe porrectam: mirati ſumus cur nec homines tuos ſecundum cautionem Honorato diacono noſtro per reſpōſales tuæ Eccleſiæ expoſitam, qui tui iudicij rationem potuiſſent reddere tranſmiſiſti. Quod factum te vel de cōtumacia, vel de cō ſcientiæ trepidatione redarguit. Si igitur hæc quæ nobis aperta ſunt veritate vallantur: quoniam occaſione virium noſtrarum conſideramus nos iniuſta præſumere: de his aliās ſecundum id quod à nobis deliberatum fuerit, Chriſto auxiliante decernemus. Quod verò ad præſens attinet, caſſatis prius atque ad nihilum redactis prædictæ ſententiæ tuæ decretis: ex beati Petri Apoſtolorum principis auctoritate decernimus, triginta dierum ſpatio ſacra te communione priuatum, ab omnipotenti deo noſtro E tanti exceſſus veniam cum ſumma pœnitentia ac lachrymis exorare. Quòd ſi hanc ſententiam noſtrā te cognouerimus impleſſe remiſsius, non iam tantum iniuſtitiam, ſed & contumaciam fraternitatis tuæ cognoſcas adiuuante domino ſeuerius puniendam. Præfatum verò Adrianum fratrem & coëpiſcopum noſtrum ex tua ſententia, vt diximus, nequaquam canonibus neque legibus exiſtente damnatum, in ſuum locum atque ordinē reuerti Chriſto comitante diſponimus: vt nec illi fraternitatis tuæ noceat cōtra iuſtitiæ tramitem prolata ſentētia: nec charitas tua pro placāda futuri indignatione iudicis, incorrecta remaneat.

Gregorius Ioanni epiſcopo Lariſſæo. De iniuſta condemnatione Adriani.

Cap. XLVI.

Epiſt. 7. Can. 16. q. 1. Frater. RAter noſter Adrianus, Thebanæ ciuitatis epiſcopus, E ad Romanam vrbem veniens, lachrymabiliter eſt conqueſtus de quibuſdam capitulis ſe à fraternitate tua, necnon à Ioanne primæ Iuſtinianæ vrbis epiſcopo, non legitimè neque canonicè condemnatum. Cúmque per diuturnum tempus nullam diuerſæ partis videremus huc aduenire perſonam, quæ eius debuiſſet obiectionibus reſpondere: neceſſariò cognoſcendæ veritatis intuitu, ea quæ penes vos acta ſunt, relegenda tradidimus. Ex quibus cognouimus Ioannem atque Coſmam diaconos, vnum pro lubrico corporis, alterum pro fraudibus Eccleſiaſticarum rerum proprio depulſos officio, de pecuniariis criminalibúſque capitulis aduerſus eum piiſsimis noſtris impe- F ratoribus ſuggeſsiſſe. Qui per iuſsiones ſuas te voluerunt, ſeruata videlicet iuris canonúmque diſtrictione cognoſcere: ita vt de pecuniariis quidem ferres firmam iure ſentētiā. De criminalibus verò eorū clementiæ habita ſubtilius examinatione ſuggereres. Quòd ſi tā rectas iuſsiones tua fraternitas rectis quoq; mentibus accepiſſet, nunquam viros pro ſuis exceſsibus proprio amotos officio, atque iam immutantis animi, ad accuſationem paſsim ſui ſuſcepiſſet epiſcopi, maximè cùm ex ſuggeſtione piiſsimis dominis oblata eorum ſit detecta fallacia: quia cum conſenſu omnium clericorum hæc contra ſuum pontificem ſe ſuggeſsiſſe profeſsi ſunt. Poſt hæc tamen vt breuiter quædam ſtrictímque, quæ apud te ſunt acta percurram: primum capitulum penes fraternitatem tuam motum eſt Stephani Thebani diaconi: cuius vitam quaſi ſciens turpiſsimam Adrianus epiſcopus, non eum ſui ordinis honore priuauerat. Quod capitulum, nullus deductorum teſtium ad Adriani epiſcopi dicit peruenisſe notitiam: niſi quòd ſolus Stephanus turpis vitæ, ſuaque profeſsione damnabilis, dicitur eſſe confeſſus. Secundum capitulum aduerſus eum videtur eſſe propoſitum, de infantibus eius iuſſu à ſacri baptiſmatis ſuſceptione prohibitis, atque ita inabluta ſorde peccati defunctos in tenebris.

Sed nullus

G Sed nullus aduersus eum deductorum testium professus est nosse se tale aliquid ad Adriani episcopi peruenisse notitiam: sed à matribus infantum, quarum viri remoti pro culpis, vt dicitur, ab Ecclesia fuerant, se cognouisse dixerunt. Sed nec imbaptizatos eos mortis tempus professi sunt occupasse: sicut accusatorum continebat inuidiosa suggestio: cùm in Demetriade ciuitate baptizatos eos esse constiterit. Et hæcquidem de criminalibus causis. De pecuniariis verò qualiter à te fuerit iudicatum: inquisitio deputatorum à principe virorum piissima iussione serenissimis principibus attestatur. Nam cùm tuam sæpefatus Adrianus suspendisset appellatione sententiam: quantum ex quatuor testium depositionibus apud Ioannem primæ Iustinianæ episcopum prolatis agnouimus, arctissima detrusus custodia, libellum in quo obiecta sibi confiteretur capitula, tua coactus est fraternitate porrigere. Qui quidem in porrecto à se libello de pecuniariis inuenitur tuæ consensisse sententiæ. Criminalia verò medio quodam dubióque verborũ calle transcurrit: vt & tua quibusdam subiectis nebulis frustraretur intentio, & ipse porrò à confessione imperplexæ locutionis obscuritate refugeret. Cumque porrecta appellatio per homines eius, ceteráque quæ penes te gesta sunt, piissimis fuissent deportata principibus: deputatis, vt diximus, Honorato diacono sedis nostræ: & Sebastiano glorioso antigrapho, cunctísque examinatis subtiliter, à serenissimis est dominis ab omnibus iussionibus absolutus. Sed nescio quibus machinationibus exquisitis alia rursus est principalis iussio elicita: vt de cunctis antefatis capitulis Ioãnes primæ Iustinianæ episcopus requirens subtiliter iudicaret. In cuius iudicio omnes clerici Adriani episcopi, & Demetrius diaconus inter tormenta professus est, omnem hanc contra Adrianum episcopum calumniam fraternitatis tuæ machinatione confectam. Nec aliqua de capitulis ipsis quæ in tua audientia criminaliter obiecta fuerant Adriano episcopo, sunt probata. Sed prouenit alia contra canones ac leges in Demetrio diacono eius aliísque personis crudelis atque dolosa discussio, in qua nihil penè repertum est, ex quo sæpe memoratus Adrianus damnari legitimè debuisset: sed magis ex quo potuisset absolui. Sed de Ioanne primæ Iustinianæ vrbis antistite, ac de nequissimo eius damnandóque iudicio aliàs fumus iuuante domino tractaturi. Adrianum verò episcopum reperimus, & tuo contra sacerdotales mores odio laborasse: & nullo iure pecuniariis in causis eum fraternitatis tuæ condemnatum fuisse sententia. Quia igitur & ab antefato Ioanne primæ Iustinianæ episcopo contra ius canonésque depositus, honoris sui gradu carere non potuit, in sua eum reformari Ecclesia, atque in propriæ dignitatis ordinem decreuimus reuocari. Et cum oportuisset te ex eo dominici corporis communione priuari, quod admonitione sanctæ memoriæ decessoris mei contempta, perquam eum Ecclesiámque eius de tuæ iurisdictione potestatis exemit, rursus I in eis aliquid tibi iurisdictionis seruare præsumpseris: tamen nos humanius decernentes, communionísque tibi sacramentum interim conseruantes, decernimus: vt fraternitas tua ab eo Ecclesiáque eius omnem ante habitæ suæ potestatem iurisdictionis abstineat: & secundum scripta decessoris nostri, si qua causa vel fidei vel criminis, vel pecuniaria aduersus præfatum Adrianum consacerdotem nostrum potuerit euenire, vel per eos qui nostri sunt vel fuerint in vrbe regia responsales, si mediocris est quæstio, cognoscatur: vel huc ad Apostolicã sedem, si ardua est, deducatur: quatenus nostræ audientiæ sententia decidatur. Quòd si contra hæc quæ statuimus, quolibet tempore, seu qualibet occasione vel surreptione venire tentaueris, sacra scias te communione priuatum: nec eam te, excepto vltimo vitæ tuæ tempore, nisi concessa Romani pontificis decernimus iussione percipere. Hæc enim consona sanctis patribus definimus sanctione, vt qui sacris nescit canonibus obedire, nec sacris administrare, vel communionem capere sit dignus altaribus. Res autem siue sacras siue aliàs mobiles immobilésque eius Ecclesiæ quas hactenus diceris retinere: quarum notitiam nobis oblatam præsentibus annectimus literis, sine aliqua ei dilatione fraternitas tua restituat. De quibus si qua inter vos quæstio vertitur, volumus vt apud responsalem nostrum in vrbe regia ventiletur.

Cau.16.q.1 Frater noster.

Gregorius Natali archiepiscopo Solonitano. Vt non deponatur episcopus nisi in conuentu episcoporum. Cap. XLVII.

K

Vm cuncta negocia indagandæ sollicitudine veritatis C indigeant: tum quæ ad deiectionem sacerdotalium graduum pertinent, districtius sunt trutinanda, in quibus non tam de humanis constitutis, quàm de diuinæ quodammodo benedictionis refragatione tractatur. Quæ res quoque nos in Florentij Tauritanæ ciuitatis episcopi persona, ad exhortationem vestræ fraternitatis admonuit. Nunciatum siquidem nobis est à quibusdam fuisse eum in causis criminalibus accusatum: & nullis canonicis probationibus exquisitis: nec sacerdotalis consilij præueniente iudicio, eum ab honoris officio non iure, sed auctoritate depositum. Quia ergo non potest quenquam episcopatus gradu, nisi iustis ex causis concors sacerdotum summouere sententia: hortamur fraternitatem vestram, vt præfatum virum ex eodem in quo detrusus est eiici faciatis exilio, causámq; eius episcopali disceptatione perquiri. Et si in his in quibus accusatur, canonica fuerit probatione conuictus, canonica proculdubio est vltione plectendus. Quòd si aliàs quàm de eo estimatum est, synodali fuerit inquisitione compertum: necesse est vt & criminatores iusti districtionem iuris exhorreant, & in criminato innocentiæ suæ seruentur illibata suffragia. Executionem verò antefati negocij cum Antonino subdiacono nostro, ex nostra præceptione mandauimus: quatenus eius instãtia & quæ L sunt legibus canonibúsque placita decernantur, & decreta iuuãte domino mancipentur effectui.

Epist.5.

Gregorius Antonino subdiacono. De Florentino episcopo iniustè depositio. Caput. XLVIII.

Eruenit ad nos Florentinum Epitauritanæ ciuitatis epi- P scopum præceptis priùs rebus eius pro quibusdam non approbatis criminibus sine sacerdotali concilio fuisse damnatum. Et quia non debetis pœnam sustinere canonicam, in cuius damnatione non est canonica prolata sententia: præcipimus experientiæ tuæ, vt Natali fratri & coëpiscopo nostro debeas innuere, quatenus supradictum virum de eodem eiici faciat quo nunc dicitur detrusus exilio. Conuocatóque episcoporum concilio, si hæc in quibus accusatus est, et canonicè fuerint approbata, præfati Natalis fratris & coëpiscopi nostri volumus in eum proprium robur obtinere sententiam. Sin autem generali fuerit iudicio absolutus, nec eum deinceps cuiuslibet præiudicio subiacere permittas: & præfatæ res districta tuæ sollicitudinis restituantur instantia. Necesse est ergo vt quanto grauiora talium negotiorum perpendis ponderatanto ea maturiori vigilantioríque studeas executione complere.

Epist.9.

Can.11.q.1 Non dos.

M

Gregorius Sanino subdiacono. De Chalcedonensi synodo, & de aliis tribus synodis recipiendis. Caput. XLIX.

Xeuntes maligni homines turbauerũt animos vestros, E non intelligentes neque quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant: astruentes quòd aliquid de sancta Chalcedonensi synodo piæ memoriæ Iustiniani temporibus sit imminutum, quam omni fide omníque deuotione veneramur. Et sic quatuor synodos sanctæ vniuersalis Ecclesiæ, sicut quatuor libros sancti Euangelij recipimus. De personis verò de quibus post terminum synodi aliquid actum fuerat, eiusdem piæ memoriæ Iustiniani temporibus est ventilatum: ita tamen vt nec fides in aliquo violaretur, nec de eisdem personis aliquid aliud ageretur, quàm apud eandem sanctam Chalcedonensem synodum fuerat constitutum. Anathematizamus autẽ si quis ex diffinitione fidei, quæ in eadem synodo prolata est, aliquid imminuere præsumit: vel quasi corrigendo eius sensum mutare: sed sicut illic prolata est, per omnia custodimus. Te ergo fili charissime, decet ad vnitatem sanctæ Ecclesiæ remeare: vt finem tuum valeas in pace concludere, ne malignus spiritus qui cõtra te per alia opera prævalere non potest: ex hac causa inueniat vnde tibi in die exitus tui in aditu regni cœlestis obsistat.

Epist.10.

Gregorius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gregorius ordini & plebi consistenti in Albano. De ordinatione episcopi.

Caput. L.

Epi.17. Robabilibus desideriis nihil attulimus tarditatis: fra-
P trem namque & coëpiscopum nostrum hominem bonum vobis ordinauimus sacerdotem.

Mense Nouembrio. Indictione.xj.

Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De causa Gregory Agrigentini episcopi.

Caput.LI.

Epist.12. Ridem quidem fraternitati vestræ scripseram: vt eos
P qui aduersus Gregorium episcopum Agrigẽtinæ ciuitatis aliqua dixerant, ad Romanam ciuitatem transmittere deberetis. Quod vt nunc instantius fieri debeat, præsentibus adhortamur epistolis. Vnde personas ipsas, cæteráque documenta, id est, gesta & petitiones quæ data sunt, festinate cum celeritate transmittere. Nec moram aliquam excusationémque perquiri penitus permittimus: quatenus eis in Romanã, sicut diximus, ciuitatem transmisisis, sub celeritate sciamus quid auxiliante domino de persona salubrius eius disponere debeamus.

Gregorius Agnello episcopo de Fundis, qui nunc in ciuitate ordinatus est Terracina. Præcipit vt in Terracinensi Ecclesia sit episcopus.

Caput.LII.

B Elatio cleri simul & populi Terracinensis gentis nos
Epist.13. R valde lætificat, ob hoc quòd de tua fraternitate bona
Ca.21.q.1 testatur. Et quia defuncto Petro pontifice suo, te sibi
Idatio. cardinalem postulant constitui sacerdotem, eorum vota necessariò complenda præuidimus: quatenus & illi se gaudeant impetrasse quod postulãt, & nos concessisse quod expedit videamur. Quia igitur ob cladem hostilitatis, nec in ciuitate nec in Ecclesia tua est cuiquã habitandi licentia: ideo te auctoritate nostra Terracinensi Ecclesiæ cardinalem constituimus sacerdotem, admonentes vt ita de animabus populorum illic consistentium deo protegente debeas esse sollicitus: quatenus callidi peruersíq; hostis insidiæ commisso tibi gregi, qualibet arte nocere non valeãt. Sed sollicitudinis tuæ grex circunscriptus custodia, digni se pastoris gaudeat meruisse tutamina. In tuis actibus plebi exempla bene viuendi existant, auaritia in te vires non habeat. Tua prædicatione qui literas nesciunt, quid diuinitus præcipiatur agnoscant. In dei timore populum quemadmodum viuere possit, tui mores instituant. Operibus exerce quod subiectos doces, & prædicas. Actus tui in aliorum correptionem proficiant, in adiutorium sibi vitæ tuæ imitationem assumant. Sicque te in cunctis operibus exhibe: vt scripturam conscriptionémque te habeat,
11.q.1. quicunque aut negligit, aut non potest lectione formari. Tota i-
Idatio. gitur mentis intentione ita lucrum animarum deo nostro facere
C festinato: vt digna te merces ante eius conspectum in die tribulationis inueniat. Quicquid verò de prædictæ rebus Ecclesiæ vel eius patrimonio, seu cleri ordinatione promotionéve, & omnibus generaliter ad eam pertinentibus, solerter atque canonicè ordinare, faceréque prouideris: liberam habebis, quippe vt sacerdos proprius, modis omnibus facultatem. Illud quoque fra-
11.q.1.Illud quoque ternitatem tuam scire necesse est: quoniam sic te prædictæ Terracinensis Ecclesiæ cardinalem esse constituimus sacerdotem: vt & Fundensis Ecclesiæ pontifex esse non desinas, nec curam gubernationémque eius prætereas: quia ita fraternitatem tuam sæpedictæ Terracinensi Ecclesiæ, sicut præfati sumus, præesse præcipimus vt antedictæ Fundensis Ecclesiæ tibi iura potestatémve nullo modo subtrahamus.

Gregorius clero, ordini, & plebi consistenti in Terracina. De Agnello episcopo suscipiendo.

Cap.LIII.

Epist.14. Ilectionis vestræ desideria insinuata nobis quam obtu-
D listis petitio reserauit, electionémque vestram valde laudauimus: quia Agnellũ fratrem & coëpiscopũ nostrum probatum iam meritis, cardinalem vobis constitui deprecamini sacerdotem. Et quoniam gratæ laudandéque petitioni nec effectum negari, nec moram licebat innecti: secundum desideria petitionémque vestram suprædictum Agnellum directa præceptione Ecclesiæ vestræ cardinalem esse statuimus sacerdotem. Pro qua re dilectionem vestram paterna adhortatione admoneo: vt ei obedientiam præbere in omnibus debeatis: quatenus charitatis vestræ solatio roboratus, curam gubernationémque Ecclesiæ quam vobis probatur petentibus suscepisse, adiuuante domino salubriter valeat implere. D

Mense Decembrio. Indictione.xj.

Gregorius Scholastico iudici Cãpaniæ. De episcopo in Neapoli eligendo.

Caput.LIIII.

Vm de Neapolitanæ ciuitatis cura destitutæ sacerdo- Epist.15.
D tis solatio vehementius angeremur: superuenientes
præsentium latores cum decreto in Florentiũ subdiaconum nostrum confecto, aliquid nobis in tanto cogitationum põdere releuationis inuenerant: sed dum præfatus subdiaconus noster refugiens ciuitatem, ipsam ordinationem suam lachrymabiliter euasisset, quasi ex maiori quadam desperatione nostram cognoscite creuisse mœstitiam. Atq; ideo salutãtes hortamur magnitudinem vestram, vt conuocantes priores vel populum ciuitatis: de electione alterius cogitetis, qui dignus possit cũ Christi solatio ad sacerdotium promoueri. In quo decreto solenniter facto, atque ad hanc vrbem transmisso, ordinatio illic tandem Christo auxiliante proueniat. Sin autem aptam non inuenietis in quam possitis consentire personam: saltem tres viros rectos ac sapientes eligite, quos ad hanc vrbem generalitatis vice mittatis, quorum & iudicio plebs tota consenti at. Forsitan huc ve- E
nientes præstante dei misericordia talem reperient, qui vobis antistes irreprehensibiliter ordinetur: quatenus destitutæ ciuitatis vestræ nec intrinsecus actuum suorum desit inspector: nec extrinsecus adhibita sollicitudine sacerdotis hostilibus aditus præstetur insidiis.

Gregorius Petro episcopo Baricis. Valerianum presbyterum commendat. Cap.LV.

Icèt fraternitatem tuam piis se causis non dubitemus Epist.16.
L sponte impendere: veruntamen quia proniorem eam
nostra fieri arbitramur epistola: idcirco præsentibus tibi indicamus apicibus, horum latorẽ Valerianum presbyterũ pro redemptione captiuorum in illas partes aduenisse: cui tanto enixius in omnibus debetis ferre solatium, quanto eum mercedis intentione, longinqui itineris laborem assumpsisse cognoscitis. Sic enim & hic quod intendit, te adiuuante perficiet, & fraternitas tua pro impenso solamine magnã apud deum, sicut desiderat, retributionem inueniet.

Mense Ianuario. Indictione.xj.

Gregorius Gratioso subdiacono. De possessionibus Floræ abbatissæ reddendis.

Caput.LVI. F

Eligiosam vitam eligentibus, congrua nos oportet cõ Epist.17.
R sideratione prospicere, ne cuiusdam necessitatis occa- Causa.12.
sio aut desides faciat: aut robur, quod absit, conuersa- q.2. Religiosam.
tionis confringat. Idcirco præsenti tibi auctoritate præcipimus: quatenus domum positam in hac vrbe, regione quarta, iuxta locum qui appellatur Gallinas albas: vel ortum iuris sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui deo auctore præsidemus, in qua Campania quõdam vxor Patricij mansisse dinoscitur: simul & ortum atque hospitia quæ intra eandem domum ianua conclu dit, Floræ abbatissæ tradere debeas, proprietatis iure proculdubio possidendam. In qua domo monasterium virginum, vbi cum congregatione sua habitare possit, Christo queat adiuuante construere: vt tam ipsa, quàm etiam quæ in eius honore locóque successerit, prædictam domum & ortum cum omnibus ad se pertinentibus, sicut diximus, quieto inconcussóque iure à nobis pietatis consideratione concessa valeat possidere.

Gregorius Theodoro consiliario. Acosimum puerum dono dat per epistolam.

Caput.LVII.

Ccclesiasticis vtilitatibus desudantes, Ecclesiastica di- Epist.18.
E gnum est remuneratione gaudere: vt qui se voluntariis obsequiorum necessitatibus sponte subiiciunt, di- Causa. 12.
gnè nostris prouisionibus consolentur. Quia igitur te virum q.2. Ecclesiasticis.
eloquentissimum consiliarium nostrum mancipiorum cognouimus ministerio destitutum: ideo puerum nomine Acosimum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mum, natione Siculũ, iuri dominióque tuo dari tradíque præcipimus. Quem quoniam traditum ex noſtra voluntate iam poſsides: huius te neceſſe fuit pro futuri temporis teſtimonio ac robore, largitatis auctoritate fulciri: quatenus domino protegente ſecurè eum ſemper & ſine vllius retractationis ſuſpitione, quippe vt dominus, valeas poſsidere. Neque enim quenquam fore credimus, qui tam paruam largitatem pro tua tibi deuotione conceſſam deſideret, vel tentet vllo modo reuocare: cùm vno eodémq; tempore, & verecundum ſit à deceſſoribus bene geſta reſoluere: & verecundum ſit docere cæteros in ſuam quandoque reſolutoriam proferre largitate ſententiam.

Gregorius Petro ſubdiacono Campaniæ. Vt de reliquiis ſancti Seuerini tranſmittat.

Caput. LVIII.

Epiſt. 19. Or noſtrum pia diuinitatis inſpiratione compungitur
C loca quondam execrãdis erroribus deputata, in catholicæ religionis reuerentiam dedicare. Quia igitur Eccleſiam poſitam iuxta domum Merulanam regione tertia, quam ſuperſtitio diu Ariana detinuit, in honorem ſancti Seuerini cupimus conſecrare: experientia tua reliquias beati Seuerini ſummopere debita cum veneratione tranſmittat: quatenus quæ veſtris animis perficienda decreuimus, implere omnipotentis gratia ſuffragante poſsimus.

Gregorius Gratioſo epiſcopo Numentano. Curam committit Eccleſiæ ſancti Anthemij.

H

Caput. LIX.

Epi. 20. Oſtquam hoſtilis impietas diuerſarum ciuitatum ita
P peccatis facientibus deſolauit Eccleſias: vt reparãdi eas ſpes nulla populo deficiente remanſerit, maiori valde cura conſtringimur, ne defunctis earum ſacerdotibus, reliquiæ plebis, nullo paſtoris moderamine gubernante, per deuia fidei, hoſtis callidi, quod abſit, rapiantur inſidiis. Huius ergo rei ſollicitudine ſæpe commoniti, hoc noſtro ſedit cordi conſilium: vt vicinis eas mandaremus pontificibus gubernandas. Ideóque fraternitati tuæ curam gubernationémque ſancti Anthemij Eccleſiæ, in curium Sabinorum territorio conſtitutæ præuidimus cõmittendam, quam tuæ Eccleſiæ aggregari vtrique neceſſe eſt: quatenus vtrarumque Eccleſiarum ſacerdos rectè Chriſto adiuuante poſsis exiſtere, & quæque tibi de eius patrimonio vel de cleri ordinatione vigilanti ac canonica viſa fuerint cura diſponere: quippe vt pontifex proprius, liberam habebis ex præſenti noſtra permiſsione licentiam. Quapropter frater chariſsime, dominicorũ reminiſcens mandatorum, ſalubriter ita in commiſſæ plebis regimine lucrandiſque animabus inuigila: vt ante tribunal æterni iudicis conſtitutus, fructum bonæ operationis qui ad mercedem tuam pertineat: eidem redẽptori noſtro in quo lætari poſsis exhibeas.

Menſe Februario. Indictione. xj.

I *Gregorius Paſchali Demetriano atque Caſtorio filiis Vrbici defenſoris de Tiburtina. Reddit ſubſtantiam patris eorum.*

Caput. LX.

Epi. 21. Fficij noſtri eſt, orbatis ita parentibus ferre conſultum,
O quatenus aliquid de his quæ iuſtè debentur Eccleſiæ relaxantes, eorum poſsimus ſubuenire miſeriis. Quia igitur facta ſubtilius ratione, patrem veſtrum Vrbicum, quondam defenſorem, de patrimonio Sabinenſi atque Carciolano, quod eius fuerat curæ commiſſum, conſtat in non modicã ſummam debitorem fuiſſe defunctum: & quamuis tota eius ſubſtantia per hoc ſit Eccleſiæ obligata, nec tamen ad ſatisfactionem eorum quæ conſumpſerat poſsit ſufficere: nos tamen pietatis intuitu, eiuſdem patris veſtri ſubſtantiã vos habere ac poſsidere permittimus atq; concedimus: veſtris proculdubio vtilitatibus profuturam, ſecuri quod nullus vosdenuo de iis quæ vobis relaxãtes conceſsimus, aliqua ratione concutiat.

Menſe Martio. Indictione. xj.

Gregorius Antonio ſubdiacono rectori patrimonij in Dalmatia. De obitu Natalis epiſcopi, & de ordinatione epiſcopatus eius.

Caput. LXI.

Atalem Salonitanæ Eccleſiæ fratrem & coëpiſcopum
Epiſt. 22. N noſtrum obiiſſe, diſcurrens in partibus iſtis fama vulgauit. Quod ſi verum eſt, experientia tua omni inſtantia omníque ſollicitudine clerum & populum eiuſdem ciuitatis K admonere feſtinet: quatenus vno conſenſu ordinandum ſibi debeant eligere ſacerdotem: factóque in perſonam quæ fuerit electa decreto, ad nos tranſmittere ſtudebis: vt cum noſtro conſenſu, ſicut priſcis fuit temporibus, ordinetur. Illud quidem præ omnibus tibi curæ ſit: vt in hac electione, nec datio quibuſque *C. 8. q.* modis interueniat præmiorum: nec quantumlibet perſonarum *Illud quid* patrocinia conualeſcant. Nam ſi quorundam patrocinio fuerit quiſquam electus, voluntatibus eorum, cùm fuerit ordinatus, obedire reuerentia exigente compellitur, ſicque ſit vt & res illius minuantur Eccleſiæ, & ordo eccleſiaſticus non ſeruetur. Talem ergo te imminente perſonam debent eligere, quæ nullius incongruè voluntati deſeruiat, ſed vita ac moribus decorata tanto ordine digna valeat inueniri. De rebus verò vel ornamento eiuſdem Eccleſiæ, fideliter rerum inuentarium facito te præſente cõſcribi. Et ne de rebus ipſis poſsit aliquid deperire, Reſpectum diaconum atque Stephanum primicerium notarium, vt ipſarum rerum omnino gerant cuſtodiam admoneto, interminans eis, de propria eos ſatiſfacturos eſſe ſubſtantia, ſi quicquam exinde eorum negligentia fuerit imminutum. Malchum autem fratrem & coëpiſcopum noſtrum conteſtari te volumus: vt ſe penitus in hac cauſa non miſceat. Nam ſi per eum aliquid contra voluntatem noſtram factum vel tentatũ potuerimus addiſcere: non modicam ad ſe culpam & periculum pertinere cognoſcat. Sed & hoc eum admonere curato, vt ad ponendas explendáſque ratio- L nes patrimonij noſtri quod geſsit, debeat eſſe ſollicit', pro quibus etiam faciendis, ex Siciliæ partibus ad nos poſtpoſita excuſatione venire feſtinet. In rebus igitur Salonitanæ Eccleſiæ nullo modo ſe miſcere præſumat: ne amplius ei aut obnoxius, aut poſsit eſſe culpabilis. Nam multa habere de rebus prædictæ Eccleſiæ fertur: eúmque opinio penè auctorem extitiſſe in venditione rerum eius, vel aliis illicitis aſſeuerat. Quod ſi ita eſſe, ſicut dicitur, manifeſta veritate patuerit: certus ſit inultum hoc nullatenus remanere. Expenſa verò quæ neceſſaria fuerit, per œconomum qui tempore mortis prædicti epiſcopi inuentus eſt, erogetur: quatenus rationes ſuas futuro epiſcopo ipſe, vt nouit, exponat. Cuncta ſiquidem quæ tibi agenda mandauimus, cum conſilio magnifici atque eloquentiſsimi Marcelli filij noſtri te agere profectò neceſſe eſt: quatenus ita omnia quæ huius præcepti pagina continet, ſollicitè ſtrenuéque poſsis implere: vt nulla te neglectus culpa reſpiciat.

Gregorius Petro ſubdiacono Campaniæ. De lapſu Secundini, & ordinatione Theodoſii.

Caput. LXII.

Vamuis horrenda execrandáque nimis Secundinum ad *Epiſt. 23.*
Q aures noſtras peruenerit crimina commiſiſſe: hoc tamen ſolum ad eius damnationẽ poteſt ſufficere, quod etiam ipſe de ſe dicitur fuiſſe confeſſus. Cognouimus autem ab eo dictum quòd dum tertius à loco eſſet abbatis, à ſtatu habitus M ſui lapſu corporis ceciderit: & licèt ad abbatis ordinem tanto inquinatus facinore nulla debuerit ratione proficere, tamen quia temerario pòſt auſu ac tanta pollutione detentus, hoc indignus arripuit, experientiæ tuæ huius auctoritatis tenore præcipimus, vt præfato Secundino remoto ab abbatis officio, Theodoſium quem congregatio ipſa ſibi petiit ordinari, in monaſterio ſancti Martini abbatem ſolenniter per eum cuius prouiſio intereſt, facias ordinari: quatenus in cura congregationis ſubiectæ, adiuuante deo, cauta poſsit ſollicitudine vigilare. Poſſeſsiones verò vel ortos eiuſdem monaſterij eccleſiaſtica, inquantum ratio patitur, tuitione defende.

Gregorius Leontio epiſcopo. De infirmitate Caſtorij, & viſitatione eius Eccleſiæ.

Caput. LXIII.

Aſtorium fratrem & coëpiſcopum noſtrum hic pro *Epiſt.*
C corporis ſui moleſtia retinemus. Et quia nunc ad ſuam Eccleſiam non valet remeare: propterea eo abſente, Eccleſiæ ipſius fraternitati tuæ operam prouidimus viſitationis delegandam: admonentes charitatem tuam, vt ita efficaciter omnes vtilitates eius exerceat: quatenus tui præſentia proprium ſe, abſentem habere non ſentiat ſacerdotem.

dotem. Quicquid autem tibi visum fuerit pro vtilitatibus eiusdem Ecclesiæ ordinare, habebis modis omnibus ex nostra permissione licentiam. Reditus verò vel ornamenta, ministeriáq; ipsius, sollicitudinis tuæ cura conseruet. Et præter ordinationes clericorum: cætera omnia in prædicta Ecclesia tanquam cardinalem & proprium te volumus agere sacerdotem.

Gregorius vniuersis habitatoribus Arimini. De infirmitate Castorij, & visitatione Leontij.
Caput. LXIIII.

I in culpam vestram filij dilectissimi intẽtius velitis
S intendere: assidua vos apud deũ debetis oratione purgare, quod episcopum vestrum non deuota mente nec vt filij susscepistis: quem inquietudo & tribulatio à vobis illata ad hoc vsq; perduxit, vt molestiam corporalem incurreret: quãnis in eo nihil de his quæ nobis sunt scripta cognouimus, sed solam inesse debilitatem vidimus, pro qua eum hic retinere curauimus. Et quia illuc modo ad præsens non valet remeare, Ecclesiæ vestræ prouidimus Leontium fratrem & coëpiscopum nostrum visitatorem per omnia deputare, cui etiam nostris scriptis iniunximus, vt omnia quæ ad curam vtilitatémque Ecclesiæ pertinent, tanquam proprius episcopus debeat ordinare. Vos ergo ei ita & in omnibus obedite, quatenus operam sibi visitationis iniunctam, vestra virtute, salubri in omnibus deuotione
B possit complere.

Gregorius Magno presbytero Ecclesiæ Mediolanen. De excommunicatione eius, & de episcopo eligendo.
Caput. LXV.

Icut exigente culpa, quis à sacramento communionis
S dignè suspenditur, ita insontibus nullo modo talis debet irrogari vindicta. Comperimus siquidem quod Laurentius quondam frater & coëpiscopus noster nullis te culpis extantibus communione priuauerit, ideóque huius præcepti nostri auctoritate munitus, officium tuum securus perage, & cõmunionem sine aliqua sume formidine. Illud præterea necessariò te duximus adhortandum, vt ita te in cunctis vtilitatibus Ecclesiæ tuæ purè ac diligenter exhibeas, quatenus nec offensa tenaliqua de neglectu respiciat, & culpam si qua in te, propter quam dominici corporis & sanguinis communione fueras priuatus, vel latens inuenta est, tuæ fidei puritate detergas. Admone igitur clerum & populum, vt ad eligendum nullatenus dissentiant sacerdotem, sed vno consensu talem sibi eligant consecrandum episcopũ, cuius & actus laudabiles, & grata deo & hominibus possit esse persona, ne si aliter actum fuerit, in diuersis, quod absit, studiis damnum Ecclesiasticis rebus eueniat.

Mense Aprili. Indictione vndecima.

C *Gregorius Marmiano abbati de Panormo, & Benenato notario rectori patrimonij Panormitanen. De Bonifacio victore iniustè damnato.*
Cap. LXVI.

I ea de quibus vehemẽter deus offenditur, insequi vel
S vlcisci differimus, ad iracundum vtique diuinitatis patientiam prouocamus. Multa etenim ad nos mala de quibusdã in Panormitana ciuitate degentibus peruenerunt, quæ quoniam maiorem coërctionem expectant, nec temerè credenda, nec desidiosè quærenda sunt. Pro qua re Victori fratri & coëpiscopo nostro iniunximus, vt si vera essent, & ea insequi debuisset & vlcisci. Nunc itaque huc veniens Bonifacius Victor præsentium lator frustra se & communione priuatum, & alia se grauiora à prædicto episcopo queritur fuisse perpessum. Quia ergo nullus sine cognitione damnandus est, eidem fratri & coëpiscopo nostro scripsimus, vt si persona quæ de ipso quædam dicere possit, inuenta fuerit, eam ad nostram debeat cognitionem dirigere. Ideóque huius præcepti vos pagina necessariò duximus adhortandos, quatenus nullius personam attendentes, sed dei timorem habentes præ oculis, ibi cum omni æquitate si qua vobis de eo dicta fuerint, memores futuri iudicij, subtili debeatis indagatione perquirere. Et si in vestra cognitione cuiusquam eum facinorosi criminis reum esse patuerit, tunc ex nostra auctoritate non solum dominici corporis & sanguinis communione priuatus sit, verumetiam in monasterium vbi pœnitentiam agere debeat, retrudatur, vt criminis sui maculas conueni- D
enti valeat apud æternum iudicem lamentatione purgare. Si verò aut nihil aduersus eum in cognitione vestra dictũ fuerit, aut si quid dici contigerit, & verum non esse constiterit, nec aliquibus illum iudiciis in hoc quod dicitur incidisse potueritis agnoscere, modis omnibus renunciare nobis curabitis. Prædictum enim Bonifacium nullam à quolibet volumus molestiam sustinere, quoniam sicut iustũ est, vt in delinquentibus digna debeat vin dicta procedere, ita iniquum est quibusdam afflictionibus quẽquam irrationabiliter subiacere.

Gregorius vniuersis episcopis per Italiam. Vt Armenio in necessitatibus subueniant. Cap. LXVII.

Vicquid misericorditer ac respectu pietatis impendi- *Epist. 28.*
Q tur, & hic auctorem suum adiuuat, & optatum ei prẽmiũ in die retributionis apportat. Quod cùm ita sit: quia excellentiam vestram valde diligo, mercedis vobis causas insinuo. Armenius itaque magnificus filius quondam Antonini illustrissimi viri, sua me egestate compulit, vt pro ipso vobis debuissem scribere. Qui quoniam: sicut nostis, vtroque parente orbatus est, eminentiæ vestræ tuitionem & continentiam prestolatur. Vnde pietas vestra piæ considerationis, vt consueuit, intuitu, inquantum vtile prospicit, ei locum vel actionem prouideat, ex qua quotidianis stipendiis valeat contineri, quoniã hæc maxima laus & merces est, si illa orphanis impendantur, quæ eorum E
pro suis obsequiis poterant genitoribus exhiberi.

Gregorius presbyteris, diaconis, & clero Mediolanensis Ecclesiæ. De ordinando ad episcopatum Constantio diacono. Et admonitio de die iudicij.
Cap. LXVIII.

Pistolam dilectionis vestræ susscepimus, cui tamẽ nul- *Epist. 29.*
E lius erat inserta subscriptio, sed fidem, Magni presbyteri, & Hypoliti clerici portitorum personæ faciebat. Qua relecta, comperimus omnium vestrum in Constantio filio nostro Ecclesiæ vestræ diacono conuenire consensum, qui dudũ mihi bene cognitus fuit. Et cùm in vrbe regia responsa sedis Apostolicæ facerem, longo mihi tempore adhæsit, sed nihil vnquã in illo quod reprehendi passim potuisset, inueni. Veruntamen quia antiquæ meæ deliberationis intentio est, ad susscipienda pastoralis curæ onera, pro nullius vnquam misceri persona orationibus prosequor electionem vestram, vt omnipotens deus qui futurorum actuum nostrorum semper est præscius, talem vobis pastorem præbeat, in cuius lingua & moribus, exhortationis diuinæ pascua valeatis inuenire, in cuius mente & humilitas cum rectitudine fulgeat, & seueritas cum pietate, qui vobis viam vitæ, non solum legendo vel loquendo, sed etiam viuendo possit ostendere, quatenus exemplo illius discat vestra dilectio, ad æter- F
næ patriæ desiderium suspirare. Itaque nos filij charissimi officij nostri censura commoniti suademus, vt in hac susscipiẽdi antistitis causa nullus vestrum neglecta vtilitate communi suo lucro prospiciat: ne si quisquam propria commoda appetit, friuola æstimatione fallatur: quia nec libero iudicio præferendam sibi personam examinat mens quam cupiditas ligat. Pensantes igitur quæ cunctis expediunt, ei quem vobis diuina gratia prætulerit, integerrimam semper in omnibus obedientiam præbete. Iudicari nanque à vobis vltra non debet semel prælatus, sed tanto nũc subtiliter iudicandus est, quanto postmodum iudicandus nõ est. Consecrato autem vobis deo auctore pastori tota vos mente cõmittite, atque in illo omnipotenti domino qui vobis hunc prætulit deseruite. Sed quia iuxta meritum plebium, solent supernо iudicio personæ prouideri pastorum, vos spiritalia quærite, cœlestia amate, temporalia vt fugitiua despicite: & certissimum tenete, quia placentem deo pastorem habebitis, si vos in vestris actibus deo placetis. Ecce iam mundi huius omnia perdita conspicimus, quæ in sacris paginis audiebamus peritura. Euersæ vrbes. Castra eruta. Ecclesiæ destructæ. Nullus terram vestram cultor inhabitat. In nobissipsis paucissimis, qui ad modicum derelicti sumus, cum supernæ percussionis cladibus, humanus gladius incessanter sæuit. Mundi igitur mala quæ dudum

Ca. 8. q. 2. Dilectissimi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dudum ventura audiebamus,aſpicimus,quaſi paginæ nobis codicum,factæ ſunt ipſæ iam plagæ terrarum.In interitu ergo rerum omnium penſare debemus, nil fuiſſe quod amauimus. Appropinquantem itaque æterni iudicis diem ſollicita mente conſpicite,& terrorem ipſius pœnitendo præuenite. Delictorum omnium maculas fletibus lauate. Iram quæ æterna imminet,temporali lamento compeſcite. Pius enim conditor noſter cùm ad iudicium venerit, tanto nos maiore gratia conſolabitur, quanto nunc conſpicit: quòd à nobis noſtra delicta puniuntur. Latorē verò præſentium Ioannem ſubdiaconum noſtrum ad hoc deo fauente tranſmiſimus, vt electum veſtrum ſua imminentia cum dei omnipotentis ſolatio ſecundum morem prædeceſſoris eius faciat epiſcopum cōſecrari. Nam ſicut ab aliis noſtra exigimus, ita ſingulis ſua iura ſeruamus.

Gregorius Ioanni ſubdiacono. De electione & conſecratione Cōſtantij. Cap. LXIX.

Epi.30. Parte.1. Diſt.63.

Q Vanto Apoſtolica ſedes deo auctore cunctis prælata conſtat Eccleſiis, tanto inter multiplices curas, & illa nos valde ſollicitat,vbi ad conſecrandum antiſtitē noſtrum expectatur arbitrium.Defuncto igitur Laurentio Eccleſiæ Mediolanenſis epiſcopo,ſua nobis relatione clerus innotuit, in electione ſe filij noſtri Conſtantij diaconi ſui vnanimiter conH ſenſiſſe.Sed quoniam eadem non fuit ſubſcripta relatio, ne quid quod ad cautelā pertinet omittamus, huius idcirco præcepti auctoritate ſuffultum Genuā te proficiſci neceſſe eſt. Et quia multi illic Mediolanenſiū coacti barbarica feritate conſiſtūt,eorū te voluntates oportet conuocatis eis in cōmune perſcrutari.Et ſi nulla eos diuerſitas ab electionis vnitate diſterminat,ſi quidē in prædicto filio noſtro Conſtantio omnium volūtates atque conſenſum perdurare cognoſcis, tunc eum à propriis epiſcopis, ſicut antiquitatis mos exigit, cum noſtræ auctoritatis aſſenſu ſolatiante domino facias conſecrari, quatenus huiuſmodi ſeruata conſuetudine, & Apoſtolica ſedes proprium vigorem retineat, & à ſe conceſſa aliis ſua iura non minuat.

Gregorius Romano patricio & exarcho Italiæ. De obitu Laurentij, & conſecratione Conſtantij. Caput. LXX.

Epi.31.

O Bitum Laurentij Eccleſiæ Mediolanenſis epiſcopi excellentiam veſtram iam credimus cognouiſſe, & quia quantum ex cleri relatione didicimus, in Conſtantio filio noſtro diacono eiuſdem Eccleſiæ omnium conſiſtit electio, neceſſe fuit pro ſeruanda conſuetudine militem Eccleſiæ noſtræ dirigere, qui eum in quo omniū voluntates atque conſenſum concorditer conuenire cognouerit,à ſuis epiſcopis,ſicut vetus mos exigit, cum noſtro tamen aſſenſu faciat conſecrari.

I Proinde paterna dilectione perſoluentes debitum ſalutationis officium, quæſumus vt prædicto Conſtantio, ſeu fuerit conſecratus epiſcopus, necne, excellentia veſtra vbi neceſſe fuerit, ſuum dignetur impendere, iuſtitia fauente, ſolatium: quatenus hæc vos merces, & hic apud inimicos veſtros exaltet, & in futura vos vita apud deum præuenienter commendet. Meus eſt enim proprius, olimque mihi magna fuit familiaritate coniunctus. Et vos quos noſtros cognoſcitis, habere vt veſtros, & peculiariter diligere debetis.

Gregorius Honorato archidiacono Salonitano. De abſolutione ipſius. Cap. LXXI.

Epiſt.32.

D Vdum quidem deceſſoris noſtri, noſtráque præceptio ad dilectionem tuam cucurrerat, in qua & de obiectis tibi calumnioſe capitulis fueras abſolutus,& in tui gradus ordine ſine aliqua te inſtituimus altercatione reſtitui. Sed quia rurſus ante non multum temporis ſpatium, ad Romanam ciuitatem veniens,de aliquibus illic actis incongruè, & de ſacrorum es conqueſtus alienatione vaſorū,atq; dum pro hac re, quæ tuis obiectionibus reſpondere potuiſſent, ſuſtineremus in hac ciuitate perſonas: Natalis epiſcopus tuus de hac luce migrauit, neceſſarium iudicauimus eaſdem præceptiones tam deceſſoris noſtri, quàm noſtras quas dudum, vt dictum eſt, pro tua abſolutione tranſmiſimus, præſentibus deinceps apicibus confirmare. Quamobrem à cunctis tibi obiectis capitulis te plenius ab K ſoluentes, in tui te ordinis gradu ſine aliqua volumus alteratione permanere, vt nihil tibi penitus mota à præfato viro quæſtio qualibet occaſione præiudicet. De his autem capitulis de quibus cōqueſtus es:Antonino ſubdiacono & rectori illic patrimonij ſanctæ,cui deo auctore preſidemus,Eccleſiæ, inſtanter iniunximus, vt ſiquidem in his Eccleſiaſticas inuenerit immixtas eſſe perſonas,cum ſumma cauſas ipſas diſtrictione atque auctoritate diffiniat. Si autem cum talibus res agitur, in quos Eccleſiaſticæ vigor non poſsit iuriſdictionis extendi, de ſingulis quibuſque capitulis probationes inter publica geſta depoſitas, ad nos abſque vlla dilatione trāſmittat, vt inſtructi ſubtiliter ſciamus quid de his debeamus, Chriſto auxiliante, diſponere.

Gregorius Dynamio patricio Galliarum &c. Crucem tranſmittit in qua de craticula ſancti Laurentij reliquiæ continebantur. Caput. LXXII.

Epiſt.33.

M Onſtrat quàm bene diſpenſet propria, qui fideliter adminiſtrat aliena. Quod veſtra nobis gloria oſtendit, quæ perenni muneri intenta, beato Petro, Apoſtolorum principi, ſuorum redituum fructus intulit. Cui dum ſua fideliter impenditis, hæc apud eum veſtra munera feciſtis. Sic quippe agere huius terræ glorioſos de æterna gloria cogitantes decet,vt in eo quod temporaliter prævalent,mercedem ſibi non temporalem parent. Proinde debitum ſalutationis allo- L quium perſoluentes, omnipotentem dominum deprecamur, vt vitam veſtram & bonis præſentibus repleat, & ad ſublimia gaudia æternitatis extendat. Suſcepimus nanque per Hilarium filium veſtrum de præfatis Eccleſiæ noſtræ reditibus Gallicanos ſolidos quadringentos. Tranſmiſimus autem beati Petri Apoſtoli benedictionem,crucem paruulam, cui de catenis eius beneficia ſunt inſerta. Quæ illius quidem ad tempus ligauerunt, ſed veſtra colla in perpetuum à peccatis ſoluant.Per quatuor verò in circuitu partes de beati Laurentij craticula in qua peruſtus eſt, beneficia continentur, vt hoc vbi corpus illius pro veritate crematum eſt, veſtram mentem ad amorem domini accendat.

Gregorius Petro ſubdiacono Campaniæ. De Feſto epiſcopo à ciuibus ſuis contempto. Caput. LXXIII.

Epiſt.34.

Q Veritur Feſtus frater & coëpiſcopus noſter à ſuis ſe clericis ac ciuibus deſpici, atque contemni. Pro qua re experientiæ tuæ præcipimus, vt tranquilla eos adhortatione conuenias,quatenus ſedatis, ſi quæ fortè odiorum cauſæ ſunt, mutua eos,& deo placita charitate concilies:vt & ille quod filiis decet impendat,& illi quod patri oportet exhibeant. Si quę verò aliæ cauſæ ſunt, prædicto epiſcopo te impendere præcipimus,ſalua tamen iuſtitia & æquitate ſolatium.

Menſe Maio. Indictione.xj. M

Gregorius Petro ſubdiacono Campaniæ. De eligendo in Neapolitana ciuitate epiſcopo. Cap. LXXIIII.

Epiſt.35.

S Aepius à vobis Paulus frater & coëpiſcop⁹ noſter expetiit, vt eum ad propriam reuerti faceremus Eccleſiam. Quod quia rationabile eſſe perſpeximus,eius petitionem neceſſariò duximus adimplendam. Proinde experiētia tua clerum Eccleſiæ Neapolitanæ conueniat, quatenus duos vel tres de ſuis eligere,& huc ad eligendū epiſcopū tranſmittere nō omittāt.Sed & ſua nobis relatione inſinuent,quoniā ij quos trāſmiſerint, omnium in hac electione vice fungantur, vt Eccleſiæ illi deo auctore ſuus antiſtes valeat ordinari. Nam amplius eam ſine proprio nō patimur eſſe rectore. Qui ſi fortaſſe admonitionem tuā quolibet modo differre tentauerint, Eccleſiaſticū in eos vigorem exerce. Nam prauitatis de ſe dabit indicium, quiſquis in hoc non ſponte conſenſerit. Prædicto autem Paulo fratri & coëpiſcopo noſtro centum ſolidos, & vnum puerulum orphanum quem ipſe elegerit, pro labore ſuo de eadem Eccleſia facies dari. Illos autem qui cunctorum vice huc venerint ad eligendum epiſcopum,admone,vt veſtiarium omne epiſcopi ſui ſciant deferendum, & quantum præuiderint ſecum argentum adducant,quod in vſu ſuo habere poſsit,qui fuerit epiſcopus ordinatus. Hæc

A tas. Hæc verò omnia viuaciter, districtéque implere festina, & sub omni huc celeritate electos, sicut diximus, de clero transmitte: vt quia diuersi hic nobiles ciuitatis Neapolitanæ præsentes sunt, vnà cum eis de episcopali ordinatione & tractare, & adiutore domino deliberare possimus.

Gregorius Anthemio subdiacono. De Ianuario episcopo, & de Epiphanio presbytero. Cap. LXXV.

Vædam ad aures nostras grauia peruenerunt, quæ
Q quoniam canonicam emendationem expectant, idcirco experientiæ tuæ præcipimus, quatenus vnà cum Ioanne notario, omni excusatione postposita, Ianuarium fratrem & coëpiscopum nostrum summa huc exhibere instantia non omittas: vt eo coram posito, ea quæ ad nos perlata sunt, subtili valeant indagatione perquiri. Pompeiana verò atque Theodosia religiosæ fœminæ iuxta postulationem suam, si huc venire voluerint, vestra eis in omnibus præbete solatia: vt desideria sua vobis queant succurrentibus adimplere. Præcipuè autem Isidorum eloquentissimum, sicut petiit, studij vestri sit per omnia vobiscum adducere, vt causæ eius qualitas quam contra Ecclesiam Caralitanam habere dinoscitur, interius trutinata, legalem valeat finem accipere. Præterea quoniam aliqua nobis de persona Epiphanij presbyteri facinora nunciata sunt, necesse est vt diligentius cuncta perscruteris, & seu mulieres cum quibus periisse dicitur, seu alios quos de causa eadem scire a-
B liquid senseris, huc pariter festines adducere, quatenus Ecclesiasticæ districtioni liquidè possint aperiri, quæ vera sunt. Hæc verò omnia ita efficaciter vtrique curabitis adimplere, vt nulla te de neglectu culpa respiciat, scientes ad vestrum omnino pertinere periculum, si hæc nostra quoquo modo fuerit lentata præceptio.

Gregorius Libertino præfecto Siciliæ. De præsumptione Nasæ Iudæi, & de mancipiis comparatis.

Caput. LXXVI.

B ipso administrationis exordio, deus vos in causæ
A suæ voluit vindicta procedere, & hanc vobis mercedem propicius cum laude seruauit. Fertur siquidem quòd Nasas quidam sceleratissimus Iudæorũ, sub nomine beati Heliæ altare punienda temeritate construxerit: multosq; illic Christianorum ad adorandum sacrilega seductione deceperit. Sed & Christiana, vt dicitur, mancipia comparauit, & suis ea obsequiis ac vtilitatibus deputauit. Dum igitur seueriſsimè in eum pro tantis facinoribus debuisset vlcisci, glorioſus Iustinus medicamento auaritiæ, vt nobis scriptum est, delinitus, dei distulit iniuriam vindicare. Gloria autem vestra hæc omnia districta examinatione perquirat, & si huiusmodi manifestum esse repererit, ita districtissimè ac corporaliter in eundem sceleratum festinet vindicare Iudæum, quatenus hac ex causa & gratiam sibi dei nostri conciliet, & his se posteris pro sua mercede imitandum monstret exemplis. Mancipia autem Christiana quæcũque eum comparasse patuerit, ad libertatem iuxta legum
C præcepta sine ambiguitate perducite, ne, quod absit, Christiana religio Iudæis subdita polluatur. Ita ergo omnia districtissimè sub omni festinatione corrigite, vt non solum pro hac vobis disciplina gratias referamus, sed & testimonium de bonitate vestra, vbi necesse fuerit, præbeamus.

Gregorius vniuersis episcopis Corinthiis. De Adriano episcopo. Caput. LXXVII.

Esiderij nostri est, ad cõcordiam redigere discordes,
D & vnitos esse in gratia, eos quos diuisos ab alterutra dilectione voluntatis fecit esse diuersitas. Scripta igitur fraternitatis vestræ relegentes, agnouimus quòd hi qui cõtra Adrianum fratrem & coëpiscopum nostrũ aliqua dixerant, modo cum eodem episcopo in amicitiam conuenissent, & magna nobis ad præsens facta est de eorum vnitate lætitia. Sed quoniam ea quæ dicta sunt, indiscussa remanere non patimur, sedis nostræ diaconum ad ea inuestiganda dirigimus: quia nunciati nos facinoris qualitas vehemẽter impellit, vt ea quę audiuimus, dissimulare nullatenus debeamus. Præsertim cùm accusatores & accusatum inter se feciſse gratiam indicastis, hoc nobis necesse est subtilius perscrutari, ne fortasse eorum sit comparata concordia: quæ si, quod absit, non ex charitate, sed ex præmio facta constiterit, maiori hoc emendatione plectendum est. Nam D nos qui canonicè, reuelante deo, mala, si quidem vera sunt, resecare præcedentia festinamus, commissam postmodum culpam sine vindicta nulla ratione dimittimus.

Mense Iunio. Indictione xj.

Gregorius Petro subdiacono Campaniæ. De Numerio diacono, & Catella puella. Caput. LXXVIII.

Nte aliquot dies tibi scripsimus, vt Numerium dia- *Epi.39.*
A conum Nucerinæ Ecclesiæ interrogare subtiliter debuisses, & si nihil esset quod ei ad sacerdotij gradum potuisset obsistere, huc eum consecrandum deo auctore transmitteres. Et ideo si facta interrogatione quam diximus, suprascriptum ad nos diaconum transmissurus es, clerum & populum ciuitatis ipsius admonere curabis, vt cum eo quantuncunque potuerint, venire non differant, quatenus eis præsentibus, si deo placuerit, qui ordinandus fuerit, consecretur. Præterea quia Felix defensor puellam nomine Catellam habere dicitur, quæ cum magnis lachrymis, & vehementi desiderio habitum conuersationis appetit, sed eam præfatus dominus suus conuerti minimè permittit, proinde volumus vt experientia tua præfatum Felicem adeat, atque puellæ eiusdem animum sollicitè requirat, & si ita esse cognouerit, precium eiusdem puellæ suo domino præbeat, & huc earti in monasterio dandam cum personis grauibus domino auxiliante trãsmittat. Ita verò hæc age, vt non per lentam actionem tuam præfatæ puellæ anima detri- E
mentum aliquod in desiderio suo sustineat.

Gregorius Panthaleoni notario. De filia diaconi à Felice stuprata. Caput. LXXIX.

Vestus est nobis Euangelus Sypontinæ Ecclesiæ dia- *Epist.40.*
Q conus, filiam suam à Felice fuisse, quod dici nephas est, stupratam. Pro qua re huius præcepti auctoritate susultum ad Sypontinam ciuitatem te proficiscí necesse est, & adhibitis tibi sapientibus illic viris, cum omni subtilitate veritatem curabis addiscere, & si ita repereris, eam quam stuprauit, aut vxorem factis nuptialibus instrumẽtis accipiat, aut corporaliter castigatum in monasterium eum priuatum communione vbi pœnitentiam peragat tradere festinabis, ita vt nulla exinde ei sit quoquo modo egrediendi licentia, nisi hoc nostra permiserit fortasse præceptio. Præterea quia supradictus diaconus de hostibus se redemptum, ac propterea debitum habere commemorat: ideo si talem eius substantiam non esse cognoueris, quæ ad reddendum debitum ipsum possit sufficere: Felici & fratri & coëpiscopo nostro te imminere præcipimus, vt eius precium de Ecclesia dare non differat, quatenus supradictus Euangelus sine tarditate aliqua à debiti possit necessitate, cui est suppositus liberari.

Gregorius Felici episcopo Sypontino. De diuersis causis emendandis. Caput. LXXX.

F
Ropositu nostri sollicitudo nos vehementer adstrin- *Epist.41.*
P git, vt ita rerum Ecclesiasticarum, deo auxiliante, debeamus prouidere cautelam, quatenus in eis nulla possit ex neglectu prouenire iactura. Proinde fraternitas tua vnà cum Bonifacio, necnon & Panthaleone latore præsentium sedis nostrę notariis res Ecclesiarum, quę apud Sypontinam noscuntur esse Ecclesiam, curet subtiliter singulas quasque describere, vt tam ministeria Ecclesiarum, quàm etiam vsuale argentum, vel quicquid aliud est, idem breuis à vobis conscriptus, veraciter rerum facta inspectione contineat. Nec quandam ad hoc moram vel excusationem fraternitas tua tentet adducere, sed omni excusatione cessante, hæc quę à nobis iniuncta sunt, modis omnibus implere festina, eundemque nobis breuem manu tua subscriptum, per antedictum Panthaleonem transmitte, quatenus quid de hoc fieri salubriter debeat, diuina possimus gratia suffragante disponere.

Gregorius Felici episcopo Sypontino. De peruersitate Felicis nepotis eius. Caput. LXXXI.

Xpectabamus fraternitatem tuam sua aliquos ad deũ *Epist.41.*
E prędicatione conuertere, & malè agentes ad rectitudinem reuocare. Qua de re nimis contristamur: quia è diuerso in nepotis tui Felicis prauitate, tua euidenter, qui talem nu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G lem nutristi, culpa monstrata est. Peruenit itaque ad nos, quòd suprascriptus Felix Euangeli diaconi tui filiam stupro decepe-
rit. Quod si verum est, quanuis graui esset de lege pœna plectẽ
dus, nos tamen aliquatenus legis duritiam mollientes huiusce-
modi, disponendo præcipimus, vt aut quam stuprauit vxorem
habeat, aut certè si renuendum putauerit, districtius ac corpo-
raliter castigatus, excommunicatúsque, in monasterium vbi pœ
nitentiam peragat, retrudatur, de quo ei nulla sit egrediendi si-
ne nostra præceptione licentia. Ita ergo fraternitas tua vt hæc
compleantur studeat, quatenus nihil de his aliquo modo possit
omitti. Nam si quid quod non credimus, lentatum fuerit, & illi
graue postea periculum imminebit, & te non leuis incipiet cul-
pa respicere.

Gregorius Bonifacio episcopo Regitano. De iniustitia Stephaniæ facta. Caput. LXXXII.

Epi. 43. Causa. 12. q. 2. sicut.

Icut Ecclesia proprias res amittere non debet, ita eam
S rapacitatis ardore inuadere alienas non oportet. Ste-
phania siquidem latrix præsentium, quasdam res suas
temporibus decessoris tui Lucij quondam episcopi ab actorti-
bus eius vi queritur occupatas. Et quia sibi eas petiit iustitia fa-
uente debere restitui, propterea fraternitas tua cum dei timore
hæc quæ asserit, subtiliter curet addiscere. Et si ita, quemadmo-
dum suprascripta fœmina ait, esse repererit, quæque malè abla-
ta sunt, faciat sine aliquo damno vel dilatione restitui. Nam val-
H de durum est res alienas cõtra rationem Ecclesiam detinere. Ita
ergo querimoniam præfatæ mulieris salubriter finire festina,
vt nec nos exinde denuo molestiam patiamur, nec te auarum vel
desidiosum hæc causa demonstret:

Gregorius Andreæ episcopo Tarentino. De concubina eius, & muliere de matriculis verberata.

Caput. LXXXIII.

Epi. 44. Dist. 33. Habuisse.

Ribunal iudicis æterni securus aspiciet, quisquis rea-
T tus sui conscius, digna eum modo pœnitentia placare
contendit. Habuisse te siquidem concubinam, manife
sta veritate comperimus. De qua etiam contraria est quibusdam
nata suspicio. Sed quia in rebus ambiguis absolutum non debet
esse iudicium, hoc conscientiæ tuæ elegimus committendum.
Qua de re si in sacro ordine cõstitutum eius te permixtione es-
se recolis maculatum, sacerdotij honore deposito, ad adminis-
trãdum nullo modo præsumas accedere: sciturus in animæ tuæ
periculum ministrare, & deo nostro sine dubio te reddere ra-
tionem, si huius sceleris conscius, in eo quo es ordine cælans
veritatem permanere volueris. Vnde iterum adhortamur, vt
si te deceptum antiqui hostis calliditate cognoscis, competenti
eum dum licet pœnitentia superare festines: ne cum eo partici-
ceps, quod non optamus, in die iudicij deputeris. Si verò huius
reatus tibi conscius non es, in eo te necesse est quo es ordine
permanere. Præterea quoniam mulierem de Matriculis contra
I ordinem sacerdotij cædi crudeliter fustibus deputasti: quam li
cet post octo menses exinde minimè arbitramur fuisse defun-
ctam, tamen quia ordinis tui habere noluisti respectum, pro-
pterea duobus te mensibus ab administratione missarum statui-
mus abstinere. In quibus ab officio tuo suspensum, fiere te
conuenit quod fecisti. Nam valde dignum est, vt postquam te
ad vitæ istius tranquillam rectitudinem laudabilium sacerdo-
tum exempla non prouocant, saltem correptionis medicina
compellat.

Gregorius Ioanni episcopo Calliopolitano. De Andrea episcopo, & Matricula verberata.

Cap. LXXXIIII.

Epi. 45.

X gestis quæ ad nos fraternitas tua direxit, inuentum
E est Andream fratrem & coëpiscopum nostrum ha-
buisse sine dubio concubinam. Sed quia incertum est
si eam in sacro ordine constitutus contigerit, necesse est vt eum
sollicita adhortatione commoneas, vt si positus in sacro ordine,
cum ea se nouit mixtum, ab eo in quo est officio quiescat, & nul
latenus administrare præsumat. Qui si fortè conscius sibi huius
rei, peccatum suum supprimens, administrare præsumpserit,
animæ suæ periculum diuino iudicio imminere cognoscat. Ma
triculam verò quam fecit fustibus castigari, quanuis exinde
post octo menses obiisse non credimus: quia tamen eam contra
propositi sui ordinem huiusmodi fecit affligi, duobus hunc mẽ
sibus à missarum solemnitate suspende, vt vel hæc eum verecun K
dia qualem se decætero possit exhibere, instituat. Præterea ob-
lata nobis petitione, quæ tenetur in subditis, clerici prædicti epi
scopi multa se mala ab eo sustinere commemorant. Ob quam
rem fraternitas tua subtiliter cuncta curet addiscere, & ita ea ra
tionabili modo emendare atque disponere, vt nulla eis pro hac
re huc remeandi de cætero necessitas imponatur.

Gregorius clero Ecclesiæ Salonitanæ. De Honorato ad episcopatum eligendo.

Caput. LXXXV.

Epi.

Electionis vestræ scripta relegentes, electionem vos
D in Honoratum archidiaconum vestrum feciſſe didici-
mus, & omnino nobis gratum fuisse cognoscite, quod
olim expertum virum, & grauem moribus, ad episcopatus or-
dinem elegistis. Cuius etiam & nos personam: quia dudum est
nobis bene cognita, comprobamus: eumque vobis iuxta deside-
rium vestrum & nos ordinari voluimus sacerdotem. Pro qua re
hortamur vos in eius electione sine aliqua ambiguitate persiste-
re. Nec quædam vos res ab eius debet persona deflectere: quia
sicut ista laudabilis nunc probatur electio, ita si, quod absit, di-
lectionem vestram ab eo quisquam deuiare seduxerit, & animę
vestræ grauamen, & opinioni maculam infidelitatis imponet.
Eos verò qui ab electionis vestræ vnitate inconsideratè discor-
dant, vt vobiscum sentire possint, ab Antonino subdiacono no-
stro fecimus admoneri. Cui etiam de persona Malchi fratris & L
coëpiscopi nostri quid oporteat fieri, iampridem iniunximus.
Sed quoniam & ipsi scripsimus, credimus eum ab inquietudine
vestra sine mora quiescere. Qui si fortasse obedire quocunque
modo neglexerit, contumacia eius canonicę vltionis districtio-
ne modis omnibus multabitur.

Gregorius Columbo episcopo Numidiæ. De sacris ordinibus, & de concilio faciendo.

Caput. LXXXVI.

Epi. 47.

Ntequam fraternitatis tuæ scripta susciperem, bonum
A te dei famulum esse, nũciãte veridica opinione cogno-
ui. Et postquam suscepi certum fuisse hoc quod fa-
ma dudum asperserat, plenius intellexi, meritisque tuis valde
congaudeo, quod testes vitæ laudabilis mores tuos & actus o-
stendis. Hæc ergo quoniam superna tibi sentio maiestate colla-
ta, gratulor, & deum creatorem nostrum vtique benedico, qui
seruis humilibus, misericordiæ suæ dona non denegat. Qua de
re verum fateor: quia sic me fraternitas tua ad amorem suum
flamma charitatis accendit, sicque tibi vnitus est meus spiritus,
vt & videre te cupiam, & tamen absente corde semper atten-
dam. Hæc igitur ita esse ex te bene consideras. Nam profectò
plus in charitate animorum vnitas, quàm corporalis potest ve-
nerari præsentia. Præterea tota te mente, toto corde, totaque
anima Apostolicæ sedi inhærere ac esse deuotum & nunc scio, M
& priusquam epistola tua hoc testimonium perhiberet, mani-
festè cognoui. Præmisso ergo ex charitate salutationis allo-
quio, adhortor vt eorum quæ beato Petro Apostolorum prin-
cipi promisisti, memor esse non desinas. Itaque erga primatem
synodi tuæ esto sollicitus, vt pueri ad sacros ordines nullatenus *Ca. 9. q. 1. Pueri.*
admittantur: ne tanto periculosius cadant, quanto citius conscen
dere ad altiora festinant. Nulla sit in ordinatione venalitas: po-
tentia vel supplicatio personarum nihil aduersus hæc quæ pro-
hibemus, obtineat. Nam proculdubio deus offenditur, si ad sa-
cros ordines quisquam non ex merito, sed ex fauore, quod ab-
sit, aut ex venalitate prouehitur. Hæc autem si fieri cognoscis,
non taceas, sed instanter obsiste, quoniam si hæc aut inuestigare
fortasse neglexeris, aut intellecta cælaueris, non solum illos qui
hæc agunt, peccati vinculum alligabit, sed & te huius rei non le
uis ante deum culpa respiciet. Oportet ergo canonica vltione
si quid tale committitur, coërceri, ne tantum facinus, cùm alio-
rum peccato parcitur, vires ex dissimulatione percipiat. Præ-
sentium igitur portitorem Victorinum fraternitatis tuæ diaco-
num, quem tuum reor imitatorem existere, & cũ charitate sus-
cepi, & ad remeandum citius relaxaui, per quem etiã claues bea
ti Petri in quibus de catenis ipsius inclusum est, tibimet pro be
nedictione transmisi. Propterea de vnitate ac pace concilij,
quod deo auctore congregare disponitis, charitas tua animos
nostros

A nostros subtiliter omnia indicando lætificet.

Gregorius Adeodato episcopo primati prouinciæ Numidiæ. Vt nullus ad sacros ordines precio ascendat.

Caput. LXXXVII.

Q Valiter erga nos fraternitatem vestram charitas dilectionis adstrinxerit, scriptorum vestrorum series euidenter innotuit. Magnúmque fomitem nobis contulere lætitiæ, quòd ea & benigna pietate composita, & deo placita dilectione feruere cognouimus. Vt igitur breuiter diximus, ita mẽtem vestram epistola quam direxistis exposuit, vt auctor eius abesse minimè crederetur. Nec enim absentes iudicandi sunt, quorum animus ab alterutra charitate non discrepat. Quanuis autem nec virtus, nec ætas vos, sicut scribitis, ad nos venire permittat, vt de fraternitatis vestræ corporali possimus gratulari præsentia, tamen quia animus noster vobis, vestérque nobis vnitus est, vicissim nobis per omnia præsentes sumus, dum nos vnita per amorem mente conspicimus. Salutantes præterea fraternitatem vestram, congruo charitatis affectu hortamur, vt officium primatus, quod deo habetis auctore, tota intentione sic studeatis sagaciter exhibere, quatenus ad hunc vos ordinem peruenisse, & animæ vestræ proficiat, & aliis in futuro exemplum bonæ imitationis existat. Estote ergo præcipuè in ordinatione solliciti, & ad sacros ordines aspirare, nisi prouectiores ætate, & mundos opere, nullatenus admittatis,
B ne forte semper esse desinant, quod immaturè esse festinant. Eorum enim qui in sacro suot ordine collocandi, prius vitam morésque discutite, & vt dignos huic officio adhibere possitis, non vobis potentia, aut supplicatio quarumlibet surrepat personarum. Ante omnia autem cautos vos esse oportet, vt nulla præueniat in ordinatione venalitas, ne, quod absit, & ordinatis & ordinantibus periculum maius immineat. Si quando igitur de his tractari necesse est, graues expertósque viros consiliis vestris adhibete participes, & cum eis communi de hoc deliberatione pensate. Præ omnibus autem Columbum fratrem & coëpiscopum nostrum in cunctis adhibere vos conuenit. Credimus enim quia si illa quæ agenda sunt, cum eius consilio feceritis, nullus in vobis quod quibusque modis redarguere possit, inueniet: nobísque ita gratum esse, tanquam si cum nostro consilio agantur, cognoscite: quoniam vita morésque illius ita in omnibus sunt nobis approbati, vt cunctis liquidò constet, quia quod cum eius consensu agitur, nullius culpæ macula tuscetur. Præsentium verò lator Victorinus suprascripti coëpiscopi nostri diaconus, vestrorum præco ita extitit meritorum, vt animos nostros de vestra vehementer actione reficeret. Et oramus omnipotentem dominum, vt bona quæ de vobis oretenus retulit, placita sibi plenius faciat operatione claresce-
C re. Concilium itaque quod congregare disponitis, dum deo fuerit solatiante peractum, de eius nos vnitate atque concordia lætificate, ac reddite per omnia certiores.

Gregorius Theodoro episcopo Lilibitano. De Paulo in pœnitentiam dato.

Caput. LXXXVIII.

F Raternitatis tuæ grata nobis omnino sollicitudo est: quia ea quæ de sacerdotum vita cognoscit, & perscrutari curat, & inuestigata renũciat. Vt ergo in hac sollicitudine quam in te laudamus, possis sine diminutione persistere, studiosus esto ac vigilans: & si quos illic à quibuslibet, quod absit, excessus perpetrari cognoueris, siquidem tales sunt qui emendari ibidem possint, rationabiliter emendentur: alioquin fratri nostro Maximiano episcopo scriptis renunciare festina, vt quid fiendum sit, à vobis informatus agnoscat. Nulla igitur res ab inuestigatione prauorum actuum vel insinuatione te reuocet, nam quanto vigilantiam tuam modo laudamus, tanto culpabilior inuenieris, si huiusmodi actus qualibet dissimulatione cælaueris. Paulum præterea quondam episcopum in monasterio in quo est, in pœnitentia volumus permanere. Res autem quæ apud eum inuentæ sunt, in cimiliarchio Ecclesiæ tuę seruari modis omnibus studebis. De quibus etiam secundum rerum inuentarum paginam scriptum te facere volumus, & in scrinium Ecclesiæ tuæ transmittere. Sed clericis eius, si tamen illic aliqui præsentes sint, à pari aliud facere desuscepturn te cõ
D uenit, in quo tua fraternitas fateatur: quia desuscepturn de eisdem rebus in scrinio nostro emiserat, quatenus dum necesse fuerit, competenti personæ res omnes possint sine detrimento restitui. De Bonifacio verò quædam grauis ad nos accusatio peruenit, cuius scelera volumus, vtrum vera sint, fraternitas tua cũ loci seruatore prætoris examinet.

Gregorius Maximiano episcopo Syracusano &c. De gestis sanctorum per Italiam.

Caput. LXXXIX.

F Ratres mei qui mecum familiariter viuunt, omnimodo me compellunt aliqua de miraculis patrum quæ in Italia facta audiuimus, sub breuitate scribere. Ad quã rem solatio vestræ charitatis vehementer indigeo, vt ea quæ vobis in memoriam redeunt, quæque cognouisse vos contigit, mihi breuiter indicetis. De domino enim Nonnoso abbate, qui iuxta dominum Anastasium de Pentumis fuit, aliqua retulisse te memini, quæ obliuioni mandaui. Et hoc igitur, & si qua sunt talia, tuis peto epistolis imprimi, & mihi sub celeritate transmitti, si tamen ad me ipse non properas. *Epist. 50.*

Gregorius Prisco patricio Orientis. De humilitate tenenda in prosperis & aduersis.

Caput. XC.

E

S I vitæ istius cursum veraciter attendamus, nihil in eo firmum, nihil inuenimus stabile, sed quemadmodum viator modo per plana, modo per aspera graditur, sic nobis vtique in hac vita manentibus nunc prosperitas, nunc occurrit aduersitas. Denique alternis sibi succedunt temporibus, & mutua se vice confundunt. Dum igitur omnia in hoc mundo mutabilitatis ordo confundit, nec eleuari prosperis, nec frangi debemus aduersis. Tota ergo mente ad illum nos conuenit anhelare, vbi quicquid est, firmum permanet, vbi non mutatur aduersitate prosperitas. In hac ergo vita miro dei omnipotentis moderamine idcirco agitur, vt vel prosperitatem aduersitas, vel aduersitatem prosperitas subsequatur, quatenus & humiliati discamus quicquid deliquimus flere, & iterum exaltati, aduersitatis memoriam, quasi humilitatis anchoram in mente teneamus. Non hoc ergo creatoris nostri ira est deputanda, sed gra- *Epist. 51.*
F tia, per quam discimus vt eius dona tanto seruemus verius, quãto humilius tenemus. Quia igitur perfectam vos dominorum gratiam auctore omnipotente deo reparasse cognouimus, magna pro vobis exultatione gaudemus, optãtes vt vitam vestram rerum omnium gubernator & bonis semper præsentibus fulciat, & ad gaudia perpetua extendat. Hoc vobis ideo loquor, quia multum vos diligo, atque me à vobis diligi scio. Sed hoc quod me diligitis, in latorem præsentium Sabinianum diaconum demonstrate, vt vbi vsus exegerit, vestra patrocinia consequatur. Vir autem gloriosus Castus præco laudum vestrarum, in Romanis partibus existit, quem vestræ excellentiæ paterna dilectione commendo.

Gregorius Ioanni episcopo Constantinopolitano. De Ioanne presbytero, & de monachis Isauriæ cæsis.

Caput. XCI.

Q Vanuis causæ consideratio me mouet ad scribendum, tamen & charitas impellit: quia & semel & bis sanctissimo fratri meo domno Ioanni scripsi, sed non eius Epistolas recepi. Alter enim mihi secularis quidam sub eius nomine loquebatur, quæ si Epistolæ eius fuerint, ego vigilans non fui, qui longè de eo aliter credidi, quàm inueni. De causa enim reuerentissimi viri Ioannis presbyteri scripseram, atque de quæstionibus monachorum Isauriæ, quorum vnus & in sacerdotio positus, in Ecclesia vestra fustibus cęsus est: & rescripsit mihi, sicut ex nomine epistolæ agnosco, sanctissima fraternitas tua, quia nescierit de qua causa scriberem. Ad quod scriptum vehementer obstupui, mecum tacitus voluens, si verum dicit, quid esse deterius potest, quàm vt agantur talia contra seruos dei, & ipse nesciat qui præsto est? Quæ enim potest esse pastoris excusatio, si lupus oues comedit, & pastor nescit? Si autem sciuit sanctitas vestra & de qua causa scripserim, & quid vel contra Ioannem presbyterum, vel contra Ana-

G stasium Isauriæ monachum atque presbyterum gestum sit, & mihi scripsit contrà hoc, ego nescio, quid respondeã? quoniam
Sapien.1. per scripturam suam veritas dicit: Os quod mentitur, occidit animam. Requiro frater sanctissimè, illa tãta abstinentia ad hoc peruenit, vt fratri suo ea quæ nouit gesta, negando velit abscondere? Nunquid non melius fuerat illud os carnes ad vescendum ingredi, quàm de eo falsum sermonem ad illudẽ dum proximum exire?
Matth.15. præcipuè cùm veritas dicat: Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quæ exeunt de corde, illa sunt quæ coinquinant hominem. Sed absit hoc, vt ego de sanctissimo corde vestro tale aliquid credam. Illæ epistolæ vestro nomine prænotatæ sunt, sed vestras eas fuisse non arbitror. Ego beatissimo viro domino Ioanni scripseram, sed credo quod mihi familiaris vester ille iuuenculus rescripsit, qui adhuc de deo nihil didicit, qui viscera charitatis nescit, qui in cœlestibus rebus ab omnibus accusatur, qui insidiari quotidie diuersorum mortibus per occulta testamenta, nec dominum metuit, nec homines erubescit. Mihi crede frater sanctissime, si zelum charitatis perfectæ habes, ipsum prius corrige, vt ex his qui vobis vicini sunt, etiam hi qui vicim non sunt, exemplo melius emendentur. Illius linguam noli recipere, ille ad concilium vestræ sanctitatis debet dirigi, non autem sanctitas vestra ad verba illius inflecti. Si enim illũ audit, scio quia pacẽ cum suis fratribus habere
H non poterit. Ego enim attestante mihi conscientia fateor: quia cum nullo homine habere scandalum volo, & quanta valeo virtute declino. Et quanuis cum omnibus hominibus pacem habere summopere cupiam, vobiscum præcipuè, quos vehementer amo, si tamen ipsi quos noui, vos estis. Nam si canones non custoditis, & maiorum vultis statuta conuellere, non cognosco qui estis. Age ergo frater sanctissime atque charissime, vt nos inuicem recognoscamus, ne si antiquus hostis duos per scandalum mouerit, per nequissimam victoriam multos necet. Ego enim vt apertè indicem quia per elationem nil quæro, si ille iuuenculus, de quo prælocutus sum, apud fraternitatem tuam culmen prauæ actionis minimè teneret, ipsa etiam quæ mihi de canonibus suppetunt, interim tacere potuissem, & ab ipso initio venientes ad me personas ad eam fiducialiter transmisissem, sciens quòd eas sanctitas tua cum charitate susciperet: sed iam nunc dico, aut easdem personas in suis ordinibus suscipe, eisque quietem præbe: aut si hoc fortasse nolueris, omni mihi alteratione postposita, de eorum causa statuta maiorum & canonum terminos custodi. Si verò neutrum feceris, nos quidem rixam inferre nolumus, sed tamen venientem à vobis non de-
Parte.1. uitamus. Quid autem de episcopis qui verberibus timeri
Distin. 45. volunt, canones dicant, bene vestra fraternitas nouit. Pastores
Quid antẽ. etenim facti sumus, non percussores. Et egregius prædicator
2.Tim.4. dicit: Argue, obsecra, increpa cum omni patientia & doctrina.
I Noua verò atque inaudita est ista prædicatio, quæ verberibus exigit fidem. Sed de his multa in epistolis loqui non debeo, quia dilectissimum filium meum Sabinianum diaconum pro responsis Ecclesiasticis faciendis, ad dominorum vestigia transmisi, qui vobiscum cuncta subtilius loquetur. Si nobiscum litigare non vultis, paratum eum ad omnia quæ iusta sunt inuenietis. Quem vestræ beatitudini commendo, vt saltem ipse dominum illum Ioannem inueniat, quem ego in vrbe Regia scitui olim.

Gregorius Maximiano episcopo Syracusano.
De Agathone episcopo.

Caput. XCII.

Postquam in Agathonem, quondam episcopum, iuxta
Epist.53. P qualitatem excessuum districtione est canonica vindicatum: necesse est humanitatis intuitu, quemadmodum sustentari possit, disponere. Propterea fraternitas tua ad Liparitanam Ecclesiam, in qua supradictus Agatho sacerdotis gessit officium, festinet dirigere, eique ad præsens exinde quinquaginta solidos qui in eius possint proficere victum, transmittat. Nam nimis est impium, si alimentorum necessitati post vindictam subiaceat.

Gregorius Ioanni episcopo Rauennati.
De illicita vsurpatione pallij.

Caput. XCIII.

On multum temporis interuallum est, quòd quæ- *Epist.*
N dam nobis de tua fraternitate fuerant nunciata, de quibus vobis veniente illuc Castorio notario sanctæ, cui deo auctore præsidemus, Ecclesiæ: subtiliter nos indicasse meminimus: Peruenerat nanque ad nos quædam in Ecclesia vestra contra cõsuetudinis atque humilitatis tramitẽ geri, quæ sola, vt bene nostis, est officij sacerdotalis erectio. Quæ si sapientia vestra mansuetè, vel cum episcopali susceptisset studio, non de illis accendi debuerat, sed oportuerat te hæc eadem cum gratiarum actione corrigere. Contra morem quippe Ec- *Parte. Distin. Cum*
clesiasticum est si non patientissimè toleratur, quod à vobis absit, etiam iniusta correctio. Mota autem nimis est vestra fraternitas, atque cum tumore cordis, quasi satisfaciens, scripsit nobis pallio te non nisi post dimissos de secretario filios Ecclesiæ, & missarum tempore, atque in litaniis vti, solennibus verbis aliquid te vsurpasse contra generalis Ecclesiæ consuetudinem apertissima veritate professus. Quomodo enim fieri potest, vt illud cineris atque cilicij tempore per plateas inter populorum strepitus agas licitè, quod te agere in conuentu pauperum nobilium, & in secretario Ecclesiæ velut illicitum excusasti? Illud tamen frater charissime tibi non putamus ignotum, quod penè de nullo Metropolitano in quibuslibet mundi partibus sit auditum, extra missarum tempus vsum sibi pallij vindicasse. Et quòd bene hanc consuetudinem gene- L
lis Ecclesiæ noueritis, vestris nobis manifestissimè significastis Epistolis, quibus præceptum beatæ memoriæ decessoris nostri Ioannis papæ nobis in subditis transmissistis annexum, continens omnes consuetudines ex priuilegio prædecessorum nostrorum concessas, *vobis*, Ecclesiæque vestræ, debere seruari. Confitemini igitur aliam esse generalis Ecclesiæ consuetudinem, postquam ea quæ vos geritis, *vobis ex priuilegio* vendicatis. Nulla ergo vobis in hac re, vt arbitramur, poterit remanere dubietas. Aut enim mos omnium Metropolitanorum etiam à tua est fraternitate seruandus, aut si tuæ Ecclesiæ aliquid specialiter dicis esse concessum, præceptúmve à prioribus Romanæ vrbis pontificibus, quòd hæc Rauennati Ecclesiæ sunt concessa, à vobis oportet ostendi. Quòd si hoc non ostenditur, restat, postquam talia agere neque consuetudine generali, neque priuilegio vendicas, vt vsurpasse te comprobes quod fecisti. Et quid dicturi sumus futuro iudici frater charissime, si illud quod graue iugum atque vinculum cerui-
cis nostræ non dico pro Ecclesia, sed pro quadam seculari nobis dignitate defendimus, grauari nos iudicantes, si tanto pondere vel parui temporis spacio careamus? Decorari pallio volumus, forsan moribus indecori, dum nihil in episcopali ceruice splendidius fulget, quàm humilitas. Oportet igitur fraternitatem tuam, si honores suos sibi quibuslibet argumentis M
stabili proposuit mente defendere, aut generalitatis vsum ex non scripto sequi, aut ex scriptis priuilegiis se tueri. Vel si postremò nihil horum est, aliis Metropolitanis *huius* te præbere volumus præsumptionis exemplum. Sed ne fortè putes, nos hæc vobis scribentes, quæ pro fraterna sunt charitate neglexisse, scitote in nostro scrinio de priuilegio Ecclesiæ tuæ subtiliter perquisitum. Et quidem quædam inuenta sunt, quæ omnino possint fraternitatis tuæ intentionibus obuiare, nihil autem in quo de huiusce modi capituli pars vestræ possit Ecclesiæ roborari. Nam & de ipsa consuetudine tuæ quam opponis Ecclesiæ, quæ vobis olim, vtà partibus vestris probaretur, scripsimus, iam nos satis sollicitudinem gessisse cognoscite, inquirentes filios nostros Petrum diaconum, atque Gaudiosum primicerium, necnon & Michaëlium defensorem sedis nostræ, vel alios, qui pro diuersis responsis Rauennam à nostris decessoribus sunt transmissi, & hæc te in præsentia sua egisse districtissimè negauerunt. Apparet igitur secretò non potuisse geri, nisi quod vsurpabatur illicitè. Vnde quod latenter subintroductum est, nulla debet stabilitate persistere. Quæ ergo superfluè à te, vel à tuis decessoribus sunt præsumpta, cum charitatis intuitu, atque cum fraterna stude benignitate corrigere. Nullatenus, non dico per te, sed per aliorum vel decessorum tuorum normam ab humilitatis tentes regula deuiare. Vt enim ea quæ superius dixi, breuiter colligam,

A gam, admoneo quatenus nisi decessorum meorum munificentiam ibi hæc per priuilegium attributa docueris, vt in plateis palium vlterius ferre non præsumas: ne non habere & ad missas incipias, quod audaciter & in plateis vsurpas. De secretario autem quod fraternitas tua resedisse cum pallio, & filios Ecclesiæ suscepisse, & fecit & excusauit, nunc interim nihil querimur: quia synodorum sententiam sequentes, minores culpas quæ negantur, vlciscí recusamus. Hoc tamen quia semel & iterum sit factum cognouimus, sed fieri vlterius prohibemus. Fraternitas autem tua sit omnino sollicita, ne hoc quod præsumptioni inchoanti adhuc ceditur, in proficiente deterius vindicetur. Conquesti præterea estis, quòd quidam de sacerdotali ordine Rauennatis ciuitatis peccatis imminentibus grauibus sint criminibus inuoluti. Quorum causam vel illic te discutere volumus, vel huc eos, si tamen probationum difficultas pro locorum longinquitate non impedit, ad hæc ipsa discernenda transmittere. Quòd si vel ad tuum iudicium, vel ad nos, maiorum fulti patrocinio, quod non credimus, venire despexerint, & in obiectis sibi capitulis contumaciter respondere nequiuerint: volumus vt eis post secundam & tertiam admonitionem tuam ministerium sacri interdicas officij, atque nobis de contumacia eorum scriptis tuis renuncies, vt deliberemus quemadmodum actus eorum debeas subtiliter perscrutari, atque secundum diffinitiones canonicas emendare. Co-
B gnoscat igitur fraternitas tua de causa hac nos plenissimè absolutos, ex eo quòd vobis causas ipsas commisimus perquirendas, atque omnia peccata eorum si inulta venerint, & omne pondus discussionis huius, in tuæ animæ redundare periculum, sciens nullam dilectionem vestram excusationem apud futurum iudicem habituram, si non excessus cleri tui cum summa canonici rigoris seueritate correxeris, & hos quibus hæc fuerint approbata, sacros vlterius ordines temerare permiseris.

Illud autem quod pro vtendis à clero vestro mappulis scripsistis, à nostris est clericis fortiter obuiatum, dicentibus nulli hoc vnquam alij cuilibet Ecclesiæ concessum fuisse: nec Rauennates clericos illic, vel in Romana ciuitate tale aliquid cum sua conscientia præsumpsisse. Nec si tentatum esset ex furtiua vsurpatione sibi præiudicium generari. Sed etiam si in qualibet Ecclesia hoc præsumptum fuerit, asserunt emendandum quod non concessione Romani pontificis, sed sola surreptione præsumitur. Sed nos seruantes honorem fraternitatis tuæ, licet contra voluntatem antedicti clerici nostri, tamen primis diaconis vestris, quos nobis quidam testificati sunt etiam antè eis vsos fuisse, in obsequio duntaxat tuo mappulis vti permittimus, alio autem tempore vel alias personas hoc agere vehementissimè prohibemus.

Gregorius Cypriano diacono. De Cosma multis debitis obligato. Caput. XCIIII.

C Osmas ex variis periculorum necessitatibus multis
C se dicit debitis obligatum, ita vt pro eis à creditoribus suis, suos dicat filios detineri. Quæ res si ita est, nos omnino commouet. Quamobrem hortamur dilectionem tuam, vt quia de rebus pauperum dãdis agitur, causam eius cum summa subtilitate perquiras, & si inueneris eum prædictis debitis veraciter inuolutum, vt non sit substantia vnde possit hæc ipsa persoluere, prædictos creditores eius adeas, & propter recolligendos filios eius, quanta cognoueris quantitate componas. Et quia, sicut dictum est, non habet vnde restituat, de rebus pauperum ex præsenti nostra auctoritate persolue, sciens quicquid illic te prouidente datum fuerit, patrimonij nostri pensionibus esse reputandum.

Gregorius Secundino episcopo. De auferendo baptisterio in monasterio monachorum.

Caput. XCV.

P Ridem præcepimus vt de monasterio sancti Andreæ,
P quod est super Mascalas, baptisterium propter monachorum insolentias debuisset auferri, atque in eodem loco quo fontes sunt, altare fundari. Cuius rei perfectio hactenus est protracta. Admonemus igitur fraternitatem tuam, vt nullam iam moram post susceptas præsentes literas nostras inferere debeas, sed repleto loco ipsorum fontium, altare ad sa D
cra celebrãda mysteria illic sine aliqua dilatione fundetur, quatenus & prædictis monachis opus dei securius liceat celebrare, & non de negligentia vestra, contra fraternitatem tuam noster animus excitetur.

Gregorius Italicæ patriciæ. De rebus pauperum cum mansuetudine disponendis.

Caput. XCVI.

S Vscepimus plenas dulcedine literas vestras atque in- *Epi.57.*
columitatis excellentiæ vestræ nos lætificauit auditus. Circa quas tanta est nostræ mentis sinceritas, vt nihil in earum tranquillitate simultatis reconditum, paternus nos suspicari permittat affectus. Sed omnipotens deus faciat, vt sicut de vobis nos bona sentimus, ita mens vestra nobis bona respondeat, & dulcedinem quam verbis impenditis, exhibeatis operibus. Nihil enim potest gloriosissima sanitas & pulchritudo in superficie corporis, si vulnus animæ latet intrinsecus. Atque illa magis cauenda est discordia, cui satellitium pax præbet exterior. Illud verò quod epistolis prædictis reuocare in memoriam nostram, excellentia vestra studiosè contendit, scriptum vobis sciat nihil cum scandalo, nihil cum forali strepitu vobiscum nos velle de causis pauperum definire. Hoc nos & scripsisse meminimus, & scimus nosmetipsos iuuante domino à causarum litigiis Ecclesiastica moderatione compescere, E
atque secũdum Apostolicum illum sensum, rapinam bonorum nostrorum cum gaudio sustinere. Sed illud scire vos volumus, taciturnitatem atque patientiam nostram futuris post me pontificibus in rebus pauperum præiudicium non facturam. Vnde & nos expleutes suprà memoratam promissionem vestram, iam de causis ipsis præuidimus reticendum, nec in his in quibus minus agi benignè cognouimus, desideramus nos per nosmetipsos immiscere negociis. Sed ne forte ex his coniiciatis, gloriosa filia, ea quæ ad concordiam pertinent, adhuc nos omnino renuere, filio nostro Cypriano diacono venienti ad Siciliæ partes, indiximus, vt si quid de his salubriter, & sine peccato animæ vestræ ordinare disponitis, ex nostra auctoritate vobiscum definiat: & nos non amplius illis vexemur negociis, quorum cum mansuetudine est dispensandus effectus. Deus autem omnipotens qui ea quæ omnino impossibilia sunt, ad possibilitatẽ bene nouit inflectere, ille vobis aspiret & causas vestras cum pacis intentione disponere, & pro mercede animæ vestræ, de rebus eis competentibus huius Ecclesiæ consulere pauperibus.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De monasterio Gratiosæ abbatissæ consecrando.

Caput. XCVII.

F
R Eligiosis desideriis sine difficultate præstari decet ef- *Epist.58.*
fectum. Atque ideo Gratiosa abbatissa vnà cum congregatione sua, oblata petitione quæ tenetur in subditis, postulauit quod patriciæ recordationis Rustica per vltimum voluntatis suæ arbitrium in ciuitate Neapolitana, in domo propria, in regione Herculensi, in vico in quo Lampadius monasterium ancillarum dei constituit sepeliretur, in quo præfatam Gratiosam abbatissam præesse disposuit: simulque & oratorium extruxisse dinoscitur, cui & pro voto suo quatuor vncias totius substantiæ suæ dimisisse suggessit: quodque in honorem beatæ Mariæ semper virginis genitricisque dei, & domini nostri Iesu Christi desiderauit consecrari. Et ideo frater charissime præsenti præceptione dilectionem tuam duximus adhortandam, vt inspecto primitus testamento, si iure subsistit, & easdem quatuor vncias verissimè eidem monasterio collatas esse compereris, ad prædictum locum cùm postulauerint, ingrauanter accedas, venerandæ solennia dedicationis impendens, vt quotiens necesse fuerit, à presbyteris Ecclesiæ in suprascripto loco deseruientibus celebrentur sacrificia veneranda missarum: ita vt in eodem monasterio neque fraternitas tua, neque presbyteri præter diligentiam disciplinæ, aliquid molestiarum inferant. Aut si quid pro diuersorum deuotione commoditatis accesserit, siue aurum, siue argentum, siue prædium, siue vestimentum, omnibus modis constructio præfata

G possideat, ancillis dei in eodem loco deseruiẽtibus debeat proficere, quicquid offerri ibidem contigerit.

Gregorius Eutichio episcopo Tundarino. De cultoribus idolorum conuertendis. Caput. XCVIII.

Epi.59. S Cripta fraternitatis tuæ Benenato Ecclesiæ tuæ clerico deferente suscepi, gratiásque omnipotenti deo retuli, quòd in causis animæ & iis quæ ad deum pertinent, te occupatum esse cognouimus. Scripsisti siquidem nobis quosdam idolorum cultores, atque Anglorum dogmatis, in iis in quibus constitutus es partibus inueniri, de quibus plures asseruisti esse conuersos, aliquos autem potentum nomine atque locorum se qualitate defendere. Auxiliantes igitur bonis tuæ charitatis operibus, viro glorioso prætori Siciliæ nostra scripta transmisimus quatenus iuuante domino, qua potest tibi virtute concurrat, vt quod laudabiliter acceptum est, valeat salubriter adimpleri. Oportet ergo fraternitatem tuam maximam in hoc sollicitudinem gerere. Verè enim episcopalem vitam sequeris, si per zelum linguamque tuam, hos qui à fidei veritate dissentiunt, in Ecclesiæ vnitatem reduxeris.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. Quomodo in Ecclesia sua conuersari debeat.

Caput. XCIX.

Epi.60. S Cripta tuæ charitatis accepimus, quibus nobis indicasti deo propicio te bene à filiis tuis Neapolitanis ciuibus esse susceptum. De quibus omnipotẽti deo gra
H tias retulimus. Oportet ergo affectui eorum te tuis moribus compensare, malos coërcere, bonis te discretè atque benignissimè relaxare, ad sequendas eos meliores partes frequentius admonere: quatenus & illi paternos in te mores inueniſſe se gaudeant, & tu creditam tibi regiminis causam cooperante domino studiosius exequaris.

Gregorius Mauricio Augusto. De lege eius iniusta vt miles in monasterio non suscipiatur.

Caput. C.

Epist.61. Omnipotenti deo reus est, qui serenissimis dominis in
O omne quod agit & loquitur, purus non est. Ego autem indignus pietatis vestræ famulus, in hac suggestione neque vt episcopus, neque vt seruus iuris reipublicæ, sed iure priuato loquor: quia serenissime domine, ex illo iam tempore dominus meus fuisti, quando adhuc dominus omnium nõ eras. Longino viro clarissimo stratore veniente dominorum legem suscepi, ad quam fatigatus tunc ægritudine corporis, respondere nihil valui. In qua dominorum pietas sanxit, vt quisquis publicis administrationibus fuerit implicatus, ei ad Ecclesiasticum officium venire non liceat. Quod valde laudaui, euidentissimè sciens: quia qui secularem habitum deserens, ad Ec-
I clesiastica officia venire festinat, mutare vult seculum, non relinquere. Quod verò in eadem lege dicitur, vt ei in monasterio conuerti non liceat: omnino miratus sum, dum & rationes eius possint per monasterium fieri: & agi potest vt ab eo loco in quo suscipitur, eius quoque debita soluantur. Nam & si quisquam deuota mente conuerti voluisset, prius res malè ablatas redderet, & de sua anima tantò verius, quantò expeditior cogitaret. In qua lege subiunctum est, vt nulli qui in manu signatus est, conuerti liceat. Quam constitutionem ego, fateor dominis meis, vehementer expaui: quia per eam cœlorum via multis clauditur, & quod nuncusque licuit, ne liceat prohibetur. Multi enim sunt qui possunt religiosam vitam etiam cum seculari habitu ducere. Et plærique sunt qui nisi omnia reliquerint, saluari apud deum nullatenus possint. Ego verò hæc dominis meis loquens, quid sum nisi puluis & vermis? Sed tamen quia contra auctorem omnium deum hanc intendere constitutionem sentio, dominis tacere non possum. Ad hoc enim potestas super omnes homines dominorum meorũ pietati cœlitus data est, vt qui bona appetunt, adiuuentur, vt cœlorum via largius pateat, vt terrestre regnum cœlesti regno famuletur. Et ecce aperta voce dicitur, vt ei qui semel in terrena militia figuatus fuerit, nisi aut expleta militia, aut pro debilitate corporis repulsus, domino nostro Iesu Christo militare non liceat.

Ad hæc ecce per me seruum vltimum suum & vestrum respondebit Christus dicens: Ego te de notario comitem excubi- K
torum, de comite excubitorum Cæsarem, de Cæsare imperatorem, nec solum hoc, sed etiam patrem imperatorum feci. Sacerdotes meos tuæ manui commisi, & tu à meo seruitio milites tuos subtrahis? Responde rogo piissime domine seruo tuo, quid venienti & hæc dicenti responsurus es in iudicio domino tuo? Sed fortasse creditur: quia nullus eorum puro animo conuertatur. Ego indignus famulus vester scio, quanti his diebus meis in monasterio milites conuersi miracula fecerunt, signa & virtutes operati sunt. Sed per hanc legem iam ne quisquam talium conuerti valeat, prohibetur. Requirat rogo dominus meus quis prior imperatorum talem legem dederit, & subtilius æstimet si debuit dari. Et quidem considerandum valde est: quia eo iam tempore prohibentur, quique relinquere seculum, quo appropinquauit finis ipse seculorum. Ecce enim mora non erit, & ardente cœlo, ardente terra, corruscantibus elementis, cum angelis & archangelis, cum thronis & dominationibus, cum principatibus & potestatibus tremendus iudex apparebit. Si omnia peccata dimiserit, & solam hanc legem contra se dixerit esse prolatam, quæ rogo erit excusatio? Vnde per eundem tremendum iudicem deprecor, ne illæ tantæ lachrymæ, tantæ orationes, tanta ieiunia, tantæque eleemosynæ domini mei ex qualibet occasione apud omnipotentis dei oculos fuscẽtur, sed aut temperando pietas vestra, aut immutando vigorem eiusdem legis inflectat: quia tunc magis dominorum exercitus contra hostes crescit, quanto dei exercitus ad orationem creL
uerit. Ego quidem iussioni subiectus, eandem legem per diuersas terrarum partes transmitti feci, & quia lex ipsa omnipotenti deo minimè concordet, ecce per suggestionis meæ paginam serenissimis dominis nunciaui. Vtrobique ergo quæ debui exolui, qui & imperatori obediẽtiam præbui, & pro deo quod sensi, minimè tacui.

Gregorius Domitiano Metropolitano. De diabolo corruptore animæ, & Sichemitis iniustè occisis.

Caput. CI.

Epi.61 S Cripta dulcissimæ & suauissimæ beatitudinis vestræ suscipiens, valde gauisus sum: quia multa mihi de sacra scriptura loquebantur. Et quia dilectas in eis epulas reperi, eas auidè comedi. In quibus quædam quoque de causis exterioribus & necessariis sunt permixta. Et quasi menti cõuiuium præparantes egistis, vt oblatæ epulæ ex diuersitate melius placerent. Et si quidem exteriores causæ, velut inferiores & abiecti cibi minus sapiunt, ita tamen à vobis prudenter dictæ sunt, vt libenter sumantur: quia & cibi contemptibiles plærunque dulces ex condimento bene coquentis fiunt. Seruata autem veritate historiæ, hoc quod dudum de diuina significatione dixeram, respui nullo modo debuit. Nam etsi mihi, quoniam ita vultis, significatio eius non congruit, ex ipsis tamen locis suis circunstantibus, hoc quod ex ea dictum est, incunctanter tene- M
ri potest. Nam & corruptor eius princeps terræ dicitur, per quem apertè diabolus designatur: quia redemptor noster ait: Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Qui etiam vxorem petit: quia malignus videlicet spiritus festinat, vt licenter possideat animam, quam prius occulta seductione corruperit. Vnde Iacob filij vehementer irati contra omnem Sichem domum, eiúsque patriam, gladios sumunt: quia à cunctis zelum habentibus ipsi quoque insequendi sunt, qui maligni spiritus adiutores fiunt. Quibus prius circuncisionem præcipiunt, quos in dolore positos postmodum occidunt. Quia plærunque magistri seueriores si zelum suum moderari nesciunt, quamuis per prædicationem vitia corruptionis resecent, cùm tam à delinquentibus plangitur, quod fuerat perpetratum, adhuc tamen ipsi per asperitatem disciplinæ sæuiunt, & duriores existunt. Qui enim iam & præputia abscinderant, mori minimè debebãt: quia qui culpam plangunt luxuriæ, & voluptatem carnis in dolorem vertunt, à magistris sentire non debent asperitatem disciplinæ, ne ipse humani generis redemptor minus ametur, si pro eo anima plusquam debet atteritur. Vnde & eisdem filiis Gen.
Iacob dicit: Turbastis me, & odiosum fecistis Chananæis. Quando enim & hoc quod iam delinquentes plangunt, adhuc magistri crudeliter insequuntur, infirmæ menti ipse redemptoris sui amor tepescit: quia ibi se affligi considerat, vbi sibi & ipsa non

A ipsa non parcit. Haec igitur dixerim, vt intellectum quem prouilis non esse improbabilem ex locis circunstantibus demonstrarem. Ea verò quæ ex eodem loco à vestra sanctitate in meam consolationem dicta sunt, libenter accipio: quia in intellectu sacræ scripturæ respui non debet quicquid sanæ fidei non resistit. Sicut enim ex vno auro alij murenulas, alij annulos, alij dextralia ad ornamentum faciunt, ita ex vna scripturæ scientia expositores quique per innumeros intellectus quasi varia ornamenta componunt, quæ tamen omnia ad decorem cœlestis sponsæ proficiunt. Valde autem gaudeo, quòd dulcissima beatitudo vestra etiam causis secularibus occupata, ad intellectum sacri eloquij vigilanter ingenium reducit. Sic quippe necesse est vt si illa omnimodo caueri non possint, ista nō omnimodo postponantur. Sed per omnipotentem dominum rogo, mihi in tantis tribulationum fluctibus laboranti, tende orationis manum, vt ex vestra intercessione ad summa releuer, qui culparum mearum pondere ad profundum premor. Imperatorem verò Persarum etsi non fuisse conuersum doleo, vos tamen ei Christianam fidem prædicasse omnimodo exulto: quia etsi ille ad lucem venire non meruit, vestra tamen sanctitas prædicationis suæ præmium habebit. Nam & Aethiops in balneum niger intrat, & niger egreditur, sed tamen balneator nummos accipit. De Mauricio autem bene dicitis vt in actione eius ab vmbra statuam cognoscam, id est, in minimis maiora perpendam. In hoc
B tamen ei credimus: quia eius vobis animam sacramenta & obsides ligant.

Gregorius Narsæ. De causa Ioannis episcopi & presbyterorum eius. Caput. C II.

M Vlta mihi dulcissima charitas vestra per epistolas suas in bonæ operationis laudibus est locuta, ad quæ omnia breuiter ego respondeo: Nolite me vocare Noëmi, id est, pulchrum: sed vocate me Mara, id est, amarum: quia amaritudine plenus sum. De causa verò presbyterorum, quæ cum fratre meo, & coëpiscopo viro reuerentissimo Ioanne patriarcha agitur, ipsum puto aduersarium patimur, quem asseris velle canones custodire. Charitati autem tuæ breuiter fateor: quia omni virtute & omni pondere, eandem causam, auxiliante omnipotente deo, exigere paratus sum. In qua si videro sedis Apostolicæ canones non seruari, dabit omnipotens deus quid contra contemptores eius faciam. Quòd autem charitas vestra scripsit mihi, vt filio meo domino Theodoro archiatro & expræfecto pro vobis gratias agerem, feci: & quantum potui, vos commendare minimè cessaui. Peto autem mihi ignoscas, quòd epistolis tuis sub breuitate respondeo: quia tantis tribulationibus premor, vt mihi neque legere, neque per epistolas multa loqui liceat. Hoc solum tibi breuiter dico: quia oblitus sum manducare panem meum, à voce gemitus mei. Om-
C nes qui vobiscum sunt, mea peto vice salutari. Domnæ Dominicæ salutes meas dicite. Cui minimè respondi: quia cùm sit Latina, Græcè mihi scripsit.

Gregorius Theodoro medico &c. De iniusta lege imperatoris, ne miles conuertatur.

Caput. C III.

Vanta bona omnipotentis dei & serenissimi domini mei imperatoris habeam, lingua mea non sufficit explere. Pro quibus bonis quid est meum retribuere, nisi eorum vestigia purè amare? Peccatis autem meis facientibus, ex quorum suggestione vel consilio nescio an vestro, transacto anno talem in republica sua legem protulit, vt quisquis eū purè amat, flere vehementer debeat. Ad quam legem tunc respondere nō potui, quia ægrotus fui. Modo autem ei dē domino aliqua suggessi. Præcepit enim vt nullus qui actionem publicam egit, nullus qui officio vel manu signatus, vel inter milites fuit habitus, ei in monasterio conuerti liceat: nisi forte si militia eius fuerit expleta. Quam legem primum, sicut ij dicunt, Iuliani lex qui leges veteres nouerunt, Iulianus protulit, de quo scimus omnes quàtum deo aduersus fuerit. Quod si ideo serenissimus dominus noster fecit: quia forte multi milites conuertebantur, & exercitus decrescebat: nunquid per virtutem militum subiugauit ei omnipotens deus imperium Persarum? Nunquid non solæ lachrymæ illius auditæ sunt, & eo ordine quem ipse nesciuit, eius imperio Persarum regnum subdidit? Valde autem D mihi durum videtur, vt ab eius seruitio milites suos prohibeat: qui ei & omnia tribuit, & dominari eum, non solum militibus, sed etiam sacerdotibus concessit. Nunquid si intentio est seruandarum rerum, non poterant ea ipsa monasteria quæ milites susceperant, alienas res reddere, atque ad conuersionem homines tantummodo habere? Hæc quia mihi valde dolent, eidem domino suggessi. Sed vestra gloria opportuno tempore secretè suggestionem meam ei offerat. Nolo eam à responsali meo publicè dari, quia vos qui ei familiarius seruitis, loqui ei liberius & aptius potestis, quæ pro eius sunt anima: quoniam in multis est occupatus: & vix animus eius inuenitur à curis maioribus vacuus. Tu quidem glorioſe fili, pro Christo loquere. Si auditus fueris, lucrum est animæ prædicti domini tui, & tuæ. Si verò auditus non fueris, lucrum solummodo tuæ fecisti.

Gregorius Theotimo medico. De illo quod scriptum est: Erat illis cor vnum & anima vna.

Caput. C IIII.

Verunt quidam veteres philosophorum, qui in duo- *Epist. 65.*
F bus corporibus vnam esse animam dicerent, non affectus iungentes duos, sed vnam in duobus animæ substantiam partientes. At contrà nos esse in duorum mentibus vnā animam dicimus, non diuidendo substantiam, sed corda iungendo. Nam de illis primis fidelibus scriptum est: Erat in eis cor E vnum, & anima vna. Quod ego sic in Actibus Apostolorum le- *Act. 4.*
go, vt in me & domino Theotimo recognoscam: quia sic vnanimis mecum est, vt præsens corpore, nunquam mihi defuerit, & absens corpore, semper per spiritum præsens fiat. Ago autem omnipotenti deo gratias, qui charitatis suæ gratiam mentis vestræ visceribus infundit: & deprecor, vt magis magísque in vobis dona sua augeat: & hic bona nobis præsentia, & in futuro seculo gaudia æterna concedat. Filium meum Sabinianum diaconum venientem charitati vestræ commendo: petens vt eo amore quo me diligitis, etiam nostros ametis.

Finiunt epistolæ Indictionis vndecimæ.

LIBER TERTIVS.

Epistolæ ex registro beati Gregorij Papæ, Mense Septembri. Indictione duodecima.

Gregorius Constantio episcopo Mediolanen. Congratulatur quòd bene receptus sit à suis.

Caput. I.



Cripta fraternitatis vestræ suscipiens, magnas omnipotenti deo gratias retu- *Epist. 1.*
li, quia ordinationis vestræ merui celebratione releuari. Quòd verò ex super- F
no munere in electionem vestram concorditer omnium conuenit assensus, hoc fraternitas tua cum summa debet consideratione pensare: quia post deum valde est debitrix eis, qui sibi vos præferri tam subdita mente voluerunt. Decet igitur vos sacerdotali benignitate eorum moribus in omnibus respondere, eorumque necessitatibus pia cōpassione succurrere. Si quorum fortasse sunt vitia, hæc maturis obiurgationibus increpate: vt ipsa quoque sacerdotalis indignatio virtute sit admixta dulcedinis, quatenus & tunc à subiectis amari debeat, etiam cū grauiter timetur. Quæ res personam vestram apud eorum iudicium in magnam quoque reuerentiam adducit: quia sicut præceps furor vsitatúsque despicitur, ita contra culpas discreta indignatio plærunque quò tarda fuerit, eo amplius fit timenda. Ioannes verò subdiaconus noster multa nobis bona tuæ fraternitatis rediens nūciauit. De quibus omnipotentem dominum petimus, vt hæc quæ cœpit, ipse perficiat: quatenus te interius exteriúsque profeciſſe, & nunc inter homines, & pòst inter angelos ostendat. Præterea pallium ad sacra missarum solennia vtendum ex more transmisimus: Sed peto vt dum hoc suscipitis, eius honorem ac genium ex humilitate vendicemus.

Universidad de Navarra
Biblioteca

Gregorius Constantio episcopo Mediolanensi. De tribus capitulis, & Theodelinda regina. De episcopis à communione eius separatis, & Agone rege Longobardorum. Caput. II.

Epist.2. Dilectissimus filius meus Bonifacius diaconus quiddam mihi ex scripto fraternitatis tuæ secretò nunciauit, quòd exquisita occasione potius quàm inuenta, tres se episcopi à fraternitatis vestræ communione separauerint, dicentes vos in damnationem trium capitulorum consensisse, atque cautionem fecisse. Et quidem si quid de tribus capitulis in quocunque vel verbo vel scripto nominatum est, bene fraternitas tua reminiscitur, quanuis decessor fraternitatis tuæ Laurentius districtissimam cautionem sedi Apostolicæ remiserit, in qua viri nobilissimi, ex legitimo numero subscripserunt. Inter quos ego quoque tunc Vrbanam præturam gerens, pariter subscripsi, quia postquã talis scissura pro nulla re facta est, iustum fuit vt sedes Apostolica curam gereret, quatenus vnitatem vniuersalis Ecclesiæ in sacerdotum mentibus per omnia custodiret. Quòd autem dicitur filiam nostram Theodelindam reginam sese à communione tua hoc audito nuncio suspẽdisse: constat per omnia, quia etsi prauorum hominum verbis ad paululum seducta est, venientibus tamen Hippolyto notario, & Ioanne abbate, erit modis omnibus vestræ fraternitatis communionem quæsitura. Cui etiam meas epistolas direxi, quas fraternitas vestra sine dilatione transmittat. De episcopis verò qui se suspendere nisi sunt, aliam epistolam feci, quam cum eis ostendi feceris, eos non ambigo de superstitione suæ superbiæ apud fraternitatem tuam pœnitentiam acturos. Subtiliter autem mihi & breuiter indicastis, vel de Agone rege, vel de Francorum regibus quæ gesta sunt. Peto, vt vestra fraternitas quæ adhuc recognouerit, mihi modis omnibus innotescat. Si autem videritis, quia cum Patricio nihil facit Ago Longobardorum rex, de nobis ei promittite: quia paratus sum in causa eius impendere, si ipse vtiliter aliquid cum republica voluerit ordinare.

Gregorius Constantio episcopo Mediolanen. De episcopis ab eo diuisis, & synodo Chalcedonensi. Caput. III.

Epist.3. Peruenit ad nos quòd quidam episcopi vestræ diœcesis exquirentes occasionem potius, quàm inuenientes, sese scindere à fraternitatis vestræ vnitate tentauerint: dicentes te apud Romanam vrbem in trium capitulorum damnationem, cautionem fecisse. Quod videlicet idcirco dicunt: quia quantum fraternitati tuæ etiam sine cautione credere soleam, nescIunt. Si enim hoc esset necessarium fieri, verbis nudis vobis credi potuisset. Ego tamen nominata inter nos neque verbo, neque scripto tria capitula recolo. Sed eis, si citius reuertuntur, de suo errore parcendum est: quia iuxta Pauli apostoli vocem: Non intelligunt, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. *1.Timo.1.* Nos enim auctore veritate, teste conscientia, fatemur nos fidem sanctæ Chalcedonensis synodi per omnia illibatam custodire, nihilque eius definitioni addere, nihilque subtrahere audere. Sed si quis cõtra eam, eiusdémque synodi fidem, siue plus minúsve ad sapiendum appetit vsurpare, eum omni dilatione postposita, anathematizamus, atque à sinu matris Ecclesiæ alienum esse decernimus. Quem igitur ista mea confessio non sanat, non iam Chalcedonensem synodum diligit, sed matris Ecclesiæ sinum odit. Si ergo ea ipsa quæ audere visi sunt, zelo loqui animæ præsumpserunt, superest vt hac satisfactione suscepta, ad fraternitatis tuæ vnitatem redeant, seque à corpore Christi, quod est sancta vniuersalis Ecclesia, non diuidant.

Gregorius Theodelindæ reginæ Longobardorum. De synodo Chalcedonensi, & Cõstantio episcopo. Caput. IIII.

Epist.4. Vorundam ad nos relatione peruenit, ab aliquibus episcopis gloriam vestram vsque ad hoc scandalum contra sanctam Ecclesiam fuisse perductam, vt sese à catholicæ vnanimitatis communione suspenderet. Quod quantum vos purè diligimus, tantum de vobis fortius dolemus: quia vos imperitis, stultisque hominibus creditis, qui non solum ea quæ loquuntur nescIunt: sed vix ea percipere quæ audierint possunt. Dicunt enim piæ memoriæ Iustiniani temporibus aliqua contra Chalcedonensem synodum fuisse constituta: quidum neque legunt, neque legentibus credunt, in ipso errore manent, quem sibi de nobis ipsi finxerunt. Nos enim teste conscientia, fatemur de fide eiusdem sancti Chalcedonensis concilij, nihil motum, nihil esse violatum: sed quicquid prædicti Iustiniani temporibus actum est, ita actum est vt fides Chalcedonensis concilij in nullo vexaretur. Si quis autem contra eiusdem synodi fidem aliquid loqui præsumit vel sapere, nos eius sensum sub anathematis interpositione detestamur. Cùm ergo integritatem nostram ex conscientiæ vestræ attestatione cognoscitis, superest vt vos nunquam à catholicæ Ecclesię cõmunione separetis: ne tot vestræ lachrymæ, tantaque bona opera pereãt, si à fide vera inueniuntur aliena. Decet ergo gloriam vestram ad reuerentissimum fratrem & coëpiscopum meum Constantium, cuius & fides, & vita bene olim mihi approbata est, sub omni celeritate transmittere, eique directis vestris epistolis indicare, ordinationem eius quam benignè suscepistis. Et quia ab eius Ecclesiæ communione in nullo separamini, quamuis in hac re me vobis superfluè dicere arbitror: quia etsi quid in vestro animo dubietatis fuit, veniente filio meo Ioanne abbate, atque Hippolyto notario ex corde vestro arbitror fuisse sublatum.

Gregorius Bonifacio episcopo regio &c. De correctione clerici eius. Caput. V.

Epist.5. Ontumelia siquidem sacerdotum est, de diuinis cultibus admoneri. Quod enim ipsi debent exigere, turpiter exiguntur. Tamen ne, quod non æstimamus, in aliquo fraternitas tua ea quæ ad opus dei pertinent, negligat: de hoc ipso specialiter te præuidimus adhortandum. Admonemus itaque vt nullatenus clerus Regitanæ ciuitatis in causis quas eorum poscit officium, fraternitatis tuæ remissione laxetur. Sed in iis quæ ad deum pertinent, instantissimè atque studiosissimè compellantur. Opinionem quoque prædicti cleri tui studere te volumus, vt nihil de iis prauum, nihil quod contra Ecclesiasticam disciplinam pertinet, audiatur. Ad ornatum quippe eius non ad fœditatem actuum eorum pertinere debet officium. Subdiaconis verò tuis hoc quod de Siculis statuimus, decernimus obseruari. *Dist.31. Subdiaconis.* Nec illam definitionem nostram cuiusquam sinas contumacia, aut temeritate corrumpi, quatenus dum prędicta omnia per te fuerint conseruata districtissimè, nec admonitionis nostræ, sicut & credimus, transgressor existas, nec in quolibet reum te remissionis accuset pastoralis tibi commissus ordo regiminis.

Gregorius Cypriano diacono nostro, & rectori Siciliæ. De Petronilla conuersa, & Agnello corruptore eius. Caput. VI.

Epist.6. Ca.194. Perlatum. Perlatum est ad nos Petronillam nomine de prouincia Lucania genitam, per exhortationem Agnelli episcopi fuisse conuersam, résque suas omnes quas habere potuit, licet sibi iure potuissent competere, tamen eidem monasterio quod ingressa est, etiam specialiter donationis titulo contulisse. Morientemque prædictum episcopum dimidiã partem substantiæ suæ Agnello cuidam filio suo, qui notarius nostræ esse fertur Ecclesiæ, atque dimidiam eidem monasterio reliquisse. Sed cùm propter irruentem Italiæ cladem ad Siciliam refugissent: dicitur eam sæpe nominatus Agnellus corruptis eius moribus stuprasse, atque sentiens grauidam, de monasterio seduxisse, résq; eius omnes tam proprias, quàm eas quas de parte patris ipsius habere poterat, abstulisse, ac post perpetratum tantum facinus in sui eam dominij iure defendere. Hortamur igitur dilectionem tuam vt prædictum virum vel antefatam fœminam sub districta ad te facias executione perduci, causamque ipsam secũdum suum meritum summa subtilitatis examinatione perquiras. Et si ita inueneris vt nobis nunciatum est, negocium tot iniquitatibus inquinatum, cùm summæ purgationis seueritate determina, quatenus & antefatum virum, qui neque suum, neque illius attendit habitum, & tantorum

causa

A cruda fuit sceleru, vltio districta præueniat, & illa prius præsidente vindicta, atque in monasterium sub pœnitentia redacta, omnes res quæ de sæpedicto loco ablatæ fuerant, cum omnibus illic suis fructibus atque accessionibus reuertantur.

Gregorius Gennadio patricio & exarcho Africæ. De peruerso concilio Numidiæ. Caput. VII.

Ps.7. S Atis credimus religiosam excellentiæ vestrę mentem aduersus ea maximè quæ in Ecclesiis geruntur incongrua, diuini auctoris æmulatione succendi. Tanto igitur Ecclesiasticarum correptionem causarum vobis libẽter ingerimus, quanto de pia vestræ mentis intentione confidimus. Cognoscat siquidem excellentia vestra quibusdam de Africanis partibus venientibus ad nos fuisse perlatum, plura in concilio Numidiæ contra patrum tramitem atque canonum statuta committi. Quarum rerum frequentes querelas quia diutius tolerare nullatenus potuimus, Columbo fratri & coẽpiscopo nostro, de cuius grauitate ipsa eius quæ percrebruit dubitare iam nos non permittit opinio, commisimus perquirendas.

Quamobrem paterno salutantes affectu hortamur excellentiam vestram, in cunctis quæ ad Ecclesiasticam correptionem pertinent, vestri robur ei subrogetis auxilij, ne si quod male geritur, quæsitum vel vindicatum non fuerit, longorum vsurpatione temporum cum maiori licentia in futuris crescat excesB sibus. Scito autem excellentissime fili si victorias quæritis, si de commissæ vobis prouinciæ securitate tractatis, nihil vobis magis aliud ad hoc proficere, quàm zelari sacerdotum vitas & intestina Ecclesiarum quantum possibile est, bella compescere.

Gregorius Ianuario episcopo Caralitano Sardiniæ. De Theodosia religiosa, & monasterio constituendo. Caput. VIII.

Ps.1. T Heodosia religiosa fœmina in construendo monasterio voluntatem Stephani quondam viri sui complere desiderans, petiit à nobis vt ad fraternitatem tuam nostras transmitteremus epistolas, quibus per commendationem nostram tuum facilius mereretur auxilium. Asserit siquidem hoc à suo coniuge constitutum, vt in prædio quod appellatur Piscenas, quod ad Xenodochu Thomæ quondam episcopi iura peruenit, monasterium construi debuisset. Quia igitur in alienis hoc fundare rebus licèt possessor permitteret, dominus tamen videtur cum ratione refugere, petitionem eius prequidimus annuendam: id est, vt in domo iuris sui, quam Caralis asserit se habere, ancillarum dei monasterium debeat domino adiuuante construere. Sed quia prædictam domum suam dicit ab hospitibus atque superuenientibus onerari: hortamur fraternitatem C tuam vt studeas eis in cunctis concurrere, deuotionique eius tuæ præbeas tuitiõis auxiliũ, vt mercedis defuncti atque ei⁹ studij tuus te concursus faciat & sollicitudo participem. Reliquias verò quas ibidem postulat collocandas, volumus vt à fraternitate tua sub debita veneratione condantur.

Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De monasteriis ancillarum dei. Et de concilio episcoporum, & de episcopis, seruis & ancillis Iudæorum. Et quòd episcopi baptizatos infantes bis in frontibus signare non debeant, sed presbyteri semel in pectore, & postea episcopi semel in fronte. Caput. IX.

Epist.9. S Atis quidem te ipse pastoralis zelus instigare debuerat, vt gregem quem susceperas, etiam sine nostro solatio salubriter ac prouidè tuereris, & à callidis inimicorum surreptionibus eum diligenti circunspectione seruares. Sed quia charitatem tuam pro suæ infirmitatis augmento, nostræ quoque pagina auctoritatis indigere comperimus, necessarium nobis fuit titubantes animos tuos ad religiosi vigoris studium, fraternæ dilectionis exhortatione firmare. Peruenit siquidem ad nos minus te monasteriis ancillarum dei in Sardinia sitis, tuitionis impendere: & cùm dispositum à tuis prudenter fuisset decessoribus: vt quidam de clero probati viri curam gerentes earum se necessitatibus adhiberent, nunc ita funditus est neglectum, vt per publicas personas, pro tributis, aliisD que muniis ipsæ per se principaliter deo dedicatę fœminæ compellantur subire, necessitatemque habeant pro supplendis fiscalibus, per villas, prædiaque discurrere, atque virilibus incompetenter se miscere negotiis. Quod malum fraternitas tua facili correptione remoueat, vt vnum probatum virum vita moribusque, cuius ætas atque locus nihil de se prauæ suspitionis obiiciat, sollicitè deputet, qui sic monasteriis ipsis cum dei timore possit assistere, quatenus vlterius eis pro quibuslibet causis priuatis vel publicis extra venerabilia loca cõtra regulam vagari non liceat, sed quicquid pro his agendum est, per eum quem deputaueris, rationabiliter peragatur. Ipsę verò referentes deo laudes, atque coercentes semetipsas, in monasteriis suis nullam occasionem vlterius fidelium mentibus prauæ suspitionis iniiciant. Si qua autem earum vel per anteriorem *Ca.27.q.1. Siqua.* licentiam, vel per impunitatis prauam consuetudinem ad lapsum adulterij deducta est: aut in stupri fuerit perducta voraginem, hanc post competentis seueritatem vindictæ in aliud districtius virginum monasterium in pœnitentiam redigi volumus, vt illic orationibus atque ieiuniis vacet: & sibi pœnitendo proficiat, & metuendum cæteris arctioris disciplinæ præstet exemplum. Is autem qui cum huiusmodi fœminis in aliqua fuerit iniquitate repertus, communione priuetur, si laicus est: si verò clericus, à suo quoque remotus officio, pro suis continuè lugendis excessibus in monasterium detrudatur. Episcoporum etiam concilia sicut tam tuæ mos dicitur fuisse prouinciæ, quàm quòd sanctorum canonum auctoritate præcipitur, bis in anno celebrare te volumus: vt si quis inter eos à sui formа propositi actionis atque morum qualitate discordat: socialiE posit fratrum increpatione redargui, & pro securitate commissi gregis, animarumque statu, paterna valeat circunspectione tractari. Peruenit etiam ad nos, seruos ancillasque Iudæorum, fidei causa ad Ecclesiam refugientes, aut infidelibus restitui dominis, aut eorum, ne restituantur, precium dari. Hortamur igitur vt nullatenus tam prauam consuetudinem manere permittas: sed si quilibet seruus Iudæorum ad venerabilia loca confugerit, causa fidei nullatenus eum patiamini præiudicium sustinere. Sed siue olim Christianus, siue nunc fuerit baptizatus, sine vllo pauperum damno, religioso Ecclesiasticæ pietatis patrocinio, in libertatem modis omnibus defendatur. Presbyteri baptizatos infantes signare bis in *De consec. distin.5. Presbyteri.* fronte chrismate non præsumant. Sed presbyteri baptizatos tangant in pectore, vt episcopi postmodum tangere debeant in fronte. Pro fundandis etiam monasteriis, quæ à diuersis iussa sunt construi, si iniusta perspicis hęc ab iis quibus indicta sunt, excusatione differri, solerter secundum quod leges præcipiũt, admonere te volumus, ne piæ viuorum aut defunctorum vo- *Ca.16.q.1. Admonere* luntates, tua, quod absit, remissione cassentur. De monaF sterio autem quod in domo sua construẽdum quondam Petrus asseritur præcepisse, præuidimus: vt fraternitas tua subtiliter requirat relictorũ illic redituum quantitatem. Et si quidam modus habetur substantiæ, recollectis omnibus quæ de rebus ipsis imminuta dicuntur esse, vel dispersa, cum omni studio hoc & sine aliqua dilatione fundetur. Sinautem vel minus idonea vel damnosa facultas est, omnibus, vt edictum est, subtiliter inquisitis, nobis renunciare te volumus, vt sciamus quid deliberare iuuante domino de eius constructione possimus. Fraternitas igitur tua ita in cunctis prædictis capitulis se solerter impendat: vt nec nostræ admonitionis seriem inueniatur fuisse transgressa: nec diuini rea iudicij, de minori zelo pastoralis existat officij.

Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De monasterio construendo. Caput. X.

Epist.10. N Os quidem arbitramur quòd ad imminentium expletionis piarum rerum, ipse te tuus satis ordo compellat. Sed ne zelum tuum cuiuslibet interuentus remissionis emolliat, de his etiam te specialiter iudicauimus exhortandum. Peruenit siquidẽ ad nos Stephanum vestrum de hac luce migrantem, supremæ voluntatis eloquio monasterium præcepisse fundari. Cuius desiderium à Theodosia honesta fœmina, hærede eius, fertur quòd hactenus dilatione protrahitur. Quamobrem hortamur fraternitatem tuam: vt maximum de

prædicta

Universidad de Navarra
Biblioteca

G prædicta causa studium geras, atque antenominatam fœminam commoneas, quatenus intra annale spatium monasterium, vt iussum est, debeat ordinare: & cuncta secundum defuncti voluntatem sine altercatione construere. Quod si intra prædicti temporis metam aliqua perficere negligentia vel calliditate distulerit, vt siue in loco eo quo constitutum fuerat, seu certe ibi non poterit & alibi placet ordinari, & dilatione interueniente negligitur, tunc volumus vt fraternitatis tuæ ædificetur studio, ordinatisque omnibus res atque reditus, qui relicti sunt, per te loco ipsi venerabili sine imminutione aliqua socientur. Sic enim & ante tremendum iudicem tuum sententiam remissionis effugies, & secundum piissimas leges, dilatas defunctorum pias voluntates episcopali supplebis studio.

Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De reditibus Ecclesiarum. Et nullum clericorum in monasteriis abbatem esse debere. Iuuenculas fieri Abbatissas vehementissimè prohibet. Nullam virginem nisi sexagenariam velandam.

Caput. XI.

Epist.11. O Lim quidem fraternitati tuæ nostra fuerat auctoritate commissum, vt si quæ in Sicilia exciderent Ecclesiæ, cæterisque venerabilibus locis, vel incongruè

H gererentur, nostra vice corrigeres. Sed quia post hæc de quibusdam neglectis hactenus capitulis ad nos querela peruenit, rursus ad eorum correptionem tuam fraternitatem specialiter

Ca.12.q.2. Cognouimus. præuidimus excitandam. Cognouimus nanque de reditibus Ecclesiarum nouiter acquisitis, canonicam dispositionem quartarum minimè prouenire: sed episcopos locorum tantummodo distribuere quartam antiquorum redituũ, nunc verò quæsita suis vsibus retinere. Quam rem prauam, subintroductámque consuetudinem fraternitas tua viuaciter emendare festinet: vt siue de præteritis reditibus, siue de iis quæ obuenient quartæ, secundum distributionem canonicam dispensetur. Iniquum nanque est vnam eandemque Ecclesiæ substantiam duplici quodammodo iure censeri, id est, vsurpationis & canonum. Presbyteros, diaconos, cæterosque cuiuslibet ordinis clericos, qui in Ecclesiis militant, abbates fieri per monasteria non permittas, sed aut admissa clericatus militia, monasticis non promoueantur ordinibus: aut si in abbatis loco permanere decreuerint, clericatus nullatenus permittantur habere militiam. Satis enim incongruum est, si cùm vnum ex his pro

Ca.16.q.1. Presbyteros.

sui magnitudine diligenter quis non possit explere: ad vtrunque iudicetur idoneus: sicque inuicem & Ecclesiasticus ordo vitæ monachicæ, & Ecclesiasticis vtilitatibus regula monachatus impediatur. Illud quoque charitatem tuam commonere curauimus, vt si quispiam episcoporum de hac luce migrauerit: vel, quod absit, pro suis fuerit remotus excessibus, conue-

Ca.12.q.2. Charitatẽ tuam.

I nientibus hierarchicis* cunctisque cleri prioribus, atque in sui præsentia inuentarium Ecclesiæ rerum facientibus, omnia quæ reperta fuerint, subtiliter describantur: ne, sicut antea fieri dicebatur, species quædam aut aliud quodlibet de rebus Ecclesiæ, quasi pro faciendi inuentarij labore tollantur. Sic nanque ea quæ ad munitionem pauperum facultatis pertinent, desideramus expleri, vt nulla penitus in rebus eorum ambitiosis hominibus venalitatis relinquatur occasio. Visitatores Ecclesiarum, clericique eorum qui cum ipsis per non suæ ciuitatis parœcias fatigantur, aliquod laboris sui capiant te disponente subsidium. Iustum nanque est vt illic consequantur stipendium, quo pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium.

**al.œconomis.*

Ca.20.q.1. Iuuenculas. Iuuenculas abbatissas fieri vehemẽtissimè prohibemus. Nullam igitur fraternitas tua, nisi sexagenariam virginem, cuius ætas hoc atque mores exegerint, velari permittat: quatenus tam prioribus, quàm præsenti capitulo tuæ districtionis instantia domino adiuuante correctis, & diu dissolutum rerum venerabilium statum canonicis nexibus religare festines, & diuina negotia non per incongruas voluntates hominum, sed competenti possint districtione disponi.

Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De vxore cuiusdam ablata, & alteri data.

Caput. XII.

Antanobis subinde mala quæ aguntur in ista prouin- K

T cia, nunciantur: vt peccatis facientibus, quod auertat *Epist.12.* omnipotens deus, celeriter eam periturã credamus. Præsentium nanque portitor veniens lachrymabiliter questus est, ante plurimos annos ab homine nescio quo, de possessione Messanensis Ecclesiæ, de fontibus se susceptum, & violenter diuersis persuasionibus puellæ ipsius iunctum: ex qua iuuenculos filios iam habere se asseruit: & nunc violenter hunc disiunctam abstuliſſe dicitur, atque cuidam alij venundediſſe. Quod si verum est, quàm sit inauditum, atque crudele malum, tua bene dilectio perspicit. Ideoque admonemus vt hoc tantum nephas sub ea viuacitate quam te in causis piis habere certissimè scimus, requiras, atque discutias. Et si ita vt supradictus portitor insinuauit, esse cognoueris, non solum quod malè factum est, ad statum pristinum reuocare curabis, sed & vindictam quæ deum possit placare, exhibere modis omnibus festinabis. Episcopum verò qui homines suos talia agentes corrigere negligit atque emendare, vehementer aggredere, proponens quia si denuo talis ad nos de quoquam qui ad eum pertinet, querela peruenerit, non in eum qui excesserit, sed in ipsum canonicè vindicta proceder.

Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De Adeodati presbyteri iniusta expulsione.

Caput. XIII.

Præsentium latoris Adeodati querelã qui se à sui pres- L

P byteratus loco incongruè dicit expulsum: licet subditæ tibi textus petitionis explanet, tamen paulò la- *Epist.* tius iudicauimus apertiusq; retexendam. Asserit nanque à Quin *Cap.* tiano fratre & coëpiscopo nostro in loco suo pro quibusdam *Prefati* se suis ordinandis negociis relaxatum, ægritudinisque causa per duorum mensium spatium suæ se Ecclesiæ defuisse: cuius rei occasionem captantem prædictum fratrem nostrum alium loco eius illic presbyterum ordinasse. Hortamur igitur fraternitatem tuam vt causam eius sollicitè perquiras, districteque discutias. Et si manifeste ægritudinis, sicut dicitur, causa, Ecclesiæ suæ eum defuisse repereris, nullum ei ex ordinatione alterius presbyteri permittas præiudicium generari. Sed in locum suum sine aliqua eum fac dubietate restitui. Si autem aliter se res habere dicitur, quam porrecta ab eo continere videtur suggestio, causam eiusdem canonice legitimeq; perquire: & quicquid tibi secundum deum visum fuerit, iuuante domino, ita stude decernere, vt nulla de hac re quæstio ad nos vlterius reuertatur. Illud autem charitatem tuam specialiter admonemus: vt si vera fuerit huius suggestio, atque in suum fuerit ordinem restitutus, de presbytero qui in loco eius ordinatus est, subtiliter districteque debeas esse sollicitus. Et si quidem sine datione aliqua ad eundem ordinem venit, vt in simoniacam hæresim non potuisset incidere, in alia qualicunque vacante Ecclesia, eum volumus ordinari. Si autem in eo quippiam, quod M auertat dominus, fuerit tale repertum, ipso etiam presbyteratus priuetur ordine, quem non causa replendæ necessitatis Ecclesiæ, sed sola comprobatur ambitione sumpsisse.

Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De Felice diacono.

Caput. XIIII.

Præsentium lator Felix diaconus, cum nullatenus in *Epist.14.*

P hæreticorum dogma lapsus sit, nec à catholica fide discesserit, prauis illectus aduersus Constantinopolitanam synodum suspitionibus, in Hystricorum se separatione remouerat. Qui cùm Romam veniſſet, recepta à nobis, iuuante domino, ratione, excessum suum recepta dominici corporis & sanguinis communione correxit. Quia ergo, vt dictum est, non in hæresim incidit, sed à sacris generalis Ecclesiæ mysteriis quasi rectæ studio intentionis errauit, imbecillitati eius atque necessitatibus consulentes, maximeque sustentationi eius, pietatis intuitu prouidentes, in tua Ecclesia Syracusana eum præuidimus cardinandum, siue vt officium diaconatus explcat, seu certè vt sola eiusdem officij pro sustentanda paupertate sua commoda consequatur, in tuæ fraternitatis volumus hoc pendere iudicio. Quod hortamur vt tua fraternitas implere festinet. Commendantes etiam personam eius, quatenus nullis eum patiaris molestiis aut necessitatibus subiacere,

A subiacere, ne vel nostræ commendationis inueniaris tramitem neglexisse, vel minus exhibuisse quàm tuus exigit ordo pauperibus: quia & nos ei annuum quid de nostra Ecclesia dari fecimus, vt eiusdem operis quod te hortamur exhibere, participes esse possimus.

Gregorius Cypriano diacono rectori Siciliæ. De ministeriis Ecclesiarum per Siciliam recolligendis.

Caput. XV.

Epist.15. P Eruenit ad nos diuersos Italiæ sacerdotes Siciliam cõ fugientes, plurima secum Ecclesiarum suarum ministeria detulisse, eaque siue defunctis eis, siue malè dispergentibus, propè omnia deperiisse. Qua in re moti hortamur dilectionem tuam, quatenus transmittens per omnia Siciliæ loca, sicubi vasa sacra, resque Ecclesiarum positas incautè repereris, ea cum summa districtione recolligi facias, atque adunatas sub notitia testium suscipias, susceptasque apud singulos episcopos Ecclesiarum deponas, apud quos vsque dum pacis tempus expoposcerit, iuuante domino debeant tutissimè cõseruari. Omnium autem rerum ipsarum non solum de susceptа eos qui eas tradunt percipere volumus, sed etiam à te notitias earum subtiliter retineri, vt dum necesse fuerit, ex hac cautela iuuante domino, possint ab iis quibus traduntur, sine imminutione restitui.

Gregorius vniuersis episcopis per Dalmatiam. Vt
B *nulli in Salonitana Ecclesia manus sine sua permissione imponant: & de Maximi præsumptione.*

Caput. XVI.

Epist.16. O Portuerat quidem fraternitatem vestram diuini respectu iudicij, clausis carnalibus oculis, nihil quod ad deum pertinet, à recta mentis intentione omittere, nec cuiuslibet hominis faciem rectitudini iustitiæ præponere. Sed postquam mores vestri ita sunt secularibus traducti negotiis, vt obliuiscentes omnem sacerdotalis in vobis honoris tramitem, cunctumque superni metus intuitum, non quid deo sed quid vobis placeat studeatis explere, necesse habuimus hæc ad vos districtiora specialiter scripta transmittere, quibus ex beati Petri principis Apostolorum auctoritate præcipimus, vt nulli penitus extra consensum permissionemque nostram, quantum ad episcopatus ordinationem pertinet, in Salonitanæ ciuitate manus præsumatis imponere: nec quenquam in ciuitate ipsa aliter quàm diximus ordinare. Quòd si contra hæc quippiam vel sponte vestra, vel à quolibet coacti præsumpseritis vel tentaueritis agere: decernimus vos à dominici corporis & sanguinis participatione priuatos: quatenus ex eadem vobis ipsa attractatione vestra vel voluntate transgrediendæ præceptionis nostræ, à cœlestibus mysteriis alieni sitis, nec is quem ordinaueritis, habeatur episcopus. Nos nanque nullum cuius vita reprehendi potest, ordinare temere volumus. Quòd si honoratus diaconus indignus ostenditur, de vita moribusque eius qui electus
C fuerit, nobis renunciari volumus: vt quicquid in hac re agendum est, cum consensu nostro salubriter permittamus impleri. Confidimus enim in omnipotentem dominum, quia quantum ad intentionem nostram pertinet, nunquam quod nostram grauare possit animam, nunquam sinimus fieri quod nostram grauare possit Ecclesiam. Sinuero in qualibet persona ita voluntarius omnium consensus accesserit, vt auctore deo digna sit, & non sit qui ab eius ordinatione dissentiat, hanc à vobis in eadem Salonitana Ecclesia ex præsentis epistolæ nostrę concessa licentia volumus consecrari: excepta duntaxat persona Maximi, de qua ad nos multa mala perlata sunt, quæ si ab appetitu maioris ordinis non cessat, restat, vt arbitror, quatenus subtiliter discussa, ipso quoque in quo est officio careat.

Mense Septembri. Indictione duodecima.

Gregorius Felici episcopo Sypontino &c.
De Tribuno ab hostibus redimendo.

Caput. XVII.

Epist.17. Q Valiter succurrendum sit redemptionibus captiuorum, & sanctorum canonum, & mundanarum legum sanctio euidenter edocuit. Quod cùm omnibus notũ sit, mirati sumus vt fraternitas tua in redemptionẽ Tribuni clerici tui præsentium latoris nulla mota misericordia subueniret. Quod ergo sponte facere distulisti, nostra saltem facere D festina adhortatione commonitus: ne si, quod non credimus, negligendum putaueris, incipiat tibi necessitas, quod voluntas fugit, imponere. Quia igitur supradictus Tribunus ab hostibus se prædatum, ac centum duodecim solidis se perhibet computatum, ad quorum se deflet restitutionem vrgeri, hæc te oportet diligenter inquirere. Et si ita est, nec eum vnde precium in se datum reddere possit habere cognoueris, supradictos solidos de Ecclesia redemptori eius restitue. Nam valde durum est si de Ecclesia cui militat, remedium nullum veniat. Omissa itaque excusatione, precium quod in eo datum manifesta veritate patuerit, sine aliqua mora, sicut sumus præfati, restitue: quatenus nec creditorẽ eius tempore necessitatis afflicto subuenisse pœniteat, & hic onere mœroris exutus, mente libera officij sui ministerium sollicitè ac competenter exhibeat.

Mense Ianuario. Indictione duodecima.

Gregorius Mauro abbati à sancto Pancratio.
Commendat Ecclesiam sancti Pancratij.

Caput. XVIII.

Epist.18. E Celesiarum cura quæ sacerdotalibus officiis euidenter infixa est, ita nos cogit esse sollicitos, vt nulla in eis neglectus culpa appareat. Quoniam verò Ecclesiam sancti Pancratij, quæ erat commissa presbyteris, frequenter neglectam fuisse cognouimus, ita vt venientes dominico die populi missarum solennia audituri, non inuento presbyteto, murmurantes redirent: hoc matura deliberatione nostro sedit arbitrio, vt eis remotis, monachorum congregationem in monasterio eidem Ecclesiæ cohærenti constituere cum dei gratia deliberemus, quatenus abbas qui illic præesset, curam & sollicitudinem antefatæ Ecclesiæ habere modis omnibus debuisset. In quo etiam monasterio te Maurum abbatem præuidimus præponendum: statuentes vt terras præfatæ Ecclesiæ, vel quicquid illuc intrauerit, seu de reditibus eius accesserit, antedicto monasterio tuo debeat applicari, atque illic sine diminutione aliqua pertinere, ita sanè vt quæcunque in ipsa suprascripta Ecclesia fienda reparandaque sunt, per te sine dubio reparentur. Sed ne remotis presbyteris quibus Ecclesia ipsa fuerat antè commissa, vacare mysteriis videatur: idcirco huius tibi auctoritatis tenore præcipimus, vt peregrinum illic debeas adhibere presbyterum, qui sacra missarum possit solennia celebrare. Quem tamen & in monasterio tuo habitare, & exinde vitæ subsidia habere necesse est. Sed & hoc præ omnibus curæ tuæ sit, vt ibidem ad sacratissimum corpus beati Pancratij quotidiè opus dei proculdubio peragatur. Hæc igitur quæ tibi præcepti huius facienda serie deputamus, non solum te perficere, verumetiam & ab his qui in officio locoque tuo successerint, sic in perpetuum seruari volumus & impleri, vt nullus deinceps in supradicta Ecclesia possit inueniri neglectus.

F

Gregorius Leoni acolyto. Ecclesiam sanctæ Agathæ
in Suburra commendat. Caput. XIX.

Epist.19. L Ocorum venerabilium cura nos admonet de eorum vtilitate per omnia cogitare. Quia ergo Ecclesia sanctæ Agathę sita in Suburra, quę spelunca fuit aliquando prauitatis hæreticæ: ad catholicæ fidei culturam deo propiciante reducta est: Ideo huius auctoritatis tenore commonitus, pensiones omnium domorum in hac vrbe constitutarum, quas prædictam Ecclesiam temporibus habuisse Gothorum constiterit, annis singulis congregare non desinas: & quantum in sartis tectis vel luminaribus, aliaque reparatione eiusdem Ecclesię necessarium fuerit, erogare modis omnibus studebitis. Quicquid verò exuberare potuerit, fideliter rationibus te Ecclesiasticis inferre præcipimus.

Mense Aprili. Indictione duodecima.

Gregorius Maximiano præsumptori in Salona. De
excommunicatione illorum episcoporum, qui ei manus
contra canonum statuta imposuerunt.

Caput. XX.

Epist.20. L Icèt cætera cuiuspiam talia vitæ sint merita: vt nihil sit quod ex his sacerdotalibus valeat ordinibus obuiare, tamen solius nephas ambitus seueriſsima canonum districtione damnatur. Cognouimus itaque quòd vel surrepta vel

G vel simulata piissimorum principum iussione: dum vita dignus non fueris, te ad sacerdotij ordinem cunctis venerabilem prorupisse. Quod nos ideo sine vlla hæsitatione credidimus: quia vitam ætatemque tuam non habemus incognitam, ac deinde: quia sereniſsimi domini imperatoris animum non ignoramus, quòd se in causis sacerdotalibus miscere non soleat, ne nostris in aliquo peccatis grauetur. Additur inauditum nephas, quòd post interdictionem quoque nostram, quæ sub excommunicatione tua, ordinantiumque te facta est, cæsis presbyteris, diaconis, cæteroque clero, manu militari ad medium diceris deductus. Quam rem nos consecrationem dicere nullo modo posſumus: quia ab excommunicatis est hominibus celebrata. Quia igitur sine vllius exempli forma violasti talem tantamque sacerdotij dignitatem, præcipimus vt vsque dum dominicis vel responsalis nostri cognouerimus apicibus quòd non surreptitia, sed vera fueris iussione ordinatus, nullatenus tu ordinatoresque tui attrectare quicquam præsumatis sacerdotalis officij, neque vsque ad rescriptum nostrum, ad cultum sacri altaris accedere. Quòd si contra hæc agere præsumpseritis, anathema vobis sit à deo, & à beato Petro Apostolorum principe, vt contemplatione iudicij vestri, cæteris quoque catholicis Ecclesiis, vltionis vestræ præbeatur exemplum.

Mense Maio. Indictione duodecima.

H *Gregorius Venantio episcopo Lunensi. Quòd Iudæis non liceat Christiana mancipia habere. Caput. XXI.*

Epist.21. M Vltorum ad nos relatione peruenit, à Iudæis in Lunensi ciuitate degentibus ad seruitium Christiana detineri mancipia, quæ res nobis tanto visa est asperior, quantò à fraternitatis tuæ patientia operosior. Oportebat quippe te respectu loci tui, atque Christianæ religionis intuitu, nullam relinquere occasionem superstitioni Iudaicæ, ne simplices animæ non tam suasionibus quàm potestatis iure quodammodo deseruirent. Quamobrem hortamur fraternitatem tuam, vt secundum piissimarum legum tramitem, nulli Iudæo liceat Christianum mancipium in suo retinere dominio. Sed si qui penes eos inueniuntur, libertas eis tuitionis auxilio ex legum sanctione seruetur. Hi verò qui in possessionibus eorum sunt, licet & ipsi & legum districtione sint liberi, tamen quia colendis eorum terris diutius adhæserunt, vtpote conditionem loci debentes, ad colenda quæ consueuerant rura permaneant, pensiones prædictis viris præbeant: quæ cuncta de colonis vel originariis iura præcipiunt peragant, nihil eis extra hoc oneris amplius indicatur. Quòd si quisquam de his vel ad alium migrare locum, vel in obsequio suo retinere voluerit, ipse tibi reputet qui ius colonarium temeritate sua, ius verò dominij sub iuris seueritate damnauit. In his ergo omnibus ita te volumus solerter impendi, vt nec direpti gregis pastor reus existas, nec apud nos minor æmulatio fraternitatem tuam reprehensibilem reddat.

I

Gregorius Constantio episcopo Mediolanensi. Vt Venantio episcopo Lunensi concurrat. Caput. XXII.

Epist.22. Q Vorundam de Laudensium venientium partibus ad nos relatione peruenit, religiosos locorum ipsorum ita ab Ecclesiasticæ disciplinę tramite deuiasse, vt nullatenus in suis moribus actionibusque canonicæ dispositionis statuta respiciant. Quæ quia erant & examinanda subtilius, & seuerius vlciscenda: præsentium latorem Venantium fratrem & coëpiscopum nostrum vt instanter emendarentur, admonui. Sed pro magnitudine inquietudinis excedentium personarum solũ se non iudicauit in huiusmodi inquisitione sufficere, ideóque postulauit à nobis, vt in eodem examinando negotio fraternitatis tuæ ei adiceretur auctoritatis solatium. Quanquam igitur fraterna dilectio hoc à te & sine nostris scriptis debeat exigere, tamen præsentibus quoque vos specialiter epistolis adhortamur, vt adhibito vobis prædicto fratre nostro, cunctos clericos cæterosque religiosos prænominatæ ciuitatis & territorij eius de excessibus quorum aliquid est suspitionis, ad te venire compellas, atque cuncta secundum deum propter futuri metum iudicij subtiliter inquirentes, si quem à canonum statutis recessisse repereritis, canonica eũ vltione corrigite. Nec patiamini in locis vestris eos qui non gerunt in moribus quod ostendunt in habitu, per abrupta diutius euagari. Quos oportet ad rectitudinis normam pastorali vos circunspectione reducere. Ita ergo fraternitas tua cunctis solertius indagatis, quæ nobis in talibus nunciata sunt corrigat, ordinet, atque in futurum sopire festinet, vt & animæ tuæ proficiat, si tui causas vigilanter atque viuaciter perscrutaris officij, & nostrum minimè frustrari permittas, quod semper de tuæ maturitatis habuimus districtione iudicium. K

Gregorius nobilibus ac possessoribus in Sardinia insula consistentibus &c. De rusticis idolis seruientibus. Caput. XXIII.

Epist.23. F Ratris & coëpiscopi mei Felicis, & filij mei Ciriaci serui dei, relatione cognoui, penè omnes vos rusticos in vestris possessionibus idololatriæ deditos habere. Et valde hac de re contristatus sum, quia scio quòd subiectorum culpa, præpositorum deprimit vitam: & cùm in subiecto peccatum non corrigitur, in eos qui præsunt sententia retorquetur. Vnde magnifici filij exhortor, vt omni cura, omnique sollicitudine animarum vestrarum zelum habere debeatis, & quas rationes omnipotenti deo de subiectis vestris reddituri estis, aspicite. Ad hoc quippe illi vobis commissi sunt, quatenus & ipsi vestræ vtilitati valeant ad terrena deseruire, & vos per vestram prouidentiam eorum animabus ea quæ sunt æterna prospicere. Si igitur impendunt illi quod debent, vos eis cur non soluitis quod debetis? id est, vt assiduè illos magnitudo vestra commoneat, ab idololatriæ errore compescat, quatenus eis ad fidem ductis, omnipotentem dominum erga se placabilem faciat. Ecce enim mundum hunc, quia finis vicinus vrget aspicitis, quòd modo humanus in nos, modo diuinus gladius sæuiat videtis, & tamen vos veri dei cultores, à commissis vobis lapides adorari conspicitis, & tacetis. Quid quæso in tremendo iudicio dicturi estis, quando hostes dei & sub potestate vestra suscepistis, & tamen eos deo subdere, atque ad eum reuocare contemnitis? Vnde debitum salutationis alloquium soluens peto, vt magnitudo vestra attendere erga zelum dei vehementer inuigilet, & quis quantos ad Christum perduxerit, suis mihi epistolis indicare festinet. Quod ergo vos agere ex aliqua occasione forsitan minimè valetis, prædicto fratri & coepiscopo nostro Felici vel filio meo Ciriaco iniungite, eique ad opus dei solatium præbete, vt in remuneratione vitæ tanto positis esse participes, quanto nunc bono operi solatium præbetis. L

Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De Xenodochio Ecclesiæ. De Epiphanio presbytero. De Paulo clerico malefico. De ordinationibus & nuptiis clericorum. De virginibus velandis. De mulieribus à monasteriis egressis. Caput. XXIIII.

Epist.24. O Portebat si quidem fraternitatem tuã ita de rebus piis esse sollicitam, vt nihil ad explendas eas nostris admonitionibus penitus indigeret: tamen quia quædam ad nos peruenerunt quæ sunt corrigenda capitula, nihil est incongruum si nostræ quoq; vobis pagina auctoritatis accedat. Quãobrem significamus peruenisse ad nos, consuetudinem fuisse, vt Xenodochia quæ sunt in Caralitanis partibus constituta, apud episcopum ciuitatis singulis quibusque temporibus suas subtiliter rationes exponerent, eius videlicet tuitione atque sollicitudine gubernanda. Quod quia tua hactenus fertur charitas neglexisse: hortamur, vt, sicut dictum est, tibi singulis quibusque temporibus rationes suas xenodochi qui in eis sunt constituti vel fuerunt, subtiliter reddant. Atque tales in eis qui præsint ordinentur: qui vita moribus, atque industria inueniantur esse digniſsimi, religiosi duntaxat, quos vexandi iudices non habeãt potestatem: ne si tales personæ fuerint, quas in suum possint euocare iudicium, vastandarum rerum debilium, quę illic reiacent, præbeatur occasio: de quibus rebus summam te curam gerere volumus, vt nulli sine tua licentia dentur notitiáve, ne vsque ad direptionẽ earum, ex fraternitatis tuæ perueniatur incuria. Præterea nosti latorem præsentium Epiphanium presbyterum quorundam M

A rundam sacerdotum literis criminaliter accusatum. Cuius nos, vt valuimus, discutientes causam, nihilque in eo obiectorum reperientes, vt ad locum suum reuerteretur, absoluimus. Criminis ergo eius auctores te volumus perscrutari. Et nisi qui eas dem transmisit epistolas, paratus fuerit hoc quod obiecit, canonicis atque districtissimis probationibus edocere, nullatenus ad sanctæ ministerium communionis accedat. Paulum verò clericum qui sæpe dicitur in maleficiis deprehensus, qui despecto habitu suo ad laicam reuersus vitam, in Africam fugerat: si ita est, corporali prius præueniente vindicta, præuidimus in pœnitentiam dari, quatenus & secundum apostolicam sententiam, ex carnis afflictione spiritus saluus fiat, & terrenas peccatorum sordes, quas prauis contraxisse fertur operibus, lachrymarum possit assiduitate diluere. Eis verò qui ab Ecclesiastica communione suspensi sunt, nullus religiosus secundum canonum præcepta iungatur. De ordinationibus verò vel de nuptiis clericorum, aut de iis quæ velantur virginibus, nullus, vt nunc fieri dicitur, quicquam præmij præsumat accipere, nisi quippiam sua sponte offerre maluerint. In mulieribus quæ de monasteriis ad laicam vitam sunt egressæ, virosque fortitæ, quid fieri debeat, cum prædicto fraternitatis tuæ presbytero subtilius fumus locuti, cuius relatione sanctitas vestra potest plenius informari. Religiosi verò clerici conuentus patrociniaque laicorum caueant, qui tuæ modis omnibus secundum
B canones iurisdictioni subdantur, ne remissione fraternitatis
tuæ eius cui præes disciplina dissoluatur Ecclesiæ. Eos autem qui in prædictas mulieres quæ egressæ sunt de monasteriis excesserunt: & nunc dicuntur à communione suspensi, si fraternitas tua de tali facinore dignè pœnituisse præuiderit, ad sacramentum communionis te volumus reuocare.

Gregorius Zabardæ duci Sardiniæ. De Barbaricinis conuertendis. Caput. XXV.

Criptis fratris & coëpiscopi mei Felicis & Ciriaci
S serui dei, gloriæ vestræ bona cognouimus. Magnásque omnipotenti deo gratias agimus, quòd talem ducem Sardinia susceperit: qui sic sciat quæ terrena sunt, reipublicæ exoluere, vt bene etiam nouerit omnipotenti deo obsequia patriæ cœlestis exhibere. Scripserunt etenim mihi quòd eo pacto cum Barbaricinis facere pacem disponitis, vt eosdem Barbaricinos ad Christi seruitium adducatis. Hac de re valde lætatus sum, & dona vestra si omnipotenti deo placuerit, citius serenissimis principibus innotesco. Vos ergo quod cœpistis, explete: omnipotenti deo deuotionem vestræ mentis ostendite: eos quos illuc ad conuertendos Barbaricinos transmisimus, quantum valetis adiuuate, scientes quòd talia opera multum vos & ante terrenos principes, & coram cœlesti rege præua-
C leant adiuuare.

Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De ordinatione Ecclesiarum. De rusticis Paganis. De lapsis ad pristinum officium non reuocandis. Et de chrismate. Caput. XXVI.

Ratris & coëpiscopi nostri Felicis, & Ciriaci abbatis
F relatione cognouimus, quòd in insula Sardinia sacerdotes à laicis iudicibus opprimantur: & fraternitatem tuam ministri sui despiciant: dumque solum simplicitati à vobis studetur, quantum videmus, disciplina negligitur. Vnde hortor vt omni excusatione postposita, Ecclesiam quam susscepisti, auctore deo regas, disciplinam clericos tenere cogas, nullius verba metuere studeas. Archidiaconum verò tuum, vt audio, cum mulieribus habitare prohibuisti, & nuncusque in ea prohibitione despiceris. Qui nisi iussioni tuæ paruerit, eum à sacro ordine volumus esse priuatum. Accidit autem aliud valde lugendum, quia ipsos rusticos quos habet Ecclesia tua, nuncusque in infidelitate remanere, negligentia fraternitatis vestræ permisit. Et quid vos admoneo vt extraneos ad deum adducatis, qui vestros ab infidelitate corrigere negligitis? Vnde necesse est vos per omnia in eorum conuersionem vigilare. Nam si cuiuslibet episcopi in Sardinia insula Paganum rusti-
cum inuenire potuero, in eundem episcopum fortiter vindicabo. Iam verò si rusticus tantæ fuerit perfidiæ & obstinatio-
nis inuentus, vt ad deum venire minimè consentiat, tanto pen- D
sionis onere grauandus est: vt ipsa exactionis suæ pœna compellatur ad rectitudinẽ festinare. Peruenit etiam ad nos quos- *Parte.1. distin.50. Peruenit.*
dam de sacris ordinibus lapsos, vel post pœnitentiam, vel ante ad ministerij sui officium reuocari: quod omnino prohibemus, & in hac re sacratissimi quoque canones contradicunt. Qui igitur post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro ordine ita careat, vt ad altaris ministerium vlterius non accedat. Sed ne vnquam ij qui ordinati sunt pereant, prouideri debet quales ordinentur: vt prius aspiciatur si vita eorum continens in annis plurimis fuit, si studium lectionis, si eleemosynæ amorem habuerunt. Quærendum quoque est, ne forte fuerit digamus. Videndum etiam ne sine literis, aut obnoxius curiæ, compellatur post sacrum ordinem ad exactionem publicam redire. Hæc itaque omnia diligenter fraternitas vestra inquirat: vt dum diligenter quilibet exquisitus ordinatur, non celeriter post ordinationem deponatur. Ea autem quæ fra- *Parte.1. distin.95. Peruenit. De consecr. d.4. presbiteri baptizatos.4. sententiarum. dist. 7.c.1.*
E
ternitati vestræ scripsimus, cunctis sub vobis episcopis innotescite, quia ego illis scribere nolui, ne honorem vestrum viderer imminuere. Peruenit quoque ad nos quosdam scandalizatos fuisse, quòd presbyteros chrismate tangere in fronte eos qui baptizandi sunt, prohibuimus. Et nos quidem secundum vsum veterem Ecclesiæ nostræ fecimus, sed si omnino hac de re aliqui contristantur, vbi episcopi desunt, vt presbyteri etiam in frontibus baptizandos chrismate tãgere debeant, concedimus.

Gregorius Hospiten duci Barbaricinorum. De Barbaris conuertendis. Caput. XXVII.

Vm de gente vestra nemo Christianus sit, in hoc scio *Epist.27.*
C quia omni gente tua es melior, quia tu in ea Christianus inueniris. Dum enim Barbaricini omnes vt insensata animalia viuant, deum verum nesciant, ligna autem & lapides adorent, in eoipso quòd deum verum colis, quantum omnes antecedas, ostendis. Sed fidem quam percepisti, etiam bonis actibus & verbis exequi debes, & Christo, cui credis, offer quod præuales: vt ad eum quoscunque potueris adducas, eosque baptizari facias, & æternam vitam diligere admoneas. Quod si fortasse ipse agere non potes, quia ad aliud occuparis, salutans peto, vt hominibus nostris quos illuc transmisimus, scilicet fratri & coëpiscopo meo Felici, filioque meo Ciriaco seruo dei, solatiari in omnibus debeas: vt dum eorum labores adiuuas, deuotionem tuam omnipotenti domino ostendas: & ipse tibi in bonis actibus adiutor sit, cuius in bono opere, famulis solatiaris. Benedictionẽ verò sancti Petri Apostoli vobis transmisimus, quam peto vt debeatis benignè suscipere.

Mense Iunio. Indictione duodecima.

Gregorius Candido defensori. De Albino luminibus priuato. Caput. XXVIII.

Ecessitatem patientibus pontificale conuenit adesse *Epist.28.*
N subsidium. Pro quo experientiæ tuæ præsentu auctoritate præcipimus, quatenus Albino priuato luminibus, filio quõdam Martini coloni, singulis annis duas tremisses sine aliqua dilatione præstare non desinat, non dubitatura suis hoc fine dubio rationibus imputari.
F

Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De episcopo intra Dardaniam ordinando. Caput. XXIX.

Eruenit ad nos in loco qui intra prouinciam Sardiniã *Epist.29.*
P dicitur Phausiana, consuetudinem fuisse episcopum ordinari, sed hanc pro rerum necessitate longis aboleuisse temporibus. Quia autem nunc sacerdotum indigentia quosdam illic Paganos remanere cognouimus, & ferino degentes modo, dei cultum penitus ignorare: hortamur fraternitatem tuam, vt illic secundum pristinum modum ordinare festinet antistitem, talem videlicet qui ad hoc opus moribus ac verbo existat idoneus, & oberrantes ad gregem dominicum pastorali studeat æmulatione deducere, quatenus eo illic ad animarum vacante compendium, nec vos inueniamini superflua poposcisse, nec olim destructa frustra nos reformasse pœniteat.

Gregorius Constantiæ Augustæ. De miraculis Apostolorũ Petri & Pauli. Et de monachis Græcis mortuorum

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *tuorum ossa effodientibus, detentisque vendere ea in Oriente pro reliquiis. Et de sudario sancti Pauli.*

Caput. XXX.

Epist.30. S Erenitas vestræ pietatis, religionis studio, & sanctitatis amore conspicua, propter eam quæ in honorē sancti Pauli Apostoli in palatio ædificatur Ecclesiam, caput eiusdem sancti Pauli, aut aliud quid de corpore ipsius suis ad se iussionibus à me præcipit debere transmitti. Et dum illa mihi desiderarem imperari, de quibus facillimam obedientiam exhibens, vestram erga me amplius possem gratiam prouocare: maior me mœstitia tenuit, quod illa præcipitis, quæ facere nec possum, nec audeo. Nam corpora sanctorum Petri & Pauli Apostolorum, tantis in Ecclesiis suis coruscant miraculis atque terroribus, vt neque ad orandum sine magno illuc timore possit accedi. Denique dum beatæ recordationis decessor meus, quia argentum quod supra sacratissimum corpus beati Petri Apostoli erat: longè tamen ab eodem corpore ferè quindecim pedum spatio, mutare voluit, signum ei non parui terroris apparuit. Sed & ego aliquid similiter ad sacratissimum corpus sancti Pauli Apostoli meliorare volui: & quia necesse erat, vt iuxta sepulchrum huiusmodi effodi altius debuisset, præpositus loci ipsius ossa aliqua non quidem eidem sepulchro coniuncta reperit. Quæ quoniam leuare præsumpsit, atq; in alium locum trasponere, apparentibus quibusdam tristibus
H signis, subita morte defunctus est. Præter hæc autem sanctæ memoriæ decessor meus idem ad corpus sancti Laurētij martyris quædam meliorare desiderans, dum nescitur vbi venerabile corpus ipsius esset collocatum, & effoditur exquirendo, subitò sepulchrum ipsius ignoranter apertum est: & hi qui præsentes erant atque laborabant, monachi & mansionarij qui corpus eiusdem martyris viderunt, quod quidem minimè tangere præsumpserunt, omnes intra decem dies defuncti sunt, ita vt nullus vitæ superesse potuisset, qui sanctum & iustum corpus illius viderat. Cognoscat autem tranquillissima domina, quia Romanis consuetudo non est, quādo sanctorum reliquias dant, vt quicquam tangere presumant de corpore: sed tantummodo in pyxide brandeum mittitur, atque ad sacratissima corpora sanctorum ponitur. Quod leuatum, in Ecclesia quæ est dedicanda, debita cum veneratione reconditur: & tantæ per hoc ibidem virtutes fiunt, ac si illuc specialiter eorum corpora deferantur. Vnde contigit vt beatæ recordationis Leonis papæ temporibus sicut à maioribus traditur: dum quidam Græci de talibus reliquiis dubitarēt, prædictus pontifex hoc ipsum brandeum allatis forficibus inciderit, & ex ipsa incisione sanguis effluxerit. In Romanis nanque vel totius occidentis partibus omnino intolerabile est atque sacrilegum, si sanctorum corpora tangere quisquam fortasse voluerit. Quod si præsumpserit, certum est quia hæc temeritas impunita nullo modo remanebit.
I Pro qua re de Græcorum consuetudine, qui ossa leuare sanctorum se asserunt, vehementer miramur, & vix credimus. Nam quidam monachi Græci hucante biennium venientes, nocturno silentio iuxta Ecclesiam sancti Pauli corpora mortuorum in campo iacentia effodiebant, atque eorum ossa recondebant, seruantes sibi dum recederent. Qui cum tenti, & cur hoc facerent diligenter fuissent discussi, confessi sunt quòd illa ossa ad Græciam essent tanquam sanctorum reliquias portaturi. Ex quorum exemplo, sicut prædictum est, maior nobis dubietas nata est, vtrum verum sit quòd leuare veraciter ossa sanctorum dicuntur. De corporibus vero beatorum Apostolorum quid ego dicturus sum, dum constet, quia eo tempore quo passi sunt, ex Oriente fideles venerunt, qui eorum corpora sicut ciuium suorum repeterent? Quæ ducta vsque ad secundum vrbis miliarium, in loco qui dicitur Catatumbas, collocata sunt. Sed dum ea exinde leuare omnis eorum multitudo conueniens niteretur, ita eos vis tonitrui atque fulguris nimio metu terruit atque disperfit: vt talia denuo nullatenus attentare præsumerent. Tunc autem exeuntes Romani eorum corpora, qui hoc ex domini pietate meruerunt, leuauerunt, & in locis quibus nunc sunt condita, posuerunt. Quis ergo nunc serenissima domina tam temerarius possit existere, vt hæc sciens, eorum corpora non dico tangere, sed vel aliquatenus presumat inspicere? Dum igitur talia mihi à vobis præcepta sunt, de quibus parêre nullatenus possem, quantum inuenio, non vestrum est: sed quidam homines contra me pietatem vestram excitare voluerunt: vt mihi, quod absit, voluntatis vestræ gratiam subtraherent, & propterea quæsiuerunt capitulum, de quo vobis quasi inobediens inuenirer. Sed in omnipotente domino confido, quia nullo modo benignissimæ voluntati surrepitur, & sanctorum Apostolorum virtutem, quos toto corde & mente diligitis, non ex corporali præsentia, sed ex protectione semper habebitis. Sudarium verò quod similiter transmitti iussistis, cum corpore eius est, quod ita tangi non potest, sicut nec ad corpus illius accedi. Sed quia serenissimæ dominæ tam religiosum desiderium esse vacuum non debet, de catenis quas ipse sanctus Paulus Apostolus in collo & in manibus gestauit, ex quibus multa miracula in populo demonstratur, partem aliquam vobis transmittere curabo, si tamen hanc tollere limando præualuero, quia dum frequenter ex catenis eisdem multi venientes, benedictionem petunt, vt parum quid ex limatura accipiant, assistit sacerdos cum lima, & aliquibus petentibus ita concitè aliquid de catenis ipsis excutitur, vt mora nulla sit. Quibusdam verò petentibus diu per catenas ipsas ducitur lima, & tamen vt aliquid exinde exeat, non obtinetur.

Mense Iunio. Indictione duodecima.

Gregorius Anthemio subdiacono. De Iudais conuertendis. Caput. XXXI. L

Epist.31. H Is quos de Iudaica perditione redemptor noster ad se dignatur conuertere, rationabili nos oportet moderatione concurrere, ne victus, quod absit, inopiam patiantur. Ideoque tibi huius præcepti auctoritate mandamus, quatenus filiis iustè ex Hebræis, id est, Iuliano, Redempto, & Fortunæ à tertiadecima succedenti indictione annis singulis solidos dare non differas: quos tuis noueris modis omnibus rationibus imputandos.

Gregorius Panthaleoni episcopo Aphricæ. De Donatistis comprimendis. Caput. XXXII.

Epist.32. H Aereticorum nephandissimam prauitatem qualiter lex persequatur instantius, excellentiæ vestræ non habetur incognitum. Hi igitur quos & fidei nostræ integritas, & legum damnat districtio mundanarum, non leue peccatum est si vestris inueniant temporibus licentiam reserpendi. In illis igitur partibus quantum didicimus, ita Donatistarum creuit audacia, vt non solum de suis Ecclesiis auctoritate pestifera eiiciant catholicæ fidei sacerdotes, sed & quos vera confessione aqua regenerationis abluerat, rebaptizare non metuunt. Valdeque miramur, si tamen ita est, vt vobis illic positis huiusce modi liceat hominib⁹ prauis excedere. Primum siquidem quale de vobis iudicium hominibus relinquatis attendite, si hi qui aliorum temporibus iusta ratione compressi sunt, vobis administrantibus viam sui excessus inueniant. Deinde perditorum animas deum nostrum de manu vestra scitote requirere, si tantum nephas, inquantum possibilitas exigit, emendare negligitis. Hæc enim excellentia vestra non amarè suscipiat. Nam quia vos vt filios proprios diligimus, propterea hæc quæ vobis prodesse non ambigimus, indicamus. Paulum verò fratrem & coēpiscopum nostrum ad nos sub omni festinatione dirigite, ne cuiquam impediendi eum aliqua occasio vel excusatio detur, vt veritatem plenius agnoscentes, qualiter tanti facinoris vltio debeat peruenire, deo adiuuante, rationabili possimus tractatu disponere.
M

Gregorius Theodelindæ reginæ Longobardorum &c. De quarta synodo, & Constantino episcopo. Caput. XXXIII.

Epist.33. Q Vorundā ad nos relatione peruenit, ab aliquibus episcopis gloriam vestram vsq; ad hoc scandalum contra sanctam Ecclesiam fuisse perductam, vt sese à catholicæ vnanimitatis cōmunione suspenderet. Quod quantū vos purè diligimus, tāto de vobis fortius dolemus, quia vos imperitis stultisq; hominibus creditis: qui non solū ea quę loquuntur nesciūt, sed vix ea quæ audierūt, percipere possunt. Qui dū neq; le

guut,

A cunq; neque legentibus credunt, in ipso errore manent quem sibi de nobis finxerunt. Nos enim veneramur sanctas quatuor synodos: Nicenam, in qua Arius Constantinopolitanam, in qua Macedonius. Ephesinam primam, in qua Nestorius atque Dioscorus. Chalcedonensem, in qua Euthices damnatus est, professentes quia quisquis aliter sapit, quàm hæ quatuor synodi, à fide veritatis alienus est. Damnamus autem quoscunque damnant: & quoscunque absoluunt, absoluimus: sub anathematis interpositione ferientes eum qui earundem quatuor synodorum, maximè autem Chalcedonensis, de qua quibusdam imperitis hominibus nata est superstitionis occasio, fidei addere, vel adimere præsumit. Cùm itaque integritatem nostram ex aperta mea traditione seu professione cognoscitis, dignum est vt de Ecclesia beati Petri Apostolorum principis nullum vlterius scrupulum dubietatis habeatis, sed in vera fide persistite, & vitam vestram in petra Ecclesię, hoc est in confessione beati Petri Apostolorum principis solidatæ, ne tot vestræ lachrymæ, tantaque bona opera pereant, si à fide vera inueniantur aliena. Sicut enim rami sine virtute radicis arefiunt, ita opera quantumlibet bona videantur, nulla sunt, si à soliditate fidei disiungantur. Decet ergo gloriam vestram ad reuerentissimum fratrem & coëpiscopum nostrum Constantinum: cuius & fides & vita olim mihi bene est approbata, sub omni celeritate transmittere, eiq; directis epistolis indicare ordinationem eius quam
B benignè suscipitis, & quia ab eius Ecclesiæ communione in nullo separemini, vt verè, sicut de bona ac fideli filia communi exultatione gratulemur. In hoc autem vos ac vestra opera deo placere cognoscite, si prius quàm eius examen veniat, sacerdotum illius iudicio comprobentur.

Gregorius Leoni episcopo Cathanensi. De vxore Speciosi diaconi in monasterium detrusa. Caput. XXXIIII.

Vltorum relatione comperimus hanc apud vos o-
M lim consuetudinem tenuisse, vt subdiaconi suis licitè miscerẽtur coniugibus. Quod ne denuo quisquam
d.34. 17.q.2. Historum. præsumeret, à seruo dei, sedis nostræ diacono, ex auctoritate nostri decessoris est isto modo prohibitum: vt eodem tempore ij qui iam vxoribus fuerant copulati vnum è duobus eligerent: id est, aut à suis vxoribus abstinerent, aut certe nulla ratione ministrare præsumerent. Et quantum dicitur, Speciosus tunc subdiaconus hac pro re ab administrationis se suspẽdit officio: & vsque in obitus sui tempus notarij quidem gessit officium: & à ministerio quod subdiaconum oportuerat exhibere, cessauit. Post cuius obitum, quia relicta eius Honorata marito est sociata, à tua eam fraternitate in monasterio cognouimus deputatam. Ideoq; si, vt fertur, eius se maritus ab administratione suspendit, antedictæ mulieri non debet officere quòd ad
C secundam coniugij copulationem migrauit: præsertim si non tali mente subdiacono iuncta est, vt à carnis voluptatibus abstineret. Si ergo ita se veritatem, quemadmodum edocti sumus, habere cognoscis: prædictam te mulierem de monasterio per omnia conuenit relaxare, vt ad suum maritum sine aliqua possit formidine remeare. De cætero verò fraternitas tua sit omnino sollicita, & quos ad hoc iam officium contigerit promoueri, hoc quàm maximè diligẽter inspiciat, ne si vxores habent, miscendi se cum eis licentia potiantur, sed ad similitudinem sedis apostolicæ eos cuncta obseruare sua nihilominus districtione constituat.

Gregorius Victori & Columbo episcopis Aphricæ. De hæresi Donatistarum. Caput. XXXV.

Valiter neglectus inter initia morbus vires accipiat,
Epist.35. Q ex nostris necessitatibus, quicunque in hac sumus vita constituti, probauimus. Huic igitur nascenti morbo si doctorum obstaret prouisio medicorum: scimus quidem quia ante solet cessare quàm noceat. Huius ergo considerationis ratio vehementer nos debet impellere: vt animarum morbis initiantibus, tota festinemus possibilitate resistere, ne dum salubria adhibere medicamenta negligimus, multorum nobis vita quos deo nostro contendimus lucrari, subripiatur. Vnde nos oportet ita caulas ouium quibus custodes videmur esse prę-
D positi, vigilanti custodia atque sollicitudine præmunire, quatenus lupus insidians vndique pastores sibi repugnantes inueniat, & viam ingrediendi in eas non habeat. Comperimus siquidem Donatistarum stimulos sic in illis partibus gregem turbasse dominicum: ac si nullius pastoris moderamine regeretur. Nunciatumq; nobis est, quod dicere sine graui dolore non possumus, quòd plurimi eorum venenatis iam sint dentibus laniati. Denique sacerdotes canonicos prauissima de suis Ecclesiis temeritate repellere. Et multos insuper, quibus salutem regenerationis aqua prębuerat, rebaptizãtes, prauitate nephandissima necauisse dicuntur: Quò res animos nostros valde mœstificat, quòd vobis illic positis damnatæ præsumptioni tantum scelus perpetrare licuerit. Qua de re fraternitatem vestram scriptis præsentibus adhortamur: vt habito tractatu, initoq; consilio, ita nascenti huic adhuc morbo inhianter ac tota virtute debeatis obsistere, dummodo nec vires ex neglectu percipiat, nec in commisso vobis grege pestilentiæ damna cõcutiat. Nam si quolibet modo, quod non credimus, incipienti negligitis iniquitati resistere, plurimos erroris sui gladio vulnerabunt. Et
E est profectò grauissimum laqueo diabolicæ fraudis irretiri permittere, quos prius possumus ne alligentur eripere. Melius est autem ne quisquam vulneretur obsistere, quam vulneratus qualiter sanari possit exquirere. Hoc itaque considerandum, sacrilegam prauitatem sedula oratione ac virtute qua valetis obruite, vt subsequens nuncius Christi gratia suffragante de eorum nos vltione lætificet, magis quàm de excessu contristet. Paulum præterea fratrem & coëpiscopum nostrum ad nos quo potestis studio omni sub festinatione dirigite, quatenus ab eo causas subtilius tanti facinoris agnoscentes, huic nephandissimæ prauitati cum creatoris nostri solatio medicinam dignæ possimus correptionis imponere.

Gregorius Maximiano episcopo &c. Præcipit Euplo bona patris reddi. Caput. XXXVI.

Vplus præsentium portitor Eusanium Agrigentinæ
Epist.36. E ciuitatis episcopum suum fuisse memorat genitorem, matrisq; suæ res apud eum plurimas indicat mansisse. Quem quoniam intestatum inquit esse defunctũ, ideo & res maternas sibi petit debere restitui, & antedicti episcopi patris sui se permitti substantiam adipisci. Qua de re fraternitati tuæ huius præcepti serie deputamus, quatenus diligenter curet addiscere, & si quid apud prædictam Ecclesiam de rebus matris ipsius inueniri potuerit, si quidem nihil est quod antedicto Euplo rationabiliter possit obsistere, ei secundum suam faciant portionem restitui. Proinde & de rebus paternis quas ante episcopatum dinoscitur habuisse, si eas in ius Ecclesiæ suæ quodammodo transtulit, ei quantum portioni eius legaliter scit competere, vt satisfieri possit immineat. Nam omnino & contra rationem & contra nostrum probatur esse propositum, si cui ea quæ iustè competunt, restitui ac satisfieri denegemus. Ita ergo hæc fraternitas tua implere festinet: vt suprascripto portitori ad nos denuo ex hac re nulla remeandi necessitas imponatur. Nam quod beatę recordationis decessor noster præceptum direxerat, vt lapso eo res eius omnes Ecclesiæ remanerent, hoc ideo eum credimus præcepisse, ne per eas adhuc amplius deperiret, nunc verò æquum esse pensamus, vt filium patris culpa non ingrauet. Sed fraternitatis tuæ dispensatione, quicquid ei legaliter potest competere, consequatur.
F

Gregorius Constantio episcopo Mediolanensi &c. De iuramento non dando ciuibus Brixiæ. Et de nominatione Ioannis inter missarum solemnia, & quatuor synodis. Caput. XXXVII.

Criptis sanctitatis vestræ percursis, in graui vos mœ-
Epist.37. S rore esse cognouimus: maximè propter episcopum & ciues Brixiæ, qui vobis mandant, vt eis epistolam transmittatis, in qua iurare debeatis vos tria capitula minimè damnasse. Quod si decessor fraternitatis vestræ Laurentius non fecit, à vobis quæri non debet. Si autem fecit, cum vniuersali Ecclesia non fecit, & cautionis suæ iuramenta transcendit. Sed quia eundem virum sua credimus sacramenta seruasse, atque in vnitate catholicæ Ecclesiæ permansisse, dubium non est

Universidad de Puerto Rico
Biblioteca

G est quòd nulli episcoporum suorum iurauerit se tria capitula minimè damnasse. Ex qua re colligat sanctitas vestra, quia cogi non debet ad hoc quod à decessore vestro factum nullo modo est. Sed ne ij qui vobis ista scripserunt, scandalizari videantur, transmittite eis epistolam, in qua sub anathematis interpositione fateamini, neque vos aliquid de fide Chalcedonensis synodi imminuere, neque eos qui imminuunt recipere: & quoscunque damnauit, damnare, & quoscunque absoluit, absoluere. Vnde credo eis posse celerrimè satisfieri. Quòd autem scripsistis quia scandalizantur plurimi eorum, quia fratrem & coëpiscopum nostrum Ioannem Rauennatis Ecclesiæ inter missarum solennia nominetis, requirenda vobis consuetudo antiqua est: & si consuetudo fuit, modo à stultis hominibus reprehendenda non est. Si verò consuetudo non fuit, fieri non debet vnde quibusdam scandalum moueri possit: tamen sollicitè perquirere studui si idem Ioannes frater & coëpiscopus noster vos ad altare nominet, quod minimè dicunt fieri. Et si ille vestri nominis memoriam non facit, quæ necessitas cogat ignoro, vt vos illius faciatis. Quod quidem si sine aliquorum scandalo fieri potest, vos tale aliquid facere valde laudabile est, quia charitatem quam erga fratres vestros habetis ostenditis. Quòd autem scripsistis quia epistolam meam reginæ Theodelindæ transmittere minimè voluistis, pro eo quòd in ea quinta synodus nominabatur: si eam exinde scandalizari posse credi-
H distis, rectè factum est vt minimè transmitteretis. Vnde nunc ita facimus sicut vobis placuit, vt quatuor synodos solummodo laudaremus. De illa tamen synodo quæ in Constantinopoli postmodum facta est, quæ à multis quinta nominatur, scire vos volo, quia nihil contra quatuor sanctissimas synodos constituerit vel senserit, quippe quia in ea de personis tantummodo, non autem de fide aliquid gestum est, & de his personis de quibus in Chalcedonensi concilio nihil continetur, sed post expressas synodos seu canones facta cõtentio & extrema actio de personis ventilata est. Nos tamen sicut voluistis, ita fecimus, vt eiusdem synodi nullam memoriam faceremus. Sed & de episcopis quæ scripsistis, prædictæ filiæ nostræ reginæ scripsimus. Vrsicinum qui vobis scripsit aliqua contra Ioannem fratrem & coëpiscopum nostrum, vos per epistolas & dulcedine & ratione ab intentione sua compescere debetis. De Fortunato autem fraternitatem vestram esse sollicitam volumus, ne vobis à malis hominibus in aliquo subripiatur. Nam audio eum cum decessore vestro Laurentio ad mensam Ecclesiæ per annos plurimos nuncusque comedisse, inter nobiles consedisse, & subscripsisse: eumque fratre nostro sciente innumeris annis militasse. Et post tot annos modo videtur fraternitati vestræ vt de status sui conditione pulsetur. Quod mihi omnino incongruum videtur. Et ideo hoc per ipsum vobis sed secretò mandaui. Tamen si quid est rationabile quod ei possit opponi:
I in nostro debet iudicio ventilari. Ad filium vero nostrũ domnum Dynamium: si omnipotenti deo placuerit, per hominem nostrum scripta transmittemus.

Gregorius Marcello scholastico. De præsumptore Maximo. *Capitulum. XXXVIII.*

Epist. 38. G Loriæ vestræ charitas sic in nostro corde semper inuigilat, vt nihil sibi corporalis defendat absentia. Nam quanuis à carnalibus oculis longè est, mentis tamen aspectibus nunquam deest. Frequenter enim nos voluntas ad scribendum desideranter impellit: sed occupatio nõ permittit. Dum ergo nobilitatis vestræ peritia non ignoret quantis sit locus noster occupationibus inuolutus: quòd à scribendi interdum cessamus officio: non voluntatis sed necessitatis esse consideret. Gloria autem vestra quòd tardius sua nos requirit epistola: qua possit excusatione defendere, non videmus. In hoc igitur sola me debui taciturnitate defendere, sed feruor charitatis linguam meam non pertulit habere silentium. Salutantes itaque cum omni affectu atque dulcedine indicamus nos grauiter contristatos: quòd illa à nobis voluistis expetere: in quibus voluntatem vestram perficere, quia obsistit ratio, non valemus: contristare vos quòd nolumus, videmur. Nam hoc nos sine correctione relinquere, Ecclesiastica non sinit aliquo modo disciplina: nec vos pro talibus decet petere ne nõ rectitudini sed indisciplinationi, quod absit, videamini cõsentire. Cau K sa verò eiusdem Maximi, pro quo nobis scribitis, quem si missarum solennia celebrare præsumpserit: iam sacri corporis communione priuauimus, matura quando oportuerit deliberatione: sicut deo nostro placuerit, iudicabitur atque disponetur. Oramus autem omnipotentem dominum, vt & hic vos sua protectione custodiat, & ad æternæ vitæ præmia perducat.

Mense Augusto. Indictione duodecima.

Gregorius clero ordini & plebi consistenti Hortonæ. De obitu episcopi eorum, & visitatione Ecclesiæ.

Caput. XXXIX.

Vestri antistitis obitum cognoscentes: curæ nobis fuit, *Epist.*
V destitutæ Ecclesiæ visitationem fratri & coëpiscopo nostro Barbaro solenniter delegare. Cui dedimus in mandatis, vt nihil de reditu, ornatu, ministeriisque à quoquam vsurpari patiatur: cuius vos assiduis adhortationibus conuenit obedire. Hoc tamen scitote: quia et ordinandi presbyteros ac diaconos: si necesse fuerit: quos dignos ad hoc officium inuenire potuerit, dedimus licentiam, quatenus in Ecclesiastico obsequio sacerdos exquiratur, qui à venerandis canonibus vlla non discrepet ratione, & tanto ministerio dignus valeat reperiri. Qui dum postulatus fuerit, cum solenni decreto omnium subscriptionibus roborato, & visitatoris pagina prose- L
quente, ad nos veniat ordinandus. Prouisuri ante omnia ne cuiuslibet vitæ vel meriti laicam personam præsumatis eligere. Et non solum illic ad episcopatus apicem nulla ratione promoueatur, verumetiam vos nullis intercessionibus veniam promereri posse cognoscite. Sed omnes quos ex vobis de laica persona aspirare constiterit, ab officio & à communione alienos faciendos proculdubio noueritis.

Gregorius Valentino abbati. Ne monachi eius faciant sibi commatres. *Caput. XL.*

Peruenit ad nos quòd in monasterio tuo passim mulie- *Epist. 40. Can. 18.*
P res ascendant, & qđ adhuc est grauius, monachos tuos *2. Petri*
mulieres sibi commatres facere, & ex hoc incautam cum eis communionem habere. Ne ergo hac occasione humani generis inimicus sua eos, quod absit, calliditate decipiat: ideo huius te præcepti serie commonemus, vt neque mulieres in monasterio tuo deinceps qualibet occasione permittas ascendere, neque monachos tuos commatres sibi facere. Nam si hoc denuo ad aures nostras quocunque modo peruenerit, sic te seuerissime noueris vltioni subdendum, vt emendationis tuę qualitate cæteri sine dubio corrigantur.

Gregorius Bonifacio magnifico Aphricæ Sal. &c. De fide sua apud sanctum Petrum exponenda. M
Caput. XLI.

Ita vt audieram magnitudo vestra intentione sollici- *Epist. 41.*
S ta de animæ suæ salute cogitaret, nequaquam se mihi de fide sua per epistolas, sed per semetipsam potuit respondere. Nam quòd in excusatione molestia corporalis adducitur, expectato salutis tempore, laborem summopere potuistis pro commodo æternæ salutis assumere, vt & vos de nostra ratione, & nos de vestra credulitate gauderemus. Etenim quæ in eis scripsi epistolis, replicanda nunc non sunt, neque alia ratiocinatione monstranda, quia apud nolentis animum quanuis sit euidens ratio, hæc ipsa obstaculum esse solet. Sed per vos venite, & beati Petri Apostolorum principis liminibus vosmet præsentate, & cuncta quæ scripsi, nisi ex lectione monstrauero, cum qua vultis disputatione recedite. Hortor tamen vt dum vitæ spatium supereſt, ab eiusdem beati Petri Ecclesia, cui claues cœlestis regni commissæ sunt, & ligandi ac soluendi potestas attributa: vestra anima non inueniatur diuisa, ne si hic beneficium eius despicitur, illic vitæ aditum claudat. Hi autem qui dubitationis vestræ participes sunt, si ad me venire voluerint, nullã ex me quasi ex potestate prodeuntẽ violentiam pertimescant. Nam nos licet in omnibus causis, in iis tamen præcipuè quæ dei sunt, ratione magis stringere homines, quàm potestate festinamus.

Gregorius

Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De clericis Baucaden. per Siciliam dispersis. Caput.XLII.

A Ndicauit nobis Baucada frater & coëpiscopus noster quosdam de clero suo in Siciliæ partibus ad sacros ordines peruenisse. Qui quoniã neque presbyterum, neque diaconos se habere commemorat, eos ad se petiit debere trãsmitti. Proinde fraternitas tua vbicunque illos, latore præsentiũ indicante, repererit: huc eos sine dilatione transmittat, quatenus & illi ad Ecclesiam in qua olim militauerunt reuocentur, & antedictus episcopus optatum de eis possit habere solatium.

Gregorius Fantino defensori. De Cosma Syro multis debitis obligato. Caput.XLIII.

L Ator præsentium Cosmas Syrus in negotio quod agebat, debitum se contraxisse perhibuit, quod & multis aliis & lachrymis eius attestantibus verum esse credimus. Et quia centum quinquaginta solidos debebat, volui vt creditores illius cum eo aliquid paciscerentur: quoniam & lex habet vt homo liber pro debito nullatenus teneatur, si res defuerint quæ possint eidem debito addici. Creditores ergo suos, vt asserit, ad octoginta solidos cõsentire possibile est. Sed quia multum est vt à nil habente homine octoginta solidos petant, sexaginta solidos per notarium tuum tibi transmisimus: vt tu cum
B eisdem creditoribus subtiliter loquaris, rationem reddas, quia filium eius quem tenere dicuntur, secundum leges tenere nõ possunt. Et si potest fieri, ad aliquid minus quàm nos dedimus condescendant. Et quicquid de eisdem sexaginta solidis remanserit, ipsi redde, vt cum filio suo exinde viuere valeat. Si autem nil remanet, vel ad eandem summam debitum eius incidere studе, vt possit sibi liberè postmodum laborare. Hic tamen solerter age: vt acceptis solidis ei plenariam munitionem scripto faciant.

Gregorius Rusticianæ Patriciæ. De reditu eius à monte Syna. Caput.XLIIII.

E Xcellentiæ vestræ scripta suscipiens, libenter agnoui, qualiter ad montem Syna perrexit. Sed mihi credite: ego quoque voluissem vobiscũ ire, sed vobiscum minimè redire. Quanuis mihi valde difficile fuit credere, quia ad loca sancta fuistis, patres multos vidistis. Nam credo si vidissetis, tam celeriter ad Constantinopolitanam vrbem redire minimè poteratis. At postquam talis ciuitatis amor de corde vestro nullo modo recessit, suspicor quia excellentia vestra sancta quę corporaliter vidit, ex corde minimè attendit. Sed omnipotens deus mentem vestram gratia suæ pietatis illustret, donet vobis sapere, & temporalia omnia quàm sint fugitiua pensare, quia dũ hæc loquimur, & tempus currit, & iudex superuenit, & mũdum quem sponte nolumus, ecce iam propè est vt inuiti relinquamus. Domnum Apionem & domnam Eusebiã, eorúmque filias mea
C peto vice salutari. Domnam verò illam nutricem meam quam mihi per literas commendatis, omnino diligo, & grauari in nullo volo. Sed tantis angustiis premimur, vt ab angariis atque oneribus hoc iam tempore, nec nosmetipsos excusaremus.

Finiunt epistolæ Indictionis duodecimæ.
Finit liber tertius secundum computationem Gratiani in decretis.

LIBER QVARTVS.

Epistolæ Indictionis decimætertiæ ex registro beati Gregorij papæ.

Gregorius Ioanni Rauennati archiepiscopo. &c. Monasterium monachorum non per clericos nec laicos ordinandum. Caput.XLV.

Epist. 1. Ca. 18. q. 2. Peruenit.

PEruenit ad me quòd in Ecclesia fraternitatis tuæ, aliqua loca dudum monasteriis consecrata, nunc habitacula clericorum aut etiam laicorum facta sunt, dúmque hi qui sunt in Ecclesiis, fingũt se religiosè viuere, monasteriis præponi appetũt: & per eorum vitam monasteria destruuntur. Nemo etenim potest & Ecclesiasticis obsequiis deseruire, & in monachica regula ordinatè persistere:

Ca. 18. q. 1. Nemo.

vt ipse monasterij districtionem teneat, qui quotidie in obse- D quio Ecclesiastico cogitur permanere. Proinde fraternitas tua hoc quolibet in loco factum sit, emendare festinet: quia ego nullo modo patior loca sacra vt per clericorum ambitum destruantur. Vos itaque ita agite, vt mihi hac de re correctam causam sub celeritate nuncietis.

Gregorius Felici & Ciriaco abbatibus. De ordinando monasterio Theodosiæ. Caput.XLVI.

Epist.2. Q Verelam Theodosiæ religiosæ fœminæ, subditæ vobis satis series narrationis explanat, in qua plura & nõ ad sacerdotalem pertinentia mansuetudinem, contra Ianuarium fratrem & coëpiscopum nostrum capitula comprehensa relegimus: ita vt post fundatum à se seruorum dei monasterium, omne quod ad auaritiæ turbulentiam præiudiciúmque pertinet, tempore dicatur oratorij ipsius dedicationis exhibitum. Quamobrem si ita est: vt antefata eius suggestione comperimus, & in hoc quicquam cognoscitis indecentius fuisse commissum, hortamur vt Musicum abbatem monasterij Agilitani, remotis prius omnibus præiudiciis, studeatis vt monachos suos quos illic ordinare cœperat, summopere vocare festinet: quate- E nus ipso venerabili loco, decenti regularíque modo per vos domino iuuante dispositio, nec frequens nos prædictæ religiosæ fœminæ de non impletis bonis desideriis suis querela cõcutiat: nec cum vestræ detrimento sit animæ, si tam pium propositũ aliqua vobis negligentibus, quod non credimus, dilatione torpescat.

Gregorius Dominico episcopo Carthaginensi. De compescendis hæreticis. Caput.XLVII.

Epist.3. V Eniens ad nos Prosper præsentium lator, responsalis vester, post alios vestræ charitatis affectus: secundò nobis vestras epistolas cum allegatione principalium iussionum, apud vos habitæ synodi chartulam porrexit. Quibus relectis, & de vestro gratulati sumus, quem pastoraliter geritis, zelo: & piissimos dominos occasione religionis illatas venalium personarum remouisse calumnias. Maximè autem quia ita studuit fraternitas vestra Africanã inconcussam seruare prouinciam, vt nullatenus deuias hæreticorum sectas cum seruore sacerdotali coërcere negligeret. De quibus etiam omnibus sopiendis, & antequam charitatis vestræ consuleremur apicibus, intantum nos subtilius definisse meminimus, vt nihil rursus de his vobis responderi necessarium credamus. Quanquam ergo hæc ita se habeant, & desideremus omnes hæreticos à catholicis sacerdotibus vigore semper rationé que compescí: tamen subti- F liter intuentes omnino nos tetigit, ne per ea quæ apud vos gesta sunt, aliorum conciliorum primatibus, quod auertat dominus, generetur scandalum. Sententia nanque à vobis prolata est in cõclusione gestorum. In qua dum pro inuestigandis illis hæreticis admonetis: subintulistis eos qui negligunt, substantiarum dignitatúmque priuatione plectendos. Optimum est igitur frater charissime: vt in his quæ foris corrigenda sunt, prius charitas interna seruetur, & simus mẽte subiecti. Quod maximè vestræ grauitatis proprium iudicamus: etiam personis dignitate minoribus. Tunc enim totis coadunatis viribus hæreticorum commodius obuiatis erroribus, cùm secundum morem sacerdotij vestri studueritis Ecclesiasticam custodire concordiam.

Gregorius Victori episcopo Panormitanensi. De Gregorio abbate, & Martia abbatissa. Caput.XLVIII.

Epist.4. L Atorem præsentium Gregorium Abbatẽ atque presbyterum monasterij sancti Theodori nulla quidem ratio permittebat vt post lapsum illius pœnę generalem vltra ei præesse debuisset. Qui enim tot discipulos per suam negligentiam ad infernum duxit, reliquis vnquã præponi non debuit. Sed quia longa hic est apud nos pœnitentia afflictus, fraternitatem tuã necesse est eum in monasterium prædictum recipere, locóque suo constituere, ita tamen vt Vrbicus monasterij mei præpositus dare aliquem de seruis dei debeat: qui eius præpositus fiat, vt quod istius incuria negligitur, illius sollicitudine ser-

Cuetur. Præterea ex monasterio ancillarum dei, quod est sancti Martini, Martiam sanctimonialem fœminam in monasterium aliud iniustè audio fuisse migratam: & Victoria quæ locum illius sequebatur, sicut audio, res monasterij disperfit, vt ad prioratus locū pertingeret, & ipsa pòst abbatissa interim inueniri debuisset. Quam rem fraternitas tua sub omni studeat celeritate corrigere: cuius enim iam culpæ sit intelligis, vt ego tam longè positus, quę in ciuitate tua aguntur agnoscam, & tot curis occupatus, quæ fieri debeant disponam. Prædictam itaque Martiam in monasterium suum & locum suum volumus reuocari. Victoriā vero Fantino defensori nostro trade, quatenus ipse eam discutiens, cui quid de rebus monasterij dedit, inueniat. Quam discussam in monasterium aliud dari volumus, nobísque per Fantinum defensorem subtiliter renunciari, vt sciamus quid de ea debeat sententia certiori constitui. Multa autem mala in eodem monasterio per Anastasium medicum audio contigisse. Qui si quādo in monasterium virginum seu ipse seu alius fuerit ingressus, fraternitatem tuam culpa respiciet, quæ gregem commissum tenet, & custodire dissimulat.

Gregorius Venantio episcopo Lunensi. De Saturnino episcopo Latso. *Caput. XLIX.*

Epist. 5. H A Ccedens ad Gorgonā insulam fraternitas vestra discutiat id quod ad nos de Saturnino presbytero est perlatum. Peruenit nanque ad nos, quia postquam pro crimine lapsus sui à sacerdotij ordine est deiectus, ad explendum ministerium sacerdotij præsumpsit accedere, & omnipotēti deo hostias immolare. Quod si ita factum fraternitas vestra reperit, eum sacri corporis & sanguinis dominici participatione priuatum, in pœnitentiam redigat: ita vt vsque ad diem obitus sui in eadem excommunicatione permaneat, & viaticum tātummodo exitus sui tempore percipiat. Si autem eum fraternitas tua talem pœnitentiam agere cognouerit: vt ei iustè ad recipiendam inter laicos communionem & ante exitum debeat misereri, hoc in tuæ fraternitatis ponimus potestate.

Parte. 1. dist. 50. accedens.

Mense Octobri. Indictione. xiij.

Gregorius Cypriano diacono & rectori patrimonij Sicil. De Manichæis comprimendis. *Caput. L.*

Epist. 6. D E Manichæis qui in possessionibus nostris sunt, frequenter dilectionem tuam admonui, vt eos persequi summopere debeat, atque ad fidem catholicam reuocare. Quòd si tempus exigit, per te: si autem pro causis aliis non licet, per alios solerter inquire. Peruenit ergo ad me, esse Hebræos in possessionibus nostris, qui conuerti ad deum nullatenus volunt. Sed videtur mihi vt per omnes possessiones, in quibus ipsi Hebræi esse noscuntur epistolas transmittere debeas, eis I ex me specialiter promittens, quòd quicunque ad verum dominum deum nostrum Iesum Christum ex eis conuersus fuerit, onus possessionis eius ex aliqua parte imminuetur. Quod ita quoque fieri volo, vt si quis ex eis conuersus fuerit: si solidi pensionem habet, tremissis ei relaxari debeat: si tres vel quatuor, vnus solidus relaxetur. Si quid amplius, iam iuxta eundem modum debet relaxatio fieri: vel certe iuxta quod dilectio tua præuidet: vt & ei qui conuertitur, onus releuetur, & Ecclesiastica vtilitas non graui dispendio prematur. Nec hoc inutiliter facimus, si pro leuandis pensionum oneribus, eos ad Christi gratiam perducamus: quia etsi ipsi minus fideliter veniunt, hi tamen qui de eis nati fuerint, iam fidelius baptizātur. Aut ipsos ergo, aut corū filios lucramur. Et ideo non est graue quicquid de pensione pro Christo dimittimus. Præterea ante hoc tempus Ioanne subdiacono veniente, mihi tua dilectio aliqua scripsit, quæ omnia hora eadem relegens, multos dies interposui, & post multorum dierum moram tanquam in memoria retinens, quæ legeram, ad singula respondi. Sed nunc, vt arbitror, vnum mihi capitulum excidit: & de eo suspicor nihil respondisse. Scripseras enim vt mutui solidi rusticis per manus quorundam debiti conductorū darentur, ne tollentes ab aliis, aut in angariis, aut rerum preciis grauarentur. Quod capitulum mihi gratissimum fuit. Et siquidem iam scripsi, ea serua quæ scripta sunt. Si autem ex eo, vt suspicor, minimè aliquid rescripsi, commonitione certa ad dandos solidos pro vtilitate rusticorum non debes immorari: quā- K do & res Ecclesiastica non perit, & ex ea vtilitas rusticorum leuatur. Sed & alia si qua sunt quæ vtilia esse considéras, omni ambiguitate postposita debes exhibere.

Gregorius Felici episcopo in Sardinia. De obedientia maioribus exhibenda. *Caput. LI.*

Q Valiter obedientia vel sit reuerentia præpositis exhibenda, ex tuis quoque subiectis ipse non ambigis. In qua re est valde vtile si id quod disciplinæ vigor imponit, nullo cogente humilitas laudanda seruauerit. Peruenit itaque ad nos quòd fraternitas tua Ioanni fratri nostro primæ Iustinianæ episcopo secundum morem parēre despiciat: & nec decreto eius, nec relationi quam ad nos direxit, iuxta consuetudinem voluisse subscribere. Quod si ita est contristamur: quia superbiæ de te manifestum præbes indicium. Quod quàm sit, præcipuè in sacerdote, culpabile, diuinæ admonitionis clamant eloquia. Propterea hortamur vt mentis tumore deposito, ordinatori tuo antedicto fratri & coēpiscopo nostro humilem te exhibere, ac parēre non desinas: quatenus & deus gaudeat in fraternitatis vestræ concordia, & alij de te sumant bonitatis exemplum. Nam si, quod non credimus, te in superbia permanere contigerit, districtam canonicámque disciplinæ correctionem con- L tumaciæ tuæ nos cito vlciscenter imponere. Bene ergo facis, talem te sponte salubri consideratione præbere: qualis esse canonica coërctione exigente compelleris. Nam nec tibi denuo post nostram admonitionem licebit ad tuæ voluntatis arbitrium contra morem maioribus tuis inobedientem existere, nec tantæ nos indisciplinationis Ecclesiasticam cognoscas dissimulare vel differre vindictam.

Epist.

Gregorius Petro notario in Sardinia. De ministeriis Mirensis Ecclesiæ recipiendis. *Caput. LII.*

Epist. 8. M Inistteria Ecclesiæ Mirensis quæ secum Squillatrum quondam episcopus Seuerinus detulerat: præsentium sibi portitores restitui postulant. Quia ergo res Ecclesiasticæ cauta debent sollicitudine præmuniri, hoc nobis visum est: vt in eadem Ecclesia seu ciuitate, episcopus cui ministeria ipsa tradi pósint, debeat ordinari. Sed quoniam Leonem archidiaconum aliósque clericos eiusdem Ecclesiæ esse illic commemorant: experientiæ tuæ præcipimus: quatenus eos ad suam Ecclesiam proficiscí, aceligere ordinandum episcopum sibi commoneat, vt dum deo illic fuerit propitio consecratus, ipse Ecclesiæ suæ res sine aliqua ambiguitate recipiat.

M

Gregorius vniuersis episcopis per Illyricum. De ordinatione Ioannis episcopi. *Caput. LIII.*

Epist. 9. E T nobis confert de sollicitudine vestra lætitiā: & fraternitatem vestram de sua reddit ordinatione securā, si antiquæ consuetudinis ordo seruatur. Quia ergo per epistolas quas ad nos per Maximianum presbyterum & Andream diaconum direxistis, in personam Ioannis fratris & coēpiscopi nostri consensum omnium vestrum, & serenissimi principis conuenisse cognouimus voluntatem: magna nos exultatio habuit, talem deo auctore ad sacerdotij officium fuisse proiectum, qui dignus cunctorum est electionis iudicio comprobatus. Proinde iuxta postulationis vestræ desiderium, prædictum fratrem & coēpiscopum nostrum in eo in quo est sacerdotij ordine constitutus: nostri assensus auctoritate firmamus: ratámque nos eius consecrationem habere dirigentes pallium indicamus. Cui quoniam iuxta morem nostras vices commisimus peragendas, ideo fraternitatem vestram necessariò præuidimus adhortandam, quatenus ei in his quæ ad ordinem Ecclesiasticum, rectitudinémque pertinent disciplinæ: siue in aliis quibus canonum decreta non obstant, parēre nullo modo differatis: vt charitatem vestram syncero cum iudicio elegisse, exhibita valeat obedientia declarare.

Gregorius Ioanni episcopo Ravennæ. De vsu pallij. *Caput. LIIII.*

Fraternitatem

A Fraternitatem vestram valde inuenio contristatam, pro eo quòd in litaniis induere pallium rationis censura prohibetur. Sed per excellentissimum Romanum patricium: & per eminentissimum perfectum: atque per alios ciuitatis suæ nobiles viros importunè expetit vt hoc debeat concedi. Nos autem sollicitè requirentes ab Adeodato diacono quòdam fraternitatis tuæ cognouimus, quia nunquam consuetudo fuerit decessoribus tuis, vt in litaniis pallio nisi in solennitate beati Ioannis Baptistæ, & beati Petri Apostoli, & beati martyris Apollinaris vterentur. Cui quidem nequaquam credere debuimus: nisi quia multi apud ciuitatem fraternitatis vestræ responsales sæpius fuerunt: qui se fatentur tale aliquid nunquam vidisse. Et hac de re multis potius credendum est, quàm vni pro sua Ecclesia aliquid attestanti. Sed quia nos fraternitatem vestram contristari nolumus: & petitionem filiorum nostrorum apud nos minimè frustrari: vsum pallij, donec subtilius veriúsque aliquid cognoscamus in litaniis solennibus: id est die natalitio beati Ioannis Baptistæ: & beati Petri Apostoli: & beati Apollinaris martyris, atque in ordinationis vestræ celebratione concedimus. In secretario verò secundum morem pristinum susceptis ac dimissis Ecclesiæ filiis, induere vestra fraternitas pallium debeat: atque ad missarum solennia ita proficisci, & nihil sibi amplius ausu temerariæ præsumptionis arrogare: ne dum in exte-
B riori habitu inordinatè aliquid arripitur, ordinatè etiam quæ licere poterant amittantur.

Gregorius Petro episcopo Trecalonitano. De visitatione Agrigentinæ Ecclesiæ. Caput. LV.

Q Voniam Agrigẽtinæ Ecclesiæ à nobis fraternitati tuæ visitationis commissa est cura, laboribus tuis aliquid ex ea vtile prospeximus consulendum. Propterea Maximiano fratri & coëpiscopo nostro scripsimus: vt quartã quam eiusdem Ecclesiæ episcopum oportebat accipere, à die visitationis tuæ, vel quousque illic eam sollicitudinem gesseris, tibi debeat applicare. Vnde fraternitatem tuam necesse est mente sollicita cogitare: vt cuius fructus Ecclesiæ perceperit, opera studeat solerter impendere, atque ad deum illic animas congregare, prauos ab iniquitate compescere: incipientes bona opera, verbo exhortationis nutrire. Memor quod de Ecclesia vniuersali dictum est: Panem ociosa non comedit.

Gregorius Gaudentio episcopo Nolano. Visitationem Capuanæ iniungit Ecclesiæ. Caput. LVI.

Q Voniam Sixtus Capuanæ Ecclesiæ episcopus, in Romana ciuitate positus, de hac luce migrauit, curę nobis fuit, quæ vniuersis Ecclesiis à nobis impenditur, ad fraternitatem tuam præsentia scripta dirigere: vt memoratæ Ecclesiæ visitator accedas: sic tamen vt nihil de prouentionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriísque, vel quicquid præfati loci esse patuerit, à quoquam præsumi patiaris, sed omnem vigilantiam atque cautelam circa clerum plebémque eiusdem Ecclesiæ exhibere te conuenit: vt in vigiliis obsequióque Ecclesiastico sedulè ac deuotè debeant deseruire: quatenus fraternitatis tuæ instantia atque adhortatione tales se in seruitio diuino exhibeãt, vt irreprehensibile eorum valeat obsequium reperiri.

Gregorius clero Ecclesiæ Capuanæ degenti Neapoli. De visitatione Ecclesiæ eiusdem Gaudentio commissæ. Caput. LVII.

Q Voniam Sixtus Capuanæ Ecclesiæ episcopus hic positus de hac luce migrauit, curæ nobis fuit, destitutæ Ecclesiæ visitatione fratri & coëpiscopo nostro Gaudentio Nolanæ ciuitatis episcopo solenniter delegare. Cui dedimus in mandatis, vt nihil de prouentionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriísque à quoquam vsurpari patiatur. Cuius vos assiduis adhortationibus conuenit obedire: quatenus in Ecclesiastico obsequio, atque in dei laudibus vigilanti debeatis cura perstitere: moréque vestros sub digna Ecclesiastici regiminis disciplina componere. Nec quisquam vestrum eius audeat præceptionibus obuiare, sed omni tam Ecclesiastica obseruatione, quàm etiam Ecclesiæ vestræ custodia, eius prouisionibus obe- D dientiam exhibere: quatenus dum eius regimini vestra fuerit obedientia commodata: & Ecclesiæ vestræ in nullo negligatur vtilitas, & eius sit cura propensior.

Gregorius Ioanni episcopo Rauennæ. De irrisorio dictato eius. De duplicitate morum & operum. De contumelia seruorum. De doctrina clericorum. De inordinato vsu pallij, & cura pastorali: & aliis plurimis rebus. Caput. LVIII.

P Rimùm me hoc contristat, quia mihi fraternitas tua duplici corde scribit, & alia blandimenta in epistolis suis exhibet, alia in lingua sua secularitèr ostendit. Deinde graue mihi est, quia irrisiones illas quas habere notarij adhuc pueri solent, vsque hodie frater meus Ioannes in lingua sua retinet. Mordaciter loquitur, & quasi de tali astutia lætatur. Amicis præsentibus blanditur, de absentibus obloquitur. Tertiò graue mihi & omnino execrabile est, quia seruis suis qua hora furit, turpia crimina imponit: vt effœminati & adhuc grauiter hoc apertius vocentur. Post hæc accessit quòd disciplina ad vitam clericorum custodiendam nulla est, sed tantummodo so- E lum clericis suis dominium exhibet. Vltimum verò est quod tamen pondere elationis primum est: scilicet de vsu pallij extra Ecclesiam. Quod decessorum meorum temporibus facere nunquam quisquam præsumpsit: nunquam à decessoribus eius præsumptum est, sicut responsales nostri testantur, excepto si reliquiæ conderentur. Quod tamen de reliquiis: vnus tantummodo potuit inueniri, qui meis diebus in despectum meum cum summa audacia non solum faciebat, sed etiam frequentabat. Ex quibus omnibus inuenio, quia honor episcopatus vestri totus foris in ostensione est, non in mente. Et quidem omnipotẽti deo gratias ago: quia eo tempore quo ad me hoc peruenit, quod ad aures decessorum meorum nunquam peruenerat, Longobardi inter me & Rauennatem ciuitatem positi fuerant. Nam ostendere forsitan hominibus habui, quantum scio esse districtus. Ne autem credas quia ego Ecclesiam tuam in aliquo grauari aut minui volo: recordare in missarum Romanarum solennibus vbi Rauennas diaconus stabat, & require vbi hodie stat, & cognosces quia Ecclesiam Rauennatem honorare desidero. Sed vt quicunque quodlibet ex superbia arripiat: hoc ego tolerare non possum. Tamen hac de re iam diacono nostro ad Constantinopolim scripsi: vt per omnes qui sub se etiam tricenos & quadragenos episcopos habent, requirere debeat. Et sicubi iste vsus est, vt in litaniis cum palliis ambulent, absit vt per me Rauennatis honor Ecclesiæ in aliquo imminui videatur. Hæc ergo omnia quæ superius dixi, frater charissime recogita: diem tuæ vocationis at- F tende, quas rationes de sarcina episcopatus redditurus es, cõsidera. Emenda illos mores notarij. Vide quid in lingua, quid in actu episcopum deceat. Esto totus purus. Fratribus tuis non aliud loquaris & aliud in corde habeas. Nec appetas vltra videri quàm es: vt possis vltra esse quàm videris. Crede mihi, quando ad hunc locum veni, tantæ deliberationis fui, tantæque charitatis circa fraternitatem tuam, vt si eandem charitatem meam custodire voluisses, adhuc talem fratrem sicque te purè diligentem: tibíque omni deuotione concurrentem nunquam inueneras: sed cognitis verbis ac moribus tuis, fateor resiliui. Rogo ergo per omnipotentem deum, emenda omnia illa quæ præmisi, maximè duplicitatis vitia. Permitte me amare te, & ad præsentem, & ad futuram vitã vtile tibi esse poterit: vt à tuis fratribus ameris. Ad hæc autem mihi non verbis, sed moribus responde.

Gregorius Ioanni episcopo primæ Iustinianæ. De vsu pallij, & cura pastorali. Caput. LIX.

Aniseſtum bonitatis esse liquet indicium, in vnius ele- *Epi. 15.*
M ctione cunctorum conuenire consensum. Quia igi- *Parte. 1. distin. 63.*
tur susceptæ fratrum & coëpiscoporum nostrorum *Quia.*
relatio, ad locum vos sacerdotij totius concilij vnito consensu, & sereniſsimi principis voluntate declarat accersiri: gratias omnipotenti deo creatori nostro magna cum exultatione retuli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mus, qui vitam actúsque vestros ita de præteritis fecit esse probabiles, vt omnium vos, quod est valde laudabile, faceret placere iudicio. Quibus nos quoque in personam fraternitatis tuæ per omnia consentimus. Atque omnipotentem dominum deprecamur, vt charitatem vestram sicut sua gratia elegit, ita in omnibus sua protectione custodiat. Pallium verò ex more transmisimus, & vices vos Apostolicæ sedis agere iterata innouatione decernimus: admonentes vt ita vos circa subiectos debeatis exhibere placabiles, vt rectitudinem vestram diligere prouocentur potius quàm timere: Quorum si culpa forte poposcerit, ita excessus emendare curabitis, vt paternum affectum de animo nullo modo relinquatis. Estote in custodia commissi gregis vigilantes atque solliciti, & disciplinæ zelo districtione lupus insidians nec ouile turbare dominicum, nec nocere ouibus aliqua fraudis occasione prævaleat. Animarum lucrum deo nostro tota mentis intentione facere festinate, nomen nos pastoris non ad quietem, sed ad laborem suscepisse cognoscite. Exhibeamus ergo in opere quod signamur in nomine. Sacerdotij prærogatiuã si recta consideratione pensemus, sollicitis & bene gerentibus in honorem, negligentibus autem profectò erit in onus. Sicut igitur laborantes, & circa animarum salutem sollicitos hoc nomen ante deum æternam ducit ad gloriam, ita desides ac torpentes vrget ad pœnam. In lingua nostra vitam esse aliam plebs commissa agnoscat. Sit illis fraternitatis vestræ doctrina: gratus coer
H ctionis stimulus, & vita imitationis exemplum. Quid enim diligere & quid timere debeant, charitatis vestræ sermo prædicationis aperiat, fructum efficacia vestra æternæ huiusmodi retributionis acquirat. Inter hæc verò & huiusmodi ista vos principaliter deliberationis cura constringat, ne vnquam ordinationes facere tentetis illicitas, sed si quos ad clericatus ordinem, vel potiorem fortè gradum promoueri contigerit: non præmiis aut precibus, sed meritis ordinentur. In nulla ordinatione fraternitati vestræ commoda quolibet modo surrepant: ne laqueis simoniacæ, quod absit, hæreseos illigetur. *Mat. 16.* Quid enim prodest homini, sicut veritas docet, si totum mundum acquirat, & suæ faciat animæ detrimentum? Vnde necesse est vt deũ in omni quod gerimus, attendamus, peritura & temporalia contemnamus: atque ad æternitatis bona cordis desiderium dirigamus. Exenia autem vestræ sanctitatis suscipere omnino nolueram, quia valde esset incongruum, vt à prædatis atque afflictis fratribus munera percepisse videremur. Sed responsales vestri alio me argumento vicerunt, ad eum illa deferentes, à quo non posset oblatio vestræ fraternitatis repelli. Illud enim vobis præ omnibus studendum est, vt venturo iudici animarum, sicut prædiximus, non peritura munera procuretis, quatenus & vos de vestra mercedis operatione, & nos pariter de nostra adhortatione respiciat.

I *Gregorius Venantio episcopo Lunensi. De lapsu presbyterorum, diaconorum, & subdiaconorum.*

Caput. LX.

Epi. 16. Electæ textus quam fraternitas tua direxit epistolæ,
R sollicitudinem tuam diligenter innotuit. Sed cognita nos corporis tui molestia contristauit. Veruntamen dominica patienter debent sustineri flagella. Nam frequenter ad emendationem ægritudo conceditur. Et hoc ante deum hominem purgatum statuit: quod in hac illum ad præsens vita contristat. Vnde necesse est vt creatori nostro etiam in infirmitate positi gratias referamus, & vt in illa nobis vita castigatio ista proficiat exoremus. *Parte. 1. di. 50. Præterea.* Præterea ad fraternitatis tuæ consulta respondentes, statuimus diaconum & abbatem de portu Veneris, quem indicas cecidisse, ad sacrum ordinem non debere vel posse vllo modo reuocari. Quem quidem sacro ordine priuatum in pœnitentiam deputare te conuenit. Cuius si postea actus, conuersatióque meruerit, priorem inter alios monachos, vbi tu tamen decreueris, standi locum obtineat. Subdiaconi quoque quos similis culpa constringit, ab officio suo irreuocabiliter depositi, inter laicos communionem accipiant. In portu autem Veneris loco lapsi diaconi, alium qui hoc officium implere debeat, ordinabis. Saturninum vero expresbytero, vt nunquam ad sacri ordinis ministerium præsumat accedere, scriptis cauere decreuimus. Sed eum in insula Gorgona atque Capraria sollicitudi- K
nem de monasteriis gerere: & in eo in quo est statu, sine cuiusquam aduersitate manere permittimus. Fraternitas ergo tua commissos sibi vigilanti cura custodiat: à malis actibus sua, vt valet, prædicatione corripiat: quatenus & officij sui inueniatur, sicut decet, implere propositum: & deum sibi retributorem suæ faciat actionis existere. Nos vero omnino vos videre cupimus: atque in deo de vestra præsentia & salute gaudere. Vestem verò ei quæ baptizanda est direximus: atque vt nobis talia scribatis, semper optamus. Codicem vero regulæ pastoralis domno Columbo presbytero transmittendum per harum portitorem direximus, quem vos nolite detinere. Nam vsui vestro alium sub celeritate transmittemus.

Gregorius Constantio episcopo Mediolanen. De his qui depositi sunt quemodo ad pœnitentiam deputentur.

Caput. LXI.

I lapsis ad suum ordinem reuertendi licentia conce- *Epi. 17. Parte. 1. dist. 50. Lapsi.*
S datur, vigor canonicæ proculdubio frangitur disciplinæ: dum pro reuersionis spe prauæ actionis desiderio quisque concipere non formidat. Fraternitas siquidem vestra nos consuluit: si Amandinus ex presbytero & abbate qui à suo est decessore culpa exigente depositus, in eo quo fuerat ordine constitutus, debeat reuocari. Quod quidem nec licet, nec fieri posse aliqua ratione decernimus. Eius tamen si L
conuersio fortè meruerit, sacro per omnia sicut est priuatus officio, in monasterio eum ante alios vt præuideritis monachos ordinate. Illud igitur præ omnibus studete: vt lapsos in sacrum ordinem nullius vobis supplicatio aliquo modo reuocare suadeat, ne huiusmodi non statuta, sed temporaliter dilata credatur esse vindicta. Vitalianum vero expresbytero de quo scribitis vt districtè debeat custodiri, in Siciliam dirigi faciemus, vt spe discedendi sublata, in pœnitentiæ se saltem tunc lamenta constringat. Iobinum quoque de portu Veneris quondam diaconum & abbatem suo decreuimus priuandum officio, atque vt alter in eius loco debeat ordinari, scripsimus. Similiter etiam & tres subdiaconos quos fraternitas vestra lapsos innotuit: à suo semper vacare, ac decernimus priuatos officio: quibus nihil aliud quàm inter laicos sacra est præbenda communio. Saturum vero expresbytero ne ad sacri ordinis ministerium præsumat vnquam accedere, deputauimus facere cautionem. Eúmque in eadem qua fuerat insula sacri ordinis priuatione volumus permanere: permittentes ei curam & sollicitudinem de monasteriis habere vel gerere, quoniam & ex suo lapsu cautiorem factum eum credimus commissos sibi iam nunc sollicitus custodire. De Ioanne autem Ecclesiæ vestræ notario charitas nos qua vos diligimus, olímque dileximus, vt M
scriberemus admonuit, ne dum eius culpa pronocat, aliquid quod ad peccatum pertinet, fieri mandaretis. Hoc ergo cauentes, Ecclesiæ vestræ res subtiliter modis quibus potueritis inquirite, dummodo nec deum offendatis, nec ille vos vnde apud homines accuset, valeat inuenire. Nam nos Ioannem non defendendo, vel contra rationem commendando eius personam, sed ne vestra magis anima, stimulante furore, in aliquo grauaretur, scripsimus. Vnde necesse est, vt, sicut præfati sumus, Ecclesiam vestram subtili inuestigatione cum dei timore perquirere minimè negligatis. Præterea multum nos de Fortunati persona charissimæ fraternitatis vestræ mirari fecit epistola. Sed aut à vobis minimè scripta ipsa dictata sunt, aut certè si vestra sunt, nos in eis fratrem nostrum dominum Constantium nequaquam agnoscimus. Debuistis etenim & adhuc debetis attendere, quia pro vestra est opinione quod scribimus. Nam dum illic se prædictus Fortunatus violentiam sustinere, nec defensoris auxilio muniri potuisse commemorat, quid aliud nisi vestram attingit inuidiam? Ergo vt nec opinionem vestram hæc res apud quosdam obfuscet, nec Ecclesiæ vestræ sit, si bona causa est, detrimentum: instructam hic debetis mandare personam: vt causæ qualitas trutinata sine vestra possit inuidia terminari: quoniam præsertim post eius querelam: si illuc pro vestris partibus fuerit dicta sentẽtia, non rationabiliter, sed sola potestate credetur superatus. Nos vero pro charitate qua vobis

astringimur:

A astringimur: quæ pro opinione vestra sunt vt facere debeatis, non desistimus admonere. Scientes quia etsi vos ad tempus adhortatio ista contristat: postea tamen deposita contentionis intentione lætificat.

Mense Septembri. Indictione.xiij.

Gregorius Romano exarcho per Italiam. De Speciosо presbytero, & sanctimonialibus ad seculum reuersis. Caput.LXII.

Pud excellentiam vestram prauorum audacia correptionis debet aculeos, magis quàm defensionis inuenire solatium. Nam satis graue est, vt illic habere prauam contingat actionem refugium, vnde disciplinæ debet prodire censura. Peruenit itaque ad nos Speciosum quendam presbyterum, qui causa poscente in monasterio à Ioãne fratre & coëpiscopo nostro fuerat deputatus, contra sui pastoris exinde voluntatem exiisse, & Ecclesiasticæ constitutionis vigore despecto, antedicto episcopo, vestra fretum tuitione, resistere. Quod quia excellentiæ vestræ sine dubio pulsat inuidiam, necesse est vt ab eius vos, habita discretione, debeatis tuitione suspendere: ne si nominis vestri occasione pastori suo inobediens vel contumax extiterit, ad tempus & vestros contra vos iudices defensare, atque excellentiam vestram hac ex re cogatur offendere, & nos pariter de vestra discordia contristare. Comperimus præterea, quod dici nephas est, quasdam mulieres quæ nuncúsque in religioso atque monachico habitu permanserunt, sacram vestem & suam velaturam deponere, & coniugibus, quod sine graui referre non possumus dolore, sociari. Sed hoc quidem vt dicere vel attentare præsumant, fauoris vestri patrocinio fulciri dicuntur: quod nos credere peruersitatis ipsius acerbitas non permittit. Petimus ergo vt tanto vos peccato miscere nullatenus debeatis. Nam huiusmodi iniquitatem impunitam propter deum nullo modo patimur remanere. Vnde iterum quæsumus: vt excellentia vestra in talium se causarum defensione non misceatur: ne & deus suam defendat iniuriam, & inter nos aliorum pariat culpa discordiam.

Mense Februario. Indictione.xiij.

Gregorius Cypriano diacono. De obitu Maximiani, & de episcopo eligendo. Caput.LXIII.

Marissimas tuæ dilectionis epistolas de domni Maximiani obitu mense Nouembri suscepi. Et quidem ille ad præmia desiderata peruenit, sed infœlix populus Syracusanæ ciuitatis lugendus est, qui pastorem talem diu habere non meruit. Proinde dilectio tua sollicitudinem gerat, vt in eadem Ecclesia talis debeat ad ordinandum eligi, qui post domnum Maximianum eiusdem regiminis locum non videatur immeritò sortiri. Et quidem credo quòd Traianum presbyterum maxima pars eligat, qui, vt dicitur, bonæ mẽtis est, sed quãtum suspicor, ad regendum locum illum idoneus non est. Tamen si melior inueniri non valet, & ipse nullis criminibus tenetur inuolutus, condescendi ad eum, cogente nimia necessitate potest. Si autem mea voluntas ad hanc electionem quæritur: tibi secretò indico quod volo: quia nullus mihi in eadem Ecclesia post domnum Maximianum tam dignus videtur quàm Ioannes archidiaconus Cathanensis Ecclesiæ. Qui si fieri potest vt eligatur, credo quòd apta valde persona inueniatur. Sed ipse quoque prius de criminibus quæ impedire possunt, à te secretè requirendus est. A quibus si liber inuentus fuerit, eligi iure potest. Quod cum factum fuerit, etiam frater & coëpiscopus noster Leo ei cessionem præstare debebit, vt liber ad ordinandum possit inueniri. Hæc ergo dilectioni tuæ indicare curaui: tuæ iam sollicitudinis intererit, vt omnia sollicitè circunspicias, & ea quæ sunt deo grata disponas.

Gregorius Ioanni episcopo Squillatino. Visitationem Ecclesiæ Rauennatis commendat. Caput.LXIIII.

Bitum Ioãnis antistitis directa relatio patefecit. Quapropter visitationis destitutæ Ecclesiæ fraternitati tuæ operam solenniter delegamus: quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouectionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriisque, vel quicquid illud est in patrimonio eiusdem, à quoquam præsumatur Ecclesiæ, &c. secundum modum præhabitum.

Gregorius clero, ordini, & plebi constisten. Rauennæ. De visitatore Seuero. Caput.LXV.

Estri antistitis obitum cognoscentes, curæ nobis fuit, visitationem destitutæ Ecclesiæ fratri & coëpiscopo nostro Seuero Paulino solenniter delegare, cui dedimus in mandatis: vt nihil de prouectionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriisque à quoquam vsurpari patiatur. Cuius vos assiduis adhortationibus conuenit obedire, &c. secundum morem habitum.

Epist.11.

Gregorius Cypriano diacono. De obitu Theodori, & alio episcopo eligendo. Caput.LXVI.

Bitum Theodori episcopi dilectionem tuam iam credimus cognouisse. Sed quia ipse testamentum dicitur condidisse: subtiliter tene quid de rebus Ecclesiæ suæ consumpsisset, oportet inquirere. Et siquidem eum exinde aliquid incongruè minuisse dideceris: ita age vt res ipsę ab eo cuius interest modis omnibus reparentur. Clerum verò & populum loci ipsius admonere te conuenit: vt omni dilatione postposita, eligant qui sibi reuelante deo debeat episcopus ordinari.

Epist.22.

Gregorius Castorio Notario. De morte Ioannis: & alio episcopo eligendo. Caput.LXVII.

Imis nos Ioannis fratris & coëpiscopi nostri mors cognita contristauit. Maximè quòd ciuitas illa hoc tempore amisit pastoralis curæ solatium. Quia igitur plurimæ vtilitates exposcunt: vt Ecclesiæ ipsi sacerdos sine mora Christo auctore debeat ordinari, ideo experientiæ tuæ præcipimus, quatenus clerum & populum omni instãtia studeat adhortari, vt consecrandum sibi non differant eligere sacerdotẽ. Quos tamen præ omnibus admonere te volumus, vt in generali causa vtilitates proprias non attendant. nulla ergo sit in hac electione venalitas, ne dum præmia appetunt, discretionem electionis amittant: & illum dignum ad hoc esse arbitrentur officium, qui non meritis, sed datione placuerit. Specialiter enim & absolutè cognoscant, quia non solum indignus est sacerdotio, sed & aliis profectò erit culpis obnoxius, quisquis dei donum precij præsumpserit venalitate mercari. Non itaque largus præmiis, sed dignus meritis eligatur. Nam & electum & eligẽtes par pœna respiciet, si sacerdotij sinceritatem mente sacrilega violare tẽtauerint. Siue autem vnus, siue duo electi fuerint, quinque de prioribus presbyteris, & quinque de præcedentibus diaconis simul venire per omnia commoneto. De clericis verò præter eos qui venire deliberant: si quos alios præsentes esse necessarios æstimas, ad nos sine mora transmittito: vt ad ordinãdum dei Ecclesiam, nec excusatio, nec aliqua possit præuenire dilatio.

Epist.24.

Gregorius Castorio diacono. De peruersitate episcoporum, & Valerio monacho. Caput.LXVIII.

Vædam ad nos de Pisaurensi episcopo peruenerunt, quæ indiscussa nullo modo sunt relinquenda. Propterea experientiæ tuæ præcipimus, vt de vita & actibus ipsius subtili indagatione studeat perscrutari. Et si quid fortasse repererit, quod sacerdotij, quod absit, integritatem valeat maculare, ad nos eum cum scriptis tuis de his quæ in veritate cognoueris, omnimodo sub competenti cautela transmitte, vt informati deo reuelante subtilius veritatem, quid fieri debeat, pertractemus. Non solum autem de eo, sed & de aliorum quoque sacerdotum te vita conuenit esse sollicitum. Et si de quolibet siniſtrũ quippiam sentire potueris, nobis renunciare festina: vt actuum prauitas salubriter cum dei solatio debeat emendari. Peruenit quoque ad nos Adeodatum quendam ciuem Pisaurensem filio atque vernaculo suo de quibusdam hæredibus institutis Thomam deputasse tutorem: hanc conditionem adiiciens, vt si fortè hæredes ipsius in pupillari ætate de hac vita transirent: omnis eius substantia per manus antedicti tutoris debuisset pauperibus erogari. Sed defunctis qui hæredes fuerunt instituti, ne defuncti possit voluntas impleri, suprascriptus tutor à quibusdam dicitur impediri. Propterea si, sicut edocti sumus, ita esse in veritate compereris, curæ atque sollicitudinis tuæ sit, antedictũ tutorem rationabiliter tueri atque defendere: vt quæque sibi iniuncta sunt, valeat effectui mancipare. Sed quoniam dicitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

G eundem tutorem velle aliquid in diaconia quæ ibidem constituta est emere, summopere ei solatiari festina, vt ea quæ mercedis intuitu piis causis relicta sunt, te concurrente sine cuiusquam possint impedimento compleri. Valerianum vero monachum quem emendatum in monasterio beati Ioannis in classe posito tradidisti: in eodem eum monasterio sine dubio volumus permanere. Præterea ne quam necessitatem in expensis tua experientia patiatur, de reditibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ: qui illic te prouidente aggregati sunt: omnes expensas tuas te facere volumus. Et si quid superfuerit, nobis cum veneris defer.

Gregorius Vincomali defensori. Dat sibi potestatem inter cæteros defensores. *Caput. LXIX.*

Epi. 25. E Ecclesiasticæ vtilitatis intuitu id nostro sedit arbitrio: vt si nulli conditioni vel torpori teneris obnoxius, nec fuisti clericus alterius ciuitatis: aut in nullo tibi canonum obuiant statuta, officium Ecclesiæ defensorum accipias: vt quicquid pro pauperum commodis tibi à nobis iniunctum fuerit, incorruptè & viuaciter exequaris: vsurus hoc priuilegio quod in te habita deliberatione contulimus: vt omnibus quæ tibi à nobis fuerint iniuncta, complendis operam tuam fidelis exhibeas, redditurus de actibus tuis sub dei nostri iudicio rationem. Hãc autem epistolam Paterio notario Ecclesiæ nostræ subscribendam dictauimus.

H Mense Martio. Indictione. xiij.

Gregorius Gaudentio episcopo Nolano. De Capuanis clericis Neapoli degentibus. *Caput. LXX.*

Epi. 26. Q Vi Ecclesiasticis famulãtur obsequiis, Ecclesiasticum, vt possibilitas exigit: debent adipisci subsidium. Proinde fraternitatem tuam præsentibus hortamur affatibus: vt clericis Capuanæ Ecclesiæ, qui in ciuitate Neapolitana cõsistunt: quartam in presbyterum eorum de hoc quod antè Ecclesiæ singulis annis accesserit, iuxta antiquam consuetudinem distribuere secundum personarum studeat qualitatem, quatenus aliquod stipendiorum habẽtes solatium ministerium, officiúmque suum circa eandem Ecclesiam deuotiori mente prouocentur impendere. Præterea decem solidos quos Rustico archidiacono suo Festus episcopus suprascriptæ Ecclesiæ abstulit, fraternitas tua, omni cessante ambiguitate restituat: quia in tantam dicitur pauperiem peruenisse, vt conferendum illi potius esset, quàm aliquid ab eo auferendum. Durum enim est & procul à sacerdotis officio, personam positam sub necessitate negligere: & studio congregandi indecenter inhiare pecuniis.

Gregorius Cypriano diacono. De Cicerone monacho. *Caput. LXXI.*

Epi. 27. I B Enenatus frater & coëpiscopus noster Ciceronẽ quendam monachum qui pro suis excessibus à dilectissimo filio nostro diacono Petro, tunc autem subdiacono & rectore patrimonij nostri, est in pœnitentiam deputatus, iuris Ecclesiæ tuæ famulum esse perhibet: cúmque sibi cum rebus suis postulat debere restitui. Necesse est ergo vt dilectio tua studiosè perquirat. Et si ita verum esse constiterit, suprascriptum Ciceronem cum rebus suis quæ apud Fautinum defensorem dicuntur esse depositæ, domino Mirenatis Ecclesiæ sine aliqua dilatione restitue, vt postquam à monachica conuersatione culpæ lapsus arripuit, iugum domini sui quod euadere in conuersatione poterat, permanens recognoscat.

Mense Augusto. Indictione. xiij.

Gregorius Cypriano diacono. De monachis Theodosii abbatis. *Caput. LXXII.*

Epi. 28. P Eruenit ad nos insinuante Theodosio abbate monasterij sancti Martini, tres se illic in Sicilia monachos, quos pro vtilitate monasterij sui transmiserat, ibidem retinuisse: & petiit à nobis vt cum tuo eos solatio in suum debeat monasterium reuocare. Dilectio ergo tua quæ nos huiusmodi causas zelare feruenter cognouit, eos sollicita faciat indagatione perquiri: & inuentos ad suprascriptum abbatem cui cõtumaces extiterunt, sub competenti cautela atque districtione transmitti. Esto itaque sollicitus ne regularis districtio vel dilatione aliqua: vel deputatorum remissione lædatur. Præsentium vero portitoribus qui pro agendis eiusdem monasterij vti- K litatibus à supradicto Theodosio abbate noscuntur esse transmissi: in omnibus te instanter volumus præberi solatia, quatenus te concurrente, rationabiliter quæ sibi iniuncta sunt, valeant explicare. Mancipia autem eiusdem monasterij quæ prædictus abbas ab hominibus Ecclesiæ nostræ indebitè perhibet detineri, necesse est te modis omnibus perscrutari. Et si ita repereris, sine aliqua ei facito dilatione restitui.

Gregorius Seuero scholastico Exarcho. De Agilulpho rege Longobardorum. *Caput. LXXIII.*

Epi. 29. Q Vi assistunt iudicibus, & sinceris erga eos dilectionibus obstringuntur: illa eis suadere debent atque suggerere, quæ & animam saluent, & opinioni non derogent. Proinde quoniam nouimus quanta fidei sinceritate excellentissimum exarchum diligatis: idcirco magnitudini vestræ quæ acta sunt indicare curauimus, vt hæc cognoscentes, ad consentiendum eum rationabiliter prouocetis. Scitote autem quia Agilulfus Longobardorum rex generalem pacem facere non recusat: si tamen ei dominus Patricius iudicium esse voluerit. Nam multa sibi in locis suis intra pacis terminum queritur esse commissa. Et quoniam sibi, si ratio iudicantium inuenerit, satisfieri postulat, & ipse quoque se satisfacturum modis omnibus L pollicetur, si quid à partibus suis constiterit in pace commissum. Quia ergo rationi non ambigitur conuenire quod petit, oportet esse iudicium, vt si qua ab vtraque parte malefacta sunt, componantur: dummodo generalis pax valeat deo protegente firmari. Nam qualiter sit nobis omnibus necessaria, bene nostis. Sapiẽter itaque sicut consueuistis agite, vt excellentissimus exarchus ad hoc sine mora debeat consentire, ne per eum pax renui, quod non expedit, videatur. Si enim cõsentire noluerit, nobiscum quidem specialem pacem facere repromittit. Sed scimus quia & diuersæ insulæ & loca sunt alia proculdubio peritura. Hæc autem consideret, & pacem habere festinet, quatenus in hac saltem dilatione & nos quietem possimus habere ad modicum, & reipublicæ resistendi vires adiuuante domino melius reparentur.

Gregorius Heliæ presbytero & abbati prouinciæ Isauriæ. De Epiphanio diacono, & de solidis. *Caput. LXXIIII.*

Epist. 30. D Vlcissima sanctitatis vestræ scripta suscepi, in quibus mihi satisfecistis vt contristari non debeam quòd secundum meum desiderium ad beati Petri Apostolorum principis limina non venistis. Et ego quidem omnino vos videre volui, sed si molestia corporis aut ætatis infirmitas obstitit, aut impedimento fuit, hoc mihi sufficit vt vbicunque M tua sanctitas fuerit, pro me sollicitè oret: quia & si locis corpore diuidimur, charitate semper indiuncti sumus. Euangelista autem sicut mandastis transmisimus. Filium verò nostrum *Ca. 1. q. 1. Filium.* Epiphanium mandastis vt ad sacrum ordinem prouehere deberemus, vobísque retransmittere. Sed in vno vos audiuimus, in alio autem minimè audire potuimus. Diaconus quidem factus est: sed quisquis semel in hac Ecclesia ordinem acceperit, egrediendi ex ea alterius licentiam non habet. Si ergo vos videre non potui, hac ex re consolationem habeo, quia in filio vestro requiesco. Solidos autem nobis voluistis pro necessitatibus cellæ quinquaginta transmitti, quos multum esse existimantes, ex eis nobis decem donastis, vt quadraginta mitteremus. Sed ne forsitan vel hoc graue esset, adhuc alios nobis ex eis estis dignati largiri. Sed quia vos valde in continentia nostra benignos inuenimus: eidem benignitati vice simili respondemus. Quinquaginta transmisimus: & ne forsitan minus esset, alios decem superaddidimus. Ne verò & hoc adhuc minus esset: alios duodecim iungi fecimus. In hoc autem cognoscimus charitatem vestram: quia de nobis ita præsumitis, sicut vos præsumere debetis. Sed per omnipotentem dominum rogo, vt assiduas preces pro nobis faciatis: quatenus de peccatis in quibus obligatus tenetur, & tribulationibus quibus premor, citius absoluar, & patriæ cœlestis gaudiis perfruar. Hoc autẽ quod pro me qualiter oratis, in epistolis vestris indicastis, cognoscite quia valde me releuauit. Sed iam post petitionem meã amplius facite, quàm etiam

A etiam me non petente feciſtis. Præfatum vero dilectiſsimum filium meum Epiphanium diaconum: quia huic Eccleſiæ diaconatu interueniente ligauimus, ſanctitatem tuam non debet contriſtare, quòd ſancto Petro Apoſtolorum principi, quia per temetipſum corpore non vales: ei per filium tuum ipſe deſeruias, vt lucro cœleſtis remunerationis perfruaris. Sancta autem trinitas ſua te protectione cuſtodiat, & in præſentis vitæ eremo à ſubſequentibus atque obuiantibus hoſtibus tegat, vt & ſi qua ſunt noſtra præterita peccata relaxet, & ea quæ adhuc ante faciem veniunt, à nobis manu ſuæ pietatis amoueat. Ipſa te ducat & ipſa perducat, atque in æterno gaudio ſuſcipiat. Det tibi ad electorum ſortem pertingere: & pro peccatore me, vt abſolui merear, orare.

Menſe Iunio. Indictione. xiij.

Gregorius Mauricio Auguſto. Conqueritur ſe fatuum appellatum. De ſacerdotibus honorandis exemplum ponit Conſtantini, & de frumentis.

Caput. LXXV.

IN ſereniſsimis iuſsionibus ſuis dominorũ pietas dum
I me de quibuſdam redarguere ſtuduit, parcendo mihi minimè pepercit. Nam in eis vrbanæ ſimplicitatis vocabulo me fatuum appellat. In ſcriptura etenim ſacra cum in
B bona intelligentia ponitur ſimplicitas, ſæpe prudentiæ aut rectitudini ſociatur. Vnde etiam de beato Iob ſcriptum eſt: Erat vir ſimplex & rectus: & beatus Paulus Apoſtolus admonet dicens: Eſtote ſimplices in malo: & prudentes in bono. Et per ſemetipſam veritas admonet dicens: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Eſſe valde inutile iudicans, ſi aut ſimplicitati prudentia, aut prudentiæ ſimplicitas deſit. Vt ergo ſeruos ſuos ad cuncta eruditos efficeret, eſſe eos & ſimplices ſicut columbas, & prudentes vt ſerpentes voluit: quatenus in eis & ſerpentis aſtutia columbæ ſimplicitatem acueret, & columbæ ſimplicitas ſerpentis aſtutiam temperaret. Ego igitur qui in ſereniſsimis dominorum iuſsionibus ab Arnulphi aſtutia deceptus, non adiuncta prudentia ſimplex denuncior, conſtat proculdubio quia fatuus appellor: quod ita eſſe ego quoque ipſe confiteor. Nam ſi hoc veſtra pietas taceat, cauſæ clamant. Ego enim ſi fatuus non fuiſſem: ad iſta toleranda quæ inter Longobardorum gladios hoc in loco patior, minimè veniſſem. In ea autem re quam de Arnulpho perhibui, quia toto corde venire ad rempublicam paratus fuit: dum mihi non creditur etiam mentitus eſſe reprehendor. Sed & ſi ſacerdos non ſum, ſcio grauem eſſe hanc iniuriã ſacerdoti, vt veritati ſeruiens, fallax credatur. Et dudum noui, quoniam Arnulpho plus eſt creditum quàm mihi. Leoni amplius eſt creditum quàm mihi: & nunc eis qui eſſe ad medium videntur, pluſquam meis aſſertionibus credulitas impenditur. Et quidem ſi terræ meæ captiuitas per quotidiana momenta non excreſceret, de deſpectione
C mea atque irriſione lætus tacerem. Sed hoc me vehementer affligit: quia ego vnde crimen falſitatis tolero, inde Italia quotidie ducitur ſub Longobardorum iugo captiua. Dúmque meis ſuggeſtionibus in nullo creditur, vires hoſtium immaniter excreſcunt. Hoc tamen piiſsimo domino ſuggero: vt de me mala omnia quilibet exiſtimet: de vtilitate verò reipublicæ & cauſa ereptionis Italiæ non quibuſlibet facilè pias aures præbeat, ſed plus rebus quàm verbis credat. Sacerdotibus autem non ex ter-
Can. q. 1. Sacerdotibus. rena poteſtate dominus noſter citius indignetur: ſed excellenti conſideratione propter eum cuius ſerui ſunt, eis ita dominetur, vt etiam debitam reuerentiam impendat. Nam in diuinis eloquiis aliquando ſacerdotes dij, aliquando angeli vocantur. Nam & per Moyſen de eo qui ad iuramentum deducẽdus eſt, dicitur: Applica illum ad deos: id eſt ad ſacerdotes. Et rurſum ſcri-
Exod. 22. Ibidem. Malac. 2. ptum eſt: Diis non detrahes: ſcilicet ſacerdotibus. Et propheta ait: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam: & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum eſt. Quid ergo mirum ſi illos noſtra pietas dignetur honorare, quibus in ſuo eloquio honorem tribuens: eos aut angelos, aut deos ipſe etiam appellat deus? Eccleſiaſtica quoque teſtatur hiſtoria: quia cùm piæ memoriæ Conſtantino principi in ſcripto oblatæ accuſationes contra epiſcopos fuiſſent: libellos quidem accuſationis accepit, & eoſdem qui accuſati fuerant epiſcopos conuocans, in D
eorum conſpectu libellos quos acceperat incendit, dicens: Vos dij eſtis, à vero deo conſtituti. Ite, & inter vos cauſas veſtras diſcutite, quia dignum non eſt vt nos iudicemus deos. In qua tamen ſententia pie domine, ſibi magis ex humilitate, quàm illis aliquid præſtitit ex reuerentia impenſa. Ante eum quippe pagani in republica principes fuerunt: qui verum deum neſciẽtes, deos ligneos & lapideos colebant, & tamen eorum ſacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergo mirum ſi Chriſtianus imperator veri dei ſacerdotes dignetur honorare, dum pagani, vt prædiximus, principes, honorem impendere ſacerdotibus nouerunt, qui diis ligneis & lapideis ſeruiebant? Hæc ergo pietati dominorum non pro me, ſed pro cunctis ſacerdotibus ſuggero. Ego enim homo peccator ſum. Et quia omnipotenti deo inceſſanter quotidie delinquo: aliquod mihi apud tremendum examen illius eſſe remedium ſuſpicor, ſi inceſſantibus quotidie plagis ferior. Et credo, quia eundem omnipotentem dominum tanto vobis amplius placatis, quanto me ei malè ſeruientem diſtrictius affligitis. Multas enim iam plagas acceperam, & ſuperuenientibus dominorum iuſsionibus inueni conſolationes, quas non ſperabam. Si enim poſſum
has celeriter plagas enumero. Primum, quòd mihi pax ſubdu- E
cta eſt, quam cum Longobardis in Thuſcia poſitis ſine vllo reipublicæ diſpendio feceram. Deinde corrupta pace, de Romana ciuitate milites ablati ſunt. & quidem alij ab hoſtibus occiſi, alij vero Narniis & Peruſij poſiti: & vt Peruſium teneretur, Roma relicta eſt. Poſt hoc plaga grauior fuit aduentus Agilulphi, ita vt oculis meis cernerem Romanos more canum in collis funibus ligatos qui ad Franciam ducebantur venales. Et quia nos qui intra ciuitatem fuimus, deo protegente manus eius euaſimus: quæſitum eſt vnde culpabiles eſſe videremur, videlicet cur frumenta defuerint, quæ in hac vrbe diu multa ſeruari nullatenus poſſunt, ſicut in alia ſuggeſtione plenius indicaui. Et quidem de memetipſo in nullo turbatus ſum, quia teſte conſcientia fateor: aduerſa quælibet pati paratus ſum dummodo hæc omnia cum ſalute duntaxat meæ animæ euadam. Sed de glorioſis viris Gregorio præfecto & Caſtorio magiſtro militum non mediocriter ſum afflictus, qui & omnia quæ potuerunt fieri, nullo modo facere neglexerunt, & labores vigiliarum & cuſtodiæ ciuitatis, in eadem obſeſsione vehementiſsimos pertulerunt, & poſt hæc omnia graui dominorum indignatione percuſsi ſunt. De quibus patenter intelligo: quia eos non ſua acta, ſed mea perſona grauat. Cum qua, quia pariter in tribulatione laborauerant, poſt laborem pariter tribulantur. Quòd autem dominorum pietas illud mihi pauendum, & terribile omnipotentis dei iudicium intentat: rogo per eundem omnipotentem dominum, ne hoc vlterius quidem faciat, F
Nam adhuc neſcimus quis ſibi qualis ſit. Et Paulus egregius prædicator ait: Nolite iudicare ante tempus, donec veniat do- 1. Cor. 4.
minus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Hoc tamen breuiter dico, quoniam indignus & peccator, plus de venientis Ieſu miſericordia, quàm de veſtræ pietatis iuſtitia præſumo. Et ſunt multa quæ de iudicio illius homines ignorant: quia fortaſſe quæ vos laudatis, ille reprehendet: & quæ vos reprehenditis, ille laudabit. Intermitto ergo incerta, ad ſolas lachrymas redeo, petens vt idem omnipotens deus piiſsimum dominum noſtrum, & ſua hic manu regat, & in illo terribili iudicio liberum ab omnibus delictis inueniat. Et me ita placere, ſi neceſſe eſt hominibus faciat, vt æternam eius gratiam non offendam.

Gregorius Mauricio Auguſto. De Ioanne epiſcopo Conſtantinopolitano, qui ſibi vniuerſale nomen arripuit. Et de peruerſitate epiſcoporum.

Caput. LXXVI.

IIſsimus atque à deo conſtitutus dominus noſter, in-
P ter cæteras anguſtorum ponderum curas, conſeruan- Epi. 2.
dæ quoque ſacerdotali charitati rectitudine ſtudij ſpiritalis inuigilat, videlicet piè veracitérque conſiderans, neminem poſſe rectè terrena regere, niſi nouerit diuina tractare, pacémque reipublicæ ex vniuerſalis Eccleſiæ pace pendere. Quæ

Universidad de Navarra
Biblioteca

G enim sereniſsime domine virtus humana, quódque carnei robur brachij contra veſtri Chriſtianiſsimi culmen imperij irreligioſas præſumeret manus erigere, ſi ſtuderet concors ſacerdotum mens redemptorem ſuum pro vobis atque vt oportebat meritis exorare? Aut quis ferociſsimæ gentis gladius in necem fidelium tanta crudelitate graſſaretur, niſi noſtra vita qui ſacerdotes nominamur, & non ſumus, à prauiſsimis grauaretur operibus? Sed dum nos competentia nobis relinquimus, & nobis incompetentia cogitamus, peccata noſtra barbaricis viribus ſociamus, & culpa noſtra hoſtium gladios exacuit, quæ reipublicæ vires grauat. Quid autem dicturi ſumus, qui populum dei cui indigne præſumus, peccatorum noſtrorum oneribus premimus? qui quod per linguam prædicamus, per exempla deſtruimus: qui iniqua docemus operibus, & ſola voce ea quæ ſunt iuſta prætendimus. Oſſa ieiuniis atteruntur, & mente turgemus. Corpus deſpectis veſtibus tegitur, & elatione cordis purpuram ſuperamus. Iacemus in cinere, & excelſa reſpicimus. Doctores humilium, duces ſuperbiæ, ouina facie, lupinos dentes abſcondimus. Sed quis horum finis eſt, niſi quòd hominibus ſuademus, deo autem manifeſti ſumus? Quamobrem prouidentiſsimè piiſsimus dominus noſter ad compeſcendos bellicos motus pacem quærit Eccleſiæ, atque ad huius compagem ſacerdotum dignatur corda reducere. Quod quidem ego opto, atque quantum ad me attinet, ſereniſsimis iuſsionibus obediē-
H tiam præbeo. Quia vero non cauſa mea, ſed dei eſt: & quia non ſolus ego, ſed tota turbatur Eccleſia: quia piæ leges, quia venerandæ ſynodi, quia ipſa domini noſtri Ieſu Chriſti mandata ſuperbi atque pompatici cuiuſdam ſermonis inuentione turbantur: piiſsimus dominus locum ſecet vulneris, atque reſiſtentem ægrum auguſtæ auctoritatis vinculis conſtringat. Adſtringendo eum, ſtatum reipublicæ ſublenatis: & dum talia reciditis, de regni veſtri prolixitate tractatis. Cunctis enim Euangelium ſcientibus liquet, quòd voce dominica ſancto & omnium Apoſtolorum Petro principi apoſtolo totius Eccleſiæ
Ioan.21. cura commiſſa eſt. Ipſi quippe dicitur: Petre amas me? paſce
Luc.22. oues meas. Ipſi dicitur: Ecce Satanas expetiit cribrare vos ſicut
Mat.16. triticum, & ego pro te rogaui Petre vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Ipſi dicitur: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum: & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Ecce claues regni cœleſtis accipit, poteſtas ei ligandi & ſoluendi tribuitur. Cura ei totius Eccleſiæ, & principatus committitur: & tamen vniuerſalis Apoſtolus non vocatur, & vir ſanctiſsimus conſacerdos meus Ioannes vocari vniuerſalis epiſcopus conatur. Exclamare compellor ac dicere: O tempora, ô mores. Ecce cuncta in Europæ partibus Barbaro-
I rum iuri ſunt tradita. Deſtructæ vrbes, euerſa caſtra, depopulatæ prouinciæ, nullus terram cultor inhabitat. Sæuiunt & dominantur quotidie in necem fidelium cultores idolorum: & tamen ſacerdotes qui in pauimento & cinere flentes iacere debuerunt, vanitatis ſibi nomina expetunt, & nouis ac prophanis vocabulis gloriantur. Nunquid ego hac in re piiſsime domine propriam cauſam defendo? Nunquid ſpecialem iniuriam vindico? & non magis cauſam omnipotentis dei, & cauſam vniuerſalis Eccleſiæ? Quis eſt iſte qui contra ſtatuta Euangelica, contra canonum decreta, nouum ſibi vſurpare nomen præſumit? Vtinam vel ſine aliorum imminutione vnus ſit, qui vocari appetit vniuerſalis. Et certè multos Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ in hæreſeos voraginem incidiſſe nouimus ſacerdotes, & non ſolum hæreticos, ſed etiam hæreſiarchas factos. Inde quippe Neſtorius, qui mediatorem dei & hominum Ieſum Chriſtum duas eſſe perſonas exiſtimans: quia deum fieri hominem potuiſſe nō credidit, vſque ad Iudaicam perfidiam erupit. Inde Macedonius, qui conſubſtantialem patri & filio ſpiritum ſanctum deum eſſe denegauit. Si igitur illud nomen in ea Eccleſia ſibi quiſquam arripuit, quod apud bonorum omnium iudicium fuit: vniuerſa ergo Eccleſia, quod abſit, à ſtatu ſuo corruit, quando is qui appellatur vniuerſalis, cadit. Sed abſit à cordibus Chriſtianorum nomē iſtud blaſphemiæ, in quo omnium ſacerdotum honor adimitur, dum ab vno ſibi demenſer arrogatur. Certè K pro beati Petri Apoſtolorum principis honore per venerandam Chalcedonenſem ſynodum Romano pontifici oblatum eſt. Sed nullus eorum vnquam hoc ſingularitatis vocabulum aſſumpſit, nec vti conſenſit: ne dum priuatum aliquid daretur vni, honore debito ſacerdotes priuarentur vniuerſi. Quid eſt ergo quòd nos huius vocabuli gloriam & oblatam non quærimus, & alter ſibi hanc arripere etiam non oblatam præſumit? Ille ergo magis eſt piiſsimorum dominorum præceptione flectendus, qui præceptis canonicis obedientiam præbere contemnit. Ille coërcendus eſt, qui ſanctæ vniuerſali Eccleſiæ iniuriam facit, qui corde tumet, qui gaudere de nomine ſingularitatis appetit, qui honori quoque imperij veſtri ſe per priuatum vocabulum ſuperponit. Ecce omnes hac de re ſcandalum patimur. Ad vitam ergo rectam reuertatur auctor ſcandali, & omnia ſacerdotum iurgia ceſſabunt. Ego enim cunctorum ſacerdotum ſeruus ſum, inquantum ipſi ſacerdotaliter viuunt. Nam qui contra omnipotentem dominum per inanis gloriæ tumorem, atque contra ſtatuta patrum ſuam ceruicem erigit, in omnipotenti domino confido, quia meam ſibi nec cum gladiis flectit. Quid autem nuper in hac vrbe ex huius auditu vocabuli geſtum ſit: Sabiniano diacono ac reſponſali meo ſubtilius indicaui. Cogitet ergo dominorum pietas de me proprio ſuo, quem ſpecialiter præ cæteris ſemper fouit atque continuit, qui & vobis obe- L
dientiam præbere deſidero, & tamen de mea negligentia reperiri reus in ſuperno tremendóque iudicio pertimeſco. Ac ſecundum petitionem prædicti Sabiniani diaconi, aut piiſsimus dominus ipſum dignetur iudicare negotium, aut ſæpe nominatum virum, vt ab hac tandem intentione ceſſet, deflectere. Si ergo iudicio pietatis veſtræ iuſtiſsimo, vel clementibus admonitionibus ceſſerit, omnipotenti deo gratias referimus, atque de conceſſa per vos omni Eccleſiæ pace gaudemus. Si autem in eadem diutius contentione perſtiterit, hac de re iam veritatis ſententiam certam tenemus: quæ ait: Omnis qui ſe exaltat, humilia- *Luc.14.*
bitur. Et rurſus ſcriptum eſt: Ante ruinam exaltabitur cor. *G.18.*
Ego autem dominorum iuſsionibus obedientiam præbens, præ- *Proner.16.*
dicto conſacerdoti meo & dulciter ſcripſi, & humiliter, vt ab hac inanis gloriæ appetitione ſeſe emendet admoui. Si igitur me audire voluerit, habet deuotum fratrem. Si verò in ſuperbia perſiſtit, iam quid aſſequatur aſpicio, quia illum ſibi aduerſarium inuenit, de quo ſcriptum eſt: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. *Iacob.4.*

Gregorius, Conſtantiæ Auguſtæ. De peruerſitate iudicij in Sardinia, & ſuperbia Ioannis epiſcopi.

Caput. LXXVII.

C Vm ſereniſsimam dominam ſciam de cœleſti patria *Epi.35.*
atque animæ ſuæ vita cogitare, culpam me committe- M
re vehementer exiſtimo, ſi ea quæ pro timore omnipotentis domini ſunt ſuggerenda, ſiluero. Dum in Sardinia inſula multos eſſe gentiles cognouiſſem, eóſque adhuc prauæ gentilitatis more, idolorum ſacrificiis deſeruire, & eiuſdem inſulæ ſacerdotes ad prædicandum redemptorem noſtrum torpentes exiſtere: vnum illuc ex Italiæ epiſcopis miſi, qui multos gentilium ad fidem domino coöperante conuertit. Sed quidam rem mihi ſacrilegam nunciauit: quia hi qui in ea idolis immolant, iudici præmium perſoluunt, vt eis hoc facere liceat. Quorum dum quidam baptizati eſſent, & immolare iam idolis deſiuiſſent: adhuc ab eodem inſulæ iudice etiam poſt baptiſmum præmium illud exigitur, quod dare prius pro idolorum immolatione conſueuerant. Quem cùm prædictus epiſcopus increpare-
ret, tantum ſe ſuffragium permiſiſſe reſpondit, vt niſi de cauſis
eriam talibus impleri non poſsit. Corſica vero inſula tanta nimietate exigentium, & grauamine premitur exactionum, vt ipſi qui in illa ſunt: eadem quæ exiguntur, complere vix filios ſuos vendendo ſufficiant. Vnde fit, vt derelicta pia republica, poſſeſſores eiuſdem inſulæ ad nephandiſsimam Longobardorum gentem cogantur effugere. Quid enim grauius, quid crudelius à Barbaris pati poſſunt, quàm vt conſtricti atque compreſsi ſuos vendere filios compellantur? In Sicilia autem inſula Stephanus quidam marinarum partium chartularius tanta præiudicia

tantáſque

A tam atque oppressiones operati dicitur, inuadendo loca singulorum, atque sine dictione causarum per possessiones ac domos titulos ponendo: vt si velim acta eius singula quæ ad me peruenerunt dicere, magno volumine hæc explere non possim. Quæ omnia serenissimus domina solerter aspiciat, & oppressorum gemitus compescat. Hæc enim ego ad piissimas aures vestras peruenisse non suspicor. Nam si peruenire potuissent, nuncusque minimè permansissent. Quæ piissimo domino apto sunt tempore suggerenda: vt ab anima sua, ab imperio, atque à filiis suis tale hoc tantúmque facinus peccatique pondus amoueat. Qui scio quoniam dicturus est, quia nobis in Italiæ expensis transmittitur, quicquid de prædictis insulis aggregatur. Sed ego suggero, vt etsi minus expensæ in Italia tribuantur, à suo tamen imperio oppressorum calamitates non mitigantur. Nam idcirco fortasse tantæ expensæ in hac terra minus ad vtilitatem proficiunt, quia cum peccati aliqua admixtione colliguntur. Præcipiant ergo serenissimi domini nil cum peccato colligi. Nam scio, quia & si parum reipublicæ attribuitur vtilitatibus, ex eo multum respublica adiuuatur: Quam etsi fortasse contingat expensis minoribus minus adiuuari, melius est tamen temporaliter nos non viuere, quàm vos ad æternam vitam obstaculum aliquod inuenire. Quæ enim mentes, qualia viscera parentum esse possunt, perpendite, quando filios suos distrahunt, ne torqueantur? Qualiter autem miserendum sit filiis aliorum,
B hoc bene sciunt qui habent proprios. Vnde mihi hæc breuiter suggessisse sufficiat, ne si ea quæ in his partibus aguntur, pietas vestra non cognosceret, me apud districtum iudicem silentij mei culpa mulctaret.

Gregorius Constantiæ Augustæ. De superbia Ioannis episcopi: & de Maximo præuaricatore.
Caput. LXXVIII.

O Mnipotens deus, qui pietatis vestræ cor suæ dextera maiestatis tenet, & nos ex vobis protegit, & vobis pro temporalibus actibus æternæ præmia remunerationis parat. Nam Sabiniano diacono responsali meo scribente cognoui in causis beati Petri Apostolorum principis contra quosdam superbos, humiles facietenus & blandos, quanta se iustitia vestra serenitas impendat. Et in redemptoris nostri largitate confido, quia bonum hoc in serenissimo domino & piissimis filiis in cœlestis quoque patriæ retributione recipietis. Nec dubium est peccatorum vinculis solutos, æterna vos bona recipere, qui in causis eius Ecclesię ipsum vobis, cui potestas ligandi & soluendi est, debitorem fecistis. Vnde adhuc peto, vt nullam prædata est, debitorem feciſt

G cata nostra, sed secundum gratiæ suæ dona disponet. Hæc ergo tranquillissimæ dominæ suggero quia integerrima serenitatis eius constantia quanto moueatur zelo rectitudinis atque iustitiæ, non ignoro.

Gregorius Sebastiano episcopo Scirmiensi. De malitia Romani, & de Bonifacio defensore.

Cap. LXXIX.

Epi.35. D Vlcissima atq; suauissima fraternitatis tuæ scripta suscepi. Quæ mihi quamuis nunquam desit à corde, sanctitatem tamen vestram quasi corporaliter præsentem fecerunt. Sed omnipotentem dominum rogo, vt sua vos dextera protegat, nobisque & hic tranquillam vitam, & quãdo ei placuerit præmia æterna concedat. Sed peto, si illo me amore diligitis, quo præsentem semper amastis: vt pro me enixius exoretis: quatenus omnipotẽs deus à peccatorum meorum nexibus me citius soluat, & corruptionis huius pondere exutum suo conspectui liberum existere faciat. Quamuis enim inæstimabilis sit cœlestis patriæ dulcedo quæ trahat: multi tamen in hac vita dolores sunt, qui ad amorem cœlestium quotidie impellant. Qui mihi in hoc ipso solum vehementer placent, quia placere in hoc mundo aliquid non permittunt. Quæ enim frater sanctissime de amici vestri domini Romani persona in hac terra patimur, loqui minimè
H valeamus. Breuiter tamen dico, quia eius in nos malitia gladios Longobardorum vicit: ita vt beniguiores videantur hostes qui nos interimunt, quàm reipublicæ iudices, qui nos malitia sua rapinis atque fallaciis in cogitatione consumunt. Et vno tempore curam episcoporum atque clericorum, monasteriorum quoq; & populi gerere, contra hostium insidias sollicitum vigilare, contra ducum fallacias atque malitias suspectum semper existere, cuius laboris, cuius doloris sit, vestra fraternitas tanto verius pensat, quanto me qui hæc patior, purius amat. Præterea debitũ salutationis alloquium soluens, indico quòd ad me Bonifacio defensore referente peruenerit, quia vir sanctissimus pater noster domnus Anastasius patriarcha in vna suarum ciuitatum regendã vobis Ecclesiam committere voluit, & cõsentire noluistis. Quẽ sensum ac sapientiam vestram valde ego libẽter amplexus sum: laudaui vehementer, & vos fœlices, me infœlicem esse deputaui, qui hoc tali tempore regimen Ecclesiæ suscipere consensi. Si tamen animus vester fortasse fratribus condescendendo, & misericordiæ operibus intentus, ad hoc vnquam consentire decreuerit, peto vt amori meo alium minimè præponatis. Sunt enim in Sicilia insula Ecclesiæ vacantes episcopis: & si vobis placet auctore deo Ecclesiam regere, iuxta beati Petri apostoli limina, cum eius adiutorio melius potestis. Sin vero non placet, fœliciter insta, &
I pro nobis infœlicibus exora. Omnipotens autem deus in quocunq; vos esse loco voluerit, sua protectione custodiat, & ad cœlestia vos dona perducat.

Gregorius Eulogio episcopo Alexandrino, & Anastasio episcopo Antiochæno. Vt communiter insequantur superbiam Ioannis episcopi.

Caput. LXXX.

Epist.36. Roma.11. 1.Thes.2. D Vm prædicator egregius dicat: quamdiu quidem sum gentium apostolus, ministerium meum honorificabo: qui rursus aliàs dicẽs: Facti sumus vt paruuli in medio vestrum exemplum proculdubio nobis se sequentibus ostendit: vt & humilitatem teneamus in mente: & tamen ordinis nostri dignitatem seruemus in honore, quatenus nec in nobis humilitas timida, nec erectio sit superba. Ante hos siquidẽ annos octo sanctæ memoriæ decessoris mei Pelagij tempore, frater & coëpiscopus noster Ioannes in Constãtinopolitana vrbe ex causa alia occasionem quærens synodum fecit, in qua se vniuersalem appellare conatus est. Quod mox idem decessor meus, vt agnouit, directis literis ex auctoritate sancti Petri apostoli eiusdem synodi acta cassauit. Quarum videlicet epistolarum sanctitati vestræ exemplaria studui destinare. Diaconum verò qui iuxta morem pro responsis Ecclesiæ faciendis piissimorum dominorum vestigiis adhærebat, cũ præfato consacerdote nostro missarũ solennia celebrare prohibuit. Cuius ego quoque sententiam sequens, similia prædicto consacerdoti nostro scripta transmisi, quorum exẽ- K
plaria vestræ beatitudini censui transmittenda: hoc præcipuè intendens, vt hac de re, qua ex noua superbia tota vniuersalis Ecclesiæ viscera perturbantur, prius sæpefati fratris nostri animũ modesta intentione pulsemus. Qui si nequaquàm à suæ elationis rigore voluerit inclinari, tunc quid fieri debeat, cum omnipotentis dei solatio subtilius pertractetur. Sicut enim veneranda vestra sanctitas nouit, mihi per sanctam Chalcedonensem synodum põtifici sedis apostolicæ, cui deo disponente deseruio, hoc vniuersitatis nomen oblatum est. Sed nullus vnquàm decessorum meorũ hoc tam prophano vocabulo vti consensit: quia videlicet si vnus patriarcha vniuersalis dicitur, patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed absit hoc, absit à Christiana mente id sibi velle quẽpiam arripere, vnde fratrum suorum honorẽ imminuere ex quãtulacunque parte videatur. Cum ergo nos hunc honorem nolumus oblatum suscipere: pensate quàm ignominiosum sit hunc sibi quempiam violenter vsurpare voluisse. Propterea sanctitas vestra in suis epistolis neminem vnquam vniuersalem nominet, ne sibi debitum detrahat, cùm alteri honorem offert indebitum. Nec hac in re de serenissimis dominis animum vestrum mordeat sinistra suspicio, quia omnipotentem dominum metuit, & contra statuta Euangelica, contra sacratissimos canones agere aliquid nullo modo consentit. Ego verò quamuis à vobis per longa terrarum atque maris spatia disiunctus sim, sum tamen omnino vobis corde coniunctus. Ideóque de vestra beatitudine er- L.
ga me modis omnibus confido: quia cùm me vicissim diligitis, à me non longè estis. Vnde magis gratias referimus grano illi synapis, qui ex modici despicabilisque seminis specie, ita est ramis ex eadẽ radice surgentibus, atque se distendentibus vsquequaque diffusus, vt in eis volatilia cœli cuncta nidificent. Gratiáque sit fermento illi quod tribus farinæ satis totius humani generis massam in vnitate consperfit. Atque paruo *lapidi, qui* abscissus de monte sine manibus, occupauit vniuersam faciem orbis terræ. Qui ad hoc se vsquequaque distendit, vt ex omni humano genere in vnitatem redacto totius corpus perficeretur Ecclesiæ: atque ita ad totius compaginis pertineret commodum, membrorum partialis ista distinctio. Vnde nos quoque *vobis non longè sumus: quia in illo qui vbique est, vnum sumus. Agamus ergo ei gratias, qui solutis inimicitiis, in carne* sua fecit, vt in omni orbe terrarum vnus esset grex, & vnum ouile sub se vno pastore: memores semper quid nos prædicator veritatis admoneat, dicens: Solliciti seruare vnitatem spiritus *Ephe.4.* in vinculo pacis: &, Pacem sectamini cum hominibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit deũ. Qui aliis quoque di- *Hebr.12.*
scipulis dicit: Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus *Roma.12.* hominibus pacem habentes. Vidit enim pacem bonos cum malis habere non posse: & idcirco sicut nostis præmisit, si fieri potest. Sed quia pax nisi in duabus partibus firmari non valet: cum hanc mali fugiunt, boni tenere medullitus debent. Vnde & mi- M
rè dicitur, quod ex vobis est, vt videlicet in nobis maneat, etiam cùm à prauorum hominum mente repellitur. Quam videlicet pacem tunc veraciter tenemus, cùm superborum culpas, cum charitate simul & iustitia insistente prosequimur: cùm eos diligimus, & eorum vitia odio habemus. Opus quippe dei homo est, sed opus hominis vitium. Nos ergo discernamus quid deus, quid autem homo fecerit, & neque propter errorem odio habeamus hominem, neque propter hominem diligamus errorem. Vnita ergo mente insequamur in homine malũ superbiæ, vt ab hoste suo videlicet errore prius ipse homo liberetur. Præstabit vires omnipotens redemptor noster charitati atque iustitiæ: præstabit nobis longè à nobis positis vnitatem spiritus sui, ipse cuius artificio quasi in arcæ modum quatuor mundi constructa lateribus, atque imputribilium lignorum compage, & bitumine charitatis adstricta, nullius aduersitate spiritus, nullius venientis extrinsecus tumore fluctus perturbetur Ecclesia. Sed quemadmodum illius gubernante gratia petendum est, vt nulla nos superueniens exterius vnda conturbet: ita ex totis orandum est visceribus frater charissime, vt suæ prouidentiæ dextera cumulum sentinæ in nobis interioris exhauriat. Aduersarius quippe diabolus qui contra humiles sæuiens, sicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret: non *1.Pet.5.* iam, vt cernimus, caulas circuit: sed ita validè in quibusdam

Ecclesiæ

A Ecclesiæ necessariis membris dentes figit, vt nulli sit dubiū, quia nisi vnanimiter fauentē domino cunctorum prouida pastorū turba concurrat, omne, quod absit, citius ouile dilaniet. Perpendis frater charissime quis è vicino subsequitur, cuius & in sacerdotibus erumpunt tam peruersa primordia. Quia enim iuxta est ille de quo scriptum est: Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ: quod non sine graui dolore dicere compellor, frater & coëpiscopus noster Ioannes mandata dominica, Apostolica præcepta, regulas patrum despiciens, eum per elationem præcurrere conatur in nomine. Vestræ autē beatitudini indicet omnipotēs deus, quàm graui considerationis huius gemitu torqueor, quòd ille quondam mihi modestissimus, ille omnibus dilectus, ille qui in eleemosynis, orationibus, atque ieiuniis videbatur occupatus, ex eo in quo sedebat cinere, ex ea quam prætendebat humilitate, iactantiam sumpsit: ita vt vniuersa sibi tentet adscribere, & omnia quæ soli vni capiti cohærent, videlicet Christo, per elationem pompatici sermonis eiusdem Christi sibi studeat membra subiugare. Nec mirum, quòd ille tentator qui initium omnis peccati scit esse superbiam: & tunc ea in primo homine ante omnia vsus est, & nunc eam quibusdam hominibus ponit in fine virtutū: vt qui aliquatenus bonis vitæ studiis eius videbantur crudelissimas man' effugere, eis in ipsa meta boni operis, & in ipsa quodammodo apponat perfectionis conclusione tendiculum. Vnde
B magnopere orandum est, & omnipotens deus assiduis precibus implorandus, vt hunc à mente illius auertat errorem, hoc ab vnitate atque humilitate Ecclesiæ malum superbiæ & confusionis amoueat. Et fauente domino omnibus viribus concurrendum atque prouidendum, ne in vnius veneno sermonis viuētia in Christi corpore membra moriantur. Si enim hoc dici licēter permittitur, honor patriarcharum omnium negatur. Et cùm fortasse is in errore perit, qui vniuersalis dicitur, nullus iam episcopus remansisse in statu veritatis inuenitur. Oportet ergo vt constanter ac sine præiudicio seruetis sicut accepistis Ecclesias, & nihil sibi in nobis hæc tentatio diabolicæ vsurpationis adscribat. State fortes, state securi, scripta cum vniuersalis nominis falsitate, nec dare vnquam, nec recipere præsumatis. Omnes episcopos curæ vestræ subiectos, ab hui' elationis inquinatione prohibete: vt vniuersa vos Ecclesia patriarchas, non solum in bonis operibus, sed in veritatis auctoritate cognoscat. Si qua autem forsan aduersa subsequuntur, vnanimiter persistentes, etiam moriendo debemus ostēdere, quia in damno generalitatis nostrum specialiter aliquid nō amamus. Dicamus cum Paulo: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Audiamus quod primus omnium pastorum dicit: Si quid patimini propter iustitiam, beati eritis. Mihi enim credite, quia honorem quem pro prædicanda veritate suscepimus, si necessitatis causa exigat, securius pro eadem veritate relinquimus, quàm tenemus. Pro me autem, sicut vestram charissimam beati-
C tudinem decet, orate: vt hoc quod vobis loqui audeo, operibus ostendam.

Gregorius Anastasio episcopo Antiocheno. Congratulatur de reuersione eius.

Caput. LXXXI.

Epist. 37. Loria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ
G voluntatis: quia magnus ille fluuius qui quondam arētia Antiochiæ saxa reliquerat, tandem ad proprium alueum reuersus, subiectas & iuxta positas valles rigat: vt & vnū triceſimum, & aliud sexagesimum, aliud verò centesimum fructum ferat. Iam nunc dubium non est, multos in eius vallibus animarum flores excrescere, eósq; ad maturos fructus per linguę vestræ fluenta peruenire. Vnde omnipotenti deo debitam laudē cordis atque oris vocibus ex omnibus medullis reddimus, & in vestra beatitudine non vobis tantummodo, sed omnibus qui vobis subiacent, congaudemus. Suscepi vero epistolas dulcissimæ mihi atque suauissimæ sanctitatis vestræ, ipsum, vt ita dicam, la-
*al. suadē borem sudantes. * Et quidem scio, quòd post illa quietis culmi-
22. na, in quibus secreta cœlestia cordis tangebas manu, graue valde sit exteriora tolerare. Sed memento, quia Apostolicam sedem regis, & dolorem citius temperas, quoniam omnibus omnia factus es. In libris Regum, sicut perfecta vestra sanctitas nouit, qui-
dam describitur, qui vtraque manu pro dextera vtebatur. In qua D
re ego de dulcissimo atque sanctissimo dudum patrono domno Anastasio dubius non sum: quia dum terrena opera ad cœlestem vtilitatem pertrahit, in vsum dextræ vertit sinistram, vt cœlestis intentio opus suum videlicet dextra peragat, & cura temporalium dum ad iustitiæ vtilitatem ducitur, ad fortitudinem dextræ sinistra permutetur. Equidem hæc esse sine graui labore & tædio, nequaquam possunt. Sed recordemur labores præcedentium, & dura non erunt quæ toleramus. Per multas enim tri- *Actor. 14.*
bulationes oportet nos introire in regnum dei. Et supra modum grauati sumus: supra etiam virtutem, ita vt tæderet nos *2. Corin. 1.*
viuere. Sed & ipsi in nobis responsum mortis habuimus, vt non *Roma. 8.*
simus fidentes in nobis. Et tamen non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Quomodo igitur sine labore transire possumus æstum huius seculi, infirmæ nos oues, in quo grauiter sudasse nouimus & arietes? Quantas verò in hac terra, tribulationes de Longobardorum gladiis, de iniquitatibus iudicum, de insolentia atque importunitate causarum, de cura subiectorum, de molestia etiam corporis patior, explere nec calamo, nec lingua sufficio. De quibus & si qua breuiter possum loqui, dubito ne vestræ sanctissimæ pietati, dum de suis tribulationibus affligitur, etiam meas augeam. Sed omnipotens deus, & suæ largitate pietatis sanctissimæ vestræ beatitudinis mentem omni consolatione repleat, & indignum me aliquando ab his quæ E
patior malis quiescere pro vestra intercessione concedat, Amen.

Gratia. Quæ videlicet verba de scriptis vestris accepta, idcirco in meis epistolis pono, vt de sancto Ignatio vestra beatitudo cognoscat: quia non solum vester est, sed etiam noster. Sicut enim magistrum eius Apostolorum principem habemus communem, ita quoque eiusdem principis discipulum nullus nostrum habet priuatū. Benedictionem autē vestrā qua debuimus, mente suscepimus, bene redolentem, bene sapientem. Et omnipotenti deo gratias agimus: quia & odora sunt & sapora quæ agitis, quæ dicitis, quæ datis. De vita igitur vestra dicamus pariter, dicamus omnes, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Gregorius Ioanni episcopo Constantinopolitano. De pace sanctæ Ecclesiæ ab eo per vniuersale nomen turbata. De synodo per Pelagium papā cassata. Exemplum proponit diaboli contra deum superbientis. Et de superbia eius nimia.

Cap. LXXXII.

O tempore quo fraternitas vestra in sacerdotalem ho- *Epist. 32.*
E norem prouecta est, quantam Ecclesiarum pacem atque concordiam inuenerit, recolit. Sed quo ausu, quóve tumore nescio, nouum sibi conata est nomen arripere, vnde E
omnium fratrum corda potuissent ad scandalum peruenire. Qua in re vehementer admiror, quia ne ad episcopatum venire potuisses, fugisse velle te memini. Quem tamen adeptum ita exercere desideras, ac si ad eum ambitioso desiderio concurrisses. Qui enim indignum te esse fatebaris, vt episcopus dici debuisses: ad hoc quandoque perductus es, vt despectis fratribus, episcopus appetas solus vocari. Et quidem hac de re sanctæ memoriæ decessoris mei Pelagij grauia ad sanctitatem vestram scripta transmissa sunt. In quibus synodi quæ apud vos de fratris quondam & consacerdotis nostri Gregorij causa congregata est, propter nephandum elationis vocabulum, acta dissoluit: & archidiaconum quem iuxta morem ad vestigia dominorū transmiserat, missarum vobiscum solennia celebrare prohibuit. Post eius verò obitum, cùm indignus ego ad Ecclesiæ regimen adductus sum: & ante per alios responsales meos, & nunc per communem filium meum Sabinianum diaconum alloqui fraternitatem vestram, vt à tali se præsumptione compesceret, non equidem scripto, sed nudo sermone curaui. Et si emendari nolet, eum missarum solennia cum fraternitate vestra celebrare prohibui, vt sanctitatem vestram prius sub quadam verecundiæ reuerentia pulsarem: quatenus si emendari nephandus ac prophanus tumor verecundè non posset, tunc ad ea debuisset quæ sunt districta atque canonica peruenire. Et quia resecanda vulnera prius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gra prius leui manu palpanda sunt: rogo, deprecor, & quanta possum dulcedine exposco, vt fraternitas vestra cunctis sibi adulantibus, atque erroris nomen deferentibus contradicat, nec stulto ac superbo vocabulo appellari consentiat. Verè enim flens dico, atque ex intimo viscerum dolore peccatis meis reputo, quod ille meus frater nuncusque ad humilitatem reduci non valuit, qui ad hoc in episcopatus gradu constitutus est, vt aliorum animas ad humilitatem perducat: quòd ille qui veritatem docet alios, semetipsum docere, nec me quoque deprecante consensit. Perpende rogo, quia in hac præsumptione temeraria pax totius turbetur Ecclesiæ, & gratiæ contradicitur communiter omnibus effusæ. In qua nimirum ipse tantum crescere poteris, quantum penes temetipsum decreueris. Tantóque maior efficeris, quanto teà superbi & stulti vocabuli vsurpatione restringis. Atque intantum proficis, inquantum tibi non studueris derogando fratribus arrogare. Humilitatem ergo frater charissime totis visceribus dilige: per quam cunctorum fratrum concordia, & sanctæ vniuersalis Ecclesiæ vnitas valeat custodiri. Certè Paulus Apostolus cùm audiret quosdam dicere: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego verò Cephæ: hanc dilacerationem corporis dominici, per quam membra eius aliis quodammodo se capitibus sociabant: vehementissimè perhorrescens exclamauit, dicens: Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Sic ergo ille membra dominici corporis certis
H extra Christum quasi capitibus, & ipsis quidem Apostolis subiici particulariter euitauit: tu quid Christo, vniuersalis scilicet Ecclesiæ capiti, in extremi iudicij es dicturus examine, qui cuncta eius membra tibimet conaris vniuersalis appellatione supponere? Quis rogo in hoc tam peruerso vocabulo, nisi ille ad imitandum proponitur, qui despectis angelorum legionibus, secum socialiter constitutis, ad culmen conatus est singularitatis erumpere: vt & nulli subesse, & solus omnibus præesse videretur? Qui etiam dixit: In cœlum conscendam: super astra cœli exaltabo solium meum. Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Quid enim fratres tui omnes vniuersalis Ecclesiæ episcopi, nisi astra cœli sunt? Quorum vita simul & lingua inter peccata, errorésque hominum quasi inter noctis tenebras lucent. Quibus dum cupis temetipsum vocabulo elationis præponere, eorúmque nomen tui comparatione calcare: quid aliud dicis, nisi in cœlum conscendam: super astra cœli exaltabo solium meum? An non vniuersi episcopi nubes sunt, qui & verbis prædicationis pluunt, & bonorum operum luce coruscant? Quos dū vestra fraternitas despiciens, sub se premere conatur: quid aliud dicit nisi hoc quod ab antiquo hoste dicitur, Ascendam super altitudinem nubium? Quæ cuncta ego cùm flens conspicio, & occulta dei iudicia pertimesco, augentur lachrymæ, gemitus se in meo corde
I non accipiunt, quòd ille vir sanctissimus dominus Ioannes, tantæ abstinentiæ atque humilitatis, suorum familiarium seductione linguarum ad tantam superbiam erupit, vt in appetitu peruersi nominis illi esse conetur similis, qui dum superbè esse similis deo voluit, etiam donatæ similitudinis gratiam amisit: & ideo veram beatitudinem perdidit, quia falsam gloriam quæsiuit. Certè Petrus Apostolus primum membrum sanctæ & vniuersalis Ecclesiæ est. Paulus, Andreas, Ioannes, quid aliud, quàm singularium sunt plebium capita? Et tamen sub vno capite omnes membra sunt Ecclesiæ. Atque vt cuncta breui cingulo locutionis astringam: sancti ante legem, sancti sub lege, sancti sub gratia, omnes hi perficientes corpus domini, in membris sunt Ecclesiæ constituti, & nemo se vnquam vniuersalem vocare voluit. Vestra autem sanctitas agnoscat quantum apud se tumeat, quæ illo nomine vocari appetit, quo vocari nullus præsumpsit, qui veraciter sanctus fuit. Nunquidnam, sicut vestra sanctitas nouit, per venerandum Chalcedonense concilium huius Apostolicæ sedis antistites, cui deo disponente deseruio, vniuersales oblato honore vocati sunt? Sed tamen nullus vnquam tali vocabulo appellari voluit: nullus sibi hoc temerarium nomen arripuit, ne si sibi in pontificatus gradu gloriam singularitatis arriperet, hanc omnibus fratribus denegasse videretur. Sed hæc, scio, quia vestræ sanctitati ab illis oriuntur, qui nobis deceptiosa familiaritate deseruiunt: K contra quos peto, vt vestra fraternitas solerter inuigilet, nec se eorum verbis fallendum præbeat. Tanto enim maiores hostes credendi sunt, quanto magis laudibus adulantur. Relinque tales: & si omnino decepturi sunt, saltem terrenorum hominum, & non sacerdotum corda decipiant. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Vos autem cum propheta dicite: Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi euge euge. Et rursus: Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Vnde & bene quidam sapiens admonet: Multi sint pacifici tui, consiliarius autem sit vnus tibi de mille. Corrumpunt enim bonos mores colloquia mala. Antiquus enim hostis cor robustum irrumpere non valet, subiectas ei infirmas personas quærit, & quasi contra alta mœnia scalis appositis ascendit. Sic Adam per subiectam mulierem decepit. Sic beato Iob cùm filios occidit, infirmam mulierem reliquit: vt qui eius cor per se minimè poterat, saltem si posset per mulieris verba penetraret. Quicunque ergo iuxta vos infirmi ac seculares sunt, in sua semper persuasione atque adulatione frangantur: quia inde æternas dei inimicitias pariunt, vnde ipsi peruersi amatores videntur. Certè olim clamabatur per Apostolum Ioannem: Filioli, nouissima hora est, secundum quod Christus prædixit. Pestilentia & gladius per mundum sæuit, gentes insurgunt gentibus, terra concutitur, orbis cum habitatoribus suis terra dehiscente sorbetur. Omnia enim quæ prædicta sunt, fiunt. Rex superbiæ propè est: &, quod L dici nephas est, sacerdotum est præparatus exitus: quia ceruici militant elationis, qui ad hoc positi fuerant, vt ducatum præberent humilitatis. Sed hac in re, etiam si nostra lingua minimè contradicat, illius virtus contra elationem in vltionem erigitur, qui superbiæ vitio per semetipsum specialiter aduersatur. Hinc enim scriptum est: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Hinc rursus dicitur: Immundus est apud deum qui exaltat cor. Hinc contra superbientem hominem scriptum est: Quid superbis terra & cinis? Hinc per semetipsam veritas dicit: Omnis qui se exaltat humiliabitur. Quæ vt nos ad viam vitæ per humilitatem reduceret, in semetipsa dignata est, quod nos admonet: demonstrare, dicens: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Ad hoc namque vnigenitus dei filius formam infirmitatis nostræ suscepit: ad hoc inuisibilis, non solum visibilis, sed etiam despectus apparuit: ad hoc contumeliarum ludibria, illusionum probra, passionum tormenta tolerauit, vt superbum non esse hominem doceret humilis deus.

1. Corin. 1.

Esaiæ. 14.

Luc. 9. *Psal. 83.* *Psal. 140.* *Gene. 3.* *1. Ioan. 2.* *Eccles. 10.* *Luc. 14. & 18.* *Matth. 11.*

Quanta igitur humilitatis virtus est, propter quam solam veraciter edocendam, is qui sine æstimatione magnus est, vsque ad passionem mortis factus est paruus? Quia enim originem perditionis nostræ se præbuit superbia diaboli, instrumentum redemptionis nostræ inuenta est humilitas dei. Hostis quippe noster inter omnia conditus, videri supra omnia vo- M luit elatus. Redemptor autem noster magnus manens supra omnia, fieri inter omnia dignatus est paruus. Quid ergo nos episcopi dicimus, qui honoris locum ex redemptoris nostri humilitate suscepimus, & tamen superbiam hostis ipsius imitamur? Ecce nouimus creatorem nostrum de suæ celsitudinis culmine, vt humano generi daret gloriam, descendisse: & nos de infimis creati, de fratrum minoratione gloriamur. Humiliauit se vsque ad nostrum puluerem deus, & in cœlos os suum ponit, & super terram lingua pertransit puluis humanus, & non erubescit; non metuit extolli homo putredo, & filius hominis vermis. Reducamus ad animū frater charissime hoc, quod per sapientissimum Salomonem dicitur: Ante tonitruum præibit coruscatio: & ante ruinam exaltabitur cor. Vbi è diuerso subiungitur, ante gloriam humiliabitur. Humiliemur ergo mẽte, si ad solidam conamur venire celsitudinem. Nequaquam per elationis fumum oculi cordis obscurentur: qui quanto magis excreuerit, tantò celerius euanescit. Pensemus quid nos præcepta admoneant redemptoris nostri dicentis: Beati paupe- *Matth.* res spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Hinc etiam per prophetam dicit: Super quem requiescet spiritus me- *Esaiæ.* us, nisi super humilem & quietum & trementem sermones meos? Certè cùm dominus ad humilitatis viam adhuc infirmantia discipulorum corda reduceret, dixit: Si quis vult inter *Matth. 20.*

vos

A vos primus esse, erit omnium minimus. Qua in re apertè cognoscitur, quoniam ille veraciter sublimis est, qui in suis cogitationibus humiliatur. Formidemus ergo in illorum numerum adscribi, qui primas in synagogis cathedras quærunt: & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Quo contra discipulis dominus dicit: Vos autem nolite vocari Rabbi. Vnus autem magister vester est, vos autem omnes fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester. Quid ergo frater charissime in illo terribili examine venientis iudicis dicturus es, qui non solum pater, sed etiam generalis pater in mundo vocari appetis? Caueatur ergo malorum praua suggestio, fugiatur omnis instigatio diaboli. Oportet quidem vt veniant scandala: veruntamen væ homini illi per quem scandalum venit. Ecce ex hoc nephando elationis vocabulo Ecclesia scinditur. Fratrum omnium corda ad scandalum prouocãtur. Nunquid nam mente excidit: quod veritas dicit: Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris? Scriptum verò est: Charitas non quærit quæ sua sunt. Ecce vestra fraternitas sibi arrogat etiam aliena. Rursus scriptum est: Honore inuicem præuenientes. Et tu conaris eum omnibus tollere, quẽ tibi illicitè desideras singulariter vsurpare. Vbi est frater charissime quod scriptum est: Pacem habete cum omnibus & B sanctimoniam, sine qua nemo videbit deum? Vbi est quod scriptum est: Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur? Considerare nos conuenit, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam coinquinentur multi. Quod tamen si considerare negligimus, contra tantæ elationis tumorem iudicia superna vigilabunt. Et nos quidem in quos talis tantáque per ausum nepharium culpa committitur, seruamus quod veritas præcepit dicens: Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuũ. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum: quòd si nõ audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Ego itaque per responsales meos semel & bis verbis humilibus hoc quod in tota Ecclesia peccatur, corripere studui, nunc per me scribo. Quicquid facere humiliter debui, non omisi. Sed quia in mea correptione despicior, restat vt Ecclesiam debeam adhibere. Hæc itaque dicens: omnipotens deus fraternitati vestræ indicet, quanto circa vos amore cõstringor: quantumque in hac causa non contra vos, sed pro vobis iugeo. In qua tamen præceptis Euangelicis, institutionibus canonum, vtilitatibus fratrum personam præponere non possum, nec eius quem multum amo. Scripta autem sanctitatis vestræ dulcissima atque suauissima de causa presbyterorum Ioannis & Athanasij suscepi, de qua vobis in subsequentibus domino adiuuante respondebo: quia sub tantis tribulationibus circunfusus Barbarorum gladiis premor: vt nõ dico multa tractare, sed mihi respirare vix liceat.

Gregorius Aniano diacono Constantinopolitano. De superbia Ioannis episcopi vitanda.

Caput. LXXXIII.

D E causa fratris nostri viri reuerentissimi Ioannis episcopi Constantinopolitani, duas epistolas facere volui. Sed vna breuiter facta est, quæ vtrunque habere videtur admixtum, id est, & rectitudinem, & blandimentum. Tua itaque dilectio eam epistolam quam nunc direxi, propter voluntatem imperatoris dare studeat. Nã de subsequenti talis alia trãsmittitur, de qua eius superbia non lætetur. Ad hoc enim vsque peruenit, vt sub occasione Ioannis presbyteri gesta huc transmitteret, in quibus se pene per omnem versum οἰκουμενικὸν patriarcham nominaret. Sed spero in omnipotentem deum, quia hypocrisim illius superna maiestas soluet. Miror autẽ quòd dilectionem tuam fallere potuit, vt permitteres domino imperatori persuaderi: quatenus ad me sua scripta de hac causa transmitteret, in quibus admonerer, vt cum eo pacem habere debuissem. Qui si iustitiam tenere vult, illum debuit admonere: vt se à superbo vocabulo compescere, & protinus inter nos pax fieret. Tamen D qua id calliditate à prædicto fratre nostro Ioanne factum sit, minimè, suspicor, pensasti. Idcirco enim hoc ille fecit, vt audiretur dominus imperator, & ille in sua vanitate confirmatus esse videretur: aut non à me audiretur, & eius animus contra me irritaretur. Sed nos rectam viam tenemus, nihil in hac causa aliud nisi omnipotentem dominum metuentes. Vnde tua dilectio in nullo trepidet. Omnia quæ in hoc seculo videt alta esse contra veritatem, pro veritate despiciat: in omnipotentis dei gratia, atque beati Petri Apostoli adiutorio confidat. Vocem veritatis recolat dicentis: Maior est qui in cœlis est, quàm qui in mundo: *Ioan. 14.* & in hac causa quicquid agendum est, cum summa auctoritate agat. Postquam enim defendi ab inimicorum gladiis nullo modo possumus: postquam pro vtilitate reipublicæ, argentum, aurum, mancipia, vestes perdidimus: nimis ignominiosum est, vt per eos etiam fidem perdamus. In isto enim scelesto vocabulo consentire, nihil est aliud, quàm fidem perdere. Vnde sicut tibi iam transactis epistolis scripsi, nunquam cum eo procedere præsumas.

Gregorius Theodoro medico. Gratias refert de pecunia pauperibus transmissa.

Cap. LXXXIIII.

E

A Go omnipotenti deo gratias: quia eorum qui se vicissim veraciter diligunt, loca animum non diuidunt. Ecce enim dulcissime & gloriosissime fili longè à vobis distamus corpore, & tamen præsentes vobis existimus charitate. Hoc vestra opera, hoc scripta testantur, hoc de præsenti expertus sum, hoc de absenti vestra gloria recognosco. Hoc vos & hominibus amabiles, & omnipotenti deo dignos in perpetuũ faciat. Quia enim virtutum mater est charitas, idcirco bonos operum fructus profertis, quia ipsam eorundem fructuum in mẽte radicem tenetis. Ea autem quæ in redemptionem captiuorum, deo vobis aspirante transmisistis, lætus, fateor, & tristis accepi. Lætus videlicet vobis, quos de præparanda mansione cœlestis patriæ cogitare cognoui. Tristis vero vehementer mihi, qui super curam rerum sancti Petri apostoli, adhuc etiam de rebus dulcissimi filij mei domini Theodori rationes positurus sum: sollicitè an negligenter eas expenderim, requirendus vado. Omnipotens autem deus, qui menti vestræ suæ misericordiæ viscera infudit, qui vobis sollicitè cogitare concessit, hoc quod de saluatore nostro per egregium prædicatorem dicitur: quia pro vobis egenus factus est, cùm diues esset: in eiusdem saluatoris aduentu, vos virtutibus diuites ostendat, ab omni culpa liberos assistere faciat, & pro terrenis cœlestia, pro transitoriis gaudia vobis æterna concedat. Hoc autem quod pro vobis agi apud sacratissimum corpus sancti Petri apostoli scribitis: certum tenete: E quia & si lingua vestra taceat, fieri charitas vestra iubet. Sed vtinam digni simus, qui pro vobis orare debeamus. Quia vero dignus ego non sim, non ambigo. Sed multi hic digni sunt, qui ex oblatione vestra ab hostibus redimuntur: & fideliter nostro creatori deseruiunt, de quibus hoc egistis quod scriptum est: Ab- *Eccli. 29.* scondе eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit. Sed quia ille plus diligit qui plus præsumit: erga dulcissimam mentem gloriosissimi filij mei domini Theodori habeo aliquã querelam: quia donum ingenij, donum rerum, donum misericordiæ atque charitatis à sancta trinitate percepit: sed tamen secularibus indesinenter causis adstringitur, assiduis processionibus occupatur, & quotidie legere negligit verba redemptoris sui. Quid est autem scriptura sacra, nisi quædam epistola omnipotentis dei ad creaturam suam? Et certè sicubi esset gloria vestra alibi constituta, & scripta terreni iam imperatoris acciperet, non cessaret, non quiescet, somnum oculis non daret, nisi prius quid sibi imperator terrenus scripsisset, agnouisset. Imperator cœli, dominus hominum & angelorum, pro vita tua tibi suas epistolas transmisit, & tamen glorioſe fili easdem epistolas ardenter legere negligis. Stude ergo quæso, & quotidie creatoris tui verba meditare. Disce cor dei in verbis dei vt ardentius ad æterna suspires, vt mens vestra ad cœlestia regna maioribus desideriis accendatur. Tanto enim tunc maior ei erit requies, quanto modo ab amore conditoris sui

requies

Universidad de Deusto
Biblioteca

G requies nulla fuerit. Sed ad hæc agenda infundat vobis omnipotens deus consolatorem spiritum. Ipse mentem vestram sua præsentia impleat, & implendo leuet. De me autem cognoscite, quia multas hic & innumeras amaritudines patior. Sed ago omnipotenti deo gratias, quia minus affligor valde quàm mereor. Charissimum autem filium meum susceptum vestrũ domnum Narsetem gloriæ vestræ commendo. Quem quidem scio, commendatum in omnibus habetis, sed facere vos rogo quod facitis: vt dum peto quod fieri video, mercedi vestræ me petendo subiungam. Præterea excellentiæ vestræ benedictionem, ea qua transmissa est charitate suscepi. Vnam vero anatem cum duobus paruulis atticis pro vestri amoris gratia transmittere præsumpsi: vt quotiens ad respiciendum eam vester oculus ducitur, memoria etiam mei inter occupationes, tumultúsque causarum in animũ vestrum reuocetur.

Gregorius Luminoso abbati monasterij sancti Thomæ de Ariminis. Scribit omnia grauamina à monasterio illius auferenda. *Caput. LXXXV.*

Epist. 41. Petitionem tuam congregationísque tuæ libenter suscepimus, secundum statuta iurísque formam tuis precibus accommodantes effectum. Castorio siquidem fratri & coëpiscopo nostro, nostra præceptione transmissa est epistola, H succesſoribúsque eius à te monasterióque tuo cunctam læsionis funditus abstulimus potestatem: vt nec vltra in vestro versetur grauamine, nec monasterij res describantur, nec publica illic debeat esse processio, illa videlicet ei iurisdictione relicta: vt in defuncti abbatis locum, alium quem dignum communis consensus congregationis elegerit, debeat ordinare. His autẽ ita perfectis, in dei opere estote solliciti: & assiduè operam orationi date, ne non videatur magis vobis quæsita mentis in oratione securitas, sed male, quod absit, de gentibus episcopalis euitata districtio.

Gregorius Leontio episcopo visitatori Ariminensis Ecclesiæ. De visitatione Ariminensi melius procuranda. *Cap. LXXXVI.*

Epi. 42. Clero Ariminensis Ecclesiæ, cuius visitator es, conque- C rente comperimus, quòd remotis omnibus clericis fraternitas tua hominibus sui patrimonij eius gubernationem, cæteraſque vtilitates commiserit peragendas. Quod si ita est, querelam eiusdem cleri ineptam esse non credimus. Ea de re his te hortamur affatibus, vt omnia quæ ad supraſcriptam Ecclesiam pertinent: per proprios eius homines, quos ipse præuideris, siue per diaconum latorem præsentium gubernari agíq; disponas, vt nulla eis aduersum te iusta murmurandi relinqua- I tur occasio. Si vero quædam de eis infidelitatis est fortasse suspitio: cum eis quoque homines tuos in actione constitue, vt alterna erga se sollicitudine debeant esse custodes, rationes tibi modis omnibus posituri. Quicquid vero de reditibus Ecclesiæ ipsius accesserit, quatuor iuxta consuetudinem oportet fieri portiones: vnam scilicet quæ clero præbenda sit, aliam pauperibus. De reliquis autem duabus partibus tres fieri volumus. Vnam fartis tectis profuturã. Aliã pro sustentatione sua Castorio proprio episcopo dirigendam. Reliquam tibimet retinendam. Si quis igitur in supraſcriptæ Ecclesiæ clero dignus sit presbyter vel diaconus, siue in gradu alio ordinari, liberam habebis ex nostra auctoritate eum promouẽdi licentiam. In lucrandis ergo animabus inuigila, circa cleri rectitudinem esto sollicitus. Vtilitates Ecclesiæ, cuius visitationem geris, iniustè perire vel deteriorari nulla subiectione permittas: ne, quod absit, & apud deum perpetui labem periculi, & apud nos reatum culpæ possis incurrere. Comperimus præterea aliquid te annonæ de publico consequi: & hac ex re verecundia comprimi, atque in causis Ecclesiæ, vel defensione pauperum, vt congruit, non esse efficacem. Propterea abstinendum est ab hoc quod verecundiam incutit, & stipendiis quæ de Ecclesia consequeris, debes esse contentus. Nam si aliter facere post nostram adhortationem volueris, aliam de te æstimationem habebimus. Quippe qui commissos tibi auaritiæ militare doces, quos sufficientibus stipendiis instituis non esse contentos.

Gregorius Castorio episcopo Ariminensi. Vt Luminoso abbati, eiusque monasterio, nullam inquietudinem faciat. *Caput. LXXXVII.* K

Epist. 43. Vminosus abbas monasterij sanctorũ Andreę & Tho- L mæ, in Ariminensi ciuitate constituti, quas nobis lachrymabiliter preces effuderit, inditæ text' petitionis informat. Pro qua re fraternitatem tuam hortamur, vt obeunte abbate monasterij ipsius, Ecclesia tua in describendis, prouidendísque acquisitis acquirendísve eiusdem monasterij rebus nulla se occasione permisceat. Abbatem vero eidem monasterio non *Can. 18. q. 2. Abbatem.* alium, sed quem dignum moribus atque actibus disciplinæ monasticæ communi consensu congregatio tota popoſcerit, te volumus ordinare. Missas autem illic publicas per episcopum fieri omnimodo prohibem', ne in seruorũ dei secessibus, popularibus occasio præbeatur vlla conuentibus, & simpliciores ex hoc animas plærunque, quod absit, in scandalũ trahat frequentior quoque introitus muliebris. Hanc autem scriptorum nostrorum paginam omni in futuro tempore à te vel post te episcopis ordinãdis, firmã statuimus illibatámq; seruari: vt & tua Ecclesia iuuãte domino suo tantummodo sit iure contenta, & monasterium illud nulli vlterius aliqua ratione generali canonicæúe iurisdictioni deseruiens, remotis vexationibus ac cunctis grauaminibus, diuinum opus cum summa animi deuotione perficiat.

L

Gesta synodi habitæ à beato Gregorio papa, tempore Mauricij Augusti, in vrbe Roma. *Caput. LXXXVIII.*

Epist. 44. Egnante in perpetuum domino nostro Iesu Christo: R temporibus piissimi ac serenissimi domini Mauricij, Tiberij & Theodosij Augustorum eiusdem domini: Imperio Mauricij anno tertiodecimo, indictione tertiadecima, quinto die mensis Iulij. Gregorius papa coram sanctissimo beati Petri corpore cum episcopis omnibus ac Romanæ Ecclesiæ presbyteris residens, astantibus diaconis, & cuncto clero dixit: In sancta Romana Ecclesia, cui diuina dispẽsatio præesse me voluit: dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, vt quidam ad sacri altaris ministeriũ cantores eligantur, & in diaconatus ordine constituti, modulationi vocis inseruiant, quos ad prædicationis officium, eleemosynarúmque studium vacare congruebat. Vnde fit plærunque, vt ad sacrum ministerium dum blanda vox quæritur, quæri congrua vita negligatur: & cantor minister deum moribus stimulet, cùm populum vocibus delectat. Qua in re præsenti decreto constituo, vt in sede hac sacri altaris ministri cantare non debeant, solúmque lectionis Euangelicæ officium inter missarum solennia exoluant: psalmos vero ac reliquas lectiones cẽseo per subdiaconos, vel si necessitas fuerit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum M venire tentauerit, anathema sit: & omnes responderunt, anathema sit. Verecundum mos torporẽ indiscretionis inuoluit, vt huius sedis põtificibus ad secreta cubiculi seruitia laici pueri ac seculares obsequantur, & cùm pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplo, plærunque clerici qualis in secreto sit vita sui pontificis nesciunt, quam tamen, vt dictum est, pueri sciunt seculares. De qua re præsenti decreto constituo, vt quidam ex clericis, vel etiam ex monachis electi, ministerio cubiculi pontificalis obsequantur: vt is qui in loco est regiminis, habeat testes tales, qui vitam eius in secreta conuersatione videant, & ex visione sedula exemplum profectus sumant. Consuetudo noua in Ecclesia hac, & valde reprehensibilis erupit, vt cum rectores eius patrimonij vrbana vel rustica prædia iuri illius cõpetere posse suspicantur, fiscali more titulos imprimant: atque hoc quod competere pauperibus æstimant, non iudicio, sed manibus defendant. Et cùm per prædicatores suos veritas dicat: Ni- *Philip. 2.* hil per contentionem, etiam ipsum litigiosæ contentionis malum transcendunt: & res quælibet cùm æstimatur Ecclesiæ posse competere, per vim tenetur. Proinde præsenti decreto constituo: vt si quis Ecclesiasticorum vnquam titulos ponere siue in rustico, siue in vrbano prædio sua spoute præsumpserit, anathema sit. Et responderunt omnes, Anathema sit. Is autem qui Ecclesiæ præest, si hoc vel ipse fieri præceperit, vel sine sua præce-

præceptione factum, digna punire animaduersione neglexerit, anathema sit. Et responderunt omnes, Anathema sit. Sicut indignos nos pro beati Petri Apostoli reuerentia mens fidelium veneratur, ita nostram infirmitatē decet semetipsam semper agnoscere, & impensæ sibi venerationis onera declinare. Ex amore quippe fidelium, huius sedis rectoribus mos vltra meritum erupit: vt cùm eorum corpora humanda deferuntur, & hæc dalmaticis contegant, easdem dalmaticas pro sanctitatis reuerentia sibimet partiendas populus scindat: & cùm assint multa à sacris corporibus Apostolorum, martyrúmque velamina, à peccatorum corpore sumitur, quod pro magna reuerentia reseruatur: de qua re præsenti decreto constituo, vt feretrum quo Romani pontificis corpus ad sepeliendum ducitur, nullo tegmine veletur. Quam decreti mei curam gerere, sedis huius presbyteros ac diaconos censeo. Si quis verò ex eorum ordine hæc curare neglexerit, anathema sit. Et responderunt omnes, Anathema sit. Antiquam patrum regulam sequens, nihil vnquam de ordinationibus accipiendum esse constituo, neque ex datione pallij, neque ex traditione chartarum, neque ex ea quam noua per ambitionē simulatio inuenit appellatione pastelli. Quia enim ordinando episcopo pontifex manum imponit, Euangelicam lectionem minister legit, confirmationis autem eius epistolam notarius scribit, sicut pontificem non decet, manum quam imponit vendere, ita minister vel notarius non debet in ordinatione sua eius vocē
B suam, vel calamum venundare. Pro ordinatione vero vel pallio seu chartis atque pastello eundem qui ordinandus vel ordinatus est, omnino aliquid dare prohibeo. Ex quibus prædictis rebus si quis hunc aliquid commodi appellatione exigere, vel deferre forte præsumpserit, in districto dei omnipotentis examine reatu subiacebit. Is autem qui ordinatus fuerit, si non ex placito, neque exactus, neque petitus, post acceptas chartas, & pallium aliquid cuilibet ex clero gratiæ tantummodo causa dare voluerit: hoc accipi nullo modo prohibemus, quia eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ ex accipientis ambitu non processit. Multos de Ecclesiastica familia nouimus ad omnipotentis dei seruitium festinare, vt ab humana seruitute liberi, in diuino seruitio valeant in monasterio conuersari: quod si passim dimittimus, omnibus fugiendi Ecclesiastici iuris dominium, occasionem præbemus. Cui vero festinantes, ab omnipotentis dei seruitio incautè retinemus, illi inuenimur negare quædam, qui dedit omnia. Vnde necesse est, vt quisquis ex iuris Ecclesiastici seruitute ad dei seruitium conuerti desiderat, probetur prius in laico habitu constitutus: & si mores eius atque conuersatio bono desiderio eius testimonium ferunt, absque retractatione seruire in monasterio omnipotenti domino permittatur, & ab humano seruitio libet recedat, qui diuini obsequij districtiorem appetit seruitutem.

Subscriptio episcoporum.

C Regorius dei gratia episcopus his decretis subscripsit.

G Maurianus episcopus ciuitatis Rauennæ, subscripsit. Paulus episcopus ciuitatis Nepesin. Ioannes episcopus ciuitatis Surrentinæ. Gratianus ciuitatis Nomentumæ. Ioannes episcopus ciuitatis Falartinæ. Angelus episcopus ciuitatis Terracinensis. Romanus episcopus ciuitatis Blētinæ. Dominicus episcopus ciuitatis Centumcellensis. Pelagius episcopus ciuitatis Anagninę. Felix episcopus ciuitatis Portuensis. Ioannes episcopus ciuitatis Viliternæ. Candidus episcopus ciuitatis Bulcinen. Luminosus episcopus ciuitatis Ferētinæ. Baldinius episcopus ciuitatis Rosellas. Secundinus episcopus ciuitatis Tauromeniæ. Martianus episcopus ciuitatis Fereñ. Homobonus episcopus ciuitatis Albanensis. Dominicus episcopus ciuitatis Vtriculanæ. Constantius episcopus ciuitatis Narniensis. Fortunatus episcopus ciuitatis Neapolitañ. Anastasius episcopus ciuitatis Tiburtinæ. Proculus episcopus ciuitatis Prænestinæ.

Subscriptio presbyterorum.

Aurentius presbyter tituli sancti Syluestri subscripsit.

L Ioannes presbyter sancti Vitalis. Speciosus presbyter sancti Clementis. Deusdedit presbyter sancti Ioannis & Pauli. Andromachus presbyter Apostolorum. Crescæus presbyter sancti Laurentij. Rusticus presbyter sanctæ Susannæ. Vilibus presbyter sancti Marcelli. Petrus D presbyter sancti Iulij & Calixti. Spectatus presbyter sancti Vitalis. Stephanus presbyter sancti Martij. Felix presbyter sancti Sixti. Petrus presbyter sanctæ Balbinæ Iustus presbyter sanctorum Nereæi & Achillæi. Speciosus presbyter sancti Damasi. Maurus presbyter sanctæ Priscæ. Placidus presbyter sanctæ Balbinæ. Victor sanctæ Ceciliæ. Ioannes sancti Grisogoni. Auentius sanctę Praxedis. Andreas sancti Marci. Ioannes sancti Ioannis & Pauli. Agapitus Apostolorū. Felix sanctæ Sabinæ. Bonus sancti Eusebij. Bassus sancti Prudentis. Ioannes sancti Syluestri. Albinus sanctorum Marcellini & Petri. Antonius sanctæ Balbinæ. Candidus sancti Clementis. Romanus sancti Marcelli. Leo sancti Damasi. Auentius sancti Quiriaci. Fortunatus sanctorū quatuor coronatorum.

Gregorius Andreæ scholastico. De ordinatione Marciani presbyteri ad episcopatum.

Caput. LXXXIX.

Excellentissimi viri domini patricij volūtatem in per- *Epist. 45.*
E sona Donati archidiaconi implere voluimus: sed quia valde periculosum est animæ, temerè cuiquam manū imponere: curæ nobis fuit, vitam actúsque eius subtili inuestigatione discutere. Et quoniam multa inuenta sunt, sicut eidem domno Patricio scripsimus: quæ eū procul ab episcopatu remo- E uerent, dei iudicium metuentes, in ordinando eo non præsumpsimus consentire. Sed nec Ioannem presbyterum psalmorum nescium præsumpsimus ordinare, quia hæc eum res minus sui profectò habere studium demonstrabat. His igitur remotis, cùm ad eligendum de suis à nobis partibus vrgerentur, & nullum se habere ad hoc officium faterentur idoneum, maiórque nos vna cum eis teneret afflictio: tandem venerabilem fratrem presbyterum Marinianum, quem diu mecum didicere in monasterio conuersatum, communi concordantíque voce atque consensu sæpius petiuerunt. Cui refugienti, diuersis modis vix aliquando potuit suaderi, vt eorum præberet petitioni consensum. Et quia bene nobis eius vita est cognita, atque in lucrandis animabus illum nouimus esse sollicitum, nullam in ordinatione ipsius moram attulimus. Gloria itaque vestra eum, sicut decet, suscipiat, nouitatique eius cōsolationis auxilium præbeat. Nam omnibus, sicut nostis, cuiuslibet officij valde onerosa est nouitas. Ego autē magnam confidentiam habeo, quia omnipotens deus qui eū dignatus est suo gregi præponere, & ad interiora illum curanda exacuet, & ad exteriora gerenda gratiæ suæ pietate confortabit. Sed quia post longa quietis otia, eius, vt prædiximus, nouitas procul dubio perturbatur: peto, vt cùm venerit tempestatum seculariū procellas fugiens, semper apud vestram mentem portum quietis inueniat, & de vestræ bono charitatis hilaresçat. Quantum vero vobis cum illo conuenire valeat, citius cognoscetis, quia ad epi- F
scopatum venit inuitus.

Gregorius Leandro episcopo Hispaniarum. De libris in expositionem beati Iob.

Caput XC.

Vanto ardore videre te sitiam, quia valde me diligis, *Epist. 46.*
Q in tui tabulis cordis legis. Sed quia longo terrarū spatio disiunctum te videre nequeo: vnum quod mihi de te dictauit charitas, feci, vt librum regulæ pastoralis, quem in episcopatus mei exordio scripsi: & libros quos in expositionem beati Iob, iam dudum me fecisse cognouisti: sanctitati tuæ cum communi filio Probino presbytero venienti transmitterem. Et tuæ quidem charitati in eo opere tertiæ & quartę partis codices non transmisi, quia eos solūmodo inuenio, quos ex eisdem partibus codices iam monasteriis dedi. Hos itaque sanctitas tua studiosè percurrat, & peccata mea studiosius defleat, ne mihi culpæ grauioris sit, quòd quasi scire videor, quod agere prætermitto. In hac verò Ecclesia quantis causarum tumultibus premor: ipsa charitati tuæ epistolæ meæ breuitas innotescit, quando ei patū loquor, quem magis omnibus diligo.

Gregorius nobilibus Syracusanis. De episcopo eis eligendo.

Cap. XCI.

Laudis

Epist.47. Audis vestræ testimonium, quam direxistis epistola, electionis vos onera sapienter declinasse significat. Et quoniam nostro hoc arbitrio cõmisistis, ac multa bona de venerandæ memoriæ quondam Maximiano episcopo referentes, talem vobis ordinari deposcitis: vos quidem sicut decet fideles filios, facitis: quia hæc de digno sollicitóque patre testamini, & obtrectantibus aliis bona ipsius etiam post obitum non tacetis. Vnde oramus omnipotentem dominum, vt & vobis pro sinceritatis vestræ voluntate retribuat, & obloquentibus clemẽter ignoscat. Hoc tamen sciat magnitudo vestra: quia ciuitati illi quem dare possimus, Maximiano reuerentissimo similem non habemus. Sed quia à clero & plebe Ecclesiæ Syracusanæ Agatho, ab aliquibus autem alter eligitur, hunc qui à clero & plebe electus est: ad nos interim venire necesse est, vt vtrisque cominus constitutis, ille qui deo placuerit, & vtilior visus fuerit, ordinetur. Nam desiderij nostri est, talem illic cum Christi gratia ordinari pontificem, qui bonorum supradicti episcopi cuius vos actionibus testimonium perhibetis, in omnibus debeat deo adiutore, imitator existere.

Gregorius Ioanni abbati de Regio. De correctione monasterij sancti Andreæ.

Caput. XCII.

Epist.48. A quæ ad correptionem religiosarum pertinent personarum, nos præterire non decet, nec conuenit. Peruenit itaque ad nos, in monasterio sancti Andreæ, quod iuxta Vulcanum est positum multa perpetrari facinora. Atque ideo nostræ auctoritatis præceptione suffultum, ad id te monasterium proficisci necesse est: & omnia quæ dicuntur, subtili inuestigatione discutere. Et si ita, quod absit, inueneris: sic in illos regulariter vindicabis, vt digna eos coërctio à prauis & illicitis de cætero doceat actibus abstinere.

Gregorius Petro & Prudentio episcopis de Histria. Scribit de fide eis satisfacturum se.

Caput. XCIII.

Epist.49. Eus qui lætatur in vnitate fidelium, & reuelat quærentibus veritatem, cordibus vestris dilectissimi fratres aperiat, quanto vos desiderio in gremio cupiam sanctę vniuersalis Ecclesiæ contineri, & in eius manere vnitate concordes. Quod fore non dubito, si abiecto contentionis stimulo, satisfieri vobis veraciter de his de quibus est dubietas intendatis. Remeantis autem Castorij notarij mei relatione edoctus sum, fraternitatem vestram ad me habere desiderium veniendi, si promissum fuerit, quia nullam molestiam sustinebit. Hoc ego cognoscens, & opto, & succensus ardore charitatis inuito: vt ad me veniendi debeatis laborem assumere: quatenus pariter conferentes, quæ vera & redemptori nostro sunt placita, & communiter loquamur, & modis omnibus teneamus. Ego verò diuinę protectionis gratia suffragante, satisfacere vobis de quibus dubitatis paratus sum, & confido de omnipotentis dei misericordia: quòd ita vobis satisfactio mea interius inhærebit, vt nihil charitati vestræ de cætero possit ambiguum remanere. Nam illa quæ sanctissimæ quatuor synodi sapuerunt atque definierunt, sicuti prædecessor noster sanctissimus Leo papa, ita ea & nos sapimus, sequimur ac tenemus, nec ab earũ fide aliquo modo dissentimus. Sed quia plus persona præsens quàm epistola satisfacit: hortor dilectissimi fratres, vt ad me venire, sicut præfatus sum debeatis, dummodo ratione percepta ad concordiam sanctæ vniuersalis Ecclesiæ dissensio vos nulla dissociet. Hoc tamen certa sit vestra charitas, quia vos & cum affectu quo decet suscipio & cum gratia relaxabo. Nec aliquam vos vel quoscunque alios qui pro hac ad me causa venire voluerint, afflictionem vel molestiam sustinere permitto. Sed seu ad consentiendum mihi cor vestrum misericordia diuina compunxerit, siue, quod absit, in ea vos durare dissensione contigerit, ad propria vos remeare quando volueritis, iuxta promissionem meam sine læsione, vel molestia relaxare curabimus.

Gregorius Ioanni episcopo Corinthiorum. De Anastasio episcopo deposito, & diacono eius.

Caput. XCIIII.

Epist.50. Equitatem atque sollicitudinem Secundini fratris & coëpiscopi nostri quæ olim bene nobis est cognita, etiam series iudicati & scriptorum vestrorum monstrauit. In qua re valde placuit, lætósq; nos reddidit: quia in causa Anastasij quondam episcopi quam ei examinandam iniunximus, vigilantiam suam & diligenter exercuit, & cognita crimina, vt iustitia poscebat & oportuit, vindicauit. Sed his in omnibus gratias omnipotenti deo referimus, qui desistentibus quibusdam accusatoribus, cognitioni eius veritatem, ne tantorum causa facinorum latere potuisset, ostendit. Quoniam vero in eadem sententia in qua suprascriptum Anastasium iustè damnatũ constat atque depositum: sic quasdam suprascriptus frater & coëpiscopus noster vltus personas est, vt nostro arbitrio reseruaret: idcirco quid de eis tenendum seruandúmque sit, præsenti epistola perspeximus. Paulum itaque dioconum latorem presentium, quamuis culpa sua vehementer confundat atque redarguat, quòd deceptus promissione, ab accusatione nuper depositi quondam episcopi sui destiterit, & cupiditatis studio silere contra animam suam potius quàm prodere vera consenserit: tamen quia plus esse conuenit nos misericordes quàm districtos, hanc ei culpam ignoscimus, atque eum in ordine locóque suo recipiendum esse censemus. Nam ei à tempore prolatæ sententiæ afflictionem quam pertulit, credimus ad vindictam huius posse culpæ sufficere. Euphemium verò atque Thomam, qui pro deserẽda accusatione sacros ordines acceperunt, eisdem sacris priuatos ordinibus esse, atque ita sicuti sunt depositi, volumus permanere, nec vnquã eos sub qualibet excusationis specie sacros in ordines reuocari decernimus. Nam nimis indignum & contra Ecclesiasticæ regulam disciplinæ est, vt honore quem non ex meritis, sed pro sceleris præmio perceperunt, fungantur. Quia tamen plus misericordiæ, quàm districtæ nos conuenit operam dare iustitiæ: eosdem Euphemium atque Thomam in ordine locóque tantummodo vnde ad ordines sacros promoti fuerant volumus reuocari, & cunctis diebus vitæ suæ eorundem locorum continentiam sicut consueuerant antè percipiant. Clematiũ verò lectorem simili benignitatis intuitu, in ordinẽ locúmque suũ reuocandũ esse cõstituo. Quibus & omnib⁹, id est, Paulo diacono, Euphemio, Thomæ atque Clematio commoda sua secundum locum & ordinem in quo quisque eorum est, sicut solitus erat accipere, à præsenti tertiadecima indictione vestra fraternitas sine aliqua studeat imminutione præbere. Quia igitur suprascriptus Paulus diaconus multa se pro vtilitate Ecclesiæ vestræ memorat expendisse, & vt ea possit recipere, fraternitatis vestræ solatio desiderat adiuuari: hortamur, vt si ita est, omni ei possibilitate ad recipienda quæ dedit, debeatis concurrere, atque vestris eum auxiliis adiuuare: quia nulla ratio patitur, vt in his quę pro vtilitate generalitatis impendit, aliquod sustineat iniustè dispẽdium. Præterea tres libras auri quas imminente suprascripto fratre & coëpiscopo nostro Secundino, eundem Paulum diaconum pro vtilitate vestræ dedisse constat Ecclesiæ, fraternitas vestra eas cessante dilatione restituat, ne, quod absit, non rationabiliter, sed sola eum grauare voluntate tantummodo videatur.

Mense Augusto. Indictione. xiij.

Gregorius Virgilio episcopo Arelatensi. De vsu pallij, & de sacris ordinibus per venalitatem non dandis: & de simoniaca hæresi condemnanda.

Caput. XCV.

Epist. Quam bona est charitas, quæ absentia per imaginem, præsentia sibimetipsis exhibet per amorem: diuisa vnit, confusa ordinat, inæqualia sociat, imperfecta consummat. Quam rectè prædicator egregius vinculum perfectionis vocat, quia virtutes quidem cæteræ perfectionem generant: sed tamen eas charitas etiam ligat, vt ab amantis mente dissolui iam nequeant. Hac itaque virtute frater charissime plenum te esse reperio, sicut mihi de te, & hi qui ex Gallicanis partibus veniunt, & epistolæ tuæ ad me directæ verba testantur. Quod verò in eis iuxta antiquum morem, vsum pallij, ac vices sedis apostolicæ postulasti: absit, ne aut transitoriæ potestatis culmen, aut exterioris cultus ornamentum in vicibus nostris ac pallio quæsisse te suspicer. Sed quia cunctis liquet, vnde in Galliarum regionibus fides sancta prodierit, cùm priscam consuetudinem sedis Apostolicæ fraternitas vestra

Gregorius vniuersis episcopis Galliarum. De Virgilio eis prælato, & de synodo. D

Caput. XCVI.

DHoc diuinæ dispensationis prouisio, gradus & diuersos constituit ordines esse distinctos: vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vna concordiæ fieret ex diuersitate contextio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo seruaret. Quia verò creatura in vna eademque qualitate gubernari vel viuere non potest, cœlestium militiarum exemplar nos instruit: quia dum sint angeli, sint archangeli, liquet quòd non æquales sunt, sed in potestate & ordine, sicut nostis, differt vnus ab altero. Si ergo inter hos qui sine peccato sunt, istam constat esse distinctionem: quis hominum abnuat huic se dispositioni libenter submittere, cui nouit etiam angelos obedire? Hinc etenim pax & charitas mutua se vice complectuntur, & manet firma concordiæ in alterna & deo placita dilectione sinceritas. Quia igitur vnumquodque tunc salubriter completur officiū: cùm fuerit vnus ad quem possit recurri præpositus, idcirco opportunum esse perspeximus, in Ecclesiis quæ sub regno præcellentissimi filij nostri Childeberti regis sunt, secundum antiquam consuetudinem fratri nostro Virgilio Arelatensis ciuitatis episcopo vices nostras tribuere: quatenus & catholicæ fidei integritas, id est, sanctarum quatuor synodorum, deo protegente, sollicita deuotione seruetur: & si inter fratres, consacerdotésque nostros aliqua euenerit forte contentio, auctoritatis suæ vigore, vicibus nempe sedis Apostolicæ functus, discreta moderatione compescat. Cui etiam iniunximus, vt si quarundam causarum tale fuerit certamen exortum, in quo aliorum præsentia opus sit, congregatis sibi in numero competenti fratribus, & coëpiscopis nostris, salubriter hoc seruata æquitate discutiat, & canonica integritate definiat. Si quam verò contentionem, quòd longè faciat diuina potentia, de fidei causa euenire contigerit: aut negocium emerserit, cuius vehemens sit fortasse dubietas, & pro sui magnitudine iudicio sedis Apostolicæ indigeat: examinata diligentius veritate, relatione sua ad nostram studeat perducere notionem: quatenus à nobis valeat cōgrua sine dubio sententia terminari. Et quoniam necesse est, vt ad eum cui nostras vices iniunximus, quotiens oportere perspexerit, pro facienda collatione aptis debeant episcopi temporibus conuenire: hortamur, vt nullus mandatis eius inobediens esse præsumat, nec communi congregationi interesse postponat, nisi aut corporis infirmitas quempiam fortasse vetuerit, aut cuiusquam eum causæ iusta excusatio minimè venire permiserit. Hi tamen qui prohibente aliqua necessitate nequeunt in synodum conuenire, loco suo presbyterum aut diaconum dirigant: quatenus quæ à nostro vicario deo auxiliante fuerint definita, ad eum qui absens est, per ipsum quem miserit, fida relatione perueniant: vt inconcussa firmitate seruentur, & nullius ea quæ constituerit, audeat occasionis excusatio violare. Hoc etiam vos pariter præuidimus admonendos, vt nullus vestrum ad longinquiora loca sine præfati fratris & coëpiscopi nostri Virgilij auctoritate tentet aliquo modo proficisci: scientes quia & prædecessorum nostrorum qui vices suas eius prædecessoribus commiserunt, sic proculdubio mandata definiunt. Hortamur præterea, vt de officio suo sit quisque vestrum sollicitus, vt qui promissam cupit mercedem pastionis accipere, commissum sibi gregem sollicitudine & oratione custodiat: ne lupus insidians oues creditas inuadendo dilanier, & sit in retributione pœna pro munere. Optamus igitur fratres charissimi, & totis omnipotentem dominum precibus exoramus, vt dilectionem vestram in amoris sui constantia faciat magis magísque feruescere, atque in pace Ecclesiæ, & in vna vos concedat manere concordia. Nunciatum verò nobis est, quòd per simoniacam hæresim ad sacros quidam ordines adducantur, & hoc suprascripto fratri & coëpiscopo nostro Virgilio per omnia prohibendum mandauimus: quod vt vestra fraternitas recognoscat, & studiosè custodiat, & ipsa coram vobis est epistola relegenda.

Epist. 52. Parte. 1. Distin. 89. Ad hoc.

vestra repetit, quid aliud quàm bona soboles ad sinum matris Ecclesiæ recurrit? Libenti ergo animo postulata concedimus, ne aut vobis quicquam de debito honore subtrahere, aut præcellentissimi filij nostri Childeberti regis petitionem contempsisse videamur. Sed iam nunc studio maiori res indiget: vt cùm honor crescit, etiam sollicitudo proficiat, & erga cæterorum custodiam vigilantia excrescat: vitæ quoque merita subiectis in exemplum veniant, & nunquam sua per suscepti honoris gratiam, sed lucra cœlestis patriæ vestra fraternitas acquirat. Nostis enim quid beatus Apostolus gemens dicat: Omnes enim quæ sua sunt, quærunt, nō quæ sunt Christi Iesu. Quibusdam namque narrantibus agnoui, quòd in Galliarum vel Germaniæ partibus, nullus ad sacrum ordinem sine commodi datione perueniat. Quod si ita est, flens dico, gemens denuncio: quia cùm sacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit. Scimus quippe ex Euangelio quid redemptor noster per semetipsum fecerit: quia ingressus templum, cathedras vendentium columbas euertit. Columbas enim vendere, est de spiritu sancto, quem deus omnipotens consubstantialem sibi, per impositionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere. Ex quo, vt prædixi, malo iam innuitur quid sequatur. Quia qui in templo dei columbas vendere præsumpserunt, eorum deo iudice, cathedræ ceciderunt, qui videlicet error in subditis cum augmento propagatur. Nam ipse quoque qui precio ad sacrum ordinem perducitur, iam in ipsa prouectus sui radice vitiatus paratior est aliis vendundare quod emit. Vbi est quod scriptum est: Gratis accepistis, gratis date? Et cùm primum simoniaca hæresis sit contra sanctam Ecclesiam exorta: cur non perpenditur: cur non videtur, quia eum quem quis cum precio ordinat, proueheudo agit vt hæreticus fiat? Alia quoque nobis res est valde detestabilis nunciata: quòd quidam ex laico habitu per appetitum gloriæ temporalis defunctis episcopis tonsurantur, & fiunt subitò sacerdotes. Qua in re iam notum est qualis ad sacerdotium venerit, qui repente de laico habitu ad sacrum transit ducatum. Et qui miles nunquam extitit, dux religiosorum fieri non pertimescit. Quam iste suam prædicationem habiturus est, qui fortasse nunquam audiuit alienam? Aut quando aliena mala corrigat, qui necdum sua fleuit? Et cùm ad sacros ordines Paulus apostolus Neophytum venire prohibeat: sciendum nobis est, quia sicut Neophytus tunc vocabatur, qui adhuc nouiter erat plantatus in fide: ita nunc inter Neophytos deputamus, qui adhuc nouus est in sancta conuersatione. Scimus autem, quòd ædificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, nisi à nouitatis suæ humore siccentur: ne si ante pondera quam solidantur, acciptant, cunctam simul fabricam ad terram deponant. Et cùm ad ædificium arbusta succidimus, vt prius viriditatis humor exiccari debeat, expectamus: ne si eis adhuc recentibus fabricæ pondus imponitur, ex ipsa nouitate curuentur, & confracta citius corruant, quæ immaturè in altum leuata videbantur. Cur ergo hoc non subtiliter in hominibus custoditur, quod in lignis quoque ac lapidibus tanta consideratione perpenditur? Qua de re necesse est, vt vestra fraternitas præcellentissimum filium nostrum Childebertum regem admonere studeat, vt huius peccati maculam à regno suo funditus repellat: quatenus omnipotens deus tanto illi apud se maiora retribuat, quanto eum conspicit, & amare quod ipse diligit, & cuitare quod odit. Itaque fraternitati vestræ vices nostras in Ecclesiis, quæ sub regno sunt præcellentissimi filij nostri Childeberti, iuxta antiquum morem deo auctore committimus. Singulis siquidem metropolitis secundum priscam consuetudinem proprio honore seruato, pallium quoque transmisimus, quo fraternitas tua intra Ecclesiam ad sola missarum solennia vtatur. Sicubi autem longius episcoporum quisquam pergere forte voluerit, sine tuæ sanctitatis auctoritate ei ad loca alia transire non liceat. Si qua verò inquisitio de fide, vel fortasse aliarum rerum inter episcopos causa emerserit, quæ discerni difficilius possit, collectis duodecim episcopis ventiletur atque decidatur. Si autem decidi nequiuerit, discussa veritate ad nostrum iudicium referatur. Omnipotens autem deus sua vos protectione custodiat, honoremque perceptum vos in moribus seruare concedat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *Gregorius Childeberto regi Francorum. De multis rebus corrigendis in regno eius.*

Caput. XCVII.

Epist.53. L Aetos nos excellentiæ vestræ vehementer fecit epistola, quæ pia vos affectione de honore & reuerentia sacerdotali testatur esse sollicitos. Hinc etenim cunctis ostenditis fideles dei vos esse cultores, dum sacerdotes ipsius grata ac debita veneratione diligitis, & Christiana deuotione quicquid ad eorum augmentum pertinet, agere festinatis. Vnde & gratanter quæ scripsistis, accepimus: & quæ voluistis, animo libenti concessimus: atque ideo fratri nostro Virgilio Arelatensis ciuitatis episcopo, vices nostras iuxta antiquum morem, & excellentiæ vestræ desiderium deo fauente commisimus: cui etiam & pallij vsum sicut prisca habuit consuetudo, concessimus. Sed quia aliqua ad nos perlata sunt, quæ & omnipotentem deum nimis offendunt, & quàm plurimum sacerdotij honorem reuerentiamque confundunt: quæsumus, vt potestatis vestræ annuente censura, modis omnibus emendentur, ne dum laudandæ deuotioni vestræ res temerariæ ac peruersæ repugnant: aliorum, quod absit, culpa aut regnum vestrum grauetur, aut anima. Peruenit autem ad nos, obeuntibus episcopis, quosdam ex laicis tonsurari, atque ad episcopatum præcipiti saltu conscendere. Et qui discipulus non fuit, inconsiderata ambH bitione magister efficitur. Et quoniam quod possit docere, non didicit, sacerdotium tantummodo gerit in nomine: nam laicus in sermone pristino perseuerat & opere. Quomodo ergo pro aliorum peccatis intercessurus est, qui sua primitus non deleuit? Talis enim pastor non munit gregem, sed decipit: quia dum contradicente verecundia, non potest aliis hoc quod ipse non facit persuadere: quid est aliud nisi vt plebs dominica prædonibus populanda remaneat, & inde sumat interitum, vnde salutiferæ protectionis magnum debuit habere subsidium? Quod quàm prauum sit, quàm peruersum, ex sua quoque ordinatione excellentiæ vestræ celsitudo perpendat. Certum nanque est, non vos antè exercitui ducem præponere, nisi vobis labor eius fidésque probata constiterit, nisi eum anteactæ vitæ virtus & sollicitudo aptum esse monstrauerit. Si verò non aliis, nisi huiusmodi viris committitur gubernandus exercitus, qualis dux esse debeat animarum, ex istius bene rei comparatione colligitur. Sed verecundum nobis est, & dicere pudet: quia ducatum sibi sacerdotes arripiunt, qui exordium religiosæ militiæ non viderunt. Simul autem & illud valde execrandum nobis est nũciatum: quòd sacri ordines per simoniacam hæresim, id est, accepto precio conferantur. Et quia pestiferum nimis est, & sanctæ Ecclesiæ vniuersali contrarium, in sacrum quempiam ordinem non meritis, sed precio collocari: hortamur vt tam detesI tabile facinus de regno suo excellentia vestra prohiberi præcipiat. Nam ipse se ad hoc officium ostendit prorsus indignum: qui donum dei pecunia mercari non metuit: & commodis præsumit appetere, quod habere per gratiam non meretur. Hæc igitur præcellentissime fili ideirco admoneo, quia animam vestram saluari desidero. Quæ etiam dudum scribere volui, si voluntatem meam innumeræ occupationes minimè præpedissent. At postquam se congruum referendi tempus ingessit, quod facere me oportuit, non omisi. Salutantes itaque excellentiam vestram, paternæ charitatis affectu petimus, vt cuncta quæ suprascripto fratri & coëpiscopo nostro fieri, seruarique mandauimus, fauoris vestri præsidio compleantur, nec cuiusquam ea aliquo modo elatione aut superbia conuelli permittatis. Sed sicut per prædecessores eius singulos in patris vestri regno seruata sunt, ita quoque auxilio vestro sollicita & modo deuotione seruentur. Oportebit ergo vt hoc nobis vicarié rependatur: & sicut nos vestram implere non distulimus voluntatem, ita & vos propter deum, & beatum Petrum Apostolorum principem nostra faciatis in omnibus seruari statuta: quatenus excellentiæ vestræ laudabilis, & deo placita se circunquaque tendat opinio.

Gregorius Martiniano episcopo Rauennæ. De vsu pallij ei concesso. *Cap. XCVIII.*

Epi.54. APostolicæ sedis benenolentia, & antiquæ consuetudinis ordine prouocati, fraternitati tuæ quam in Rauennati Ecclesia gubernationis suscepisse constat officium, pallij vsum præuidimus concedendum. Quo non aliter te vti memineris, nisi in propria tuæ ciuitatis dimissis iam filiis Ecclesia procedens à salutatorio ad sacra missarum solemnia celebranda: peractis ergo missis, id in salutatorio rursum curabis deponere. Extra Ecclesiam verò non amplius illo tibi, nisi quater in anno, in litaniis quas ad decessorem tuum Ioannem expressimus, vti permittimus, hoc nihilominus admonentes, vt sicut à nobis huiusce modi decoris vsum ad sacerdotalis officij honorem largiente domino percepisti, ita etiam morum atque actuum probitate ad Christi gloriam susceptum adornare contendas officium. Sic etenim alterno eris intuicem decore conspicuus: si ad huiusmodi corporis habitum, mentis quoque tuæ bona concordent. Omnia etiam priuilegia, quę tuæ pridem concessa esse cõstat Ecclesiæ, nostra auctoritate firmamus, & illibata decernimus permanere.

Gregorius Ioanni episcopo Corinthiorum. Quomodo gregem dei gubernare debeat.

Caput. XCIX.

Epist. OStquam deus noster, cui nihil occultum est, de EcP clesiæ suæ gubernatione nephandam pollutionis pestem abiiciens, vos ad eius voluit regimen adducere, magna vobis præcauendum est prouisione, vt post vulnera & L diuersa prioris mali pastoris cõtagia, in fraternitate vestra grex dominicus consolationem ac salubre medicamentum inueniat. Sic ergo præcedentis contagij maculam manus vestræ actionis abstergat, vt nulla execrandæ prauitatis illius vestigia, nullam sinat manere memoriam. Sit igitur erga subiectos sollicitudo laudabilis. Exhibeatur cum mansuetudine disciplina. Sit cum discretione correptio. Iram benignitas mitiget, benignitatem zelus exacuat: & ita alterum condiatur ex altero, vt nec immoderata vltio plusquam oportet, affligat, nec iterum frangat rectitudinem disciplinæ remissio. Instructio commissi populi, fraternitatis vestræ sit actio. Videat in vobis quod diligat, cernat quod imitari festinet. Exemplo vestro viuere doceatur. A recto itinere te duce non deuiet, ad deum vos sequendo perueniat: vt tot ab humani generis saluatore retributiones accipias, quot lucra ei operatus fueris animarum. Labora itaque frater charissime, & ita totam mentis & cordis ad hoc efficaciam dirige: quatenus dignè merearis in futuro audire: Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. *Luca.* Pallium verò sicut per epistolam vestram, quam per Andream fratrem, & coëpiscopum nostrũ suscepimus, postulastis, direximus: quo ita vos, vt necesse est, sicut prædecessores vestri vsi, concedentibus nostris prædecessoribus, approbantur. Præterea peruenit ad nos, quòd in illis partibus nullus ad sacrum ordinem sine commoM di datione perueniat. Quod si ita est, flens dico, gemens denuncio: quia cùm sacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit. Scimus quippe ex Euangelio, quid redemptor noster per semetipsum fecerit: quia ingressus templum, cathedras vendentium columbas euertit. Columbas enim vendere, *Matth.* est de sancto spiritu, quem deus omnipotens consubstantialem sibi per impositionem manuum hominib⁹ tribuit, commodum temporale percipere. Ex quo, vt prædixi, malo, iam innuitur quid sequatur: quia qui in templo dei columbas vendere præsumpserunt, horum deo iudice cathedræ ceciderunt. Qui videlicet error in subditis cum augmento propagatur. Nam ipse quoque qui ad sacrum ordinem perducitur, iam in ipsa prouectus sui radice vitiatus, paratior est aliis venundare quod emit. Et vbi est quod scriptum est: Gratis accepistis, gratis date? Et *Matth.* cùm primùm simoniaca hæresis sit exorta contra sanctam Ecclesiam: cur non perpenditur, cur non videtur, quia eum quem quis cum precio ordinat, prouehendo agit vt hæreticus fiat? Quia ergo hanc nephandissimam prauitatem sancta vniuersalis omnino damnat Ecclesia: hortamur fraternitatem vestram, vt tam detestabile, & tam immane peccatum de locis omnibus quę sub se sunt, sollicitudinis suæ modis omnibus compescat instantia. Nam si quid tale aliquid deinceps fieri censerimus, iam non verbis, sed canonica hoc vltione corrigemus: & de vo- *Part.1.* bis, quod non oportet, aliud incipiemus habere iudicium. No- *Dist.101.* uit autem fraternitas vestra: quia prius pallium nisi dato com- *Nouit.*

modo

A modo non dabatur. Quod quoniam incongruum erat, facto cõsilio ante corpus beati Petri Apostolorum principis, tã de hoc, quàm de ordinationibus aliquid accipere sub districta interdictione vetuimus. Oportet ergo vt neque per commodum, neque per gratiam, aut quorundam supplicationem, aliquos ad sacros ordines consentiatis, vel permittatis adduci. Nam est peccatum, sicut diximus, graue, & sine correptione hoc non patimur remanere. Suprascriptum verò Andream fratrem, & coëpiscopũ nostrum ob hoc tardè suscepimus, quia renunciante fratre & coëpiscopo nostro Secundino, didicimus epistolas nostras sibi eum in Ioannis Lariſſæi episcopi executione finxisse. Et nisi bona vestra nobis quę audiuimus suasissent, nulla illum habuimus ratione suscipere.

Gregorius vniuersis episcopis per Helledam prouinciam constitutis. Vt nullum per præmium ordinent. Partérque exponit, quòd dominus cathedras columbas vendentium euertit.

Caput. C.

Ratias omnipotenti deo vobiscum fratres charissimi
G refero, qui latens vulnus quod antiquus hostis intulerat, ad omnium fecit peruenire notitiam, & de Ecclesiæ suę corpore salutifera illud incisione compescuit. Ex qua re & gaudendum nobis est, & dolendum. Gaudendum quippe
B de correctione facinoris, dolendum verò de casu fratris. Sed quoniam plærunque alterius casus, alterius solet esse cautela: hoc quisque timet cadere, attendat: aditum hosti non præbeat, nõ putet latere quod agitur: nam veritas clamat, Nihil opertum quod non reueletur: & occultum quod non sciatur. Hæc etenim vox actioni nostræ iam præco est, & ipso teste modis omnibus adducitur ad publicum, quod agitur in secreto. Aut quis actus suos ante illum nitatur abscondere, qui eorum & testis & iudex est? Quia verò nonnunquam dum aliud attenditur, aliud non cauetur, oportet vt contra omnes hostis insidias quisque debeat esse sollicitus: ne dum in vno vincit, superetur in altero. Nam & terrenus hostis, qui munita loca cupit inuadere, pugnandi arte sic vtitur. Latenter quidem ponit insidias, & ad vnius loci se expugnationem totus ostendit: vt dum ad defensionem loci illius vbi instat periculum conuenitur, loca alia de quibus nulla est suspitio capiantur. Et euenit, vt qui cognitus resistentis virtute repulsus est, latens obtineat quod certando non potuit. Sed quia in his omnibus diuinæ protectionis auxilio opus est, voce cordis singuli clamemus ad dominum, dicentes: Domine, ne longè facias auxilium tuum à me, ad defensionem meam respice. Manifestum nanque est, quia nisi ipse auxiliatus fuerit, & ad se clamantes defenderit, hostis noster vinci non poterit. Præterea epistolam charitatis vestræ per Andream fratrem, & coëpiscopum nostrum susciens, pallium Ioanni fratri nostro Corinthiorum episcopo nos transmisisse cognoscite: cui vos magnopere conuenit obedire: præsertim dum hoc sibi & antiquæ con-
C suetudinis ordo defendat, & bona eius quibus ipsi testimonium perhibetis, inuitent. Quibusdam nanque narrantibus agnoui, quòd in illis partibus nullus ad sacrum ordinem sine commodi datione perueniat. Quod si ita est, flens dico, gemens denuncio, quia cùm sacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit. Scimus quippe ex Euangelio, quid redemptor noster per semetipsum fecerit: quia ingressus in templum, cathedras vendentium columbas euertit. Columbas quippe vendere, est de sancto spiritu, quem sibi consubstantialem deus omnipotens per impositionem manuum hominibus tribuit, cõmodum temporale percipere: ex quo, vt prædixi, innuitur quid sequatur: quia qui in templo dei columbas vendere præsumpserunt, eorum deo iudice cathedræ ceciderunt. Qui videlicet error in subditis cum augmento propagatur. Nam ipse quoque qui ad sacrum ordinem perducitur, iam in ipsa prouectus sui radice vitiatus, paratior est aliis vendere quod emit. Et vbi est quod scriptum est: Gratis accepistis, gratis date? Et cùm primò contra sanctam Ecclesiam simoniaca hæresis sit exorta: cur non perpenditur, cur non videtur: quia eum quem quis cum precio ordinat, prouehendo agit vt hæreticus fiat? Ideoque hortamur, vt nullus vestrum denuo hoc fieri patiatur: sed neque gratia alicuius, neque supplicatione aliquos ad sacros ordines audeat promouere, nisi eum quem vitę & actionis qualitas ad hoc dignum D esse monstrauerit. Nam si aliter factum denuo senserimus, districta ac canonica illud noueritis vltione compesci.

Finit liber quartus, secundum computationem Gratiani.
Finiunt epistolæ Indictionis.xiij.

LIBER QVINTVS.

Incipiunt epistolæ Indictionis.xiiij. ex Regiſtro beati Gregorij Papæ, huius nominis primi.

Gregorius Mariniano episcopo Rauennæ. De testamento à Ioanne episcopo condito.

Caput. C I.

Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuẽdus effectus, ita legitima desiderantium non est differenda petitio. Presbyteri igitur ac diaconi atque clerus fraternitatis vestræ, oblata nobis petitione conqueſti sunt, Ioannem quondam decessorem tuum condito testamento diuersa in Ecclesiæ suæ grauamina conscripsisse. Et petiuerunt vt hæc in damnum Ecclesiæ, prohibente quippe lege, nulla deberent occasione persolui. Et quanuis postquam hæreditas illius, successioque repudiata est: ad hæc te satisfacienda ratio nulla constringat: veruntamen ex abundanti his te hortamur affatibus: vt ea quæ de Ecclesia sua, vel de acquisitis in episcopatu rebus contra legum fieri statuta disposuit, fraternitas vestra nec auctoritatem præbeat, nec aliqua ratione consentiat. Si quid autem de propriis rebus quas ante episcopatum habuit, quod quidem prius Ecclesiæ suæ non contulit, fieri voluit vel decreuit, firmũ per omnia robur obtinere necesse est: nec quisquam Ecclesiasticorum id contra rationem tentet qualibet excusatione conuellere. Quia verò dum viueret, sæpius à nobis expetiit, vt ea quæ in monasterio illo contulerat, quod iuxta Ecclesiam sancti Apollinaris ipse construxerat, nostra debuissemus auctoritate firmare, & nos facturos hoc esse promisimus, fraternitatem vestram necessariò duximus adhortandam, vt nihil de his quæ illic contulit atque constituit, aliquo modo patiatur imminui, sed omnia firma studeat stabilitate seruari. Huius igitur monasterij & collatarum illic rerum: quia in testamento quod condidit feciſſe noscitur mentionem: sciendum vobis est nõ ea nos ideo confirmasse, quoniam supremam eius sequimur voluntatem: sed quia ei hoc, sicut diximus, viuenti promisimus. Hæc itaque sic sollicitè fraternitas vestra implere festinet, quatenus & quæ in suprascripto cõstituit, & à nobis sunt firmata, seruentur: & illa quæ in damnum dari vel fieri per testamentum suæ decreuit Ecclesiæ, nullam, prohibente nempe lege, obtineant firmitatem. F

Epist.1.

Causa.12. q.5. Quia verò.

Gregorius clero & plebi Ecclesiæ Rauennæ. De Maximiano episcopo, quòd rectæ fidei sit.

Caput. C II.

Peruenit ad nos quosdam homines maligni spiritus in-
P stigatione persuasos, erga opinionem fratris & coëpiscopi nostri Maximiani mentes vestras corrũpere falsa locutione voluisse, dicentes quòd idem frater noster minus quàm decet sanctam Chalcedonensem synodum veneretur. De qua re omnibus vobis & ipse præsens de integritate suę fidei satisfaciat: & nos per omnia testamur eum à cunabulis in sanctæ vniuersalis Ecclesiæ gremio nutritum, rectam prædicationem fidei cum vitæ suæ attestatione tenuisse. Veneratur enim sanctã Nicænam synodum, in qua Arius: Cõstantinopolitanam, in qua Macedonius: Ephesinam primam, in qua Nestorius: & sanctam Chalcedonensem synodum, in qua Nestorius, Dioscorus, atque Euthyces damnatus est. Si quis autem contra harum quatuor synodorum fidem, & contra sanctæ memoriæ Leonis papæ tomum atque definitionem aliquid vnquam loqui præsumat, anathema sit. Proinde satisfactionem plenissimam recipientes, charitate integra, puro corde, pastorem vestrum diligite, vt apud deum purius fusa, eiusdem vobis valeat prodesse intercessio pastoris.

Epi.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *Gregorius Maximiano præsumptori Ecclesiæ Salonitanæ. Quòd per simoniacam hæresim ordinatus est*

Caput. C III.

Epistо.3. Votiens contra Ecclesiasticam quid gestum dicitur disciplinam, ne nos ante deum culpa ex dissimulatione redarguat, irrequisitum hoc relinquere nō audemus Peruenit itaque ad nos, quòd per simoniacam hæresim fueris ordinatus. Sed & alia de te multa hic dicta sunt, de quibus vnum quàm maximè fuit, propter quod necesse habuimus te summopere per scripta nostra prohibere, ne missarum solēnia celebrare debuisses: donec quid esset, verius potuissemus addiscere. Ne ergo filij Ecclesię diu videantur non habere pastorem: & ne per hæc quæ dicuntur, si indiscussa remanserint, huiusmodi se vitium tēdat in plurimos, hortamur vt ad nos venire omni postposita excusatione festines: quatenus seruata iustitia, hæc & cognoscere & finire secundum canonica instituta Christo reuelante possimus. Ita autem fac, vt ad veniendum amplius iam moras non ingeras, ne ipsa te magis absentia obnoxium his quæ dicuntur assignet, & nos in te hæc res non solum propter dicta crimina quæ purgare subterfugis, sed etiam propter inobediētiæ culpam durius, scilicet vt in contumacem, cogat ex concilio ferre iudicium.

H *Gregorius Cypriano diacono. Præcipit modios tritici pauperibus erogare duo milia.*

Caput. C IIII.

Epist.4. Enon frater, & coēpiscopus noster quosdam in ciuitate sua alimoniarum necessitatem innotuit sustinere: quibus quoniam, vt possibile est, aliquod desideramus ferre consultum: idcirco dilectionem tuam antedicto fratri & coēpiscopo nostro mille modios tritici: aut si plus leuare potuerit, vsque ad duo milia scriptis te dare præsentibus deputamus. Hortamur igitur, vt in his præbendis nullam moram aut excusationem adducas: quatenus dum tempus finit, & hic cum dei adiutorio sine periculo ad propria remeare, & citius valeat necessitatem patientibus subuenire.

Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum. Candidum presbyterum rectorem patrimonij commendat.

Caput. C V.

Epistо.5. Xcellentiæ vestræ prædicādam ac deo placitam bonitatem, & gubernacula regni testantur, & educatio filij manifestat. Cui non solum incolumem rerum temporalium gloriam prouida sollicitudine conseruastis, verūetiam æternæ vitæ prēmia prouidistis, dum mentem ipsius in radicem verę fidei materna, vt decuit, & laudabili institutione plantastis. Vnde non immerito contigit, vt cuncta gentium regna præcelleret: quippe qui earundem gentium creatorem & purè colit, & veraciter confitetur. Sed vt laudabilius in eo fides cum operibus eniteſcat, adhortationis vestræ cum verba succēdant: quatenus sicut sublimem illum inter homines potentia regalis ostē dit, ita ante deum magnum faciat pietas actionis. Quia verò multarum rerum experimenta nos admonent de excellentiæ vestræ Christianitate confidere: idcirco paterno salutātes affectu, quæsumus, vt propter amorem beati Petri Apostolorum principis, quem toto vos scimus corde diligere: dilectissimum filium nostrum Candidum presbyterum præsentium portitorem, vnà cū patrimoniolo, ad cuius eum gubernationem transmisimus, auxilij vestri patrocinio foueatis: quatenus potestatis vestræ gratia roboratus, patrimoniolum ipsum quod pauperum constat expensis proficere, & salubriter regere: & si qua exinde ablata sunt, vestro fultus auxilio diligenter inquirere, & deo propicio in pristinum posit reformare statum. Ad ipsius verò patrimonioli regimen proprius Ecclesiæ homo transmissus est. Excellentia ergo vestra ita se libenter in his quæ poscimus dignetur impendere, vt beatus Petrus Apostolorum princeps, cui à domino Iesu Christo ligandi ac soluendi data est potestas: & hic excellentiam vestram in sobole gaudere concedat, & post multorum annorum curricula à malis omnibus absolutam ante cōspectum æterni faciat iudicis inueniri.

Gregorius Childeberto regi Francorum Candidum presbyterum commendat.

Caput. C VI.

Vantò cæteros homines regia dignitas antecellit, tā- K
Q tò cæterarum gentiū regna regni vestri profectò cul *Epist.6.*
men excellit. Esse autem regem, quia sunt & alij, non mirum est: sed esse catholicum, quod alij non merentur, hoc satis est. Sicut enim magnæ lampadis splendor in tetrę noctis obscuritate, luminis sui claritate fulgescit, ita fidei vestræ claritas inter aliarum gentium obscuram perfidiam rutilat ac coruscat. Quicquid autem reges se cęteri gloriantur habere, habetis. Sed ipsi in hac re vehementius superantur, quoniam hoc principale bonum non habēt quod habetis. Vt ergo sicut fide, ita & actione vincantur, benignam se excellētia vestra suis subiectis semper exhibeat. Et si qua sunt quæ eius animum offendere valeāt, ea indiscussa non sinat. Tunc enim verè regi regum, id est, omnipotenti domino amplius placebit, si potestatem suam restringens, minus sibi crediderit licere, quàm potest. Quia igitur sinceritatem fidei, & mente seruatis & opere, beati Petri Apostolorum principis amor, qui in vobis est, euidenter ostē dit, cuius res sub Christianæ religionis intuitu sub vestri culminis potestate bene hactenus gubernatæ & cōseruatæ sunt. Sed quoniam Dynamius patricius, qui ex nostra commendatione rebus ipsis sollicitudinē impendebat, eas modo gubernare, vt cognouimus, non potest: ne patrimoniolum ibidem constitutum faciente negligentia deperiret: idcirco præsentium portitorem dilectissimum filium nostrum Candidum presbyterum ad id gubernandum transmisimus, quem excellentiæ vestræ, præmissa paterna L
charitate salutationis alloquio in omnibus commendamus: petentes vt si aliquod illic fortasse prędiudicium factum est, aut res eiusdem patrimonioli ab aliquo detinentur, potestatis vestræ iustitia corrigatur, & iuri pristino quæ ablata sunt, reformentur: quatenus sicut fides vestra, ita & æquitas omnibus, quod est valde glorioſum atque laudabile, gentibus eniteſcat. Claues præterea sancti Petri in quib⁹ de vinculis catenarum eius inclusum est, excellentiæ vestræ direximus, quæ collo vestro suspensæ à malis vos omnibus tueantur.

Gregorius Theodoro & Demetrio, Philippo, Zenoni, & Alcisſons episcopis Epiri. De ordinatione Andreæ episcopi. De vsu pallij, & quid sit in templo dei columbas vendere. Caput. C V II.

Criptorum vestrorum insinuatio, fratres charissimi, *Epist.7.*
S pitefecit Andream fratrem nostrum Nicomeditanæ ciuitatis episcopum deo propitio solenniter ordinatum. Cuius quoniam cōsecrationem cleri & prouincialiū prouenisse significatis assensu: gaudemus, atque bona quæ de ipso testamini, vt in eo maneant, & dei gratia cooperante augmētum accipiant, exoramus: quia bonitas præpositorum, salus est vtiq; subditorum. Oportet ergo vt ea quæ in persona ipsius placere vobis laudantes ostendistis, imitari studiosius festinetis. Nam & apud homines culpa, & apud deum pœna est nolle quenquam M
bonum imitari quòd placet. Testimonio itaque vestro obedientia fidem accommodet, nullus ei in his quæ integritate seruata Ecclesiæ pro communi vtilitate iniunxerit, contradicat. Deuotionem suam quisque vestrum libēter exhibeat, vt dum deo placita inter vos sacerdotalis fuerit & non ficta cōcordia, nulla vos à charitatis mutuæ vinculo inuidia dissoluere valeat aut turbare diuersitas. Nec enim callido hosti in cordibus vestris vllus erit accessus: quoniam scit se nullatenus nec capi posse nec recipi, vbi plenè sincereque locum charitas inuenerit. Estote præterea solliciti fratres charissimi, & commisso gregi vigilātiam quam suscepistis, vt debetis, impendite: inimici fraudibus sollicitudine & oratione resistite, & obedite incontaminata fide, deo nostro cui præestis populum resignate, vt officium vobis sacerdotale ante conspectum æterni iudicis non ad pœnam, sed proficiat ad coronam. Suprascripto igitur Andreæ fratri & coēpiscopo nostro pallium nos direxisse agnoscite: atque priuilegia cuncta concessisse quæ prædecessores nostri eius prædecessoribus contulere. Pręterea peruenit ad nos, quòd sacri ordines in *Canis.*
illis partibus cum datione commodi conferantur. Quod si ita *Quidam*
est, flens dico, gemens denuncio, quia cùm sacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit. Scimus quippe ex Euangelio quid redemptor noster per semetipsum fecerit: *Matt.*
quia ingressus templum cathedras vendentium columbas euertit. Columbas enim vendere, est de spiritu sancto, quem deus

omnipotens

A omnipotens consubstantialem sibi per impositionem manuum hominibus tribuit commodum temporale percipere. Ex quo, vt prædixi, malo iam innuitur quid sequatur: quia qui in templo dei columbas vendere præsumpserunt, eorum, deo iudice, cathedræ ceciderunt. Qui videlicet error in subditis cum augmento propagatur. Nam ipse quoque qui ad sacrum ordinem perducitur, iam in ipsa prouectus sui radice vitiatus, paratus est aliis vendere quod emit. Et vbi est quod scriptum est: Gratis *Matth. 10.* accepistis, gratis date? Et cùm prima contra sanctam Ecclesiam simoniaca hæresis orta sit: cur non perpenditur, cur non videtur, quia eum quem quis cum precio ordinat, prouehendo agit vt hæreticus fiat? Pro qua re admoneo atque contestor, vt omnino debeatis esse solliciti: vt nihil sibi commodi datio, nil gratia, nil quarumlibet supplicatio personarum in sacris ordinibus vendicet. Sed ille ad hoc officium perducatur, quem morum grauitas commendat & actio. Nam si, quod non credimus, fieri tale aliquid senserimus, canonica illud, vt dignum est, seueritate corrigemus. Deus autem omnipotens, qui sapientiæ suæ potestate cuncta mirabiliter ordinat, & misericorditer ordinata custodit: ipse vobis & velle tribuat, & operari quod præcipit.

Gregorius Maximiano episcopo Rauennæ. De vsu pallij. *Caput. CVIII.*

Epist. 8. Postolicæ sedis benuolentia atque antiquæ consue-
B A tudinis ordine prouocati, fraternitati tuæ quam in Messanensis Ecclesię gubernatione suscepisse constat officium, pallij vsum præuidimus concedendum, illis videlicet temporibus atque ordine, quibus decessorem quoque tuum esse vsum non ambigimus: hoc nihilominus admonentes, vt sicut à nobis huiusce modi decoris vsum ad sacerdotalis officij honorem accepisse te gaudes: ita etiam morum atque actuum probitate ad gloriam in Christo nostram, susceptum adornare contendas officium. Sic etenim alterno eris inuicem decore conspicuus, si ad huiusce modi corporis habitum mentis quoque tuæ bona concordent omnia. Omnia enim priuilegia, quæ tuæ pridem concessa esse constat Ecclesiæ: nostra auctoritate firmamus, & illibata decernimus permanere.

Gregorius Bonifacio episcopo Regitano, vbi ei Carinensem contingit Ecclesiam. Caput. CIX.

Epist. 9. Ostquam Ecclesiæ Carinensis, defuncto eius antisti-
P te, alium ordinari, nec loci desertio, nec sinit imminutio personarum, maiori cura constringimur, ne defunctis earum sacerdotibus, consistentes ibidem si pastoris fuerint moderamine destituti, per inuia fidei hostis callidi rapiantur insidiis. Sed hoc nostro sedet cordi consilium, tuæ eam sollicitudini debere committi, quod facere per præsentia scri-
C pta perspeximus. Cuius vt curam gubernationémq; studiosius habere gereréque festines, tuæ eam Ecclesiæ aggregari vtiliq; censemus: quatenus vtrarúque Ecclesiarum sacerdos rectè Christo adiutore possis existere: & quæque tibi de eius patrimonio vel cleri ordinatione ac canonica vigilanti visa fuerint cura disponere: quippe vt sacerdos proprius, liberam habebis ex præsenti nostra permissione licentiam. Quapropter frater charissime, dominicorum reminiscens salubriter mandatorum: ita in commissæ plebis regimine, lucrandísque animabus inuigila: vt ante tribunal æterni iudicis constitutus, fructum bonæ operationis, quod ad mercedem tuam pertineat, redemptori nostro, in quo lætari possit, exhibeas.

Gregorius Candido presbytero eunti ad patrimonium Galliæ. Patrimonium sancti Petri commendat in Galliis. *Caput. CX.*

Ergens auxiliante domino deo nostro Iesu Christo ad
Epist. 10. P patrimonium quod est in Galliis gubernandum, volumus vt dilectio tua ex solidis quos acceperit, vestimenta pauperum, vel pueros Anglos, qui ab annis decem & septem vel decem & octo sunt in monasteriis dati, vt deo proficiant comparet: quatenus solidi Galliarum qui in terra nostra expendi non possunt, apud locum proprium vtiliter expendantur. Si quid verò de pecuniis redituum quæ dicuntur ablatæ, recipere potueris: ex his quoque vestimenta pauperum compa-
D rare te volumus, vel, sicut præfati sumus, pueros qui in omnipotentis dei seruitio proficiant. Sed quia Pagani sunt qui illic inueniri possunt, volo vt cum eis presbyter transmittatur, ne quid ægritudinis contingat in via: vt quos morituros conspexerit, debeat baptizare. Ita igitur tua dilectio faciat, vt hæc diligenter implere festinet.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De Gratiano diacono, & cura pastorali. Caput. CX I.

Raternitatem tuam à nobis petisse recolimus, vt Gra- *Epi. 11. Parte. 1. Distin. 71. Fraternitatem.*
F tianum Ecclesiæ Benephranæ diaconum tuæ concederemus Ecclesiæ cardinandum. Et quoniam nec episcopum cui obsecundare, nec propriam habet Ecclesiam, hoste scilicet prohibente, quo suum debeat ministerium exhibere, petitionem tuam non præuidimus differendam: idcirco scriptis tibi præsentibus eum necessariò duximus concedendum, habituro licentiam diaconum illum nostra interueniente auctoritate Ecclesiæ tuæ deo propitio cõstituere cardinalem. Quia verò peruenit ad nos clericos, aliásque ciuitatis ac parœciæ tuæ religiosas personas ab aliis conueniri, fieri hoc de cętero prohibemus: & neque clericum tuum, & neque monachum, vel quamlibet ciuitatis aliam religiosam personam parœciæ tuæ conueniri à quoquam, vel ad alterius volumus iudicium exhiberi. Sed si quis contra huiusmodi personas cuiuslibet negotij mouere E voluerit quæstionem, fraternitatem tuam nouerit adeundam. Aut si forte, vt assolet, aliqua illis quolibet modo fuerit nata suspitio, & electorum desiderauerit fortasse iudiciũ, sub tua executione eligendi fas habeant cogmitores: quatenus hoc modo nec tu amisisse iurisdictionem, nec actor apud suspectum litigando videatur præiudicium sustinere. Hoc enim seruandum & Anthemio subdiacono nos præcepisse cognosce. Oportet ergo vt fraternitas tua erga monasteria ciuitatis, parœciæque suæ omnes subiectos pastorali cura diligenter inuigilet, & de vita actuque eorum sit omnino sollicita: vt sicut nos hæc tibi priuilegia seruare dignoscimur, ita & tu vigilantiam tuam in cũctis, vt decet, solerter exhibeas, quatenus in nulla re possis deneglectu reprehensibilis inueniri. Porrò autem si tu, quod non opinamur, dissimulandum putaueris, rectori patrimonij Ecclesiæ nostræ, qui illic est, vel fuerit constitutus, noueris esse licentiã: vt quod sponte postponis, eius facere instantia modis omnibus vrgearis. Sed & illud studere te conuenit: vt hi qui contra quoslibet iurisdictioni tuæ suppositos causam habuerint, nullis apud fraternitatem tuam frustratoriis debeant dilationibus lacessiri, ne ad fatigationem & damnum vlterius hæc tibi seruasse priuilegia videamur.

Gregorius Montano & Thomæ. Libertatem per testamentum dat. *Caput. C X II.* F

Vm redemptor noster totius conditor creaturæ ad *Epist. 12. Ca. 12. q. 2. Cùm redemptor.*
C hoc propiciatus humanam voluerit carnem assumere, vt diuinitatis suę gratia dirupto quo tenebamur captiuinculo seruitutis, pristinæ nos restitueret libertati: salubriter agitur, si homines quos ab initio natura creauit liberos, & protulit, & ius gẽtium iugo substituit seruitutis: in ea in qua nati fuerant, manumittentis beneficio, libertate reddantur. Atque ideo pietatis intuitu, & huius rei consideratione permoti, Montanum atque Thomam famulos sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui, deo adiutore, deseruimus, liberos ex hac die ciuésque Romanos efficimus, omnéque vestrum vobis relaxamus seruitutis peculium. Et quia tu Montane animos ad conuersionem fateris appulisse monachicam: idcirco duas vncias quas tibi quondam Gaudiosus presbyter per suprema suæ voluntatis arbitriũ institutionis modo noscitur reliquisse, hac die tibi donamus atque concedimus, omnia scilicet monasterio sancti Laurentij, cui Constantia abbatissa præest, in quo conuerti deo miserante festinas, modis omnibus profutura. Si quid verò de rebus suprascripti Gaudiosi te aliquo modo cælasse constiterit, id totũ Ecclesiæ nostræ iuri sine dubio mancipetur. Tibi autem suprascripto Thomæ, quem pro libertatis tuæ cumulo etiam inter notarios volumus militare, quinque vncias quas præfatus Gaudiosus presbyter per vltimam voluntatem hæreditario tibi nomine dereliquit, simul & sponsalia quæ matri tuæ conscripse-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G rat: similiter hac die per huius manumissionis paginam donamus atque concedimus, ea sanè lege atque conditione subnexa: vt si sine filiis legitimis, hoc est de legitimo susceptis coniugio te obire contigerit, omnia quæ tibi concessimus, ad ius sanctæ Romanæ Ecclesiæ sine deminutione aliqua reuertantur. Si autem filios de coniugio, sicut diximus, cognitos lege susceperis, eósque superstites reliqueris, earundem te rerum dominum sine quadam statuimus conditione persistere, & testamenti de his faciendi liberam tibi tribuimus potestatem. Hæc igitur quæ per huius manumissionis chartulam statuimus atque concessimus, nos successoréque nostros sine aliqua scitote refragatione
Ca. 25. q. 1. Iustitiæ. seruare. Nam iustitiæ ac rationis ordo suadet, vt qui sua à successoribus desiderat mãdata seruari, decessoris sui proculdubio voluntatem & statuta custodiat. Hanc autem manumissionis paginam Paterio notario scribendam dictauimus, & propria manu vnà cum tribus presbyteris prioribus, & tribus diaconis, pro plenissima firmitate subscripsimus, vobísq; tradidimus. Actum in vrbe Romana.

Gregorius Cypriano diacono rectori Siciliæ. De ordinando episcopo Lilibitanæ Ecclesiæ.
Caput. C XIII.

Epist. 13. L Ilibitanæ clerus Ecclesiæ huc pro ordinando sibi veniens sacerdote, licentiam eis de requirendo sibi epi-
H scopo nos dedisse cognoscas. Qui reperiẽtes Decium Forensem presbyterum sibi eum cõsecrari multis precibus popposcerunt, quorum petitionem necessarium duximus adimplere, & ideo dilectio tua in omnibus ei solatiari non negligat: vt quia Theodorus quondam eiusdem Ecclesiæ episcopus dereliquit plurima quę emendari debeant, tuo in omnibus adiutus auxilio, duntaxat æquitate seruata, à causarum inquietudinibus liberior, in dei laudibus possit existere.

Gregorius Narsi Comiti. De Pelagiana hæresi. De anima Adæ in peccato mortua. De synodo Ephesina, & de causa Ioannis presbyteri.
Caput. C XIIII.

Epi. 14. C Haritas vestra sollicitudinem nostræ opinionis habens, scribere studuit quid de illo codice qui contra Athanasium presbyterum transmissus est, sensit. Quẽ nos ex parte aliqua subtiliter percurrentes, in Manichæi inuenimus dogma cecidisse. Sed is qui loca aliqua esse hæretica signo contrapposito ostendit: ipse quoque in Pelagianam hæresim labitur, quia quædam loca catholicè dicta, & omnino orthodoxa velut hæretica annotauit. Hoc enim vbi scriptum est, quia cùm peccauit Adam, eius est anima mortua: qualiter mortuam dixerit, inferius ostẽdit, quia status sui beatitudinem amisit. Hoc quisquis negat: catholicus non est. Deus autem dixerat:
Gene. 2. Qua hora comederitis, morte moriemini. Cùm ergo comedit
I de ligno verito Adam, quia in corpore mortuus non est, nouimus: quia post hoc filios genuit, atque annis multis vixit. Si itaque in anima mortuus non est, quod dici nephas est, ipse mentitus est: qui hunc prædixit die qua peccasset, moriturum. Sed sciendum est, quia mors duobus accidit modis, aut absentia viuendi, aut à qualitate viuendi. In hoc ergo quòd comedendo vetitum eius anima dicitur mortua, non absentia viuendi, sed à qualitate viuendi, vt postmodum viueret in pœna, qui ad hoc creatus fuerat, vt beatè viueret in lętitia. Hunc ergo locum qui in eodem codice, qui mihi à fratre meo Ioanne episcopo transmissus est, annotauit hæreticum, Pelagianus est: quia sententia ista euidenter Pelagij est. Quam Paulus Apostolus apertè in suis epistolis destruxit. Quæ loca epistolarum eius singula dicere prætermitto, quia scienti loquor. Pelagius verò qui in Ephesina synodo damnatus est, ea intentione hoc dixit, vt ostẽderèt nos à Christo vacuè redemptos. Si enim nos per Adam in anima mortui non sumus, quod dicere nephas est, vacuè redempti sumus. Ephesinam autem synodum perscrutantes, de Adelfio & Saua, & cæteris aliis, qui illic dicuntur esse damnati, omnino nihil inuenimus, & existimamus, quia sicut Chalcedonensis synodus in vno loco ab Ecclesia Constantinopolitana falsata est, sic aliquid in Ephesina synodo factum est. Charitas ergo vestra vetustos omnino codices eiusdem synodi requirat, & illic inde videat, si quid tale inuenitur, mihiq́ue eundem codicem quem inuenerit, transmittat: quẽ mox vt legero, retransmitto. Nouis enim codicibus passim non credat, ex qua re dubius factus sum, & nihil adhuc volui de hac causa prædicto fratri meo Ioanni episcopo rescribere. Romani autem codices multo veriores sunt, quàm Græci: quia nostri sicut non acumina, ita nec impostoras habent. De Ioanne verò presbytero cognoscite, quia illius causa per synodum decisa est, in qua apertè cognoui, quia eius aduersarij eum facere hæreticum volebant, & diu conati sunt, sed minimè potuerunt. Vestros qui nostri sunt, mea vice salutate: & nostri qui vestri sunt, per me vos multum salutant. Omnipotens deus sua te manu inter tot spinas protegat, vt eos illæsus, quos dominus elegit, flores decerpas. K

Gregorius Ioanni episcopo Constantinopolitano. De Ioanne presbytero iniustè damnato.
Caput. C XV.

Epist. 15. S Icut hæreticorum prauitas zelo rectæ fidei compri-
menda, ita verę confessionis est integritas amplectenda. Nam si credi fideliter confitenti despicitur, cunctorum in dubium fides adducitur, atque errores ex incauta generantur districtione mortiferi. Et hinc non solum errantes oues ad caulas minimè dominicas reuocantur, sed etiam intrò positæ ferinis dentibus laniandæ crudeliter exponuntur. Hoc ergo frater sanctissime subtiliter perpendamus, vt sub prætextu hæresis affligi quempiam veraciter proficentem fidem catho- L
licam non sinamus: ne, quod absit, hæresim fieri sub emendationis magis specie permittamus. Valde autem mirati sumus, cur hi qui in causa fidei iudices contra Ioannem Chalcedonensis Ecclesiæ presbyterum a vobis fuerant deputati, negligentes veritatem, opinioni crediderint, & credere districtè profitenti noluerint: maximè dum accusatores ipsius Marcianistarum, quam commemorabant, hæresim, vnde eum reum moliebantur efficere: interrogati quæ esset, nescire se manifesta professione responderunt. Ex qua re euidenter agnoscitur, quia personam ipsius sine dei respectu non iustè, sed contra animas suas sola grauare voluntate tantummodo voluerint. Nos itaque facto concilio, sicut gestorum apud nos habitorum tenor ostendit, cuncta quæ erant necessaria subtiliter perscrutantes ac tractantes, quoniam in nullo antedictum presbyterum, reum inuenire potuimus, præcipuè quia libellus quem delegatis à vobis iudicibus obtulit: rectæ fidei per omnia sinceritati concordat: eapropter eorundem iudicum reprobantes sententiam, nostra eum diffinitione catholicum, & ab omni hæretico crimine liberum esse Christi dei redemptoris nostri misericordia & gratia reuelante denunciamus. Quem quoniam ad vestram transmisimus sanctitatem: oportet vt eum, sicut se cunctis exhibet, benignè suscipiat, & charitatem illi sacerdotalem impendat, atque à cuncta eum inquietudine tueatur, nec quenquam se in eius molestia occupare permittat: sed sicut alios ab oppressione defenditis, ita M
huic vestra subtrahere solatia non debetis.

Gregorius Mauricio Augusto. De Ioanne presbytero recipiendo iniustè damnato.
Caput. C XVI.

Epist. C Vm syncera in vobis Christianissime principum velut emissum celeriter iubar fidei rectitudo resplendeat: cumq́ue notum sit omnibus serenitatem vestrã, qua deo pollet propicio, integram professionem vehementer amplecti, & toto corde diligere: necessarium esse valde perspeximus pro his, quos vna eadémque fides illustrat, suggerendo deposcere: quatenus dominorum pietas sua eos gratia protegat, & ab omni molestia tueatur. Quorum dum confessionem quidam despiciunt, veræ fidei contradicere videntur. Nam cùm oris confessionem fieri clamet Apostolus ad salutem, qui rectæ confessioni credere non consentit: in eo quod alium improbat, se accusat. Relatis igitur in concilio, quæ contra Ioannem Chalcedonensis presbyterum Ecclesiæ acta sunt, simul & serie iudicati, maiorem illum iniustitiam sustinuisse cognouimus: quippe quem clamantem se atque monstrantem catholicum esse nouo reatus culpa, sed diu accusatio incerta contriuit. Intantum, quia accusatores ipsius, Marcianistarum, quam commemorabant hæresim se nescire, aperta responsione professi sunt. Et qui ilico in ipso fuerant iudicij limine repellendi, in accusatione

A cuſtione eius permanere incerti permiſsi ſunt: ſed ne dicta eũ ſaltem lacerare potuiſſet opinio, libellum fidei protulit, in quo ſe patenter oſtendere fidei rectæ profeſſorem ſtuduit & ſequacem. Sed hunc à ſanctiſsimo Ioanne fratre & coëpiſcopo noſtro iudices deputati, iniuſtè ac irrationabiliter negligentes, dum in eius ſe nituntur occupare grauamine, ſe potius reprehenſibiles oſtenderunt. Nam nullus ambigit, infidelitatem eſſe, fidem fidelibus non habere. Quia ergo omnibus ſubtiliter rimatis atque tractatis, catholicum ſupraſcriptum Ioannem presbyterum ſancti concilij mecum definitio diuinæ potentiæ reuelante gratia declarauit, nec quædam in ipſo hæreticæ macula prauitatis inuenta eſt: obſecro, vt pia ſerenitatis veſtræ protectio illæſum illum ab omni moleſtia ſeruari præcipiat, ne catholicæ fidei confeſſorem aliquam ſinat inquietudinem ſuſtinere. Nam veraciter confitenti non credere, non eſt hæreſim purgare, ſed facere. Quod ſi licuerit, ſurgit infidelitatis occaſio: & ipſi in eas quas incautè volunt euadere, culpas incurrunt. Hæc igitur ſereniſsimus dominus pia prouidentia conſideret: & ſicut popoſci profuſis iterum precibus rogo: vt affligi denuo innocentem velut obnoxium non permittat: quatenus deus omnipotens, qui placitam ſibi catholicæ rectitudinis integritatem clementiam veſtram amare cernit atque defendere: & hic deuictis hoſtibus pacatæ vos imperare reipublicæ, & cum ſanctis
B ſuis in æterna faciat vita regnare.

Gregorius Theotiſto cognato imperatoris. Commendat Ioannem presbyterum iniuſtè damnatum.
Caput. CXVII.

S Cimus excellentiæ veſtræ Chriſtianitatem bonis intentam ſemper operibus: & idcirco mercedis vobis cauſam qua nos diligere certum eſt, prouidemus, vt nos veſtris meritis prouidendo iungamur. Indicamus itaque vobis Ioannem presbyterum latorem præſentium liberum ab his quibus accuſatus fuerat extitiſſe. Cuius fidem facto cõſilio ſubtili examinatione, vt petiit, perſcrutantes, nullam in eo culpam prauæ confeſsionis inuenimus. Sed quia rectæ fidei deo miſerente profeſſor ac cultor apparuit, noſtra eum diffinitione abſoluimus. Præſertim cùm accuſatores ipſius, quæ eſſet Marciniſtarum quam commemorabant, hæreſim ſe neſcire profeſsi ſunt. Eapropter paterno ſalutantes affectu, quæſumus: vt fauoris veſtri eum gratia tueri dignemini. Et ne quiſquam illum fruſtra poſt hoc velit affligere, aut aliquam ei pro hac re quolibet modo moleſtiam irrogare: ita eum excellentiæ veſtræ defenſio contra hæc inſtantius pro ſua mercede protegat ac defendat, vt nec hunc amplius tribulatio iniuſta conſumat, & eius vobis vicem humani generis conditor ac redemptor, quem ſincera confeſsione colitis, inter bona plurima quæ agitis, recompenſet.

C Menſe Octobri. Indictione decimaquarta.

Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano. De vſu pallij. Caput. CXVIII.

Poſtolicæ ſedis beneuolentia, & antiquæ conſuetudinis ordine prouocati, fraternitati tuæ, quam in Syra-
A cuſana Eccleſia gubernationis officium conſtat ſuſcepiſſe, pallij vſum prouidimus concedendum, illis videlicet temporibus atque eo ordine, quibus deceſſorem tuum vſum eſſe non ambigis: hoc nihilominus admonentes, vt ſicut à nobis huius pallij vſum ad ſacerdotalis officij honorem accepiſſe te gaudes: ita etiam morum atque actuum probitate ad gloriã in Chriſto noſtram, ſuſceptum adornare contendas officium. Sic enim alterno eris inuicem honore conſpicuus, ſi ad huius corporis habitum mens quoque tua concordet. Omnia enim priuilegia, quæ tuæ pridem conceſſa eſſe conſtat Eccleſiæ noſtra auctoritate firmamus, & illibata decernimus permanere.

Gregorius Dominico epiſcopo Africano ſcribit, petens pro ſe orari. Caput. CXIX.

Piſtolarum veſtrarum plena ſacerdotali charitate elo-
E cutio, ita ſanctitatem veſtram memoriter noſtris facit mentibus inhærere, vt non credatur abeſſe corpore, quippe quæ per affectum ſemper manet in corde. Vt ergo hæc quam ad alterutrum habemus dilectio, cœleſtium nobis commodum acquirat gaudiorum: noſtri ſimus inuicem adiutores, & auxilium nobis orationis mutuæ porrigamus: quatenus diui- D
na miſericordia clementiæ ſuæ nobis dono concedat, & prædicare quod *diligit*, & ſequi hoc quod per nos prædicare conceſſit. Sicque officij noſtri miniſterium pietatis ſuæ protectione diſponat, vt fructum de creditis eidem venienti domino reportemus, & ad futura æquitatis præmia cum aliorum lucro eius adiuuante gratia perducamur. Quia verò ſcriptum eſt: Orate *Iaco. 5.*
pro inuicem, vt ſaluemini: vt ad hæc peruenire mereamur, & me pro vobis apud ſacratiſsimum beati Petri Apoſtolorum principis corpus: & vos pro me apud ſanctum Cyprianum martyrem orationibus decet incumbere. Preces etenim noſtræ tãto celerius in dominicæ pietatis aurem ſubleuantur: quanto eas viciſsim pro nobis fuſas charitatis ardor exacuit. Sed quia ſanctitas veſtra nudis me verbis alloqui recuſat: epiſtolis quoque xenia coniunxit. Quæ nos cum gratiarum actione ſuſcepimus, ſed tamen plus mentis veſtræ affectu, quàm rerum copia delectamur.

Gregorius Cypriano diacono. Præcipit adiutorium impendere Ioanni epiſcopo. Caput. CXX.

Icut dilectio tua ſtudioſè laborauit pro perſona fra-
S tris & coëpiſcopi noſtri Ioannis, vt in Syracuſana Ec- *Epi. 20.*
cleſia auctore deo debuiſſet ordinari: ita nunc neceſſe eſt vt per dilectionis tuæ ſtudia ei quoque regiminis ſolatia mi- E
niſtrentur. Quendam enim presbyterum proprium habuiſſe perhibet, qui tamen à fratre & coëpiſcopo noſtro Leone in Catinenſi Eccleſia dicitur ordinatus: & quia in nouam Eccleſiam vadit, & ſuos illic proprios homines habere neceſſe eſt: vt cùm cauſarum tumultibus premitur, in ſecreto ſuo inueniat vbi requieſcat: prædicto fratri & coëpiſcopo noſtro Leoni blandè & leniter perſuadere debes, vt ei præfatum presbyterum cedere debeat, ne quem tam benignus ad ordinandum ceſsit, ordinatum deſtituere fortaſſe videatur. Sed ſicut idem frater & coëpiſcopus noſter Ioannes, quantum ego in eius mente didici, eius ſe eſſe archidiaconum, nec ob epiſcopatum ſuſceptum obliuiſcitur, ita eum ſæpefatus frater & coëpiſcopus noſter Leo ſuum proprium debet attendere: & non ſolum de vnius perſona preſbyteri, ſed in quacunque re eius ſolatio indiguerit, ſua ei miniſtrare auxilia.

Menſe Nouembri. Indictione decimaquarta.

Gregorius Petro epiſcopo Hydrontino viſitatori Brunduſij & Gallipolenſi. Caput. CXXI.

Aſtoralis nos cura conſtringit Eccleſiis ſacerdotis
P moderamine deſtitutis, ſollicita conſideratione pro- *Epiſt. 21.*
ſpicere, ne proprio decedente rectore, contrarium, quod abſit, aliquid patrum regulis oriatur. Quia igitur Eccleſias Brunduſij Lippias atque Gallipoli, obeuntibus earum pontificibus, omnino deſtitutas agnouimus, ideirco fraternitati tuæ viſitationis earum operam duximus iniungendam. Quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouectionibus clericorum, reditu, ornatu, miniſteriiſque, vel quicquid illud eſt in patrimonio earum, à quoquam patiaris imminui. Et ideo fraternitas tua ad prædictas Eccleſias ire properabit, & aſsiduis adhortationibus clerum plebémque earundem Eccleſiarum admonere feſtinet: vt remoto ſtudio, vno eodemque conſenſu tales ſibi præficiendos expetant ſacerdotes, qui & tanto miniſterio digni valeant reperiri, & à venerandis canonibus nullatenus reſpuantur. Qui dum fuerint poſtulati, cum ſolennitate decreti omnium ſubſcriptionibus roborati, & dilectionis tuæ teſtimonio literarum ad nos veniant conſecrandi: prouiſurus ante omnia ne ad hoc cuiuſlibet conuerſationis ſeu meriti laicæ perſonæ aſpirare præſumant, & tu periculum ordinis tui, quod abſit, incurras. Monaſteria autem ſi qua ſunt in earum parœcia conſtituta ſub tua cura diſpoſitioneque, quouſque illic fuerit proprius epiſcopus ordinatus, eſſe concedimus: vt ſollicitudinis tuæ vigilantia propoſito ſuo congrua, deo adiuuante, actione reſpondeant.

Menſe Ianuario. Indictione decimaquarta.

Gregorius Petro epiſcopo Alexandriæ de Corſica. De baptiſterio faciendo in poſſeſſione Cellaſcupias. Caput. CXXII.

G Voniam in insula Corsica in loco Nigeuno in possessione quę Cellasscupias appellatur, iuris sanctę Romanæ, cui deo adiutore deseruimus, Ecclesiæ, basilicam cum baptisterio in honorem beati Apostolorum principis Petri, atque Laurentij martyris pro lucrandis animabus fundari præcepimus, idcirco fraternitatem tuam his horcamur affatibus: quatenus prædictum locum debeat incunctanter accedere, & venerandæ solennia dedicationis impendens, prædictam Ecclesiam & baptisterium solenniter cõsecrare te volumus. Sanctuaria verò recepta sui cum reuerentia collocabis.

Epist.22.

Gregorius Anthemio subdiacono. De Pigmenio Amalphicano episcopo.

Caput. CXXIII.

Epi.23. Cau.7. q.1. Peruenit.

P Eruenit ad nos Pigmenium Amalphicanę ciuitatis episcopum in Ecclesia sua residere non esse cõtentum: sed foris per diuersa loca vagari: quod videntes alij nec ipsi in castro se retinent, sed ipsius exemplum sequentes, foris magis eligunt habitare. Et quia agentes ipsi potius ad suam hostes deprædationem inuitant: idcirco hac tibi auctoritate precipimus, vt supradicto episcopo interminari non desinas, quatenus hoc de cætero facere non præsumat, sed in Ecclesia sua sacerdotali more resideat. Quem si forte non emendari post tuam interminationem cognoueris, in monasterio eum deputare, &
H nobis curabis modis omnibus indicare, vt quid facere debeas, nostra iterum præceptione cognoscas.

Gregorius Mariano episcopo Rauennæ. De disceptatione inter Ecclesiam Rauennatem, & Claudinum abbatem. Commemorat dubias quoque causas Romæ determinandas. Cap. CXXIIII.

Epist.24.

Cripta fraternitatis vestræ Vigilio diacono deferente suscepimus, in quibus indicastis quosdam de clero
S & populo clamitasse, contra leges & canones esse, vt inter Ecclesiam vestram & Claudinum abbatem causa hic examinari debeat ac iudicari. Qui si Ecclesiasticum ordinem, vel inter quos vertitur, nossent aduertere, se à superflua querela modis omnibus abstinerent, præsertim quia nec causa dici illic possit, vbi se prædictus abbas à decessore vestro questus est iniustitiam pertulisse, & ex ea hactenus laborare. Hoc enim poterat fortasis opponi, si non ad maiorem recurreret, & apud eũ causæ suæ peteret meritum terminari. Nũquid non ipse nosti quia in causa quæ à Ioanne presbytero contra Ioannem Constantinopolitanum fratrem & coëpiscopum nostrum orta est: secũdum canones ad sedem Apostolicam recurrit, & nostra est sententia definita? Si ergo de illa ciuitate vbi princeps est, ad nostram causa cognitionem deducta est, quanto magis negotiũ quod cõtra vos est, hic est veritate cognita terminandum? Vos autem
I ibi stultorum verba non moueant, nec per nos credatis aliquod dispendium Ecclesiæ vestræ fieri. Nam si seruum dei diaconum vestrum atque Castorium notarium nostrum requiretis, ab eis agnoscetis qualiter causam istam iam decessor vester voluerit ordinare. Fraternitas autem vestra sapienter egit personas pro negotio ipso transmittere, & verba inania non audire. Confidimus autem in omnipotenti deo: quia examinata subtilius veritate, ita deo placitus huic causæ finis imponetur, vt nec aliqua denuo querela remaneat, nec pars quælibet contra iustitiã prægrauetur. Spartam verò quam apud decessorem vestrum dilectissimus filius noster Petrus diaconus tunc illic defensor reliquerat, nobis per Secundinum seruum dei, atque Castorium notarium præsentium portitores transmittite.

Gregorius Maximo in Salona, qui episcopatum arripuit. Præcipit vt humiliatus Romam veniat, & Paulino episcopo & Honorato archidiacono amplius vim non inferat. Caput. CXXV.

Epist.25.

Vm scriptis nostris quæsitis quibusdam excusatio-
D nibus differs obedientiam exhibere, dum pro veritatis satisfactione totiẽs à nobis admonitus venire postponis, iis quæ aduersum te dicta sunt, fidem ex hoc magis accõmodas, & vel si qua alia deesse videbantur quæ grauent aut noceant, id agis vt sola te dilatio faciat & accuset esse culpabilem. Humiliare tandem, & obedientiæ te submitte, atque ad nos sine K excusatione aliqui venire festina, vt requisita & cognita veritate, secundum dei timorem, quicquid æquum canonicúmque fuerit, decernatur. Certus enim esto: quia iustitiam tibi, & canonum statuta seruabimus, atque causæ tuæ reuelante domino veritatis auctore amicum iustitiæ finem imponemus. Nam *Cau.2.* quod ais vt illic personam dirigere debeamus, qua præsente de *Quæ.6.* his quæ dicuntur, possit esse probatio: esset vtcúnque excusabile si vnquam ratio ei qui accusatur, necessitatem probationis imponeret. At postquam non tibi sed accusantibus hoc onus imponitur, ad nos, sicut præfati sumus, dilatione cessante venire non desinas: & aut sine mora aderit accusator, qui ea quæ de simoniaca hæresi vel aliis dicta sunt, congruenti probatione suffulciat, aut certè in his quæ ad salubritatem negotij ipsius pertinent, interueniente beato Petro Apostolorum principe, dispẽsatio iusta præueniat, quatenus nulla ante deum dissimulatione pro eo quòd hæc ad nostram conscientiam peruenêre, reatus culpa possit confundere. Quod verò indicas serenissimos dominos, vt illic debeat esse cognitio, præcepisse: nos quidem nullas eorum alias de hac re, nisi vt ad nos venire debeas, iussiones accepimus. Sed & si forsitan pro reipublicæ suæ vtilitate, quæ diuina sibi largitate concessa est, multa cogitantibus, & in diuersis sollicitudinibus occupatis suggestum est, & eorum iussio per obreptionem elicita, postquam & nobis & omnibus notum est piissimos dominos disciplinam diligere, & L ordines seruare, canones venerari, & in causis se sacerdotalibus non miscere, instanter exequimur quod & illorum iuuat animam atque rempublicam, & ad quod nos terribilis tremendique iudicis respectus impellit. Quiesce ergo à cunctis excusationibus, & huc adesse non differas, vt veritatis indagatione roborati, causæ tuæ tandem terminus imponatur. Quòd autem valde te pertimescere, ac omnino trepidare cognouimus, ne hoc fortasse in te vlciscamur quòd sine nostro consensu ad sacerdotalem ordinem cognoscens inordinatè prorupisse, intolerabilis quidem culpa est, sed hanc secundum iussiones serenissimi domini imperatoris, si nequaquam amplius in contumaciæ tuæ errore perstiteris, laxamus, atque de hac re contra te minimè mouemur. Sed & alia quæ nobis dicta sunt irrequisita præterire non patimur. Quia verò dudum scripta tibi transmisimus, vt quoadusque voluntatem eiusdem serenissimi domini cognoscceremus, missarum solennia nullo modo celebrare auderes: sed tu elata mente egisti callidè ne eadem scripta susciperes: quæ tamen eorum esset sententia, quoquo modo cognouisti, sed seruare noluisti: ideo ea quæ tibi prius scripta trãsmisimus confirmamus, vt missarum solennia celebrare nõ audeas, donec omnia quæ contra te dicta sunt, subtiliter inquisita fuerint ac discussa. Qui si peruerso forsitan ausu celebrare præsumpseris, ab interdictæ pridem communionis interminatione M liberum te non esse cognoscas. Nam etiam si alij excessus desiunt, pro ista solummodo culpa superbiæ, dominici te corporis ac sanguinis communione priuamus. Pro qua re obedientiã quam decet exhibens, ad nos summopere, sicut diximus, venire festina, ita vt triginta dierum spatium habeas, quatenus iter tuũ præpares, & omni excusatione postposita, huc adesse non differas. Si qua autem à iudicibus, vel manu militari, vel à populo ad contradicendum itineri tuo occasio fuerit exorta, qua calliditate agatur, agnoscimus. Ipse ergo videas quam vel hic hominibus, vel in futuro iudicio omnipotenti deo de ma reddas obligatione rationem, qui districtam in te ex tuo contemptu pronocasti sententiam. Præterea peruenit ad me: quia Paulinus frater & coëpiscopus meus, & Honoratus Ecclesiæ Salonitanæ archidiaconus pro eo quòd præsumptioni tuæ noluerunt præbere consensum, graues à te molestias patiantur, ita vt datis fideiussoribus sint constricti, quatenus eis ciuitatem vel domos suas egredi omino non liceat. Quod si ita est, vel serò iam ad sensus salutis rediens, scriptis presentibus acceptis, ab vtrorumque te suspende molestia, vt eis libera sit licentia, vel ad me veniendi, si voluerint, vel quomodolibet alibi pro suis vtilitatibus proficisci.

Gregorius dilectissimis filiis, clero & nobilibus Salonæ consistentibus. Caput. CXXVI.

Peruenit

A Peruenit ad me quosdam peruersæ mentis homines vt
P dilectionis vestræ animos vulnerarent, vobis insinuare conatos: quia ego contra Maximum quodam odio mouear, & non magis quæ canonica, sed ea quæ foris sunt exequi concupiscam. Sed absit hoc, absit à sacerdotali animo, vt in qualibet causa priuato zelo moueatur. Ego autem & vestræ dilectioni prouidens, & meæ animæ omnipotentis dei iudicium pertimescens, eiusdem Maximi causam subtiliter exquiri desidero, si nullis criminibus pressus quæ sacro ordini contradicunt, si non per simoniacam hæresim, id est, præmia quibusdam se eligentibus præbendo, ad sacerdotale pertingere officium conatur. Tunc enim liber pro vobis apud dominum intercessor erit, si non obligatus de suis ad locum intercessionis venerit. Cuius tamen culpa superbiæ in aperto monstratur, q̃ euocatus vt ad nos venire debeat, diuersis excusationibus renititur, refugit, metuit. Vnde ergo trepidat, si eum de his in quibus infamatus est, conscientia non accusat? Ecce enim iam diu dilectio vestra sine pastore est, & sicut vobis omnipotens deus innotescat, vehementer destitutioni vestræ, & medullitus, & toto corde compatior. Audio enim quæ in grege domini dilacerationes fiant. Sed cùm pastor deest, quis contra lupos inuigilat? Ideoque prædictum Maximum, vt huc ad nos veniat vrgete, quatenus si hunc innocentem inuenire possimus, confirmemus. Sin verò ea quæ de eo dicta sunt, vera patuerint, non
B iam tam diu dilectio vestra per interpositionem personæ eius destituta sit. De me enim certum tenete: quia nec odio, nec priuati studij zelo contra eum mouear, sed quicquid canonicum, iustumque fuerit, auctore deo decerno. Miratus autem valde sum: quia in tanto Salonitanæ Ecclesiæ clero vel populo vix
ver. 1. im. 93. duo ex sacris ordinibus inuenti sunt, frater scilicet & coëpiscopus noster Paulinus, & dilectissimus filius meus Honoratus archidiaconus eiusdem Ecclesiæ, qui communicare Maximo sacerdotium rapienti, minimè consentirent, & se Christianos esse cognoscerent. Debuistis enim filij charissimi pensare ordines vestros, & quem sedes Apostolica repellebat, repulsum cognoscere, vt prius si posset ab illatis criminibus mundaretur, & tunc ei vestra dilectio communicaret, ne particeps obligationis eius existeret. Nos tamen erga charitatem vestram visceribus pietatis adstringimur: & quia quosdam violenter pressos ad consentiendum ei, & ad communicandum cognouimus, omnipotentem dominum deprecamur, vt vos ab omni reatu peccatorum vestrorum atq; ab omnibus vinculis alienæ obligationis absoluat, vobisque & in præsenti vita suæ protectionis gratiam tribuat, & nos de vobis in æterna patria gaudere concedat.

Mense Martio. Indictione.xiiij.

Gregorius Candido episcopo de vrbe veteri maiore. De presbyteris ordinandis.

Caput. CXXVII.

C Ndicauit nobis fraternitas tua se non habere presbyteros, & ex hac causa necessitatem non modicam sustinere. Et quia in quibusdam monasteriis in sua parœcia constitutis quosdam esse monachos perhibet qui ad hoc apti possint esse officium, & eos secum nostra auctoritate ad hunc postulat ordinem promoueri: propterea præsentibus vobis licentiam damus epistolis, monachos de monasteriis in tua parœcia positis cum consensu abbatis sui tollere, & presbyteros ordinare. Sed illud præ omnibus estote solliciti, vt vitam actúsque horum qui in hoc sunt officio constituendi, subtiliter debeatis inquirere, & tunc eos si digni fuerint ordinare. Si verò aliqua in eis culpa cælauerit, quæ hos ad hunc ordinem canonica prohibitione prouehi non permittat, nullius vobis supplicatio aut gratia personæ surrepat; vt talibus debeatis manum imponere, ne, quod absit, hic honor, & illis pœna, & vobis incipiat esse peccatum.

Gregorius Mariano episcopo Rauennæ. De importunitate clericorum in monasterio.

Caput. CXXVIII.

Iramur cur sic in breui fraternitatis tuæ fuerit immutata discretio, vt ea quæ postulat, non aduertat: ex qua re dolemus: quia manifestum præbet indicium plus apud te verba malè suadentium valuisse, quàm diuinæ lectionis studium profeciſſe. Cùm ergo monasteria oporteat defensare, & religiosos illic summopere congregare, vt lucrum de animarum congregatione possis efficere, in eorum te è diuerso grauamina, sicut literæ tuæ testantur, desideras exercere: & quod est deterius, nos tuæ culpæ studes fieri debere participes, scilicet, dum cum nostro consensu monasterium quod decessor tuus condidit, cupis sub quarundam rerum atque causarum nomine prægrauare. Debes enim recolere: quia te præsente, diuersis etiam presbyteris & diaconis clericisque tuis præsentibus, contra ipsius præceptum sicut postulauere concessimus. Vbi tamen eiusdem decessoris tui dispositio, quam fecerat de monasterio ipso, firmata est, tu nunc ista dissimulans, contraria nos poscis debere præcipere. Et hæc quidem scimus non tua sunt, sed dum incongrua dicentes audire non renuis, non solum opinionem tuam, sed grauas & animam. Quia ergo te multum diligo, instanter admoneo, quod sic rectè consideres vt non plus pecuniæ quàm animabus studeas. Illud à latere respiciendum est, ad hoc autem tota mentis intentione laborandum ac vehementius inuitendum. Huic rei operam & sollicitudinem vigilanter impende: quia redemptor noster à sacerdotis officio non quærit aurum, sed animas. Præterea peruenit ad nos: quia monasteria quæ sub fraternitate tua sunt constituta, clericorum importunitatibus, & diuersis eorum molestiis prægrauentur: quod ne decætero fiat, districta hoc interminatione compesce, quatenus monachis illic degentibus liberè in dei nostri laudibus liceat exultare. Romanum verò atque Dominicum clericos, qui de hac vrbe ausu temerario sine nostra præsumpserunt benedictione decedere, licèt maiori fuerint vtione plectendi, tamen relaxari eis benignitatis studio debet, vt ad suum remeare officium videantur. D E

Suprascripto mense Aprili. Indictione.xiiij.

Gregorius Secundino seruo dei non aparibus. De pace Agilulfi, & Mariniano episcopo increpando. Caput. CXXIX.

P Ostquam reuertens Castorius omnia nobis quæ inter vos & Arnulphum regem acta sunt indicauit, ne excusationem contra nos de mora potuisset aliquis inuenire, sub omni eum celeritate illuc transmittẽdum præuidimus. Ab eo ergo quæ sunt agenda cognoscens, esto sollicitus, & omnimodo immune, vt pax ista debeat ordinari: quia, quantum dicitur, aliqui hoc impedire conantur, pro qua re festina sollicitè agere, vt labor vester sine effectu non valeat remanere. Nam iam & partes istæ, & diuersæ insulæ in graui sunt periculo positæ. Fratrem nostrum Marinianum episcopum verbis quibus vales excita: quia obdormisse eum suspicor. Nam venerunt quidam ad me senes mendicantes, qui à me discussi sunt à quibus quid acceperint, & per singula retulerunt quanta eis & à quibus in itinere data sunt. Quos dum sollicitè de prædicto fratre requirerem quid eis dedisset, responderunt se eum rogasse, sed ab eo se omnino nihil accepisse, ita vt neque panem in via acceperint, quod dare omnibus illi Ecclesiæ semper familiare fuit. Dixerunt enim. Respondit nobis dicens: Non habeo quod vobis dare possim. Et miror si is qui vestes habet, argentum habet, cellaria habet, quod pauperibus debeat dare, non habet. Dic ergo ei, vt cum loco mutet & mentem. Non sibi credat solam lectionem & orationem sufficere, vt remotus studeat sedere, & de manu minimè fructificare: sed largam manum habeat, necessitatem patientibus concurrat, alienam inopiam suam credat: quia si hæc non habet, vacuum episcopi nomen tenet. Quædam verò eum per epistolam meam de anima sua admonui, sed nihil mihi omnino respondit. Vnde credo quia eam neque legere dignatus est. Pro qua re iam necessarium non fuit, vt eum per epistolam meam admonere aliquid debuissem, sed tantum illa scripsi, quæ in causis terrenis consiliarius dictare potuit. Nam ego ad hominem non legentem fatigari in dictatu non debui. Tua ergo dilectio secretò ei omnia loquatur, & admoneat qualiter se disponere debeat, ne per præsentem negligentiam vitam, quod absit, priorem perdat. E F

Gregorius fratribus & coepiscopis, sacerdotibus, leuitis, & omni

G *& omni populo Rauennæ. Excommunicat quẽdam qui nocte conteſtationem poſuit.*

Caput. CXXX.

Epiſt.30. VIdam maligni ſpiritus conſilio repletus, contra Caſtorium notarium ac reſponſalem noſtrum nocturno ſilentio in ciuitatis loco conteſtationem poſuit in eius crimine loquentem, mihiq́ue etiam de facienda pace callidè contradicentem. Et quia quiſquis veraciter loquitur, ſemetipſum innoteſcere non debet formidare, oportet vt publicè exeat, & quæque in conteſtatione ſua loqui præſumpſit oſtendat: quòd ſi non exierit, neque publicè confeſſus fuerit, quiſquis ille ſit qui hoc agere præſumpſit, vel conſenſum in tantæ iniquitatis conſilio præbuit, ex dei & domini noſtri Ieſu Chriſti ſpiritu definimus, vt ſancti eius corporis ac ſanguinis participatione priuatus ſit. Si verò quia latet, & quoniam neſcitur, teneri à diſciplina non valet, tanti mali conſcius, etiam prohibitus corpus ac ſanguinem domini percipere præſumit, anathematis vltione percuſſus ſit, vt fallax ac peſtifer à ſanctæ Eccleſiæ corpore ſit diuiſus. Si quis autem fortaſſe talis eſt, quem nos huius facti actorem ac participem eſſe ſcientes, ad eum bona optantes, Epiſtolas tranſmittamus, ipſa pro eo apud omnipotentem dominum deprecatio ſit vacua. Sinautem in eadem ciuitate egreſſus ad publicum potuerit docere quæ dixit, vel certè ſciens ſe
H non poſſe quæ ſcripſit oſtendere, errorem ſuum fuerit apertè confeſſus, dominici corporis ac ſanguinis participatione non ſit priuatus, neque à corpore ſanctæ Eccleſiæ alienus exiſtat: quia nos apud omnipotentem dominum ex noſtris quotidie culpis agnoſcimus, vt quatenus ſeruato diſciplinæ moderamine, aliorum tamen erratis parcendo indulgeamus.

Menſe Aprili. Indictione. xiiij.

Gregorius Fortunato epiſcopo Neapolitano. De Iudæis & de mancipiis ab eis comparatis.

Caput. CXXXI.

Epiſt.31. Raternitati veſtræ ante hoc tempus ſcripſimus, vt hos
F qui de Iudaica ſuperſtitione ad Chriſtianam fidẽ deo aſpirante venire deſiderant, dominis eorum nulla eſſet licentia venundandi, ſed ex eo quo volũtatis ſuæ deſiderium prodidiſſent, defendi in libertatem per omnia debuiſſent. Sed quia quantum cognouimus, nec voluntatem noſtram, nec legum ſtatuta ſubtili ſcientes diſcretione penſare, in paganis ſeruis hac ſe non arbitrantur conditione conſtringi, fraternitatem veſtram oportet de his eſſe ſollicitam: & ſi de Iudæorum ſeruitio non ſolum Iudæus, ſed etiam quiſquam Paganorum fieri voluerit Chriſtianus, poſtquam voluntas eius fuerit patefacta, ne hunc ſub quolibet ingenio vel argumento cuipiam Iudæorum venundandi facultas ſit, ſed is qui ad Chriſtianam conuerti fidem deſiderat, defenſione veſtra in libertatem modis omnibus vendicetur. Hi verò quos huiuſmodi oportet ſeruos amitte-
I re, ne forſitan vtilitates ſuas irrationabiliter æſtiment impediri, ſollicita vos hæc conuenit conſideratione ſeruare, vt ſi Paganos quos mercimonij cauſa de externis finibus emerint, intra tres menſes dum emptor cui vendi debeant non inuenitur, fugere ad Eccleſiam forte contigerit, & velle ſe fieri dixerint Chriſtianos, vel etiam extra Eccleſiam hanc talem voluntatem prodiderint, precium eorum à Chriſtiano ſcilicet emptore percipiant. Si autem poſt præfinitos tres menſes quiſquam huiuſmodi ſeruorum velle ſuum edixerit, & fieri voluerit Chriſtianus, nec aliquis eum poſtmodum emere, nec dominus qualibet occaſionis ſpecie audeat venundare, ſed ad libertatis procul dubio præmia perducatur: quia hunc non ad vendendũ, ſed ad ſeruiendum ſibi intelligitur reſeruaſſe. Hæc igitur omnia fraternitas veſtra ita vigilanter obſeruet, quatenus ei nec ſupplicatio quorundam valeat, nec perſona ſurrepere.

Parte.1. diſtin.54. Fraternitatem.

Gregorius Leoni epiſcopo Cathinenſi. De Samaræis qui Paganæ mancipia emerunt & circumcidunt.

Caput. CXXXII.

Epiſt.32. Es ad nos deteſtabilis & omnino legibus inimica peruenit, quæ
R ſi vera eſt, fraternitatem veſtram vehementer accuſat: quia eam de minori ſollicitudine probat eſſe culpabilem. Comperimus autem quòd Samaræi degentes Cathinæ pagana mancipia emerint, atque ea circumcidere auſu K temerario præſumpſerint. Atque idcirco neceſſe eſt, vt omnimodo zelum in hac cauſa ſacerdotalem exercens, cum omni hoc vinacitate ac ſollicitudine ſtudeas perſcrutari: & ſi ita repereris: mancipia ipſa ſine mora in libertatem modis omnibus vindica, & Eccleſiaſticam eis tuitionem impende, nec quicquam dominos eorum de precio quolibet modo recipere patiaris, qui non ſolum hoc damno multandi, ſed etiam alia erant pœna de legibus feriendi.

Gregorius Caſtorio Notario. De vſu pallij ſecundum morem antiquum Andreæ epiſcopi.

Caput. CXXXIII.

Epiſt.33. Ir magnificus dominus Andreas * crebrò mihi immi-
V net de vſu pallij ſecundum antiquam conſuetudinem in Rauennati Eccleſia reſtituendo. Et ſcis quia Ioannes epiſcopus mihi ſcripſerit, quòd in litaniis ſolennibus conſuetudo fuit eiuſdem Eccleſiæ, epiſcopos vti pallio. Huius Eccleſiæ diaconus Adeodatus cùm me pro eadem cauſa fortiter rogaret, iureiurando ſatisfecit: quia quater in anno vti in litaniis pallio eiuſdem loci epiſcopi ſolebant. Prædictus dominus Andreas in epiſtolis ſuis dicit: quia præterquam in quadrageſima, omni tempore Rauennas epiſcopus in litaniis pallio vtebatur. Et ipſas aſſerit litanias ſolennes, quas non erubeſcit L dicere quotidianas. Vnde omnino miratus ſum. Sed tua experientia nullius perſonam, nullius verba conſideret, ſolum dei timorem & rectitudinem ante oculos habeat, & ſeniores perſonas, & eiuſdem Eccleſiæ archidiaconum, quem non ſuſpicor pro alterius honore periurare, & alios antiquiores qui in ſacris ordinibus ante Ioannis epiſcopi tempora fuerant, requirat, vel ſi qui maturiores ſunt extra ſacros ordines, & veniant ante corpus ſancti Apollinaris, & tacto eius ſepulchro, iurent, quæ conſuetudo ante Ioannis epiſcopi tempora fuerat: quia ſicut ſcis, idem vir multum præſumptor extitit, & multa ſibi per ſuperbiam conabatur arrogare. Et quicquid à fidelioribus viris & grauibus iuratum fuerit, ſecundum indiculum qui ſubter annexus eſt, hoc volumus in eadem Eccleſia conſeruari. Sed vide ne negligenter agas, ne quis fidem tuam aut deuotionem tuam in hac cauſa corrumpat: zelum enim tuum ſcio, age ſollicitè, ita tamen vt prædicta Eccleſia contra iuſtitiam non grauetur, ſed vſus qui ante Ioannis epiſcopi tempora extitit, ei conſeruetur. Perſonas autem non duas vel tres ad ſatisfaciendum tibi, ſed quantas antiquiores & grauiores inueneris require, vt neque quod vſus fuit antiquior eiuſdem Eccleſiæ denegemus, neque quod nouo auſu appetitum eſt, concedamus. Sed omnia age blandè & dulciter, vt actio tua diſtricta ſit, & lingua mitis. Spatam quę illic dimiſſa eſt, ſicut iam pridem ſcripſimus, tecum reuoca, & hoc quod tibi filius noſter Bonifacius diaconus, & vir magnificus Maurentius chartularius ſcripſit, ſollicitè attende. M Iuro ergo per patrem & filium & ſpiritum ſanctum, inſeparabilem diuinæ potentiæ trinitatem, & hoc corpus beati Apollinaris martyris, me pro nullius fauore perſonæ, neque commodo aliquo interueniente teſtari, ſed hoc ſcio & per memetipſum cognoui: quia ante tempora Ioannis quondam epiſcopi Rauennas epiſcopus præſente Apocriſario ſedis Apoſtolicæ illo atque illo, illis & illis diebus conſuetudinem vtendi pallio habuit, & non cognoui quia hoc latenter vel abſente Apocriſario vſurpaſſet.

** al. Quantam dominus Andreas.*

Gregorius Anthemio ſubdiacono. De receptione captiuorum. Caput. CXXXIIII.

Epiſt.34. Vantus dolor, quantaq́ue ſit noſtro cordi afflictio de
Q his quæ in partibus Campaniæ contigerunt, dicere non poſſumus, ſed ex calamitatis magnitudine potes ipſe cognoſcere. Ea de re pro remedio captiuorum qui tenti ſunt, ſolidos experientiæ tuæ per horum portitorem Stephanum virum magnificum tranſmiſimus, admonentes vt omnino debeas eſſe ſollicitus, ac ſtrenuè peragas, & liberos homines quos ad redemptionem ſuam ſufficere non poſſe cognoſcis, tu eos feſtines redimere. Qui verò ſerui fuerint, & dominos eorum ita pauperes eſſe compereris, vt eos redimere non aſſurgant,

A assurgant, & hos quoque comparare non desinas. Pariter etiam & seruos Ecclesiæ qui tua negligentia perierunt, curabis redimere. Quoscunque autem redemeris, subtiliter nota quæ nomina eorum, vel quis vbi maneat, siue quid modis omnibus, seu vnde sit continuò facere studebis, quam tecum possis afferre cum venoris. Ita autem in hac te re studiosè exhibere festina, vt ij qui redimendi sunt, nullum te negligente periculum possint incurrere, & tu apud nos postea vehementer incipias esse culpabilis. Sed & hoc quàm maximè age, vt si fieri potest, captiuos ipsos minori possis precio comparare. Substantiam verò sub omni puritate atque subtilitate describe, & ipsam nobis descriptionem cum celeritate transmitte.

Mense Maio. Indictione.xiiij.

Gregorius Secundino episcopo Zaronæ. De Syncero latore præsentis epistolæ.
Caput. CXXXV.

T legum ratio, & æquitas admonet naturalis, vt quis-
E quis hæreditatem aut renuit, aut parentum successione se abstinet, hæreditaria non habeat onera sustinere. Quia ergo Syncerus lator præsentium Hilarium socerum suum omnino inopem defunctum innotuit, & vxorem suam filiamque ipsius in qualibet re eius se substantiæ minimè miscuisse, & ad persoluendum paternum debitum eam ab eius credi-
B toribus queritur perurgeri, idcirco fraternitas vestra diligenter inquirat, & si ea quæ ait, veritate subsistunt, sacerdotalem illis studeat tuitionem impendere, nec eos contra rationis ordinem vexari, aut damnum permittat aliquod sustinere. Nam valde durum est, vt vnde nullum sensit commodum, sustineat iniustè dispendium. Supradictus autem portitor, si huc cum vxore sua venire voluerit: quia illic se dicit non posse subsistere, vestris propter deum solatiis potiantur, nec cuiusquam eos illic aduersitas pro sua tantum voluntate retineat, aut eis irrationabiliter molestus existat, sed liberam habeant quò voluerint eundi licentiam, quatenus viuendi subsidium alibi saltem deo largiente reperiant.

Mense Iunio. Indictione.xiiij.

Gregorius Columbo episcopo Numidiæ. De Petro quodam episcopo, & de Donatistis.
Caput. CXXXVI.

Cripta fraternitatis vestræ sacerdotali plena dulcedi-
S ne præsentium portitore Rogitano diacono deferente suscepimus. Et valde nos eorum lætificauit benigna locutio. Præsertim, quia per ea de vestra, quod desiderij nostri est, incolumitate cognouimus. Deuotionem verò sanctitatis vestræ & olim nouimus, & nunc sicut scribitis sic habemus. Nam qualis erga nos sinceritas fraternitatis vestræ sit, satisfa-
C ctione non egemus: quia eam ex mentis nostræ, quæ circa vos est, dilectione cognoscimus. Suprascripto autem latori quem nobis epistolariter commendastis, scripta ad rectorem patrimonij Siciliæ dedimus, vt aduersam partem facere quæ iusta sunt vrgeat, quatenus frustratoria excusatione postposita, ad finem citius perducatur totius causæ contentio. Indicamus itaque sanctitati vestrę venisse ad nos quendam hominem Petrum nomine, qui se asserit fuisse episcopum, atque causæ suæ à nobis remedium postulasse. Et prius quidem retulit quæ digna esse miseratione potuissent, sed requirentes, postea multo aliter quàm indicauit inuenimus, & vehementer nos eius actio contristauit. Sed quia causæ ipsius interna subtiliter nequaquam addicere tam longo itineris interuallo disiuncti potuimus, eam, incerti quippe, definire nequiuimus. Nunc verò quoniam remeans supradictus diaconus secum eum relaxari popposcit, & ipse ad vos se petiit debere transmitti, scientes sanctitatem vestram, zelum, sicut decet, fidei, & amorem debere iustitiæ, nobis gratum fuit, & ea quæ petiuerunt concessimus. Quia ergo præsentes causam subtilius potestis scire, hortamur vt eidem Petro ita seruare quicquid iustum canonicumque fuerit debeatis, quatenus & rectitudinis vigor à vobis in omnibus impleatur, & causa ipsius secundum dei timorem & Ecclesiæ videatur regulas iudicata. Si quis verò conscius vel particeps præfato Petro in his quæ accusatur, dicitur exitisse, subtiliter requirendum est, & veritate cognita, similiter canonicè iudicandum. D Præterea res ad nos omnino dura, & rectæ fidei inimica peruenit: quia, quod dici nephas est, catholici homines & religiosi, quod est deterius, filios mancipiaque sua, vel alios quos in potestate habent, in Donatistarum hæresi baptizari consentiunt, & ideo si verum est, fraternitas vestra hoc summopere studeat emendare, quatenus sinceritas fidei vestra sollicitudine intemerata consistat, & innocentes animæ quę catholico baptismate saluari poterant, hæreticorum infectione non pereant. Quisquis ergo de his personis quas superius commemorauimus, quemquam suorum apud Donatistas passus est baptizari, ad catholicam eos fidem omni virtute omnique instantia studeat reuocare. Si quis verò talium decætero hoc fieri de suis qualibet excusatione pertulerit, à clero sit modis omnibus alienus.

Gregorius Anthemio subdiacono. Alexandriam relictam Vincomali commendat.
Caput. CXXXVII.

Vanto viduæ bene viuentes virorum sunt solatio *Epist. 37.*
Q destitutæ, tanto eis enixius Ecclesiastica est impendenda tuitio. Atque ideo huius tibi præcepti pagina deputamus, quatenus Alexandriæ magnificæ fœminæ relictæ quondam Vincomali omni instantia omnique sollicitudine, vbi necesse fuerit, seruata scilicet æquitate, tuitionem festines impendere, atque eius vtilitatibus studiosè concurrere, nec E
eam à quoquam vexari permittas, aut molestiam sustinere, sed ita, sicut prædiximus, vbi causa popposcerit, ope tuæ sollicitudinis potiatur, vt nullus se in afflictione oppressioneque ipsius te illic coram posito tentet aliquatenus occupare.

Gregorius Cypriano diacono. Ioannem religiosum commendat. Caput. CXXXVIII.

Oannem religiosum præsentium latorem qui ex Hi- *Epist. 38.*
I stricorum schismate ad sinum sanctæ ecclesiæ deo reuelante accepta ratione reuersus est, dilectionē tuam, æquitate seruata, habere necesse est in omnibus commendatum, atque ei in quibus causa popposcerit, ecclesiasticam tuitionē impendere. Cui etiam pro dispendiorum suorum subsidio, ab hac quartadecima indictione annis singulis octo solidos dare te volumus, quos tuis per omnia noueris rationibus imputandos.

Gregorius Dono episcopo Messanensi. Georgium si emendare se voluerit, commendat.
Caput. CXXXIX.

Eorgius præsentium portitor degere, vt ait, in ciuita- *Epist. 39.*
G te vestra desiderans, apud fraternitatem vestram nostra se petiit epistola commendari. Cui quoniam à prauа se promisit actione compescere, quod petebat, præuidimus non denegandum. Et ideo sanctitas vestra de anima eius studeat propter deum esse sollicita, atque eum adhortationibus suis ad F
viam deo placitam reuocare: & si adiuuante domino, vt promisit, ab omni se prauitate suspendens, viuere honestè voluerit, fraternitas vestra pro mercede sua, vt prospexerit, eius sustentationi subueniat, ne forsitan ad malè agendum excusationem sibi ex necessitate videatur assumere. Quid autem fraternitas vestra ex eius importunitate sit passura consideret, qui ad vos cum nostris epistolis venit, quem nos sine auctoritate aliqua importunum valde in prece pertulimus.

Gregorius Rufino episcopo Viuonensi. De presbytero ordinando in ecclesia Massanichoterana.
Caput. CXL.

X habitatorum Massanichoteranæ, quorum episco- *Epist. 40.*
E pus pro quibusdam culpis in pœnitentiam deputatus est, relatione cognouimus, nullum illic esse presbyterum, qui sacra possit missarum solennia celebrare, intantum vt etiam filios suos sine baptismate asserant remansisse. Et quia hac pro causa magnopere petiuerunt sibi in eadem Ecclesia cui fraternitas vestra operam visitationis impendit, debere presbyterum ordinari, eapropter scriptis vos præsentibus adhortamur, vt de clero eiusdem Ecclesiæ requirere debeatis, cuius vita & mores ad hoc possint officium conuenire, & eum illic presbyterum festinetis auxiliante domino consecrare. Nam valde durum est, vt quousque causa episcopi eorum subtiliter requiratur,

G requiratur, non habeat Ecclesia illa presbyterum qui sacrum illic opus valeat celebrare.

Mense Iulio. Indictione.xiiij.

Gregorius Victori episcopo Panormitano.
Caput. CXLI.

Epist.41. VRbicus abbas monasterij sancti Hermæ, quod Panormi situm est, à nobis cum aggregatione sua magnopere postulauit in eodem monasterio presbyterum, qui sacra missarum solennia celebrare debeat, ordinari. Et quia huiusmodi non est differenda petitio, fraternitatem vestram scriptis præsentibus necessariò duximus adhortandam, vt eum qui ad hoc ministerium de hac congregatione electus fuerit, cuius vita, mores & actio tanto possint ministerio conuenire, sine mora auxiliante domino valeat consecrari, quatenus nec ille de monasterio suo hac pro causa egredi, nec extraneum sibi ad peragendum sacrum opus cogatur adducere.

Gregorius Venantio patritio exmonarcho. De discordia inter ipsum & Ioannem episcopum.
Caput. CXLII.

Epist.42. VItum ea quam direxistis, iam nos contristatos inuenit epistola, quod inter vos & Ioannem fratrem & coepiscopum nostrum, de quorum desiderabamus gaudere concordia, scandalum prodiisse cognouimus. Quæuis enim causa fuisset, non vsque ad hoc debuit furor erumpere, vt armati homines vestri, sicut audiuimus, in episcopum irruerent, & diuersa hostili more mala committerent, atque vos hæc res à paterna charitate interim diuideret. Nunquid non poterat quælibet contentio fuerit, tranquillè disponi, vt nec partium vtilitas detrimentum, nec sentiret gratia læsionem? Cuius autem grauitatis, cuius sanctitatis, cuius mansuetudinis supradictus frater noster sit, non habemus incognitum. Ex qua re colligimus: quia nisi vis eum doloris nimia coëgisset, ad hanc rem de qua vos contristatos asseritis, eius fraternitas nullo modo peruenisset. Nos tamen vt hoc eo scribente comperimus, ilico ei scripsimus, admonentes vt & oblationes vestras sicut antè susciperet, & missas in domo vestra non solum celebrari permitteret, sed si velitis etiam ipse perageret, causamque suam seruata charitate exequi debuisset. Et quia nullos discordes vel fieri volumus vel manere, eandem adhortationem iterandam esse prospeximus. Vnde necesse est charissime fili, vt & vos sacerdotalem illi reuerentiam exhibere, sicut decet filios, debeatis, nec eius ad iracundiam animos prouocetis. Nam cum quo fidam estis gratiam habituri, si vobis, quod absit, cum sacerdote fuerit discordia? Itaque animarum errore deposito, sic agere causas quas habetis inuicem studete, vt & charitas inter vos intemerata permaneat, & alterutra mansuetè procure-
I tur vtilitas.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De discordia inter ipsum & Venantium patricium facta.
Caput. CXLIII.

Epist.43. VAnuis causa fuerit quæ fraternitatis vestræ animos ad iracundiam non immeritò prouocaret, vt nec oblationes domni Venantij voluissetis suscipere, nec in domo ipsius sacra missarum fineretis solennia celebrari, tamen quia ita terrena agi debet vtilitas, vt nullum vos iurgium à charitatis valeat connexione disiungere: proinde charitatem vestram, sicut dudum scripsimus, adhortamur, quatenus & oblationes antedicti viri omnino in dulcedine & deo placita debeatis sinceritate suscipere, & in domo ipsius missarum peragi mysteria permittatis, aut sicut scripsimus, si fortasse voluerit, per vos debeatis accedere, & celebrando apud eum missas, priorem gratiam reformare. Oportet namque filiis sacerdotalem vos amorem impendere, & in causis, prout ratio suffragatur, iurisdictionem Ecclesiæ vestræ minimè præterire. Hoc ergo considerans, necesse est, vt ita se circa eos fraternitas vestra discreta moderatione exhibere studeat, vt & quod negotij qualitas exigit, salubriter peragat, & à paternæ charitatis gratia non recedat.

Gregorius Bono abbati. De monasterio eius in melius transmutando. K
Caput. CXLIIII.

Ecclesiastica damnum non sentit vtilitas, si res aliis *Epist.44.*
E competentes, cognita veritate restituantur, atque ideo cognouimus Ioannem quondam presbyterum sanctæ Romanæ, cui deo auctore præsidemus, Ecclesiæ, in domo iuris sui posita in hac vrbe Roma iuxta thermas Agrippinas oratorium construxisse, ibique quosdam redirus legati titulo per testamenti sui seriem reliquisse. In quo etiam oratorio seruorum dei congregationē esse constituit, & hæc omnia vt debuissent impleri, testamenti sui pagina sanctæ memoriæ decessori nostro Pelagio dicitur deputasse. Sed quia morte occupatus, necdum hoc occurrit implere, & domus ipsa cum horto suo ab auctoribus nostræ Ecclesiæ detinetur, & idcirco hactenus necdum voluntas defuncti completa est, nostra sollicitudine piæ dispositionis voluntatem, & hoc quod decessori nostro iniunctum est, præuidimus esse complendum. Ideoque necessarium esse perspeximus, vt dedicari oratorium ipsum protegente domino debuisset: & quia monasterium vbi prius fuisti, in ruinæ erat periculo constitutum, te illic cum congregatione tua consistere per omnia debere, quatenus & in suprascriptæ domus monasterio esse congregatio potuisset, & imminens res periculum euitaret. Vnde necesse est vt & nunc, & in futuris temporibus dei illic laudes per eam quæ modo est vel successura est congregationē modis omnibus celebrentur. Consi- L
derantes igitur antedicti presbyteri voluntatem, perpetuo illic tempore monasterium esse, atque ad eandem domum in integro cum horto suo, & rebus inferius designatis, quæ à testatore relictæ sunt, proprietatis iure constituimus pertinere, id est, massam Magulianensem cum appendiciis suis, via Numentana, miliario plus minus vndecimo, tabernam in hac vrbe, quæ est posita iuxta Palacenis, & Salgamum positum ante domum suprascripti monasterij. Oportet ergo vt ita dilectio tua diligenter inuigilet, vt dei illic, sicut prædicti sumus, laudes deuotè vt moris est celebrētur, & suprascriptæ res in eius ius pertinentes, nulla te negligente occasione depereant. Hanc enim sollicitudinem non solum à te, sed etiam à tuis successoribus in prædicto oratorio & rebus superius designatis constituimus nihilominus exhiberi.

Gregorius Leontio episcopo Ariminensi. De Ecclesia sancti Stephani dedicanda.
Caput. CXLV.

A Filicam beati Stephani martyris, quam fraternitas *Epist.45.*
B vestra incendio asserit concrematam, quam etiam nuper instauratam esse commemorat, facultatem tribuimus dedicandi, in qua etiam reliquiarum sanctuaria eiusdem beati Stephani martyris volumus collocari. Et ideo frater charissime ad prædictam te Ecclesiam ire necesse est, & tam Eccle- M
siæ quàm etiam altaris nouiter constructi dedicationem solenniter exhibere, vt expectantium de eadem consecratione deuotio domino valeat auxiliante compleri. Quicquid præter ea eidem loco à fundatoribus olim concessum est, in ea qua dimissum est voluntate ac firmitate volumus permanere.

Gregorius Felici episcopo Pisaurensi. De decimis monasterij à Ioanne constructi.
Caput. CXLVI.

Iramur fraternitatem vestrā quòd serie præcepti ne- *Epist.46.*
M glecta, quam ad vos sanctæ memoriæ decessor noster dederat, monasterium à Ioanne præsentium portitore constructum, aliter quàm antiquæ consuetudinis vsus exigit consecrares. Dum etiam in eodem præcepto inter alia mandatum sit, vt locum ipsum absque missis publicis dedicares, vt ad nos peruenit, cathedra posita illic publicè missarum solennia celebrantur. Quod si verum est, his vos hortamur affatibus, vt omni excusatione cessante, cathedram vestram exinde amoueri modis omnibus faciatis, nec denuo illic missas publicas peragatis. Sed & sicut cōsuetudo & præcepti tenor eloquitur, si missas ibidem sibi celebrari voluerint, ad te presbyter dirigatur: in eodem autem monasterio congregationem seruorum dei, sicut prædictus Ioannes & petiit, & nunc est, cum dei gratia semper volumus permanere. Calicem verò quem sibi à fraternitate ve-

stra

A stra ablatum innotuit, ei, si ita est, restituere festinate. Hæc ergo sanctitas vestra ita studeat adimplere, vt denuo ad nos prædictus portitor pro hac causa necessitatem remeandi non habeat.

Gregorius Leoni episcopo Fanensi. De schismaticis ad vnitatem Ecclesiæ redeuntibus.

Caput. CXLVII.

Epist.47. S Icut in schismaticis prauo studio perdurantes, obiurgandi detestandique sunt, sic ad sinum matris Ecclesiæ redeuntes, consolandi ac nihilominus refouendi. Quia igitur Ioannes religiosus præsentium lator recepta ratione ad vnitatem sanctæ Ecclesiæ ab errore Histricorum deo miserante conuersus est, eapropter fraternitatem vestram hortari præuidimus, vt eum, salua ratione, habere debeat in omnibus commendatum, atque suo fauore protegere. Cui etiam ne posit post conuersionem alicui necessitati succumbere, aliquid de Ecclesia illi præuidimus annis singulis consulendum. Quia ergo vestræ sanctitati se summopere petiit commendari, prouidendum vobis pro vestra mercede est, vt, sicut diximus, vestris in omnibus solatiis fulciatur.

Gregorius Presbyteris, diaconis & clero, nobilibus ac populo Iaderæ consistentibus, & militibus, qui Maximo præuaricatori communicauerant.

B

Caput. CXLVIII.

Epist.48. P Eruenit ad me quosdam vestrum ignorantia vel necessitate deceptos, his qui ab Apostolica sede culpa, sicut nostis, exigente, communione priuati sunt, communicasse, quosdam verò se salubri discretione, protegente domino, suspendisse, & quantum de constantibus gaudeo, tantum de deuiantibus ingemisco, quoniam sacræ communionis mysteria, quæ ad absolutionem vobis diuina pietate concessa sunt, in detrimentum magis suæ animæ perceperunt. Et quia sicut vobis omnipotens deus vehementer innotescat, charitati vestræ medullitus & ex toto corde compatior, paterno affectu obtestor atque suadeo, vt ab illicita communione sequisque suspendat, & quos Apostolica sedes in communionis suæ consortium non recipit, omnino refugiat, ne inde reus ante conspectum æterni iudicis vnde poterat saluari consistat. Comperi autem quod quidam peruersæ mentis homines illic insinuare conati sunt: quia ego contra Maximum quodam odio mouear, & non ea quæ canonica, sed ea potius quæ furoris sunt, exequi concupiscam. Sed absit hoc, absit à sacerdotali animo, vt in qualibet causa priuato zelo moueatur. Ego verò populo in illis partibus consistenti, ac meæ animæ prouidens, & omnipotentis dei iudicium pertimescens, causas eiusdem Maximi exquiri volo, & cum omni synceritate reuelante domino quod C est canonicum definiri. Cui quoniam frequenter scripsimus, vt non prius sacra missarum solennia celebraret, quam causam potuissemus agnoscere, alioquin esset communione priuatus: ex hoc iam superbiæ ipsius culpa in aperto monstratur, quod sæpius, sicut dixi, admonitus vt ad nos veniret, diuersis excusationibus renititur, refugit, metuit. Vnde ergo trepidat, si eum de his quæ dicta sunt, conscientia non accusat? Hoc ergo cognoscentes, postquam vobis nullam de ignorantia excu-
can.q.3. sationem assumere potestis, rogo, hortor, & moneo vt à pro-
leg. hibitæ vos communionis consortio per omnia suspendatis, ne cuiquam sacerdoti suprascripto Maximo communicanti, contra animam suam quisquam vestrum communicare præsumat. Quia tamen audio, sicut præfatus sum, quosdam vestrum ignorantia lapsos, quosdam etiam ad cõmunicandum violenter esse oppressos, omnipotentem dominum deprecor, vt & eos qui huic prauitati minimè consenserunt, perpetua gratiæ suæ protectione custodiat, & optata eis largitate respondeat. Et illos quos aut studium, aut ignorantia, aut alia quælibet causa traxit in culpam, ab omni reatu peccatorum, atque ab omnibus vinculis alienæ obligationis absoluat in omnibus, qui & in præsenti vita protectionis suæ gratiam tribuat, & nos de vobis in æterna patria gaudere concedat. Vt igitur hæc vobis intercessio apud deum saluatorem nostrum proficiat, adhortantibus nostris, pro animæ vestræ salute obedientiam exhibete, & ab illis sacram communionem percipite, quos se antedicti Maximi D communione abstinuisse vel abstinere cognoscitis.

Gregorius Vrbico abbati monasterij Hermetis, quod in Panormo situm est. De Agathone suscipiendo.

Caput. CXLIX.

Epist.49. Q Visquis diuina inspiratione compunctus, relictis seculi huius actionibus, ad deum conuerti festinat, ita cum charitate suscipiendus est, & blandis per omnia consolationibus refouendus est, vt in ea quam elegit, deo adiuuante, delectetur modis omnibus conuersatione persistere. Quia igitur Agatho præsentium lator in monasterio dilectionis tuæ conuerti desiderat, hortamur vt cum omni eum dulce- Ca.27.q.2. Agatho. dine ac deuotione suscipias, atque ad æternam vitam eius desiderium continua adhortatione succendas, & circa animæ ipsius salutem diligenter studeas esse sollicitus, quatenus dum in dei nostri seruitio, te admonente, deuota mente perstiterit, & illi prosit seculum reliquisse, & tibi eius conuersio proficiat ad mercedem. Quem tamen ita suscipiendum esse cognosce, si & vxor ipsius similiter conuerti voluerit. Nam dum vnum vtrorumque corpus coniugij copulatione sit factum, incongruum est partem conuerti, & partem in seculo remanere.

Gregorius Palladio episcopo Sanctonis. De reliquiis Apostolorum Petri & Pauli suscipiendis. E

Caput. CL.

Epist.50. V Eniens lator præsentium Leuparicus presbyter vester insinuauit nobis fraternitatem vestram Ecclesiam in honore beati Petri & Pauli Apostolorum, necnon Laurentij atque Pancratij martyrum construxisse, atque illic tredecim altaria collocasse, ex quibus quatuor necdum dedicata comperimus remansisse, ob hoc quod suprascriptorum sanctorum reliquias illic collocare deo annuente disponitis. Et quia reliquias sanctorum Petri & Pauli, necnon Laurentij atque Pancratij martyrum cum veneratione præbuimus, hortamur vt eas cum reuerentia suscipere & collocare, auxiliante domino, debeatis. Prouisuri ante omnia, vt seruientibus ibidem non debeant alimoniarum deesse suffragia.

Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum. De reliquiis Apostolorum Petri & Pauli.

Caput. CLI.

Epist.51. E Pistolarum vestrarum series, quæ religiosum animum & piæ mentis studium cõtinebat, non solum voluntatis vestræ fecit nos laudare propositum, sed etiam libenter inuitauit postulata concedere. Nec enim nos negare decuit, quod Christiana deuotio & recti cordis desiderium flagitabat, præsertim dum illa postulari & tota amplecti mente cognouimus, quæ credentium fidem valde protegere, & animarum salutem operari nihilominus poterunt ac seruare. Atque ideo congruo honore vestram excellentiam salutantes, indicamus latori præsentium Leuparico, quem vos esse presbyterum scripsistis, per quem eloquia vestrarum suscepimus literarum, reliquias nos beatorum Apostolorum Petri & Pauli, iuxta excellentiæ vestræ petitionem cum ea veneratione qua dignum est præbuisse. Sed vt in vobis magis magisque laudabilis & religiosa possit clarere deuotio, prouidendum vobis est, vt sanctorum beneficia cum reuerentia & debito honore condantur. Et seruientes ibidem nullis oneribus nullisque molestiis affligantur, ne forsitan necessitate exterius imminenti, in dei seruitio inutiles segnesque reddantur: & iniuriam, quod absit, neglectumque beneficia sanctorum collata sustineant. Quieti ergo eorum excellentia vestra prospiciat, quatenus dum vestro beneficio liberi ab omni fuerint inquietudine custoditi, & illi deo nostro secura mente laudes exoluant, & vobis in æterna vita merces accrescat. F

Gregorius Pelagio de Turinis, & Sereno de Massilia, episcopis Galliarum aparibus. Commendat Augustinum.

Caput. CLII.

Epist.52. L Icèt apud sacerdotes habentes deo placitam charitatem, religiosi viri nullius commendationis indigeant: quia tamen aptum scribendi tempus ingessit, fraternitati

G fraternitati vestræ nos transmittere scripta curauimus, insinuantes latorem præsentium Augustinum seruum dei, de cuius certi sumus studio, cùm aliis seruis dei illuc nos pro vtilitate animarum, auxiliante domino, direxisse. Quem necesse est vt sacerdotali studio sanctitas vestra adiuuare,& sua ei solatia prębere festinet. Cui etiam vt promptiores ad suffragandum possitis existere, causam vobis iniunximus subtiliter indicare,scientes quod ea cognita, tota vos propter deum deuotione ad solatiandum, quia res exigit, commodetis. Candidum præterea presbyterum communem filium, quem ad gubernationem patrimonioli Ecclesiæ nostræ transmisimus, charitati vestræ in omnibus commendamus.

Gregorius Virgilio episcopo Arelatensi Metropolitano Galliæ. Augustinum episcopum & Candidum commendat. Caput. C L I I I.

Epist.53. Q Vanuis fraternitatem vestram bonis esse intentam operibus,& sponte se in causis exhibere deo placitis confidamus, veruntamen vtile esse fraterna vos alloqui veritate credimus, vt solatia quæ vos vltro decet impendere, nostris quoque prouocati epistolis augeatis. Atque ideo indicamus sanctitati vestræ Augustinum seruum dei præsentium portitorem, cuius zelus & studium bene nobis est cognitum, cum aliis seruis dei pro animarum nos illuc compendio transH misisse, sicut ipse vobis coram positus poterit indicare. In qua re oratione vos cum & auxiliis adiuuare necesse est, atque vbi opus exegerit, solatiorum vestrorum ei præbere suffragia: & paterna ac sacerdotali illum consolatione, sicut conuenit, refouere: quatenus dum sanctitatis vestræ fuerit solamina consecutus, si quid deo nostro lucrifacere, sicut optamus, valuerit, & vos possitis pariter mercedem acquirere: quia ad bona opera suffragij vestri deuotè copiam ministratis. Candidum autem presbyterum, communem filium, & patrimoniolum Ecclesiæ nostræ fraternitas vestra, quippe vt vnanimis nobis,studeat habere commendatum, vt aliquid inde pauperum alimoniis sanctitate vestra valeat adiuuante proficere. Quia igitur patrimoniolum ipsum per annos plurimos prędecessor vester tenuit,& collectas apud se pensiones seruauit,fraternitas vestra cuius sint res, vel cui erogentur consideret, atque eas animæ suæ respectu suprascripto filio nostro Candido presbytero nobis restituat dirigendas. Nam valde est execrabile, vt quod à regibus gentium seruatum est,ab episcopis dicatur ablatum.

Gregorius Desiderio Viennensi & Syagrio Augustino episcopis Galliæ aparibus. Augustinum commendat. Caput. C L I I I I.

Epist.54. D E fraternitatis vestræ syncera charitate bene confidimus, quod amore beati Petri Apostolorum princiI pis hominibus nostris vestra deuota solatia commodetis, præsertim dum causæ qualitas exigat, vbi etiam sponte concurrere, & laborare magis optetis. Indicamus itaque sanctitati vestræ Augustinum seruum dei præsentium portitorem, cuius zelus & studium bene nobis est cognitum, cum aliis seruis dei pro animarum illic causa, disponente domino, direxisse: cuius relatione quid sibi iniunctum sit, subtiliter agnoscens fraternitas vestra ei modis omnibus in quibus causa poposcerit, impendat solatia, vt boni operis adiutores, sicut decet & conuenit, possitis existere. Ita ergo fraternitas vestra in hac re se deuotam studeat demonstrare, vt bona quæ de vobis opinione narrante didicimus, vera esse opere comprobemus. Dilectum verò communem filium Candidum, cui patrimoniolum Ecclesiæ nostræ commisimus in illis partibus constitutum, vobis per omnia commendamus.

Gregorius Protasio episcopo de aquis Galliæ. Vt Virgilio episcopo de pensionibus Ecclesiæ insinuet. Caput. C L V.

Epist.55. Q Vantus in vobis beati Petri Apostolorum principis amor excellat, non solum officij vestri prærogatiua, sed etiam deuotio quam circa vtilitates Ecclesiæ ipsius gentis patefecit. Quam quia Augustino seruo dei præsentium latore cognouimus referente, de affectu & veritatis studio quod in vobis est, valde congaudemus, & gratias agimus: K quia etsi corpore absentes, mente tamen & animo nobiscum vos esse monstratis, quippe erga quos charitatem fraternam, vt conuenit, exhibetis. Vt igitur bona quæ de vobis prædicauit opinio, rerum possit veritas confirmare: Virgilio fratri & coępiscopo nostro dicite, vt pensiones quas prædecessor eius per annos plurimos de patrimoniolo nostro percepit, & apud se retinuit, ad nos, quia pauperum res sunt, studeat destinare. Qui si fortè aliquo se modo, quod non credimus, excusare voluerit, vos qui veritatem ipsam subtilius nostis, reuera qui in Ecclesia ipsa tempore illo curam vice domini gerebatis, qualiter se habeat causa differite, & ne res sancti Petri & pauperum eius apud se retinere debeat, admonete. Sed & si fortasse hominibus nostris necessarium fuerit, vestrum in causa testimonium non negate, vt tam pro veritatis quàm pro voluntatis vestræ deuotione beatus Petrus Apostolus, cuius amore hęc facitis, sua vobis & hic & in futura vita intercessione respondeat. Candidum presbyterum communem filium cui patrimoniolum ipsum commisimus,sanctitati vestræ magnopere commendamus.

Gregorius Stephano abbati à Galliis. Vt sollicitus sit circa congregationem sibi commissam. Caput. C L V I.

Epist.56. L Actos nos relatio Augustini serui dei præsentiũ portitoris effecit, quòd dilectionem tuam, vt oportet, vigilantẽ esse narrauit:denique & presbyteros & diaconos, cunctamque congregationem vnanimes viuere ac concordes affirmat. Et quoniam præpositorum bonitas, subiectorum salubris est regula,omnipotentem dominum deprecamur, vt in bonis te semper operibus gratia suæ pietatis accendat, & commissos tibi ab omni diabolicæ fraudis tentatione custodiat, & tecum cum charitate & placita sibi viuere conuersatione concedat. Quia verò humani generis inimicus insidiari nostris actibus non quiescit, sed assidua calliditate hoc nititur, vt deo seruientes animas in qualibet parte decipiat, ideo dilectissime fili hortamur, vt sollicitudinem tuam vigilanter exerceas, & ita commissos tibi oratione & cura prouidenti custodias, vt lupus circuiens nullam dilaniandi occasionem inueniat, quatenus dum deo nostro incolumes quorum susceptisti curam reddideris, & præmia labori tuo gratia sua respondeat, & tibi æternæ vitæ desideria multiplicet. Cocleares verò & circulos quos direxisti suscepimus, & charitati tuæ gratias agimus: quia qualiter pauperes diligas ostendisti,qui ad vsus eorum quæ sunt necessaria transmisisti.

Gregorius Arigio patricio de Gallia. Augustinum episcopum, & Candidum presbyterum, commendat. Caput. C L V I I.

Epist.57. Q Vanta in vobis bonitas, quantaque mansuetudo cum Christo placita charitate resplendeat, latore præsenM tium Augustino seruo dei referente comperimus: atque omnipotenti deo gratias agimus, qui hæc vobis pietatis suæ dona concesit, per quæ inter homines valde laudabiles, & ante conspectum ipsius,quod est veraciter vtile,glorioſi possitis existere. Oramus ergo omnipotentem dominum, vt hæc in vobis quæ concesit dona multiplicet, & sua vos cum omnibus vestris protectione custodiat, & ita actionem gloriæ vestræ in hoc seculo disponat, vt & hic vobis & in futura gloria, quod magis optandum est, vita proficiat. Salutantes itaque gloriam vestram paterna dulcedine petimus, vt lator præsentium & serui dei qui cum eo sunt, vestra in quibus necesse fuerit,solatia consequantur: quatenus dum vestrum fauorem inuenerit, iniuncta sibi melius, adiuuante domino, valeat adimplere. Præterea filium nostrum Candidum presbyterum, quem ad gubernationem patrimonij Ecclesiæ nostræ quod illic est transmisimus, vobis per omnia commendamus, confidentes à deo nostro vos mercedis vicem recipere, si rebus pauperum solatia sua gloria vestra deuota mente præstiterit.

Gregorius Theodorico, & Theodeberto, regibus Francorum. De Augustino seruo dei. Caput. C L V I I I.

Postquam

A Postquam deus omnipotens regnum vestrum fidei re-
P ctitudine decorauit, & integritate Christianæ reli-
gionis inter gentes alias fecit esse conspicuum, ma-
gnam de vobis materiam præsumendi concepimus, quòd subie-
ctos vestros ad eam conuerti fidem per omnia cupiatis, in qua
eorum uempe reges estis & domini. Atque ideo peruenit ad nos
Anglorum gentem ad fidem Christianam deo miserante deside
ranter velle conuerti, sed sacerdotes tuos è vicino negligere, &
desideria eorum cessare sua adhortatione succendere. Ob hoc
igitur Augustinum seruum dei præsentium portitorem, cuius
zelus & studium bene nobis est cognitum, cum aliis seruis
dei præuidimus illuc dirigendum. Quibus etiam iniunximus
vt aliquos secum è vicino debeāt presbyteros ducere, cum qui-
bus eorum possint mentes agnoscere, & voluntatem admoniti-
one sua, quantum deus donauerit, adiuuare. In qua re vt effica-
ces valeant atque idonei apparere, excellentiam vestram pater-
na salutantes charitate quæsumus, vt hi quos direximus, fauo-
ris vestri inuenire gratiam mereantur. Et quia animarum causa
est, vestra eos potestas tueatur & adiuuet, vt deus omnipotens
qui vos in causa sua deuota mente & toto studio solatiari cogno
scit, causas vestras sua protectione disponat, & post terrenam
potestatem ad cœlestia vos regna perducat. Præterea dilectis-
simum filium nostrum Candidum presbyterum & patrimonio-
lum Ecclesiæ nostræ, quod in illis partibus est constitutum, vt
B commendatum excellentia vestra habere debeat postulamus,
quatenus beatus Petrus Apostolorum princeps sua vobis inter-
cessione respondeat, qui mercedis intuitu, tuitionem in rebus
pauperum eius impenditis.

Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum. De conuersione Anglorum & Augustino.

Caput. CLIX.

Excellentiæ vestræ Christianitas ita nobis veraciter o-
E lim innotuit, vt de bonitate eius nullatenus dubite-
mus, sed magis certū modis omnibus teneamus: quia
in causa fidei deuotè & studiosè concurrat, & religiosæ sinceri-
tati sua solatia copiosissimè submini strет. Ex qua re bene confi-
dentes paterna charitate salutantes indicamus ad nos peruenis-
se, Anglorum gentem deo annuente velle fieri Christianam, sed
sacerdotes qui in vicino sunt, pastoralem erga eos sollicitudi-
nem non habere. Quorum ne animæ in æterna damnatione va-
leant deperire, curæ nobis fuit præsentium portitorem Augu-
stinum seruum dei, cuius zelus & studium bene nobis est co-
gnitum, cum aliis seruis dei illuc dirigere, vt per eos potuisse-
mus ipsorum voluntates addiscere, & de eorum conuersione
vobis quoque annitentibus, inquantum est possibile, cogitare.
Quibus etiam iniunximus, vt ad agenda hæc è vicino secum de-
beant presbyteros ducere. Excellentia ergo vestra, quæ pro-
C na in bonis consueuit esse operibus, tam pro nostra petitione,
quàm etiam diuini timoris consideratione, eum dignetur in o-
mnibus habere commendatum, atque ei tuitionis suæ gratiam
vehementer impendat, & labori eius patrocinij sui ferat auxi-
lium, & vt plenissimè possit habere mercedem, ad suprascri-
ptam Anglorum gentem sua tuitione securum iter præuideat:
quatenus deus noster qui in hoc seculo vos bonis sibi placitis
decorauit, hic & in æterna requie cum suis vos sanctis faciat gra
tulari. Præterea dilectum filium nostrum Candidum presbyte-
rum, & patrimoniolum Ecclesiæ nostræ quod illic constitutum
est, vestræ Christianitati commendantes, petimus vt tuitionis ve
stræ gratiam in omnibus consequatur.

Gregorius Eulogio episcopo Alexandrino. De laude charitatis, & persecutione Longobardorum.

Caput. CLX.

Ater & custos bonorum omnium charitas, quæ mul-
M torum corda vnendo constringit, absentem nō æsti-
mat cum quem oculis mentis habet præsentem. In bu-
ius ergo radice cùm frater charissime teneamur, nihil sibi in
nobis corporalis absentia, nihil poterit regionum vindicare
longinquitas: quippe quia scilicet longè à nobis non sumus, qui
vnum sumus. Hanc autem esse nobis cum cæteris fratribus cō-
munem semper optemus. Est tamen aliquid quod nos erga Ale-
xandrinam Ecclesiam quadam peculiaritate constringit, & in e- D
ius amore proniores existere speciali quodammodo lege com-
pellit. Nam sicut omnibus liquet, quia beatus euangelista
Marcus sancto Petro Apostolo magistro suo Alexandriam sit
transmissus, huius nos magistri & discipuli vnitate constringi-
mur, vt & ego sedi discipuli præsidere videar propter magi-
strum, & vos sedi magistri propter discipulum. Ad hanc au-
tem vnitatem cordium etiam vestræ sanctitatis meritis ligamur,
quos auctoris sui salubriter sequi instituta cognoscimus, & sem
per ad magistri sui gremium vnde illi prædicatio salutis exorta
est, tota se conferre deuotione sentimus. Atque ideo sanctita-
tis vestræ susceptis apicibus, quantum cor nostrum de fraterna
visitatione gauisum est, tantum de indictis quæ significatis o-
neribus mœstitia premitur, & fraterna compassione vobiscum
gemimus quod doletis. Sed quia in diuersa se tendit vbi concus
sio, & communi necessitate, minus est de propria dolendum,
sed studendum magis est vt patienter tolerādo vincamus, quod
omnino deuitare non possumus. Quanta autem nos à Longo-
bardorum gladiis in quotidiana nostrorum ciuium deprædatio
ne vel detruncatione atque interitu patimur, narrare recusa-
mus, ne dum dolores nostros loquimur, ex compassione quam
nobis impenditis, vestros augeamus. Præterea ante aliquan-
tum temporis communi filio Sabiniano diacono responsa Ec-
clesiæ in vrbe regia facienti, scripta nostra transmisimus, quæ
vestræ fraternitati debuisset dirigere. Quæ si suscepistis, mira- E
mur cur nobis ad ea minimè respondistis. Et ideo quia cauen-
dum est ne cuiuslibet superbia scandalum Ecclesiis introducat,
necesse est vt eadem scripta subtiliter relegentes, omni studio
& tota intentione quæ ad honorem vestrum & pacem Ecclesiæ
pertinent, conseruetis. Omnipotens autem deus qui pietatis
suæ gratia sacerdotalem vobis animum & charitatem contulit,
in suo vos seruitio protegat, atque ab omni aduersitate interius
exteriusque custodiat, & conuerti ad se errantium animas ve-
stra propitius prædicatione concedat. Latorem autem præsen-
tium Isidorum diaconum communem filium cum ea qua opor-
tuit charitate suscepimus, benedictionem vobis sancti Marci
euangelistæ deferentem. Et vos quidem bonæ vitæ merito re-
splendentes, ea quæ paradiso vicina sunt, bene olentia nobis li
gna transmisistis. Nos verò quia videlicet peccatores sumus, ab
Occidente vobis ligna transmisimus, quæ construendis apta na-
uibus, nostræ mentis tumultum signantia, in marinis semper flu
ctibus agitantur, & quidem transmittere maiora voluimus, sed
hæc nauis angusta non recepit.

Mense Augusto. Indictione. xiiij.

Gregorius Gennadio patricio Africæ. De Paulo episcopo.

Caput. CLXI.

Excellentiam vestram non ambigimus reminisci, quia
E ante biennium pro Paulo fratre & coëpiscopo nostro E
scripsimus, vt ei ad nos venire desideranti, dignitatis
vestræ suffragia præberetis, ob hoc quod à Donatistis insecu-
tionis dicebatur molestiam sustinere quatenus postquam dum
contra eos nunciatum habere subsidium non posse, cognita ve-
ritate, fraterna ei compassione potuissemus ferre consilium, &
salubri dispositione quid contra pestiferæ præsumptionis insa-
niam debuisset fieri, tractaremus. Et quantum nobis prædictus
frater innotuit, non solum nullum meruit cuiusquam habere so
latium, sed ne minimè ad Romanam potuisset vrbem accedere,
diuerso est impedimento prohibitus. Cui tamen dum vestram
relegi fecissemus Epistolam, respondit se non quorundam odio
quia Donatistas prohibebat laborare, sed magis pro defensio-
ne catholicæ fidei multorum perhibet ingratitudines sustine-
re: multaque alia retulit, quæ quoniam aptum dicendi tempus
non extitit, silentio reticere præuidimus. Quia ergo non de
rebus terrenis, sed de animarum salute tractatur, & vestra at-
que illius diuersa existit assertio, nihil indiscussa veritate sub-
tiliter respondere potuimus: quia tempore quo excellentiæ ve-
stræ scripta suscepimus, corporis ægritudine tenebamur. Sed
dum nos omnipotens deus si ei placuerit, pristinæ saluti reddi-
derit veritatem diligenti, vt possumus, inquisitione rimabimur.
Et secundum ea quæ valuerimus addiscere, ita causam deo mi-
serante disponemus, vt animarum quarum vos curæ pro vestra

mercede

G mercede ſtudere dignamini, ſalus non ſolum quę ab errantibus iam amiſſa eſt reparetur, ſed etiam quæ noſtræ fidei cultrix eſt, redemptoris noſtri gratia diſponente ſeruetur. De ſupraſcripto autem epiſcopo, quem communione priuatum eſſe aſſeritis, valde mirati ſumus, cur nobis hoc non primatis eius, ſed excellentiæ veſtræ Epiſtola indicauit.

Gregorius Dominico epiſcopo Carthaginis. De laude charitatis, & cura paſtorali.

Caput. CLXII.

Epiſt. 62. V Erè mirabilis charitatis virtus eſt dilecte frater, quæ aduentu ſupernæ gratiæ poſtquam ſpiritualia inclinauit ad infima, poſtquam ipſum ſibimet vnumquenque carnalibus illecebris diſcordantem pacauit hominem, ita in humanis ſe dilatauit mentibus, vt ſublimia inclinaret, humilia ſublimaret, pacaret diſcordantia, ferocia manſueta faceret, diſſociata conglutinaret, ſciſſa ſarciret, diuiſas tot aquarum terrarumque ſpatiis climatumque diuerſitatibus hominum nationes compaginatis ad vnum mentibus ſuæ vinculo ſuauitatis adſtringeret. Huius amplitudinis præconia quando humanæ infirmitatis exponere lingua ſufficiat? Huius autem laus in cœlis perfecta eſt, in terris verò forma eius oſtendenda potius eſt quàm dicenda: vt qualis quantaque ſit poſtquam ore noſtro ple
H nè non poteſt, ex noſtra magis compaſsione monſtretur.

Quam & ſi vtcunque laudamus ore, ſimul neceſſe eſt vt fateamur manu: ne ſi laudator eius tantum eſt quiſquam & non factor, ſententiam ſibi magis exacuat: quia in conſpectu iudicis hoc fauoribus exaggerat quod omiſit. Hanc nos licèt locorum interuallis diſiuncti, atque corpore longè à vobis poſiti, auxiliante dei potentia erga vos ſtudioſiſsimè conſeruemus: hanc vos non ſolum circa nos, ſed erga fratres filioſque veſtros paternis, fraterniſque oportet viſceribus exhibere. Nam quomodo hoc non ſit ſtudioſiſsimè faciendum, quando eius nō tam in fratrum filiorumque eſt, quàm *in inimicorum quoque* dilectione perfectio? Quamobrem chariſsime nos quos paſtoralis curæ conſtringit officium, diligamus fratres. Ipſos quoque aduerſarios noſtros propter mandatum domini cum noſtro circa nos copulemus affectu. Pacem ſequamur cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit deum. In piis verſemur operibus, virturibus polleamus, fulgeat in noſtro pectore rationale iudicij cum ſuperhumeralis actione coniunctum. Ita in dei conſpectu procedamus, atque totius Iſraël. Huiuſmodi commiſſo nobis gregi præbeamus exempla, vt videant noſtra opera bona, & glorificent patrem noſtrum qui in cœlis eſt. Sit in lingua ſermo, ſit zeli feruor in animo, vt verè de illorum dicamur numero de quibus legitur: *Act. 2.* Apparuerunt illis diſpartitæ linguæ ſicut ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum. Verè enim
I in nobis igneæ linguæ reſident, ſi in fraterna filiorumque exhortatione diuini feruore ſpiritus accēdamur. Creditum nobis agrum dominicum exerceamus, dum licet: ſeminemus in timore, dum tempus eſt: bonum facientes non deficiamus, tempore enim ſuo metemus non deficientes. Scimus de illis de quibus *Pſal. 125.* Pſalmiſta dicit: Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua. Ad *Ibidem.* cuius rei fructum nos prouocans ſubdidit: Venientes autem venient, cum exultatione, portantes manipulos ſuos. Vigilemus itaque, & relinquentes terrena negocia, cœleſtibus anhelemus. Ea quæ retrò ſunt obliuiſcentes, in his quæ antè ſunt, noſmetipſos enixius extendamus. Mens noſtra ſeculari varietate non diffluat, ſed tota in vnum currat atque confluat finem, quem mira *Pſal. 26.* ſuauitate Dauid reſpexerat, cum dicebat: Vnam petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. Hoc amore liquefiant boni corda rectoris. In his ſe mens tota ſuſpendat. Dum adhuc in terris ſumus poſiti, frequens à nobis lachrymarum imber in cœlo compunctionis nube fructificet. Tunc enim bene atque verè dilecte mi frater ad proximorum dilectionem deſcendimus, ſi in dilectione dei ex toto corde, ex tota anima & mente, atque ex totis viribus perſiſtimus. Xenia verò temporalia à vobis directa, licet nos talibus non egeamus, tamen cum debita charitate ſuſcepimus. Egemus autem debita charitate atque cōmiſsi vobis regiminis ſollicitudine gratulari. Multo enim vobis hæc dulciſsima fiunt, cùm ſacerdotum mentes piæ conuerſationis fuerint ſuauitate conditę. K

Gregorius Mauricio Tiberio Auguſto epiſcopo. De Donatiſtis, & epiſcopis ad eum tranſmiſſis.

Caput. CLXIII.

Epiſt. 63. I Nter armorū curas & innumeras ſollicitudines, quas indefeſſo ſtudio pro Chriſtianæ reipublicæ regimine ſuſtinetis: magna mihi cum vniuerſo mundo lætitiæ cauſa eſt, quòd pietas veſtra cuſtodiæ fidei, qua dominorum fulget imperium, præcipua ſollicitudine ſemper inuigilat. Vnde omnino confido quia ſicut vos dei cauſas religioſę mentis amore tuemini, ita deus veſtras maieſtatis ſuæ gratia tuetur & adiuuat. Qualiter autem pietatis veſtræ ſerenitas contra Donatiſtarum flagitioſiſsimam prauitatem cōſideratione iuſtitiæ & ſinceriſsimæ religionis zelo commota ſit, directarum lucidiſsimè tenor inſinuauit iuſsionum. Sed venientes viri reuerentiſsimi ex Africana prouincia epiſcopi, aſſerunt ita eſſe incauta diſſimulatione poſtpoſitas, vt nec dei illic iudiciū haberetur in metu, nec principales hactenus iuſsiones ſortirētur effectum. Hoc etiam ſubiungentes, q̄ in præfata prouincia Donatiſtarum prę-
L miis prævalentibus fides catholica publicè venundetur. At contra glorioſus vir Gennadius de vno eorum mihi ſimilia queſtus eſt, qui talia querebatur. Cui etiam duo alij in re eadem teſtimonium ferebant. Sed quia in cauſa ipſa ſecularis iudicis intererat, eoſdem epiſcopos ad pietatis veſtræ exiſtimauit eſſe veſtigia dirigendos: vt per ſemetipſos ſereniſsimis auribus ſuggerant, quæ ſe fatentur pro fide catholica pertuliſſe. Eapropter obſecro vt dominorum chriſtianitas pro ſalute animæ, & vita piiſsimæ ſobolis, ſua eos quos tales eſſe cognoſcit, diſtricta vlciſci iuſsione præcipiat: & ruinam pereuntium ereptionis manu ſuſpendat, atque inſanis mentibus correptionis medicinam adhibeat, & errorum ab eis morbos expellat: quatenus dum pię prouiſionis veſtræ remedio, peſtiferæ prauitatis fuerit caligo depulſa, & vera illic fides radios ſuæ ſerenitatis aſperſerit, cœleſtis vos ante redemptoris ſui oculos triumphus expectet: quia quos exterius ab hoſte defenditis, etiā interius à diabolicę fraudis veneno, quod eſt glorioſius, liberatis.

Gregorius Athanaſio presbytero de Iſauria. De condemnatione hæretica.

Caput. CLXIIII.

Epiſt. 64. S Icut de eis quos ab vnitate Eccleſiæ hæreticę prauitatis error abſcidit, affligimur & dolemus: ita his quos intra ſinum ſuum catholicæ fidei profeſsio continet, congaudemus. Et vt paſtorali ſollicitudine illorum nos oportet impietatibus obuiare: ſic piis eorum profeſsionibus congruit fauorem impendere, & ſincera eſſe quæ ſapiunt declarare. Atque ideo dum tibi Athanaſio presbytero monaſterij ſancti Mile, cui eſt vocabulum Tannaco, quod in Lycaonia eſt prouincia conſtitutum, contraria integrę fidei ſuiſſet orta ſuſpitio: vt pro-
M feſsionis tuæ potuiſſet integritas apparere, ad Apoſtolicam ſedem, cui præſidemus, elegiſti recurrere: aſſerens etiam te corporaliter verberatum aliqua iniuſtè ac violenter feciſſe. Et quanquam ea quæ vi impulſionis fiunt, canonum minimè cenſura recipiat, & iure habeantur infirma: quia ipſe ea diſſoluit qui iniuſtum fateri compellit: ſed magis illa ſuſcipienda eſt & amplectenda confeſsio, quæ ex ſpontanea voluntate monſtratur procedere, ſicut apud nos feciſſe dignoſceris: ne quid tamen nobis ambiguum potuiſſet exiſtere, ſanctiſsimo Ioanni quondam fratri & coēpiſcopo noſtro Conſtantinopolitanæ ciuitatis antiſtiti, de te prævidimus ſcribendum, vt ſuis nos quid actum eſſet epiſtolis informaret. Qui ſæpe à nobis admonitus, reſcribēs innotuit codicem apud te fuiſſe inuentum, in quo plurima continebantur hæretica: & ob hoc ſe aduerſus dilectionem tuam fuiſſe commotum. Quem quia ad nos ſtuduit pro ſatisfactione tranſmittere, priores eius partes ſollicita lectione percurrimus. Et quoniam manifeſta in eo hæreticæ prauitatis venena reperimus, ne denuo debuiſſet legi, vetuimus. Sed quia hunc te ſimpliciter teſtatus es legiſſe: & ad amputandam ambiguæ ſuſpitionis materiam libellum nobis manu tua porrexiſti perſcriptum, in quo fidem tuam exponens, omnes generaliter hæreſes, vel quicquid aduerſus catholicæ fidei vel profeſsionis integritatem eſt, apertiſsimè condēnaſti: & cuncta quæ ſanctæ quatuor

vniuerſales

A uersales synodi recipiunt, te semper recepisse ac recipere: & quæ condemnant, condemnasse, condemnareq; professus es: eam quoq; synodum quæ Iustiniani temporibus de tribus capitulis facta est, & suscipere & custodire promisisti: & prohibitus à nobis codicem ipsum legere, in quo pestiferæ fraudis virus innexum est, libentissimè consensisti: reprobans etiam atque condemnans ea omnia, quæ contra catholicæ fidei integritatem in eo dicta vel latenter inserta sunt: nec eum te legere denuo promisisti: hac ratione permoti, postquam etiam ex probata à te libelli pagina, fides tua nobis catholica deo custodiente perclaruit, ab omni te hæreticæ peruersitatis macula, iuxta professionem tuam liberum esse decernimus, atque catholicum & sinceræ fidei in omnibus professorem atque sequacem Christi Iesu saluatoris gratia claruisse pronunciamus: liberam quoque tribuimus licẽtiam ad tuum monasterium in tuo te loco vel ordine nihilominus remeare. De hoc quoque & dilecto fratri nostro Constantinopolitanæ ciuitatis antistiti, qui in supradicti sancti Ioannis loco ordinatus est, nostra volumus scripta trãsmittere. Sed quia consuetudo non est vt priusquam ad nos eius synodica deferantur, debeamus scribere, idcirco distulimus. Sed postea ei, hæc dum impleta fuerint, indicabimus.

Finit liber quintus, secundum computationem Gratiani.

B Finiunt epistolæ Indictionis.xiiij.

LIBER SEXTVS.

Incipiunt epistolæ beati Gregorij Papæ per Indictionem quintamdecimam.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De muliere quadam viro iungenda. Cap. CLXV.



VIVS rei causa cum matre sua huc compulsa anno præterito præsentium venerit latrix, fraternitas vestra cautius nouit. Quam quia maritus suus clericus vester ob hoc quod de seruili fuerat cõditione pulsata, à suo noscitur remouisse consortio: vosq; hic positos asserunt promisisse, vt si liberam probare se adiuuante domino valuisset, suo eam vos coniugi reformare: fraternitas vestra cognoscat, quòd reuelante deo libertatis auctore approbata sit libera, nullaque seruilis in ea macula inuenta. His igitur cognitis, sine mora aliqua suo per eam vos volumus marito restitui: nec vlterius idem vir eius argumenta sibi aliqua occasione exquirat, quibus eam possit abiicere. Nam si à vobis, quod nõ credimus, minimè fuerit adimpletum, eamq; recipere fortè distulerit, vos illud cognoscatis cum districta vindicta corrigere.

Gregorius Columbo episcopo Numidiæ. De Paulo episcopo. Capit. CLXVI.

C Pistolam fraternitatis vestræ harũ latore diacono ve-

E stro deferẽte suscepimus. In qua nobis de persona Pauli episcopi quæ apud vos acta sunt, indicastis. Quod tãsero factum est, vt persona ipsa hic iam valuisset minimè reperiri. Nam & vir excellentissimus filius noster Gennadius patricius suum ad nos pro causa eadem cancellariũ destinauit. Sed dum feciſſemus inquiri: vtrum cum eo nobis coram positis vellet inire conflictum: respondit ad hæc se minimè fuisse trãsmissum: sed solummodo tres quosdã huc de eius Ecclesia deduxisse, qui contra eum plurima dicere debuissent. Dum ergo neque illum ad inferendas actiones paratum inuenimus: neq; personarum illarũ nos qualitas mouit, vt in accusatione episcopi valuissent idonei reperiri, sæpedicto Paulo episcopo ad vrbem se regiam relaxari debuisse precibus speranti, non potuimus cõtradictionis moras afferre: sed mox eum secundum petitionem suã cum aliis duobus secum deductis episcopis ambulare permisimus. Si qua ergo fuere quæ contra eum dici rationabiliter potuerant: mox eo huc veniente vestra debuit, quod nõ fecit, fraternitas cuncta subtiliter indicare. Quòd enim multorum vos inimicitias ob hoc, vt nostris vos frequentius visitamus epistolis, pati signastis: dubiũ non est reuerendissime frater bonos prauorum odia sustinere, diuinisq; intentos operibus peruersorũ aduersitatibus lacerari. Sed quanto hæc quæ sunt praua circũstant, tanto in cõmissi vobis cura regiminis debetis cõstantius occupari, circa gregis Christi inuigilare custodiam: quantoq; iniquorum D vos contrarietas premit, tanto alacriores, ac de promissa remuneratione certissimos, pastoralis sollicitudinis cura debet accẽdere: quatenus pastori summo lucrum de iuncto vobis opere valeatis offerre.

Gregorius Gennadio patricio de Africa. De Ruferio & Anastasio. Caput. CLXVII.

Is qui se apud excellentiam vestram nostris desiderãt *Epist. 3.*

H epistolis cõmendari, securi de vestra benignitate facimus quod petimur. Ruferius siquidẽ comes, cum aliis conciuibus suis, à vobis, vt cognouimus, ad Africanam euocati prouinciam, petiuerũt scriptorum nostrorũ suffragia sibi apud vos prodesse. Quapropter excellentiã vestram paterno salutãtes affectu, petimus, vt eos in nullo à quoquã patiamini apud vestros animos contra iustitiã prægrauari. sed sicut circa commissos vobis pia discretaque vos nouimus inuigilare cautela: ita vt de his tranquillè disponere inspirante vobis domino debeatis, atq; de insulæ ipsius sollicitius tractare cautelam: ne si illuc exercitus sine persona vtili, quæ hunc gubernare valeat, & incauta dispositione transmittitur, ãdiumentũ hostibus præbeatur. Qui autem Anastasium tribunum, quem illic excellentia vestra ordinauerat, bene secum egisse, atque in nulla læsione eum asserunt miscuisse se prouinciæ: quem etiã nunc esse remotum grauiter ferunt: præcipiat excellentia vestra illic eum iterum destinari, E suisq; adhortationibus formari: vt qui de bona actione iam placuit, nullius ad malè agendum suasionibus incitetur: ne tantorũ iudicium quod ex bona administratione habere meruit, deterius perdat, quod non optamus, agendo contraria. Ita ergo petimus vt vestra excellentia faciat, quatenus bonum vestrum quod testatur Africa, etiam Corsica cognoscat.

Gregorius Cyriaco episcopo Constantinopolitano. De conseruanda pace sanctæ Ecclesiæ. Cap. CLXVIII.

Vdum dum in vrbe regia residẽs sedis Apostolicæ sa *Epist. 4.*

D cerem, bona vestræ sanctitatis agnoui. Et quia vobis animarũ nunc cura cõmissa est, valde gaudeo. Et quãuis indignus, omnipotentẽ dominũ quib' valeo precib' exoro: vt in vobis suam gratiã semp augeat, vosq; ad æternam patriã faciat animarũ lucra cõgregare. Quia verò ad hoc opus ad quod perducti estis, infirmos vos esse dicitis: scimus quia prima virtus est cognitio infirmitatis, atque ex eo colligimus posse vos bene susceptum ministeriũ implere, quia vos videmus infirmitatem propriam ex humilitate cognoscere. Omnes enim infirmi sumus: sed ille est infirmior, qui suam considerare non valet infirmitatem. Vos verò beatissimi fratres ideo fortes estis, quia de fortitudine propria diffidentes, in omnipotentis dei virtute confiditis. Quantum verò mens mea charitati vestræ ligata sit, verbis epistolaribus explere non possum. Sed oro vt omnipotens deus eandem quæ inter nos est charitatẽ, ex gratiæ suæ dono multiplicet, omnemq; occasionem scandali auferat: ne sancta F Ecclesia confessione veræ fidei vnita, & coniunctis fideliũ cordibus constipata, detrimẽtum aliquod, quod absit, sacerdotibus inter se disceptantibus sentiat. Quanuis ego in omne quod loquor, in omne quod superbis quorundam actibus contradico, ex omnipotentis domini largitate charitatis intimæ custodiam nunquam relinquo: sed sic ea quæ sunt iustitiæ, foris exequor: vt ea quæ intus amoris & dilectionis sunt, minimè postponã. Vos autem semper mihi amoris mei vicem reddite: & ea quæ pacis & dilectionis sunt, custodite: vt vnum in mente permanentes, quo nullam dissensionem inter nos intrare permittimus, eo obtinere quæ petimus, apud dominum ex ipsa melius cordium nostrorum vnitate valeamus. Præterea Ioannem Chalcedonensem presbyterum, & Athanasium Lycaoniæ, sanctitati vestræ commendo: vt nullus vobis contra eos falsidica locutione surrepat: quia eorum fidem subtiliter discussi, eosq; rectos in suis cõfessionibus, quæ & scripto datæ sunt, inueni. Sancta autem trinitas sua vos manu protegat, & circa animarum custodiam semper vos vigilantes & sollicitos reddat: quatenus in æterna retributione valeatis nõ solum de vestro opere, sed etiam de subiectorum vestrorum melioratione coronari.

Gregorius Cyriaco episcopo Constantinopolitano. De custodienda charitate & vnitate sanctæ Ecclesiæ: vbi etiam inserit multa testimonia valde vtilia sacræ scripturæ. Ca. CLXIX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Ommunes filios Georgium presbyterũ, & Theodo-
Epist.5. C rum diaconum vestrum, ea qua decuit charitate susce-
pimus, vosq; ab Ecclesiasticarum rerũ cura ad animarum regimẽ venisse gaudemus: quia iuxta veritatis vocẽ, qui in modico fidelis est, & in magnis fidelis est: & bene ministrãti ser-
Matt.25. uo dicitur: Quia enim in pauca fidelis fuisti, supra multa te constituam. Cui etiam mox de æterna retributione subiungitur: In-
Cau. 8.q.1. In scriptis. tra in gaudium domini tui. In scriptis autem vestris vos magnopere requiem quæsisse narratis. Sed per hoc ad pastoralẽ sollicitudinem vos congruè venisse ostenditis, quia sicut locus regiminis desiderantibus negãdus est, ita fugientibus offerẽdus est.
Hebr.5. Et sicut scriptum est: Nec quisquam sumit sibi honorẽ, sed qui vocatur à deo tanquam Aaron. Et rursus idem prædicator egregius dicit: Si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mor-
2.Cor.5. tui sunt: & vnus pro omnib⁹ mortuus est Christus, vt qui viuũt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro eis mortuus est, & resurrexit.
Ioan.21. Et pastori sanctæ Ecclesiæ dicitur: Simon Ioannis amas me? Pasce oues meas. Ex quibus verbis colligitur: quia si is qui valet, omnipotentis dei oues renuit pascere, ostẽdit se pastorem summum minimè amare. Si enim vnigenitus patris pro explẽda vtilitate omnium, de secreto patris egressus est ad publicũ nostrũ: nos quid dicturi sumus, si secretum nostrum præponimus vtilitati proximorum? Quies itaque nobis ex corde appetẽda est: &
H tamen pro multorum lucro aliquando postponenda. Nam sicut toto desiderro debemus occupationẽ fugere, ita si desit qui prædicet, occupationis onus libenti necesse est animo subire. Quod ex duorum prophetarum opere docemur: quorum vnus prædicationis officium vitare conatus est, & alter appetiit. Nã mitten-
Hiere.1. ti se domino Hieremias respondit dicens: A,a,a, domine deus nescio loqui, quia puer ego sum. Et cùm omnipotẽs deus personam ad prædicandum quæreret, dicens: Quem mittam, & quis
Esa.6. ibit ex vobis? vltro se Esaias obtulit dicens: Ecce ego, mitte me. En ab vtrisque exterius diuersa vox prodiit, sed non à diuerso fonte dilectionis emanuit. Duo quippe sunt præcepta charitatis, dei videlicet amor, & proximi. Per actiuã igitur vitam prodesse proximis cupiens Esaias officium prædicationis appetiit: per contemplatiuam verò Hieremias amori conditoris sui sedulo inhærere desiderans: ne mitti ad prædicandum debeat, cõtradicit. Quod ergo laudabiliter vn⁹ appetiit, hoc laudabiliter alter expauit. Iste ne tacitę cõtẽplationis lucra loquẽdo perderet: ille ne damna studiosi operis tacendo sentiret. Sed hoc in vtrisque est subtiliter intuendum: quia & is qui recusauit, plenè non restitit: & is qui mitti voluit, ante se per altaris calculum purgatum vidit: ne aut non purgatus adire quisquam sacra ministeria audeat, aut quem superna gratia eligit, sub humilitatis specie superbè contradicat. Magno autem desiderio vos in epistolis vestris inuenio serenitatem mentis quærere: & repulsa perturbatione, ad tranquillitatem cogitationis anhælare. Sed qua ratio-
I ne ad hoc vestra fraternitas pertingere possit, ignoro. Qui enim regendam nauem suscipit, tãto amplius necesse est vigilet, quãto amplius littus relinquit: vt aliquando futuras procellas ex signo præuideat: aliquando venientes aut directo clauo si paruæ sint superet: aut si vehementer intumescunt, dato in obliquum latere irruentes declinet: & sæpe solus vigilat, cùm cuncti illi quibus nulla nauis cura commissa est, quiescant. Quomodo autem suscepto pastorali onere habere serenitatem cogitationum
Iob.26. potestis, cùm scriptũ sit: Ecce gigantes gemunt sub aquis? Iuxta Ioannis etenim vocem, aquæ populi sunt. Et gigãtes sub aquis gemere est: quia quisquis in hoc mundo quasi quadã corporis mole, ordine potestatis excreuerit, tanto pondera maioris tribulationis sentit, quanto super se regendorum populorum curam susceperit. Sed si sancti spiritus virtus afflictam mentem afflauerit: protinus hoc quod Israëlitico populo corporaliter factũ
Exod.15. est, nobis spiritaliter contingit. Scriptum quippe est: Filij Israel ambulauerunt per siccum per medium mare. Et per prophetam
Esa.43. dominus pollicetur dicens: Cùm transieris per aquas, tecũ ero: & flumina non operient te. Illos enim flumina operiunt, quos actiones huius seculi mentis perturbatione confundunt. Nam qui sancti spiritus gratiam tenet in mente, transit aquas, & tamẽ fluminibus non operitur: quia etiam inter medias populorum turmas sic peragit gressus sui itineris: vt non submittat actionibus seculi caput mentis. Ego quoque qui indignus ad locum regiminis veni, infirmitatis meæ conscius, secretiora loca pete- K re aliquando decreuerã: sed superna mihi iudicia aduersari cõspiciens, iugo conditoris subdidi ceruicem cordis: hoc præcipuè perpendens, quia quælibet occulta loca sine dei gratia animam saluare non possunt, quod aliquando in ipsis quoque conspicimus erratibus electorum. Nam Loth in peruersa ciuitate iustus fuit, in monte peccauit. Sed ista cur dicimus, cùm maiora nouerimus? Quid enim paradiso iocundius? Quid cœlo
Ezech.44. securius? & tamen homo ex paradiso peccando, & angelus cecidit è cœlo. Illius ergo nobis virtus quærenda est, & gratia postulanda, sine quo nusquam absque periculo & culpa: cum quo nusquam sine iustitia esse non possumus. Curandum ergo est, vt perturbatio cogitationum non exuperet animum: iam repelli funditus nullatenus potest. Quisquis enim est in loco regiminis, aliquando necesse est habeat etiam terrena cogitare, & exteriorum quoque curam gerere: vt grex commissus valeat ad ea quæ sibi sunt explenda subsistere. Sed magnopere semper prouidendum est, ne hæc eadem cura modum transeat: vt cùm ad cor licenter admittitur, nimis excrescere non permittatur. Vn-
Ezech.44. de rectè per Ezechielem prophetam dicitur: Sacerdotes caput suum non radant, neque comam suam nutriant: sed tondentes attondeant capita sua. Quid enim per significationem sunt capilli in capite, nisi cogitationes in mẽte? qui dum super cerebrum insensibiliter oriuntur, curas vitæ præsentis designant, quæ ex sensu negligenti quia importunè aliquando prodeunt, quasi no- L bis non sentientibus procedunt. Quia igitur cuncti qui præsunt, habere quidem sollicitudines exteriores debent: nec tamẽ eis vehementer incumbere: sacerdotes rectè & caput prohibentur radere, & comam nutrire, vt cogitationes carnales de vita subditorum nec à se funditus amputent, nec rursus ad crescendum nimis relaxent. Vbi & bene dicitur: Tondentes tondeant *Ibidem.* capita sua: vt videlicet curæ temporalis sollicitudines, & quantum necesse est prodeant, & tamen recidantur citius, ne immoderatius excrescant. Dum igitur & per administratam exteriorem prouidentiam corporum vita protegitur: & rursus per immoderatam cordis intentionem non impeditur, *capilli in capite sacerdotis & seruantur vt cutem cooperiant, & resecantur ne oculos claudant.* Præterea epistolas vestras directas plenas fide suscepimus. Atque omnipoteuti deo gratias agimus: qui inconsutilem tunicam desuper contextam, videlicet Ecclesiam suam, vicaria confessione fidelium in vnitate gratiæ ab omni erroris scissione custodit: & contra pereuntis mundi, vt ita dicam, tot culparum diluuium, ex multis lignis arcam construxit, in qua omnipotentis dei electi seruentur ad vitam. Nam cùm vicissim nobis fidei nostræ confessionem transmittimus, & charitatem nostram erga vos ostendimus: quid aliud in sancta Ecclesia agimus, nisi arcam bitumine linimus, ne vnda erroris intret: & vel spiritales quosque tanquam homines intret, vel carnales tanquã animalia occidat? Sed cùm sapienter à vobis recta fides prolata M sit: restat vt proculdubio debeatis pacem cordium prudentius custodire, propter hoc quod veritas dicit: Habete sal in vobis, *Marc.9.* & pacem habete inter vos. Et Paulus apostolus admonet dicens: *Ephe.4.* Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, qui rursus ait: Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua *Hebr.12.* nemo videbit deum. Quam videlicet pacem tunc nobiscum veraciter habebitis, si prophani nominis superbiam declinetis, iuxta quod idem magister gentium dicit: O Timothee depositum custodi, deuitans prophanas vocum vanitates. Nimis quip- *1.Tim.6.* pe iniquum est, si hi qui prædicatores humilitatis facti sunt: de vani nominis elatione glorientur: cùm verus prædicator dicat: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Chri- *Galat.6.* sti. Ille ergo verè glorioſus est: qui non de temporali potentia, sed pro Christi nomine de sua passione gloriatur. In hoc itaque vos medullitus amplectimur. In hoc sacerdotes vos esse recognoscimus, si repulsa vanitate verborum, sanctitatis locum cum sancta humilitate teneatis. Ecce enim in nephandi appellatione nominis scandalizati sumus: & nõ minimas querelas seruamus in mente, & promimus in voce. Vestra autem fraternitas nouit quid veritas dicit: Si offers munus tuum ante altare, & ibi re- *Matth.5.* cordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum: & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Qua in re pensandum est, quia

quia enim omnis culpa oblato sacrificio deleatur, tantum est malum scandali alieno cordi generati, vt ab eo qui peccauerit, nec ipsum sacrificium dominus accipiat, quod delere peccatum solet. Curate ergo cordis vestri festinè scandalum detergere, vt possit omnipotens deus oblationis vestræ sacrificium acceptabile habere. Præterea cùm recta à vobis fides veraciter & subtiliter sit prolata, inter eos quos per sanctissimas generales synodos damnandos esse censuistis, Eudoxium quendam vos damnasse comperimus: cuius nomen in Latina lingua neque in synodis, neque in libris beatæ memoriæ episcoporum Epiphanij, Augustini, & Philastri, quos contra hæreticos præcipuè disputasse nouimus, positum reperimus. Quòd si quis eum veraciter de catholicis patribus damnat, eius proculdubio sententiam sequimur. Vos tamen si in synodica vestra epistola eos quoq; nominatim damnare voluistis, qui extra sanctas synodos per patrum scripta damnantur: multos scriptis suis vestra fraternitas minus posuit: si autem eos quos generales synodi respuunt: hūc vnum amplius. Sed inter hæc sciendum est, quia vt nobis liceat rectam fidem liberè fateri, & cuncta quæ agenda sunt, concorditer in pace disponere, pro serenissimorum dominorum vita, propria quoque sobole incessanter orandum est: vt omnipotens deus eorum pedibus barbaras nationes subiiciat: longa eis & felicia tempora concedat: quatenus per Christianum imperium ea
B quæ in Christo est, fides regnet.

Gregorius Mauricio Augusto. De ordinatione Cyriaci episcopi. Caput. CLXX.

Omnipotens deus qui pietatem vestram pacis Ecclesiasticæ fecit esse custodem, in ipsa vos fide seruet, quam vos sacerdotali vnitate seruatis: cumque supernæ pietatis iugo cor humiliter subditis, cœlesti gratia agitur, vt hostes vestros pede fortitudinis prematis. Non enim paruæ potuit esse mercedis, quod Ioanne sanctæ memoriæ de hac luce subtracto, ad ordinandum sacerdotem pietas vestra diu hæsitauit, tempus paulò longius distulit, cum metu omnipotentis domini cōsilium quæsiuit: vt videlicet causa dei cum magno debuisset timore disponi. Vnde & aptum valde existere in pastorali regimine fratrem atque consacerdotem meum Cyriacum existimo: quem ad eundem ordinem pietatis vestræ consilia longa genuerunt. Qui in administrandis dudum rebus Ecclesiasticis quàm sollicitus, & quomodo fuerit exercitus, cuncti nouimus. Vnde & superna gestum dispositione non ambigo: vt qui bene minima gesserat, congruè maiora susciperet: atque à cura rerum, ad animarum regimina transiret. Pro qua re totis precibus deprecamur, vt bonum hoc omnipotens deus serenitati dominorum piæque eorum soboli, & in præsenti seculo atque in perpetua remuneratione retribuat: & prædicto fratri & cōsacerdoti meo, qui dominico gregi prælatus est, animarum curam plena sollici-
C citudine exhibere concedat: vt irreprehensibiliter possit subiectorum suorum & praua corrigere, & recta ad crescendum fouere: quatenus de eo pietatis vestrę iudicium non solum ante homines, sed etiam ante supernæ quoque maiestatis oculos conualescat. Venerabiles autem viros Georgium presbyterum & Theodorum diaconum pro iussione dominorum, atque pro imminentia hyemalis temporis in hac vrbe moras perpeti non permisi.

Gregorius Mauricio patricio, Petro Domitiano & Elpidio episcopis &c. De ordinatione Cyriaci episcopi, atque reprehendit declamationem eius de ordinatione: quia clamauerunt, hæc dies quã fecit dominus. Dicit quoque quia non conuenit homini nisi solum filio dei. Sed culpam ignoscit: quia ex charitate processit. Cap. CLXXI.

Epist.7. Ordinationem viri sanctissimi Cyriaci fratris & consacerdotis mei cum magna vos lætitia suscepisse vehementer exulto: & quia Paulo apostolo prædicante di-
1.Cor.12. dicimus, si gaudet vnum membrum, congaudent cætera membra: pensare vos necesse est, quanta vobis hac in re exultatione congaudeo, in qua non vnum membrum, sed multa Christi mēbra gauisa sunt. Sicut tamen scripta fraternitatis vestræ potui transcurrendo perpēdere: magna lætitia in immoderatam eiusdem fratris mei laudem vos rapuit. Nam hunc sicut solem in Ecclesia apparuisse dicitis, ita vt cuncti clamaretis: Hæc dies quam fecit dominus, exultemus & lętemur in ea. Et certè sequē
D tis vitæ promissio est, qua dicitur: Fulgebunt iusti sicut sol. Nā in hac vita adhuc quisq; positus quātalibet virtute polleat: quomodo sicut sol fulget, in qua corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem? In qua videmus aliam legem in membris nostris repugnantem legi mentis nostræ, & captiuos nos ducentem in lege peccati, quæ est in membris nostris: in qua & in nobismetipsis responsum mortis habemus, vt non simus fidentes in nobis. In qua etiam propheta clamat: Timor & tremor venerūt super me, & contexerunt me tenebræ. Nam & quod scriptum est: Sapiens vt sol permanet, fatuus vt luna mutatur: non ad claritatis fulgorem, sed ad perseuerātiam boni operis comparatio est solis deducta. Bonum verò ordinationis eius initium potuit videri: sed necdum potuit de perseuerātia à vobis laudari. Quod autē hæc dies quam fecit dominus, clamasse vos dicitis, de quo hoc dictū sit, pensare debuistis. Præmissum quippe est: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Atq; de hoc eodem lapide protinus subditur: Hæc dies quã fecit dominus. Ipse enim qui pro fortitudine constructionis dicitur lapis, pro illuminationis gratia appellatus est dies, qui etiã factus est, quia incarnatus est. In quo exultare & lætari præcipimur, quia erroris nostri tenebras suæ in nobis virtutis luce superauit. In creaturę autem laudem vox illa dari non debuit, quæ soli conuenit creatori. Sed cur ista reprehendo, qui quantum gaudia mētem E rapiunt, scio? Charitas etenim vestra magnam nobis lætitiam genuit, quam videlicet mentis lætitiam in fauore lingua secuta est. Quod cùm ita sit, laus ista culpa iam dici non potest, quam charitas inuenit. Mihi verò de sanctissimo fratre meo dici breuiter debuit, quod sufficienter acciperem: quia scirem quis esset qui hāc mihi præcipuè dudum suæ magnitudinis probationem dedit, quòd in tam multis dispensationis Ecclesiasticæ causis occupatus, tranquillum cor inter turbas turbulentas frequentius tenuit, seque ipsum semper sub māsuetudine restrinxit. Quod videlicet non parua laus magni & inconcussi est animi, inter causarum turbas non fuisse turbatum. Prætorea assiduis insistere fraternitas tua precibus debet, vt omnipotens deus in prædicto fratre & cōsacerdote nostro bene cœpta custodiat, & semper ad meliora perducat. Hoc sanctissimis vobis, hoc subiecto ei populo semper orandum est. Nam ita sibi regentiū merita connectūtur & plebium, vt sæpe ex culpa præcedentium deterior fiat vita subiectorum: & sæpe ex merito plebium delinquat vita pastorum. Quia enim mala actio præsidentis valde noceat subditis, testantur Pharisæi, de quibus scriptū est: Clauditis enim regnū *Matth.23.* cœlorum ante homines. Vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis introire. Et quia culpa plebium multum noceat vitæ pastorum, in Dauid facto cognoscimus. Ille enim deo attestāte laudatus, ille supernorum mysteriorum conscius: tumore repētinę elationis inflatus, populum numerando peccauit: & tamen vindictam populus Dauid peccante suscepit. Cur hoc? quia videlicet secundum meritum plebium disponuntur corda regentium. Iustus verò iudex peccātis vitium ex ipsorū animaduersione corripuit, ex quorum causa peccauit. Sed quia ipse sua scilicet volūtate superbiens, à culpa alienus non fuit, vindictam culpæ etiam ipse suscepit. Nam ira sæuiens quæ corporaliter populum perculit, rectorem quoq; populi intimo cordis dolore prostrauit. Hæc itaque considerate inuicem: & sicut is qui vobis, plebibúsque prælatus est, intercedere pro omnibus, ita pro eius conuersatione & moribus orare omnes debetis: vt apud omnipotētem deum & vos illius valeatis imitatione proficere, & ille meritis vestris adiuuetur. Cuncti autem concorditer pro serenissimis dominis, eorumq; pia sobole cum magnis inquātum possumus assiduè fletibus oremus: vt eorū vitam gratia protegēs superna custodiat, & Christiano imperio gentium colla substernat.

Gregorius Stephano episcopo. De Maria patricia conuersa, & Constantinum præfectum commendat. Caput. CLXXII.

Epist.8. Cripta vestrę sanctitatis medullata mihi charitatis verS ba locuta sunt: ita vt per calamum sic in epistolas animus transiret, ac si mihi per semetipsum loqueretur. Qua de re magnas omnipotenti deo gratias refero: quia & diuisis corporibus, nobisq; à vobis recedentibus longè, charitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

G inter nos permanet indiuisa. Et quidem multum mihi, & vltra quàm indignus audire debui, fauorem in epistolis demonstratis.
Eccli.11. Et scriptum est: Ne laudes hominem quãdiu viuit. Tamen & si audire talia non dignus fui, orationibus vestris peto, vt dignus efficiar: vt si bona in me nõ ideo dixistis quia sunt, ideo sint quia dixistis. De gloriosa autẽ Maria patricia valde lætatus sum: quia in sancto dei ouili aggregata est, quod ex vestra factum assidua prædicatione non dubito: *quia ex ipso fructu ostenditis quantũ pro fide catholica laboratis.* Multos etiã per illam venire ad Ecclesiam suspicor, quod totum vestræ laudi proficit, quia scriptũ
Prouer. 14. est: Vbi plurimæ segetes, ibi maxima fortitudo boum. Manifestatur enim virtus prædicantium, vbi surgit seges animarum. Communem verò filium excellentissimum virum dominũ Cõstantinum præfectum quantum plus diligitis, tantum exhortari continuè debetis: vt in causis in quibus mixtus est, semper omnipotẽtis dei iudicium ante oculos cordis habeat: eique soli placere studeat, qui & in præsenti vita valet protegere, & cœlestis patriæ præmia compensare.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. Gratias agit de bonitate eleemosynarum. Cap. CLXXIII.

Epist.9. Benedictionem quã pauperibus fraternitas vestra trãsB misit, lator præsentium homo vester, Candidus nobis dispensantibus suis manibus erogauit: quod vobis secundum animum vestrum fortasse parum visum est. Nos tamen
H secundum modum vestræ substantiæ esse nimium & vltra modũ æstimamus: vt qui illic apud vos innumeros pauperes habetis, p explenda largitate misericordiæ, etiam loca alia & longè posita requiratis. De causis verò aliis à vobis scriptis priorib⁹ iam respondisse memini: & nihil aliud quærere debetis, nisi vt sub cõsideratione solius omnipotẽtis dei cũcta faciatis: & nullius persona vos à vigore disciplinæ emolliat: neque vehemẽs indignatio in rigore, quod absit, aliquo immoderatæ districtionis obduret. Præterea audio, q̃ aliqua de his quæ scripsisse me memini, fraternitas vestra ad mensam suam corã extraneis legi faciat, quod mihi non videtur esse faciendum: quia hoc quod vos pro charitate facitis, possunt quidam quantum ad me est, vanæ gloriæ deputare. Ideoq; coram extraneis antiquorum dicta legite: ex quorum auctoritate valeant qui audierint informari.

Gregorius Agnello episcopo de Arimino. De præposito ordinando, & cura monasterij. Cap. CLXXIIII.

Epist.10. Illio nostro Secundo seruo dei renunciãte didicimus,
F quòd dilectio tua præpositum non habens, omnino in regẽdis fratribus elaboret. Si ergo qui vos ex ordine sequitur, talis est vt circa cellæ ordinationem fratrumq; custodiam, necnon & in hunc lucrandis animabus solers valeat inueniri: is debet ad hunc locum ineunctanter accedere. Si verò talis non est, qualem locus exposcit, de quolibet etiam vltimo gradu
I si talis inter fratres domino protegente fuerit repertus: qui vitæ meritis dignum conuersationis suæ præbeat documẽtum, diuinique in eo timoris vigor inuigilet, huius profectò non locus, sed est vtilitas profectò prouidenda: vt tali exẽplo ad bonæ imitationis normam cuncti se fratres extẽdant: nec eos adhuc locus inferior ad bene operandum tepidos reddat: dũ in illo qui profecerit, de præsenti quod imitentur, aspiciunt. Dilectioni quapropter tuæ in hac ordinatiõe sit nulla dubietas, quòd nõ locus, sed actio apta perquiritur: quia & ante deũ ille prioris obtinet locum, qui in eiusdem oculis, etiã si hic abiectus sit, bonæ actionis instrumento placuerit. Circa fratres nanque sollicita vos, sicut confidimus, decet inuigilare custodia: ne à recto conuersationis itinere per illicitas euagando cogitationes exorbitẽt: atque inimico per inertem custodiam irruptionis aditũ præstent. Sed eos orationi decet instantius adhærere, quatenus pia cœpta eorum, suæ propiciationis dono perficiant: & imperfecta ad cumulum faciant perfectionis ascendere.

Gregorius Rufino episcopo Ephesi. Commendat clericum quendam literas nescientem. Cap. CLXXV.

Epist.11. Micitiarum vestrarũ antiqua nos charitas monuit fra
A ternitatem vestram scriptis præsentibus visitare. Magno etenim sumus gaudio releuati, q̃ de vestræ salutis indicio prospera cuncta cognouimus. sed in his omnipotentem dominum deprecamur: vt sicut nos in præsenti vita, quæ quodã modo vmbra futuræ est, de transitoria, præstitit corporis incolumitate gaudere, ita in illa cœlesti patria, in qua vita vera est, de K perfecta animæ salute gratulari, cõmuniq; faciat exultatiõe gaudere. Harum nãque lator nostris se apud vos desiderans epistolis cõmendari à nobis inquisitus: vtrum, sicut decet clericum, literas didicisset, eas se ignorare respondit. Quid ergo cõmendationis de eo apud fraternitatem vestram amplius agam, ignoro, nisi vt de eius anima debeatis esse solliciti, ac circa eũ pastorali inuigilare studio, vt qui nescit legere, lingua vestra illi sit codex: in bono prædicatiõis vestræ vel operis, quod imitetur aspiciat. Solet enim plærũq; strictius cor viua vox trahere, q̃ lectio dicta per transitũ. Sed dũ hæc ei interius spiritalis à vobis magisterij doctrina tribuetur, exterior quoq; sollicitudo nõ desit: vt eius adiumẽto ad spiritalia appetẽda perueniat. Trãsitoria quoq; percipiat: ne si hoc despicitur, desit cui prædicatio ministretur.

Gregorius Respectæ abbatissæ de Gallis Massiliæ. De priuilegiis monasterij sui. Cap. CLXXVI.

Iæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente cõ *Epist.12.*
P pleri: quatenus & deuotionis sinceritas laudabiliter enitescat, & vtilitas postulata vires indubitanter assumat. Proinde monasterio quod in honorẽ sancti Cassiani est cõsecratum, in quo præesse dinosceris: iuxta petitionem filiorũ nostrorum Dynamij atq; Aureliani, qui id religiosa deuotione domui sui iuris iũctis vniisse ædificiis cõprobantur, & priuilegia præuidimus indulgeri. Cõstituentes, vt obeũte antedicti monasterij abbatissa, non extranea, sed quam congregatio sibi de suis L elegerit ordinetur, quã tamen si digna hoc ministerio iudicata fuerit, eiusdẽ loci episcopus ordinet. In rebus autẽ vel in dispositione monasterij eiusdem, nec episcopũ, neq; ecclesiasticorũ quẽquam aliquam habere decernimus potestatẽ: sed hæc ad sollicitudinis tuæ curam vel quæ post te in eodẽ loco fuerit abbatissa, statuimus per omnia pertinere. Die siquidẽ natalis vel dedicationis supradicti monasterij, episcopo illic missarũ sacra cõueniat solennia celebrare. A quo tamen ita est hoc officiũ exoluendum, vt cathedra eius nisi prædictis diebus dũ illic missarũ solennia celebrat, nõ ponatur. Quo discedente similiter etiã cathedra illius de eodẽ oratorio auferatur. Cæteris verò diebus per presbyterũ qui ab eodem episcopo fuerit deputatus, missarum officia peragantur. Præterea erga vitã actusq; ancillarũ dei siue abbatissæ, quæ in suprascripto fuerit monasterio cõstituta: episcopo secundum dei timorem sollicitudinem statuimus adhibere, vt si aliquã de illic habitantibus exigente culpa oportuerit vltioni submittu: ipse iuxta sacrorũ canonum vigorẽ modis omnibus debeat vindicare. His ergo à nobis statutis atq; cõcessis, ita te in congregationis tuæ dispositione custodiam stude sollicitiorem exhibere, vt iniqui hostis malitia nihil ibi quod maculari possit inueniat. Hæc igitur omnia, quæ huius pagina præceptionis amplectitur: monasterio tuo in omnibus, & ab omnibus in perpetuum seruari Christo protegente censemus: quatenus indultorum priuilegiorum beneficia, M in sua semper inuiolabiliter firmitate permaneant.

Mense Nouembri. Indictione. xv.

Gregorius Fortunato episcopo Fanensi. Scribit sacra vasa pro redemptione captiuorum venundanda. Caput. CLXXVII.

Icut reprehẽsibile & vltione dignum est sacrata quẽ- *Epist.13.*
S quam vasa, præterquã in his quæ lex & sacri canones præcipiunt, venundare: ita nulla est obiurgatione vel vindicta plectendum: si pietatis causa pro captiuorũ fuerint redemptione distracta. Quia ergo fraternitate vestra indicante cõperimus ad redẽptionem captiuorum mutuam se fecisse pecuniam: & eã vnde solueret non habere: atque ob hoc cum nostra vos auctoritate sacrata velle vasa distrahere, in hac re, quia & legum & canonum decreta consentiunt, nostrũ consensum præbere curauimus, & in distrahendis sacratis vasis vobis licẽtiam indulgemus. Sed ne eorum venditio ad vestram possit inuidiam pertinere: oportet vt in Ioãnis defensoris nostri præsentia vsq; ad quantitatem debiti distrahi, & eorum solui preciũ creditoribus debeat: quatenus dum hæc res huiusmodi fuerit obseruatione completa, nec creditores mutuæ pecuniæ damna sentiãt, nec fraternitas vestra inuidiam nunc vel quandoque sustineat.

Gregorius Constantio episcopo Mediolanen. De non curandis obtrectationibus malorum. Caput. CLXXVIII.

Antiquus

A Nullus humani generis inimicus quibus vos linguarum iaculis, & malorũ cordium insidiis existimauit impetẽdos: relatione multorum iãdudum me audisse cognoscite. Sed in cunctis quæ in hac vita aduersa proueniũt, sola est, sicut nostis, omnipotentis dei districtio pensanda, atq; ad cor semper proprium recurrendum: vt nullius nos ibi lingua implicet, vbi cõscientia nõ accusat. Quem enim conscientia defendit, & inter accusationem liber est, & liber vel sine accusatione esse nõ potest, si sola quæ interius audit conscientia accusat. De vestra igitur sanctitate absit à Christianorum iudicio: vt ea quæ maledicorum hominum rumoribus conficta sunt, credamus in qualicũque modulo suspitionis adduci: quia ex sacri eloquij testimonio tenemus, vt matora mala cũ forsitan dicũtur, nisi probata credi nõ debeant: sed probata citius vleisci. Nam ipse qui omnia creauit, & cũcta quæ condidit intuetur deus, malorũ grauium vltione cõmotus ait: Clamor Sodomæ & Gomorræ ascẽdit ad me, descendã vt videam vtrũ clamorem quẽ audiui, opere cõpleuerint, & vleiscar, an non est ita vt sciam? Quò enim descẽderet deus, vt quæ essent facta cognosceret? Aut quid non is qui vbique est sciret? Sed vt nostræ ignorantiæ exemplũ discretionis daret, quatenus deberemus mala grauia audita non credere: ipse se dicit ad cognoscendum descendere, de quo omnibus liquet: quia & nõ descendens omnia sciret. Hæc igitur dixi, vt nimiæ esse leuitatis ostenderem, si quis mala grauia credere studeat, quæ probari non possunt. Vnde sanctitas vestra debet mẽtem suam à maledicorũ hominũ rumoribus atq; obtrectatione disiungere: & sola quæ æternæ vitæ sunt, atq; ad vtilitatem subditorum proficiũt, cogitare: quia & ad hoc fortasse antiquus hostis tali cura implicari vos voluit: vt dũ fraternitatis vestræ animus erga ea quæ sua sunt indesinenter occupatur, aliena minus cogitet: & nullum verbi solatiũ subditis inferat, atque peruersè agentibus nulla districtione cõtradicat. Sic nãque in corporali prælio fieri solet: vt is qui in certamine vexillum portat, ipsum hostis vehementer impetat: quatenus si ipse qui à cæteris attẽditur, vulnus accepit, multitudo omnis citius dispersa capiatur. Hoc igitur opinionis illatæ vulnus sentire vestra fraternitas nõ debet: sed vitam atque meliorationem sibi cõmissorum curare: quatenus venturo iudici bonã possitis & de vestra innocẽtia, & de subiectorũ melioratione ponere rationem. Cætera autẽ quæ ad vtilitatem tẽporis cõgruunt, per Marianum defensorẽ vestrũ vobis verbo intimanda mãdaui. Illum verò episcopũ quẽ à fraternitate tua inuenimus esse depositũ: postquam sacri canones, sicut nostis, vltra tres menses Ecclesiã præcipiant non vacare, si manifestũ in eo crimen apparuit, loco eius episcopum studij vestri sit modis omnibus ordinare: quia diu sine proprio rectore esse non debet Ecclesia. Mense Maio. Indictione. xv.

Gregorius Georgio presbytero, & Theodoro diacono Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Quos dominus, descendens ad inferos, secũ assumpserit. Cap. C L X X I X.

C Emor bonitatis vestræ atque charitatis, memetipsum
M valde reprehendo: q; vos ad remeandum citius relaxaui: sed quia semel ac secundò importunè mihi de relaxatione vestra vos insistentes vidi, perpendi ne graue esset, si vestra apud nos dilectio moraretur. Postquam verò cognouimus vos propter hyemis tẽpus iam longo tempore in itinere remansisse, fateor citius dimissos esse vos dolui. Si enim iter propositũ vestra dilectio peragere non valebat, melius fuerat vt apud me moram, q̃ extra me faceret. Præterea post discessum vestrũ dilectissimis filiis meis diaconis narrãtibus agnoui, q; dilectio vestra dixisset omnipotentem dominum saluatorẽ nostrum Iesum Christum ad inferos descendentẽ, omnes qui illic confiterentur eum deũ, saluasse, atq; à pœnis debitis liberasse. De qua re volo vt fraternitas vestra longè aliter sentiat. Descendens quippe ad inferos, solos per suã gratiam liberauit, qui eum & vẽturum esse crediderunt, & præcepta eius viuẽdo tenuerunt. Constat autem quia post incarnationẽ domini nullus ex his etiã saluari potest: qui fidem illius tenent, & vitã fidei non habent: quia scriptũ est: Cõfitentur se nosse deum, factis autẽ negant, & Ioannes ait: Qui dicit quia nouit eum, & mandata eius nõ custodit, mendax est. Iacobus quoq; frater domini scribit dicens: Fides sine operibus mortua est. Si ergo fideles nunc sine operibus bonis non saluantur: & infideles ac reprobi sine bona actione domino ad inferos descendente saluati sunt, melior illorũ sors fuit, qui incarnationẽ domini minimè viderunt, quàm horũ qui post incarnationis eius mysterium nati sunt. Quod quantæ fatuitatis sit dicere vel sentire, ipse dominus testatur discipulis dicens: Multi reges & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderũt. Sed ne dilectionẽ vestram in mea disputatione immorer: quid de hac hæresi Philastrius in libro quem de hæresib⁹ scripsit dixerit cognoscat. Cuius hæc verba sunt: Sunt hęretici qui dicũt dominum in infernũ descẽdisse, & omnibus post mortem etiam ibidem se nunciasse, vt cõfitentes ibidem saluarentur: cũ hoc sit contrariũ dicenti prophetæ Dauid: In inferno autem quis cõfitebitur tibi? Et Apostolus: Quotquot sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Cuius verbis beatus quoq; Augustinus in eo libro cõcordat, quem de hęresibus scripsit. Hæc itaq; omnia pertractantes, nihil aliud teneatis, nisi quod vera fides per catholicã Ecclesiam docet: quia descẽdens ad inferos dominus illos solũmodo ab inferni claustris eripuit, quos viuẽtes in carne per suã gratiam in fide & bona operatione seruauit. Quod enim per Euangelium dicit: Cum exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum: omnia videlicet electa: nam trahi ad deum post mortẽ non potuit, qui se à deo malè viuendo separauit. Omnipotens deus sua vos protectione custodiat, vt vbicunque estis, & in anima & in corpore gratiæ eius auxilium sentiatis.

Gregorius Agnello episcopo Terracinensi. De obitu Becandæ, & visitatione Ecclesiæ eius. Caput. C L X X X.

Bitum Becãdę anustitis directa relatio patefecit: quapropter visitationis Ecclesiæ destitutę fraternitati tuę
O operam solenniter delegamus, quã ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouectionibus clericorum, reditu vel ornatu ministeriisq;: vel quicquid est in patrimonio eiusdẽ, à quoquam præsumatur, Ecclesiam monere festinet, vt remoto studio, vno eodemq; consensu talem sibi præficiendum expetant sacerdotem, qui tanto ministerio dignus valeat reperiri: & à venerãdis canonibus nullatenus respuatur: qui dum fuerit postulatus, cũ solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati: & dilectionis tuæ testimonio literarum ad nos sacrãdus occurrat: eõ monentes etiã fraternitatem tuã, vt nullum de altera eligi permittatis Ecclesia: nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis in qua visitationis impendis officiũ, nullus ad episcopatũ dignus, quod euenire nõ credimus, potuerit inueniri. Prouisurus ante omnia ne ad hoc cuiuslibet cõuersationis seu meriti laicę personę aspirare præsumant, & tu periculũ ordinis tui, quod absit, incurras.

Gregorius Sabiniano episcopo Iadrentinen. De non cõmunicando Maximo præuaricatori. Cap. C L X X X I.

I dispensationis Ecclesiasticæ regulam, & antiquæ cõ
S suetudinis ordinẽ, sollicita studuissem consideratione pensare, nec tibi aliqua illicitæ præsumptionis culpa surreperet, nec alij occasione tui peccati discrimen incurrerẽt. Itaq; cognouisse te non est ambiguum: quia dum ad nos quędam de Maximo peruenissent, quæ sacerdotij prouectum nõ leuiter impedirent, nostrum in eius persona non fuisse consensum, nec prius eũ voluisse ad hoc quod nitebatur accedere, quàm digna de his quæ dicta erant satisfactio proueniret. Quod cũ seruare & tu omnimodo debuisses, actum magis est vt antedictus Maximus cæcæ mentis auiditate episcopatũ arripiens, ad suam te incautè voluntatẽ, contra nostrum vetitum inclinaret. Sed ne vel tunc irrequisita, quæ ad nos perlata fuerant, permanerẽt: nostris vt huc veniret epistolis est accersitus. Quem etiam prauo studio differentem, curæ nobis fuit sub interdictione cõmunionis iteratis epistolis admonere, vt ad nos pro sui purificatione veniret, excusatione postposita, properaret: sed elegit excõmunicationi succũbere, quàm obedientiam exhibere. Vnde contigit vt peruersæ ipsius mentis prauitas in suam alios secum, quod dici nephas est, perditionem cõuolueret. Nũc autem quia ab eius te nequitia cognouimus dissentire, deniq; vt nec ei communices, nec nominis ipsius facias inter sacra missarum solennia mentionem: vt animæ tuæ vel serò te ab eo discordasse proficiat, scriptis te præsentib⁹ adhortamur, quatenus ad nos mora submota venire non differas: sed & alios tecũ, quos tamẽ potueris, episcopos, cæteros q; religiosos festines adducere, vt causa subtilius examinata: & vestra, si res exegerit, congruè, decenterq; debeat absolutio prouenire: & hi qui in peccato eiusdẽ temeritatis collapsi

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sunt:ad viam salutis auxiliante beato Petro Apostolorũ principe dispositione deo placita reuocẽtur. Sciat autẽ quisquis ad nos episcopus vel religiosus venerit,nullũ se prę;udiciũ vel iniustitiã sustinere:sed ita interius cogita veritate,quæ redẽptori nostro placuerit ordinari:quatenus ex ipsa nostra dispositione domino suffragãte cũctis appareat, nõ nos proprio odio cõtra aliquẽ, sed dei zelo & Ecclesiastici ordinis libramine cõmoueri.

Gregorius Martino diacono & abbati. De absolutione eius. Caput. CLXXXII.

Epistо.18. Scur veraciter aduersus religiosos dicta crimina digna sunt vltione plectenda: ita ab illicitis sunt nihilominus absoluendi, quãdo nullus eos culpæ reatus adstringit. Quia igitur aliqua nobis de te fuerant nũciata, quæ officij tui propositum non leuiter macularent: curæ nobis fuit ea diu ac subtili inuestigatione perquirere. Et quoniam nil quod tibi noceret inuenimus:ne qua de his quæ dicta fuerant, suspitio remaneret, ad plenissimã te satisfactionẽ si ab eis insons extiteris:ad sacratissimum corpus beati Petri Apostolorum principis districta fecimus sacramenta præbere. Et ideo postquã nobis,vt oportuit, satisfactũ est:dilectionem tuã prænidimus modis omnibus absoluendam,atque ad tuam te Ecclesiam:in eo videlicet quo fuisti loco & ordine per omnia statuimus remeare, & nullam te à quoquam cõtradictionem vel inquietudinem de his quæ ad nos perlata fuerant sustinere: admonentes vt ita te
H de cætero cautũ sollicitumq; debeas exhibere,quatenus & officio tuo moribus & actione respondeas:& omnis contra te penitus aduersæ opinionis dicendi subtrahatur occasio.

Mense Maio. Indictione.xv.

Gregorius Cypriano diacono. De conuentu episcoporum, & consolatione Libertini. Cap. CLXXXIII.

Epist.19. Ouit dilectio tua hanc olim cõsuetudinem tenuisse,vt
N fratres & coëpiscopi nostri Romam semel in triẽnio de Sicilia conuenirent:sed nos eorum labori cõsulentes,constituisse:vt suã,huc semel in quinquennio præsentiã exhiberent. Et quia iam diu est ꝙ huc minimè conuenerunt, eos hortari te volumus,vt natalẽ sancti Petri hic deo perducente nobiscum debeant celebrare. Sed ne forte prætori aliqua possit nasci suspitio,si eos huc admonitos venire cognouerit:volũtatem nostram intelligens,ita hoc ex te facere stude, vt & ipsi, sicut prædiximus,ad diem cõstitutum huc veniant:& nulla de eis prætori possit esse suspitio. Liparitanũ verò & Regitanũ episcopos vt huc veniant,pariter cõmonebis. Circa Libertinum verò virum magnificum esto sollicitus:vt nullus illum dolus decipiat: quia aliqua nobis de Rauennati vrbe scripta sunt,ipsamq; ad te epistolã misimus:vt ex ea qualiter te erga eũ debeas exhibere,possis addiscere. Consolare autẽ eñ,vt se nõ affligat:quia credimus q; nos dilectissimus atq; excellẽtissimus filius noster exarchus nõ cõtristet. Nã de psona ipsius scribere nõ distulim⁹. Sed quia
1 in Pado idẽ exarch⁹ occupat⁹ est, minimè scripta ei⁹ suscepim⁹.

Gregorius Fortunato episcopo & Anthemio defensori. De desponsata conuersa. Cap. CLXXXIIII.

Epi.20. Atellus præsentium lator nobis innotuit, sororẽ suã,
C quæ Stephano cuidam fuerat desponsata, diuinæ propiciationis instinctu, Neapoli in monasterio esse conuersam: atque eundem Stephanum domum & res eius aliquas indebitè detinere. Et quia decreta legalia desponsatam si cõuerti voluerit,nullo omnino censuerunt damno multare:fraternitas tua vnà cum Anthemio subdiacono veritatem diligenti curiositate studeat perscrutari. Et si vt edocti sumus, domum vel quid aliud suprascriptum Stephanum iniustè tenere cognoscitis,eũ adhortatio vestra instanter admoneat:vt quæ indebitè detinet,sine aliqua mora vel altercatione restituat, ne rerum alienarum restitutionem sub qualibet excusationis specie differat. Quem si adhortationem vestrã negligere fortasse cognoscitis: nobis tam hoc,quàm etiam qualiter se causę veritas habeat,subtiliter indicate:quatenus cognito negocij merito, alter cogatur, æquitate suadente, restituere, quod facere propria sponte honestatis consideratione contemnit. Latorem verò præsentium fraternitati tuæ commendantes hortamur, vt eum illic moras pati hac pro causa diutius non permittas.

Gregorius Candido presbytero Galliæ. De redemptione captiuorum à Iudæis detentorum. Cap. CLXXXV.

Dominicus præsentiũ portitor lachrymabiliter nobis K
D innotuit quatuor fratres suos de captiuitate à Iudæis *Epist.22.*
redemptos esse:atque eos nunc Narbonæ in eorũdem Iudæorũ seruitio detineri. Et quia omnino graue execrandúmque est Christianos esse in seruitio Iudæorum, dilectionem tuã scriptis præsentibus adhortamur: vt cũ omni subtilitate & solli citudine studeat perscrutari. Et si reuera ita est,atque manifesta tibi veritate cõstiterit:quia nec ipsi vnde se redimãt, nec suprascriptus portitor habet, eos studij tui sit redimere: sciens quia quicquid in eis dederis,tuis sine dubio rationibus imputabitur.

Mense Ianuario. Indictione.xv.

Gregorius Gregoriæ cubiculariæ Augustæ. De eo quod scriptum est: Dimissa sunt ei peccata multa, alterq; testimoniis multis. De misericordia dei. Caput. CLXXXVI.

Esiderata dulcedinis vestræ scripta suscepi: in quibus *Epi.21.*
D vos omnino de peccatorum multitudine studuistis accusare:sed scio quia omnipotẽtem dominum seruẽter diligitis, atque in eius misericordia confido, quia illa de vobis sentẽtia ex ore veritatis procedit: quæ de quadam sancta muliere dicta est: Dimissa sunt ei peccata multa,quoniam dilexit mul tum. Quomodo autem fuerint dimissa, in hoc etiam mõstratum *Luce.7.*
est,quod postmodũ est secutum: quia ad pedes domini sedebat, & verbum ex ore illius audiebat. In cõtemplatiua enim vita suspensa,iam actiuam transcenderat: quam adhuc Martha illius so *Matth.*
ror tenebat. Sepultum quoque dominum requisiuit, studiosè ad L
monumentum inclinata corpus illius non inuenit. Sed etiã re- *Luc.24.*
cedentibus discipulis ipsa ante ianuam monumenti plorãs perstitit:& quem mortuum quærebat, viuentem videre meruit: & quia resurrexisset dominus, discipulis nũciauit. Et hoc mira dispensatione pietatis dei fuit, vt ex ore mulieris nunciaretur vita:quia ex ore mulieris mors fuerat in paradiso propinata. Quæ alio quoque tempore cum Maria altera dominum post resurrectionem vidit,& accedens pedes eius tenuit. Duc rogo ante oculos,quæ manus,cuius teneuerũt pedes? Illa mulier quæ fuerat in ciuitate peccatrix,illæ manus quæ fuerant iniquitate pollutæ,illius tetigerunt pedes, qui ad patris dexteram super angelorum verticem sedet. Pensemus si possumus,quę sint ista superne pietatis viscera:vt mulier quæ in profundo voraginis fuerat demersa per culpam, ex amoris penna sic in altum leuaretur per gratiam. Impletũ est dulcissima filia,impletum quod de hoc sanctæ *Zacha.13.*
Ecclesiæ tẽpore prophetica nobis voce promissum est Et in die illo erit domus Dauid fons patens in ablutionem peccatoris & menstruatę. Domus enim Dauid nobis peccatoribus fons patẽs in ablutionem est: quia ab iniquitatum nostrarum sordibus per Dauid filiũ saluatorem nostrum aperta iam misericordia lauamur. Quod verò dulcedo tua in suis epistolis subiunxit:impor- *Mulier stulta pe-*
tunam se mihi existere, quoadusque scribã mihi esse reuelatum *nitio.*
quia peccata tua dimissa sunt: rem & difficilem etiã & inutilem M
postulasti. Difficilem quidẽ,quia ego indignus sum,cui reuelatio fieri debeat. Inutilem verò,quia secura de peccatis tuis fieri non debes, nisi cũ iam in die vitæ tuæ vltimo plangere eadẽ peccata minimè valebis. Quæ dies quousque veniat,semper suspecta,semper trepida metuere culpas debes,atque eas quotidianis fletibus lauare. Certè Paulus apostolus iã ad tertium cœlum *2.Cor.12.*
ascenderat:in paradisum quoque ductus fuerat, arcana verba audierat,quæ homini loqui non liceret: & tamen adhuc trepidãs dicebat:Castigo corpus meũ,& seruituti subiicio:ne forte aliis *1.Cor.9.*
prædicans,ipse reprobus efficiar. Adhuc timet qui iam ad cœlũ ducitur:& iam timere non vult qui adhuc in terra conuersatur? Perpende dulcissima filia, quia mater negligentiæ solet esse securitas. Habere ergo in hac vita non debes securitatem, per quã negligẽs reddaris. Scriptum est enim: Beatus vir qui semper est *Prouer.28.*
pauidus. Et rursus scriptum est: Seruite domino in timore, & *Psal.2.*
exultate ei cum tremore. In pauco ergo huius vitæ tempore mẽtem vestram necesse est vt tremor teneat:quatenus per securitatis gaudium sine fine postmodũ exultet. Omnipotẽs deus sancti spiritus sui gratia mentem vestram repleat: & post fletus quos quotidie in oratione funditis,ad gaudia vos æterna perducat.

Gregorius Theotisto pariter & Andreæ. De duobus generibus compunctionis. Necnon gratias agit de pecunia in redẽptionem captiuorum collata. Et de miraculo per claues sancti Petri transpositam facto. Caput. CLXXXVII.

Quod in

A Quid in tanto tumultu causarum vestra excellentia posita: sacri verbi vbertate plena est, atque ad æterna incessanter gaudia suspirat: magnas omnipotēti deo gratias ago: quia hoc in vobis impletū video, qđ de dilectis patrib⁹ scriptum est: Filij autē Israël ambulauerunt per siccum per medium mare: at cōtra: Ego veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Vos verò ad repromissionis patriam inter vndas causarum secularīū siccis, vt video, gressib⁹ ambulatis. Agamus ergo gratias spiritui qui corda quę implet leuat: qui inter tumultus hominum, solitudinē in mente facit. In cuius præsentia nullus locus cōpunctæ animæ est secretus. Aeternę enim suauitatis odorē trahitis, atque ideo spōsum animæ ardenter amatis, ita vt cum cœlesti spōsa ei dicere possitis: Trahe me post te: in odorē vnguentorum tuorū currimus. In epistolis autem excellētiæ vestræ hoc minus reperi: quia mihi de serenissima domina indicare noluit, quæ studiosè legat, vel in lectione qualiter cōpungatur. Prodesse quidem ei multum debet vestra præsentia: vt inter causarum fluctus quas assiduè patitur, ex quibus velit nolit foras trahitur, semper ad amorem cœlestis patriæ interius reuocetur: & hoc quoque inuestigare debetis, quotiēs ei pro sua anima lachrymæ dantur: vtrum adhuc ex timore, an iam ex amore cōpungatur. Duo quippe sunt compunctionis genera, sicut scitis. Vnum quod æternas pœnas metuit, aliud quod cœlestibus præmiis suspirat: quia deum sitiens anima prius timore cōpungitur, pòst amore. Ante enim semetipsam in lachrymis afficit: quia dū malorum suorū recolit, pro his perpeti supplicia æterna pertimescit. At verò cùm lōga mœroris anxietate fuerit formido consumpta, quædam iam de præsumptione veniæ securitas nascitur: & in amore cœlestium gaudiorum animus inflāmatur. Et qui prius flebat antequam duceretur ad supplicium, postmodum flere amarissimè incipit quia differtur à regno. Cō templatur etenim mens qui sint illi angelorum chori, quæ ipsa societas beatorum spirituū, quæ visio internæ charitatis dei: & amplius plangit quia à bonis perennibus deest, quā flebat prius cùm mala æterna metuebat: sicque fit vt perfecta cōpunctio formidinis trahat animam ad cōpunctionem dilectionis. Quod bene in sacra veraciq; historia figurata narratiōe describitur, quæ ait. Axa filia Caleph sedens super asinam suspirauit. Cui dixit pater suus: Quid habes? At illa respondit: Da mihi benedictionem. Terram Australem & arentem dedisti mihi, iunge & irriguam. Et dedit ei pater suus irriguum inferius, & irriguū superius. Axa quidem super asinam sedet, cū irrationabilibus carnis suæ motibus anima præsidet. Quæ suspirans à patre terram irriguam petit quia à creatore nostro cū magno desiderio quęrenda est lachrymarum gratia. Sunt nanque nōnulli, qui iam in dono percipiunt liberè pro iustitia loqui, oppressos tueri, indigentibus propria tribuere, ardorem fidei habere: sed adhuc gratiam lachrymarum non habent. Hi nimirum terram Australem
C & arentē habent, sed adhuc irrigua indigent. In bonis enim operibus positi, in quibus magni atque feruentes sunt: optant valde vt aut timore supplicij, aut amore regni cœlestis peccata sine quibus viuere non possunt, quotidie plorent. Sed quia, vt dixi, duo sunt cōpunctionis genera: dedit ei pater suus irriguū superius, & irriguum inferius. Irriguū quippe superius accipit anima, cùm se in lachrymis regni cœlestis desiderio affligit. Irriguum verò inferius accipit, cū inferni supplicia flendo pertimescit. Et quidem prius inferius, & pòst irriguum superius datur. Sed quia compunctio amoris magna dignitate præeminet: necesse fuit vt prius irriguum superius, & pòst irriguū inferius diceretur. Vos ergo quæ operante omnipotente domino vtraque compunctionis genera experimento nostis: quātum per verba serenissimæ dominæ vestræ prodestis, quotidie sollicitè perscrutari debetis. Peto autem vt paruulos dominos quos nutritis, præcipuè moribus instruere curetis: & glorioſos eunuchos qui eis deputati sunt admonete: vt ea illis loqui debeant, quæ eorum mentes in charitate circa se inuicem, & erga subiectos in mansuetudine compungant: ne si quid odij modo inter se conceperint, in aperto postea erumpat. Verba siquidem nutrientium aut lac erunt si bona sunt, aut venenum si mala. Talia ergo nunc eis suggerant, quæ postmodum ostendant quàm bona fuerint, quæ à nutritorum suorum ore suxerūt. Præterea triginta auri libras dilectus filius meus Sabinianus diaconus ab excellentia vestra transmissas in redemptionem captiuorū dan- D
das, atque pauperibus erogandas detulit, de quibus vobis gaudeo, sed mihi pertimesco: quia apud tremendum iudicem non solum de sancti Petri Apostolorum principis substātia, sed etiā de vestris rebus rationem redditurus vado. Vobis autem omnipotens deus pro terrenis cœlestia, pro temporalibus æterna restituat. Indico verò quia ex Crotonensi ciuitate quæ super Adriaticum mare in terra Italiæ posita, transacto anno à Longobardis capta est: multi viri ac multæ mulieres nobiles in prædā ductę sunt, & filij à parentibus, parentes à filiis, & coniuges à cōiugibus diuisi, ex quibus aliqui iam redēpti sunt. Sed quia grauia precia eis indicūt, multi apud nephādissimos Longobardos hactenus remānserunt. Mox autē medietatem pecuniæ quā transmisistis, in eorum redemptionē transmisi. De medietate verò ancillis dei quas vos Greca lingua monasticas dicitis, lectisternia emere dispōsui: quia in lectis suis graui nuditate in huius hyemis vehementissimo frigore laborabant, quæ in hac vrbe multæ sunt. Nam iuxta notitiam qua dispensantur, tria milia reperiuntur. Et quidem de sancti Petri Apostolorū principis rebus, octoginta annuas libras accipiunt. Sed ad tātam multitudinem ista quid sunt? maximè in hac vrbe, vbi omnia graui precio emuntur. Harum verò vita talis est, atque intātum lachrymis & abstinentia districta: vt credamus quia si ipsæ non essent, nullus nostrum iam per tot annos in loco hoc subsistere inter Longobardorum gladios potuisset. Præterea benedictionem sancti Pe E
tri apostoli clauem à sacratissimo eius corpore trāsmisi, de qua videlicet claui hoc est gestum quod narro miraculum. Dū eam quidam Longobardorum ciuitatem ingressus in transpadanis partibus inuenisset: quia sancti Petri clauis esset despiciens, sed pro eo quòd eam auream vidit, facere sibi ex illa aliquid aliud volens, eduxit cultellum vt eam incideret: Qui mox cultellum cum quo eam per partes mittere voluit, arreptus per spiritum, sibi in gutture defixit, eademque hora defunctus cecidit. Et dū illic rex Longobardorum Antharith atque alij multi eius homines adessent: & is qui se percusserat, seorsum mortuus, clauis verò hæc seorsum iaceret in terra: factus est omnibus vehemētissimus timor: vt eandem clauem de terra leuare nullus præsumeret. Tunc quidam Longobardus catholicus, qui sciebatur orationi & eleemosynis deditus, Minulfus nomine, vocatus est, atque ipse hanc leuauit de terra. Antharith verò pro eodem miraculo aliam clauem auream fecit, atque cum ea pariter ad sanctæ memoriæ decessorem meum transmisit: indicans quale per eam miraculum contigisset. Ipsam ergo vestræ excellentiæ trāsmittere studui, per quam omnipotens deus superbientem & perfidum hominem peremit, vt per eam vos qui eum timetis & diligitis, & præsentem salutem & æternam habere valeatis.

Gregorius Anastasio episcopo Antiocheno. De Cyriaco episcopo & prophano vocabulo.

Caput. CLXXXVIII. F

Esideratam suauissimæ vestrę sanctitatis epistolam cō
D muni filio meo Sabiniano diacono deferente suscepi, *Epist. 24.*
in qua non linguæ, sed animæ verba profluebant. Et non mirum si bene loquitur qui perfectè viuit. Quia enim per magistrum spiritum in schola cordis per præcepta vitæ didicistis terrena cuncta despicere, ad cœlestem patriā festinare: quātum vos in bono profecistis, tātum bona etiam de aliis senutis. Dum verò in scriptis vestræ beatitudinis multa de me dici laudabilia audirem, intellexi studium: quia cōmemorare voluistis non quid sum, sed quid esse debeam. Illud verò quod me dicitis morum meorum debere reminiscī, & maligno spiritui quærēti animas cribrare, prō nulla causa locum dare: ego quidem malis semper me moribus recolo, atque eosdē in me mores si possum vincere ac delere festino summopere. Si tamen, vt vos creditis, aliquid boni habui, in omnipotentis dei adiutorio confido, quia oblitus non sum. Sed sanctitas vestra, vt video, in præmissis verbis dulcedinis, & subsequenti hoc verbo epistolam suam api esse similem voluit, quę mel simul & aculeū portat: vt me & melle satiaret, & aculeo pungeret. Sed inter hæc ego ad meditādam Salomonis vocem redeo: quia meliora sunt vulnera diligentis, *Prouer. 27.*
quàm inimici blandientis oscula. Quod verò dicitis pro nulla causa dare nos locum scādalo debere: hæc mihi & piissimus dominus filius vester, pro cuius vita incessanter orandum est, iam

G sæpius scripsit: & quod ille ex potestate, scio quia hoc vos ex amore dicitis. Nec miratus sum vos in vestris epistolis imperialia verba posuisse: quia habent inter se maximam cognationem amor & potestas. Nam vtraq; principaliter præsumunt, vtraque per auctoritatem semper loquuntur. Et quidem in suscipienda fratris & consacerdotis nostri Cyriaci synodica epistola dignũ non fuit vt pro causa prophani vocabuli moras facerem, ne vnitatem sanctæ Ecclesiæ perturbarem: sed tamen de eodem superstitioso & superbo vocabulo eum admonere studui, dicens quia pacem nobiscum habere non posset, nisi elationem prædicti verbi corrigeret: quam primus apostata inuenit. Vos tamẽ eandem causam nullam esse dicere non debetis: quia si hanc æquanimiter portamus, vniuersæ Ecclesiæ fidem corrumpimus. Scitis enim quanti non solum hæretici, sed etiam hæresiarchæ de Constantinopolitana Ecclesia sunt egressi. Et vt de honoris vestri iniuria taceam, si vnus episcopus vocatur vniuersalis, vniuersa Ecclesia corruit, si vnus vniuersus cadit. Sed absit hæc stultitia, absit hæc leuitas ab auribus meis. In omnipotente autem domino confido: quia quod promisit, citius impleturus est: Omnis qui se exaltat, humiliabitur. Hæc occupatus in multis, ad epistolarum vestrarum dicta in breuitate respondi: nam quę modo loqui per scripta non debeo, in animo signata manent. Peto vt me beatitudo vestra in suis sanctis orationibus semper ad memoriã reducat: quatenus à malis me tẽporalibus & æternis vestræ intercessiones eripiant. Pro serenissimo autem domino imperatore studiosẽ & feruenter orate: quia valde est eius vita mundo necessaria. Cesso autem amplius dicere, quia & vos non dubito scire.

Lucæ.14. & 18.

H

Gregorius Theodoro medico Constantinopolitano. De largitate eleemosynarum eius.

Caput. CLXXXIX.

Epist.25.

Dilectissimus filius meus Sabinianus diaconus ad me D reuersus, nulla glorię vestrę scripta detulit: sed ea quæ transmissa sunt, captiuis & pauperibus deportauit. vnde & intellexi causam, ideo enim homini loqui per epistolas noluistis: quia omnipotenti deo verbum in bona operatione feceratis. Habet enim vestra operatio vocem propriã: quæ ad aures dei secreta clamat: sicut scriptum est, Absconde eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te orabit. Et quidem mihi (fateor) triste est aliena expendere: & super eas quas de substantia Ecclesiastica habeo: adhuc etiã de rebus sanctissimi filij domni Theodori rationes ponere. Vestræ tamen benignitati cõgaudeo: quia sollicitè attenditis atque custoditis hoc quod veritas dicit: Date eleemosynam, & ecce omnia mũda sunt vobis. Et hoc quod scriptum est: Sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna extinguit peccatum. Paulus quoque Apostolus ait, Vestra abundantia illorum inopiam suppleat: vt & illorũ abundantia vestræ sit inopiæ supplementum. Tobias filium admonet dicens: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si autem parum, etiam de exiguo libẽter impartire. Vos itaque hæc omnia præcepta seruatis: sed pro nobis vt oretis petimus, ne laborum nostrorũ fructus indiscretè & non sicut necesse est dispensemus: ne vnde vos peccata minuitis, nos inde cumulemus. Omnipotens autem deus sua vos protectione custodiat: sicque vobis in terreno palatio humanam gratiam tribuat: vt post longa vos tempora ad cœlestis palatij gaudia æterna perducat. Benedictionem verò sancti Petri Apostolorum principis quem multum diligitis, clauem à sacratissimo eius corpore vobis transmisimus: in qua ferrum de cateuis eius clausum est: vt quod illius collum ligauit ad martyriũ, vestrum ab omnibus peccatis soluat.

Ecclí.29.

Lucæ.11.

Ecclí.3.

2.Cor.8.

Tob.4.

I

Gregorius Andreæ. De contemnendo hoc sæculo.

Caput. CXCX.

Epist.26.

Magnitudinis vestræ scripta suscipiens, cognita salute M vestra gauisus sum: & de benignitate piissimæ dominæ: quæ erga vos suam gratiam ostendere dignata est: valde lętatus. Et quòd domina Cõstantia clarissima puella priusquam nuptias faceret: ab huius mũdi illecebris est erepta, vehementer exulto. Illud autem quòd vos in militiam sponsum eius intrasse dixistis: & ꝙ serenissimo domino imperatori commendari voluistis: vt vobis aliqua iniungat: vbi vos vtiles esse existimat: mentem meam non modico mœrore tetigit: quia ego bonitatem morũ vestrorum ad aliud tẽdere semper existimaui. Multos autẽ noui qui in seruitio reipublicę positi vehementer affliguntur: quia eis non licet vacare & peccata sua plangere: & vos K quare nescio occupari desideratis. Cur enim magnificè fili non consideras: quia mundus in fine est? Omnia vrgentur quotidie, ad reddẽdas rationes æterno & tremẽdo iudici, ducimur. Quid ergo aliud nisi de aduentu illius cogitare debemus? Vita enim nostra nauiganti est similis: is nãque qui nauigat, stat, sedet, iacet, vadit: quia impulsu nauis ducitur. Ita ergo & nos sumus, qui siue vigilantes, siue dormientes, siue tacentes, siue loquẽtes, siue ambulantes, siue volẽtes, siue nolentes, per momenta temporũ quotidie ad finem tendimus. Cum igitur finis nostri dies aduenerit, vbi nobis erit omne quod modo cum tanta cura quęritur, & cũ sollicitudine congregatur? Non ergo honor, non diuitiæ quærendæ sunt, quæ dimittuntur. Sed si bona quærimus: illa diligamus, quæ sine fine habebimus. Si autem mala pertimescimus, illa timeamus quæ à reprobis sine fine tolerantur. Hoc ipsum verò esse in obsequio piissimi principis, quanta est mentis occupatio in appetitu terrenæ gratiæ: & quantus est timor ne hæc eadem gratia perdatur si adepta fuerit? Perpende ergo quæ pœna sit, aut prosperitatis desiderio fatigari, aut aduersitatis timore pauescere. Vnde magis suadeo vt magnitudo vestra in suo proposito quondam, in pauco tẽpore delectabili receptaculo peregrinationis viuere studeat: & quietam ac trãquillam vitam ducere, sacris lectionibus vacare, cœlestia verba meditari, in æternitatis amore se accendere, de terrenis rebus secũdum vires bona opera agere, & regnum perpetuum in eorum remuneratione spera- L re. Sic autem viuere, iam in æternitatis vita partem habere est. Hæc magnificè fili loquor, quia multum te diligo. Et quia in procellas & fluctus cordis tẽdis, verborum meorum funibus te ad littus reuoco: & si trahentẽ sequi volueris, quæ pericula euaseris, quæ gaudia inueneris, in ipso quietis tuæ littore positus agnosces. Præterea gratias ago, quia me de duabus personis quę cum glorioso Gallitio venerunt, caurũ reddere studuistis, quãuis personæ eius quam prius magnitudo vestra nominauit, iam in malis non modicum experimentum tenemus. Sed quia mala sunt tempora, omnia cum gemitu portamus. Omnipotẽs autem deus sua vos protectione custodiat: detque vobis & hic bene agere: & apud se in perpetuum in æterna vita gaudere.

Epist.27.

Gregorius Narsæ religioso. De persecutione non timenda: & salute plurimorũ amicorũ. Cap. CXCI.

Vim Romanum defensorem ad vrbem regiam mitte- C rem, diu scripta vestra requisiui: sed inueniri minimè potuerunt: postmodũ verò inter multas aliorũ epistolas sunt inuenta: in quibus mihi dulcedo vestra suas afflictiones & tribulationes spiritus indicat: & aduersitates malorũ hominũ manifestat. Sed rogo in his omnibus reuoca ad mentẽ hoc quod credo quia nũquam obliuisceris. Quia omnes qui volũt viuere *2.Tim.3.* in Christo, persecutionem patiũtur. Qua in re ego fidẽter dico: quia minus piè viuis, si minus persecutionẽ pertuleris. Idẽ quoque doctor gentium quid aliud discipulis dicat, audiamus: Ipsi *1.Thes.2.* scitis fratres introitum nostrum ad vos, quia non inanis fuit: sed M antè passi & cõtumeliis affecti. Ecce dulcissime fili, prædicator sanctus ingressum suum vacuum fuisse perhibuit, si cõtumelias non pertulisset, & tua charitas dici bona vult, sed mala perpeti recusat. Vnde necesse est vt inter aduersa se strictius accingat: vt desiderium ad amorem dei atque studium bonæ operationis ipsa plus aduersitas augeat. Sic semina messium gelu cooperta fertilius germinant. Sic ignis flatu premitur vt crescat. Scio quidẽ quia ex tot malarum linguarum sermonibus peruersis tempesta tem validam pateris: in mente cõtradictionum fluctus sustines. Sed redeat ad animum quod per Psalmistam dominus dicit: Ex- *Psal.80.* audiui te in abscondito tempestatis: probaui te ad aquas contradictionis. Si enim inter contradicentes ea quæ dei sunt egeris, tunc verus operator probaris. Dulcissima autem vestra charitas mihi scripsit, vt monasteriis quæ per orationes & magisterium vestrum à filio nostro domino Paulo instituta sunt, aliquid admonendo scriberem. Sed si dei sunt vasa, scio quia per compunctionis gratiam fontem sapientiæ intus habent: & meæ siccitatis guttas paruulas suscipere non debẽt. Perfecta verò vestra sapiẽtia recolit, quia in paradiso pluuia non fuit: sed fons ascendebat de medio paradisi, qui irrigaret faciem terræ. Illæ ergo animæ quæ per compunctionis gratiam fontem in semetipsis habent, de aliena lingua pluuiam necessariam non habent. Per scripta autem

A autem vestra mihi transitum domnæ Esychiæ nunciastis, & magna exultatione gauisus sum: quia illa bona anima fœliciter ad suam patriam peruenit: quæ in patria laborabat aliena. Gloriosas autem filias meas dominam Dominicam, & domnam Eudochiã mea vice salutate. Sed quia prædictã domnam Dominicam iam diu est quòd audio præpositam factam: hoc circa eam vestra charitas vigilet, vt quia iam seruire in labore terreni palatij non cõpellitur, omnes mundi huius strepitus perfectè fugiat, totam se deo conferat, nihil de se extra se relinquat. Sed & quantas volet animas in creatoris sui seruitium colligat: vt earum mentes per verbum eius gratiam compunctionis accipiant: & tanto celerius ipsa ab omnibus peccatis suis absoluta sit, quanto per eius vitam & linguam etiam aliarum animæ peccatorum suorum nexibus eruperint. Quia autem nemo hominum in hoc mundo sine peccato est: (& quid est aliud peccare nisi à deo fugere?) fiducialiter dico etiam eandem filiam meam peccata aliqua habere. Vt ergo dominæ suæ, id est æternæ sapientiæ perfectè satisfaciat: quę sola fugit, cum multis redeat. Auersionis enim suæ culpa nulli imputabitur, quæ reuertens lucrum reportat. Dominum autem Alexandrum & dominum Theodorum mea per vos peto vice salutari. Quod verò scribitis, vt excellentissimæ filiæ meæ dõnæ Gurdiæ: & sanctissimæ filiæ eius domnæ Theotistæ: & magnificis earum hominibus domino Marino & domino Chistiodoro scribere debeam: eosque aliquid de anima sua admonere,
B bene scit dulcissima vestra magnitudo, quia hodie in Constantinopolitana ciuitate: qui de Latino in Græcum dictata benè trãsferant, non sunt. Dum enim verba custodiunt, & sensus minimè attendunt: nec verba intelligi faciunt, & sensus frangũt. Pro qua re prædictæ filiæ meæ dõnæ Gurdiæ breuiter scripsi, nam cæteris tacui. Duas autẽ camisias, & quatuor oraria vobis transmisi: quæ prædictis viris ex benedictione sancti Petri peto humiliter offerri. Præterea quidam moriens vnum mihi puerulum dimisit: de cuius anima cogitans, eum dulcedini vestræ trãsmisi: vt in eius viuat in hac terra seruitio, per quem ad libertatem cœli valeat peruenire. Dilectissimum autem filium meum Anatholium diaconum, quem ad facienda responsa Ecclesiæ in vrbem regiam transmisi: peto vt frequenter dulcissima vestra charitas visitet, vt post labores quos in causis secularibus patitur, in verbo dei vobiscum requiem inueniat, & quasi quodam Cãdido linteo eiusdem laboris terreni sudorẽ detergat. Quem personis omnibus: quæ vobis notæ sunt commendate: quanuis scio quia si perfectè cognoscitur, commendatione non eget. Vos autem quantum sanctum Petrum Apostolum, quantum me diligitis, in ipso modo monstrate. Omnipotens autem deus dulcissimam mihi charitatem vestram ab interioribus hostibus exterioribusque custodiat, & quando ei placuerit, ad cœlestia vos regna perducat.

Gregorius Cyriaco episcopo Constantinopolitano. De submouendo prophano vocabulo. Caput. C X C II.

C Epist. 28. S Cripta beatitudinis vestræ suscepimus, quæ nobis nõ linguæ sed animæ verba loquebantur. Aperiebant etenim mentem, quę tamẽ mihi clausa non erat: quia per memetipsum suauitatis ipsius experimentũ tenebam. Vnde omnipotenti deo incessanter gratias refero, quia si erga nos in corde nostro virtutum mater charitas permanet: bonorum operum ramos nunquam amittitis, quia ipsam bonitatis radicem tenetis. Oportet ergo vt mihi atque omnibus fratribus vestris eius charitatis pulchritudinem in hoc primùm opere monstretis, vt verbum superbiæ, per quod graue scandalum in Ecclesiis generatur, auferre festinetis: hoc modis omnibus implentes, quod scriptum est: Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Et rursus, Nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Tunc enim ostensa charitas vera est, si per typhum superbiæ inter nos schisma nõ fuerit. Ego enim Iesum testem inuoco in anima mea: quia à summo vsque ad vltimum nulli hominum dare scandali occasionem volo. Omnes magnos esse & honorabiles cupio: quorum tamen honor honori omnipotentis dei non detrahat. Nam quisquis se contra deum honorari appetit: mihi honorabilis non est. Sed vt cognoscatis quam erga vestram beatitudinem habeam voluntatem dilectissimum filium meum Anatholium diaconum ad piissimorum dominorum vestigia transmisi, qui eorum pietati ac vestræ fraternitati satisfaciat: quia nul

Epist. 4. 1. Tim. 5.

li in hac causa nocere appeto, sed humilitatem deo placitam, & D sanctæ Ecclesiæ cõcordiam custodire. Et quia hostis omnipotentis dei Antichristus iuxtà est, studiosè cupio ne proprium quid inueniat nõ solum in moribus, sed etiam nec in vocabulo sacerdotum. Ea ergo quæ nouo modo introducta sunt, ipso ordine quo illata sunt, auferãtur: & pax in domino illibata permanebit. Nam quę erit inter nos dulcedo: quæ charitas si nosmetipsos voce refouemus, & rebus pungimus? Hoc ergo vestra sanctitas agat, vt bona quæ dicitis, nos in cordis medulla sentiamus, quatenus dum in vnanimitate corda fuerint sacerdotũ, pro piissimorum dominorum vita deprecantes tanto citius exaudiri mereamur, quanto & orationes vestras ante dei oculos pax illuminat: & discordiæ macula non obscurat.

Gregorius Anastasio presbytero. De contentione inter ipsum & Hierosolymorum Episcopum. Caput. C X C III.

Epist. 29. Matt. 12. Q Via bonus homo de bono thesauro cordis sui bona profert, hoc tua charitas & semper viuendo, & modo mihi in epistola sua loquendo monstrauit, in qua inueni duos quosdam de virtutibus litigantes: te videlicet pro charitate: atque alium pro timore & humilitate contendere. Et quanuis in multis occupatus, quanuis Græcæ linguæ nescius, in contentione tamen vestra iudex resedi: sed requisita veritate in meo iudicio contradictorem tuum ipse vicisti per apostolicã sententiam, quam vobis contendentibus protuli, quia timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor pœnam habet: qui autem timet, non est perfectus in charita
1. Ioan. 4. E te. Tua itaque fraternitas quantum in charitate perfecta sit scio. Et quia omnipotentem deum multum diligit, oportet vt de proximo multũ præsumat. Non enim loca vel ordines creatori nostro nos proximos faciunt: sed ei nos merita bona iungunt, aut mala disiungunt. Quia ergo adhuc incertum est quis interius qualis sit, cur non audebas scribere: cùm inter me & te quis sit superior ignores? Et quidem bene te viuere scio, me autem multis oneratum peccatis noui. Sed etsi ipse peccator es, me tamen multo melior: quia tu tua tantummodo, ego verò & eorum qui mihi commissi sunt peccata porto. In hoc ergo te altum, in hoc te magnum aspicio, qui ante humanos oculos in magno atque in alto loco minimè profecisti: in quo sæpe dum exterius ab hominibus honor tribuitur, ad ima animus mergitur: quia curis discerpentibus grauatur. Tibi autem omnipotens deus iuxta hoc *Psal. 83.* quod scriptum est: Ascensus in corde dispositi, in conualle lachrymarum. Multo autem mihi altior, multo sublimior videri poteras, si neque ducatum monasterij quod Neas dicitur suscepisses: quia in eodem monasterio (sicut audio) monachorũ quidem species tenetur, multa verò sub sanctitatis habitu secularia aguntur. Sed etiam ad hoc te existimabo cœlesti gratia peruenisse, si ea quæ in loco illo omnipotenti deo displicent, te fuerint duce correcta. Sed quia inter patrem eiusdem monasterij & pastorem Hierosolymorum Ecclesiæ semper esse iurgia con F sueuerunt, credo quòd omnipotens deus idcirco dilectionem tuam & sanctissimum fratrem & consacerdotem meum ambos esse vno tempore Hierosolymis voluit: vt ea quæ prædixi iurgia tollerentur. Nunc ergo ostendite quantum vos prius amastis. Scio quia vtrique abstinentes, vtrique docti, vtrique humiles estis: vnde necesse est vt saluatoris nostri gloria in vobis iuxta vocem Psalmistæ resonet, in tympano & choro laudetur. In tympano etenim corium ex pelle sicca est: in choro verò vocum concordia. Quid igitur per tympanum, nisi abstinentia: quid per chorum, nisi vnanimitas designatur? Quia ergo per abstinentiam dominum laudatis in tympano, peto vt per vnanimitatem laudetis in choro. Per semetipsam quoque veritas di- *Marc. 9.* cit: Habete sal in vobis: & pacem habete inter vos. Quid per sal nisi sapientia designatur? Paulo attestante qui ait: Sermo vester *Col. 4.* in gratia semper sale sit cõditus. Quia ergo per doctrinam verbi cœlestis sal habere vos nouimus, restat vt per charitatis gratiam etiam inter vos pacem toto corde teneatis. Hæc charissime frater dico, quia vtrosque vos multum diligo, atque omnino pertimesco ne orationum vestrarũ sacrificia ex aliqua inter vos dissensione maculentur. Benedictionẽ verò quã & prius per exhilaratũ Secũdicerium, & postmodum per Sauinianum diaconum transmisistis, cum gratiarum actione suscepi, quia de sancto loco decuit vos sancta transmittere, & cui assiduè ministratis,

G ſtratis, ex veſtro ipſo munere demonſtrare. Omnipotens deus, ſua vos dextera protegat: atque à malis omnibus ſeruet illæſos.

Gregorius Mauricio Augusto. Quòd qui vniuerſalem ſe nominat, præco ſit Antichriſti.
Caput. CXCIIII.

Epiſt. 30. D Ominorum pietas prouida ne quid fortaſſe ſcandali in vnitate ſanctæ Eccleſiæ ex ſacerdorum diſſenſione generari potuiſſet, ſemel ac bis me admonere dignata eſt, vt reſponſales fratris & conſacerdotis mei Cyriaci benignè ſuſciperem, eoſque ad remeandum citius relaxarem. Et licèt piiſsimè domine aptè & prouidè cuncta percipiatis, ego tamen inuenio quia eorum iudicio indiſcretus eſſe ex hac tali admoni tione reprehẽdor. Nunquid nam ſi ex ſuperbo ac prophano vo cabulo meus nõ in modico eſt animus vulneratus, tãtæ indiſcre tionis eſſe potui, vt neſcirem quid vnitati fidei, quid concordiæ eccleſiaſticæ deberem, & fratris mei reſponſales & ſynodicam epiſtolam ſuſcipere cuiuſlibet cauſæ amaritudine interueniente recuſarem? Abſit hoc. Nimis mihi fuerat deſipuiſſe, ſic ſapere. Aliud nanque eſt quod conſeruandæ vnitati fidei, atque aliud quod debemus comprimendæ elationi. Diſtinguenda ergo erant tempora, ne prædicti fratris mei ex quolibet arti culo nouitas turbaretur. Vnde & reſponſales eius cum magno affectu ſuſcepi. Quicquid debui charitatis exhibui, meliuſque eos quàm conſuetudo priſca fuerat honoraui: & mecum feci H eos ſacra miſſarum ſolennia celebrare, quia ſicut meus diaconus ad exhibenda ſancta myſteria illi non debet miniſtrare qui elationis culpam aut commiſit, aut commiſſam ab aliis ipſe non corrigit: ita miniſtri illius in celebratione miſſarum mihi adeſſe debuerunt: qui, cuſtodiente deo, in ſuperbiæ errorem non cecidi. Eundem verò fratrem & conſacerdotem meũ ſtudioſè admonere curaui, vt ſi habere pacem omnium cõcordiamque deſiderat, ab ſtulti vocabuli ſe appellatione compeſcat. De qua re mihi in ſuis iuſsionibus dominorum pietas præcepit dicens, vt pro appellatione friuoli nominis inter nos ſcandalum generari non debeat. Sed rogo vt imperialis pietas penſet: quia alia ſunt friuola valde innoxia, atque alia vehementer nociua. Nunquid non cùm ſe Antichriſtus veniens deum dixerit, friuolum valde erit, ſed tamen *nimis* pernicioſum? Si quantitatem ſermonis attendimus, duæ ſunt ſyllabæ. Si verò pondus iniquitatis, vniuerſa pernicies. Ego autem fidenter dico, quia quiſquis ſe vniuerſalem ſacerdotem vocat, vel vocari deſiderat, in elatione ſua Antichriſtum præcurrit: quia ſuperbiendo ſe cæteris ptæponit. Nec diſpari ſuperbia ad errorem ducitur, quia ſicut peruerſus ille, deus videri vult ſuper omnes homines, ita quiſquis iſte eſt qui ſolus ſacerdos appellari appetit, ſuper cæteros ſacerdotes ſe extollit. Sed quoniam veritas dicit: Omnis qui ſe *Luc. 14. & 18.* exaltat, humiliabitur: ſcio quia quælibet elatio tanto citius rum pitur, quanto amplius inflatur. Illis ergo pietas veſtra præci- I piat, ne quod per appellationem friuoli nominis ſcandalum gignant, qui in ſuperbiæ typhum ceciderunt. Nam peccator ego, qui auctore deo humilitatem teneo, admonẽdus ad humilitatem non ſum. Omnipotens autem deus ſereniſsimi domini noſtri vitam, & ad pacem ſanctæ Eccleſiæ, & ad vtilitatem reipublicæ Romanæ per tempora longa cuſtodiat. Certi etenim ſumus: quia ſi vos viuitis, qui cœli dominum timetis, nulla contra veritatem ſuperba præualere permittitis.

Gregorius Eulogio epiſcopo Alexandrino, & Anaſtaſio epiſcopo Antiocheno. De reſponſalibus Cyriaci epiſcopi, in cauſa fidei commiſſorum. De ſuo diacono cum eo non proceſſuro. De damnatione Eudoxij ſibi incognita. De hiſtoria Sozomeni, ab apoſtolica ſede reprobata. De anima Adæ, quòd in peccato mortua eſt. Dicit quoque eum per pœnitentiam ſalnatum. Et quòd diabolus cor hominis ingreditur. Cap. CXCV.

Epiſt. 31. C Haritas qua vobis valde cõſtrictus ſum, tacere me minimè permittit: vt ſanctitas veſtra quæcũque apud nos aguntur agnoſcat, & falſis rumoribus non decepta, ſuæ iuſtitiæ atque rectitudinis viam, ſicut perfectè cœpit, perfectius teneat. Reſpõſales ſiquidem fratris & coëpiſcopi noſtri Cyriaci venientes, eius ad me ſynodicam detulerunt epiſtolam. Et quidem inter nos & ipſum, ſicut veſtra beatitudo nouit, propter appellationem prophani nominis eſt grauis diſcordia, ſed K in cauſa fidei tranſmiſſos reſponſales eius exiſtimaui eſſe ſuſcipiendos, ne culpa elationis quæ in Conſtantinopolitana Eccleſia penè contra omnes ſacerdotes exorta eſt, diſſenſionem fidei & rixam eccleſiaſticæ faceret vnitati. Eoſdem verò reſponſales, quia hoc omnino humiliter precabantur, miſſarum ſolẽnia mecum celebrare feci, quia ſicut & ſereniſsimo domino imperatori noſtro intimare ſtudui, reſponſales fratris & conſacerdotis noſtri Cyriaci mihi communicare debuerunt, quia auctore deo in elationis errorem non cecidi. Meus verò diaconus cum prædicto fratre noſtro Cyriaco miſſarum ſolennia celebrare non debet: quia per prophanum vocabulum culpam ſuperbiæ aut commiſit, aut ſequitur: ne ſi, quod abſit, procedit, ei in tali elatione poſito vanitatem ſtulti nominis cõfirmare videamur. Eundem verò fratrem admonere ſtudui, vt ſe à tali elatione corrigat: quia ſi hanc non correxerit, pacem nobiſcum nullo modo habebit. Præterea idem frater noſter omnia in ſuis ſynodicis catholicè, deo auctore, locutus eſt. Quendam verò Eudoxium damnauit, quem neque in ſynodis damnatum inuenimus: neque à deceſſoribus eius in ſuis ſynodis reprobatum. Et canones quidem Conſtãtinopolitani concilij Eudoxianos damnant: ſed quis fuerit eorum auctor Eudoxius, minimè dicunt. Romana autem Eccleſia eoſdem canones vel geſta ſynodi illius hactenus non habet, nec accipit: in hoc autem eandem ſynodum accepit, quod eſt per eam contra Macedonium definitum. Reliquas verò hæreſes quæ illic memoratæ ſunt, ab aliis iam patribus damnatas re- L probat. De Eudoxianis verò nihil hactenus agnouit. In hiſtoria autem Sozomeni, de quodam Eudoxio qui Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ epiſcopatum arripuiſſe dicitur, aliqua narrantur. Sed ipſam quoque hiſtoriam ſedes Apoſtolica recipere recuſat: quoniam multa mentitur, & Theodorum Monſueſtiæ nimium laudat, atque vſque ad diem obitus ſui magnum doctorem eccleſiæ fuiſſe perhibet. Reſtat ergo vt ſi quis illam hiſtoriam recipit, ſynodo quæ piæ memoriæ Iuſtiniani temporibus, de tribus capitulis facta eſt, contradicat. Qui verò huic contradicere non valet, illam hiſtoriam neceſſe eſt vt repellat. In Latina verò lingua de hoc Eudoxio nuncuſque, neque in Philaſtro, neq; in beato Auguſtino, qui multa de hæreſibus conſcripſerunt: neque in aliis patribus aliquid inuenimus. Charitas igitur veſtra ſi quis apud Græcos probatorum patrum de eo ſermonẽ fecit: ſuis mihi epiſtolis innoteſcat. Præterea ante triennium, cogente cauſa monachorum Iſauriæ, qui hæretici accuſabantur, ſatisfaciens mihi quondam frater & conſacerdos meus dominus Ioannes literas miſit: quibus nitebatur oſtendere eos Epheſinæ ſynodi diffinitionibus cõtradixiſſe: & velut ex eadem ſynodo certa nobis quibus ipſi obſiſterent capitula deſtinauit. Inter alia autem ſcriptum illic continebatur, de Adæ anima, quia in peccato mortua non fuerit: eo quòd diabolus in cor hominis non ingrediebatur: & ſi quis hoc dixiſſet, anathema eſſet. Quæ cùm mihi re- M lata fuiſſent, valde cõtriſtatus ſum. Si enim Adę, qui primus peccauit, anima in peccato mortua non eſt: quomodo de ligno vetito ei dictum eſt: In quacunque die comederitis ex eo, morte mo- *Geneſ. 2.* rieminí? & ecce comedit Adam & Eua de ligno vetito: & tamen in carne ſua vltra nongentos annos poſtmodum vixerunt. Conſtat itaque quia in carne non eſt mortuus. Si ergo in anima mortuus non eſt, quod dici nephas eſt, falſam ſententiam de illo protulit deus qui dixit, quia qua die comederet, moreretur. Sed abſit hic error: abſit à vera fide. Nos enim primum hominem qua die peccauit, anima mortuum dicimus: atque per hunc omne genus humanum in hac mortis & corruptionis pœna damnatum. Per ſecundum verò hominem & modo à morte animæ, & poſtmodum ab omni corruptione carnis in æterna reſurrectione liberari nos poſſe confidimus. Sicut autem & prędictis reſponſalibus diximus, Adæ animam in peccato mortuam dicimus, non à ſubſtantia viuendi: ſed à qualitate viuendi. Quia enim aliud eſt ſubſtantia, atque aliud qualitas, non eſt eius anima ita mortua vt non eſſet: ſed ita mortua, vt beata non eſſet. Qui tamen Adam poſtmodum per pœnitentiam ad vitam rediit. Quòd verò diabolus cor hominis ingrediatur: ſi Euangelio creditur, non negatur. ibi enim ſcriptum eſt: Et poſt buccellam introiuit in eum *Ioan. 14* Satanas. Et rurſus ibi dicitur: Cũ diabolus iam ſe miſiſſet in cor Iudæ vt traderet eum Iudas. Hoc autem qui negat, in Pelagianam hæreſim

A hæresim cadit. Quia ergo perscrutantes Ephesinam synodum, nihil in ea tale inuenimus contineri: de Rauennati quoque Ecclesia vetustum valde codicem eiusdem synodi ad nos deferri fecimus:& synodum quam habebamus, eum ita concordare inuenimus, vt in nullo discreparet:& nihil aliud cõtinet in definitione anathematis & reprobationis, nisi quod duodecim capitula beatæ memoriæ Cyrilli reprobant. Hanc autem totam ratiocinem multo latius subtiliusque prædictis responsalibus eius in præsenti positis reddidimus, atq; ei plenissimè satisfecimus. Igitur ne vel hæc, vel aliqua similia illic surrepant quæ sanctam Ecclesiam scandalizent: necesse nobis fuit hæc ipsa sanctitati vestræ indicare. Et quanuis te fratrem & coëpiscopum nostrum Cyriacum nouerimus orthodoxum: tamen propter alios cauti esse debemus, vt antequam ad publicum prodeant errorum semina cõculcentur. Scripta autem vestrę sanctitatis cõmuni filio Sabiniano diacono veniente suscepi. Sed quia harum lator, iam ad egrediendum paratus, retineri non potuit: ad hæc responsali meo diacono veniente respondebo.

Gregorius Dominico episcopo Carthaginensi. Nemo nachi contra abbates ab episcopis defendantur. Caput. CXCVI.

Icèt fraternitatem tuam erga monasterium curam pastorali vigilantia credamus esse sollicitam: ea tamen
L quæ de monasterio, in Africana prouincia posito, cognouimus: vobis necessario præuidimus indicare. Queritur autem Concodeus abbas, lator præsentium, quia siquando monachos, quibus præesse dinoscitur, sub regulari voluerit disciplina restringere: monasterium temerè deserant: & licitè quocunque voluerint vagantes existant. Quia ergo hoc & ipsis omnino perniciosum est, & aliis perditionis mõstrat exemplum: hortamur fraternitatem vestram, vt si ita est, ecclesiasticâ in illos correptionem exerceat: & congrua eos vltione à tali proculdubio præsumptione compescat: atque ita ad obediendum salubri prouisione superbientes animos iugo disciplinæ subiiciat: vt quos ad huius prauitatis excessum, eorum poterat imitatio prouocare, emẽdatio à culpa reuocet:& suis, vt dignum est, doceat præpositis obedire. Quia vero à quibusdam episcopis excedentes monachos perhibet defensari: fraternitas vestra in hoc studeat esse sollicita:& eos à tali defensione, sua modis omnibus interminatione suspendat.

Mense Iulio. Indictione.xix.

Gregorius Dynamio & Aureliæ per Franciã. Vt ad meliora proficiant. Et de codice transmisso. Cap. CXCVII.

Criptorum vestrorum pagina lectione percursa, magnam nobis studio vestro indicato contulit lætitiam:
S quia per hoc quod vos sacræ lectionis pabula quæritis, & supernæ patriæ desiderare gaudia nunciauit, dilectionem vestram religiosam conuersationem non solum amare nomine,
C sed etiam tenere vita monstrauit. Et quoniam desiderata vos adepturos esse confidimus: vehementi vobis cor nostrum exultatione congaudet. Nã quia huiusce modi desideriũ gratia diuina non deserat, ipsa nos veritas testimonio suæ vocis informat, dicens: Omnis qui quærit, inuenit, qui petit, accipit: & pulsanti aperietur. Hac itaque fulti certitudine, de eiusdem redemptoris nostri misericordia nihil ambigere, sed spe debemus indubitata præsumere. Nec enĩ muneris sui largitate frustrabitur: sed vires obtinendi prorsus indulget, qui velle cõcesit. Nam iam ipsum desiderantes appetere, donum est. Quia tamen ita de gratia debemus superna præsumere, vt non simus negligẽtes in oratione vel opere, voce eiusdem veritatis exprimitur: Oportet semper orare, & non deficere. Petamus igitur orando, quæramus legẽdo, pulsemus operãdo. Sit igitur mens vigilans, sit vndiq; suspecta, sit vbiq; sollicita: vt insidiantis possit laqueos præcauere. Sed quia quanto hostis noster cautum contra se vnumquenq; cognouerit, tanto corda sibi resistentium subtili molitur arte subuertere: omnipotentem dominum assiduis lachrymis & deprecatione poscamus, vt nos veneni eius non sinat infectione corrumpi: sed cõtra certamina & latentes suggestiones quas ingerit, potentiæ suæ nos scuto circumtegat, in quo iacula illius illisa frangãtur:& cor nostrũ percussionis ipsius contactus non vulneret: sed gratiæ suæ dono eius nobis insidias & intelligere donet, & vincere. Codicem verò quem dirigeremus, talem qui vos vt petitis instrueret, minimè paratum habuimus: sed in subsequenti transmittemus. D

Gregorius Dominicæ vxori Ioannis. Vt ad virum suum reuertatur. Caput. CXCVIII.

Acetos nos vestrę nimis epistolę reddiderũt: quòd vos *Epist.34.*
L vnitati ecclesię sociatos deo protegente cognouimus, Et quidem sicut & ipsæ scribitis, ante hoc facere debuistis: quia talis viri coniugem, nec ad modicum esse decuit à communionis vnitate diuinctam. Cõsiderare enim debuisti, gloriosa filia, quanta multitudo fidelium in matris Ecclesię sinu cõsistat: quantisque virtutibus sacerdotes, qui in ista fide defuncti sunt, coruscarunt: vel quanta ad corpora sua miracula faciant: atque eos non diiudicare, sed plus tantis viris ac sacerdotibus q̃ tibi credere debuisti. Inter hæc tamen omnipotẽti deo gratias agimus: qui ita cordi vestro lumen suæ veritatis infudit, vt erroris sui pulsa caligine, rectam vobis viam quam sequi & tenere debeatis, ostenderet. Gloriosum autem coniugem vestrum quousque viuimus, a nobis dimittere nolumus:& ideo eum ad vos reuerti nullatenus confidatis. Et quidem ipse ad vos venire desiderat: sed postquam in ciuitate Romana est, non potest, nõ ei licet: quia amoris nostri omnino tenet vinculis alligatus. Melius est ergo vt vos ad eum venire modis omnibus festinetis: quia caput suũ potius mẽbra & sequi debent:& quocunq; uerit, comitari.

Gregorius Domino episcopo Messanensi. De vasis sacris pro redemptione captiuorum distrahendis. Caput. CXCIX. E

T sacrorum canonũ,& legalia statuta permittunt, mi- *Epist.35.*
E nisteria Ecclesiæ pro captiuorũ esse redemptione vendenda. Et ideo quoniam Faustinus lator presentium vt filias suas de iugo potuisset captiuitatis exuere, trecentorũ triginta solidorum probatur debitũ contraxisse: ex quibus triginta redditis, ad reliquæ quantitatis restitutionem eum certum est non posse sufficere: fraternitatem tuam his hortamur affatibus, vt de argento Merinensis Ecclesiæ, cuius miles esse dignoscitur, quod apud vos est, quindecim ei libras accepto ab eo de suscepto dare modis omnibus debeatis: vt eo venundato, & restituto debito, necessitate valeat obligationis absolui. Sed & illud fraternitas vestra debet esse sollicita, vt siquidẽ de prædicta Ecclesia vsuale argentum est, suprascriptam quãtitatem accipiat: alioquin de sacratis vos vasis hac in re eam quam prædiximus quantitatem præbere necesse est. Nam sicut omnino graue est frustra ecclesiastica ministeria venundare: sic iterum culpa est imminẽti huiusmodi necessitate res, maximè desolatæ, Ecclesiæ captiuis suis præponere,& in eorum redemptione cessare.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De contentionibus monasteriorum terminandis. Caput. CC.

E religiosorum virorum corda secularũ rerum con- *Epist.36.*
N tentio à mutua, quod absit, charitate disiungat: magna est sollicitudine studendum, vt facillimum finem res F
posit in altercationem deducta percipere. Quia ergo indicante Cęsario abbate monasterij sancti Petri, quod in loco est qui Baias dicitur constitutum, comperimus inter eum & Ioannẽ abbatem monasterij sanctæ Luciæ in Syracusana ciuitate constituti, grauem esse exortam de quibusdam finibus quæstionem: ne ipsa inter eos valeat contentio prolongari, certamina eorũ agrimensoris definitione prospeximus finienda. Et ideo scripsimus Fantino defensori, vt Ioannem agrimensorem, qui de Romana vrbe Panormum profectus est, illuc ad fraternitatem vestram debeat destinare. Hortamur ergo vt cum eo ad loca, de quibus est contentio debeatis accedere:& vtraque parte cominus constituta, per loca quæ in lite sunt, vestra faciatis præsentia terminari: quadraginta tamen annorum vtrique parti prescriptione seruata. Quæcunque verò definita fuerint, ita seruari fraternitas vestra sollicitè studioseq; prouideat, vt denuo nec iurgiũ exinde aliquod excitari, nec querela ad nos valeat aliqua peruenire. Cęsarius abbas venerabilis, quia noster olim fuerit, fraternitatẽ vestram credimus non latere:& ideo eum vobis, salua æquitate, in omnibus cõmendamus. Et quia in secularib' causis omnino inexpertus est, vestra eum sollicitudine necesse est adiuuari: sic tamen vt in cunctis, sicut decet, rationem & iustitiam conseruetis.

Gregorius Eulogio episcopo Alexandrino. De quatuor apostolicis sedibus, & de lignis transmissis. Cap. CCI.

Suauissima

G Vauiſsima mihi ſanctitas veſtra multa in epiſtolis ſuis
Epiſt.37. S de ſancti Petri Apoſtolorum principis cathedra locu
ta eſt, dicens quòd ipſe in ea nuncuſque in ſuis ſucceſ-
ſoribus ſedeat. Et quidem ego indignum me eſſe non ſolum in
honore præſidentium, ſed etiam in numero ſtantium agnoſco.
Sed cuncta quæ dicta ſunt, in eo libenter accepi: quod ille mihi
de Petri cathedra locutus eſt, qui Petri cathedram ſedet. Et cùm
me ſpecialis honor nullo modo delectet, valde tamen lætatus
ſum, quia vos ſanctiſsimi quod mihi impendiſtis, vobiſmetipſis
dediſtis. Quis enim neſciat ſanctam Eccleſiam in Apoſtolorum
principis ſoliditate firmatam, quia firmitatem mẽus traxit in no
mine: vt Petrus a petra vocaretur? Cui veritatis voce dicitur: Ti
Matt.16. bi dabo claues regni cœlorum. Cui rurſus dicitur: Et tu aliquan
Luc.22. do conuerſus, confirma fratres tuos. Iterumque: Simon Ioannis
Ioan.21. amas me? paſce oues meas. Itaque cùm multi ſint Apoſtoli, pro
ipſo tamen principatu ſola Apoſtolorum principis ſedes in au-
ctoritate cõualuit, quæ in tribus locis vnius eſt. Ipſe enim ſubli-
mauit ſedem, in qua etiam quieſcere, & præſentem vitam finire
dignatus eſt. Ipſe decorauit ſedem, in qua Euangeliſtam diſcipu
lum miſit. Ipſe firmauit ſedem, in qua ſeptem annis, quanuis diſ-
ceſſurus, ſedit. Cùm ergo vnius atque vna ſit ſedes cui ex auctо-
ritate diuina tres nunc epiſcopi præſident: quicquid ego de vo-
bis boni audio, hoc mihi imputo. Si quid de me boni creditis,
Ioan.14. hoc veſtris meritis imputate: quia in illo vnum ſumus qui ait: Vt
H omnes vnum ſint: ſicut & tu pater in me, & ego in te: vt & ipſi in
nobis vnum ſint. Debitum autem ſalutationis alloquium perſol
uens, indico quia magno gaudio exulto, quòd vos contra hære-
ticorum latratus aſsiduè laborare cognoui: atque omnipotẽtem
dominum deprecor, vt beatitudinem veſtram ſua protectione
adiuuet: quatenus per linguam veſtram de ſinu ſanctæ Eccleſiæ
omnem radicem amaritudinis euellat: ne rurſum germinans im
pediat multos, & per illam coinquinẽtur multi. Accepto etenim
Luc.19. talento cogitatis quod præceptum eſt: Negociamini dum venio,
Ego autem etſi negotiari non valeo: lucris tamen negotij veſtri
congaudeo, hoc videlicet ſciens, quia & ſi me participem ope-
ratio non facit, laboris veſtri me participem charitas facit: quia,
ſicut exiſtimo, bonum proximi etiam otioſo commune fit, qui
de alterius actibus gaudere communiter ſcit. Præterea ligna
tranſmittere volui, ſed beatitudo veſtra ſi eſſent neceſſaria non
indicauit: & maiora multò mittere poſſumus, ſed nequaquam ta
lis nauis huc mittitur, quę hæc capere valeat. Minora autem mit
tere verecundum puto. Quid tamen facere debeam, beatitudo
veſtra ſuis mihi epiſtolis innoteſcat. Paruulam vero benedicti-
onem de amatoris veſtri ſancti Petri Eccleſia ſex minora Aqui-
tanica pallia, & duo oraria tranſmiſi: quia enim multum diligo,
etiam de paruis præſumo. Habet enim ipſa dilectio auctoritatẽ
ſuã, & omnino certa eſt, quia iniuria nõ erit in omne quod aman
do preſumpſerit. Suſcepi autem benedictionẽ ſancti Euãgeliſtę
I Marci, iuxta breue veſtris epiſtolis inſertũ. Sed quia collatũ ac
** intretem.* iuritheũ* non libenter bibo, preſumẽs cognidiũ requiro quod
in hac vrbe poſt multa tẽpora veſtra innoteſcere tranſacto anno
ſanctitas fecit. Nam nos hic à negotiatoribus nomẽ cognidij, &
non ſubſtantiã, cõparamus. Peto autẽ vt contra omnes amaritu-
dines quas in hac vita patior, veſtrę me ſanctitatis oratio fulciat,
atq; ab his apud oĩpotentẽ dñm, ſuis interceſsionibus defendat.

Gregorius Cypriano rectori noſtro per Siciliam. De epi-
ſcopo Lucen. Eccleſiæ ordinando. Caput. C C I I.

Epiſt.38. Abitatores Lucenſis ciuitatis quendam ad nos presby
H terum adduxerunt, qui eis debuiſſet epiſcopus ordi-
nari. Sed quia minimè dignus inuentus eſt, ne diu ſine
proprio poſsint cõſiſtere ſacerdote: à nobis admoniti in ſcrinio
promiſerunt alium ſtudioſè quærere, & ad nos conſecrandum
deo adiuuante perducere. Et ideo ad dilectionem tuam latore
præſentium veniente Marcianum presbyterum diœceſeos Tau
rianenſis Eccleſiæ, qui nunc habitat in Eccleſia quæ eſt in Maſ-
ſalargia conſtituta, diœceſis Cathenenſis Eccleſiæ: ad te facito
modis omnibus euocari, atque eum ſtudij tui ſit de criminibus
quæ ad epiſcopatum accedere non permittunt, cum omni ſubti-
litate requirere. Et ſi eorum ſe expertem eſſe reſponderit, cum
præſentium portitore eum feſtina dirigere, vt facto in eum de-
creto ad nos veniat deo adiuuante, ordinandus. Si vero eſt ali-
quid quod ei poſsit obſiſtere, hunc qui ad dilectionem tuam ve
nit, cum omni cura & celeritate dimitte: vt eo ad loca ſua reme- K
ante, alter ſecundum ea quæ præmiſſa ſunt, requiratur.

Gregorius Mariano Epiſcopo Rauennæ de ordinando epi
ſcopo in Cornelienſi Eccleſia, loco alterius lapſi.
Caput. C C I I I.

Raternitatis veſtræ epiſtola nunciante comperimus, *Epiſt.39.*
E Cornelienſis Eccleſiæ filios aſsidua ſupplicatione in
loco lapſi quondam epiſcopi ſui conſecrandum ſibi à
vobis poſcere ſacerdotem: atq; vos quid de ea re fieri debeat du
bitare, & noſtrum euidens expectare mãdatum. Poſtquam ergo
quenquam criminaliter abſcedentem in locum de quo lapſus eſt
nulla permittit ratio reuocari, & vltra tres menſes Eccleſiam va
care pontifice ſtatuta ſacrorum canonum non permittunt, ne ca-
dente paſtore dominicum gregẽ antiquus, quod abſit, hoſtis inſi
diando dilaniet, fraternitas veſtra deprecationi eorum conſenti
re, & in loco lapſi debet epiſcopum ordinare. Nam dum non pe
tentes eos etiam antè veſtris ad hoc debueratis adhortationibus
admonere, poſtulãtes nulla vos oportet excuſatiõe differre: quia
Eccleſia dei diu viduata proprio epiſcopo remanere nõ debet.

Gregorius Mariniano epiſcopo Rauennæ. De ſubmouen
** do clericorũ dominio in monaſteriis. Caput. C C I I I I.*

Vdum ad nos multorum relatione peruenerat, mona- *Epiſt.40.*
D ſteria in Rauennæ partibus conſtituta omnino cleri-
corum veſtrorum dominio prægrauari, ita vt occaſio- L
ne quaſi regiminis, ea, quod dici graue eſt, velut in proprietate
poſsideant. Quibus nõ modicum condolentes deceſſori veſtro
epiſtolas miſimus, vt hoc emendare per omnia debuiſſet. Sed
quoniam vitæ eſt termino citius occupatus, ne hoc onus mona-
ſteriis remaneret, fraternitati veſtræ hæc eadẽ nos ſcripſiſſe re-
colimus. Et quia, vt cõperimus, in huius rei hactenus cõrreptio-
ne ceſſatum eſt, hæc ad vos iterum præuidimus ſcripta dirige-
re. Hortamur ergo, vt omni mora, omniq́ue excuſatione ſubmo
ta, ita monaſteria ipſa ab huiuſmodi ſtudeatis grauamine releua-
re, quatenus nullã deinceps in eis clerici vel hi qui in ſacro ſunt
ordine conſtituti, ob aliud habeant niſi orandi tantummodo cau
ſa accedendi licentiam: aut ſi forte ad peragenda ſacra miſſarum
fuerint initiati myſteria. Sed ne pro cuiuſlibet monachi aut *Ca.16.q.1.*
abbatis promotione, aliquod onus fortaſſe ſuſtineant, ſtudendũ *Ne pro cu-*
vobis eſt, vt ſi quiſpiam abbatum aut monachorum ex quocun- *iuſlibet.*
que monaſterio ad clericatus officium vel ordinem ſacrum ac-
ceſſerit, non illic aliquam habeat vlterius, vt diximus, poteſtatẽ:
ne monaſteria huius occaſionis velamine, ea quæ prohibemus,
ſuſtinere onera compellantur. Hæc itaque omnia vigilanti cura
emendare iam ſecundò commonita ſanctitas veſtra nõ differat,
ne ſi poſt hoc negligentes vos eſſe, quod non credimus, ſenſeri-
mus: aliter monaſteriorum quieti proſpicere cõpellamur. Nam
vobis notum ſit quia tantæ neceſsitati ſeruorum dei congrega-
tionem amplius ſubiacere non patimur. Ne verò aliqua vobis M
excuſatio de monachis oriatur: perſonam huc quam præuiderit
vtilem ex opere fraternitas veſtra tranſmittat, & ei nos qui cum
eo ad vos venire poſsint, monachos deputamus, quos vt proſpe-
xeritis debeatis in monaſteriis ordinare, ſi tamen talia loca ſunt,
vt ſit ibi vnde ſubſiſtere valeant.

Gregorius Cypriano diacono per Siciliam: De Paula &
quodam Iudæo. Caput. C C V.

Veſta nobis eſt Paula præſentium latrix quendam
Q Theodorum ex Iudæo ſibi nimis fruſtra inimicũ exi- *Epiſt.41.*
ſtere, in tantum, vt, quod dici nephas eſt, iniquitate ma
leficiorum eam lædere moliatur, atque ab hominibus Eccleſiæ
Meſſanenſis eundem Theodorum cõtra hoc facinus fortius vin-
dicari. Dilectio igitur tua ſtudeat, vt nullus eccleſiaſticorũ præ-
dictę mulieri in hac cauſa tentet aduerſus exiſtere. Sed ad inue-
ſtigãdum hoc ipſe, vt potueris, eſto ſollicitus. Et ſi ſuprаſcriptus
Theodorus tantę iniquitati obnoxius eſſe patuerit, ita hoc diſtri
cta vltione per hos quorum intereſt facias vindicari, vt & deus
placari poſsit, & aliis exemplum correptionis ſit.

Finit liber. iij. Regiſtri beati Gregorij papæ, qui
ſecundum aliam computationem domini Gratia-
ni in decretis eſt ſextus.

Finiunt epiſtolæ Indictionis. xv.

Incipit

A Incipit liber quartus ſecundum aliam computationem.

LIBER SEPTIMVS.

Incipiunt epiſtolæ beati Gregorij papæ. Indictione prima.

Gregorius Sabiniano diacono. De cauſa Maximi, & præſumptione eius. Caput. I.

Epiſt.1. DE cauſa Maximi præuaricatoris quid actum ſit, cognouiſti. Sed poſtquam ſereniſſimus dominus imperator iuſſiones tranſmiſit vt ordinare minimè debuiſſet, tunc ad altiorem ſuperbiam erupit. Nam homines glorioſi viri Patricij Romani ab eo præmia acceperunt, eumque ita ordinari fecerunt, vt Antonium ſubdiaconum & rectorem patrimonij niſi fugiſſet occiderent. Ego autem epiſtolas tranſmiſi, poſtquam eum ordinatum contra rationem cognoui & contra cõſuetudinem, vt miſſarum ſolennia celebrare non præſumeret, niſi prius à ſereniſſimis dominis cognoſcerem, quid de eius perſona iuſſiſſent. Quæ ſcripta meq; publicè relecta, vel in ciuitate poſita, publicè ſcindi fecit atque in contemptum ſedis Apoſtolicæ apertius exiliit. Quod ego qualiter patiar ſcis, qui antè paratior ſum mori, quàm beati Petri
B Apoſtoli Eccleſiam meis diebus degenerare. Mores autẽ meos bene cognitos habes, quia diu porto: ſed ſi ſemel deliberauero non portare, cõtra omnia pericula lætus vado. Vnde neceſſe eſt cum dei auxilio periculo ſuccurrere, ne cogatur excedẽdo peccare. Vide quæ dico, & penſa ex quãto dolore ſunt. Peruenit verò ad me quia trãſmiſit neſcio quem clericum, qui diceret quia Malcus epiſcopus in cuſtodia pro ſolidis occiſus ſit. De qua re vnum eſt quod breuiter ſuggeras ſereniſſimis dominis veſtris, quia ſi ego ſeruus eorum in morte Longobardorum me miſcere voluiſſem, hodie Longobardorum gens nec regem, nec duces, nec comites haberet, atque in ſumma confuſione eſſet diuiſa. Sed quia deum timeo, in mortem cuiuſlibet hominis me miſcere formido. Quod autem Malcus epiſcopus neque in cuſtodia fuit, neque in aliqua afflictione, ſed die qua cauſam dixit, & addictus eſt, neſciẽte me à Bonifacio notario in domum eius ductus eſt, cui & prandium factum eſt, vbique prandidit & honoratus eſt ab eo, & nocte ſubitò mortuus eſt, iam dilectionem tuã arbitror cognouiſſe. Exhilaratum autem noſtrum pro ea re dirigere volui. Sed quia iam eandem cauſam actam exiſtimaui, idcirco me retinui. Domino autem Romano dilectio tua dicat, quia pro Felice, ſicut ſcripſit ad virum excellentiſsimum magiſtrum epiſtolas, ſi deus iuſſerit facio, & per hominem meum tranſmitto. Nam modo poſtquam nulli alteri ſcribo, durum mihi fuit ſoli magiſtro ſcribere. Cui etiam dicendum eſt, quia Ca
C tellus palatinus ſubſtantiam eius quantum Virigantinus dicit, malè exterminat. Cui vix potui imponere, vt expẽſas eidem Virigantino in monaſterio quo lectioni vacat, & laborare non poteſt, parum aliquid de ſubſtantia matris ſuæ dare debuiſſet.

Gregorius Chryſantho epiſcopo Spolitano. De conuertendis ab idolorum cultura. Et de quinquaginta ſolidis baptizandis tranſmiſſis. Caput. II.

Epiſt.2. VSceptis epiſtolis fraternitatis veſtræ magnas omni-
S potenti deo gratias retulimus, quia de congregatione multarum animarũ nos dignatus es releuare. Et ideo fraternitas veſtra ſollicitè ſtudeat opus quod cœpit auxiliante domino ad perfectionem deducere. Et ſiue eos qui aliquando fideles fuerũt, ſed ad cultum idolorum negligentia aut neceſsitate faciente reuerſi ſunt, feſtinet cum indicta pœnitentia aliquantorum dierum ad fidem reducere, vt reatum ſuum plangere debeant, & tanto firmius teneant hoc ad quod deo adiuuate reuertuntur, quanto illud perfectè defleuerint vnde diſcedunt. Siue eos qui necdum baptizati ſunt admonendo, rogando, de venturo iudicio terrendo, rationem quoque reddẽdo, quia ligna & lapides colere non debent, feſtinet fraternitas tua omnipotenti domino cõgregare: vt in aduentu eius cum diſtrictus dies iudicij venerit, in numero ſanctorum poſsit tua ſanctitas inueniri.

Quod enim opus vtilius & ſublimius acturus es, quàm vt de animarum viuificatione & collectione cogites, & tuo domino D qui tibi locum prædicandi dedit, immortale lucrum reportes? Tranſmiſimus autem fraternitati tuæ quinquaginta ſolidos pro veſtimentis eorum qui baptizandi ſunt comparandis: presbytero quoque Eccleſiæ quæ in Negeugno monte ſita eſt, poſſeſsionem quam tua fraternitas petiit, dari fecimus, ita vt quantũ præſtat, tantum de ſolidis quos accipere conſueuerat, minus accipiat. Veſtra autem fraternitas petiit, vt ſibi epiſcopum in Eccleſia quæ non longè ab eodem monte eſt facere debeat, quod omnino libenter accepi, quia quãtum vicina fuerit, tantum prodeſſe animabus illic conſiſtentibus amplius poterit. Latorem verò præſentium pro interceſsione ſanctitatis veſtræ acolytum feCau.1. q.1. Latorem. cimus, quem ad obſequia tua tranſmiſimus, vt ſi in lucrandis animabus amplius ſeruierit, proficere amplius poſsit.

Gregorius Anaſtaſio epiſcopo Antiocheno. Conſolatoriam ſcribit epiſtolam de aduerſitatibus huius mundi. De Barbarorum gladiis, ac diuerſis aduerſitatibus. Caput. III.

Epiſt.3. VScepi epiſtolas ſuauiſsimæ beatitudinis veſtræ, quæ
S pro verbis lachrymas pluebant. Vidi nanque in eis nubem more ſuo in altum volantem, ſed quandam caligi nem triſtitiæ ferentem, nec penetrare in ipſo exordio facilè valui, vnde ex quo iret, quia præ ipſa quam dixi caligine, ad plenum cauſas non intellexi. Hoc tamen ſanctiſsimos vos ſemper E ſicut & facitis reducere ad mentem decet, quod prædicator gentium dicit: In nouiſsimis temporibus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, & cæterã, 2.Tim.3. quæ mihi labor eſt dicere, & vobis non eſt neceſſarium audire. Ecce in ſenectute ſancta veſtra beatitudo multis tribulationibꝰ laborat, ſed perpendat cuius ſedem teneat. Nunquid non illius Ioan.21. cui voce veritatis dictũ eſt: Cùm ſenueris, alius te cinget, & ducet quò tu non vis? Sed hæc dicens recolo quòd ſanctitas veſtra in multis aduerſitatibus etiam à iuuentute deſudauit. Cum bono ergo rege dicat: Recogitabo omnes annos meos in amari- Eſa.38. tudine animæ meæ. Sunt autem multi qui delectationem ſuam, ſicut ſcribitis, de noſtris ſibi vulneribus faciunt, ſed ſcimus qui Ioan.16. dixit: Plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contriſtabimini. Et protinus adiunxit: Sed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Quia verò iam prædicta patimur, reſtat vt etiam promiſſa ſperare debeamus. Hi enim de quibus dicitis, quia ipſi addunt onera qui ſubleuare debuerunt, ſcio quia Matt.7. illi ſunt qui veniunt in veſtitu ouium, & intus ſunt lupi rapaces. Sed tanto magis tolerandi ſunt, quanto non ſolum per malitioſam mentem, ſed etiam per religioſum habitum perſequuntur. In hoc autem quod ſoli præ aliis haberi appetunt, quod diguum non fuerat vt vel cum fratribus haberent, nullo modo turbamur, quia omnipotenti confidimus, quia hi qui aliena appetunt, etiam ſuis citius priuantur. Scimus enim qui dixit: Quia F omnis qui ſe exaltat, humiliabitur. Et rurſum ſcriptum eſt: Ante Luc.14. ruinam exaltabitur cor. His autem diebus, ſicut inuenio, no- Prouer.16. ua hæreticorum bella conſurgunt, de quibus veſtræ beatitudini iam antea ſcripſi, ita vt prophetias, Euangelia, & dicta patrum omnia euacuare moliantur. Sed permanente vita veſtræ ſanctitatis, in protectoris noſtri gratia ſperamus, quòd eorum ora citius obmuteſcant, quæ contra ſoliditatem veritatis aperta ſunt, quia & quamlibet acuti gladij mittantur cum ſaxum feriunt, fracti reſiliunt. Hoc autem magna omnipotentis dei eſt gratia, quòd in ipſis qui à ſanctæ Eccleſiæ doctrina diuiſi ſunt, vnitas non eſt, quoniam omne regnum in ſe diuiſum non ſta- Luc.11. bit. Et ſancta Eccleſia ſubtilius in ſua ſemper eruditione inſtruitur, dum hæreticorum quæſtionibus impugnatur, ita vt apertè impleatur quod per Pſalmiſtam contra hæreticos de deo dictum eſt: Diuiſi ſunt ab ira vultus eius, & appropin- Pſal.54. quauit cor illius. Nam dum ipſi in ſuo prauo errore diuidũtur, cor nobis dei appropinquat, quia eruditi aduerſitatibus intellectum eius ſubtilius inuenimus. Quę autem mala à Barbarorum gladiis quæ à peruerſitate iudicum patimur, beatitudini veſtræ narrare refugio, ne eius gemitum augeam quem minuere conſolando debueram. Sed in his omnibus auctoris noſtri me præcepta conſolantur dicẽtis: Hæc locutus ſum vobis, vt in me pacẽ Ioan.16. habeatis. In mundo preſſuram habebitis. Penſo enim quibus dictum eſt:

G ctum est: Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Si ergo potestas lucis postea erit, quia electis dictum est: Vos estis lux mundi, & sicut scriptum est: Obtinebant eos iusti in matutino, omne quod in hora & potestate tenebrarū patimur, lugendum non est. Indicat autē mihi suauissima sanctitas vestra quòd mecum, si potuisset fieri, sine charta & calamo loqui voluisset, & dolet quòd nobis Orientis penè & Occidētis spatium interiacet. Sed hoc quod sentio, verum dico: & in charta mihi mens vestra sine charta loquitur, quia in verba vestræ sanctitatis sola charitas sonat: & diuisi locis non sumus, qui ex dono omnipotentis domini *dilectionis* vinculo vniti sumus. Cur igitur accipere pennas *columbæ* deargentatæ quæritis, quas iam habetis? Pennæ quippe eius sunt charitas dei, & proximi. Per ipsas enim sancta Ecclesia euolat, per ipsas terrena omnia transcendit, quas si vestra sanctitas nō haberet, ad me cum tanta charitate per epistolas non venisset. Rogo autem vt pro mei cordis infirmitate enixius oretis, quatenus omnipotens deus mentē meam à malis omnibus pro vestra intercessione tueatur, & citius me de tot procellis huius tempestatis eripiat, atque in æternæ quietis littore perducat. Benedictiones verò locupletissimas omnes quæ directæ sunt susceptas, quæ mihi vir dei pauper spiritu transmisisti, de quibus dicitis: Quid enim det pauper nisi ea quæ pauperia sunt? Sed nisi vos per humilitatis spiritū pauperes essetis, benedictiones vestræ locupletes non fuissent. Omnipotēs deus sua
H vos à malis omnibus protectione defendat, & quoniam vita vestra bonis omnibus valde est necessaria, post longa adhuc tempora vos ad cœlestis patriæ gaudia perducat.

Luc. 22. Matt. 5. Psal. 48.

Gregorius episcopo Messalino. De precio pro sepultura aliqua nunquam recipiendo, & proponit exemplū Abrahæ & Sichimitarum. Caput. IIII.

Epist. 4.

F Ilius noster Faustinus vir eloquentissimus ad nos veniens questus nobis est, quòd pater eius quōdam Peltrasius aliqua vestræ Ecclesiæ sepulturæ suæ gratia iuris alieni reliquerit. Et quidem quid de hac re seculi leges habeant, & ipsi nostis, & nos audiuimus, quia hæres ad soluendum cogitur, si auctor eius vel testator aliena legauerit. Sed quia fraternitatem vestram lege dei, non autem lege seculi nouimus viuere, valde mihi iniustū videtur, vt calix electrinus & puer qui cuiusdam Ecclesiæ, in possessione eius positæ, diœceseos Consentinæ Ecclesiæ esse perhibetur, à tua fraternitate teneatur. Cū enim & vir reuerentissimus Palumbus nunc episcopus, tunc vero archidiacon' ita fuisse testatus est, vos omnino eius fidei credere, & aliena restituere debuistis. Fibulam vero auream quam prædictus vir moriens pariter reliquit considerare, vt arbitror, debuistis, quæ esset summa eius substantiæ: si quid esset vnde hi quos reliquerat, sustentari debuissent, & tunc pro sepultura eius accipere, quanuis secundum nostrum institutum noueritis
I nos illicitam antiquam consuetudinem à nostra Ecclesia omnino vetuisse, nec cuiquam assensum præbere, vt loca humani corporis precio possint adipisci. Nam si gentiles, vt arbitramur, viri Sichimitæ Abrahæ pro Sarra mortua, atque in loco proprio humanda sepulturam gratis obtulerunt, & vix magna eius importunitate coacti sunt vt precium de loco sepulturæ perciperent, nos qui episcopi dicimur, de humandis fidelium corporibus pensa quid facere debemus. Hoc ergo fraternitatis vestræ iudicio committo. Et hæc quoque nobis prædictus eloquētissimus vir questus est Sisinnium defensorem Ecclesiæ tuæ irrationabiliter iuri suo mancipia cōpetentia detinere. De quibus etiam iudicio sanctæ memoriæ Maximiani episcopi, vt ea detentator redderet, esse asserit definitum, sed eorum restitutionem hactenus voluntariè distulisse. Hortamur ergo fraternitatem tuam, vt si manifestè causa iam iudicata est, quę statuta sunt, compleantur. Alioquin deputato defensore ad fratris & coēpiscopi secundini nostri partes fac iudicium conuenire, vt dum cuius sint iuris mancipia, de quibus quæstio vertitur, eius fuerit sententia declaratum, nec hic præiudicium, nec ille videatur iniuriam sustinere.

Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum. De Pallio Siagrio episcopo concedendo, & sacris ordinibus præmio non concedendis, & deschismaticis. Caput V.

Q Vanta in omnipotentis dei timore excellentiæ vestræ K mens soliditate firmata sit, inter alia bona quæ agitis, etiam in sacerdotum eius laudabiliter dilectione monstratis: & magna nobis fit de Christianitate vestra lætitia, quoniam quos venerantes vt famulos reuera Christi diligitis, augere honoribus studetis. Decet enim vos excellentissima filia, decet tales existere, vt subiectæ possitis esse dominatori. In eo enim timore regnum potestatis vestræ & subiectis gentibus confirmatis, in quo timori omnipotentis domini mentis colla subiicitis, & vnde vosmetipsas seruitio creatoris subditis, inde vobis vestros subditos ad seruitium deuotius obligatis. Susceptis itaque epistolis vestris, valde nobis excellentiæ vestrę studium placuisse signamus, atque fratri & coēpiscopo nostro Siagrio pallium dirigere secundum postulationem vestram voluimus, propter quod & serenissimi domini imperatoris, quantum vobis diaconus noster qui apud eum responsa Ecclesiæ faciebat, innotuit, prona voluntas est, & concedi hæc omninò desiderat, atque multa de prædicto fratre nostro tam vobis quàm etiam aliis testificantibus ad nos bona perlata sunt: maximè vitam eius Ioanne regionario ad nos remeante cognouimus. Et quid in fratre nostro Augustino fecerit audientes, redemptorem nostrum benedicimus, quia eum sacerdotis nomen etiam operibus implere sentimus. Sed res plurimæ restiterunt, quæ nos hoc interim facere minimè permiserūt. Primum siquidem quia is qui pallium
ipsum venerat accepturus, schismaticorū tenetur errore implicatus. Deinde quòd nō id ex vestra petitione, sed ex nobis transmissum voluistis intelligi. Extra hoc autem quia nec is qui eo vti desiderat, directa ad nos hoc sibi largiri speciali petitione poposcerat, & tantam causam nullo modo præbere sine eius postulatione debuimus, maximè quia & prisca cōsuetudo retinuit, vt honor pallij nisi exigentibus causarum meritis, & fortiter postulanti dari non debeat. Nos tamen ne vestræ excellentiæ desiderium sub prętextu cuiusdam excusationis forsitan videremur velle differre, dilectissimo filio nostro Candido presbytero pallium præuidimus dirigendum, iniungentes ei vt vice nostra cōgrua id debeat obseruatione tribuere. Vnde necesse est vt ex eo *opere suprascriptus frater & coēpiscopus noster Siagrius facta cum aliquantis suis episcopis petitione hoc sperare, atque eam* prædicto debeat dare presbytero: quatenus dignè eiusdem pallij vsum cum dei gratia valeat adipisci. Vt ergo hæc vobis cura ante oculos creatoris nostri in fructu sit, christianitatis vestrę sollicitudo diligenter inuigilet, & nullum qui sub regno vestro est, ad sacrum ordinem ex datione pecuniæ, vel quarumlibet patrocinio personarum, seu proximitatis iure patiatur accedere: sed ille ad episcopatum vel alterius sacri ordinis officium eligatur, quem dignum vita & mores ostenderint: ne si, quod non optamus, honor venalis fuerit sacerdotalis, simoniaca in illis partibus hæresis, quæ prima in ecclesia prodiit, & patrum sententia damnata est, consurgat: & regni vestri, quod absit, vires im- M minuat. Nam graue omnino & vltra quàm dici potest facinus est, spiritum sanctum, qui omnia redemit, venundare. Sed & hoc curæ vobis sit, vt quia, sicut nostis, Neophytum egregius prædicator ad sacerdotij regimen omnino vetat accedere, nullum ex laico patiamini episcopum consecrari. Nam qualis magister erit, qui discipulus non fuerit? Aut quemadmodum ducatum gregi dominico præbeat, qui disciplinæ pastoris subditus antè non fuerit? Si cuius ergo vita talis constiterit, vt ad hunc dignus sit ordinem promoueri, prius ministerio debet ecclesiæ deseruire: quatenus longæ exercitationis vsu videat quod imitetur, & discat quod doceat, ne fortè onus regiminis conuersionis nouitas non ferat, & ruinæ occasio de prouectis in maturitate consurgat. Qualiter autem se excellentia vestra erga fratrem & coēpiscopum nostrum Augustinum exhibuerit, quantamque illi sibi deo aspirante charitatem impenderit, diuersorum fidelium relatione cognouimus, pro quo gratias referentes, diuinæ potentiæ misericordiam deprecamur, vt & hic vos sua protectione custodiat, & sicut inter homines, ita quoque & post multorum annorum tempora, in æterna faciat vita regnare. Præterea hos quos ab vnitate Ecclesię schismaticorum error dissociat, ad vnitatem studete concordiæ pro vestra mercede reuocare. Nam non ob aliud ignorantiæ suæ hactenus cæcitate voluuntur, nisi vt ecclesiasticam fugiant disciplinam, &

Epist. 5.

Dist. 100. Prisca.

peruersè

A perſerſe habeant, vt voluerint, viuendi licentiam: quia nec quid defendãt, nec quid ſequantur intelligunt. Nos autem Chalcedonenſem ſynodum de qua illi ſibi peſtiferę nebulas excuſationis aſſumunt, per omnia veneramur & ſequimur: & ſi quis de fide eius minuere aut addere aliquid præſumpſerit, anathematizamus. Sedita illos erroris labes imbibit, vt ignorãtiæ ſuæ credentes, vniuerſalem Eccleſiam atque omnes quatuor parœcias non ratione, ſed malitioſa mente tantummodo refugiant, ita vt is qui ad nos à veſtra excellentia miſſus eſt, cum quæreretur à nobis cur ab vniuerſali Eccleſia ſeparatus exiſteret, ſe ignorare profeſſus ſit. Sed neque quid diceret, neque quid aliud audiret, valuit ſcire. Hoc quoque pariter hortamur, vt & cęteros ſubiectos veſtros ſub diſciplinæ debeatis moderatione reſtringere, vt idolis non immolent, cultores arborum non exiſtant, de animalium capitibus ſacrificia ſacrilega non exhibeant: quia peruenit ad nos quòd multi Chriſtianorũ & ad Eccleſias occurrant, &, quod dici nephas eſt, à culturis dæmonũ non diſcedant. Quoniam verò omnino deo noſtro hæc diſplicent, & diuiſas mentes non poſſidet: prouidete vt ab his debeant illicitis ſalubriter coerceri, ne, quod abſit, non eis ad ereptionem, ſed ad pœnam ſacri fiat baptiſmatis ſacramentũ. Si quos igitur violentos, ſi quos adul
c.23.q. teros, ſi quos fures vel aliis prauis actibus ſtudere cognoſcitis,
4.pœn. deum de eorum correctione placare feſtinate, vt ſuper vos flagellum perfidarum gentium, quod quantum videmus, ad mul-
B tarum nationum vindictam excitatũ eſt, non inducat: ne, ſi, quod non credimus, diuinæ vltionis iracundia ſceleratorum fuerit actione commota, belli peſtis interimat, quos delinquẽtes ad rectitudinis viam dei præcepta non reuocant. Neceſſe eſt ergo vt omni ſtudio & oratione aſſidua ad redemptoris noſtri conuerti miſericordiam feſtinemus, vbi tutus omnibus locus eſt, vbi magna ſecuritas. Nam illic quenquam ſolidè perſiſtentem, nec periculum conterit, nec metus exagitat. Codicem verò, ſicut ſcripſiſtis, prædicto dilectiſsimo filio noſtro Candido presbytero vobis offerendum tranſmittimus, quia boni veſtri ſtudij eſſe participes feſtinamus. Omnipotens deus ſua vos protectione cuſtodiat, atque à perfidis gentibus regnum veſtrum ſui brachij extenſione defendat, voſque poſt longa annorũ curricula ad gaudia æterna perducat.

Gregorius Venantio epiſcopo Lunenſi. De monaſterio ſuo conſecrando. Caput. VI.

Raternitatis veſtræ inſinuatione didicimus, quæ habe
F tur in ſubditis, intra ciuitatem Lunenſem in domo te propria monaſterium ancillarum dei pro veſtra deuotione fundaſſe, quod in honore beati Petri Apoſtolorum principis, & ſanctorum martyrum Ioannis & Pauli, atque Hermæ & Sebaſtiani deſideras conſecrari. Et ideo frater chariſsime, ſi nullum corpus ibidem conſtat humatum, data primitus à fraternitate tua donatione legitima, id eſt, calicem argenteum vnum habentem vncias ſex, patenam argenteam habentem libras duas,
C ſyndones duas, coopertorium ſuper altare vnum, lecta ſtrata numero. x. in æramentis cap. xx. in ferramentis cap. xxx. in ceſpite fundum Faborianum, & lumbricate in integro conſtitutum, in territorio Lunenſi miliario ab vrbe eadem plus minus ſecũdo, iuxta fluuium Macra, cum ſeruis duobus, id eſt, Mauro & Ioanne, & boum parum. ij. tantum geſtiſque municipalibus alligatis prædicti monaſterij oratorium abſque miſsis publicis ſolenniter conſecrabis. & cætera ſecundum morem.

Menſe Nouembrio. Indictione prima.

Gregorius Amos epiſcopo Hieroſolymitano. De Petro acolyto fugitivo. Caput. VII.

Epiſt.7. Vm fraternitatem veſtram confidamus canonum ſtatu
C ta, & vigorem diligere diſciplinæ, ne clerici veſtri vobis ad euitandam diſcretionẽ eccleſiaſtici ordinis falſitas ſurripere valeat, eius culpam ſanctitati veſtrę indicare proſpeximus, vt ſollicitudine veſtra diſciplinæ poſsit ſubmitti quã refugit. Comperimus autem quòd Petrus acolytus, quem dilectiſsimo filio noſtro Sabiano diacono reſponſa eccleſiaſtica facienti obſeruare in vrbe regia feceramus, fugiẽs ad veſtram Eccleſiam venerit. Quod ſi verum eſt, in tuto eum facere fraternitas veſtra, & inuenta huc ſtudeat occaſione remittere. Aut ſi forte hoc metuens à veſtra diſceſſerit Eccleſia, & per diuerſa loca, ne comprehendi valeat, latitet: in omnibus parœciis veſtris vt diligenter requiratur iniungite, & inuentum ad nos, ſicut præfati D
ſumus, retranſmittite. quem etiam volumus per vos quia ſit cõmunione priuatus agnoſcere, nec dominici corporis ac ſanguinis quouſque ad nos redeat, audeat myſteria ſumere, niſi forte vicino mortis inſiſtente periculo.

Gregorius Leoni epiſcopo Catenienſium. De portionibus clericorum. Caput. VIII.

D hoc locorum gradus, rationis ordo diſtinxit, & iu- *Epiſt.8.*
A dicia eſſe conſtituit, vt nec præpoſiti in opprimendos *Ca.16.q.1*
ſe fruſtra valeant occupare ſubiectos, nec ſubiectis ite *Ad hoc*
rum contra ſuos præpoſitos effrenata ſit reſultandi licentia. Et ideo quia per. xv. nuper indictionem elapſam Eccleſiæ tuæ acolyti, dato contra te capitulari, quædam conqueſti ſunt, ne aut in tuæ fraternitatis inuidia remanerent, aut illos in ſuis videremur petitionibus nõ audire, dilectiſsimo filio noſtro Cypriano diacono ea ſubtiliter inquirenda mãdauimus. Qui iniuncta cognoſcens, quid de capitulo vnoquoque decreuerit, inquiſitioni noſtræ eſt ſubtilius patefactum. Et quia inter alia de quarta portione clerus hoc tenendum ſtatuit, vt vnam portionem hi qui in ſacro loco ſunt poſiti, & reliquas duas clerus accipiat, & latores præſentium Donatus presbyter, necnon & Theodoſianus atque Viator diaconi: aliorum quoque qui in ſacrato ſunt ordine conſtituti, relationem ad nos deferentes conqueſti ſunt, hoc contra antiquam conſuetudinem in ſuo grauamine præiudicialiter ſtatutum: quippe quia de eadem quarta ſemper duas ſe partes, & Ei
tertiam clerum perhibent conſecutum: & petiuerunt ne hæc diſfinitio in ſuo præiudicio permaneat, nos hoc fraternitatis tuę diſpoſitioni oportere præuidimus committẽdum. Volumus ergo vt quicquid Eccleſiæ tuę ex reditu vel quolibet alio titulo fortaſsis acceſſerit, quartam exinde portionem ſine diminutione aliqua debeat ſegregare, atque eam ſecundum dei timorem preſbyteris, diaconis, ac clero vt tibi viſum fuerit, diſcretè diuidere, ita ſanè vt vnicuique ſicut meritum laboris exegerit, libera tibi ſit, iuxta quod præuideris, largiendi licentia: quatenus & hi qui merentur, etiam temporali ſe ſentiant commodo conſolatos, & alij adiuuante domino eorum ad melius contendant imitatione proficere.

Gregorius Vitaliano epiſcopo Sipontino. De filia Tulliani magiſtri militiæ. Caput. IX.

I cuſtos religioſi habitus, aut eſſe noſſes Epiſcopus, ſi- *Epiſt.9.*
S liam glorioſæ memoriæ Tulliani magiſtri militiæ, te *Ca.27.q.1.*
illic poſito, nec proiectis religioſis veſtibus ad ſecula- *Si cuſtos.*
rem reuerti habitum, nec ad nos licuiſſet peruerſam epiſtolam deſtinare. Sed quia nimia deſidia ac torpore deprimeris, in tuo dedecore res ad præſens illicita impunè commiſſa eſt. Nam, ſicut præfati ſumus, ſi ſollicitus extitiſſes, prius ad nos vltio mulieris prauiſsimæ: quàm culpa debuit peruenire. Quia ergo tantum habes, tantumque es negligens, vt niſi canonicam in te fueris co
erctionem expertus, in aliis diſciplinæ diſtrictionem neſcias cu F
ſtodire: qualiter debeas eſſe ſollicitus, congruo tibi, ſi domino placuerit, tempore demonſtrabimus. Præſentia igitur ſcripta ſuſcipiens euigila, & excitatus ſaltem exequere, quod preſſus nuncuſque ignauia diſtuliſti. Inſtantiæ ergo tuæ ſit, prædictam mulierem vnà cum Sergio defenſore noſtro comprehendere: & ſtatim non ſolum ad malè contemptum habitum ſine aliqua excuſatione reuocare, ſed etiam in monaſterium, vbi omnino diſtrictè valeat cuſtodiri, detrudere: & ita omnem circa illam ſollicitudinem exhibere, vt quàm ſit nefarium quod commiſit, ex tua poſsit diſtrictione cognoſcere. Qua in re ſi quis, quod non credimus, clericorum vel laicorum aliquo tibi ingenio tentaue rit obſiſtendum, à ſacratiſsimæ eum communionis participatione ſuſpendere: nobiſque renunciare feſtina, vt quantum ſit exe crabile quod præſumpſerit, poſtquam conſideratione propria non aduertit, emendationis qualitate cognoſcat. In his autem omnibus ita te cautum ſtude ac vigilantem oſtendere, vt culpam tuam non geminare neglectus, ſed aliquantiſper valeat ſollicitudo minuere.

Gregorius Sergio defenſori. De filia Tulliani magiſtri militiæ. Caput. X.

I homo eſſes, aut diſcretionem aliquam habuiſſes, ita *Epiſt.10.*
S regularis diſciplinę debuiſti cuſtos exiſtere, vt ea, quę illicitè illic committuntur, antè vindicta corrigeret, quàm

G quàm ad nos eius nuncius perueniret. Sed dū nimia te facit ſtultitia negligentem, non ſolum de illis offendimur, ſed etiam ad vleiſcendum deſidiam tuam nihilominus prouocamur. Omni ergo dilatione omniq́ue excuſatione poſtpoſita, filiam glorioſæ memoriæ Tulliani magiſtri militiæ, quæ proiectis quas ſponteneas aſſumpſit religioſis veſtibus indumentis ſe laicis deturpauit, vnà cum fratre & coëpiſcopo noſtro Vitaliano feſtina comprehendere, atque ad religioſum rurſus habitum reuocare, ac in monaſterium mittere, vbi ſtrictè omnino valeat cuſtodiri. Nec eius cuſtodiam aliquatenus releuari permittas, quouſque noſtra denuo ſcripta ſuſceperis. Nam ſi quolibet modo in hac re negligens vel lentus extiteris, ita in te noueris diſtrictiſsimè vindicandum, vt quod ex te neſcis, pœna poſsis reſecante cognoſcere: quia ſicut diximus, ſi intellectum hominis habuiſſes, hæc quæ modo facere præciperis, antè debueram etiam cùm vltione facta cognoſcere.

Gregorius Euſebio Theſſalonicenſi, Vrbitio Deracitano, Conſtantino Mediolanen. Andreæ Nicopol. Ioanni Corinthi, Ioanni primæ Inſtinianæ, Ioanni Cretenſi Corytano, Ioanni Lariſſæo, Mariano Rauend. æ, Ian. Claral. Sard. & omnibus epiſcopis Siciliæ. De lege Imperatoris, quòd ex militari habitu nullus ante triēnium ſuſcipiendus ſit. Caput. X I.

Epiſt. 11. H L Egem quam piiſsimus Imperator dedit, ne fortaſſe hi qui militiæ vel rationibus ſunt publicis obligati, dum cauſarum ſuarum periculum fugiunt, ad Eccleſiaſticum habitum veniant, vel in monaſteriis conuertantur, veſtræ ſtudui fraternitati tranſmittere: hoc maximè exhortans, quòd hi qui ſeculi actionibus implicati ſunt, in clero eccleſiæ præpropere ſuſcipiendi non ſunt: quia dum in eccleſiaſtico habitu non diſſimiliter quàm vixerant viuunt, nequaquam ſtudent ſeculum fugere, ſed mutare. Quòd ſi etiam tales quoque monaſterium petunt, ſuſcipiendi nullo modo ſunt: niſi prius actionibus publicis abſoluti fuerint. Si qui vero ex militaribus viris in monaſteriis conuerti feſtinant, non ſunt temerè ſuſcipiendi: niſi eorum vita fuerit ſubtiliter inquiſita. Et iuxta normam regularem debent in ſuo habitu per triennium probari: & tunc monachicum habitum deo auctore ſuſcipere. Qui ſi ita ſunt probari atque ſuſcepti: & pro anima ſua pœnitentiam de perpetratis culpis agere ſtudent, pro eorum vita & lucro cœleſti, non eſt eorum conuerſio renuenda. Qua de re etiam ſereniſsimus & chriſtianiſsimus imperator, mihi credite, omni modo placatur, & libenter eorum conuerſionem ſuſcipit: quos in rationibus publicis implicatos non eſſe cognoſcit.

Parte. 1. diſtin. 53. Legem.

Menſe Decembri. Indictione prima.

Gregorius Sabiniano Epiſcopo Iadertino. De pœnitentia eius & Florentino Epiſcopo. Caput. X I I.

I Icut perſeueranti culpæ debetur iure vindicta, ita reſipiſcentibus eſt venia concedenda. Nam vt res illa
Epiſt. 12. S contra ſe meritò iracundiam excitare: ſic hæc in ſua prorſus dilectione ſolet concordiam propagare. Et ideo quia fraternitatem tuam à conſortio & communione Maximi, vbi te prius neglectus impulerat, intantum poſtea grauitas ſacerdotij ad animum reducta ſuſpendit, vt eius ſola nullatenus patereris eſſe congregatione contentus, niſi & in monaſterij te clauſtra recipiens dudum commiſſa deflereſ: eapropter in noſtrā te gratiam ac communionem receptum eſſe nō dubites. nam quantum nos prius culpa tuæ charitatis offenderat, tantum pœnitentia mitigauit. Hortor igitur dilectiſsime frater vt gregi dominico paſtoralem ſollicitudinem inſtanter impendas, lucrum de commiſsis ouibus facere diligenter inuigiles, vt tanto tibi copioſæ retributio mercedis exuberet, quanto in aduentu æterni iudicis multiplices laboris fructus obtuleris. Stude itaque in culpa lapſos eruere, ſtude errantibus regrediendi viam oſtendere, ſtude communione priuatos ad cōmunionis ſalubriter gratiam reuocare. Sit cæteris charitatis veſtræ reuerſio ereptionis officium, ſit ſalutis exemplum: quatenus dum errantes greſſus ouium ad ſepta ſummi paſtoris ſollicitudinis veſtræ cura direxerit, nec ipſæ luporum dentibus relinquantur expoſitæ, & te in æterna vita, quod ſummopere petendum eſt, dignæ compenſatio retributionis excipiat. De cauſa vero quam nobis ſcripſiſtis, vt debeamus ne in vrbe regia contra vos ſurripiatur eſſe K ſolliciti, animos veſtros res iſta non turbet. Nam reſponſali noſtro omnino ſtudioſè mandauimus, vt ſollicitum cautumq́ue ſe debeat exhibere. Et confidimus de dei noſtri potentia, quia id agitur vt vos nullius contra rationem aut turbare quoquo modo aut premere poſsit aduerſitas. Præterea habitatores Epitaurienſis ciuitatis Florentium, quem ſuum eſſe dicunt epiſcopum, ſibi à nobis reſtituendum ſtudioſiſsimè popoſcerunt, aſſerentes fruſtra eum ad ſolam tantummodo voluntatem Natalis epiſcopi detruſum exilio. Et ideo ſi quid de eius cauſa fraternitas veſtra cognouit: nobis ſuis ſubtiliter epiſtolis innoteſcat. Si autem necdum cognouit, requirat, nobiſq́ue renunciet: vt quicquid de eo ſtatuendum ſit certi, deliberare adiutore domino valeamus.

Menſe Februario. Indictione prima.

Gregorius Cādido Abbati monaſterij ſancti Andreæ ad cliuum Scauri. De contentione inter ipſum & Maurentium. Caput. X I I I.

Epiſt. Icut loci noſtri conſideratio prouidere nos admonet,
S vt monaſteriorum negotia pacis intentio ſalubri fine diſtinguat: ſic iterum ratione conſtringimur, conſenſus noſtri auctoritate quæ vtiliter deciſa fuerint, roborare: ne forte cuiquam excuſationis obiectu, quod à religioſo propoſito & æquitate valde diſſentit, aliquid in dubium contentio recidiua perducat, & gignat ex pace litigium. Proinde quoniam inter te & Cādidum abbatem monaſterij ſancti Andreæ apoſtoli, poſiti in hac vrbe Romana in cliuo Scauri, agentē vtilitates eiuſdem monaſterij, & Maurentium glorioſum magiſtrum militiæ, cauſa ſucceſsionis hæreditatiſq́ue Ioannis fratris conſanguinei prædicti viri, qui in ſupraſcripto monaſterio conuerſus eſt, ac defunctus: cum noſtro quoque conſenſu commodæ ſollicitæq́ue tranſactionis pagina interueniente deciſa eſt: denique quia, cum fidei memorati glorioſi ſinceritas olim nobis veraciter nota ſit & bene comperta, vt ad ſatisfactionem poſſet omnino ſufficere, etiam dato corporaliter ſacramento firmaret nihil ſe in fraude verſatum, aut aliquid occultaſſe, ſed omnia in integro prodidiſſe: ideirco huius decreti, præceptiq́ue noſtri ſerie tranſactionem deciſionemq́ue inter te & prefatum Maurentium glorioſum habitam, ratam habentes, per omnia confirmamus, nec in totum partémve aliqua ratione conuelli, ſed eam habere perpetuam decernimus firmitatem. Cui rei ſi quis, quod non credimus, contrariam afferre quoquo modo tentauerit voluntatem: ille quidem reum ſe ante deum eſſe nouerit, qui nititur ea quæ vtiliter ſunt finita reſcindere: nam eidem deciſioni tranſactioniq́ue nihil ſe derogare cognoſcat. Vt ergo & ſæpedicti glorioſi Maurentij maneret illibata ſecuritas, & tu nihil de his quæ deciſa ſunt valeas dubitare, ſimile ei præceptum pro vtraque partium munitione conceſsimus. L

M

Gregorius Adeodato & Maurentio epiſcopis Africæ aparibus. Perſeuerantiam boni operis commendat, ſan dátque. Caput. X I I I I.

Epiſt. 14. Vltum frater charitſsime ſinceritatis tuæ bono cōgau-
M deo, quòd grauitatem qua præditum te dudum audieram, præſentium portitoris Pauli fratris & coëpiſcopi noſtri teſtificatio confirmauit. Qui tanto latius quanta in nobis ſollicitudo eccleſiaſtici ordinis, quantaq́ue cura ſit rectitudinis indicauit, quanto hoc & præſens comperit, & in ſua amplius defenſione cognouit. Quia ergo magnum, ſicut noſtis, coram deo noſtro eſt in bonis quenquam indeſinenter operibus permanere fraternitatis veſtræ ſe ſollicitudo ad fouendas partes iuſtitiæ decenter exacuat: & contra Eccleſiaſtici vigoris moderamina prout poſsibile fuerit prouiſionis ſuæ ſollicitudine fieri nihil permittat. Nec vos res aliqua ab huiuſmodi intentione remoueat: ſed ſi qua ſunt quæ dilectionis veſtræ ſinceritatem offendunt, & regulas canonicæ diſcretionis excedunt, vigilantem ſtudete curam imponere, atque ea hortando, ſuadendo, terrendo emendare, charitatis vnitate ſeruata, inquantum vires ſuppetunt, deo adiuuante contendite, & exceſſus auctorē, coërtionis freno ſacerdotali conſtringite, atque eum ab iniio itinere lingua duce & acti one reducite, & ita veſtram in omnibus

efficaciam

A efficacem exhibete: vt deus omnipotens qui bonæ voluntatis auctor, & intentionis inspector est, velle vestrum & hic adiuuet, & in futura vita remuneret. Supradictum vero Paulum fratrem & coëpiscopum nostrum fraternitati vestræ commendãtes hortamur, vt idoneè charitatem vestram debeat experiri quam prædicat.

Gregorius Victori & Columbo episcopis Numidiæ. De contentione parœciarum.

Caput. XV.

Quanto cordi nostro lætitiam Ecclesiæ ordo inculpabiliter custoditus infundit, tanto recisus tædium doloris imponit, quòd prauitatis temeritas in euersionem disciplinæ tentat, & quæ sunt olim laudabiliter statuta dissoluere, & quę fortius punienda, præsumere. Præsentiũ itaque portitoris Crisonij fratris & coëpiscopi nostri querela ad nos insinuante peruenit, quod nulla exigente culpa, vel concilij definiente sententia, Ecclesiæ eius parœciæ antiquitus deputatæ, à Valentione fratre & coëpiscopo nostro, ante ferè quindecim annos sint irrationabiliter occupatæ: atque eum insuper res decessoris ipsius ad suum, quod dici graue est, arbitrium abstulisse. Quòd si ita veritas se habet, quàm peruersum, quámve sit execrandum, præcipuè religioso præposito, dicere non valeamus. Hac igitur in re, quia nec leuitas, neque aliqua debet esse dilatio, fraternitatem
B vestram præsenti epistola commonemus, vt sollicitius requiratis. Et si querela eius manifesta esse constiterit: ablatarum rerum & occupatarum parœciarum restitutionem dilectio vestra sine mora succurrere prouideat: & ita omnia vobis solatiantibus cessante excusatione iustitia fauente recipiat, vt nec hunc labor obseruationis afficiat, nec de eius damno aliquid lucri inuasor acquirat. Accendat ergo vos zelus æquitatis, accendat iustitiæ rectitudo. Ad custodiẽdam in cunctis antiquam Ecclesiastici ordinis dispositionem, operam instanter impendite. Districtos sollicitósque vos inter culpas & innocentiã exhibete: quatenus & iustitiam habẽtibus magna de rectitudinis vestræ sit zelo fiducia, & inquietis de futuro omnis excedẽdi amputetur occasio.

Gregorius Columbo episcopo Numidiæ. Paulum episcopum commendat. Caput. XVI.

Epist. 16. Valiter de fraternitatis vestræ debeamus charitate confidere, ex mentis nostræ quam circa vos habemus, qualitate colligimus. Nec aliter vos apostolicam sedem diligere, quàm ipsa vos diligit arbitramur. Vnde necesse est, vt eos quos in Ecclesia beati Petri Apostolorum principis, vt oportet, deuotos esse cognoscimus: vobis cuius vitam & actio sacerdotis ornat & dignitas, peculiarius commendemus: de cuius scilicet sinceritate firmum experimentum de præteritis
C iam tenemus. Frater igitur & coëpiscopus noster Paulus præsentium portitor, quantis illic fluctibus, quantísve aduersitatibus quatiatur, sanctitatem vestram memorat non latere. Qui quoniam querelas quas de eo ad vos peruenisse signastis, non veras esse, sed instigatione aduersantium contra se asserit excitari: & omnia se fidit patrocinante veritate, vobis cognoscentibus adiutore posse domino superare: hortamur dilectissime frater vt ei in quibus fuerit iustitiæ ratio manifesta, manum decenter præbere solatij, atque sacerdotali eum compassione debeas adiuuare. Nulla ergo vos res ab æquitatis studio, nulla suspendat potentia personarum. Sed inuitens præceptis dominicis, omnia quæ sunt certitudini aduersa contemne. In defendendas partes iustitiæ, constanter insiste. Odia pro veritate, si qua sunt, sustinere non renuas, vt tanto maiorem, in aduentu redemptoris nostri fructũ mercedis inuenias: quanto eius mandata non negligens, in fauorem iustitiæ & defensionem impenderis.

Mense Martio. Indictione prima.

Gregorius Bonifacio primo defensori priuil. primicerij. Defensori priuilegium primicerij concedit.

Caput. XVII.

Epi. 17. Celesiasticis vtilitatibus fideliter insudantes, congruæ
E remunerationis sunt beneficio prosequendi, vt & nos respondisse eorum dignè obsequiis videamur, & illi ex indulta consolationis gratia vtiliores existant. Quia igitur D defensorum officium in causis Ecclesiæ & obsequiis noscitur laborare pontificum: hac eos concessa prospeximus recompensationis prærogatiua gaudere: constituentes sicut in schola notariorum atque subdiaconorum per indultam longè retro pontificum largitatem sunt regionarij constituti: ita quoque in defensoribus septem qui ostensa suæ experientiæ vtilitate placuerint, honore regionario decorentur. Quos quolibet per absentiam pontificis & sedendi in conuentu clericorum habere licentiam & honoris sui priuilegia in omnibus statuimus obtinere. Præterea si quis ad prioris locum veniens, in alia fortasse prouincia propter vtilitatem propriam degit: hunc necesse est primatus loco per omnia curare, vt ille prior defensorum omnium possit existere, qui & antè prioratus locum in Ecclesiasticis vtilitatibus obsequiis pontificis non destitit per sedulam præsentiam permanere. Hæc itaque constitutionis nostræ decreta, quæ pro defensorum sunt priuilegiis & ordinatione dispositа: perpetua stabilitate & sine aliqua constituimus refragatione seruari: siue quæ scripto decreuimus, seu quæ in eis in nostra præsentia videntur esse dispositа: nec à quoquam pontificum in totum partémve ea qualibet occasione conuelli decernimus vel mutari. Nam nimis est asperum & præcipuè bo- E nis sacerdotum moribus inimicum, niti quempiam quacunque rationis excusatione, & quæ bene sunt ordinata rescindere, & exemplo suo docere, cæteros sua quandoque post se constituta dissoluere.

Mense Aprili. Indictione prima.

Gregorius Mariniano episcopo Rauennati. Priuilegium dat monasterio sanctorum Ioannis & Stephani.

Caput. XVIII.

Quàm sit necessarium monasteriorum quieti prospice- *Epist. 18.*
re: & de eorum perpetua securitate tractare: antea- *Ca. 18. q. 2.*
ctum vos officium, quod in regimine monasterij ex- *Quàm sit.*
hibuistis, informat. Et ideo quia monasterium beatorum Ioannis & Stephani, quod in Clasitana est ciuitate constitutum, cui communis filius Claudius abbas præesse dinoscitur: multa à prædecessoribus vestris præiudicia atque grauamina pertulisse cognouimus, oportet vt fraternitatis vestræ prouisio eorum de futuro quietem salubri ordinatione disponat, quatenus conuersantes illic in dei seruitio ipsius quoque gratia suffragante mente libera perseuerent. Sed ne ex ea quæ magis emendanda est consuetudine quisquam illic quolibet tempore quicquam molestiæ præsumat inferre: necesse est vt hæc quæ interius numeranda curauimus, ita fraternitatis vestræ studio debeant cu- F stodiri: vt ex eis non possit vlterius inferendæ inquietudinis occasio reperiri. Nullus igitur vltrà audeat de reditibus, de re- *Eadem ca.*
bus vel chartis prædicti monasterij, vel de loco aliquo qui ad *& canone*
eum pertinet: quocunque modo qualibet exquisitione minuere, nec immissiones vel dolositates aliquas facere. Sed si qua forte causa inter Rauennatem Ecclesiam & præfatum monasterium euenerit, & pacificè non potuerit ordinari, apud electos à partibus, timentes deum, sine voluntaria dilatione, medij sacrosanctis euangeliis, finiatur. Defuncto vero abbate, non extraneus *Ea. q. &*
nisi de eadem conuersatione, quem sibi propria voluntate con- *can.*
gregatio elegerit: & qui electus fuerit sine dolo vel venalitate aliqua ordinetur: quòd si aptam inter se personam inuenire nequiuerint: solerter de aliis monasteriis sibi similiter eligant ordinandum. Neque venienti abbati quæcunque persona qua- *Ea. q. &*
libet occasione in suo monasterio præponatur, nisi forte extan- *ca.*
tibus, quod absit, criminibus, quæ sacri canones punire monstrantur. Pariter autem cũstodiendum est vt inuito eiusdem monasterij abbate ad ordinanda alia monasteria, aut ad ordinis vel clericatus officium tolli exinde monachi non debeant. Sed si abundantes fuerint, & ad celebrandas deo laudes vel vtilitates monasteriorum complendas sufficiant: abbas cum deuotione de his qui superfuerint offerat, quos dignos coram deo putauerit. Quòd si sufficienter habens dare noluerit, tunc Rauennas episcopus ad ordinanda alia monasteria de his qui supersunt tollat. Ad ecclesiasticum tamen officium nullus exinde producatur, nisi *Vbi supra.*
quem abbas loci admonitus propria voluntate obtulerit. Quis-

G quis autem ex prædicto monasterio ad ecclesiasticum ordinem peruenerit, vlterius illic nec aliquam potestatem, nec licentiam habeat habitandi. Obseruandum quoque est vt descriptio rerum aut chartarum eiusdem monasterij ab Ecclesiasticis fieri nõ debeat, si quando res exigit: sed abbas loci cum abbatibus aliis rerum inuentarum attestationem faciat. Quotiens autem pro vtilitate monasterij sui ad Romanum pontificem abbas venire vel transmittere fortè voluerit, ei modis omnibus liceat. Præterea cùm episcoporum aduentus desideranter à monasteriis debeant expectari, quia tamen hospitandi occasione prædictum monasterium temporibus decessoris vestri nobis fuisse nunciatum est prægrauatum: oportet vt hoc sanctitas vestra decenter debeat temperare: vt visitandi, exhortandique gratia ad monasterium, quotiens placuerit, ab eiusdem ciuitatis antistite accedatur. Sed sic charitatis officiũ illic episcopus impleat, vt grauamen aliquod monasterium non incurrat. Vestram quoque fraternitatem prædictus abbas non solum non metuat ad monasterium frequenter accedere, sed etiam desiderabiliter concupiscat: sciens quòd per vos substantia monasterij omnino grauari non possit.

Ca. 18. q. 2. Visitandi.

Gregorius Mariniano episcopo Rauennæ. De Claudio abbate. Caput. XIX.

Epi. 19.

H Q Vòd communem filium Claudium abbatem latorem præsentium longa apud nos hactenus mora retinuit, res illa fecit quod magnum nobis, sicut nostis, erat in verbo dei solatium, quem etiam hic adhuc volueramus diutius retinere, nisi & ipse ad suum monasterium festinasset, & nos congregationi fratrum eius præsentiam esse omnino necessariã sciremus. Et ideo quia illum sicut petit & exigebat vtilitas, relaxandum esse prospeximus: commendantes eum, hortamur vt sanctitas vestra sacerdotali illum affectione suscipiat, paternam illi monasteriisque ipsius charitatem, sicut decet, impendat: benignitatis suæ eum consolatione refoueat, in eius se tuitionem instanter accommodet, & præsidij sui beneficio liberum ab omni inquietudine redditum, quieti & vtilitatibus fratrum vacare permittat, atque peculiariter sicut à nobis eũ scit diligi, diligat: quatenus & charitatis vestræ affectum, quem olim expertus est, in se multiplicius recognoscat, & nos in vobis inuenisse se gaudeat.

Gregorius Agnello episcopo Terratinæ. De his qui idola colebant & arbores. Caput. XX.

Epi. 20.

Eruenit ad nos quosdam illic, quod dici nephas est, arP bores colere, & multa alia contra Christianam fidem illicita perpetrare. Et miramur cur hoc fraternitas vestra districta emendare vltione distulerit. Ea propter scriptis I vos præsentibus adhortamur, vt hos diligenti inuestigatione perquiratis: & veritate cognita, talem in eis faciatis exerceri vindictam, quatenus & deus placari possit, & aliis eorum vltio correptionis exemplum sit. Scripsimus autem & Mauro tunc vicecomiti, vt fraternitati vestræ in hac re debeat adhibere solatia, dummodo ad comprehendendos eos inuenire excusationem aliquam non possitis. Quia vero comperimus multos se à murorum vigiliis excusare, sit fraternitas vestra sollicita, vt nullum nec per nostræ vel Ecclesiæ suæ nomen, aut quolibet alio modo defendi à vigiliis patiatur, sed omnes generaliter compellantur, quatenus cunctis vigilantibus, melius auxiliante domino ciuitatis valeat custodia procurari.

Gregorius Mariano episcopo Rauennæ. De molestia vxoris cuiusdam Ioannis. Caput. XXI.

Epist. 21.

Oannes præsentium portitor queritur vxorem suam I molestias Georgij cuiusdam refugientem diu in septis venerabilibus residere, & nullum hactenus inuenire solatium. Cuius quia de conditione esse controuersiam asserit, & vestræ eam fraternitati petiit commendandam, his vos hortamur affatibus, vt eidem mulieri, seruata æquitate, vltionem debeatis impendere, & à nullo eam contra rationis ordinem grauari aliquo modo permittatis. Sed si de statu eius quæstio perseuerat, studij vestri sit, vt sine oppressione aliqua, legali modo ad iudicium veniatur, quatenus dum veritate cognita quod K iuris ordo suaserit, fuerit definitum, neutra se pars aliquod doleat præiudicium pertulisse.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De Felice quodam, Samaræo donato. Caput. XXII.

Elix præsentium portitor questus nobis est, cùm sit de *Epist.*
F Christianis natus parentibus: à quodam Christiano, Samaræo se, quod dici scelus est, esse donatum. Et dum huiusmodi superstitionis homines Christiana quolibet modo mancipia possidere, nec ratio legis, nec reuerentia religionis admittat: se tamen per decem & octo annos in eius asserit seruitio permansisse. Sed cognoscente hoc sanctæ memoriæ decessore vestro Maximiano ab eo se zelo, sicut decuit, sacerdotali commoto, de Samaræi seruitio nefario dicit liberatum. Sed quia eiusdem Samaræi filius post quinque annos factus dicitur Christianus, & supradictum Felicem in eius seruitium, quantum ipse dicit, quidam nituntur redigere, sanctitas vestra hæc quæ edocti sumus, diligenter inquirat: & si ita ei esse constiterit, eum tueri studeat: & à nullo suo qualibet occasione grauari permittat, quia dum superstitiosæ sectæ mancipia dominos suos ad fidem præcedentia seruitio eorum apertè redigi iura prohibeant, quanto magis hic de Christianis parentibus natus, & factus à paruulo Christianus, hanc non debet quæstionem aliquo modo sustinere: maximè quia nec patris eius esse seruus potuit: quem liquet ex praua potius præsumptione pœnam posse venientem de legibus sustinere? Et ideo, sicut diximus, ita eum sanctitatis vestræ defensio rationabiliter tueatur, vt nulli eum sub quolibet argumento sit aliquatenus affligendi licentia.

Gregorius Rusticianæ patriciæ. Vt Romam veniat. Et de precio in captiuos expenso. Caput. XXIII.

Amdudum vestræ excellentiæ me scripsisse, & sæpius *Epist.*
I monuisse reminiscor, vt beati Petri Apostolorũ principis limina festinet reuidere. Et quæ tanta sit Constãtinopolitanæ ciuitatis delectatio, quæue Romanę vrbis obliuio, ignoro: obtinere apud vos hac ex re nuncusque nil meui. Quãtum enim ad colligendas æternæ vitæ mercedes vestræ animæ expedire possit, quantum etiam glorioſæ filiæ vestræ dominæ Eusebiæ in omnibus congruat, & nos subtiliter attendimus, & vos considerare subtilius potestis. Filium meum Petrum hominem vestrum, quem vltra ætatem suam sapere, & maturitati studere cognoui: si requiritis, inuenietis quantus hîc omnium habitantium circa excellentiam vestram amor sit, quantúmque desiderium vt vos reuidere meroamur. Et si præcipiente deo, sanctis eloquiis admonemur, vt etiam inimicos diligere debeamus? penſandum nobis est quantæ culpæ sit etiam amantes minimè M
amare. At si fortè dicitur quòd amamur, nos certissimè scimus, quia nemo potest diligere quos non vult videre. Sin verò gladios Italiæ ac bella formidatis, sollicitè debetis aspicere quanta beati Petri Apostolorum principis in hac vrbe protectio est: in qua sine magnitudine populi, & sine adiutoriis militum tot annis inter gladios illæsi, deo auctore, seruamur. Hæc nos, quia amamus vos, dicimus. Sed omnipotens deus quicquid animæ vestræ in perpetuum, quicquid opinioni domus in præsenti conspicit expedire, concedat. Decem verò auri libras quas in captiuorum redemptionem excellentia vestra transmisit, præfato filio meo deserẽte suscepi. Sed peto vt superna gratia, quæ vobis concessit eas pro animæ vestræ mercede tribuere, mihi etiã concedat sine aliquo peccati contagio dispensare: ne vnde vos peccata detergitis, nos inde maculemur. Omnipotens deus qui debilitatem corporis vestri, & peregrinationem vestram conspicit, de sua semper gratia, & dulcissimi filij mei domini Strategij, vos vita & salute consoletur: quatenus eum & vobis per longa tempora, & sibi ad æternitatem nutriat: vósque cum omni domo vestra, & bonis præsentibus repleat, & supernam gloriam habere concedat. Gloriosum verò dominum Eudoxium nostra petimus vice salutari.

Gregorius Faustino defensori. De conuersione Iudæorum in Agrigentino territorio. Caput. XXIIII.

Domina

Domina abbatissa monasterij sancti Stephani, quod in
A D Agrigentino est territorio constitutum, indicante cō-
perimus: multos Iudæorum ad Christianam fidem di-
uina gratia inspirante velle conuerti, sed esse necessarium vt ali-
quis illuc ex nostro mandato debeat proficisci. Proinde huius ti-
bi auctoritatis tenore præcipimus, vt omni excusatione submo-
ta, ad prædictum locum pergere, & desiderium eorum tuis, deo
propicio, adhortationibus adiuuare festines. Quibus tamen si
longum vel triste videtur solennitatem sustinere paschalem, &
eos nunc ad baptisma festinare cognoscis: ne, quod absit, longa
dilatio eorum retro possit animos reuocare: cum fratre nostro
episcopo loci ipsius loquere, vt pœnitentia ac abstinentia qua-
draginta dierum indicta, aut die dominico, aut si celeberrima fe-
stiuitas fortasis occurrerit, eos omnipotentis dei misericordia
protegente baptizes: quia & temporis qualitas propter eam
quæ sibi imminet cladem, impellit vt desideria eorum nulla de-
beant dilatione differri. Quoscunque vero ex eis pauperes, &
ad vestem sibi emendam non sufficere posse cognoscis: te eis ve-
stem quam ad baptisma habeant comparare volumus ac præ-
bere: in quibus precium quod dederis, tuis noueris rationibus
imputandum. Si vero sanctum Pascha elegerint expectare: ite-
rum cum episcopo loquere, vt modo quidem catechumeni fiant:
atque ad eos frequenter accedat, gerátque sollicitudinem, & ani-
B mos eorum admonitione suæ adhortationis accendat: vt quanto
quæ expectatur est longa festiuitas, tanto se præparent, vt eam
desiderio feruenti debeant sustinere. Præterea cum omni studio
ac diligentia studij tui sit perscrutari: vtrum supradictum mo-
nasterium cui antedicta domina præest: sufficiens sibi sit: an ne-
cessitatem aliquam patiatur. Et quicquid in veritate cognoueris:
vel quid de his qui baptizari desiderāt, actum fuerit: nobis sub-
tiliter indicare festina.

Mense Iunio. Indictione prima.

Gregorius Sauiniano episcopo Iadertino. De obedientia eius: & contumacia Maximi.

Caput. XXV.

Atis frater charissime de sinceritate tua lętificor, quòd
S eam solliciti discretione iudicij, & vbi obediendum
est obedire, & vbi resistendum est resistere studio sa-
cerdotali cognosco. Cum quanta nanque te deuotionis alacrita-
te submiseris his quæ ob culpam præteriti excessus indiximus,
literarum tuarum quas per latorem præsentium direxisti, pagi-
na reserauit. Nec enim poterat aliter à dilecto fratre susci pi,
quàm à diligente mandatum est. Vnde in omnipotentis dei mi-
seratione confido, quia ita eius te gratia protegit, vt per hoc e-
tiam ab aliis absolutus, salubriter paruisse gaudeas. De hoc ve-
rò quòd se contristari charitas tua Maximi prævaricatoris &
C excommunicati æmulatione significauit: turbari non debet, sed
decet vt ad modicum tumentes inaniter fluctus patienter tole-
rando sustineas: & vndarum spumas perseuerantiæ virtute sub-
sternas. Nouit enim patientia leuigare quod graue est: & consta-
tia superare quod sæuit. Animos ergo tuos aduersitas non deii-
ciat, sed accendat. Audaciorem te in omnibus vigor sacerdotalis
ostendat. Nam vera documenta veritatis sunt, promptiorem in
duris, & fortiorem se quenquam quandoque in contrariis exhi-
bere. Vt igitur rectitudinis robur à bono deliberationis suæ
nulla valeat impulsione conuelli: mentis gressus in eius petræ
soliditate, sicut cœpistis, dirigite, in qua redemptorem nostrum
per totum mundum fundasse nostis Ecclesiam: quatenus certa
sinceri cordis vestigia in deuio itinere non offendant. Ea vero
quæ nobis scripsistis, vel præsentium lator coràm positus expli
cauit, non nos credatis negligenter omittere: sed de his omnino
sollicitè cogitamus. Dilectissimo autem filio nostro Anatholio
diacono iam & prius & nunc iterum omnia subtiliter indicaui-
mus: hortantes vt quicquid ad vtilitatem ac quietem charitatis
vestræ vel filiorum vestrorum pertinet, creatoris nostri auxilio
suffragante agere districtè ac studiosè festinet. Et ideo fraternita-
tem vestrā nec mœror afficiat, nec inimicitia quiuslibet affligat.
Nam diuinitatis gratia opitulāte, in proximo adesse confidimus:
vt & præfati prævaricatoris & excommunicati præsumptio di-
strictius reprimatur, & vestra quies, sicut desideratis, adueniat.
Excellentissimo quoque filio nostro Exarcho, qui nobis eum D
studet commendare, de prauitate ipsius scribere nequaquam o-
misimus. Presbyterum vero de quo nos fraternitas tua lato- *Parte. 1.*
ris præsentium relatione consuluit: nulla ratione in sacro ordi- *di. 50. Pres-*
ne post lapsum, aut permanere, aut reuocari posse cognoscas. *byterum.*
Circa quem tamen mitius agendum est: propterea quòd com-
missum facinus facili dicitur professione confessus. Præterea pa-
riter hic portitor quædam Ecclesiæ vestræ priuilegia à nostris
concessa prædecessoribus intimauit. De quibus scriptis charita-
tis vestræ nos subtilius volumus informari: vel si qua ex eis scri
pta in Ecclesiæ vestræ scrinio reiacent, eorum huc exemplaria
transmitti necesse est: vt quicquid ad honoris vestri reuerentiam
vel gentium præfatæ Ecclesiæ pertinet, libenti animo præparare
possimus. Glorioso autem communi filio domino Marcello: si
huc venire voluerit, instantius suadete: quia omnino eum vide-
re desidero. Si vero illic stare elegerit: ita vos ei in charitate qua
conuenit exhibete, vt affectui ipsius quē circa vos habet, respon-
dere sicut condecet valeatis. Omnipotens deus gratiæ suæ dono,
vos custodiens protegat, & cor vestrum in ea quæ ei sunt placita
semper accendat.

Gregorius Victori episcopo Panormitano. De Iudæis non opprimendis iniustè. E

Caput. XXVI.

Icut Iudæis non debet esse licentia quicquam in syna- *Epi. 26.*
S gogis suis vltra quàm permissum est lege præsumere:
ita in his quæ eis concessa sunt, nullum debent præiu-
dicium sustinere. Quæ autem nobis in hac vrbe Romana habi-
tantes Hebræi pro his qui Panormi degunt, conquesti sunt, data
vos ab eis petitio quæ in subditis tenetur, informat. Si igitur
querimonia eorum veritate fulcitur, oportet quòd paternitas ve
stra, legis serie diligenter inspecta, ita eis quicquid hac de re de-
cretum est, custodire debeat ac seruare: vt nec ipsa aliquid iniu-
stum facere, nec illi pati præiudicium videantur. Si verò est ali-
quid quod ad restituendum ea quæ sunt expostulata rationabi-
liter possit obsistere: iudices à partibus eligantur: qui ea quæ
æquitati conueniant, valeant definire. Quòd si forte illic conten
tio ipsa finiri nequiuerit: ad nos venire causam necesse est: quate-
nus sine vestra inuidia, quæ amica institiæ visa fuerint decernan-
tur. Quousque ergo causa ipsa finem accipiat, à consecratione lo
corum quæ ablata dicuntur, fraternitas vestra se suspendat.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De clericis sacra vasa vendentibus. *Caput. XXVII.*

Via peruenit ad nos, quòd quidam ex Italiæ Ecclesia *Epi. 27.*
Q clerici vasa sacra in Sicilia venundarent: ideirco Pātha- F
leonem notarium nostrum direximus, vt eadem vasa
sollicita inquisitione requireret. Qui postquā in vestræ sanctitatis est obsequio occupatus, eandem causam eum cognouimus neglexisse. Oportet ergo vt fraternitas tua congrua debeat sollicitudine prouidere: & tempore quo vtile esse crediderit, eum ad peragenda ea ipsa debeat relaxare: quatenus & ipsa de illo possit habere solatium, & ipse salubriter valeat quæ sibi mandata sunt deo adiuuante peragere: quia necesse est vt indictione subsequenti huc veniat, & subtiliter nos coràm positus de cunctis informet.

Gregorius episcopo Syracusano. De præsumptione clericorum Cathinensium. *Caput. XXVIII.*

Celesiastici vigoris ordo confunditur, si aut temerè il- *Epi. 28.*
E licita præsumantur, aut impunè non concessa tententur. Peruenit itaque ad nos diaconos Ecclesię Cathinē- *Parte. 1.*
sis calciatos compagis procedere præsumpsisse: quod quia nulli *dist. 93.*
hactenus per totam Siciliam licuit, nisi solis tantummodo diaco *peruenit.*
nis Ecclesiæ Messanensis, quibus olim à prædecessoribus nostris non dubitatur esse concessum, bene recolitis. Quia ergo tantæ temeritatis ausus non est leuiter attendendus, cum omni hoc fraternitas vestra subtilitate perquirat: & si ita sicut ad nos peruenit inuenerit verum esse, vtrum vel à se, vel alicuius hoc auctoritate præsumpserint, nobis subtiliter innotescat: vt cognita veritate, quid fieri debeat, disponamus. Nam si negligenter ea quæ malè vsurpantur omittimus, excessus viam aliis aperimus.

Mense Iunio. Indictione prima.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *Gregorius Eulogio episcopo Alexandrino. De libris Eusebij, & lignis transmissis.*

Caput. XXIX.

Epi. 29. VTilis semper est docti viri allocutio: quia aut discit audiens quod nescire se nouerat: aut cognoscit, quod est amplius, id quod se & nescisse nesciebat. Qua in re ex audientium numero ego nunc factus sum, cui sanctissima vestra beatitudo scribere studuit, vt cunctorum martyrum gesta, quæ piæ memoriæ Constantini temporibus ab Eusebio Cæsariensi collecta sunt, transmittere debeamus. Sed hæc neque si collecta sunt, neque si sint, ante vestræ beatitudinis scripta cognoui. Ago ergo gratias, quia sanctissimæ vestræ doctrinæ scriptis eruditus cœpi scire quod nesciebam. Præter illa enim quæ in eiusdem Eusebij libris de gestis sanctorum martyrum continentur, nulla in archiuo huius nostræ Ecclesiæ, vel in Romanæ vrbis bibliothecis esse cognoui, nisi pauca quædam in vnius codicis volumine collecta. Nos autem penè omnium martyrum distinctis per dies singulos passionibus, collecta in vno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione missarum solennia agimus. Non tamen in eodem volumine quis qualiter sit passus indicatur, sed tantummodo nomen, locus, & dies passionis ponitur. Vnde fit vt multi ex diuersis terris atque prouinciis per dies, vt prædixi, singulos cognoscantur
H martyrio coronati. Sed hæc habere vos beatissimos credimus. Ea verò quæ transmitti voluistis, quærentes quidem non inuenimus, sed adhuc non inuenientes quærimus, & si potuerint inueniri, transmittemus. De lignis autem, quod scribitis, quia breuia fuerint, nauis per quam transmissa sunt, qualitas fecit, quia si maior nauis venisset, potuimus ligna etiam maiora transmittere. Quod autem dicitis: quia si maiora transmittimus, precium datis: largitati quidem gratias agimus: sed accipere precium Euangelio interdicente, prohibemur. Nos enim ea quæ transmittimus ligna non emimus: & quomodo possumus pre-
Matt. 10. cium accipere, cum scriptum sit: Gratis accepistis, gratis date? Nunc ergo iuxta modum nauis per nauclerum parua ligna trãsmisimus, quorum notitia subter annexa est. Sequenti verò anno, si omnipotenti deo placuerit, maiora præparamus. Benedictionem autem sancti Marci Euangelistæ, imò quod est verius, sancti Petri Apostoli *in ea dulcedine qua est transmissa* suscepimus, & salutationis alloquium persoluentes petimus vt beatitudo vestra pro nobis orare dignetur: quatenus & à malis præsentibus mereamur citius eripi, & à futuris gaudiis non excludi.

Gregorius Eulogio episcopo Alexandrino. Vbi commemorat in sancta Chalcedonensi synodo papam Romanum vniuersalem appellatum. *Caput. XXX.*

I
Epist. 30. OMmunis filius præsentium lator sanctitatis vestræ
C scripta deferens, ægrum me reperit, ægrum reliquit: qua ex re contigit vt ad largũ vestræ beatitudinis fontem breuis epistolæ me vix parua potuisset aqua reseruare. Superni autem muneris fuit, vt in dolore corporis positus, suauissimæ vestræ sanctitatis scripta susciperem; quæ me de doctrina Alexandrinę Ecclesiæ, de conuersione hæreticorum, de concordia fidelium sublimiter lætificaret: quatenus ipsa mentis lætitia immanitatem mihi molestiæ temperaret. Et quidẽ de bonis vestris noua semper exultatione gaudemus, sed tamen ita nos perfectè agere, noua esse nullo modo deputamus. Quòd enim crescit sanctæ Ecclesiæ populus, quòd ad cœleste horreum spiritales segetes multiplicantur, hoc de omnipotentis dei gratia quæ in beatissimis vobis largè influit, nunquam habuimus incertum. Gratias itaque omnipotenti deo soluimus, quia impletum vide-
Prouer. 14. mus in nobis esse, quod scriptum est: Vbi plurimæ segetes, ibi manifesta fortitudo boum. Si enim bos fortis aratrum linguæ in terram cordis audientium non transfixisset, tanta fidelium seges minimè surrexisset. Sed quoniam verè in bonis quæ agitis, scio quòd & aliis congaudetis, vestræ vobis gratiæ vicem reddo, & non dissimilia nuncio: quia dum gens Anglorum in mundi angulo posita, in cultu lignorum ac lapidum perfida nuncúsque remaneret, ex vestræ mihi orationis adiutorio placuit, vt ad eam monasterij mei monachum in prædicationem transmittere deo auctore debuissem. Qui data à me licentia, à Ger- K
maniarum episcopis, episcopus factus, cum eorum quoque solatiis ad prædictam gentem in fine mundi perductus est, & iam nunc de eius salute & opere ad nos scripta peruenerunt, quia tantis miraculis vel ipse, vel hi qui cum eo transmissi sunt, in gente eadem coruscant, vt Apostolorum virtutes in signis quæ exhibent, imitari videantur. In solennitate autem dominicæ natiuitatis quæ hac prima indictione transacta est, plusquam decem milia Angli ab eodem nunciati sunt fratre & coepiscopo nostro baptizati. Quod idcirco narraui, vt cognoscatis quid in Alexandrino populo loquendo, & quid in mundi finibus agitis orando. Vestræ enim orationes sunt in eo loco vbi non estis, quorum operationes sancte monstrantur in eo loco in quo estis. Præterea de Eudoxij hæretici persona, de cuius errore in Latina lingua nihil reperi, mihi à vestra beatitudine largissimè gaudeo satisfactum. Virorum quippe fortissimorum Basilij, Gregorij, atque Epiphanij testimonia protulistis, & manifestè peremptum cognoscimus eum in quem heroës nostri tot iacula dederunt. De his vero erroribus qui nunc in Constantinopolitana Ecclesia probantur exorti: doctissimè omnia, & vt iudiciũ tantæ sedis proferre decuit, respondistis. Vnde omnipotenti deo gratias agimus, quia adhuc arcæ dei insunt tabulæ testamenti. Quid est enim sacerdotale cor, nisi arca testamenti? in qua quia spiritalis doctrina viget: procul dubio tabulæ legis iacent. In- L
dicare quoque vestra beatitudo studuit, iam se quibusdam non scribere superba vocabula, quæ ex vanitatis radice prodierunt: & mihi loquitur dicens, Sicut iussistis, quod verbum iussionis peto à meo auditu remouete: quia scio quis sum, qui estis. Loco enim mihi fratres estis, moribus patres. Non ergo iussi, sed quæ vtilia visa sunt, indicare curaui. Non tamen inuenio vestram beatitudinem, hoc ipsum quod memoriæ vestræ intuli, perfectè retinere voluisse. Nam dixi nec mihi vos, nec cuiquam alteri tale aliquid scribere debere: & ecce *in præfatione epistolæ,* *Parte 1.*
quam ad meipsum qui prohibui direxistis, superbæ appellatio- *dist. 93.*
nis verbum, vniuersalem me papam dicentes, imprimere cura- *Et cete.*
stis. Quod peto dulcissima mihi sanctitas vestra vltra non faciat, quia vobis subtrahitur quod alteri plusquam ratio exigit præbetur. Ego enim non verbis quæro prosperari, sed moribus. *Nec honorem esse deputo in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus namque honor est, honor vniuersalis Ecclesiæ. Meus honor est, fratrum meorum solidus vigor. Tunc* ego verè honoratus sum, cùm singulis quibúsque honor debitus non negatur. Si enim vniuersalem me papam vestra sanctitas dicit: negat se hoc esse quod me fatetur vniuersum. Sed absit hoc. Recedant verba quæ vanitatem inflant, charitatem vul- M
nerant. Et quidem in sancta Chalcedonensi synodo atque pòst à subsequentibus patribus hoc decessoribus meis oblatum vestra sanctitas nouit. Sed tamen nullus eorum vti hoc vnquam vocabulo voluit: vt dum in hoc mundo honorem sacerdotum diligerent omnium, apud omnipotentem deum custodirent suũ. Proinde debitum salutationis alloquium soluens, peto vt in sanctis orationibus vestris mei memores esse dignemini: quatenus à peccatorum meorum nexibus, quia meis meritis non valeo, vestris intercessionibus me dominus absoluat.

Gregorius Secundo episcopo Taurom. De querimonia monachorum monasterij Castellien.

Caput. XXXI.

Verimoniam monachorum monasterij Castellienſis *Epiſt. 31.*
Q oblata ab eis petitio quę tenetur in ſubditis, patefecit.
Proinde fraternitas veſtra hæc quæ aſſerunt, ſollicita perſcrutari cura ſtudeat. Et ſi ea inuenerit in veritate ſubſiſtere, rationem tuitionis illis impendat: & monaſterium quod monaſterio eorum vnitum eſt, ſecundum conſuetudinem deputatis de congregatione eorum illic monachis prouideat ordinari: quia rationis ordo non patitur, vt monaſteriũ ipſum & maximè contra volũtatem **fundatorum**, ab eorum diſpoſitione, ad arbitrium ſuum, præſertim **laica** perſona, ſubducat: aut aliquid ſibi in id jus debeat vendicare.

Gregorius Dominico episcopo Carthaginis. De laude charitatis. *Caput. XXXII.*

Scripta

Epist.32.

A S Cripta sanctitatis vestræ, quæ latore præsentiam defe-
rente suscepimus, ita sacerdotalem modestiam loque-
bantur, vt auctoris sui corporalem nobis quodammo-
do præsentiam blandirentur. Necenim sermo rarus aliquid of-
ficit: vbi manet in animis continuus dilectionis affectus. Magna
autem charitatis virtus est dilecte frater, quæ sinceritatis suæ
vinculo alterna mutuo affectu corda constringit: & ea à gratiæ
non finit compage dissolui: disiuncta coniungit, vnita custodit,
& ignotos sibi imagine reddit cognitos per amorem. Quisquis
igitur in huius cardine mentem figit, eum de supernæ patriæ
habitaculo cuiuslibet aduersitatis impulsio non euellit: quo-
niam quocunque se verterit, à mandatorum limine non exce-
dit. Vnde & in eiusdem charitatis laude per egregium prædica-
Cal.3. torem dicitur, Quæ est vinculum perfectionis. Quantæ itaque
sit laudis aspicimus, quæ perfectionem non solum in mente ge-
nerat, sed etiam ligat. Quia igitur huius virtutis igne succen-
sum tuarum te prodit locutio literarum: vberi in domino exul-
tatione lætificor, atque opto vt hæc in te magis magísque re-
splendat: quia lux gregis flamma est pastoris. Decet enim de-
cet dominicum sacerdotem moribus & vita claresce re, quate-
nus in eo tanquam in vitæ suæ speculo plebs commissa & eli-
gere quod sequatur, & videre possit quod corrigat. Sciẽtes præ-
terea vnde in Africanis partib⁹ sumpserit ordinatio sacerdotalis
B exordium, laudabiliter agitis quòd sedem Apostolicam diligẽ-
do, ad officij vestri originem prudenti recordatione recurritis:
& probabili in eius affectu constãtia permanetis. Certum quip-
pe est: quia vestro honori additis, quicquid reuerentiæ ac de-
uotionis ordini sacerdotali exhibetis: quia per hoc vt vicaria
erga vos dilectione adstringi debeat, inuitatis. Quod superest
charissime frater, omnipotentem dominum assidua oratione
poscamus: quatenus cordis nostri gressus in veritatis suæ trami-
tem dirigat: & vt ad cœlestia regna perducat, nominis officium
protectionis suæ gratia operibus nos exhibere concedat.

Gregorius Ioanni Schillitano. De oppressione mona-
chorum Castellien. monasterij.
Caput. XXXIII.

Epist.33. G Rauenimis & contra sacerdotale constat esse propositum: velle cuiusquam monasterij priuilegia olim in-
dulta confundere, & ad irritum quæ sunt pro quiete
disposita niti deducere. Questi itaque nobis sunt monachi Ca-
stellienses monasterij: quod in fraternitatis vestræ ciuitate est
constitutum, quia eidem monasterio quædam contra ea quæ à
prædecessoribus nostris permissa, ac consuetudine longa seruа-
ta sunt, festinetis superinducere, & antiquam ordinationem qua-
dam præiudicij nouitate turbare. Proinde his fraternitatem ve-
stram hortamur affatibus, vt si ita est, ab eius molestia se sine a-
C liqua excusatione contineat: & quæ ei sunt diutius custodita:
nullius occasionis tentet vsurpatione conuellere: sed cuncta il-
libatè, & sine aliqua studeat refragatione seruare, & plus sibi in
eodem monasterio quàm prædecessoribus suis licuit, nouerit nõ
licere. Quia vero pariter questi sunt fraternitatem tuam quæ-
dam de monasterio sub xenij quasi specie abstuliss e, necesse est
vt si quid te indecenter recolis accepisse, sine dilatione restituas,
ne auaritiæ te grauiter culpa redarguat, quem largum erga mo-
nasteria sacerdotalis magis debuerat munificentia demonstrare.
Seruatis itaque omnibus, quæ à tuis, sicut diximus, prædeces-
soribus permissa sunt ac seruata, curæ tuæ sit circa actus ac vi-
tam consistentium illic monachorum vigilantem insistere, & si
quempiam illic prauè conuersari, aut in aliquam immunditiæ,
quod absit, culpam inueneris incidisse, districta ac regulari e-
mendatione corrigere. Nam sicut ab his quæ incongruè vsur-
pantur, fraternitatem vestram volumus abstinere, ita in his quæ
ad disciplinæ rectitudinem vel animarum custodiam pertinent,
esse sollicitam modis omnibus admonemus. Indicauerunt etiam
prædicti monasterij monachi castrum quod Schillatinum dici-
tur, in solo iuris monasterij eorum esse fundatum: atque ob hoc
habitantes illic factis libellis solatium annis singulis spopon-
disse persoluere: sed postea contempsisse, & ab eadem se præ-
statione superuacuè suspendisse. Fraternitas ergo vestra subti-
liter veritatem curet addiscere, & si ita repererit, instanter stu-

deat vt ea quæ promiserunt (quia & ratio exigit) præbere non D
differant, quatenus & illi quietè quod tenent, possideant, &
monasterij iura præiudicium non incurrant. Præterea questi
nobis sunt prædicti monasterij monachi abbatem suum terram
intra Schillitanum castrum, quæ in sexcentos pedes extendi-
tur, sub prætextu fabricandæ Ecclesiæ fraternitati tuæ dona-
tionis titulo concessisse: & ideo volumus quantum parietes pos-
sunt ædificatæ Ecclesię circundare iuri Ecclesię vendicari. Quic-
quid vero extra parietes eiusdem Ecclesiæ esse poterit, ad iura
monasterij sine difficultate aliqua reuertatur: quia mundana-
rum legum nec sacrorum canonum statuta permittunt res mo-
nasterij de iure eius quolibet titulo segregari. Ea propter do-
nationem eiusdem terræ, quæ contra rationem facta est, sine ali-
qua dilatione restitue.

Gregorius Leontio exconsuli. De cœlesti Hierusalem & Ba-
bylone. Caput. XXXIIII.

Epist.34. Q Via in magna domo non solum sunt vasa aurea & ar-
gentea, sed & lignea & fictilia: & quædam quidem
in honore, quædam autem in contumelia: quis igno-
ret quòd & in vniuersæ Ecclesiæ sinu, alij velut vasa contume-
liæ rebus deputantur infimis: alij verò vt honoris vasa rebus de-
putentur mundis? Et tamen plerunque contingit, vt & ciues E
Babyloniæ in angaria seruiant Hierusalem, & ciues Hieruса-
lem, id est, cœlestis patriæ, in angaria deputentur Babyloniæ.
Cùm enim electi dei magnis moribus prædi ti, modestia ornati,
lucra propria non quærentes, terrenis deputantur rebus, quid
aliud quàm sanctæ Hierusalem ciues in Babyloniæ opere ser-
uiunt? Et cùm quidam in prauis moribus effrenati, locum san-
cti honoris tenent: atque in ipsis quæ benefacere videntur, pro-
priam laudem quærunt, quid aliud quàm ciues Babyloniæ su-
pernæ Hierusalem angarias exoluunt? Sic enim Iudas Apos to-
lis admixtus diu redemptorem humani generis prædicauit: si-
gna cum cæteris fecit. Sed quia Babyloniæ ciuis fuit: Hieruса-
lem cœlesti opus suum in angaria persoluit. At contra Ioseph
in Aegyptum ductus, terreno palatio seruiuit, curam minister ij
in rebus temporalibus gessit, quicquid iustè regno transitorio
debebatur exhibuit. Sed quia sanctæ Hierusalem ciuis extitit:
seruitium Babyloniæ in sola, vt dictum est, angaria ministrauit.
Huius ergo bone vir esse te sequacem credo: quem terrenis ac ti-
bus implicatum, mansueto spiritu agere, humilitatis arcem per
omnia custodire: & singulis quæ iusta sunt tribuere cognosco.
Tanta enim de vestra gloria à multis bona referuntur, vt mihi
hæc non libeat audire, sed cernere: eius tamen quem videre non
licet, bona me pascit opinio. Sanctę autem Ecclesiæ, id est omniũ
electorum, typum tenens mulier, quæ alabastrum fudit, domum Luc.7.
repleuit vnguento. Et nos quotiens de bonis aliquid audimus,
suauitatis auram quasi per narem trahimus. Et Paulus Apos to- 2.Cor.2.
lus cùm dicebat: Christi bonus odor sumus deo, patenter datur F
intelligi qua saporem se quidem præsentibus, sed odorem ab-
sentibus exhibebat. Nos itaque qui per præsentiæ saporem non
possumus, per odorem vestræ absentiæ nutrimur. Hoc etiã val-
de gaudemus quòd munera quæ transmisistis, vestris moribus
dissimilia non fuerint. Oleum quippe sanctæ crucis, & aloés li-
gnum susc epimus. Vnum quod tactum benedicat, aliud quod in-
censum redoleat. Decebat igitur vt bonus vir ea transmitteret,
quæ iram nobis domini placare potuissent. Alia quoque in cel-
lariis multa misistis, quia sicut mente & carne subsistimus, neces-
sarium fuit vt à vobis nunc in vtroque contineri deberemus. De
quibus trãsmissis cur dulcissima mens vestra valde se erubesce-
re fatetur, atque eidem verecundiæ scutum charitatis opponere?
Sed in his ego verbis omnimodo gaudeo, quia in tali eius atte-
statione cognosco quòd nunquam possit aliena tollerare, & hoc
ipsum erubescit, quòd propria largitur. Parua vero appellatis
munera vestra, quæ magna sunt, sed credo vt adhuc amplius ex
ipsa gloriæ vestræ humilitate proficiant. Et petitis vt hæc bona
mente susc ipiam. Sed inter ista ad memoriã cuiusdam viduæ duo Luc.21.
minuta reducite. Si enim illa deo placuit, quæ bono animo pauca
obtulit, cur non hominibus placeat, qui mente humili multa de-
dit? Pręterea benedictionẽ vobis sancti Petri Apostolorũ princi-
pis, clauẽ sanctissimi sepulchri eius in qua benedictio de catenis

G illius est inserta, transmisimus, vt quod eius collũ liganit ad martyrium, hoc vestrum ab omnibus peccatis absoluat.

Finiunt epistolæ Indictionis primæ.

Incipiunt epistolæ indictionis secundæ ex Registro beati Gregorij papæ.

Mense septembri. Indictione secunda.

Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De exarata messe cuiusdam ante missarum solennia dominicorum die, & terminis eradicatis post missarum solennia.

Caput.I.

Epist.1. Ca.2.q.7. Paulus.1.

DRædicator omnipotẽtis domini Apostolus dicit: Seniorem ne increpaueris. Sed hæc eius regula in eo seruanda est, cùm culpa senioris exemplo suo non trahit ad interitum corda iuniorum. Vbi autem senior iuuenibus exemplum ad interitum præbet, ibi districta increpatione feriendus est, nam scriptũ est: Laqueus iuuenũ

Esa.42. Esa.65. Parte.1. di.86. Tanta.

H omnes vos. Et rursus propheta dicit: Et peccator centum annorum maledictus est. Tãta autem nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit, vt eam nisi adhuc humanitus pensaremus, fixa iam maledictione feriremus. Dictum quippe mihi est, quòd dominicorum die priusquam missarum solennia celebrares, ad exarãdam messem latoris præsentium perrexisti, & post exarationem eius missarum solennia celebrasti. Post missarum solennia etiam terminos possessionis illius eradicare minimè timuisti. Quod factũ quę pœna debuit insequi, omnes qui audiũt sciunt. Dubij autem de tanta hac peruersitate fueramus, sed filius noster Cyriacus abbas à nobis requisitus, dum esset Caralis, ita se cognouisse perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus, hortamur aliquando resipisce senex, atque à tanta te leuitate morum, & operum peruersitate compesce. Quanto morti vicinior efficeris, tanto fieri sollicitior atque timidior debes. Et quidem pœnæ sententia in te fuerat iaculanda, sed quia simplicitatem tuam cum senectute nouimus, interim tacemus. Eos vero quorum consiliis hæc egisti, in duobus mensibus excommunicatos esse decernimus, ita tamen vt si quid eis intrà duorum mensium spatium humanitus euenerit, benedictione viatici non priuentur. Deinceps autem ab eorum consiliis cautus existe: te quoque sollicitè custodi, ne si eis in malo discipulus fueris, quibus in bono magister esse debuisti, nec simplicitati tuæ vlterius, nec senectuti parcamus.

I *Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De pace facta cum rege Longobardorum.* *Caput.II.*

Epist.2.

Q Vid in Sardinia hostes nostri fuerunt operati, priusquam fraternitatis vestræ epistola ad nos peruenire, agnouimus. Et quia hoc futurum dudum metuimus, euenisse quod præuidimus, nobiscum nunc gemimus. Quòd si secundum ea quæ tam vobis, quàm excellentissimo filio nostro Gennadio hoc fore nunciantes scripsimus, sollicitudo fuisset adhibita, inimici illuc aut non accederent, aut accedentes periculũ quod fecerunt mererent. Vel nunc ergo ea quæ contigerunt, vigilantiam vestram in futura exacuãt. Nam & nos quicquid prodesse possumus, facere domino auxiliante nequaquã omittimus. Cognoscatis autem abbatem quem ad Agilulphum ante multũ iam tempus transmisimus, pacem cum eo, deo propicio, quãtum vobis ab excellentissimo exarcho scriptum est, ordinasse. Et ideo quousque pacta de confirmatione pacis ipsius conscribantur, ne fortè hostes nostri in hac dilatione ad partes illas iterum velint accedere, murorum vigilias, & sollicitudinem in locis facite omnibus adhiberi. Et confidimus in redemptoris nostri potentia, quia aduersariorum nobis incursus vel insidiæ denuo non nocebunt. Hoc verò quod scripsistis, multos contra vos nobis querelas deponere, verum est, sed inter diuersa non nos sic res alia contristauit quomodo id quod nobis dilectissimus filius noster Cyriacus abbas retulit, quia die dominico ante missas messem de agro quem Donatus possidebat, feceris exarari. Quod ne parum esset, expleto sacrificio, per temetipsum illuc accedens terminos effodisses. Ob quam rem hortor vt officium quod geris, sollicita mente cõsideres, & quicquid grauare potest aut opinionem tuam aut animam, omnino refugias, & te committere illud nullius suasione consentias. Nam non terrenarum rerum curam, sed animarum te ducatum suscepisse cognoscas. Ibi ergo cor figere, ibi sollicitudinem, ibi totum debes studium adhibere, atque de earum lucro diligentius cogitare, vt dum venienti domino multiplicata quæ tradidit talenta reddideris, retributionis ab eo fructum consequi, & inter fideles famulos in æterna merearis gloria exaltari. Hoc autem quod obiurgo vel increpo, non ex asperitate, sed ex fraterna scito dilectione descendere, quia sacerdotem te apud omnipotentem deum non nomine, quod solum ad pœnam est, sed etiam meritis, quod ad mercedem respicit, inueniri desidero. Nam dum vnum in redemptoris nostri corpore membrum sumus, sicut in culpa tua dilaceror, ita quoque in bona actione lætificor. Illud præterea quod vultis, vt personam à nostro latere deputemus, cui causas vestras insinuare nobis referẽdas subtiliter debeatis, dilectissimo filio nostro Petro & Theodoro consiliario, quæcunque vultis scribite, vt per eorum nobis insinuata, quicquid de his ratio suaserit domino valeat reuelante disponi. De fratre autem & coëpiscopo nostro Mariniano dum pax cũ prædicto Agilulfo perfectè fuerit cõsummata, erit cognitio, & fiet quicquid rationis ordo dictauerit. L

Gregorius Marcellino proconsuli Dalmatiæ. Scribit redarguens de fauore Maximo præuaricatori præstito,

Caput.III.

E Pistolam magnitudinis vestræ suscepimus in qua vos nostram incurrisse ingratitudinem indicastis, atque ob hoc per directam satisfactionem habere nostram velle vos gratiam. Et quidem tanta ad nos de vestra magnitudine peruenerunt, quanta à fideli viro minimè committi debuerant. Vos enim tanti mali de causa Maximi omnes astruunt auctores existere, per quos spoliatio illius Ecclesiæ vel tantarum animarum perditio, atque inauditæ præsumptionis audacia sumpsit initiũ. Et quidem quòd nostram vos velle gratiam habere petitis: conuenit vt redemptori nostro pro his talibus satisfacere tota intentione mentis, vt dignum est, cum lachrymis debeatis: quia si illi satisfactum non fuerit: quid nostra relaxatio vel gratia poterit certe conferre? Dum tamen adhuc in præsumptorum ruinis vel errantium defensionibus inesse vos cernimus: qualis vel deo, vel hominibus vestra sit satisfactio, non videmus. Tunc enim deo & hominibus se satisfacere magnitudo vestra patenter euidentérque cognoscat, si & deuia ad rectitudinem, & præsumptiua ad humilitatis normam reducat. Quod si factum fuerit, per hoc vos & dei percepturos & hominum gratiam cognoscatis. M

Epist.3.

Gregorius Andreæ scholastico. Castorium chartularium recommendat. *Caput.IIII.*

Q Valiter de gloriæ vestræ debeamus sinceritate præsumere, cognitæ deuotionis qualitas, quam beato Petro Apostolorum principi olim exhibuistis, ostendit. Cuius licet causis mente vos adesse promptissima confidamus: non tamen ab re est, si ea quæ sponte egistis, nostra ex abundanti epistola deposcamus. Atque ideo salutantes paternæ charitatis affectu petimus, vt quia latorem præsentium Castorium chartularium nostrum pro necessariis illic causis direximus: vestra eum ope in omnibus adiuuetis, atque illi bonitatis vestrę cõsilio quocunque necesse fuerit concurratis: quatenus fultus Christianitatis vestræ solatio, ad explenda quæ sibi iniuncta sunt, solers & idoneus possit inueniri. Sic etenim & vos quæ vestra sunt facitis, & nos pro vobis enixius orare compellitis. Omnipotẽs deus gratiæ suæ vos ruitione præmuniat, & ita actus vestros in suo sicut desideratis propicius timore disponat, vt & à malis omnibus hic exuat, & ad gaudia vos æterna perducat.

Epist.4.

Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. Scribit de excessu Petri neophyti contra Iudæos. *Caput.V.*

I Vdæi de ciuitate vestra huc veniẽtes questi nobis sunt, quòd in synagogam eorũ quæ Caralis sita est, Petrus qui ex eorum superstitione ad Christianæ fidei cultum deo

Epist.5.

A deo volente perductus est, adhibitis sibi quibusdam indisciplinatis, sequenti die baptismatis sui, hoc est dominico in ipsa festiuitate paschali, cum graui scandalo sine vestra occupauerit voluntate, atque imaginem illic genitricis dei dominique nostri, & venerandam crucem, vel birrum album quo de fonte surgens indutus fuerat, posuisset. De qua re & filiorum nostrorum Euparerij gloriosi magistri militum, atque magnifici pij in domino præsidis, aliorumque nobilium ciuitatis vestræ ad nos hæc eadem scripta attestantia cucurrerunt. Qui etiam adiecerunt à vobis hoc præsensum: & prædictum Petrum ne hoc auderet fuisse prohibitum. Quod cognoscentes, omnino laudauimus: quia sicut reuera bonum decuit sacerdotem, nil fieri vnde iusta esset reprehensio voluistis. Sed quia per hoc quod minimè vos in his quæ praua sunt miscuistis, displicere vobis quod factum est demonstrastis, considerantes hac de re vestræ voluntatis intentum, ac magis iudicium his hortamur affatibus, vt sublata exinde cum ea qua dignum est veneratione, imagine atque cruce, debeatis quod violenter ablatum est, reformare, quia sicut legalis diffinitio Iudæos nouas non patitur erigere synagogas, ita quoque eos sine inquietudine veteres habere permittit. Ne ergo supradictus Petrus, vel alij qui ei in hac indisciplinationis prauitate præbuere solatium, sine consensu hoc zelo fidei se fecisse re-
B spondeant, vt per hoc quasi eis necessitas fieret conuertendi, admonendi sunt, atque scire debent, quia hac circa eos temperantia magis vtendum est: vt trahatur ab eis velle non reniti, non vt adducantur inuiti, quia scriptum est: Voluntariè sacrificabo tibi, id est, ex voluntate mea confitebor illi. Sanctitas ergo vestra gratiam inter ciuitatis suæ habitatores adhibitis sibi filiis suis, quibus vnà vobis hæc displicent, sacerdotali adhortatione, sicut condecet, studeat facere, quia in hoc maximè tempore quãdo de hoste formido est, diuisum habere populum non debetis. Quia verò non minorem de vobis, quàm de nobis sollicitudinem gerimus, hoc quoque pariter indicandum curauimus, quòd finita hac pace, Agilulfus Longobardorum rex pacem non faciat. Vnde necesse est vt fraternitas vestra, dum licet, ciuitatem suam vel alia loca fortius muniri prouideat, atque immineat vt abundanter in eis condita procurentur, quatenus dum hostis illuc, deo sibi irato, accesserit, non inueniat, quod lædat, sed confusus abscedat. *Sed & nos pro vobis quantum possumus cogitamus, & his quorum interest, vt se ad obsistendum deo adiutore præparare debeant, imminemus, quia sicut vos nostras tribulationes vestras attenditis, ita quoque nos vestras afflictiones nostras similiter reputamus.*

Gregorius Eusebio archiepiscopo Thessal. presbytero hæretico. *De pace, & Luca Caput. VI.*

I quàm magna sit frater charissime pacis virtus attendimus, quo à nobis studio sit colenda agnoscimus.
C Hanc quippe dominus & redemptor noster in magno munere discipulis suis relinquere ac dare dignatus est, vt eos qui firmitate ei fidei cohærebant, per hanc sibi pia faceret participatione consortes. Scriptum namque est: Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Quisquis ergo patris hæres esse desiderat, filius existere hanc custodiendo non renuat. Nam qui locum præbet discordiæ, ipse profectò tanti se muneris exortem esse constituit. Cùm igitur fidei tuæ sinceritas catholica nobis, vt oportuit, deo propicio sit rectitudine declarata, magna nimis admiratioue suspendimur, vt eos quos bene credere & rectè sentire cognoscis, frustra quorundam scandalizari vitio patiaris, vt aliorum culpa, fraternitatis tuæ fuscetur opinio. Nam quomodo sine erroris suspitione sit, qui patientiam præstat erranti? Aut quam de se æstimationem præbeat, si ea quæ feruor fidei postulat, aperta purgari satisfactione non præuidet? Fertur siquidem Lucam presbyterum tuum, & Petrum Chalcedonensem synodum nolle suscipere, atque ex hoc filiorum tuorum orthodoxorum corda non leui scandalo perturbari. Quorum quia zelus non solum laudandus, verum etiam omnino fouendus est, hortamur vt cum omni viuacitate ac sollicitudine fraternitatis hoc vestræ rimari cura non desinat. Et si ab hac eos insontes prauitate repererit, scandalum de filiorum suorum mentibus habita eorum satisfactione remoueat, atque inter omnes hæreses Seuerum ac Nestorium anathematizẽt, vt quibus sinistra de eis suspitio discessionem amore fidei genuit, gignat purificatio charitatem. Et salubriter vnus concordiæ nectat affectus: quos catholicæ sincera & vna tenet confessio veritatis. Nec satisfactio dubitantibus existimetur indigna, quia dominica voce præcipitur: Ne contemnatis vnum ex his minimis. Qui ergo non despici à præcipiente desiderat: præceptoris verba non renuat: quia & is quem vas electionis redemptor sibi noster testatus est esse, seruare nos vnitatẽ spiritus in vinculo pacis admonuit. Vnde quisquis hoc se teneri salutis vinculo non recusat, quæ sunt pacis studeat, & locum hosti non præbeat, vt facta fortius valeat vnitate calcari, qui in fratrum sæua poterat diuisione grassari. Si vero, quod non optamus, erroris huius deprehenduntur iaculo vulnerati: Ecclesiasticæ adhortationis est adhibenda curatio: vt aut inter oues dominicas, si sanati fuerint, permaneant, aut ab vnitate Ecclesiastici corporis excidantur: quatenus & magnum ex damno modico lucrum fiat, & totum faciat liberum pars amissa. Nam & prouidi sollicitudo pastoris ouem languidam quæ curationem non recipit, ne alias languoris sui labe contaminet, à sanarum consortio non differt eiicere, sciens cæterarum se sanitatem non aliter nisi huius posse eiectione seruare. Proinde iterum fraterna charitate commoneo, vt summa hoc vigilantia perscrutari, & summo quæ scripsimus seruare studio debeatis, nec re-
E ctam fidem quam geritis, aliorum dubiam consortio faciatis. Nam qui non corrigit resecãda, committit. Itaque magna vobis sollicitudine, magna omnino prouisione pẽsandũ est, vt nec aliis eorum persona scãdalum, nec vobis opinio sit nociua, quatenus tanto fraternitati vestræ de commissis ouibus pastoris lucra proficiant: quanto vos ad earum custodiam & sincera dilectio & credita fecerit cura sollicitos.

Psal. 53.

Ephes. 6.

Matt. 5.

Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. *De Grauiniæ abbatissæ sacramento.* *Caput. VII.*

Epist. 7. Ca. 19. q. 3. Quia ingredientibus.

QVia ingredientibus monasterium conuertendi gratia, vlterius nulla sit testandi licentia: sed res eorum eiusdem monasterij iuris fiant, aperta legis definitione decretum est. Quod cum penè omnibus notum sit, in magna nos Grauiniæ abbatissæ monasterij sanctorum Gauini & Luxorij insinuatio admiratione perduxit. Quæ Siricã monasterij sui abbatissam postquam regendi suscepit officium, condito testamento legata quibusdam asseruit reliquisse. Et dum de sanctitatis vestræ sollicitudine quæreremus, cur res monasterio competentes ab aliis pertulerit detineri, communis filius Epiphanius archipresbyter vester præsens inuentus respondit memoratam abbatissam vsque ad diem obitus indui se monachica veste noluisse: sed in vestibus quibus loci illius vtũtur presbyterę permansisse.
F Ad hęc replicabat prædicta Grauinia hoc penè ex consuetudine licuisse, adeo vt abbatissam quæ ante suprascriptam. Siricã fuerat, talibus vsam fuisse vestibus allegaret. Cum ergo de qualitate vestium nec nos mediocriter cœpissemus ambigere, necessarium visum est, vt tam cum consiliariis nostris, quàm cum aliis huius ciuitatis doctis viris quid esset de lege tractarem. Qui tractantes responderunt: Postquam solenni more abbatissa ab episcopo ordinata est, & in monasterij regimine per annos plurimos vsque ad vitæ suæ transitum præfuit: vestis qualitatem ad culpam forte episcopi respicere, qui eam sic permiserit, non tamen potuisse monasterio præiudicium irrogare: sed res ipsius eidem loco ex eo quòd illuc ingressa abbatissa constituta est, manifesto iure competere. Et ideo quia ex dimissis illicitè rebus xenodochium possessionem asserit indebitè retinere, his vos hortamur affatibus, vt quia & monasterium & xenodochium ipsum in vestra est ciuitate positum, omni cura ac studio prouidere debeat, quatenus si possessio ipsa ex nullo præcedenti contractu, sed ex memoratæ Siricæ legato descendit: antedicto monasterio postposito strepitu vel excusatione reddatur. Si vero ex alio fortè dicitur obuenisse contractu: aut fraternitas vestra inter partes cognita veritate quod legalis suaserit ordo definiat, aut mutuo sibi consensu arbitros eligant, qui earum valeant allegationes dissindere. A quibus quicquid fuerit statutum, ita vestra prouisione seruetur, vt nullum inter venerabilia loca iurgium remaneat, quæ magnopere altera pacis sunt fouenda concordia. Alia igitur omnia quæ ex testamento prænominatæ Siricæ deti-

G nentur, quippe quod nullum esse legali sanctione permittitur: necesse est vt iuri monasterij fraternitatis vestræ sollicitudine sacerdotali per omnia studio reparentur, quia imperiali constitutione apertè sancitum est, vt ea quæ contra leges fiũt, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sint.

Gregorius Vincentio, atque quàm plurimis episcopis. De tempore paschæ requirendo.

Caput. VIII.

Epist. 8. Ognouimus quòd mos vestræ sit insulæ post paschalem festiuitatem vobis euntibus aut directis responsalibus vestris ad metropolitanum vestrum: vtrum sciatis, an minimè, ipse vobis de venturo pascha scripta debeat denunciatione mandare. Et quantum dicitur quidam vestrum hoc facere secundum consuetudinem postponentes, aliorum quoque ad non obediendum corda peruertunt. Additur etiam quòd ex vobis aliqui pro Ecclesiæ suæ emergentibus causis transmarina petentes, sine prædicti metropolitani sui cognitione vel epistolis, sicut canonum ordo constituit, audeant ambulare. Hortamur ergo fraternitatem vestram, vt antiquam Ecclesiarum vestrarum consuetudinem exequentes: tam de suscipienda paschali denunciatione, quàm etiam si quenquam vestrum pro causis propriis vbicunque compulerit ambulare necessitas, ab eodem metropolitano vestro secundum indictam vobis regulã petere cessionem debeatis, nec eum postponere in aliquo præsumatis, excepto si, quod non optamus, cõtra eundem metropolitanum vestrum habere vos aliquid causæ contingat, vt ob hoc sedis Apostolicæ iudicium requiratis. Nam his qui petere festinant licentiam, quod scitis, per canones etiam antiquorum patrum institutione habere permissum est.

Gregorius Basilio de schimaticis, & de peruerso consilio Iustini.

Caput. IX.

Epist. 9. Nter hæc quòd mihi de Sclauis victorias nunciastis, magna me lętitia releuatum esse cognoscite: quòd latores præsentium de Capritana insula vnitati sanctæ Ecclesiæ coniungi festinantes, ad beatum Petrum Apostolorum principem ab excellentia vestra transmissi sunt. In hoc enim contra hostes vestros amplius pręualetis, si eos quos dei hostes agnoscitis, sub iugo veri domini reuocatis, tantóque vestras causas apud homines fortiter agitis, quanto dei causas in hominibus sincera ac deuota mẽte feceritis. Quod autẽ exemplar iussionis quę ad vos pro schismaticorum defensione trãsmissa est, mihi ostendi voluistis: pensare sollicitè dulcissima mihi vestra excellentia debuit, quia quanuis iussio ipsa subrepta est, non tamen in ea vobis præceptum est, vt venientes ad vnitatem Ecclesiæ repellatis, sed vt venire nolẽtes hoc incerto tempore non compellatis. Vnde necesse est vt hæc ipsa piissimis imperatoribus nostris suggerere festinè debeatis, quatenus cognoscant quòd eorum temporibus schismatici cum omnipotentis dei solatio & labore nostro sua sponte reuerti festinãt. Quæ autem de insulæ Capritanæ ordinatione decreuerim, per reuerentissimum fratrem & coëpiscopum meum Marinianum vestra excellentia agnoscat. Illud verò cognoscite, quia me non modicè contristauit, quòd maior domus vestræ qui petitionẽ episcopi volentis reuerti suscepit, eam se perdidisse professus est: & postmodum ab aduersariis Ecclesię tenebatur. Quod non negligentia, sed venalitate eius factum arbitror. Vnde miror quia in eo culpam hanc minimè vestra excellentia vindicauit. Sed tamen quia hoc miratus sum, memetipsum citius reprehendi. Nam vbi dominus Iustinus consilium prębet, qui pacem cum catholica Ecclesia non habet, ibi non possunt hæretici adduci. Præterea sancti Petri Apostolorum principis natalitium diem in Romana ciuitate vos facere velle perhibetis. Et oramus omnipotentem dominum vt sua vos misericordia protegat, & vota vestra vos implere cõcedat. Sed prædictus vir eloquentissimus peto vt simul veniat: qui si non venerit, à vestris obsequiis recedat. Vel certè si vestra excellentia fortasse emergentibus causis venire nequiuerit: ipse aut sanctæ Ecclesiæ vnitati communicet, aut peto vt vestrorum consiliorum particeps non sit. Bonum enim virum audio, si pessimi non essent erroris. De causa vero Maximi, quia importunitatem dulcedinis vestræ iam ferre non possumus, quid decreuimus Castorio notario suggerente cognoscetis.

Gregorius Mariniano episcopo Rauennæ de episcopis Istriæ, scilicet Nonano & Caprulensi.

Caput. X.

Atores præsentium ad nos viri clarissimi atque defen- *Epist. 10.*
L sores venerunt, afferentes quòd in castello quod Nouas dicitur, episcopus quidã Ioannes nomine, de Pannoniis veniens fuerit constitutus, cui castello eorum insula quæ Capritana dicitur, erat quasi per diœcesim coniuncta. Adiungunt autem quòd eodem episcopo violenter expulso, alius illic fuerit ordinatus. De quo tamen hoc placuisse referunt, vt non in prædicto castro, sed in sua insula habitare debuisset. Qui cum illic cum eis degeret, in errore se schimatis detinere noluit, atque cum omni plebe sua excellentissimo filio nostro Callinico exarcho petitionem dedit vt catholicæ Ecclesiæ cum omnibus qui cum ipso erãt, sicut prædiximus, vniri debuisset. Qui, vt aiũt, à schimaticis persuasus post semetipsum rediit, & nunc omnis ille populus qui in prædicta insula consistit, sacerdotis protectione priuatus est: quia dum sanctæ Ecclesiæ vniri desiderat, illum iam recipere non potest qui ad schismaticorum errorem reuersus est, & petunt sibi ordinari alium debere. Sed nos quia cũcta necesse est districtè & subtiliter perscrutari: hoc ordinandum esse præuidimus, vt fraternitas tua ad eundem episcopum mittat, eúmque reuerti ad Ecclesiæ vnitatem & ad propriam plebem admoneat. Qui si iam monitus redire contempserit, grex L
dei decipi non debet in errore pastoris. Et idcirco sanctitas tua illic episcopum ordinet eandémque insulam in sua diœcesi habeat, quousque ad fidem catholicam Istrici episcopi reuertãtur, vt & vnicuique Ecclesiæ suæ diœceseos iura seruemus, & destituto à pastore populo non desit protectio & cura regiminis. In his tamen omnibus fraternitatem tuam decet sollicitè vigilare, vt plebs eadem quæ ad Ecclesiam venit, studiosius admoneatur, quatenus constanter in sua reuersione fixa sit, ne vagis cogitationibus in erroris iterum foueam relabatur. Excellentissimum vero exarchum petere studeat, vt hæc ipsa suis suggestionibus piissimis imperatorum auribus innotescat: quia quanuis iussio quæ ad eum delata est, subrepta esse videatur, non tamen in ea iussione ei præceptum est, vt volentes ad Ecclesiam redire non permittat, sed vt inuitos hoc interim tempore minimè compellat. Huius ergo causæ ordinationem in suam curam prædictus filius noster suscipiat: quatenus suis responsis agat, vt quicquid ordinauerit, dubium non fiat. Quod tamen & nos communi filio Anatholio scripsimus, vt hæc piissimis principibus subtiliter innotescat. Excellentissimi filij mei domni Callinici exarchi assiduè & importunè pro persona Maximi scripta suscepi. Cuius importunitate victus, nihil habui quod amplius facere debuissem, nisi eiusdem Maximi causam tuæ fraternitati commit- M
terem. Si igitur ad fraternitatem vestrã venerit idem Maximus, deducatur & Honoratus eius Ecclesiæ archidiaconus, & cognoscat sanctitas tua si rectè ordinatus est, si in Simoniacam hæresim lapsus non est, si ei de criminibus corporalibus nihil obuiauit, si se non cognouit excommunicatum quando missas facere præsumpsit: & quicquid sub timore dei tibi visum fuerit, decerne: vt nos dispositioni tuæ consensum deo auctore præbeamus. Si autem tuã fraternitatem suspectam prædictus filius noster habuerit, etiam reuerentissimus vir frater noster Constantius Mediolanensis episcopus Rauennam veniat, tecum resideat, & de eadem causa pariter decernite, & quod vtrisque vobis placuerit, mihi placiturum esse certum tenete. Sicut enim obstinati esse humilibus non debemus, ita districti existere superbis debemus. Vestra ergo fraternitas sicut in scripturæ sacræ paginis didicit, quicquid iustum perpenderit, in eius negotio decernat.

Gregorius Serentino episcopo & pluribus aliis. De reliquiis concedendis Gregorio expræfecto.

Caput. XI.

Lorioſus filius noſter Gregorius expræfectus: ſan- *Epiſt. 11.*
G ctuaria beatorum martyrum in diœceſis veſtræ locis quieſcentium, ſibi poſtulat debere concedi: in quorum honorem Baſilicã propriis ſumptibus ædificari deſiderat. Et ideo fratres chariſsimi præfati viri deſideriis ex noſtra vos præceptione conuenit obedire: vt deuotionis ſuæ in cõſecratione quã poſtulat potiatur effectum.

Gregorius

Gregorius episcopo Chrysantho. De reliquiis collocādis in Ecclesia sanctæ Mariæ.

Caput.XII.

Epist.12. P Aulus Ecclesiæ Reatinæ diaconus, petitoria nobis insinuatione popoſcit: vt ad fontes in basilica beatæ Mariæ ſemper virginis genitricis dei & domini noſtri Iesu Christi, quæ eſt intra ciuitatem Reatinam posita, reliquiæ beatorum martyrum Hermetis & Hyacinthi & Maximi debeāt collocari. Et ideo frater chariſsime ſi in eodem loco nullum corpus conſtat humatum, ſanctuaria prædictorum martyrum cum reuerentia ſine ambiguitate ſuſcepta diligenter conſecrabis.

Gregorius Seuero episcopo Anconitanensi. De argento Ecclesiæ, apud Serenum diaconum depoſito, requirendo.

Caput.XIII.

Epist.13. V Ir reuerentiſsimus Paſsiuus frater & coëpiſcopus noſter, ad nos veniens, indicauit argentum Eccleſiæ ſuæ à deceſſore ſuo Fabio apud Serenum diaconū tuum pro temporis qualitate eſſe depoſitum. Cuius parte aliqua reſtituta, partem apud eum aſſerit iacere, & reſtituere eam quadam excuſatione differre. Proinde his fraternitatē tuam hortamur affatibus, vt eum admonere ſtudeat, quatenus quæ accepit, ſine contentione reſtituat. Aut ſi forte ab eius reſtitutione aliqua ſe excuſari ratione confidit, neceſſe eſt vt inter eum & auctores Firmanæ Ec-
B cleſiæ vnà cum Armenio fratre & coëpiſcopo noſtro cognoſcere debeatis, & ſubtiliter veritate diſcuſſa ita huic cauſæ finem imponere, vt nec antedictus diaconus pati præiudicium, nec prefata iniuſtè damnum videatur Eccleſia ſuſtinere.

Gregorius Demetrio & Valeriano clericis firmariis. De pecunia expenſa ab Eccleſia pro eorum redemptione.

Caput.XIIII.

Epist.14. T ſacrorum canonum ſtatuta, & legalis permittit au-
E ctoritas licitè res Eccleſiaſticas in redemptionē captiuorum impēdi. Et ideo quia edocti à vobis ſumus, ante annos ferè decem & octo, virum reuerentiſsimum quendam Fabium episcopum Eccleſiæ Firmanæ pro redemptione veſtra, ac patris veſtri Paſsiui fratris & coëpiſcopi noſtri, tunc verò clerici, necnon matris veſtræ libras vndecim argenti de eadem Eccleſia hoſtibus impendiſſe, atque vos ex hoc quandam habere formidinem, ne hoc quod datum eſt, à vobis quolibet tempore repetatur: huius præcepti auctoritate ſuſpitionem veſtram præuidimus auferendam, conſtituentes nullam vos exinde hæredéſq; veſtros quolibet tempore repetitionis moleſtiam ſuſtinere, nec à quoquam vobis aliquam obiici quæſtionem, quia ratio æquitatis expoſcit, vt quod ſtudio pietatis impenſum eſt, ad redemptorum onus vel afflictionem non debeat pertinere.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. Quòd cōsecret Ecclesiam sancti Petri Apoſtoli, & sancti Michaelis archangeli.

Caput.XV.

C

Epist.15. T Heodoſius abbas monaſterij ſancti Martini petitoria nobis inſinuatione ſuggeſsit, quæ habetur in ſubditis, in domo quondam Martini ex eius voluntate deceſſorem ſuum Andream abbatem monaſterium, in quo monachi habitare debeant, conſtruxiſſe. Et quia id in honorem beati Petri Apoſtolorum principis, & ſancti archangeli, poſtulat dedicari, dilectionem tuam præſentibus apicibus duximus adhortandam, quatenus ad prędictum locum cum poſtulauerit ingrauanter accedas, venerandæ ſolennia dedicationis impendens. Et quotiens neceſſe fuerit, à presbyteris Eccleſię tuæ in loco ſancto deſeruiētibus celebrentur ſacrificia veneranda miſſarum: ita vt in eodem monaſterio nec fraternitas tua, nec presbyteri præter diligentiā diſciplinæ aliquid moleſtiarum inferant: aut ſi quid illic pro diuerſorum deuotione commoditatis acceſſerit, ſibi exiſtiment vē dicari: cum monachis in eodem loco deſeruiētibus debeat proficere, quicquid à fidelibus offerri contigerit.

Gregorius Romano defensori. De monaſterio in Sicilia conſtruendo.

Caput.XVI.

Epist.16. F Ilius noſter Theodoſius abbas monaſterij à Liberio quondam patricio in Campaniæ parte conſtructi, nobis noſcitur intimaſſe Ruſticam quondam illuſtrē fœminam ante nos ferè viginti & vno annis condito teſtamento Fe- D
licem iugalem ſuum hæredem inſtituiſſe, eique de conſtruendo illic in Sicilia monaſterio hac conditione interpoſita delegaſſe, vt ſi intra anni ſpatium omnia libertis dimiſſa legata non ſolueret, vel prędictum monaſterium ita, vt voluit, minimè ordinaret, tunc ſancta Romana Eccleſia portionem quam in fundo Comas habere viſa eſt, ſibi deberet ſine dubio vendicare: & ipſa ad perſoluenda eadem legata vel conſtructionem ipſius monaſterij ſolatia commodaret. Vnde quia quantū dicitur, dimiſſa res hactenus minimè ipſi monaſterio eſt completa: atque ab eius nuncuſque hæredibus poſſeſsionis pars aliqua detinetur, cū omni ſubtilitate experientia tua cauſam exquirat atque diſcutiat. Et primum quidem ſi in conditione teſtamenti hæres incidit, per quod noſtra habeat cauſas Eccleſia: inueſtigare te volumus atque euidenter addiſcere, & vtilitatem pauperum, ſicut rei ordo popoſcerit, exequi: & tunc pro ordinatione cellæ illius, vel redintegratione dimiſſæ rei inſtanter eſſe ſollicitum, quatenus, pia teſtatricis voluntas in vtroque valeat adimpleri, & detētores iniuſti culpam retentionis indebitæ ex iuſta amiſsione cognoſcant. Cum omni ergo viuacitate te cauſam hanc & exquirere, & ad effectum volumus, domino auxiliante, perducere, vt pia ordinantis deuotio tandem ſortiatur effectum. Sed & monaſterio ipſi in omnib⁹, ſalua iuſtitia ſolatiari te volumus, vt laicę perſonæ quaſi ex conditoris nomine quæ iuuaminis debuerunt ferre ſolatium, lædendi non habeant, ſicut aſſeritur, facultatem. E

Gregorius Romano defensori. Patrimonium Eccleſiæ in Sicilia commendat.

Caput.XVII.

Epist.17. P Ropositi noſtri cura nos admonet Eccleſiaſticas vtilitates ſtrenuis agendas mandare perſonis. Et ideo quia te Romanum defenſorem fidelem ſollicitúmque probauimus extitiſſe, patrimonium ſanctæ Romanæ, cui deo miſerante deſeruimus Eccleſiæ, in partibus Syracuſanis, Cathinenſibus, Agrigentinis vel Milenſibus conſtitutum, à præſenti ſecunda indictione gubernationi tuæ præuidimus committendū. Vnde neceſſe eſt te illic indifferenter accedere, vt diuini conſideratione iudicij, noſtræ quoque admonitionis memoria te efficaciter ac fideliter ſtudeas exhibere, vt nullius neglectus vel fraudis, quod abſit, inueniaris ſuſtinere periculum. Magis autem idagas, quatenus de fide & induſtria tua diuinæ poſsis gratiæ commendari. Ad familiam verò eiuſdem patrimonij ſecundum morem præcepta direximus, vt nihil ſit quod te ad peragenda ea quæ tibi iniuncta ſunt, valeat impedire.

Gregorius colonis patrimonij Syracuſani. Vt obediant Romano defenſori.

Caput.XVIII.

Epist.18. C Ognoſcatis volo quia ad ſollicitudinem vos defenſo-
E ris noſtri diſpoſitio noſtra pertinere conſtituit. Et ideo præcipimus vt ea quæ vobis peragenda pro vtilitatib⁹ Eccleſiaſticis præuiderit & iniunxerit, ſine aliqua debeatis difficultate obedire. Cui talem dedimus poteſtatem, vt eos qui inobedientes vel attentauerint contumaces exiſtere: diſtricta vltione corripiat. Paritérque illi demandauimus, vt mancipia quæ foris latitant, vel à quoquam aliqui fines inuaſi ſunt, ſollicitudinis ſuę inſtantia iure Eccleſiaſtico reuocare non differat. Noueritis etenim periculo ſuo fuiſſe commonitum, vt nullam aliquando violentiam rebus alienis, vel raptum aliqua excuſatione facere præſumat.

Gregorius Petro Sicilienſi. Quòd Romano patrimonium Eccleſiæ commendaſſet.

Caput.XIX.

Epist.19. C Ientes deuotionis affectum paternis cōmendationib⁹
S ampliari, neceſſe eſt vt ea quæ agere vos ſpōte confidimus, gloriæ veſtrę in his fauorē noſtris augere epiſtolis feſtinemus. Indicamus itaq; Romano defenſori latori preſentium, patrimoniū Eccleſiæ quod in Syracuſanis, Cathinēſibus, & vicinis locis noſcitur eſſe conſtitutū, dei protegēte gratia credidiſſe. Et propterea ſalutantes paterno affectu petimus vt veſtra cū fouere prouidentia debeatis, atq; ei in omnibus veſtrū, ſicut de vobis confidimus, auxilium cōmodetis: vt dum in gloriæ veſtræ

ſolatio

G solatio vel fauore subsidium consolationis habuerit,& vos qualem circa nos charitatem geritis manifestius ostendatis, & nos voluntati vestræ respondere, dum necesse fuerit, per omnia festinemus.

Gregorius Libertino expræfecto. De patrimonio in Sicilia Romano commendato.

Caput.XX.

Epist.20. Loriæ vestræ & experta & cognita nos deuotio prouocat epistolari vos alloquio causis Ecclesiasticis exhibere adiutores. Et ideo quia Romano defensori præ-

**curam.* sentium portitori causam *patrimonij Ecclesiæ nostræ quod in Syracusano atque Catinensi territorio situm est, deo auctore cõmissimus, salutantes gloriam vestram petimus, vt concurrere illi acferre solatium in omnibus debeatis. Et ne forsan de nouitate minus aliqua quæ sunt vtilia comprehendat, vestris eum subtiliter consiliis informate, atque ad agenda hæc vestram illi sicut cõsuevistis, operam adhibete : quatenus dum vobis opitulantibus vtiliter quæ iniuncta sunt peregerit, & vos de bono vestro mercedem recipere valeatis, & nos pro gloriæ vestræ vita omnipotentis dei misericordiam exorare enixius inuitemur. De capitulo autem de quo mihi lator præsentium est locutus, vel reuerentissimus frater noster Ioannes episcopus scripsit, interim vel tentari vel agi nil potuit, quia persona apud quam agi poterat, necdũ est in potestate aliqua confirmata.

H

Gregorius Libertino Ciridano. Romanum defensorem commendat. Caput.XXI.

Epi.21. Loriæ vestræ bonitas nuncio veraci diffusa, tantam nobis de se certitudinem præbet, vt nihil de eo diffidere, sed magis sicut reuera sapienti filio Ecclesiæ nostrę debeamus specialiter causam commendare. Et ideo Romanum defensorem nostrum præsentium portitorem ad gubernationẽ patrimonij Ecclesiæ nostræ in Catinensibus ac Syracusanis partib' constituti, deo protegente transmisimus. Salutantes igitur paterna dilectione gloriam vestram petimus vt in cunctis affectum vestræ charitatis inueniat, & fauoris vestri solatiis quocunque necesse fuerit potiatur, vt vobis præsentibus nos absentes esse non sentiat, quatenus cum iniuncta sibi salubriter vestra ope expleuerit, & nos vobis gratiarum possimus existere debitores, & beatus Petrus Apostolorum princeps, in cuius causis vos impẽditis, hic vobis & in futurò compenset.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De querimonia Leontij contra Leonem episcopum.

Caput.XXII.

Epist.22. Ilius noster gloriosus vir Leontius ex consulatu de fra

F tre & coëpiscopo nostro Leone grauiter est questus, nósque eius querela omnimodo turbauit, quia ita pre-

I cipitanter & leuiter ab episcopo agi non debuit. Quam causam subtiliter exequendam venienti Romano defensori commisim'. De vestra autem fraternitate is qui ab eo directus est queritur quòd Marchilai viri clarissimi medici defensione fratris & coëpiscopi nostri Domitiani metropolitæ vtilitas grauetur. Et quidem tueri iustè filios suos, vel sicut est fortè sanctæ Ecclesiæ negotia fraternitas vestra debet, & nullam occasionem dare aduersariis maledicti gratia. Quod tamen vos per omnia custodire: etiam ista loquendo non ambigo, eidem tamen Romano venienti etiam de hac causa iniunximus, vt vobiscum debeat quæ sunt recta disponere.

Gregorius Romano defensori. De Stephania & Calixeno filio eius. Cap. XXIII.

Epist.23. Vanquam ea quæ ad Ecclesiæ iura perueniunt, alienari

Q legis ratio non permittat, temperanda tamen interdũ est censura districtionis, vbi misericordiæ respectus inuitat, maximè quando tanta est quantitas, quæ nec dantem onerat, & accipientis pauperiem iuxta aliquid consolatur. Et ideo quia Stephania præsentium latrix cum Calixeno filio suo parulo, quem de Petro quondam viro suo se suscepisse, & nimia asserit pauperie laborasse, huc veniẽs assidua obsecratione & lachrymis à nobis exigit, vt domum possessionis in ciuitate Cathenẽsium, quam Ammonia quondam socrus eius, Ecclesiæ nostræ titulo donationis obtulerat, eidẽ Calixeno restitui faceremus: memoratam Ammoniam asserens alienandi eam nõ habere licentiã, K sed antefati Calixeni per omnia iuris esse. Cui rei fili' noster Cyprianus diaconus, qui causam cognitam habuit, cõtradictor extitit: inquiens quòd prædictæ mulieris querimonia non haberet iustitiam, nec posse rationabiliter ad filij sui nomen domum ipsam vindicare, siue repetere. Sed ne suprascriptæ mulieris lachrymas inanes relinquere, & plus sequi rigoris viam quàm causas videamur pietatis complecti, hac tibi præceptione mandamus, vt memoratam domum sæpefato Calixeno simul & donationem ab Ammonia factam de domo ipsa, quia illic in Sicilia esse noscitur, reddere debeas: quia, sicut diximus, melius est in dubiis non districtionem exequi, sed ad benignas potius partes inflecti, præsertim dum rei exparuæ rei cessione nec Ecclesia grauatur, & orphano atque pauperi misericorditer subuenitur.

Gregorius Romano defensori. Laicis non temerè tuitionem Ecclesiasticam impendere.

Cap. XXIIII.

Erueuit ad nos quia quidam homines minorem omni- *Epist.24.*

P modo discretionem tenentes, in suis nos periculis implicari desiderant, atq; ita volunt ab Ecclesiasticis personis defendi, vt ipsiæ quoque personæ Ecclesiasticæ ex eorũ culpa teneantur. Idcirco præsenti te præceptione admoneo, & per te fratrem & coëpiscopum nostrum dominum Ioannem vel cæteros qui interesse possunt, vt patrocinia Ecclesiastica, siue mea susciL piatis scripta, siue etiam minimè fuerint directa, sub tanto mode ramine debeatis impendere, quatenus hi qui in furtis publicis im *Can.14.q.* plicati sunt, à nobis nõ videantur iniustè defendi, ne opinionem *6.Hinc.* malè agentium ex indiscretæ defensionis ausu in nos vllo modo transferamus: sed quantum decet Ecclesiam, admonendo, & verbum intercessionis adhibendo, quibus valetis succurrite, vt & illis opem feratis, & opinionem sanctæ Ecclesiæ non inquinetis.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. Visitationem Messenatensis Ecclesiæ iniungit.

Caput. XXV.

Ognoscentes Messenatem Ecclesiam sacerdotis regi- *Epist.25.*

C mine destitutam, visitationis eiusdem Ecclesiæ fraternitati tuæ operam solenniter delegamus. Quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouectionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriisque, vel quicquid aliud est in patrimonio eiusdem à quoquam præsumatur Ecclesiæ. Et ideo charitas tua ad prædictam Ecclesiam ire properabit, & assiduis adhortationibus plebem, clerúmque eiusdem Ecclesiæ admonere festinet: vt remoto contentionis diuerso studio, vno eodémque consensu talem sibi præficiendum expetant sacerdotem, qui & tanto ministerio dignus valeat reperiri: & venerãdis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, & cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roboratus, dilectionis tuę testimonio literarum ad nos sacrandus occurrat. Commonẽtes etiam frater- M nitatem tuam, vt nullum de altera eligi permittas Ecclesia, nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis, in qua visitationis impendis officium, nullus ad episcopatum dignus, quod euenire nõ credimus, potuerit inueniri. Prouisurus ante omnia ne huc cuiuslibet conuersationis vel meriti laicæ personæ aspirare præsumãt, & tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras.

Gregorius clero, ordini, & plebi consistenti Messanæ. De eligendo episcopo.

Cap.XXVI.

Ognoscentes Ecclesiam vestram sacerdotis regimine *Epist.26.*

C destitutam, curæ nostræ fuit visitationem eiusdem Ecclesiæ, fratri & coëpiscopo nostro fortunato solenniter delegare. Cui dedimus in mandatis, vt nihil de prouectionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriisque à quoquam vsurpari patiatur. Cuius vos assiduis adhortationibus conuenit obedire, & remoto strepitu, vno eodémque consensu talem vobis præficiendum expetite sacerdotem, qui & à venerandis canonibus nulla discrepet ratione, & tanto ministerio dignus valeat reperiri. Qui dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati, & visitatoris pagina prosequente, ad nos veniat ordinandus. Prouisuri ante omnia, ne cuiuslibet vitæ vel meriti laicam personam præsumatis

A tis eligeret: ne non solum ille ad episcopatus apicem nulla ratione
proueheretur, verumetiam vos nullis intercessionibus venia pro-
mereri posse cognoscite, sed omnes quos ex vobis de laica per-
sona aspirasse constiterit, ab officio & à communione alienos fa-
ciendos proculdubio noueritis.

Gregorius Antonio subdiacono, & Dominico abbati atque presbytero aquarius. De concordia facta inter Ecclesias & monasteria.

Caput.XXVII.

Epist.27. S Icut graue & plenum vituperationis est, inter personas
omnipotenti deo militantes, de secularibus negotiis or
tam diu controuersiam permanere: ita laudabile & stu
dio est religioso conueniens, terrenis gratam deo pacem præfer-
re compendiis, & ex rebus transitoriis mansura super charitatis
lucra mercari. Et ideo quia de possessionibus Faiani, Nasuniani,
& Labiniani, positis in prouincia Sicilia territorio Panormitano
de quibus inter præpositos monasterij sanctorum Maximi & A-
gathæ, quod Lucusianũ dicitur, & è diuerso administratores xe-
nodochij in hac vrbe constituti, quod Valerij nuncupatur, longa
se traxit contentio: nunc verò inter te Antonium subdiaconum
nostrum memorati xenodochij præpositum, & è diuerso dile-
ctissimum filium nostrum Dominicum abbatem atque presby-
terum dicti monasterij pactis interueniẽtibus salubris processit,
B deo auctore, decisio: igitur necesse est vt omnis discordiæ possit
occasio præueniri, ea quæ gesta sunt, interueniente auctoritate
firmari. Proinde per huius præcepti seriem hoc decernendũ esse
perspeximus, vt omnia instrumenta, vel quicquid est aliud quod
partibus, quod absit, ad inuicem contra se venire cupientibus quo-
quo modo vel ex temporis perscriptione, seu aliter opem de le-
ge, aut quocunque priuilegio poterat ministrare: sit, sicut & vos
poscitis, vacuum, & omni virtute cassatum: & sola pactorum in-
ter vos nunc habitorum pagina validum perpetuúmque robur
obtineat. Cui si quid forte incuria vel imperitia minus firmitatis
insertũ est, vires plenissimæ munitionis & soliditatis ex hac no-
stra auctoritate suscipiat, nec superesse aliquid valeat: vnde ea
quæ religioso studio prouidè, vt oportuit, ac pacificè terminata
sunt, ne quocunque tempore quicquam dubietatis incurrant, sed
omnia quæ in eisdem pactis tenentur adscripta, firma, illibata, &
sine aliqua refragatione persistant, quatenus amota penitus to-
tius altercationis materia, inter eos quos charitatis immutabili-
ter decet manere concordia, nulla queat deinceps litigiosæ con-
tentionis occasio generari. Pro munitione verò suprascripti mo-
nasterij memorato Dominico abbati atque presbytero præce-
ptum simile dedimus.

Gregorius Venantio episcopo Lunensi. De contentione Adeodatæ & matris eius.

Caput.XXVIII.

C

Epist.28. Væ sit Adeodatæ ancillæ dei, latricis præsentium, ad-
uersus Fidentiam matrem suam querimonia, ex pagina
petitionis oblatæ quæ tenetur in subditis, fraternitas
vestra cognoscit. Et quoniam æquitatis censura admonet, vt ma-
ximum conuersis, salua ratione, episcopale debeat esse solatium,
idcirco his fraternitatem vestram epistolis adhortamur, vt præ-
dictam matrem ipsius ad se faciat euocari, & tranquilla ei adhor-
tatione suadeat, vt facere sponte non desinat quod legali potest ra
tione compelli: quatenus nec illa affligi, nec ista videatur præiu-
dicium sustinere. Quæ si, quod non credimus, admonitionem ve-
stram differre voluerit, prædictæ Adeodatæ religiosæ cõtra eam
tuitionem impendite, atq; vestris eam solatiis apud iudicem, vel
quocunque vsus exegerit, instantius adiuuate. Et ita in exequen-
dam vos hanc causam impendite, vt legali ratione constricta, in-
uita vrgeatur facere quod sponte postponit. Memoratam verò
latricem fraternitas vestra ita seruata æquitate habeat in omnib⁹
commendatam, vt vobis ei tuitionem impendentibus, in eo quẽ
assumpsit habitu sine aliqua, deo protegente, concussione per-
maneat.

Gregorius Antonio subdiacono Campaniæ. De massa Veneris Stephano abbati.

Caput.XXIX.

Equitatis ius exigit: vt hoc quod à prædecessoribus no *Epist.29.*
A stris cognita veritate est redditum, nostra indebite de- D
nuo Ecclesia tenere non debeat: ne, quod omnino con-
tra religiosum constat esse propositum, non vera, sed imaginaria
ac magis dolosa fuisse restitutio videatur. Et ideo quoniam Ste-
phanus abbas monasterij sancti Marci, quod constitutum iuxta
muros Spoletanæ ciuitatis esse dinoscitur, questus est nobis mas-
sam Veneris in prouincia Campania sitam, territorio Minturnen-
si, quam ei beatæ memoriæ decessoris nostri Benedicti reddi-
tam præceptione cognouimus, ab Ecclesia nostra nunc indebitè
detineri: idcirco hac tibi auctoritate præcipimus, vt si manife-
stè ab Ecclesiæ nostræ hominibus detinetur, in iura eam prædi-
cti monasterij sine aliqua mora vel altercatione restituas. Si vero
non à nostris, sed à quibusdam forsitan extraneis detinetur: stre-
nuate agere sollicitudine volumus, vt in iure modis omnibus
memorati debeat monasterij reformari: quatenus & ipse quod
suum est, te solatiante sine aliqua fatigatione recipiat, & alter de
dispendio monasterij iniustè lucrum non habeat.

Gregorius Fausto. De ministeriis Ecclesiasticis à filio Constantij recipiendis.

Caput.XXX.

Icut res Ecclesiasticę competentibus personis sine ali- *Epist.30.*
S qua sunt dilatione reddendæ, ita restituendis adhiben-
da cautela est, vt nulla possit postmodum ex ipsa nasci E
restitutione molestia. Et ideo quoniam tempore quo quondam
Consentius defensor paternæ gloriæ vestræ, commissi sibi patri-
monij Campaniæ curã gessit, ministeria Ecclesiæ Vulternæ, quæ
erat pro peccatis clero & pontifice destituta, apud se propter in-
iunctam sibi sollicitudinem tulisse dignoscitur, quæ vos nunc
reddere sine nostro consensu dubitare cognouimus: ea propter
his vos hortamur epistolis, vt ea Antonio subdiacono sub depo-
siti emissione restituere sine aliqua difficultate debeatis, quate-
nus & res Ecclesiæ in tuto apud eos quos conuenit habeantur, &
gloria vestra ab omni dubitatione sit libera.

Gregorius Anthemio subdiacono. De ministeriis Ecclesiæ Vulternæ.

Caput.XXXI.

Omperimus ministeria Ecclesiæ Vulternæ, quæ Con- *Epi.31.*
C sentius defensor propter iniunctam sibi sollicitudinẽ
deficiente clero vel episcopo eiusdem Ecclesiæ tulerat,
apud hæredem ipsius remansisse. Et quia glorioſum virum Fau-
stum filium ipsius ea reddere sine nostro consensu dubitare co-
gnouimus, nostris eum hortati sumus epistolis, vt experiẽtię tuę
ministeria eiusdẽ Ecclesiæ reddere sine dubietate aliqua debuis-
set. Et ideo experientia tua ministeria ipsa sub depositi emissio-
ne suscipiat, atque in tuto habere studeat, & modum ac qualita-
tem ipsorum nobis facta notitia omni subtilitate innotescat. F

Gregorius Andreæ. De infirmitate eius, & quòd flagellat deus omnem filium quem recipit.

Caput.XXXII.

Vdiens quòd gloriam vestram vehementer afflixerit *Epist.28.*
A luctus & ægritudo, valde condolui. Sed protinus agno
scens quòd te morbus perfectè reliquerit, dolorẽ mox
in lætitiam verti, magnásq; omnipotenti deo gratias retuli, quia
percussit, vt sanaret: afflixit, vt ad gaudia vera perduceret. Hinc
enim scriptum est: Quem diligit dominus castigat, flagellat au- *Hebr.12.*
tem omnem filium quem recipit. Hinc per semetipsam veritas di
cit: Pater meus agricola est: & omnem palmitem in me non feren *Ioan.15.*
tem fructum tollet eum: & eum qui fert fructum, purgabit eũ,
vt fructum plus afferat. Palmes enim infructuosus tollitur, quia
peccator funditus eradicatur. Palmes vero fructuosus purgari di
citur, quia per disciplinam reciditur: vt ad vberiorem gratiam
perducatur. Sic enim spicarum grana tribulis attrita, aristis &
paleis nudantur. Sic oliuæ prælo pressæ, in olei pinguedinem
defluunt. Sic botri vinearum tunsi calcibus, in vinum liquescũt.
Gaude igitur bone vir quia in hoc flagello tuo & prouectu con-
spicis quòd ab æterno iudice amaris. Præterea filiam meam
glorioſam coniugem vestram mea peto vice salutari. Omnipo-
tens autem deus cœlesti vos protectione custodiat, vosque &
modo

G modo consoletur de largitate donorum,& postmodum de retributione præmiorum.

Gregorius Venantio episcopo Lunensi. De presbyteris & diaconis Aldioni ordinandis.

Caput.XXXIII.

Epist.33. Q Votiẽs ea quæ hortari nos cõuenit,postulamur,moras ad concedendum facere nõ debemus:ne differre bona desideria, quæ magis fouenda sunt, videamur. Et ideo quia gloriosus Aldio magister militum in ciuitate ipsius presbyteros vel diaconos omnino,sicut suis nobis epistolis indicauit, desiderat ordinari,eos qui ad consecrandum eliguntur, fraternitas vestra diligenter inquirat.Et si nihil est quod canonicè eorũ ordinationem impediat, deo illos propicio studeat ordinare.Cũ quibus nos etiam loqui conuenit,vt adhortationis suæ sollicitudine degentem illic populum ab infidelitate reuocare,ac contendant à gentilium cultu suspendere,atque eos in omnipotẽtis dei doceant timore persistere, & præmia æternæ vitæ diligere, quatenus hæc consecratio & illis antę deum ad gloriam, & habitanti illic populo proficiat ad salutem.

Gregorius Constantio Mediolanensi. De pecunia Virgilio præstita.

Caput.XXXIIII.

Epist.34. Q Vamuis ita fraternitas vestra conuenienti sibi grauitate discreta sit,vt non admonita, sed ex se quid cui sit impendendum intelligat,tamen quia lator præsentium

H Ioannes vir memorandus,qui præfecturæ vices illic acturus aduenit, nostra se petiit epistola commendari, sanctitas ei vestra, dum necesse fuerit,salua ratione præsidium sui fauoris impẽdat: & ita eum sacerdotaliter studeat suis solatiis adiuuare, quatenus vobis præsentib⁹ necaliorum debeat iniustè oppressionibus laborare, nec ipse aliis contra rationem grauis existat. Quia vero peruenit ad nos quòd Virgilius qui vices illic ante hunc præfecturæ gessit,per scriptorum nostrorum occasionem, quibus eum petitione eius compulsi commendauimus: mutuas à vobis, vt ita dicamus, pecunias exegisset, ægrè, si verum est sustinemus: vt hoc non ex se,sed quasi per nostram epistolam obtineret. Et ideo fraternitatẽ tuam scire necesse est ita sibi à nobis eos qui hoc exigant commẽdari,vt eis adesse inquantum posibile & iustum est debeat: non tamẽ vt Ecclesiæ suæ huius rei occasione aliquod grauamen imponat.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De Iudæis & Christianis mancipiis.

Caput.XXXV.

Epist.35. C Ognoscentes qualis fraternitatem vestram zelus pro Christianis mancipiis, quæ Iudæi de Galliatũ finibus emunt accenderit, adeo nobis sollicitudinem vestram placuisse signamus, vt inhibendos eos ab huiusmodi negociatio-

I ne nostra etiam deliberatio iudicaret. Sed Basilio Iudæo cũ aliis Hebræis veniente cõperimus hanc illis à diuersis iudicibus reipublicæ emptionem iniungi, atque euenire vt inter paganos & Christiani pariter comparentur. Vnde necesse fuit ita causam ordinatione cauta disponi,vt nec mandantes frustrari,nec hi qui contra voluntatem suam se inquiunt obedire, aliqua sustineant iniustè dispendia.Proinde fraternitas vestra hoc vigilanti sollicitudine obseruari ac custodiri prouideat: vt reuertentibus eis de præfata prouincia Christiana mancipia quæ ab ipsis adduci contigerit, aut mandatoribus contradantur: aut certè Christianis emptoribus intra diem quadragesimum venundentur. Et transacto hoc dierum numero, nullus apud eos quolibet modo remaneat.Si autem quædam ex eisdem mancipiis talem ægritudinem fortasse incurrerint, vt intra statutos dies vendi non valeant, adhibenda sollicitudo est, vt dum saluti fuerint pristinæ restituta, similiter modis omnibus distrahantur: quia rem quæ culpa caret, ad damnum vocari non conuenit. Quoniam verò quotiẽs nouum quid statuitur, ita solet futuris formam imponere, vt multis dispendiis præterita non commodent, si qua apud eos mancipia de emptione anni præteriti remanserunt, vel à vobis nuper ablata sunt, dum apud vos sunt posita, ea habeant alienandi licentiam ne detrimentum ante prohibitionẽ possint ignorantes incurrere, quod eos dignum est postmodum veritos sustinere. Nunciatum præterea nobis est suprascriptum Basilium fi- K liis suis deo propitio Christianis quædam mancipia ad hoc velle titulo donationis concedere,vt ei huius occasionis obtentu,domini solummodo nomine ablato deseruiant, & post hoc si ad Ecclesiam confugiendum fore crediderint,vt fieri debeãt Christiana,non in libertatem, sed eorum dominio, quibus antea donata sunt, vendicentur.In qua re fraternitatem vestram decenter conuenit vigilare. Et si qua filiis suis mancipia donare voluerit, vt cuncta fraudis tollatur occasio,fiant modis omnibus Christiana, & in domo eius nõ maneant,sed cum res exegerit, vt eorum debeat vti solatiis,hoc illi iubeantur impendere, quod etiam à suis filiis ei decet,& propter deum conuenit exhiberi.

Gregorius Chrysantho episcopo Spoletano. De monachis ab eo non defensis.

Caput.XXXVI.

C Vm sit proprium disciplinæ ab illicitis prohibere, & excessus culpas salubriter resecare, studiosè eius seruanda cẽsura est.Nam si negligitur, cuncta in confusionem deueniunt,dum alter destruit, quicquid ea custodiendo alter ædificat. Valentinus itaq; presbyter questus est nobis, quia si monachus monasterij ipsius exigente culpa fuerit communione priuatus, ad loca vestra se conferat, & communionem sine aliqua reseruatione percipiat. Quòd si ita se res habet, quoniam non solum regularis ordo dissoluitur, sed etiam perditionis ex L hoc materia ministratur,qui sub vobis sunt presbyteris districtè ac sollicitius interdicere vos necesse est: vt hoc facere de cætero non præsumant. Sed si fortè iniustè se excommunicatum quis queritur, fraternitas vestra & subtili indagatione cognoscat, & ita causam cognita veritate disponat,vt nec iniustitia diu insontis afflictione prævaleat, nec disciplinæ vigor aut frangi, aut ex indiscreta valeat presumptione dissolui.Et pariter suprascriptus presbyter nobis questus est diaconum quendã duo iuris sui sub hac conditione manumisisse mancipia, vt monachi fieri, & in eodem monasterio debuissent,vbi ipse fuerat,permanere: adiicientem vt si quis contra facere præsumpsisset,iugo iterum seruitutis per omnia subderetur:atque vnum ex eis hanc omnino conditionem despexisse:& monasterium temerario ausu deseruisse,atque se inter clericos sociasse. *Fraternitas igitur vestra & hoc subtili indagatione discutiat, & si ita repererit, sic sacerdotali se zelo hac in re decenter exhibeat,* vt nec illi monasterium deserendi facultas sit, & manumittẽtis voluntas nihilominus conseruata, aliqua præteriri excusatione non valeat.

Gregorius Anthemio subdiacono. De Mauro multis debitis obligato.

Caput.XXXVII.

M Aurus præsentium portitor in quadringentis solidis *Epist.37.* quasdam merces à Felice viro memorando se asserit su M scepisse,atque promisisse sex siliquas per solidum lucri causa persoluere precij. Qua lucri quantitate in vnum congesta,duas se cautiones,id est, vnam de quadringentis quinquaginta,& alterã de quinquaginta solidis emisse, spondens certo tempore quod debeat exsoluere. Sed quia,vt perhibet,in eisdem mercibus passus est non leue dispendium, & restitutis quadringẽtis decem solidis quod reliquum lucri est implere compellitur, atque ex hoc maiori se necessitati ac potius desperationi ingemit subiacere:& propterea aliquo sibi subueniri petit auxilio,experiẽtia tua,si ita est,apud magnificum filium nostrum vnà cum reuerentissimo fratre & coëpiscopo nostro Fortunato,ac glorioso filio nostro Maurentio magistro militum,quia & ipsi scribimus, agere studeat, vt hac in re, sicut Christianum decet & nobilem, plus benignus quàm rigidus, plus misericors esse debeat quàm districtus,& lucrum de damno alterius non expectet,sed recepta precij sit forte contẽtus:quatenus quicquid pauperi cesserit:omnipotens ei deus multiplicata, sicut promisit, restitutione compenset. Ita ergo studiosè experientia tua agat:vt illi modis omnibus hoc pro mercede ipsius imponere,& hũc ab afflictione possit obligationis exuere.

Gregorius Romano defensori Siciliæ. De Gaudiosi penuria sustentanda.

Caput.XXXVIII.

Diuinorum

Epist.38. D Iumorum nos admonent eloquia præceptorum, neces-
sitatem patientibus, Ecclesiasticum præbere subsidiū.
Quia ergo dilectissimus filius noster Cyprianus dia-
conus Gaudiosum defensorem sedis nostræ, qui Syracusis dege-
re comprobatur, paupertatis asseruit inopia constringi: idcirco
experientiæ tuæ præsentium auctoritate mandamus vt à præsen-
ti secunda indictione sex solidos annis singulis ei dare non diffe-
ras, vt & ille huius remedij solatio potiatur, & tu quod dederis
tuis sine dubio noueris rationibus imputandum.

Gregorius Romano defensori, Fantino defensori, Sabino subdiacono, Adriano notario, Felici subdiacono, Sergio defensori, Bonifacio defensori, aparibus & sex patronis. Vt episcopi cum mulieribus non habitent.

Caput. XXXIX.

Epist.39. Q Via sicut cauta prouisio, culparum vias obstruere, &
nouit quæ sunt noxia declinare: ita neglectus patet ex-
cessibus, & quę sunt cauenda solet incurrere, magnam
sollicitudinis oportet curam impendere, & fratrum sacerdotúm-
que nostrorum opinioni pariter & cautelæ prospicere. Peruenit
autem ad nos quosdam episcoporum sub prætextu quasi solatij
in vna domo cum mulieribus conuersari. Et ideo ne per hoc aut
subsannatoribus iusta obtrectationis detur occasio, aut facilem
antiquus humani generis inimicus materiam deceptionis assu-
B mat, huius tibi serie præceptionis iniungimus, vt strenuū te stu-
deas ac sollicitum exhibere. Et si qui episcoporum, quos com-
misi tibi patrimonij finis includit, cum mulieribus degunt, hoc
omnino compescas: & decætero eas illic habitare nullo modo pa
tiaris, exceptis eis quas sacrorum canonum censura permittit: id
est matrem, amitam germanam, & alias huiusmodi, de quibus
praua non possit esse suspicio. Melius tamen faciunt, si etiam à
talium se cohabitatione contineant. Nam legitur quòd beatus
cōsenserit. Augustinus nec cum sorore habitare consueuerit, dicens: Quæ
cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. Docti ergo viri cau
tela magna nobis debet esse instructio. Nam incautæ præsump-
tionis est, quod fortis pauet, minus validum non timere. Sapiē-
ter enim illicita superat, qui didicerit etiam non vti concessis: Et
quidem nos nullos in hoc nolentes adstringimus, sed sicut facere
solent medici: & si ad tempus tristem curam, tamen pro salute di
ctamus. Et idcirco necessitatem non imponimus, sed si imitari
doctum sanctúmque virum elegerint, ipsorum voluntati relin-
quimus. Tua igitur experientia, vt seruari debeant quæ prohi-
benda mandauimus, studium & sollicitudinem gerat. Nam si a-
liter postmodum inueniri contigerit, non leue se apud nos no-
uerit periculum incursuram. Præterea curæ tuæ sit eosdem fra-
tres nostros episcopos adhortari: vt subiectos sibi in sacris vide-
C licet ordinibus constitutos, quod ipsi seruant, ad similitudinem
sui modis omnibus seruare commoneant. Hoc tantummodo ad-
iecto, vt hi, sicut canonica decreuit auctoritas, vxores quas castè
debent regere, non relinquant.

Gregorius Romano defensori. De Calixeno filio Stephaniæ.

Caput. XL.

Epist.40. M Ense Nouembrio præsentis secundæ indictionis, expe-
rientiæ tuæ præceptione nostra mandauimus, vt Cali-
xeno filio Stephaniæ domum Catinæ possessionis, quā
Ammonia auia eiusdem Calixeni Ecclesiæ nostræ facta dona-
tione cōtulerat, reddere ei donationē eandem tandem debuisses.
Quod hac, vt dicitur, excusatione facere distulisti, quia notitia
eiusdem donationis non esset de pollicitis caraxata. Quod incon-
gruè te dixisse cognoscas, dum ad munitionem tuam præcepti
nostri pagina posset valde sufficere. Proinde præsenti auctorita-
te suscepta, prædictam domum & dōnationem antefato Calixe-
no orphano sine mora restitue. Nam quod iustum & ipse sentias
nouimus, & nos tamen prædicto eidem orphano supradictā do-
mum ex benignitate largimur.

Gregorius Agilupho regi Longobardorum. Gratias agit de pace facta.

Caput. XLI.

Ratias excellentiæ vestræ referimus, quia petitionem Epist.41.
G nostram audientes, pacem quæ vtrisque esset partibus D
profutura, sicut de vobis confidentiam habuimus, or-
dinastis. Ex qua re excellentiæ vestræ prudentiam & bonitatem
valde laudauimus, quia pacem diligendo, deum vos, qui auctor
est ipsius, amare monstrastis. Nam si, quod absit, facta nō fuisset,
quid aliud agi habuit, nisi vt cum peccato & periculo partium,
miserorum rusticorum sanguis, quorum labor vtrisque profi-
cit, funderetur? Sed vt prodesse nobis eandem pacem sentiamus,
quemadmodum à vobis facta est, paterna charitate salutantes pe-
timus: vt quotiens se occasio dederit, ducibus vestris per diuersa
loca, & maximè in his partibus constitutis, vestris præcipiatis e-
pistolis, vt hanc pacem, sicut promissum est, purè custodiant, &
occasiones sibi aliquas non quærāt, vnde aut contentio quædam,
aut ingratitudo nascatur, quatenus volūtati vestræ amplius agere
gratias valeamus. Latores verò præsentium, sicut re vera homines
vestros, in eo quo decuit affectu suscepimus, quia iustum fuit
vt viros sapientes, & qui pacem factam deo propicio nunciaue-
runt, cum charitate & suscipere & dimittere deberemus.

Gregorius Theodelindæ Longobardorum reginæ. Gratias refert de pace facta.

Caput. XLII.

E

Via excellētia vestra ad faciendam se pacem studiosius Epi. 42.
Q & benigne, sicut solet, impenderit, renunciante filio no
stro Probo abbate cognouimus. Neque enim aliter de
Christianitate vestra fuerat confidendum, nisi quia in causa pacis
laborem & bonitatem vestram modis omnibus mōstraretis. Vn-
de omnipotenti deo gratias agimus, qui ita cor vestrum sua pie-
tate regit, vt sicut rectam fidem tribuit, ita quoq; placita sibi vos
semper operari concedit. Non enim excellentissima filia de san-
guine qui ab vtraque parte fundendus fuerat, paruam te credas
acquisisse mercedem. Ex qua re voluntati vestræ gratias refe-
rentes, dei nostri misericordiam deprecamur, vt bonorum vo-
bis vicem in corpore & in anima hic & in futuro compenset. Sa-
lutantes præterea paterna dilectione hortamur, vt apud excel-
lentissimum coniugem vestrum illa agatis, quatenus Christia-
næ reipublicæ societatem non renuat. Nam sicut & vos scire cre
dimus, *multis modis est vtile si se ad eius amicitias conferre vo-*
luerit. Vos ergo more vestro, quæ ad gratiam partium per-
tinent, semper studete, atque vbi causa mercedis se dederit la-
borate, vt bona vestra amplius ante omnipotentis dei oculos
commendetis.

Gregorius Felici in Sicilia. De reuerentia & iustitia Ioannis episcopi.

Caput. XLIII. F

Vm reuerentissimi fratris nostri Ioannis episcopi be- Epist.43.
C ne nobis nota sit grauitas, mirari nos gloriæ vestræ val
de fecit epistola, quòd nihil eum secundum admoni-
tionem nostram facere voluisse significabat. Et quidē durum no-
bis videbatur, aut vobis non credere, aut de illo talia suspicari:
quippe cuius cogniti nobis mores & actio tale non permittebant
habere iudicium. Cum ergo noster animus dubius in vtroque
penderet, comperimus eum inter vos & Ecclesiam suam voluisse
esse iudicium, sed vestram magis gloriam distuliſſe. Quod ne-
gare neque homo vester lator præsentium potuit. Et contristati
sumus cur gloria vestra quæ iudicium refugit, contra eum queri
voluerit, postquam constat quia quod rationis fuit, vel vltro, vt
scripsimus, obediuit. Nec ei scribere iterum necessarium erat, ne
distuliſſe prius secundum animum videretur. Sed ne vos contri-
stare forsitan videremur, ex abundanti rursus præuidimus scri-
bendum. Et quoniam certi sumus quia quicquid æquitas ordi-
nauerit, facere non recuset: oportet vt gloria vestra animos suos
contra eius inuidiā non accendat, sed studeat inire iudiciū, in quo
vna eadémque cognitione & momenti & proprietatis causa va-
leat distingui. Nam nos venire ad iudicium cupienti, præiudi-
cialiter scribere quædam non possumus: quia ita nos vni par-
ti accommodare decet auditum, vt tamen alteri, præsertim in-
auditæ allegationis, sine dubio rem integram reseruemus. Et
ideo agite, sicut diximus, vt negotiorum vestrorum merita ve-
ritate cognita iudicij censura definiat. Nam dum nullum veli-

mus

G mus prę iudicium ſuſtinere, multo magis vobis, ſicut reuera filius, volumus ſeruari quod iuſtum eſt.

Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano. De poſſeſſionibus iniuſtè peruaſis. Cap. XLIIII.

Epiſt. 44. Nte aliquantum temporis filius noſter vir glorioſus
A Felix, ſuis nobis epiſtolis queſtus eſt, quarundam poſſeſſionum ſuarum fines ab hominibus Eccleſiæ veſtræ violenter eſſe peruaſos, & nullam ſe apud vos inuenire iuſtitiã. Sed nobis incredibile viſum eſt, hoc aut vobis eſſe præſentibus perpetratum, aut certè ſi ad aures veſtras peruenit, nõ fuiſſe correctum. Ne tamen eius prætermittere querimoniã videremur, fraternitati veſtræ ſcripſimus, vt aut ea ſi vera eſſent cõpeſci, aut certè actores Eccleſiæ ſuæ cum eo faceret ſubire iudicium. Poſt hæc vero hominem cum epiſtola ad nos dirigens, indicauit nihil vos facere voluiſſe. De qua re, ſcientes ſanctitatis veſtræ diſcretionem, dum noſter animus dubitaret, comperimus illum magis diſtuliſſe. Nam vos paratos extitiſſe, vt debuiſſet eſſe iudicium. Et quamuis hac de cauſa denuo vobis non fuerat ſcribendum: quippe quia ea quæ rationis ſunt, ante vos manifeſtum eſt facere voluiſſe: tamen ne querelam ipſius neglexiſſe forſitã videamur, hãc ad vos idcirco epiſtolam dedimus, hortãtes vt cum eo etiam nunc mora poſtpoſita, veſtros ad iudicium homines tranſmittatis, in quo & momenti & proprietatis valeat quæſtio terminari,
H vt poſthac, nec ille habeat quod queratur, nec Eccleſia veſtra tenere aliquid præiudicialiter videatur. Quia vero homo quem ad nos miſit, ſchedam compromiſſi ac iudicati protulit, vbi legebatur poſſeſſionem eam quæ Aſinaria dicitur, quam ab hominib' veſtris inuaſam nuper aſſeruit: deceſſoris veſtri recordandæ memoriæ Maximiani temporibus eſſe ex iudicio reſtitutam, neceſſarium eſſe præuidimus eius exemplar tranſmittere, & ideo ſi ita actum manifeſtè cognoſcitis, ſi poſſeſſio ipſa deceſſore veſtro conſentiente reſtituta eſt, & à dicto viro poſſeſſa, ſine aliqua eam facite contentione reſtitui, manente ſcilicet proprietatis ſicut in eodem iudicio conſtitutum eſt quæſtione. Si vero aliter eſt, & hoc pariter iudicij neceſſe eſt diffinitione diſtingui. Hæc igitur omnia ita fraternitas veſtra indita ſibi tranquillitate ſine aliqua mora fieri prouideat, quatenus nec contra vos murmur excitetur inuidiæ, nec vobis prædictus vir importunus denuo cogatur exiſtere.

Gregorius Sergio defenſori. De Panthaleone notario & ſubſtantia anunculi eius. Caput. XLV.

Epi. 45. Via Panthaleo notarius ſit in Eccleſiaſticis vtilitatib'
Q occupatus, experientia tua nõ habet incertum. Et ideo quia Ioannes auunculus Megalis ſocrus ipſius nullo alio proximiore exiſtẽte obiſſe inteſtatus, & ſine filiis memora-
I tur, ne per abſentiam generi ſui illa damnum poſsit incurrere: quia, ſi ita eſt, lex prædictam mulierem ad inteſtati auunculi ſucceſsionem vocare dinoſcitur, hac tibi præceptione iniungimus, vt reuerentiſsimum fratrem & coëpiſcopũ noſtrum Vitalianũ atque Bonifacium notarium in ſolatio tuo adhibeas: & quaſcũque res eum qui defunctus eſt conſtiterit reliquiſſe, ſub breui annotari, quouſque prædictus Panthaleon redeat, in totum ſtudioſè facere debeas. Quod vt melius poſsis implere, filium noſtrum Ioannem virum memorandum tribunum in tuo pariter ſtude adhibere ſolatio. De quo omnino confidimus, quia ſi ei vo Iuntatem noſtram prodideris, deuotè ſe tibi accommodare non deneget. Pariter etiam ſtudij tui ſit, quoniam quædam apud ſe ſacrata prædictus Ioannes habuiſſe miniſteria perhibetur, & ea diligenter inquirere, & cum omni cautela in tutum facere, nobiſque ſubtiliter quicquid inuentum fuerit indicare. Ita ergo experientia tua, hæc quæ ſcripſimus facere ſollicitè ac vrbanè feſtinet: vt non poſsit eſſe culpabilis. Nam ſi negligendum eſſe putaueris, ita te noſtros noueris motus incurrere, vt nulla te poſtmodum poſsis excuſatione defendere.

Gregorius Sabino ſubdiacono. De Bonifacio epiſcopo & clero ſuo accuſato. Cap. XLVI.

Epiſt. 46. Lerus Eccleſiæ Regitanæ multa contra reuerentiſsi-
C mum fratrem noſtrum Bonifacium epiſcopum ſuum data nobis petitione conqueſtus eſt, petens vt ad nos debuiſſet habere veniendi licentiam, quatenus cauſæ ipſæ hic K
ſubtiliter probarentur. Sed quia nos interim prædictum fratrem noſtrum hic modo non præuidimus deducendum, viſum nobis eſt illic deputare cauſam eandem cognoſcendam. Et ideo mediis ſacroſanctis euangeliis experientia tua: vnà cum Paulino, Proculo, Palumbo vel Venerio, atque Martiano reuerentiſsimis fratribus coëpiſcopiſque noſtris ſine cuiuſquam perſonæ reſpectu: tam clericorum querela, quam aduerſus ſuum, ſicut diximus, habent epiſcopum, vel ſi quam fortè ille contra eos habuerit, cum omni æquitate ac ſollicitudine perſcrutetur. Et quicquid in veritate cognouerit, nobis vnà cũ prædictis fratribus noſtris ſubtiliter diligentérq; ſignificet: vt renunciatione veſtra redditi certiores, quid fieri debeat, decernamus.

Gregorius Anaſtaſio epiſcopo Antiocheno. De cura paſtorali, De eo quòd non rectæ fidei homines ad ſacros ordines minimè promoueri debeant. Et de obſeruatione quatuor conciliorum: Et de damnatione Pelagij & Celeſtini. Cap. XLVII.

Epiſt. 47. Raternitatis tuæ ſcripta ſuſcepi, profeſsionem fidei re-
F ctæ ſeruantia. Magnáſque omnipotenti deo gratias retuli, qui & immutatis gregis ſui paſtoribus, fidem quã ſemel ſanctis patribus tradidit, etiam poſt eos immutabilem cuſtodit. Prædicator autem egregius dicit: Fundamentum aliud L
nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chri- *1. Cor. 3.*
ſtus ieſus. Quiſquis ergo cum dilectione dei & proximi, fidei quæ in Chriſto eſt, firmitatem tenet, eundem Ieſum Chriſtum dei & hominis filiũ apud ſe poſuit fundamentũ. Sperandũ ergo eſt, quòd vbi Chriſtus fundamentum eſt, bonorum quoque operum ſequatur ædificium. Ipſa quoque per ſe veritas dicit: Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille *Ioan. 10.*
fur eſt & latro: qui autem per oſtium intrat, paſtor eſt ouium. Qui paulopoſt ſubiicit dicens: Ego ſum oſtium. Ille ergo ad ouile ouium intrat per oſtium, qui intrat per Chriſtum. Ipſe autem per Chriſtum ingreditur, qui de eodem creatore ac redemptore humani generis vera ſentit & prædicat, & prædicata cuſtodit. Culmen regiminis ad officium portandi oneris ſuſcipit, non ad appetitum gloriæ tranſitorij honoris. Curæ quoque ſuſcepti ouilis ſolerter inuigilat, ne oues dei aut peruerſi homines praua loquentes dilanient, aut maligni ſpiritus oblectamenta vitiorum ſuadentes deuaſtent. Certè beatum Iacob qui pro vxoribus ſuis diu ſeruierat, dixiſſe meminimus: Viginti annis fui tecum, oues tuæ & capræ tuæ ſteriles non fuerunt. *Genc. 31.*
Arietes tui gregis non comedi, nec captum à beſtia oſtendi tibi. Ego damnum omne reddebam, quicquid furto perierat, à me exigebas. Die noctúque æſtu vrebar & gelu, fugiebat ſomnus ab oculis meis. Si igitur ſic laborat & vigilat qui paſcit oues Laban, quanto labori, quantíſque vigiliis debet intendere, M
qui paſcit oues dei? Sed in his omnibus ipſe nos inſtruat, qui propter nos homo factus eſt, qui dignatus eſt fieri quod fecit. Ipſe & infirmitati meæ, & tuæ charitati ſpiritum ſui amoris infundat, atque in omni ſollicitudine cuſtodiat, circunſpectionis oculum noſtri cordis aperiat. Quod verò ad ſacros ordines rectæ fidei viri perducantur, eidem omnipotenti deo gratiæ ſine ceſſatione ſoluendæ ſunt, & pro vita piiſsimi & Chriſtianiſſimi domini noſtri Imperatoris, & tranquilliſsima eius coniuge, & manſuetiſsima ſobole ſemper orandum eſt, quorum temporibus hæreticorum ora conticeſcunt: quia etſi eorum corda in inſania peruerſi ſenſus ebulliunt, Catholici tamen Imperatoris tempore praua quæ ſentiunt, eloqui non præſumunt. Præterea dum de ſanctorum conciliorum cuſtodia tua fraternitas loqueretur, ſanctam Epheſinam ſynodum primam ſe cuſtodire profeſſa eſt. Sed quia ex annotatione hæretici codicis, qui ad me ex regia vrbe tranſmiſſus eſt, agnoui hoc, quòd quædam capitula catholica cum hæreticis fuerant reprehenſa, quia quidam illam Epheſinam primam ſynodum in eadem vrbe exiſtimant, quæ quondam ab hæreticis traditur eſſe compoſita, omnino neceſſe eſt vt charitas veſtra eandem ſynodum apud ſanctam Alexandrinam atque Antiochenam Eccleſiam requirat: & qualiter in veritate ſe habeat, inueniat. Vel ſi placet, hinc dirigimus quæ ab antiquitæ ſeruata in ſcriniis habemus.

A bemus. Illa enim synodus quæ sub primæ Ephesinæ imagine facta est, quædam in se oblata capitula asserit approbata, quæ sunt Celestini atque Pelagij prædicamenta. Et cùm Celestinus atque Pelagius in ea synodo sint damnati, quomodo poterant illa capitula recipi, quorum damnabantur auctores? Quia vero peruenit ad nos in orientis Ecclesiis nullum ad sacrum ordinē nisi ex præmiorum datione peruenire, si ita esse vestra fraternitas agnoscat, hanc primam oblationem omnipotēti deo offerat, vt à subiectis sibi Ecclesiis errorem simoniacæ hæreseos compescat. Nam, vt alia taceam: quales esse in sacris ordinibus poterunt, qui ad hoc non merito, sed præmiis euehuntur? Omnipotens deus dilectionem tuam gratia cœlesti custodiat, & de iis qui sibi cōmissi sunt, fructum multiplicem ac mensuram superaffluentem ad æterna gaudia reportare concedat.

Gregorius Bonæ abbatissæ. De monasterio eius in melius trænsmutando.

Caput XLVIII.

Epist. 48. Celesiastica damnum non sentit vtilitas, si res aliis cōpetentes cognita veritate restituantur. Cognouimus itaque Ioannem quondam presbyterum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui auctore deo deseruimus, in domo iuris sui posita in hac vrbe Roma iuxta thermas Agrippinas oratorium construxisse, atque illic quosdam reditus legati titulo reliquisse: in B quo etiam oratorio seruorum dei congregationē esse constituit. Et hæc omnia vt debuissent impleri, testamēti sui pagina sanctæ memoriæ Pelagio decessori nostro mandauerat. Sed quia morte occupatus hoc non occurrit implere, & domus ipsa cum horto suo ab actoribus nostræ Ecclesiæ detinetur, iustitiæ nos ratio vehementer incitat, huiusmodi piæ dispositionis arbitrium adimplere. Sed quoniam illic pro difficultate temporis noua seruorum dei congregatio adhiberi non potuit, fœminarum saltē ibi congregationem constituendam esse decernimus, atque ideo & locum ipsum solenniter dedicare. Et quia monasterium tuum, vbi prius fuisti, in ruinæ erat periculo constitutum: te illic cū congregatione tua consistere deo annuente perspeximus: quatenus & in suprascriptæ domus monasterio iuxta voluntatem defuncti, domino redemptori nostro seruiens habitare congregatio debuisset, & imminens potuisses periculum euitare. Præterea cōsiderantes antedicti presbyteri voluntatem, perpetuo illic tempore monasterium esse, atque ad eandem domum in integro cum horto suo & rebus inferius designatis, quæ à testatore relictæ sunt, proprietatis iure constituimus pertinere, id est, massam Magulianensem cum appenditiis suis via Numentana miliario plus minus. xj. tabernam in hac vrbe quę est posita iuxta Palatinisios, & Salgamum positum ante domum supradicti monasterij. His igitur ita concessis atque dispositis, dilectio tua diligenter inuigilet, vt & dei illic laudes salubri studio deuotissimè, vt moris C est, celebrentur: & supradictæ res ad ius ipsius pertinentes, nulla te negligente occasione depereant. Hanc enim sollicitudinem non solum te, sed etiam eas quæ loco tuo successerint, in prædicto monasterio & rebus superius designatis constituimus nihilominus exhibere.

Gregorius Mariniano archiepiscopo Rauennæ. De Ariminensi Ecclesia propter infirmitatem episcopi destituta. Atque hortatur ciues alium eligere.

Caput XLIX.

Epist. 49. Q Valiter ordinati à nobis sacerdotis, corporis qua nostis impediente molestia, Ariminensis Ecclesia pastorali hactenus sit regimine destituta, dudum fraternitas vestra cognouit. Quem dum habitatorū loci illius precibus permoti sæpius hortaremur: vt si de cadē capitis qua detinebat molestia, melioratum se esse sentiret, ad suam, auxiliāte domino, reuerteretur Ecclesiam, datis indutiis in hoc quadriennio expectatus est. Quē dum monitu cleri ciuiūmq; illinc venientiū, nósq; precibus arguentium, instātius hortaremur: vt si valeret, cum eis auxiliante domino remearet, data in scriptis supplicatione nos petiit, vt quia ad eiusdem Ecclesiæ regimen vel susceptum officium pro eadem qua detinetur molestia assurgere nullatenus possit, Ecclesiæ ipsi ordinare episcopum deberemus. Vnde quia cūctarum Ecclesiarum iniūcta nos sollicitudinis cura cōstringit, ne D diutius gregi fidelium desit custodia pastoralis, illorum precib' huiusque ex sui impossibilitate renunciatione compulsi, visum nobis est eidem Ariminensi Ecclesiæ debere episcopum ordinari, & datis ex more præceptis, clerum plebémque eiusdem Ecclesiæ non destitimus admonere, quatenus ad eligendum sibi antistitem concordi prouisione concurrant. Hortamur igitur vt fraternitas vestra eum quem vno consensu omnes elegerint, sicut & ipsi à nobis popposcisse noscuntur, ad se faciat euocari, quem cauta ex omnibus examinatione discutite. Et si ea in eo quę in textu heptatici morte mulctata sunt, minimè domino fuerint opitulante reperta, atque fidelium personarū relatione eius nobis quidem vita placuerit, ad nos eum cum decreti pagina vestræ quoq; addita testificationis epistola destinate: quatenus eiusdem à nobis Ecclesiæ disponente domino consacretur antistes.

Gregorius Leoni episcopo in Corsica. Propter infirmitatem episcopi sui præcipit alium eligendum.

Caput L.

Epist. 50. P Astoralis nos cura constringit, Ecclesiis sacerdotis moderamine destitutis, sollicita consideratione concurrere. Et ideo quia Ecclesia vestra diu sacerdotis proprij corporis, qua nostis impediente molestia, pastorali est regimine destituta, vestris precibus permoti, eūdem episcopum non destitimus admonere, vt si ex eadem molestia se melioratum esse sen- E tiret, ad suscepti sacerdotij debuisset remeare mysteriū. Qui semel à nobis sæpiúsve commonitus, eadem vrgente molestia, nūc in scriptis nobis supplicatione porrecta noscitur intimasse, nullatenus se ad regimen eiusdem Ecclesiæ vel susceptum officium, impediente molestia, assurgere posse. Qua personæ eius desperatione compulsi, necessarium duximus de ordinatione nos eiusdem Ecclesiæ cogitare. Hortamur ergo vt vno omnes eodémq; consensu, remoto strepitu, talem vobis præficiendū eligatis, auxiliante domino, sacerdotem: qui & venerandis canonibus nullatenus respuatur, & tanto ministerio dignus valeat reperiri. Qui dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti, omnium subscriptionibus roborati, & visitatoris pagina prosequente, ad nos veniat ordinandus: quatenus Ecclesia vestra, disponente domino, propriū valeat habere sacerdotem. Volumus autem vt eū quem vnanimitas vestra elegerit, ad fratrem & coëpiscopum nostrum Marinianum Rauennam sine dilatione aliqua perducatis, vt ab eo subtiliter inquisitus atque perspectus, ipsius quoque ad nos veniens testimonio roboretur.

Gregorius Leoni episcopo in Corsica. De eligendo episcopo in Arimino.

Caput LI.

F

Epist. 51. P Astoralis nos cura constringit, Ecclesiis sacerdotis moderamine destitutis, sollicita consideratione concurrere. Et ideo, quia Ariminensis Ecclesia cui fraternitas vestra visitationis impendit officium, diu sacerdotis proprij, corporis, qua nostis, impediente molestia, pastorali est regimine destituta, cleri vel ciuium precibus permoti, eundem episcopum non destitimus admonere: vt si ex eadem molestia se melioratum esse sentiret, ad suscepti sacerdotij debuisset ministerium remeare. Qui semel à nobis sæpiúsve commonitus, eadem vrgente molestia nunc in scriptis nobis supplicatione porrecta noscitur intimasse: nullatenus se ad regimen eiusdem Ecclesiæ vel susceptū officium impediente molestia assurgere posse. Qua personæ eius desperatione compulsi, necessarium duximus de ordinatione nos eiusdem Ecclesiæ cogitare. Hortamur ergo vt clerum, plebémque Ecclesiæ eiusdem sollicita debeatis admonitione cōpellere, vt sibi cū domini auxilio talem præficiendum eligant sacerdotem, qui & aptus tanto ministerio valeat inueniri, & à venerandis canonibus nullo modo respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati, vestrarum quoque testimonio literarum huc sacrandus occurrat, quatenus Ecclesia ipsa proprium, auxiliante domino, habere valeat sacerdotem.

Gregorius Anthemio Campano subdiacono. De testamento Importuni, Atellanæ ciuitatis episcopi.

Cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *Caput. LII.*

Epi.52. Vorundam ad nos relatione peruenit, quòd Importunus, Attellanæ ciuitatis episcopus, dum de hac luce migraret, condito testamento in octo vncijs totius substantiæ suæ nurum suam hæredem instituerit: & Ecclesiam suam in residuis quatuor. Hortamur ergo experientiam tuam, vt sollicita inquisitione discutias, & quicquid Ecclesiæ ipsius esse patuerit, à qualibet persona detineri nullatenus patiaris, nisi hoc solum quod eum ante episcopatus ordinem proprium habuisse constiterit. Quicquid verò vel antè Ecclesiæ ipsius esse cognoueris, vel in episcopatus ordine prædictum episcopum acquisisse: in eiusdem Ecclesiæ conseruetur dominio, nec quisquam exinde aliquid vsurpare qualibet occasione præsumat. Clerum vero plebémque eiusdem Ecclesiæ cum omni te volumus instãtia commonere, quatenus præficiendum sibi sine dilatione aliqua eligant sacerdotem, qui clerum plebémque, vel res Ecclesiæ ipsius, cauta regularíque valeat obseruatione disponere. Pariter etiam clerum, plebémque ipsius Ecclesiæ, vel aliarum quæ ei vnitæ sunt coràm instantius commoneto: quatenus & ipsi omni mora dilationéque postposita, aptum sibi eligere debeant sacerdotem: ne diu, & tali præsertim tempore, pastoris proprij sint regimine destitutæ.

H *Gregorius Secundino seruo dei incluso. De insidiis antiqui hostis. De Chalcedonensi synodo omnimodè recipienda. De Iba & Cyrillo. De ordinatione apostolicæ sedis. De sacerdotali officio post lapsum, si pœnitentia secuta fuerit, in pristinum gradum restituendo. De muneribus ab eo transmissis. De parvulorum animabus, quæ sine baptismo moriũtur. Et de imaginibus transmissis.*

Caput. LIII.

Epist.53. Ilectionis tuæ scripta suscepi, quæ in meo sensu, amoris melle condita sapuerunt. O quanta aspiratione vitæ plena sunt, quę per gratiam spiritus proferuntur? Non in eis cultus eloquentiæ, non verborum typhus apparebat, sed solam veritatis atque charitatis radicem tenentia, per omne quod locuta sunt, cœlestis patriæ amorem flagrabant. In eis vero tuaà me dilectio petere studuit: vt ad hanc libellum exhortatorium scribere deberem. Sed scire te necesse est, fili charissime quia tantis podagræ doloribus, tantísque curarum tumultibus premor, vt quamuis nunquam me aliquid fuisse reminiscar, valde tamen me videam non esse qui fuerim. Quod autem tua se charitas & vltra ætatem quinquagenariam adhuc iuuenilibus desideriis asserit subiacere, in hoc quoq; diuini oraculi im-
Prouer. 18. plet præceptum: quo scriptum est, Iustus in principio accusator est sui. Nec tamen dubito maiores te insidias hostis callidi perpeti, qui maiora contra eum bella præparasti. Tanto quippe ille
I deceptionis molimina ardentius exquirit, quanto te cœlesti patriæ feruentius inhiare cognoscit. Et nos quidem qui vitam cũ pluribus ducimus: etsi formidolosi ac timidi, tamen quia contra antiquum hostem bella proposuimus, quasi in acie stamus. Vos autem qui solitariam vitam ducitis, quid aliud quàm monachos dixerim, qui feruore virtutis etiam ante aciem exire festinatis? Cur ergo eum non singulariter hostis impetat, à quo se impeti singulariter spectat? Et nos quidem qui inter homines viuimus, sæpe per homines à callido hoste tentamur. Vos autem qui viam vitæ præsentis extra hominum frequentiam ducitis, tanto maiora certamina pati necesse est, quanto ad vos ipse tentationum magister accedit. Neque enim vacare orationibus ac laudibus dei sine aliqua interruptione temporis potestis: quia etsi intentio continuè prompta est, ipsa tamen humanitatis infirmitas ad semetipsam relabitur, vt aliquando fessa iaceat, atque ab studij exercitatione torpescat. Antiquus vero hostis mox vt ociosam mentem inuenerit, ad eam sub quibusdam occasionibus locuturus venit: & quædam ei de gestis præteritis ad memoriam reducit, audita quondam verba indecenter cogitationi resonat, & si qua dudum turpiter acta sunt, eorum species oculis cordis apponit: vt quem de præsentibus non valet inquinare, de malis transactis violet. Et decepta mens sæpe inde delectationem reparat, vnde diu iam se per pœnitentiam afflixit: ita vt verè cum Psalmista dicat: Computruerunt & deterioratæ sunt cicatrices K meæ, à facie insipientiæ meæ. Cicatrix quippe figura est vulneris, sed sanati. Cicatrix ergo ad putredinem redit, quando pec- *Psal.37.*
cati vulnus, quod iam per pœnitentiam sanatum est, in delectatione sui animum concutit. Sæpe quod nunquàm fecimus, per hostis callidi insidias cordis oculis videmus. Cúmque insensibiliter in hoc delectatio surripit, quamuis iam plangat quæ fecerat, tædet tamen infœlicem animum quædam non feciſſe quæ plangat. Hæ sunt cordis nostri tenebræ, quas in hac vita volentes nolentésque sustinemus. Quis contra hæc quærendus est, nisi adiutor in opportunitatibus in tribulatione? Valde autem libenter accepi quòd tua me charitas de sua dubitatione requisiuit, an Orientales Ecclesiæ, fidem atque doctrinam sanctæ memoriæ Leonis sequantur, ne fortasse earum sensus inter semetipsas pro triũ capitulorum defensione diuisus sit. Vnde certam dilectionem tuam esse desidero, quia prædictæ sanctissimæ Orientales Ecclesiæ vno sensu, vna doctrina, fidem eiusdem sanctæ memoriæ Leonis tenent, sanctámque Chalcedonensem synodum ita nobiscum custodiunt atque venerantur: vt nullus esse episcopus reputetur, qui eiusdem synodi defensor sectatórque non fuerit. Hinc est etiam quòd quotiens in quatuor præcipuis sedibus antistites ordinantur, synodales sibi epistolas vicissim mittant, in quibus se sanctam Chalcedonensem synodum cum aliis generalibus synodis custodire fateantur: sicut & nos auersamur, atque anathemate plectendos ducimus, qui de fide eiusdem syno- L
di aliquid minuere, vel aliquid in ea addere præsumunt. Nam synodus quæ post eam generaliter facta est, ideireo à nobis recipitur, quia eiusdem synodi in omnibus sequax, honorem illius auctoritatémque custodit. Vnde necesse est vt dulcissima mihi tua dilectio in hoc quod præcipuè in bonis moribus viuit, quòd se per abstinentiam affligit, quòd doctrinæ dei vehementius insistit, hoc studiosius cogitet, ne errorem schismaticorum sequẽs, à sancta vniuersali Ecclesia diuisa possit inueniri. Et quid tot labores proderunt, si in vnitate fidei inuenta non fuerint, quæ ante dei omnipotentis oculos in bonis actionibus animam præcipuè custodit? Hinc enim dicitur, Vna est columba mea, perfe- *Cant.6.*
cta mea. Hinc ad Moysen dominus dicit: Est locus penes me, & *Exo.33.*
stabis super petram. *Quis est locus qui non sit in deo, dum cuncta ab ipso per quem creata sunt continentur? Sed tamen est locus apud eum, videlicet sanctæ Ecclesiæ vnitas, in qua super petram* statur, dum confessionis eius humiliter soliditas tenetur. De quo loco subiungitur: Tunc videbis posteriora mea. In petra enim, id est, in sancta Ecclesia stantes, dei posteriora videbi- *Ibidem.*
mus: quando iam ea quæ in fine promissa sunt cœlestis patriæ gaudia contemplabimur. Peruersi autẽ homines qui triũ capitulorum occasione reperta, Ecclesiasticâ disciplinã fugiunt, de suis carnalibus actibus reprehendi pertimescunt, subesse sedis apostolicæ præceptis nolunt, & nos quasi de fide reprehendunt, quam ipsi nescium. Et dum neque in fide recti sunt, neque in bo M
nis operibus intenti, studeant vt certare pro fide videantur. Sicque fit vt quotidie deteriores fiant, dum in eis culpa grossescit, quæ quasi de zelo feruoris, videri etiam laudabilis appetit. Sed iuxta hoc quod scriptum est: Ex operibus eorum cogno- *Matth.7.*
scetis eos: vitam eorum tua charitas attendat: & meritum intentionis aspiciat. Vt enim dilectioni tuæ de eadẽm re breuiter loquar, sancta Chalcedonensis synodus vsque ad definitionem fidei, & prolationem canonum de generalibus causis locuta est. Nam post prolationem canonum, specialia episcoporum certamina sopire curauit. Epistola vero quam in ea reuerentissimus Ibas denegat suam: quòd in extrema parte synodi iaceat, agnoscis. Quæ videlicet epistola Nestorium inauditum, & inquisitione non facta damnatum asserit. Cyrillum vero in Apollinaris dogma cecidisse suspicatur. Et si totus superius textus prædictæ synodi legitur, quantum hæc epistola eidem synodo aduersetur, inuenitur: quia scilicet sancta synodus & Nestorium, sicut est, hæreticum denunciat: & beatum Cyrillum patrem catholicum veneratur. Epistola ergo quæ illum defendit qui à synodo damnatus est, & illum accusat qui à synodo veneratur, procul dubio definitioni sanctæ synodi probatur aduersa. Sed quia eius defensores solent dicere quòd hanc Ibas eo tempore scripsit quo adhuc Cyrillus propter duodecim capitula quæ necdum exposuerat, dubius habebatur,

in ipsa

in ipſa hac epiſtola perpende: quia legitur quòd inter Orientales epiſcopos, & beatum Cyrillum pax fuerit celebrata. Si ergo poſt concordiam pacis, poſt ſatisfactionem amotæ dubitationis, hæc eadem epiſtola ſcripta eſt, conſtat quia non eſt catholica, quæ patrem catholicum, atque in toto ſynodi volumine laudatum, hæreticū appellat. Hæc paucis dixi, quia ex quibus præcipuè cauſis hac in re dubitationem tua charitas habet, in epiſtolis non inueni. Et quia tua ſanctitas hoc à nobis requiſiuit, vt ſibi de ſacerdotali officio poſt lapſum reſurgēdi auctoritates ſcriberemus, dum ſe dicit de hoc canones diuerſos legiſſe, & diuerſas ſententias inueniſſe, aliàs reſurgendi, aliàs nequaquam poſſe: ideo generaliſsima quæ à Nicæno concilio incipiunt, cum reliquis quatuor inuenimus concordantia. Nam & nos præcedentes patres ſequi debemus, qui auctore deo, à ſacra doctrina illorū non diſcordamus. A capite itaq; incipientes, vſq; ad quartum altaris miniſtrum, hanc formam ſeruandam cognoſcimus, vt ſicut minorem maior præcedit in honore, ita & in crimine. Et quem maior ſequitur culpa, maiori plectatur vindicta, quæ poſt pœnitentiam credatur eſſe fructuoſa. Quid enim prodeſt triticum ſeminare, & fructum illius non colligere? Aut domum conſtruere, & non illic habitare? Poſt dignam igitur ſatisfactionem credimus poſſe rediri ad honorem: dicente propheta: Nūquid qui cadit, non adiiciet vt reſurgat? &, Qui auerſus eſt, non reuertetur? Et peccatori ait: In quacunq; die cōuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris. Vnde & Pſalmiſta ait: Cor mundum crea in me deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Ne proiicias me à facie tua, & ſpiritum ſanctum ne auferas à me. Dum enim petiit, ne à domino proiiceretur pro culpa ſua, alienam rex & propheta ſimul rapuiſſe vxorem tremefactus expauit, & propheta indicante flagitium ſuum, pœnitentiam agens addebat: *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui*, & ſpiritu principali confirma me. Si enim condignam deo pœnitentiam non feciſſet, nequaquam aliis prædicaret. Ait enim: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Dum enim peccata proſpexit propheta mundatus per pœnitentiam, non dubitauit prædicando curare aliena, & ſacrificium de ſemetipſo deo offerre ſtuduit, quum dicebat: Sacrificium deo ſpiritus contribulatus. Ad hoc iſta ſufficerent, ſed omnis ſententia quò *plus* ſacræ ſcripturæ teſtimoniis confirmatur, facilius creditur. De hoc enim Propheta dicit: Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. De hoc peccantibus dicitur: Peccator in quacunque die conuerſus ingemuerit, ſaluus erit: omnes iniquitates eius obliuioni tradentur. Si enim redemptor noſter, qui peccatores nō perdere, ſed iuſtificare venit, in obliuione peccantium delicta derelinquit, quis hominum condemnanda reſeruat, quum Apoſtolus dicat: Si deus iuſtificat, quis eſt qui condemnet? Ad fontem miſericordiæ recurrentes, Euangelij proferamus ſententiam: Gaudeo, inquit, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, magis quàm ſuper nonagintanouem iuſtis qui non indigent pœnitentia. Et ouem perditam, nonagintanouem non errantibus relictis, humero pij paſtoris ad ouile reportatam dominus ipſe teſtatur. Si ouis perdita errans poſt inuentionem ad ouile humero reportatur, cur poſt pœnitentiam ad Eccleſiæ miniſterium lapſus non reuocetur? Quid enim eſt grauius, aut carnale delictum admittere, ſine quo pauci inueniuntur, aut dei filium iureiurando negare? In quo tamen hunc ipſum beatum Petrum Apoſtolorum principem, ad cuius ſacrum corpus indigni ſedemus, lapſum eſſe cognoſcimus. Sed poſt negationem pœnitentia ſecuta eſt, & poſt pœnitentiam miſericordia data eſt: quia poſtea ab illo ab Apoſtolatu deiectus non eſt, qui antè quidem ipſum ſe negare prædixit. Tibi hæc fili chariſsime dicta ſufficiant, vt illum quem conſpicis delicta fletu delere, in conſpectu diuinitatis non dubites miſericordiam cōſequi: quia ille peccatorem reuerſum non deſpicit, qui peccatores ſanguine ſuo redimere venit. De ordinationibus verò Apoſtolicæ ſedis pontificum, vtrum poſt beatiſsimum virum Hormiſdam aliqua ſint addita, veſtra charitas requirit. Sed vſque ad Vigilij papæ tempora, expoſitas ordinationes præſulum eſſe cognoſcas. Aloam verò, thymiama, ſtyracem & balſamum, ſanctorum martyrum corporibus offerenda, latore præſentium deferente tranſmiſimus. In extremo verò epiſtolæ quæſiſti quid eis reſpondendum ſit, qui dilectionem tuam de paruulorum animabus requirunt, qui ſine gratia baptiſmatis moriuntur, dicens: ſi corpus originali tenetur culpa, vnde anima quæ à deo datur, rea erit, quæ adhuc in actuali delicto corpori non conſenſit? Sed hac de re dulciſsima mihi tua charitas ſciat, quia de origine animæ inter ſanctos patres requiſitio non parua verſata eſt: ſed vtrum ipſa ab Adam deſcenderit, an certè ſingulis detur, incertum remanſit. Eamque in hac vita inſolubilem faſsi ſunt eſſe quæſtionem. Grauis enim eſt queſtio: nec valet ab homine comprehendi: quia ſi de Adam ſubſtantia anima cum carne naſcitur, cur non etiam cum carne moritur? Si verò cum carne non naſcitur, cur in ea carne quæ de Adam prolata eſt, obligata peccatis tenetur? Sed cùm hoc ſit incertum, illud incertum non eſt, quia niſi ſacri baptiſmatis gratia fuerit renatus homo, omnis anima originalis peccati vinculis eſt obſtricta. Hinc enim ſcriptum eſt: Non eſt mundus in conſpectu eius, nec vnius diei infans ſuper terram. Hinc Dauid ait: In iniquitatibus conceptus ſum, & in delictis peperit me mater mea. Hinc ipſa veritas dicit: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non introibit in regnum cœlorum. Hinc Paulus ait: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Cur ergo infans qui nihil egit, in conſpectu omnipotentis dei non valet eſſe mundus? Cur Pſalmiſta ex legitimo coniugio prolatus, in iniquitate conceptus eſt? Cur niſi qui mundatus aqua baptiſmatis fuerit, mundus non eſt? Cur in Adam omnis homo moritur, ſi originalis peccati vinculis non tenetur? Sed quia genus humanum in parente primo velut in radice putruit, & ariditatem traxit in ramis. Et inde omnis homo cum peccato naſcitur, vnde primus homo permanere noluit ſine peccato. De his autem ſubtilius & latius loqui debueram, ſed dum me & curarum *tumultus premunt, & harum portitor vt laxari debuiſſet, importunus extitit: vnde multa debui, pauca locutus ſum. Rogo autem omnipotentem deum, vt ſua te gratia protegat, & beati Petri Apoſtolorum principis interceſsione à malis omnibus illæſum ſeruet, quatenus feruor cœleſtis deſiderij in tua mente quotidie ardentius excreſcat, vt ſemper nouus, & ſemper ſeipſo robuſtior ad cœleſtia præmia multiplicius percipienda pertingas. Tranſmiſi autem duos homiliarum codices, quas dixi in Eccleſia dum adhuc loqui prævalerem: vt quia ipſe te videre, tibique ſedulè colloqui non poſſum, charitati tuæ vel per ea quæ ſcribere valui, abſens non ſim. Exiguum quoque veſtimentum tranſmittere ſtudui, per quod tua charitas, quia Auſtrali in animo calore feruet, foris à corpore arcturi frigus repellat. Peto autem vt pro me orare enixius debeas: vt tuæ interceſsionis ope, & à malis præſentibus eripi, & æternis merear gaudiis præſentari. Imagines quas tibi dirigendas per Dulcidum diaconum rogaſti, miſimus. Vnde valde nobis tua poſtulatio placuit, quia illum toto corde, tota intentione diligis, cuius imaginem præoculis habere deſideras. Ab re non facimus, ſi per viſibilia inuiſibilia demonſtramus. Sic homo qui alium ardenter videre deſiderat, aut ſponſam amans videre conatur, ſi contigerit eam ad balneum, aut ad Eccleſiam ire, ſtatim per viam incedenti ſe præparat: vt de viſione eius hilaris recedat. Scio quidem, quòd imaginem ſaluatoris noſtri non ideo petis, vt quaſi deum colas, ſed ob recordationem filij dei in eius amore recaleſcas, cuius te imaginem videre conſideras. Et nos quidem non quaſi ante diuinitatem ante illam proſternimur, ſed illum adoramus quem per imaginem, aut natum, aut paſſum, ſed & in throno ſedentem recordamur. Et dum nobis ipſa pictura quaſi ſcriptura ad memoriam filium dei reducit, animum noſtrum aut de reſurrectione lætificat, aut de paſsione demulcet. Ideoque direximus tibi ſurtarias duas, imaginem dei ſaluatoris, & ſanctæ dei genitricis Mariæ, beatorumque Apoſtolorum Petri & Pauli continentes, per ſupradictum filium noſtrum, & vnam crucem, clauim etiam pro benedictione à ſanctiſsimo corpore Petri Apoſtolorum principis: vt per ipſum à maligno ſis defenſus, per cuius ſignum munitum te eſſe credis: & ex eo te protegat, qui iuuenilia ſemper ſuggerit recordari: vt in bonis actibus perſeuerans, alios in eius amore accendas, propter quem te feciſti haberi, vt vitæ huius mala quæque inimicus ſuggerit retroacta mentis prouentibus quaſi facilius inardeſcas, pro cuius amore vitam etiam velis finire. Ipſe quoque te protegat vſque in finem: qui cunctum mundum dignatus eſt redimere Ie-

Nota de imaginib⁹.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sus Christus dominus noster, qui viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Gregorius Adeodatæ illustri. Eam ad superna meditanda corroborat. Caput. LIIII.

Epist.54. Agnam nobis lætitiam gloriæ vestræ ingessit epistola, quæ æternæ vitæ desiderium vos habere signauit:
M sed quia huiusmodi studium fugitiua solet mundi gloria præpedire: hortamur vt mentis vestræ saluberrimam delibe rationem res quælibet transitura non reuocet, nec ab incepto eam tramite deuiet. Sed magis supernæ patriæ amor accendat, præmia mansura sollicitent, & ad venturi iudicis promissionē certa semper aspiret, atque ex temporalibus æterna mercetur: vt ex hoc & in vera gloria esse, & inter matronas positis cœlestes adscribi. Reducite ad animos prosperitates temporum, multitudinem hominum, dignitatum pompas, matronarum gloriam, diuitiarum abundantiam. Attendite hæc omnia vbi vel quid facta sunt, & ex hoc pensate quòd nulla sint: & quia qui ista diligit, somnium vigilans videt. Hæc itaque recordatio magna vobis debet esse instructio, quoniam pro magno diligi non debet quicquid fine concluditur. Illa ergo petenda, illa summopere diligenda sunt, quæ nec inuenta transeunt, nec adepta deficiunt. Sed quia ad horum desiderium anhelare sine diuinæ misericordiæ gratia nullus valet, oramus omnipotentem dominum, vt hæc vobis & eligendi velle, & posse tribuat obtinendi:
H quatenus & hic vos in suo viuere timore concedat, & postea in sanctarum matronarum sorte recipiat. Paterna itaque charitate gloriam vestram salutantes indicamus de causa fratris & coëpiscopi nostri Decij hoc nobis visum fuisse, vt eam audiendam fratri & coëpiscopo nostro Ioanni, & Leontio viro glorioso, quia bonus & iustus vir dicitur, committere deberemus: securi maximè, quia vbi prædicti fratris & coëpiscopi nostri in iudicio charitas interest, nec eis surripiatur, nec pars Ecclesiæ possit præiudicium sustinere.

Gregorius Ianuario episcopo Sardiniæ. Quòd nihil pro sepultura exigendum est. Caput. LV.

Epist.55. Ca. 13.q.2. Questa. Vesta nobis est Nereida clarissima fœmina, quòd ab
Q ea centum solidos pro filiæ suæ sepultura, fraternitas vestra non erubescat exigere: atque ei super doloris gemitum, maiorem dispendij studeat inferre molestiam. Quod, si ita se veritas habet, quia graue nimis est, & procul nimis est à sacerdotis officio, precium de terra concessa putredini quærere, & de alieno velle facere luctu compendium, ab hac se patratione fraternitas vestra contineat, & molesta ei de cætero non existat. Maximè quia & hortulanum quendam de quo seipsam asserit filiam suscepisse, Ecclesiæ vestræ non in parua quantitate munificum memorat extitisse. Hoc autem vitium & nos post-
I quam, deo auctore, ad episcopatus honorem accessimus, de Ecclesia nostra omnino vetuimus, & prauam denuo consuetudinem nequaquam vsurpari permisimus, memores quia dum A-
Gene.23. braham à filiis Emor, hoc est Ephron, filio Seor, sepulchri terram precio ad humandum corpus coniugis postularet, præmium accipere renuit, ne commodum videretur de cadauere consecutus. Si ergo tantæ considerationis paganus vir fuit, quãto magis nos qui sacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Vnde ne hoc auaritiæ vitium, ne vel in alienis denuo tentari præsumatur, admoneo. Sed si quando aliquem in Ecclesia vestra sepeliri conceditis, siquidem parentes ipsius, proximíve hæredes pro luminaribus sponte quid offerre voluerint, accipi non vetamus. Peti verò aut aliquid exigi omnino prohibemus. Quod valde irreligiosum est, ne aut venalis fortasse, quod absit, dicatur Ecclesia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari: si ex eorum cadaueribus studeatis quærere quolibet modo compendium. Alias verò causas, quas prædictæ Nereidæ est complexa petitio: hortamur vt aut pacifica si fieri potest, ordinatione definias: aut certè in deputatum à nobis iudicium personam instructam dirigere non omittas: quia ad hoc Redemptum defensorem nostrum præsentium portitorem illuc direximus: vt & partes in iudicio obseruare compellat, & executionis suæ instantia, ad effectum quæ fuerint iudicata perducat.

Gregorius Constantio episcopo Mediolanen. De clericis Cumanis ad vnitatem Ecclesiæ reducendis. Caput. LVI. K

Atore præsentium communi filio Eutentio diacono, *Epist.*
L qui fraternitatis vestræ nobis scripta detulit, referente cognouimus, clericos Ecclesiæ Cumensis quos sacerdotali studio reuerti ad vnitatem Ecclesiæ monuistis, respõdisse, non sibi talem à vobis affectum impendi, vt ad hoc redire charitate suadente præualeant: afferentes res diuersas suas iniustè ab aliis, inter quos & à nostra Ecclesia possessionem quæ villa Auriana dicitur, detineri. Nos quidem sanctitatis vestræ sollicitudinem omnino laudauimus, quia quod vos oportuit facere, minimè neglexistis. Sed nec nos prędictam possessionem, si eis iure competit, etiam si ad communionem forte reuerti distulerint, contra rationis ordinem patimur detineri, sed eam cognita volumus veritate restitui. Si verò ad vnitatem Ecclesię, quod optamus, deo se inspirante conuerterint, etiam si nihil illis competat, eam illis parati sumus concedere. Nam nulla occasione excusare volumus, quod ad matris Ecclesiæ sinum redire desiderabiliter expectamus. De hortis verò quos in capitulare transmisso ex substantia, & Italiæ Ecclesiæ competere signastis, vel prædictus vobis portitor indicauit, in subsequenti illuc personam transmittemus, cui inter alia curabimus euidẽter injungere, vt veritatem congrua indagatione cognoscat, & quic-
L quid iustum fuerit faciat. Nam nos qui alios contristare contra æquitatem non patimur, multo magis vos quos multum diligimus, tristes relinquere non valemus. De aliis autem causis, quale nostrum ad singula sit responsum, supradicti communis filij relatione cognoscetis. Scripta verò ad dilectissimum filium nostrum Anatholium diaconum, pro commendatione hominum vestrorum, sicut voluistis, fecimus.

Gregorius Anatholio diacono Constan. Homines Constantij episcopi recommendat. Cap. LVII.

Euerentissimus frater & coëpiscopus noster Constan- *Epist.*
R tius suos homines illuc pro Ecclesiæ suæ vtilitatibus festinans transmittere, tuæ eos dilectioni voluit commendari. Proinde inquantum, deo iubente, potueris seis salua ratione, vbi necesse fuerit, concurras atque feras solatium: quatenus dum tua fuerint, sicut dignũ est, opitulatione suffulti, & ipsi illic minus valeant laborare, & prędictus frater noster Ecclesię suæ vtilitates adiutum, te suffragante, cognoscat.

Gregorius Fantino defensori. De synagogis Iudæorum irrationabiliter occupatis. Caput. LVIII.

Nte aliquantum tempus Victori fratri & coëpiscopo *Epist.*
A nostro scripsimus, vt quoniam quidam Iudæorum data nobis petitione questi fuerunt, synagogas in ciuitate Panormitana positas, cum hospitiis suis fuisse ab eo irratio- M
nabiliter occupatas, quousque causa vtrum iustè factum esset, potuisset agnosci, ab eorum suspenderet se congregatione: ne forte in eorum sola voluntate versari iudicium videretur. Et quidem nos prædictum fratrem nostrum incongruè aliquid egisse, sacerdotij eius respectus facilè credere non permisit. Sed quia Salerio notario nostro, qui illic præsens postea inuentus est, renunciante comperimus, nullam extitisse causam pro qua potuissent rationabiliter occupari, atque eas esse inconsultè ac temerè consecratas: idcirco experientiæ tuæ præcipimus: vt quia quod semel consecratum est, Iudæis vltra non valet restitui, quantum à filiis glorioso Venantio patricio, & Vrbicio abbate, synagogæ ipsæ cum his hospitiis quæ sub ipsis sunt, vel earum parietibus cohærent, atque hortis sibi coniunctis, æstimatæ fuerint, studij tui sit vt præfatus frater & coëpiscopus noster dare precium debeat: quatenus hoc quod occupari fecit, in ius Ecclesiæ ipsius valeat permanere, & illi opprimi aut aliquam pati iniustitiam nullo modo videantur. Codices verò vel ornamẽta pariter ablata quærantur. Quæ si manifestè culta sunt, & ipsa sine ambiguitate aliqua volumus restitui: quia sicut illis quicquam in synagogis suis facere, vt & ipsi prius scripsimus, vltra quàm lege decretum est, non debet esse licentia: ita eis contra iustitiam & æquitatem, nec præiudicium, nec aliquod debet inferri dispendium.

Gregorius

Gregorius Fantino defensori. De Tamno Iudæo. Caput. LIX.

A Ndicauit nobis Tamnus Iudeus præsentium portitor, nauem suam atque res suas Candidum defensorem nostrum cum aliis creditoribus occupasse, atque eas pro credita quam dederant pecunia venundasse, & à cunctis debitis cautionibus restitutis solum apud se præfatum defensorem obligationis chirographum tenuisse, & sæpius se supplicantem ideo reddere contempsisse: Et quia, vt ait, sors est debiti satisfacta, experientiæ tuæ præcipimus, vt cum omni subtilitate curet addiscere, & si ita repererit, districta compulsione perurge, quatenus omni mora postposita, cautionem prædicti portitoris restituat. Ita ergo sollicitudo tua studeat, vt denuo ad nos hac de causa querela non redeat.

Gregorius Præfecti illustri. Gesta inter ipsum & Fantinum defensorem approbat. Cap. LX.

Q Votiens in conuentionibus quibusdam noster expectatur assensus, ne in dubium veniant quæ geruntur, ratio ea pro securitate partium debet habita solidare. Proinde cognoscētes quid inter dilectionem tuam & Fantinum defensorem ac rectorem patrimonij partium Panormitanarum conuenerit de portionibus tibi competentibus in Massalenas & B Samanteria, in prouincia Sicilia, & in territorio Panormitano, & domo in Panormitana ciuitate sita, quam Ecclesiæ nostræ dudum titulo donationis obtuleras, nostrum in his accommodamus assensum: atque omnia sicuti inter vos gesta sunt, per huius rationis paginam confirmamus: nec quicquam eorum à nobis, successoribúsque nostris deduci in irritum profitemur: quia valde Ecclesiasticæ est moderationi conueniens, vt quęque ordinata fuerint vel decisa, nulla in posterum debeant refragatione turbari.

Gregorius Martino scholastico. Quòd episcoporum causæ magna cum diligentia sunt perscrutandæ. Caput. LXI.

C Vm de negotiis cuiuslibet exorta occasio maioris, vt magnitudini tuæ notum est, requisitionis indigeat, quanta cura, quantaque vigilantia episcoporum causæ debeant perscrutari, sapientia tua consideret. In ea verò epistola, quam per latorem præsentium transmisistis, pro quibus ad nos causis à Crementio fratre & coëpiscopo nostro transmissus fueris, superficietenus indicasti, & earum radicem penitus tacuisti. Quarum si nobis origo vel fuisset qualitas interius manifesta, quid de eis diffiniēdum esset, prædicti fratris vestri animos responsione vtique patenti ac congrua firmaremus. Illud tamen nobis omnino displicuit, quòd aliquos episcoporum sine primatis sui epistolis ad comitatum profectos esse, vel conuentus significas illicitos celebrare. Sed quia, sicut præfati sumus, causarum origo vel qualitas omnino nobis ignota est, pronunciare aliquid definitiuè non licet, nec possumus: vt ne, quod reprehensibile nimis est, de rebus non bene cognitis proferre sententiam videamur. Vnde valde necessarium fuerat, si hic pro plenissima instructione nostra, magnitudo tua nostris interrogationibus responsura, tempore quo in Sicilia dilata est, perrexisset. Sed tamen postquam fratrem & coëpiscopum nostrum Ioannem vidistis: in eo & vos vidisse nos credimus. Et ideo quia de eisdem nobis & ipse causis scribere studuit, ei quæ nobis sunt visa rescripsimus. Qui quoniam maturi prouidique consilij sacerdos est, si cum ipso causas pro quibus missus est tractare volueris, certi sum⁹ quia in ea, & quod vtile est, & quod rationem habet, inuenies.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De deponendo Lucillo episcopo. Caput. LXII.

Q Væ aduersus Lucillum Miletinæ ciuitatis episcopum querela commota sit, ex epistolarum vestrarum, & gestorum quæ ad nos direxistis pagina, declaratum est. Et ideo quia tanti facinoris vltio nulla debet dilatione differri, fraternitas vestra tres vel quatuor de fratribus ac consacerdotibus sibi nostris adhibeat, vt ipsis quoque præsentibus prædicta ac satisfacta veritate prædictum Lucillum de episcopatus ordine quem huius sceleris contagio maculauit, studeat D sine ambiguitate deponere. Quia verò presbyteri vel diaconi quidam proditæ iniquitatis fuisse conscij ac participes memorantur, sanctitas vestra subtili indagatione discutiat. Et si ita repererit, ab honoris sui & ipsos similiter gradu deiiciat, & in monasteriis vbi dignè valeant pœnitentiam agere, deputet. Sed quia per hos multi in huius labem peccati perhibentur esse collapsi, cunctos qui rei esse claruerint, dominici corporis ac sanguinis participatione priuare vos conuenit, atque eos vestris epistolis strictius admonere, vt litaniis & orationibus operam dent, & peccati quam contraxerunt maculā flendo tergant. Quibus quando sit secundum modum pœnitentiæ reddenda communio, iudicio vestro committimus. Hoc tamen sollicitè vos prouidere necesse est: vt iis qui mortis vrgentur periculo, viaticum non negetur. Curæ præterea sit vobis, clerum & populum Miletinæ ciuitatis hortari, vt quia sine proprio pastore esse non poterunt, ordinandum sibi eligant deo propitio sacerdotem. Causam verò presbyterorum ac diaconorū, qui in lapsu accusati sunt, sollicitè omnino rimamini. Et si rei criminis esse patuerint, seueram in eis vltionem & canonicam exhibete: vt quanto illorum iniquitas deum potuit ad iracundiam prouocare, tanto eum vos placare emendatione districtissima valeatis.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. Contra aliquorum murmurationem, ratione reddit de missæ ordinatione. Caput. LXIII. E

V Eniens quidam de Sicilia, mihi dixit quòd aliqui amici eius vel Græci vel Latini, nescio quid quasi sub zelo sanctæ Romanæ Ecclesiæ de meis dispositionibus murmurarent, dicentes: Quomodo Ecclesiam Constantinopolitanam disposuit comprimere, qui eius consuetudines per omnia sequitur? Cùm enim dicerem quas cōsuetudines sequimur, respondit: Quia hallelu ia dici ad missas extra pentecostes tempora fecistis: quia subdiaconos spoliatos procedere: quia kyrie eleison dici: quia orationem dominicam mox post canonem dici statuistis. Cui ego respōdi: quia in nullo eorum secuti aliam Ecclesiam sumus. Nam vt hallelu ia hic diceretur, de Hierosolymorum Ecclesia ex beati Hieronymi traditione, tempore beatæ memoriæ Damasi papæ traditur tractum: & ideo magis in hac sede illam consuetudinem amputauimus, quæ hic à Græcis fuerat tradita. Subdiaconos autem vt spoliatos procedere facerem, antiqua consuetudo Ecclesiæ fuit. Sed placuit cuidam nostro pontifici, nescio cui, qui eos vestitos procedere præcepit. Nam vestræ Ecclesiæ, nunquid traditionem à Græcis acceperunt? Vnde habent ergo hodie vt subdiaconi lineis in tunicis procedant, nisi quia hoc à matre sua Romana Ecclesia perceperunt? Kyrie eleison autem nos neque diximus, neque dicimus, sicut à Græcis dicitur: quia in Græcis simul omnes dicunt: apud F nos autem à clericis dicitur: à populo respondetur: & totidem vicibus etiam Christe eleison dicitur: quod apud Græcos nullo modo dicitur. In quotidianis autem missis alia quæ dici solent tacemus: tantummodo kyrie eleison & Christe eleison dicimus, vt in his deprecationis vocibus paulò diutius occupemur. Orationem autem dominicam idcirco mox post precem dicimus: quia mos Apostolorum fuit: vt ad ipsam solummodo orationem oblationis hostiam consecrarent. Et valde mihi inconueniens visum est, vt precem quam scholasticus composuerat, super oblationem diceremus, & ipsam traditionem quam redemptor noster composuit, super eius corpus & sanguinem non diceremus. Sed & dominica oratio apud Græcos ab omni populo dicitur: apud nos autem à solo sacerdote. In quo ergo Græcorum consuetudines secuti sumus, qui aut veteres nostras reparauimus, aut nouas & vtiles constituimus, in quibus tamen alios comprobamur imitari? Ergo vestra charitas quum occasio dederit, vt ad Cathenensem ciuitatem pergat, vel in Syracusana Ecclesia eos quos credit atque intelligit, quia de hac re murmurare potuerunt, facta collocutione doceat: & quasi alia ex occasione eos instruere non desistat. Nam de Constantinopolitana Ecclesia, quod dicunt, quis eam dubitet sedi Apostolicæ esse subiectam? Quod & dominus piissimus imperator, & frater noster Eusebius eiusdem ciuitatis episcopus assiduè

G profitentur. Tamen si quid bon i vel ipsa vel altera Ecclesia habet: ego & minores meos quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum. Stultus est enim, qui in eo se primum existimat, vt bona quæ viderit, discere contemnat.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De episcopo Constantinopolitano, de crimine accusato.

Caput. LXIIII.

Epi. 64. Fraternitatis vestræ scripta suscepi, in quibus indicastis Martinum virum eloquentissimum de Africana F prouincia Syracusas venisse: vobisque aliquid secretum locutum fuisse. Et quidem fraternitas vestra quotiens occasionem reperit, amorem suum circa beatum Petrum Apostolum non cessat ostendere. Vnde omnipotenti deo gratias agimus, quia vbi illa est, ibi nos absentes non inuenimur. Causam tamen de qua agitur, necdum sanctitas vestra subtiliter agnouit. In quodam enim crimine Byzancenus primas fuerat accusatus: & piissimus imperator eum iuxta statuta canonica per nos voluit iudicari. Sed acceptis decem auri libris, tunc Theodorus magister obstitit, vt minimè fieret. Tamen piissimus imperator admouit vt transmitteremus, & quicquid esset canonicum faceremus. Sed videntes contrarietates hominum, eâdem causam inire voluimus. Nunc autem idem primas aliqua de cõsilio suo loquitur: Et valde dubium est vtrum purè an certè: quia à coëpiscopis suis impetitur, nobis modo talia loquatur. Nam quòd se H dicit sedi Apostolicæ subiici: si qua culpa in episcopis inuenitur, nescio quis ei episcopus subiectus non sit. Cùm verò culpa non exigit, omnes secũdum rationem humilitatis æquales sunt. Tamen quod vestræ fraternitati placet, cum prædicto eloquentissimo Martino loquimini. Vos enim tractate quid agere debeat. Cui nos de causa breuiter rescripsimus, quia & hominibus incognitis passim nos credere non debemus. Si tamen vos qui eum in præsenti conspicitis, ei loquendum fixius aliquid iudicatis, vestræ hoc charitati committimus, de cuius amore in omnipotentis dei causa certi sumus. Quæ autem vos agitis, nos egisse non dubitetis.

Gregorius Vitali defensori. Quòd præsidium defensionis non præbeat clericis ab episcopis suis punitis pro eorum excessibus. Cap. LXV.

Epist. 65. Indicatum est nobis, quòd quidam Caralitanæ Eccle- I siæ clerici disciplinam sui refugientes episcopi, contra eum solatium tuę defensionis exquirant, atque per hoc illi quod dici graue est, contumaces existant. Quam rem, si ita est, omnino durè suscepimus. Dicitur etiam quòd suæ actus deserentes Ecclesiæ, in aliarum se obsequiis ac laboribus occupantes, vbi nomen dederunt militiæ, inueniantur extranei. Experientiæ ergo tuæ denunciamus, vt non deinceps tale I aliquid facere præsumant: sed si cuiuspiam clerici, vt assolet, culpæ casus emerserit, in qua te sibi petere debeant adiutorem, ad eundem episcopum reuerenter accede, & sicut causæ meritum cognoueris, apud eum non defensor culpæ, sed potius intercessor existe: vt hac prouisione & poscenti feras auxilium, & iura præpositi non turbentur. Si qui verò sunt qui iusta poposcerint, eis per te auxilium sedis Apostolicæ non est negandum. Sed tamen ita seruandum est vniuscuiusque episcopi reuerentia, vt clericorum disciplina per defensionis tuæ experientiam minimè soluatur. Dictum est nobis etiam, quòd rustici possessionis eiusdem Caralitanæ Ecclesię iura propria deferentes, in priuatorum possessionibus culturam laboris exhibeant. Ex qua re agitur, vt possessiones Ecclesiæ proprio in alios occupato cultore depereant, atque ad tributa sua persoluenda idoneæ non existant: in qua re experientiam tuam volumus omnino esse sollicitam, ne tale quidquam fieri post hac nostra auctoritate data tibi permittere debeas, sciturus quòd si neglexeris, nostros exinde de minori contra se sollicitudine animos commoueri. Cognouimus etiam quòd monasteria seruorum dei, vel etiam fœminarum pro suo quisque libito & diuersarum causarum executione perturbant, quod omnino non gratè suscipimus, tuamque experientiam ex hoc commouemus, ne quenquam hoc vsurpare denuo acceptа nostra auctoritate permittas, sed vt episcopis loci ipsius sub cuius degunt moderamine, curæ sit eorum causas vtilitatesq; disponere. Val- K de enim est incongruum vt omisso eo, alius quilibet eorum se causis admisceat. Sed ille eorum vitam competenti regularique debet moderatione disponere, qui pro commissis eorum sibi animabus compellitur reddere rationem.

Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De clericis suis ei non obedientibus, & aliis multis.

Caput. LXVI.

Epist. Euenit ad nos, quòd quidam de vestris clericis spi- *Epist.*
P ritu elationis inflati, quod dici graue est fraternitatis vestræ iussionibus obedire postponant, atque in aliorum se magis obsequiis ac laboribus occupantes, suæ deserant, vbi sunt necessarij, actus Ecclesiæ. Ex qua re nimium admiramur, cur in eis Ecclesiasticæ non teneatis regulam disciplinæ, nec eos dissolutè vagantes in deuiis, ad normam suscepti officij districti modetaminis fræno restringatis. Dicitur etiam quòd aliqui ex eisdem contumacibus clericis, vt defendi contra vos valeant, ad Vitalis defensoris nostri patrocinia conuolarint. Vnde ad eum scripta nostra direximus, ne quenquam clericorum vestrorum contra vos irrationabiliter denuo audeat defensare: sed si culpæ casus emerserit, & grauis non est, sed veniam mereatur, intercessor apud vos magis accedere debeat, quàm defensor. Ne ergo tale ad nos deinceps de subiectorum vestrorum contemptu quicquam proueniat, præcauete. Cogno- L uimus etiam, quòd monasterio sancti Iuliani quædam vidua suam substantiam derelinquens, à clerico vestro, qui eiusdem defuncti mulieris actus, dum adhuc viueret, gubernabat, ipsa sit direpta substantia, nunc̃que callidum ad reddendum existere. Hortamur ergo vt eum, si, vt dicitur, ita verum esse patuerit, districta faciatis executione constringi, quatenus res monasterio derelictas restituere sine imminutione festinet, & quod adire seruata fidei suæ puritate non debuit, vel cum pudoris sui damno reddere compellatur. Quàm verò verecundum sit, vt fraternitatem vestram nos admonere videamur, quatenus clericum suum sub disciplinæ vigore constringat, credo quòd eadem fraternitas vestra tacita etiam ipsa consideret. Contra idolorum nanque cultores vel aruspicum atque sortilegorum, fraternitatem vestram vehementius pastorali hortamur inuigilare custodia, atque publicè in populo contra huius rei viros sermonem facere, eósque à tanti labe sacrilegij, & diuini intentione iudicij, & præsentis vitæ paruulo, adhortatione suasoria reuocare. Quos tamen si emendare se à talibus atque corrigere nolle repereris, feruenti comprehendere zelo te volumus, & si quidem serui sunt, verberibus cruciatibúsque, quibus ad emendationem peruenire valeant, castigare. Si verò sunt liberi, inclusione digna districtaque sunt in pœnitentiam dirigendi: vt qui salubria, & à mortis periculo reuocantia audire verba contemnunt: cruciatus saltem eos corporis ad desideratam mentis M valeat reducere sanitatem. Indicatum etiam nobis est, quòd laicis quibusdam curam vestri patrimonij committentes, postmodum in rusticorum vestrorum deprædationibus, atque per hoc & fatigationibus fuerint deprehensi, & reddere res, quas indecenter retinent habitas, quasi suæ ditionis, quippe vestræ non suppositi curationi, postponant: vobisque despiciant actuum suorum reddere rationem. Quod si ita est, districtè à vobis discuti conuenit, atque inter eos Ecclesiæque vestræ rusticos causam examinare subtilius. Et quicquid in eis fuerit fraudis inuentum, cum pœna legibus statuta reddere compellantur. De cætero verò cauendum à fraternitate vestra est, ne secularibus viris, atque non sub regula nostra degentibus, res Ecclesiasticæ committantur, sed probatis de vestro officio clericis. In quibus si quid reperiri poterit prauitatis, vt in subditis, emendare quod illicitè gestum fuerit, valeatis: quos apud vos habitus sui magis officium commendet, quàm excusat.

Gregorius Anatholio diacono Constan. De his qui ex Histriæ partibus ad vnitatem fidei venerunt. Caput. LXVII.

Epist. 67. Latores præsentium, qui de Histricorum schismate ad vnitatem Ecclesiæ, deo miserante, reuersi sunt, multa de prauitate

A de prauitate episcoporum qui in illis partibus sunt, conquerũtur. Et quia ea pro re Constantinopolim festinantes tua sibi petunt adesse debere solatia, dilectionem tuam his hortamur affatibus, vt eis salua ratione solatiari debeat atque concurrere: quatenus te opitulante & minus illic fatigari, & quod iustum est, facilius valeant adipisci.

Gregorius Constantino episcopo Mediolan. De Maximo Salonitano episcopo.
Caput. LXVIII.

Epist. 68. M Aximus Salonitanæ Ecclesiæ pręuaricator, postquam per potestates maiores seculi obtinere nihil valuit, ad minores sese contulit. Nobísque tam nimietate precum, quàm attestatione bonorum operum prævalere contendit. Ex qua re inhumanum credidi, si is qui se quasi multum timere medicit:in aliquo temperatiorem minimè inuenire potuisset. Et ideo decreui vt reuerentissimus frater & coëpiscopus noster Marinianus, eius causam debeat in Rauennati vrbe cognoscere. Si autem persona eius suspecta forsitan habetur, volumus vt vestra quoque fraternitas, si ei laboriosum non est, ad eandem ciuitatem fatigare se debeat, & cum prædicto fratre in eodem iudicio pariter sedere. Quicquid autem vestræ vtrorumque sanctitati placuerit, scitote mihi modis omnibus placiturum, & vestrum ego iudicium meum deputo, & quæ vtrique
B vos relaxanda esse censetis, me relaxare certum tenete. Hoc tamen solliciti pensantes, ne aut cum peccato remissi, aut cum iniuria sanctæ Ecclesiæ esse videamur austeri. Huius autem causæ executionem Castorio chartulario iniunximus, vt ipse nobis debeat cuncta quæ acta fuerint, subtiliter renunciare.

Gregorius Eusebio Thessalonicensi, aliísque complurib⁹ episcopis. De superbia Ioannis episcopi Constantinopolitani, & Cyriaci.
Caput. LXIX.

Epist. 69. VScepti regiminis cura constringimur officij nostri
S sollicitudinem vigilanter extendere, & fratrum nostrorum animos sermone admonitionis instruere: vt nec ignorantes præsumptio praua decipere, nec scientes dissimulatio quædam valeat excusare. Cognoscat siquidem fraternitas vestra Ioannem quondam Constantinopolitanæ ciuitatis antistitem, contra deum, contra pacem Ecclesiæ, in omnium despectum & iniuriam sacerdotum, modestiæ ac mẽsuræ suæ terminos excessisse: & illicitè in synodo superbum ac pestiferum Oecumenicum, hoc est vniuersalis sibi vocabulum vsurpasse. Quod beatæ recordationis Pelagius decessor noster agnoscẽs, omnia gesta eiusdem synodi, præter illa quæ illic de causa venerandæ memoriæ Gregorij episcopi Antiocheni sunt habita, valida omnino districtione cassauit, districtissima illum increpatione corripiens, vt se à nouo & temerario superstitionis nomine cohiberet: à deo vt suum illi diaconum nisi tantum nephas emendaret, procedere prohiberet. Cuius nos rectitudinis zelo
C per omnia inhærentes, statuta ipsius sine refragatione deo protegẽte seruamus, quia dignum est vt rectam decessoris sui viam gressibus inoffensis incedat, quem de eodem loco ad reddendam rationem æterni iudicis tribunal expectat. In qua re ne quid omittere quod ad pacem Ecclesiæ pertinet videremur, nostris eundem sanctissimum Ioannem scriptis semel iterumque conuenimus, vt amoto superbię vocabulo, cordis sui elationem ad humilitatem quam magister & dominus noster docuit, inclinaret. Quem quoniam neglexisse comperimus, hæc eadem & beatissimum fratrem & consacerdotem nostrum Cyriacum successorem ipsius concordiæ studio non destitimus admonere. Sed quia iam vt videmus, mundi huius termino propinquante, in præcursione sua apparuit humani generis inimicus: vt ipsos qui ei contradicere bene atque humiliter viuendo debuerunt, per hoc superbiæ vocabulum præcursores habeat sacerdotes: hortor atque suadeo, vt nullus vestrum hoc nomen aliquando recipiat, nullus id consentiat, nullus scribat, nullus vbi fuerit scriptum admittat, vel subscriptionem suam adiiciat. Sed sicut omnipotentis dei ministros decet, integrum se ab huiuscemodi venenata infectione custodiat, & callido insidiatori in se locum non præbeat, quoniam hoc in totius Ecclesiæ iniuriam ac discissionem, &, sicut diximus, in omnium vestrum despectum fit. Nam si vnus, vt putat, vniuersalis est, restat vt vos epi- D scopi non sitis. Præterea peruenit ad nos, q ôd fraternitas vestra ad vrbem Constantinopolim sit conuocata. Et quanuis piissimus noster imperator agi illic illicita non permittat: tamen ne peruersi homines conuentus vestri occasione percepta, aut per huius nominis superstitionem locum subreptionis requirant, aut ob aliam rem facere synodum cogitent, quatenus hoc in ea callidis machinationibus inducant, quanuis sine Apostolicæ sedis auctoritate atque consensu nullas quæque acta fuerint vires habeant, veruntamen coram omniporente deo contestor & admoneo, vt nullius vestrum illic quibuslibet blandimentis, quibuslibet præmiis, quibuslibet terroribus teneatur assensus, sed pro æterni iudicij consideratione, aduersos vos prauis desideriis salubriter ac vnanimiter exhibete, & pastorali constantia atque apostolica auctoritate suffulti, prædonem, irruentemque lupum excludite, & in discisionem Ecclesiæ sæuienti non cedite: nec de hac re quacunque surreptione synodum patiamini, quæ neque legitima quidem, nec synodus dicenda est, celebrari. Hoc quoque pariter admonemus, vt si forte nil actum de huius peruersi nominis mentione fuerit: sed de alia re synodus forte colligitur, omnino sitis cauti, circunspecti, vigilantes atque solliciti, ne quid illic circa locum aliquem vel personam præiudicialiter siue illicitè, vel aduersus canones censeatur. Sed si quid incidentis vtilitatis causa tractandum est, sic causa de qua agitur formas accipiat vt statuta vetera nulla conuellat. Vnde E iterum coram deo & sanctis ipsius admonemus: vt hæc omnia summo studio, & tota mentis intentione seruetis. Nam si quis, quod non credimus, scripta præsentia aliqua in parte neglexerit, à beati Petri Apostolorum principis pace se nouerit segregatum. Ita ergo fraternitas vestra agat, vt cùm pastor pastorum in iudicio venerit, de loco regiminis quem accepit, reatum habere non possit.

Gregorius Maurentio, magistro militum, Theodorum commendat oppressum. Caput. LXX.

Epist. 70. VAlde mirati sumus, quòd vobis in Neapolitana ciui-
V tate positis, venire ad nos pro quibusdam causis Theodorus vir memorandus præsentium portitor cogeretur, maximè dum in illa se re contra antiquum morem à fratre & coëpiscopo nostro Fortunato queratur prędiudicium pertulisse: quam ad curam dispositionemque patroni ciuitatis eiusdem gloria vestra teste asserit sine dubio pertinere. Quòd si ita se res habet, omnino contristamur, cur in eius vos defensione veritas non permouit, vt & liberè quod esset ratio diceretis, & reseruari quod longa sibi consuetudo iure vendicat facereris. Quia ergo graue nimis est contra veterem vsum sacerdotes sibi quicquam arripere: vnde in laicorum videntur actus incidere: prædicto fratri coëpiscopoque nostro scribere quæ nobis F sunt visa curauimus, ipsorúmque ad vos scriptorum exemplar transmisimus, vt ex eis quid debeat scrutari gloria vestra cognoscat. Præterea indicauit nobis supradictus portitor, Vectano qui comes fuit in Misinati castello propterea quòd eum nobilem fuisse nouerat, & paupertate nimia laborabat, viginti vrnas vini per duos annos de insula Prochita, quæ ei vicina erat, misericordiæ intuitu se fuisse largitum, & nunc eas de eadem insula successorem ipsius tanquam debitas violenter exigere. Et quoniam hoc ne decætero tentari debeat, postulat prohiberi, gloria vestra curet addiscere. Et si hoc quod queritur, veritate subsistit, & hæc antè consuetudo non fuit, huiusmodi grauamen iustitia suadente compescat, & studeat vt pietatis administratio in præfata insula onus præiudicij non imponat. Quia verò priuilegia ciuitatis suæ, vel causas insulæ illius, à nobis gloriæ vestræ petit commendandas: hortamur vt vestram ei tuitionem impendere seruata æquitate quocunque necesse fuerit, debeatis, & si qua in re vtilitas populi cui præest contra rationis, sicut ait, ordinem prægrauatur, imposita onera vsque ad modum iustitiæ vobis suffragantibus releuentur: nec priuilegia eorum quolibet modo calcentur: sed omnia quæ vsus antiquitatis statuit, in omnibus intemerata seruentur. Ita ergo in his gloria vestra se decenter exhibeat, vt & ipsa partes fouere iustitiæ comprobetur: & ij qui commendati sunt, bona nobis vestra quæ de vobis cupimus semper audire renuncient.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gregorius Pastiuo episcopo Firmano. Mandat consecrare oratorium sancti Sauini. Cap. LXXI.

Epistoo.71. G Alerianus notarius Ecclesiæ Firmanę fraternitatis tuę petitoria nobis insinuatione suggessit, quæ habetur V in subditis, in Fundo Visiano iuris sui iuxta muros ciuitatis Firmanę oratorium se pro sua deuotione fundasse. Quod in honorem beati martyris Sauini desiderat consecrari. Et ideo frater charissime si in tuæ parœciæ memorata constructio iure consistit, & nullum corpus ibidem constat humatum, percepta primitus donatione legitima, id est in reditu solidos tres, liberos à tributis fiscalibus, gestisque municipalibus alligata, prædictum oratorium absque missis publicis solenniter consecrabis: ita vt in eodem loco nec temporibus futuris baptisterium construatur, nec presbyterum constituas cardinalem. Et si missas ibi fieri forte maluerit, à dilectione tua presbyterum no uerit postulandum, quatenus nihil tale à quolibet alio sacerdote vllatenus præsumatur. Sanctuaria verò recepta, sui cum reuerentia collocabis.

Gregorius Chrysantho episcopo Spoletano. Mãdat sanctuaria sancti Sauini Valeriano notario Firmano dari. Caput. LXXII.

Epi.72. Alerianus notarius Ecclesiæ Firmanæ sanctuaria bea- V ti martyris Sauini oblata petitione sibi postulat debere concedi, quatenus in eius nomine oratorium pro- H priis constructum sumptibus possit solenniter consecrari. Et ideo frater charissime præfati desideriis ex nostro te mandato conuenit obedire: vt deuotionis suæ in conseruatione quam postulat, potiatur effectu.

Gregorius Constantio episcopo Panormitano. Ecclesiæ Terracinensis visitationem committit. Caput. LXXIII.

Epist.73. Raternitati vestræ Ecclesiæ Terracinensis visitatio- F nis operam nos olim mandasse recolimus. Sed quia peruenit ad nos, quòd peccatis facientibus nec clerus illic, nec plebs tanta remanserit, quibus debeat interim episcopus ordinari: vtile esse perspeximus eãdem Ecclesiam, vel quicquid ipsius est, quousque illam vt domino placuerit ordinemus, vestræ deo auctore dispositioni committere. Et ideo sollicitudinem vos conuenit adhibere, vt quicquid possessionibus Ecclesiæ ipsius in qualibet re accedere potuerit, vobis in reparationem eiusdem Ecclesiæ siue cleri ipsius subuentionem proficiat: quatenus & nos remedium pro vestro labore capere, & illi aliquod valeant sustentationis habere solatium. Mobilia verò prædictæ Ecclesiæ facta subtiliter volumus describi notitia, nobisque transmitti, vt ex hoc quid fieri debeat, auctore domino disponamus. Circa actus autem vel disciplinam cleri vel filiorum Ecclesiæ ipsius magnam te habere curam necesse est, atque ita super pastorali studio vigilare: vt de animabus eorum non culpabilis sis, sed apud omnipotentem deum mercedem potius pos- I sis acquirere.

Gregorius Maurentio magistro militum. Theodosium abbatem commendat. Caput. LXXIIII.

Epistо.74. Ilius noster Theodosius abbas monasterij quod à Li- F berio quondam patricio in Campaniæ partibus noscitur esse constructum, à nobis precibus impetrauit, vt eum cum congregatione sua, vestræ deberemus gloriæ commendare. Asserit enim se in murorum vigiliis vltra vires suas vehementer affligi. Petimus ergo gloriam vestram, vt, siquidem est possibile, de eodem per vos onere releuetur. Si verò ex toto vt non fiat hoc est omnino difficile, vel ita illi ex nostra commendatione ipsum leuigantes pondus sollicitudinis temperetis, vt dum in dei laudibus liberior vacare voluerit, pro vobis, cuius opere vt leuationem aliquam habeat, factum est, securior valeat dominum exorare, sed & nostram sibi apud gloriam vestrã sentiat epistolam profuisse.

Gregorius Chrysantho episcopo Spoletano. De ordinatione clericorum Viuanensis Ecclesiæ. Caput. LXXV.

Epist.75. Nte hoc biennium fraternitati tuæ Viuanensis Eccle- A siæ visitationis deputauimus officium, in quo de amore Scrinij nostri nihil vos de prouectionibus facere voluimus clericorum. Nunc verò veniẽtes huc præsentium por K titores prædictæ Ecclesiæ clerici, dixerunt sacerdotes se nec in eadem Ecclesia, nec in eius parœciis habere. Hortamur igitur fraternitatem tuam, vt si quidem talem potuerint reperire personam, qui dignus ad episcopalis officij apicem valeat promoueri: huc eum cum solennitate decreti, vestrarumque testimonio literarum celerius dirigatis. Sin verò hoc inueniri non potest, cum omni studio ac viuacitate personas exquirite, qui illic in presbyterij ordine valeant cõsecrari. Quorum vitam actusque subtili prius inquisitione discutite, vt in nullo eis vel sacri canones, vel Ecclesiasticæ regulæ valeant obuiare, vt hac prouisione populus illic degens communione qua se priuatos ob sacerdotum necessitatem flebiliter conqueruntur, recepisse se gaudeãt, & in Ecclesiis illis sacra missarum solennia deesse non debeant. Sed & pro consignandis infantibus fraternitas tua illuc curet accedere: vt nihil sit quod pastoralis sollicitudinis neglecta vos cura remordeat.

Gregorius Castorio notario Rauennæ. De legitimo vsu pallij. Caput. LXXVI.

Epist.76. Vm Florentinus Rauennatis Ecclesiæ diaconus apud D nos pro reuerentissimo fratre & coëpiscopo nostro Mariniano de vsu pallij ageret, requisitus à nobis quę esset antiqua consuetudo, respondit, quòd in omnibus litaniis pallio Rauennatis Ecclesiæ episcopus vteretur. Quod ita non esse & ab aliis didicimus, & ex epistolis Ioannis quondam epi- L scopi, quas ei ostendi fecimus, euidenter apparuit. Sed hoc asseruit quod dicere iussus est. Nam tempore quo à te idem Ioannes quondam episcopus est inhibitus ne pallio inordinatè ac temerè vti præsumeret: scripsit nobis hanc fuisse priscam consuetudinem, vt ciuitatis ipsius episcopus pallio in litaniis solennibus vteretur. Quarum tibi literarum exemplaria pro tua informatione transmisimus. Adeodatus verò prædictæ Ecclesiæ diaconus, dum apud nos tempore quo hic fuit, similiter de eiusdem vsu pallij agere euixius studeret, volentes cognoscere veritatem, eum si militer quæ esset consuetudo curauimus requirendum. Qui vt credi sibimet suaderet, atque à nobis valeret quod perebat exigere: sub iureiurando testatus est, antiquam consuetudinem fuisse: vt in quatuor aut quinque solẽnibus litaniis pallio ciuitatis suæ episcopus vteretur. Experientia ergo tua diligenter inuigilet, & cum omni sollicitudine quot litaniæ solennes ab antiquitate fuerint, requirat. Nec eas solennes nominando requirere studeat, sed maiores: vt per hoc quod nobis præfatus Adeodatus diaconus testatus est, & prædicti Ioannis episcopi fatetur epistola, dum constiterit quantæ litaniæ solennes fuerint, quotiens iudui solebat in litaniis pallium cognoscentes, libentissimè cõcedamus. Sed hoc non ab illis perquirat, qui ab Ecclesiasticis exhibentur, sed ab aliis quos sine fauore partis esse cognoscit, & quæque sollicita indagatione repererit, nobis subtiliter indicet, vt veritate, sicut diximus, cognita, M fratris & coëpiscopi nostri reuerentissimi Mariniani animos releuemus.

Gregorius Tonello episcopo Erogatori. De eo quòd amat anima amantem se. Caput. LXXVII.

Epist.77. N nostra mente vestra magnitudo quantæ sit dulcedi- I nis, ex vestra, vt suspicor, mente pensatis: quia, sicut scriptum est, amat anima amãtem se. In eo ergo quod me diligitis, vos quoque à me diligi scitis. Et quod prius illuc Castorio chartulario nostro veniente, vobis minimè scripsi, non torporis fuisse credite, sed ægritudinis & occupationis. Nã nos & præsentes vos videre cupimus, & absentibus colloqui saltem per epistolam desideramus. Vnde & optamus vt vos beatus Petrus Apostolorum princeps ad sua limina feliciter perducat, quatenus in omnipotentis dei gratia perfrui præsentia vestra mereamur.

Gregorius Eulogio patriarchæ Alexandrino. De possessione Ecclesiæ, & lignis. Cap. LXXVIII.

Epist.78. Cripta dulcissimæ vestræ sanctitatis latore præsentiũ S deferente suscepi, quę mihi de eius causa citius terminanda locuta sunt. Sed mox vt venit, qualiter possessio quã quærebat, ab Ecclesia nostra tenebatur agnouit, sibiq; ipsi citius

A citius rationem reddidit. Ea autem quæ cum aliis habuit, sine strepitu decidit. De causa verò de qua mihi omnino scribendum fuerat, nihil vestra sanctitas scripsit, in qua me & tardum esse iudicauit, quæ ne fortasse in scandalo diuisionis erumperet, eiusdem diuisionis nolui auctor existere. Elegi enim vt ea quæ securitura sunt, per alios exirent. Sed subsequenti tempore, deo auctore, probabitis: quia in causa in qua deo placere cupio, homines non formido. De qua vobis iam etiam in Constantinopolitanam vrbem venientibus scribere curaui. Ligna verò, sicut beatitudo vestra scripserat, maiora parauerat: sed ita parua nauis huc transmissa est, vt nisi rescissa essent, ferre non posset. Quæ rescindi nolui, sed vestro iudicio quid de his fieri debeat reseruari. Si autem non sunt necessaria hic, ea in aliis vsibus aptamus. Pero autem vt pro me enixius vestra sanctitas orare debeat, quia & podagræ doloribus, & Barbarorum gladiis, & curarum afflictionibus incessanter premor. Sed si mihi orationis vestræ opem impenditis, credo quòd me contra aduersa omnia fortiter iuuetis.

Gregorius Mariniano episcopo Rauennæ. Quid de Maximo agendum sit. Caput. LXXIX.

Epist. 79. Q Væ de causa Maximi sint agenda, ex epistolis quas ad vos antè transmisimus, agnouistis. Sed quia qualis hac de re fraternitatis vestræ voluntas sit, ac magis pe-
B titio, præsente latore Castorio chartulario nostro renunciante cognouimus: ideo si idem Maximus coram vobis & prædicto chartulario nostro de simoniaca hæresi præstito se sacramento purgauerit: atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris, sicut scripsimus, tantummodo requisitus, liberum se esse responderit, causam ipsius, fraternitatis vestræ, de eo quòd excommunicatus missarum solennia agere præsumpsit, iudicio committimus: qua debeat pœnitentia talis culpa purgari. Et ideo quicquid vobis secundum deum placet, securi disponite: nec aliquid de nobis dubium habeatis. Nam si quid à vobis hac de causa fuerit ordinatum, nos & gratè suscipimus, & libenter admittimus. Hortamur tamen vt debeatis esse solliciti, & ita quæ fienda prospicitis temperetis, quatenus & illi quod videbitur benignè præstetis, & vigoris Ecclesiastici gemum, vt oportet, congrua dispensatione seruetis. Suprascriptum verò portitorem in præsenti quid vobiscum ei sit agendum, instruximus. A quo cuncta subtiliter addiscentes, sic vos in omnibus exhibete, vt in vestra sollicitudine nostram fuisse præsentiam sentiamus.

Gregorius Castorio notario. Post pœnitentiam consolatoriam Maximo dare iubet epistolam. Caput. LXXX.

Epist. 80. Q Vanto credi tibi à nobis, & necessarias vides causas
C iniungi, tanto te strenuum debes & sollicitum exhibere. Proinde si Maximus Salonitanus præstito sacramento firmauerit simoniaca se hæresi non teneri: atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris tantummodo requisitus, innoxium se esse responderit: & de inobedientia sua pœnitentiam, sicut deputauimus, egerit: volumus vt ad consolandum illum epistolam quam ad eum scripsimus, vbi ei & gratiam nostram, & communionem nos reddidisse signauimus, experientia tua dare debeat: quia sicut in contumacia persistentibus seueros nos esse conuenit, sic iterum humiliatis & pœnitentibus negare locum veniæ non debemus. Præterea de fratre nostro Sauiniano episcopo Iadertino, atque Honorato archidiacono Salonitano, vel aliis qui se ad sedem Apostolicam contulerunt, cum eodem Maximo omnino studiosè agendum est, vt illos in ea qua decet charitate suscipiat: & dolorem contra eos nullo modo in corde retineat, sed pura cum eis gratia & sincera dilectione viuat.

Gregorius Maximo Salonitanensi episcopo. De vsu pallij concesso. Caput. LXXXI.

Epist. 81. Q Vanuis culpabilibus ordinationis tuæ primordiis, graue malum per inobedientiæ culpam addideris, nos tamen sedis Apostolicæ auctoritatem eo quo decuit moderamine temperantes, nunquam contra te vsque adhuc, vt causa poscebat, exarsimus. Sed vt longius se ingratitudo nostra quam tu tibi excitasti produceret, credita nos sollicitudo vehementer angebat: ne quædam illicita quæ de te audieramus, negligenter omittere videremur. Quæ si bene consideres, ipse per te satisfacere differendo firmabas, atque ex hoc aduersum te zelum nostrum acrius incitabas. At vbi tandem salubri consilio vsus, iugo te obedientiæ humiliter submisisti: & tua dilectio pœnitentiam agens, digna se, vt deputauimus, satisfactione purgauit, redditam tibi gratiam fraternæ charitatis intellige, atque in nostro te receptum consortio gratulare: quia sicut perseuerantibus in culpa districtos, ita resipiscentibus nos benignos esse decet ad veniam. Postquam ergo fraternitas tua Apostolicæ sedis communionem se reparasse cognouit, personam ad nos transmittat, quæ pallium tibi deferendum ex more percipiat. Nam quemadmodum illicita perpetrari non patimur, sic quæ sunt consuetudinis non negamus. Licet autem ad hæc concedenda dispensatio nos loci nostri vocauerit, multum tamen à nobis petitio dulcissimi atque excellentissimi filij nostri domini Gallinici exarchi vt temperatius erga te ageremus, exegit. Cuius charissimam voluntatem nec pertulimus, nec potuimus contristare.

Gregorius Anatholio diacono. Marcellinum commendat. Caput. LXXXII.

Epist. 82. Onis deuotisque filiis ita nos opere dignum est re-
B spondere: vt quia debitum reddimus, id quod vltro E nos conuenit impendere, duplicemus. Quia igitur lator præsentium filius noster magnificus Marcellinus sic in causa se fratris & coepiscopi Maximi atque Histricorum exhibuit, & in Ecclesiæ nostræ vtilitates festinat impendere, vt sinceritatis suæ affectum non solum verbis, sed etiam opere magis magisque valeat demonstrare, idcirco dilectionem tuam his hortamur affatibus, vt ei in vrbe regia venienti toto studio, totaque intentione concurras, atque eum ita in omnibus tuis studeas solatiis adiuuare, vt omnipotentis dei ac tuis fultus auxiliis, minus illic debeat laborare. Quem etiam ita sicut reuerenostrum proprium attendere, atque ei affectum meæ charitatis in omnibus studebis impendere, quatenus & de præteritis sibi vicem reddità recognoscat, & magnam de futuro deuotionis suę, quam se ecclesiasticis exhibere vtilitatibus pollicetur, spem possit retributionis assumere. Quoniam verò, quantum didicimus, prædictum magnificum filium nostrum serenissimus dominus imperator ad sua sub festinatione iusserat vestigia properare, quæsita opportunitate, inferre te conuenit: quia non inobedientiæ culpa, sed fratris & coëpiscopi nostri Maximi eum causa retinuit. Quæ etsi tardè, finem tamen eo studente percepit. Hoc autem dilectionem tuam voluimus sollicitè attendere, ne se in quacunque causa vbi grauamen est pauperum, misceri consentiat, ne forte potentia personarum aliquatenus pressus, cogatur agere quod animæ illius non possit expedire. Cuncta ergo cum dei timore tractantes, æternam maximè mercedem perpendite. F

Gregorius Fantino defensori. De molestia Ianuariæ ab Anastasio. Caput. LXXXIII.

Epist. 83. Anuaria præsentium latrix, maximam se molestiam
I ab ingenuo Anastasio atque Bonifacio contra iustitiam pati commemorat, adeò vt de possessione quam per plurimos annos asseritur possedisse, eam, sicut ipsa ait, nitantur expellere. Et quia contra eos se ecclesiastica debere petiit tuitione defendi, experientia tua prædictos viros ad se euocet, eósque admoneat, vt illi mali facere nihil præsumant. Sed si quid sibi contra suprascriptam mulierem credunt iustè posse competere, iudices cum ea eligant, & quæ inter eos fuerint diffinita, tuo pro quiete partium solatio compleantur. Si verò eos differre cognoueris, antefatæ mulieri, salua æquitate, tuitionem impendas, & eam contra rationis ordinem nullo modo grauari permittas.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. Ianuariæ reliquias sanctorũ Seuerini & Iuliane dare iubet. Caput. LXXXIIII.

Epist. 84. Anuaria religiosa fœmina, petitoria nobis insinuatio-
I ne suggessit, quod habetur in subditis, in massa Furiana iuris sui oratorium se pro sua deuotione fun-

G dasse, quod in honorem sanctorum Seuerini confessoris, & Iulianæ martyris desiderat consecrari. Et ideo frater charissime si in tuæ parœciæ memorata constructio iure consistit, & nullum corpus ibidem constat humatum, percepta primitus donatione legitima, id est, in reditu præstantes liberos à tributis fiscalibus solidos decem, gestisque municipalibus alligata, prædictum oratorium absque missis publicis solenniter consecrabis: ita vt in eodem loco, nec futuris temporibus baptisterium constituatur, nec presbyterum constituas cardinalem. Sed si missas ibi fieri suprascripta conditrix fortè maluerit, à dilectione tua presbyterum nouerit postulandum: quatenus nihil tale à quolibet alio sacerdote vllatenus præsumatur. Sanctuaria verò susceptа sui cum reuerentia collocabis.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. Ianuariæ reliquias sanctorum Seuerini & Iulianæ dare iubet.
Caput. LXXXV.

Epist.85. I Anuaria religiosa fœmina sanctuaria beatorum Seuerini confessoris, & Iulianæ martyris oblata petitione sibi postulat debere concedi: quatenus in eorum nomine oratorium propriis sumptibus constructum posit solenniter consecrari. Et ideo frater charissime præfatæ Ianuariæ desideriis ex nostra te præceptione conuenit obedire: vt deuotionis suæ in consecratione quam postulat potiatur effectum.

Gregorius Constantio episcopo Mediolan. De reliquiis sanctorum Ioannis & Pancratij martyrum.
Caput. LXXXVI.

H

Epist.86. L Ator præsentium Euentius diaconus fraternitatis vestræ nobis talia intimat sibi à vobis iniuncta, vt reliquias beati Pauli Apostoli, sed & beatorum Ioannis & Pancratij per eum ad vos dirigere deberemus. Quam petitionem vestram curauimus effectui mancipandam. Fraternitas ergo vestra solito studio perserutari non differat, quatenus in locis quibus condendæ sunt, luminaria vel alimonia ibidem seruientium ante dedicationem loci ipsius debeant profligari, & tunc in eisdem locis directa, sanctuaria sui cum reuerentia collocentur: ne loca deo dicata si prædicta prouisio omissa nũc fuerit, futuris temporibus destituta, quod absit, seruientium reperiantur obsequiis.

Gregorius Fortunato episcopo Mediolanensi. De visitatione Cadinensis Ecclesiæ.
Caput. LXXXVII.

Epist.87. C Ognoscentes Ecclesiam Cadinensem diu sacerdotis proprij regimine destitutam, fraternitati tuæ eiusdem Ecclesiæ visitationis operam solenniter delegamus. Quam ita te conuenit exhibere: vt nihil de prouectionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriisque vel quicquid illud est in patrimonio eiusdem, à quoquam præsumatur Ecclesiæ. Et ideo fraternitas tua ad prædictam Ecclesiam ire properet: & assiduis adhortationibus clerum, plebemque eiusdem Ecclesiæ admonere festinet, vt remoto studio, vno eodémque consensu talem sibi præficiendum expetant sacerdotem, qui & tanto ministerio dignus valeat reperiri: & à venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum solẽnitate decreti omnium subscriptionibus roborati, & dilectionis tuę testimonio literarum ad nos sacrandus occurrat. Commonentes etiam fraternitatem tuam, vt nullum de altera eligi permittas Ecclesia: nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis, in qua visitationis impendis officium, nullus ad episcopatum dignus, quod euenire non credimus, potuerit inueniri. Prouisurus ante omnia, ne cuiuslibet conuersationis seu meriti laicæ personæ aspirare præsumant: & tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras.

I

Gregorius clero, ordini, & plebi consistenti Tadinæ. De episcopo eligendo. Cap. LXXXVIII.

Epist.88. C Ognoscentes Ecclesiam vestram diu sacerdotali regimine destitutam, curæ nobis fuit eiusdem Ecclesiæ visitationem fratri & coëpiscopo nostro Gaudioso, Egabinæ Ecclesiæ solenniter delegare. Cui dedimus in mandatis: vt nihil de prouectionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriisque à quoquam vsurpari patiatur. Cuius vos assiduis adhortationibus conuenit obedire, & remoto strepitu, vno eodémque consensu, talem vobis præficiendum expetere sacerdotem, qui & à venerandis canonibus nulla discrepet ratione, & tanto ministerio dignus valeat reperiri. Qui dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati, & visitatoris pagina prosequente ad nos veniat ordinandus. Prouisuri ante omnia, ne cuiuslibet vitæ vel meriti laicam personam præsumatis eligere. Et non solum ille ad episcopatus apicem nulla ratione prouehatur: verumetiam vos nullis intercessionibus veniam promereri posse cognoscite. Sed omnes quos ex vobis de laica persona aspirasse constiterit ab officio & à communione alienos faciendos proculdubio noueritis. K

Gregorius Seuero episcopo Anconitano. Visitationem iniungit Ausinæ ciuitatis. Cap. LXXXIX.

Postquam ciuitas Ausina deo iuuãte recuperata est, atque à republica teneri dinoscitur: magna de Ecclesia ipsa sollicitudo habenda est: maximè quia glorioſus filius noster Bahan magister militum, à nobis pro hac re auxilium speraſſe dinoscitur, atque ideo ad fraternitatem tuam præsentia curauimus scripta dirigere: vt eidem Ecclesiæ ex more visitator accedas. Quam ita te cõuenit exhibere: vt nihil de prouectionibus clericorum &c. vt suprà epistola. lxxxvij. *Epist.89.* P

Gregorius clero, ordini & plebi Ausinæ ciuitatis. De eligendo episcopo. Caput. XC.

Epist.90. C Ognoscentes Ecclesiam vestram diu pastorali sollicitudine destitutam: postquam ciuitatem vestram recuperatam, & in iure reipublicæ, auxiliante domino, cognouimus restitutam: curæ nobis fuit Ecclesiæ vestræ visitationem fratri & coëpiscopo nostro Seuero Anconitanæ ciuitatis episcopo solenniter delegare. Cui etiã dedimus in mãdatis &c. vt suprà epistola. lxxxviij. L

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De abbate instituendo. Caput. XCI.

Epi.91. Q Via seruorum dei pater, quem in Neapolitana ciuitate transmiseram: deo, sicut ei placuit, disponente defunctus est: visum mihi est latorem præsentium Barbatianum monachum pro eorundem monachorum gubernatione trãsmittere. Quem ad præsens præpositum esse decernimus, *vt si eius vita tuæ fraternitati placuerit: hunc post aliquantum* temporis eorum patrem debeas ordinare. Sunt enim bona quæ in eo placeant. Sed hoc est in illo vehemens vitium, quia valde sibi esse sapiens videtur. Ex qua radice quanti rami peccati valeant prodire, patenter agnoscitur. Tua itaque sanctitas circa eũ sollicitè inuigilet, & si hunc cautum in regimine, & humilem in suo sensu fieri cognouerit, tunc eum ad abbatis honorem, deo auctore, perducat. Si verò minus in humilitate proficit: eius ordinationem differat, mihique renunciet.

Gregorius Victori episcopo Panormitano. De ordinando sacerdote in monasterio Præcoritano. Caput. XCII. M

Epist.92. D Esiderium quod ad religiosum propositum, & animarum salutem pertinere monstratur: sine aliqua, deo auctore, est dilatione complendum. Et ideo quia monachorum congregatio quę in monasterio Præcoritano consistit, pro sacris missarum solennibus peragendis presbyteri indigere probatur officio: atque de sua sibi congregatione in hoc ordine postulant consecrandum: fraternitatem vestram scriptis præsentibus adhortamur, vt eum quem sibi de congregatione sua vnanimes duxerint eligendum, in prædicto monasterio sine mora vel excusatione aliqua presbyterum debeat ordinare, atq; eum nec in Ecclesia, nec in loco alio obseruare, sed illic iugiter permanere ex nostra quoque auctoritate constituat: quatenus & ille dum alibi non fuerit occupatus in officio suo assiduus possit & vtilis inueniri: & congregatio quæ sibi eum postulat ordinari, quotiens necesse fuerit, ipso sacrificij solennitatem veneratione debita celebrante, valeat refoueri.

Gregorius Basilio. De schismaticis. Caput. XCIII.

Epist.93. M Vltum cor nostrum vestræ magnitudini congaudet, quòd sic vos studioſos in vestris actionib⁹ inuenimus, vt vobis & apud homines gloriam, & apud omnipotentem deum præmia mercedis acquiratis. Inter alia igitur laudanda

A laudanda quæ agitis, qualiter vos contra Histricorum schisma pro vnitate Ecclesiæ amoris olim feruor accenderit: & multorum testificatione, & nostrorum modo plenè relatione cognouimus. Vnde redemptoris nostri misericordiam exoramus, vt sua vobis in omnibus gratia suffragetur: & effectu vos implere tribuat, quòd velle concesserit. Quia ergo hac in re tanto commoda retributionis accrescunt, quanto & studium laboris augetur, paterna dilectione salutantes: hortamur vt opportunitate occasionis inuenta, efficaciam vestram exercere enixius debeatis. Atque id modis quibus possibile fuerit omni studio agere contendatis: quatenus prædicabile desiderium vestrum de reuersione errantium adiuuante domino compleatis. Præsentium verò portitorem Castorium chartularium nostrum, quem pro quibusdam illic causis transmisimus: magnitudo vestra vt bona sua multiplicet, suis in omnibus studeat solatiis adiuuare. Omnipotens deus sua vos protectione cum filiis & omni domo vestra ab omni aduersitate tueatur atque custodiat: vobisque & præsentis vitæ prosperitatem, & lætitiam futuræ concedat.

Gregorius Mastaloni. De zelo eius iusto pro domino. Caput. XCIIII.

Epist. 94. R Esponsalium nostrorum relatione comperimus, quòd pro amore vnitatis Ecclesiæ tantus vos diuini zeli ardor accenderit, vt quoscunque valueritis non desina-
B tis ad sinum matris Ecclesię reuocare, atque vt bonus fidelisque famulus lucrum quotidie de accepto dono, domino & redemptori nostro cum summa mentis intentione facere non desistatis. Et quidem venientem ad nos vt potuimus ex corporalis visus ostensione didicimus: bonum verò quòd ex diuina inspiratione in mentis tuæ charitate manebat occultum, desiderabilius nunc operis attestatione cognoscimus. Vnde diuinæ misericordiæ gratias ineffabili laude reddentes: hortamur dilectionem tuam, atque quibus valemus admonitionibus confortamus, vt quantum te acceptum talentum occultantis pœna perturbat: tantum lucrum facientium, atque per hoc de cœlestis regni perceptione lætantium, dominicæ vocis inuitatio te desiderabiliter ad petenda corroboret. Scire te nanque dilectissime fili conuenit, quòd fructus huius quem apprehendisti studij, retributionis suæ non careat fine. Et ideo præpedientium te nulla, vel si est, debet cõtrarietas perturbare: quia quãto ex difficultate causæ bonum perfici domino cooperante valuerit, tanto tibi erit & gloriosius retributionis spes. Excellentior nanque nascitur ex desperatione victoria, quæcunque fuerit laboris nimij adepta sudoribus. Cognouimus etiam quòd Theodosius filius noster tui sequax: boniq; cooperator studij, pariter tecum in sollicitudine lucrandarum animarum solerter inuigilet. Cui omnipotentem deum intercessione beati Petri Apostolorũ principis retributorem citius esse confidimus.

Gregorius Gulfari magistro militum. Vt melius quotidie proficiat. Caput. XCV.

C Epist. 95. L Atores præsentium de Histrię ad nos partibus venientes, tanta nobis bona gloriæ vestræ retulerunt, vt in reddendam nos vobis gratiarum actionẽ vehementer accenderent. Cognouimus nanque quòd inter curas iniunctæ vobis gubernationis illarum partium prȩcipuam de animarum lucris sollicitudinem habeatis: & ita errantium corda ad vnitatem festinare vos Ecclesiæ reuocare, vt quantum ad desiderium vestrum pertinet, nullum illic ab Apostolica segregatum remanere velitis Ecclesia: tantusque vos beati Petri Apostolorum principis amor accenderit: vt ouile ipsius cui à domino omnes creaturæ sunt traditæ, summo reintegrare cum desiderio cupiatis. Habe glorioſi fili ex tanto taliq; opere præfixam de diuina retibutione fiduciam, in qua vos non solum nostra adhortatio, sed Apostolicus quoque sermo confirmat: quia is qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum. Quantalibet enim sit temporalis affluentia vel certè prosperitas, habet finem suum terminum mortis. Hoc verò quod de animarum lucris apprehendistis studium: tenet fixam spei suæ certitudinem, æternæ scilicet vitæ retributionem. Quapropter paterno salutatio-
D nis affectu hortamur gloriam vestram: vt pro vnitate sanctæ fidei zelum quem vobis ipse vnitatis auctor tribuit, studiosius peragatis: & quousque potueritis, in sinum matris Ecclesiæ ab schismatis sui reuocantes errore, adhortatione continua foueatis. Hoc etiam peragentes, vt & quos per vos dominus suo ouili redintegrari concesserit: ita defensionis vestræ solatiis protegatis, vt non sit quò hi qui adhuc in errore sunt positi, reuertentes ad salubre consilium valeant applicare. Dum enim vos causas dei in terra agitis, ipse & hic actus vestros protectionis suæ feliciter ope disponit, & in æterna vobis vita quam cupitis, pro tanto bono vestro retributio existet.

Gregorius Romano defensori. De Histrianis ad vnitatem Ecclesiæ reuersis. Caput. CXCVI.

Epist. 96. P Ræsentium portitores huc de Histriæ partibus veniẽtes, ad episcopum suum, qui nunc in Siciliæ degit partibus, cum nostro se perrexisse solatio popoſcerunt. Quos hinc ordinantes fecimus ambulare. Suscipiens ergo eos experientia tua ordinet qualiter ad prędictum episcopum suum velocius valeant peruenire: ne sicut astruunt, schismaticorum illarum partium eos alij ad persuadendum præueniant. Quantum enim indicant, ipse episcopus pro vnitate fidei ad nos habet desiderium veniendi. Concurrendum ergo illis est: vt bona quæ cupiunt, domino adiuuante valeant perficere. Sed experientia tua
E aut per se si in vicino est: aut suis epistolis eundem episcopũ adhortetur, vt propiciãte domino, ad Apostolorum limina properare festinet, sciturus quòd à nobis cum omni suscipiatur affectu. Cui expensam itineris qualiter ad nos veniat, præbere te volumus. Sin verò onerosum illi est huc venire: & Siciliam habitare disponit, atque in vnitate Ecclesiæ apud scripturarum peruersores cum cautela permanere consentit: & hoc nobis tua suggestione indicare non differas: vt qualiter illic consultum habeat, expensare auxiliante domino disponamus. Sed & harum latores quemadmodum ad eundem episcopũ suum veniant, tuæ concursionis sit atque solatij: vt venientes à nobis nihil minus sentiant.

Gregorius Gallinico exarcho Italiæ. De schismaticis ad Ecclesiam redeuntibus. Caput. XCVII.

Epist. 97. A Pud excellentiam vestram tanto nobis quæ petimus velut impetrata iam credimus: quanto & hoc quod petitur, ab officio nostro non discrepat: & vos inter curas fluctuationum secularium æternæ quoque ex hoc cumulus retributionis expectat. Harum siquidem latores de Histriæ ad nos partibus venientes, schismaticorum, inter quos erant positi, vitantes errorem, vnitati Ecclesiæ subdi salubriter cupierunt. Quorum boni intentionem operis perpendentes, in sinum matris Ecclesiæ competenti cum exhortatione susceꝑimus, eosque nostræ desiderantes Ecclesiæ militare gratè concessimus. Præmisso quapropter excellentiæ vestræ paternæ salutationis affF ectu: petimus vt eos pro bono desiderij sui quo ad Apostolorum principis petram solidam concurrerunt: ne fluctuantium adhuc erroribus mixti naufragium desperatæ saluti incurrerent, habere diguemini commendatos: quatenus ad propria remeantes, nullis propter hoc bonum quod appetisse noscuntur, peruersorum inquietudinibus perturbentur: sed magis in omnibus auxilium vestræ tuitionis inueniant: vt ex eorum quiete, aliorum adhuc in schismate positorum corda flectantur, atq; horum per bonum vestri patrocinij prouocati sequaces existãt. Ad augmentum nanque mercedis vestræ pertinet, si inter curas bellicas sicut corpus ab exteriori hoste, sic animam ab interni insidiatoris impugnatione protegatis.

Gregorius Mariniano episcopo Rauennæ. De schismaticis ad Ecclesiæ vnitatem reuersis. Caput. XCVIII.

Epist. 98. L Atores præsentium ad nos de Histriæ partibus venientes, vnitati se Ecclesiæ subdi auxiliante domino cupierunt. Quos pro sui laude desiderij cum affectu susceꝑimus: eosque de conseruatione adeptæ vnitatis præmissa exhortatione, nostræ quoque, sicut eorum desiderium erat, Ecclesiæ fecimus militare. Quos fraternitas vestra gratanter excipiat, eisque opem vt exegerint, libenter impendat: quatenus ad

G nus ad propria reuertentes, nullis, vt boni operis sui pœniteant, peruersorum inquietudinibus fatigentur. Magis autem apud excellentissimum filium nostrum Exarchum id studiosius peragite: vt suis illos iussionibus apud eos, quorum illic interest, securos in omnibus reddat: vt horum quiete aliorum quoque adhuc in schismate positorum animi ad conuersionis gratiam prouocentur.

Gregorius habitatoribus Capreæ insulæ. De episcopo eis constituendo.

Caput. XCIX.

Parte.99. Edemptor noster dei hominumque mediator condi-
R tionis humanæ non immemor, sic imis summa coniungit: vt ipse in vnitate permanens, ita temporalia occulto instinctu pia consulens moderatione disponat, quatenus de eius manu antiquus hostis nullatenus rapiat, quos ante secula intra sinum matris Ecclesiæ coadunandos esse præsciuit. Nam etsi quisquam eorum inter quos corporaliter degit, flatibus motus ad tempus vt palmes titubet, radix tamen rectæ fidei, quæ ex occulto prodit, diuino iudicio virens manet: quæ accepto tempore fructum de se ostentare valeat qui lateat. Quod in vobis nunc ex desiderio vestro gestum esse superni respectus illustratione cognoscimus: qui schismaticorum inter quos habitatis pertinaciam refutantes, coadunari ouili dominico mente promptissima ipsa rei operatione monstratis. Quibus
H enim scissura displicet, sanos velle se esse testantur: & reprobantes errorem, ostenditis vos amare quod rectum est, vitare quod deuium. Hinc est quòd nos & vestra dudũ directa petitio, & latorum præsentium responsalium vestrorum salubria postulantium lætificauit aduentus: per quos significastis vos & deuios reprobare gressus errãtium, & rectum salutis iter quærere, per quod vnitati vos sanctæ Ecclesiæ reformãtes, ad retributionem bene operantium, qui intra eius sinum constituta est debitam, tendere tis. Vnde sic laudabilem, vestræque in æternum animę profuturam voluntatem vestram cum omni gaudio sumus libẽ ter amplexi. Hoc cum domini auxilio disponentes, vt siquidem episcopus quem vobis in vestra reformari petiueratis Ecclesia, à schismaticorum lapsu se segregans, Ecclesiæ voluerit vnitati coniungi: fratri & coëpiscopo nostro Mariniano euidenter scripsimus, qualiter petitionem vestram ex nostra auctoritate debeat confirmare. Sin verò, quod optandum à nobis non est, ab illorum se noluerit schismate separare, idem quomodo vestra Ecclesia proprium habere valeat sacerdotem, prædicto fratri & coëpiscopo nostro scripsimus: quatenus in vtroque & pia mentis vestræ deuotio sortiatur effectum: & grex dominicus contra insidiantis inimici iacula sit securus.

Gregorius Felici in Sicilia. Conqueritur ab Ecclesia suas possessiones fuisse occupatas.

Caput. C.

I
Epist.100. Vsceptis magnitudinis vestræ epistolis contristati su-
S mus: quòd ab actoribus Ecclesiæ Syracusanæ quasdã possessiones, quas vos tenuisse dicitis, occupatas irrationabiliter indicastis. Sed credimus quia hoc ad fratris & coëpiscopi nostri Ioannis notitiam non peruenit. Nam absolutè poterat cognita veritate si quid illicitè factum est, emendare. Et ideo quia legali prouisione decretum est tam momẽti q̃ proprietatis causam in vno eodemq; iudicio debere cognosci, nec nos contra inaudita aliquid possumus definire: prædicto fratri nostro scripsimus, vt actores Ecclesiæ suæ deputare debeat: qui nobiscum sine mora electorum possint subire iudicium: ne aut vos res vestras sine cognitione, sicut querelam facitis, amittere: aut pars altera videatur præiudicium sustinere. Gloria ergo vestra nullas in eligendo iudicẽs moras interserat aut difficultates, vel differat ad causam accedere. Nam omnino de supradicti fratris & coëpiscopi nostri moribus certi sumus, quia facere quicquid rationis ordo exegerit, non recuset.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. Quòd cum Felice iudicium subeat.

Caput. CI.

Parte.101. Felix vir memorandus suis nobis epistolis questus est, fra-
ternitatis vestræ actionarios possessiones quas tenuerat, illicitè & contra iuris ordinem peruasisse, petens ablata sibi re- K
stitui: & se cum eis, si tamen causam voluerint dicere, paratum esse in iudicio sine aliqua dilatione consistere. Quod si ita est, quia quid legalis ratio habeat non nescitis: oportet vt omni mora postposita, actores vestræ Ecclesiæ deputetis, vt cum eo debeant eligere cognitores: qui tam momenti, quàm principalis rei quæstiones cognoscere valeant & finire: ne si qualibet occasione dilatum fuerit, & ipse pati præiudicium, & partes Ecclesiæ non habere iustitiam videantur. Ita ergo agite, vt sub omni celeritate iudicium eligatur. Nam nos sic causas Ecclesiæ vestræ fieri volumus, vt nec dispendium contra æquitatem sustineat: nec ad vestram possit aliquid inuidiam sustinere.

Gregorius Theodoro curatori Rauennæ. De pace facta cum Longobardis.

Cap. CII.

Epist.102. Iccèt multa de vobis ad nos olim, referentibus respon-
L salibus nostris, quæ animos nostros lætificarent peruenerint: nunc autem remeans filius noster Probus abbas, tanta de gloriæ vestræ amplius charitate retulit, quanta de bono reuera & Christianissimo decet filio prædicari. Et quoniam tantum sibi affectum impensum, ac tale studium in ordinãda pace vos habuisse narrauit: quale nec in nostris ciuibus, qui illic antè inuenti sunt extitit, supernæ protectionis misericordiam postulamus, vt hanc vobis vicem in corpore & in anima hic & in futuro retribuat: qui pro multorum salute vigilanter L
agere quę erant vtilia non cessastis. Indicamus itaque Arnulphũ de seruanda pace, non vt rex ipsius iurauit, sed sub conditione si sibi in quoquam excessum non fuerit: aut si nullus contra Arogis exercitum ambulauerit, sacramenta præstitisse. Quod quia omnino iniquum & dolosum est, nos tanquam si non iurasset putamus: quia in aliquid parum facilem sibi exercendi occasionem inueniet: & plus nos si de eo suspecti non fuerimus, decipiet. Vnamilfrida verò ad cuius consilium idem Arnulphus cuncta agit, omnino iurare despexit. Et id contingit vt ex pace quam multum desiderauimus, nos in his partibus nullum penè remedium habere possimus: quia de eisdem hostibus de quibus suspecti nuncusque fuimus, adhuc & in posterum suspecti sumus. Cognoscat præterea gloria vestra homines regis qui huc transmissi sunt, imminere, vt in pacto debeamus subscribere. Sed recordantes eorum quæ Agilulphus Basilio viro clarissimo conuitia super nos in beati Petri dixisse fertur iniuriam: quanuis hoc penitus idem Agilulphus negauerit, à subscriptione tamen abstinere præuidimus: ne nos qui inter eum & excellentissimum filium nostrum domnum Exarchum petitores sumus & medij, si quid fortè clàm sublatum fuerit, falli in aliquo videamur: & nostra ei promissio in dubium veniat: & si qua de futuro, quod absit, necessitas fuerit, occasionem inueniat qualiter nostræ petitioni consentire non debeat. Et ideo petimus vt
M sicut & à prædicto filio nostro excellẽtissimo popposcimus, gloria vestra ea qua nobis charitate vnita est peragat: quatenus antequam homines ipsi ab Arogis reuertantur, rex eis sub festinatione scripta transmittat: quæ tamen ad nos deferantur, in quibus eis præcipiat vt nos subscribere non petant. Sed si tantum est, glorioſum fratrem nostrum vel de episcopis vnum, aut certè archidiaconum subscribere faciemus. De persona verò Augusti gratias agimus, atque studemus, vt cum aduersario suo causam suam secundum æquitatem definiat: quia ita illi ne illuc exhiberetur laborem imponi voluimus: vt tamen aduersario ipsius iustitiam non negemus. De aliis autem quia dignè vobis gratias agere necdum occurrimus, in subsequenti responsalem dirigimus, per quem in charitate qua ad alterutrũ nexi sumus, amplius miserante domino constringamur. Præterea gloriæ vestræ mœror nos vehementer afficit. Sed quia vir sapiens ea quæ per consolationem dicenda sunt, cuncta nouit, verbis consolari cessamus: sed oratione prosequimur, petentes vt omnipotens deus vitam & salutem vestram vestrorumque omnium pietatis suæ protectione custodiat: & cor vestrum in afflictione positum consoletur.

Gregorius Occiliano tribuno. De ordinatione eius, & de Sanino episcopo.

Caput. CIII.

Cognoscentes

A Epist.103.

C Ognoscentes magnitudinem vestram de Rauennatis partibus cum ordinatione excellentissimi filij nostri domini Exarchi Hydruntinam ciuitatem fœliciter remeasse, grate suscepimus: & dominum exoramus quo actus vestros suæ propitiationis opitulatione disponat. Sauinus siquidem frater & coepiscopus noster ad nos veniens, graues nobis ciuium suorum querelas innotuit: asserens à viatore ex tribuno Hydruntinæ ciuitatis multa se hactenus illicita pertulisse. Magnitudinem ergo vestram paterno salutantes affectu hortamur: vt quicquid pridem malè gestum esse cognoscitis, iudiciaria debeatis emendatione corrigere, Scitis etenim quòd locus ipse Ecclesiæ nostræ sit proprius: & ipsi pauci qui illic rustici remanserunt, si in aliquibus incompetētibus angariis vel oppressionibus affliguntur, locum ipsum deserunt: &, quod non optamus, hostibus datur illum occasio peruadendi. Prædictum ergo episcopum, omnesque habitatores loci ipsius, vobis peculiariter commendamus: vt non solum nullis illicitis iniunctionibus onerentur: sed magis ex commendatione nostra vestra sibi in omnibus sentiant adesse solatia: vt & beatus Petrus Apostolorum princeps, cuius res ipsa est, vobis retributor existat: & nos in vestris promptius vtilitatibus commodemus.

Gregorius Sauiniano episcopo Callipoli. De hominibus suis ab aduersariis defendendis.
Caput. CIIII.

B Epist.104.

I Ndicatum nobis est quòd homines Callipolitani castri, in quo te propiciante domino esse constituimus sacerdotem, grauibus diuersorum molestiis affligantur: atque in longinquis angariis multisque dispendiis conteran tur. Hortamur ergo fraternitatem tuam, vt quia & locus ipse nostræ, sicut cunctis notum est, Ecclesiæ esse dinoscitur, sollicitudinem tuam rectæ defensionis zelo succendas: eosque non permittas illicitis prægrauari: quia & exemplaria tibi priuilegiorum Ecclesiæ de scrinio nostro ob hoc fecimus dari: quatenus informatus ex omnibus qualiter habitatores loci illius defensare valeas, non ignores. Volumus etiam vt massæ ipsius Callipolitanæ homines sub sollicitudinis tuæ cura, à futura tertia indictione habere debeas, atque de eorum releuandis molestiis esse cautissimum: & adhibita sollicitudinis cura vniuscuiusque vires quid præstare de sua pensione Ecclesiæ vtilitatibus valeant, cautè cognoscere: ac secundùm vires suas ad persoluendum quenque disponere. De qua ordinatione fraternitas tua subtiliter facta notitia quid dare ipsi homines totius Callipolitanæ massæ possunt, indicare non differas: vt sciamus quid exinde disponere auxiliante domino valeamus. Ad Sergium verò defensorem præcepta direximus: vt in hac tibi re non solum non audeat esse contrarius, sed vobis magis vbi valuerit solatia subministret.

C

Gregorius Sergio defensori. De Fruniscendo obnoxio Ecclesiæ Hydruntinæ.
Caput. CV.

Epist.105.

R Euerentissimus frater noster Petrus Hydruntinæ ciuitatis episcopus, questus est nobis per Vincentium diaconum suum, Fruniscendum Ecclesiæ suæ in multis existere debitorem: & non solum nolle eum satisfacere de his quibus tenetur obstrictus: sed etiam contemnere subire iudicium. Inde experientiæ tuæ præsenti auctoritate præcipimus, vt eum admonere studeat: quatenus si quid de obstrictu Ecclesiæ se redhibere cognoscit, satisfacere dilatione postposita non desistat. Alioquin mora cessante ad electorum te compellente accedat iudicium. Et quicquid veritate cognita mediis sacrosanctis Euangeliis fuerit statutum: ita ad affectū executionis tua instantia perducatur, vt huius rei querela ad nos denuo non redeat.

Gregorius Sergio defensori. De Petro puero fuga lapso.
Caput. CVI.

Epist.106.

F Ilius noster vir magnificus Occilla tribunus Sirontinæ ciuitatis ad nos veniens puerum vnum, Petrum nomine, artis pistoriæ ex iure germani nostri ad eum noscitur perduxisse. Quem nunc fuga lapsum ad partes illas reuerti cognouimus. Experientia ergo tua antequam ad Reatinam ciuitatem valeat is ipse contingere: sub qua valueris celeritate, D vel ad episcopum Hydruntinæ ciuitatis, vel ad prædictum tribunum, vel ad alium quem in loco tuo te habere cognoscis, scripta dirigas, vt vxorem vel filios prædicti mancipij sub omni habere debeant cautela, atque de ipso sollicitudinem gerere, vt peruenies valeat detineri: & mox cum rebus suis omnia quæque ad eos pertineant, naui impositis per fidelem personam huc modis omnibus destinari. Experientia itaque tua cum omni hoc studeat efficacia, solertiaque perficere: ne de neglectu vel mora nostros, quod non optamus, animos offendas.

Gregorius Fortunato episcopo Neopolitano. Ne milites in monasterio virginum hospitentur.
Caput. CVII.

Epist.107.

I Nsinuauit nobis latrix præsentium Angela Abbatissa quòd intra monasterium ipsius milites hospitentur. Et omnino de fraternitatis vestræ sollicitudine mirati sumus, cur hoc patienter tulerit, & non illud cum omni celeritate fecerit emendari. Vnde hortamur vt vel nūc studij vestri sit instanter eis quorum interest imminere: quatenus sine aliqua exinde excusatione tollantur: & nullus illic vlterius hospitium accipiat, ne callidus hostis occasionem inueniens deceptione religiosi habitus, quod absit, valeat exultare.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De diuisione populi Neapolitani. E
Caput. CVIII.

Epist.108.

Q Vorundam in Neapolitana consistentium ciuitate relatione de quibusdam capitulis Stephano deferente suscepimus. De quibus Theodorus vir magnificus maior populi ad nos veniens, antè questus iam fuerat, à fraternitate tua in eis fuisse præiudicia irrogata. Sed & alteram quorundam relationem in prædicta vrbe degentium: qui prædicti maioris populi partem sequuntur, accepimus. Ex quibus liquidò comperimus in duas se partes populum diuisisse. Et quia nobis triste & tibi graue est inter habitatores memoratæ ciuitatis prodisse discordiam: quorum vnitati studere debueras ac concordiæ: ideo fraternitatem tuam his hortamur affatibus, vt cessante omni excusatione, personam huc instructam sub festinatione transmittas: quæ aut in electorum, aut certè in deputatorum à nobis iudicio, si qua pro tuis partibus sunt agenda, aduersariorum intentionibus ac obiectis per omnia valeat respondere: vt veritate cognita, salubrem hic finem causa suscipiat: quatenus rationabiliter omnibus capitulis quæ in altercationem venerant terminatis, nullas in hac contentione ingrauedo vires accipiat: sed sola inter te & filios tuos pax, sicut decet, & charitas perseueret. Quia ergo exortæ contentiones nulla illic possunt ratione distingui: quippe vbi tanta in habitatoribus est nata dissensio, vt nullus sit qui possit in iudicio respondere, siue F defendendæ alternæ partis studio remanere: ita fraternitas tua agat vt in transmittenda persona, sicut diximus, nullam tarditatem qualibet excusatione subiungat.

Gregorius Sereno episcopo Massilien. De imaginibus in Ecclesiis non confringendis.
Caput. CIX.

Epist.109.

Q Vod fraternitati vestræ tam serò transmittimus, non hoc torpori, sed occupationi deputate. Latorem verò præsentium dilectissimum filium nostrum Cyriacum monasterij nostri patrem vobis in omnibus commendamus: vt nulla hunc in Massiliēsi ciuitate mora detineat: sed ad fratrem & coepiscopum nostrum Syagrium cum sanctitatis vestræ solatio deo protegente proficiscatur. Præterea indico dudū ad nos peruenisse quòd fraternitas vestra quosdam imaginum adoratores aspiciens, easdem Ecclesiæ imagines cōfregit atque proiecit. Et quidem zelum vos, ne quid manu factum adorari possit, habuisse laudauimus: sed frangere easdem imagines non debuisse iudicamus. Idcirco enim pictura in Ecclesiis adhibetur, vt hi qui literas nesciunt, saltem in parietibus videndo legant quæ legere in codicibus non valent. Tua ergo fraternitas & illas seruare, & ab earum adoratu populum prohibere debuit: quatenus & literarum nescij haberent vnde scientiam historiæ colligerent: & populus in picturæ adoratione minimè peccaret. *Imagines quid prosint.*

Gregorius

G *Gregorius Syagrio, Betherio, Virgilio, & Defiderio, epiſcopis aparibus. De ſimoniaca hæreſi, & quòd neophytus non ordinetur: nec epiſcopi cum mulieribus maneant.*

Caput. CX.

Epiſto. 110. C Aput noſtrum, quod Chriſtus eſt, ad hoc ſua eſſe mẽbra nos voluit: vt per compagem charitatis & fidei, vnum nos *in ſe* corpus efficeret. Cui ita corde adhærere nos conuenit: vt quia ſine ipſo nihil eſſe poſſumus, per ipſum poſsimus eſſe quod dicimur. Ab arce capitis noſtri res nulla nos diuidat, ne ab ea, ſi eius eſſe membra refugimus, relinquamur: & velut ẽrecti de vite palmites areſcamus. Vt ergo redemptoris noſtri eſſe habitaculum mereamur, in dilectione *Ioan.14.* ipſius toto mentis ſtudio maneamus. Ipſe nanque ait: Qui diligit me, ſermonem meum ſeruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Sed quoniam bonorum auctori hærere aliter non valemus, niſi cupiditatem à nobis, quæ omnium malorum radix eſt, abſcindamus: per ſcripta præſentia quæ alterno adinuicem deſideratæ viſitationis ſermone nos ſociant, fraternitatem veſtram inſtitutis Apoſtolicis commonemus: vt patrum regulis & præceptis dominicis innitentes, de templo fidei auaritiam, quæ idolorum eſt ſeruitus, excludamus, vt in domo domini nil noxium,
H nilque debeat eſſe confuſum. Nuncio ſiquidem apud nos olim diſcurrente vulgatum eſt quòd in Galliarum partibus ſacri ordines per ſimoniacam hæreſim conferantur. Et vehementi tædio mœroris afficimur, ſi in eccleſiaſticis officiis quẽquam habeat locum pecunia, & fit ſeculare quod ſacrum eſt. Quicun-
1.qu.1.can. Quicũque. que verò hoc precij ſtudet datione mercari: dum non officium, ſed nomen attendit: ſacerdos non eſſe ſed dici tantummodo inaniter concupiſcit. Quid ſcilicet? quid per hoc aliud agitur, niſi vt nulla de actu probatio: nulla ſollicitudo de moribus, nulla ſit de vita diſcuſsio: ſed ille ſolummodo dignus, qui dare precium ſuffecerit, æſtimetur? Ex qua re ſi recti libraminis examinatione penſetur: dum improbè ad inanem gloriam locum feſtinat vtilitatis arripere: eoipſo magis quòd honorem quærit, indignus eſt. *Sicut autem is qui inuitatus renuit, quæſitus refugit*, ſacris eſt altaribus admouendus: ſic qui vltro ambit, vel importunè ſe ingerit, eſt proculdubio repellendus. Nam qui ſic nititur ad altiora conſcendere, quid agit niſi vt creſcendo decreſcat, & aſcendendo exterius, interius ad profunda deſcendat? Itaque fratres chariſsimi in ſacerdotibus ordinandis ſinceritas vigeat, ſit ſimplex ſine venalitate conſenſus, pura præferatur electio: vt ad ſumma ſacerdotij non ſuffragio venditorum prouectus, ſed dei credatur eſſe iudicio. Nam quia graue omnino ſit facinus, dei donum velle precio comparare,
Matt.21. vel vendere, Euangelica eſt teſtis auctoritas. Templum enim
I dominus & redemptor noſter ingreſſus, cathedras vendentium columbas euertit. Quid eſt columbas vendere, niſi precium de manus impoſitione percipere, & ſanctum ſpiritum quem omnipotens deus hominibus tribuit, venundare? Quorum ſacerdotium ante oculos dei cadere, cathedrarum vtique patenter euerſione ſignatum eſt. Et tamen exerit adhuc nequitiæ pra uitas vires ſuas. Nam cogit vendere quos decipit vt emerent.
Matt.10. Et dum non attenditur quod diuina voce præcipitur: Gratis accepiſtis, gratis date, agitur vt creſcat, & geminata fiat in vno eodemque delicti contagio, ementis ſcilicet & vendentis. Et
1.q.1.c. Cũ liqueat. cum liqueat hanc hæreſim ante omnes radice peſtifera ſurrepſiſſe: atque in ipſa ſua origine Apoſtolica eſſe deteſtatione damnatam, cur non cauetur, cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc vt fiat hæreticus, promouetur? Plærunque ergo aduerſarius animarum dum non poteſt in his quæ ad faciem ſunt praua ſurrepere: callidè ſpecie quaſi pietatis iniecta, nititur ſupplantare. Suadétque forſitan debere ab habentibus accipi, vt fit quod poſsit non habentibus erogari: dummodo vel ſic venena mortifera eleemoſynæ cælata obumbratione transfundat. Nam nec venator feram, aut auem auceps deciperet, vel piſcem piſcator caperet, ſi aut ille laqueum in aperto proponeret, aut ille hamum in eſca abſconditum non haberet. Omnino ergo metuenda & cauenda eſt hoſtis aſtutia, ne quos aperta nequit tentatione ſubuertere, latente telo ſæuius valeat trucidare. Neque enim eleemoſyna reputanda eſt, ſi pauperibus diſpenſetur quod ex illicitis rebus accipitur: quia qui hac intentione malè accipit, vt quaſi bene diſpenſet, grauatur potius quàm iuuatur. Eleemoſyna redemptoris noſtri oculis illa placet: quæ non de illicitis rebus & iniquitate congeritur, ſed quæ de rebus conceſsis & bene acquiſitis impenditur. Vnde etiam illud certum eſt, quia & ſi monaſteria aut xenodochia vel quid aliud de pecunia quæ pro ſacris ordinibus datur, conſtruantur: mercedi non proficit: quoniam dum peruerſus & emptor honoris in locum ſanctum tranſmittitur, & alios ad ſui ſimilitudinem ſub commodi datione conſtituit, plura malè ordinando deſtruit, quàm ille poteſt ædificare qui ab eo pecuniam ordinationis accepit. Ne ergo ſub obtentu eleemoſynæ cum peccato aliquid ſtudeamus accipere, apertè ſacra ſcriptura nos prohibet dicens: Hoſtiæ *Prouer.21.* impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex ſcelere. Quicquid enim in dei ſacrificio ex ſcelere offertur: omnipotentis dei non placat iracundiam, ſed irritat. Hinc rurſus ſcriptum eſt: Honora dominum de tuis iuſtis laboribus. Qui ergo malè tollit, *Prouer.3.* vt quaſi bene præbeat, conſtat ſine dubio quia dominum non honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur: Qui offert ſacri- *Eccli.34.* ficium de ſubſtantia pauperis, ac ſi victimet filium in conſpectu patris. Quantus autem dolor patris ſit perpendamus, ſi in eius conſpectu filius victimetur. Et hinc facilè cognoſcimus, quantum apud deum dolor exaſperatur, quando ei ſacrificium L
ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum eſt dilectiſsimi fratres ſub obtentu eleemoſynæ, peccata ſimoniacæ hæreſeos perpetrare. Nam aliud eſt propter peccata eleemoſynas facere, aliud propter eleemoſynas peccata committere. Hoc quoque ad nos peruenisſe non diſsimili dignum deteſtatione complectimur, quòd quidam deſiderio honoris inflati defunctis epiſcopis tonſurantur, & fiunt repente ex laicis ſacerdotes, atque inuerecundè religioſi præpoſiti ducatum arripiunt, qui nec eſſe adhuc milites didicerunt. Quid putamus quod iſti ſubiectis præſtaturi ſunt, qui antequam diſcipulatus limen attingant, renere locum magiſterij non formidant? Qua de re neceſſe eſt, *vt quanuis inculpati quiſque ſit meriti: antè tamen per diſtinctos ordines Eccleſiaſticis exerceatur officiis. Videat quod imitetur, diſcat quod doceat, informetur quod teneat vt poſtea non* debeat errare qui eligitur viam erranti demonſtrare. Diu ergo religioſa meditatione poliatur vt placeat, & ſic lucerna ſuper candelabrum poſita luceat: vt aduerſa ventorum vis irruens, conceptam eruditionis flammam non extinguat, ſed augeat. Nam cùm ſcriptum ſit: vt prius quis probetur, & ſic miniſtret: multo amplius antè probandus eſt, qui populi interceſſor aſſumitur, ne fiant cauſa ruinæ populi ſacerdotes mali. Nulla igitur contra hoc excuſatio, nulla poteſt eſſe defenſio: quia cunctis liquidò notum eſt quæ ſit in huius rei negligentia egregij ſollicitudo doctoris, qui neophytum ad ordines vetat ſacros M
accedere. Sicut autem tunc neophytus dicebatur, qui in ſanctæ fidei erat conuerſatione plantatus, ſic modo neophytus habendus eſt, qui repente in religionis habitu plantatus, ad ambiendos honores ſacros irrepſerit. Ordinatè ergo ad ordines accedendum eſt: nam caſum appetit, qui ad ſumma loci faſtigia poſtpoſitis gradibus per abrupta querit aſcenſum. Et cũ idem Apoſtolus doceat inter alia ſacri ordinis inſtituta diſcipulum: manum non eſſe cuiquam citius imponendam, quid hoc celerius quídve præcipitantius, quàm vt exoriatur à ſummitate principium, & antè eſſe incipiat epiſcopus quàm miniſter? Quiſquis ergo ſacerdotium non ad elationis pompam, ſed ad vtilitatem adipiſci deſiderat: prius vires ſuas cum hoc quod eſt ſubiturus onere metiatur, vt & impar abſtineat, & ad id cum metu etiam qui ſe ſufficere exiſtimat accedat. Ab re autem non facimus, ſi ad argumentum rationabile, vſum rerum *irrationabilium* colligamus. Apta nanque ædificationibus de ſyluis ligna ſucciduntur, nec tamen adhuc viridibus *ædificij* pondus imponitur, niſi eorum viriditatem multorum dierum mora ſiccauerit, & apta ad neceſſariũ vſum effecerit. Quæ obſeruantia ſi forte negligitur, citius ſuperimpoſita mole franguntur: & gignit ruinam ad auxilium res prouiſa. Hinc enim & medici, qui curam gerunt de corpore, quædam adiutoria recenti adhuc confectione formata, indigenti non offerunt ſed maceranda temporibus

R 1.qu.1.c. Non eſt pretanda.

Prima parte diſt. 41. c. Sicut neophytus.

1.Tim.3.

1.q.1.c. non eſt putanda in ſacr.

moribus deliniquunt. Nam si immaturè quis dederit, dubium non est quia sit causa periculi, res salutis. Discant itaque, discant in officio suo sacerdotes quibus animarum credita est cura, seruare quod diuersarum artium homines docente ratione custodiunt: & à præcipiti se ambitione si non metu, saltem pudore contineant. Sed ne forsan adhuc prauæ se consuetudinis quisquam velit obiectu defendere, fraternitatis vestræ discretio rationis eos freno coërceat, & labi in illicitis non permittat: quia quicquid vltione dignum est, non ad imitationis, sed in exemplum potius debet correptionis adduci. Neque autem hoc quod similiter corrigendum est, patimur negligenter omittere. Nam quid prodest cuncta munisse, si per vnum locum pernicioſus hosti præbeatur accessus? Cum his itaque qui in sacro sunt ordine constituti, habitare mulieres prohibentur. De quibus ne antiquus humani generis inimicus exultet, omnium definiendum consensu est: vt præter eas quas sacri canones complectuntur, alias secum mulieres habere non debeant. Quæ interdictio & si fortè aliquibus ad tempus amara est: certum est quia postmodum ex ipsa animæ vtilitate dulcescit, si vnde inimicus superare potuit, superetur. Nec hoc quoque in hac sollicitudinis parte relinquimus: quod de habendis per parœcias conciliis patrum prouidentia vtilitatis causa sancitum est. Vnde ne qua inter fratres dissensio, nequa inter præpositos & subiectos sint fomenta discordiæ, in vnum conuenire sacerdotes necesse est: vt & de incidentibus causis disceptatio, & sit salubris de Ecclesiastica obseruatione collatio: quatenus dum per hoc & præterita corriguntur, & regulam futura suscipiunt, omnipotens dominus fratrum concordia collaudetur. Cuius vobis adesse præsentiam, si hæc obseruabitis, scitote, quia scriptum est: Vbi fuerint congregati duo aut tres in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Si ergo adesse dignatur vbi duo vel tres fuerint, quanto magis non deerit, vbi plures conuenerint sacerdotes? Et quidem quia de habendo bis in anno concilio patrum sit regulis statutum, non latet. Sed ne forte aliqua impleri hoc necessitas non permittat: semel tamen sine excusatione aliqua decernimus congregari, vt expectatione concilij nihil prauum, nihil præsumatur illicitum. Nam plerunque etsi non amore iustitiæ, metu tamen examinis abstinetur ab hoc quod omnium notum est posse displicere iudicio. Hanc frater charissime obseruantiam nostris relinquendam posteris teneamus: & omnia quę ad eruditionem nostram sacris apicibus scripta sunt, meditemur: atque ad ea quoscunque possumus incitemus. Certum quippe est, quia si toto corde præceptis nos salutaribus occupamus, omnium vitiorum labem effugimus: quia dum in his quibus ædificamur innitimur, locum sine dubio deceptionis excludimus. De his itaque quæ superius dicta sunt, fraternitatem vestram, auctore deo, volumus synodum congregare: atque in ea reuerentissimo fratre nostro Aregio coëpiscopo, & dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate mediantibus, omnia quæ sanctis canonibus, sicut prædiximus sunt aduersa, districtè sub anathematis interpositione damnentur: id est, vt nullus pro adipiscendis Ecclesiasticis ordinibus dare aliquod commodum præsumat, vel pro datis accipere, nec ex laico habitu quisquam repente audeat ad locum sacri regiminis peruenire. Neque vt aliæ mulieres cum sacerdotibus habitent, nisi quæ sacris, vt prædictum est, canonibus sunt permissæ. De quibus cunctis reuerentissimus frater noster Syagrius episcopus cum omni synodo dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate remeante, nobis quæ acta sunt, studeat renunciare: vt subtiliter agnoscentes quid, & cum qua cautela, vel qualiter sit decretum, omnipotenti deo de vita vestra ac moribus gratias inceſſabiliter persoluamus.

Matt.18.

Gregorius Aregio episcopo. Cõsolatoriam scribit epistolam, de interitu hominum suorum: & vsum Dalmaticarum concedit, & de synodo facienda hortatur.

Caput. CXI.

Epist.111.

FRaternitatis vestræ afflictio quam de amissione vestrorum vos hominum habuisse cognouimus, tantam nobis causam mœroris iniecit: vt quia nos de duobus charitas vnum fecit, cor nostrum in vestris specialiter vri tribulationibus sentiremus. Sed in hoc dolore multum me consolata est sanctitatis tuæ ad animum reducta discretio, quam & patienter ferre tristitiam: & decet de morte, spe vitæ alterius, longam non habere mœstitiam. Ne tamen aliqua adhuc tribulatio in vestra mente se teneat, hortor quiesce dolere, desine tristis esse. Nam indecens est de illis tædio afflictionis addici, quos credendum est ad veram vitam moriendo peruenisse. Habent forsitan illi iustam longi doloris excusationem, qui vitam alteram nesciunt, qui de hoc seculo ad melius esse transitum non confidunt. Nos autem qui nouimus, qui hoc credimus & docemus, contristari nimium de obeuntibus nõ debemus: ne quod apud alios pietatis tenet speciem, hoc magis nobis in culpa sit. Nam diffidentiæ quodãmodo genus est: contra hoc quod quisque prædicat, torqueri mœstitia, dicente Apostolo: Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini: sicut & cæteri, qui spem non habent. Hac itaque frater charissime ratione perspecta, studendum nobis est: vt, sicut diximus, de mortuis non affligamur: sed affectum viuentibus impendamus, quibus & pietas ad vtilitatem: & sit ad fructum dilectio. Proinde obiurgando, hortando, suadendo, blandiendo, consolando prodesse quibus possumus festinemus. Lingua nostra bonis fomentum sit: prauis aculeus, tumidos retundat, iratos mitiget: pigros exacuat, desides hortatu succendat: refugientibus suadeat, asperis blandiatur, desperatos consoletur. Et quia ductores dicimur, viam salutis gradientibus ostendamus. Simus in custodia vigilantes, aditus contra hostis insidias solliciti muniamus. Et si quando per deuia quem de commissis gregibus error abduxerit: toto illam adnisu ad caulas reuocare dominicas contendamus: vt de pastoris nomine, quod habemus, non supplicium, sed præmium consequamur. Quia ergo in his omnibus diuinæ gratiæ adiutorio opus est, omnipotentis dei assiduis precibus clemẽtiam exoremus: quatenus adhęc nobis operanda & velle tribuat, & posse concedat, atque in ea nos via cum fructu boni operis: quam se pastor pastorum esse testatus est, dirigat: vt sine quo facere nihil assurgimus, per ipsum implere omnia valeamus. Præterea communis filius Petrus diaconus nobis innotuit, quòd fraternitas vestra tempore quo hic fuit popoſcerit, vt sibi & archidiacono suo vtendi dalmaticis licentiam præberemus. Sed quia ita hominum suorum infirmitate compulsus festinanter abscesit: vt nec ipse mœror incumbens diu, vt dignum erat, & res desiderata poscebat, sineret immiuere: & nos in multis implicitos Ecclesiasticæ rationis consideratio nouum hoc inconsultè & subitò nõ permitteret indulgere: idcirco postulatæ rei prolongatus effectus est. Nunc verò charitatis tuæ bona reuocantes ad animum, huius auctoritatis nostræ serie petita concedimus: atque te vel archidiaconum tuum dalmaticarum vsu decorandos esse concesimus: easdemque dalmaticas dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate deferente transmisimus. Præterea in ea synodo quam contra simoniacam hæresim per fratrem & coëpiscopum nostrum Syagriũ decreuimus congregari, sanctitatem vestram volumus interesse: atque eidem fratri ita pallium quod transmisimus tribui: si prius se promiserit illicita quæ prohibuimus, per definitionem synodicam à sancta Ecclesia remouerī. De qua synodo omnem nobis subtiliter ordinem tuam fraternitatem volumus scriptis discurrentibus nunciare: vt ipse cuius nobis sanctitas valde experta est, nos reddas de omnibus certiores.

1.Thes.4.

Parte.1. dist.23.ca. Communis.

Gregorius Syagrio episcopo Augustudunensi. De conuersione gentis Anglorum, & Augustino episcopo, & de synodo. Caput. CXII.

Epist.112.

MAgistra bonorum omnium charitas: quæ nil sapit extraneum, nil asperum, nil confusum, ita exercet corda & corroborat: vt nihil graue, nil difficile existimet, sed fiat totum dulce quod agitur. Huius igitur cùm sit proprium nutrire concordiam, seruare coniuncta, dissociata coniungere, praua dirigere, & virtutes cæteras perfectionis suæ munimine solidare, quisquis in eius radices se inserit, nec à viriditate deficit, nec à fructibus inanescit: quia humorem fœcunditatis opus efficax non amittit. Atque ideo multum tibi condelector atque congaudeo quòd sic eadem charitate te præditum

G ditum multorum testificatione comperio: vt & ipse quæ sacerdotis sunt decenter exhibeas, & aliis te laudabiliter imitandum ostendas. Quia igitur in prædicationis opere, quandiu cogitans Anglorum genti per Augustinum quõdam monasterij mei præpositum nunc fratrem & coëpiscopum nostrum impendere studui, ita sollicitum atque deuotum, adiutoremque in omnibus te, vt oportuit, fuisse cognouimus: vt magnum me sibi fraternitas tua hac de re faceret debitorem, tantę rei consideratione commonemus, ne infructuosus erga te viderer existere, fraternitatis tuæ petitionem nulla pertuli ratione postponere. Proinde secundum postulationis tuæ desiderium, pallij te vsu, quod intra Ecclesiam tuam habere debeas: ad sacra tantum missarum solennia celebranda deo auctore, præuidimus honorandum. Quod tamen ita tibi dandum esse decreuimus, si prius per synodi definitionem emendari promiseris quæ corrigenda mandauimus: quia dignum profectò esse credimus, vt cum mentis grauitate qua deo te propitio pollere didicimus, habitus quoque exterioris clarior in te cultus accresceret: præsertim cùm te hunc non ad superfluæ elationis pompam, sed progenio & honore tuæ arbitramur Ecclesiæ petiuisse. Cuius ne indumenti munificentiam nudam videamur quodammodo contulisse: hoc etiam pariter prospeximus concedendum, vt metropolitæ suo per omnia loco & honore seruato, Ecclesia ciuitatis Augustudunæ, cui omnipotens deus præesse te voluit,

H post Lugdunensem Ecclesiam esse debeat: & hunc sibi locum & ordinem ex nostræ auctoritatis indulgentia vendicare. Cæteros verò episcopos secundum ordinationis tuæ tempus, siue ad consedendum in concilio, siue ad conscribendum, vel in qualibet aliare sua attendere loca decreuimus: & suorum sibi prærogatiuam ordinum vendicare: quia omnino rationis ordo nos admonet vt cum vsu pallij aliqua simul, sicut diximus, largiri priuilegia debeamus. Sed quoniam cum honoris augmento, cura quoque sollicitudinis debet accrescere: vt cultui vestro actionis quoque ornamenta conueniant, oportet vt enixius in cunctis se studiosè vestra fraternitas exerceat. Sit circa subiectorum actus vigilans, vestrum illis exemplum instructio & vita magistrasit. Linguæ vestræ exhortatione discant quod metuant, & doceantur quod diligant: vt dum talenta credita lucro multiplicata reddideris, *in die retributionis audire* sis meritus: Euge serue bone & fidelis, intra *in gaudium domini tui*.

Parte.1. dist.17. ca. Episcopos.

Parte.1. dist.100. ca.Rationis.

Matt.25. & Luc.19.

Curam prętereà congregandę synodi, quam vobis atq; aliis fratribus nostris pro illicitarum rerum prohibitione fiendam scripsimus, vestræ specialiter sollicitudini noueritis incumbere. Vnde quia præcellentissimos filios nostros Francorum reges magnam vobis nouimus dilectionem impendere, omni vos studio omniq́ue agere annisu necesse est: vt quod de synodo congreganda mandauimus, fraternitatis vestræ vigilantia compleatur: atque omnia illic quæ pro animarum salute scripsimus censeantur: quatenus per hoc & vos zelum vestrum, & qualiter vo-

I bis illicita displiceant ostendatis: & nos vtiliter prouidisse, qui vestram ad hoc præ cæteris personam eligimus, videamur.

Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum. De laicis ad episcopatum non adhibendis. De simoniaca hæresi. De synodo. De Iudæis Christiana mancipia possidentibus.

Caput. CXIII.

Epist.113.

P Ostquam excellentię vestrę sollicitudo, regia est vbique gubernatione laudabilis, ad augmentum gloriæ suæ vigilantiorem se debet & prouidam exhibere: vt quos consilio regit exterius, perire interius non permittat: quatenus per fructum piæ sollicitudinis post huius, quod geritis, temporalis regni fastigium: ad æterna, deo auctore, possitis regna pertingere. Quod quidem hac vobis, confidimus posse ratione contingere, si inter alia bona de ordinandis curam sacerdotibus gesseritis. Quorum officium in tantam illic, sicut didicimus, ambitionem perductum est: vt sacerdotes subitò, quod graue nimis est, ex laicis ordinentur. Sed quid isti acturi, quid populo præstaturi sunt: qui non ad vtilitatem, sed fieri ad honorem episcopi concupiscunt? Hi ergo qui necdum quod docere debeant didicerunt: quid aliud agunt nisi vt pau-

Parte.1. dist. 61. ca. Sacerdotale.

corum prouectus illicitus, fiat multis interitus: & in confusio- K nem Ecclesiasticæ moderationis obseruantia deducatur? quippe vbi nullus regularis ordo obseruatur. Nam qui ad eius regimen improuidus, & ob hoc præcipitatus magis accedit, qua admonitione subiectos ædificet: cuius exemplum non rationem docuit, sed errorem? Pudet profectò, pudet aliis tales imperare, quod ipsi nesciunt custodire. Nec illud quidem quod simili emendationi tradẽdum est, prætermus: sed omnino execrabile & esse grauissimum detestamur: quòd sacri illicordines per simoniacam hæresim: quæ prima contra Ecclesiam orta, & districta maledictione damnata est, conferantur. Hinc igitur agitur: vt sacerdotij dignitas in despectu, & sanctus sit honor in crimine. Perit vtique reuerentia, adimitur disciplina: quia qui culpas debuit emendare, committit: & nefaria ambitione honorabilis sacerdotij ducitur in deprauatione censura. Nam quis denuo veneretur quod venditur: aut quis non vile putet esse quod emitur? Vnde valde contristor, & terræ illi condoleo: quia dum sanctum spiritum, quem per manus impositionem omnipotens deus hominibus largiri dignatur, diuino munere habere despiciunt, sed præmiis assequuntur, sacerdotium illic subsistere diu non arbitror. Nam vbi dona supernæ gratiæ venalia iudicantur: ad dei seruitium non vita quæritur, sed magis contra deum pecuniæ venerantur. Quia igitur tantum facinus non solum illis periculum: verum etiam vestro regno satis est noxium, salutantes excellentiam vestram paterno affectu, petimus vt de huius prauitatis emendatione deum vo- L bis placabilem faciatis. Et vt nulla deinceps valeat occasione committi, synodum fieri iussio vestra constituat: vbi præsente dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate, sub districta anathematis interpositione debeat interdici: ne vllus ex laico habitu subitò ad episcopatus audeat gradum accedere: neque pro Ecclesiasticis ordinibus quilibet quicquam dare, vel ausus sit accipere: vt dominus & redemptor noster sic quæ vestra sunt faciat, sicut excellentiam vestram in iis quæ sua sunt, pia esse viderit deuotione sollicitam. Curam verò & sollicitudinem eiusdem synodi quã fiendam decreuimus, fratri coëpiscopoque nostro Syagrio, quem vestrum nouimus specialiter delegare curauimus: quem petimus vt & supplicantem libenter audire, & opere iuuare dignemini: quatenus quod ad mercedem vestram respiciat, remoto huius mali contagio in cunctis finibus iuri vestro subiectis, pia & deo placita procedat ordinatio sacerdotum. Cui fratri nostro pro eo quòd se in ea prædicatione quæ Anglorum genti, auctore domino, facta est, deuotum vehementer exhibuit, pallium ad missarum solennia vtendum transmisimus: vt quia iuuare spiritalia studuit, apostolorum principis solatio in ipso quoq; inueniatur spiritali ordine profecisse. Omnino prætereà admirati sumus, quòd in regno vestro Iudæos Christiana mancipia possidere permittitis. Quid enim sunt Christiani omnes nisi membra Christi? Quorum videlicet membrorum caput cuncti nouimus quia fideliter hono- M ratis. Sed quàm diuersum sit, excellentia vestra perpendat, caput honorare, & membra ipsius hostibus calcanda submittere. Atque ideo petimus vt excellentiæ vestræ constitutio de regno suo huius prauitatis mala remoueat: vt in hoc vos amplius dignas cultrices omnipotentis domini demonstretis quòd fideles illius ab inimicis eius absoluitis.

Gregorius Theoderico & Theoberto regibus Francorum aparibus. De simoniaca hæresi. Et vt ex laicali habitu nullus fiat episcopus. De synodo faciẽda.

Caput. CXIIII.

Vm regni vestri nomen inter cæteras gentes gratia *Epist.114.*

C olim Christianæ religionis effulserit, valde studendum est, vt vnde gloriosiores cæteris gentibus eminetis: inde omnipotenti domino qui dat salutem regibus, perfectius placeatis, & fidem quam colitis, adiutricem in omnibus habeatis. Optaueramus quidem præcellentissimi filij nostrum ad vos solita dirigere visitatione sermonem: vt charitatis officiis paternum monstraremus affectum. Sed quia animum res contristat illicita: sic vnum nos conuenit exhibere, vt aliud sub silentio, quod emẽdatione indiget, minimè relinquamus. Quod si diligenter

A si diligenter attenditis, pro salutis vestræ nos loqui prorsus in-
columitate cognoscetis. Fertur autem simoniacam hæresim,
quæ prima contra dei Ecclesiam diabolica plantatione surre-
pſit; & in ipso ortu suo, zelo Apostolicæ vltionis percussa at-
que damnata est, in regni vestri finibus dominari: cùm in sa-
cerdotibus fides sit eligenda cum vita. Si enim vita deest, fides
meritum non habet, beato Iacobo attestante, qui ait: Fides si-
ne operibus mortua est. Quæ enim opera esse valeant sacerdo-
tis, qui honorem tanti sacramenti conuincitur obtinere per
præmium? ex qua re agitur vt ipsi quoque qui sacros ordines
appetunt: non vitam corrigere, non mores componere studeant:
sed diuitias quibus honor sacer emitur, satagant congregare.
Hinc fit etiam vt insontes & pauperes a sacris ordinibus prohi-
biti, despectique resiliant. Et dum innocentia displicet, du-
bium non est quod præmium illic delicta commendet: quia vbi
aurum placet, ibi & vitium. Hinc igitur non solum in ordi-
natoris & ordinati animam letale vulnus infligitur, verume-
tiam excellentiæ vestræ regnum episcoporum culpa, quorum
magis intercessionibus iuuari debuerat, prægrauatur. Si enim
dignus is sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed præ-
miorum copia suffragatur, restat vt nihil sibi in honores Eccle-
siasticos grauitas, nil defendat industria: sed totum auri pro-
phanus amor obtineat. Et dum vitia remunerantur honore, in
locum vltoris is qui fortasse fuerat vleiscendus adducitur: at-
B que hinc sacerdotes non proficere, sed perire potius iudican-
tur. Vulnerato namque pastore, quis curandis ouibus adhi-
beat medicinam? Aut quando populum orationis clypeo tue-
atur, qui iaculis se hostilibus feriendum exponit? Aut qualem
de se fructum productus est, cuius graui peste radix infe-
cta est? Maior ergo metuenda est locis illis fore calamitas, vbi
tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui dei in
se magis iracundiam prouocant, quam per semetipsos populis
placare debuerant. Audiuimus autem quia Ecclesiarum præ-
dia tributa nunc præbeant, & magna super hoc admiratione su-
spendimur: si ab eis illicita quærantur accipi, quibus etiam li-
cita relaxentur. Nec hoc quoque malum sollicitudo nostra pa-
titur negligenter omittere: quòd quidam instinctu gloriæ in-
anis electi, ex laico repente habitu sacerdotij honorem arri-
piunt: &, quod dicere pudet, & graue tacere est, regendi re-
ctores, & qui docendi sunt doctores nec erubescunt fieri, nec
metuunt. Ducatum animarum impudenter assumunt, quibus
via omnis ignota ductoris est, & quo vel ipsi gradiantur, igna-
ri sunt. Quòd quàm prauum quámve sit temerarium, secula-
ri etiam ordine & disciplina monstratur. Nam dum dux exer-
citus non nisi labore & sollicitudine expertus eligitur: quales
animarum duces esse debeant, qui ad episcoparus culmen im-
matura cupiunt festinatione conscendere: huius saltem rei com
paratione considerent, & aggredi repente inexpertos labores
C abstineant: ne cæca honoris ambitio & ipsis in pœnam sit, & a-
liis pestifera erroris semina iaciat: quippe qui non didicerunt,
quod ipsi doceant. Proinde paterno salutantes affectu petimus
excellentissimi filij: vt hoc tam detestabile malum de regni ve-
stri studeatis finibus prohibere: & nulla apud vos excusatio,
nulla contra animam vestram suggestio locum inueniat: quia
facientis proculdubio culpam habet, qui quod potest corrige-
re, negligit emendare. Qua de re vt magnum omnipotenti do-
mino mũnus valeatis offerre, synodum congregari præcipite.
In qua sicut fratribus coëpiscopisque nostris mandauimus, præ-
sente dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate, sub anathema-
tis debeat obligatione constitui: nullum pro Ecclesiastico or-
dine aliquid vnquam dare, nullum accipere, nec quenquam ex
laicis ad sacerdotium repentè transire, quatenus hanc vobis
mercedem, & hic, & in futura vita redemptor noster cuius sa-
cerdotes interius ab hoste perire non finitis, recompenset. Om-
nino præterea admirati sumus, quòd in regno vestro Iudæos
Christiana mancipia possidere permittitis. Quid enim sunt
Christiani omnes, nisi membra Christi? Quorum videlicet
membrorum caput cuncti nouimus, quia fideliter honoratis:
sed quàm diuersum sit excellentia vestra perpendat, caput ho-
norare, & membra ipsius hostibus calcanda permittere. Atque
ideo petimus vt excellentiæ vestræ constitutio de regno suo hu
ius prauitatis mala remoueat, vt in hoc vos amplius dignos cul-

tores omnipotentis domini demonstretis; quòd fideles illius D
ab inimicis eius absoluitis.

Gregorius Virgilio episcopo Arelatensi. De priuilegio monasterij Arelatensis.
Caput. CXV.

Vm piæ desiderium voluntatis, & laudandæ deuoti- *Epist.115.*
C onis intentio sacerdotalibus sit semper studiis adiu- *Ca.25.q.2.*
uanda, cura est sollicitudinis adhibenda, vt ea quæ *ca. Cũ piæ.*
pro quiete monachorum religiosæque conuersationis fuerint
ordinata, nec dissimulatio negligere, nec quædam valeat præ-
sumptio perturbare. Sed sicut hoc quod ratio exigebat vtilita-
tis, oportuit definiri, ita quod definitum est, non debet viola-
ri. Igitur gloriosæ memoriæ Childebertus Francorum rex ca-
tholicæ religionis amore succensus, intra muros Arelatensis
ciuitatis, monasterium virorum, vt scripto reperimus, pro sua
mercede constituens, quædam ibidem pro habitantium sustẽ-
tatione concesit. Cuius ne voluntas vnquam duceretur in ir-
ritum, & ea quæ pro quiete monachorum dispositа fuerant,
turbarentur, quæque contulit in iure monasterij, Epistolis suis
Apostolica petiit auctoritate firmari. Hoc quoque suæ petitio-
ni subiungens, vt eidem monasterio tam in dispositione rerum,
quàm in ordinatione abbatis, quædam pariter priuilegia largi-
rentur. Sciens quippe eam Apostolicæ sedi reuerentiam à fide- E
libus exhiberi, vt quæ eius fuissent decreto dispositа, nullius
deinceps illicitæ vsurpationis molestia quaterentur. Vnde quia
effectum & regia voluntas, & res valde desiderata poscebat, à
prædecessore nostro Virgilio Romanæ sedis antistite ad prede-
cessorem vestrum Aurelium scripta transmissa sunt, vbi omnia
quæ amplectendæ voluntatis studium deposcebat, Apostolicæ
auctoritatis libenter annisu firmata sunt: quia difficultatem pa-
ti non potuit huiusmodi res petita. Sed vt fraternitas vestra,
quæ fuerant tempore illo decreta cognoscat, antedicti prede-
cessoris nostri scripta his præuidimus scriptis adiungi: Qui-
bus lectione percursis hortamur vt omnia sacerdotali, sicut de-
cet, studio inuiolata conserues, nihilque illi de indebitis, ni-
hil permittas de illicitis irrogari, nec ea quadam patiaris vsur-
patione conuelli. Nam licèt ea quæ semel Apostolicæ sedis au-
ctoritate sancita sunt, nil egeant firmitatis, ex abundantia tamen
nostra cuncta quæ pro huius rei quiete à prædecessore nostro
statuta sunt, nostra iterum auctoritate in omnibus roboramus.
Fraternitas ergo vestra ita se in custodiendis eis exhibeat, qua-
tenus & omnem occasionem inquietudinis excludat, & aliis hęc
operari studeat, dum se in custodienda defuncti piissima volun-
tate sollicitam, vt decet, exhibuerit & deuotam.

Gregorius Desiderio episcopo. De priuilegiis Ecclesiæ suæ. F
Caput. CXVI.

Raternitatis vestræ desiderium Ioannis regionarij re- *Epist.116.*
F latione cognouimus, quod quidem libenter parati su-
mus implere, si diligenter fuerimus de his quæ retu-
lit informati. Inquit autem à vestra sibi relatũ dilectione quòd
Ecclesiæ vestræ quædam olim priuilegia ab Apostolica sede cõ
cessa sunt, atque vsum pallij eius sacerdotes antiquitus habuisse.
Quod quia vobis magnopere poscitis reformari, in Ecclesiæ
nostræ scrinio requiri fecimus, & inueniri nil potuit. Sed quo-
niam quanto studiosius ista cupitis adipisci, tanto vos arbitra-
mur esse sollicitos, in requirendis chartis Ecclesiæ vestræ vigi-
lantius curam impendite, & si qua exinde scripta inueniri potue
rint quæ nos valeant informare, huc curæ vestræ sit transmitte-
re. Nam qui noua concedimus, vetera libentissimè reparamus.

Gregorius Syagrio episcopo Augustudunensi. De Menate & Theodoro episcopis malè viuentibus.
Caput. CXVII.

Vm sacerdotalis dignitas aliis videatur dignitatibus *Epist.117.*
C eminere, ita quisquis ea ornatus est, cunctis se imi-
tandum debet ostendere, vt exemplo sui nulli noce-
re, sed vitam potius valeat componere subiectorum. Nam si

actus

Universidad de Deusto
Biblioteca

G actus dissentiat à nomine, quanto pontificatus ipse plus erigit, tanto magis addicit. Itaque Menatem quendam episcopum, qui illic de diœcesi Romanę Ecclesiæ nostra ordinatione profectus est, in tantam se leuitatem didicimus exhibere, vt & nobis de eo maior sit verecundia, & illi episcopatus nomen non sit in honore, sed onere. Quod quia pudoris nobis est de eo illa cognoscere, quæ in aliarum prouinciarum omnino reprehendimus sacerdotibus, fraternitas vestra eum illic immorari amplius nō permittat, sed ad nos quantocyus reuerti compellat, ac magis inuenta per omnia occasione transmittat, vt sub ea qua dignum est obseruantia refrenatus, seculares mores ad sacerdotalem studeat conuertere grauitatem. Nam satis noxium atque pernicioſum est, vt imitatione ipsius, quæ ædificari debuerant, destruantur. In qua re non solum ille culpabilis, sed etiam qui non restiterit inuenitur. Quia verò Theodorus quidam episcopus de diœcesi reuerentissimi fratris nostri Constantij Mediolanensis Ecclesiæ episcopi disciplinam, vt dicitur, euitans, illic venisse firmatur, hortamur vt & isto diligentius requisito, ad episcopum suum vestra fraternitas transmittat. Et quia sicut legitur: Qui abiicit disciplinam, infelix est, nulla eum illic se excusatione patiamini retinere, quatenus ipsi qui leuitatis eorum vitio possunt decipi, liberentur, & de ipsis habere mercedem ne in hac stultitia pereant valeatis. *Sapien. 3.*

H

Gregorius Virgilio & Syagrio episcopis Galliæ. De Syagria defendenda.
Caput. CXVIII.

C Ommissi officij qualitas me fratres charissimi in vocem cogit doloris erumpere, & dilectionem vestram anxietate charitatis exasperare, quòd illic vos nimium negligentes & remissos dicitur extitisse, vbi studium vestrum acriter iustitiæ rectitudo, & zelus debuit castitatis accendere. Peruenit enim ad nos Syagriam quondam vitam religiosam, matis etiam vestibus affectam, postea marito violēter esse, quod dici iniquum est, sociatam, & nullo vos in eius defensione dolore permotos. Quod si ita est, vehementius ingemisco, ne apud omnipotentem dominum, quod absit, mercenarij officium, & non pastoris meritum habeatis. Quippe qui in ore lupi ouem laniandam sine certamine reliquistis. Quid enim dicturi, quámve rationem futuro estis iudici reddituri, quos stupri scortatio non commouit, quos ad defendendum fauor nequaquam religiosi habitus excitauit, quos ad tutandam pudicitiæ integritatem sacerdotalis consideratio non erexit? Vel nunc ergo neglectus ad memoriam redeat, huius recordatio culpæ sollicitet, & officij vestri consideratio ad prædictæ mulieris vos adhortationem impellat. Et ne fortè per tempus transisset in voluntatem necessitas, lingua illi vestra medela sit, atque admonentibus vobis, orationibus operam det, de memoria la- I menta pœnitentiæ non recedant, redemptori nostro cor pœnitens exhibeat, & castitatis damna quam ei corpore seruare non licuit, fletu resarciat. Quia ergo prædicta mulier res suas etiā nunc piis, vt fertur, desiderat causis impendere, hortamur vt fraternitatis vestræ hac in re fauorem inueniat, solatiis potiatur, & seruata competenti filiis portione, fas illi sit de substantia sua iudicare quod velit. Vestrum enim sine dubio bonum facitis, si bona volentibus opem fertis. Hæc igitur dilectissimi fratres quæ loquimur, ex quanto procedant amore pensate, & omnia cum ea qua dicuntur charitate suscipite. Nam dum vnum in redemptoris nostri corpore corpus sumus, in his quæ vobis nocere sentio, simul vror. Qua autem intentione, quóve affectu hanc vobis epistolam miserim, cordi vestro veritatis auctor aperiat. Et ideo hæc fraterna vos admonitio non contristet: quia & asperum poculum libenter accipitur, quod intentione salutis offertur. Quod superest, charissimi fratres, iunctis dei nostri misericordiam precibus exoremus, vt vitam nostram in suo propicius timore disponat, quatenus & hic illi sacerdotaliter deseruire, & in conspectu ipsius in futuro securi assistere & sine metu valeamus. *Epist. 118.*

Gregorius Syagrio episcopo Augustudunensi. De Vrsicino Tauritanæ ciuitatis episcopo.
Caput. CXIX.

I in rebus secularibus suum cuique ius & proprius or- K
S do seruandus est: quanto magis in Ecclesiasticis dispositiōibus nulla debet induci cōfusione ibi discordia locum inueniat, vnde pacis debent bona procedere? Quod hac ratione seruabitur, si nihil potestati, sed totum æquitati tribuitur. Perlatum siquidem ad nos est, dilectissimum fratrem nostrum Vrsicinum Tauritanæ ciuitatis episcopum: post captiuitatem & depręda tionem quam pertulit, graue in parœciis suis, quæ in Francorum sitæ terminis pērhibentur, præiudicium pertulisse: denique vt alter illic contra Ecclesiastica statuta nullo eius crimine depositore constitueretur antistes. Et ne leue forsitan videretur huius rei præiudiciale commissum: etiam aliquid doloris est additum: vt res ei Ecclesiæ suæ quas habere potuit, tollerentur. Quod si hæc veritate subsistunt: quia crudele nimis est, & apertè sacris canonibus inimicum, vt ab altari proprio insontem ambitio remoueat sacerdotem, qui non meretur ex crimine successorem, suam in huius præiudicium cuncti causam attendant, & quod nolunt perpeti, nec aliis imponant. Nam si prauæ rei aditus antequam diu pateſcat non clauditur, vsu fit latior, & erit consuetudine licitum, quod ratione constat esse prohibitum. Sed præ cæteris fraternitatis vestræ sollicitudo pro nostra commendatione, ac diuinæ considerationis intuitu, in eius se enixius defensione impendat: & à suis illum amplius contra rationem remotum esse parœciis non permittat. Sed tam per se, quàm supplicando præcellentissimis L regibus, quos vos in nullo credimus contristare, id peragat, vt & hoc quod malefactum est corrigatur: & quæ violenter ablata sunt, veritate patrocinante reddantur: quia cùm scriptum sit: Frater fratrem adiuuans exaltabitur, tanto se ab omnipotente deo charitas vestra nouerit recepturam, quanto præcepta ipsius in adiuuando fratre libenter atque constanter fuerit executa. *Prouer. 18.*

Gregorius Theodorico & Theoberto regibus Francorum. De Vrsicino episcopo.
Caput. CXX.

Vmmum in regibus bonum est, iustitiam colere, ac *Epist. 119.*
S *sua cuique iura seruare: & subiectis non sinere quod* potestatis est fieri, sed quod æquum est custodire. Quod quia vos & diligere & omnino confidimus custodire: excellentiæ vestræ indicare ea quæ emendationem expetunt inuitamur: vt per hoc oppressis succurrere, & vobis mercedem acquirere nostris epistolis valeamus. Fratrem itaque & coēpiscopum nostrum Vrsicinum Tauritanæ ciuitatis antistitem in parœciis suis quæ intra regni vestri sunt terminum constitutæ, omnino dicitur præiudicium sustinere, adeo vt contra Ecclesiasticam obseruantiam, contra sacerdotalem grauitatem, & contra sacrorum canonum definita: nullo eius exigente crimine, alter illic non metuerit episcopus ordinari. Et quia parum visum est si illicitis non iungerentur illicita, etiam res Ecclesiæ suæ, M vt fertur, ablatæ sunt. Quòd si ita se veritas habet, quoniam intolerabile nimis est, vt vi opprimeretur cui culpa non nocuit, præmisso paterna charitate salutationis alloquio, petimus vt qđ excellentia vestra amore Ecclesiasticæ reuerentiæ, & æquitatis contemplatione sponte potest impendere, nostra studeat benignius intercessione concedere: & iustitiam illi, sicut de æquitatis eius bono confidimus, faciat in omnibus custodiri: atque patefacta veritate, & quod illicitè actum est corrigi: & res ei violenter ablatas æquitate iubeat fauente restitui. Nec quod ad rempus eius ab hostibus detinetur, debet illi aliquid officere, sed hoc ad subueniendum Christianitatis vestræ magis ac magis debet animos permouere, vt largitatis vestræ munere consolatus, captiuitatis quam pertulit, non possit damna sentire. Pro vtilitate ergo animæ vestræ, hæc apud vos exhortatio locum inueniat, vt ad mercedem vestram delectionem ipsius porrecta manu iustitiæ releuetis, quatenus per hoc quod æquitatem sacerdotibus custoditis, eorum precibus ante dei semper oculos floreatis.

Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum. Hilarium commendat. *Caput. CXXI.*

Vm in regni regimine virtus iustitia, & potestas e- *Epist. 121.*
C geat æquitate, nec ad hoc alterum sine altero possit sufficere, quanto in vobis amore horum cura præfulgeat,

A geat,ex hoc vtique ostenditur patenter,dum turbas gẽtium laudabiliter gubernatis. Quis ergo hæc considerans,de excellentiæ vestræ bonitate diffidat,aut de impetratione sit dubius, quando illa à vobis quæ subiectis vos libenter posse nouit impendere, duxerit postulanda? Lator itaque præsentium Hilarius excellentiæ vestræ famulus, nostra se interuentione apud potestatem vestram æst mans adiuuari, commendationis nostræ sibi popoſcit epistolas,suffragari,certum tenens sibi vberius,sicut cæteris conceditis,promereri,si nostra pro eo intercessio loqueretur.Proinde paternæ charitatis affectu salutationis persoluentes alloquia, petimus vt quia quorundam se perhibet nequitia aduersitatibus laborare,excellentiæ vestræ eum tuitio muniat, & ne contra rationem valeat prægrauari, sua illum iussione tutum esse præcipiat,quatenus dum vobis iubentibus atque propiciis nullius aduersitas iniustè & pro sola tantummodo voluntate locum habuerit,& nos de impetratis quę pro vestra magis mercede poſci mus gratias referamus,& excellentiæ vestræ beatus Petrus Apostolorum princeps, quem in omnibus concedendo quæ petimus Christiana deuotione veneramini,recompensęt.

Gregorius Vantilono & Aregio. Hilarium commendat.
Caput.CXXII.

B

D magnam gloriæ vestræ laudem accedit quòd Hila-
A rius præsentium lator valido se fidit præsidio releuari,si assequi fauorem tuitionis vestræ meruerit.Quod adeo, sicut est, magnum existimat, vt ad hoc obtinendum etiam nostram sui commendationem adhibere studuerit adiutricem. Hunc igitur quoniam ad vestrum patrocinium videmus desiderãter velle confugere, scribere pro eo non iudicauimus differẽdum,confidentes tanto vos defensionem petentibus libenter impartiri, quanto eam in tristitia & in stricto positos cognoscitis suppliciter expectare. Ea de re gloriam vestram paterna dulcedine salutantes, petimus vt quia prædictus portitor aliquorum inimicitiis se contra rationem asserit subiacere, patrocinium vestrum quod magnopere cupit, inueniat, & nullam illum contra æquitatem molestiam, nullam vexationem patiamini sustinere, sed ab omni eum afflictione, quam non ratio, sed aduersantium voluntas ingesserit, patrocinii vestri gratia tueatur, vt & hic optatum se in vobis, vt sperat. lætetur inuenisse refugium, & aliquid vobis ad mercedem proficiat, ac vestrum quidem in nobis alij similiter quærere discant in tribulatione solatium.

Gregorius Asclipiadoto. Hilarium commendat.
Caput.CXXIII.

Vi terrenis rebus adhærent, quantum eis præstãdi lo-
Q cus conceditur, tanto promiores in causis debent mercedis existere,vt fructu boni operis & hic eorum quibus seruiunt gratia perfruantur,& cœlestis regni aulam introire postea mereantur. Vnde licet hoc diligere,& in hoc vos esse confidamus intentos,veruntamen quia paternum alloquium aliquid bonis mentibus semper addit, hortamur vt quotiens congruum iuuandi tempus astiterit,nequaquam quod operãdum vobis est, differatis. Nam qui fratrem relictum releuat, apprehensum eripit,mentem consolatur,ab illo sibi retribui,cui totum impendit non dubitet,qui ait:Quod vni ex minimis istis feciſtis, mihi feciſtis. Quia igitur Hilarius præsentium portitor pro eo quòd frustra contra se quorundam perhibet inimicitias exarsisse, vestræ se tuitioni nostra petiit Epistola commendari, certus quòd patrocinantibus vobis cuiquã contra rationem aduersitas ei nocere non valeat:idcirco paterno gloriam vestram salutantes affectu, petimus vt fauoris vestri gratia muniatur, & quod cæteris iusta petentibus indulgetis,huic quoque pro nostra intercessione largius impendatis,atque eum contra æquitatem opprimi nõ sinatis,sed manum illi auxilij vbi rationis ordo vocauerit, porrigatis,quatenus ad mercedẽ gloriæ vestræ,& ipse in vobis quod omnino arduè quęsiuit inueniat,& vos afflicto & humiliter supplicanti videamini,quod valde glorioſum est,subueniſſe.

Gregorius Claudio in Hispaniis. De familiaritate regis Gothorum.
Caput.CXXIIII.

Via vnguenti more bonorum fragrat opinio, vestræ *Epist.124.*
Q gloriæ de occidentibus partibus hucusque odor te- D
tendit.Cuius profectò auræ suauitate resperſus, multum fateor quem nesciebam dilexi: atque intra sinum cordis amoris manu te rapui,nec iam eum nesciens diligebam,cuius bona cognoueram. Qui enim mihi magna intentione notus, sed corporis visione manet incognitus,de eo proculdubio veraciter dicere possum: quia personam illius scio, sed domum nesci o. Magna autem vestræ laudis datur assertio, quod excellenti Gothorum regi vestra gloria sedulò adhærere perhibetur:quia dum malis boni semper displiceant, bonos vos esse certum est, qui bono placuistis. Propterea debitum salutationis alloquium soluens,opto vos in his quę cœpistis exerceri,vt in vobis compleatur veridica Salomonis illa sententia quæ ait: Iustorum semita *Prouer.4.*
quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectum diẽ. Nunc enim cùm lux nobis veritatis infulget, cùm sese regni cœlestis suauitas mentibus aperit, iam quidem dies est, sed adhuc perfectus non est. Tunc autem dies perfectus erit, quando iam quicquam de nocte peccati in mente nostra non erit. Vos autem vsque ad perfectum diem crescite,vt quousque patria æterna videatur, bonorum hic operum augmenta dilatentur, quatenus tanto post in retributione maior sit fructus muneris,quanto nũc E
studium creuerit laboris. Propterea dilectissimum filium nostrum Cyriacum monasterij nostri patrem vestræ gloriæ commendamus,vt peractis quæ ei iniuncta sunt,nulla illum remeandi mora præpediat. Omnipotens deus cœlestis vos brachij protectione tueatur,& nunc glorioſos inter homines,& post longa annorum curricula inter angelos esse concedat.

Gregorius Leandro episcopo Hispaniarum. De laude charitatis. De honore suæ prælationis. De pallio ad sacratũm missarum solennia transmisso.
Caput.CXXV.

Anctitatis tuæ susceſi Epistolam, solius charitatis ca-
S lamo scriptam.Ex corde enim lingua tinxerat quod in *Epi.125.*
chartæ pagina refundebat. Boni autem sapientésque viri cum legeretur affuerunt,quorum statim viscera in compunctione commota sunt. Cœpit quisque amoris manu in suo corde te rapere: quia in illa Epistola tuæ mentis dulcedinem non erat audire,sed cernere. Accendebantur & mirabantur singuli, atque ipse ignis audientium demonstrabat qui fuerit ardor dicentis. Nisi enim prius in se faces ardeant,alium non succendunt. Ibi ergo vidimus quanta charitate tua mens arserit, quæ sic & alios accendit. Vitam verò vestram, cuius ego semper cum magna veneratione reminiscor, minimè nouerat, sed eis altitudo vestri cordis patuit ex humilitate sermonis. Vitam autem meam cun- E
ctis esse imitabilem illa vestra Epistola loquitur. Sed quod non est ita vt dicitur,sit ita quia dicitur,ne qui non solet, mentiatur. Ad hæc autem breuiter cuiusdam bonæ mulieris verba loquor: Nolite me vocare Noẽmi,id est pulchram, sed vocate me Mara: *Ruth.1.*
quia amaritudine plena sum. Neque enim bene vir hodie ego sum ille quem nosti. Multum fateor exterius proficiendo, interius cecidi: neque de eorum numero esse pertimesco, de quibus scriptum est:Deiecisti eos dum alleuarentur.Cùm alleuatur enim deiicitur,qui honoribus proficit,& moribus cadit. Ego e- *Psal.72.*
nim vias mei capitis sequens, summopere esse decreueram opprobrium hominum,& abiectio plebis: atque in eius sortẽ currere, de quo rursus per Psalmistam dicitur: Ascensus in corde suo disposuit in valle lachrymarum:vt videlicet tanto verius in- *Psal.83.*
tus ascenderem,quanto per conuallem lachrymarum foris humilius iacerem. Ad me multum nunc deprimit honor onerosus, curæ innumeræ perstrepunt, & cùm sese ad deum animus colligit, hunc suis impulsibus, quasi quibusdam gladiis scindunt. Nulla cordis quies est. Prostratum in infimis iacet suæ cogitationis pondere depressum. Aut rara valde aut nulla hoc in sublimia penna contemplationis leuat. Torpet ignaua mens, & circumlatrantibus curis temporalibus iam penè ad stuporem deducta, cogitur modo terrena agere, modo etiam quæ sunt carnalia dispensare. Aliquando verò fastidio exigente compellitur, quædam etiam cum culpa disponere. Quid multa loquar? Victa suo pondere sanguinem sudat. Nisi enim sanguinis no-

Universidad de Deusto Biblioteca

Psal.50. mine culpa censeretur, Psalmista non diceret: Libera me de san-
G guinibus. Cùm verò culpam culpis iũgimus, hoc quoque quod
Osee.4. per alium prophetam dictum est implemus: Sanguis sanguinem
tetigit. Sanguis enim sanguinem tangere dicitur, cùm culpa cul-
pæ adiungitur, vt iniquitatis cumulus multiplicetur. Sed inter
hęc per omnipotentem deum deprecor, in perturbationis fluctibus lapsum tuæ orationis manu me teneas. Quasi enim prospero flatu nauigabam, cùm tranquillam vitam in monasterio ducerem. Sed procellosis subitò motibus tempestas exorta, in sua perturbatione me rapuit, & prosperitatem itineris amisi: quia quiete perdita mentis naufragium pertuli. Ecce nunc in vndis versor, & tuæ intercessionis tabulam quæro, vt qui in naui integra diues peruenire non merui, saltem post damna ad littus per tabulam reducar. De podagræ verò molestia sanctitas vestra vt scribit affligitur, cuius dolore assiduo & ipse vehementer attritus sum. Sed facilis erit consolatio, si inter flagella quæ patimur, quæque fecimus ad memoriam delicta reuocemus, atque hæc non iam flagella, sed dona esse conspicimus, si quia carnis delectatione peccauimus, carnis dolore purgamur. Præterea ex benedictione beati Petri Apostolorum principis pallium vobis transmisimus ad sola missarum solennia vtendum. Quo transmisso, valde debui qualiter vobis esset viuendum admonere. Sed locutionem supprimo, quia verba moribus anteitis.
Omnipotens deus sua vos protectione custodiat, atque ad cœle-
H stis remunerationem patriæ cum multiplici animarũ fructu perducat. Ego autẽ quãta occupatione deprimar & debilitate, breuis attestatur Epistola, in qua ei quem multum diligo, parũ loquor.

Gregorius Necharedo regi Visigothorum. De muneribus sancto Petro transmissis. Factum Dauid ad memoriam reducit, qui aquam noluit bibere. Crucem transmittit in qua de ligno domini erat, & de capillis sancti Ioannis Baptistæ.

Caput. CXXVI.

Epist.126. Xplere verbis excellentissime fili non valeo, quantum
E tuo opere, tua vita delector. Audita quippe noui die-
bus nostris virtute miraculi, quòd per excellentiam tuam cuncta Gothorum gens ab errore Arianæ hæresis in fidei rectæ soliditatem translata est, exclamare cum propheta libet:
Psal.76. Hæc est immutatio dexteræ excelsi. Cuius enim vel saxeum pectus tanto hoc opere cognito non statim in omnipotentis dei laudibus, atque in tuæ excellentiæ amore mollescat? Hæc me
fateor quæ per vos acta sunt sæpe conuenientibus filiis meis dicere, sæpe cum eis pariter admirari delectat. Hæc me plerumque etiam contra me excitant, quòd piger ego & inutilis tunc inerti otio torpeo, quando in animarum congregationibus pro lucro cœlestis patriæ reges elaborant. Quid itaque ego in illo
I tremendo examine iudici venienti dicturus sum, si tunc illuc vacuus venero, vbi tua excellentia greges post se fidelium ducet, quos modo ad veræ fidei gratiam per studiosam & continuam prædicationem traxit? Sed est mihi bone vir hoc ex dei munere in magna consolatione: quia opus sanctum quod in me non habeo, diligo in te. Cúmque de tuis actibus magna exhortatione gaudeo, ea quæ per laborem tua sunt, per charitatem mea
Luca. fiunt. De conuersione igitur Gothorum in vestro opere, & in nostra exultatione libet cum angelis exclamare: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Nos enim, vt existimo, gratiarum amplius omnipotenti domino debitores sumus, qui & si vobiscum nihil egimus, vestro tamen operi congaudendo participes sumus. Beatus verò Petrus Apostolorum princeps quàm libenter munera excellentiæ vestræ
Prouer.15. susceperit, ipsa cunctis liquidò vita vestra testatur. Scriptum quippe est: Vota iustorum placabilia. Neque enim in omnipotentis dei iudicio quid datur, sed à quo datur aspicitur. Hinc
Gen.4. est enim quod scriptum est: Respexit dominus ad Abel & ad munera eius, ad Cain autem & ad munera eius non respexit. Dicturus quippe quia dominus respexit ad munera, præmisit sollicitè quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur: quia non offerens à muneribus, sed munera ab offerente placuerunt. Vestra itaque oblatio quàm sit grata ostenditis, qui datum, prius ex conuersione gentis subditæ animarum munera K
dedistis. Quòd verò transmissos abbates, qui oblationem vestram beato Petro Apostolo deferebant, vi maris dicitis fatigatos ex ipso itinere ad Hispanias remeasse, non munera vestra repulsa sunt quæ postmodum peruenerunt, sed eorum qui trãsmissi fuerant constantia est probata, an scirent sancto desiderio obiecta pericula vincere, & in fatigatione corporis mente minimè lassari. Aduersitas enim quæ bonis votis obiicitur, probatio virtutis est, non iudicium reprobationis. Quis enim nescíat quàm prosperum fuit quòd beatus Paulus Apostolus prædicaturus ad Italiam veniebat, & tamen veniens naufragium pertulit? Sed nauis cordis in marinis fluctibus integra stetit. Præterea indico, quia creuit de vestro opere in laudibus dei hoc quod dilectissimo filio meo, Probino presbytero narrante cognoui: quia cùm vestra excellentia constitutionem quandam contra Iudæorum perfidiam dedisset, hi de quibus prolata fuerat, rectitudinem vestræ mentis inflectere pecuniarum summam offerendo moliti sunt, quam excellentia vestra contempsit, & omnipotentis dei placere iudicio requirens, auro innocentiam prætulit. Qua in re mihi Dauid regis factum ad memoriam venit, cui dum concupita aqua de cisterna Bethleemitica quæ inter hostiles cuneos habebatur, ab obsequentibus militibus fuisset allata, protinus dixit: Absit à me, vt sanguinem *1.Paral.11.*
iustorum hominum bibam. Quam quia fudit & bibere noluit, L
scriptum est: Libauit eam domino. Si igitur ab armato rege in sacrificium dei versa est aqua contempta, pensemus quale sacrificium omnipotenti deo rex obtulit, qui pro amore illius nõ aquam, sed aurum accipere contempsit? Itaque fili excellentissime fidenter dicam, quia libasti aurum domino, quod contra eum habere noluisti. Magna sunt hæc & omnipotentis dei laudi tribuenda. Sed inter hæc vigilanti sunt studio antiqui hostis insidiæ cauendæ, qui quanto maiora in hominibus dona conspicit, tanto hæc auferre subtilioribus insidiis exquirit. Neque enim latrunculi in via capere viatores vacuos expetunt, sed eos qui auri vascula vel argenti ferunt. Via quippe est vita præsens. Et tanto quisque necesse est vt insidiantes spiritus caueat, quanto maiora sunt dona quæ portat. Oportet ergo excellentiam vestram in tanto hoc de conuersione gentis subditæ munere quod accepit, summopere custodire prius humilitatem cordis, ac deinde munditiam corporis. Cùm enim scriptum sit: *Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur,* *Luc.14.18.*
profectò liquet quia ille veraciter alta amat, qui mentem suam ab humilitatis radice non desecat. Sæpe nanque malignus spiritus vt bona destruat quibus prius aduersari nõ valuit, ad operãtis mentem post peractam operationem venit, eámque tacitis cogitationibus in quibusdam suis laudibus excutit, ita vt decepta mens admiretur ipsa quàm sint magna quæ fecit. Quæ dum per M
occultum tumorem apud semetipsam extollitur, eius qui donum tribuit, gratia priuatur. Hinc est enim quòd per prophetæ vocem contra superbientem animam dicitur: Habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo. Fiduciam *Ezech.16.*
quippe animam in pulchritudine sua habere, est in semetipsa de iusta actione præsumere. Quæ in suo nomine fornicatur, quando in hoc quod rectè egit, non cõditoris laudem dilatari appetit, sed suæ opinionis gloriam requirit. Hinc rursum per prophetam scriptum est: Quo pulchrior es, descende. Anima et- *Ezech.32.*
enim vnde est pulchrior, inde descendit, quando ex virtutis decore quo exaltari apud deum debuit, ab eius gratia per suam elationem cadit. Quid ergo in his agendũ est, nisi vt malignus spiritus cum nobis ad eleuandã mentem reducit bona quæ ægimus, nos semper ad memoriã mala nostra reuocemus, quatenus & nostra cognoscamus esse quæ peccãdo fecimus, & solius omnipotẽtis dei munera, cùm peccata declinamus. Custodiẽda est quoque mũditia corporis in studiis bonæ actionis: quia iuxta vocẽ prędicãtis Apostoli: Templum dei sanctũ est, quod estis vos. Qui rursus ait: Hæc est enim voluntas dei, sanctificatio vestra. Quam san- *1.Cor.3.*
ctificationem quid dixerit, ostendens protinus adiunxit: Vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrum suum vas possidere in sanctificatione & honore, & non in passionibus desiderij. Ipsa quoque regni gubernacula erga subiectos magno sunt moderamine tẽperanda, ne potestas mentẽ surripiat. Tunc *1.Thes.4.*

enim

A enim regnum bene regitur, cùm regnandi gloria animo non dominatur. Curandum quoque est ne ira surrepat. Ne fiat citius omnè quod licet. Ira quippe etiam cum delinquentium culpas exequitur, non debet menti quasi domina præire, sed post rationis tergum velut ancilla famulari, vt ad faciem iussa veniat. Nam si semel mentem possidens cœperit, iustum esse deputat etiam quod crudeliter facit. Hinc enim scriptum est: Ira viri iustitiam dei non operatur. Hinc rursus dicitur: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Hæc autem vos auctore deo omnia seruare non ambigo. Sed occasione admonitionis exorta, bonis vestris actibus me furtiuè subiungo, vt cùm non admoniti facitis, quàdo vobis admonens additur, iam non soli faciatis. Omnipotens autem deus in cunctis actibus vestris, cœlestis brachij extensione vos protegat, vobísque & præsentis vitæ prospera, & post multa annorum curricula gaudia concedat æterna. Clauim verò paruulam à sacratissimo beati Petri Apostoli corpore pro eius benedictione transmisimus, in qua inest ferrum de catenis eius inclusum, vt quod collum illius ad martyrium ligauerat, vestrum ab omnibus peccatis soluat. Crucem quoque dedi latori præsentium vobis offerendam, in qua lignum dominicæ crucis inest, & capilli beati Ioannis Baptistæ. Ex qua semper solatium nostri saluatoris per intercessionem præcursoris eius habeatis.

B Reuerentissimo autem fratri & coëpiscopo nostro Leãdro pallium à beati Petri Apostoli sede transmisimus, quod & antiquæ consuetudini & nostris moribus, & eius bonitati atque grauitati debeamus. Item in anagnostico ante longum tempus dulcissima mihi vestra excellentia Neapolitano quodam iuuene veniente mandare curauerat, vt piissimo imperatori scriberem, quatenus pacta in chartophylacio requireret, quæ dudum inter piæ memoriæ Iustinianum principem & iura regni vestri fuerant emissa, vt ex his colligeret quid vobis seruare debuisset. Sed ad hoc faciendum duæ res mihi vehementer obstiterunt. Vna quia chartophylacium prædicti piæ memoriæ Iustiniani principis tempore, ita surripiente subitò flamma incensum est, vt omnino ex eius temporibus penè nulla charta remaneret. Alia autem, quia, quod nulli dicendum est, ea quæ contra te sunt, apud temetipsum debes documenta requirere, atque hæc pro me in medium proferre. Ex qua re hortor vt vestra excellentia suis moribus congrua disponat, & quæque ad pacem pertinent, studiosè peragat, vt regni vestri tempora per longa sint annorum curricula in magna laude memoranda. Præterea transmisimus clauim aliam à sacratissimo beati Petri Apostoli corpore, quæ cum digno honore reposita, quæque apud vos inuenerit benedicendo multiplicet.

Gregorius Italiæ patriciæ & Venantio. Conqueritur de
C *doloribus eius. Caput. C X X V I I.*

Vosdam de Sicilia venientes affectu quo debui de sospitate vestræ excellentiæ requirere curaui. Sed de assiduitate ægritudinum mihi tristia responderunt. Hęc autem dicens nec ego vobis de meipso inuenio aliud quod debeam nunciare, nisi quòd peccatis meis exigentibus ecce iam vndecim menses sunt quòd valde rarum est si de lecto surgere aliquando potuero. Tantis enim podagræ tantísque molestiarũ doloribus premor, vt vita mea mihi grauissima pœna sit. Quotidie enim in dolore deficio, & mortis remedium expectando suspiro. In clero verò huius vrbis & populo tanti febrium languores irruerunt, vt penè nullus liber, nullus seruus remanserit, qui esse idoneus ad aliquod officium vel ministerium possit. De vicinis autem vrbibus strages quotidie mortalitatis nobis nunciantur. Africa autem qualiter mortalitate & languoribus vastetur, quanto viciniores estis, tanto credo quòd subtilius cognouistis. De Oriente verò qui veniunt, grauiores desolationes nunciant. In his itaque omnibus quia appropinquante fine mũdi generalem percussionem esse cognoscitis, affligi nimis de propriis molestiis non debetis. Sed sicut sapientes nobiles decet, omne cor ad animarum curam reducite, districtum iudicium quanto sit vicinius, plus timete. Studiis pietatis intendite, de qua scriptum est, quòd promissionem habeat vitæ præsentis & futuræ. Potens est autem omnipotens deus vitam vestræ excellẽtiæ & hic in longo tempore conseruare, & post multa annorum D curricula ad gaudia æterna perducere. Dulcissimas filias meas domnam Barbaram & domnam Antoniam mea peto vice salutari. Quas oro vt superna gratia protegat, essque prosperari in omnibus concedat.

Gregorius Donello erogatori. De prouisione Romanæ ciuitatis. *Caput. C X X V I I I.*

Pistolam gloriæ vestræ plenam, boni filij, charitate *Epist. 128.*
E suscepimus, ex qua quidẽ de molestia corporis vestri noster est animus contristatus. De diuina tamen miseratione confidimus, quòd qui vos miseram & deiectam diligere fecit Italiam, ipse vobis & corporis salutem restituat, & in æterna retributione compenset. De militari enim toga, quam vos contra voluntatem vestram principali significastis iussione iterum suscepisse, omnino sumus libenter complexi, scientes quia magnitudo vestra cautiori salubrioríque prouisione militari necessitati concurrat. De sex verò centenariis, qui in cimiliarcho Rauennati Ecclesiæ fuerant commendati, sicut vestra testatur Epistola, ab excellentissimo Exarcho in quotidiana militum præfectura sunt mutati, qui vt hactenus minimè restaurentur, cuius sit causa cognoscitis. Quod enim scripsistis, hoc prædicto filio nostro Exarcho visum esse, vt quia pax ad con- E
clusionem tenuit de pecuniis hinc competẽtibus, primum vt togam illarum partium faciatis, gloria vestra cautè prospiciat si vel fieri debet, vel sit quoquo modo præsumendum, vt si præfectura illarum partium acceptas pecunias recuperare negligit, hæ partes ob hoc periculum de militis nuditate sustineant. Sed hi quibus mutuatæ ipsæ dicuntur pecuniæ, debent à mutuante constringi, quatenus sicut nouerunt expensa centenaria ipsi restituant, & pecuniæ quæ sine erogantis non possunt tangi periculo, subtractæ quibus debentur, admisso quod nobis imminet periculo, minimè aliis dispergantur indebitè. Et hoc quidem nos nec cum nouo in causa viro Romanarum partium ignauo agimus. Cui quippe constat quòd si pax reparata minimè fuerit, belli tempore in his locis nisi solius diuinæ potentia maiestatis, humanum non prævalet subuenire remedium. Sciens ergo magnitudo vestra voluntatem dominorum principum quanta de Romanæ ciuitatis cura præcipuè subuentione sit prouida, quod ex donis eorum euidenter agnoscitur, sed & partium istarum imminens periculum omnino curæ tuæ est, & ciuitatis cum pecuniis huc venire. Quod si omissum fuerit, & aduersi aliquid, quod non optamus, euenerit, neque apud deum, nec apud rerum dominos cuiuslibet obtentu personæ vos excusare quoquo modo valeatis. Romana enim ciuitas peccatis nostris facientibus diuersis est attrita languoribus, vt nec qui in F
murorum custodia sint, idonei persistant.

Gregorius Maximo episcopo Salonitano. De vsu pallij,
& ratione eius. *Caput. C X X I X.*

Vsceptis fratris & coëpiscopi nostri Mariniani epi- *Epist. 129.*
S stolis, sed & Castorio chartulario nostro remeante fraternitatem vestram plenissimè de his quibus dubietas fuerat, satisfeciisse cognouimus, magnásque omnipotenti deo gratias agimus: quia de meo corde medullitus omnis rancor siniistræ suspitionis euulsus est. Pro qua re Stephanum communẽ filium diaconum vestrum cum summa volui celeritate laxare. Sed hunc apud me vel paucis diebus immorari, dolores crebri mearum ægritudinum compulerunt. At postquã meliorari vel modicum cœpi, eum protinus cum gaudio transmittere curaui. Itaque pallium ad sacra missarum solennia vtendum ex more transmisimus, cuius vos volumus per omnia genium vendicare. Huius enim indumenti honor, humilitas atque iustitia est. Tota ergo mente fraternitas vestra se exhibere festinet in prosperis humilem, & in aduersis si quando eueniunt, cum iustitia erectam: amicam bonis, peruersis contrariam. Nullius vnquam faciem pro veritate loquentem premens, misericordiæ operibus iuxta virtutem substantiæ insistens, & tamen insistere etiam supra virtutem cupiens, infirmis compatiens, bene valentibus congaudens, aliena damna propria deputans, de alienis gaudiis tanquã de propriis exultans, in corrigendis autem vitiis sæ-

Universidad de Deusto Biblioteca

GAudens, in fouendis virtutibus auditorum animos demulcens, in ira iudicium sine ira tenens, in tranquillitate autem seueritatis suæ censuram non deserens. Hæc est frater charissime pallij accepti ratio, quam si sollicitè obseruaueris, quod foris accepisse ostenderis, intus habes. Præterea fratrem & coepiscopum nostrum Sauinianum fraternitati vestræ in omnibus commendo, & si quæ causæ sint, interim postponantur. Charitas inter vos fixa permaneat, vt sic de exterioribus, si quando contentio vertitur, examen veniat, quatenus mentem charitas non relinquat. Communem quoque filium Honoratum archidiaconum commendamus. De quo, si ita est, sicut per Castorium chartularium nostrum didicimus: quia per eum iam tres antea archidiaconi seruare consuetudinem Ecclesiasticam, qui quinquennio expleto exeundo compulsi sunt, tuæ quidem volumus vt charitatem sanctitatis inueniat. Nam flagitari iudicium non debet de causa quam ipse iudicauit. Sin verò ita non est, omni mentis tumore depresso, omnique odio postposito, debet in charitate recipi, & nullatenus à loco in quo inuentus est, amoueri. Mesianen. quoque clericum, qui ad nos confugerat, communi filio Stephano diacono fiducialiter dedimus, certi quia quem nos vestræ fraternitati transmittimus, vos in eo non odium, sed gratiam potestis ostendere. Omnipotens deus sua vos protectione custodiat, détque nobis ita agere, vt post huius temporalitatis fluctus, ad æterna valeamus simul gaudia peruenire.

H

Gregorius Constantio episcopo Mediolanensi. De Philagrio *Caput. CXXX.*

Epist. 130.

LIcet multum fraternitatem vestram ad seruandam sibi iustitiam Philagrij portitoris præsentium flagellum cæcitatis inuitet, veruntamen quia ad restauranda quæ sibi præiudicialiter asserit detineri, per nos vos voluit fieri promptiores, præsentia ad vos scripta priuidimus dirigenda. Questus autem est campum cum vinea sua ab Ecclesiæ vestræ hominibus irrationabiliter occupatum. Quod si ita est, quanquam ante iudicium possessio ei debuerat violenter ablata restitui, tamen quia peruenit communis filius Euentius diaconus vester, consentiente prefato latore constituit per quinque testes partem Ecclesiæ vestræ satisfacere posse, eiusdem Ecclesiæ iuris illum esse. Ideóque *fraternitas vestra prædictum Philagrium contra iustitiam laborare non faciat, sed modis quibus potuerit, veritatem diligenter inquirat.* Et si manifestè sicut hic constituit, probari potuerit vestri iuris esse, huic propter deum citius satisfaciendum est, vt à sua intentione sine labore discedat. Alioquin ante omnem contentionem res eius tuta vestra prouisione reddatur, vt sua cuique parti integra post hoc maneat de proprietate cognitio. Quia verò pro eo quòd vobis nescientibus inI de discessit, vestros se existimat animos offendisse, fraternitas vestra ei dulcedinem suæ charitatis ostendat, vt cognoscat se longè aliter quàm debuit de sacerdote credidisse. Sed quoniam & sanctorum Apostolorum liminibus se, vt ait, præsentare desiderat: quotiens venire voluerit, nullius impedimento auertatur, sed vestrum magis habeat in hac parte solatium. Indicauit præterea prædictus portitor quòd collecta facta inter alios ciuitatis Ianuensis habitatores, ipse dare pariter compellatur. Et miramur vt qui magis misericordia dignus est vobis præsentibus prægrauetur. Quod si ita est, denuo ab eo per quemlibet exigi vestra sanctitas non permittat: quia eum quem cæcitas sua grauat, inhumanum nimis est in collatione affligere: cui si esset magna necessitas, debuit ex collatione misereri. Quia verò ab Ecclesia Dertonensi puerum suum iniustè queritur detineri, fraternitas tua prædictæ ciuitatis episcopo curet scribere: vt, si ita est, sine aliqua illum contentione restituat. Qui si aliter esse fortè responderit, aut apud vos, aut apud arbitros causa hæc cognoscenda sine excusatione est aliqua facienda. Nam idem Philagrius puellam suam cum filiis & nepotibus, de qua, vt ait, nulla est quæstio, eundem puerum suum nomine Maurum maritum suum secutam innotuit. Ex qua re actum est vt per eum de quo est contentio, etiam alij de quibus nulla est quæstio, teneantur. Quod si veritate subsistit, puella illi cum filiis & nepotibus sine aliqua altercatione reddenda est, & tunc de suprascripto Mauro quæstione ventilata, quod ratio suaserit, termiK netur. Quòd si fortè & de vxore ipsius aliqua dicitur esse contentio, & hoc quoque ita interuentu iudicij finiatur, vt vobis illic præsentibus ad nos de memoratis causis denuo prædictus portitor necessitatem remeandi non habeat.

Finiunt Epistolæ Indictionis secundæ.

Incipiunt epistolæ indictionis tertiæ ex Registro beati Gregorij papæ.

LIBER OCTAVVS.

Gregorius Romano defensori. De Lucillo episcopo qui ministeria Ecclesiastica iniustè abstulit.

Caput. I.

Epist. 1.

NIHIL proficit sacerdotum culpas vlcisci, & commissa digna deiectione crimina vindicare, si eis qui conuicti facinore deponuntur, amissio honoris solatium, & casus sui cœperint esse compẽdium. Questus itaque nobis L est frater & coëpiscopus noster Traianus Lucillum quondam insulæ Melitensis episcopum, flagitij sui iniquitate perterritum, non solum res Ecclesiæ cuius non rector, sed inimicus potius extitit, abstulisse, verumetiã plurima eum eidẽ Ecclesiæ competentia de præteritis retinere. Quippe qui in fabricam, vel sartatecta pius *nihil pertulit expendere*, sed mente sacrilega suis totum studuit compendiis applicare. Et quia graue nimis ac contra deum est, vt sua illi deiectio non sit pœna, sed commodum, experientia tua eum districtè commoneat, vt quicquid abstulit, vel apud se de præteritis retinet, sine mora restituat. Qui si indita sibi nequitia negare fortè voluerit, quia facilè dicitur posse conuinci, vnà cum reuerentissimo fratre & coëpiscopo nostro Ioanne Syracusano residens, subtili inquisitione *huius rei veritatem rimamini, quatenus probatione habita, quicquid eum tulisse vel surripuisse claruerit, palam verecundia confusus restituat, quod inuerecundè clam abstulit.* Petrum autem prædicti Lucilli filium, similiter tui studij sit admonere, vt quia & ipse supradictæ Ecclesiæ tulisse plurima perhibetur, honesta ea consideratione restituat, alioquin vestro & ipse est iudicio præsentandus, vt præcedente subtili inquisitione, vtrorunque causa valeat vno fine concludi. Præterea petiit à nobis suprascriM ptus Traianus frater noster, vt de monasterio suo, quod in ciuitate Syracusana situm est, ei quatuor vel quinque dari monachi debuissent. Quod pro eius solatio nequaquam existimauimus denegandum: quia ad locum proficiscens incognitum, si proprios quorum consolatione vtatur non habeat, mens affecta tristitia minus se ad ea quæ vtilitatis sunt erigit, & ante incipit succumbere, quàm laborare. In qua re ne suprascripti reuerentissimi fratris & coëpiscopi nostri Ioannis priuilegiorum videremur prærogatiuam minuere, ità hoc illi noueris esse concessum, vt tamen fratris & coëpiscopi nostri Ioannis sit arbitrio per omnia reseruatum. Quia ergo petitioni suæ prædictus frater noster adiecit, vt pueros quos de pecunia sua comparauit, ac suos patrísque sui codices, aut res alias proprias quas in eodem monasterio habet, ei sit tollendi licentia, ratio nos hoc negare non pertulit. Sed ne postulata videamur indiscretè concedere, hanc tenendam obseruantiam scito, id est, vt quicquid postquam ab abbatis remotus est officio, comparauit, vel quolibet titulo acquisiuit, libera illi tollendi facultas sit. Sed & hoc quod de monasterio illo in quo conuersus est, quod *in prouincia Valeria in possessione iuris sui patrem eius manifestum est construxisse*, pellente hostilitate discedens abstulit, secúmque detulit, sine aliqua dubietate ei reddẽdum est: quia alterius inquisitionis ius effugit, quod semel monasterij fuerit dominio sociatum. Siquid autẽ dum adhuc illic abbatis fungeretur officio acquisiuit, non suum, sed monasterij ipsius esse cognoscat. Et ideo de iure illud eiusdem monasterij auferri vlterius quolibet modo non patimur.

A timur. Legatum autem quod antedictum fratrem noſtrum illud capitulans condidit ex ſupradicti monaſterij ſingulis annis de eodem monaſterio per vltimam volũtatem ſuam habere conſtituit, experientia tua ſolatiante, iuſtitia faciente, ſine aliqua faciat dilatione percipere.

Gregorius Mauricio Auguſto. De denarijs ſancto Petro trãſmiſſis. *Caput.II.*

Omnipotẽs deus qui clementiæ veſtræ ad hoc cor da cõpunxit, incolume in amoris ſui conſtãtia dominorum ſeruet imperium, & victorias eorum in cunctis gẽtibus auxilio ſuę maieſtatis extendat. Triginta itaque libras auri quas confamulus meus Buſa detulit, Scribo ſacerdotibus, egeniſque & aliis fideliter erogauit. Et quia quædam in hanc vrbem ſanctimoniales fœminæ ex diuerſis prouinciis fugientes, poſt captiuitatem venerunt, ex quibus quantum locorum poſsibilitas recipit, aliquæ in monaſteriis datæ ſunt: quæ verò in eis minimè capi potuerunt, ſingulariter degentes inopem vitam ducunt: placuit vt hoc quod cæcis, truncis aliiſque debilibus ſupereſſe poſſet, eis erogari debuiſſet: dummodo non ſolum dominorum miſericordiã indigentes indigenæ, ſed aduenientes etiam peregrini ſuſciperent. Vnde actum eſt vt ſimul omnes pro vita dominorum concorditer orarent, quatenus omnipotẽs deus longa vobis & quieta tempora tribuat, & pietatis veſtræ fœliciſsimam ſobolem diu in Romana republica florere concedat. Togæ quoque militum ita per prædictum confamulum meũ Scribonem, præſente quoque glorioſo Raſco factæ ſunt, vt dona dominorum cuncti ſub diſciplina debita gratias agendo ſuſciperẽt, & hoc quod eis prius dominari conſueuerat, omne murmur auerterent.

Gregorius Fortunato epiſcopo Neapolitano. De monaſterio Romani conſecrando. *Caput.III.*

Epiſt.3. Raternitati veſtræ eſſe nõ putamus incognitum: quia Romanus clariſsimæ memoriæ vir, per vltimæ ſuæ voluntatis arbitrium, in domo iuris ſui Eccleſiam quæ in ciuitate veſtra ſita eſt, ædificari deputauit. Et quia, deo miſerante, defuncti noſcitur voluntas impleta, ſanctitas veſtra illic ingrauanter accedat: & ſi nullum ibidem corpus conſtat humatum, locum ipſum in honorem ſanctorum Hermetis, Sebaſtiani, atque Cyriaci, necnon & Pancratij ſolenniter ſtudeat abſque miſſis publicis cum veneratione debita conſecrare, ita vt in eodem loco baptiſterium nunquam conſtituatur, nec presbyterum cõſtituas cardinalem. Sed quotiens miſſas ibi degentes illic monachi fieri voluerint, à dilectione veſtra presbyterum nouerint poſtulandum, quatenus nihil tale à quolibet alio ſacerdote vllatenus præſumatur.

Gregorius Fantino defenſori. De mancipiis Romani ſpectabilis viri. *Caput.IIII.*

Epiſt.4. Ancipia iuris Romani ſpectabilis memoriæ viri, qui in domo ſua quæ in Neapoli ſita eſt, monaſterium ordinari conſtituit, habitare in Sicilia perhibentur, & quia monaſterium ipſum iuxta voluntatem eius noſcitur ordinatum, experientia tua præſentium portitoribus qui ad recolligenda mancipia ipſa illuc directi ſunt, omni ſtudio ſolatiari feſtinet. Et recollectis eis, poſſeſsiones illis vbi laborare debeant, te ſolatiante conducat. Et quicquid eorum labore acceſſerit, reſeruato vnde ipſi poſsint ſubſiſtere, reliquum ad prædictum monaſterium experientiæ tuæ cura annis ſingulis auxiliante domino tranſmittatur.

Gregorius Sauino ſubdiacono Regionario. De Siſinnio preſbytero culturæ idolorum dedito. *Caput.V.*

Epiſt.5. Vm plerunque quod in laicis culpa non eſt, hoc crimẽ in ſacro ſit ordine conſtitutis, quanta in eis diſtrictione puniẽdum ſit piaculare flagitium, qui zelo rectitudinis vritur, non ignorat. Quorundam ſiquidem relatione perlatum eſt, quia Siſinnius Regitanæ ciuitatis presbyter, quod auditu ipſo intolerabile nimis eſt, idolorum venerator ac cultor eſt,

adeo vt in domo ſua quoddã idolum poſitum habere præſumeret. Sed &, quod non diſsimile nephas eſt, ſodomitico illum ſcelere maculatum. Et ideo quia tanti facinoris iniquitas diſtricta atque ſubtili inueſtigatione quærenda atque plectenda eſt, hac tibi auctoritate præcipimus, vt vigilanti ſtudio, & diligenti omnino cura perquiras. Et ſi qua indicia apprehendere huius rei poſſueris, eum in cuſtodia diſtricta, quouſque nobis renuncies redigas, vt qualiter immaniſsimum facinus diſcuti debeat ac puniri, deliberare poſsimus. Scito autem quia ſtudium, zelúſque tuus qualis contra nefandiſsima ſit crimina, hæc cauſa eſt ſine dubio monſtratura, per quam te apud nos, aut multũ de ſollicitudine commendari, aut periculoſè de neglectu noueris accuſari. Vnde neceſſe eſt, vt ita te vigilantem in hac requiſitione ſtudeas exhibere, quatenus & nos de ſollicitudine tua lætifices, & deum tibi facias eſſe placabilem. Hoc quoque nobis de prædicto presbytero nunciatum eſt, quòd Victorianus presbyter ei cum diuerſis rebus vel ornamentis auctoritati ſuæ pecuniam commendaſſet, qui dum depoſitum abnegaret, iudicio habito conuictus eſt, & vnde reddere debuiſſet, addictus ſit. Et quia eo reſtituere id quod condemnatus eſt differente, is qui depoſuiſſe dicitur obiit, & neceſsitate eius perhibentur filij laborare, & hoc experiẽtia tua diligenter inquirat, atque ita, ſalua ratione, ad finem hanc cauſam perducat: dummodo, ſi ita eſt, nec ille res alienas perfida mẽte retineat, & orphani quod ſuum eſt vel amiſſo patre recipiant.

Gregorius Sauino ſubdiacono. De iniuſtitia Stopaulo & Marcello facta. *Caput.VI.*

Atores præſentium Stopaulus atque Marcellus liber- *Epiſt.6.*
L ti quondam Comicioli excubitoris, queſti nobis ſunt aſſerentes duas ſubſtãtiæ ſuæ vncias quas libertis ſuis idem dominus eorum per paginam teſtamenti ſui legauerat, ab hærede filia ipſius Maria vxore Pardi clerici necdum ſibi eſſe cõpletas. Et vt legatum ipſum differre valeat, ab hærede eadẽ ipſius ſtatus ſui ſibi fieri terrorem inſinuant. Et quoniam ea quæ relicta ſunt, tua poſtulant inſtãtia adimpleri, idcirco tibi hac auctoritate præcipimus, vt prædictam Mariam commoneas, quatenus voluntatem patris, auctoríſque ſui implere non differat, ſtudiſque tui ſit, vt nullis contra rationem diſpendiis debeant ſubiacere. Quòd ſi fortè ab hac ſe ſolutione aliqua nititur excuſatione defendere, mediis ſacroſanctis Euangeliis cauſam ſubtiliter perſcrutari, & ita quæ legis ac iuſtitiæ ordo poſtulauerit diffinire conuenit, atque diffinita effectui mancipare, vt hæc ad nos denuo querela nõ redeat. Quia verò comperimus duas vncias ſubſtantiæ ſuæ prædictum teſtatorem ſanctæ Eccleſiæ ſancti Georgij vbi ſe ſepeliri voluit legauiſſe, curæ tuæ ſit vt eaſdem duas vncias ſubſtantiæ ſuæ, ſi tamen necdum completæ ſunt, prædicto loco modis omnibus vendicare debeas, vt piæ voluntatis intentio, etiã inuita hærede ad effectum per omnia perducatur, nec in hac re amplius differri quæ relata ſunt patiaris. Nam ſacrilegũ & contra leges eſt, ſi quis quod venerabilibus locis relinquitur, prauæ voluntatis ſtudiis, ſuis tentauerit compendiis retinere.

Gregorius Theodoro curatori. Ioannem præfectum commendat. *Caput.VII.*

Vanuis gloriæ veſtrę bonitas ſemel ſibi commendatos *Epiſt.7.*
Q neſciat obliuioni mandare, veruntamen ſcientes hæc eadem iterata chariſsimum filium non oneroſè ſuſcipere, ſcribere nos quæ iam dudum ſcripſimus, non piget. Quia ergo Ioannes glorioſiſsimus filius noſter præfectus vrbis ad deducendam huc coniugem ſuam latorem præſentium Ioannem clariſsimum virum illic noſcitur tranſmiſiſſe, hunc paterna dilectione ſalutantes petimus, vt quia memoratus glorioſiſsimus filius diuiſus hic conſiſtere non poteſt, veniẽti coniugi ipſius gloriæ veſtræ ſinceritas patrocinij ſui opem ferat. Et vt ſecurius iter ſuum, deo cuſtodiente, peragere valeat, ad Peruſinam ciuitatem militari eam ſolatio fulciri diſponat, quatenus & antedictus glorioſus vir amplius patrociniis veſtris ſit deditus, & nos dulciſsimæ gloriæ veſtræ gratias referamus.

Gregorius Mariniano epiſcopo Rauennæ. Ioannem præfectum commendat. *Caput.VIII.*

G Lorioſiſsimus filius noſter Ioannes præfectus vrbis ad
Epiſt.8. G hoc illuc latorem præſentium Ioannem virum clariſ-
ſimum deſtinauit, vt glorioſam coniugem ipſius deo
debeat protegente huc perducere. Quam & nos hic volumus per
omnia aduenire, vt prædictum glorioſiſsimum filium noſtrum
non diuiſum, ſed totum habere poſsimus. Fraternitas itaque ve-
ſtra ſollicitudinem gerat, ne quod impedimentum adveniendum
ſuſtineat, atque vt hic citius adeſſe valeat, ſtudioſè concurrat. Et
ita ſe circa eam quocunque exegerit vſus exhibeat, vt nec ſuum
abeſſe coniugem ſentiat, & nos in vobis modis omnibus preſen-
tes eſſe cognoſcat.

Gregorius Mariniano epiſcopo Rauennæ. De ſanctimoniali de monaſterio egreſſa, & marito ſociata.

Caput. IX.

Epiſt.9. I latoris præſentium Stephani viri clariſsimi querela
S veritate ſubſiſtit, omnino nos fraternitas veſtra contri
ſtatos intelligat, cur tam pigra vel deſes extiterit, vt
ante ad nos facti prauitas, quàm correctio perueniret. Queſtus
itaque eſt quòd cognatam eius, cui aliquando Petrus quidam ne-
quiſsimus diabolico inſtinctu de monaſterio exire ſuaſerat, at-
que à Gratioſo notario noſtro fuerat mutato habitu vnde exie-
rat reuocata, nequiſsimus vir iniqua ſuaſione de monaſterio rur-
ſus eiiciēs, apud ſe nuncuſque impudicè retineat. Ex qua re val-
de nos, ſicut diximus, tua deſidia contriſtauit, cur nec dum in mo
H naſterium reuocata ſit ac retruſa. Vel nunc ergo propoſiti tui
conſideratio & zelus te caſtitatis accendat, id ſummopere modis
quibus potueris ſtudere, vt aſperitatem quam de tantæ iniqui-
tatis perpetratione cōcepimus, eis citius valeas correctione mol-
lire. Nam & Vitali defenſori præcepimus, vt vobis hac in cauſa
ſolatiari non differat. Sed quia memoratus Petrus ab homine fi-
lij noſtri magnifici Filoxeni dicitur defenſari, apud eum vobis
cum omni ſtudio & charitate inſtanter agendum eſt, vt eam ſine
aliqua faciat dilatione reſtitui, quem credimus hoc, quia bonus
omnino vir eſſe dicitur, ſine mora facturū. Quòd ſi fortè, quod
non credimus, aliqua hoc fuerit excuſatione dilatum, tunc etiam
publicè conteſtandus eſt. Atque fraternitas nobis veſtra renun-
cier, vt exinde in vrbem regiam ſcribamus, quatenus quod fieri
honeſtè negligitur, ea qua dignum eſt vltione plectatur.

Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano. De decem auri libris Baſilio Cypriano epiſcopo tranſmiſſis.

Caput. X.

Epiſt.10. Lorioſi filij noſtri, Cethegus atque Flora iugales, pro
G certis cauſis ſuis Maximum virum clariſsimum Pala-
tinum priuatarum ad Siciliam tranſmittentes, decem
libras auri à reuerentiſsimo filio noſtro Baſilio Capuanæ ciuita-
tis epiſcopo, qui illic iam eſſe dinoſcitur, ſuis vtilitatibus pro-
I futuras dari de penſionibus Eccleſiaſtici patrimonij voluerunt.
In quarum reſtitutione ne qua mora fieret, aut difficultas fortè
contingeret, quantitatem ipſi dilectiſsimo filio noſtro Bonifa-
cio diacono tradiderunt. Et ideo quia noſtros nos filios, & præ-
ſertim vbi damnum minimè ſentit Eccleſia, non cōuenit contri-
ſtare, his fraternitati tuæ mādamus apicibus, vt ſuprafcripto fra-
tri, coēpiſcopóque noſtro Baſilio, & Maximo viro clariſsimo
ſecundum voluntatem prædictorum filiorum noſtrorum Cethe
gi atque Floræ, glorioſarum perſonarum, decem libras auri ſine
tarditate poſt ſubditam de ſuſcepto paginam dare debeatis, qua-
tenus dum nulla in accipiendo eis mora prouenerit, & illi man-
da ſibi, vt nouerint, vtiliter exequantur, & pars Eccleſiæ ratio-
nabiliter ſit munita.

Gregorius Romano defenſori. De Baſilio epiſcopo in cauſis forenſibus occupato.

Caput. XI.

Epiſt.11. Parte.1. diſt.88. ca. Perlatum. Erlatum ad nos eſt reuerentiſsimum fratrem noſtrum
P Baſilium epiſcopum velut vnum de laicis in cauſis ſe-
cularibus occupari, & prætoria inutiliter obſeruare.
Quæ res quoniam & ipſum vilem reddit, & reuerentiam ſacer-
dotalem annihilat, ſtatim vt experientia tua hoc præceptum ſu-
ſceperit, eum ita ad reuertendum diſtricta executione compel-
lat, quatenus ei illic te inſiſtente quinque diebus ſub qualibet
excuſatione immorari non liceat, ne ſi quolibet modo eum ibi-
dem moram habere permiſeris, cum ipſo apud nos grauiter in- K
cipias eſſe culpabilis.

Gregorius Gudiſcalco duci Campaniæ. De infractione monaſterij ſancti Archangeli.

Caput. XII.

Lla præpoſitorum ſollicitudo vtilis eſt, illa eſt cautela *Epi.12.*
I laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor ſibi nihil *11.q.3. Illa*
vendicat. Reſtringenda ergo ſub ratione poteſtas eſt, *præpoſito-*
nec quicquam agendum, priuſquam concitata ad tranquillitatem *rum.*
mens redeat. Nam commotionis tempore iuſtum omne putat
ira quod fecerit. Peruenit itaque ad nos magnitudinem tuam vſ-
que ad hoc eſſe impetu furoris impulſam, vt non ſolum frangi
ianuas monaſterij ſancti Archangeli, verùm etiam diripi exinde
quod ibi inuentum eſt feceris. Inſuper autem ſic contra abbatem
eiuſdem monaſterij diceris exarſiſſe, vt niſi occultans ſe, iracun-
diæ tuæ tempore latuiſſet, non leue diſcrimen incurriſſet: deni-
que vt metu tuo perterritus, de domo in qua ſe olim receperat,
exire nuncuſque non audeat. Quod ne fruſtra feciſſe forſitan vi-
dereris, fugam monachi ipſius, qui ad hoſtes abiit, ad eius quan-
tum ad nos perlatum eſt, crimen impingis, aſſerens quòd cum
ipſius voluntate fugerit. Quod ſi ita eſt, contriſtamur, & valde
veſtram ſapientiam miramur. Nam ſi licitum putatis, vt aliorum
culpa aliis ſit nociua, multi huic poſſunt crimini ſubiacere. Di-
uerſorum enim nobilium ſerui, multarum Eccleſiarum clerici,
diuerſorum monaſteriorum monachi, multorum iudicum homi L
nes, ſæpe ſe hoſtibus tradiderunt. Ergo ſi hoc creditur, ſeruorum
vtique domini, clericorum epiſcopi, monachorum abbates, di-
uerſorum fugacium iudices, omnes ſub culpa ſunt & crimine cō
ſtituti. Nunquid & diebus magnitudinis tuæ multi de ciuitate
in qua conſiſtis, ad Longobardos milites fuga non lapſi ſunt? Et
quis tantæ indiſcretionis, tantæque poſsit ſtultitiæ reperiri, vt
eorum iniquitatem tibi extimet applicandam? Hæc itaque ſolli-
citè penſa, atque ex te aliorum cauſas æſtima, & in quorundam
aduerſitates falſis ſuſpitionibus non ducaris. Si verò eſt aliquis
qui de prædicti monaſterij abbate poſsit aliquid dicere, quod ad
culpam reatúmque eius pertineat: nos hoc non negligi, ſed ma-
gis vnà quidem cum eis quorum intereſt, cauſam omnino diſtri-
ctè & ſollicitè volumus perſcrutari: vt aut feriat vindicta cul-
pabilem, aut abſoluat veritas innocentem. Si autem nullus inue-
niri potuerit, qui contra eum hoc quod ſolus ipſe perhibes aſſe-
rat, hortamur magnifice fili, vt à memorati monaſterij: abbatiſ-
que ipſius te aduerſitate contineas, & potius tuitionem illis &
propter deum charitatem impendas. Et ſi quid eſt vnde animi ve
ſtri fortaſsis offenſi ſunt, pro noſtra eis inteructione remittite: &
ita vos, ſicut Chriſtianos conuenit & prudentes, in eorum magis
iuuamine commodate, quatenus & nos vobis gratias referamus,
& ante omnipotentem dominum mercedem pro impenſis ſeruis M
eius beneficiis ac ſolatiis acquiratis.

Gregorius Fortunato epiſcopo Neapolitano. Fuſcum abbatem & monaſterium eius commendat.

Caput. XIII.

Vanuis & ratio & loci ſui qualitas fraternitatem ve- *Epiſt.13.*
Q ſtram commoneat, tuitionem monaſteriis & maximè
ſub ſe conſtitutis impendere: veruntamen quia lator
præſentium Fuſcus abbas ſuum à nobis voluit ex abundanti mo
naſterium commendari: his vos hortamur affatibus, vt quia fru-
ſtra monaſterium ipſum inquietudine dicitur laborare, ſanctita-
tis veſtræ illud defenſio tueatur, & ab aliquo illud grauari con-
tra rationis ordinem non permittat: quatenus dum nullum id
iniuſtæ rei pondus afflixerit, & vos videamini quod ſacerdotis
eſt ſalubriter impendiſſe, & degens illic congregatio queat in
dei laudibus occupari, & nullis irrationabiliter moleſtiis valeat
ſubiacere.

Gregorius Romano defenſori. De Fuſco abbate, & xenodochio ſancti Theodori.

Caput. XIIII.

Vſcus abbas monaſterij ſanctorum Heraſmi Maximi, *Epi.14.*
F atque Iulianæ, quod Neapoli ab Alexandra clariſsi-
mæ memoriæ fœmina, ſicut noſti, fundatum eſt: quæ
etiam & hæredem inſtituit, maſſam Papyrianenſem quæ illic in

Sicilia

A Sicilia sita est, cum xenodochio sancti Theodori suprascriptum monasterium suum asserit habere communem. Sed vt ad diuidendam eam cum his quorum interest, dilationem non debeat sustinere, experientiæ tuæ sibi petit adesse solatium. Proinde huius tibi serie præceptionis iniungimus, vt ei concurrere, atque in omnibus solatiari festines, quatenus massa ipsa secundum portiones competentes sine mora aliqua diuidatur. Sed ne fortè dicatur: quia à prædicto monasterio possessiones quæ hic communes sunt, detinentur: esse ex hoc excusatio nō debet: quia & ipsas paratus est sine difficultate diuidere. Quia verò legatum quod prædictæ Alexandræ à Pompeio relictum dicitur, ab eodem xenodochio, quippe quod ei in octo vnciis iure perhibetur hæreditario successisse, memoratus abbas suo faciat monasterio redhiberi: & hoc quoque experientia tua curet addiscere: & si ita est agere studeat, vt quod relictum est, modis omnibus exoluatur. Ita ergo sollicitudo tua in hac re exhibeat, vt suffragante iustitia, prædicti abbatis labor quem vt ad nos veniret assumpsit, vacuus esse non debeat.

Gregorius Fantino defensori. De Fusco abbate & Constantino cellæ suæ presbytero.
Caput. XV.

Epi.15. B F Vscus abbas monasteriorum sancti archangeli quod Macharis dicitur, atque sanctorum Maximi Herasmi, & Iulianæ, asserit Constantinum cellæ suæ presbyterum ob temporis qualitatem se in Siciliam transmigrasse, & codices monasterij sui atque vela secū deportasse. Quem quoniam defunctum perhibet, & ea quæ cellæ suæ esse commemorat, sibi postulat debere restitui: experientia tua veritatem curet addiscere, & si ita est, omnia quæ monasterij ipsius sunt, sine aliqua faciat dilatione restitui. Nam contra rationem est, vt quod de monasterio pro temporis, sicut dictum est, qualitate sublatum est, ab eius debeat iure separari. Ita ergo experientia tua agat, vt veritatem addiscens, prædictum illic abbatem vel quem vice sua transmiserit, dilationem frustra sustinere minimè patiatur.

Gregorius Clemētinæ patriciæ. De malis hominibus discordiam seminantibus.
Caput. XVI.

Epi.16. A Bbate quodam ad nos referente peruenit, quòd gloriæ vestræ à quibusdam sit maledicis nunciatum: quia aliquem, quod absit, contra vos stimulum habeamus. Quod si ita est, quicunque hoc fallaciter confinxerunt sub puritatis vobis specie duplices extiterunt, vt se quasi fideles ostenderent, vt vos de nobis prauè facerent dubitare. Ego autem gloriosa filia, bona tua olim cognoscens, & præcipuè castitatem quæ tibi ab adolescentia comes fuit, in magna semper veneratione & dilectione te habui. Sed ne vel nunc aliud cor meum esse gloria vestra suspicetur, nullum mihi odij vel iracundiæ circa vos scrupulum inesse C significo, sed paternam me vobis dilectionem exhibere cognoscite. Vnum tamē quod ad me perlatum est, reticere non debeo, ne minus esse charitatis incipiat, si silentio prematur, quod ad emendationem dicendum est. Nunciatum siquidem mihi est, quòd si quando vos quisquam offenderit, dolorem irremisibiliter retinetis. Quod si verum est, quia quantum vos diligo, tantum contristor, peto vt hoc à vobis vitium nobiliter excludatis, & secundum boni operis segetem, inimici semen crescere non sinatis. Dominicæ orationis verba ad memoriam reducantur, & non apud vos plus valeat culpa quàm venia. Excessus gloriæ vestræ bonitas superet, & magis salubriter ignoscendo deuotum faciat quem potest persistens facere asperitas indeuotum. Relinquatur illi vnde verecundiam habeat, & non seruetur quod doleat. Nam plærunque plus virium habet discreta in coërctione remissio, quàm in exequenda vltione districtio, adeo vt nonnunquam hęc fideliorem atque subiectum, illa verò obstinatum faciat & æmulum. Et quidem hæc non ad hoc dicimus vt zelo vos rectitudinis subtrahatis: sed ne tales sitis in minimis, quales esse debetis in maximis. Nam si quando seueritatem excessus qualitas exigit, agendum est vt & culpam vltio corrigat, & correctis pòst gratia non negetur. Hæc igitur quia paterna suadente dilectione pro vestra vos anima commonemus, cum ea qua dicuntur charitate suscipite, atque ea ad gloriæ vestræ vtilitatem assumite, vt bona vestra & apud homines clariora, & apud omnipotentem dominum possint esse purissima. De nobis autem sicut reuera charissima filia fiducialiter in cunctis præsumite. Et quia de vestra cupimus prosperitate semper audire, discurrentibus nos sæpius epistolis releuate. D

Gregorius Clementinæ patriciæ. De Amando à Surentinis electo.
Caput. XVII.

Epi.17. A Mandum presbyterum à Surentinis ad episcopatum, gloriosa filia, electum esse cognoscas. Quem quia huc scripsimus debere transmitti, contristari de eius absentia non debetis: quia nec abscedere creditur, qui mente vobiscū est. Et quoniam pastorem quærentibus, is qui vobis olim placuit, gratus est, omnipotentem deum benedicentes Christiana magis in hoc deuotione gaudete. Et vt ad nos celerius aliis profuturus venire debeat, hilariter studete: quia sinceræ charitatis est exultare, quando is qui diligitur, ad hoc vocatur vt crescat.

Gregorius Anthemio subdiacono. De Amando presbytero ad se dirigendo.
Caput. XVIII.

Epi.18. P E Ostquam is qui ad episcopatum Surentinæ ciuitatis electus fuerat, aptus nobis visus non est, Amandum presbyterum oratorij sancti Seuerini, quod in castro Luculano situm est, elegerunt. Ea propter experientiæ tuæ præcipimus: vt eundem presbyterum excusatione postposita sub omni ad nos studeat festinatione trāsmittere, quatenus petentium desideria cum Christi auxilio, si nihil est quod eum impediat, impleantur. Cuius vita vel actus quia melius possunt illic vbi diu est conuersatus agnosci, curæ tuæ sit cum fratre & coëpiscopo nostro Fortunato de eo diligenter inquirere. Et si nulla sunt quæ ad sacrum ordinem obsistere valeant, ad nos debet omni postposita tarditate transmitti. Ne autem gloriosa filia nostra Clementina hoc molestè suscipiat, ad eam experiētia tua pergat, & cum eius voluntate hoc faciat. Sin verò reniti fortasse voluerit, huc eum, sicut diximus, sine mora experientia tua transmittat: quia ita animi filiorum nostrorum à nobis pacandi sunt: vt tamen animarum vtilitas à nobis non debeat præpediri.

Gregorius Anthemio subdiacono. De monachis Surentinis.
Caput. XIX.

Epi.19. P F Eruenit ad nos quòd monachi quos in Surentina ciuitate pro complenda, sicut nosti, Antonini quondam defensoris voluntate transmisimus, pecuniam quam acceperant, ad emendas possessiones expendant. Quæ res quoniam nō leuem eis necessitatem in breui indicat imminere: ideo experientia tua hac auctoritate commonita prouideat atque dispenset: vt solidos ipsos incautè vitioséque erogare non debeāt. In qua re vt sollicitudo tua possit esse laudabilis, cum omni eis studio ac vigilantia possessiones ad comparandum exquire. Ex quarum fructibus serui dei alimoniam consequentes, nec acceptos solidos incassum expendere, nec ipsi valeant victus necessitatem incurrere. Ita ergo omni vigilantia, omníque intentione in hoc te exhibere festina, vt efficacia tua & ab illis periculum, & à nobis omnem possit curam sollicitudinis amouere.

Grrgorius Ioanni proconsuli Italiæ. De annona Neapolitana subtracta.
Caput. XX.

Epi.20. Q Vicquid tribuitur pauperi, si subtili cōsideratione pēsetur, non est donum, sed mutuum: quia quod datur, multiplicato sine dubio fructu recipitur. Scripsistis autem nobis vt Dulcitio agenti vices vestras dicere deberemus, ne quid superbiæ typho auderet expendere. Et quanquam sit laudabile futura prospicere, quia tamen infirma omnino cautela est quæ pietatis adiutorio non munitur, in hac sollicitudine vestra quod nos pro vobis contristaret, inuenimus. Fertur itaque quòd annonas atque consuetudines diaconiæ quæ Neapoli exhibetur, eminentia vestra subtraxerit. Quod minus fortasse fuerat obstupendum, si Ioannis decessoris vestri non fuissent tempore ministratæ. Si igitur hæc ille cuius cunctis notum est quàm fuerit gra

Universidad de Deusto Biblioteca

G uis actio, non negauit, qualis sit sapientia vestra consideret, si vel in aliquo bono opere malus homo vos superet. Nulla enim occasione hoc subtrahere vos decuit. Quod etsi forte nullus vestris voluisset rationibus imputare, hoc de proprio vos impendere non debuit grauare precatio: vt huius pietas in vestro esset patrona iuuamine, quæ ministra fuisset in opere. Hæc itaque eminentia vestra potētia qua pollet inspicere, atque hoc quod à prędecessoribus eius non est ademptum, vt solitè valeat ministrari, largitatem bonitatis suæ debeat magis ostendere, quatenus nec in his quæ secundum iussionem agitis, aduersitatem aliquam incurratis, & huius vobis officij administratio, & coram hominibus laudem parare, & coram omnipotenti deo possit prouidere mercedem.

Gregorius Leoni episcopo Cathinensi. Quòd monachi monasterij sancti Viti tam nequiter viuant, vt mulieribus se coniungere sine metu audeant.

Epist. 21. *Caput. XXI.*

Artianus monachus monasterij sancti Viti quod in
M Aethna monte est positum, consensu, vt ait, congregationis eiusdem monasterij ad nos veniens, questus est multas monasterium ipsum à quibusdam molestias ac præiudicia sustinere. Inter quæ illud nos quoque vehementissima exacerbatione commouit, quòd intantum monasterium ipsum innotuit calcari ac despici, vt etiam monachis ibidem degentibus
H mulieribus se iungi sine metu sit licitum. Quòd si ita est, fraternitatem tuam quàm graue & apud deum peccatum, & apud homines culpa respiciat, ipse poteris iudicare: quippe quia nulla te prætiales excusatione defendere. Aut enim hæc fieri nescisti, & culpa neglectus vehementer argueris. Aut certe factum recognouisti, & grauiorem erga te videris indignationem exigere, cur tantum facinus vltione districtissima non punisti. Itaque scriptis fraternitatem vestram præsentibus admonemus, vt cum omni hoc vigilantia inuestigare festinet. Et si huiusmodi iniquitatem à quibusdam perpetratam inuenerit, ita huius peruersitatis facinus digna studeat emendatione corrigere, quatenus & deū placare, & aliis ne de cætero quid simile perpetretur, custodiæ possit disciplinam ostendere. Molestias verò quas prædictum monasterium pati, vel ea quanta eius perhibentur inuasa, sanctitas vestra cognoscat: & *ita se inquantum iustum est, in protectione* eiusdem exhibeat, vt *in nullo contra æquitatis ordinem* valeat aliquo modo prægrauari. Præceptum verò beatæ recordationis prædecessoris nostri Pelagij datum ad Lapidium prædecessorem vestrum cuius subtus exemplaria fecimus ascribi, sine aliqua volumus refragatione seruari.

Gregorius Hadriano notario. De supradictis monachis.

I *Caput. XXII.*

Epist. 22. Es ad nos omnino detestabilis & nephanda peruenit,
R & miramur cur si veritate subsistit, eam minimè cognouisti. Veniens autem ad nos Martianus monachus monasterij sancti Viti, quod in monte Aethna est positum, oblata nobis petitione questus est inter alia, ita monachos eiusdem monasterij peruersè ac nequiter viuere, vt etiam mulieres sibi sociare, quod dici nephas est, audeant. De qua re quia fratri & coëpiscopo nostro Leoni scripsimus, requisita veritate, si ita repererit, districtissima hoc studeat seueritate corrigere necesse est, vt in hac re tua quoque se experientia ad inuestigandam veritatem, & puniendum tantum scelus omnimodo sollicitè debeat exhibere, vt neque remissè, neque negligenter agi aliquid videatur. In aliis verò vtilitatibus memorati monasterij solatia tua inquantum ratio poposcerit, æquitatis, impende: quatenus & si quid ei, sicut dicitur, inuasum est, secundum iustitiam reformetur, & de cætero præiudicium illic aliquod contra dei timorem, & legum ordinem nullo modo generetur.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De Mauricio monacho cum aliis fuga lapso.

Caput. XXIII.

Epi. 23. Vm fraternitas vestra minus erga monasteria sibi sub-
C iecta studet esse sollicita, & ipsa culpam reprehensionis incurrit, & nos de sua leuitate contristat. Peruenit autem ad nos Mauricium quendam qui nuper in monasterio K Barbaciani conuersus est, ablatis secum aliis monachis, fuga de eodem monasterio discessisse. Qua in re prædictum nobis Barbacianum præcipitatio sua vehementer accusat, qui temerè secularem hominem & non ante probatum tonsurauit. Nunquid vobis scripsimus vt prius probaretis, & tunc si aptus esset, abbatem facere deberetis? Vel nunc ergo circa eum quem elegistis, estote solliciti. Nam vos illo delinquente delinquitis, si ita ceperit se exhibere vt se ad fratrum regimen ostendat indignum. Præterea monasteriis omnibus fraternitas vestra districtius interdicat, vt eos quos ad conuertendum susceperint, priusquam biennium in cōuersatione compleant, nullo modo audeant tonsurare. Sed hoc spatio vita morésque eorum sollicitè comprobentur, nequis eorum aut non sit contentus quod voluit, aut ratum non habeat quod elegit. Nam dum graue sit, inexpertos hominum sociari obsequiis, quis possit dicere quàm sit grauius ad dei seruitium improbatos applicari? Miles verò si conuerti voluerit, prius quàm nobis renuncietur, nullus eum sine nostro cōsensu qualicunque præsumat ratione suscipere. Quod nisi diligenter fuerit custoditum, omnem subiectorum in te culpam inexcusabiliter noueris redundare, qui minus te erga eos rebus ipsis testaris esse sollicitum.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De restituendis iniustè ablatis. L

Caput. XXIIII.

I scriptorum nostrorum seriem voluisses diligenter *Epist. 24.*
S aduertere, aut sponte restituere quæ tulisti, aut certè personam instructam secundum admonitionem nostram in causa transmittere debuisti. Et dum te modo quodam excusare contendis, asserens in his quæ contra fraternitatem tuā à parte contraria gesta sunt, non voluntariè, sed magnis te constrictum coniurationibus miscuisse, ea quæ scripsimus, quasi intelligere distulisti, & magnificos viros Faustum atque Dominicium non à te, sed à quibusdam filiis tuis indicasti esse transmissos: ac per hoc, vt aliis litigantibus, ipse quæ tuleras retineres. Pars verò altera epistolæ tuæ textum addiscens crebra nobis allegatione cœpit *insistere: vt ea quæ abstuleras, redderentur, paratam se inquiens, si quid cōtra eam magnifici viri prædicti suorum vel aliorum nomine monere voluerunt, respondere.* Quod quia nec nobis à rationis visum est ordine dissentire, præsertim postquam admonitus instructam personam ad dicendam causam transmittere neglexisti, idcirco fraternitatem tuam hortamur, ilicò vt præsentia scripta susceperit, Theodorico viro magnifico maiori populi portas & Rustico viro clarissimo seniori aque ductum sine aliqua contētione restituat, ne in hac re moram, vel aliquam excusationem interserat, ne culpam indiscretionis in- M curratis, si quod vltro facere debuerat, admonita differendum qualibet sorte putauerit. Hac itaque memoratis viris primitus reformata, liberum tibi sit si quam contra eos postea apud nos hic causam mouere volueris. Sin verò non ipse, sed filij tui, vt asseris, causam se habere querantur, vnde eos publico debeant pulsare iudicio, eis est liberum in quolibet loco voluerint, causæ suæ negotium contra eos legaliter propositum terminare.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De Petro à pueris falsè accusato.

Caput. XXV.

Alde nos vestra mirari fecit fraternitas, vt causam cleri *Epi. 25.*
V ci sui, aut noluisset, aut non assurgeret definire. Petrus itaque præsentium portitor ad nos veniēs, questus est, pueros à quibus de tentatione sceleris falsò se asserit criminatū, non vt oportuit esse discussos, sed tantūmodo verbotenus inquisitos, & sibi hoc solum ne vobiscū procedere audeat, interdictū. Aut enim vera fuerę quæ dicta sunt, & iuxta causæ qualitatē canonicæ fuit coërctioni subdendus: aut falsa, & diu non debuit in crimine remanere. Quia ergo & ratio indixit, & hic pro sui purificatione sollicitus, quę aduersum se dicta sunt, apostolicā sedē adiit, & iusta examinatione finiri perquirit, necesse est vt vnà cū Anthemio subdiacono nostro subtili ac districta discussione à pueris illis veritatē exigere debeatis. Et si prędictus portitor at-

tentari

A tentati facinoris reus esse patuerit, canonica modis omnibus vltione plectatur. Si verò insons fuerit declaratus, celeri absolutione respiret, & vobiscum habeat procedendi licentiam: quia sicut reis competens exercenda vindicta est, ita innocentibus non est absolutio differenda. Sic ergo huic causæ sollicitè fraternitas vestra finem studeat imponere, quatenus nullam de neglectu valeat reprehensionem incurrere.

Gregorius Anthemio subdiacono. De Petro à pueris falsè accusato. *Caput. XXVI.*

Epist. 26. PEtrus clericus lator præsentiũ questus est nobis, à quibusdam se pueris fallaciter criminatum, & causam suã non vt oportuit districta examinatione discussam, nec se ab aliquo condemnatum, sed solum ab episcopo suo, ne cum eo procedere auderet inhibitum. Quod audientes omnino ægrè tulimus: quia veritate subtiliter perquisita, aut reum, vt causæ exigebat qualitas, condemnare, aut certè debuit innocentem absoluere. Quia igitur & causa exigit, & memoratus portitor magnopere postulat, vt hac de re subtilis debeat haberi discussio, præsenti tibi auctoritate præcipimus, vt vnà cum reuerentissimo fratre nostro Fortunato coëpiscopo, atque, si visum tibi fuerit, glorioso filio nostro Maurentino attentati criminis veritatem subtili nimis indagatione ac discussione studeatis addiscere, & ita aut culpam vlcisci, aut festinetis innocentiã releuare: vt nec vos vi-
B deamini negligentes in aliquo extitisse, nec hæc amplius sine definitione causa remaneat.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De Saponariis ciuitatis suæ.

Caput. XXVII.

Epist. 27. VGustinus præsentium portitor, qui reliquorum Sa-
A ponariorum ciuitatis vestræ vice se dixit esse transmissum: questus nobis est quòd Ioannes vir clarissimus Palatinus multis eos frustra affligat, incommodis, atque noua plurima eorum corpori præiudicialiter nitatur impendere. Deniq; vt, sicut ait, eos promittere sibi compellat, vt si quis arti eorum sociari voluerit, quicquid commodi de introitu eius accesserit, ipsi proficiat. Adiiciens quoque pactum inter se de quibusdam rationabilibus artis suæ capitulis iuxta priscam consuetudinem omnium consensu interposita esse pœna confectum, atque id sacramento interueniente firmatum, & ab eo nunc velle quosdam ex suis, eius scilicet patrocinio fretos, abscedere: atque ita contrauenire tuitionẽ cupientibus impendere, vt, quod dici graue est, plus in defensione eius præsumptionem habeant, quàm de pœna penuriam, vel de sacramento præstito possint habere formidinem. Quòd si ita se res habet, quia etiam ipsi quod ait, aduersum est: quippe qui alieno se peccato sua defensione constituit esse participem, fraternitas vestra paterna cum adhortatione conueniat, vt ab huiusmodi se actu cohibeat, & præiudicialiter illis nihil im-
C ponat, nec eos dispendiis contra rationem affligat. Pariter etiam prouidendum est, vt & pactum vbi sacramenta sunt præstita conseruetur, & cum dispendio animæ suæ temporalia lucra contraueniendo non appetat, ne & periurij crimen incurrat, & commoda prauè desiderata non capiat. Et si quod non credimus, admonitionem vestram prædictum Ioannem virum clarissimum videtis forte differre, cum eminẽtissimo filio nostro Præfecto strictè loquimini, vt ipse hoc sicut in presenti dici fecimus, quomodo prẽuiderit, rationabiliter faciat emendari: quatenus & eos qui tuitionis vestræ suffragia quæsiuerunt, quorundam voluntas iniustè non opprimat, & ille ab opere se indecenti prohibitum, pro suæ magis animæ vtilitate cognoscat.

Gregorius Zizaſimas militi. De rebus Ecclesiasticis in publico competentibus.

Caput. XXVIII.

Epist. 28. PIstolas vestras Græco sermone dictatas, me indico su-
E scepisse, in quibus dictis quòd quædam religiosa loca responsum iuri publico de rebus ei competẽtibus reddere contemnant. Quæ res me omnino cõtristauit, quia nostri est habitus, non solum præiudicia minime facere, sed etiam facta æquanimiter portare, nisi forte quia res pauperum defendere rationabiliter cogimur, ne apud omnipotentem deum culpabiles inueniri valeamus. Proinde Fantino defensori quæ scripserunt gloriæ vestræ transmisi: vt ipse religiosos quosque in Panor- D
mitanis partibus apud electos iudices venire compellat, & suorũ actuum rationem reddant. Omnipotens deus cœlestis vobis misericordiæ largitatem præbeat, vt per cuncta quę agitis, eius gratiæ seruiatis.

Gregorius Fantino defensori. De reditibus Ecclesiæ hospitibus dandis.

Caput. XXIX.

Abinus vir clarissimus præsentium lator nobis indi- *Epist. 29.*
S cauit, hanc olim ibi consuetudinem conuenisse, vt diuersis superuenientibus, ciues eiusdem ciuitatis de proprio expensas expenderent. De qua re dum se quererentur affligi, hoc illis cum Theodoro quondam episcopo conuenisse, vt in Ecclesia eius certæ portiones substantiæ suæ donatione conscriberẽtur, & hoc in se onus susciperet, atq; securis eis redditus, ipse de Ecclesia quicquid esset necessarium erogaret. Si verò per tertiamdecimam & primam indictiones, quibus prædictæ ciuitati defensoris officiũ absente episcopo de proprio expendisset, quod de Ecclesia poterat erogari. Et quia sibi quod expendit, postulat debere restitui, idcirco experientiæ tuę præcipimus, vt reuerentissimo fratri & coëpiscopo nostro Decio studeat imminere, quatenus aut pacifica, si ita est, cum eo ordinatione decidat: aut certè si qua se ratione à restitutione expensarum credit defendere posse, in iudicio tuo partes assistant, & exquisita diligẽtius veritate, ita quicquid tibi æquitatis ordo suaserit, mora post po- E
sita definito, vt & rationabiliter causa finẽ accipiat, & partes apud te nulla fatiget in obseruatione dilatio. Si autem donationes, de quibus dictum est, Ecclesiæ suæ esse onerosas existimat, & reddere eas donatoribus fortasse voluerit: si qui ex eis qui eas recipiunt, clerici sunt: à te similiter moneantur, vt aut secundũ portiones suas quæ erant soliti dare persoluant: aut certè si causari voluerint, contentiones partium, tua necesse est cognitione distingui, vt nulla se pars inaudita querat præiudiciũ sustinere. Alias verò causas quæ cum memorato reuerentissimo viro fratre nostro suprascriptus portitor habere se asserit, tuo similiter volumus, mediis sacris euangeliis, iudicio definiri.

Gregorius Constantino episcopo Mediolan. De Pompeio episcopo innocenter condemnato.

Caput. XXX.

Electis epistolis quas ad nos per Marianum latorem *Epist. 30.*
R præsentium transmisistis, gratam nobis sollicitudinem vestram fuisse rescripsimus, quòd ea quæ ad vos de fratre & coëpiscopo nostro Pompeio, qui adhuc ita à nobis nominandus est: peruenerunt: dissimulare minimè pertulistis. Sed si qualis fuit in requisitione cura, talis fuisset in discussione subtilitas: nihil ex hoc quod de eo dictum est, fuisset ambiguũ. Sed vtrum verum an esse compositum patuisset, iam cõtra ipsum dudum in Sicilia apud reuerendæ memoriæ fratrem nostrum Ma- F
ximianum episcopum talis quæstio, vt cognouimus, mota est. Sed quia causa ipsius subtili omnino inuestigatione quæsita est, inuentus est innocens, qui fuerat accusatus in crimine. Nunc ergo quoniam illa quæ contra eum dicta sunt, non sub illa qua decuit districtione quæsita sunt, & gesta quæ exinde apud fraternitatem vestram confecta sunt, neque ad condemnationem, nec ad absolutionem eius probantur posse sufficere, non leuis res agitur, vt incautè vel in transcursu debeat definiri. Nam graue est satis & indecens, vt in re dubia certa dicatur sententia. Et hæc quidem gesta esse poterant ad definiendum satis idonea, si accusati ea confessio sequeretur, si tamen eandem confessionem subtilitas examinis ex occultis eiiceret, & non afflictio vehemens extorqueret, quæ frequenter agit, vt noxios sese fateri etiam cogantur innoxij. Nam postquam præfatus episcopus, vt dicitur, cruciari custodia, cremarique fame se asserit, scire debetis si ita est, vt non noceat si sic fuerit extorta confessio. Nunquid quando sententiam tales causæ suscipiunt, & ad sedem apostolicam appellatur, nónne & persona quæ iudicatur præsens est, vt districtissimè atque ab omni latere veritas quæratur: vt tunc si debeat nécne manere sententia decernatur? Nec non & si prædictus episcopus ad sedem apostolicam appellare voluerit, causa ipsius interius & cum omni diligentia est

G tia est perserutanda. Et ideo postquam & persona absens est, & gesta quæ ad nos transmisistis, nobis, sicut præfati sumus, satisfeciste idoneè non videntur, temerè aliquid de episcopi persona decernere nec possumus, nec debemus, ne quod absit, reprehensibiles inueniamur in nostris, quibus aliorum iure competit retractare sententias. De Alemanis autem quod vobis indicatum est, nos & longius quàm vos positi scimus. Et quia verum non sit, minimè dubitamus. Vestra tamen fraternitas bene fecit pro informatione nostra scribere quod audiuit.

Gregorius Libertino expræfecto. De aduersitatibus patienter tolerandis.

Caput. XXXI.

Epist. 31. Q Vanta vos seculi huius premat angustia, incognitum non habemus. Sed quia in summa tribulatione positis sola est consolatio misericordia creatoris, in eum spem vestram ponite, ad ipsum tota vos mente conuertite, qui & iustè quem vult permittit affligi, & confidentem in se misericorditer liberabit. Ipsi ergo gratias agite, & patienter quæque illata sunt sustinete. Nam rectæ mentis est, deum non solum in prosperis benedicere, sed etiam in aduersitatibus collaudare. In his ergo quæ patimini, nullum contra deum murmur cordi vestro surrepat, quia ad quid hoc creator noster operetur, ignotum est.
H Forsitan enim magnificè fili aliquid illum in prosperis positus offendisti, vnde te clementi amaritudine vult purgare. Et ideo nec temporalis te frangat afflictio, nec rerum damna discrucient, quia si in aduersis gratias referens deum tibi patientia feceris esse placabilem, & quæ amissa sunt, multiplicata redduntur, & super hoc gaudia æterna præstantur. Peto autem ne iniuriosum ducatis quòd viginti annuos vestitus ad pueros vestros per Romanum defensorem scripsimus præberi, quia de beati Petri Apostoli rebus quamuis parua sint quæ offeruntur, pro magna semper benedictione suscipienda sunt, quoniam & hic vobis valebit maiora impendere, & apud omnipotentem deum beneficia æterna præstare.

Gregorius Secundino Tauromitanæ. De vxore Leonis Cartharij. *Caput. XXXII.*

Epist. 32. P Ræsentium portitor Leo Cartharius ad nos veniès indicauit vxoris suæ causam, quæ relicto eo pro fornicationis crimine quo vehementius stimulatam aiebat, atque ob hoc religiosam vestē induerat, se culpabilem nullatenus extitisse, adeo vt, sicut ait, requirente fraternitate vestra, cui huius rei cognitionem ante hoc fere triennium mandaueramus, in nullo claruerit eum post initum coniugium in fornicationis culpam collapsum, adiiciens quoque quòd eidem vxori suæ districtissima sacramenta præbuerit, insontem se ea de re, vnde etiam illam mordebat suspitio, permansisse: & idcirco proprio eā sponte ad se reuersam. Sed quia communione illam cum familia sua
I pro hoc solummodo à fraternitate vestra priuatam asserit, quòd ad eum clam postpositis vobis redierit, volumus familia quidem ipsius vt sacram communionem recipiat, & dominæ ea culpa in huius afflictionis pœna familiā diu non teneat. De ipsa verò hoc est de vxore prædicti portitoris hoc vos obseruare necesse est, vt si manifestè constat, quia contra coniugem suum dicere nihil potuit, sed insuper suspitio ipsius præstito, vt edocti sumus, sacramento amputata est, & vtique post hoc sua ad eum sponte reuersa est, & in ea quoque temperanda est censura iudicij, vt lōgo iam tempore minimè communione priuetur. Si autem aliter se veritas quàm vobis insinuatum est fortasis habuerit, fraternitatis vestræ subtiliter scripta nos instruant: vt quid fiendum sit, nostris iterum discurrentibus epistolis agnoscatis.

Gregorius Secundino episcopo Tauromitanæ. De mendacio Marciani episcopi nescienter dicto.

Caput. XXXIII.

Epist. 33. S Cripta fraternitatis vestræ suscepimus, in quibus indicastis reuerentissimum fratrem nostrum Marcianum Lucensis ciuitatis episcopum aliter nobis de causa Ecclesiæ contra monasterium sancti Christophori, quod in vestra diœcesi est constitutum, intimasse: non quidem fallendi voluntate, sed quia à clericis suis non fuerat veritatis naturam diligenter instructus. Et quoniam scribitis Dulcinū decessorem ipsius nihil de rebus Ecclesiæ suæ fuisse testatum, sed de propriis ac magis quæ in prædicto monasterio fidelium oblatione collata sunt, eulogium condidisse, atque sex vncias Ecclesiæ, & sex eidem monasterio iure hæreditario reliquisse: necesse est, vt si ita esse non ex opinione sed absolutè in veritate recolitis, nullam prædicto monasterio sinatis molestiam irrogari, præcipuè dum eandem causam iam temporibus reuerendæ memoriæ Maximiani episcopi vos atque fratrem nostrum coëpiscopum Ruffinum ex eius deputatione audisse ac decidisse testemini: adeo vt inter partes ea quæ inueniri poterant, partirentur: & quod Ecclesiæ fuit intrinsecus redderetur. Volumus ergo vt pars vtraque conticeat, & ea quæ à fraternitate tua vnà cum prædicto Ruffino quondam episcopo statuta sunt, inconuulsa persistant, quatenus nec pars Ecclesiæ denuo iniustè quæstionem inferre, nec monasterium irrationabiliter videatur, post vestram maximè definitionem, controuersiam sustinere. K

Gregorius Eulogio episcopo Elusino. De Ioanne episcopo ordinando.

Cap. XXXIIII.

G Lorioſus filius noster Anfidus ad nos scripta transmisit, indicans quòd in castro balneum regis dicto, vnà cum habitatoribus loci ipsius sibi Ioannem diaconum elegerit episcopum ordinandum, de cuius omnino vita bona testatus est. Sed quia quæ sunt canonica nesciunt, & nos inexpertis vel incognitis manus temerè non audemus imponere: fraternitas vestra cum omni sollicitudine ac vigilantia diuersis quibus potuerit modis de vita actibúsque ipsius requirere studeat. Et si nihil est quod ei canonicè possit obsistere, requirēdum quoque est si in opere dei studium habuit, vel psalmos nouit. Et si talis fuerit, eum ad nos cum testificationis suę epistola dirigat. Si verò aliter fuerit, vestris nobis similiter epistolis indicate, & habitatores loci ipsius adhortamini: vt si iste aptus non fuerit, sicut & suprascripto Anfido filio nostro scripsimus, alium sibi eligant qui ad hoc officium cum gratia dei aptus valeat inueniri. *Epist. 34.* L

Gregorius Eulogio patriarchæ Alexandrino. De hæresi Agnoitarum. *Cap. XXXV.*

T Ransacto anno suauissima sanctitatis vestræ scripta susscepi, quibus pro ægritudinibus meæ nimietate respōdere nuncusque non valui. Ecce enim iam biennīū penè expletur quo lectulo teneor, tantisq; podagrę doloribus affligor, vt vix in diebus festis vsque ad horarum trium spatium surgere valeam missarum solennia celebrare. Mox autem cum graui compellor dolore decumbere: vt cruciatum meum possim intertumpente gemitu tolerare. Qui dolor interdum mihi lentus est, M interdum nimius. Sed neq; ita lentus vt recedat, neque nimius vt interficiat. Vnde fit vt qui quotidie in morte sum, quotidie repellar à morte. Nec mirum, quia peccator grauis talis corruptionis carcere diu teneor inclusus. Vnde compellor clamare: Educ *Psal. 141.* de carcere animam meam, ad confitendum nomini tuo. Sed quia meis hoc precibus obtinere non mereor, rogo vt vestræ sanctitatis oratio suæ mihi intercessionis adiutorium præbeat, méque à peccati & corruptionis pondere liberum reddat in illam quam bene nostis libertatem gloriæ filiorum dei. Scripsit autem mihi dulcissima & semper honoranda beatitudo vestra, quòd ei cōmunis filius Anatholius diaconus de Constantinopolitana vrbe scripserat, ad me quosdam monachos de Hierosolymorum partibus venisse, qui me aliquid de Agnoitarum errore requirerent, & dicitis quia petiit vt vestra sanctitas scriberet quid de eadem debuissem inquisitione sentire. Sed neque ad me de Hierosolymorum partibus requirentes aliqui monachi venerunt, neque eundem communem filium nobis potuisse aliquid aliud quàm erat scribere, sed interpretem suspicor in eius epistolis errauisse. Nā idem diaconus mihi iam ante biennium scripsit, quia à prædictis partibus ad Constantinopolitanam vrbem talia requirentes monachi venerunt, méque studuit requirere quid sentirem. Cui ego ante longum tempus quàm vestra scripta susciperem, respondi: quæ postmodum in epistola vestræ sanctitatis inueni, atque omnipotenti deo magnas gratias retuli: quia de cunctis inquisitionibus

A quibusdam Romanorum atque Græcorum partes, quorũ nos sequaces fumus, vno spiritu sunt locuti. In multis enim eandem vestram epistolam ita reperi, ac si contra prædictam hæresim scripta Latinorum patrum legerem. Et quantũ potui de sanctissimo fratre meo amare bonum & laudare, perpendite: in cuius ore venerandos patres, quos multum diligo, recognoui. Sic ergo illi laus sit in excelsis & gloria: cuius dono adhuc in sede Petri clamat vox Marci, de cuius effusione spiritus cum sacerdos ad perscrutanda mysteria, scilicet ad sancta sanctorum intrat, in sancta Ecclesia velut in tabernaculo ex verbis prædicationis spiritalia tintinnabula resonant. Recta itaque & valde laudabilis est vestra prædicatio. Sed omnipotentem dominum deprecamur, vt diu vos etiam in hac vita custodiat, vt de dei organo quod estis, in mundo latius vox veritatis sonet. Pro me autem peto intercedite, vt huius peregrinationis via quæ mihi asperior facta est, cum celeritate finiatur: quatenus qui ex meis non valeo, ex vestris meritis possim ad æternæ patriæ promissa pertingere, & cum cœli ciuibus gaudere.

Gregorius Maximo episcopo Salonitano. De Iuliano Scribone, & de Frontinianistis.
Caput. XXXVI.

Epist. 36. B A D Romanam veniens vrbem communis filius presbyter Veteranus, ita me podagræ doloribus debilem reperit, vt fraternitatis tuæ epistolis per me respondere nullatenus valuissem. Et quidem de Sclauorum gente quæ vobis valde imminet, & affligor vehemẽter & cõturbor. Affligor in his quæ iam in vobis patior: conturbor, quia per Histriæ aditum iam ad Italiam intrare cœperunt. De Iuliano autem Scribone quid dicam, quando vbique video, quia nobis peccata nostra respondeant, vt & foris à gentibus, & intus à iudicibus conturbemur? Sed nolite de talibus omnimodo contristari, quia qui post nos vixerint, deteriora tempora videbunt: ita vt in comparatione sui temporis, fœlices non existiment dies habuisse. Inquantũ verò prævalet fraternitas tua, opponere se pro pauperibus & oppressis debet. Quæ etiam si prodesse minimè valuerit, ipsa omnipotenti deo mentis deuotio sufficit quam dedit. Scriptũ est enim: *Prouer. 24.* Eripe eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitũ liberare ne cesses. Quòd si dixeris, vires non suppetunt: qui inspector est cordis, ipse intelligit. In omni ergo quod agis, inspectorem cordis appete habere placatum. Quicquid verò est vnde illi placeas, facere non omittas. Nam humani terrores & gratiæ fumo sunt similes, qui leui aura raptus euanescit. Hoc certissimè scito, quia placere deo & prauis hominibus nullus potest: In tanto se ergo existimet fraternitas tua omnipotenti deo placuisse, quanto se peruersis hominibus displicuisse cognouerit. Ipsa tamen defensio pauperum moderata & grauis sit, ne si quid nimis C rigidè agitis, ex iuuentute vos arbitrentur homines superbire. Sed talis necesse est vt inueniatur pro oppressis vestra defensio, quatenus & humiles protectionem sentiant & oppressores non facilè inueniant quod ex maleuola mente reprehendant. Attende ergo quod ad Ezechielem dicitur: Fili hominis, increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Et beatus Iob ait: Frater fui draconum, & socius struthionum. Et Paulus discipulis dicit: In medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Tanto ergo debemus cautius ambulare, quanto nos scimus inter dei inimicos viuere. De Frontinianistis autem fraternitas tua sit omnino sollicita, & sicut cœpit, studeat, quatenus ad sinum sanctæ Ecclesiæ reuocentur. Si qui verò ad me venire voluerint, & rationem recipere: prius iusiurandum præbeant quia non permittant suis quod in eorum errore, etiam ratione recepta, persistant. Et postmodum eis tua sanctitas promittat, quia à me nullam violentiam patientur, sed rationem reddo. Si veritatem cognouerint, suscipiant. Si non cognouerint, illæsos dimitto. Si qui verò contra vos ex eis ad nos venire voluerint, minimè eos fraternitas tua retineat: quia venientes aut rationem recipient, aut scito, quia aliter profectò terram illam vlterius non videbunt.

Ezech. 2. *Iob. 30.* *Philip. 2.*

Gregorius Innocentio episcopo. De libris Iob transmittendis, & de libris sancti Augustini.
Caput. XXXVII.

D Vculenta eminentiæ vestræ, & condita cordis melle fa- *Epi. 37.*
E cundia, ita sui nobis saporem medullitus infudit, & in suo amore nos rapuit: vt nobis & dulcè sonet quod scribitis, & sapiat suaue quod agitis, nec immeritò quia qui bonis studiis comptus est, iudicio magnus est, non fauore. Præfecturæ autem vos suscepisse cingula cognoscentes, lætitiæ se miscuit nostræ tristitia. Nam ex vna parte lætati de profectu dulcissimi filij contristati sumus ab altera, quia quàm graue sit confusis temporibus locis maioribus esse præpositos, ex nostro prorsus dolore sentimus. Vnde omnino studendum est, vt res aspera fiat mercedis occasio. Nam, sicut nostis, de terra plena tardius frumentũ egreditur, & de spinis rosa producitur. Dum ergo seminandi vobis congruum tempus est, bonorum operum serere semina non cessetis, vt maiores in die messis lętitiæ manipulos reportetis, atque ad æternam gloriam ex transitorij honoris merito veniatis. Cognoscentes quale studium in præparandis drumonibus gesseritis, sollicitudinem vestram, desiderato nuncio, releuamus: indicantes cum Longobardorum rege vsque ad mẽsem Martium futuræ quartæ Indictionis, de pace, propiciante domino, conuenisse. Quæ si retineatur ignoramus: quia idem rex obiisse postea nunciatus est: licèt adhuc habeatur incertum. De Anamundaro autem quæ scripsistis fecimus, sed voluntatem vtinam sequatur effectus: quia quantum ad nos pertinet, afflictis intercessionis nostræ solatium non negamus. Quod verò in expo- E sitione sancti Iob transmitti vobis codicem voluistis, de vestro omnino studio gaudemus, quoniam illi rei eminentiam vestram studere conspicimus quæ nec totos foras vos exire permittat, & ad cor iterum secularibus curis dispersos recolligat. Sed si delitioso cupitis pabulo saginari, beati Augustini patriotæ vestri opuscula legite, & ad comparationem siliginis illius nostrum furfurem non quæratis. Quale præterea patrocinium qualémque affectum in vtilitatibus pauperum beati Petri Apostolorũ principis amatoris sui gloria vestra præbuerit, Hilario chartulario nostro testificante didicimus. Ex qua re vberes gratias exoluentes omnipotentis dei misericordiam exoramus: vt gratiæ suæ protectione vos muniat, & nec malos contra vos homines exterius, nec malignos spiritus interius prævalere permittat. Sed ita actiones vestras in suo propicius timore disponat, vt sicut fecit inter homines, ita quoque post longævæ ætatis discursus, in sanctorum suorum vos esse faciat numero glorioſos.

Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De oppressionibus minorum à maioribus in Sardinia.
Caput. XXXVIII.

Q Valiter in Sardinia minores vel pauperes ab eis qui il- *Epist. 38.*
lis maiores sunt opprimantur, reuerentissimi fratris nostri Carthaginensis episcopi atque eminentissimi filij nostri Innocentij præfecti epistolæ testantur: à quibus vt quę nobis scripta sunt noueritis: ipsarum vobis epistolarum exemplaria præuidimus transmittenda. Et ideo quia ea quæ nobis petenda sunt, offeruntur: studioſè agendum est, vt ea quæ promittuntur, opere compleantur. Si qui eorum de quibus est quæstio, in Ecclesiam fortasse refugerint, ita debet causa disponi, vt nec ipsi violentiam patiantur, nec ij qui dicuntur oppressi, damna sustineant. Curę ergo vestræ sit, vt eis sacramentum ab iis quorum interest, de seruanda lege & iustitia promittatur: & per omnia commoneantur exire, atque suorum actuum reddere rationem, quibus etiam Ecclesiæ vestræ defensorem deputare vos conuenit. Cuius sollicitudine ea quæ illis fuerint promissa seruentur, quatenus nec aliis noxia sint, & ipsis Ecclesiastica, salua ratione, possint prodesse suffragia. Ita ergo fraternitas vestra faciat vt hęc quæ eius studio emendanda sunt, mora per eam vel impedimentum aliquod non contingat.

F

Gregorius Adeodato abbati Neapolitano. De vnitate monasterij Gazarensis ad Neapolitanum.
Caput. XXXIX.

Q Vorundam monachorum eiusdem monasterij ad nos re- *Epist. 39.*
latione peruenit, monachos monasterij Gazarensis

quod

G quod situm in Plagia est, & monachos sanctæ Sebastiani monasterij, quod Neapoli in domo quondam Romani constructũ est: vbi deo miserante, sicut dictum est, abbatis geris officium, sed monasteriúmque suum vniri magnopere popolscisse, adeo vt chartas omnes eiusdem monasterij tuo monasterio, vt dicitur, tradidissent. Sed quia monasterium ipsum in Neapolitana est diœcesi constitutum, ne quid constituere, quod absit, præiudicialiter videamur, volumus vt quousque Neapoli ordinetur antistes, tuo interim monasterio antefatum Gazarense monasterium cum omnibus ad se pertinentibus sit vnitũ. Cum verò propiciante domino Neapoli fuerit episcopus ordinatus, vtrum in perpetuum hæc vnitio extendi, an temporalis esse debeat, maturius ac solidius cum dei gratia pertractabimus. Quia verò monasterium Puteolis constitutum, quod Falcidis dicitur: ita esse destitutum à monachis perhibetur, vt non solum dei illic opus minimè celebretur, sed etiam penè pro derelicto, quod dici graue est, habeatur, idcirco illud monasterio tuo cum omnibus ad se pertinentibus in perpetuum duximus vniendum, admonẽtes vt monachos in prædicta vtraque monasteria debeas deputare, qui & curam illic diligenter habeant, & opus dei regulari studeant institutione peragere, atque ita se in his sicut conuenit, exhibere: vt nec illos de neglectu, nec te de minori sollicitudine culpa confundat.

Quicquid vero ad eadem monasteria pertinere cognoscis, si ab aliquibus irrationabiliter detinetur, ex hac nostra auctoritate re
H petendi, exigendique, atque tuo monasterio vendicandi habebis per omnia, deo iuuante, licentiam: quia dignum est vt quorum curam geris, rebus nullo modo defrauderis. Monachos autẽ quos in monasterio Puteolis sito deputaueris, sub tua quidem disciplina, sed tamen Puteolano episcopo, cuius diœcesis est, non Neapolitano noueris subiacere.

Gregorius clero, & nobilibus ciuibus Neapolitanis. De eligendo eis episcopo.

Caput. XL.

Epist. 40. Can. 8. q. 1. ca. nec nouum. Parte. 1. dist. 68. ca. Priusquam.

NEc nouum, nec reprehẽsibile est in eligendo episcopo populi se vota in duas partes diuidere: sed graue est quando in huiusmodi causis non ex iudicio, sed ex solo fauore venit electio. Prius enim quàm scripta ad nos vestra recurrerent: Ioannem diaconum *qui ab altera parte electus est*, parumlam habere filiam quorundam *relatione cognouimus*. Vnde si rationem voluissent attendere, nec alij eum eligere, nec ipse debuerat consentire. Nam qua præsumptione ad episcopatũ audet accedere, qui adhuc longam sui corporis continentiam, filiola teste, conuincitur non habere? Petrus autem idem diaconus quem à vobis electum esse asseritis, omnino, quantum dicitur, simplex est. Et nostis, quia talis hoc tempore in regiminis debeat arce cõstitui, qui non solum de salute animarum, verumetiam de extrinseca subiectorum vtilitate & cautela sciat esse sollicitus. Nam de
I eo insuper ad nos peruenisse cognoscite, quòd solidos dederit ad vsuras, quod vos oportet cum omni subtilitate perquirere: & si ita constiterit alium eligite, & ab huius vos persona sine mora suspendite. Nam nos amatoribus vsurarum nulla ratione manus imponimus. Si verò subtili habita inquisitione hoc falsum esse patuerit: quia persona eius nobis ignota est, & vtrum ita sit de simplicitate eius quod ad nos perlatum est ignoramus: cũ decreto à vobis facto ad nos venire necesse est, vt devita moribúsq; ipsius sollicitius requirentes, sensum quoque pariter agnoscamus: vt si huic iudicio aptus extiterit, vestra in eum, adiuuante domino, desideria compleamus. Studij præterea vestri sit, etiam alium qui aptus sit prouidere: vt si forte huic ordini hic non videatur idoneus, sit in quo se vestra declinare possit electio. Nam graue cleri illius erit opprobrium, vt si hic fortasse approbatus non fuerit, alium se dicant qui eligi debeat, non habere.

Parte. 1. dist. 39. ca. Petrus.

Parte. 1. di. 47. ca. de Petro.

Parte. 1. dist. 41. c. Studii.

Gregorius Dominico episcopo Carthaginẽ. Africana. De pestilentia

Cap. XLI.

Epist. 41.

QVanta in Africanis partibus lues irruerit, iam dudũ cognouimus: & quia necdum à tali percussione est libera geminati in nobis dolorum sunt gemitus. Sed inter hæc mala, & alias calamitates innumeras desperata cor nostrum charissime frater tribulatione deficeret, nisi fragilitatem nostram R vox dominica præmuniisset. Olim enim fidelibus euangelicæ tuba lectionis insonuit, appropinquante fine mundi pestilentiam, bella, & alia multa quæ adhuc, sicut nostis, in metu sunt, euentura. Quæ ergo præscientes patimur, affligi ex his nimium tanquã de incognitis non habemus. Nam plærunque & genus mortis in alterius mortis consideratione leuamen est. Quantas ergo detruncationes, quantásque crudelitates vidimus, quibus mors sola remedium, & erat vita tormentum? Nónne cùm Dauid optio esset mortis oblata, recusatis fame & gladio, populum suum elegit dei manu succumbere? Ex qua re colligite, in his qui diuina percussione intereunt, quanta sit gratia, quando ea vocatione obeunt quam prophetæ sancto pro munere constat oblatam. Itaque creatori nostro in cunctis aduersitatibus gratias referamus, atque de eius misericordia confidentes, patienter omnia toleremus, quia satis minus patimur, quàm meremur. Quoniam tamen ita temporaliter flagellamur, vt sine æternæ vitæ consolatione minimè relinquamur, necesse est vt quanto his signis nunciantibus venturum iudicem in proximo non nescimus: tanto rationes nostras quas in eius sumus examine posituri, bonæ actionis studio & fletu pœnitentiæ muniamus, vt tãtæ nobis percussiones fauente eius gratia non damnationis initium, sed beneficium purgationis existant. Quia verò ea infirmitatis nostræ natura est, vt non possimus de obeuntibus non dolere: fraternitatis vestræ doctrina tribulatis sit solamen. Mantura illis bona quæ promittuntur, insinuet: vt spe certissima ro- L
borati in comparatione futuri muneris discant de amissione temporalium non dolere. Vestra eos lingua, sicut & credimus, magis ac magis à praui operis perpetratione coërceat: bonorum præmia, malorum pœnas edisserat: vt qui bona minus diligunt, saltem mala permittescant, & ab his se quæ sunt plectenda contineant. Nam in flagellis positos, flagellis digna committere, contra ferientem est specialiter superbire, & sæuientis acrius iracũdiam irritare. Atque est primum genus dementiæ, nolle quempiam à malis suis iustè quiescere, & deum iniustè à sua velle vltione cessare. Sed quoniam in his diuino adiutorio opus est, in cunctis dilecte frater precibus omnipotentis clementiam exoremus, vt & nos dignè ista tribuat exhibere, & populorum ad *hæc operanda misericorditer corda compungat, quatenus in timore ipsius actus nostros salubriter ordinantes, & ab ingruentibus malis erui, & ad superna venire gaudia eius duce gratia, sine* qua nihil possumus, mereamur.

Gregorius Eulogio patriarchæ Alexandrino. De hæreticis Agnoitis, & expositio Euangelij de siculnea, sub testimonio, scilicet Augustini. De eo quod scriptum est: Nemo scit diem iudicij, nec filius, nisi pater solus. De eo quod dicitur: Adã vbi es? Et ad Cain: Vbi est frater tuus? Et de Lazaro: Vbi posuistis eum? quæ omnia vtiliter exponit. M

Caput. XLII.

Epist. 42. Prouer. 25.

SIcut aqua frigida animæ sitienti, sic nuncius bonus de terra longinqua. Quis verò mihi esse nuncius bonus quantum ad sanctæ Ecclesiæ adiutorium potest, nisi vita atque incolumitas suauissimæ mihi vestræ sanctitatis, quæ ex percepta luce veritatis, & eandem Ecclesiam prædicationis verbo illuminat, & ad meliorem viam morum suorum exemplis conformat? Quotiens autem in corde meo vnanimitatem vestram relego, atque in corde vestro fixum me permanere cognosco, ago omnipotenti deo gratias, quia diuidi locis charitas non potest. Nam etsi corpore longè disiungimur, mente tamen indiuisibiles sumus. Communis autem filius Anatholius diaconus suis mihi scriptis innotuit, in vrbe regia nonnulla Ecclesiastica quædam de causis terrenis mota. Sed credo quòd prius hoc mihi nunciauerit, quàm de causa Ecclesiæ beatitudo vestra loqueretur. Et gaudeo, quia vbi vos adesse contingit, me non arbitror defuisse. Nam veritatis minister Petri sequax, & sanctæ Ecclesiæ prædicator scit, quia *illa* loqui potuisti, quæ de sede Petri Apostoli per *os doctoris* sonare debuerunt. Ante hos autem dies Abramio Alexandrino veniente sanctitati vestræ rescripseram, vel quid de scriptis vestris quæ contra hæreticos Agnoitas edidistis senserim, vel

cur

A cuncta me respõderim. Sed Abramius naufragij necessitate compulsus, diu postea moratur in Neapolitana ciuitate demoratus: atque in eo sensu quod dudum scripseram, ita rescribo, quia de doctrina vestra contra hereticos: qui dicuntur Agnoitæ, fuit valde quod admiraremur: quod autem displiceret, non fuit. In eodem autem sensu iamdudum communi filio nostro Anatholio diacono plurima scripseram. Ita autem doctrina vestra per omnia Latinis patribus concordauit, vt mirum mihi non esset quòd in diuersis linguis spiritus non fuerit diuersus. Nam hoc quod de ficulnea dixistis: in eo sensu propriè beatus Augustinus loquitur,
Marc.11. quia cùm Euangelista subiungit: Nondum enim erat tempus ficorum, apertè cognoscitur quòd per ficum dominus in synagoga fructum quæsierat, quæ folia legis habuit, sed fructum operis non habebat. Nõ enim poterat creator omnium nescire, quia fructum ficus non habuit, quod dum tempus ficorum non esset,
Marc.13. omnes poterant scire. De eo verò quod scriptum est. Quia diem & horam neque filius neque angeli sciunt: omnino rectè vestra sanctitas sensit, quoniam non ad eundem filium, iuxta hoc quod caput est, sed iuxta corpus eius nos quod sumus, est certissimè referendum. Qua de re multis locis idem beatus Augustinus eo sensu vtitur. Dicit quoque aliud quod de eodem filio posit intelligi, quia deus omnipotens aliquando more loquitur humano, sicut ad Abraham dicit: Nunc cognoui quia times deum. Non
Gene.22. quia se deus tunc timeri cognouerit, sed quia tunc eundem Abra
B ham fecit agnoscere quia deum timeret. Sicut enim nos diem lætum dicimus, non quòd ipse dies lætus sit, sed quia nos lætos facit, sic dictum est non quòd ipse nesciat diem, sed quia hunc sciri minimè permittat. Vnde & pater solus dicitur scire, quia consubstantialis ei filius, ex eius natura qua est super angelos, habet vt hoc sciat quod angeli ignorant. Vnde & hoc intelligi subtilius potest, quia incarnatus vnigenitus, factusque pro nobis homo perfectus, in natura quidem humanitatis nouit diem & horam iudicij, sed tamen hunc non ex natura humanitatis nouit. Quod ergo in ipsa nouit, non ex ipsa nouit, quia deus & homo factus, diem & horam iudicij non nisi per deitatis suæ potentiã nouit, sicut cùm ei in nuptiis mater virgo diceret vinum deesse,
Ioan.2. respondit: Quid mihi & tibi mulier? Nondum venit hora mea. Neque enim Iesus angelorum dominus horæ subiectus erat, qui inter cuncta quæ creauerat, horas & tempora fecerat, sed quia mater virgo cùm vinum defuit, per eum miraculum fieri volebat, statim ei responsum est: Quid mihi & tibi mulier? Ac si apertè diceret: Vnde facere miraculum possum, hoc mihi ex patre, non ex matre est. Ex matre enim mori poterat, qui ex natura patris miracula faciebat. Vnde & in cruce positus, eandem matrem
Ioan.19. moriens recognouit, quam discipulo commendauit, dicens: Ec-
Ioan.2. ce mater tua. Ait ergo: Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Quod est dicere, In miraculo quod ex tua natura non habeo, te minimè recognosco. Sed cùm hora mortis
C venerit, cognosco te matrem, quia vnde mori possum, hoc ex te habeo. Itaque scientiam quam ex humanitatis natura non habuit, ex qua cum angelis creatura fuit, hanc se cum angelis, qui creaturæ sunt, habere denegauit. Diem ergo & horam iudicij scit deus & homo. Res autem valde manifesta est: quia quis quis Nestorianus non est, Agnoita esse nullatenus potest. Nam qui ipsam dei sapientiam fatetur incarnatam, qua mente valet
Ioan.1. dicere esse aliquid quod dei sapientia ignoret? Scriptum est: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt. Si omnia, proculdubio etiam dies iudicij, & hora. Quis ergo desipiat vt dicere præsumat quia verbum patris fecit quod ignorat? Scriptum quippe
Luca.10. est: Sciens Iesus quia omnia dedit ei pater in manus. Si omnia, profectò diem iudicij & horam. Quis ergo ita stultus est, vt dicat quia accepit filius in manibus quod nescit? De eo verò loco
Ioan.11. in quo mulieribus de Lazaro dicit: Vbi posuistis eum? ipsa specialiter sensimus quæ sensistis: quia si negant, scisse dominum vbi fuerat Lazarus sepultus: atque ideo requisisse: pron

G mittite: vt dum deus pacẽ donauerit,res ipſæ iuri Eccleſiæ cuius ſunt,ſine aliqua valeant dilatione vel controuerſia reparari.

Gregorius Palladio presbytero de monte Syna. De detractionibus non curandis.

Caput. XLV.

Epiſt.45.

Piſtolis dilectionis tuæ ſuſceptis, filium meum Simplicium requirere curaui, & qua tentatione tua charitas
E vrgeretur,inueni: de qua tamen verbi mei conſolatione non indiget, cùm ipſi veritas dicat: Si patremfamiliâs Beelzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius? Qui iterum dicit: Si de hoc mundo eſſetis, mũdus quod ſuum erat diligeret. Sed quia de hoc mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mũdus. Mundum videlicet corda carnalia deſignans, quæ diligunt mundum. Hæc igitur cum perfectè te ſcire audiam, miror dilectionem tuam verbis hominum contriſtare tam. Inter verba enim laudantium ſiue vituperantium, ad mentem ſemper recurrendum eſt: & ſi in ea non inuenitur bonum
H Paulum dicentem: Gloria noſtra hæc eſt: teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Iob quoque dicit: Ecce in cœlo teſtis meus. Si ergo nobis eſt teſtis in cœlo, teſtis in corde, dimitte ſtultos foris loqui quod volunt. Quid aliud detrahentes faciunt, niſi in puluerem ſufflant, atque in oculos ſuos terram excitant: vt vnde plus detractiones perflant, inde magis nihil veritatis videant? Vocandi tamen ſunt etiam ipſi, & tranquillè admonendi, eiſque ſatisfieri modis omnibus debet, ſcientes quid de Iudeis veritas dicit: Ne forte ſcandalizemus eos. Si autem ſatisfieri ſibi ex veritate noluerint, habes conſolationem quam in ſancto Euangelio conſpicias, quia cùm domino dictum fuiſſet: Scis quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt? reſpondit: Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum. Paulus quoque Apoſtolus admonet dicens: Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Dicturus quippe cum omnibus pacem habentes, quia hoc difficile eſſe proſpexit, præmiſit, ſi fieri poteſt. Sed tamẽ adiunxit quod poſsit fieri: cùm dixit, quod ex vobis eſt: quia ſi nos
I in mente charitatem contra audientes ſeruare cupimus, etſi illi nobiſcum pacem non habent, nos tamen cum illis ſine dubio habemus. In omnibus ergo fili dilectiſsime cor cuſtodi, ſicut ſcriptum eſt: Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo vita procedit. Hæc breuiter pro charitatis commemoratione reſcripſi. Sed peto vt pro me orare debeas, quatenus omnipotens deus, & à malis me ſpiritibus, & à peruerſis hominibus cuſtodire dignetur, quia in hac vitæ meæ peregrinatione mala me ſimul & multa circundant, ita vt cum Pſalmiſta iure dicam: In me pertranſierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me. Circundederunt me ſicut aqua tota die, circundederunt me ſimul, cœleſtis gratia & nos in vrbibus, & vos in eremo protegat, quia antiquus hoſtis terrarum locis à tentatione non excluditur: quia ſi in paradiſo hominem ſtrauit, quis locus extra paradiſum eſſe poteſt, in quo mentes hominum penetrare nõ valeat? In ſola ergo creatoris noſtri protectione fidendũ eſt, cui ex intimo corde clamemus: Eſto mihi in deum protectorem, & in locum munitum, vt ſaluum me facias. Tranſmiſimus vobis de benedictione ſancti Petri Apoſtoli cucullam & tunicam, quas petimus charitate ſuſcipi, qua à nobis tranſmiſſæ ſunt.

Matth.10. *Ioan.15.* *2.Corin.1.* *Iob.16.* *Matth.15.* *Roma.12.* *Prouer.4.* *Pſal.87.* *Pſal.70.*

Gregorius Eccleſio epiſcopo Eluſino. De epiſcopo cautè eligẽdo.

Caput. XLVI.

Epiſt.46.

Cripta fraternitatis veſtræ ſuſcipientes, contriſtati ſumus quòd vos per ea & grauiter infirmatos, & adhuc
S debiles eſſe cognouimus. Et licèt ſanctitatem veſtram videndi deſiderium haberemus, bene tamen feciſtis iſto vos illic tempore continere, ne venientes huc de ægritudinis veſtræ moleſtia recidiuam nobis triſtitiam faceretis. De epiſcopatu autẽ laudamus quòd perſonam nõ temerè elegiſtis: ſed cauti, ſicut decuit, extitiſtis. Venientibus enim vobis, ſi deo placuerit, communi deliberatione tractabimus, & quod vtile viſum fuerit, deo auxiliante diſponemus. Vnum autem caballum vobis qualem inuenire potuimus, de benedictione ſancti Petri tranſmiſimus, vt habeatis cum quo poſt infirmitatem vectari poſsitis. De cauſis verò pro quibus latores præſentium huc venerũt, quid actum ſit, ipſorum omnia renunciatione cognoſcentes. Præterea Eccleſiis ad quas ſine labore poteſtis accedere, fraternitas veſtra officium viſitationis impendat, vt ij qui illic deo propicio baptizãtur, inconſignati non debeant remanere. K

Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano Creſcentium vicarium commendat.

Caput. XLVII.

Vm lator preſentiũ Creſcentius, vicarius noſter, quem *Epiſt.47.*
C ad ſe filius noſter glorioſiſsimus dominus Leõtius excõſulatu precepit occurrere, exire de ſeptis venerabilib⁹ dubitaret, ne qua per eũ excuſatio aliis fortaſſe naſceretur, aut publica diceretur vtilitas impediri: ei vt egredi debuiſſet, æquitatẽ ſeruari promitti fẽcimus. Et ideo quia hæc illi res ſicut iuſſus fuerat, illic ſuaſit occurrere, fraternitas veſtra ei ſalua ratione concurrat, atque apud prædictum glorioſiſsimum dominum veſtrum agere cum ea qua conſueuit charitate ſtudeat, vt in nullo eum contra leges aut rationem patiatur aliquo modo prægrauari: ſed iuſtitiam ei ſicut Chriſtianitati eius conuenit, in omnibus L faciat cuſtodiri: quatenus & ipſe ad mercedem ſuam, quod æquitatis ordo exigit, videatur ſalubriter ſeruaſſe: & hic ſe contra ea quæ promitti fecimus, grauari non ſentiat.

Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano. Apollonium magiſtrum militum commendat.

Cap. XLVIII.

Vamuis glorioſo Apollonio magiſtro militum com- *Epiſt.48.*
Q muni filio paternam vos pietatem nouerimus impendere, quia tamen eundem dilectionis modum quẽ circa eum ſicerdot. liter exhibetis, noſtris credidit apicibus augmẽtandum: idcirco eum fraternitati veſtræ his epiſtolis commendamus, hortantes vt paternam in vobis, ſicut decet, conſolationẽ *inueniat: & ſolatiis veſtris, ſicut vſus exegerit, comitante iuſtitia potiatur: quatenus dum veſtram erga ſe amplius fuerit dilectionem expertus,* & ipſe quod de vobis confidit agnoſcat, & noſtrã ſentiat epiſtolam profuiſſe.

Gregorius Leontio exconſuli. Apollonium commendat.

Cap. XLIX.

Ciẽtes gratia paterna vos ſcripta ſuſcipere, ſi illud per- *Epiſt.49.*
S agere ſtudeamus, gloriam veſtram vltro non eſt dubiũ M operari, vt filiorum noſtrorum deſideria non patiamur contriſtari. Et ideo quia glorioſus filius noſter Apollonius magiſter militũ, lator preſentiũ, noſtris ſe apud vos voluit apicibus commendari, ſalutantes gloriam veſtram paterna dilectione petimus, vt ſalua ratione, gratiam veſtri fauoris inueniat, & patrocinij opem in quocunque neceſſe fuerit, conſequatur: quatenus dum gloria veſtra ea quæ ſponte conſueuit impendere, noſtræ quoque commendationi præſtiterit, & ipſe ſe optatum in vobis gaudeat inuenire ſubſidium, & nos vberes ſinceriſsimæ bonitati veſtræ gratias referamus.

Gregorius Domiciano epiſcopo Metropolitano. De Leontio & ſubſtantia Theodori epiſcopi.

Caput. L.

Vàm magnæ charitatis ſit in mente veſtra ſinceritas, *Epiſt.50.*
Q etiam res ipſa teſtatur, quòd dilectionis affectum quem coràm poſitis exhibetis, ſeruare abſentibus non ceſſatis. Proinde multum nos ad diligendum glorioſum Leontium communem filium epiſtolarum veſtrarum teſtificatio prouocauit: quia dum illum ſanctitati veſtræ in amicitiis indicaſtis eſſe coniunctum, qualis iam ſit oſtẽditur, ſcilicet quia bono viro niſi bonus placere non potuit. Et ideo non immeritò diligendus eſt, qui vobis inuenitur familiariter coniunctus. Idem autẽ glorioſus vir in Sicilia ſe retinuit, & ad Romanã vrbem necdũ venit. In his tamen quæ ei pro publica vtilitate ſereniſsimorum dominorum

A rum iussione mandata sunt, inquantum ratio fuit, minimè suffragari distulimus. Glorioſum enim Gregorium expræfecto vel alios qui in ſeptis Eccleſiaſticis reſidebant, hortari ſtudioſè curauimus, vt exire, & rationes ſuas exponere debuiſſent. Qui egre diētes cum Marco viro magnifico ſcribone, qui ad exhibitionem eorum venerat, accepto verbo ad Siciliā ire parati ſunt. Præterea de ſubſtantia Theodori epiſcopi quem Eccleſiæ veſtræ iuri ſcripſiſtis fuiſſe ſuperpoſitam, plus amplius aliud quod fieri poſſet non fuit, quàm vt antefato glorioſiſsimo Leontio de quo tanta teſtificamini, cui & cauſam ipſam aſſeritis commendatā, atq; Ioanni fratri & coēpiſcopo noſtro, de cuius ſanctitate & ſollicitudine certi ſumus, huius negotij audientiam mandaremus, hortantes vt & veritatem cum omni ſtudeant ſubtilitate perquirere, & ita contentionibus partium ſecundùm iuſtitiam citius finem imponere: quatenus nec homines ſanctæ fraternitatis veſtræ longa valeat illic dilatio retinere, nec pars altera inauditam ſe pati præiudicium conqueratur. Quicquid enim alteri hac de re fuerit ſtatutum, certi eſtote quia ſine mora complebitur. Nam ſicut ſine iudicio quenquam nolumus condemnari, ita quæ diffinita fuerint, nulla patimur excuſatione differri. Omnipotens autem deus ſua vos protectione atque propitiatione circumtegat, greſſúſque veſtros in timoris ſui tramite conſeruet, vóſque pro me ad orandum excitet, vt & veſtris interceſsionibus mea ſtudia in viam vitæ dirigantur.

B

Gregorius Leontio exconſuli. De cauſa Libertini & quia ira viri cauta debeat eſſe.

Caput. LI.

Epiſt. 51.

C Autionis exemplar Libertini ad me ſtuduit gloria veſtra tranſmittere, quatenus mihi oſtēderet cum qua obligatione vel mente ad præturæ dignitatem idem Libertinus acceſſerit. Quæ à glorioſo fratre meo Paleſtino patricio vel conſiliario meo viro magnifico Theodoro relecta, mihi ſubtiliter inſinuata eſt, atque execrabilis & mihi & cunctis apparuit, qui cognoſcere valuerunt. Sed debet gloria veſtra meminiſſe, quia nunquam epiſtolas meas pro commendatione alicuius accepit, niſi vt protectionem veſtram fauente iuſtitia præſtaretis. Et quia de eodem Libertino tota ſimul prouincia gratias referebat, *iudicaui*. Nam *vel quis eſſet, vel quales cauſas* habuerit, neque vnquam profeſſus ſum, nec hactenus ſimpliciter ſcio. Nam licet in iſta cauſa cautionis culpabilis inuenitur, & de aliis cauſis quid pro ſe alleget neſcio, vnum tamen bene atque conſtanter noui, quia ſi quam rebus publicis fraudem fecit, ſubſtantia eius cædi debuit, non libertas. Nam in hoc quod liberi cæduntur, vt taceam quòd omnipotens deus offenditur, vt taceam quod opinio veſtra vehementer grauatur, piiſsimi tamen imperatoris noſtri omnino tempora fuſcantur. Hoc enim inter
C reges gentium & imperatores Romanorum diſtat, quia reges gentium domini ſeruorum ſunt: imperator verò Romanorum, dominus liberorum. Vnde & vos quidem quicquid agitis, prius quidem ſeruata iuſtitia, deinde cuſtodita per omnia libertate debetis. Scriptum eſt: Quod tibi non vis fieri, alteri non feceris. *Tob. 4.* Et per ſemetipſam veritas dicit: Quæ vultis vt faciant vobis homines, & vos facite eadem illis. Libertatem ergo eorum qui vobis in diſcuſsionem commiſsi ſunt veſtram, ſpecialiter attendere debetis, & ſi ipſi à maioribus veſtris iniuriari libertatem veſtram non vultis, ſubiectorum veſtrorum honorando libertatem cuſtodire debetis. Scimus enim qui dixit: Cœlum & terra *Matth. 24.* tranſibunt, verba autē mea nō tranſibunt. Cuius quia verba non tranſeunt: ſed per omnia implentur, metuamus quod iterum dicit: In qua menſura menſi fueritis, in ea remetietur vobis. Quid *Matt. 7.* autem gloria veſtra exiſtimat: quia ſi ſuperbè, ſi crudeliter agimus, deſpecto deo nobis hominem placamus? Nullo modo. Nam ipſe qui deſpicitur, cum contra nos cui deſpecto deo placere volumus, irritat. Curemus ergo per omnia placere deo: qui potens eſt etiam iratos homines ad manſuetudinem reducere. Nam, ſicut dixi etiam manſueti homines indignante deo ad iracundiam prouocātur. Si autem dicitur quia ſine verberibus atque terroribus fraudes publicæ inueniri non poſſunt: hoc admittere poteram, ſi in ratiociniorum cauſa dominus Leontius non veniſſet. Nam verum eſt, quia illi ſolent manibus excedere, qui in ſenſu & lingua deficiunt, de quo ſe mihi veſtra gloria non valet excuſare. Nam quæ auditis, vel quæ dicitis, ſubtiliter exquirens, inueni quia homines ſine cauſa cæditis, quia auxiliante deo verbis agere omnia poteſtis. De cauſis vero eorum quos diſcutitis: verum fateor quia multa audiens quæ nunquam antè cognoui, vehementer erubeſco. Vnde & vobis & piiſsimo domino imperatori taceo. Nam ſi mihi conſtare potuiſſet, quia iuſtas cauſas de ſuis rationibus haberent, prius per epiſtolas vos pulſare habui, & ſi auditus minimè fuiſſem, ſereniſsimo domino imperatori ſuggererem. Sed quia mihi de ſuorum rationibus nihil conſtat: ideo ſicut dixi, & vobis & piiſsimo principi hactenus nihil dico. Turpe eſt enim hoc defendere, quod mihi non conſtiterit iuſtum eſſe, quia ego homines propter iuſtitiam diligo, non autem iuſtitiam propter homines poſtpono. Ita ergo age glorioſe fili, vt in actione commiſſa prius illum habeas placatum, qui continet omnia, ac deinde ſereniſsimi principis vtilitatem cum omni ſollicitudine impleas. Nam & in eius actione à quo tibi commiſſa eſt, eſſe negligentem non ſine peccato exiſtimo. Sed quia omnipotente deo largiente, idonea eſt veſtra ſapientia & rationes vigilanter ac ſubtiliter exquirere, & creatoris vobis iudicium per manſuetudinem placare, quotiens ira animum inuadit, mentem edoma, vince teipſum. Differ tempus furoris, & cùm tranquilla mens fuerit, quod placet vindica. Ira enim in vindicta malorum ſequi debet rationem animi, non
E præire: vt quaſi ancilla iuſtitiæ poſt tergum veniat, & non laſciua ante faciem prorumpat. Aliquando verò oſtendenda eſt, & non exhibenda. Aliquando exhibenda eſt, ſed nunquam ſequenda. Quando enim in executione iuſtitiæ placata mente iraſcimur, iracundiam & non ſequimur & exhibemus. Ira enim quæ animum perturbat, quanta conſideratione cauenda eſt, monſtratur. De qua ſcriptum eſt: Sit omnis homo velox ad audien- *Iaco. 1.* dum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri iuſtitiam dei non operatur. Hinc rurſum ſcriptum eſt: Quis *Prouer. 18.* poteſt habitare cum homine, cuius ſpiritus facilis eſt ad iraſcēdum? Hinc iterum dicitur: Noli eſſe cum homine iracundo, ne- *Prouer. 22.* que ambules cum viro furioſo: ne forte diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animę tuæ. Contra hanc in laude patientiæ dictum eſt: Melior eſt vir qui vincit iram, quàm qui capit ciuitatem magnam. Hinc Dauid perſonam in ſe infirmorum ſumens ait: Turbatus eſt præ ira oculus meus. Atque ex ipſa perturba- *Pſal. 6.* tione quid ſequatur, adiūxit dicens: Inueteraui inter omnes inimicos meos. Ex ira quippe cùm turbatus fuerit oculus cordis, inter inimicos noſtros ad vetuſtatem reducimur, quia inter malignos ſpiritus ad vetuſti hominis ſimilitudinem reuocamur. Cùm igitur iram quæ cor permouet, ſacra eloquia tot teſtimoniis deteſtentur, perpendamus qua intentione debemus hoc vitium fugere, quod deo iudice, in teſtimonio illius totiens reprobatur. Alia quoque occurrit opinio: quia alij pro aliis grauantur. Ex quibuſdam quæ ex principali iuſsione expenſa ſunt, F minimè reputantur. Quòd ſi verum ſit, neſcio. Si tamen ita eſt, hoc omnino facere & pro timore æterni iudicij, & pro ipſius humanæ conſiderationis ratione minimè debetis. Ecce glorioſe fili amore dei tuóque prouocatus, cuncta quæ ſenſi, quæ audiui, breuiter indicaui. Sapientis autem viri eſt, & breuiter audita latius penſare, & quæque deo diſplicent, in celeritate corrigere. Omnipotens deus cœleſtis vos gratiæ protectione circundet, & hic vos & à prauis actibus, & à peruerſis hominibus tueatur, & apud ſe poſtmodum in æterna patria pia remuneratione lætificet.

Gregorius Amantino domeſtico. De cautionibus Ioannis palatini. De perſona Libertini.

Caput. LII.

Epiſt. 52.

E A quæ per Paulum latorem præſentium, & Timarchum excubitorem gloria veſtra tranſmiſit, eo quo voluiſtis modo ſuſcepta ſunt. Sed & excellentiſsimo filio noſtro Exarcho per ſupraſcriptum excubitorem qui ad eum profectus eſt, ſcripſimus vt cautiones agentium vices Ioannis præfecti ſimul & palatini huc tranſmittere debeat. Indicantes ei, quia niſi illas direxerit, vſque ad aduentus veſtros ea quæ à gloria veſtra tranſmiſſa ſunt, non tangantur, ſed vobis remeantibus

G meantibus conseruentur. De persona autem glorioſi Libertini quædam ad nos antè peruenerant,& neceſſe fuit vt ea vobis ſicut reuera filiis quos diligimus,minimè taceremus. Et quantum in gloriæ veſtræ epiſtolis inuenimus,moleſtè illa, quod nō decuit, ſuſcepiſtis:dum quādo nihil aſperum ſcripſiſſe meminimus,ſed hortati ſumus vt cum eo charitatem & gratiā haberetis.Sed quia ad hæc aſpera vobis reſcribentibus,ne ipſam ad nos epiſtolā mitteretis,per ſomnium vos ſcripſiſtis eſſe prohibitos,omnipotenti deo gratias agimus,qui ſic vos vigilantes cuſtodit vt etiam dormientes admoneat.Sed quia in eodem ſomnio & à me vos de eadem cauſa reprehēſos ſcribitis, qualis ſim,vel ex hoc colligite.Et quādo vos paterna adhortatione cōuenio, moleſtè ſuſcipere non debetis : quia qui dormientibus purus ſum, vigilantibus duplex eſſe non patior.

Gregorius Romano defenſori. De inſulis Neapolitanis.
Caput.LIII.

Epiſt.53. P Eruenit ad nos quòd quidam prauæ voluntatis ſtudio, contra ſeniores & ciues Neapolitanæ ciuitatis de inſulis iuris eorum Leontio glorioſo filio noſtro nitantur ſurripere,vt eos iniuſtè damnis poſsint afficere atque affligere. Idcirco tibi hac præceptione iniungimus, vt debeas eſſe ſollicitus,quamuis apud eum nullus locus ſurreptionis hac de cauſa inueniatur,vbi fortè aliquid dictum fuerit, vel epiſcopum præiudicialiter quid,quod nō credimus, facere fortè cognoueris, ex no H ſtro illi mandato dicere te volumus , vt malorum hominum verbis aſſenſum præbere, & in hoc peccato ſe miſcere non debeat: quia licèt retro principum iuſsionibus omnino de eiſdem inſulis ſint muniti:nobis tamen cùm in regia vrbe fuimus ſuffragantibus,ita ſereniſsimi domini Mauritij principis elicita iuſsione, eorum ſtrictè iura munita ſunt, vt non habeant vnde iuſtè debeant formidare.Pro qua re vt & tu diligentius informari, & antedicto glorioſo filio noſtro,ſi cauſa ſe dederit, liquidò ſatisfacere valeas,earum tibi iuſsionum exēplaria præuidimus tranſmittēda.Sed ſi neceſſarium fuerit,ipſas facimus authenticas deſtinari. Tantum eſt, vt diximus,ſtudeas eſſe ſollicitus,vt ſurripiēdi cuiquam illic locus non pateat.

Gregorius Bono epiſcopo Meſſanenſi. Gregorium præfectum commendat.
Caput.LIIII.

Epiſt.54. L Icèt glorioſus filius noſter Gregorius expræfecto magnam de fraternitate veſtra certitudinem habeat, vt ſacerdotalem ſibi à vobis impendi affectum nō dubitet, quia tamen charitatis veſtræ modum noſtra rogante commendatione fidit augeri, his vos epiſtolis præuidimus adhortandos, vt vtilitati ipſius concurrere, atque in eius iuuamine impendere I vos quæcunque ſuaſerit ratio debeatis. Et quia aliqua apud fraternitatem veſtram pro ſua, vt ait, cautela agere deſiderat,locum apud vos, ſicut reuera decet ſacerdotes , inueniat, & paterna ſibi cōpati dilectione vos cognoſcat: quatenus dū ſollicitudinis cura ipſius veſtræ charitatis ſtudio fuerit reuelata, & ipſe confidentiā quam de vobis gerit operibus valeat experiri, & fraternitas veſtra poſtulantiū deſideriis ſe videatur ſalubritet impendiſſe.

Gregorius Leontio exconſuli. De Gregorio expræfecto.
Caput.LV.

Epiſt.55. C Vm iuſtitiæ vigor in cognitione veſtra, & veritas iuuare ſufficiat quos tuetur,cuiuſquam apud vos cōmendatione opus non fuerat,quippe quia quæ pro æquitate petenda ſunt,ex vobis impēditis . Sed ne poſtulantium deſideria, qui bonorum filiorum ſtudium paterna creſcere adhortatione confidunt,poſtponere videamur, idcirco illa apud gloriam veſtram agere quæ vltro exhibetis,omnibus modis inuitamur. Ea propter paterna dilectione vos ſalutantes petimus, vt glorioſo viro filio noſtro Gregorio expræfecto charitatis gratiam, qua eſtis prædíti,largius tribuatis:quatenus & ille quicquid æquitatis in veſtra benignitate confidit,veris poſsit effectibus experiri, & nos bona quę de vobis multipliciter prædicantur addiſcentes, aſsiduè pro gloriæ veſtræ incolumitate omnipotētem valeamus dominum deprecari.

Gregorius Amantino domeſtico. Gregorium expræfectum K
commendat. Caput.LVI.

Onfidentes quòd gloria veſtra ſe in amicorum ſuorū *Epiſt.56.*
C ſolatiis deuota ſemper exhibeat , eorum vobis cauſas commendare,quos diligitis,ſtudemus . Atque ideo ſalutantes petimus,vt glorioſus filius noſter Gregorius,quales nos hic habuit:illic vos tales inueniat:& tam apud glorioſum filium noſtrum Leontium, vel alibi quocunque neceſſe fuerit, gloriæ veſtræ ſolatia conſequatur : ac magnam in vobis conſolationem inueniat,& inquantum poſsibile eſt , pe cuiquam iniuſtæ poſsit afflictioni vel grauamini ſubiacere,gloriæ veſtræ ſollicitudo ſtudio vigilanti prouideat,& tranquillo maturóque hoc ſtudeat cōſilio declinare : quatenus dum vos,ſicut decet, adiutores habuerit,& ipſe & nos amplius cognoſcere valeamus,quia,ſicut de gloria veſtra præſumimus,non ad faciem, ſed quod eſt valde laudabile,puras noſtis amicitias exhibere.

Gregorius Secundino & Ioanni epiſcopis Siciliæ. Gregorium commendat.
Caput.LVII.

Onorum nos hortatur dilectio filiorum, vtilitatibus *Epiſt.57.*
B eorum ſtudioſè concurrere:& eos inquantū ratio ſuppetit,adiuuare. Et ideo quia quantum ſe glorioſus filius noſter Gregorius expræfecto benignè cunctis exhibuit,tanto omnium debet vti ſolatiis,fraternitatem veſtram his hortamur affatibus : vt illic venienti tam apud Leontium glorioſum ex- L conſulem in diſponendis rationibus ſuis, quàm apud alios vbi cauſa popoſcerit,opem ferre,& partes illius ſubleuare fauēte iuſtitia feſtinetis:vt vobis ſacerdotaliter concurrentibus,nullā moleſtiam vel diſpendium contra ordinem poſsit æquitatis incurrere.Quem ſi,quod non credimus, grauari fruſtra in aliquo ſenſeritis, apud prædictum glorioſum virum agere vos epiſcopali modeſtia ſeruata neceſſe eſt,vt verbum quod ei per Alimarcum virum magnificum ſcribonem præbuit, cuſtodire debeat ac ſeruare, atque illum irrationabiliter affligi vel ſuſtinere diſpendiū minimè patiatur.Ita ergo fraternitas veſtra ſe erga eum ſollicitam curet oſtendere: & in eius ſe cauſis ſecundum deum ſtudeat exhibere: vt & ſacerdotale in vobis ſubſidium, & paternam inueniat charitatem.

Gregorius Bonifacio epiſcopo regio. De querimonia Gregorij aduerſus eum.
Caput.LVIII.

Acerdotali proculdubio conuenit grauitati, vt ſi quas *Epi.58.*
S Eccleſiæ ſuæ cauſas habuerit, aut pacifica eas ordinatione,ſi fieri poteſt,aut certè iudicio interueniēte ſine mora diffiniat:vt ſublata è medio contentionis materia, ſola illi cum filiis ſuis pacis poſsit remanere concordia . Indicauit itaque nobis glorioſus filius noſter Gregorius expræfecto : quòd inter M ſe & Eccleſiam veſtrā de locis quæ competunt,aliqua ſit orta contentio.Ob quam rem hortamur vt eam aut ceſſante iurgio finiatis,aut certè dilatione ſubmota Eccleſiæ veſtræ actores ad electorum ire iudicium faciatis, vt eorum diffinitione præcedente, nec ille contra iuſtitiam grauari, nec veſtra præiudicium videatur Eccleſia ſuſtinere. Quia verò homines ſuos & poſſeſsiones quas illic habet, vobis voluit commendari:oportet vt veſtra ſe fraternitas in eius cauſis quodcunque ratio inuitauerit , non omittat impendere . Atque ita eum in quibuſcunque valuerit iuuare feſtinet, vt concurrentibus vobis , abſentem ſe à ſuis vtilitatibus eſſe non agnoſcat.

Gregorius Ioanni & Fortunato epiſcopis: & Anthemio ſubdiacono. Homines Gregorij commendat.
Caput. LIX.

A quæ filiis noſtris vltro nos decet impendere, nega- *Epiſt.59.*
E re eis petentibus non debemus.Et ideo quoniam filius noſter glorioſus Gregorius expræfecto poſſeſsiones quas illic habet, vel homines ſuos fraternitati veſtræ à nobis ſtuduit commendandos , ſcriptis vos præſentibus adhortamur,vt vtilitatibus eius ſalua ratione concurrere : & poſſeſsiones eius atque homines tueri , ſicut deſiderat, debeatis , nec eos contra iuſtitiam à quibuſlibet vexari, aut patiamini prægrauari . Sed id agite, vt tuitione veſtra prædicti filij noſtri ſupplere

A plere præsentiam valeatis: quia ita se, sicut nostis, exhibuit cunctis, vt omnium solatia habere mereatur.

Gregorius Aziuarco scriboni. De infirmitate Gregorij. Caput. LX.

60. QVod præsentium portitor gloriosus filius noster Gregorius tardè ad Siciliam venit, non voluntate distulit, sed ita infirmitate corporis debilis factus est, vt vix in multis diebus reparari potuerit. Cuius debilitatis indicia etiam ipsi adhuc in eo cognoscetis. Mox autem vt aliquantum conualuit, venire illuc sicut magnitudini vestræ promiserat, non neglexit. Quod ideo his apicibus scribendum præuidimus, ne eum distulisse sponte credentes, hanc moram eius forsitan studio factam reputetis.

Gregorius Romano defensori. De Gentione viro magnifico. Caput. LXI.

Epist.61. QVoniam filius noster Gentio, vir magnificus scribo tantæ, deo propitio, bonitatis est, vt valde sit diligendus: siquid ei potuissemus conferre, debuimus. Voluerat enim possessionem iuris Ecclesiastici sub specie libellorum tenere. Sed propter malos scribones iudicauimus in hac nos causa, nec bono committere. Proinde excepta de possessione quæ potuerunt in eius vtilitatem verti, eadem volumus eius
B magnitudini singulis annis offerri: id est porcos viginti qualiteripse præuideris, berbices viginti, & gallinas quadraginta. Quæ omnia volumus in exceptis reputari.

Gregorius Adeodatæ illustri fœminæ. De reliquiis ei concessis. Caput. LXII.

Epist.62. TMoram in dandis reliquiis, quas gloria vestra petit faceremus, non voluntate distulimus: sed præcedentis rei nos casus fecit ambigere. Deus autem omnipotēs cordis vestri deuotionem intuens, miraculorum signis admonentibus à vestra vos intentione fraudari non pertulit. Sed ideo desiderium modica voluit dilatione differri, vt docentibus miraculis & amor vobis cresceret in veneratione sanctorū, & maior fieret exultatio gaudiorum. Quia ergo in affectu postulatæ rei, gloriæ vestræ vota completa sunt, hortamur vt cuius prædicatores colitis, eius sollicitè mandata seruetis: & sicut religiosa deuotione terrena sanctorum honoribus loca construitis, sic quoque cum eis mansionem vobis procurare in cœlestibus festinetis, quatenus & hic illos in omnibus adiutores, & in futura mereamini habere vita consortes.

Gregorius Decio episcopo Lillabitano. De consecratione Ecclesiæ. Caput. LXIII.

Epist.63. C A Deodata gloriosa fœmina petitoria nobis insinuatione suggessit, quod habetur in subditis. In domo siquidē iuris sui intra ciuitatē Lillabitanā monasteriū ancillarū dei à solo se pro sua deuotione fundasse, quod in honorē beati Petri principis Apostolorum, & sanctorum Christi martyrum Laurentij, Hermetis, Pācratij, Sebastiani, & Agnetis desiderat consecrari. Et ideo frater charissime, quia in tuo memorata constructio iure consistit, si nullum corpus ibidem constat humatum, percepta prius donatione legitima, id est in reditu præstantes liberos à tributis fiscalibus solidos decem, pueros tres, boum paria tria, mancipia alia quæ seruiant in ipso monasterio numero quinque, equas numero decem, vaccas decem, iastulas vinearum numero quatuor, oues numero quadraginta, & cætera secundum morem.

Gregorius Hilario notario. De naui Adeodatæ abbatissæ data. Caput. LXIIII.

Epist.64. NAuem in qua Vitalis præsentium portitor nauigat, ad dilectissimam filiam nostram Adeodatam abbatissam pro sustentatione monasterij fui emissam cognoscas. Qua illuc veniente, hac tibi auctoritate præcipimus, vt ita eam in cunctis, tuearis atque ab omni angaria vel onere exuere excusareque festines, ac si specialiter nostra sit. Nam nostri causa in eodem monasterio tanta congregatio deo propitio degere comprobatur, vt plus illi solatiari atque concurrere, quàm nostræ in omnibus festinemus Ecclesiæ. Et ideo postquam voluntatem nostram experientia tua circa prædictum monasterium talem esse cognouit, ita se in tuitione suprædictæ, vt diximus, nauis impendat, vt te illic posito, nullam moram vel impedimentum ab aliquo valeat sustinere. Nam si, quod non credimus, in aliquo negligens esse tentaueris, vehementer te nostram noueris offensam incurrere. D

Gregorius populo, presbyteris, diaconis, & clero Mediolan. De obitu Constantij episcopi, & alio episcopo eligendo. Caput. LXV.

Epist.65. QVantus nos de obitu fratris & coepiscopi nostri Constantij mœror afficiat, paginali explere locutione non possumus. Sed quàm multa bona partes illæ in vno homine perdiderunt, vtinam vicinæ repentina calamitate non sentiant. Nam quemadmodum sollicitus in Ecclesiasticæ regulæ disciplinæ, vel quàm fuerit vigilans in tuitione ciuitatis vestræ, non habemus incognitum. Sed quoniam obeunte pastore sine proprio vos esse non decet antistite, omnino gratè suscepimus, quod Deus dedit diaconum vestrum, ad episcopatus officium vos vnanimes elegisse, deo auctore, signastis. Vnde quia bonorum studiorum desideria nulla debet tarditas impedire, vota in eo vestra complere cum dei gratia festinamus. Et quia prædictus vir nobis non moribus, sed solum specietenus notus est, oportet vt quanto in hac electione non solum vestram vtilitatem, sed etiam causam dei agi cognoscitis, tāto debeatis esse sol- E liciti. Et si subtiliter requirentes, nihil est quod ei ex anteacta vita criminis per sacros possit canones obuiare: aut si ad tenendam disciplinam, vel exhibendum regimen idoneus reperitur, atque cunctorum in eius, sicut scribitis, electione concordet assensus, diuinitatis gratia suffragante eum præsentium scriptorum auctoritate solenniter decernimus ordinari. Illud autem quod vobis ab Agilulpho indicastis scriptum, dilectionem vestram non moueat. Nam nos in hominem qui non à catholicis, & maximè à Longobardis eligitur, nulla præbemus ratione consensum. Nec si alicuius præsumptionis vsurpatione factus fuerit, in locum vel ordinem illum sacerdotis suscipimus, quia vicarius sancti Ambrosij indignus euidenter ostenditur, si electus à talibus ordinatur. Nec enim est quod vos hac ex causa deterreat, vel aliquam vobis necessitatem incutiat, quia vnde possunt alimenta sancto Ambrosio seruientibus clericis, ministrari, nihil in hostium locis, sed in Sicilia: & in aliis reipublicæ partibus, deo protegente, consistit. Vt igitur in ordinando eo qui à vobis electus est, nulla possit mora contingere, Panthaleonem notarium nostrum transmisimus, qui eum, vt moris est, annuente consensus nostri auctoritate faciat consecrari. Cui etiam quia de possessiūculis, quas magnus presbyter commissas habuerat, vel de aliis Ecclesiæ nostræ vtilitatibus cu ram gerere, vel quid aliud agere debeat, in præsenti manda- F uimus, vestra se ei dilectio in omnibus deuota, vt decet, studeat exhibere.

Finiunt epistolæ Indictionis tertiæ.

LIBER NONVS.

Incipiunt epistolæ Indictionis quartæ, ex registro beati Gregorij Papæ.

Gregorius seruus seruorum dei Innocentio Africæ præfecto. De victore Fausianensi episcopo. Caput. I.

Epist.1. QVi prauorum actuum eminentiam vestram iudicem esse desiderat, quid de æquitatis eius bono sentiat, æstimatis. Proinde reuerentissimi fratris & coepiscopi nostri Victoris Fausianensis episcopi plenam vobis doloribus querelam deferimus: vt & malos ab actione propera corrigatis, & ab iniustitia, quam sustinent, bonos eruatis. Queritur siquidem suprædictus frater noster multas in illis locis violentias, multaque alia contra dei timorem Africanos iudices exercere. Denique vt duplicia illic tributa, quod auditu ipso intolerandum est, exigantur.

FF Et quia

G Et quia huius mali emendatio vestræ specialiter auctoritatem dignitatis expectat, petimus vt subtili indagatione perquirere, & ita hoc deo vobis imperante debeatis corrigere, quatenus afflictis pro mercede animæ vestræ protectione iustitiæ succurratis:& huius emendationis exẽplo alios in futuro à prauis actionibus arceatis.

Gregorius Mariniano episcopo Rauennæ. De persona quadam ad sacrum ordinem promouenda.
Caput. II.

Epist.2. F Raternitatis vestræ scripta suscepimus, in quibus indicastis Florẽtinum diaconum vestrum pro vtilitatibus Ecclesiæ vestræ ad vrbem regiam vos velle transmittere. Et quia voluistis vt eum dilectissimo filio nostro Anatholio diacono superscriptis debuissemus apicibus commendare,scribere ei curauimus, vt illi in quibus necesse fuerit & vaſuerit adesse non differat: ipsaque scripta ad vos transmisimus vt secum ea, quam direxeritis, persona debeat deportare. De persona verò quam in sacro vos dicitis velle ordine promouere,videtur nobis vt si nihil est quod vitæ eius obsistat,& ei à nullo res quam indicastis obiicitur,quod visum vobis fuerit, faciatis. De aliis verò causis volumus vobis vt sollicitudinem geretis,scribere.Sed postquam vnam vobis commisimus,quæ per neglectum vestrum deperiit,de aliis tacere elegimus,ne & ipsas H similiter perderemus.

Gregorius Anatholio diacono Constantinopolitano. Diaconum Marini episcopi commendat.
Caput. III.

Epistol.3. F Rater & coëpiscopus noster Marinianus ad vrbem regiam pro Ecclesiæ suæ vtilitatibus, diaconum suum scripsit se velle transmittere. Et quia illum dilectioni suæ magnopere voluit commendari, scriptis præsentibus adhortamur, vt vbicunque necesse fuerit, salua ei ratione concurras, & ita in cunctis illi opitulari festines, vt charitatem tuam de qua prædictus frater noster valde confidit, cognoscat in opere.

Gregorius Alexandrino præfecto. De patrimonio Ecclesiæ Rauennæ. Caput. IIII.

Epist.4. Q Vt de filij charitate non dubitat, commendare ei quos diligit,non recusat. Et ideo quia patrimonium Ecclesiæ Rauennatis quod in Sicilia constitutum est,ita dicitur deminutum,ac si nullus esset qui vtilitates ipsius agere potuisset, necesse fuit reuerentissimum fratrem & coëpiscopum nostrum Marinianum de ordinãdo patrimonio ipso ne amplius decresceret, cogitare. Ad cuius quia gubernationem Ioannem diaconum suum transmisit, paterno salutantes affectu petimus, vt ei tanquam à nobis misso, sicut de vobis confidimus, charita- I tem in omnibus impendatis.

Gregorius Leoni episcopo Cathenensi. Seuerum commendat. Caput. V.

Epist.5. F Ilius noster Seuerus vir magnificus præsentium lator ad Siciliam venire desiderans, nostris se apud fraternitatem vestram petiit epistolis commendari. Venientem ergo eum sacerdotali qua decet charitate susciPite,eique in quo visus exegerit,vestra solatia ministrate, quatenus vobis coràm positis in nullo se contra iustitiam sentiat laborare, sed magis auxilij vestri ope suffultus,quiete sua quam studiosè diligit, securus perfruatur, nósque de eius tranquillitate quæ illi per vos fuerit procurata,lætificari possimus.

Gregorius Talitano. Patrimonium Ecclesiæ commendat. Caput. VI.

Epist.6. C Vm tanta nos de vobis oporteat charitate præsumere, vt si Ecclesiæ nostræ vtilitates apud alios agerentur, vestram illic gloriam adhiberemus adiutricem, satis debemus, quoniam in vobis est causa, gaudere quia vos non oportet negligere, quod amore beati Petri Apostolorum principis præstare ipsi apud alios poteratis. Quia igitur comperimus publici patrimonij curam vestrę ordinationi esse commissam, idcirco paterna dulcedine salutantes,patrimonium vobis nostræ Ecclesiæ secundum iustitiam commendamus.In quo si forte, vt fieri assolet, occasione inuenta homines publici aliquam velint inferre molestiam, hoc magnitudinis vestræ boni- K tas fieri non permittat, sed ab omnium illud hominum inquietudine tueatur. Sicque salua ratione pauperum partes attendat, vt eleemosynæ vicem impleat seruata iustitia: & vobis ex hoc ante dei oculos maior merces accrescat. Hortamur ergo dilectissime fili,vt vos benignos exhibere tam circa Ecclesię nostrę quàm diligitis vtilitates,quàm etiam in omnibus curis Ecclesiarum debeatis,quatenus & iniuncta salubriter espleatis, & omnipotentem deum vobis, quod summopere studendum est,placabilem faciatis.

Gregorius Romano defensori. De Tecla abbatissa defendenda. Caput. VII.

Epist. Q Via Tecla abbatissa monasterij sanctæ Mariæ, quod Neapoli in domo quondam Felicis scholastici constitutum est:contra Alexandrum virum magnificum generum ipsius de quibusdam rebus causam habere dinoscitur: & ad hoc præsentium portitorem trãsmisit, vt causa ipsa illic cum eo si potest fieri pacificè decidatur, hac experientiæ tuæ auctoritate præcipimus: vt ei quocunque visus exegerit, salua ratione, solatiari ac concurrere non omittat. Sed & prædictum virum magnificum hortari studeat: vt omni contentione cessante, ad decisionem causæ ipsius, pacis & ipse intentione perueniat, ne si negligendum putauerit, cum strepitu postea & dispendio cogatur efficere, quod bona voluntate implere postponit: quia L sicut edocti sumus,frequenter iam prædictæ abbatissæ per epistolas suas promisit ipsam decidere, & facere hoc hactenus supersedit. Tua ergo experientia ita agat, vt aut ipsa causa, sicut diximus, decidatur:aut si certè differre voluerit, & videris quia facere quæ pacis sunt, non volet, subtiliter nobis ea ipsa renuncia: vt quid pro vtilitate monasterij memorati agi debeat,sciamus.

Gregorius Bononi abbati monasterij Lirinensis. De canta prouisione monasterij.
Caput. VIII.

Epist. P Ræpositorum sollicitudo subiectorum est cautela, quia qui super rem creditam vigilat, hostis insidias declinat. Quàm autem solers sis in regendis fratribus, quantoque studio in eorum sis custodia vigilans, reuerentissimo fratre & coëpiscopo nostro Menna referente cognouimus. Et sicut nos audita decessoris tui incauta remissio sæpius contristauit,ita prouisionis tuæ sollicitudo lætificat, quia studij tui cautelam & tibi ad remunerationem: & aliis ad vtilitatis exemplum prodesse non dubium est. Sed quia quantum se aduersarius noster ex omni parte præcaueri cognoscit,tanto per occulta quærit irrumpere: & repugnantem sibi callida arte nititur decipere, dilectionis tuæ vigilantia ardentiori se semper cura succendat:& ita cuncta,deo adiuuante,præmuniat, vt lupus sæ- M uiens huc illucque discurrens, in oues dominicas ingrediendi locum non habeat. Eos ergo qui tibi commissi sunt,à gula,à superbia,ab auaritia,à maliloquio,& ab omni immunditia, redẽptoris nostri suffragante gratia prohibere, ac studij tui sit per omnia custodire: vt tanto tibi maior de commissa gubernatione merces accrescat, quanto subiecti tui contra aduersarij nequitias te fuerint vigilante victores. Itaque boni te dulcem,praui sentiant correctorem. In qua videlicet correctione hunc esse ordinem noueris obseruãdum,vt personas diligas: & vitia persequaris,ne si aliter agere fortasse volueris, transeat in crudelitatem correctio, & perdas quos emendare desideras. Sic enim vulnus debes abscindere: vt non possis vlcerare quod sanum est, ne si plus quàm res exigit ferrum impresseris, noceas cui prodesse festinas. Ipsa enim in te dulcedo caura, non remissa sit:correctio verò diligens sit, non seuera. Sed sic alterum condiatur ex altero: vt & boni habeant amando quod caueant, & praui metuendo quod diligant. Hæc dilectissime fili sollicitè attende, studiosè custodi, vt dum tali moderatione deo nostro incolumes quos suscepisti reddideris, in die æternæ retributionis eo dicente audire fis meritis: Euge serue bone & fide- *Luc.19.* lis: quia in pauca fidelis fuisti, supra multa te constituam,intra in gaudium domini tui. Filium præterea nostrum Columbum presbyterum,qui charitati tuæ suis est meritis commendatus:in tua dilectione proficere optamus: & ex nostra commendatione.

Gregorius

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *Gregorius Sereno episcopo Massilien. De sanctorum imaginibus non confringendis, & malis hominibus non admittendis in societatem.*

Caput. IX.

Epist. 9. Literarum tuarum primordia ita sacerdotalem in te esse benevolentiam demonstrabant, vt maior nobis fieret de fraternitate tua lætitia. Sed tantum earum finis à suis dissensit initiis, vt nō vnius, sed diuersarum esse mentium talis crederetur epistola. Ex illo autē quod de scriptis nostris, quæ ad te misimus dubitasti, quàm sis incautus apparuit. Nam si diligenter ea quæ fraterno amore monuimus attendisses, non solum minimè dubitasses, quinimmo quid sacerdotalem grauitatem oporteret agere, cognouisses. Neq; enim Cyriacus quondam abbas, qui scriptorum nostrorum portitor extitit, istius disciplinæ vel eruditionis fuit, vt vel ipse aliud facere, sicut putas, auderet, vel istam de eius tibi persona suspitionem falsitatis assumeres. Sed quia monita salubria pensare postponis, contingit vt iam non solum actu, verum etiam esses interrogatione culpabilis. Perlatum siquidem ad nos fuerat, quòd inconsiderato zelo succensus, sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, confregeris. Et quidem quia eas adorari vetuisses, omnino laudauimus, fregisse verò reprehendimus. Dic frater à quo factum sacerdote aliquando auditum
B est quod fecisti? Si non aliud, vel illud te non debuit reuocare, ne despectis aliis fratribus solum te sanctum, & esse crederes sapientem? Aliud est enim picturam adorare, aliud per picturæ historiam quid sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura, *hoc idiotis* præstat pictura cernentibus, quia in ipsa etiam *ignorantes* vident quod sequi debeant, in ipsa legunt qui *literas nesciunt*. Vnde & præcipuè gentibus pro lectione pictura est. Quod magnopere à te qui inter gētes habitas, attendi debuerat, ne dum recto zelo incautè succenderis: ferocibus animis scandalum generares. Frangi verò non debuit, quod non ad adorandum in Ecclesiis, sed ad instruendas solummodo mentes fuit nescientium collocatum. Et quia in locis venerabilibus sanctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit, si zelum discretione condiisses, sine dubio & ea quæ intendebas salubriter obtinere, & collectum gregem non dispergere, sed potius dispersum poteras congregare: vt pastoris in te meritum nomen excelleret, non culpa dispersoris incumberet. Hinc autem dum in hoc animi tui incautè nimis motus exequeris, ita tuos scandalizasse filios perhiberis, vt maxima eorum pars à tua se communione suspenderit. Quando verò ad ouile dominicum errantes oues adducas, qui quas habes, retinere nō præuales? Proinde hortamur, vt vel nunc studeas esse sollicitus, atque ab hac te præsumptione compescas, & eorum animos quos à tua disiunctos vnitate cognoscis, paterna ad te dulcedi-
C ne, omni adnisu, omniq; studio reuocare festines. Conuocandi enim sunt dispersi Ecclesiæ filij, eisque scripturæ sacræ est testimoniis ostendendum, quia omne manufactum adorare non liceat: quoniam scriptum est, Dominum deum tuum adorabis: *Luc. 4.* & illi soli seruies. Ac deinde subiungendum est: quia picturas imaginum, quæ ad ædificationem imperiti populi fuerant factæ, vt nescientes literas, ipsam historiam attendentes discerent quid actum sit, quia transisse in adorationem videras, idcirco commotus es vt eas imagines frangi præciperes. Atque eis dicendum: Si hanc institutionem ad quam imagines antiquitus factæ sunt, habere vultis in Ecclesia, eas modis omnibus & fieri & haberi permitto. Atque indica quòd non tibi ipsa visio historiæ, quæ pictura teste pandebatur displicuerit, sed illa adoratio, quæ picturis fuerat incompetenter exhibita. Atque in his verbis eorum mentes demulcens, eos ad concordiam tuam reuoca. Et si quis imagines facere voluerit, minimè prohibe, adorare verò imagines, omnibus modis deuita. Sed hoc sollicitè fraternitas tua admoneat, vt ex visione rei gestæ ardorem compunctionis percipiant, & in adoratione solius omnipotentis sanctæ trinitatis humiliter prosternantur. Cuncta verò hæc amore sanctæ Ecclesiæ, & tuæ fraternitatis loquimur. Non ergo ex mea correptione frangatur à zelo rectitudinis, sed magis adiuuetur in studio piæ dispensationis. Præterea peruenit ad nos, quòd dilectio tua libenter malos homines in societate sua recipiat, adeò vt presbyterum quendam qui postquam lapsus est, & D in suæ adhuc dicitur iniquitatis pollutione versari, familiarem habeat. Quod quidem nos ex toto non credimus: quia qui talem recipit, scelera non corrigit, sed magis aliis talia perpetrandi videtur dare licentiam. Sed ne forte aliqua tibi surreptione vel dissimulatione vt à te reciperetur, atque adhuc haberetur gratus suaserit, non solum hunc longius à te expellere, verum etiam excessus ipsius sacerdotali te zelo modis omnibus conuenit resecare. Alios verò qui praui esse memorantur, paterna adhortatione à sua prauitate compesce, & ad viam studе rectitudinis reuocare. Quòd si, quod absit, salubri monitione eos videris in nullo proficere, & hos quoque curabis à te procul abiicere, ne prauitates eorum ex eo quòd recipiuntur, displicere minimè videantur: Et non solum ipsi inemendati remaneant, sed etiam eorum receptione alij corrumpantur. Et considerate, quàm & hominibus execrabile & periculosum ante dei sit oculos, si per eum à quo plectenda sunt crimina, nutriri vitia videantur. Hæc igitur dilectissime frater diligenter attende, & ita agere studе, vt prauos salubriter corrigas, & scandalum de malorum societate filiorum tuorum animis non inducas.

Gregorius populo, presbyteris, diaconis, & clero Ecclesiæ Mediolanen. De Arethusa.

Caput. X. E

Epist. 10. Latrix præsentium Arethusa clarissima fœmina, propter causam legati quod ei coniugique vel filiis ipsius
L Laurentius reuerendæ memoriæ episcopus vester reliquerat, diu apud nos est, vt recolitis, demorata. Vnde recordandæ memoriæ fratri & coëpiscopo nostro Constantio miseramus, vt cum ea sacerdotali studio causam ipsam definire iurgiorum cessante strepitu debuisset. Quod sicut scire vos credimus, se & olim facere voluisse, & adhuc facere tunc velle respōderat. Sed quia latrix harum diu est in hac vrbe demorata, atque illuc distulit remeare, nuncusque decidi non potuit. Idcirco dilectionem vestram scriptis præsentibus adhortamur, vt memoratæ mulieri illuc venienti charitatem quam decet Ecclesiæ filiis impendatis. Et cum auctore deo Ecclesia fuerit ordinata, id agatis, quatenus causa ipsa quæ tempore diuturno dilata est, ita sine mora, æquitate seruata, debeat terminari, vt nec antedicta fœmina amplius fatigari, nec vos videamini, contra Ecclesiasticum propositum, petentibus negasse quod iustum est.

Gregorius Anthemio subdiacono Campan. Theodoram relictam Sabini commendat.

Caput. XI.

Heodora relicta Sabini defensoris, missa huc homine *Epist. 11.*
T suo questa est nobis, à filio suo & Aligerno quodam, cuius filiam idem filius eius in coniugio suo sortitus est, deceptam esse, vt omnes res suas tempore nuptiarum eidem F filio donationis titulo legaret, & nunc se ab eis valde despici atque contemni, adeò vt ablatis rebus ipsius, nihil ei vnde possit nutriri remanserit. A quibus insuper etiam tantam se aduersitatem asserit sustinere, vt nec seruum iuris sui ei deseruire, nec in aliquo solatiari permittant. Et quia, si ita se res habet, graue nimis & contra deum est, huius tibi auctoritatis tenore præcipimus, vt veritatem cures addiscere. Et si ita repereris, Ecclesiasticam tuitionem impēdere, atque eam salua in omnibus ratione adiuuare festines, quatenus te illic posito nullum denuo grauamen vel oppressionem à prædictis viris quolibet modo sustineat, sed prouidere studij tui sit vt in id quo se deceptam queritur, legaliter valeat subueniri, quia omnino crudele est vt mulier quæ ex filij persona debet sperare solatium, per eum magis necessitati cogatur vel inopię subiacere. Quòd si fortè quies vel solatium ipsius te procurante non potuerit ordinari, nobis renūciare festina: vt quid post hæc facere debeas, nostra iterum præceptione cognoscas.

Gregorius Anthemio subdiacono. De Helenæ hominibus ab Ecclesia iniustè detentis.

Caput. XII.

Lorioſa filia Helena per suos nobis homines indi- *Epist. 12.*
G cauit quosdam de suis ab Ecclesię nostræ actoribus irrationabiter detineri. Et quia eos petit sibi restitui,

G idcirco hac tibi auctoritate præcipimus, vt cum omni diligentia veritatem studeas perscrutari. Et si ita est, nec est quod in eis ad nostræ nomen Ecclesiæ possit vendicari, omni mora postposita, aut ipsos restitue, aut si fortè mancipiis Ecclesiæ nostræ cõuenti sunt, dando pro eis vicarios recompensa. Si verò aliquid nostræ dicuntur Ecclesiæ competere, sit sine aliqua dilatione cõpendium, & quæ iudicata fuerint, ita experiẽtia tua ad effectum sine aliqua difficultate perducat, vt prædictæ filiæ nostræ denuo non sit huc necessitas transmittendi.

Gregorius Anthemio subdiacono. Donatum commendat. Caput. XIII.

Epistо.13. D Onatus lator præsentium diuersis se illic oppressionibus grauari commemorans, Ecclesiastica se petiit tuitione fulciri. Quapropter hac tuæ experientiæ auctoritate mandamus, vt eundem Donatum seruata æquitate defendas, & nullis eum grauaminibus vel damnis contra iustitiam subdi permittas, quatenus te sibi opitulante nulla ei fit huc remeandi necessitas.

Gregorius Scholastico defensori. De condemnia Calumnioso danda. Caput. XIIII.

Epistо.14. A Nte aliquantum temporis experientiæ tuæ nos præcepisse recolimus: vt quia reuerentissimus frater & coëpiscopus noster Calumniosus necessitatem se de-

H solatiis asseruit sustinere, vnam illi de iure Ecclesiæ deputare condumiam debuisses. Sed quia condumiam ipsam vineolam paruulam iuris eiusdem Ecclesiæ nostræ tenere dicitur, & ipse sibi pariter vineolam petit debere locari, hac tibi auctoritate præcipimus, vt ad tres siliquas aureas factis libellis ei vineolam ipsam locare debeas, quatenus & ipse exinde aliquod remedium consequatur: & ius Ecclesiæ sine deminutione aliqua conseruetur. Præterea questus nobis est suprascriptus reuerentissimus frater noster: quòd & episcopium Ecclesiæ ipsius hactenus detineas: & occasione blandiaris, vt episcopi patris tui vestes tibi, vel alia quæ in episcopio inuenta sunt, applices. Et ideo si ita est: & ab episcopio te præcipimus sine mora recedere, & quicquid prædictus pater tuus episcopatus sui tempore Ecclesiæ de proprio constiterit conquisisse, ne tollas: quia & sacris canonum legibus esse noscitur definitum, vt in his quæ antistes episcopatus tempore acquisiuerit, non alius, nisi sola succedat Ecclesia. Asserit etiam Ferocinatum quendam condito testamẽto hæredem nostram instituisse Ecclesiam: atque Ecclesiæ sancti Ioannis quæ ante portam Hortonensis ciuitatis sita est, duos casales fundi campos, per Ausinianum legati titulo reliquisse: & à nostra eos nunc Ecclesia detineri. Quos quia secundum voluntatem defuncti sibi petit debere contradi, experientia tua lecta serie testamenti, si ita esse repererit, nec est quod rationabiliter apertè nostræ possit opponi Ecclesiæ, prædictos

I casales tradere suprascripto fratri nostro non differat: quia dum talibus nos etiam de proprio conueniat impartiri, ea quæ illis competunt, nullo modo à nostris irrationabiliter patimur detineri.

Gregorius Scholastico defensori. De Alexandro Frisisto. Caput. XV.

Epist.15. A Lexander Frisistus præsentium portitor colonus Ecclesiæ nostræ questus est nobis in domo, id est Ecclesia, quæ Cathinæ à dilecto filio nostro Cypriano diacono fabricata est, triennij se tempore laborasse, & mercedem non vt dignum est accepisse. Et quanquam per tempora ipsa dicatur apud plurimos laborasse, vnde etiam dum hic esses, notitiam accepisti, hac tibi tamen auctoritate præcipimus, vt diligenter inspicias: & si plus in eadem domo, quàm mercedes acceperit operatus est, volumus vt secundum laboris modum si quid super quatuor solidos & tremisses duos quos à memorato diacono accepisse dictus est meritus sit, addere ei quod iustum videris debeas, sciens tuis rationibus imputandum.

Epist.16. *Gregorius Romano defensori. Vt Argentio colono terram Ecclesiæ concedat. Caput. XVI.*

Q Via præsentium portitorem Argentium colonum Ecclesiæ nostræ curam hospitalitatis habere cognouimus, necesse est vt in parte aliqua eius studium adiuuemus. Idcirco huius tibi præceptionis auctoritate mandamus: vt terrulam modiorum plus minus, sicut asserit, decem possessionis disterianæ quam tenuit, reddere ei sine mora aliqua vel excusatione festines, vt eam diebus vitæ suæ habeat, atque ex ipsa rationibus Ecclesiasticis nihil impendat, sed in ea il le quam exhibet hospitalitate proficiat: quia dignum est vt bono laudandoque operi concurrere ac ferre consultum modis omnibus debeamus. K

Gregorius Spes de Ropes præsidi Sardiniæ. De Barbaricinis conuertendis. Caput. XVII.

Articeps proculdubio mercedis existit, qui bonorum *Epi.17.*
P se operum exhibet adiutorẽ. Quia ergo multi de Barbaris & prouincialibus Sardiniæ ad Christianam fidẽ dicuntur deo propicio deuotissimè festinare, magnitudo vestra studium suum hac in causa decenter accommodet: & fratri & coëpiscopo nostro Victori in conuertendis baptizandisque eis studiosè concurrat, quatenus dum de interitu multorum animæ per baptismatis gratiam vobis fuerint sollicitantibus liberatæ: & apud homines laudem habere: & apud omnipotentem dominum, quod summopere studẽdum est, magnam mercedem possitis acquirere, atque nos vobis gratias referentes, magnitudini vestræ possimus modis omnibus existere debitores.

Gregorius Vitali defensori. De Barbaricinis mancipiis comparandis. Caput. XVIII. L

Onifacium præsentium portitorem, notarium scilicet *Epist.11.*
B nostrum, ad hoc nos experientia tua illuc transmisisse cognoscat, vt in vtilitatem parœciæ Barbaricina debeat mancipia comparare. Et ideo experiẽtia tua omnino ei studiosè sollicitecq; concurrat, vt & bono precio, & talia debeat cõparare, quæ in ministerio ptochochij vtilia valeant inueniri, atque emptis eis huc deo protegente is ipse celerius possit remeare. Ita ergo te in hac re exhibere festina, vt te quasi seruientium amatorem, quorum vsibus emuntur ostendas, & nobis te ipsi de tua valeant sollicitudine commendare.

Gregorius Ioanni Tribuno Sipontino. De violentia Bonifacij notarij. Caput. XIX.

Ator præsentium de status sui conditione nobis sæ- *Epist.19.*
L pius conquestus est à Bonifacio nostro notario, sibi violentiam irrogari. Cuius rei cognitionem in fratris & coëpiscopi nostri Vitaliani notitiam præuidimus perducendam. Cuius causę meritum se examinasse professus est. Sed quia ad proferendum iudicium se assurgere nullatenus dicit, hortamur magnitudinem vestram, vt pro causa mercedis æternæ, cũ prædicto resideatis episcopo, & rei meritum euidẽtius perscrutantes, quicquid vobis suadente iustitia visum fuerit, scripto decernite: & si de eius vobis certius libertate constiterit, nullis deinceps quorumlibet inquietudinibus ad rei decisæ meritũ pro- M
betur, sed in ea qua vobis visum fuerit libertate declaratus securè permaneat.

Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De monasterio construendo. Caput. XX.

Ratam nobis fraternitatis vestræ sollicitudinem fuis- *Epist.20.*
G se cognoscite, quòd pastorali se vigilantia pro tutamine animarum vt oportebat exhibuit. Nunciatum siquidem nobis est, quòd in domo quondam Epiphanij lectoris Ecclesiæ vestræ, idcirco secundum voluntatem ipsius monasterium construi vetuistis, ne pro eo quòd domus ipsa ancillarum dei monasterio cohærebat: deceptio exinde contingeret animarum. Et valde laudauimus, quia antiqui hostis insidias prouisione congrua, vt decuit, præcauistis. Sed quia perlatum ad nos est, Pompeianam religiosam fœminam velle de eodem monasterio ancillas dei tollere, & per sua vnde acceptæ fuerant monasteria reuocare, atque illic congregationem construere monachorum, necesse est vt si impletum hoc fuerit, defuncti depositio modis omnibus conseruetur. Si verò factum hoc non fuerit, ne testatoris voluntas in totum videatur esse frustrata, volumus vt quia monasterium Vrbani quondam abbatis positum foris extra ciuitatem Caralitanam ita dicitur destitutum, vt ne vnus illic monachus remaneret, Ioannes, quem memoratus Epiphanius in monasterio, quod sicut dictum est, in domo sua fiendum decreuerat, abbatem esse constituit, si tamen

nihil

A nihil est quod eum impediat, abbas debeat ordinari. Atque reliquiæ quæ in domo antedicti Epiphanij condendæ fuerant, ibi recondantur, & ei modis omnibus applicetur quicquid idem Epiphanius in monasterio quod deputauerat, ædificari contulerat, quatenus & si de loco propter supradictam cautelam voluntas eius non disponitur, merces nihilominus illibata seruetur. Hæc quidem omnia fraternitas vestra vnà cum Vitali defensore disponat: & ita ea vtiliter studeat ordinare, vt sicut de laudabili prohibitione, ita quoque de bona habere possit constructione mercedem. Ipsum verò monasterium licet fraternitati vestræ sit superuacuum commendari, hortamur tamen ex abundanti vt id salua iustitia, sicut vos decet, habeatis commendatum.

Gregorius Panthaleoni notario. De Deusdedit diacono ad episcopatum Mediolani ordinando.

Caput. XXI.

Epist.21. E Xperientia tua præsenti auctoritate suffulta, ad Ianuēsem vrbem, auxiliante domino, proficiscens, Deusdedit diaconum Ecclesiæ Mediolanensis, si tamen à cunctis electus est, & nihil est quod ei ex anteacta vita possit canones obuiare, episcopum solenniter faciat ordinari. Præterea quia multæ illic Ecclesiæ nostræ vtilitates sunt, quæ deo propicio peragantur, sollicitum esse necesse est: & ita omnia secūdum B capitularem subter annexum requirere, vtiliterque disponere, vt in nullo te neglectus culpa respicere, sed magis vigilātia deo & hominibus valeat commendare.

Gregorius de Probo abbate monasterij sancti Andreæ. De Probo ac testamento eius.

Caput. XXII.

Epist.22. I N nomine domini saluatoris nostri Iesu Christi. Imperantibus domno Mauritio & Tiberio Augustis, anno incarnationis dominicæ sexcentesimo primo, codémque domno vndecies consule, sub die tertio nonarū Octobrium, præsidente beatissimo & Apostolico papa Gregorio: atque considentibus reuerentissimis Menna episcopo Telesino, Basilio Capuano, Constantio Numentano, Montano Sauonense, Victore Fausanense, Ioanne presbytero tituli sanctorū Gerualij & Prothasij, Deusdedit, Rustico presbytero tituli sanctæ Susannæ, Iubilo presbytero tituli sancti Marcelli, Probino presbytero tituli sancti Cyriaci, Ioanne presbytero tituli sanctorum Ioannis & Pauli, Agapito presbytero tituli Eudoxiæ, Felice presbytero tituli sanctæ Sabinæ, Gratioso presbytero tituli sanctorum Neræi & Achillæi, Bonifacio presbytero tituli sancti Sixti: astantibus etiam diaconis & clero, Paterius secundicerius dixit: Probus abbas monasterij sanctorum Andreę & Luciæ vestris, si præcipitis, desiderat aspectibus præsentari. C Gregorius episcopus sanctæ Ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ dixit: Veniat. Cumque ingressus fuisset, dixit: Cur adesse volueris, fateri te conuenit. Probus abbas dixit: Petitionem præ manibus habeo. Postulo à beatitudine domini mei, vt eam suscipi, & vobis relegi iubeatis. Gregorius dixit, fiat. Quæ cum suscepta fuisset, Paterius in his recitauit: In nomine dei nostri Iesu Christi die tertio kalend. Octobris, Indictione quarta. Ea quæ nunc beatitudini vestræ intimare desidero, olim domino meo bene comperta sunt, vestramque mihi conscientiam testem esse scio quæ suggero, quoniam dum ante hos annos ex laico ad religiosum migrassem officium, disposueram in cella super me solitarius habitare, ibique ipsis paucis diebus qui supersunt, vitam transigere, propter quod nec aliquid de substantiola mea antè ordinaui siue disposui, sciens tam ab intestato, quàm ex testato filium mihi posse succedere. Quadam autem die dum inter alios ad obsequia domini mei fuissem ingressus, subitò atque inopinanti, introire in monasterium, atque onera abbatis debuissem suscipere, præcepistis. Statimque surgentes, non indulto ad deliberandum vel tractandum mihi spatio, ad monasterium iam cum monachis ambulare coactus sum. Vnde quia nihil antea de substantiola mea occurrit, vel potui ordinare, idcirco lachrymabiliter supplico, vt concessa per constitutionem vestri decreti licentia, fas mihi sit de omnibus rebus meis voluntatem meam disponere, quatenus nec mihi obedientia mea efficiat, nec filio pauperi possit esse damnosa. Nam cunctis notum est, quia illos legalis sanctio quicquam de substantia sua prohibet postquam monasterium ingressi fuerint ordinare, quibus disponendarum rerum suarum suppetit antè licentia, nō autem eos, quos adhuc quod nunquam tractauerant præpositorum suorum parere cogit instantia. Quia sicut legis voluntas hoc ex deliberatione facientibus contradicit, ita eis qui compelluntur, maiore prouidentia succurrit. Hanc autem suggestionem supplicationemque meam Aemiliano notario sanctæ Ecclesiæ Romanæ noto meo scribendam dictaui, eique propria manu ego Probus seruus vester subscripsi, & vobis beatissimo domino meo Gregorio papæ porrexi. Ego Probus seruus vester huic petitioni à me oblatæ subscripsi. Gregorius dixit: Postquam textus oblatæ petitionis nobis innotuit: Probus abbas paulisper abscedat, vt de his quæ petit, cum fratribus filiisnostris quid statuendum sit deliberare possimus. Quo recedēte, postquam diu de eius petitione tractatum est, dixit papa Gregorius: Probus abbas quem abesse paululum feceramus, rursus adueniat: vt ea quæ nobis cum fratribus filiisque nostris in commune visa sunt, censeamus. Cúmque præsentatus fuisset, dixit: Vbi veritas cum ratione concordat, desideria petentis implere non minus iustum est, quàm benignum. Perpensa igitur serie à te petitionis oblatæ, omnia quæ in ea locutus es, ita esse recolimus. Neque enim vel in nostram vnquam antea cogitationem ascenderat: vt in quocunque monasterio abbatis tibi curam debuissemus iniungere. Sed quodam die dum de ordinando monasterio cui præesse dinosceris, cum nostris filiis tractaremus, atque diu aptam personam huic officio quæreremus, ex improuiso te ingrediente, cordi nostro & eorum qui nobiscum ad tractandum aderant, subitò natum est, vt te illic abbatem deo propitio constituere deberemus. Quod quia renitenti tibi constat impositum, & voluntatis tuæ rigorem vix nostræ potuerunt adhortationes inflectere, necesse fuit ne forte habere debuisses post te spatium redeundi, vt iam ordinatum abbatem ad ipsum te monasterium cuius nec monachus fuisti, antea mitteremus. Ne ergo hæc obedientia vel dilectioni tuæ tristitiam, vel aliis possit inferre iacturam, vniuersas res tuas alienandi, vel vt volueris disponendi liberam tibi per huius constituti nostri tribuimus statuta licentiam. Per quam eam te in disponendis eis vt tibi placuerit, habere noueris facultatem: quam habere poteras, antequam monasterium introires. Nec quicquam tibi abbatis officium, quod sicut dictum est, repente ac inuitus nosceris suscepisse, formides obsistere: quia vt in ordinandis disponēdisque rebus tuis non haberes licentiam, dilectionem tuam ne post se rediret, nostra, vt diximus, coëgit instantia. Proinde ne qua te dubium faciat de his quæ volueris ordinare suspitio, nullum vnquam Ecclesiæ nostræ vel monasterij tui, siue quolibet nomine alio ex monachicæ conuersationis statu vel abbatis officio, quocunque ingenio vel cuiuslibet excusationis specie cō- F tra præsentis seriem constituti venire decreuimus, sed tanquam si ingressus monasterium non fuisses, ita omnia quæ de vniuersa facultate tua ordinare disposueris, illibata & sine aliqua deo auctore statuimus refragatione seruanda.

Gregorius Ioanni subdiacono Rauennæ. De Ioanne argentario & fide eius.

Caput. XXIII.

Epist.23. Q Valiter Ioannes argentarius indigentibus fideiussione fuit sæpe remedium, experientia tua bene nouit. Vnde contingit vt nunc Importuno quodam palatino fideiussor accedens, necessitatem non modicam patiatur, adeo vt in Ecclesia diu iam residens vehementius affligatur. Sed quia quibusdam erat suspitio, quòd prædicto Importuno non simpliciter, sed compendij causa fideiussor accesserit, ad sacratissimum corpus beati Petri Apostolorum principis districta omnino sacramenta, quantum nobis renunciatum est, præbuit, non solum nullum se ab eo commodum ex toto recepisse, verumetiam nec aliquid promissum habuisse, sed ei vt cæteris simpliciter accessisse. Et quia tam longo tempore innocentis hominis simplicitas non debet affligi, apud eminentissimum filium nostrum præfectum modis quibus valueris age: vt vnà ipsa statio, quæ in Romana ciuitate remansit, eius temporibus claudi

G non debeat, sed ei pro mercede sua in hac afflictione subueniat, atque eum directa iussione dignetur absoluere, & amplius illũ in hac esse necessitate minimè patiatur, quia quẽadmodum simplex benignúsque sit, vel diuersis fuerit sæpe in tribulatione remedium, nec ipsi habetur incognitum. Et ideo, sicut diximus, cum omni dulcedine apud eum stude agere, vt in huius absolutione multis possit ferre consilium, & hæc via remedij eius temporibus non claudatur.

Gregorius Ioanni religioso. Quem mensis pauperum proponit. Caput. XXIIII.

Epist. 24. Licet eos qui pia intentione sollicitudinis curam egenis ac debilibus impẽdunt, sua apud omnes valeat tueri deuotio, melius tamen est si per quietem suam de
L his muniti fuerint quæ gesserint: ne inde eis inquietudinis occasio vnde magis laudandi sunt oriatur. Quia igitur te Ioannem religioso intentionis tuæ studio prouocati, mensis pauperum & exhibendæ diaconiæ eligimus præponendum, ne qua tibi ex hac administratione nascatur dubietas, hac te munitione prospeximus sulciendum, constituentes vt de hoc quod ad mensas pauperum vel diaconiæ exhibitione percepisti, siue subinde perceperis erogandum, nulli vnquam hominum quolibet modo seu ingenio cogaris ponere rationem, vel aliquam debeas molestiam sustinere. Sed quia ita ab humanis te omnibus volu-
H mus rationibus esse absolutum, vt deo nostro de his quę tibi cõmisimus, rationem te noueris positurum: hortamur vt fidei in te integritas vigeat, sit mens in rebus intensior, cura propensior, voluntas pronior, studium vigilantius, deuotio clarior, exhibitio efficacior, quatenus dum diuino intus auxilio hoc opus solerter impleueris, & illi pro quibus sollicitudinem geris, studij tui solatio vtiliter consolentur, & tu mercedis tuæ bonum in æterna vita redemptoris nostri gratia compensante recipias.

Gregorius Venantio episcopo Syracusano. De infirmitate sua, & de dei misericordia. Caput. XXV.

Epist. 25. Debitum salutationis alloquium soluens, ea volui loD qui quæ patior. Sed incongruum puto narrare quæ nostis. Podagræ enim doloribus torqueor, qui & mihi & vobis non dispariliter nociui, dum apud nos vehementer exercscunt, nos decrescere à vita fecerunt. Inter quos quid aliud debemus, nisi semper delicta nostra ad memoriam reuocare, atque omnipotenti deo gratias agere? Quoniam qui ex carnis blandimento multa peccauimus, ex carnis afflictione purgamur. Sciendum quoque est nobis, quia pœna præsens si animum afflicti conuertit, finis est culpæ præcedentis. Si autem ad timorem domini minimè conuertit, initium est pœnæ sequentis.
I Curandum igitur nobis est, & summopere in fletibus tota mentis conuersione vigilandum, ne de tormento ad tormenta transeamus. Considerandum quoque est quanta erga nos dispensatione pietatis agit conditor noster, quòd morte dignos assiduè percutit, & tamen adhuc minimè occidit. Minatur enim quod facturus est, & tamen non facit: vt dolores nos præcurrentes terreant, & conuersos ad timorem districti iudicis ab eius nos animaduersione in æternum abscondant. Quis enim dicat, quis enumerare sufficiat quanti in sua luxuria dimissi, in blasphemiis quoque & superbia proruentes, in rapinis & iniquitatibus permanentes vsque ad diem obitus sui ita in hoc seculo vixerunt, vt nunquam dolorem vel capitis paterentur, & subitò percussi ignibus inferni sunt traditi? Nos ergo habemus indicium quia derelicti non sumus: qui assiduè flagellamur, teste
Hebr. 12. scriptura, quæ dicit: Quem diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. In ipsis itaque verberibus dei reuocemus ad memoriam & eius munera, & nostri reatus damna. Pensemus quanta bona super nostram malitiam fecerit, &
Esa. 43. quanta mala sub eius bonitate commisimus. Impleamus quod per prophetam dominus dicit: Reduc me in memoriam, vt iudicemur simul. Iudicemur modo in nostra cogitatione cum deo, ne districtè postmodũ iudicemur à deo. Quid etenim Pau-
1. Cor. 11. lus dicit? Si nosmetipsos iudicaremus, non vtique iudicaremur. Quisquis ergo festinat euadere districtionem iudicij sequentis, per amaritudinem pœnitentiæ omnem sibi dulcedinem in- K terimat vitæ præsentis. Quæcunque autem huius mundi bona sunt, cuius dona sunt nisi conditoris? Sed libere nobis non debet donum dei, quod per delectationem sui separat ab amore dei, ne data danti præferamus: & dum bona percipimus etiam mali, vnde crescere in eius timore debuimus, inde à timore illius disiungamur. Creator autem omnium, id est omnipotens deus, hæc quæ vobis in epistolis loquimur, menti vestræ aspiratione sui spiritus infundat, vósque ab omnibus culpæ inquinationibus tergat: & hic vobis consolationis suæ gaudium, & apud se quandoque præmia æterna concedat. Dulcissimas filias meas domnam Barbaram & domnam Antoniam mea peto vice salutari.

Gregorius Pascasio episcopo Neapolitano. De pecunia sanctuariis sancti Seuerini concedenda. Caput. XXVI.

Oannes seruus & actor domni Venãtij sanctuaria bea *Epist.* ti Seuerini confessoris, oblata petitione, suprascripto
I domino suo postulat debere concedi, quatenus in eius nomine oratorium, propriis constructum sumptibus, possit solenniter consecrari: & ideo frater charissime præfatis desideriis ex nostra te præceptione conuenit obedire, vt deuotionis suæ in consecratione quam postulat potiatur effectu.

Gregorius Maximiano episcopo Arabiæ. De laude Candidi abbatis. Caput. XXVII. L

Atorehuc præsentium Candido abbate pro petendis *Epist.*
L reliquiis veniente, quæ & concessæ sunt, quanto de fraternitatis tuæ nutrimento lætatus sum, quòd in eo studium tuæ fraternitatis apparuit, tanto contristatus sum quòd eius, vt volui, præsentia vti non potui. Propter quod me ægrotum reperit, & discedens in infirmitate adhuc positum dereliquit. Multum enim iam tempus est, quòd surgere de lectulo non valeo. Nam modo podagræ dolor cruciat, modo nescio quis in toto corpore cum dolore se ignis expandit: & fit plærunque, vt vno me tempore ardor cum dolore affligat, & corpus in me animúsque deficiat. Quantis autem aliis necessitatibus extra hæc quæ retuli infirmitatis afficiar, enumerare non valeo. Sed breuiter dico, quia sic me infectio noxij humoris imbibit, vt viuere mihi pœna sit, & mortem desideranter expectem, quam gemitibus meis solam esse credo posse remedium. Proinde frater sanctissime diuinæ pro me pietatis misericordiam deprecare, vt percussionis suæ erga me flagella propitius mitiget, & patientiam tolerandi concedat: ne nimio, quod absit, tædio in impatientiam cor erumpat, & ea quæ curari per plagam poterat culpa, crescat ex murmure.

Gregorius Marinianо episcopo Rauennæ. De infirmitate eius, & vomitu sanguinis. Caput. XXVIII. M

Enientes quidam Rauennates homines, grauissimo *Epist.*
V mœrore me percusserunt, qui fraternitatem tuam de vomitu sanguinis retulerunt ægrotare. Ex qua re sollicitè & sigillatim eos quos hic doctos lectione nouimus medicos fecimus inquiri: & quid singuli senserint, quídve dictauerint, sanctitati vestræ scriptum transmisimus. Qui tamen quietem & silentium præ omnibus dictant. Quam si tua fraternitas in sua Ecclesia, vnde valde sum dubius, non habet, ideo videtur mihi vt ordinata illic Ecclesia, vel qui missarum solennia celebrent, vel qui episcopij curam gerere valeant, hospitalitatémq; & susceptiones possint exhibere, quíve monasteriis custodiendis præesse norint, tua fraternitas ad me ante æstiuum tempus debeat venire. Aegritudinis enim tuæ ego specialiter inquantum valeo curam geram, quietem tuam custodiam, quia huic ægritudini æstiuum tempus medici vehementer dicũt periculosum, & valde pertimesco, ne si curas aliquas cum aduersitate tẽporis habueris, amplius ex eadem molestia pericliteris. Ego enim ipse valde sum debilis, & omnino valde est vtile, vt cum dei gratia sanus ad tuam redeas Ecclesiam: aut certè si vocandus es, inter tuorum manus voceris. Et ego qui me proximum morti video, si me ante vocare omnipotens voluerit, inter tuas manus transire debeam. Si autem qualitas temporis ad veniendum

præpedit

Universidad de Deusto

A præpedit, aliquo parvo remedio dato, apud Agonem agi poteſt, vt ipſe vobiſcum hominem ſuum vſque Romam tranſmittat. Si igitur eadem ægritudine grauari te ſentis, & venire diſponis, cum paucis tibi veniendum eſt: quia mecum manens in epiſcopio, quotidiana obſequia de hac Eccleſia habebis. Præterea nec hortor nec admoneo, ſed diſtrictè præcipio, vt ieiunare minimè præſumas: quia dicunt medici huic moleſtiæ valde eſſe contrarium, niſi forte ſi grandis ſolennitas exigit, quinque in anno vicibus concedo. Sed & à vigiliis quoque temperãdum eſt: & preces quæ ſuper cæreum in Rauennati ciuitate dici ſolent: vel expoſitiones euangelij quæ circa paſchalem ſolennitatem à ſacerdotibus fiunt, per alium dicantur. Et tua dilectio cõtra virtutem ſibi laborem minimè imponat. Hæc autem dixi vt ſi te melius ſenſeris, & venire diſtuleris, ſcias quid debeas ex meo mandato cuſtodire.

Gregorius Paſcaſio epiſcopo Neapolitano. De pecunia Eccleſiaſtica concedenda.

Caput. XXIX.

Ibid.29. T Empore quo fraternitas tua ad epiſcopatus officium deo auctore prouecta eſt, conſtituiſſe nos recolit, vt ex pecuniis Eccleſiæ veſtræ portio cleri vel pauperũ quam minimè deceſſor veſter præbuerat, id eſt, quadringenti ſolidi ſeorſum fieri debuiſſent, qui eiuſdem cleri atque pauperũ
B erogationi proficerent: quod quia diutius non eſt differẽdum, volumus vt ſecundum diſtributionem præſentibus ſcriptis inſertam coram Anthemio ſubdiacono noſtro ſine difficultate aliqua debeat erogare. Præbendi itaque ſunt clericis veſtris per ſingulos, ſicut conſpexeritis, ſimul omnis ſumma ſolidi cẽtum: præiacentibus, quos centum vigintiſex eſſe cognouimus, dandi ſunt ſolidi ſexaginta duo, id eſt medius ſolidus per ſingulos: presbyteris ac diaconis & clericis peregrinis, ſolidi quinquaginta: hominibus honeſtis ac egenis quos publicè petere verecundia non permittit, ſolidi.cl. ita vt quilibet eorum ad ſingulos tremiſſes, quidam ad binos, quidam ad ſingulos ſolidos, vel ſi viſum fuerit amplius dimittantur. Reliquis verò pauperum, qui eleemoſynam publicè petere conſueuerunt, ſolidos triginta ſex. Ecce nos quantum vel quibus dare debeant, diſtribuimus. Sed quia ſicut præuidimus, non omnibus æqualiter eſt prębendum, neceſſe eſt vt vnà cum prædicto ſubdiacono prout præuideritis, dare ſingulis debeatis, atque id modis omnibus ſtudeatis, quatenus quod alter iniuſtè detinuit, vos deuotè ac celerius impendendo, ad veſtram poſitis applicare mercedem.

Gregorius Barbaræ & Antoniæ. De infirmitate patris eorum.

Caput. XXX.

Epiſt.30. S Vſceptis gloriæ veſtræ epiſtolis, quæ pro verbis lachrymas loquebantur, non minor nos dilectiſsimi filij noſtri, quàm vos de patris ægritudine mœror affi-
C cit. Nec enim extraneam poſſumus reputare triſtitiam, quippe quæ nobis charitatis lege fit propria. Sed quia in nulla deſperatione de redemptoris noſtri eſt miſericordia diffidendum, animos veſtros ad conſolationem patris erigite, ſpem veſtram in omnipotentis dei manu ponite: & in ipſius protectione confidimus, quia & ab omni vos aduerſitate cuſtodiat, atque tribulationem veſtram exhilaret, & ſecundum paterna deſideria propicius vos ordinari concedat. Si verò debitum humanæ ſortis impleuerit, nec tunc deſperatio aliqua vos comprimat, vel quorũdam vobis verba terrorem incutiant. Nam poſt deum, qui orphanorum gubernator ac protector eſt, ſic de dulciſsima gloria erimus veſtra ſolliciti, atque vtilitati veſtræ prouidere vt poſſumus adiuuante domino feſtinabimus, vt nec vos iniuſtorum hominum concuſsio vlla perturbet: & nos debitum quod de parẽtum veſtrorum benignitate contraximus, vobis per omnia repẽſemus. Gratia itaque cœleſtis vos ſuo fauore nutriat, ſua protectione à malis omnibus defendat: vt vitæ veſtræ incolumitas gaudium noſtrum fiat.

Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano. De infirmitate Venantij & filiabus eius.

Caput. XXXI.

Epiſt.31. F Raternitatis veſtræ ſcripta ſuſcepi, quæ mihi de dulciſsimi filij mei domini Venantij ægritudine loquebantur, & cuncta circa eum qualiter acta ſunt enarrabant. Sed vno tempore auditis & illum deſperatè ac grauiter D ægrotare, & in rebus orphanorum homines iniquos inſiſtere, vix ſe dolor in corde meo capere poterat. Sed in hoc fuit ſolatium, quòd lachrymæ mihi per gemitus erumpebant. Veſtra igitur ſanctitas, primam quam decet curam negligere non debet, vt de anima eius cogitare debeat, exhortando, rogando, dei terribile iudicium proponendo, ineffabilem eius miſericordiam promittendo: vt ad habitum ſuum redire vel in extremis debeat, ne ei tanti culpa reatus in æterno iudicio obſiſtat: ac deinde veſtrum eſt cogitare quomodo filiæ eius Barbara & Antonia debeant ordinari, vt nulla occaſio malis hominibus præbeatur. Nam poſtquam me de eis ſollicitudinis curam gerere coniurauit, addens vt earum debeam ordinationi proſpicere, aliud in epiſtola ſua ſecutum eſt quod hoc mihi ſtudẽti dubium non eſt, quia poſsit obſiſtere. Ait enim vt ſereniſsimo domno imperatori ſæpius ſupplicem, quatenus ipſe faciat vt præuiderit eas ordinari. Quod quàm ſit contrarium priori voluntati, perpenditis. Ex qua re dubito, ne hominibus in Sicilia poſitis & quærentibus occaſionem in rebus ipſius apta detur occaſio. Nam ex hoc cognoſcite, quid facturi ſunt qui nulla exiſtente cauſa, iam ſigillum in ſubſtantia ipſius, quantum dicitur, nitebantur imponere. Nunquid non illos videtur ratio ad factem adiuuare: & ad hoc illis iuſtam quaſi præbere materiam? Si dixerint domno imperatori commendatæ ſunt, negligere nõ E poſſumus, periculi noſtri intereſt, res in tutum facimus, quouſque domnus imperator Conſtantinopolim duci præceperit. Dic rogo quid ad hæc facturus ſum, quando homini habenti poteſtatem paterna videtur commendatio concordare? Me enim coniurat, vt ita eas ordinari prouideam, quatenus aut in Romana ciuitate ſint, aut de Sicilia non tollantur, & ille id agit, vt eas nulla nec deducendi, nec illis ſit ratio retinendi. Vos autem inquantum poteſtis, malis hominibus obuiate. Earum ſubſtantiam propter deum omnipotentem velut propriam defendite: & ſi adhuc licet, quomodo occaſio remoueatur violentiæ, in prædicti viri domini Venantij teſtamento prouidete. Si autem ita placet vt palatio commendentur, mihi non debet imponere pondus, vt in anima mea curam ordinationis earum velit impingere, de quarum ordinatione qualiter cogitem, omnipotentem deum ſufficiat ſcire. Vnde ſtatim filio meo Anatholio dilectiſsimo diacono vt cum glorioſa Patricia ruſticana loqui ſtudeat, & qualiter de perſonis quarum mihi nomina trãſmiſſa ſunt, debeat exquirere & iudicare, ſcribere curaui, vt nobis omnia ſub celeritate indicet: & quæ fienda ſunt, deo ordinante diſponantur. Præterea in ſcriptis quæ ad nos miſiſtis, fraternitatem veſtram contriſtatam inuenimus, eo quòd huc eam quaſi pro ingratitudine aliqua venire voluiſſemus, dum non illud ob aliud niſi ſola vtilitatis cauſa fecimus, ſcientes propter perſonas ibidem conſiſtentes valde neceſſariam illic veſtram fuiſſe præſentiam. Sed ne forte ex hoc ingratum erga vos animum noſtrum F credatis, quod abſit, exiſtere, ſi veniendi vobis voluntas eſt, apto vos tempore Apoſtolorum liminibus præſentate. Nam quãtum ad nos pertinet, ita charitatem veſtram diligimus, vt videre vos ſæpius cupiamus.

Gregorius Romano, defenſori Siciliæ. De non defendendis clericis contra epiſcopos ſuos.

Caput. XXXII.

Epiſto.32. 11.q.1.ca. pervenit. P Eruenit ad nos, quòd ſi quis contra clericos quoſlibet cauſam habeat, deſpectis eorum epiſcopis eoſdem clericos in tuo facias iudicio exhiberi, quod ſi ita eſt, quia valde conſtat eſſe incongruum, hac tibi auctoritate præcipimus, vt hæc denuo facere non præſumas. Sed ſi quis contra quemlibet clericum cauſam habuerit, epiſcopum ipſius adeat, vt aut ipſe cognoſcat, aut certè ab eo iudices deputentur: aut ſi forte ad arbitros eundum eſt, partes ad eligendum iudicem ab ipſo executio deputata compellat. Si quis verò clericus vel laicus contra epiſcopum cauſam habuerit, tunc te interponere debes, vt inter eos aut ipſe cognoſcas, aut certè te admonente ſibi iudices eligant. Nam ſi ſua vnicuique epiſcopo iuriſdictio non ſeruatur, quid aliud agitur, niſi vt per nos per quos Eccleſiaſticus cuſtodiri debuit ordo confundatur? Item nunciatum eſt nobis, quia quoſdam clericos qui à reuerentiſsimo

Universidad de Deusto
Biblioteca

G fratre noſtro Ioanne epiſcopo exigente culpa in pœnitentiam miſsi ſunt, neſciente illo tua illos exinde auctoritate eieceris, quod ſi verum eſt, rem te omnino inhoneſtam, & non leuiter culpandam feciſſe cognoſcas. Eoſdem ergo clericos epiſcopo ſuo ſine mora reſtitue. Et hoc de cætero caue committere: quia ſi neglexeris, noſtros te noueris non mediocriter motus incurrere.

Gregorius Vito defensori. Iniungit officium Eccleſiæ defenſoris. Caput. XXXIII.

Epiſto. 33. E Celeſiaſticæ vtilitatis intuitu id noſtro ſedit arbitrio, vt officium Eccleſiæ defenſoris accipias: & quicquid pro pauperum commodis tibi à nobis iniunctum fuerit, incorruptè & gnauiter exequaris. Vſurus hoc priuilegio, quod in te, habita deliberatione, contulimus: vt omnibus quæ tibi à nobis iniuncta fuerint complendis operam tuam fidelis exhibeas, redditurus de actibus tuis ſub dei noſtri iudicio rationem. Hanc autem epiſtolam Paterio Secũdicerio noſtro ſcribendam dictauimus, cuique ſubſcripſimus.

Gregorius Romano defenſori. De Vito defenſore conſtituto. Caput. XXXIIII.

Epiſto. 34. V Itum præſentium portitorem experientia tua olim noſtrum fuiſſe cognoſcat. Cuius quoniam bene fidem & ſolertiam nouimus, in defenſorum illi ſchola data ei
H ſolenniter epiſtola militandum eſſe prędidimus. Et ideo ſi quid ei pro Eccleſiaſticis vtilitatibus iniungere forte volueris: nullam de eo dubietatem habeas, ſed omnino de puritate ipſius certus eſto, nec eum fraudulenter, vel dupliciter aliquid acturum exiſtimes. Vnum eſt, tu ei charitatem, quæ fidelibus debetur, impendas.

Gregorius Romano defenſori. De poſſeſſionibus Fauſti iniuſtè pernaſis. Caput. XXXV.

Epiſt. 35. G Loriosiſsimus filius noſter Fauſtus epiſtola directa nos petiit, aſſerens ab actionariis Syracuſanæ Eccleſiæ fines poſſeſsionis ſuæ illic intra Siciliam poſitos nuper violenter ablatos. Vnde quia à cognitione fratris, & coëpiſcopi noſtri Ioannis hoc omnino credimus alienum, eum videre te volumus. Et ſi quidem res nuper, vt aſſeritur, à poſsidẽte ſublata eſt, & hoc apud te manifeſta ſatisfactione claruerit, eius cui ſubtracta eſt dominio reformetur. Et tunc ſi quid actores prædictæ Eccleſiæ rationabiliter ſibi in finibus ſuis credunt poſſe competere, electorum ſubeant fine dilatione iudicium: vt cuius ſit proprietas, iudicantium ſententia decernatur: quatenus per hoc epiſcopalis de illicita, quæ prætenditur, inuaſione, aufe ratur inuidia, & cauſa legali valeat ordine finiri.

I *Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano. De finibus poſſeſsionis cuiuſdam iniuſtè pernaſis. Caput. XXXVI.*

Epiſt. 36. G Loriosiſsimus filius noſter Fauſtus directa petitione nos adiit, aſſerens fines poſſeſsionis ſuæ illic intra Siciliam poſitos, à veſtris nuper hominibus occupatos, atque ob hoc rem violenter ablatam ſibi per præceptionis noſtræ ſeriem debere petiit reformari. Quod quia ſi ita, vt aſſerit, factum eſt, à fraternitatis veſtræ cognitione omnino credimus alienum, diligenter inquirite. Et ſi, vt aſſerit, contra iuris ordinem fines ipſius à poſsidente ſublati ſunt, in poſſeſſoris redeat res peruaſa dominium. Et tunc ſi quid eſt, quod à veſtra Eccleſia proprietatis iure vtiliter opponatur, electorum debet iudicium prouenire, eorumque iudicio terminari, dummodo indecenter poſſeſſoris ius minimè perturbetur. Sed cauſa iudiciali termino diffinita, ſine ſacerdotali inuidia, dominum atque iuſtitiam res manifeſta cognoſcat.

Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano. Super eiſdem poſſeſsionibus. Caput. XXXVII.

Epi. 37. P Etrus vir clariſsimus vicedominus glorioſæ filiæ noſtræ Ruſticianæ patriciæ, ſuis nobis epiſtolis queſtus eſt, aſſerens poſtquam fraternitas veſtra de Romana ciuitate reuerſa eſt, fines cuiuſdam poſſeſsionis prædictę patriciæ ab hominibus Eccleſiæ veſtræ vi eſſe peruaſos. De qua re ſæpius de vobis querelam depoſuiſſe ſignificauit: & aliquando ad dicendam vobis cauſam Martianum tabularium deputaſſe, K quem aſſerit diuerſis dilationibus diſtuliſſe, vt nunciique ad cauſæ dictionem partes accedere minimè potuiſſent. Et quia quanto fraterna vos charitate diligimus, tanto audire aliquid quod ad veſtram pertineat inuidiam contriſtamur: ideirco ſcriptis vos præſentibus adhortamur, vt omni mora vel excuſatione ceſſante, de finibus qui dicuntur inuaſi, ſubire homines veſtros iudicium cum parte altera faciatis: quatenus & peruaſionis quæſtio, & ſi qua eſt proprietatis contentio, finiatur. Hæc igitur fraternitas veſtra fieri ſine dilatione prouideat, vt nec vos inuidia tangere, nec nos denuo exinde valeat querela pulſare.

Gregorius Ruſticianæ patriciæ. De infirmitate eius. Et de miraculis monaſterij ſancti Andreæ. Et de donariis eidem monaſterio ab ipſo conceſsis. Caput. XXXVIII.

Epiſt. 38. E Xcellentiæ veſtræ ſcripta ſuſcepi, quæ me in grauiſsima ægritudine poſitum, de ſalute, de deuotione, ac de dulcedine tua omnino releuarũt. Vnum verò ægrè ſuſcepi, quia in eiſdem epiſtolis ad me, quod ſemel eſſe poterat, ſæpius dicebatur: ancilla veſtra, ancilla veſtra. Ego enim qui per epiſcopatus onera ſeruus ſum omnium factus, qua ratione mihi ſe ancillam dicit, cuius ante ſuſceptum epiſcopatum pro- L prius fui? Et ideo rogo per omnipotentem deum, ne hoc verbum in ſcriptis veſtris aliquando ad me inueniam. Ea autem quæ ex puriſsimo, ſinceriſsimóque corde beato Petro Apoſtolorum principi munera tranſmiſiſtis, præſente omni clero ſuſcepta, atque illic ſuſpenſa ſunt. Filius enim meus vir memorandus dominus Symmachus, quia ægrotum me ex dolore podagræ, & penè deſperatum reperit: ſcripta veſtra mihi dare diſtulit, & poſt multum temporis quàm vela ſuſcepta ſunt, dedit. Poſtmodum verò in ſcriptis excellentiæ veſtræ inuenimus, vt cum litania ad beati Petri Eccleſiam portari debuiſſent. Quod ideo minimè factum eſt: quia ſicut prædixi, antè vela quàm ſcripta ſuſcepimus. Tamen prædictus vir cum omni familia domus veſtræ hoc fecit, quod nos cum clero facere voluiſtis. Sed & ſi voces defuerunt hominum, habet ipſa veſtra oblatio apud omnipotentem deum vocem ſuam. In eius pietate confido: quia cuius corpus vos cooperuiſtis in terra, eius vos interceſſio ab omnibus peccatis proteget in cœlo. Omnemque domum veſtram ſua prouiſione reget, ſua vigilantia cuſtodiet. De podagræ autem moleſtia quam vobis euenisse dixiſtis, & contriſtatus vehementer ſum, & lætatus. Lætatus quia humor noxius inferiora petens, ſuperiora perfectè deſeruit. Contriſtatus verò, quia in tam tenuiſsimo corpore dolores vos nimios perpeti pertimeſco. Vbi enim caro deeſt, quæ virtus eſſe M poterit doloribus reſiſtens? Me etenim quem qualis fuerim, noſtis. ita amaritudo animi, & aſsidua exacerbatio atque præter hoc podagræ moleſtia afficit, vt corpus meum tanquam in ſepultura ita ſiccatum ſit. Vnde fit, vt iam de lectulo raro ſurgere valeam. Si ergo mei molem corporis in tantam ariditatem podagræ dolor redegit: quid de veſtro corpore ſentiam, quod nimis ſiccum ante dolores fuit? De eleemoſyna verò, quam beati apoſtoli Andreæ monaſterio feciſtis: quid neceſſe eſt me aliquid dicere, cùm ſcriptum ſit: Abſconde eleemoſy- *Eccliaſ.* nam in ſinu pauperis, & hæc pro te orabit? Si ergo apud ſecretas aures dei habet ipſa bona operatio vocem ſuam: ſiue nos clamemus, ſiue nos taceamus, hoc ipſum quod bene egiſtis, clamat. Indico autem, quia tanta miracula, tanta cura, tanta cuſtodia monachorum in eodem monaſterio eiuſdem Apoſtoli eſt, ac ſi ſpecialiter abbas monaſterij ipſe ſit. Nam vt pauca de multis loquar, quæ abbate ac præpoſito monaſterij narrantibus agnoui, edicam. Quadam die duo exinde fratres tranſmiſſi ſunt, qui aliquid emere pro monaſterij vtilitate debuiſſent: vnus iunior qui prudentior videbatur: alter ſenior, qui cuſtos iunioris eſſet. Perrexerunt vtrique, & de precio quod acceperant, ipſe qui cuſtos miſſus fuerat, neſciente altero de eodem precio furtum fecit. Qui mox, vt ad monaſterium ſunt reuerſi, atque ad oratorij limen venerunt, arreptus à dæmone is qui furtum fecerat cecidit, & vexari cœpit. Dimiſſus autem à dæmonio concurrentibus monachis requiſitus eſt, num forſitan de eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

A de eo quod acceperat furtum feciſſet: negauit, iterum vexatus eſt. Dimiſſus atque iterum requiſitus: negauit, atque iterum vexatus eſt. Octo itaque vicibus negauit, octo vicibus eſt vexatus. Poſt octauam vero negationem, necnon vexationem confeſſus eſt, quantos nummos furto abſtulerat. Et agens pœnitentiam, proſtratus, ſe peccaſſe teſtatus eſt. Vlterius verò ad eum dæmonium non acceſsit. Alio quoque tempore dum in die natalitio eiuſdem Apoſtoli iam meridianis horis fratres quieſcerent: ſubitò quidam frater apertis oculis cæcatus cœpit tremere, voces ingentes emittere, quibus vocibus teſtabatur ferre ſe non poſſe quod patiebatur. Concurrentes fratres viderunt cæcum apertis oculis trementem & clamantem, & à præſentibus alienum nihil quod foris agi poterat ſentientem. Eúmque in manibus leuauerunt, atque ante altare ſancti Andreæ apoſtoli proiecerunt, ipſiſque pro eo in oratione proſtrati ſunt. Qui ſtatim ad ſe reuerſus, qui paſſus fuerat, confeſſus eſt: quia ſenex quidam ei apparuit, & canem nigrũ ad eum dilaniandum dimiſit dicens: Quare fugere voluiſti de monaſterio iſto? Cúmque euadere de canis morſibus nullo modo potuiſſem: venerunt quidam monachi, & eundem ſenẽ pro me rogauerunt. Qui ſtatim iuſsit canem abſcedere, & ipſe ad me reuerſus ſum. Qui etiam confeſſus eſt: quia eo die quo iſta pertulit, conſilium habuerat de eodem monaſterio fugere. Alius quoque monachus diſcedere de eodem monaſterio latenter voluit. Cúm-
B que hoc mente tractaſſet, voluit oratorium ingredi, ſed ſtatim dæmonio traditus vehementiſsimè vexatus eſt. Relinquebatur verò à dæmonio, ſi extra oratorium ſtetiſſet, & nihil patiebatur aduerſi. Si vero conatus fuiſſet ingredi, ſtatim maligno ſpiritui traditus vexabatur. Cúmque hoc ſæpius fieret, culpam ſuam confeſſus eſt, quia egredi de monaſterio cogitabat. Tunc collecti pro eo fratres, ſeſe per triduum in precibus aſtrinxerunt, atque ita curatus eſt, vt ad eum poſtmodum nunquam ſpiritus malignus accederet. Dicebat autem ſe eundem beatum apoſtolum dum vexaretur vidiſſe, ſeque ab eo increpatum eſſe cur voluiſſet abſcedere. Alij quoque duo fratres de eodem monaſterio fugerunt, atque aliqua prius colloquendo fratribus ſigna dederunt, quòd per viam Appiam deſcendentes Hieroſolymam tenderent. Qui exeuntes diuerterunt ab itinere. Et vt à ſequentibus inueniri minimè potuiſſent, retruſas cryptas iuxta Flamineam portam inuenientes, in eis ſeſe occultauerunt. Cùm verò veſpertinis horis requiſiti minimè in congregatione inuenti eſſent, aſcenſis caballis eos quidam fratres ſecuti ſunt per Metroni portã exeuntes, vt eos in Latinã vel Appiam viam ſequerentur. Subitò autem eis conſilium ortum eſt, vt eos in Salariam viam ſequerentur. Extra ciuitatem igitur pergentes deflexerunt in Salariam. Eos verò minimè inuenientes per portam Flamineam decreuerunt reuerti. Cumq; reuerterentur mox, vt equi eorum ante cryptas illas venerunt,
C in quibus ſe abſconderant: fixerunt gradum, pulſi & compulſi paſſum mouere non potuerunt. Conſideraueruntmonachi rem talem ſine myſterio eſſe non poſſe. Attenderunt ad cryptas, viderunt earum aditus miſſa maceria damnatos, ſed caballis eorum nuſquam euntibus deſcenderunt. Depoſuerunt lapides qui in ore cryptarum poſiti fuerant, ingreſsi ſunt, eoſq; in eiſdem tenebroſis latibulis conſternatos terræ inuenerunt. Qui ad monaſterium reducti, ex eodem miraculo ſta ſunt meliorati, vt eis multum profuerit, ad parum temporis de monaſterio fugiſſe. Hæc dixi, vt excellentiæ veſtræ innoteſceret cuius oratorio eleemoſynam feciſtis. Omnipotens autem deus, & in anima, & in corpore, & in omni dono cœleſti vos protectione cuſtodiat, & ad conſolationem veſtram diu vos viuere concedat. Dilectiſsimum filium meum Strategium cum glorioſis parentibus ſuis filiis veſtris, mea peto vice ſalutari.

Gregorius Theotiſtæ patriciæ. De detractionibus multorum non curandis, quibus etiam ſatisfaciendum: vnde plurima exempla proponit: & quòd religionis gratia coniugia non ſoluantur. De his qui dicunt in baptiſmo omnia peccata non dimitti. Et his qui aſſerunt poſt pœnitentiam triennio factam licentiam eſſe peccandi, quos omnes anathematizat.

Caput. XXXIX. D

M Agnas omnipotenti deo gratias agere debemus, quòd piiſsimi & beniguiſsimi imperatores noſtri tales de ſuo genere iuxta ſe propinquos habent, de quorum conuerſatione nobis omnibus grande ſit gaudium. Vnde & pro eiſdem dominis quotidie nobis orandum eſt, vt eorum vita cum ſuis omnibus, protegente cœleſti gratia, per longa tempora & tranquilla ſeruetur. Indico autem, quòd leuitate populi tumultum contra vos detractionis exortum nunciantibus quibuſdam agnoui. Qua ex re excellentiam veſtram audio fuiſſe non modicè contriſtatam. Quod ſi ita eſt, valde miror cur vos qui cor fixiſtis in cœlo, verba hominum agitant in terra? Beatus enim Iob cùm amici eius qui ad conſolandum eum venerant, in increpationem proſiliſſent, ait: Ecce enim in cœlo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis. Qui enim vitæ ſuæ in cœlo teſtem habet iudicia hominum in terra pertimeſcere nõ debet. Dux quoque bonorum Paulus dicit: Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Qui iterum dicit: Opus ſuum probet vnuſquiſque, & ſic in ſemetipſo gloriam habebit, & non in altero. Si enim laudibus lætamur, & vituperationibus frangimur, gloriam noſtram nõ in nobis, ſed in aliorum ore poſuimus. Et fatuæ virgines in vaſis ſuis oleum non ſumpſerunt, ſapientes autem ſumpſerunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. Lampades quippe noſtræ, bona ſunt opera. De quibus ſcriptum eſt: Luceat lux veſtra corꝝ hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui eſt in cœlis. Tunc autem oleum in vaſis cum lampadibus ſumimus, quando de bonis actibus nitorem gloriæ non laudantibus proximis quærimus, ſed hunc in teſtimonio conſcientiæ ſeruamus. In omne autem quod agimus, vel quod extrà de nobis dicitur recurrere ad arcana mentis debemus. Et ſi omnes vituperent, liber eſt tamen quem conſcientia non accuſat. Quia ſi omnes laudent, liber eſſe non poteſt ſi hunc cõſcientia accuſat. Vnde de Ioanne veritas dicit: Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vẽto agitatam? Quod videlicet per negationem dicitur, non per confirmationem: cùm ſubditur: Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitũ? Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Quamuis enim iuxta veritatẽ Euangelij, Ioannes veſtimento aſpero fuerit indutus: per ſignificationem tamen mollibus veſtiti ſunt, qui adulationibus ac laudibus delectantur. Negatur autem, quia Ioannes arundo vento agitata fuerit, quoniam mentis eius fortitudinem nulla humani oris aura flectebat. Nos enim ſi laudibus erigimur, vituperationibus humiliamur, arundo vento agitata ſumus. Sed abſit hoc, abſit à corde excellentiæ veſtræ. Scio, quia magiſtrum gentium ſtudioſè legitis, qui ait: Ego ſi hominibus adhuc placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Si qua tamen vel parua triſtitia hac ex re menti veſtrę exorta eſt, credo quòd hoc fieri omnipotens deus benignè permiſit. Neque enim electis ſuis in hac vita promiſit gaudia delectationis, ſed amaritudinem E
tribulationis: vt medicinæ more, per amarum poculum ad dulcedinem æternæ ſalutis redeant. Quid nanque dicit? Mundus gaudebit, & vos lugebitis. Super quam promiſsionem paulopoſt additur: Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Hinc iterum diſcipulis dicit: In patientia veſtra poſsidebitis animas veſtras. Penſate quæſo vbi erit patientia, ſi deeſt quod toleretur? Ego Abel eſſe non ſuſpicor, qui Cain non habuerit. Boni enim ſi ſine malis fuerint, perfecti eſſe boni non poſſunt: quia minimè purgantur. Ipſa autem malorum ſocietas purgatio bonorum eſt. Tres in arca filij Noë fuerunt: Vnus irriſor patris extitit, qui etſi in ſe benedictus fuit, maledictionis tamen ſententiam in filio ſuſcepit. Duos Abraham priuſquam vxorem Cethuram acciperet, filios habuit: ſed tamen carnalis eius filius eſt repromiſsionis filium perſecutus. Quod magnus doctor exponit, dicens: Sicut is qui ſecundum carnem eſt, perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum, ita & nunc. Duos Iſaac filios habuit, ſed vnus qui ſpiritalis extitit, ante minas carnalis fratris fugit. Duodecim Iacob filios habuit: ſed vnum qui rectius viuebat, vndecim in Aegypto vendiderunt. In Dauid propheta, quia fuit quod purgari debuiſſet, actum eſt vt perſecutionem per filium pateretur: Beatus Iob de ſocietate reproborum dicit: Frater

Epiſt. 33.
Iob. 16.
2. Cor. 1.
Galat. 6.
Matt. 25.
Matth. 5.
Matt. 11.
Galat. 1.
Ibidem.
Luc. 21.
Galat. 4.
Iob. 30.

fui

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sui draconum, & socius struthionum. Ad Ezechielem dominus ait: Fili hominis, increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. In duodecim Apostolis vnus reprobus mixtus est, vt esset cuius persecutione vndecim tentarentur. Apostolorum princeps discipulis loquitur, dicens: Iustum Loth oppressum à nephandorum iniuria & conuersatione eripuit. Aspectu enim & auditu iustus erat, habitans inter eos, qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant. Paulus quoque apostolus discipulis scribit, dicens: In medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Quia ergo scriptura teste cognoscimus in hac vita bonos sine malis esse non posse: de stultorum vocibus excellentia vestra turbari nullatenus debet: maximè quia in omnipotentis dei misericordia tunc certa fiducia est, quando pro bono opere aduersitatis aliquid in hoc mundo recipitur, vt plena merces in æterna retributione seruetur. Vnde in sancto Euangelio veritas dicit: Beati eritis cùm aduersum vos omne malum dixerint homines, mentientes propter nomen meum. Qui in consolatione nostra sua in exemplum adducere opprobria dignatus est, dicens, Si patremfamiliàs Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Sunt autem plurimi qui vitam bonorum amplius quàm debent, laudant: & ne qua elatio de laude surrepat, permittit omnipotens deus malos in obtrectationem & obiurgationem prorumH pere: vt si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur. Hinc est ergo quòd doctor gentium se in prædicatione currere testatur per infamiam & bonam famam. Qui etiam dicit: Vt seductores, & veraces. Si ergo fuerunt qui malam famam Paulo imponerent, qui hunc seductorem vocarent, quis nunc Christianus debet indignum ducere, pro Christo iniurias audire? Quantæ autem virtutis præcursor nostri redemptoris fuit, nouimus, qui per sacrum eloquium non solum plus quàm propheta, sed etiam angelus vocatur, & tamen sicut mortis huius historia testatur, post mortem à persecutoribus eius corpus incensum est. Sed quid ista de sanctis hominibus dicimus? De ipso sancto sanctorum, id est, de deo, qui pro nobis homo factus est, loquamur: qui ante mortem iniuriam, quia dæmonium haberet, audiuit. Post mortem verò à persecutoribus suis seductor appellatus est, cùm dicerent: Scimus quia seductor ille dixit, post tres dies resurgam. Quanta ergo nos peccatores à lingua vel manibus iniquorum hominum portare necesse est, qui in aduentu æterni iudicis iudicandi sumus, si & ipse tanta post mortem pertulit, qui & iudex venit? Hæc dulcissima & excellentissima filia breuiter dixi, ne quotiens stultos homines tibi derogare cognoscitis, qualibet vel paruula mentis tristitia tangaris. Sed quia sedari hoc ipsum stultorum hominum murmur tranquilla ratione potest: peccatum credo, si bonum quod valet fieri, neI gligitur vt fiat. Nam cùm placare insanas mentes, atque ad salutem reducere possumus, scandalizare eos minimè debemus. Sunt enim quędam scandala quæ omnino despicienda sunt: quędam vero cùm vitari sine culpa possunt, despicienda non sunt, ne cum culpa seruentur. Quod sacro Euangelio testante cognouimus, quia cùm veritas diceret: Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem: & discipuli responderent, dicentes: Scis quia Pharisæi audito hoc verbo, scandalizati sunt: protinus respondit: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Et tamen cum tributum peteretur, prius rationem reddidit per quam tributum soluere non deberet, atque ilico subiunxit: Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem. Illum sumens da eis pro me & te. Quid est quòd de scandalizatis dicitur: Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum: & aliis ne scandalizentur, à domino tributum soluitur, quod etiam non debetur? Quid est quod aliis scandalum esse permisit, aliis vero venire prohibuit? nisi vt nos doceret, & illa scandala quæ nos ad peccata implicant, contemnere: & ea quæ placare sine peccato possumus, modis omnibus mitigare. Vestra itaque excellentia potest, protegente domino, prauorum hominum scandala cum magna tranquillitate declinare. K Priores enim eorum vobis secretò vocandi sunt, atque ipsis ratio reddenda: & peruersa quædam capitula quæ teneri existimant, coram ipsis sunt anathematizanda. Quòd si etiam, sicut dicitur, dari à vobis anathema fictè suspicantur, etiam iureiurando firmandum est vos nunquam eadem capitula tenere, nunquam tenuisse. Nec vobis indignum videatur tali eis modo satisfacere, ne de imperiali genere sit contra eos aliquod in vestra mente fastidium. Omnes etenim fratres sumus, vnius imperatoris potestate cõditi, & sanguine redempti. Et ideo fratres nostros quantumlibet pauperes & abiectos in nullo despicere debemus. Certè etenim Petrus potestatem regni cœlestis acceperat, vt quæque in terra ligaret vel solueret, essent in cœlo ligata vel soluta, supra mare ambulauit, ægrotantes vmbra curabat, peccantes verbo occidebat, mortuos oratione suscitabat. Et quia ex admonitione spiritus ad Cornelium gentilem fuerat ingressus, contra eum quæstio à fidelibus facta est cur gentiles intrasset, & comedisset cum eis, cur eos in baptismate suscepisset. Et tamen idem Apostolorum primus tanta donorum gratia repletus, tanta miraculorum potestate suffultus: querelæ fidelium non ex potestate, sed ex ratione respondit, causam per ordinem exposuit: quomodo vas quoddam velut linteum in quo quadrupedia terræ & bestiæ reptilia atque volatilia inerant: de cœlo submitti viderit, vocemque audierit: Surge Petre, occide & manduca: qualiter tres viri venerint eum ad Cornelium L vocantes, qualiter spiritus sanctus hunc cum eis ire præceperit. Qualiter idem spiritus sanctus qui venire in baptizatos in Iudæa post baptismum consueuerat, in gentibus ante baptismum venit. Si enim cùm à fidelibus culparetur, auctoritatem quam in sancta Ecclesia acceperat, attendisset, respondere poterat, vt pastorem suum, oues quæ ei commissæ fuerant, reprehendere non auderent. Sed si in querela fidelium aliquid de sua potestate diceret, profectò doctor mansuetudinis non fuisset. Humili ergo eos ratione placauit, atque in causa reprehensionis suæ, etiam testes exhibuit, dicens: *Venerunt autem mecum sex fratres isti. Si ergo pastor Ecclesiæ Apostolorum princeps signa & miracula singulariter faciens, non dedignatus est in causa reprehensionis suæ rationem humiliter reddere, quanto magis nos peccatores cùm de re aliqua reprehendimur, reprehensores nostros ratione humili placare debemus? Ad me etenim, sicut nostis, cùm apud vestigia dominorum in regia vrbe demorarer, multi ex eis venire consueuerant, qui de prædictis capitulis accusabantur. Sed teste conscientia fateor, nunquam in eis aliquid erroris, aliquid prauitatis, aliquid de his quę contra vos dicebantur, inueni. Vnde & eos opinione contempta familiariter susciperе, & magis ab insequentibus defendere curabam. Dicebatur nanque contra eos, quia sub obtentu religionis coniugia soluerent: & quia dicerent, quòd baptisma peccata penitus non auferret: & si de iniquitatibus suis quis in trien M nium pœnitentiam ageret, postmodum ei peruersè viuere liceret. Et quia si compulsi aliquid de quibus reprehendebantur anathematizare se dicerent, anathematis vinculo nullo modo teneri. Et si sunt qui certissimè talia sentiunt vel tenent: quia Christiani non sunt, dubium non est. Eosque & ego & omnes catholici episcopi, atq; vniuersa Ecclesia anathematizamus: quia veritati contraria sentiunt, contraria loquuntur. Si enim dicunt religionis causa coniugia debere dissolui, sciẽdum est, quia etsi hoc lex humana concessit, lex diuina tamen prohibuit. Per se enim veritas dicit: Quæ deus coniunxit, homo non separet. Quæ etiam ait: Non licet dimittere vxorem, excepta causa fornicationis. Quis ergo huic cœlesti legislatori contradicat? Scimus quia scriptum est: Erunt duo in carne vna. Si ergo vir & vxor vna caro sunt, & religionis causa vir vxorem dimittit: vel mulier virũ in hoc mundo remanentem vel fortasse ad illicita migrantẽ: quæ est ista migratio vel conuersio, nisi quia vna eademq; caro: & ex parte transit ad continentiam, & ex parte remanet in pollutione? Si verò vtrisque conueniat cõtinentem vitam ducere, hoc quis audeat accusare: quando certum est, quòd omnipotens deus qui minora concesit, maiora non prohibuit? Et quidem multos sanctorum nouimus cum suis coniugibus, & prius continentem vitam duxisse, & postmodum ad sanctæ Ecclesiæ regimina migrasse.*

Ezech.2. *2.Pet.2.* *Phil.2.* *Matt.5.* *Matt.10.* *2.Cor.6.* *Ibidem.* *Ioan.6.* *Matth.27.* *Marc.7.* *Matt.15.* *Matt.17.* *Act.10.* *Act.11.* *& 11.* *Act.10.* *26.q.2.c.4.* *Sunt qui.* *Matt.19.* *Marc.10.* *Luc.16.* *1.Cor.6.*

A grasse. Duobus enim modis sancti viri, etiam à licitis solent abstinere. Aliquando vt merita sibi apud omnipotentem deum augeant: aliquando vero vt anteactæ vitæ culpas detergant. Tres enim pueri in regis Babylonici obsequium deducti, legumina ad vescendum petentes, cibis regiis vti noluerunt: non quia culpa esset, si ea quæ deus creuerat, ederent. Noluerunt ergo ea sumere quæ licebat, vt per continentiam virtus excresceret. Dauid vero qui alienam vxorem tulerat, & pro sua culpa valde fuerat flagellatus, aquam bibere longè pòst de Bethlehemitica cisterna voluit. Quam cum ei fortissimi milites detulissent, bibere noluit, eamque fundendo domino libauit. Licebat enim bibere si voluisset: sed quia illicita se fecisse meminerat, laudabiliter à licitis abstinebat. Et qui prius pro culpa sua morientium militum sanguinem fundi non timuit: postmodum si aquam biberet, etiam viuentium militum sanguinem se fudisse iudicauit, dicens: Num sanguinem istorum hominum qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? Proinde cùm boni coniuges, aut meritum augere desiderant, aut anteactæ vitæ culpas delere: vt se ad continentiam adstringant, & melior. 27.q.2. ca. Sunt qui. §. Si verò. orem vitam appetant, licet. Si vero continentiam quam vir appetit, vxor non sequitur: aut quam vxor appetit, vir recusat: diuidi coniugium non licet, quia scriptum est: Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Si qui vero sunt qui dicunt pec- 1.Cor.7.

B cata in baptismate superficietenus dimitti: quid est hac prædicatione infidelius, in qua ipsum fidei sacramentum festinant soluere? in quo principaliter ad cœlestis munditiæ mysterium anima ligatur: vt absoluta radicitus à peccatis omnibus, soli illi inhæreat, de quo Psalmista ait: Mihi autem adhærere deo bonum est. Certe enim maris rubri transitus figura sancti baptismatis fuit, in quo hostes à tergo sunt mortui, sed alij contra faciem in eremo sunt inuenti. Sic quippe omnes qui in sancto baptismate tinguntur, eorum peccata præterita omnia laxantur: quia eis velut Aegyptij hostes à tergo moriuntur. Sed in eremo alios hostes inuenimus: quia dum in hac vita viuimus, priusquam ad promissionis patriam pertingamus, multæ tentationes nos fatigant, & ad terram viuentium tendentibus iter intercludere festinant. Qui ergo dicit peccata in baptismate funditus non dimitti: dicat in mari rubro Aegyptios non veraciter mortuos. Si autem fatetur Aegyptios veraciter mortuos: fateatur necesse est peccata in baptismate funditus mori: quia nimirum plus valet in absolutione nostra veritas, quàm vmbra veritatis. In euangelio dominus dicit: Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Si igitur peccata in baptismate funditus minimè dimittuntur, quomodo is qui lotus est, mundus est totus? Totus enim mundus dici non potest, cui de peccato aliquid remansit. Sed nemo resistit voci veritatis, quæ

C ait: qui lotus est, mundus est totus. Nihil ergo ei de peccati sui contagione remanet, quem totum fatetur mundum, ipse qui redemit. Si qui autem sunt qui dicunt, quia de peccato quolibet triennio pœnitentia agenda est, & post triennium in voluptatibus viuendum: isti adhuc nec prædicamenta veræ fidei, nec sacræ scripturæ testimonia nouerunt. Contra hos prædicator egregius dicit: Qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Contra hos item dicit: Qui in carne sunt, deo placere non possunt. Vbi discipulis subiungit: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Hi quippe in carne sunt, qui in carnalibus voluptatibus viuunt. Contra hos dicitur: Neque corruptio incorruptionem possidebit. Si autem dicunt pauci temporis contra pœnitentiam peccatum debere sufficere, vt iterum liceat ad peccatum redire: rectè eos pastoris primi percutit sententia, qui ait: Contingit illis illud veri prouerbij, Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti. Magna est enim contra peccatum virtus pœnitentiæ, sed si quis in eadem pœnitentia perseueret. Nam scriptum est: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Hinc rursum scriptum est: Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius? Mortuum quippe est omne opus peruersum, quod pertrahit ad mortem, quod vita iustitiæ non viuit. Baptizatur ergo à mortuo, & iterum tangit mortuum, qui prauа opera quæ se meminit egisse deplorat, sed in eisdem se iterum post lachrymas implicat. Anima itaque quælibet eiusdem mortui lauatione non proficit, quæ hoc iterum faciendo quod D planxit, nec per lamenta pœnitentiæ ad rectitudinem iustitiæ exurgit. Pœnitentiam enim verè agere, est commissa flere, sed iterum plangenda declinare. Si vero sunt qui dicunt, quia compulsus quispiam necessitate, si anathematizatus fuerit, anathematis vinculo non tenetur: ipsi sibi testes sunt, quia Christiani non sunt: quia ligamenta sanctæ Ecclesiæ variis se existimant conatibus soluere, ac per hoc nec absolutionem sanctæ Ecclesiæ, quam præstat fidelibus, veram putant, si ligaturas eius veras esse atque valere non æstimant. Contra quos diutius disputandum non est, quia despiciendi per omnia & anathematizandi sunt: vt vnde veritatem fallere se credunt, inde in peccatis suis veraciter ligentur. Si qui sunt igitur qui sub nomine christiano hæc quæ diximus errorum capitula aut prædicare audent, aut tacitu apud semetipsos tenere: hos proculdubio & anathematizauimus. Ex omnibus tamen capitulis in eis, sicut dixi, qui ad me in vrbe regia venire consueuerunt: nullum omnino errorem cuiuslibet prædicti capituli agnoui, sed neque fuisse existimo. Nam si fuisset, agnouissem. Quia vero sunt multi fidelium, qui imperito zelo succenduntur, & sæpe dum quosdam quasi hæreticos insequuntur, hæreses faciunt: eorum infirmitati consulendum est: &, sicut prædixi, ratione & mansuetudine placandi sunt. Illis quippe sunt similes de quibus scriptum est: Testimonium illis perhibeo, quòd æ- Roma.10. mulationem dei habent, sed non secundum scientiam. Vestra E itaque excellentia quæ in lectione, in lachrymis atque in eleemosynis incessabiliter viuit eorum, sicut petij, imperitiam placare mansuetis exhortationibus ac responsionibus debet: vt non solum de semetipsa, sed etiam de illis gloriam æternæ retributionis inueniat. Hæc me vobis dicere nimius ardor suasit: quia & in vestra lætitia me crescere, & in vestra tristitia me existimo minorari. Omnipotens deus gratia vos cœlesti custodiat, & salua domini nostri pietate, & piissimi domini tranquillitate, pro dominorum paruulorum nutrimento vitam vestram longias extendat.

Gregorius Isicio episcopo Hierosolymorum. De cura pastorali, & de simoniaca hæresi.

Caput. X L.

S Eruata veritate historiæ, quid aliud est quòd diluuij Epist.40. tempore humanum genus extra arcam moritur: ad vitã vero in arca seruatur, nisi hoc quòd apertè nunc cernimus, quia infideles quosque extra Ecclesiam peccati sui vnda perimit, & fideles suos in fide atque in charitate sanctæ Ecclesiæ vnitas, quasi arcæ compago custodit? Quæ arca videlicet de imputribilibus lignis compingitur, quia de omnibus fortibus atque in bono suo perseuerantibus ædificatur. Et cùm à seculari vita vnusquisque conuertitur, quasi adhuc ligna de montibus succiduntur. Cùm vero ad sanctæ Ecclesiæ ordinem, ad alio- F rum custodiam deducitur, quasi de excisis atque compositis lignis ad seruandam vitam hominum arca ædificatur. Quę profecto arca cessante diluuio in monte requieuit, quia huius vitæ corruptione cessante, cùm malorum operum fluctus transierint, in cœlesti patria sancta Ecclesia in monte requiescet excelso. In huius itaque arcæ ædificatione vos currere relecta fraternitatis vestræ epistola rectæ fidei compage gaudemus. Magnaque omnipotenti deo gratias exoluimus, qui & immutatis gregis sui pastoribus, fidem quam semel sanctis patribus tradidit, etiam post eos immutabilem custodit. Prædicator egregius dicit: Fundamentum autem aliud nemo potest ponere præter id quod 1.Cor.3. positum est, quod est Christus Iesus. Quisquis igitur cum dilectione dei & proximi fidei quæ est in Christo firmitatem tenet, eundem Iesum Christum dei & hominis filium apud se posuit fundamentum. Sperandum ergo est: quia vbi Christus fundamentum est, bonorum quoque operum sequatur ædificium. Ipsa quoque veritas per se dicit: Qui non intrat per ostium in Ioan.10. ouile ouium, sed ascendit aliundè, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Et paulopost subiicit dicens: Ego sum ostium. Ille vero ad ouile ouium intrat per o- Ibidem. stium, qui intrat per Christum. Intrat ipse per Christum qui de eodem creatore & redemptore humani generis vera sentit & prædicat,

G prædicat, prædicata custodit, culmen regiminis ad officium portandi oneris suscipit, non ad appetitum gloriæ transitorij honoris. Curæ quoque suscepti ouilis soleter inuigilat: ne oues dei, aut peruersi homines praua loquentes dilanient, aut maligni spiritus oblectamenta vitiorum suadentes deuastent. Sed in his omnibus ipse nos instruat, qui propter nos homo factus est. Qui dignatus est fieri quod fecit ipse, & infirmitati meæ, & tuæ charitati spiritum sui amoris infundat: atque sollicitudine & custodia circunspectionis oculum nostri cordis aperiat. Quod vero ad sacros ordines rectæ fidei viri perducuntur: eidem omnipotenti deo fine cessatione gratiæ soluendæ sunt & pro vita piissimi & Christianissimi Imperatoris domini nostri, & tranquillissima eius coniuge, & mansuetissima sobole semper orandum, quorum temporibus ora hæreticorum conticescunt: quia etsi eorum corda in insania peruersi sensus ebulliunt, orthodoxi tamen imperatoris tempore praua quæ sentiunt, eloqui non præsumunt: ita vt apertè videamus impleri quod scriptum est: Congregans sicut in vtre aquas maris. *Psal.32.* Aqua enim maris sicut in vtre congregata est: quia amara hæreticorum scientia quicquid odit, prauum sentit: in pectore comprimit, & apertè dicere non præsumit. Tua ergo fraternitas rectam per omnia fidem percolit spiritaliter edocta: quæ quærenda erant, subtiliter enarrauit. Fides itaque vestra, fides est nostra. Ea tenemus quæ dicitis, ea dicimus quæ tenetis. Quia ve-

H ro peruenit ad nos in Orientis Ecclesiis nullum ad sacrum ordinem nisi præmiorum datione peruenire, si ita esse vestra fraternitas agnoscit: hanc primam oblationem omnipotenti deo offerat, vt à subiectis sibi Ecclesiis errorem simoniacæ hæreseos compescat. Nam, vt alia taceam, quales esse in sacris ordinibus poterunt, qui ad hos non merito, sed præmio prouehuntur? Scimus autem quanta animaduersione hanc Apostolorum princeps insecutus est: qui primam damnationis sententiam contra Simonem protulit, dicens: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum dei pecunia existimasti possideri. *Actor.8.* Ipse quoque creator ac redemptor humani generis dominus deus noster cum flagellum de resticulis fecisset, de templo cathedras vendentium columbas euertit. *Matt.21.* Quid est enim aliud in templo columbas vendere, nisi in sancta Ecclesia eam per quam spiritus sanctus datur, ad *precium manus impositionem dare?* Sed cathedræ vendentium columbas euersæ sunt, quia talium sacerdotium in sacerdotio non deputatur. Præterea peruenit ad me, quia in ea Ecclesia quæ Aenea dicitur, sæpe in Hierosolymorum vrbe vestræ Ecclesiæ iurgia nascuntur. Vnde sanctitas vestra debet sollicitè cuncta pensare, & quædam mansuete corrigere: quædam vero quæ corrigi nequeunt, æquanimiter tolerare. *Psal.128.* Apertè enim videmus, quod per Psalmistæ vocem à sancta Ecclesia dicitur: Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. In dorso quippe onera portantur. Supra dorsum ergo nostrum fabricant peccatores, quando eos quos cor-

I rigere non possumus, patiendo portamus. Nauis etenim gubernator cùm aduersari sibi ventum considerat, quosdam fluctus directo clauo exuperat: quosdam vero quos superari non posse præuidet, inflexo cursu prudenter declinat. Sic itaque sanctitas vestra quædam compescendo, quædam tolerando mitiget, vt in sancta Hierosolymorum Ecclesia pacem cohabi- *Heb.12.* tantium conseruet. Scriptum quippe est: Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit deum. In rixa etenim mentis ipsum lumen clauditur bonæ intentionis. Vnde Psalmista dicit: Turbatus est præ ira oculus meus. *Psal.6.* Et quid iam in nobis boni operis remanet, si pacem ex corde perdimus, sine qua dominum videre non valemus? Vos itaque agite, vt de his quoque qui per iurgium perire poterant, mercedis vestræ lucra colligatis. Omnipoteus deus dilectionem tuam gratia cœlesti custodiat: & de his qui tibi commissi sunt, fructum multiplicet, ac mensuram superefluentem ad æterna gaudia reportare concedat.

Gregorius Anatholio diacono Constantinopolitano. De Ioanne episcopo primæ Iustinianæ, quòd nec ipse nec alius quis propter infirmitatem sit deponendus.

Caput. XLI.

K Cripsit mihi tua dilectio, piissimũ dominum nostrum
S reuerentissimo fratri meo Ioanni primæ Iustinianæ *Epist.41. 7.q.1.c.a. Scripsit.*
episcopo pro ægritudine capitis quam patitur, præcipere succedi, ne fortè dum episcopi iura eadem ciuitas non habet, quod absit, ab hostibus pereat. Et quidem nusquam canones præcipiunt, vt pro ægritudine episcopo succedatur. Et ideo iniustum est, vt si molestia corporis irruat, honore suo priuetur ægrotus. Atque ideo hoc per nos fieri nullatenus potest, ne peccatum in mea anima ex eius depositione veniat. Sed suggerendum est, vt si is qui est in regimine, ægrotat: dispensator illi requiratur talis, qui possit eius curam omnem agere, & locum illius in regimine Ecclesiæ, ipso non deposito, ac in custodia ciuitatis implere: vt nec omnipotens deus offendatur, neque ciuitas inueniatur neglecta esse. Si verò idem reuerentissimus Ioannes fortasse pro molestia sua petierit, vt ab episcopi honore debeat vacare, eo petitionem scripto dante concedendum est. Aliter autem nos id facere pro omnipotentis dei timore omnimodo non audemus. Quod si hoc petere ille noluerit, quod piissimo imperatori placet: quicquid iubet facere, in eius potestate est. Sicut nouit, ipse prouideat. Nos tantummodo in depositione talis viri, non faciat permisceri. Quod vero ipse fecerit, si canonicum est, sequimur. Si vero canonicum non est, inquantum sine peccato nostro valemus, portamus.

Gregorius Vrbico abbati. De dissensione congregationis eius, & abbate ordinando. L

Caput. XLII.

V Alde me contristatum *dilectio tua* cognoscat, quòd *Epist.41.* tantam in congregatione *monasterij* vestri confusionem euenisse cognoui, quòd *dum* de ordinando abbate aliquid in Lucusiano monasterio *disposuerits*: non vnum, sed duos penè abbates fecisti. Manè, sicut audio, *Domitium* presbyterum: vespere verò latorem præsentiũ *Bonum* seruum dei. Ex qua re aspicio quàm dissoluta sit regula monasterij, dum nec monachi eiusdem monasterij tibi ad obediendum parati extiterint, nec tu constanter aliquid disponere potuisti. Vnde vehemẽter ingemisco, *quia* aliter esse monasterium vestrum quàm putabam *inuenio*. *Quod* ex *nulla* alia re euenire valuit, nisi *quia tua dilectio in* regimine suo inordinata est, nec cũ grauitate aliquid valet disponere, sed modo studet peccantibus leniter blandiri, modo inordinatè, & extra modum nimiè irasci. Nam si semetipsam in mentis suæ ratione tenere potuisset, ipsa eius maturitas haberi in reuerentia potuit, & disciplinæ in monasterio ordo seruari. Hoc autem factum deterius puto, quòd prędictum Bonum monachum de monasterio quod construxit, sine iussione mea tollere præsumpsisti: maximè, quia nec ætati eius expedire suspicor, vt possit in regimine præesse. Ideoque volumus vt Domitius presbyter abbas esse Lucusiani mo- M nasterij debeat, eique præpositus Lucifer monachus fiat, in cuius requiescere solatio valeat. Ex nostra itaque auctoritate hæc te disponere deo adiuuante præcipimus. Cui dispositioni si quis præsumpserit ingratus existere, ad nos sine dubio transmittatur. Acceptis ergo scriptis nostris, fratrem, & coepiscopum nostrum Victorem ad Lucusianum monasterium dilectio tua inuitet, quatenus ipse illic missarum solennia celebrare, & prædictum dominum auctore deo abbatem ordinare debeat, ne dum tuum consilium sequimur, in errorem sicut cęci ducamur. Nam Catellum monachum in Lucusiano monasterio præpositũ dilectio tua fieri voluerat. Quod postquam fieri mandauimus, quia monachus non sit, agnouimus. Ex parua enim eulogia quam Bonus monachus accepit: partem petendo, contentionem facere in itinere minimè timuit. Quod ex quanta amaritudine cordis descẽderit, poterit tua dilectio scire, si regulam monachorum nosse voluisset. Ex discipulo autem tuo cognouimus: quia tu qui abbas diceris esse, adhuc monachus non fis. Et credo, quòd non disparis mentis sit in hac diuisione cellarius etiam Lucifer, quẽ præpositum fieri diximus. Sed tolerabilius est antiquiorem fratrem, quàm nouum & puerum tolerare.

Gregorius Vrbico abbati. De xl. solidis Petro Trocalitano dandis.

Caput. XLIII.

Dilectio

A lectio tua præsentia scripta suscipiens, de solidis Lu-
D cusiani monasterij quos apud eum Salerius notarius
noster esse renunciauit, sine mora vel excusatione ali-
qua. xl. solidos fratri nostro Petro Trocalitano episcopo dare
studeat. Sed & monachis quos apud se pro eorum salute de eo-
dem monasterio præfatus frater noster abstulit, studij tui sit ab-
bati antefati Lucusiani monasterij districtius imminere, vt ali-
moniam & vestimenta annis singulis exinde præbere modis o-
mnibus debeat.

Gregorius Adriano notario Panormitano. De Agathosa, cui præcipit maritum suum iam tonsuratum & monachum factum reddere.

Caput. XLIIII.

Gathosa latrix præsentium questa est maritum suum
A contra voluntatem suam in monasterio Vrbici abba-
tis esse conuersum. Quod quia ad eiusdem abbatis cul
pam & inuidiam non est dubiũ pertinere: experientię tuæ præ-
cipimus, vt diligenti inquitione discutias: ne fortè cum eius vo-
luntate conuersus sit, vel ipsa se mutare promiserit. Et si hoc re-
pereris, & illum in monasterio remanere prouideat: & hanc si-
cut promisit, mutare compellat. Si verò horũ nihil est, nec quon
dam fornicationis crimen, propter quod viro licet vxorem re-
linquere, prædictam mulierem cõmisisse cognoueris, ne illius
conuersio vxori relictæ in seculo fieri possit perditionis occa-
B sio: volumus vt maritum suum illi, etiam si iam tonsuratus est,
reddere omni debeas excusatione cessante: quia etsi mundana lex
præcipit, conuersationis gratia, vtrolibet inuito posse solui con
iugium, diuina hoc lex fieri non permittit. Nam excepta forni-
cationis causa, virum vxorem dimittere nulla ratione conceditur: quia postquam copulatione coniugij viri atque mulieris v-
num corpus efficitur, non potest ex parte conuerti, & ex parte
in seculo remanere.

Gregorius vniuersis episcopis Siciliæ. De innasione hostium, & litaniis faciendis. Caput. XLV.

Vper afflictiones & gemitus quos annosa hic cõtinua-
S tione de hostibus sustinemus, maior nos metus excru
ciat, quòd inimicos nostros omni adnisu ad Siciliæ in-
uasionem cognoscimus festinare. Sed ne hæc illis molientibus,
prosperitatem multitudo nostrorum præbeat peccatorum, toto
nos corde ad redemptoris nostri remedia conferamus: & qui-
bus resistere virtute non possumus, lachrymis obuiemus. Nam
quid vobis cauendum, quidve sit vehementius formidandũ, ex
istius prouinciæ debetis desolatiõe colligere. Itaque hortor fra
tres charissimi, vt omni hebdomada quarta, & sexta feria litaniã
inexcusabiliter indicatis, & cõtra Barbaricæ crudelitatis incur-
sus supernæ protectionis auxilium imploretis. Sed vt ad aures
dei viam precibus faciatis vigilantius studendum est, vt voces a-
ctibus adiuuentur. Nam inanis fit oratio vbi praua est actio.
C Quia igitur quanto immane cernitis imminere periculum, tan-
to simul omnes in fletu debetis, & gemitu occupari, filios ve-
stros à seculari peruersitate sacerdotali quamprimum adhorta-
stros à seculari peruersitate sacerdotali quamprimum adhorta-
tione compescite. Discant iniusta contemnere, & quæ deo pla-
cita sunt amare, vt illos positis habere ad impetrandam diuinæ
misericordiæ gratiam adiutores: ne si neglexeritis, actio eorum
preces orationum superet: & sæuientis inimici gladius, quod
absit resecet, quod monentis verba non corrigunt. Deus autem
noster iustus & pius est, & sicut perseuerantibus in prauitate di
strictus est, ita est conuersis misericors. Ad ipsum ergo tota mẽ
te cõtriti cordis euigilatione curramus, ab ipso ereptionis no-
stræ solatia postulemus: Et quoniam benignus & mitis est, si nos
à malis nostris emendatos sua viderit mandata diligere: & hic
nos potẽs est ab hoste defendere, & in futuro æterna nobis gau-
dia præparare.

Gregorius Dono episcopo Massanẽ. De contentione inter placidum & Ecclesiam eius. Caput. XLVI.

Vllus vnquam contentionibus finis imponitur, si im-
N pleri ea quæ iudicata fuerint, differantur. Filius itaq;
noster Placidus, vir memorandus, questus est nobis ea
quæ inter eũ & actores Ecclesiæ vestræ difinita sunt, fraternita-
tem vestram nolle complere. Quod si ita est, miramur: vt dum
quieti vestræ vos deceat studere, contentionis vobis scrupulum
reseruetis. Proinde scriptis vos præsentib⁹ adhortamur, vt sub- D
tiliter requirere debeatis. Et si quid minus impletũ est, si tamen
nihil est quod iustè possit obsistere, sine discordia compleatur:
quatenus nec supradictus magnificus vir se queratur irrationa-
biliter fatigari, nec vos contra ordinis vestri propositum videa-
mini despexisse quod iustum est.

Gregorius Adriano notario. De incantationibus & sortilegiis insequendis. Caput. XLVII.

Et ruenit ad nos, quòd quosdam incantatores ac sortile *Epist. 47.*
P gos fueris insecutus. Et omnino nobis sollicitudinem
zelumque tuum gratum fuisse cognoscas: sed molestè
tulimus, quòd te dubitare ne ab eis nobis contra experientiam
tuã surrepi potuisset, didicimus: quũ certus esse ac scire debue-
ris, hoc tibi apud nos ad cõmendationem magis proficere, nõ ad
culpã adscribi. Et ideo studij tui sit, sollicitè quærere: & quoscun
que huiusmodi inimicos Christi inueneris, ita districta vltione
corrigere, vt & nos de experientia tua melius debeamus habere
iudicium, & deo nostro te, quod maximè studendum est, valeas
commendare.

Gregorius Desiderio episcopo Galliæ. De eo quòd ipse grammaticam artem docere non debeat. Caput. XLVIII.

Vm multa nobis bona de vestris fuissent studiis nun- *Epist. 48.*
C ciata, ita cordi nostro nata est lætitia: vt negare ea quæ *Parte. 1.*
sibi fraternitas vestra concedenda popposcerat, mini- E *dist.*
mè pateremur. Sed post hoc peruenit ad nos quod sine verecun *86. ca. Cum*
dia memorare non possumus, fraternitatem tuam grammaticam *multa.*
quibusdam exponere. Quam rem ita molestè susceptmus, ac su-
mus vehementius aspernati, vt ea quæ prius dicta fuerunt, in ge
mitum & tristitiam verteremus, quia in vno se ore cũ Iouis lau-
dibus Christi laudes non capiunt. Et quàm graue nephandúm-
que sit episcopis canere, quod nec laico religioso conueniat, ip-
se considera. Et quanuis dilectissimus filius noster Candidus
presbyter postmodum veniens, hac de re subtiliter requisitus
negauerit, atque conatus vos fuerit excusare: de nostris tamen
adhuc animis non recessit, quia quanto execrabile sit hoc de sa-
cerdote euarrari, tanto vtrum ita nec ne sit, districta & veraci o-
portet satisfactione cognosci. Vnde si post hoc euidẽter ea quæ
ad nos perlata sunt, falsa esse claruerint, nec vos nugis & secula-
ribus literis studere contigerit deo nostro gratias agimus, qui
cor vestrum maculari blasphemis nephandorum laudibus non
permisit; & de concedendis quæ poscitis, securè iam & sine ali-
qua dubitatione tractamus. Monachos verò quos vnà cum dile-
ctissimo filio nostro Laurentio presbytero, & Melito abbate
ad reuerendissimum fratrem, & coẽpiscopum nostrum Augu-
stinum transmisimus, vobis in omnibus commendamus: vt fra-
ternitate vestra sollicitante, nulla illos ad proficiscendum mora
valeat impedire.

Gregorius Virgilio episcopo Arelatensi. Quòd auaritia sit idolorum seruitus. Caput. XLIX. F

Vm diuinæ lectionis testimonio, idolorum seruitus *Epist. 49.*
C auaritia nuncupetur, quo studio de domo dei sit pel-
lenda cognoscitur, & à quibusdam sacerdotibus, quod
gementes dicimus, non cauetur. Tenet enim captiuum cor sæ-
ua cupiditas, & licitum esse suadet malum quod imperat, atque
id agit, vt vno eodemque gladio, & dantem, & accipientem
interimat. Quis igitur post hoc locus contra auaritiam tutus
esse præualeat, si dei illi à prauis sacerdotibus aperiatur Eccle-
sia? Quando ouium sepia inuiolata custodiet, qui intrare lupum
inuitat? Proh nephas. Illicito manus munere polluit, & alios
se benedictione credit erigere, cùm ipse iam sit propria iniqui-
tate substratus, & sua nihilominus ambitione captiuus. Huius er
go mali rapacitas, quia arcem vestræ mentis nunquam intraue-
rit, & innoxias habere vos manus de ordinationibus perhibe-
tis, omnipotenti deo gratias agite: & tanto vos dei debitores
esse cognoscite, quanto illæsi ab huius morbi contagione eo cu
stodiente mansistis. Sed hæc vobis minus quàm poterant bona
proficiunt, si hæc & in aliis sollicitè non vetatis. Sicut autem
in te illud tibi malum displicuit, ita hoc & in fratre zelare de-
bueras. Nam cùm diuina præcepta moneant proximos nostros
sicut nosipsos diligere debere, non paruæ culpæ est despicere:
& quod sibi quisque metuit, aliis non timere. Vel nunc ergo
dilectissime

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dilectissime frater da operam, vt quod à correptione quiescendo in aliis perdidisti, resarcias, & ab hac quos potueris prauitate compescas, atque vt synodus ad eradendam ipsam hæresim congregari possit insiste: quatenus cum dilectionis vestræ mercede melius ab omnibus caueatur, quod auctore deo omnium fuerit constitutione damnatum. Peruenit præterea ad nos frater, & coëpiscopum nostrum Serenum prauos homines omnino in societate sua recipere: ita denique vt presbyterum quendam qui post lapsum in suis adhuc dicitur iniquitatibus volutari, familiarem habeat. Quod à vobis subtiliter requirēdum est. Et si ita constiterit, curæ vobis sit nostra hoc sic vice corrigere, vt & qui talem recipit, non familiaritate fouere, sed discat potius vltione comprimere: & qui receptus est, idem discat cum lachrymis peccata diluere, non iniquitatem in immundiciis cumulare. Monachos vero quos ad reuerentissimum fratrem, & coëpiscopum nostrum Augustinum trāsmisimus, fraternitas vestra habeat in omnibus commendatos, & ita eis ad proficiscendum solatiari studeat atque concurrere: vt vobis sibi opitulantibus, celeriter deo protegente quò directi sunt, valeant peruenire.

Gregorius Aetherio episcopo Galliæ. De cura pastorali & synodo congreganda.
Caput. L.

Epist. 50. H E Pistolarum vestrarum plena venerabili grauitate locutio, ita sibi cordis nostri iunxit affectum, vt mutuum semper libeat miscere sermonem, quatenus & si corporali vestri non valemus frui præsentia, nil sibi contra nos absentia hoc intercurrente valeat commercio vindicare. Quantus autē in vobis Ecclesiastici ordinis amor eniteat, quanta sit dilectio disciplinæ, quantum obseruātiæ studium salubriū decretorum, ex illo quòd nostram submisse & omnino libenter adhortationem accipitis, & seruandam inuiolabiliter prædicatis, ostenditis. Quia igitur ad aliorum emendationem promptum cor geritis, & vetustatis malum libera, sicut decet, voce damnatis, postquam & aliis fratribus & coëpiscopis nostris ipsa voluntas est, oportet vnanimes contra dominicos hostes insurgere. Et vt auaritiam de domo dei synodali debeatis definitione proiicere, nihil in dandis Ecclesiasticis ordinibus auri sæua fames inueniat, nil blandimenta surripiant, nil gratia conferat, honoris præmium, vitæ sit prouectus, sapientiæ incrementum, modestia morum, vt obtinente huiusmodi obseruantia, & indignus qui præmiis quærit ascendere iudicetur, & digne cui bonum testimonium actio perhibet, honoretur. Hæc vobis dilectissime frater cura sit, hæc animis vestris sollicitudo semper inuigilet, vt & zelum quem literis ostenditis, cordis vestri testem esse opere demonstretis. Itaque assidué instanterque ad congregandam synodum imminete, & ita enixius exhibete, vt nominis dignitatem officij administratione compleatis. De eo vero quod Ecclesiæ vestræ concedendum ex antiqua consuetudine deposcitis, requiri in scrinio fecimus, & nihil inuenimus. Vnde nobis Epistolas ipsas quas vos dicitis habere transmittite, vt ex eis quid concedendum est colligamus. Gesta vero vel scripta beati Irenæi iamdiu est quòd sollicitè quæsiuimus, sed hactenus ex eis inueniri aliquid non valuit. Præterea fraternitas vestra monachos quos ad reuerēdissimum fratrem & coëpiscopum nostrum Augustinum direximus, habere studeat commendatos in omnibus, suamque illis charitatem propter deum exhibeat, atque illis ita studio sacerdotali enixè concurrat, & suo eos solatio ad agendum iter adiuuare festinet, vt dum nulla eis illic res morandi causas intulerit, & hi celerius pergere, & vos mercedem de præstitis inuenire possitis.

Gregorius Aregio episcopo Galliæ. De Simoniaca hæresi, & monachis Augustino transmissis.
Caput. LI.

Epist. 51. C Vm in fraterna dilectione vnum cor, vnus sit animus: sicut in alterius prosperis mens lętatur, ita in aduersis affligitur: quia in vtroque particeps esse lege charitatis astringitur. Atque ideo maior nos de tristitia vestra mœror inuaserat, ne fortasse prolixi luctus afflictio assiduo cor vestrum dolore pulsaret, & vitam gemitibus oneraret. Sed susceptis charitatis vestræ epistolis, optato sumus gaudio consolati, atque omnipotēti deo gratias egimus, quia & humanitatem vestram incolumem, & animum ad consolationē rediisse cognouimus. Nec enim aliter de vobis fuerat existimandum, nisi quia quicquid aduersitatis esset, sacerdotali sine dubio patientia vinceretis. Qualiter præterea in abscindenda Simoniaca hæresi olim fraternitatis vestræ zelus exarserit, bene recolimus. Vnde hortamur vt operam studiosius impendentes, districta inter alia quæ scripsimus, consilij definitione damnetur, quatenus dum voluntatis nostræ intentio sollicitudinis vestræ fuerit ope completa, & omnipotenti deo oblationem plenissimam de vitiorum correptionibus offeratis, & ad aliorum ædificationem, qualiter in vobis pastoralis officij cura fulgeat, ostendatis. Experientia autem vitæ vestræ nos prouocat, quam valde multis præminere cognouimus, vt de vobis hac in re grande solatium præsumamus. Et ideo feruorem vestrum sicut deo auctore cœpistis, explete, vt bona quæ in vobis recta intentione cœpta sunt, iuuante deo creatore omniū rectius impleātur. Prēterea monachis quos ad reuerendissimum fratrem & coëpiscopum nostrum transmisimus, charitatem suam fraternitas vestra, vt consueuit, impendat, & ita eis tam per se quàm per alios quos potuerit ad proficiscendum solatiari studeat, vt dum vobis prouidentibus nullas illic difficultates vel moras habuerint, & nos quod de vobis cōfidimus sentiamus, & deus vobis omnipotēs pro conuersione animarum pro quibus transmissi sunt, suam gratiam recompenset.

Gregorius Mennæ Toloſano & aliis complurib⁹ episcopis per Galliam. De Augustino episcopo Anglorum, & conuersione gentis ipsius. L
Cap. LII.

L Icèt fraternitatem vestram susceptī officij cura commoneat vt religiosis viris, & præcipuè in causa animarum laborantibus, omni debeat adnisu concurrere, nō tamen ab re est si sollicitudinem vestram epistolarum nostrarū sermo pulsauerit: quia sicut ignis aura flante fit grandior, ita bonæ mentis studia commendatione proficiunt. Quia igitur redemptoris nostri gratia cooperāte tanta de Anglorum gente ad Christianæ fidei gratiam multitudo conuertitur, vt reuerentissimus communis frater & coëpiscopus noster Augustinus eos qui secum sunt, ad hoc opus exequendum per diuersa loca asserat non posse sufficere, aliquantos ad eos monachos cū dilectissimis & communibus filiis Laurētio presbytero, & Mellito abbate præuidimus transmittendos. Et ideo fraternitas vestra eis charitatem quam decet exhibeat, atque ita illis vbicunque necesse fuerit auxiliari festinet, quatenus dum vobis opitulantibus nullas illic remorādi causas habuerint, & ipsi vestra se releuatos consolatione congaudeant, & vos solatiorū exhibitione in causa pro qua directi sunt, possitis participes inueniri. *Epist. 52.*

Gregorius Theodorico regi Francorum. De simoniaca hæresi radicanda. M
Caput. LIII.

Epist. 53. E Xcellentiæ vestræ index cordis Epistola, quanta in vobis fulgeat cum regia potestate prudentia ita luculenti copia sermonis edocuit, vt dubium esse non valeat, quicquid laudabile de vobis fama narrauerit. Et quoniam adhortationem nostram adeo regiis animis vestris per laudis prędicamenta placuisse signastis, vt quicquid ad dei nostri cultum, quicquid ad Ecclesiarum reuerentiam, quicquid ad honorem pertinere cognoscitis sacerdotum, & studiosè statui, & velitis in omnibus custodiri, iterata vos pro vestra magnæ mercede adhortatione pulsamus, vt congregari synodum iubeatis: & sicut dudum scripsimus, corporalia in sacerdotibus vitia, & simoniacę hæreseos prauitatem omnium episcoporum definitione damnari, atque de regno vestro amputari faciatis, nec plus illic pecuniam obtinere quàm præcepta dominica permittatis. Nam cùm omnis auaritia idolorum sit seruitus, quisquis hanc, & maximè in dandis Ecclesiasticis honoribus, vigilanter non præcauet, infidelitatis perditioni subiicitur, etiam si tenere fidem quam negligit videatur. Sicut ergo contra exteriores hostes, ita quoque cōtra interiores animarum aduersarios studete esse solliciti, vt per hoc quod dei nostri inimicis fideliter repugnatis, & hic fœliciter ipsius protectione regnetis, & ad æterna postmodū gaudia eius duce gratia veniatis. Quanta præterea bona reuerētissimo fratri & coëpiscopo nostro Augustino ad Anglorum

A glorum gentem proficiscenti excellentia vestra præbuerit, reuertentes ab eo quidam monachi retulerunt. Vnde vberes referentes gratias petimus vt his quoque monachis qui ad eum directi sunt, suffragia vestra copiosius præbere, atque eos ad proficiscendum iuuare dignemini, vt quanto beneficia vestra eis amplius exhibetis, tanto maiorem vicissitudinem ab omnipotenti deo, cui seruiunt, expectetis.

Gregorius Theodorico regi Francorum. De simoniaca hæresi confutanda.
Caput. LIIII.

Epist. 54. Q Vi paternæ adhortationis verba libenti animo suscipit, & sinu cordis amplectitur, emendatorem se vitiorum fore proculdubio profitetur. Ex qua re satis nos excellentiæ vestræ certos reddit absoluta promissio. Nam eius quem idoneum ad soluendum esse cognoscimus, verba pro pignore tenemus. Itaque excellentia vestra dei nostri mandatis inhærens, studium ad congregandam synodum pro sua mercede adhibere dignetur, vt omne à sacerdotibus corporale vitiũ, & simoniaca hæresis, quę prima in Ecclesiis iniqua ambitione surrexit, potestatis vestræ imminẽte censura, cõcilij definitione tollatur, & abscissa à radicibus amputetur, ne si plus illic aurum quàm deus diligitur, qui modo tranquillus in suis præceptis despicitur, iratus in vindicta postmodum sentiatur. Et hoc quidem quia pro vobis loquimur, idcirco imminere sæpius nõ cessamus, vt prodesse excellẽtissimis ac dulcissimis filiis nostris vel ex importunitate possimus. Nam regno vestro per omnia proficit, si quod contra deum illis partibus geritur, emendatione vestræ excellentiæ corrigatur. Quanta præterea bona proficiscenti ad Anglorum gentem reuerentissimo fratri & coëpiscopo nostro Augustino excellentia vestra impenderit, referentibus quibusdam monachis qui ab eo reuersi sunt, cognouimus. De qua re maximas gratias exoluentes petimus vt & monachis præsentium portitoribus quos ad eundem fratrem direximus, vestra vberius beneficia ministretis, quatenus dum vobis patrocinantibus nullas illic difficultates inuenerint, sed cœptum iter, Christo adiuuante, peregerint, vberiorem mercedis vestræ fructum ante de nostri oculos faciatis.

Gregorius Clotharioregi Francorum. De sociis Augustini suscipiendis, & simoniaca hæresi.
Caput. LV.

Epist. 55. I Nter tot curas & sollicitudines quas pro subiectarum vobis gentium regimine sustinetis, existere vos in causa dei laborantibus adiutores, eximiæ laudis, & magnæ mercedis est. Et quia tales vos præcedentibus bonis ostenditis, vt præsumere de vobis meliora possimus, ad ea quæ pro
C mercede vestra sunt, libentissimè prouocamus. Quidam igitur qui cum reuerentissimo fratre & coëpiscopo nostro Augustino ad Anglorum gentem perrexerant, remeantes, quanta eundem fratrem nostrum excellentia vestra in præsentia positum, charitate receperit, quantisque suffragiis proficiscentẽ adiuuerit, narrauerunt. Sed quia illa deo nostro opera grata sunt semper, quæ à vobis cùm cœperint, non recedunt, paterno affectu salutantes petimus, vt monachos præsentiũ portitores quos ad prædictum fratrem nostrum vnà cum dilectissimis filiis nostris Laurentio presbytero, & Mellito abbate transmisimus, habeatis peculiariter commendatos. Et quicquid illi antè exhibuistis, his quoque ad laudis vestræ cumulum vberius impendatis, quatenus dum vobis prouidẽtibus cœptum sine mora iter expleuerint, bonorum vestrorum omnipotens deus recompensator existat, atque vobis & in prosperis custos, & in aduersitatibus sit adiutor. Præterea peruenit ad nos quòd sacri illic ordines cum datione pecuniæ conferantur. Et vehementer affligimur, si ad dei dona non meritis acceditur, sed præmiis profilitur. Et quia hæc simoniaca hæresis prima in Ecclesia surgens Apostolorum est auctoritate damnata, petimus vt pro mercede vestra congregari synodum faciatis, quatenus omnium sacerdotum definitionibus compressa, & radicitus amputata, nullas illic vires de cætero in periculo animarum inueniat, nec vlterius sub qualibet excusatione permittatur exurgere, vt tanto vos omnipotens deus contra aduersarios vestros exaltet, quanto vos D in suis mandatis zelum habere, & pro animarum salute quæ huius fuerant sceleris gladio periturę, viderit cogitare.

Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum. De Augustino & monachis ad eam directis suscipiendis.
Caput. LVI.

Epist. 56. G Ratias omnipotenti deo referimus, qui inter cætera pietatis suæ dona quæ excellentiæ vestræ largitus est, ita vos amore Christianæ religionis impleuit, vt quicquid ad animarum lucrum, quicquid ad propagationem fidei pertinere cognoscitis, deuota mente, & pio operari studio non cessetis. Quanto autem fauore, quantaque opitulatione excellentia vestra reuerentissimum fratrem & coëpiscopum nostrum Augustinum proficiscentem ad Anglorum gentem adiuuerit, necantè filẽtio fama cõticuit, & postea quidem ab eo ad nos monachi redeuntes subtiliter retulerunt. Et quidem hæc de Christianitate vestra mirentur alij, quibus adhuc beneficia vestra minus sunt cognita, nam nobis, quibus experimentis iam nota sunt, non mirandum est sed gaudendum: quia per hoc quod aliis impenditis, vos iuuatis. Quæ autem, quantaque in conuersione suprascriptæ gentis redempor noster fuerit miracula operatus, excellentiæ vestræ iam notum est. Ex qua re magnam vos oportet habere lætitiam: quia maiorem sibi partem hac in re præstitorum vestrorum solatia vendicant, cuius post deum auxiliis E verbum illic prædicationis innotuit. Nam qui alterius bonum adiuuat, suum facit. Sed vt mercedis vestræ magis magisque sit fructus vberior, petimus vt monachis præsentium portitoribus, quos cum dilectissimis filiis nostris Laurentio presbytero, & Mellito abbate ad prædictum reuerentissimum fratrem & coëpiscopum nostrum pro eo quòd illos qui secum sunt, sufficere sibi dicit non posse, transmisimus, patrocinij vestri suffragia benignius ministretis, atque ita eis in omnibus adesse dignemini, quatenus dum bonis excellentiæ vestræ initiis meliora successerint, & nullas illic moras vel difficultates inuenerint, tanto erga vos, ac dulcissimos nobis nepotes vestros dei nostri misericordiam prouocetis, quanto pro eius amore vos in huiusmodi causis misericorditer exhibetis.

Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum. De præceptis domini custodiendis.
Caput. LVII.

Epist. 57. Q Vanta in vobis bona diuino munere sint collata, quantaque vos supernæ gratiæ pietas impleuerit, inter cætera vestrorum testimonia meritorum illud etiam patenter insinuat: quia & effera corda gentilium prouidi gubernatis astu consilij, & regiam, quod maioris adhuc laudis est, ornatis sapientia potestatem. Et quoniam sicut multis in vtroque gentibus eminetis, ita quoque eis fidei sinceritate præ- F cellitis, magnam de vobis in emendandis illicitis fiduciam capimus. Nam qualiter adhortationem nostram excellentia vestra amplexa sit, quantaque eam deuotione gestiat adimplere, scriptorum vestrorum emissa dudum pagina testis est. Sed quia ipse bonarum mentium consueuit esse adiutor, qui etiam largitor est, confidimus quòd tanto promptius causas vestras sua pietate disponat, quanto ipse de sua vos videt esse causa sollicitos. Facite quod dei est, & deus faciet quod vestrum est. Itaque synodum congregari præcipite, & peccatum simoniacæ hæresis de regno vestro inter alia, sicut diximus, definitione concilij studiosius prohibete. Sacrificium deo deuicto interiori hoste offerte, vt exteriores aduersarios, ipso adiuuante, vincatis: vt quale vos contra inimicos ipsius studium gesseritis, talem illum in vestro iuuamine sentiatis. Mihi autem credite, quia sicut experimento multorum didicimus, in damno expenditur quicquid cum peccato congregatur. Si vultis igitur nihil iniustè perdere, summopere studete de iniustitia nihil habere. In terrenis etenim rebus semper causa damni est origo peccati. Vos itaque si eminere aduersantibus gentibus vultis, si earum, auctore deo, victrices existere desideratis, eiusdem omnipotentis domini cùm timore præcepta suscipite, vt ipse pro vobis contra aduersarios vestros pugnare dignetur,

G gnetur, qui per sacrum eloquium pollicitus est dicens: Domi-
Exod.14. nus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.

Gregorius Augustino episcopo Anglorum. De conuersione gentis ipsius, & vt non glorietur in operationum virtute quas plærumque faciunt & mali.
Caput. LVIII.

Epist.58. G Loria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: quia granum frumenti mortuum cadens in terram, multum fructum attulit, ne solum regnaret in cœlo, cuius morte viuimus, cuius infirmitate roboramur, cuius passione à passione eripimur, cuius amore in Britannia fratres quærimus quos ignorabamus, cuius munere quos nescientes quærebamus inuenimus. Quis autem narrare hic sufficiat quanta lætitia in omnium corde fidelium fuerit exorta, quòd gens Anglorum operante omnipotentis dei gratia, & tua fraternitate laborante, expulsis errorum tenebris, sanctæ fidei luce perfusa est, quòd deuotione integerrima iam calcat idola, quibus prius væsano timore subiacebat, quòd omnipotenti deo puro corde substernitur, quòd à praui operis lapsibus sanctæ prædicationis regulis ligatur, quòd præceptis diuinis subiacet, & intellectu subleuatur, quòd vsque ad terram se in oratione humiliat, ne mente iaceat in terra? Cuius hoc opus est, nisi eius qui ait: Pater meus vsque nunc operatur,
H & ego operor? Qui vt mundum ostenderet non sapientia hominum, sed sua se virtute conuertere, prædicatores suos quos in mundo misit, sine literis elegit, hoc etiam modo faciens: quia in Anglorum gente fortia dignatus est per infirmos operari. Sed est in isto dono cœlesti frater charissime, quod cum magno gaudio vehementissimè debeat formidari. Scio enim quia omnipotens deus per dilectionem tuam in gente quam eligi voluit, magna miracula ostendit. Vnde necesse est vt de eodem dono cœlesti, & timendo gaudeas, & gaudendo pertimescas. Gaudeas videlicet: quia Anglorum animæ per exteriora miracula ad interiorem gratiam pertrahuntur: pertimescas vero, ne inter signa quæ fiunt, infirmus animus in sui præsumptione se eleuet: & vnde foras in honore attollitur, inde per inanem gloriam intus cadat. Meminisse etenim debemus
Lucæ.10. quòd discipuli cum gaudio à prædicatione redeuntes, dum cœlesti magistro dicerent: Domine in nomine tuo dæmonia nobis subiecta fuerunt: protinus audierunt: Nolite gaudere super hoc, sed potius gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. In priuata enim & temporali lætitia mentem posuerunt, qui de miraculis gaudebant. Sed de priuata ad communem, de temporali ad æternam lætitiam reuocantur, quibus dicitur:
Ibidem. In hoc gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlo. Non enim omnes electi miracula faciunt, sed tamen nomina omnium in cœlo tenentur adscripta. Veritatis etenim discipulis
I esse gaudium non debet, nisi de eo bono quod commune cum omnibus habent, & in quo finem lætitiæ non habent. Restat itaque frater charissime: vt inter ea quæ, operante deo, exterius facis: semper te interius subtiliter iudices, ac subtiliter intelligas & temetipsum qui sis, & quanta sit in eadem gente gratia: pro cuius conuersione etiam faciendorum signorum dona percepisti. Et si quando creatori nostro seu per linguam, siue per opera reminisceris deliquisse, semper hæc ad memoriam reuoces: vt surgentem cordis gloriam memoria reatus premat. Et quicquid de faciendis signis acceperis vel accepisti: hæc non tibi, sed illis raputes donata, pro quorum tibi salute collata sunt. Occurrit autem menti ista cogitanti, quid de vno dei famulo actum sit, etiam egregiè electo. Certè Moyses cum dei populum ex Aegypto educeret, mira, sicut tua fraternitas nouit, signa in Aegypto operatus est. In Sina monte quadraginta diebus & noctibus ieiunans legis tabulas accepit: inter coruscos tonitruos pertimescente omni populo omnipotētis dei seruitio solus familiari etiam collocutione coniunctus est: rubrum mare aperuit: in itinere ducem habuit nubis columnam: esurienti populo manna de cœlo pluit: carnem desiderantibus vsque ad satietatem nimiam in eremo per miraculum ministrauit. Sed cùm iam sitis tempore ad petram ventum fuisset diffisus est: seque de eadem aquam educere posse dubitauit: quam iubente domino, percussit, atque aquas effluētes aperuit. Quanta autem post hæc per triginta & octo annos in deserto miracula fecerit, quis enumerare, quis inuestigare valeat? Quotiens res dubia animum pulsasset, recurrens ad tabernaculum, secretò dominum requirebat: atque de ea protinus, deo loquente, docebatur. Iratum populo dominum placabat suæ precis interuentione, surgentes in superbia atque in discordia dissidentes
K dehiscentis terræ hiatibus absorbebat: victoriis premebat hostes, signa monstrabat ciuibus. Sed cùm iam ad repromissionis terram ventum fuisset, vocatus in montem est: & quam culpam ante annos triginta, vt dixi, & octo fecerat, audiuit: quia de educenda aqua dubitauit. Et propter hoc quia terram repromissionis intrare non posset, agnouit. Qua in re considerandum nobis est quàm timendum sit omnipotentis dei iudicium, qui per illum famulum suum tot signa faciebat, cuius culpam longo tempore adhuc seruabat in cogitatione. Igitur frater charissime si & illum agnoscimus post signa pro culpa mortuum, quem omnipotenti deo nouimus præcipuè electum: quanto nos debemus motu contremiscere, qui necdum adhuc nouimus si electi sumus? De reproborum vero miraculis quid dicere debeo? cùm tua fraternitas nouerit quid in Euangelio veritas dicit: Multi venient in illa die dicentes mihi, Domine in Matt.7.
nomine tuo prophetauimus, & in tuo nomine dæmonia eiecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus. Sed dicam illis, quia nescio qui estis. Recedite à me operarij iniquitatis. Lucæ.13.
L Valde ergo premendus est animus inter signa & miracula, ne fortasis in his propriam gloriam quærat: & priuato suæ exultationis gaudio exultet. Per signa enim, animarum lucra quærenda sunt, & illius gloria, cuius virtute illa eadem signa geruntur. Vnum vero dominus nobis signum dedit: de quo & vehementer gaudere, & electionis gloriam in nobis possimus agnoscere, dicens: In hoc scietur quia mei discipuli estis, si di- Ioan.13.
lectionem habueritis adinuicem. Quod signum propheta requirebat, cùm diceret: Fac mecum domine signum in bonum, Psal.85.
vt videant qui oderunt me, & confundantur. Hæc autem dico: quia auditoris mei animum in humilitate sternere cupio. Sed ipsa tua humilitas habeat fiduciā suam. Nam peccator ego spem certissimam teneo: quia per omnipotentis creatoris ac redemptoris nostri dei & domini Iesu Christi gratiam iam peccata tua dimissa sunt: & idcirco electus es vt per te dimittantur aliena. Nec habebis luctum de quolibet reatu in posterum, qui de multorum conuersione gaudium conaris facere in cœlo. Idem vero conditor & redemptor noster cùm de pœnitentia hominis loqueretur, ait: Ita dico vobis, maius gaudium erit in cœlo super Lucæ.15.
vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis, quibus non opus est pœnitentia. Et si de vno pœnitente grande fit gaudium in cœlo: quale gaudium factum credimus de tanto populo à suo errore conuerso: qui ad fidem veniens, mala quæ egit, pœnitendo damnauit? In hoc itaque cœli & angelorum gaudio repetamus ipsas quas prædiximus voces an-
M gelorum. Dicamus igitur, dicamus omnes, Gloria in excelsis Lucæ.2.
deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Gregorius Aldibergæ reginæ Anglorum. De coniuge eius ad meliora exhortando.
Caput. LIX.

Epist.10. Q Vi post terrenam potestatem regni cœlestis gloriam cupit acquirere, ad faciēdum lucrum creatori suo debet enixius laborare: vt ad ea quæ desiderat, operationis suæ gradibus possit ascendere: sicut vos fecisse gaudemus. Remeantes igitur dilectissimus filius noster Laurentius presbyter, & Petrus monachus, qualis erga reuerentissimum fratrem & coēpiscopum nostrum Augustinum gloria vestra exiterit: quantaque illis solatia vel charitatem impenderit, retulerunt. Et omnipotentem deum benediximus qui conuersionem gentis Anglorum mercedi vestræ dignatus est propitius reseruare. Nā sicut per recordandæ memoriæ Helenam matrem piissimi Constantini imperatoris ad Christianam fidem corda Romanorum accendit: ita & per gloriæ vestræ studium in Anglorum gente ei misericordiam confidimus operari. Et quidem iamdudum glorioſi filij nostri coniugis vestri animos prudentiæ vestræ bono, sicut reuera Christianæ, debuistis inflectere: vt pro regni & animæ suæ salute fidem quam colitis, sequeretur: quatenus

& de eo

A & de eo & per eum de totius gentis conuersione digna vobis in cœlestibus gaudiis retributio nasceretur. Nam postquam, sicut diximus, & recta fide gloria vestra munita, & literis docta est: hoc vobis nec tardum, nec debuit esse difficile. Et quoniam, deo volente, aptum nunc tempus est: agite vt diuina gratia cooperante cum augmento positis quod neglectum est reparare. itaque mentem glorioſi coniugis vestri in dilectione Christianæ fidei adhortatione assidua roborate, vestra illi sollicitudo augmentum in dei amore infundat: atque ita animos eius, etiam pro subiectæ sibi gentis plenissima conuersione succendat, vt & magnum omnipotenti domino de deuotionis suæ studio sacrificium offeratis: & ea quæ de vobis narrata sunt, crescant: & vera esse modis omnibus approbentur: quia bona vestra non solum iam apud Romanos, qui pro vita vestra fortius orauerunt: sed etiam per diuersa loca, & vsque Constantinopolim ad serenissimum principem peruenerunt. Vnde sicut nobis de Christianitatis iustè solatiis lætitia facta est: ita quoque de perfecta operatione vestra angelis fiat gaudium in cœlis. Sic vos in adiutorio supradicti reuerentissimi fratris & coepiscopi nostri, & seruorum dei quos illuc misimus in conuersione gentis vestræ deuotè ac totis viribus exhibete, vt & hic fœliciter cum glorioso filio nostro coniuge vestro regnetis, & post longa annorum tempora futuræ quoque vitæ gaudia, quæ finem habere nesciunt capiatis. Oramus autem omnipotentem deum vt gloB riæ vestræ cor ad operanda quæ diximus, gratiæ suæ igne succendat, & æternæ mercedis fructum vobis de placita sibi operatione concedat.

Gregorius Aldiberto regi Anglorum. Congratulatur de conuersione gentes ipsius. Caput. LX.

Epiſto.60. P Ropter hoc omnipotens deus bonos quosque ad populorum regimina perducit: vt per eos omnibus quibus prælati fuerint, dona suæ pietatis impẽdat. Quod in Anglorum gente factum cognouimus, cui vestra gloria idcirco præposita est: vt per bona quæ vobis concessa sunt, etiam subiectæ vobis genti superna beneficia præstarentur. Et ideo glorioſe fili eam quam accepisti diuinitus gratiam sollicita mẽte custodi. Christianam fidem in populis tibi subiectis extendere festina. Zelum rectitudinis tuæ in eorum conuersione multiplica, idolorum cultus insequere, fanorum ædificia euerte: subditorum mentes in magna vitæ munditia exhortando, terrendo, blandiendo, corrigendo, & boni operis exempla monstrando ædifica: vt illum retributorem habeas in cœlo, cuius nomen atque cognitionem dilataueris in terra. Ipsæ enim vestræ quoque gloriæ nomen etiam posteris glorioſius reddet, cuius vos honorem quæritis & seruatis in gentibus. Sic enim Constantinus quondam piissimus imperator Romanam rempublicam à peruersis idolorum cultibus reuocans, omnipoC tenti domino deo nostro Iesu Christo secum subdidit: seque cum subiectis populis tota ad deum mente conuertit. Vnde factum est, vt antiquorum nomen principum suis vir ille laudibus vinceret: & tanto in opinione prædecessores suos, quanto & in bono opere superaret. Et nunc itaque vestra gloria cognitionem vnius dei patris & filij & spiritus sancti regibus ac populis sibimet subiectis festinet infundere: vt & antiquos gentis suæ reges laudibus ac meritis transeat: & quanto in subiectis suis aliena peccata deterserit: tanto etiam de peccatis propriis ante omnipotentis dei terribile examen securior fiat. Reuerentissimus autem frater noster Augustinus episcopus in monasterij regula doctus, sacræ scripturæ scientia repletus, bonis, auctore deo, operibus præditus: quæque vos admonet, libenter audite, deuotè peragite, studioſè in memoria reseruate: quia si vos eum qui pro omnipotente deo loquitur auditis: idem omnipotens deus hunc pro vobis orantem celerius exaudiet. Si enim, quod absit, verba eius postponitis: quãdo eum omnipotens deus poterit audire pro vobis, quem vos negligitis audire pro deo? Tota igitur mente cum eo vos in feruore fidei stringite: atque adnisum illius virtute quam vobis diuinitas tribuit adiuuate: vt regni sui vos ipse faciat esse participes, cuius vos fidem in regno vestro recipitis, & facitis custodiri. Præterea scire vestram gloriã volumus: quia sicut in scriptura sacra ex verbis domini omnipotentis agnoscimus, præsentis mundi iam terminus iuxtà est: & sanctorum regnum venturum est: quod nullo vnquam poterit fine terminari. Appropinquante autem eodem mundi termino, multa imminent quæ antè non fuerunt: videlicet immutationes aëris, terroréque de cœlo, & contra ordinem temporum tempestatis, bella, fames, pestilentiæ, terræmotus per loca. Quæ tamen non omnia nostris diebus ventura sunt: sed post nostros dies omnia subsequentur. Vos itaque si qua ex his euenire in terra vestra cognoscitis, nullo modo vestrum animum perturbetis: quia ideirco hæc signa de fine seculi præmittuntur, vt de animabus nostris debeamus esse solliciti, de mortis hora suspecti: vt venturo iudici in bonis actibus inueniamur præparati. Hæc nunc glorioſe fili paucis locutus sum, vt cùm Christiana fides in regno vestro excreuerit, nostra quoque apud vos locutio latior excrescat: & tanto plus loqui libeat, quanto se in mente vestra gaudia de gentis vestræ perfecta conuersione multiplicant. Parua autem xenia transmisi, quæ vobis parua non erunt, cùm à vobis beati Petri Apostoli fuerint benedictione suscepta. Omnipotens itaque deus in vobis gratiam suam quam cœpit perficiat, atque & hic vitam vestram per multorum annorum curricula extendat: & post longa tempora in cœlestis vos patriæ congregatione recipiat.

D

Gregorius Quirino episcopo & cæteris episcopis in Hybernia catholicis. De his qui ab hæreticis in trinitatis nomine baptizantur non rebaptizandis, qui in Occidente per manus impositionem, chrismate verò in Oriente, sanctæ Ecclesiæ reconciliantur. De his verò qui in trinitatis nomine non baptizantur rebaptizandis. Scribit etiam de sancta Maria quare dicatur mater & ancilla. Et de hæreticis reuersis quid promittere debeant. Caput. LXI.

E

Epiſto.61. Q Via charitati nil longè est: quos diuidunt loca, iungat epistola. Lator itaque præsentium ad beati Petri Apostolorum principis Ecclesiam veniens, fraternitatis vestræ se asseruit ad nos epistolas accepisse: eásque in Hierosolymorum vrbe cum rebus quoque aliis perdidisse. In quibus, sicut ipse ait, studuistis inquirere, sacerdotes ac plebes quę Nestorianæ hæreseos errore confusæ sunt: cùm ad matrem electorum omnium catholicam Ecclesiam reuertuntur, vtrum baptizari debeant, an certè solius veræ fidei confessione eiusdem matris Ecclesiæ visceribus adiungi. Et quidem ab antiqua patrum institutione didicimus: vt quilibet qui apud hæresim in trinitatis nomine baptizantur, cùm ad sanctam Ecclesiam redeunt, aut vnctione chrismatis, aut impositione manus, aut sola professione fidei ad sinum matris Ecclesiæ reuocentur. Vnde Arianos per impositionem manus Occidens: per vnctionem verò sancti chrismatis ad ingressum sanctę Ecclesiæ catholicæ Oriens reformat. Monophysitas verò & alios ex sola vera confessione recipit: quia sanctum baptisma quod sunt apud hæreticos F consecuti, tunc in eis vires emundationis accipit: cùm vel illi per impositionem manus spiritum sanctum acceperint, vel isti per professionem veræ fidei sanctæ & vniuersalis Ecclesiæ visceribus fuerint vniti. Hi verò hæretici qui in trinitatis nomine minimè baptizantur, sicut sunt Bonosiaci & Cataphrygæ: quia & illi Christum dominum non credunt & isti sanctum spiritum peruerso sensu esse quendam prauum hominem Montanum credunt, quorum similes multi sunt, illi cùm ad sanctam Ecclesiam veniunt, baptizantur: quia baptismum non fuit quod in errore positi in sanctæ trinitatis nomine minimè perceperunt. Nec potest hoc ipsum baptisma dici iteratũ: quod, sicut dictum est, in trinitatis nomine non erat datum. Nestoriani verò quia in sanctæ trinitatis nomine baptizantur: sed eos Iudaicæ perfidiæ similes, incarnationem vnigeniti non credentes, suæ hæreseos error obscurat: ad sanctam Ecclesiam catholicam venientes de veræ fidei firmitate & confessione docendi sunt: vt vnum eundémque dei & hominis filium, deum dominum nostrum Iesum Christum credant, ipsum existentem in diuinitate ante secula, & ipsum factum hominem in fine seculorum: quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Verbum verò Ioan.1. carnem dicimus factum, non immutando quod erat, sed suscipiendo quod non erat. Incarnationis enim suæ mysterio vnigenitus patris nostra auxit, sua non minuit. Vna itaque persona

De consec. dist. 4. ca. Ab antiqua.

De consec. dist. 4. ca. His verò.

G est verbum & caro, sicut ipse ait: Nemo ascendit in cœlum nisi
Ioan.3. qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo. Qui filius
dei in cœlo, erat filius hominis qui loquebatur in terra. Hinc Io
1.Ioan.5. annes ait: Scimus quia fili⁹ dei venit, & dedit nobis sensum. Qui
nobis quem sensum dederit, ilicò subiungit: Vt cognoscamus
verum deum. Quem hoc loco verum deum insinuat, nisi patrem
omnipotentem? Sed quid etiam de omnipotente filio sentiat ad-
iungit. Et simus in vero filio eius Iesu Christo. Ecce ait verum
deum patrem, verum eius filium Iesum Christum. Quem ve-
Ibidem. rum filium quid esse sentiat, apertius ostendit. Hic est inquit,
verus deus & vita æterna. Si igitur iuxta errorē Nestorij alius
verbum, atque alius esset homo Iesus Christus, qui verus est ho
mo, vtique verus deus non esset & vita æterna. Sed vnigenitus fi
lius verbum ante secula factus est homo. Hic est ergo verus de⁹
& vita æterna. Certè cùm hunc sancta virgo conceptura esset,
Luc.1. & loquentem ad se angelum audiret, ait: Ecce ancilla domini,
fiat mihi sicut dicis. Quæ cùm eum concepisset, & ad Helizabeth cognatam suam pergeret, ab eadem Helizabeth protinus audiuit. Vnde ego digna, vt mater domini mei veniat ad me? Ecce eadem virgo, & ancilla domini dicitur, & mater. Ancilla enim domini, quia verbum ante secula vnigenitus æqualis est patri. Mater verò, quia in eius visceribus ex sancto spiritu eiúsque carne factus est homo. Nec alterius ancilla, alterius mater: quia dum vnigenitus dei existens ante secula, ex eius vtero na-
H tus est homo, inuestigabili miraculo facta est ancilla hominis per diuinitatem, & mater dei per carnem. Non autem prius in vtero virginis caro concepta est, & postmodum diuinitas venit in carnem: sed mox vt verbum venit in vtero, mox verbum seruata propriæ virtute naturæ factum est caro. Et perfectus homo, id est, in veritate carnis & animæ rationalis, natus est per vterum virginis vnigenitus filius dei. Vnde & vnctus præ par-
Psal.44. ticipibus dicitur: sicut Psalmista ait: Vnxit te deus deus tu⁹, oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Vnctus quippe est oleo, dono videlicet spiritus sancti. Sed præ consortibus vnctus est, quia omnes nos prius peccatorꝰ homines existimus, & postmodum per vnctionem sancti spiritus sanctificamur. Ipse autem qui existens deus ante secula, per sanctum spiritū in vtero virginis homo cōceptus est in fine seculorum: ibi ab eodem spiritu vnctus est, vbi conceptus. Nec antè conceptus, & postmodum vnctus est: sed hoc ipsum de spiritu sancto ex carne virginis concipi, à sancto spiritu vngi fuit. Hanc ergo natiuitatis eius veritatem quicunque à peruerso errore Nestorij reuertuntur, coram sancta fraternitatis vestræ congregatione fateantur: eundem Nestorium cum omnibus sequacibus suis reliquas hæreses anathematizantes. Venerandas quoque synodos quas vniuersalis Ecclesia recipit, se recipere & venerari promittant: & absque vlla dubitatione sanctitas vestra seruatis eis propriis ordinibus in suo cœtu recipiat: vt dum & per sollicitudinem occulta mentis
I eorum discutitis, atque eos per veram scientiam recta quæ tenere debeant, docetis, & per mansuetudinem eis nullam contrarietatem vel difficultatem de propriis suis ordinibus facitis eos ab antiqui hostis ore rapiatis. Et tanto vobis apud omnipotentem deum æternæ gloriæ crescat retributio, quanto multos colligitis, qui vobiscum in domino sine fine glorientur. Sancta itaque trinitas orantes pro nobis sua vos protectione custodiat, vobisque in amore suo dona adhuc multipliciora concedat.

Gregorius Aregio episcopo Galliæ. Candidum presbyterum commendat. Caput. LXII.

Epist.62. IN quanta apud nos memoria fraternitatis vestræ sit
I charitas, cordis vestri secretum requirite, & ex eo quem circa nos habet amorem colligetis. Et quoniã sincera in dilectione, nec vires absentia, nec locum habet obliuio, ita sibi sæpius imaginata fraternitatis vestræ presentia mẽs nostra reficitur: ac si corporeis vos oculis coram siti cernamus, quia nec abesse credendus est, qui per dilectionis vinculũ animis inhæret. Quia ergo tanta in vobis sacerdotalis grauitatis ornamenta conspeximus: vt de vestro omnino instituto vel moribus lætaremur, multa animis nostris de sollicitudine vestra promittimus. Vnde quia sic ea quæ dei sunt, agitis: sic in commissi vobis gregis custodia vigilatis, vt tamen ea quæ ex late-
re sunt, prudenti moderamine dispensetis, latorem vobis præ- K
sentium Candidum presbyterum communem filium commendamus: vt opem illi in quibus necesse fuerit, pro vtilitate pauperum impendatis: quatenus dum fraternitatis vestræ fuerit, sicut confidimus, fultus auxilio, in eius vos consolatione nos inuenisse sentiat.

Gregorius Virgilio episcopo Arelaten. Augustinum episcopum commendat. Caput. LXIII.

VAntus sit affectus venientibus sponte fratribus im- *Epist.63.*
Q pendendus, ex eo quod plærunque solent charitatis causa inuitari, agnoscitur. Et ideo si communem fratrem Augustinum, episcopum ad vos venire contigerit, ita illum dilectio vestra sicut decet affectuosè dulcitérque suscipiat, vt & ipsum consolationis suæ bono refoueat, & alios qualiter fraterna charitas colenda sit doceat. Et quoniam sæpius euenit, vt hi qui longè sunt positi, prius ab aliis quæ sunt emendanda cognoscant: si quas fortasse fraternitati vestræ sacerdotum vel aliorum culpas intulerit, vnà cum eo residentes subtili cuncta inuestigatione perquirite. Et ita vos in ea quæ deum offendunt, & ad iracundiam prouocant, districtos ac sollicitos exhibete: vt aliorum emendationem & vindictam culpabilem feriat, & innocentem falsa opinio non affligat.

Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum. De simoniaca hæresi eradicanda. Caput. LXIIII. L

VM scriptum sit, iustitia eleuat gentem, miseros au- *Epist.64.*
C tem facit populos peccatum: tunc regnum stabiliri creditur, cum culpa quæ cognoscitur, citius emendatur. Multorum igitur ad nos relatione peruenit, quod dicere sine afflictione cordis nimia non valemus, ita quoldam sacerdotes in illis partibus impudicè ac nequiter conuersari, vt & audire nobis opprobrium, & lamentabile sit referre. Ne ergo postquam huius nequitiæ hucusque se tetendit opinio, aliena prauitas, aut nostram animam, aut regnum vestrum peccati sui iaculo feriat, ardenter ad hæc debemus vlciscenda concurrere, ne paucorum facinus multorum possit esse perditio. Nam causa sunt ruinæ populi, sacerdotes mali. Quis enim pro populi se peccatis intercessor obiiciat, si sacerdos qui exorare debuerat, grauiora committat? Sed quoniam eos quorum est locus hæc insequi, nec sollicitudo ad requisitionem, nec zelus excitat ad vindictam: scripta ad nos vestra discurrant: vt personam si præcipitis cum vestræ auctoritatis assensu transmittamus, quæ vnà cum aliis sacerdotibus hæc & subtiliter quærere, & secundum deum debeat emendare. Nec enim sunt dissimulanda quæ dicimus: quia qui emendare potest & negligit, participem se proculdubio delicti constituit. Prouidete ergo animæ vestræ, prouidete nepotibus quos cupitis regnare fœliciter, prouidete prouinciis: & priusquam creator noster manum suam ad feriendum excutiat, de correctione huius sceleris studiosissi- M
mè cogitate: ne tanto postmodum acrius feriat, quanto modo diutius & clementer expectat. Scitote autem, quia deo nostro magnum sacrificium placationis offertis, si tanti labem facinoris de vestris citius finibus amputatis.

Gregorius Candido presbytero Galliæ. Aurelium presbyterum commendat. Caput. LXV.

ATor præsentium filius noster Aurelius presbyter à *Epist.65.*
L Galliarum partibus veniens petiit, vt si cubi in possessionibus beati Petri Apostolorum principis, oratorium aut locus qui presbytero vel abbate indiget, inueniri potuerit, ei debeat committi: quatenus & ipse subsidium vitæ præsentis inueniat, & nos inueniamur petitioni illius paruisse. Proinde dilectioni tuæ eum omnibus modis commendamus: vt in quo vsus exegerit, tua dilectio cōcurrat, & scriptorum nostrorum illic solatium inueniat.

Gregorius Anthemio subdiacono. De Hilario criminatore Ioannis non punito. Caput. LXVI.

VM fortius punienda sint crimina quæ insontibus, & *Epist.66.*
C maximè sacris ordinibus ingeruntur, quàm sitis culpabiles omnes qui in causa Ioannis diaconi resedistis, attendite, vt Hilarium criminatorem ipsius nulla ex definitione

tione

A sione vestra pœna veniens castigaret. Nec illud ad excusationem vestram credatis esse idoneum, quòd vobis quasi iudicare volentibus, solus frater & coepiscopus noster Paschasius dicitur distulisse. Nam si zelus in vobis rectitudinis viguisset, facilius vni à multis rationabiliter suaderi, quàm multi ab vno poterant sine causa differri. Quia ergo tantæ nequitiæ malum sine digna non debet vltione transire, suprascriptum fratrem Paschasium volumus admoneri, vt eundem Hilarium prius subdiaconatus quo indignus fungitur, priuet officio: atque verberibus publicè castigatum faciat in exilium deportari: vt vnius pœna, multorum possit esse correctio. Cuius si forte lenitatem diaconij sui adhuc opinio lacerata non commouet, & in hoc, quod non credimus, torpens extiterit, experientia tua hæc quæ diximus faciat, & de illius nobis neglectu renunciet. Hortandus præterea idem frater ex nostro mandato est, vt se in omnibus vigilantem exhibeat, & Ecclesiæ suæ amplius disciplinam non negligat, ne & peccatum de his qui ei commissi sunt sustineat, & nos contra se vehementer stimulet, si in officij sui cura, quod non optamus, incautus vel lentus extiterit. Volumus autem vt memoratus frater noster Paschasius, & vicedominum sibi ordinet, & maiorem domus: quatenus possit vel hospitibus superuenientibus, vel causis quæ eueniunt, idoneus & paratus existere. Si verò & negligentem eũ prospicis, & ea quæ diximus implere differentem, omnis clerus eius adhiberi debet, vt communi consilio ipsi eligant, quorum
B personæ ad ea quæ prædiximus valeant ordinari.

Gregorius Agapito abbati. De monasterio Marciano, illius monasterio coniungendo.
Caput. LXVII.

Epist. 67. -N E rebus venerabilibus vel quandolibet culturæ desit officium, nostra debet sollicitè cura prospicere. Quia igitur monasterium quod in fundo Marciano prouinciæ Campaniæ situm est, ita hostilitate faciente à congregatione funditus dicitur desolatum, vt ne vnus exinde monachus, qui aliquam illic sollicitudinem vel curam debeat adhibere, remanserit: tuo illud monasterio cum omnibus rebus suis, vel quæ ei cõpetunt actiones, vtile prospeximus vniendum, vt res eius tenendi vel à detinentibus vendicandi libera tibi sit, & sine aliqua dubietate licentia. In quo etiam studij tui sit monachos deputare, qui illic tempore quo interuallum de hoste fuerit, & opus dei celebrare, & decenter debeant deseruire. Nec aliqua illud præsumas excusatione negligere: quod ideo curæ tuæ, vt sollicitudinem illic debeat adhibere committitur. Ipsum autem monasterium sic tuæ nos ordinationi commisisse cognoscas: vt tamen iurisdictionem illic non episcopus Surrentinarum in cuius ciuitate monasterium tuum est, sed Nucerinus cuius est diœcesis habeat. Nam sic huius loci ordinationem disponimus, vt tamen iura sua singulis episcopis inuiolata seruemus.

C

Gregorius Mariniano abbati. De Ecclesia sancti Georgij restauranda. Caput. LXVIII.

Epi. 68. Q Via Ecclesiam sancti Georgij positam in loco qui ad sedem dicitur, minorem quàm oportet diligentiam habere cognouimus: vtile esse prospeximus, quoniam monasterium tuum eidem Ecclesiæ noscitur esse coniunctum, eius tibi curam committere: hortantes vt & sollicitudinem illic congruam studeas adhibere, & psalmodiæ officium solẽniter exhiberi facias. Et quia Ecclesiam ipsam reparatione certum est indigere: volumus vt quicquid illuc accedere potuerit, ipse accipere, atque in eius reparationem, vt præuideris, debeas erogare. Hanc verò sollicitudinis curam, quam tibi huius pagina præcepti mandauimus: tam te quàm etiam successores tuos qui monasterij regimen deo auctore susceperint, exhibere: & quæ constituimus per omnia, volumus obseruare.

Gregorius Eusebio episcopo Thessaliæ. De peruersitate Andreæ monachi. Caput. LXIX.

Epi. 69. L Ator præsentium Theodorus Ecclesiæ vestræ lector ad sanctorum Apostolorum limina veniens, dum omnes, vt homo quippe nouus, haberet incognitos: Andreæ monacho qui ad sanctum Paulum inclusus fuerat, res & D chartas quas detulit, vt reuera olim noto, innocenter deposuit: credens quidem, quia mens ipsius, sicut & nos antè habueramus, cum habitu concordaret. Sed tantæ ille prauitatis est inuentus: vt si eius stultitiæ sub inclusionis specie paulo adhuc amplius licuisset, multorum animas malitiæ suæ falsitate deciperet: & quocunque potuisset, non leuia scandala generaret. Nam inter alia quæ idem Andreas cogitauit pessimè, & fecit: eam quoque quam ad nos misistis, dum apud ipsum à præfato lectore esset deposita, ita falsauit epistolam: vt quicunque eam legeret, vos nec catholica, nec recta sapere euidenter argueret. Ex qua re contigit, vt dum veritatem studiosè quereremus, eius quæ latebat iniquitas vulgaretur. Et tanta in eo reperta sunt, quanta nec de scelerato quocunque laico crederentur. Et quia inter diuersa mala aliquos etiam sermones scripsit, atque eos ex nostro nomine titulauit & suspecti sumus ne eos alicubi transmiserit, fraternitas vestra sollicitudinem gerat: & si quid tale repererit, eos & rescindi, & omnino faciat aboleri: vt quod imperitus literarum, & scripturæ diuinæ nescius, nostro, sicut diximus, nomine prænotauit, quorundam animos non possit inficere. Nam nos nec Græcum nouimus, nec aliquod opus aliquando Græcè conscripsimus. Alia verò mala ipsius, vel quid de eo à nobis in concilio E statutum sit, antedicti portitoris, quem fraternitati vestræ commendamus in omnibus: quia præsens inuentus est, relatione cognoscite. Hortamur præterea atque admonemus, vt communem filium Lucam presbyterum de quo populus, quantum dicitur, non modica suspitione mordetur, publicè de se satisfacere, & fidem suam moneas confiteri, atque sanctas synodos quas Apostolica veneratur Ecclesia, se suscipere, & sequi modis omnibus fateatur, atque inter alia Nestorium & Seuerum ac sequaces eorũ specialiter anathematizando condemnet: vt hac satisfactione in filiorum vestrorum cordibus nullum per illius occasionem contra vos possit scandalum remanere. Quod si fortè, quod non credimus, facere hoc aliqua excusatione distulerit, nihil vobis cum illo commune sit, sed à familiaritate atque communione segregandus est. Nam sicut antè iam scripsimus, melius est de ouili dominico morbosam ouem eiicere, quàm vnius vitio sanas amittere. Hæc igitur frater charissime diligenter attende: & ita stude, vt & filios vestros vnitos ac deuotos, sicut decet, habere possis: & hac de causa denuo ad nos querela non redeat. Latorem verò præsentium, vt præfati sumus, in omnibus commendamus: qui quoniam à malo monacho prius innocenter deceptus est, & postmodum in coniunctione eius fortiter perstitit: laboris sui retributionem hic apud vestram fraternitatem inueniat, quanuis quia in æterna ei patria compensetur, certus existo. Si autem rursus ad orationẽ huc ad sanctos Apostolos venire voF luerit, eum fraternitas vestra sine aliqua mora transmittat.

Gregorius Aurelio ex Francis. De morte fratris eius. Caput. LXX.

Epi. 70. Vdito dulcissimi filij mei fratris vestri transitu, quo
A sim mœrore perculsus, epistolaris non valet explere locutio. Sed omnipotentem deum rogo, vt suæ vos gratiæ aspiratione consoletur: vósque & à malignis spiritibus, & à peruersis hominibus cœlesti protectione custodiat. Nam si quos post illius obitum tumultus quorundam aduersantium sustinetis, nolite mirari. Si vos frui bonis in terra vestra, id est in terra viuentium, quæritis, mala hominum in terra aliena portare debetis. Peregrinatio quippe est vita præsens: & qui suspirat ad patriam, ei tormentum est peregrinationis locus, etiam si blandus esse videatur. Vobis autem qui patriam quæritis inter suspiria quæ habetis, etiam gemitus audio humanæ oppressionis exurgere. Quod mira omnipotentis dei dispensatione agitur: vt dum veritas per amorem vocat, mundus præsens à seipso animum vestrum per tribulationes quas ingerit, repellat: tantóque facilius ab amore huius seculi mens exeat, quanto & impellitur dum vocatur. Itaque quod cœpistis, hospitalitatis curam impendite. In oratione & lachrymis instantissimè laborate. Eleemosynis, quas semper amastis, iam nunc largius atque vberius operam date: vt tanto pòst in retributione crescat vobis fructus operis, quanto hic excreuerit studium laboris.

Gregorius Mellito abbati. Dat mandata Augustino episcopo porrigenda.

Caput.LXXI.

Epist.71.

POst discessum congregationis nostræ quæ tecum est, valde sumus suspensi redditi, quia nil de prosperitate vestri itineris audisse nos contigit. Cùm verò vos deus omnipotens ad reuerentissimum virum fratrem nostrum Augustinum episcopum perduxerit: dicite ei quòd diu mecum de causa Anglorum cogitans tractaui, videlicet quia fana idolorum destrui in eadem gente minimè debeant: sed ipsa quę in eis sunt, idola destruantur. Aqua benedicta fiat, in eisdem fanis aspergatur, altaria construantur, reliquiæ ponantur: quia si fana eadem bene constructa sunt, necesse est vt à cultu dæmonum in obsequium veri dei debeant commodari: vt dum gens ipsa eadem fana sua non videt destrui, de corde errorem deponat, & deum verum cognoscens, ac adorans, ad loca quæ consueuit, familiarius concurrat. Et qui boues solent in sacrificio dæmonum multos occidere, debet his etiam hac de re aliqua solennitas immutari: vt die dedicationis vel natalicio sanctorum martyrum quorum illic reliquiæ ponuntur, tabernacula sibi circa eadem Ecclesias, quæ ex fanis commutatæ sunt, de ramis arborum faciant, & religiosis conuiuiis solennitatem celebrent. Nec diabolo iam animalia immolent, sed ad laudem dei in esu suo animalia occidant, & donatori omnium de satietate sua gratias referant: vt dum eis aliqua exterius gaudia reseruantur, ad interiora gaudia consentire facilius valeant. Nam duris mentibus simul omnia abscindere impossibile esse non dubium est: quia is qui locum summum ascendere nititur, gradibus vel passibus non autem saltibus eleuatur. Sic Israëlitico populo in Aegypto dominus se quidem innotuit: sed tamen eis sacrificiorum vsus, quos diabolo solebat exhibere, in cultu proprio reseruauit, vt eis in sacrificio suo animalia immolare præciperet: quatenus commutantes aliud de sacrificio amitterent, aliud retinerent: vt etsi ipsa essent animalia quæ offerre consueuerat: veruntamen deo hæc & non idolis immolarent, iam sacrificia ipsa non essent. Hæc igitur dilectionem tuam prædicto fratri necesse est dicere: vt ipse in præsenti illic positus perpendat qualiter omnia debeat dispensare.

Festa paganorũ qualiter sensim in Christi. mutũ cõmutari debeant.

Gregorius Claudio abbati. Præcipit vt Romam quantocyus veniat.

Caput.LXXII.

Epi.72.

ENiente viro reuerentissimo Seuero episcopo, tuam quoque dilectionem credidi ad beati Petri Apostolorum principis limina pariter venire: quia & ita mihi fuerat nunciatum, & valde ex eodem nuncio lætabar. Sed credo te occupationibus monasterij præpeditum, & idcirco ad me minimè veniſſe. Epistolas verò quas dilectio tua ante hoc tempus transmiserat accipiens, sicut voluisti, secretò relegi. Sed de tribus personis de quibus scripseras, nihil vidi esse posibile: de ea maximè persona quæ hic apud me fuit, non suspicor posse aliquid tale vtiliter fieri: quæ aut naturæ simplicitate, aut negligentia torpere mihi visa est. Et ideo dilectio tua si quid valet illic requirat, & sollicitè disponat, atque ad me veniat. Si verò venire non valet, vel post aliquantum temporis venire debet: vt vsque ad quinque vel sex menses, si vita comes fuerit, mecum faciat, & postea ad propria reuertatur. Omnipotentis dei gratia ab omni te aduersitate custodiat.

Gregorius Petro episcopo Hidruntino. De reliquiis sancti Leucij.

Caput.LXXIII.

Epist.73.

PPortunus abbas monasterij sancti Leucij, quod in quinto Romanæ vrbis miliario situm est: sanctuaria eiusdem martyris quæ de Ecclesia nominis ipsius dicata, vt astruit, furto ablata sunt, sibi denuo postulat debere concedi, vt in loco eodem recondãtur. Et ideo frater charissime, quia eiusdem beatissimi martyris corpus in Brundusij Ecclesia, cui visitationis impendis officium, esse dinoscitur: præfati viri desideriis ex nostra te præceptione conuenit obedire, vt in deuotione quam postulat, sortiatur effectum.

Gregorius Bonifacio defensori Corsicæ. De Aleria atque Adiacio ciuitatibus sine episcopis.

Caput.LXXIIII.

Epist.74.

EXperientia tua non sine culpa est, quòd Aleriam atque Adiacium ciuitates Corsicæ diu sine episcopis esse cognoscens, clerum & populum earum ad eligendum sibi sacerdotem distulerit commonere. Quæ quoniam sine proprio amplius non debent esse rectore præsenti auctoritate suscepta, clerum & populum singularum ciuitatum hortari festina, vt inter se dissentire non debeant: sed vno sibi consensu, vnaquæque ciuitas consecrandum eligat sacerdotem. Et facto decreto ad nos is qui fuerit electus, adueniat. Si autem in vno consentire noluerint, sed in duorum se electione diuiserint: similiter decretis ex more ad nos factis adueniant, vt requirentes de vita actu & moribus eorum: is qui vtilior visus fuerit, ordinetur. Quia verò multi illic pauperes opprimi ac pati præiudicium perhibentur: experientia tua sollicitudinem gerat, & grauari eos contra iustitiam non permittat: sed ita studeat, vt nec agentes contra rationem impediri, nec hi contra quos agitur, iniustè valeant dispendium sustinere. Præterea peruenit ad nos, quòd quidam clericorum te illic posito à laicis teneantur. Quod si ita est, tuæ hoc culpæ noueris reputari: quia hoc fieri si homo esses, non habuit. Et ideo de cætero sollicitudinem te habere necesse est, vt hoc fieri non permittas: sed si quis contra clericum causam habuerit, episcopum ipsius adeat. Qui si fortè suspectus fuerit, executor vel ab ipso: aut si & hoc actor refugerit, à tua est experientia deputandus, qui partes sibi mutuo consensu iudices compella eligere. A quibus quicquid fuerit definitum, ita vel tua vel episcopi sollicitudine, seruata lege, modis omnibus complea tur, vt non sit vnde se possint litigiis fatigare.

Gregorius Barbaræ & Antoniæ. De eo quòd eas commendauerit Ioanni episcopo, & Romano defensori. Et de xenio ab eis sibi transmisso.

Caput.LXXV.

Epist.75.

VSceptis epistolis vestris, omnimodo cognita vestra sospitate lætatus sum, atque omnipotentem deum deprecor, quòd vos & à malignis spiritibus in cogitatione, & à peruersis hominibus atque ab omni contrarietate sua protectione custodiat: sicque vos cum timoris sui gratia dignis coniunctionibus ordinet, vt omnes nos in vestra ordinatione lætificet. Vos autem dulcissimæ filiæ in eius adiutorio spem vestram ponite, & sub vmbra defensionis illius semper, & orando, & bene agendo malorum hominum insidias declinate. Quæcunque enim humana solatia vel aduersitates fuerint, nulla sunt, nisi aut eius gratia protegat, aut eius offensa perturbet. In nullo igitur hominum spem ponatis, sed totam mentem in fiducia dei patris omnipotentis adstringite. Nobis ergo dormientibus, ille vos protegat: de quo scriptum est: Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israël. Quia autem ad beati Petri Apostolorum principis limina festinare vos dicitis: opto vos nimis, & æstuantis animi desiderio expecto, vt dignis meritis iunctas vos in eius Ecclesia videam: quatenus & vos de me solamen aliquãtulum, & ego de vestri præsentia non paruam lætitiam acquiram. Viro autem reuerentissimo fratri meo episcopo Ioanni, & Romano defensori causas vestras studui commendare: vt quæ cœperunt, deo auctore debeant perficere. Xenium autem vestrum duas racanas, quos de labore vestro esse mandastis, libenter accepi. Sed tamen cognoscite, quia non mihi mandatum credidi. Nam vos de labore alieno laudem quæritis, quia fortasse adhuc ad fusum manum nunquam misistis. Nec tamẽ me res ista contristat, quia opto vt sanctam scripturam legere ametis: vt quandiu vos omnipotens deus viris coniunxerit, sciatis qualiter viuere, & domum vestram quomodo disponere debeatis.

Psal.120.

Finiunt epistolæ Indictionis quartæ.

LIBER

A

LIBER DECIMVS.

Incipiunt epistolæ indictionis quintæ ex Registro beati Gregorij papæ.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei, Dominico Carthaginensi de exhortatione pastorali.

Caput.I.

Epist.1. QVàm copiosa cordis vestri sit charitas, lingua interprete demonstratis: dum sicut eius suauitate epistolarum vestrarum verba conditis, vt dulce & iocũdum sit omne quod scribitis. Vnde fit, vt fraternitatem vestram quam corpore non possumus, dilectionis brachiis amplectamur. Nam quod animis concordibus longitudo negat itineris, præstat officium charitatis. Et quoniam sicut amantissimorum fratrum sanitate reficimur, ita ægritudine contristamur: omnipotenti deo gratias agimus, qui mœstitiam nostram nuncio consolatus est prosperorum. Qui audientes vos infirmitatem grauissimam incurrisse, priusquam scripta vestra suscepissemus, maiori tristitia tenebamur. Sed quando de periculo mor-
B tis eripimur, ad quid frater charissime reseruemur, incertũ est. Inducíarum ergo tempus ad vtilitatem animæ conuertamus: & posituri venturo iudici rationes, causam nostram apud eum lachrymis & operibus muniamus: vt securitatem de his quæ gessimus, accipere mereamur. Nam & in causis secularibus ad hoc frequenter benignus concedit iudex inducias, vt qui antè paratus non fuerat, postmodum paratus ad iudicium veniat. Et quale est, si quod *in* terrenis iudiciis custodimus, pro salute animæ negligamus? Et ideo quia iuxta Ioannis apostoli vocem: nullus sine peccato est, cogitationum illecebras, linguæ incontinentiam, delictorum opera ad memoriam reuocemus: & dum licet, magno pulsatu iniquitatum nostrarum maculas deleamus: vt iustus & pius redemptor noster, non iuxta merita nostra vindictã exerceat, sed secundum misericordiam suam flectatur ad veniam. Et quia officium nostrum sua solum flere non sufficit, nisi & de alienis sollicitudinem gesserit, curam *in* commissi gregis custodia studiosius impendamus: & suadendo: hortãdo, terrendo, prædicando, inquantum superna clementia vires donat, officium implere opere festinemus: vt desideratum, creatore nostro largiente, præmium expectemus. Sed quia boni aliquid operari sine diuino auxilio non valemus, iunctis omnipotentem deum dilectissime frater precibus exoremus: vt in mandatorum suorum viam cum commisso grege gratia sua duce nos dirigat, atque ipse nobis & intelligere & agere quæ sibi placita sunt, concedat, qui misericordiæ suæ dono nomen nos voluit habere pastorum. Præ-
C terea ex transmissione vestræ sanctitatis, beati Agilegi martyris benedictionem ea charitate qua nobis est à vobis trãsmissa percepimus.

Gregorius Anthemio subdiacono. De Matthæo viro clarissimo. *Caput.II.*

Epist.2. QVotiens digna consideratione, sustentationis causa, aliqua merentibus conceduntur, & deum lætificant, & ipsum ditant sine dubio largientem. Ideo experientiæ tuæ hac auctoritate præcipimus, quatenus Matthæo viro clarissimo scholastico duodecim solidos dare non differas, quos tuis scito rationibus proculdubio imputandos. Ita ergo cum gratiarum actione iussionem nostram festina implere, vt nulla accipientem possit fatigare dilatio.

Gregorius Anthemio subdiacono. De puero quodã de transmarinis edũcto. *Caput.III.*

Epist.3. LAtor præsentium Gallus Nauclerus oblata nobis petitione noscitur intimasse, asserens puerum se quendã de Siciliæ partibus venientem orationis gratia ad Cãpaniæ partes perduxisse, qui in Messenati portu coniungens illic in monasterio conuersationis causa sese retinuit. Quem cùm hic de conditione sua pro sui periculo diligenter inquireret: quantum astruit, iurisiurandi interueniente vinculo, liberum se, D nullíque conditioni obnoxium publica voce professus est. Pro quo ab actionariis publicis se remeantem queritur esse constrictum: impetentibus cur seruum iuris publici furtim de illis partibus auferre præsumpserit. Qui post illata sibi damna captionis, se quoque ostendit obstrictum, vt eundem puerum ad partes illas, quibus valeret viribus, reuocaret. Vnde pietatis causa permoti, hoc experientia tua nos decreuisse cognoscat, vt ad Panormitanas partes vbi res agitur, ipsum mancipium, licet iam monachi habitum sumpserit, debeat reuocare: eúmque Fantino defensori nostro contradere: vt ipse quid de eo fieri debeat, secundum præceptionis nostræ seriem, cuius & te quoque textus poterit informare, subtiliter exequatur. A latore ergo præsentiũ experientiam tuam volumus fideiussionem accipere, qui mancipium ipsum in sua à te manu susceptens, illic tibi in Neapolitana ciuitate pro eo scriptis euidenter spondeat, quòd illum Fantino defensori nostro sine aliqua excusatione contradat: vt hac præueniente cautela, & precator liber à cautionis suæ reddatur vinculo, & causa mancipij, sicut constituimus, auxiliante domino disponatur.

Gregorius Fantino defensori militum. De causa Maurentij Magistri E *Caput.IIII.*

Epist.4. LOriosissimus filius noster Maurentius magister militum, causam se de Massa Getina cõtra Panormitanam
G Ecclesiam habere queritur, & ad hoc latorem præsentium facto mandato transmisit, quòd debeat sine excusatione aliqua terminari. Ideoque experientia tua reuerẽtissimum fratrem, & coẽpiscopum Victorem nostrum, seruato honore commoneat, vt aut pacificè causam ipsam sine dilatione studeat terminare: aut certè si vtilius sibi esse crediderit eam iudicio diffiniri, omni mora cessante vice sua personam legaliter instituat, quæ de eadem massa apud gloriosissimum filium nostrum dominum Patricium, & experientiam tuam debeat subire iudiciũ, vt causa possit, cognita veritate, distingui: aut certè alios sibi, si partes voluerint, te imminente eligat cognitores. Et quicquid mediis sacrosanctis Euangeliis ab eis fuerit statutum: ita lege seruata tua volumus ad effectum executione perduci, vt nihil inter partes remaneat, vnde post hæc rediuiuo possint litigio fatigari.

Gregorius Mariniano episcopo Rauennæ. Homines Maurẽtij commendat. *Caput.V.*

Epist.5. OStquam glorioſissimo filio nostro Maurentio hoc
P apud vos solum potest sufficere, quòd eum nostrum esse proprium non nescitis, qualiter ei à vobis sit con- F currendum, scribere non debemus. Sed ne data occasione, fraternitatem vestram in causa ipsius prætermittere videamur: latores præsentium commendantes hortamur, vt quia eos pro percipiendo precario suo illuc noscitur transmisisse, vestra ope in omnibus fulciatur. Cui, vt melius præstare possitis, quia vos in multis esse non est dubium occupatos, Mennam notarium qui bene nouit esse sollicitus deputate, vt ipse eos vestro nomine, in cunctis vbi necesse fuerit, studeat adiuuare: quia quid agere debeant, dato sibi capitulari, vt perhibent, sunt instructi. Cúmque ego sanctitatem vestram sua in præsenti relatione informauerim: ita vos in eius causis impendite, vt sicut & nos de fraternitate vestra certi sumus, & ille omnino confidit, vobis suffragantibus vtilitas ipsius, deo adiutore, salubriter peragatur.

Gregorius Theodorico curatori. Maurentium magistrum militum commendat. *Caput.VI.*

Epist.6. VIa sic de gloria vestra, sicut de charissimo reuera filio
Q omnino præsumimus, certi de vobis eos qui nostri sunt, commendamus. Ob quam rem paterno salutantes affectu, quæsumus: vt præsentium portitoribus, quos gloriosissimus Maurentius magister militum ad precarium suum accipiendum transmisit, vestram tuitionem impartire dignemini: quatenus vobis patrocinantibus, nec moram illic contra rationem, nec laborem debeant sustinere: sed quicquid prædicto viro gloriosissimo competit, glorię vestræ opitulatione sine difficul-

G tate percipiat,vt & ipse nostris amplius sit deuotus obsequiis,& nos pro eo referre gratias,sicut dignum est,valeamus.

Gregorius Sauinellæ. De eleemosyna sæpius faciendæ. Caput.VII.

Epist.7. Atis me gloriosa filia operationis tuæ audita bona lætificant,quòd illa agere perhiberis:per quæ dum egẽtibus misericorditer subuenis,ipsa misericordiam cõsequaris:& alios temporaliter nutriendo,bonis in æternum cœlestibus satieris.Et ideo quia fidelis est cui credis,secura commoda,ea quæ tribuis, vt in die retributionis recipias quod impendis.Ait nanque egregius prædicator :Scio cui credidi, & certus sum,quia potens est seruare depositum meum in illum diem.Ecce gloriosa filia quanta sit bonorum operum certitudo considera : & larga sit manus in opere , vt fiat vobis quod scriptum est: Absconde eleemosynam in sinu pauperis,& hęc pro te exorabit. Quisquis igitur copiosum in cœlis fructum habere desiderat: seminare dum tempus est,non omittat, vt manipulos in die messis cum lætitia colligat.Nam qui seminant in lachrymis,in exultatione ac gaudio metent. Sed qualis messis ex huiusmodi semẽte futura sit,dicat Apostolus : Qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem : qui autem seminat in spiritu,de spiritu & metet vitam æternam. Ne verò nos inopia egestatis inueniat, hanc nobis messem satione multiplici præparemus : & quanto H vberius satiari cupimus,tanto ei à quo totum accepimus,largius conferamus.Nam ipse de se dominus ait:Esuriui,& non dedistis mihi manducare:sitiui & non dedistis mihi bibere:hospes fui, & non collegistis me:nudus fui,& non operuistis me,&c.Atque in conclusione subiungitur.Amen dico vobis quamdiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis . Hoc igitur studiosius agite,& hoc agẽtes in terra vobis retribui nil quæratis,quia superua desiderantibus temporalia nulla sunt . Sed ibi desideria figet: vbi quicquid retribuitur,finem nõ suscipit. Bonum ergo facientes non deficiatis:vt illic vobis thesauros thesaurizare possitis , vbi nec erugo , nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt,nec furantur. Præterea gloriam vestram paterno salutantes affectu:indicamus per latorem præsentium Hilarium chartularium nostrum clauem nos à sacratissimo corpore beati Petri Apostolorum principis transmisisse, in qua de catenis quoque ipsius benedictio continetur.Quæ collo vestro suspensa,hoc vobis eo intercedente gratia absolutionis fiat, quod illi fuit causa martyrij. Omnipotens deus in suo vos timore custodiat, atque sic cor vestrum ad bonam semper operationem accẽdat:vt & hic vobis suam gratiam tribuat,& ad gaudia vos postmodum æterna perducat.

Gregorius Columbo episcopo Numidiæ. De Donadeo diacono iniustè damnato. Caput.VIII.

Epist.8. Vàm grauis & anditu ipso intolerabilis Dona dei latoris præsentium qui se asserit fuisse diaconum sit I Q querela,ab eo data petitio quæ tenetur in subditis, fraternitati vestræ faciet manifestum . Sed quia peruenit ad nos, quòd pro corporali peccato fuisset depositus : dilectio vestra subtili hoc inquisitione perquirat : & si ita est , in pœnitentiam retrudendus est , vt commissi flagitij vinculum lachrymis possit absoluere. Si verò insons ab huius perpetratione claruerit: vnà cum primate concilij vel aliis fratribus, coëpiscopísque nostris omnia quæ petitio eius continet , diligenti vobis examinatione quærenda sunt.Et si querela eius veritate fulcitur,& in episcopo eius Victore , qui contra deum & sacerdotale propositum tantum committere nephas non metuit, canonici rigoris ita districtio teneatur , vt ex diffinitione vestra quàm sit iniquum quod fecit intelligat, & hic suo ordini reformetur , quia satis peruersum & contra Ecclesiasticam probatur esse censuram : vt frustra pro quorundam voluntatibus quis priuetur,quem sua culpa vel facinus ab officij quo fungitur gradu non deiicit.

Gregorius Castorio notario. De monasterio Marci,Marcellini,& Feliculæ. Caput.IX.

Epist.9. Xperientiæ tuæ in præsenti nos recolis præcepisse , vt E de possessione quæ monasterio sanctorũ Marci, Marcellini, & Feliculæ, quod Rauennæ situm est : largitatis titulo dicitur esse concessa, quia causam bene nosti, debuisses & quod iustum est facere . Pro qua re hac te iterum præceptione duximus commonendum, vt in re ipsa vigilans debeas esse atque sollicitus . Et si manifestè donatam esse cognoueris , & nihil est quod à partibus nostræ obiici possit Ecclesiæ , impedimentum aliquod monasterio ad tenendum ipsam possessionem non facias.Si verò, quia prout diximus,causa est tibi cognita , bene habes quod iustè possit pro Ecclesiæ partibus allegari : electorum te cum parte altera necesse est subire iudicium : vt & veritas cognosci,& quod æquitatis ordo suaserit,valeat diffiniri.

Gregorius Anthemio subdiacono. De Adeodato,& constructione basilicæ. Caput.X.

Epist.10. Ndicauit nobis Adeodatus præsentium lator ante multos annos in solo se iuris Ecclesiæ nostræ hac cõditione ædificium posuisse , vt duos solidos annis singulis I Ecclesiasticę rationi persolueret,& post eius obitum solũ ipsum cum imposito ædificio ad ius Ecclesiæ sine dubitatione aliqua remaneret . Sed quia asserit se in tantam pauperiem peruenisse, vt eosdem duos solidos,sicut promiserat,singulis non possit annis impendere , & ob hoc vnum sibi petiit relaxari, experientia tua curet addiscere . Et si pauper ita , vt asserit,manifestè est:nostra præstatione partem mediam relaxatam volumus , vt annis L. singulis non amplius quàm vnum solidum exoluat: quia & ætatis senium,& pauperies eius indicat , vt onus quod petit, debeat relaxari.Ita ergo hoc seruari studij tui sit , vt tamen proprietatẽ soli atque imposita ædificia post obitum ipsius, Ecclesiæ sollicitudine & vigilanti cura conserues.

Gregorius Fantino defensori. De xenodochio construendo. Caput.XI.

Epist.11. A quæ fienda mandat piæ voluntatis intentio,vt ad effectum valeant peruenire,cura debeat sacerdotalis exE istere.Proinde experientiæ tuæ præcipimus , vt hæredibus Isidori illustris memoriæ viri , assiduè & fortius debeat imminere:vt xenodochium quod auctor eorum per vltimæ voluntatis arbitrium in Panormitana fieri ciuitate constituit , sine aliqua difficultate secundum ea quæ sunt dispositа implere festinent:ne si amplius hoc adhuc negligendum putauerint , tam nostri quàm dei iram de legibus venientem , quam huiusmodi dispositionem implere differentes merentur,incurrant.Si verò deputata in eorum xenodochio quod fiendum est , quantitas videtur fortè non posse sufficere,locum in quo xenodochium ipsum fuerat constituendum,vel quicquid ibi relictum est,xenodochio sancti Theodori, quod in prædicta ciuitate à Petro quondam cõ M stitutum est, applicetur : quatenus & hæredes à sollicitudine vel labore constituendi xenodochij valeant exui,& voluntas defuncti salubriter sumat effectum : dum etsi in loco alio , ipsi tamen rei quicquid à restatore deputatum est , erogetur.Ita ergo experientia tua sollicitudinem gerat , vt vnum è duobus sine aliqua debeat fieri tarditate.

Gregorius Pasiuo episcopo Firmano. Mandat oratorium consecrare. Caput.XII.

Epist.12. Nio comes castri Apertiensis,Firmensis territorij,peA titoria nobis insinuatione suggessit , quæ habetur in subditis , in suprascripto castro oratorium se sumptu proprio pro sua deuotione fundasse: quod in honorem beati Petri Apostolorum principis desiderat consecrari . Et ideo frater charissime,si in tuæ diœceseos, in quo visitationis impendis officium , memorata constructio iure consistit , & nullum corpus ibidem constat humatum , percepta primitus donatione legitima , id est fundos campulos cum conduma vna , boues domitos parium vnum,vaccas duas,argenti libras quatuor, lectum stratũ vnũ, in peculio capita quindecim,armenti capita duo,ferramenta numero quinque : præsentes liberos à tributis fiscalibus solidos sex,gestisque municipalibus alligata,prædictum oratorium solenniter consecrabis. Presbyterum quoque te illic constituere volumus cardinalẽ:vt quotiens præfatus conditor fieri sibi missas fortasse voluerit , vel fidelium concursus exegerit , nihil sit quod ad missarum sacra exhibenda solẽnia valeat impedire,sanctuario

A ctario verò suscepta cum reuerentia collocabis.

Gregorius Pastoris episcopo Firmanen. De Aprutina ciuitate diu pastore viduata.

Caput. XIII.

Ene nouit fraternitas vestra, quàm longo sit tempore
B Aprutiũ pastorali sollicitudine destitutum. Vbi quæ-
suouus diu quis ordinari debuisset, & nequaquam po
tuimus inuenire. Sed quia Opportunus mihi in moribus suis, in psalmodiæ studio, in amore orationis valde laudatur, & religiosam vitam omnimodo agere dicitur: hunc volumus, vt fraternitas vestra ad se faciat venire, & de anima sua admoneat, quatenus in bonis studiis crescat. Et si nulla ei crimina quæ per legis sacræ regulam morte mulctanda sunt, obuiant: tunc hortandus est, vt vel monachus, vel à vobis subdiaconus fiat. Et post aliquantum temporis si deo placuerit, ipse ad pastoralem curam debeat promoueri. Si qua verò grauia obuiant, multo magis admonendus est, vt seculum relinquat, & hæc perfectius defleat. Peto autem vt pro me orare debeas, quia cum tribulationibus cordis fatigor nimiis doloribus corporis.

Gregorius Opportuno de Aprutio. Contristari non debere de admonitione sua.

Epi.14. *Caput. XIIII.*

Eruenit ad me: quia ex eo tempore quo dilectionem
B P tuam verbis asperis propter quædam quæ mihi iure displicuerant, contristaui: magna sibi sit oborta tristitia, atque continuus animi mœror. Vnde te dilectissime fili volo cognoscere: quia ego illa verba non asperitate cordis, sed amore tuæ animæ sum locutus. Tu itaque ad omnipotentem deum tota mente conuertere, quantum sit fugitiua vita præsens considera, æterna præmia lucrari festina, in quantum virtus sufficit, castiga carnem, quæ quãdo in voluptatibus vixit, animam mortificauit. Benignitatem tuam proximis exhibe, psalmodiæ & lachrymis horas vitæ frequentius impende, illata mala à proximis æquanimiter tolera. Si contra veritatem iniuriã pertuleris, lucrum puta: vt hæc agens, per temporalia quæ despiciendo pateris, ad cœlestia regna pertingas. Omnipotens autem deus, & cor, & corpus tuum cœlestis gratiæ salute perfundat: vt de eius spiritu, & recta interius sentire, & recta exterius sufficias agere.

Gregorius Fantino defensori. De morte Primogeniti notarij.

Caput. XV.

Epi.15. Ognoscat experientia tua Primogenitum notariũ no-
C strum de hac pro peccatis luce transisse. Et quoniam sanctam Romanam, cui auctore deo deseruimus, Ecclesiam, & coniugem suam, quæ se tuitioni Ecclesiasticæ postea cõmendauit: hæredes, necnon & filium fratris sui, in vnam vnciam hæredem idem nosci tur reliquisse: ea propter statim vt hoc præceptum susceperis, antequam eum quisquam obiisse cognoscat,
C & in substãtia illius aliquid fraudis committat, ad locum in quo res eius sunt reconditæ, sine mora curabis accedere: & cum omni sollicitudine ac diligentia studij tui sit præsente Consentio puero, qui rerum ipsarum custos esse asseritur, adhibitis testibus solenniter ac subtiliter facere, vt res in loco tutissimo, vt vtile præuideris collocẽtur: quatenus apto tempore hac cum eodem puero, deo auxiliante, valeant transmitti. Sed & cętera in quibuslibet rebus siue corporalibus quæ de substantia ipsius esse dideceris, cum omni strenuitate in vnum congregare, & constituere festina, vt nihil de eius possit qualibet occasione deperire substantia. Hæc igitur omnia ita sollicita & subtili studa cura peragere, vt te illic posito ne dispendium in rebus ipsis eueniat, & cuiuslibet fraudis sub qualibet occasione sine exquisitione locus aliquis patere non valeat. Summa verò redituum eius quæ sit, nobis pariter tuis scriptis indicare festina.

Gregorius Romano defensori. De rationibus Bonifacij Numerarij.

Caput. XVI.

Epi.16. Xperientiam tuam non latet in rationibus, quòd Bo-
E nifacij Numerarij nostri suorum aliquid apud te interesse audiuimus: propter quod partem aliquam substantiæ suæ xenodochio quod ad beatum Petrum Apostolorum principem constitutum est, dereliquit, & suam nobis coniugem commendauit. Et ideo quia Laurentius vir clarissimus præsentium portitor pro rationibus ipsis, id est, nonæ ac decimæ indi- D
ctionis faciendis transmissus est, huius tibi præceptionis serie iniungimus: vt ei hac in causa quocunque necesse fuerit præbere solatia, atque eum æquitate seruata iuuare festines: quatenus dum te sollicitò rationes ipsæ salubriter fuerint terminatæ, & pauperum fiat vtilitas, & mulieris quæ cõmendata est quies procuretur atque securitas. Quia verò nosti quemadmodum causæ, & maximè tales agantur, si forsitan videris, quia rationes ipsæ finiri sine dispendio non possunt: ad glorioßissimum Leontium vnà cum reuerentissimo fratre, & coëpiscopo nostro Ioanne te ire necesse est, & communi cum eo consilio agere, & ad quantum potueris loqui ei promittere quicquid vel ipsi, vel diuersis dandum suffragatoribus fuerit, dummodo per partes non eat, sed celerius finem accipiat. Illud autem præ omnibus tractare vos conuenit, vtrum cum prædicto glorioßissimo viro antequam rationes incipiantur, aut certè loqui propterea debeatis: ne forte causa in examinatione missa, nobis postea ad decidendum difficultatem adducat. Sed quia melius in præsenti quid oporteat, poteris aduertere: quod vtilius visum fuerit, agite. In hac tamen promissione sollicitos vos esse necesse est: vt omnia inibi comprehensa pro totius causæ decisione plura solidis nullo modo promittantur, indicantes ei, si causa exegerit, quia pauper omnino E
defunctus est. Quod vt ita esse cognoscat, exemplar rerum inuentarum de substantia ipsius præuidimus dirigendum. Quod si forte apud prædictam solidorum quantitatem consentire noluerit: eligimus potius hoc quod peruenit ad xenodochium reddere, quàm inanem inuidiam sustinere. Si verò consenserit, studioßè agendum est, vt exinde securitas remittatur: quatenus post datam securitatem, & decisionem causa recidiua exinde alterius nullo modo valeat quæstionis suscitari. Quod autem dederis, tuis rationibus imputamus.

Gregorius Æzimarcho Scriboni. De rationibus Bonifacij.

Caput. XVII.

Agnitudinem vestram quo tempore hic in Romana *Epi.17.*
M vrbe fuit, cognouisse recolimus Bonifacium quondã numerarium condito testamento partem aliquam hæreditatis suæ xenodochio quod ad sanctum Petrum Apostolorum principem situm est, reliquisse. Et quoniam gerere nos sollicitudinem diximus, vt ad glorioßum filium nostrum Leontium persona pro exponendis ratiociniis ipsius mitteretur, curam, vt compleri debuisset, habuimus. Idcirco quia Laurentius vir clarissimus præsentium portitor ad hoc illuc noscitur esse transmissus: magnitudinem vestram paterna dilectione salutantes, petimus, vt ei hac in causa concurrere, atque vestra, sicut de vobis F
confidimus, salua iustitia impendere patrocinia debeatis: quatenus dum sincerißimæ bonitatis vestræ fuerit ope suffultus: & de viduitate mulieris quondam Bonifacij, & de pauperibus quibus, sicut diximus, idem Bonifacius hæreditatis suæ partem aliquam dereliquit, mercedem apud omnipotentem deum acquiratis.

Gregorius Æzimarcho Scriboni. De naufragio eius.

Caput. XVIII. *Epi.18.*

Vanto nos cognitus casus vestri naufragij contriß-
Q tauit, tanto subsequens epistola releuauit, quòd magnitudinem vestram incolumem ad Siciliam peruenisse cognouimus. Et creatori nostro gratias agimus, qui solita vos pietate protexit, & de maris periculo liberauit. Vnde necesse est, vt dei misericordiam quam in vobis sæpe collatam inspicitis, ita semper in omni actu præ oculis habeatis, vt eius in vobis gratia cumuletur, & sicut ab exterioribus periculis, ita quoque ab interioribus eripiat. Paterna igitur dulcedine salutantes petimus, vt de vestra nos incolumitate quotiens se occasio dederit releuetis.

Gregorius Maurilioni expræfecto. Vt sæpius scripta sua ei dirigat.

Caput. XIX.

Alde miramur, quod nos de Sicilia venientibus di- *Epi.19.*
V uersis gloria vestra incolumitatis suæ nuncio releuare postponit. Et vtrum obliuioni charitatis, an occupationi debeat reputari, nescimus. Et ideo salutantes paternæ

G charitatis affectu petimus, vt quotiens scribendi se occasio dederit, de vestra nos salute, & qualiter circa vos agatur, resouete: quatenus dum secundum desiderium nostrum de prosperitate vestra læti fuerimus effecti, redemptori nostro pro vobis agere gratias valeamus. Omnipotens deus misericordiæ suæ vos gratia tueatur, & ab omni aduersitate seruet illæsos atque custodiat.

Gregorius Maurentio magistro militum. Comitiolum commendat. Caput. XX.

Epi. 20. V Enions dilectissimus filius noster Cyprianus diaconus laudabile Comitioli studium, & quam vtilitatem Vrminati castro fecerit, indicauit. Sed & multa de eo bona diuersis testificantibus olim cognouimus. Et quia eum apud vos, sicut antè fuit, modo non esse audiuimus, gloriam vestram petimus: vt si quid est vnde iustè vestros animos fortasis offendit, nobis quicquid illud est, remittatis: eique plenam gratiam reddere, atque illum in ea qua apud vos dudum fuit familiaritate recipere debeatis: & vestrum illi fauorem, sicut re vera proprio, salua ratione quodcunque vsus exegerit, impendatis. Ita ergo facite, vt de integro ei gratia restituta, aut ipso renunciante, aut aliis referentibus possimus agnoscere.

Gregorius Eupatori duci Sardiniæ. Valdarichum commendat. Caput. XXI.

H

Epist. 21. C Vm lator præsentium Valdarich illa nos pro sua commendatione scribere postulet, quæ magnitudinem vestram æquitatis intuitu sine cuiusquam etiam intercessione non dubitamus efficere, petitionem ipsius minimè despiciendam prospeximus. Quia ergo cum vxore sua quam hic de Romana ciuitate esse perhibet, vt reuerti sicut desiderat valeat, vestris se poscit patrociniis adiuuandum: paterna dilectione salutantes affectu petimus, vt hac in re magnitudinis vestræ tuitionem habeat, & à nullo eos illic contra rationis ordinem impediri permittatis, sed desideriis eorum pro vestra mercede adesse & concurrere debeatis: quatenus & illi se adiutos vestra ope congaudeant, & magnitudo vestra poscentibus impendisse quod iustum piúmque est, videatur.

Gregorius Ioanni subdiacono Rauennæ. De monachis monasterij Claudij abbatis. De peculiaritate à monasteriis funditus extirpanda. Et de quibusdam scriptis non rectè à Claudio abbate transscriptis. Caput. XXII.

Epist. 22. V Enientes monachi monasterij quondam abbatis Claudij, petiuerunt sibi Constantium monachum abbatem debere constitui. Quos valde ego in sua petitione detestatus sum: quia mihi terrenæ mentis esse omnino apparuerunt, qui terrenum nimis hominem abbatem quæsiuerunt habere. Cognoui enim quòd idem Constantius peculiaritati studeat. Quæ res maximè testatur eum cor monachi non habere. Ac deinde cognoui: quia ad monasterium quod in Piceni prouincia situm est, solus pergere sine aliquo fratrum suorum præsumpsit. Ex qua eius actione cognoscimus, quia si sine teste ambulat, rectè non viuat. At quomodo aliis regulam teneat, quam sibiipsi nescit tenere? Ab hoc igitur recedentes, cellerarium quendam nomine Maurum petiuerunt, cuius vitæ atque industriæ multa testificantur, quia & quondam abbas Claudius eum quibusdam laudabat. Tua itaque experientia sollicitè requirat: & si eius vita ad locum regiminis digna est: à reuerentissimo fratre & coëpiscopo nostro Mariniano hunc abbatem ordinari faciat. Si verò est quod ei omnino obuiet, & ex sua congregatione inuenire aptum minimè possunt, ipsi sibi aliundè eligant: & is quem elegerint, fiat. Hoc autem prædicto fratri, & coëpiscopo nostro omnino dicere stude, vt peculiaritatem à quatuor aut quinque monasterij monachis in quibus corrigi hactenus minimè potuit, studiosissimè compescat, & hoc ipsum monasterium à tali peste mundare festinet: quia si illic peculiaritas à monachis habetur, nec concordia nec charitas in congregatione eadem poterit permanere. Quid est autem habitus monachi, nisi contemptus mundi? Quomodo igitur mundum despiciunt, qui R in monasterio positi aurum quærunt? Ita igitur tua experientia faciat, vt neque loci ordinationem differat, neque ad nos vlterius huc de re querela perueniat. Præterea quia idem charissimus quondam filius meus Claudius aliqua me loquentem de prouerbiis, de Canticis Canticorum, de prophetis, de libris quoque Regum, & de heptatico audierat, quæ ego scripto tradere præ infirmitate non potui, ipse ea suo stylo dictauit, ne oblitione deperirent, vt apto tempore hæc eadem mihi inferret & emendatius dictarentur. Quæ cum mihi legisset, inueni dictorum meorum sensum valde in multis fuisse permutatum. Vnde necesse est vt tua experientia omni excusatione atque mora cessante, ad eius monasterium accedat, conuenire fratres faciat, & sub omni veritate quantascunque de diuersis scripturis chartas detulit, ad medium deducant. Quas tu suscipe, & mihi celerrimè transmitte. De tuo autem reditu quia molestiam te validam incurrisse cognouimus, deo propicio in subsequenti cogitamus. Illud autem quod ad me quorundam relatione perlatum est: quia reuerentissimus frater & coëpiscopus meus Marinianus legi cõmenta beati Iob publicè ad vigilias faciat, non gratè suscepi: quia non est illud opus populare, & rudibus auditoribus impedimentum magis quàm prouectum generat. Sed dic ei vt cõmenta Psalmorum legi ad vigilias faciat, quæ mentes secularium ad bonos mores præcipuè informant. Neque enim volo dum in L hac carne sum, si qua dixisse me contigit, ea facilè hominibus innotesci. Nam quia dilectissimæ memoriæ Anatholius diaconus quærenti ac iubenti Romano imperatori librum regulæ pastoralis dedit, ægrè suscepi: quem sanctissimus frater & coëpiscopus meus Anastasius Antiochenus in græcam linguam transtulit. Et sicut mihi scriptum est, ei valde placuit, sed mihi valde displicuit, vt qui meliora habent, in minimis occupentur. In parte autem tertia beati Iob in eo versu in quo scriptum est: Scio quia redemptor meus viuit, suspicor quia prædictus frater & coëpiscopus meus Marinianus mendosum codicem habeat. Nam in scrinio nostro idem locus aliter habetur quàm hæc in aliorum codicibus esse cognoui, atque ideo eundem locum releuari feci, vt sicut in scrinio nostro est, ita quoque hunc & sæpefatus frater meus habeat. Quatuor enim verba sunt, quæ si eidem loco defuerint, non modicum possunt lectori scrupulum generare. Hæc omnia subtiliter & celeriter exquire. Et si apud excellentissimum exarchum nihil potes, vel hæc non videaris neglexisse quæ potes. De loco autem Albini quid dicam, de quo vobis apertè contra iustitiam respondetur? De quo tamen debes districtius cogitare. Præterea ante aliquantum temporis experientiæ tuæ præceperamus, vt apud eminentissimum filium nostrum præfectum ageret, quatenus cura formarum committi Augusto debuisset, pro eo quòd omnino sollicitus atque strenuus vir est. Et ita hactenus distulisti, vt nobis nec quid egeris indicares. Et ideo apud eundem eminentissimum filium nostrũ vel modo omni agere intentione festina, vt formæ prædicto clarissimo viro per omnia committãtur, quatenus sollicitudine sua aliquid in eas valeat reformare. Nam sic despiciuntur atque negligũtur formæ ipsæ, vt nisi maior sollicitudo fuerit, intra paucũ tempus omnino depereant. Sicut ergo nosti quàm necessaria causa sit & generalitati vtilis sit, studèdum tibi est, vt prædicto, sicut diximus, viro pro sollicitudine sua modis omnibus cõmittatur.

M

Gregorius Maurentio magistro militum. De sellis plectilibus dirigendis. Caput. XXIII.

Epi. 23. C Ognoscat gloria vestra mandasse nos Anthemio subdiacono, vt aliquantas sellas plectiles nobis dirigere studeat. Aut si factas non inuenerit, ipsum ad se artificem tollat, vt in domo ipsius debeat laborare, & vel. xxiiij. sellas omnino bonas faciat. Et ideo quia omnino nobis sunt necessariæ, gloria vestra vt hoc fieri possit prouideat. Etsi fortè vos iam aliquas conquisistis, nobis eas transmittite. Sed & Iuliano viro clarissimo maiori excellentiæ vestræ, aut si quis alter habuerit, eas nobis mittere procuretis. Ita ergo gloria vestra faciat vt hæc quę scripsimus, sollicitudinis vestræ debeant modis omnibus instantia procurari.

Gregorius

Gregorius Laurentio magistro militum. De trabibus in Ecclesia sancti Petri necessariis.

Caput. XXIIII.

Epist. 24. PRopterea quòd in Ecclesiis beatorũ Petri & Pauli trabes sint necessariæ, omnino Sabino subdiacono iniunximus, vt aliquantas de partibus Britãnorum incidere, & ad locum vnde huc per mare duci possint, trahere debeat. Sed quoniam solus hoc facere non assurgit, Atogi scripsimus, vt homines qui sub eo sunt, cum bobus suis, in eius deputet ire solatiis, promittentes quia dum res perfecta fuerit, dignum ei xeniũ transmittemus. Gloria ergo vestra vnam Epistolã nostrã ad eum sub vrbana persona studeat sub celeritate trãsmittere, quę ei hoc quod scripsimus deferat, vt antedictus subdiaconus voluntatem ipsius possit agnoscere. Si verò nauigij prosperitate inuenta discesserit cuncta ei gloria vestra per suas Epistolas innotescat, vt sciat quid agere debeat, sed & nobis similiter quæ acta fuerint, indicate.

Gregorius Atogi duci. De trabibus in Ecclesiis sanctorum Apostolorum Petri & Pauli.

Caput. XXV.

Epist. 25. QVia sic de gloria vestra sicut re vera de filio nostro confidim', petere aliqua à vobis fiducialiter prouocamur, arbitrãtes quòd minimè nos patiamini contristari, ma-
B ximè in tali re, vnde anima vestra multum poterit adiuuari. Indicamus autem propter Ecclesias beatorum Petri & Pauli aliquantas nobis trabes necessarias esse, & ideo Sabino subdiacono nostro iniunximus vt de partibus Britannorum aliquantas incidere, & vsque ad mare in locum aptum trahere debeat. Et quia in hac re solatiis indiget, salutantes gloriam vestram, paterna charitate petimus, vt actionariis vestris, qui in illo loco sunt deputetis, vt homines qui sub eis sunt, cum bobus suis in eius transmittere debeant solatium, quatenus vobis concurrentibus melius quod ei iniũximus, possit perficere. Nos enim promittimus quia dum res perfecta fuerit, dignum vobis xenium quod non sit iniuriosum transmittemus. Nam scimus nos considerare, & filiis nostris qui bonam voluntatem exhibent, respondere. Vnde iterum petimus *gloriosissime fili, vt ita facere debeatis, vt & nos vobis possimus esse præstito beneficio debitores, & vos mercedem* pro sanctorum Ecclesiis habeatis.

Gregorius Gregorio expræfecto. De trabibus in Ecclesiis sanctorum Apostolorum Petri & Pauli.

Caput. XXVI.

Epist. 26. SCientes quanta erga beatorum Petri ac Pauli Ecclesias in gloriæ vestrę mente maneat dilectio, vestrum nobis
C re necessariò procuramus, confidentes facilè vos & deuotè quicquid pro earum vtilitate cognoscitis impartire, quibus gloriam vestram etiam sponte non dubitamus velle prestare. Et ideo quia in prædictis Ecclesiis trabes omnino sunt necessariæ, atque Sabino subdiacono vt interim vsque ad. xx. incidere festinet, & ad mare trahere debeat iniunximus, paterno salutãtes affectu petimus, vt gloria vestra de possessionibus quas illic emphyteusim habet, hac in re homines cùm bobus suis faciat præbere solatia, quatenꝰ & ipse vestra opitulatione suffultus, ad ea explenda quæ sibi iniuncta sunt, possit esse idoneus, & vos mercedem valeatis acquirere. Ita ergo, sicut diximus, vt & vobis confidimus, agite gloriosę fili, vt & nos vobis gratias referamus, & beatos Apostolorum principes pro amore & dilectione vestra quam eorum Ecclesiis exhibetis, habeatis in omnibus adiutores.

Gregorius Stephano. De trabibus conducendis.

Caput. XXVII.

Epi. 27. VAmuis fraternitatem vestram officij sui qualitas pro Ecclesiarum vtilitatibus vltro solatiari commoneat, nõ tamen ab re est si illud ex abundanti nostra hortemur Epistola, quod facere vos conuenit prona voluntate. Proinde in Ecclesiis beatorum Petri & Pauli trabes valde necessarias fraternitati vestræ duximus indicandum. Et quoniã Sabino subdiacono vt aliquantas incidere, & vsque ad mare trahere debeat, vnde huc adduci valeant iniunximus, atque in ea re manifestum D est eum opus habere solatiis, sanctitas vestra vt oportuerit, ei totostudio totáque intentione opem ferre studeat, ac in eius solatio boues hominesq; transmittat, vt nullam excusationem inueniat, sed quæ ei præcipimus, vobis opitulantibus implere sufficiat. Ita ergo fraternitas vestra faciat, vt ei se quantum valet impendat. Nam quantum prædicti subdiaconi culpa est, si vobis concurrẽtibus piger extiterit, tanto culpabilius erit & grauius, si qua se occasione fraternitas vestra aut excusare, aut indeuotam, quod nõ credimus, monstrare voluerit. Debes autem scire hanc fraternitati tuæ curam vehementer incumbere, cuius Ecclesiæ trabes olim cultu proprio consueuerat procurare.

Gregorius Romano defensori. De filiis Petri defensoris.

Caput. XXVIII.

Epist. 28. ETrus quem defensorem fecimus, quia de massa iuris
P Ecclesiæ nostræ quæ Vitelas dicitur, oriundus sit, experientiæ tuæ bene est cognitum. Et ideo quia ita circa eum benigni debemus existere, vt tamen Ecclesiæ vtilitas non lædatur, hac tibi præceptione mandamus, vt eum districtè debeas commonere, ne filios suos quolibet ingenio vel excusatione foris alicubi in coniugio sociare præsumat, sed in eamassa cui lege & conditione ligati sunt, socientur. In qua re etiam & tuam omnino necesse est experientiam esse sollicitam, atque eos terrere, E vt qualibet occasione de possessione cui oriundo subiecti sunt, exire non debeant. Nam si quis eorum exinde, quod non credimus, exire præsumpserit, certum illi sit quia noster consensus nunquam illi aderit, vt foris de massa in qua nati sunt, aut habitare, aut debeant sociari. Sed & suprascriptam terram eorum sciatis vos non leue periculũ sustinere, si vobis negligentibus quisquam ipsorum quicquam de iis quæ prohibuimus, facere qualibet sorte tentauerit.

Gregorius Maurentio magistro militum. De filio Domitij relaxando.

Caput. XXIX.

Epist. 29. ETiit Domitius vir magnificus, vt vestræ gloriæ scri-
P bere deberemus, quatenus nauigantibus aliis, & filio suo similiter esset licentia nauigandi. Et quãuis de gloria vestra certi sumus quia nihil quod indiscretum est faciat, sed omnia sapienter intendat, hortamur tamen vt si alij relaxantur, ille non debeat retineri: ne forsitan non ex ratione, sed sola fratrum inimicitia retineri videatur. Vos tamẽ qui præsentes estis, æquitatis consideratione generalem etiam vtilitatem attendẽtes, melius quid expediat potestis aduertere.

Gregorius Quertino expræfecto. De Bonito viro glorioso.

Caput. XXX. F

Epist. 30. PIstolam gratię vestræ suscepimus, in qua scripsistis vt
E pro glorioso Bonito filio nostro agere debeam', quatenus præfecturæ illi administratio committatur. Et quidem nos eundem filium nostrum nõ modo, sed multi sunt anni quòd nouimus, & idcirco concurrere illi per omnia festinamus, sed non in illa re de qua amaritudines possit & tribulationes assumere. Nam administratio ipsa vni priori ipsius, & alteri minori oblata est, & miscere se nullo modo voluerunt, scientes omnino graue esse, & præsertim in hoc tempore, hanc administrationem suscipere. Si ergo illis graue fuerit, quanto magis isti debet esse difficile qui nobis in actione est? Additur quia & *Parte. 1. distin. 88. ca. Inutile.* inutile & valde laboriosum est, hominem literatum ratiociniorum causas assumere, & in eis se, quod non expedit, obligare. Super hæc autem res illa nos reuocat: quia nullum de hac actione bene exisse recolimus, nisi gloriam vestram, de qua omnipotentem dominum petimus, vt eam vsque ad finem continua protectione custodiat. Et ideo hoc considerantes, in eius læsione miscere nos noluimus. Nam quod modo putatur vtile, certum est quia postmodum plenum laboris erit atque dispendij. Si autem sic vtilitatibus suis æstimat oportere, & vult agere vt hæc administratio sibi committatur, nos contrarij non sumus, sed etiam modo futuris tribulationibus ipsius condolemus: quia quid passurus sit, exemplo præcedentium non nescimus.

Promissio

G *Promissio cuiusdam episcopi hæresin suam anathematizantis.*

Caput.XXXI.

Epist.31. Quotiens cordis oculus nube erroris obductus, supernæ illustrationis lumine sit serenus, magna cautela nitendum est, ne latenter auctor schismatis irruat, & ab vnitatis radice eos qui ad eam reuersi fuerant, telo iterum erroris abscindat. Et ideo ego ciuitatis illius episcopus, comperto diuisionis laqueo quo tenebar, diutina mecum cogitatione pertractans, prona & spontanea voluntate ad vnitatem sedis Apostolicæ diuina gratia duce reuersus sum. Et ne praua mente, seu simulatè reuersus existimer, sub mei ordinis casu spondeo, & anathematis obligatione, atque promitto tibi, & per te sancto Petro Apostolorum principi, atq; eius vicario beatissimo Gregorio, vel successoribus ipsius, me nunquam quorumlibet suasionibus vel quocunque alio modo ad schisma, de quo redemptoris nostri misericordia liberante ereptus sum, reuersurum: sed semper me in vnitate sanctæ Ecclesiæ catholicæ & communione Romani pontificis per omnia permansurum. Vnde iurans dico, per deum omnipotentem, & hæc sancta quatuor Euangelia, quæ in manibus meis teneo, & salutem gentium atque illustrium dominorū nostrorum rempublicam gubernantium, me in vnitate, sicut dixi, Ecclesiæ catholicæ & communione Romani pontificis semper & H sine dubio permanere. Quòd si, quod absit, aliqua excusatione vel argumento ab hac me vnitate diuisero, periurij reatum incurrens, æternæ pœnæ obligatus inueniar, & cum auctore schismatis habeam in futuro sæculo portionem. Hāc autem confessionē promissionísque meæ cartulā notario meo cum consensu presbyterorum, & diaconorum, atque clericorum qui me in hac vnitate obligantes, in suprascriptis omnibus prona simul voluntate secuti, atque propriis manibus subscripturi sunt, scribendam dictaui, & propria manu subscribens tibi tradidi. Acta in loco illo die & consule suprascriptis. Subscriptio episcoporum illorum. Ego ille episcopus ciuitatis illius huic confessioni promissionique meæ præstito de conseruandis suprascriptis omnibus sacramento subscripsi.

Gregorius Columbo episcopo Numidiæ. De peruersitate Paulini Regensis episcopi.

Caput.XXXII.

Epist.32. Via bene olim est cognitum fraternitatem tuam sacerdotali grauitate, & zelo esse Ecclesiastico decoratam, satis oportere prospeximus, vt interesse ad cognoscēda ea quæ correptionis indigent debeas, ne si fuerint dissimulatione postposita, licitum esse sibi credat quisque, quod potest. Qualiter autem fratrem nostrum Paulinum Regensis ciuitatis e- I piscopum clerus suus, vel hi qui in sacro sunt ordine constituti, in se perhibeant corporaliter excessisse, audire nō indiges, quippe quia priusquam hęc ad nos querela pertingeret, tibi iam factū est sicut eis asserentibus didicimus manifestum. Et quoniam prepositis in subiectorum pœna fas esse non debet sæuiendi. Victori fratri & coëpiscopo nostro qui primatus inter vos locum tenet, curauimus scribendum, vt vnà cum tua fraternitate, vel cum aliis fratribus & coëpiscopis nostris quos adhibere prospexeritis, inter memoratum fratrē & consacerdotem nostrum & clerū ipsius causa subtili debeat inuestigatione cognosci. Et ideo dilectio tua immineat atque sollicitudinem gerat, vt ea quæ ad nos perlata sunt, inaudita non transeant, ne discordia in Ecclesia vnde magnopere pellenda est nutriatur. Et si quidem contra eū clericorum suorum vera querela est, culpam suam quam sponte emendare despexit, in Ecclesiastici vigoris diffinitione cognoscat, vt & de præsenti sentiat, quàm sit graue quod fecit, & discat de futuro nil se plus agere posse quàm licet. Præ omnibus igitur hortamur, vt zelum quem propter deum habere te nouimus, ardentius studeas exercere. Et quia memoratus frater noster Paulinus Ecclesiasticos ordines per simoniacam dare hæresim, quod audire nephas est, dicitur: vnà cum antedicto primate vel aliis subtilius hoc & cum omni diligentia tibi sit curæ perquirere. Et si ita, quod absit, inuentum fuerit, studendum atque agendum est, vt & eum qui præmium accipere, & eum qui dare nō metuit, canonicæ vltionis sententia feriat, quatenus horum emendatio K multorum possit esse correptio. Et priusquam hæc radix mortifera conualescat, & plures interimat, totius concilij diffinitione damnetur, vt nullus vnquam pro quouis ordine accipere, nullus dare aliquid audeat, nec quisquam ex gratia sed ex merito promoueatur, ne & ordo Ecclesiasticus confundatur, & sit probitas vitæ despectui, si præmium meriti indignus acceperit. Hilario autem chartulario nostro iniunximus, vt si causa poposcerit, cognitioni vestræ interesse non renuat. Si ergo necessarium fuerit, vestris illum apicibus vt illuc venire debeat, facite certiorem, quatenus simul cum ipso tractantes, melius decernere quæ statuenda sunt debeatis.

Gregorius Victori episcopo. De Paulino Regensis ciuitatis episcopo.

Caput.XXXIII.

Q Vanto nobis lætitiæ est fratres nostros cognoscere erga filios suos paterna charitate esse sollicitos, tanto tristitiæ deputamus, quando eos ab illicitis nec aliorum fratrum reuerentia, nec sacerdotij prævalet consideratio temperare. Quàm igitur grauis & aspera aduersus fratrem nostrū Paulinum Regensis ciuitatis episcopum, clericorum eius vel eorum qui in sacro sunt ordine positi, sit querela, fraternitati tuæ liquere non dubium est: quia latere te in vicino non potuit quod L ad nos in longinquo peruenit. Et quoniam valde cauēdum est ne hoc quod eum frustra in se corporali iniuria queruntur excedere, aut licitè præsumatur, aut fiat dissimulatione deterius, sic manifesti excessus canonica semper moderatione premendi sunt, vt vna res & præteritorum correptio, & esse possit regula futurorum. Proinde simul cum dilectissimo communi fratre Columbo episcopo vel aliis sacerdotibus quos præuideris inter suprascriptum fratrem nostrum & clericos ipsius causam subtili inuestigatione rimari te conuenit. Et si supplicantium querela veritate subsistit, ita hoc regulari emendatione corrigite, vt & quàm sit malum quod fecit agnoscat, & officij sui terminos discat decætero non exire. Nec loci tui, sicut dicitur, ab eo postponi ordinem patiaris, ne illi despectus suus ad periculum, & tibi fiat ad culpam. Nam ad personā in priori loco positam respicit quicquid committitur, nisi sollicitè cognoscatur. Illud autem quod idem frater noster Paulinus Ecclesiasticos ordines dare sub præmio perhibetur: subtilius à vobis & omino districtè quærendū est. Et si ita, quod non optamus, esse claruerit, sic ad vlciscendum hoc vester se propter deum zelus accendat, vt & ordinanti auaritia sua conuertatur ad pœnam, & illicita ordinatio effectu carens, ambitionis suæ desiderio non fruatur. In qua re hortamur atque præomnibus admonemus, vt ita fraternitas vestra studeat esse sollicita, quatenus priusquam vnius vitio, simoniacæ illic hæreseos nequitia conualescat, sententiæ vestræ facto ex opere con- M silio radicitus amputetur. Nam quisquis ad hoc facinus emendādum officij sui consideratione vehementer non arserit, cùm ipso non dubitet habere portionem, à quo prius hoc peculiare flagitium sumpsit exordium. Et ideo, sicut diximus, hinc vigilanter atque studiosè agendum est, vt concilium vestrum quod nuncusq; sine huiusmodi praua opinione deo custodiente seruatum est, huius sceleris venena nec polluere possint, nec perdere. Præterea Hilario chartulario nostro præcepimus, vt si res exegerit, interesse vobiscum non differat. Vnde si necesse fuerit, vestris illi vt ad vos venire debeat, epistolis indicate, quatenus omnia vnà cum eo salubriter deo positis adiuuante dirimere.

Gregorius Ioanni episcopo primæ Iustinianæ. De Paulo Dyaclinæ ciuitatis episcopo lapso.

Caput.XXXIIII.

Q Vando mala quæ pœnitentiæ fletu purganda sunt, augētur excessibus, ita maior delinquētibus est adhibēda correptio, vt & ipsi facin⁹ suū saltē pœna vindicāte cognoscāt, & alios ab illicitis Ecclesiasticę tuitionis timor inhibeat. Dilectissimus itaque lator præsentiū Neemesion ad nos veniēs indicauit, sicut & gestorum exemplaria quę huc detulit continebant, Paulū Dyaclinæ ciuitatis episcopū inter alia mala in corporale

Epist.34.

2.q.7.c.

Latu.

Aporale crimen lapsum, à suis fuisse clericis accusatũ, atque habita cognitione, ita quod sine dolore dicere non possumus, claruisse: atque insuper postquam conuictus est, etiam libellum in quo ea de quibus accusatus fuerat vera esse confessus est, obtulisse. Qua de re, sententia illum episcopali depositum, & se eius loco cum fraternitatis vestræ consensu esse episcopum ordinatum. Sed nunc eundem Paulum cum auxilio quorundam sæcularium iudicum venientem episcopium more prædonis ingressum, ablatisque violenter rebus Ecclesiæ ab eo se proiectum, ac summa iniuria ad necem penè perductum. Et quoniam tantæ nequitiæ prauitas nec dissimulanda, nec leuiter attendenda est, fraternitas vestra hæc omnia diligenter curet addiscere: & si ita se, vt edocti sumus, veritas habet, prædictum Paulum districta faciat executione compelli, vt quæcunque abstulit, omni mora vel excusatione cessante restituat. Si verò nihil Ecclesiæ, sed suũ propriũ dixerit abstulisse, quamuis graue & iniquum fuit vt non à vobis vel à metropolita eius hoc peteret, sed temerario ausu agere præsumpserit, veruntamen si quid proprium tulit, sub fraternitatis vestræ debet examinatione constare, si verum est. Sed & illud diligenter quærendum est, si quid malè de rebus dilapidauit Ecclesiæ, vt ex eo quòd nunc abstulit, hoc reformare vel satisfacere modis omnibus compellatur. Si autem differre tentauerit, quousque omne quod dilapidauit vel de substantia tulit Ecclesiæ restituat, in monasterium mittendus est, vt saltem coactus reddat, quod malè auferre non metuit. Quod si fortè, quod non credimus, post depo-
B sitionem suam inuerecundè ac mente peruersa aliquid de episcopatu loqui, atque rursus ad hoc qualibet aspirare præsumptione tentauerit, fraternitatis vestræ se contra improbitatem ipsius omnino vigor accendat, atque dominici corporis ac sanguinis communione priuatum in monasterium cum vsque ad diem obitus sui ad agendum curet pœnitentiam retrudendum: quatenus perpetrati sceleris maculas dignis discat fletibus emundare, quas magis in interitu animæ suæ nequiter augere desiderat. Suprascriptus autem dilectissimus filius noster Neemesion in loco suo & episcopatus officio procul dubio reformetur, & ne denuo hac de re inquietudinem ac molestiam patiatur, sollicitos vos esse necesse est: quia hoc non solum ad huius munitionem, verumetiam ad aliorum constat emendationem proficere, vt prauorum hominum præsumptio nihil de cætero contra sacrorum canonum statuta, vel Ecclesiasticam disciplinam vllo modo audeat attentare.

Gregorius Constantio episcopo Scodritano. De Pauli facinore Diodatini.

Caput. XXXV.

Epist. 35. Q Væ dilectissimus lator præsentium Neemesion, qui se dicit Dyaclinæ ciuitatis esse antistitẽ, de facinore Pauli Dyaclini, vt ipse asserit, quondam episcopi questus sit,
C fraternitati tuæ fuerant subtilius indicanda, nisi scire te omnia testaretur, quippe quem & compassum sibi, & voluisse subuenire perhibet, sed minimè potuisse. Et quia tanti causa flagitij negligi vel transiri non debet impunita: ne eius imitatione, scelesta ab aliis, quod absit, sumatur audacia, fraternitas tua exemplaria scriptorum his subdita quæ ad reuerentissimum fratrem nostrum Ioannem primæ Iustinianæ ciuitatis episcopum seruantem vices nostras direximus, diligentius relegat. Et si secundum eorum seriem explere se cuncta posse cognoscit, ea quæ illi mandauimus, ipse omnia ex nostra auctoritate exequaris & facias. Si verò hoc tibi quibusdam fortè aduersantibus obstaculis vides esse difficile, studendum est vt eadem scripta nostra ad antedictum fratrem nostrum sine excusatione perueniant. Cui etiam & te conuenit imminere, vt ea quæ ei à nobis mãdata sunt, districtius exequi, & nulla debeant occasione lentari, sed ita quæ nequiter acta sunt, emendatione congrua corrigantur, quatenus vna res & vltio competens delinquentis, & formido sit aliis in eodem ordine constitutis.

Gregorius vniuersis episcopis concilij Vizacbij. De Clementio primate eorum.

Caput. XXXVI.

Icut laudabile discretúmque est, reuerentiam & hono- D
S rem debitũ exhibere prioribus, ita rectitudinis & dei *Epist. 36.*
timoris est, si qua inter eos correctione indigent, nulla *2. q. 7. ca.*
dissimulatione postponere: ne totum, quod absit, corpus incipiat *Sicut æquit.*
morbus inuadere, si languor non fuerit curatus in capite. Ante multum siquidem temporis quædam ad nos de fratre nostro Clementio primate vestro perlata sunt, quæ cor nostrum nõ modico mœrore transfigerent. Sed prementibus diuersis tribulationibus, & maximè circumsæuientibus hostibus, ea nobis non fuit spatium requirendi. Et quoniam ita sunt grauia, vt transire indiscussa vllo modo non debeant, fraternitatem vestram his hortamur affatibus, vt cum omni sollicitudine ac vinacitate veritatis indagare substantiam multis modis debeatis, vt aut, si ita sunt, vltione canonica resecentur: aut si falsa, fratris nostri innocentia diu sub nephandæ opinionis dilaceratione non iaceat. Vnde ne quis desidiæ torpor in requisitione sit, admonemus vt nõ cuiusquam personæ gratia, non fauor, non blandimenta, vel quodlibet aliud, quenquam vestrum vel ad discutiendum quæ nobis nunciata sunt, molliat, vel à tramite veritatis excutiat: sed sacerdotaliter ad inuestigandam vos propter deum veritatem accingite. Nam si quis in hoc aut piger esse, aut negligentem se præsumpserit exhibere: dictis criminibus apud se omnipotentem dominum se nouerit esse participem, cuius zelo ad perscrutãdas subtiliter nefandi causas faciuoris non mouetur.

Gregorius Firmino episcopo Histriæ. De conuersione eius ad sanctam ecclesiam catholicam.

Caput. XXXVII. E

Vem redemptor noster de seruorum suorum numero *Epist. 37.*
Q perire non patitur, ita misericordiæ suæ inspiratione cor eius illustrat, vt deserto erroris obscuro, ad cognitionem lucis & viam redeat veritatis. Vnde suscepta charissimæ fraternitatis tuæ Epistola, magna in domino exultatione gaudemus, quòd diuina te gratia ad vnitatem Ecclesiæ, à qua pertinacium & imperitorum hominum instinctu disiunctus fueras, reuocauit. Sed quia quantum antiquus hostis superatum se conspicit, tanto insidiari acrius non quiescit, omnino sollicitum vigilantémque te esse conuenit, atque scutum constantiæ contra iacula ipsius præparare, vt illisa frangantur, & vim interius penetrãdi non habeant. Nulla ergo te charissime frater rerum desideria, nulli terrores, nulla blandimenta, nullæ seductiones, quæ venenatis verborum sagittis animas inficiunt, à reuersionis tuæ feruore te molliant, aut retro redire compellant: ne qui fortem superaueras, grauius à forti supereris, & captiuus, quod absit, post victoriam tenearis: sed magis vt mater Ecclesia per totũ deo propitio orbem diffusa, ad suum te rediisse gremium non inertem agnoscat, studiosissimè tibi vigilandum ac laborandum est vt tecum possis & alios reuocare: quatenus damna quæ auersionis tuæ exemplo commiseras, non solum reuersionis bono resarcias, sed etiam lucrum exhibeas, vt ad promerendam præteritorum veniã, F & futurorum præmia capessenda plus domino tuo videaris reuocasse, quàm tuleras. Nobis ergo omnino curæ erit, de fraternitatis tuæ quiete, vt dignum est, cogitare: quia postquam nobiscũ iam deo protegente vnus es, nõ aliter vtilitates tuas quàm nostras attendimus. Aliqua verò nobis de necessitatibus vestris Ioannes subdiaconus scripsit, sed credimus de dei nostri potẽtia, quia sanctus Petrus ad quem reuersi estis, vos deserere non debet. Modo autem de benedictione eiusdem sancti Petri transmisimus fraternitati vestræ paraturam vnam, quam vos necesse est cum ea charitate qua vobis est transmissa suscipere.

Gregorius Ciritano. De cura Sitonici.

Caput. XXXVIII.

Loriæ vestræ dudum scripta suscepimus, in quibus *Epist. 38.*
G indicastis sollicitudini vestræ serenissimorum principum iussione curam Sitonici fuisse mandatam, atque præceptum esse vt omnis tritici quantitas quæ in horreis nostræ Ecclesiæ suscepta fuerat, vobis tradi ante omnia debuisset, & scripsistis vt hoc ipsum parari in species faceremus. Quod quidem quia vestrum, cuius ad nos quidem bona tanta perlata

G perlata sunt, non fuerit, nouimus, & scitis quàm durum quámque omnino difficile sit, vt res quæ nec seruari, nec eo tempore ad emendum poterat inueniri, in species restitui peteretur. Veruntamẽ vt exui ab huius rei sollicitudine valerem, studij nostri fuit, vt etsi cum maiori dispendio, omnino frumenta ipsa, sicut voluistis, in species faceremus præparari. Pòst verò per latorem præsentium Euticium virum magnificum qui se illustrem præfectũ esse commemorat, aliam nobis Epistolam transmisistis, vt quæ summa eiusdem Sitonici ab hotrearijs Ecclesiæ sit suscepta, prodi inter acta publica debuisset. Et ideo ne per occasionem Ecclesiæ, quædam cuiquã nasci videatur occasio seu excusatio, & quãtitatem, sicut scripsistis, defensores Ecclesiæ prodiderunt, & quæ putauerunt vtilia, petiuerunt. Quod gloria vestra diligenter sollicitéque pertractet, & verba eorum non negligat. Nam quicquid post hæc in prædicti Sitonici specie damni contigerit, amplius iam ad Ecclesiæ dispendium sciatis nullo modo pertinere: quia nec habitatores ciuitatis istius, afflicti reuera homines, prædictum Sitonicum in suo se asserunt detrimento posse suscipere. Hæc igitur omnia gloria vestra cognoscens, ita de his quæ sibi sunt commissa studeat cogitare, vt & vtilitatem publicam faciat, & huius operis pondus Ecclesiæ nostræ denuo ad grauamen pauperum non incumbat.

Gregorius Desiderio episcopo. De Pancratio monasterio monachorum sociando.

H *Caput. XXXIX.*

Epist. 39. P Ancratius lator præsentium, vt asserit, diaconus Apostolorum se liminibus repræsentans, à nobis noscitur petiisse, vt eum fraternitati vestræ deberemus specialiter commendare. Intimauit etiam nobis quòd in clericatus officio vestrę sit Ecclesię mãcipatus. Vnde diuini motus inspiratione compunctus, gratiam monasticæ conuersationis appetit, illícque in eodem quem sumpsit habitu, desiderans permanere, etiã diaconum se eiusdem monasterij factum esse commemorat. De cuius loci seruitio auelli nulla patitur ratione. Nunc quantum asserit fraternitas vestra non quidem impedimentis intentum, sed affectu benenolentiæ, in officium eum suæ vult reuocare Ecclesię. Hortamur igitur vt tam prõptæ deuotioni eius, quàm in sancto studet habere proposito, minimè vestra sit impedimento fraternitas, magis autem quibus valetis adhortationibus pastorali admonitione succendite, vt feruor huius desiderij in eo non repescat, vt qui à turbulẽto curarum sæcularium tumultu se segregans, quietis desiderio portum monasterij appetiit, rursum in Ecclesiasticarum curarum non debeat perturbationibus implicari, sed in dei laudibus permittatur securè ab his omnibus remanere vt postulat.

Gregorius Bonito defensori. De mancipio Fortunati abbatis.

I *Caput. XL.*

Epist. 40. F Ilius noster Fortunatus abbas monasterij sancti Seuerini, quod in hac vrbe Romana situm est, latores præsentium monachos suos illic pro recolligendis mancipiis iuris sui monasterij, quæ illic latitare dicuntur, dirigens, petiit vt experientiæ tuæ ei debeant adesse solatia. Eapropter præsenti tibi auctoritate præcipimus, vt eis in omnibus salua ratione concurrere ac opitulari festines: quatenus te illic coràm posito, atque in hac causa ferente solatia, salubriter hæc citius valeant quæ sibi iniuncta sunt, ad effectum deo auctore perducere.

Gregorius Romano defensori, Anthemio subdiacono, & Sanino subdiacono. Romanum cum hominibus suis commendat.

Caput. XLI.

Epist. 41. E A quæ sponte præbere nos conuenit, petiti negare non possumus. Et ideo quia gloriosus filius noster Romanus exprætore possessiones suas & homines qui in illis sunt partibus, vestræ voluit experientiæ commendari, hoc vobis præceptione mandamus, vt possessiones hominésque ipsius seruata æquitate tueri non desinatis, atque ita in omnibus causis vtilitatibúsque ipsius concurrere ac solatiari studeatis: quatenus & ille se hac adiutum cõmendatione cognoscat, & salubriter iniuncta exhibuisse comprobemini.

Gregorius Deodato episcopo Mediolanensi. De luminosa ancilla dei, & testamento eius. K

Caput. XLII.

Epist. 42. VIli dubium est: quia sicut sacerdotibus res in episcoN patu acquisitas, nulla est alienãdi licẽtia: ita de eis quas antè habuerint, quicquid iudicare voluerint, non vetãtur. Itaque fraternitatem vestram tempore quo ad nos fuit, quæstam esse recolimus, quòd quædam immobilia quæ Constantius decessor vester Luminosæ ancillæ dei filiæ fratris sui testamenti serie legati titulo dereliquit, iam episcopus acquisisset, decreuisséque nos vt si hoc constaret, nullum ex his Ecclesia vestra præiudicium pateretur. Quod & vos oportet recolere, & molest iam aliquam prædictæ ancillæ dei non facere, nec ei sine cognitione de his quæ possidet, quicquam auferre. Sed si hoc Ecclesiæ vestræ actores probari posse confidunt, vestris nobis Epistolis indicate, vt qualiter hoc ipsum constare debeat disponamus: dũmodo, cognita veritate, nec Ecclesia vestra pati præiudicium, nec illa iniustè videatur affligi: quia quantum aliqui perhibent, hoc supradictus decessor vester non in episcopatu, sed dum adhuc esset diaconus acquisiuit. Vnde necesse est vt, sicut diximus, facta probatione debeat cõstare quod verum est. Eandem verò ancillam dei fraternitati vestræ commendamus, vt à nullo eam patiatur grauari vel opprimi, ne si inquietata fuerit, ex huius causæ occasione hoc pati quod non decet existimetur. Et ideo si quid fortè fuerit quod debeat emendari, aut plano adhortationis vestræ modera- L
mine corrigatur, aut certè nobis subtiliter nuncietur, quatenus & vos ab inuidia sitis extranei, & nos quod conuenit facere nullatenus omittamus.

Gregorius Fantino defensori. De capitibus equarum Florentino dandis.

Caput. XLIII.

Epist. 43. EXperientiam tuam iam credimus cognouisse, dilectisE simum filium nostrum seruum dei diaconum hæredẽ sanctam Romanam Ecclesiam, cui, deo auctore, deseruimus, reliquisse. Et quia legati titulo quatuor equarum capita Luminosæ ancillæ dei proximæ suæ dari constituit, atque nos petente dilectissimo filio nostro Florentino diacono xenodochio Anichiorum, cui præesse dinoscitur, decem equarum capita cum emissario suo præuidimus largienda, hac tibi idcirco præceptione mandamus, vt latori præsentium qui ad hoc illic ex opere missus, tam quatuor quæ legata sunt, quàm decem equarum capita, quas xenodochio concessimus, de equabus præfati quidem diaconi simul & emissarium sine aliqua debeas excusatione vel mora contradere.

Gregorius Gennadio patricio. Droculfum de hostibus reuersum commendat.

Cap. XLIIII. M

Epist. 44. ROculfus præsentium portitor de hostibus ad rempuD blicam veniens, opinionis vestræ quæ longè latéque diffusa est, bono succensus, ad excellentiæ vestræ obsequia summo desiderio festinauit occurrere. Et quoniã nostra se apud vos posset Epistola commendari, paterna dulcedine salutantes, petimus vt eum sicut deus vobis in cor miserit ac vtile fuerit, excellentia vestra ordinare dignetur, quatenus bona quæ de nobis etiam positus adhuc inter hostes audiuit, in se valeat experiri, & excellentiæ vestræ eius quoque ante omnipotentis dei oculos inter cæteras merces accrescat.

Gregorius Venantio patricio. De factis Sansonis exponendis.

Caput. XLV.

Epist. 45. EXideratissimæ excellentiæ vestræ scripta suscepi,D in quibus tantum de absentis collocutione gauisus sum, quantum ipsum qui locutus est, semper mihi cupio esse præsentem. Vultis ergo quædam de Sansonis factis allegoricè differantur, sed tanta mihi debilitas corporis accidit, vt si qua subire valuerint, exercere animus non assurgat. Bono autem desiderio vestro congaudeo: quia dum expositionem sacrorum verborum cupitis, quam strictè ipsum auctorem eorundem verborum quæritis, demonstratis. Si igitur vi-

A rue vires salutis accepero, auctore omnipotente domino vestris desideriis parebo. Oro autem vt in cunctis actibus vestris gratia vos superna custodiat, quatenus in bono opere & aspirando vos repleat & adiuuando confortet.

Gregorius Panthaleoni notario. De argento Ecclesiarum secum deferendo.

Caput. XLVI.

Epist.46. Xpectabamus vt nos experientia tua de argento Eccle-
E siarum, vel aliis quas inuenit rebus omnino subtiliter redderet certiores, vt eius renunciatione quod fieri debuisset, deliberare minutius potuissemus. Sed non nos ita renunciatio tua vt oportebat instruxit. Curæ ergo tuæ sit, vt argentũ Ecclesiarũ quod clerus & populus habet, apud quos præuideris, in cimiliarcho Ecclesiæ sub omni sollicitudine atque cautela deponas, atque de eodem deposito inde susceptum accipias. Argentum verò Ecclesiarũ quod pro peccatis à clero & populo destitutum est, tecum huc defer. Si fortè tres aut quatuor clerici de ipsis ecclesiis cognoueris remansisse, facta notitia, quis, quomodo est, vel vbi habitat, nobis defer, vt eis si necessarium viderimus, quid singulis annis accipere valeant, statuere valeamus. Res verò quæ vetustate perire possunt, tecum similiter defer, vt ex eis quod vtile visum fuerit, disponatur. Tu autem protegente domino inuẽta nauigij prosperitate reuertere.

B

Gregorius Romano defensori. De præsumptione tonsuratoris in Sicilia.

Caput. XLVII.

Epist.47. Eruenit ad nos ꝙ tõsuratores in Sicilia praua sibi prę-
P sumptione nomen defensorum sumerent, atque eos nõ solũ vtilitatib⁹ Ecclesiasticis nõ esse vtiles, sed etiã hac occasione multa indisciplinata cõmittere. Proinde experientiæ tuæ præsenti auctoritate præcipimus, vt hoc diligenter inquirat. Et si quos sibi, præter eos qui huius rei Epistolas habẽt, hoc denuo nomen vsurpare repererit, districta illud emendatione cõpescat. Si verò quosdam strenuos ac fideles in Ecclesiasticis negotiis esse probaueris, subtiliter nobis de eis te renunciare necesse est, vt verũ digni sint Epistola iudicemus. Præterea à Fortunato de iis quæ gesit, rationes subtiliter perscrutari te volum⁹, & satisfactis omnibus quę debere constiterit, eum per patrimonium vel actionem aliquam Ecclesiæ nostræ transire vlterius nõ permittas: quia ita se, quantum ad nos peruenit, exhibuit, vt cõmune aliquid deinceps cum nostris habere non debeat. Præterea nunciatum est nobis Martinianum quendam qui nomen sibi defensoris assumpsit, fratri & coëpiscopo nostro Ioanni, cui curam patrimonij nostri commiseramus, exhibere obedientiam distulisse. Require ergo, & si verum est, exilio transmittatur, vt ex cuius Ecclesia honoris sibi falsum nomen arripuit, administranti v-
C tilitates ipsius, minimè obediisse, impunitum non sit. Sed & si qui sunt alij ordinationi memorati fratris nostri inobedientes, districta in eos vltione modis omnibus vindicate.

Gregorius Romano defensori. De violentia Luminosi.

Caput. XLVIII.

Epist.48. Vminosus præsentium portitor violentiam se, vxorẽ-
E que suam à Salustio viro clarissimo asserens sustinere, huc necessitate eadem faciente venire compulsus est. Vnde quia seruum sanctæ Mariæ quod est parœciæ Grumentinę se esse asserit, necesse est vt Ecclesiastica tuitiõe valletur. Experiẽtia itaque tua præfato supplici ecclesiastica non desistat impartire solatia, eúmq; de quo queritur admonere, quatenus se ab eorũ inquietudine compescat. Sin verò est quod sibi in eis rationabiliter dicat posse competere, electorum iudicio terminetur, tuáq; quicquid definitũ fuerit, executione modis omnibus impleatur.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De reditibus Ecclesiæ suscipiendis.

Caput. XLIX.

Epist.49. Ilij nostri Paschasius vir magnificus, & Blancho vir cla-
F rissimus conquesti sunt nobis sanctitatem vestrã reditus, qui sanctæ Romanæ Ecclesiæ debentur, non alibi nisi aut in suburbano ciuitatis, aut in massa, quæ dicitur Gelas, velle percipere. Quod ego non ita actum intelligo, sicut hi qui murmurant putant. Scio enim sapientiam fraternitatis vestræ, & idcirco vos arbitror talia proposuisse, vt per eandem propositionem quocunque in loco reditus vtiles potuissetis accipere. Laudo frater charissime intentionem charitatis tantæ, & vehementer amplector, quia sic curam Ecclesiæ nostræ agitis, quæ profectò vestra est, sicut & vestræ, quæ nostra est. Tamen nec in suburbano, nec de massa Gelas, filij mei excellentissimi Italica & domus Venantij reditus quos promiserunt sunt petendi. Sed siue in Syracusana, siue in Panormitana parte dare voluerint, hoc solum vestra sanctitas sit intenta, vt vtiles per omnia reditus accipiat, secundùm promissionem pacti vel cautionis quam misimus. Ita ergo sanctitas vestra prouideat, vt nec dilecti filij mei prædicti derelictis suburbanis sibi necessariis contristentur, nec nostra Romana Ecclesia damnum aliquod vel minorem vtilitatem in eorũ redituum perceptione sustineat. D

Gregorius Anthemio subdiacono Campaniæ. De vxore Stephani redimenda.

Caput. L.

Epist.50. Tephanus præsentium portitor, qui vxorem se Eccle-
S siæ nostræ ancillam habere perhibet, octo se solidis ab Accello seniore de hostibus comparatum innotuit. Et quia ad eorum restitutionem se inopem esse commemorat, expe- E rientia tua diligenter inquirat, & si ita esse cognouerit, nec habere vnde suum possit precium reddere, cum prædicto seniore ad quantum potueris ordina, & precium ei quod tibi statuerit, restitue: securus quia tempore quo rationes tuas positurus adueneris, de captiuorum redemptione quod dederis, tibi restitui faciemus.

Gregorius Eugenio diacono. De seruis dei Bleranæ ciuitatis.

Caput. LI.

Epist.51. Erui dei monasterij quod in Blerana ciuitate est consti-
S tutum, de terris suggesserunt necessitatem se grauissimã sustinere. Et quia talibus nos personis oportet ferre consultum, experientiæ tuæ hac auctoritate præcipimus, quatenus appendicem quæ Agellus dicitur, ex corpore massæ Gratilianæ cum suis finibus eis debeas contradere, quod eis saluo iure Ecclesiæ nostræ in. xxxvj. annorum spatium concessimus habere. Sed & terrulam modiorum. xxx. ex prædicta massa quam pridẽ à nobis sibi datam possidere noscuntur, pariter in prædicto annorum spatio, eos habere concedimus: quatenus tali prouisione congregatio illic consistẽs huius rei valeat habere solatium. Experientia itaque tua huius præcepti auctoritate suffulta, prædictas terras eis traderenon moretur, vt liberiori animo in dei laudibus valeant permanere.

Gregorius Felici episcopo Portuensi. Ioãnem famulum d.ae. F
Caput. LII.

Epist.52. Haritatis vestræ gratia prouocati, ne infructuosi vobis
C videamur existere, præcipuè cùm & minus vos habere seruitia nouerimus, ideo Ioannem iuris Ecclesiastici famulum, natione Sabinum, ex massa Flauiana, annorum plus minus decem & octo, quem nostra voluntate diu iam possidetis, fraternitati vestræ iure directo donamus atque concedimus: ita vt eum habeatis, possideatis atque iuri proprietatique vestræ vendicetis atq; defendatis, & quicquid de eo facere volueritis, quippe vt dominus, ex huius donationis iure libero potiamini arbitrio. Contra quam munificentiæ nostræ chartulam nunquam nos successorésque nostros noueris esse venturos. Hanc autem donationem à notario nostro perscriptam legimus, atque subscripsimus, tribuentes etiam non expectata professione vestra, quo volueritis tempore alligandi licentiam legitima stipulatione & spõsione interposita. Actum Romæ.

Gregorius Venantio episcopo Perusino. De Ecclesio episcopo frigore laborante.

Caput. LIII.

Epist.53. Ratrem & coëpiscopum nostrum Ecclesium frigore
F omnino laborare cognouim⁹, pro eo quòd hyemalem vestem non habeat. Et quia aliquid sibi à nobis petiit debere

G debere transmitti, fraternitati tuæ ad hoc per latorem præsentiũ transmisimus amphimallum, tunicam vel pectoralem, vt à te ei debeat sine mora transmitti. Et ideo ad prædictum fratrem nostrum sub omni illud celeritate stude transmittere, atque hoc ipsum nobis, quia transmiseris, tuis renunciare epistolis non omittas: sed ita fac vt ad transmittendũ, quia vehemens frigus est, moram aliquam minimè facias.

Gregorius Eulogio patriarchæ Alexandrino. De conuersione Monophysitarum.

Caput. LIIII.

Epist. 54. L Atores presentium Siciliam venientes, à Monophysitarum errore conuersi sunt, atque sanctæ vniuersali Ecclesiæ semetipsos adunauerunt. Qui ad beati Petri Apostolorum principis Ecclesiam pertendentes, poposcerũt à me, vt eos meis epistolis vestrę beatitudini commendare debuissem: quatenus ab hæreticis qui iuxta ipsos sunt, nullam iam violentiam perpeti permittantur. Et quia vnus eorum dicit monasteriũ in quo fuit, à parentibus suis fuisse constructum, auctoritatem desiderat à sanctitate vestra percipere, vt hi qui in eo sunt hæretici, aut ad sinum sanctæ Ecclesiæ redeant, aut de eodem monasterio repellantur. Hæc à nobis vobis indicata esse sufficiat: nam de vestra beatitudine nouimus, quia quicquid ad zelum dei omnipotentis pertinet, cum omni facere feruore festinet. Pro me ve
H rò vt oretis peto: quia inter gladios Longobardorum quos sustineo, podagræ doloribus vehementer affligor.

Ioannis episcopi ad Gregorium papam. De vsu pallij, & diuersis ornatibus.

Caput. LV.

Epist. 55. R Euerentissimus conseruus meus Castorius Apostolicę sedis vestræ notarius reddidit mihi domini mei Epistolam consortem mellis & vulneris. Quæ sic tamen infixit aculeos, vt locum non subtraheret medicinæ. Nam qui superbiam, diuinum sequens iudicium, reprehendit, meritò se mitem ac placidum quodammodo profitetur. Commemoratis igitur quòd ego nouitatis ambitione, *pallij vsum supra quàm* antecessoribus meis indultum fuerat, vsurpassem. Quòd proprij domini mei conscięntia, quæ diuina regitur dextera, nullo modo credere patiatur, nec opinionis incerto aures sacratissimas aperire. Primùm, licèt peccator, noui tamen quàm graue sit terminos nobis à patribus affixos transcendere, & quòd omnis elatio nihil aliud habeat quàm ruinam. Nam si maiores nostri in regibus superbiam non tulerunt, quanto magis nõ est in sacerdotibus sustinenda? Deinde recolo me in sinu atque in gremio sacrosanctæ Ecclesiæ vestræ Romanæ & nutritum, & deo auxiliante prouectum. Et quibus ausibus ego sanctissimæ illi sedi, quæ vniuer-
I sali Ecclesiæ iura sua transmittit, præsumpserim obuiare, propter cuius conseruandam auctoritatem, sicut deo manifestum est, multorum contra me inimicorum inuidiam grauiter excitaui. Sed beatissimus dominus meus nihil me contra priscam consuetudinem existimet attentasse, quod à multis & propè ab omnibus ciuibus huius vrbis attestatur, inter gesta etiam si acquieuisset, & suprascriptus reuerentissimus notarius potuerat attestari, quoniam iam de secretario descendentibus filiis Ecclesiæ, & ingredientibus diaconis vt mox procedatur, tunc primus diaconus episcopo Rauennatis Ecclesiæ pallium consueuit induere, quo & in litaniis solennibus vti pariter consueuit. Nullus ergo contra me domino meo conetur surripere: quia si vult, deo custode, non esse potest quòd à me aliqua nouitas fuisset introducta. Qualiter enim iussionibus vel vtilitatibus vestris vbi causa exegerit paruerim, omnipotens deus cordi vestro purissimo faciat manifestum: & hoc peccatis meis imputo, quòd post tot labores atque angustias quas intus foris̃que sustineo, talem vicissitudinẽ merear inuenire. Sed iterum me illa res inter alia consolatur, quòd interdum sanctissimi patres ob hoc tantummodo castigãt filios suos, vt eos faciant potiores, & post hanc deuotionem ac satisfactionem sanctæ Rauennati Ecclesiæ quæ peculiariter vestra est, non solum vetera priuilegia cõseruetis, sed & maiora vestris temporibus conferatis. Nam quòd de mappulis à presbyteris & diaconis meis præsumptum Apostolatus vester scripsit, verè K fateor tædet me aliquid exinde commemorare, cùm per se veritas, quæ apud dominum meum sola prævalet, ipsa sufficiat. Nam cùm hoc minoribus circa vrbem constitutis Ecclesiis licitum sit, poterit etiam apostolatus mei domini si venerabilem clerum primæ apostolicæ sedis suæ requirere dignatur, modis omnibus inuenire: quia quoties ad episcopatus ordinationem seu responsi sacerdotes vel leuitæ Rauennatis Ecclesiæ Romã venerunt, quod omnes in oculis sanctissimorum decessorum vestrorum cũ mappulis sine reprehensione aliqua procedebant. Quare etiam eo tẽpore quo istic à prædecessore vestro peccator ordinatus sum, cuncti presbyteri & diaconi mei in obsequiũ domini papæ mecum procedentes vsi sunt. Et quia præuidens deus noster omnia in manu vestra, & in conscientia purissima collocauit, adiuro vos per ipsam sedem apostolicam, quam à natura moribus nunc etiã honore debito gubernatis, vt in nullo Rauennati Ecclesiæ quæ familiariter vestra est, pro meo merito priuilegia quibus hucusque vsa est minuatis: sed secundum vocem propheticam, in me & in domo patris mei secundum suum meritum transferatur. Quia ergo vniuersa priuilegia quæ sanctæ Rauennati Ecclesiæ à prædecessoribus vestris indulta sunt, pro maiori satisfactione subiecti in scriniis venerabilibus secundùm consecrationem decessorum meorum tempora fidem nihilominus repereris, nunc verò in dei & vestra est potestate, quicquid veritate cognita fieri iusseritis, quoniam ego iussionibus apostolatus domini mei parêre desiderans, quamuis antiqua consuetudo obti- L nuit, vsque ad sanctam iussionem abstinere curaui.

Exemplum præcepti generalis. *Caput. LVI.*

D Ilectissimo fratri Petro Gregorius. Omni conuenire *Epist. 56* nouimus rationi, vt eos amictu pallij decoremus, quos in illis ciuitatibus, diuina inspirante misericordia sacerdotij honor illuminat: in quibus hoc etiam ab illis qui præteritis tẽporibus pontifices fieri meruerunt, & ab apostolica sede constat esse indultum, Ideóque charitati tuæ vsum pallj sicut decessores tui habuisse noscuntur, præsenti auctoritate cõcedimus, *atque ea omnia circa honoris tui priuilegium volumus permanere, quæ anterioribus temporibus Ecclesiæ tuæ constat esse seruata*, vt nihil prorsus de priuilegiis eius doleas diminutũ. Deus te incolumem custodiat.

Finiunt Epistolæ Indictionis quintæ.

LIBER VNDECIMVS.

Incipiunt Epistolæ Indictionis sextæ ex registro beati Gregorij Papæ. M

Gregorius, De Foca coronato & Mauricio interfecto cum filiis suis. *Caput. I.*

Epist. 1. IN nomine domini dei & saluatoris nostri Iesu Christi, per indictionem sextam die xxiij. mensis Nouembris, temporibus domini, & beatissimi papæ Gregorij, coronatus est Focas, & Leontia Augusta septimo palatio quod dicitur Secundianas: & occisus est Mauricius imperator, cum omnibus filiis suis masculis, id est, Theodosio iam coronato, Tiberio, Petro, Paulo, & Iustiniano: simul & Petro fratre suprascripti Mauricij Augusti. Sed & aliqui procerum qui ei cohærebant, id est, Constantius patricius, & curator de Placidias, sed & Georgius notarius principis. Venit autem Icona suprascriptorum Focæ & Leontiæ Augustorum Romam. vij. Kal. Maij, & acclamatum est eis in Lateranis, in basilica Iulij ab omni clero vel senatu, Exaudi Christe: Focæ Augusto, & Leontiæ Augustæ vita. Tunc iussit ipsam Iconam dominus beatissimus

A tissimus & apostolicus Gregorius papa reponi in oratorio sancti Cæsarij martyris intra palatium.

Sermo beati Gregorij papæ tempore mortalitatis. Vt plebs faciat septem litanias diuisim secundum ordinem in vno die.

Caput.II.

Ipsa.2. Portet fratres charissimi, vt flagella dei quæ metuere ventura debuimus, saltem præsentia & experta timeamus. Conuersionis nobis aditum dolor aperiat, & cordis nostri duritiam ipsa iam quam patimur pœna dissoluat. Vt enim propheta teste prædictum est: Peruenit gladius vsque ad animam. Ecce enim cuncta plebs cœlestis iræ mucrone percutitur, & repentina singuli cæde vastantur. Nec languor mortem præuenit, sed languoris moras, vt cernitis, mors præcurrit. Percussus quisque antè rapitur, quàm ad lamenta pœnitentiæ conuertatur. Pensate ergo qualis ad conspectum districti iudicis peruenit, cui non vacat flere quod fecit. Habitatores quippe non ex parte subtrahuntur, sed pariter corruunt. Domus vacuæ relinquuntur, filiorum funera parentes aspiciũt, & sui eos ad interitum hæredes præcedunt. Vnusquisque ergo nostrum ad pœnitentiæ lamenta confugiat, dum flere ante percussionem vacat. Reuocemus ante oculos mentis quicquid errando commisimus, & quod nequiter egimus flendo puniaB mus. Præueniamus faciem eius in confessione, & sicut propheta admonet, Leuemus corda nostra cum manibus ad deum. Ad deum quippe corda cum manibus leuare, est orationis nostræ studium cum merito bonæ operationis erigere. Dat profectò, dat tremori nostro fiduciam, qui per prophetam clamat: Ezech.18. Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Nullus autem de iniquitatum suarum immanitate desperet. Veternosas nanque Niniuitarum culpas triduana pœnitentia absterfit. Matt.27. & conuersus latro vitæ præmia etiã in ipsa sententia suæ mortis emeruit. Leuemus igitur corda, & præsumamus nos iam percepisse quod petimus. Citius ad precem iudex flectitur, si à prauitate sua petitor corrigatur. Imminente ergo tantæ animaduersionis gladio, nos importunis fletibus insistamus. Ea nanque quæ ingrata esse hominibus importunitas solet, iudici veritatis placet: quia pius ac misericors deus à se vult veniam precibus exigi, qui quantum meremur, non vult irasci. Hinc Psal.49. etenim per Psalmistam dicitur. Inuoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te, & magnificabis me. Ipse ergo sibi testis est: quia inuocantibus misereri desiderat, qui monet vt inuocetur. Proinde fratres charissimi contrito corde, & correctis operibus crastina die primo diluculo ad septiformem litaniam iuxta distributionem inferius designatam deuota mente cum lachrymis veniamus. Nullus vestrum ad terrena opera in agros exeat, nullus quodlibet negotium agere præsumat: quatenus C ad sanctæ genitricis domini Ecclesiam conuenientes, qui simul omnes peccauimus, simul omnes mala quę fecimus deploremus, vt districtus iudex dũ culpas nostras nos punire considerat, ipse à sententia propositæ damnationis parcat. Litania Clericorum exeat ab Ecclesia beati Ioannis baptistę. Litania virorum, ab Ecclesia beati martyris Marcelli. Litania monachorum, ab Ecclesia martyrum Ioannis & Pauli. Litania ancillarum dei, ab Ecclesia beatorũ martyrum Cosmæ & Damiani. Litania fœminarum coniugatarum, ab Ecclesia beati primi martyris Stephani. Litania viduarum, ab Ecclesia martyris Vitalis. Litania pauperum & infantium, ab Ecclesia beatæ martyris Ceciliæ. Facta sunt hęc in basilica sanctę Sabinæ sub die.iiij.Kalen. Septembris. Indictione.vj.

Gregorius dilectissimis filiis Romanis ciuibus. De hoc quod si necesse fuerit, corpus dominico die lauare possint, sicut & faciem. Et de sabbato non custodiendo.

Caput.III.

Epi.3. De consec. dist.3.ca. Peruenit. Eruenit ad me, quosdam peruersi spiritus homines, P praua inter vos aliqua & sanctæ fidei aduersa seminasse, ita vt die sabbati aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud nisi antichristi prædicatores dixerim? Qui veniens, diem sabbatum atque dominicum ab omni facient opere custodiri. Quia enim mori se & resurgere simulat, haberi in

veneratione vult dominicum diem, & quia Iudaizare populum D compellit, vt exteriorem ritum legis reuocet, & sibi Iudæorum perfidiam subdat, coli vult sabbatum. Hoc enim quod per prophetam dicitur: Ne inferatis onera per portas vestras Hiere.17. die sabbati: tandiu teneri potuit, quandiu legem licuit iuxta literam custodiri. At postquam gratia omnipotentis dei domini nostri Iesu Christi apparuit, præcepta legis quæ per figuram dicta sunt, iuxta literam seruari non possunt. Nam si quis dicit hoc de sabbato seruandum, dicat necesse est etiam carnalia sacrificia persoluenda: dicat præceptum quoque de circuncisione corporis hucusque retinendum. Sed contra se Paulum apostolum audiat dicentem: Si circuncidamini, Christus vo- Galat.6. bis nihil prodest. Nos itaque quod de sabbato scriptum est spiritaliter accipimus, spiritaliter tenemus. Sabbatum enim requies dicitur. Verum autem sabbatum ipsum redemptorem nostrum Iesum Christum dominum habemus. Et qui lucem fidei eius agnoscit, si peccata concupiscentiæ ad mentem per oculos trahit, in die sabbati onera per portas introducit. Non ergo in die sabbati per portas introducimus onera, si in redẽptoris nostri gratia constituti, pondera peccati ad animam per sensus corporeos non trahamus. Nam idem dominus ac redemptor noster multa in die sabbati legitur operatus, ita vt Iudæos reprehenderet dicens: Quis vestrum bouem aut asinum suum Luc.13. non soluit in die sabbati, & ducit adaquare? Si ergo ipsa per E se veritas non custodiri iuxta literam sabbatum præcepit, quisquis otium sabbati secundum legis literam custodit, cui alteri nisi ipsi veritati contradicit? Aliud quoque ad me perlatum est De consec. vobis à peruersis hominibus esse prædicatum, vt dominico die dist.3.ca. nullus debeat lauari. Et quidem si pro luxu animi ac voluptatis quis lauari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die con- §.Aliud. cedimus. Si autem pro necessitate corporis, hoc nec dominico die prohibemus. Scriptum nanque est: Nemo carnem suam Ephe.5. odio habuit, sed nutrit & fouet eam. Et rursum scriptum est: Roma.13. Carnis curam ne feceritis in concupiscentiis. Qui igitur carnis curam in concupiscentiis fieri prohibet, profectò in necessitatibus concedit. Nam si dominico die corpus lauare peccatum est, lauari ergo die eodem nec facies debet. Si autem hoc in corporis parte conceditur, cur hoc exigente necessitate toto corpori negetur? Dominico verò die à labore terreno cessandum est, atque omnimodo orationibus insistendum, vt si quid negligentiæ per sex dies agitur, per diem resurrectionis dominicæ precibus expietur. Hæc filij charissimi certa constantia & recta prædicti fide custodite, stultorum hominum verba despicite, & omnia quæ ab eis dici cognoscitis, nolite facilè credere: sed in rationis trutina pensate, vt dum erroris vento forti stabilitate resistitis, ad solida cœlestis regni gaudia peruenire valeatis.

F

Gregorius Adeodato abbati Neapolitano. De Catherensi monasterio sue iungendo.

Caput.IIII.

Epi.4. Vantum bene dispositæ fratrum congregationi animus noster ex interni desiderij intentione congaudet, tantum ex destitutis & penè in desolatione positis, vt pastoralis sollicitudinis eis citius cura subueniat, vehemẽti mœrore concutitur. Monachi siquidem monasterij quod Crateras dicitur: Neapolitanæ vrbi è vicino fundati, porrecta nos petitione informasse noscuntur, locum ipsum ita penè funditus seruorum dei obsequiis destitutum, vt vix illic remanserint qui loci ipsius solummodo valeant esse custodes. Ob quam rem lachrymabiliter supplicantes à nobis popoposcisse noscuntur, vt monasterio vestro ipsum munire monasteriũ deberemus: quatenus per sollicitudinem tuam, & deinceps succedentibus aliis, locus ipse auctore deo regulari valeat ordinatione disponi. Sed dum huic rei frater & coëpiscopus noster Basilius Capuanæ Ecclesiæ præsens fuisset inuentus, extitit valde contrarius, asserens locum ipsum olim monasterio alij diœcesis suæ fuisse coniunctum, & idcirco minimè in alterius Ecclesiæ ius debere contradi. Contra quam obiectionem Neapolitanæ rursus clerus Ecclesię multo esse aliter quàm dicebat oppositis allegationibus replicabat, quibus diuersa sentientibus ne constituere quicquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quicquam dubiè videremur, deputatis cognitoribus instituimus inter eos esse iudicium. Quibus renunciantibus manifesta ratione comperimus fratrem & coepiscopum nostrum Basilium nullum in prædicto Craterensi monasterio ius habere. Quo cognito, monachis pia poscentibus, necessariò duximus præbere consensum. Præsentis itaque præcepti nostri auctoritate idem Craterense monasterium cellæ vestrę constituimus vniendum. Hoc præcipuè commonentes, vt locus ipse ita cum diuino solatio per vos deinceps debeat ordinari: quatenus dum ab hoste licuerit, deputati à vobis illic monachi debeant iugiter in dei laudibus permanere: perturbationis verò tempore intra vrbem, in cellam quippe propriam, reuocari. Res verò omnes eidem monasterio competentes, diligẽti volumus cura perquiri atque recolligi, easque vt tibi visum fuerit, aptè disponi. Nihilque quod eidem monasterio competit, à quoquam detineri permittas, sed omnia in ius Ecclesiæ, quippe iam tuæ, reformare non negligas, vt cunctis salubri ordinatione dispositis, quę deo placita & nostra sunt auctoritate suffulta, perpetuis maneant inconuulsa temporibus.

Gregorius Adeodato seruo dei. Permittit testamentum de rebus suis legitimè facere.

Caput. V.

H Effectum iusta postulãtibus indulgere, & vigor æquitatis, & ordo exigit rationis, præsertim quando petentium voluntatem & pietas adiuuat, & veritas non relinquit. Quia igitur priusquam in monasterio sancti Adriani, vbi es conuersus, intrares, rerumque tuarum illic donationem emitteres, domos, & hortos intra ciuitatem, seu terras sationales, vel vineas in fundo, sicut nos docuisti, Carsiniano, pariter & portiones tuas in fundo Fulloniaco, vel ex aliquibus mancipiis tuis, quibus ante concessa libertas est, verbo largitus es: ipsa quoque donatio licèt possit iure subsistere, præcipuè in hoc quod ab illis tribuitur, qui cum pompis suis seculum relinquentes, ad dei se eligunt conferre seruitium, tamen ne quid futurum tempus obliuionis nubilo huic derogare quicquam valeat largitati, scripturę hoc desideras tradere monumẽtis. Quod vt queat robustum existere, à nobis tibi poscis dari licentiam. Idcirco huius tibi præcepti nostri pagina liberam hoc faciendi concedimus facultatem: quatenus dum omnia à te fuerint expressa, & designatione tua nouerint esse suũ, quod cunctis modo commune est, & ipsi sine contentione donata possideant, & voluntas tua quid ad quem pertinere voluerit, esse non possit ambigua. Quicquid enim huiusmodi scriptura interueniente feceris, firmum, stabileque, & ex rei ipsius veritate, & ex hac nostra auctoritate non dubites: quippe quia non nouum aliquid facere quod lege est vetitum, sed dudum factum videris exprimere, & salubriter amputandi causa litigij literarum memoriæ seruanda reponere. I

Epi.5.

Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De abbatissa Desideria.

Caput. VI.

Q Vando inter religiosas personas de terrenis rebus cõtrouersia nascitur, ita sacerdotali est sollicitudine finienda, vt crescere non possit ex mora cõtentio. Desideria siquidem abbatissa, latrix præsentium, huc veniens questa est substantiam parentum suorum pariter & germani sui sibi rationabiliter competentem, à Ioanne abbate indebitè detineri. Et quia eandem causam interueniente petit iudicio terminari, fraternitas vestra adhibitis sibi Innocentio atque Libertino fratribus, coëpiscopisque nostris, cũ eis negotij huius qualitatem diligenter examinet, & pari consilio communique tractatu ita se in definiendo ex omni latere festinet exhibere sollicitum, quatenus & ipsa omni inuidia fauoris ac negligentiæ careat, & inter illos post definitionem vestram aliquod non possit litigium remanere. Si vero aliqua ex lege vobis ad proferendam sententiam fuerit nata dubietas, sapientem virum, & quem nostis dei timorem habere præ oculis, requirite, vtab eo quid sit legitimum informati, nullam reprehensionem vestræ definitionis valeat calculus sustinere.

Epi.6.

Gregorius Eleutherio episcopo. Vt propter infirmitatem episcopus non deponatur, nisi petierit.

Caput. VII.

Q Vamuis triste nobis sit valde quod loquimur, atque fraterna nos compassio flere potius vrgeat quàm aliquid de auditis finire permittat: suscepti tamen sollicitudo regiminis cor nostrum instanti pulsat aculeo, magna nos ecclesiis cura prospicere, & antequam earum possit vtilitas deperire, quod fieri debeat, deo auctore disponere. Peruenit igitur ad nos, quibusdam referentibus, quendam episcopum ita passionẽ capitis incurrisse, vt quod mente alienata agere soleat, gemitus & fletus audire sit. Ne ergo languente pastore grex, quod absit, insidiatoris laniandus dentibus exponatur, vel Ecclesiæ ipsius vtilitates depereant, cauta nos necesse est prouisione tractare. Et ideo quia viuentem episcopum ab officio suo necessitas infirmitatis non crimen abducit, alium loco eius nisi recusante eo, nulla fiuit ratio ordinari. Sed si interualla ægritudinis habere est solitus, ipse data petitione non se vlterius ad hoc ministerium intellectum habere, nec ad alia officia subuertente infirmitate posse fateatur assurgere, & alium in loco suo expetat ordinandum: quo facto omnium solenniter electione alter qui dignus fuerit episcopus solenniter consecretur: sic tamen vt quousque eundem episcopum in hoc seculo vita tenuerit, sumptus ei debiti de eadem Ecclesia ministrentur. Enimuero si nullo tempore ad sanæ redit mentis officium, persona fidelis ac vitæ est probabilis eligenda, quæ ad regimen Ecclesiæ idonea possit existere, atque de animarum vtilitate cogitare, inquietos sub disciplinæ vinculo restringere, ecclesiasticarum rerum curam agere, & maturum atque efficacem se in omnibus exhibere. Qui etiam si episcopo qui nũc ægrotat superstes exstiterit, loco eius debeat consecrari. Ordinationes vero presbyterorum vel diaconorum, seu alterius ordinis si fieri in eadem Ecclesia causa poposcerit, fraternitati tuæ noueris reseruandum, quatenus si tuæ est diœceseos, de eius qui ad hoc eligitur, vita, moribus, actuque perquiras. Et si placuerit, nec est quod *in eo iudicium canonicæ districtionis reprehendat, ad destinatum ordinem non aliter nisi te ordinante perueniat. ita ergo fraternitas tua faciat*, atque hæc vigilantia prouidenti disponat, vt nec dei Ecclesia neglectum vlterius habeat, & consacerdotes suos non solum verbis, sed etiam exemplo locorum venerabilium curam laudabiliter habere commoneat. K L

Epi.7. 7.ij.t.tab. Quamuis.

Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum. De pace ordinanda. De Menna episcopo. De quodam episcopo capitis infirmitate detento. De priuilegiis monasteriorum eius.

Caput. VIII.

I Nter alia bona hoc apud vos præ cæteris tenet principatum, quòd in mediis huius mundi fluctibus qui regentis animos turbulenta solent vexatione confundere, ita cor ad diuini cultus amorem & venerabilium locorum disponendam quietem reducitis, ac si vos nulla alia cura sollicitet. Vnde quia huiusmodi præpositorum actio, subiectorum magna solet esse munitio, plus aliis gentibus gentem Francorum asserimus fœlicem, quæ sic bonis omnibus præditam meruit habere reginam. Epistolis autem vestris indicantibus agnoscentes Ecclesiam vos sancti Martini in suburbano Augustudunensi, atque monasterium ancillarum dei, necnon & xenodochium in vrbe eadem construxisse: valde lætati sumus: & gratias omnipotenti deo retulimus, qui cordis vestri sinceritatem ad hæc operanda compunxit. Quapropter vt & nos bonis vestris in aliquo participes haberemur: priuilegia locis ipsis pro quiete & munitione illic degentium, sicut voluistis, indulsimus: nec excellentiæ vestræ amplectenda nobis desideria, vel ad modicum differre pertulimus. Paterna præterea charitate salutationis præmittentes alloquium, indicamus illustribus filiis nostris: vestræ verò excellentiæ famulis ac legatis Burgoaldo, & Varmaricario nostrum nos secundùm vestra scriptura præbuisse secretum. Qui omnia quæ sibi iniuncta dixerant, subuli nobis insinuatione reserasse noscuntur. De quibus curæ nobis erit sequenti tempore excellen- M

Epi.8.

tiæ

Universidad de Deusto

A tiæ veſtræ quid actum fuerit indicare. Nam nos quicquid poſſibile & vtile ad ordinandum pacem inter vos & rempublicam pertinet, ſumma, deo auctore, cupimus deuotione compleri. Mennam verò reuerentiſsimum fratrem & coëpiſcopum noſtrum, poſtquam ea quæ de eo dicta fuerant requirentes, in nullo inuenimus culpabilem eſſe, qui inſuper ad ſacratiſsimum corpus beati Petri Apoſtoli ſub iureiurando ſatisfaciens, ab his quæ obiecta eius opinioni fuerant, ſe demonſtrauit alienum, reuerti illuc purgatum abſolutumque permiſimus: quia ſicut dignum erat vt ſi in aliquo reus exiſteret, culpam in eo canonicè puniremus: ita dignum non fuit, vt eum adiuuante innocentia diutius retinere vel affligere in aliquo deberemus. De quodam autem epiſcopo quem capitis infirmitas, ſicut nobis prædicti magnifici viri dixerunt, adminiſtrare ſuum non ſinit officium, fratri coëpiſcopoque noſtro Etherio ſcripſimus: vt ſi interualla eiuſdem infirmitatis habuerit, data petitione ad implendum ſe locum ſuum profiteatur non poſſe ſufficere, ſed alium Eccleſiæ ſuæ poſtulet ordinandum: quia viuente eo quem ab adminiſtratione officij ſui non culpa, ſed ægritudo ſubducit: alium loco ipſius ſacri nullo modo permittunt canones ordinari. Si verò nullo tempore ad mentis ſanæ redit officium, quæri perſona debet vita & moribus decorata: quæ & animarum curam gerere, & eiuſdem Eccleſiæ cauſas vtilitatéſque ſalubri valeat ordinatione diſponere: taliſque ſit, vt ſi ſuper-
B ſtes extiterit, eius poſsit loco ſuccedere. Sed & ſi qui ſunt in ſacro ordine, vel ad clericatus miniſterium promouendi, antefato reuerentiſsimo fratri noſtro Etherio: ſi tamen ipſius eſt diœceſeos, reſeruandum nunciandumque decreuimus: vt inde habita inquiſitione ſi nulli culpæ quas ſacri canones inſequuntur, ſubiecti ſunt, ipſe eos debeat ordinare. Excellentiæ ergo veſtræ cura noſtræ ſe diſpoſitioni coniungat: quatenus nec Eccleſiæ vtilitates, quarum nobis maximus amor eſt, pereant: & bonis excellentiæ veſtræ mercedis augmenta ſuccreſcant. Similiter verò de quodam digamo requiſiti, an ad ſacrum ordinem potuiſſet accedere, iuxta canonicam regulam omnino vetuimus. Abſit enim ne veſtris temporibus, in quibus tam multa pia ac religioſa agitis, aliquid contra Eccleſiaſticum inſtitutum fieri permittatis. Præfati autem viri magnifici filij noſtri dato capitulari inter cætera petierunt, quod ſibi ex veſtra perhibuere iuſsione mandatum: vt talis debeat à nobis in Galliis perſona tranſmitti, quæ facta ſynodo cuncta quæ contra ſacratiſsimos canones perpetrantur, omnipotenti deo auctore poſſit corrigere. In qua gloriæ veſtræ cura cognouimus quàm de vita animæ & de regni veſtri ſoliditate cogitatis: quia redemptorem noſtrum formidantes, eiuſque in omnibus præcepta ſeruantes, & hic agitis vti regni veſtri gubernacula ſubſiſtant: & poſt longa annorum curricula vos quoque de terreno regno ad regnum cœleſte tranſeatis. Apto autem tempore ſi deo
C placuerit, veneranda excellentiæ veſtræ deſideria implere curabimus. Nos itaque pro munitione locorum de quibus excellentia veſtra ſcripſit, omnia ſicut voluit ſancire ſtuduimus. Sed ne fortaſſe ab eorum locorum præpoſitis eadem decreta noſtra tempore quoquo ſupprimantur, pro eo quòd eis quædam interdicta eſſe noſcuntur, hæc eadem conſtitutio geſtis eſt publicis inferenda: quatenus ſicut in noſtris, ita quoque in regalibus ſcriniis teneatur. Omnipotens deus excellentiam veſtram in ſuo ſemper timore cuſtodiat, atque ita veſtra vota in filiorum excellentiſsimorum regum nepotum veſtrorum, intercedente beato Petro Apoſtolorum principe, cui eos commendatis, ſoſpitate adimpleat: vt ſtabile vobis gaudium de eorum ſemper incolumitate, ſicut cupitis, habere concedat.

Gregorius Theodorico regi Francorum. De pace in republica facienda.
Caput. IX.

Epiſt. 9. S Criptorum veſtrorum eloquia incolumitatem veſtram ſignantia læti ſuſcepimus, ex quibus ita tranſcendere vos prudentia ætatem agnouimus, vt euidenter appareat pro gentis Francorum felicitate, excellentiæ veſtræ, poteſtatis regiæ gubernacula, ſupernæ gratiæ fauore ſuiſſe commiſſa, inter quæ hoc quoque in vobis ſatis laudabile, mi- D randumque eſt: quòd in his quæ filiam noſtram præcellentiſsimam auiam veſtram pro omnipotentis dei amore deſiderare cognoſcitis, iuuare ſic ſtudioſiſsimè feſtinatis: vt per hoc & hic feliciter viuatis, & in futura vita regnum cum angelis teneatis. Quia ergo hoc, deo donante, ex magna venit diſcretione iudicij: ita omnia quæ excellentia veſtra voluit, citius ac libenter impleuimus: vt quantum nobis bona veſtra placuerint, effectus noſtri celeritate monſtraremus. Salutátes præterea vos paterna dulcedine, indicamus omnia quæ viris illuſtrib⁹ famulis veſtris Burgoaldo & Varmaricario filiis noſtris agenda mandaſtis, facta nobis fuiſſe habito ſecreto colloquio manifeſta. Et valde laudauimus, quia & preſentia ſapienter, ſicut decet, attenditis: & ſic munire futura ſempiternę pacis interuentu inter vos & rempublicam feſtinatis: vt vnum facti, regni veſtri firmitatem in perpetuum extendere ſalubriter poſsitis. De quibus ſuccedenti vobis tempore quæ deo fuerint placita nunciamus. Nam nos quicquid vtile, quicquid probatur eſſe pacificum deſideramus, & vt fieri valeat ſtudemus. Tantum eſt, vt ſicut noſtra, ita quoque dei, quo ſine nihil poſſumus, in ea quæ expediunt ſit voluntas. Sancta trinitas in ſuo ſemper faciat vos timore proficere: & ita cor veſtrum placita ſibi moderatione diſponat, vt & nunc ſubiectis veſtris de vobis, & poſtmodum vobis de ſe gaudium ſine fine concedat.

E

Gregorius Senatori preshytero & abbati. De xenodochio quod in Auguſtudunenſi ciuitate à Syagrio & Brunichilda conſtructum eſt, & priuilegio eius.
Caput. X.

Epiſt. 10. Q Vando catholicorum regum corda, ad ea ad quæ pontificalibus ſunt monitis prouocanda, ita ardenti deſiderio diuina præueniente gratia ſuccenduntur, vt ab eis vltro poſcantur: tanto alacri & læto ſunt animo concedenda, quanto & ea ipſa quæ cupiunt, ſi nollent facere, peti debuerant. Proinde iuxta ſcripta filiorum noſtrorum præcellentiſsimorum regum Brunichildæ ac nepotis ipſius Theodorici, xenodochio quod in ciuitate Auguſtudunenſi à Syagrio reuerendæ memoriæ epiſcopo, & prædicta filia noſtra regina excellentiſsima conſtructum eſt: cui tu præeſſe dignoſceris, huiuſmodi priuilegia præſentis auctoritatis noſtræ decreto indulgemus, concedimus atque firmamus, ſtatuentes nullum regum, nullum antiſtitum, nullum quacunque præditum dignitate, vel quenquam alium, de his quæ xenodochio à ſupraſcriptis præcellentiſsimis filiis noſtris regibus iam donata ſunt: vel in futuro à quibuſuis aliis de proprio fuerint iure collata, ſub cuiuſlibet cauſæ, occaſioníſve ſpecie minuere vel auferre, ſiue ſuis vſibus applicare, vel aliis piis cauſis pro ſuæ auaritiæ excuſatione poſſe concedere: ſed cuncta quæ ibi oblata ſunt vel offerri con- F
tigerit: tam à te, quàm ab eis qui in tuo officio locoque ſucceſſerint, perenni tempore illibata & ſine inquietudine aliqua volumus poſsideri. Eorum tamen vſibus pro quorum ſuſtentatione gubernationéque conceſſa ſunt, modis omnibus profutura. Item conſtituimus, vt obeunte abbate presbyteroque ſupraſcripti xenodochij atque monaſterij: non alius ibi quacunque obreptionis aſtutia ordinetur, niſi quem rex eiuſdem prouinciæ cum conſenſu monachorum, ſecundum amorem dei elegerit ac prouiderit ordinandum. Hoc quoque capitulo præſenti ſubiungimus, vt locum auaritiæ excludamus: nullum de regibus, nullum de ſacerdotibus vel quemcunque alium per ſe ſuppoſitámve perſonam, de ordinatione eiuſdem abbatis, vel quibuſcunque cauſis xenodochio ipſi pertinentibus, audere in auro ſiue alia qualibet ſpecie commodi quicquam accipere: neque eundem abbatem ordinationis ſuæ cauſa dare aliquid præſumere: ne hac occaſione, ea quæ à fidelibus piis locis offeruntur, aut iam oblata ſunt, conſumantur. Et quoniam multæ occaſiones in deceptione religioſarum perſonarum à prauis illic, vt dicitur, hominibus exquiruntur: abbatem atque presbyterum prædicti xenodochij nullo modo priuandum deponendumque cenſemus, niſi cauſa ſpecialiter criminis exigente. Vnde neceſſe eſt, vt ſi qua contra eum huiuſmodi querela ſurrexerit: non ſolum epiſcopus ciuitatis Auguſtudunenſis cauſam

Universidad de Deusto
Biblioteca

G examinet, sed adhibitis sex aliis episcopis suis, subtili hoc inuestigatione perquirat: quatenus cunctis concorditer iudicantibus, canonicæ districtionis censura aut reum punire, aut innocentem possit absoluere. Simili quoque definitione iuxta desiderium conditorum decernimus: vt nullus eorum qui eidem xenodochio atque monasterio abbas in posterum fuerit ordinatus, ad episcopatus officium quacunque obreptione sit ausus accedere: ne res xenodochij vel monasterij iniqua erogatione consumens, grauissimam egestatis necessitatem pauperibus ac peregrinis, vel cæteris exinde viuentibus generet. Episcopum verò tollendi de eodem loco monachum, ad Ecclesiasticum ordinem promouendum, vel pro aliqua quacunq; causa, sine consensu abbatis atque presbyteri habere licentiam prohibemus: ne huius rei vsque ad hoc vsurpatio perducatur: vt loca quæ acquisitione hominum construenda sunt, oblatione destruantur. Hæc igitur omnia quæ huius præcepti decretique nostri pagina continet: tam tibi, quàm cunctis qui in eo quo es ordine locoque successerint, vel eis quorum interesse potuerit, in perpetuum seruanda decernimus. Si quis verò regum, sacerdotum, iudicum, ac personarum secularium hanc constitutionis nostræ paginam agnoscens, contra eam venire tentauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. Et nisi vel ea quæ ab illo malè ablata sunt restituerit: vel digna pœnitentia illicitè
H acta defleuerit, à sacratissimo corpore ac sanguine dei nostri redemptoris Iesu Christi alienus fiat, atque in æterno examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax domini nostri Iesu Christi: quatenus & hic fructum bonæ actionis recipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant.

Gregorius Thessaliæ abbatissæ. De monasterio sanctæ Mariæ, quod in Augustumensi ciuitate erectum est, & priuilegio eius.

Caput. XI.

Epist. 11. Q Vando ad ea ad quæ catholicorum regum corda, pontificalibus sunt monitis prouocanda: ita ardenti desiderio diuina præueniente gratia succẽduntur, vt ab eis vltro poscantur, tanto sunt alacri & læto animo concedenda, quanto & ea ipsa quæ cupiunt, si nollent facere, peti debuerant. Proinde iuxta scripta filiorum nostrorum præcellentissimorum Brunichildæ ac nepotis ipsius Theodorici monasterio sanctæ Mariæ, vbi ancillarum dei congregatio est constituta, in vrbe Augustudunensi &c. vt supra.

Gregorius Lupponi episcopo & abbati. De Ecclesia sancti Martini quæ est in suburbano Augustudunensi, & priuilegio eius.

I *Caput. XII.*

Epist. 12. Q Vando ad ea ad quæ catholicorum regum corda pontificalibus sunt monitis prouocanda: ita ardenti desiderio diuina præueniente gratia succenduntur: vt ab eis vltro poscantur, tanto sunt alacri & læto animo concedenda, quanto ea ipsa quæ cupiunt, si nollent facere, peti debuerant. Proinde iuxta scripta filiorum nostrorum præcellentissimorum regum Brunichildæ ac nepotis ipsius Theodorici Ecclesiæ sancti Martini, quæ in suburbano ciuitatis Augustudunensis &c. vt supra.

Gregorius Maximo episcopo Salonitano. De scriptis eius sine subscriptione non suscipiendis.

Caput. XIII.

Epist. 13. A Lia quidem scripta ad fraternitatem tuam antè feceramus, sed tempore quo homines tuos quos ad nos misisti relaxare voluimus, scripsisse te quibusdam nostrum comperimus, quòd Veteranum presbyterum atque Optatum defensorem tunc minimè in causa trãsmiseris: & ideo ea quæ cum eis acta sunt, non debere subsistere. Sed & Thomas Ecclesiæ tuæ defensor sibi verbo à te dictum perhibuit. Ex qua re iam præsentium portitoribus iudicauimus esse credendum, ne de ipsis quoque post hæc similiter diceretur. Quia ergo hæc nos res valde fecit ambigere, & cautos esse debere K
præmonuit, si causam vultis dicere, instructam de cætero personam cum mandato legaliter facto, tuis ac presbyterorum seu diaconorum in testimonium subscriptionibus roborato, gestisque ex more indito transmittatur: vt quicquid cum ea actum fuerit, possit iure subsistere. Nam nos non solum tibi, sed etiam omnibus quod iustum legitimúmque fuerit, parati sumus, deo iuuante per omnia custodire, tantum vt tu quod lege præcipitur, facere non omittas.

Gregorius Venantio episcopo patricio. De persona Vrbici abbatis.

Caput. XIIII.

Xcellentiæ vestræ electionem in persona Vrbici ab- *Epist.*
E batis quia valde nobis placuit indicamus: quoniam sicut iudicij vestri discretionem oportuit, ad Ecclesiæ gubernationem virum quæsistis vigilantem atque sollicitum, & diuinæ scripturæ scientia, quod maximè in sacerdotibus eligendum est, institutum. Sed quia cæteris sic est aliquis præponendus: vt dum ipse exterius proficit, interius non decrescat, quietem ipsius turbare non possumus, ne cùm eum ad altiora producimus, minorem illum seipso fieri missum in fluctibus compellamus. Persona verò Crescentis diaconi propterea quòd omnino nobis ignota est, prima nobis cura fuit requirere quẽ-admodum xenodochium cui præfuerat, gubernasset: vt ex mi- L
nimis, qualis esse possit in maximo, noscceremus. Sed quid nobis portitores scriptorum vestrorum responderint, ab ipsis addiscetis. Hunc ergo presbyterum dare omnino vobis excellentia vestra scit esse difficile: quia personarum nos necessitas ad ordinanda alia loca pastoribus destituta non leuis angustat. Et ideo quia deum timere, & animæ vestræ vos habere respectum nouimus, paterna charitate salutationis alloquium præmittentes hortamur: vt sicut decet, cauta diligentique inuestigatione scrutari interius de vita, moribus, actuque præfati diaconi debeatis. Et si eum ad Ecclesiæ assurgere regimen agnoscatis, vestra adhortatione omnes in eo concordent. Si autem aliud vestri sentit sollicitudo iudicij: & eum pastoralem curam efficaciter administrare non posse considerat, agendum cum omnibus concorditer, vt alterum qui aptus visus fuerit, de Ecclesia ipsa possint eligere: vt venientes tam diaconus qui iam electus est, quàm etiam qui eligendus est, is qui deo placuerit, ordinetur. Enimuero si in Ecclesia illa neque de presbyteris vel diaconis, siue reliquo clero huiusmodi inueniri potuerit, de alia sibi Ecclesia talem ordinandum eligere festinent antistitem, qui vigilanti sollicitudine exterioribus eorum vtilitatibus, & sacerdotali adhortatione animabus valeat deo miserante vtilis reperiri. Præterea ne qua hac in causa possit esse dilatio, & pec- M
catis facientibus nullus de electis aptus existat: hortandus est clerus & populus vt eis qui ad nos venerint, sua debeant vice mandare: quatenus hic habeant eligendi licentiam, nobisque hoc ipsum apicibus suis roboratis propriis subscriptionibus innotescant: vt si vel hic inueniri potuerit, sine difficultate aliqua Christi operante gratia consecretur. Quod tamen nos non voluntate impulsi loquimur, sed necessitate compulsi: quia quãtum ad nostrum est iudicium, de suis volumus vt debeant habere pastorem.

Gregorius Pascasio episcopo Neapolitano. De Iudæis non opprimendis.

Caput. XV.

Vi sincera intentione extraneos à Christiana religio- *Epist. 15.*
Q ne ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis *Pasc. 1.*
non asperitatibus debent studere: ne quos reddita ad *Dist. 45. ca.*
planum ratio poterat reuocare, pellat proculadubitas. Nã qui- *qui sincera.*
cunque aliter agunt, & eos sub hoc velamine à cõsueta ritus sui volunt cultura suspendere, suas illi magis quàm dei causas probantur attendere. Iudæi siquidem Neapoli cõsistentes, questi nobis sunt, asserentes quòd quidã eos à quibusdam feriarũ suarum solennitatibus irrationabiliter nitantur arcere: ne illis sit licitũ festiuitatum suarum solennia colere: sicut eis nuncusq; & parẽtibus eorum longis retro temporibus licuit obseruare. Quòd si ita se veritas habet, superuacuæ rei videntur operam adhibere.

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Nam quid vtilitatis est, quando, & si contra longum vsum fuerint veriti, ad fidem illis & conuersionem nihil proficit? Aut cur Iudæis quoliter cæremonias suas colere debeant, regulas ponimus, si per hoc eos lucrari non possumus? Agendum ergo est vt ratione potius & mansuetudine prouocati, sequi nos velint, non fugere: vt eos, ex eorum codicibus ostendentes quę dicimus, ad sinum matris Ecclesiæ deo possimus adiuuante conuertere. Itaque fraternitas tua eos monitis quidem prout potuerit, deo adiuuante, ad conuertendum accendat: & de suis illos solennibus inquietari denuo non permittat: sed omnes festiuitates feriasq; suas, sicut hactenus tam ipsi, quàm parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant obseruandi celebrandique licentiam.

Gregorius Barbaro episcopo Carinis. De obitu Victoris episcopi, & de alio eligendo. Caput. XVI.

Epist.16. Pars.1. Dist.61.ca. Obitum.

O Bitum Victoris Panormitanæ ciuitatis antistitis directa relatio patefecit. Quapropter visitationis destitutæ Ecclesiæ fraternitati tuæ operam solenniter delegamus. Quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouectionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriisque, vel quicquid est in patrimonio eiusdem, à quoquam præsumatur Ecclesiæ. Et ideo dilectio tua ad prædictam Ecclesiam properabit, & assiduis adhortationibus clerum plebemque eiusdem Ecclesiæ admonere festinet: vt remoto studio, vno eodemque consensu talem sibi præficiendum expetant sacerdotem: qui & tanto ministerio dignus valeat reperiri, & à venerandis canonibus nullatenus resiliatur. Qui dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati: & dilectionis tuæ testimonio literatum ad nos sacrandus occurrat. Commonemus etiam fraternitatem tuam, vt nullum de altera eligi permittas Ecclesiam: nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis, in qua visitationis impendis officium: nullus ad episcopatum dignus, quod euenire non credimus, potuerit inueniri: prouisurus ante omnia, ne ad id cuiuslibet cõuersationis vel meriti laicam personam aspirare permittas, ne & conatus eorum habeatur inefficax: & tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras. Monasteria autem si qua sunt in ipsius constituta parœcia, sub tua cura dispositionéque quousque illic proprius fuerit ordinatus episcopus, esse concedimus.

Gregorius clero, ordini & plebi Panormitanæ ciuitatis. De eligendo episcopo. Caput. XVII.

Epist.17.

V Estri antistitis obitum cognoscentes, curæ nobis fuit destitutæ Ecclesiæ visitationem fratri & coëpiscopo nostro Barbaro solenniter delegare. Cui dedimus in mandatis: vt nihil de prouectionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriisque à quoquam vsurpari patiatur. Cuius vos assiduis adhortationibus conuenit obedire, & remoto strepitu, vno eodémque consensu talem vobis præficiendum expetere sacerdotem, qui à venerandis canonibus nulla discrepet ratione: & tanto ministerio dignus valeat reperiri. Qui dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati: & visitatoris pagina prosequente ad nos veniat ordinandus. Prouisuri ante omnia, ne cuiuslibet vitæ vel meriti laicam personam præsumatis eligere: & non solum ille ad episcopatus apicem nulla ratione prouehatur, verumetiam vos nullis intercessionibus veniam promereri posse cognoscite: sed omnes quos ex vobis de laica persona aspirasse constiterit, ab officio & à communione alienos faciendos proculdubio noueritis.

C

Gregorius Paßino episcopo Firmano. De reliquiis sancti Sauini, & oratorio construendo. Caput. XVIII.

Epi.18.

P Roculus diaconus Ecclesiæ Asculanæ petitoria nobis insinuatione suggessit, in fundo Gressiano iuris sui monasterium se pro sua deuotione fundasse: quod in honorem sancti Sauini martyris desiderat consecrari. Et ideo frater charissime, si in tuæ parœciæ memorata constructio iure consistit, & nullum corpus ibidem constat humatum: perceptа primitus donatione legitimа: id est, conduma vna, boues par D vnum, armenta capita quinque, oues & capras promiscuas capita viginti, in fundo Gressiano vbi ipsum monasterium fundatur vncias octo, fundum Staciani vncias octo, fundum Paterni in integro porcos decem, lectisternia, gestisque municipalibus alligata. &c. secundum morem.

Gregorius Ioanni subdiacono Rauennæ. De Exuperantio episcopo. Caput. XIX.

Epist.19.

L Ator præsentium Ioannes frater & coëpiscopus noster aliqua vobis de causis Ecclesiæ suæ dato capitulari noscitur intimasse. Quibus cognitis, culpanda à nobis experientia tua fuerat, si ad te perlata hactenus indefinita remansserint. Sed inquirentes agnouimus, quòd ad notitiam tuam minimè sunt perducta. Ipsum ergo quod nobis capitulare porrectum est, his fecimus subter annecti. Agnitis itaque omnibus ac discussis, si ita apud te esse vt suggestum est, manifesta veritate patuerit: fratrem & coëpiscopum nostrum Marinianum adire te volumus, eumque modis omnibus adhortari: vt his quorum in peragendis negotiis Ecclesiæ ipsius interesse dignoscitur: debeat deputare: quatenus perpensis omnibus cum prædicto viro de his quæ nota fuerint, Ecclesiastica inter se debeant tranquillitate decidere. Si verò elegerint retinendum, experientia tua immineat esse iudicium: & quicquid cognitorum inter eos fuerit sententia definitum, te debeat exequente complerinue diutinis protractionibus dilata paupertas Ecclesiæ ipsius, sicut iam factum asserit, dispendiis ingrauetur. Indicauit etiam nobis, quòd quidam Exuperantius episcopus ausu temerario in diœcesi ipsius oratorium construxerit: idque sine præcepti auctoritate contra morem præsumpserit dedicare, missasque illic publicas celebrare non metuit. Quam rem cum summa te celebritate ac districtione conuenit emendare, nec vlterius tale aliquid attentare permittas. Oratorium verò quod ab incompetenti persona repereris esse cõstructum, huic proprio te volumus episcopo, si res, vt dictum est, ita se habere constiterit, sine mora aliqua reformare. E

Gregorius Leoni episcopo & aliis quamplurimis. Ne ad consignandos infantes egressi, nimium aggrauent Ecclesias. Caput. XX.

Epist.20.

S Icut nos nobis inuicem specialia per Apostolorum orationem admonemur impartiri suffragia: ita in his quæ necessitate iniuncti regiminis per dispensationem rerum pauperum, deo per nos fuerint auctore dispositа, sacerdotalia dignum est solatia non deesse. Latorem siquidē præsentium Hadrianum chartularium nostrum ad regendum Ecclesiæ nostrę patrimonium Syracusanarum partium dirigentes, fraternitati vestræ necessariò duximus commendandum, vt in quo vsus exegerit, vestra ei solatio conferatis: quatenus dum ad agendum per vos corporalibus, & ad facilitatem explendi quæ cœperit spiritalibus orationum fuerit fultus auxiliis, prosperè ea quæ à nobis ei iniuncta sunt, deo quoque valeat cooperante perficere. Vosmetipsos autem ita in conspectu omnipotētis dei in bonis operibus debetis exhibere, vt inueniri in vestra actione nequeat quod vel deo iudice percuti, vel quolibet homine insidiante valeat accusari. Nam exinde præfato chartulario nostro iniunximus: vt si qua de reuerentissimis fratribus nostris episcopis inordinatè acta cognouerit, prius quidem secreta ac modesta adhortatione ipse corripiat. Præterea relatum est nobis sanctæ memorię decessoris mei temporibus per seruum dei diaconum qui tunc Ecclesiastici patrimonij curam gessit, fuisse dispositum vt sacerdotes per vniuersas diœceses vestras constituti, quotiens ad consignandos infantes egredimini, vltra modū grauari minimè debuissent. Summa enim præfixa fuerat, vobis, vt audio, consentientibus: quæ ab eisdem sacerdotibus pro labore clericorum dari debuisset. Atque hoc quod tunc placuit, sicut nunc dicitur, minimè custoditur. Vnde fraternitatem vestram admoneo, vt subiectis vestris grauaminibus non studeatis existere: sed si qua sunt grauamina temperetis: quia nec ab eo quod semel definitum est, deflectere debuistis. Etenim in futura, & in præsenti vobis vita prospicitis, si eos qui vobis commissi sunt, sine grauamine conseruatis. F

10.q.3.ca. Relatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gregorius Iuliano. De beneficio eius monasterio collato. Caput. XXI.

Epist.21. G Loriæ vestræ scripta suscipiens, legenda lætus aperui: sed tristis perlecta replicaui. In eis quippe dicebatur, quod pudoris causa fuerat, mihi vos ea quæ dicenda erant, tempore multo tacuisse. Et certum est quia minus amatur, qui adhuc erubescitur. Atque modo contristatus sum, quia me à vobis comperi minus, quàm existimaueram amari. In hoc autem valde me contemnitis, si mercedis causas mihi assiduè prouidendas studiosè non requiritis. Nec debet esse verecundiæ ei aliquid de eleemosynis importunè dicere: quem constat non suas, sed ad dispẽsandum res pauperum habere. De causis itaque mercedis apud episcopum liberè agere debuistis: etiã si meum animum qualis in amore vestro existeret, nesciretis. Postquam enim & nos omnino gloriam vestram diligimus, & dispensationis locum in rebus, sicut scitis, pauperum tenemus: vestra fateor verecundia valde accusabilis fuit. Quam ideo tot verbis increpando insequor, vt hanc à corde vestro funditus repellam: & in mercedis causas magnum solatium vestræ prouisionis habeam. Monasterio itaque nostro quod à vobis in Cathenensi vrbe constructum est: per Hadrianum notarium & rectorem patrimonij emissa præcepti pagina decem annuos solidos dari deputauimus, quos petimus sine iniuria suscipi: quia non H hæc vobis nostra oblatio, sed sancti Petri Apostolorum principis benedictio offertur.

Gregorius Honorio episcopo Tarentino. De baptisterio construendo. Caput. XXII.

Epist.22. Fraternitate tua indicante didicimus in ciuitate Tarentina in qua præesse dignosceris, in Ecclesia sanctæ Maria baptisterium te nouiter construxisse. Et ideo frater charissime præsenti auctoritate suscepta, tui desiderij complebis effectum: quatenus per sacrum lauacrum peccatorum illic maculæ deleantur.

Gregorius Paschali & Consolantiæ. De spe ad æternam patriam tendenda. Caput. XXIII.

Epistо.23. Pistolam magnitudinis vestræ latore præsentium deferente suscepimus. Et licet tempora restituendæ pecuniæ in inductis data defluxerunt: petitionem tamen vestram nullo modo duximus contristandam. Hadriano itaque chartulario nostro, quem illuc ad regendum Ecclesiæ nostræ patrimonium direximus, de præsenti iniunximus, quæ vobiscum exinde loqui debeat: vt nec Ecclesiastica in aliquo negligatur vtilitas, & postulatio vestra sortiatur effectum. Quia ergo plus de animæ vestræ salute, quàm de terrenarum rerum vtilitate debetis esse solliciti, salutantes paterno affectu hortamur: I vt mens onere tribulationis oppressa, contra deum non murmuret, ne post amissionem rerum, etiam animæ sequantur dispendia. Nihil de prauis actibus: nil cum peccato, necessitate quasi faciente, festinetis acquirere: sed spem in redemptoris vestri misericordia habentes, qui confidentes in se non deserit, tolerabiliter quæ pertulistis incommoda sustinete. Erigite animos. Tribulatio vires non opprimat. Aduersa seculi patientia superet. Pompam mundi secura mẽs despiciat. Actio vestra se ad ea quæ dei sunt, occupet. Considerantes quàm nullum sit quicquid casibus subiacet, quicquid fine concluditur: Et cor se vestrum vltra quàm conuenit, non affligat: sed studeat quatenus in omnipotentis dei protectione iure confidat, qui & non habita donat, amissaque reparat, & reparata custodit. Potens est enim si vos in mandatorum suorum via ambulare cognouerit: & hic illata dãna multiplici compensatione farcire: & vitam vobis quæ toto magis adnisu petenda est, æternam concedere.

Gregorius Rusticianæ patriciæ. De quodam Beatore plurima iniusta faciente. Caput. XXIIII.

Epistо.24. Q Votiens de vrbe regia ad nos aliquis venit: curæ nobis est de corporis vestri sospitate requirere: sed peccatis meis facientibus ea semper audio quæ me pœnitet audire: quia in tanta tenuitate atque debilitate adhuc in vobis referuntur podagræ dolores excrescere: sed oro omnipotentem dominum, vt omnia quæ in vestro corpore aguntur, ad K salutem animæ dirigantur. Flagella temporalia æternam quietem vobis præparent: & per eos dolores qui cum fine sunt, gaudia vobis sine fine concedat. Ego autem in tanto gemitu & occupationibus viuo: vt ad dies quos ago, me peruenisse pœniteat, solaque mihi consolatio sit mortis expectatio. Vnde peto vt pro me debeatis orare: quatenus de hoc carnis carcere citius educar, ne tantis laboribus diutius torqueat. Præterea indico quẽdam hic nomine Beatorum, qui quasi Comes priuatorum dici vult, venisse: & multa contra omnes agere: maximè autem contra excellentiæ vestræ homines: vel nobilissimarum neptium vestrarum quasi res publicas quærens. Et nos quidem peruersè eum agere nõ permittimus: sed neque vtilitatibus publicis possumus obuiare. Vos ergo apud piissimum principem, sicut potestis, agite: vt ei agere praua contradicat. Nam cum omni strepitu, neque vtilitas publica agitur: neque magni est dispendij, quod repetere videtur. Dulcissimum filium meum dominum Stategium mea peto vice salutari: quem omnipotens deus sibi, vobisque nutriat: vósque semper de sua gratia & de vita illius consoletur. De reuersione autem vestra quid scribere debeo, qui quantum eam desiderem, scitis. Sed dum causarum obligationes aspicio, mihi in desperatione est, atque ideo creatorem omnium exoro, vt vbicunque estis, vbicunque fueritis, suæ vos dexteræ extensione protegat, atq; à malis omnibus conseruet. L

Gregorius Bonifacio notario Constantinopolitano. De Ioanne Rauennate clerico. Caput. XXV.

Epist.25. E A quæ nobis experientia tua de Ioanne Rauennati clerico indicauit, facere idcirco distulimus, quia in absenti de qualitate personę iudicare nõ possumus. Sed hortare eum vt ad nos venire festinet: quatenus in præsenti mores & personam ipsius subtiliter addiscentes, quid de his quæ petit fieri debeat, sine dubietate aliqua disponamus.

Gregorius Philippo presbytero. De obitu Andreæ presbyteri. Caput. XXVI.

Epist.26. S Vscepi epistolas dilectionis tuæ, in quibus mihi innotescere curauit, quòd vir venerabilis Andreas presbyter de hac luce migrauit. De cuius ereptione gauisus sum: quia ad ea quæ semper expetiit, gaudia æterna peruenit. De solidis verò qui pro faciẽdo xenodochio à filio nostro Probo abbate Hierosolymis relicti sunt: hoc quod deliberatũ fuerat, vt fieri debuisset, immutare non potui. Sed benedictionem paruulam quinquaginta solidos sanctitati vestræ transmisi. Vos igitur pro me, sicut credo quia facitis, enixius orate: vt de præsentis vitæ pelago me omnipotens deus sua manu eripiat: atque M me quiescere in æternæ vitæ littore concedat. Graues enim gladiorum oppressiones & causarum tumultus patior. Sed si me diligitis, orando mõstrate: quatenus orationis vestræ intercessionem sentiam, & amplius in tot malis atque perturbationibus nõ affligar. Omnipotens deus sua vos manu protegat, & peruenire cum vestris ad cœlestia bona concedat.

Gregorius Sauino subdiacono regionario. De negligentia Palumbi episcopi. Caput. XXVII.

Epist.27. Vare venerabilis frater noster Proculus episcopus, Q ab Ecclesia sua diu abfuerit, experientia tua non ignorat. Adquam quoniam deo propicio habita nunc, vt oportuit, satisfactionis purgatiõe reuersus est: ne forte per eius absentiam in aliquo Ecclesiæ ipsius sit neglecta vtilitas, aut aliqua sint de eius iure subtracta: reparare ea vel corrigere cupiẽti: illi in omnibus, æquitare seruata, sollatiari te volumus atq; cõcurrere: vt tua opitulatione suffultus, in his quæ ab eo agenda sunt, nec difficultatem aliquam quorundam impedimento sustineat, nec diutius debeat laborare.

Gregorius Sauino subdiacono. De absentia Pauli episcopi. Caput. XXVIII.

Peruenit

A Eruenit ad nos reuerentiſsimum fratrem & coëpi-
Epiſt.28. P ſcopum noſtrum Palumbum ita, quod dici graue eſt,
Eccleſiæ ſuæ vel parœciarum cauſas & vtilitates ne-
gligere, vt non ſolum res aliquas, vel mãcipia earum, ſed etiam
& miniſteria apud diuerſos eſſe incautè patiatur: quod ita eſſe
hoc etiam nobis ex parte aliqua innuit ac confirmat: quòd Gre-
gorius lator præſentium, qui iuris ſe Emolitanæ Eccleſiæ, quæ
in eius diœceſi conſtituta eſt, eſſe perhibet: ab alio ſe indebitè
eo præſente queritur ſeruitio ſubiugari. Ideoque experientia
tua prædictum fratrem noſtrum ſtudeat commonere: vt res Ec-
cleſiarum vel parœciarum ſuarum ſiue miniſteria rationabili-
ter vendicet atque defendat, & ab aliis detineri nullo modo pa-
tiatur. In qua re ne quam fortè excuſationem valeat inuenire,
tua ei volumus ſalua æquitate adeſſe ſolatia. Quem ſi forte, vt
hactenus extitit, videris eſſe negligentem: ea quæ eum facere
oportuerat, te agere volumus & implere in omnibus: quatenus
Eccleſiarum vtilitas nulla occaſione depereat: ſed & nobis quæ-
que acta fuerint, renunciare feſtina: vt à nobis quid poſt hoc fa-
cere debeas, inſtruaris.

Gregorius Anthemio ſubdiacono Campaniæ. De deſidia Paſchaſy epiſcopi increpanda.
Caput. XXIX.

B Eruenit ad nos fratrem & coëpiſcopum noſtrum Pa-
Epiſt.29. Parte.1. Diſt.84.ca. Peruenit. P ſchaſium ita deſidem, negligentemque in cunctis exi-
ſtere: vt in nullo quia eſt epiſcopus agnoſcatur: adeò
vt neque Eccleſia ipſius, neque monaſteria, ſiue filij Eccleſiæ,
vel oppreſſi pauperes eius erga ſe dilectionis ſtudium ſentiãt,
nec aliquam ſupplicantibus ſibi his quibus iuſtum eſt, opem de-
fenſionis accommodet: &, quod adhuc dici eſt grauius, conſilia
ſapientum, & recta ſuadentium nulla patiatur ratione ſuſcipe-
re: vt quod per ſe nequit attendere, ab alio ſaltem poſſit addi-
ſcere: ſed rebus quæ ad paſtoris curam pertinent prætermiſſis,
ad fabricandam nauim toto ſe ſtudio inutiliter occupare. Vn-
de, ſicut fertur, contigit quadringentos illum, aut amplius iam
ſolidos perdidiſſe. Hoc quoque eius culpis adiungitur, quòd
ita quotidie deſpectus cum vno aut duobus clericis dicitur ad
mare deſcendere, vt & apud ſuos in fabula ſit, & extraneis ſic
vilis ac deſpicabilis videatur: vt nihil habere epiſcopalis, vel in-
genij, vel reuerentiæ iudicetur. Quod ſi ita eſt, non ſine culpa
tua eſſe cognoſcas: qui eum obiurgare, atque coërcere, vt dignũ
eſt, diſtuliſti. Quia ergo hoc totum non ſolum ipſum repro-
bat: ſed etiam ad ſacerdotalis officij pertinere probatur oppro-
brium: volumus vt eum coram aliis ſacerdotibus, vel quibuſ-
dam de filiis ſuis nobilibus conteſtari debeas, ac hortari, vt vi-
tio corporis excuſſo, deſes eſſe non debeat: ſed in Eccleſiæ ſuæ,
C ac monaſteriorum cura ſit vigilans, paternam filiis ſuis chari-
tatem exhibeat: in defenſionem pauperum cum diſcretione, in
quibus iuſtitia ſuaſerit, ſit erectus, conſilia ſapientium liben-
ter ſuſcipiat: quatenus & ciuitas illa eius queat ſollicitudine
conſolari, & ipſe deſidiæ ſuæ culpam valeat operire. Si ve-
rò, quod non credimus, poſt hanc adhortationem noſtram
ſolito adhuc more negligens eſſe tentauerit: ad nos eſt mo-
dis omnibus tranſmittendus: vt hic poſitus diſcere poſsit
quid vel qualiter ſecundum timorem dei agere conueniat ſa-
cerdotem.

Gregorius Anthemio ſubdiacono. De facinoribus Benenati Meſſenatis epiſcopi.
Caput. XXX.

Omperimus Benenatum Meſſenatem, facinus quod
Epiſt.30. C de ſe per ſcripturam manus prius profeſſus eſt, abne-
gare. Et ideo quia huius ſceleris negatio ſicut maiori
diſcuſsione, ita & maiori indiget vltione, experientiæ tuæ præ-
ſenti auctoritate præcipimus: vt eundem Benenatum accuſa-
toremque ipſius ſimul & perſonas de quibus accuſatus eſt, at-
que omnes qui in accuſationis chartula leguntur, ſub omni huc
cautela & celeritate tranſmittat: quatenus cauſæ huius veritas
diſtricta, vt dignum eſt, inquiſitione examinari valeat &
agnoſci.

Gregorius Anthemio ſubdiacono. De Benenato Meſſenate epiſcopo.
Caput. XXXI.

Eruenit ad nos quondam Benenatum Meſſenatem epi D
P ſcopum pro conſtruendo illic caſtro ſolidos accepiſ- *Epiſto.31.*
ſe. Et quia pars eorum ſolidorum apud eum dicitur
remanſiſſe, experientia tua ſubtili indagatione perquirat: & ſi
quid manifeſtè de ipſis ſolidis cognoueris remanſiſſe: comita-
tio comiti prædictæ ciuitatis ſub deſuſcepti illud pagina con-
tradat, atque immineat: vt in conſtructione eiuſdem loci, ſicut
ſunt dati, deo adiuuante proficiant: quia ratio nulla permittit, vt
propriis cuiuſquam vſibus applicetur, quod pro communi vti-
litate datum eſſe cognoſcitur.

Gregorius Mariniano epiſcopo Rauennæ. De infirmitate & medicamine eius.
Caput. XXXII.

Vlta nos frater chariſsime cogit infirmitas: ex qui-
Epiſt.32. M bus ſi ſani eſſemus, iure reprehenſibiles videremur.
Sed quia aliter ſubſiſtere in hoc fragili corpore po-
ſiti non valemus, niſi eius languoribus ſeruiamus, erubeſcere
quod imponit neceſsitas, non debemus. Et ideo quoniam eru-
ptionem ſanguinis patientibus ieiunia medici omnino dicunt
eſſe contraria: his fraternitatem tuam hortamur affatibus: vt re-
ducens ad animum ea quæ eſt ſolita de ægritudine ſuſtinere,
ieiunandi ſibi laborem minimè imponat. Si autem, deo miſe-
rante adeo melioratam ſe eſſe, ac virtutem ſuam ſufficere poſ- E
ſe cognoſcit: ſemel aut bis in hebdomada ieiunare permittimus.
Sed illud te præ omnibus ſtudere conuenit: vt exaſperationem
ſentire nullo modo debeas: ne ægritudo quæ modo leuior eſt, &
quaſi ſuſpenſa creditur: per exacerbationem poſtmodum ſentiatur grauis.

Gregorius Anthemio ſubdiacono Campaniæ. De negligentia & deſidia epiſcoporum Campaniæ.
Caput. XXXIII.

Votiens illa de fratribus coëpiſcopiſque noſtris au- *Epiſt.33.*
Q dimus: quæ & illos reprehenſibiles oſtendere, & no-
bis triſtitiam valeant generare, de eorum nos emen-
datione non mediocriter cogit neceſsitas cogitare. Quia ergo
nunciatum nobis eſt Campaniæ epiſcopos ita negligentes exi-
ſtere, vt immemores honoris ſui, neque erga Eccleſias, neque
erga filios ſuos paternæ vigilantiæ curam exhibeant, vel mo-
naſteriorum ſollicitudinem gerant, ſeu in oppreſſorum & pau-
perum ſe tuitionem impendant, ideo hac tibi auctoritate præci-
pimus: vt eis à te conuocatis, ex noſtro illos mandato diſtrictè
commoneas: quatenus deſides vlterius eſſe non debeant: ſed ſa-
cerdotalem ſe habere zelum & ſollicitudinem opere doceant:
atque ita in his quæ eos iuſtè ſecundum deum agere conuenit,
vigilantes exiſtant: vt nullum nos de eis denuo murmur exaſpe-
ret. Si quem verò eorum poſt hæc negligentem eſſe cognoue- F
ris, ad nos eum ſine aliqua excuſatione tranſmitte: vt quàm ſit
graue nolle ab his quę reprehenſibilia, & valde vituperãda ſunt
corrigi, regulari in ſe valeant diſtrictione ſentire.

Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano. De Coſma & de benignitate erga ſubiectos.
Caput. XXXIIII.

Vorundam ad nos relatione peruenit Coſmam qui ex
Epiſt.34. Q monacho monaſterij ſanctæ Luciæ à deceſſore veſtro
memorandæ memoriæ Maximiano in Eccleſia Syra-
cuſana factus ſubdiaconus, atque à vobis poſtea in poſſeſsio-
ne quæ Iuliana dicitur, presbyter eſt ordinatus: ita nimia tri-
ſtitia & loci qualitate vehementer afflictum, vt vitam ſibi pœ-
nam exiſtimet, & contritionis ſuæ fugam quærat auxilium. Et
ideo quia tales erga ſubiectos noſtros debemus exiſtere, qua-
les nobis ſi ſubiecti fuiſſemus, noſtros volueramus eſſe præpo-
ſitos: magnæ benignitatis eſt ſi eum in Eccleſia vbi ſubdiaco-
ni eſt functus officio, ſanctitas veſtra reducere: atque illic preſ-
byterum voluerit conſtituere cardinalem. Quod & facere
quantum arbitramur debebitis, ſi tamen nihil eſt, quod iuſtè
contra ipſum animos veſtros exaſperet. Si verò aliqua culpa
eſt, ſuis nobis hoc epiſtolis fraternitas veſtra vt ſcire poſsi-
mus inſinuet.

Gregorius Deodato epiſcopo Mediolanenſi. De querimonia Theodori epiſcopi.
Caput. XXXV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Rater & coëpiſcopus noſter Theodorus multa que-
Epiſt.35. F ritur ſe contra iuſtitiam atque promiſsionem tuæ ſanctitatis perpeti : quæ nos facilè non duximus credenda. Sed quia hæc relinquere ſine inquiſitione non poſſumus, fratri & coëpiſcopo noſtro Venantio eius cauſam deputauimus ventilandam : vt ſubtiliter ipſe cognoſcat, nobiſque renunciet. Tua itaque fraternitas eundem epiſcopum cum defenſore Eccleſiæ ſuæ ſub feſtinatione ad prædictum fratrem dirigat : vt nos eiuſdem negotij tui cognita veritate ſuis ipſe epiſtolis certiores reddat.

Gregorius Phocæ Auguſto. De releuatione afflictionis reipublicæ.

Caput. XXXVI.

Epiſt.36. Loria in excelſis deo : qui iuxta quod ſcriptum eſt,
Daniel.2. G mutat tempora, & transfert regna : & quia hoc cunctis innotuit, quod per prophetam ſuum loqui dignatus eſt, dicens : Quia dominatur excelſus in regno hominum, &
Danie.4. cui voluerit, ipſe dat illud. In omnipotentis quippe dei incomprehenſibili diſpenſatione vitæ mortalis ſunt moderamina : & aliquando cùm iuſtorum multorum peccata ferienda ſunt, vnus erigitur, per cuius duritiam tribulationis iugo ſubiectorum colla deprimantur. Quod in noſtra diutius afflictione probauimus. Aliquando verò cùm miſericors deus mœrentium mul-
H torum corda ſua decreuit collatione refouere, vnum ad regiminis culmen prouehit, per cuius miſericordiæ viſcera in cunctorum mentibus exultationis ſuæ gratiam infundit. De qua exultationis abundantia roborari nos citius credimus, qui benignitatem pietatis veſtræ ad imperiale faſtigium peruenisſe
Pſal.95. gaudemus. Lætentur cœli & exultet terra, & de veſtris benignis actibus vniuerſæ reipublicæ, populus nunciſque vehementer afflictus hilareſcat. Comprimantur iugo dominationis veſtræ ſuperbæ mentes hoſtium. Releuentur veſtra miſericordia contriti ac depreſsi animi ſubiectorum. Virtus cœleſtis gratiæ inimicis terribiles vos faciat, pietas ſubditis benignos. Quieſcat feliciſsimis temporibus veſtris vniuerſa reſpublica, prolata ſub cauſarum imagine præda pacis. Ceſſent teſtamentorum inſidiæ, donationum gratiæ violenter exactæ. Redeat cunctis in rebus propriis ſecura poſſeſsio : vt ſine timore habere ſe gaudeant, quæ non ſunt eis fraudibus acquiſita. Reformetur iam ſingulis ſub iugo imperij pij libertas ſua. Hoc nanque inter reges gentium & reipublicæ imperatores diſtat, quòd reges gentium domini ſeruorum ſunt : imperatores verò reipublicæ, domini liberorum. Sed melius hoc orando, quàm ſuggerendo dicimus. Omnipotens deus in cuncta cogitatione & opere cor veſtræ pietatis ſua gratia manuteneat : & quæque iuſtè, quæque clementer agenda ſunt, inhabitator veſtri pectoris ſpiritus ſanctus benignè diſponat : vt ex temporali
I regno veſtra clementia poſt multorum annorum curricula ad cœleſtia regna pertingat.

Gregorius Euſebiæ patriciæ. De ſalute animæ ſuæ.

Caput. XXXVII.

Epiſt.37. T ſi occupata mens veſtra diuinis actionibus, aut fortaſſe regiæ ciuitatis tumultuoſis implicationibus, nos
E per epiſtolas ſuas viſitare poſtponit : noſtrum eſt tamen etiam aduerſa filiorum corda dulci charitate proſequi, eáque ad benignum animum & admonendo & orando reuocare. Vnde nunc debitum ſalutationis alloquium ſoluens, hortor vt excellentia veſtra à ciuitatis illius ſuperfluis tumultibus animũ auertat, plúſque ea quæ animæ, quàm quæ ſunt corporis cogitet. Tranſitoria eſſe omnia perpendat. Venturi iudicis examen tremendum cum metu & lachrymis quotidie ſine ceſſatione cõſideret, illúmque diem in quo perturbanda ſunt omnia, cum timore ad animum reducat : vt iram iudicis in ipſo iam die non timeat. Omnipotens autem deus hæc veſtris cogitationibus aſpiratione ſui ſpiritus infundat, vóſque & hic cum nobiliſsimo cõiuge & tranquillè viuere, & de domini Stategij ſalute gaudere faciat, atque poſt longa tempora ad æterna præmia peruenire concedat.

Gregorius Senarægdo patricio exarcho. De violentia Seueri contra Firminum epiſcopum.

Caput. XXXVIII. K

Epiſt.38. Lim nouimus excellentiſsime fili quo deſiderio quá-
O ve conuerſione animi pro adiuuanda dei Eccleſia, in Hiſtriæ videlicet partibus, zelo redemptoris noſtri amore æternæ mercedis ſtudij veſtri feruor extiterit. Quod cùm ita ſit, ea quæ nobis de illis nuper ſunt partibus nunciata, ad veſtram non deſtitimus perferre notitiam. Firminus ſiquidem frater & coëpiſcopus noſter Tregeſtinæ antiſtes Eccleſiæ, ante aduentum veſtræ excellentiæ ſalubri conſilio ab ſchiſmate cui inhæſerat reſipiſcens, atque ad vnitatem matris Eccleſiæ reuertens, noſtris eſt epiſtolis confirmatus : quatenus in vero quem cognouerat, ſinu matris Eccleſiæ fortitudine animi fixus ac ſtabilis permaneret. Quo audito Seuerus Gradenſis epiſcopus, eiuſdem caput ſchiſmatis, eum diuerſis præmiorum cœpit, ſi poſſet, ſuaſionibus à bono reuocare propoſito. Quod dum perficere poſſe auctore deo minimè valuiſſet, ſeditionem illi ſuorum ciuium excitare non timuit. Quanta verò prædictus frater & coëpiſcopus noſter Firminus ex eadem immiſsione pertulerit, plenius illic ac verius è vicino poteritis agnoſcere. Directis itaque excellentiæ veſtræ iuſsionibus his, qui in Hiſtriæ partibus locum veſtrum agere, deo auctore, noſcuntur, diſtrictius iubetote : quatenus & ſæpedictum fratrem noſtrum ab illatis debeant defenſare moleſtiis : & quietem illius multis ad imitandum profuturam modis omnibus procurare : vt hæc veſtra prouiſio & conuerſorum ſit optata ſecuritas, & occaſio L
apta ſequentium. Excellentiam quapropter veſtram paterno ſalutantes affectu petimus, vt zeli veſtri in hac cauſa olim exhibiti, nunc vehementius feruor incandeat : tantóque vos contra hoſtes dei vindices defenſoréſque reperiant, quanto apud deum precioſior eſt animæ, quàm defenſio corporis. Armet vos contra deuios, ipſa quæ in vobis fidei viget rectitudo : redintegretur veſtris temporibus quod in illis eſt partibus ſciſſum corpus Eccleſiæ. Habetis in hac cauſa retributorem veſtri operis rectitudinis ac integritatis auctorem. De diuina nanque miſeratione confidimus, quòd tanto exteriores hoſtes noſtri valentiores vos contra ſe reperient, quanto vos inimici rectæ fidei diuino in ſe ſenſerint amore terribiles. Præterea duas ad Tilquinum epiſtolas miſimus, ſi pacem quæ ab excellentia veſtra in triginta diebus facta eſt, cuſtodiret, & reſcripſit eam ſe ſeruaturum : ſi tamen ipſi à reipublicæ partibus fuerit cuſtodita. Homines autem illos quos tenuerat, omnes cum rebus ſuis relaxauit : ſed de occiſis hominibus ſuis valde dolet, atque de vobis vehementer ſuſpectus eſt : quia ſi, quod deus auertat locum inuenerit, etiam in pace eum non eſt dubium exceſſurum. Ad Piſanos autem hominem noſtrum dudum qualem debuimus : & quomodo debuimus tranſmiſimus, ſed obtinere nil potuit. Vnde & dromones eorum iam parati ad egrediendum nunciati ſunt. M

Gregorius Panthaleoni notario. De menſura ruſticorum iniuſta.

Caput. XXXIX.

Epiſt.39. Xperientia tua, quod vel quale apud ſacratiſsimum
E corpus beati Petri Apoſtoli iuſiurandum præbuerit, memor eſt. Vnde nos quoque ſecuri diſcuſsionis tibi cauſam in patrimonio partis Syracuſanæ commiſimus. Oportet ergo te fidem tuam & eiuſdem beati Petri apoſtoli timorem ſemper ante oculos habere, atque ita agere : vt neque ab hominibus in præſenti vita, neque ab omnipotente deo in extremo iudicio valeas reprehendi. Valerio ſiquidem chartulario noſtro narrante cognouimus, quia modium cum quo coloni Eccleſiæ frumenta dare compellebãtur. xxv. ſextariorũ inueneris. Quod omnino execrati ſumus, atque eandem excuſsionis cauſam tardè feciſſe doluimus. Quia ergo eundem modium te fregiſſe, & iuſtum feciſſe commemoras, gauiſi ſumus. Sed quia prædictus chartularius ſummam nobis quoque indicare ſtuduit : quæ de fraudibus conductorum apud experientiam tuam iam de duobus territoriis eſt collecta, ſicut te ſtudioſè feciſſe facto iniuſto modio gaudemus, quia in futuro nobis proſpicimus, ita etiam de peccatis præteritis cogitamus, ne ſi ea quæ fraudulenter conductores à ruſticis abſtulerunt, ad nos perueniunt : pec-

cata

A cta quæ ab ipsis perpetrata sunt, ad nos trahantur. Et ideo volumus cum omni fide, omni puritate, considerato timore omnipotentis dei, reducta ad memoriam districtione beati Petri apostoli, per vnamquamque massam colonos pauperes & indigentes experientiam tuam describere: atque ex eis pecuniis quę in fraudibus sunt inuentæ, vaccas, oues, porcósque compararet & singulis colonis pauperibus ea distribuere. Quod facere te cum consilio viri reuerentissimi domini Ioannis episcopi, atque Hadriani chartularij nostri & rectoris volumus. Si autem necesse propter consilium fuerit, etiam filius noster dominus Iulianus debet adhiberi, ita vt nullus alius agnoscat, sed secretum sit. Vos ergo inter vos pertractate: vtrum in auro aut certè in pecuniis eisdem colonis pauperibus dari eadem continentia debeat. Quicquid verò communiter steterit: prius descriptionem, sicut dixi, facito: & postmodum singulis iuxta qualitatem suæ paupertatis distribuere stude. Ego enim sicut magister gentium testatur, habeo omnia, & abundo: nec pecunias sed mercedem quæro. Ita ergo age, vt in die iudicij de eadem causa mercedis quæ experientiæ tuæ commissa est: mihi fructum quem feceris, ostēdas. Quòd si purè ac fideliter & strenuè egeris, & hic illud in filiis tuis recipies: & postmodum retributionem plenariam in æterni iudicis examine habebis.

Gregorius Catulo Romano & Victharith. Quòd episcopi cum mulieribus habitare non debeant.

Caput. XL.

B

Epist. 40. Eruenit ad nos, quòd qui sunt in sacro ordine constituti, in territorio Nursino, cum mulieribus extraneis habitent. Quod quia ignauum & valde est indecens, Optato defensori præcepimus, vt eos debeat adhortari, quatenus si ita est, nullus eorum cum extraneis mulieribus decætero debeat habitare. Quòd si forte adhortationem eius neglexerint, hoc quoque ei iniunximus: vt ad notitiam fratris & coēpiscopi nostri Chrysanthi illud perducere debeat: dummodo aut per illum corrigantur, aut cum eius auctoritate prædictus defensor studeat emendare. Et ideo magnitudo vestra in hoc capitulo, sicut eam decet, concurrat: atque eundem desuper fratrem habeat in omnibus commendatum, vt vobis solatiantibus, & quæ ei iniuncta sunt salubriter expleat, & in aliis contra rationem laborare non valeat.

Gregorius Chrysantho episcopo Spoletano. De sacerdotibus Nursiæ cum mulieribus cohabitantibus.

Caput. XLI.

Epist. 41. X quorundam relatione cognouimus sacerdotes territorij Nursini cum mulieribus extraneis commanere. Pro qua re valde nos fraternitas tua contristatos agnoscat: quæ dudum talia, si tamen cognouit, minimè passa est coërceri. Sed quoniam præcipimus defensori, vt hęc debeat modis omnibus emendare, si quisquam ex eis in tali capitulo contumax voluerit apparere, ad fraternitatis tuæ eum debeat euocare iudicium. Ideoque sanctitati tuæ necessariò duximus scribendum: vt si quos de sacerdotibus ad tuam diœcesim pertinētibus, vel certè de quibus antedictus Optatus tuæ renunciauerit sanctitati procaces inuenerit, admonitione sacerdotali præmissa: & si res ita exegerit, etiam & canonicam adhibens disciplinam, decætero emendare festinet: quia nos audire talia nulla patimur ratione. Sed & presbyterum quem dicunt sine dei respectu plurimas violentias irrogare: admonere eum vel increpare pro talibus fraternitas tua studeat. Qui si te audire noluerit, à communione eum suspende: vt vel sic incipiat à prauis se actibus remouere.

E

C

Gregorius Ioanni episcopo Panormitano. De vsu Pallij notanda.

Caput. XLII.

Epist. 42. Postolicæ sedis grata beneuolentia prouocati, fraternitati tuæ, quam Panormitanæ Ecclesiæ speculatoris constat suscepisse officium, pallij vsum præuidimus concedendum, illis videlicet temporibus, atque eo ordine: vt alios quoque in insula Siciliæ sacerdotes vel decessores tuos esse vsos non ambigis. Illud autem admonemus: vt Apostolicæ sedis reuerentia nullius præsumptione turbetur. Tunc enim status membrorum integer manet, si caput fidei nulla pulset iniuria, & canonum manet incolumis atque intemerata semper auctoritas: vt sicut à nobis huiuscemodi decoris vsum ad sacerdotalis officij honorem accepisse te gaudes: ita etiam morum atque actuum probitate susceptum, adornare contendas officium. Sic etenim alterno eris inuicem decore conspicuus, si ad huiuscemodi corporis habitum, mentis quoque tuæ bona concordent.

A

D

Gregorius Phocæ Augusto. De responsalibus Apostolicis. Caput. XLIII.

C Onsiderate cum gaudiis & magnis actionibus gratiarum libet, quantas omnipotenti domino laudes debemus, quòd remoto iugo tristitiæ ad libertatis tempora sub imperiali benignitatis vestræ pietate peruenimus. Nam quòd permanere in palatio iuxta antiquam consuetudinem Apostolicæ sedis diaconum vestra serenitas non inuenit, non hoc meæ negligentiæ, sed grauissimæ necessitatis fuit: quia dum ministri omnes huius nostræ Ecclesiæ contrita asperáque tempora cum formidine declinarent atque refugerent, nulli eorum poterat imponi, vt ad vrbem regiam in palatio permansurus accederet. Sed postquam vestram clementiam omnipotentis dei gratia disponente ad culmen imperij peruenisse cognouerunt, ipsi quoque suadente lætitia ad vestra vestigia venire festinant, qui illuc accedere valde timuerant. Sed quia eorum quidam ita senectute sunt debiles, vt laborem ferre vix possint, quidam Ecclesiasticis curis vehementer implicantur, & lator præsentium qui primus omnium defensor fuit, bene mihi ex longa assiduitate compertus est vita, fide, ac moribus approbatus, hunc aptum pietatis vestræ vestigiis iudicaui. Vnde eum auctore deo diaconum feci, & sub celeritate transmittere studui, qui cuncta quæ in his partibus aguntur, inuento opportuno tempore valeat clementiæ vestræ suggerere. Propter quod rogo vt serenitas vestra pias aures inclinare dignetur: vt tanto nobis valeat celerius misereri, quanto afflictionem nostram verius ex eius relatione cognouerit. Qualiter enim quotidianis gladiis: & quantis Longobardorum incursionibus ecce iam per trigintaquinque annorum longitudinem premimur: nullis explere vocibus suggestionis valemus. Sed in omnipotente domino confidimus, qui ea quæ cœpit, consolationis suæ nobis bona perficiet. Et qui suscitauit in republica pios dominos, etiam extinguet crudeles inimicos. Sancta itaque trinitas vitam vestram per tempora longa custodiat: vt de bono vestræ pietatis quod tardè suscepimus, diutius gaudeamus.

Epist. 43.

Gregorius Leontiæ Augustæ. De Ecclesia sancti Petri specialiter honoranda.

Caput. XLIIII.

F

Væ lingua loqui, quis animus cogitare sufficiat, quantas de serenitate vestri imperij omnipotenti deo gratias debemus, quòd tam dura longi temporis pondera ceruicibus nostris amota sunt, & imperialis culminis leue iugum subiit quod libeat portare subiectis? Reddatur ergo creatori omnium ab hymnidicis angelorum choris gloria in cœlo: persoluatur ab omnibus gratiarum actio in terra: quia vniuersa respublica quæ multa mœroris pertulit vulnera, iam nunc consolationis vestræ inuenit fomenta. Vnde nobis necesse est omnipotentis dei misericordiam enixius exorare, vt cor vestræ pietatis sua semper dextera teneat: eiúsque cogitationes cœlestis gratiæ ope dispenset: quatenus tranquillitas vestra tanto rectius valeat sibi seruientes regere, quanto dominatori omnium nouerit verius deseruire. In amore catholicæ fidei faciat defensores suos, quos fecit ex benigno opere imperatores nostros. Infundat in vestris mentibus zelum simul & mansuetudinem: vt pio semper feruore valeatis, & quicquid in deo exceditur, non inultum relinquere: & si quid in vobis delinquitur, parcendo tolerare. Sed det vobis in vestra pietate pulchræ Augustæ clementiam, quæ pro zelo catholicæ fidei in sancta synodo Helena noua vocata est. Omnipotentis dei misericordia largiora vobis, cum piissimo domino spatia viuendi concedat: vt quò vestra longius vita extenditur, subiectorum omnium

Epist. 44.

G nium consolatio validius confirmetur. Rogare forsitan debui, ve Ecclesiam beati Petri apostoli quæ nuncusque grauibus insidiis laborauit, haberet vestra tranquillitas specialiter commẽdatam. Sed qui scio quia omnipotentem deum diligitis, non debeo petere quod sponte ex benignitate vestra pietatis exhibetis. Quanto enim plus timetis conditorem omnium: tanto amplius eius potestis Ecclesiam amare, cui dictum est: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam: & tibi dabo claues regni cœlorum: & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlo: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlo. Vnde nobis dubium non est, quàm forti amore ad eum vos stringitis, per quem solui ab omnibus peccatorum nexibus desideratis. Ipse ergo sit vestri custos imperij, sit vobis protector in terra, sit pro vobis intercessor in cœlo: vt per hoc quod releuatis duris ponderibus in vestro imperio subiectos gaudere facitis: post multa annorum tempora in cœlesti regno gaudeatis.

Matth.16.

Gregorius Cyriaco patriarchæ Constantinopolitano. De pace & vnitate sanctæ Ecclesiæ.

Caput. XLV.

Epist.45. Ioan.14.

Q Vanta sit pacis virtus, charissime frater ex voce dominica diligentius intuentes, quæ ait: Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis: ita in eius nos decet dilectione persistere, vt locum præbere discordiæ nullo modo debeamus. Sed quia in radice ipsius viuere aliter non valemus, nisi mente & actu humilitatem, quam ipse auctor pacis docuit, teneamus: cum ea charitate qua dignum est suademus, vt prophanam elationem, quæ animabus semper aduersa est, cordis pede calcantes, peruersi superbique vocabuli scandalum Ecclesiæ auferre de medio festinetis: ne à pacis nostræ societate diuisi inueniri possitis. Sed vnus in vobis spiritus, vna mens, vna charitas, vna in Christo, qui sua membra esse nos voluit, sit compago concordiæ. Nam quàm durum, quàm indecens, quàm crudele, quamque à sacerdotali proposito sit extraneum, pacem illum quam aliis prædicat non habere: sanctitas vestra consideret, & suos de superbia fratres scandalizare non præsumat. Sed hoc magis studeat, vt vanæ aut superfluæ elationis auctorem, humilitatis queat ense prosternere: quatenus ex eiusmodi victoria, suum vos habitaculum sancti spiritus gratia sibi vendicet, & apertè impleatur in vobis quod scriptum est: Templum dei sanctum est, quod estis vos. Præsentium verò portitorem dilectissimum communem filium Bonifacium diaconum vobis in omnibus commendamus: vt quocunque necesse fuerit, solatia vestræ, sicut decet, inueniat sanctitatis.

H

2.Cor.6.

Gregorius Eulogio patriarchæ Alexandrino. De puero ordinato in diaconum, & de simoniaca hæresi.

Caput. XLVI.

I

Epist.46.

Vadam die inter me & familiares meos de consuetudinibus Ecclesiarum cùm sermo fuisset exortus, quidam qui in magna ciuitate Alexandrina medicinali arte erat imbutus: collectorem se apud sophistam suum habuisse perhibuit, summæ prauitatis puerum, quem repente dixit esse diaconum ordinatum. Atque addidit, quòd per præmia & donationes ordinatus fuisset: quia eandem consuetudinem in sancta Alexandrina Ecclesia conualuisse fatebatur. Quod ego audiens obstupui, & valde miratus sum: quia sanctissimi ac beatissimi viri domini Eulogij lingua, quæ tam multos hæreticos ad fidem catholicam reuocat, simoniacam hæresim de sancta Alexandrina Ecclesia non erasit. Et quis erit cuius exhortatio vel correctio hoc poterit emendare, si magna & admirabilis doctrina eius hoc sine emendatione reliquerit? Vnde pro absolutione animæ vestræ: proque augmento mercedis vestræ, vt ante tremendi oculos iudicis vestra in omnibus perfecta sint opera, festinare debetis, simoniacam hæresim, quæ prima in Ecclesia exorta est, à sanctissima sede vestra, quæ nostra est, funditus euellere atque eradicare. Propter hoc etenim contingit vt Ecclesiastici ordinis à plurimis sanctitas caderet, quia personæ non pro vita & actibus, sed pro præmiis ad eos ordines adduuntur. Si autem morum merita & non præmia quæruntur, ad K ordinationem personæ indignæ non veniunt. Et tanto plus incipiet vobis merces accrescere: quanto boni quique qui adducti ad sacros ordines fuerint, de animarum lucris studuerint cogitare.

Gregorius Eulogio patriarchæ Alexandrino. De verbo dei instantius prædicando.

Caput. XLVII.

Epi.47.

M Agnas omnipotẽti deo gratias reddimus: quia in ore cordis dulcis fit sapor charitatis, cùm impletur quod scriptum est: Sicut aqua frigida sitienti, sic nuncius bonus de terra longinqua. Ante hoc enim temporis Bonifacij chartularij responsalis mei, qui in vrbe regia demoratur, vehementer me scripta turbauerunt: quæ dicebant dulcissimam mihi atque suauissimam sanctitatem vestram defectum corporei luminis pertulisse. Ex quibus scriptis graui mœrore perculsus sum. Sed subitò creatoris ac redemptoris nostri gratia prosperãte beatitudinis vestræ suscepi epistolam: & sanam de ea quam audiui corporis molestia agnoscens, exultaui vehementer: quia tanta lætitia cordis secuta est, quanta prius tristitiæ amaritudo præcesserat. Scimus enim quia in omnipotentis dei adiutorio multorum salus est vita vestra. Nam tunc inter fluctus nautæ securi nauigant: quando gubernator doctus atque artifex ad claui regimen sedet. In salutis autem vestræ gaudio, hæc quoque L mihi est exultatio addita: quia & imminutos ore vestro Ecclesiæ hostes, & multiplicatos dominicos greges agnoui. Crescunt enim quotidie per linguæ vestræ vomerem grana cœlestia, atque in supernis horreis multiplicantur: ita vt in vobis impletum esse gaudeamus, quod scriptum est: Vbi plurimæ segetes, ibi manifesta fortitudo boum. Vnde apertè colligimus, quia quantum plus ad seruitium dei omnipotentis fugitiuos eius reducitis: tantum apud eum maius meritum habetis. Et quanto meritum maius accipitis, tanto potestis amplius impetrare quæ petitis. Rogo ergo vt pro peccatore enixius oretis, quia & dolor corporis, & amaritudo cordis, & immensa vastitas mortalitatis inter tot barbarorum gladios me vehementer affligit. *Inter quæ omnia non temporalem, sed æternam consolationem requiro, quam per me impetrare non valeo: sed intercessione* vestræ beatitudinis hanc me obtinere confido. Secundo verò anno nulla sanctitatis vestræ scripta suscepi, atque omnino contristatus sum. Et quidem vestra benedictio, quam sine epistola transmisistis, data atque suscepta est. Sed quia plus me lingua vestra, quàm data lætificant, minoris gratiæ esse credidi quæ dabantur. Communem autem filium Epiphanium diaconum Alexandro atque Isidoro sanctissimæ Ecclesiæ vestræ diaconis feci scribere: vt constaret quia ea quæ transmissa sunt, suscepissemus. Scripsi verò quia grandia ad arbores ac temones faciendos ligna paraueram: sed nauis parua quæ venerat, hæc portare M non potuit, & nihil mihi exinde rescripsistis. Vnde si sunt necessaria, communi filio Bonifacio diacono, quem nũc ad vrbem regiam pro faciendis responsis transmittimus: scribite vt mihi ipse rescribat quatenus præparentur: vt cùm beatitudo vestra transmiserit, parata valeant inueniri. Præterea transmisimus crucem paruulam, in qua de catenis amatorum vestrorum sanctorum Petri & Pauli Apostolorum inserta est benedictio, quę oculis vestris assiduè supponatur: quia multa per eandem benedictionem miracula fieri consueuerunt. Omnipotens deus cordi beatitudinis vestræ aspiret, vt pro me orare assidue curetis. Et vos vestróque omnes sua dextera protegat, atque post longa annorum curricula ad cœlestia regna perducat. Eulogias verò sancti Marci à beatissima fraternitate vestra trãsmissas, cum ea charitate qua sunt directæ, secundum notitiam earum suscepimus: & gratias affectui vestro referimus: quia ex his exterioribus, quales erga nos sitis, agnoscimus.

Pro.25.

Pro.14.

Gregorius Ioanni episcopo Panormitano. De videndo eo.

Caput. XLVIII.

Epist.48.

A Morem circa nos vestrum, quem corporali nobis visione voluimus exhiberi: scriptis & operibus assiduè demonstratis. Sed quid aliud hæc exhibendo agitis, nisi

A nisi vt plus quæramus videre quem docemur amplius amare? Et paulominus iam etiam murmur accepimus: quia non possumus videre quem amamus. Sed affuit qui mihi impossibilitatem nauigij de vestra gloria narraret, atque ideo quod amaui retinui, & quod iratus fueram peperci. Omnipotens deus sua vos protectione custodiat, & à malis omnibus gratia assidua defendat.

Gregorius Ioanni episcopo Panormitano. De charitate clericis suis exhibenda.

Caput. XLIX.

Epist. 49. I Mplenda sunt semper postulantium desideria, quotiēs illa poscuntur quę à ratione non deuiant. Et ideo quia quædam capitula, quæ seruaturum te clericis tuis petentibus promisisti, nostra ab eis postulatur auctoritate firmari, fraternitatem tuam his hortamur affatibus: vt ea quæ præsentia scripta continent, sine aliqua debeas refragatione seruare. Primum vt de reditibus Ecclesiæ quartam in integro portionē Ecclesiæ tuæ clericis secundum meritum vel officium siue labo rem suum, vt ipse vnicuique dandum prospexeris, sine aliqua præbere debeas tarditate. De hoc verò quod ex fidelium oblatione accesserit, quartam partem in solidis vel cellario eis iuxta pristinam consuetudinem dare non differas. Reliqua autem om nia mobilia in tua retineas potestate. Immobilia enim eccleſia-
B sticis reditibus aggregentur: vt multiplicata quantitate, clericorum tuorum vsibus, deo largiente, proficiant: Tabellarium vnà cum consensu seniorum & cleri memineris ordinandum, qui annis singulis ad amputandam fraudis suspitionem solenniter suas debeat rationes exponere. Vindemiarum autem tempore idem clerus emendi vinum de possessionibus Ecclesiæ tuæ ad iusta precia, inquantum vendendum est, remedium consequatur. Nam satis contra rationem est, vt quod potest extraneis venundari, clericis dato precio denegetur. Possessiones igitur, vel si qua sunt ecclesiastico iuri competentia, & ab extraneis indebitè detinentur, cum omni studio seruata ciuilitate in ius Ecclesiæ tuæ præparare festina, vt negligens in aliquo videri
15.q.7. ca. Si quid. non valeas. Si quid igitur de quocunque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iustè possit offendere, facilè non credas, nec ad vindictam te res accendat incognita, sed præsentibus senioribus Ecclesiæ tuæ diligenter est veritas perscrutanda: & tunc si qualitas rei poposcerit, canonica districtio culpam feriat delinquentis. Hæc itaque omnia sic sollicitè ac mansuetè studij tui sit custodire: quatenus nec tu promissionis tuæ videaris immemor extitisse, nec illi contra te iustam occasionem inuenire valeant murmurandi.

Gregorius Ioanni defensori, cunti in Hispaniam De lege multimoda episcoporum & aliorum.

Caput. L.

C

Epist. 50. 1.q.1.ca. in primis. I N primis requirendum est de persona presbyteri dilectissimi fratris & coëpiscopi nostri Ianuarij & si ita se veritas habet, sicut eiusdem episcopi petitio continet, in Ecclesia atque in loco suo, modis omnibus idem presbyter reuocetur. Si autem dictum fuerit, quia contra ipsum causa aliqua mota siue probata est, subtiliter ipso præsente, & pro se rationem reddente, quærendum est & genus causæ, & modus probationis, vt ex hoc colligere valeas, vtrum adhuc in exilio demorari, an certe in Ecclesia sua & officio suo debeat reuocari. De supradicti episcopi persona hoc statuendum est, vt si nulla contra eum criminalis causa, quæ exilio vel depositione digna est, mota siue probata est, is qui eo superstite episcopus peruersè ac cōtra canones in Ecclesia eius ordinari præsumpsit, sacerdotio priuatus, ab omni ecclesiastico ministerio repellatur. Qui etiam eidem dilectissimo Ianuario fratri & coëpiscopo nostro tradendus est, vt ab ipso in custodia habeatur, aut certè ab eo ad nos per omnia transmittatur. Episcopi verò qui eum ordinauerunt, vel ordinationi eius consentientes interfuerunt, in sex mensibus dominici corporis & sanguinis communione priuati, agere pœnitentiam decernantur in monasterio: & suprascriptus Ianuarius loco & ordini suo modis omnibus reformetur. Si verò communione priuatis, mortis contigerit imminere periculum, benedictio eis viatici non negetur. Si autem D episcopi in præiudicium condemnationis vel depositionis memorati episcopi, se metu iudicis consensisse, ac talia fecisse non sua sponte fassi fuerint, tempus eis abbreuiandum est, & modus pœnitentiæ temperandus. Si verò ille qui locum eius inuasit, de hac fortasse luce migrauit, & alter est ordinatus, quia leuior culpa videtur, cum non quasi isti superstiti, sed successisse defuncto videatur, episcopatus illi officium in illa Ecclesia tantummodo interdicatur, vt in alia Ecclesia quæ sacerdote vacauerit, si electus fuerit, possit esse episcopus, ad Malachitanam tamen Ecclesiam nunquam aliquo modo reuersurus. Glorioſus autem Comitiolus quicquid prędictus episcopus per violentiam atque insecutionem ipsius expendisse, vel damnum pertulisse dato sacramento firmauerit, eidem episcopo restituere compellatur. Si autem aliter quàm antefati episcopi petitio continet, actum esse forsitan perhibetur, subtiliter quærendum est, & veritate cognita, cum dei timore quod iustitiæ ordo suaserit iudicandum. Quia ergo Stephanus episcopus in odio suo quædam ficta, & de falsis se capitulis accusatum, neque aliquid ordinabiliter factum, sed iniustè se asserit condemnatum: diligenter quærendum est primò si iudicium ordinabiliter est habitum, aut si alij accusatores, alij testes fuerunt. Deinde causarum qualitas, si digna exilio vel depositione fuit. Aut si eo præsente sub iureiurando contra eum testimonium dictum est, si scriptis actum est, vel ipse licentiam respondendi & defenden- E
di se habuit. Sed & de personis accusantium ac testificantium subtiliter quærendum est cuius vitæ, cuius conditionis, cuiúsve opinionis, aut ne inopes sint, aut ne fortè aliquas contra prædictum episcopum inimicitias habuissent, & vtrum testimonium ex auditu dixerunt, aut certe se scire specialiter testati sunt, si scriptis iudicatum est & partibus præsentibus sententia recitata est. Quòd si forte hæc solenniter acta non sunt, nec causa probata est quæ exilio vel depositione digna sit, in Ecclesia sua modis omnibus reuocetur. Hi verò qui eum contra dei timorem & canonum statuta condemnauerunt, excommunicati in monasterio ad agendam pœnitentiam sex mensibus sunt mittendi, ita sanè vt si cuiquam eorum mortis contigerit imminere periculum, viatici benedictio non negetur. Ipse autem qui eo viuente locum eius temerariè ambiuit, priuatus sacerdotio ab omni ministerio ecclesiastico repellatur, atque eidem dilectissimo fratri & coëpiscopo nostro tradatur, vt eum aut ipse ad nos trāsmittat, aut apud se in custodia habeat. Episcopi verò qui eum ordinare præsumpserunt, vel peruersè ipsius ordinationi præbuere consensum, iidem communione priuati sex mensibus ad agendam pœnitentiam in monasterio deputentur. Si autem episcopi in præiudicium cōdemnationis vel depositionis memorati Stephani se metu iudicis consensisse, ac talia fecisse non sua sponte professi fuerint, tempus eis abbreuiandum est, & modus pœnitentiæ temperandus. Si igitur is qui prædicti Stephani lo- F
cum inuasit, fortasse defunctus est, atque alius in Ecclesia eius episcopus ordinatus est, illud de eo statuendum est, quod superius de causa fratris & coëpiscopi nostri Ianuarij, dixim⁹. Quòd si forte aliqua de obiectis contra memoratum Stephanum episcopum probata sunt, aliqua verò doceri minimè potuerunt: causa omni consideratione pensanda est, vtrum leuiora capitula, an certe grauiora probata sint, vt ex eis qualiter diffinitionem tuam formare debeas, possis scire. Glorioſus verò Comitiolus, si suprascriptus episcopus innocens esse claruerit, quicquid de rebus eius vel Ecclesiæ ipsius tulit, ei sine aliqua restituat dilatione. Sed & quæque se in persecutionem ac violētiam eius expendisse, vel damnum idem episcopus pertulisse iurauerit, idem memoratus Glorioſus Comitiolus reddat ac satisfaciat. Si autem talem culpam antedictum episcopū cōmisisse constiterit, quod absit, vt cōstet eum non irrationabiliter fuisse depositum, eadem eius depositio confirmetur, & Ecclesiæ res suæ omnes restituantur, quæ ablatæ claruerint, quia delictum personæ in damnum Ecclesię non est conuertendū. Si enim, vt dicunt, Comitiolus defunctus est, ab hærede eius quæ ab illo iniustè ablata sunt, sine excusatione reddantur.

Gregorius Vitali defensori. De consiliariis excommunicatis Ianuarij episcopi.

Caput. LI.

Quid de

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Vid de fratre noſtro Ianuario epiſcopo agnouimus,
Epiſt.51. Q & lator præſentiũ & exemplaria ſcriptorum noſtrorum te poterunt informare, atque ideo excommunicationem quam ſuper vniuerſos eius conſiliarios dari decreuimus, tua experientia ſolerter exequatur, vt cadentes diſcant, quatenus incautè ambulare non debeant. Præterea precium tritici quod nobis xenij nomine fuerat tranſmiſſum, per latorem præſentium redemptorem defenſorem tranſmiſimus. Videat experientia tua, ne vel tu vel *ipſe* qui detulit, aliquid ex eo in precio commodi participare præſumat, ſed totum ſingulis vel ſimul omnibus illibatum reſtituat, eorumq́ mihi ſcripta de eodem præmio tranſmittat, quia ſi aliter quàm admoneo factum cognouero, vindictam ex eadem cauſa non mediocriter exercebo.

Gregorius Ioanni defenſori. De monachis Ca
præ inſulæ. *Caput. LII.*

Epiſt.52. V Bi canonicam diſtrictionem culparum contra ſe qualitas excitat, poſtponere quæ corrigenda ſunt non debemus: ne diſſimulatione vires dare prauis actibus, quos falce nos diſciplinæ reſecare conuenit, videamur. Quia ergo peruenit ad nos, monachos monaſterij in Capricana inſula, quæ iuxta Maioricam inſulam eſt poſita, ita peruerſè ſe agere, ac vitam ſuam diuerſis facinoribus ſubmiſiſſe, vt non omnipo-
H tenti deo, ſed antiquo hoſti, quod cum gemitu dicimus, oſtendantur militare: experientia tua præſenti auctoritate commonita, ad prædictum monaſterium accedere, & vitam moreſq́ illic conuerſantium ſub tali ſtudeat inueſtigatione perquirere, & ita quæ reſecatione digna repererit, ſicut canonicus ordo deſiderat, congrua vltione corrigere, atque eos quæ obſeruare debeant ſtudeat informare: quatenus emendationis tuæ modus & iſtos ad viam rectæ conuerſationis reducere, & te apud nos nullo modo valeat accuſare culpabilem.

Epiſtola Ioannis defenſoris de cognitione de qua
inter epiſcopos reſedit.

Caput. LIII.

Epiſt.53. I N nomine domini *ipſe ill. die. ill. indict. illis*, cui officium cognitoris iniungitur, *ita* ſe pura ac intemerata conſcientia debet in omnibus exhibere, vt ex his quæ in aliis iudicat, ipſe vltionem æterni examinis non incurrat. Cùm igitur ex deputatione & iuſsione beatiſsimi atque Apoſtolici domini mei Gregorij, Ego Ioannes defenſor inter Ioannem epiſcopum Malachitanæ ciuitatis, inter illos & illos epiſcopos cognitor reſediſſem, neceſſe fuit huiuſmodi cauſam prędicti Ianuarij interna inquiſitione diſcutere, & à partibus ſubtiliter quærere veritatem, ſi vt petitio eius continet, tranſmiſſis clericis à memoratis epiſcopis vnà cum hominibus glorioſi
I Comitioli de Eccleſia fuerit violẽter abſtractus. Qui dum multa contra ſe inuicem, ſicut geſta teſtantur, obiicerent: ad concluſionis hunc vtræque partes aliquando terminum peruenerunt, petentes me de agnitis debere iudicare. Vnde ſollicitè relegens quæ acta ſunt, & veritatem diligenti inueſtigatione perquirens, nullam in antedicto Ianuario culpam quæ exilio vel depoſitione digna eſſet puniri, ſed magis illum electum de Eccleſia violenter inueni. Et quanquam huiuſmodi temeritatem legum cenſura diſtrictiſsimè feriat, ego tamen legum vigorem ſacerdotali moderamine temperans, mediis ſacroſanctis Euangeliis, quibus præſentibus ab initio in hoc cognitor reſedi iudicio, ea quæ contra eum ſtatuta ſunt, licèt iure non teneãt, nec alicuius ſint momenti, iniuſta tamen & infirma eſſe pronuncio: atque *illos* memoratos epiſcopos, qui poſtpoſita conſideratione ſacerdotali, in fratris præiudicium atque condemnationem iniuſtè & contra dei timorem verſati ſunt, condemnans, in monaſterium recipiendos ad agendam in tempus pœnitentiam ſtatuo atque decerno. *Illum* verò qui locum antedicti ſanctiſſimi Ianuarij contra ſacrorum canonum ſtatuta nequiter præſumpſit inuadere, condemnans, priuari ſacerdotio, & ab omni eccleſiaſtico ordine remoueri ſtatuo: vt & hoc quod malè eſt adeptus amittat, nec ad officium quod antè indignè geſſerat, reuertatur. Sæpedictum autem ſanctiſsimum Ianuarium epiſcopum abſolutum loco ſuo in epiſcopatus gradu deo auctore reK uerti, ac modis omnibus reformari conſtituo.

Gregorius Ioanni defenſori eunti ad Hiſpaniam
De pluribus cauſis examinandis.
Caput. LIIII.

Epiſt.54. E perſona presbyteri hoc attendendum eſt, quia ſi
11.q.1.ca. D quam cauſam habuit, non ab alio teneri, ſed epiſcopus ipſius adiri debuit, ſicut nouella conſtitutio ma-
De perſo- nifeſtat, quæ loquitur de ſanctiſsimis & deo amabilibus ac re-
na. uerentiſsimis epiſcopis, clericis, & monachis, Imperator Iuſtinianus auguſtus Petro glorioſiſsimo præfecto prætorio: Si quis contra aliquem clericum aut monachum, aut diaconiſſam aut monaſtriam aut aſcetriam habeat aliquam actionem, adeat prius ſanctiſsimum epiſcopum, cui horum vnuſquiſque ſubiacet. Ille verò cauſam inter eos diiudicet. Et ſiquidem vtraque pars his quæ iudicata ſunt, non acquieuerit, iubemus per loci iudicem hæc executioni perfectè mandari, &c. Ne verò obiiciatur, quia de clerico hoc loquitur, non de presbytero: ſcien dum eſt quia in eadem conſtitutione lib. C. j. legitur appellatione clericorum, & presbyteros & diaconos contineri. Verba autem legis iſta ſunt: Presbyteros autem & diaconos & ſubdiaconos, cantores & lectores, quos omnes clericos appellamus. & reliqua. De perſona Ianuarij epiſcopi ſciendum eſt grauiter o- L
mnino & contra leges eſſe actum, vt violenter de Eccleſia tra- *2.q.1.ii.*
heretur: dum ſi quamlibet aliam iniuriam à quocunque epiſco- *In primis.*
po in Eccleſia paſſus fuerit, iniuriantem lex capitali pœna per- *§. de perſo-*
cutiat, & ſicut maieſtatis reum omnibus det accuſandi illum li- *na.*
centiam, vt huius legis ſeries loquitur Codicis libro primo, titulo ſexto, conſtitutione decima. Imperatores Arcadius & Honorius auguſti Theodoro præfecto præto. Si quis in hoc genus ſacrilegij proruperit, vt in Eccleſias catholicas irruens, ſacerdotibus & miniſtris, vel cultoribus ipſis, locoq́ aliquid importet iniuriæ quod geritur, à prouinciæ rectoribus animaduertatur, atque ita prouinciæ moderator, ſacerdotum & clericorum, & catholicæ Eccleſiæ miniſtrorum, loci quoque ipſius & diuini cultus iniuriam capitali in cõuictos ſeu confeſſos reos ſententia nouerit vindicandam. Et poſt pauca: Sitq́ue cunctis laudabile factas atroces ſacerdotibus aut miniſtris iniurias, veluti publicum crimen inſequi, atque de talibus reis vltionem mereri, &c. Data.vj. Kalend. Maij. Mediolani Honorio auguſto quater, & Eutychiano ter conſulibus. Libri ſuprafcripti titu. xv. conſti. ij. Imperator Honorius & Theodoſius auguſti Ionio præfecto præto. Fideli ac deuota præceptione ſancimus, nemini licere ad ſacroſanctas Eccleſias confugientes abducere, ſub hac videlicet definitione, vt ſi quiſquam contra hanc legem venire tentauerit, ſciat ſe maieſtatis crimine eſſe retinendum. Data Kalend. Aprilis Honorio ſepties, & Theodoſio tertiò conſulibus. Item eiuſdem titu. conſtitu. v. Imperator Leo auguſtus M
Eurithrio præfecto pręt. Preſenti lege decernim⁹ per omnia loca valitura, excepta hac vrbe regia in qua nos diſtinitate propicia degentes, quotiens vſus exegerit inuocati, ſingulis cauſis atque perſonis præſentanea conſtituta præſtamus, nullos penitus cuiuſcunque conditionis de ſacroſanctis Eccleſiis orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, vel protrahi confugas. Et poſt pauca: Qui hoc moliri, aut facere, aut nuda cogitatione ſaltem, atque tractatu auſi fuerint tentare: capitali & vltima ſupplicij animaduerſione plectendi ſunt. Ex his ergo locis, eorumq́ finibus quos anteriorum legum præſcripta ſanxerunt, nullos eii ei aut expelli aliquando patimur, nec in ipſis Eccleſiis reuerendis ita quenquam detineri atque reſtringi, vt ei aliquid aut vitualium rerum, aut veſtis negetur, aut requies, &c. Data pri- *2.q.1.ii.*
die. Kalend. Martij Conſtantinopoli: Leone auguſto tertiũm con- *In primis.*
ſule. De perſona Stephani epiſcopi ad hoc attendendum eſt, *§. De perſo-*
quia nec inuitus ad iudicium trahi, nec ab epiſcopis alieni con- *na epiſcopi*
cilij debuit iudicari, ſicut nouella quædam traditio quæ de epi- *Stephani.*
ſcopis loquitur, continet. Ait enim: Sed neque pro qualicunque pecuniaria vel criminali cauſa ad iudicem ciuilem ſiue militarem, inuitum epiſcopum producere, vel exhibere citra imperialem iuſsionem permittimus, ſed iudicẽ qui tale aliquid, ſiue ex ſcripto, ſiue ex non ſcripto præſumpſerit imperare, poſt cinguli priuationem. xx. librarũ auri pœnam exoluere iubemus Eccle-

ſiæ

A sę cuius episcopus produci aut exhiberi iussus est, executorem similiter post cinguli priuationem & verberibus subdendum, & in exilium deportandum. Item post multa: Si autem & à clerico aut laico quocunque aditio contra episcopum fiat, propter quamlibet causam, apud sanctissimum eius metropolitam secundum sanctas regulas & nostras leges causa iudicetur. Et si quis iudicatis contradixerit: ad beatissimum archiepiscopum & patriarcham diœceseos illius referatur causa: & ille secundum canones & leges huic præbeat finem. Contra hæc si dictum fuerit, quia nec metropolitam habuit nec patriarcham, dicendum est quia à sede Apostolica, quæ omnium Ecclesiarum caput est, causa audienda, ac dirimenda fuerat, sicut & prædictus episcopus petiisse dinoscitur, qui episcopos alieni concilij habuit omnino suspectos. Quia ergo sententia non à suo iudice dicta, nihil firmitatis obtineat, lectionis huius tenor ostendit, lib. C. vij. titu. xlviij. constitu. iiij. Imperatores Gratianus, Valentinianus, & Theodosius augusti ad Pontiū Mutium, Et in priuatorum causis huiusmodi forma seruetur, ne quenquam litigatorum sententia, non à suo iudice dicta, con-
vbi supra. §. Quod autem. stringat. Data. xj. Kalend. Octobris Romæ, Ausonio & Olybrio consulibus. Quòd autem dicitur à seruis suis accusatus,
B sciendum est quia audiri minimè debuerunt, vt hæc constitutio patefacit sic dicens. C. lib. ix. titu. j. constitu. xx. Imperatores Arcadius & Honorius augusti Eutychiano præfecto prætorio. Si quis ex familiaribus vel ex seruis cuiuslibet domus cuiuscunque criminis delator atque accusator extiterit, eius æstimationem, caput, atque fortunas petiturus, cuius familiaritati vel dominio inhæserit: ante exhibitionem testium, aut examinationem iudicij, *in* ipsa expositione criminum atque accusationis exordio, vltore gladio feriatur. Vocem enim funestam interci*di* oportet potius quàm audiri, maiestatis autem crimen tan-
vbi supra. tum excipimus. Data. v. idus Nouembris Cæsaribus consulibus. Si verò dictum fuerit, quia de hoc accusatus est, quod ad maiestatis crimen attinet, nec ipsum de eo credendum fuit, si vita vel opinio eius talis ante non extitit, sicut lib. pandectarum. xlviij. ad legem Iuliam maiestatis scribit Modestinus, lege famosi, paulopost princi. Hoc tamen crimen à iudicibus non in occasione ob *principalis* maiestatis venerationem, habendum est, sed in veritate rei iudicatæ. Nam & persona spectanda est, an
vbi supra. potuerit facere, & an antè quid fecerit, & an cogitauerit. Quòd autem dicit idem episcopus quia se absente, aliqui vilissimi sint testes exhibiti: hoc si verum est, nullius esse momenti lege no-
Authen. de vsib. §. Et hic verò. scendum est: Constitutione nouella quæ de testibus loquitur. Hoc quoque sæpius agnouimus, quoniam quidam aut apud locorum defensores, aut apud clarissimos prouinciarum iudices, aut etiam, vt assolet, hic apud virum clarissimum magistrum census ingrediuntur, & queruntur tanquam ab alio passi aliquid contra leges, aut aliter læsi aut damnificati, testes vo-
C lentes producere. At ne postea obiiciatur eis quia per vnam partem gesta confecta sunt: oportet illum in ipso ciuitate constitutum vbi testimonia dantur, admonitum à iudice siue à defensore aduenire, & audire attestationes. Si verò noluerit aduenire, sed contempserit, vt ex hoc ab vna parte testimonia aduersus eum inutilia sint, sancimus huiusmodi testimonia ita valere, ac si non ex vna parte consisterent, sed etiam ipso præsente fuissent facta. Si enim recusauerit & venire noluerit, & audire quæ deponuntur, cùm vtique in publico sit, & non ex ineuitabili quadam necessitate venire non possit, similis aduenienti erit, & nulla vtilitas ex contemptu suo ei adhibebitur, sed videbuntur quidem in vtriusque præsentia probationes factæ. Ec ce admonendus est semper aduersarius vt ad audiendos testes
Vbi supra. §. Testes. adueniat. Quod quia hic omissum est, necesse est vt quod contra leges actum est, firmitatem non habeat. Quales autem testes vel cuius opinionis ad testimonium admittendi sunt, plurimæ leges ostendunt, quæ penè nulli habentur incognitæ, quæ etiam sanciunt vt vilissimis testibus sine corporali discussione credi non debeat. Quod autem dicitur quia nihil scriptis iudicatum est, legendus est titu. xliiij. lib. vij. codicis, quia scriptis debuit iudicari. Nam ibi inter alia dicitur atque præcipitur, vt sententia quæ sine scripto dicta fuerit, ne nomen quidem sententia habere mereatur.

Gregorius Theodoro curatori. De Petro viro magnifico.

D P Ostquam sic de glorię vestrę sinceritate præsumimus, vt vestros vos credamus reputare qui nostri sunt, latori præsentium Petro viro magnifico ad promerēdam bonitatis vestræ gratiam, hoc solum sufficere poterat, indicare quia noster est. Sed quoniam paterna commendatio boni filij mentem solet semper accēdere paterna dulcedine salutantes petimus, vt memorato filio nostro, atque memoratæ filiæ nostræ gloriosæ matri ipsius patrocinij vestri gratiam ostendatis, cósque & illic positos tuitionis vestræ remedio foueatis, & venientes ad nos vestris subsidiis adiuuetis: quatenus dum ea quæ gloria vestra ex se solet impēdere, nostra benignius epistola interueniente præstiterit, & ipsam rem consuetam videatur laudabiliter exhibere, & nos sibi pro sua bonitate gratiarum esse per omnia faciat debitores.

Gregorius Paulo scholastico. De vltione eius in maleficos. Caput. LV.

Epist. 55. Q Vanto nos gloria vestra tristes dudum effecerat, propterea q̄ se aduersus fratrem & coēpiscopum nostrū Leonem reuerentissimum virum querelas habere alias perhibeat, tanto eodem patre ad nos modo veniente, cor nostrum gauisum est, quia in pristinam vos concordiā, deo propitio, ad inuicem redisse testatus est. Qui etiam inter alia bona quæ vestris laudibus inferebat, adiecit omnino vos in vltione maleficorum sollicitos ac districtos, sicut reuera vos vt Chri- E
stianos oportuit extitisse. Vnde valde in nobis lætitia quam de vobis sumpseramus excreuit, quia illum vobis placabilem redditis, contra cuius inimicos zeli vestri rectitudinem exercetis. Propterea gloriam vestram paterna dulcedine salutantes hortamur, vt quia satis est moribus vestris accommodum pacem diligere, reparatam inter vos gratiam nullius lingua perturbet, sed sic in vobis erga paternum amorem charitas ardeat, vt eam aduersi flatus more flammæ non extinguant, sed augeant. Nam & eundem antedictum fratrem nostrum hortati sumus, vt ita paternam vobis dilectionem impendat, quatenus reciprocum gloriæ vestræ affectum non odiosē, sed velut mutuum tanquam foenerator semper posit exigere.

Gregorius Vitali defensori. De xenodochio neglecto. De Ecclesiis vacantibus. De Pompeiana. De infirmitate Ianuarij episcopi tempore sacrificij. Caput. LVI.

Epist. 56. Xperientia tua indicante comperimus xenodochia in
E Sardinia constituta, grauem habere neglectum. Vnde reuerētissimus frater & coēpiscopus noster Ianuarius vehementissimè fuerat obiurgandus, nisi nos eius senectus ac simplicitas & superueniens ægritudo, quam ipse retulisti, suspenderet. Quia ergo ita est positus vt ad aliquam ordinationem esse non possit idoneus, œconomum eius Ecclesiæ, atque Epi- F
phanium archipresbyterum ex nostra districtè auctoritate commonemus, vt eadem xenodochia sine periculo suo sollicitè ac vtiliter studeant ordinare. Nam si quis illic post hæc neglectus extiterit, nulla se nouerint posse apud nos ratione aliquatenus excusare. Quoniam verò possessores nos Sardiniæ petierunt, vt quia diuersis oneribus affliguntur: Constantinopolim pro eorum debeas remedio proficisci, licentiam tibi eundi concedimus. Sed & dilectissimo filio nostro Bonifacio scripsimus, vt suum tibi pro remedio illius prouinciæ studeat adhibere solatium. De Ecclesiis autem quas vacare sacerdotibus indicasti, prædicto reuerentissimo fratri & coēpiscopo nostro Ianuario scripsimus, vt eas debeat ordinare, sic tamen vt non omnes ad episcopatum de Ecclesiis ipsius eligantur. Nam sic eum conuenit alias ordinare, vt Ecclesiæ suæ personis quæ in ea possint proficere necessitatem non faciat. Illud igitur quod ad gubernationem quorundam monasteriorum personas esse præpositas, quæ antè dum adhuc in minori essent ordine, monastico scilicet habitu, lapsæ sunt indicasti, officium quidem abbatis suscipere, nisi omnino correcta vita & digna præcedente pœnitentia minimè debuerunt. Sed quoniam iam oblatum, sicut dicis, officium susceperunt, de vita, moribus, ac sollicitudine eorum cura gerenda est. Et si actus non sunt contra officiū, in eo quo sunt ordine perseuerent, alioquin remotis eis, aliis

qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

G qui commissis sibi animabus prodesse valeant ordinentur. Causa propterea de monasterio sancti Hermæ, quod in domo Pompeianæ religiosæ à fratre nostro constructum est, quia plus blandimentis quàm districtione agenda est, experientia tua apud eandem mulierem cum dulcedine agere studeat: quatenus nec illa in peccato proprio auctoris sui debeat postponere voluntatem, & tu vtilitates monasterij valeas salubriter procurare. Puellas autem suas quas antedicta Pompeiana in monasterio mutata olim religiosa veste conuertit, abstrahi ab ea vel inquietari nullo modo patiaris, sed in ea qua sunt conuersione, deo protegente, permaneant. Pro requirendis verò rebus Ecclesiarum, vel monasteriorum, siue piarum causarum quod scripsisti, prius quidē hi quorum interest, admonendi sunt vt ab eis te insistente, te solatiante modis omnibus requirātur. Quòd si forte vel ipsi negligentes extiterint, vel certe qui eas requirere debeant, inuenti non fuerint, tunc omnia ipse perquire, atque ita reperta collige, vt manu aliquod iudicium inferre cuiquam minimè videaris. De xenodochiis itaque hortulani atque Thomæ nihil hactenus horum quę indicasti cognouimus. Eapropter experientia tua iussionem principis ex hoc datam diligenter inspiciat, & omnia secundum eius tenorem disponat, & nobis quicquid egerit innotescat. De hoc igitur quod scripsisti, fratrem & coëpiscopum nostrum Ianuariū tempore quo sacrificium celebrabat, tantam pati frequenter angustiam, vt
H vix post longa interualla ad locum canonis redire valeat quem reliquit, atque ex hoc multos dubitare, si communionem debeant de eius consecratione percipere: admonendi sunt vt nullatenus pertimescant, sed cum omni fide & securitate communicent, quia ægritudo personæ, sacri mysterij benedictionem nec murat, nec polluit. Secretius tamen omnino idem frater noster hortandus est, vt quotiens aliquam molestiam senserit, non procedat, ne ex hoc se & despiciendum præbeat, & infirmorum animis scandalum faciat. Præterea Pompeiana religiosa fœmina questa nobis est, hæreditatem quondam generi sui Epiphanij, in qua Epiphanius idem Matronam coniugem suam filiam antefatæ Pompeianæ vsufructuariam constituerat, monasterio quod in domo sua fundari statuerat, & postea extincto vsufructu modis omnibus profuturam, atque alia quæ eidem Matronæ proprietatis iure probantur competere, ab experientia tua, & à reuerentissimo fratre & coëpiscopo nostro Ianuario iniustè sublata, & exinde nihil hactenus vel filiæ suæ reditum, vel profecisse monasterio. Quòd si ita veritas se habet, & aliquid te indecenter fecisse cognoscis, absque vlla mora ablata restitue, aut certe si aliter esse putas, ne grauari pars aduersa præiudicialiter videatur, electorum cum ea iudicium hac de causa nullo modo subire postponas, vt vtrum vera iustaque eius sit querimonia, definitione iudicij declaretur.

I

Gregorius Ioanni episcopo Panormitano. De transmutatione rerum Ecclesiasticarum.
Caput. LVII.

Epist. 57.

S Icut rationi contraria procul est abiicienda petitio, ita in his quæ bene desiderantur, effectum negari non conuenit. Quia igitur vt fraternitatis tuæ petitio, quæ tenetur in subditis, continetur in qua tecum vnà presbyteri & diaconi, cæteraque Ecclesiastica officia præscribentes præbuere consensum, domum cum horto & balneo suo, atque omnibus ad eam pertinentibus in hac vrbe Romana positam, quæ ad ius Panormitanæ Ecclesiæ ex hæreditate quōdam Flori viri magnifici peruenisse dignoscitur, cum dilectissimo filio nostro Epiphanio diacono permutare desideras, propter hoc quòd domus ipsa, ita parte detecta, parte diruta, parte igne probatur esse consumpta, vt nihil exinde commodi, sicut testaris, ante multos iam annos nuncusque Ecclesiasticis vtilitatibus potuisset accedere, atque hac in re nostra tibi dari postulas auctoritate licentiam, prouisionem tuam diligentius intuentes, postquam & nobis cognitum est, domum ipsam in eo esse statu quo asseris, atque ita minante ruina quotidie deteriorem fieri, vt non solum Ecclesię tuæ non vtilis, sed potius subinde damnosa posse videatur existere, idcirco permutandi tibi eam cum balneo & horto suo, omnibusque generaliter ad eam pertinentibus, iuxta petitionem tuam, quam & veritatis & rationis apud nos ordo suffulsit, huius auctoritatis nostræ serie liberam per omnia concedimus facul- K
tatem, quatenus huiusmodi accepta licētia, nec te culpa de temeritate, vel incautela respiciat, nec ille aliquid dubietatis incurrat. Nam prouidum, salubreque est aliquid compendij procurare, vnde nulla spes lucri, sed damni magis formido est.

Gregorius Fantino defensori Panormitano. De exhilarato episcopo.
Caput. LVIII.

Epist. 58.

T Alia ad nos de fratre & coëpiscopo nostro exhilarato, sicut & ipse nosti, peruenerunt: quæ districta essent omnino vltione plectenda, sed quoniam bis eam reuerentissimus frater & coëpiscopus noster Leo, qui etiam in causa eius iudicem se fuisse testatus est, leuigauit, ad Ecclesiam suā illum transmittendum esse præuidimus, iudicantes sufficere illi hoc quòd eum hic diutius retinētes affliximus. Itaque experientiæ tuæ præcipimus, vt erga mores actusq; illius curam habeat, atque eum frequenter admoneat, quatenus se ad impendendam clericis suis charitatem benignum, & si res exegerit, ad corrigendas culpas debeat exercere sollicitum. Sed & clerū eius admonere volumus, vt humilitatem illi ac obedientiam quam dominus mandat exhibeat, nec in aliquo illi superbus presumat existere. Quòd si quis eorum, id est episcopus siue clerus admonitionem tuā neglexerit, ex hac nostra auctoritate canonica coërctione inobedientiæ culpam: aut tu, sicut preuideris, corrige: aut nobis renunciare festina, vt disponere valeamus qualiter disciplinæ frenum extra iter suum eos pergere non permittat, quos L
ad excessum aculeus prauæ mentis irritat.

Gregorius Ioanni episcopo Panormitano. De Fantino defensore & Petro.
Caput. LIX.

Epist. 59.

Q Via sunt culpæ in quibus culpa est relaxare vindictā, quærenda semper est veritas, vt inquiri debeat vtrum accusatum noxa condemnet, an à pœna innocentia patefacta subducat. Itaque peruenit ad nos Fantinum defensorem vltionem exercere in Petrum latorem presentium voluisse, pro eo quòd, quantum dicitur, relictam cuiusdam diaconi tempore quo conductor fuerat, marito tradiderit. Sed quoniam iste coniugem diaconi asserit non fuisse, dicens nec virginem illam ad eum veniisse, denique vt nec religiosam vestem mutare præsumeret, postquam ille in sacro ordine promotus est, adiiciens & priusquam ad diaconum peruenire, & postea praua illa opinio ne vixisse. Ideoque fraternitatem tuam his hortamur affatibus, vt cum dei, sicut decet, timore causam hanc subtili omnino inuestigatione perquirat, vt si in coniugio diaconi mulierē de qua agitur, fuisse constiterit, & suprascriptus lator memorato defensori, & rectori patrimonij ad vindictam modis omnibus tradatur, & cum competenti emendatione hi qui malè sociati sunt, disiungantur. Si verò in eius coniugio nō fuit, memoratum Fantinum ex nostro mandato commonere te volumus, vt ei facere nil presumat, nec illum accusatio apud eum in aliquo prægrauet. Quia M
verò relictā sibi antedictus Petrus apud Ecclesiæ colonos perhibet reducere, volumus vt sine cuiuscunque impedimēto eam habeat, si tamen ita est exigendi licentia. Nam si inuentus fuerit esse culpabilis, non res suas amittere, sed in se debet dignam vltionem suscipere.

Finiunt epistolæ Indictionis sextæ.

LIBER DVODECIMVS.

Incipiunt epistolæ Indictionis septimæ, ex registro beati Gregorij Papæ.

Gregorius seruus seruorum dei Mariniano episcopo Rauennæ. De Fortunato abbate iniustè deposito.
Caput. I.

Epist. 1.

Via incongruum valde est à susceptο officio sola quenquam voluntate suspendi, quem culpa non remouet, sollicitè disponendum est, vt nec prior ordinatio irrationabiliter destruatur, nec sine emendatione quæ malè secuta fuerint, relinquantur. Fortunatus itaque lator præsentium in monasterio sanctorū Laurentij & Zenonis, quod in Cesenati castro est constitutum, à Natali quondam epi-

Universidad de Deusto

A dam episcopo officium sibi abbatis afferens esse commissum, nunc se à successore eius Concordio nulla existente causa vel culpa exinde remotum, atque alium in loco suo queritur ordinatum. Quod etiam coram testibus quibusdam diaconis nostris præsente diacono prædicti Concordij episcopi sui causas allegate ex parte ita esse perclaruit. Sed quoniam certior in partibus illis vbi res acta est potest esse probatio, fraternitas tua diligenter atque sollicitè hoc studeat perscrutari. Et si nulla manifesta causa depositionis extitit, quę prædictum Fortunatum ab abbatis officio remouerit, eum in suo loco reformare festinet, atque eius episcopum digna reprehensione increpare non desinat, cur decessoris sui nullis prouocatus excessibus destruere ordinationem molitus sit. Si verò aliter quàm edocti sumus, causam esse pars altera dixerit, subtili veritas inuestigatione quærenda est, & ita quicquid canonicus ordo poposcerit terminandum, vt nulla ea de re denuo querela remaneat.

Gregorius Alcysono episcopo Corcyræ.
De Cassiopi castro iniustè peruaso.

Caput. II.

Epist. 2. N On immeritò elati cordis retundi postulatur ambitio, quando sacrorum canonum vigore postposito, temerariæ præsumptionis excessus aliena illicitè concupiscendo, non solum ad generanda dispendia noxius, ve-
B rumetiam paci Ecclesiasticæ probatur esse contrarius. Relectis igitur fraternitatis tuæ epistolis, quæ de Cassiopi castro quod in tua situm est diœcesi episcopo Isauriæ ciuitatis vel prius vel modo sint acta cognouimus. Et contristati sumus quòd hi qui Ecclesiæ tuæ pro impensa sibi charitate debitores esse debuerant, inimici magis fieri nullo sunt pudore prohibiti. Denique vt contra Ecclesiasticam ordinationem, contra sacerdotalem modestiam, contra sacrorum canonum statuta, prædictum castrum de iurisdictione eius abducere, ac suæ molirentur potestati subiicere, vt fierent quodammodo domini, vbi prius susceptiuerant peregrini. Qua de re quoniam Andreas venerabilis memoriæ frater noster Nicopolitanus metropolita innitente sibi quoque principali iussione in qua ei causæ huius fuerat iniuncta cognitio, prolata sicut nobis patuit noscitur statuisse sententia, antefatum Cassiopi castrum sub iurisdictione Ecclesiæ tuæ quemadmodum semper fuit debere persistere, formam eiusdem sententiæ comprobantes, Apostolicæ sedis auctoritate eam fauente iustitia comprobamus, confirmamus, atque per omnia robustam manere decernimus. Nam nulla æquitatis ratio, nullus canonum ordo consentit, vt parœciam alterius alter aliquo modo debeat occupare. Vnde licèt districtionem contra se non modicam huius litigij culpa videatur exigere, propter quod ab eis mala pro bonis sint reddita, studendum tamen est vt excessum benignitas non videatur perpetra-
C re, nec illud quod extraneis debetur, fratribus etiam necessitatem patientibus denegetur, ne nihil charitas agere in episcoporum mentibus iudicetur, si sine consolationis remedio hi quibus magna est habenda compassio relinquantur. Oportet ergo vt sacerdotes vel clerus Isauriæ ciuitatis ab antefati Cassiopi castri habitatione nullatenus repellantur, sed & beati Donati sanctum ac venerabile corpus quod secum detulerunt, in vnam Ecclesiarum antedicti loci quam elegerint, siue intus siue foris habeant recondendi debita cum veneratione licentiam. Sic tamen vt dilectioni tuæ in cuius parœcia castrum ipsum est positum, emissa procuretur cautione munitio, per quam promittat episcopus Isauriæ nullam sibi potestatem, nullum priuilegium fore, nullam iurisdictionem, nullam tanquam cardinalis episcopus vlterius auctoritatem defendere, sed post pacem deo propicio redditam ablato venerabili sancti Donati corpore, ad propria modis omnibus reuersurus. Vt huius promissionis persistente memoria, nec de cætero quicquam sibi illic principaliter quacunque occasione audeant vendicare, sed omni se tempore esse ibidem hospites recognoscant: & fraternitatis tuæ Ecclesia iuris vel priuilegij sui in qualibet parte præiudicium non incurrat.

Gregorius Bonifacio diacono Constantinopolitano. De peruasione castri Cassiopi.

Caput. III.

Q Voriens nos eorum discordia tristes facit qui pacis prædicatores esse debuerant, magna sollicitudine studendum est, vt litigij ablata materia ad concordiam redeant hi qui diuersa ab inuicem voluntate discordant. Quæ igitur de Cassiopi castro quod in insula Corcyra est positum, acta sint, qualiter de iurisdictione Corcyritani episcopi episcopus Isauriæ moliatur subtrahere, & suæ nequiter iurisdictioni subiicere, valde prolixum est dicere: Sed dilectioni tuæ vt cuncta subtiliter comprehendas, fratris nostri Alcysoni episcopi Corcyræ scripta transmisimus, atque eius illic venire hominem fecimus, qui etiam verbo tutius te ad singula possit instruere. Hoc tamen breuiter indicamus, quia dum imperatori Mauricio esset in præiudicio Ecclesiæ Corcyritanę quondam subreptum, nec iussio eius, quippe quia contra leges & sacros canones data fuerat, habuisset effectum, & indecisa inter partes contentio remansisset: aliam illum ad Andream quondam fratrem nostrũ & coëpiscopum & metropolitam Nicopolitanum iussionem dedisse: vt quoniam vtraque pars eius erat iurisdictioni subiecta, ipse hanc causam cognoscere, & finire canonicè debuisset. Qui metropolita cognita causa probataque sententia cuius tibi exemplaria misimus, prædictum Cassiopi castrum sub potestate ac iurisdictione Corcyritani episcopi, cuius & semper fuit diœcesis, esse distinxit. Quam nos sententiam comprobantes, Apostolicæ sedis auctoritate præuidimus confirmandam. B
Et ne ea quæ decreuimus, ita potuissent esse districta, vt nihil benignitatis habere viderentur admixtum: curæ nobis fuit ita causam temperatè disponere, sicut sententiæ nostræ quam ad te misimus textus ostendit, vt neque episcopus neque Clerus Isauriæ ciuitatis necessitatem habitationis incurrerent, nec Corcyritanæ Ecclesiæ priuilegia in aliquo turbarentur. Sed quia inter ipsa primordia sereniss imo domino surreptum est; atque contra iudicium Nicopolitani metropolitæ, quod Ecclesiastica rectitudine & canonica ratione suffultum est, episcopus Isauriæ, quod nec sine dolore audire, nec loqui sine gemitu possumus, cum maiori iniuria episcopi Corcyritani & clericorum eius antefatum Cassiopi castrum traditum memoratur, vt amota, quod graue est dici, iurisdictione Corcyritanæ Ecclesiæ, ipse illic omnem tanquam principalem habeat potestatem, sententiam nostram nulli dare præuidimus, ne contra iussionem clementissimi domini imperatoris, vel quod absit, in despectũ eius aliquid facere videremur. Itaque dilectio tua pietati eius cuncta diligenter insinuet, atque constanter astruat hoc omnino illicitum, omnino prauum, omnino iniustum, & sacris esse valde canonibus inimicum. Et ideo huiusmodi peccatum temporibus suis introduci in Ecclesiæ præiudicium nõ permittat. Sed quid de hoc negocio iudicatum antefati quõdam metropolitæ iudicium contineat, vel à nobis qualiter ea quæ ab illo decreta sunt, confirmata fuerint suggerat: atque id agere studeat, vt cum E
eius iussione nostra illic sententia transmittatur: quatenus & serenitati ipsius, sicut dignum est, reseruasse, & rationabiliter correxisse quæ malè præsumpta sunt, videamur. Qua in re omnino danda opera est, vt si fieri potest, etiam iussionem suam ipse tribuat, in qua ea quæ à nobis definita sunt seruari præcipiat. Nam hoc facto, omnis decætero surreptionis locus obstruitur. Ità ergo ad compescenda hæc præiudicia vigilantiam tuam cum omnipotentis dei adiutorio exercere festina: vt nec modo voluntas eorum qui peruersa moliuntur, aliquid contra antiquum Ecclesiasticæ consuetudinis statum obtineat, nec pòst ad exemplum res nephanda proficiat. Quanta præterea mala quantasque oppressiones suprascriptus Alcysonus frater & coëpiscopus noster ab actionariis Ecclesiæ Thessalonicensis asserat sustinere, vt possis cognoscere, ipsam quam ad nos misit epistolam dilectioni tuæ transmisimus. Ideoq; prædictæ Ecclesiæ responsalem venire ad te facito, atque causam ipso præsente cognosce: & de capitulis quibus te ratio mouerit, fratri & coëpiscopo nostro Eusebio scribe, vt homines suos agere iniusta, prohibeat: & minores non premere, sed magis in quibus iustum fuerit, moneat adiuuare. Hoc quoque volumus, vt ei qui in ciuitate Nicopolitana metropolita fuerit ordinatus, dilectio tua scribere debeat, quatenus causam de damnis quæ Ecclesiæ suæ illata prædictus frater noster Alcysonus queritur, cognoscere, &

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quod iustum est debeat definire, quia à decessore ipsius negotiũ ipsum non decisum, sed legitur reseruatum.

Gregorius Ioanni episcopo. De Ecclesia sanctæ Mariæ consecranda. Caput. IIII.

Epist. 4. B Asilicam quam à dilectione tua in honorẽ beatæ semperque virginis Marię per Sauinum subdiaconum nostrum, & rectorem patrimonij suggeris esse perfectam, consecrandi tibi præceptionis nostræ serie noueris facultatem attributam, quatenus frater charissime deuotionis tuę desiderium complens celebritatis perfectione gratuleris.

Gregorius Desiderio episcopo Galliæ. De milite qui ancillam dei de monasterio rapuit. Caput. V.

Epist. 5. C Vm inter multa bona quæ nobis de magnitudine vestra sæpius nunciantur, illud in vobis plus laudabile dicitur existere, quòd charitatem diligitis, & disciplinam, sicut dignum est, custoditis, satis mirati sumus quòd in milite illo qui ancillam dei diabolica instigatione perdiderit, di strictissima vindicta hactenus facta non fuerit. Nam moribus & bonitati vestrę valde cõuenientis fuit, vt antè ad nos vltio quàm perpetratæ culpæ iniquitas perueniret. Sed quia vindictã huius sceleris nõ voluntate vestra, sed aliorum credimus surreptionibus esse suspensam, neque hoc peccatum vel numerum indisciplinati militis, vel loca illa in quibus commissum est, valeat premere, hortamur vt sine excusatione aliqua vel modo qualis vobis feruor sit erga charitatis custodiam demonstrantes, ita pro exemplo aliorum districtè emendare tantum facinus festinetis: vt & deum vobis, in cuius ille hoc iniuriam perpetrauit, & timorem eius despexit, placabilem faciatis, & nos vobis de zeli vestri rectitudine gratias referamus. Nam tantam iniquitatem inultam remanere nullo modo patimur.

H

Gregorius Ioanni episcopo. De eligendo episcopo Anchonitanæ Ecclesiæ. Caput. VI.

Epist. 6. N E incauta eorum ordinatio, qui ad episcopatum eligũtur, valeat prouenire, vigilanti de eorum personis sollicitudine est requirendum. Indicatum siquidem nobis est Florentinum archidiaconum Ecclesiæ Anchonitanæ qui ad episcopatum fuerat electus, scripturæ quidem sacræ scientiã habere: sed ita ætatis senio confectum accepimus, vt ad regiminis officium non possit assurgere. Addentes etiam ita illum tenacem existere, vt in domo eius amicus ad charitatem nunquam introeat. Rusticus autem diaconus eiusdem Ecclesiæ, qui similiter electus fuerat, vigilans quidem homo dicitur: sed quantum asseritur, psalmos ignorat. Florentium verò diaconum Ecclesiæ Rauennatis, qui electus ab omnibus dicitur, sollicitum esse

Parte. 1. dist. 85. ca. Archidiaconũ. aliàs. Florẽtinum archidiaconum.

I nouimus, sed qualis sit interius, omnino non scimus. Ideoque fraternitas tua vnà cum fratre & coëpiscopo nostro Armenio suprascriptæ Anchonitanæ Ecclesiæ visitatore illuc festinet accedere, & diligenter de moribus singulorum requirere, si de nullo sibi sunt crimine conscij, quod eos ad hoc officium vetet accedere. Pariter etiam requirendum est si hoc quod de præfato archidiacono dictum est, quia nũquam amicus domum eius ingressus est: si ita se veritas habeat: & vtrum ex necessitate, an ex tenacia talis sit: aut si ita senex est, vt ad regendum non possit assurgere: vel si tactis sacrosanctis euangeliis, sicut nobis nunciatum est, iusiurandum præbuit, nunquam se ad episcopatum accedere. Sed & de Rustico diacono, quantos Psalmos minus teneat perscrutandum est. Florentio autem diacono Rauennati, si nullum, sicut diximus, crimen est quod obsistat, apud episcopum eius agi necesse est: vt ei debeat cessionem concedere, non tamen ex nostro mandato vel dicto, ne contra suam voluntatem eum concedere videatur. Sed hoc vt norunt, qui eum eligunt, ex se agant: tu verò de singulis cũ omni studio ac sollicitudine omnia quæ scripsimus require, atq; nobis stude subtiliter indicare, vt renunciatione tua redditi certiores, quid post hæc fieri debeat, deo auctore disponamus.

Gregorius Theodelindæ reginæ Longobardorum. De scriptis Secundini. Caput. VII.

Cripta quæ ad nos dudũ à Ianuensibus partibus transK misistis, gaudij vestri nos facere participes, propterea *Epist. 7.* S quòd omnipotẽtis dei gratia & filium vobis donatum & quod valde excellentiæ vestræ est laudabile, catholicæ eum fidei nouimus sociatum. Nec enim de Christianitate vestra aliud credendum, nisi id studere vos, vt quem diuino munere suscepistis, catholicæ rectitudinis auxilio munitetis: vt & redemptor noster familiarem te suam famulam cognosceret, & Longobardorum genti nouum regem in timore suo fœliciter nutriret. Vnde oramus omnipotentem deum: vt & vos in mandatorum suorum via custodiat, & eundẽ excellentissimũ filium Adulouualdum in suo amore faciat proficere, quatenus sicut hic inter homines iam magnus est, sic quoque & bonis actibus ante dei nostri oculos sit gloriosus. Illud autem quod excellentia vestra scripsit, vt dilectissimo filio nostro Secundino abbati ad ea quæ scripsit subtiliter respondere deberemus: quis vel petitionem, vel vestra desideria quæ multis esse profutura cognoscit, si ægritudo non obsisteret, duceret postponenda? Sed tantæ nos podagræ infirmitas tenuit, vt non solum non dictare, sed nec ad loquendum possimus assurgere, sicut & præsentium portitores legati vestri cognouerunt, qui nos & venientes infirmos inuenerunt, & discedentes in summo vitæ periculo atque discrimine reliquerunt. Sed si omnipotente deo disponente conualuero, ad cuncta quæ mihi scripsit, subtiliter respondebo. Eam tamen synodum quæ piæ memoriæ Iustiniani tem- L
pore facta est, per latores præsentium transmisi, vt prædictus filius meus dilectissimus ipsam relegens, agnoscat quia falsa sunt omnia quæ contra sedem apostolicam vel catholicam Ecclesiam audierat. Absit enim nos cuiuslibet sensum hæretici recipere, vel à tomo sanctæ memoriæ Leonis prædecessoris nostri in aliquo deuiare: sed quæcunque à sanctis quatuor synodis sunt definita, recipimus, & quæcunque reprobata sunt, cõdemnamus. Excellentissimo autem filio nostro Adulouualdo regi transmittere filateria curauimus, id est crucem cum ligno sanctæ crucis domini, & lectionem sancti euangelij theca Persica inclusam. Filiæ quoque meæ sorori eius tres annulos transmisi, duos cum hyacinthis, & vnum cum albula, quæ eis per vos peto dari, vt apud eos nostra charitas ex vestra excellentia condiatur. Paterna præterea charitate persoluentes salutationis officium, petimus vt excellentissimo filio nostro coniugi vestro pro nobis de facta pace gratias referatis, atque eius animum, sicut consueuistis, ad pacem de futuro per omnia prouocetis, quatenus mercedem populi innocentis, qui in scandalo perire poterat, ante conspectum dei inter multa bona quæ agitis, inuenire possitis.

Gregorius Alexsono episcopo Corcyræ. De corpore beati Donati in Cassiopi castro. Caput. VIII.

Espiscentibus fratribus, & ad salubre se consilium M
R conuertẽtibus non est neganda benignitas, vt ne plus *Epist. 8.*
in episcoporum mentibus culpa videatur posse quàm charitas. Venientem igitur ad nos Petrum Ecclesiæ Isauriæ lectorem cum scriptis fratris & coëpiscopi nostri Ioannis, coram responsalibus dilectionis tuæ suscepimus, atque eum post relecta scripta quæ detulerat, curæ nobis fuit requirere, si quid contra allegationem eorundem responsalium tuorum haberet, quod diceret. Qui dum nihil sibi aliud iniunctum vel responsurum se penitus perhiberet, extra hoc quod episcopi ipsius epistola continebat, ea quæ canonibus congruebant, deo auctore sine tarditate decreuimus. Post longum verò tempus suprascriptus Petrus chartularem protulit, quem sibi datum à suo asserebat episcopo, & idcirco moras causa sustinuit. Sed quia in eodem capitulari memoratus speraſſe legebatur antistes, vt in Ecclesia beati Ioannis quæ in Cassiopi castro est posita, sanctum ac venerabile corpus beati Donati haberet recondendi licentiam, paratum se esse inquiens dilectioni tuæ, propterea quòd tua probatur esse diœcesis, munitionem emittere, nullum tibi ex hoc præiudicium generari: petitionem eius sine effectu non præuidimus relinquendam, postquam ita sibi necessitatis tempore desiderat fieri consultum, vt Ecclesię tuæ iurisdictionẽ seruare se in omnibus fateatur. Hac itaq; ratione permoti, fraternitatem tuam scriptis præsentibus adhortamur, vt sine

mora,

A mora, vel aliqua excusatione, in prænominati beati Ioannis Ecclesia recondendi suprascripti sancti venerabile corpus præbeat potestatem: ita sanè vt prius scriptura interueniente te muniat, nunquam se in antefata Ecclesia vel castro sub quolibet argumento, aliquam iurisdictionem vel priuilegium tanquâ proprius episcopus vendicare, sed omne illic ius ac potestatem Ecclesiæ tuæ, quippe cuius est parœcia, inuiolabiliter custodire. Pariter quoque te ficut idem frater noster petiit, conuenit respondere, vt tempore quo miserante deo pace reddita illi ad propria fuerit reuertendi licentia, antedictum venerabile corpus auferendi secum sine aliqua obiectione fas habeat. Qua de re ne personale esse videatur quod geritur, & inueniri possit vn de recidiua rursus excitetur contentio, & successores vestri in hac promissione pro conseruandis omnibus sunt per omnia cõplectendi, quatenus huiusmodi peruenientè cautela, nec ille ibidem de cætero sibi quicquam in diœcesi tua contra æquitatem, & sacrorum canonum decreta præsumat defendere, & ius Ecclesiæ tuæ ex huiusmodi concessione præiudicium aliquod nulla vnquam ratione sustineat.

Gregorius Felici subdiacono rectori patrimonij De reditibus Ecclesiæ sancti Pauli concessis. Caput. I X.

Epist. 9. B L Icèt omnia quæ hic Apostolica habet Ecclesia beatorum Petri & Pauli, quorum honore & beneficiis acquisita sunt, deo sint auctore communia, est tamen in administratione actionum diuersitas personarũ, vt inassignatis cuiq; rebus cura adhiberi possit impensior. Cũ ergo pro Ecclesia beati Pauli Apostoli, sollicitudo debita nos commoneret, ne minus illic habere luminaria idem præco fidei cerneretur, qui totum mundum lumine suæ prædicationis impleuit, & valde incongruum ac esse durissimum videretur, vt illa ei specialiter possessio non seruiret, in qua palmã sumens martyrij capite est truncatus vt viueret, vtile iudicauimus eandem massam, quæ aquas Saliuas nuncupatur, cum omnibus fundis suis: id est cella vinaria, Antoniano, villa Pertusa in foro Priminiano, Cassiano, Silonis, Cornelij, Thessalata atque Corneliano, cum omni iure, instructu, instrumentoque suo, & omnibus generaliter ad eam pertinentibus, cum eius Christi gratia luminaribus deputare, adiicientes etiam eidem cessioni hortos duos inter Tiberim & porticum ipsius Ecclesiæ, euntibus à porta ciuitatis parte dextera, quos diuidit fluuius Almon, inter affines horti monasterij sancti Stephani, quod est ancillarum dei, positum ad sanctum Paulum, & ad fines possessionis Pisinniani: simul & terrulas, quæ vocantur Fossa latronis positas, id est iuxta eandem porticum euntibus: similiter parte sinistra ad portam vbi nunc vineæ factæ sunt, quæ terrulæ cohærent ab vno latere possessioni Eugentis quõdam scholastici, & ab alia parte possessioni monaC sterij sancti Hedisti, quæ omnia deo adiuuante per antedictæ Ecclesiæ præpositos qui per tẽpora fuerint subsequentia à præsenti septima indictione volumus ordinari. Et quicquid exinde accesserit, luminaribus eius impendi, atque ipsos exinde ponere rationes. Idcirco experientiæ tuæ præscripsimus: vt suprascriptam massam aquas Saliuas cum prænominatis omnibus fundis suis, necnon hortos, atque terrulas quæ superius continentur, de breuibus suis deleri facias, ac auferri, & ad nomen prædictæ Ecclesiæ beati Pauli Apostoli tradere: quatenus seruientes ibi præpositi omni per hoc carentes excusatione, de luminaribus eius ita nostra studeant sollicitudine cogitare, vt nullus vnquam illic neglectus possit existere. Facta verò suprascriptarum omnium rerum traditione, volumus vt hoc præceptum in scrinio Ecclesiæ nostræ experientia tua restituat.

Gregorius Felici episcopo Messanensi. De construenda Ecclesia. Caput. X.

Epist. 10. I Anuarius subdiaconus Ecclesiæ Messanensis, petitoria nobis insinuatione suggessit, quæ habetur in subditis, in ciuitate Messanensi basilicam se pro sua deuotione fundasse, quam in honorem sancti Stephani & Pancratij, atque Eupli desiderat consecrari. Et ideo frater charissime si in tuæ diœcesis ciuitatis iure consistit, & nullum corpus ibidem constat humatum, percepta primitus donatione legitima: id est, à D præsentis anni tributis liberos fiscalibus solidos decem, & reliqua, de substantia sua sibi tantummodo vsumfructum retineat. Quæ omnia diligenter inquire, vt si eorum quæ offeruntur redituum quantitas, vel quæ tempore mortis reliquerint, sartis tectis, & luminaribus, necnon alimoniis seruientium annua possunt præstatione sufficere, ipsa munificentia sit gestis municipalibus alligata. Quod si hæc quæ diximus: per sollicitudinem tuam impleta non fuerint, de propria substantia quanti interfuerit, vtilitati Ecclesiæ vel hæredes tuos satisfacturum esse non dubites. His igitur procuratis, benedictio optata proueniat. Nec antè dedicationis munus impartias, quàm superius comprehensus fuerit ordo donationis impletus, enũciaturus ex more nihil illic conditoris iuri alterius iam deberi, nisi processionis gratia, quæ Christianis omnibus in commune debetur. Sanctuarium verò susceptum sui cum reuerentia collocabis.

Gregorius Iuliano Scriboni. De Maximi inquisitione. Caput. X I.

Epist. 11. S I secularibus officiis ordo suus & tradita à maioribus disciplina seruatur, quis ferat ecclesiasticos ordines temeraria præsumptione confundi, audita negligere, & emendanda non bene remittendo postponere? Et quidem vos bene facitis charitatem diligere, & ad concordiam suadere. Sed E quoniam loci nostri consideratione compellimur, ea quæ ad nostram notitiam peruenerunt, minimè propter deum irrequisita relinquere: idcirco veniente Maximo, subtiliter ab eo quæ de ipso dicta sunt, perscrutari curauimus. Et confidimus de creatoris nostri custodia, quia cognita veritate, à statu canonum & æquitatis rectitudine, nec gratia cuiusquam, nec culpa deflectimur, sed libenter quæ cõgruunt rationi, seruamus. Nam si quod absit, ecclesiasticam sollicitudinem vigoremq; negligimus, perdit desidia disciplinam, & animabus profectò fidelium nocetur, dum talia à suis pastoribus exempla suscipiunt. Illud autẽ quod scribitis, quia voluntas palatij & amor ab eo populi non discordet: hæc res à iustitiæ vos zelo non reuocat, nec intentionem vestram in requirenda facit veritate peccare. Studendum ergo est fili magnifice, vt amorem sibi dei quisque conciliet. Nam sine diuina gratia humana dilectio quid dicam in posterum, dummodo quoque apud nos amplius nocet?

Gregorius conductoribus massarum per Galliam. Quòd eos Arigio patricio commendauit. Caput. X I I.

Epist. 12. Q Vanuis inter medias sitis turbas gentium constituti, tamen ratio nos ipsa suspicari compellit multum vos ab aliis bona actione distare. Sicut enim appellatio sancti Petri Apostolorum principis familiam Ecclesiæ tantæ multitudini clariorem demonstrat, ita debetis cæteros morum claritate præcedere, atque eos quibus præestis, vt bene agant, vt agnoscant cui seruiunt, assiduè commonere: vt à rapinis gentium atque prauitatibus abstineant, & familia Ecclesiæ non solum nomine, sed meritis honoretur. Nos enim de vobis cognoscite studiosissimè cogitare. Disposuimus enim hominem nostrum, qui vos possit tueri, & regere, & cum hominibus commendatitiis ad excellentissimum regem Christo auxiliante transmittere. Sed viam tempus hyemis impediuit. Viro ergo glorioso Arigio patricio vos præuidimus commendandos, cui interim cum summa benignitate atque obedientia, sicut beati Petri famulos decet, obedire studete: atque ea quæ pro Ecclesiastica vtilitate vobis præcipiuntur, implete. Visum autem nobis est, vt consuetudinaria excepta eius vtilitati debeatis inferre. Pensiones verò fideliter cum omni colligite diligentia, vt apud vnumquenque vestrum, quem communi consensu elegeritis reiaceant, à quo cùm veneritis, quem à latere nostro transmiserimus, eas possit accipere. Non enim sumus dubij, quòd per eum qui vobis visus fuerit, possit fideliter conseruari. Ita ergo in omnibus irreprehensibiles atque obedientes existite, quatenus veniens ad nos is qui patrimonium ipsum recturus est, sciat quemadmodum vnicuique vestrum pro sua debeat strenuitate rependere.

Gregorius

Gregorius Cypriano diacono. De persequendis maleficiis cantermis. Caput. XIII.

Epist.13. VIr sanctissimus Maximianus episcopus noster Ecclesiam dei prauis hominibus purgare desiderans, laudabiliter erga Ecclesiasticorum vitam, sicut nosti, sollicitus fuit. Qui dum eorum actus vigilanter cura pastorali inten

Canterma. deret, maleficio quod vulgo canterma dicitur, quosdam didicit maculatos. Quos etiam, sicut & dilectionis tuæ nunciauit epistola, dedit in custodia retinendos. Sed quia peccatis nostris facientibus morte præuentus, crimen ipsum vlcisci non potuit, necesse est vt dilectio tua cum omni hoc subtilitate indagare festinet, atque eos secundum immanitatem studeat facinoris vindicare: qualiter secundum leges suprascriptum episcopum zelo correptionis ac iustitiæ in hac vltione propter deum nouit si viueret commoueri. Omni ergo virtute, omnique instantia tua dilectio in hac causa zelum suum erga omnipotentem deum cu-

Psal.138. ret ostendere, & inimicis illius aduersitatem dignam inflictis vltionibus exhibere, vt impleas quod scriptum est: Nónne qui oderunt te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Si ergo hoc zelo dilectio tua accenditur, in eos qui deum dereliquerunt, & contra eum maleficiis aliquid egerunt, pœna monstretur. Quòd si rectè illic exequi non valet, nobis qui tales sunt transmitti debent, si tamen hic monstrari poterint, vnde illic possunt absque difficultate conuinci. Sed quia impossibile

H esse existimo, illic per te debet districta atque fortis correctio prouenire. Virum autem glorioſum dominum Libertinũ prætorem in tali loco per contemplationem omnipotentis dei adiutorem te habere confido. In hac tamen causa mitescere minimè debuisti, etiam si tibi quilibet secularis iudex aduersarius potuisset existere. Possessiones præterea Archilai medici dilectio tua rationabiliter tueatur, vt ab aliquibus iniustè eum minimè grauari permittatis.

Gregorius Datiano episcopo Metropolitano. De Barbarorum gladiis. Caput. XIIII.

Epist.14. S Cripta dulcissimæ & cordis vlnis omnibus amplectẽdæ vestræ beatitudinis tristis cepi, lætus relegi. Quis enim in hac terra non lugeat, quæ barbarorum gladiis tradita, penè iam non habet qui in ea viuat: & tamen habet quotidie qui moriantur? Sed in quantalibet tristitia, quem non vestræ epistolæ in gaudium exultationis excuterent? in quibus non oris efficacia cum prępollentis sapientiæ ingenio mihi medullitus loquebatur, non carnis lingua, sed charitatis. Quia verò ego de fonte vestræ securitatis hauriens, ex aliquanto lętificatus sum, vos quoque rogo nostræ tristitiæ luctum tangite, & afflictionem nostram in vobismetipsis magistra charitate protrahite. Neque enim nostri mœroris sordes mundabitis, nisi ipsi quoque per compassionem manũ vestri cordis inquinetis. Nam

I sordida vascula, vt inquinatione terræ careant, cũ terra mundari solent: & vos si parumper ad curam vestrum animum ducitis: vt nobis opitulari valeatis, quasi cum luto lutum mundatis. Sed quia hoc operando simul & orando agitis, si quid pro nobis in vobis terrena actio inquinat, statim aqua ordinatiõis lauat. Quia enim si quid patitur vnum membrum, compatiũtur omnia membra, compatiendo laboribus nostris ostẽdite quia vnum sumus. Narrare enim mala quæ extrinsecus & intrinsecus patior, epistolari breuitate prohibeor. Sed cõmunis filius Sabinianus diaconus vestræ dulcissimæ sanctitati curanda vulnera nostra aperiet, sed ex opere supernæ gratiæ subsequente salute cognoscat, quia medicus est, qui vulnus videt. Pueros verò episcopo similes non transmitto, nisi prius cum omnipotentis dei & beatitudinis vestræ solatio à terrenis implicationibus exutus ipse episcopus fuero. Quando enim me apud meipsum inuenero, tunc foris mei similes, videlicet deformes quæro.

Gregorius Augustino episcopo Anglorum. De vsu pallij, & de Eboracensi Ecclesia. Caput. XV.

Epist.15. VM certum sit pro omnipotente deo laborantibus ineffabilia æterni regni præmia reseruari, nobis tamen

C eis necesse est bonorum beneficia tribuere, vt in spiritalis operis studio ex remuneratione valeant multiplicius insudare. Et quia noua Anglorum Ecclesia ad omnipotentis dei gratiam eodem domino largiente, & te laborante perducta est, vsum tibi pallij ad sola missarum solemnia agenda concedimus, ita vt per loca singula duodecim episcopos ordines, qui tuæ ditioni subiaceant, quatenus Lundoniensis episcopus ciuitatis sem per in posterum à synodo propria debeat consecrari, atque honoris pallium ab hac sancta & Apostolica, cui auctore deo deseruio, sede percipiat. Ad Eboracam verò ciuitatem te volumus episcopum mittere, quem ipse iudicaueris ordinandum, ita vt si eadem ciuitas cum finitimis locis verbum dei receperit, ipse quoque duodecim episcopos ordinet, & metropolitani honore perfruatur, quia ei quoque si vita comes fuerit, pallium tribuere domino fauente proponimus: quem tamen tuæ fraternitatis volumus dispositioni subiacere. Post obitum verò tuum ita episcopis quos ordinauerit, præsit, vt Lundonienſis episcopi nullo modo ditioni subiaceat. Sit verò inter Lundoniæ & Eboracæ ciuitatis episcopos in posterum honoris ista distinctio, vt ipse prior habeatur, qui prius fuerit ordinatus. Communi autem consilio, & concordi actione quæque erunt pro Christi zelo agenda disponant, vnanimiter recta sentiant, & ea quæ senserint, non sibimet discrepando perficiant. Tua ergo fraternitas non solum eos episcopos quos ordinauerit, neque eos tantummodo qui per Eboracẽsem episcopum fuerint ordinati, sed etiam omnes Britanniæ sacerdotes habeat domino deo nostro L auctore subiectos, quatenus ex vita & lingua tuæ sanctitatis, & rectè credendi, & benè viuendi formam percipiant, atque officium suum fide ac moribus prosequentes, ad cœlestia, cum dominus voluerit, regna pertingant.

Gregorius Ioanni abbati de monte Sina. Petit pro se orare. Caput. XVI.

Anctitatem vitæ tuæ, humilitatis tuæ testatur epistola: vnde omnipotenti duo gratias agimus, quia adhuc *Epist.16.*

S esse cognoscimus, qui pro peccatis nostris valeant exorare. Nos enim sub colore Ecclesiastici regiminis mundi huius fluctibus voluimur, qui frequenter nos obruunt. Sed cœlestis gratiæ manu protegente de profundo releuamur. Vos ergo qui in tanta quietis vestræ serenitate tranquillam vitam ducitis, & securi quasi in littore statis, nobis nauigantibus, aut potius naufragantibus, orationis vestræ manum tendite, & conantes ad terram viuentium pergere, quantis potestis precibus adiuuate, vt non solum de vestra vita, sed etiam de ereptione nostra mercedem habere in perpetuum valeatis. Sancta trinitas dilectionem tuam suæ protectionis dextera protegat, detque tibi commissum gregem orando, admonendo, boni operis studium ostendendo, in conspectu sui redemptoris rectè pascere, vt ad

Ioan.10. æternæ vitæ pascua valeas cum ipso quem pascis grege peruenire. Scriptum quippe est: Oues meæ venient, & pascua inue- M nient. Quæ videlicet pascua tunc inuenimus, quando huius vitæ hyeme carentes, de æternæ vitæ quasi de noui veris viriditate satiamur. Filio nostro Simplicio renunciante cognouimus, lectos vel lectisternia in Gerontocomio, quod illic ab Isauro constructum est, deesse. Propterea misimus lenas. xv. rachanas. xxx. lectos. xv. precium quoque de emendis culcitris vel naula dedimus, quæ dilectionem tuam petimus non indignè suscipere, sed in loco quo transmissa sunt, præbere.

Gregorius Aschelpidato patricio Gallorum. Patrimonium Ecclesiæ ipsi & regibus commendat. Caput. XVII.

Epist.17. RUdentes viros, sicut estis, regibus adhærere, mul-

P torum solamen est. Nam dum præstandi sibi locum ad animæ vtilitatem datum intelligũt, certum est quia mercedis causas, vbi inueniunt, non postponunt. Quanto igitur affectu, quãtaque deuotione gloria se vestra in causis pauperum studio pietatis impenderit, dilectissimo filio nostro Candido presbytero renunciante comperimus. Sed cum hanc sibi quodammodo nobilitas legem imponit, vt debere se quod sponte tribuit æstimet, & nisi in beneficiis suis creuerit, nihil præstitisse se reputet, paterna dilectioue salutantes gloriæ vestræ suprascriptum presbyterum & patrimoniolum Ecclesiæ nostræ fiducialiter

A fiducialiter commendamus, vt ope gratiæ vestræ præmunitum, molestias, & onera nulla sustineat. Sic igitur studij boni in vobis cura proficiat, vt vtilitates pauperum vobis annitentibus nutriantur,& sentiamus quod de charitate vestra præsumimus. Augete fauoris vestri præsidia, quia nobilium mentium semiplenū bonum videtur quod sine adiectione relinquitur. Et quoniam ab excellentissimis regibus Francorum filiis nostris poscimus, vt ipsum patrimoniolum sub sua cura habere dignentur, vobis adminiculantibus impleatur vt vestrum possit esse quod poscimus: quatenus & nos gratias referentes pro gloriæ vestræ incolumitate orare enixius valeamus, & vestrorum bonorum vicissitudinem deus vobis omnipotens & hic & in futuro recompēset. Clauim vero à sacratissimo beati Petri corpore in qua de catenis eius benedictio continetur, transmisimus, quæ collo vestro suspensa contra omnia aduersa vos muniat.

Gregorius Bacandæ & Agnello episcopis. De synagoga Iudæorum. Caput.XVIII.

Epist.18. S Vpplicauerunt nobis Hebræi Terracinæ degentes vt locum quem synagogæ hactenus habuerunt,eum illis nostra quoque auctoritate esset habendi licentia. Sed quia peruenit ad nos quòd locus ipse sic vicinus esset Ecclesiæ, B vt etiam voces psallentium illic ad eam peruenirent:ideo scripsimus fratri & coēpiscopo nostro Petro, si ita esset vt vox de eodem loco in Ecclesia resonaret,Iudæi celebrationibus priuarentur. Itaque fraternitas vestra cum suprascripto fratre & coēpisco po nostro locum ipsum diligēter inspiciat,& si ita est vt aliquid vobis in Ecclesia visum fuerit obfuisse, alium locū intra ipsum castellum præuidete,vbi præfati Iudæi conueniant, quo possint suas sine impedimento cerimonias celebrare. Talem vero fraternitas vestra præuideat,si hoc fuerint loco priuati,vt nulla exinde in futuro querela nascatur. Prędictos vero Iudæos grauari vel affligi cōtra ordinem rationis prohibemus:sed sic Romanis viuere legibus permittantur,annuente iustitia,actúsque suos,vt norūt, nullo impediente disponant,eis tamen Christiana mancipia habere non liceat.

Gregorius Sabino subdiacono. De horto Feliciani monasterio ancillarum dei tradendo. Caput.XIX.

Epi.19. O Fficio pietatis impellimur monasteriis prouida consideratione ferre consultum,ne hi qui in seruitio dei deputati esse noscuntur, necessitatem aliquam, quod auertat dominus,possint sustinere. Ideóque experientiæ tuæ hac auctoritate præcipimus, vt hortum quondam Feliciani presbyteri positum regione prima, ante gradus sanctæ Sabinæ, excusatione postposita monasterio Euprepiæ,in quo ancillarum dei cō C gregatio esse dinoscitur iure proprietario possidendum tradere sine ambiguitate festinet,quatenus nostræ beneficio largitatis in dei seruitio ipso quoque suffragante securis mētibus perseuerēt.

Gregorius Stephano chartulario. De monachis fugitiuis restituendis. Caput.XX.

Epi.20. C Ientes magnitudinem charitatis vestræ toto dominū corde diligere, ob hoc ea quæ in marcis de iure quondam Patricij viri piæ recordationis contra præcepta dominica, contráque canonum regulam commissa esse didicimus, ad eius necesse duximus referre notitiam:quatenus hęc quę perpetrata sunt,corrigi debeant,& alij deinceps tētare non præsumant. Insinuatum igitur nobis est, in massa quæ nuncupatur Maratoclis,abbati monasterij sancti Georgij, quod in eadem situm est, duos monachos refugisse, & vnum quidem ex eis iam coniugem accepisse,alium,autem laicum effectum seculariter viuere, cum nec ex familia massæ homines ipsi esse liberi asserantur:& vel si secundùm conditionem debuissent agere,contra deū erat vt post adeptum officij diuini cultum, ad secularem vitam, atque habitum remearent. Vnde hortor,vt habita iudicis æterni consideratione, monachos ipsos retrudi sine dilatione faciatis, ne eorum exemplo,cum vestro, quod absit, peccato, cæterorum monasteriorum districtio dissipetur,sed magis vt magnitudinis vestræ solatio, aliis monachis spes gerendi talia submoueatur.

Asserunt autē prædictus abbas presbyterum prędictę massæ nouas monasterio ipsi velle ponere consuetudines, quæ ex tempore conditionis monasterij per triennale tempus hactenus nō fuerunt, siquidem si quid illic munificentiæ gratia à fidelibus viris oblatum fuerit,portionem se debere percipere. Quod magnitudo vestra studeat diligenter agnoscere, & si hoc ab initio non fuit, etiam labentibus temporibus aliquid nouiter imponi non concedat:quia maximè exiguæ substantiæ,& monasterium pauperum esse didicimus, & abbatē ipsum hospitalem omnino esse multorum attestatione didicimus. D

Gregorius Veloci magistro militum. De persecutione Arnulphi. Caput.XXI.

Epist.21. E Tpridem expressimus gloriæ vestræ, quia milites illic erant parati venire, sed quoniam inimicos congregatos & hic discurrere epistola vestra significauerat, hæc eos hic causa retinuit. Vtile nunc verò est visum:vt aliquāti illuc milites transmittantur,quos gloria tua admonere & hortari,vt parati sint ad laborē,studeat. Et occasioné inuenta cum gloriosis filiis nostris Mauritio & Vitaliano loquere, & quæcunque vobis deo adiutore pro vtilitate reipublicæ statuerint, facite. Et si huc vel ad Rauennates partes, nec dicendum Arnulphum E cognoueritis excurrere,vos à dorso eius ita sicut decet viros fortes, laborate: quatenus opinio vestra ex laboris vestri qualitate amplius in republica, deo auxiliante, proficiat:illud tamen præ omnibus admonemus, vt familiam Maloin, & Adobin, Vigildi, atque Grusingi,qui cum glorioso Mauricio magistro militum esse noscuntur,sine aliqua mora vel excusatione relaxes, quatenus venientes illuc homines prædicti viri cum eis sine aliquo impedimento debeant ambulare.

Gregorius Mauricio & Vitaliano magistris militum. De Arnulpho. Caput.XXII.

Epist.22. G Loriæ vestræ suscipientes epistolas, deo gratias egimus,quia de salute vestra cognouimus, & de sollicitudine vestra multum gauisi sumus, & mox ea quæ scripsistis,parata fuerunt. Sed Allidio memorandus vir post aduenturę hominum vestrorum nobis scripsit, quia in proximo iam Arnulphus esset, & timuimus ne milites qui ad nos diriguntur, in manus eius inciderent. Et tamen hic,quantum deus adiuuerit, contra eum filius noster gloriosus magister militum se parauit. Sed & gloria vestra,si huc perrexerit ipse hostis, quomodo consueuistis, cum auxilio dei à dorso eius quod potestis perficite. Speramus enim in omnipotentis dei virtute, & in ipsius beati Petri Apostolorum principis,in cuius natali sanguinem effundere desiderat,quia ipsum sibi contrarium sine mora inueniet. F

Gregorius Mauritio & Vitaliano magistris militum. De fide Suauensium. Caput.XXIII.

Epi.23. S Vppliciter gloriæ vestræ per filium nostrum Vitalianum cum quo & tractaretis & verbo & scripto mandauimus. Vndecimo autem die mensis Iunij Arnulphus hanc epistolam quam vobis direximus transmisit. Et ideo relegentes eam,videte si in fide sua Suauenses quam reipublicæ promisere, perstiterunt. Obsides dignos de quibus possitis confidere,ab eis percipite:& insuper eos sacramentis obstringite,reddē tes illis quod loco pignoris sustulistis, sermonibus vestris eos sanantes. Si autem manifestissimè cognoueritis eos cum Arnulpho de sua subditione locutos fuisse,vel certe obsides ei dedisse, sicut nos Arnulphi epistola quam vobis direximus, dubios reddidit,salubri consilio pertractantes,ne in aliquo anima nostra de sacramentis grauetur, quicquid vtile reipublicæ iudicaueritis, peragite:Sed ita gloria vestra faciat vt neque sit aliquid vnde possimus ab aduersariis comprehendi, neque in quo quod vtilitas reipublicæ exigit,quod auertat dominus, negligatur. Præterea glorioſi filij estote solliciti,quia quantum comperi,hostis collectam habet, & Narinas dicitur residere: & si huc cursum deo sibi irato mittere voluerit,vos loca ipsius,quantum dominus vos iuuerit, deprædate, aut certè scultas quos mittitis, sollicitè requirant,ne dolens factum ad nos discurrat.

Gregorius vniuersis episcopis Neapolitanis. De obedientia Constantio exhibenda. Caput.XXIIII.

GVmma militiæ laus inter alia bona merita hæc est: ob-
Epi.24. S edientiam sanctæ reipublicæ exhibere, quódque sibi vtiliter imperatum fuerit, obtemperare, sicut & nunc deuotionem vestrã fecisse didicimus, quæ epistolis nostris quibus magnificum virum Constantium tribunum custodiæ ciuitatis deputauimus præesse, paruit: & congruam militaris deuotionis obedientiam demonstrauit. Vnde scriptis vos præsentibus curauimus admonendos, vti prædicto magnifico viro tribuno, sicut & fecistis, omnem debeatis pro serenissimorum dominorũ vtilitate, vel conseruanda ciuitate obedientiam exhibere, quatenus, quicquid à vobis bene gestum hactenus agnoscitur, per præsentis temporis vigilantiam ac sollicitudinem augmentetis.

Gregorius Iunio Cathanensi episcopo. De societate legendi. Caput. XXV.

Epi.25. DIlectissimus filius meus Cyprianus diaconus reuertẽs mihi valde placuerat, si ad me totus rediisset. Sed postquam gloria vestra in Sicilia sese retinuit, certissimè scio quia prædictus filius meus ad me quidem corpore rediit, sed mente in Sicilia remanserit. Hæc tamen dicens, tantum quieti vestræ congaudeo, quantum de meis occupationibus ingemisco. Atque hoc summopere exhortor: vt si palatum corporis dulcedo tetigit intimæ suauitatis: ita introrsus rapiatur animus, vt triste sit omne quod foris sonat, omne quod foris delectat. Laudo autem H quòd humana conuenticula cauetis, quia sæpe animus qui renouari in deo per compunctionis gratiam desiderat, per praua colloquia iterum veterascit. Quæsiui autem qui vobis adhæreãt in lectionis sacræ collegio, & neminem reperi, & vehemẽter ingemui paupertatem boni. Et quanuis peccator ego valde occultus, tamen si ad beati Petri Apostoli limina venire volueritis, in sacro eloquio strictum poteritis me habere collegam. Omnipotens deus cœlesti vos protectione custodiat, atque ab antiqui hostis insidiis munitos permanere concedat.

Gregorius Maximiano episcopo. De Eusebio abbate reuocando. Caput. XXVI.

Epi.26. REquenter me admonuisse vos recolo, vt in proferenda sententia esse præcipites nullatenus deberetis. Et F nunc esse cognoui, quia reuerentissimum virum abbatem Eusebium commota furore vestra fraternitas excommunicauit. Quod ego valde miratus sum, vt non antiqua eius conuersatio, non ætas longa, non ægritudo diuturna, ab ira vestrum animum flexerit. Quilibet enim in eo fuerit excessus, ipsa ægritudinis afflictio ei debuit pro flagello sufficere. Quem enim diuina disciplina conterit, ei humana flagella addi superfluum fuit. Sed fortasse ideo excedere in tali persona permissus es vt cautior in vilioribus fias, & diu trutines cùm aliquem per præsentem ferire sententiam disponis. Eundem tamen præfatum virum I quanto furore exasperasti, tanta nunc dulcedine consolare: quia valde iniustum est vt qui te plus amauerunt, ipsi te sine causa atrocem contra se sentiant.

Gregorius Honorato diacono. De Venantio honorando. Caput. XXVII.

Epist.27. ILius meus dominus Venantius nepos quondam Opilionis patricij ad beatum Petrum Apostolum veniens, F hoc à me summopere petiit; vt causam eius tuæ dilectioni commendare debuissem. Honores enim non habet, & chartas exconsulatus petiit, pro quibus triginta auri libras transmisit, vt ei debeãt comparari. In qua re volo vt dilectio tua se summopere impendat: quia talis vir est, cui etiam honor sine precio debeatur. Et quia easdem chartas emere paratus est vt dixi, non valde necesse est vt ex me aliquid serenissimis principibus dicatur, sed magis ex se agat dilectio tua, quatenus oblatis in sacella consuetudinibus honores mereatur accipere. Si quid tamen potueris mitius agere, maximam de eo mercedem habebis. Sed ita fac vt labor eius quòd hic ad nos fatigatus est, vacuus non sit. Si vero in eadem causa difficile aliquid esse perspexeris, etiam quia per me hoc postulet indicare debes: & cuius natiuitatis, cuius modestiæ sit atque sapientiæ, serenissimis dominis intimare.

Gregorius Anthemio subdiacono. De malis quæ patiebatur Romana ciuitas. Caput. XXVIII.

Via gloriam vestram fixam valde atque stabilem in K
Q suis esse moribus audio, multum lætificor, & sic vobis Epist.28
quæ mihi displicent, sicut speciali filio fiducialiter loquor. Excellentissimus enim exarchus aliqua loquitur, quæ omnes qui illuminant, ad inimicitias illius valeãt excitare. De qua re ei per latorem præsentium in excepto, quæ mihi visa sunt relegenda dictaui: quæ si placet, & vobis relegantur: vt sciatis quid ei de re eadem scribere debeatis. Hic autem quanta necessitas, & quæ nos mala constringant, & præsentis responsalis nostri relatione, & ex epistolis fratris & coëpiscopi mei Mariniani potestis agnoscere. Vnde gloriam vestram decet studiosè cogitare, quia nos de sapientia vestra magnam in omnipotente domino fiduciam habemus: & vbi vos estis, illic causam negligi nullo modo credimus. Ita ergo facite vt confidentia nostra à sua certitudine non inueniatur aliena. Gratia vos superna custodiat, & prosperè agere omnia concedat.

Gregorius Romano defensori. De necessitatibus annonæ in vrbe Roma. Caput. XXIX.

Valem necessitatem diuersa officia palatij vrbis Ro- Epi.29.
Q mæ de annonis suis sustineant, experientiam tuam credimus non latere. Et ideo quia latores præsentium vice sua illuc omnes elegerunt transmittere, vt apud filium nostrũ L gloriosum Leontium agere debeant, qualiter eis annonæ, sicut à serenissimis principibus largitæ sunt, deputentur impendi, & in hac re etiam sibi petiuerunt experientiam tuam debere concurrere; ea propter quia hoc re etiam illis non petentibus eorum exigit paupertas ac necessitas impartiri, dum aptum opportunúmque esse conspexeris, eis in quibus valueris studij tui fit ita præbere solatia, quatenus hoc quod illis clementissimi principes pietate sibi ingenita concesserunt, & illi consequi valeant, & tu indisertus non videaris existere.

Gregorius Petro subdiacono Siciliæ. De diuersis causis. Caput. XXX. Epi.30.

NDicante mihi Romano defensore cognoui, quia mo-
I nasterium ancillarũ dei quod est in fundo Monasteo, ab Ecclesia nostra de villa noua de fundo iuris sui violentiam pertulit, qui eidem monasterio dicitur dimissus. Quod si ita est, experientia tua eis & fundum restituat, & eiusdem fundi de duabus indictionibus quas exegisti pensiones reddat. Quia autem multi Iudæorum in massis Ecclesiæ commanent: volo vt si qui ex eis Christiani voluerint fieri, aliquantulum eis pensi relaxetur, quatenus isto beneficio prouocati, tali desiderio & alij assurgant. Vaccæ autem quæ iam sunt ætate steriles, vel boues masculi qui omnino inutiles esse videntur: vendi debent, vt saltem eorum precium ad aliquam vtilitatem crescat. Greges vero M equarum quas valde inutiliter habemus, omnes volo distrahi, & tantummodo quadringentas iuniores seruari ad fœtum, ex quibus quadringentis singulis conductoribus singulæ condonari debent, quatenus exlipsis singulis annis aliquid reddant: quia durum est valde vt sexaginta solidos pastoribus expendamus, & sexaginta denarios ex eisdem gregibus non habeamus. Ita ergo experientia tua faciat, vt alia per conductores omnes, sicut diximus, partiantur, alia sint distracta, & in nummum reducta. Pastores vero ipsos per possessiones ordina, vt ex cultura terræ ferre aliquid vtilitatis possint. Aeramenta vero omnia quæ vel in Syracusis, vel in Panormo, iuris Ecclesiastici esse possunt, distrahẽda sunt priusquam ipsa vetustate funditus pereant. Veniente autem fratre Cyriaco Romam, de illo subtiliter requisiui, si cum tua conscientia fuerit de accipiendo præmio in causa mulieris cuiusdam locutus. Quod idem ita se dicit te referente cognouisse, quia ex te immissus est vt quis esset ad conferendum præmiũ immissor probaret. Quod ego credidi, móxque eum in gratiam familiariter recepi, coram populo & clero eum perduxi, presbyteriũ ei auxi, in loco superiori inter defensores posui, collaudãs coram omnibus fidem eius: quia ita se in obsequio tuo fideliter gesserit, quem idcirco ad te celeriter retransmisi. Quia vero multum festinas, & ego quanuis ægrotus videre te desidero, quem ipse in omnibus probatum habes, loco tuo in Syracusana parte derelinque: & ipse ad me venire festina, vt si omnipotenti deo

A deo placuerit, communi consilio pertractemus: vtrum ipse illuc reuerti, an alter in loco tuo illic debeat ordinari. Benenatum vero notarium pariter transmisi: vt in Panormitana parte locum tuum in patrimonio quoadusque omnipotens deus ordinet, quod ei placuerit, ipse conseruet. Romanum de leuitate sua vehemēter increpaui, quia sicut nunc repperi, in xenodochio quod tenuit, magis vilitatibus quàm mercedibus occupatus fuit. Et ideo si fortasse tibi visum fuerit, loco tuo ipsum relinquere, vide quemadmodum eum terrendo & admonendo præmunias, vt sciat circa rusticos piè & sollicitè agere, & circa extraneos & vrbanos se in omnibus strenuum exhibere. Ego tamen hæc loquens, nullam personam eligo, sed tuo hoc iudicio derelinquo. In Panormitana autem parte loci seruatorem tui me sufficit elegisse. Et videre volo quod ipse in Syracusana parte prouideris. Veniens autem, pecunias & ornamenta de Antonini parte vel substantia tecum defer. Pensiones quoque nonæ & decimæ Indictionis quas egisti, & rationes omnes pariter deporta. Stude si deo placuerit, vt in hanc vrbem ante natalem beati Cypriani transeas, ne ex signo quod diebus istis semper imminet, quod absit, aliquod periculum possit euenire. Præterea cognoscas, quia propterea quod Preciosum dei seruum non pro graui culpa grauiter auertatus sum, eúmque à me tristem amaricatúmque repuli, non leuiter in mea cogitatione mordear. Et scripsi
B domino episcopo, vt eum transmittere debuisset si vellet, sed omnino noluit. Quem contristare ego nec debeo, nec possum: quia in causis dei occupatus, consolatione fulciri debet, non amaritudine deprimi. Idem vero Preciosus, sicut audio, omnino contristatur, quòd ad me non reuertitur. Ego vero dominum episcopum, vt dixi, contristare non possum, qui eum non vult dimittere, & inter vtrosque anceps maneo. Tu ergo siquidem in paruo corpusculo maiorem sapientiam habes, eandem causam dispone, vt & mea voluntas fiat, & dominus episcopus non contristetur. Quem tamen si leuiter contristari videris, omnino exinde nihil loquaris. Aegrè tamen tuli domnum Eusebium excommunicatum, virum tantæ ætatis, & tantæ ægritudinis. Vnde necesse est, vt eidem domino episcopo secretè dicas: quatenus in proferendis sententiis præceps non sit, quia causæ quæ per sententiam decidendæ sunt, necesse est vt prius studiosa & frequentissima consideratione mensurentur. Venientibus *scribonibus*, nam sicut audio iam *illi tyrones colligunt*, loci tui seruatoribus deputa, vt parum aliquid xenij offerant, quatenus sibi eos placabiles reddant. Sed & officio prætoris, prius quàm venias, aliquid secundum antiquam consuetudinem tribue, per manus tamen illius quem dimittis, vt ei gratiam eorum concilies. Ne & nos omnino eis inhumani esse videamur, ea quæ danda per præceptum singulis quibusque personis vel monasteriis tuæ experientiæ iniunxi, loci seruatoribus tuis præcipe, vt per omnia impleant. Hæc verò auxiliante
C domino cum veneris, qualiter disponenda sunt, pertractemus. Trecentos verò solidos quos per te pauperibus direxi: eorum arbitrio non arbitror committendos. Illa ergo de singulis locis & personis impleant. Ante verò hoc tempus iam scripsisse memini, vt legata quæ ex tenore Antonini defensoris à nobis debentur, monasteriis vel aliis soluerentur. Et quare nescio tua experientia hoc implere tardauerit. Proinde volumus vt pro portione nostra ex pecuniis Ecclesiæ eadem legata impleas: vt cùm ad me veneris, illic contra te gemitum pauperum non relinquas. Cautiones verò quæ in eiusdem Antonini substantia sunt inuentæ, pariter defer. Cognoui autem Romano referente, quia moriens vxor redempti vnam concham argenteam nudis verbis dixerit venundari, & libertis suis tradi. Scutellam quoque argenteam monasterio cuidam reliquerit, in quibus vtrisque voluntatem eius per omnia volumus impleri, ne ex rebus minimis peccata maiora capiamus. Fratre autem Mariniano abbate indicante cognoui, quia fabrica in prætoriano monasterio ne ad medietatem quidem adhuc perducta est. Ex qua re quid aliud quàm fauorem tuæ experientiæ collaudemus? Sed vel nūc admonitus excitare: & quantum potes, in eiusdem monasterij constructione te exhibe. Ego nihil dari eis in expensis dixi, non autem monasterium de eis fabricare prohibui. Sed ita fac, vt ei quem loco tuo Panormi dimiseris, iniungas, quatenus expensis & annona Ecclesiastica hoc idem monasterium construat, & ad D me priuati abbatis querela non redeat. Præterea cognoui quòd quasdam res vel plures fundorum alieni iuris esse cognoscis: sed pro quorundam obtestatione vel metu, dominis suis restituere formides. Qui si veraciter Christianus esses, plus dei iudicium, quàm voces hominum timeres. Attende quia ego te quoque hac de re indesinenter admoneo. Quod si implere neglexeris, etiam meas voces contra te in testimonium habebis. Si vero de laicis deum timentibus inueneris, vt tonsurari debeant, & actionarij sub rectore fieri, omnino libenter fero. Quibus necesse est vt etiam epistolæ transmittantur. De causa verò filij Commissi scholastici consuluisti, & non sunt legibus iusta quæ repetit. Vtilitatem pauperum grauare nolumus, sed pro eo quòd se hic fatigauit, quinquaginta solidos ei dare te volumus, quos tuis certum est rationibus imputari. In causa vero pthochisi quas expensas de rebus Ecclesiæ fecisti, aut illic de pensione redditum eius tibi satisfacito: aut si certè ipsi reditus minimè ad recompensandum sufficiant, hic necesse est vt à diacono hoc recipiantur. De Gelasio autem subdiacono loqui aliquid non præsumas: quia scelus illius vsque ad finem vitæ grauissima pœnitentia indiget. Præterea vnum nobis caballum miserum, & quin-
que bonos asinos transmisisti. Caballum illum sedere non pos- E
sum, quia miser est: illos autem bonos non possum, quia asini sunt. Sed petimus, vt si nos continere disponitis, aliquid nobis condignum deferatis. Eusebio autem abbati dare te volumus auri solidos centum quos tuis certum est rationibus imputari. Cognouimus autem Sisinnium qui iudex Sisannij fuit, graui inopia in Sicilia laborare, cui volumus. ccxx. decimatos vini, & quatuor solidos annuos debeas ministrare. Anastasius autem religiosus iuxta Panormitanam ciuitatem dicitur habitare in oratorio sanctæ Agnetis, cui dari volumus auri solidos sex. Matri autem Vrbici præpositi dari volumus solidos sex, qui tuis rationibus imputabuntur. De Honoratæ vero ancillæ dei causa hoc mihi videtur: vt omnem substantiam quæ constat, quia ante tempus episcopatus Ioannis episcopi Larinensis fuit, veniens tecum deferas. Eadem verò ancilla dei cum filio suo veniat: vt nos cum ea loqui, & quod deo placitum fuerit, facere debeamus. Codicem autem Heptatici de substantia Antonini dari volumus in monasterio Prætoriano, reliquos tecum deferri.

Gregorius Felici episcopo Siciliæ. De tribus capitulis. De affinitatis coniunctione. De episcopis non detrahendis. De synodo congreganda.

Caput. X X X I.

F

Euerentissimo fratri Felici episcopo Gregorius ser- *Epist. 32.*
R uus seruorum dei. Caput nostrum quod est Christus, ad hoc sua membra nos esse voluit, vt per eius largam charitatem & fidem, vnum nos in se corpus efficeret, cui ita nos adhærere conuenit: vt quia sine ipso nihil esse possumus, per ipsum possimus esse quod dicimur. Ab arce capitis res nulla nos diuidat, ne ab eo, si membrum eius esse refugimus, relinquamur: & velut' deiecti de vite palmites arescamus. Vt ergo redemptoris nostri habitaculū esse mereamur, in dilectione ipsius toto mentis studio maneamus. Ipse nanque ait: Qui diligit me, *Ioan. 14.* sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & apud eum mansionem faciemus. Exegit ergo dilectio tua frater charissime, vt ex auctoritate sedis Apostolicæ tuis deberemus consultis respondere. Quod licet non prolixè, sed succinctè agere festinaremus, propter quasdam importunitates quæ nostris præpedientibus peccatis in nos superuenire, tuis tamen hoc per reliqua sanctorum patrum instituta studiis perquirere latius & inuestigare committimus. Non enim potest mens attrita, & honoribus & importunitatibus grauata, & oppressionibus soluta, libere de his loqui. Non ergo ista ob id prætulimus, vt hæc & alia quæ necessaria fore cognouerimus, tuæ sanctitati velimus denegare: sed vt quod hic minus inuenitur, latius perquiratur. De tribus enim Apostolicam sedem, in qua alitus es & doctus, capitulis consulendam prædecessorum tuorum sequens exemplum credidisti, id est de consanguinitatis coniunctione, & de vexatione episcoporum à subditis, & de Ecclesia-

G rum dubitatione consecrationum. Quod autem scripsi Augustino Anglorum gentis episcopo, alumno videlicet vt recordatus es tuo, de consanguinitatis coniunctione, ipsi & Anglorum genti, quæ nuper ad fidem venerat, ne à bono quod cœperat, metuēdo austeriora recederet, specialiter & non generaliter cæteris me scripsisse cognoscas. Vnde & mihi omnis Romana ciuitas extitit testis, nec ea intentione hæc illis scriptis mandauit: vt postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam fuerint consanguinitatem inuenti, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est vsque ad septimam generationem coniungātur, sed adhuc illos neophytos existentes sæpissimè eos prius illicita docere vitare, & verbis ac exemplis instruere, & quæ pòst de talibus egerint, rationabiliter & fideliter excludere oportet.

1.Cor.3. Nam iuxta Apostolum qui ait: Lac vobis potum dedi, non escā: ista illius modo non posteris, vt præfixum est: temporibus tenenda indulsimus, ne bonum quod infirma adhuc radice plantarum est erueretur, sed cœptum firmaretur: & vsque ad perfectionem custodiretur. Sanè si in his secus quàm debuimus aliquid egimus, non propter ipsam, sed commiserando actum esse cognoscas. Vnde testem inuoco deum, qui cogitationes omniū hominum nouit, cuius etiam oculis omnia nuda sunt & aperta.

25.q.2.ca. Si ea. Nā si ea destruerem quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed euersor esse iustè comprobarer, testante veritatis

Luc.11. voce, quæ ait: Omne regnum in seipsum diuisum non stabit, &

H omnis scientia & lex aduersus se diuisa destruetur. Ideoque necesse est, vt omnes concorditer statuta sanctorum patrum nostrorum teneamus, nihil videlicet per contentionem agentes, sed ad omne studium bonæ deuotionis vnanimes diuinis & Apostolicis constitutionibus auxiliante domino pareamus. O quàm bona est charitas, quæ absentia per imaginem, præsentia sibimetipsis exhibet per amorem. Diuisa vnit, confusa ordinat,

Colo.3. inæqualia sociat, imperfecta consummat. Quam rectè prædicator egregius vinculum perfectionis vocat, quia virtutes quidem cæteræ perfectionem generant, sed tamen eas ita charitas ligat, vt ab amantis mente dissolui iam nequeant. His ritè perpensis, charitati tuæ iam dictis indulsi, nec præceptum dedi, sed consilium: nec regulam in his posteris vllis tenendam tradidi, sed de duobus periculis quod facilius vitandum sit, ostendi. Si igitur in rebus secularibus suum cuique ius & proprius ordo seruandus est, quāto magis in Ecclesiasticis dispositionibus nulla debet induci confusio, ne ibi discordia locum inueniat, vnde pacis debent bona procedere? Quod hac ratione seruabitur, si nihil potestati, sed totum æquitati tribuitur. Quapropter multum cor nostrum magnitudini vestræ congaudet, quòd sic vos in vestris actibus studiosos inuenimus, vt & nostri curam habeatis, quatenus talia vobis non solum apud homines gloriam, sed & apud omnipotentē dominum præmia mercedis acquirant. Cæterum super vexatione episcoporum, quia nos consulere

I voluistis, scimus quia à nullis vita præsulum perturbari debet: quoniam si Dauid regum iustissimus in Saul quem constabat iam à domino reprobatum & abiectum esse, manum mittere non præsumpsit, quanto magis cauendum est ne manum detractionis, aut vituperationis, siue indiscretionis, aut dehonorationis, quidam mittant in vnctum domini, vel in prædicatores sanctæ Ecclesiæ? quia eorum vexatio siue detractio ad Christum pertinet, cuius vice in Ecclesia legatione funguntur. Vnde summopere cauendum omnibus fidelibus, ne clanculò aut publicè episcopum suum, id est vnctum domini detractionibus aut vituperationibus dilanient, perpendentes illud ex-

Num.12. emplum Mariæ, quia pro eo quòd Moysi famulo dei propter Aethiopissam detraxit, immunditia lepræ mulctata sit, & illud

Psal.104. Psalmistæ: Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Et in lege diuina legitur: Diis non detrahes,

Exod.22. & populi tui principi non maledices. Vnde valde prouidendum est subditis tam clericis quàm laicis, ne episcoporum, ne præpositorum vitam temerè reprehendant, si quid eos fortasse agere reprehensibiliter vident: ne vnde mala redarguunt, inde per elationis impulsum in profundiora mergantur. Admonendi sunt etiam ne cùm culpas præpositorum suorum considerant, contra eos audaciores fiant. Sed sic eorum praua apud semetipsos considerent, vt diuino timore constricti, ferre sub eis iugum reuerentiæ non recusent, quoniam facta suorum episcoK porum vel præpositorum oris gladio non sunt ferienda, etiam cum rectè reprehendenda videntur, quoniam à prædecessoribus nostris & reliquis multis sanctis episcopis statutum fore cognouimus: vt oues pastores suos non facilè reprehendant: nec eos criminari vel accusare præsumant: quia cum in præpositos delinquimus, eius ordinationi qui nobis eos prætulit, obuiamus. Vnde Moyses dum contra se & Aaron conqueri populum cognouisset, ait: Nos enim quid sumus? Nec contra nos est mur- *Exod.16.* mur vestrum, sed contra deum. Quapropter admonendi sunt subditi vtriusque ordinis viri, vt cum magistrorum facta conspiciunt, ad suum cor redeant, & de eorum increpationibus non præsumant: quia non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. De dedicationum verò Ecclesiarum *Matt.10.* dubitatione, super qua inter cætera nos consuluistis, hoc vos ritè tenere debetis, quod nos ab antecessoribus nostris traditum accepimus, id est vt quotiens tam de baptismo aliquorum vel confirmatione, quàm de Ecclesiarum consecratione dubitatio habetur, & nec scriptis, nec testibus ratio certa habetur vtrum baptizati vel confirmati, siue Ecclesiæ consecratæ sunt, vt baptizentur tales ac confirmentur, atque Ecclesiæ canonicæ dedicentur: ne talis dubitatio ruina fidelibus fiat: quoniam non monstratur iteratum quod non certis indiciis offenditur ritè peractum, hæc nos adminiculante diuina gratia ita tenere cupimus, vobisque vt postulatis, tenere & docere mandamus, vt ea quæ à L sanctis patribus ante nos sunt statuta, non proteruè irrumpere, sed fideliter seruare optemus. Vnde redemptoris misericordiam exoramus: vt sua vobis omnibus gratia suffragetur, & effectu implere vos tribuat quod velle concesserit, quia in hac re tanto commoda retributionis accrescunt, quanto & studium laboris augetur. Progeniem verò suam vnumquemque de his qui fideliter edocti sunt, & iam firma radice plantati, stant inconuulsi, vsque ad septimam obseruare decernimus generationem. Et quandiu se affinitate agnoscunt propinquos, ad huius copulæ non accedere societatem præsumant, nec eam quā aliquis ex propria consanguinitate coniugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculauit, in coniugium ducere vlli profectò licet Christianorum vel licebit, quia incestuosus est talis coitus, & abomi*nabilis est deo, & cunctis bonis hominibus. Incestuosos verò nullo coniugij nomine reputandos à sanctis patribus dudum sta*tutum esse legimus. Ideo nolumus nos in hac re à vobis siue à cæteris fidelibus reprehendi. Quod in his Anglorum genti indulsimus, non formam dando, sed considerādo ne christianitatis bonum quod cœperant, imperfectum dimitterent, egimus. Paterna ergo vos dilectione salutantes hortamur vt propositas opportunitate occasiones in vestra efficacia enixius elaborare debeatis, atque id modis quibus possibile fuerit, omni studio agere conten

M datis, quatenus prædicabile desiderium vestrum in auxilium omnium adiuuante domino compleatis. Nec hoc quoque in hac sollicitudinis parte relinquimus, quod omnes incestuosi à limi*nibus sanctæ Ecclesiæ sint separādi, quousque per satisfactionem* precibus sacerdotum eidem sanctæ Ecclesiæ catholicæ reconcilientur. Sunt enim mali segregandi à bonis, iniqui à iustis: vt saltem rubore suo conscientias suas recognoscant, & conuertantur à prauitatibus suis. Et si incorrigibiles apparuerint, segregentur à fidelibus vsque ad satisfactionem, iuxta saluatoris domini sententiam, qua inter cætera de peccante in se fratre præ- *Luc.17.* cipiendo, ait: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter *Mat.18.* te & ipsum solum: si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si autem non audierit te: adhibe tecum vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium testium, stet omne verbum. Quòd si non audierit, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi ethnicus & publicanus. His ergo & aliis multis sanctorum patrum auctoritatibus segregandi sunt mali à bonis, ne pereant iusti pro iniustis, sicut scriptum est: Perit iustus pro impio. De- *Eccles.7.* bet enim discretio fieri inter bonos & malos, sicut est inter hædos & oues. Manifesta quoque peccata non sunt occulta correctione purganda, sed palam sunt arguendi, qui palam nocent: vt dum aperta obiurgatione sanantur, hi qui eos imitando deliquerant, corrigātur. Dum enim vnus corripitur, plurimi emēdātur. Et melius est vt pro multorum salute vnus condemnetur, quàm

per

A per vnius licentiam multi periclitentur. Nec mirum si inter homines hæc ratio custoditur, cùm & inter iumenta hoc fieri persæpe cognouimus, vt ea quæ scabiem aut impetiginem habere videntur, separentur à sanis, ne illorum morbo sana damnentur & pereant. Vnde volumus nos in vnum conuenire episcopos, vt de incidentibus causis fiat disceptatio, & salubris de Ecclesiastica obseruatione collatio, quatenus dum per hoc & præterita corriguntur, & regulam futura suscipiunt, omnipotens vbique dominus fratrum ore collaudetur. Cuius vobis adesse
Mat.18. præsentiam si hæc obseruaueritis, scitote, quia scriptum est: Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi in medio eorum sum. Si ergo dignatur adesse duobus vel tribus congregatis: quanto magis non deerit vbi plures conueniunt sacerdotes? Et quidem quia adhibendum bis in anno concilium, patrum sit regulis institutum, non latet. Sed ne fortè aliqua excusatio sit, semel decreuimus congregari, vt expectatione concilij nihil præsumatur illicitum. Nam plærique & sine amore iustitiæ, metu examinationis abstinent ab hoc quod omnium notum est posse displicere iudicio. Hanc frater charissime obseruantiam nostris relinquendam posteris teneamus, & omnia quæ ad eruditionem nostram sacris apicibus scripta sunt, custodiamus, atque ad ea quoscunque possumus excitemus. Certum quippe est: quia si toto corde præceptis salutaribus nos occupamus, omnẽ
B vitiorum labem effugimus, quia dum his quibus ædificamur innitimur, locum sine dubio deceptionis excludimus. Quapropter oportet vt enixius in cunctis studiosum vos circa fratres atque subiectos ostendatis: vt omnes cum quibus alitus estis, atque didicistis sanctæ Romanæ Ecclesiæ præceptionibus parêre, Apostolicæ sedis præcepta multiplicare, apertissimèque nota facere cognoscat: quia quod specialiter tibi tuísque, vt tuæ literæ innotuerunt, consultis scribimus, generaliter omnibus tenere mandamus. Circa subiectorum autem actus fraternitas tua sit vigilans: vt cùm illis exemplum instructio & vita magistra sit, linguæ vestræ exhortatione discant quod metuant, & doceantur quod diligant: vt dum talenta credita cum lucro multiplicant,
Mat.25. in diem retributionis annuente diuina gratia audire mereamini: Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. Curam præterea de omnibus quæ vobis aliisque fratribus vestris, & generaliter cunctis pro illarum rerum prohibitione scripsimus, habere vos per omnia cognoscamus: quia omni studio, omníque adnisu necesse est fraternitatis vestræ vigilantia cõpleatur, atque illic omnia quæ pro animarum scripsimus salute, fideliter recenseantur: quatenus & vos per hoc vestrum zelum qualiter vobis illicita displiceant ostendatis, & nos vtiliter prouidisse qui vos ac vestram ad hoc præ cæteris personam elegimus, videamur. Omnipotens deus sua vos protectione custodiat, honorémque perceptum moribus seruare concedat. Amen.

C *Gregorius omnibus episcopis. Gairaldo abbati sancti Medardi, monasterij Sueßionensis. Priuilegium eiusdem Ecclesiæ amplißimum.*

Reciosissimis lapidibus in diademate Christi merito
P renitentibus, omnibus sanctæ dei Ecclesiæ membris, quorum vniuersale caput est Christus, Gregorius licet sanctæ Romanæ sedis pontificio sublimetur, humillimus tamen seruorum dei seruus. Quando catholicorum regum corda, ad ea ad quæ pontificalibus sunt monitis prouocanda: ita ardenti desiderio diuina præueniente gratia succenduntur, vt ab eis vltro poscantur, tanto sunt lætius concedenda, quanto ea ipsa quæ cupiunt, si nollent facere, peti debuerant. Proinde iuxta filiorum nostrorum præcellentissimorum scripta regum Brunichildis ac nepotis eius Theodorici, monasterio sanctæ dei genitricis Mariæ, ac beatorum Petri Apostolorum principis, necnon protomartyris Christi Stephani, quod est in Suessorum ciuitate situm: vbi sanctus Medardus requiescere, & vir venerabilis Gairaldus abbas præesse videtur, huiusmodi priuilegia auctoritatis nostræ decreto indulgemus, & ea plenius confirmamus priuilegia quæ à bonæ memoriæ domino Papa Ioanne comitante illustrium regum clemẽtia Clotarij, scilicet & Sigeberti huius nostræ filiæ iugalis: ipsi loco sub anathematis vinculo D
sunt concessa vel indulta, concedimus atque terminamus. Statuentes nullum regum, antistitum, vel iudicum, nullum quacunque præditum dignitate ea quæ à præcellentissimis regibus, vel quibuslibet aliis deum timentibus loco concessa sunt vel cõferentur, sub cuiuslibet occasionis specie minuere vel auferre, vel suis vsibus applicare, sed cuncta quæ deo seruientibus monachis oblata sunt vel offerri contigerit, perenni tempore illibata, & sine aliqua inquietudine volumus possideri, eorum vsibus pro quorum sustentatione concessa sunt, modis omnibus profutura. Concedimus etiam vt obeunte abbate, non alius ibi quicunque obreptionis astutia ordinetur, nisi quem communis consensus monachorum elegerit, aut præuiderit ordinandum. Caueant autem præfati monachi simoniacam hæresim, ne potentia regum vel antistitum conuicti, loco pastoris suscipiant tyrannum. Quod omnino fieri prohibemus, & eundem abbatem causa ordinationis suæ aliquid dare præsumere vetamus: ne hac occasione, quæ à fidelibus piis locis offeruntur vel oblata sunt, consumantur. Et quia fama religionis deo seruientium monachorum nostras peruenit ad aures, quibus vir vitæ venerabilis Gairaldus præesse dinoscitur, iustis petitionibus præcellentissimorum regum Brunichildis atque Theodorici fauentes ob amo- E
rem domini Medardi tantam diuini honoris dignitatem & securitatem concedimus perenni tempore mansuram. Auctoritate igitur diuina vice beati Petri Apostolorum principis, consensu omnium Romanorum pontificum, & voluntate totius senatus Romani suadente nobis viro Apostolico Anserico Suessorum vrbis pontifice, & omnium Galliæ episcoporum fauente iudicio decernimus, vt nullus archiepiscoporum vel archidiaconorum fratres præfatæ basilicæ de ordinatione sui abbatis: vel Ecclesiasticorum graduum assumptione inquietet, sed secundum prærogatiuam ipsius loci vobis modo recitatam beatissimi prædecessoris nostri domini Ioannis papæ tempore decretam, & Apostolica auctoritate firmatam ordinationem sui abbatis ipsi fratres peragant, & Ecclesiasticorum graduum dignitatem suscipiant, consecrationes quoque fontium, & scrutinij mysteria in ipso monasterio celebrent. Chrismatis quoque ac olei, altaris, calicis, corporalis, à quocunque voluerint pontifice benedictionem expetant, ne tantus honor à quoquam rectore vllius occasionis causa vel necessitatis intermittatur: ne vilescat tantæ sublimitatis locus sanctæ Mariæ & beati Petri, necnon & protomartyris, & domini Medardi meritis sacratus: quem caput monasteriorum totius Galliæ constituimus, nulliúsque ditioni patimur subesse: sed velut hæc sedes Romana speculationem suam toto orbi indicit, & nouas consuetudines omnibus mittit, & omnium personarum seruitio caret, ita præfatus locus F
remota omni consuetudine pessima regum, antistitum, iudicum, exemplum diuinæ religionis & honestatis cæteris exhibeat monasteriis, & super ea plena gaudeat libertate. Cuius rectores & filij præsentes & successuri tantum sub regum custodia positi admonitionem sancti Petri & successorum suorum huius sanctæ Romanæ sedis pontificum auctoritate proclament. Et si incumbit necessitas, ad eam. Huius rei gratia fratribus dirigendis in via tanti itineris hæc filia nostra Brunichildis regina. xx. mansos ingenuos: & totidem seruiles, cuncta integritate æternaliter facta præceptione iuxta finem Alpium contulit. Et multos alios reditus terrarum ob hanc causam delegauit, sitos in eiusdem itineris spatio. Tusiacum vero & Mortinetum fiscos regios communiter ad stipendia fratrum dedit, & ita omnes villas deo & sancto Medardo traditas vel tradendas sua præceptione concluſit, vt quicunque super terras domini Medardi habitare voluerit vel steterit, siue seruus, siue liber cuiuscunque sit, alterius dominio priuetur, & sanctæ genitricis seruitio aptetur, vel vltra redeundi licentiam habeat. Quòd si fugerit, reputatur vt seruus nunciúsque sanctæ dei Ecclesiæ. De altaribus quoque iuxta institutionem domini papæ Ioannis Apostolica auctoritate confirmamus, vt qui fuerit rector præfati monasterij, fiat præterea altarium præsul & omnium Ecclesiarum sibi pertinentium, & inde præfatorum sanctorum præcipuo altari luminaria exhibeantur, & hospitalitas peregrinorum cum reuerentia agatur. Subiungimus & aliud edictum, si causa capitalis cri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G minis abbas est deponendus, non prius deponatur, donec depositores Apostolicam auctoritatem requirant, & ita sint tres metropolitani cum suffraganeis suis, & abbates quàm plurimi. In ipso autem concilio accusatores vnusquisque cum. xij. testibus præsentes assistant, & ita veri iudicij examine probent se vidisse, vt audiente concilio obtestantur. Ad vltimum verò ipse abbas rationes suæ excusationis reddat, & iurisiurandi pacto supra sacrorum mysteria quatuor euangeliorum satisfaciat. Tunc verò si conuictus fuerit, correctione deponatur: si nautem, suo honori reddatur, & Ecclesiasticæ dignitatis mysteria recipiat, & inter sacra missarum solennia, benedictionem & prædicationem iuxta instituta domini papæ Ioannis peragat, & suæ conuersationis vitam melioribus exemplis deducat. Monachis quoque hanc proponimus sententiam vt nullus eorum inuidia aut odio abbatis, quod absit, comprimatur, vel extranearum personarum censura plectatur. Quòd si culpa principalis vitij deliquerit, priuatim intra clausstrum eiusdem monasterij ab ipso abbate & spiritalibus fratribus arguatur, & à corpore sanctæ congregationis segregetur. Quòd si perseuerante contumacia abscissus fuerit, præcipimus illi vt precatorias accipiens literas quodcunque voluerit ingrediatur monasterium, aut causa pœnitentiæ huius sedis Apostolicæ licentiam petat, & susceptis à domino papa literis liber suum monasterium repetat. Hæc igitur omnia quæ huius Apostolicæ auctoritatis & nostræ præceptionis priuilegio
H continentur, præfati monasterij rectoribus, & filiis præsentibus & futuris, & omnibus monasteriis ipsi loco subiectis vel sociatis sub anathemate seruanda constituimus. Si quis autem regum, antistitum, iudicum, vel quarumcunque secularium personarũ, huius Apostolicæ auctoritatis, & nostræ præceptionis decreta violauerit, aut contradixerit, aut negligenter dixerit, vel fratres inquietauerit, vel conturbauerit, vel aliter ordinauerit, cuiuscunque dignitatis vel sublimitatis sit, honore suo priuetur, & vt catholicæ fidei deprauator, vel sanctæ dei Ecclesiæ destructor, à consortio Christianitatis, & corpore ac sanguine domini nostri Iesu Christi sequestretur, & omnium maledictionum anathemate, quibus infideles & hæretici ab initio seculi vsque in præsens damnati sunt, cum Iuda traditore domini in inferno inferiori damnetur, nisi digna pœnitentia præfatorum sanctorum sibi propiciauerit clementiam, & fratrum communem reconciliauerit concordiam.

Go Gregorius sanctæ Romanæ sedis antistes huic priE uilegio subscripsi. Euterius Arelatensis archiepiscopus subscripsit. Gregorius Portuensis episcopus subscripsit. Andreas Albanensis episcopus subscripsit. Augustinus Canthuariorum episcopus subscripsit. Anastasius Tyburtinæ episcopus subscripsit. Sergius Prænestinæ episcopus subscripsit. Petrus Ananiæ episcopus subscripsit. Agnellus Futrinæ episcopus subscripsit. Mellitus Lũdoniæ epi
I scopus subscripsit. Ioannes Veliternẽsium episcopus subscripsit. Tyberius siluæ candidæ episcopus subscripsit. Marinianus Rauennatis Ecclesiæ episcopus subscripsit. Vitulinus Sypontinensis episcopus subscripsit. Ioannes Syracusanorum episcopus subscripsit. Sabinianus Tudertinorum episcopus subscripsit. Eulogius Alexandriæ episcopus subscripsit. Dominicus Chartaginẽsis episcopus subscripsit. Fortunatus Neapolitanorum episcopus subscripsit. Ioannes Surrentinus episcopus subscripsit. Primenius Nuncrensium episcopus subscripsit. Felix Portuensium episcopus subscripsit. Gloriosus Ostensium episcopus subscripsit. Constantius Narnensis episcopus subscripsit. Constantius Mediolanen. episcopus subscripsit. Sutellius Burdegalensium episcopus subscripsit. Vitalis Vesocensium episcopus subscripsit. Bonifacius Placentiæ episcopus subscripsit. Siagrius Augustudunensium episcopus subscripsit. Flauius Remorum archiepiscopus subscripsit. Ausericus Suessorum episcopus subscripsit. Theodoricus rex subscripsit. Brunichildis regina subscripsit. Ego Petrus sanctæ Romanæ sedis subscripsi, & sigillaui. Datum. vij. kalend. Iunij. Anno ab incarnatione domini. DXCIII. Indictione vndecima.

Incipiunt decreta beati Gregorij papæ, tempore Mauricij, Tiberij, Theodosij, Augustorum. K

REgnante in perpetuum domino nostro Iesu Christo, temporibus piissimi ac sanctissimi * domini Mauricij, Tiberij, & *al. serenis.* Theodosij Augustorum eiusdem domini Mauricij imperij anno. xiij. Indictio. xiiij. quinta die mensis Iulij, Gregorius papa coram sacratissimo beati Petri Apostoli corpore, cum episcopis omnibus Romanæ Ecclesiæ, & presbyteris residens, assistentibus diaconis & cuncto clero dixit: In sancta hac Romana Ecclesia cui diuina dispensatio præesse me voluit, dudum consuetudo valde reprehensibilis exorta est, vt quidam ad sacri altaris ministerium cantores eligantur, & in diaconatus ordine constituti modulationi vocis inseruiant, quos ad prædicationis officium & eleemosynarum studium vacare congruebat. Vnde fit plærunque vt ad sacrum ministerium dum blanda vox quæritur, quæri congrua vita negligatur. Et cãtor minister deum moribus stimulet, cum populũ vocibus delectat. Qua de re præsenti decreto constituo, vt in sede hac sacri altaris ministri cantare non debeant, solúmL que Euangelicæ lectionis officium inter missarum solẽnia exoluant: psalmos verò ante reliquas lectiones censeo per subdiaconos: vel, si necessitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentauerit, anathema sit. Et responderunt omnes, anathema sit.

Erecundus mos torpore indiscretionis inoleuit, vt hu
V ius sedis pontificibus ad secreta cubiculi seruitia laici pueri ac seculares obsequãtur: & cum pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplo, plærũque clerici qualis in secreto sit vita sui pontificis, nescíunt, quam, vt dictum est, seculares pueri sciunt. De qua re præsenti decreto constituo: vt quidam ex clericis, vel etiam ex monachis electi, ministerio cubiculi pontificalis obsequantur: *vt is qui in loco regiminis est, habeat tales, qui vitam eius in secreta conuersatione videant, qui ex visione sedula exemplum profectus sumant.*

Onsuetudo noua in hac Ecclesia & valde reprehensibi
C lis erupit: vt cùm rectores eius patrimonij vrbana vel rustica prædia iuri illius cõpetere posse suspicantur, fiscali more titulos imprimant: atque hoc quod cõpetere pauperibus existimant, nõ iudicio, sed manibus defendant. Et cũ per pre- *Philip.a.*
dicatores suos veritas dicat, nihil per contentionem: etiam ipsum litigiosæ cõtentionis malum transcenditur, & res quælibet cùm existimatur Ecclesiæ posse competere, per vim tenetur. Proinde præsenti decreto constituo, vt si quis Ecclesiasticorum vnquam titulos ponere siue in rustico, siue in vrbano prædio sua sponte M
præsumpserit, anathema sit. Et respõderunt omnes, anathema sit. Is autem qui præest Ecclesiæ, si hoc vel ipse fieri præcipit, vel sine sua præceptione factum digna punire animaduersione neglexerit, anathema sit. Et responderunt omnes, anathema sit.

Icut indignos nos pro beati Apostoli Petri reuerentia
S mens fidelium veneratur: ita nostram infirmitatem decet semetipsam semper agnoscere, & impensæ sibi venerationis honorem declinare. Ex amore quippe fidelium huius sedis rectoribus mos vltra meritum erupit: vt cùm eorum corpora deferuntur, hæc dalmaticis contegant, & eas denique dalmaticas pro sanctitatis reuerentia, sibimet partiendas populus scindat. Et cùm absint multa à sacris corporibus Apostolorum martyrúmque velamina, à peccatorũ corpore sumitur, quod pro magna reuerentia seruetur. De qua re præsenti decreto constituo: vt feretrum quo Romani pontificis corpus ad sepeliendũ ducitur, nullo tegmine veletur. Quam decreti mei curam gerere sedis huius presbyteros ac diaconos cẽsemus. Si quis vero eorum ordine hoc curare neglexerit, anathema sit. Responderunt omnes, anathema sit.

Ntiquam patrum regulam sequens, nihil vnquam de
A ordinationibus accipiendum esse constituo: neque ex datione palli j, neque ex traditione chartarũ, neque ex

ea quam

A eq̃uam noua per ambitionem simulatio inuenit appellatione pallelli. Quia enim ordinando episcopo pontifex manum impo nit, Euangelij vero lectionem minister legit, confirmationis ve ro huius epistolam notarius excipit: * sicut pontificem manũ nõ decet quam imponit vendere, ita minister vel notarius non debet in ordinatione eius vocem suam vel calamum venundare. Pro ordinatione ergo, vel vsu pallij seu chartis atque pastello, eũdem qui ordinandus est vel ordinatur, omnino aliquid dare prohibeo. Ex quibus prædictis rebus si quis aliquid commodi appellatione exigere vel petere fortè præsumpserit, in districto omnipotentis dei examine reatui subiacebit. Is autem qui ordinatus fuerit, si non ex placito, neque exactus, vel petitus post acceptas chartas & pallium offerre aliquid cuilibet ex clero gratiæ tantũmodo causa voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus: quia eius oblatio nullam culpæ maculã ingerit, quæ ex accipientis ambitu non processit.

Vltos ex Ecclesiastica familia, seu seculari militia no-
M uimus ad omnipotentis dei seruitium festinare, vt ab humana seruitute liberi in diuino seruitio valeant familiarius in monasteriis conuersari. Quos si passim dimittimus, omnibus fugiẽdi Ecclesiastici iuris dominium, occasionem præbemus. Si vero festinantes ad omnipotentis dei seruitium incautè retinemus, illi inuenimur negare quædã qui dedit omnia. Vn-
B de necesse est vt quisquis ex iuris Ecclesiastici seruitute, vel secularis militiæ, ad dei seruitum conuerti desiderat, probetur prius in laico habitu constitutus. Et si mores illius atque conuersatio bono desiderio illius testimonium ferunt, absque vlla retractatione seruire in monasterio omnipotenti deo permittatur, vt à seruitio humano liber recedat, qui diuino amore districtiorem subire appetit seruitutem. Si autem & in monastico habitu secũdum patrum regulas irreprehensibiliter fuerit conuersatus, post præfixa sacris canonibus tempora, licenter iam ad quodlibet Ecclesiasticum officium prouehatur, si tamen illis non fuerit criminibus maculatus, quæ in testamento veteri morte mulctantur.

Gregorius gratia dei episcopus his decretis subscripsit, & confirmauerunt episcopi & presbyteri numero. LVIII.

Regorius sanctissimus apostolicus papa, ante corpus
G beatissimi Petri in synodo residens dixit: Hinc maximè nimium dolens, & ingemiscens dico, quia aliquot ex Christianis in Occidentis partibus constitutos audio temerè contra catholicam fidem & patrum statuta agere: ita vt consecratas fœminas ducere præsumant mulieres, & propinquas coniugio sortiãtur. Quod opportunum est spiritali amputare mucrone, atque si vestræ placet sanctitati, radicitus euellere: ne seges boni agricolæ, iniquorum mixta horrentibus frutetis fordescat. Sanctissimi episcopi, seu venerabiles presbyteri, responderunt. Verè cognoscimus gratia sancti spiritus cor Apostolatus vestri succensum, vt tantæ miseriæ squalorem à fidelium mentibus de-
C tergatis. Post hanc omnium consonam responsionem, Gregorius apostolicus papa ante corpus memoratum venerabile, Christi Apostolorum principis, inferendo sententiam dixit.

I quis presbyteram in coniugium duxerit: anathema
S sit. ij. Si quis presbyter, vel diaconus, duxerit vxorẽ: anathema sit. iij. Si quis monacham, quam dei ancillã appellant, in coniugium duxerit: anathema sit. iiij. Si quis cõmatrem spiritalem duxerit in coniugium: anathema sit. v. Si quis fratris vxorem duxerit in coniugium: anathema sit. vj. Si quis neptem duxerit in coniugium: anathema sit. vij. Si quis nouercam aut nurum suã duxerit in coniugium: anathema sit. viij. Si quis consobrinam duxerit in coniugium: anathema sit. ix. Si quis de propria cognatione, in qua cognatas habuit, duxerit in vxorem: anathema sit. x. Si quis virginem rapuerit, vel furatus fuerit eam, cum sibi consentientibus: anathema sit. xj. Si quis virginem quam sibi non despõsauerit rapuerit, vel furatus fuerit in vxorem: vnà cum sibi fauentibus: anathema sit. xij. Si quis hariolos, aruspices, vel incãtatores obseruauerit, aut filateriis vsus fuerit: anathema sit. xiij. Si quis in quanlibet partem præcepta antè emissa Apostolicæ Ecclesiæ de cameris & locis diuersis temerauerit, & non in omnibus obseruauerit: anathema sit. xiiij. Si quis homicidium fecerit: agat pœnitentiam decem annis. xv. Si quis in scelere permanserit: anathema sit. xvj. Si quis ex clericis laxauerit coronam: anathema sit. xvij. Et responderunt o- D
mnes per singula capitula tertiò: anathema sit.

Subscriptio beati Gregory papæ.

Regorius sanctæ catholicæ atque apostolicæ Roma-
G næ Ecclesiæ, huic constituto à vobis promulgato subscripsi. Agellus episcopus ciuitatis Feretentis, huic cõstituto à nobis promulgato subscripsit. Et cæteri subscripserunt. Valete.

INCIPIVNT VNDECIM INTERrogationes Augustini Cãthuariensis Angliæ archiepiscopi, ad beatissimum Gregorium papam.

Prima interrogatio Augustini, vt supra.

Væro pater beatissime de episcopis qualiter cum suis
Q clericis conuersentur. Vel de his quæ fidelium oblationibus accedũt altari, quantæ debeãt fieri portiones.

De obuentionibus Ecclesiasticis diuidendis. Caput. I.

Responsio beatissimi Gregorii papæ vrbis Romæ.

Valiter episcopus agere debet in Ecclesia, sacra scriptu
Q ra testatur, quam te bene nosse non dubium est, & specialiter beati Pauli ad Timotheum epistolæ, in quibus E
eum erudire studet qualiter in domo dei conuersari debuisset. 12.q.2.cap. Mos autem apostolicæ sedis est ordinatis episcopis præceptum *Mos.* tradere, vt ex omni stipendio quod accedit, quatuor fieri debeant portiones. Vna videlicet episcopo & familiæ, propter hospitalitatem & susceptionem. Alia clero. Tertia pauperibus. Quarta Ecclesiis reparãdis. Sed quia tua fraternitas monasterij regulis eru- 12.q.1.cap. dita, seorsum viuere non debet à clericis suis, in Ecclesia Anglo- *quia tua.* rum, quæ auctore deo nuper ad fidem perducta est, hãc debet instituere conuersationem, quæ in initio nascentis Ecclesiæ fuit pa- *Acto. 4.* tribus nostris, in quibus nullus eorum ex his quæ possidebant, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.

Secunda interrogatio Augustini.

Pto enim doceri, an clerici continere non valentes, pos-
O sint contrahere. Et si contraxerint, an debeant ad seculum redire.

De clericis contrahentibus post clericatum.

Caput. II.

Responsio beati Gregorii papæ.

I qui vero sunt clerici extra sacros ordines constituti, *Part. 1. di.*
S qui se continere non possunt, sortiri vxores debent, & *32. c. Si qui* stipendia sua exterius accipere, quia & de eisdẽ patri- *vero. Item* bus de quibus prefati sumus, nouimus scriptum quòd diuidebatur singulis prout cuique opus erat. De eorũ ergo stipendio co- *12.q.1.ca.* gitandum atque prouidendũ est, & sub Ecclesiastica regula sunt *quia tua.* tenendi, vt bonis moribus viuant, & canendis psalmis inuigilẽt, *§. Si qui* & ab omnibus illicitis cor & linguam & corpus deo auctore cõ- *vero.* F
seruent. Communi autem vita viuentibus, iam de faciendis portionibus, vel exhibenda hospitalitate, & adimplenda misericordia, nobis quid erit loquẽdum, cùm omne quod supereſt, in causis piis ac religiosis erogandum est? Domino & magistro omniũ dicente: Quod supereſt, date eleemosynam, & ecce omnia mun- *Luc. 11.* da sunt vobis.

Tertia interrogatio Augustini.

Vr cum vna sit fides, sunt Ecclesiarum consuetudines
C tam diuersæ? Et altera consuetudo missarum est in Romana Ecclesia, atq; altera in Galliarũ Ecclesiis tenetur.

De diuersis consuetudinibus diuersarum Ecclesiarum non improbandis. Caput. III.

Responsio beati Gregorii papæ.

Quit fraternitas tua Romanæ Ecclesiæ cõsuetudinem, *Parte. 1. di.*
N in qua se meminit enutritam. Sed mihi placet, vt siue *12. c. Nouit.* in Romana, siue in Gallicanarum, seu in qualibet Ecclesia aliquid inuenisti quod plus omnipotẽti deo possit placere, sollicitè eligas: & in Anglorum Ecclesia, quæ adhuc ad fidem noua est, institutione præcipua quæ de multis Ecclesiis colligere potuisti, infundas. Non enim pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque Ecclesiis quæ pia, quæ religiosa, quæ recta sunt, elige: & hæc quasi in fasciculum collecta, apud Anglorum mentes in consuetudinem depone.

Quarta interrogatio Augustini.

G OBsecro quid pati debeat, si quis aliquid de Ecclesia furto extulerit.

De pœnitentia furum, & restitutione Ecclesiasticarum rerum.
Caput. I I I I.

Responsio beati Gregorij papæ.

11.q.1.ca. Fraternitas.

H OC tua fraternitas ex persona furis pẽsare potest: qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam qui habentes subsidia, furtum perpetrant: & sunt alij qui in hac re ex inopia delinquunt. Vnde necesse est vt quidam damnis, quidam vero verberibus: & quidam districtius, quidam vero leuius corrigantur. Et cùm paulò districtius agitur, ex charitate agendum est, & non ex furore: quia ipsi hoc præstatur qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur. Sic enim nos fidelibus tenere disciplinam debemus, sicut boni patres carnalibus filiis solent: quos & pro culpis verberibus feriunt, & tamen ipsos quos doloribus affligunt, habere hæredes quærunt: & quæ possident, ipsis seruant: quos irati insequi videntur. Hæc ergo charitas in mẽte seruanda est. Et ipse modus correctionis dictat, vt mens extra rationis regulam omnino nihil faciat. Addis etiam quomodo ea quæ furto de Ecclesiis abstulerunt, reddere debeant. Sed absit quòd Ecclesia cum augmento recipiat quod de rebus terrenis videtur amittere, & lucra damnis quærat.

Quinta interrogatio Augustini.

H PEto an debeant duo germani fratres singulas sorores accipere, quæ sunt ab illis longa progenie generatæ.

Quòd duo fratres possint contrahere cum duabus sororibus.
Caput. V.

Responsio beati Gregorij papæ.

H OC fieri omnibus modis licet. Nequaquam enim in sacris eloquiis inuenitur, quod huic capitulo contradicere videatur.

Sexta interrogatio Augustini.

V SQue ad quotam generationem fideles debeant cũ propinquis sibi coniugio copulari: & nouercis & cognatis si liceat coniugio copulari.

Qui sint in contrahendo prohibiti gradus consanguinitatis & affinitatis. *Caput. V I.*

Responsio beati Gregorij papæ.

Q VÆdam terrena lex in Romana republica permittit: vt siue frater, siue soror, seu duorum fratrum germanorum, vel duarum sororum filius & filia misceatur. Sed experimento didicimus, ex tali cõiugio sobolem non posse succrescere. Et sacra lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare. Vnde necesse est, vt iam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam secunda quam diximus, à se omnimodo debet abstinere. Cum nouerca autem misceri, graue est

I *Leuit.18.* facinus, quia in lege scriptum est: Turpitudinem patris tui non reuelabis. Neque enim turpitudinẽ patris filius reuelare potest,

Gen.2. sed quia in lege scriptum est: Erunt duo in carne vna, qui turpitudinem nouercæ, quæ vna caro cum patre fuit, reuelare præsumpserit, profectò patris turpitudinem reuelauit. Cum cognata quoque misceri prohibitum est, quæ per coniunctionem priorem caro fratris facta est. Pro qua re etiam Ioannes Baptista capite truncatus est, & sancto martyrio coronatus. Cui non est dictum, vt Christum negaret, nec pro Christi confessione occisus

Ioan.14. sed quia idem dominus noster Iesus Christus dixerat: Ego sum veritas, quia pro veritate occisus est Ioannes, pro Christo sanguinem fudit.

Septima interrogatio Augustini.

DEclarari posco an sic turpiter coniunctis sit indicenda separatio, & sacræ communionis deneganda oblatio.

Quòd neophyti in gradu prohibito iuncti, nec separandi sunt, nec sacra communione priuandi.
Caput. V I I.

Responsio beati Gregorij papæ.

VIa vero multi sunt in Anglorum gente, qui dum adhuc in infidelitate essent, huic nephando coniugio dicuntur admixti, ad fidem venientes admonendi sunt, vt se abstineant, & graue hoc peccatum esse cognoscant. Tremendum dei iudicium timeant, ne pro carnali delectatione tormenta æterni K cruciatus incurrant. Non tamen pro hac re sacri corporis ac sanguinis domini communione priuandi sunt, ne in eis illa vlcisci videamur in quibus se per ignorantiã ante lauachrum baptismatis astrinxerunt. In hoc enim tempore sancta Ecclesia quædam per feruorem corrigit, quædã per mansuetudinem tolerat, quædam per considerationem dissimulat, atque portat, vt sæpe malum quod auersatur, portando & dissimulando compescat. Omnes autem qui ad fidem veniunt, admonendi sunt ne aliquid tale valeant perpetrare. Si qui autem perpetrauerint, corporis & sanguinis domini communione priuandi sunt, quia sicut in his quę per ignorantiam fecerunt, culpa aliquatenus toleranda est, ita est in his fortiter insequenda, qui non metuunt sciendo peccare.

Octaua interrogatio Augustini.

PEto si longinquitas itineris magna interiacet, vt episcopi facile non possint conuenire: an debeat sine aliorum episcoporum præsentia episcopus ordinari?

Quòd sunt necessarij episcopi in episcopi consecratione.
Caput. V I I I.

Responsio beati Gregorij.

E TQuidem etiam in Anglorũ Ecclesia in qua adhuc solus tu episcopus inueneris, ordinare episcopum non aliter nisi cum episcopis potes. Nam quando de Galliis L episcopi veniunt, illi in ordinationem episcopi testes tibi assistant. Sed fraternitatem tuã ita volumus in Anglia episcopos or- *Parisi. Bonifa-* dinare: vt ipsi sibi episcopi longo interuallo minimè disiungantur, quatenus nulla sit necessitas, vt in ordinatione conuenire nõ *tersium.* possunt. Pastorum quoque aliquorum præsentia, quia valde est vtilis, facillimè debeant conuenire. Cùm igitur deo auctore, ita fuerint episcopi etiam in propinquis sibi locis ordinati, per onia episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus vel quatuor episcopis fieri non debet. Nam in ipsis rebus spiritalibus, vt sapienter & maturè disponantur exemplum trahere à rebus etiam carnalibus possumus. Certe enim dum coniugia in mundo celebrantur, coniugati quique vocantur, vt qui in via iam coniugij præcesserunt, in subsequenti quoque gaudio misceantur. Cur nõ ergo in hac spiritali ordinatione qua per sacrum mysterium homo deo coniungitur, tales conueniant, qui vel in profectu ordinati episcopi gaudeant, vel per eius studia omnipotenti domino preces pariter fundant?

Nona interrogatio beati Augustini.

POstulo etiam qualiter debemus cum Galliarum atque Britannorum episcopis agere.

Qualiter Metropolitanus in aliena prouincia se habere debeat.
Caput. I X.

Responsio beati Gregorij papæ.

N Galliarum episcopos nullam tibi auctoritatem tri-
I buimus: quia ab antiquis prædecessorum meorum tẽ- M
poribus pallium Arelatensis episcopus accepit, quem *Separata In Galliarum.*
nos priuare auctoritate percepta minimè debemus. Si igitur cõtingat vt fraternitas tua ad Galliarum prouinciam transeat, cum eodem Arelatensi episcopo debet agere, qualiter si qua sunt in episcopis vitia corrigantur. Qui si fortè in disciplinæ vigore tepidus existat, tuæ fraternitatis zelo accendendus est. Cui etiam epistolas fecimus, vt cùm tuæ sanctitatis præsentia in Galliis fuerit, ei ipse tota mente subueniat, & quę sunt creatoris nostri iussioni contraria, ab episcoporum moribus compescatis. Ipse autem auctoritate propria episcopos Galliarum iudicare non poteris, sed suadendo, blandiendo, bona quoque tua opera eorum imitationi monstrando, prauorum mentes ad sanctitatis studia reforma, quia scriptum est in lege: Per alienam messem transies *Deut.23.* falcem mittere non debet, sed manu spicas conterere & manducare. Falcem ergo iudicij mittere non potes in eam segetem quæ alteri videtur esse commissa, sed per affectum boni operis frumenta dominica vitiorum suorum paleis expolia, & in Ecclesiæ corpus monendo & persuadendo quasi mandendo conuerte. Quicquid vero ex auctoritate agendum est, cum prædicto Arelatensi episcopo agatur, ne prætermitti possit hoc quod antiqua patrum institutio inuenit. Britannorum vero omnes episcopos tuæ fraternitati cõmittimus, vt indocti doceãtur, infirmi persuasione

A sione roborentur, peruersi auctoritate corrigantur.

Obsecratio Augustini.

Caput istud est vetustis exemplaribus hic insertum alibi.

OBsecro vt reliquiæ sancti Sixti martyris nobis transmittantur.

Concessio Gregorij.

F Scimus quod petisti, quaten⁹ populus qui in loco quõdam sancti Sixti martyris, corpus dixerunt venerari, quod tuæ fraternitati nec verum nec veraciter sanctũ videtur, certa sanctissimi & probatissimi martyris beneficia suscipiens, colere incertè non debeat. Mihi tamen videtur, quia si corpus, quod à populo cuiusdam martyris esse creditur, nullis illic miraculis coruscat: & neq; aliqui de antiquioribus existũt, qui se à parentibus passionem eius audisse fateantur, ita reliquiæ quas petisti, seorsum condendæ sunt, vt locus in quo præfatum corpus iacet, modis omnibus obstruatur, nec permittatur populus certum deserere, & incertum venerari.

Decima interrogatio Augustini.

S I prægnans mulier debeat baptizari, aut postquàm genuerit, post quantum tempus possit Ecclesiam intrare. Aut etiã ne morte præoccupetur quod genuerit, post quot dies hoc liceat sacri baptismatis sacramenta percipere. Aut post quantum tẽporis huic vir possit in carnis copulatione coB iungi. Aut si mẽstrua consuetudine tenetur, an Ecclesiam introire ei liceat, aut sacræ communionis sacramentũ percipere. Aut vir suæ coniugi permixtus antequam lauetur aqua, si Ecclesiam intrare possit: vel etiam ad mysterium sacræ communionis accedere. Quæ omnia rudi Anglorũ genti oportet habere cõperta.

Quòd mulier prægnans & puer natus possit baptizari, & de concubitu, & menstruis vitandis.

Caput. X.

Responsio beati Gregorij.

H Oc non ambigo fraternitatem tuã esse requisitam, cui etiam responsum addidisse me arbitror. Sed hoc quod ipse dicere & sentire potuisti, credo quod mea apud te volueris responsione firmari. Mulier etenim prægnans, cur non debeat baptizari, cùm non sit ante omnipotentis dei oculos culpa aliqua fœcunditas carnis. Nam cùm primi parentes nostri in paradiso deliquissent, immortalitatem quam acceperant, recto dei iudicio perdiderunt. Quia itaque omnipotens deus humanum genus pro culpa sua funditus extinguere noluit, & immortalitatẽ homini pro peccato suo abstulit, & tamen pro benignitate suæ pietatis, fœcunditatem ei sobolis reseruauit. Quod ergo naturæ humanæ ex omnipotentis dei dono seruatum est, qua ratione poterit à sacri baptismatis gratia prohiberi? Illi quippe C mysterio in quo omnis culpa funditus extinguitur, valde stultũ

Parte. 1. dist. 5. ca. Genesa. Initii. 12.

est, si donũ gratiæ contradicere posse videatur. Cùm vero enixa fuerit mulier, post quot dies debeat Ecclesiam intrare, testamenti veteris præceptione didicisti: vt pro masculo diebus. xxxiij. pro fœmina vero. lxvj. debeat abstinere. Quod tamen sciendum est, quia in mysterio accipitur. Nam si eadem hora qua genuerit, actura gratias intrat Ecclesiam, nullo peccati pondere grauatur. Voluptas etenim carnis non dolor in culpa est. In carnis autem commixtione voluptas est: nam in prolis prolatione gemitus. Vnde & ipsi primæ matri omnium dicitur: In doloribus

Gene. 3.

paries. Si itaque enixam mulierem prohibemus Ecclesiã intrare, ipsam ei pœnam suam in culpam deputamus. Baptizari autẽ vel enixam mulierem, vel hoc quod genuerit, si mortis periculo vrgetur, vel ipsa hora eadem qua gignit, vel hoc quod gignitur, eadem qua natum est, nullo modo prohibetur: quia sicut sancti mysterij gratia viuentibus atque discernẽtibus cum magna discretione prouidenda est, ita quibus mors imminet, sine vlla dilatione offerenda est: ne dum adhuc tempus ad præbendum redemptionis mysterium quæritur, interueniente paululum mora, inueniri non valeat qui redimatur. Ad eius vero concubitum vir eius accedere non debet, quousque qui gignitur, ablactetur.

Notent hæc mulieres Gallicanæ, quæ suos fi-

Praua autem in coniugatorum moribus consuetudo surrexit, vt mulieres filios quos gignũt, nutrire contemnant, eósq; aliis mulieribus ad nutriendum tradant. Quod videlicet ex sola causa incontinentiæ videtur inuentum, quia dum se continere nolunt, despiciunt lactare quos gignunt. Hæ itaque quæ filios suos ex praua consuetudine aliis ad nutriendum tradunt, nisi purgationis tempus transierint, viris suis non debent admisceri, quippe cùm & sine partus causa, cum inconsuetis menstruis detinentur, viris suis misceri prohibeantur, ita vt morte lex sacra feriat si quis vir ad menstruatam mulierem accedat. Quæ tamẽ mulier dum ex consuetudine menstrua patitur, prohiberi Ecclesiam intrare non debet, quia ei naturæ superfluitas in culpam non valet imputari. Et per hoc quod inuita patitur, iustum non est vt ingressũ Ecclesiæ priuetur. Nouimus nanque quòd mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur, post tergum domini veniens, vestimenti eius fimbriam tetigit, atque statim ab ea sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit domini vestimentum tangere, cur quæ menstruum sanguinis patitur, ei non liceat domini Ecclesiam intrare? Sed dices: Illam infirmitas compulit, has vero de quibus loquimur, consuetudo constringit. Perpende autem frater charissime, quia omne quod in hac mortali carne patimur, ex infirmitate naturæ est, digno dei iudicio, post culpam ordinatum. Esurire nanque & sitire, æstuare, algere, lassescere, ex infirmitate naturæ est. Et quid est aliud contra famem alimenta, contra sitim potum, contra æstum auras, contra frigus vestem, contra lassitudinem requiem quærere, nisi medicamenta quædam contra ægritudines explorare? Fœminis nanque & menstruus sui sanguinis fluxus ægritudo est. Si igitur bene præsumpsit quæ vestimentum domini in languore posita E tetigit, quod vni personæ infirmanti conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus, quæ naturæ suæ vitio infirmantur? Sãctæ autem communionis mysterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna præsumere non præsumit, laudanda est: sed si percipiat, non iudicanda. Bonarum quippe mentium est etiam ibi aliquo modo culpas suas agnoscere, vbi culpa non est, quia sæpe sine culpa agitur, quod venit ex culpa. Vnde etiã cùm esurimus, sine culpa comedimus, quibus ex culpa primi hominis factum est vt esuriremus. Menstrua enim consuetudo mulieribus non aliqua culpa est, videlicet quia naturaliter accidit, sed tamen quòd natura ipsa ita vitiata est, vt etiam sine voluntatis studio videatur esse polluta, ex culpæ venit vitio, in quo seipsam qualis per iudicium facta sit humana natura cognoscat, vt homo qui sponte culpam perpetrauit, reatum culpæ portet inuitus. Atque ideo fœminæ quæ cum semetipsas considerant in menstrua consuetudine, ad sacramentum dominici corporis & sanguinis accedere non præsumunt, de sua recta consideratione laudandæ sunt. Dum verò percipiendi ex religiosæ vitæ consuetudine eiusdem mysterij amore rapiuntur: reprimendæ, sicut diximus, non sunt. Sicut enim in veteri testamento exteriora opera seruabantur, ita in testamento nouo non tam quod exterius agitur, quàm id quod interius cogitatur, sollicita intentione attenditur, vt subtili sententia puniatur. Nam cum multa lex velut immunda manducari F præcipiat, in Euangelio tamen dominus ait: Non quod intrat *Matth. 15.* in os, coinquinat hominem, sed quæ exeunt de corde, illa sunt quæ coinquinant hominem. Atque paulopost subiecit exponens: Ex corde exeunt cogitationes malæ. Vnde vbertim indi- *Ibidem.* catum est, quia illud ab omnipotenti deo pollutum esse in opere ostenditur, quod ex pollutæ cogitationis radice generatur. Vnde Paulus quoque Apostolus dicit: Omnia munda mundis, *Ad Tit. 1.* coinquinatis autem & fidelibus nihil est mundum. Atque mox eiusdem coinquinationis causam annuncians subiungit: Coinquinata sunt enim eorum & mens & conscientia. Si ergo ei cibus immundus non est, cuius mens immunda non fuerit, cur quod munda mente mulier ex natura patitur, ei in immunditiam reputetur? Vir autem cum propria coniuge dormiens, nisi lotus aqua intrare Ecclesiam non debet, sed neque lotus intrare statim debet. Lex autem veteri populo præcepit, vt mixtus vir mulieri, & lauari aqua debeat, & ante Solis occasum Ecclesiam non intrare. Quod intelligi spiritaliter potest, quia mulieri vir miscetur, quando illicitæ concupiscentiæ animus in cogitatione per delectationem coniungitur. Qui nisi prius ignis concupiscentiæ à mente deferueat, dignum se congregatione fratrum existimare non debet, quia se grauari per nequitiam prauæ voluntatis videt. Quamuis enim de hac re diuersæ

hominum

Diuersæ ter editos tanq; alienos ac adulterinos proscribunt, aliisque conductitiis mulierculis enutriẽdos committũt.

G hominum nationes diuersa sentiant, atque alia custodire videantur, Romanorum tamen semper ab antiquioribus vsus fuit, post admixtionem propriæ coniugis, & lauacri purificationem quærere, & ab ingressu Ecclesiæ paululum reuereter abstinere. Nec hæc dicentes deputamus culpam esse coniugium. Sed quia ipsa licita admixtio coniugum sine voluptate carnis fieri non potest, à sacri loci ingressu abstinendum est, quia voluptas ipsa esse sine culpa nullatenus potest. Non enim de adulterio vel fornicatione,
Psal.50. sed de legitimo coniugio natus fuerat qui dicebat: Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Qui enim in iniquitatibus conceptũ se nouerat, in delicto se natum gemebat, quia portat arbor in ramo humorem vitij quem traxit ex radice. In quibus verbis non ipsam admixtionem coniugum iniquitatem nominat, sed ipsam videlicet voluptatem admixtionis. Sunt enim multa licita ac legitima, & tamen in eorum actu aliquatenus fœdamur, sicut sæpe irascendo culpas insequimur, & tranquillitatem in nobis animi perturbamus. Et cum rectum sit quod agitur, non est tamen approbabile quòd in eo animus perturbatur. Contra quippe vitia delinquentium iratus
Psal.6. fuerat qui dicebat: Turbatus est præ ira oculus meus. Quia enim non valet nisi tranquilla mens in contemplationis lucem se suspendere, in ira suum oculum turbatum dolebat, quia dum male acta deorsum insequitur, confundi tamen atque turbari à summorum contemplatione cogebatur. Et laudabilis ergo est ira cõ-
H tra vitium, & tamẽ molesta, quia turbatum se reatum aliquẽ incurrisse æstimabat. Oportet itaque legitima carnis copula vt causa prolis sit, non voluptatis: & carnis commixtio, creandorum liberorum sit gratia, non satisfactio vitiorum. Si quis ergo suam coniugem nõ cupidine voluptatis captus, sed solummodo liberorum creandorum gratia vtitur, iste profectò de ingressu Ecclesiæ, seu de sumẽdo corporis dominici sanguinisque mysterio, suo est relinquendus iudicio, quia à nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne positus nescit ardere. Cum vero non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur in opere commixtionis, habent coniuges etiam de sua commixtione quod defleant. Hoc enim eis concedit sancta prædicatio, & tamen de ipsa concessione metu animum concutit. Nam cùm Paulus Apostolus di-
1. Corin. 7. ceret: Qui se continere non potest, habeat vxorem suam: statim subiungere curauit: Hoc autem dico *secundùm intelligentiam*, non secundum imperium. Non enim *indulgetur* quod licet & iustum est. Quod enim indulgeri dixit, culpam esse demonstrauit. Vigilanti ergo mente pensandum est quòd in Syna mõte dominus populũ abstinere à mulieribus præcepit. Et si illic vbi dominus per creaturam subditã hominibus loquebatur, tanta prouisione est munditia corporis requisita, vt qui verba dei perciperent, mulieribus mixti non essent: quanto magis qui corpus domini omnipotentis accipiunt, custodire in se munditiam carnis debent, ne ipsi inæstimabilis mysterij magnitudine prægrauen-
I tur? Hinc etiam ad Dauid de pueris suis per sacerdotem dicitur, vt si à mulieribus mundi essent, panes propositionis acciperent: quos omnino non acciperent, nisi prius mundos eos Dauid à mulieribus fateretur. Tunc autem vir qui post commixtionem coniugis locus fuerit aqua, & iam sacræ communionis mysterium valet accipere, cùm ei iuxta præfinitam sententiam etiam licuerit intrare.

Vndecima interrogatio Augustini.

Q Væro etiam si post illusionem quæ per somnium solet accidere, vel corp⁹ domini quilibet accipere valeat: vel si sacerdos sit, sacra mysteria celebrare.

Quando nocturna pollutio celebrationem & communionẽ impediat. *Caput XI.*

Responsio beati Gregorij papæ.

H Vnc quidem testamentum veteris legis, sicut in superiori capitulo iam diximus, pollutum domino * & nisi lotum aqua etiam vsque ad vesperam intrare Ec-
** al. dicit.*

clesiam non concedit: Quod tamẽ specialiter ad illum populum, & spiritaliter autem intelligens sub eodem intellectu accipiet quẽ præfati sumus: quia quasi per somnium illuditur, qui tentatus immunditia, vanis imaginibus in cogitatione inquinatur. Sed lauandus est aqua, vt culpas cogitationis lachrymis abluat. Et nisi prius ignis tentationis recesserit, reum se quasi vsque ad vesperum cognoscat. Sed est in eadem illusione valde necessaria discretio, quia valde subtiliter pensare debeat, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula. Aliquando ex naturæ superfluitate vel infirmitate. Aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cum ex naturæ superfluitate vel infirmitate euenerit, omnimodo hæc illusio non est timenda: quia hanc animus nescius pertulisse magis dolendus est quàm fecisse. Cùm vero vltra modum appetitus gulæ in sumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorũ receptacula grauantur, habet exinde animus aliquem reatum, non tamen vsque ad prohibitionem percipiendi sacri mysterij, vel missarum solennia celebrandi, cùm fortasse aut festus dies exigit, aut exhiberi mysterium pro eo, quòd sacerdos alius in loco deest, ipsa necessitas compellit. Nã si adsunt alij qui implere mysterium valent, illusio per crapulã, facta, à perceptione sacri mysterij prohibere non debet, sed ab immolatione sacri mysterij abstineri, vt arbitror humiliter debet, si tamen dormientis mentem turpis imaginatio non concusserit. Nam sunt quibus ita plærunque illusio nascitur, vt eorum animus etiam in somno corporis positus turpibus imaginationi- L
bus non fœdetur. Qua in re ostenditur mens rea, non tuo vel suo iudicio libera, cùm se etsi dormienti corpore nihil meminit vidisse, tamen in vigiliis corporis meminit in ingluuiem cecidisse. Si vero ex turpi cogitatione vigilantis oritur illusio dormientis, patet animo suus reatus. Videt enim à qua radice inquinatio illa processerit, qui quod cogitauit sciens, hoc pertulit nescius. Sed pensandum est, ipsa cogitatio vtrum in suggestione, an delectatione, vel quod maius est, peccati consensu acciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatum, videlicet suggestione, delectatione, consensu. Suggestio quippe fit per diabolum, delectatio per carnem, consensus per spiritum, quia cùm prima culpam serpens suggessit, Aeua velut caro delectata est: *Adam velut spiritus consensit. Et necessaria est magna discretio, vt inter suggestionem, delectationẽ, & consensum iudex sui animus præsideat.* Cùm enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente, si nulla peccati delectatio sequatur, peccatum omnimodo perpetratum non est. Cùm vero caro delectari cœperit, tunc peccatum incipit nasci. Si autem etiam ad consensionem ex deliberatione descendit, tunc peccatum cognoscitur perfici. In suggestione igitur peccati semen* est. In delectatione fit nutri- ** al. initium.*
mentum. In consensu perfectio. Et sæpe contingit, vt hoc quod malignus spiritus seminat in cogitatione, caro in delectationem trahat, nec tamen animus eidem delectationi consentiat. Et cum caro sine anima delectari nequeat, ipse tamen animus carnis volu- M
ptatibus reluctans in delectatione carnali aliquo modo ligatur inuitus, vt ei ex ratione contradicat nec consentiat, & tamen delectatione ligatus sit, sed ligatum se vehementer ingemiscat. Vnde & ille cœlestis exercitus præcipuus miles gemebat dicẽs: Video aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ, *Roma.7.* & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Si autem captiuus erat, minimè pugnabat. Quapropter & captiuus erat, & captiuus nõ erat, & pugnabat. Igitur legi mentis, lex quæ in membris est, repugnabat. Pugnabat autem, quapropter captiuus non erat. Ecce itaque homo est, vt ita dixerim, & captiuus: & liber. Liber, ex iustitia quam diligit. Captiuus, ex delectatione quam portat inuitus.

INTERROGATIONVM AVGVSTINI
Canthuarienſis epiſcopi ad Beatum Gregorium, finis.

Universidad de Deusto

PROLOGVS BEATISSIMI Gregorij Papæ in expositionem primi libri Regum.

POst Moysi, & Iesu Naue libros, & Iudicum, octauus, siue nonus in canone sanctarum scripturarū, primus liber Regum ostenditur. Qui profecto liber, sicut & plæraque volumina sacri eloquij quòd à sanctæ Ecclesiæ doctoribus nondum sit expositus: nonnulli simpliciores hunc non esse mysticum arbitrantur, & eò sublimiora per spiritum nulla dicere, quò planiora per literam videtur enarrare. Sed si ea quæ in aliis explanationum libris doctores sancti locuti sunt legerent, huius quoque historiæ quam sit immensa profunditas inuenirēt. Nam plerumq; in illorum expositionibus, quod hic planum per literam dicitur, valde esse arduum per spiritalem intelligentiam declaratur, & aperte insinuant, quia longè sublimius de sacra historia intelligunt, quàm in eius superficie foris legunt. Planum nanque est, quod Helchana vir Effrathæus vxores duas habuisse describitur. Quod Heli sacerdos dum à censura correptionis filiorum, affectione dissoluitur, de sella cadit, & fracta ceruice interit. Quod rex Saul obedire deo in Amalechitarum demolitione noluit, sed non multò pòst, & vitam, & regnum amisit. Sed hæc nimirum plana sicut placet simplicioribus, doctores sancti, vt digna sublimitate perciperent: eorum intellectum non in simplicitate quæsierunt literæ, sed in volatu allegoriæ, Hinc est enim quod cum sanctus Augu. duas Helchanæ vxores per historiam legeret, in planitie lectionis spiritalem altitudinem intuēs, synagogæ typum vna, altera vero quia figuram sanctæ Ecclesiæ haberet, exposuit. Sanctus quoque Hiero. Heli sacerdotis & Saul mortem, non ad hoc solum in sacra historia positam, vt inobedientes præpositos eorum terreret pœna, sed etiam vt dum veterum & transgressorum rectorum repulsio legitur, antiquæ legis & sacerdotij interitus designetur. Sacra igitur Regum historia non idcirco spiritalibus sacramentis vacua credēda est, quia à venerabilibus patribus seriatim non est exposita, sed eò altior & profundior, quò velut immensi vastitas fluminis, ex parte quauis exigua hauriri exponendo potuit, & repletis eorum vasculis, suæ plenitudinis impetu quotidie implendis aliis decurrit. Dum ergo quædam huius sacræ historiæ ad robur suorum operum tollerent, plenitudinem vero illius in suæ sublimitatis secreto indiscussam præterirent, quid aliud agere visi sunt, quam de immenso amne aliquid capere, quod sitientibus fidelium mentibus propinarent? Quorum profecto morem, nos quoque in præsenti opere sequimur, qui ad ingentem hanc historiam gratia aperiendæ intelligentiæ eius accedimus, cuius tamen vniuersitatem exponendam suscipere non audemus, hoc videlicet, à præfatis venerabilibus patribus distantes, quia non sparsim & de diuersis locis eligimus, quod expositurus sumus, cum illi non ex ordine aliquam sacræ huius historiæ partem, sed sparsim testimonia quædam susciperent, quæ ad eruditionem fidelium exponere debuissent. Dei ergo omnipotentis adiutorio confisi, à principio voluminis vsque ad Dauid regis vnctionem explanare proponimus: vt breui isto quod cernitur, experiri possimus, si vltrà progredi exponendo debeamus. Plærique etenim dum immoderata proponunt, executores propositi sui fieri nunquam possunt. Maximè cum tractator sacri eloquij morem gerat viri in alta specula consistentis. Scriptura vero sacra syluæ vastioris similitudinem. Qui profecto vir in alto situs, & si acuta visione nemoris vastitatem considerat, tamen dum summa montium, dum extrema collium, dum arborum celsa, in quadam æqualitate sibi conuenientia respicit, quam magnæ valles, quam distentæ planicies in medio lateant, non attendit. Sed si perambulare quod ei breue videtur, cœperit, repente cognoscit: quia qui se totum vidisse putauerat, valde plura remanserant, quæ non videbat. Vnde & sæpe immoderatus viator decipitur, vt tanto periculosiùs iter expleat: quanto & eum in via expleto die, noctis error intercipit, qui velut in parui itineris spatio, nec diei partē se explere cogitauit. Sic, sic nimirùm dum sacræ historiæ intellectum in quadam sensuum eius summitate cōsi 'eramus, omnipotentis dei gratia, velut altos opacioris syluę ve tices de quadam sublimitate attendimus. Sed quia dum iidem sensus subtiliùs considerari & proferri cœperint, alios se multipliciores gignunt, velut in superficie vt videtur, totius inspecti nemoris, & vallium concaua, & distenti Matini latent spatia, quæ non videntur. Tutius ergo gradimur, si sic metimur ea, quæ cernimus, vt etiam ea quæ procedendo visuri sumus, percurrenda esse cogitemus. Itaque dum ingentis historiæ paruam partem explanare proponimus, pro modulo imbecillitatis nostræ cursum itineris in vicinio terminamus: tam videlicet ingenij tenuitate diffisi, quàm sacri voluminis profunditate perterriti. Sed & primùm non tam instituere, quàm obsecrare lectorem censui, vt inanitate expositionis meæ pondus sacræ historiæ nequaquā penset, quia diuina eloquia ex mensura tractatorum nunquam æstimanda sunt. Nam nec idcirco sunt vilipendenda, quia non subtiliter considerantur, nec celsa & venerabilia ideo, quia facundè & subtiliter exponuntur. Alia quippe virtus est, quæ apud seculi sapientes tanta habetur, quantum eam extollere possunt præclara ingenia. Sacra vero scriptura quia diuinitus inspirata est, tanto sublimius etiam præclara hominum ingenia superat, quanto ipsi præclari homines deo inferiores sunt, & nihil in illa spirituali sublimitate conspiciunt, nisi quod eius ipsius diuinæ dignationis bonitate reuelatur. Nemo igitur in eius scientia ita perfectus est, vt proficere vltra non possit: quia inferior est omnis profectus hominis, diuinitatis altitudine eam inspirantis. Vnde & per Psalmistam de domino dicitur: Qui tegit aquis superiora eius. Si enim aquarum appellatione illæ supernæ designantur profundæ intelligentiæ angelorum, dum sacri eloquij altitudinem deus in aquis tegere dicitur, constat nimirum quia homo semper illa sit inferior, cui solum eius inferiora reuelantur. Hinc etiam per Moysen præcipitur, vt agni residuum igne comburatur: quia videlicet, scripturæ sacræ quæ ad cognoscendum redemptorem sunt æditæ, pro sublimitatis suæ dignitate venerandæ tunc etiam sunt, cum non intelliguntur. Itaque & si nihil pensatur, quod à me dicitur, nihilominus pensandum est: quia hæc sacra scriptura (quæ à me indigne exponitur) ei cui omnipotens deus secreta aperire voluerit, bona & sublimia multa dicit. Scriptura etenim sacra tam mirabiliter ab omnipotente deo condita est, vt & si multipliciter videatur exposita: non desunt tamen ei secreta, quibus seruet occulta, quia fere nunquam sic exponitur: vt ei non plura remaneant, quæ quotidie exponantur. Qua profecto eius incomprehensibilitate omnipotens deus humanæ mutabilitati magna dispensatione consuluit, nam vt vilescere nota non possit, sic mire dispositа est, vt cognita nesciatur: & eo legatur gratius, quo quotidie dicitur, ac dum semper recentia intimat, suauius oblectet. Historia ergo Regum quia eo spiritu condita, quo & cætera scripturæ sanctæ volumina cognoscuntur, non debet credi eis esse minor sacramentis, quibus non est inferior titulo auctoritatis. Nam omnes scriptores eius Prophetæ fuisse referuntur, qui cum historica narrant, spiritualia signant, exteriora loquuntur, & intima innuunt: terrena proponunt, vt cœlestia exequantur. Vnde & hic liber primus, & secundus eiusdem historiæ, ad hoc Prophetæ Samueli ascribitur, vt ex auctoris titulo, sentiatur historia, quam scribit, non tam historia quàm prophetia, simplex veráque litera, sed alta nimis, & multiplicitate occultorum sensuum profunda. Nos autem de tanto eius pondere pro modo pusillitatis nostræ assumimus ferenda, quæ possumus. Nam cum suauis sit in superficie literæ, altior in typis allegoriæ, moribus instruendis vtilis: lucida in exemplis exhibendis, in locis tamen singulis & historica asserere, & typica proferre, & conferre moralia, & proponere exempla refugio, quanquam alia sub vno intellectu, adiuuante domino, sim expositurus, alia vero sub pluribus. Maximè cum his temporibus scribendi operam dare censuerim, in quibus dum cordibus quorundam Ecclesiasticorum virorum vetus solicitudo mundanæ intentionis immergitur, noua scribendi studia eo esse superflua iudicant, quò & doctorum venerabilium abundare vetera non ignorant. Qui nimirum ratione conuincendi essent, nisi signum calumniæ expósita fronte prætenderēt. Nam qui noua velut noua contēnunt, illa, quę probant

Universidad de Deusto
Biblioteca

G bant vetera,curarum ſecularium ſaturitate faſtidiunt. Quos ſanè
Prouer.27. plures ſub vnius denotatione ſcriptura exponit, dicens: Anima ſaturata calcabit fauum. Fauus quippe mel nouum cõtinet. Quaſi ergo dicat: Dum terrenarum rerum cura immoderatius paſcitur, in ea quæ valde placere ſolet, recenti ſcripturarum dulcedine nõ lætatur. Sed quia huius ſacræ hiſtoriæ commenta veterum nulla reperiunt, rectius agũt, ſi opus noſtri laboris ea charitate, qua ad vtilitatem paruulorum ſanctæ Eccleſiæ impenditur amplectuntur, & pro reprehenſionũ moleſtia, nobis in tanta ſcripturæ profunditate, velut altiſsimo pelago laborantibus: preſidia orationũ ferant. Hinc nimirum noſtri ſudoris fructum ſuum faciunt: quia dum ex benignitate diligunt, ad æternæ remunerationis ſibi cumulum vertunt, & quod tantis temporibus tam clauſa & inexpoſita ſcriptura ad communem intelligentiam ducitur, & quod paruuli ſanctæ Eccleſiæ dũ in veteris ſcripturæ tegminibus nouæ religionis ſplendorem ſuſcipiunt, in profectu ſuæ deuotionis adiuuantur. Sed quia in diuerſis ſanctorum patrum operibus, diuerſa huius hiſtoriæ teſtimonia inueniũtur expoſita, notare lector debet, quia aliquando eorũ ſenſus tractando ſubſequor, aliquando autem enodare hiſtoriam aliter inſudo, vt & opus quod ſpe diuinæ inſpirationis aggredior, & antiquorum patrum auctoritate ſit validum, & lectori nequaquàm faſtidioſum, dum inter ea quæ nouit vetera, ea etiam ei quæ nõ nouit, noua repræſentat. Ad quam profecto ſententiarum pronunciationem, aliquando ex neceſsitate ducor, quia & patres venerabiles ſi ſeriatim cũ
H cta exponerent, quæ ex parte tetigerunt, eam ſeriem locutionis quam tenere viſi ſunt, obſeruare nequaquàm potuiſſent. Dũ igitur ſanctorum patrum intellectus prætereo, neceſsitate aliquando, aliquando commoditate vtor, quia & faſtidium lectori amoueo, & dum totum ſeriatim diſcutio, multa ex mediis contra me veniunt, quæ illorum ſequi ſententias non permittunt. In quo ſanè opere lectorem flagito, vt non verba ex eloquentium oratorũ ſanctæ Eccleſiæ comparatione conſideret, ſed ſententiarum intel
Deute.16. lectus ex Eccleſiaſticæ diſciplinæ rationibus penſet: quia & ſi iuxta dei prohibitionẽ in eius domo nemus plantare neſcio, regulam tamen qua ſancta ſcriptura fideliter exponitur, in nullo derelinquo. Sed & vbi minus placet, quod peritus lector inuenerit, conſideret, quod dum ſpiritalem hiſtoriam & altis ſenſibus profundam, velut magni pelagi procellas nauta peregrinus aggredior, reprehenſibile valde non eſt, ſi gubernaculum dicendi pulchrè non ducitur, cum ſpumantes vndarum vertices irruunt, qui peritiſsimum regimẽ ſæpe ſoluere clauum cogunt. Sic, ſic nimirum nec ſyluoſa colere deuotus arator ingrediens, rectas ſulcorum diſponit lineas, ſi ea prius reducto vomere ſæpius nõ reſcindat: quia artem facilitas nulla ſequitur, ſi eandem arandi peritiam conſuetudo culturæ præeſſe nulla videatur. Verum nec planitiẽ hiſtoriæ quis hac æſtimatione conſideret, quia plæruoque tantò difficilius ad ſpiritalium ſenſuum ſecreta pertingimus, quãtò in litera planiori ſecretorum aditum ſitum longius videmus: & eo
I eius tangere ſumma nõ poſſumus, quò gradus eſt inferior, vnde tãgere ſumma cogitamus. Quid enim eſt intellectus diuinitatis, niſi ineffabilis quædam ſumma celſitudinis? Et quia omnipotens deus per ſcripturas agnoſcitur, quid eſt eadẽ ſacra ſcriptura niſi gradus quidam qui conſcenditur, vt illa ſublimitas contingatur? Quoties ergo hiſtoria planior eſt, ſed altior intellectus, quid eſt aliud, niſi quia talem gradum illa ſublimitas habet, à quo facile contingi non poteſt? Si ergo aliquid indecens etiam in planioris hiſtoriæ explanatione lector inſpexerit, tãto benignius dare veniam poterit, quanto rationabilius agnoſcit, quia dum à plano quod cernitur, ad illa ſublimia vltra nos tendimur, facilè vacillamus. Priora igitur voluminis quia tam ſanctæ Eccleſiæ ſacramenta continent, quàm mores electi hominis demonſtrant, poſiti in ſtudio bonæ conuerſationis, ſub vtroque intellectu ſigillatim ediſſero: vt cum in actibus veterum, nouæ fidei rationes agnoſcimus, in eis etiam conuerſationis noſtræ ædificationem capiamus. Sed & quia in ſalute fidelium fides operibus prior eſt, typicam ſignificationem velut ſolidum fundamentum præmittimus, cui totius ſuſcepti operis fabrica in morali, vel hiſtorica expoſitiõe imponatur, vel ſubſequatur.

DIVI GREGO- K
rij Papæ in primum Samuelis, qui & Regum primus dicitur, variarum enarrationũ Libri ſex.

LIB. I. CAPVT I.

Fuit vir vnus de Ramatha Sophim de monte Effraim, & nomen eius Helchana, filius Hieroboam, filij Heliu, filij Thau, filij Suph Effrathæus.

QVem ergo vir iſte nobis inſinuat, niſi dominum ac redemptorem noſtrum, qui & in infirmitate noſtræ carnis apparuit, & tamen eandem ſuſceptæ naturæ infirmitatem vitæ remitioris blãditiis non ſubegit? Vir quippe à virtute nominatur. Homo autem in paradiſo conditus, bellum cum apoſtata angelo habuit, cui tamen per conditionalem virtutem reſiſtere non curauit. Fortis ergo conditus, ſed hoſti eneruiter ſubiugatus, vir non fuit ex congreſsione, qui fuit ex munere. Sic itaque factus eſt fortis, vt damnata humana natura, victori hoſti præualere non poſſet, ſi hanc ille non aſſumeret, qui ſupra homines extitiſſet. Factus eſt itaque præliator noſter, conditor noſter. Sed vtrum vir fuerit noſcitur, ſi ex oſtenſa virtute conſideretur. Aſſumpſit noſtram naturam, quæ dum in ipſo vinceret, nobilitatem conditam repararet, & fieret in redemptore infirma valida, quæ in Adam facta fuerat fortis infirma. Cui nimirum dum ieiunaret in eremo tentator affuit, antiquæ victoriæ ſuæ tela reparauit, gulæ elationis ac ſuperbiæ tacula intorſit, ſed eum ſibi per omnia reſiſtentem reperit. Vir ergo claruit per victoriam, qui fortem iam victorem apoſtatam Angelum ſuperans, non ei potentiam ſuæ diuinitatis exhibuit, ſed infirmitatem humanitatis. Hũc virum Propheta Hieremias conſiderans ait: Fœmina circundabit virum. Hunc Zacharias monſtrat, dicens: Ecce vir oriens nomen eius. Hunc beatus Petrus apoſtolus Iudæis prædicans dicit: Ieſum Nazarænum virum approbatum à deo in vobis, virtutibus & prodigiis & ſignis, hunc præfinito conſilio, & præſcientia Dei, traditum per manum iniquorum affligentes, interemiſtis. Hinc eidem redemptori in via colloquens Cleophas, ait: De Ieſu Nazareno, qui fuit Propheta potens in opere & ſermone. M Vir etenim fuit, qui & in hoc mundo ab Eccleſia expulit antiquum hoſtem, & in inferno, moriẽs, alligauit. Et quia qui morieus inferni vires comminuit, reſurgens nobis aditum reſerauit æternitatis, magnitudinem virtutis ſuæ non ſolũ viuendo monſtrauit nobis, ſed etiam moriendo & reſurgendo. Quia ergo redemptor noſter per humanitatem quam aſſumpſit, magnæ virtutis opera egiſſe cognoſcitur, rectè is qui eum typo ſignificat, vir fuiſſe perhibetur. Sed quærendum eſt, cur dicatur vir vnus. Nam ſi vnitas hæc referatur ad numerum, ſuperfluum videtur: vnuſquiſque enim vnus, & non duo eſt. Et ſanctus Samuel à quo iſta ſcribuntur, contra morem ſcriptorum ſanctæ Eccleſiæ fruſtrà inchoaſſe nullatenus credendus eſt. Nam ſcriptor illius voluminis, cum beati Iob vitam ad exemplum fidelium duceret, ſic exorſus eſt: Vir erat in terra Hus, nomine Iob. Euangeliſta etiam Lucas, cũ in principio ſui Euangelij iuſti ſacerdotis præconia diceret, ait: Fuit in diebus Herodis regis ſacerdos nomine Zacharias. Nam nec ille ait vir vnus, nec Euangeliſta, fuit ſacerdos vnus. Quid eſt ergo quod electus Propheta contra vſum ſcriptorum, ſcribendi tale cœpit exordium? Sed quia non ſolum ſcriptor erat, ſed etiam Propheta, nouerat de quo hiſtoria diceret: & qui per hiſtoriam dicebatur, nouerat quem ſignaret. Quod ergo de hiſtoria, præter vſum narrat hiſtoriæ, hoc ad vſum catholicæ

Allegor. Gene. 1. Matth. 4. Hiere. 31. Zachar. 6. Act. 2. Luc. 24. Iob. 1. Luc. 1.

A licè fidaciùs intellectu loquitur allegoriæ. Vnde & hac noua
confessione, sicut tota confitetur Ecclesia, quia deus & homo
vnus est Christus. Dicit ergo, fuit vir vnus, quia de deo homi-
ne loquebatur, vt deitatem, & humanitatem eius assereret, & nō
aliam suscipientis verbi, & suscepti hominis personam, sed Dei
& hominis vnam, eandemque esse apertius demonstraret: quæ
tamen vnitas, ad excellentiam dignitatis eius referri conuenien-
ter potest. Nam & si redemptorem alium sancta Ecclesia non ha
buit, ex virtutis ostensione viros nonnullos habuit. Dum ergo
vnus dicitur, incomparabilis demonstratur. Nam æqualem non
habuit, qui dum humano generi excellenti vita, & verbo con-
suluit, singulari munere dare potuit dona redemptionis. Vnde
Ioan.5. & Paulus ait: Abundantiam gratiæ, & donationis & iustitiæ ac-
cipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Hanc
Isa.15. excellentiæ suæ dignitatem per semetipsum Iudæis impro-
perans ait: Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, pec-
catum non haberent. Excellētiam quoque pulchritudinis eius
Psal.44. Psalmista considerans dixit: Speciosus forma præ filiis homi-
num, diffusa est gratia in labiis tuis. Singulare bonum redem-
Isaiæ.53. ptionis Esaias in eo testificans, ait: Vere languores nostros ipse
tulit, & iniquitates nostras ipse portauit. Singularem quoque
dignitatem eius, æternus genitor ostendens, à magnifica gloria
2.Pet.1. clamauit dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene
Actо.3. complacui. Vnus vir erat, quem Petrus confitens, ait: Non est
B aliud nomen datum sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri.
Philip.2. Hanc excellentiæ eius magnitudinem, Paulus asserit, dicens:
Dominus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super o-
mne nomen. Et quia excellentia virtutis eius non solum electos
homines, sed etiam cunctos beatos Angelos superat, Hebræis
Heb.1. hunc prædicans Paulus dicit: Qui cum sit splendor gloriæ, &
figura substantiæ eius, portans omnia verbo virtutis suæ, pur-
gationem peccatorum faciens, sedet ad dexterā maiestatis in ex-
celsis, tanto melior Angelis effectus, quanto differentius, præ
illis nomē hæreditauit: Cui enim dixit aliquando Angelorū, fi-
lius meus es tu, ego hodie genui te. Et rursum: ego ero illi in
patrem, & ipse erit mihi in filium. Rectè ergo vir vnus dicitur,
cui nemo comparatur. Sed quem tantum agnouimus, audiamus
iam vnde esset. De Ramatha Sophim, de monte Effraim. Rama-
tha, Sophim, & Effraim, Hebraica nomina sunt, quorum pri-
mum in lingua nostra sonat visio consummata: secundum vero
specula: tertium denique frugifer, siue fructificans interpreta-
tur. Quæ autem est visio consummata, nisi Dei omnipotentis
cognitio perfecta? Hanc profecto consummatam visionem, do-
1.Cor.13. ctor gentium insinuat, dicens: Videmus nunc per speculum in
ænigmate, tunc autem facie ad faciem: nunc cognosco ex parte,
tunc cognoscam, sicut & cognitus sum. Et quid in specula, nisi
illa Angelorum sublimitas intelligitur? Specula quippe in su-
blimi, ad clariorem visionem eligitur. Ramatha autem Sophim
C rectè dicitur, quia illa conditoris nostri perfecta cognitio, à so-
lis illis beatis ciuibus haberi potest, qui in superna illa subli-
mitate consistunt. Iubar quippe æterni luminis in sui plenitudi-
ne, non in imo præsentis exilij, sed de statu respicitur æternæ
sublimitatis. Vnde bene Ramatha Sophim, in monte Effraim
sita, perhibet. Quis est enim mons Effraim, nisi cœlū? Mons quip
pe est frugifer, qui æternæ pulchritudinis flores, & fructus inde-
ficientis gaudij, semper profert. Bene autem, & Ramatha, & So-
phim in Effraim monte sita perhibetur, quia illa omnipotentis
Dei æterna visio, & altitudo illa ciuium beatorum, non in ter-
ra habetur, sed in cœlo. De Ramatha nanque se esse insinuans,
ait: Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem. Hinc iterum
Ioan.10. dicit: Nemo nouit filium nisi pater, & patrem nemo nouit nisi
Matth.11. filius, & cui voluerit filius reuelare. De specula, hoc est subli-
mi fuit, qui & Iudæos increpans dicit: Vos de deorsum estis,
Ioan.8. ego autem de supernis sum: Vos de hoc mundo estis, ego au-
Ioan.6. tem non sum de hoc mundo. De monte Effraim fuit, quia dicit:
Idem.3. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. De monte Effraim
Mal.18. eum fuisse Ioannes Baptista affirmans, ait: Qui de cœlo venit,
1.Corin.15. super omnes est. Hinc Psalmista, ait: A summo cœlo egressio
eius. Hinc gentium doctor ait: Secundus homo de cœlo cœle-
stis. Vir ergo qui vnus fuisse asseritur, de Ramatha Sophim de
monte Effraim extitisse perhibetur, quia qui inter omnes na-
tus supra omnes enituit, inde tantus in terra apparuit, quia de D
cœlo venit. De Ramatha quippe Sophim fuit, quia & si in-
comparabilis hic refulsit, magnitudo tamen excellentiæ eius
non capitur, nisi vbi eius perfecta cognitio æternis ciuibus ex-
hibetur. Nam hic eum in excellentia virtutis aspexerat, qui di-
cebat: Quod vidimus & audiuimus & manus nostræ contrecta- *1.Ioan.1.*
uerunt de verbo vitæ. Sed quia magnitudinem excellentiæ eius
non viderat, in Ramatha eam nobis repromittit, dicens: Cum *1.Ioan.3.*
apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.
Potest autem huius montis nomine, beatissima semper virgo *B. Maria*
Maria dei genitrix designari. Mons quippe fuit, quæ omnem *mons.*
electæ creaturæ altitudinem electionis suæ dignitate transcen-
dit. An non mons sublimis Maria, quæ vt ad conceptionem æ-
terni verbi pertingeret meritorum verticem supra omnes An-
gelorum choros, vsque ad solium deitatis erexit? Huius enim
montis præcellentissimam dignitatem, Esaias vaticinans, ait: *Esaiæ.2.*
Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in
vertice montium. Mons quippe in vertice montium fuit, quia
altitudo Mariæ supra omnes sanctos refulsit. Nam sicut mons
altitudinem, ita domus designat habitationem. Mons quippe,
& domus aptè dicitur, quæ dum incomparabilibus est illustra-
ta meritis, Dei vnigenito in quo recumberet sacrum præ-
parauit vterum. Nam mons in vertice montium Maria non fie-
ret, si supra Angelorum altitudinem, hanc diuina fœcunditas
non leuaret. Et domus domini non fieret, si in eius ventre, per E
assumptam humanitatem, verbi diuinitas non iacēret. Sed re-
ctè mons frugifer dicitur, de qua optimus fructus, id est, nouus
homo generatur, quam certè in fœcunditatis suæ gloria pul-
chram, ornatámque Propheta respiciens, ait: Egredietur vir- *Esaiæ.11.*
ga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. De huius nan-
que montis fructu, Dauid deo exultans, ait: Confiteantur tibi *Psal. 66.*
populi deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fru-
ctum suum. Terra quippe fructum suum dedit, quia quem vir-
go peperit, non concepit materiali opere, sed Sancti spiritus
obumbratione. Hinc eidem regi, & prophetæ à domino dici-
tur: De fructu ventris tui ponam super sedem meam. Hinc E- *Psal.131.*
saias, ait: Erit fructus terræ sublimis. Nam quem virgo ge- *Esaiæ.4.*
nuit, non solum homo sanctus fuit, sed etiam potens deus. De
hoc fructu ad eandem beatam virginem, Helizabet salutante
dicitur: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ven-
tris tui. Rectè igitur mons Effraim dicitur, quæ dum ineffa-
bili dignitate diuinæ generationis attollitur, in eius fructu, a-
rida humanæ conditionis germina reuirescunt. Vir igitur de
Ramatha Sophim factus est de monte Effraim: quia qui per di-
uinitatis suæ potentiam Angelos condidit, de carne præcelsæ
virginis, formam suscepit humanitatis. Et quia per humanita-
tem, quam assumpsit, non ex infidelibus, sed ex fidelibus na-
sci voluit, sequitur: Filius Hieroboam, filij Helin, filij Thau,
filij Suph.) Quatuor quippe patrum nomina assignantur, F
quia dum ex fideli populo dominus carnem sumpsit, eos per
humanitatem patres habuit, quos totidem principalium vir-
tutum gloria illustrauit. Vnde & non ad infidelem aliquem,
sed ad fidelem Abraham diuina promissione dicitur: in semi- *Gene.22.*
ne tuo benedicentur omnes gentes terræ. Hinc Euangelista
Matthæus generationis eius ordinem texens, ait: Liber ge- *Matt.1.*
nerationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham. Hinc per se-
metipsum Samaritanæ mulieri loquitur, dicens: Salus ex Iu-
dæis est. Hinc Paulus, ait: Quorum adoptio est filiorum, & *Ioan.4.*
gloria & testamentum, & obsequium, & legislatio, & promis- *Roma.9.*
sa, quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui
est super omnia deus benedictus in secula. Quibus profecto
quia & prudentia affuit in cognitione rerum, Iustitia, qua co-
gnita, disponere recta cuperent, Fortitudo, qua exequi quæ
vellent, bona potuissent, Temperantia, per quam discretè
cuncta perficerent, aptè quaternario numero designantur.

Sequitur: Effrathæus.) Qui autem de Effraim monte af-
seritur, cur Effrathæus esse perhibetur? Sed hoc ad literam pa-
tet, quia videlicet de Effraim monte esse aliquis potuit, qui de
tribu Effraim natus non fuit. Dicitur ergo Effrathæus, vt qui
ex loco ostenditur, de stirpe etiam propaginis agnoscatur.
Quia verò Effrathæus fructificans dicitur, rectè hoc personæ
redem-

G redemptoris aſcribitur, qui prophetæ vaticinio prædicatur:
Eſa.1. Erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum in tempore ſuo. Nam in præfinita apparens plenitudine temporum, cœleſtis doctrinæ flores, in poma vertit electorum, & quotquot ſibi coniunxit ex humano genere, quaſi tot fructus protulit ad æternitatem: quo in loco dum redemptoris vita deſcribitur: latenter etiam diaboli perditio demonſtratur. Nam de monte Effraim fuit, & tamen Effrathæus non fuit, quia de cœlo quidem cecidit, ſed arbor peſſima bonum fructum non dedit, Qui habebat duas vxores nomen vni Anna, nomen ſecundæ Fenenna, fuerúntque Fenennæ filij: Annæ vero non erant liberi.) Quid per Fenennam niſi ſynagoga exprimitur? Et quid per Annã, niſi ſancta Eccleſia figuratur? Fenennæ quippe filij fuiſſe referuntur, quia cum redemptor noſter in carne apparuit, per legem quam dederat, per prophetas, quos miſerat, æditos in fide ſynagogæ filios inuenit.
Annæ autem non erãt liberi, quia nouitia tunc, & cœleſti ſponſo nuper coniuncta ſancta Eccleſia, prædicando adhuc nequaquam pariebat. Vnde & ei eiuſdem ſponſi voce in cantico
Cauti.8. dicitur: Soror noſtra paruula eſt, & vbera non habet. Vel certe non pro inæqualitate ætatis filios non habuiſſe dicitur, ſed per infœcunditatem ſterilitatis. Quæ eſt ergo ſterilitas Annæ, niſi obduratio Iudææ? Quæ enim dura corda Iudæorum ad redemptoris fidem conuertere non potuit, nimirùm ſterilis
H fuit. Sed notandum, quia Fenenna quæ prius parere dicitur, vxor ſecunda nominatur. Prius quippe ſynagoga in fide filios ædidit, ſed tamen dignitate ſanctæ Eccleſiæ minor fuit. Secunda igitur vxor extitit, non tempore coniugalis copulæ, ſed inæqualitate prærogatiuæ. Sequitur: Et aſcendebat vir ille ſtatutis diebus de ciuitate ſua vt adoraret & immolaret domino deo exercituum in Sylo.) Quæ enim ſpiritualis ciuitatis redemptoris, niſi ſcriptura ſacra extitit? Hæc nimirum ciuitas ſuis ciuibus tot defenſionum munimina contulit, quot præcepta: tot arma eis præbuit, quot conſilia ſalutis. Quid autem fuit redemptori noſtro aſcendere, niſi in humanitatis forma, diuinitatis ſuæ alta reuelare? Et quia in ſacra ſcriptura cognoſcitur, de ciuitate ſua rectè aſcendere perhibetur. Statuti verò dies ſunt promiſsiones, de ſe in ſanctis ſcripturis poſitæ. Dies quippe ſunt, quia ad cognoſcendum eum, electis lucent. Statuti quoque dies ſunt, quia ab antiquis patribus in eodem ſacro eloquio eos eſſe poſitos non *ignoramus*. *Diem nanque* aſcenſus eius præfigebat Moyſes, cum dicebat: Prophetã vobis ſuſcitabit dominus de filiis veſtris, tanquam meipſum audietis.
Deute.18.
Gene.49. Diem quoque ſtatuebat, qui dicebat: Non deficiet ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectactio gentium. Diem huius aſcenſus ſtatuens, ait Michæas: Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam mi-
Mich.5. I nima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux, qui regat
Eſaiæ.7. populum meum Iſraël. Hinc Eſaias ait: Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Quotquot enim de illo legis, & prophetarum promiſſiones ſunt, tot ſtatutos dies ad eius aſcenſum intuemur. Nam
Ioan.5. velut in ſtatutis diebus aſcendebat, cum Iudæis dicebat: Scrutamini ſcripturas, in quibus vos putatis æternam habere vitam, quia ipſæ ſunt, quæ teſtimonium perbibent de me. Hinc iterum dicit: Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi, de me enim ille ſcripſit. Statutis ergo diebus aſcendit, quia promiſsionum inſignia quæ in ſanctis ſcripturis poſuit, apparendo monſtrauit. Poſſunt autem ſtatuti dies intelligi, promiſsi in aduentu eius ſplendores miraculorum. Quos nimirum dies
Eſaiæ.35. propheta Eſaias ſtatutos intuens, ait: Puſillanimes, confortamini & nolite timere, ecce deus noſter vltionem adducet rettributionis, deus ipſe veniet & ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum audient, tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Sed qui dies ſtatutos ad aſcenſum redemptoris agnouimus, vtrum in eis aſcenderit, videamus. Requiſitus nanque à Ioanne, ſi ipſum an alium expectarent, reſpondit miſsis diſcipulis, & ait:
Luc.7. Ite & dicite Ioanni quæ vidiſtis & audiſtis: cæci vident claudi ambulant, leproſi mundantur, pauperes euangelizantur, & beatus homo qui non fuerit ſcandalizatus in me. Statutis ergo diebus aſcendit, qui vt ab electorum ſuorum cordibus vetuſti K erroris caliginem pelleret, tot promiſſorum miraculorum ſplendoribus radiauit. Sed aſcendit vt adoraret, & immolaret, quia ad hoc cognoſci voluit, vt moriendo redimeret, quos viuendo docuiſſet. Adorauit quippe, quia in exemplum electorum ſe deo patri totum humilem, & abiectum per obedientiam præbuit. Immolauit autem, quia qui nobis exempla humilitatis viuendo dedit, ſe deo patri in ara crucis oblationem, & hoſtiam tradidit, & quos viuendo docuit, moriendo redemit. Vtrumque enim nobis valde neceſſarium nouit, & ideo alterum ſine altero non impendit: Nam cum natus eſſet in Bethleem Iudæ, eam *Matth.2.*
fraude Herodes ad interficiendum quæſiuit, ſed ſi tunc redemptor moreretur, immolaret vtique, & non adoraret: quia victima moriendo fieret, ſed quos morte debebat liberare, nequaquã viuendo docuiſſet. Et ſi viuendo nos docens, mori contemneret, *Matth.11.*
profectò adoraret & nõ immolaret. Vt ergo adoraret, perſequẽtem ſe regẽ in Aegyptũ fugit, & vt immolaret, diſſuadenti Petro exprobrauit, dicens: Vade retrò ſatana, nõ enim ſapis ea quæ dei *Idem.16.*
ſunt, ſed quæ hominũ. Adorare nanq; ſe inſinuans ait: Non veni *Ioan.6.*
facere voluntatẽ meã, ſed eius qui miſit me. Hinc, item dicit: Quę *Idem.8.*
ei ſunt placita, facio ſemper: Immolare etiam ſe inſinuans, ait: *Ioan.10.*
Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meam, & iterum ſumam eam, nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à meipſo, Poteſtatem habeo ponendi eam, & iterum ſumendi eam, & paulò pòſt: Ego ſum paſtor bonus, qui pono animam L
meam pro ouibus meis. Immolare eum Paulus intuens, ait: Tra- *Epheſ.5.*
didit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Aſcendit ergo vt adoraret, & immolaret: quia ad hoc ſe tot miraculis oſtendit, vt nos verbis & exemplis inſtrueret, & mortem noſtram moriendo ſuperaret. Sed notandum, quia cum ad immolandum Effrathæus aſcendere dicitur, Deus omnipotens, cui immolat, deus exercituum nominatur. Cur hoc fieri cognoſcitur, niſi quia redemptoris morte non vnus Iudaicus populus, ſed omnes gentes redimebantur. Quid enim ſunt fideles multitudines nationum, niſi dei omnipotentis exercitus? Hos nimirum exercitus ad regis ſui triumphum Pſalmiſta exultare cohortans, ait: Omnes gentes plau- *Pſal.46.*
dite manibus, iubilate deo in voce exultationis. Hos conuenire item intuens, dixit: *Omnes gentes quaſcunque feciſti, ve-* *Idem.85.*
nient, & adorabunt coram te domine, & honorificabunt nomen tuum. Dicitur ergo Dominus exercituum, quia profecto per mortem dominicam non ſolum electa Iudæa colligitur, ſed omnes gentes ad Dei omnipotentis ſeruitium perducuntur, quæ dum contra occultos hoſtes fideles acies virtutum armis robuſtas ducunt, per gloriam triumphi ad ſuperna regna perueniunt. Locus etiam immolationis declaratur, quia dicitur: In Sylo.) Sylo enim miſſus, ſiue miſsio interpretatur. Quid nanque per hanc miſsionem, niſi ſummi patris iniunctum vnigenito præceptum obedientiæ deſignatur? Quid eſt etiam quod in Sylo immolare dicitur, niſi quia non aliter ſe morti dedit, quàm M
à patre mandatum habuit? Non quippe immolaret in Sylo, ſi aliter moreretur, quàm præceptum à patre habuiſſet. Vnde & per ſemetipſum dicit: Sicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. *Ioan.14.*
Hinc Paulus ait: Factus obediens patri vſque ad mortem cru- *Philip.2.*
cis. In Sylo igitur & adorauit, & immolauit, quia tam viuendo, quàm moriendo patris ſui voluntatem fecit. Sequitur:
Erant ibi duo filij Heli, Ophni & Phinees ſacerdotes domini.) De quibus rectè quæritur, cur dicantur ſacerdotes domini, qui non valde inferiùs Belial filij eſſe referuntur? Sed ſi ad literam ſimpliciter iſtud de Heli filiis quæritur, facilè reſpondetur, quia eo tempore ſacerdotes domini dicti ſunt, quando ſimulachrorum ſacerdotes ex deorum falſorum nominibus cenſebantur. Cum ergo dicuntur ſacerdotes domini, per inſignia fidei, à ſimulachrorum cultoribus diſcernuntur. His enim verbis eorum fides, & non vita prædicatur, quia & prauitatem exercebant operis, ſed non errabant in fide conditoris. Quòd tamen & tempore diuinæ incarnationis Iudææ prælatis conuenienter aſcribitur. Qui nimirum ſacerdotes duo eſſe referuntur, & hoc ipſum non refertur ad virtutis laudem, ſed ad calliditatis reprehenſionem. Vnde & per ſemetipſum dominus eis comminatur, dicens: Væ vobis Scribæ & Pha- *Matth.*
riſæi

A riſæi hypocritæ, qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ à foris videntur pulchra, intus ſunt plena oſsibus mortuorum. Sed quid eſt, quòd ibi eſſe referuntur? Si enim Sylo, id eſt, miſſio, illam ſummi patris præceptionem ſignificat, quomodo prælati Iudææ ibi fuerunt, qui eum cui iniuncta fuit, non recipiendo venerati ſunt, ſed expellendo peremerunt? Ibi tamen fuerunt, quia & ſi crudeliter ſæuierunt in mortem Domini, ex illa tamen crudelitate non ſunt conſecuti, quod ſæuiendo ſtatuerunt, ſed æterni patris conſilium in eius vnigeniti morte complebant: Conſilium nanque eorum fuit, vt eum ideo morti traderent, ne in ipſum populus credere potuiſſet, ſed qui perſecutores ſuos iniunctæ ſibi paternæ præceptionis adiutores habebat, mortuus reſurrexit, & omnis mundus in eum credidit. Ibi enim erant filij Heli, Ophni, & Phinees, id eſt, in miſſione, quia redemptor noſter ad implendam patris ſui voluntatem Iudæorum prælatos fautores habuit, quanquam ipſi ſe ei nequaquam fauere crederent, quem occidere non pauiſſent.

Vnde & ſequitur: Venit ergo dies & immolauit Helchana, dediſtque Fenennæ, & filiis & filiabus eius partes.) Quem diem iſtum eſſe credimus, niſi quem ſcripturæ ſacræ teſtimonio Eſaias ſtatuit, dicens: Tanquam ouis ad occiſionem ducetur, & ſicut agnus coram ſe tondente ſine voce, non aperiet os ſuum. Venit quippe dies cum claritas promiſsi oraculi tempus oſtendit dominicæ paſsionis. Tunc immolauit Helchana, quia ſe redemptor noſter æterno patri in ſacrificio noſtræ abſolutionis, B per mortem crucis obtulit. Tunc Fenennæ, & filiis, & filiabus eius dedit partes, quia nimirum electos Iudææ, quos apud inferos reperit, ad paradiſi gaudia reportauit. Partes quippe eorum, ſunt dona gaudiorum perennium. Vnde & Pſalmiſta ſortis ſuæ ſitum eligens, ait: Portio mea Domine ſit in terra viuentium. Bene autem ſeorſum Fenenna, & filij & filiæ ſeorſum in accipiendis partibus nominatur. Fenenna quippe doctores Iudææ ſignificat, filij vero validiores auditores eius, filiæ autem infirmiores, ipſius ſubditos deſignant. Seorſum ergo mater, & filij, & filiæ memorantur, quia propter diſparia electorum veterum merita, æqualia eorum præmia non fuerunt.

Sequitur: Annæ autem dedit partem vnam triſtis: quia Annam diligebat.) Quid eſt quòd cum partes Fenennæ, & filiis, & filiabus dedit, triſtis nequaquam fuit: cum vero partem vnam Annæ tribuit, triſtis fuiſſe perhibetur? Sed quid eſt vna pars Annæ, niſi temporalis afflictio ſanctæ Eccleſiæ? Hanc nanque ei partem dabat, cum dicebat: Amen amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos vero contriſtabimini. Hanc partem ei dabat, cum Ananiæ Paulum commendaret, dicens: Vade, quia vas electionis eſt iſte, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Iſraël: ego enim oſtendam ei, quanta eum oporteat pro nomine meo pati. Vnde in eius acceptione idem doctor gentium gloriatur, dicens: Adimpleo ea, quæ deſunt paſsiõis Chriſti in corpore meo. C Hinc iterum dicit: Ego ſtigmata Ieſu in corpore meo porto. Hinc ait: Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce domini mei Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Vnam quippe partem à ſponſo ſuſceperat, qui gloriari in ſola cruce diſponebat. Cum ergo partes Fenennæ tribuit, Helchana triſtis non fuit, quia redemptor noſter electos ſynagogæ, poſt mortis triumphũ, paradiſi gaudiis iam lætus reddidit. Annæ autem partem triſtis tribuit, quia non compati ei non poterat, quam mortis coniugem relinquebat, & crucis hæredem. Vnde & patiente Stephano, apertis cœlis Ieſus ſtare perhibetur. Stare enim eius compati eſt. Quod autem ſubditur, quia Annam diligebat, vtriuſque rei cauſa intelligi conuenienter poteſt. Nam ſiue hunc ideo triſtem eſſe quis accipiat, quia Annam diligebat, ſiue idcirco ei partem vnam tribuiſſe, à bono intellectu non vacat. Si enim non diligeret, compati eius paſsionibus nequaquam vellet. Nam cur illa de Aegypto educitur, niſi quia ad paſsionem inuitatur? Sed ei lacte, & melle emanantia loca promittuntur. Bene igitur cum ei partem vnam dare dicitur, diligere eam perhibetur: quia nimirum redemptor noſter ſanctæ Eccleſiæ, & ſi crucis ſuæ laborẽ credidit, excellentiora ei valde in cœlo conſtituit dona retributionis. Cuius nimirum paſsionis incrementa ediſſerens ſubdit, atque ait: Dominus autem concluſerat vuluam eius. Affligebat quoque eam D æmula eius, & vehementer angebat, in tantum, vt exprobraret ei, quia concluſerat Dominus vuluam eius.) Vuluam quippe ſanctæ Eccleſiæ Dominus clauſit, quia ſummo eius iudicio repulſum Iudæorum populum, in redemptoris noſtri fide generare non potuit. Quam nimirum eius æmula afflixit, quia contra eam ſynagoga minis, atque exprobrationibus ſæuit. Sed ei, quam nec minæ, neque contumeliæ fregerant, etiam tormentorum pœnas inferebat. Bene itaque eam non ſolum affligere, ſed vehementer angere perhibetur, quia repulſa Iudæa contra electam Eccleſiam cum terrore minarum, mouit, & plagas cædit? Vnde & de perſequente tunc Saulo, in Apoſtolorum actibus dicitur: Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis in diſcipulos domini, acceſsit ad principem ſacerdotum, & petiit ab eo epiſtolam in Damaſcum, vt ſi quos inueniret huius viæ viros, vinctos perduceret in Hieruſalem. Qui enim minas, & cædes ſpirabat, nimirum eam, quam non bene æmulabatur, Eccleſiam, non ſolum affligebat, ſed etiam angebat. Nam eius æmulum ſe fuiſſe fatetur, dicens: Audiſtis enim aliquando conuerſationem meam in Iudaiſmo, quoniam ſupra modum perſequebar Eccleſiam Dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionũ. Et quia in tantæ damnationis profundum Iudæa cecidit, vt inde lætetur, quòd æterna Dei animaduerſione proiicitur. Subiunctum eſt: Intantum vt exprobraret ei, quòd Dominus concluſiſſet vuluam eius.) Adhuc E quippe pro magno habebat, quòd conuerti ad fidem non præualebit. Quaſi ergo magnitudinem cæcitatis eius propheta admirans, ait: Tanta caligine erroris deprimitur, vt inde bonis inſultet, quòd ipſa bona fieri vltra non poteſt. Cui profecto pereunti, quia ſancta Eccleſia condoluit. Sequitur: Porro Anna flebat.) Nam & doloris ſui lamenta protulit, dicens: Triſtitia eſt mihi magna, & continuus dolor cordi meo: optabam quidem & ipſe anathema fieri pro fratribus meis à Chriſto, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem. Et quia de eorum conuerſione gaudium non recepit, ſubditur: Et cibum non capiebat.) Cibum denique caperet, ſi de Iudææ integra conuerſione lætitiæ refectionem habuiſſet. Quæ ergo fleuit, cibum non accepit, quia quæ depereunti Iudæa doluit, de eius ſalute gaudium non recepit. Sed cibus lætitiæ, qui de Iudæorum conuerſione non datur ſanctæ Eccleſiæ, per ſponſi cohortationem porrigitur. Nam verba prædicationis eius, & ſi auditores non recipiunt reprobi, non tamen vacant à mercede retributionis. Omnipotens enim deus & hoc remunerat, quod ſine reproborum profectu reprobis impeditur, & quod electis prædicatoribus aduerſitatis ingerunt, per liberam æqui examinis in lucro eis penſat retributionis. Vnde apte ſubinfertur: Dixit ergo ei Helchana vir ſuus: Anna cur fles? Et quare non comedis? Et quamobrem affligitur cor tuum? Nunquid non ego melior ſum tibi quàm decem filij?) Quaſi ergo per internæ inſpi- E rationis ſolatium menti doctoris redemptor dicat: Fruſtra de amiſſo lucro prædicationis quæris, quæ eo abundantiorem fructum recipis, quo affectum charitatis etiam inimicis impendis. Inde igitur doles, vnde gaudere debuiſſes. Et quia ipſe eſt electorum præmium, interrogat, dicens: Nunquid non ego melior ſum tibi quàm decem filij?) Decem nanque filios Anna pareret, ſi primitiua Eccleſia Iudæorum populum ſub decalogo legis poſitum in fide genuiſſet. Et quia nonnulli prædicando proſunt aliis, qui per multa diſplicent conditori, ratione oſtenditur, quia melior vir ſuus Annæ: quàm decem filij ſunt. Poteſt autem & per hoc quod cur fleat inquiritur ipſius Iudææ perditio deſignari. Quaſi dicat: Ociosè plangitur, cui iuſtorum prece nequaquam indulgetur. Cum ergo ſubſequenter interrogat, quare non comedis? profecto ei gaudium de conuerſione gentilitatis intimatur. Quaſi ergo dicat: Cum orbem vniuerſum parere debeas, fruſtra non gaudes, quod ea quæ proiecta eſt, erroris tenebras non relinquat: Sequitur: Surrexit ergo Anna poſtquam comederat, & biberat in Sylo, Heli ſacerdote ſedente ſuper ſella ante poſtes templi Domini: & cum eſſet amaro animo, orauit ad dominum flens largiter, & votum vouit.) Quid enim fuit

tunc

G tunc ſanctæ Eccleſiæ manducare, niſi cibum ſolatij diuina cohortatione ſuſcipere? Et bibere ei quid extitit, niſi de infuſa ſibi internæ conſolationis ſuauitate gaudere? Nam ſi cibus confortat, potus exhilarat. Cibum ergo ſumimus, quando viſis æternis præmiis, inter aduerſa roboramur. Et quaſi poſt cibum bibimus, quia vbi ſe mens electi in æternorum bonorum roborat, eo copioſius gaudet inter magna aduerſa, quæ ſuſtinet, quo magnis laboribus ampliores repoſitas in cœlo retributiones videt. Audax quippe ſuperna refectione tunc reddita, vires renouat, vt tanto fortius terrena deſpiciat, quanto eam ſupernorum amor exaltat. Bene itaque poſtquam manducauit, & bibit, ſurgere Anna memoratur. Surrexit nanque, quia ad prædicationis inſtantiam animum reformauit. Et quia Iudaicus populus adhuc ſacrificiorum ritus, adhuc & honorem legalis magiſterij & ſublimitatem pontificalis dignitatis habebat, ſuper ſellam Heli ſacerdos ſedere perhibetur. Quod tamen legis magiſterium, quia non ſpiritualiter, ſed carnaliter exhibere poterat, non intra templum, ſed ante poſtes templi ſedebat. Quid eſt enim templum domini, niſi ſpiritalis intelligentia ſanctarum ſcripturarum? Poſtes autem templi ſunt Lex, & Prophetia. Vnde & in
Matth. 17. monte dominus in medio Moyſi & Heliæ transfiguratus apparuit: quia tunc diuinitatis eius ſplendor aſpicitur, cum non in occidente litera, ſed in ſpiritali legis & prophetiæ ſignificatione, eius ſacramenta requiruntur. Heli ergo ſedebat ante poſtes templi, id eſt, foris, quia doctores ſynagogæ à ſpiritali ſcH pturarum intelligentia expulſi erant, & tamen in ſubuerſione ſubiecti populi, auctoritatem habebant magiſterij, & dignitatem prælationis. Anna autem amaro animo fleuiſſe ſcribitur. Et quia potum Annæ ad lætitiam retulimus ſanctæ Eccleſiæ, quæ lætari oſtenditur, amaro animo fleuiſſe quomodo narratur? Sed rationabiliter intelligi poteſt, quia ad lætandum hanc contemplatio ſupernæ retributionis extulerat, & compaſſio repulſæ Iudææ in amaritudinem animi afficiendo concitauit. Inter turbines quippe magnæ perſecutionis deprehenſa, reuelatis ſibi ſupernis præmiis exultauit, ſed in amaritudinem incidit, quia electum prius populum perire conſpexit. Vnde & orans largiter, flere deſcribitur, vt tantæ affectionis munere, *populi ſui ſalutem à domino impetrare potuiſſet.* Poteſt & hoc totum aliter intelligi. *Nam in Sylo, id eſt, in* miniſterio, quo miſſa eſt, manducauit, quia & ſi omnem Iudæorum populum lucrifacere non potuit, plures tamen ex eo
Actо.4. ad redemptoris fidem prædicando conuertit. Vnde & prædi-
Actо.2. cante Petro, vna die quinque milia hominum, altera verò tria milia crediderunt. Et quia quod bibimus, facilius glutire poſſumus, quàm quod manducamus, manducauit Anna & bibit, quia difficile alios, alios vero facile prædicando conuertit. Nam & ad prædictam Petri prædicationem plura milia vno momento crediderunt, ſed Paulus non ante credidit, quàm ipſis prædicatoribus per minas, & cædes vehementer obſtitit. Poſtquam
I autem manducauit, & bibit in Sylo Anna, ſurrexit, quia vt eos, qui erant prædeſtinati ad æternam vitam, de Iudæa abſtulit, ſeſe ad prædicationem gentium præparauit. Sed qualem gignere appetebat, oſtenditur per hoc, quod additum eſt. Et votum vouit, dicens: Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus, dederiſque ſeruæ tuæ ſexum virilem; dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ſuæ, & nouacula non aſcendet ſuper caput eius.) Quid eſt quod Anna virilem ſexum à Domino poſtulat, niſi quia eos quos ſancta Eccleſia parere prædicando appetit, Euangelica perfectione fortes eſſe concupiſcit? In comparatione quippe Euangelicæ perfectionis, opera illa legis, quæ videbantur fortia, non fuerunt fortia, ſed infirma.
Leuiti.19. Ibi enim mandatum eſt: Diliges proximum tuum, & odio ha-
Matt.5. bebis inimicum tuum. In Euangelio autem Dominus præcipit, dicens: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos. Ibi immunditia fornicationis à corpore recidi-
Matth.5. tur, hic, vt fortitudo conuerſationis, quaſi virili ſexu præcellat, etiam à corde immunda cogitatio reſecatur: Qui viderit (inquit) mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Synagoga igitur quæ infirmitate præcepto-

rum Iudaicum populum genuit, non peperit ſexum virilem, K
ſed potius muliebrem. Anna itaq; dum virilem ſexū ſibi dari à domino poſtulat, quid aliud exoptare cernitur, niſi tales per Euangelium gignere, qui fortes appareant, & exteriori munditia corporis, & interna charitate? Et quia de conuerſione gentilium humanam gloriam prædicatorum ordo non appetiit, ſubiectum eſt. Dabo eum domino omnibus diebus vitæ ſuæ.) Domino nanque filium dat, qui de eo quem prædicando gignit, aliquid ſuis laudibus non vſurpat. Omnibus quoque diebus vitæ ſuæ hunc domino tribuit, qui de virtutibus, in quibus ſubditus meliorando proficit, propriis fauoribus nihil adſcribit. Dies nanque vitæ electi ſubditi ſanctæ virtutes ſunt, quæ eius animam coruſcando illuminant, ne in via cœleſtis patriæ vitiorum nocte tenebreſcat. Sed perfectus ordo prædicatoris, dum fauores de lucro prædicationis habere deſpicit, ſubditorum temporalia bona ambiendo, non tollit. Vnde bene quoque illic ſubditur: Et nouacula non aſcendet ſuper caput eius.) Nouacula cum ſuper caput aſcendit, capillos radit. Quid enim per capillos, qui corpori ſuperfluunt: niſi abundans terrenæ ſubſtantiæ copia deſignatur? Et quid per nouaculam, niſi malorum paſtorum cupiditas exprimitur? Qua nouacula nati filij caput raditur, cum bona ſubditorum per prædicatorum cupiditatem rapiuntur. Hinc nanque & delin- L
quenti Iudææ per Prophetam dicitur: Paſtores tui lupi veſpere, non relinquentes in mane. Veſpere nanque paſtores lupi *Sophon.*
fiunt: quia in tenebreſcente, atque decreſcente in fine iſto ſeculo, rapere ſubditorum bona non metuunt. Qui in mane non relinquunt, quia dum temporalibus inhiant, inalbeſcente aduentu futuri iudicis, danda ſibi præmia non reſeruant. Quos nimirum Michæas denotat, dicens: Prophetæ qui ſeducunt po- *Mich.3.*
pulum meum, qui mordent dentibus ſuis, & prædicant pacem, & ſi quis non dederit in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum prælium. Prophetæ quippe populum Domini ſeducunt, cum prædicatores reprobi auditorum ſuorum iudicia confundunt. Et mordentes dentibus pacē nunciant: quia in appetitu ſuæ rapacitatis, dum terrena flagitioſorum dona ſuſcipiunt, *eis diuinæ indulgentiæ ſecuritatem pollicentur. Super ipſos autem prælium ſanctificant, qui in ore eorum aliquid non dant: quia iuſtos etiam diſtrictis ſententiis terrent,* qui eis pro voto terrena non exhibent. Qui nimirum ſuper caput filij nouacula ponunt, dum prætextu charitatis cœleſtia prædicant, vt eis terrena per cupiditatem tollant. Hanc certè nouaculam, quod ſancta Eccleſia in prædam ſubditorum non habeat, doctor egregius in ſemetipſo oſtendit, dicens: Non quæro datum, ſed quæro fructum. Hinc item dicit: Qui *Philip.4.*
Euangelium annunciat, de Euangelio viuat. Ego autem non *1.Corin.9.*
ſum vſus hac poteſtate. Qui enim neceſſaria non curat à ſubditis alimenta percipere, oſtendit planè, qua mundani con- M
temptus ſublimitate, lucra turpia, & illicita dona confutaret. Anna igitur dum nouaculam non aſcenſuram ſuper caput filij vouet, apertè mores ſanctæ Eccleſiæ inſinuat, quæ ad æternam vitam electos loquendo parturit, ſed temporalia bona eorum per auaritiam nunquam tollit. Sed quia hoc de Anna adhuc vouente, & non pariente dicitur: aptè ſubinfertur.

Factum eſt autem dum illa multiplicaret preces coram domino, vt Heli obſeruaret os eius.) Quid fuit ſanctæ Eccleſiæ pro pariendi deſiderio preces coram domino multiplicare, niſi aſſiduis orationibus pro conuertenda ſynagoga inſiſtere? Et quid fuit Iudaico ſacerdotio os eius obſeruare, niſi prædicationi ſanctæ Eccleſiæ inſidiari? Os nanque eius obſeruauit: quia rectam prædicationem fidei reprehendere vehementer ſtuduit. Bene autem tunc os eius obſeruaſſe dicitur, cum illa preces multiplicaret: quia tanto callidius ei nocere ſtuduit, quanto maiora eius deſideria in prædicationis inſtantia recognouit. Denique os eius non obſeruaret, ſed attenderet, ſi prædicationis inſtantia recognouit. Denique os eius non obſeruaret, ſed attenderet, ſi prædicationem fidei noſtræ ad ſalutis ſuæ fructum audire voluiſſet. Sequitur: Porro Anna loquebatur in corde ſuo, tantumque labia eius mouebantur, & vox penitus non audiebatur.) Quid eſt aliud cor ſanctæ

Eccleſiæ

Universidad de Deusto Biblioteca

A Ecclesiæ, nisi ea quæ intra se est deuota,& erudita beatitudo fidelium? in corde autem suo Anna locuta est: quia sanctæ Ecclesiæ prædicatio eis tantum profuit, qui vero lumine illustrandi erant ex diuina prædestinatione. Quid verò est motus labiorũ, nisi signorum promotio in sanctis prædicatoribus? Qui profecto & si velut foris loquentia labia, & in imo stare videbantur, dum cæcis visum, auditum surdis, vitam mortuis dabant, magnos vtique meritorum motus exhibebant. Vnde & illud ingens labium sanctæ Ecclesiæ, dum loquens velut in imo stare videretur, quia non solum verbo, & cõuersatione humilis erat, sed & signorum potestate sublimis, vi motus sui, vsque ad cœlũ se extulit, dicens: Nostra cõuersatio in cœlis est. Heli itaque tãtum Annæ labia mota conspexit, & vocem penitus non audiuit: quia Iudaicum sacerdotium opera Apostolorum miratus est, sed ex eorum prædicatione non est promotus in salutem. Vox itaque Annæ non audiebatur, quia & si signorum ostensione sancta ecclesia mirabilis erat, dum prædicationis verba protulit, ad amorem redemptoris extraneos accendit. Sed quid de ea sentiat Heli, quam non intelligit. Sequitur: Aestimauit eam igitur Heli temulentam.) Hoc nimirum etiam iuxta historiam Actuum Apostolorum agnouimus, quia diebus pentecostes sancti Apostoli ebrij creditι sunt, cum accepta sancti spiritus plenitudine Christi magnalia omni lingua loquerentur. Spiritualiter autem sancta ecclesia ebria creditur, quam Iudæa non æ-
B stimat vera asserere, sed hæretica, & falsa prædicare. Ebria tamen erat, non potatione erroris, sed repletione spiritus sancti. Etenim mutare cor, mentem alienare consueuit ebrietas. Mutato autem corde pergebat, qui nuper domos intrans, fideles quosque minis terrens, cædibus lanians, iam eum, quem persecutus Iesum fuerat, verum esse omnipotentis dei filium prædicabat. Vnde & superioris sensus insaniam sese perdidisse glorians dicit: Qui prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci. Alium cor se accepisse testificãs, ait: Nos autem sensum Christi habemus. Vnde & tanto attentius prædicabat, quanto in sensu Christi vim maioris dilectionis acceperat. Sed dum ardenter sancta ecclesia diligeret, dum fiducialiter ea quæ diligebat prædicaret, Iudæorum sacerdotium eius verba in onere impatientiæ, non in suauitate deuotionis habuit: quare & sequitur. Dixitque ei vsquequo ebria eris.) Et quia ei silentium indicere tẽtauit, adiunxit: Digere paulisper vinum quo mades.) Vinum quo madebat Anna, digereret, si à feruore prædicationis sancta ecclesia Iudæorum minis victa, tepuisset. Et quia vltro prædicationis sensum ei subtrahere nitebãtur, vinum Anna paulisper digerere iubetur. An nõ digerere Annam Heli tunc iussit, cùm Iudæorum principes, cæsis Apostolis denunciauerunt, dicentes, ne vltra loquerentur in nomine Iesu? Sed qui illud quo madebant, digerere vinum noluerunt, respondentes dixerũt: Obedire oportet magis deo, quàm hominibus. Et iterum: Non pos-
C sumus quæ vidimus, & audiuimus non loqui. Sed quia sancta ecclesia inter verba libertatis, virtutem mansuetudinis custodiuit. Sequitur: Nequaquam domine mi.) Dominum namque vocauit, cui ministerium prædicationis exhibuit, sed dominum vocans, ebriam se esse abnegat, vt superiori ordini ex humilitate se subderet, & falsæ obiectioni ex veritate contrairet. Dominum namque eum vocans, honorauit: & ebriam se esse abnegans, quod non erat, satis humiliter ostendit. Potest autem ebrietatis obiectio erga sanctam ecclesiam aliter accipi. Nam dum ministerio Euangelicæ prædicationis insisteret, dum ex lucro credentium, in magnam populorum gloriam veniret, eam sacerdotes Iudæorum non putabant æternorum bonorum culmen appetere, sed terrenæ sublimitatis gloriam desiderare. Dum ergo ebria vocatur, euerso statu mentis cœlestia postponere, & appetere terrena reprehenditur. Sed quæ labentia bona seculi despexerat, dicit: Nequaquam domine mi. Nam mulier infœlix nimis ego sum.) Quasi dicat: Tu me labentis mundi fœlicitatem appetere cogitas, sed ego tanto infœliciorem me video, quanto fœlicitatis meæ gaudia hinc longius recognosco. Quia verò illic me futuram felicem credo, hic eo valde me infœlicem arbitror, quo ad gloriam nulla concupisco. Mulier quippe sancta ecclesia dicitur, pro fœcunditate, infœlix nimis pro fortitudine: quia & orbem verbo paritura erat, & orbis gloriam non posset perfectè despicere, si non eam supernus amor, D mira fortitudine roboraret: vel nimis infœlix fuit: quia de perditione populi sui non parum doluit. Quam profectò sapiens Salomon vehementer admirans, ait: Mulierem fortem *Prouer.31.* quis inueniet. Quo in loco etiam notandum est, quia non dicit mulier infœlix, sed nimis ego sum. Nimis nanque infœlix fuit, cui nullum de seculo blandimentum placuit. Vel certè nimis infœlicem se asserit, quæ se ab æternæ vitæ gaudiis expulsam, per primæ culpæ meritum meminit, ad quæ redire non præualet, nisi per multas vitæ huius tribulationes. Non enim nimis infœlix existeret, si ad perdita paradisi gaudia, sine præsenti tribulatione reuerti potuisset. Hinc nanque Paulus nimiæ huius infœlicitatis ærumnam ineuitabilem ostendens, dicit: Per mul- *Actu.14.* tas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Ac si ergo detrahenti sibi Iudaico sacerdotio, sancta ecclesia respondens, dicat: Tu mihi regnum adscribis infœlicitate temporis, sed meum illud est, ad quod non pertingitur, nisi ex afflictione multæ tribulationis. Sequitur: Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibi.) Vinum nanque non bibit, quia de prædicationis officio temporalia lucra non petiit. Aliud, quod inebriare potest, non bibit, quam in lapsum vitiorum, carnis cõcupiscẽtia non euertit. Iuxta superiorem verò sentẽtiam vinum non bibit, quæ aliquid prauitatis hæreticæ non habuit in refectione. Aliud quod inebriare potest, biberet: si de verbi facundia decepta tumuisset. Quia verò recta intentione vera do- E cuit, subdens, ait. Sed effudi animam meam in conspectu domini. In conspectu nanque domini animam effundere, est conceptam in mente verbi dei scientiam, pro solo conditoris amore prædicare. Anima quippe effunditur, cùm innatus verbi dei intellectus, ad vtilitatem audientium diuulgatur. Quisquis enim pro humanis fauoribus, quisquis pro terreno commodo, verbum dei prædicat, quia res alia de prædicatione attenditur, in conspectu domini verbum illud animæ non profertur. Quare & doctor gentium asserit, dicens: Nõ sumus sicut plurimi adul- *2.Cor.2.* terantes verbum dei, sed ficut ex synceritate, sed ficut ex deo, coram deo, & Christo loquimur. Anna ergo in conspectu domini animam suam effudit: quia sancta ecclesia in virtutum omnium culmine perfecta, in eruditione fidelium magna facundiæ verba protulit: sed ex vitæ verbis soli deo placere desiderauit. Cuius prædicationis etiam ministerium commendat, dicens:

Ne putes ancillam tuam quasi vnam de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris, & mœroris mei locuta sum vsque in præsens.) Quasi dicat: Quæ tibi æternæ vitæ bona loquitur, velut idololatra despici non meretur. Ancillam quoque suam se esse asserit, vt cognoscat ex nomine ministerij, quia ad æterna ei appetit lucra famulari. Sequitur: Quia ex multitudine mœroris, & doloris locuta sum vsque in præsens.) Quasi apertius loquatur, & dicat: hinc agnosce, quod nihil à malo spiritu habeam, quia ex multa pœna persecutionis, ad loquendum ve- F nio, & prædicationis instantiam, nullis pœnis victa derelinquo. Potest etiam dolor Annæ ad affectionem sanctę Ecclesiæ, mœror eius referri ad passionem. Ex multitudine quidem locuta est, quæ pereunti Iudaico populo, verbum prædicationis protulit ex affectu compassionis. Quod Paulus insinuat, dicens: Ve- *Rom.9.* ritatem dico in Christo, non mentior, testimonium perhibente mihi conscientia mea in Spiritu sancto, quoniam tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo: optabam egoipse anathema esse pro fratribus meis à Christo, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israẽlitę. Sed qui se ex multitudine doloris loqui insinuat, an ex multitudine loquatur, dicat: A Iudæis quinquies quadragenas, vna minus, accepi, ter *2.Cor.11.* virgis cęsus sum, semel lapidatus sum. Sancta verò ecclesia patienter aduersa tolerans, humiliter innocentię, & veritatis suę virtutem manifestans, quibusdam Iudęę sacerdotibus bonum prędicationis suę loquendo persuasit. Quare & subditur:

Tunc ait Heli: vade in pace, det tibi deus Israël petitionem quam rogasti eum.) Prius quippe Heli oranti Annę prolatis contumeliis contradixit, postea vero in eius sibi deuotione complacuit. Quid est hoc, nisi quod Iudaicum sacerdotium & per alios sui officij ministros prędicanti Ecclesię obstitit, & per alios cognitę demum fidei nostrę veritati consensit? Nam de obsistentibus dicitur, qui cęsis denunciauerunt Apostolis, di-

centes, ne vltra loquerentur in nomine Iesu. De cõsentientibus autem, idem Lucas meminit, dicens: Plurima turba sacerdotum obediebat fidei. Tunc ergo Heli pro voto fœcunditatis Annæ precatus est, cùm sacerdotum plurima illa turba fidei obediens, per prædicationem sanctæ Ecclesiæ electorum numerum multiplicari desiderauit. Quam certè in pace iræ optauit: quia fructum prædicationis eam desiderauit consequi, sine dolore passionis. Et quia in eorum voto sancta Ecclesia sibi complacuit, sequitur: Vtinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis.) Quasi dicat: Iuxta intuitum desiderij tui, opus ministerij mei subsequatur, gratia diuinæ dispensationis. Sequitur: Et abiit mulier in viam suam, & comedit & bibit, vultúsque eius non sunt amplius in diuersa mutati.) In viam suam mulier abiit: quia sancta Ecclesia verbum fidei gẽtibus prædicauit. Quod & Apostoli Iudæis comminantes, dicunt: Quia indignos vos fecistis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Quæ bene mulier tunc dicitur, cùm recedit, quia per prædicationem redemptoris, exhibitura erat in gentibus fructum magnæ fœcunditatis. Comedit autem, & bibit, & tamen vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati, quia magna lucra de conuersione gentium habuit, sed persecutionem quam in Iudæa passa fuerat, etiam in gentibus inuenit. Sed ordine quo abierit edisserens, ait: Et surrexerunt mane, & adorauerunt coram domino, reuersíque sunt, & venerunt in domum suam, in Ramatha.) Quid est autem quod supra de sola Anna singulariter dicitur, abiit mulier in viam suam: nunc verò pluraliter, surrexerunt mane: nisi vt cum viro descendere cognoscatur? Et quia vir sanctæ Ecclesiæ redemptor humani generis est, qui iam ad cœlos ascenderat, cùm ipsam Iudæam incredulitatis suæ caligine obrutam relinquebat, quomodo de Anna, & de viro suo Helcana intelligi in Christi & Ecclesiæ typo nunc potest, quod simul mane surgerent, & in ciuitatem suam pariter redirent. Sed quia ciuitatem Ramatha, cœlestem patriam designare iam diximus, quomodo hoc sanctæ Ecclesiæ conuenit, quæ statim vt à Iudæorum prædicatione cessauit, ad cœlestem patriam non ascenditur. Verum quia resurgens à mortuis dominus, missis in prædicatione doctoribus loquitur, dicens: Ecce ego vobiscum sum, vsque ad consummationem seculi, absurdum non est, vt cum eo sancta Ecclesia surgere, & reuerti sentiatur. Qui enim electos suos per spiritalem præsentiam nunquam deserit, & constantibus permanet, & cum abeuntibus recedit. Ramatha verò cœlestem patriam designare diximus, sed quod nihil aliud significare possit, non diximus. Quid ergo aliud hoc in loco significat, nisi adimpletionem prophetiæ in gentium vocatione? Ramatha quippe visio consummata dicitur (vt iam diximus.) Quid verò est gentium iam impleta vocatio, nisi prophetarum visio consummata? Nam visionem afferebat, sed non consummatam, qui de futuro adhuc, quod viderat, pronunciabat, dicens: Omnes gentes, quascunque feceris, venient, & adorabunt te coram te domine. Hinc item repromittit, dicens: Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Visio igitur consummata rectè prophetarum promissio dicitur: quia nimirum auctore deo, iuxta eorum oracula, in redemptorem humani generis omnes gentes crediderunt. Mane autem cum viro suo Anna surgere dicitur: quia sancta Ecclesia in exortu interni luminis ad gentes transiit, cum verbo prædicationis. Vel mane surgit, quod Iudæam in nocte infidelitatis deseruit. Mane etiam surgit, quia prosperum iter in conuersione gentium inuenit. Et coram domino adorauit, quia in repulsione synagogæ incomprehensibile iudicium venerata est omnipotentis dei. Adorauit quippe, & recessit, quia cùm à gentis suæ prædicatione pro sola dei omnipotentis ordinatione recederet, diuino iudicio per obedientiam obsecuta est, quod penetrare intelligendo, non potuit. Adorans autem reuersa est: quia ministerium prædicationis in vocatione gentium adimplere proposuit, sed tantum eiusdem prædicationis modum in superna contemplatione quæsiuit. Reuerti enim prædicatoribus est, ad diuinæ contemplationis lumen recurrere. Inde quippe lucem hauriunt, qua & ad venerationem fidelium luceant, & quam loquendo, auditorum suorum mentibus infundant. Hinc nanque est quod prædicator egregius ante ad tertij cœli secreta sustollitur, & sic terrena disponere perhibetur, & paradisi secreta ingrediens, verba percipit, quæ non licet homini loqui, vt discernere & loqui vtiliter foris possit. Anna ergo reuersa memoratur, quia sancta Ecclesia dum terrena disposuit: qualiter sint eadem terrena disponenda, in ea ad quam sæpe reuertitur, dei contemplatione instruitur. Et tunc demum in domum suam venit, quia in auditorum deuotione collocare se potuit, cùm accedendi ad eos modum, sursum reuertendo cognouit. Domum nanque sanctæ primitiuæ Ecclesiæ, gentium deuotio extitit, quam dum sibi in eis condidit, custodiæ sollicitudine inhabitauit. Quæ videlicet domus posita in visione consummata describitur, quia non antè condi potuit, quàm vocationis eius prædictum à prophetis tempus aduenit. Sequitur:

Cognouit autem Helcana Annam coniugem suam, & recordatus est eius dominus.) Helcana Annam coniugem suam tunc cognouit, cùm redemptor noster præfinitum tempus vocandæ gentilitatis aspexit, quo dum nouæ sponsæ sanctæ videlicet Ecclesię gremio gratiam superni amoris infunderet, nouam ex ea prolem fidelium generaret. Nam velut nondum cognoscebat eam, cùm volentes transire in Asiam prædicatores, à spiritu sancto prohibiti sunt. Hinc est, quòd cùm ad prædicationem Iudææ discipulos suos mitteret, per semetipsam veritas prohibet, dicens: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum non intraueritis. Quando autem cognouit Annam coniugem suam Helcana, tunc recordatus est eius dominus, quia gentilitas tunc venisse in dei memoriam visa est, cum sancta Ecclesia verbo dei per amoris gratiam coniuncta, in salute visitatur. Quid est hoc loco circulus dierum, nisi innumeris sancti spiritus ostensa radiis manifestatio diuinæ voluntatis? Quæ profectò dum prædicatorum suorum mentibus, in contemplatione suspensis, claritates supernæ dispositionis innumeras exhibet, nimirum veluti plures dies, temporum circulus clausas tenet. Circulus quippe dierum Annæ conceptum præuenit, quia sanctæ Ecclesiæ verbum dei ad docendum non antè infunditur, quàm ab ea supernæ dispositionis radij plenius agnoscantur. Quę concipiens filium peperit, quia ij quos in fide redemptoris parit, noua conuersatione robusti sunt. Et vocauit nomen eius Samuel, eo quòd à domino postulasset eum.) Samuel interpretatur nomen eius deus. Quem ergo nobis Samuel conuenientius insinuat, quàm prædicatorum ordinem, qui ad fidem vocatus est ex gentilitate? Quia enim fortis conuersatione est, potestate sublimis, & dum in eo speciale signum gratię diuinę conspicitur, ad venerationem prędicationis eius, deuotę auditorum turbę deducuntur, rectè nomen eius nuncupatione declaratur. Hinc est quòd ad Moysen à domino dicitur: Posui te in deum Pharaonis. Hinc item in lege prohibens, ait: Diis non detrahes. Et notandum, quia cuius nomen deus dicitur, filius, non filia fuit, quia certè pastoralis dignitas, cum infirma conuersatione deprimitur, splendore tam celsi nominis non ornatur. Quia igitur ordo doctorum ad euangelizandi ministerium ex gentilitate promotus, excellentię dignitatis suę, meritorum gratia impar non fuit, rectè nunc dicitur: Vocauit nomen eius Samuel, eo quòd à domino postulasset eum.) Et notandum, quia hoc loco postulare dicitur, quod postulando promeruit. Apertis ergo verbis ostenditur, cur Annę primogenitus tanto nomine censeatur. Quod tale est, ac si dicat: Idcirco ei tantum nomen imposuit, quia is, qui superno munere nascitur, meritorum gratia magnus fuit. Sed vt ostendatur quo studio eum prouida mater foueat, sequitur: Ascendit autem vir eius Helcana, & omnis domus, vt immolaret hostiam solennem, & votum suum, & Anna non ascendit. Dixit enim viro suo. Non vadam donec ablactetur.) Quæ est autem immolatio solennis hostiæ, nisi illa sanctæ ecclesiæ amoris oblatio, qua conditori coniungitur in æterna contemplatione? Ad hanc autem Helcana tunc ascendit, cum redemptor noster iam de morte triumphans, iam passibilitatis nostræ tenebras superans, carnem, quam pro nostra salute susceperit, ad cœlestia sublimauit. Cum quo & omnis domus eius ascendit, quia priores electos synagogæ in altitudinem immortalitatis extulit. Tunc immolauit solennem hostiam, cum se æterno patri per glorificatæ carnis materiam in cœlo exhibuit, & angelorum naturam

A naturam ſicut de redemptione noſtra, ita etiam de eorum reparatione lætificauit. Ad hanc ſolennem hoſtiam Anna inuitatur, quia ſancta Eccleſia ſuperni ſponſi ſpirituali cohortatione ad æternam contemplationem diuinę claritatis, per quotidiana deſideria amoris accenditur. Quæ tamen ab aſcenſu ſuo abſtinet, vt filium lactet, quia vt profit hic Chriſti paruulis, dilationem ſuæ gloriæ patienter ſuſtinet. An non ad immolationem huius ſolennis hoſtiæ mater illa inuitata fuerat, quæ dicebat: Philip.1. Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto? Sed quæ per amoris deſideria ad ſponſi ſpeciem trahitur, an amet lactare filium, dicat: 1.Cor.3. In carne mihi manere neceſſarium eſt propter vos. Quo etiam cibo ſe Corinthios aluiſſe inſinuat, dicens: Lac vobis potum dedi non eſcam. Lactare quippe paruulos ſanctæ Eccleſiæ eſt paſtoribus, infirmorum ſiue ſimplicium auditorum corda, planioris ſcripturæ pabulo enutrire. Quibus profectò idem doctor egregius dicit: 1.Cor.2. Nihil iudicaui me ſcire inter vos, niſi Chriſtum, & hunc crucifixum. Ablactantur autem infantes, cùm paruuli ſanctæ Eccleſiæ tam ſpiritualis eruditionis, quàm bonæ conuerſationis incrementa ſuſcipiunt, & iam non planiora ſacri eloquij, ſed alta eius ſacramenta requirunt. Et ablactatus infans ante conſpectum domini vt appareat, ducitur, cùm per adhortationem prædicatorum quiſquis ſubiectus bene proficiens, bonis operibus adornatur. Qui enim ad hoc ducitur vt appareat, non tantum vt videat, defertur, ſed etiam vt videatur.

B Quia enim in fine à domino multi audituri ſunt, neſcio vos, apparere in conſpectu domini Samuel dicitur, quia electus, & humilis ſubditus, dum perfectè præſentia deſpicit, aduenientе extremo iudice nequaquam reprobatur. Quos autem ſeculum in ſui amore defixos retinet, in conſpectu domini non apparent. Qui enim in honore rerum tranſeuntium videri elatiores appetunt, hoc profectò ſuperbiendo agunt, vt ab eo, quo ſolo videri debent honorabiles, nunquam videantur. Vnde & rex electus, & in rerum culmine poſitus, ne in flore ſeculi deciperetur, obſecrat, dicens: Ne proiicias me domine à facie tua. Pſal.50. Anna ergo & ablactare filium repromittit, & ante conſpectum domini vt appareat, ducere: quia ſancta Eccleſia electos ſubditos, quos erudit, præſentia perfectè deſpicere docet, & bona agere, & ad æterna bona per humilitatem feſtinare. Et notandum, quia ab ablactationis loco ductus aſſeritur, qui apparere debere in conſpectu domini perhibetur, quia videlicet, non parum intereſt ſpiritualis itineris, cùm ab eo, quod de cœleſti magiſterio diſcimus, in vſum perfectæ tendimus operationis. Quia verò à ſtudio eiuſdem boni operis nunquam ceſſandum eſt, ſequitur: Et appareat ibi iugiter.) Iugiter nanque ibi apparemus, vnde nunquam diſcedimus. Iugiter ergo in conſpectu domini apparere eſt, decorem bonæ conuerſationis nullis vitæ tenebris obſcurare, quia qui ad illicita nulla defluit, à ſecreto diuini intuitus nunquam exit, & quaſi in luce poſitum,

C hunc diuina bonitas reſpicit, quia eas, quas damnauit peccatorum tenebras, electione ſui examinis non attendit. Donec igitur ablactetur infans, ad immolandam ſolennem hoſtiam ſe non aſcenſuram Anna denunciat, quia ſancta Eccleſia tandiu cuſtodire filios proponit, quandiu de eorum perfectione ſecura fieri valeat: quia ipſi ab accepta bonitate vlterius non recedant. Poteſt tamen aſcenſus ſolennis hoſtiæ ad altitudinem ſanctæ prædicationis referri. Nam de aſcenſu viri eius per prophetam Pſal.17. ſcriptum eſt: Aſcendit ſuper Cherubim, & volauit ſuper pennas ventorum. Super Cherubim quippe dominus aſcendit, quia in ſublimibus prædicatorum ſuorum mentibus aſcendit, & ſcientiæ ſuæ altitudinem ponit. Et ſuper pennas ventorum volat, quia coram ſpiritualibus eorum oculis in altitudinem mirę intelligentiæ ſe ſancti ſpiritus flatibus eleuat. Et tenebras latibulum ſuum ponit, quia maieſtatis ſuæ ſublimitatem reprobis abſcondit. Sed in circuitu eius tabernaculum ſuum, quia quos per ſublimia dona eleuat, eis ſuæ maieſtatis etiam gloriam manifeſtat. Bene autem cum Helcanæ aſcenſus aſſeritur, omnis domus eius aſcendiſſe perhibetur, quia illos quorum mentibus eminet, in altitudine ſuæ contemplationis velut domeſticos, & familiares tenet. Quæ eſt autem Helcanæ, id eſt, redemptoris noſtri hoſtia ſolennis, niſi ſanctorum ſuorum cordibus ineffabilis illius internæ amor eruditionis? Nam eorum quiſque ſibi ineffabiliter complacet, in eo, quòd ſe oſtenſa redemptoris ſublimitas, tam ſublimiter docet. Anna ergo ſe cum D viro ſuo aſcendere abnegat, donec filium lactat, quia ſancta Eccleſia tandiu vitauit alta prædicando contingere, quandiu cognouit rudes auditores ſuos, velut paruulos alta capere nequaquam poſſe. Hinc nanque in ipſis ſanctæ eccleſiæ primordiis factum eſt, vt velut paruulo adhuc Annæ filio, per trium euangeliſtarum ſcripta, Matthæi, ſcilicet, Lucæ, & Marci lac propinaretur, qui humanitatis dominicæ hiſtoriam ſcribentes, pauca de eius diuinitate tractauerunt, ſed cùm paruulus Eccleſiæ populus creſceret, & in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti proficeret, cui lactis potus non ſuffecerat, paſci cibo ſolido perquirebat. Compulſa itaque mater Eccleſia aſcendere eſt, vt ipſa quoque Cherubim fieret, volantique ſuper ſe redemptori appropinquaret, pennas aſſumeret, ambulantem ſuper eas in ſacramentorum altitudine teneret, atque ex eius maieſtate caperet, quod poſcenti vnico alimentum daret. Vnde factum eſt, vt rogatus à fratribus euangeliſta Ioannes, non ſolum humana, ſed etiam angelica ſuperans, condita cuncta tranſcenderet, & quem videre meruit, vnigenitum in ſinu patris prædicaret, dicens: In principio erat verbum, & verbum erat apud Ioan.1. deum, & deus erat verbum. Tunc ergo Anna aſcendit, cum ſancta Eccleſia ſe in celſitudinem diuinæ prædicationis tam ſublimiter extulit. Tunc etiam immolauit ſolennem hoſtiam, quia de cognitione diuinitatis, in auditorum ſuorum cordibus flammam miræ deuotionis accendit. Soleunis quippe hoſtia fuit, de E incomparabili eloquio, ſingularis oblatio deuotionis. Tunc in conſpectu domini filium adduxit, cum auditorum ſuorum cordibus perfectam cognitionem ſummæ diuinitatis intimauit. Quæ profectò dei cognitio quia non ſolum fide tenenda eſt, ſed confeſsione, & quod credimus & confitemur, nec ignorare vlterius, nec ſilere permittimur, puer ablactatus, qui ad domum domini adducitur, iugiter in conſpectu domini manere declaratur. Sequitur: Et dixit ei Helcana vir ſuus, fac quod tibi bonum videtur, mane donec ablactes eum.) Quid eſt quod Annæ conſilium viri ſui auctoritate roboratur, niſi quia propoſitum ſanctæ Eccleſiæ non ex humano præſumitur iudicio, ſed ex diuino? Nam quicquid ſancta Eccleſia in ſubiectis ſibi nationibus diſponere voluit, tunc demum id ratum habuit, cùm ex internæ veritatis iudicio, quid diſponendum eſſet, agnouit: Et quia aduocatum habemus apud patrem, qui interpellat pro 1.Ioan.2. nobis, ſubiungit, atque ait: Precorque, vt impleat dominus verbum ſuum.) Quod eſt verbum quod implendum aſſeritur, niſi prædeſtinata conuerſio gentilitatis? Et quia per eius ſanguinem reconciliamur deo, ipſe pro implendo verbo precatur, cuius obtentu ſalus noſtra perficitur. Precari etiam ei eſt, ſe in humanitate aſſumpta, pro ſalute noſtra æterno patri continuè exhibere, quod dum ſic ſe offerre non deſinit, receptioni noſtræ aditum ad vitam facit. Quia verò diſpoſitionis ſuæ conſilium exquirendo, perfecit, aptè ſubinfertur: Man- F ſit ergo mulier, & lactauit filium ſuum, donec amoueret eum à lacte.) Deinde ſequitur: Et adduxit eum, poſtquam ablactauerat, in vitulis tribus, & tribus modiis farinæ, & amphora vini, & adduxit eum in domum domini in Sylo.) Quid nanque per vitulum hoc loco ſignificatur, niſi propoſitum imitandæ vitę perfectorum. Sed vitulus eſt, cùm in corde exoritur proficientis, bos autem, cùm per robur virtutis, ad effectum perducitur magnæ conuerſationis. Quo in loco valde quærendum eſt, cur non vnus vitulus, ſed tres ad tabernaculum adducti perhibentur? Sed in tribus vitulis infans delatus oſtenditur, vt eorum formam inſinuet, qui ad prædicationis miniſterium inſtruuntur. Perfectus etenim doctor, & peccatoribus conuertendis, & cuſtodiendis iuſtis inuigilat. Quaſi enim colonus ſummi patrisfamilias vtrunque bouem aratris inſerit, vt non ſolum vigilare ſtantibus, ne corruant, ſed etiam lapſos poſsit erigere, vt ſubſiſtant. Sed qui duos boues habet in ſubiectorum ſollicitudine, vt eſſe perfectus valeat, bouem tertium iungat, in diuina contemplatione, vt & corda proximorum integro iugo loquendo, velut arando aperiat, & ſemetipſum per ſingularem amoris fortitudinem, ad conditoris ſui ſpeciem ſemper extendat. Samuel ergo in vitulis tribus ad domum domini ducitur, cùm bene quiſque proficiens, proponit, vt ex labore prædicationis prodeſſe valeat proximis, & ex ſecreto quietis, inhærere

Universidad de Deusto
Biblioteca

G intimæ visioni cõditoris. Et quia id bene exhibere animꝰ imperiti nunquã poterit, in tribus etiam farinæ modiis offertur. Ex farina quippe cùm panes fiunt, præparatio refectionis perficitur. Quod verò non in panibus, sed in farinæ modiis offertur, bonam deuotionem, doctrinam proponere ostenditur, non ipsius doctrinæ commodum exhibere. Modius ergo farinæ sanctæ prædicationis præparationem significat. Sed in tribus modiis farinæ infans adducitur: quia dum prædicare proponimus, verbum scientiæ præparamus peccatoribus ad conuersionem, iustis ad statum perseuerantiæ, & nobis ad supernam contemplationem, vel certè vnus modius est (vt diximus) pro conuersione peccatoris, alius pro disciplina coniugati, tertius verò pro excellenti puritate continentis. Et modij quidem dicuntur pro mensura discretionis. Vnde & beatus Paulus perhibet, dicens:
Roma.12. Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Quod profectò, quia prædicatorum ordo electus exigentibus, non ex leuitate vanitatis habuit, sed ex virtute bonæ intentionis, sequitur: Et amphora vini.) Virtus verò bonæ intentionis est charitas dei, quæ in electorum cordibus diffunditur, per donum spiritus sancti. Quod nimirum charitatis donum, rectè vini appellatione figuratur, quia mentem occupat, & à terrenis affectibus alienat, vt intentionem ad seculum non habeat, quam ad appetenda sola cœlestia inflammat.
H Verum vt huius quoque virtutis non perfectio, sed initium designetur, amphora vini, & non poculum fuisse ostenditur. In amphoram quippe reponimus, quod quandoque per poculum propinemus. Hinc est enim, quòd is qui supernæ charitatis perfectionem gustauerat, deo omnipotenti confitebatur,
Psal.22. dicens: Impinguasti in oleo caput meum, & poculum meum inebrians, quàm præclarum est. In amphora ergo vini Samuel oblatus ostenditur: quia electus quisque cum ad Euangelicæ prædicationis ministerium præparatur, ipsius prædicationis bonum proponit, non pro vana huius seculi ambitione, sed pro sola charitate impendere. In vitulis ergo adducitur pro proposito fortitudinis, in farinæ modiis pro doctrina verbi, in amphora vini pro intentione charitatis. Quæ profectò virtutum initia, vbi sint perficienda edocet, cùm subiungit: Et adduxit *in domum domini in Sylo.*) Domus domini sancta Ecclesia rectè intelligitur, quæ nimirum in Sylo sita esse perhibetur. Sylo autem locus est, in quo arca dei mansisse perhibetur. Quid ergo aliud Sylo isto in loco significat, quàm veteris legis traditionem? Nam velut arcam dei continet, dum carnalem literam foris exhibet, quæ in suis secretis spiritalem scientiam clausam tenet. Quid est ergo quod domus domini in Sylo sita esse perhibetur, nisi quia sancta Ecclesia in sacramento scripturarum, velut in loco fundata cognoscitur? Illuc Samuel adductus asseritur, illic oblatus, quia præter sanctam Ecclesiam, locus non est, vbi merita virtutum crescant, & ad culmen perfe-
I ctionis veniant. Sed cùm ipse qui adductus est, asseritur, eius quoque dilationis causa memoratur, cùm subditur: Puer autem erat adhuc infantulus.) Nam si infantulus tunc non esset, dum per se posset accedere, duci huc ab alio, non oporteret. Sequitur: Et immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli). Superius de sola Anna dicebatur. Et adduxit eum secum, postquam ablactauerat.) Nunc autem de Helcana pariter, & de Anna subiungitur: Et immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli.) Tunc immolatus est vitulus, cùm adductus est Samuel, & oblatus. Si ergo ibi erat tunc Helcana, & cùm ducebatur, & cùm offerebatur, quare non dictum est, adduxerunt eum secum, sicut dictum est, & immolauerunt, & obtulerunt? Sed quia hæc ad Ecclesiam, & ad Christum retulimus, illi lactare, illi adducere pertinet, offerre, & immolare sibi, & Christo. Ipsa quippe instituit verbo prædicationis, sed quibus doctrinam insinuat, virtutem adimplendæ operationis nequaquam subministrat. Literam quippe scripturæ loquendo, exhibet, sed ipsum bonum se petentibus, non nisi cum sponso dare potest. Immolatur ergo vitulus, cùm diuina gratia cordi bona petentis infunditur, vt bona quæ destinando deliberat, studio boni operis hilariter impendat. Vitulus enim tunc immolatur, quia victima boni operis propositi, ab omnipotenti deo deuotæ mentis oblatione suscipitur, si id quod ei vouendo mens exhibet, totum deo mactatur per hilaritatem. De hac immolatione vituli dominus in Euangelio ait: Si vos, cùm fi- K
tis mali, nostis bona data, dare filiis vestris, quanto magis pater *Matt.7.*
meus cœlestis dabit spiritum bonum petentibus se? Hinc Paulus ait: Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & *2.Cor.9.*
metet, vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit deus. Quid nanque est destinare in corde, nisi proponere ex deliberatione? Dum ergo destinauit, dixit, quasi vitulum adductum, asseruit. Sed dum addidit, non ex tristitia, aut ex necessitate, quia hilarem datorem diligit deus, adductum vitulum qualiter immoletur, exposuit. Adducuntur ergo vituli, cùm ad agenda fortia bene proponendo præparamur, sed vitulus immolatur, cùm deliberatio boni propositi deo impenditur, in oblatione magnæ deuotionis. Vterque autem, id est vir, & vxor vitulum immolasse perhibentur: quia eadem hilaritas fidelibus subditis prædicatoris voce ostenditur, atque in eorum cordibus diuina gratia propagatur. Pariter ergo vitulum immolant, cùm in corde bene proficientis subditi, diuina conuenit cum humana prædicatione. Tres autem vituli adducuntur, quia cum auxilium lapsis, & stantibus ferre, & nobis ipsis opem custodiæ proponimus, dum vna bona intentione hæc attendimus, tria quidem sunt respectu operis, sed vnum in munere oblationis. Tria quidem sunt, quia erga nos, & proximos nostros diuerso respectu, & diuersis temporibus exhibentur, sed vnus sunt vitulus, quia simul proponuntur, & pari deuotione ob- L
lationis deo impenduntur, & vna in eis hilaritas, & alia non habetur. Sequitur: Et obtulerunt puerum Heli.) In Heli, non solum personæ doctorum veterum, sed etiam doctrinæ figurantur. Quid est ergo, quòd puer Samuel Heli oblatus asseritur, nisi hoc quod apertè cognoscitur, quia quisquis prædicando, aliis prodesse nititur, non solum noua scribere debet, sed etiam vetera. Vnde & dominus in Euangelio per pa- *Matt.*
rabolam dicit: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamiliàs, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Samuel ergo Heli tunc offertur, cùm mens bene proficientis subditi legis, & Prophetarum scientia eruditur, vt in libris antiquorum occidentem literam legat, sed etiam secundum spiritum viuificantem intelligat: & sic quod foris sonat, accipiat, vt præter elementorum sonum, quod intus insonet spiritus, recognoscat, & ad fidem noua habeat, sed quotiens necesse fuerit, ad noui testamenti confirmationem scripturas veteres adducat. Tunc quippe defendere noua poterit, cùm eorum rationem ex veteribus agnoscit. Apertè igitur Samuel Heli oblatus asseritur, quia solum sufficienter noua prædicat, qui eam rationem, qua intelligenda sunt vetera, non ignorat. Et quia easdem scripturas veteres intelligere sine præceptore non possumus, & doctor nihil in nobis docendo proficit, si quod ipse foris loquitur, in cordibus nostris per diuinam gratiam non fundatur, mater non sola puerum obtulit, M
sed cum viro. Ei autem, cui filium tradit, se cum verbo præconij Anna insinuauit, dicens: Obsecro mi domine viuit anima tua, ego sum illa mulier, quæ steti coram te hic.) Coram Heli Anna stetit, quia sancta Ecclesia doctorum synagogæ nullis persecutionibus corruit. Quod tale est, ac si dicat Ecclesia glorians synagogæ præpositis. Idcirco orbem parere per Euangelium deo potui, quia aduersa, quæ mihi intulistis, inuicta toleraui. Nam si pœnis victa vetustati me subderem, nouam redemptori tot nationum sobolem nequaquam genuissem. Et quia humiliter loquitur, obsecrando dominum vocat. Quia verò ei vitæ æternæ pignus in fide redemptoris dare appetit, dicit: Viuit anima tua.) Sed quæ se stetisse gloriata est, magna de se protulit. Et quia eadem magna humiliter, non superbè dixerat, ea protinus ad laudem omnipotentis dei retulit, dicens: Oraui, & dedit mihi dominus petitionem quam rogaui eum, idcirco & ego commendaui eum domino.) Diuina gratia ad hoc sanctæ Ecclesiæ filios tribuit, vt eos doctrina veritatis instituat, bonis moribus exornet, pia super eos custodia vigilet, à malo declinare perfectè faciat, & ad æternam patriam sufficientem bonorum operum copiam præparare. Hæc profectò ministerij pastoralis sunt, sed electus prædicator ea suis viribus implere posse diffidit. Quia ergo nec sua virtute aliquos per Euangelium potest gignere, nec quos

Universidad de Deusto

A generat, custodite, rectè per Annam in Ecclesiæ typo nunc dicitur: Orani, & dedit mihi dominus petitionem, quam rogaui eum. Idcirco & ego commendaui eum domino, cunctis diebus quibus fuerit commendatus domino.) Nam vt gignere possit, obsecrat, & vt hi, quos orando obtinet, in sancta cõuersatione permaneant, eos item omnipotenti deo precibus cõmendat. Et quia ab eisdem precibus nunquam desinit, cunctis diebus se commendare filium deo dicit. Cunctis nanque diebus domino filium commendare, est ei pro eorum salute, quos generat, omni huius vitæ tempore supplicare. Dies nanque quibus domino commendamur, tempora præsentis vitæ significant. In quibus profectò diebus tanto validioribus diuinæ protectionis auxiliis indigemus, quanto grauioribus spirituum malignorum tentamentis impetimur. Quia verò in plærisque codicibus non commendatus, sed commodatus legitur, à bono intellectu non vacat. A matre quippe Ecclesia in hac vita filij commodantur. Quicquid verò commodamus, id reddi nobis in fide excipientis expectamus. Dies verò virtutum spiritalium, claritates sunt. Quibus profectò diebus Annæ filius domino commodatur, quia ei sancta Ecclesia electos offert in claritate virtutum, vt eos postmodum ad augmentum sui æterni gaudij sibi omnipotens deus exhibeat in splendoribus præmiorum. Et notandum quia omnibus diebus commendatus asseritur, vt ei de eo quod habendum est de spirituali conuersatione, nihil
B desit, quem prædicator electus in æterna vita recipere tenebrosum ex aliqua parte non poterit. Sequitur: Et adorauerunt ibi dominum.) Et nos membra sanctæ Ecclesiæ, cùm per scripturas testamenti veteris, venerationi, & præcepto conditoris submittimur, ibi profectò dominum adoramus, quia patrum veterum fidem tenemus, & eandem fidem per dilectionem in bono opere exercemus.

Caput. I.

Moralis.

HAEc de principio typica expositione prætulimus, nunc in eiusdem verbis historiæ, eruditionem nostram per moralem significationem requiramus. Fuit vir vnus (inquit) de Ramatha Sophim.) In hoc viro vno, quid rectius, quàm vnusquisque nouus seculi contemptor designatur? Vir nanque dicitur, quia proposito fortis est, vnus vero, quia amore singularis, vir nanque est, quia ex magna virtute cuncta præsentia despicit, sed vnus, quia sola omnipotentis dei specie frui concupiscit. Quisquis enim perfectè terrena despicit, vir est ex fortitudine, sed si conditorem suum ardenter videre non cupiat, non est vnus ex intentione. Perfectio igitur viri, in præconio ponitur vnitatis, vt qui se-
C culum potenter despicit, mentem non diuidat, solis supernis inhiet, ad ea tantum quæ de visione conditoris sunt æterna gaudia suspiret. Talis profectò erat qui deo confitens, ait: Quid mihi restat in cœlo, & à te quid volui super terram? Hinc item dicit: Vultum tuum domine requiram. Qui enim in terra nihil voluit, profectò vir fuit, sed qui neque in cœlo, neque in terra aliquid præter ipsum voluit, qui spretis omnibus solum eius vultum quæsiuit, non solum vir, sed etiam vnus extitit. De hac vnitate dominus in Euangelio, Marthæ loquitur, dicens: Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima, porrò vnum est necessarium. Hinc Lucas de perfecto credentium numero loquens, ait: Erat eis cor vnum, & anima vna. Vnum quippe eis cor erat, quia per intentionem rationis, solum cõditorem aspexerant, vnam animam habebant: quia per affectionem amoris, solum eius faciem videre desiderabant. Hinc est quod diligens propheta secum reputat, dicens: Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem dei. Pro hac vnitate obtinenda veritas docens, ait: Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Quę etiam nostra sunt, quia hi qui abrenunciantes seculo remotioris vitæ secretum petiuimus, monachi vocamur. Monos quidem Græcè, Latinè autem vnus dicitur. Hoc quippe titulo appellationis inscribimur, vt vox nominis nostri nobis insinuet altitudinem dignitatis, & animus noster tanto ardentius ad conditoris visionem se erigat, quanto sublimitatem claritatis, in D
qua semper debet consistere, quasi in fronte prælatam, portat. Sed diuini amoris sublimitas, in sola catholica Ecclesia veris electis impenditur. Bene ergo vir, qui vnus dicitur: De Ramatha Sophim, de monte Effraim fuisse perhibetur.) Ramatha quippe (vt iam dixi) Hebræum nomen est, sed Latina locutione, dicitur visio consummata. Quæ profectò appellatio sanctæ Ecclesiæ conuenit, quæ antiquitus à prophetis præuisa est, sed in finem seculorum, in redemptoris fide dispositа. Consummata ergo visio sancta ecclesia dicitur: quia per redemptorem humani generis erecta est in religionis culmine, quæ olim tantum prouisa erat spiritu prophetiæ. Hæc autem Sophim, esse describitur in monte effraim ædificata, quia contemplatione dei celsissima est, & spiritalibus virtutibus fœcunda. Sophim quippe specula dicitur, Effraim fructificans. Quæ profectò vocabula situm sanctæ ecclesiæ rectè insinuant, quæ non solum intentione visionis alta est, sed excellentia cõuersationis. Quibus etiam vocabulis, & hæreticorum dementia, & cæterorum improborum sterilitas reprobatur. Illi quidem dum à rectitudine fidei deuiant, speculationem sublimitatis non habent: isti verò, quia recta vident, quæ agant, & ea facere semper dissimulant, speculam quidem habent, sed virtutum montem excellenti vita non obtinent. Sancta verò ecclesia: quia in Sophim, id est, in speculatione sublimis est, gloriatur, dicens: Nostra conuersatio in *Philip.3.*
cœlis est. Quia etiam in virtutum monte per boni operis fructum constituta est, elisam reproborum fidem reprobans, ait: *Iacob.2.*
Fides sine operibus mortua est. Hinc item prædicans, dicit: Dum tempus habemus operemur bonum, ad omnes, maximè *Gala.6.*
autem ad domesticos fidei. Vir ergo, qui vnus dicitur, de monte Effraim esse memoratur: quia & terrena despicere, & superna desiderare, ei solum prodest, qui per fidem catholicam intra sanctam Ecclesiam sese continet. Sequitur: Et nomen eius Helcana, filius Hieroboam, filij Heliu, filij Thau, filij Suph.) Hoc etiam nomen superius ostendimus, quia ab Hebræa lingua, in nostram dei feruor verteretur. Quod profectò nomen viri, bene congruit ordini spiritalis expositionis. Qui enim vir vnus dicitur, necesse est, vt ex dei feruore censeatur. Quis enim aut temporalia despicere, aut amare cœlestia sine diuina gratia possit? Necesse quippe est, vt hunc gratia diuina præueniat, quatenus spiritus sancti igne succensus, quanto ardentius summa diligit, tanto fortius ima contemnat. Cui etiam in genealogiæ ordine quatuor patrum nomina perscribuntur, quia in fide redemptoris, eorum prædicatione genitus est, qui in eundem humani generis redemptorem, per quatuor Euangelistarum scripta, de omni mundi parte credidere. Qui etiam Effrathæus dicitur. De monte Effraim, & Effrathæus est, qui in fertili terra, sterilis non est. Nam plærique intra sanctam ecclesiam nomine censentur fidei, cuius nullos proferunt fructus
actionis. Qui nimirum dum de ecclesia prodeunt, velut de F
monte fructifero esse sentiuntur, sed quia ipsi bonorum operum non habent fructum, non sunt Effrathæi. De monte ergo Effraim est, & Effrathæus non est, qui fidem catholicam in Ecclesia didicit, sed opera digna fide non impendit. Talibus profectò veritas in Euangelio comminatur, dicens: Auferetur à *Lucæ.13.*
vobis regnum dei, & dabitur genti, facienti fructum eius. Hinc sub ficulneæ specie, colono sanctæ ecclesiæ repulsionem infructuosæ animæ imperans, ait: Succide eam, vt quid terram occupat? Hinc Ioannes Baptista comminans, ait: Iam se- *Lucæ.3.*
curis ad radicem arboris posita est. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. De monte quoque Effraim eos esse ostenderat, sed non Effrathæos, de quibus veritas in Euangelio per parabolam dicit: Malos malè *Matth.21.*
perdet, & vineam suam aliis locabit agricolis, qui reddant ei fructum in temporibus suis. Vir ergo de monte Effraim, dicitur Effrathæus, quia quicunque intra sanctam ecclesiam fidem catholicam tenemus, dum per ardorem affectionis, terrena abiicimus, cœlestia amamus, oportet & vt à terrenis, quæ despicimus, per boni operis laborem separemur, & ad ea quæ diligimus cœlestia præparemur. Esse ergo in Ecclesia, & opera bona non facere, quia ad acquirendæ æternæ salutis bonum non prodest, vir qui de monte Effraim asseritur, etiam Effrathæus fuisse memoratur. Vnde & duas vxores habere de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G scribitur: quia actiuæ vitæ per fœcunditatem boni operis, & contemplatiuæ vitæ coniungitur per amorem internæ delectationis. Quam ob rem Fenennæ filij fuisse dicuntur, Annæ autem filij non fuisse. Quid enim sunt actiuæ vitæ filij, nisi bonorum operum fructus? Et quid est quod Anna filios non habet, nisi quia rudis contemplatio, ea quæ iam amare cœpit, internæ contemplationis gaudia citò non obtinet? Filij quidem sunt contemplatiuæ vitæ gaudia internæ visionis. Sed mens, quæ contemplari æterna inchoat, ad eorum gaudia excipienda, tanto difficilius peruenit, quanto etiam illorum pulchritudinem non attendit. Quis ergo in gloria eius pulchritudinis gaudere prævalet, quam non videt? Mens autem, quæ in æternorum bonorum contemplatione se nouiter eleuat, ad ea tanto tardius assurgit, quanto humanitatis suæ familiares tenebras velociter non deponit: quia dum à se abiicere mundanas curas non prævalet, velut in oculis gestat puluerem: quo id quod cupit, videre non potest. Prius ergo abiiciendus est puluis ex oculo, deinde oculus refouendus. Puluis quippe abiicitur, cùm ab intentione mentis cuncta rerum corporearum phantasmata remouentur: & oculus refouetur: cum vsu continuæ meditationis, eadem mentis intentio ad æterna sustollitur. Quæ profectò cum diuturna consuetudine in supernis morari didicerit, eadem diuturnitate consuetudinis, puritatem obtinet: quia dum clarius æterna respicit, in eorum gloria exultare plenius posH sit. Anna ergo non habuisse filios dicitur, vt non solum inchoantis imperfectio designetur, sed etiam vitæ contemplatiuæ celsitudo. Magno enim meritorum sita est culmine, quæ in fœcunditatis suæ gaudio facilè haberi non potest. Hinc est enim quod Iacob Rachelem coniugem habere desiderat, sed tamen *Gen.29.* ei prius Lia substernitur: vt pro obtinenda illius specie, septenarius annorum numerus in soceri seruitio geminetur: quia amator vitæ contemplatiuæ, hanc in vbertate æterni gaudij citò adipisci desiderat, sed tamen ei omnium donorum largitor Spiritus citò non tribuit, ne habitam quasi vilem despiciat, si facilitas ei hanc pro voto repræsentat: sed tanto ea fruatur dulcius, sollicitiúsque custodiat, quanto hanc difficilius promeretur. Quare & sequitur: Et ascendebat vir ille statutis diebus, vt adoraret & immolaret domino exercituum in Sylo.) Statutis quidem diebus ascendit: quia in splendoribus æternæ visionis paulatim proficit. Quid enim sunt illæ manifestationes interni luminis, nisi dies electæ mentis? & statuti nanque dies sunt: quia in profectu spiritalis vitæ positis, diuina ordinatione disponuntur. Statuti etiam dies sunt: quia in eorum claritate non possumus admitti, cùm volumus: sed cum diuina dignatione subleuamur. Aliquando nanque nos in contemplatione internæ lucis excipit, quandoque labi vsque ad perferendas humanitatis tenebras reliquit. Quasi enim statutis diebus eleuat, quibus amœnitatem internæ lucis non iugiter aperit, sed per I tempora suæ dispositionis ostendit. Dies ergo nostri sunt, quia in magnis splendoribus excipimur, cùm internæ gloriæ nobis pulchritudo reuelatur. Statuti verò dies idcirco nominantur: quia vt intima luce fruamur non est nostri conaminis, sed diuinæ dignationis. Sæpe nanque diuturno silentio, instantibus supplicationibus, crebris gemitibus, illam nobis internæ lucis gloriam aperiri flagitamus, & in eius amœnitate recipi non meremur. Sæpe nil tale pro eius desiderio agimus: sed subitò nos diuina gratia præuenit, ab imo nostræ infirmitatis erigit, in superna rapit, insperantibúsque nobis gloriam suæ lucis ostendit. Diebus ergo statutis ascendimus: quia in contemplationem cœlestium sublimari non possumus nostro conamine, sed diuina dispositione. Ascensus quoque dies sunt: quia quando illa sublimi luce non fruimur, in imo sumus: & cùm in illius alta visione assumimur, quam in imo iacuissemus ante assumptionis nostræ horam cognoscimus. Displicemus nos tunc nobis, in quo fuimus, placemus autem, in quo sumus: quia absorpta iam mens amore cœlestium, dum lætatur luce, qua fruitur, cuncta terrena horrore nimio dedignatur. Vnde & beatus Petrus, dum in montem assumitur, dum nube lucida obumbratur, dum ei transfigurati gloria saluatoris ostenditur, di*Matth.17.* cit: Bonum est nos hic esse domine. Nam quia iam dei omnipotentis munere meretur interesse sublimibus, incomparabile illic bonum ineffabiliter diligit, ex cuius pulchritudine, cuncta quæ transeunt, velut fœda reprehendit. Sed quid est quod K idem vir de ciuitate sua ascendere dicitur? Quid verò aliud est ciuitas, nisi cohabitantium munimentum? Quæ autem est hæc ciuitas, nisi muniti cordis perfecta custodia circunspectionis? Hæc nimirum velut cohabitantes ciues altis mœnibus protegit: quia dum custodiendis virtutibus solerter inuigilat, internam eorum pacem hostis callidus non conturbat. In hac certè ciuitate nos consistere, sapiens ille præcepit, qui ait: Omni *Prouer.4.* custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit. Hinc etiam dominus discipulis præcipit, dicens: Vos autem sedete *Luc.24.* in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. In ciuitate quippe sedemus, cùm per quotidianam sollicitudinem in internæ custodiæ defensione requiescimus. In qua sedentes, virtute induimur ex alto: quia præparati iam in habitaculum sanctispiritus, per eius gratiam, in supernæ gloriæ contemplationem subleuamur. In hoc igitur quod vir Effrathæus de ciuitate sua ascendere dicitur, quid aliud, quàm negligentiæ nostræ culpa indicatur? Nam per contemplationem rimari cœlestia volumus, qui non solum cordis, sed etiam corporis custodiam non habemus. Et quidem sæpe indecenter aspicimus, otiosa audimus, superflua loquimur, somnum, cibum non ad refectionem corporis habemus, sed ad vsum delectationis: itaque cùm discutere ambigua volumus, superna conspicere, tenebras nostras deferere, internæ dulcedinis saporem gustare, ab illius secreto tanto dignius repellimur, quanto munitionis nostræ foritu- L dines negligentius dissipamus: iamque nobis tanto est ascendere difficilius, quanto ad nosmetipsos relapsi, in altitudinem custodiæ erigere non curauimus cordis munitiones. Ascendat ergo vir de ciuitate sua: vt qui per internam contemplationem appetit proficere, exteriores sensus ordinet, mentem regat: & quasi in altis receptus munitionibus, expectet, vbi eum superna illustratio visitet. Ad statutorum quippe dierum ascensum iam qui paratus inuigilat, dignus custodia puritatis efficitur: vt sæpius diuina dignatione visitetur. Sed dum ascendere dicitur, ascensionis etiam causa memoratur, cùm subditur:

Vt adoraret, & immolaret domino exercituum in Sylo.)

Quisquis diuinæ contemplationis arce sustollitur, in illa cuncta illuminante luce respicit, & quod se mirabiliter terreat, & quod ineffabiliter delectet. Nam illa summa visio, vt electæ menti se aperit: & imperscrutabilem abyssum iudiciorum dei, & boniratis eius abundantiam misericorditer ostendit: vt videntem magno pauore deiiciat, & ingenti gaudio sustollat, & terrore quidem deiicitur, vt statum mundanæ affectionis deserat: & mulcetur gaudio, vt quod prægustare de conditoris bonitate inchoat, ardentius concupiscat. Tunc quippe adorat: cùm considerata illa immensitate omnipotentiæ: sic conditori submittitur, vt contra spiritualem conuersationem, carnalis concupiscentiæ impulsibus non leuetur. Adorans autem immolat: quia quo humilius diuina veneratione prosterM nitur, summæ claritatis illius blandimento suauius refouetur. Adorare igitur ascendenti, est diuinæ omnipotentiæ magna casti amoris veneratione submitti: immolare verò, diuinæ lucis suauitate ineffabiliter delectari. Electa enim mens, velut spirituali immolationi deo se consecrat: dum in illa ineffabili eleuationis suæ lætitia, eam ignis diuinæ charitatis ardentius inflammat. Dum ergo electi cuiusque studium, sub Effrathæo viro ostenditur, & adorare dicitur, & immolare: quia sic mens electa appetit superna conspicere, vt spirituali visione proficiens, & omnem statum conterat carnalis vitæ, & plenitudinem capiat æternæ lætitiæ. Nam & si ad hanc summæ contemplationis altitudinem carnalis aliquis non assumitur, quantum tamen ad illam spiritualem conuersationem, in quam illo ascensu contemplationis proficit, antequam proficiat quodammodo carnalis est. Hoc enim ipsum quasi carnale est, per altitudinem visionis à corporearum rerum intentione separari non posse. Sed vt temeritas humanæ audaciæ comprimatur, prius adorare dicitur, postea immolare. Ordinatus quippe contemplantis ascensus est, si à timore incipiat. Timor autem ipse quid est aliud, quàm electæ mentis ad diuinam gloriam speculandam transeuntis præordinata purgatio? Eo enim purius diuinæ lucis radios intueri merebitur, quo validiori timore deiecta, visioni maiestatis intimæ purgatior

A gatior exhibetur. Sic ergo Effrathæi huius conuersatio foris nobis ostenditur, vt ad perfectionem tendentibus, quid intus agendum sit, rationabiliter demonstretur. Igitur dum summæ gloriæ respergi claritate appetimus, præsumptionis nostrę ausum in hoc timoris transitu præfigamus: vt quo venerabilius omnipotentem dominum metuimus, eo perspicacius benignitatis eius gloriam videamus. Cuius etiam timoris magnitudo, electæ menti aliquando post ostensionem lætæ visionis incutitur. Quòd profectò dum fit, non fit vt mentem ad gloriæ visionem purificet: sed vt custodiat ab elatione. Vnde & Petrus, & *Matt.17.* Iacobus, & Ioannes prius transformati Domini gloriam viderunt, deinde incusso eis timore cecidere: ne elati perderent, quod humiliter assumpti videre meruissent. Aliquando ergo adoratio immolationem præcedit, aliquando immolatio adorationem: sed nimirum diuina dispositione, non nostro conamine. Vir quippe Effrathæus, vt prius adoraret, & postea immolaret, ascendisse describitur: quia profectò ordo ita perfectus est, vt à veneratione, quæ ex pauore diuinæ districtionis nascitur, ad speculationem lætæ maiestatis efferamur. Diuina tamen clementia, electas mentes aliquando sic suæ dulcedinis infusione exhilarat, vt eas in timoris magnitudinem non inducat. Vnde & subditur: Venit ergo dies, & immolauit Helcana.) Quid est quod dicit, venit dies, & immolauit, & non dixit, adorauit, & immolauit: nisi quia (vt superius dixi) sic sæpe diuina
B dignatione ad videndum gloriam diuinæ claritatis extollimur, vt nulla tunc iudiciorum immixta consideratione turbemur. Et quanquam sine magna veneratione omnipotenti deo electa anima nunquam assistat, tamen velut immolat, & non adorat: dum sic illa summi gaudij fœlicitate fruitur, vt deiectione timoris nulla quatiatur. In hunc quippe affectum venerat, quæ *Cant.1.* dicebat: Osculetur me osculo oris sui. Quem timoris affectum prætendit, quæ osculari appetit. Hinc etiam de Moyse scriptum *Exod.33.* est: quia deo loquebatur, sicut solet loqui vir cum amico suo. Nam velut veniente die, hunc scriptura sacra sic immolare ostendit, vt eum adoratio timoris nulla prostrauisset. Quo in loco hoc notandum video quod vt adoraret, & immolaret ascendere dicitur: non tamen adorasse & immolasse veniente die, sed immolasse solum. Alij ergo sunt dies quibus ascendimus, vt adoremus, & immolemus: alius ille dies, qui dum venerit, immolamus. Dum enim nostro conamine in diuinarum rerum meditatione suspendimur, quasi statuti ascensus nostri dies sunt: quia quosdam spiritualis luminis radios intuemur, quosdam nosipsi nobis ordinamus, ab imo nostræ humanitatis quadam altitudine subleuamur. Sed quia his meditationibus, sine diuina gratia nihil agitur: & quia nec timorem nobis præualemus incutere: nec diuinæ dulcedinis suauitatem exhibere: ascensus quidem dies sunt, in quibus adorare, & immolare statuimus:
C sed tamen in eis nec adoramus, nec immolamus. Dies autem alius venit, & immolamus: quia subita luce gratiæ diuinæ respergimur, & de gloria maiestatis eius, ineffabilem percipimus abundantiam dilectionis. Hic ergo dies non est illorum aliquis, sed illos sequitur: quia nimirum si nostra dispositione, hanc diuinæ gratiæ largitatem accipere non valeamus: tamen eam nunquam promeremur, nisi omnino curemus, vt & meditando, & quotidie legendo, & orando, & in iis quæ possumus, spiritualibus claritatibus immoremur. Venisse autem dies dicitur, vt superna dignatio designetur: quia cùm electas animas visitat, non est facultatis nostræ, sed bonitatis suæ. Sequitur:

Deditque Fenennæ, & filiis, & filiabus partes, Annę autem dedit partem vnam tristis: quia Annam diligebat.) Filij namque Fenennæ sunt mentis sacræ consilia, quæ per studium pietatis actiuæ vitæ subrescunt. Qui nimirum filij cum matre partes accipiunt: cùm consilia pietatis, ad splendorem supernæ gratiæ, in operum bonorum pinguescunt deuotione. Pia etenim mens, quo sublimius tollitur in diuina contemplatione, eo deuotius se extendit in sancta operatione. Partes namque matris huius, & filiorum, præparationes sanctorum operum sunt. Vnam verò partem Annæ tristis exhibet: quia per contemplationem, qua superna desiderat, quandiu in hac ærumna temporis impedita, superna quæ amat, non obtinet: in solis fletibus pastum refectionis habet. Ieiunam quippe se tenet, quotiens se proiectam ab æternis gaudiis memorans, flere non potest. Partem igitur vnam à tristi accipit: quia nunquam pro voto reficitur, nisi cum D flendo satiatur. Quam ei vir Effrathæus tristis tribuit, qui cùm partem Fenennæ tribueret, tristis non fuit: quia videlicet lætatur in præparatione bonorum operum, quia supernis, quę amat, quandiu differtur gaudiis non lætatur. Hanc certè partem Annæ tribuerat, qui æternis se intuens exclusum bonis loquebatur, dicens: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, *psal.41.* dum dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus? Sed inchoantis adhuc imperfectio designatur, dum Effrathæi coniunx altera, alteram affligere, & vehementer angere perhibetur. Perfecto enim cuique eo nequaquam pugna committitur vxorum: quo firma iam experientia nouit, discretè disponere indigentiam operis, & intentionem contemplationis. Nam velut in pace vtranque vxorem possidet, qui nec tempora operis, contemplationi deputat: nec contemplationis ocia, per intentionem operis inquietat. Affligebat quoque eam æmula eius, & vehementer angebat: intantum, vt exprobraret ei quòd conclusisset dominus vuluam eius.) Ab æmula Anna affligitur: cùm immoderata intentio boni operis, turbat quietem internæ visionis. Affligitur, cum ei illa præponitur, quæ esse nobilior comprobatur: & vehementer angitur, quia electæ mentis contemplatio angustatur, dum is qui in contemplatione sublimium esse desiderat: se in actiuæ vitæ operibus immoderatius dilatat. Angere quippe, stringere est. Mentis quippe visio stringitur, cum impedita occupationibus operum, in illa internæ lucis immensitate ne- E quaquam dilatatur. Et quia hanc vehementer angere dicitur, non tandum est: quia etiam boni operis immoderata sollicitudo cōtemplationi non parum nocet. Fenenna quippe Annam vehemēter angit: quia mens, dum actiuæ vitæ immoderatæ impenditur, valde difficile est, vt cùm ad disponenda terrena se occupat, in visione cœlestium potenter surgat. Cui etiam velut sterili Fenenna exprobrat: quia dum ex actiua vita bonorum operum fructus citò proferimus, & ad internæ contemplationis gaudia facile pertingere non valemus: sterilis ista cernitur, dum rudes de eius fœcunditate desperamus. Dum ergo pro fœcunditate Fenennam diligimus, Anna affligitur, angitur, & sterilitatis opprobrio notatur: quia dum bonarum actionum sollicitudinem non ea qua debemus discretione restringimus, puritatem contemplationis tanto nobis difficiliorem reddimus, quanto nobiliorem vitam excellenti studio nequaquam retinemus. Sed quia ad altiora inchoauit ascendere, si fortis est in suo proposito, huiusmodi tentamenta tolerans, non desperat. Nam ad ea quæ cœpit alta contemplationis innititur: & de actionis cibo consolari despicit, qui in sola conditoris specie delectari concupiuit. Aptè itaque subditur: Porrò Anna flebat, & non capiebat cibum.) In fletu quippe ardens desiderium diuinæ contemplationis ostenditur: in dedignatione verò cibi, despectum lætitiæ transeuntis. Mens enim quæ feruentibus desideriis interna F desiderat, dum terrenæ lætitiæ blandimentum respuit, dum instantibus gemitibus infundi sibi supernæ lucis amœnitatem expetit, flet vtique, & cibum non capit. Hunc nanque cibum fastidiebat, qui dicebat: Renuit consolari anima mea. Sed qui cibum *psal.76.* solatij capere de oblectamento rerum conditarum dedignatus est, epulas deliciarum suarum, quia in solo conditore inuenerit, dicit: Memor fui dei, & delectatus sum. Ad has profectò epulas flentem coniugem hortabatur, cùm diceret: Quare tri- *psal.42.* stis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & deus meus. Quæ nimirum exhortatio hic quoque cognoscitur, quia à viro suo:

Cur fleat, & quare non comedat, & afflictum cor habeat, interrogatur.) Quasi dicat: cur de non habita contemplationis perfectione contristaris, quam si rudis non obtines, proficiens obtinebis? Vnde & quæ afflicta ab æmula comedere noluit, à viro cohortata manducauit: quia quæ saniori consilio ima despicit, perfectionem contemplationis habet in spe, quam nondum habet in virtute experientiæ. Fere enim deficienti, & collapsæ contemplationi spei renouatæ gaudium cibus est. Ad viri ergo sui vocem Anna reficitur, cum contemplationis intentio concussa per tentationem, ab eo qui se amare cœperat, ad spem sui profectus excitatur. Vnde sumpto cibo surrexit, omnipotenti deo preces fudit, atque ei sexum virilem, si hunc ab eo accipere mereretur, vouit. Natum filium omnipotenti deo

Universidad de Deusto
Biblioteca

G vouet, qui gaudium contemplationis ad fructum mentis expetit, non ad fauorem vanitatis. Sed bene petentibus, in contemplationis desiderio carnales præpositi obsistere vehementer solent: eo quippe ineptius agere secretiorem vitam appetentes cogitant, quo ipsi vim internæ dulcedinis ignorant. Qui si aliquando in spiritales subditos voce asperæ inuectionis sæuiunt, ab eis humillima ratione sedandi sunt. Nam si se irrationabiliter contra rectè agentes erigunt, reuerentia superioris ordinis exigit: vt tunc honorentur, cùm modum rationis excedunt. Quos sanè vtrosque, & carnales scilicet prælatos & spiritales subditos, bene Heli, & Anna insinuant: nam cùm ille ante postes templi domini sederet, & Anna oraret, os eius Heli obseruauit: & eam ebriam vocauit. Sed hæc, quæ iniurias patienter sustinuit, humilitatem responsi exhibuit, cum veritate rationis. Ancillam se eius asseruit, ex multo dolore & mœrore loqui, & furentem in se animum non solum sedauit: sed etiam pro consequendo fructu sui desiderij, ad orationem conuertit. Sed quia hæc vltima ad historiam diximus, non ab re agimus: si in his sacræ historiæ verbis eruditionem nostram paulò subtilius requiramus. Si ergo rerum ordo requiritur, prius manducauit, & bibit, dehinc amarum animum habuit, orauit dominum flens largiter, postea votum vouit, & preces multiplicauit. Quid multiplicatio precum Annæ, nisi illam electorum perfectionem H significat, ad quam nos doctor egregius hortatur, dicens: *1.Thes.5.d.* Sine intermissione orate. Sine intermissione nanque orare, nisi perfectus vir potest: orare enim sine intermissione, est per affectum supplicationis, conditori semper assistere. Qui autem imperfectionis adhuc infirmitate deprimitur, eo sine intermissione dominum non obsecrat: quo in ipso etiam orationis tempore, à conspectu eius mentis elabitur vagatione. Bene autem ante precum multiplicationem, votum vouisse sancta mulier dicitur: quia nisi quis se totum cœlitem per propositi rigorem exhibeat, eo sæpius ab affectu supplicationis educitur: quo mobilitate mentis in gyrum mundanæ intentionis vertitur, & in conspectu domini, per fortem custodiam non tenetur. Sed spiritali proposito sese vouere electi mens cœlestibus gaudiis poterit, si largiter flere iam nouit: si fletuum largitate supernæ dulcedinis saporem gustare iam didicit: atque in illius internæ refectionis suæ gaudio occupata, respicere terrena fastidit. Apertè igitur ante votum suum fleuisse largiter Anna describitur, quia totum sese quis exhibere sic cœlitem terrena obliuiscendo non poterit: nisi magnis accensus fletibus, in mortuæ iam mundo mentis solatio delectationis, intimæ recipere suauitatem nouit, & quia in gaudio animæ hoc lachrymarum solatium non recipitur, si se prius non afficit per amaritudinem compunctionis: & quicquid in se de labenti viuit lætitia, salubris tristitiæ pugione transfigit: Anna amaro animo antè I fleuisse relata est, & sic largiter flere potuisse. Quod bene Sa- *Prouer. 14.* lomon insinuat, dicens: Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscetur extraneus. Extraneus quippe est, qui adhuc de bonis exterioribus intentionem delectationis habet. Qui certè in gaudio amaricati cordis non recipitur: quia non potest experiri, quæ sit interna lætitia, nisi qui perfectè contemnere exteriorem curat. Sed notandum adhuc, quia ante ista omnia surrexisse, relata est: & antequam surgeret comedisse, & bibisse. Quis est cibus electæ animæ, nisi *Matth.4.* iuxta veritatis vocem, Omne verbum, quod procedit de ore dei? & quid est ei surgere, nisi se ad statum supernæ intentionis erigere? Antè ergo surrexisse, quàm amaro animo fuisse dicitur: & antequam surgeret manducasse & bibisse: quia electa anima de ærumna vitæ præsentis, dolere non poterit, si sese ad illa, quæ in cœlestibus perdidit, non extendit: & se ad illa summa non eleuat, si à scripturæ sacræ pabulo ieiunat. Vt surgamus ergo, manducamus, & bibimus: quia tum ad altitudinem superni amoris erigimur, cum scripturæ sacræ profundis, & planioribus sensibus roboramur. Dehinc si surgamus, amaritudinem cordis acquirimus: quia dum in superna per amorem ferimur, quæ in imo sunt, non nobis præbent blandimenta gaudij, sed asperitatem afflictionis. Sed iam ab amaro animo, ad fletuum fluenta conscendimus: quia cum iugi, validaque compunctione transfigimur, ea mala, quæ in hac valle lachrymarum incurrimus, & futura quæ timemus, & æterna bona quæ amisimus, flere copiosius valemus. Hinc verò ad vouendorum K votorum secreta procedimus: quia dum ab omni quod foris libet, fletuum nos largitas sepelit: velut totos effectus cœlites, supernis obtutibus ostendit, & vota vouemus, quibus sic æterna bona placent, vt mens nostra per nulla terrena, atque carnalia se inquinet. Dehinc profectus nostros precum multiplicatio sequitur, quia eo iam libentius sæpius, & instantius æterna orando, quærimus, quo in solo futurorum bonorum solatio respiramus. Mane autem adorant, & in ciuitatem suam reuertuntur. Post multiplicationem precum, cum Anna coniuge mane adorare, est inter magna virtutum dona, humilitatis virtutem custodire: & quia in illa sublimi visione diutius stare non potest anima, quæ adhuc ista corruptionis sarcina prægrauatur, aptè in ciuitate sua reuersi referuntur. Electa enim anima, cum infirmitate prægrauante, à dei contemplatione repellitur, vt redire in eandem visionis altitudinem valeat, debet habere constructa ædificia munitionis, quatenus ad semetipsam relapsa, in alto se teneat, vnde iterum ad eandem intimæ claritatis altitudinem consurgat. Quod & sub typo Hierusalem, electæ animæ per Prophetam dicitur: Sta in excelso, & vide iucundi- *Abac.4* tatem quæ veniet tibi à deo tuo. Quasi dicat, & si manere iugiter in dei contemplatione non potes, ne vsque ad ima deponaris: vt ab altis custodiæ tuæ turribus, ad eum contemplandum, sine difficultate conscendere, quem desideras, possis. In Ramatha quidem ciuitatem suam reuertitur, si cum à diuinæ L maiestatis visione repellitur, in sanctorum angelorum contemplatione retinetur. Sed cùm de ista subtiliori natura, idest, angelica cogitare non præualet, si ad beatos martyres, vel electos alios, qui iam æternitate recepti sunt, meditando recurrit (quia de perfecta eorum gloria cogitat) nimirum tunc in sua ciuitate recipitur, qui morari in sublimibus prohibetur. Bene autem eadem Ramatha ciuitas sua dicitur, quia quam familiariter diligit, suam esse indubitanter credit. Suam nanque hanc ciuitatem esse cognouerat, qui dicebat: Scimus quia si *2.Cor.5* terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quia ædificationem habemus ex deo, domum non manufactam æternam in cœlis. Hinc iterum dicit: Hierusalem, quæ sursum est, *Gal.4.* mater nostra est. Sed qui in illa sublimi ciuitate reuerti non potest, redeat nihilominus in ciuitatem suam Ramatha, & qui ab altissima illa deponitur, in istius Ecclesiæ adhuc in imo peregrinantis, sed sublimis vitæ fulgore radiantis, visione teneatur. Eo quippe hinc iterum redire ad reuisendum iubar alti verique luminis poterit, quo eum sensum, quem carnis sarcina ab internæ lucis secreto retrahit, vsque ad terræ infirma non deponit. Quid est autem, quòd post dierum circulum Anna concipit, & parit, nisi quia gaudium perfectæ deuotionis, contemplatio ad conditoris pulchritudinem semel eleuata, non suscipit, Post dierum ergo circulum concepisse, & pe- M periisse dicitur: quia dum ex consuetudine contemplatio ad superna rapitur, in visione superni luminis munus accipit desideratæ fœcunditatis. Circulus nanque dierum, est infusio diuinæ lucis. Quæ profectò in suo ambitu diebus pluribus cingitur, dum vna sua claritate mentem irradiat, sed sui splendoris radios, per vices dispensatiuæ manifestationis ei insinuat, quousque perfectius gaudium, de ampliori manifestatione comprehendat. Vel certè post dierum circulum Anna concipit, quia nimirum quandiu mentis aciem, contemplationis ruditas in gyrum mutabilitatis concutit, ipsa mens ad percipiendum plenum internæ maiestatis gaudium non assurgit. Velut enim in quodam circulo dies transeunt, cùm mens inchoantis in contemplationis se culmen eleuat, sed vix per respecti iubar luminis, eam adhuc rotantem, ac discurrentem fixam in sua luce seruat. Post dierum ergo circulum concipit, quia prius à mutationis suæ vertigine, instandi robur anima ducitur, & cum stare fixa ex vsu in contemplatione didicerit, gaudium perfectæ deuotionis in fructu suæ fœcunditatis apprehendit. Quod etiam conceptum parit, quando proximis ad gloriam supernæ maiestatis innotescit. Natus verò puer in tribus vitulis ad tabernaculum ducitur, quia de largitate spiritualis muneris, gratias referre debemus summæ Trinitati. De quibus vitulis dominum obsecrans Propheta dicit: Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, *Osee.14* & red-

A & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Quasi dicat: Pro largitate munerum reddemus sacrificia laudis, per obsequium labiorum. In domum verò domini puer offerendus adducitur, cùm sacræ mentis profectus, sanctæ ecclesiæ doctoribus reuelatur, vt dum collatione sapientum discutitur, fraude hostis callidi nequaquam maculetur. Potest & domus Domini æternam patriam designare. De hac quippe Psalmista exultans, dicit: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. In domum domini puer adducitur, cum electa mens in alta sustollitur, & de omni, quod spiritualiter proficit, omnipotenti deo gratias referre satagit, à quo profectus sui sibi impensa munera recognoscit. Bene autem vnus vitulus immolatur, cùm tres delati referãtur: quia & si personarum Trinitas, confessione fidelium in diuinis laudibus canitur, earundem personarum inseparabilis vnitas prædicatur. Sed qualis aut quanta sit laus, si deuota non sit? Aptè itaque tribus vitulis, totidem farinæ modij coniunguntur, vt de eo quod in dei laudibus ore dicimus, per deuotionem satiemur. Nam sine farina vitulum offert, qui in dei laudibus verba quidem edit, sed mente vaga ad ea, quæ loquitur, non intendit. Sed si verba dei laudando vel orando proferentes hilarescimus, dum intelligentiæ miscemus gaudium, illius vini, quod lætificat cor hominis, amphoram farinæ sociamus. Hoc profectò insinuat, qui exoptans ait, Benedicat nos deus, deus noster, benedicat B nos deus, & metuant eum omnes fines terræ. Quasi tres vitulos ad tabernaculum duxit, qui deum laudans diuinitatis eius nomen repetendo, personarum proprietates exposuit. Sed cùm metuant, non eos sed eum dixit, profectò qui tres adduxit vitulos, vnum immolauit. Et quia farinam vitulis, & farinæ vinum miscuit, gloriatur, dicens, Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea. Dum enim clamauit, quasi ad immolandum sacrificij vitulum duxit, sed sub lingua sua exultare non posset, si alta precis suæ verba non intelligeret. Cùm clamauit ergo, intellexit quæ clamauit, & exultauit in oblatione omnipotentis dei, non solum vitulum habuit, sed etiam farinæ modios, & amphoram vini. Igitur vitulus farina, & vinum, laus est Dei, intellectus laudis, & lætitia deuotæ mentis. Cur autem modium, & amphora, in Dei oblatione nominantur, nisi quia mensuræ sunt nomina? Hoc etiam quid spiritualiter indicet, Paulus exponit, dicens: Vnusquisque donum habet ex Deo, vnus quidem sic, alius verò sic. Hinc veritas dicit. Mensuram bonam, & confertam & coagitatam dabunt in sinum vestrum. Hanc nobis mensuram custodire sacra scriptura præcipit, dicens: Supra te onus ne leuaueris. Sed electæ animæ valde cauendum est, vt hæc tria omnipotenti Deo ardore piæ deuotionis offerat, & studio manifestæ veritatis. Vnde & eiusdem Annæ filius, sacerdoti oblatus asseritur. Quod profecto & nos agimus, si cum in sancta conuersatione proficimus, cum fœcun C dis iam mentibus spiritalium gaudiorum fructum proferimus, ad prælatorum nostrorum examen ducimus omne, quod in nobis ex superna contemplatione generatur. Et quia electi viri inter dona sublimia, humilitati suæ bonum non deserunt, sequitur: Et adorauerunt ibi dominum.) In domo Domini Dominum adorant, qui & alta mente in supernæ patriæ contemplationem se eleuant, sed per humilitatem omnipotenti Deo substernuntur & omni, quod in virtute Spiritus tam sublimiter eleuantur. Hæc non ex ordine, sed summatim ad historiam, siue moralem intelligentiam exponendo perstrinximus, vt verba spiritalis cantici: quod subsequitur secundum moralẽ, typicamq; explanationem paulo latius indagemus.

Psal.84.

Psal.66.

Psal.65.

1. Ad Corinth.7.

Luc.6.

Caput II.

ET orauit Anna, & ait: Exultauit cor meum in Domino.) In Annæ persona sanctæ ecclesiæ typum latere iam ostendimus. Quæ nimirum nato iam puero, in domino exultare se perhibet: quia de eo quod ad fidem Redemptoris gentilem populum traxit, vanè non tumuit, sed in eo lætitiæ suæ intentionem tenuit, à quo fœcunditatis suæ dona suscepit. Quibus nimirum verbis sic lætitiæ suæ situm indicat, vt causam pariter exultationis eiusdem ostendat. Sterilis quidem fleuit, pariens exultauit, vt sanctæ ecclesiæ mores portenderet, quæ se in hanc vallem lachrymarum à paradisi gaudiis proiectam dolet, sed pro lucrãdis animabus exilij sui ærumnas patienter sustinet. In hoc tantum exultare consueuit, si in ærumna temporis, qua premitur, per fœcunditatis suæ gloriam, multiplicatis electis, cœlestis patriæ damna reparentur. Dicit ergo: Exultauit cor meum in domino,) quia fructum sui propositi cõsecuta est. Quo in loco notandum est, quia hoc quod gloriãs loquitur, oranſe perhibetur. Nã prætermissum est. Et orauit Anna, & ait, exultauit cor meum in domino.) Quæ autem nihil à Deo petere flagitando cogaoscitur, cur oranſe perhibetur? Sed quia hoc futurum esse per prophetiæ spiritum sancta mulier nouerat, & id fieri vehementer optabat, & exultando loquitur, & orando. Exultabat quidem certitudine futurorum, vehementer exoptans fieri, quod nouerat, reuelatione sacramenti. Sancta quoque ecclesia inde diuina beneficia amando & venerando recolit, prædicat, & orat, quia nimirum id foris loquendo exequitur, quod intus miro desiderio fieri cupit, & factum magna deuotione veneratur. Dicit ergo: Exultauit cor meum in domino:) quia munera, quæ ad æternæ lætitiæ fructum accipit, ad temporale gaudium non conuertit. Sequitur: Et exultatũ est cornu meum, in Deo meo.) Quid est cornu Annæ, nisi potestas sanctę ecclesię? Quod E profecto cornu tunc mirabiliter se extulit, cum Dei filius per assumptam humanitatem, naturæ nostræ participem se fecit. In eo igitur, cornu sanctæ ecclesiæ exaltatum est, in quo humana natura iam splendet, supra angelos eleuata. Sed in hoc quod hunc Deum suum & salutarem sancta ecclesia singulariter asserit, synagogæ repulsionem latenter ostendit. In Deo igitur salutari nostro, exaltatum est cornu nostrum, quia sublimitas ecclesiasticæ potestatis in humanitate nobis erecta est Redemptoris. Vnde & de eodem Redemptore per Zachariam dicitur, Erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui, sicut locutus est per os sanctorum Prophetarum suorum: & quia exaltatum cornu suum refert, latenter indicat, quia ante cornu habuerat, quod exaltatum non erat. Sancta quippe ecclesia ante Redemptoris aduentum cornu habuit, quia in Patriarchis & Prophetis tam recte viuendi ordinem quàm delinquentis corrigendi, potestatem diuinitus accepit. Sed tamen cornu exaltatum non habuit, quia etsi viuere iuste poterat, tamen ad Paradisi gaudia sine Redemptoris præsentia, redire non poterat. Nunc autem sanctæ ecclesiæ cornu exaltatum est, quia iam mundi Redemptorem venientem recepimus, per cuius gratiam non solum recte possumus viuere, sed & ad paradisi gaudia trãsire, quia ille iam pro nobis mortuus resurrexit, in cuius morte mors obiit, & paradisus se eius fidelibus reserauit. Exaltatum est ergo cornu nostrum in Deo nostro, quia effusa iam gratia F Sancti spiritus, in electorum multitudinem impressam Redemptoris imaginem videmus, dum qui terrena omnia despiciunt, carnis voluptates fugiunt, propria derelinquunt, tanto altiori potestate radiant, quanto hæc tanta virtutis insignia, in veterum multitudine sancta ecclesia non habebat. Exaltatum est cornu nostrum in deo salutari nostro,) quia quotquot eum recepimus, dedit nobis potestatem filios dei fieri. Hoc cornu exaltare volebat salutaris noster, cum dicebat: Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & omnem virtutem inimici. Hinc item asserens, ait. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. Hinc iterum repromittit, dicens. Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israël. Dicat ergo Anna. Exaltatum est cornu meum, in Deo meo,) vt videlicet sanctæ Ecclesiæ gloria designetur, quæ singulare culmen potestatis obtinet de præsentia Redemptoris. Et quia iam in toto mundo distenditur, quæ quondam intra Iudæam persecutionibus angebatur, sequitur:

Dilatatum est os meum super inimicos meos. Qui enim inimici ecclesiæ alij quàm Iudæi intelligendi sunt? Supra quos nimirum dilatatũ os habet, quia contra eorum perfidiam omnium gentium iam fideliũ linguas mouet. Os ergo sanctæ ecclesiæ dilatatũ est, quia per vniuersum orbẽ diffunditur, & dum nationes vniuersas

Ioan.1.

Luc.10.

Matt.16.

Matt.19.

G vniuersas prædicatione veritatis erudit, Iudæorum stultitiam veluti dilatato ore reprehendit. Et quia hoc inde potuit, quia venientem in carne mundi redemptorē gaudenter excepit, causam dilatati oris exponit, dicens: Quia lætata sum in salutari tuo.) Iam quis sit salutaris dei cognouimus. De quo etiam Esaias vaticinans, ait, Videbit omnis caro pariter salutare dei. Iesus autem nostro eloquio salutaris dicitur. De quo etiam Abacuc sibi gaudium repromittit, dicens: Gaudebo in deo Iesu meo. Ecce veterum Iudæorum vocibus dominus Iesus deus asseritur. Sed nunc Iudæi saluatorem expectant, quem deum esse nequaquam credunt. Sed fortasse hoc Iudæi in ore suo reprobare contendunt, & dum Iesum saluatorem interpretantur, deum saluatorem non vnigeniti personam, sed patris intelligunt, veruntamen in eodem loco subditur, vnde vnigeniti persona apertius demonstretur. Domine deus (inquit) virtus mea, constitue pedes meos in consummatione, & super excelsa statue me, vt vincam in claritate ipsius. Ecce deo loquitur, dicens statue me super excelsa. Sed quia dicit vincam in claritate ipsius, alius vtique est, de quo dicit. Quis ergo est, de quo dicit, nisi vnigenitus dei filius, quem non solum verum hominem, sed etiam deum credit? Dum ergo deo loquitur, dicens: gaudebo in deo Iesu meo, & vincam in claritate ipsius, non deum alium, sed deus personam aliam demonstrat. Hæc sunt sanctæ Ecclesiæ rationes, hæc contra Iudæorum perfidiam inuincibiles assertiones, per vniuersum orbem diffusæ. Dilatatum ergo os habet sancta ecclesia super inimicos suos, quia iā auctore deo vbique cognoscitur, vnde & Iudæorum perfidia conuincatur. Causam igitur dilatati oris audiant, qui salutare dei negant: & de gaudio salutaris nostri feriantur argumento confusionis suæ. Sed feriri possunt, à blasphemiis vero suis cessare nolunt. Iam dei salutare mundus excepit, omnis caro vidit, Iudæus non credit, quia (vt dixi) saluatorem expectat, qui deus non sit. Audiant ergo maledictionem Prophetæ dicentis: Maledictus homo, qui confidit in homine, & à domino recedit cor eius. In hominem Iudæi confidunt, qui credere in redemptorem refugiunt, dum Antichristum in fine mundi præstolantur. In quorum confusionem, Psalmista prædicat, dicens: Viderunt omnes fines terræ *salutare dei*. Quasi perfidiam Iudæorum confundat, dicens: *Quid in posterum visiones differtis? Quem expectatis, iam venit, quem promissum habuistis, iam omnibus finibus terræ apparuit, cum clausistis oculos, transit, imò sic cæci facti estis, quod coram vobis tanta lux stetit, & non vidistis.* Ergo iubilate deo omnis terra, cantate, & exultate, & psallite: psallite deo nostro in cithara, & voce psalmi, in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ, iubilate in conspectu regis domino, moueatur mare, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Flumina plaudent manibus in idipsum, montes exultauerunt ante faciem domini, quoniam venit, quo-
I niam veniet iudicare terram. Quasi dicat. Quia tam immensa cæcitate premuntur, vt nequaquam videre meruerint, vos gaudete abundantius qui vidistis. Sed quam mirabiliter, atque ineffabiliter gaudendum sit, signa gaudij coaceruans, ait: Iubilate, cantate, & psallite. Celebritatem quoque lætitiæ insinuare gestiens, instrumenta eius enumerans, dicit: Psallite domino in cithara, & cithara, & voce psalmi, in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ, iubilate in conspectu regis domino. Quid in conspectu regis, nisi in cognitione redemptoris? Sed à quantis hæc gaudiorum solennitas sit agenda, exponit, dicens: Moueatur mare, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo. O infelix Iudæa, Fines terræ viderunt salutare dei, omnis terra commota iubilat, gaudet vniuersus orbis, flumina plaudunt manibus, montes exultant, sed impia Iudæorum corda non credunt, & in cæcitatis suæ tenebris liuoris pœna feriuntur. Sed quem blasphemare non metuunt, sancta ecclesia attentius commendat, dicens: Non est sanctus, vt est dominus.) In descriptione redemptoris omnia incomparabilia designantur. Inde enim verus redemptor ostenditur, quod in omni, quod ad eius gloriam dicitur, ei nemo comparatur. Ille enim omnes redemit, qui omnibus excellit. Quod rectè contra Iudæam dicitur, quæ eo audacius redemptorem despicit, quo multos se habuisse viros recolit, qui magna claruerunt laude sanctitatis. Hinc est enim quod illuminato cæ-
K co, exprobrantes, dicunt: Tu sis discipulus illius, nos autem *Ioan.9.* Moysi discipuli sumus. Scimus quia Moysi locutus est deus, hunc nescimus vnde sit. Hinc item gloriantur, & dicunt: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam. Sed homo *Ioan.8.* fuit Moyses, homo Abraham, homo Christus. Veruntamen illi assumpti ad locutionem dei, iste assumptus in diuinitatem. Illi assumpti ad ministerium, iste vt vnigenitus assumptus ad regnum. Vnde & loquitur, dicens: Omnia, quæ habet pater, mea *Ioan.16.* sunt. Non est sanctus, vt est dominus.) Hoc etiam sacra scriptura testatur, dicens: Cui se infudit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Hinc Ioannes ait: De plenitudine eius om- *Ad Col.2. Ioan.1.* nes accepimus. Non est sanctus, vt est dominus,) quia in eo quòd dominus asseritur, sanctitatis eius excellentia commendatur. Sed Iudæi Christum, quem expectant, purum hominem, asserunt, & tamen suum dominum futurum, & singulariter sanctum credunt. Sed Psalmista illos reprobans, nos ad fidei gaudium cohortatur, dicens: Iubilate deo omnis terra, seruite do- *Psal.99.* mino in lætitia. Intrate in conspectu eius in exultatione, scitote quoniam dominus ipse est deus. Illi dominum vocant, qui deus non sit. Nobis ergo iubilandum, nobis in lætitia seruiendum, qui talem habemus dominum, qui etiam deus veraciter credatur, qui maiestatem diuinitatis, quam in se asseruit, incomparabilibus miraculis comprobauit. Qui ergo inuisibilem eius diuinitatem abnegant, patentibus operibus credant. Sed quàm L
mira sanctitas illa est, quæ peccatores sanctificat? Vnde & de peccatrice muliere dicit: Remittuntur ei peccata multa, quo- *Luc.7.* niam dilexit multum. Hanc excellentiam sanctitatis, illa in fluxu sanguinis posita, cognoscens, ait: *Si tetigero vel fimbriam* *Matt.9.* vestimenti eius, salua ero. Sed quis fidem eius assereret, si effectus fidei non pateret? Nam vt vestimentum eius tetigit, sanguis stetit. Non est ergo sanctus, vt est dominus, quia quisquis potuit sanctus existere, eius accepit munere, vt sanctus esse potuisset. Hoc nanque sancta ecclesia subsequenti verbo insinuās, ad eundem redemptorem ex nimia charitate conuertitur, dicens: Neque enim est alius extra te.) Subauditur sanctus. Extra eum sanctus aliquis esset, si absque dono vnigeniti, sanctificationis spiritum *habere potuisset. Sed quis hoc asserere audeat de hominibus, quod de Angelis nequaquam constat?* Scriptum quippe est: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu o- *Psal.32.* ris eius omnis virtus eorum. Verbum domini est vnigenitus dei. Quem profecto euangelista Ioannes insinuans, ait: In prin- *Ioan.1.* cipio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Si ergo etiam Angeli sanctificati creduntur in filio, multo magis de hominibus creditur, quia extra eum sanctificationis gratiam inuenire non possunt. Potest etiam hoc sine aliqua subauditione intelligi. Cum ergo dicit: Nec est alius extra te.) Quid aliud in redemptore, quàm diuinæ essentiæ incommutabilitas designatur? Vnde & Iudæis blasphemantibus, di- M
cit: Antequam Abraham fieret, ego sum, Idipsum in Genesi *Ioan.8.* Moysi insinuans, ait: Ego sum, qui sum. Deo enim vnigenito *Exod.3.* esse est, dissimiliter nunquam esse. Qui certe status, tanto longe est à cunctis mortalibus, quanto clarius cognoscitur, quia momentis singulis, per multa variantur. Potest hoc, & ad iustitiæ statum pertinere, quia electorum esse est, in deo per iustitiā manere. Et quia vnigenitus dei, deus est, extra eum non est aliquis, quia nemo electorum nisi in ipso est. Quod sic refertur ad diuinitatem eius, vt nequaquam intellectū humanitatis eius euacuet: quia iustus esse non potest, qui fidem non habet diuinæ incarnationis. Iudæi ergo per hæc singula verba feriūtur: qui dum redemptorem contemnunt, Antichristum expectant: qui deus non esse liquido comprobatur. Vnde & per beatum Iob dici- *Iob.18.* tur: Habitant in tabernaculo eius socij eius, qui non est. Tabernaculum Antichristi est, amor perfidię: quo fidei contradicit redemptoris. In quo nimirum tabernaculo Iudæi nunc permanēt: quia dum perfidię suæ situm amanter inhabitant, contra redemptorem pugnant. Qui etiam eius, qui non est, socij esse referuntur: quia in proposito suo diabolum adiuuant, qui dum à summę illius essentię amore corruit, verum esse protinus amisit. Cui nimirum non esse est, ad summæ illius beatæ essentiæ per amoris participationem reuerti non posse. Et quia Iudæorum popu-

lus, non

A ius, non ſolum arduam patrum veterum conuerſationem, ſed etiam miraculorum oſtenſionem, ad augmentum elationis habuit, Subditur: Et non eſt fortis, ſicut deus noſter.) Quaſi inaniter gloriantem Iudæam reprimat dicens. Quos magna feciſſe aſtruis, puri homines fuerunt: quem prædico, non ſolum homo ſanctus fuit: ſed etiam potens deus. Dum ergo fortitudo reſpicitur, excellentia indicatur, quia nimirum omnino infirma eſt omnis fortitudo hominis, in comparatione deitatis. Quo tamen in loco, aſſertio diuinitatis non probat excellentiam operis: ſed incomparabilitas fortitudinis, oſtendit veritatem deitatis. Quaſi dicat: In hoc cognoſcitur, quia vera protulit: quia deitatem, quam in ſe aſſeruit, incomparabilibus operibus comprobauit. Vnde per ſemetipſum dicit: Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit: peccatum non haberent. Iam verò ipſa opera diſcutienda ſunt. Moyſes mare: Helias flumen diuiſit: Dominus noſter Ieſus ſuper mare ambulauit. Quid ergo eſt elegantius, in ſicco profundi alueo, viam tranſeunti populo exhibere, an ipſam maris faciem viam facere? Illi quippe quia humanitatis deprimebantur pondere, in profundi ſolido viam, qua pergerent, requirebant: ſed qui infirma humanæ naturæ, in celſitudinem diuinitatis aſſumpſiſſe cognoſcitur: ſuper aquas virtute propria ferebatur. Moyſes de conſortio ſermonis domini ſplendorem vultus obtinuit. Ioſue orationibus, ſolem fixit: ſed quia deus eſt Ieſus, coram diſcipulis in ſolis virtute reſplenduit. In illius faciem filij Iſraël intendere non poterant: iſtius gloriam qui meruerunt cernere, ceciderunt: vt apertè cognoſceres, quia diuinũ exiſteret, quo humana tranſiret: Huic, in monte illis aſsiſtentibus, ab æterno patre dicitur. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipſum audite. Et ideirco etiam Helias, qui ne plueret cœlum clauſit: & vt plueret, reſerauit: in eius comparatione quid eſt, qui apertis cœlis patrem exhibuit teſtem ſuæ diuinæ generationis? Non eſt ergo fortis vt dominus:) quia quicquid virtutis Moyſes oſtendere potuit, dominus, non ipſe fecit. Ieſus autem omnia, quæ mirè geſsit, propria virtute exhibuit, quia dominus etiam Moyſi fuit. Non enim Moyſes populo per deſerta gradienti, ſed dominus Manna pluit. Non Moyſes, ſed dominus in columna ignis per noctem, & nubis in die populum præceſsit. Non Moyſes, ſed verbum, quod factum eſt ad eum, aquam de rupe produxit. Non Moyſes, ſed dominus volatilia concupiſcentibus exhibuit. Vnde & dominus Iudæos in patrum fortitudine gloriantes, reprimit, dicens: Non Moyſes, ſed pater meus dedit vobis panem de cœlo. Hinc Pſalmiſta: non Moyſen inaniter efferens, ſed dominum laudabiliter extollens, dicit: Fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo Thanæos, interrupit mare, & perduxit eos, & ſtatuit aquas quaſi in vtre. Eduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. Eduxit aquam de petra, & deduxit tanquam flumina aquas. Et mandauit nubibus deſuper, & ianuas cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum, & pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam maris, volatilia pennata. Dominus autem Ieſus fortis incomparabiliter non in aliena virtute apparuit, ſed in ſua. Vnde & ex ſeipſo potens, paralytico imperans, ait: Tibi dico ſurge. Hinc etiam ſcriptum eſt: Quotquot tangebant eum ſalui fiebant, à quocunque languore tenebantur. Et iterum: Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Hoc nanque inſigne fortitudinis, nec Moyſes, nec Helias habere potuit, vt dum incomparabilia ſigna innoteſcerent, aduentum vnigeniti apertiſsimè deſignarent. Recte ergo ſynagoga perpetuo ſilentio damnatur, cum ſubditur: Nolite multiplicare loqui ſublimia. Recedant vetera de ore veſtro.) Quaſi dicat. Dum incomparabiliter noua cernitis, geſta antiquorum reprehenſibiliter effertis. Quaſi enim vmbra illa præceſſerant. Sed nunc palam veri fideles hæc redemptoris noſtri opera venerabiliter adorant, quia quod vmbrabatur ibi occultatione ſacramenti in aduentu redemptoris patuit, expectaſſe corpus reuelandæ veritatis. Ergo ſi ad noua referantur, vetera non ſunt, quia in ſpiritu ſancto intellecta, veſtatem aliquam non recipiunt. De illo quippe renouante omnia ſpiritu, Pſalmiſta precatur, dicens: Emitte ſpiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Vetera ergo ſunt ſi redemptoris operibus conferantur, ſed cum ad confirmanda hæc, ſpiritualiter illa proferimus, eo ſpiritu, quo hæc intelligimus illa renouantur. Sancta ergo eccleſia dum Iudæos, de veterum narratione reprehendit, quid aliud, quàm eos acta patrum ſpiritualia carnaliter intelligere deſignatur? Synagoga etenim contra ſanctam eccleſiam ſe tanto temerius erigit, quanto legis, & Prophetarum ſcientia ſuperbius extollitur: quam ſuis patribus diuinitus inſpiratam, ſibi autem materialiter exhibitam didicit. Vnde ſequitur: Nolite multiplicare loqui ſublimia, gloriantes.) Et vt tumere deſinant, ſubiungit, dicens: Recedant vetera de ore veſtro.) Iam quippe ei vetera ſunt, quæ (vt dixi) per renouantem ſpiritum non intelliguntur. Tale eſt igitur, ac ſi dicat: Dignum eſt, vt ab eorum narratione ſileas, quorum nouos, & ſplendidos ſenſus ignoras. Quæ nimirum & ſi ſubtiliter intelligis, tumorem arrogantiæ tibi præſtare non debent: quia deus ſcientiarum dominus eſt. Redemptor quippe humani generis, quia ſummi patris eſt verbum, dominus eſt vtique omnium ſcientiarum. Alta quippe, & magna locutus eſt Eſaias, magna locutus eſt Hieremias: ſed profecto nihil dicerent, ſi hoc verbum ſcientiarum dominus, non eis antequam loquerentur, ſcientias indicaret. Vnde & frequenter in libris eiuſdem Eſaiæ prophetæ legitur: Verbum quod factum eſt ad Eſaiam prophetam. Frequenter & in libro Hieremiæ ſcribitur: Verbum quod factum eſt ad Hieremiam prophetã. Hoc verbum ſcientiarum dominum, Ioannes in altiſsimo ſummi patris ſinu aſpiciens, ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Hinc Paulus ſcientiarum dominum redemptorem noſtrum inſinuans, dicit: Quia in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Dum ergo dicit: Recedant vetera de ore veſtro, quia deus ſcientiarum dominus eſt:) quid eſt aliud dicere, niſi ſynagogæ aperta ratione monſtrare, vt tanto ſollicitè tacere debeat, quanto non ſolum quod ſint, ſed etiam à quo ſint ea, quæ dicit, ignorat? Quaſi dicat: illam ſcientiam, quam patrum tuorum fuiſſe aſtruis, tanto tibi dare arrogantiam non debuit, quanto non ipſorum, ſed vnigeniti filij dei fuit: & ipſam eandem ſcientiam non intelligis. Dicit ergo: Recedant vetera de ore veſtro,) vt Iudæi nequaquam deprauent, quod intelligere rectè non prævalent. Deus ſcientiarum (dicit) dominus eſt, vt quod veraciter dei eſſe comprobant, hominibus fallaciter non adſcribant. Sed dum de verbis iactantia Iudæa reprehenditur, quia nullo timore compungitur: ei etiam de occultis perfidorũ cordium motibus, tormenta nunciatur. Nam ſequitur: Et ipſi præparantur cogitationes.) Quaſi dicat: Quem blaſphemare non metuis, non ſolum linguæ habebis iudicem, ſed & cordis. Vnde & per Eſaiam comminatur, dicens: Ego opera, & cogitationes eorum venio vt cõgregem. Hinc per Moyſen dominus comminans, ait: Nonne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? Et quia his verbis ſilentium ſynagogæ præcipitur, videamus iam ſancta Eccleſia quibus fœcunditatis ſuæ laudibus in Annæ voce glorietur. Subdens nanque, ait: Arcus fortium ſuperatus eſt.) Quiſnam eſt arcus fortium, niſi fraudulenta ſæuitia Iudeorum? Ex occulto quippe, quaſi ex arcu redemptori vulnus inflixerant, quem gentium manibus occidebant. Sed ſuperatus eſt arcus fortium: quia qui eorum vulnere obiit, à mortuis reſurrexit, in cœlum aſcendit, promiſſum ſpiritum ſanctum diſcipulis miſit. Vnde ſubditur: Et infirmi accincti ſunt robore.) Appellatione quidem roboris, virtus oſtenditur ſpiritus ſancti. Vnde & eundem ſpiritum dominus diſcipulis repromittens, ait: Vos autem ſedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Robur autem gratia ſancti ſpiritus rectè dicitur, quam vt electi recipiunt, contra omnia aduerſa huius ſeculi fortes fiunt. Qui vero infirmi hoc loco, niſi Apoſtoli intelligendi ſunt? Sed infirmi profecto, cum arcus fortium tenditur, non cum virtute ex alto veſtiuntur. Nam in hora Dominicæ cõprehenſionis ſcriptum de eis eſt: quia relicto domino, omnes fugerunt. An non valde infirmus tũc Petrus erat, cũ interrogantis ancillulæ vocem timuit, & redemptorẽ negauit? Iam quippe ſuperatus erat arcus fortium, annihilata ſæuitia Iudæorum, quia redemptor morte victa ſurrexerat: & tamen adhuc infirmi Apoſtoli, ſuperatos fortes clauſis ianuis metuebant. Sed vbi eos robur induit, libet intueri, quàm fortes fecit. Repentino quippe ſonitu

Num.20. Ioan.6. Pſal.77. Exod.33. Ioſue.10. Matt.17. 3.Reg.17. Exod.16. Exod.13. Exod.16. Num.20. Pſal.103. Luc.5. Marc.6. Luc.6. Ioan.1. Coloſſ.2. Eſa.56. Deut.32. Luc.xlii. Matt.16. Matt.14. Actu.2.

G sonitu super eos spiritus sanctus venit, & eorum infirmitatem in miræ charitatis virtutem permutauit. Cœperunt enim Christum iam robore induti prædicare, qui persecutorum minas non erubescebant delitescendo fugere: & qui mulierum verba timuerant, auctoritatem principum, libertate frangebant. Vicit robur formidinem, terrores, minas, & cædes superauit: & quos superueniendo induit, in cœlesti militia mirabilis audaciæ insignibus illustrauit: vt inter flagella, cædes, & opprobria non metuerent: sed exultarent. Scriptum quippe de eis, hoc iam robore indutis, est: Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati. Hinc iam prædicantes, dicunt: Omne gaudium existimate fratres, cum in tentationes varias incideritis. Bene ergo dicitur. Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore.) quia prius à mortuis resurrexit, & sic ad cœlum redemptor abiit, & spiritum sanctum discipulis misit. Prius namque superandus erat arcus fortium, & post infirmi robore accingendi. Vnde & scriptum est: Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Quo in loco notandum est, quia hoc contra Iudæam dicitur, quæ miracula redemptoris tanto superbius despicit, quanto inter supplicia mortuum recognoscit. Dicit ergo: Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore.) Quasi mortem redemptoris calumnianti synagogæ respondeat, dicens: Noli despicere, quod mori potuit: sed mirare potius, quia mortuus resurrexit: & gentis tuæ sæuitiam, reuiuiscendo superauit. Et quia hoc de præterito ostendit, non solum denunciando ei loquitur, sed insultando. Quasi enim inaniter insultanti, improperet, dicens: Quid vobis profuit occidisse, quem mortis laqueus non potuit tenere? Vos occidistis, ne post eum totus mundus iret: sed idcirco post eum totus mundis vadit, quia verum se dei filium probauit, moriendo humanum genus redimere: & dum resurgendo viuentem se monstraret, & ad cœlum conscenderet, & spiritum sanctum promissum discipulis destinaret. Et quia pro incredulitatis suæ merito, synagoga à participatione promissæ gratiæ repulsa est, idipsum sancta ecclesia improperans ei, subdens, ait: Repleti prius, pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt.) Qui fuerunt prius repleti, nisi qui cognitionem dei antequam cæteri populi habuerunt? Qui ergo repleti prius, intelligendi sunt alij, quam Iudæi, qui in fide conditoris fere ab ipso fuerunt principio mundi eruditi? Ipsi quidem pro panibus se locauerunt. Quid enim panes hoc loco significant, nisi mysteria diuinæ incarnationis? Locus autem inueniendorum panum sacra est scriptura. Vnde & panis qui de cœlo descendit, ad inueniendum se, ignorantibus, dicit: Scrutamini scripturas, quia ipsæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. Pro panibus ergo se locauerant, quia omnes scripturas acceperant, vt in eis sacramenta diuinæ incarnationis inuenire debuissent, sed cum panis venit, synagoga, quæ se pro pane locauerat, locum reliquit, in quo inuenire panem debuit, quem quæsiuit. Scripturas quidem (vt dixi) ad cognoscendum redemptorem habuit, sed qui secundum scripturas venerat, venientem confutauit. Famelici ergo saturati sunt: quia qui crediderunt de gentibus, dum mysteria diuinæ incarnationis veneranter accipiunt, cœlestem cibum habent, ad internæ delectationis vsum. Famelici quidem dicti sunt, quia ante aduentum redemptoris infidelitatis famæ proiecti, spiritualis refectionis cibum nullum habuerunt. Vel certe famelici dicuntur, quia spiritualis cibi dulcedinem, cum magna auiditate suscipiunt. Repleti vero, qui se pro pane locauerant, audiant quem expectabant. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Sed quia non merebantur agnoscere, respondebant. Nonne hic est filius Ioseph? quomodo dicit, quia de cœlo descendi? Ipse autem quia omnia nouerat, ad delectationis suæ recubitum famelicos venturos prophetabat, dicens: Amen dico vobis, quia ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abrahã, Isaac, & Iacob in regno cœlorum, filij autem regni proicientur in tenebras exteriores. Repleti ergo se locauerunt pro panibus, sed famelici saturantur, quia synagogæ filij in scripturis sanctis pastum fidei, de futura incarnatione redemptoris habuerunt: sed nunc proiectis illis, dum gentiles in eum veraciter credunt, diuinitatis, & humanitatis eius sacramenta, in delectationis intimæ refectione suscipiunt. Quia vero per egregium doctorem dicitur: Omnes eandem escam manducauerunt, & omnes eundem spiritalem potum biberunt, bibebant de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus, potest rationabiliter colligi, quia illi manducauerunt, & non sunt saturati, isti manducauerunt, & saturati sunt. Quod nimirum contra synagogam à sancta Ecclesia rectè dicitur, vt ij qui sunt sub gratia, mira celsitudine præeminere sub lege positis, designantur. Quid enim illis fuit se pro panibus locare, nisi sacramenta venturi redemptoris in scriptura sacra perquirere? Quorum profecto vnusquisque manducauit, & saturatus non est, quia futurã summi vnigeniti incarnationem credidit, sed præsentem non vidit. Manducare quidem ei fuit, diuinam incarnationem in mentis desiderio dulciter retinere, & non saturari ei fuit, desideratam eius præsentiam non videre. Sed infirmi, qui robore accingendi erant, saturitatis suæ præconia ab eo, quo saturabantur pane audiebant. Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Amen dico vobis, quia multi reges & prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt, & audire, quæ vos auditis, & non audierunt. Qui enim videre volebant, iam intimæ delectationis panem per desiderium manducabant: sed quia videre non poterant, habebant gaudium desiderij, sed non habebãt perfruitionem saturitatis. Nam & si scriptura dicat: Quia panem omnem suauitatem habentem, & omnem dulcedinem deus eis dedit, sic dicitur ab eis accipi, sicut nosci, sicut per fidem notus ab eis, per charitatis desiderium poterat concupisci. Synagogæ igitur in primis patribus glorianti, ij accincti robore proferuntur, vt dum nouum culmen electorum conspicitur præcelsum nequaquam inaniter vltra glorietur. Et quia à discubitu sanctæ ecclesiæ cibus vitæ nunquam tollitur, futura quam præterita insinuans, ait: Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est.) Quæ est sterilis, nisi sancta Ecclesia, vt supra latius in Annæ typo iam diximus? Quid est ergo famelicos saturari, donec sterilis pariat, nisi vsque in mundi finem panem vitæ possidere? Quod & ipse repromittit, dicens: Ecce ego vobiscum sum, vsque in consummationem seculi. Non enim sunt nisi famelici, quos sancta Ecclesia parit. Ergo donec parit, famelici saturantur: quia vsque in mundi finem, Deo filios generat, qui dum venisse in carne redemptorem credunt, panem vitæ, quem desiderant, comedunt, & plenitudine replentur. Sed donec sterilis plurimos parit, ea, quæ multos habebat filios, infirmatur. Infirmari synagogæ, est institutione legis veteris, parere non posse. Quæ enim fidem viri prioris perdidit, Diabolo iam, & non deo parit. Bene autem dicitur, quæ multos habebat filios: quia dum in veritate scripturarum subiectum sibi populum antiquitus erudiret, venturi redemptoris aduentum concupiscere, de complexu cœlestis sponsi filios pariebat. Nunc autem, quæ habebat filios, infirmata est, & filios non habet. Scripturas quidem suis auditoribus exhibet, sed quia redemptorem negat, deo filios nunquam generat. Infirmari ergo dicitur, cui spiritualis fœcunditas negatur. Et quia tam synagogæ repulsio, quàm electio gentilitatis incomprehensibili dei iudicio facta est, sequitur:

Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit. Dominus pauperem facit, & ditat: humiliat, & subleuat. Suscitat de puluere egenum, & de stercore erigit pauperẽ: vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Quasi obstupescenti alicui de tam electæ gentis repulsione respondeat, dicens: Quid in his rationem quæris, quæ summa ratio incomprehensibiliter facit? Quod etiam genus quærendi, doctor egregius reprehendens, ait: Homo, tu quis es, qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentũ factori suo, quid me fecisti sic? aut non habet potestatem figulus, ex eodem luto aliud quidem vas facere in honorem, aliud vero in contumeliam? Tale est ergo, ac si dicat: Quia omnium dominus rectè cognoscitur, opus illius, & in Iudææ abiectione, & in gentium electione, venerandum, & non discutiendum esse sentiamus. Mortificat quidem dominus: quia incomprehensibili iudicio, quondam electum Iudæorum populũ, à cognitione veritatis separat, & in perpetuum dãnat. Viuificat: quia gentilitatem ad agnitionem sui vnigeniti temporaliter

A temporaliter per fidem recipit,& ad eius contemplandam gloriam æternaliter perducit. Ad inferos ducit: quia districto eius iudicio, vltrix gehenna eos puniendos in perpetuum recipit, qui per culpam perfidiæ à veneratione se diuidunt Redemptoris. Reducit ab inferis: quia gentilem populum ad filij sui fidem deuotè accedentem suscipit, cui velut altus abyssi carcer extitit, immensa obscuritas erroris. Pauperem facit, & ditat: quia & repulsam Iudæam spiritalibus virtutibus spoliat: & electam gentilitatem,tam precio fidei, quam bonorum operum fulgoribus exornat. Qui etiam humiliare, & sublimare dicitur. Etenim synagoga à redemptore recedendo, sublimitatis suæ alta deposuit: & sancta Ecclesia redemptorem venerando, ab imo infidelitatis, vbi proiecta iacuerat, in altitudinem rectæ fidei, & Christianæ potestatis celsitudinem surrexit. Quia ergo Dei filium Iudæa contempsit, gentilitas promeruit: rectè & illa humiliata, & ista creditur exaltata. Sequitur: Suscitans de puluere egenum, & de stercore erigens pauperem: vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat.) Egenus, & pauper gentilis populus intelligitur: qui de puluere suscitatus, & de stercore erectus dicitur: quia cum recipitur in fidem redemptoris, & ei minima, & grauiora peccata remittuntur. Quia enim facile puluis excutitur, & quem stercora inquinant, horribiliter fœdant: puluis leuiora, stercus grauiora peccata significat. Bene etiam de puluere suscitatus egenus dicitur, & de stercore pauper erectus. In illis siquidem dormiebat, à quibus leui tactu gratiæ suscitari poterat. In illis verò iacebat, quia lapsus in grauioribus, manu magni auxilij indigebat. Sed iam egenus, qui de puluere suscitatur, & is, qui de stercore pauper erigitur, audiamus, quo culmine præferatur. Vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat.) Qui verò principes hoc in loco, nisi sancti Apostoli designantur? De quibus nimirum principibus, deo per Psalmistam dicitur. Constitues eos principes super omnem terram, memores erunt nominis tui domine. Quid est quòd pauper cum principibus sedet, nisi quia ordo prædicatorum, de gentibus electus, in sancta ecclesia culmen Apostolicę auctoritatis obtinet? Cum principibus quippe sedet: quia de throno cœlestis magisterij, doctrinam salutis exhibet. Et solium gloriæ tenet: quia bonæ famæ odorem spargit, quibus dignitate præeminet. Vel certe solium gloriæ tenet, & cum principibus: quia & sublimitatis honore radiat, & miraculis coruscat. Sed qui tam sublimi dignitate sustollitur, qualiter vti ea debeat, indicat,cũ subiungit:

Psal. 44.

Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.) Cardines terræ sunt extrema terræ. Nomine autem cardinum, ipsos prædicatores, electos de gentibus, voluit designari. Extrema quidē terræ dicũtur: quia de vili quodammodo, & abiecta gentilitate producũtur. Qui profecto cardines domini esse dicuntur, pro mortificatione propriæ voluntatis. Domini quidem sunt, quia non sua quærunt, sed quæ Iesu Christi. Sed dum domini esse dicuntur singularis quædam in eis sanctitas designatur. Qui vero domini sunt, videant: quia super eos orbis ponitur nō sub eis. Quid enim orbis nomine, nisi sanctæ ecclesię subiecta designatur plenitudo fidelium? Super cardines quidem terræ deus orbem posuit: quia prædicatores ad hoc sanctę ecclesiæ præponuntur, vt eorum infirmitatem releuent: & debiles quoque ad cœlestem patriam, velut superimpositum onus, portent. Non igitur se semper prælatos debent aspicere, sed quandoque subiectos: vt disciplina cohibēdis vitiis præsint, sed æstimatione, & obedientia ministerij, sæpe subsint eis, quibus præeminet cura prælationis. Et quia magna sunt onera, quæ prædicatores sustinent: subdit, atque ait: Pedes sanctorum suorum seruabit.) Quasi dicat: Inter on era tam immensa corruerent, si eorum pedes dominus non seruaret. Pedes quidem sanctorum suorum sunt affectus mentium. Qui profecto à domino seruantur: quia ab ipsis gratia miræ deuotionis infunditur, qua onus tantum gratanter feriunt. Seruare quidem pedes sanctorum dominus dicitur: quia tanti ponderis molem fugerent, si hoc intolerabiliter graue, non eis infusa desuper charitas leuigaret. Possunt etiam & status fortitudinis, pedum appellatione signari. Pedes vero sanctorum suorum dominus seruat, quando eos mira fortitudine roborat: vt inter tam immēsa onera, nequaquam cadant. Et quia non pedem, sed pedes seruare dicitur, quid in vtroque pede sanctorum intelligimus, nisi fortitudinem, & humilitatem? Ne enim ruamus in vtroque pede consistimus. Quicunque enim fidelibus gregibus præsunt, in via, qua ad supernam patriam tendunt, modo prospera, modo aduersa inueniunt. Ipsa enim prospera, quia elationem menti excitant, eam ad casum valde impugnant: veruntamen ne electa mens cadat, hinc subsistere nititur pede fortitudinis, inde consistit pede humilitatis. Firmum quippe statum inter vtranq; tentationem retineret, si tam solida humilitate consisteret: vt nulla hanc prosperitas eleuaret, aduersitas nulla deiiceret. Quid est ergo quod dicitur, pedes sanctorum suorum seruabit, nisi quia debilis est omnis virtus hominis, sine auxilio conditoris? Infirma quippe humilitas nostra, dum prosperitatis fauore mulcetur, ab inepta lætitiæ impulsu prosternitur. Infirma fortitudo nostra, dum aduersitate impingitur, leuiter superatur. Sed tristibus elidimur, lætis eneruamur: cum nos nobis omnipotens deus deserit, non cum auxilium suæ protectionis impendit. Dicit ergo: Pedes sanctorum suorum seruabit:) quia omnipotens deus infirmitatem nostram in ferendis subditorum nostrorum oneribus adiuuat: vt nos nec aduersa atterant, nec læta seducant. Tunc quidem à domino pedes nostri seruantur, cum diuino auxilio roborati, obuiantia mundi læta contemnimus, aduersa nulla formidamus: cũ stabili patientia gratanter mala ferimus, & inconcussa humilitate sublimem animum à vana delectatione refrenamus. Possunt autem pedes sanctorum fides, & amor redemptoris intelligi. Quibus profecto pedibus gradiuntur, cum eum, quem per fidem fideles credunt, amore consequuntur. Hos profecto pedes seruari sibi à domino postulabat, qui precabatur, dicens: Super excelsa statue me, vt vincam in claritate ipsius. Super excelsa statuitur, cui Redemptoris diuinitas reuelatur. Et in claritate eius vincit: quia dum eius charitatis radiis illustratur, cuncta maligni spiritus tentamenta destruuntur. Statutos quidem in monte pedes tenet: qui veritatis contemplatione arduus est, & eius, quem credit, summi patris vnigenitum, amore succensus. Super excelsa quidem Petrus statutus erat, qui cum domino confiteretur, dicens: Tu es Christus filius dei viui, protinus audiuit: Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui est in cœlis. Fundatus enim fide, accensus charitate, eum quem amabat, etiam prædicabat. Bene ergo de reprobis subiunctum est. Et impij in tenebris conticescent.) Qui enim impij hoc in loco, nisi Iudæi intelliguntur: qui à pietate veræ fidei sunt extranei, & redemptoris morte cruenti? De quibus rectè dicitur: In tenebris conticescent.) quia sancti super excelsa statuti, redemptorem mundi, quem in diuinæ maiestatis claritate conspiciunt, æternis laudibus confitentur. In tenebris ergo tacent impij: quia Iudæi ideo redemptorem non prædicant, quod ineffabilis eos illa claritas diuinitatis non illustrat. Scriptum quippe est: Tollatur impius, ne videat gloriam domini. His quippe tenebris damnatos eos intuens, Ioannes ait: Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Hinc Dauid non optans, sed prophetans dicit: Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. In tenebris ergo tacēt impij: quia etsi Iudæi diuinæ scripturę verba in dei laudibus proferunt, dum filium negant, deo patri nulla vocum obsequia consecrant. Deo enim silet qui patrem laudans, vnigeniti laudem tacet. Sed quem crucifixum despiciunt, quando iudex venerit, expauescent. Vnde etiam subditur: Quia non in fortitudine sua roborabitur vir, dominum formidabunt aduersarij eius.) Nunc autem durus in infidelitate, fortis in errore est: & quem credere deum contemnit, audacter blasphemare non metuit. Velut vir siquidem nunc vinci non potest: sed tunc sicut vir nequaquam roborabitur, cum is, qui eorum insidiis crucifixus est, in sua maiestate conspicietur. Tunc formidabunt eius aduersarij: quando crucifixi virtute omnia moueri conspexerint, cum eius iudicio vniuersa summitti, cum per excelsos cœlos tonantia iudicia audierint æternę suę damnationis. Vnde & subditur: Et super ipsos in cœlis tonabit.) Qui enim cœlorum nosse hoc loco nisi sancti apostoli designātur? Quibus profecto cœlis sublimitatis suæ gloriam dominus repromittēs, ait:

Abac. 3.

Matt. 16.

Esa. 26. Ioan. 1. Psal. 2.

Sedebitis

Matt.19. Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israël. Ho-
G rum profecto cœlorum tonitrua, Iudæis dominus insinuans,
Luc.11. ait: Ipsi iudices vestri erunt. Super Iudæos igitur impios, tunc in cœlis tonabit, quia à sanctis Apostolis, tunc terribilia iudicia suæ damnationis audient: vt eorum examine sententiam æternæ mortis accipiant, quos prædicantes humiliter vitæ æternæ bona persecutionibus affligebant. Quia verò de extremo iudicio ista intelligi debeant, sequitur: Dominus iudicabit fines terræ.) Qui sunt fines terræ, nisi vltima huius mundi? Fines verò terræ dominus iudicat, vt æquitatis eius sententia impunita, aut irremunerata nulla derelinquat: quia dum in iudicio extrema concluditaliqua discutienda nō deserit. Tunc Sublimabit cornu Christi sui.) quando omnes electos in æterna contemplatione sui vnigeniti recipiet: vt eis æterna illa, & ineffabili maiestate præsideat, qui dum in præsentis vitæ peregrinatione viuerent, secum non erat. Tunc Sublimabit cornu Christi sui:) quando in celsitudine sua respicietur sublimitas redemptoris. De hac sublimitate per Ioannem dicitur: Vide-
1.Ioan.3. bimus eum sicuti est. Nam potestas, siue regnum domini nostri Iesu Christi semper æquale est: sed tunc sublimari dicitur, quando tales erimus, vt eius sublimitatem intueri valeamus: quicquid enim nunc de illa sublimitate, humana mens sibi potest fingere, omnino nihil est in illius gloriæ comparatione.
Esa.54. Nam scriptum est de illa: Quod oculus non vidit, nec auris
H audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se. Prius ergo Christo datur imperium, deinde cornu eius sublimabitur: quia tunc sublimitatis eius celsitudo respicitur, cum nostra quoque natura à corruptionis suæ imo subleuatur: cum renouationis suæ integritatem resurgendo suscipit, quia præcelsum lumen contemplari valeat redemptoris. Si verò in cornu aliquis vult regnum intelligi per regnum Christi sancta Ecclesia designatur. Quod profecto cornu sublimabitur, quia ima nostra ad angelorum æqualitatem perducen-
Matt.22. tur. Quare & de electis in euangelio dominus dicit: Erunt si-
Matt.13. cut angeli dei in cœlo. De ista cornu sui sublimitate, iterum dicit: Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Sublimabitur ergo cornu Christi, quia sancta Ecclesia in æterna contemplatione sui redemptoris extolletur: & quæ nunc in hac valle miseriæ depositionis suæ pœna deprimitur, absorpta tūc morte renouata, æterni gaudij culmine subleuatur. Sed hæc iam typica explanatione protulimus, restat vt in sequenti volumine moraliter exprimamus.

Caput I. Secundi libri.

Moralis. I Vperiori libro, dum sacræ historiæ textum moraliter discuteremus, Annæ fœcunditatem in summæ contemplationis perfectione posuimus: quia concipere menti est, de summa dei omnipotentis contemplatione ineffabiliter gaudere: Párere autem, in mēte conceptæ charitatis insignia occultare non posse. Nunc autem parienti canticum dicere quid est, nisi conditorem, quem ineffabiliter diligit, veris præconiis prædicare? Dicit ergo: Exultauit cor meum in domino.) sed ea quæ manducauit, & bibit, quæ amarum animum habuit, quæ fleuit largiter, & quæ votum vouit: quia illa mens, omnipotentem deum dignè laudare potest, quæ dignis agonibus, ad charitatis eius summa peruenit. Hæc quidem diuturno vsu contemnere omnia didicit, & dum cuncta creata ab intentione abiicit, tanto amplius in visione æternæ maiestatis gaudet, quanto alicuius creaturæ species, in sui amore hanc retinere non prævalet. Hæc ergo dicit: Exultauit cor meum in domino.) quæ eum contemptis omnibus, solum amat. In hunc profecto affectum veneratę, qui dicebat:
Psal.72. Quid mihi restat in cœlo, & à te quid volui super terram? Hinc
Psal.26. in deo exultans, dicit: Vultum tuum, vultum tuum domine requiram. Hinc
Cant.1. sponsa in canticis petit dicens: Osculetur me osculo oris sui: Dum ergo dicit: Exultauit cor meum in domino.) quid aliud, quàm in eius se oculis inhæsisse, quem ardenter diligit, gloriatur? Et idcirco illa sola hæc dicit, quæ ex- K
perta nouit, quæ vis amoris sit in thalamo sponsi. Cunctis quippe passionum victoriis illustrata, & prælata virtutum culmine, ad illam sublimitatem peruenit, ex qua per gaudium miræ deuotionis, exultationisque cor suum in deo posuit. Et quia cor suum dicit, quid aliud, quàm mentis suæ libertatem asserit? Reprobi quidem corda sua non habent, quia ea diabolus possidet. Vnde & de proditore dicitur: Cum diabolus iam misis- *Ioan.13.*
set in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Scharioth. Si enim Iudas cor suum, & non diabolus possideret, ipse potius in eo bonum, quam diabolus malum poneret. Quo contra electus vir loquitur, dicens: Animam meā porto in manibus meis. Quid *Iob.13.*
enim aliud manus electi est, quàm potestas internæ libertatis? Quid ergo eis est, animam in manibus portare, nisi internæ libertatis gloriam in potestate retinere? Quotiēscunque ergo grauiter delinquimus, cor nostrum nos non habemus. Quare & Hieremias, Iudaico populo grauiter delinquenti, improperans, ait: Audi populę stulte, & qui non habes cor. Hinc item conuersus alter Propheta deo confitetur dicens: Inuenit seruus tuus cor suum. Dicit ergo exultauit cor meum in domino, vt libertatem mentis assereret: sine qua deum dignè laudare nō posset. Sequitur: Exaltatum est cornu meum in deo meo.) In cornu electæ mentis intentio designatur, quæ mirabiliter extollitur: cum ad eum gaudendo peruenit, qui super vniuersa consistit. Vnde & cornu suum, non in alio aliquo exaltatum as- L
serit, sed in deo. Qui enim transeuntia bona diligit, huius profecto intentio depressa, non exaltata est: quia in imo figitur, vbi per desiderium locatur. Hinc est quod in euangelio dominus dicit: Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Exaltare *Matth.*
ergo cornu nostrum volebat dominus, cum dicebat: Thesaurizate vobis thesauros in cœlo. Exaltatum cornu habebant ij, quibus se Paulus conformabat, dicens: Nostra conuersatio in *Phil.3.*
cœlis est. Sed qui cœlestia tantum diligit, si illam intimæ dulcedinis suauitatem gustare non nouit: quanquam valde exaltatus sit, ad huius tamen exaltationis sublimitatem non peruenit. Ille ergo hac exultatione sublimis est, qui per incrementa virtutum proficiens, sublimitatem summæ contemplationis obtinuit: non solum vt perfecte cœlestia *diligat, sed etiam vt amoris perfectione, in sola omnipotentis dei contemplatione requiescat.* In deo exaltatum cornu habet, qui interni luminis alta visione fruitur: in qua familiari quadam singularitate gloriatur. Quare non ait: in deo nostro, sed in deo meo. Meum nanque de eo dicit, quem familiariter, ac singulariter diligit. Ad quam certè diuinę familiaritatis dignitatem peruenerat, qui dicebat: Deus meus *Psal.117.*
es tu, & confitebor tibi, deus meus es tu, & exaltabo te. Hinc *Esa.7.*
Esaias ait: incredulos increpans, Nunquid parum est vobis molestos esse hominibus, quia molesti estis & deo meo? Quæ ergo exaltatione cornu in deo sustollitur, Deum suum singulariter fatetur: quia summa illa infusio diuinæ dulcedinis, exaltatam M
mentem, & sui susceptibilem, & valde familiarem facit. sequitur: Dilatatum est os meum, super inimicos meos.) Qui sunt inimici electæ mentis, nisi spiritus maligni? Quid ergo est dilatatum os super inimicos habere, nisi omnes malignorum spirituum suasiones, amplissima sibi infusæ grātiæ largitate reprobare? Angustum quippe os habet, qui cunctis fraudibus malignorum spirituum, per considerationē rationis, contraire non prævalet. Os quippe mentis eius, ratio est, & loqui, deliberare. Os nanque repletur, cum mentis ratio per infusam sibi gratiā in contemplationem summæ veritatis attollitur. Repleri quidē ei est, illustratione summæ veritatis imbui. Ibi quippe discit, & quod æternaliter appetat, & quod temporaliter contemnat. Et quia summa veritas amor est, subtilitate veritatis attollitur electa anima, eiusque rei charitate, quam didicerit, inflammatur, & tanto strictius seruat magisterium, quanto feruentius id sibi inuiscerat vis amoris. Cui nimirum etsi maligni spiritus mala suggerunt, dilatati oris apertione confunduntur, quia veritate summæ sapientiæ instructa, & summi amoris facibus accensa, habet iam contra suggestionem erroris, immensam lucem sapientiæ: habet & contra oblatam mundi huius pompam, ineffabilem charitatem. In immensitate lucis videt, quæ reprobet, sed per vim summæ charitatis amat inepta reprobare, quę nouit. Per sa-

pientiam

A pientiam mala ſuggeſta reprehendit, ſed in virtute charitatis deprehenſa redarguit. Os ergo ſuper inimicos dilatat, quia ex abundantia rationis, contra dæmones multa deliberat: & eo acutius eorum obiecta deſtruit, quo id, vnde mala ſuggeſta reprobet, in ſublimibus agnoſcit. Vnde protinus cauſam inſinuans, ait: Quia lætata ſum in ſalutari tuo.) Quod profecto tale eſt, ac ſi dicat: Quia exaltatum eſt cornu meum in deo meo. Hoc certe eſt lætari in ſalutare dei, quod exaltatum cornu habere in deo ſuo. Quod non de qualibet lætitia ſalutaris accipitur, ſed de illo perfectiſsimo gaudio, quo electa, perfectaque anima more ſponſæ, gaudet in ſponſo. De qua nimirum lætitia Dauid obſecrat, dicens: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Quæ ergo dilatatum os habere ſuper inimicos ſuos ſe gloriatur, in ſalutare dei prius lætata fuiſſe deſcribitur: quia illa beata mens valide reprobare malignorum ſpirituum ſuaſiones poterit, quæ in redemptoris diuinitate per contemplationem ſublimiter aſſumpta, ex eo & ſapientiæ accipit magnitudinem, & plenitudinem charitatis. Quem profecto dignis laudibus prædicat, dicens: Non eſt ſanctus, vt eſt dominus: neque enim eſt alius extra te, & non eſt fortis, ſicut deus noſter.) His nanque Annæ vocibus, quæque electa anima hoc redemptori clamat in laude, quod ab ipſo credit in munere. Sed ex hoc piæ confeſsionis ordine, ordo innuitur, quo eadem muneris bona, quæ ſeriatim protulit,
B conſequamur. Sanctus itaque dominus & fortis aſſeritur, à quo ſanctificamur, ad requiem ducimur, & glorificamur. Sanctificationem à domino accipimus, in virtute regenerationis, eſſe autem, id eſt quietem ab huius mutabilitate corruptionis in terminatione exilij, fortitudinem in triumpho reſurrectionis. Primum itaque horum munerum, in iſta vita conſequimur, cum electi cuiuſque anima in carne eſt, ſed vtraque adhuc in agone operis poſita, ſequens autem in ſola anima præter carnem, poſt carnis vitam, & iam de huius vitæ laboribus aſſumpta, vltimum vero, in carne, & anima, ſed vtraque iam per gloriam æternitatis innouata. Prius itaque ſanctus dicitur, quia regeneratis per ſalutis lauacrum, charitas dei cordibus noſtris infunditur, per cuius gratiam, ad æternæ patriæ bona præparamur, vt dum hæc vita per decurſionis ſuæ tempus elabitur, ea nos vita ſuſcipiat, cuius gaudio, hinc electorum egredientes animæ, ſine mortis pauore potiantur. Deinde eſſe ei aſcribitur, quia ſecuri conſummationis noſtræ diem, videlicet claritatem vltimæ reſurrectionis expectamus, dum in illo munere acceptæ requiei diſcimus, extremi examinis non diſcuſsionem metuere, ſed promiſſæ gloriæ lætitiam expectare. Vltimo autem loco fortis aſſeritur, quia in gaudio futuræ reſurrectionis infirma noſtra roborantur, cum caro ſurgit de puluere: ſed idem carnis noſtræ puluis tranſlatus in perpetuæ incorruptionis gloriam, ad fragilitatis ſuæ miſeriam vltra non redit. Sed & notandum, quia
C in his tribus ab altero, ad alterum ducimur, ſed cum haberi non habitum cœperit, qui hoc accipit, quod non habuit, quod ante habuerat non amittit. Nam cum de ſanctificatione ad requiē perducimur, & de quiete animæ perducimur ad robur æternæ incorruptionis, & ſanctificatio charitatis augetur nobis in illa requie: & requies, & amor excreſcit valde in reſurrectione. Conditorem nanque ſuum, vnaquæque anima per amorem conIuncta, in tantis muneribus intuens, Annæ vocibus dicat: Dicat, quàm bene ſapit ſibi donum perfectæ regenerationis, & vis amoris: Dicat, Non eſt ſanctus vt eſt dominus.) Dicat, quam melius munus ſibi eſt, promiſsio quietis in hora ſui tranſitus.

Neque eſt alius extra te.) Dicat, quam optimum ſibi placens præmium ſit, vltima renouatio ſua, in gaudio perfecti ſpiritus ſui, & glorificatæ carnis. Dicat: Et non eſt fortis, ſicut deus noſter.) Et notandum, quia hoc in precis cantico Anna loquitur. Electæ etenim menti, hæc in cantico poſcere eſt, dona tam grandia, cum gaudio deſiderare. Petere quippe ei, deſiderare eſt: & gaudere, cantare. Sed quæ tam gaudenter dignitatis ſuæ munera conſpicit, quam fortiter occultis hoſtibus exprobret, innoteſcit. Sequitur enim & dicit: Nolite multiplicare loqui ſublimia gloriantes, recedant vetera de ore veſtro.) Sublimia quippe, & vetera ſpiritus maligni loquuntur: cum alta, quæ videntur huius ſeculi appetenda, fidelibus ſuggerunt.

Qui ergo cornu ſuum in deo exaltare iam didicit, qui teneri in D gaudio maieſtatis nouit, quicquid offertur ſibi de blandimento ſeculi labentis, exprobrando, deſpicit, dicens: Nolite multiplicare loqui ſublimia gloriantes, recedant vetera de ore veſtro.) Ac ſi apertè loquatur, & dicat: Eo mihi ea quæ offertur diſplicent, quo per deſiderium alia video, quæ valde placent. Quod profecto dicere, quia ei competit: qui iam idoneus ad miniſterium prædicationis agnoſcitur: apte quoque contra arrogantes ſapientes, & contra negligentes ſanctæ vitæ profeſſores, iſta prolata ſentiuntur. Alta quippe glorians, loquitur, qui per ſcientiam, quam accepit, ſe intelligere ſublimiter gloriatur. Vetera vero loquitur, qui poſtpoſitis ſanctæ ſcripturæ eloquiis, ſecularibus verbis occupatur. Dicitur itaque arrogantibus: Nolite loqui ſublimia gloriantes. Quibus profecto verbis oſtenditur, quia non modum locutionis prohibet: ſed affectum intentionis. Quaſi apertè dicat: Sublimia loquimini, ſed de eo, quod altum dicitur, gloriari refugite. Vnde & Paulus piè diſcipulum admonet, dicens: Noli altum ſapere, *Roma.11.* ſed time. Non dixit noli altum loqui, ſed noli altum ſapere, ſicut & hic non dicitur, nolite loqui ſublimia, ſed nolite gloriantes loqui, quia ſacra eloquia altius exquirēda ſunt, ſed quo altius exquires proficit, ſemetipſum cohibere à vanæ gloriæ faſtu debet, per cuſtodiam humilitatis. Dicitur etiam ocioſè loquentibus: Recedant vetera de ore veſtro.) Vetera quippe ſunt verba ſeculi, quia dum in eis loquentis animus per intentionem E figitur, deuotionis ſuæ decore ſpoliatur. Quare illi ſublimia gloriantes loqui non debent, & cur ab eorum ore vetera debeant recedere, hæc cauſa demonſtrat, quæ ſubiungitur.

Quia deus ſcientiarum dominus eſt.) Audiat itaque ſciens, & arrogans, quia non ipſe ſcientiarum dominus eſt, ſed deus. Nam rectè glorians diceret, ſi eius, qua tumeret ſcientia, non omnipotens deus, ſed ipſe dominus extitiſſet. Audiamus & nos quando loquimur verba ſeculi, quia deus ſcientiarum dominus eſt. Iam quippe electorum mentes non ſolum nouit, ſed etiam veteris teſtamenti, ſcientia innouat, venit nanque qui diceret: Ecce noua facio omnia. Cum ergo tot noua habeamus, *Eſa.43.* quæ loqui poſſumus, vetera loqui ſine culpa nullatenus valemus. Recedant igitur de ore veſtro vetera, vt cū damnatæ vetuſtatis culpa etiam à ſermone compeſcitur, in noui hominis pulchritudinem tranſeamus. Quod profecto ſi contemnimus, audiamus. Et ipſi præparantur cogitationes.) Quaſi à minori culpa, ſubintellecta comparatione, nos terreat, dicens: Hinc ocioſa loquentes cogitent, quam metuere culpam locutionis debeant, ſi is cui loquendo delinquitur, etiam cogitationum exceſſus, ad iudicij ſui examen ſeruat. Audiant item arrogantes, quod ſequitur, Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore.) Iam quippe in allegorica expoſitione diximus, quia immundi ſpiritus horum fortium appellatione deſignantur. Qui nimirum quia à cœleſti gloria ſuperbiendo ceci- F derunt, aptè elatis doctoribus ad terrorem proponuntur, vt de ſe tanto iam humiliter ſentiant, quanto etiam angelos à ſuperna gloria lapſos, per appetitum vanæ gloriæ contemplantur. Quod etiam redemptorem noſtrum in elatis diſcipulis egiſſe recolimus, qui cum ſe ſubiecta dæmonia habere iactarent, ab eo protinus audiere. Videbam ſatan quaſi fulgur de cœlo cadentem. *Luc.10.* Arcus itaque fortium ſuperbia eſt ſpirituum malignorum. Dicuntur autem fortes, vel quia de ſe magna ſenſerunt, vel quod humanum genus magnarum tētationum impetu vincant. Quem profecto arcū dum intentio impia tetendit, iacere malitiæ iacula ſupra ſe, in conditorem ſtuduit. Ponam (inquit princeps eorum) ſedem meam ad Aquilonem, ſimilis ero altiſsimo. Sed ſuperatus eſt arcus fortium, quia deus apoſtatarum ſpirituum ſuperbię *Eſa.14.* reſtitit, de cœlo præcipitauit, conditionali gloria virtutis exuit, vt in lapſis angelis, homo diſceret, quid timeret. Nam quid de æreo vaſe fiet, ſi deus nec aureis ſuperbiæ fœtore plenis ignoſcit? Vnde & Petrus in epiſtola ſua loquitur, dicens: Deus peccantibus angelis non pepercit, ſed rudentibus inferni detra- *2.Pet.2.* ctos in tartarum, tradidit in iudicium reſeruari. Quaſi ergo electus, & humilis prædicator ſuperbientibus dicat: Vt ceſſetis ab elatione, in conformibus vobis angelis, videlicet lapſis damnationis debitæ pœnas aſpicite. Et quos imitari debeant proponens

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnens, ait: Et infirmi accincti sunt robore.) Si ob præsumptionem æstimationis mali angeli fortes vocantur, infirmorum appellatio rectè beatis spiritibus conuenit, qui de se nulla præsumentes, virtuti sui opificis perpetua humilitate subiecti sunt.

Infirmi accincti sunt robore.) Quia voluntariæ subiectionis merito, sancti angeli interni amoris vinculo, conditori suo coniuncti sunt. Quibus aptè accinctionis nomen congruit, quia accinctus quilibet, eo quo cingitur cinctorio, ex omni parte retinetur, quia videlicet beatissimi illi spiritus sic sunt in æternitate solidati, ne ab ea cadere vnquam possint. Hinc
Danic.10. est quòd ad Danielem in Babylonia prædicantem angelus mittitur, qui accinctus obrizo perhibetur. Hinc est quòd ange-
Apoca.1. lus, cum quo in Apocalypsi Ioannes colloquium habuit, aurea zona ad mammillas circundatum conspexit: quia vero idem beati spiritus ab humilitatis merito, in amoris gloriam surrexerunt, sed quia eandem gloriam in complexu æternitatis habent, & in timore amissionis non habent: glorioſi quidem ineffabiliter sunt, sed ineffabilem illam gloriam amittere nunquam possunt. Vt itaque desinat gloriari, audiat arrogans.)

Arcus fortium superatus est. Et vt damnata culpa superbiæ, proficiant in humilitate, dicitur sibi.) Infirmi accincti sunt robore. Robur nanque infirmis impenditur, cum subiectionis merito mitibus infunditur virtus supernæ charitatis. Accingimur etiam cum ad verbi ministerium præparamur. Be-
H ne itaque accincti robore infirmi, in alta locutione gloriantibus præponuntur, quia ij qui in ministerium mittuntur spiritus, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis, priusquam accingerentur ad ministerium, humiles fuerunt. Ante enim memoratur infirmitas, post verò accinctio roboris. Hos pro-
Heb.1. fectò nobis accinctos Paulus insinuat, dicens: Nonne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? De quibus & Propheta e-
Daniel.7. tiam loquitur, dicens: Milia milium ministrabant ei. Quasi ergo dicat: Prius vos agnoscite, & sic vos ad aliorum salutem præparate, quia bonum prædicationis tunc bene impletur, cum prædicatur, qui sublimis est verbo, humilis esse satagit ministerio. Sed quia superbos & arrogantes prædicatores loquendo redarguit, subdit, dicens. Repleti prius, pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt.) Repleti prius illi sunt, qui dum tumoris cibos in mentis refectione suscipiunt, delitias sanctarum virtutum, velut cibo iam pleni capere non possunt. Sed tamen pro panibus se locant, quia in scripturis, quas intelligunt, iuxta magnitudinem sapientiæ, se percipere spiritualia munera virtutum putant. Sed saturari nequeunt, quia
Sapien.1. repletioni arrogantiæ dona sancti spiritus addere nequaquam possunt. Ipse nanque spiritus disciplinæ effugit fictum, & non habitat in corpore pleno peccatis. Hinc etiam scriptum est.
1.Pet.5. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Fruſtra
I ergo quæ dei sunt, accipere gestiunt, qui in eo quod superbiunt, largitorem munerum sibi aduersantem reddunt. Saturari ergo nequeunt, quia munera spiritualium gratiarum non adipiscuntur. Qui vero sunt famelici, nisi à cibis vitiorum vacui, à tumore ieiuni? Famelici ergo saturati sunt, quia sancti viri humilitatis arce prediti, dum de se alta non sentiunt, alta virtutum dona promerentur. Nam per humilitatis bonum sancti spiritus sedes fiunt, quem dum in se manentem recipiunt,
Esa.56. eius donis plenius replentur. Vnde & per Prophetam dominus dicit: Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos. Valde ergo saturantur famelici, quia in donorum plenitudine, super humiles sanctus spiritus requiescit. Quod tamen contra negligentes sacri altaris ministros, atque audaces dominici corporis susceptores, dici non inconuenienter potest. Repleti vero prius sunt, vitiorumque cibo saturati, qui pro pane se locant, quia corpus ad susceptionem eucharistiæ præparant. Qui nimirum comedunt, & saturari non possunt, quia & si sacramentum ore percipiunt, virtute sacramenti nequaquam replentur. A virtute ergo illa sacramenti ideo ieiunant, quia prius repleti fuerant. Salutis quippe fructum non percipiunt, in comestione salutaris hostiæ, qui ea, quibus se repleuerant, flagitia portant in mente. Non saturantur ergo nisi famelici, quia à vitiis perfecte ieiunantes, diuina sacramenta percipiunt in plenitudine virK tutis. Et quia sine peccato electi etiam viri esse nō possunt, quid restat, nisi vt à peccatis, quibus eos humana fragilitas maculare non desinit, euacuari quotidie conentur? Nam qui quotidie non exhaurit, quod delinquit, etsi minima sunt peccata, quæ congerit, paulatim anima repletur, atque ei merito auferunt fructum internæ saturitatis. Hac repletione nos euacuare Pau-
1.Cor. lus insinuans, ait: Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Quid enim est hoc loco probare, nisi euacuata peccatorum nequitia, se probatum ad dominicam mensam, & purum exhibere? De repletis etiam subdit: Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. Qui ergo quotidie delinquimus, quotidie ad pœnitentiæ lamenta curramus, quia ipsa sola virtus est, quæ euacuat, quod in ventre animæ culpa coadunat. Et tunc verè famelici saturantur, quia quo studiosius mundamur lamento pœnitentiæ, eo vberiorem diuinæ gratiæ fructum recipimus in spiritali refectione. Quæ nimirum electorum saturitas, quia vsque in mundi finem extenditur, subdit, atque ait: Donec sterilis peperit plurimos, & quę multos habebat filios, infirmata est.) Quæ itaq; huius appellatione sterilis signatur: nisi ea, de qua Paulus loquitur, di-
Galat. cens: Quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ mater nostra est. Vnde & paulo post Esaiæ vaticinium ei coaptauit, di-
Esa.54. cens: Scriptum est enim: Lætare sterilis, quæ non paris, erum
L pe, & clama quæ non parturis: quia multi filij deseriæ, magis quàm ei, quæ habet virum. Sed quomodo Hierusalem sterilis, beatorum scilicet Angelorum sancta societas intelligitur, cum iuxta vocis suæ significatum, de æterna pacis visione perenni gaudio sit fœcunda? Sed si mater est electorum hominum, sterilis profecto erat: quando humanum genus in Adam perierat. Velut enim parturire non potuit, cum eum in quo fœcunditatis suæ extendere sinum debuit, lapsi spiritus suasionibus amisit. Tandiu accinguntur infirmi, donec sterilis pariat: quia angelorum humilium valido ministerio eousque indigemus, donec quotquot ad vitam prædestinati sunt de humano genere,
Matt. vsque in mundi finem colligantur. Mittet nanque filius homi*nis angelos suos, & colligent electos suos à quatuor ventis.* Ad eos nanque colligendos tunc mittendi sunt, in quorum salute quotidie mittuntur: quia ad regnum non colligent, nisi quibus per robur accinctionis suæ nunc adiutorium præbent. Vsque etiam in mundi finem famelici saturantur. Sed & bene plurimos hæc sterilis parere dicitur: quia non omnes homines, sed electi solummodo ad æterna gaudia perducuntur. Aptè igitur etiam parere dicitur: quia angelorum ministerio docemur superna petere, vt ad eorum valeamus bona peruenire. Sed dum hæc sterilis parit ea quæ multos habebat filios, infirmatur: quia quo pleniora lucra electorum, per angelorum ministeria superna regna percipiunt, huius Babyloniæ filij minuuntur.
M Velut enim infirma in partu suo est, quæ inordinato amore rerum transeuntium (vt solet) filios gignere, nequaquam potest. Vbique enim iam cœlestia regna prædicant: quæ profecto dum fidelium mentes audita diligunt, dum ea etiam bonis moribus inquirunt, velut in partu suo Babylonia stringitur: quia mater nostra Hierusalem eos per orbem deo parturit, quos illa lasso perditionis vtero, patere gehennæ consueuit. Quorum tamen accinctorum robur, non ipsis, sed ei, a quo accinguntur, ascribitur. Apte itaque subditur: Dominus mortificat, & viuificat.) In quibus profecto verbis, etiam ordo notandus est. Prius quippe mortificare dicitur, deinde viuificare: quia nisi seculum amare desistimus, Deo per amorem viuere non valemus, Ioanne attestante, qui ait: Qui diligit mundum, non est *1.Ioan.2.* charitas patris in eo. Vnde & is qui se mortificatum, & viuificatum, qui se prostratum, & erectum meminerat: loquebatur, dicens: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Viuebat, sed *Galat.* non mundi vita, quia dicebat: Viuo iam non ego, viuit vero in *Ibidem.* me Christus. Non ergo accinctorum aliquis, sed dominus mortificat, & viuificat. Mortificatum quippe, & viuificatum esse, est præsentia nulla concupiscere, & æterna desiderare. Cui itaque de his muneribus referendæ sint gratiæ exponit, dicens: Dominus mortificat, & viuificat.) Vnde & sæpe iam nominatus gentium prædicator dicit: Neque qui plantat, est aliquid, neque qui *1.Cor.3.* rigat:

A cigat: sed qui incrementum dat deus. Sed quo ordine omnipotens deus ista in electis operetur, exponit, dicens: Ducit ad inferos, & reducit.) Vt mortificet quippe ducit ad inferos, & vt viuificet, reducit ab inferis. Omnipotenti etenim deo ad inferos ducere, est peccatorum corda æternorum cruciatuum consideratione terrere. Ei quoque ab inferis reducere, est territas pœnitentium, atque commissa lugentium mentes, spe vitæ indeficientis accollere. Tunc quippe peccare desinimus, cum superna gratia mollitis cordibus, futura tormenta formidamus. Et ab inferis reducimur, cum interno visitati solatio, ad spem veniæ, de pœnitentiæ lamento respiramus. Aptè itaque dominus ducere ad inferos, & reducere dicitur: quia humana duritia in hominis solius prædicatione, nec terrore concutitur, nec amore subleuatur. Nam si doctorum esset mortificare, quotquot eorum prædicatio tangeret, peccare desinerent: & si eorum esset viuificare, quicunque ab eis cœlestia audirent, ad ea nos protinus omni conatu perquirenda, intimi affectus sui amor accenderet. Nunc autem cum sæpe peccatoribus æterna supplicia minentur, cum ea, quæ possunt eis cœlestia bona prædicent, & nec supplicia metuant, nec læta concupiscant: clamemus Annæ vocibus in laudibus dei, & ei etiam illud quod per eos quidam proficiuntur imputantes, dicamus: Dominus mortificat, & viuificat.) Dominus itaque ducit ad in-
B feros, & reducit: quia illi possunt futura tormenta metuere, illi superna gaudia diligere, in quibus per eas voces, quas foris homo loquitur, intus dei pietas operatur. Est autem in quo sese quisque cognoscat, si iam ad inferos ductus, & reductus sit, si mundo obiit, cœlis viuit: nam si electus est, proficit. De eodem vero profectu subdit: Dominus pauperem facit, & ditat.) Seculi diuites idcirco de larga facultate gloriantur, quia alto, & incomprehensibili iudicio dei cœlestia eis bona abscondita sunt. Dominus itaque facit pauperes, quia dum æterna electis bona insinuat eo se pauperiores tenent, quo à veris sese diuitiis pulsos vident. Vnde & rex ille, qui seculi possessione latissimus erat, quia ei veras diuitias dominus ostenderat, clamabat ad eum dicens: Respice in me, & miserere mei, quia vnicus & pauper sum ego. Hinc propheta Hieremias, electi cuiusque illuminationem in se exprimens, ait: Ego vir videns paupertatem meam. Pauperem itaque domino facere, est in contemplatione bonorum perennium, electorum mentes ad contemptum rerum omnium visibilium excitare. Sed cui summa reuelat, quia eadem summa, diutius laboris precio sint quærenda, insinuat: dicat quia qui pauperes facit, etiam ditat: quia nimirum dum ab omnipotenti deo bonorum cœlestium cognitionem percipimus, ab ipso etiam virtutem consequimur: vt digno pro eis labore certemus. Bene autem subditur: Humiliat, & subleuat: quia in contemplatione cœlestium, quam abiecti sunt in terra, conspiciunt: sed in ea-
C dem abiectione temporalis inopiæ, per dei gratiam meritorum se pennis subleuant ad gaudia perennis vitæ. Humilitatem ergo percipiunt, in æstimatione exilij, sublimitatem vero, in præparatione sanctæ operationis. Sequitur: Suscitans de puluere egenum, & de stercore erigit pauperem: vt sedeat cum principibus.) Puluis nanque est subtilis deliberatio cogitationis illicitæ, quæ eam mentem, cui insederit, fœdam reddit. Quid nanque in stercore, nisi fœda perpetratáque flagitij audacia designatur? Vnde & propheta vitam carnalium cœno fœdi operis obrutam intuens, ait: Computruerunt iumenta in stercore suo. Apta igitur serie, dona dei in flagitiosorum conuersione numerantur. Prius nanque suscitatur de puluere egenus, quàm pauper de stercore: quia à corde ante deliberatio immundæ cogitationis abscinditur, & postmodum ab actione culpa resecatur. Aptè quoque suscitari de puluere egenus dicitur, pauper de stercore erigi: quia intus praua deliberans, dormit à contemplatione iustitiæ: foris illicita perpetrans, in iniquitate per actum iacet. Et quia iam cum fortibus, de malignis spiritibus trophæa consequitur, suscitatus egenus, & erectus pauper quid mereatur exponit, dicens: Vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Sedere quippe triumphantis est. Vnde & in Apocalypsi Ioannis, victoriæ nostræ dignitatem dominus ostendit, dicens: Qui vicerit faciam eum sedere in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum patre meo, in throno eius. Quod & Paulus intuens, suscitationis, atque sessionis nostræ dona, in dei laudibus numerans, ait: Conresuscitauit, & consedere nos fecit in cœlestibus in Christo Iesu. Cum eo itaque principes sedent: quia qui eius auxilio malignorum spirituum vires reprimunt, in eorum triumpho dignitatem sessionis habent: quibus ex præsidentis sibi virtute dominantur. Cum eo item principes sedent: quia etsi stare per corpus in hac vitæ labentis ærumna cernuntur, meritorum tamen sedem cum redemptore in sublimibus habent, à cuius conformitate claritatis, nec in ista fœditatis valle separantur. Egeni quoque rebus, & pauperes sunt: qui propter Euangelium ea quæ in seculo habere poterant, cuncta reliquerunt. Qui certè vt cum principibus possint sedere, de puluere suscitari debent, & de stercore erigi. Quid enim fauores linguæ, quid sunt aliud labentium dignitatum insulæ, nisi puluis? Nam eam quam blandiendo sordidant, à veris splendoribus mentem cæcant. Et quid diuitiæ pereuntes, & transitoriæ facultates, nisi stercora, æterna diligentibus sunt? Stercora quippe sunt: quæ sanctæ animæ in contemptu vilitatis habent, non in appetitu desiderij. Vnde & Salomon in amissione bonorum temporaliũ contristatum seculi diuitem intuens, ait: De stercore boum lapidandus est piger. Quasi dicat: De eo verbera doloris sustinet, quod is, qui pro æterna vita laborare appetit, velut stercora contemnit. Hinc Paulus ait: Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam. De puluere itaque egens suscitatur, & de stercore pauper erigitur, cum mens seculo abrenuncians, quicquid sibi placere solebat de linguæ humanæ fauoribus, de honore dignitatum, & de abundantia rerum calcat, dum ad sola æterna respicit, quæ sola ardenter amat. Ei nanque suscitari, & erigi est, ea quæ corpore derelinquit mentis sublimitate despicere. Et cum principibus ei sedere est, supernæ patriæ ciuibus per gaudium æternæ quietis interesse. Qui certè tunc gloriæ solium tenet, quia qui tam sublimiter præsidet, à conditoris sui laudibus nunquam silet. Hanc nanque gloriæ sedem Psalmista admirans, domino loquitur, dicens: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Hanc sedem gloriæ Esaias prædicat, dicens: Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Hanc item sanctus Tobias ostendens, ait: Ex omni lapide precioso, & mundo plateæ eius sternentur: & per omnes vicos eius halleluia cantabitur. Sed ea quæ sequuntur ereptus pauper aspiciat: quia ad principum sessionem, ad gloriæ solium non statim vt fuerit erectus, adducitur. Domini (inquit) sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.) F Quia terræ nomine peccatores in sacro eloquio designantur: cardines terræ hi accipi conuenienter possunt, in quibus per inepta desideria seculum circuit, & de alio, ad alium ducit. Cum igitur conuersos peccatores aspicimus, in laude creatoris, his Annæ verbis erumpamus. Quasi enim aliis verbis tunc dicimus: Iam domini esse per eius gratiam cœperunt, qui diu in rota rerum transeuntium, per mundi concupiscentiam tenti sunt. Et cum iam derelictis vitæ secularis blandimentis, fortia tentamenta fortiter tolerant, dicamus. Posuit super eos orbem.) Orbem quippe super eos posuit, qui antequam eis imponeretur, sub eis fuit. Nam eum iam in onere tentationum habent: qui eis blandiendo velut subiectus seruiebat, cum in eo delitias, & voluptates sequendo recumberent. Et quia magnas ex eo tentationes habent, qui magna in illo oblectamenta habuerunt, adiungitur. Pedes sanctorum suorum seruabit.) Quibus profecto verbis sic auxilium diuinæ protectionis, propitiationisque ostenditur, vt pericula tentationum grauia designentur. Quasi etenim dicat: Tam grandia de eo, cui adhæserant seculo tentamenta sustinent, vt solus ad adiuuandum ille sufficiat, qui deesse fidelibus suis in tribulatione non potest. Pedes nanque sanctorum suorum seruare, est concussos in tentatione affectus electorum, ne corruant, per gratiam roborare. Vnde & qui ad casum nutauerat, & tamen à domino conseruatus erat, Propheta dixit: Mei autem pene mo-

Apoc.3. D *Ephe.2.* *Eccli.24.* E *Psal.83.* *Esa.51.* *Tob.13.* *Psal.72.*

G ti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei. Hinc iterum pulsus
Psal.11. sum, & euersus sum, vt caderem, & dominus suscepit me: fortitudo mea, & laudatio mea dominus, & factus est mihi in salutem. Et de hostium infirmitate subiunxit dicens: Et impij in tenebris conticescent.) Quid est autem quod cum seruare sanctorum pedes dominus dicitur, silentium memoratur impiorum: nisi quia ad peccati lapsum nequaquam impellimur, nisi cum peruersa nobis malignorum spirituum tentamenta suggeruntur? Cum ergo pedes nostros dominus seruat, in tenebris tacent impij, quia dum gratia diuina protegimur, vocem, qua nos præcipitent, dare nobis immundi spiritus nequaquam possunt. In tenebris quippe tacent, quia caliginosa reproborum corda possident: à quorum ad nos progredi obscuritate non audent. Quare autem sanctorum pedes seruet, exponit, dicens: Quia non in fortitudine sua roborabitur vir.) Quasi dicat: Idcirco tenet: quia sine ipso stare non possent. Nam etsi vir virtutis agnoscitur, in fortitudine sua timorem lapsus habet, statum robur non habet, & totiens illicita concupiscendo labitur, quotiens interna eius vestigia à domino tenente deseruntur. An vero non vir erat cui in iuuencularum choro can-
1.Reg.18. tabatur: Saul percussit mille, & Dauid decem milia? Qui nimirum cum inter onera, fortitudini suæ relinquitur, in carnis suæ culpam impulsus corruit, atque in se expertus est, quia vir in se non habeat statum roboris, sed lapsum infirmitatis.
H Vnde & relabi metuens, eum à quo teneri ad statum debeat,
Psal.118. exposcit, dicens: Non me derelinquas vsquequaque. Nemo ergo se fallat, quasi in se robur standi inueniat, quia etsi magna sæpe occultorum hostium bella superamus, si dignè eos in suis suasionibus reprobando, velut in fugam versos insequimur: non nos tunc refugi spiritus, sed eum, quem in nobis aspiciunt, expauescunt. Vel certe si nos etiam timent, idcirco profecto timent, quia in diuinæ gratiæ robur assumptos vident. Aptè ergo subiungitur: Dominum formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in cœlis tonabit.) Cœli nanque tunc sumus, cum in altitudinem diuinæ gratiæ, præsidentis nobis, subleuamur. Et tonitrua contra eius aduersarios habemus, cum validis sanctorum desideriorum vocibus, omne quod nobis de eorum suggestione spirat, elidimus. Quicquid enim tonitruum ferit, interficit. Tonitrua ergo cœlorum, sunt perfecta desideria electorum. Nam velut à cœlorum altitudine terribiliter sonando prodeunt: cum ab eo mentis culmine malignos spiritus feriunt, cui omnipotens deus sic præsidet, vt amore præsidentis facile superet omne quod ad pugnam moueri poterat hostis audacia mala suggerentis. Sed præmonente re-
Mat.10. demptore nouimus, quia qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit: eodem quoque domino promittente, didicimus.
Ezech.18. Quia quacunque hora peccator conuertitur, saluus erit, in extremo itaque sui cantici addat Anna, & dicat vnde peccantem
I terreat: dicat, quo iustum cautiorem reddat, Dominus inquit, iudicabit fines terræ.) Non ait terram, sed fines terræ, fines quippe terræ sunt qui vitæ suæ vltima cum culpæ perpetratione clauserunt. Nam qui peccat, & corrigit quod delinquit: terra est per peccatum, & fines terræ non est, quia delinquendo, redemptionis suæ alta deposuit, sed ab imo depositionis suæ ante iudicium resurrexit. Fleuit nanque quod fecit, & venturum iudicem eo lætius sustinet: quo in damnatione terrenitatis, per pœnitentiam ipse in se flagella vltionis tenet. Quia ergo fines terræ dominus iudicat, conuersus peccator ad dominum priora sua, siue media, non expauescat. Quia item fines terræ dominus iudicat, iustus inchoata iustitia, non præsumat. Nam si hunc ab ea, qua cadere potest adhuc æquitate, labentem subito mors intercipit: quia in suis extremis culpa clauditur, finium terræ lege iudicatur. Sequitur: Et dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui.) Hoc profecto superius quia ad redemptorem retulimus, in hu-
Ephe.2. ius quoque explanationis ordine non mutamus. Ipse nanque
1.Pet.2. est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Ipse quoque est lapis angularis, in quo dum electorum paries vterque copulatur, æternæ ciuitatis structura disponitur. Teneat itaque morem sui locutio nostra, vt prolato iam sacri cantici & morali, & allegorico intellectu, in eo vterque conueniat, quem fide credi- K
mus, moribus promereamur.

Caput II.

SEQVITVR enim diuinus sermo, & dicit: Et abiit Helchana in Ramatha, in domum suam.) Quem profecto virum humani generis redemptorem, Annam vero coniugem eius Ecclesiam: puerum Samuelem credentium de gentibus populum, Ramatha quoque ciuitatem cœlestem patriam designare ostendimus. Quid ergo est, quod post coniugis canticum, abiisse in Ramatham ciuitatem suam Helchana dicitur, cum post natum puerum, Deo canticum Anna dixerit, atque ante ad cœlos redemptor ascenderit, quàm gentilem populum sancta Ecclesia in fide genuisset? Quod profecto ab eis solummodo quæritur, qui tantum domini nostri corporalem pœnitentiam scire noscuntur. Nunquid enim tunc non eum secum Paulus habebat qui ad pa- 2.Cor.
trem ascenderat, cum dicebat: An experimentum quæritis e- 2.Cor.
ius qui in me habitat Christus? Qui item fatetur, dicens: Si- 1.
cut ex deo, coram deo, & Christo loquimur. Quid est ergo quod sanctæ Ecclesiæ aliquando affuit per gratiam muneris, aliquando ei se subtraxit per dispensationem probationis? Affuit nanque, vt in acquisitione gentium vitæ verba abundanter affunderet. Sed aliquando ei velut absens se abscondit, vt verbi munere sublato, cognosceret sine eius præsentia qualis esset. Post finem itaque cantici, dicitur: Abiit Helchana in domum suam: quia sancta Ecclesia ex eius præsentia alta prædicat, qui cum mortalibus per dispensationem se subtrahit, æternis se ciuibus iugiter repræsentat. Domus nanque sua illa supernorum ciuium, (quam amando, replendo, & sociando dominus inhabitat) æterna societas est. In eam igitur vadit, cum Annam deserit, quia qui se nobis adhuc proficientibus salubriter subtrahit, perfectis atque consummatis, æternæ patriæ ciuibus, eo se incessanter iungit, atque exhibet: quo probari iam probatos eius absentia, vlterius non oportet. Aptè itaque post Annæ canticum, dicitur: Abiit Helchana in domum suam, quia sancta Ecclesia, quæ tam sublimia electos edocet, sicut pia semper domini dispensatione deseritur, ita & eadem alta, quæ doceat non semper habet. Sed plerique verba vitæ audiunt, præteritam malitiam detestantur, & correctioris vitæ opera proponunt, sed cum audire desierint: ac si nunquam eadem vitæ M
verba audissent ad iniquitatem redeunt, auditor sanctæ Ecclesiæ gentilis populus, deuotus ad audiendum fuit, & ad operandum promptus. Aptè itaque subditur: Puer autem Samuel erat minister in conspectu domini, ante faciem Heli sacerdotis.) Ac si apertè diceretur: Ex eo quod audiuit, omnipotenti deo placere studuit. Qui aptè puer dicitur: quia & si grandia pro defensione fidei nostræ agenda susceperat, tamen in eadem fidei generatione adhuc nouus erat. Et quia placidum omnipotenti deo ministerium præbuit, minister in conspectu conditoris fuit. In conspectu etenim domini est, quem in oblatione obsequiorum, diuina dignatio libenter aspicit. A quo nimirum domini conspectu expelli valde metuens quis, orat, dicens: Ne proiicias me à facie tua. In quo item recipi vehementer cu- *Psal.50.*
piens, dilationis suæ moras secum reputat, dicens: Quando *Psal.41.*
veniam & apparebo ante faciem dei. Hinc Helias gloriatur, & *3.Reg.17.*
ait: Viuit dominus in cuius conspectu sto. Minister itaque erat Samuel in conspectu domini, quia in nouæ religionis obsequiis, omnipotenti deo gentilis populus valde acceptus fuit. Quo nimirum verbo Iudææ quoque repulsio latenter innuitur, dum solus Samuel, in quo gentium fidelis populus exprimitur, ante dominum ministrare perhibetur. Solus itaque in eius conspectu erat, quia profecto ei Iudaicus populus placere desierat. Quod vtrunque per Malachiam dominus loqui- *Malach.*
tur.

A tur. Nam Iudææ repulsionem insinuans, ait: Non est mihi voluntas in vobis, & sacrificium non suscipiam de manu vestra. Sed qui à facie sua Iudaicam perfidiam expulit, quem libenter intueatur, subiungens, ait: Ab ortu solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco offertur nomini meo oblatio munda. Sed subtiliter est videndum quod dicitur: Ante faciem Heli Samuel domino ministrauit: quia prædicatorum sanctæ Ecclesiæ ministerium, gentilis populi conuersionem, amorem, & reuerentiam circa redemptoris obsequium, veterum ordo doctorum longe ante videndo, cognouit: & prophetando, prædicauit: Hunc nanque pronum in domini ministerio nouerat, qui dicebat: Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Hinc Aggæus loquitur, dicens: Veniet desideratus cunctis gentibus, & replebitur gloria domus domini. Hinc Esaias dicit: Erit radix Iesse, qui exurget regere gentes, in ipsum gentes sperabunt. Hinc Psalmista ait: Laudate omnes gentes dominum, & collaudate eum omnes populi. Hinc patriarcha Iacob ait: Ipse erit expectatio gentium. Ante faciem ergo Heli minister domini Samuel puer fuit: quia quod dignum deo postmodum gentilis populus habuit, doctorum ordo veterum per prophetiæ spiritum præuidit. Et statim de proiectis subditur: Porro filij Heli nescientes dominum, & officium sacerdotis ad populum. B) subaudis erant. Qui nanque filij Heli sunt alij nisi Israëlitæ secundum carnem, qui scripturam sacram nouerant à patribus æditam, & tamen quem scriptura promiserat, nesciebant? quos nimirum per semetipsam veritas in Euangelio increpat, dicens: Abraham exultauit vt videret diem meum: vidit & gauisus est. Et item: Si crederetis Moysi, crederetis vtique & mihi: de me enim ille scripsit. Nescierunt ergo dominum, qui venientem in carne nostra redemptorem spreuerunt. Vnde & per Esaiam queritur, dicens: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israël autem me non cognouit. Quasi dicat: Et incarnationis meæ vias, ei longe ante per prophetas aperui, & tamen id quod promiseram, exhibitum non accepit. Quare & officium sacerdotum ad populum nesciit. Officium sacerdotale quippe cognosceret, si ad redemptionem humani generis eum, qui à lege, & prophetis fuerat promissus, iam venisse prædicaret. In quem profecto quia non solum non credidit, sed etiam persequendo insaniuit, & dominum nesciit, & ad populum officium sacerdotum. Cuius tamen malitia minor esset, si qui prodesse minoribus redemptoris aduentum prædicando noluit, nocere timuisset. Sequitur ergo, & dicit: Sed quicunque immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat in lebetem, vel caldarium aut in ollam, siue in cacabum, & omne quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdotibus.) Quid enim est immolare victimam, C nisi veræ fidei omnipotenti deo offerre confessionem? Et quid vasa, in quibus immolando caro coquitur, nisi fidelium mentes sunt? Quæ dum mediatorem dei, & hominum hominem Christum Iesum esse verum summi patris vnigenitum credunt, nimirum in his caro coquitur, quæ deo per deuotionis intimæ obsequium immoletur. Quis puer sacerdotis est alius, quàm perfidis synagogæ pastoribus per obsequium subiectus populus? Qui aptè puer dicitur, quia dum infirma legis ad literam tenere maluit, in virum perfectum crescere per Euangelium recusauit. Quid vero est, quod ad inferendos ciborum raptus destinatur? Quid est iterum, quod in illata violentia, tenere tridentem fuscinulam dicitur? Sed cibus electæ animæ persona est redemptoris. Qui profecto cibus in sacris vasis coquitur, dum per calorem sancti spiritus ad suauitatem refectionis, in electis mentibus præparatur. Caro etenim coquitur, dum per spiritus sancti gratiam, humanitatem dominicam in diuinitatis naturam assumptam, & firmiter credimus & efficaciter confitemur. Vnde & per Moysen agni paschalis carnes comedendas insinuat, dicens: Non comedetis ex eo crudum quid, aut coctum aqua. Crudum quippe ex eo manducare est, præter spiritus sancti gratiam, redemptorem nostrum purum hominem credere. Aqua vero coquitur, cum redemptoris essentia, per humanam sapientiam ventilatur. Crudum ergo Iudæi comedunt, aqua coctum hæretici: quia illi eius diuinitatem negant, isti per humanam sapientiam & diuinitatis & humanitatis eius sacramenta euacuant. Puer itaque sacerdotis, ad tollendum fidelium cibos mittitur: quia Iudæorum populus à fide redemptoris expulsus, amorem fidei eius à corde fidelium auferre vehementer studuit. Qui aptè fuscinulam tridentem in manu habuisse perhibetur, quibus carnis partem, quam posset infigere: eductam coqui prohiberet. Fuscinula quippe in manu pueri, illata sanctæ Ecclesiæ Iudaici populi persecutio est. Et quia blandimentis, pœnis, atque terroribus nocere fidelibus tentauit, tres vtique fuscinula dentes habuit. Bene autem dicitur, quia quod leuabat fuscinula, tollebat puer sacerdotibus: quia magna epulatio iniquorum prælatorum erat, si eum blandientium, siue furentium satellitum turba subuerteret: quem in fidei nostræ sublimitate stare per confessionem cognouissent. Sequitur: Sic faciebant vniuerso Israëli venienti in Sylo, etiam antequam adolerent adipem.) Adeps quidem interna pinguedo est, in qua nimirum illa deuotio mentis exprimitur, qua electorum mentes conditori suo in perfectiori charitate copulantur. Qui rectè iam cocta carne immolant: quia assurgere quis ad sublimitatem charitatis non E poterit, nisi prius quæ credit amet mysteria incarnatæ diuinitatis. Humanitatem quippe domini Iesu in diuinitatem assumptam, per sanctum spiritum credere, quæ immoletur deo, carnem coquere est. Ante igitur quàm adoleretur adeps, puer carnem præripere studuit in vniuerso Israëli: quia apparitores synagogæ nouos Christi confessores putauerunt euertere, prius quàm eos omnipotenti deo charitas perfecta sociaret. Quod apertius ipsa sacræ historiæ verba indicant, quibus dicitur:

Dum coquerentur carnes.) Per quæ nimirum verba, non perfectio coctionis, sed apparatus innuitur. Sed ordo nefariæ huius exactionis ostenditur, per ea, quæ sequuntur. Veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti. Da mihi carnem vt coquam sacerdoti, non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam.) Carnem crudam puero daret, qui coram persecutoribus humanitatem Christi puram assereret: & eam puer sacerdoti coqueret, quia per ignem malitiæ Iudaicus populus hoc putaret, quod eius prælati in mentis suæ refectione libenter exciperent. Venit ergo puer sacerdotis, & crudam carnem petiit, quando Iudaicus populus literæ legis seruiens, diuinitatem redemptoris negare fidelibus suggessit. Veniens ergo, dicit:

Non accipiam à te carnem coctam, sed crudam.) Quia quem purum hominem fidelis compulit confiteri, esse deum nec audire voluit. Cuius profecto populi importunitas ostenditur, cum verba sacrilega in nefaria exactione geminantur. Nam se- F quitur: Non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam.) quia Iesum dominum, ac redemptorem nostrum, non dominum, & hominem, sed purum tantum hominem audire valde desiderauit. Sed quos quasi imperfectos in carne tentauit, perfectos reperit. Nam qui diuinitatem redemptoris negare compulsi sunt, non solum redemptorem noluerunt negare: sed compulsores suos curabant ad vitam trahere. Vnde & sequitur:

Dicebátque illi immolans: Incendatur primum iuxta morem hodie adeps, & tolle tibi, quantum desiderat anima tua.) A bestiali siquidem appetitu, cruda postulantem, auertere nititur, qui ei ad libitum cocta pollicetur. Quasi male esurientibus Iudæis, sancta Ecclesia responsum præbeat, & pro humanitate simplici, quam vorare per desiderium cupiunt, diuinitatis cibum repromittat, dicens: Prius coqui sinite, quod ad refectionem vitæ habeatis in spiritu sancto intellectum. An non tunc puer sacerdotis crudam carnem petiit, cum illuminato à domino eo, qui cæcus fuerat natus, diceretur? Da gloriam deo, nos scimus quia hic homo peccator est. Quid est dicere da glo- *Ioan.9.* riam deo, nisi non huic curationis tuæ laudes tribuas, quia deus non est. Et quia peccator asseritur, non solum deus esse negatur: sed etiam homo iustus. Cui profecto crudam, quam petebat, carnem præbere noluit, coctam obtulit: quia quem salutis suæ auctorem instanter asseruit, ex ostenso tantæ admirationis signo, non solum hominem sanctum, sed verum deum

Iſa.71. *Aggai.2.* *Iſa.11.* *Pſal.116.* *Gen.49.* *Iſa.1.* *Exod.12.*

G esse monstrauit. Qui autem sequi bestias, amissa ratione populus cœperat, crudam sibi carnem exhiberi importunè postulabat. Nam sequitur: Nunc dabis, alioquin tollam tibi vi.) Sequitur: Erat enim peccatum puerorum grande nimis coram domino.) Et causam, qua grande fore hoc peccatum demonstraretur, adiungit, dicens: Quia detrahebant homines à sacrificio domini.) Grande nimis peccatum esse cognoscitur, quod pœnitentiæ lachrymis non deletur. Hoc nanque nimis grande peccatum synagogæ propheta intuens, ait: Peccatum Iudæ scriptum est stylo ferreo, vngue adamantino. Vel certe grande nimis coram domino peccatum erat: quia ad peccandum alios pertrahebat. Quare & subditur: Quia detrahebant homines à sacrificio domini.) Detrahebant quippe à sacrificio homines: quia ad confessionem rectæ fidei progredi infirmorum corda prohibebant. Et notandum quia qui detrahuntur à sacrificio, homines dicuntur: quia nimirum si in fidei nostræ vera confessione persisterent, hos diuinus sermo filiorum dei appellatione signaret. Quibus profecto per Psalmistam dominus dicit: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes, vos autem sicut homines moriemini. Sequitur autem: Samuel autem erat minister in conspectu domini, puer accinctus ephod lineo.) Subtilior quàm lanea vestis, linea esse cognoscitur. Apte autem Samuel lineo ephod indutus asseritur, per quem sacerdotum ordo electus ex gentibus, designatur. Nam in comparatione legalis vitæ, noua Euangelij conuersatio lini subtilitas est. Ibi enim aliquid animale præceptum est, ibi omnis maledicitur, à quo semina propaginis in Syon nulla relinquuntur. In nouo autem testamento, quia subtiliora sunt omnia, quisquis eius præceptis vtitur, velut delicatiori lini veste decoratur: ibi quippe connubij abstinentia damnatur: hic miris laudibus colitur: illic sacerdotes carnaliter generant: hic fructum spiritalis propaginis tanto copiosius afferunt, quanto etiam per coniugale bonum, pudicitiæ detrimenta sentire non possunt. Bene autem dum Samuelis vestis exponitur, linea fuisse perhibetur: vt noui sacerdotij gloriam apertè ostenderet, quod nouæ pudicitiæ nitoribus splenderet. Sed dum in conspectu domini esse minister Samuel dicitur, ephod lineo accinctus memoratur: quia diuina obsequia tunc bene exhibentur, cum exhibentis persona, carnalis voluptatis sordibus non fœdatur: & acceptum deo tunc est munus ministerij, cum per sanctæ conuersationis munditiam deo placida est persona ministri. Et quia inter primordia nouitatis suæ proficiebat, adhuc sequitur: Et tunicam paruam faciebat ei mater sua, quam afferebat ei, cum ascendebat cum viro suo, vt immolaret domino hostiam solennem.) Sanctæ Ecclesiæ hostiam immolare est, per eloquia prædicationis, auditorum suorum corda in amorem conditoris accendere. I Tunc itaque Samueli parua vestis delata perhibetur: quia dum adhuc per nouitatis suæ incrementa proficeret, ab Ecclesia apta suæ paruitati accepit monimenta iustitiæ, cuius splendore radiaret. Sequitur: Et bene dixit Heli Helchanæ, & vxori suæ, dicens: Reddat tibi dominus semen de muliere hac, pro fœnore quod commendasti domino.) Quia in persona Heli sacerdotis etiam boni doctores populi veteris designantur, Helchanæ, & vxori eius benedixisse cognoscitur: quia nimirum eorundem veterum doctorum ordo, Christi & sanctæ Ecclesiæ spiritalem copulam præuidit, & eorum electorum prolem futuram, cœlo dignam, cum deuotione prædicauit. Quod quanuis longe anteactum fuerit, tamen tunc se eis sic benedixisse innotuit, cum reuelata iam nostræ redemptionis gratia, credere vnusquisque fidelis poterat, quia tot bona patres nostri veteres de hac renouatione præcinebant. Et vt ordo, quo fiebat, agnoscatur, subiunctum est. Et abierunt in locum suum.) In locum suum cum viro suo sanctæ Ecclesiæ abire, est vitæ actiuæ molestias interdum fugere, & supernæ vitæ gaudiis per contemplationem vacare. Puerum quippe ad horam reliquerat mater illa, quæ dicebat: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Si cum puero erat, quando eundem egregium doctorem vsque ad tertium cœlum vis amoris extulerat? Si tunc erat cum puero, quando in paradiso exceptus, verba, quæ non licet homini loqui, audiebat? & in locum suum rapiebatur, quia ostendit, dicens: Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Sed quæ cum viro abibat in locum suum, reuerti K hanc materna viscera cogebant ad filium. Nam loquebatur & dicebat: In carne manere est mihi necessarium propter vos. Sequitur: Visitauit ergo dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias.) In tribus filiis perfectiores quique sanctæ Ecclesiæ designati sunt, qui pro fide Trinitatis fortia semper egisse cognoscuntur. Sed si solos perfectos sancta Ecclesia gigneret, nostra infirmitas ad æternæ vitæ præmia peruenire non posset. Robur ergo filiorum, duarum filiarum fragilitas sequitur: quia sancta Ecclesia etsi contra superbientem hostem humani generis fortes protulit, tamen ad æternæ patriæ gaudia etiam infirma eius membra per duo charitatis præcepta perducuntur. Et quia in inchoationis suæ initiis non semper mansit, quisquis eo tempore erudiri ad sacerdotale ministerium cœperat. Sequitur: Et magnificatus est puer Samuel in conspectu domini.) Quo in loco valde notandum est, quòd puer Samuel dicitur, & magnificatus. Sed & cum magnificatus asseritur, hoc virtutis suæ præconium non in conspectu hominum, sed in conspectu domini habere perhibetur. Cur ergo puer nisi quia humilis? Et cur magnificatus asseritur, nisi quia ad perfectionis erat celsitudinem sublimatus? Puer itaque, & magnificatus in conspectu domini Samuel dicitur, quia nouus ordo L prædicatorum, etsi ad magnæ conuersationis celsitudinem peruenit, humilitatis suæ virtutem non perdidit. Magnificari quippe ante deum non prodesset, si puer esse desisteret, quia amissa humilitate placere omnipotenti deo, de conuersationis altitudine non valeret. Denique magnificati iam fuerant, qui in nomine Iesu ab obsessis dæmonia eiiciebant, sed quia puericiæ suæ bonum perdiderant, hos veritas arguit, dicens: Videbam Satanam quasi fulgur de cœlo cadentem. Hinc iterum denuncians, ait: Nisi cõuersi eritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quia ergo nouorum prædicatorum vita & sublimis est merito, & plana per humilitatem, Samuel apte magnificatus, & puer asseritur. Et quia ex vtroque valde accepti deo sunt, magnificatus non simpliciter, sed in conspectu domini fuisse perhibetur. Sequitur: Heli autem erat senex valde, & audiebat omnia, quæ faciebant filij sui in vniuerso Israëli, & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi.) In persona Heli non solum vetus sacerdotium, sed etiam antiquorum patrum doctrinæ figurantur, quia ex hoc quod spiritali dignitate præfuit, hoc suscepit officij, vt salutari prædicatione instrueret, pro quibus placabiles hostias domino offerret. Quid est ergo quòd Heli senex asseritur, nisi quia in reproborum Iudæorum cordibus vis infirmabatur cœlestium mandatorum? Iuuenis quidem fuit He- M li, quandiu sacra scriptura in electis synagogæ vim magnæ auctoritatis obtinuit, quia videlicet promissiones venturi redemptoris acceperat, & eum cum magno desiderio expectabat. Tunc ergo Heli senuit, quando Iudæa deuotionem obseruandæ promissionis amisit, vt desideratum à patribus suis redemptorem, coram se miraculis se probantem cerneret: & omnino cæca, in tanta eius luce, de veritatis præsentia dubitaret. Valde etiam fuisse senex dicitur, vt profecto omnis vis fidei in synagoga emarcuisse doceatur. Vere autem dicimus, quia si valde senex erat Heli, omnino debilis viuebat. Quid enim tunc erat seni scripturæ viuere, nisi debilem valde aspirationem fidei synagogæ ministrare? Senex quidem valde esse, & viuere poterat: cum Iudæorum corda nutabant, vt dominum Iesum nec redemptorem verum esse crederent, nec quasi blasphemum apertè damnarent. Huius nanque senectutis debilitatem Euangelista Ioannes ostendit, dicens: Alij dicebant quia bonus est, alij vero non, sed seducit turbas. Hinc Iudæi ipsi calliditatis suæ versutiam proferentes, dicunt: Vsquequo animas nostras tollis, si tu es Christus, dic nobis palam. Hinc item dicunt: Magister volumus à te signum videre. Sed Heli valde senex audiuit omnia, quæ faciebant filij sui vniuerso Israël. Audiuit certè hæc, quia nouit. Quod autem cognoscimus, intra aulas memoriæ clausum tenemus. Consulta vero sacra eloquia, intra se omnem Iudæorum perfidiam scriptam, fo-

Hie.17.

Psal.81.

Testamenti veteris & noui differentia.

Philip.1. 2.Cor.12.

Hebr.13.

Luc.10.

Mat.18.

Ioan.7.

Ioan.10.

Mat.12.

Universidad de Deusto

A ris proferunt: & velut diu ſeruatam memoriter, oſtendunt. Huius profecto auditus notitiam, Amos velut Heli adſcribens, *Amos.3.* ait: Non faciet dominus verbum ſuper terram, quod non reuelauerit ſeruis ſuis prophetis. Hinc Abacuc deo vnigenito *Abac.3.* confitetur, dicens: Domine audiui auditum tuum, & timui: conſideraui opera tua, & expaui: in medio duorum animalium innoteſceris. Veteribus quippe ſynagogæ doctoribus filiorum ſcelera audire, prænoſcere eſt. Sed quid præcognouerit exponit, quia dicit: Omnia quæ faciebant filij ſui vniuerſo Iſraëli, & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi.) Cum mulieribus quippe Iudæis dormire eſt, variis hæreſibus pollui. Bene autem ipſæ mulieres ad oſtium tabernaculi obſeruare referuntur. Quid enim eſt oſtium tabernaculi, niſi litera legis ſpiritalis? Iudæi autem dum ſacram ſcripturam iuxta literam ſolam intelligunt, ibi hæreſes ſtatuerunt, vnde ad ſecretum veræ fidei intrare potuere. Nam ſicut per oſtium ad interiora tabernaculi, ita per literam ſacræ ſcripturæ ad ſpiritalem intratur cognitionem redemptoris. Quia ergo per obſeruantiam literæ Iudæa decipitur, mulieres ad oſtium, non intra tabernaculum obſeruare referuntur. Et quia in omnibus ſcripturis Iudæi redemptori noſtro contradicunt: non vna mulier fuiſſe dicitur, ſed plures. Hæc quidem ſibi filij Heli faciunt, quia iuxta prophetæ vocem: *Hier.33.* B Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur: ſed vniuerſo Iſraëli ea facere dicuntur: quia dum in erroris ſui nocte prælati intereunt, caliginis ſuæ minores cæcitate inuoluuntur. Cum mulieribus ergo filij Heli dormiunt: quia reprobi Iudæi hæreſum ſuarum admiſtione, vſque in mundi finem polluuntur. Dormiunt *Mat.17.* etiam: quia etſi grauiſsima ſunt erroris ſui nocte obruti, per Heliam tamen ſunt in fine mundi ad fidem redemptoris excitandi. Sequitur: Et ait ad eos: Quare facitis res huinſcemodi, quas ego audio, res peſsimas ab omni populo?) Ecce ſenex erat Heli, & acuta loquebatur: quia virtus ſacri eloquij etſi in reproborum corde deficit: tamen coram rectè intelligentibus, Iudæorum culpas ſubtiliter exquirit. Diſtricte enim diſcutiens, dicit: Quare facitis res huiuſcemodi, quas ego audio, res peſsimas ab omni populo?) Sed qui exquirens interrogat, quare facitis: profecto oſtendit eos impingere noctem hæreſis, ſine diſcretione rationis. Ipſos autem feciſſe res peſsimas, quas audiebat, dicit: & ipſas res peſsimas, ab omni populo eſſe aſſerit. Quid eſt hoc, niſi quia vniuerſitas Iudaici populi in hæreſum profunda corruerat? Sed ipſius ruinæ cauſa *Oſea.5.* reprobi ſacerdotes erant. Vnde & Oſæa prophetans, ait: Cauſa ruinæ populi, ſacerdotes mali. Nam ideo ſubiectus populus cecidit, quia tuentes prælatos ſtuduit imitari. Cum ergo dicit, quas ego audio, res peſsimas ab omni populo, ipſæ res à populo agi, debent intelligi non referri. Quod tale eſt, ac ſi C dicat. Res peſsimas, quas fieri ab omni populo audio, quare facitis? Vnde & ſtatim quid dixerit, apertius inſinuans, ait:

Nolite filij, non eſt bona fama, quam ego audio de vobis: vt tranſgredi faciatis populum domini.) In quo autem populus domini mandata tranſgrederetur, ſi ipſi dormirent cum mulieribus? Sed quia hoc etiam in figura contingebat illis, hoc profecto, quod dominicæ incarnationis tempore debebat fieri, præſignabat. Nam quando ſacerdotes cum mulieribus dormiunt, ſubditi mandata domini tranſgrediuntur: quia dum prælati hæreſum admiſtione maculantur, reproba ſubiectæ ſynagogæ multitudo in eiſdem fœtoribus mergitur. Ait ergo:

Quare facitis res huiuſmodi, quas ego audio, res peſsimas ab omni populo?) Quod tale eſt, ac ſi dicat: Tanto grauius delinquitis, quanto fœdius vniuerſum populum veſtro crimine maculatis. Simile etiam aliquid per prophetam dicitur: à Dan (inquit) auditus eſt fremitus curruum, & equorum e- *Hier.8.* ius. In quo nimirum loco, non eſt intelligendum, quod à Dan auditum ſonitum referat: ſed quòd ipſe curribus, & equis ſæuiens, eundem ſonitum, qui audiatur, agat. Quo in loco hoc etiam notandum eſt, quia qui res peſsimas ab omni populo ſe audiſſe retulit, manſuetæ affectionis verba ſubiunxit, dicens: Nolite filij, non eſt bona fama, quam audio de vobis: vt tranſgredi faciatis populum domini.) Et acutè quidem reprehendit Heli, & manſuetè admonuit: quia ſcriptura patrum veterum, & errorem Iudaici populi denuncians, increpat: & ab eiuſdem erroris ſui nocte, benigno affectu ad veræ fidei diem vocat. Filios quidem eos appellat, vt ſe debere eſſe hæredes paternæ promiſsionis agnoſcant: & tanto deuotius mundi ſaluatorem recipiant, quanto promiſsionem eius ſuis fuiſſe factam patribus, non ignorant. Sed & de peccati audacia eos reuocare geſtiens, rationem ſubiungit, dicens: Si peccauerit vir in virum, pacari ei poteſt deus: ſi autem in deum peccauerit, quis orabit pro eo?) Vir in virum peccare eſt, homo in hominem peruerſa agere. Quid eſt ergo, quod dicit, pacari ei poteſt deus: niſi quia talia peccata leuia erant, in illorum comparatione, quæ Iudæi committere in dei filium cogitabant? In deum quippe peccabant: quia eum, quem moliebantur occidere, deum ſe eſſe apertiſsima miraculorum luce monſtrauerat. Hoc quippe per ſemetipſum dominus oſtendit, dicens: Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fe- *Ioan.15.* cit, peccatum non haberent. Et vt oſtenderet implacabilitatem dei patris ſubiungit, dicens: Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo: quia viderunt, & oderunt me, & patrem meum. Tale eſt ergo, ac ſi dicat: Cuius prece illud peccatum indulgetur, quod in ipſum indultorem committitur? E Quis pro eo omnipotentem patrem obſecrat, qui coæternum vnigenitum in mortem damnat? Nihil enim apertius diceret, ſi fateretur, dicens: Hic quem velut purum hominem perſequimini, etiam deus eſt. Rationis ergo lex exigit, vt qui conditorem perſequitur, venia defraudetur. Sed ducit diuina pietas diſtrictionem rationis: legis enim æquitatem oſtendit, ſed prolatæ aſſertionis vigore in promulgati iuris executione non tenuit. AEquitatis enim rigore decretum eſt, vt ad indulgentiæ obtentum, nulla prece pertingeret: ſed quibus oratio hominis nulla ſuffecit, pietas redemptoris non defuit. Omnis homo, qui pro tranſgreſsionibus orat, tollitur: ſed quibus homo ſufficiens erat nullus, ipſe deus homo factus eſt interceſſor pius. Nam in cruce ſuſpenſus, orauit, dicens: Pater dimitte illis, *Luc.23.* quia neſciunt quid faciunt. Pacatus eſt ergo deus iis, qui in deum peccauerant, non aliena prece, ſed ſua. Sed pacatus eſt Deus non omnibus, ſed quibuſdam. Quidam nanque perſecutores domini prædicantibus Apoſtolis conuerſi ſunt, cæteri verò periére. De iſtis enim Lucas meminit, dicens: Factus eſt numerus *Act.4.* eorum quinque milia. De reprobis vero ſubiungitur. Et non audierunt vocem patris ſui: quia voluit dominus occidere eos.) Per Prophetam dominus denuncians, ait: Nolo mor- *Ezech.18.* tem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Quomodo ergo ei competit velle occidere peccatorem, & mortem peccatoris nolle? Sed in præfato teſtimonio ſequitur, vnde veritas agnoſca- F tur: ait enim, ſed vt conuertatur, & viuat. Qui enim peccatorem vult viuere, vt conuertatur: ſi hunc inconuertibilem diuina præſcientia noſcit, occidit. Vult ergo dominus occidere: ſed eos, quos prænoſcit conuerti nolle. Miſericors enim, & iuſtus aſſeritur, dum à Propheta flagitatur. Domine (inquit) *Pſal.114.* libera animam meam, miſericors, & iuſtus deus noſter. Per miſericordiam verò conuerſionem peccatorum expectat, per iuſtitiam non conuerſos damnat, Per miſericordiam conuerti vult peccatores, & viuere: ſed per iuſtitiam eos, qui conuerti noluerunt, vult punire: miſericorditer non ſaluat, niſi volens: per iuſtitiam, nolens damnat. Dum ergo occidere velle dicitur, peccatorum impietas maxima, & inemendabilis oſtenditur; quæ voluntariè diuinæ iuſtitiæ executione puniatur. Sic vtique & piiſsimos ſecularium negociorum iudices agere videmus, qui vellent vt nemo delinqueret, vt ipſi punire neminem deberent: ſed dum ab iniquis audacter ſcelera committuntur, voluntariè eos puniunt: quos libentius non commiſiſſe punienda voluerunt. Quo contra illud hoc in loco cernitur, quia non dicit: quia corrigentis patris vocem audire noluerunt, ſed non audiere: quia voluit eos Dominus occidere. Sed qui diuini examinis æquitatem rectè conſyderat, intereſſe nihil putat, ſi an occidatur aliquis, an illo in ſcelere dimittatur, in quo æterna reprobatione perimatur. Tale eſt, ac ſi dicat: Tanta fuit magnitudo culpæ, vt & conuerſionis monimenta ſuſciperent, & à

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mortis suæ fouea surgere nequaquam possent: & qui iræ de i pelagus biberant, in damnationis suæ cumulum, haberent non solum pœnam commissi sceleris, sed etiam additam vindictam contemptæ prædicationis. Sed cur hoc de præterito miramur, quod nunc vsque fieri cernimus: Heli videlicet monentem, filios contemnentes: Dominum occidere volentem. Quid enim sacra scriptura quotidie Iudæis aliud, quàm caliginem sui erroris insinuat? Non equidem sic per latentes, & spiritales intellectus redemptorem prædicat, vt eius incarnationem, natiuitatem, passionem, resurrectionem, & ad cœlos ascensionem non patenter ostendat. Nec ipsi tam irrationabiles sunt, vt tam excellentia bona redemptori conuenire non videant: sed tamen cæci sunt, vt promissa patribus suis signa in redemptorem effulsisse audiant, & non credant. Cæci ergo sunt, non modo non videndo promissa, sed non credendo exhibita. Cur vocem scripturæ monentis non audiunt, nisi quia eos dominus occidere vult? Nec mirum tamen, si eius iudicio pereunt, cuius vnigenitum occidêre. Intimæ enim æquitatis districtione cum Iudæorum populo agitur: vt monita vitæ quotidie scripturis loquentibus audiant, & ipsi scripturis monentibus nequaquam credant. Sed repulsa Iudæorum perfidia, quibus succesibus sanctorum prædicatorum ordo potiatur in gentibus, exponit, dicens: Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat, & placebat tam deo, quàm hominibus.) Proficiebat quidem lucro
H prædicationis, crescebat numero ministrorum. Nam de profe-
Rom.15. ctu eius apostolus Paulus gloriatur, dicens: Ab Hierusalem vsque Illyricum repleui Euangelium Christi. Crescendi quo-
Act.6. que modum Lucas meminit, dicens: Crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quòd despicerentur in ministerio viduæ eorum. Et paulo post: Elegerunt (inquit) Stephanum plenum fide, & spiritu sancto, & Procorum, & reliquos. Hos statuêre ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus. Item
Psal.18. de profectu isto nouorum prædicatorum scriptum est: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed subtiliter est intuendum, quod dicitur: Placebat tam deo, quàm hominibus.) Hominibus placet doctor, cum se subditis venerabilem, & bonis moribus ornatum præbet. Deo autem placet, cum de bona conuersatione inaniter gloriari refugit: & solius dei laudem promereri concupiscit. Dicit ergo: Placebat tam deo, quàm hominibus:) quia nonnulli prædicatores prætextum sanctitatis præferunt, quam non habent. Hi ergo, quia etsi hominibus placent, deo displicent: in typo noui, & electi prædicatoris de Samuele nunc dicitur: Placebat tam deo quàm hominibus.) Venerabiles quidem se exhibent subditis, & deo offerunt puritatem intentio-
I nis. Hominibus quidem placere studuerat, qui dicebat: Chri-
2.Cor.2. sti bonus odor sumus in omni loco. Et item: Omnia omnibus
1.Cor.9. factus sum, vt omnes facerem saluos. Hominibus etiam pla-
1.Cor.10. cere auditores suos docebat, dicens: Sine offensione estote Iudæis, & gentibus, sicut & ego omnibus per omnia placeo, non quærens, quod mihi vtile est, sed quod multis. Sed qui se hominibus placuisse insinuauerat, puritatem cordis commen-
1.Cor.1. dat, dicens: Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Placebat tam deo, quàm hominibus.) quia nouus ordo prædicatorum venerabilem se suis auditoribus, ad imitationem foris præbuit, & intus acceptum deo, per innocentiam voluntatis. Sequitur: Venit vir dei ad Heli.) Quid per hunc virum dei, nisi sanctorum Apostolorum ille cœtus venerandus exprimitur? Qui certè vir dei dicitur, pro excellentia sanctitatis: quia culmen ordinis, quod in vniuersi orbis prælatione conscenderat, æquali sublimitate virtutis disponebat. Qui profecto ad Heli tunc venit, quando ad annunciandam repulsionem synagogæ, eius pontificibus accesit. Sequitur: Et ait ad eum, Nunquid non apertè reuelatus sum domui patris tui, cum esset in AEgypto in domo Pharaonis, & elegi eum ex omnibus tribubus Israël mihi in sacerdotem, vt ascenderet ad altare meum, & adoleret mihi incensum, & portaret ephod coram me, & dedi domui patris tui cuncta de sacrificiis filiorum Israël?) Quia diuino iudicio Iudæa repellitur, ipsius iudicij districtio, quam mira æquitatis dispositione illata sit, demon- K
stratur. Prius enim collata Heli dona numerantur, vt dum tam benignus dator omnipotens deus ostenditur, contemptorem suum quam iustè feriat, agnoscatur: Reuelatum se domui patris eius asseruit, vt ignorantiæ excusationem habere non possit. Eandem vero suæ reuelationis cognitionem, se ei in AEgypto exhibuisse edocet, vt se ei suis meritis Heli obtinuisse nequaquam putet. Quasi apertè dicat, illic me ei cognoscendum præbui, vbi mei obliuisci poterat, reminisci nesciebat. Et ne ipsa cognitionis diuinæ dona, reprobo parua fortasse viderentur, de cæteris tribubus Israël ad culmen sacerdotij assumptus asseritur. Quasi dicat: Eis eum prætuli, quibus non superior, sed æqualis fuit. Notandum vero est, quod in officio ipsius sacerdotij tria denotantur. Vt ascenderet (inquit) ad altare meum, & adoleret mihi incensum, & portaret ephod coram me.) Quid
Genes. vero in hoc altari, nisi ille lapis ostenditur, quem patriarcha Ia-
cob in titulum erexit? Et quis lapis iste alius, nisi ille exprimitur, quem Paulus in laude fidelium prædicat, dicens: AEdi-
Ephes. ficati super fundamentum apostolorum, & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christi Iesu. Pater ergo Heli ideo in sacerdotium electus à domino est, vt ad altare ascenderet: quia ordo doctorum veterum, ad hoc subiecto sibi populo præfuit, vt humani generis reparationem in redemptoris aduentu futuram prædicaret. Et incensum adoleuit: quia ei, quem futurum redemptorem prædicat, per desiderium, auditorum corda con- L
iunxit. Ephod quoque portauit: quia desiderio tantæ expectationis, dignæ conuersationis ornatum præbuit. Adoleret vtique incensum, & ephod non portaret, si auditorum corda in desiderium venturi redemptoris accenderet, à quo ipse fœdæ conuersationis inæqualitate differret. Et quia omnipotens deus veritatem religionis, & non prætextum quærebat, coram se, & non coram populo, ephod se ei portare præcepisse, perhibuit. Coram domino quidem ephod portare est, de vitæ innocentia solius diuinæ bonitatis retributionem quærere. Apertè autem ista contra Heli per improperium dicuntur. Ad altare quippe non ascendit: quia sacerdotium illud, quòd manifestatæ veritatis tempore synagogæ præfuit, eum qui tanta signorum magnitudine Redemptor humani generis claruit, subiectis plebibus nequaquam prædicauit. Et incensum deo non adoleuit: quia in persecutionem eius populum, & non in amorem concitauit. Ephod etiam coram domino portare contempsit: quia nulla religionis veritate resplenduit. Nam & si nonnulla honestatis insignia præferebat ornatus ille vitæ, ex prætextu fallaciæ erat, non ex intentione charitatis. Vnde & hoc ipsum in
Matt. eis dominus reprehendit, dicens: Væ vobis Scribæ, & Pharisæi: quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris videntur hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum. Sed cui tam multa, & spiritualia præbuit, minus contulisse videretur, nisi etiam temporalia exhiberet. Vnde & subditur: M

Et dedi domui patris tui, cuncta de sacrificiis filiorum Israël,) Quasi ei aperta obiectione reputet, dicens: In nullo ei defui, cui spiritualis honoris, potestatisque culmina præbui, & ad temporales vsus, terrenæ abundantiæ copiam ministraui. Sed qui tam rationabiliter collata dona enumerat, audiamus iam trãsgressionis eius audaciam, qua instantia discussionis exquirat. Nam sequitur: Quare calce abiicitis victimam meam, & munera mea, quæ præcepi vt offerrentur in templo?) Quare enim non dicit iudex, nisi qui instanter discutit. Et qui calce repulisse victimam dei, & munera reprehenditur, ei iniuriam sine consilio rationis fecisse, indicatur. Notandum vero est: quia plurali numero dicit, quare calce abiicitis victimam meam, vt non tantum ad Heli, sed ad filios quod dicitur, pertinere videatur. Fera quippe animalia solent sibi adhærentia calce repellere. Quæ enim fidelibus victimæ aliæ fuerunt, quàm redemptoris sui laudibus insistere, Christum Iesum pro salute mundi in mortem occubuisse prædicare, resurgẽdo, humani generis vitam reparasse? Et quæ alia eorum munera erant, nisi pro tãtis sibi collatis beneficiis gratiarum actiones omnipotenti deo incessanter offerre? Quæ profecto Heli filij calce repulerunt: quia in repulsione nouæ prædicationis non consilium rationis, per sacra eloquia secuti

sunt,

A sunt, sed impetum feritatis. Ab irrationabili namque sæuitia, ad rationalis consilij intentionem, eos veritas reuocare cupiebat, dicens: Scrutamini scripturas: quia vos in ipsis putatis vitam æternam habere, & illæ testimonium perhibent de me. *Ioan.5*
Vnde & hic quoque dicitur: Quæ præcepi, vt offerrentur in templo, lex nanque, Psalmis, & Prophetis scriptum de passione, resurrectione domini, & vniuersalis Ecclesiæ statu fuerat. Calce ergo synagogæ præpositi victimam & munera domini, in templo domini offerri iussa, repulerunt: quia profecto prædicationem sanctæ Ecclesiæ non scripturæ sanctæ auctoritate discutere, sed solo feritatis suæ impetu reprobare, atque abiicere conati sunt. Nam si præcepta dei in sacro eloquio illuminata mente consulerent, sanctos prædicatores, quos ferociter abiecêre, quasi ad se missos diuinitus, recepissent. Sed qui Heli filios, id est, veteres doctores minoris ordinis, de irrationabili feritate reprehendit, ipsum etiam patrem de negligentia arguit, dicens: Honorasti filios tuos magis quàm me.) Quasi apertè reprehendens dicat: Illi repulerunt, & tu repulsores honorasti. Magis quàm deum filios honorauit: quia dum aperta eorum opera offensa, contemneret, lucra temporalia iisdem prouidebat: Vnde & subdit. Vt comederetis primitias omnis sacrificij mei.) Quibus nimirum verbis arguere maiorum ordinem doctorum videtur, qui idcirco in redemptoris morte
B consensit, quod oblationum veterum lucra amittere formidauit. Vnde & inito consilio cum Pharisæis, dicebant: Quid facimus: quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. Et iterum: Videte quia nihil proficimus, ecce mundus totus post eum vadit. Ideo igitur filios honorauit, vt comederent: quia à prædicationis intentione conticuit, ne dum veritatem nouæ oblationis assereret, habere vlterius ad voluptatis suæ luxuriam vetera non valeret. Quia ergo magnitudinem, qualitatémque reatus exposuit, videamus iam quanta æquitate examinis modum insinuet vltionis. Nam subdens ait: Propterea ait dominus Deus Israël, loquens locutus sum, vt domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo, à modo & vsque in sempiternum. Nunc autem absit hoc à me.) Quasi aperta congruáque sententia feriens, dicat: Tu filios tuos honorasti, vt omnis sacrificij primitias ederetis, sed ideo vobis primitiarum iura auferuntur: quia indignè honorati sunt. Quid enim est aliud dicere: Absit à me, vt domus tua ministret in conspectu meo.) nisi ab illo vos deiicio culmine, cui primitiarum iura debebantur? Mira igitur æquitatis executione comprehensus est, qui vnde primitiarum esum inhianter appetiit, inde à primitiarum perceptione ieiunauit. Nam redemptorem mori pertulit, ne sacerdotalia lucra perderet, sed ille de triumpho mortis accepit, vnde sacrificij veteris emolumenta destruxit. Dicit autem: Loquens locutus sum, vt domus tua & pa-
C tris tui ministraret in conspectu meo, nunc autem absit hoc à me.) Quasi verbis apertioribus dicat: Vt in tanto culmine dignitatis stares, te frequenter admonui, sed modo talis non es, qualem esse desideraui. Quod quia in Iudaici populi reprobatione dicitur, de ordine nouorum prædicatorum subiunctum est. Sed qui glorificauerit me, glorificabo eum.) Iam quippe glorificantis gloriam cernimus: quia prædicatores sanctæ Ecclesiæ magno splendore vitæ omnipotentis dei laudes concinũt, atque in vniuersali orbis prælatione gratulantur. Ecce iam sacerdotum vestigiis gentilitas vniuersa substernitur, & eos, quibus se gaudet obediendo subiicere, patronos gloriatur in cœlestibus possidere. Glorificantem se ergo dominus glorificat: quia à quibus deuotas quotidie laudes accipit, ad vniuersi orbis honorem sustollit. An non glorificati gloria est, in terra manere, & cœlum claudere? Vitam communiter homines viuere, atque supernas cœlorum sedes subditis auctoritate potestatis exhibere? Glorificabat quippe dominum, qui dicebat: Tu es Christus *Mat.16.*
filius dei viui. Sed glorificantem se dominus glorificauit: quia ei respondit, dicens: Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Sed de proiectis Iudæorum reprobis subditur: Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.) Ipsi quidem contemnunt, qui nequa- D
quam hunc esse mundi redemptorem credunt. De quibus profecto ipsa veritas in Euangelio queritur, dicens: Ciues autem eius oderant illum, & miserunt legationem post eum dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Sed eorum iam nobilitatem cernimus: quia & genere, & conditione proscribuntur. Genere quidem ignobiles sunt: quia ab ipsa veritate audierunt: Vos ex *Ioan.8.*
patre diabolo estis. Conditione etiam ignobiles sunt: quia amissa libertate, & regno, perpetua gentium seruitute deprimuntur. Sed pœnarum ordinem clarius ostendit, dicens: Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non sit senex in domo tua.) Iam quidem sine brachio est: quia qui templum, & tabernaculum perdidit, manum ad oblationem sacrificij veteris non extendit. Et quia Heli, id est, maioribus synagogæ sacerdotibus loquebatur, non solum brachium eius, sed etiam domus eius se præcidere minatur, vt profecto vniuersalem ritus veteris destructionem insinuet, & hoc quod nouo tempore iam factum cernimus, antiquitus fuisse dispositum sentiamus. Et brachium itaque eius, & domus eius dominus præcidit: quia & summos Iudææ pontifices, & minores sacerdotes ab immolatione veteri penitus amouit. Vnde & conuenienter adiungitur: Vt non sit senex in domo tua.) Se- E
nes quippe intelligendi sunt sacerdotes, quorum officium: quia grauitate magnæ honestatis impenditur, à religionis pondere nulla puerili leuitate vacuatur. Brachium igitur eius, & domus patris eius ita præcisum est, vt in domo sua senex non sit: quia sic veteris sacerdotij ritus euanuit, vt omnino nemo remanserit, qui veteri more immolare iam possit. Nam postquam redemptor humani generis pro peccatis nostris, nouo sacrificij more, se obtulit, esse sacerdos consuetudine antiqua cessauit. Sed qui amissi sacerdotij damna sustinet, habet tormentum maioris pœnæ de dolore inuidiæ. Quare & subditur: Et videbis æmulum tuum in templo, in vniuersis prosperis Israël.) Intra templum quippe æmulum suum videt: quia ipse iam foras expulsus est. Nam qui æmulus sacerdotij veteris alius est, quam ordo nouorum prædicatorum? Qui profecto dum veterum, & electorum patrum studia viuendo, atque docendo adæquare nititur, bona Heli nimirum in bono æmulatur. Hinc Paulus admonet, dicens: Bonum æmulamini in bono omnes. Quæ autem Israël prospe- *Gala.4.*
ra nisi felicitates huius transeuntis temporis intelliguntur, in quibus Israël secundum carnem valde lætabatur? In vniuersis ergo Israël prosperis æmulum suum videt, qui in sancta Ecclesia prædicatores veritatis fœlices aspexit, & rerum opulentia & celsitudine dignitatis. Hoc etiam quod in templo videndus asseritur, perfectiori intelligentia declaratur. In omnibus quippe prosperis in templo est æmulus: quia ordo prædicatorum, o- F
mne quod sibi famulatur de fœlicitate temporis, in contemplatione disponit æternitatis. Sequitur: Veruntamen non auferam penitus ex te virum ab altari meo.) Penitus nanque ab altari suo virum auferret, si ad fidei nostræ vnitatem nullum admitteret. Penitus ergo non abstulit: quia etsi reprobos synagogæ sacerdotes repulit, plures tamen ex eis ad sui cognitionem misericorditer adduxit. Quorum profecto in apostolorum actibus Lucas meminit, dicens: Plurima turba sacerdotum obedie- *Actu.6.*
bat fidei. Digni nanque tanto, & nouo ministerio inuenti sunt, qui remanere cum perditis in vetustate noluere. Sed quia non solum electos prædicatores de gentibus, verumetiam illos, qui de Iudæa credidere ad tormentum inuidiæ Iudaicum sacerdotium habuit. Sequitur: Sed vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua.) Vel idcirco virum penitus ex eo ab altari suo non abstulit, vt Heli oculi deficerent, & anima eius tabesceret: quia videlicet electos de Iudæa noluit ad ministerium nouæ prædicationis assumere, vt remotis eis, culpa ad pœnam reprobos teneret. Defecerunt nanque oculi Heli, cum summum sacerdotium veritatem fidei per ora prædicatorum in auditu habuit, & non cognouit. Anima quoque eius tabescit: quia videlicet per repulsionis suæ pœnam emarcuit, dum sancti spiritus gratiam amisit. Sequitur: Et pars magna domus tuæ morietur, cum ad virilem ætatem peruenerit.) Aetas virilis tempus est dominicæ incarnationis. Quod profecto Apostolus insinuat, dicens: Quan- *Gala.4.*

G do venit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret, & adoptionem filiorum perciperemus. Quid igitur præcepta Iudææ fuerunt, nisi quædam eruditiones infantiæ? Huius *Ibidem.* item pueritiæ tempus idem Apostolus insinuat, dicens: Cum essemus paruuli, sub elementis mundi hujus eramus seruientes. In virili ergo ætate mortua est: quia in plenitudine temporis, in mundi redemptorem sæuiit, & semetipsam infidelitatis mucrone transfixit. Bene autem non tota domus, sed pars magna domus eius moritura prædicitur: quia ex eis quidem in redemptorem crediderunt. Et causam maioris doloris adiiciens, ait: Hoc autem tibi signum, quod venturum est duobus filiis tuis, Ophni, & Phinees. In vna die morientur ambo.) In duobus filiis Heli, geminum sacerdotij veteris ordinem supra ostendimus designari. Qui certè in vna die mortui sunt: quia simul in redemptoris morte conuenerunt. Bene autem sacerdotum mors in signum morituræ domus posita memoratur: quia cum pastores intereunt, necesse est, vt ad eundem interitum grex sequatur. Et quia ex falsa ratione decepti sunt, in die mori perhibentur. De cuius falsitate lucis beatus Iob loquitur, dicens: Sic in *Iob.24.* tenebris, sicut in luce ambulant. Sed qui vetus expulit, nouum sacerdotium præparauit. Vnde & subditur: Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem.) Mortuis nanque filiis Heli, fidelem sacerdotem sibi dominus suscitauit: quia extinctis in perfidia prę-
H latis veteris populi, electos ad exhibendum redemptionis nostræ ministerium asciuit. Qui nimirum fidelis assumptus dicitur: quia vetus, cui successit, per infidelitatem fuit reprobatus. Et quia ea fides, eius sacerdotis laudibus ascribitur, quæ per dilectionem operatur, ipsa dilectionis opera per sequentia verba designantur. Nam sequitur: Qui iuxta cor meum, & animam meam faciat.) Hoc nanque, ineffabilis diuina substantia signari per partes hominis voluit, quod in se iuxta literam intelligi non oportet. Dixit itaque: Qui iuxta cor meum, & animam meam faciat.) non quod incorporea, & incircunscripta dei substantia cor, & animam habeat, sed sic loquitur homini vt homo homini loqui solet, vt per hoc, quod ex verbo suo audiens homo cognoscit, aperte sciat, quid etiam velit deus. Quod profecto dici simplicius potuisset. Qui faciat voluntatem meam. Et præmia operis exponit, dicens: Et ædificabo ei domum fidelem.) Quæ nanque ista domus alia, nisi æterna patria intel- *Ioan.14.* ligitur? Quam profecto domum dominus commendans, ait: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Sed hæc domus ædificari nunc dicitur: quia ex piæ vitæ actionibus præparatur. Verumtamen ad eam promerendam, indignum est opus hominis, si non hoc agat gratia misericordis dei. Bene itaque cum domus ædificium ponitur, Dominus ei eam ædificare pollicetur: quia
I nimirum vires humanæ à tanta operatione deficiunt, si non diuinitus adiuuentur. Hinc Paulus ait: Deus est, qui operatur in *Philip.2.* me velle, & perficere. Hinc iterum dicit: Non est volentis, ne- *Rom.10.* que currentis, sed miserentis est dei. Hanc domum se ædificare promittebat cum diceret: Vado parare vobis locum, & iterum *Ioan.14.* veniam, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis. Quia vero vocantem se gratiam, ex arbitrij libertate deuote secuturus erat, adiungitur: Et ambulabit coram Christo meo cunctis diebus.) Vnicuique enim electorum coram Christo ambulare est, se semper in conspectu redemptoris aspicere, & ea quæ ei accepta cognoscit, operari. Vel certe coram Christo ambulat, qui in omne quod agit, semper ad ipsum respicit, & vitæ suæ rectitudinem in eo dirigit, quem per assumptam humanitatem ad componendum electorum speciem, venisse recognoscit. Sed in cæcitatis suæ tenebris Iudæa non semper deserenda est: *Esa.10.* quia per prophetam dicitur: Si fuerit numerus filiorum Israël *Rom.11.* sicut arena maris, tamen reliquiæ saluæ fient. Hinc Paulus ait: Cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo gentiũ introëat, & sic omnis Israël saluus fiet. Hãc ergo Iudææ visitationem subsequenter ostendit, quia dicit: Futurum est autem, vt quicunque remanserit in domo tua, veniat, vt oretur pro eo.) Tunc certè Iudæa pro se orari dominum postulat, quando collectis iam electis de gentibus, cæcitatis suæ tenebras non ignorat, cum per sacerdotes omnipotentis dei, ei offerri per confessionem sanctæ Trinitatis appetit: quia in vetustate pristina superna promere- K ri gaudia non præsumit, sed & fidem redemptoris, quam conuersa recepit, prædicando etiam conuertendis aliis impendit. Bene etiam subditur: Vt offerret nummum argenteum. Argento quippe eloquia diuina signantur, quia per prophetam dicitur: Eloquia domini igne examinata, argentum igne proba- *Psal.11.* tum. Quod profecto argentum tunc Iudæa in dei laudibus impendit, cum apertè fidem nostram prædicat, cui infidelitate posita ante contradixit. Et quia eundem redemptorem, quem amando prædicat, etiam compatiendo imitatur, adiungitur: Et tortam panis.) Panis nanque nomine ille exprimitur, qui de semet- *Ioan.6.* ipso ait: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Torta itaque panis, redemptoris caro est, affecta suppliciis. Hunc nanque tor- *Esa.53.* tum panem propheta intuens, ait: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et quia per quendam sa- *Prouer.23.* pientem dicitur: Si sederis ad mensam potentis, sapienter attende, quæ apponuntur tibi: quia similia oportet te præparare. Tortam panis, & nummum argenteum Iudæa tunc offert, cum redẽptorem nostrum aperta confessione prædicat, & pro eius amore, quem prædicat, sustinere tormenta à perfidis non recusat. In qua nimirum imitatione passionis, & refectione dulcedinis: quia valde delectatur. Sequitur: Dicátque, dimitte me obsecro, ad vnam partem sacerdotalem.) Dimitte me ait. Quasi di- L cat: Noli me quasi infamem, & morte redemptoris cruentatam repellere. Vnam quoque partem sacerdotalem sibi concedi obsecrat: quia veris sacerdotibus sociari desiderat, vt eorum valeat admisceri gaudiis, quorum oblationes appetit seipsam offerens imitari. Vnde & refectionis suæ exponens desiderium, dicit:

Vt comedam buccellam panis.) Qua in re notandum est: quia tortam panis in deuotione oblationis habitura prædicitur, & buccellam in appetitu comestionis. Cur ergo ad comedendum non torta panis, sed buccella concupiscitur? Et cur non buccella, sed torta offerenda perhibetur? Sed quia in rotunditate buccella conficitur, rotunditas autem ipsa quodammodo nec principio, nec fine dignoscitur, recte per panis buccellam redemptoris æternitas designatur. Torta igitur panis à nobis offerri, & non buccella potest: quia qui passionem dominicam imitari moriendo, siue carnem affligendo possumus, æternitatem in nobis, quam præsentemus eius conspectui, non habemus. Et buccella nobis in perfectione desiderij esse, non torta panis debet: quia qui humani generis redemptorem compatiẽdo temporaliter sequimur, in superna patria non mortalem iam, nec patientem, sed æternum atque regnantem possidere desideramus. Eam igitur, quam offerre tortam panis desiderat, dicit: Vt comedam buccellam panis: quia cõuersi de Iudæa, redemptorem nostrum in æter- M nitate refectionis possidere desiderant, cuius passionem imitati hic sunt, ad strenuitatem militiæ, non ad præmium retributionis,

Caput III.

HAEC de sacra historia typici explanatione percurrimus, vt in eisdem sacræ historiæ verbis, moralis intelligẽtiæ aliquid perquiramus. Itaque puer *Moralis.* Samuel in conspectu domini minister adscribitur, quod tamen ministerium nõ absolute, sed ante faciem Heli domino exhiberi memoratur. His igitur verbis, non ostenditur perfectio ministerij, sed humilitatis. Facies nanque Heli vniuscuiusque institutoris ratio est arbitrij. Ille nanque ante præceptoris sui faciem domino ministrat, qui in exhibitione ministerij sui, proprij arbitrij rationem non sequitur, qui eo operis itinere graditur, quod ei magistri sui cognitione præuidetur. Nam perfecti quique viri, & docibiles dei, ministri quidem in cõspectu domini sunt, sed ante faciem hominis, ministri eius non sunt: quia ipsa eos intus diuinitas erudit, qualiter foris etiam vita, & moribus, ac doctrina disponantur. Vnde & præcursori redẽptoris paterni oraculi laude, promittitur: Tu quidẽ puer propheta altissi- *Luc.1.*

mi

Universidad de Deusto Biblioteca

ni vocaberis, prævibis ante faciem domini, parare vias eius.
Ante faciem quidem domini præire describitur, qui in ministerio suo non erat secuturus arbitrium superioris hominis, sed inspirationem diuinitatis. Ante faciem ergo Heli Samuël domino ministrare dicitur, vt subiecti quique, eius exemplo doceantur, quatenus de ministerio suo sic placere cõditori studeant, vt præter prælatorum suorum arbitrium, agere aliquid non præsumant. Nam qui ante institutoris sui faciem domini minister asseritur, si eius faciem præire per tumorem despicit, minister in conspectu domini non existit, quia omnipotentem ignorare conuincitur, cui per eius arbitrium placere despicit, cuius se imperio, vt ei placeret, subiugauit. Vnde & Heli, & Belial esse filij, & nescire dominum dicuntur, & ad populum officium sacerdotum. Filij nanque sunt, qui spiritualibus patribus ad eruditionem subiguntur. Qui profectò cum eorundem patrum sequi consilia superbiendo despiciunt, Belial filij rectè nominantur: quia eius, qui per superbiam de cœlo cecidit, apostatæ spiritus imitatores fiunt. Qui certè tanto deterius dominum nesciunt, quanto eius sibi cognitionem arrogantius adscribunt. Eo nanque agitur, vt quod scire debent, periculosius nesciant, quo id quod se scire existimant, nescientes, discere non curant. Et quia inuisibilem conditorem amare nequeunt, quem ignorant, in appetitu visibilium, ipsa, quæ sibi vsurpant Dei ministeria, dissipant. Vnde & ij qui ignorare dominum sacer-
B dotes relati sunt, vt sacerdotum quoque officium ad populum nescire perhibentur. Et vt reprehensionis eius causas aperiat, ad omnem immolantem ignorantis sacerdotis puer, cum tridente fuscinula venire memoratur, & crudam carnem violenter exi-
Gulæ species tres. gere. Quibus profectò verbis in auiditate suæ rapacitatis tres gulæ species notantur, nam is cuius puer, antequam coquerentur carnes, ad inferendam pro eis violentiam veniebat, legitimam refectionis horam sustinere non poterat, & cui carnes quærebantur, simplicibus cibis vti nesciebat, & quia coctam renuens, crudam carnem exigebat, communi præparatione eandem carnem edere fastidiebat. Verum cum sacerdotum voluptati seruierit peruersitas famulorum, quid est quod non ipsorum sacerdotum, sed puerorum peccatum grande nimis etiam coram domino fuisse memoratur? Sed eisdem verbis sacerdotum culpa maior ostenditur: nam qui minorum peccatum grande nimis coram domino fuisse asserit, maiorum iniquitatem, in quem damnationis cumulum excreuisse cognouit? Quæ tamen magnitudo reatus asseritur, non solum pro appetitu illicitæ comestionis, sed etiam pro violentia rapacitatis. Sed ad electi pueri narrationem diuinus sermo regreditur, vt in eo, non quod reprobandum, sed quod imitandum est, attentius consideremus.
Itaque ephod lineo accinctus, & in conspectu domini esse perhibetur. Quid ergo in ephod lineo, nisi continentiæ candor ostenditur? quo nimirum ephod accingimur, cum ad nitorem
C pudicitiæ ex omni parte retinemur, cũ animæ, & carnis pars nulla à districtionis lege absoluitur, per quam ad luxuriæ caliginem defluamus. Talis itaque minister in conspectu domini est: quia de omnipotentis dei sperata visione non fallitur, cui cum tanto accinctionis suæ nitore famulatur. Cui profecto puero, ascendens mater cum viro ad immolandum solennem hostiam, attulisse paruam tunicam dicitur. Mater quidem cum viro ascendit, quando mens prædicatoris per præscientiam interni sponsi, sese ad contemplanda sublimia illa æternitatis gaudia erigit. Tunc quippe immolat solennem hostiam: quia dum per illius amoris ineffabilem suauitatem conditori coniungitur, supernis altaribus deuotio festiua præsentatur. Et tunc quidem paruam tunicam defert: quia etsi per magnam internæ visitationis gratiam, pastoris anima ad superna sustollitur, paruulis tamen non admodum subtilitatis suæ sed pro eorum viribus
Exod.34. imponere præcepta conuersationis debet. Vnde & Moyses à monte in immenso vultus sui splendore regrediens, faciem velauit, vt in eum populus intendere visum potuisset. Paruam italique tunicam ea quæ spiritalis mater est, filio deferat, vt paruulis adhuc initia quædam, & plana præcipiat, & non fortitudinis suæ onus imponat. Nam sæpe inter magna opera corruunt,
1.Reg.17. qui per minora vincere hostem possunt. Vnde & Dauid contra Allophylorum fortissimum in pugnam progrediens, loricam, clypeum & militaria quæque instrumenta deposuit, & qui se D
in eorum pondere contra hostem exercere non potuit, in vno eum fundæ lapide prostrauit. Ad immolandam solennem hostiam mater illa ascenderat, quæ dicebat: Scio huiusmodi ho- *2.Corin.12.*
minem, qui raptus est in paradisum. Sed de tanta magnitudine, magnam vestem paruulis non adduxit: quia dicit: Audiuit ar- *2.Corin.5.*
cana verba, quæ non licet homini loqui. Item lac vobis potum dedi, non escam. Paruam itaque paruo filio tunicam mater deferat, & pro modo corporis, mensura indumenti tendatur, quatenus dum temperatæ conuersationis virtute dimicat, hunc hostis inæquali armorum sarcina non substernat. Et quia ex discreto curæ pastoralis studio, prædicatori deus conuersorum lucra multiplicat, visitata à domino Anna perhibetur, atque per gratiam diuini muneris in filiis, & filiabus meruisse gratiam fœcunditatis. Quæ filios quidem parit, cum eos verbo lucratur, per quos prædicationis semina aliis tribuit. Filias verò parit, cum eas mentes ad omnipotentis dei seruitium reuocat, quæ etsi ad prædicationem idoneæ non sunt, verbi dei tamen semen diligenter à prædicatoribus acceptum nutriunt: quod velut parturientes postmodum filiæ, per bona opera in exemplum proximorum gignunt. Sed quia prius Samuël lineo ephod accinctus asseritur, dehinc fœcunditas matris in pluralitate liberorum: potest rationabiliter intelligi hoc, quod fieri quotidie cernimus: quia videlicet ex bona opinione electi discipuli, magistro succrescunt lucra conuersorum. Vnde & post ortum fratrum, & so- E
rorum magnificatus Samuël apud dominum fuisse perhibetur: quia profectò coram domino iam magni sunt, qui per exempla piæ conuersationis proximorum corda, ad omnipotentis dei seruitium conuertunt. Magnus verò nobis timor incutitur: quia Heli filiorum culpa damnatur: cuius peccata propria nulla referuntur. Nam bonis subditis bene viuere, ad salutem sufficit, prælatis verò propria vita non sufficit. Valde etenim senex est, qui viuere irreprehensibiliter semper studet. Vn- *Sap.4.*
de etiam scriptum est. Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Sed quidam bene viuendo præeminent, qui auctoritatem, quam prælatio exigit, nullam habent. Nam & si ad agenda bona excitare subditos satagunt, tamen contraire delinquentibus per zelum rectitudinis erubescunt. Qui nimirum etsi ad redarguendos eos aliquando exeunt, nocent potius loquendo quàm prosunt: quia eorum obstinationem non digna seueritate confundunt. Nam idem Heli filiorum scelera, & quomodo ad tabernaculi ostium cum mulieribus dormirent audiuit: qui velut ab aspera inuectione auctoritatis incipiens, res pessimas ab omni populo se audisse perhibuit. Sed qui insequi eas quas exposuit culpas debuit, per subsequentia verba leuigauit, dicens: Nolite filij.)
In qua nimirum propinquitatis appellatione, quantum à domini voluntate dissentiat, liquet: quia illos filios appellauit, quos diuinus sermo supra Belial, id est, spiritus nequam filios esse F
perhibuit, dicens: Porro filij Heli filij Belial.) Cum mulieribus quippe dormire est, secure, & sine metu futuræ vindictæ peccare. Mulieres quippe meretrices, sunt concupiscentiæ seculares. Quæ bene ad tabernaculi ostium obseruare perhibentur: quia ad introitum regni cœlestis tendentibus, insidiantur.
Qui verò sic mundi concupiscentias sequitur, vt sæpe diuini metus consideratione terreatur: polluitur quidem cum mulieribus, sed non dormit: quia etsi transgrediendo labitur, in perpetratis tamen facinoribus, per securitatem nequaquam requiescit. Dormiens itaque cum mulieribus, nomine propinquitatis honorandus non est: quia qui proiecto iam dei timore, in suis sceleribus obstinati sunt, leuiori increpatione arguendi non sunt: ne leue pondus peccati esse putent id, in quo corruunt: dum graue eis illud non sonat, quod ex auctoritate prædicatur.
Sed remissi pastores inter fomenta verborum, quædam proferre solent argumenta rationis. Vnde & Heli voce dicitur.
Si peccauerit vir in virum, pacari ei potest deus: si autem in deum peccauerit, quis orabit pro eo?) Vir in virum peccare, est de rebus labentibus alterutrum sibi homines nocere. In deum verò peccare, est ea ei, quæ ad æternitatem condidit, auferre. Quicunque igitur aut suam, aut alterius fidelis homi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G minis animam ad peccandum pertrahit, in deum peccare conuincitur: quia sua ei auferre propria nititur. Quod nimirum tanto grauius peccatum esse ostenditur, quando & qui pro eius absolutione dignus intercessor existat, rarius inuenitur. Nam sub interrogatione quis orabit pro eo, non dicitur, vt talibus etiam pœnitentiæ remedia denegentur: sed quia altiora peccatorum vulnera difficilius curantur. Quod tamen idcirco dictum potest intelligi: quia sacerdotes arguuntur. Vir enim in virum peccat, cum ille delinquit, cuius culpa corrigenda ad hominis superioris iudicium respicit. Quia igitur peccata subditi populi, quæ ad sacerdotes respiciunt, ipsorum sacerdotum precibus delentur: cum sacerdos in culpam labitur: superior persona non est, cuius precibus expietur. Quod & ipsa veritas per se insinuat dicens: Si sal euanuerit, in quo salietur? Dicat ergo: Quis orabit pro eo?) Quasi dicat, quis ei intercessor remanet, cum ille se transgrediendo præcipitat: qui ad intercedendum pro aliis ordinatus est? Quæ profectò culpæ magnitudo monstratur: quia plærique eorum à domino in impœnitentis cordis caliginem proiiciuntur: & nulla hominis adhortatione resipiscunt. Quare aptè subiunctum est. Non audierunt vocem patris sui, quia voluit eos dominus occidere.) Puer autem Samuël & proficere, & crescere memoratur, & tam deo quàm hominibus placere, vt electi auditoris studium designetur, qui rectæ vitæ itinere suos
H conatus ad supernam patriam dirigit, dum ad maiora conualescit. Vnde & per Psalmistam dicitur: Ambulabunt de virtute in virtutem, videbitur deus deorum in Sion. Profectus itaque conuersationis est, crescere meritis, placere deo, & hominibus consummatæ perfectionis. Et quia ad opera conuersatio pertinet, meritúmque peruenit ex charitate, illi auditores proficiunt, & non crescunt, qui bona opera pro studio vanitatis exhibent, & charitatem non habent. Proficimus ergo, & crescimus, si cum sublimiori conuersatione per opera meliora sustollimur, ex eadem sublimitate operis, ad sola intendimus gaudia æternitatis. Placere autem tam deo, quàm hominibus magnæ virtutis est: quia plærunque de bono opere nostro proximos nostros offendimus, si eadem bona opera non cum magna cautela faciamus. Tam deo igitur, quàm hominibus placet, qui in bono opere, quod omnipotentis dei obsequiis impendit, cautus est, qui sic deo placere curat, vt de dei ministerio aliquem non offendat. Et quia de Samuële adhuc puero, & sub aliena institutione posito dicitur, communiter viuentium per hoc vita eruditur. Nam quidam in sacris locis communiter viuentes, feruore nouitio sub colore magnæ operationis sibi vacare appetunt, qui contubernalibus fratribus quominus sint vtiles, hoc minus placent. Electus itaque puer Samuël communiter viuentibus forma proponitur, cui imprimantur. Deo itaque, & hominibus quisque eorum placet, cum fratribus vtilis est, deo de-
I uotus. Sic ergo agant curam sui, vt ea quæ sunt proximi, non omittant, quatenus ex benignitate his placeat, qui secum in imo sunt: supernis verò oculis ex deuotione, fortitudinis suæ robur cautè exhibeat, vt infirmorum corda non atterat, dum fortitudinis suæ impetu, ad superna festinat. Vir autem dei ad Heli venisse describitur, qui profectò diuinæ sententiæ seueritatem prolaturus, quanta ei dona contulerat, diligenter enumerauit. Et quia tandem vindictæ, quam mereretur, pœnam denunciat, quid dat intelligi, nisi quia pastorum culpæ subtilius iudicantur? & non solum peccata eis pœnam vltionis aggrauant, sed etiam munera concessa. Item quia figillatim eadem dona replicat, aliquid grauius designat: quia singula ad tormentum veniunt, quæ mala fuisse seruata comprobantur. Male nanque in se omnipotentis dei munera custodit, qui nitorem pastoralis culminis, per maculas polluit prauæ actionis. Vnde & aptè Heli domus munera, & victimas domini calce abiecisse reprehenditur. Calx quidem ea pars corporis est, qua terram tangimus. In hac igitur inferiori parte corporis animæ affectus ostenditur, quo terrena concupiscuntur. Et quia, vt quibusdam visum est, pro consecuta, vel consequenda victoria victimæ afferri consueuerant, munera amicis dari, quid in victimis, & muneribus, nisi proficientium adhuc vota, & perfectorum deuotiones in omnipotentis dei laudibus designantur? Qui enim per occultorum hostium tentamenta profici-
mus, cum ad eorum conflictum virtutem præparamus, profe- K
ctò victimas in omnipotentis dei laudibus tenemus. Sed deuictis iam iis, quæ ingeruntur nobis, præliis, cum de victoria consecuta omnipotenti deo gratias agimus, eidem domino nimirum victimas immolamus. Qui autem ei familiaris amoris affectum offerunt, quasi amico munera impendunt. Munera igitur sunt affectiones charitatis, quibus corda electorum in desiderium sui conditoris inardescunt. Et quia cum rector terrena sequitur, plerisque in spirituali conflictu positis, plerisque etiam iam anhelare incipientibus nocet, calce nimirum dei victimas, & munera abiicit: quia exemplo suæ prauitatis, eorundem vtrorunque studia expellit. Abiiciuntur itaque victimæ: quia sæpe à rudibus Christi militibus pugnæ spiritualis labor relinquitur, cum principes Christianæ expeditionis, in terrenorum blandimentorum requie, sequi corporis ocia videntur. Calce abiiciuntur munera: quia affectiones charitatis à plurimorum iam superna diligentium mente frigescunt, dum prælatos suos aspiciunt supernam patriam, per nulla amoris desideria quærere, sed corporis frigore constrictos, infimis delectationibus iacere. Quorum profectò nonnulli sunt, qui ipsos spirituales honores carnaliter exhibent, & quod meritis debetur, propinquitati tribuunt. Qui profectò præsumptionis suæ reatum expauescerent, si hoc, quod de Heli sacerdote dominus queritur, attente pensarent. Honorasti, inquit, filios tuos, magis quàm me, vt co- L
mederetis primitias omnis sacrificij populi mei Israël.) Filios quippe, & propinquos magis quàm dominum honorat, qui ad sacros ordines personas eligit, non ex conuersationis honestate, sed amore propinquitatis. Idcirco filij honorati referuntur, vt sacrificij primitias ederent: quia carnales prælati spiritualis honoris culmina, carnalibus propinquis ideo tribuunt, vt Ecclesiasticis facultatibus ditentur, & in altitudine ordinis cumulentur abundantia vbertatis. Nec curant quales sunt, qui ad spirituale ministerium veniunt, sed tantum vt temporali dignitate præferant, quos carnali affectione complectuntur. Queritur ergo honorasse filios, sed scelestos, qui & carnali propinquitate proximi habendi non sunt, si Ecclesiasticæ doctrinæ conuersatione nequaquam fulgescunt. *Sed qui reprobos prouehunt, ipsum promotionis ordinem confundere designantur, cùm idcirco honoratos filios refert, vt sacrificij primitias ederent.* Non enim prædicat sacerdos, vt comedat, sed ideo vt prædicet, manducare debet. Quod & Paulus insinuat, dicens: Qui Euangelium annunciat, de Euangelio viuat. Hinc iterum dicit: Boui trituranti, non claudatur os, vt videlicet prædicator sanctæ Ecclesiæ ideo comestionem subministret corpori, vt ferre valeat laborem prædicationis. Rectum itaque promotionis ordinem peruertere comprobantur, qui propinquos prouehunt, non ad intentionem ministerij, sed ad propositum dignitatis. Quod profecto non facerent, si se, & eos in spiritali cul- M
mine carnaliter non amarent. Sed si Heli repulsionem intelligunt, sui quoque reatus iudicia pertimescant. Nam diuina voce dicitur. Honorasti filios tuos magis quàm me, vt comederetis omnes primitias populi mei Israël. Propterea ait Dominus deus Israël: Loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum, nunc autem absit hoc à me.) Ecce Heli celsitudine dignitatis sententia diuina deponitur, qui pro primitiarum esu scelestos filios honorasse conuincitur, vt profectò sanctæ Ecclesiæ prædicatores intelligant: quia si carnali amore reprobis spiritalia ministeria scienter committunt, ab illo, in quo foris stare videntur culmine, interni arbitri æquitate ceciderunt. Et quia subsequenter adiunxit: Sed quicunque glorificauerit me, glorificabo eum.) Etiam inhonoratum fuisse eorum audacia, latenter innuit. Quibus profecto & Paulus idipsum improperans, ait: Nomen dei per vos blasphematur inter gentes. Quia enim decorem acceptæ dignitatis, per miseræ famæ sordes maculant, profecto dominum inhonorant. Digne enim ab honoris arce repellitur, qui ei facit iniuriam, à quo honoratus fuisse comprobatur. Quo contra generali promissione affirmat, dicens: Sed qui me glorificauerit, glorificabo eum.) Deum quippe pastor glorificat, qui exemplo bonorum operum, ad imitationem fidelium coruscat, qui de sublimitate regimi-

Indigne promouentur qui ad sacros ordines non ex honestate, sed amore propinquitatis eliguntur.

Rom. 2.

1. Cor. 9. Deuter. 25.

minis,

hominis, ingenti lumine radiat magnæ conuersationis, qui ad speculum sacrorum ordinum, reproborum ministrorum personas non accipit, sed eos ad formam subiecti gregis eligit, quos omnis, qui ad imitationem respicit: quia verum in eis lumen sequitur, non offendit. Quibus nimirum per semetipsam veritas
Matth.5. loquitur, dicens: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Glorificantes quidem se dominus glorificat: quia quod electi pastores sanctæ Ecclesiæ exterius portant de gloria culminis, hoc intus accipiunt ex gratia diuinæ bonitatis: & honorem, quo sublimes sunt in oculis hominum, digno studio in interiori, ab internæ maiestatis largitate promerentur. Quo contra inhonorantium se gloriam, à se non esse eis impensam, queri-
Osee.8. tur, dicens: Ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & ego ignoraui. Ex se nanque, & non electione summæ ordinationis regnant: quia ad gloriam Ecclesiastici culminis non vocantur diuinitus, sed per cupiditatem perducuntur. Quos profectò dominus ignorat: quia eos per internæ æquitatis iudicium reprobat. Tale est ergo, ac si dicat. Et si meus esse videtur honor, quem habent, non illum meruerunt obsequio, sed per cupiditatem rapuerunt. Vnde & subsequenter adiungit.

Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.) Quasi apertè loquatur, dicens: Et si nobilitatem dignitatis præferunt prætextu religionis, ignobiles tamen sunt: quia excellētiæ eius, quam ha-
B bent, gloriæ, non concordant per sublimitatem vitæ. Sed quia hoc totum expressione futuri temporis promittitur, potest non inconuenienter ad venturæ retributionis meritum referri. De
1.Ioan.3. qua nimirum Ioannes dicit: Cum apparuerit similes ei erimus.
Marc.13. Hinc Euangelista Marcus asserens, ait: Tunc videbunt filium hominis cum potestate multa, & gloria. Cum autem glorificantem se glorificaturum asserit, profectò ei suæ similitudinis gloriam repromittit. Glorificantem quippe se dominus glorificat: quia eos æterna sublimitate remunerat, qui nunc intra sanctam Ecclesiam per exempla bonorum operum, in electorum oculis coruscant. Contemptores autem erunt ignobiles: quia in electorum gloria recipi non merentur. Nam quia modo per conuersationem reprobam, lapsi angeli imaginem vestiunt, ignobiles cum eo tunc erunt, quando ei in interna pœna sociantur. Horum nanque glorificationem, atque illorum ignobili-
Psal.149. tatem propheta intuens, ait: Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Exultationes dei in faucibus eorum, & gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Glorificantem se quippe dominus glorificat: quia humiles electi cum eo in æterna gloria exultant. Qui nimirum, quia glorificationis claritatem ex modo propriæ conuersationis accipiunt, in cubilibus suis lætari, de gloria consecuta perhibentur. Contem-
C ptores autem eius perpetua ignobilitate feriuntur: quia nationum reges, & nobiles ferreis, æternis videlicet vinculis, ad pœnam vinciuntur. Reges autem nationum, & principes sunt superbi & glorioſi prælati carnalium. Ignobiles autem tunc erunt, quando ferreis vinculis ligantur: quia qui modo se aduersus paruulos temporaliter erigunt: à fulgore honoris & ausu suæ tyrannidis æterna pœna cohibentur. Vnde & hic quoque subditur. Ecce dies venient, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui.) Brachium quippe contemptoris est fortitudo temporalis. Et quia de summi patris familia transgrediendo exiit, lapsum angelum à cœlesti gloria habere iam patrem cœpit. Domus itaque patris eius est ea, quæ sibi sauet in malo societas subditorum. De quibus profectò superius dicit: Honorasti filios tuos, magis quàm me.) Brachium ergo contemptoris, & domus patris eius præciditur, cum interueniente morte carnis, prælatus, & subditi violentiam suæ tyrannidis pariter amittunt. Tunc quippe sine brachio est, cum in oppressione paruulorum exercere violentiam nequaquam
Matth.22. potest. Vnde & æterni iudicis æquitate decernitur: Ligatis inquit, manibus, & pedibus proiicite in tenebras exteriores. In cuius etiam domo senex non erit. Damnati quippe hominis domus, infernus est. Senectus autem vera est maturitas sapientiæ. In domo itaque eius senex non erit: quia in inferno nul

li inueniri poterunt consilia salutis. Vnde & ad veræ sapientiæ D
opera sacra scriptura excitat, dicens: Quodcunque potest ma- Eccles.9.
nus tua instanter operare: quia nec ratio, nec sapientia, nec scientia est apud inferos, quo tu properas. Hinc Paulus ait: Ecce 2.Cor.6.
nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. In domo itaque contemptoris senex non erit: quia quisquis rectè sapit, non in inferno, sed in cœlo sibi mansionem parauit. Qui etiam contēptor ad augmentum pœnæ suæ Aemulum suum videt in templo in vniuersis prosperis Israël.) Templum etenim dei, superna patria est. De qua etiam per prophetam dicitur: Domi- Psal.10.
nus in templo sancto suo, dominus in cœlo sedes eius. Israël autem, qui videns deum interpretatur, angelorum illa felix multitudo signatur, de qua dominus in Euangelio dicit: Angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est. Israël autem prospera sunt, beatorum illorum spirituum gaudia sempiterna. In templum igitur æmulum suum contemptor aspiciet: quia prædicator reprobus iam damnatus, ordinem humilium iam gaudere in cœlestibus recognoscit. Cui nimirum æmulo vniuersa Israël prospera tribuuntur, scriptum quippe est: Erit Ephes.4.
deus omnia in omnibus. Cuncta igitur Israël prospera, omnia quæ deus est illis beatissimis ciuibus designantur. Nam cum æterna illa essentia summum videlicet & simplex bonum in semetipso sit, tamen quia reuelatione maiestatis suæ omnia illorum beatorum spirituum desideria satiat. Hanc esse doctor e- E
gregius demonstrat, vnde & cautè non in semetipso deus omnia, sed in omnibus omnia esse prædicat: quia qui in natura sua vnum, & simplex bonum ineffabiliter existit, tot bona est bonis omnibus, quot ipsi omnes de contemplatione gloriæ adimplentur gaudiis. Vniuersa igitur Israël prospera æmulo tribuuntur: quia ordo humilium electorum inter angelorum choros excipitur, vt diuinæ contemplationis gaudiis æterna perceptione fatietur. Qui rectè æmulus contemptoris esse perhibetur: quia electi dei etiam superborum, atque negligentium prædicatorum bonæ admonitionis hortamenta suscipiunt. Vnde & dominus præcipit dicens: Quæcunque dixerint vobis faci- Matth. 23.
te, secundum opera illorum facere nolite. Hinc Paulus ait: Bonum æmulamini in bono omnes. Sed cum scriptura dicat: Tollatur impius, ne videat gloriam domini, contrarium videtur, vt ij Gala.4. Esaiæ.26.
qui in inferno damnati sunt, eos qui in cœlo gaudent, videre intelligantur. Sed quia videre etiam ad cognitionem pertinet, in templo æmulum videt: quia etsi inferni pœnis constrictus tenetur impius, electos humiles, quos oculis non videt, in cœlo non dubitat angelorum gaudiis interesse. Et notandum, quia bis dicitur, non erit senex in domo tua: quia nec de pœnarum experientia, quam damnatus habet, nec de scientia alienæ fœlicitatis, nec de pœnarum experientia, quam non habet, ad salutem eruditur. Aliquando autem pastoribus reprobis, electi per doctrinam filij nascuntur. Quos nimirum obligatos pastorum culpa non retinet, quia bonæ prædicationis eius hortamenta se- F
quuntur, quæ audiunt, & non peruersa opera quæ vident. Vnde & subditur: Veruntamen non auferam penitus ex te virum ab altari meo.) Viri nanque sunt qui ardua rigidæ conuersationis arce fulgescunt. Quasi ergo dicat. Idcirco eos ab altari meo non aufero: quia viri sunt. Nam pro merito conuersationis, seruatur eis fortitudo, & celsitudo potestatis. Vnde & per
prophetam dominus æquitatis edicta promulgat, dicens: Ani- Ezech.18.
ma quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, nec pater filij. Ab altari itaque suo ex eo virum dominus iuste auferret, si filius patris iniquitatem portaret. Sed ex eo ipso quod electus auditor in gloria cernitur, reprobo doctori pœna cumulatur. Quare & subditur: Sed vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua.) Oculi nanque eius deficiunt: quia ex eius vita, qui sua perfecit exhortatione, confunduntur. Anima quoque eius tabescit, quia abundantius dolere compellitur, dum bonum quod docuit, per gloriam retributionis florere nosci in subditis, & ipse hoc agere non curauit. In quibus etiam verbis notandum est: quia qui penitus ex eo virum ab altari suo se non ablaturum promittit, rarus innuitur esse quem recipit: quia profectò doctoris reprobi plures auditores sunt, qui sequantur praua quæ agunt, quàm recta quæ docent. Vnde & hic quoque, magna pars domus eius in virili ætate moritura

G tura perhibetur. Aetas nanque virilis, tempus est administrandi sacerdotij. Imitator itaque doctoris reprobi ad virilem ætatem ducitur, cum ad sacri ordinis celsitudinem promouetur. Ad quam profectò ætatem cum peruenerit, moritur: quia ad tantum ministerium quisquis indignus accesserit, vel in eo indignè vixerit, condemnatur. Vnde & Paulus dominici corporis, & sanguinis mentionem faciens, ait: Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. In virili ergo ætate moriuntur, quia de præsumptione & ausu ministerij sublimioris intereunt. Hinc ergo, hinc iam quique præcipites colligant, & tanti ministerij subire onera non ambiant, sed expauescant. Nam qui mori prædicitur, quando ad virilem ætatem peruenerit, donec ad eam perueniat, viuit: quia nimirum infirmi quique & illi tanto ministerio impares, si pusillitatis suæ modum considerant, habēt in sancta Ecclesia locum, in quo se custodientes viuant. Vnde & per Moysen dominus denunciat, dicens: Bestia si montem tetigerit, lapidetur. Hinc est etiam quod cum Loth exiret de Sodomis, ab ascensu montis abstinuit, & in Segor paruulam ciuitatem declinauit, ne dum paruulus adhuc ad altiora nititur, virilem ætatem impingens moriatur. Sodomam quippe eximus, cum ardentis concupiscentiæ incendia declinamus. Qui statim ad sublimia non ascendimus: quia superioris ministerij summa non tangimus, dum infirmitatem propriam metiendo consideramus: ne si infirmæ ætatis nostræ tenere modum contemnimus,
H qui paruuli viximus, in virili ætate moriamur. In signum verò morituræ domus, ambo Heli filij vna die mori prædicuntur. Quos nimirum filios, illos signare diximus: qui ad sacros ordines à propinquis carnalibus promouerētur, non ad intentionem administrandi ordinis: sed ad gloriam mundanæ dignitatis. In vna ergo die ambo moriuntur: quia in appetitu mundanæ fœlicitatis intereunt. Gloria secularis, honoris reuerentia, potestas culminis, claritas dignitatis, frequentia obsequentium, affluentia rerum seculariter amata, dies est: sed quæ interficit. Audiant ergo filij Heli: quia in vna die ambo moriuntur. Qui enim de accepto pastorali culmine, labentis vitæ fœlicitatem diligunt: intentionem quidem habent gaudij, fructum verò lamenti: propositum in exultatione vitæ, & peruentionē in mortis mœrorem. Ad mortem itaque properant, quoties vanè de temporali fœlicitate gratulantur. Quod & apostolus probat, cum apostatantis viduæ memorat, dicens: Quæ autem in deliciis est, viuens mortua est. In die nanque hac mori perhibuit, qui causam mortis viduæ esse delitias ostendit. Sed mors filiorum minus pessima esset, si ipsa causa mortis alienæ non fieret. Vnde & non simpliciter mori, sed in signum morituræ domus mori prædicuntur: quia cum ij qui de vicino doctorem reprobum imitantur, in eodem præcipitio corruunt, & secutores sequentium in ruina cumulantur. Hoc itaque de officio suscepti culminis, temporalem fœlicitatem amantes, audiant, & reatus
I sui magnitudinem pertimescant. Tanto denique grauiori pœna digni sunt, quanto apertè conspiciunt: quia de vanitate, quam diligunt, non soli moriuntur: quia dum in prætextu mundanæ lætitiæ mortem ebibunt, potius sui pestem ad sequentium se multitudinem transmittitur. Quibus tamen verbis, potest doctoribus reprobis præsentis vitæ breuitas intimari. In vna quippe die moriuntur: quia cum ad terminum huius vitæ perueniunt, breue eis omnino fuisse cernitur, quod vixerunt. Vnde per quendam sapientem dicitur: Gaudium hypocritæ ad instar puncti. Hinc iterum de huius mundi amatoribus beatus Iob loquitur, dicens: Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Sed raptis ad pœnam reprobis, ad gregis dominici curam sapientes, & electi pastores excitantur. Quare & subsequenter adiungit: Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem.) Fidelem nanque sacerdotem sibi dominus excitat: quia videlicet cum summus locus ad sui curam exigit, qui non solum rectè intelligat, sed qui fideliter ministret. Ministrare autem tunc rectè poterit, cum ministerij sui modum de sacro eloquio recognoscit. Vnde & cum fidelis sacerdos promittitur, iuxta cor, & animam omnipotentis dei facturus esse perhibetur. Quid enim cor, & animam dei, nisi sacram eius scripturam accipimus? Nam corde cogitamus ad deliberationem, anima verò afficimur ad amorem. Quia ergo in sacro eloquio consilia omnipotentis dei agnoscimus, ibique amorem quo humanum genus K
dilexit inuenimus: ipsum eloquium cor, & anima eius rationabiliter designant. Illum itaque omnipotens deus ad suum ministerium sacerdotem eligit, qui iuxta cor eius, & animam facit: quia profectò non alius tanto ordine dignus est, nisi qui voluntatem eius de sacro eloquio didicit: & hoc quod didicit, proximorum vtilitatibus per studium charitatis impendit. Sed vigilanter est adhuc intuendum, quod dicitur. Iuxta cor, & animam meam.) Nam quædam in scriptura sacra inueniuntur præcepta, quæ dispensatione quidem dei præcepta sunt: & non amore dei. Quæ profectò si sacerdos, qui excitandus promittitur, adimpleret: iuxta cor quidem dei, & non iuxta animam faceret: dum consilium diuinæ dispensationis, & non amoris præceptū operibus reddidisset. An non de dispensatione dei illa mādati eius fuerant, de quibus loquitur, dicens: Dedi eis mandata non bona. Et cum Pharisæi de dando repudij libello, cum ipsa veritate disputarent, audierunt: Ad duritiam vestram dedit *Matth.19.* vobis legem Moyses. Quia itaque de dispensatione consilij eius illa fuere, quisquis eisdem præceptis vsus est: iuxta cor quidem domini, & non iuxta animam fecit. Nam cordis, & animæ præceptum illud est, de quo dicitur: Hoc est præceptum meum, *Ioan.15.* vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Quia hoc quod per consilium præcipit, per amplexum charitatis apprehendit. Hinc item dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos. Hinc item præcipit, dicens: Quæ vultis vt faciant vo- *Luc.6.* L bis homines, hæc facite eis. Hæc itaque, & huiusmodi cordis, *Matth.7.* & animæ dei præcepta sunt: quia hoc reuelatione ostenditur secreti eius consilij, quod in eius conspectu suscipitur probatione charitatis. Sacerdos ergo fidelis per hoc indicium noscitur, si videlicet iuxta cor & animam eius operatur: quia profectò tunc vere fidelis est, si non dispensationis eius licentiam, sed præcepta sequatur amoris. Sed quia non frustra, sed ad lucrum subiectæ plebis eligitur: subdit, atque ait: Et ædificabo ei domum fidelem.) Domus nanque sacerdotis est amplitudo, in qua conuersatur, populi subiecti. Quæ profectò domus ei fidelis à domino ædificatur: quia ad obedientiæ studium diuina inspiratione erigitur. Infidelis nanque domus est ea subditorum societas, quæ boni rectoris quotidie prædicationem suscipit: cui tamen obedire, per studium boni operis non intendit. Infidelis enim domus esse cognoscitur: quia verbi Dei pecunia, quæ ei prædicatoris sui ministerio creditur, per negligentiam prodigæ vitæ dissipatur, & quod sibi ad negotij lucrum committitur, nequaquam in tempore reddendæ rationis inuenitur. Bono itaque prædicatori fidelis à domino domus construitur, cum ad obediendum voci eius subiectæ plebis diuinitus corda præparantur: vt non solum id, quod in ea reconditur, de verbi talento custodiat: sed lucro multiplici cumulatum, ad mensam æternæ susceptionis ducat. Et notandum: quia fidelis domus à M
domino ædificari dicitur, vt de bona conuersatione subiecti populi prædicator nequaquam inaniter glorietur. Notandum quoque: quia sacerdotem fidelem sibi dominus excitat: vt subiectorum corda hoc ipsum quod optimo rectore reguntur, tribuere suis meritis non præsumant. Notandum etiam, quod sacerdotem, quem excitat Dominus dicit fidelem sibi: domum autem, quam ei ædificat, fidelem ipsi sacerdoti dicit futuram: quia profecto prædicator deo obedientiam debet, subiectus prælato. Sed ante subiectum tunc rectè prælatus graditur, si ad omnia dirigenda vitæ suæ itinera, veritas ipsa videatur. Sequitur ergo: Et ambulabit coram Christo meo omnibus diebus.) Christus autem domini redemptor est generis humani. Qui nimirum quia iam ad cœlos ascendisse creditur, à fidelibus suis nunc non oculis corporeis, sed mente videtur. Coram ipso itaque omnibus diebus ambulat, qui cogitatione subita nihil operatur. Nam vt rectos gressus foris ponat in opere, intus ad Christum respicit, quem per consyderationem portat in corde. Sed quia adhuc reprobo pastori loquitur subiungens, ait: Futurum est autem, vt quicunque remanserit de domo tua veniat, vt oretur pro eo.) Remansurus nanque de eius domo aliquis dicitur: quia magna pars illius moritura perhibetur. De domo nanque reprobi pastoris remanet, quem conscientia peccati à spe consequendæ venię non

Universidad de Deusto Biblioteca

A næ non extinguit. Remanet ergo: quia pondus conſcientiæ per pœnitentiæ propoſitum leuigatur, ſpe conſequendæ vitæ. Qui profecto, vt oretur pro eo, venit, & ad deum pœnitendo properat, à quo peccando receſsit. Vt oretur itaque pro eo venit: quia qui indignum deo ſe fecit, dignum interceſſorem exigit, vt alienis precibus expietur, qui propriis mundari non poſſe cognoſcitur. Vnde & pie Iacobus admonet, dicens: Confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem vt ſaluemini. *Iac.5.* Hinc iterum: Multum valet oratio iuſti aſsidua. Sed pro eo oratio valet, qui dum ſe à peccati immunditia cohibet, ad dei ſe ſimilitudinem redigit, qua ſe peccando ſpoliauit. Vnde & hic quoque ſubditur: Vt offerat numum argenteum.) In numo igitur imago domini ſculpitur, vt eius eſſe cognoſcatur, à quo formari præcipitur. Numus itaque dei, ſimulitudo eius accipitur. *Gen.1.* Vnde in Geneſi loquitur, dicens: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Et quia de ſacro eloquio dei imaginem, & ſimilitudinem, ad quam redigamur, agnoſcimus, argenteus numus eſſe perhibetur. Qui ergo à peccati via, vt pro ſe oretur, venit, nummum argenteum offerre debet: quia nihil ei prodeſt, quod pœnitendo compungitur, nec quod flendo confitetur, ſi inemendata, & incorrepta interius pulchritudine bonæ voluntatis, luce dei imaginis nequaquam radiare cognoſcitur. Imago etenim & ſimilitudo dei eſt, inclyto odio malum odire, & amore perfecto deum diligeB re. Vnde & prophetæ claritatem diuinæ ſimilitudinis ab humano genere periiſſe intuens, ad eum, qui cum inclyta reparationis noſtræ luce de cœlo venit, reſpicit, dicens: Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem. *Pſal.44.* Hinc ſe iam de eius contemplatione in perfectionis formam renouatum conſiderans, ait: Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. *Pſal.118.* Qui ergo de domo reprobi per confeſsionem venit, qui per humilitatem pro ſe orari dominum petit, curet omnino neceſſe eſt, vt nummum argenteum oferat, quatenus ſumpto ſplendore bonæ voluntatis, perfectè oderit malum, quod fecit, & bonum integro amore diligat, quod neglexit. *Ezech.18.* Vnde & iuſti iudicis examine, propitiacionis edicta promulgantur: In quacunque die, vel hora (ait) peccator conuertitur, vita viuet, & non morietur. Conuerſio autem peccatoris non eſt in humilitate confeſsionis, ſed in renouatione interioris hominis, cum peccatori iam diuina inſpiratione correcto, & malum diſplicet quod amauit, & bonum placet quod odit. Nam ſunt nonnulli, qui ſe & de nequitia accuſant criminis, & prauitatem non corrigunt voluntatis. Qui profectò conuerti ad dominum non creduntur: quia vera conuerſio in ore non accipitur, ſed in corde. Conuerti etenim ſimul verti eſt. *Conuerſio peccatoris vera.* Conuerſio itaque peccatoris vera tunc eſt, cum ad creatoris noſtri beneplacitum vterque noſter homo reducitur, cum & caro noſtra per iniquitatis odium cohibetur à perpetratione facinoris, & per amorem iuſtitiæ mens ſe extendit ad intentionem boC næ operationis. Sed quia nonnulli intra eccleſiam ſunt, qui tantum in vitæ ſuæ terminum, ad pœnitentiæ ſatisfactionem veniunt, & iudicio veritatis dicitur, quacunque hora peccator conuertitur, viuit. A nonnullis valde quæri ſolet, ſi ſtatim vitam poſt carnis mortem inueniant, qui magnæ vitæ tempore peccata perpetrant, & tantum in vitæ exitum, ſe nequiter egiſſe accuſant. Ad quod dicendum eſt: quia ex vi conuerſionis magnitudo deletur criminis. Vis autem conuerſionis eſt affectio charitatis, cordi infuſæ viſitatione ſancti ſpiritus. Et ſcriptum eſt de eodem ſpiritu: quia ipſe remiſsio peccatorum eſt. Nam cum electorum corda dignanter viſitat, ab omni peccatorum immunditia potenter purgat: quia vt ſe menti infuderit, eam protinus in peccatorum, & vitiorum odia, & in virtutum amorem ineffabiliter excitat. Facit eam ſtatim odiſſe, quod amabat, & quod odio habuerat, ardenter diligere, atque in vtroque valde ingemiſcere: quia & mala quæ odit, ſe damnabiliter amaſſe recolit, & bona, quæ diligit, odiſſe. Quis enim audeat dicere, licet omnimoda peccatorum ſarcina prægrauetur, quod perire poſsit aliquis viſitatus gratia ſpiritus ſancti? Quia ergo peccator nulla hora conuertitur, niſi qua à ſancto ſpiritu illuſtratur, quid reſtat, niſi quia ſicut peccati mortem execrando deſerit, ita vita iuſtitiæ, ad quam ſe deſyderanter conuertit, viuat? Qui ſtatim poſt mortem in vita recipitur, ſi tantum amoris ignem recipit in conuerſione, qui conſumere in anima poſ- D ſit omnem congeſtam peccati rubiginem. Vnde & de peccatrice muliere dicitur. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. *Luc.7.* Hinc ab eadem veritate in cruce pendenti dicitur. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. *Ioan.23.* In vitæ igitur exitu hi ſolummodo ſalubriter reſipiſcunt, qui & per internam viſitationem perfectè bona diligunt, & mala oderunt, quæ amauerant. Qui tamen ſi ſufficienter pro admiſsis iniquitatibus dolere non poſſunt, nihilominus & iſti in hora, qua conuertuntur, viuunt. *Conuerſio finalis peccatoris.* Nam qui perfectionem bonæ voluntatis habuerunt in confeſsione peccati, poſt mortem purgatoria pœna peccati ad vitam tranſeunt, ſi ad delenda peccata ſufficientem vim amoris nequaquam habuerunt. Vnde & Paulus dicit. Sic *1. Corin.3.* ſalui fient quaſi per ignem. Sed peccator qui ibi ſaluari per ignem meruit, hic per afflictionem carnis adimpleat hoc, quod ſibi de vi amoris deeſſe cognoſcit. Et tortam panis.) Panis nanque nomine aliquando terrenæ delectationis refectio deſignatur. Quare & Propheta Hieremias in appetitu ſeculari corruptæ ludææ populum memorans, ait: Omnis populus eius gemens, *Thren.1.* & quærens panem. Panem itaque peccator conuerſus torquet, cum præteritam delectationem cruciat per afflictionem pœnitentiæ. Panem nanque torquere eſt, carnem pro perpetrata delectatione affligere. Qui ergo ſine tormento ignis, ad ſalutem tranſire deſiderat, cum numo argenteo tortam panis offerat, vt qui per bonam voluntatem peccata deſerit, ea nimirum valida E carnis afflictione penitus extinguat. Nummum nanque argenteum offerebat, qui recepta iam dei ſimilitudine, confitendo execrabatur, quod fecerat, dicens: Computruerunt cicatrices meæ à *Pſal.37.* facie inſipientiæ meæ. Et item: Incuruatus ſum, & humiliatus vſquequaque. Sed qui nummum argenteum ſibi non ſufficere ad oblationem timuit, panis tortam addere curauit. Nam confitetur, & dicit: Rugiebam à gemitu cordis mei. Rugitus enim fletum magni doloris inſinuat, in afflictione pœnitentis. Hunc tortum panem argenteo nummo ſocians idem ipſe loquitur, dicens: Quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo. Pro peccato etenim cogitare eſt delectationi præteritæ dignam carnis afflictionem proponere. Offerendum ergo panem torquebat, qui & flagitia perpetrata pronuncians, qualiter ea delere poſſet, cogitabat. Et quia de auſteritate conuerſationis pœnitentibus ſubrepere aliquãdo ſolet cupido laudis, intentio veræ conuerſi peccatoris inſinuatur per hoc, quod ſubditur: Dicátque, dimitte me obſecro ad vnam partem ſacerdotalem.) Pars nanque ſacerdotalis vniuſcuiuſque eſt, in æterna vita retributio electi. Sacerdotes etenim dei, omnes electi eius ſunt: quia cui per oblationem miniſterij ſui inceſſanter ſeruiunt, ſacra ſemper offerre munera non deſiſtunt. Vnde etiam illi in regno tripudiantes, dicunt: Redemiſti nos deo *Apoc.5.* in ſanguine tuo: & feciſti nos deo noſtro regnum, & ſacerdotes. Dicere ergo peccatori conuerſo, Dimitte me obſecro ad E vnam partem ſacerdotalem.) eſt de auſteritate vitæ, & pœnitentiæ ſolam partem æternæ beatitudinis expectare: vt videlicet ſecuritatem delectationis inueniat, quam & perenni perfruitione poſsideat: & poſt ſe tortiones pœnitentiæ nunquam trahat. Quare & ſubditur: Vt comedã buccellam panis.) Si enim panis in ſacro eloquio pro delectatiõe accipitur, buccella panis eſt indeficiens delectamentum æternæ vitæ. De quo nimirum obIſa.51. lectamento per prophetam dicitur: Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Hinc item iam ad mẽſam non tortæ panis: ſed buccellæ inuitatos conuiuas intuens, ait: Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum, gaudium & exultationem obtinebunt. *Iſaiæ.35.* Hinc Pſalmiſta voce correpti pœnitentis pronuncians, dicit: Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vſque in finem. *Pſal.15.* Viæ etenim vitæ ſunt afflictiones pœnitentiæ, quibus nimirum à damnationis ſuæ baratro, peccator ad ſupernam patriam ducitur, dum pro commiſsis iniquitatibus ſponte cruciatur. Vnde & cum correptum ſe eſſe peccatorem inſinuat, præſumit, dicens: Tu es domine, qui reſtituiſti hæreditatem meã mihi. Et item confidens, ait: Quoniam non derelinques animam meam in inferno. Viæ nanque vitæ peccatori notæ fiunt, quãdo afflictiones pœnitentiæ ei diuinitus inſinuantur, quando videli-

cet

G cet illuminata mente considerat, quam vitæ amaritudinem, singulis præteritæ culpæ delectationibus apponat. Qui nimirum cum vultu omnipotentis dei, iucunda lætitia adimpleri gloriantur: quia de manifesta diuinæ contemplationis satietate reficitur, & qui in læua vitæ præsentis ad tempus pœnitendo compungitur, in dextera æternæ vitæ vsque in finem delectationibus satiatur. Qui ergo tortam panis obtulit, ad buccellæ comestionem perducitur: quia qui amore supernæ vitæ noxias delectationes cruciat, in discubitu æterni gaudij sibi perpetuam refectionem parat. Sequitur:

Caput. IIII.

1. Reg. 3. Allegoria.

PVer autem Samuël ministrabat domino, coram Heli.) Illud autem hoc in loco repetisse ostenditur, quod de eleto puero superius memoratur, vbi dicit. Puer autem Samuël erat minister in conspectu domini, ante faciem Heli. Hoc quidem est ministrare domino coram Heli, quod esse ministrum domini ante faciem Heli. Et quia ibi istud domino adiuuante plenius exposuimus, in iterãda eius expositione penitus non moramur. Verum quia diuinus sermo est,
H qui hoc in isto loco, & in illo loquitur, sine vtilitate rationis nequaquam hoc egisse monstratur. Pro fastidio itaque lectoris, explanationem tacemus, repetitionis verò causam dicimus ad eius vtilitatem. Quidam nanque prælatorum sanctæ Ecclesiæ magisterio subditi rudes obediunt, sed cum paulo altius per conuersationem proficiunt, in eadem obedientiæ humilitate nequaquã

Gene. 16. persistunt. Quos bene Agar Saræ ancilla spiritaliter designat, quæ cum de Abraham viro eius concepisse se vidit, dominam despexit. Agar quippe concipit, quando reproba mens subditi aut per eruditionem scientiæ se proficere, aut per vitæ conuersationem credit. Quæ profectò prægnans dominam suam despexisse dicitur: quia iam præsidenti sibi præpositi sui voluntati per obedientiam subdi dedignatur. Sed quæ dominam despicit, ancilla esse perhibetur: quia superbi subiecti, & infirmi sunt per elationem, & ad filiorum dei numerum non pertingunt. Samuëlis autem profectus exponitur: quia superius dictum est. Puer autem Samuël proficiebat, atque crescebat, & placebat tam deo, quàm hominibus.) Quæ profecto tria qua sublimitate conuersationis percurrerit, supra expositum est. Quia ergo etiam nunc coram magistro ministrare memoratur, quid est, nisi quia electis auditoribus formam præbet, vt quo altiori vita proficiunt, seruare bonum obedientiæ nunquam obliuiscantur? Nam tunc vere proficiunt, si ad altitudinem meritorum, & fortitudine conantur operis, & virtute humilitatis. Quo in loco est & aliud, quod
I notari debeat: quia tunc Samuël coram Heli domino ministrare ostenditur, quando ipse de filiorum negligentia à domino obiurgatur. Nonnulli nanque subiecti, dum fortitudinis suæ modum considerãt, prælatorum suorum malunt esse seueri iudices, quam auditores pij. Qui nimirum quia exaggerare, & discutere eorum vitas consueuerunt, si in eorum conuersatione vel leuioris delicti maculas intuentur, subdi eorum præcepto obediendo renuunt. Sed vere fortes existerent, si maiorum, quæ infirma existimant, humiliter sustinerent. Nam ante deum ille magnus per meritum nosci tur, qui ei in bono præcepto subiicitur, qui ex parte aliqua venerabilis non videtur. Ecce enim Heli aperta dei sententia de negligentiæ suæ perpetrata culpa reprehenditur, sed puer domini Samuël coram eo ministrare domino memoratur, vt profecto apud se colligat, qualis sit, qui in leuiori culpa sibi prælatum despicit: si ei se Samuël obediendo subdidit, quem omnipotens deus sui examinis tanta districtione reprobrauit. Sed quia Heli non valde supra peccantes subditos honorasse reprehenditur, ipsæ sacrorum ordinum dignitates pensandæ sunt. Nam rector peccantem subditum nisi correptum honorare debet: subiectus autem nec tunc prælatum despicere, cũ se iustum, & illum agnouerit peccatorẽ: quia æternus iudex subditorum iudicium sanctæ Ecclesiæ rectoribus tribuit, sed eosdẽ rectores discutiendos suo examini reseruauit. Hoc tamen ipsum rectoribus valde timendum est, quod dei seruantur examini: K quia tanto subtiliores rationes vitæ, & doctrinæ suæ parare debent, quanto sapientior est iudex, quem sustinent. Nec tantum eius futurum iudicium in futura vita, quasi in longinquo positum timeant: ne quivbique præseus est, incautum seriat de vicino. Negligentes nanque pastores ad euadendam futuræ vindictæ pœnam, longa vitæ præsentis spatia ad pœnitentiam cogitant: sed iudex qui vbique est, de vicino pœnam irrogat: quia prius eis lumen contemplationis subtrahit, deinde ad tormenta per mortem rapit. Vnde & de eodem Heli, qui paulo inferius fracta ceruice moritur, subiunctum est. In diebus illis non erat visio manifesta.) Nam dum rector agenda quæ nouit, despicit: agitur cum eo districto iudicio: vt agenda non videat: quia implere noluit, quod videbat. Manifesta nanque visio negligentis pastoris non est, sed amantis. Vnde & per seipsam veritas dicit: Qui diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & Ioan. 14. manifestabo ei meipsum. Claritas nanque manifestę visionis est, reuelatio amatæ veritatis. Quæ profectò veritas si merito dilectionis ostenditur, iis qui torpent à bono opere, dignissimè occultatur: quia signum amoris non est in affectione animi, sed in studio bonæ operationis. vnde & in Euangelio dominus præmisit, dicens: Qui habet mandata mea, & facit ea: hic est, qui Idem. me diligit. Quia ergo de negligentia operis caligo incurritur dem. internæ visionis: apte nimis dum de contemptu mandatorum sacerdos arguitur, visio occultata memoratur. Sequitur: Et L sermo domini erat pretiosus.) Quantum ad sacræ historiæ veritatem pertinet, pretiosum, pro raro posuit. Pretiosus itaque sermo erat: quia dum rarus esset, qui summa contemplando cerneret: frequens esse non poterat, qui bona loquendo prædicaret. Quod nunc quoque in sancta Ecclesia fieri videmus: quia dum plærique de reuerentia culminis, gloriam affectant honoris, dum sacri ordinis ministeria negligunt, summa quæ videre nequeunt, subiectis plebibus prædicare nonpossunt, atque in eorum familia pretiosus sermo esse cognoscitur: quia raro bonæ prædicationis hortamenta audiunt, quorum prælati ex desiderio non quærunt superna, quæ dicant, sed terrena, quæ agant. Quos profectò sacra scriptura notat, quæ dicit. Canes muti non valentes latrare. Non dixit non volentes, sed non va- Esaiæ. 56. lentes: quia certè dum mundi gloriam ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente & virtute diligunt, vellent populo sublimia dicere, vt etiam de sublimitate verbi possent gloriam habere. Canes ergo muti volentes latrare, non possunt: quia dum prauo corde terrena meditantur, occulta veritatis, quæ proferant, reuelatione nulla comprehendunt. Sed quia quod pretiosum est, magna cum diligentia custodiri solet, potest hoc, quod dicitur: Non erat visio manifesta.) ad carnalium prælatorum negligentiam referri. Quod verò additur, Et sermo domini erat pretiosus,) ad bonorum ardens studium subditorum, cum fideles subiecti etsi non habent qui eis frequen- M ter de thesauro sacri eloquij superna prædicet, hoc tantum, quod aliquando scire potuerunt, mira deuotione complectuntur, & velut rem ineffabiliter pretiosam custodiunt, dum per bona opera in cœlo collocant, vbi fures, qui id auferre valeant, nequaquam appropinquant. Vnde & in Euangelio de emptore bonæ margaritæ dicitur: Inuenta vna pretiosa dedit omnia sua & comparauit eam. Cum itaque in occultatæ visionis tempore pretiosus sermo esse describitur, electorum, subditorum laudes nuntiantur: quia tanto sublimiori gloria prædicandi sunt, quanto id bonum, quod de eminentiori loco periit, perfectione magnæ charitatis, in inferioribus remansit. Quorum profecto bona conuersatione plærunque agitur, vt ea, quæ occultata fuerat visio, manifestetur, vt qui deuotè custodiunt minima, scire debeant, quæ faciant, & maiora. Vnde & subditur. Factum est igitur in die quadam, Heli iacebat in loco suo & oculi eius caligauerant, nec poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur, Samuël autem dormiebat in templo Domini, vbi erat arca dei, Et vocauit Dominus Samuëlem.) Samuël quippe puer à Domino vocatur, quoties humilibus subiectis diuini consilij archana reuelantur, & humilitatis suæ merito lumen contemplationis acquirunt, quod superbiæ suæ retributione, elati prædicatores perdunt.

Sed

A Sed notandum: quia id quadam die factum oſt enditur, in qua videlicet Heli & in loco ſuo iacere, & videre non poſſe perhibetur. In die nanque vocatur, qui pro ſua, & aliorum ſalute, ad
Reg.3. ſupernæ ſapientiæ ſcienda ſecreta ſuſtollitur. Quo contra, & Salomon ſapientiam in nocte percepit, vt caligo temporis indicaret: quia eandem ſapientiam non perſeueraturus acciperet. Quod intelligi & aliter poteſt: quia videlicet Heli caligo memoratur. Poſitione itaque diei, eius oſtenditur magnitudo cæcitatis: quia profecto magnas tenebras habuit, qui in die non vidit. Nunc quoque ſi ad Eccleſiæ ſtatum reſpicimus, generalis gratia luminis eſt. Venit nanque, qui veræ claritatis radios ſpar-
Ioan.8. gens, diceret: Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me non ambulat in tenebris. Et quia interni ſplendoris eius gloria ineffabilis eſt, non dicitur de die iſto, vel illo, ſed die quadam, cuius profecto diei claritas non eſt, claritatis verò magnitudo incognita. Magnas ergo tenebras paſtor ſuſtinet, ſi is, qui Eccleſiæ oculus eſſe per officium noſcitur, in gratia tantæ lucis viſionem non habet. Quare & eiuſdem oculi tenebras per ſemetipſam veritas ma-
Matth.6. gnas oſtendit, dicens: Ipſæ tenebræ quantæ erunt? Sed iam vnde ſibi tanta caligo oriatur inſinuat: quia dicit: Iacebat in loco ſuo.) Locus nanque prædicatoris ſtandi, non iacendi officium habet. Vnde & de ſeipſo dominus formam eiſdem prædi-
Lucæ.22. catoribus præbet, dicens: Ego autem in medio veſtri ſum, ſicut qui miniſtrat. Stare etenim in medio fratrum eſt, per laborio-
B ſam conuerſationem ſe in exemplum minoribus præbere. Stare itaque ad laborem operis pertinet, & ad pugnæ neceſsitatem.
Epheſ.6. Vnde & agonotheta ſpiritualis certaminis præcipit, dicens: State ergo ſuccincti lumbos in veritate. Et quia iacere quieſcentis eſt, in loco prælij, & laboris, quietis teporem ſe qui reprehenditur, qui in loco ſuo iacere memoratur. Stare etiam iuſti eſt.
2.Cor.1. Vnde & Paulus dicit: Fide enim ſtatis. Iacere ergo etiam ad remiſsioris vitæ negligentiam pertinet. Tunc itaque Heli iacet in loco ſuo, cum per lapſum prauitatis, reprobus prædicator requieſcit in ſede iuſti. Iacentis ergo in loco ſuo oculi caligant: quia ſumma videre nequeunt, qui in arce paſtoralis culminis non exequuntur virtutis opera, ſed remiſsioris vitæ blanditiis immerguntur. Qui profectò lucerna dei iam non veritate laudis, ſed per improperium appellatur deriſionis. Nam qui lucernæ dei appellatione fungitur, & videre non poſſe perhibetur, deridetur potius tanto nomine, quo cenſetur. Nam in vera iu-
Ioan.5. ſti laude dicitur: Ipſe erat lucerna ardens, & lucens. Nam veri luminis iubar quod amando hauſerat, loquendo fundebat. Prædicator etiam carnalis dicitur lucerna per officium, cæca per intentionem: quia dignitate fungitur præbendi luminis, ſed mentem figit in tenebris vanitatis. Cuius profectò conſummata perueriſtas deſignatur: quia non dicitur non videbat, ſed videre nō poterat. Quare & malæ arboris mentionem faciens dominus,
Matt.7. ait: Non poteſt arbor mala, fructus bonos facere. Lucerna ita-
C que dei videre non poteſt, cum is, qui paſtorali dignitate præeminet, tanta ſpiſsitate ſecularis amoris premitur, vt ad internæ claritatis intuitum, nulla gratiæ inſpiratione ſubleuetur, cum iam videlicet iuſta dei indignatione proiectus, in caliginis ſuæ cæcitate relinquitur, vt vlterius per infuſionem ſuperni luminis nunquam viſitetur. Bene autem dicitur: Antequam extingueretur.) Non videre enim pœna peccatoris eſt, in hoc tamen adhuc ſeculo viuentis: videre autem non poſſe, eſt mortui
Matth.22. impij, in illo iam ſeculo æterna pœna damnati. Vnde & conditoris iudicio in exterioribus tenebris claudi præcipitur, vt videlicet ad lucis intuitum nunquam reducatur. Cum ergo antequā extingueretur, videre non poſſe dicitur, in iſto adhuc ſeculo viuens prædicator reprobus, damnato iam in perpetuum impio, in cæcitate ſimilatur. Extinguitur autem lucerna, cum paſtor moritur. Vel certè lucerna extinguitur: quia cum reprobus prædicator per mortem carnis interit, quicquid in eo lucere videbatur de gloria culminis amittit, & velut ſola lucernæ teſta ſine lumine remanet, cum ad æternum iudicium ſeruari perſona cogitur, quæ omni penitus ſeculi fulgore ſpoliatur. Antequam igitur extinguatur lucerna dei videre non poteſt: quia & meritum futuræ damnationis per æternitatem ſuæ cæcitatis poſsidet, & tamen adhuc coram hominibus per ſplendorem acceptæ dignitatis fulget. Samuel autem dormiebat in templo domini, vbi erat arca dei.) Bene autem reprobus prælatus non dormire, ſed iacere dicitur, puer autem ſubditus, & electus non iacere, ſed dormire: quia dormire aliquando in bona parte accipitur, iacere autem ferè ſemper in mala. Vnde & ſponſa in Cantico canticorum dicit: Ego dormio, & cor meum vigi-
Canti.5. lat. In ſomno itaque pueri perfecti vniuſcuiuſque electi ſubditi, à prauo opere requies deſignatur. In templo quippe, & vbi eſt arca dormit, qui in cœleſti deſiderio, atque in ſacræ ſcripturæ meditatione occupatus, ad ea quæ ad peruerſitatem pertinēt, non intendit. Quidam nanque in templo dormiunt, ſed in loco vbi eſt arca dei non dormiunt: quia nonnulli ſimplices in cœleſti contemplatione per amorem requieſcunt, ſed ſacri eloquij occulta meditari neſciunt. Samuel autem qui non ſolum in templo, ſed coram arca dei dormire dicitur, eruditos pariter, & electos ſubditos deſignat: quia dum amoris ſui flammas de ſacro eloquio frequentius meditando hauriunt, ad ſupernæ patriæ deſiderium altius aſſumuntur, & velut intima templi ad ſomnum eligunt, dum eo longius ſeparantur à publico terreni operis, quo ſecretius per meditationem reconduntur in ſacrario internæ viſionis. Et vocauit dominus Samuēlem.) Vocare etenim dei, per vim maioris gratiæ excitare eſt. Dormientem nanque dominus vocat: quia à terrena intentione quieſcentes, ad augmentum ſupernæ cognitionis excitat. Nam dum ad ea, quæ foris ſunt, per ſollicitudinem vigilamus, interna, & ſpiritualia non ſentimus. Repulſio itaque terrenæ curæ, præparatio eſt no- E
ſtra ad perceptionem ſuperniæ gratiæ: quia in electis eo ſit vberior infuſio diuini muneris, quo mens fuerit purior per cuſtodiam internæ meditationis: Sequitur, Et vocauit (inquit) dominus Samuelem. Qui reſpondens, ait: Ecce ego, & cucurrit ad Heli, & dixit. Vocaſti enim me, qui dixit. Non vocaui te fili mi, reuertere, & dormi. Et abiit & dormiuit. Et adiecit dominus vocare rurſum Samuēlem. Conſurgens abiit ad Heli, & dixit, Ecce ego: quia vocaſti me. Qui reſpondit non vocaui te fili, reuertere & dormi. Porro Samuel non ſciebat dominum, neque reuelatus ei fuerat ſermo domini. Et adiecit dominus, & vocauit Samuelem tertio. Qui conſurgens abiit ad Heli, & dixit, Ecce ego: quia vocaſti me. Intellexit igitur Heli: quia dominus vocaret puerum, & ait ad Samuelem. Vade & dormi, & ſi deinceps vocauerit te, dices, loquere domine: quia audit ſeruus tuus.) Quid eſt ergo quod omnipotens deus vocationem ſuam tanta arte inſinuat, vt vocati mens teneatur, ne ſe vocantem cognoſcat? Deum audiens, magiſtrum hunc eſſe hominem putet? Vocationem emittat, & cauſam taceat? Ire ad magiſtrum ſinat, toties ad ſomni quietem redire, & tamen dormientem quieſcere non permittat? Nunquid enim qui ad ſecreta ſua cognoſcenda vocauit, quem voluit: voce tantum Heli ſimili, & non potuit voce, qua voluit? Et qui quando voluit, vocauit, cauſam vocationis ſtatim indicare non potuit: & qui excitare voluit, vt audiret, niſi per magiſtrum eum docere non potuit, quemadmo- F
dum audire debuiſſet? Sed hac in re magna omnipotens deus diſpenſatione vtitur, vt profectò electorum corda duplici eruditione doceantur: quatenus & in ſuperficie hiſtoriæ quod ſequantur obedientiæ bonum quique ſubiecti videant, & prælati intueantur occulta myſteria, quæ ad lucem intelligentiæ diſcutiendo perducant. Sed quod primo loco dicendum arbitror, puer qui loquentem dominum, eſſe magiſtrum putauit: vocem corpoream audiuit. Non itaque per ſemetipſum deus, ſed per Euangelicum ſpiritum puero locutus eſt: quia qui non ſtringitur forma corporea, inſtrumento corporis non anguſtatur ad ſonum vocis. Quod nimirum & puerili audientiæ conuenit. Nam etſi magna ſunt merita inchoantis ſubditi: quia tamen adhuc non in perfectione eſſe, ſed in profectu conuerſationis agnoſcitur: ad eam locutionem, qua omnipotens deus per ſemetipſum loquitur, non pertingit. Per ſe quidem omnipotens deus, ſummus videlicet & incircunſcriptis ſpiritus magnis viris, & ſpiritualibus ſpiritualiter loquitur, cum ſpirituali locutione eorum mentibus indicat, & agenda, quæ agant, & loquenda, quæ ſciant. Exteriorem itaque vocem per Euangelicum ſpiritum mouit, ſed gratiæ ſuæ præſentia creator ſpiritus, quæ voluit, indicauit. Vocans itaque voce, dum Heli putatus eſt, cognitione latuit, vt ad magiſtrum puer curre-

ret, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ret, & dum se non fuisse vocatum audiret, deceptus offenderet, in quanto culmine virtuti staret. Puer ergo humiliter homini subiectus, atque obedientiæ ardua arce sublimatus, dum vocatus accessit, iussus rediit, quid aliud nobis exemplo præbet, nisi altissimæ formam obedientiæ? Vera nanque obedientia nec præpositorum intentionem discutit, nec præcepta discernit: quia qui omne vitæ suæ iudicium maiori subdidit, in hoc solo gaudet, si quod sibi præcipitur, operatur. Nescit enim iudicare, quisquis perfectè didicerit obedire: quia hoc tantum bonum putat, si præceptis obediat. Sed in tanta perfectę conuersationis eius gloria, vita nostra confunditur. Ecce etenim ad supernam patriam sub ducibus Christiani exercitus proficisci decreuim⁹, sed opera diuersa, etiam si diuersis temporibus iubemur agere, murmuramus. Quis enim sese à murmuratione compesceret, quis ab ira temperaret, si vocatum se bis, & ter audiret, & tamen ex vocantis responso perciperet: quia vocatus minime fuisset? Quam profecto desidiæ nostræ caliginem patimur: quia tantæ virtutis bonum, qua præmij sui claritate resplendeat, non videmus. Vnicum etenim bonum est ad recuperationem vitæ, si inobedientiæ culpa malum sufficiens fuit ad perpetrandam mortem. Si ergo in malo inobedientiæ mors præualuit, toties vitæ reddimur, quoties obedimus. Puer itaque Samuel nec vocatus, nec repulsus offenditur: quia vocantis, aut repellentis animũ videre noluit, qui in hoc solo gaudere nouerat, quod obediuit. Et
H quia surgere ad laborem, redire autem ad dormiendum, pertinet ad quietem, quid insinuat, nisi quia vtrumque nobis vitam præparat, si obedientis animus in eo, quod agit, non nisi obedientiæ bonum pensat? Præceptum nanque in hoc solo pensari debet, quod maioris præceptum est, & qui obedientiæ bonum exequitur, non iniunctum opus debet consyderare, sed fructum: quia ad promerenda æternæ vitæ gaudia non exquiritur qualitas operis, sed mortificatio propriæ, & executio alienæ voluntatis.
1. Corin. 7. Vnde & Paulus ait: Circuncisio nihil prodest, & præputium nihil est, sed obseruatio mãdatorum. Iam ergo apud omnipotentẽ Deum nec ea, quæ ad laborem, neque ea, quæ ad quietem pertinent, parua sunt, si æternam vitam parare obedientibus possunt. Quisquis ergo alieno imperio subiectus est, hoc solum consyderet: quia quod sibi secundum deum iniungitur, valdè magnum, & excelsum in lucro est menti, quod vitam præparet, in
Gene. 3. mercede retributionis. Quo contra inobedientes aspiciant, quia primus humani generis parens, à paradisi gaudiis nec furto, nec rapina, nec adulterio, nec homicidio, sed pomi vetiti inobedientia corruit. Vnde & aptè colligitur: quia si parua, quæ videntur maiorum imperia contempta, ab internis gaudiis separant, etiam minima, quæ perficiuntur, vitam parant. Operator itaque strennus vitæ socialis, & communiter secum deo seruientium pius æmulator, si æterni meriti ampliorem retributionem per obedientiæ bonum adipisci desyderat, in hoc so-
I lo se cognoscat excellere, si præ cæteris arbitrio maioris propriam subdiderit voluntatem. Nam nec magna lucra ieiunij, nec asperæ vitæ studia, deuotis Christi militibus in maiorum præcepto valde pensanda sunt. Maioris etenim est meriti, cha-
Ieiunium. ritatis iuncta refectio ieiunio propria deliberatione suscepto. Qui enim iussus carnem reficit inuitus, ieiunij præmium deuotione promeruit: & ampliorem mercedem obedientiæ man ducando conquisiuit. Vocauit ergo deus puerum, sed voce magistro simili: vt profectò modum suæ locutionis indicaret. Causam vocationis tacuit, vt electus puer, qua humilitate obedientiæ esset, sublimis ostenderet. Ire ad præceptorem pertulit, vt deuotionis suæ munus offerret. Redire ad somni quietem finitur, vt profectò nec ea, quæ sunt minima, contemnamus. Iterato excitat, vt eum quem in forma electorum ponere volebat, ostenderet: quia nec imperiorum instantia fatigaret. Per eum, qui reprobandus erat, audire quemadmodum debuisset, didicit: vt profecto sciamus: quia maiorum imperia tunc etiam veneranda sunt, cum ipsi laudabilem non habeut vitam: quia eorum doctrina, quæ praua operatione potest superbis vilescere, humiles auditores facit ad diuinæ familiaritatis celsitudinem peruenire. Sed quia sequitur: Porro Samuel nec dum sciebat dominum.) & superius ministrare domino perhibetur, valdè contrarium videtur esse quod dicitur: quia nescire non poterat, cui ministrabat. Quis enim ei seruiat, quem K ignorat? Sed profecto per id quod subiunctum est: liquet id quod sonat contrarium, qua intelligi conuenientia rationis debeat. Neque reuelatus ei fuerat sermo domini.) Per quod nimirum datur intelligi: quia quem amore, & ministerio nouerat, sermonis eius reuelatione nesciebat. Nondum enim sic vocantem audierat, quem se cognouisse, & deuotione ministerij, & virtute testabatur amoris. Sed in conuersatione fidelium conuenienter accipitur: nam plærique sub aliena institutione bene proficiunt, qui nouitatis suæ tempore omnipotenti deo ministeria persoluunt: & tamen puritate contemplationis ad internæ pulchritudinis eius speciem non pertingunt. Qui cum subiectionis suæ merito, etiam donum diuinæ contemplationis accipiunt: & experientia internæ visionis intelligunt: quia sic nondum sciebant, cui ministrabant. Quod bene Iacob ad accipiendam coniugem proficiscens, designat: qui post laborem itineris, per soporem quietis dominum vidit: sed à somno euigilans, ait: Vere dominus est in loco isto, & ego nesciebam. † *Genes.* Neque enim illic esse dominum antequam dormiret, dubitare poterat, qui esse hunc vbique sentiebat, sed quia tunc eum perfectius didicit, ignorasse se illum perhibuit, cum familiarius non agnouit. Via nanque qua ad coniugem pergitur, intentio deuotæ obedientiæ est, qua fœcunditas internæ charitatis consequi desideratur. Iacob itaque dormit in via, cum fidelis sub- L iectus maligni spiritus supplantator, per laborem obedientiæ, ad quietem suscipitur internæ visionis. Qui profectò tunc dominum se agnouisse fatebitur: quia dum eam, ad quam nouiter est assumptus, internæ lucis miratur speciem: quantum ante nescierit, experientia reuelatæ pulchritudinis agnoscit. Fide etenim velut fama deum cognoscimus: amore autem contemplationis, is qui fama innotuit, nobis velut ex ostensione præsentiæ reuelatur. Bene autem per obedientiam proficiscens subditus, dum ad contemplationis altitudinem ducitur, dudum ignorasse dominum perhibetur: quia is quasi ex præsentiæ veritate inuenitur, qui fama velut incognitus, & non præsentia velut cognitus, ante videbatur. Sed quia separatim dicitur,

Noudum sciebat dominum, neque reuelatus ei fuerat sermo domini,) potest subtilius intelligi. Nam in vna eademque interna dei contemplatione, & mira charitas contemplanti infunditur de fructu tantæ gloriæ, & stupor magnus in secreti verbi reuelatione. Quidam ergo dominum sciunt, & sermonis eius reuelationem percipiunt: quia & mira dulcedine replentur ex ea, quam ex consuetudine hauriunt, infusione tantæ charitatis, M & magna erudiuntur sapientia reuelatione verbi. A nonnullis verò scitur dominus, quibus sermo domini nequaquam reuelatur: quia simplices quique, sed magna conuersatione perfecti viri, de contemplationis diuinæ gloria ineffabilem quidam amoris dulcedinem contemplando percipiunt, sed tamen ad reuelati verbi eius altitudinem non pertingunt: quia ad amantium ordinem assumpti sunt, non ad celsitudinem prædicationis. Reuelatur quidem ei verbum, vt ametur: & ne prædicetur, absconditur. Bene autem de eo, qui ad ministerium prædicationis elenatur, dicitur: Nondum sciebat dominum neque reuelatus ei fuerat sermo domini: vt dum ea quæ nondum habet rudis, insinuat, quibus bonis ditari prædicator debeat, patenter ostendat. Nam qui illam intimi amoris virtutem nondum percepit, profecto omnipotentem dominum, quem fide velut fama nouit, præsentia illius magnæ charitatis nescit. Et si ardenter diligit, & arcana mysteriorum discutere per spiritum nondum nouit, iam quidem dominum cognoscit, sed ad sermonis eius reuelationem non peruenit. De obediente autem puero statim subditur:

Abiit ergo Samuel, & dormiuit.) Iam quippe ad diuinæ locutionis notitiam puer instructus mittitur, cum electus subditus maioris consilio ad spiritalia cognoscenda præparatur. Et dormire quidem ei est in desiderio æternæ vitæ quiescere, cum videlicet animæ iam sola superna sitienti, cuncta præsentia in dediguatione sunt: vt quo studiosius ab intentione sua corporeum omne repellitur, amore inuisibilium abundantius repleatur. Et notandum quia iam quater ad somni quietem redire præcipitur: quia dum negligenter vtimur isto seculo circa visibilia, opere, locutione, & cogitatione vigilamus. Ter ergo dormire

præcipi-

A præcipimur, vt ad cognitionem ſupernorum per quietem operis, oris ſilentium, & cogitationum ſuperfluarum abiectionem præparemur. Quarto autem loco ad ſomnum mittimur, cùm maiorum noſtrorum licentia, ab vtili etiam miniſterio ceſſare præcipimur, vt dum nulla præpedimur cura ſollicitudinis, totam ſe mens colligat ad intuitum ſupernæ viſionis. Et notandũ, quia quieſcentem puerum neſciente Heli dominus excitat, ſed tamen excitato, niſi eodem Heli præcipiente, vocationis ſuæ cauſam nequaquam manifeſtat: quia electos ſubditos occulta inſpiratione ad ſupernæ patriæ deſyderium erigit, ſed per quietem vacare eos ad eam quam diligunt, patriam ſine maiorum licentia non permittit. Quia ergo quotiens vocatur puer, totiens ire ad magiſtrum ſinitur, quid eſt aliud, niſi quia ipſa diuinitus inſpirata ſubiectorum deſyderia maiorum iudicio ſubmittuntur? Opus nanque ſubiecti diuinitus inſpiratum, tunc deo gratum eſſe cognoſcitur, ſi maioris imperio, aut permiſsione peragatur. Quater ergo vocatur puer à domino, quater ſomni quies præcipitur à magiſtro: quia ad temperamentum operis, ſilentium oris, abiectionem internæ ſollicitudinis, ceſſationem miniſterij, pro amore ſecretioris vitæ, per diuinam inſpirationem ſuccendimur, & tamen amoris noſtri deſyderia adimplere ſine maiorum noſtrorum permiſsione prohibemur. Vocat itaque dominus, & vocationis cauſam tacet, vt permittente magiſtro ſemetipſum vocato ſubiecto inſinuet. Nam qui non iuſſo
B audire, poſtquam vocauit ſiluit, vbi doctor homo præcepit, vocans deus, vocationis cauſam indicauit. Sequitur enim:

Abiit ergo Samuel, & dormiuit in loco ſuo, & venit dominus, & ſtetit, & vocauit, ſicut vocauerat ſecundò Samuel, Samuel. Et ait Samuel. Loquere domine: quia audit ſeruus tuus. Et ait dominus ad eum.) Quibus profectò verbis: quia de incorporea, & inuiſibili diuina ſubſtantia illud dicitur, quod ad corpus pertinere cognoſcitur, neceſſe eſt, vt rationabiliter intelligatur. Nam quò veniat, qui vbique eſt? Quo pacto ſtare, & loqui dicitur, qui corporea ſubſtantia non formatur? Sed in illa omnia dictante ſubſtantia, ponuntur verba inopiæ noſtræ, per quæ ſurgere valeamus ad cognoſcenda myſteria operationis ſuæ. Nam venire domino, eſt præſentia gratiæ ſuæ corda electorum tangere: ſtare eius, eſt manenti eiuſdem gratiæ ſuæ dono, eas quas tangit mentes, in conceſſæ gratiæ ſuæ dono retinere. Vocare autem eius eſt, electam mentem ad augmentum maioris gratiæ excitare. Venit nanque dominus, & non ſtat, cùm corda negligentium tanguntur per gratiam, & tamen in affectu, & amore tangentis gratiæ nequaquam perſeuerant. Velut enim præſens, eſt veniens, & non ſtans, recedens, cùm ex præſenti tactu diuinæ gratiæ, repente bona facere proponunt, & ſtatim derelicti, eiuſdem boni propoſiti intentionem deſerunt. Quod ſi ad vim contemplationis refertur, venit, & ſtat dominus, cùm electorum corda & repente per gratiam tangit, & ta-
C cta repente non deſerit, vt veniendo viſitet, ſtando confirmet, & qui ad gaudium ſibi dilectæ mentis oſtenditur, non recedat ipſe prius, quàm illa videndo, ſatietur. Sed quia ſtare dicitur, diſceſſurus quandoque deſignatur: quia etſi aliquando electas animas in ſua reuelatione per aliquantulam moram ſatiat præſentiæ ſuæ dulcedinem ſubtrahit, vt ſubtractam ardentius concu-
Motus diui piſcant. Venit ergo dominus, viſitans, ſtat: ſuauiter ſe demonſtrans: vocat ad amorem oſtenſæ ſuæ gloriæ, per ardentiſsimum deſiderium excitans. Vnde & totiens excitatus puer, repetito nomine vocatur: quia vocatio ex nomine, deſignat affectum magnæ charitatis & familiaritatis. Vnde & Moyſi loquitur, di-
Exo.33. cens: Noui te ex nomine. Vocati igitur nomen iteratur, cùm in magnam iam familiaritatem internæ maieſtatis mens videntis excipitur, & feruentibus deſideriis ad amorem ſe vocantis eleuatur, vt præter id quod audit, nil libeat, atque in lætitia auditus ſui, immorari perpetuo cõcupiſcat. Vnde & hic apertè ſubiungitur: Ait ergo Samuel, Loquere domine, quia audit ſeruus tuus.) Qui ergo loquere poſuit, ex neceſsitate concluſit. Quaſi enim verbis apertioribus dicat. Ego reſpondi, loquere, qui aliter reſpondere non potui. Nam quid aliud deſiderare poteſt mens, in illo gaudio loquentis maieſtatis aſſumpta? Dicere enim menti deo, Loquere, illam ineffabiliter dulcem locutionẽ ſemper audire, deſiderare eſt. Dicit ergo: loquere, qui vellet vt nunquam taceret. Vnde & ſubditur: Quia audit ſeruus D tuus.) Quaſi dicat: Quia hoc quod experientia interni affectus excipio, æterna frui perceptione concupiſco. Petit ergo vt loquatur, qui hunc nunquam in internis ſuis affectibus ſilere deſiderat, ne qui tam ſublimi exultatione domino loquente ſuſtollitur, ad perferendas damnatæ humanitatis anguſtias, eo tacente deponatur. Nam ſi à corruptionis noſtræ tenebris ipſo loquente aſſumimur, cum vobis per ſubtractionẽ gratiæ tacet, eiuſdem tenebris ſubiugamur. Merito igitur tanto ſubuectus culmine, domino dicit: Loquere,) quia eo interni auditus gaudio ſibi complacet, quo in exterioribus ſuis nihil placet: & manere cum colloquente ſecum tanto ardentius cuperet, quanto ad infirma ſua libentius nũquam deponi voluiſſet. Etiam auctore deo cum domino dicimus loquere: ipſo donante dicimus: ſed tamen quo affectu id ei perfectiores electi dicant, dicere non valemus: quia quod deſiderij eſt ineffabilis, non exprimitur locutione rationis. Quem profecto affectum bene Petrus inſinuat, qui cum transformato domino in monte aſsiſteret, refulgentemque faciem eius, ſicut ſol cerneret, & ad inſtar niuis albentia veſtimenta eius conſpexiſſet, ait: Bonum eſt nos hic eſſe, ſi vis, faciamus *Matt.17.* hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Heliæ vnum. *Mar.9.* Qui enim dicit, bonum eſt nos hic eſſe, ſi poſſet, ab illa viſione *Luc.9.* tantæ gloriæ nunquam deponi voluiſſet. Dum enim dicit Petrus: Domine bonum eſt nos hic eſſe: & Samuel dicit: Loquere domine, quia audit ſeruus tuus.) Voces quidem diuerſæ E ſunt, affectiones æquales. Hoc enim ſignificat Petrus in monte transfigurato domino, quod Samuel à veniente, & ſtante domino ſecundo vocatus. Sed etſi quaſi neſciens Petrus quid diceret ab Euangeliſta reprehenditur, huic tamen ſenſui contrarium non videtur. Euangeliſta quippe non affectum Petri, ſed rationem reprehendit: quia cum domino aſſumptus in gloria ſeorſum, ſic eſſe ſemper cupiebat, & pro redemptione communi eum ad ignominiam crucis deſcendere nolebat. Neſciebat ergo quid diceret, ſed ardenter quod videbat, amabat: quia profectò tantum bonum videbat, quod ſic non amari nullatenus poterat. Vnde etſi iuſtè Petrus reprehenditur, ei tamen rationabiliter indulgetur: quia amore tantæ maieſtatis per fruitionem vincebatur. Veruntamen cum de dicendi ignorantia Petrus arguitur, eiuſdem ignorantiæ cauſa memoratur. Nam ſubdens euangeliſta, ait: Erant enim timore exterriti. Illa enim internę maieſtatis ineffabilis pulchritudo electam mentem, cui ſe delectabiliter oſtendit, aliquando mirabili pauore concutit: ne de viſionis magnitudine ad elationem proſiliat, ſi eam, quam blanda contemplatio ad tam ſumma euehit, prouector ſuus ſpiritus timoris moderamine non refrænat. In vna quidem, & eadem reuelatæ gloriæ viſione, & bonitas redemptoris aſpicitur, ineffabiliter blandiens: & æquitas illius ineffabiliter terrẽs, vt quo videntis animus de reſpectu dei bonitate dulcius paſcitur, conſideratione æquitatis territus caueat, ne inaniter ſatie- F tur. Vnde & Samuel, cùm ad diuinæ locutionis familiaritatem ſuſtollitur, ei non læta de electorum profectu, ſed de magnorum defectu terribiliter nunciantur. Nam ſubditur: Et ait dominus ad Samuelem. Ecce ego facio verbum in Iſraĕl, quod quicunque audierit, tinnient ambæ aures eius.) Inter dona quippe ſublimia electa mens eo cautius ab elatione compeſcitur, quo per omnipotentis dei iuſtitiam etiam illos repulſos aſpicit, qui donis ſublimioribus fulti eſſe videbantur. Quare & de verbo, quod facturum ſe eſſe dominus minatur, tinnire aures audientium prædicuntur. Aures quippe corporis tinniunt, quando intolerabili ſonitu impetuntur. Nam cùm vltra auditus capacitatem ei clamor infunditur, hunc, quem officij anguſtia ſonitum reiicit, in tinnitum conuertit: quia dum per aurium antea vox ſibilat, quæ infuſa ſimul, ad interiora non intrat. Ad aures verò mentium intolerabilis clamor eſt, alicuius magni repulſio prædicatoris. Clamoris ergo effuſi magnitudo non capitur: quia dum ſublimia dona prædicatori reprobo conceſſa recolũtur, quo diuinæ æquitatis examine proiicitur, ignoratur. In tinnitum ergo aurium effuſæ vocis magnitudo conuertitur: quia etſi quo dei iudicio fiat, mentis intentione non capitur, dum diu per conſiderationem penſatur, corda conſiderantia timore conſternuntur. Velut enim de clauſo magnę vocis ſonitu aures tin-

G niunt, quando de diu consyderata magnorum virorum reprobatione, iustorum corda pertimescunt. Sed ambæ aures tinnire referũtur, dextera videlicet & sinistra. Et quia per dexteram æterna vita, per sinistram verò præsens designatur, & per aurem ea, quæ dicuntur, audimus: quid per sinistram aurem, nisi intentionem piæ operationis: & quid per aurem dexteram, nisi intentionem supernæ visionis accipimus? Ambæ itaque audientis aures tinnient: quia cum summorum virorum ruina ostenditur, electorum intentio vtraque turbatur: quia & pauenti corde ad contemplanda æterna se erigunt, & sine ingenti formidine temporalia non disponunt. Hunc nanque aurium tinnitum
Psal.85. passus fuerat, qui domino loquebatur, dicens: Iustitia tua sicut montes dei, iudicia tua abyssus multa. Montes quippe dei, summi & electi viri intelliguntur. Quibus profectò montibus dei iustitia æquatur, cùm ardua eius mandata opere perficiunt: sed tamen diuina iudicia abyssus multa sunt: quia etsi in sanctorum virorum oculis recta sunt ea, quæ agunt, ante omnipotentis dei oculos qualia sunt, scire non possunt. Vnde & bona, quæ præualent, incessanter agunt, & super se tonantem illam iudiciorum abyssum pertimescunt: quia de facto domini verbo, quod audiũt, tinnitu magni terroris eorum corda quatiũtur. Aptè autem non nisi audientium aures tinnire prædicuntur. Nam & in Euange-
Matth.11. lio hoc admonet, dicens: Qui habet aures audiendi, audiat. Qui enim tota intentione ad ea, quæ foris sunt, vigilant, hunc timo-
H ris tinnitum nesciunt: quia super se diuinorum iudiciorum altitudinem nequaquam pensant. Sed ecce, qui subtilia dei iudicia super se pensare noluit, de eo iudiciorum sententiæ quam acutæ replicantur. Nam subdens, dicit: Prædixi enim quòd iudicaturus essem domum eius vsque in æternum propter iniquitatem, eo quòd nouerat filios suos indignè agere, & non corripuit eos. Idcirco iuraui domui Heli, quod non expietur iniquitas domus eius victimis, & muneribus in æternum.) Quia enim plærunque iustæ seueritatis sententia, per clementiam temperatur, magnæ districtionis hoc iudicium est, vbi animaduersionis sententia replicando asseritur. Prædixit enim superius Heli cum per virum dei suppresso nomine deiectionis eius sententiam nunciauit. Quia verò & nunc idem se acturum iurat, profectò damnationis iudicium replicat. Qua in re etiam notandum est: quia qui iniquè agentes filios con corripuit, iniquitatem fecisse reprehenditur: quæ in æternum victimis & muneribus nequaquam expietur. Quæ ergo erit districtio iniquitatis propriæ, si irremediabilis culpa est negligentia curę alienæ? Nã si subditorum peccata incorrepta perenni reatu nos obligat, audacia iniquitatis propriæ quibus nos pœnis ligat? Meritò ergo audientis aures tinniunt: quia nimirum electorum mentes, quæ hoc attentè considerant, de tanta districtione contremiscunt. Meritò audientis hoc aures tinniunt: quia profectò immensitatem clamoris habet, quam electa corda vix sustinent. Et dexte-
1 ra quidem audientis auris tinnit: quia etsi perfectionis suæ meritò se quisque ad superna contemplanda erigit, tamen de vitæ suæ celsitudine non confidit. Sinistra etiam auris tinnit: quia etsi dono scientiæ habet, vt temporalia quis perfectè ordinet: tamen de perfectione ministerij sui fiduciam nullam habet. Inter dona quippe sublimia verbum audiunt, de cuius clamore auris vtraque tinnitum patitur: sub quo donec ista incertitudinis vita ducitur, pauere nõ desinit. Vnde & aptè subiungitur: Dormiuit Samuel vsque mane.) Vsque mane enim dormit, qui quousque venturi Redemptoris splendor appareat, in incœptæ bonæ operationis conuersatione requiescit. Vsque mane dormit, qui tota præsentis vitæ nocte per propositum inchoatæ iustitiæ expectat: vt ad gaudium emeritæ retributionis, claritas sibi promissi Redemptoris effulgeat. Verbum enim promissum in Israël audiuit, de quo aures eius tinnire non desinunt, quia de cõspecta districtione diuinæ iustitiæ timoris spiritum hausit, sub cuius pondere ad seculi amorem euigilare non poterit. Sed fortasse vsque mane dormire dicitur, pro tinnitu auris dexteræ. Nam dextera auris tinnit: quia dum perfectus interioris vitæ amator de perfectione contemplationis dubitat, magis ac magis proficere in ea, qua cœpit vitæ sublimitate, appetit. Sed quandiu in hac mortali carne sumus, maligni spiritus ad summa tendentibus insidiantur, & vt eos ab internæ gloriæ visione retrahant, ineptiarum cogitationum figmenta congregant, quæ k internis eorum oculis proponant. Bene itaque dicitur: Dormiuit Samuel vsque mane.) Tentatio immundorum spirituum nox est: qui verò vsque mane dormit, oculos tota nocte non aperit. Dormit ergo in nocte, qui figmenta dæmonum dedignatur aspicere in tentatione. Tota nocte etiam dormit qui caligine tentationis non vincitur, sed viriliter sustinet, donec per aduentum gratiæ, claritatis supernæ luce visitetur. Et tunc profectò velut mane euigilat: quia oblectamento refusi sibi post tenebras luminis, hilarescit. Quasi euigilans quippe tunc oculos aperit: quia lucem, qua respergitur, lætanter aspicit, qui aspicere sibi illatas tenebras non curauit. De tinnitu quidem dexteræ auris obtinet, vt qui supernis innititur, videre reproba dedignetur, & certitudinem sui profectus insinuat, dum quod pace proficit per aperta, & violenta bella non perdit. Sequitur:

Et timuit indicare visionem Heli.) Illud nanque ei indicare timuit, quod sibi dominus ostendit, vt temeritatem humanæ audaciæ refrænaret, vigore disciplinæ. Quidam nanque adeò sunt præcipites, vt ad prælatorum suorum reprehensionem facile proruant, atque eorum erratibus minari futura supplicia non pauescant. Qui nimirum, quia sanctæ scripturæ morem nesciunt, loquentem sibi dominum, nequaquam audierunt. Nam quibus omnipotens deus loquens, prælatorum suorum pœnas insinuat, ea quæ audierunt, eis dicere formidant. Hinc ergo præpositorum suorum reprehensores colligant, l quanta se in consyderatione præcipitent, & lapsus sui profunda pertimescant. Si enim ij, quibus omnipotens deus loquitur, prælatis suis loqui metuunt, ij quibus nequaquam locutus est deus, recondere se sub linguæ suæ silentio quanto terrore debuerunt? Timor ergo Samuelis non pauorem seruilem insinuat, sed reuerentiam debitam culmini pastorali. Nam & si negligens prædicator reprehensionem, & minas ex reatu meretur proprio, timorem reuerentiæ exigit eius ordinis celsitudo. Sequitur: Aperuitque ostia domus domini.) Quid nam est, quòd is, qui loqui timuit, domus domini ostia referauit, nisi quia obedire non erubuit, qui indicare tristia expauit? Nam superius dictum est, *Samuel dormiebat in templo domini, vbi erat arca dei. Puer enim qui in templo domini* dormisse, & nunc eiusdem aperire ostia dicitur, iniunctum ministerium habuisse ostenditur, vt horis congruentibus aperiret ostia, & obseraret, Qui ergo visionem indicare expauit, & ostia domus domini aperuit, reuerentiam magistro dupliciter impendit, videlicet cura ministerij, & custodia locutionis. Quam profectò loquendi custodiam quam districtè tenuisset ostenditur, si ea, quæ sequuntur, subtiliter attendantur. Nam repente subinfertur: Venit ergo Heli ad Samuelem, & dixit. Samuel fili mi. Qui respondit, Præsto sum. Et interrogauit eum: Quis est sermo, quem locutus est dominus ad te: Oro ne cælaueris mihi. Hæc faciat tibi deus, & hæc addat, M si abscondaris à me sermonem ex omnibus, quæ dicta sunt tibi.

Indicauit ergo ei Samuel vniuersos sermones, & non abscondit ab eo.) Qui enim tanta imprecationis instantia ad loquendum coactus asseritur, magna districtione silentij obligatus fuisse declaratur. Et quia non tam pro custodia puritatis, quàm obstinatione proteruiæ quidam tacere subiecti solent, Samuel electi subditi formam ostendit, qui reuerenter tacuit, sed tacere, loqui iussus expauit. Itaque gemina luce conuersationis enituit, dum qui filialis timoris virtute siluit, loquendi vtilitatem, loquendo, conquisiuit. Sequitur: Et ille respondit: dominus est, quod bonum est in oculis faciat.) Qui simplicius quàm debet istam Heli responsionem consyderat, tam rectè hunc respondisse, quàm humiliter putat. Nam sicut auditur exterius, quid humilius respondisse potuit? qui reprobationem suam audiuit, & minanti deo imo reprobationis suæ sententiam promulganti, quicquid de se facere vellet, obtulit. Sed profectò ista responsionis humilitas si subtiliter inspiciatur, vera humilitas non est. Vera nanque esse cognoscitur, quæ bonum obedientiæ in maioris imperia consequenda comitatur. Verè itaque esset humilis, si se ad emendationem culpæ, pro qua arguebatur, obtulisset. Sed & fortasse verius esset humilis, si reprehensus nequaquam responderet, sed

Filios incorrectos permittere periculosum est.

neglectam

A neglectam correptionem ſceleſtis filiis adhiberet, ſi vel tunc paſtorali zelo inſiſteret, & flagitioſorum ſacerdotum ſcelera digna vltione vindicaret. Dum ergo dicit: Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis faciat.) electionis ſuæ verbum apertius protuliſſe cognoſcitur, quam reſponſionem humilitatis: quia nimirum potius elegit minarũ dei cauſas incurrere, quàm de perpetratis iniquitatibus filios condemnare. O quanti ſunt adhuc imitatores Heli, qui cùm minantem ſibi omnipotentem deum quotidie de ſacro eloquio ſentiant, & tamen hominibus diſplicere trepidant, & diuinæ indignationis minas incurrere non formidant, & dum inimicitias hominum velut implacabiles metuunt, de dei miſericordia etiam peccando confidunt. Sed inordinata fiducia apud omnipotentem deum vindictæ locum habere poteſt, indulgentiam verò obtinere non poteſt. Incorrepto enim peccatori, & in culpæ ſuæ propoſito perduranti, quid eſt de minanti ſibi deo dicere, Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis faciat.) niſi de ordinatiſsima dei miſericordia, inordinatè confidere? De omnipotentis etenim dei miſericordia ordinatè confidit, qui hoc, quod peccando delinquit, pœnitendo corrigit, flendo tergit. Peccare ergo, & de dei creatoris clementia præſumere, pelago iuſtitiæ eius exponi eſt. Sic nimirum peccata perpetrata non tergere pœnitendo, & de dei miſericordia præſumere, in iudicium diſtrictionis eius offendere eſt. Dum ergo Heli vita in reproborum prædicatorum
B forma deſcribitur, non ſolum culpa lapſus oſtenditur, ſed etiam culpæ in præcipitatione ſecuritas. Nam qui timore pœnitentiæ, diuinæ indignationis magnitudinem placare potuit, dum neglexit, quod audiuit, incurrit, quod meruit. Omnipotẽs enim deus etſi æquitate iuſtus eſt, abundantiori tamen creditur miſeratione pius. Vnde & per Prophetam dicitur: Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Hinc eſt quod per Ionam prophetam Niniuitis minas ſubuerſionis protulit, & tamen pœnam euertendæ ciuitatis pœnitentibus indulſit. Hinc eſt enim quod Ezechiæ regi per Prophetæ oraculum mortis pœna promittitur, ſed quia rex mori metuens, coram domino ſe pœnitentiæ lachrymis afflixit, mortem qua moreretur, apud eum quem timuit, non inuenit. Et ſupra quidem ſe dominum locutum fuiſſe aſſeruit, vt domus Heli, & patris eius in conſpectu ſuo vſque in ſempiternum miniſtraret, ſed qui de bona agente, bona locutus fuerat, de domo, reproba iam effecta, ſententiam permutauit, dicens: Nunc autem abſit hoc à me.) Si ergo bona promiſſa reuocat omnipotens deus: quia ij quibus promiſerat, malè permutantur, quanto magis minarum effectus retrahit, cùm bene conuerſos eos aſpicit, quibus pro admiſsis iniquitatibus pœnam animaduerſionis intimauit. Quid ergo ad hæc dicimus, qui quotidie delinquimus, atque in reatus noſtri obligatione ſecuri ſumus? Hoc igitur ipſum quod diſtrictionem diuinæ iuſtitiæ non timemus, nobis valde timendum eſt: quia ecce, qui
C diuina indignatione proficitur, pro culpa perpetratæ negligentiæ, nullo timore ſollicitus fuiſſe perhibetur. Sed quia ad timorem reprobi prædicatoris repulſionem nouimus, electi profectum audiamus. Nam ſequitur: Creuit autem Samuel, & dominus erat cum eo.) Hoc profectò ſi ad hiſtoriam legitur, creuiſſe puer Samuel ætate corporis deſignatur: ſi verò vt cætera ſpirituali inueſtigatione iſta perquirimus, cum eo dominus eſſe deſcribitur, qui creuiſſe memoratur. Creſcit autem qui in virum perfectum, mentis ætate proficit. Vnde & per Propheteam de electis proficientibus dicitur: Ambulabunt de virtute in virtutem, videbitur deus deorum in Syon. Hinc Paulus ait: Donec occurramus ei in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Verum nonnulli ſunt, qui dum virtutibus creſcunt, elatione corruunt. Hi nimirum creſcere videntur, ſed tamen cum eis dominus non eſt: quia à ſe eum alta ſentiendo de ſe eiiciunt, quem in profectu virtutum poſiti, per humilitatem ſecum habere potuerunt. Vel ſi per exteriorem dignitatem creuiſſe intelligitur, dominus cum eo eſſe memoratur: quia profecto plærique in humiliori ordine religioſi ſunt, ſed cùm ſubitò ad culmen dignitatis peruenerint, prima opera cum humilitate derelinquunt. Samuel igitur & proficit, & proficiens dominum ſecum habuit: vt profectò electorum prædicatorum morem præferret: qui cùm dona, & dignitates, quibus profint

Pſal.144. Ionæ.3.

Eſa.38.

Pſal.83. Ephe.4.

aliis, aſſequuntur, de ſemetipſis placere deo non negligunt: & D ex eo illa, quæ proaliis acceperunt dona multiplicant, vnde in ſemetipſis oſtendunt bonum, quod in eis loquendo propagare concupiſcunt. Quare & ſubditur: Et non cecidit ex omnibus verbis eius in terra.) In terra quippe verbum prædicatoris cadit, cùm ex reproba prædicatoris conuerſatione vileſcit. Vnde & veritatis voce dicitur: Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Et notandum: quia ex omnibus verbis eius non cecidiſſe in terra dicitur: vt profectò prædicatori nihil agere liceat, quod licet reprobare. Nam quicquid agi prohibet, is profectò ſi agit, verbum in terram cadit: quia dum à loquente contemnitur, hoc audientes nequaquam venerantur. Verbum nanque aliquod in terra cadere prohibebat dominus, cum negligentibus prædicatoribus, negligentiæ ſuæ verbum exponebat, dicens: Quicunque ſoluerit vnum ex mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit, & docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorũ. Mandatum nãque nec minimũ prædicator ſoluit, cuius verbum, ex verbis omnibus in terram non cadit. Dum autem ex omnibus verbis Samuelis, verbum in terram non cecidiſſe dicitur, cuius mores inſinuat Samuel, niſi qui merito & prædicationis & operis magni ſunt in regno cœlorum? Itaque ex omnibus verbis eius in terram non cadit: quia omne, quod altum ſanctæ Eccleſiæ perfectus prædicator loquitur, ab eo etiam ſublimi prædicatur conuerſatione, cum velut E in ardua ſpecula poſitus, & ſapientes verbo erudit, & ſimplicibus iter, per quod ad æternam patriam ingredi debeant, operibus oſtendit. Vnde & ſubditur: Et cognouit vniuerſus Iſrael à Dan vſque Berſabeæ, quòd fidelis Samuel propheta eſſet domini.) Quid enim per Dan, niſi ſimplices, & quid per Berſabeæ, niſi ſapientes deſignantur? A Dan vſque Berſabeæ fidelis Samuel propheta domini recognoſcitur, quando electi prædicatoris vita ſimplicibus ad ſalutis exemplum proponitur, & ſapientibus per doctrinam eius ſanctæ ſcripturæ arcana reuelantur. Quia verò Berſabeæ puteus ſeptimus interpretatur, poſſunt per Berſabeæ non ſolum ſapientes, ſed etiam iuſti deſignari. Puteus enim ſeptimus quid eſt, niſi gratia ſpiritus ſeptiformis? Per Dan peccatorum vita oſtenditur: quia per veterem prophe- *Gene.39.*
tiam dicitur: Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulam equi, vt cadat aſcenſor eius retro. A Dan itaque vſque Berſabeæ Samuel domini propheta cognoſcitur, dum electi prædicatoris vita, atque doctrina, peccatoribus eſt venerabilis, & iuſtis, vt in eo videlicet & lapſi bonum videant, in quo ſe pœnitendo corrigant, & boni mirentur vitæ celſitudinem, ad quam quotidie proficiendo conualeſcant. Sequitur:

Et addit dominus vt apparere in Sylo.) Superius de tempore reprobi paſtoris dicitur. In diebus illis nõ erat viſio manifeſta. Cùm itaque ex ſacro eloquio optimus prædicator oſtenditur, apparere iterum dominus perhibetur: quia nimirum cognitio diuini conſilij, quæ abſconditur reprobis, puritatis merito, reuelatur electis. Si enim & hominum conſilia niſi familiaribus non creduntur, omnipotens deus ſecreta ſuæ diſpoſitionis æſtimandus eſt ſuis patefacere inimicis? Prius ergo iuſti doctoris vita prædicatur, deinde addidiſſe, vt appareret dominus dicitur: quia profectò diuinæ lucis oſtenſio reprobos, & fictos fugit, quæ ſe electis, & mundis cordibus aperit. Vnde & per ſemetipſam vera lux loquendo, nos illuminat, dicens: Beati mundo corde, quoniam ipſi deum videbunt. Igitur vt appareret dominus, addidit: quia mundum prædicatoris ſui oculum vidit. Sed cùm addidit, Vt appareret in Sylo,) in eodem loco illum apparuiſſe vice alia deſignatur. Quia autem dixit vbi apparuit, ne Heli apparuiſſe crederetur, ſubſequenter & perſonam eius, cui apparuit, oſtendit, dicens: Quoniam reuelatus fuerat dominus Samueli in Sylo iuxta verbum domini. Tunc nanque ſe ei reuelauit, cùm ei ſecretum ſui conſilij, de repulſione reprobi prædicatoris aperuit. Quod profectò iuxta verbum domini factum aſſeritur, & hoc quod non valde ſuperius per virum dei ad Heli dictum fuerat, etiam ſecundum hiſtoriam impletum eſſe ſentiatur. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciat, & ambulabit coram Chriſto meo omnibus diebus. Et item videbis æmulum tuum in tem-

Matt.5. Prædicatoribus attendenda.

Matth.5.

F *Cognitio diuini cõſilij reprobis abſcõditur.*

Matt.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G plo,in vniuersis prosperis Israël.Quod si iuxta spiritalem intelligentiam perscrutamur,quomodo addit dominus,vt electis appareat, nisi quia qui electos suos de contemplatione iustitiæ suæ mirabiliter terret, etiam de ostensione gloriæ ineffabiliter demulcet. Qui enim apparendo iustus, corda sanctorum terrore concutit,vt appareat addit, quando cordi territo dulcedo refunditur suæ pietatis. Hinc est enim quòd Moysi non semper in igne apparuit,sed in igne aliquando,aliquando in nube.In igne quippe terror iudicij est. Vnde & de secundo Redemptoris no-
Psal.96. stri aduentu per Psalmistam dicitur: Ignis ante eum præibit, & in circuitu eius tempestas valida.In nube autem protectio miserationis exprimitur:quia eiusdem protectionis suæ blandimentum electis suis promittens dominus,ait: Tunc videbunt filium
Mar.13. hominis venientem in nube. In igne itaque & nube per deserta gradientibus dominus apparet:quia mentes contemplantium se in hac exilij peregrinatione,etsi aliquando terret de iustitia, pauore delectas, erigit blandimento protectionis. Dominus itaque Samueli apparuit, & vt appareret addidit: quia qui ab electorum mentibus in igne terroris aspicitur, in nube etiam dulcedinis exhibetur.Ignis nanque visionem intus viderat, qui nũciabat foris, dicens: Sanctum & terribile nomen eius. In igne
Psal.110. *Psal.65.* item eum visum,ostendere cupiens,ait: Venite, & videte opera domini, terribilis in consiliis super filios hominum. Sed qui ei in igne apparuit, vt appareret addidit: quia suauitatem gloriæ,
H & dulcedinis suæ, ei etiam de nube propinauit. Quare & exhi-
Psal.30. laratus, qui territus fuerat, dixit: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine,quam abscondisti timentibus te.Hinc item
Psal.72. additam apparitionem admirans, ait: Quàm bonus Israël deus iis,qui recto sunt corde. Sed attente consyderandum est, quod subiungitur: Iuxta verbum domini.) Verbum ergo domini cognoscendum est, antequam ad apparitionem domini pertingere mereamur, ne iniusta, & indiscreta visio ignis, & nubis, non solum nobis profectionem non ostendat cœlestis itineris,
Origen. sed ad submersionem erroris nos impellat. Origenes quippe dum apparentem dominum, sine verbo domini videre voluit, visionem nubis inordinatè conspexit: quia ignis apparitionem horruit. Nam dum abnegata, vel minuta iustitia dei, superfluam eius clementiam prædicaret,asseruit, quòd non solum omnibus damnatis hominibus parceret,sed etiam de æterna pœna repro-
Nouatus. bos angelos quandoque liberaret. Nouatus autem ignis aspicere visionem amplius amauit, qui dum seueram omnipotentis dei iustitiam implacabilem diceret, spe veniæ consequendæ, & pœnitentiæ omne remedium peccatoribus abstulit. Nec Nouato igitur, nec illi alij dominus apparuit: quia v terque eorum iuxta quod per veritatem sacri eloquij cernitur, omnipotentem dominum non conspexit. Tunc ergo iuxta verbum dominus apparet, cum ea ostensione se menti reuelat, quam sacræ scripturæ fides non reprobat. Vnde & aptè subiun-
I gitur: Et venit sermo Samuelis in vniuerso Israëli.) Hæreticorum quippe sermo non venit. Nouati enim sermo fuit:quia iustus deus semel lapsis fidelibus nequaquam parcit. Origenis sermo fuit: quia misericors dominus nullam creaturam rationalem perire per æternam damnationem finit.Sed quia conuersi ad dominum peccatores, nequaquam pereunt, & semel lapsi angeli, & in peccato suo mortui peccatores nunquam saluantur,hæreticorum profectò sermo non venit. Sermo igitur Samuelis venit in vniuerso Israëli, quia catholici viri prædicatio completur, quæ in veritate sacri eloquij rectè cognoscitur. Et notandum, quia eius sermo venisse dicitur, cui visionem suam dominus ad iudisse perhibetur, quia nimirum eius prædicatio vera est, cui sic diuinæ iustitiæ terror ostenditur, vt benignitas eius abundans gratia non cæletur, videlicet vt mentem videntis sic conspecta veritas terreat, vt etiam ostensa benignitas mentem territam in desperationem cadere non permittat, vt sic de benignitate præsumat, quatenus ad præuaricationis ausum non prorumpat. Hæc autem in secundo libello præsentis operis disputata sufficiant, vt dum ea, quæ sequuntur, nouo principio inchoare disponimus, dicendi etiam studium per deuotionem renouetur.

Incipit Liber tertius. Caput. I. K

CVM sacræ historiæ sensus qualiter electorum moribus conueniret studiose quæreremus: allegoriæ ordinem repetere exponendo distulimus. Vt ergo ea,quæ omisisse cernimur suppleamus,Quæritur,Quid est quòd dum Samuel ministrare domino coram Heli memoratur, preciosus sermo domini esse describitur? Sed(sicut superius est dictum)per Samuelem prædicatores sanctæ Ecclesiæ,per Heli etiam electi patres testamenti veteris designantur. Puer ergo Samuel ministrabat domino coram Heli, cùm nouus doctorum ordo Redemptoris fidem prædicabat. De quo nimirum ministerio Paulus loquitur,dicens: Quandiu *Roman.* sum gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo. Hinc iterum dicit: Hebræi sunt, & ego, Israëlitæ sunt, & ego, *2.Cor.11.* ministri Christi sunt,& ego. Ministrare ergo domino,in laborem prædicationis pergere est. Quod profectò ministerium Samuel coram Heli domino impendisse dicitur, quia quicquid de religione nouæ fidei, nouus prædicatorum ordo asserit, hoc patrum veterũ auctoritate roborauit. Domino quippe ministrabat Samuel, quando nouus prædicator asserebat, dicens: Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis *Roman.* propter veritatem dei, gentes autem super misericordia honorare deum. Qui profectò vt ministerium quod domino exhibebat, coram Heli quoque impenderet,adiunxit, dicens: Sicut scriptum est: Laudate omnes gentes dominum, & collaudate *Psal.116.* eum omnes populi. Et vt se arctius coram Heli in ministerio domini cohiberet,adiunxit. Esaias enim dicit: Erit radix Iesse, *Esa.11.* qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Puer Samuel domino ministrabat, cum dominicæ resurrectionis gloriam Petrus assereret,dicens.Iesum Nazarænum virum appro- *Actu.* batum à deo, in nobis signis & prodigiis,traditum per manus impiorum interemistis, hunc deus suscitauit à mortuis præfinito consilio tertia die,sicut impossibile erat, teneri eum doloribus inferni.Sed hoc ministeriũ quod domino exhibuit, etiam coram Heli exhibuit,quia subiunxit,dicens. Dauid enim dicit: Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis *Psal.15.* sanctum tuum videre corruptionem. Coram Heli itaque Samuel ministrare domino aptè dicitur, quia electi sanctæ Ecclesiæ prædicatores,dum statum nouæ fidei prędicando erigerent, quod ratione asserere conati sunt, patrum veterum auctoritate firmauerunt. Et tũc quidem sermo domini pretiosus fuisse perhibetur.Pretiosa quippe res paruo pretio emi non potest. Pretium autem, quo sermo dei emitur, labor est sanctæ operationis. Velut enim rem, quam habere volumus, precio emimus, cum per sermonem prædicationis quem accipimus, laborem M operis exhibemus. Tunc autem erat sermo preciosus,cum pro qualicunque labore operis non dabatur, cùm omnis, qui emptorem sermonis interficiebat, obsequium deo se præstare cogitabat. Eo igitur tẽpore sermonis emptor multo pretio eguit, quia sine magno labore verbum fidei seruare non potuit, qui pro eo quòd credidit, ad tormenta peruenit. Tempus nanque tunc erat,quo is,qui emebatur sermo, non typo figuratæ moralitatis,sed apertæ locutionis præcepto hortabatur,dicens: Qui *Matth.* vult venire post me, tollat crucem suam quotidie & sequatur *Idem.10.* me. Hinc item dicit: Qui autem amat patrem, aut matrem plus *Luca.14.* quàm me, non est me dignus. Et qui non renunciauerit omnibus,quæ possidet,non potest meus esse discipulus. Itaque cùm ministerium Samuelis asseritur, pretiosus sermo domini esse perhibetur: quia profectò inter initia fidei illi qui prædicantibus æternæ vitæ doctoribus crediderunt, pro accepto verbo fidei magni laboris opera expendisse credendi sunt. Et quia Iudaicus populus iam lumen diuinæ cognitionis amiserat, sequitur: In diebus illis non erat visio manifesta.) Manifesta nanq; visio eius esset, si in Redemptorem,quem ad visitationem suam venisse audierat,credidisset.De qua nimirum eius cæcitate subiungitur: Factum est autem Heli iacebat in loco suo, nec poterat videre lucernam dei antequam extingueretur.) Visio nanque Heli manifesta non est,quia Iudæorum sacerdotium in perfidiæ

Universidad de Deusto

A fidiæ ſuæ cæcitate ſepultum eſt. Heli ergo iacet in loco ſuo, quia & literam legis habet, & in lege & prophetis non habet ſtatum luminis, ſed lapſum cæcitatis. Locus nanque Heli videlicet Iudaici prædicatoris ſacra lex eſt. Quia ergo Iudaicum ſacerdotium adhuc ſacram ſcripturam habet, in loco ſuo eſt. Et quia virtutem ſanctæ ſcripturæ neſciens, ad ſtatum fidei non erigitur, uimirum in loco ſuo nõ ſtare, ſed iacere perhibetur. Quia item vſque ad mundi finem proiectus eſt, lucernam dei videre non poſſe memoratur. Vnde & cùm quotidie tot à ſancta Eccleſia prædicationis hortamenta ſuſcipiant, cùm tot ſacræ fidei aſſertionibus Iudæi victi non credant, quid aliud, niſi hoc quod in ſancta ſcriptura de eis legimus, & etiam per experimentum tenemus, quia videlicet proiecti ſunt, non ſolum vt non videãt, ſed etiam vt videre non poſsint. Vnde & Apoſtoli ſuperfluum laborem reputantes eorum qui videre non poterant, in actibus
Act.13. ſuis dicunt: Quia indignos vos feciſtis æternæ vitæ, ecce, conuertimur ad gentes. Sed qui videre non poſſe relatus eſt, dei lucerna vocatur. Synagogæ nanque miniſterium dei lucerna fuit, quando in electis patribus & per veræ prædicationis lumen, & per venturi Redemptoris promiſsionem luxit. Quæ profectò lucerna miniſtrante Samuele videre non potuit, quia tempore nouæ prædicationis, ſynagogæ magiſterium pœnam perpetuæ repulſionis incurrit. Et notandum, quia non dicitur, lucere non poterat, quia profectò adhuc lumen ſanctæ ſcripturæ pro no-
B bis portat. Sed quod portat, ignorat. Vnde & antequam extingueretur, videre non poſſe dicitur. Nondum enim extinguitur, & videre non poteſt, quia certè (vt iam dixi) lumen gerit, quod non attendit. Ante enim quàm extinguatur eſt, donec lucet. Et quia ab eo vſque ad mundi finem ſacra ſcriptura non tollitur, ſi antequam extinguatur non videt, cum mundi fine extenditur in cæcitate. Quòd ſi accenſio eius refertur ad zelum perfidiæ, idcirco non poteſt videre, quia non extinguitur. Nam ſi ignem perfidiæ de mente extingueret, ablato impietatis zelo, ad placitum veræ fidei lumen mentis oculos aperiret. Sed dum videre non poſſe dicitur, indigna lucerna perhibetur, & ad videndum ea, quæ digna eſt, quæritur. Nam ſubdit, dicens: Samuel autem dormiebat in templo domini vbi erat arca domini, & vocauit dominus Samuelem.) Confirmata cæcitate Heli, Samuelem dominus vocauit, quia damnato Iudæorum ſacerdotio ad maiorem gratiam nouum prædicatorum ordinem aſſumpſit. Sed qui expoſuit quem vocauit, vnde etiam vocaret, oſtendit, quia in templo domini, vbi erat arca Samuelem dormire perhibuit. Templum enim dei eſt, locus vbi habitat deus. Vnde &
Pſal.10. per Pſalmiſtam dicitur: Dominus in templo ſancto ſuo, dominus in cœlo ſedes eius. Quem profectò locum Paulus inſinuat,
1.Cor.3. dicens: Templum dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Templum itaque dei vniuſcuiuſque eſt anima electi. Templum vbi arca dei reconditur, mens eſt, in qua diuini eloquij ſacramenta per
C intelligentiam reſeruantur. Quid ergo ei aliud dormire in templo, niſi per intentionis cuſtodiam in propria circunſpectione perſiſtere? Samuel itaque dormiebat in templo dei, quia nouæ gratiæ vnuſquiſque prædicator, dum cuncta, quę mundi ſunt perfectè contempſit, in electæ ſuæ mentis intima circunſpectione requieuit. Et quia in ſacramentis diuinæ ſcripturæ eruditus fuit, in templo dormiebat, vbi erat arca. Et notandum, quia non dicitur, dormiuit, ſed dormiebat, quia nimirum eandem mentis ſuæ circunſpectionem non in tranſitu ſeruare ſtuduit, ſed in diuturnitate perſeuerantiæ. Somnus itaque Samuelis, perfectum mundi contemptum deſignat in mente doctoris. Dormit ergo prædicator in templo, cum repulſa à ſe penitus mundana ſollicitudine, ſeſe per conſyderationem rerum ſpiritalium recondit in mente. Huius nanque ſomni quietem
Act.6. Petrus elegerat, cùm dicebat: Non eſt bonum relinquere verbum dei, & miniſtrare menſis: Hinc Ietro Madianita Moyſen
Exod.18. cognatum ſuum iuſtè arguit, dicens: Stulto labore conſumeris tu: ſed audi verba mea, & erit dominus tecum. Eſto tu populo in iis, quæ ad deum pertinent, vt referas, quæ dicuntur ad eum. Hinc Paulus ad templi ſomnum, Corinthios reuocat, dicens:
1.Cor.6. Iam quidem delictum eſt in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis fraudem patimini? Dormire quippe in templo dei non poſſe conſpexerat, quos iudiciorum occupatio à ſpiritali meditatione retrahebat. Dormiens ergo in tem- D
plo, vocatus à domino dicitur, quia ille tunc doctor ad cognoſcenda diuina ſecreta aſſumptus eſt, qui per cordis intentionem non in exterioribus, ſed in interioribus morabatur, ſequitur:

Qui reſpondens, ait: Ecce ego, & cucurrit ad Heli, & dixit: Vocaſti enim me, qui dixit non vocaui te fili mi, reuertere, & dormi.) Cur is, qui vocantem ſe dominum audiuit, ad Heli cucurrit, niſi quia ſe ab Heli vocatum putauit? Et quia explanationis typicæ ordinem tenemus quomodo Heli putatur, cum vocato puero deus loquitur? Sed quæcunque in ſcripturis ſanctis patres noſtri veteres locuti ſunt, ad Heli referuntur locutionem. Qui nimirum quia à ſemetipſis non ſunt locuti, dum deus per eos, quæ voluit locutus eſt, ea quæ in ſcripturis ſanctis auditur, vox dei eſſe cognoſcitur, quæ per Heli profertur. Puer autem quia loquente deo, ad Heli cucurrit, vocem profectò deus Heli ſimilem protulit. Quid ergo eſt, quòd diuinæ locutionis vox ab Heli voce non differt, niſi quia & per patres veteres ipſe locutionem profert? Vox nanque Heli dei eſſe cognoſcitur, quoniam electi patres quicquid per ſacra eloquia loquuntur: non à ſemetipſis, ſed à domino acceperunt. Vnde & in prophetis per omnem ferè locutionem repetitur, hæc dicit dominus, vt ea quæ prophetæ oraculo vox reſonat, ſentiamus non eſſe loquentis hominis, ſed præcipientis dei. Aliquando autem per ſcripturam loquitur deus, aliquando per occultam inſpirationem. Reuelatione autem occulta loquitur, cùm electæ men- E
ti per ſpiritum, aut agenda, aut docenda panduntur. Samuel itaque cùm vocantem ſe dominum audiuit, ad Heli cucurrit: quia electus ordo prædicatorum ſanctæ Eccleſiæ hoc, quod deo reuelante, cognouerat, quale eſſet, in ſacro eloquio perquirebat. Regula quippe rectæ intelligentiæ in ſcripturæ ſacrę libris expreſſa eſt: quia diuina conſilia ibi per venerabiles patres noſtros expoſita ſunt: qui Spiritum ſanctum habuerunt. Vocatus ergo tam ſæpius à domino Samuel, ad Heli cucurrit: quia ordo prædicatorum in omni quod ſpiritali reuelatione didicit, patrum veterum dicta conſuluit, vt tunc demum à domino ſibi fuiſſe reuelatum crederet, cum ab eo quod in ſacra ſcriptura legebat, nequaquam differre cognouiſſet. Nam facilè fallitur, qui hoc, quod occulta contemplatione colligit, in præclara ſanctæ ſcripturæ veritate neſcit diſcutere, quale ſit. Vnde & Apoſtolus denunciat, dicens: Transfigurat ſe Satanas in angelum lucis. *2.Cor.11.*
Quomodo autem falſa, in veræ lucis claritate, diſcernuntur? Ad Heli ergo currit Samuel, quotiens à domino vocatur: quia ſancti prædicatores ne falſæ lucis imagine in intima contemplatione fallantur, modum occultæ reuelationis, in aperta ſcripturæ ſanctæ veritate diſcutiunt. Qua in re quærendum eſt, quomodo Heli dicere competat: Non te vocaui fili mi.) Sed patres noſtri, qui per ſacrum eloquium nouis prædicatoribus loquuntur, non eos vocant, ſed qualis ſit interna eorum reuela- F
tio indicant. Vocare etenim dei, electorum ſuorum mentes aſ- *Vocatio dei*
piratione ſuæ gratiæ excitare eſt. Antiqui verò patres per ſcripturam quidem ſacram loquuntur, ſed tamen aſpiratione diuinæ gratiæ corda audientium excitare non poſſunt. Conſulta ergo ſacra eloquia, dum ſe donum ſpiritualis gratiæ dare nõ poſſe indicant, auctoritate Samuelis ſeſe Heli velut quibuſdam locutionibus excuſat. Sed hoc nimirum, quod dare non poſſunt, inſinuare qualiter acquiri debeat, poſſunt. Vnde & Heli voce ad Samuelem dicitur: Reuertere, & dormi.) Quid eſt quod vocatum puerum redire Heli ad ſomnum præcipit, niſi quia prædicatoribus oſtendit, vt ad percipiendum donum internæ gratiæ, ſe per mentis quietem parent? Et notandum, quia dicitur, Reuertere.) Samuel nanque reuertitur, cum electus prædicator à meditatione ſacri eloquij ad ſecretum redit internæ contemplationis. Reuerſus ergo dormiuit, quia in internæ contemplationis intentione requieuit. Quo in loco etiam hoc notandum eſt, quia Samuel à domino ter vocatur, ter iterum ab Heli dormire præcipitur. Quid eſt hoc, niſi quia tres gradus di lectionis eſſe, ipſa veritate docente didicimus? Diliges domi- *Matt.8.*
num deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Sed quid in corde accipimus niſi conſilium? Quid autem in mente, niſi voluntatem? Quid verò in virtute, niſi amoris affectio deſignatur? Sed & per conſilium, quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

G aliud,quàm veritatis certitudinem inueſtiganus?Et per voluntatem quid diligentes,niſi bona valde concupiſcimus ? Per affectionem,quid niſi veri gaudij perfruitionem quærimus?Per gradus nanque dilectionis ad ſumma ſuſtollimur, cum cordis noſtri conſilio veritas reuelatur, & voluntati mentis bonitas vera conceditur, atque affectioni virtutis noſtræ per infuſionem diuinæ gratiæ, ſpiritale & verum gaudium datur. Ter igitur eſt Samuel vocatus à domino, quia dum ordo prædicatorum rudis adhuc Eccleſiæ ad ſuperna ſe ſtudia extendit, & veritatem de ratione conſilij, & bonitatem de electione voluntatis, & verum gaudium appetiit de intentione affectionis : Ter etiam ad Heli vocatus acceſsit : quia de omni appetitu ſuo, ſacram ſcripturam meditationis feſtinatione conſuluit. Ter item, quia ab eo non vocaretur audiuit:quia meditando didicit,quod patres noſtri ad eruditionem noſtram, ſacra nobis eloquia ſcripta tradiderunt, & tamen dona nobis ſpiritalia dare non poſſunt. Quid eſt ergo dicere non reuocauit : niſi deſyderium donorum ſpiritalium ego non dedi?Nam ſi ſacra ſcriptura,aut aliquis ſcriptorum dona ſpiritalia conferret, quotquot ſacra eloquia legerent, quotquot ſanctæ ſcripturæ tractatores audirent, donis ſpiritalibus ornarentur. Nunc verò cùm multi ſacram ſcripturam legant, & tractantes prædicatores audiant & poſt ſtudium lectionis, & prædicationis adhortationem alij in priſtino frigore vitiorum ſuorum remaneant, alij per gratiam in amorem ſanctarum virH tutum ferueant: apertè liquet, quia ordo patrum venerabilium dona nobis virtutum per editas ſcripturas oſtendit, ſed amorem virtutum quas inſinuat,ſolus nobis conditor tribuit. Quare & Iacobus piè admonet, dicens : Omne datum optimum, & *Iaco.1.* omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. Hinc Paulus ait: Neque qui plantat eſt aliquid, ſed qui *1.Cor.3.* incrementum dat deus. Quid eſt ergo aliud dicere, non te vocaui,niſi aperta eruditione oſtendere: quia hoc quod fidelis anima ad ſuperna deſideria erigitur,ex ſola diuinæ gratiæ infuſione generatur?Quia ergo ter vocatur à domino,ter ad dormiendum à magiſtro reuerti præcipitur : tres ille gradus dilectionis inſinuat,qualiter acquirantur. Nam quia cordi conſilium aptauimus, conſilium verò inuenire veritatem deſyderat : magnus vtique ſopor eſt neceſſarius,ne prius amans euigilet,quàm quæſita veritas inueniatur.Reuertatur ergo puer,& dormiat, vt qui veritatis lucem inuenire deſyderat: per quietem caueat, vt ad ſe errorum tenebras non admittat. Secundo etiam dormiat, vt amoris obſequium omnipotenti deo ex tota mente impendat: vt bona, quæ amat pura ſimplicitate, nullóque malorum velamine pallientur. Quod profectò quia non niſi magna diſcretionis ſubtilitate cognoſcitur : vocatus puer à domino, ab Heli reuerti, vt dormiat iubetur. Nam ſi dormire, pro aſcendendo iſto amoris gradu negligit:hoc,quod de virtute appetit, no acquirit,quia etſi iam bona,deo aſpirante amarepoſſumus,niI magna mentis quiete, qualia ſint ipſa bona, quæ volumus, non diiudicamus. Ter ergo ad dormiendum Samuel mittitur : quia profectò nouus prædicatorum ordo, vt ex tota virtute diligat, admonetur.Et quia virtutem ad affectionem retulimus, affectio autem mentis de gaudio ſpiritali perficitur, magnam ſomni quietem Samuel habuit: & dum ſpiritualia per quietem ordo prædicatorum certus didicit, ſub ſpecie veri gaudij, gaudium extraneum non recepit. Nam ſicut de virtutibus cæteris, ita & de profectu contemplationis, mens contemplantis plærunque inaniter hilareſcit. Dormiuit ergo iterum Samuel : quia nimirum ordo doctorum niſi cautè ſe in contemplatione circunſpiceret,aliquando vanè gaudendo, ſe vero gaudio gaudere exiſtimaret. Primò itaque dormiuit, quia dum cognoſcendæ veritati animum intendit, magna conſilij ſubtilitate, erronea cuncta reprobauit. Secundò dormiuit, quia cùm conditorem diligere ex tota mente didicit, magna apud ſe quiete diſpoſuit, vt bonis,quæ cuperet aliqua reproba non miſceret. Tertiò etiam dormiuit, vt dum ſupremum gaudium de diuina contemplatione perciperet, vanam lætitiam reprobare conſulta mente potuiſſet. Et quia hoc de Samuele adhuc proficiente dicitur, aptè ſubiungitur: Porrò Samuel necdum ſciebat dominum, nec reuelatus ei fuerat ſermo domini.) Dominum nanque tunc ordo prædicatorum neſciit ea perfectione, qua poſtea profecit.

K Vel fortaſſe idcirco neſcire dominum dicitur, quia alta,& profunda,quæ nouerat,infirmis adhuc, & rudibus auditoribus nõ pandebat. Vnde & volentibus diem dominici aduentus agnoſcere,ea quæ omnia nouerat, & indicare nolebat, veritas dicit: De die autem illa & hora nemo ſcit, neque angeli in cœlo, neq; *Mar.13.* filius,niſi ſolus pater. Quid eſt quod ſciens omnia filius,iudicij diem neſcit, niſi quia inter cuncta, quæ nouerat, diem ſciens, neſciebat eum, vt diceret, ſed eius tempus, & qualitatem ſciebat ? Hinc Ioannes Baptiſta, qui dominum perfectè nouerat,ad *Matthæ.* eum quaſi neſcius diſcipulos mittebat,dicens: Tu es,qui venturus es,an alium expectamus? Velut enim dominum neſciens Samuel prædicabat, cùm euangeliſta Matthæus diuinitatem Redemptoris præteriens,à ſola humanitate eius inchoauit, dicens: *Matthæ.* Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid,filij Abraham. Sed ſciebat profectò dominum, & reuelatus erat ei ſermo domini, cùm Ioannes diuinitatem eius alta exponendo ſuſcipiens, ait: *Ioan.1.* In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Neſciebat dominum cùm Paulus loqueretur, di- *1.Cor.3.* cens: Factus ſum omnia omnibus, vt omnes facerem ſaluos. Qui enim infirmis infirmus,& paruulis fiebat paruulus, & omnibus omnia,nimirum cum ignorantibus etiam ignorabat.Nam vt eiuſdem ignorantiæ verbo vteretur, Corinthiis loquens, *1.Cor.2.* ait: Nihil iudicaui me ſcire inter vos, niſi Chriſtum Ieſum, & L hunc crucifixum. Nam cum ſapientibus & dominum nouerat, *2.Cor.3.* & ſermonem eius reuelatum habebat. Vnde & dicit: Nos autem reuelata facie domini gloriam ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur, tanquam à domini ſpiritu. Hinc item loquitur, dicens : Sapientiam loquimur inter perfectos,non ſa- *1.Cor.2.* pientiam huius mundi, neque principum huius ſeculi, ſed loquimur dei ſapientiam, quæ in myſterio abſcondita eſt. Hinc item eum quem nouerat dominum, prædicat, dicens: Qui cùm *Hebr.1.* ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portánſque omnia verbo virtutis ſuæ,purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis : tanto melior angelis effectus,quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit angelorum filius meus es tu,ego hodie genui te ? Neſcire ergo dominum dicitur, non ignorantia cognitionis, ſed prætextu ſimplicitatis. Sequitur : Intellexit ergo Heli quia dominus vocaret puerum.) Nam ſi non intelligeret, per ſacra eloquia ei ſalutis conſilia nequaquam miniſtraſſet. Intellexit nanque, quia præuidit. Quicquid enim omnipotens deus in conſtructione futuræ Eccleſiæ agere diſpoſuit, hoc veteribus patribus per ſanctum prophetiæ ſpiritum reuelauit. Nam per A- mos prophetam dicitur: Nõ faciet dominus deus verbum,quod *Amos.3.* non reuelauerit ſeruis ſuis prophetis. Quid enim aliud, quàm nouorum prædicatorum vocationem intellexerat, qui dicebat: Pro patribus tuis, nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes *Pſal.44.* ſuper omnem terram. Sed ei,quem vocandum intellexit,etiam conſilium ſubminiſtrauit, dicens: Vade & dormi, & ſi deinM ceps vocauerit te, dices : Loquere domine, quia audit ſeruus tuus.) Iam quidem de ſomno Samuelis ſatis (vt arbitror) quia internæ meditationis quietem deſignet,oſtenſum eſt. Qui profectò ſomnus ab Heli Samueli præcipitur, quia ad contemplanda interna myſteria, vacare doctor per ſacrum eloquium docetur.Sed quid eſt quod Samuel quotiens vocatur, totiens ad dormiendum remittitur, & tamen ei adhuc nequaquam iubetur, vt dicat deo, Loquere domine, quia audit ſeruus tuus?) Ibi enim dormire iubetur, non tamen loqui, hic autem etiam cum obedientia ſomni etiam licentia iniungitur locutionis. ibi etiam ad dormiendum miſſo, non dicitur vade, ſed reuertere, hic quoque nequaquam dicitur reuertere,ſed vade. Quid enim ſibi vult tanta præcipiendi varietas ? Quam nimirum varietatem clarius agnoſcimus, ſi illud, quod hoc in loco Samuelis ſomnus ſignificat, attendamus. Et quia ſuperiores ſomni modos, ad probationem donorum ſanctæ dilectionis retulimus, quid eſt hoc loco Samueli, id eſt nouo prædicatori dormire, niſi probata iam, & cognita eadem dona, cum ſecuritatis quiete poſſidere ? Meritò igitur ei prius non dicebatur vade, ſed reuertere,nunc autem non reuertere,ſed vade. Qui enim adhuc examinabat, reuerti iubebatur, vt mentis tranquillitate aliud donum diſcuteret,qui aliud iam eadem mentis quiete cognouiſſet.

A Ei autem quia iam cuncta examinando probauerat, vade dicitur, quia ad posidenda cognita, secura iam intentione mittebatur. Cur ergo prius somnus sine locutione præcipitur, nunc autem somnus cum locutione, nisi quia non licebat dicere, loquere, nisi ei qui vera cognitione certus existeret, quia is, qui loqueretur mentis suę affectibus, deus esset? Examinanti ergo non dicitur, quia nisi loquentem intus perfectè diiudicet, locutionem spiritualem sibi adhuc incertam, non debet cupere, & excipere quasi certam. Dicere enim menti deo, loquere, est internam eius aspirationem securè excipere. Igitur perfectè cognoscenti hoc competit, non probanti: quia ante iudicium interni examinis, sicut diuina locutio non probatur, ita quòd de deo nobis est incognitum pro certo, & cognito non excipitur. Dictum nanque est Samueli: Vade, & dormi,) quia cum ordo sanctorum prædicatorum dona spiritalia per sacri eloquij probationem didicit, eiusdem sanctæ scripturæ eruditione cognouit, vt in eisdem donis, eo securius per amorem requiesceret, quo eorum virtutem apertiori ratione cognouisset. Præceptum quoque est ei, vt vocanti deo diceret: Loquere domine.) Quia sacræ locutionis studio doctus est, non solum per internæ visitationis gratiam loquentem dominum, deuotè audire, sed silentem etiam, vt loqui dignaretur magnis desideriis implorare:

Abiit ergo Samuel, & dormiuit in loco suo.) Tot habet loca prædicator sanctæ Ecclesiæ, quot profectus vitæ. Vnde & profectus sui loca diuinis laudibus consecrans, beatus Iob dicit: Per singulos gradus meos pronunciabo eum. Non enim iam in loco examinis, sed certæ cognitionis sistitur cùm ad altiora subleuatur. Locus nanque prædicatoris, rerum cognoscendarum certa cognitio est. Nam de reprobis prædicatoribus dominus dicit: Tenentes legem meam, nescierunt me. In loco igitur suo Samuel dormiuit, cùm ordo doctorum spiritalium, rerum cognitionem, cum certitudine veritatis retinuit. Sed in quem gradum proficiat, ostenditur, quia repente subinfertur: Venit ergo dominus, & stetit.) Quia non redire, sed venire dominus dicitur, Iudææ destitutio, & sanctæ Ecclesiæ visitatio designatur. Vnde non solum venire, sed stare perhibetur. Ad Iudææ visitationem se venisse insinuat, dicens: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël. Sed veniens, non stetit, quia salutis suæ bonum contemnentem deseruit. Vnde & synagogæ principibus minatur, dicens: Relinquetur vobis domus vestra deserta. Hinc item denuncians, ait: Amen dico vobis, quia auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius. Ad Samuelem itaque venit, & stetit: quia prædicatores sanctæ Ecclesiæ semel assumpsit, à quibus per custodiam suæ gratiæ vlterius non recedit. Nam ad Samuelem venerat, cùm nouos præferens orbi prædicatores, dicebat: Ite in orbem vniuersum, & prædicate Euangelium omni creaturæ:

C qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Sed si stare debeat, qui venit dominus, dicat: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. Venerat ergo dominus, non vt recederet, sed vt staret: quia nouos fidei ministros elegit, quos vsque in mundi finem per sanctarum virtutum sibi patrimonium succedentes protegit. Sed qui venit, per gratiam visitans, qui stat per electionis suæ immutabilitatem perseuerans, quid adiungat, audiamus: Et vocauit sicut vocauerat secundo Samuel Samuel.) Secundo quippe vocauit, quia ei in ministerio prædicationis officium duplex præbuit: vt videlicet synagogæ superbiam repellendo contereret, & humilitatem gentilitatis ad fidem vocando, subleuaret. Vel certè secundo vocatur: quia in destructionem veteris hominis, atque in noui ædificationem excitatur. Vocatus est ergo semel, cùm per spiritum instruebatur, qualiter peccata, & vitia in peccatorum cordibus delere potuisset, secundo vocatus, cùm interni magisterij eum deus documento instruxit: vt destructa in mente conuersorum impietatis ædificatione, nouam sanctarum virtutum fabricam erigere deberet. Quod profectò magisterium, quia ordo sanctorum prædicatorum & libenter didicit, atque ad obediendum deuotè se obtulit, subditur: Ait ergo Samuel: Loquere domine, quia audit seruus tuus.) Audire loquentem deum, præcepta eius operibus adimplere est. Quod contra in Euangelio reprobis per semetipsam veritas dicit: Qui ex deo est, verba dei audit: propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Sed audienti D quod insinuare appetit, subdit, nam sequitur: Et ait dominus ad Samuelem: Ecce facio verbum in Israël, quod quicunque audierit, tinnient ambæ aures eius.) Et idem verbum aperiens, ait: Prædixi enim ei, quòd iudicaturus essem domum eius vsque in æternum propter iniquitatem, eo quòd nouerat indignè agere filios suos, & non corripuit eos. Idcirco iuraui domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius, victimis & muneribus in æternum.) Quid enim his verbis aliud, quàm totiens iam explicata Iudæorum repulsio designatur? Domus nanque prædicatoris est, multitudo populi subiecti. Quam velut possidendo inhabitat, dum per suæ sollicitudinis curam seruat. Domus ergo Heli, id est sacerdotij veteris, Iudæa fuit: quam dum per conuersationem reprobam coluit, prauitatis suæ maculis immundam fecit. Qui profectò filios suos indignè agere conspexit, quia summum sacerdotium minoris ordinis sacerdotes in Redemptorem sæuientes vidit, & eos non corripuit: nec ab effusione tanti sanguinis vlla eos auctoritate reuocauit. Idcirco ei diuina comminatione promittitur, quod domus eius in æternum iudicetur. Iudicare etenim dei, damnare est. In æternum ergo iudicatur, quia perire æterna pœna decernitur. Et quia hoc æterna dei animaduersione fit, iureiurando se affirmasse perhibuit: quòd iniquitas domus Heli in æternum precibus E & muneribus non expietur. Quod profectò aperta veritate impleri conspicimus, quia Iudaicus populus in suæ perfidiæ obstinatione perseuerat. Quid enim est præsens duritia, & cæcitas quondam tàm electi populi, nisi iusiurandum diuinæ animaduersionis? Nam digno supplicio se sub æterna morte cohibuit, qui ad mortem temporis, æternam vitam cogere non expauit. Sed hoc quod iureiurando asserit, prædixisse se dicit: quia nimirum sanctæ Ecclesiæ doctoribus subsequentibus de Iudææ repulsione illud innotuit, quod eorum prædecessoribus antè manifestauit: quia hoc per Samuelem ad Heli nũc dicitur, quod ei per virum dei superius dicebatur, sequitur: Dormiuit Samuel vsque mane.) Quid est quod per sacrum eloquium Samuelis somnus tam attentè describitur? Et quia iam quater repetisse somnus dicitur: multum desipit, qui à dei spiritu hoc nõ spiritualiter dictum credit. Nam etsi dormisse totiens rectè intelligitur pro veritate historiæ, ad hoc scribitur, vt in veritate literæ intellectus proferantur allegoriæ. Quid ergo designat Samuelis hæc quinta dormitio? Sed quia primum somnum retulimus ad exquisitionem veritatis, secundum ad probationem veri operis, tertium ad explorationem veri gaudij, quartum ad perfruitionem inuentæ & probatæ, cognitæque perfectionis, quinta somni species refertur ad studium disponendæ locutionis. Samuel igitur quinta repetitione dormiuit: quia ordo prædicatorum, etsi per cordis consilium veritatem didicit, per F voluntatem mentis bona elegit, per affectionem virtutis verum gaudium recepit, per certitudinem inuentæ, & cognitæ beatitudinis in virtutum sublimium securitate requieuit, hoc tamen quod in semetipso cognouit, sine magni dispensatione consilij subditis prædicare non potuit. Plærunque etenim doctor & quæ prædicet apud semetipsum habet, sed tamen ea, quæ habet, prout debet, prædicare ea non potest, quia si ea, quæ dicat, iam domino reuelãte didicit, modum quo ad populum sunt proferenda, non nouit. Dormiuit ergo Samuel iterum, quia ordo prædicatorum apud se magna quietis intentione disposuit, ne prædicando, verbi dei semen inutiliter spargeret, quod vtili contemplatione collegisset. Nam dum prædicator consyderare compellitur quid, & quantum, siue quando loquitur, quæ dicat simul omnibus, qualiter moneat aliquos seorsum, quia magna sanctæ meditationis quiete vtitur, aptè nimis in typo noui prædicatoris, Samuel iterum dormire perhibetur. Dormire quippe ei tunc est, dicendi modum tranquilla mente disponere. Vt euigilare ei est, à quiete meditationis ad loquendum exire. Et quia rationabiliter non euigilat, antequam dicenda disponat, sequitur: Vsque mane.) Mane etenim perfecta pronunciandi verbi cognitio in mente doctoris est. Vnde & præcipites doctores propheta arguit, dicens: Vanum est vobis ante lucem surgere. Ante lucem quippe surgunt, qui vsque mane

Prædicatoris locus. Iob. 31.

Hiere. 3.

Matth. 15.

Matt. 23.

Idem. 21.

Mar. 16.

Matt. vlt.

Ioan. 8.

Prædicatoris domus.

Psal. 126.

G non dormiunt, ſed in vanum euigilant, quia inutiliter verbum proferunt, quod qualiter proferri debeat, meditatione nulla didicere. Vnde & conſilium eis impendat, dicens: Surgite poſtquam ſederitis, vt videlicet per quietem meditando, verbum colligant, quod per laborem locutionis non in vanum, ſed ad audientium lucrum ſpargant, ſequitur: Et timuit indicare viſionem Heli.) Quidnam eſt, quòd timebat, niſi quia hoc dormiendo didicerat? Nam qui meditando verbum ordinat, ratione ſtatuit, quando etiam verbum dicat. Viſionem quippe Samuel vidit, & Heli indicare timuit, quia doctorum ordo ſanctæ Eccleſiæ, & Iudææ repulſionem debitam conſpexit, atque ei eam obiicere, ante repulſionis ſuæ tempora formidauit. Vnde & ad pœnitentiæ remedium eam potius cohortatur, dicens:
Actor.2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum. Quare & ſubditur: Aperuit oſtia domus domini.) Quænam eſt alia domus domini, quàm ſancta Eccleſia? Et quæ ſunt huius domus hoſtia, niſi ſpirituales virtutes? Oſtia nanque domus domini Samuel aperuit, quando concurrentibus ad vnitatem veræ fidei, prædicatorum ordo virtutum ſpiritalium dona patefecit. Velut enim clauſa erant domus oſtia, cùm ſanctæ Eccleſiæ virtutes ignorabantur. Bene autem cùm viſionem Heli indicare Samuel timuit, domus domini oſtia aperuiſſe memoratur, quia prius quàm apertam Iudææ repulſionem prædicatorum ordo indicaret, dum ad pœnitentiam monuit, electis ad fidem cur-
H rentibus, virtutum ſpiritalium occulta reſerauit. Nam qui miſericordiæ tempore dicere viſa timuit, tempore exquirendæ
Actor.13. iuſtitiæ, viſionem iuſtitiæ indicauit, dicens: Quia indignos vos feciſtis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Ex qua profectò ratione quæſtio oritur, quia videlicet viſionem Samuelis prece magis, & imprecatione Heli indicatam fuiſſe perhibetur. Nam ſubditur: Venit ergo Heli ad Samuelem, & dixit: Samuel fili mi. Qui reſpondit, præſto ſum. Et interrogauit eum quis eſt ſermo, quem locutus eſt dominus ad te? Oro ne cælaueris mihi. Hæc faciat tibi deus, & hæc addat, ſi abſconderis à me ſermonem, ex omnibus, quæ dicta ſunt tibi. Indicauit igitur ei Samuel vniuerſos ſermones, & non abſcondit ab eo.) Quomodo enim ab executore diuinæ ſententiæ viſionem ſuæ repulſionis didicit: qui hoc non tam à comminante, quàm ab eo qui magis precibus cogebatur, audiuit? Sed qui iſtud quærunt primò intelligant, quia non ad literam, ſed ad ſpiritalem & typicam ſignificationem iſta diſcutimus. Hoc enim loco venire Heli neque ad motum corporis Iudaici ſacerdotij refertur, neque ad effectum mentis: ſed tamen venire ei fuit, hoc ipſum, quod rationalis dei creatura eſt, prædicatoribus apparere. Venit itaque, cùm in humana natura viſus eſt, doctorumque corda ſibi ad miſerendum mouit. Venire ergo Heli non eſt, in veteri populo acceſſus mentis, aut corporis: ſed oſtenſio humanæ conditionis. Vel fortaſſe venire ei fuit, ex eo quod ex omnibus
I populis ad dei cultum electus fuit. Eum quoque filium appellauit, quia ab illo reſpicitur, qui in electis patribus inſtitutor ſanctæ Eccleſiæ fuiſſe memoratur. Vocat ergo filium non affectu appellationis, ſed oſtenſione amiſſæ dignitatis. Et quia in caligine cæcitatis aſpicitur, indicari ſibi viſionem poſtulaſſe perhibetur. Obſecrare etenim ei eſt, reſpectu communis naturæ, prædicatorum mentes ad miſericordiam prouocare. Qui etiam imprecationem precibus addidit: quia ordo prædicantium, dum in tanta miſeria poſitum Iudæorum ſacerdotium attenderet, iraſci ſibi omnipotentem dominum timuit: ſi non ei verbo ſubueniret. Vnde & aptè ſubiungitur: Indicauit ei Samuel vniuerſos ſermones, & non abſcondit ab eo.) Omnia quippe ei viſa indicauit: vt audito, quod meruit: magnitudo formidinis ad ſollicitudinem eum conuerteret impetrandæ diuinæ miſerationis. Vniuerſos ei domini ſermones indicauit: vt dum in vetuſtate ſua ſe proiectum cognoſceret, per pœnitentiæ lachrymas, ad veræ fidei renouationem feſtinaret. Qui profectò reſpondit, dicens: Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis faciat.) Quibus nimirum verbis quid aliud, quàm Iudaici populi perfidia clarius agnoſcitur? Nam qui omnipotentem deum dominum vocat, adhuc ei ſeruire ſe exiſtimat. Cum igitur Iudaico populo repulſio ſua à ſanctæ Eccleſiæ doctoribus inſinuatur, dicit: Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis faciat.) quia dum deo ſe placere per veterem inſtitutionem cre- K
dit, ſanctæ Eccleſiæ nequaquam minas expaueſcit. Quaſi enim apertiori voce Iudaica perfidia aſſerat, & comminantibus ſibi ſanctæ Eccleſiæ prædicatoribus dicat: Eo nobis minis veſtris terrorem nullum incutitis, quo circa fidem ei nos miniſtrare credimus: à cuius gratia nos decidiſſe prædicatis. Cum ergo adiungit: Faciat quod bonum eſt in oculis ſuis, ſanctæ Eccleſiæ doctores ſubſannat, potius quàm ſe diuinæ ſententiæ offerat. Quaſi alia intentione loquatur, & dicat: Eo nobis tale aliquid nō facit, quo noſter eſt dominus ille quem nobis ad vindictam proponitis. Sequitur: Creuit autem Samuel, & dominus erat cum eo.) Quid eſt quod poſtquā Heli viſionē expoſuit, creuiſſe Samuel dicitur: niſi quia doctorum noſtrorum ordo poſtquam verbo ſynagogæ filios repulit, maioris reuerentiæ gloriam apud gentilitatem inuenit? Creuit ergo, quia qui per verbi miniſterium ſe prius in vna gente cohibuit, poſtmodum ſanctitatis, atque doctrinæ famam in vniuerſo mundo dilatauit.
Vnde & per Pſalmiſtam dicitur: In omnem terram exiuit ſonus *Pſal.18.*
eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Hinc iterum ſanctæ
Eccleſiæ loquens, ait: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſti- *Pſal.44.*
tues eos principes ſuper omnem terram. Creuit itaque cum in vniuerſo mundo radiauit. Cum quo etiam dominus eſſe perhibetur: quia omne quod de fama ſanctitatis redoluit, omne, quod clarum per verbum luxit, de præſentia Redemptoris accepit, quem ſecum habuit. Nam etſi verbo Paulus non ſolum infirma, L
& terrena, ſed etiam ſumma, & cœleſtia penetrat, ex eo hanc dicendi virtutem obtinet: quem ſecum eſſe affirmat, dicens: An *2.Cor.13.*
experimentum eius quæritis, qui in me habitat Chriſtus? Qui enim in ſe loquebatur, ſecum erat. Redolet omni mundo per
vitam: ſed ex eo vitæ odorem trahit, quem oſtendit, dicens: Chri- *2.Cor.2.*
ſti bonus odor ſumus in omni loco. Omnia eſſe de præſentia
Redemptoris Ioannes inſinuat, quia dicit: De plenitudine eius *Ioan.1.*
omnes accepimus. Samuel ergo cum creuiſſe dicitur, cum eo dominus eſſe memoratur: quia doctorum ordo cum magnæ ſanctitatis atque doctrinæ gratia omni mundo reſplenduit, ex eo tam magnus apparere potuit, qui eum in mundo poſitum non reliquit, ſequitur: Et cognouit vniuerſus Iſraël à Dan vſque Berſabeæ, quòd fidelis Samuel propheta eſſet domini.) Quibus profectò terræ nominibus, Iudææ vniuerſitas deſignatur. Quid ergo in vniuerſa Iudæa, niſi omnis deſignatur Eccleſia? Vniuerſitas itaque Iſraël, quia Samuel propheta eſt domini, recognoſcit: quia profectò omnis qui fidelis eſt, credit, quòd ſanctorum prædicatorum ordo vera de futuris dicit. Prophetæ nanque officium eſt, & futura præ licere, & occulta reuelare. Prædicatores autem ſanctæ Eccleſiæ dum latentia quæque vitia in mente
depreheudunt, dum ſpiritalium virtutum ſecreta aperiunt, dum M
ſanctarum ſcripturarum latentes intellectus ad communem notitiam proferunt, dum futura cœleſtis patriæ gaudia electis fidelibus repromittunt, prophetæ miniſterio vtuntur. Ab vniuerſo igitur Iſraële propheta domini fidelis Samuel eſſe cognoſcitur, quia omnipotentem dominum fide videre non poteſt, qui ſanctæ Eccleſiæ doctoribus fidem non adhibet. Et quia eadem diuinæ cognitionis gloria in ſancta Eccleſia remanſit, quæ ſe doctoribus primis aperuit, ſubditur: Et addidit dominus, vt appareret in Sylo.) Sylo quippe miſſus interpretatur. Et quia vſque in mundi finem in prædicationis miniſterium mittit, in Sylo dominus apparet, quia ſe eis clarius oſtendit, per quos lucis ſuæ gloriam aliis aperit. Bene autem dicitur: Addidit, vt appareret,) quia inceſſanter eliguntur, quibus claritas diuinæ lucis infunditur. Vnde & cauſam cur additam viſionem aſſerat, ſubdit, dicens: Quoniam reuelatus fuerat dominus Samueli.) Idcirco enim vt apparcat addit, quoniam qui reuelatus fuerat dominus, ſe iterum atque iterum reuelat, & ſuæ oſtenſionis donum à ſancta Eccleſia nequaquam ſubtrahit, quam ei exhibere ex eius exordio non ceſſauit. Sed qui Samueli reuelatus aſſeritur, quotiens apparere addiderit, non refertur: quia nimirum vſque in mundi finem ſancta Eccleſia ducitur, cui prædicatores præſunt, qui ex eo in infimis alta æternitatis gaudia prædicent, quo ſumma, quæ prædicant, in alta dei manifeſtatione vident. Quam profectò apparitionem iuxta verbum domini factam perhibetur. Quid eſt autē verbum domini, niſi promiſſio

Redemptoris?

A Redemptoris? Addidit ergo vt appareret iuxta verbum Domini, quia promissionis suæ veritatẽ exhibere non desinit. Verbum nanque Domini in additione apparitionis est, ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsquè ad consummationem seculi. sequitur: Et venit sermo Samuelis in vniuerso Israëli.) Sermo etenim venire cognoscitur, cum prædicatorum nostrum promissio adimpletur. Promissio enim verbi est gaudium sine fine mansurum. Vniuerso igitur Israëli sermo Samuelis venit, quia omnis multitudo sanctæ ecclesiæ ad gaudium æternæ beatitudinis peruenit, & quod nunc in fide sermonis à sanctis eius prędicatoribus repromittitur, per rei veritatem eidem in regnis cœlestibus exhibetur. Verbum nanque doctorum in repromissione fidelium est, omnis qui credit in ipsum, non perit, sed habebit vitam æternam. Vel certè sermo doctorum in repromissione munerum est, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Sermo itaque Samuelis in vniuerso Israëli venit: quia quisquis sanctis prædicatoribus, & vitæ præsentis religiosam conuersationem suadentibus, & æterna gaudia iustis promittentibus credit, ad ea quæ pie viuendo expectauit gaudia æterna, carne moriendo, transiuit. Vnde & is, in cuius fide promiserat, affirmat, dicens: Amen dico vobis, cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Vel certè sermo Samuelis in vniuerso Israëli iam venit, quia per effectum diuinæ animaduersionis, generalis impleta cognoscitur repulsio Iudæorum. Vnde
B & ordinem, quo idem sermo in vniuerso Israëli venerit, latius exponens, ait:

Caput II.

EGressus nanque est Israël obuiam Philistim in prælium, & castrametatus est iuxta lapidem Adiutorij, porro Philistim venerunt in Aphet, & instruxerant aciem contra Israël. Inito autem certamine terga vertit Israël, & cæsa sunt in illo certamine passim per agros quatuor milia virorum, & reuersus est Israël in castra.) Esse spiritalia prælia beatus apostolus ostendit: dum sanctæ ecclesiæ castra ad victoriã cohortatur, dicens: Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, & contra spiritales nequitias in cœlestibus. De quibus profecto præliis etiam consequendæ victoriæ consilium præbens, ait: Et scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladiũ spiritus quod est verbum dei. Hinc Petrus exhortans dicit: Solliciti estote, & vigilate in orationibus: quia aduersarius vester diabolus circuit, quærens quem deuoret: cui resistite fortes in fide. Dum ergo Israelis prælia per literam referuntur, interna, & spiritalia designantur. Philistim nanque cadentes poculo interpretantur: quo nimirum nomine reprobi Angeli exprimuntur: quia per abundantiorem potum superbiæ, statum perdiderunt æternæ vitæ. Eis quippe velut poculo cadere fuit, potum superbiæ sine omni mora retractionis assumere. Nam quod potatur, facile sumitur. De quorum profecto cadentium principe, velut de potante Dominus dicit: Quia in veritate non stetit. Velut enim potu corruit, qui superbiæ suę velocitate ebrius, in ea qua fuerat conditus veritate, nec ad momentum stetit. Sed valde quærendum est quomodo Israël secundum carnem, egredi in prælium contra istos cadentes poculo intelligatur. Nemo enim pugnat cum eo qui sibi subiicitur. Iudaicus ergo populus, qui malignis spiritibus per infidelitatem subiectus, contra eos in prælium quomodo egredi dicitur. Pugnare tamen asseritur nõ veritate fortitudinis: sed fallacia æstimationis. Veritate quippe fortitudinis à malignis spiritibus victus est, sed tamen dum patrum veterum traditiones seruat, cum malignis spiritibus se certamen habere existimat. Vnde & sub captiuitatis suæ vinculis tanto strictius ligatur, quanto ipsa libertatis, quam non habet, fiducia ab eorum sibi calliditate suggeritur. Versuti nanque aduersarij occultis suggestionibus ei falsæ libertatis fortitudinem prædicant, vt eam, qua premitur, caliginem non attendat, & eo securius iam eum deceptum possideant, quo ab eis, quibus tenetur, infidelitatis vinculis solui, in Redemptorem nostrũ credendo non curat. Et notandum, quia de repulso populo dicitur:

Egressus est Israël.) Tunc rectè exiit, cum sacræ fidei monumenta dereliquit. Vnde & de iis, qui à scripturæ sanctæ mysteriis errando deuiauerant, Ioannes dicit. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Exire igitur Israëli secundum carnem est, rectæ fidei terminos errando, prætetire. Sed quia alium Christum expectare non desinunt, iuxta Aditorij lapidem castra ponunt. Meritò igitur terga vertisse Israël dicitur, quia & egressus fuisse perhibetur. Nam si intus maneret, vinci nequaquam potuisset, quia si se intra munitiones seruaret fidei, armatos spiritus debellaret erroris. Et quia fraude superatur, Philistim in Aphet aciem instruxisse perhibentur. Malignis nanque spiritibus aciem instruere, est incautis Iudæorum cordibus argumenta deceptionis ordinare. Sed inito certamine terga vertit Israël: quia dum mori metuit, malignis spiritibus non resistit. Ideo quippe pugnæ profugi terga hostibus vertuntur, ne resistentes moriantur. Quia vero si in Redemptorem Iudæi credant, mori trepidant, idcirco non resistunt, vt viuant, quia in Redemptorem non credunt, vt in veteri circuncisione saluentur. Resisterent quippe malignis spiritibus, si arma suæ fortitudinis, in Redẽptoris nostri fide tenuissent. Sed ideo ne moriantur fugiũt, & ideo quia fugiunt, moriũtur. Hostis nanq; insequens eo facilius fugientem interficit, quo is qui fugiendo persecutitur, imminentis victoris sui gladio non resistit. Vnde & in eodem certamine E
quatuor Iudæorum milia cæsa memorantur. Quæ enim sunt hæc quatuor milia, nisi qui recipere quatuor Euangeliorum veritatem noluerunt. Quare & in agris mori perhibentur, quia in errorum suorum latitudine immorantur. Et quia erroris sui latibula adhuc nequaquam derelinquunt, Israël in castra reuersus asseritur. Nam (vt iam dixi) cum malignis spiritibus adhuc habere certamen se æstimat, cum eorum voluntati potius obediat, quam repugnet. Quia vero etiam in bona significatione poculum accipitur, cadentes poculo, intelligi sanctæ ecclesiæ prædicatores possunt. De quo nimirum poculo propheta gloriatur, dicens: Impinguasti in oleo caput meum, & poculum meum inebrians quàm præclarum est. Poculum nanque inebrians, abundans est gratia Spiritus sancti. Quæ aptè poculum dicitur, quia eius plenitudine electorum corda in momento inebriantur. Vnde & de primis sanctæ ecclesiæ pastoribus dicitur: Factus est repente de cœlo sonus, tanquam aduenientis Spiritus vehementis, & repleuit totam domum, vbi erant sedentes. Quo nimirum poculo prædicatores cadunt, quia dum Sancti spiritus gratiã abundanter excipiunt, statum vitę carnalis ex toto derelinquũt. Quotidie nanq; per hoc poculum velut nimiè potantes cadunt, quia etsi eos aliquando carnales motus ad perpetrandas culpas erigunt, virtute tamen potati spiritus in statu peccati non inueniuntur. Cum quibus profecto quia Iudaicus populus certamen habet fidei contra Philistæos istos, carnalis Israël quotidie egredi- E
tur ad campum belli. Possunt autem Philistinorum appellatione idcirco sanctæ ecclesiæ prædicatores intelligi: quia de errore gentilium, ad gratiam fidei per Dei misericordiam sunt perducti. Cum quibus nimirum Israël prælians terga vertit, quia loquenti per ora prædicatorum spiritui non resistit. In prælium nanque Israël contra Philistim exierat, cum prædicanti Stephano Iudæi obsisterent, & de fidei nostræ ratione disputarent. Sed prælians terga vertit, quia resistere disputando non potuit. Nam de terga vertentibus, in apostolorum actibus dicitur: Non poterant resistere sapientiæ & spiritui, qui loquebatur. Cædi autem Israelitis est ab infidelitatis vita separari. Bene quoque in agris mori perhibentur, agri enim certaminis sunt sacri eloquij virentes intellectus. In agris igitur cæsa pugnatorum Israëlitarũ milia assignantur, quia qui sanctorum prędicatorum ministerio de Iudæa conuersi sunt, in Redemptorem humani generis per sanctarum scripturarum documenta crediderunt. Quatuor vero milia cæsorum fuisse memorantur, quia eandem sacri eloquij auctoritatem, de lege, Prophetis, Psalmis, atque de Euangelio voluerunt. Sed & cæsis aliis, alij in castra reuertũtur, quia de Iudea nonnulli prædicatorum ministerio ad cognitionem Redemptoris perducti sunt, sed eiusdẽ gentis plenitudo sanctæ ecclesię assertionibus tanto audacius aduersatur, quanto in infidelitatis suę

tenebris

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tenebris profundius eiecta, ad veritatis lumen non ducitur. In castra quippe ei reuerti est, aduersari non desistere. Et quia eos qui crediderant, velut stultos, & nulla sufficienti ratione superatos arguunt, sequitur: Dixeruntque maiores natu Israël. Quare percussit nos hodie dominus coram Philistim.) Quare enim hoc loco non est inquisitionis interrogatio, sed querela admirationis. Sub admiratione ergo de percussione interrogant: quia ad eam rationem, qua religionis suæ homines fidem Redemptoris excepisse conspexerant, pertingere non valebant. Et notandum, quia qui admiranter interrogant, maiores natu de Israël fuisse memorantur, quia profecto superbi quique in sua sapientia gloriantes, ad diuinorum mysteriorum cognitionem pertingere nequaquam potuerunt. Vnde & in Euangelio Dominus ad patrem loquitur, dicens: Confiteor tibi pater rex cœli & terræ, quia abscondisti hæc à prudentibus & sapientibus, & reuelasti ea paruulis. *Matt.11.* Qui profecto se percussos fuisse conqueruntur: quia dum per eos qui crediderunt, veterem legis consuetudinem solui conspicerent, quædam percussionis vulnera incomprehensibili iudicio Dei inflicta sibi arbitrati sunt: quæ communi dolore declamarent. Sed qui cecidisse alios conqueruntur, quo se consilio ad resistendum preparent, subdunt: Afferamus ad nos de Sylo arcam fœderis Domini, & veniat in medio nostri, & saluet nos de manu inimicorum nostrorum.) Et de effectu eiusdem consilij protinus
H subinfertur: Misit ergo populus in Sylo, & tulit inde arcam fœderis Domini exercituum, sedentis super Cherubim.) Hoc est certè consilium, hoc opus Israëlis contra certamen cadentium poculo, sed profecto consilium, & opus inauditum: quia non est Israëlis secundum spiritum, sed Israëlis secundum carnem, videlicet non Deum videre videntis, sed Deum, quem despicit, se videre arbitrantis. Quid est enim ad Sylo mittere, nisi ad legem Moysi recurrere, cui à domino dicitur: Ve- *Exod.3.* ni mittam te ad Pharaonem? Quid est afferre arcam domini, nisi veteris legis sacramenta, ad reprobandam nouæ fidei veritatem recolendo, adducere? Et quia eandem legis scientiam suorum neminem ignorare patiuntur, in medium eorum arca adduci præcipitur. Quid est item quòd dicunt, & saluet nos de manu inimicorum nostrorum, nisi quia dum pertinaciter defendunt vetera, repellunt noua, & hoc habent in fiducia salutis, si ad veræ fidei rationem bonorum prædicatorum studio trahi non possunt? Quia igitur veritatem diuinæ cognitionis per veterem legem habere se iactant, eandem arcam, quam ad saluationem suam deferri præcipiunt, Domini exercituum esse confirmant. Et quia incomparabili scientia eiusdem legis se pollere arbitrantur, dum arca deferri dicitur, Domini exercituum sedentis super Cherubim esse perhibetur. Cumque arca veniisset, omnis Israël grandi clamore vociferatus est:) quia profecto de eo quod carnaliter scientiam legis accipiunt, in sanctæ
I ecclesiæ exprobratione garriunt, sine ostensione rationis. Qui enim clamasse, & nihil dicuntur dixisse, hoc profecto exprimunt, quod agunt, quia dum loqui spiritualia carnaliter satagunt, clamorem quidem in garrulitate habent, sed rationem veritatis non habent. Voce quidem multa dicunt, sed sine ratione loquentes, sanctæ ecclesiæ electis in nullo obsunt, & in semetipsa synagoga loquens, inani deuotione concutitur, quia eius verbis sancta ecclesia non mouetur. Vnde aptè nimis terra tantum sonuisse relata est. Terra quippe Iudæa nunc dicitur, non quia Deo fructificet, sed propter carnalitatem, quia nimirum dum Redemptoris fidem recipere noluit, cœlestem conuersationem penitus amisit. Sed dum vociferatione sua concutitur, ea existimatione, qua semetipsam consyderat, esse se terribilem sanctæ ecclesiæ prædicatoribus exultat. Et audierunt Philistim vocem clamoris, dixeruntque. Quænam est hæc vociferatio in castris Hebræorum?) Terræ quippe sonitum, & castrorum vociferationem Philistim audiunt, quia ij qui in sancta ecclesia poculo Sancti spiritus refecti sunt, Iudææ quidem & garrulitatem, & vanam perfidiæ deuotionem cognoscunt. Et quia eorum æstimationem in contemptu derisionis habent, subditur:

Et cognouerunt quod arca domini veniisset in castra. Timueruntque Philistim dicentes, venit Deus in castra & ingemuerunt.) Arca in castra Hebræorum veniisse, & cadentes poculo timuisse atque ingemuisse per ironiam dicitur: quia ad confli- K ctum sanctæ ecclesiæ sacramenta legis veteris à synagogæ carnalibus defensoribus, carnaliter exponuntur. De eo nanque disputant, quod si secundum Dei spiritum saperent, hostibus suis si quos haberent, in veritate terribiles esse potuissent. Dum ergo pertimuisse, & ingemuisse cadētes poculo dicuntur, non passiones mentium in sanctis prædicatoribus scriptura ostendit, sed subsannationem Iudaicæ disputationis, quæ tanto contemptibilior, & risu dignior noscitur, quanto ad spiritalem conuersationem Iudaicus populus legem à domino spiritalem accepit, & hoc, quod spiritu donante acceperat, in spiritu non attendit. Quare, & eiusdem Iudaicæ derisionis verba addentes dicunt:

Væ nobis, non fuit tanta exultatio heri, & nudiustertius.) Et quia abundantius deridendi sunt, subdentes dicunt. Quis nos liberabit de manu Deorum istorum sublimium.) Et notandum, quia Deorum appellatione deridentur, qui à fide veterum patrum recedentes, se in veritate fidei existere, atque in filiorum dei numero confidunt. In se quidem illa diuinæ laudationis præconia prolata asserunt, quæ per prophetam Dominus pronunciat, dicens: Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes. Si *Psal.* itaque mendaci existimatione omnes Israëlitæ secūdum carnem nuncupatiuè Dij sunt, sublimes Dij eiusdem Iudaicæ existimationis mendacio, sunt sapiētes Iudęorum. Et quia periti synagogæ ad sanctæ ecclesiæ conflictum veniunt, ipsi sanctorum prædicatorum voce deridentur, qui de ea quam non habent, doctri- L næ virtute gloriantur. Et quia de antiqua patrum veterum conuersatione superbiunt, verba subsannationum supponuntur:

Hi sunt Dij, qui percusserunt Aegyptum omni plaga in deserto.) Ipsi nanque essent, si nobilitatem, quam trahunt ex carnis origine, rectæ fidei virtutibus illustrarent. Nunc autem quia per carnis propaginem eorum sunt filij, quorum virtutes non habent, de amissa eorundem virtutum successione, per contraria verba deridentur. Hi sunt inquiunt Dij.) Quasi aperta derisione Iudæorum sapientes, doctorum nostrorum ordo reprobet, dicens: Carne quidem magnorum virorum se filios esse gloriantur, sed eorum, de quorum generatione superbiunt, nobilitatem fidei non consequuntur. *Ipsi ergo sunt subsecutione generis, sed quia ipsi non sunt imitatione virtutis, cum ipsi esse dicuntur, qui virtute claruerunt, deridentur potius quàm laudentur.* Et quia eorum assertiones sanctæ ecclesiæ doctores pro nihilo ducunt, sequitur: Confortamini, & estote viri Philistim, ne seruiatis Hebræis, sicut ipsi seruierunt nobis.) Contra Iudæorum quippe vanas assertiones, sanctæ ecclesiæ doctores eo nihil fortius nouiter præparant, quo quicquid à Iudæis de Redemptoris contemptu falso asseritur, pro nullo pensant. Contra eorum quippe congressionem confortarentur, & quasi virili fortitudine decertarent, si velut à sapientioribus, & rationabiliter disputantibus, assertionis suæ munimenta infringi timuissent. Quasi enim dicat, contra eorum obiectiones eo ro- M busta, & acuta aliqua nobis exquirenda non sunt, quo ipsi nequaquam subtilia, & timenda, sed debilia, & contemnenda obiiciunt. Sed (vt dixi) prædicatores sanctæ ecclesiæ etsi contra Iudæorum vaniloquia nouiter nulla præparant, plana tamen, & humili veræ fidei nostræ, ratione quocunque modo defensorum synagogæ impetum debellant. Vnde & subdit: Pugnauit ergo Philistim, & versus est Israël, vnusquisque in tabernaculum suum, & facta est plaga magna nimis, & arca dei capta est. Duo quoque filij Heli mortui sunt Ophni & Phinees.) Philistim id est poculo cadentes pugnant, cum doctores sanctæ ecclesiæ cum catholicæ fidei vexillo Iudæis impugnantibus obuiant. Israël autem auertitur, quia in omni disputatione, Iudæorum versutia superatur. Auerti enim ei est, ex pari virtute, *aduersari non* posse. Qui autem præliando auertitur, in prælio *quidem* est, sed fugiens, etsi virtute deficiens, nocendi tamen *desiderium* nō amittens. Sic nanque est omnis repulsus Israël. Fugit quippe, quia doctoribus sanctæ ecclesiæ respondere non sufficit, sed fugiens vellet resistere, quia victus, & confusus cuperet, sibi suppetere, vnde veritati, qua vincitur, refragari potuisset. Bene itaque cum auersus Israël dicitur, caute subiunctum est Vnusquisque in tabernaculum suum.) Tabernaculū quippe vniuscuiusque Israelitæ est cor perfidiæ conclusione circunseptū. Quia

igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

A igitur victi à sanctæ ecclesiæ prædicatoribus, erroris sui latibula repetunt, singuli fugientes de prælio, in suum tabernaculum reuertuntur. Et quia hoc totum de adimpletione verbi Samuelis videlicet de ecclesiæ primitiuæ comminatione dicitur, plaga magna nimis facta fuisse perhibetur, quæ profecto plaga, pro lectoris arbitrio, & secundum spiritalem percussionem, & secundum materialem accipi conuenienter potest. Nam de spiritali eorum plaga, ad discipulos in prædicatione destinatos dominus dicit: Quicunque non receperint vos, exeuntes foras de domo, vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris. Amen dico vobis tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati. Hinc iterum dicit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Secundum materialem quoque percussionem plagam magnam insinuat, cum ad Hierusalem loquitur, dicens: Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te vndique, & filios tuos, & ad terram prosternent te, & non relinquetur in te lapis super lapidem. Hinc compatientibus sibi atque lugentibus mulieribus, ad passionis suæ dignationē proficiscens loquitur, dicens: Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super vosipsas flete, & super filios vestros: quoniam ecce venient in te dies, in quibus dicent, beatæ steriles, & ventres, quæ non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt, tunc incipient dicere montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos, quia si in B viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Quibus profecto verbis ea quæ Iudæorum populo à Romanis principibus Vespasiano & Tito illata est, & mors, & captiuitas designatur. Tunc quippe plaga magna facta fuit, quando cum internitione populi Iudæorum ciuitas & capta extitit, & euersa, quando pro vltione diuini sanguinis, & hostili gladio populus corruit, & qui euadere ferrum potuit, pœnam sustulit æternæ captiuitatis. Quæ profecto plagę immensitas, auerso iam Israeli perhibetur, quia Iudaicus populus ante fuit à sanctæ ecclesiæ doctoribus & victus, & reprobatus, quam à Romano exercitu expugnatus, peremptus & in captiuitatem ductus. Nam inde expugnari, occidi, & in captiuitatem duci temporaliter potuit, quia æternæ libertatis securitatem oblatam sibi à sanctæ ecclesiæ doctoribus non recepit. Sed & eadem plaga in Israēlem veterem alta diuinæ bonitatis dispensatione decernitur, vt arca dei à gentilibus caperetur: & diuinorum sacramentorum intellectus, sanctæ ecclesiæ fideles tanto securius sub spiritali explanatione perciperent: quanto in Iudęa nihil remanere cernerent, quod carnaliter exhiberet. Volente nanque deo, ciuitatem, templum, arcam fœderis, vetus populus perdidit, vt noua plebs sanctæ ecclesiæ eo plenius veri & noui sacrificij mysterium recognoscat: quo apud Iudæos nouis apparentibus, vetera penitus defeciſſe consyderat. Arca itaque dei à Philistæis capta afferitur: quia deC structo more veteri, veteris scripturæ sacramenta, à gentilibus secundum veritatem spiritus fideliter accipiuntur. Capit quippe arcam dei, qui diuinæ cognitionis mysteria in sacro eloquio per veritatem intelligentiæ, mentis deuotione comprehendit. Sed capta arca, duo protinus Heli filij moriuntur: quia profecto & maioris ordinis sacerdotes, atque minoris, in officio immolationis veteris nusquam viuunt. Mori nanque perhibentur, qui offerre sacra omnino defiere. Sequitur: Currens autem vir vnus de Beniamin ex acie, venit in Sylo in die illo, sciſſa veste, & conspersus puluere caput. Cumque ille veniſſet, Heli sedebat super sella, spectans contra viam. Vir autem ille postquam ingressus est, nūciauit vrbi, & vlulauit omnis ciuitas.) Quid per virum istum exprimitur, qui de acie fugit: nisi ea pars Iudaici populi, quæ ad Redemptoris cognitionem veniendo, Iudaicam perfidiam dereliquit. Currere nanque enim fuit, à prauitate erroris sui deuotionis velocitate desistere. Quia vero fortia agere in Redemptoris professione disposuit, vir fuit. Qui nimirum eo die, quo victus est de prælio decurrit: quia ea fidei illuminatione, qua perfidiæ tenebras deseruit, ad prædicandum veritatem, quam nouerat, accesſit. Vnde & in Sylo veniſſe perhibetur, quia ad prædicationem mittitur. Qui vestem scidit, quia veterem se hominem exuit, caput puluere conspersit, quia de splendore noui hominis, quo se induit, nequaquam superbiuit. Sciſſa nanque vestis ad decorem sanctæ conuersationis pertinet. Conspersio puluveris, ad æstimationem humilitatis. Quia ergo sanctis prædicatoribus, nec vitæ munditia, sine humilitate, nec humilitas sufficit, sine sancta conuersatione, vir qui in doctorum typo ad annunciandum Israēlis interitum venit, & vestem scidit, & caput puluere conspersit. Hoc nanque puluere caput conspersum portabat, qui domino loquens ait: Loquar ad dominum meum, cum sim puluis & cinis? Conspersio item capite loquebatur propheta, cum supplicaret, dicens: Memento domine quia puluis sumus. Vestem quoque sciderat, qui confitens, dixit: Conscidisti saccum meum, & præcinxisti me lætitia. Sed cum ecclesiastici prædicatoris humilitas commendatur, pariter & superbia Iudaici doctoris exprimitur, quia videlicet Heli super sella sedere perhibetur. In isto quippe loco Heli non pontifices, sed legisperitos synagogæ insinuat, Quid est autem, quod sedet super sella, nisi quia superbè extollitur de doctrina? Et quid est, quod spectat contra viam, nisi quia dum superbè scripturas accipit, ei per quem ire ad æternam patriam debuit, contradicit? Via quippe salutis illa est, quæ semetipsam asserit, dicens: Ego sum via, veritas & vita. Non itaque viam, sed contra viam respicit: quia Redemptorem non cognoscit, cui contradicit. Et bene mortuis filiis, pater super sella sedere dicitur, quia qui in veteri more sacrificent, synagoga non habet, & tamen qui veteri more doceant, adhuc habet. Et quia per sa- E pientes doctores ad ministerium erudiebantur, dum cessauit, qui sacrificaret: & adhuc qui doceat remaneret, aptè filij referuntur mortui, & pater super sella sedere, sed de ea, quam audiuit annunciatione Redemptoris, multitudo synagogæ non gaudium, sed mœrorem habuit. Vnde & postquam vir de prælio venit, & captionem arcæ nunciauit, vlulasse omnis ciuitas dicitur. Quæ nimirum tristitia, quia vsque ad doctores peruenit, sequitur: Et audiuit Heli sonitum clamoris dixitque, quis est hic sonitus tumultus huius? Tumultus est vociferatio populi, sed confusa, cum videlicet sine disciplina audiendi, multis simul loquentibus, magnitudo fit murmuris, sine ostensione rationis. Heli ergo cum vlulatum ciuitatis audiuit, dixit. Quis est sonitus tumultus huius?) Quia videlicet magisterium synagogæ, subiectis sibi perfidis, de prædicatione Iesu Christi dolentibus, dum causam doloris audire voluit, non percepit responsionem rationabilem, sed confusionem querelæ. Vt autem excusationem ignorantiæ habere non posset, is qui de circuncisione ad ministerium ecclesiasticæ prædicationis accesserat, ei rei veritatem aperuit. Vnde & subditur: At ille festinauit, & venit & nunciauit Heli.) Sed quia idem Heli statim mortuus, annuntiacionem suscepit veri venientis, qualis sit ipse audiens, subsequenter innotescit. Heli autem erat nonaginta, & octo annorum, & oculi eius caligauerant, & videre non poterat.) Perfectæ nanque senectutis esset, si centenarium F numerum annorum viuendo peregisset. Cui profecto numero, quia duo anni deesse conspiciuntur: quid est aliud, nisi quia perfectæ maturitatis existeret, si sacramentum geminum in Redemptoris nostri incarnatione cognouisset: videlicet veram diuinitatem, in humanitate eius: & veram humanitatem, in diuinitate. Nunc autem quia multa de lege veteri, plurima de mandatis cœlestibus rectè intelligit: nonaginta & octo annorum est. Et dum deum credit: & ex virgine nasci potuisse per carnem, & humanitatis eius naturam suscipi abnegat in diuinitate, centum annorum non est. Vnde & audita viri relatione, iustè moritur: quia sine fide Redemptoris ei bona, quæ cognoscit, & alia nequaquā prosunt. Et quia alto & incomprehensibili iudicio Dei cæcitas ignorantiæ eius mēti incutitur, caligasse, & videre nō posse memoratur, sequitur: Et dixit ad Heli. Ego sum qui veni de prælio, ego qui de acie fugi hodie.) Quasi in prælio se fuisse memorabat ille, qui dicebat: Audistis conuersationem meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modum persequebar eccle *Galat.1.* siam Dei, & expugnabam illam: & proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos, in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum. Sed de prælio venit, qui dicit: Qui prius fui blasphemus & persecutor, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci. Fugere ergo de *1.Tim.1.*

acie

Excidium Hierosolymorum.

Matt.10.

Marc.16.

Luc.19.

Luc.23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G acie Iudæo quid est aliud quam à perfidorum errore separari? Et de prælio venire quid est, nisi rectæ fidei bonum aliis nunciare? Fugere nanque metuentis est, venire volentis. Quo in loco, quia prius dicitur venire de prælio, quam ex acie fugere: cum prius deferatur perfidia, quam veritas prædicetur, mirum non est. Nam hoc quod de acie se fugisse posterius dicit, non ad ordinem quo factum est, dicitur: sed ad certitudinem verbi, quod præmisit. Quod etiam secundum historiæ ordinem demonstratur: quia nisi prius de acie fugisset, venire de prælio nequaquam potuisset. Nos autem, qui secundum spiritum spiritalia, etiam in rebus Iudæorum carnaliter gestis, inquirimus: illum virum, quem loquentem paulo superius introduximus, attendamus. Nam auditum est ab ecclesia, quia is, qui quondam persequebatur, euangelizaret: sicut scriptum de eo
Actor.9. iam euangelizante est: Cum autem venisset Hierusalem, tentabat se iungere discipulis: & omnes timebant eum, non credentes, quia esset discipulus. Hinc item ad Ananiam discipulum, dominus Damasci apparens, ait: Surgens, vade in vicum, qui vocatur Rectus, & quære in domum Iudæ Saulum nomine Tarsensem, & impone sibi manum, vt visum recipiat. Qui nimirum confestim domino respondit, dicens: Domine audiui à multis, quanta mala sanctis tuis fecerit in Hierusalem, & potestatem habet à principibus sacerdotum, alligandi omnes, qui
H inuocant nomen tuum. Cùm ergo illum Iudæis prædicabat, quem impugnare minis solebat & cædibus, nimirum de prælio veniebat. Sed dum ei prædicanti, discipuli omnes se iungere timerent, de acie eum fugisse dubitabant. De prælio quippe veniebat, cum à vocante domino in terram prostrato, dictum
Actor.9. fuerat: Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere. Sed fugisse eum de acie Anania non credidit, qui ea mala quæ sanctis in Hierusalem fecerat, & potestatem quam acceperat, domino præcipienti intimauit. Vt ergo eum venisse de prælio, & fugisse de acie veraciter demonstraret, eidem Ananiæ dominus præcipit, dicens. Vade, quia vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israël. Et notandum, quia eo die quo hæc nunciabat se venisse de prælio, & fugisse de acie asserebat. In die
Ioan.12. quippe fugiunt: quia attestãte veritate, qui in tenebris est, nescit
1.Thes.5. quo vadat. Hinc etiã scriptum est: Qui dormiunt, in nocte dormiunt, & qui ebrij sunt, in nocte ebrij sunt. Et quia in exemplo beati Apostoli Pauli, virum de acie fugientem videre cœpimus, hoc quod in die fugiat attendamus. Nam nox erat, quando aciem contra sanctam ecclesiam construebat, quando acceptis epistolis à principibus sacerdotum ad Damascum, minarum, & cædis spirans in discipulos, festinabat. Sed qui in nocte bellum parauit, in die fugit, quia in itinere lux de cœlo eum subito circumfulsit, in terramque prostrauit, ineffabili pauore terruit, vt tenebras immensi erroris agnosceret, & pro ea
I quam expugnabat nocte ecclesia, in diei lumine dimicaret. In die igitur fugit, quem vt perfidiæ noctem desereret, de cœlo ostensa redemptoris claritas circunfulsit. Quid est ergo quod eo die se fatetur venire de prælio, quo de acie fugerit, nisi quia rectæ prædicationis intentio designatur. Quidam nanque eo die de acie fugiunt, sed alio veniunt de prælio, quia errores pristinos, amore æternæ vitæ derelinquunt, sed cum ad prædicationis ministerium assumuntur, de sua prædicationis facundia, temporales retributiones appetunt. Alio igitur die quàm eo quo fugerant, veniunt, quia nimirum recti sunt conuersatione, sed prædicationis intentione peruersi. Sancti ergo prædicatores, qui per redemptoris nostri gratiam de circũcisione crediderunt, non alio die, sed eo quo de acie fugerant, de prælio venerunt: quia profecto vtrunque donum in superni amoris splendore consecuti sunt, veritatem scilicet conuersationis, cum prædicatione verbi. Et quia Iudaicum magisterium, & si non intentione cognoscendæ veritatis, curiositatis tamen sollicitudine sanctorum prædicatorum assertiones audire voluit, sequitur: Cui ille ait, Quid actum est Fili mi.) Sub vnius quippe descriptione, omnibus loquitur, quia gentis suæ homines vidit, quos aliquando doctrina legis instruxit. Vel fortasse filium vocauit, non affectu amoris, sed adulatione calliditatis, vt eo hunc facilius per deceptionem caperet, quo se eum paterno affectu diligere demonstraret. Eum itaque filium vocat, à quo K
quid actum fuerit, scire appetit, vt profecto ille pro impenso honore adulationis, seriem peruerteret veritatis. Honor igitur appellationis non ad amorem refertur, sed ad calliditatem. Sed qui prælatæ laudis fauorem respuit, constanter vera patefecit. Vnde & subditur: Respondens autem qui nunciabat, Fugit (inquit) Israël coram Philistim, & ruina magna facta est in populo. Insuper & duo filij tui mortui sunt, Ophni, & Phinees.) Hoc nanque vir fugiens nunciauit, quod experientia didicit. Quid est igitur quod fugisse Israëlem asserit, nisi quia constanter affirmat, quod dum Iudaicus populus legis sensum carnaliter retinet, spiritalibus sanctæ ecclesiæ doctoribus resistere disputando non potest. Et quid est quod magnam ruinam factam fuisse in populo prædicat, nisi quia omnes qui de Iudaico populo verbum fidei repulerunt, æterna morte periisse confirmat? Et quid est quod duo Heli filij mortui referuntur, nisi quia vterque ordo veteris sacerdotij defecisse asseritur? Et quid est quod arcam dei captam fuisse dicit, nisi quia cognitionem diuinorum sacramentorum à Iudæis ablatam, atque à gentibus fideliter apprehensam asserit, quia à gentibus iam dei gratia vocante, fidelibus diuina mysteria cognoscũtur? Sequitur: Cumque ille nominasset arcam dei, cecidit Heli de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus, mortuus est.) Quid est quod Heli audita Israëlis fuga, relata sibi ruina populi, intimata filiorum morte, de sella nequaquam cadit, cognita autem L
arcæ captione, & de sella cadit, & vitam perdit? Sed quia in Heli sapientes Iudæorum, & legis peritos designari diximus, audita Israëlis fuga, de sella non cecidit: quia quod simplices synagogæ filij à sanctæ ecclesiæ doctoribus in prædicatione superentur, pro paruo ducit. Non cadit relata sibi ruina populi: quia dum perire audit eos qui in Iudaismo moriuntur, nequaquam expauescit. Intimata filiorum morte non cadit, quia & obiecta sibi sacerdotij vtriusque cessatione, superbire non desinit. Illata autem sibi arcæ captione cadit: quia dum sacramenta scripturæ suæ profundè, & spiritaliter sciri à sanctæ ecclesiæ prædicatoribus, & fidelibus videt, de ea quam carnaliter tantum intelligit, sacri eloquij eruditione superbire non audet. De sella igitur cadit, quia spiritali cognito, superbire de carnali magisterio non præsumit. Sed quia vera prædicari sublimiter audit, & nequaquam credit, dum confunditur, & non saluatur, cadit, & moritur. Cadit quippe de sella, quia extolli desinit de doctrina. Sed cadens, moritur, quia si ratione vincitur, eiusdem tamen rationis iudicio, peruenire ad æterna gaudia non meretur. Qua in re notandum est, quia qui cadens moritur, iuxta ostium cadit. Quid est enim quod cadit iuxta ostium, nisi quia dum cæcus errat, impingit in Redemptorem? Qui nimirum de semetipso asserit, dicens: Qui ceciderit su- *Matt.21.*
per lapidem istum confringetur, super quem vero ceciderit, conteret eum. Ipse quoque de semetipso ait: Ego sum ostium, M
per me si quis introierit, saluabitur, & egredietur, & regre- *Ioan.10.*
dietur, & pascua inueniet. Iuxta ostium ergo mortuus est Heli, quia synagogæ magisterium idcirco periit, quia in Redemptorem offendit. Ibi enim cecidit, vbi deliquit. Qui etiam cadens, ceruices fregit. In ceruice tumor temporalis potentiæ designatur. Fracta ergo ceruice moritur, qui perfidiæ magnitudine amissa, regni potentia condemnatur. Potest quoque per ostium, sacræ scripturæ litera designari. Nam velut per ostium ad æterni templi atria ducimur, dum per sacri eloquij literam, ad allegoricam, & spiritalem intelligentiam subleuamur. Intus quoque rex cernitur, quia promissus Redemptor humani generis, in spirituali sacræ scripturæ intelligentia inuenitur. Heli ergo iuxta ostium mortuus cecidit: quia profecto synagogæ magisterium idcirco interiit, quia per spiritalẽ scripturam eum, qui in spiritu promissus, Redemptorem humani generis fuerat, non spiritaliter, sed carnaliter quæsiuit. Iuxta ostiũ nanque mortuus est, quia de eo interiit, quod spiritalem redemptoris promissionem, non secundum intelligentiam spiritalem, sed secũdum simplicem locutionem historiæ intellexit. Et quia per doctrinæ suæ studiũ, multo tẽpore Iudææ non amore bona operanti, sed timore à malo declinanti, præfuit, sequitur: Senex eñ erat, & grãdęuus, & ipse iudicauit Israël quadraginta annis.)

Senex

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Senex etenim fuit, & grandæuus diuturnitate temporum. Quadraginta vero annis præfuit per timorem legalium mandatorum. Quadragenarius quippe numerus ad peccatores pertinet. Vnde & quadrageſimæ tempus in ſancta eccleſia eodem dierum numero conſecratum eſt, vt videlicet ea quæ committimus peccata, tergere pœnitendo ſtudeamus. Quadragenarius quippe numerus ex denario, & quaternario conſummatur. Et quia peccando decalogum diuinæ legis tranſgredimur, ipſam vero peccandi facultatem ex ea qua conſiſtimus, quatuor elementorum compactione contrahimus, ſub numero quadragenario quandiu in peccato exiſtimus, continemur. Heli ergo quadraginta annis Iſraëlem iudicauit: quia ſynagogæ magiſterium, & auſteram legis diſciplinam, ad timorem ſubiectæ plebis exhibuit: vt materiam humanæ conditionis per concupiſcentiam fragilem, in ſtatu iuſtitiæ per timorem retineret. Sed iam mortuus eſt Heli, iam fractis ceruicibus iuxta oſtium iacet: ſed tamen prauæ doctrinæ eius virus in ſemine remanet. Iam quippe qui non credit de Iudæorum ſapientibus iudicatus eſt: ſed quæ in eius inſtructione prauitatis ſemina mentes concipiunt, qui eius doctrina filij naſcuntur, per fidiæ eius veſaniam non relinquũt. Quare & ſubditur: Nurus autem eius vxor Phinees prægnãs erat, vicinaque partui: quæ audito nuncio quia capta eſſet arca, & mortuus ſocer ſuus, & vir ſuus, incuruauit ſe, & peperit. Irruerunt enim in ea dolores ſubiti. In ipſo autem momento
B mortis eius dixerunt ei, quæ ſtabant iuxta eam, Ne timeas: quia filium peperiſti. Quæ non reſpondit, neque animaduertit.) Quæ autem fuit nurus Heli niſi plebs Iudæorum reprobis ſacerdotibus ſubiecta? Quæ quia per eorum prædicationem ſemina perfidiæ in mente ſuſceperat, prægnans erat. Et quia conceptam malitiam, ipſa quoque cogitabat effundere, non ſolum prægnans fuiſſe dicitur: ſed etiam partui vicina. Quid eſt autem quod audita arcæ captione, & ſoceri, atque viri ſui morte, peperiſſe dicitur: niſi quia Iudaicæ plebis reſiduum, dum ſpiritualia ſacramenta ſcripturarum ad gentium eruditionem tranſiſſe cognoſcit, dum ſapientes ſynagogæ cum vtroque ſacerdotio interiſſe iam conſpicit, ea quæ concepit hæreſis ſuæ ſemina, loquendo effundere non deſiſtit? Parere autem ei, eſt conceptam prauitatem loquendo aliis aperire. Et quia reproba prædicat, dum parere aſſeritur, incuruata memoratur. Velut enim non ſe curuantes pariunt, qui cœleſtia loquuntur: quia in ſtatu fidei auditorum ſuorum corda ad ſtudium erigunt bonæ operationis. Quæ igitur praua aſſerit, incuruata parit: quia profecto hoc ſibi loquendo agitur, vt quo attentius loquitur, in damnationis ſuæ baratro profundius deponatur. Rectè igitur dum ad partum incuruatur, mori dicitur. Pariens nanque moritur, quia in blaſphemiæ ſuæ merito condemnatur. Et quia mortis ſuæ tormenta non præuidet, ſubiti dolores in eam irruere dicuntur. Subiti nanque dolores ſunt, repentinæ afflictio-
C nes mortis, ſine præuiſione venientis. Subito enim dolores irruunt, cum Iudaicæ plebi ſuppliciorum perennium retributiones obuiant: quæ nunc in contemptu veritatis poſita, non formidat. Quia enim pro paternarum traditionum obſeruatione, ad æternam vitam moriendo ſe tranſire æſtimat, in ſubitos dolores tunc corruit, cum ſuſtinere tormenta inchoat, quæ non ſperauit. Et notandum quia de moriente dicitur, irruerunt in eam dolores ſubiti: quia videlicet dum per carnis moleſtias ad exitum vitæ cogitur, tunc flagella dolorum irruere in eam temporaliter incipiunt: quibus eius impietas æterna vindicta puniatur. Et quia vicino exitu reprobæ Iudæorum mentes ſe alterutrum ad perfidiam cohortantur: In ipſo autem momento mortis eius, dixerunt ei, Quæ ſtabant iuxta eam. Ne timeas quia filium peperiſti.) Filium quippe peperit: quia durum in nequitia, & inſuperabilem populum erudiuit. Quæ autem mulieres iuxta ſtant, niſi mentes æquali ordine impietatis aſtrictæ. Stant quippe non veritate & rectitudine fidei: ſed præſumptione, & iactantia religionis. Idcirco eam ne timeat, cohortantur, quia filium peperit: vt videlicet tanto ſecurius in veteri traditione mori non timeat, quanto illos etiam in ea obduratos & inconuertibiles aſpicit, quos ſuo magiſterio eruditos cognoſcit. Sed dum in ſe abundantius dolore compellitur, pro nihilo ducit, quicquid alij ſua eruditione profecerunt: vnde & ſubditur:

Quæ non reſpondit, neque animaduertit.) Nam dum æterni D doloris experiri amaritudinem inchoat, hoc quod temporaliter aliis præfuit, non delectat. Vel certè idcirco de nato puero non lætatur: quia is qui gignitur ſua inſtitutione, in captiuitate conſpicitur. Vnde & ſubditur: Et vocauit puerum Hichaboth, dicens. Tranſlata eſt gloria domini: quia capta eſt arca dei.) Arca quidem capitur: quia iam auctore deo, à veris fidelibus, ſanctæ ſcripturæ ſacramenta, veræ intelligentiæ capacitate retinentur. Et gloria Iſraël tranſlata eſt: quia poſtquam à vera religione cecidit, redolere per bonæ famæ opinionem ceſſauit. Bene autem non perire Iſraël gloria dicitur, ſed tranſferri: quia religionis fama, quam perdidit, ad gentilitatem tranſiuit. Tranſlata quippe eſt gloria: quia in ſancta eccleſia veræ religionis fragrantia redolet, quæ in fide redemptoris poſita, pro æterni ſplendoris certitudine, quam expectat, donum Sancti ſpiritus pignus tenet. Idcirco de nato filio lætari refugit: quia profecto dum ad gentes tranſiſſe præteritam gloriam conſpicit, ad captiuitatem ſe parere ingemiſcit. A tranſlatione etiam gloriæ filium nominat, quia profecto impietatem, in qua permanet, quaſi prælato nomine perpetuo repræſentat. Poteſt autem per hoc quod à matre ei nomen imponitur, apertè intelligi quod videmus. Ex ea enim nomen ſuſcepit, à qua ei meritum impietatis venit, Sequitur:

Caput III. E

Caput quintum.

PHiliſtim autem tulerunt arcam, & aſportauerunt à lapide Adiutorij in Azotum. Tulerunt Philiſtim arcam dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & ſurrexerunt Azotij altera die, & inuenerunt Dagon iacentem ante arcam, pronum in terra.) Quid eſt quod arca à lapide Adiutorij aſportatur, niſi quia prædicones veritatis ab eo quem Iudæi falſa opinione expectãt Chriſto, myſteria ſcripturarum auferunt? Dum enim ad veri redemptoris cognitionem, ſanctę ſcripturæ teſtimonia conuertunt, ab eo nimirum, in quem ſui auxilij ſpem Iudæi poſuerant, arcam tollunt. Et quia gentibus fidei myſteria creduntur, arca dei in Azotũ perducitur. Quę profecto arca in templũ infertur. Quid ergo fuit templum Dagon niſi vnaquæque anima infidelis quondam idololatriæ ſuperſtitione polluta? Quid ſimulacrum Dagon, niſi totius idololatriæ ſuperſtitionem deſignat? Quid igitur erat aliud, myſteria fidei cordibus gentilium inumare, quàm arcam Dei in templum Dagon inferri? Velut enim iuxta Dagon ſtatuebatur arca, dum prædicatores ſanctæ eccleſię gentiles admonerent, vt ad probandam fidei veritatem, & prędicationem, quam audiebant, & Idololatrię, quam tenebant, errores diſcuterent. Bene itaque die alia Dagon pronum in terra ante arcam iacentem Azotij repererunt. Vnam quippe diem F Azotus habuit, in audita prędicatione veritatis, alteram in cognitione fidei. Primo nanque die arca Dei iuxta Dagon ſtatuitur, quia in audita prędicatione Redemptoris, erroris vetuſti tenebras deprehendunt. Altera vero die ſurgentes, pronum in terra ante arcam iacentem Dagon inuenerunt: quia & in cognitione veritatis ſtatum idololatria perdidit. Vnde & bene cum lapſus Dagon aſſeritur, iacere pronus in terra memoratur. Ante arcam quidem cadit, quia ex myſteriorum diuinorum ſcientia innoteſcit. Sed pronus in terra iacet, quia auctore iam Deo, ad aſpectum fidelium ſimulatę rationis imaginem nõ habet. Qui enim pronus in terra iacet, faciem in terra deprimit. Per faciem vero ſimulachri ſimulatio exprimitur rationis. Pronum itaque in terra iacere, eſt iam vera cognoſcentibus, ſimulationis ſuę fraudibus illudere nequaquam poſſe. Sed tamen vt certius gentiles vera cognoſcerent, eandem fidei noſtrę auditam rationem, & ſuperſtitionis ſuę vetuſtam conſuetudinem, magis ac magis diſcutere conati ſunt. Aptè itaque ſequitur: Tulerunt Dagon, & reſtituerunt eum in locum ſuũ.) id eſt in templo, vbi arca Dei poſita fuerat. Quid eſt ergo Dagon in locum ſuum reſtituere, niſi iuxta iam cognitam ſpiritalium ſacramentorum veritatem idololatriæ ſtatum ſubtili conſyderatione perquirere? & quia quo ſubtilius idololatrię

Universidad de Deusto
Biblioteca

G triæ error aſpicitur, verius condemnatur, ſubiunctum eſt: Rur ſuſque diluculo ſurgentes, inuenerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuam coram arca domini.) Diluculo iterũ ſurgunt, quia ad amorem auditæ bonitatis iam certitudine deliberationis ſe erigunt. Primus itaque dies probationis eſt, ſequens cognitionis, tertius verò deliberatæ iam certitudinis; & oblatæ profeſſionis. Qui profecto dies quia illuminatis conuerſorum mentibus, in ſplendore perfectæ & conſummatæ fidei illuxit, ſequitur: Caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abſciſſæ, erant ſuper limen. Porro Dagon truncus remanſerat in loco ſuo.) Quid enim Dagon, id eſt idololatriæ caput, eſt aliud, niſi ipſum initium omnis iniquitatis diabolus? Et quæ ſunt palmæ manuum eius, niſi vniuerſa opera idololatriæ? Caput itaque Dagon amiſit: quia per idolorum culturam regnare maligni ſpiritus in corde gentilium deſunt. Palmæ etiam manuum eius abſciſſæ ſunt, quia idolis vanis ſacrificia nuſquam offeruntur. Et quia à cunctis fidelibus eius deformitas vbique conſpicitur, truncus Dagon in loco ſuo remanſiſſe memoratur. Caput vero & manus abſciſſæ, & ſuper limen poſitæ memorãtur: quia profecto quiſquis ad veram fidem ingreditur, principia diabolicæ ſuaſionis repellere, atque vniuerſis eiuſdem Satanæ operibus renunciare præcipitur. Poſita ergo hæc ſunt in limine, vt ab introeuntibus conculcentur: quia verè fidelis eſſe non poterit, qui & prauis maligni ſpiritus conſiliis aduerſari, atque iniquis
H operibus non proponit. Nam qui Dagon caput atterere, & manus vitat, & ſi fidelium numero contineri videtur, idololatra quodammodo eſſe conuincitur. In oblectatione etenim dæmonum non ſolum exteriora ſacrificia, ſed etiam iniqua deſyderia ab eorum cultoribus offeruntur. Qui ergo in veræ fidei cognitione receptus eſt, & ab immundis deſyderiis, & prauis operibus non remotus, quia Dagon collidere caput, & manus deſpicit, maligno ſpiritui, quem in oblatione cæremoniarum deſpicit, per internæ concupiſcentiæ, & exterioris vitæ immunditiam oblationem facit. Quare, & ſubditur. Propter hoc non calcant ſacerdotes Dagon ſuper limen vſque in hodiernum diem.) Sacerdotes quippe Dagon ſe eſſe inſinuant, qui ſuper limen non calcant. Quibus in verbis cautè inſpiciendum eſt, quia non dixit *limen*, ſed *ſuper limen*, vt caput, & manus Dagon calcanda eſſe doceantur, quæ ſuper limen abſciſſa eſſe referuntur. Idcirco autem ſacerdotes ſuper limen non calcant, quia abſciſſas eius manus, & caput pede conterere vitant. Sacerdotes nanque Dagon vſque in hodiernum diem remanent, quia qui per immunda deſyderia antiquo hoſti ſacrificet, adhuc eſt. Qui profecto ſuper templi limen calcare refugiunt: quia nec immundis ſuggeſtionibus, nec malis operibus reſiſtunt. Dagon itaque ſacerdotes ſunt, quia etſi manufactis ſe idolis non humiliant, concupiſcentiarum tamen ſimulachris per nepharia opera ſe incuruant. Sequitur: Aggrauata eſt manus domini ſu-
I per Azotios.) Manus domini eſt virtus diuinæ poteſtatis. Et quia in Azotios primordia gentilitatis deſignata ſunt. Quid eſt quòd manus domini ſuper Azotios aggrauata perhibetur? Sed manum ſuper Azotum aggrauauit, cum gentilium corda virtute ſuæ potentiæ ad conuerſionem mouit. Nam dum per internam aſpirationem eis vim æternæ mortis innotuit, de perpetratis iniquitatibus, gentium mentes mirabili terrore percuſsit. Quia ergo dum manus domini aggrauata dicitur, interfici Azotij perhibentur, grauedo hæc manus accipitur in multiplicatione conuerſorum. Nam mori gentilibus fuit, ab infidelitate ſeparari. Manu quoque domini occidi, eſt eandem veræ fidei cognitionem non miniſterio hominum, ſed diuina virtute promereri. Leuis itaque erat manus domini ſuper Azotum, cum adhuc per paucos miniſtros fidei pauci errorem deſererent gentilitatis. Vnde & quaſi de aggrauatione manus orare verbi miniſtros dominus admonet, dicens: Meſsis quidem *Matt.9.* multa eſt, operarij autem pauci, rogate dominum meſsis, vt mittat operarios in meſſem ſuã. Quaſi aliter dicat: Qui per paucos miniſtros, velut leui manu paucos ab infidelitate ſeparat, rogate vt miniſtros multiplicet, vt quaſi in conuerſorum multitudine manum grauet. Sed & modus interfectionis exponitur, quia quiſquis mori hac interfectione dicitur, dum ad purgandum ventrem exiret, in ſuperiori parte natium morderi à muribus perhibetur. Ad literam vna percuſsio hic oſtenditur, ſed in ty- K
pica expoſitione geminatur. Nam per literæ ſignificationem, & grauationem manus domini, & murium morſus ad eiuſdem mortis effectum pertinet: quia ad hoc dicitur, manus domini ſuper Azotios aggrauari, quod per murium morſus interfici. Quia vero per ſpiritalem ſignificationem duas mortes agnouimus, vnam videlicet qua peccatores iuſtitiæ peccando moriuntur: alteram, qua iuſti à peccatis in quibus vixerant, pœnitendo ſe erigunt, vnam quæ ad humana corda diabolo ſuadente ingreditur, alteram quam omnipotentis dei virtus operatur, neceſſe eſt ergo vt vtranque mortem in hoc loco ſpiritualiter attendamus. Mors quidem, qua peccatores à peccatis pœnitendo reſurgunt, deſignatur, quia dicit. Aggrauata eſt ſuper Azotios manus domini. Illa autem mors, qua gentiles ſe immunditiæ, & iniquitati ſeruos exhibuerunt, deſignatur, cum morderi à muribus, & interfici dicuntur. Mus quippe immundum eſt animal, & per legem edi prohibitum. Quid ergo per mures, niſi dæmonia deſignantur? Et quid eſt morderi à muribus, niſi peccati pœna lacerari? Sed mordebantur à muribus, cum ad purgãdum ventrem egrediebantur. Quid eſt ergo purgare vẽtrem, niſi expletione peccati miſeræ famæ fœtorem proferre. Qui ergo ad purgandum ventrem egreditur, murium morſu perimitur, quia qui peccando ad aliorum notitiam per exemplum prauitatis extenditur, ad æternam quoque mortem grauí dæmonum obligatione retinetur. In ſecretiori enim parte na- L
tium percuſsi perhibentur: quia peccator quiſque ex ea parte vulnus accipit animæ, quam incuruat ad peccati delectationem. Cum ergo manus domini ſuper Azotum aggrauatur, à muribus percuſſus aſſeritur, quia prædicantibus æternæ vitæ doctoribus, dum ab infidelitate gentiles conuerſi ſunt, qua peccatorum morte ſuaſione dæmonum obligati eſſent, cognouerunt. Morderi igitur Azotiis poſt aggrauatam manum domini eſt, poſt veræ fidei cognitionem, dæmonibus non ſubiici, ſed quibus ſe peccati fœtoribus pœnæ mortis obtulerant, per fidei illuminationem intueri. Quaſi enim tunc morſi ſunt, quando peccatorum ſuorum morſus agnouerunt. Sequitur: Videntes autem viri Azoti huiuſcemodi plagam, dixerunt: Non maneat arca dei apud nos quoniam dura eſt manus eius ſuper nos, & ſuper Dagon deum noſtrum.) Nam cum cernerẽt templa deſtrui, ſacrificia ceſſare, vxores à viris, & viri ab vxoribus diuidi, à genitoribus filios, & patres à filiis ſeparari, quid aliud quàm & ſuper ſe, & ſuper ſuperſtitionem ſuã manum domini duram eſſe putauerunt? Sed quid deinde factum fuerit, ſequitur: Et mittentes congregauerunt omnes Satrapas Philiſtinorum, reſponderuntque Gethæi, circunducatur arca dei.) Quia Satrapas Philiſtinorum congregauerunt dicitur, quare autem congregauerunt, non dicitur. Sed quia reſpondiſſe Satrapæ dicuntur, & circunducendæ arcæ conſilium tribuiſſe: quia ad tribuendum pro eadem arca conſilium vocati eſſent, aperte cognoſcitur. Qui er-
go ſunt Satrapæ Philiſtinorum, niſi electi prædicatores gentiM lium? Satrapæ quidem principes dicuntur. De quibus profecto principibus per Pſalmiſtam dicitur: Principes populorum con- *Pſal.46.*
gregati ſunt cum deo Abraham. Populorum nãque appellatione gentes deſignantur. Qui ergo populorum nomen & principum poſuit, nimirum eos, de quibus loquimur Philiſtinorum Satrapas deſignauit. Qui certe populorum principes cum Abraham deo conuenerunt, quando ad ſalutem conuertendarum gentium, hoc prædicatores ſonuerunt verbo, quod omnipotẽs deus interno eis aſpirabat deſiderio. Quaſi enim in auditorum gentilium cordibus mira erat conuenientia dei & principum, cum ſimul & à ſanctis prædicatoribus rationem rectæ prædicationis acciperent, atque à domino fructum bonæ voluntatis. Et quia aduerſarij eſſe cognoſcuntur, qui dixerant, non maneat arca dei apud nos, quomodo principes mittentes congregant? Sed mittere, & principes congregare eſt, ſanctorum prædicatorum mentes ad prædicationis inſtantiam prouocare, quia illic erat attentius prædicandum, vbi gentiliũ corda in errore profundius mergebantur. Hinc eſt quod egregius doctor nobiliorẽ de indomitis hoſtibus ſe elegiſſe victoriam gloriatur, dicens: Ab Hieruſalem vſque Illyricum per circuitum repleui euãgelium Chriſti: *Rom.15.*
ſic autem hoc prędicaui euangelium, nó vbi de eo annunciatum fuerat,

A fuerat, ne ſuper alienum fundamentum ædificarem. Prouocati ergo ſunt principes non deſyderio, ſed errore infidelium, cum inde deo lucrum maius facere arbitrati ſunt, vnde caligo errorum per flatum ſuperbiæ ſublimius ferebatur. Quare & ſanctæ prædicationis inſtantia deſignatur, cùm ſubditur: Reſponderuntque Gethæi. Circunducatur arca dei.) Illi dicunt, non maneat arca dei apud nos, & iſti dicunt: Circunducatur.) Quid eſt enim arcam dei circunducere, niſi veræ fidei myſteria publicè prædicare? Manet enim arca apud eos qui veræ fidei ſacramenta, quæ audiunt, per amorem amplectuntur. Qui autem non maneat apud nos arca, dicunt, prædicationem fidei à ſe verti concupiſcunt. Satrapæ ergo econtrario dicunt:

Circunducatur arca dei,) quia illis attentius diuina prædicabant, quos ad odium veritatis grauis error accenderat. Et quia per ſanctorum prædicatorum miniſteria, etiam talium magna lucra regnis cœleſtibus illata ſunt, ſequitur: Illis autem circunducentibus eam, fiebat manus domini per ſingulas ciuitates interfectionis magnæ nimis, & percutiebat viros vniuſcuiuſque vrbis à paruo, vſque ad maiorem, & computreſcebant prominentes extales eorum.) Arca quippe circunducitur, cum myſteria fidei palam, & ſine timore prædicantur. Et quia inter initia fidei innumeri conuertebantur, interfectio magna nimis per ciuitates ſingulas facta perhibetur. Item quia non ſolum ſimplices, ſed ſapientes conuerſi ſunt: eadem interfectio à paruo
B vſque ad maiorem facta aſſeritur. Sed per eandem percuſsionem computreſcere extales referuntur. Extales quippe putreſcere, eſt peccati meatus ab effuſione conſueti fœtoris penitus interire. Bene nanque percuſſus eſt, cuius prominentes extales computreſcunt: quia nimirum nonnulli ſunt, qui poſt munditiam conuerſionis, priſtina inuoluuntur ſorde flagitij: horum profecto prominentes extales minimè computreſcunt: quia ad conſuetum peccatorum fluxum per iniqua opera recuruantur. Hos nimirum ab imperfecta percuſsione male ſanos ille redarguit, qui ad fœtores priſtinos deuolutos inſinuat, dicens: Canis reuerſus ad vomitum, & ſus lota in volutabro luti. Quaſi enim ad computreſcendum extales percutiebat ille, qui verbi gladium ingerens, ait: Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius. Poteſt autem per hoc quod Azotij dicunt nõ maneat arca apud nos, eorum qui de eiſdem gentibus & verbum fidei audierunt, & ad æternam vitam minimè prædeſtinati credere noluerunt, peruerſitas deſignari. Circunducere ergo arcam dei Satrapis fuit, ſanctis prædicatoribus eis verbum veritatis ſubtrahere: atque illis, qui digni erant, myſteria fidei reuelare. Circunducta ergo eſt arca: quia fidei noſtræ ſacramenta ab aliorum notitia ſublata ſunt, atque aliis reuelata. Vndè & cum circunduceretur interfectio magna nimis per ſingulas ciuitates fieri perhibetur: quia vbicunque verbum ducebant fidei, gratia multiplicabatur conuerſionis. Et quia vbicunque prædicabant, inter eos qui credebant, erant qui prædeſtinati ad æternam vitam non erant, ſequitur: Miſerunt arcam dei in Accaron. Cumque veniſſet arca dei in Ac-
C caron, exclamauerunt Accaronitæ, dicentes: Miſerunt ad nos arcam dei vt interficiat nos, & populum noſtrum. Miſerunt ergo & congregauerunt omnes Satrapas Philiſtinorum. Qui dixerunt: Dimitte arcam dei in locum ſuum.) Satrapæ (vt diximus) ſancti prædicatores intelliguntur Accaronitæ, qui interpretantur ſteriles, gentiles deſignant inconuertibiles. Qui nimirum prædicatores dimittendæ arcæ conſilium tribuerunt, vt ſi ſalutem ſuam de diuina prædicatione recuſarent, fidelibus ad æternam patriam cum ſacramentis fidei tendentibus, non obſiſterent. Locus nanque arcæ diuinorum videlicet ſacramentorum, ibi eſſe cognoſcitur, vbi quicquid de omnipotente deo nunc per ſcripturam myſterium dicitur, aperta poſtmodum nobis cognitione reuelatur. Proprium quippe arcæ locum cognouerat, qui dicebat: Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: nunc cognoſco ex parte, tunc cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Conſilium itaque Satraparum fuit, vt in locum ſuum reuerti arcam dei permitterent: vt videlicet qui de verbi prædicatione nullum fidei fructum ferebant, eam ſaltem illis dimitterent, qui ex ea fructum ſibi in æternitate præpararent. Bene igitur qui remittendæ arcæ conſilium accipiunt,

1. Pet. 2.

Roma. 6.

1. Cor. 13.

Accaronitæ nominantur. Accaronitæ quippe interpretantur ſteD riles. Quia enim de audita fidei veritate, nullum credulitatis, aut boni operis fructum dederant, ſteriles erant. Tollendæ ergo arcæ principes conſilium præbuerunt, ſed à ſterilibus, vt videlicet verbi dei ſemen, quod in peſsima terra germinare non poterat, terræ optimæ ſeruaretur, quæ de hoc labore hyemis, in perenni vita fructum centeſimum proferret æſtatis. Et cauſam protinus relaxandæ arcæ oſtendunt, cũ prædicatores ſubdunt: Ne interficiat nos cum populo noſtro.) Accaronitæ clamauerunt, miſerũt arcam dei ad nos, vt interficiat nos, & populum noſtrum. Satrapæ conſilium tribuunt, dicentes: Dimitte arcam dei Iſraël, vt non interficiat nos cum populo noſtro. Quis eſt populus de quo Satrapæ, id eſt principes dicunt, vt non interficiat nos cum populo noſtro? Quis eſt populus, niſi populus Chriſtianus? Dicunt ergo principes, dimittite arcam dei Iſraël, vt reuertatur in locum ſuum. Quaſi dicat hoc: vnde vos mori pertimeſcitis, nobis ad æternæ vitæ meritum exercere nõ prohibeatis. Sed quod addunt, vt non interficiat nos cum populo noſtro, gentilium quidem reprobrorum corda in errore ſuo per hanc reſponſionem confunduntur, dum inde ſe iſti affirmarent mortem euadere, vnde illi trepidarent mori. Arcam quoque dei ſancti prędicatores auferunt, quia dum contemptoribus ſpiritalia panduntur, ad damnationem indiſcreti prędicatoris agitur, ſi eadẽ diuina myſteria, non imitanda perfidis, ſed irridenda, & concludenda deſerantur. Nam quaſi transferendæ arcæ E non tam Satrapæ quàm Satraparum dominus præceptum ponebat, dicens: Nolite ſanctum dare canibus, neque ponatis margaritas ante porcos, ne conuerſi conculcent eas pedibus ſuis. Hinc iterum dicit: Si perſecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Arcam itaque ne moriantur auferunt, quia contemptoribus idcirco ſpiritualia abſcondunt, ne de eorum contemptu ij, qui temere ea proferunt, ex indiſcretione puniantur. Sed quia Accaronitis arca prȩcipitur dimitti, hoc profecto inſinuat, quod præmiſi: quia tempore perſecutionis, ſanctorum prædicatorum exhortatio facta eſt, vt ipſi crederent, aliquando autem, vt ſi ipſi vitæ verbum non reciperent, illud recipientibus non obſtaret, & ſi ipſi tormentorum metu, ſalutis viam non arriperent, eis impedimento non eſſent, qui ad regna cœleſtia feſtinare nec minis, nec pœnis deſtitiſſent, ſequitur: Fiebat enim timor mortis in ſingulis vrbibus, & grauiſsima valde manus domini.) Hoc quidem ad exteriorem perſecutionem qualiter accipiatur, ſupra expoſitum eſt, ſequitur: Viri quoque, qui mortui non fuerant percutiebantur in ſecretiori parte natium: & aſcendebat vlulatus vniuſcuiuſque ciuitatis in cœlum.) De natium quidem perſecutione quia ſuperius diximus, dicendum hic non eſſet: ſi hic aliud quam ibi nequaquam diceretur. Quid eſt ergo, quod dicit: Viri quoque qui mortui non fuerant, percutiebantur?) Nunquid verò ij qui mortui fuerant, morderi iterum pro arce pœna debuerunt? Sed & cum percuſſorum clamor in F cœlum aſcendiſſe dicitur, ſatis oſtendi poterat quia de viuis, & non de mortuis diceretur. Neque enim in cœlum aſcendere clamor poterat virorum mortuorum. Sed quia percuſsionem natium ſuperius retulimus ad cognitionem peccatorum, ſunt profectò viri, qui non ſunt mortui. Viri quippe ſunt, qui pro æterna vita, quam appetunt, agere fortia decreuerunt. Sed viri adhuc non ſunt mortui, qui agere magna deliberant: & tamen ad dolorem compunctionis, mala præterita nequaquam penſant. Mordentur ergo à muribus, vt moriantur: quia in quibus nequiter ceciderunt recolunt, & pro præteritis actibus, ſe promereri æternæ vitæ amiſsionem credunt. Quia ergo viri ſunt, de dei miſericordia non deſperant: & quia mordentur, vt moriantur, de eo quod magni eſſe incipiunt, ſe non exaltant. Quorum profecto clamor in cœlum aſcendit, quia omnipotens deus conuerſorum gemitus clementer accipit. Et quia in tempore conuerſionis gentium, magnus erat ad fidem concurſus, non ab aliqua vna, ſed à pluribus ciuitatibus clamor aſcendiſſe perhibetur. Vnde & in perſona vniuerſalis eccleſię Propheta deprecatur, dicẽs: Intende orationi meæ, à finibus terræ ad te clamaui. Et in cœlum aſcendiſſe clamorem à finibus terræ clamantis oſtendens, ait: Exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meã, & clamor meus in conſpectu eius introiuit in aures eius. Cùm ergo vnaquæque

Matth. 7.

Idem. 10.

Pſal. 60.

Pſal. 17.

ciuitas

G ciuitas in cœlum clamasse dicitur, vniuersalis pœnitentia conuersionis commendatur. Quod si percussio ad conuersionem, clamor autem refertur ad diuinæ laudis deuotionem: hoc profecto in mysteriis scripturarum legimus, quod videmus. In dei nanque omnipotentis laudibus vnaquæque ciuitas clamat: quia Redemptoris præconia orbis vniuersus nequaquam tacet: quem non absconse prædicat, sed ineffabilis lætitiæ iubilatione collaudat. Quid enim aliud, quàm vniuersas ciuitates ad clamo-
Psal.85. rem cohortabatur, qui dicebat: Omnes gentes plaudite manibus, iubilate deo in voce exultationis, quoniam deus summus & terribilis, & rex magnus super omnes deos. Hinc iterum ad-
Psal.46. & 92. monens ait: Iubilate deo omnis terra, seruite domino in lætitia. Hinc rursum, tam plagam mordentium murium, quàm clamorem ciuitatum exprimit, dicens: Commoueatur à facie eius vniuersa terra, dicite in gentibus, quia dominus regnauit. Præmiserat enim: cantate dommo canticum nouum, cantate domino omnis terra. Commotio quippe terræ pertinet ad dolorem pœnitentiæ, cantare domino, siue annunciare in gentibus: quia dominus regnauit: ad studium prædicationis, & ad deuotionem diuinæ laudis. Vniuscuiusque ciuitatis clamor in cœlum ascendit, quia in vniuerso orbe tam prædicationis veritas, quàm deuotionum laudes à fidelibus sanctæ ecclesiæ declamantur: quę ad superni auditus celsitudinem, per susceptionem diuinæ dignationis assumuntur.

H Caput IIII.

Caput sextum.

EVit ergo arca domini in regione Philistinorum septem mẽsibus. Quid septem menses isti, nisi totã vitæ præsentis prolixitatem designant? Quanquam Azotij, & Accaronitæ clamarent, circunducatur arca dei Israël, & non maneat arca dei apud nos: veritate tamen sanctæ historiæ dicitur, quod in typo sanctæ ecclesiæ cognoscamus quia in regione Philistinorum arca dei septem mensibus fuit. Non ergo malorum, & impiorum hominum voluntas, sed dei dispensatio in salute gentilium adimpleta est. Iam quidem de gentilitate sublati sunt impij, iam mortui sunt qui Christi confessores persequebantur, & tamen arca dei à Philistinorum regione non tollitur, quia diuina sacramẽta apud gentes Sancti spiritus poculo debriatas, per studiosam sollicitudinem reseruantur. Bene autem dicitur septem mensibus, quia sanctarum scripturarũ mysteria vsque in mũdi finem cum Christi fidelibus perdurabunt. Sed quisquis eiusdem sanctæ scripturæ mysteria per gratiam intimæ charitatis apprehendit, non de loco, in quo temporaliter arca dimittitur, sed de eo in quo æternaliter sistitur, sollicitus fuit. Quare & subditur: Et vocauerunt Philistęi sacerdotes, & diuinos dicentes. Quid faciemus de
I arca dei? Indicate nobis. Et quomodo remittamus eam in locum suum.) Qui sunt, qui sacerdotes & diuinos consulunt, nisi fideles sanctæ ecclesiæ, qui æternæ salutis viam sine errore tenere concupiscunt. Et qui sacerdotes & diuini, nisi sanctæ ecclesiæ prædicatores intelliguntur? Sacerdotes quippe sunt ob oblationem sacramenti, diuini verò, ministerio prædicationis. Nam duo ista in pastoris persona conueniunt, si ei adsit & sanctitas vitæ, & eruditio sapientiæ: quia ad purganda peccata subditorum constitutus est, & ad errorum caliginem prædicationis luce depellendam. Pastor ergo sanctæ ecclesiæ, qui vitæ sanctitatem habet, & diuinæ prædicationis virtutem non habet, sacerdos quidem & non diuinus est. Item si verbi facundiam retinet, sine vitæ sanctitate, & si diuinus esse cernitur, sacerdotij honore nequaquam decoratur, quia quod sublimiter prædicat, terrena actione conculcat. Qui autem de arcæ loco, & de remittenda arca dei interrogant, & sacerdotes, & diuinos vocant, quia nimirum ij qui de cognitione diuinæ prædicationis, venturæ vitæ gaudia diligunt, ad salutis consilium nec carnales sapiẽtes, nec multum simplices religiosos pastores quærunt. Sacerdotes itaque, & diuinos vocant, quia eis se committunt, qui & supernæ vitæ. De remittenda igitur in locum suum arca interrogãt, ni rectitudinem itineris demonstrant sublimitate sciẽtiæ, & pro subditis omnipotenti deo idonei intercessores sunt, per puritatem quia de ista cognitione scripturarum, quam in mysteriis verbo- K
rum accipiunt, transire ad perfectam dei cognitionem in æternitate concupiscunt. Velut enim arca remittitur, cum parua ista cognitio per vitæ præsentis transitum adimpletur. Et in loco suo ostensæ arcæ dei gloriam cernimus, quando ab altis figurarum tegminibus speciem diuinæ maiestatis reuelata facie contuemur. De ista quippe in loco suo arcæ relatione per Prophetam dicitur. Et non docebit vir vltra proximum suum dicens, cognosce dominum, à minimo vsque ad maximum cognoscent me. Hinc Ioannes repromittit, dicens: Cùm apparuerit, similes *1.Ioan.* ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est. Sed iam remittendæ quod consilium sacerdotes, & diuini quærentibus tribuant, attendamus. Nam sequitur: Qui dixerunt. Si dimiseritis arcam dei Israël, nolite dimittere eam vacuam, sed quod debetis reddite ei pro peccato, & tunc curabimini, & scietis quare non recedat manus eius à vobis.) Quidnam est arca vacua, nisi diuina scientia, sine bona operatione? Vacuam nanque arcam remittere, est de cognitione spiritualium sacramentorum, fructum boni operis nullum ferre. Vacua ergo arca remittitur, cum mens ad fidem vententis ad æternam dei contemplationem iam transire desyderat, & tamen in hac vita bonis operibus insudare nequaquam curat. Prædicatorum ergo voce præcipitur, vt arca cum dimittitur, vacua non relaxetur, vt si bona opera quisquis fidelis est non multiplicat, ad æternam dei omnipotentis cognitionem, quod transiturus sit, confide- L
re non præsumat. Vacua autem arca non dimittitur, si illud ei pro peccato redditur, quod debetur. Quid est, quod pro peccato debetur arcæ, nisi afflictio deuotæ pœnitentiæ? Quo in loco notandum est: quia eis loquitur, qui a muribus morsi sunt. Qui enim sunt morsi à muribus, nisi qui in fidei catholicæ illuminatione positi, ante eiusdem fidei cognitionem, siue post, praua egisse se recolunt? Nam qui ante gratiam regenerationis nulla crimina admisit, & regenerationis donum digna conuersatione retinuit, arcæ quidem debet, sed ei pro peccato non debet. Cognitione quidem diuini eloquij, boni operis reddere fructum cogitur, sed ad pœnitentiæ satisfactionem ex scelerum, quæ respuit, debito non vrgetur. Qui ergo mordentur adhuc, debitum arcæ pro peccato reddant, vt pro criminum memoria, humilem pœnitentiæ oblationem omnipotenti Deo restituant. Et tunc quidem curantur, quia tum conscientiæ vulnus obducitur, cum afflicta mens per pœnitentiam ad sperandæ veniæ securitatem releuatur. Tunc etiam sciunt, quare manus domini non recedat ab eis: quia tunc vtilitatem compunctionis, seu afflictæ carnis bonum intelligunt, cum de fiducia diuinæ indulgentiæ ineffabiliter lætantur. Quid est enim dolor pœnitentiæ, nisi plagę molestia ex dæmonum percussione. Nam quasi in dolore plagæ adhuc acriter pungentis suspirabat conuersus ille, cum diceret. Conuersus sum in ærumna mea, dum *Psal.31.* configitur spina. Quid enim ærumna, nisi afflictionem insinuat M
pœnitentiæ? Sed in eadem ærumna conuersum se asserit, dum spinæ confixuram sentit. Quasi dicat. Dum recordatione flagitij mordeor, arcæ debitum reddere non desisto. Spina quippe configitur, dum per omnipotentis Dei dispensationem, ad lachrymas conuersorum anima criminum recordatione inflammatur. Et arcæ debitum soluitur, quando iam pro qualitate criminis, mensura extenditur lamentationis, cum post diuturnas lachrymas afflictæ diu menti, interni solatij lux infunditur, atque à percussionis intimę pondere diuino dono leuigatur, cum iam purgatæ menti per gratiam suæ inspirationis omnipotens deus appropiat, atque ex fiducia consecutæ indulgentiæ eam exhilarat, quam ei ex præsentiæ suæ gratia sumministrat. Quasi enim de percussione tunc sanatur: cum per refusæ indulgentiæ gratiam magnitudo doloris de pœnitentis afflicta mente remouetur. Vnde & is qui in ærumna conuertebatur, dum configeretur spina, in eodem Psalmo omnipotentem deum curationis suæ auctorem lætanter alloquitur, dicens: Tu es mihi refu- *Psal.31.* gium à pressura, quæ circundedit me exultatio mea. Pressuram quippe vocat grauissimam valde manum domini. De qua percussione grauissimæ manus etiam Paulus loquitur, dicens: Ip- *Roma.8.* se enim spiritus pro nobis postulat gemitibus inenarrabilibus Qui ergo à pressura inuenisse domini refugium, & exultationẽ insinuat,

A insinuat, ab interni doloris percussione, gaudio diuinæ indulgentiæ curatum se esse manifestat. Hinc item dolens adhuc confitetur, dicens: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Sed *Psal.50.*
quia de curatione præsumit, insinuans, ait: Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata. Debitum ergo arcæ redditur pro peccato, cum peccatores ex scripturę sacræ cognitione affliguntur, & cruciatu tergere culpas satagunt, quas carnis delectatione traxerunt. Curantur autem, quando iam expleta mensura afflictionis, ad fiduciam diuinæ indulgentiæ per auxilium releuantur interni solatij. Vnde & Psalmista
Psal.79. loquitur, dicens: Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Lachrymarum quippe potus ad mensuram dat: quia profecto peccator etsi ex interna dei aspiratione, pro culpa compungitur, ex eadem compunctionis afflictione eodem consolante releuatur. Vnde & per Moy-
Deut.32. sen dominus dicit: Ego occido, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo. Percutit nanque, & sanat: quia quos per compunctionem sauciat, per indulgentiæ securitatem curat. Bene itaque curatis iam dicitur: Et scietis quare manus eius non recedat à vobis.) Nam antequam curet, quare manus domini ab eis non recedat, scire non possunt: quia tunc pœnitentiæ bonum intelligunt, cum in purificato iam corde sancti spiritus gratiam
B recognoscunt: & diuinæ indulgentiæ dona concupiscunt, de quibus ineffabili exultatione gratulantur. Nam curantis iam manus domini causam, qua ab afflictione non recesserat, eos sciisse conspexerat, qui percussorum exultationes exprimit, deo
Psal.89. loquens, & dicens: Repleti sumus mane misericordia tua, exultauimus, & delectati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. Velut enim in nocte pœnitentiæ luctum exceperant, qui mane videlicet diuinæ dignationis apparente claritate, se repletos misericordia congaudebant: qui se delectatos pro diebus, in quibus humiliati fuerant, asserunt: per donum curationis, grauitatem manus domini quare ab eis non recesserat, scire demonstrantur. Sed quia à principibus adhuc per consilium dicitur, vt quod debetur pro peccato arcæ reddatur: & quid sit illud, quod debetur, non exponitur, adiunctum est: Qui respondentes dixerunt, quid est quod pro delicto reddere debeamus? Responderunt illi: iuxta numerum prouinciarum Philistim quinque anos aureos facietis & quinque mures: quia plaga vna fuit vobis, & Satrapis vestris. Facietisque similitudines anorum vestrorum, & similitudines murium, qui demoliti sunt terram, & dabitis deo Israël gloriam si forte releuet manum suam à vobis, & à diis vestris, & à terra vestra.) Quid est quod quinque anorum similitudines, & totidem similitudines murium, iuxta prouinciarum numerum fieri iubentur, & sic arcæ debitum soluitur? Hæc profecto si more Iudaico secundum literæ vilitatem pensantur, non solum despi-
C cienda sunt, sed nec auditu digna. Quæ profecto dignè accipit, qui quo viliora per literæ sonum audit: eo ea per spiritalem significationem vtiliora esse intelligit. Nam sanctus spiritus quo inspirante tota hæc sacra historia scribitur, nunquam tam vilia promeret, si in huius vilitatis arcano magna quædam, & pretiosa valde mysteria non signaret. Vnde doctor egregius fatetur,
1.Cor.10. dicens: Omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem per nos, in quos fines seculorum deuenerunt. Eo igitur per spiritum altius requirenda sunt, quo in exposita velut carne literæ vile cernitur, quod loquuntur. Quæ ergo sunt anorum similitudines, quæ murium imagines? Et quia hæc tam ad tentantia dæmonia, quàm ad membra peccatorum fœtoribus exposita, superius retulimus, similitudines anorum, & murium, qua significatione deaurantur? Sed profecto tunc arcæ debitum pro peccato bene soluitur, si anorum, & murium similitudines ex auro fabricentur. In ani quippe similitudine emittendi fœtoris membrum cernitur, & tamen quia similitudo non veritas est, fœtore iam nullo maculatur. Et quia de auro afficitur, hoc profecto insinuat: quia ex splendore pulchritudinis, species commutatur deformitatis. Peccator ergo conuersus ani similitudinem facit, cum quibus peccati fœtoribus membra sua deposuerat, ad memoriam ducit. Ani ergo similitudinem fabricare est membrorum suorum nuper peccantium turpitudinem, pœnitenti corde recolere. Non itaque anum, sed ani similitudinem fabricat, qui & à peccati fœtoribus membra abluit, & eadem D
membra, quibus peccatis subdiderit, recolere non omittit. Et quidem ex auro fieri ani similitudo cernitur, quia ad pretium æternæ salutis, peccatorum turpitudines atteruntur. Vel fortasse memorando similitudines anorum fiunt, flendo deaurantur, quia & recolendo, quæ fecimus, fingimus, & dum commissa attentius lugemus, in iustitiæ splendorem membra deauramus. Anorum ergo similitudo, non veritas cernitur: quia tunc peccator suæ deformitatis ignominiam respicit, cum praua opera, non solum committendo, non exercet, sed etiam in præterito se commisisse vehementer dolet. Quinque autem ani fieri iubentur, quia vniuersalis omnium gentilium satisfactio imperatur. Vnde & cautè notatum est: Iuxta numerum prouinciarum Philistim.) Quare enim quinque sunt Philistinorum prouinciæ, nisi quia carnalis vita gentilium designatur? Quia enim quinque sensus corporis non ad laudem creatoris, sed ad carnalem vitam contulit, per quinarium numerum Philistinorum prouinciæ exprimuntur. Quinque anos aureos præcipiuntur, vt faciant, vt de omnibus compungantur sensibus, & quia omnes peccauerunt, ideo ad supernæ vitæ claritatem membra omnia redigant, quæ per oblectamenta carnis, omnimoda polluerunt sorde flagitij. In auro quippe supernæ conuersationis E
fulgor ostenditur, quia per Ioannem de superna ciuitate dicitur: Ipsa verò ciuitas auro mundo, similis vitro mundo. Mem- *Apoc.21.*
bra igitur deaurantur, cum corpus terrena, & cœnosa concupiscentiarum fœditate deforme, in splendorem commutatur æternæ vitæ: cum videlicet per sanctæ conuersationis pulchritudinem radiat, quod in appetitu mundanæ delectationis peccatorum fœtore sordebat. Ad istam nanque deaurationem, beatus Paulus auditores suos admonebat, dicens: Sicut exhibuistis *Rom.6.*
membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati, ad iniquitatem, ita exhibeatis membra vestra, seruire iustitiæ in sanctificationem. Et quasi ad anorum similitudines eos respicere compellens, intulit, dicens: Quem ergo fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors. Anorum ergo similitudines ad ruborem fiunt, quia profecto fœditatis nostræ maculas ad memoriam ducimus, vt de eisdem maculis confundamur. Sed deaurantur ad securitatem: quia profecto dum deformitatem nostram supernæ vitæ claritate obducimus: diuini examinis discussionem quadam securitate præstolamur. Mures etiam, qui terram demoliti sunt, de auro fieri iubentur: quia & immundi spiritus, qui carni nostræ corruptionis oblectamenta suggerunt, ad iustificationem nostram memorantur. Quid est enim similitudines murium facere, nisi eas, quas de nobis maligni spiritus habuerunt victorias, memorari. Sed murium quoque similitudines deaurantur, cum nos eorum elisos viribus su- F
spiramus. Nam dum ipsorum nos fraudibus victos plangimus, similitudines profecto murium aureas tenemus: dum præterita consilia dæmonum non habemus in blandimento operis, sed in contemptu reprobationis. Ex auro itaque similitudines murium fiunt: quia præteritæ fraudes dæmonum, ad fulgorem nobis bonæ vitæ proficiunt. Tanto enim humiliores iam sumus, quanto membra nostra per supernę conuersationis fulgorem radiant: & ipsi qui iam dei omnipotentis auxilio fortia agimus, immundorum spirituum prostratos fuisse fraudibus, nosmetipsos videmus. Quod profecto consilium: quia pluribus tribuunt, eiusdem quoque rationem ostendunt: quia dicunt. Quia plaga vna fuit & vobis, & Satrapis vestris.) Quasi apertè dicant. Quia omnes peccato subditi fuistis, necesse est, vt ad melioris vitæ studium corda pariter præparetis. Vnde & Paulus dicit: Omnes peccauerunt, & egent gloria dei, iustificati gratis per *Rom.3.*
gratiam ipsius. Et vt attentius meliorandæ vitæ propositum cõmendent, inculcando repetunt dicentes: Facietis similitudines anorum vestrorum, & murium, qui demoliti sunt terram: & dabitis deo Israël gloriam, si fortè releuet manum suam à vobis, à diis vestris, & à terra vestra.) Eis quæ prędictæ sunt, similitudinibus factis, deo gloriã dare est, de studio boni operis, & de æstimatione humilitatis in semetipso inaniter non gloriari: sed Dei omnipotentis laudibus omne quod agitur, impendere. Et quia dicunt si fortè releuet manum suam à vobis, quid aliud in hoc verbo dubitationis accipitur, nisi quia difficilis ostenditur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ionæ.3. reconciliatio criminoſorum? Vnde & per Ionam dicitur: Quis
G ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus? Quia ergo ſi forte releuat
manum dicitur, commoueri ad pœnitentiæ lachrymas, cum ma-
gna fortitudine debemus: quia etſi hi qui pœnitentiam auſte-
ram faciunt, vix fiduciam ſalutis inueniunt: negligentes ſalui
fieri, quando poſſunt: Quæ profecto reconciliationis difficultas
ſi in pœnitentium æſtimatione tenetur, apud omnipotentem deũ
nequaquam inuenitur: quia & dum Niniuitæ velut pro difficili
reconciliatione graui pœnitentia ſe deiiciunt, omnipotentis
Dei miſericordiam facile meruerunt. Et cum prophetæ Ioelis
voce acri ſe Deo populus lamento proſtraret, egit profecto, vt
qui videbatur ad placandum difficilis, eius iram leuigaret. Nam
Ioel.2. ſtatim in eo ſcriptum eſt. Zelatus eſt Dominus terram ſuam, &
pepercit populo ſuo. Manus itaque releuatur, cum mens in pœ-
nitentia validè compuncta ad conſecutæ miſericordiæ donum,
diuina aſpiratione ſuſtollitur. Et quia (vt dixi) in initio na-
ſcentis Eccleſiæ ſicut generalis peccatorum conuerſio, ita &
generalis erat reconciliatio conuerſorum: manus Dei, quæ re-
leuanda aſſeritur, & ab auditoribus, & à diis eorum, & à ter-
ra leuanda perhibetur. Per deos nanque ſublimes, & ſapien-
tes viri deſignantur. Nam & ad Moyſen Dominus dicit: Po-
Exod.7. ſui te in Deum Pharaonis. Et in legis etiam mandato præcipi-
Exod.22. tur: Diis non detrahes. Per terram vero ſimplicium vita ex-
primitur: quia dum prædicationem ſuperiorum, velut cœli
H pluuiam in ſe cadentem, recipiunt, de irrigatione verbi, fru-
ctum proferunt bonæ operationis. A diis ergo, & à terra
manus Domini releuatur, cum tam ſapientes quam ſimplices ad
certitudinem diuinæ indulgentiæ aut occulto, & ſpiritali ſola-
tio, aut prædicatorum iudicio reducuntur. Vnde & is qui pau-
Rom.6. lo ſuperius deaurari membra monuerat, dicens: Exhibete mem-
bra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem, quaſi reuelatæ
manus domini iudicium proferens, ait. Nunc autem liberati à
peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in
ſanctificationem, finem vero vitam æternam. Hinc iterum con-
uerſis à nequioris vitæ deformitate, integrum auri fulgorem
mirabatur, dicens: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux
Ephes.5. in Domino. Hinc idem ſuos collaudans, ait: In medio natio-
Philip.2. nis prauæ & peruerſæ, in quibus lucetis, quaſi luminaria in
mundo. Factis igitur ex auro ſimilitudinibus anorum & mu-
rium & data deo gloria, manus domini releuatur, quia poſt pœ-
nitentiæ luctum, poſt meliorationem vitæ, & æſtimationis hu-
militatem, ad plenam omnipotentis dei miſericordiam pecca-
tores reducuntur. Et quia iſta omnia adhuc per conſilium præ-
cipiuntur, prædicatorum verò conſilium alij deuotè perficiunt,
alij verò contemnunt, qui de bonæ vitæ ſplendore bonos lau-
dibus efferunt, contra ſuperbos per inuectionem increpationis
accenduntur. Nam ſequitur: Quare aggrauatis corda veſtra,
I ſicut Aegyptus, & Pharao.) Cor nanque vt Aegyptus, & Pha-
rao aggrauat, qui iam cognitione ſacri eloquij, vulnera pe-
catorum ſuorum intelligit, & tamen per meliorationem vitæ,
per amaritudinem pœnitentiæ, ad vera futuræ vitæ gaudia ani-
mum non intendit. Bene ergo Aegyptiis in grauitate cordis ſi-
milatur. Aegyptus quippe tenebræ dicitur. Quid ergo Aegy-
pti nomine accipitur, niſi à cœlorum cædibus angelorum la-
pſa multitudo? Et quid in Pharaone Aegypti rege, niſi ipſe
tenebrarum auctor diabolus deſignatur? Bene ergo diſſimula-
tores pœnitentiæ Aegypto, & Pharaoni in cordis aggrauatio-
ne ſimilantur. Reprobi quippe angeli ſemel à cœleſtibus lapſi,
ſicut amorem amiſſæ beatitudinis non recipiunt, ita & pœni-
tentiam agere de perpetrata ſuperbia nunquam poſſunt. Dum
ergo ſancti prædicatores contra impudentes peccatores per acu-
tam increpationem ſe inuehunt, Aegypti, & Pharaonis ſimi-
litudinem ad medium ducunt, vt auditores eorum tanto facili-
us ad ſatisfactionem proruant, quanto per id quod pœniten-
tiam nolunt agere, damnatis angelis ſe eſſe ſimiles non ignorant. Vnde & inſtanter ad ſtudium adimplendi conſilij eos co-
gunt, dum ſubinferentes dicunt: Accipite ergo, & facite
plauſtrum nouum vnum, & duas vaccas fœtas, quibus non eſt
impoſitum iugum, iungite ad plauſtrum, & claudite vitulos
eorum domi. Tolletiſque arcam domini, & ponetis eam in
plauſtrum, & vaſa aurea, quæ exſoluiſtis ei pro delicto pone-
tis in capſella, ad latus eius, & dimittite eam, vt vadat. Et aſpi- K
cietis, & ſiquidem per viam confinium ſuorum aſcenderit, con-
tra Bethſamis ipſe fecit vobis grande malum hoc. Si autem mi-
nime, ſcietis quia nequaquam manus eius tetigit nos, ſed ca-
ſu accidit.) Quid enim plauſtri nomine, niſi aut vniuerſa ſimul
ſancta Eccleſia, aut vnaquæque cuiuſque fidelis anima deſigna-
tur? Cuius profecto plauſtri rotæ ſunt vtrunque teſtamentum.
Nam dum ſancta Eccleſia, vel electa quælibet mens per vetus
& nouum teſtamentũ inſtructa, ad æternam vitam innititur, qua-
ſi ſublimibus prælata rotis, ad propoſitum locum per altum fer-
tur. Sed plauſtrum fieri nouum præcipitur, vt videlicet qui ad
æterna gaudia peruenire deſiderat, per præceptum dilectionis
noui hominis ſplendore veſtiatur. Hoc quippe plauſtrum in-
nouari præcipiebat dominus, dicens: Hoc eſt præceptum meum, *Ioan.15.*
vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Hinc Paulus præcipit, di- *Epheſ.4.*
cens: Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induimini nouum
hominem, qui ſecundum deum creatus eſt. Hinc Romanos al- *Rom.13.*
loquens, ait: Non in commeſſationibus, & ebrietatibus, non in
contentione, & æmulatione, non in cubilibus, & pudicitiis, ſed
induimini dominum Ieſum Chriſtum. Plauſtrum igitur nouum
facit, qui & vtrunque teſtamentum rectè intelligit, & ſplendo-
re ſanctæ conuerſationis indutus, ad ſuperna ſeſe deſideria ex-
tendit. Poſſunt quoque rotæ, quibus hoc plauſtrum graditur,
electi cuiuſque geminum deſiderium deſignare: quia quiſquis L
iam opitulante deo præſentem vitam in grumnam peregrinatio-
nis tenet, ad futuram beatitudinem idcirco peruenire deſide-
rat, vt impaſsibilis & immortalis fiat, vt videlicet per vnum,
eam quam horret, miſeriam deſerat, per aliud, eam quam pro-
meretur beatitudinem, nunquam perdat. Vaccæ autem ſunt ſan-
cti prædicatores. Qui quia & gemino præcepto charitatis in-
ſignes ſunt, & in noua conuerſatione conuerſorum animas gi-
gnunt, rectè tam binario numero, quàm fœminino genere deſi-
gnantur. Vituli autem ſunt deſideria terrena. Cum ergo vaccæ
plauſtrum trahunt, domini vitulos claudunt, quia dum electis
fidelibus ad ſupernam patriam ducatum præbent, ea deſideria,
quæ eis reprobam vitam ſuggerunt, prodire ad effectum pro-
hibent. Claudunt quippe vitulos, cum iam ſuperba deſideria in
ipſo ſuggeſtionis initio, intra conſcientiam conterunt, & proſi-
cere ea ad effectum operis, non permittunt. Vnde & vaccæ, qui-
bus non eſt iugum impoſitum, ad trahendum plauſtrum exqui-
ri perhibentur: quia prædicatores electis fidelibus prouidendi
ſunt, qui per nulla onera criminis ſubiecti ſint imperio diaboli-
cæ poteſtatis. De quo profecto iugo per prophetam dicitur: *Eſa.10.*
Computreſcet iugum à facie olei. Bene autem proceſſus ſen-
ſuum, ordini concordat verborum, quia etſi aduerſa dominatio-
ne ſunt liberi, neceſſe eſt, vt ſemper ſint de futura conuerſatio-
ne ſuſpecti. Vaccæ ergo & ſine iugo ſunt, & tamen earum viru- M
li domi clauduntur: quia ſancti prædicatores aduerſariis ſpi-
ritibus ex virtute dominantur, ſed ab edomandis prauis deſide-
riis, eo intentionem non auferunt, quo de ſanctitate, qua ſe or-
natos aſpiciunt, ſecuritatem in hac vita perpetuam habere non
poſſunt. Et quia talibus diuinæ cognitionis gratia latius aperi-
tur, aptè arca domini tolli, & ſuper plauſtrum poni præcipi-
tur. Quod autem imponi arca auditoribus ſuper plauſtrum
iubetur, hoc profecto inſinuat, videlicet quod in ſancta Eccleſia
plures ordines præſulum inuenimus, quia dum prærogatiua
alij aliis digniores ſunt, etiam auctoritatem præcipiendi ſor-
tiuntur ex culmine ordinis altioris. Cum ergo arca domini
reduci præcipitur, ſuper plauſtrum nouum poni perhibetur:
quia profecto ad æternam patriam cum cognitione ſacramen-
torum ſpiritualium rectè graditur, qui hoc quod de ſancta
ſcriptura didicit, per nouæ conuerſationis pulchritudinem non
relinquit. Ad latus autem eiuſdem arcæ vaſa aurea, quæ ei pro
delicto ſunt reddita, poni præcipiuntur. Vaſa quippe aurea
vocat, quæ ſuperius memorat, dicens: Facietis ſimilitudines
anorum veſtrorum, & murium.) In quibus profecto vaſis, pec-
catorum, atque tentationũ memoria deſignari dixeramus. Quid
eſt ergo, quod ſuperius anorum, & murium ſimilitudines eſ-
ſe perhibuit, nunc vaſa aurea appellauit. Sed ibi de eo quod ar-
cæ pro peccato exolui debebat, tractabatur, hic autem de arcę re-
miſsione. Quid ergo eſt, quod res iſtæ eædem honeſtiori nomi-
ne

A ne exprimuntur, nisi quia peccata, quæ pœnitentiæ fletibus tersa non sunt, in deformitate sua attentius videnda atque lugenda sunt: ea verò quæ iam sunt diluta magnis fletibus, non attentius, neque in deformitate sua respicienda, sed æstimatione humilitatis aliquando cogitanda. Quasi enim in mente pœnitentis, & acriter dolentis ani similitudo, & murium est: quando vt attentius lugeat eam, quam ante mentis suæ oculos congerit, peccati massam coadunatam videt. Sed cum iam magnis, & diuturnis fletibus quodammodo de peccatorum suorum remissione securus, ad supernam patriam festinare cursu magnæ conuersationis cœperit, quasi aurea iam vasa conspicit: quia peccata videt, non quibus obligatum viderat: sed quæ omnipotentis dei laudibus impendat. Bene autem in capsella, ad latus arcæ eadem vasa reponuntur. Nam si arca diuinæ cognitionis secretum insinuat, ad latus vasa dependantur: quia dum altitudo diuinæ cognitionis mentem eleuat, ad virtutem humilitatis infirma nostra præterita ad memoriam reducenda sunt. Non igitur ponenda sunt ante arcam, ne dum immoderatius infirma respicimus, attolli ad superna nequeamus. Constat itaque quia ex latere dependantur: vt & superna videamus libere, & cum expedit ad nostra infirma mentis oculos reuocemus. Quid est autem, quod præcipiuntur: Et dimittite eam, vt vadat?) Sed arca dimittitur, quando eruditæ mentes subdi-
B torum à suis rectoribus libere viuere permittuntur: vt videlicet ad æternam patriam properent, non iam maioris imperio, sed propriæ arbitrio rationis. Tenenda est igitur, vt plaustro imponatur, imposita quoque dimittitur: quia nimirum electis subditis disponendæ vitæ suæ licentia à prælatis ante danda non est, quam doctrinæ spiritualis eruditionem percipiant, & firmam consuetudinem bonæ operationis. Nam nec simplicibus subiectis, & bene viuentibus, nec eruditis, & infirmis, viuendi libertas rectè conceditur. Illi quippe à callido aduersario decipi tanto facilius poterunt, quanto & deprehendere eius insidias, per spiritalem eruditionem nequaquam didicerunt, isti verò eo difficilius seruant bonum eruditionis, quo tentatoris laqueos eruditi conspiciunt, & eorum vincula deuitare eruditi non possunt. Tunc ergo competenter arca dimittitur, cum id cui imponi debeat plaustrum ante fabricatur, cum ei vasa aurea quæ debentur pro peccato, ex latere dependantur, quia profecto tunc secura esse poterit vita liberè viuentis subditi, cum renouatione interioris hominis custodire longo vsu didicerit, cum ex vitæ puritate, celsitudinem diuinæ eruditionis apprehendit, atque inter dona sublimia ea quæ aliquando praue egisse memorat, recolere ad humilitatem non negligit. Quæ profecto viuendi libertas: quia ad solum studium superni amoris bonis subiectis impenditur, aptè & causam, qua eadem arca dimittatur, adiungit: Vt vadat inquit.) Quasi enim aliis verbis
C dicat, Ad hoc solum liberius viuere permittendi sunt, vt ad cœlestem patriam celerius proficiscantur. Sed quia nonnulli subditi tam conuersatione, quam scientia humano iudicio perfecti sunt, non diuino, prouidendum bonorum rectorum studio est, vt eorum curam tunc nec omnino prætereant, cum iidem subditi se de eorum cura dimissos putant, sed pia calliditate explorent, iam liberi qualiter viuant, quorum subdictionis bona plenius nouerant. Quare & subiungitur: Et aspicietis, & siquidem per viam finium suorum ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande. Sinautem minime, sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos, sed casu accidit.) Bethsamis (vt iam diximus) interpretatur domus solis. Dimissam autem arcam prædicatores aspiciunt, vtrum recto itinere contra Bethsamis gradiatur: quia & cum proprio arbitrio dimittuntur subditi, explorare prælati debent, an bonum libertatis ad profectum conuertant cœlestis itineris. Sed & cautè notandum est: quia tunc rectè contra Bethsamis arca ascendit, cum confinium viam gradiendo non deserit. Confines etenim nostri, sunt electi priores. Confines quippe sunt, qui iuxta se possessiones dispositas habent. Confines igitur electorum sunt æterni regni perpetui cohæredes. Nam velut iuxta se dispositis possessionibus habitant, qui in eandem æternæ patriæ societatem vocati, de vna, & eadem conditoris maiestate sortiti sunt iura æternæ hæreditatis. Vel idcirco dicuntur confines: quia cum de bona conuersatione ad perennis vitæ gaudia electi perueniant, D
qui rectè viuunt in hoc mundo, cœlestibus ciuibus vicini sunt. Quæ est ergo via confinium nisi afflictio temporalis? Hanc viam Bethsamis per semetipsum dominus demonstrat, dicens: Arcta *Mat.7.* est via, quæ ducit ad vitam. Hanc item commendat, cum discipulos increpans, ait: O stulti, & tardi corde ad credendum, nónne oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. Hinc *Luc.24.* Paulus ait: Per multas tribulationes oportet nos intrare in re- *Actu.14.* gnum dei. Contra Bethsamis ergo tunc arca dirigitur, cum per viam confinium ascendere videtur: quia in superna conuersatione ille verius proficit, qui ad æterna gaudia peruenire non per mundanas delectationes, sed per carnis afflictiones, & mundi aduersitates quærit. Sed quia non ire, sed ascendere dimissa arca dicitur, altior via dimissis in libertate subditis indicatur: quia per viam Bethsamis non rectè gradiuntur, si non quotidie de bonis, ad meliora proficiunt. Ascendere enim meritis virtutum, quotidie ad meliora proficere est. Sed cum rectè contra Bethsamis arca ducitur, malum grande, quod perpessi fuerant, omnipotentis dei operibus adscribunt. Malum nanque grande eam percussionem vocant, de qua superius legitur: fiebat manus domini super singulas ciuitates, interfectionis magnæ nimis. Et
E quia eandem interfectionem tam ad conuersionem gentilium, quàm ad fidelium delinquentium salubrem compunctionem retulimus, cum arca rectè contra Bethsamis graditur, malum illud grande quod acciderat, à deo esse indicatur: quia profecto electorum singulorum finis indicat, qualiter prædicatoris animus eorum prima opera recognoscat. Nam si in fine deficiunt, apertè cognoscitur: quia bona eorum principia à domino non fuerunt. Vnde & subditur: Sinautem minime, scietis quia nequaquam manus eius tetigit nos, sed casu accidit.) Manus domini quid est, nisi vnigenitus patris æterni? Manu nanque domini non tanguntur, qui non inspiratione diuini verbi, sed subita deliberatione cordis sui à pristina conuersatione separantur. Qui certè tanto celerius ab incepta bonitate deficiunt, quanto quod per arctam viam ingredi ad æternam patriam proposuerant, qua fortitudine exequendum esset, præcogitare nescierunt. Quare & aptè dictum est: Casu accidit.) Quod enim casu accidit, subito & sine consilio, & prouisione contingit. Cum ergo hi qui à mundi amore, siue qui ab infidelitate discessisse videbantur conuersi, ad prioris vitæ nequitiam reuiuiscunt, apertè cognoscitur: quia non manu domini vt videbantur interfecti, sed accidente casu, à pristina sint conuersatione separati. Sequitur: Fecerunt illi hoc modo, & tollentes duas vaccas iunxerunt ad plaustrum, vitulósque earum clauserunt domi, & posuerunt arcam dei super plaustrum, & capsellam, quæ habebat mures aureos, & similitudines anorum.) Quia hæc F
supra latius exposita sunt, quid iam in se de spiritali eruditione contineat ipsa profectio arcæ videamus. Nam sequitur: Ibant autem in directum vaccæ per viam, quæ ducit Bethsames, & itinere vno gradiebantur, pergentes: & mugientes, & non declinabant neque ad dexteram, neque ad sinistram.) In directum per viam, quæ ducit Bethsames ire, est in studio cœlestis professionis, afflictionem carnis tenere per virtutem discretionis. Nam in directum vaccæ nequaquam gradiuntur, si in afflictione carnis discretio non seruatur. Denique dum vltra modum caro affligitur, conferre opem spiritui eadem caro omnino defecta, non sufficit. Et si dignè non affligitur, dum superbit, velut libera seruire menti indomita dedignatur. Bene igitur dum per viam Bethsamis in directum vaccæ ire referuntur, subiunctum est: quia non declinabant, neque ad dexteram, neque ad sinistram. Ad dexteram quippe declinare, est virtuti abstinentiæ immoderatè insistere: quia per bonum, quod videtur, viam deserimus, dum sic necessariam abstinentiæ virtutem sequimur, vt alia nobis auxilia de carne subtrahamus. Ad sinistram quoque declinare, est carni abundantius indulgere. Nam per apertæ remissionis vitium, à Bethsamis via deflectimur, dum carnem per delicias deducimus, qui paradisi viam in afflictione dispositam nouerамus. Et quia nulla est vitæ parcioris syncritas, si munditiæ boni operis simplicitas non concordat intentionis, cautè expressum est: Et itinere vno gradiebantur.) Vno quippe itinere graditur, qui virtutem, quam prætendit in

Universidad de Deusto
Biblioteca

G bono opere, in recta seruat intentione. Quo contra de vnoquo-
Eccli.2. que reprobo dicitur: Væ peccatori, ingredienti terram duabus
viis. Duabus quippe viis peccator terram ingreditur, cum Dei
videtur esse quod agit, sed ex omni, quod religiosum foris
exhibet, intus seculi intentionem tenet: Vno autem itinere
Matt.6. gradi electos suos Dominus insinuat, dicens: Si oculus tuus
fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Hinc Paulus
2.Cor.1. ait: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.
Psal.44. Hinc Dauid: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Vno igi-
tur itinere contra Bethsames vaccæ gradiuntur: quia electi ad
æternam patriam festinantes bona foris agunt, sed ex eisdem
bonis operibus seculi præmia non requirunt. Quid est autem
quod de eisdem vaccis dicitur: quia Ingrediebantur per gen-
tes, & mugientes.) Sed pergere dicuntur: quia sancti viri bo-
na incessanter faciunt: mugiunt vero, quia carnalia desyderia
in semetipsis extinguere, sine magna quotidie tribulatione non
possunt. Mugire nanque ad laborem edomandæ carnis perti-
net, pergere autem ad perseuerantiam bonæ voluntatis. Nam
dum contra naturam caro carnales motus comprimere cogitur,
velut mugit, dum graditur: quia propria desyderia adimplere
prohibetur. Bene quippe duo hæc in sanctorum profectione
describuntur, videlicet pergere,& mugire. Quia & si eis ad su-
pernam patriam festinantibus, magna est instantia desyderij:
H est nihilominus inuincibilis patientia laboris. Nam de his vac-
Ezech.1. cis pergentibus per Ezechielem dicitur: Non reuertebantur,
cum incederent. Vaccarum quoque mugitum, & causam expri-
Rom.7. mit Paulus, dicens: Video aliam legem contradicentem legi
mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati. Infelix
ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Mu-
giunt ergo vaccæ, sed pergunt: quia sancti viri etsi magna
sunt tentamenta, quæ perferunt, viam tamen supernæ patriæ
non relinquunt. Pergunt item, sed mugiunt: quia etsi magnis
desyderiis ad superna properant, profectum tamen superni iti-
neris non de quiete pacis obtinent, sed ex triumpho tentatio-
nis. Sequitur: Sed & satrapæ Philistinorum sequebantur
vsque ad terminos Bethsamis. Quinam sunt termini, ad quos
sequi proficiscentem arcam dei prælatis necessarium est, &
quos in arcæ dei comitatu progredi congruum non est? Quos
nimirum terminos si accipiamus in eruditione sacri eloquij, &
bona operatione contrarium non videtur. Sed hi profecto ter-
mini Bethsamis, sequentium principum termini sunt: cum pro
modo suo quisque supersubditis perfectus est doctrina sacri
eloquij, & vsu bonæ operationis. Eo enim iam de isto secu-
rus pastor efficitur, quo & cautè iam spiritalia conspicit, &
ea quæ ratione comperit, fortitudine boni operis apprehendit.
Qui profecto termini, Bethsamis esse termini dicuntur: quia
nimirum dum eruditos dei operatios dignanter excipiunt, ad
I contemplationem supernæ patriæ introducunt. Termini nan-
que sunt: quia & dignos ad contemplationem suscipiunt, in-
dignos expellunt. Indocti quippe si ad contemplanda sub-
tilius superna se sustollere præsumunt, potius errando de-
uiant, quàm lumen veritatis apprehendant. Et nisi quis bo-
na opera præmittat, hoc profectò agit, vt illam quam appe-
tit claritatem internæ visionis, nunquam inueniat. Vnde & do-
minus in Euangelio quasi ad terminos Bethsamis contempla-
Ioan.14. tiuæ vitæ amatores transmittens, ait: Qui habet verba mea, &
facit ea: hic est qui me diligit: Qui autem diligit me, dilige-
tur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me-
ipsum. Qui enim se manifestaturum non nisi diligentibus di-
cit, se autem diligere eos, qui seruant mandata eius: apertè do-
cet, quia lucem suæ occultæ visionis non tribuit, nisi pro retri-
butione bonæ operationis. Sequitur: Porro Bethsamitæ me-
tebant triticum in valle.) Qui enim Bethsamitę rectius possunt
intelligi, quàm hi qui perfecti iam viri sunt in sublimitate con-
templationis? Nam velut de domo solis sunt, qui contemptis
terrenis omnibus, veri luminis splendoribus illustrantur. De
domo quidem solis sunt, qui iam omni mundo sepulti, ad vi-
dendam conditoris sui claritatem, flamma miræ dilectionis in-
ardescunt. Qui ad ciuitatem suam duobus modis ascendunt:
quia ad supernæ patriæ claritatem, & nunc per contemplatio-
nem, & in fine per veritatem gloriæ perducuntur, nunc ad do-
mum solis contemplando euolant, sed quod nunc mentis puri-K
tate aspiciunt, tunc per præsentem lætitiam æternæ retributio-
nis veritatem apprehendunt. Bethsames ergo arca dei perdu-
citur, cum mens electa aut per contemplationis altitudinem, aut
per assumptionem retributionis ad æterna gaudia sublimatur.
Qui ergo æternum illum, & ineffabilem arcæ situm scire non
possumus: ea quæ de isto, quem nouimus, dicuntur, audiamus.
Quid est ergo quod Bethsamitæ metunt triticum in valle, nisi
quia contemplatiuæ vitæ dediti, delitias internæ refectionis
colligunt in virtute humilitatis? Vallis quippe in sacro elo-
quio æstimationem designat humilium, Psalmista testante qui
de domino loquens, ait: Qui emittis fontes in conuallibus. Nam *Psal.103.*
infusionem supernæ gratiæ mentibus infundit dispositis per hu-
militatem. Bethsamitæ ergo in valle triticum metunt: quia con-
templationi vacantes, dum pro humilitatis merito clarius su-
perna conspiciunt: ad suauiorem refectionem mentium, ligant
manipulos gaudiorum. Nam triticeus panis, sicut aspectu can-
didior, ita & sapore delectabilior est. Sed fortasse in ista vita ad-
huc positi non sumimus panem, sed spicas metimus: in illa au-
tem superna vita beatitudinis, non spicas, sed panem manducа-
mus. In ista etenim vita, cum ad contemplanda æterna sustol-
limur, supernarum rerum similitudines capere de rebus istis in-
simis, & visibilibus nitimur: vt iuxta egregij doctoris vocem,
inuisibilia à creatura mundi, per ea quæ visibilia facta sunt, co- L
gnoscamus. Quare & ille verus Bethsamita, & domesticus so-
lis iustitiæ exultans, ait: Delectasti me domine in factura tua, *Rom.1.*
& operibus manuum tuarum exultabo, quam magnificata sunt *Psal.91.*
opera tua domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuę.
Sed dum in rebus visibilibus inuisibilium rerum gaudia excipi-
mus, velut intra paleas adhuc triticum tenemus. Tunc autem
nobis purum triticum, siue de tritico panis erit. Nam cum ab-
sorpta iam morte, in æterna vita reuelata facie clarius redem-
ptorem cernemus, ad eius cognitionem thecis similitudinum
non egemus. Bene ergo de Bethsamitis dicitur, quod mete-
bant triticum in valle: quia perfecti viri, etsi pro humilitatis
merito sublimitatem supernæ contemplationis accipiunt, ad il-
lam omnipotentis dei puram substantiam contemplandam eo
pertingere nequeunt: quo refectionem *suæ mentis* adhuc ve-
lut inter paleas metunt. *Cuius profectò humilitatis* bonum de-
signatur, cum subditur: Et eleuantes oculos viderunt arcam
dei.) Oculos quippe eleuant: quia dum de se alta non sentiunt:
æstimatione sua velut in plano sunt. Oculos eleuant: quia eos,
quos diuina gratia dignos aspiciunt, in alto positos meritorum
culmine contemplantur. Sed eleuantes oculos arcam vident:
quia quo se humilius per æstimationem deiiciunt, proximorum
bona cognoscere melius possunt. Ea etenim veritas, quæ su-M
perborum corda per seipsam deserit, illa eis etiam dona, quæ
confert humilibus, abscondit: vt velut obcæcati penitus, nec in
terra diffusum iam solem videant, qui eius claritatis radios vi-
dere in cœlo desierunt. Sed quia regressionem arcæ dei ad pro-
positum contemplatiuæ vitæ retulimus: eleuatio etiam oculo-
rum ad studium discernendorum spirituum non inconuenien-
ter referri potest. Bethsamitæ quippe oculos leuant, cum vitæ
secretioris proposito confluentium ad se dona, subtili inspectio-
ne consyderant, cum intenta mente discutiunt, an vitæ altioris
propositum, quod accedendo expetunt: recta validáque inten-
tione prosequantur. Leuare igitur oculos eis est, nouitiorum
spiritum altius consyderare. Sed leuantes oculos arcam dei re-
spiciunt: quia dum subtilius eius conuersiones discutiunt, qua
virtutum spiritualium gratia fulgeant, deprehẽdunt. Et quia
per affectum dilectionis, de cognitis eorum bonis hilarescunt,
aptè subiungitur: Et gauisi sunt, cum vidissent.) sequitur:
Et venit plaustrum in agrum Iosue Bethsamitæ, & stetit ibi.)
Si Bethsamis interpretatur domus solis, domus solis ciuitas est
cœlestis. Hic Iosue Bethsamita non tam typo, quàm ipso no-
mine & dignitate humani generis redemptorem significat. Io-
sue quippe saluator, nostro eloquio dicitur. Et de semetipso
dominus dicit: Venit filius hominis quærere, & saluum facere *Luc.19.*
quod perierat. Hinc est etiam quod Ioseph in somniis per an-
gelum repromittitur: Ipse saluum faciet populum suum à pec- *Matt.1.*
catis eorum. Bethsamitā quoque se esse per semetipsum manife-
stat,

Universidad de Deusto

vitat, dicens: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Hinc
Ioan.6. Ioannes Baptista ait: Qui de cœlo venit, super omnes est. Quis
est ergo ager Iosue Bethsamitæ, nisi amœnitas vitæ contemplatiuæ?
Ioan.3. Ibi enim & herbarum virores, & odores aromatum, & florum diuersa pulchritudo cernitur: quia nimirum quo superna illa societas clarius aspicitur, quod incorruptibile floret angelis, quod immarcessibile viret sanctis, quod inuiolabile in virginibus redolet, contemplantium oculis gratius exhibetur. Bene autem idem ager saluatoris esse perhibetur: quia contemplatiuæ vitæ amatores, quo secretius conuersantur: redemptori nostro gratiores, & familiariores sunt. In agrum quoque Iosue Bethsamitæ plaustrum venit, cum mens electa à seculi intentione diuisa, solis cœlestibus intendit: cum cœlestis iam amœnitate visionis fruitur: quia terrena respicere per amorem dedignatur. Et notandum: quia hoc plaustrum nouum fuisse, non valde supra relatum est: quia profecto mens criminum vetustate resoluta, ad tantam gloriam recipi non meretur. Sed habet vita secretior delicias in amœnitate visionis: habet ingentem laborem in strenuitate certaminis: quia nimirum diuina præmia sicut ex triumpho consequimur, ita & strenuè dimicando custodimus. Bene ergo de veniente in agrum Iesu plaustro subiungitur: Et stetit ibi.) Stare quippe ad prælij custodiam pertinet, non ad pacis quietem. Stetit quippe plaustrum in agro: quia etsi mens a-
B mœna iam illius supernæ, & semper virentis patriæ videndo, atque amando inhabitat: tamen quod amorem visionis delectabiliter possidet, sine incessantis curæ sollicitudine nequaquam seruat. Sed nimirum in tanto agone posita mens humana deficeret, si ille, qui humanam infirmitatem in sua diuinitate roborauit, ei præsentiæ suæ auxilium non præberet. Quare & causam exponens, qua stare in agro plaustrum potuerit, addidit, dicens: Erat enim ibi lapis magnus.) Lapis quippe magnus redemptor intelligitur generis humani. De quo lapide per Psalmistam dicitur: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, factus est in
Psal.17. caput anguli. Hinc doctor egregius collaudans, ait: Superædificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso
Ephe.2. summo angulari lapide Christo Iesu, in quo & vos tanquam lapides viui superædificamini. Et magnus quidem lapis dicitur: quia incomparabili fortitudine prædicatur. Cum ergo venisse, & steriſſe in agro plaustrum dicitur: additum est: Erat ibi lapis magnus:) vt latentibus mysteriis designaret: quia contemplatiuæ vitæ dediti, seruare dona tam ingentia ideo possunt: quia iuxta eum per gratiam sunt, à quo eadem dona perceperunt. Sequitur, Et conciderunt ligna plaustri, vaccásque imposuerunt super ea in holocaustum domino.) Quæ sunt ligna plaustri arcæ dei, nisi sanctæ scripturæ sententiæ, & exempla iustorum? Bethsamitæ quippe ligna concidunt, cum secretioris vitæ præpositi subiectorum suorum mentibus scripturarum sensus subtilius aperiunt: cum excellentiora exempla patrum, ad eo-
C rum imitationem proferunt: vt in eorum cordibus superni amoris flamma tanto feruentius ardeat, quanto fomentum incendij, velut concisa ligna, citius subministrant. Plaustri quippe ligna sunt: quia mens per dei gratiam renouata, ea per memoriam retinet. De quibus profecto lignis sanctus legis lator decernit,
Leuit.6. dicens: Ignis in altari meo semper debet esse: quem nutriat sacerdos, suggerens mane ligna per singulos dies. Quia verò concidi ligna memorantur, apertius indicant: quia contemplatiuæ vitæ puritatem quærentibus, non communia de sacro eloquio, sed altiora & excellentia quæque pandenda sunt: vt eo fortius se in alta videndo subleuent, quo eis nobiliora bona, quæ audiunt, magis placent. Vnde & bene subiungitur: quia vaccas imposuere super ea in holocaustum domino. Holocaustum nanque combustum dicitur. Cum ergo ligna conciduntur, holocausta desuper impositis vaccis fiunt: quia qui eximia de scripturis deuota mente suscipiunt, quo in superna se desideria altius extendunt: eo nil in eis deseritur, quod non diuini amoris flamma comburatur. Et tunc quidem curare doctorem necesse est, vt religiosi subiecti alta considerent, & tamen per æstimationem de se alta non teneant, ne quo celsius summa videndo proficiũt, per elationem corruentes, periculosius elidantur. Vnde & hic quoque subditur: Leuitæ autem deposuerunt arcam dei, & capsellam, quæ erat iuxta eam, in qua erant vasa aurea, & posuerunt super lapidem grandem.) Leuitæ interpretantur assumpti. Qui ergo sunt D
leuitæ, nisi qui sic sunt diuina gratia confirmati, vt à sancto spiritu deseri nunquam possint? Arcam quippe leuitæ deponunt, cum perfecti prædicatores suos subiectos admonent, vt eos spiritalis scientia nequaquam inflet. Capsellam quoque, cum vasis aureis deponunt, cum eos etiam de vitæ splendore conueniunt, vt eo de se humilius sentiant, quo etiam redemptorem nostrum ad exaltationis suæ præmium, eorum quisque iam peruenisse didicit: quia de se inaniter alta non sensit. Bene itaque deposita arca, & vasa aurea super grandem lapidem posita memorantur, quia inter dona sublimia de se humiliter sapere illi verius possunt, qui redemptoris magnitudinem, & humilitatem recolere sæpius didicerunt. Nam deponere arcam dei, & super lapidem grandem volebat ponere, qui dicebat: Hoc sentite in vobis, quod
Philip.2. in Christo Iesu. Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem deo. Sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit se factus obediens vsque ad mortem crucis. Sed qui de subditorum cordibus amoris hostiam ministerio prædicationis deo immolant, de suis etiam mentibus excellentiora valde oblationum dona repræsentãt. Vnde & subditur: Viri autem Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolauerunt victimas in die illa domino.) In qua die, nisi in il-
E la, in qua holocaustum domino vaccas super plaustri ligna posuere. Quæ est igitur dies illa, nisi illuminatio diuinę prędicationis? Ea nanque die Bethsamitæ holocausta domino offeruut, ea die victimas immolant, qua ligna concidunt, qua super ea holocaustum domino vaccas imponunt: quia sancti prædicatores ea luce verbi, qua subiectis emicant, sibi quoque ad rectitudinem superni itineris officium visionis administrant: & contemptis rebus infimis, per vim dilectionis omnipotenti deo tanto se liberius exhibent: quanto etiam auditores suos ei iam magna familiaritate coniunctos vident. Quia verò non solum holocausta obtulisse, sed immolasse victimas viri Bethsamitæ relati sunt, perfectorum virorum spiritalis oblatio designatur. Nam holocausta offerunt, cum per contemplationis ascensum se deo omnipotenti ineffabili affectione coniungunt. Sed holocaustis victimas sociant: quia nimirum tantæ iucunditatis bonum non suis meritis, sed diuinæ referunt bonitati. Sine victimis quidem holocaustum offert, qui iam supernis in magna delectatione coniungitur: & insurgentibus elationis occultæ motibus, per humilitatis virtutem nequaquam dominatur. In oblationibus ergo perfectorum simul holocausta, & victimæ conuenisse describuntur: quia & diuina frui dulcedine digni sunt, & in omni, quod totos se iam cœlites faciunt, elationis ignari: Et quinque Satrapæ Philistinorum viderunt, & reuersi sunt in Accaron in die illa.) Satrapæ Philistinorum (vt iam superius dixi) electi
F sunt prædicatores gentilium. Qui nimirum quinario numero continentur: quia ad refrenandos quinque sensus corporis, aut rudibus adhuc fidelibus, aut carnalibus præsunt. Hi profectò plaustrum cum dei arca comitantur: quia ad studium spiritalis vitæ transeuntes iam eruditos discipulos, sollicitudinis suæ cura prosequuntur. Sed applicante in agrum Iosue plaustro, & vaccatis immolatis, in Accaron redeunt: quia cum eorum perfectionem iam considerauerint, conuersationis eorum itinera vlterius non explorant. In Accaron autem redeunt: quia ad conuertendos alios se conuertunt. Accaron quippe nostro eloquio sterilis dicitur. Steriles quoque sunt, qui aut fide carent, aut bona conuersatione. Bene etiam cum reuersi principes dicuntur, additum est in die illa: quia nisi in eis claritatem tantæ perfectionis agnoscerent, ab eorum sollicitudine securitatis certitudine non redirent. Sequitur: Hi sunt ani aurei, quos reddiderunt Philistim pro delicto. Azotus vnum, Gaza vnum, Ascalon vnum, Geth vnum, & Accaron vnum. Et mures aureos, secundum numerum vrbium Philistim, quinque prouinciarum, ab vrbe murata vsque ad villam, quæ erat absque muro: & vsque ad Abel magnum, super quem posuerunt arcam domini, qui erat vsque in die illa in agro Iosue Bethsamitæ.) Quid hæc omnia designent, latè supra expositum est. Quid est autem, quod cum reddi pro peccato debitum arcæ præcipitur, quinque ani aurei, & quinque mures simul nominantur: cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G verò iam redditum quod debebatur asseritur, vrbes singulæ seorsum vnum reddidisse referuntur? Sed simul supra nominantur: quia simul omnium membrorum demonstrabatur ornatus, in commutatione bonorum operum: hic autem cum redditum debitum arcæ describitur, cautè ostenditur: quia vrbes singulæ anos aureos singulos, & mures obtulerunt: vt profectò peccatori conuerso insinuetur, vt semel peccata deserat, quæ per solitam prauitatem vlterius non requirat. Vrbes quippe singulæ anos, & mures singulos reddunt, cum conuersi peccatores semel tersa lachrymis pœnitentiæ peccata non repetunt. Vnde & *Eccles.7.* sacra scriptura admonet, dicens: Non iteres verbum in oratione. Verbum quippe in oratione iterat, qui precibus purgare peccata conatus est: sed tamen committere non omittit alia, pro quibus oret. Qui profecto anum vnum, & murem deo pro delicto non offert: quia etsi pœnitendo compungitur, fœditates multiplicat, quas deo confitens ei repræsentat. Cum ergo anum vnum & murem vnum vrbes Philistim: siue prouinciæ singulæ reddidisse describuntur, quid aliud designat: nisi perfectionem veræ conuersionis. Perfectè enim conuertitur, qui cum semel quod prauè egerat, plangit: quod rursum plangat, vltra non repetit. Igitur anum vnum, & murem vnum pro peccato offert, qui sic commissa luget præterita, vt perfectè caueat futura. Et quia ista forma conuersionis tam sapientibus, quàm indoctis, tam fortibus, quam debilibus in sancta Ecclesia obseruanda est, bene ab vrbe murata, vsque ad villam sine muro hæc solutio debiti extensa perhibetur. Nulli enim intra sanctam Ecclesiam constituto liberum est peccare, nulli innoxium prava committere. Quare per prophetam dominus comminatur, dicens: *Hier.31.* Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Muratæ quippe vrbes sunt mentes sanctarum scripturarum eruditione circũdatæ. Villæ autem absque muro sunt mentes simplices. Vnum ergo anum aureum non solum singulæ vrbes reddunt, sed etiam villæ, vt quicunque ad religiosum vitam deo auctore cõuertitur, ablutis iam fœtoribus, vlterius non fœdetur. Et quia nemo tam sanctus est, qui in se non habeat aliquid fœditatis quod plangat, solutio huius debiti vsque ad Abel magnum, super quem posuerant arcam dei pertenditur. Abel quippe interpretatur luctus. Quo nimirum nomine, *lapis ille* in quo arcam dei posuerant vocabatur. Sed hoc profecto redemptori nostro nomen congruit: quia & si propria, quæ fleret, non habuit, nostra tam quotidianis precibus, & fletibus peccata purgauit. Sunt quoque in sancta Ecclesia viri perfecti, & illi summo lapidi, charitatis consummatione conjuncti. Huic nanque vnitus erat lapidi, qui *Rom.8.* dicebat: Nemo me separat à charitate Christi, qui an arcæ de- *2.Cor.15.* bitum soluat audiamus. Primum (inquit) fui blasphemus, & *1.Tim.1.* persecutor. Hinc iterum confitens, ait: Non sum dignus vocari Apostolus: quia persecutus sum Ecclesiam dei. Notandum etiam quod vsque ad lapidem excurrisse arcæ debitum legitur, I qui vsque in die illo in agro Iosue manere, & in quo posita arca dei memoratur. Qua in re, quid aliud tenemus, nisi quod in sancta Ecclesia cernimus: quia illi etiam deo pro culpa satisfaciunt: qui non solum à peccatis per dei gratiam erepti, sed etiam per magna sanctarum virtutum culmina, in eius tabernaculum sunt assumpti? sequitur: Percussit autem dominus de viris Bethsamitibus eo quod vidissent arcam domini, & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta milia plebis.) Qui sunt Bethsamitæ percussi, nisi falsa contemplatione decepti hæretici? Bethsamitæ enim non veritate fuerunt, sed præsumptione. Dum igitur arcam videre in lapide præsumerent, percussi sunt: quia cum domini ac redemptoris nostri sacramenta indigni discuterent, æternæ damnationis laqueis, per fallaciam proprij sunt depressi erroris. Quid est autem, quòd de populo septuaginta viri, de plebe autem quinquaginta milia percussa sunt? sed quia appellatione populi etiam vrbium nobiles continentur, plebs autem vulgus est reliquum sine nobilibus, potest hoc colligi: quia hæreticorum alij inter alios quasi nobiles extiterunt, qui in munditia operum, solo errore perierunt: cæteri verò quasi plebis rusticitatem secuti, cum errore fidei, obscurati sunt sorde prauæ operationis. Vnde & alij quinquagenario, alij septuagenario numero exprimuntur: quia & illi per quinque sensus corporis concepta flagitia perfecerunt, illi dum falsò sibi dona aseriberent spiritus septuformis, æterna K obruti sunt caligine cæcitatis. Et quia de eorum percussione, veri fideles contristati sunt, sequitur: Dixerúntque Bethsamitæ. Quis poterit stare in conspectu domini dei sancti huius?) Quasi enim veri fideles, sed simplices dicant. Si tam sapientes, & philosophi in summæ veritatis cognitione falluntur, indocti, & simplices quando venire ad eius notitiam possunt? Sed & si de sua mensura diffidunt, donum tamen diuinæ cognitionis adesse Ecclesiæ non diffidunt. Quare & subditur: Et ad quem ascendet à nobis.) A nobis quippe dominus ascendit, quando id quod de eius cognitione nobis absconditur, per electorum fidelium vocem prædicatur. Velut ascendere nanque eius à nobis est, quod simplicioribus siue infirmioribus de æterna contemplatione cælauerit, sublimibus per humilitatem cordibus reuelare. Quid est ergo dicere, ad quem ascendet à nobis, nisi dignum doctorem quærere, qui sic diuina prædicet, vt à via veritatis non erret? In quibus etiam verbis si historicum sensum requirimus, apertè cognoscimus: quia qui ideò mortui sunt quia arcam domini viderunt, intelligimus nempe quod eadem visione digni non fuerunt. Merito igitur qui percussos aspiciunt dicunt: Quis poterit stare in conspectu domini dei sancti huius?) Nam si hi qui indigni sunt, videndo moriuntur: contrectantes: quando viuũt? Bethsamitæ quidem in sancta Ecclesia sunt mortui sacerdotes, & ministri sacri altaris reprobi: quia de domo L quidem solis iustitiæ sunt dignitate ministerij, non virtute & gratia sanctitatis, Bethsamitæ quidem sunt: quia per sacræ oblationis officium conuersantur in domo dei: sed tanto sunt acriori damnatione percutiendi, quanto non solum videre audent sacra mysteria, sed contrectare: quanto non iam veteris testamenti arcam respiciunt, sed quod omnia superat, indignè se corpori & sanguini ingerunt redemptoris. Quos percussos in- *1.Cor.11.* sinuat Paulus, dicens: Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. Veri etenim fideles dicunt: Quis poterit stare in conspectu domini dei sancti huius?) Altitudinem quippe tantæ administrationis consyderant, & tanti sacramenti dignitatem formidant. Sed dum tantæ rei subire officium metuunt qui id exhibere valeant, digniores quærunt. Vnde & sequitur: Et ad quem ascendet à nobis.) Quasi ergo sacra mysteria humiliter fugientes dicant. Quia nos infirma conuersatione percutimur, ministri ex altiori vita quærendi sunt: quos dum in altissimam virtutum sanctificationem conuersatio sublimis erigit, adsistere deo per officium tantæ oblationis possint. Sequitur: Miserunt ergo nuncios ad habitatores Cariathiarim, dicentes, remiserunt Philistim arcam domini, descendite, & reducite eam ad vos.) Cariathiarim dicitur ciuitas eorum. Quæ est sanctorum ciuitas, nisi illa Hierusalem, quæ sursum est? Qui sunt ergo habitatores eius nisi perfecti viri ab amore mundi alta conuersatione separati? Quorum profecto vnus cæteris M efficacior ait: Nostra conuersatio in cœlis est. Ad hos quippe *Philip.3.* nuncij mittendi sunt, vt dei arcam suscipiant: quia ad electionem sacerdotum viri sancti non solum recipiendi sunt, sed etiam inuitandi. Et notandum, quia viris sublimioribus per nuncios dicitur: Descendite & reducite eam.) Descendunt quippe: quia obediunt, nequaquam enim descenderent, si id, quod ab eis fraternus amor expetit, impendere superba mente refutarent. Tunc quidem vere sublimes sunt, cum se Christo non auferunt: cum id quod ex fraterno iudicio eis imponitur, non repellunt. Vnde aptè subinfertur:

Caput V.

VENERVNT ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam domini, & intulerunt eam in domum Aminadab in Gabaa.) Aminadab interpretatur populus meus spontaneus, Gabaa sublimis. Et nimirum talibus arca dei committenda est. Populus nãque spõtaneus est, quem ad exercenda virtutum opera, sola bona voluntas trahit: quem ad adimplenda mandata dei necessitas non compellit.

Quos

A Quos nimirum sub vnius descriptione beatus Paulus prædicat, dicens: Hilarem datorem diligit deus. Quæ est domus spontanei populi, nisi munimentum sanctæ dilectionis? Nam in virtutum ministerio spontaneus esse non posset, si mansionem sibi dilectionis non conderet. Quæ profectò domus in Gabaa, id est in sublimitate cognoscitur: quia charitatis altitudine ad cœlestia subleuamur. Vel certè in sublimi est domus: quia charitas omnibus virtutibus antefertur. Nam sublimitatis huius altitudinem insinuans Paulus, ait: Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Quid est autem quod Eleazarum sanctificant ad custodiendam arcam dei? Sed hoc nimirum ex vsu sanctæ Ecclesiæ nouimus: quia electus minister prius benedictionem consecrationis à summis viris accipit, quàm ministerium impendat oblationis. Quia verò Eleazarus dei adiutor dicitur, profectò ostenditur: quia non solum sanctificari dei ministri debeant: sed etiam inspici quales sint ad eiusdem consecrationis ordinem promouendi. Qui enim sunt dei adiutorium, nisi qui cum diuina gratia ministrando conueniunt: & quos omnipotentis dei dignatio intus visitat, quam ipsi per exterius ministerium bene viuendo, & docendo confirmant. Vnde & cum Paulo non inaniter gloriantes dicunt: Dei etenim sumus adiu-
B tores. Qui nimirum conuersatione fortissimi, scientia eruditi, amore feruidi, constantia robusti, non solum alieno non egent auxilio: sed quocunque se conferunt, subuenire aliis possunt. Bene itaque dicitur: Eleazarum sanctificauerunt, vt custodiret arcam: quia hi quibus adhuc aliena auxilia necessaria sunt, ad subueniendum aliis, promouendi non sunt. Bene item idem Eleazarus filius Aminadab esse dicitur: quia certè qui ad ministerium prædicationis eligitur, in imitatione sanctorum positus, auxilium omne quod exhibet, esse debet ex dilectione. Quia verò nos superius plaustrum scripturam sacram, arcam verò scientiam eius spiritalem esse diximus, vaccas quoque electas animas, timor Bethsamitarum, quem inesse electis ostendimus in oblatione sacramenti, potest referri etiam ad onus prælationis. Non enim minor sanctitas idonea est animabus instruendis, quam offerendis sacris mysteriis. Et idcirco Bethsamitæ perhibentur percussi: quia plærique viuunt subditi, qui moriuntur prælati. Habet enim arca dei etiam extrinsecus pulchritudinem, quam si minister infirmus non ad spiritalem venerationem, sed ad concupiscentiam secularem inspexerit, nequaquam viuit. Bene itaque causa percussionis eorum declaratur, cum dicitur: Quia viderunt arcam dei.) Quid est enim viderunt, nisi quia eius gloriam videndo concupierunt? Nunc autem auctore deo, per orbem vniuersum sanctæ Ecclesiæ gloria est copiosa. Quæ profectò gloria, quia à reprobis sacerdotibus seculariter appetitur, Bethsamitæ viri arcam dei exterius
C videndo moriuntur. Non quidem spiritalem ejus honorem pro interna virtutum gloria appetunt, sed vt arcæ dei splendorem rapiant, & Ecclesiasticæ prælationis fulgorem, in flore seculi suis cultibus ferant. Arca quoque dei male foris ad percussionem respicitur, quando flagitiosi præpositi subditarum personarum exteriori specie deuicti, ad carnalem concupiscentiam pertrahuntur. Viri timorati ingentem multitudinem concupiscentiæ telo prostratam intuentes, dicunt: Quis poterit stare in conspectu domini dei sancti huius?) Stat quippe in conspectu dei, qui fortis est in ordine diuini mysterij. * Stare etenim fortitudinis est, ministrare obsequij. Stat ergo in conspectu dei, dicitur, qui ordinem superni officij, in altitudine disponit dignæ conuersationis: qui in ministerio, quo fungitur, nullo appetitu Ecclesiastici honoris decipitur, nulla carnali concupiscentia superatur. Quia verò tam idonei ministri raro inueniuntur, merito dicunt: Quis poterit stare in conspectu domini dei sancti huius?) Et quia tantum onus paruuli Christi viris fortioribus deferunt, subdunt: Et ad quem ascendet à nobis?) Quomodo autem ad habitatores Cariathiarim miserit, quomodo arcam dei in domum Aminadab intulerint, quomodo Eleazarum sanctificauerint, sicut supra expositum est, non mutamus. Et factum est ex quo arca dei mansit in Cariathiarim, mul

1.Cor.9.

1.Cor.12.

1.Cor.3.

*al. ministerij.

tiplicati sunt dies. Si ad historiam respicimus dies mansionis D arcæ multiplicati sunt: quia illic multo tempore fuit. Vnde & subditur: Erat enim annus vigesimus.) Et ad quid istam dierum multiplicationem introduxerit, subdens, ait: Et requieuit omnis Israël post dominum.) Quæ nimirum requies in illo veteri populo non bonorum operum: sed bonæ deuotionis intelligenda est. Nam sequitur: Ait autem Samuel ad vniuersam domum Israël, dicens: Si in toto corde vestro reuertimini ad deum, auferte deos alienos de medio vestrum, Baalim & Astaroth, & præparate corda vestra domino, & seruite ei soli, & liberabit vos de manu Philistim.) Qui deos alienos de medio sui non abstulerant, nisi bona voluntate post dominum quomodo requiescebant? Quæ nimirum omnia si spiritaliter inquirantur, dies mansionis arcæ multiplicantur, sed cum manet in Gabaa, cum manet in custodia Eleazari: quia cum animarum fidelium cura apud religiosos prædicatores reconditur, perfectio religionis, quæ sublimi doctrina impenditur: bonorum operum studio adimpletur. Vnde & annus vicesimus tunc instare relatus est. Si enim denarius numerus perfectionem antiquæ legis designat: quid vicenarius, nisi splendidiorem nouæ vitæ religionem significat? Vicenarius quippe numerus, denarius est E duplicatus. Qui certè numerus in electorum conuersatione perficitur: cum per amorem vitant legis prohibita, & sublimia Euangelij mandata complent. Quia verò nos arcæ profectionem ad contemplatiuæ vitæ perfectionem retulimus, in Cariathiarim manet arca dei, cum eruditæ mentes contemplantium eiusdem eruditionis suæ domum, in oblectamento perficiunt reuelatæ sibi supernæ claritatis. Viginti quippe annis manet ibi tũc arca dei: quia electæ animæ ad exaltationis intimæ culmen euectæ, habent denarium numerum in perfectionem scientiæ, vicenarium verò in superna delectatione. Potest etiã dierum multiplicatio ad virtutum spiritalium incrementa referri. Cum igitur causa, qua dies multiplicentur, expressius dicitur, annus vicesimus esse perhibetur: quia videlicet electæ mentes contemplantium, quo vberius superna contemplatione pascuntur, eo plenius virtutum spiritalium fulgoribus illustrantur. Quid verò est, quod anno vicesimo requieuere omnis Israël post dominum dicitur, nisi quia sublimitas perfectionis electorum non consistit in fortitudine boni operis, sed in virtute contemplationis? Quiescere nanque post dominum, redemptoris nostri imitationem inuincibili charitate retinere est. Et quisquis illa supernæ ciuitatis ineffabilia gaudia contemplando fortiter amare non didicit: quia sæpius ad mundi amorem potest deiici post dominum nequaquam requiescit. Cum ergo manet arca in Cariathiarim, & dies multiplicantur: vniuersus Israël post dominum requiescit: quia profecto dum electæ mentis scientia in F experientiam supernæ delectationis erigitur, dum luce refusæ gloriæ, virtutum spiritalium sibi claritates glomerantur, imitationem dominicam tenere eo perseuerantius potest, quo immẽsis illustrata claritatibus, eas tenebras, quibus à vero diuidatur lumine sentire non potest. Vnde & bene qui post dominum requiescere dicitur, Israël esse perhibetur, videlicet videns deum: quia quo altius contemplator in diuina rapitur, eo ab humanis quæ potenter cohibet, nequaquam superatur. Verum quia auctore deo, arcam eius proficiscentem, vsque ad sublimitatis eius situm deduximus: quo studio prædicator erga subditorum correctionem inuigilet, videamus. Nam sequitur: Et ait Samuel ad vniuersam domum Israël: Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum, auferte deos alienos de medio vestrum.) Quos autem alienos deos scriptura sacra appellare consueuit, nisi dæmonia, quæ in manufactis simulachris habitant. In Samuele nouos sanctæ Ecclesiæ prædicatores designari diximus. Rectè itaque de medio sui deos alienos in vniuersam Israël domum auferre præcepit: quia in accedentibus ad fidem gentilibus, non solum rectæ profectionis veritatem prædicatorum ordo petit: sed etiam damnationem antiquæ superstitionis. Nil enim eis prodesset veritatem profitendo colere, vel obsequendo, nisi falsa prius detestanda reliquissent. Quisquis etiam nunc intra sanctam Ecclesiam positus est per fidem, sed deo rebellis per iniquã operationem, admonendus est, vt alienos deos de medio sui auferat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ferat. Nam etsi manufacta simulachra detestatur, dæmonum tamen imperiis praua actione submittitur. De medio autem sui alienos deos abiicit, qui sic ad eum conuertitur, vt per mala opera immundos spiritus nunquam veneretur. Potest etiam cautioris vitæ studium per hæc exhortationis verba designari. Nam in medio nostri quid est, nisi cor nostrum? Sunt tamen nonnulli operatione mundi, sed infirmitate cordis, vsu fœdantur praue cogitationis. Bona quidem incessanter faciunt, sed cogitare reproba nunquam prætermittunt. Quia verò tot in eorum cordibus dæmonia requiescunt, quot desideria immunda, auferre de medio sui alienos deos instanter admonentur: quatenus omnipotenti deo non solum rectitudinem impendant operis, sed & gloriam internæ puritatis. Vnde & aptè subditur: Et præparate corda vestra domino.) Cor quippe domino præparat, qui mentem non solum ab immunda cogitatione separat, sed etiam cogitationum sanctarum, ac virtutum fulgoribus illustrat: vt velut abiectis, & comminutis idolis, se dei templum efficiat: dum illic diuinæ gratiæ sedem erigit, vbi reprobos spiritus manere per subiecta eis praua desideria non permisit. Bene itaque prius auferre alienos deos de medio sui Israëlitas admonet, deinde corda deo præparare: quia rectus ordo inchoatæ religionis est, vt prius vnusquisque praua reprobet, deinde ad omnipotentem deum
H studio bonæ intentionis appropinquet. Ad extremum verò necesse est, vt qui iam deo bonæ volũtatis proposito, & puri cordis munditiam obtulit: id quod intus bene viuendo deliberat, in rectitudine boni operis exponat. Quare & subditur: Et seruite soli deo.) Soli quippe domino seruit, qui bonis operibus praua non inserit. Nam qui sic bona agit, vt mala non deserat, deo soli nequaquam seruit: quia malo spiritui obsequium exhibet, cuius perficere non metuit voluntatem. Vnde agitur, vt etiam bona agens, deo non seruiat: quia qui totum hominem condidisse creditur, habere eum communem cum aduersario non dignatur. Hinc nanque est, quod ipsa veritas per semetipsam denunciat, dicens: Nemo potest duobus dominis seruire. Hinc *Matt.6.* Paulus exquirens, ait: Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate, *2.Cor.6.* aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli, aut quis consensus templo dei cum idolis? Soli ergo domino seruire præcipimur, vt qui iam aspirante deo pro obtinẽda peccatorum nostrorum remissione agere bona cœpimus, eisdem bonis praua nulla misceamus. A peccatorum nanque nostrorum obligatione tunc soluimur, cum bona, quæ pro eorum impendimus absolutione, malis admissa non sunt. Deuotis nanque pœnitentibus loquẽs prædicator, dicit: Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum, auferte deos alienos de medio vestri, & seruite deo soli.) Quasi dicat: Tunc à peccatis solui poteritis, cum cordis, & operis bona, quæ pro vestra absolutione impenditis deo, superue-
I nientibus criminibus aliis non fœdatis. Quare & repromittens, dicit: Et liberabit vos de manu Philistim.) Qui hoc loco alij Philistim, quàm maligni spiritus designãtur? Qui nimirum dum superbiæ suæ calice in momento debriati sunt, à statu gloriæ tumescendo ceciderunt. Quæ est igitur manus Philistim, nisi potestas illa dæmonum, qua mortuas in peccato animas ad æterna tormenta perducunt? Ab ista Philistim manu solus liber *Ioan.14.* fuerat, qui dicebat: Venit princeps mundi huius, & in me non *Rom.3.* habet quicquam. Hinc Paulus ait: Omnes peccauerunt, & egent *Ephes.2.* gloria dei. Hinc iterum dicit: Eramus & nos filij iræ, sicut & cæteri. O quam magni muneris est ista promissio, qua dicitur: Liberabit vos de manu Philistim.) Nam ille solus liber huius manus extitit, qui peccatum non fecit. Ab ea vtique omnes contra meritum liberamur. Vnde & Paulus dicit: Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem iustitiæ suæ, propter redemptionem præcedentium delictorum, in sustentatione dei ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore, vt sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide domini nostri Iesu Christi. Hinc *Ephes.2.* item dicit: Gratia liberati estis. Tale est, ac si dicat: Liberabit vos de potestate spirituum malignorum: vt velut fugatis de itinere crudelibus hostibus, dum mors carnis interuenit, ea quæ cupitis æterna gaudia, securius adeatis. Magna itaque promisit, qui magna præcipiendo docuit: vt magnitudo muneris ad fortitudinem incitaret laboris. Magnum quippe est soli domino ser-K uire, videlicet instanter bona agere, bonis actibus reproba non miscere: sed ô quàm maximum in vitæ huius transitu, potestatem eruentorum spirituum non incurrere, nullas in via horribilitates cernere, contrarietates obiectionum nullas inuenire, æternas pœnas euadere, liberatoris nostri præsidia sentire, momentaneam seculi lucem perdere, sed repente ineffabilem claritatem æternitatis inuenire. Audiant, ergo audiant, qui de manu Philistim liberari desiderant: Præparate corda vestra domino, & seruite illi soli:) vt hic sibi quique colligere studeant, vnde illic manus tantorum hostium non incurrant: & securi ad vitam transeant, qui inter salutis suæ thesauros, quos hic bene viuendo congregant, mortis opera nulla portant. Electorum verò mores insinuantur per hoc, quod subditur: Abstulerunt ergo filij Israël de medio sui Baalim, & Astaroth, & seruierunt domino soli.) Electorum quippe mos est, vt cum diuinæ prædicationis hortamenta suscipiunt, ad studium auditæ bonæ operationis accendantur. Nam reprobi & frequenter verba dei audiunt, & eisdem tamen verbis nulla bona opera proponunt: pigri in suis actionibus remanent: quia à diuina luce proiecti, omnipotentis dei gloriam, cuius verba audiunt, interna contemplatione non vident. Rectè ergo qui obediunt, Israël filij dicuntur: quia quo dei maiestatem apertiori manifestatione conspiciunt, eius præceptis obedire deuotius agnoscuntur. Sed quia L conuersis loquitur, quid eis adhuc deesse conspiciat audiamus: nam sequitur: Dixit autem Samuel, Congregate vniuersum Israël in Masphat, vt orem pro vobis dominum. Et congregauerunt in Masphat.) Masphat dicitur speculatio seu contemplatio. Quam profecto speculationem beatus Paulus exponit, di- *1.Cor.13.* cens: Videmus nunc per speculum in ænigmate. Speculari etenim nobis est, de altitudine scripturarum æterna bona contemplari. Quasi enim speculamur, quod iam fidei veritate cognoscimus, & adhuc reuelata facie non videmus, Conuersis verò peccatoribus in Masphat conuenire est, per mentis intentionem de dei omnipotentis miseratione confidere. Sed sic de dei misericordia præsumant, vt tamen id, quod se nequiter egisse recolunt, per pœnitentiam delere non negligant. Vnde & illic repentè subiungitur: Hauserúntque aquam, & effuderunt in conspectu domini.) Quid enim est aquam haurire, nisi de profunda animi pœnitentis confusione lachrymarum fluenta producere? Velut enim aquam haurimus, dum quàm profunda iniquitate ceciderimus considerantes plangimus. Quam profectò aquam in conspectu domini effundimus, si cum pœnitendo compungimur, de eiusdem compunctionis fletu, non quærimus fauorem seculi: sed solum fructum diuinæ placationis. Sed & dum mens flendo compungitur, necesse est vt etiam caro, quę delectationibus subiacuit, affligatur. Vnde & subditur: Et ieiunauerunt in die illa. Dies peccatricis animę est spes consequendæ indulgentiæ, in M diuini verbi repromissione. Vnde & per prophetam dominus repromittit, dicens: Nolo mortem peccatoris, magis autem, vt *Ezech.33.* conuertatur, & viuat. In die igitur illa ieiunant, qui idcirco carnem pœnitendo atterunt: quia in luce spei peruenire ad indulgentiam se indubitanter credunt. Quæ tamen afflictio pœnitentiæ ad delenda peccata tunc demum idonea est, cum sacerdotis fuerit iudicio imperata: cum ab eo confitentium actibus discussis, pro modo criminis, onus eis decernitur afflictionis. Bene itaque sequitur: Dixerúntq;, tibi peccauimus domine. Iudicauitque Samuel filios Israël in Masphat.) In Masphat quippe sacerdos iudicat, cum nõ humanum arbitrium sequitur, sed diuinum, cum in omni quod disponendum est, se in alta contemplatione subleuat, & hoc in subditorum iudicio disponit, quod æquum esse in superna visione cognoscit. Hinc nanque est quòd in omni ferè negotio Moyses in tabernaculo fœderis dominum consulit: quia nimirum prædicator sanctæ Ecclesiæ in intima debet veritatis cõtemplatione conspicere, vt subditorum vitã foris irrepre hẽsibiliter valeat ordinare. Tũc enim & tenere peccata, & dimittere verius potest, cum in arcano speculationis domino loquente audit, quod loquitur. Vnde & resurgẽs à mortuis dominus prius in discipulorũ faciem insufflauit, & postea dimittẽdi, retinẽdique peccata auctoritatem tribuit: vt profectò monstraret, quia qui *Ioan.20.*

illam

illam mentis ſpeculationem non habent, iudex animarum eſſe non debet. In electorum quippe prædicatorum faciem dominũ inſufflare eſt, intimas ſecretaſque vias ſpiritalis examinis eis per
1.Corin.2. ſpiritum ſanctum reuelare. Hinc Paulus ait: Spiritalis iudicat omnia. Hinc item diuinæ gratiæ largitatem commendans, ait: Nos ſpiritum huius mundi non habemus, ſed ſpiritum qui ex deo eſt: vt ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis. Qui autem huius mundi ſpiritum habet, in Maſphat, id eſt, in ſpeculatione ſubditos iudicare non poteſt: quia dum per ſpiritum interiora non penetrat, in cauſis examinis, quas exquirit, mundano ſpiritu foris errat. Bene igitur Samuel filios Iſraël in Maſphat iudicaſſe dicitur: quia nimirum prædicatores ſancti, in ſubditorum iudiciis: aliud extra nequaquam diffiniunt, niſi quod intus eis diuina inſpiratione reuelatur. Sed dum boni ſubditi maiorum iudicio ſemetipſos ſubiiciunt, ſpiritualium hoſtium iras contra ſe validius accendunt. Vnde & ſubditur: Et aſcenderunt Satrapæ Philiſtinorum ad Iſraël.) Ablatis nãque Diis alienis, peracto ieiunio, exhibita à prædicatore cenſura examinis, ad Iſraël Philiſtinorum principes aſcendunt: quia cum altiori vita proficimus, maligni ſpiritus, qui ſemper bene agentibus inuident, nobis infeſtiores ſunt. Et quia de innocentis vitæ ſublimitate nos deponere appetunt, aſcendere dicuntur. Aſcendere quippe malignis ſpiritibus eſt, ſe ad expugnanda alta per cœleſte deſiderium corda ſubleuare. Quia etiam contra perfectiores Chri-
B ſti milites non quorumlibet malorum ſpirituum, ſed fortiorum dæmonum prælia excitantur: non Philiſtim contra Iſraël aſcendere, ſed Philiſtinorum Satrapæ perhibentur. Principes quoque pluribus præſunt. Per hoc ergo, quod contra Iſraël Satrapæ aſcendere dicuntur, poteſt rationabiliter colligi: quia ad probandam electorum patientiam, nec vnus ſpiritus malus electorum ſingulis, ſed innumeri deputantur, vt de conſecuta eorum victoria, tanto ſit copioſior fidelium gloria, quanto eis irrogata fuerint prælia grauiora. Tamen inter eadem prælia nuper conuerſi vehementer pauere ſolent: repente etenim inueniunt ſe in campo laboris, præter experimentum conſuetudinis. Armata hinc contra ſe aſpiciunt deſideria, quæ ſibi dudum pacata ſeruiebant, illinc ſupernus amor inuitat, vt cœpta bona non deſerant. Hinc ſpiritus mentem eleuat, illinc caro grauat, ac dum finis ſui modum ſcire non poſſunt, de electionis ſuæ incertitudine vehementer expaueſcunt. Vnde & hic aptè ſubditur.

Quod audientes filij Iſraël, timuerunt à facie Philiſtinorũ.) A facie enim Philiſtinorum timent, vt eorum poſteriora non timeant. Quæ eſt enim malorum ſpirituum facies, niſi concupiſcentia ſecularis? In hac enim ſpecie quicunque componitur, eorum imagini conformatur. Quia vero non Philiſtinorum faciem, ſed ab eorum facie timuiſſe Iſraël dicitur, ſic electorum mentes inſinuat, vt etiam reproborum ſtultitiam latenti ratione reprehendat. Non enim faciem, ſed à facie timuerunt: quia
C videlicet ſancti viri, aliud eſt, quod foris aſpiciunt, aliud quod intus expaueſcunt. Nam etſi aliquando florentem mundum humana ratione conſiderant, repente mentis oculos ad ea mala, quæ mundi gaudia ſequuntur retractantes leuant, & velut à facie trepidant, qui pœnis ſequentibus, contingere præſentes delectationes vitant. At contra reprobi, qui hanc Philiſtinorum faciem nequaquam metuunt, ſequentes ferocitatis eorum impetus non euadunt. Dum enim vana mundi gaudia tota virtute ſuſcipiunt, afflictiones perpetuas, dæmonum virtute capiuntur. Quibus nimirum veritas comminatur, dicens:
Luc.6.d. Væ vobis diuites: quia recepiſtis conſolationem in vita veſtra. Hinc item denuncians, ait: Væ vobis, qui ridetis, quia flebitis. Quaſi aliter dicat: Quia à Philiſtinorum facie nequaquam pertimeſcitis, cum ſequentes eorum vires irruunt, ſalutis inuenire refugium non poteſtis. Tunc quidem timor adeſt, ſed qui adiuuet non adeſt. Vindicta datur flagitij, ſine ſpe liberationis, & quàm ſint Philiſtinorum horribilia poſteriora ſentiunt, qui faciei eorum blandimenta, in mundi amore voluerunt. Bene igitur de Iſraëlitis, in electorum typo dicitur: Timuerunt à facie Philiſtinorum,) quia nimirum dum conuerſandi modum ſibi ſolerter ordinant, non diſponunt metuere æterna mala, cum veniunt, ſed à temporali concupiſcentia trepidant, cuius merito irrogantur. Et quia non tam ſuis meritis, quàm maiorum hoc interceſsione poſſe obtinere credunt. Se- D
quitur: Dixeruntque ad Samuelem: Ne ceſſes clamare pro nobis ad dominum deum Iſraël, vt ſaluet nos de manu Philiſtim.) Sed & tentatis ſubditis, paſtores boni non ſolum orationum præſidia conferunt, ſed etiam ſacrificiorum. Vnde ſubditur: Tulit autem Samuel agnum lactentem vnum, & obtulit illum holocauſtum integrum domino, & clamauit Samuel.) Quid eſt clamor Samuelis, niſi in ſupplicatione pontificis magna virtus deſiderij? Vnde ad tacentem labiis Moyſen, licet populi ſubditi ſalutem feruenti deuotione cupientẽ à domino dicitur: Quid clamas ad me? Quis vero eſt agnus lactens, niſi ille, Exo.14.
quem præcurſor eius oſtendit, dicens: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et lactens dicitur: quia in eius innocentia Ioan.1.
vera humanitas prædicatur. Sed vnus agnus offertur: quia præter ipſum, qui mundi tollat peccata nequaquam reperitur. Quem profecto agnum integrum obtulit. Integritas quippe agni ad ſoliditatem pertinet catholicæ profeſsionis. Velut enim agnus diuidit, qui à canone fidei per gladium ſeparatur erroris. Agnus itaque dicitur pro innocentia, lactens pro aſſumptione naturæ, vnus pro ſingularitate potentiæ, integer pro fidei noſtræ firmiſſima ſoliditate. Quod ſi quis hæc non ad ipſum, ſed ad eius imitatorem referre voluerit, poteſt. Agnum quippe offerimus, cum per bonum caſtitatis, & innocentiæ redemptori noſtro conformamur. Et cum doctrina innocentium patrum noſtrorum paſcimur, velut vbera ſugimus: quibus ad æternam vitam nutria- E
mur. Vnum quoque agnum offerimus, ſi poſt initia religioſæ conuerſationis, nulla polluimur inquinatione prauitatis. Vnum quippe agnum offert, qui à propoſito innocentiæ, ad pollutæ vitæ maculas nequaquam defluit, à quibus redeat per iterationem bonæ operationis. Integrum quoque agnum offerre eſt, ad æternam vitam non ſolum carnis continentiam, ſed mentis integritatem præparare. Integrum quoque agnum domino nequaquam offert, qui caruem deo per continentiam conſecrat: ſed mentis ſuæ ſecreta ab immundarum cogitationum laſciuia non refrenat. Velut enim agni partẽ ſacrificio ſubripit, qui puritatem cordis, corporis continentiæ non coniungit. Vnde & ipſe agnus agnum integrum offerre diſcipulis præcipiens, ait: Audiſtis quia dictum eſt antiquis, non mœchaberis: ego autem Matth.5.
dico vobis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum, mœcha- & 25.
tus eſt in corde ſuo. Hinc etiam fatuæ virgines in Euangelio notantur, quæ lampades parauerunt, & oleum non parauerunt. Lampades nanque paratas habent, qui bonum pudicitiæ ſeruant in corpore: oleum quoque habent, qui nitorem puritatis tenent in mentis ſuæ circunſpectione. Dicatur ergo de Samuele obtulit agnum integrum domino: quia vt bonum pudicitiæ diuinæ placationi ſufficiat, non ſolum in candore corporis ſeruari debet, ſed in ſplendore internæ puritatis. Merito itaque ſubditur: Et exaudiuit eum dominus.) Ille nanque exaudiri à
domino pro aliis orans poteſt, qui ex parte aliqua ei, cui ſup- F
plicat, domino odibilis non eſt. Nam ſi adhuc propria infirmitate deprimitur, pro obtinenda proximorum fortitudine nequaquam exauditur: & eo deſiderium ſuum ad diuinæ celſitudinis arcem non ſubleuat, quo ipſe de imo quo per lapſum iacet, conatu feruentioris ſtudij aſcendere nequaquam curat. Sed & modus exauditionis exponitur, cum ſubinfertur: Factum eſt dum Samuel offerret holocauſtum, Philiſtæos inire prælium contra Iſraël. Intonuit autem dominus fragore magno in die illo ſuper Philiſtim, & exterruit eos: & cæſi ſunt à filiis Iſraël. Egreſsique filij Iſraël de Maſphat, perſecuti ſunt Philiſtæos, & percuſſerunt eos vſque ad locum, qui erat ſubter Bethehar.) Offerente holocauſtum Samuele, Philiſtim contra Iſraël prælium ineunt: quia maligni ſpiritus tunc aduerſus fideles ſubditos grauiores tentationes commouent, cum contra ſe ſtare inſtantius paſtores vident. Sed ſuper Philiſtæos dominus intonat: quia orantibus doctoribus, fidelibus ſubditis diuina gratia robur adminiſtrat. Tonitrua enim fieri per nubila ſolent. Nubes autem ſublimes per cœleſte deſiderium animæ intelliguntur. Vnde & propheta mentes electorum in amore cœleſtium eleuatas admirans, dixit: Qui ſunt iſti, qui vt nu- Iſaiæ. 60.
bes volant? Quæ ſunt autem tonitrua nubium, niſi illa feruentia & ſuperna electorum deſideria: quibus dum per diuinam

gratiam

G gratiam eorum mens succenditur, omne quod maligni spiritus decipiendo suggerunt, ab ea penitus expellunt. Bene ergo dicitur intonuit dominus super Philistæos, & exterruit eos. Nam dum per gratiam suam electis mentibus superna desideria infundit, quia etiam terrena omnia facit contemnere, eos etiam qui ea eis appetere suggerunt, nequam spiritus in fugam vertit. Velut enim tonitruo territi fugiunt, dum in electis mentibus, quas tentando pulsauerant, ingentem sonitum diuinæ virtutis expauescunt. Quia vero fragore magno intonuisse dominus dicitur, quid est aliud, nisi quia imperfecta Christianorum desideria demonibus terribilia non sunt? Fragor enim magnus tonitrui, perfectum est vniuscuiusque desiderium electi. Cum igitur fragore magno super Philistæos dominus intonat, tunc à filiis Israël cæduntur: quia dum electorum mentem perfecta deuotio ad superna gaudia erigit, omne quod aduersæ parti militat, à se penitus abscindit. Bene quoque prius territi Philistæi, deinde à filiis Israël cædi memorantur, nam terrentur electorum deuotione, cæduntur opere. Et quia opere deuotio prior est, terreri prius, postea vero cædi rectè perhibentur. Nam prius donum bonæ voluntatis à domino accipimus, vt consilia malorum spirituum postmodum confutare valeamus. Bene etiam dominus super Philistæos intonare, & exterrere eos dicitur, filij autem Israël illos cædere perhibentur: quia bona desideria nobis per diuinam gratiam ministrantur, sed nos dona gratiæ
H per conatum liberi arbitrij ad virtutum victorias promouemus. Ordo igitur cœlestis militiæ est, vt ante tonans fragore magno audiatur deus, & post miles ad cædenda hostium agmina progrediatur, vt videlicet in se prius dona gratiæ videat, deinde ad certaminis campum validius erumpat, & securus victoriæ proventum speret, qui eis quibus coronetur viribus, ante congressionis tempora fultus est. Bene autem qui Philistæos cædunt, de Masphath egressi perhibentur. In Masphath etenim quæ speculatio dicitur, morantur, qui in diuinarum rerum contemplatione persistunt. Sed ad cædendos Philistæos exeunt, cum ex arcano internæ meditationis consulti venientes, comprimunt vires aduersæ dominationis. Intus enim latenter ordinant, qualiter foris in apparato opere, hostium cuneos irrumpant. Tanto quidem grauiores pugnas eis procedentes exhibent, quanto dum interna cogitant, apud se quietiores latent. Et quia maligni spiritus ab electis dei semper comprimendi sunt, vsque ad locum subter Bethchar Philistim percussi fuisse memorantur. Bethchar quippe domus agni interpretatur. Hunc agnum
Esaiæ.53. nobis Esaias insinuans, ait: Tanquam agnus ad occisionem ducetur, & tanquam ouis coram tondente se sine voce. Quæ igitur fuit domus agni, nisi illa sublimis, & singulariter munita conuersatio redemptoris, quæ dum culpa caruit, cunctis nequam spiritibus inaccessibilis extitit. Ad Bethchar, id est, domum agni peruenire nemo potest: quia quisquis multum proficit,
I sanctitate redemptoris inferior est. Vnde & prædicator egre-
Heb.7. gius eiusdem redemptoris laudibus insistens, dicit: Talis decebat vt nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus, qui non habet necessitatem sicut sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre. Quis est ergo locus subter Bethchar, ad quem vsque Philistim cædere, & persequi debemus? Sed si Bethchar perfectionem signat dominicæ conuersationis, locum subter Bethchar, communem sanctorum summam exprimit sanctitatis. Qui & eidem redemptori se obediendo humiliant, & eius gloriæ per studium vitæ innocentis appropinquant. Locus enim qui subter Bethchar situs ostenditur, eidem loco, cui subest, & inferior esse cognoscitur, & vicinus: quia sancti viri quo deo per vitæ altitudinem vicini sunt, eo & humiliori cogitatione subiecti. Dum ergo nouitiorum fidelium triumphus sub Israëlitarum gestis ostenditur, vsque ad locum sub domo agni cæsi alienigenæ dicuntur: quia profecto per indesinentem conatum certaminis, contendere debemus ad arcem perfectionis, vbi iam tanto simus hostibus nostris terribiliores, quanto redemptori nostro viciniores. Ibi enim iam quædam securitas est, quæ perturbari hostium pauore non potest. Talibus nanque concessæ virtutis dona insinuans dominus, ait:
Luc.10. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & omnem virtutem inimici. Vnde & is qui ad locum K domui agni vicinum peruenerat, dicit: Quis nos separabit à cha- *Roma.8.*
ritate Christi, tribulatio, an angustia, an fames, an cætera talia? Potest etiam domus agni cœlestem patriam designare. Vnde & Ioannes dicit: Vidi supra montem Sion agnum stantem, & cum *Apoc.14.*
eo centum quadraginta quatuor millia, habentia nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Quis est igitur locus qui est sub domo agni, nisi terminus temporalis vitæ? ex quo ad supernæ patriæ gaudia assumuntur electi. Qui enim vsque ad statutum nobis terminum ducimur, quem præterire viuendo non possumus, velut ad locum venimus, vnde alio transferamur. Sed terminus vitæ electi viri sub domo agni situs ostenditur: quia vnde per angustias mortalitatis demergitur, inde ad vitæ indeficientis gaudia sublenatur. Nam & agnus ipse, qui in citharœdorum citharizantium, & cantantium domum suam lætus inhabitat, antequam ad huius domus lætitiam duceretur, sub domo fuit. Hinc nanque est quod immolationis suæ tempore dicit: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Electi *Matt.14.*
ergo vniuscuiusque finis dum loco ostenditur, subter Bethchar, id est, domo agni esse memoratur: quia sancti viri cum per mortis pœnam temporalia deserunt, de vicino præeminentem sibi supernam patriam conscendunt. Nam Paulus confidenter asserens, dicit: Scimus quia si terrestris domus nostra dissoluatur, habe- *2. Cor.5.*
mus habitaculum ex deo, non manufactum in cœlo. Igitur vsque ad locum, qui est subter domo agni Philistæos cædimus: si L
quamdiu in hac vita sumus de malignis spiritibus triũphamus.

Sequitur: Tulit autem Samuel lapidem vnum, & posuit eum inter Masphath & Sen, & vocauit nomen eius lapis adiutorij, dixitque: Hucusque auxiliatus est nobis dominus.) Lapis in sacro eloquio dominum, & redemptorem nostrum significat. Lapis vero vnus à Samuele tollitur, cum à sanctæ Ecclesiæ prædicatore redemptoris fortitudo singulariter prædicatur. Qui profecto inter Masphath, & Sen præfigitur: quia in vitæ exitu electos protegit, reprobos confringit. Sen quippe excussio dicitur. Excussi autem sunt reprobi, id est, à fidelium societate separati. Dum ergo vsque ad locum subter Bethchar Philistæi cæsi perhibentur, lapis inter Sen, & Masphath præfixus asseritur: quia dum electi Dei victoriæ suæ titulum in fine percipiunt, redemptoris iudicio à malorum societate separantur. Modo verò velut in area frumentum, & palea simul sumus: sed dum ad vitæ terminum ducimur, electi à reprobis dominici virtute diuiduntur: & velut inter se lapidem habent medium: dum illi pondus redemptoris in damnationis suæ iudicium sustinent, & isti in eius fortitudine æternæ gloriæ palmas tenent. Possunt per Sen etiam maligni spiritus designari. Excussi quippe sunt, quia à cœlesti secreto per superbiam proiecti. Et quia nunc in hac vita nobiscum præliantur, bene cum victoriæ nostræ tempus asseritur, lapis inter nos, & eos positus perhi- M
betur: quia cum militiæ nostræ donatiua percipimus, vltra nobis eorum prælia nequaquam renouantur. Samuel autem hunc lapidem in medium ponit: quia nobis redemptoris nostri bonitatem sanctæ Ecclesiæ doctor ostendit. Et quia omne quod à nobis in omni vita nostra prosperum geritur, diuinæ gratiæ adscribitur: aptè ab eo lapis ille, qui in medio sistitur, lapis adiutorij vocatur. Ipse est nanque lapis adiutorij, qui si nobis subuenire noluerit: vinci possumus, vincere nequimus. De quo iam in medium posito dicitur: Vsque huc auxiliatus est nobis dominus:) quia eius præsidia electos suos vsque ad æternæ retributionis tempora prosequuntur. Et quia (vt diximus) iam tunc nobis in æterna requie susceptis à depressis hostibus prælia nulla commouentur, sequitur: Et humiliati sunt Philistim, nec apposuerunt, vt venirent vltra in terminos Israël.) Hæc profectò sic electorum singulorum facta exprimunt, vt sanctæ catholicæ Ecclesiæ & procinctum innuant belli, & gaudia remunerationis. Hanc nanque vniuersalis Ecclesiæ victoriam iam post resurrectionis nostræ gloriam futuram, beatus Paulus ostendit: qui quasi futuræ incorruptioni præsens, morti insultabat, dicens: Absorpta *1.Cor.15.*
est mors in victoria, vbi est mors victoria tua, vbi est mors stimulus tuus? Humiliatos etiam Philistæos vidit: quia apostatarum angelorum memoratis, ad amorem futuræ dignitatis ele-

A tis electos accendit, dicens: An nescitis, quia angelos iudicabimus? Tunc quippe Philistæi humiliantur, cum in præparata sibi ab origine mundi æterni ignis incendia dæmones mittuntur. Et in terminos Israël venire vlterius non apponunt: quia ad tentanda electorum corda non exeunt. Qui autem sunt Israëlis termini, nisi cœli? Quomodo autem mali spiritus in Israëlis terminos venient, qui sic in inferni profunda damnati sunt, vt à summersione pœnarum nunquam resurgant? Quia ergo æterna oppressione deiiciuntur, aptè subinfertur: Facta est (inquit) manus domini super Philistæos cunctis diebus Samuëlis.) Qui enim sunt dies boni doctoris, nisi vernantes illi radij fulgentis æternitatis? Qui aptè Samuëlis esse referuntur: quia etsi communes sunt electorum omnium, speciali quadam gratia ad gaudia lucent prædicatorum. Vel certè prædicatorum sunt, quia specialius eorum mentibus fulgent, quorum prædicatione nunc sanctæ Ecclesiæ demonstrantur. Manus autem domini super Philistæos cunctis diebus Samuëlis facta perhibetur, quia diuina potestas malos spiritus semper opprimit, quæ in æternæ claritatis gloria etiam electos exhilarare nunquam desistit. Tunc vero angelorum damna reparantur, tunc quicquid de ordine conditorum spirituum, eorum superbia sublatum beatitudini fuerat, de electis hominibus adimpletur. Quare & sequitur: Et redditæ sunt vrbes, quas tulerant Philistim Israëli.) Vrbes sublatæ sunt illæ perditæ multitudines angelorum. Sed tunc redB duntur, quãdo de electa natura humana assumitur, vnde quod de angelis periit, suppleatur. Quod etiam in conuersione flagitiosorum hominum accipi conuenienter potest. Vrbes nanque Philistim tollunt: cum vnitas fidelium mentes tentando decipiunt, & sibi eas peccatis immergendo supponunt. Sed ablatæ vrbes Israëli redduntur: quia sic in hac vita pœnitentes satisfaciunt, vt in perenni gloria splendidi ad electorum gaudium exhibeantur. Quia vero non solum qui agere bona negligunt, sed etiam qui abundanter iniquitatem faciunt, pœnitendo saluantur, subditur: Ab Accaron vsque Geth.) Accaron dicitur sterilis, Geth torcular. Steriles quidem sunt, qui bona opera non agunt. In torculari autem vua premitur, & vinum promulgatur. Quid est autem concupiscentia secularis, nisi vua reprobæ mentis? Quid vero est feruor peccandi, nisi liquor vini, qui peccatoris mentem æternorum bonorum immemorem facit? Dum enim ex concupiscentia cordis peccatum generatur, quasi in torculari de vua vinum producitur. Ab Accaron ergo vsque Geth sublatæ vrbes Israëli redduntur, quia bona agere negligentium & mala audacter perpetrantium mentes, quæ pœnitendo ad dominum modo redeunt, tunc in communi electorum gloria splendidæ demonstrantur. Earum quippe mala in dei memoria nequaquam veniunt: quæ ipsi pœnitentiæ afflictione deC lere obliti non sunt. Sequitur: Erátque pax inter Israëlem, & Amorreum.) Quæ est ista pax, nisi quam propheta Michæas asserit, dicens: Et erit iste pax in terra, cum venerit. Hinc Paulus ait: Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Quid est autem quod inter Israëlem, & Amorreum pax ostenditur? Sed quid per Amorreum, nisi pars hominum reproba designatur? Qui vero per Israëlem figurantur, nisi electi? Et quia electi in dextera Dei, reprobi vero in sinistra futuri sunt, dum pax esse inter vtrosque asseritur sanctorum beatitudo inclyta demonstratur: qui iustitiæ conditoris tanta æquitate conueniunt, vt de conspecta reproborum pœna, nulla compassione moueantur. Dum ergo inter Israëlem, & Amorreum pax esse ostenditur, non demonstratur bonum, quod commune cum sanctis habeant reprobi, sed quo muniantur electi. Vnde & sub Israëlis specie per prophetã sanctæ Ecclesiæ repromittitur: Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. Pacem quippe Ecclesiæ fines ponit: quia dum redemptoris potentia, eam in intimæ æquitatis celsitudinem erigit: per dolorem compassionis, perditorum miseria non affligit. Sed ad tantam beatitudinem quo pastorum studio, boni subditi promoueantur, exponit dicens: Iudicauit quoque Samuël Israëlem omnibus diebus vitæ suæ.) Qui sunt dies vitæ vniuscuiusque doctoris, nisi virtutum spiritalium claritates? Omnibus nanque diebus vitæ suæ Israëlem iudicat, qui lucem iustitiæ, quam loquendo asserit: ad subditorum fidelium exemplum, perfectione repræsentant bonæ conuersationis. Qui autem virtutum spiD ritalium lucem non habet, quia ad docendum assumit bona conuersationis extraneæ, diebus profecto iudicat vitæ alienæ. De quibus profecto per prophetam dominus dicit: Ecce ego ad pro- *Hierr.23.* phetas, qui furantur verba mea vnusquisq; à proximo suo. Verba quippe furantur, qui bonum quod docendo prædicant, operando non sequuntur: quia veluti clam de alieno tollunt, quod dato proprij laboris precio suum nequaquam faciunt. Post denunciatam itaque futuram beatitudinem, qualis interim debeat esse fidelium pastor, ostenditur: quia omnibus vitæ suæ diebus Samuel Israëlem iudicasse perhibetur. Perfectionis etenim viam male insinuat, si lucis iter quis voce volens pandere, actione tenebrescat. Nam qui cunctos vitæ suæ dies ad iudicandum Israëlem contulerat, dicit: Non audeo loqui horum aliquid, *Roma.15.* quæ per me non efficit deus, inobedientia gentium verbo & factis. Iudicet igitur doctor, sed qui dies vitæ suæ inclytos habet: vt videlicet in se prius virtutum spiritualium radios bene viuendo foueat, quos prouidendis subditorum itineribus loquens administret: quia & lucerna tunc iis, qui in domo sunt vtiliter ostenditur: si ipsa antea eo, quod sparsura est, bene repleatur lumine. Sequitur: Et circuibat Bethel, & Galgal, & Masphath: & iudicabat Israëlem in supradictis locis.) Bethel dicitur domus Dei: Galgal rota: Masphat (vt iam superius replicatum est) speculatio interpretatur. Quid ergo Bethel, nisi viros officio sacri altaris deputatos significat: qui dum spiriE talibus studiis inhærent, velut domestici, dei omnipotentis familiares sunt? Et quid Galgal, quæ rota dicitur, nisi coniugatorum ordinem designat? Velut enim in rota circumeunt, dum volubilis mundi curis, penitus carere non possunt. Et quid per Masphath, quæ speculatio interpretatur, nisi illi exprimuntur, qui diuinæ contemplationi vacantes, solis supernis gaudiis inardescunt? Quid ergo est quod Samuël & Bethel, & Galgal, & Masphath, circuire dicitur, & in eisdem locis Israëlem iudicare, nisi quia electus prædicator omnium electorum ordinum exempla sequitur, vt subditorum fidelium esse valeat censor doctus? Non enim esse poterit æqui examinis, si de exemplis præcedentium electorum dedignatur assumere quod decernit. Sed & per singulos annos ista circumeat, vt doctor prouidus ordinum singulorum perfectionẽ sigillatim respiciat: vt quo subtilius præcedentium bona viderit, præsentia disponere decentius possit. Ibi ergo, ibi iudicet Israëlem vt subiectos fideles, quos ad Dei visionem erudit, illorum rectitudine corrigat, quos deo placuisse indubitanter credit. Potest etiam per Bethel, quæ domus dei dicitur, vniuersa electorũ Ecclesia designari: per Galgal, quæ interpretatur rota, scriptura sacra. Quicquid vero in subditorum profectu doctor exhibet, aut de exemplo electorum accipit, aut magisterio sacri eloquij, aut reuelatione internæ, ac secretæ contemplationis. Samuel itaque Bethel circuit: cum prædicator Ecclesiæ auctoritatem disponendorum operum, de F exemplis maiorum quærit. Galgal, id est, rotam circuit, quando doctrinæ suæ auctoritatem, de magisterio sanctæ scripturæ comprehendit. Masphath quoque circuit: cum per secretæ contemplationis meditationem, reuelationem meretur suscipere veritatis. Ibi enim iudicat Israëlem: quia quicquid subditis proponit ad normam rectitudinis, aut de exemplis electorum accipit, aut doctrina sacri eloquij aut ex reuelatione internæ contemplationis. Quibus profecto verbis ostenditur, non tantum quæ doctor perfectus agat: sed etiam quia perfectus non sit, si agere hæc non possit. Nam si solum bonorum exempla nouerit, aut si sacræ scripturæ etiam quis eruditus sit, & contemplationis reuelatione caruerit: in ordine prædicationis vir perfectus non erit. Contemplatio enim virtus est, per quam non solum ipsa scriptura condita recognoscitur, sed per quam nondum condita conderetur: & per quam condita, ad Dei voluntatem quotidie disponatur. Bene ergo dicitur: Et iudicauit Israëlem in supradictis locis.) Nam non solum in Bethel, & Galgal, sed etiam in Masphath: vt qui ad perfectionem prædicationis innititur, dum per humilitatem exempla maiorum sequitur, dum per studium sacri eloquij eruditione fulcitur: curet omnino necesse est, vt puritate mentis ea quæ disponenda sunt, contemplando cognoscat. Dei nanque debet esse docibilis, qui susce-

pto

Mich.5. *Ephes.2.* *Psal.147.*

G pto prædicationis officio, docere homines cupit. Tamen sic præsumat de eo quod secretæ contemplationis eruditione instruitur: vt nec editas per spiritum sanctum scripturas fastidiat, nec sequi electorum exempla dedignetur. Samuël enim Bethel, & Galgal, & Masphath circuire describitur: vt alterum ab altero per discordiam nequaquam diuidatur: vt videlicet, & exempla recipiat, quæ sacra scriptura approbat, & illas sacras scripturas, quas electi homines scripserant, recognoscat: atque eas reuelationes contemplationis à Deo, sibi ostensas sentiat, quæ nec ab electorum operibus, nec à sanctæ scripturæ auctoritate discordant. Sed & omne quod agit, ad rectitudinem redigat supernæ intentionis. Vnde & subditur: Reuertebatur in Ramatha, ibi enim iudicabat Israëlem & ibi erat domus eius.) Vt longe supra iam diximus, Ramatha interpretatur visio consummata: & supernorum ciuium illam beatam, & perfectam societatem significat: ad quam Samuël reuertitur, ne laboris sui onere deprimatur. In Ramatha quippe Samuël reuertitur, cum mens prædicatoris per amorem cœlestium releuatur: nam inter officij sui onera tam immensa corrueret, si ad amorem cœlestium, per spei suæ desiderium non rediret. Reuerti etenim prædicatoribus est, intentionem mentis suæ ad gaudia patriæ cœlestis reducere. Et ibi Israëlem iudicant: quia supernæ patriæ pulchritudini, quam in mente retinent: fideles subditos facere conformes, prædicando student. Ibi iudicant Israëlem: quia ex illa iam perfecta
H ciuitate formam videntes trahunt, quam filiorum mentibus loquentes imprimunt: & quicquid illa pulchritudine indignum conspiciunt, ab eorum mentibus abscindere conantur. Et quia in illius beatæ patriæ gloria tota dilectione requiescunt, ibi eius domus esse perhibetur. Eius nanque domus esse cognoscitur, in qua amando conuersatur: Vnde & ille egregius prædicator
Philip.3. gloriatur, dicens: Nostra conuersatio in cœlis est. Bethel nanque circuit, Galgal, & Masphath, & in earum aliqua non habet domum, in Ramatha autem domum habet, quia doctores sanctæ Ecclesiæ quicquid nunc accipiunt de exemplis electorum, quicquid de eruditione sacrorum voluminum, quicquid de altitudine supernæ reuelationis, transitorie rimantur, ad adiutorium habent itineris, non ad amorem remunerationis. Illud vero quod in superna ciuitate diligunt, non ad profectum itineris, sed ad sufficientem, imò ad abundantem largitatem mercedis. Et quia illuc cuncta bona congregantur, Sequitur:

Aedificauit ibi etiam altare domino.) Quid est enim altare
Matth.6. domini, nisi cor iusti? Veritatis autem iudicio dicitur: Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Qui autem pro amore supernæ patriæ bona agit, dum ardenter ad ea quæ sursum congregat, peruenire desiderat, profecto altare ædificat, super quo quotidiani desiderij hostias incendat. Bene autem dicitur ædificauit ibi altare domino, quia ex incremento studij cœlestis, sicut flâma crescit in corde boni desiderij, ita & velut additis lapidibus, al-
I tare sursum construitur, vbi deo holocausta offerantur amoris. Quod etiam ad lucrum animarum referri conuenienter potest. Doctor nanque in Ramatha altare domino ædificat, cum subditorum merita in cœlo locat, & dum quotidiano eius studio electæ animæ ad cœlestia regna conscendunt, velut ad structuram superni altaris lapides mittuntur. Dicatur ergo de Samuële, dicatur: Aedificauit ibi altare domino:) quia nimirum valde otiosum est doctoris studium, si per hoc quod ab illo in terris agitur, cœleste ædificium non augetur.

LIBER QVARTVS.

Caput I.

K Sanctorum virorum facta præcedentium, sæpe electorum sequentium solatia sunt. Mira etenim dispensatione diuini consilij, & altissimæ conuersationis arce sic sublimati sunt, vt fortia agerent sibi, recta subditis prouiderent, sic sibi quandoque derelicti, vt ea quæ recta intentione disponerent, secundum dei prouidentiam recta non essent: quatenus illorum infirmitas, electorum sequentium firmitas fieret: quia etsi vt homines in disponendis sanctæ Ecclesiæ negotiis falli possunt, ipsæ tamen Ecclesiasticæ dispositiones deserendæ non sunt. Ecce etenim dicitur: Factum est *Cap.8.* autem cum senuisset Samuël, posuit filios suos iudices Israël, fuitque nomen filij sui primogeniti Iohël, & nomen secundi Abia, iudicum in Bersabeæ. Et non ambulauerunt filij sui in viis eius.) Ecce qui prophetiæ spiritu plenus fuerat, ij quos iudices Israëli ponebat, quia post auaritiam postmodum declinare debebant, & munera accipere, & peruertere iudicium non cognouit. Quid ergo mirum si falli in disponendis ordinibus possunt, qui prophetiæ gratiam non accipiunt: si ij, qui prophetiæ spiritum habent, eundem spiritum ad disponenda cuncta non habent? Quis autem de tanto viro dubitet? quia si futuram peruersitatem filiorum prænosceret, eos vtique forensibus honoribus non præferret. Qui ergo reprobos scienter prouehunt, hoc prophetæ exemplo sibi blandiri nequaquam possunt: quia tunc solum innoxie agitur, cum in eis, tempore quo promoti sunt, subsecutæ iniquitatis signa nulla patuerunt. Quare & aptè ij, qui iudices Israëli à Samuële positi sunt, cum ponerentur eius filij dicebantur: vt ex eo non solum per carnem crederentur geniti, sed etiam conuersationis eius splendoribus adornati. Quare & eorum nomina cautè assignantur: vt ex titulo nominis, illa quæ tunc eis inerat, cognoscatur forma virtutis. Nomen (inquit) vni Iohël, alterius Abia iudicum in Bersabeæ. Sed & de illis qui post acceptam dignitatem declinasse ad auaritiam dicuntur, apertè ostenditur: quia antequam eiusdem dignitatis culmen attingerent, in eis futuræ prauitatis signa nulla videbantur. Sed ecce dum pastorum solatia attendimus, gregis autem dominici non praua pericula intuemur. Nam stetерunt subditi, sed in culmine prælationis positi prophetæ filij ceciderunt: vt si nobis sub cura maiorum positis indesinens sanctæ vitæ studium, aut securitas magnæ conuersationis arrideat, præesse tamen aliis, non habeamus in appetitu desiderij: sed in magnitudine timoris. Sed carnales quique dum sola visibilia attendunt, spiritalem sanctorum conuersationem cognoscere nō merentur. Pastorum quidem sanctæ Ecclesiæ culmen aspiciunt, sed cogitare nesciunt, quàm inuiti illi intus decorē tollerent, quem in splendore culminis foris tenent, quod sublimitatem honoris in oppressionem magni sustinent oneris, quod magno desi- M
derio fugiunt, quod exteriori ministerio prosequuntur. Te- *1.Cor.2.*
stante etenim egregio doctore didicimus, Quod animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Vnde & tanto dementius carnalia sequens errat, quanto per discretionis virtutem spiritalia nulla iam penetrat. Et nonnulli tales in tantum dementiæ malum proficiunt, vt commouere ipsum etiam statum Ecclesiastici culminis non vereantur. Vnde & sequitur:

Congregati ergo vniuersi maiores natu ex Israël venerunt in Ramatha, dixerúntque ei: Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in viis tuis. Constitue super nos regem vt iudicet nos, sicut vniuersæ habent nationes.) His autem, qui viuebant sub spiritali regimine, regem petere, quid aliud est: quàm eandem spiritalem prælationem in secularem dominationem transferre gestire? Sed sancti viri cum se à subditis contemni conspiciunt, non tam eis displicet quod contemnuntur, quàm quod contemptores sui deo non placent. Eorum quippe contemptu, suæ internæ gloriæ dari incrementa conspiciunt, sed augeri merita sua subditorum defectibus ingemiscunt, qui sic meritis vellent proficere, vt in æterna meritorum retributione, secum eos, quibus præsunt, habere potuissent. Quare & subditur: Displicuit sermo in oculis Samuëlis eo, quòd dixissent, da nobis regem, vt iudicet nos.) Hoc nanque ei displicuit,

A ſplicuit, per quod diſplicere deo, qui loquebantur, exiſtimauit. Quia vero non ſimpliciter dicitur, diſplicuit ſermo Samuëli, ſed in oculis Samuëlis, & ſtatim ſubditur: Et orauit Samuël pro populo dominum.) paulo ſubtilius ea nos conſiderare oportet. Sancti viri, qui omnipotenti deo valde diſplicere metuunt, in ſuis iudicijs faciles non ſunt, ſed cuncta prius rationabiliter intus ordinant, vt ea foris in opere irreprehenſibiliter diſponant. Nam electionem accipiunt nullam iudicij, ſi non probatur contemplatione rationis. Hos profecto oculos prophetæ dominus aperire volebat, cum dicebat: Vide oculis tuis, & auribus tuis
Ezech.40. audi. Hinc in Euangelio diſcipulis dixit: Beati oculi qui vident,
Luc.10. quæ vos videtis. Oculi quippe ſanctorum ſunt intellectus rationis, reſerati per gratiam ſpiritus ſancti. Et idcirco Samuëlis eſſe dicuntur, quia carnales quique, etſi per humanam ſapientiam rationales eſſe videntur, ab huius lumine rationis eo cæciores ſunt, quo illis ſolis oculis vident, quos ſerpens aperuit. Nam ſi ſpiritualium virtutum fulgorem aſpicerent, eum profecto in ornatu ſuæ mentis habere deſiderarent. Tantus ſiquidem decor earum eſt, vt viſus nunquam non poſsit videntis deſiderio concupiſci. Sapientes ergo ſeculi cum ſe oculos rationis habere arbitrantur, ex hoc cognoſcere poſſunt, quàm dementer inſaniant, quia virtutum ſanctarum pulchritudine nō illici, earū profecto gloriam non ſolum non cernere, ſed nec ſomniari eſt. Sancti ergo viri, qui iam illuminatione ſancti ſpiritus in inter-
B norum amore obligati ſunt, mentis ſuæ oculos ad videndam intimæ claritatis gloriam tanto clariores habent, quanto de mundi caligine in deſiderio nihil habent: & diſcernere carnalia tanto rectius poſſunt, quanto longe à carnalibus aſſumpti in ſpiritus ſancti gratia altius profecerunt. Vnde & Apoſtolus Paulus de experientia tantæ viſionis ſententiam protulit, dicens:
1.Cor.2. Spiritalis iudicat omnia. Bene ergo dicitur: Diſplicuit ſermo in oculis Samuëlis,) quia à viris ſpiritalibus nil ante deſpicitur, quàm deſpiciendum eſſe per ſpiritalem mentis intuitum iudicetur. Et quia quo abundantiori gratia ſpiritus ſancti pleni ſunt, de virtutis ſuæ celſitudine non præſumunt. Sequitur:

Et orauit Samuël dominum.) Quid enim dominum orauit, niſi vt ſibi dignaretur oſtendere ſi tumultuantis populi petitioni aſſenſum dare debuiſſet? Dixit autem dominus ad Samuëlem: Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi. Non enim abiecerunt te, ſed me, ne regnem ſuper eos, iuxta omnia opera ſua quæ fecerunt à die qua eduxi eos de Aegypto vſque ad diem hanc.) Quia oranti prophetæ dicitur, conſtitue ſuper eos regem, planè oſtenditur, quia an hoc faciendum eſſet, ſibi reuelari poſtulauit. Et quia ſubdens ait: Non te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos.) aptè oſtenditur, quantum ſibi ſermo diſpliceat, quem in oculis Samuëlis diſplicuiſſe perhibetur. Quæ conuenientia iudicij in ſanctis oritur ex virtute charitatis: quia dum ex tota mente conditorem diligunt, &
C eius voluntati obedire deuotè conantur, ex præmio ſupernæ retributionis accipiunt, vt ab eadem dei omnipotentis voluntate aliter ſentiendo non diſcrepent, quàm in bonis operibus ſem-
1.Corin.6. per tenent. Scriptum quippe eſt: Qui adhæret deo, vnus ſpiritus eſt. Domino quippe adhæret, qui præcepta voluntatis eius facere ſemper ſtudet. Sed vnus ſpiritus cum eo fit, quia ex diuturna deuotione pij operis, in tantam gratiam diuinæ cognitionis aſſumitur, vt ab interni eius æquitate iudicij per errorem mundani ſpiritus diſſentire vltra non poſsit. Sed valde difficile reſpondetur, ſi quæritur cur omnipotens deus & abiectum ſe in regis petitione conqueratur, & tamen id quod petebatur fieri decernat. Rurſúmque ſi dignitas regia ordinanda fuerat, cur velut indignata dei maieſtate fuerit permiſſa. Et cum prouiſus rex eligi decernatur, cur reprobandus eligitur? Quid ad hæc aliud reſpondere poſſumus, niſi id quod apoſtolus Paulus, ineffabilem abyſſum iudiciorum dei perſcrutari audentibus, re-
Rom.9. ſpondebat: Homo (inquit) tu quis es, qui reſpondeas deo. Sed ſi hoc efficaciter diffinire non poſſumus, tangere inquirendo poſſumus. An fortaſſe abiectum ſe in regis petitione conqueritur, pro reproba voluntate male petentis populi: petitus rex conceditur, pro vindicta: Quod ſi rationabiliter ditus rex conceditur, pro vindicta: Quod ſi rationabiliter dicitur, dum vtrumque poſuit, & culpam, & vltionem pariter ostendit. Ex reproba quippe voluntate iniuſta poſtulaſſe conuincitur, qui abieciſſe conditorem petendo monſtratur. Culpam D ergo malæ petitionis, inſecuta eſt pœna diſtrictæ æquitatis. Magna etenim vindicta eſt, quæ ex diſtrictione procedit interni examinis: quando reproba mens ſic proiicitur, vt quod male deliberat, agere permittatur. Qui ergo in petendo rege dominum abieciſſe conuicti ſunt, dum id eis permitteretur agere, per quod à ſe dominum abiicerent: grauior pœna non erat, qua hic plecti debuiſſent. Quo in loco notandum eſt, quia abiectionem prophetæ dominus ſuam facit. Non enim ſimpliciter dicit abiecerunt me, ne regnem ſuper eos: ſed non te abiecerunt ſed me, ne regnem ſuper eos, vt profecto oſtendat, quia in perſona electi præſulis ipſe ſuis ſubiectis præeminent, & cum ad ſpiritale culmen electorum carnalis rector aſſumitur, ipſe abiici videtur, cuius præcepta diſſipantur. Ergo quam reuerendi ſint optimi paſtores ſanctæ Eccleſiæ liquet. Ecce enim dum fideliter deo ſeruiunt, tanto ei amoris vinculo coniunguntur: vt quicquid eis ingeritur, diuinæ iniuriæ adſcribatur. Vnde & in Euangelio primis Eccleſiæ paſtoribus dicit: Qui vos ſpernit, me *Luc.10.* ſpernit. Vbi etiam aliquid grauius cernitur: quia cum abiectum paſtorem conqueritur, abiicientium peccata omnia, & parentum etiam mala memorantur. Iuxta omnia (inquit) opera ſua, quæ fecerunt à die qua eduxi eos de terra Aegypti.) Summum nanque crimen agnoſcitur, ad cuius diſcuſsionem in dei memoria præterita cuncta peccata reducuntur. Et abiectum ergo ſe dominus conqueritur, & tamen ordinare in quo abiicitur concE- dit: quia cum diſtrictæ æquitatis ſuæ virtutem exequitur, ab eo carnalium deſideria impleri per eius miſericordiam nequaquam prohibentur. Sed & quæ concedi dignitas pro vindicta potuit, nō tranquilla maieſtate diuinitatis concedi debuit, ſed velut indignata. Indignatam vero maieſtatem dei non in ſeipſam aſſerimus, quæ paſsioni non ſubiacet: ſed quia dum culpas diſcutit, indignationis verba per ſcripturas dicit. Item quia in typum carnalium prælatorum aſſumitur, reprobandus rex eligitur, non electus. Vel fortaſſe idcirco reprobus rex eligitur, vt electus ſucceſſor eius rex Dauid in eo cognoſceret, quid cauere debuiſſet. Sic nimirum & de illa angelorum curia legimus, quia de apoſtata primo angelo ſcribitur, ipſe eſt principium viarum *Iob.40.* dei: ſed qui ante omnia conditus eſt, per ſuperbiam cecidit: & in eius ruina ſancti angeli didicerunt, qua virtute ſtare potuiſſent. Quod nimirum, qui apertis rectæ fidei oculis, intueri poterit, pariter attendit: quia omnipotens deus etiam tunc magnæ miſericordiæ dona tribuit, cum vindictam irrogat: quia dum reprobos punit, ſanctos erudit: vt vnde illi deficiunt, iſti in ſuis profectibus adiuuentur. Diſtricto ſiquidem iudicio permittit mala fieri, ſed miſericorditer prouidet de his malis, quæ per iudicium irrogat, quæ bona facere diſponat. Nam quæ maior culpa quàm illa, qua omnes morimur? Et quæ maior bonitas quam illa per quam à morte liberamur? Et quidem niſi A- F dam peccaret, redemptorem noſtrum carnem ſuſcipere noſtram non oporteret. Non enim venit vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Si ergo pro peccatoribus venit, ſi peccata deeſſent, eum venire non oporteret. Si peccata, ad quæ delenda veniſſe creditur, per iuſtitiam dei permiſſa eſſe ſentiuntur: dum pro peccatoribus deus homo naſciturus erat, ex illo malo quo morituri erant, bonum quod malum illum vinceret, omnipotens deus ſeſe facturum prouiderat. Cuius profecto boni magnitudo, quis fidelis non videat, quàm mirabiliter excellat? Magna quippe ſunt mala, quæ per primæ culpæ meritum patimur, ſed quis electus nollet peiora perpeti, quàm tantum redemptorem non habere? Eligatur ergo rex, ſed reprobandus, eligatur velut in indignatione, non voluntate Dei, ſubſequatur ergo rex iuxta cor Dei, vt ex iudicij eius diſtrictione vindictæ malum procedat in reprobos, & bonum, quod ex malo facturus erat, per largitatem diuinæ gratiæ redundet in pios, dum illi in malo, quod cupiunt, cadere permittuntur. Sed vnde ſe illi præcipitant agitur, vt alij nequaquam cadant. Sed quia his verbis iudicium diuinæ diſtrictionis aſſeritur, videamus iam quanta diſpenſatione vtitur, ne id male deliberantes agant, vnde puniantur. Nam ſequitur: Nunc ergo audi vocem eorum: Veruntamen conteſtare eos, & prædic eis ius regis, qui regnaturus eſt ſuper eos.) Quaſi aperta oſtenſione

Chriſtū incarnari nō oportuiſſet, niſi Adam peccaſſet.

clementiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G clementiæ dicat. Sic audi voces eorum, vt tamen ipsi prius de iure regis, quem petunt audiant, quod expauescant, & veluttũc male cœpta deserant, cum quàm sit res onerosa, cognoscitur, quam petebant. Sequitur: Dixit itaque omnia verba Domini ad populum, qui petierat à se regem, & ait: Hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis, filios vestros tollet & ponet in curribus suis, facietque sibi equites, & persecutores quadrigarum suarum, & constituet sibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum suorum, & messores segetum & fabros armorum, & curruum suorum, filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas, agros quoque vestros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis. Sed & segetes vestras, & vinearum reditus addecimabit, vt det eunuchis & famulis suis. Seruos etiam vestros, & ancillas, iuuenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo, greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei serui.) Cum à carnalibus subiectio quæritur, profecto quicquid præcipitur eis graue est, & si non fit difficile, quia cum ex superbiæ tumore habeant, vt propriæ voluntatis arbitrium sequantur, quicquid eorum deliberationi obuiat, grauissimum pensant. Iam vero cum dura & contraria iubentur, quæ eis est moles oneris? qui tumor cordis secum ferre etiam blanda, & leuia vix nolentes possent, quæ si vellent, facillime pertulissent. Videamus ergo stultæ audaciæ hominis, quam dignè respondeat pia dispensatio conditoris. Iura homi-
H num proponuntur contemnentibus iura Dei, & his qui mitia & salubria diuinitatis consilia spreuerant, dura & importabilia humanæ seruitutis onera prædicuntur, vt ex his secum rationem faceret, quàm intolerabilia essent imperia hominis eis, qui non tam imperantis quàm monentis Dei, ne id peterent, consiliis obedire noluissent. Sed habent corda carnalium temeritatem ex incremento audaciæ, habent duritiam ex simulationis ratione. Ex temeritate quidem facile agenda deliberant, sed quia quod male proponunt, non intelliguut, meliorum consilis adiuuari non possunt. Quare & hic quoque subditur. Noluit populus audire vocem Samuëlis. Et dixerunt, nequaquam. Rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis.) Magnæ quidem temeritatis extitit, contra dei voluntatem regem petere, magnæ duritiæ consiliis prophetæ vinci non posse. Magnæ temeritatis fuit ei rationes proponere, quem sciebant cuncta quæ acturus erat, reuelante domino prius scire: magnæ duritiæ illi non acquiescere, quem nouerant ea tantum, quæ domino reuelante didicerat, imperare. Nam quid est quòd respondentes dicunt: Nequaquam, sed rex erit super nos?) Sed qui nequaquam dicunt, profecto id negant, quod audiunt. Apertè ergo in hoc verbo ostenditur, quia ad hoc propheta graue ius regis exposuit, vt nequaquam peteretur.
Ius vero regis audiunt, & id propter quod exponitur detestan-
I tur, vt reproborum cordium profectus exprimatur, in quibus mali propositi consummatio est, & inconuertibilitas voluntatis, sed nos antiqua tempora reprehendimus, qui nostra videre non curamus. Quæ nimirum tempora, quo senescente mundo, vetustiora sunt, eo & in pluribus per teporis, ac negligentiæ vitium remissiora. Tanto etenim audacius nunc mala proponimus, quanto iam cum robusta iuuentute seculi, robur exaruit humanæ conditionis: tanto difficilius quod male est propositum reuocamus, quanto ex laxato vigore spiritus, mens nostra carnalis efficitur. Ita enim sunt humani lapsus, vt quod in spirituali virtute deficit, in carnali vita roboretur. Omnia quidem
1.Corin.10. hæc iuxta egregij doctoris vocem, in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter nos. Iam quidem apertè cognoscimus horum Israëlitarum audaciam, quæ diuinæ indignationis iudicia secuta sunt: & tamen contra voluntatem Dei, contra prælatorum sanctæ Ecclesiæ consilium agenda proponere non timemus. In malo quoque proposito reprehensi resistimus, & salubria maiorum consilia insuperabili malo peruicaciæ vincere conamur. Videmus quanti mali incrementum sit, pereuntes aspicere, & sequi ad perditionem eorum vestigia non timere: præ ales laqueos mortis incurrentes cernere, & eisdem laqueis irretiri, nequaquam metuere. Et illi quidem contra Domini voluntatem regem petierunt, sed à regia dignitate postea actum est: vt populus, qui deum abiecerat, idola coleret, simulachra adoraret. Quàm reuerenda ergo sint maiorum consilia cernimus, si hoc sollicitè consideramus: quia qui ea despicere ausi sunt, hoc se non prouiderunt agere, vnde tam profundo erroris pelago demergi potuissent. Merito igitur se abiectum dominus in regis petitione conqueritur, merito regiam dignitatem concedit indignatus. Tanta quidem erat iniquitas postulantium, vt cum illud peterent, per quod à deo recederent, ex dei iudicio permitti posset, prohiberi non posset. Quia vero hæc iuxta literam diximus, quid etiam spiritualiter designent ea quæ continentur in iure regio, videamus.

Caput II.

Abiecto etenim Samuële, rex petitur: quãdo reproba multitudo populi spiritualem pastorem despicit, & præesse sibi carnalem quærit. Cum quibus læ pe diuinæ æquitatis districtione agitur, vt eo ipso quod electum prædicatorem despiciunt, subesse reprobo permittantur: ex cuius imitatione tãto deterius pereant, quanto maiori superbia id, ex quo viuere in æternum poterant, audacius contem- L
nebant. Cum ergò ius regis prædicitur, nimirum in vnius carnalis præpositi conuersatione ostenditur, quod carnales cæteri ex tyrannide acturi sunt, non quod electi debeant imitari. Nam
3.Regum. in eadem Regum historia legitur, quia cum rex Achab Naboth vineam abstulit, iram dei omnipotentis incurrit. Hic vero cum ius regis prædicitur, agri, vineæ, & optima oliueta tollenda esse memorantur. Cum ergo hic prædicitur, quod commissum illic punitum est: ostendit, quod diuino iudicio non iubetur. Quare & electus rex Dauid cum ad ædificandum altare domino, Ornam Iebusæi aream peteret, regio illo tyrannorum iure
1.Paral. non vti voluit: cum eam accipere nullatenus acquieisceret, nisi ante pro ea dignum precium dedisset. Quia igitur ea, quæ in iure regio continentur, vitanda potius, quàm imitanda prædicuntur, eo subtilius consideranda sunt, quo vitari nequeunt si nesciantur. Ait ergo: Filios tollet, & ponet in curribus suis.)
Filij electorum ij sunt, qui eorum virtutes imitantur. Currus etiam carnalium prælatorum sunt, fastus mundanæ elationis. Nam dum cæteris se sublimiores esse gloriantur, quasi curribus vecti, per alta gradiuntur. In curribus ergo fidelium filij ponuntur, quando pastores reprobos, per appetitum mundanę gloriæ sequuntur: cum relictis spiritualibus studiis, carnalis vitæ commoda expetunt: & deposita illa sublimi intentione cœlestium, alta seculi assequi conantur. Bene itaque non in curru, sed in curribus ponendi Israëlitarum filij dicuntur: quia ex omni, quod præcellit in carnalium prælatorum culmine, proficiunt M
in elatione, & quasi tot sublimibus curribus in alta se eleuant, quot alta conspiciunt, quibus aliis se superiores putant. Bonorum ergo filios rex in curribus ponit, quando carnalis rector electorum imitatores exemplo suæ prauitatis ad elationis vitia pertrahit, vt cœlestia postponant, terrena appetant, & in hoc solo gaudeant, si ex eo, quòd temporaliter altum voluitur, cæteris præferantur. Et quia contra minores non solum erecti, sed etiam fortes sunt. Sequitur: Et faciet sibi equites.) Velut enim in equis sequunt, qui & sublimes sunt dignitate, & potentia truces. Equites quoque sunt, quia dum feroces cordis sui motus contra impotentes dirigunt, ad omne, quod per tyrannidem exercere appetunt, veloces sunt. Anhelant quippe impetu, spumant rabie, & quos cursu tyrannidis impetunt, eliduut. Sed dum in pastoribus reprobis alij mundanæ elationis fastus æmulantur, alij eorum exemplo quos valent opprimunt, nonnulli etiam sunt qui ad exercenda mala, quæ per seipsos bonis inferre nequeunt: nequiores se alios introduceuut. Vnde & sequitur:
Et præcursores quadrigarum suarum.) Quæ sunt enim quadrigæ regis, nisi peruersæ mentes malorum subditorum, in quorum consiliis prælatus reprobus requiescit? Quadrigæ etenim sunt, quæ reges portant: dum per iniqua consilia pranorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A prauorum, acta rectorum adiuuantur. In eis quippe quasi per sublime rex ducitur: dum per eos, qui ad temporales honores eis sauent, quicquid carnales præpositi de altitudine seculi in desiderio volunt, exequuntur. Qui rectè quadrigarum nomine designantur. Quadriga enim inde stat vnde voluitur: quia reproba mens finem suæ intentionis habet seculi volubilitatem. Inde quidem requiescit, quo per innumeras curas mentis rotantis mundi negotia ventilare non desinit. Regum ergo quadrigæ sunt, dum per omne, quod altum voluendo cogitant, in se carnalium præpositorum iussa portant. Sed qui locum familiaritatis iuxta carnales prælatos habent, habent minores quibus imperent. Ipsi ergo velut quadrigæ regis sunt, illi præcursores quadrigarum: quia eo modo, quo carnalem præpositum ad opprimendos humiles inuehunt, ipsi quoque ad nocendum quibus possunt, per aliorum ministerium deducuntur. Quasi enim quadrigarum præcursor est, qui iniqua mentis suæ versutia artem cogitat, per quam illum ad inferenda mala mitibus introducat. Si vero vt plærique codices habent, non præcursores, sed persecutores quadrigarum legimus, profecto ij sunt qui reprobos ad malum currentes imitantur. Quadriga etiam honoris causa portari regibus solet. Quasi ergo in quadriga rex sistitur, quando carnalis rector de magnorum, qui videntur iuxta se, adulationibus gloriatur. Qui vero istos in eorum laudibus præcedit, aut sequitur, præcursor seu persecutor est quadrigarum,
B quia adulationes isti vel post, vel antea proferunt, quas illi in auribus populi præeundo, aut subsequendo sparsere. Sequitur:

Et constituet sibi tribunos, & centuriones.) Tribuni, & centuriones fiunt, cum in tantum mali profectum veniunt, vt ad exequenda tyranni imperia, impiis satellitibus principantur, cum mundanarum virium acies ordinant, quas ad innocentium bella producant. Tribuni quidem sunt, qui per plures sibi fautores rectè viuentibus insidiantur. Centuriones vero sunt, qui nulla nocendi genera prætermittunt. Ex eo enim perfectionem iniquitatis obtinent, quo multa, & ingentia mala quæ possunt, inferre semper studeant. A centenario quippe numero centurio dicitur. Et quia centenarius numerus perfectionem significat, in mala parte perficitur, quando ad summam nequitiæ ab impiis peruenitur. Qui nimirum callidi tate suaues sunt, terrore violenti. Suauiter quidem blandiuntur aliis, vt eorum auxilio terrere alios ferociter possint. Bene itaque subditur: Et aratores agrorum suorum, & messores segetum.) Carnalis præpositi agri mentes sunt subditorum: aratores vero horum agrorum sunt, qui arte secularis ingenij, eis suadent acta prauitatis. Velut enim agrorum soliditatem loquendo aperiunt, qui per reproba consilia simplicium corda corrumpunt. Et segetes metunt, quando semine praui consilij decepta corda minorum, fructum reddunt malæ operationis. Quæ profecto opera segetum appellatione designantur: quia peruersitas reprobi subditi, dum
C à carnalibus rectoribus gaudenter excipitur, eorum quasi electus est cibus mentis. In qua certè peruersitate, quia paulatim proficiunt, Sequitur: Et fabros armorum, & curruum suorum.) Quæ sunt arma & currus tyrannorum, nisi illa omnia nocendi instrumenta, quæ ad euertenda corda minorum præparantur? Sed quia curru peruenitur, quo armis feriatur: armorum & curruum regis fabri fiunt, quando nequissima cordium suorum machinatione inueniunt, & mala quæ agant, & eadem mala inuenta qualiter inferant. Arma quippe fabricare est, nocendi genera reproba mente colligere. Et currus fabricare, est ad eadem mala inferenda artem, qua accedere possint, inuenire. Sequitur: Filias quoque vestras faciet vnguentarias, & focarias, & panificas.) Filiarum nomine infirmorum mentes intra sanctam Ecclesiam positæ designantur. Quæ regis vnguentariæ fiunt: quia dum carnales præpositos in celsitudine gloriæ transeuntis aspiciunt, eos deliuire adulationibus conantur. Horum profecto vnguentorum vsum Psalmi-
Psal.140. sta reprobans, ait: Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Filiæ ergo vnguentariæ fiunt: quia dum carnalibus præpositis infirmi displicere metuunt, eorum feritatem, cui timendo subiacent, blandimento demulcent. Et notandum quia filij prius dicuntur à rege tolli, & sic equites, & centuriones, siue armorum fabri fieri: filiæ vero non tolli, sed simpliciter vnguentariæ & panificæ fieri. Tolli etenim violentiæ est. Filij ergo tol- D
luntur, quia robusti difficile euertuntur. Dum igitur filiæ non tolli, sed vnguentariæ fieri perhibentur, quid est aliud, nisi quia qui infirmi in bono sunt, per exempla prauorum facile dissipantur: Quæ etiam focariæ, & panificæ regis fiunt: quia qui tyrannis adulando seruiunt, dum fauendo placent, velut cibos exhibent. Focariæ etenim sunt, quæ focis coquunt, quæ reges comedunt. Focariæ ergo sunt, quæ per obsequia fauoris carnali præposito accendunt tumorem cordis: vt eo audacius fauores excipiant, quo velut delicatiores sibi cibos ignis excitatæ deuotionis parat. Quæ etiam panificæ fiunt: quia dum reprobam vitam laudant, carnalem mentem tyranni ad exercendam prauitatē roborant.

Sequitur: Agros quoq; vestros tollet, & vineas, & oliueta, & dabit seruis suis.) Qui sunt agri bonorum, nisi deuotæ mentes subditorum: quæ dum eorum verba libenter audiunt, bonorum operum vberem fructum reddunt? Quæ autem vineæ eorum, nisi mentes eorum ita imitatione proficientium, vt etiam aliis verbum vitæ præbeant: & quos loquēdo in amorem conditoris accendunt, velut potando ebrios faciunt. Quæ vero oliueta sunt, nisi corda auditorum: qui bonorum exemplo, & exhortatione proficiunt in opus misericordiæ? Sed dum rex constituitur, agri tolluntur: quia dum carnales perueniunt ad culmen regiminis, nonnulli bonorum auditores exempla suscipiunt prauitatis. Tolluntur ergo agri, cum nuper deuota corda seducuntur: quando ex nequitiæ semine fructum reddunt in ma- E
ligna conuersatione. Oliueta, & vineæ tolluntur, cum exemplo mali præpositi misericordiæ opera, & sanctæ prædicationis verba exhibenda, & loquenda deseruntur. Bene autem seruis regis dari ablati agri, & vineæ, & oliueta memorantur. Serui quippe sunt, qui dominorum iuri semper subditi, euadere nequeunt iuga dominationis. Serui itaque sunt regis, qui per abundantem iniquitatem, sic se tyrannorum voluntatibus obligant, vt ab eis vlterius non recedant. Ablatos ergo agros, & vineas, & oliueta serui suscipiunt: quia reprobi fautores prælatorum carnalium, dum decepta corda in propositum transferunt praui operis, velut electorum agris, vineis, & olivetis titulum imponunt tyrannicæ potestatis. Sequitur: Sed & segetes vestras, & vinearum reditus addecimabit, vt det Eunuchis & famulis suis.) Cum mali præsunt, difficile valde est, vt qui eis subiicitur, nulla religionis damna patiatur. Aliorum nanque mentes omnino pereunt: sed ij, quos peruertere penitus nequeunt: dum incessanter & verba, & opera eorum praua conspiciunt, qualicunque sorde maculantur. Bene ergo dicitur segetes vestras, & vinearum reditus addecimabit. Quasi dicat, sub pastore reprobo, electorum etiam bona integra non sunt. Sed quod bonis demitur, eunuchis, & famulis regis datur. Eunuchi, & famuli carnalium prælatorum, sunt eius auditores hypocritæ. Eunuchi quidem sunt, quia secularem voluptatem se abiecisse ostendunt, sed regis sunt famuli, quia per omne quod de virtutibus F
se habere simulant, in se reproborum præpositorum impositum iugum portant. Bene autem segetum, & vinearum decimæ eunuchorum esse referuntur: quia hypocritarum virus leuiter non agnoscitur. In quo dum sancti etiam viri possunt decipi, quod perdunt, illis adscribitur, quorum fraude capiuntur. Sequitur: Seruos etiam vestros & ancillas, & iuuenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo.) Serui, & ancillæ sanctorum sunt, qui eis temporalia necessaria subministrant. Serui, & ancillæ sunt, quia dum eis corporum necessaria tribuunt, in eodem opere misericordiæ, alij aliis robustiores sunt. Et optimi iuuenes, quia & qui multum, & qui parum possunt, dum omne quod præualent, in opere misericordiæ expendunt, velut electi iuuenes diuina seruitia valenter operantur. Asini quoque electorum sunt, quibus ferenda onera obedientiæ imponuntur, vt eorum fragilitatem adiuuent, dum ea cum eis portant, quæ sine eis portare nequaquam possent. Quid est autem, quod in opere regis ponendi prædicuntur? Sed qui in opere regis ponuntur, diebus constitutis, debitum persoluunt angariæ, iuri publicæ potestatis. Quid est ergo quod in opere regis serui & ancillæ, & iuuenes optimi ponendi prædicuntur, nisi quia præeminentibus carnalibus, & electorum ministri, & deuotè obedientium corda plærunque maculantur?

G culantur? Nam dum reprobam eorum vitam indesinenter aspiciunt, paulatim sic decidunt, vt aliquid de eorum factis imitentur. Ex longo quidem vsu electis seruiunt, sed dum sæpe vident eorum excellentiam culminis, seruiri sibi ab aliis quandoque appetunt per impulsum elationis. Sua quoque misericorditer tribuunt, sed tyrannorum sæpe exemplo aliena tollunt. Sed quia serui sanctorum sunt, de iure eorum exire non possunt. Ad horam quidem possunt deseri, sed ab errore in quem decidunt, per diuinam misericordiam facile subleuantur. Quia ergo per exempla prauorum corruunt, qui cito resipiscunt, velut per angariam ponuntur in regis opere, in quo diu non permanent per cõtinuam seruitutem. Sequitur: Greges quoque vestros addecimabit, vósque eritis ei serui.) Quasi dicat, dum pastor vobis carnalis præponitur, non solum vestris, sed etiam vobismetipsis virtutum prædæ inferuntur. Greges etenim electorum, sunt turbæ virtutum spiritalium. Quia vero & ipsæ spirituales virtutes exemplo prauorum dissipantur, rex decimas tollit gregis, quando is qui carnaliter præeminet, in sanctorum cordibus aliquas virtutes perimit. Decimas tollit, quia dum mentis integritatem dissipat, virtutum numerum imperfectum derelinquit. Denario quippe numero perfectio designatur. Vnde & cum lapsæ humanitatis nostræ damna Dominus aperta com-
Luc.15. parationе ostenderet, mulierem, quæ de decem drachmis vnam perdiderat, in medium ducit, vt per hoc quod denarius numeH rus periisse ostenditur, superna illa societas, quæ nouenario numero remansit in Angelis, sine reparatione conditionis nostræ, imperfecta esse doceatur. Et quia decimæ per annos singulos exiguntur aptè qui decimas offerre non desinunt, serui esse regis perhibentur. Eis quippe per annos singulos seruiunt, quorum exemplo sæpe peiores fiunt. Possunt & per hoc quod post datas decimas seruitus ista asseritur, mali profectus ostendi. Nam qui paulatim deficiunt, quotidie agunt, vnde ad iniquitatis profunda deducantur. Dicit ergo: Greges vestros addecimabit, vosque eritis ei serui.) Quasi dicat: Malorum exemplo paulatim decidetis, sed cadendo agitis, vt ab eorum imitatione
1.Pet.2. nunquam recedatis. Scriptum quippe est: A quo quis vincitur, eius seruus efficitur. Quia enim per imitationem pastoris reprobi, in peccati seruitutem incidunt, etiam ab eius iugo quando volunt solui non possunt. Vnde & subditur: Et clamabitis in die illa à facie regis vestri quem elegistis vobis, & non exaudiet vos dominus in die illa, quia petistis vobis regem.) Quasi dicat, in notitiam prauæ imitationis eius paulatim defluatis: sed prauitatis eius exempla, quibus vos sponte submittitis, relin-
Ioan.8. quere sponte minime potestis. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati. Quibus ergo peccata dominantur, per se ab eorum iugo liberari nequeunt. Nam sæpe ad dominum cum precibus veniunt, liberari petunt, sed exaudiri non possunt. Diuino siquidem iudicio cum eis agitur, vt qui noluerunt mala vitare, cum possent: non possint vitare, cum volunt: & qui
I sponte incurrunt mala prænota, fugere non possint experta. Quare & causam insinuans, qua exaudiri prohibeantur, ait:

Quia petistis vobis regem.) Quasi apertè dicat: Quia illud vobis dari postulastis, in quo hæc omnia futura, me prædicente, cognouistis. Hæc (vt superius dixi) in typo prælatorum carnalium, de futura regis conuersatione prædicuntur: vt ab eius petitione quiescerent, in quo tanta mala cognouissent. Sed habent corda reproborum, vt malum cito proponant: & à malo proposito non celerius resipiscant. Quare & subditur:

Noluit autem populus audire vocem Samuëlis, sed dixerunt, nequaquam. Rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis.) Quibus profecto verbis mores subditorum carnalium apertè describuntur: quia dum exteriora appetunt, interiora damna etiam exposita non attendunt. Sed qui carnaliter præsunt, ipsa ostensione temporalis potentiæ subditis sibi minoribus magnam spem dant tutelæ. Dum ergo dicunt, rex erit super nos, & pugnabit bella nostra pro nobis: quid aliud, quàm reproborum subditorum mores insinuant, qui humiles, & spiritales prædicatores despiciunt: vt temporaliter à carnalibus adiuuentur. Quod certè nullatenus agerent, nisi prius lumen cordis amissent. Nam si spiritalium virorum humilitatem foris despiciunt, sed qua potestatis sublimitate intus emineant, cernere non merentur. In illis quoque externam potestatis tyrannidem vident, sed qua infirmitate intus deprimantur non vident. Isti quia deo adhærent, cum volunt, etiam in exterioribus potentes sunt: illi qui à domino recedunt, spem quam promittunt de potentia seculari, exhibere non possunt fortitudine operationis. Nam vt de vicino exempla capiamus, Saul ad pugnanda bella *Infra.10.* regem postulantium, fortis, & potens eligitur: ita vt sacra hac historia teste, ab humero, & sursum populo vniuerso emineret: à deo igitur ad regni gubernacula electus, cum bonus existeret, & de filiis Israël aliquis melior illo non esset, tamen cum tantus, ac talis vir carnali fortitudini relinquitur, bella perdidit, quæ *Infra 31.* pugnaturus acceperat, & vitam pariter amisit. Samuel autem, qui seculi potentia sublimis non extitit, qui humiliter non solum deo, sed etiam hominibus ministrauit: de exterioribus quoque bellis trophæa potenter exhibuit. Nam non valde supra de eo dictum est: Tulit Samuel agnum lactentem vnum, & obtu- *Supra.* lit illum holocaustum integrum domino, & clamauit Samuël ad dominum pro Israël, & exaudiuit eum dominus. Factum est autem cum Samuël offerret holocaustum domino, Philistim iniere prælium contra Israël. Intonuit autem dominus fragore magno in die illa super Philistim, & exterruit eos, & cæsi sunt Philistim à filiis Israël. Dicat ergo: noluit populus audire vocem Samuëlis, vt in eorum inobedientia superborum corda de- L signentur, sic diuinæ æquitatis iudicio proiecta, vt magna mala immineant, quæ incursuri sunt: sed tamen ea videre non possint. Sequitur: Et audiuit Samuel omnia verba populi.) Hoc profecto Samuël audiuit, quod populus locutus est, sed ipsum populus non audiuit. Populo enim reprobo loqui, & non audire fuit, verba contra dei voluntatem promere: sed pœnam prauæ locutionis minime præuidere. Samuël autem populi verba audiuit: quia spirituales viri dū superbæ locutionis voces audiunt, futurum in eis diuinæ vltionis meritum recognoscunt. Dicat ergo audiuit Samuël omnia verba populi, quia sancti, ac spirituales viri quicquid carnales superbè foris insonant, quale sit in diuino iudicio intus pensant. Sed quia dum carnalium subditorum damnabilem vitam reperiunt, pro delendis eorum criminibus intercedunt. Sequitur: Et locutus est ea in auribus domini.) In eorum auribus loquimur, apud quos magnæ familiaritatis gratiam habemus. Sancti autem viri, quia omnipotenti deo in magni amoris vinculo coniuncti sunt, ei in auribus loquuntur, quia diuinæ propitiationis eius auditum tanto fiducialius expoſcunt, quanto apud eius misericordiam impetrandi locum sublimius acceperunt. Peccata vero populi loquuntur pro humilitate confessionis, sed in auribus loquuntur domini, quia cum magno affectu precis, ianuam pulsant M dominicæ propiciationis. Sed fortasse in auribus domini loqui dicitur, quia dum sancti viri pro peccatoribus obsecrant, preces, quas pro eis deo offerunt, hominibus non reuelant. Vnde & in Euangelio dominus prohibet discipulos, dicens: Cum oratis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, qui amant in *Matth.* synagogis, & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus. Verba ergo siue opera populi loquuntur, cum delicta locutionis & operis orationibus delenda domino exponunt. Ea vero in auribus domini loquuntur, vt dum hominum testimonia orantes fugiunt, ab eo qui occulta respicit, celerius audiantur. Dum ergo in auribus domini Samuël, loqui perhibetur, modum profecto insinuat, quo quis aditum mereatur diuinæ dignationis. Nam peruenire ad deum oratio nequaquam potest, quæ ex intentione promitur, vt ab hominibus agnoscatur. Vnde & qui in auribus domini locutus asseritur, responsa eius etiam percepisse perhibetur. Nam sequitur: Dixit autem dominus ad Samuëlem: Audi vocem populi, & constitue super eum regem.) Qua in re notandum, quia Samuël verba populi, quibus regem petierat in auribus domini locutus est, & dominus seabiectum asserit in eo quòd populus regem petit. Dum igitur oranti respondet, & regem facere orantem iubet, quid aliud insinuat, nisi quia deuota electi viri oratio nunquam est infructuosa? Nam si populi correptionem non obtinuit, eruditionis suæ bonum

Universidad de Deusto

A bonum obtinuit, cùm abiectum populum pro mala petitione cognosceret, sed & nihilominus sciret, quid facere proiectis ipse debuisset. Audiri ergo propheta potuit, & non audiri, quia orandi, quid esse deberet nouit, sed à populo reproba postulanti, duritiam cordis non abstulit. Sed hoc obtinere ille potuit, qui in auribus domini locutus est, quia sancti viri eoipso, quo deuotè pro peccatoribus dominum obsecrant, diuinæ propiciationis auxilio muniuntur, vt eorum criminibus nequaquã polluantur, quorum sordes delere precibus nequeunt. Quid verò est, quod dominus ait: Audi voces eorum,) cùm superius dictum sit, audiuit Samuel omnia verba populi. Sed verba populi audierat, vt sciret, quæ dicebantur, non vt quæ petebantur, concederet. Dum ergo ei à domino dicitur: Audi vocem populi, & constitue super eum regem, fauere voluntati populi prophetam iussit. Et ecce vt palam cernitur, propheta orans, non auditur, populus deum abiiciens, regémque petens, auditus est.) Quid hoc esse dixerimus, nisi quia miro & tremendo diuinæ incomprehensibilitatis iudicio sancti viri pro reprobis orantes exaudiri nequeunt, in adimplendis verò suis prauitatibus, audiri ipsi reprobi delinquentes possunt, vt illis libera iniquitas æternæ vindictæ meritum augeat, & istis ex affectu compassionis merces perpetuæ retributionis accrescat. Et statim eum ordinem quo ad eiusdem regis constitutionem ventum sit, ostendere incipiens, ait: Et ait Samuel ad vniuersos
B filios Israël: vadat vnusquisque in ciuitatem suam.) Cùm spiritualia discutere volumus, necesse est, vt ab intentione nostra carnalia remoueamus: quia mens interna non penetrat, quam exteriorum actuum puluis cæcat. Dum igitur propheta domini omnem populum abire ad propria loca præcipit, à se vtique tumultum carnalium repellit, vt eo spiritualia quæ disponenda sunt, clarius videat, quo mentis eius aciem terrenorum actuũ intentio non obscurat. Sed & qualis sit, qui diuino iudicio præuidetur, insinuans, ait:

Caput III.

Caput. 9.

ERAT vir de Beniamin nomine Cis filius Abiel, filij Seor, filij Bechorath, filij Aphia, filij viri Gemini fortis robore. Et erat ei filius nomine Saul electus, & bonus, & non erat vir de filiis Israël melior illo, ab humero, & sursum eminebat super omnẽ populum.) Cùm ordinandi regis persona exponitur, cur patrum eius nomina describuntur, nisi vt regnum eis durabile nõ sentiatur.

Gene. 49. Nam de regno, quod futurum præuiderat Moyses, ait: Non deficiet sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat
C qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium. Quia ergo tribus Iuda ad regni diuturnitatem præuisa extiterat, Cis generatio memoratur, vt regia dignitas, quæ condebatur in filio, apertè sciretur esse dispensatoria, non mansura. Sed qui carnalem regem generat. Cis, id est, durus nostro eloquio dicitur, & is fortis robore prædicatur. Nunc quoque plærique carnales intra sanctam Ecclesiam sunt, qui magna agere videntur: carnales verò sunt, quia sancti spiritus gratiam non habent. Fortes ergo sunt robore: quia omne, quod magnum videntur agere, corporale est. Nam & Cis pater Saul ideo fortis robore dicitur, vt vires corporis magnas habuisse sentiatur. Fortis ergo robore, durus est: quia qui magna carnaliter exhibet cor molle per compassionem, in fraterna charitate non habet. Valenter agit, quæ non imitari homines foris possint, sed intus coniungi fraternis mentibus nescit per affectum dilectionis. Fortia agit, quæ deus reprobat: & affectum charitatis, quem approbat, exhibere non curat. Durus ergo est, quia dum superbo corde corporalia agit, eius mentem gratia sancti spiritus non emollit. Quo

Iob. 23. contra sanctus vir gloriatur, dicens: Deus molliuit cor meum, & omnipotens turbauit me. Et sæpe qui talium mores imitantur, dei iudicio rectores fiunt. Vnde & aptè Saul filius Cis fuisse memoratur. Sed quærendum est, cur idem Saul electus, & bonus esse dicitur, qui duri filius esse perhibetur? Sed electus dicitur non secundum gratiam, sed secundum iudicium. Bonus D etiam dicitur, vt diuinæ æquitatis dispositio commendetur. Nam & mala, quæ pro peccatis nostris sæpe patimur, quia per diuinam iustitiam nobis irrogantur, bona sunt. Bonum profectò est, quicquid est iustum. Per iustitiam quippe dei pastores reprobi ad regimen sanctæ Ecclesiæ ascendere permittuntur, sed qui mali sunt per iniquitatem, boni sunt diuina dispositione: & occulta nunc ordinatione dei electi sunt, qui vltimo erunt vniuersali iudicio reprobandi. Pastor ergo reprobus, quia vt sit, dei indignatione decernitur, dicatur electus: & quia iustè permittitur, dicatur bonus. Item quia ad exequenda diuina iudicia cæteris vtilior prouidetur, melior illo esse de filiis Israel nemo dicitur. Qui etiam ab humero, & sursum eminere super omnem populum memoratur: quia qui carnalium mores viuendo sequitur, valde nititur, vt ea agat, quæ agere alter non valeat. Carnalis etenim rector ab humero, & sursum vniuerso populo eminet: cùm in exterioribus fortis est sine comparatione. Possunt & hæc omnia verba laudis intelligi, quibus dum ordinandi regis persona prædicatur, regem petentium intentio confundatur. Nam dicunt: Rex erit super nos, & iudicabit nos, & pugnabit bella nostra pro nobis.) Dicitur electus & bonus, & quia non sit de filiis Israël melior illo, vt bona omnia in petiti regis persona excellant: sed dum ad ea non sufficit, quæ populus præposuerat, præsumptio humana confundatur, & victa tabescat. Et quidem (vt supra dixi) rex qui populum præiturus E eligitur, eorum bella pugnaturus: cùm à diuino auxilio deseritur, bello depressus obiit: & populo, quem ad eadem bella præiuit, tunc non salutis causa, sed mortis fuit. Quod denique deo populus adscriberet, si is qui dei iudicio electus rex fuerat, ad agenda, quæ volebat populus, non tam idoneus extitisset. Potest etiam electus, & bonus intelligi, dum asseritur, non qualis in futuro præuidebatur. Dicitur ergo electus, & bonus, vt talis à domino sentiatur electus, qui per inobedientiam postea fuit reprobatus. Quare & ipsa ratio exigit, vt quæ de electo, & bono vsque ad reprobationis tempora dicuntur, & in bona parte sentiamus.

Caput IIII.

SVMMATIM ergo cuncta repetentes, quid ædificationis in se contineant, secundum aliam significationem videamus. Quia in Samuele nouum sacerdotium diximus designari, quid est quod senuit, nisi quia dum per decurrentium spatia temporum sancta Ecclesia ducitur, in nonnullis sacerdotibus conuersationis pulchritudo veteratur. Senuit autem Samuel, quia vigor auctoritatis F emarcuit. Quasi enim iuuenis erat Samuel, quando sacerdotum ordo solis cœlestibus desideriis inhians, dum nulla terrena quæreret, quo efficacius superna prædicare poterat, eo ad ea nihilominus verbis, & exemplis subditorum animos accendebat. Valebat enim robore, & iuuenili pulchritudine radiabat, dum vim cœlestis verbi in splendore ostenderet sanctæ conuersationis: quia quicquid validum loquendo poterat prædicare, nitebatur etiam sublimiter viuendo ostendere. Nam & mortuas animas viuificabat verbo, sed miro flore iuuentutis emicans, mortua corpora resuscitabat imperio. Cùm & cæcis visum, claudis gressum, & omnibus ægritudinibus medelam tribueret, & adeo sanctissimæ conuersationis pulchritudine radiabat, vt maioris virtutis esset, hoc modo posse viuere: quàm illo aliis subuenire. Velut ergo in iuuentute vigebat Samuel, quando in ordine sacerdotum pariter refulgebat & mira virtus operis, & tam immensa pulchritudo sanctæ conuersationis. Sed iam diu est, quòd Samuel senuit. Multa enim tempora elapsa sunt, ex quibus multi eorum amorem seculi sequuntur: quorum virtute depelli gaudia mundi ab aliorum cordibus debuerunt. Quod tamen non idcirco dicimus, vt sancta Ecclesia nullos viros religiosos habeat: sed quod pauci sunt, qui in prædicationis culmine perfectè nouerint mundum contemnere, & sum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mis desideriis inhærere. Quare aptè Samuel & senex dicitur, & prophetare. Senex quidem est, quia rigorem asperæ conuersationis in pluribus perdidit: prophetare tamen non desinit, quia dum aliquantos viros spiritales habet, virtutem prouidi spiritus valenter exhibet. Quod in vno eodemque prædicatore intelligi conuenienter potest. Senes quidem sunt, & prophetant, qui sic per negligentiam resoluuntur, vt bene doceant, sed male viuant. Qui filios suos iudices ponunt, quando illos in sacerdotij dignitate constituunt, qui remissioris vitæ eorum tempora contemplantur. A senibus tamen iuuenes ordinantur: quia qui promouendi veniunt, fortia promittût. Sacerdotalis quippe vitæ fortissimam professionem spondent, cuius virtutem in futura conuersatione non habent. Iuuenes igitur promouentur: quia qui eos ordinent, prius quàm ab eis professionem virtutis accipiant, eos ad tanti ordinis celsitudinem non assumunt. Prius nanque eis insinuant, & quàm sublimiter viuant, & quàm subtiliter doceant, quod idcirco debent sublimiter viuere, vt vtiliter valeant prædicare: vt vitæ propositum semper ad superna dirigant, vt de labore prædicationis temporalia præmia non requirant: vt personas in iudicio non accipiant, sed iusta æquitatis lance cuncta disponant: quatenus viarum dei difficultates audiant, & an velint subire earum labores dicant. Has profectò difficiles vias plærique dum sacros ordines ambiunt, se ambulare profitentur: sed dum ad id quod ambiunt, perueniunt,
H sponsionis suæ tenere fortitudinem prætermittunt. Vnde & Samuelis filij non ambulasse in viis eius, sed accepisse munera, & peruertisse iudicium aptè relati sunt. Samuelis enim viæ sunt, quia prædicatoris officio exponuntur. Filij ergo in viis patris sui non ambulant, quando ij, qui ad sacros ordines ambitiosè perueniunt, ardua religionis itinera à maioribus sibi ostensa deserunt, & peruersa intentione in appetitu terrenarum rerum altius immerguntur. Vnde & post auaritiam declinare, munera accipere, & iudicium peruertere apertè perhibentur. Qui enim laborare pro cœlestibus negligunt, necesse est vt in appetitu terrenorum arctius inserantur. Declinare quidem post auaritiam, est ambitione rerum terrenarum tota intentione defluere. Nam nonnulli sunt, qui terrena lucra per auaritiam expetunt, sed tamen post auaritiam non declinant: quia & temporalia appetunt, sed in appetitu eorum incurrere crimen vitant. Declinant ergo post auaritiam, qui pro terrenis, quæ ardenter ambiunt: incurrere crimen nequaquam pertimescunt. Animam quippe suam æstimant inferiorem omni re, quam possunt concupiscere. Hinc nanque est rapina violenta: hinc fiunt furta latentia: quia eos quibus auari prævalent, violenter opprimunt: & quorum rebus inferre violentiam nequeunt, furta inferre moliuntur. Sæpe & quibus non prævalent furto manuum, insidiantur falsitate verborum. Vnde & filij Samuelis ordinato processu, in inordinata auaritiæ confu-
1 sione denotantur, cùm dicitur: Declinauerunt post auaritiam, accepere munera, peruerterunt iudicium.) Qui enim vt munera acciperent, iudicium peruerterunt, ad inferendum furtum concupitæ rei, non quæsierunt obscuritatem noctis, sed tenebras rationis. Et notandum quia ardor auaritiæ causa est accipiendorum munerum, & acceptio munerum causa est peruertendi iudicij, vt prophetæ narratione huius vitij prauitas ostendatur, non solum qualiter in reproborum cordibus proficit, sed à sanctorum mentibus qualiter extirpari funditus possit. Nam si peruersitas ista iudicij ex acceptione munerum nascitur, qui munera non accipit, iudicium non peruertit, & oblata munera leuiter respuit, qui auaritiæ radicem à corde suo penitus extirpauit. Sed istam culpam filiorum Samuelis plenius videndo, quàm loquendo colligimus. Nam si ad destituta Ecclesiarum loca respicimus, vbi pater senescit, notam auaritiæ suscepti muneris, & peruersi iudicij filij incurrunt, quia vbi per lucra turpia rectoris persona dissoluitur, subiecti gregis corda facile discipantur, vt in se nequiter viuant, & aliis exempla prauitatis præbeant. Sed libet in iis valde admirari iudicia omnipotentis dei. Nam filij Samuelis dum post auaritiam declinant, dum causa peruertendi iudicij munera suscipiunt, populo cui præsunt exempla prauitatis impendunt. Ipse autem populus dum regem petit, de culmine potestatis prophetæ filios

Iudicium quomodo peruertitur.

abiicit. Deus verò omnipotens & regem petentium preces K
suscipit, & irascitur quod petatur. Quibus profectò rebus turbari possumus, si eorum rationem non subtiliter videamus. Quid enim iustius est, quàm vt populi iudicio corruat, qui reprobo mentis suæ iudicio sic studuit, vt se sequens populus periret. Sed tamen cùm sacerdotes malè viuunt, à laicis iudicandi non sunt. Dignè ergo indigniorem recipiunt, qui indignum indignè eiicere præsumpserunt. Nam de filiis Samuelis dicitur, acceperunt munera, & peruerterunt iudicia. De eo autem rege, quem filij Israël petunt, terribiles valde minæ proferuntur, quia dicitur: Agros vestros tollet & oliueta, & dabit seruis suis. Et quis sapiens non attendat, quia nequius sit, publica violentia agros, & vineas tollere, quàm vt acciperent munera, prætextu veritatis iudicium permutare. Hæc culpa quadam verecundia tegitur, pudore obumbratur. Culpa verò illa tanto nequior cernitur, quanto manifestius, atque atrocius perpetratur. Sed nos nondum ad illa regni tempora discutienda peruenimus, in quibus ista fieri mala etiam ad literam describuntur: dum ergo iuxta propositum nostrum de electo, & bono loquimur, vtile videtur, vt etiam ius regis, quod prædicitur, qualiter in bona parte possit accipi, subtiliter videamus. Nam si aliquid boni spiritualiter non ostenderet, nequaquam in hac sacra historia diceretur: Locutus est Samuel ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram domino.) Quid est, quod Israëlitarum filij ponendi in regis cur- L
ribus dicuntur? Sed prælatorum sanctæ Ecclesiæ currus eorum deuota sunt desideria. Nam dum superna gaudia feruenter appetunt, velut in curribus per alta feruntur. Hinc est, quòd
Helias in curru igneo in cœlum subleuatus asseritur, quia pro- 4. Reg. 2.
fectò ad superna gaudia sustolli non poterit, qui ea per alta, & feruentia desideria non inquirit. Cùm ergo boni auditores per exempla prædicatorum terrena contemnere, & amare æterna incipiunt, Israëlitarum profectò filij in regum curribus ponuntur. Et notandum, quia & tolli dicuntur, & in curribus poni: quia prius debent à carnalibus desideriis abstrahi, vt bene valeant superni amoris ignibus inflammari. Quæ nimirum terrena desideria, quia non facilè deseruntur, tolli filij perhibentur. Nam per magnam violentiam fieri oportet, vt terrena desideria electus auditor penitus deserat, & in cœlestibus sublimiter se sustollat. De hac quippe violentia dominus ait: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti diripiunt illud. *Matth. 11.* De hac Paulus ait: Nemo coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. *2. Tim. 2.* Quod etiam his verbis latenter ostenditur, quia filij qui tolluntur, non in sedibus, sed in curribus poni perhibentur. Curru quidem antiqui pugnare consueuerunt. Sed & qui curru ducitur, sublimis ac terribilis contra hostem fertur. Electi etenim viri tanto sublimiores atque terribiliores sunt occultis hostibus, quanto interni amoris celsitudine altius profecerunt. Sublimes quippe sunt, quia vsque ad eorum intenM
tionem malignorum spirituum suggestio non pertingit. Terribiles etiam sunt, quia reprobare eorum consilia tanto facilius possunt, quanto per intimi affectus vigorem in superni gaudij contemplatione consistunt. Hoc quidem quoties his dicitur, qui adhuc carnales sunt, piarum minarum illis bonitas exhibetur. Quod tale est, ac si dicat: Quia virtutis personam petitis, sub eius disciplina vacare vitæ otio non potestis. Quare & equites regis, & persecutores regalium quadrigarum tribuni & centuriones fieri perhibentur.) Omnia quidem hæc militiæ terrenæ sunt. Dum ergo equites & persecutores quadrigarum, tribuni, & centuriones fieri prædicuntur, ad omne belli exercitum summouentur. Equites quippe sunt, quando in virtute spiritus carnis suæ voluptatis fluxa restringuntur, & cunctis illecebrosis motibus magna potestate dominantur. Velut enim equo sublimis inuehitur, qui per bonum castitatis carni suæ præpositus, liber, & velox, & effugere hostem cum dedignatur poterit, & inuadere, cum dignatur. Per hoc quidem quòd bene præsidere didicit, tanta virtutis incrementa accepit, vt velut irruentis equitis impetum sustinere hostis non possit. Et quia in virtutis suæ robore exempla electorum patrum sequuntur, persecutores sunt regalium quadrigarum. Quadrigæ etenim regis sunt, bona exempla electi prædicatoris.

A dicatoris. In eis quippe & pugnans, & triumphans ostenditur: quia dum sancta opera prædicatoris aspicimus, hunc profectò sublimem videmus & in agone certaminis, & in virtute triumphi. Sed carnalibus desideriis oppressi videre hunc in quadrigis suis possunt, persequi eius quadrigas non possunt. Velut pedites quippe in plano sunt, pigri ad cursum, debiles ad conflictum. Vt ergo regales quadrigas persequi valeant, prius equites fiant, terrena desideria conterant, carni suæ præsideant, pudicitiæ armatura candescant. Tunc quidem post electos patres in spirituali conflictu currere tanto decentius possumus, quanto per id quod nobis laudabiliter præsumus, occultorum hostium agmina potenter ferimus. Quod si velut plures habent codices, non persecutores, sed præcursores legimus: à bono intellectu non vacat. Regalium quidem quadrigarum præcursor est, qui laudat verbo exempla iustorum. Qui nimirum eques esse debet: quia reprobus laudator est, qui altam vitam atque doctrinam sanctorum prædicat, quam sublimi proposito imitari nequaquam curat. Sed qui aliorum vitam, atque doctrinam proponere aliis ad imitationem nouit, iam quidem spiritalis militiæ esse magister incipit. Bene ergo subiunctum est: Et constituet sibi tribunos, & centuriones.) Tribuni sunt, cùm incipiunt: centuriones, cùm in spiritali magisterio perficiuntur. Etenim (vt superius diximus) à centenario numero dicitur centurio. Tribuni etiam intelligi possunt spiri-
B tuales viri, scientia simplices, sed amore dei & proximi inflammati. Qui licet alta, & spiritualia loqui nesciant, tamen per exempla electorum, quæ norunt: ad amorem conditoris quos prævalent, accendere conantur. Tribus quidem cognatio, siue curia dicitur. Si ergo tribuni dicuntur à tribu, quia ad profectum proximorum sanctorum exempla proferunt, tribuni nominantur. Ad rusticitatem quidem nostram destruendam, velut curia veniunt, quando nobis illa proponunt, per quæ sancti viri omnipotenti deo placuere. Et cùm plurimorum sanctorum proprias virtututes exponunt, quasi spiritualium cognationum nobilitatem nobis aperiunt. Centuriones ergo intelligi viri perfectiores possunt, qui prædicatorum magisterio dum bene proficiunt, eorum adiutores, atque cooperatores fiunt. De quibus profectò in Euangelio dominus ait: Omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamiliàs, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Tales quippe non solum operatione præcipui sunt, sed etiam verbi dei scientia eruditi. Vnde & ad spiritalis militiæ conflictum cohortari proximos tanto vtilius possunt, quanto & alta, quæ prædicare sciunt, in opere virtutis ostendunt. Habent in eruditione verba, habent ad exempla simplicium opera: vt alta quæ loquuntur sapientes intelligant, & qui verborum secreta non vident in intimis, imitentur opera, quæ vident foris. Centuriones ergo constituuntur, quando perfectione virtutis, culmen
C obtinent dignitatis: vt sublimiter viuant, & quo altius viuunt, vtilius doceant. Sed qui centuriones sunt, cùm belli tempora ordinant, proficere debent: vt pacis etiam fructus ferre cognoscantur. Post tribunos ergo, & centuriones, agrorum fiunt aratores, & messores segetum: vt victorum iam corda vomere adhortationis aperiant, ex quibus vberem bonorum operum triticum metant. Velut in pace iam quidem arant, qui ea corda quæ spiritalia impugnamenta deuicerant: ad exercenda opera pietatis excitant. Et segetes metunt, quando de diuini verbi semine, quod in auditorum cordibus sparserant, electa opera prorupisse gratulantur. Velut enim de agro triticum falcibus metunt, quando amplexu charitatis, id de superna conuersatione accipiunt, quo interna deuotione satientur. Sed quandiu in hac vita viuimus, in pace nulla possidemus. Antiquus etenim hostis quia semper bene agentibus aduersatur, necesse est, semper nos ea quæ bene agimus, defendamus. Quare & bene post aratores agrorum, & segetum messores, armorum fabri, & curruum regis fieri perhibentur. Arma, & currus fabricant: vt ipsos agros, quos excolunt, eásque segetes, quas metunt, defendant. Currum quippe fabricant, vt ad occursum aduersariorum veloces sint: arma verò, vt sint potentes. Currum quidem conscendunt, vt magno impetu castra dæmonum

Matth.13.

atterant: & vt extinguant, quos impetunt arma portant. In hac D
quippe currus sublimitate stabat, qui dicebat: Nostra conuer- Philip.3.
satio in cœlis est. Vnde & securus iam qui superior cunctis
suis hostibus apparebat, affirmans, ait: Nulla creatura poterit Roma.8.
nos separare à charitate Christi. Sed qui currum conscenderat, arma tenebat: vnde exponit, dicens: Ego autem sic curro, 1.Cor.9.
non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans,
sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Quid ergo in hoc curru rectius exprimitur, quàm rectæ intentionis sublimitas? Currum ergo fabricare est, in mentibus auditorum altitudinem rectæ intentionis erigere. Qui enim per exempla meliorum, prædicationis ministerium sortiuntur, currus post aratri, & messionis studium fabricant: quando bene agentes subditos docent, vt ex omnibus operibus bonis, quæ agunt, sola æterna retributionis præmia præstolentur. Terrena quidem despicere, nulla transitoria desiderare: æterna diligere, atque ad illa magnis desideriis festinare: iam quidem sublimi currui præsidere est. De quibus nimirum curribus per Psalmistam dicitur: Currus dei decem milium, multiplex milia læ- Psal.67.
tantium, dominus in illis ascendit. Arma verò eorum, sunt acuta consilia, quibus tanto validius hostes feriunt, quanto celerius eorum astutias deprehendunt. Vnde & quasi armatus ille potens loquebatur: Non ignoramus eius astutias. Arma 2.Cor.2.
etiam fabricabat, cum dicebat: Et scutum fidei in quo possitis Ephe.6.
omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis as- E
sumite, & gladium spiritus, quod est verbum dei. In illis quidem curribus, & armis positu electi, veloces, atque potentes sunt. Veloces quidem, quia dum spiritualia cupiunt, nequitias spirituales in momento deprehendunt. Potentes verò sunt: quia dum ardentius summa desiderant, quicquid eis de imo seculi amore suggeritur, pro nullo pensant: & quasi currus vecti pondere, in hostes magnum impetum habent: qui sanctis virtutibus, & acutis consiliis pleni, tentamenta omnia, quæ ingeruntur, in momento destruunt. Nec vacat ab isto sensu, quòd currus dum per terram voluitur, & inferiorem partem leuat sursum, & superiorem deprimit deorsum. Sic nimirum & sanctorum virorum recta intentio, dum de terrenis, quæ agit cœlestia expectat, velut partem, quam per terram trahit, ad summa dirigit. Et quia se tam de bono opere, quàm de expectatione æternæ retributionis in conspectu conditoris humiliat, velut ad terram mergit partem quam sursum leuat. In rotis quippe suis currus noster incessanter voluitur, si de bono opere semper æterna intendimus, & de omni profectus nostri altitudine humiles esse curamus. Quæ profectò arma, & currus tunc sunt regis, cum à prædicatorum sanctæ Ecclesiæ forma, & doctrina discrepare minimè videntur. Currus ergo, & arma electi prædicatores fabricant, quando auditores suos ad supernam patriam festinare docent, & intentionis rectitudine & munitione virtutis. Sed hæc omnia, quæ in profectu vnius F
ostendimus, nihil obstat, si per se in pluribus distributa sentiamus. Electos quidem per virtutum gradus proficiscentes, ostendimus prius in curribus poni, deinde equites, & regalium quadrigarum præcursores ordinari, tribunos, centuriones, aratores, & messores constitui, ad extremum verò fabros armorum fieri. Sed quia sancta Ecclesia diuersis electorum ministeriis vtitur, qui vult, potest gratiarum dona singula, ordinibus attribuere singulis, vt eorum quæque sint propria illis, qui eorum affectibus strictius inseruntur. Quid ergo est, quod subdit, Filias Israëlitarum vnguentarias, & focarias, & panificas, esse futuras? Sed filiarum appellatione aliquando infirmitas, aliquando fœcunditas designatur. Quæ ergo Israëlitarum filiæ nisi mentes electæ sunt, ad diuini verbi conceptum præparatæ? Quæ regis vnguentariæ fiunt, quia dum prædicatoris sui institutione proficiunt, in se abundantem gratiam Spiritus sancti percipiunt, per quam mederi contritis cordibus salubriter possunt. Focariæ etiam fiunt, quia dum feruore Sancti spiritus plenæ sunt, exemplo suo proximorum corda in amorem conditoris accendunt. Panificæ fiunt, quando electas mentes verbi dei alimento reficiunt. Vnguentariæ ergo fiunt filiæ, quando vulnera peccatorum curant. Focariæ quando purga-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ta à sordibus peccatorum corda, ad studium boni operis exemplo suæ virtutis inflammant. Panificæ verò sunt, quando profi-
cientibus per exempla, non iam exempla proponunt, sed altæ
scientiæ verba proferunt, vt velut solido cibo pasti, tanto fortius agant, quanto iam spiritaliter instructi, feruentius æterna
desiderant. Sequitur: Agros quoque vestros, vineas, & olive-
ta optima tollet, & dabit seruis suis.) Quinam sunt agri, quæ
vineæ, quæ oliueta, quæ iure prælatorum nobis auferuntur?
Sed prædicatores sancti quando ad correptionem peccatorum
loquuntur, delectationes carnis, concupiscentias mentis, simu-
lationes bonorum operum reprehendunt. Nam si carnis dele-
ctationes iniquæ possessionis agri non essent, Apostolus nequa-
Gal.6. quam diceret: Qui seminat in carne, de carne metet corruptio-
nem. In carne quippe seminare est, propositum mentis obrue-
re in delectationes corporis. Qui profectò corruptionem de
carne metunt, quia in electorum resurrectione renouationem
æternæ incorruptionis nequaquam recipiunt. Vinearum quo-
que appellatione mentis concupiscentiæ rectè figurantur, quia
reproborum corda inebriant, & à cognitione veritatis alie-
Deut.32. nant. Huius vineæ fructus vituperans Moyses, ait: Ex vinea So-
domorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrheæ, vua eo-
rum vua fellis, & botrus amarissimus. Ex Sodomorum quippe
vinea vitem, ex Gomorrha ducit propaginem, qui nefandissi-
H mis concupiscentiis mentem replet. Quasi enim vineam facit,
qui inde æterna obliuiscitur, vnde per concupiscentias debria-
tur, & qui se quasi sub vmbra vineæ, & amœnitate prauæ de-
lectationis refrigerat, æterni sibi incendij retributionem pa-
rat. Vnde aptè nimis eiusdem vineæ fructus exponens, vuam
fellis, & botrum amaritudinis dixit. Vua quippe in visu est,
fel in sapore: visum oblectans, gustum amaricans, quia nimi-
rum reprobæ menti valde placet, quod concupiscit, sed in æter-
na pœna, quod sibi modo est dulce, amarescit. Rex ergo nobis
agros tollit, cùm electus prædicator lætos in delectatione mo-
tus carnis nostræ loquendo subtrahit. Vineas tollit, cùm de-
briantes concupiscentias à corde nostro penitus abscindit.
Oliueta etiam tollit, cùm falsæ misericordiæ opera reprehen-
dit: cùm rectè exhortando suggerit, nullum esse meritum ope-
ris, nisi prodeat de proposito bonæ intentionis. Sed valde quæ-
rendum est, cur dari seruis regis asseruntur. Nam si hæc no-
bis iure auferuntur, quinam erunt, quibus non indignæ tri-
buantur? Quod tamen si subtiliter quærimus, magnos in impe-
riis suis sanctos prædicatores nostros inuenimus. Qui sunt er-
go ij serui, nisi illi de quorum capite ad beatum Iob dominus
Iob.40. dicit: Nunquid accipies eum seruum sempiternum. Maligni
nanque spiritus serui sunt sanctorum hominum, sed in hac vi-
ta serui perpetui, in illa verò serui sempiterni. Quotidie nan-
I que hoc ingerunt, vnde sancti viri coronentur. Nam cùm ex
prælio huius vitæ, æternæ gloriæ victoria nobis præbeatur:
qui contra nos ea bella innouant, quibus ad æternam requiem
ducimur: profectò nobis magna seruitia impendunt. Seui quo-
2.Pet.2. que victorum sunt, testante veritate: A quo quis vincitur, eius
seruus efficitur. Nam dum prælia contra eos, qui victuri sunt
excitant, seruiunt eis, qui inde coronantur, vnde ad tempus eo-
rum prælia potenter excipiunt. Sed quia quod ad sanctorum
gloriam proficit, malignis spiritibus crescit in damnationis
augmentum, ablati agri, & vineæ, & oliueta seruis tribuuntur.
De omni quidem malitia sua dæmones in æterna pœna puni-
entur. In congressione quidem occulti certaminis, quando electi
vincunt, mala, quæ repellunt, suis hostibus tribuunt: quia isti
tanquam aurum in fornace probantur, illi pro reproba sugge-
stione puniuntur. Agros ergo, vineas, & oliueta serui susci-
piunt: quia cùm peccatores ad vitam, prædicantibus doctori-
bus redeunt, hoc etiam ad damnationis cumulum dæmonibus
proficit, quod pœnitentes in culpa præterita tam diu eorum
fraude retenti sunt. Dantur etiam hæc seruis, quando officio
prædicatoris conuersi peccatores ad dominum agnoscunt, quod
in amore præteritorum criminum fraude dæmonum tenebantur. Quid verò est, quòd segetes, & vinearum reditus addeci-
mari, & eunuchis famulis regis dari ea perhibentur? Sed sege-
tes electorum addecimantur, quando excellentiora eorum ope-
ra colligimus, vt ea ad exemplum fidelium producamus. Vnus K
denique solus fuit, qui in se omnium virtutum plenitudinem
habuit: cui se omnis plenitudo diuinitatis corporaliter infu-
dit. Nos autem quia de plenitudine eius omnes accipimus, *Colos.2.*
dona gratiarum per partes diuisas possidemus. Hinc Paulus ait:
Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo *1.Cor.12.*
scientiæ, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum,
alteri fides in eodem spiritu, alij operatio virtutum, alij pro-
phetia, alij discretio spirituum. Denario verò numero quia
perfectus est, virtutes addecimamus, cùm singulorum dona
electorum colligimus, quæ minores imitentur. Nam de Moy-
se scriptum est: Quia erat mitissimus super omnes homines ter- *Num.12.*
ræ. De Abraham quoque dicitur: Credidit Abraham deo, & *Genes.15.*
reputatum est ei ad iustitiam. Cùm ergo mansuetudinem, cum
fide imitari volumus, necesse est, vt de exemplo Moysi & A-
brahæ ad refectionem mentis nostræ, velut electarum sege-
tum cibi decimentur. Sic sic nimirum castitatem Ioseph, sic *Genes.41.*
Iob patientiam, sic zelum Phinees ad exemplum nostrum præ- *Num.25.*
dicatores proferunt: quia dum perfectorum virtutes osten-
dunt, velut electarum messium decimas congregant, quas be-
ne proficientibus apponant. Vnde & bene eunuchis, & famu-
lis eædem frugum decimæ dari prædicuntur. Eunuchi quip-
pe sunt, qui animi virtute omnia in se libidinis fomenta con-
triuerunt. De quibus nimirum in Euangelio dominus dicit: L
Sunt eunuchi, qui castrauerunt se propter regnum cœlorum. *Matth.*
Famuli sunt, qui adhuc studiis vitæ actiuæ sub aliena cura in-
seruiunt: & ad altitudinem charitatis liberi adhuc exire non
possunt. Qui & apud Moysen sex annis seruire dominis suis *Exod.*
debere inueniuntur, vt septimo liberi egrediantur: quia ni-
mirum prius debent perfecti esse in opere, vt ordinatè in sum-
ma contemplatione exire valeant. Eunuchis ergo famulis
doctor messium decimas tribuit, quando ij qui in candore ca-
stitatis obediunt sibi, opera maiorum electa sequuntur. Vinea-
rum etiam decimas tribuit, cum eis quam mira charitate pa-
tres nostri deum, & proximum dilexerunt ostendit, vt & ip-
si etiam eiusdem charitatis abundantia repleri studeant, ac
velut ebrij, præteritorumque obliti, sola futura diligant, at-
que ad illa feruenter currere non omittant. Post ista verò
omnia serui Israëlitarum, & ancillæ, iuuenes optimi, tollen-
di prædicuntur, atque in regis opere ponendi. Qui sunt ser-
ui carnalium, nisi qui malorum exemplo, diuturna consuetu-
dine sic deprauati sunt, vt colla mentis sub iugo nequissimæ
imitationis perpetuò subdidisse videantur? Serui ergo il-
lorum tolluntur, quando electorum prædicatorum studio il-
li etiam peccata deserunt, qui reprobæ imitationi carnalium
vehementer subdi videbantur. Qui etiam iuuenes optimi M
dicuntur. Iuuenes quidem sunt, quia in malo fortes: optimi
etiam dicuntur, quia cæteris peccatoribus nequiores sunt.
Quibus nimirum per Prophetam dicitur: Væ qui potentes *Esa.5.*
estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrie-
tatem. Vinum denique bibunt, qui deliberatione mentis, ser-
uorem concupiscentiæ præcipitanter excipiunt: & ebrietatem
miscent, quia dum concupiscentiarum ardoribus inflamman-
tur, ad vias rectitudinis perdita ratione redire nesciunt. Po-
tentes verò, & fortes tam ad bibendum, quàm ad miscendam
ebrietatem sunt, vt pro feruenti proposito mali, velut optimi
serui esse doceantur. Hos optimos iuuenes item diuinus ser-
mo demonstrat, cùm diaboli auiditatem exponit, dicens: Esca *Abac.*
eius electa. Nam antiquus hostis in eorum nequitia valde re-
ficitur, qui nequissimis nequiores sunt. Ancillarum verò no-
mine illa nequissima peccatorum conditio designatur, qui per
iniquitatem valde sunt pessimi, & aliis præbent exempla pra-
uitatis. Velut enim ancillæ seruos pariunt, dum magnæ ini-
quitatis non sunt solum operariæ, sed etiam matres. Quia
verò sanctorum prædicatione tales etiam conuertuntur, qui
magna postmodum omnipotenti Deo seruitia impendunt,
aptè serui, & ancillæ dicuntur auferri, & in opere regis po-
ni. An non tunc ancillam rex regum tulit, quando de illa
magna peccatrice dixit, Remittuntur ei peccata multa, quo- *Luc.7.*
niam dilexit multum? Et hanc in opere suo posuit, quan- *Idem.10.*
do in

Universidad de Deusto
Biblioteca

A do in castellum intrauit, & eum illa in domo sua recepit. Hanc
Luc.2.6. etiam in opere suo posuit: quia resurgens à mortuis, ei prædi-
cationem suæ resurrectionis iniunxit. Seruum quoque tulit,
Matth.9. quando à telonei lucro Matthæum ad se sequendum vocauit.
In opere suo hunc etiam posuit, quia ei in domo sua conui-
uium præbuit, & Aethiopiæ prædicatorem, & conuersi orbis
Euangelistam fecit. Quia ergo prædicatorum ministerio hi
etiam ad dominum redeunt, de quorum salute humana cogi-
tatio desperare poterat, bene serui, & ancillæ, & optimi iuue-
nes in regis opere ponendi describuntur. Possunt seruorum,
& ancillarum nomine, motus cordis, & affectiones intelligi.
Nam quando nobis reproba suggerunt, serui sunt: quando af-
fectiones mentis prauorum motuum suggestionibus subster-
ni appetunt, ancillæ. Tunc quidem necesse est, per rigorem
propositi vtrisque dominemur. Seruos nostros, & ancillas
prædicatores tollunt, cùm motus cordium nostrorum, & af-
fectiones instruunt, qualiter ad dei seruitium dirigantur. In
opere regis ponunt, quando iam idem dei omnipotentis seru-
itium, quod eorum magisterio didicimus, exercemus. Quare
& in asinis, quid aptius, quàm lasciui motus animæ figurantur?
In opere autem regis ponuntur, quando illa mens, quæ prauis
cogitationibus moueri ad lasciuiam solebat, prædicatione do-
ctoris proficit, & affectus suos in appetitu imitandæ castitatis
ponit. Possunt seruorum, & ancillarum, & asinorum nomine
B designari, qui secularibus hominibus corporalia obsequia for-
titer impendunt. Sed in opere regis ponuntur, quia conuersi
ad dei omnipotentis seruitium, spiritualia tanto deuotius pro
æterna retributione tolerant, quanto clarius agnoscunt, quia
magna sine fructu tolerabant. Greges etiam rex addecimare di-
citur: quia quisquis omnipotenti deo placere appetit, oportet
vt mundus sit per innocentiam, & studio boni operis intен-
tus. Per illud quidem arbor est bona, per istud etiam fructus
facit. Quia verò multis vtimur, vt seruare innocentiam, & bo-
na opera exhibere valeamus: ipse cogitationum innocentium
turbæ greges nostri sunt. Quid ergo est quod addecimantur,
nisi quia cogitationum subtilitas facilè non videtur? Nam sæ-
pe bona nos cogitare putamus, quæ subtiliter discussa, bona
non sunt. Addecimari ergo greges debent, vt illud solum re-
gij iuris sit, quod denario numero continetur. Quod in nobis
tunc bene agitur, cùm prædicatorum nostrorum magisterio
discimus, perfecti esse non solum exhibitione operis, sed etiam
in exquisitione cogitationis. Ad extremum verò dicitur:

Vósque eritis ei serui,) vt videlicet sic eius iuri se subdi-
tos sciant, vt eius mandata præterire non audeant. Hanc pro-
fectò regiam dominationem volebat dominus statuere, cùm
Matth.16. dicebat: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum in
cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum in
C cœlis. Hanc etiam potestatem exigebat à subditis, qui dicebat:
Gala.1. Si quis euangelizauerit vobis aliud, quàm ego euangelizaui
vobis, anathema sit. Hinc item dominus discipulos mittens in
Luc.10. prædicatione, dicit: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit,
me spernit. Hinc de Iudææ prædicatoribus, eisdem discipulis
Matt.23. dominus dicit: Quæcunque dixerint vobis, facite. Serui ergo
regum nostrorum sumus, quando sic prælatorum nostrorum
imperio subdimur, vt præter eorum auctoritatem agere nulla
præsumamus. Quia ergo eis præsunt, qui in virtute obedientiæ
suas virtutes roborant, in fine regij iuris dicitur: Vósque e-
ritis ei serui:) vt fideles subditi, tunc etiam si subditos prædi-
catorum præcepto debere esse cognoscant: quando per virtu-
tum profectum, ad perfectionis culmina perducuntur. Quod
Luc.17. etiam eiusdem verbis ipsa veritas discipulos edocens, ait: Cùm
feceritis hæc omnia, dicite: serui inutiles sumus. Veruntamen
quia carnalibus ista loquebatur, adiunxit, dicens: Et clamabi-
tis in die illa à facie regis vestri, & nō exaudiet vos dominus die
illa, quia petistis vobis regem.) Qui regem petierant, à facie
regis clamant, quando ij qui agere spiritualem vitam sub bono
rectore vouerant, eiusdem vitæ relinquere labores tentant.
Facie quidem omnes agnoscuntur. Facies ergo regis est co-
gnita conuersatio, & eruditio boni prædicatoris. Qui nimi-
rum, quia dura, & aspera pro æterna vita agunt, & dura præci-
piunt, eorum vitam atque doctrinam carnales subditi non imi-
tari, sed fugere conantur. Faciem quippe regis tunc vident, qui D
regem petierant, cuius aspectum ignorabant: quia in prælato
suo cœlestis itineris districtio, quàm sit laboriosa conside-
rant, quam velut rem facilem antequam cognoscerent, appete-
bat. Tunc à facie regis clamant, qui regem petierunt: quia dum
carnalis vitæ deserere morem volunt, eius quem sibi præesse
voluerunt, optimi pastoris sui laudabilem imitationem effu-
gere nituntur. Et quia cæco corde lucem videre non possunt,
ad dominum clamant, id est, vt euadere spirituale iugum dei
possint, dominum obsecrant. Sed non exaudit eos dominus in
die illa. Quæ est dies illa, qua reprobi subiecti dominum obse-
crant: nisi intentio vanæ prosperitatis? Non exaudiuntur: quia
profectò per diuinam gratiam nunquam fit, vt bonis rectori-
bus semel promissa subiectio, libera egredi ad mundi delecta-
tiones possit. Quare & causam subiunxit, dicens: Quia peti-
stis vobis regem.) Quasi dicat: Pastoribus spiritalibus pro-
missa subiectio indissolubilis est. Facile quidem vobis regem
petitis, sed quia dignitas regia grauis est, eorum potestatem ef-
fugere facile non potestis. Hoc quia ad historiam dicimus, no-
tandum esse censemus, quia omnipotens deus dum ius regis
prædicit, religiosis præpositis formam institutionis impendit.
Quare? vt qui arctissimam conuersationis viam imperant, no-
uiter accedentibus facile aditum non impendant. Quare &
eiusdem arctissimæ vitæ magister optimus, summæ veritatis di- E
scipulus eruditus præcipit, dicens: Probate spiritus si ex deo 1.Ioan.4.
sint. Et item nuncientur ei dura, & aspera, per quæ itur ad
deum: vt sciat ad quod intrat. Prædicat ergo dominus ius re-
gis, dicat, sciat omnia, quales carnales futuri sunt in eius obser-
uatione: & vt ad vitam virtutis debiles facile non accedant, for-
tes præpositi facile debiles nequaquam accipiant. Celeritas
quidem conuersionis plærunque oritur ex præcipitatione con-
silij, non ex incremento deuotionis. Nam cùm infirmi fortia
promittunt, non est expertū robur animi: sed cōfusio discretio-
nis. Quos omnes sub vnius denotatione sapiens admonet, qui
dicit: Super te onus ne leuaueris. Qui ergo in regularis vitæ
forti proposito aliis præsunt, tanto discretius debent ad ean-
dem vitam conuersos recipere: quanto & vtilius prænoscen-
dum est, accedentium petitio ex virtute fit animi, an ex præci-
pitatione voluntatis. Nam qui in suis actibus faciles sunt, so-
lent tam instanter vitæ spiritalis asperitatem appetere, vt vi-
deantur magna animi virtute quod expetunt desiderare. No-
luit autem populus audire vocem Samuelis, & dixerunt nequa-
quam, sed rex erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes
gentes, & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, &
pugnabit bella nostra pro nobis.) Hoc quia superius latè ex-
positum est: In eorum exquisitione otiosè retinemur. Sequitur:

Et audiuit Samuel omnia verba populi, & locutus est ea in
auribus domini.) Audire vocem populi est, quæ sanctæ con- F
uersationis habitum petentes exterius dicant agnoscere. Nam
velut solam accedentium vocem audimus, cùm scimus, quæ ex-
terius asserunt: sed quales inter sponsionis assertiones futuri
sint, non videmus. Loqui ergo ea in auribus domini debemus:
vt ipse sponsionis verba suscipiant: qui dum verba audit, corda
discutit: & ex textu professionis, vsuras exquirit robusti operis.
Hoc nanque nouitiorum nostrorum mentes audiant, & expaue-
scant: quia videlicet quod nobis dicunt; in auribus domini lo-
quimur. Nam quod coram nobis promittunt, deo offerimus. vt
ipse iam de manibus nostris teneat, quod exquirat. Quæ profe-
ctò libertas rectoris, est obligatio subditi: quia tanto districtio-
ri sententiæ subditur, quanto apertius scire potest, quia de eo,
quòd respondet, omnipotenti deo reddere rationem debet.
Cùm ergo ea, quæ nouitij promittunt, deo offerimus: quasi
chirographum quod nobis faciunt, illi damus. Et quia latenter
hoc agitur, in auribus domini Samuel ea quæ populus dixerat,
locutus fuisse perhibetur. In auribus quippe amicorum loqui-
mur: quando ea quæ dicimus, extraneis cælamus. Sequitur:

Dixit autem dominus ad Samuelem: Audi voces eorum, &
constitue super eos regem.) Superius propheta futura prospi-
ciens, ait: Clamabitis ad dominum, & non exaudiet, quia peti-
stis vobis regem. Nunc verò dominus dicit: Audi voces eo-
rum, & constitue super eos regem.) Quid per hoc nobis osten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ditur, nisi quod sæpe bonis rectoribus sanctæ Ecclesiæ diuinitus inspiratur: vt cœlestis vitæ studiis eos subdant, qui sub disciplina eiusdem professionis postea deuoti non sunt? Qui profectò postea à facie regis clamaturi sunt, & tamen diuino præcepto regem recipiunt: quia diuinitus inspirantur ad seruitutem dei deuotè accedere, quos in augmento mercedis æternæ, pastorum sollicitudo magni laboris sub eiusdem seruitutis vinculo debeat cohibere. Ad dominum nempe clamare dicuntur à facie regis sui: sed quid à domino missus Propheta respondeat, ipsi reges audiant: vt quid agere debeant, inter ipsos clamores sciant. Non (inquit) exaudiet vos.) Ergo nec ipsi exaudire debent. Qui enim in sanctis monasteriis sunt tepidi, medendi sunt quasi ægri, non sunt eiiciendi, vt mortui. Nam si à domino missi sunt, inter spiritualium vnguentorum fomenta resipiscent. Dicat ergo dominus: Constitue super eos regem:) quia profectò nonnulli ad seruitutem dei veniunt deuoti, qui & refrigescere permittuntur: sed pastorum studio, quorum se præcepto subdiderant diuina inspiratione, ad amorem cœlestis patriæ recalescunt. Sed iam qualis pastor ad hæc sit idoneus exponit, dicens: Erat vir de Beniamin, nomine Cis, filius Abiel, filij Seor, filij Bechorath, filij Aphia, filij viri Gemini, fortis robore. Et erat illi filius vocabulo Saul, electus & bonus, & non erat vir de Israël melior illo, ab humero & sursum eminebat super omnem populum.) Quid est, quòd
H cùm rex constituendus ostenditur, patrum nomina prædicantur: nisi quia indignè assumitur ad principatum sanctæ Ecclesiæ, qui sanctorum patrum in moribus nobilitatem non tenet. Sex autem patrum nomina assignantur, vt sanctæ conuersationis eorum in bona actione perfectio designetur. Sex enim diebus mundus conditus est, sex ætatibus consummatur. Sex ergo sunt patres, qui in genealogiæ ordine electorum pastorum sanctæ Ecclesiæ nominantur, quia nimirum illorum sunt per imitationem filij, qui in forma sequentium culmen obtinent perfectionis. Pater verò regis Cis, id est, durus dicitur: quia profectò ij quorum sancti prædicatores imitatores sunt, vita & zelo remissi non sunt. Duri nanque sunt, qui peccatoribus mollia non loquuntur: duri etiam sunt, quia vt alios bene corrigant, dura, quæ illis præcipiunt, in sua conuersatione demonstrant. Durus nanque videbatur, qui Iudæos arguebat, dicens:
Matt.3. Genimina viperarum, quis ostendit vobis effugere à ventura ira? facite dignos fructus pœnitentiæ. Sed qui aliis durus erat, sibi remissus non erat. Nam vt pœnitentiæ duritiam, quam prædicabat, Euangelista eum tenere ostenderet, ait: Habebat vestimentum de pilis camelorum, & zona pellicea cinctus lumbis: esca autem eius locustæ & mel syluestre. Ad Ezechiel quoque
Ezech.3. dicitur: Ecce dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum, vt adamantem, & silicem dedi faciem tuam. Sed qui tam durus contra duros in malo veniebat, vt dura quæ ventura erant, locuturus ostenderet, diebus septem in medio eorum an-
I tequam loqueretur flebat. Sic enim dicit, Et sedi vbi illi sedebant, & mansi septem dies mœrens in medio eorum. Quia ergo sancti prædicatores, obstinatis peccatoribus, leues, & mansueti non sunt, & quod asperum prædicant, operantur: duri filius Saul rectè perhibetur. Illos enim imitari electus prædicator debet, qui & acuta prædicant, & quæ loquuntur, obseruant: vnde & de eodem regis patre subiungitur: Fortis robore.) Sunt nonnulli intra sanctam Ecclesiam, qui elatione sunt, & arrogantia fortes. Nam magna agunt, sed cùm laudare homines ea quæ agunt, desinunt: eadem magna ipsi agere prætermittunt. Fortis ergo robore est, qui virtutem quam monstrat in opere bono, habet à Spiritu sancto. De quo nimirum robore, superius Anna in cantico vaticinata est, dicens: Infirmi accincti sunt robore. De hoc dominus discipulis repromittit, di-
Supra.2. *Luc.24.* cens: Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. In hoc
Luc.4. robore fortiter gradiebatur ille, de quo scriptum est: Regressus est Iesus in virtute spiritus in Galilæam. Qui ergo durus dicitur, fortis robore perhibetur: quia electi viri dum summa prædicant, ingentia demonstrant: & omne quod altum præcipiunt, omneque quod magnum agunt, in virtute sancti spiritus operantur. De quo dignè subiungitur: Et erat ei filius Saul nomine, electus, & bonus.) Nam qui talium imitator est, vtiK lis non solum est ad laborem ministerij: sed aptus ad fructum hæreditatis. Electus quippe etiam Iudas ad ministerium fuit, sed quia bonus non fuit, ius amisit successionis. Qui ergo in Saul adhuc electo & bono significantur, nisi sanctorum patrum electi imitatores? qui per doctrinam aliis vtiles sunt, & per conuersationem sibi: qui sic alios possunt regere, vt sibimetipsis nequaquam desinant prouidere. Electi nanque: & boni sunt, quia sic lucra aliorum expetunt, vt sui nulla damna patiantur. Pleni quippe in seipsis sunt, effluentes aliis: & de abundantia sui sic aliis tribuunt, vt suæ plenitudinis aliquid non amittant. Habent quæ aliis præbeant, sed habentes quæ sibi possint sufficere, nulli præbent. Sic aliis præbere oleum nituntur, vt à se fomenta luminis non tollantur: vt dum illuminant alios, se non extinguant. Bene ergo electus, & bonus dicitur: quia certè qui sanctæ Ecclesiæ regimen suscipit, diues esse debet, & ornatus donorum spiritalium, & plenitudine meritorum. Et quia de communi ordine, qui præcellant, eligendi sunt, sequitur: Et non erat de filiis Israël melior illo.) Cuius profectò excellentia commendatur, cùm subditur: Ab humero, & sursum eminebat super omnem populum.) Hac quippe specie corporis in persona ordinandi antistitis, præsignantur acta virtutis. Quid enim in humero nisi fortitudo designatur? Sed qui ab humero, & sursum super omnem populum eminebat: tam sublimis staturæ erat, vt qui altior esset in populo, capite vsque ad humerum regis pertingeret. Futurus verò rex collo, L & capite altitudinem omnium superaret. Capita verò quæ sunt, nisi subiectæ plebis mentes? Quæ cùm valde tenduntur, vsque ad humerum ordinandi regis pertingunt: quia is qui ad regendum culmen sanctæ Ecclesiæ quæritur, tantæ debet esse perfectionis: vt quicquid populus de bono opere sibi vult proponere, in sua conuersatione debeat demonstrare. Quasi enim regis humerum capita plebis tanguntur, quando eorum corda, quicquid virtutis in suo pastore quærunt, inueniunt. Sed rex præcellit collo, præcellit & capite. Quid enim in collo, nisi locutio: quid in capite, nisi mentis contemplatio designatur? Capite ergo, & collo subditorum omnium capita excellit: si contemplationis altitudine mirabilis est, & sublimitate doctrinæ. Quasi enim capite sublimis est, cum illa de secretis cœlestibus contemplatur, quæ alij contemplari non possunt. Collum quoque super alios habet, qui altitudine locutionis suæ mirabilis est, æquandus ab aliis non est. Quasi enim caput in sublime extulerat, qui dicebat: Veniam ad diuisiones gratia- *2.Cor.12.*
rum, & reuelationes domini. Scio huiusmodi hominem siue in corpore, siue extra corpus nescio, deus scit. Sed velut electus, & bonus rex, vt collum etiam super capita omnia se tenere ostenderet, ait: Audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Quid verò quasi eminens collum eius miramur in iis, quæ tacuit? adæquemus eum, si possumus, in iis quæ dixit: De
M collo apostoli Pauli processerunt epistolæ eius, & cùm ab illo tempore cœperint eas viri sapientes exponere, adhuc conantur ea quæ dixit, melius scire. Cumque quotidie in eius eruditione proficiunt, quasi ad summitatem colli inuitentes, pertingere nequaquam possunt. Emineat ergo rex collo, emineat capite: sit humero sublimis, vt conuersatione perfectus sit, eloquio mirabilis, præ cæteris arduus in arce contemplationis. Sed qui conuersatione magnus est, eloquio præcipuus, præ omnibus contemplatione suspensus: prius quàm perueniat ad culmen regiminis, signa exterius habere debet fraternæ charitatis: vt videlicet sic proximorum sollicitudinem habeat, vt ad æternam vitam lucra animarum quærat. Bene ergo in eorum typo subiungitur: Perierant autem asinæ Cis patris Saul: & dixit Cis ad Saul filium suum: Tolle tecum vnum de pueris, & surgens vade, & quære asinas. Qui cùm transissent per montem Effraim, & per terram Salisa, & non inuenissent, transierunt etiam per terram Salim, & non erant, & per terram Gemini, & minimè reperere.) Cis qui durus dicitur, non solum electos eius, sed ipsum etiam redemptorem significat. Nemo enim sibi eo durior extitit. Huius nanque duritiæ asperitatem Propheta insinuans, ait: Verè languores nostros ipse *Esa.53.*
tulit, & dolores nostros ipse portauit. Mori enim mortalibus non est pati, passibiles damnatæ naturæ. Ille ergo sibi durusve-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A rus vehementer extitit, qui in se vnde pateretur, non habuit: sed vt nos patiendo liberaret, in quo sibi durus esset, & pati posset dignanter assumpsit. Asinæ Cis sunt animæ peccatrices. Quia etiam in fide Redemptoris regeneratæ sunt, duræ esse dicuntur: perditæ autem asinæ, quia per immunditiam ab eius sunt seruitio separatæ. Hinc est enim quod ad passionem tendens, *Matth.21.* absolutæ asinæ, & pullo insedit: vt patenter ostenderet, quia ad hoc pati venerat, vt peccatoribus subueniret. Pereuntes nan- *Luc.19.* que asinas se quærere fatebatur, cùm dicebat: Venit filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat. Has asinas & per semetipsum quæsiuit, & adhuc prædicatores ad quærendum mittit. Dicit ergo Cis filio suo, vt asinas quærat: quando electorum cordibus spirituali inspiratione Redemptor imperat, vt in prædicationis ministerium pergant. In prædicationis autem officio pergentes, quia solum spiritalem sensum secum debent ducere, vnum de pueris tollere iubetur. Vnum nanque puerum tollit, qui dum ad præbendam aliis formam viuendi pergit, in omne quod agit spiritualis est. Vnum nanque de pue- *Luc.1.* ris tulit, de quo prædictum est: Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Heliæ. Vnum puerum secum tulerat, qui ait: *1.Cor.2.* Non habemus spiritum huius mundi, sed spiritum qui ex deo est. Hinc iterum dicit: Nos sensum Christi habemus. Hinc per *Ezech.1.* B Ezechielem de sanctis animalibus dicitur: Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. Quærens ergo asinas, vnum de pueris tollit: quando is, qui nouiter animarum lucra quærere incipit, quæ agere putat omnia spiritaliter agere disponit. Inuenire autem asinas, est peccatores in luce sanctitatis conuersos aspicere. Nam velut perditæ asinæ non inueniuntur, quando in peccatorum tenebris, reproba corda se obruunt. Et quia per quinque sensus corporis ad easdem peccatorum tenebras decidunt, quinque regionibus non inueniendæ perquiruntur, videlicet monte Effraim, terra Salisa, & Salim, & viri Gemini: & Zuph. Vnusquisque etenim vbi per peccatum proiicitur, ibi occultatur: & quasi perditus vbi sit nescitur: quando iustitiæ lucem, in qua eum deus posuit, derelinquit. Hinc est, quòd in paradiso post peccatum, primum hominem quærit, dicens: Adam vbi *Gene.3.* es? Quasi dicat: Quia te in luce, qua posui, non inuenio, demonstra, te vbi posuisti. Hinc de mortuo Lazaro exquirit, dicens: Vbi posuistis eum. Sed quem quasi perditum quærebat, *Ioan.11.* vt inueniret progredi imperabat, dicens: Lazare veni foras. Perditur ergo homo cùm peccat, inuenitur, cùm peccatum aduersum se, iam pœnitendo, pronunciat. Quia enim per sacra eloquia peccatori præcipitur, die tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris: dum ille, qui peccauit, confitendo iustificari incipit: in luce iam cernitur, vbi iam positus inuenitur. Saul autem, qui asinas quærens, non inuenit: eruditi quidem prædicatoris personam designat, sed nouiter incipientis. Quem profectò o- C mnipotens deus prædicationis fructum afferre non patitur, ne vilem peccatorum conuersionem æstimet: dum leuiter conuertere eos ad dominum potest. Differtur ergo conuersio, vt conuersi diligantur: & eos prædicator tanto amplius amet, quanto clarius videt, quia eos lucrari citò non prævalet. Sed dum sancti viri de prædicatione sua alios conuertere non possunt, de se vehementer timere incipiunt: ne inde omnipotenti deo displiceant, vnde se ei vehementer placere cogitabant: & plærunque agitur, vt sic nouorum prædicatorum corda terreantur, vt iam proponant eiusdem prædicationis officium deserere, & deo per silentium vacare. Quare & subditur: Cùm autem veniisset in terra Zuph, & non inuenisset, dixit Saul ad puerum suum: Veni reuertamur, ne forte dimiserit pater meus asinas, & sollicitus sit pro nobis.) Ad patrem reuerti deliberat, qui postposita intentione prædicationis, deo vacare appetit in secreto silentij. Reuerti quidem dicitur, qui missus ante perhibetur. Quasi enim coram patre sunt filij, quando electi viri immorantur in secreta contemplatione Redemptoris. Reuertuntur itaque quando à publico sanctæ prædicationis veniunt ad rimanda gaudia æternæ claritatis. Sed quia sancti viri nihil agunt inconsulti, Saul de reuersione ad patrem puerum consuluit. Tunc nanque puerum consulimus, quando intenta mente prouidemus: vt quod tentamus disponere, à spirituali sensu non debeat differre. Ad patrem quippe reuerti dispositerat, qui dicebat:

Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea: *Psal.89.* Posui ori meo custodiam, cùm consisteret peccator contra me. D Aduersus prædicatores peccator consistit, quando ad prædicationem eorum, statum suæ iniquitatis non deserit. Et quia tunc prædicator ei silere, & deo vacare proponit: vt ad patrem redeat, obmutescit. Sed quia per silentium voluntatem dei melius didicit, cor eius concaluit, & exardescente igne internæ meditationis locutus est. Quod in hoc etiam loco ostenditur, quia consultus puer, consulenti se, consilium impendit, dicens:

Ecce est vir dei in ciuitate hac, vir nobilis, omne quod loquitur absque ambiguitate venit: nunc ergo eamus illuc, si forte indicet nobis de via nostra propter quam venimus.) Virum dei Samuelem dicit, in quo prædicatores sanctæ Ecclesiæ designari iam diximus. Qui vir quidem dicitur, pro reuerentia sanctæ conuersationis: & omne quod loquitur absque ambiguitate venire perhibetur: quia quicquid minatur de æternis suppliciis, quicquid de æterna lætitia promittit iustis, ita vt denunciat, & impij abibunt ad pœnam, & electi ad gloriam. Qui etiam in ciuitate esse perhibetur, quia electus pastor in communi subiectæ plebis custodia, semper vigilare cognoscitur. In ciuitate est pastor, quia cùm custodit alios, in se munitus est. Vnde & per Prophetam in omnium virorum dei laudibus, sub vnius descriptione dicitur. In excelsis habitat, munimenta saxo- *Esa.33.* rum sublimitas eius. Nam quo altius in æternorum ciuium vi- E sione suspenditur, eo & sibi fortior, & proximis vtilior inuenitur. Nobilis etiam dicitur: quia superna conuersatione conspicuus est, & de mundanæ vitæ rusticitate nihil habet. Inde enim nobilis cernitur vnde ciuis. Secularium quippe hominum quia nulla est morum compositio, quasi in exterioribus locis nutriti, rustici sunt. Ex consueta nanque animi inhonestate, turpes proferunt motus corporis: & velut valde degeneres, vrbanæ consuetudinis gestum nesciunt: dum per omne, quod agunt, vitæ suæ speciem vilitate terrenæ obscuritatis operiunt. Quo contra viri dei nobiles sunt, qui dum fortiter ea quæ diuina sunt, agunt, in omni suo opere superna luce resplendent: & nihil degenerositatis habent, qui in magna luce omnis suæ conuersationis radios proferunt cœlestis originis. Ad hoc ergo à puero Saul ducitur, vt instruatur: quia qui in arce prælationis ponendi sunt, spirituali sensui perfectorum prædicatorum magisterio subiici monentur. Ab hoc puero nos duci admonet, qui dicit: Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Quærendum verò *Gala.5.* est, cur dubitatiuè dicatur: Si forte indicet nobis de via nostra, per quam venimus.) Sed quia spiritualia discere appetit, quia ingentia dona gestit accipere, vtrum eisdem donis sit dignus, scire non potest. Dubitare ergo incipit, qui tam magna promereri se suis meritis non præsumit. Quæ nimirum dubitatio electis oritur ex virtute humilitatis. Quare & comitantis pueri voce Sauli dicitur, Si forte indicet nobis de via nostra.) F Quia nimirum spiritualis sensus non alta nobis sapere suggerit, non audacter de omnipotenti deo præsumere: sed eius dona cum summa sancti timoris reuerentia postulare. Meritò ergo puer dicitur, qui humilia semper docere prædicatur. Dum ergo dicit: Eamus illuc,) & repente subiungit, Si forte indicet de via nostra) apertè indicat: quia in sensu electorum dei spiritus operetur: dum ad spiritualia dona expetenda, & deuotè eos facit accedere, & de largitoris omnipotentia, magna cum reuerentia formidare. Vnde & qui à spiritu ducitur, inopiam meritorum suorum respicere perhibetur, cùm subditur: Dixitque Saul ad puerum suum: Ecce ibimus: quid feremus ad virum? panis defecit in sistartiis nostris, & sportulam non habemus, vt demus homini dei, nec quicquam aliud.) Habent proprium mentes humilium, vt spiritualia dona habeant, sed in iis quæ habent, se non attendant. Quia enim à spiritu sancto virtutum dona percipiunt, ideo sanctus spiritus qui dona tribuit, ea eis ab æstimatione tollit: vt in virtute conuersationis hæc habeant, in tumorem elationis non habeant. Bene ergo de Saule dicitur, ab humero, & sursum eminebat super omnem populũ:

Et dixit ad puerum suum, panis defecit in sistartiis nostris, & sportulam non habemus:) quia electi viri, & ad disponendum sanctæ Ecclesiæ culmen idonei, in iis etiam se per humilitatem paruos aspiciunt: in quo per virtutem magni sunt. Et panem qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dem ad refectionem fidelium animarum habent in sapientia verbi, sportulam verò in memoria internæ meditationis. Cùm enim ea quæ in secreta meditatione colligunt, seruant in memoria ad eruditionem fidelium: velut panem in sportula reponunt.
Matth.15. De his enim sportis in Euangelio dicitur: Impleuerunt septem sportas de fragmentis. Cùm in mensa domini panes abundant, sportæ impleri præcipiuntur: quia cùm electi anima in superna redemptoris contemplatione reficitur, in eadem contemplatione veritatis eruditur: vt verbi alimonia, quæ in se excrescere cernitur, in memoria ad eruditionem fidelium reponatur. Aliud etiam præter panem, & sportulam abundanter habent, qui cum virtute contemplationis, & doctrina verbi, abundant copia sanctæ operationis. Vt ergo humilitas sanctorum in ordinandi regis locutione resonet, dicit: Panis defecit in sistartiis nostris, & sportulam non habemus, vt demus homini dei, nec quicquam aliud:) quia sanctus spiritus eos, qui ad ecclesiastici culminis regimen præparantur, magnos facit in virtute interni muneris, sed omnino paruos in respectu propriæ æstimationis. Dicat ergo puer: Eamus illuc, si forte indicet nobis de via nostra.) Saul autem vacuum se inspiciat: quia spiritus sanctus dum sensus honestè viuentium instruit, audaces modo, modo timidos reddit. Audaces quidem, vt præsumant: timidos, ne superbiant. Impellit, vt necessaria postulent: retrahit, ne nimis præsumendo, vitium incurrant temeritatis. Et quia quos pauH dos facit, per robur fiduciæ ad præsumendum erigit, repentè subinfertur: Rursus itaque puer Sauli respondit, & ait: Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti: demus homini dei, & indicet nobis de via nostra. Quasi puer bona loquitur sensus electi hominis, quando ad loquendum impellitur, nutu spiritus sancti. Quid est ergo quod dicit, inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti? Quæ est ista pars stateris argenti? Sed quia argenti nomine diuina eloquia designantur, argentum in manu pueri est, sermo diuinus in virtute sciendi. Sermonem quidem aliud est posse dicere, aliud est posse sentire. Nam diuina eloquia etiam reprobi eloquuntur, sentire autem nisi electi possunt. Sentitur etenim ea res, cuius virtus agnoscitur. Nam & ægri pisces comedunt, sed vis ægritudinis tollit eis experimentum saporis: vt quod videntur comedere, prohibeantur & sentire. Sic sic nimirum carnales quique dum cœlestia loquuntur, quæ non diligunt, velut ægri rebus vtuntur, quas sentire prohibentur. In manu ergo pueri argentum inuenitur, quando per humilitatis meritum sancti viri cœlestia, quæ loquuntur, in magno affectu charitatis excipiunt: vt valde dulce sit eis superna dicere, eo quòd dulciter, ac valde dulcius per amorem saturantur. Vnde etiam scriptum est:
Psal.21. Edent pauperes, & saturabuntur. Quia enim cibus animæ est sermo dei: pauperes edent, & saturantur, diuites saturari non possunt: quia nimirum electi viri, qui superna diligunt, quotiens I hæc audiunt, ad hæc feruentius incalescunt: reprobi superna loquuntur, & audiunt: quæ in nulla dulcedine, ad mentis suæ refectionem suscipiunt. Quarta verò pars stateris argenti dicitur, pro qualitate temporis. Nam vt alias partes huius stateris videamus, Prophetæ, Apostoli, Martyres intuendi sunt. Quia enim pro qualitate temporis, singulis ordinibus distributa est sonoritas prædicationis: velut singuli quartam partem stateris habuere. Quartam ergo partem stateris illi exhibuerunt, cùm synagogæ aduentum redemptoris promitterent. Apostoli partem suam dederunt, cum Iudæis eum, qui promissus fuerat, iam venisse prædicarent. Martyres etiam partem suam tribuerunt, cùm infideles ad fidem Redemptoris adducerent. Quarta ergo pars stateris remansisse cognoscitur: quia per episcopos & doctores sanctæ Ecclesiæ, verbum fidei vsque ad mundi finem electis fidelibus exhibetur. Sed ab his verbum fidei bene prædicatur, quibus per manus pueri subministratur: quia nimirum illi debent superna prædicare, qui in mentis suæ dulcedine meruerunt eorum suauitatem cognoscere. Hæc nanque pars stateris datur, vt viam quis rectæ prædicationis plenius mereatur agnoscere: quia summi doctores sanctæ Ecclesiæ auctoritatem prædicationis aliis non committunt, nisi eis quos sciunt cœlestia diligere, quæ loquuntur. Quibus verbis simpliciores ad literam admonendi sunt, vt in viro dei prauitatem auaritiæ suspicari non audeant, per hoc quod dicitur: Vt demus homini K dei, & indicet nobis de via nostra.) Nam si propheta venalem sermonem haberet, homo dei non esset, & ipsius prophetiæ spiritum habere nequaquam posset. Hoc ergo cùm dicitur, non exponentur mores hominis dei, sed deuotio accedentis, quia in magna eum Saul habebat veneratione, in cuius conspectu apparere vacuus erubescebat. Et quia ad eiusdem viri dei venerationem eos fama celebris inuitabat, adiungitur: Vocabatur enim videns.) Vocari etenim, est publica relatione dici. Videns autem, est qui interna etiam respicit, quæ mens carnalium non attendit. Vnde & de sanctis animalibus dicitur: In circuitu, & intus plena erant oculis. *Ezech.1.* Quia in exterioribus circumspecti, & intrinsecus prouidi sunt. Quo contra carnalium doctorum præsumptionem in Euangelio dominus arguens, ait: Si *Matth.15.* cæcus cæco ducatum præstat, ambo in foueam cadunt. Videns etiam dicitur, cui remota, & absentia, præsentia sunt. Quod sanctis prædicatoribus bene conuenit, qui per cognitionem tanto sunt præsentes spiritalibus, quanto in exterioribus intentionem figere dedignantur. Velut enim occulta, patentia, & remota, præsentia habent: qui ea quæ carnales scire nequeunt, semper intelligunt. Talis nanque esse pastor sanctæ Ecclesiæ debet, quia in via cœlestis patriæ ad præbendum lumen subditis constitutus est. Semper ergo spargat radios lucis, vt fideles subiecti ex illuminationis suæ experientia, alios ad illuminationem trahant. Sequitur, & dicit: Olim sic loquebatur vnusquisque L vadens consulere deum, venite eamus ad videntem.) Dominum imus consulere, quando ad eruditos prædicatores pergimus, vt salutis nostræ consilium inueniamus. Sed quia modo tam perfectorum virorum raritas est, dum antiquorum temporum florem religionis attendimus, defectum eius in præsenti tempore defleamus. De miseria præsentis temporis, & calamitate compuncti, florem elapsi temporis, cum pulchritudine sanctitatis emat cuisse suspiremus. Dum ergo pastores Ecclesiarum cernimus terrenis inhærere, labentia quærere, nulla spiritalis vitæ insignia proferre, dum nulla nobis prælatorum nostrorum lux infunditur, ad laborem compunctionis illa, quæ præierunt memorantes, dicamus: *Olim sic loquebatur in Israël vnusquisque vadens consulere dominum. Venite, eamus ad videntem.*) Israël dicitur videns deum, siue in quo est deus. Quod certè nomen sanctæ Ecclesiæ conuenienter aptatur, cuius populus dicitur. Nam & in Euangelio dicitur: Ecce ego vobiscum *Matth.vlt.* sum, vsque ad consummationem seculi. Quæ nimirum quia in priori tempore pastores habuit spiritali conuersatione floridos, magna scientia eruditos: qui magno despectu terrena vilipenderent, cœlestia cogitarent: ad lumen quod in eis videbat populus, se inuicem exhortari poterant, dicentes: Eamus ad videntem.) Si ergo eundum est ad videntes, pariter est diuertendum à cæcis: quia reproborum prælatorum exempla non debemus imitari, sed fugere: ab eis autem qui conuersationis M merito spiritualia cognoscunt, semper ædificationis nostræ eruditionem postulare. Et quia hoc non nisi viri spiritales faciunt: sequitur: Et dixit Saul ad puerum suum: Optimus sermo tuus, veni eamus.) Optimus sermo est, quo melior audiri nequaquam potest. Quotiens nobis ergo salutis nostræ consilia spiritaliter suggeruntur, intus nobis sermo fit: quo melior inueniri non possit. Pueri ergo sermonem laudamus, quotiens nobis in spiritualis sensus nostri proposito complacemus. Et cum eo ire promittimus, quando spiritualibus cogitationibus cõsentimus. Sed quia tunc fructuosa est bona cogitatio, quando in operatione perficitur, sequitur: Et venerunt in ciuitatem in qua erat vir dei. Cumque ascenderent cliuum ciuitatis, inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, & dixerunt ad eas: Nunquid hic est videns?) Qui virum dei quærunt, in ciuitatem veniunt: quia plærunque fit, vt vita, atq; doctrina prælati in subditorum conuersatione requiratur. Sic nimirum & arbores sæpe requiruntur, qui eorum speciem non in foliis, sed in fructu inueniunt. Plærunque autem suborta fructeta magnis arboribus admiscentur, & fructus suos earum arborum, quibus sunt mixtæ, esse mẽtiuntur. Qui ergo fructum discernere vult, prius discernat & ramos: vt ex qua arbore fructũ procedat agnoscat. Sic sic nimirum est in cõuersatione fidelium: quia in electa plebe boni

Universidad de Deusto
Biblioteca

A be boni prædicatoris, dum plures mali admisti sunt: velut inter bonas arbores spinæ oriuntur. Conuersatio itaque electi prædicatoris non est exploranda in omnibus subditis, sed in solis electis. Tunc quidem velut ramos bonæ arboris cum discretione secernimus, quando in plebe rectoris illos velut electa poma imitamur, qui magistri sui exemplo proficiunt: & illos velut vepres fugimus, qui antiqui hostis fraude reprobantur. Bene ergo de Saul, & eius puero dicitur: quia venerunt in ciuitate, & cliuum eiusdem ciuitatis ascenderunt: quia nimirum perfectio sanctorum virorum cum in subditis quæritur, non imperfecta membra, sed electa, atque perfecta requirenda sunt. Nam & artifices opera sua prius inchoant, deinde comunt. Pictor etiam cum pulchros colores aut aurum superducere appetit, prius viliorem colorem sternit. Qui ergo iudicare de peritia artificum vult: non inchoata eorum opera, sed perfecta respiciat. Cliuum ergo ciuitatis ascendat, vt qui inuenire appetit videntem, reperiat. Cliuum enim infimus, & defossus locus est. In qua nimirum parte ciuitatis illi signantur, qui adhuc in altiorem conuersationem minime profecere. Cliuum ergo ascendimus, cum planitiem infirmorum auditorum ad exemplum nobis proponere vitamus. Et tunc quidē puellas egredientes ad hauriendā aquam inuenimus: quia pulchritudinē sanctarum mentium in perfectiori conuersatione respicimus. Puellæ quidem sunt mentes electorum: integræ per innocentiam,
B decore per virtutum claritatem. Et quia in secretiori vita pulchritudinem suam conseruant, videri nequeunt: nisi cum ad hauriendam aquam egrediuntur. Puellæ aquam hauriunt, quando electæ animæ ex profundo dolore presentis exilij fluenta lachrymarum fundunt. Haurire quidem aquam dicuntur: quia dum se proiectas in hac valle lachrymarum lugentes memorant, quasi ad profundum funem cogitationis mittunt, à quo cum labore aquas lachrymarum trahunt. Tunc etiam egressæ videntur: quia quæ quales sunt intus latent, apparent tamen in oculis: & quantum diligant conditorem indicant, quæ in tanto dolore præsentis seculi vitam sustinent. Ab istis ergo quærendum est, vbi est videns: quia locus perfectorum tunc bene cognoscitur, cum ab eis nobis ostenditur, qui per profectum vitæ eorum conuersationi vicini sunt. Sed habent prædicatores loca diuersa. Alium quippe locum habent per se, alium pro subditis: quia nimirum in seipsis in altissima contemplatione morantur, pro subditis ad doctrinæ montem descendunt. Per contemplationem velut in cœlo sunt, & quia alta sunt, quæ docent: & descendunt cum docent, & sublimia loquentes in alto se retinent. Perfectiores igitur auditores vicini suo rectori sunt, non cum in summa contemplatione est, sed in inferiori monte doctrinæ. Quare & puellæ respondentes dicunt: Hic est, ecce antete: hodie enim venit in ciuitate. Quasi dicant. Ideo locum eius indicare possumus: quia illuc venit, vbi eum videre soleC bamus. Nam si in suæ sublimitatis arce resideret, eum tibi nemo ostenderet. In ciuitate etenim doctor est, quando per ministerium prædicationis moratur in eruditione populi subiecti. In ciuitate est doctor, quando relinquit propria, vt communia disponat. Quia enim boni prædicatoris plebes per eorum exhortationem munitæ, ac fortes sunt, quando in eorum ministerio moratur, in ciuitate esse cognoscitur. Item quia in subiectæ plebis multitudine alij simplices, alij sapientes sunt, puellæ subiungunt. Festina nunc, hodie venit in ciuitate: quia sacrificium est populi in excelso. Ingredientes autem statim inuenietis eum, antequam ascendat in excelsum ad vescendum. Neque enim commesturus est populus donec ille veniat: quia ipse benedicet hostiæ, & deinde comedent qui vocati sunt,) Cum in ciuitate venit Samuel, in excelsum ascendit: quia electus prædicator in eruditione subditorum, modo plana verba, modo alta pronunciat. Quando igitur plana & intelligibilia præcipit, in ciuitate est: quando sublimia, & quæ vix intelliguntur, in excelsum. In ciuitate est quando simplicibus proponit exempla, in excelso autem quando perfectis verborum spiritualium alta pronunciat. Quasi enim in ciuitate erat, qui dicebat: Nihil iudicaui me scire inter vos, nisi Christum: & hunc crucifixum. Item in ciuitate erat, quando infirmis remedia demonstrabat, dicens: Propter fornicationem vir suam vxorem habeat, & vxor suum virum habeat. Sed in excelsum ascendit: quia non D multo post subdit: De virginibus autem præceptum nō habeo, consilium autem do. Vellem omnes homines esse sicut meipsum. In excelsum etiam verborum se sæpe ascendere fatetur, quia dicit: Sapientiam loquimur inter perfectos. Quid est ergo quod dicunt puellæ: Festina nunc, hodie venit in ciuitate,) nisi quia raro videbatur in ciuitate, videlicet tarde veniens, cito recedens? Quo nimirum magisterio sanctæ ecclesiæ doctor instruitur, vt videlicet raro sit in publico, frequens in secreto: vt quo tardius aspicitur, deuotius veneretur. Tunc quidem quasi cœlestis excipitur: quia quo amplius in secreto contemplationis latuit, verbi dei thesauros ad eos, qui se expectant ditiores trahit. Ille etenim potest multa bona in infimis dicere, cui per secretum mentis intuitum conceditur summa videre. Et quia dulcius videntur illa, quæ dicuntur: puellæ dicunt: Festina.) Quasi dicant: Si id pro quo in ciuitate venit expleuerit: videre in secreto suo repositum non potestis. Quod profecto verbum iam literam non ad verbum, sed exemplum religiosorum est. Nam sanctus vir tantæ erat districtionis, vt statutas dies & horas haberet, in quibus cum qui cuperet, videre potuisset. Dicant ergo: Festina.) Ac si dicant. Si statutum tempus transierit, in horis suæ quietis, verbis aut actionibus non intendit. Qui ergo remotæ vitæ ordinem sumpsimus, hoc obseruare attentius debemus. Statuendæ sunt nobis horæ ministerij, vt breuiter persistamus in opere, festinanter redire valeamus ad con- E
templationis arcem. Ipse autem secreti silentij nostri moræ, tanta lege districtionis custodiendæ sunt: vt ipsi etiam, qui accedere solent, sciant: quia contra propositum nostrum ad nos accessum non habeant. Quia verò hęc spiritaliter explanare cœpimus, contra simplices, hoc dici conuenienter intelligi potest. In ciuitate quippe is qui videtur extraneus Samuelem alloqui posse putatur, in excelso autem non putatur: quia quos simplices esse credimus, plana non alta eruditione eos indigere existimamus. Tunc ergo prædicatores sanctos audire debent, quando plana simplicibus loquuntur, quæ intelligunt: non quando dicunt alta, quæ intelligere nequaquam possunt. Dicunt ergo: Festina nunc, hodie venit in ciuitatem: quia sacrificium est populi in excelso.) Quod tale est, ac si dicat. Quia multi sunt, qui summa audire desiderant, nunc tu debes festinare, quando ille similes tui simplices videtur instruere. Sacrificium quidem populi est deuotio electæ plebis. Quæ nimirum deuotio quia verbo prædicationis in electorum cordibus excitatur: quasi à Samuele perficitur. In excelso est autem sacrificium populi, quando corda fidelium subditorum alta verba sanctæ prædicationis deuotè audire concupiscunt. Vnde & aptè dicitur: Quia populus non comedit, nisi prius Samuel hostiæ benedixerit:) quia perfectiores auditores, dum ad summam virtutum perfectionem peruenire desiderant, verbum scientiæ, per quod ad desiderata perueniant in magno desiderio expectant. Quo in loco no- F
randum est: quia oblatum sacrificium nondum erat: & tamen dicit, sacrificium est populi in excelso. Si enim sacrificium antequam offerri incipiat non est, quomodo erat sacrificium, quod non erat? Sed quia nos spiritalia sequimur, nondum erat sacrificium, & erat: quia cum electi fideles altius eruditi appetunt, iam quidem magnam deuotionem audiendi habent, quam post auditam prædicationem, valde maiorem habent. Non est ergo adhuc oblatum sacrificium: quia illa magnitudo deuotionis, quæ nascitur in corde electi de verbo prædicationis, ante prædicatoris verbum in corde non est. Et est quidem in excelso sacrificio: quia de expectatione verbi, magna iam est in corde audire volentis vis deuotionis. Quare & bene dicitur: Quia populus non comedit, donec ille hostiæ benedicat.) Qui enim summa inhianter diligunt, donec eadem summa percipiunt, non quiescunt. Si enim hostia mentis, eius deuotio est: hostiæ benedicitur, quando ad vocem prædicationis sanctificatur: vt quo purior efficitur, diuina susceptione acceptior habeatur. Quod enim in dei sacrificio benedicitur, mundum quidem est, cum offertur, & materiale: oblatum verò, tanto est mūdius, quanto non solum materiale, sed spirituale, quanto non solum mundum, sed etiam mundans est. Hostiarum quippe oblationibus mundari peccata quis dubitet? Sic nanque, sic est mentis deuotio,

1.Cor.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tio, nam cum bona audire gestit, munda est: sed cum sanctæ prædicationis accepta & benedicta manibus fuerit: tanto ardentior & sacratior redditur, quanto clarius didicit, quem amare dulcius notum possit. Munda quidem ante, velut præparatio sacrificij fuerat, quæ bonum nosse cupiebat: & tamen materialis erat apparatus: quia nondum nouit, quæ discere appetit: sed munda valde & spiritalis, cum iam doctrinæ sanctificata vocibus, non iam appetit audire, quod sciat: sed audita delectatur experiri, quæ amat. Tunc etiam non solum munda est hostia, sed mundans: quia quo feruentiori cœlestium amore succenditur, ab ea negligentiæ carnalis tenebræ potentius effugan

Iacob. vlti. tur. Scriptum quippe est, quia charitas operit multitudinem peccatorum: quia nimirum carnalia nostra destruimus, cum ardenti deuotione ad cœlestia subleuamur. Et quia subditur: Et tunc comedent, qui vocati sunt.) Quid aliud designat, nisi quia deuotionis affectus mentis est cibus. Tunc nanque comedemus cum hostiæ benedicitur: quia cum ad prædicatorum vocem, deuotio nostra in amorem conditoris extollitur: anima quæ ad dulcedinem conditoris peruenit, habet iam cibum suum. Tunc ergo comedunt, qui ante benedictionem hostiæ comedere noluerunt. Nam qui summa intentionis expectatione ad diuinæ dulcedinis perceptionem se præparant, dum mala desideria per appetitum nulla recipiunt: velut ieiuni, refectione deuotionis auidius replentur. Velut enim benedictionem hostiæ ad refe-

H ctionem expectant, qui cuncta illicita desideria fugiunt: vt de visione internæ gloriæ per deuotionem satientur: Scriptum

Matt. 5. quippe est: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Qui enim in corde inepta non recipit, dum superna desiderat, mundus corde est: & dum per bonum prædicationis ad diuinæ contemplationis dulcedinem ducitur, quasi benedictionem hostiæ habet in animæ saturitate. Dicit ergo: Deinde comedent, qui vocati sunt.) Ieiuni quippe vocantur ad comestionem, dum prædicator foris loquitur, qui à prauis desideriis mentem custodiunt, & per gratiam spiritus sancti ad internæ dulcedinis experientiam trahuntur. Vocati enim tunc erant inuitati, qui venerant. Vocati ergo ieiuni tunc comedunt, quando hi spiritualis gratiæ deuotione pascuntur, qui ad eam percipiendam se magna mentis suæ custodia parauerunt. Quid verò est quod dicunt: Ascendite quia hodie reperietis eum?) Sed dum electi, bona prædicatorum laudant, auditorum corda magna luce irradiant. Cœlestis nanque illa conuersatio boni doctoris quam prædicant, dies est. Dicant ergo: Hodie reperietis eum.) Eo nanque die prædicator inuenitur, quando non est minor vita, quam fama: quando electorum voce laudatur, sed qui laudes audiunt, omne quod audiunt, in eius laudabili conuersatione inueniunt, atque cognoscunt. Quo contra Pharisæos increpans

Matt. 23. dominus, ait: Væ vobis scribæ, & Pharisæi, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris videntur hominibus pulchra, intus autem plena sunt ossibus mortuorum. Hinc iterum vanè

I glorioſos infidelibus comparat, dicens: Quomodo potestis credere, gloriam ab hominibus accipientes. In die quidem laudantur, qui eiusmodi sunt: sed eo die non reperiuntur: quia qui eorum laudes audiunt, quasi candorem sepulchri à foris aspiciũt: sed cum laudatas virtutes quærunt, intus peccatorum noctem, quasi tristia atque putentia mortuorum ossa inueniunt. Dicant ergo, pro significanda vera gloria iusti: Hodie reperietis eum:) quia cum iusti laudantur, in veritate conuersationis habent, quicquid lucidum emicat de eis voce laudis. Et quia tanti viri festina deuotione quærendi sunt, sequitur: Et ascenderunt in ciuitatem. Cumque illi ambularent in medio vrbis, apparuit Samuel, egrediens obuiam eis, vt ascenderet in excelsum.) Cum sanctorum virorum præconia audimus, in ciuitate ascendimus: quia illic eos quærimus, vbi descendunt, non vbi sunt. Sed (vt superius dixi) prædicatorum locus, quem pro se habent, secreta diuinitatis contemplatio est: locus autem pro subditis, prædicatio. Aliquando verò plana, aliquando alta loquuntur. Habent ergo communem locum pro omnibus, habent sublimem, specialemque pro quibusdam, habent secretum pro se. Hæc nimirum tria spiritualia loca signantur: quia Samuel egredi dicitur, & apparere in medio vrbis, & ascendere in excelsum. Nam qui vt appareret, egressus est, erat vbi antequam appareret, latuisset. Egrediuntur ergo sacerdotes, quando à secreto meditationis ad prædicandum veniunt. In ciuitate apparent, quando planiora, id est, ad agendum vel ad intelligendum dicunt. In excelsum ascendunt, quando sapientibus aut fortia præcipiunt operis, aut reuelant alta mysterij. Ordinatus ergo ascensus noster ostenditur, per hoc quod Saul in ciuitate ascendere perhibetur. Nam nobis pastorum nostrorum loca, in quibus orare, aut secreti esse consueuerunt, veneranda, non adeunda sunt. Quod non solum exemplo, sed etiam diuina cohortatione cognoscere possumus. In Cantico quidem canticorũ sponsus denunciat, dicens: Obsecro vos filiæ Hierusalem ne euigilare faciatis dilectam quousque ipsa velit. Mentes enim perfectorum sponsæ sunt: quia dum secreto diuini amoris se velut in thalamo collocant: ibi per visionem inueniunt, cui ineffabili amore iunguntur. Cum ergo sponsa dormit in thalamo, coniungitur sponso: quia dum electa prædicatoris anima in secreta cõtemplatione reconditur, quasi in sponsi thalamo collocatur. Qui ergo hanc suscitat sponso tollit: quia nimirum requies electæ animæ non solum sua, sed etiam delectatio sponsi est. Vnde & per prophetam dicitur: Gaudebit sponsus super sponsam. Merito ergo Hierusalem filias sponsus adiurat, vt ab eis sponsa quandiu dormire voluerit, non excitetur: ne dum illa surgit à quieto thalami, ipse perfruitionem perdat amoris. Egressus ergo Samuelis expectetur: quia viri sancti in secreto sui silentij venerandi sunt, inquietandi non sunt. In ciuitate igitur ascen- L dendum est: quia electus doctor in communi loco doctrinæ tanto luero suis videtur, quanto vt prosit exire cognoscitur. Quo in loco notandum: quia de Samuele non dicitur: hodie ascendit in ciuitate sed hodie venit in ciuitatem: de Saule autem, & puero non venerunt, sed ascenderunt dicitur. Ille enim velut per planum venit: iste velut in alta conscendit. Quid aliud per hoc nobis ostenditur, nisi quia plana, quæ loquuntur prædicatores, nobis plana non sunt. In ciuitate ergo non venimus, sed ascendimus: quando aut plana prædicationis difficulter aspicimus, aut parua, quæ præcipimur, cum labore portamus. Sed quia stare in ciuitate, munitum esse est, *ideirco* ascendimus: quia cum nos summi viri parua bona agere docent, malignorum spirituum consiliis acquiescere vehementer prohibent. Et quia valde laboriosum est, omnia tentamenta vincere: ad verba doctorum, quæ hoc nobis præcipiunt, quasi per ascensus laborem conamur peruenire. Sed quia scriptum est, quod vnus- *1. Cor. 3.* quisque mercedem accipiet secundum suum laborem (quod nimirum non solum de æterna retributione accipitur sed etiam de præsenti) omnipotens Deus pro merito operis, electis suis tribuit augmenta virtutis. Nam & Abrahæ filio non parcenti, dicitur: Per memetipsum iuraui: quia fecisti rem hanc, & non *Genes. 22.* pepercisti filio propter me: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum. Plerunque enim qui fideliter laborant, in faciendis iis quæ sciunt, per diuinam gratiam maiora quæ agant, cogno- M scere merentur. In quorum typo bene Saul in ciuitate prius ascendere dicitur, in excelsum postea à Samuele ductus perhibetur. Verum obuiam venire est, per eandem viam venienti occurrere. Cum ergo à sanctis prædicatoribus salutis viam discere volumus, nobis quidem obuiam veniunt, quando cum verbo salutis, quod quærimus, occurrunt. Quasi enim eadem via veniunt, cum id nos docere festinant, quod nos proposuimus discere. Hoc profecto morale est omnium: si enim ea quæ spiritualiter quibusdam competunt, indagamus, obuiam venit: quia ordinandum regem ad se venire præcognoscit. Vnde autem cognoscat adiungitur: Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante vnam diem quam veniret Saul, dicens: *Hac ipsa, quæ nunc est hora, cras mittam ad te virum de terra Beniamin, & vnges eum ducem super populum meum Israël, & saluabit populum meum de manu Philistim.*) Exiit ergo ei obuiã, vt in excelsum ducat: quia is, qui ad sanctæ ecclesiæ regimen quæritur, & diuino munere demonstrandus est, & ad sublimem conuersationem vocandus. Auricula Samuelis quia diminutiuè dicitur, quid designat, nisi humilem *intelligentiam* doctoris spiritalis? Auricula ergo reuelatur à domino: quando humilis intelligentia prædicatoris à spiritu sancto instruitur: vt quæ facturus est, audiat: & audita disponat. Sed subtiliter est intuendum

Universidad de Deusto

A tuendum quod dicitur, ante vnam diem. Dies enim est vita iu-
1. Ioh. 5. sti, Paulo attestante, qui ait: Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Quando autem vita electi ostenditur, dies latens reuelatur. Nam homo videt prætextum boni operis, deus etiam lucem cordis. Quia ergo electi, & reprobi intentione cordis absconditi sunt, ante vnam diem dominus venientem regem infinuat: quando per eius gratiam sancti prædicatores agnoscunt in eis, qui promouendi sunt, testimonium boni operis, præcedere puritatem intentionis. Nulla enim est lux operis, quam non præcedit rectitudo intentionis. Rectè ergo ante vnam diem rex ordinandus agnoscitur. Sed subsequentem quidem diem non aspiciunt, nisi ex præcedente nascatur: vt diem ante diem, intentionem ante operationem considerent, & à deo missum in luce sanctæ operationis aspiciant, quem lucere per propositum cordis diuina gratia demonstrat. Et quia eadem hora, qua promittitur, exhibetur: quid dat intelligi, nisi quia perfectus debet esse, qui eligitur, non solum corpore, sed mente? Nam quando deus loquitur sanctis viris, plena lux diei est. Habet nanque originem dies, habet & finem. Iuxta finem peccatorem arguit, dicens: Adam vbi es. Et quia nec qui bona incipiunt, nec qui à bono opere torpescunt promouendi sunt: hora perfectæ locutionis prædicator mittitur, quando talis exhibetur, qui plena fulgeat luce boni operis, & pleno resplendeat fulgore veritatis. Qui etiam vir de terra Beniamin venire de-
Gen. 3.
B scribitur. Vir quidem dicitur, pro operis fortitudine: de terra Beniamin, pro recta fidei confessione, Beniamin quidem dicitur filius dexteræ. Quis ergo hic filius dexteræ dicitur, quam
Marc. vlti. ille de quo scriptum est: Ascendit in cœlum, sedet ad dexteram patris. Terra ergo Beniamin sancta ecclesia est. Quia ergo hæretici ab hac terra expulsi sunt, de terra Beniamin venit rex, quando non aliqua hæresi pollutus: sed fide catholicus sanctæ ecclesiæ primatum suscipit. Qui viri præconio fruitur: si fide firmus est, operatione fortis. Hic nimirum super populum domini dux vngi præcipitur: quia exteriora sacramenta sacerdotibus illis prosunt, qui eorundem sacramentorum donis, indigni non sunt. Vel sacerdotes vnguntur, quando per ordinantium se ministerium gratiarum spiritualium incrementa percipiunt. Vnde & sequitur: *Saluabit populum meum de manu Philistim.*) Velut vncti saluare alios possunt: quia spirituales gratias abundantius perceperunt. Nam qui populum saluant, super populum vncti sunt: quia qui à domino ad regendos alios ordinantur, spiritualia charismatum dona, quibus eis prodesse possunt, accipiunt: & eis quos ordine præcedunt, meritis etiam superiores sunt. Et quia plerunque bonus pastor merito bonæ plebis eligitur, bene subiunctum est: Quia respexi populum meum.) Item quia magnis precibus à domino bonus pastor quærendus est, subditur: Venit clamor eorum ad me.) Sed fortasse nonnulli mouentur: quia contrarium videtur, quod hic dicitur, & quod superius dicebatur. Ibi enim ait:
C *Supra. 8.* Non te abiecerunt sed me, ne regnem super eos, iuxta omnia opera sua, quæ fecerunt à die qua eduxi eos de terra Aegypti, vsque in diem hanc. Nunc verò dicit: Vnges eum ducem super populum meum Israël, & saluabit populum meum de manu Philistim: quia respexi populum meum, venit enim clamor eorum ad me.) Superius quasi ab irato rex ordinari permittitur, nunc quasi à pio, & benigno ordinatur. Huius etiam benignitatis verba quis non videat, quantum à sententia illa dissentiant: quæ eidem à Samuele illata fuit? Quia (inquit) proiecisti sermonem domini, proiecit te dominus, ne sis rex. Quod profecto celeriter soluimus, si ipsam verborum vim subtiliter
Infra. 15. intueamur. Nam omnia hæc diuinæ benignitatis verba populi meritis ascribuntur: Saluabit populum meum, & respexi populum meum, & clamor eorum venit ad me.) Pro illis ergo rex ordinari decernitur, quorum clamor exauditur. Nam etsi pro futura nequitia repellendus à regno erat Saul, tamen habebat in se donec regnaret, vnde populo sibi subdito prodesse potuisset. Futurus certè erat bello strenuus, mente elatus. Habiturus erat vnde sibi caderet, & vnde aliis staret. Illud ergo vnde prodesse subditis poterat, dominus prouidens dicit: Saluabit populum meum de manu Philistim. Et venit clamor eorum ad me.) Adhuc tamen valde contrarium videtur vt eius populi clamorem exaudire credatur, qui eum abiecisse reprehenditur. D Ad quod respondendum est: quia erant in illo populo & reprobi, & electi: ibi ergo abiecisse dominum reprobi arguuntur, hic electorum desideria ad omnipotentis dei aures perueniunt. Qua ex re quid colligendum est, nisi quia sæpe electis bonum est, quod mali rectores ordinantur. Non ergo mirum est, si deus quasi de abiectione sua irascitur, & regem ordinat: quia ipsa dignitas futuri regis & mala erat, & bona. Mala denique, quia superba: bona verò, quia indefensione subiectorum strenua. Quod totum & in sancta ecclesia nunc fieri cernimus: quia plerunque ille eius primatum suscipit, qui verbo vtilis est aliis, mente tumidus sibi. Prædicando virtutes, velut stando vitia destruit: sed alta de se sentiendo, cadit. Hic itaque prædicando populum dei saluat, sed semetipsum tumendo præcipitat. Quasi rex potens verbo populi dei occultos aduersarios aterit, sed elatione à regni sublimitate cadit. Non ergo pro se, sed solum pro populo rex constituitur: quando ille in sancta ecclesia præesse permittitur, qui bona, quæ prædicat, superbiendo, aut nequiter viuendo conculcat. Quo in loco notandum est: quia cum in sancta ecclesia pastor eligitur, aliquando ordinatur pro se, & populo: aliquando nec pro populo, nec pro se: aliquando pro se, non pro populo: aliquando verò pro populo, non pro se. Pro se, & populo, quando electus prædicator electis subditis datur: quia vnde subiectorum multitudo ad æternam patriam ducitur, bono pastori meritorum dona cu- E mulantur. Nec pro se, nec pro populo pastor datur, quando reproba plebs reprobum pastorem habere permittitur: cum sic ille præest, sic illic obediunt, vt ad æterna bona nec ille, qui docet: nec illi, qui docentur, peruenire mereantur. De quibus per Oseam dominus dicit: Dabo eis reges in furore meo. In fu- *Osee. 13.* rore etenim dei rex datur, quando malis peior præesse decernitur. Talis quippe pastor tunc datur, talis populus regendus suscipitur, qui pariter æterna pœna damnentur. Pro se, non pro populo pastor datur, quando bonus malis præponitur: sicut ad *Ezec. 2.* Ezechielem dominus dicit: Mitto ego te ad filios Israël, ad gentem apostatricem, quæ recessit à me. Pro se quidem, non pro populo tunc pastor datur: quando etsi auditores suos electus prædicator conuertere ad deum non poterit, ipse tamen laboris sui æterna lucra non perdit. Pro populo autem, non pro se: quando bonis subditis, pastor tribuitur, qui dona habeat, per quæ illis prosit, & sibi non prosit. Tales quidem erant de quibus dominus discipulis præcipit, dicens: Quæ dicunt faci- *Matt. 23.* te, quæ autem faciunt, facere nolite. Quasi dicat: Quod vtile pro vobis acceperunt, ab eis quasi vestrum tollite: & in eis quasi suum dimittite, quod non habent ad lucrum vestrum, sed ad interitum suum. Saule ergo abiecto domino eligitur, & tamen populum domini de manu Philistinorum liberaturum perhibetur: quia omnipotens deus sæpe suis bonis fidelibus per illos prælatos prodest, qui de officio eiusdem prælationis sibi non F placent. Sequitur: Cumque aspexisset Samuel Saul, dominus ait ei: Ecce vir, quem dixeram tibi, iste dominabitur populo meo.) Hoc nanque in sequenti die actum est, quod præcedenti dominus repromisit, dicens: Cras hac eadem horam mittam ad te virum de terra Beniamin, & vnges eum super populum meum Israël. Aspicitur ergo in secundo die qui primo promittitur: quia prædicatores sanctæ ecclesiæ virtutes electorum in secreta eorum vita perquirunt. Hi enim qui promouendi sunt, dum bona proferunt, aliquid magnum ex se repromittunt. Primo igitur die rex promittitur: quia magna electorum opera prædicatores aspiciunt, & quasi domino loquente intus agnoscunt, quos ordinare sanctæ ecclesiæ rectores volunt. Aspicit ergo Samuel in sequenti die, quando prædicator eum qui promouendus est, in magna luce conuersationis videt. Et tunc quidem quasi indicante domino, ordinandum regem cognoscit: quia eum, qui in alta arce sanctitatis præeminet, præferre aliis dignum videt. Et quia qui magni sunt meritis, parui sunt per humilitatem, sequitur: Accessit Saul ad Samuelem in medio portæ, indica oro mihi (inquiens) vbi est domus videntis.) Si in ciuitate tunc est prædicator, cum plana & communia loquitur, quæ intelliguntur: porta ciuitatis huius quæ est, nisi humilitas? Nam diuini verbi cognitio superbis abscõditur, humilib⁹ reuelatur.

G latur. Vnde & in Euangelio patri loquitur, dicens: Confiteor
Matt.11. tibi pater rex cœli & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Sapientes quidem superbos, & alta de se sentientes, paruulos verò dixit humiles.
1.Pet.5. Quorum certè alia scriptura meminit, dicens: Deus superbis resistit, humilibus dat gratiam. Resistit nanque superbis, ne æterna bona intelligant, sed paruulis gratiam dat, vt eadem bona æterna, ipso reuelante, cognoscant. Electi ergo quia ad spiritualem sentẽtiam per humilitatem veniunt, ad audiendos prædicatores, quasi per portam vadunt. Electus etiam prædicator quia spiritualia humiliter dicit, Samuel Sauli in eadem porta occurrit. Quasi enim ambo in porta sunt, quando ea quæ electus prædicator loquitur, ab electo alio humiliter audiuntur. Sed qui nouiter venerat, quem quærebat, inuenerat, & ignorabat. Quare & idem Saul ad Samuelem dicit: Indica mihi oro vbi est domus videntis.) Hoc nanque proprium magnorum virorum est, vt à minimis difficile cognoscantur. Carne quidem despecti sunt, sed mente sublimes. Foris contemptibiles apparere appetunt, sed agere venerabilia non desistunt. Quia ergo valde proficere per eorum exempla appetunt, eos non solum in exterioribus, sed in intimis admirantur. Vident ergo in eis exterius, quod possit à carnalibus despici, sed & pariter attendunt, quod intus spirituales viri magna admiratione debeant venerari. Quos dum fama sublimes audiunt, in altitu-
H dine sue conuersationis agnoscere concupiscunt. Secundum historiam ergo Saul Samuelem videbat, & non cognoscebat: vt quod in figura contingebat illis, nobis spiritualia designaret. Nam cum paruuli sumus, quasi videmus perfectos viros, dum eorum virtutes à referentibus audimus: sed quos videmus, non cognoscimus: quia per experientiam scire non possumus, quia hoc, quod auditu percepimus, in cordis oculis tenemus. Quando igitur ab eis conuersationis eius secreta ad imitandum requirimus, eos nimirum quasi de propria domo interrogamus. Domus nanque eorum conuersatio est. Hanc domum scire vo-
Ioan.2. lebat discipulus Ioannis, quando dominum interrogauit, dicens: Magister vbi habitas? Qui nimirum quia ad familiaritatem illius quasi domesticus perducendus erat, audiuit: Veni, & vide. Hanc domum visam Philippus non cognoscebat, cui
Idem.14. dicit: Tanto tempore vobiscum sum & non cognouistis me, Philippe qui videt me, videt & patrem meum. De domino etiam scriptum est, quia loquebatur Moysi sicut cum amico suo: sed idem Moyses videns, & non cognoscens, interrogabat, dicens:
Exod.33. Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam. Spiritualis autem conuersatio sanctorum: quia non nisi deuotis, ac supplicibus panditur, domum Samuelis Saul indicari sibi humiliter deprecatur. Sancti etiam prædicatores cum de se magna audiunt, per humilitatem se deiiciunt, non inflant. Sciunt se petentibus magna quæ imitentur, ostendere: sciunt inter ma-
I gna, quæ ostendunt magni per iactantiam non apparere. Quare & subditur: Et respondit Samuel Saul dicens: Ego sum videns. Sed ascende ante me in excelsum hodie vt comedas mecum, dimittam te mane.) Quid est dicere, ego sum videns: nisi se sicut in oculis videbatur, humilem demonstrare? Quasi dicat: Tu in æstimatione tua magnum habes, quem quæris, sed paruus est ille, quem videt. Hoc nanque in verbo videns non prædicatur, sed ego. Quasi dicat, videns ille, est ego, non quod æstimas, sed quod cernis. Sed qui humiliare se nouit, nouit dare dona non humilis, sed sublimis. Quare & in excelsum ante se ascendere eum, vt secum comedat, præcipit. In excelsum ascendit, qui ad scienda altiora mentem erigit. In excelsum quidem ascendere est, cor ad altiora intelligenda præparare.
Matt.17. Vnde & Petrus in monte assumitur, vt gloriam transformati redemptoris videre mereatur. In illo enim ascensu montis, sublimis præparatio mentis exprimitur: quia alta videre non poterit, qui per intentionem animum in sublimibus non ponit. Quia ergo sublimia præparati melius intelligimus, ante Samuelem Saul in excelsum ascendere iubetur. Quasi enim ante prædicatorem in excelsum ascendimus, quando nos prius ad alta scienda animum intendimus, & ipsi nobis ea, ad quæ intendimus, postmodum loquuntur. Quid verò est, quod ait: Vt comedas mecum hodie.) Sed quando prædicatores sancti cœlestia loquuntur, electorum suorum auditorum corda reficiunt, testan- K
Idem.4. te etenim veritate (quia cibus animæ est verbum dei,) Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore dei. Panis nanque alimentum corporis est, verbum mentis. Qui verò corpus sine mente reficiunt, mente mortui sunt, carne vi-
1.Timot.5. ui. Quare & de delicata vidua Paulus ait: Viuens mortua est. Nam per ciborum delicias non moreretur vidua, si animam verbi dei cibo satiaret, cum ipse Paulus dicat: Nihil esse immun-
1.Timot.4. dum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sed viuens vidua moritur, quando cibo corpus nutrit, animam fame interficit. In solo ergo pane homo non viuit: quia cum ex anima, & corpore cõstet homo, sicut aliter per animam, aliter per corpus viuit, ita & necesse est, vt alimentis diuersis singula nutriantur. Vt comedamus itaque cum Propheta ascendimus, quando ad alta diuini verbi mentem erigimus, vt eius cœlesti sapore per deuotionem satiemur. Et quia ipsi prædicatores valde amant cœlestia, quæ loquuntur, quasi simul comedimus, cum deuotè illi loquendo proferunt, quod nos deuotè audiendo, in ventre animæ locamus. Simul enim comedimus: quia verbum Dei pariter audimus. Prædicatoribus nanque veritas dicit: Non vos *Matth.*
estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Quod & Paulus probat, cum suos auditores interrogat, di-
2.Cor.13. cens: An experimentum quæritis eius, qui in me habitat Christus? Quia ergo in sanctis prædicatoribus Christus, & eius spiritus loquitur, ipsi prædicatores tanto clarius loquentem au- L
diunt, quanto eis viciniores sunt, cuius sedes esse meruerunt. Tanto ergo plenius de verbi alimento poterunt refici, quanto iam intra se habẽt cellam refectionis. Amici etenim sponsi sunt, & stant, & gaudio gaudent propter vocem sponsi. Cum ergo diuina loquuntur sancti prædicatores, audiunt: sed quia certa experientia norunt, quando in eis loquitur spiritus, audiunt se, sed non in se, quia & ipsi loquuntur, sed in se locuta, loquentem alium venerantur. In eo igitur, quod audiunt, & loquuntur, & reficiunt, & reficiuntur. Reficiunt quidem auditores, dum verbum proferunt voce sua: reficiuntur ipsi dum verbũ, quod proferunt, profertur eis reuelatione diuina. Ipsi tamen deuotius saturantur, qui in locutione spiritus, mentis delicias experti sunt. An non experientia loquentis spiritus est, inconsultos, & impræmeditatos se cernere, subditoque consultos, & paratos esse? Scire, quæ nescierant: habere, quæ non habebant. Torporem mentis amittere, repente mira deuotione feruere? Plenitudine scientiæ statim & in momento mirabiliter repleri, mira verbi facundia intellecta proferre? Habent ergo electi prædicatores experientiam spiritus, in se loquentis, in repentina reuelatione veritatis: habent subito ardorem charitatis, habent in plenitudine scientiæ, habent in facundissima verbi prædicatione. Nam & subito instruuntur, & repente feruescunt, & in momento replentur, & mirabili eloquij potestate ditantur. De illa nanque repentina experientia dominus dicit: Dabitur vobis in illa M
hora quid loquamini. De illo autem subitaneo feruore charita- *Idem vi supra.*
tis Cleophas dicit: Nonne cor nostrum ardens erat in via dum *Luce.24.*
loqueretur & aperiret nobis scripturas? De repletionis quoq; *Actor.*
& facundiæ experientia Lucas meminit, dicens: Factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes. In eodem quippe spiritu repleti, & locuti sunt, vt hoc quod asserimus, designarent: quia videlicet loquendo alios pascunt, qui de eo quod dicunt, audiendo pascuntur. Et quia sonum vehementis spiritus ardorem, siue locutionem, aut repletionem cognoscunt: tanto dulcius in donis spiritualibus epulantur, quanto ad eius recubitum dignius assumpti sunt. Dicit ergo: Ascende vt comedas mecum hodie:) quia bonus doctor, dum dulciter quæ dicit, in deuotionem mentis accipit: se & eos, qui audiunt, simul pascit. Quo contra doctores reprobi: quia quæ dicunt, non amant: cum alios verbo pascunt, ieiunant. Nam cum animæ refectionem verbum dei esse dominus dixerit, verbum verò dei in mente plena fit eruditio, plena deuotio, verbo dei non pascuntur, qui deuotè quod loquuntur, non audiunt. Apostolus quidẽ,
quasi iam illa verbi dulcedine repletus, ait: De plenitudine eius *Ioan.1.*
omnes accepimus. Alia quidã est plenitudo verbi, alia libri. De plenitudine quidẽ verbi accipere non nisi electi possunt, de plenitudine

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nitudine verò scripturæ possunt & reprobi. Liber nanque beati Ioannis apostoli, & liber beati Pauli apostoli plenitudines quidem sunt, quæ de eis habentur. Eorum nimirum verba Paulus siue Ioannes scripsit, sed quod quisque scripsit, loquens in eis verbum, inspirauit. Qui ergo verbum scripturæ accipit, non in amore, sed in scientia, de plenitudine accipit, non verbi, sed libri. Et quia rem mortuam accipit, in eius ipse acceptione non viuit. Sed quid dico scripturam mortuam. Non est mortua tantum, sed interficiens. Nam scriptum est: Litera occidit, spiritus autem viuificat. Hoc quidem facit omnis diuina litera. Nam litera corpus est, huius verò corporis vita spiritus. Viuificatum quippe, & viuificans corpus accipit: qui literam legit, & in amorem intelligentiæ mentem reficit. Reprobi ergo, qui scripturas rimantur, quas non amant, qui audacter foris loquuntur, cuius saporem intus non intelligunt: dum refectionem scripturarum, quas exponunt: alij deuota mente percipiunt, quasi de eo, quod ipsi dant, alij saturantur, non ipsi. Dicat ergo Samuel: Ascende, vt comedas mecum hodie,) quia ex eo quod subditis de verbo electi doctores tribuunt, & pariter audiunt, & pariter saturantur. Ecce enim in eodem ipso verbo, quod dicimus, demonstratur. Nam quis dubitat, quod hanc scripturam, quam exponimus, Samuel scripserit? & tamen ipse, qui scripsit, hæc dicit: Respondit Samuel:) vt profecto ostenderet, quia quod ipse scribebat, alius impartiebatur. Quia ergo spiritus sanctus, qui per eum loquitur,
B per eum de eo dicit: Respondit Samuel Sauli: Ascende ante me in excelsum, vt comedas mecum hodie.) Hoc dicit, quod audit: & simul audit, & dicit. Dum ergo magna veneratione amoris audit, & loquitur prædicator electus: magna deuotione auditores boni, quæ dicuntur, excipiunt: Saul & Samuel pariter in excelsum comedere dicuntur. Item quia prædicatores auditoribus in eiusdem verbi refectione digniores atq; feruentiores sunt: non Samuel cum Saule, sed Saul cum Samuele comessurus asseritur. Sed & quia tam splendida mentis eruditio, in magna luce spiritualis vitæ est, non dicit, vt comedas mecum hac nocte, sed hodie. Quem etiam mane dimittit. Mane dicit initium diei sequentis. Sequens verò dies est, serena lux sanctæ cõuersationis. Dicit ergo dimittam te mane. Mane quidẽ ab excelso dimittitur, qui cùm ad altioris scientiæ lumen proficit, in magna luce boni operis se proponit immorari. Vel mane dimittitur, qui verbum magnæ scientiæ, quod prædicatoris ore didicit, prædicare aliis intendit. Quando enim bona proponimus, quasi mane in initio diei sumus: quia boni claritatem iam aspicere cœpimus, quam sequamur. Sed hoc mane in plenum diem crescit, quando is, qui magna bona agere, aut alta æternitatis gaudia prædicare proposuit: id quod proposuit, in magna exhibet luce virtutis. Mane ergo Saul ab excelso dimittitur: quia auditores prædicatorum bonorum, quod ab eis sublime audiunt, exercere sublimiter non morantur. Sed electi vi-
C ri bona, quæ habent, & abscondere, & manifestare sciunt. Abscondunt quippe ne per elationem pereant, sed ne infructuosa remaneant, manifestant. Dum abscondunt tunc custodiunt: sed dum manifestant, proferunt fructum. Nam sequitur: Et omnia, quæ sunt in animo tuo indicabo tibi, & de asinis, quas perdidisti nudiustertius, ne sollicitus sis, quia inuentæ sunt.) Cælare se quidem prædicatores qualiter studeant, superius in verbo Samuelis ostenditur: vbi dicitur, ego sum videns. Nunc autem quia dicit: Omnia, quæ sunt in animo tuo, indicabo tibi:) quid aliud tenemus, nisi quia sæpe viri sancti virtutes, quas habent, & abscondunt, & proferunt. Sed (vt dixi) abscondunt, ne in magnis virtutibus magni videantur: proferunt eas, vt electi imitentur. Verbo itaque sapientiæ, aut prophetię spiritu se pollere asserunt: non vt venerentur, sed vt audiantur. Quare & Psalmista verbi gratiam se habere insinuans, ait: Super omnes docentes me intellexi. Certus ergo de peritia spiritus, confidenter nos inuitat, dicens: Venite filij, audite me: timorem domini docebo vos. Propheta nanque se affirmabat Micheas, cum diceret: Vtinam non essem vir habens spiritum: & mendacium potius loquerer. Hinc Helisæus de Naamam Syro dicit: Veniat ad me, & sciat Prophetam esse in Israël. Hinc Paulus ait: Hebræi sunt, & ego: semen Abrahæ sunt, & ego: ministri Christi sunt, & ego: vt minus sapiens dico, plus ego. Econtra D autem Amos dicit: Non sum propheta, sed armentarius vellicans sycomoros. Hinc etiam Paulus cum se vult abscondere ad custodiam, dicit: Non sum dignus vocari Apostolus, quia per secutus ecclesiam dei. Hinc interrogatus Ioannes Baptista ait, Non sum propheta. Non erat quippe ad elationem, sed erat proheta & plus quàm propheta ad ministerium. Samuel ergo, vt se custodiat, ait: Ego sum videns:) & vt se ad lucrum exhibeat, dicit: Omnia indicabo tibi.) Quod si aliquis vult, eodem modo intelligere potest: quia cum dicit, Ego sum videns,) si videntem se asserit, ad hoc dicit: vt bonum, quod habet cum electis communicet. Vt ergo quod asserit, probet: subsequenter adiungit: Omnia indicabo tibi.) Quod sanctæ ecclesiæ doctores agunt: quia dum virtutes mentium intuentur, & vitia: & mederi vitiis, & promouere virtutes euidenter sciunt. Omnia ergo quæ sunt in corde indicant, quãdo virtutis viam quam bonus auditor cupit tenere, ipse documento manifestæ eruditionis dignatur exponere. Quod si magnus est, & bona non solum agere, sed etiam prædicare disposuit. Omnia, quæ sunt in eius corde, prædicatores indicant: quando eorum mentibus aperiunt, quicquid cupiunt de doctrina. Quia verò ei, cui loquitur, eum significat, qui ad lucra prædicationis innititur, subdit, atque ait: Et de asinis, quas perdidisti nudiustertius ne sollicitus sis, quia inuentæ sunt.) Hoc superius in persona Saul qualiter rudibus prędicatoribus conueniat, expositum est. Asinas quippe perdidit, qui peccatores, quibus verbum vitæ E
præbuit ad pœnitentiam, nequaquam traxit. Inueniret quidem si ij qui se in nocte prauitatis absconderant, ad lucem iustitiæ redirent: in qua viri inueniri potuissent. Cur ergo dicit, inuentæ sunt? nisi quia sæpe in eis summi viri salutis bonum facile inueniri posse considerant: de quorum vita ineruditi desperant. Nam & periti medici corporum illos sæpe curare præsumunt, de quorum salute imperiti præsumere non possunt. Sic nimirum & ab eruditis doctoribus sæpe ad pœnitentiam satisfactionem peccatores trahuntur, qui trahi ab ineruditis rudibus nequiuerunt. Quia igitur tam prædicatione, quàm exemplo perfectorum illi ad dominum pœnitendo redeunt, qui cõuerti per aliorum ministerium nequiuerunt: bene Samuel inuentas asinas dicit, quas Saul inuenire non potuit. Potest etiam hoc dictum pro profectu ordinãdi rectoris intelligi. Quasi dicat: Dũ eruditione, & vita proficis, illos etiam lucrari domino poteris, quos nondum potuisti. Tam certa quidem virtus perfectionis est, vt fructus eius, qui nondum constant in re, consteut in spei certitudine. Et quia his verbis ad perferendos labores sanctæ prædicationis inuitatur, quæ mercedis lucra expectare debeat, exponit, dicens: Et cui erunt quęque optima Israël, nónne tibi, & omni domui patris tuiꝰ) Israël, qui dicitur videns deum, quem rectius hoc loco significat, quàm æternorum ciuium illam beatam societatem, qui ex labore vitæ huius: ad æternam omnipotentis dei visionem, peruenerunt? Quæ ergo sunt F
Israël optima, nisi æternæ retributionis dona? Paulus quidem dicit: Vnusquisque mercedem accipiet secundum laborem suũ. 2.Cor.8.
Hinc item dicit: Alia est gloria solis, alia lunæ, & stellarum. 1.Cor.15.
Stella enim differt à stella in claritate. Omniũ ergo fidelium retributiones, & præmia, bona sunt Israël. Quia verò electorum prædicatorum merces summa est, eorum sunt optima Israël. Dc his quippe Israëlis optimis dominus fideli seruo suo repromittit, dicens: Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Qui enim non in omnibus, sed super omnia constituitur: non tantum bona Israël, sed etiam optima habere declaratur. Dicat ergo Samuel: Cui erunt quæque optima Israël, nónne tibi & omni domui patris tui?) Quasi dicat: Et si magnus est labor prædicationis, tanto deuotius ferri debet, quanto maiora lucra mercedis habet. Sollicita ergo mente doctor sanctæ ecclesiæ pensare debet: quia Israël non bona tantum, sed etiam optima eius sunt: vt maiora & excellentiora agat semper, qui tam summa, & optima expectat. Eadem quippe summa, non summo ordini debẽtur, sed summo labori. Nam & doctor egregius non dixit, vnusquisque mercedem accipiet, iuxta suam dignitatem, sed iuxta laborem. Cum ergo prædicatorũ æteruæ vitæ optima referuntur, magnus eis in hac vita labor iniungitur:

quia

1.Cor.3. — Psal.118. — Idem.33. Mich.2. — 4.Reg.5. 1.Cor.11. — Amos.5. — 1.Tim.1. — Ioan.1. — Matt.24. — 1.Cor.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quia nimirum meliora cæteris habere non prævalet, qui melior esse non studet. Et quia hoc omnium prædicatorum sanctæ ecclesiæ commune est, non solum Saul: sed omni domui patris sui Israël optima esse referuntur: Quasi enim ex patre filij nascuntur, quando in ordinem prædicatorum nouiter alij altis, eadem nobilitate sanctitatis splendidi subrogãtur. Domus quoque prædicatoris est spiritualis eius conuersatio. Omni ergo domui patris eius, Israël optima sunt: quia vbicunque sacerdotalis conuersatio est, illa nimirum est, & tam summa est, vt ex celsitudine meriti, in æterna vita sua sint optima retributionis. In hoc ergo se subtiliter prædicatores aspiciant: quia non solum sibi, sed omni domui eius optima erunt Israël: quia si de domo exeunt, optima non habebunt. Nam si solam prædicationis sublimitatem tenent, optima non habebunt: quia altitudinem vitæ non tenent. Sed electus quisque dum de se magna audit, infirma sua ad memoriam ducit, vt se ab elatione custodiat: ne bona quæ habet, amittat. Vnde & subditur: Respondens Saul ait. Nunquid non filius Gemini ego sum de minima tribu Israël, & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin. Quare ergo locutus es mihi sermonem istum?) Quasi dicat. Quare mihi tam magna adscribis, cum sim nihil? Gemini quippe filius est, qui negligentes imitatur in cura sui, & in exemplo proximi. Geminus quippe est, quia dum curam sui negligit, exempla boni operis aliis non impen-
H dit. Qui ergo tales imitatur, filius Gemini dicitur. Qui de minima tribu Israël esse dicitur: quia vltimus ordo sanctæ ecclesiæ conuersorum peccatorum est. Merito igitur qui peccatorem se esse fatetur, de minima tribu Israël esse dicitur. Cuius etiam cognatio nouissima inter alias esse perhibetur: quia iuxta veritatis vocem: Qui minimum mandatum soluit, minimus est in regno cœlorum. Beniamin quippe dicitur filius dextræ. Qua profecto appellatione sanctæ ecclesiæ populus designatur: qui dum in fide redemptoris nascitur, per bona opera ad cœlestis patriæ bona præparatur. Dextera quidem dei illa æterne vitæ fortitudo est. Cognationes tribus Beniamin sunt diuersæ conuersationes electorum. Nam velut ab vno generationis principio diuersæ cognationes veniunt: quando ab vna origine orthodoxæ fidei, conuersationes fidelium plures oriuntur. Sancti ergo viri cum se per humilitatem deiiciunt, quia peccatores se esse fatentur, & tamen rectè in deum credere: quasi se & Gemini filios asserunt, & de nouissima Israël cognatione. Sed quia quanto plus se humiliant, iuxta veritatis vocem amplius exaltantur, sequitur: Assumens itaque Samuel Saul & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum, qui fuerant inuitati.) Samuel Saul assumit, quando prædicator sanctæ ecclesiæ electo auditori suę alta prædicationis aperit. Assumitur quippe subditus, quando per verbum doctoris in cognitionem cœlestium eleuatur. Et quia non carnali intentione spiritualia scire appetit, non solum ipsum Saul, sed etiam eius assumpsit puerum. Quasi enim sine puero in imis remanserat, qui dicebat: Cor meum dereliquit me. Cor quippe nostrum nos derelinquit, quando sic à concupiscentiis carnalibus vincimur: vt intentionem cordis in terrenis, & carnalibus, atque corporeis, & non in cœlestibus, & spiritualibus ponimus. Hunc puerum perditum inuenerat, qui dicebat. Inuenit seruus tuus cor suum. Cor quippe nostrum inuenimus, quando per intentionem cordis spiritalia quærimus: quando hanc à terrenis auellimus, vt ad cœlestia dirigamus. Electus ergo prædicator iis qui adhuc carnales sunt, nec fortia imperat, nec spiritalia manifestat. Nam & Paulus Corinthiis dicit: Non potui vobis loqui tanquam spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Quasi his verbis dicat: Ideirco vos ad excelsum non duxi: quia spiritualem sensum vobiscum velut Saul puerum non habebatis. Quare & causam insinuans, ait: Adhuc enim estis carnales. Bene ergo Samuel Saul, & puerum assumpsisse dicitur: quia doctores sanctæ ecclesiæ illis fortia imperant, illis alta manifestant, quos spirituales esse considerant. Qui etiam in triclinium introducuntur: quia eis charitatis latitudo monstratur. Velut enim in triclinio ponitur, qui per id quod altum didicit: moratur in latitudine charitatis. Vel certè introitus noster ad triclinium, amor est: triclinium, pulchritudo est spiritualis vitæ. K
Vnde Ioannes dicit: Qui non diligit, manet in morte. Si enim *1.Ioan.3.*
qui non diligit manet in morte, ille qui diligit in vita manet. In triclinium ergo introducimur, quando in affectum supernæ cõuersationis surgimus per affectum charitatis. In hac nimirum mansionis latitudine superiorem locum sancti prędicatores obtinent: quia beatus Ioannes Euangelista dicit: Et in circuitu se- *Apoca.4.*
dis sedilia vigintiquatuor, & super sedes vigintiquatuor seniores. Seniores quippe sancti sunt prædicatores maturi sensu, moribus graues. Qui thronum dei iuxta positis sedibus ambiunt: quia qui præ cæteris conditorem diligunt, per altissimam conuersationem ei vicinius requiescunt. Bene itaque Saul cum puero suo locum in capite eorum, qui inuitati fuerant, sortiuntur: quia in eis eligendorum pastorum typus ostenditur. In capite quidem rector statuitur, quando per vim magni amoris supernæ vitæ singulare propositum accipit: cum fidem catholicam cum cæteris communem tenet, sed præ cæteris virtutem sublimem. Vnde & sequitur: Erant enim quasi triginta viri.) Terdecem triginta fiunt. Ternarius verò numerus fidem sanctæ, & indiuiduæ trinitatis insinuat. Denarius verò per decem præcepta legis, boni operis perfectionem designat. Tricenarius ergo numerus eos designat, qui eam fidem tenent, quæ per dilectionem operatur. In horum capite Saul ponitur, quando per diuinam gratiam is, qui futurus est pastor ecclesiæ, sublimior fit merito, quibus debet esse superior dignitate. Hunc L
sublimem locum Samuel tribuit: quia qui tantam vitæ meretur celsitudinem ad eam maiorum proficit institutione. Cui nimirum quia iam magna, quæ agat, & non minima demonstrantur, subditur: Dixit Samuel coco, da partem quam dedi tibi, & præcepi vt reponeres seorsum apud te. Tulit ergo cocus armũ, & posuit ante Saul. Dixitque Samuel: Ecce quod remansit pone ante te, & comede: quia de industria seruatum est tibi, quando populum vocaui: & comedit Saul cum Samuele in die illa.) Quid in armo pectoris, nisi fortitudo signatur actionis? Quæ à Samuele coco tribuitur, quando à summis prædicatoribus minoribus demonstratur. Coci etenim sacerdotes sunt: quia dum electis fidelibus in feruore spiritus loquuntur cibos mentis velut per ignem coquunt. Sed pars quæ datur, posita seorsum dicitur: quia fortitudo boni operis in prædicatore debet esse singularis. Quam ante Saul ponit, quando ordinandum pastorem sanctæ ecclesiæ, quantæ fortitudinis esse debet, considerare præcipit. Sed & de eo, quod cocus apposuit, Samuel Saul dicit. Ecce quod remansit, pone ante te. Remansit quidem, quia non omnia nostra Christus expleuit. Per crucem quidem suam omnes redemit, sed remansit: vt qui redimi, & regnare cum eo nititur crucifigatur. Hoc profecto residuum viderat, qui dicebat: Si compatimur, & conregnabimus. Quasi dicat, *2.Tim.2.*
quod expleuit Christus non valet, nisi ei, qui id quod remansit, adimplet. Hinc beatus Petrus Apostolus dicit: Christus passus *1.Pet.2.*
est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia M
eius. Hinc Paulus ait: Adimpleo ea quæ desunt passioni Chri- *2.Cor.1.*
sti in corpore meo. Sed notandum: quia armum ante Saul cocus posuit, & tamen Samuel Saul præcipit, vt ante se eum ponere debeat. Quid est hoc? Sed ponere ante discumbentes dapifer in mensa ferculum solet: quod dum is, qui discumbit, trahit ad se: illud ponit ante se vicinius, quod paulo longius erat ante se. Cocus ergo ponit armũ ante Saul, Samuel Saul præcipit, vt ponat ante se: quia hoc quod nouo prędicatori iniungitur de fortitudine boni operis, velut ad se propius debet trahere per studium considerationis. Quod etiam postquam ad se traxerit, comedit: quia diu consideratum agere disponit. Armum quippe manducare est, quod exterius de forti actione præcipitur, per propositum in mente recondere. Quasi enim armum ante se ponere, & *Prouer.23.*
manducare electo cuiq; suadebat, qui dicebat: Si sederis ad mensam potentis sapienter attende, quæ apponuntur tibi: quia similia oportet te præparare. In mensa quippe potentis virtutem armi designauit. Et dum dixit sapienter attende, quæ apponuntur tibi, armum ante se eum, cui dixit, ponere docuit. Sed manducare eũ debere insinuauit: quia dixit similia oportet te præparare. Similia enim præparando manducamus: quia dum fortia quę audimus, proponimus agere, velut comedentes, in cordis ventre reponimus,

Matt.5.

Luc.4.

Psal.37.

1.Cor.3.

A reponimus cibos vitæ. Sed ipsis summis doctoribus vas electionis sub vnius discipuli eruditione imperat, dicens: Manum cito nemini imponas. Quia enim magna retractatione consilij eligendi sunt, qui in culmine sublimentur, aptè subiunctum est: quia de industria seruatum est tibi, quando populum vocaui. Quasi dicat: Pone ante te, quod antequam apponeretur, ego posui ante me: considera quod ego consideraui. De industria quippe pars armi seruatur: quia fortissima prædicatoris actio illi bene committitur, qui à summis viris magna consideratione dignus tanto ministerio iudicatur. Ista verò pars tunc seruata est de industria, quando populus vocatur: quia cum ad suscipiendum prędicationis ministerium subditi fideles veniunt, bonis prædicatoribus non infirmis, infirma: sed fortibus, fortia iniunguntur. Sed qui bene proficiunt, in sublimi sua conuersatione, ante omnia tenere studeant bonum obedientiæ. Bene itaque subiunctum est: Et comedit Saul cum Samuel in die illa.) Vt iam dixi, promouendo doctori comedere est, hoc quod sibi de virtute præcipitur, se ad faciendum præparare. Bene autem cum Samuele comedisse dicitur: quia cum ij qui nouiter veniunt, magna agere proponũt, in virtute boni operis summi viri feruentiores fiunt. Potest etiam in ista comestione illa signari, de qua superius repromisit, dicens: Ascende ante me, vt comedas mecum hodie. Saul ergo cum Samuele comedit: quia cum intus prędicator cœlestem verbi dei suauitatem audit, quod
B loquente ipso subditi foris audiunt, de diuina refectione vtrique satiantur. Sequitur: Et descenderunt de excelso in oppidum, & locutus est Samuel cum Saul in solario.) Quicunque ad celsitudinem curæ pastoralis assumitur, in eadem ordinis sui sublimitate habere debet, & vitæ propriæ altitudinem, & alienæ infirmitatis compassionem. Ascendat ergo Saul cum Samuele, descendat in oppidum. Sciat rector, quæ agat alta: sciat, quæ disponat, communia. Dicat cum Paulo, nostra conuersatio in cœlis est: dicat nobiscum, infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? video aliam legẽ contradicentem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati. In excelso est rector, cum sapientiam loquitur inter perfectos. Carnalia quando desponit, descendit in oppidum, dicens: Propter fornicationem vnusquisque vxorem habeat, & vnaquæque virum: vxori vir debitum reddat, vxor viro similiter. In excelso est quando dicit: Nulla creatura poterit nos separare à charitate Christi. In oppidum verò descendit: quia loquens ait: Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifaciam: omnia omnibus factus sum, vt omnes facerem saluos. Samuel ergo Saul ad excelsum tulit, & in oppidum deposuit, quia summi viri cum sanctæ ecclesiæ culmen ordinant, illos quos in eodem culmine ponunt, docent sublimiter viuere, plana prædicare, sibi esse rigidos, sed subditis temperatos: sic attendere propriæ saluti, vt cum infirmis possint infirmari. Infirmari dixerim per
C affectum mentis, non per languorem internæ ægritudinis. Nam si per mentis languorem doctor iacet, curare ægros, & iacentes erigere non potest. Bene ergo cum Samuel Saul in oppidum descendisse, & in solario locuti esse referuntur. Oppidum quippe in plano est, solarium verò in alto. Ad excelsum quoque solarium planum est, ad oppidum non planum, sed altum. Sic nimirum electi prædicatores quando minoribus membris compatiuntur, quasi excelsum deserunt: sed in oppidum descendentes, in solario sunt: quia ab alto quidem veniunt, sed infirmitatem subditorum miserando, & consulendo, non agendo & infirmando assumunt. Infirmis nanque compatientes, vxorem ducere præcipiunt: nec tamen ipsi infirmando, vxorem ducunt. In oppidum ergo descendentes, in solario sunt: quia etsi plana iubent, in se ipsi infirma non retinent. Quia verò non esse in solario, sed loqui cum Saul Samuel dicitur, hoc profecto significat: quia futurus doctor doceri debet, sic infirmis subditis compati, vt ipse tamen teneat alta cõuersationis. Et quia ad hæc agenda multa consideratione nouus prædicator indiget, stratuisse sibi Saul, & dormisse perhibetur. Dormire in solario nouo prædicatori est, in sublimi sua consideratione disponere, qualiter subditorum onera debeat portare. Nam si ad seculi intentionem vigilat, hoc profecto agit: vt tantæ discretionis bonum in intimis non requirat. Dormire igitur debet, vt seculi. Samuel. seculi. Philip. 3. Roma. 7. 1. Cor. 2. 1. Cor. 7. Roma. 8. 1. Cor. 9.

D seculi. Samuel. seculi. Philip. 3. Roma. 7. 1. Cor. 2. 1. Cor. 7. Roma. 8. 1. Cor. 9. secularia nulla cogitet: quia spiritualia disponere oppressus secularibus nunquam potest. Sed & dormire non poterit, qui sibi non sternit: quia nimirum si bonorum exempla, siue dicta non cogitat, impossibile est, vt ab exterioribus requiescat. Velut mollia quidem nobis subiicimus, quando electorum doctrinam, aut vitam cogitamus. In eisdem quoque stramentis dormimus: quia quiescere tunc bene consideratione possumus, quando in rebus spiritualibus occupamur. Dicat ergo: Quia stratuit sibi Saul, & dormiuit:) vt electæ menti insinuet: quia si negligenter ad exteriora se occupat, intimæ quietis gratiam non acquirat. Sed qui spiritualia bene vult considerando disponere, donec ea intus perfectè ordinet, ad ea quæ foris sunt, euigilare non debet. Aptè ergo subiungitur: Cumque mane surrexissent, & iam diluceſceret, vocauit Samuel Saul in solario, dicens: surge & dimittam te.) Mane quidem lucescit, quando quietæ menti veritatis splendor se aperit. Humana etenim mens per ignorantiam tenebrosa, & per illustrationem veritatis lucida fit. Ignorans ergo in nocte est, cum illustratur, in die. Mane autem surgit, qui dormit nocte: quando ad agenda se erigit ea, quæ per considerationem ordinauit. Et quia ordinandi regis negotium tractabatur, ambo surrexisse perhibentur. Surgit quidem summus prædicator, vt auditorem suum ad ministerium eiusdem prædicationis ordinet. Surgit, qui ordinandus est, vt tam sublimem ordinem imo cordis affectu recipiendum esse non speret. Pariter quidem surgunt: quia sublime officium datur, sublime recipitur. Quo in loco est aliud notandum: quia ambo prius surrexerunt. deinde Samuel Saul vocauit, dicens: Surge, & dimittam te.) Sed ad historiam si ambo surrexerunt, à somno Saul quia consurgere præcipitur, ad opus præparari admonetur. quia verò tam summi sacerdotes, quàm ille, qui ad ordinem prædicationis assumitur, tanti ministerij onus attente considerant, quasi pariter dormiũt, pariter surgunt. Sed qui nouiter ordinatus est, surgens à somno ad opus item surgere iubetur: quia ad altitudinem ordinis quanquam pensare meditando studuit, pertingere debet tamen per meritum conuersationis. Surgens ergo surgere iubetur, vt sublimem ordinem, quem subire deliberat, æquare meritis proponat. Vnde & in solario vocatur: quia ad alta conari præcipitur. Qui etiam dicit: Et dimittam te.) Surgit quippe, vt dimittatur: quia ille liber esse in ministerio prędicationis poterit, qui in altitudine magnæ conuersationis excreuit. Surrexit quidem, qui surrexerat: quia qui considerando didicit altitudinẽ dignitatis, in eadem dignitatis altitudine erigere se curauit per sublimitatem vitæ. Vnde & subditur: Et surrexit Saul:) deinde subditur: Egressique sunt ambo, ipse videlicet & Samuel.) Pastor egreditur, quando à secreto meditationis venit ad publicum operis. Quando enim disponit, quæ vult agere, intus est. Quando autem ea agit foris, quæ cogitauit, quasi exit. Exiit etiam Saul: quia in exteriori dignitate, is qui
F promouetur illud suscipit, quod an esset suscipiendum diutius cogitauit. Ambo igitur dicuntur egressi, quia ambo fuerunt intus: dum ille sollicita mente præuiderit, quid aut cui daret: ille item attentius cogitaret, qualis esset, qui tam summa perciperet. Quia ergo ministerium sanctæ prædicationis cum summa discretione tribuendum, atque recipiendum est, dum rex Israëlis vngitur, & rex, & Propheta vncturus eum, egressi perhibentur. Plærique autem codices habent: Cumque mane surrexissent, antequam diluceſceret:) quod nimirum intelligi conuenienter potest. Mane est quidem, antequam diluceſcat: quando quodammodo aspirare dies incipit, & tamen plena lux diei non est. Prædicatores autem sanctæ ecclesiæ dum eorum bonam conuersationem considerant, quos ordinare disponunt, quasi mane est. Sed quia eorum futura scire non possunt, mane est, sed antequã diluceſcat. Quod bene in eius ordinatione dicitur, qui omnipotenti deo postea displicuisse memoratur. Quasi enim mane, antequam diluceſceret propheta vidit hunc, qui ei in luce bonę conuersationis apparuit. Sed plena diei claritas nondum erat, quia in eo futuras tenebras per præsentem cognitionis lucem videre non poterat. Quod nimirum toties sanctæ ecclesiæ agitur, quoties boni sunt qui eliguntur in præsenti, sed in eodem bono perseueraturi non sunt. Quasi enim

mane,

G mane, & ante lucem egreditur, qui lucem boni operis præsentem monstrat, caliginem vitæ futuram cælat. Sed quid inde actum sit, sequitur: Cumque descenderent in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul. Dic puero vt antecedat nos & transeat: tu autem subsiste paulisper vt indicem tibi verbum domini. Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius, & osculatus est eum:) Quid est enim quòd in extrema parte ciuitatis rex ducitur, & vngitur? Sed extrema pars ciuitatis, est vltima pars populi subiecti. Qui ergo vltimum locum tenent in sancta ecclesia, velut in extrema parte ciuitatis sunt. Ipsius autem ecclesiæ in vltima parte, conuersi peccatores esse videntur. Nam iusti quique in superiori, vel prima sunt parte. Aut fortasse primum locum virginitas tenet, secundum continentia, tertium coniugalis vita, vltimum cõuersio peccatorum. In extrema igitur ciuitatis parte rex vngitur: quia sanctæ ecclesiæ rector ordinatur, pro peccatoribus, non pro iustis. Hinc enim per semetipsam veritas dicit: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Hinc iterum dicit: Non opus habent sani medico, sed male habentes. Sed puerum Saulis spiritualem sensum designare diximus. Quid est ergo, quòd præcedere, & transire à Samuele imperatur. Sed præcedit puer, quando hoc agitur, quod à spirituali sensu nobis suggeritur, non quod à motu carnali imperatur. Sed quosdam præcedit, & trãsit, quosdam præcedit & non transit. Non transit quidem præcedens puer arrogantes, transit humiles: nam dum arrogantes magna, & spiritualia agunt, in oculis suis magni sunt. Quasi enim secum habent puerum, quem sequuntur: qui in spiritualibus, quæ agunt, spirituales se esse gloriantur. Quibus profecto propheta exprobrat, dicens: Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Electi ergo in omnibus, quę agunt, esse quidem spirituales curant, & tenere se spirituales vitant. Magni quidem sunt merito, humiles æstimatione: quia semper magna agunt, sed in eisdem magnis se magnos nunquam aspiciunt. Quasi ergo puerum, quem præmittunt, transire faciunt: cum spiritualem sensum præsentem habent in opere, sed longe ab æstimatione. Quid verò est, quod paulisper subsistere præcipitur, vt ei verbum domini indicetur. Sed paulisper subsistit, præmisso puero, qui ad horam se proprio arbitrio subtrahit, & alienam voluntatem facit. Transire ergo facit puerum, & paulisper subsistit: qui ad præceptum maioris illa etiam, quæ putat spiritualia, deserit: vt ea quæ sibi iunguntur efficere conuenienter possit. Quod certè ordinando prædicatori conuenit: nam dum pondus pastoralis curæ considerat, & infirmitatem suam, hoc sibi se præcedens spiritus dicit: quia tantum onus tam infirmus indignè suscipit. Prætermittat ergo non solum, sed transire faciat puerum: vt non arbitrium suum sequatur, sed illud suscipiat, quod ei melioris prouisione decernitur. Et de subsistente protinus additur:

Cap.10. *Matt.9.* *Esa.5.*

I

Caput 1111.

VLIT autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius.) Hoc profecto hac vnctione exprimitur, quod in sancta ecclesia nunc etiam materialiter exhibetur: quia qui in culmine ponitur, sacramenta suscipit vnctionis. Quia verò ipsa vnctio sacramentum est, is qui promouetur, bene foris vngitur: si intus virtute sacramẽti roboretur. Ipsas ergo olei virtutes prius videamus attentius. Oleum quippe liquoribus aliis superfertur, oleum ignem fouet, oleum vulnera curare consueuit. Per illud ergo misericordiæ bonum significat: quia scriptum de domino est: Miserationes eius super omnia opera eius. Quia ignem fouet, prædicationis gratiam designat: quæ electorum mentes illuminat. Quia verò vulnera per oleum curantur, hoc profecto insinuat, quod detergenda sunt vulnera peccatorum. Vngatur ergo caput regis, quia spirituali gratia mens est replenda doctoris. Habeat in vnctione sua oleum, habeat misericordiam abundantem, quæ sibi virtutibus aliis præferatur. Habeat oleũ, vt dum ardorem Sancti spiritus in se nutrit, lucere vehementer aliis per verbum possit. Habeat nihilominus oleum medicinæ, K vt sapienter disponat qualiter peccatorum fœtores tergat, & ægras mentes saluti restituat. Sed lenticula Saul vngitur, non pro præsignanda doctrina, sed ad exprimenda futura. Lenticula quidem paruum est vas. Quid ergo est quod lenticula olei Saul vngitur, nisi quia in fine reprobatur? Nam quia obedire deo postea noluit, à Samuele audiuit. Quia proiecisti sermonem domini, proiecit te dominus ne sis rex. Velut enim lenticula olei parum habuit, qui spiritualem gratiam proficiendus accepit. Quod in rectoribus quoque sanctæ ecclesiæ conuenienter accipitur. Plerunque enim culmen prælationis accipiunt, qui in charitate dei, & proximi perfecti non sunt. Quendam namque affectum charitatis habent, sed plenitudinem eius non habent. Illa ergo rudis, & imperfecta mentis affectio, quid est nisi lenticula olei. Nam dum vngit caput, & non replet: tota quidem effunditur, sed parum exhibet. Econtra autem cum electus rex vngi præcipitur, eidem Prophetæ dominus ait: Imple cornu tuum oleo, & veni mittã te ad Isai Bethelemitem: prouidi enim in filiis eius mihi regem. Hinc est, quod idem electus rex plenitudinem vnctionis suæ dei laudibus imputans, ait: Impinguasti in oleo caput meum, & poculum meum inebrians quàm præclarum est. Qui ergo gratiam vnctionis non perseueraturus accepit, dispẽsante deo per illius vasis liquorem vngitur, quo vncti defectio signaretur, sequitur: Et osculatus est eum, & ait: L Ecce vnxit te deus super hæreditatem suam in principem, & liberabis populum eius de manu inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt.) Ad culmen sanctæ ecclesiæ rector ducitur, vt hoc officium habeat, quo inter deum, & homines pacem ponat. Peccando etenim inimicitias creatoris incurrimus. Dum ergo ad peccatorum correptionem rector ponitur, illud de medio tollit, quod dei nos inimicos fecit. Bene ergo Samuel Saul caput osculatus fuisse perhibetur. Prophetę nanque osculum defixum ille portat in capite, qui reconciliationis nostræ suffragium portat in mente: cum videlicet in se nulla gerit fomenta diuinæ discordiæ, qui in mente paci reddere discordes studet. Osculato ergo principe dicitur: Vnxit te deus in principem super hæreditatem suam.) Quasi rebus eum admonear, dicẽs: Qui te ad hoc põsitum nosti, vt peccati inimicitias debeas soluere: quod in aliis destruis, in te non debes retinere. Nonnulli etenim & vnguntur, & osculum non accipiunt: liberare populum domini satagunt, sed se inimicorum iugo subiicere nõ paueſcunt. Nam qui aliis bona prædicat quæ non agit: quasi osculum dat, quod non accipit. Amicos etenim dei alios facere quærit, & ipse inimicus esse non desinit. Inimicitias peccati in se ædificat, quas in aliis destruere per verbum tentat. Quia ergo ille solum præeminet vtiliter, qui per affectum magnæ charitatis dei amicus est: Samuel caput regis osculatus fuisse dicitur. Hinc ipsa veritas prius osculatur, quos ordinat: deinde ad liberandos alios mittit. Vos (ait) amici mei estis, deinde addidit, dicens: Posui vos, M vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Hinc item resurgens à mortuis dicit: Pax vobis, deinde subdit, quorum remiseritis peccata remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Vt velut osculum pacis in eorum mente figeret, quos peccati odia soluere præcepisset. Osculatus ergo rex super hæreditate domini constituitur, quia electus doctor religitur, vt fidelibus subditis dignitate præemineat: sed de prælatione sua nõ suum, sed domini lucrum quærat. Quare ad hoc constitutus asseritur, vt qui sub eo sunt, de inimicorũ manibus liberentur. Hæreditas domini multitudo fideliũ est. Omnis ergo secularis intentio remouetur, cum rex super hæreditate domini vnctus asseritur. Vnctionis ergo fructus est, cultus diuinæ hæreditatis. Ille ergo officium vnctionis exequitur, qui sola quærit lucra animarum. Super hæreditate quippe domini in principem se vnctum meminit, qui hoc solũ de terrena dignitate quærit, quod per suũ ministerium Christus quęsiuit. Hoc igitur verbo negligentium rectorum intentio reprobatur. Audiunt nanque: quia super hæreditate domini vncti sunt: quia de terra dominus nõ nisi electos quærit, norunt, quod nõ terræ latitudinem, non auri copiam, nõ diuitiarum affluentiam, sed fideles suos hęreditatẽ suam dicit. & tamen terrenum quęrere, & quod perit congregare non desinũt. Ad id, quod dominus nõ quærit, tota sollicitudine intendunt: &

Psal.154. *Infra.25.* *Infra.11.* *Psalm.* *Amicus dei fit, qui alios facit amicos.* *Ioan.21.* *Idem.20.*

quod

A quod solum quærit, quærere negligunt. Dicitur ergo in quo se negligentes aspicim, dicitur in quo boni meliores fiant. Vnxit te (inquit) deus in hæreditate sua in principé.) Quasi dicat, Hereditatem suam tuam fecit, vide vt tu in ea aliter nō regnes. Liberabis ergo populum de manu inimicorum, qui in circuitu eius sunt. Grandis labor prædicatori precipitur, per hoc quod inimici in circuitu esse referuntur. Satis enim graue præliū esset, si in vna parte malignorum spirituum sęuitiam tolerarent. *Psalm.* Hinc per prophetam denuncians dicit. In circuitu impij ambulant. Hinc beatus Petrus exhortans, ait: Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret: *Hostes nostri in circuitu nostro sunt.* cui resistite fortes in fide. Inimici igitur nostri in circuitu nostro sunt: quia immundi spiritus cogitationi nostræ verbo, & operationi semper insidiātur. Nā dum praua nobis suggerere appetūr, ab vna parte sunt: cum ad mala pertrahunt, eorū prælio ab alia parte pulsamur: cum ad mala opera inuitant, ex parte reliqua bellum excitant. In circuitu ergo hostes habemus, qui in omni quod cogitamus, loquimur, & operamur, malignorum spirituum bella patimur. Sed quia non à bello sed de manibus inimicorum liberare populum dicitur, magna virtutis insignia prædicatoribus adscribuntur: quia non solum liberos, ne capiātur debent protegere, sed etiam captos de eorum seruitute liberare. Hoc autem tunc à regibus nostris agitur, quando illi per eorum prædicationem resipiscunt, qui per audaciam transgressionis, subiecti sunt iugo diabolicæ potestatis. Quod profecto agere illi solummodo prædicatores possunt, qui ad culmē regiminis diuina ordinatione perueniunt. Nam quos omnipotens deus ordinat, ad toleranda prælia antiqui hostis mittit: sed eos inter ipsa bella non deserit, quia milites suos protegit, & victores facit. Sed cum sancti viri ad primatum sanctæ ecclesiæ sustolluntur, vehemēter expauescunt, ne onus tanti ordinis sibi iudicio hominum sit impositum, nō ordinatione conditoris. Ad robur ergo humilium dantur, signa quibus se à deo non ab hominibus electos sciant. Quare & Samuel subiungens, ait: Et hoc tibi signum quia vnxit te deus in principem. Cum abieris à me hodie inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel, in finibus Beniamin, in meridie saltentes magnas foueas, dicentque tibi inuentæ sunt asinæ, ad quas ieras perquirendas, & intermissis pater tuus asinis, sollicitus est pro vobis, & dicit, quid faciam de filio meo.) Quasi enim humili pastori, & de tanto ministerio trepidāti dicat: Tu idcirco trepidas: quia an sit ex deo hoc, quod de te actū est, nescis: sed quia hoc scire potes, trepidare nō debes. Hoc igitur tibi signum, quia te nō homo, sed deus in principē vnxerit: duo videlicet viri illi tibi dicent, inuentæ sunt asinæ, ad quas ieras perquirendas. Quasi dicat: Si illos duos viros inueneris, & hoc tibi dixerint, scito quia te deus principem, non ego constitui. Quid ergo duo viri isti nobis, nisi perfectos quosque sanctæ ecclesiæ prędicatores designant? Duo quidem sunt: quia perfecti in vtroque præcepto charitatis: viri quia in sancta conuersatione robusti. Qui iuxta sepulchrum Rachel inueniri perhibentur: quia per cōtemplatiuæ vitæ studium diuisi sunt ab intētione seculi: & dum animarū lucra quærunt, nō sunt sepulti. Per Rachel quippe cōtemplatiuæ vitæ speciositatē venerabilium patrum indubitata sententia est. Iuxta sepulchrum ergo Rachel stant viri: quia sic supernæ cōtemplationi perfecti doctores vacant, vt sanctæ ecclesiæ sollicitudinem gerant. Iuxta sepulchrum Rachel stāt, quia statum boni operis dirigunt per virtutem contemplationis: & quia nihil gerunt in opere, nisi quod contemplando disponunt. Et quia in ipsa altitudine supernæ cōtemplationis non præsumptionē suam, sed rationem sanctæ ecclesiæ tenere studeant, sepulchrum Rachel in finibus Beniamin esse describitur. Vt (iam dixi) in Bēiamin, qui filius dexteræ dicitur, Redemptor humani generis designatur. Fines ergo Beniamin regulæ sanctarum scripturarum sunt. De quibus profecto finibus scriptum est: Ne transgrediaris terminos, *Deuter. 22.* quos posuerunt patres tui. Quia ergo sancti prędicatores cum summa contemplando vident, à fidei regula non discordant: sepulchrum, iuxta quod stāt esse in finibus Beniamin rectè dicitur. Qui profecto viri in meridie magnas foueas saliunt: quia per feruorem perfectę charitatis, in qua assumpti sunt, cuncta, quæ videntur seculi alta despiciunt. Quicquid enim in hoc seculo altum cernitur, non est vera altitudo, sed fouea: quæ omnes quos in sua ambitione recipit, ad inferna deponit. Alta ergo seculi viris spiritualibus vitanda, non appetenda sunt: quia ex occultro se aperiunt, & quos absorbendo recipiunt, ad inferna perducunt. Viri ergo spirituales foueas saliunt: quia dum se per cœleste desiderium erigunt, terrena contemnunt. Velut enim visis foueis saltum dant, quando vt terrena contemnant, ad æterna bona concupiscenda se eleuant. In meridie ergo foueas saliunt: quia seculum non possunt contemnere, nisi qui plenam lucem, & ardorem supernæ charitatis habent. Tunc ergo Saul vnctum à Domino in principem se intelligat, quando isti sibi dicent, inuentæ sunt asinæ, quas quærebas. Inuentas quippe asinas Saul dicunt, quando ad colligenda animarum lucra idoneum cernunt. Quasi aliter dicat: Electum te à deo in ministerium prædicationis non ab hominibus credas, si illi hoc de te indicant, qui dum dei spiritu pleni sunt, quæ dicunt non humana, sed diuina esse sentiuntur. Quia ergo de nobis non nobis, sed nobis melioribus credendum est, aptè Saul à viris in meridie magnas foueas salientibus, se à domino vnctum in principem recognoscit. Sed alius est à quo vngitur, alij qui ipsam vnctionem à domino esse attestantur: quia omne negocium sanctæ ecclesiæ sicut collatione sanctorum patrum magis probatur, ita & magis robustum est. Quasi enim signum suæ vnctionis beatus Paulus tunc quæsiuit, quando videre Petrum Hierosolymam venit: & cum eo, & cæteris apostolis euangelium contulit. Non enim ab homine neque per hominem, sed à cœlo vocāte domino Iesu apostolatum susceperat: & tamen ministerium vnctionis suæ per coapostolorum suorum collationem probabat. Nam de seipso ait: Contuli cum illis euangelium, ne in vacuum currerem, aut cucurrissem. Præcursor etiam redemptoris discipulos vnxerat, sed vt signa suæ vnctionis agnoscerent, quasi ad salientem magnas foueas mittebat dicens: Tu es qui venturus est, an alium expectamus? Sciebat enim Ioannes quem prædicauerat, quem baptizauerat: sed discipulos mittebat, vt visis signis, quo firmius crederent, electionis suæ indicia securius tenuissent. Qui ergo ad prędicationis ordinem idonei prouidentur, in signum suæ electionis inuētas esse peccatorum, quas quærunt animas recognoscunt. Et quia omnipotens deus non solum prædicatione, sed etiam conuersatione electi doctoris gaudet: subdit, atque ait: Et intermissis pater tuus asinis, sollicitus est pro vobis, & dicit: Quid faciam de filio meo?) Patrem Saul Cis, qui durus nostro eloquio dicitur: eos designare diximus, qui verbo, & exemplo docent terrena despicere, & ad cœlestem patriam per duram, & asperam conuersationem festinare. Hanc quoque cœlestis vitę duritiam tam in verbo, quam in vita nostri redemptoris agnouimus. Si ergo ad summam nostræ eruditionis aspicimus, filij redemptoris sumus. Pater ergo noster dimissis asinis, sollicitus est pro nobis: quia redēptor noster sic vult nos quærere salutem alienam, vt non negligamus nostrā. Vult vt vocentur peccatores ad pœnitentiam, sed non vult, vt pereant ij qui ipsos peccatores vocāt. Vult vt cōuersus peccator iustitiam, quam non habuit, habeat: sed non vult, vt iustus eam, quam habet iustitię palmam perdat. Intermissis ergo asinis pro filio sollicitus est, quia prædicatores suos vult ad horā ab aliorum sollicita intentione quiescere, vt sibiipsis per quietem valeant melius prouidere. Et quia ipsa sollicitudo sanctæ ecclesiæ à bono rectore resumenda est, intermittitur quies nostra: quia præuenit hanc sollicitudo prior, comitātur posterior. Electus ergo prædicator vacet vtilitati subditorum, vacet suæ: sed sic suæ curam habeat, vt statim ad eam, quam deserit, alienam recurrat: quia tunc conditor noster nos quasi filios diligit, cum & subditos nostros tanquam fratres diligimus: & ipsum quasi patrem amamus, dum per affectum sollicitudinis istis iungimur, & ad illum per quietem nostrā quam diligit, quasi ad patrem festinamus. Hæc nanque dilectio quietis nostræ exprimitur in hoc, quod dicitur: Quid faciam de filio meo?) Hoc profecto pater dicit, qui tenerè filium diligit. Hoc igitur non dicitur de præsente filio, sed absente. Sed quia perditas asinas patris quærit, ei valde dilectus est: quia qui peccatorum animas conuertere prædicando nititur, redemptori nostro iam in magna charitate copulatur. Qui certè

G per aliorum ſollicitudinem ab eo quaſi longè eſt, per quietem contemplationis, & affectum orationis prope. Quia ergo nos ſibi vicinos eſſe & per contemplationem, & orationem appetit: quaſi diligens pater dicit: Quid faciã de filio meo? Quaſi dicat: Quomodo abſentem illum, mihi præſentem exhibeo? Quia vero prædicationis noſtræ ſollicitudinem magni ſanctæ eccleſiæ viri laudant, ſed ſollicitudinis nimietatem vituperant, illi qui inuentas patris aſinas dicunt, ſollicitum patrem pro filio aſſerunt. Signum ergo ſuæ vnctionis cognoſcere electi poſſunt, quia nimirum tunc à deo ad ſanctæ eccleſiæ culmen perducuntur: cum per verba, & exempla idonei ſunt ad ſalutem alienam, & per quietem ſtudioſi ad ſuam: & cum peccatores ad cœlum quærunt, ſemetipſos ad ſeculum nõ relinquunt, ſequitur: Cum inde abieris & vltra tranſieris & veneris ad quercum Thabor, inuenient te tres ibi viri, aſcendẽtes ad dominum in Bethel, vnus portans tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius lagenam vini. Cumque te ſalutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum.) Cum bene proficere in ſancta cõuerſatione volumus, neceſſarium nobis eſt, vt electorum plurimorum nobis exempla colligamus: nã & apes componere mella nequeũt, ſi ea in floribus variis nequaquam legunt. Bene ergo Saul à viris aliis, ad alios peruenit: quia exempla ſanctorum, quo copioſius cernimus, melius edocemur.
H Flores quippe æternorum fructuum ſunt opera ſanctorũ, quæ dum ſuperni amoris rore perfunduntur, ex eis carpimus, vnde ad noſtram doctrinam, & ad aliorum vtilitatẽ repleamur. Inde etenim abit, & vltra trãſit Saul: quãdo rudis prædicator per electorum exempla proficit, & à conſpecta virtute vnius, ad explorandam alterius conuerſationem vadit. Quem ſæpe delectat in aliis mirari laborem prædicationis ſæpe in aliis fortitudinem boni operis: illos loquentes veneratur, iſtos operãtes imitari nititur. Illos aſpicit, qua pulchritudine foris fulgeant, iſtorum ſplendorem nõ in exteriori conuerſatione, ſed in intima perſcrutatur. Vnde & bene cum tranſit, ad quercum Thabor venire perhibetur. Quercus enim vmbroſa eſt arbor, & fortis. In qua profecto arbore ſecretior cõuerſatio ſanctorum exprimitur. Huius nanque cõuerſationis viri, dum ad exteriora opera actiuæ vitæ non exeunt, quaſi in vmbra ſunt: quia incendia tentationum ſentire nõ poſſunt. Quia enim in cœleſti deſiderio requieſcunt, quo lõgius amoti ſunt ab amore mundi, eo & quietiores manẽt in vmbra refrigerij. Sed vmbra hæc fortis eſt arboris, quia cõuerſatio ſanctorum tãto validius terrena deſpicit, quãto purius in amorem cœleſtium ſurgit. Fortis eſt etiam, quia ſeculi aduerſa potenter tolerant: qui ſola cœleſtia, quæ vident, amãt. Et quia in magno lumine interni ſplẽdoris ſunt, qui terrena reſpicere per amorẽ dedignantur, quercus ipſa Thabor eſſe dicitur. Thabor quippe veniens lumen
I interpretatur. Lumen etenim venit, quando electæ menti ſe interna cõditoris claritas aperit. Quercus ergo Thabor dicitur: quia ſecreta cõuerſatio, terrena deſpiciendo, agit: quo intimam conditoris lucem clarius aſpiciat. Secreti nanque ſumus, quãdo ſenſus noſtros in dei timore cuſtodimus. Et tunc quidẽ veniens lumen cernimus, quia cum bene regũtur membra corporis, menti noſtræ refunditur gratia cõditoris. Et notandum: quia ad quercum Thabor venire dicitur, qui à ſalientibus foueas ſolicitum pro ſe patrem eſſe ſciebat. Nam prædicatores ſanctæ eccleſiæ plerunque virtutes laudant, quibus ipſi vacare non poſſunt. Contemplatiuæ quidem vitæ ſecretum prædicant, ſed dum ſolliciti ſunt pro ſubditorum cuſtodia, illius vitæ adhærere ſecretis vitant. Quaſi ergo Samuel dicat: Viri illi tibi contemplationis ſtudium laudant, ſed quia quod laudant, tenere non poſſunt, in aliis quærendum eſt. Inde ergo ad quercum Thabor tranſimus, quãdo à ſanctis prædicatoribus contemplatiuæ vitæ ſtudium laudabile noſcimus: ſed perfectionem eius in illis quærimus, qui ad eam ſpiritaliter intendunt. Tres ergo viri, qui vnctum regem ad quercum Thabor inueniunt, illos deſignant: qui in contemplatiuæ vitæ ſtudio perfecti ſunt. Qui bene non inueniri à rege, ſed regem illic inuenire perhibentur. Non enim inueniuntur: quia abſconditi ſunt. Ipſi vero nos inueniunt: quia lucem ſuæ ſecretæ conuerſationis nobis aperiunt, cum dignantur. Nõ inueniuntur: quia vitam ſuam ab omni hominum teſtimonio auferunt. Sed nos inueniunt: quia per affectum charitatis nobis ad imitandum, K aliquid ſuæ lucis oſtendunt. Qui item imitandas virtutes ſuas non proferunt, niſi iis qui magno deſyderio eas obtinere, & exercere concupiſcunt. Prius ergo nos oportet ad quercum Thabor venire, vt à viris illis tribus valeamus inueniri. Nam velut iam in vmbra venientis luminis ſumus, quando magnis ſummæ contemplationis deſideriis inflammamur. Tunc ergo nobis tres viri apparent, quia qui ſe nobis deſiderantibus dignantur oſtendere, in cuſtodia locutionis, cogitationis, & operis fortes ſunt. Nam ſecretioris vitæ eſſe non poſſunt, ſi oculorum, cordis, & oris oſtia aperta tenuiſſent. Quia ergo cor ab inepta cogitatione, os ab otioſo ſermone, totum corpus à prana operatione cuſtodiunt, tres ſunt: viri autem, quia eandem cuſtodiam fortiſsimè obſeruant. Tres ergo viri nobis apparẽt: quia cum tales cernimus, in eis robur virtutis intuemur. Qui certè in vmbra venientis ſunt luminis: quia videre internã lucem conditoris tanto clarius poſſunt, quanto ſtudioſius mundum cor à mundi inquinatione cuſtodiunt. Talibus quidem à mortuis reſurgens apparuit dominus, tales repleuit ſpiritus ſanctus. De illo etenim ſecreto dicitur. Cum ſero eſſet vna ſab- Ioan.20.
batorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli propter metum Iudæorum. Et rurſum, poſt dies octo iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis, venit Ieſus ianuis clauſis, L
& ſtetit in medio, & dixit eis, Pax vobis. De alio item ſecreto Act.2.
ſcriptum eſt: Dum complerentur dies pentecoſtes, erant omnes diſcipuli pariter in eodem loco, & factus eſt repẽte de cœlo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant ſedentes. Et apparuere illis diſperitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque ſuper ſingulos eorum, & repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto. Clauſas quidem ianuas habent, qui contra humani lapſus negligentiam, officia corporis ſub forti cuſtodia ſtricta retinent. Intus etiam ſunt: quia in interna dilectione ſuperne vitæ requieſcunt. Quibus profecto reſurgens dominus apparet, qui eius gloriam tanto clarius aſpiciunt, quanto per mundi contemptum paſſionis eius myſterium ſtrictius ſequuntur. Hi etiam repleri ſpiritu ſancto quaſi in domo poſſunt: quia illi percipiunt abundanter gratiarum eius dona, qui ad ea percipienda ſeſe, viſibilia contemnendo, parauerunt. Qui bene ad dominum in Bethel aſcẽdere dicuntur. Bethel quippe dicitur domus dei. Domus vero dei quæ eſt, niſi domus illa, quam inhabitat, inacceſsibilis? Lux etiam inacceſsibilis eſt, reuelatio diuinitatis eius. Lux quippe eſt: quia à mundis cordibus qualitercunque videri poteſt. Planiſſima quidem in ſemetipſa replet omnia, ſed abundanter replens vniuerſa, non capitur. Capitur quidem vt repleat, ſed replens non capitur: quæ repletis omnibus, non expletur. Reuelatio itaque conditoris quia tanta immenſitas lucis eſt, vt illuminet omnia, & anguſtetur in nullo: dum videtur, & non cõ- M
prehenditur, lux eſt inacceſsibilis. Viri ergo hi tres ad dominum aſcendunt: quia qui ſe in ſecretiori vita cuſtodiunt, in diuinæ lucis contemplatione ſublimãtur. Sed quia ad ipſam dei omnipotentis ſpeciem adhuc pertingere non poſſunt, in Bethel aſcendere dicuntur. Quicquid enim de omnipotente deo humana mens poteſt cogitare, deus non eſt. Sed dum cogitando cuncta tranſcendit, dũ quicquid poteſt intimæ lucis, quicquid internæ ſuauitatis & dulcedinis, quicquid ſpiritualis delectationis ſibi fingere minus illa eſſe creditur: ad quãdam lucem tamen peruenit, quę non eſt deus, ſed quã inhabitat deus. Et quia tunc electi anima mirabiliter inflammatur, mirabiliter reficitur, ineffabiliter delectatione fruitur: cogitare cõpellitur, quam ineffabilis lux, dulcedo, & delectatio ſit, quæ ipſe eſt, ſi tam immenſa lux eſt illa, quam inhabitat, & non eſt ipſe. Ad dominum quippe in Bethel Moyſes aſcenderat, quando cum eo in monte loquebatur. Sed qui ad lucem peruenerat, quam inhabitat deus, lucem, quam ipſe deus erat, quęrebat dicens: Oſtende mihi faciem tuam. De quo etiam ſcriptum eſt, Exod.33.
quia loquebatur Moyſi dominus facie ad faciem. Quid eſt, quod facie ad faciem Moyſes cum domino loquitur, & tamen dominum obſecrat, vt faciem ſuam dominus oſtendat? Sed facies dei, cognitio eius eſt. Cognoſcitur autem deus per ſpeculum, cognoſcitur per ſeipſum. Per ſpeculum hic, per ſemetipſum in cœlo. Speculum vero eſt illa lux, quam habitat deus:

ipſe autem

ipse autem lux illa, quæ ipse est. Moyses autem qui facie ad faciem deum videre dicitur, & eius faciem ad videndum postulare, quid rectius designat, quã perfectionẽ electorum, qui iam speculum illius summæ lucis intuentur, sed tamen ad ipsam lucis veritatem pertingere vehementer cupiunt? Ista quidem cognitio lucis, electorum desideria satiare nõ nouit, sed excitare: illa vero & satiare, & excitare. Nam tam iocunda res est, vt ineffabiliter concupiscatur, & tam plena, vt qui iam semper hanc in magno desiderio viderũt, semper ineffabili plenitudine satientur. Viri ergo qui ad dominum ascendunt, in Bethel ascẽdere dicuntur, quia cum multum in ista vita proficimus, videre ipsam lucem conditoris per speculum possumus: in seipsam autem minimè valeamus. Et quia ad hãc sublimem visionem non nisi humiles exaltantur, bene de eisdem viris dicitur: quia vnus tres hœdos, alius tres tortas panis ferebat. Tres denique hœdos portat, qui ore, corde, & opere se deliquisse pœnitendo considerat. Quia enim per hœdos peccatores significantur, ij qui in extremo examine ad sinistram æterni iudicis statuendi sunt, hœdorum nomine exprimuntur. Tres ergo hœdos ad dominum portat: qui peccata operis, verbi, & cogitationis pœ
B nitendo considerare non desinit. Et vir quidem est, & tamen hœdos portat: quia peccare fortiter cauet, sed quasi peccator
Iacob. 4. non desinit satisfacere. Nam vir erat, & hœdos portabat, qui dicebat: In multis offendimus omnes. Et quia peccata, quę cõfitentur, delere pœnitendo satagunt: vnus tres hœdos, alius vero tres tortas panis portat. Tortas quippe panis superius ad afflictionem pœnitentiæ retulimus, quia si panis aliquãdo delectationem præsentis vitæ significat, panis torquetur, cũ pro præterita carnis delectatione cruciamur. Vnde & rex Ezechias cum pœnitendo cõpungitur, delectationes regias se tor-
Esa. 38. turum promittit, dicens: Recogitabo omnes dies meos in amaritudine animæ meę. Quando etenim carnalis mens in culpæ delectationes resoluitur, quasi diem habet: quia hoc quod agit, lætanter videt. Dies ergo mentis reprobæ sunt delectationes malæ. Omnes ergo dies suos peccator recogitat: quia cum per diuinam gratiam resipiscit, satisfacere pro vniuersis malis nõ desinit. Prius enim dicitur vnus portare tres hœdos, deinde alius tres tortas panis: vt electi cuiusque virtus appareat, qui fortis est in bono opere, humilis per æstimationem, afflictus per contritionem pœnitentiæ. Et quia tantæ perfectionis esse nequeunt, nisi qui amore æternorum bonorũ temporalium obliti sunt: tertius lagenam vini portare dicitur. Lagenam quippe vini portat, qui mentem repleuit calore spiritus sancti: quo & anteriora fortiter currẽdo appetat, & ea quæ retro sunt, velut in magna ebrietatis obliuione derelinquat.
1. Tim. 1. Nã hœdos portabat, qui dicebat: Venit Christus vocare peccatores, quorum primus ego sum. Et quia etiam tortam panis
1. Corin. 9. portabat, dicit: Castigo corpus meum, & in seruitutem redi-
Philip. 3. go. Sed quasi amphoræ vino ebrius, dicit: Quæ retro sunt obliuiscens,
C ad ea vero, quæ sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum persequor brauium supernæ vocationis dei, in Christo Iesu. Viri ergo tres ad dominum ascẽdunt, & tres hœdos, & tres panis tortas, & vini lagenam deferunt: quia remotioris vitæ studiis dediti, ad cõtemplationem veri luminis surgunt ex merito humilitatis. Sed quales sunt in se, quales vero sint aliis exponit, dicens: Cumque te salutauerint, dabunt tibi tres tortas panis, & accipies de manu eorum.) Salutant nos viri sancti, quando nobis bona æternæ salutis annunciãt. Qui vero nos per corpus salutant, caput inclinant, vt reuerentiam salutatis exhibeant. Viris autẽ spiritualibus caput inclinare, est mentem à summa cõtemplatione deponere. Nã si caput nõ inclinant, salutare non possunt: quia nos salutari eruditione non instruunt, si mentem à summa cõtemplatione cœlestium non deponunt. Tunc enim nobis magnam reuerentiam exhibẽt: quia eos pro quibus ab alto suo culmine descendere dignantur, paruos esse non tenent. Sed dum futurus rex salutatur, duo ei panes tribuuntur. Duo enim panes ordinando prædicatori dantur, quando flere docetur peccata non solum sua, sed aliena. Habet ergo panem vnum tortum, quãdo pro peccatis suis affligitur. Habet alium, quando subditorum peccata plangere conatur. Sed & hunc panem Psalmista clarius insinuans, ait:
Psal. 126. Surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris.

Hinc domino cõfitetur, dicens: Cibabis nos pane lachryma- D
rum, & potum dabis nobis in lachrymis cum mensura. Panis Psal. 79.
ergo torta, panis est doloris, & panis lachrymarũ. Et fortasse idcirco ille vir vnus tres panis tortas portabat, quia tres erant, qui simul pergebant: vt cum inter se eos diuiderẽt, singuli singulos panes haberent. Quod etiã de hœdis intelligi cõuenienter potest. Qua in re quid notandũ est, nisi quia remotioris vitæ viri dum singularem conuersationẽ tenent, sollicitudinem aliorum non habẽt? Vnum ergo hœdum, & vnum panem habent: qui pro solis suis peccatis compunguntur, & alienis per pastorale officium non grauantur. Et quia qui eiusdem perfectæ conuersationis sunt, in seipsis afflictionem carnis æmulantur: bene tres panes vnus, & alius tres hœdos, & tertius vini lagenam portat. Velut enim vnus portat, quod oblaturi, aut comesturi sunt omnes: & omnes manducant, vel offerunt, quod portat vnus, quando pia æmulatione eorum quisque succensus, in se habet bona exempla pro aliis, & bona quæ habent alij, non negligit imitari. Et quia fœminino genere dicuntur tortę panis, hoc profecto insinuat: quia qui ex consuetudine compungitur, ei nimirum ex lachrymis aliis, alię plures oriuntur. Quasi enim in fœmineo sexu fœcunda est pœnitentis af- E
flictio, quia quo sępius quisque compungitur, eo & largiora ei lachrymarum fluenta ministrantur. Saul ergo non vnus panis, sed duo dantur, quia flere prędicatori pro se solo, non sufficit. Accipiat ergo de virorum manibus duos panes: vt videlicet flere exemplo perfectorum discat, sed fletum necessarium sibi, & pro se & subditis recognoscat. Et quia in manu aliquãdo potestas accipitur, viri tres panes habent in manu: quia qui profecti sunt in arce contemplationis, fletum habent in virtute potestatis. Quia enim nolunt vana lætitia dissolui cum possunt, possunt merito flere cum volunt. Nos quippe infirmi, & custodiam mentis nostræ negligentes, etiam cum compungi, & flere pro peccatis nostris volumus, non valeamus. Quia enim ex magno feruore spiritus, spirituales lachrymæ producuntur: qui negligentiæ nostræ frigore constringimur, incalescere cito ad lachrymas prohibemur. Bene ergo panes in manibus habere dicuntur, qui ad quercum Thabor futuro regi apparere perhibentur: quia qui in contemplatione vitæ priuatæ perfecti sunt, lucrum habent subditorum pro obseruatione virtutum. Et notandum quia vncto regi Samuel præcipit, dicens: Et accipies de manu eorum.) Cuius verbi quæ melior ratio colligi potest, quàm ea quæ palam cernitur: quia videlicet in sanctis viris afflictionem non libẽter æmulamur. Nam qui honorem prælationis, & dignitatem ambiant, innumeri sunt: qui vero laborem ministerij, & afflictionem carnis de eadem prælatione appetant, pauci. Libenter quidem volumus super alios sublimari, sed eorũ plangere peccata vitamus. Tunc enim panes nobis oblatos videmus, sed de manibus offe- F
rentium recipere nolumus: quia in electis viris afflictionẽ cernimus, quam non imitamur. Præcipiat ergo propheta, dicens: Accipies de manu eorum, vt qui idoneus esse appetit rector ecclesiæ, quod dictũ est, assumere nequaquam vitet. Bene quoque Saul prius ad viros salientes magnas soueas ducitur, deinde ad eos, qui panes, hœdos & vinum portant, vt rudis prædicator in aliis discat seculi alta despicere, & in aliis carnis afflictionem, & lachrymarum hostias pro se, & subditis omnipotenti deo offerre. Sed & adhuc profectus eius summam insinuans, propheta subiungit, dicens: Post hæc venies ad collem domini, vbi est statio Philistinorum, & cũ ingressus fueris vrbem, obuium habebis gregem prophetarum, descendẽtem de excelso, & ante eos psalterium, & tympanum, & tibiam, & citharam, ipsosque prophetantes. Et insiliet in te spiritus domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alium.) Collis altitudo est mõtis. Quid vero in colle hoc rectius accipitur, quã sancta intentio scripturarum? Altitudo quidem mõtis est: quia non iacet in plano literæ, sed nimis erecta est in spiritualium sensuum sublimitate. Recto igitur virtutũ itinere rudis innititur prædicator, si postquam publicos prædicatores, & remotos anachoretas viderit, scripturæ altitudinem videat, & agnoscat. Qua in re notandum est: quia Saul in eo, quod ab humero, & sursum supra omnẽ populum eminet: eruditum, & magnæ cõuersationis virum signare diximus. Cur ergo ad collem Supra 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G domini ascẽdit, vt ad scripturarum altitudinem veniat, quam cognoscit? Sed simili modo de eo quæri potuit, quod ad vidẽdos viros salientes magnas foueas ierit, qui magnæ conuersationis esse dicebatur. Ad quod dicendum: quia magnos viros designare ostensus est in conuersatione, sed ministerio prædicationis rudes. Qui ergo per exẽpla meliorum proficere, & in contemplationis puritate, & officio prædicationis potest, redire ad altitudinem scripturarũ debet: quia quo altiori vita proficit, sublimitatem sacri eloquij valde subtilius attendit. Dicat ergo propheta: Post hæc venies ad collem domini.) Quasi dicat. Cum perfectionem sanctorum virorum perfecta imitatione comprehendis, in tantam scripturæ sacræ intelligentiam proficies, vt planum iam esse videas, quod in ea te sublimiter videre cogitabas. Ibi est statio Philistinorũ, quia qui superbiæ potu de cœlo ceciderunt, Iudæis, atque hæreticis per scripturas illudunt. Stant ergo in colle: quia eorum corda, quæ possidẽt, in scripturis decipiunt intelligentiæ falsitate. Quoties ergo Iudæi ad collem domini ascendere præsumunt, à Philistæis ibi stantibus captiuãtur. Dum enim scripturæ sensum se sublimiter intelligere æstimant, eis in ascensu suo dæmones obuiant, & decipientes necant. Merito ergo Saul non statim, sed prius visis salientibus foueas, & panes, & vinum portantibus, ad collem domini ire præcipitur: quia viri fideles magna & doctrinę

H meliorum & exemplorum tutela muniuntur. Vnde & eidem Saul dicitur: Obuium habebis gregem prophetarũ venientium de excelso.) Quasi dicat, Philistinorum stationem timere tanto minus poteris, quãto ad securitatem obuios prophetas habebis. Et quia grex prophetarum dicitur, magna defensorum nostrorum multitudo signatur. Timeat ergo Iudæus: quia dum solus ascendit interit. Quid enim iidem prophetæ nobis obuiam venientes dicunt? Væ soli, quia si ceciderit, non est qui erigat eum. Solus nanque est, qui à deo relinquitur. Hunc certè cadentem nullus erigit, quia relictum à deo, sanctorum aliquis non assumit. Electus ergo quisq; securus ascẽdit: quia solus non est. Qui enim per nos loquitur, nobiscum est. Nam & repromittit, dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. Solus quippe non erat: qui dicebat: Solus non sum, sed qui misit me mecum est. Solus item non erat, qui exquirebat, dicens: An experimẽtum eius quæritis, qui in me loquitur Christus? Quod non solum de domini spiritali præsentia, sed & de materiali electorum doctrina intelligi conuenienter potest. Sancti quidem prædicatores in collem domini vbi est statio Philistinorum ascendunt, sed quia prophetarum gregem habent obuium, ipsos Philistæos nequaquam metuũt. Qui vero sunt hi prophetæ, nisi magni prædicatores sanctæ ecclesiæ? Prophetæ nanque ministerium est occulta reuelare, & futura prædicere. Doctores autem sanctæ ecclesiæ dum occultos scripturarum sensus ad communem scientiam trahunt, secreta, quæ nescIuntur, aperiunt: & dum æterna gaudia prædicant, futura reuelant. Prophetæ ergo nobis obuiam veniunt: quia doctores sanctæ ec-

I clesiæ scripturę sancte veritatem nobis ostendunt. Dum enim ea quæ de sacro eloquio scire volumus, nobis dicũt: per viam, qua ad collem domini pergitur, euntibus occurrunt. Ibi ergo per occursum prophetarum securi sumus, vbi Philistæi sunt: quia per auctoritatem sanctorum prædicatorum scripturæ intellectum agnoscimus, in qua Iudæi, & hæretici errorum suorum gladio à dæmonibus perimuntur. Ecce enim si ad legem Moysi recurrimus, collẽ profecto domini inuenimus. Ibi certè de tabernaculo, ibi de magno pontifice, ibi de hircorum, & vitulorum simul, & agni pascalis sanguine legimus. Iudæi hoc suo spiritu iuxta literam intelligunt, in quo quia nullum prophetarum secum habent, moriuntur. Ego si ad hunc montem ascendere volo, ante descendentes propheras video, & secutus ascendo. Et ve nouos interim deferam: Esaias ascendenti priu occurrit, dicens: Quasi ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se nõ aperiet os suum. Hinc Paulus ait: Christus assistens pontifex futurorum bonorũ per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, id est non huius creationis, neq; per sanguinẽ hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta. Sed si plures habere volumus, in isto

Eccles. 4.

Mat. vlt.

Ioan. 8.

2. Cor. 13.

Esa. 53.

Hebr. 9.

colle, omnes prophetas requirentes inuenimus: quia quod veteres doctores promiserant, hoc in redemptore nostro noui prædicatores impletum esse demonstrant. Quare, & collis nomine redemptor humani generis conuenienter designari potest. Vnde Esaias vaticinans, dicit: Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium. Collis quidem dicitur pro sublimitate sanctitatis, domini vero quia summi est filius genitoris. In quo nimirũ colle statio Philistinorum esse dicitur: quia & in signum natus est, cui contradicatur. Statio quidem Philistinorum est contrarietas hæreticorum. Velut enim in colle stantes, ad collem ascendentibus insidiantur: & dum scripturas sacras male exponendo peruertũt, ad cognoscendum redemptorẽ negligenter ascendentes perimunt. Electus ergo ne trepidet gregem prophetarum ascẽdẽs obuium habet: quia ei ipsum redemptorem annunciãt omnes prædicatores testamenti veteris & noui. Qui nimirum de excelso veniunt: quia quæ in terra prædicant, in cœlo vidẽt. Vnde & Ioanni quasi vero ex electo grege prophetarum à cœlo dicitur: Ascẽde huc, & ostendam tibi, quid oporteat fieri post hæc. Qui cum ascendisset, agnum quem Moyses occidendum figurauerat, & ipse in cruce oblatum viderat: iam regnantem conspexit, & agnouit: & quantas grates agerent ei, ij pro quibus occisus fuerat, didicit. De excelso igitur prædicatores veniunt: quia quod minoribus prędicant, in cœlesti contempla- L

tione didicerunt. Bene etiam grex prophetarum Saul occursurus in ingressu vrbis asseritur: quia summos prędicatores sanctę ecclesiæ illic videre possumus, vbi descendunt, non vbi sublimantur. Ea enim quę nobis paruulis dicunt, audimus: sed ea quæ vident in cœlestibus, quomodo videant, aut dulciter ament, non videmus. Paulus nãque apostolus raptus est in paradisum, & assumptus est ad tertium cœlum, audiuit etiam arcana verba quæ non licet homini loqui. Quis ergo inuenire tantum prædicatorem possit in paradisum raptum, aut ad tertium cœlum assumptum? Sed ista de se coactus beatus Paulus dixit. Vnde & in fine expositæ sublimitatis se humiliãs ait: Factus sum insipiens, vos me coëgistis. Quanta ergo fuerunt illa quæ dicere noluit, si ad hæc manifestanda coactus venit? Nam & qui audiuit, & quæ homini non licet loqui: vidit quæ homini non licet scire. Dixisset fortasse, si vellet (humana tamen quomodo dici possent locutione) illius tertij cœli pulchritudinem, intimæ illius claritatis lucẽ? Refert Angelorum fulgorem inenarrabilem, & inaccessibilem claritatem. Quam dulciter de plenitudine illius electi, & beati illi æterni ciues omnes accipiant, quam desideranter sumant, quam pleniter repleantur, quam suauiter diuinę bonitatis dulcedinem gustent, quam delectabili plenitudine fatientur: qui splendores sunt singulis M

de vna ineffabili illa luce conditoris: quæ simul omnium de vna illa gloria pulchritudo: qua excellentia dignitatis alij præemineant aliis: qua sint boni melioribus ineffabilis lætitiæ iucunditate subiecti. Ad hoc ergo excelsum Paulum sequi non possumus: sed vrbem ingredimur, in qua velut ab alto descendens, nobis obuiam venit. Nam qui cernere non possumus alta, quæ prædicatores vident: venerabiliter audire debemus plana quæ docent. Sed cum descendunt ante se psalterium, tympanum, tibiam, & citharam deferunt. Psalterium quippe habent, quia regnum cœlorum annunciant: tympanum habent, quia prædicant mortificationem carnis: tibiam habent, quia flere subditos iubent pro acquisitione æternæ lætitiæ: citharam quoque habent, quia gaudere pios pro cerritudine æternorum bonorum edocent. Psalterium quidem quia à superiori parte resonat, etiam æternorum gaudiorum prædicationem designat, quia dum superna amare suggerit, quasi à superiori parte suæ dulcedinis sonum mittit. Tympanũ vero quia de mortui animalis corio tenditur, in eo non inconuenienter carnis nostræ mortificatio figuratur. Tibiam autem quia in mortuorum hominum exequiis haberi solet, de euangelio didicimus: quia dum dominus archisynagogi filiam resuscitare vellet, de domo illius tibicines eiecit, & turbam tumultuantem expulit. Quid ergo in tibia, nisi sanctorum luctus exprimitur? Nam dum se ab illa vita æterna, quam appetunt, prolectos aspiciunt, semetipsos quasi mortuos plangunt. Cithara autem valde lætum musicum est instrumẽtum. Quo nimirum

Esa. 2.

Luc. 2.

Apoc. 4.

1. Cor. 12.

Mat. 9.

instrumento

A instrumẽto verbum solatij electorum aptè figuratur: quia velut ad sonum citharę hilarescimus, quando nos electi prędicatores inter ærumnas præsentis exilij consolantur. Psalteriũ ergo primum in promissione prædicatorum ponitur: quia ante omnia cœlestis regni gloria prædicanda est, vt dum bonum agnoscimus, quo amemus, laborare pro eodem bono adipiscẽdo cupiamus. Hinc est, quod cum in euãgelio Matthęus principia dominicæ incarnationis assereret, dixit: Cœpit Iesus prędicare, & dicere: pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorum. Sed quia cum cœlestia noscimus, si ad ea peruenire volumus, necesse est vt passiones carnis mortificemus: prædicatores sanctæ ecclesiæ velut post psalterium, sonum tympani faciunt. Ipsa autem mortificatio corporis quid est aliud quam præparatio æternæ beatitudinis? Cœlestia ergo præparati diligimus, & ardentissimis fletibus ea postulare iubemur. Quasi enim tibia mortuos plangimus, quando vehementer dolemus: quia adhuc in illa æterna vita non viuimus. Post tympanũ ergo, prædicatores nostri tibiam habent, quãdo & membra nostra nos docẽt mortificare, & pro amore æternæ vitæ ingemiscere. Citharam quoque post tibiam ducunt: quia præcipiunt sic deflere ærumnas præsentis exilij vt gaudeamus de promissione æternę hæreditatis. Nam psalterium insonabat propheta magnus, cum dicebat: Oues meæ vocem meam audiunt, & vitam æternam do eis. Psalterium item percutiens, ait: Exaltari

B oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum nõ pereat, sed habeat vitam æternam. Tympanum sonabat, qui dicebat: Mortificate mẽbra vestra, quæ sunt super terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam. Tibiam sonabat, qui dicebat: Miseri estote, lugete, risus vester vertatur in luctum, & gaudium in mœrorem. Tympanum sonabat, qui dicebat: Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Tibiam vero ante se habet, qui item deo loquitur, dicẽs: Cibabis nos pane lachrymarum & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Tibiã ante se habebat dominus, cũ dicebat: Amẽ dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mũdus autẽ gaudebit, vos vero cõtristabimini. Sed velut citharæ sonum subiungens, ait: Tristitia vertetur in gaudiũ. Quasi citharã nobis sonabat, qui dicebat: Gaudete in domino semper, iterũ dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibus hominibus, dominus propè est. Citharam nobis sonat, qui ciuitatis nostræ bona annuncians, ait: Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarũ actio, & vox laudis. Quia ergo prædicatores sanctæ ecclesiæ cœleste regnum annunciant, & pro eodem regno adipiscẽdo, mortificare carnem, flere captiuitatẽ, in spe futuræ beatitudinis nos exultare præcipiunt: prophetæ ab excelso descendentes, ante se psalterium, tympanũ, tibiã, & citharam habere perhibentur. Et grex quidẽ prophetarum dicitur, quia multi sunt pastores sanctæ ecclesiæ, & pastorẽ v-

C num habẽt dominum Iesum Christum. Et notãdũ: quia psalterium, tympanum, tibiam & citharam ante se habere prophetæ perhibẽtur, vt electorum prædicatorũ forma videatur. Reprobi nanq; post se, quæ prædicant, habent: quia dicunt & nõ faciunt: negligunt bona agere, quæ cognoscũt. Vnde & adhuc regi Saul iam domini mandata cõtemnenti dicitur: Quia proiecisti sermonem domini, proiecit te dominus, ne sis rex. Hinc per prophetam de Iudæis dominus queritur, dicens: Proiecerunt me post corpus suum. Sancti ergo doctores quia iter supernæ conuersationis, quod prædicant, continuo incessu boni operis seruant: in eorum typo dicitur, quia prophetæ psalterium, tympanum, tibiam & citharam ante se descendentes habuerunt. Possunt enim hæc instrumenta ad prædicationem redemptoris referri. Et quia non valde superius collem domini ipsum esse redemptorem diximus, organorum cõuenientiam intueamur. Qui regni æterni eum regem nominat, nobis profecto psalterium sonat. Et qui disciplinam mortificationis nostræ in eo asserit, velut tympanum ferit. Tibiã sonat, qui mortuum Redemptorem pro salute mundi denunciat. Citharam percutit, qui eũ à mortuis surrexisse, & ad cœlos ascendisse dicit. Sed ad tantorum organorum iucunditatem hilarescimus, si ipsum prophetarum gregem insonãtem audiamus. Dauid nãque dicit: A summo cœlo egressio eius, & occursus vsque ad summum. Hinc item dicit: Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Velut enim psalterium in laudem D redemptoris tenuit, qui superiorem partem laudis obtinuit, & redẽptoris aduentum à summo cœlo prædicauit. Tympanum mortificationis eius Esaias tetigit, dicens: Et vidimus eum, & non erat aspectus: & desiderauimus eum despectũ, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientẽ infirmitatẽ: & quasi abscõditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eũ. Tibiam mortis eius item sonans, ait: Tãquam ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus obmutuir. Citharam resurrectionis Dauid increpitãs, ait: Cõmoueatur à facie eius vniuersa terra, dicite in gentibus, quia dominus regnauit à ligno, etenim firmauit orbem terræ, qui non cõmouebitur. Citharam ascensionis etiam tangens, dixit: Regna terrę cantate deo, qui ascendit super cœlos cœlorum ad orientem. Prophetæ ergo de excelso descendunt, quando sancti prædicatores illa sacramenta nobis annunciant, quæ alta contemplatione didicere. Et psalterium, tympanum, tibiã, & citharam dicunt: quia redemptorem nostrum æterni regni dominum asserunt, & per humanã conditionem humiliatum, & morte sua mundum redimere, & resurgendo cœlestia reparare. Quæ nimirum laudis instrumẽta ante se habent: quia ea quæ dicunt intelligunt. Ecõtra vero Caiphas prophetare dicitur, & ea quæ dixit, ignorare, cum tibiam dominicæ mortis, quam tetigit & nõ vt electus propheta haberet ante se, sed post se. Bene ergo de electis prophetis E subiungitur: Ipsosque prophetantes.) Quia dũ vident, quæ dicant: velut ante se habent instrumenta, quæ tangant, & dum prędicãt, illud proferunt, quod præuidẽdo cognouerunt. Saul ergo ad collem domini venit, quando electus, & rudis prædicator spirituali scientia proficit, & redemptorem humani generis non in plano humanitatis, sed in alta diuinitatis eius maiestate cognoscit. Tunc quidem propheratum choros concinentes audit: quia omnes scripturas, quæ de ipso sunt, perfectè intelligit. Qui igitur viros magnas foueas salientes vidit, qui hœdos, & tortas panis, & amphoram vini portãtes aspexit, ad collem domini peruenit, quando is qui per electorum exempla profeciſſe cognoscitur, ad culmen scientiæ sublimatur, & redemptorem sublimiter sciẽs, ineffabiliter diligit: à quo quod item scire de eo appetit, quasi familiaris amicus possit. Bene itaque subditur: Et insiliet in te spiritus domini, & prophetabis cũ eis.) Insilire spiritus domini dicitur, quia electorũ corda donis eius subito replẽtur. Qui statim prophetare incipiũt: quia qui diuino spiritu pleni sunt, dei magnalia tacere nõ possunt. Vel prophetaturus asseritur, cui Samuel diuini verbi gratiam pollicetur. Quod tale est, ac si dicat: Qui modo in illa abundantia in te superuenientis spiritus loqui nõ potes, quãdo illa se tibi plenitudo infuderit, loquendi copia abundabis. Hũc quippe insilientem spiritum discipulis promittẽs dominus, ait: Cùm venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatem, & quæ vẽtura sunt annunciabit vobis. In eos quidem su- F perueniens spiritus insiliuit, quorum corda repente veniens illustrauit. Et illustrati prophetauere, quia redemptorẽ humani generis omni lingua prædicauerunt. Quod certè in sancta ecclesia etiã nũc fieri cernimus: quia sæpe qui diuina loqui appetunt, ab eodem spiritu subito docentur: & loqui optimè ea etiã possunt, quę præmeditatione nulla didicere. Pro custodia quippe mandatorum dei, præcipiunt gratiam verbi in sublimi reuelatione redemptoris. Quid enim mirum si lucem scientiæ percipere subito possunt, qui per vitæ puritatẽ sedes sancti spiritus semper sunt? Sed quale esset sancti spiritus donum, si sciẽtiam daret, & affectum magnæ charitatis non daret. Qui enim illo spiritu replentur cœlestia prędicant, sed quæ loquuntur, amãt. Aptè ergo subiungit: Et mutaberis in virum aliũ.) Amor electę mẽtis quid est aliud quã immutatio vetustatis? Natura enim nostra per lapsum primi hominis sic damnata est, vt quotidie labẽdo deficiat, & deficiẽdo veteresçat. Sed qui in nobismetipsis deficimus, cũ in nos ille spiritus insilit renouamur: quia statim quod nõ eramus efficimur. Tepidus erat quis sed repẽte visitatus à spiritu, feruẽs efficitur. Incipit ardere per deuotionẽ, fortiter exerceri in bono opere. In virum ergo alium mutatus est: quia esse cœpit, quod ante insilientẽ spiritũ in se, esse nõ potuit. Iam bonæ cõuersationis est aliquis, cœlestia amat, terrena despicit: sed pro iis, quæ sursum diligit, & pro iis,

Mat. 4.
Ioan. 10.
C. 3.
Col. 2.
Iaco. 4.
Psal. 43.
Psal. 79.
Ioan. 16.
Philip. 4.
Esa. 51.
Psal. 18.
Psal. 71.
Esa. 53.
Psal. 95.
Psalm. 67.
Ioan. 11.
Ioan. 16.
Actu. 2.
Infra 15.
3. Reg. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quæ odit in infimis, flere non prævalet. Sæpe verò flere appetit, & non potest, qui plura, quæ flere debeat cõmisisse recolit, sed cum subito ille spiritus insilit, in lachrymarum fontes erũpit. In virum ergo alium mutatur, qui cõpunctionis gratiã per aduenientem spiritum suscipit, quam ante aduentum eiusdem spiritus nõ habebat. Puritatẽ cordis quis obtinere appetit, cœlestia cogitare, nullis curarum secularium occursionibus impediri, sed ad id, quod per deuotionem appetit, assurgere nequit per affectum puritatis. Repente autem raptus in virtute superuenientis spiritus, esse carnalis desinit, potenter seculi curas abiicit, & in æternorum contemplationem mira puritate cõsurgit. Miratur se tũc esse, quod non erat: miratur se tunc nõ fuisse, quod est. Nam cum in spiritualibus talem se vidit, miratur qui talis est, quod talis fuisse non potuit. In virum ergo alium mutatur, qui illud quod nõ fuit, se videt esse, & illud quod fuerat, non esse. Bene ergo de Saul, Mutaberis in virum alium:) Quia prædicatores sanctæ ecclesiæ cum gratiam diuinæ prædicationis accipiunt, non accipiunt solam scientiam verbi, sed virtutem amoris: vt per verbum aliis prodesse valeant, & per verbi amorem ipsi meliores fiant. Quando etenim loquuntur, mutantur in virum alium: quia cum per eos spiritus loquitur: ipsi mira charitate eidem spiritui coniunguntur: & ab eius vo-

H luntate iam nec verbo, nec operatione dissentiunt. Talẽ nan-

1. Corin. 6. que virum sacra scriptura collaudans, dicit: Qui adhæret deo, vnus spiritus est. Deo nanq; adhæremus, quando Spiritus sancti gratiam abundanter accipimus: & vnus spiritus cum eo efficimur, quando diuinæ voluntati mente, ore & opere cõcordamus. Bene ergo propheta Samuël subiunxit, dicens: Quãdo enim venerint tibi omnia signa hæc, fac quodcũque inuenit manus tua: quia dominus tecũ est.) Hæc quidẽ signa sunt, in quibus se prædicator agnoscat, & tunc omne quod disponit agere, audeat: cũ certa experientia nouerit, quia in magna charitatis abundantia virtutem suscipit Spiritus sancti. Sed docere ea debet prædicator, quæ agit: sicut de domino Lucas dicit:

Actor. 1. Quia cœpit Iesus facere & docere vsque in diem, qua præcipiens Apostolis, per spiritum sanctum quos elegit assumptus

Roma. 15. est. Hinc Paulus ait: Non audeo loqui ea quæ per me non efficit deus, in obedientia gentium verbo & factis. Samuël itaq; vncto regi præcipit, dicens: Fac quodcunq; inuenit manus tua.) Quasi dicat. Cum te diuina gratia plenũ videris, doce alios quicquid facis: quia ex presidente tibi eadem diuina gratia habes, & optimè viuere, & vtiliter prædicare. Sed tamen quid ante hæc omnia obseruare debeat subiungit, dicens: Et descendes ante me in Galgala. Ego quippe descendam ad te: vt offeras oblationem, & immoles victimas pacificas. Septẽ diebus expectabis me, donec veniã, & ostendam tibi, quæ facias.) Quid est, quod prius dicit fac quodcũque inuenit manus tua, deinde subdit: Septẽ diebus expectabis me donec veniam, & ostendam tibi quæ facias.) Sed qui signa perceperat, quibus se vnctum regem à domino sciret: probandus erat an ipsa si-

I gna cognosceret. Quod quidem magis spirituali, quàm historicæ explanationi conuenit. Nam venire in collem domini, ad perfectam cognitionem & amorem redemptoris pertinere diximus: prophetiæ dono repleri, ad virtutem Spiritus sancti. Dicit ergo: Quando tibi omnia hæc signa venerint, fac quodcunque manus tua inuenit:) Quia quisquis certus est de intima inspiratione Sancti spiritus, præsumere potest tam de proposito boni operis, quàm de dispositione prædicationis. Dicit item: Septem diebus expectabis me donec veniam, & ostendam tibi, quæ facias,) Quia summi pastores sanctæ ecclesiæ dum de minorum perfectione dubitant, solliciti valde sunt, vt hanc in eis certis indiciis recognoscant. Quæ autẽ sunt indicia spiritus, nisi excellentia dona humilitatis. Sãctus enim spiritus quo maiori luce virtutum electorum corda irradiat, eo & abundantiori dono humilitatis ditat. Quo enim celsiores sunt meritis, planiores sunt per virtutem humilitatis. Qui ergo ante prophetam in Galgala descendere, & expectare iubetur: ei nimirum pro cognoscenda humilitate, obedientiæ onus iniungitur. Rectus quoque ordo electæ conuersationis est, vt obedientiam nõ iniungat aliis quam ipse aliis impendere non curauit. Expectare ergo præcipitur, vt an sit verè humilis agnoscatur. Si ergo signum perfecti prædicatoris est repletio sancti spiritus, & virtus humilitatis signum illius plenitudinis, K quid in laude humilitatis dicitur, nisi quia eius dona sũt signa signorum? Sed quia immolaturus rex per prophetam præire iubetur, ea quæ dicuntur, melius cernimus, si ex ordine videantur. Galgala quidẽ interpretatur rota. Quid vero rota in isto loco significat, nisi vitam obediẽtium? Rota quidem voluendo graditur & modo alta petit, modo inferiora. Sic nimirum vita obedientium, quia inferius agit, quod sursum pertrahit: & sursum vider, quod inferius exhibet, quasi ad alta subleuatur, & ad ima deponitur. Nam quod obedientes inferius agunt, sursum tollunt: quia quando prælatorum iussis obediunt, terrena sunt quæ operantur: sed de terrenis, quæ faciunt, superna præmia prẽstolantur. Item quod sursum habent, ad terrã flectunt, quia vt bene terrena agant, cœlestia contemplantur: & illud solummodo operantur, quod summæ illi fœlicitati conuenire conspiciunt. Hanc profecto rotam flectere Moysi dominus Exodus. præcipiens, ait: Omnia fac sicut ostensum est tibi in mõte. Qui enim in summis vidit, quod fecit in infimis: nimirum superiorem rotæ partem ad terram flexit. Inferiorem quoque partem ad superiora extulerat, qui dicebat. Viuit dominus in cuius 3. Reg. 17. conspectu sto. In imo quidem stabat per humilitatẽ obedientiæ, dum regi perfido exprobraret: sed planitiẽ operis in sublimitate extulit diuinæ contemplationis, vt velut currẽtem ro- L tam optimè volueret, dum in terreno opere quid cœleste mereretur aspiceret. Hæc profecto forma est electæ obedientiæ, vt in omni quod foris agimus, ad potentiam cõditoris vbique præsentem respiciamus. Sic nimirum in subditione obedientiæ nostræ habere possumus & rectitudinem operis, & incrementa deuotionis. Recti quidem tunc sumus opere, quia pro eo quẽ cernimus nos in labore obedientię exercemus. Deuoti etiam sumus, quia ei nos placere credimus, quem inspectorem nostrorum laborum attendimus, & largitorem æternæ retributionis. Et quia maiorum imperia perfecta humilitate obseruanda sunt, bene Saul dicitur. Septẽ diebus expectabis.) Septenarius quippe numerus propter dona septiformis spiritus perfectus est. Septẽ diebus doctores ecclesiæ expectamus, quando per virtutem septiformis spiritus, tantam intimæ deuotionis claritatem suscipimus, vt eorum præcepta nullatenus negligamus. Quo in loco notandum est, quia nõ dixit septem diebus eris in Galgala: sed Septem diebus expectabis me, postquam descenderis ante me.) Ante prædicatorem descendimus, quando hoc agimus, quod eius nobis iudicio imperatur. Tunc quidem descendere dicimur, quia mẽtes nostras eorum imperio subiugamus. Septem vero diebus expectare, est bonum obedientię omni luce cordis implere. Quod tunc certe agimus, quando maiorum mandata nec dura, nec leuia præterimus. Nullam quippe dierum ab hac luce vacantem domi- Matt. nus esse volebat, quando dicebat: Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabi- M tur in regno cœlorum. Et quia perfecta obedientia, quã hominibus exhibemus, munus est creatoris: qui septẽ diebus expectat, oblationẽ offerre dicitur, & pacificas victimas immolare. Oblatio quidẽ domini est, quia hominibus pro deo offertur: sed oblata hominibus à deo susciptur. Victimę sunt obsequia obediẽtium, quia cũ hominibus pro deo subiicimur, superbos spiritus sũperamus. Cæteris quidẽ virtutibus dæmones impugnamus, per obedientiã vincimus. Victores ergo sunt, qui obediunt: quia dum voluntatem suam aliis perfectè subiiciunt, ipsi lapsis per obedientiam angelis dominantur. Sed notandũ est, quia Samuel ante se Saul in Galgala descendere præcipit, sine se autẽ eum offerre oblationẽ & victimas noluit. Nam dixit, Ego quidem descẽdã ad te, vt offeras oblationem & immoles victimas pacificas, septem diebus expectabis me donec veniã ad te, & ostendam tibi quæ facias.) Quid est hoc nisi quia ipsa bona nostra & ignorare sapienter & scire aliquãdo vtiliter debemus? Ignoranda quidem sunt, ne infirmis nobis elationem præbeãt: sed à perfectioribus scienda sunt, vt per deuotionem crescant. Vnde & bene in euangelio de Elisabet prægnante dicitur: Et occultabat se mensibus quinque. Qui enim spiritua- Luca. 1. les, ac fortes esse nequeunt adhuc, per quinarium numerũ designantur. Quæ autem nouiter concipit, quinque se mensibus cælat, quia per sensus corporis bona agit, sed quia spiritualis, ac fortis

A ac fortis in hoc bono opere nondum est: ea quæ agit, sapienter abscondit. Ille ergo victimas deo, ille oblationem offert: qui septem diebus expectans, venientem prophetam recipit: quia tunc deo dignum est, quod impendit: cum impendens iustus est virtute obedientiæ, & diuinæ immensitatis consideratione timoratus: cum se aliud esse non credit, nisi quod maiorum probatione cognoscit. Quasi enim presente propheta offerimus, quãdo illa solummodo opera nostra digna esse diuina susceptione credimus, quæ sanctorum prædicatorum iudicio comprobãtur. Et quia coram propheta immolare dicitur, hoc profecto signat: quia operibus nostris sapientibus, atque spiritualibus viris credere debemus. Quia item septem diebus expectat Saul, prædicator sanctæ Ecclesiæ virtutem subiecti disponere sapienter debet: vt coram eo bona eius non lauder, nisi quando laudis suæ contemnere fauorem potest. Vnde & eadem oblatio, & victimæ deo offerre Saul prædicitur & non sibi. Deo quippe victimas offert, qui de virtute, quam habet, inaniter non extollitur, sed omne quod perficit, gratiæ tribuit conditoris. Hoc etiam quia doctorum magisterio discimus, bene Samuël sermonem cõcludens, ait: Et ostendã tibi quę
B facias.) Expectanti quidem, quæ faciat indicat: quando is qui perfectè obedire cognoscitur, qualiter imperare aliis debeat edocetur. Sed istud Saul adhuc non exhibetur, sed promittitur. Non enim mittitur ad immolandum, sed ad expectãdum. Et quia sanctorum collocutione proficimus, aprè illatum est: Itaq; cum auertisset humerum suum, vt abiret à Samuële, immutauit ei deus cor aliud.) Cor enim aliud immutatur, quando ad appetenda meliora dirigitur: cor etiam immutatur, quãdo ad malum deseritur. In Saul autem, qui prius bonus postea malus fuit: quomodo potius intelligi ad literam debeat, non valde clarum est. Sed si pro profectu eius dicitur, cor immutatum habebat: quia qui asinas quæsierat, iam de regni dispositione cogitabat. Si vero malum cor tunc recepisse cognoscitur, coram propheta humilis fuit: sed vt cœpit discedere, pariter cœpit & superbire. In mente sua iam nõ esse paruulum, sed regem cogitabat. Adhuc non erat sublimis ordine, sed erat sublimis æstimatione. Sed quia per hanc sacram historiam adhuc de eius superbia apertè nihil dicitur, rectius nos quoque agimus, si interim quod de eo sinistrum videri potest reticemus. Quod vero adhuc manenti eius innocẽtiæ suffragari potest, in sequẽtibus dicitur, quia filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpisset, & duobus annis regnauit super Israël. Si enim duobus annis humilis rex fuit, immutatum ei cor asseritur, pro vigore propositi, non pro nouitate tumoris. In eo ergo quod immutatum cor Saul habere dicitur, nouis prædicatoribus sanctæ ecclesiæ similatur: qui cum ordinem prædicationis accipiunt, per diuinam gratiam meliores fiunt. Samuel quippe Saul in principem vnxit, deus autem ei cor aliud im-
C mutauit: quia sacrorũ ordinum sacramenta ab ecclesię doctoribus foris accipimus, sed sacramentorum virtute ab omnipotente deo interius roboramur. Virtus vero sacramenti gratia est spiritus septiformis. Quam certe gratiã qui accipiunt, quasi alio accepto corde immutantur: quia quos gratia sua sanctus spiritus roborat, esse eos facit protinus, quod non erãt. Sic nimirum & Redemptoris discipuli ante metuebant, sed vbi per
Actu. 1. aduentum Sancti spiritus cor aliud eis immutatum est. Ver-
Actu. 4. bum dei cum fiducia prædicabant. Aliud quippe deus cor eis immutauit, quibus linguarum omnium peritiã tribuit. Aliud quippe cor eis immutauit: quos mira charitate induit, & virtutum omnium splendoribus illustrauit. Et notãdum: quia tunc ei deus cor aliud immutauit, quando vt abiret à propheta, humerum auertit. Quasi enim vt abeat, humerum auertit: quando is, qui prædicationis ordinem susciput, id quod sibi de pastorali officio præcipitur, agere disponit. Disponit quidem, sed non præualet, si deus ei cor aliud non immutet: quia summus locus bene non regitur, nisi rectoris mens diuini muneris summa gratia repleatur. Hæc autem quia ei in futuro promittitur, subiunctum est. Et venerunt ei omnia signa hæc in die illa.) Doctrina etenim electi prædicatoris, quid est aliud, quam dies eruditi discipuli? Nam qui in die ambulat, videt & plana, quæ ambulet: & præcipitia, quæ declinet. Sic nimirum dum sanctorum prædicatorum doctrinis illuminamur, quod agendum, & quod vitandum est, patenter aspicimus. In illa D ergo die in qua propheta prædicat, bonus auditor suæ electionis signa percipit: qui in se ea virtutum dona conspicit, quæ ante ei affutura suus prædicator ostendit. Signa quidem sunt: quia per hæc se à deo electos intelligunt, qui ad prædicationis ordinem promouentur. Vnctum ergo se aliquis ad ecclesiæ principatum non teneat, qui diei illius signa adesse non viderit in virtute perfectionis. Primum ergo signum priùs attentè conspiciat, videlicet si exemplo virorum salire iam magnas foueas sciat. Sequens etiam signum cognoscat, si ad quercum Thabor tres viros obuios habuit, quos hœdos, & panis tortas portare in Bethel ad domũ domini vidit: si panes duos de eorum manibus accepit. Tertium nihilominus videat, si ad collem domini venit, si prophetãtes cuneos aspexit, si in eum spiritus domini insiliuit, & in eorum medio prophetare iam posit. Et viros quidem salientes foueas vidit, si perfectorum exemplo omnia seculi confutare iam didicit. Ad quercum Thabor venit, si contemplatiuæ vitæ fortitudinem, atque amœnitatem experiri iam nouit. In qua & hœdos & panis tortas, & vinum ad dominum portantes aspexit: quia ab amatoribus vitæ contemplatiuæ iam didicit, & peccatorem se indesinenter agnoscere: & pro eisdem peccatis carnem affligere, & E afflictionis suæ dolorem omnipotenti deo gratanter offerre. Ad collem domini venit, si ad reuelatam intimam Redẽptoris gloriam, aut scripturarum sublimem intellectum proficiẽdo conscendit. Obuium gregem prophetarum habuit, si prædicatorum sanctæ ecclesiæ concordem scientiam intellexit. In quorum medio insilientem in se spiritum domini sensit, si illa ineffabili suauitate internæ experientiæ in se donum superuenientis diuinitatis agnouit, & notæ gratiæ abundantiã loquẽdo effudit. Hæc quoties sancti prędicatores imperfectis nobis ostendunt, per doctrinam, qua nos illuminãt, quasi clarissimũ diem produnt. Et ista quidem omnia iam promoti prædicatores, exponentibus ordinatoribus, sciunt. Quia ergo diem signorum habent, salubriter attendant, si promissa signa iam videant. Nam qui mundi gloriam contemnere nondum didicit, primum signum audire promissum potuit: sed nõ vidit ostensum. Si contemplatiuæ vitæ robur & dulcedinem nescit, sequentis signi bonum videre non meruit. Si altitudinem scripturarũ per intimæ eruditionis notitiam non conscendit, ad collem domini nondum venit. Si superuenientis in se Spiritus sancti virtutem nõdum habet, prophetare nõ potest. Sine illo etenim spiritu pastor carnalis est, & quod loquitur, non ad dignitatem prædicationis referri potest, sed ad ausum temeritatis. Qua ergo formidine nos miseri terreri possumus? Ecce enim aliorum ducatum susscepimus qui virtutem susceptæ regiminis non habemus. Signa spiritualis prælationis audiuimus, F quæ in nobis per lucem experientiæ non videmus. Terrena concupiscimus, curis exterioribus occupamur, & tanto longius à cœlesti contemplatione repellimur, quanto terrenorum actuuum sollicitudine prægrauamur. Hac quoque terrenę vitæ mole depressi, quando illum splendorem intimæ gloriæ redemptoris attingere, quando ad altissimos sanctarum scripturarum sensus possumus peruenire? Sed & cœlestia quæ nescimus, loqui quasi nota nõ possumus. Et qui per quietem amori internæ vitæ vacare nolumus, insilientem in nos spiritũ domini non sentimus. Nota ergo, & non habita signa nos terrent: vt cum pro negligẽtiæ nostræ immensitate compungitur, virtutem susceptæ ordinis per fletus, & lamẽta requiramus. Hinc Psal. 77. Psalmista voce infirmorum deplorat, dicens: Signa nostra non vidimus, iam non est propheta. Nam propheta est, cum iam dicta hæc prophetiæ signa ei adesse præuidentur. Si ergo ad culmen prælationis assumitur, non se teneat quod est altitudine ordinis, sed quod est virtute perfectionis. Dicat ergo: Signa nostra non vidimus, iam non est propheta. Quasi dicat: Esse nunc prophetam dicerem, si dona spiritus cernerem, quibus prophetæ persona fulgere debet. Qui ergo susceptæ ordinis pastoralis perfectionem audiuit, quam in se obtinere viuendo non meruit, idoneus sanctæ ecclesiæ doctor non est. In primo igitur rege, pastorũ omnium sanctæ ecclesiæ profectus ostenditur, dum dicitur: Venerunt ei omnia signa hęc in die illa.) Et quia idẽ profectus electorũ prædicatorũ mirabilis est,

Infra. 13.

G sequitur: Videntes autem eum, qui nouerãt eum heri & nudiustertius, quod esset cum prophetis, & prophetaret, dixerũt adinuicem. Quænam res est, quæ accidit filio Cis. Nũ Saul inter prophetas.) Quid est, quod dicũt: Quæ res est quæ accidit? nisi valde admirari, quod ab eis non poterat cõprehendi? Hominem hominis filium nouerant, prophetis societatum videbant: carnalem nouerant, spiritualem videbant: simplicem nouerant, prophetam videbant. Dicunt ergo, Quænam res accidit filio Cis?) qui nosse quod fuerat, poterãt: quod erat, qualiter esse posset, ignorabant. Hic denique profectus spiritualis prædicatoris est, vt qui in communi vita aliquando notus est, in superiori ordine habeat, quod ignoretur. Tres quidem gradus perfectionis ostensi sunt, quia dicit. Heri & nudiustertius.) In duobus quidẽ diebus prædicator agnoscitur, in tertio habet quod etiam ij qui nouerant, non cognoscãt. Primus nãque dies auditoribus pertinet, secũdus sodalibus, tertius est prędicationis. Primum nanque diem pastor habuit, quando prælatis suis discipulus obediuit. Quasi enim in magna luce cernitur, qui in virtute obedientiæ deuotus est. Secundũ diẽ habuit, quãdo meliorum coadiutor esse iam cœpit. Ista quippe claritas magnæ cõuersationis, in electorũ exemplo maximũ diem
Mat.5. facit. Hanc diem dominus insinuans, ait: Sic luceat lux vestra
H coram hominibus, vt videant vestra bona opera, & glorificẽt patrem vestrum, qui in cœlis est. Tertius vero dies insilientis spiritus est, & prophetiæ. In tertio quippe die pastor aspicitur, quando sublimitatem dignitatis suæ adæquat splendore conuersationis: quando cœlesti virtute indutus, ea vita, eaque doctrina subditis lucet, vt videri ab eis possit: discuti, & iudicari
Exod.34. non possit. Talis quidem erat Moyses, quando lucidissimo vultu à monte descendit: cuius subditi fulgorem videbant, sed
2. Corin.6. in fulgentem claritatem intendere visum non poterant. Talis erat, qui gloriabatur, dicẽs: Nos autem reuelata facie gloriam dei speculantes in eãdem imaginem transformamur, tãquam à domini spiritu. Tales vtique erant, quos Spiritus sanctus repleuerat. Vnde & qui in Hierusalem conuenerant, admirãtes,
Actu.2. dicunt: Nónne isti qui loquuntur Galilæi sunt? Interrogabant quippe vt scirent, quod audiebant, & scire non poterant. Qui autem nouerant Saul, de re quam ei accidit, admirantes interrogant: quia eos aliquando in humiliori ordine sanctæ Ecclesiæ humiles, & despectos cernimus, quos dum Sanctus spiritus ad ordinem prædicationis assumit, gratiarum suarum splẽdoribus induit, & in eisdem splendoribus mirabiles ostendit. Sed bene sanctorum virtutes admiramur, cum eas bonitati conditoris adscribimus. Quare & Moyses domino confitens, ait:
Exod.15. Quis similis tibi in diis domine, quis similis tibi glorioſus in
Psal.67. sanctis, mirabilis in maiestate faciens prodigia? Hinc Psalmista dicit: Mirabilis deus in sanctis suis ipse dabit virtutem & fortI tudinem plebi suæ. Bene subiungitur: Respondit alter ad alterum, dicens: Et quis pater eorum?) Quid est, quod hucusque de solo Saul dicebatur, quænam res accidit filio Cis? & nunc quasi de multis respondetur, & quis pater eorum? Sed si ad historiam intelligatur, stare nullo modo potest. Restat ergo vt sensus, qui literæ demitur, in spirituali significatione requiratur. Cum ergo dicitur quis pater eorum, non solum Saul prophetans attenditur, sed omnis ille cuneus prophetarum. Qui nimirum prophetæ omnes, quia valde spirituales erant, nõ ex carnali progenie, sed ex cœlesti origine censebãtur. Pater qui-
Malach.1. dem prophetarum ille est, qui per Malachiam exquirit, dicẽs: Si dominus sum, vbi est timor meus: & si pater sum, vbi est amor meus? Quia enim omnipotenti deo in magna charitate coniuncti sunt, eius quem quasi patrem diligunt, filij nomiñãtur. Quod nouæ Ecclesiæ prædicatoribus tanto decentius cõuenit, quãto ille eos in cœlestem nobilitatem altius extulit, qui eis claritatem tanti generis in forma detexit orationis. Sic (in-
Mat.6. quit) orabitis: Pater noster, qui es in cœlis, Quod tale est ac si dicat. Mirandi essent sancti prædicatores, si mira, quæ agunt, sua virtute perficerent: nunc mirum non est, quod cernitur: quia per eos ille hoc agit, cui aliquid difficile non videtur. Dicat ergo alter ad alterum: Et quis pater eorum?) Quasi dicat: Quid mirum est si mirabiliter doceant, cum non ipsi sint, qui
Idem.10. loquuntur: sed spiritus patris eorum, qui loquitur in eis? Non ergo dicitur quis pater eius? Ne quod pluribus conuenit filiis, vnico conferatur. Solus etenim ille, qui natura filius est, dicere K
audet: Pater meus vsque modo operatur. Et item: Dominus *Ioan.5.*
dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Nam vt vtri- *Psal.2.*
usque dignitatis differẽtiam promeret, Mariæ Magdalenæ lo- *Ioan.20.*
quitur, dicens: Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, deum meum, & deum vestrum. Quoties ergo vnus prędicator mirabili vita, aut prædicatione clarus aspicitur, in superna generatione nõ solus, sed cum aliis innumeris videatur: quia omnipotens deus qui mirabilis in vno ostenditur, mirabiliorem valde hominum admirationem facit, cum innumerabiles attẽduntur, qui id quod in vno mirantur, habuerunt. Quod tamen ad detractionem carnalium referri conuenienter potest. Nam cum spiritualium virorum famam minuere tentant, eorũ carnalia explorant, quæ ad derogationem proferant. Et plærunque in sancta Ecclesia miram sanctitatis famam habent qui secularem altitudinem nullam habent. Cum ergo carnales quique, aut carnis originem, aut paupertatem in eis reprehẽdunt, qui diuina generatione iam magni, & diuites sunt, quasi subsannando de prophetarum patre scisitantur. Et quia pro re valde noua habent, quod parui homines seculi tam magni videri possunt: subiungitur: Propterea versum est in prouerbium. Num Saul inter prophetas.) Quod nimirũ si oculis cor- L
dis rectè inspicerent, pro noua re non haberent. More etenim suo agit Spiritus sanctus, cum ad virtutũ culmen pauperes, humiles atque simplices erigit. Nã de eo scriptum est: Qui ponit *Iob.5.*
humiles in sublime, & mœrentes erigit sospitate. Hinc omnipotens pater, de eodem omnipotente suo spiritu per prophetam dicit: Super quẽ requiescit spiritus meus, nisi super humi- *Esa.56.*
lem, & quietum, & trementẽ sermones meos. Hinc Paulus ait: *1.Cor.1.*
Non multi sapientes secundum carnem, nõ multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi elegit deus, vt ea quæ sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Quod certè prouerbium etiam electis adscribi potest. Nõ enim minor admiratio habita est de beato Paulo apostolo, quando auditum est ab ecclesia: quia ille euangelizaret, qui ecclesiam minando, & cædendo expugnare solebat: nunc prædicando, defenderet. Tunc quidem ij qui audiebant, dicere poterant. Num Saulus inter Apostolos? Nunquid ille Iesum prædicat, qui Iesum persequi solebat? Sed hoc iam in electorum prouerbium versum est. Prouerbium quidem est, quãdo in eo quod dicitur, aliud occultatur. Conuersio autem beati Pauli Apostoli: facta est prouerbium peccatoris. Audiat ergo vnusquisq; peccator beati Pauli conuersionem, & non desperet de criminum multitudine. *Actu.9.*
Saulus enim spirans minarum, & cædis in discipulos domini, vbique electos affligebat, lapidantium Prothomartyrem Stephanum vestimẽta seruabat, & velut omniũ manibus lapida- M
bat, qui expeditos ad lapidandum omnes reddebat. Sed qui talis extitit Christum persequens, ad Christum conuersus, caput effectus est nationum: quia obtinuit totius ecclesiæ principatum. Dum ergo tam magnum peccatorẽ conuersum, tã sublimi dignitate à domino honoratum conspicimus: peccatorum nostrorum inuenire nos posse remissionẽ præsumamus. Prouerbium ergo nostrum, id est, quòd ad euãgelizandum persecutor assumitur, quod hoc mysterium continet: quia conuersus peccator non solũ sperare à domino veniam, sed quod viriliter certando pertingere valeat ad coronam. Sed hoc distare inter carnales, & spirituales prædicatores solet: quia carnales post alta verba prædicationis ad ima descendunt praui operis: spirituales vero post sublimia quæ loquuntur, in altiora valde cœlestis patriæ desyderia se sustollunt. Vnde & subditur: Cessauit autem prophetare, & venit ad excelsum.) Ad excelsum post prophetiæ ministerium venit, qui ad cœlestia gaudia, quæ prædicat, mentem erigit: & ad ea amando se subleuat, quæ loquendo monstrat. Doctores quidem cum minoribus plana prædicant, cum eis, quos docent, quasi in plano sunt. Et quia post verba prædicationis ad promerenda ea quę prædicant, se bonis operibus præparant, ad excelsum venire perhibentur. Qui certè sublimes verbo, & opere sunt, cogitatione elationis non sunt. Magna quidẽ semper agunt, sed magni videri nunquam appetunt. Bene ergo subiungitur: Dixit autem patruus Saul ad eum, & ad puerum eius, Quo abistis?

Qui

A Qui respondere: quærere asinas, quas cum non reperissemus, venimus ad Samuelem. Et dixit ei patruus suus. Indica mihi quid dixerit Samuël. Et ait Saul ad patruum suum. Indicauit nobis:quia inuentæ sunt asinæ. Sermonem autem regni non indicauit ei,quem locutus ei Samuël fuerat.) Sermo regni est honorabilis dignitas pastoralis.Ipsa enim representatione sua loquitur: quia patruus non est, qui tanto ordine sublimatur. Verbum ergo regni rex non indicat:quia pastor Ecclesiæ magno diuinitatis splendore loquitur,sed elatione non loquitur. Qui vero verbum non indicat,illud cælat quod loquitur. Verbum enim semper loquitur,cui verbum est:alioquin verbum non est. Verbum ergo regni habet, qui ea conuersatione fulget,quæ exempla cœlestis itineris aliis quasi loquēdo præbet. Verbum ergo non indicat, qui magnitudinem sanctitatis per vanam gloriam non reuelat.Habet quidem,quod indicet:sed quod per seipsum ostenditur,indicare non vult. Nam qui magna dignitate magnaque sanctitate radiat, multa viuendo ostendit,quæ loquendo non dicit.Hoc profecto regni verbum habere dominus prædicatorem voluit, quando in veste pontificis tintinabula poni mandauit. Vestis quidem pōtificis est ostensio bonæ conuersationis. Quæ quasi tintinabulis multis inferitur, quando opera bona multiplicat, quæ ad minorum exemplum clamant.Sed indicare rex regni verbum nō audet: quia præceptum est sacerdotibus,vt coram domino vestis de-
Exod. 28.
B corem portent.Coram domino quidem vestis decorem portat: & qui bona ostendit, & de ostensione bonorum operum non hominibus per vanitatem foris, sed Deo intus per amorē placere appetit. Tunc certe sacerdos tacet, sed dum incedit, quod portat,clamat: quia electus prædicator se iactando non indicat, sed bene viuendo loqui nequaquam cessat. Dicatur ergo de Saul:quia patruo suo sermonem regni non indicauit: quia electi viri cum splendorem dignitatis,aut bonæ vitæ incrementa percipiunt,per exempla se proferunt,sed silentio occultant.Et quia aliis electis se esse meritis minores credunt,ille cui sermonem non indicat, eius patruus esse dicitur. Patruus quippe dicitur frater patris.Redemptor autem generis humani quotquot fidei suæ,& doctrinæ sacramentis instituit, ad immarcessibilem æternæ hæreditatis gloriam tot filios facit.Qui enim instituuntur in Ecclesia, quasi paruuli adhuc filij sunt. Sed qui magnis meritis ei iam in virum perfectum occurrit, frater est redemptoris. Tales nimirum beatus Paulus apostolus collaudans,ait:Hæredes dei,cohæredes Christi.Quia ergo
Roma. 8.
perfecti prædicatores electos alios perfectos tenent,& se imperfectos: patruus Saul dicitur,qui de regni sermone cum interrogasse perhibetur.Eundem vero regni sermonem Saul Samuel dixerat:quia electi viri spiritualem conuersationē,quam
C habent, maiorum locutione didicerunt. Sed rex,qui initiatus per vnctionem fuerat,à populo adhuc electus non erat.Vnde & sequitur: Vocauit Samuël populum ad dominum in Masphath.)Masphath (vt dixi)speculatio interpretatur.In ordinatione autem regis populus in Masphath vocatur: quia qui ad ordinandum sanctæ Ecclesiæ pastorem conueniunt, eius spiritualia,non carnalia attendere docentur.Speculari quidem est, per formam sacræ scripturæ ordinandum prædicatorem cognoscere.Nam electorum speculū sacra scriptura est.Quasi enim per speculum noscitur pastor: quando moribus talis ostenditur, qualis in sacro eloquio prædicatur. Bene igitur Samuël populum in Masphath conuocat,vt electio boni antistis non sit humano iudicio, sed diuino:cum non talis eligitur, qualis hominum arbitrio decerni potest, sed qualis in sacro eloquio declaratur.Quod quia diuini muneris est, oportet vt populus qui à deo tam magna expectare cognoscitur, à reatu suo per pœnitentiæ satisfactionem purgetur. Ipsa autem cognitio peccati est præparatio diuini muneris: quia sæpe cū nos diuino munere indignos credimus, id per humilitatē promeremur. Vnde & Samuël eos,qui ad excipiendum regem conuenerant,prius ad peccatorum suorum considerationem conuertere satagit: quia subiunctum est. Et ait Samuël ad filios Israël.Hæc dicit dominꝰ deus Israël. Ego eduxi Israël de Aegypto, & erui vos de manu omnium regum, qui affligebant vos. Vos autem hodie proiecistis dominum Deum vestrum, qui solus saluauit vos de vniuersis malis & tribulationibusvestris & dixistis. Nequaquam, sed rex erit super nos.) Attente D quidem ostendit eis,& bona,quæ eis impendit dominus:& mala,quæ domino fecerunt ipsi:vt tanto grauius se deliquisse cognoscerent,quanto illum peccando offendere ausi sunt,à quo tanta bona perceperant.Quid verò sit abiicere dominum, & qualiter secundum literam, & secundum spiritualem sensum intelligi debeat,superius late expositum est,vbi ad Samuēlem *Supra.8.* dominus ait.Nō te abiecerunt,sed me:iuxta omnia opera sua quę fecerunt à die qua eduxi eos de terra Aegypti. Sed quia sancti prædicatores eos,quos arguendo compungunt,docendo instruunt: subintulit,dicens: Nunc ergo state coram domino per tribus,& familias vestras.)Coram domino quidem stare præcipimur, quādo maiorum præcepto corda nostra ad scienda eius mandata præparamus. Vel coram domino stant electi,quando à summis viris in spiritualibus virtutibus considerantur: vt qui melior in eis aspicitur per pastoralem curam cæteris præferatur. Et quia plures sunt fideliū ordines, per tribus,& familias stare coram domino iubentur.Quod profectò latius exequēs,subdit,dicens: Et applicuit Samuël omnes tribus Israël,& cecidit sors super tribum Beniamin: & applicuit tribū Beniamin,& cognationes eius,& cecidit cognatio Metri, & peruenit vsque ad filium Cis.) Stare omnes per tribus, & familias fecit,vt omnes considerarent:& cōsideratis omnib', vtiliorem eligeret? Sed quia ipse iam domino reuelāte regem E cognouerat,eumque ipso præcipiente in principem vnxerat, quid est,quod adhuc eligendum per tribus,& familias quæritur?Sed inuentus rex à solo propheta erat.Inuentus ergo quęritur,vt non inuentus à populo,inueniatur. Sorte etiam quæritur,vt eum quē propheta eligeret,dispensatione diuina prouisus populus non posset dubitare.Quid ergo in hoc facto signatur,nisi quia sanctæ ecclesiæ principes multa consideratione eligendi sunt?Summi etenim prædicatores,ex interna gratia sancti spiritus, quam habent,magno prouidentiæ lumine pleni sunt.Et quia valde sunt humiles,de interne illuminationis suæ magnitudine non præsumunt. Quare & ea quæ apud se bene ordinant, coram aliis probant. Solus enim Propheta regem futurum noscit,quando summus sanctæ ecclesiæ rector personam ordinādi rectoris,& merita conspicit.Quem etiam in principem vngit, quando eum donis spiritalibus plenum asserit.Tamen adhuc populum conuocat,per tribus, & cognationes diuidit,sortes ponit, & eum quem nouit,quasi per artem inuenit.Tribus quidem,& familiæ quasi diuisæ stāt,quando in statu virtutum diuersi sanctæ ecclesiæ ordines attenduntur. Nam cum perfectiones electorum plures intuemur,cum candorem virginum,cum robur continentium, cum honesta ministeria clericorum, cum monachorum sollicitudinem videmus,veluti stantes tribus attendimus.Et quia in Dei seruitio horum multa varietas est, dum ea quæ sunt in singulis ordinibus item varietates aspicimus:quasi stantes non solum tri- F
bus,sed etiam cognationes videmus.Et sors super tribum cadit: quia meliores viri sæpe in vno ordine,quam in alio inueniuntur.Nam velut sortem tribus accipit: quando ij qui perfectiores sunt aliis,conuenire videntur ministerio prędicationis. Sed non super personam adhuc, sed super tribum sors cadit: quando plures sunt, in quibus persona digna reconditur. Adhuc itaque summis viris remanet,quod inquirant. Bene ergo sors super tribum Beniamin cecidisse dicitur, Samuël autē ipsam tribum,& eius cognationes applicuisse,& ad Cis filium peruenisse: quia electi, & summi viri sanctæ Ecclesiæ considerare virtutes singulorum non desinunt, donec ad eum veniāt,qui ministerij pastoralis sorte dignus inueniatur. Sed qui digni sunt, onus tanti ordinis suscipere vehementer expauescunt.Vnde & sequitur: Quæsierunt ergo eum,& non inuenerunt,& consuluerunt pro eo dominum, vtrumnam venturus esset illuc. Respondítque dominus. Ecce absconditus est domi.)Abscondunt quippe se, ne inueniantur:quia subire dignitatem refugiunt, cuius oneri se esse impares arbitrantur. Habet quippe spiritualis prælatio exteriorem gloriam dignitatis,habet & interioris magnitudinem oneris.Nam rector & honoratur à subditis, & portat eos,à quibus honoratur. Cum honoris ergo principio, causa nascitur oneris: quia vnde honor à rectore excipitur, inde illud suscipit, quo grauetur.

Quanquam

G Quanquam ipse honor dignitatis per seipsum magnũ sit onus mentis: quia contemni debet, & placet. Contemni quidem debet, ne mentem per superbiam eleuet: & suscipi debet, vt cœlestia, quæ doctor loquitur, subiecti venerentur. Grauius ergo onus de honore nascitur: quia electꝰ pastor magna animi virtute ferre potest, vt despiciat illud in se, quod pro deo recipit in se: vt videlicet talis pro deo sit, sed sibi talis non sit: & semet ipsum abneget, & non abneget: vt sit quod est ꝓ deo, & quod est pro semetipso, non sit. Honor itaque oblatus à subiecto suscipitur, vt prædicatio commendetur. Honorem quoq; oblatum prædicator despicit: quia nõ extollitur, quod honoratur, sed gaudet, quod verbi dei ministerium commendetur. Hoc autem quàm difficile agatur, cogitando melius, quam loquendo comprehenditur. Nam infirmis mentibus impossibile est, onus aliorum fortiter ferre: & oblati honoris reuerentiam mẽtis virtute disponere, vt inter eiusdem honoris obsequia, de profectu subditorũ gaudere sciat, & pro reuerentia sua tumere nesciat. Quia ergo electi viri displicere deo nolũt, prælationis officium suscipere vocati refugiunt. Sed & eandem fugam ministerij ad virtutem humilitatis habent, non ad iactantiam dignitatis. Nam quantũ possunt, fugiunt: sed si à domino prouisi sunt, delitescere nequaquam possunt. Quare & idem Saul domi absconditur, sed domino pandente monstratur: quia electi viri exterioribus se sanctæ Ecclesiæ ministeriis subtrahũt, H sed tamen ad exteriora ministeria disponenda, domino dispẽsante, producuntur. Quia vero nunc in sancta Ecclesia qui se subtrahant tãtis honoribus, pauci sunt: qui se ingerant multi, notare qui se ingerunt debẽt: quia is qui à propheta domi absconditus dicitur, non ad spiritualem Ecclesiæ dignitatem, sed ad secularem regni gloriam quærebatur. Non enim in pontificem hunc quærebant, sed regem facere volebant. Videat ergo sacerdos qua mente fugiendum sit culmen sanctæ Ecclesiæ, si culmẽ seculi conscendere tam cautè reges fugere. Sed quia sancti viri quo instantius suscipere ordinẽ prælationis refugiunt, à deuotis plebibus deuotius requiruntur. Sequitur: Cucurrerunt, & tulerunt eum inde.) Post hæc etiã subditur: Stetitq; in medio populi.) In medio populi stat prælatus, quando ab vniuersis subditis eius fortitudo conspicitur. Stare nanq; virtutis est. Qui ergo bona operatur, instãter stat. Et quia eadem bona opera exemplum minoribus præstant, in medio populi stare, non in solitudine cernitur. Quod etiam pro rectitudine intentionis dictum esse conuenienter accipitur. Qui enim stat rectitudine corporis, caput in sublime tollit. Qui vero bona publicè agit, non stat fortitudine operis, si rectitudinem non habet intentionis. In medio ergo populi stare rex dicitur, vt prælatorum sanctæ Ecclesiæ forma monstretur: quia ad exemplum subditorum bona opera debent ostẽdere, sed de eodem I bono opere suscipere mundi gloriam deuitare. Sed & quãtus apparere debeat subdit, atque ait: Et altior erat omni populo ab humero & sursum.) Latè supra ostendimus quod excellẽs magnitudo corporis in sanctis prædicatoribus designet augmentum perfectionis. In medio ergo populi sublimis aspicitur, qui in virtutum culmine positus, à subditis non nescitur. Rectus quidem ordo electi prædicatoris est, vt ante sublimitatem ecclesiastici culminis, culmen conscendat virtutis: pro honore dei culmen obtineat gloriæ, sed maiori sublimitate fulgeat in reuelata virtutum perfectione. Talis quidem pastor à perfectis viris valde prædicandus est, à minoribus cupiendus, atque diligendus. Bene ergo subiunctum est. Et ait ad omnẽ populum: certè videtis quem elegit dominus, quod non sit ei similis in omni populo. Et clamauit cunctus populus, viuat rex. Sequitur: Locutus est Samuël ad populum legem regni, & scripsit in libro, & posuit corã domino.) De iure regio: quia latè superius diximus, hoc tantum de illo memoramus: quia ad historiam non præcipitur, sed ostenditur, quid acturi sint reges reprobi, quid vitaturi sint boni. A regibus quidem defendendi sunt subditi, non bonis propriis spoliãdi. Auxilium præstare subiectis debent, agros, vineas, & oliueta auferre nõ debent. Quod si non vitanda, sed agenda scripta hæc contendere quis voluerit, tyrannorum ius pro eo rege scribitur, qui abiecto domino, postulatur. Crudelis ergo lex regni, vltio est domini abiicientis populi. Non enim iniustum erat, vt agros, & vineas perderet, qui regnantem super se dominum sponte K perdebat. Cuncta ergo, quæ contra æquitatem in hoc iure regio continentur, æqua esse cernimus: si in petendo rege, quicquid populus deliquerat, consideramus. Nam quod magnum in diuinæ æquitatis examine onus legis est, si filios, & filias in regis opere inuiti ponerentur, quos à dei libertate sponte tulissent. Et quid inconueniẽs esse cernitur, si quod ad vltimum ponitur, ipsi fierent serui hominum, qui abiiciebant super se regnantem deum? Dum ergo regni lex scribitur, perpetuę memoriæ pœna traditur: qua audaces puniãtur: quæ quia per domini iustitiam lata fuerat, coram domino reponi perhibetur. Sed fortasse ius illud aliud fuit, quam lex ista quæ scribitur. Quod si verum est, hanc Samuël coram rege ad populum loquitur, vt rex sciat à populo quid exquirat: sciat populus quid exhibere suis regibus debeat. Quæ lex in libro scribit, vt pro futurorum memoria reseruetur. Coram domino ponitur, vt venerabilis habeatur. Nos autem reges ecclesiarũ esse sanctos prędicatores diximus, quibus apertè omnia conuenire ostendimus, quę in iure regio cõtinentur: Hanc ergo legem Samuël ad populum loquitur, quando electus doctor fideles sanctæ Ecclesiæ instruit, qua humilitate suis præpositis debeant subiugari. In libro etiam scribitur, quando in eorum mente hæc firmiter inserit. Nam qui sic loquitur, vt audita auditores eius obliuiscantur: ad populum legem dicit, sed hanc in libro non L scribit. Verba ergo quæ doctor loquitur, in libro scribere est, auditorum suorum mentibus attentè commẽdare. Quasi scribere volebat dominus quæ dixerat, quando dicebat. Memento te sermonis mei, quem ego dixi vobis. Nõ est seruus maior domino suo. Hinc Paulus locutam regni legem in libro describens, ait: Mementote præpositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbum dei, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Si vero & hic aliam legem quis esse prę signatam accipere voluerit, illam aspiciat, quam beatus Paulus ostendit, dicens: Qui euangelium annunciat, de euangelio viuat: & qui altario seruit, de altario viuat. Hãc quippe legem regni dominus loquebatur ad populum quando dicebat: Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et vt arctius hanc in libro describeret, à minori verbum roborans, ait: Qui dederit vni ex minimis meis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, non perdet mercedem suam, sequitur. Dimisit Samuël omnem populum singulos in domum suam, sed Saul abiit in domum suã in Gabaa, & abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigit deus corda. Filij vero Belial dixerunt. Nunquid saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum.) Si simplex historia quæritur, quid vnq; planius dici potuit? Sed si vim verborum singulorum attendimus, magna sunt, quæ in hac simplicitate verborum claudun- M tur. Nam populus in domum suam dimissus adsciscitur, rex autem in domum non esse dimissum, sed abiisse perhibetur. Separatim quoque de domibus populi, & de domo regis dicitur: quia populus refertur dimissus in domum suam, & rex abiisse in suam. Prius tamen populus dimissus est, quam abiret rex. De abeunte etiam populo cautè signatur, & non simul, sed singuli abiisse in domum suam referũtur. De his vero qui regem secuti sunt, non dicitur abiit pars exercitus, singuli post regem: sed abiit cum eo pars exercitus. Ad extremum vero qui regẽ sequuntur, eorum corda à Deo tacta referuntur: qui regem spernunt, Belial filij nominantur. Hic profecto modus dicendi non simplex, sed valde ei subtilis est, qui considerare nouit, non quod simpliciter foris sonat, sed quod sapienter intus insinuet. Quid est ergo quòd rex in domum suã abire, populus vero dimitti dicitur? Sed regem Ecclesiæ pastorem, populos subiectos designare ostendimus. Ire autẽ liberi est, dimitti eius qui retineri potest. Rex ergo abire dicitur, vt in persona prædicatoris libertas animi prædicetur. Abire quippe doctores possunt, cum volunt, & redire: quia fortes sunt in bono opere, sapiẽtes in interna dispositione. Veniũt quippe, quãdo ad subditos exeunt, aut exẽplo boni operis, aut verbo prædicationis. Abeunt aũt, quando ad mentis secretum redeũt: & quod foris acturi sunt, intus disponunt. In qua nimirum consideratione quia quotidie permanent, quasi intra domũ latent.

Abire

Ioann. 15.

Hebr. 13.

1. Cor. 9.

Matth. 10.

A Abire ergo in domum suam rex dicitur, quia prædicator æternæ vitæ operatione probatus, sapientiæ doctrina securus, liber ad opera potest egredi, & ad consilia mentis intrare. Populus autem in domum suam dimittitur: quia fideles subiecti non sunt liberi ad disponenda quæ volunt: sed ad ea quæ iubentur. Quasi tenti quidem dimittuntur, dum iussa præcipiuntur agere: præsumere non iussa, deuitare. Et quia ad opera diuersa mittuntur, in suam domum eorum vnusquisque dimittitur. Vt enim ea quæ nobis præcipiunt, bene perficiamus: priusquam appareamus in opere, intus recondimur in interna consideratione. Reges ergo nostri nos singulos in domum nostram dimittunt: quia ad ea quæ nobis iniungunt, nos per secretã mentis dispositionem ire præcipiunt. Bene quidem ipsi præcipiũt, sed si operationis nostræ modum negligimus præuidere, quæ bene præcepta sunt, inconsulta mente dissipamus. Singuli ergo in domum suam redeunt, quando vnusquisque fidelis subditus opus obedientiæ, quod proponit, consilio mentis disponendo præuenit. Quia vero electo rege, in domum suam ante populus dimissus quam rex abiisse asseritur, potest in hoc aliud designari. Qui enim regem excipiunt, in domum suam vadunt: quando se vnusquisque subiectus considerando præparat, vt ei quem præesse sibi petiit, fidelem obedientiam impendat. In hoc ergo loco non est imperata considerare, sed imperandis intima se dispositione substernere. Regi quoque in domum suam abire est, vt discretè paratis imperet considera-
B re. Alia ergo est domus regis, alia populi subiecti: quia alta illi mente subditorum itinera disponenda considerant, isti prælatorum imperia exequi per intimi propositi robur parant. Vnde & domus regis in Gabaa sita perhibet. Gabaa quippe sublimis dicitur. Domus ergo regis in Gabaa esse ostenditur: quia electus doctor non ima, & terrena cogitando incolere, sed alta & cœlestia meditari studet. Vnde & bene pars exercitus cũ eo ire in Gabaa dicitur: quia hi qui contra diabolum fortes sunt, electum pastorem suum ad virtutum alta prosequuntur. Pars ergo exercitus ire cum rege dicitur: quia in sancta Ecclesia plerique fideles sunt, qui prælatis suis humiliter obedire sciunt, alta cogitare nesciunt. Sciunt quidem imperata perficere, nesciunt aliis imperanda præuidere. Quasi enim huius partis
Coloss. 4. milites memorabat Paulus, cum Colossensibus scriberet, dicens: Salutat vos Aristarchus cõcaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, & Ioannes, qui dicitur iustus, qui sunt ex circuncisione, hi soli sunt adiutores mei in regno Dei. Item
Roma. 16. Romanos alloquens, ait: Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos. Et post pauca salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucas & Iason. Adiutores quippe suos discipulos vocauit, quia ordine minores erant, sed laboris participes, obedientiæ humilitate Apostolo subiecti erant: sed dum cum eo æterni re
C gni gloriam prædicarent, cum eo pariter veritatem defenderent, infidelibus obsisterent, illatas persecutiones fortiter sustinerent, quasi in bello dei milites regis erant. Cum rege in Gabaa pars exercitus ire dicitur: quia perfecti discipuli in alta dispositione sanctæ Ecclesiæ magistrorum suorum coadiutores sunt: auxilia quæ possunt, per altitudinem virtutis ferunt: sed eis quos adiuuant, per humilitatem seruiunt. Et quia hoc non nisi illi possunt, qui spiritus sancti gratia præuenti sunt, cũ pars exercitus ire cum rege dicitur, bene subiungitur: Quorum deus tetigit corda.) Quia enim digito tangere solemus, Deus corda sanctorum tangit: quando eis spiritus sancti gratiam tribuit. Et eius tactũ sentiunt: quia recepto internæ virtutis munere, à carnalitatis suæ debilitate commouentur. Qui protinus cœlestis exercitus milites fiunt: quia per virtutem sancti spiritus infirma deserunt, & ad agenda fortia in Christi bello præparantur. Quia vero intra sanctam ecclesiam quidam prælatos suos despicere non verentur, audiant: quia qui regẽ despiciunt. Belial filij dicuntur. Per superbiæ quidem vitiũ in illius
Iob. 41. imitatione generantur, de quo scriptum est: Omne sublime videt, & ipse est caput super omnes filios superbiæ. Qui aptè superborum mores insinuant: quia dicunt: Nunquid iste saluare nos poterit? Sancti etenim viri quia præsentia despiciunt, æterna inquirunt, contemptum mundi, quem in mente retinent, proferunt etiam in exteriori conuersatione: intus venerabiles sunt, foris despicabiles videntur. Superbi ergo quia illud solũ, quod in sanctis foris despici potest, aspiciunt: illud vero, quod valde venerandum est, cernere non merentur, dicunt: Nun- D
quid iste saluare nos poterit?) Quasi despiciendo interrogent, à tam paruo, tam grandia speranda sunt? Iste tam paruus, nos tam magnos: tam debilis tã fortes saluare posse credendus est? Nam quid est aliud, quod dicunt, iste & nos: nisi quod superbi & arrogantes inspicientes alios semper paruos, & debiles esse credunt: se autem magnos, fortes atque sapientes. Merito igitur Belial filij dicuntur: quia dum superbiendo se extollunt, illi se conformant, qui eodem modo cecidisse de cœlo dicitur. De quibus etiam regem despicientibus dicitur. Et non attulere ei munera.) Si ad literam ista discutimus, hoc profecto insinuant: quia & terrarum domini, & spirituales sanctæ Ecclesiæ prælati exterioribus officiis honorãdi sunt. Vnde & beatus Paulus Apostolus elatos Romanos alloquitur, dicens: Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal. Hinc apostolorum princeps exhortans ait: Subiecti estote omni humanæ creaturæ, siue regi tanquã præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis. Spiritualia vero munera rectoribus nostris tribuimus, quando debitam ei honoris reuerẽtiam offerimus, & ea quæ præcipiunt cum magna deuotione seruamus. Magna enim munera sunt reuerentia honoris, & humilitas subiectionis, quia dum rectoribus nostris, & intus per humilitatem subdimur, & per exteriora obsequia foris honoris reuerentiam exhibemus, munus ei vnum prębemus à corpore, aliud à corde. Vt ergo superborum typũ insinuet, propheta non dicit: Non attulere ei munus, sed, non attulere ei mune
E ra: quia dum electos prædicatores despiciunt, eis vtique honorem à corpore offerre dedignantur, & humilitatem à corde. Sed cum electi prædicatores subditorum culpam agnoscunt, aliquando eam statim corrigere increpando gestiunt, aliquando hanc se nosse dissimulant, vt ad eam delendam congruum tempus quærant. Vnde & de eodem despecto rege protinus subditur: Ille vero dissimulabat se audire.) Subditorum quidem prauitatem audit, qui nescit, sed audit, & non respondit, imo se audire dissimulat, quia plærunque causa exigente, nota subditorum superbia incorrepta deseritur, vt opportuniori tẽpore quasi cognita feriatur. Quam profecto ecclesiasticæ censuræ discretionem, bene in hoc ipso Israëlis rege agnoscimus, si regni tempora, & acta diuersa videamus. Nam rudis adhuc, & nouiter ordinatus, dissimulare, se audire despicientium verba dicitur, sed confirmato regno super Israël ad dexteram, & sinistram pugnare, & quocunque se vertebat, superare perhibetur. Culpa ergo, quæ feriri digna seueritate non potest, dissimulanda, non exponenda est, quia audacius à subiectis delinquitur, si prælatorum infirmitas agnoscatur. Hæc in quarto huius operis libro disputata sufficiant, vt per loquendi principium ad exponenda, quę restant, studium renouemus.

Incipit liber quintus. Caput. I.



V M sacræ huius historiæ profunditatem adserere in istius operis præfa F
tione voluissem, in eo potissimũ videri posse adseruí, quod scripta fuerit à prophetis. Ipsi quidem mystica dicere, non solum verbis, sed etiam rebus consueuerant: plana proferre, sed alta signare. Quia enim per eos spiritus sanctus loquebatur, & planũ erat, quod ipsi velut homines dicebant: sed profundum, & mysticum: quia locutionem hominibus summus & incircunscriptis spiritus suggerebat. Qui ergo prophetam Samuẽlẽ loquẽtem exponimus, tanto maiori studio indigemus, quanto ipse in spiritus sancti gratia sublimiter adsumptus, exteriora, dixit, sed interiora vidit. Carnalia plærunque adseruit: sed intima, & spiritualia signauit. Sed quia humano studio ad diuina peruenire impossibile est, non est nobis confidendũ de viribus propriis, sed de dignatione spiritus sancti, qui à redẽptore missus *Supra. 1.* repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, in omnibus iam scientiam habet vocis. Quid ergo iam idẽ propheta de inceptis Israëlitarum gestis exequatur audiamus. Et factum est (inquit) quasi post mensem. Ascendit Naas Ammo- *Caput. 11.*
nites, & pugnare cœpit aduersus Iabes Galaad. Dixerunt omnes viri

Spiritualia munera inferiorũ ad superiores.

Gnes viri Iabes ad Naas. Habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi. Et respõdit ad eos Naas Ammonites, in hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrum oculos dextros, ponãque vos opprobrium in vniuerso Israël.) Si historia quæritur, nihil planius dici, nihil facilius potest intelligi. Si vero spiritũ sequi volumus, Paulum prius loquentem audiamus, qui vetera intuens, ait: Omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter nos, in quos fines seculorum deuenerunt. Esse etiam spiritualia bella insinuat, dicens: Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates: aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Cum ergo Naas ascendere, & pugnare contra Iabes Galaad dicitur, interiora vitiorum prælia designantur. Quibus nimirum verbis sacræ historiæ processus ostenditur, vt nouo regi noua bella mouerentur: quę dum bene conficeret, strenuitatis suæ gloriam demonstraret. Quis est ergo iste Naas Ammonites, quæ est Iabes Galaad? Sed Naas interpretatur serpens, Iabes exsiccata. De serpente autem in Genesi dicitur: quia callidior erat cunctis animantibus. Cuius profecto serpentis similitudinem si in vitiis quæritur, quid similius quàm violentum gastrimargiæ, id est, gulæ motum inuenimus. Luxuriæ quidem motus, furti crimen, turpis lucri appetitus, iræ impetus, amaritudo secularis tristitiæ, desidia acediæ, appetitus vanæ gloriæ, tumor superbiæ apertè detestabilis est, gulæ vero vitium tanto est fraudulentius, quanto & occultius: quia & quasi necessarium suggerit cibum corpori, sed dum abundanter carnem reficit, luxuriæ gladium in mentem mergit. Suadet quod peccatum non est, sed vnde comestio quasi non peccatum recipitur, inde peccato luxuriæ anima subiugatur. Vnde & in paradiso ad mulierem gulæ vitio decipiendam, serpens venisse ostenditur, qui aliud suggereret, aliud obtineret: vt dum comedenda ostenderet, improuisam mortem propinaret. Serpẽs ergo iste gulæ designat auiditatem: quia & respectu iustæ necessitatis repit, & virus impiæ delectationis spargit. Bene etiam Ammonites dicitur, qui populus mœroris interpretatur: quia lætum videtur, quod suadet: sed valde luctuosum erit in ęterna damnatione. Populus autem dicitur: quia gulosi quique pro sollicitudine ventris, innumerabilium curarum frequentia deprimuntur. Qui ad Iabes Galaad ascendit, quia in alta abstinentiæ virtute posita iustorum corpora, ad ciborum cõcupiscentiam præcipitare appetit. Exsiccata quidem rectè caro dicitur, quæ humore pinguedinis non grauatur. Ad eos quidem Naas ascendit, quos exsiccatos videt: quia illis grauiora bella gulæ spiritus ingerit, quos attenuatos ieiuniis agnoscit. Bene autem pugnare cœpisse Naas dicitur: quia sancti viri gulæ suggestionem non habent in fœdere amicitiæ, sed in pugnæ contrarietatem. Abstinentes enim quasi cum serpente pugnant, quando gulæ appetitum magna virtute deprimũt, vt veneno luxuriæ non inficiantur. Pugnare quidem gulæ est, esurientia abstinentium corpora ad inordinatam ventris repletionem prouocare. Sed perfectos viros gulæ appetitus tentare potest, superare non potest. Bene ergo pugnare cœpisse contra exsiccatam dicitur, non vicisse: quia electi viri desideriorum carnalium impetum sentiunt, sed eisdem desideriis sciunt virtute mentis obsistere, sciunt necessaria per diseretionem prouidere. Sciunt quidem gulæ impetum ferociter insurgentem deprimere, sciunt necessitati corporis alimenta iusta præstare. Hinc nanque doctor egregius dicit: Scio manducare & esurire. Manducare quidem & esurire nouit, qui & corpus moderatè reficit, & ad immoderatam ciborum perceptionem suggerenti gulæ vitio non consentit. Quare & ad Naas respondentes dicunt: Habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi. Fœdus quippe à gula petunt, qui vellent carnem pro voto reficere, si in carne nulla possent incitamenta sentire luxuriæ. Quasi dicant: Nos dabimus quod tibi iustum est, vt tu nobis non inferas, quod iustum non est. Iustum quidem est, vt reficiatur corpus: sed iniquum valde est, vt refecta caro per ardorem libidinis ad contumeliam spiritus excitetur. Fœdus ergo expetimus, cum sic fauere carni ad ciborum perceptionem volumus, vt à carne nulla luxurię mala sentiamus. Sed hoc profecto velle possumus, obtinere non possumus: quia nimirum nos iustam refectionem quasi tributum carni offerimus, sed à carne nobis nulla pacis bona promittuntur. Nam cum auditum mentis ad vitiorum respõsa bene dirigimus, hoc profecto in gulæ voce cognoscimus: quia si carnem impinguemus per excrescentem concupiscentiam cordis cæcitate percutimur. Quare & idem Naas dicit. In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrum oculos dextros.) Dexter oculus noster est intuitus æternæ claritatis, sinister vero oculus, est concupiscentia carnalis. Dexter ergo oculus eruitur, quando mens ea cæcitate percutitur, vt vltra ad videnda cœlestia non aperiatur. Eruitur quidem oculus, quando à mente reproba sic lumen euellitur, vt radix ei nulla remaneat, de qua rediuiuum lumen erumpat. Naas ergo dextros oculos fœderatorum suorum eruit, quando gula sic deuictis abstinentibus prævalet: vt carnalia sola cupiant, & vltra quæ solebant amare non attendant. Et quia quisquis in hac vita proiicitur, in futura coram angelis, & electis hominibus condemnatur, subiungitur: Ponamq; vos opprobrium in vniuerso Israël.) Tũc quippe reprobi in vniuerso Israël opprobrium ponuntur, quando in extremo examine, coram electis omnibus de perpetratis iniquitatibus erubescũt. Vel in opprobrium in hac vita ponũtur: quia dum ipsi obcæcato corde mala audacter perpetrant, sancti viri pro eorum culpis erubescunt. Sed qui turpes videri auulsis dextris oculis dedignantur, attendant, quod sequitur: Et dixerunt ad eum habitatores Iabes. Concede nobis septem dies, vt mittamus nuncios ad terminos Israël: & si non fuerit, qui defendat nos, egrediemur ad te.) Qui sunt habitatores Iabes, id est, exsiccatæ, nisi qui castigationem extenuatæ carnis in longo habent vsu virtutis? Nam plerique resistere gulæ incipiunt, sed dum fatigari abstinentiæ labore inchoant, ad vsum se consuetæ gulositatis inclinant. Velut enim vrbem Iabes ingredi, & effici eius ciues appetunt: sed dum exsiccatæ, & esurientis carnis cruciatum non perferunt, fieri eius habitatores nequaquam possunt. Iabes ergo inhabitant, qui attenuationem corporis per vigorem mentis in ius habẽt, possessionis, & velut exsiccatæ muris ambiuntur: dum per id quod corpus extenuant, ab initis luxuriæ iaculis proteguntur. Qui cum validissimis insurgentibus gulæ stimulis fatigantur, septem diebus inducias expetunt: in quibus si auxilia desunt, ad Naas egrediantur. Sed hoc Ammonitarum bellum melius exponimus, si in eo deprehensæ carnis infirmitatem intueamur, & sagacitatem eruditæ mentis. Hanc quoque clarius videmus, si quod contrarium est, in stultis infirmis subtilius attẽdamus. Nam quidam intra sanctam Ecclesiam deuoti per desiderium sunt, sed consueta vitiorum debilitate remissi. Possunt quidem bona proponere, sed quia exequi, quod proponunt, nequeunt: & à præsenti concupiscentia superantur, & bonum, quod in præsenti deserunt, in vicino tempore se recuperare posse confidunt. Sæpe quidem ieiunare disponunt, sed cum consueta gula vincuntur: eo die manducandum iudicant: in futuro ieiunandum. Cumque gulæ feritas semper eis præsens sit, præsens & desiderium futuræ bonitatis, hoc serpentis fraude agitur, vt bonum, quod proponitur, non inueniatur. Cras enim quod semper promittitur, nunquam reperitur. Sed quia hoc ab illis agitur, quorum mens debilis est, caro fortis: videamus qualiter serpenti illudant illi, quorum mens fortis est, caro autem infirma. Nam de eodem serpente Psalmista ad dominum dicit: Draco iste, quem formasti, ad illudendum ei. Nunquam enim conuenientius vincitur, quam cum eius versutia pia fraude superatur. Vnde & sapientiæ suæ astutiam beato Iob redemptor improperans, ait: In oculis quasi hamo capies eum. In oculis quippe quasi hamo serpentem cepit, qui ei carnem exhibuit, diuinitatem cælauit: & dum cepit ille, quod appetiit: eo temptus, & peremptus est, quod non vidit. Sancti ergo viri, vt hosti illudant, rigorem conuersationis in præsenti virtute habent: pro illusione infirmitatis, carni commodum quoddam in futuro promittunt. Nam sæpe ingentia sunt, quæ agunt: sed pro infirmitate carnis semper agere dura, & aspera promittere non præsumunt. Tanto quidem facilius eadem dura sustinent, quanto eorum onera sibi in esse in perpetua promissione, non vident. Sed dum optime viuunt, & quotidie proficere, & nõ deficere conantur: illud carnis licitum blandimentum, de qua desperare non possunt, semper carni in futura æstimatione promittunt: sed ei cœptæ afflictionis dolorem infligere nequaquam

1 Cor. 10.
Ephe. 6.
Gene. 3.
Vitia capitalia.
Gulæ origo
Gene. 3.
Philip. 4.
Psalm. 103
Iob. 40.

A quaquam deſinunt. Per id ergo quod in appetitu ſuo ſpes carni relinquitur, quaſi ad futurum bonum eiuſdem carnis ſui aduentus præſentiam ſpiritus pollicetur. Sed quia ſolitum continentiæ rigorem deficiendo non deſerit, promiſſum voluptatis caro habet in futuro, & electa mens virtutis robur in præſenti. Quo in loco notandum eſt: quia ad Naas egredi ſub conditione promittunt, ſed vrbis mœnibus ſine conditione muniũtur: quia abſtinentes in eo etiam quod ſecundum carnem infirmi ſunt, roborari per diuinam miſericordiam confidunt. Et quia gulæ vitium decipiendo ſupplantare geſtiunt, dicunt.

Concede nobis ſeptem dies.) Quaſi enim à gula tempus conceditur: quando eo reſpectu comprimitur, vt eius deſideriis quandoque ſeruiatur. Quo nimirum dierum ſpacio Naas egreſſum ad ſe obſeſſorum ciuium, ciues vero Iabes auxilia præſtolantur, quia nimirum gulæ appetitus de infirma carne reficiendi appetit: ſed electa mens in abſtinentiæ virtute roborari. In ſeptem vero diebus auxilia quæruntur, quando contra tentamentorũ tenebras, omni luce cordis erigimur, quando aduerſus praua conſilia quicquid poſſumus inuenimus ratione noſtra, & lucis radios, quos in nobis non cernimus, de eruditione munimur aliena. Dum enim ad robur noſtræ virtutis, perfectorum conuerſationes aſpicimus: quaſi per ſeptem dies auxilia defenſionis inuenimus. Inducias quidem petimus: quia cũ Naas, id eſt, ſerpente pugnamus: cuius quo latentia ſunt venena, eo nobis ſubtiliora ſunt quærenda conſilia. Vnde & in vniuerſos terminos Iſraël mittere nuncios ſe promittunt: quia B electi viri ad ædificationis ſuæ commodum, omnium videntium deum exemplis adiuuantur. Sed quod dicitur, ſi non eſt, qui defendat, egrediemur ad vos: in electorum voce, non auxiliorum dubitatio, ſed certitudo mõſtratur. Quaſi aſtutis verbis ſuadenti aduerſario illudentes, verba proferunt, quibus illi ſpem tribuant, & ſibi fiduciam nequaquam tollant. Qui enim dicunt ſi non fuerit, qui defendat, egrediemur ad vos: quandã exeundi ſpem tribuunt. Sed quia illi hoc dicũt, qui de auxilio certi ſunt: hoſtes ſuos promittendo decipiunt. Sed vbi iam eadem auxilia inueniãtur, exponit dicens. Venerunt ergo nuncij in Gabaa Saul, & locuti ſunt verba hæc audiente populo, & leuauit omnis populus vocem ſuam, & fleuit. Et ecce Saul veniebat mane ſequens boues de agro, & vidit plorantem populum, & ait: *Quid habet populus, quod plorat?*) Gabaa (vt ſupra iam diximus) ſublimis interpretatur. Et quia omnium electorum non eſt æqualis altitudo meritorũ, in Gabaa Saul nuncij veniſſe perhibentur, vt ſpirituali ſignificatione doceamur vt cum validis tentamentis impellimur, ad prædicatorum noſtrorum conſilia recurramus. Sed & flentis populi afflictione inſtruimur, vt fraternis neceſſitatibus intima mentis compaſſione iungamur. Saul autem flentem populum vidit, ob quam cauſam fleret interrogauit: quia electus doctor ſubditorum neceſſitatem compatiendo ſuam facit, & hanc releuare appe- C tit. De agro quidẽ venit, quia à ſecreto ſui fertilis cordis exit. Mane vero de agro venit: quia in oriente ſibi ſplendore veri luminis ſubditorum cauſas inquirit. Et boues ſequitur: quia eum validi affectus charitatis antecedunt. Quaſi enim duos boues ante ſe habet, qui & proximis per amorem iungitur, & diuina charitate inflammatur, & inde proximum ordinatè diligit: quia hunc amor dei fortiter accendit. Quare & per Moyſem dominus ait: Non arabis in boue & aſino. Aſinus quippe *Deute. 22.* eſt amor carnalis: quia qui portat quos amat, quaſi forte eſt animal: & quia inordinatè idem non pro Deo diligit, laſciuum. In boue ergo & aſino arari non poteſt: quia fructum æternæ mercedis anima non excolitur: ſi puritas amoris, quo deo coniungitur, inordinato proximi amore polluitur. Saul ergo de agro veniens, boues ſequitur: quia electus doctor vtrunque affectum charitatis infrugifero cordẽ integrum retinet, ex quibus præparari ſibi æternæ retributionis vberes fructus poteſt. Et mane venit: quia cum ad ſubditos exit, diem ſuæ virtutis aperit. Sed iam cognitis neceſſitatibus populi, quid egerit, audiamus. Nam ſequitur: Et narrauerunt ei verba virorum Iabes. Et inſiliuit ſpiritus domini in Saul, cum audiſſet verba hæc, & iratus eſt furor eius nimis. Et aſſumens vtrunque bouem cecidit in fruſta, miſitque in omnes terminos Iſraël per manus nunciorum dicens: Quicunque non exierit, ſecutuſque fuerit Saul & Samuelẽ, ſic fiet bobus eius.) Quid in his verbis diſcimus, niſi quia ſanctorum infirma, & quæ videntur carnalia, non ſunt infirma, & carnalia, ſed ſpiritualia & robuſta? Iræ quippe nimietatem in religioſis viris reprehendere ſolemus, ſed ecce Saul vt iraſci nimis potuerit, prius in eum ſpiritus domini inſiliit. Quam metuenda ſit ergo ſanctorũ ira cernimus, ſi inſilientem in eos domini ſpiritum cogitamus, ſi dum illos foris iraſcentes aſpicimus, commouentem ſpiritum intus pariter attendamus. Quotiẽs ergo maiorum zelo corrigimur, ſub eorum indignatione vehementer poſſumus pauere: ſi eorum impetum motum ſancti ſpiritus credimus. Et quia Saul vtrunque bouem in fruſta concidit, in omnes terminos Iſraël miſit, minas protulit, ſic omnium bobus fieret, qui ſe & Samuelẽ ſequi noluiſſent, quid aliud inſinuat: niſi quia pigriores quiq; ad auxilia præbenda proximis, non ſolum inuitandi, ſed cogendi ſunt? Vnde & ſtatim ſubiunctum eſt. Inuaſit ergo timor domini populum, & egreſſi ſunt, quaſi vir vnus.) Quia enim proximos ſicut noſipſos diligere iubemur, recto ordine eis auxilia præbemus quando ad hæc exhibenda non timore cogimur, ſed amore prouocamur. Cum vero nos effectum huius debiti amoris perdimus, ad prædicatorum noſtrorum zelum pertinet: vt in fratrum auxilia ex timore conſurgamus. Bene ergo dicitur: Inuaſit timor domini populum, & egreſſi ſunt, quaſi vir vnus:) quia plærunq; ſumus in amore proximorum tepidi, ſed prælatorum noſtrorum minis erigimur ad ſta- E tum deuotionis: & ex timore bonum opus aggredimur: ſed ex initio timoris, ad vinculum perducimur magnæ charitatis. Vnde & bene timor inuaſiſſe populum dicitur, ſed quaſi vir vnus omnes egreſſi perhibentur. Quaſi vir quippe vnus plures non poſſunt egredi, niſi qui ad parem conſcendunt vnitatem dilectionis. Hinc nanque & de perfectis diſcipulis redem- *Actor. 1.* ptoris dicitur: Erat illis cor vnum, & anima vna. Sequitur: Et recenſuit eos in Bezehe, fueruntq; filiorum Iſraël trecenta milia, virorum autem Iuda triginta milia.) Prius dicuntur filij Iſraël egreſſi, deinde à Saul recenſiti: quia electus prædicator cũ cõtra occultos hoſtes mouere ſubiectorum ſuorum militiam tentat, prius eorum forte propoſitum aſpicit, deinde eos in numero bellatorum ponit. Quaſi enim intus ſumus, & recenſeri non poſſumus, quandiu virtus noſtræ mentis noſtris paſtoribus occultatur. Et cum egredimur recenſemur: quia cum mentium noſtrarum eis fortitudinem pandimus, nos iam habere ſocios in ſpirituali pugna confidunt. Sed cum infirmas mẽtes ad propoſitum boni operis erigere appetunt, non ſolum maiorum doctrinis nos erudire conantur: ſed etiam minorum electorum exemplis accendere. Bene ergo filiorum Iſraël trecẽta milia, virorum autẽ Iuda triginta milia recenſita fuiſſe perhibentur. Tricenarius quippe numerus ad rectitudinem fidei, & ſtudium pertinet bonæ operationis: quia nulla ſunt præcepta legis, ſi ad contemplationem non tendunt ſummæ trinitatis. Aptè ergo viri Iuda dicuntur, qui triginta millibus continentur: quia confeſsionem habent rectæ fidei, & robur bonæ F operationis. Patres autem noſtri eiuſdem fidei, atque operationis fuêre: ſed in contemplatione diuinitatis, quo longe altius quàm nos profecerant, eo & opera fidei fortiora exhibebant. Quare etiam filiorum Iſraël trecenta milia recenſentur. Triginta quidem à tribus, & decem in triginta veniunt: ſed in tricenario numero tam denarius quàm ternarius ſimplex eſt, ſed vt vſque ad trecentos numeremus: & denarium triceſies, tricenarium decies multiplicamus: quia & ſi magna eſt cõtemplatio, magna ſunt opera ſubiectę plebis, illa tamen quæ præceſſerunt in patribus noſtris incomparabilia fuerunt. Velut enim denarius noſter numerus decies in illorũ perfectione glomeratur, dum eorum perfectioni valde noſtra ſubmittuntur. Triginta ergo milia virorum Iuda, & trecenta filiorum Iſraël nobiſcum recenſita, ad pugnandum contra Naas prædicatores ducunt: ſi cum adiuuare tentatos abſtinentes ſubditos volunt, & fortiſsimorum patrum eis eximia facta proponunt, & minorum. Iſraël quidem dicitur videns deum, ſiue in quo eſt deus. Quod profecto nomen infirmo adhuc, aut imperito non conuenit. Quotquot perfectos viros in afflictione carnis, & contẽplatione mentis proferimus, ſerpentem Naas tot armatis elidimus. Sed iam obſeſſos, quibus verbis regis exercitus cõfortet, audiamus. Et dixerunt his qui venerant, ſic dicetis viris, qui ſunt Iabes Galaad. Cras erit vobis ſalus cum incaluerit ſol.)

Tale

G Tale fortaſſe eſt illud, quod nobis ſapientis illius cõſilio dici-
Eccli.10. tur: Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuperte, locum tuum cito non deſeras. Locus vniuſcuiuſque electi eſt ſitus bonæ conuerſationis. Quando autem permittitur, impugnãs ſpiritus poteſtatem habere poteſt: quia impugnare electorũ corda nullatenus poſſet, niſi hoc diſpenſatio diuina permitteret. Præcipit ergo, vt locum noſtrum non deſeramus: quia ſi inter tentationum breues tenebras ſortes ſumus, cito diuina lux aderit, in cuius aduentu tenebrarum virtus euaneſcit. Bene ergo dicitur: Cras enim cum incaluerit ſol, erit vobis ſalus.) Sanctorum prædicatorum exhortatio dies eſt: quia dum tentata minorum corda tangit, ad ſpem victoriæ erigit. Sed hanc nox ſequitur: quia etſi diuina auxilia ſperantur, adhuc tamen irruentes deſideriorum carnalium tenebræ non diſcedũt. Quis eſt ergo dies craſtinus, niſi diuinę viſitationis aduentus? Craſtinus enim dies dicitur: quia tentatis electis, diuini auxilij ſplendor valde vicinus eſt. Vnde & per prophetam dominus dicit: Ego
Pſal.144. deus de vicino, & non deus de lõge. Hinc Pſalmiſta dicit: Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Hinc item ipſe dominus repromittit, dicens: Antequam me inuocetis, dicam: ecce, adſum. Dies ergo primus lux prędicationis, craſtinus diuinæ gratiæ eſt. Sed notandum: quia dixit cum incaluerit ſol: vt diei claritas obſcuritatẽ ſenſus illuminet, & calor ſolis accendat amorem cordis: vt mens bonum, quod cupiat,
H per lucem videat: & quod videt, per calorem mentis concupiſcat. Geminum quippe hoc mentis remedium, contra duplum diaboli bellum exhibetur. Nam malignus ſpiritus vt mentes electorum tentando ſuperet, prius tenebras cogitationum malarum obiicit, deinde concupiſcentiarum flammas accendit: quia niſi prius mentem cæcauerit, ad prauitatem concupiſcentiæ non impellit. Electa vero mens dum tentari permittitur, eius ſtatus in vtroque turbatur: quia in tantum concupiſcentiarum moleſtias ſentire poteſt, in quantum permittente deo cogitationum tenebras abiicere à ſe nõ poteſt. Sed quia à deo tentari permittitur, in aduentu eius gratiæ, ab vtroque malo reuelatur: dum contra tenebras lucem accipit: & per calorem aduenientis ſpiritus, abiicit frigus mentis. Incipit enim videre cœleſtia, qui leuare mentem à carnalibus non valebat, & quæ amanter aſpicit, ardenter cupit. Bene ergo dicitur: Cras erit vobis ſalus cùm incaluerit ſol:) quia ſi validas antiqui hoſtis impugnationes viriliter ferimus, diuinæ gratiæ celeritate ſubleuamur ad lucem cordis, & virtutem magnæ charitatis. Et quia hoc ſanctorum prædicatorum conſilium electa ſubditorum corda gratanter excipiunt. Sequitur: Venerunt ergo nũcij & annunciauerunt viris Iabes. Quj lætati ſunt.) Sed etiam promiſſo ſibi auxilio, quid Ammonitis reſpondeant audiamus. Nam ſequitur: Et dixerunt. Mane exibimus ad vos, &
I facietis nobis omne, quod placuerit vobis.) Hoc ꝓfecto quia illi dicunt, qui iam de vicino auxilio ſecuri ſunt, quãdam ſpem hoſtibus tribuunt, quos promittendo illudunt. Voce quidem debilitatem ſimulant, ſed fortitudinem promiſſi auxilij intus ſeruant. Aliud ergo promittunt, aliud credunt. Qui enim dicebãt: Cras exibimus ad vos, & facietis nobis omne quod placuerit vobis:) hoc dabant hoſtibus credere, quod ſic ſe in eorum manibus traderent, vt facere de eis poſſent quæcunque voluiſſent. Sed qui in diem ſequẽtem venturum regem in ſuũ auxilium nouerant, exire cum eo non ad hoſtium manus, ſed ad interfectionem cogitabant. Secũdum ſpiritualem vero ſenſum ſerpenti Naas, id eſt, gulæ concupiſcentiæ in die ſuo noſtrum exitum promittimus, ſed nos in die noſtro eius acies debellamus. Dies quidem eius eſt delectatio corporeæ ſaturitatis. Qui enim proponit ventrem pro voto replere, quaſi diem primum concupiſcentiæ dedicat: & tamẽ adhuc intus eſt: quia quandam lucem delectationis propoſuit, quam operando nõ vidit. Cras ergo exiit, qui hoc lætum quod carni promiſit, & operando, & delectando exhibuit. Sed ſancti viri (vt ſuperius dixi) gulæ illudũt: quia cum ab eius appetitu deſperare in perpetuum nequeunt, illud quod promittunt & non ſumũt, quaſi in futura luce delectationis repromittũt. Coacti quidem ſunt foris nimia fragilitate carnis, & intus induti robore magnę charitatis. Per illud quidem quia appetitibus renunciare nequeunt, quaſi exteriori voce promittunt, quod in intentione non habent. Per illud vero quia de diuino ſecuri ſunt, aliud proponunt agere, quam loquuntur infirmitatis voce. In die igitur K
ſuo ad Naas exeunt: quia ad oppugnandum gulæ concupiſcentiam, per lucem ſuperni auxilij progrediuntur, & viſitati ſuperna gratia, iam contra omnem carnis impetum fortes ſunt, qui derelicti ad modicum, eius impugnamenta timuere. Qui profecto diuinæ gratiæ ſplendor: quia profecto per ora prædicatorum aliquando minoribus ſanctæ eccleſiæ membris infunditur, ſequitur: Et factum eſt cum veniſſet dies craſtinus, conſtituit Saul populum in tres partes, & ingreſſus eſt media caſtra in vigilia matutina, & percuſſit Ammon vſque dum incaleſceret ſol.) In partes quidem diuiditur populus, vt ſerpentem Naas non vna acie feriamus. Et quidem in tres partes diuiditur, vt ſacræ abſtinentiæ fructus, & dignitas oſtendatur: quia ad eam, quam manducando perdidimus, ſanctæ trinitatis contemplationem ieiunando reuocamur. Hinc eſt enim ꝙ legis, & prophetiæ & euangelij ieiunia commendantur. Nam *Ieiunium quadrag. ſignat. Exod. 34. 3. Reg. 19. Matth. 4.* Moyſes vt legem percipere mereretur, bis quadraginta dierum numero ieiunauit. Helias vt Iezabel manus euaderet, quadraginta diebus in vnius cibi fortitudine ad Oreb Dei montem peruenit. Dominus ac redẽptor noſter Ieſus Chriſtus per quadraginta dies in eremo ieiunans, nullum omnimodo cibũ ſumpſit. In tres ergo partes Saul populum diuidit, quia in exemplum abſtinentium legis, & prophetarum, atque euangelij ieiunia producuntur. Et veniente die craſtino, media caſtra
L doctor ingreditur: quia cum diuina gratia, quæ ad docendum corda prædicatorum illuminat, auditorum etiam mentes irradiat, & ad ſpem victoriæ potenter leuat. In die igitur craſtino doctor triumphaturus caſtra inimicorum ingreditur, & aperit, in eiſque concupiſcentiarum acies potenter ferit. Et quia ipſum ſubditorum mentes audiendo proficiunt, in vigilia matutina rex dicitur caſtra Ammonitarum ingredi, & vſque dum dies incaleſceret, in eorum cædibus immorari. Vigilia quidem matutina in dei aſpiratione eſt, feruor vero ſolis in eius plenitudine. Velut enim matutina nobis lux oritur quando tenebris tentationum depreſſi, lucem virtutis ab ore prædicatorum videre incipimus, quam ſequamur. Et ſol nobis incaleſcit, cum per eorum verba mens noſtra ſuccenditur: & quaſi feruentis ſolis calore decocta, deſideriis inflammatur. Tunc quippe Ammon vehementer cæditur, quia vitiorum populus de noſtris ſenſibus effugatur. Rector igitur qui in vigilia matutina Ammonitarum caſtra ingreditur, vſque dum incaleſcat dies ab interfectione gladium non recondat: quia tandiu debet ſubditorum ſuorum eruditioni inſiſtere, quandiu illos aſpiciat magnis interni luminis caloribus inflammari. Quo in loco notandum eſt, quia Naas, id eſt, ſerpens Ammonitarum rex eſſe dicitur: ipſe autem Ammon populus mœroris interpretatur. Et quia in hoc ſerpente gulæ vitium deſignari diximus, cum Naas percutitur, mœroris populus debellatur: quia ex vno gulæ vitio, innumera vitiorum M
agmina ad conflictum animæ producuntur. Et cum idem gulæ vitium reciditur, alia multa nobis vitia ſubiugamus. Vnum quidem gulæ vitium eſt, ſed aculei libidinis innumeri ſunt: qui præcedentem illum, quaſi regem ſequuntur. Qui læta quidem ſuggerunt, ſed ad æterni fletus lamenta perducunt. Cum Naas ergo pugnatur, ſed mœroris populus cæditur: quia cum gulam domamus, libidinum incitamenta perimuntur. Vnde bene non ipſe Naas, ſed Ammon ſubiectus ſibi, id eſt, populus interfectus adſeritur: quia appetitus comeſtionis reſtringẽdus, non extinguendus eſt. Sed bene nunquam reſtringitur, ſi ſubſequens mœroris populus, id eſt, turpes motus libidinum non necantur. Contra Naas ergo nobis principale certamen eſt: quia cum iſte ſuperatur, Ammon interficitur: quia libido tunc bene cæditur, ſi eius principale initium ſubiugatur. Sed profectus pudicitiæ quouſque procedat, latenter oſtenditur, per ea quæ ſubſequuntur. Nam dicit: Reliqui verò diſperſi ſunt, ita vt nec relinquerentur duo pariter.) Probatio veræ abſtinentiæ non eſt in attenuatione corporis, ſed in perfectione ſtitatis. Nã bene ſerpẽs atteritur, ſi ſic gula reſtringitur, vt libidinoſi motus corporis omnis violentia minuatur. Nã motus illicitus carni, quandiu ipſa caro eſt, tolli non poteſt, violẽtia mouendi tolli poteſt. Nõ quidẽ tolli poteſt carni, quod lex carnis mẽbra nõ moueat: ſed tamẽ tolli poteſt carni violẽtia motionis: vt relinquatur ei motus, ſed eidẽ motui omnis delectationis

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

A tionis obscœnitas auferatur, & simplex motus ille sit, in quo aliqua libidinis turpitudo non sit. Bene ergo alij in fugã versi perhibẽtur: quia cum abstinẽtes quosq; diuina gratia perfectè remunerat, à corporalibus eorũ motibus omniũ obscœnitatũ aculeos tollit, sed eis ipsos motus naturales deserit, vt tentari semper possint, vinci nunquam possint: dum id deserit, quod eis valde displicet, sed sic debilitat, quod deserit, vt prævalere victoribus nõ permittat. Ammonitas quippe percusserat, qui
1. Cor. 9. dicebat: Castigo corpus meum & seruituti subiicio, ne alij prædicans reprobus efficiar. Interfectis etiam aliis, fugitiuos interficere non poterat: quia deplorat, dicens: Video aliam legem
Roma. 7. in membris meis repugnantem legi mẽtis meæ. Item quia debilitatos videbat, qui remanserant, dicit: Nulla creatura poterit nos separare à charitate Christi. Quid est ergo, quod deplo
Roma. 8. rat legem inesse membris, legi mentis repugnãtem, si extinctis aliis, alij in fugam versi sunt: nisi quia perfecti viri hoc ipsum, quod simplices motus carnis contra voluntatem sustinent, vehementer dolent? Vellent quippe sic manere in carne, vt contra mentis voluntatem, de carne nulla sustinerent. Quod quidem, quia impossibile est, præmisit dicens: Velle adiacet mihi, posse autem non inuenio. Non enim quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, illud facio. Quasi dicat. Vellem esse in carne, non ea perfectione, qua perfectus in carne perfectus est, sed sicut angeli dei in cœlo. Sed hoc posse nõ inuenio, quia quandiu mors peccati absorpta in futura resurrectione non fuerit: illud quod in me peccatũ inhabitat, mouet me contra me.
B Sed quòd extingui peccatum non potest, effugari potest. Motus quippe carnis quasi in fugam vertitur, dum ipsa bene ieiunando castigatur. Tanto enim rarius ac difficilius se contra spiritum erigit: quanto sibi eam præsidens spiritus per extenuationem subdit: cum sic eam domat, vt tardè superbiat, cito conquiescat. Sed subtiliter est intuendũ, quod dicitur: Vt nõ relinquerentur duo pariter.) Duo quidem remanent, sed pariter nõ remanent. Duo quidem sunt, cogitatio immunda, & naturalis motus carnis. Ad sanctorum quidem conflictũ aliquando immunda cogitatio præuenit, aliquando insurgentẽ sibi sentiunt legem carnis contra legem mentis: sed qui victores iam sunt, hostes in fugam versos non timent, si iterum ad pugnam redeunt: quia cum eis pariter pugnare non possunt. Nam cũ prava cogitatio obuiat, prius eam abiiciunt, quam de eius suggestione caro moueatur. Et cum carnis lex membra commonet, lex mentis turpem motum turpia cogitando nequaquam fouet, & dum alterum abiicit, alterius pugnam nequaquam sentit. Bene ergo de electorum perfecta victoria dicitur, quia Dispersi sunt alij, vt duo pariter ex eis non sint relicti:) quia per macerationem corporis in tantum proficiunt culmen perfectionis, vt ab eis quicquid à carne, quicquid à mente ingeritur, leuiter superetur, dum conuenire in pugnam non sinitur. Et hæc quidem victoria de omnibus sensibus corporis electi percipiunt, qui obsidentem Naas sibi subiicere per abstinẽtiæ virtutem possunt. Nam refecta caro, & impinguata ad lapsum linguæ, oculorum, auditus, olfactus, & tactus facilis est. Dum
C ergo illiciti corporalium sensuum motus à gulæ vitio, ad mentis pugnam deducuntur, quasi Ammon populus, Naas regem ad Israëlitarum obsidionem comitatur. Sed dum Naas perfectè vincitur, Ammon & extinguitur ex parte, & ex parte sic in fugam vertitur, vt ex eo duo pariter non inueniantur: quia dum per abstinentiam corpus atterimus, innumeros nostrorũ sensuum illicitos motus eneruamus, & quos omnino eradicare nõ possumus, quasi debiles effugãmus. Ex quibus duo pariter nobis in pugnam nõ remanent, quia in oblectatione alicuius sensus corporei, non coniungimus sensum mentis. Nam sæpe oculis aspicimus, sæpe audimus auribꝰ, sæpe tactu, sæpe olfactu percipimus, quæ carnalem animum trahere ad illicitum amorem possunt, sed nostram perfectè carnem macerando victores sumus, quia duos pariter de victis aduersariis nõ videmus. Concupiscenda quidem tunc cernimus, sed oculorum motibus appetitum animæ coniungere deuitamus. Sæpe etiam cordi cogitatio illicita obuiat, sed victor serpentis, fugitiuum motum suum, quem attendit, solum inuenit. Ad ea enim quæ corde accidenter cogitat, aliquem de sensibus corporis per motum illicitum nequaquam leuat. Tales quippe
Esaiæ. 60. sunt, quos propheta miratur, dicens: Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Quasi enim co D lumbæ ad fenestras suas sunt, qui concupiscenda respiciunt, sed simplicitatem mundi cordis concupiscendo non perdunt, quia vident quæ appetant, sed illicitè appetere, quod cernunt, vitant. Ad hanc profecto victoriam, quia prædicatorum nostrorum exhortatione proficimus, bene per Saul Ammonitarum populus deuictus, & cæsus esse memoratur. Quorũ profecto bella non vniformia, sed diuersa sunt. Nam aliquando occultos aduersarios potenter opprimunt, aliquãdo falsos fratres sapienter ferunt. Illos intus magna virtute domant, istos foris mira patientia tolerãt. Intus per immensa certamina magnorum triumphorum gloria insignes sunt, sed foris in comparabilibus tantæ mansuetudinis suæ titulis adornantur. Qui ergo internæ victoriæ narrationem cognouimus, qualiter etiam foris vincant, audiamus. Nam sequitur: Et ait populus ad Samuëlem, Quis est, qui dixit Saul non regnabit super nos, da te viros, & interficiemus eos. Et ait Saul. Non occidetur quisquam in die hac: quia fecit dominus salutem in Israël.) Ad Sa- *Supra. 8.*
muëlem quippe dominus superius dixerat, non te abiecerunt, *Supra. 10.*
sed me, ne regnem super eos. De Saul autem pauloãte dictum est: quia despexerunt eum, & non attulerunt ei munera. Sed ille abiectus, iste despectus, cæsis iam hostibus consecuta victoria, vociferantem populum audiuit. Date nobis viros, & interficiemus eos. Posset quidem vterque non interficiendo, sed consentiendo de inimicis vindicari, sed etiam qui abiectus fuerat propheta loquitur, rex despectus fauet dicenti: Non occidetur quisquam:) quia sancti prædicatores nostri maiori E victoria coronantur, cum aduersa proximorum tolerãt, quam cum foris hostes expugnant. Vnde & vera sapientia in Salomone loquitur, dicens: Melior est sapiens viro forti. Sed no- *Prouer. 16.*
tandum, quod dicitur in die hac. In die quidem victoriæ suæ occidere appetit: qui eos, quos claritate virtutum ad amorem Dei pertrahit, ad nocendum aliis accendit. Vel in die victoriæ occidit: quia ea luce charitatis, qua in venerationem prædicatoris adducitur: ad odia eidem doctori detrahentium excitatur: Qui enim odit fratrem suum homicida est. Quia e- *1. Ioan. 3.*
nim de doctrina boni pastoris sic adiuuandi sunt boni, vt tolerentur mali: causa, qua nemo occidendus sit, bene subiungitur, Quia, inquit, hodie fecit dominus salutem in Israël.) Sequitur: Dixit autem Samuël ad populum. Venite eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum. Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecêre ibi regem Saul coram domino.) Si ergo omnia eo modo, quo superius in ordinando rege fiũt, ad sanctæ Ecclesiæ morem deducimus: magna subtilitate eius rectores ordinantur. Prius quippe prophetæ rex eligendus ostensus est, deinde quæsitus, quasi incognitus: postea etiam sorte inuentus, domi absconditus, reuelatus à domino, à populo sublatus, & in regiam dignitatem ab omnibus receptus est. Quid est ergo quod adhuc in Galgala tenditur, vt illic regnũ innouetur? Sed magna discretione rex quæritur, & inuenitur: quia altissima sunt ecclesiarum negocia, quæ si infirmi, & imperiti suscipiunt, ipsa rerum magnitudine deprimuntur. Attentè ergo, & subtilissima inuestigatione perquiritur, qui tanto culmini præferatur. Qui profecto valde prædicandus est, F
non cum quærentium iudicio constituitur: sed quando in ipsa dispositione summi ministerij strenuus inuenitur. Bene ergo iam triumphante constituto rege dicitur: Perrexerunt in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram domino:) quia cum prædicatoris fortitudo cognoscitur, in auditorum suorũ mentibus honoratur. In Galgala quidem, id est, rotam imus, quando per sacrum eloquium doctoris nostri operationẽ discutimus, & eum illic coram domino regem facimus: quia quẽ probabilem cernimus, dignum esse tanto culmine iudicamus. Prius ergo dicitur Saul à populo electus, ad extremum rex in Galgala constitutus coram domino: quia licet multa consilij grauitate in sancta Ecclesia pastor eligatur, vtrum sit merito, quod est ordine, non cognoscitur, nisi cum operum fortitudine declaratur. Dicatur ergo non de alio, sed de eo alio, qui magna victoria claruit: Perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram domino,) vt dignitas summi pontificis non constet in ambitione culminis, sed in summa virtutis. Et in Galgala quidẽ itur, vt iudicare de summo loco non audeat, cui scripturæ sacræ abscondita sunt præcepta. Et

coram

Universidad de Deusto
Biblioteca

G coram domino rex constituitur:quia tunc doctor subiectorũ suorum deuotione colitur, cum ipsi acceptam eius vitam omnipotenti domino recognoscunt. De ipsa autem cognitione vitæ,& doctrinæ pastoris sui:quia sæpe non sibi:sed meliorib' creditur, bene dicitur populus in Galgala regem coram domino constituisse,sed idem populus in Galgala monente Samuële perrexisse. Eamus(inquit)in Galgala & innouemus ibi regnum.) Regnum quippe innouatur:quia dum electus prædicator in magna virtute conspicitur, ei noua, & recenti deuotione auditorum corda submittuntur. Vnde quasi ostensa regis victoria regnum innouatur, quando cognita magna conuersatione doctoris,ipsa subditorum corda splendorem nouæ deuotionis accipiunt, & per eius exemplum ad propositũ magnæ virtutis excitantur.Sed iam qui in vno internorum prælio triumphos aspeximus,in altero iam pacis tempora mirabili æquitate decuria videamus.

Caput.I I.

Caput. 12. Ixit autem Samuël ad vniuersum Israël.Ecce audiui vocem vestram iuxta omnia quę locuti estis ad me, & constitui super vos regẽ,& nunc rex gradiatur ante vos, ego autem senui,& incanui. Porro filij mei vobiscum sunt,itaque conuersatus coram vobis ab adolescentia mea vsque ad diem hãc, ecce præsto sum. Loquimini de me coram domino,

H & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum.Si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem,si de manu cuiusquam munus accepi, contemnam illud hodie, restituamq; vobis.)Cum reprobi pastores præsunt, principale eis propositum est in rapina subditorum. Quia enim æternorum bonorum abundantiam aspicere nesciunt,quo presentia ardentius concupiscunt, eo auidius oblata recipiunt, non oblata violenter tollunt.Innocentibus insidiantur,debiles opprimunt,munera accipiunt,iuraq́ peruertunt.De his pasto-

Sopho.3. ribus per prophetam dominus Iudææ improperat,dicens:Pastores tui lupi vespere,non relinquentes in mane. Calumnia-

Mich. 3. tores innocentium pariter,& oppressores debilium,item percutit,dicens:Si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super illum bellum. Quapropter nox eis pro visione erit,& tenebræ pro diuinatione.Nam dum iniquitatẽ cognoscunt,quam faciunt,per audaciam nequissimi operis, cadũt in cæcitatem cordis,vt per amorem lucem veritatis vltra non videant,per quam à prauitate resipiscant.Item munerum acceptionem reprehendit Esaias, dicens: Omnes diligunt munera,

Esaiæ 1. sequuntur retributiones.Sanctus ergo vir dum innocentię suę simplicitatem ostendit,qua meritorum altitudine fuerit sublimis apparuit.Quod quidem virtutis præconium in eo vno o-

I stenditur,vt omnibus electis doctoribus eadem bonitatis conformitas ostendatur. Vitæ quidem innocentiam pro nobis habemus,sed prelationis culmen pro aliis,non pro nobis ascendimus.Per innocentiæ bonum ad æternam patriam tẽdimus, per altitudinem prælationis in aliorum custodia vigilamus.In illa virtute securi sumus,istam vero celsitudinem cum magno metu possidemus:quia qui nostrorum operum rationem reddere vehemẽter expauescimus,de eo quod aliis presumus, deo reddere rationem debemus. Si ergo electi viri volẽte deo etiã prælationis culmen inuiti conscendunt,volente deo idem culmen deuotionis deserunt. Sanctus ergo vir dicit: Ecce audiui vocem vestram,& constitui super vos regem,& nunc rex graditur ante vos,ego autem senui,& incanui,porro filij mei vobiscum sunt.)Quasi aliis vocibus dicat.Quia non pro me, sed pro vobis præfui, dignitatem quã tenui,libenter alij dedi. In eadem dignitate iam senui, & tamen longus vsus preeminẽdi, quem tenui,obligatum me in sui ambitione non tenuit.Quid ergo est,quòd ait: Filij mei vobiscũ sunt,) nisi quia in sanctis viris magna vis spiritualis amoris est, qua filiis ad culmen nascentibus, ius auferũt successionis?Sed qui summã ordinis tam quietus deserit, qualis in eodem culmine manserit ostendit. Quia enim rapinæ violentiam non exercuit dicit:Loquimini de me corã domino, & coram Christo eius, vtrũ bouẽ cuiusq̃ tulerim,aut asinũ.Item quia nulli nocendi occasionẽ quęsiuit, subiunxit,dicens: Si quempiam calumniatus sum. *Item quia* K debilibus grauis non fuit,dicit: Si oppressi aliquem.)Itẽ quia de prælatione sua non terrena, sed cœlestia quæsiuit, dicit: Si de manu cuiusquam munus accepi, & cõtemnam illud hodie, restituamq; vobis.) Quia vero in tanto contemptu rerum ab omnibus notus extiterat, sequitur: Et dixerunt non es calumniatus, neq; oppressisti,neq; tulisti de manu alicuius quippiã. Dixitq; ad eos,testis mihi dominus aduersus vos,& testis Christus eius in die.hac,quia non inuenietis in manu mea quippiã. Et dixerunt: Testis. Ipse vero adhuc subdit,dicẽs: Dominus, qui fecit Moysen & Aaron, & eduxit patres nostros de terra Aegypti ipse testis est.) Quo in loco notandũ est,quia bona, quæ fecit vir sanctus,non dixit: mala vero,quæ non fecit, exposuit,vt silendo ad æterna lucra bona seruaret, & loquendo odorem bonæ opinionis non perderet.Paulus vero loquitur, dicẽs:Christi bonus odor sumus in omni loco. Ipse etiã quos- *1.Cor.3.*
dam redarguens, ait: Nomen dei per vos blasphematur inter *Rom.2.*
gentes.Hinc item discipulum admonet, dicẽs: Oportet etiam *1.Tim.3.*
episcopum bonum testimonium habere ab his qui foris sunt. Dum ergo mala se tam cautè vitasse adseruit, & ingẽtia bona, quæ fecit,siluit:apertè vir beatus ostendit, in quanto culmine virtutum stetit, dum mala reprobãdo, ad electorum exemplũ odorem seruauit bonæ opinionis: & occultando virtutũ opera,præmia custodiuit æternæ retributionis.Sed notandũ:quia cum dominum testem suæ innocentiæ adsereret, ipsum dominum fecisse Moysen & Aaron dixit: Quid est hoc aliud, nisi L
quia & virtutis suæ culmen ostendit: sed in tãto culmine solus apparere noluit. Quasi latentibus sensibus dicat:In tãta animi virtute mirandus non sum: quia in ea solus nõ sum. Contẽptũ rerum in munere virtutis habeo, sed hunc in intentione vanæ laudis non habeo: in quo me valde meliores atq; sublimiores cerno.Et quia ipsum Moysen,& Aaron dominum fecisse adseruit,tale est item, ac si dicat: Quod mala tam fortiter cauere potui,illius debet gratiæ adscribi,qui Moysen, & Aaron tales fecit. Sed ad quid sanctis vir ista præmiserit, ostendit: quia subintulit,dicens: Nunc ergo state,& iudicio contendam aduersus vos coram domino de omnibus misericordiis,quas fecit vobiscum,& cum patribus vestris.)Ordo summæ rationis est, vt qui bona agere non curat,mala in aliis nequaquam reprehendat. Sanctus ergo vir prius mala se vitasse cautè adseruit, deinde ad reprehensionem aliorum prosiliit: vt electi prædicatoris mores insinuet, qui prædicationis fructum bene ferre non prævalet, nisi cum id quod de æternitate lucidum prædicat, splendida etiam conuersatione demonstrat. Dicit ergo: Nunc state & iudicio contendam aduersus vos de omnibus misericordiis domini.) Stare quidem auditoribus est, intentionem mentis ad verbum prædicatoris erigere. Merito ergo stare præcipiuntur: quia doctor nihil exhortando proficit,si auditor mentem ad ea,quæ loquitur non intendit. Eas- M
dem misericordias enumerans, ait: Quomodo ingressus est Iacob in Aegyptum, & exclamauerunt patres nostri ad dominum,& misit dominus Moysen,& Aaron:& eduxit patres nostros ex Aegypto,& collocauit eos in loco hoc.Et quia obliti sunt domini dei sui,tradidit eos in manu Sisaræ magistri militiæ Assur,& in manus Philistinorum:& regis Moab:& pugnauerunt aduersus vos. Postea clamauere ad dominum & dixere.Peccauimus:quia dereliquimus dominum,& seruiuimus Baalim, & Astaroth: nũc ergo erue nos de manu Philistinorũ & seruiemus tibi: & misit dominus Ierobaal,& Barach,& Iepte,& Samuël, & eruit vos de manu inimicorũ vestrorum per circuitũ,& habitastis confidenter.)Has quidem misericordias factas secundũ historiã idcirco cõmemorat,vt in eo, quod regem petiit,reũ se corã domino populus agnoscat.Nam qui ad omnia pericula submouenda dominũ presentẽ habuit, hominẽ super se regẽ necessarium nõ habuit. Ipsam aũt presentiam domini per impensas misericordias ostendit, dũ de manu Aegyptiorũ per Moysen &Aaron,& de manu Sisarę & Philistinorũ, & de manu regis Moab per Ierobaal, Barach, & Iepte, & à Samuële eos liberatos adseruit. Quo in loco valde quęrendũ est,cur petitio,qua rex petitur, tam districtè & reprehenditur, & ipsa diuinæ misericordiæ auxilia populo dei per prælatos homines impensa esse doceanẽ. Qua in re quid respondendum est, nisi quia valde diuersa est prelatio regũ à prælatione

iudicum?

A iudicum? Isti quidem vt pares præsunt, illi verò in potestate præeminendi arrogantiam exhibent dominationis. Isti innocentiæ suę testimonium coram domino: & omni populo commendãt: quia nec aliquem opprimunt, nec alienum aliquid in suis vsibus tollunt: illi verò non solum propria subditis auferunt, sed etiã ipsas subditorum personas onere seruitutis premunt. Subdens ergo ait: Videntes autem quod Naas ascenderet, & pugnaret aduersus vos: Nequaquam, dixistis. Sed rex erit super nos: cum dominus regnaret in vobis.) Quasi dicat. Ad hoc vobis hominem elegistis, ad quod deum habere solebatis. Quem nimirum locum si spiritualiter discutere volumus, hoc ex eo colligitur: quia qui carnalem sibi præesse expetunt, diuinam gratiam à se repellunt. Nam dum humilium doctorum exemplo viuũt, velut ab Aegypto liberantur: quia caliginem mundani amoris toto desiderio fugiunt. Quia etiam omnium vitiorum tyrannidem eorum doctrina euadũt, velut de manu Sisare Philistinorum, & regis Moab missis ducibus liberantur. In quibus deus iam solus omnipotẽs regnat: quia dum humiles pastores foris imitantur, regnantis inter se diuinitatis amorem gratanter excipiunt. Dicat ergo propheta, Dixistis mihi. Nequaquam, sed rex erit super nos, cum dominus regnaret in vobis:) vt ostendat: quia qui carnalibus se imitando subiiciunt, diuinæ gratię dignitatem perdunt. No-
B tandum etiam: quia Propheta Samuel per virtutem humilitatis vbique se electis ostendit in norma rectitudinis. Nam cum Israëliticæ plebis liberationem assereret, non ait: Misit dominus Iepte & me, sed Iepte & Samuel: & eruit vos de manu inimicorum vestrorum.) Se quidem quasi alium nominauit, vt virtus liberationis non adscriberetur personę missi: sed gratiæ mittentis dei. Misit (inquit) dominus Samuel, & eruit vos.) Quasi dicat: Quem voluit misit, & per quem voluit fecit. Et fortasse de se quasi de alio loquitur: quia non ipse est, qui per seipsum loquitur, sed spiritus sanctus. Et quia permissione dei iam rege constituto, vir domini ista loquebatur, ad hoc profecto loquebatur: vt regem, & populum ad dei cultum dirigeret, nõ vt ipsam dignitatem regiam euacuaret. Vnde & subiungens, ait: Nunc præsto est rex vester, quem elegistis, & petistis. Ecce dedit deus vester vobis regem, si timueritis deum, & seruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non exasperaueritis os domini, eritis & vos, & rex vester, qui imperat vobis, sequentes dominum deum vestrum. Si autem non exaudieritis vocem domini: sed exasperaueritis sermones eius, erit manus domini super vos, & super patres vestros.) Hęc profecto non mystica, sed historica sunt in omnibus. Nam vbi prælati, & subditi reprobam vitam ducũt, diuinæ vltionis pœnam pariter subeunt. Sed quia separatim ducuntur bona, separatim mala illa, pro quib⁹ manus domini super eos futura prædicitur, subtilius considerandа sunt. Quid est ergo, quod ait:
C Si timueritis dominum, & seruieritis ei:) nisi quia plærique diuinæ districtionis iudicia metuunt, & tamen praua agere non desistunt. Pauenti quidem corde futura iudicia cogitant, sed præsenti voluptate deuicti, mala committere nequaquam vitant. Bene ergo post timorem domini, eius seruitia memorantur: quia ille solus timor probabilis est, qui dum mentem concutit, ad boni operis studium trahit. Item quia nonnulli sunt, qui per timorem domini quædam mala respuunt, aliqua bona agunt: & tamen nec mala plenè deserunt, nec bona sufficienter operantur, adiungitur: Et audieritis vocem eius.) Qui vocem domini audit, & bona plenè agit, & mala penitus deserit. Eadem verò bona opera in delectatione suauitatis habenda sunt, non in æstimatione asperitatis. Nam quibus semper dura, & aspera videntur, quæ à domino præcipiuntur, paulatim decidunt & deficiunt. Hinc enim per semetipsam veritas dicit: Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. *Mat. 11.* *1. Ioan. 5.* Hinc Ioannes ait: Mandata eius grauia nõ sunt. Grauia quippe non sunt electis: quia dum æternæ vitæ gloriam magno desiderio appetunt, præcepta Euangelica gratanter ferunt. Potest & os domini prædicatio perfectę charitatis intelligi. Quasi enim oris sui blandimenta volebat ostendere, cum dicebat: *Idem. 15.* Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Hoc quippe præceptum domini, hoc iugum est diuinæ suauitatis. Quid enim leuius, aut vnquam gratius, quàm amor D fertur? Quid præterea graue, non leuiter tolerat, qui amatẽ Quicquid enim diligitur, cũ magna deuotione portatur. Quia ergo vinculum perfectionis est charitas dei & proximi, bene in vltimo loco Propheta denunciat, dicens: Si non exasperaueritis os domini, eritis & vos, & rex qui imperat vobis sequentes dominum deum vestrum.) Quasi dicat, tunc bene diuinam voluntatem perficitis si & contemptum prauitatis, & boni operis studiũ in diuina charitate solidatis. Tunc ad summam æternæ vitæ beatitudinem bene post redemptorem curritis, si ea, quæ carnalibus aspera sunt præcepta charitatis, vsque ad vitæ finem cum iucunditate deducitis. Sed quia infirmis, & carnalibus loquebatur, subsequenter denuncians, ait:

Si non audieritis vocem domini, sed exasperaueritis sermonem eius: erit manus domini super vos, & super patres vestros.) Manus domini diuinæ est seueritas vltionis. Quæ profecto manus super filios, & patres extenditur: cum diuini contemptus merito, & reprobi prælati, & subditi puniuntur. Eadem quoque manus ad vltionem extenditur cum vox domini non auditur, cum eius sermones exasperantur: quia ij qui diuina mandata quasi dura & importabilia respuunt: intolerabili pœnæ onere in futuro deprimuntur. Stulta quippe audacia hominis vnde ad modicum subire ea, quæ sibi videntur aspe- E ra, refugit: inde se asperioribus in æternum subdit. Nam si sapienter saperet, hoc sibi quod displicet, suaderet: vt per dura & aspera huius breuissimi temporis, dura & aspera euaderet futuræ damnationis. Hæc profecto dura corda carnalium velociter audiunt, sed per salubre consilium facile molliri non possunt. Bene ergo subiungitur: Sed & nunc state, & videte rem istam grandem, quam facturus est dominus in conspectu vestro. Nunquid non messis tritici est hodie? Inuocabo dominum, & dabit voces & pluuias, & scietis & videbitis quia grande malum feceritis vobis in conspectu domini petentes super vos regem.) Quia tam attẽtè, & toties ista petitio regis reprehẽditur, hoc electis insinuat: quia qui ad culmen sanctæ ecclesiæ carnales prouehunt, grauissima peccati obligatione retinentur. Nam peccata reliqua singularis pœnę meritum obtinent, qui verò carnalem præpositũ constituit, tot incurrit pœnarum merita, quot ille fidelibus subditis prębet prauitatis exempla. Sed graue põdus criminis deponi nõ potest, nisi austeritate magnę cõpunctionis. Cõpunctionis autẽ gratia menti nõ infũditur, nisi prius ipsa ei peccati magnitudo mõstretur. Propheta ergo domini vt ad cõgruæ pœnitentiæ fructũ peccantem populum prouocaret, per mirabilẽ motum aëris, ei insinuat magnum peccatũ transgressionis. In messe autem tritici, pluuiæ, & tonitrua in illa regione nõ fiunt. Bene autem subsequenter adiunctum est: Clamauit Samuel ad dominũ, & dedit dominus voces, & pluuias in die illa: & timuit omnis populus nimis dominum, & Samuelẽ. Dixitq́ue vniuersus populus F ad Samuelem: Ora pro seruis tuis ad dominum deum tuum: vt non moriamur. Addidimus enim vniuersis malis nostris, vt peteremus nobis regem.) Quod sanè si ad vestra tempora deducimus, vt populus ad cognitionem peccatorum veniat, prędicatores pro eis ad deũ clamãt: quia fidelium salutem magnis desideriis flagitant. Clamare quidẽ prædicatoribus est, electorum salutem magna deuotione postulare. Ad quorum clamorem dominus vocẽ dat: quia peccatorum corda excitat, vt prauitatis suæ nequitiam recognoscant. Dat pluuias: quia excitata corda per infusionẽ supernæ gratiæ adiuuat, vt nõ solum deserat mala quisque, quæ fecit: sed etiã bona fortiter agat, quæ appetit. Sed hoc in die messis tritici fieri dicitur, vt virt⁹ miraculi designetur. Nõ est quidem minus miraculũ immutatio cordis, quàm perturbatio aëris. Non minus miraculum est arẽtia corda reuiuiscere, quàm æstiuis ardoribus inusitato more pluuias inundare. Maius quippe miraculum est, intimo sonitu insensibilem mentem concutere, quàm collisis per ventum nubibus, tonitruũ insonare. Sed rectus ordo cõuersionis ostenditur, in ordinata positione verborum. Nam dicit: Dedit dominus voces, & pluuias, & timuit omnis populus nimis dominum, & Samuelem.) Ordinatissima quippe conuersione cum malũ deseritur, bonũ in mente propagatur, cùm cõuersi mẽs quasi per

Universidad de Deusto
Biblioteca

G pluuiam bonum ſemẽ nutrit,& ſe deo, & hominibus per obedientiæ virtutem ſubdit. Bene ergo dicitur: Timuit omnis populus dominum & Samuelem,)quia qui ſummi ſpiritus aduentum ſuſcipit, & mala deſerit, & bona apprehendit, & ſic deo ſubditur, vt pro deo etiam hominibus ſubſternatur. Et quia præſumptionem in ipſa obedientiæ virtute non habent, dicunt: Ora pro ſeruis tuis ad dominum,vt non moriamur.) Cum ſpiritus vitæ ſe menti infundit, protinus eam ad mortis pauorem erigit: quia magiſterium eiuſdem ſpiritus eſt, vt timendo mens agat, ne quod timet inueniat: ſed ſancti viri pro eis orantes exaudiri poſſunt, qui & occulta peccata cordis per humilitatem reuelant confeſsionis. Vnde & ſubditur: Addidimus enim vniuerſis malis noſtris, vt peteremus nobis regem.)Quia verò hæc ſatis iam exponendo ventilata ſunt, ſequentia videamus: Dixit autem Samuel,Nolite timere.Vos feciſtis vniuerſum malum hoc. Veruntamen nolite recedere à tergo domini.)Pœnitentis mens tunc bene dirigitur,ſi diuina iudicia metuat,& de dei omnipotentis miſeratione confidat. Timor quidem ſine ſpe in deſperationem præcipitat, ſed cum ſpei coniungitur,ſalutẽ mentis operatur.Quare & ſummo ſtudio inuigilare optimus doctor debet,vt peccantem terreat, & territum ad veniæ ſpem reducat,quatenus per metum peccare deſinat, & per ſpem impetrandæ indulgentiæ diuinæ miſeri-
H cordiæ portum quærat. Territos ergo ſubditos ad ſpei virtutem Samuel erigens,dicit: Vos feciſtis vniuerſum malũ hoc, veruntamen nolite recedere à tergo domini.) Quaſi dicat: Si peccare deſinitis,ad obtinendam commiſſorum veniam, perueniretis citius poteſtis. Nolite ergo recedere à tergo domi-
Lucæ.1. ni.)De iuſti laude promittitur: Præibis enim ante faciem do-
3.Reg.17. mini,parare vias eius.Hinc Helias ait:Viuit dominus in cuius
Pſal.67. conſpectu ſto.Hinc Pſalmiſta dicit: Exultent iuſti in conſpectu dei.In conſpectu quidem domini, vel ante dominum ſtare eſt,teſtimonio bonæ conſcientiæ de amore conditoris præſumere.Stant quidem in conſpectu eius,qui ex merito magnæ actionis,de ſuperna conditoris ſui gratia ſecuri ſunt. Peccatores autem cum mala cõmittunt,à facie domini fugiũt, ſed cum redire pœnitendo deliberant,quaſi poſt tergum domini ſunt: quia & diſcedere longius nolunt, & tamen præſumere de deo quaſi amici non poſſunt. Hinc eſt, quòd peccatrix mulier re-
Lucæ.7. tro ſtetiſſe dicitur,vt pedes domini deoſculari mereretur. Re-
Mat.19. tro etiam illa ſtetit,quæ fimbrias eius tetigit,& à fluxu ſanguinis ſui curari meruit.Retro quidem ſtat pro verecundia peccati,ſed tangit per virtutem ſpei. Quia ergo pro cõmiſsis iniquitatibus ſemper erubeſcere debemus, & in quibus confundimur deuitare, Samuel peccatoribus imperat,vt à tergo domini non recedant. Sed quia non ſufficit conuerſo peccatori, vt peccata non agat,ſubſequẽter adiunxit: Et ſeruite domino in omni corde veſtro.) Tunc nanque promereri veniam poſſumus,ſi peccare deſinimus,& bonis operibus inhæremus.
I In omni etenim corde domino ſeruire eſt,peccandi nullam in corde intentionem retinere. Omne quidem cor ad ſeruitium cõditoris inflectitur,quãdo ſic bona agimus, vt mala per propoſitum nulla teneamus.Quod & propheta domini Samuel apertè inſinuat,cum ſubiungit: Et nolite declinare poſt vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos: quia vana ſunt.) Ad literam vana ſimulachra dæmonum appellat.Nobis autem vana illa hic accipienda ſunt, quæ concionator oſtendit,dicens: Vanitas vanitatum & omnia vanitas.In comparatione etenim æternorum bonorum, vana ſunt omnia, etiam bona temporalia. Quicquid enim in hoc ſeculo lætum, delectabile,ſublime,aut proſperum cernitur, vanum profecto eſt: quia difficile habetur, & cito amittitur. Repente quidem alta ſeculi corruunt,pulchra tranſeunt,læta,& proſpera euaneſcũt. Nam cum ſtare in his floribus ſuis mundus blandiens cernitur, repentina fortuna turbatur: aut feſtina,& omnia de turbante morte concluditur. Vana ergo ſunt gaudia ſeculi, quæ quaſi manentia blandiuntur:ſed amatores ſuos,cito tranſeundo decipiunt. Dicat ergo Propheta Samuel: Nolite declinare poſt vana, quæ non proderunt vobis.)Quaſi dicat:Stultè appetuntur bona ſeculi, quæ ab appetitoribus ſuis non poterunt diutius teneri. Et notandum, quia de futuro dicitur, non proderunt vobis: quia nimirum nunc prodeſſe cernuntur, ſed cum in futuro pro eis puniri cœperint nequaquã pro- K
ſunt. Vnde & aptè ſubditur: Neque eruent vos, quia vana ſunt.) Quaſi dicat: Idcirco vos tunc non adiuuant, quia cum mundo deficiunt:& poſt ſeculum non habẽtur. Multum quidem ſeculi bona durant, ſi cum amatore vſque ad extremum vitæ perueniunt. Poſt ſeculum ergo non proſunt, quæ finem vitæ tranſire non poſſunt. In hac quidem vita ſuos amatores peccatis obligant,ſed tunc non eruent, vbi quidem per meritum ſunt:ſed per auxilium non ſunt. Qua in re cautè notandum eſt: quia eis temporalia bona non proderunt, qui poſt hæc declinare perhibentur. Poſt bona etenim temporis declinare eſt,in eorum appetitum defluere: amorem illorum diuino amori præferre. Merito ergo his vana non proderunt: quia ea eo ordine quo condita ſunt,habere noluere. Sed quo fructu vana deſpiciantur,inſinuatur,dum ſubditur: Et non derelinquet dominus populum ſuum propter nomen ſuum magnum: quia iurauit dominus, facere ſibi populum.) Magnum malum hæc vana poſt ſe declinantibus, ingerunt: quia dum inordinatè terrena appetunt, à ſummo & omnipotenti deo ad ſuſtinenda futura tormenta deſeruntur. His ergo, qui declinare poſt vana prohibentur, merito Propheta repromittit,dicens: Non derelinquet dominus populũ ſuum propter
L nomen ſuum magnum.)Quia qui pro eius amore vana deſpiciunt, à veris malis eruuntur: & ex fide promiſsionis, mercedem accipiunt æternę hæreditatis.Populum quippe ſuum dominus facit,quem ad æternæ beatitudinis gaudia ſuſtollit. Ibi quippe reuelata maieſtatis ſuæ gloria, illi præſidet: quem in mundo ab amore vanitatis per occultam gratiam aſſumptum tenet. Iurare quidem domino, repromittere eſt.Eumque populum ſuum facere, dominus iurat, qui non declinat poſt vana: quia terrena deſpicienda ſunt, vt æternæ hæreditatis adipiſci bona mereamur. Nec tamen ad ea poſſe his meritis ſe perduci aliquis credat: quia hic diſtrictè expreſſum eſt. Propter nomen ſuum magnum.) Non enim bonitate noſtra, ſed dei fit: vt homo terrenus bonis cœleſtibus perfruatur. Donum quippe dei eſt,non ex nobis. Sequitur: Abſit autem à me hoc peccatum in domino vt ceſſem orare pro vobis.)Ille iſta loquitur, cui ſuperius de iis quibus loquitur, dominus ait:Non te abiecerunt,ſed me, ne regnem ſuper eos. Ecce ab- *Supra.8.*
iicitur Propheta,& abiicientibus ſe loquitur, dicens: Abſit à me hoc peccatum in domino, vt ceſſem orare pro vobis.) Equidem ſi ſecundum legis præceptum hoc diſcutitur, peccatum eſſet habet: ſi pro abiicientibus ſe non oraret. Nam lex *Leui.19.*
Moyſi præcipit,dicens: Diliges proximum tuum,& odio habebis inimicum tuum.Sed & qui Prophetam abiiciebant,non amici,ſed inimici extiterant.Quid eſt ergo, quod dicit: Ab- M
ſit à me hoc peccatum,) niſi quia vir ſanctus ad charitatis verticem ſublimatus, non ſolum diligebat amicos, ſed ipſos etiam amplectebatur inimicos? Legis quidem veteris mandato inſtructus, ſed nouæ gratiæ fulgoribus illuſtratus, licentiam vetuſtatis Euangelica perfectione reprehendit. Quo nimirum in facto,nos nobiſcum facere rationes cogimur. Hinc *Lucæ.6.*
enim per Euangelium iubetur: Diligite inimicos veſtros,benefacite iis qui oderunt vos. Quantum ergo nunc inimici diligendi ſunt, cum præcipimur: ſi tunc amari potuere, cum odio haberi iubebantur? Et quia non ſolum orare pro eis, ſed eos erudire conabatur:ſubiungens,ait: Et docebo vos viam bonam, & rectam.) Cur enim viam diuini obſequij bonam dicit, & rectam: cum bona non ſit,ſi non ſit recta,nec recta ſi non ſit bona? Sed bona fuit via, qua populus ab Aegypto ad terram promiſsionis aſcendit, & tamen dum per eremum circuiuit, recta non fuit. Bona ergo via eſt, qua ad ſupernam patriam tenditur: recta, qua facile peruenitur. Via ergo bona & recta eſt, cum ad religioſam vitam conuertimur, diuina obſequia cum inſtanti feruore magnæ deuotionis exercemus. Vnde & bene eandem viam Samuel exponit, dicens:

Igitur ſeruite domino, & timete eum in veritate, & ex toto corde veſtro.) Hæc quidem via bona,& recta eſt: quia ad æternam vitam tendit, & velociter peruenit. Per timorem quippe domini deuitantur mala: ſeruiendo ei, eius mandata complentur. Cui nimirum in veritate ſeruimus, quando eius præcepta pro ſola ſuperna retributione perficimus. Nam

qui de

Universidad de Deusto
Biblioteca

A qui de bono opere temporalem mercedem expetit, deo in veritate non seruit, quem falso proposito in sua operatione non diligit. Qui autem in veritate deo seruire cupiunt, totum cor in diuinis obsequiis ponere iubentur, vt sic, quę dei sunt agãt, vt in nullo aliquid, quod contra deum sit, non retineant. Hęc profecto via non solum bona, sed recta est: quia ad salutẽ tendit, & viatorem suum ad perfectionem velociter ducit. Velut enim altera via terræ repromissionis ostẽditur bona, quæ perducat: recta, quæ diuerticulum caueat. Per hanc quippe vnusquisque tanto melius ad culmen virtutum peruenit, quanto per negligentiarum circuitus non diuertit. Hæc quidem via recta in illa exprimitur, per quam dominus filios Iſrẽl ducere ad terram promissionis voluisse perhibetur. Voluit quippe illis labores deserti committere, vt nobis post vnigeniti sui vestigia gradientibus, cursum tanti itineris leuigaret. Non enim
Matt.19. adhuc audire poterant: Si vis perfectus esse, vende quæ habes, & da pauperibus, & sequere me, & habebis thesaurum in cœlo. Dum enim licentia rerum temporalium vetus populus per diuersa discurreret, quasi per circuitum laboris ad terram promissionis cito duci nõ potuit. Vt ergo nobis nouæ vitæ viam Propheta insinuet, viam bonam, & rectam esse dicit, & deum metuere, & ei in veritate, & ex toto corde seruire: quia ad sublimitatem diuinæ gratiæ cito perueniunt, qui omnipotentem deum & bono opere, & seruentibus desideriis inquirere non desistunt. Et quia eundem populum ad audienda prædi-
B cationis verba per miraculum attentum fecerat, subdit: Vidistis enim magnifica, quæ in nobis gesserit dominus.) Quasi dicat: Ex iis quę vidistis colligite, omnipotentem deum quàm terribiliter metuere, quàm deuotè ei semper seruire debeatis. Quæ profecto verba si ad nos trahere volumus, tanto nobis est & venerabilius metuendum, & deuotius deo seruiendum, quanto in redemptore nostro mirabiliora perspeximus. Sed quia quod boni audiunt, audacter mali contemnunt, subiunxit, dicens: Quod si perseueraueritis in malitia, & vos, & rex vester pariter peribitis.)

Caput. III.

Cap.13. ELIVS vnius anni erat Saul cum regnare cœpisset, duobus autem annis regnauit super Iſraël.) Superius cum ordi-
Supra.9. nãdi regis negotium tractaretur, de eo, qui diuino iudicio præferendus erat cæteris, dictum est: quia erat electus & bonus. Item de eo iam electo in regnum, & in medio populi statuto, Samuel ait:
Supra.10. Certè videtis quem elegit dominus, quoniam non est ei similis in omni populo. De eodem item rege nunc dicitur, Filius vnius anni erat Saul,) vt dum attentè laudatur, à domino bonus electus fuisse sentiatur. Cur ergo vnius anni esse dicitur, cum regnare cœpisset, nisi vt eius innocentia prædicetur? Nam ad literam vnius anni quomodo esse filius potuit, qui vniuerso populo ab humero, & sursum eminebat? Quod ergo
C secundum literam intelligi nõ potest, intelligi per internæ intelligentiæ rationem debet. Vnius itaque anni rex esse describitur, vt donum pueritiæ in persona regis innocentiæ bonum
1.Cor.14. signet. Vnde & æterni regni filiis iubetur: Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Quod certè & ecclesiarum
Mat.18. pastoribus ipsa veritas comminatur, dicens: Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. De rege ergo, qui prius bonus, postea malus extitit, dicitur: quia vnius anni fuit, cum cœpit regnare, & duobus annis regnauit. Licet enim multis annis regnauerit, illis solis regnare dicitur, in quibus innocens & humilis fuisse perhibetur.
Infra.16. Nam postea superbus & inobediens audiuit: quia proiecisti sermonem domini, proiecit te dominus ne sis rex. Se quidem à regno proiectum cognouit, & tamen proiectus regnare non timuit. Quanta postea fortiter egerit? Sed ecce omnia illa tempora ad regnum ei deputata non sunt. Illo ergo solum tempore nos vixisse gaudeamus, quo innocenter & humiliter vixi-
D mus. Nam illa tempora, quæ in seculi vanitate, & fluxa carnis vita consumpsimus, quasi perdita minime memorantur. Sunt adhuc quoque, qui ad rapiendum culmen sanctæ ecclesiæ ingeruntur: de quibus per Prophetam dominus queritur, dicẽs:
Ose.8. Regnauerunt & non ex me, principes extiterunt, & ego ignoraui. Qui nimirum dum quædam fortiter agunt, rapinam inuasi culminis à deo obliuioni traditam arbitrantur. Secum sua opera numerant, & quod prꝫter deum agunt, à deo remunerãdũ putant. Qui certè, vt rectius ea quæ agunt, enumerent: Saul abiecti tot fortia facta numerẽt, quæ diuinus numerus nequaquam tenet. Dicat ergo Saul, Duobus annis regnauit super Iſraël:) vt de omnib' sentiatur: quia quod nobis viuimus mercede vacuatur, & nequiter præesse, non est veritas præeminendi, sed temeritas puniendæ præsumptionis. Sed iam quid vnius anni rex fecerit audiamus. Et elegit Saul tria millia de Iſraël, & erant cum Saul duo millia in Magmas, & in monte Bethel, mille autem cum Ionatha in Gabaa Beniamin.) Millenarius numerus quia centenario decies collecto perficitur, summam perfectionis insinuat. Qui profecto cum ter repetitur, in eo electorum perfectiones variæ designantur. Saul ergo tria millia virorum de Iſraël elegit: quia prędicator veritatis ad defensionem sanctæ ecclesiæ non infirmos & debiles, sed robustos & validos bellatores ducit. Tria quippe millia esse perhibentur: quia in summa perfectionis facie, virgines proferunt: iuxta quos & cõtinentes, & veritatis defensores ponunt. Dum enim exemplo virginum ad summam incorruptionis alios accendunt, dum cõtinentium vita alios à seculi corruptionibus au-
E ferunt, dum humilium debilitatem per auxilia potentium defendunt, contra hostes sanctæ ecclesiæ boni doctores quasi cum tribus electorum virorum millibus veniunt. Viri autem dicuntur pro fortitudine, de Iſraël esse referuntur pro diuina contemplatione. In summo enim perfectionis numero contineri non potest, qui aut virtute caret magni operis, aut notitia internæ visionis. Quid est quod alij cum Saul, alij cum Ionatha ex electis viris esse perhibẽtur? Sed & ipsa locorum nomina in quibus esse dicuntur, mysteriis vacua credẽda non sunt. Ionathas, qui filius regis esse describitur, & partẽ bellatorum habet, eos profecto insinuat: qui in prædicationis ministerio doctorum adiutores sunt. Filij quippe eorum sunt: quia vehementer eos diligunt, quorum ministerio deo generantur. Sed parti bellatorum præsunt: quia sanctæ ecclesiæ curam gerunt, & exemplo alios, alios verò exhortationibus ad amorem virtutum prouehunt. Quasi enim magnus rex filium in exercitum miserat, qui Corinthiis loquebatur, dicens: Ideo misi ad
1. Corin.4. vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, & fidelis in domino: qui vos commonefaciat vias meas, quæ sunt in Christo Iesu, sicut in omnibus ecclesiis sanctorum doceo.
1.Cor.16. Hinc item dicit: Cum venerit Timotheus, videte vt sine timore sit apud vos: opus enim domini operatur, sicut ego. Ionathas verò cum mille viris in Gabaa Beniamin esse dicitur,
F Saul autem cum duobus millibus in Magmas, & in monte Bethel. Gabaa (vt sæpe iam diximus) sublimis interpretatur, Magmas humilitas, Bethel domus dei, Saul petitio, Ionathas columbæ donum dicitur. Tria verò millia virorum electorum de Iſraël, ad virgines, & continentes, & veritatis defensores retulimus. Dum ergo columbæ donum Ionathas dicitur, & in Gabaa, id est, sublimi mille cum eo esse viri perhibentur: quid aliud, quàm illos insinuat, qui lucidissimo virginitatis exemplo, aliis præbent eiusdem normam pudoris. Bene autem columbæ donum institutor virginum dicitur: quia incomparabili gratia Spiritus sancti efficitur, vt à manẽtibus in carne carnis corruptio nesciatur. Bene & in sublimi esse virgines dicuntur: quia quod naturam humanam supergreditur, in altissimo virtutum culmine situm est. Vnde
Apoc.14. & virgo ille dilectus Iesu locum virginum insinuans, ait: Vidi supra montem Syon agnum stantem, & cum eo centum quadraginta millia, habẽtia nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Quos etiam ex luce propriæ conuersationis insinuat, dicens: Hi sunt qui cum mulieribus non sunt conquinati, virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocunq; ierit. In montẽ quidem esse cum agno dicũtur: quia per meritum incorruptionis, quo à terrenis, & carnalibus delectationibus se diuidunt: in superna redẽptoris gloria sublimantur. Cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tur. Cum Saul verò duo millia esse dicuntur in Magmas, & in monte Bethel. Magmas quæ humilitas interpretatur, quid aliud quam continentium ruborem significat? Nam dum præterita carnis oblectamenta recolunt, erubescunt. Sed quia viri fortes sunt, cum Saul esse referuntur: & dum experta seculi blãdimenta despiciunt, exemplo suæ virtutis innumeros alios ad eiusdem seculi contemptum trahunt. Sed tamen Magmas inhabitant: quia dum recolunt, quales fuerunt in seculo: superbire non possunt, de eo quod magnos se vident esse in deo. Qui bene cum Saul esse referunt, qui petitio dicitur. Prædicator etenim veritatis tantæ charitatis esse debet, vt instanti desiderio non petitor, sed petitio esse sentiatur. Salutem quippe fidelium tam instantius debet appetere, vt ex vsu interni gustus, omnem motum cordis in affectum ducat supplicationis. Cum quo mille viri sunt: quia perfectiores auditores cum electis doctoribus in charitate conueniunt, & pro salute fidelium omnipotentem dominum communiter deprecãtur. In Magmas ergo cum rege sunt: quia humilitatem pro se incolunt: vt exaudiri pro aliis mereantur. Sed dum electus doctor omnibus subditis vtiliter præest, omnium virtutes ad victorię coronas promouet. Nam cum humilibus supplicat, cũ fortibus pugnat, cum remotis viris orationibus insistit, cum expositis ecclesię defensoribus, debiles & infirmos protegit. Bene ergo nõ solum in Magmas, sed in monte Bethel esse cum Saul in bella-
H torum millibus dicuntur: quia prædicator ecclesiæ sicut diuersis ordinibus electorum præeminet, ita eorum esse cooperator debet. Bethel quippe, id est, dei domum custodiunt, qui verbi auctoritate sanctam defendũt ecclesiam. Cum quibusque tyrannis voce liberæ auctoritatis obuiant, cum contra huius seculi potentes se erigunt, cum pro defensione humilium, seculi huius potestatibus contradicunt: Bethel domum dei quasi regis bellatores custodiunt. Qui certè cum Saul esse referuntur: quia in defensione ecclesiæ magnorum doctorum coadiutores sunt. Bene autem de reliquis dicitur: Porro cæterum populum remisit vnumquenque in taberna cula sua.) Cæterum populum dicit, quem millenarius numerus non concludit. In tabernacula quidem sua remittitur: quia ad summa, & fortia opera infirmi, & imperfecti producendi non sunt. Nam nec continentes, nec virgines, nec martyres fieri debiles possunt. Illis quidem, vt ad eos præterita carnis oblectamenta non redeant: istis vt inexperta carnis blandimenta contemnant, illis vt aduersa mundi non metuant, maxima fortitudo necessaria est. In tabernacula ergo sua cætera plebs remittitur, ne de altioris vitæ temeritate damnetur, & velut debilis & infirma in bello pereat, dum altæ conuersationis fidem spondet, quæ altæ virtutis robur non habet. Quasi enim vnumquenque in tabernacula sua dimittebat beatus Paulus apostolus, cum di-
1. Corin. 7. cebat: Propter fornicationem vnusquisque vxorem suam ha-
I beat, & vnaquæque suum virum. Velut enim peritus magister internæ militiæ, & coronas victoriæ, & pugnæ consyderans grauitatem, militum vires in belli pondere librabat, optimum iudicans infirmis, vt in vrbibus viuerent, ne acerbo marte perirent. Quare & item eos à castris fortium segregans, ait:
Ibidem. Reuertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incõtinentiã vestrã. Sed remotis debilibus, quid in fortissima virginũ acie agatur, exponitur, cum subiungitur: Et percussit Ionathas stationem Philistinorum, quæ erat in Gabaa.) Sicut excellit ordine sponsi acies, ita & victoriæ titulos prima suscepit. Ionathas quippe stationem Philistinorum percutit: quia electa virginitas de carne, continentiæ arce sublimata, motus turpes extinguit. Bene autem statio Philistinorum dicitur: quia in corpore vrginali, carnales motus non habent requiem delectationis, sed statum certaminis. Stant quippe: quia impugnant, sed requiescere non possunt: quia mentem sanctam minimè oblectant. Statio ergo Philistinorum in Gabaa percutitur, quando ab electis virginibus carnis desideria penitus eneruantur, & pacem triumphi obtinent, dum solita bella non habent. Ad quam profecto victoriam quia maiorum exhortatione sæpe proficiunt, mille viri in Gabaa cum Ionatha sunt: sed Ionathas percutere Philistinorum castra perhibetur. Et quia exemplo aliorum, sæpe alij ad æmulationem virtutis excitantur, sequitur: Et percussit Ionathas
K stationem Philistinorum, quæ erat in Gabaa: quod cum audissent Philistæi, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens: Audiant Hebræi, & vniuersus Israël huiusćemodi famam. Percussit Saul stationem Philistinorum, & erexit se Israël aduersus Philistæos. Clamauit ergo populus post Saul in Galgala.) Percussa quippe Philistinorum statione, Saul buccina canit, & post Saul populus clamat: quia auditas electorum virtutes sancti prædicatores prædicant, & subditorum corda ad exemplum boni operis inflammant. Buccina quidem canere est, & victoriam nunciare, & exemplo victorum aliorum mentes ad spiritualis belli propositum excitare. Populo etiam post Saul clamare est, de audita prædicatione magnæ deuotionis ausum suscipere. Quo in loco notandum est, quia Ionathas stationẽ Philistinorũ percussit: sed Saul tuba canens, se percussisse eandem stationem perhibuit. Quia nimirum electorum prædicatorum triumphis adscribitur, quòd à subditis occulti aduersarij superẽtur. Sed quoties alios hostes vincimus, necesse est, vt ad aliorum deuincenda certamina præparemur. Omnipotens enim deus quia electos suos copiosius remunerat, eos semper vult in pugna consistere, vt ipsi semper possint sibi eterni muneris bona præparare. Quare & cum
L populus clamasse post Saul dicit, subiunctum est: Et Philistæi congregati sunt, ad præliandum contra Israël: in triginta millia curruum, & sex millia equitũ, & reliquum vulgus sicut arena, quæ est in littore maris plurima.) Superius rex Saul tria millia virorum sibi elegisse describitur. Si ergo partes vtriusque exercitus conferre volumus, contra vnumquenque virum Saul, decem currus Philistinorum, & duo equites deputantur. Decies enim tria millia triginta millia sunt. In senario quoque numero ternarius geminatur. Quo nimirum bello occultorum hostium tam multitudo, quàm feritas designatur. In curribus quidem, & equis contra nos veniunt: quia modo malas cogitationes electorum cordibus, modo eorum corporeis sensibus rerum visibilium blandimenta noxia offerre moliuntur. Equi nanque ad cursum celeres sunt, ad impetum fortes. Quibus nimirum cogitationes malæ aptè comparantur, quæ ad cor velociter veniunt, & fortiter pungũt. Equites contra nos in prælium veniunt, quãdo maligni spiritus nobis malas cogitationes, & celeriter excitant, & nos per eas fortiter impugnant. Sed contra vnumquenque fidelium duo equites veniunt: quia si occultas reproborum spirituum insidias in considerationis summam colligimus, illud eorum speciale propositum est: vt videlicet in nobis principalem virtutem feriant, & charitatem dei & proximi penitus extinguãt. Equus verò vnus sæuire cernitur, quando reproba cogitatione nobis malignus spiritus suggerit, vt proximus odio habeatur. Sed equus qui solus cernitur, solus non est: quia deum
M *1. Ioan. 4.* nemo diligit qui fratrem odit. Quia item diuina charitas cum nullo principali vitio in mente conuenit, quoties spirituale vitium nobis dæmonum fraude suggeritur: equitum sæuientium cauere debemus velocitatem nimiã & ferocitatem violentam. In comparatione quidem equitis, sagittarij, aut peditis ictus omnimodo debilis est. Impetus verò equitis equi viribus violentus est: quia nimirum virtus maligni spiritus nulla est in electorum certamine, si ipse residere non permittitur in mala cogitatione. Quia ergo valde fortes in bello hostes nostri sunt, quando insidere internis cogitationibus permittuntur: in Philistinorum exercitu equitum turba numeratur. Currus verò decem vnicuique electo in prælium deputantur. Quinque enim nobis sunt sensus corporis, quibus experimentum accipimus delectationis. Sed spiritus maligni quando per blandimenta carnis mentem decipere gestiunt, corporeis sensibus rerum species ostendunt, quas caro appetat, & per earundem rerum species suggerit, vt mens oblata concupiscat. Quasi enim in rotis suis currum aduersarius erigit, dum hinc rerum blandimenta offert, inde cogitatione retinet, ista porrigit, illas immittit, & quasi voluendo se sublimem ad animam inuehit, dum contra electos se malignus spiritus erigit, & per blandimenta rerum & per artem suggestionum. Decem ergo currus sunt: quia contra singulos sensus corporis nostri habent species blandimentorum visibilium, habent contra totidem sensus animæ, & deceptorias artes suasionum.

Quid

Universidad de Deusto

A Quid est autem quòd reliquum vulgus sicut arena, quæ est in littore maris esse plurima memoratur: nisi quia ad ducatũ malorum spirituum, innumerabilis sæuit cõtra nos turba vitiorũ? Velut enim subiectum vulgus, currus, & equites sequitur, quãdo dæmonum insidiæ mentem impugnando præueniunt, vt à subsequentibus vitiis quasi ab irrationabilis vulgi multitudine deuastetur. Bene autem prius currus, & equites, deinde vulgi numerositas in spirituali sanctorum pugna describitur: quia nimirum nulla est numerositas, nulla fortitudo vitiorum, si excitando, & immittẽdo non præcedat hanc malignorum turba spirituum. Quibus etiam verbis innuitur, quàm cauta, & circunspecta semper esse debeat vita sanctorum. Nã si vulgus reliquum arenæ maris plurimę comparatur, innumerabilis, & ferè inuitabilis est multitudo iaculorum. Quanuis enim perfectis fidelibus omnia nota sint vitia, quãtis tamen cor motibus pulsent, quibus modis, aut quibus causis semper ad cor veniant, omnino scire non possunt. Apertas quidem tentationum tenebras potenter abiiciunt, sed sæpe caliginem ignorãtiæ in rebus leuioribus quasi arenę minutias non euadunt. Semper fortitudinem ostendunt boni operis, sed qui magnos exercitus equitum magna virtute superant, linguam penitus ab omni superflua locutione non refrenant. Continuo vsu corpus in dei omnipotentis seruitio dirigunt, sed eorũ mens, quę foris membra perfectè ordinat, cogitationes superfluas aliquãdo nequaquam vitat. Quid enim aliud tunc quàm vulgi importunam multitudinẽ sentiunt, qui currus & equites magna virtute prostrauerunt? Sed doctor egregius dicit: Diligẽtibus deum omnia cooperãtur in bonum. Permittit quidem deus electos suos magnis tentationibus impeti, vt magnificentissimè in cœlesti regno debeant coronari: sed magna prælia permittit, quæ vincãt, leuia excitat, in quibus cadant, vt victoria fortium magna sit, casus innoxius, vt cadentes se facile erigant, & eos fortia, in quibus victores steterant, non extollant. Nam si currus, & equites vincimus, extolli de victoria non debemus: quia innumerabilia sunt, quæ cogitando, loquendo, videndo, gustando, & audiendo, & operando committimus. Huius nanque vulgi innumerabilis tela, etiam ille vitare non poterat, qui decebat: In multis offendimus omnes. Hinc item dilectus Iesu loquitur, dicens: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Quis ergo iam quasi victor extolli audeat, si tanti viri peccatorum tela se omnino euadere non posse manifestant? Sed quia hæc in spirituali bello describuntur, non debemus nunc æstimare quid patimur, sed qualiter hostiũ nostrorum impetum infirmare valeamus. Vulgus Philistinorum arenæ comparatur, quæ est in littore maris plurima: quia omnis virtus vitiorum, & numerus ex seculi perturbationibus augetur. Mare quippe hoc seculum designat: quia dum magna rerum, & temporum varietate impellitur, quasi ventis furẽtibus perturbatur. In littore autem quãdo impulsa maris aqua refunditur, innumerabiles arenæ minutiæ glomerantur. Quid est ergo littus maris, nisi cor vniuscuiusque in spirituali conuersatione negligentis. Per ordinem quippe religionis, quasi in solido stare cernitur, sed dum seculares cogitationes non reprimit, quasi frangentes in se maris fluctus excipit, & cumulos arenarum: & inde quidem impelli fluctibus, & obrui arena potest, vnde mari appropinquare non timet: quia si seculi cogitationes spiritualium rerum contemplatione reprimeret, vitia mentis & corporis, quæ seculi occupatio velut arenas, & fluctus inuehit, non sentiret. Cur ergo vulgus hostium arenæ simile esse dicitur, nisi quia maligni spiritus eisdem vitiis electos Christi athletas impugnant, quibus negligentes superant? Cum turba quidem secularis strepitus contra eos veniunt, qui seculum in suis delectationibus spernere tota mente didicerunt. Pompas rerum visibilium formant, cõtemptum iam seculi amorem fingendo renouant: vt corda superno amore flammantia, ad noxias delectationes trahant. Sed sancti viri quia innumerabilem hanc nequam cogitationum turbam de seculi pelago prodire considerant, seculum tota mente fugiendo, fieri littora maris vitant: & tantum vulgus hostium iam non timent: quia dum in intima cõtemplatione se retinent, vitiorum turba ad eos accessum habere non potest. Sequitur: Et ascendentes castrametati sunt in Magmas ad orientem Bethauen.) Malignis spiritibus ascendere est, ad decipienda sanctorum corda, per cœleste desiderium alta conari. Bene autem dicitur castrametati sunt in Magmas: quia in illis cordibus resident, quæ in alto amore cœlestium sublimata non vident. Magmas quippe humilitas interpretatur. Humiliari verò in sacro eloquio pro defectu sæpe virtutis accipitur. Vnde & in hac eadem Regum historia Thamar Dauid regis filia, quam violasse Amnon frater eius legitur, humiliata perhiberur. Currupta quidem, humiliata est: quia sublimis steterat virgo, & dum altum honoris virginei culmen perdidit, velut de sublimi ad planum & humilem locum venit. De futura etiam superborum depressione dicitur: Omnis qui se exaltat, humiliabitur: quia in examine superni iudicis corruunt, qui vanè de huius seculi sublimitate gloriantur. Bene ergo in Magmas castra ponere Philistæi perhibentur: quia per iniqua consilia in eis dæmonia habitant, qui alta virtutum culmina tenere non curant. Nam dum terrena quærunt, velut plana & humilia incolunt, vbi inuisibiles hostes castra ponere leuiter possunt. De quibus nimirum hostibus per prophetam dicitur: Qui dicunt animæ tuæ incuruare vt transeamus. Erecta quidem sublimis est anima, incuruata humilis: quia per virtutum celsitudinem, & per cœleste desiderium in alta sustollitur: sed quando ad vitia, vel ad seculi amorem desluit, illuc quidem cadit, vbi hanc hostis irruens leuiter atterit. Dicunt ergo animæ tuæ incuruare, vt transeamus: quia si hanc ad agenda, vel cogitanda terrena non humiliant, nec malignis persuasionibus penetrant, nec vitiorum bello perturbant. Hinc ergo colligere possumus, quãtum à seculo actu, verbo, & cogitatione longe fieri debeamus. Verba quippe nostra, cogitationes, & opera plana & humilia sunt, quando secularia. Per hæc quidem ibi sumus, vbi occultorum hostium castra libere ponuntur, vbi tanto facilius capi possumus, quanto nulla munitionis arce subleuamur. Quis enim iam fidelis nesciat: quia culpas verborum, cogitationum, & operum nostrorum colligant, & ad accusationem nostram in aduentu venturi iudicis seruent? Vnde & hunc humilem atque despectum locum Magmas fugiendum nobis esse dominus insinuans, dicit: Omne verbũ otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Locus ergo hostium humilis dicitur, vt profecto nobis insinuet: quia verbo, cogitatione, & opere semper sublimes esse debeamus. Et quia dum in humili remissioris vitæ suæ loco reprobi capiuntur, exempla prauitatis ostendunt, quæ aliis imitanda proponantur: ab oriente Bethauen Magmas esse dicitur. Ab oriente quidem solis lucem oriri cernimus. Reproborum autem vita quanquam veritatem obscuritatis habeat: qui hanc tamen pro vana seculi delectatione semper appetũt, nimirum velut fallæ lucis splendore falluntur. Vnde & per beatum Iob dicitur: Auferetur ab impiis lux sua. Modo quidem velut lucidum eis placet blandimentum seculi: sed dum de seculo exeunt, perpetuas subibunt tenebras, quas lucem esse crediderunt. Tunc videbunt, quia lux non fuit, quando in aduersitatem prosperitas, lux in tenebras, risus in mœrorẽ, dulcedo in vermẽ, decor in deformitatem, honor in dedecus, blandimenta in pœnas & æterna tormenta cõmutantur. Hæc profecto quia nunc impiorum corda non sentiunt, bonorum mores imitari refugiunt: & exemplo perditorum quicquid de seculo eis placet, sumere nequaquam timent: quia illos imitantur, qui per vitam reprobam habitacula dæmonum facti sunt. Vnde & merito domus inutilis dicuntur: quia sæpe sanctorum prædicationem suscipiunt, sed verbum, quod ab eorum ore audiunt, in se habitare per amorem nequaquam patiuntur. Inutilis ergo domus sunt: quia aptam in se deo habitationem non faciunt. Hanc inutilem domum per semetipsam veritas in Euangelio designat, dicens: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis nõ habet vbi caput suum reclinet. Hinc iterum scriptum est: Spiritus sanctus disciplinæ effugit fictum, & non habitat in corpore subdito peccatis. Bene ergo inutilis domus habere in orientis parte Magmas dicitur: quia qui sanctorum prædicationem spernunt, in reproborum exemplo ima, & terrena quærentium, velut in magnę lucis exortu gratulantur. Sed dum loquentibus sacræ historię mysteriis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G malorum conuersatio demonstratur, quàm sit cauta sanctorum vita subsequẽter ostenditur. Nam sequitur: Quod cum vidissent viri Israël, se in arcto sitos afflictus est populus, & absconderunt se in speluncis, & in abditis, in petris quoque, & in antris, & cisternis.) In arcto quidem sumus, quando ab immundis spiritibus intus tentamur, & foris malorum hominum exempla conspicimus. Contra internam ergo malorum spirituum tentationem bene dictum est, Afflictus est populus,) & contra exteriora exempla impiorum hominum, Absconderunt se:) Quia blanda & læta nobis appetenda callidus aduersarius suggerit, qui nunquam melius vincitur, quam si tentati ad deuotæ orationis lamenta curramus. Et exempla prauorum vitare citius possumus, si ea etiam respicienda non esse iudicemus. Abscondi ergo sanctorum, est reproba videre dedignari. Et quia quinque sensus corporis à reproborum imitatione custodiunt, quinque etiam latibulorum genera describuntur, spelunca scilicet abdita, petræ, antra, & cisternæ. Speluncæ vero montium occulta sunt. Quia verò alta in cœlesti desiderio sunt corda sanctorum, & malignis spiritibus clausa, & inaccessibilia sunt. Speluncas ergo ingredimur, quando ad mentium secreta recurrimus: ne vagantibus oculis foris, concupiscenda videamus. In abditis abscondimur: quando claudimus. Petras ascendimus: quando oris silentia occulta seruamus. Petras ascendimus: quan-

H do actum corporis in robusta operatione locamus. Vnde & de his absconditis per prophetam dicitur sub vnius assignatione: Qui claudit oculos suos, ne videat malum: & obtu-

Esa.33. rat aures suas, ne audiat sanguinem, & excutit manus ab omni munere: in excelsis habitabit munimenta saxorum sublimitas eius. Antra & cisternas intramus quando & olfactum ab obscœnitatibus mundi, & aures ab audiendis vaniloquiis custodimus. Cisternæ nanque aquarum sanctarum scripturarum verba sunt. In cisternis ergo abscondimur: quando ad sacri eloquij aquas ingredimur, vt per aurium officium mentium prata rigemus. Bene enim in electorum typo Israëlis latibula memorantur: quia qui sensus corporis à delectationum carnalium inquinamento non protegit, occultorum hostium gladium non euadit. Dicat ergo occultæ illius congressionis victoriam, dicat, Afflictus est populus.) Dicat apertè obiecti extra certaminis triumphos: Absconderunt se.) Afflictio quippe electæ mentis, omnis diabolicæ tentationis peremptorius mucro est. Nam dum profundè compungitur, in superni gaudij amorem subleuatur, & tanto iam fortius oblata mundi oblectamenta rèspuit, quanto iam cœlestia ferue-

Act.14. uentius diligit, ad quæ flendo conscendit. Doctor nanque egregius dicit: Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Qui certè regni cœlestis introitus sic speratur in fine temporum, vt in quotidiana sanctorum vita sentiatur. Tribulatio igitur nostra superni gaudij introitus est.

I Merito ergo quoties electa mens in afflictionis suæ lamento compungitur, se tribulando, hoc obtinet, vt intret in cõtemplationem illius superni regni, in quo ineffabiliter gratulatur. Et dum sancti viri amatores mundi in flore transeuntis lætitiæ videre refugiunt, dum corporeos sensus suos ab eorum imitatione abscondunt, eorum quæ cernitur non est fuga, sed glorioſa victoria. Actus quidem terrenos fugiunt, sed cœlestes assequuntur, mundo delitescere videntur, sed cœlesti gloriæ reuelantur. Fugiendo igitur noxia, hostes suos validius insequuntur, & valde nobilius triumphant, cum sic ad cœlestia properant, vt eos aduersantium polluta sæuitia non contingant. sequitur: Hebræi autem transiere Iordanem ad terram Gad, & Galaad.) Hoc profecto si prius iuxta literam scire volumus, Hebræi isti & timore perterriti, & ad hostes

Infra.14. suos confugisse sentiuntur. Nam non multo post in aperta Ionathæ victoria scribitur, Hebræi qui fuerant cum Philistim heri, & nudiustertius, ascenderúntque cum eis in castra, reuersi sunt, vt essent cum Israël, qui erant cum Saul, & Ionatha. Quid verò in hoc facto signatur, nisi quod quotidie in sancta ecclesia fieri cernimus, bonorum esse tutam & cautissimã vitam, negligentium præcipitem impatientiam. Infirmi quidem, & audaces sunt, curiosi ad actiones seculi, debiles ad tolerandum bellum tentationis. Etsi in his nostra discutimus, in monasteriis plærique tales inueniuntur. Intra portus quidem tranquilla inhabitant, sed aperti pelagi procellas, & tempe- K
statum turbines nequaquam pensant. Cúmque foris quasi fortes agere se magna æstimant, ad grauissima tentationum prælia faciles exeunt, ad fortes aduersarios impotentes. Ratione quidem improuidi, robore infirmi, sicut astutæ tentationis fraudes non intelligunt, ita & apertas blandimentorum decipulas non euadunt. Iordanem ergo transeunt, quia ad perpetranda carnis flagitia incuruantur. Iordanis quidem descensus eorum interpretatur. Qui ergo iustitiam deserunt, ab alto mõte virtutum cadunt. Quia ergo infirmi quique libenter appetunt mundi blandimẽta, quæ cernunt, in eorum typo Hebræi non trans Iordanem perlati, sed Iordanem transire perhibentur. Transire quidem volentis est. Iordanem itaque transeunt, qui ad carnales delectationes voluntaria, & festina deliberatione flectuntur. Possunt autem intelligi Iordanem transire, qui nouiter peccare incipiunt, sed aliorum peccatorum hominum nequitias peccando transcendunt. Ad descensum quippe eorum desinendo, non transiendo pertingerent, si aliis æqualia mala facerent, & non ea audẽdo superarent. Et quia in nequiori etiam vita pares suos inueniũt, bene ad terram Gad, & Galaad, trans Iordanem peruenire memorantur. Velut enim trans Iordanem habitant, qui per peccãdi vsum, malis peiores
fiunt. Ab hoc descensu culpæ erigere peccatores venerat ille, L
de quo scriptum est. Venit in omnem regionẽ Iordanis, prædicãs baptismum pœnitẽtię in remissionem peccatorum. *Luca.3.* Qui de omnibus culpis prædicare pœnitentiam venerat, in omnes vtiq; descẽsus regiones veniſſe prædicatur. Sequitur: Cũq; adhuc esset Saul in Galgala, vniuersus populus perterritus est, qui sequebatur eum. Expectauit autem septem diebus iuxta placitũ Samuelis, & non venit Samuel in Galgala dilapsusque est populus ab eo. Ait ergo Saul, adferte mihi holocaustum, & pacifica, & obtulit holocaustum.) Hucusque quia de Saul (vt superius dictum est) electo & bono diuinus sermo locutus est, ratione visum est, vt quæ de eo dicebantur, tam per historiam, quam per moralitatem in bonam partem acciperemus. Nunc vero quia ad locum transgressionis eius peruenimus, nimirum necesse est, vt in eo ea etiam, quæ sunt vitanda videamus. Sed quid vnquam studiosius vitandum electis omnibus quam superbire, & *inobedientiæ malum* videri debuit. *Hæc quippe primi angeli sublimitatem deposuit, hæc perditorum* spirituum gloriam strauit. Hæc primo homini fœlicitatem abstulit, hæc captiuitatis humanæ perpetuas ærumnas inuexit. Et ecce primo angelo, primo homini, electi populi per inobedientiam rex primus adiungitur, vt dum magna proruunt, minima erigantur. Bene quippe erigimur, si & illorum lapsus aspicimus, & vitamus. Vbi ergo Saul ceciderit, attente considerandum est. Superius nanque ei dixerat Samuel: M
Descendas ante me in Galgala. Ego quidem descẽdam ad te, *Supra.10.*
vt offeras holocaustum, & oblationẽ, & immoles victimas pacificas. Septem diebus expectabis me, donec veniã ad te: & ostendam tibi, quæ facias. Idcirco igitur per inobedientiam cecidit, quia integris septem diebus sicut iussus fuerat, non expectauit. Nam in eodem loco repentè subiungitur: Cumque cõpleſſet offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat.) Quo in loco trementi corde considerandum est, quam breuissimi temporis expectatione neglecta, repulsus sit. Cum cõplesset (inquit) holocaustum ecce Samuel veniebat.) Si ergo eum solo temporis breuissimo interuallo expectaret, quo obtulit holocaustum, securus iam regni sui robur obtinere potuisset. Itaque si tanta pœna est, quando propheta despicitur: quid putamus de pelago illo diuinæ animaduersionis incurratur, cum ipsa diuina præcepta dissipantur? Et quia in momento transit carnis delectatio, & omnis peccatorum commissio: & breuis quidem est hora transgressionis, non tamen breuis pœna flagitij: quia dum ad momentum in nobis regnum peccati erigimus, illa regna perdimus omnium seculorum. Statim enim post peccatum sermo propheticus venit, vt increpet: qui adesset, si non peccaremus, vt in bono roboraret. Polluta quidem conscientia habet iam diuinum eloquium cõtra se: quæ si pollui vitaret, ab eo adiuta & releuata proprio vigore subsisteret. Quid enim vobis aliud spiritualiter designat, quod dicitur: Cumque cõpleſſet offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat.)

A veniebat.) Et si non obtulisset holocaustum, nihilominus & Samuel veniisset. Sic nimirum & cum tentamur, diuina gratia iuxta est, quæ sustinentes adiuuet: iuxta & diuina iustitia, quæ deficientes damnet. Vnde sacra scriptura nos expectare cohortans, ait: *Eccles.10.* Si spiritus potestatem habens ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. Hinc Propheta testificans, ait: *Esai.50.* Dominus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Hinc *Psal.15.* Psalmista vicina eadem auxilia respiciens, ait: Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commouear. Sed iam Propheta quid non expectanti dicat, quid is, qui expectare noluit, respondeat, audiamus. Locutúsque est ad eum Samuel. Quid fecisti?) Sciebat quidem propheta quid fecerat, sed interrogando inobedientiæ factum *Gen.3.* reprobabat. Vnde & ad peccantem Adam in paradiso à domino dicitur. Adam vbi es? Potest etiam per hanc interrogationem magnitudo reatus intimari. Ac si apertè dicat. Parum tibi videtur, quod inobediendo deliqueris, sed à sublimi gloriæ tuæ culmine delinquendo cecidisti. Nunc ergo plærique intra sanctam ecclesiam se flagitiis obruunt, & quasi qui nulla, aut minima perdant, securi sunt. Dicatur ergo lapso, dicatur: Quid fecisti?) Parum tibi videtur quod te peccati sorde pollueris, quia quam æternitatis gloriam perdideris, quam gehennæ pœnam merueris, non attendis. Interrogatur qui-
B dem peccator, quid fecerit, vt ad cor per lamenta perducatur, vt magna se incurrisse sciat, & parum non doleat. Sed quia ex radice superbiæ ipsa culpa inobedientiæ nascitur, solent inobedientes reatus sui magnitudinem, obiurgantibus doctoribus, audire, sed non humiliter confitendo satisfacere. Nam cum sublimes videri appetunt, lapsus suos ostendere dedignantur, & ideo excusationes proferunt, iustitiam prætendunt, quia apparere peccatores erubescunt. Bene ergo subiungitur: Respondit Saul. Quia vidi quod dilaberetur à me populus, & tu non veneras iuxta placitos dies. Porrò Philistim congregati fuerant in Magmas. Dixíque nunc descendent Philistim ad me in Galgala, & faciem domini non placaui. Necessitate compulsus obtuli sacrificium.) Ecce qui de magnæ transgressionis temeritate arguitur, magnas causas iustitiæ asserere non veretur.

Vidi, inquit, quod dilaberetur populus à me.) Ecce hic asseritur destitutus à populo. Porro non veneras iuxta placitos dies.) Hic se ostendit Prophetæ promissione fraudatum.

Porro Philistim congregati fuerant in Magmas.) Hic pariter obiicit imminens periculum congressionis. Quare ex actione sua verbum subinferens, ait: Necessitate compulsus obtuli holocaustum.) Quasi dicat: Tu me de magno reatu arguis, cum reatus tanto sit leuior, quanto non temeritate constat, sed necessitate. Sed qualem eum cognoscat Propheta, qui se cognoscere noluit, subiungens, ait: Stulte egisti, nec custodisti mandata domini dei tui.) Superbi quique quia per ti-
C morem supra homines se esse arbitrantur, competenter arguuntur, cum eis diuina voluntas obiicitur, quam offendunt. Saul ergo superborum more arguitur, qui domini dei sui mandata contempsisse perhibetur. Quod tale est, ac si superbientem, & contemnentem terreat, dicens: Et si homines despicis, nunc non consilia hominum, sed domini dei tui mandata dissipasti. Rectè ergo tuum reatum pensas, si illum quem contemnis trementi corde consideras. Et notandum, quia non ait, non custodisti mandata dei tui, aut mandata domini tui, sed non custodisti mandata domini dei tui. Ac si apertè dicat. Ausus magnæ transgressionis esset, si ille cuius mandata despicis, tantum dominus tuus, non etiam deus existeret. Quantum erest, quod committitur: cum dei, & domini mandata neglíguntur? Quia item non dixit domini dei mei, aut domini dei nostri, diuinæ familiaritatis gratiam, eum offendisse redarguit. Quasi dicat. Eius præcepta contempsisti, qui dum te de imo extulit, dum super alios te constituit, dum regem fecit, per impositionem tantorum munerum, velut specialiter tuus fuit. Adhuc quoque subiungitur, vnde transgressionis eius audacia maior esse doceatur. Quæ, inquit, præcepit tibi.) Quædam denique dei præcepta sunt communia omnium, non specialia aliquorum: Vt ergo audacem reum temeritatis suæ patenti obiectione conueniat: non eum præcepta communia, sed propria, & singularia contempsisse demonstrat. Quæ ait præ- D
cepit tibi. Ac si dicat: Illa dei & domini tui mandata contempsisti, quæ non velut communia omnibus, sed velut propria, & soli tibi singulariter credita obseruare debuisti. Sed quid mereatur, exponit, dicens. Quod si non fecisses, iam præparasset dominus regnum tuum super Israël vsque in sempiternum: sed naquaquam vltra consurget.) Ecce quam magna perdidit, qui vt putabat, nulla contempsit. Ecce septem diebus Prophetam sustinuit, sed dum præstolari eum in fine diei desiit, gloriam tantæ dignitatis amisit. Vnde & per Prophetam dicitur: Væ his, qui perdiderunt sustinentiam. Sustinentiam qui- *Eccles.2.*
dem perdunt, qui bona quæ inchoant, non consummant. Quibus nimirum væ esse dicitur: quia non solum inceepti laboris mercedem perdunt, sed etiam apostatatus sui pœna feriuntur. Pœna autem superbi & inobedientis regis declaratur, cum dicitur: Quod si non fecisses, præparasset iam dominus regnum tuum super Israël à modo, & vsque in sempiternum: sed non consurget.) A modo, & vsque in sempiternum electum regnum paratur: quia qui temporalia bene ordinant, æternæ gloriæ sibi sublimitatem parant. Modo quidem electorum regnum paratur, cum per diuinam gratiam rectè eorum ministeria dispensantur. Quòd à modo, & vsque in sempiternum proficit: quia de sublimi actione huius temporis, sublimiorem illam æternitatis gloriam promerentur in cœlis. In finem itaque E
reprobo regi dicitur: Regnum tuum nequaquam vltra consurget.) Quasi dicat. Dum à temporali rectitudine deficit, ad æternitatis celsitudinem non pertingit. Vel idcirco ad literam non consurgere dicitur: quia cum ipso corruit, & post ipsum in eius filiis non remansit. Sed vt liuoris pœna feriatur, non solum repulsionem suam, sed etiam electionem alienam audire compellitur. Nam subiungens Propheta, ait: Quæsiuit sibi dominus virum iuxta cor suum, & præcepit ei, vt esset dux super populum suum Israël.) Per omnia verba hæc superbus eliditur: Quæsiuit (inquit) virum iuxta cor suum.) Quasi dicat. Ideo eum quæsiuit, quia tu iuxta cor suum esse noluisti. Quasi dicat: Talem virum populi sui ducem constituit, qui præceptum diuini consilij exequatur virtute deuotionis. Quia enim corde ea quæ agere volumus, deliberare solemus: dum vsu nostræ locutionis cor dei in sacro eloquio ponitur, per eum voluntas eius intima designatur, quæ à nobis tunc foris agnoscitur, quando inobedientiæ præcepta reuelantur. Iuxta eam verò sumus, quando hanc & per intellectum agnoscimus, & per amorem custodimus. Bene ergo de domino Propheta Samuel dicit. Quæsiuit sibi virum iuxta cor suum, & præcepit vt esset dux super populum suum:) quia ille aliis vtiliter præcipit, qui obedire deo perfectè iam nouit, qui solum hoc præcipit, quod ex consilio procedit intimæ veritatis. Sed quid est, quod quasi de præterito dicitur: quæsiuit sibi dominus vi- F
rum, & præcepit ei vt esset dux, cum non fuerit quæsitus: nec ei vt populo suo præesset, iniunctum? Nam postquam Saul percussit Amalech eidem Prophetæ dominus ait: Imple cornu tuum oleo, & veni mittam te ad Isai Bethleemitem. Sed hæc quæstio facile soluitur, si omnipotentis dei præscientia, & prædestinatio videatur. Ei quidem prædestinare, facere est: & *Infra.15.*
apud ipsum iam facta sunt, quæ ab ipso fieri, præordinata sunt. Vnde & de eo scriptum est: Fecit, quæ futura sunt. Sed *Eccles.3.*
quæsisse virum deus dicitur, vt eligendorum antistitum forma hominibus præbeatur. Quærere enim solemus, quæ aut præsentia, non cognoscimus: aut absentia, non videmus. Deus autem cui nihil est absens, nihil latens, non dicitur quæsisse virum, vt absentem, aut absconditum: sed quæsisse dicitur, vt omnis, qui ad sanctæ ecclesiæ culmen eligitur, discutiendus ab hominibus esse doceatur. Sed quæri debet secundum cor dei, vt videlicet non solum diuinam voluntatem intelligat, sed bonis operibus ostendat. Quia item electi viri ad honorem primatus non ex ambitione ueniunt, sed coacti perducuntur, bene dictum est: Et præcepit ei, vt esset dux.) Quasi dicat. In honorem prælationis non per ambitionem subiit, sed coactus ascendit. Potest etiam intelligi vir pro fortitudine, secundum cor dei, pro interna charitate. Quando igitur necessitas exigit, ad curam sanctæ ecclesiæ quæratur

Universidad de Deusto
Biblioteca

G vir, vt sit conuersatione fortis: quæratur secundum cor dei, vt per affectum magni amoris, quasi vnitus sit diuinæ voluntati: præcipiatur ei, vt sit dux: quatenus sublimitatis ordinem conscendere ex cupiditate non ambiat, sed ex humilitate pertimescat: sicque sibi humilis metuat, vt subdi præcepto dei deuotus agnoscat. Sed quia his verbis propheta lapsi regis vitam reprehenderat, sequitur: Surrexit autem Samuel, & ascendit de Galgalis, in Gabaa Beniamin.) Quasi ab alto ad planum sanctæ ecclesiæ doctor venit, quando peccatorum culpas redarguit; & status sui sublimitatem curuat: cum ad discutienda malorum crimina se per affectum charitatis humiliat. Bene ergo de eo, qui peccatorem arguerat dicitur, Surrexit & ascendit.) Surgit quippe electus prædicator, quando ad altitudinem suæ spiritualis conuersationis se per intentionem erigit: ascendit autem, quando ad arduam eiusdem vitæ suæ celsitudinem per consuetum opus venit. Cœlestia quidem desideria, spirituales virtutes, bona opera in sublimi sunt, affectus terreni concupiscentiæ seculares, vitia, & peccata in infimis. Doctor verò vt lapsos bene corrigat, prius culpas discutiendo inuenit, deinde inuentas ferit. Vt ergo quæ feriat perspicuè & apertè videat, mentis oculos ad videnda ima peccatorum vulnera curuat. Sed perspecta non ferit, si ad tangenda ea in infimis non descendit. Surgere ergo, & ascendere propheta dicitur, quia electi doctores sic ad ima nostra videnda, & emen-
H danda plærunque veniunt, vt redire statim ad alta conuersationis suæ nunquam obliuiscantur. Quibus etiam verbis sacerdotalis animi libertas asseritur. Nam plærique alios increpant, qui semetipsos validissimo iræ bello perturbant. Post increpatas verò culpas surgere, & ascendere nequeunt, quia in semetipsis turbidi, ad alta intimæ quietis progredi nequaquam permittuntur. Quidam coërcendas aliorum turpitudines audiunt, sed cum ad cogitanda ima descenderint, noxia eorum delectatione sordidantur. Infirmi quidem & tanti ministerij impares, dum soluere inferius aliorum modos gestiunt, illos non liberant, sed semetipsos ligant. Quid ergo significat, quod de Samuele dicitur: Surrexit & ascendit,) nisi quod in perfectioribus viris aspicimus, qui sic nostra inquinamenta respiciunt, vt ab eis nequaquam sordidentur, sic nobis irascuntur, vt quieti intus, secreti sui alta conscendere velociter possint. Fortes nanque, & potentes sunt, & qui magna, & fortia sua leuiter ferunt, nostris infirmitatibus non grauantur. Et quia in correctione nostra sanctæ scripturæ testimonia proferunt, à Galgalis surgere, & ascendere perhibentur. Galgala quidem (vt plærunque iam dixi) rota nominatur. Testimonia verò scripturarum quia per diuersos sensus in nostra eruditione voluũtur, velut rotæ sunt. Et quia cum sancti prædicatores subditorum sollicitudinem deserunt, in æternæ vitæ contemplatione sublimantur, in Gabaa Beniamin Samuel ascendere dicitur.
I Gabaa denique Beniamin collis filij dextræ interpretatur. Quis ergo est filius dextræ, nisi quem sancta Euangelia confitentur ad cœlos ascendere, & ad dextram dei patris sedere? Collis igitur filij dextræ, æterna est celsitudo redemptoris. Quando enim ima nostra sancti prædicatores deserunt, in alta illa diuina redemptoris per intentionem surgunt, & per visionem conscendunt. Potest & secundum historicum sensum simplicius intelligi hoc quod dicitur: Surrexit & ascendit: quia videlicet in rege, quem arguerat, humilitatem pœnitentiæ, qua manere cogeretur, minimè cognouit. Idem tamen rex in ministerio relinquitur, vt ipsa prophetæ separatione corrigatur: quia plærunque quos prædicatoris verba non corrigunt, diuidi à prædicatorum familiaritate, vel à sanctæ ecclesiæ vnitate pertimescunt. Iuxta prædicatores duri sunt, sed separati resipiscunt: & qui inobediendo peccauerunt, obedire deo iam humiliter parant. Vnde & rex Saul non multo post demoliri Amalechitas
Infra.15. præcipitur: vt si mandatum domini eiusdem cæde gentis perficeret, prioris inobedientiæ nexus enodaret. Separatus quidem à propheta, ea agere visus est vt ad agenda alia iuberetur. Quare & subditur. Et reliqui populi ascenderunt post Saul obuiam populo, qui expugnabat illos: venientes ex Galgala in Gabaa Beniamin.) Nonnulli sic in peccato corruunt, vt in nullo bono opere teneantur: nonnulli verò dum mala se perpetrasse recolunt, agere bona instantius conantur. Agendo quippe bo- K
na, mala quæ relinquunt, operiunt: ne ab æterno iudice detecta iudicentur. Hoc nimirum si factum Saul in bonam partem deducimus, hoc inuenimus: quia qui prius in sacrificio, metuens Prophetæ mandata contempsit, postea verò ad eos, quos metuerat, conterendos populi dei aduersarios festinauit. Quo in loco etiam hoc notandum est, quia quem Propheta deseruit, ad experienda bella hostium de Galgalis ascendit. Plærosque etenim peccatores iusta prædicatorum seueritas proiicit, quos tamen diuina memoria non relinquit. Solatia & adhortationes rectorum propter culpas amittunt: sed sacras scripturas consulunt, propositum resumunt, & qui inobedientiæ malo velut lapsi iacuerant: erecti per obedientiæ feruorem ad occultorum hostium bella procedunt. Bene ergo de Galgalis, id est, de rotis venire memorantur: quia de sanctis scripturis accipiunt, vnde aduersæ partis militiam comprimere fortiter possint. Quia verò perditæ conuersationis altitudinem recuperare vincendo satagunt, in Gabaa Beniamin ascendere dicuntur. Quia item alij in latibulis se clauserant: alij ad hostes confugerant, reliqui populi vocantur, qui nullo sunt timore perterriti: sed cum rege suo ad locum festinant congressionis. Quod etiam nunc in ecclesia videmus, quia videlicet plærique quasi paruuli proficere per priuatæ vitæ studium proponunt, plærique fortes in expositis quoque maligni hostis certaminibus audaces sunt: L
vt apertè videant seculi blandimenta, quæ appetant, sed appetere visa contemnunt. Hi quidem non in latibulis, sed in aperti certaminis campo consistunt: expositi ad prælium, fortes ad triumphum, qui pugnare possunt, & nequeunt superari. Vnde & per perfectum numerum designantur, cum subditur. Et recensuit Saul populum, qui inuentus fuerat cum eo, quasi sexcentos viros.) Septem quippe diebus hebdomada impletur, sed vnus eorum ad operandum prohibitus est, sex verò in boni operis studio conceduntur. Centenarius autem numerus summam continet numerorum. In sexcentis ergo viris, qui alij designantur, nisi qui opere, & cordis deliberatione robusti sunt? Nam quidam fortia proponunt, sed quia quod proponunt, non faciunt, ad sexcentorum virorum numerum non pertingunt. In sexcentis ergo viris, *fortes operarij sanctæ ecclesiæ designantur, quia magna proponunt, & rigorem propositi fortitudine compleut* bonæ operationis. Qui bene cum rege inuenti perhibentur, quia cum pastoribus sanctæ ecclesiæ in bona voluntate, & pia actione conueniunt. Cum eis nanque sunt, à quibus nec voluntate discrepant, nec operatione discordant. Qui sic conuenire dicuntur, vt excellere prædicatorum dignitas sentiatur, quia etsi idem bonum subditi, quod prædicatores volunt faciunt, illi tamen in eodem bono præcipui sunt, quorum vt ordo est celsior, ita & ardentior virtus animi, & robustior nixus operationis. Quare & separatim de rege, & eius filio dici- M
tur: Et Saul, & Ionatha.) Vt quid enim separatim rex, & eius filius nominatur, nisi quia actio boni præsulis claret esse singularis? Et quia omnium fidelium subditorum non est vniformis æqualitas, sequitur. Et populus qui inuentus est in Gabaa Beniamin.) Satis replicatum est, quod Gabaa collis interpretatur. Collis verò non summitas, sed montium est altitudo summitati vicina. Quid verò in isto colle, nisi alta, & perfecta vita intelligitur fidelium subditorum? Hæc nimirum quãtuis prædicatorum celsitudini æqua non sit, tamen ab aliorum meritis valde cernitur esse sublimis. Vnde & de quibusdam *Apoc.14.*
præcipuis electis in Apocalypsi legitur: Nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia. Quos & clarius demonstrans, ait: Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocunque ierit. Dum ergo spiritualia prælia describuntur, populus inuentus in Gabaa Beniamin specialiter recensetur, quia virginum chorus contra immundorum spirituum ferocitatem tanto violentior est, quanto nullo eorum vulnere saucius, nulla eorum suggestionis sorde pollutus. Liber quippe, & integer, expeditus est ad occursum, fortis ad ictum. An non in colle filij dextræ sunt, quos integritatis suæ merito dilectus Iesu respicit, dicens: Vidi supra montem Syon agnum stantem & cum eo centum quadraginta quatuor millia? Sed & nisi valde fortes

A de fortes essent, ad tantam celsitudinem fatigati ascendere nequaquam possent. Item nisi omnium cogitationũ liberi essent, post agnum vbique currere non valerent. Quia ergo in occulti certaminis triumpho virgo quisque mirabilis est, dum ordo congressionis describitur, sub typo populi Gabaa virginitatis specialis dignitas memoratur. Sequitur: Porrò Philistim conscẽderant in Magmas. Et egressi sunt ad præliandum de castris Philistim tres cunei, vnus cuneus pergebat contra viam Effraim, ad terram Saul, porrò alius ingrediebatur per viam Bethoron, tertius autem vertit se ad viam termini in terra Sabaa imminenti valli Seboim, contra desertum.) Quid est, quod Philistæi tres cuneos faciunt, nisi quia maligni spiritus cordi nostro, linguæ, & operi inferere peruersa moliuntur. Quia enim cogitando, vel loquendo, siue faciendo omne peccatum committitur, tres sunt Philistinorum cunei, quia maligni spiritus impellere ad peccandum animas satagunt, negligentia cordis, effrenatione oris, audacia peruersi operis. Vnde & primus cuneus contra viam Effraim pergere dicitur, quia expugnare innocentiam à corde incipiunt. Viam quippe Effraim, id est, fructiferi cordis, bona est cogitatio. Contra viam ergo Effraim primus Philistinorum cuneus pergit, quia occulti aduersarij si prius vsum bonæ cogitationis à mente non auferunt, ad eradicandos virtutum eius fructus peruenire non possunt. Contra Effraim igitur viam veniũt, quando bonæ cogitationi insidiantur, quæ via ad terram Saul tendere dicitur. Quid enim est aliud mens electi discipuli, nisi
B fructifera valde terra doctoris? Vnde & dominus in Euangelio
Luc.8. parabolam seminum exponens, ait: Quod cecidit in terram bonam hi sunt, qui in corde bono & optimo, verbum excipiunt, & fructum afferunt in patientia. Dicitur ergo de primo cuneo Philistinorum, pergebant cõtra viam Effraim, vt dum literæ sensum spiritualem percipimus, cogitationis aditum malignis spiritibus obstruamus. Sed dum cor munimus, linguam pariter à superfluis locutionibus refrenare compellimur. Vnde & secundus cuneus per viam Bethoron ingredi dicitur. Bethoron quippe domus iræ interpretatur. Domus vero iræ est mens vsui seruiens linguæ litigiosæ. Quam certè domum sapiens ille insi-
Eccles.7. nuat, qui ait: Ira requiescit in sinu stulti. Per hanc quidem ad cor stulti hostes ingrediuntur, quia maligni spiritus dum ad effrenata verba linguam soluunt, iras accendunt, & mutuam fidelium charitatem feriunt. Qui ergo cauere cogitationes noxias didicit, si oris custodiam tenere non nouit, vnius cunei impetum vicit, alterius non euasit. Tertius vero cuneus vertit se ad iter termini. Quis est terminus cogitationis, & verbi, nisi consummatio boni operis? Nam idcirco bona cogitamus, & loquimur: vt ea ad finem boni operis perducamus. Sed cum antiquus hostis verbis, & cogitationibus nocere non prævalet, in finem laqueos tendit: & bonum opus fidelium euacuare, vel im-
C pedire appetit. Quis vero est iter termini, nisi studium bonæ operationis? Quia ergo multis insidiis maligni spiritus nituntur, vt studium boni operis deseratur, ad iter termini tertius cuneus verti dicitur. Potest etiam in hoc termino, vitæ nostræ finis intelligi. Ad iter vero termini cuneus vertitur, quia interrumpere hostis opus bonum nititur: ne vsque ad vitæ finem perducatur. Vnde & Psalmista lapsorum fletus in se exprimens,
Psal.139. ait: Funes extenderunt in laqueum pedibus meis, iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Iuxta iter quidem scandalum ponitur, vt bona electorum opera ante huius vitæ consummationem deserantur. Quid est autem quod ait: In terra Sabaa, imminenti valli Seboim contra desertum?) Sed hæc nomina locorum ad designandum situm termini, quem dixerat, posita sunt. Sabaa vero in lingua nostra captiua dicitur: Seboim capræ nuncupantur. Quæ est autem ista captiua, nisi humana natura: quæ in paradiso fuit posita, & nunc ad perferendas huius mortalitatis ærumnas in hunc seculum est ligata? Quæ est autẽ terra captiuæ huius, nisi peregrinatio vitæ temporalis? Bene igitur dum verti cuneus dicitur, terra captiuæ memoratur: quia maligni spiritus in hac terra peregrinationis nostræ prælia contra nos mouere possunt, illa vero vita nostra non possunt. Sed electorum præsens conuersatio quamuis in hoc captiuitatis exilio posita sit, si iter termini perfectè custodit, post termini hu-

ius angustias, ad latitudinem immortalitatis peruenit. Vnde & D
termini huius terræ valli Seboim, id est, caprearum imminere perhibetur. Vallis quippe caprearum, est mors preciosa sanctorum: quia vnde moriendo deponuntur, inde ad gaudia æterna subleuantur. Capreæ quidem velocia animalia esse, & magnos saltus dare quis nescit? Rectè ergo sanctarũ animarum dignitatem capreæ designant: quæ in morte corpora deserunt, sed quasi magnos saltus dantes, per ingentia merita ad superna regna conscendunt. Dicat ergo quia terminus terræ captiuæ imminet valli Seboim: quia etsi damnata est humana conditio, sic tamen est in dei filio exaltata: vt cum ad vitæ temporalis terminum ducitur, in morte dantur, vt in æternæ vitæ celsitudinem subleuetur. Dicat ergo quia Tertius cuneus ad iter se vertit termini in terra captiuæ, quæ imminet valli caprearum:) vt malignos spiritus ad hoc electorum extrema bona peruertere conari asserat, vt ad superna gaudia non conscendant. Quæ etiam vallis sita contra desertum dicitur. Quid deserti nomine hoc loco, nisi infernum accipitur? Desertum quidem rectè intelligitur, vbi electorum nullus inuenitur. Desertum etiam dicitur, in quo ærumnarum solatia nulla sentiuntur. Vallis ergo caprearum contra desertum sita perhibetur: quia sanctorum mors diuersum omne ab inferni meritis habet, & conueniens aliquid, & dignum inferni pœnis non habet. Sequitur: Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israël. Cauerant e- E
nim Philistim ne forte facerent Hebræi gladium, aut lanceam. Descendebat ergo omnis Israël ad Philistim, vt exacueret vnusquisque vomerem, aut ligonem, & securim, & sarculum.) Hæc profecto omnia describuntur, vt modus subsecuturæ victoriæ insinuetur. Armati quippe ab inermibus victi sunt: vt totum, quod vincitur omnipotentis dei laudibus tribuatur. Nos autem si more nostro spiritualiter ista prosequimur, mysteriis vacua non inueniemus. Quid est ergo quod dicitur, Faber ferrarius non inueniebatur in Israël:) nisi quia ad spiritualia bella non per seculares literas, sed per diuinas instruimur. Faber quippe ferrarius in Israël non inuenitur: quia fideles domini videntes arte secularis scientiæ contra malignos spiritus nequaquam præliantur. Fabri nanque arte adiuti vincerent, si secularis eloquentiæ iaculis, occultis hostibus prævalerent. Quæ profecto secularium librorum eruditio, & si per semetipsam ad spiritualem sanctorum conflictum non prodest, si diuinæ scripturæ conjungitur, eiusdem scripturæ scientia subtilius eruditur. Ad hoc quidem tantum liberales artes discendæ sunt, vt per instructionem illarum, diuina eloquia subtilius intelligantur. A nonnullorum cordibus discendi desiderium maligni spiritus tollunt: vt & secularia nesciant, & ad sublimitatẽ spiritualium non pertingant. Bene ergo dicitur: Cauerant Philistim ne forte facerent Hebræi gladium, & lanceam.) Apertè quidem dæmones sciunt, quia dum secularibus literis instruimur, in spi- F
ritualibus adiuuamur. Cum ergo nos ea discere dissuadent, quid aliud, quàm ne lanceam, aut gladium faciamus præcauent? Dicat ergo historica, & studium electorum prophetæ insinuet, & exponat: Descẽdebat Israël ad Philistim, vt exacueret vnusquisque vomerem suum, aut ligonem.) Ad Philistæos descendimus, quando ad discendos seculares libros animum inclinamus. Et descensus dicitur, quia Christiana simplicitas in alto est. Sed quid est quod seculares literæ dicuntur in plano esse, modus vero dicẽdi sublimis? Quia cũ cœlestia nulla narrẽt, & miro dicendi ordine quæ proponũtur, explicant: & narrando, sublimantur: & carnalia dicendo, deponuntur. Quem profecto dicendi, siue intelligendi modum qui scire appetit, descendat ad Philistim: vomerem, & ligonem acuat: vt ad secularium etiam carnalia audienda deponatur, qui eorum eloquentia instrui penitus nititur. Hanc quippe secularem scientiam omnipotens deus in plano ante posuit: vt nobis ascendendi gradum faceret, qui nos ad diuinæ scripturæ altitudinem leuare debuisset. Idcirco eam præmittere voluit, vt in ipsa nos instrueret ad spiritualia transire. Vnde & Moyses qui nobis diuinorum eloquiorum principia edidit, non prius diuina didicit: sed vt capere vel exprimere diuina posset, in omni Aegyptiorum scientia rudem animũ *Act.7.*
informauit. Esaias etiam prophetis aliis eloquentior extitit:

quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quianec vt Hieremias Anathotites,nec vt Amos armentarius,ſed nobiliter inſtructus, atque vrbanus fuit. Paulus quoque vas electionis ante ad Gamalielis pedes inſtruitur, quàm rapiatur in paradiſum, vel ad cœli tertij altitudinem ſubleuetur. Et ideo fortaſſe per doctrinam aliis Apoſtolis excellit: quia futurus in cœleſtibus, terrena prius ſtudioſius didicit. Sed iam (vt arbitror) ruralium inſtrumentorum proprietates ſpiritualiter exquirendæ ſunt. Quid ergo in vomere, qui præeuntibus bobus trahitur, niſi affectus geminæ charitatis inſinuatur? Et quid in ligone, quo ſolus quiſque in agri cultura exercetur: niſi priuatæ vitæ ſtudium oſtenditur? Quidam nanque & dites, & fortes ruricolæ in bobus arant: quia & dominum fortiter diligunt, & per fraternum amorem animarum lucris diligentius intendunt. Vomerem igitur apud Philiſtinorum fabros acuunt: quia ſanctæ prædicationis ſtudium de ſeculari eruditione componũt, Nonnulli vero vt pauperes, ligone vtuntur: quia qui ad lucrandas aliorum animas, ſe non poſſe ſufficere arbitrantur, ſibi ſolis non deſinunt præparare de æternitate, quod poſſunt. Velut ligone quiſque eorum vtitur: quia agrum ſuæ mentis diuino cultui præparare non deſinunt. Et quia in hoc etiam priuatæ vitæ ſtudio valde ſibi ſecularis eruditio prodeſt: ligonem dum docetur, exacuit: quia in propriæ vitæ ſtudio eruditus, quæque ſubtilius intendit. Securè autem non terram fodimus, ſed ramos arborum detruncamus. Quid ergo aliud ſignat ſecuris, niſi zelum bonæ æmulationis? Nam quando ad imitanda meliorum exempla ſuccendimur, velut ramos nobis incidimus, quibus ignem depellendis negligentiæ noſtræ frigoribus nutriamus.

Act.22.

H

Gala.4. Hanc ſecurem nos tenere Paulus Apoſtolus præcipit, dicens: Bonum æmulamini in bono omnes. Quæ nimirum ſecuris acuitur, quia eruditi fideles ſicut melius agnoſcunt exempla fidelium, ita vt feruentius imitari concupiſcunt. Sarculum ſiue tridens ſubtilius terram fodit, ita, vt non tam fodere, quàm ſcalpere, & glebas confringere cognoſcatur. Quid per hoc tridens ſarculum, niſi virtus diſcretionis exprimitur? Per quam certè dum acta, vel agenda ſubtili conſideratione diſcutimus, velut ſerendæ terræ noſtræ glebas in tenuem puluerem complanamus. Quod profecto ſarculum tridens afferitur: quia vis diſcretionis non ſolum agenda, ſed etiam cogitanda, & loquenda componit. A manu quidem, corde, & lingua cuncta noxia reſerat: vt ſemen, quod terræ mentis noſtræ committimus, vberem fructum ferat. Aptè itaque dicitur, Deſcendebat omnis Iſraël ad Philiſtim, vt exacueret vnuſquiſque vomerem, ſuum ligonem, ſecurem, & ſarculum:) quia affectum geminæ charitatis, priuatæ vitæ ſtudium, alienæ perfectionis exempla in ſacro eloquio legimus, ſed eiuſdem ſacri eloquij profunditatem penetrare ignari ſecularis ſcientiæ non valemus. Vnde & rationabiliter ſubinferens, ait: Retuſæ itaque erant acies vomerum, & ligonum & ſecurium, & tridentium, vſque ad ſtimulum corrigendum.) Non dicuntur acies replicatæ, aut attritæ, ſed retuſæ. Nam ſi replicatæ eſſent, vel attritæ, omnino nihil inciderent. Retuſa vero acies, & ſi celeriter non incidit omnia, quædam obiecta in mora laboris ſecat. Sic nimirum ſunt corda ſimplicium, quæ ſi ſubtiliter ſpiritalia non intelligunt, dum tam tardè quædam intelligunt: acuitatem ingenij non acutam habent, ſed retuſam. Sæpe enim diſcutere obſcura volunt, ſed dum vix diu cogitando ad ea etiam, quæ ſunt aperta perueniunt: velut retuſa acie morando, incidunt. Quod certè non ſolum in occultis ſacramentis ſcripturarum oſtenditur, ſed etiam in latentibus ſuggeſtionibus dæmonum. Depellere quippe à ſe hoſtem nequeunt, quem cognoſcere cito non poſſunt. Dum ergo magna mora cogitationis, inſidias malæ ſuggeſtionis expellunt, velut retuſa acie ſecant: quod per acuitatem ingenij abſcindere velocius poterãt. Quid eſt autem, quod dicitur vſque ad ſtimulum corrigendum. Stimulus dicitur increpatio prælatorum. Vnde & ſcriptum eſt:

Eccli.13. Verba ſapientum ſunt quaſi ſtimuli. Stimulus quidem increpatio dicitur: quia dum culpas arguit mentem pungit. Sed retuſus eſt ſtimulus, quando prælati languet intellectus: vt ſubditorum culpas nec cognoſcendo, reperiat, nec inueniendo, reprehendat. Bene ergo increpatio rectoris ſtimulus aſſeritur: quia tumores vitiorum pungere non prævalet, ſi eius mens erũdita per ſcientiam, pungenda non videt. Vnde & in typo eruditorum prælatorũ bene ſubiungitur: Cumque veniſſet dies prælij, non eſt inuentus enſis, & lancea in manu totius populi, qui erat cũ Saul & Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio eius.) Quid per lanceam, niſi ſanctorum prædicatorum acuta prouidẽtia accipitur, Et quid per enſem, niſi eorum intelligentiæ ſubtilitas demonſtratur? Per lanceam quippe lõge nobis ante obiecta perfodimus. Per enſem vero vicini, & fere coniuncti nobis hoſtes trucidantur. Bene ergo in lancea prouidentia electorum oſtenditur: per quam occultos hoſtes percutiunt, antequam vicinum eorum impetum patiantur. Dum enim futuras dæmonum inſidias cauendo, præueniunt: velut à longe lancea feriunt, quorum vicinos excipere ictus nolunt. Vnde & beatus Paulus apoſtolus dum à longe armatos fornicationis ſpiritus cerneret, coniugalem caſtimoniam quaſi lanceam tenuit: & eos accedere propius non permiſit, dicens: Propter fornicationem vnuſquiſque vxorem ſuam habeat, & vna quæque virum. Vxori vir debitum reddat, ſimiliter autem vxor viro. Et iterum: Reuertimini in idipſum, ne tentet vos Sathanas propter incontinentiã veſtram. Hinc etiam de ſemetipſo ait. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo: ne prædicans aliis, reprobus efficiar. Qui enim ne reprobus fieret, corpus caſtigauerat: nimirum lancea hoſtes ſuos, longiuſculè poſitos ante ſe perfodiebat. Prouidẽtia ergo abſtinentiæ pro hebdomada carnis libidine, quaſi lancea accipitur: per quam venturi hoſtes feriuntur. Bene etiam per enſem intellectus exprimitur: quia qui prauas maligni ſpiritus ſuggeſtiones in præſenti tempore cognoſcit, & abiicit, velut vicinum, & iuxta ſe poſitum hoſtem ferit. Qui etiam velut enſe, vtraque parte acuto, incidit: quia tam falſa bona, quàm vera mala reprehendit. Quid vero eſt, quod in manu Saul, & Ionathæ enſis eſſe perhibetur? Sed in manu non ſunt eorum, qui acutæ vicina, & præſentia intelligunt, & futura prævident: & ad extinguẽda ea, fortia non exercent. Apertè ſciunt, quia antiquus hoſtis maximam partem humani generis per robur carnis in fornicationem præcipitat: qui tamen carnem per abſtinentiam caſtigare non curant. Sic etiam nonnulli præſentia mala apertè conſpiciunt, ſed hæc vitare minime conantur. Hi nimirum enſem, & lanceam habent, *ſed in manu non habent.* Bene ergo *in die prælij in manu Saul, & Ionathæ enſis, & lancea* inuenitur, quia ſolum *electi viri* ſunt qui & præſentia, & futura mala intelligant, & ea cordis intentione vincere ardentius concupiſcant. Quod tamen hoc loco ideo dicitur, vt populus nihil in manu tenuiſſe doceatur, qui vomeres, ligones, ſecures, & ſarculos tenere oſtenditur. His enim verbis non electi diſtinguuntur à reprobis, ſed hebetes à peritis. Sed quia iam armatos viros oſtendimus, modum certaminis explicemus. Sequitur: K M

Caput. IIII.

EGRESSA eſt ſtatio Philiſtinorum, vt aſcenderet in Magmas, & accidit quadam die, vt diceret Ionathas filius Saul ad adoleſcentem armigerum ſuum: Veni & tranſeamus ad ſtationem Philiſtinorũ, quæ eſt trans locum illum.) Philiſtinorum ſtatio egreditur, quando malorum ſpirituum turba electis mentibus per ſuggeſtiones noxias demonſtratur. Quæ nimirum idcirco ſtatio dicitur, quia electorũ bella deſcribuntur. Stare quippe malignis ſpiritibus eſt, in electorũ pugna magnas vires exercere. Nam ſtando, validius vnuſquiſque, quàm ſedendo conari ad aliquid faciendũ poteſt. Philiſtinorum igitur ſtatio egreſſa dicitur, vt dæmonum conatus in bello noſtro aperte colligatur. Fit quia velut ſe inferiores, atq; minores opprimere fideles cogitãt, in Magmas aſcendere egredientes parant. Vel in Magmas aſcendere geſtiunt, quando paruulorum corda decipere, tentando moliuntur. Sed electi prædicatores dum tentata corda ſubditorum intelligũt, ferre auxilia nõ morãtur. Hos velut *in* tuto reponũt, illos ſecum ad ſuſtentanda pericula bellorum ducunt. Quid eſt *Cap.14.*

quod

quod ad bella armiger ducitur, nisi quia per scientiam eruditi subditi ad interiorum certaminum victoriam promouendi sunt? Quidam nanque artem phy sicam sciunt, qui medēdi experientiam nesciunt: sic nimirum in sancta Ecclesia quidam sunt, qui artem interioris pugnæ didicerunt, sed ad districtas necessitates certaminum adhuc perducti non sunt. Magnos viros pugnantes audiunt, sed prælia, quæ magni magnificè tolerant: auditu sciunt, virtute nescIunt. Tales quippe sunt, qui ad imitanda vestigia redēptoris inuitantur. Qui vult (inquit) venire post me, abneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me. Arma vero Ionathæ sunt hortamenta doctoris. *Matth. 16.* Armiger vero arma portat, cum quibus non ipse, sed alius pugnat. Sic nimirum sunt qui in sancta Ecclesia nouiter instruuntur. Dum enim virtutes à doctoribus audiunt, quibus ipsi doctores contra malorum spirituum versutiam pugnant: illud nimirum habent in onere, quod nondum habent in virtutis exhibitione. Dixit ergo Ionathas ad armigerum suum:

Veni transeamus ad stationem Philistinorum:) quia electi doctores subditos suos docent, non solum artem, qua dimicent: sed etiam ad bella pertrahunt, quo triumphent. Et quia remissi pastores bella, quæ insinuant, suscipere nequaquam curant: non dicit, vade & transi ad stationem Philistinorum: sed veni transeamus. Alios quidem ad certamen prouocant, sed eadem certamina ipsi priores tentant. Quid vero est, quod dicit: Quæ est trans locum illum?) Sed quidam locus in sancta Ecclesia est, qui magnis præliis clausus, non expositus est, possidere quidem bona seculi, vxorem ducere, filios procreare, blandimēta de omnibus rebus licitis corporibus exhibere, eo munitum ab hoste manere est: quo aliquid impositum in eo ordine positis onerosum non est. Sed hunc locum si quis melioris vitæ desiderio accensus transire nititur: necesse est, vt ad grauissima bella præparetur. Diuitias nanque contemnentes, paupertatem Christi amplectentes, spernentes coniugia, amorem pudicitiæ semper amplecti debent. Habent continuo isti insurgentia grauissima prælia carnis, illi impugnationem cordis: quia nec paupertas leuiter fertur, nec sine magnis agonib⁹ pudicitię corpora subiugantur. Vnde bene per quendam sapientem dicitur: *Eccli. 2.* Fili accedēs ad seruitutem dei, sta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Quasi dicat: quia egredi voluisti de loco muniminis, necesse est: vt iam patenti bello, cōtra fortissima hostium castra muniaris. Dum ergo transiocum illum, non istum dicit, doctorum Ionathas virtutē insinuat, qui per singulare propositum religionis, semper sunt in aperto campo certaminis. Et quia de omni, quòd strenuè dimicant: de omni, quod nobiliter triumphant: iactantiæ, & elationis vitium fugiunt, sequitur: Patri autem suo hoc ipsum non indicauit.) Tacendæ quidem sunt electorum virtutes, ne per iactantiam dicantur: sed aliquando ad dei gloriam eas manifestare culpa non est. Quia vero nos in Saul magnos prædicatores expressimus, hoc profecto, quod patri Ionathas pugnæ initium cælat, illud insinuat: quia magna, quę agimus, quandoque propter humilitatem laudabiliter cælamus. Tales quidem iam facti per corruptionem sumus, vt boni videri etiam ab illis, qui præsunt nobis, sine elatione nunquam valemus. Cum ergo de manifesto latens malum nascitur, sapienter bonum absconditur: ne malo superueniēte maculetur. Sed inter hæc sciendum est: quia illi virtutes cælare prælatis suis ista necessitate possunt, qui bene cognoscere bonum, quod agunt, sciunt. Si enim nimis sunt simplices, sæpe nō est bonum, quod esse bonum arbitrantur: & dum vitium, quasi virtutem, non indicant, in se absconditum hostem portant. Vnde & Ionathas, qui patri belli propositum texit, tantus adseritur: vt sub eius ducatu pars exercitus producta referatur. Erant (inquit) duo milia virorum cum Saul in Magmas, & in monte Bethel, mille autem cum Ionatha in Gabaa Beniamin. *Supra. 13.* Dicatur ergo de Ionatha: Patri autem suo hoc ipsum non indicauit:) quia eruditi viri dum elationis vitium incurrere de magnis operibus suis metuunt, ea nimirum ipsis absconduntur, à quibus adiuuari potuerunt. Quæ nimirum prædicatoris auxilia melius discimus, si ipsos in loco suæ perfectionis videamus. Nam sequitur: Porro Saul morabatur in extrema parte Gabaa sub malo granato, qui erat in Magron.) Gabaa (vt diximus) interpretatur, Magron de fauce dicitur. Prædicatores autem sancti subli mes valde sunt, non solum opere, sed etiam contemplatione. Extrema ergo pars ista sublimitas est operis: intima vero, illa contemplationis. Per hanc quidem extremam partem suæ celsitudinis, ad exemplum à nobis conspiciuntur, per illam vero intimam, in magno amore conditori coniūcti sunt. Hos quidem nobis extrema parte sublimitatis suæ propheta mirādos ostendit, quādo ait: Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbę ad fenestras suas. Volant quippe vt nubes: quia à gra uedine culpæ sunt leues, & gratia sancti spiritus in bono opere veloces. Quasi columbæ vero sunt ad fenestras: quia ad exemplū per bona opera se nobis quasi per foramina porrigūt, sed de ostensa vitæ munditia laudis appetitu nequaquam capiūtur. Sed & sub malo granato rex residet, quia in vmbra redemptoris prædicator requiem habet. Magno quidem labore fatigatur, sed verborum domini consolatione reficitur. Vnde & eadem malus arbor in eo loco qui de fauce dicitur, morari perhibetur. Quid enim hoc loco istud de fauce dicit, aptius, quàm sancti euangelij dulcedo designatur? Sic enim nunc morari in vmbra redemptoris possumus, si videlicet verba eius ad consolationem de euangeliorū meditatione capiamus. Sed in hoc residere quietius prædicatores possunt, qui quo altius & propius illud diuinæ faucis verbum suscipiunt, dulcius saginantur. Hęc etiam causa est, qua rex Saul non stare, neque sedere, sed morari sub malo granato Magron dicitur: quia perfectus doctor dei docibilis est: & dum pascere cibo alios nititur, ipse multiformium delitiarum spiritualium dulcedine satiatur. Nam dum redemptoris amœna singulariter aspicit, in miram contēplationem virtutum surgit: & quasi de vno cortice plurima grana colligit, dum per ea omnia, quæ in redemptorem recolit delitiosam mentem graтer ducit. In hac quidem redemptoris amœnitate sponsa se requieuisse gloriatur, quæ dicit: Sub vmbra eius, quem desideraueram sedi. *Canti. 2.* In vmbra quippe eius sedere est, in eius contemplatione requiescere. Eius certè contēplatio vmbra est: quia in eius visione protegimur, ne diabolica tentatione, velut solis ardore denigremur. Qui ergo tam sublimiter requiescunt, ferre se consulentibus auxilia vtiliter possunt. Sed tamen nonnulli electi subditi dum infirmitatem propriam metuunt, dum solum deū agonis sui testem requirunt, tantorum hominum iudicia fugiunt, vt à solo deo in bona sua actione videātur. Bene ergo & Saul in extrema parte Gabaa sub malo granato morari dicitur, & Ionathas belli propositum ei non indicasse, quia dum perfectè cauere elationem non possumus, bonum de quo nasci potest, omnibus abscondi debet. Sequitur: Erat populus cū eo quasi sexcentorum virorum.) Hoc numero fortes viros in bono opere superius designari diximus, qui cum rege esse referūtur: quia per studium boni operis, concordes sunt vitæ doctoris sui. Sed habent prædicatores ecclesiæ sub se non solum qui magna agant, sed & verbi comministros, qui summa doceant. Habent duces, qui ad bella feruentes roborent: habent, qui audacter currant: habent, qui potenter protegant. Bene ergo subiūgitur, Achias filius Achitob fratris Ichabot, filij Phinees, qui ortus fuerat ex Heli sacerdote domini in Sylo. Qui portabat ephod.) Achias nāque vmbraculum nostro sermone dicitur. Quid vero per vmbraculum hoc in loco, nisi protectio designatur? Qui ergo in sancta ecclesia minores quoslibet ab occultis aduersariis protegunt, per vmbraculum rectè designantur. Qui autem vmbraculo residet, ardorem solis sentire non potest. Cur vero in sacro eloquio vmbracula prædicantur: nisi quia etiam solem reprobum ostendunt, quo viror mentis exuritur. De quo nimirum sole veritas in diuisione seminum *Matt 13.* dicit: Orto sole aruerunt. Feruens quippe ardor concupiscentiæ sol est, qui velut luce candeat, sed qui mentem, cui lucet, exurat. Dum ergo maiorum exhortationibus omnium concupiscentiarum blandimenta respuimus, quò alibi, quàm in vmbraculo amœno substernimur, vbi tentationum incēdia declinemus? Sed diminutiuè vmbraculum Ecclesiæ minister dicitur, vt redemptori nemo comparetur. De illius nanque protectione sponsa in canticis gloriatur, dicens: Sub vmbra illius *Canti. 2.* quem desideraueram sedi. Et Psalmista deprecans, ait: Sub vm *Psal. 16.* bra alarum tuarum protege me. Sed vnde tantus Achias iste procedit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G procedit, exponitur, quia filius Achitob esse memoratᵉ. Achitob frater meus bonus dicitur. Quis igitur iste frater bonus intelligitur, nisi redemptor noster? Frater quippe, quia naturæ nostræ particeps, sed bonus, qui naturam nostram, quam suscepit, ab æterna morte liberauit. Vel bonus, quia omnes nos mali sumus, dicente ipso: Si vos mali cum sitis nostis bona data dare filiis vestris. Achias ergo filius Achitob dicitur, vt qui in Ecclesia potentes sunt, eorum potentia ex sola, redemptoris imitatione eis inesse sentiatur. Idem vero Achitob frater Ichabot adseritur, quia à translatione gloriæ nuncupatur. Nam redemptor noster secundum carnem de Iudæorum gente est natus. A quo nimirum populo, quia omnis ornatus templi, omnes sacrificiorum ritus, omnia scripturarum mysteria ad gentilem populum transierunt, translatio gloriæ in Achitob fratre rectè memoratur. Ipse quoque Achitob Phinees fuisse filius dicitur, quia Iudaicus populus in erroris sui perfidia, quasi merlit, eiusdem gentis suæ doctores se valde nequiores, habuit. Vnde & idem Phinees os mutum siue ori parcens interpretatur. Os quippe dicitur, quia per eundem populum dominus locutus est. Sed mutum os nũc esse cognoscitur, quia dum
H redemptorem repulit, loquentem in se olim spiritum pariter amisit. Qui etiam ori parcens rectè dicitur, quia sic semel in reatu tanti sanguinis cecidit, vt per pœnitentiam, & confessionem ad eum conuerti nequaquam possit. Ori igitur parcens dicitur, quia confitendo, piè erubescere dedignatur. Quo contra beatus Iob ex persona conuersorum promittit, dicens: Nõ parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei. Sed quia item religionis dignitatem in patriarchis, & prophetis habuit, idem Phinees ex Heli sacerdote domini natus adseritur. Heli quippe deus meus, Sylo missus interpretatur. Dij vero aliquando in sancta scriptura electi prædicatores intelliguntur. Vnde & ad Moysen à domino dicitur: Posui te deum Pharaonis. Et in lege præcepit, dicens: Diis non detrahes. Pater ergo Phinees deus meus dicitur: quia nimirum Iudaicus populus eorum secundum literam scripturas imitatur, qui verbum dei, & reuelata mente meruerunt cernere, & theca literæ ne videretur occultare. Hos nimirum per semetipsam veritas ostendit, cum verba Psalmistæ exposuit, dicens: Illos dixit deos, ad quos factus est sermo dei. In Sylo autem natus adseritur: quia Iudaicus populus licet carnaliter, adhuc tamen in scripturis spiritualibus eruditur. Quia ergo electus quisque, & sapiens in sancta Ecclesia natum dominum ex Iudaico populo per doctrinam sequitur, Achias qui vmbraculum dicitur, filius Achitob fratris Ichabot, filij Phinees, filij Heli esse perhibetur. Qui etiam ephod portare describitur, vt apertè monstretur: quia protegere alios nequaquam potest, qui pulchritudine bonę conuersationis, luceque non fulget. Sequitur: Sed & populus ignorabat quo isset Ionathas.) Quid est quod populus, quo eat
I Ionathas, nescit: nisi quia electus doctor ea, quæ intendit agere, studet per humilitatem celare. Vnde & in Euangelio dominus dicit: Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Si enim per dexteram æterna, per sinistram vero præsens vita figuratur: homines in sinistra, angelos ad dexteram habemus. Quando autem per bona opera ad consortium supernorum ciuium tendimus, dextera manus nostra operari perhibetur. Sinistra vero manus nostra opera nescit dexteræ, si cooperatores nostros, fideles videlicet sanctæ Ecclesiæ, adiutores habemus in opere, & laudatores habere nolumus ad elationem. Bene ergo dicitur: Populus ignorabat, quo isset Ionathas:) quia tunc solum bene agere magna nitimur, cum ea, quæ agimus, pandere ad ostensionem vitamus. Sed quia ad exemplum electorum ista proferimus, non solum quo eat, sed etiam qua eat, explorare attentius debemus. Sequitur: Erant inter ascensus per quos nitebatur Ionathas transire ad stationem Philistiim eminentes petræ ex vtraque parte, quasi in modum dentium scopuli, hincinde prærupti, nomen vni Bores, nomen alteri Sene.) Cum electorum vita alta sit meritis, ima vero conditio malignorum spirituum, quid est, quod ascensus esse dicitur, vnde ad Philistinorum stationem Ionathas tẽdere conatur? Nam de eisdem Philistæis in typo dæmonum non longe superius dictum est: Ascendentes castrametati sunt in Magmas. Sed super nos esse dicuntur, quo minores fortitudine videamur. Super nos etiam esse cognoscitur, quod penetrare per intelligentiam non valemus. Quotiens ergo cum spiritibus reprobis certare proponimus, robur parare debemus ad ascensum, quia homines cum angelis pugnare contendimus. Vnde & ille athleta strenuus confortans vehementer cõmilitones suos, ait: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Quia enim contra principatuum & potestatum spirituales nequitias se pugnaturum prænouerat, nimirum robur mentis ad altitudinis ascensum parabat. Peccatorum corda dum nequam spiritus sibi subiiciunt, eis vtique per multiformia vitia dominantur. Si ergo illuc quoque eos expugnare contendimus, valde nos oportet ascendere, vt eorum possimus agmina potenter ferire. Aliter enim lubrici, aliter saluandi sunt acedioſi: aliter vaneglorij, aliter superbi. Vt vero ad hæc omnia electus doctor possit sufficere, quia per assiduæ meditationis acuta consilia mentem leuat, quasi ad ascensum Philistinorum se roborat. Bene autem non vnus adseritur, sed plures dicti sunt ascensus: quia innumeris hostibus, multis itineribus occurrendum est. Quod tunc bene agitur, quando vitiis singulis con-
L gruentes, & propriæ curationes adhibentur. Nam vt aliqua ex eis breuiter perstringamus, fornicationis spiritus continentiæ virtute depellitur: sed tamen leuius superatur, si caro impetum suum per abstinentiam minuat: ne se mundanæ concupiscentiæ victa substernat. Gula per abstinentiam frangitur: sed abstinentiam ciborum corporalium habere non potest, qui mentem spiritualibus cibis non replet. Potenter enim corpus extenuat, qui amore cœlestium cor inflammat: quia dum spiritualia fortiter diligit, desideria carnis valenter premit. Auaritiæ quoque vitio bonũ paupertatis voluntariæ contrarium est: sed pauper spiritu esse non poterit, qui amare adhuc æternos thesauros nescit. Sic nimirum ira vincitur, si amare cœlestium perfecte terrena omnia despiciantur: quia vnde iracatur, iam non habet, qui damnum temporale non timet. Sic quoque acediæ vitium, id est, tædium cordis depellitur, si semper bona cœlestia cogitentur. Tædere quidem mens nullatenus potest, quæ tam iucunda bona lætanter videt. Tristitiæ enim angustiosum malum spiritualis lætitiæ campo deuoratur, sed tamen ipsa spiritualis lætitia se menti non infundit, quæ temporalis vitæ angustias transgredi contemplando non nouit. Bene quidem tristitia vincitur, si temporalium laborum præmia videantur, quia vnde electa mens temporaliter se affligi considerat, inde gaudere in cœlesti patria æternaliter sperat. Quia ergo magna diuersitate consilij ad diuersos animarum morbos curandos prædicator vtitur, quia idem consilium alta mentis consideratione comprehenditur, bene vnde Ionathas transire ad stationem Philistinorum appetit, ascensus esse perhibentur. Et quia ad expu-
M gnandos malignos spiritus à peccatorum cordibus plures difficultates obuiant, petræ inter ascensus esse memorantur. Quid enim per istas duas petras, videlicet Bores, & Sene, nisi concupiscentia, & peccatum designatur? Bores quippe in primatu dicitur, Sene sol siue auditio. Bene autem concupiscentiæ primatus nomen conuenit, quia ipsa prior mentem occupat, quàm se mens peccato substernat. Solis etiam nomine rectè peccati delectatio figuratur: quia à veritatis intuitu mentis oculos claudit, & ad vanitatem aperit. Vnde & in primis hominibus à seductore spiritu per serpentem dicitur: In qua-
cunque die comederitis de ligno, quod est in medio paradisi, aperientur oculi vestri. In commessatione quidem illa, peccando aperti sunt oculi transgressorum, vt falsæ lucis radios in experientia delicti perciperent, & à supernæ claritatis alta contemplatione caligarent. In hanc quippe lucem aperire oculos Psalmista refugiens, dominum obsecrat, dicens: Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. Hanc beatus Iob alta mente despiciens, perfectorum meritis se inseri exoptans, ait: Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem, aut sicut abortiuum absconditum non subsisterem, vel qui concepti non viderunt lucem. Qui sunt isti, nisi qui peccare fortiter cauerunt? Vnus ergo scopulus Bores, alter Sene dicitur, quia si concupiscentia in mente sibi locum vindicat,

eiusdem

Supra.13.

Ephes.

Matth.7.

Matth.6.

Exo.7.

Exo.22.

Iean.10.

Gene.3.

Psalm.118.

Iob.3.

A eiusdem mentis oculos ad placidum peccati blandimentum, quasi ad solis lucem videndam leuat. Bene item petræ nominantur, quia iniquorum mentibus ista duo cõueniunt, vt iam redire prædicatores ad se facile non admittant. Sed & dicũtur scopuli, quia hinc inde, videlicet tam mẽte, quàm corpore præruptum retinent vsum pranitatis. Dum enim nulla morum, nulla operum integritate solidantur, in modum scopuli, hinc & inde prærupti sunt. Et quia dicitur in modum dentiũ, quid dat intelligi, nisi quod sæpe videmus, quia qui prædicatorum hortamenta despiciunt, eorum vitã mordere detractionibus conantur. Sed de eisdem scopulis subditur: Vnus prominens ad Aquilonem, ex aduerso Magmas, & alter ad Meridiem, cõtra Gabaa.) Ad Aquilonem primus scopulus prominet, alter ad meridiem, quia per concupiscentiam feruor charitatis extinguitur, & per peccatum ardor concupiscentiæ augmẽtatur. Mens enim reproba dum concupiscentiæ subditur, charitate spoliatur, & dum peccare non metuit, acriora in se valde peccandi desideria accendit. Quasi enim in summa diei suæ altitudine, & calore posita, in fluxu peccati, & immoderatè lætatur, & ardenter resoluitur. Male ergo mederi concupiscentiæ morbo satagit, qui ad hoc explere concupiscentias peccando cogitat, vt quiescat. Tanto quidem erit post peccatum concupiscentia maior, quanto ipsa sibi esse incipit peccati delectatio gratior. Sed primus scopulus ex aduerso Magmas situs, alter
B contra Gabaa prominere perhibetur. Magmas (vt iam satis diximus) humilitas, Gabaa collis interpretatur. Ex aduerso vtique concupiscentia humilitatem habet, blandimentum verò peccati cœlestem conuersationem. Omnis enim qui vetita cõcupiscit, dum præceptorem despicit, superbit. Ex aduerso itaque humilitatem habet, quam in obedientiæ deuotionem nõ retinet. Sed & qui in peccati feruore, velut meridiana claritate resoluitur, contra Gabaa, id est, collẽ prominet, quia dum aduersatur cœlestibus, pœnis tartareis præparatur. Sed quia tales etiam ad æternam vitam sanctorum prædicatione perducuntur, ipsorum prædicatorum studium in Ionathæ facto videamus. Nam sequitur: Veni transeamus ad stationem incircumcisorum horum, si fortè faciat dominus pro nobis: quia nõ est domino difficile saluare, vel in multitudine, vel in paucis.) Quæ est statio Philistinorum, nisi robur malignorum spirituum? Sancti etenim viri cum ad peccatorum correctionem se præparant, aperte sciunt, quia cum de cœlo lapsis angelis pugnant. Pugna ergo hæc quia angelorum est, & hominum, pugnatur à fortibus cum infirmis, cum simplicibus ab astutis. Nã
Psalm. 58. ab his fortibus insultum acceperat, qui dicebat: Irruerũt in me fortes, neque iniquitas mea, neque peccatum meum domine.
2. Cor. 2. Astutias lapsi angeli etiam Paulus intuens, ait: Non ignoramus eius astutias. Contra astutos igitur via cautæ rationis quæren-
C da est, contra fortes vero diuina sunt auxilia petenda. Vt ergo magna cautela prædicatio exhibenda esse sentiatur, Ionathas armigerum suum ad secum transeundum inuitasse dicitur. Et vt in expellendis hostibus de dei miseratione præsumatur, loquitur, dicens: Quia non est deo difficile saluare, vel in multitudine, vel in paucis:) & quia flagitiosorum conuersio facilis nõ est, dicit: Si fortè faciat deus pro nobis.) Si fortè dicit, quia de plena criminosorum salute adhuc plenius non præsumit. Sed formam electi subditi in virtute ostendit humilitatis, quia subdit: Dixitque ei armiger suus: Fac omnia quæ placent animo tuo. Perge quo cupis, & ero tecum quocunque volueris.) Nonnulli subiecti dum mensuram ordinis sui negligunt, eandem mensuram sic confundunt: vt prælatorum suorum dispositioni communicent, sed obedire imperiis recusent. Emenda re quidem maiorum dicta facile audẽt, sed facile implere, quæ præcipiunt, non conantur. Quid ergo in huius armigeri voce nobis ostenditur, nisi quia relinquenda est præpositis dispositio libera: tenenda est subditis virtus obedientiæ non remissa? Vt enim liberam disponẽdi auctoritatem prædicatoribus assignent, ait: Fac omnia, quæ placent animo tuo.) Et vt subditorum pronam voluntatem ad omnia seruitia ostẽderet, subdit: Perge quo cupis, & ero tecum quocunque volueris.) Nec ibi quidem dixit quædam fac, quæ sunt in animo tuo, quędam non fac, vel aliter fac: nec hic, perge illuc, & ero tecum, & illuc non ero tecum. Omnia (inquit) fac:) quia dispositione prælatorum disponenda sunt omnia. Ero (item ait) tecum quocunque volueris,) quia alicui præcepto obedientiæ subiectus optimus deesse non debet. Sequitur: Et ait Ionathas, ecce nos transibimus ad viros istos, cumque apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos, manete donec veniamus ad vos, stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos. Si autem dixerint ascẽdite ad nos ascẽdamus, quia tradidit eos dominus in manibus nostris.) Certa & indubitata sanctæ Ecclesiæ sentẽtia est, quia electi prædicatores, non solum quid, quantum, & quando loquantur considerare debẽt, sed quibus etiam loquantur. Vnde & dominus à quorundam notitia verbum recondens, discipulos prohibet, dicens: Nolite ponere margaritas ante porcos. *Matth. 7.* Hinc item scriptura inutiliter effundi verbum vetat, & dicit: Vbi non est auditus non effundas sermonem. Quid est ergo, *Eccli. 32.* quod Ionathas dicit: Si dixerint, manete, donec veniamus ad vos, stemus in loco nostro: si vero, ascendite ad nos, ascendamus, quia tradidit eos dominus in manibus nostris,) nisi quia electus prædicator attentè debet colligere, quibus verbum vitæ debeat proferre? Sed quia hoc ostendi nunc in sensu literæ videtur, nos subtilius exprimamus. Ad peccatores prædicatores transeunt, quando his, quibus verba exhibent, non solum E verbo, sed etiam vita placent. Qui ergo sunt, qui dicunt, ascendite ad nos, nisi hi, qui deuotionis signa proferunt, quia salutis verbum, & venerabiliter audiant, & retinere fortiter concupiscant? Ad istos itaque ascendendum est, in quibus etsi magnus labor est in opere ministerij, sunt & magna lucra salutis. Econtrario vero ad doctores peccatores transire gestiunt, quando tam profunda cęcitate merguntur: vt ad imitandæ suæ prauitatis exemplum, ipsos etiam prædicatores conuertere nitãtur. Proni quippe ad malum sunt, corde impœnitentes, & peccati lepra, quam induunt, maculare alios non expauescunt. De qui- *Proverb. 2.* bus sapiens ille loquitur, dicens: Lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Et item Propheta de his vaticinans, ait: Prædicauerunt peccatum suum sicut Sodoma. Quid *Esaiæ. 3.* est ergo, quod ait: Stemus in loco nostro?) Sed tale est, ac si dicat: Si illos lucrari non possumus, nosmetipsos in bona cõuersatione seruemus. Locus enim noster, bona cõuersatio est. De quo nimirum loco alias scriptum est: Si spiritus potestatem habens ascenderit super te, locum tuum non deseras. Locus quidem iste non solum à spiritu, sed etiam ab homine cauendus est: quia ipse spiritus non solum per se nobis obuiat, sed cõtra nos etiam per hominem pugnat. Si vero locus noster dominus est, cum mali se nobis obiiciunt, in loco nostro persistamus: quia cum incorrigibiles prędicatorum monita non recipiunt, solerter debent ipsi circumspicere, vt ad se nulla possint eorũ exempla peruenire. Sequitur: Apparuit itaque stationi Philistinorum, dixeruntque Philistim: En Hebræi egrediuntur de F cauernis, in quibus absconditi fuerãt. Et locuti sunt viri de statione Philistinorum ad Ionatham, & ad armigerum suũ: ascẽdite ad nos, & ostendemus vobis rem.) Quidnam est quod apparere Ionathas Philistæis cum armigero dicitur: nisi quia doctor ipse prior debet bonum ostendere, quod alios contendit edocere. Non enim potest in prædicatione venerabiliter recipi, si prius in se honorem ministerij non præfert luce bonæ cõuersationis. Vnde & egregius prædicator confidenter adserit, dicens: Quandiu quidem sum gentium apostolus ministerium *Roma. 11.* meum honorificabo. Apparet ergo doctor non tam cum verbo loquitur, quàm cum vita, & moribus venerabiliter demonstratur. Propheta igitur cum typis sacræ historiæ prædicatorũ mores ostenderet: rationabiliter subintulit, dicens: Apparuit itaque vterque stationi Philistinorum.) Quasi dicat: Quia docere proposuit, prius his, quibus loqui disposuit, vitam monstrauit. Sed quid est quod Philistęi apparentes despiciunt, & tamen eis ascendite ad nos dicunt, nisi quia plærunque illi etiam prædicatorum optimam vitam despiciunt, qui eorum prædicatione ad pœnitentiæ lamenta cursuri sunt. Et dum eos deserere vitę remotioris studium reprehendunt, eos nimirum de cauernis egressos adseuerant. Quasi dicant: Illi nunc sub colore prædicationis ad seculum exeunt, qui hunc fugisse tota intentione videbantur. Sed plærique iustos prædicatores arguunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G guunt,qui mala,quæ eis obiiciunt,in eis esse suspicantur. Qui nimirum eo ipso,quo malum damnant, spem prædicatoribus tribuunt:quia ad bonum,quod defendunt, exequendum pertrahi facilius possunt.Dum ergo bona intentione falsa iustorum mala vituperant, insaniunt quidem voce,sed prædicatoribus fructum suæ salutis,etiam insaniendo,spondent. Et quia de ascensu superius dictum est, restat inquirere quid sit,quod dicunt: Ostendemus vobis rem.) Sed hoc ad literam minas significat. Quod tale est,ac si dicant:Si huc ascenderitis,quantum valeamus patiendo sentietis. In malorum vero cõuersione item facile est colligere,cum iustos expellunt,quantum soleant nocere. Sed quia auctore deo carnalitatem historiæ ad spiritualem intelligentiam duximus:dum sancti doctores erũpentibus quibusdam signis,peccatorum conuersionem considerant,res etiam ab eis promittitur: quia ad verum esse se redire pollicentur.Res quidem aliquid habet esse,peccatum vero
1.Cor. 8. esse nullũ habet.Vnde & Paulus Corinthiis dicit: Scimus quia nihil est idolum in mundo.Peccator autem quia peccando ad nihilum tendit,cum nihil illud,cui inhæsit,deserit:quasi ad esse
H redit.Rem ergo in se ostẽdere,id est aliquid,quod esse haber, potest:qui iam per diuinam gratiam opera virtutis tenet. Dicunt ergo: Ascendite ad nos,& ostendemus vobis rẽ.) Quasi signo quodam peccatores repromittant,&dicant:Si verbo ita in nobis laborare proponitis,sine magno lucro non erit,quod laboratis, Quare & de aliorum certitudine subiunctum est: Et ait Ionathas ad armigerum suum:Ascẽdamus sequere me, tradidit eos domin⁹ in manus Israël.)Quisquis nititur magna agere,hæc bene pensare nouit,si semper studuit diuinis laudibus imputare. Bene ergo Ionathas de consequenda victoria confidens, non in manus suas, sed in manus Israël tradendos inimicos adseruit:vt triumphum ostenderet,& qualis esse debeat triumphator,pariter designaret.Israël quippe videns deũ interpretatur. Cui ergo in manus hostes tribuuntur, videns deum dicitur: vt non ei ea, quæ in manu data sunt, doceatur attendere: sed tenens datum,ad largitorem munerum cor leuare.Aliud enim tenet manibus, aliud oculis videt:vt triumphi palmam fortiter teneat, sed videntem deum retẽta palma victoriæ non extollat. Hæc autem quia confidendo non possidendo loquitur:qualiter ad eadem possidenda veniat,audiamus.Sequitur: Ascendit Ionathas reptans manibus,& armiger eius post eum.)Quid est reptare manibus,nisi corpus omne curuare, nihil in se sublime relinquere, superiora membra
I ad inferiora officia peragenda inclinare? Quid autem in hoc facto nobis insinuatur,nisi quia multa prædicatorum compassione indiget conuersio peccatorum:Quid enim aliud, quàm reptare manibusvidebatur redemptor noster,cum publicanorum amicus fieret,& peccatores reciperet, & cum ipsis mandu
Matt. 9. caret:Manibus quidem reptabat,cum dicebat:Non habent opus sani medico,sed male habentes.Hinc iterum dicit:Nõ veni vocare iustos,sed peccatores. Hanc etiã incuruationem reptandi, in sacro eloquio cameli appellatio designat. Quia ad hoc saluator vsque ad ima nostra se voluit humiliare, vt nos ad alta suæ diuinitatis extolleret.Hunc nanque reptantem ma
1.Corin 9. nibus,Paulus sequi se qui se insinuans,ait: Omnibus omnia factus sum,vt omnes facerem saluos. Sed & quia in manibus opera solent significari, reptat manibus pastor:quãdo peccatoribus viam,quam tenere conuersi debeant,non profert sapiẽtia verbi,sed exemplo conuersationis.Reptare quidem mani-
Matth.5. bus prædicatores suos docebat dominus, cum dicebat: Sic luceat lux vestra coram hominibus,vt videant vestra bona opera,& glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Bene autem reptans ascendere ad stationem Philistinorum dicitur: quia ad destruenda peccatorum vitia peruenire ille doctor potest, qui ipsos peccatores magna humilitatis ostensione, & magna charitatis affectione demulcet. Nam dum conuenientiam gratię foris porrigit, manum intus ad incidẽdum mentis languorem mittit. Vnde & bene subiungitur: Et cum vidissent faciẽ Ionathæ, alij cadebant ante Ionatham, alios armiger eius interficiebat.)Facies Ionathæ cernitur,quando qui verbum prędicatoris audiunt, charitatem etiam mentis eius agnoscunt, cum videlicet hunc audiunt, & cœlestia prædicare, & eos, quibus ipsa pandit cœlestia, mira charitate diligere. Bene autem ante faciem cadere dicuntur, quia dum bona,quæ sunt in mente prędicatoris agnoscunt,statum prauitatis deserunt.Sed & dum ad remedium pœnitentiæ plures veniunt, alij in magnorum,alij in minorum exempla confugiunt. Aprè igitur dictum est: Alios armiger eius interficiebat.)A vita quidem reproba priuari,bene interfici est,& cuius exemplo,vel monitis malum quis deserit,ante eius pedes quasi interfectus cadit.Generali quippe sententia,singulorum victorias exponens Iacobus, ait: Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, Iac.5.
saluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum.Sequitur: Et facta est plaga prima qua percussit Ionathas & armiger eius,quasi viginti virorum, in media parte iugeri,quam par boum in die arare consueuit.) Plaga prima hęc dicitur: quia sancti percutere noxios etiam post in vltimo iudicio deseribuntur.Vnde & Paulus Corinthios excitat,dicens: 1.Cor.6.
An nescitis quia angelos iudicabimus? Hinc Psalmista vaticinans,ait:Exultabunt sancti in gloria, lætabunt in cubilibus Psal.149.
suis, exultationes dei in faucibus eorum, ad faciendam vindictã in nationibus, increpationes in populis. Plaga prima ista conuersionis est,secunda damnationis: quia modo sancti con L
uerti nos ad dominum rogant,sed non conuersos,tunc durius damnant.In qua viginti viri mortui referuntur,vt quinarij numeri mysterium commendetur.Quinquies enim quatuor repetiti,aut quater quinque viginti fiunt. Et quia vigore quinque sensuum omne tempus peccati perficitur,& in quatuor Euangelistarum libris remedia nostræ salutis inuenimus, viginti virorum typo omnes saluandi peccatores exprimuntur. Qui in media parte iugeri interfecti perhibentur, quam par boum in die arare consueuit. Boues sunt prædicatores Ecclesiæ,qui dum prædicant,arant:qui dum verbis cœlestibus corda auditorum aperiunt, quasi in bona terra semen spargunt. Sed in die arant boues,quia dominus comminatur,dicens: Ve Ioan.9.
niet nox, quando nemo potest operari. Item duo boues arãt, Ionathas videlicet & armiger eius. Quibus nimirum bobus, aut sapientes,& simplices intelligendi sunt,aut minores, & altioris ordinis sacerdotes. Possunt autem generaliter in duob⁹ bobus, omnes sanctæ Ecclesiæ prædicatores intelligi, quia & geminæ charitatis gratia pleni sunt, & se priuato amore non diligunt.Media ergo pars iugeri ista est vita præsens.Ista quidem temperata ad cultum imbribus mollescit hyemis, illa ad sterilitatem pigrorum caloribus torretur æstatis.Istam partem iugeri boues arare possunt, illam vero nõ possunt, quia in hac vita bona opera seminanda sunt, in illa vero non seminanda opera,sed operum retributio metẽda.Bene ergo in media parte iugeri,viginti viri interfecti perhibentur:quia conuerti pec M
catores hic solum salubriter possunt, vbi magnitudo criminis purgari creditur per lamenta conuersionis. Sed nonnulli in subita peccatorum conuersione mirantur, quia eis propter vsum curæ exterioris quotidiana tot, quæ agit Deus mira, viluerunt. Vnde & subditur: Et factum est miraculum in castris per agros.) Perfecti quique in omnibus,quę facta sunt, siue fiunt, omnipotentis Dei virtutem, & sapientiam mirari non desinunt. Vnde & Psalmista diuinis laudibus insistens, Psalm.17.
ait:Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israël ipse dabit virtutem,& fortitudinem plebi suæ, benedictus deus. Hinc Moyses eidem domino confitetur, dicens: Quis similis tui in Diis Exod.15.
domine, quis similis tui in sanctis gloriosus, mirabilis in maiestate, faciens prodigia. In sanctis quidem mirabilis dicitur, quia quo altius diuina conspiciunt, eo & mirabilius obstupescunt:quia nimirum altissima contemplatione vident, quibus stupeant,non quæ ratione comprehendant.Quotiens ergo præter quotidianum vsum noua quædam accidunt, quæ carnales, ac simplices admirentur, miraculum per agros fieri dicitur.In comparatione nanque sanctorum velut agrestes, homines sunt,qui tot conditoris antiqua opera,tot dispositiones temporum, & tot ordines, creaturarum mirari nesciunt. Bene igitur in eadem rusticitatis hebetudine omnes generaliter concluduntur, cum subditur: Sed omnis populus stationis eorum, qui ierat ad prædandum, obstupuit.) Quam stationem nominant,nisi Philistinorum? Quid est ergo quod

Philistim

A Philistim admittantur, nisi quia aliquando conuersionem peccatorum alij peccatores obstupescentes aspiciunt, & dum bonitatem Dei in illorum visitatione intelligunt, ad simile conuersionis propositum accenduntur. Ad prædandum quippe stationis populus pergit, quando agere peruersa non metuit. Quod enim prohibente deo, scripturis minantibus, contradicentibus doctoribus, quis audet agere, quasi per violentiam nititur suis vsibus vsurpare. Si quis per hunc populum dæmonia intelligere voluerit, potest: quia ad prædandum pergunt, cum violentas tentationes ingerunt, & captiuas animas peccatorum ducunt. Qui certè populus obstupescere dicitur, quia cor pœnitens, quod dæmones habere non possunt, qua gratia conuersi peccatores recipiant, non intelligunt. Sed dum peccatores respiscunt, tam sibi, quàm aliis prosunt, quia nonnulli eorum exemplo corriguntur. Vnde & subditur: Et conturbata est terra.) Dum populares viri noua [illegible] conspiciunt, terra turbatur, quia sæpe contingit, vt dum [illegible]r exteriora miracula alij conuertuntur, aliorum duritia in[illegible]amentis quibusdam ad propositum boni operis moueatur. Male etenim tranquilla est terra, quando vita carnalium in mundi iacet delectationibus secura: quando peritura, quæ ardenter desiderat, hanc dulciter oblectant. Terra verò turbatur, quando carnalis mens à mala sua soliditate concutitur, & cogitare fluctuan-
B do inchoat inter mala, quæ respuit, & bona, quæ amat. Turbari etenim menti tunc est, serenitatem malæ delectationis proposito Christianæ religionis obducere. Sed carnalis affectus concutitur, vt spiritualis vita reueletur. Vnde & subditur: Et accidit quasi miraculum à Deo.) Quando nanque mens hominis carnali delectatione deprimitur, eius vtiq; visus obtunditur: vt spiritualia bona ignorare mereatur. Sed cum in suis carnalibus infirmari incipit, paulatim in spiritualibus conualescit: vt superna proficiendo videat, infirma obliuiscendo derelinquat. Profectus quidem conuersæ mentis ostenditur: quia prius terra turbari dicitur, deinde miraculum quasi à Deo accidisse memoratur. Miraculum vero à Deo est quod sine homine facit deus. Quod enim manna in deserto filiis Israël pluerit dominus, quod concupiscentibus volatilia præbuerit, miraculum vtique sine homine deus fecit, sed dum mare diuidere voluit, virga hoc Moysen tangere præcepit: vt miraculum ostenderet, quod per hominem populo demonstraret. Sic nimirum virga petra percutitur, vt aquæ fluenta producantur: quia nimirum miraculum, quod ostendere voluit, per hominem, non per semetipsum fecit: vt dum hominem venerabilem redderet, huic Israëliticus populus humiliter subiici, & deuotè obedire debuisset. Quid est ergo quod miraculum quasi à deo accidisse adseritur, postquam terra turbatur: nisi quia dū sanctus spiritus mentem ad conuersionem commouet, commotæ menti electorum exempla insinuat: quæ & venerabiliter videat, & imitari deuotè concupiscat. Hoc quidem mira-
C culum iuxta historiam sic accipitur, quia plures interficiebantur. Nunc vero in sancta Ecclesia ad religiosam vitam peccatores conuertuntur, quos alij ad virtutis exempla sequuntur. Spiritus quidem sanctus illos trahit, & quia trahuntur, aliis ostendit: vt tractos trahat, & videntes tractis inserat: quatenus per largitatem suæ gratiæ vtrosque comprehendat. Quando enim hoc sine homine per semetipsum operatur in cordibus fidelium, vtique miraculū non fit quasi à deo, sed à deo. Quando autem prædicantibus hoc æternæ vitæ doctoribus agit, quasi à deo est miraculum: quia mirabiles suos ministros ostēdit, vt qui eos aspiciunt, deuotè valeant imitari. Sed quia summos sacerdotes Saul signare superius diximus, Ionatham vero filium eius subditas prædicatorum personas: si sequentia attendimus, sollicitudinem apostolicam in summis pontificibus, quam retinent, inuenimus. De quo nimirum beatus Paulus loquitur, dicens: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scādalizatur, & ego non vror? Præter illa, quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. Qui vero omnium ecclesiarum sollicitudinem gerebat, non solum paruulorum, sed etiam ad discutiēda maiorum facta vigilabat. Vnde & hic subiungit: Et respexerunt speculatores Saul, qui erant in Gabaa Beniamin, & ecce multitudo prostrata huc illucque diffugiens. Et ait Saul populo, qui erat cum eo: Requirite, & videte quis abierit ex nobis. Et repertum est non ad- D
esse Ionatham, & armigerum eius.) Pugnā Ionathæ Saul speculatores aspiciunt: quia summi pontifices, non solum subditorum facta discutiunt, sed doctrinam prælatorum. Istos quidem explorant, si bene agant: illos autem an rectè doceant. Sæpe conuersionem aliorum audiūt, sed ne sint bene eruditi pertimescunt. Quid enim est aliud, quod quis abierit queritur: nisi quia qui ad prædicandum mittitur talis esse debet, vt onus ministerij ei securè imponatur: vt mens mittentis nulla dubitatione fluctuet, quod rectè doceat, & doctrinæ verba operibus ostendat. Et quia innumeri sunt Ecclesiarum præsules, à speculatoribus Ionathas aspicitur: quia summum culmen vniuersalis Ecclesiæ, sic per orbem prædicatores ordinat: vt circa se ministros habeat, per quos illorum doctrinam discutiat, & opera diligenter inquirat. Sed qui summi culminis ministerio, & legatione funguntur, in alta vitæ, & scientiæ sede sublimantur. Vnde & bene & iidem speculatores in Gabaa Beniamin esse memorātur. Gabaa quidem Beniamin collis filij dextræ nūcupatur. In colle quidem filij dextræ sunt, qui iam per sublimem vitam, & per altam scientiam ad conformationem videntur pertingere redemptoris. Hi nimirum victorum acta de sublimi conspiciunt: quia bonorum vitam probare, & malos discutere, ex vitæ merentur celsitudine, & summæ scientiæ
perfecta eruditione. Qui Ionatham non adesse reperiūt: quia E
lucra prædicationis tunc optima esse considerant, cum prædicatoris laudabilem personam probant. Sequitur: Et ait Saul ad Achiam, Applica arcam dei.) Cur Achiam sacerdotē Saul applicare arcam præcipit, nisi quia modum certaminis à speculatoribus audiunt? Quod quidem à summis sacerdotibus bene spiritualiter agitur, cum ea quæ à relatoribus audiunt, non ante diiudicant, quàm eorum rationem in consilio internæ meditationis quærant. Et quia sæpe alienæ etiam mentis consilia sequuntur, Achias arcam applicare iubetur. Arcam quippe sacerdos habet, qui scientia spirituali mentem vacuam non habet. Saul ergo arcam applicare Achiam iubet, quādo summus doctor consilium à minoribus suis, & eruditis querit. Ibi enim sunt postulanda consilia, vbi spiritualis scientiæ gratia coruscat. Vnde & subditur: Erat enim arca dei in die illa cum filiis Israël.) Quasi dicat: Hoc applicare præcepit, quod esse cognouit. Ab irreligiosis quidem religionis consilium, aut sapientiæ à stultis petere, non est consilium accipere, sed præcipitare. Bene ergo dicitur: Erat enim ibi arca dei:) quia in rebus dubiis illos debemus consulere, quibus apertè scimus spiritalia dona non deesse. Sed quædam sunt, quæ per consilium, quædam vero quæ per auxilium meliorantur. Vbi enim aperta, & indubitata necessitas est, illic non est idonea mora consilij, sed celeritas subuentionis. Ambigua quidem, & obscura melius consulendo peragimus, sed aperta, & cognita subueniendo, & festinando subleuamus. Vnde & subditur: Cumque loqueretur F
Saul ad sacerdotē tumultus magnus exortus est in castris Philistim, crescebatque paulatim, & clarius resonabat. Et ait Saul ad sacerdotem, Contrahe manum tuam. Conclamauit Saul, & omnis populus, qui cum eo erat, & venerunt vsque ad locum certaminis.) Quid enim aliud signat, quod prius Saul applicare arcam petiit, deinde sacerdotem contrahere manum iussit: nisi quia & obscura debemus consulēdo disponere, & que clarius innotescunt, cum festinatione complere. Sed prædicatori tumultum crescentem paulatim audire est, conuersorum peccatorum deuotionem cognoscere. Quod paulatim crescere dicitur: quia dum mentem nostram ad bona opera spiritus dirigit, hanc ad meliora per quotidianos profectus leniter ducit. Quid vero est, quòd Saul & omnis qui cum eo est populus clamat: nisi quia se præliatoribus sociant. Sed & vsque ad locū certaminis veniunt. Locus certaminis cor est, verbum dei audientis. Certaminis vero locus dicitur, quia verbum, quod recipitur, cum præterita conuersatione præliatur. Placent enim ei iam cœlestia, quæ audit, sed vetus consuetudo insurgit, & vt audita cōtemnat suggerit. Fit pugna item grauior, quia quod prædicator laudat, hoc maligni spiritus dissuadendo vituperant, & quasi præliando se contra sanctos erigunt, dū illud bellando destruunt, quod istorum voce prædicatur. Quid est ergo venire vsque ad locum certaminis, nisi per exquisitionis aditum,

Exo. 16.

Idem. 14.

Nume. 20.

1. Cor. 11.

Universidad de Deusto Biblioteca

G aditum, peruenire ad ſecreta cordis auditoris, vbi hoſtes celeriter inueniat, & potẽter cędat. Nam qui diſcutere interna neſciunt, ad locum certaminis peruenire non poſſunt. Vel locus certaminis eſt, vbi creber fama magnæ regionis eſt. Illuc quippe dùm ab innumeris curritur, qui & vitam deponere veterẽ, & induere nouam concupiſcunt, certaminis locus rectè nuncupatur: quia quotidie illic ſpiritualium virtutũ exercitus pugnat, cum numeroſitate vitiorum. Illic quidem quanto graues pugnæ, tanto glorioſæ victoriæ. Illic quo frequentius acceſſus hoſtium, eo & laudabilior numerus triumphorum: vbi non ſolum magnorum alta virtus extollitur, ſed communis omnium ſtrenuitas mira fortitudinis oſtenſione monſtratur. Vnde & ſequitur: Et ecce verſus fuerat gladius vniuſcuiuſque ad proximum ſuum, & cædes magna nimis.) Quis eſt hic gladius, niſi gladius ſpiritus, quod eſt verbum dei? Qui enim innumerabilibus locis ad omnipotentis dei ſeruitium conuerſi ſunt, quia verbo Dei inſeparabiliter inhærent, quaſi iuxta ſe quiſque gladium tenet. Gladius ergo vniuſcuiuſque ad proximum vertitur, quando hi, qui in monaſteriis conuerſi ſunt, & viciſsim ſe verbo Dei perforant, & carnalitatem in ſe penitus necant. Velut enim alterutro vulnere interficiuntur, dum alter alterum verbo Dei percutit: & quicquid in ſe carnaliter viuit, extinguit. Qui, quia nuper conuerſi, à ſeculari vita ceciderant: Philiſtinorum typo ſignati ſunt. Vel gladius alterius
H ad proximum vertitur, quando per conuerſorum exhortationem, nondum conuerſi peccatores ad dominum conuertuntur: quando non ſolum hi, qui præſunt, verbo prædicationis alios lucrifaciũt, ſed multitudo ſubditorum quotquot poſſunt verbis, & exemplis inſtruere, & præſentis vitæ deſideriis conantur velut interfectos ſubducere, & æternæ vitæ viuos exhibere. Hæc quidem lucra peremptorum iam in tota Eccleſia per orbem vniuerſum diffuſa, conſpicimus: quia quicunque per diuinam gratiam iam deo viuunt, alternæ charitatis mucrone huic mundo mortui videntur. Gladius quippe vniuſcuiuſque ad proximum vertitur: quia omnes electi ſe in ſancta Eccleſia viciſsim roborant, & ad cœleſtem patriam ſtudio alternæ prædicationis inflammant. Et quia innumerabilis populus quotidie deo acquiritur, bene illic ſubditum eſt: Et cædes magna nimis.) Magnum vtique nimis eſt, quod in magnitudine poteſt quomodocunque dignoſci, ſed excellentia non valet comprehendi. Ad hanc quidem *magnam nimis* cædem
Pſalm. 138. oculos extulerat, qui dicebat: Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum: dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur. Poteſt etiam magna nimis cædes intelligi, non ſolum vt multi, ſed etiam vt bene interfecti videantur. Quod quidem in conuerſione peccatorum fieri cernitur: cum ſic præterita deſerũt,
I vt ad eadem delectamenta nunquam reuiuiſcant. Cædi vtique peccatoribus eſt, ad tempus à turpi vita ſeparari. Vehemẽter ergo ſiue nimis cædi eſt, temporalis vitæ illecebras perfectè deſerere, & futuræ gaudiis inhiare. Ipſorum vero, qui cõuertuntur, quia multa diuerſitas eſt. Sequitur: Sed & Hebræi qui fuerant cum Philiſtim heri, & nudiuſtertius, aſcenderántque cum eis in caſtris reuerſi ſunt, vt eſſent cum Iſraël, & his qui erant cum Saul, & Ionatha.) Qui ſunt Hebræi, qui fuerant cum Philiſtæis, niſi peccatores à religioſa conuerſatione lapſi? De quibus non valde ſupra dictum eſt: Hebræi tranſierunt
Supra. 13. Iordanem. Hebræi quidem ſunt ordine religionis, ſed cum Philiſtæis ſunt, & cum eis aſcendunt, quandiu per ſuggeſtiones noxias illuduntur, & in praua operatione proficiũt. Cum malignis quidem ſpiritibus ſunt propoſito, & voluntate peccati, ſed cum eis aſcendunt, quia ipſis impellentibus, in audaciam ſe extollunt iniquæ operationis. Vel cum eis ſunt, cum peccata ſua operando perficiunt, cum eis vero aſcendunt, cum prauitatis ſuæ exempla aliis imitanda proferre non metuunt. Quid eſt ergo quod reuerti, & eſſe cum Iſraële dicuntur, niſi quia tales etiam plærunque reſipiſcunt? Reuerti enim amorem religioſæ vitæ reſumere eſt. Et cum Iſraële eſſe eſt, intra ſanctam Eccleſiam in charitatis vnitate perſiſtere. Ad hoc quippe reuertendum, vt cum Iſraële eſſe proponatur, quia nulla eſt conuerſio peccatoris, ſi conuerſus perſeuerantia careat boni operis, & vnitate charitatis. Sequitur: Omnes quoque Iſraëlitæ qui ſe abſconderant in monte Effraim, audien- K
tes quod fugiſſent Philiſtim, ſociauerunt ſe cum ſuis in prælio.) Hoc quidem totiens fit, quotiens remotiori vitæ dediti, ad quærenda animarum lucra intorquere ſtudium dignantur. Cum ſuis nanque ſe in prælium ſociant, cùm vera æternæ vitæ gaudia cum ſanctæ Eccleſiæ doctoribus prædicant, pariterque à peccatorum cordibus malignos ſpiritus fugant. Sed quærendũ valde eſt, quomodo dicatur: Audientes quod fugiſſent Philiſtim.) Præclara quidem victoria non eſt, fugientes inſequi, ſed reſiſtentes effugare. Quid eſt ergo quod dicitur: Audientes quod fugiſſent Philiſtim ſociauerunt ſe cum ſuis in prælio,) niſi quia his verbis eiuſdem remotæ vitæ conuenientia lucra ſignantur? Mos nanque illorum virorum eſſe ſolet, vt verbum potius conſulentibus ſe, quàm ſibi obſiſtentibus proferant, quia niſi deuotum cor auditoris agnoſcunt, prædicationem ſuam quaſi in vacuum perituram emittere dedignantur. Prius ergo quàm ſe ſuis in prælium ſocient, Philiſtæos fugiſſe audiunt, quia non tam ſceleſtibus conuertendis inuigilant, quàm conuerſis ad perfectioris vitæ faſtigia ſubleuandis. Ipſa autem ſublimitas vitæ perfectioris, quia ſuaderi magnæ exhortationis laboribus ſolet, qui fugiſſe Philiſtæos audiunt, præliari merito dicuntur. Hoſtes itaque fugiunt, ſed nuper abſconditi præliantur, quia remotæ vitæ viri non dignantur loqui, niſi deuotis auditoribus, ſed loquentes, vitæ, quam ipſi tenent, altitudinem magna verborum, atque exemplorum pugna ſuadere vix poſ- L
ſunt. Et quia magna lucra prædicationis infirmi, & imperfecti colligere non poſſunt, ſequitur: Erant cum Saul quaſi decem milia virorum.) Non ait *decem milia*, ſed quaſi decem milia. Huius denique numeri perfecta perfectio in terra non inuenitur, ſed in cœlo. Quia enim nouem ſunt ordines angelorum, & ad illorum ſocietatem electorum illa hominum multitudo ſuſtollitur, decem milia virorum illa ſunt, quæ in ſanctis angelis, & electis hominibus in illa æternæ gloriæ ſede gratulantur. Quaſi ergo decem milia virorum illa ſunt, quę in iſtius adhuc ſeculi exilio poſita, illius beatæ ſocietatis formam in moribus ſuſceperunt. Quia item illius ſupernæ vitæ amore peccatorum tenebræ relinquuntur, ſequitur:

Et ſaluauit dominus in die illa Iſraël.) *Contemplatio quidem internæ lucis ſplendida valde atque clariſsima dies eſt.* In qua dominus Iſraëlem ſaluat, quia quorum corda luce intimi ſplendoris irradiat, in celſitudinem perpetuæ ſalutis leuat. Saluare quippe in die illa dominus dicitur, quia ad æternæ vitæ amorem nemo ſuccenditur, cui intimæ lucis ſplendor occultatur. Ad hanc ſalutis grátiam, non ſolum electa, ſed etiam deſpecta, quæ videntur, mundi perueniunt. Vnde & ſubditur: Pugna autem peruenit vſque Bethauen.) Bethauen dicitur domus inutilis. Hanc quippe inutilem domum dominus in parabolis oſtendens, regem ſeruo in nuptiis præcipientem introducit, dicens: Exi cito in plateas, & in vicos M
ciuitatis, & paupẽres, ac debiles, cæcos ac claudos introduc *Luca.14.*
huc. Pauperes quidem ſunt, qui verbi Dei theſauros in corde ſuo minime recondunt. Debiles vero ſunt, qui laborare ſatis pro æterna vita non poſſunt. Cæci vero idiotæ, ac ſimplices deſignantur, quia dum cœleſtia nequaquam vident, lumine mentis carent. Claudi vero ſunt, qui greſſum boni operis perdiderunt. Sed Pugna peruenit vſque Bethauen,) quia ſæpe inutiles perſonæ dum ſermonis Dei bello capiuntur, in eius redactæ ſeruitium, vtiles fiunt. Pugnatur quidem cum cæcis, vt videant: cum claudis, vt ſubſiſtant: cum pauperibus, vt morum theſauros accipiant: cum debilibus, vt ad robur boni operis conualeſcant. Vſque ergo Bethauen pugna perducitur, quando illi ſanctorum prædicatione capiuntur, qui vtilitatem alicui neceſſariam, habere nullam videbantur. Vnde & ſubditur: Et omnis vir Iſraël ſociatus eſt ſibi in die illa.) Omnis quidem vir prædicatori coniungitur: quando conditio hominum nulla relinquitur, ex qua conuerſi ad bonam conuerſationem minime perducantur. Sed qui Saul ſociantur, viri dicti ſunt: quia qualeſcunque in ſeculo ſumus, in Dei omnipotentis ſeruitio eſſe fortes admonemur. Niſi viri etenim prædicatoribus nequaquam ſociantur: quia cum eis non conueniunt, niſi fortia ipſi agant, quæ illi docendo laudant.

Universidad de Deusto

A dant. Sed iam deuictis hostibus, iam sibi fortibus coniunctis, quid rex agat, attentè considerandum est. Sequitur: Et adiurauit Saul populum, dicens: Maledictus vir qui comederit vsque ad vesperum, donec vlciscar de inimicis meis.) Inimici prædicatorum illi sunt, de quibus Psalmista obsecrat, dicens: Eripe me de inimicis meis deus meus, & ab insurgẽtibus in me libera me. Inimici quidem sanctorum rectè immundi spiritus dicuntur: quia mundi blandimenta, quæ illi suggerunt amplecti isti magno studio detestantur. Nam quibus adhuc aliquid de maligni spiritus consiliis placet, eius vtique inimicus non est: quia odisse nondum nouit, cuius blandimenta non respuit. Inimici etiam sanctorum dicuntur, vt ex sacro eloquio detegantur. Nam per omne, quod suggerunt: per omne, quod blandiuntur: eas animas, quibus delectabiliter fauent, perdere conantur. Quid est ergo, quod populum adiurat, ne vsque ad vesperum comedat, donec de inimicis suis vltionem sumat? Sed notandum, quia iam deuictis hostibus ista loquebatur. Quid vero est comedere victoribus, nisi de peracto virtutis opere, cibos vanæ laudis delectanter excipere? Maledictus (inquit) omnis, qui ante vesperum comederit:) quia qui modo vanas laudes gratanter excipit, tunc æternas creatoris laudes amittit. Adiuratur ergo populus ne comedat: quia doctorum præcepto constringitur, vt de bono opere inaniter nunquam
B glorietur. Fortia bene viuendo agat, sed quandiu vixerit, appetere de fortitudine laudes caueat: vt laudari post mortem æternaliter non amittat. Qui enim ante vsperum populum manducare prohibuit, ad vesperum vtique esse comedendum concessit. Et quia in vespere finis diei est, in vesperum comedunt, qui abstinere ante vesperum possunt: quia qui laudari modo de magna actione despicit, cum ad vitæ finem ducitur, æternis dignus laudibus inuenitur. Hoc est, quod dominus se daturum electis
Mat.25. in Euangelio repromittit, dicens: Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Hinc iterum ad iudicium veniens, dicit: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est à constitutione mundi. Tunc quidem de inimicis nostris vlciscimur, quia omnes tunc diabolicæ tentationes euanescunt. *Quia enim vltra dæmonum insidiæ tentando nihil ob-*
sunt, cum per carnem morimur, de inimicis nostris vlciscimur, quos iam velut interfectos penitus non pauemus. Vel ergo vsque ad vesperum comestionem differimus, si laudis nostræ
Ier.12. præconia in fine venturo iudici reseruemus. Tunc quidem manducandum est: quia qui iudex tunc venit, modo dux nostri exercitus, commilitonibus repromittit, dicens: Faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Tunc quippe victores discumbunt: quia internæ quietis alta sede recepti, perennis vitæ laudibus delectantur: quando ipsis tacentibus, omnium bonorum operum præconia concinnunt: & simul proferuntur ad
C gloriam, quæ hic magna virtute ferebantur ad pugnam. Sequitur: Omnéque terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem agri. Ingressus est itaque populus saltum, & apparuit fluens mel: nullúsque applicuit manum suam ad os suum.) Saltus syluosus, atque cliuosus locus est. Quo nimirum nomine aptè corda secularium designantur: quia dum tota intentione curis exterioribus seruiunt, velut syluosa loca culta ad fructum boni operis prædicationis vomere non sunt. Qui vero vulgus nomine hoc loco signantur, nisi religiosi viri, & simplices? Terræ quidem vulgus dicitur: quia in bono opere magni sunt, sed tamen altissima contemplatione magni non sunt. Nobiles quidem actione, sed vulgus summorum virorum comparatione. Quid ergo est, quod Vulgus terræ venit in saltum:) nisi quia religiosi, & simplices viri per exempla bonorum operum, sæpe ad notitiam secularium deducuntur? Vbi mel in agro apparet: quia de exemplo boni operis apud seculares inueniunt, & deuotionis latitudinem, & fructum venerationis. Quid enim est ager in saltu, nisi deuotio in inculto & inexpurgato corde secularium? Et quid mel super faciem agri, nisi dulcedo fauoris? Qui merito post ingressum vulgi apparere dicitur: quia videlicet aspera secularium corda, si prius religiosorum exempla non vident: nec latitudine deuotionis se
D valent distendere, nec alienæ sanctitatis gloriam prædicare. Ante ingressum quidem tantum saltus est: nec agrum habet, nec fluens mel. Post ingressum vero & latitudinem agri habet, & dulcedinem mellis: quia sæpe qui mundum diligunt, sanctorum exempla feruenti amore recipiunt: vt bonum, quod vident, sibi non solum placeat: sed etiam prædicare attentius concupiscant. Ipsa tamen sanctorum vita laudanda est, & laus ista ab eis, quorum est, per vanam gloriam nullatenus capienda. Videri tantum debet, excipi non debet: vt glorificari deum quisque in suo opere gaudeat, sed de dei gratia extolli contemnat. Vnde & cautè expressum est, quia fluens mel super faciem agri apparuit, & tamen manum cum melle ad os nemo applicuit. Mel quidem fluit, quia dulcis fama sanctorum dulciter velocitérque currit. Sed manus ad os nullus ducit, quia de opere bono dulcedinem laudis non accipit. Manum quidem cum melle ad os applicare, est laudem operis sui gratanter accipere. Decurrat ergo mel, & nemo ad os manum applicet: vt sanctorum fama dulciter fluat, & ipsos, à quibus defluit, non extollat. Fluat, vt alios satiet: sed non sumatur, ne mortem propinet. Vnde & subditur: Timebat enim populus iuramentum.) Iuramentum regis est, Omnis qui se exaltat, humiliabitur. Item
E iuramentum regis est, quod contra hypocritas profert, dicens: *Luc.12.* Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Iuramentum ergo populus, timet: quia ne æternas amittat, temporales re- *Mat.6.* cipere laudes cauet. Sequitur: Porro Ionathas non audierat cum adiuraret pater eius populum, extendítque summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauo mellis, & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius.) Quos in hoc loco Ionathas, nisi illos insinuat, qui verbo, & opere magni sunt, sed tamen studio circumspectionis, magni non sunt? Alta quidem prædicant, fortia exercent, sed in humilitatis circumspectione se non viriliter tenent. Quid est enim, quod virgam tenet in manu, nisi quia disciplina, qua peccare alios prohibet, semetipsum non coercet. Virga quidem, qua paruuli solent corripi, sermo correctionis potest aptè designari. Prædicatio ergo, & opus bonum, virga & manus est. Quid est igitur virgam extendere, & manum ad os cum melle reuocare, nisi tam de prædicationis verbo, quàm de studio boni operis vani fauoris gustum recipere? Sed quia more electorum peccat, non virga, sed extremitate virgæ mel leuare dicitur. Virgam quippe, & manum melle plenam, ad os conuertunt, qui iuxta veritatis vocem, omnia opera sua faciunt, vt ab hominibus videantur. Dum enim suis laudibus sa- *Mat.24.*
turantur, mel non ad tenuem gustum habent in summitatem virgæ, sed vel in tota virga, vel in manu ad plenam refectionem. Tales vtique erant, quibus dominus in Euangelio expro- F
brat, dicens: Quomodo potestis credere, gloriam ab inuicem re- *Ioan.5.* cipientes? Quid ergo est hæc virgæ extremitas, nisi quia plærunque & dominum glorificare in suo opere quidam volunt, & apparere ipsi laudabiles non refugiunt? Merito igitur vocem patris, qua populum adiurauit, Ionathas non audisse dicitur, quia dei, siue eius prædicatoris verba non audit, qui ea implere negligit. Quid vero est, quòd ex gustu mellis illuminati sunt oculi Ionathæ, nisi quia qui vani fauoris auram recipiunt, ex eodem ad agenda fortia roborantur. Hoc quidem loco non dicuntur aperti oculi, vt clausi fuisse sentiantur, sed vt reparato vigore corporis, ad videndos intelligantur, & ad extinguendos hostes reparati. Quod nimirum elatis omnino conuenit, qui ex eo maiora, & fortia agunt, quo laudabilia opera sua efferri conspiciunt. Sed sæpe minor zelo charitatis accenditur, qui delinquentes magnos viros ad scripturarum memoriam reducere conatur. Vnde & subditur: Respondénsque vnus de populo, ait: Iureiurando constrinxit pater tuus populum, dicens: Maledictus vir qui comederit panem hodie.) Patrem quippe adiurasse populum, & maledictum protulisse retulit, quia cum minor errantem vult prælatum dirigere, non debet asperè obiurgare, sed dulciter atque humiliter ad maiorum statuta memoranda reducere. Vnde dicit: Iureiurando constrinxit pater tuus populum.) Vt enim eum dulciter admoneat, eum qui iureiurando populum constrinxit, patrem eius esse asseruit. Quasi enim a-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G iis verbis dicat: Tanto dilectius debes maiorum instituta conseruare, quanto eorum locum altius videris per successionis dignitatem retinere. Constrictus etiam populus iureiurando patris asseritur: vt non loquentis personæ humilitas, sed ostensæ auctoritas attendatur: vt si suggerentis ordo despicitur, illius qui monstratur, celsitudo timeatur. Quem tamen patrem asserit: vt præcepta maiorum & timori esse debeant & amori. Dicat ergo: Iureiurando constrinxit pater tuus populum, dicens: Maledictus qui comederit panem hodie.) Quod tale est, ac si dicat: Eorum te memorem esse volo, quæ tua, non mea sunt: quia dum culmen maiorum obtines, eorum leges quasi hæreditario iure seruare debes. Panis vero nomine fauor adulantium rectè exprimitur: quia mentem vanitati intentam, & satiat, & confortat: dum hanc ad agenda quæ laudari debeant, valentiorem reddit. Quod quidem arrogantibus valde conuenire cernitur, qui ad loquendum, prolatis laudibus, animantur. Et quia arrogans prædicator habet similes sibi subditos, laudis cupidos. Sequitur: Defecerat autem populus.) Quid est ad literam deficere, nisi lacessere? Qui enim laudes transitorias de verbi prædicatione requirunt, deficiunt, cum non laudantur: quia nullo vigore verba proferunt, quæ non laudari cernunt. Velut enim lacessentes deficiunt, dum despecti obmutescunt. Sed & dum non comedunt, videntur deficere: quia si licitum haberent cibum fauoris, velut refecti & fortes insequerentur vitia prædicatione
H verbi. Vnde & arrogantis prædicatoris forma ostenditur, per id, quod subiūctum est: Dixitque Ionathas, Turbauit pater meus terrā. Vidistis enim ipsi, quia illuminati sunt oculi mei, eo quòd gustauerim paululum de melle isto, quanto magis si comedisset populus prædam inimicorum suorum quam reperit, nonne maior facta fuisset plaga in Philistim?) Quid est enim, quod turbasse terram patrem reprehendit, nisi quia maiores statuta sua per imperitiam confudisse redarguit. Terræ quidem nomine subditorum humilitas designatur. Quæ nimirum turbari cernitur, quando errante pastorum iudicio, tranquillæ veritatis ordinem deserere videtur. Et quia dum fauores hominum arrogantes inhianter ambiunt, & hoc licitum esse asserere conantur, profectus suos in testimonium perducunt. Vidistis enim (ait) quia illuminati sunt oculi mei, eo quòd gustauerim paululum de melle isto?) Quasi dicat: Ex laude subiectorum creui dum non esse minor laudibus studui. Nam & electorum prædicatorum mos esse solet, vt dum se laudari consideraut: hoc quod de se foris audiunt, esse viribus contendant. Et idcirco paululum mellis se Ionathas comedisse retulit: quia arrogans linguæ fauores se excipere licenter putat ad vitæ profectum, non ad intentionem vanitatis. Sed omnino aliud est laudis præconia moribus adæquare contendere: aliud laudes appetere, vt in eisdem laudibus profectum vitæ possit inuenire. Laudes quippe suas moribus exæquare conantur, qui ipsas laudes despiciunt, qui
I laudari ab hominibus nunquam volunt. Quantum certe in eis est laudari vehementer refugiunt, sed quia non possunt omnino effugere, ne laudentur, conantur esse, quod audiunt. Sed quidem, bonis ostensis operibus, idcirco laudari volunt, vt laudati maius conscendant in opus virtutis. Qua profecto præsumptionis suæ æstimatione falluntur: quia qui in minimis laudes appetit, cum maiora opera fecerit, ardentius & valde auidius, laudes quærit. Et fortasse ideo post patrem Ionathas non potuit regnare, quia illos signabat, qui dum vanè se extollunt, verè deficiunt. Addidit quoque ratiocinando, & dicit: Quanto magis si comedisset populus prædam inimicorum, nonne maior facta fuisset plaga in Philistim?) Mellis paululum in virgæ summitate gustare est, de doctrinæ facundia qualitercunque gloriari. Prædam vero inimicorum comedere est, virtutis opera per memoriam repetere, & recolendo gaudere. Quasi enim prædam inimicorum facit, dum ea in quibus occultis hostibus quis præualuit, ad memoriam ducit. Ea quoque ad saturitatem comedit, qui quasi sua virtute hæc fecerit, se inaniter, & vehementer extollit. Dicit ergo: Quanto magis si comedisset populus prędam inimicorum suorum, nonne maior facta fuisset plaga in Philistim?) Quasi dicat: Cum ex breui gustu fauoris, tantus profectus sit, quid electi prælatores facerent, si plenas operum laudes licitas ac iustas haberent. Sequitur: Percusserunt ergo Philistæos in die illo K
à Magmis vsque in Aion.) Dies mentis est splendor eruditionis. Sed illi quos arrogantes eruditunt, quia ambitione temporalis gloriæ accenduntur, simulationem lucis accipiunt, non veritatem. Dum ergo dies illa dicitur, quid aliud signatur, nisi quia sæpe proposito temporalis gloriæ fortia fieri viderentur, In die nanque illa, id est doctrina vel exemplo superborum percutiūr, qui ad hoc ministerio prædicationis inseruiunt, vt splendorem gloriæ temporalis adipiscantur. Et quia omnibus innotescere cupiunt, dicit: A Magmis vsque in Aion.) Magmas (vt iam satis dictum est) humilitas, Aion vero frater meus mœrens interpretatur. Humiles autem hoc loco, pusilli ac simplices in sancta Ecclesia designātur. Mœrens vero frater quos alios insinuat, nisi eos quos dominus in Euangelio collaudat, dicens: Beati qui
lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Qui enim iam temporalia *Mart.*
cuncta nouit despicere, & ad æterna magnis desideriis anhelare, dum horret, teneri in corpore, & gemit in illa æternæ vitæ lætitia nondum esse, frater meus mœrens rectè nominatur. Frater quidem, quia Christi cohæres iam esse cœpit, ad cuius beatissimam illam atque lætissimam hæreditatem totis desideriis ingemiscit. Mœrens autem dicitur, vt perfectorum luctus inenarrabilis esse designetur. Mœrere autem non quomodolibet, sed affectuosissimè flere est. Quia enim spiritus sancti gratia repleti *Rem.*
sunt, ad illam fletuum vbertatem peruenerunt, quam egregius L
doctor asserit, dicens: Ipse autem spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Mœrens etiam frater dicitur, quia redemptori in magna familiaritate perfecti quique coniūcti sunt. Quem enim singulariter redemptor diligit, quem singulari dignitate ad perpetuæ hæreditatis possessionem nutrit, cum frater eius asseritur, singulari numero declaratur. Vnde & ad Moysen quasi singularem amicum dicit: Noui te ex nomine. Hinc est *Exod.*
quod de Ioāne in Euangelio dicitur: Hic est discipulus ille, quē *Ioan.*
diligebat Iesus. Qui enim omnes discipulos valde diligebat, dū hunc diligere dicitur, frater singulari numero demonstratur. In die illa à Magmis vsque in Aion Philistæos arrogantes percutiunt, quia vt lucem gloriæ secularis accipiant: non solum paruulis parua prædicant, sed alta, quæ perfectiores agnoscant. Et quia cum sibi per intentionis peruersitatem obsunt, nonnullis in Christo paruulis, pluribus etiam perfectioribus prosunt loquendo, à Magmis vsque in Aion non pugnare, sed percutere dicuntur. Philistæos quidem percutere est, dæmonum insidias, vel vitiorum tyrannidem ab electorum corde perimere. Sed sæpe elati doctores aliis per verbum prosunt, & eiusdem verbi laudes nullas accipiunt, quas concupiscunt. Vnde & frequenter accidit, vt dum laudari, & efferri se non considerant, velut fatigati magnis laboribus, obmutescant. Quare & subditur: Defatigatus est autem populus nimis.) Mos quoque esse elatorum solet, vt cum ab eorum laudibus lingua aliena silet, æstimatio M
sua non sileat. Tacentibus quidem aliis clamant, quia æstimationis suæ præconia in corde portant. Bene ergo de eodem populo subditur: Et versus populus ad prædam, tulit oues, & boues, & vitulos, & mactauere in terra, comeditque populus cum sanguine.) Oues quidem tollit, qui innocentiæ suæ causas multiplices ad elationem recolit. Boues in prædam tollit, quando labores prædicationis suæ cogitat, & quicquid aliis loquendo, velut terram excolendo, profecit, memorando coaceruat. Vitulos tollit, cum de eo extollitur, quod compressi motus lasciuiæ ad mentem reducuntur. Quia enim duo in magna iustorum laude præcepta sunt, videlicet splendor charitatis, cum luce boni operis, dum æstimatione sua quisque arrogans extollitur, & oues, & vitulos tollere perhibetur. Oues quidem in innocentia bonorum operum, vitulos verò in mortificatione corporalium passionum. Quibus nimirum boues inseruit, quia perfectè non extollitur, qui se infirmum, & impotentem in parte aliqua contemplatur. Magnus quidem apud se iam est æstimatione pudicitiæ, & boni operis, sed in fastu amplioris elationis se eleuat, dum perfectum se recolit in labore prædicationis. Sed hæc omnia ad quē finem perducantur, subsequenter expositū est: Et mactauere in terra.) In terra oues, boues, & vitulos mactare est, de virtutū cōscientia, ima & carnali lætitia exultare. Vnde & per Oseam de

elatis,

Universidad de Deusto

A elatis, & arrogantibus dicitur: Victimas demergebant in profundum. In profundum quidem victimas mergunt, qui cœleſtes virtutum hoſtias non in cœlum per gratiarum actionem ſublevant, ſed ad terram per appetitum vanæ laudis inclinant. *Oſee.5.* Vnde & bene ſubditur: Comeditque populus cum ſanguine.) Mentis cibus interna eius lætitia eſt. Quid eſt ergo comedere cum ſanguine, niſi ab interno appetitu mentis, intentionem vani fauoris nequaquam remouere? Velut enim ſanguis abiicitur, cum mens à gaudio boni operis intentionem remouet vanitatis. Huiuſmodi enim mens lætari in bono opere nouit: quia appropinquare cœleſtibus per opera bona gaudet, quę in eiſdem operibus videri ad tempus refugit. Cum ſanguine ergo comedere eſt, gaudium boni operis ſumere permiſtum vanitatis intentione. Quod nimirum cum ab aliis offertur, elatis ſimplex cibus eſt: cum vero nullis laudantibus, conſcientia ſuperborum intumeſcit: quaſi per prædam violenter tollunt, quod aliquis ſponte non tribuit. Sequitur: Nunciauere autem Saul dicentes quod populus peccaret domino comedẽs cum ſanguine. Qui ait: præuaricati eſtis. Voluite ad me iam ſaxum grandem. Et dixit Saul: Diſpergimini in vulgus, & dicite eis, vt adducat vnuſquiſque bouem ſuum, & arietem, & occidite ſuper iſtum lapidem, & veſcimini, & non peccabitis domino cum ſanguine comedentes.) Prædicatorum ſanctæ Eccleſiæ pro-
B prium eſt, & perpetratas culpas reprehendere, & qualiter reprehenſæ vitari debeant, monſtrare. Reprehenſæ quidem innoteſcunt, ſed ſi vitari neſciantur, oſtenſæ repetuntur. Quid in hac ſanguinis comeſtione, niſi latens elationis virus oſtenditur? Latentia autem vitia niſi expoſita non curantur. Vt ergo prædicatorum mores inſinuet, Saul prius præuaricatum fuiſſe populum aſſerit: deinde in lapide occidi, quæ manducent, animalia, præcipit. Sed ſaxum, ſiue lapidem nouimus, quia hunc Pau- *1.Cor.10.* lus oſtendit, dicens: Petra autem erat Chriſtus. Lapis vero ad prædicatorem voluitur, cum coram eo redemptoris exempla *Daniel.2.* memorantur. Deuolui etiam dicitur, vt ex omni parte videatur. Grandis vero dictus eſt: quia per Danielem creſcere perhibetur, & omnem orbis faciem implere. Non ergo quomodolibet, ſed ab vtroque latere reuolutus aſpicitur, vt ab arrogantibus conſpiciatur deus, & eorum arrogantia deprimatur. Videat ergo arrogans quàm potens in virtute, quàm ſublimis in *Matt.9.* maieſtate, quàm humilis in virtute redemptor noſter apparuit. Nam cæcos illuminans, ægros ſanans, præcipiebat vt quod potenter egiſſet nemini diceretur. In monte reſplenduit, patrem *Ibidem.17.* teſtimonium ſuæ diuinitatis produxit, & tamen diſcipulis ait: Nemini dixeritis viſionem hanc, donec filius hominis à mortuis reſurgat. Et fortaſſe idcirco reſurgente iam domino, ad *Luc.24.* monumentum angelus apparuit, qui ab eius oſtio lapidem reuoluit. Tunc quippe reuoluendus erat lapis, quia Chriſtus verus homo, & potens deus poſt reſurrectionis gloriam erat agno-
C ſcendus. Si ergo vnam partem lapidis aſpexit elatus, voluat lapidem, & aliam videat. Non qualitercunque lapidem videat, quia non eſt mortuus Chriſtus, ſed reuolutum ab angelo: quia à mortuis reſurrexit. Aſpiciat ergo facundiam prædicationis hinc, & voluat, & miretur illinc ſplendorem humilitatis. Videat ſignorum potentiam hinc, & inde videat, quia qui virtutis potentia claruit, eandem virtutem præcepto ſilentij occultauit. Sed dum videt partem humilem, videat & ſublimem. Ecce *Philip.2.* humilis pars lapidis cernitur, quia dicit: Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem. Sed ſi iſta pars voluitur, altera reuelatur, quia ſubiungitur: Propter quod deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. Ad prædicatorem ergo lapidem voluimus, cum coram ipſo redemptoris noſtri potentiam, & humilitatem memoramus, cum & in operibus eum attendimus humilem, & ex humilitate in cœlo ſublimem. In hoc quidem lapide bos, & aries occidatur, vt in omni hominum genere elationis vitium Chriſti contemplatione mactetur. Ibi quippe omnis ſanguis effunditur: quia qui exemplo Chriſti inſtruitur, magna agit, ſed de illis magnis operibus ſe non extollit. Paſcitur quidem lætitia boni operis, ſed non cruentatur cibus eius ſanguine vanæ laudis. Nam *Ioan.15.* lapis ille ſi in verbis reuoluitur, dicit: Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Sed quia de verbis non tumuit, voluens ſe, ait: Ego non quæro gloriam meã. *Ioan.8.* Bos ergo, & aries in lapide occiditur, quando exemplo redemD ptoris omnis cornuta elatio condemnatur, quando electus quilibet & bene agit, & optimè docet, ſed nec vita eum erigit propria, nec eruditio aliena. In ariete quippe robur propriæ innocentiæ exprimitur, in boue autem labor, & fortitudo prædicationis. Qui in petra occiduntur, vt ſic electam mentem gaudendo reficiant, vt ei miſtum in ſe cruorem carnibus non impendant. Hoc quidem electus prædicator non ſolum loquitur, ſed etiam perſuadet. Vnde & ſubditur: Adduxit itaque populus vnuſquiſque bouem in manu ſua, vſque ad noctem, & occiderunt ibi.) Bouem in manu adducere eſt, peccatum elationis pœnitentiæ afflictione delere. Dum enim operando delet, quod ſuperbiendo deliquit, mactandum bouem in lapide per manum ducit. Quid eſt autem quod dicit, Vſque ad noctem,) niſi quia & peccare non licet, ſed delere peccata vſque ad mortem licet. Vſque ad noctem ergo boues mactandi ſunt, non in nocte, quia dum viuimus peccata delere pœnitendo poſſumus, poſt mortem fructuoſam agere pœnitentiam non valemus. Bene autem in eodem loco ſubditur: AEdificauit autem Saul altare domino,) quia dum peccatores conuertuntur, quaſi ex lapidiE bus cœleſte ædificium fabricatur. Et quia plærique codices habent: Túncque primum cœpit Saul ædificare,) poteſt altaris nomine compunctio cordis intelligi. Quando enim per verbum doctoris compunctio cordis erigitur, nimirum altare domino ædificatur. Et primum ædificatum dicitur, quia eſt compunctio amoris. Vnde & in tabernaculo fœderis duo altaria fie- *Exod.27.* ri à domino iuſſa ſunt, adolendis ſcilicet thymiamatibus vnum, alterum comburendæ carnis. Primum altare foris erat, ſecundum intra ſancta ſanctorum. Altare ergo primum compunctio timoris eſt, altare ſecundum compunctio amoris. Illud quippe peccata lugentium eſt, iſtud vero ad æterna gaudia totis deſideriis inhiantium: illius lapides recogitationes peccatorum, huius lapides meditationes perennium gaudiorum. Altare ergo primum doctor ædificat, quando culpas exponit, quas dum in ſe peccator aſpicit, ingemiſcit. Merito etiam altare compunctio dicitur, quia incenſat. Sed cum diu pro peccatis ſuis vnuſquiſque compungitur, pœnitendo proficit ad vſum ſecuritatis. Nam poſt afflictionis tempora ardere incipit ad æternam vitam, & qui prius lugebat pro pauore ſupplicij, flere iam copioſius incipit pro dilatione mercedis. Quia ergo prima electorum compunctio ex timore naſcitur, dum per typum regis, & populi prædicatores, & nuper conuerſi ſubditi deſignantur, altare tunc primum Saul ædificaſſe dicitur. Sed ex aliorum profectu ſæpe doctor ad aliorum lucra conſequenda ſuccenditur. Vnde & ſubditur:

Et dixit Saul, Irruamus ſuper Philiſtim nocte, & vaſtemus eum vſquequo illuceſcat mane, & non relinquamus de eis vi- F rum.) Hoc ſupra ſatis expoſitum eſt, ſed quia in nocte, & vſquequo illuceſcat dies percutere Philiſtæos appetit, hoc profecto inſinuat, quia ne in futurum nocere dæmones poſſint, à cordibus peccatorum modo expellendi, & perimendi ſunt. Nox quidem vita hæc dicitur, cùm æternæ comparatur. Nam qui illam vitam contemplari dignè potuerit, illius comparatione quicquid hic lucidum cernitur, noctis obſcuritas eſſe iudicatur. Illuceſcit autem dies illa, quando in fine huius vitæ, electis animabus ſe aperit. In egreſſu quippe ſuo de corpore electa anima illuceſcentem ſibi æternitatem videt, quia lucem præſentis ſeculi quaſi tenebras non aſpexit. Quid vero eſt, quod dicitur: Et non relinquamus ex eis virum.) Sed omnis Philiſtęus vir vaſtari debet, paruulus omnis nequaquam vaſtari poteſt. Nemo enim ſine peccato, niſi ſolus deus. Viri ergo capitalia crimina, & vitia principalia ſunt. Sed tunc virorum, id eſt, fortium nomine deſignantur, cum peccatorum ſibi corda ſubiiciũt. Bene ergo dicitur: Non relinquamus ex eis virum,) quia conuerſi peccatores ſanctorum prædicatorum conſilio fortia quæque peccata, & vitia deſerunt, ſed nullum peccatum, aut vitium habere non poſſunt. Poſſunt cauere crimina, ſed omnia non poſſunt vitare peccata. Poſſunt vitia extinguere, ſed ne aliquo eorum quomodocunque pulſentur, non prævalent exercere. Dicit ergo: Non relinquamus ex eis virum,) quia prædicatores ſanctæ Eccleſiæ & vitia nos eradicare præcipiunt, ſed

G dum fortia, & principalia in nobis necant, agere nequeunt, vt quædam eorum per tenuem motum nequaquam viuant. Et de populi obedientia subiungens, ait: Dixit populus: omne quod bonum est in oculis tuis, fac.) Oculi prædicatorum sunt intuitus rationis. Qui ergo arbitrio doctoris committitur, dicere ei rectè perhiberetur. Omne quod bonum est in oculis tuis, fac.) Quasi dicat: Qui nos de rationis nostræ illuminatione diffidimus, rationis tuæ luci committimus, quod nobis deesse iudicamus. Sed hoc quod dixit Saul: Irruamus super Philistim,) potest intelligi, quia non deliberata protulit, sed hoc dicendo, an esset super Philistim irruendum consuluit. Quod autem populus cito assensum præbuit, hoc quod videmus, insinuat: quia nonnulli intra sanctam Ecclesiam antequam verba maiorum intelligant, probant. Nam protinus subditur: Et ait sacerdos: Accedamus huc ad dominum. Et consuluit Saul dominum dicens: Num persequor Philistim. Et non respondit ei dominus in die illa.) Quid est, quod consulentis regis verba, quæ populus laudat, sacerdos ad dominum esse deferenda denunciat, nisi quia obscura & magna negotia quæ simplices latent nunquam bene disponuntur, si eorum exitum in sacrario mentis subtili meditatione non quærimus. Ad dominum quippe accedere est, eius voluntatem secreta contemplatione cognoscere. Et bene accessus dicitur: quia ab exterioribus ad interna tendimus, quando operis nostri exitum in diuina vo-
H luntate cognoscere tentamus. Nam qui occulta, & intima quærit, & exteriora non deserit, ea quæ nescit adire, non inuenit. Quando ergo à nobis de occultis rebus consilium quæritur, ad dominum accedamus, vt tunc demum quod agendum est, proponatur, cum in diuina voluntate cognoscitur. Multa enim videntur bona esse, & non sunt. Plæraque etiam facienda sunt, sed vtilius fiunt, si congruo tempori reseruentur. Quædam quoque alij facere debent, alij vero non debent. Quæ nimirum si electus quilibet in secreto meditationis videre negligit, ea vtique recto ordine non disponit. Econtra autem qui discutere ea, vel agere meditando consueuit, non solum agenda, sed etiam vitanda cognoscit. Vnde & bene dicitur: Consuluit Saul dominum, & non respondit ei dominus in die illa.) Dies est cogitatio mentis, quæ bona putatur, & non cognoscitur. Nam dum bonam se esse simulat, quasi lucem portat. In die ergo illa dominus consulenti se non respondit: quia verbum dei cum mala deliberatione conuenire non potest. Per responsum quidem verbi, patefacere solemus sensum intimæ voluntatis. In illa igitur die dominus non respondet: quia omnipotens deus in simulata cogitationis luce non cernitur, qui semper in claritate veritatis inuenitur. Et notandum, quia qui accedendi ad dominum consilium tribuit sacerdos fuit. Quid enim sanctius, quàm consilium accedendi ad deum? Sacerdotes ergo totiens
I sumus, quotiens fratribus bona consilia ministramus. Sacrius enim nihil dari potest, quàm id per quod quisque ire ad conditorem debet. Nos autem quia ordinem spiritualis pugnæ describimus, continuare priora sequentibus debemus. Verbum quidem Saul fuit, vt sic Philistæos vastaret, vt ex iis virum non relinqueret. Quod sic etiam intelligi potest, quia ita volebat Philistæos perimere, vt eorum nullus vltra mouere bella potuisset. Magna quidem hæc dies mentis est, qua sic æterna quæruntur: vt temporalis hostis nullus à cæde relinquatur. Sed quia nulli conceditur, sic temporaliter vincere, vt non debeat omni tempore pugnare, merito dicitur: Non respondit ei dominus in die illa.) Respondere dei non solum intimi verbi eius est, sed gratiæ, & muneris. Quando enim benignè concedit, quod piè petitur: respondere perhibetur. Non ergo respondet dominus in die illa, quia permittit quidem electis vt vincant: sed de hostibus quasi viuentes deserit, vt cum quibus semper pugnent, inueniant. Quod tamen si ideo dicitur, quia Ionathæ culpa celatur: magnus timor prælatis incutitur. Filius quidem peccat, & patri eius responsionem negat. Vnus etiam deliquisse cognoscitur, sed pro vnius culpa insequi hostes suos cuncti pertimescunt. Quid in hoc facto signatur, nisi quia peccata subditorum, non solum sibi, sed etiam prælatis, & secum communiter viuentibus nocent? Quia vero latens hæc culpa à rege discutitur, videamus iam qua sublimitate latentia quæque per-

quirantur. Nam sequitur: Applicate huc vniuersos angulos populi, & scitote, & videte per quem acciderit peccatum hoc hodie. Viuit dominus saluator Israëlis, quia si per Ionatham factum est absque retractione morietur.) Quibus nimirum verbis ordinatum valde iudicij ordinem demonstrauit: quia culpa prius inuenienda est, deinde pœna irroganda. Nam iudicij ordo confunditur, si ante inuentæ culpæ discussionem proferatur. Ne enim ante discussionem feriat, dicit: Applicate huc vniuersos angulos populi, & videte, & scitote per quem acciderit hoc peccatum hodie.) Et quia cognita culpa austerius ferienda est, iurat, dicens: Viuit dominus, quia si per Ionatham filium meum factum est, absque retractione morietur.) Tractari quidem diutius debet, vt inueniatur culpa: sed postquam inuenta est, in ea viuus aliquis relinqui non debet. Absque retractione perimitur, qui viuere in peccato, statim vt innotuerit, prohibetur. Sed istud absque retractione, scilicet perimere, absque retractione non est: quia multa consideratione pastor vtitur, vt culpa, quam retractando inuenit, feriri absque retractione, & extingui velociter possit. Quod si iuxta historiam huius paterni iuramenti pondus attendimus, & illius temporis feruorem, & huius teporem pariter contuemur. Antiqui etenim patres, vt deo placerent, ad mortem filiis etiam non parcebant. Nos autem eos, quos secundum carnem diligimus, etiam tenui asperitate verborum
L insequi non audemus. Ecce, qui ad regnum filium nutriebat, dicit: Quia si per eum peccatum factum est, absque retractione morietur. Nos peccantes cernimus, & obiurgare peccantes aut nolumus, aut timemus. Cur ergo hoc facimus, nisi quia deum sicut illi nequaquam diligimus? Nam Moyses vt bene peccatum *Exod. 32.* idololatriæ vindicaret, Leuitas viginti tria milia virorum iussit occidere. In cuius nimirum exercitatione cædis dixit: Si quis est domini, iungatur mihi. Ponat vir gladium super femur suum. Item & redite de porta vsque ad portam, & occidat vnusquisque fratrem suum, & amicum, & proximum. Quasi dicat: In hoc ostendet quisque quia sit domini: si pro eius amore fratri, proximo, vel amico non parcit. Dicit ergo Saul de filio: Quia absque retractione morietur:) quia nobis iam sub redemptoris gratia viuentibus, & si mors non decernitur corporis, peccati non debet *vita dilatari. Absque retractione* quippe rector *interficit*, cum affectus carnis non aspicit: sed cum crimen inuenit, velociter ferit. Retractat quidem, qui ne scelestum acriter pungat, obsequia ab eo sibi impensa, aut consanguinitatis affectum cogitat. Qua in re notandum est: non omnes culpæ acriter feriendæ sunt. Nam leues pulueris maculæ melius excutiendo, quam lauando, aut ignem apponendo terguntur. Graues etiam culpæ in omnibus æqua asperitate insequendæ non sunt: quia vulnera corporum pro ipsorum corporum natura, & robore vigorem exigunt medicinæ. Plærunque tamen prælati Ecclesiæ cum culpas audiunt, plus iusto inferuescunt: & dum vindictam metiun- M
tur, nec vulnerum qualitatem, nec personarum delinquentium vigorem respiciunt. Qui nimirum tolerandi sunt, cum minantur: sed ab vltione bonorum consilio sedandi sunt. Vnde & hic subiungitur: Ad quod nullus contradixit ei ex omni populo.) Quia enim maiorum minæ humiliter ferendæ sunt, dicitur:

Nullus contradixit ei.) Et quia eorum nimietas salubri piorum consilio refrenanda est, non valde inferius cum eãdem mortem filio inferre rex tentat, omnis populus clamat: Ergó ne morietur Ionathas, qui fecit salutem hanc in Israël? Liberauit ergo populus Ionatham ne moreretur. Sed quia nondum inuentam culpam non ferire, sed inuenire satagit latentem, sequitur: Et ait ad vniuersum Israël. Separamini vos in parte vna, & ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera.) Quid est, quod regis præcepto populus à rege, & eius filio separatur: nisi quia dum culpa latens, & suspecta quæritur, & superiores & inferiores personæ discutiendæ sunt. Sæpe quidem populus, sæpe eorum rector delinquit: & aliquando ipsa subditorum culpa prælato adscribitur, quo negligente impleri perhibetur. Cum ergo ostensis superius indiciis: quia lateat in populo culpa cognoscitur, & in quo sit abscondita nescitur, se rex admiscerat: vt an sua sit culpa, vel populi pastor sciat. Equidem rex Saul cõscius culpæ nõ erat, quam ipse nec consensu, nec opere perpetrauerat: & tamen discutiendus miscetur, vt si in se etiam latet inueniatur. Quasi enim se

peccati

Universidad de Deusto
Biblioteca

A peccati inscium perquirebat, qui dicebat: Nihil enim mihi con-
1.Cor.4. scius sum, sed non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me dominus est. Quasi dicat: quærere meipsum, & inuenire non desino: quia si mihi lateo, cui nuda sunt omnia, non latebo. Dicat ergo rex peccati illius, quod discutiebatur, non conscius:

Ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera:) quia electi doctores cum in aliis per rectitudinis zelum sæuiunt, sibimetipsis, & suis familiaribus nequaquam parcunt. Quasi enim in vna parte populum separant, & semetipsos non separant, qui subditorum culpas discutiunt: & vt semetipsos inueniant, inuestigare non curant. Magnum quippe est humanæ ignorantiæ pelagus. Nam si nosmetipsos quærere, & quales simus inuenire vix, aut nunquam possumus: alios quando possumus? Quid
Psal.37. est enim quod Propheta deplorat, dicens: Cor meum dereliquit
Eccli.9. me. Quid est, quod scriptura sacra denunciat: Ignorat homo, vtrum odio, vel amore dignus sit. Item quæstionis suæ fructum
1.Reg.7. propheta denunciat, dicens: Inuenit seruus tuus cor suum. Si vix inuenire cor sancti possunt, nosmetipsos inquirere, qua temeritate cessamus? Sed fortasse, nec propheta potuit: quia subiunxit: vt timeat te. Inueniret vtique cor suum, si pleniter cognouisset, odio an amore dignus existeret. Qui ergo non inuenit, vt coram deo securus esset: inuenit vtique, vt timeret. At
B nos nec istud facile possumus: quia dum inuenire peccata nostra, & inuenta pensare negligimus: quasi perdito corde securi sumus. In parte ergo altera hi, illi in altera statuuntur: vt singulorum occulta considerentur, & inuenta culpa digna pœna feriatur. Quod, quia laudandum valde, non dissuadendum est, sequitur: Respondit populus Saul: Quod bonum est in oculis tuis fac.) Quid est autem, quod populo Saul, vt se in partem vnam separarent, præcipit, & populus facere regem rogat, quod præcipit: nisi quia inquirere semetipsos simplices nesciũt, etiam cum iubentur. Dicit ergo: Fac quod bonum est in oculis tuis.) Quasi dicat: Tu melius agere nostra poteris, qui lumen cordis non solum tibi, sed etiam nostris præuidendis itineribus suscepisti. Sed rector de interna illuminatione laudatur, quam per gratiam habet, per æstimationem non habet. Laudatur quidem quia cognoscere secreta aliorum possit, sed ipse semetipsum posse scire diffidit. Quia ergo lumen sibi tantæ gratiæ non adscribit, à deo postulare hoc precibus non omittit. Vnde & sequitur: Et dixit ad dominum deum Israël: Da iudicium. Quid est quod non responderis seruo tuo hodie? Si in me aut in Ionatha filio meo hæc iniquitas est, da ostensionem, aut si est in populo tuo hæc iniquitas, da sanctitatem.) Iudicium ergo dari petimus, quando nobis abscondita reuelari flagitamus. Sed quærendum est, quid sibi vult tanta verborum diuersitas? Nam in se, & filio ostensionem dari petit, si in populo est iniquitas, sanctitatem. Quod tamen dici breuiter potest, quia electi doctores sciunt propriam fortitudinem,
C sciunt populi subiecti infirmitatem. Pro se ergo solam ostensionem culpæ petunt: quia austeritate pœnitentiæ hanc soleant insequi sciunt. Pro populo autem sanctitatem quærunt: quia culpas subditorum solum scire appetunt, sed quos inueniunt praua agere, rogant ad veniam per lamenta peruenire. Quid est enim dicere, da sanctitatem: nisi sanctifica, quos demonstras? Mihi eorum occulta detegis, sed detegendo nihil agitur: si quod ostendis, gratiam refundendo, non operis. Quia vero sæpe stant subditi, & prælati cadunt, sequitur: Et deprehensus est Ionathas, & Saul.) Et quia ipsa etiam culpa non facile à quo sit perpetrata cognoscitur, sequitur: Et ait Saul: Mittite sortem inter me & filium meum. Et captus est Ionathas.)
Ionæ.1. Act.1. Qui sortes mittunt, per visibilium rerum coniecturas latentia sæpe deprehendunt. Sic nimirum Ionas fugiens noscitur, sic Mathias apostolus apostolica celsitudine dignus inuenitur. Sortes ergo spirituales ponimus, quando per exteriora signa operum, ad occultorum notitiam peruenimus. Sors enim vniuscuiusque propria est conuersatio. Vnde in Sapientia reprobi di-
Sapien.2. cunt: Coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra: vbique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors
Psal.141. nostra. Econtra autem Psalmista precatur, dicens: Portio mea domine sit in terra viuentium. Quod etiam Paulus denuncians, D
Philip.3. ait: Nostra conuersatio in cœlis est. Doctor ergo quasi singulorum sortes tenet, dum vniuscuiusque conuersationem videt. Et dum culpa noscitur, & rei persona nescitur: quasi fortis mittit, dum modum facinoris comparat personæ negligentis. Sed & forte culpam deprehendit, dum quodam signo coniecturæ, peruenit ad euidentem criminis veritatem. Negligenter quidem præeminet, qui commissorum sibi fidelium nescit & fortitudinem, & infirmitatem. Nosse enim debet fortes subditos, quibus sint virtutibus apti: quibus infirmi sint vitiis per negligentiam proximi. Nosse debet, quæ virtutum deuotio istos excitet, quæ illorum negligentiam qualitas vitiorum turbet. Quasi ergo in exterioribus sortes singulorum tenet, dum præuidet, quibus illi possint vitiis obrui, quibus isti virtutibus exaltari. Causa igitur cognita, quasi sortibus signa imprimit: dum patentis culpæ notam illius conuersationi adscribimus, qui per negligentiam pronus, & vicinus ad illud facinus perpetrandum ante fuisse videbatur. Sed coniectura hæc habeatur ad indagandam veritatem, non ad rei inuentæ certitudinem: quia illic statim subditum est: Dixit autem Saul ad Ionatham: Indica mihi quid feceris.) Quid est enim, quòd captus interrogatur: nisi quia culpæ, quæ signis, aut coniecturis depre- E
hensæ videntur, feriendæ adhuc non sunt. Quasi enim iam vulnus tenetur, sed adhuc tectum est. Discooperiatur ergo, vt mederi valeat, & curari. Cogendus quidem, aut admonendus est, vt culpam, quæ iam velut palam cernitur, confiteatur. Dicit ergo: Indica mihi quid feceris:) quia crimen, quod apertis quibusdam indiciis noscitur, ante iudicandum non est, quam apertissimè demonstretur. Et quia electorum est peccare, & resipiscere: culpas perpetrare, & perpetratas confitendo detegere, sequitur: Et indicauit ei Ionathas, & ait: Gustans gustaui in summitate virgæ, quæ erat in manu mea paululum mellis, & ecce morior.) Quid est quod ait: gustans gustaui. Quare non dixit superius gustans gustaui paululum de melle isto, cum dixit: Vidistis quia illuminati sunt oculi mei, eo quòd gustauerim paululum de melle isto? Sed quidam dum peccata confitentur, ea nimirum quibusdam vocibus minuunt, dum se non ex toto animo commisisse ostendunt. Econtra autem electi viri quando se de minimis accusant, ea vtique non quasi parua, sed quasi magna pronunciant. Quid est dicere: Gustans gustaui:) nisi quod foris peccatum exercui, magno concupiscentiæ ardore compleui. Et quid est post peccati confessionem, dicere morior: nisi mortem à se pœnitendo, & confitendo expellere, & expulsam timere? Quod quidem proprie est electorum, qui peccata sua deserunt: & tamen hæc, quasi non deserta, pertimescunt. Et quidem puris confessionibus, F
& austeris pœnitentiæ cruciatibus delent: sed, quasi non deleta, vehementer timent. Sed quid est quod ait: In summitate virgæ:) nisi quia dum nos confitendo insequimur, proferre contra nos mendacium non debemus? Peccatum quidem in confessione prodendum est, sed augmentandum mendacio non est. Tale quidem debet esse in confessione, quale fuit in opere. Vt ergo ardor concupiscentiæ bene prodatur, dicit: Gustans gustaui.) Et vt qualitas eius appareat, subditur: In summitate virgæ.) Quasi dicat: Audacter inflammatus feci, sed hoc feci. Et quia filius regis confitetur, dicit: Quæ erat in manu mea.) Virga Ionathæ prædicatoris doctrinam, atque disciplinam signat. Quæ in manu tenetur: quando non solum docet, sed quod docet, operando exercet. Quid est ergo, quod ait: Quæ erat, non quæ est in manu mea:) nisi quia æstimationem electorum insinuat, qui etiam cum parua committunt, prædicationis ministerio se indignos arbitrantur. Dicit ergo: In summitate virgæ, quæ erat in manu mea.) Quasi dicat: De illo superbiens peccaui, quo peccando me indignum feci. Erat ergo in manu mea, & non est: quia etsi aliquando feci quod docui: illud, quod operando tenui, superbiendo amisi. Nunc igitur timore perterritus dicit: Ecce morior.) Et quia isdem metus aliquando diuina inspiratione menti incutitur, aliquando comminatione doctorum, subditur: Et ait Saul: Hæc faciat mihi deus, & hæc addat: quia morte morieris Ionatha. Sequitur: Dixit-

Universidad de Deusto
Biblioteca

que populus ad Saul: Ergó ne Ionathas morietur, qui fecit salutem magnam in Israël? Hoc nephas est. Viuit dominus si ceciderit capillus de capite eius in terram; quia cum deo operatus est hodie. Liberauit ergo populus Ionatham ne moreretur.) Quid est ergo quod dicit: Ergó ne Ionathas morietur,) nisi quia alius de eadem culpa moreretur? Quibus nimirum verbis populi, nobis ostenditur virtus magnæ discretionis: quia in electorum examine, non solum culparum causæ pensandæ sunt, sed etiam merita personarum. Quod apertè his verbis ostenditur: quia non ideo Ionathas non moriturus asseritur, quia erat filius regis, sed quia in Israël magnam salutem fecit. Cum ergo magni viri cadunt, communi iudicio tradendi non sunt, quia priora opera promerentur, vt posteriorum grauitas leuigetur. Ipsa autem culpæ leuigatio non acceptione personæ decernenda est, sed respectu prioris vitæ, quia ad absolutionem illius sanctæ Ecclesiæ lucra pensanda sunt, non carnalis affectio admittenda. Sed quid mirum si ad absolutionem peccatoris propria merita suffragantur, quando in sacri eloquij auctoritate discamus, quia alij pro aliis liberati sunt. Aliorum quidem bono opere alij adiuuantur, sicut ad peccantem regem Salomonem à
1. Reg. 11. domino dicitur: Quia non custodisti præcepta mea, disrumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo. Veruntamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum, sed de manu filij tui scindam illud. Hinc est quòd non solum patrum
H opera filiis prosunt, sed etiam ciues pro ciuibus liberandos a-
Gen. 18. gnouimus. Euertendæ quidem Sodomæ se promisit dominus parcere, si in ea tantum decem iustos inueniret. Hierusalem quoque respici misericorditer dicitur: quia aliquanta bona opera in ea inuenta sunt. Hinc est, quod Heli vita propria iustus, sed au-
Supra. 2. ctoritate pastorali remissus, à viro dei audiuit. Pars magna domus tuæ morietur, cum ad virilem ætatem peruenerit, veruntamen non auferam penitus ex te virum ab altari meo, vt sacra scriptura hic apertè monstraret, & pro dissolutione percussum, & pro præterita conuersatione respectum. Sed percuti fortasse ex parte potuit: quia qualemcunque vitæ immunditiam habuit. De Ionatha ergo bene dicitur: Ergo ne Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israël? Hoc nephas est. Viuit dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum deo operatus est hodie.) Quasi dicat: Qui magna opera fecit, absolui ex toto dignè promeruit. Quia igitur in Ecclesiastica censura etsi non est acceptio personarum, est tamen discretio meritorum, aptè concluſit sententiam, dicens: Liberauit ergo Ionatham populus ne moreretur.) Quo in loco notandum est, quia rex bis iusiurandum interfectionis Ionathæ superius protulit, quem tamen victus populi instantia non occidit. Quid est, quòd iurauit, & iuramenti assertionem nequaquam seruauit? Sed ex hac re duo nobis documenta proueniunt, vt cauti scilicet & discreti esse debeamus. Cauti quidē ne iuremus, discreti, si agere peruersa iuramus. Qui enim iurare cauet, periurare omnino non potest. Sed cum male iuratur, iustius iusiurandum dimittitur, quam compleantur crimina, quæ iurantur. Sit ergo vnusquisque cautus antequam iuret, vt aut ne omnino iuret, aut facturum se mala, non iuret. Cautos quidem nos
Mat. 5. esse dominus insinuat, dicens: Sit sermo vester, est, est, non, non. Nolite iurare neque per cœlum, neque per terram. Econtra autem reprobi, & incauti quidem sunt, & discreti non sunt. Nam sæpe se acturos mala repromittunt, & reuocare promissa, quasi periurium incursuri, non satagunt. Hinc est quòd Herodes
Marc. 6. incautè iurauit, & nepharium iusiurandum, quod protulit, in præcursoris domini morte compleuit. Cauti ergo in nostris dispositionibus esse debemus, sed si cauti esse negligimus, prætermittenda sunt proposita, non implenda. Sic quippe à proposito desistere, non est vitium leuitatis, sed virtus discretionis. Tamen iurare, quæ reuocanda sunt, & detestanda omnino cauendum est, & vehementer horrendum, quia cum tale iusiurandum non impletur, non omnino culpa vitatur, sed minor eligitur. Sequitur: Recessitque Saul, nec persecutus est Philistim.) Cum Ionathæ culpa reperitur, cum iusiurandum rex non perfecisse cognoscitur, cessare Philistæos persequi, perhibetur: quia dum propria infirmitate pastores deprimuntur, lucra aliorum exquirere fortiter nequeunt. Cessare etenim persequi Philistæos, est ad tempus vitia aliorum insequi, prædicando desistere. Prius enim esse intendendum iudicant ad purificationem suam, deinde purgati vigilandum ad salutem alienam: quia dum silent, semetipsos præparant, vt quasi per pœnitentiam suam ad lucra aliorum fortiter surgant. Et quia sæpe dum doctor sibi conscius silet, quibusdam eius subditis maligni spiritus, impia suggerendo, non silent. Sequitur: Porro Philistim abiere in loca sua.) Tacentibus quidem doctoribus, in loca sua dæmones abeunt: quia per pastorum silentium non pereunt, nisi qui ad vitam æternam prædestinati non sunt. Loca etenim dæmonum sunt: quia diuina præscientia in habitaculum dei præordinati non sunt. Hinc est, quod prædicantibus primis doctoribus dicitur: Credebant quotquot prædestinati erant ad vitam æternam. Hinc Paulus ait: Quos præsciuit, & prædestinauit, & quos prædestinauit, vocauit. Hinc est quod volentes Apostoli transire in Asiam à spiritu sancto prohibiti sunt. Qui ergo non prædestinati sunt, siue audiant doctorum verba, siue non audiant, vocari in dei habitaculum nequeunt: quia per nequitiam in qua sunt ante constitutionem mundi præcogniti, locum in se malignis spiritibus parauerunt. Bene igitur dum insequi Philistæos, cessare dicitur, in loca sua dæmones abiisse referuntur: quia aliquando dei dispensatione doctores tacent, vt illis tacentibus hi L
qui domini non sunt, à malis spiritibus recipiantur. Sed (vt dixi) cum post culpam pastores tacent, semetipsos humiliant, vt purgati in ministerium prædicationis potenter surgant. Dum tacent, infirmitatem suam pensant, sed considerando semetipsos, contra occultos hostes se validius roborant. Vnde & bene subiungitur: At Saul confirmato regno super Israël, pugnabat per circuitum contra inimicos eius.) Debilitatur quidem regnum, quando pastores in aliquibus culpis cadunt. Sed debile confirmatur, cum per satisfactionem pœnitentiæ ad opus magnæ virtutis eriguntur. Et super Israël confirmari dicitur: quia dum ad vitæ altitudinem proficit eos quibus præeminet ordine, vincit conuersatione. Videntibus deum prælatus est, sed supra deum videntes extollitur, cum præ cæteris in diuina assumitur contemplatione. Merito ergo dicitur: *Pugnabat contra omnes inimicos eius, & quocunque se vertebat superabat:*) *quia qui æ*terna altius conspicit, facile conterit, quicquid de infimis sibi ad pugnam venit. Quia enim nulla terrena sibi iam placent, qui per magnam charitatem super Israël, id est, in cœlestibus regnat, quocunque se vertit superat. Quid enim huic malignus spiritus suggerat, qui terrena nulla considerat, qui læta seculi nulla iam amat. Pugnat doctor dum prædicat, sed superat: quia quod prædicando prohibet de mundi delectatione contingere, conuersationis virtute persuadet. Et quia pugnare in circuitu contra inimicos dicitur, magnæ laudis eius victoria esse de- M
monstratur. Ex omni quidem parte perfectum esse doctorem docet, qui ex omni parte fortissimos habet inimicos. Dum ergo vbique verti, & superare dicitur, quanta eius gloria prædicatur? Quid est ergo, quòd in circuitu hostes habere dicitur, nisi quia maligni spiritus omnibus sensibus nostris insidiantur. Nam loquendo alios, alios videndo decipiunt. Alios per auditum, alios per gustum, vel olfactum fallunt. Alios etiam per insidias illecebrosæ delectationis, vel cogitationis pertrahere ad immunditias satagunt. Aliis foris obscœna offerunt, quæ mentis deliberatione sequantur. Sed vt rectius hunc circuitum demonstremus, hunc dum ad læta pertrahunt, eis quasi ad dexteram insidias ponunt. Illum dum per aduersa deiiciunt, quasi à leua parte constringunt. Nos dum ad præterita oblectamenta inuitant, quasi à retro præcipitant. Illis quasi ab anteriori parte obuiant, quia sæpe infirmorum mentibus districtæ conuersationis, & vitæ longitudinem quasi consulendo monstrant. Ab ante enim veniunt, quia proficisci ad cœlum animas non permittunt. In circuitu ergo inimicos habemus, quia ante, retro in dexteram, & sinistram, malignorum spirituum certamen patimur. Vnde & beatus Petrus Apostolus nos
1. Pet. 5. cohortatur, dicens: Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens, circuit, quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Sed iam belli circuitum nouimus, qualiter per circuitum re-

ges

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ges vincant, videamus. In circuitu quidem vincunt, quia linguam, & os, & oculos, & omnia corporis membra ab illicita actione custodiunt. Dum enim linguam perfectè per silentium muniunt, quasi in vna parte victores sunt, & dum vident oculis, quæ concupiscere dedignantur, ex alia parte victores fiunt. Sæpe etiam mala audiunt, & repellunt, & quia noxia reprobant, reprobando triumphant. Cunctis ergo sensibus victores sunt, qui per eorum aliquem subdi malignis spiritibus nolunt. Sed & dum cordi inepta cogitatio offertur, hostis, qui reprobatur, eliditur. Qui enim noxia quæque abiicit, hostem potenter premit. Et quia item læta contemnit, & aduersa non metuit, quæ reliquit aliquando peruersa, non repetit, & ad cœlestia feruenter currit, hostes, quos in circuitu patitur, superare declaratur. In quibus profecto aduersariis quia insidiæ oppositæ quinque corporalibus sensibus designantur, aptè per quinarium numerum exprimuntur: Contra Moab (inquit) & filios Ammon, & AEdom, & regem Suba, & Philistæos.) Qui enim quinque gentium nomina posuit, oppositas quinque sensibus corporis fraudes dæmonum designauit. Sed quia doctor non solum viuendo, sed etiam docendo dimicat, eum contra omnia vitia disputat, cum ea verbi gladio in auditorum suorum mentibus necat, nimirum in circuitu & pugnare cernitur, & quocunque se vertit superare. Sed quædam specialiter nominantur, quę
B sibi principaliter obstant: Contra Moab (inquit) & filios Ammon, & AEdom, & regem Suba, & Philistæos.) Moab ex patre interpretatur, Ammon populus mœroris, AEdom rufus, Suba incensa, siue conuertens, Philistæus poculo cadens. Quid enim his nominibus nisi gradus pessimæ vitæ exprimitur? In Moab quippe, qui ex patre dicitur, concupiscentia designatur. In mente quidem, reproba quia à diabolo ponitur, quasi à patre generatur. Quid vero per Ammon, qui populus mœroris interpretatur, ostenditur, nisi frequentia malorum operum? quia enim multa sunt, populus dicitur, & quia ad æterni luctus amaritudinem reprobum vnumquemque perducunt, mœroris populus rectè nominatur. AEdom vero, qui rufus dicitur, quid nisi peccandi nimium feruorem insinuat? prius enim peccare quisque consueuit, deinde per vsum peccandi proficit in augmentum feruoris: vt peccare sæpius audeat, & hoc quod audendo ingeminat, semper iterare ardentius concupiscat. Quo nimirum peccandi ardore agitur, vt in mente reproba quicquid virtutis, aut boni operis viruit, comburatur. Incensa ergo post AEdom in spirituali bello describitur: quia ita est perditæ mentis casus, vt cum feruenter mala congregare nititur, bonis omnibus quasi per combustionem perditis, & redactis ad nihilum spolietur. Suba etiam conuertens dicitur: quia & formam dei de reproba mente feruens peccatum tollit, & hanc ad Apo-
C statæ angeli formam redigit. De qua iam per diuinam sententiam dicitur: Cum venerit impius in profundum malorum, contemnit. Superba quidem mens iam diuina mandata despicit, & semetipsam carnalibus desideriis subdit: Quis ergo est rex Suba, nisi ille de quo ad beatum Iob à domino dicitur: Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. Philistæi vero qui poculo cadunt, qui sunt, nisi qui omnibus supradictis malis ebrij sunt? qui sic cœlestia obliuiscuntur, vt ad hæc euigilare aut vix, aut nunquam videantur. Per Moab ergo concupiscentia carnis exprimitur, per Ammon frequens vsus malæ operationis, per AEdom peccandi ardens desiderium, per Suba vastatio, & combustio virtutum, per Philistæos obliuio cœlestium. Cum ergo electus doctor aliquem educere de tantorum laqueorum medio appetit, quantæ virtutis certamen sumit? Et quia de omni hoc perditionis gradu per doctorum laborem ad pœnitentiam redeunt, quocunque se vertit superare perhibetur. Prædicando etenim aliquando concupiscentiam in alicuius corde interficit, aliquando vsum praue operationis. Modo illos trahit, qui in vsum peccandi transierant: modo illos qui combustis, & ad nihilum redactis virtutibus, regi suo diabolo quasi incensi seruiebant. Et quia prædicando superna memorat, cadentes poculo, & cœlestium oblitos ad spiritualis vitæ studium excitat, & per amorem ardenter inflammat. Bene ergo dicitur: Quocunque se vertebat superabat:) quia dum de omni genere peccatores ad vitam trahit, triumphare vbique cognoscitur. Hos nimirum

Prouer.18.

Iob.41.

triumphos agere suos milites, suos principes imperabat dominus, cum dicebat: Ite in orbem vniuersum, & prædicate Euangelium omni creaturæ. Omni creaturæ Euangelium prædicare præcipit, quia omnia genera hominum duci ad fidem voluit: vt dum nobiles regum suorum triumphos ostenderet, eos superare vbique monstraret. Vnde scriptum est: Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Omnes quippe homines vult saluos fieri: quia de omni hominum genere eligit, quos ad gaudium æternæ salutis trahit. Sed quid speciali fortitudine agat, exponit, quia dicit: Congregatóque exercitu percussit Amalech, & eruit Israël de manu vastatorum eius.) Amalech populus lambens interpretatur. Quid ergo per Amalech, nisi fornicationis spiritus designantur? Lambere enim eorum est, ad peccandum mentem carnis blandimento delinire. Velut enim linguæ tactu lambere ambiunt, cum leuibus suggestionibus mentem tangunt. Quid est, quod contra Moab, & Ammon, quòd AEdom, & regem Suba pugnasse, & vicisse dicitur, non tamen exercitum congregasse: sed vt Amalech vinceret, exercitum congregauit? Quid est, quod exercitum congregauit: nisi quia ad extinguendum fornicationis spiritum, virtus vna non sufficit. Abstinentia quidem ciborum contra hoc vitium fortissima est, sed sola non præualet: velut enim mi- E
les est, & pugnare potest, superare non potest: quia Amalech non vincitur, nisi exercitus congregetur. Qui ergo fornicationem percutere appetit, addat abstinentiæ corporis virtutem humilitatis. Nam si mens deo subdi humiliter despicit, carnis suæ desideria dominando, ac præeminendo non premit. Sed adhuc necesse est, vt congreget: quia exercitum paruum habet. Virtuti ergo humilitatis, & abstinentiæ corporis addatur frequens numerus orationis. Affectus quidem cordis intenti cœlestibus, contra carnis bellum fortes milites sunt. Iam ergo in frequenti assiduitate precum aciem habet, sed exercitus non vnam tantum aciem, sed plures habet. Adhuc itaque exercitum perfectum non habet, & Amalech percutere nequaquam valet. Numquid ei prodest, quod ieiunando se atterit, quod ad tempus orando compungitur: si mens lubrica cogitet, & phantasmata lasciuiæ in semetipsam portet. Sed vitare turpes cogitationes non præualet, qui honestas in se non habet. Quia enim semper cogitamus, exquirenda sunt nobis bona, ne mala cogitemus. Quid vero sunt omnes turbæ bonarum cogitationum, nisi innumerabiles mentis acies? Nam dum mentem ambiunt, & minuunt: ad eam accedere turpissimos inimicos non permittunt. Et quia cogitando ad desiderium magnæ puritatis accendimur, armis potentibus milites nostri induti sunt: quibus fornicationis impetus, & depellendo, in fugam vertunt: & ad nihilum deducendo, perimunt. Nam vnde ad animam intrare cogitationes pos- F
sint, non habent, quæ quasi fortissimo milite, honestate cogitationum bonarum vndique ornata est. Nunc ergo exercitum anima congreget, quæ Amalech vult perimere, & de manu vastatorum eius videntem spiritum liberare. In horum medio resideat, vt cincta exemplis electorum fortium, circundata doctrinis scripturarum, nullam partem sui vacuam habeat, vnde hostis irrumpat. Quia ergo innumerabilia sunt exempla fidelium: quia multa documenta scripturarum, exercitus magnus, & fortis est, sed ad congregandum difficile non est. Bene ergo de Israëlis rege dicitur: Congregato exercitu percussit Amalech,) quia fornicationis spiritus non ante vincitur, quam per abstinentiam corpus atteratur, & omnis turpitudo obscœnæ cogitationis, bonis mentem replentibus, effugatur. Tunc quippe eum lambere, id est, delinire populus lambens delectando non potest: quia domita carne ieiuniis, humilitatis arce prædita mente, orationis armis accincta, intenta doctrinis cœlestibus, exemplis munita, impiæ suggestioni aditum præbere consentiendo non præualet. Quæ nimirum exercitus congregatio bene regibus, id est, Ecclesiæ doctoribus conuenit: quia quisquis ad extinguendam fornicationis rabiem electos subditos instruere nititur, hæc plura auxiliorum agmina ei verbo coggreganda sunt. Bene & Israël erutus de manu vastatorum eius asseritur. Erui quidem euelli dicitur. Et quod euellitur, altas radices in profundiora mersisse sentitur. Manus vero vastatorum potestas est malorum spiritùum. Vnde etiam scriptum est: A quo quis vin- *2.Pet.2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G citur, eius seruus efficitur. Quid ergo colligitur, nisi quia dum fornicatores desideriis carnis assentiuntur, potestati malorum spirituum subiguntur. Quia item altum est fornicationis blandimentum, dum in hoc anima per desiderium mergitur, quasi in profundum radicibus tenetur. Erui ergo de manu vastatorum est, à fornicationis abysso, qui in potestate dæmonum est, liberari. Bene etiam vastatores fornicationis impetus dicuntur: quia
Iob.31. de vitio luxuriæ per beatum Iob dicitur: Ignis est vsque ad perditionem germinans, & omnia eradicans genimina. Vastator quippe fornicationis spiritus dicitur: quia quem inuaserit, ei nimirum nulla virtutum dona derelinquit. Ad laborem quidem ministerij bona quidem aliqua habere potest, sed ad meritum salutis ea habere non potest. Vastari ergo dicitur, cui perdita castitate ad vitam bona alia nulla prosunt. Vastari etiam horti
Cant.2. tenera dicuntur. Qui enim sunt horti superni sponsi, nisi corda sanctorum per custodiam munita, & per castitatis odorem florida. Nam dum nullos motus turpes recipiunt, albo pudoris flore decorantur. Vnde & sponsæ in Cantico sponsi laudi-
Canti.vl. bus dicitur. Quæ habitas in hortis audire me fac vocem tuam.
Ibidem.4. Et rursus: Hortus conclusus soror mea sponsa. Hortus quidem quia virtute eximiæ castitatis floridus, conclusus autem quia
Item.2. per continentiam munitus. Hinc sponsa quid sponsum oblectet, exponit, dicens: Sponsus meus mihi, & ego illi: qui pascitur inter lilia donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Immundi
H ergo spiritus vastatores sunt; quia si pudica corda decipiunt, decepta teneros flores tantæ virtutis perdunt. Qui itaque cum ab immunditiis ad castitatem redeunt, quia diras dæmonum potestates effugiunt, & à profundo perditionis ascendunt: de manu vastatorum erui aptè memorantur. Sed rex qui eruere populum dicitur, quales adiutores habeat, videamus. Nam sequitur: Fuere autem filij Saul Ionathas, & Iesui, & Melchisua: nomina duarum filiarum eius, nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol.) Filij Saul, qui non ad quemlibet hæreditatem, sed ad regnum nascuntur: illos insinuat, de
Psal.44. quibus sanctæ Ecclesiæ per Psalmistam dicitur: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. Quos tres esse agnouimus: quia fidem sanctæ trinitatis prædicando defendunt. Sed quia percusso Amalech, regis filij nominantur, eorum numerum ad virtutum merita referamus. Maceratio quidem corporis, circumspectio mentis, simplicitas intentionis tria sunt. Quia ergo doctores sanctæ Ecclesiæ ad reprimendam carnis libidinem fortes sunt, ad cordis custodiam sapientes, intentionem cordis in cœlum subleuando sublimes, tres esse Saul filij dicuntur. Tria etiam sunt fortitudo operis, virtus charitatis, & affluentissima gratia prædicationis. Doctores quippe sanctæ Ecclesiæ, quia magna conuersatione sublimes sunt, magna charitate feruentes, magna verbi sapientia facundi, ternario numero aptè signati sunt. Quorum
I certè virtutibus nomina conueniunt: quia Ionathas columbæ donum dicitur, Iesui planicies, siue desiderium meum, Melchisua rex meus salus. Quia enim præcellentia dona spiritus sancti doctores habent, columbæ donum rectè nominantur. Quia item inter dona sublimia humiles sunt, planicies dicuntur. Quia pro subditis sibi fidelibus ardenter æterna postulant, desiderium meum esse perhibentur. Quæ quidem vox paruulorum subditorum esse cognoscitur, virtus vero tanti nominis prælatorum. Qui enim paruuli, & frigidi adhuc in nostris negligentiis iacemus, ad cœlestem patriam ardentibus desideriis non flagramus. Sed quod nos ardenter flagitare non possumus, pro nobis postulat, qui ad illam, quam nobis adipisci desiderant, patriam, magnis desideriis anhelant. Pro excellentia ergo charitatis non desiderantes, sed desiderium regis filius dicitur: vt in doctoris mente flagrare ignis dilectionis specialiter demonstretur. Vnde & de domino per Psalmistam dicitur: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. Hinc est
Psal.103. item quod Daniel vir desideriorum dicitur: quia prospera po-
Daniel.9. puli sui magnis precibus postulasse perhibetur. Melchisua vero dicitur rex meus salus. Rex quippe prædicator dicitur: quia celsitudinem tenet ordinis, & dignitatem magnæ conuersationis. Rex item dicitur: quia summam tenet celsitudinis, & vigorem auctoritatis. Salus etiam dicitur, vt eius integritate ægritudo populi depelli posse sentiatur. Merito enim vitæ, & de-K
nota oratione homo agere quotidie debet doctor, vt subiectus sibi quisque pertingere valeat ad salutem. Sed notare iterum libet quia cum à subditis nominatur, non rex noster, doctor debet: quia cum à subditis nominatur, non rex noster, sed rex meus dicitur. Quid est ergo, quod rex meus dicitur, nisi quia tam familiaris esse debet omnibus, vt singulorum esse per amorem sentiatur. Sed qui meus dicitur, rex nominatur: quia humilis, & affabilis prædicator hoc ipsum, quod præeminet, non videtur esse suum singulariter, sed speciale singulorum, cum tam communis per gratiam esse nititur, vt eius celsitudo propria vniuscuiusque fore videatur. Onus autem verbi dicitur, quia videlicet salus mea dicitur, per quod nimirum diligens prædicatoris studium, & sollicitudo commendetur: quia sic debet intendere simul omnibus, vt quærat, & agat propria singulorum. Ab vno quoque etenim salus mea dicitur, si vniuscuiusque infirmi curam suscipit: & hunc ad æternæ salutis bona perducit. Quæ vero sunt Saul filiæ, nisi prædicatori subditæ electorum qualitates. Alij quippe actiuæ vitæ studiis seruiunt: alij vero contemplatiuæ remotionibus absconduntur. Filiæ quidem dicuntur pro fœcunditate. Illa quidem parit multitudinem bonorum operum, ista vero internorum plenitudinem gaudiorum. Merito igitur regis filiæ nominantur, quia dum concipiunt de verbo dei, cœlestes fructus parturiunt. Vn-
de bene Merob de multitudine dicitur. Actiua etenim vita quia L
ex multis bonis operibus perficitur, de multitudine rectè nominatur. Vel de multitudine dicitur: quia qui deo per actiuam vitam placent, multi sunt. Quia enim pauciores numero sunt, qui per contemplatiuam cœlestibus gaudiis inhiant, in eorum comparatione illos, qui actiuæ vitæ inseruiunt, multos vocat. Qui profecto multi sunt numero, ministerio diuisi: quia etsi vnam cœlestem patriam bonis operibus quærunt, tamen variis operibus pietatis inseruiunt. Quorum certè nonnulli in tantum amorem conditoris proficiunt, vt ipsa etiam opera bona deserant, atque ad contemplatiuæ vitæ dulcedinem transire, & in ea deo vacare concupiscant. Vnde & bene Michol in lingua nostra ex omnibus dicitur: Ex omnibus quidem fit: quia nullus est perfectus in contemplatione, qui ex labore boni operis non
peruenerit ad arcem eiusdem contemplationis. Vnde & in Euan- *Mat.11.*
gelio dominus dicit: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tunc qui laborat, vocatur: quando bene agenti desiderium æternitatis infunditur. Et ad vocantem se accedunt, quando ad contemplatiuæ vitæ quietem veniunt. In qua nimirum laborantes, reficiuntur: quia amoris gaudia de diuina contemplatione abundanter sumunt. Ipse quidem accedentes reficit, qui puris mentibus semetipsum ostendit. In cuius reuelatione quia contemplationis gaudia multa inueniunt, quasi omnimoda delectationis dulcedine non ab alio, sed ab ipso saturantur. Michol ergo ex omnibus dicitur: M
quia contemplatiuæ vitæ secretum nullus expetit, qui in aliqua prius operatione bona non fuit. Minor ergo soror dicitur: non quia inferior dignitate, sed quia posterior tempore. Si quis autem velit per primogenitam filiam contemplatiuam vitam, per minorem actiuam potest accipere. Et tunc quidem Merob de multitudine dicitur: quia multitudinis turbas deserit, & ad rariorem numerum in contemplatione perfectorum venit. Non ergo multitudo, sed de multitudine esse dicitur, vt non hi cum quibus est, sed vnde venerat, agnoscatur. Michol vero ex omnibus dicitur, vt in actiua vita vniuersalis vita sanctæ Ecclesiæ designetur. In actiua etenim vita etiam illi sunt prius, qui postea ad contemplatiuæ secretum transeunt: sed in contemplatiuæ remotione, exterioris vitæ sollicitudine grauati non sunt: Illa ergo de multitudine, ista vero de omnibus dici potest: quia actiua vita omnes continet, contemplatiua omnium conspectum declinat: vt se conspectu mentis cœlestibus iungat. Quomodo igitur Saul filiæ dicuntur, nisi quia vtraque vita studio boni rectoris ostenditur. Qui enim nos docent bona agere, æternæ vitæ studiis vacare: ab illo nobis generantur, cuius magisterio in corde nostro discuntur. Quod quidem quia de actiuæ vitæ operibus constat, mirum de contemplatiua videtur, quæ per Mariam
Marthæ sororē quę ad pedes domini sedere, & verbū eius audire *Luc.10.*
describitur. Sed facile respondetur: quia dum sedet Maria, perfe-

ctor

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ctos in contemplatione signat. Filia tamen Saul Merob rectè dicitur: quia etsi sedens ad pedes domini, quæ vult, ab eo audit & discit, tamen prius discere debet, quomodo sedere possit. Hoc nimirum quia sapientis, & eruditi doctoris eruditione cognoscitur, Saul esse filiam Merob rectè moratur. Quam profecto in coniugium Dauid dare promisit, sed ei minorem dedit: quia nonnulli contemplatiuæ vitæ pulchritudinem diligunt, ad cuius amplexus accedere nequaquam permittuntur. Quia enim regendis fidelibus gregibus foris necessarij sunt, summus rex sic ordinat, vt Michol minorem accipiant, & Merob maiorem nunquam comprehendant. Plærique autem post minorem maiorem accipiunt: quia post deuota charitatis opera, ad intimi secreti amorem recipiuntur. Quod bene Iacob insinuat, qui Rachelem amauit, sed prius Liam accepit, & sic deinde Rachelem in coniugium sumpsit. Quid est hoc quod Iacob vtranque sororem habere licuit, Dauid autem ad maioris thalamum non peruenit, nisi quia Dauid rex fuit, Iacob verò rex non fuit? Qui ergo regimen animarum suscipit, hunc censura Ecclesiastica susceptum gregem deserere, & remotæ vitæ otiis vacare non sinit. Sed Merob Dauid promittitur, & nunquam datur: Michol sola datur, quia nonnulli cum curam animarum suscipiunt, putant se sic aliorum sollicitudinem gerere, vt sibiipsis valeant per sollicitudinem vacare, & tamen quietem, quam in prælatione quærunt, nunquam inueniunt, fitque vt dum impetrare à do-
B mino gratiam tantæ puritatis nequeunt, quasi iram incurrisse domini, pertimescunt. Quasi ergo irato rege promissam sibi primogenitam perdunt: quia eum, quem se putabant in prælatione habituros amorem quietis intimæ, amplecti non possunt. Hæc autem breuiter per excessum diximus, nunc ergo ad dimissa redeamus. Ambæ ergo Saul filiæ dicuntur, sed nomina diuersa sortiuntur: quia & differunt, & conueniunt. Conueniunt quidem: quia ad æternam vitam, quam diligunt, per amorem tendunt. Item conueniunt: quia bona opera, quibus hæc indesinenter extenditur, illa quomodolibet operatur. Quia igitur ambæ amant, quæ vident æterna, ambæ ad illa per bonam operationem peruenire desiderant, quomodocunque conueniunt. Differunt autem: quia plus agit vna, plus videt altera. Nam & *Lia non dicitur fuisse cæca*, sed lippa. Et Rachel si non tantos peperit, omnino tamen sterilis non remansit. *Nam si altera vita* alteram contemplando, aut operando superat, nulli autem eorum visionis claritas demitur, nulli fœcunditatis gloria denegatur. Videndo tamen, & agendo differunt: quia actiua vita visionem habet in transitu, opus verò in intentione, contemplatiua verò opus in itinere, intentionem in quiete. Vnde bene Euangelista Marcus cum sub illarum trium mulierum specie contemplatiuæ vitæ amorem ostenderet, ait: Emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Quasi dicat: Steterunt in opere, vt currere valerent ad contemplationem. Aromata quidem emere est, per laborem boni operis, bonæ opinionis odorem cir-
C cumquaque dilatare. Et Iesum in sepulchro vngere est, per mortificationem carnis ad deuotionis intimæ pinguedinem peruenire. Nam velut in sepulchro vngitur, quando à consepultis ad gaudium intimæ claritatis suæ deuotissimæ peruenitur. In transitu ergo operationem habent: quia etsi aliquando operantur, quasi currendō hoc deserunt, qui ad locum dilectæ solitudinis, magno spiritus impetu impelluntur. Nam quia totis desideriis in æternorum amore requiescunt, videre magis, quàm ministrare appetunt. Rari ergo sunt in publico operis, assidui in secreto contemplationis, foris parum, satis intus immorantur. Nam & fornicationem esse, solent iudicare, vel ad momentum à Christi contemplatione discedere. Econtra autem actiua vita, quæ frequens circa ministerium satagit, rara est in secreto contemplationis. Nam quæ æterna sibi præparare non sedendo, & audiendo, sed satagendo & ministrando proposuit, non damnum, sed dispendium putat, si sibi vacans, & sua petens, & non quæ aliorum, à solita obsequiorum oblatione retinet, & non quæ aliorum, à solita obsequiorum oblatione retens, & non quæ aliorum, à solita obsequiorum oblatione requiescat. Plus igitur operando laborat, minus obsecrat. Vnde & Martha quæ circa frequens ministerium satagebat, stetit, & locuta est. Quæ enim stetit, ei nimirum sedere non licuit: quia si ad audiendum sederet, imparatum fortasse ministerium, & insufficiens impendisset. Et notandum: quia transiendo dominum Martha vidit, non tamen transiendo, sed stando loquitur. Nam Euangelista cautè expressit, dicens: Quæ stetit, & ait. Quo profecto exemplo instruimur, vt qui fratribus ministeria exhibemus, si per moram sedere ad redemptoris pedes non possumus, per aliquantulam morulam redemptori assistere debeamus. Sed bene ei assistimus, si transiendo & seruiendo videamus. Quid est autem transiendo dominum cernere, nisi in omni nostro bono opere, ad ipsum cordis dirigere intentionem? Transimus enim, quando huc, illuc discurrendo in membris suis domino ministramus. Sed transiendo dominum cernimus, si per omne quod agimus, præsentem nobis ipsum cui placere cupimus, contemplamus. Quo in loco notandum est: quia confidenter Martha loquitur, dicens: Domine non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam ministrare? Quod certè perfectis quibusdam operariis sanctæ Ecclesiæ conuenit, qui omnipotenti deo preces tanto fiducialius offerunt, quanto laboriosius ei in membris suis se ministrasse meminerunt. Sed quia in ipsis etiam, quæ actiuæ vitæ deseruiunt, nimietas sollicitudinis cohibenda est, Martha reprehenditur, quæ tam sollicita asseritur, vt erga plurima turbetur. Actionis quidem feruor tunc rectè disponitur, cum sic insistimus operi, vt tranquillo corde eum, cui opera nostra consecrare nitimur, videamus. Quid est ergo nimietas sollicitudinis, nisi confusio supernæ intentionis: quia dum se erga plurima diuidit, diuisa iam ad supernorum intuitum non assurgit. Illud enim æter
E num, & simplex bonum æternæ visionis, anima quia vix vnita comprehendit, se nimirum ad id diuisa non erigit. Dicit ergo operum nostrorum dispositor, & receptor, vnum est necessarium, ne se mens ad multa diuidat, vt per tranquillitatem vnita, ad summi boni intuitum potenter surgat. Duæ igitur filiæ Saul, & si pariter regis sunt filiæ, nominibus differunt: quia vita actiua, & contemplatiua nobilitate religiosis generosæ sunt, sed non sunt pares pro diuersitate officij. Sed quia earum patrem ostendimus, matrem pariter demonstremus. Sequitur: Et nomen vxoris Saul Achinoē filia Achimaas.) Quæ est enim prædicatoris vxor, nisi bona voluntas? Qui enim per amorem bonæ voluntati coniungitur, ei vtique quasi ex nobili coniuge filij oriuntur. Nam cum bonorum operum fructus proferre volumus, necesse est, vt prius eos in bona volūtate seminemus. Vnde bene Achinoë fratris requies interpretatur. Frater quippe noster ille est, qui à mortuis resurgens, Mariæ Magdalenæ locutus est, dicens: Vade & die fratribus meis, Ascendo ad patrem meum, & *Ioan.20.* patrem vestrum. Hinc Paulus nobilitatem electorum asserēs, ait: Hæredes autem dei, cohæredes Christi. Quid est, quod dicitur *Roma.8.* fratris requies, nisi quia redemptor humani generis in bona cohæredum suorum voluntate requiescit? Et quia ab ipso nobis bona voluntas impenditur, à quo inhabitatur: filia Achimaas esse perhibetur. Achimaas enim fratris decor, vel frater decor interpretatur. Frater quippe, & decor redemptor noster dicitur: quia humana natura per peccatum primi hominis dignita-
F tis suæ vigorem perdidit, sed in persona redemptoris aucto sibi splendore radiauit. Decor quippe noster est: quia quicunque in sancta Ecclesia virtutum claritate fulgescunt, de plenitudine *Ioan.1.* lucis illius omnes accipiunt. Hinc Paulus ait: Ei se infudit om- *Gala.2.* nis plenitudo diuinitatis corporaliter. Dum ergo bonam prædicatorum nostrorum voluntatem Propheta Samuel respicit, typis visa exprimit, dicens: Achinoë filia Achimaas:) quia nimirum magna est pulchritudo bonæ voluntatis, sed de infusione nascitur redemptoris. Debet nanque amari vt coniunx, sed si pater aspicitur, ex nobilitate amplius amatur: Et nomen principis eius Abner, filius Ner, patruelis eius.) Abner dicitur pater meus lucerna, Ner etiam lucerna dicitur. Quid ergo Ner, nisi sermo scripturarum accipitur? Litera quidem sanctæ scripturæ quasi huius lucernæ testa est, intellectus vero spiritualis claritas luminis, oleum verò eius deuotio amoris. Filius ergo lucernæ est, qui verba scripturarum libenter audit, & sapienter intelligit: & quæ per intellectum colligit, per affectum charitatis apprehendit. Cur itaque dicitur filius lucernæ, nisi quia quod de lumine nascitur, lumen est. Quid enim peccatum nisi tenebræ? Quid item bonum opus nisi lumen? Sancti enim viri dum ad ducatum scripturarum

1.Reg.17.

Gene.29.

Marc.16.

Luc.10.

G gressus operum dirigunt, quasi ex lumine lumen accipiunt spiritualis eruditionis. Hoc quippe lumen de lumine Ioannes exprimens, ait: Omnis qui natus ex deo est, non peccat: quia generatio cœlestis seruat eum. Quid est nasci de deo, nisi cognitam in sanctis scripturis eius voluntatem diligere. Et quid est non peccare, nisi in luce iustitiæ semper consistere. Quasi enim de luce nos lucem facere volebat beatus Petrus Apostolus, cum dicebat: Habetis Propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes, tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec aspiret dies, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Merito igitur Abner pater meus lucerna dicitur, ipse quoque pater eius lucerna nominatur: quia illi in sancta Ecclesia lucere per exempla aliis posſunt, qui eruditione scripturarum, & claritatem acceperunt luminis, & oleum perfectæ charitatis. Sed per Ioannem non peccare dicitur: vt prædicatorum robur insinuet, qui sic peccatoribus manum porrigunt, vt tamen ipsi peccatorum tenebris non fœdentur. Sed quid est, quod patruelis Saul dicitur. Patruelis autem dicitur, qui nascitur ex fratre patris. Vnde & hic quoque subiungitur: Cis fuerat pater Saul, & Ner pater Abner filius Abiæ.) Et cum eligendus rex peteretur, dictum est: Et erat vir nomine Cis filius Abiæ. Quia verò ista stirpis regiæ nomina quid significent, plenius exposuimus, hoc tantummodo exprimamus, quomodo Abner patruelis Saul esse referatur. Sed Saul filius Cis, id est, duri esse cognoscitur, Abner etiam lucernæ filius perhi-
H betur. Durum hunc austere nimis conuersationis viros ostendimus designare, Ner lucernam interpretari. Quid est igitur, quòd lucerna, & durus eiusdem patris esse filij dicuntur: nisi quia à deo est, & quod scriptura sancta austerum præcipit, & virtus exterior duræ conuersationis? Frater quippe lucernæ durus est: quia gratiam implendæ legis ab eo habet, à quo ipsa lex ortum habet. Vnde & Psalmista confidenter repromittit, dicens: Etenim benedictionem dabit, qui legem dedit. Legem quippe dare, est præcepta vitæ electis proferre: benedictionem etiam dare est, gratiam implendæ legis impendere. Quia ergo ab vno sunt tam lumen scripturæ, quàm asperitas vitæ nostræ: Cis, & Ner vnius patris filij esse referuntur. Abner ergo filius Ner, Saul regis patruelis esse rectè dicitur: quia qui ad curam animarum eligitur, duræ & asperæ vitæ debere esse iudicatur. Sed qui prædicatorum adiutores esse cupiunt: nunquàm agunt, quod cupiũt, si lumen scripturæ sanctæ, in quo per cognitionem cõcepti sunt, in bona operatione, atque sancta prædicatione velut nascendo non perficiunt. Cum verò scripturarum sanctarum cognitio magis summis doctoribus, quam eorum adiutoribus subditis adscribatur, & exempla conuersationis sequi magis minoribus, quàm maioribus conuenire videantur: quid est quod duri filius rex dicitur, lucernæ verò filius dicitur princeps regis? Sed his verbis non significat, quod summi doctores, & eorum adiutores habent: sed suppresso, quod habent, exponit, quod singulis agendum est. Rex quippe videlicet summus, & electus prædicà-
I tor: quia iam per altissimæ eruditionis scientiam, scripturæ lumen habet: non sic confidat de scientia, vt aliorum exempla minime sequatur. Princeps quoque, id est, magni doctoris adiutor: quia exemplis eiusdem sui præpositi subditur, ad lumen innitatur: vt qui exempla sequitur, in doctrinæ altioris eruditionẽ, quasi in magna lucernæ luce nascatur. Quia ergo eruditus ad maiorum exempla per humilitatem reducitur, exemplis instructus ad scripturarum splendorem discendo subleuatur: bene rex filius duri, & princeps lucernæ filius esse perhibetur. Tales viri quia electis fidelibus vtiliter præeminent: quia subiectos ad virtutum victorias fortiter prouehunt, Sequitur: Erat autem bellum potens aduersus Philisthæos omnibus diebus Saul.) Debile, & omnino infirmum bellum illorum doctorum est, qui nec lumen habent diuinæ cognitionis, nec fortitudinem boni operis. Potens ergo bellum dicitur, quando electis plebibus duri filij dominantur: quia ille potest aliis vtiliter bona dicere, qui consuescit, verba magna operatione præire. Sed & subtiliter est in- K tuendum, quod implexius dicitur: Cunctis diebus Saul.) Qui sunt dies Saul, nisi lucis opera? Quod bellum doctoris est aliud, quàm quod lingua conficitur? Omnibus itaque diebus pugnat, qui multa alios docet: sed nihil docendo profert, nisi quod suo prius fulget opere. In die etenim sua pugnat, qui verba prædicationis ex propria trahit luce virtutis. In die ergo alieno pugnare vult, qui contraire reprobis spiritibus satagit, non loquendo, quæ agit, sed prædicando, quæ nouit. Sed omnibus diebus pugnat: quia omnia præcepta dei ostendit in luce operis, quæ subsequendo vult pandere per curam prædicationis. Merito itaque bellum potens dicitur, in quo cum omnimoda virtutum, vel operum luce pugnatur. Potest etiam per hoc, quod omnibus diebus pugnare dicitur, agonis spiritualis instantia designari. Qui enim vitam ducit plenam virtutibus, in diebus viuit. Cunctis ergo diebus bellum potens electi doctoris agnoscitur: quia is semper malos spiritus superare cernitur, qui à luce virtutum nunquam separatur. Sed habent electi viri virtutem præliandi, habent & humilitatem timoris. Per virtutem triumphant, sed per timorem auxilia congregare non cessant. Vnde tanto fortius præliantur, quanto & vires confligendi congregare non desinunt. Bene ergo causa potentis belli subiungitur: Nam quencunque videbat Saul virum fortem, & aptum ad prælium sociabat eum sibi.) Quasi dicat: Idcirco bellare potenter poterat: quia congregare exercitum non cessabat. Sed quia non so- L lum fortes, sed etiam aptos ad prælium sibi sociasse dicitur: cautus doctor in eligendis Christi militibus demonstratur. Fortes autem ad ferenda onera quidam sunt, non ad prælia exercenda: quia præliari de fortitudine sua dum nesciunt, nequaquam posſunt. Viri ergo fortes, & ad prælium apti sunt, qui sciunt pugnare, & volunt. Per voluntatem quippe fortes sunt, & per scientiam apti ad præliandum. Quorundam ergo temeritas à Christi bello repellitur, cum apti, & fortes electi memorantur. Nam quidam sciunt cum diabolo pugnare, & nolunt. Sapientes quidem sunt, vt faciant mala, bona autem facere nesciunt. Hi antiquo hosti seruire volunt, resistere nolunt. Quid enim faciat doctor, si aptos istos ad prælium sibi socie? Magis tales posſunt alios per exempla destruere, quàm *ipse per verbum* ædificare. *Nam & sæpe tales docere audent, & docendi virtutem operando* non tenent. Cum loquuntur nobiscum in hostes irruunt, sed per opera subito in viscera nostra torquentur. Velut proditores quidam exercitus, arma Christianæ doctrinæ induunt, & per exempla subito paruulos Christi feriunt: quos velle protegere loquẽdo putabamus. Non apti ergo viri fortes repellendi, non sociãdi nobis sunt: quia per sapientes reprobos robur nostrum destruitur, non augetur. Qui ergo sunt fortes, & non apti, nisi quos videmus onera seculi fortiter ferre & fortitudinem suam in seruitium conditoris transferre nescire? Nam iugum hominum, & magnos seculi labores fortiter ferunt, sed ad seruitutem dei accedere velut infirmi pertimescunt. Quid ergo isti, nisi fortes, & nõ M apti sunt, qui seculi magna faciunt, & Christi agere leuia, & blãda non posſunt? Sæpe etiam in monasteriis conuertuntur, & qui seculi onera fotiter tulerant in paruis, quæ agunt, quasi inter magnos labores sudant. Quid ergo his verbis ostenditur, nisi vt viros ad Christi militiã cum magna nobis discretione sociemus, nec accedentibus ante præbeamus ingressum, quàm eos & aptos per scientiam, & fortes per bonam voluntatem esse sciamus. Posſunt autem idcirco viri fortes, & apti ad prælium dici: quia Amalech, id est, libidinum bella subsequuntur. Nam viri fortes non sunt, qui carnales concupiscentias extinguere nequeunt. Et apti ad prælium non videntur, qui pro pudicitia apti ad præliandum non sunt. Eligat ergo doctor milites Christi, eligat fortes, vt dum carnem fortiter domant, immundos spiritus potenter vincant. Eligat ergo aptos ad prælium, vt dum inter dona fortitudinis non superbiunt, triumphi gloria in cœlestibus sublimentur.

Lucidum habet.

Supra 9.

Psal. 83.

Hier. 4.

INCI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

INCIPIT LIBER SEXTVS.

Caput I.

Cap. 15. ET dixit Samuel ad Saul. Me misit dominus vngere te in regem super populum eius Israël, Nunc ergo audi vocem domini. Hæc dicit dominus exercituum. Recensui quæcunque fecit Amalech Israëli, quomodo restitit ei in via, cum ascenderet de Aegypto. Nunc ergo vade, & percute Amalech & demolire vniuersa eius.) Superius Amalech luxuriæ vitium designare diximus: quæ velut lambit, dum voluptatem blandiendo suggerit. Profectus ergo conuersationis ostenditur, eo quod superius à Saul percussus asseritur: & nunc non simpliciter iubetur percuti, sed omnia eius demoliri. Primo quidem hunc doctor percutit, quando per eius verbum agitur, vt pudicitia in conuersorum cordibus & corporibus teneatur. Quasi enim percussa est libido, quando caro armis pudicitiæ qualitercunque subacta est, & perfectè subacta non est. Nam qui luxuriæ iam inquinamenta deserit, sed adhuc motus turpes ex se contra se insurgentes sentit, iam opus nepharium non exercet: sed tamen abigere hoc à cogitatione non
B potest. Sæpe inuitus, & incautus ad immundas cogitationes trahitur, sed ea, quæ negligendo intus cogitat, carnem foris excitant: vt ad turpes motus voluptatis surgat. Quid ergo est, quod percussus Amalech, iterum percuti, & demoliri præcipitur: nisi quia prædicator eos, quos ad pudicam vitam erudit, promouere debet ad perfectionem virtutis. Iterum ergo iubetur Amalech percuti: quia adhuc non bene interfectus viuit. Iterum Amalech percutitur, cum verbis doctoris illi etiam motus, qui carnem pulsant, eliduntur: cum ob hoc coronari subditos doctor docet, vt sic corpus domare debeant, vt ad illecebrosos motus nequaquam surgat. Sed quia nunquam sic caro restringitur, si mens ad immunda cogitando labitur: post percussionem, Amalech demoliri præcipitur. Percutitur ergo in corpore, demolitur *in corde*: dum caro dignè per abstinentiam teritur, & mens à cunctis immundis cogitationibus refrænatur. Quo *in loco* priora etiam consideranda sunt, quæ ex persona domini Samuel loquitur, dicens: Recensui quæcunque fecit Amalech Israëli, quomodo restitit ei in via cum ascenderet de Aegypto.) Quid est, quod Amalechitarum opera recensentur, nisi quia luxuriæ inquinamenta deo valde odibilia sunt? Vnde beatus Paulus A-
1. Corin. 7. postolus dicit: Omne peccatum extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Itē dicit: Fornicatores, & adulteros iudicabit deus. Hinc etiā acrius increpans, & à regno dei eos segregans, ait: Neque immundi regnum dei possidebunt.
C Cur luxuria recensetur, nisi quia iustitia Dei peccator proiicitur, quando ad perpetranda eius inquinamenta curuatur? Qui ergo recensetur, vt cadat: aliquando recensetur, vt pereat: aliquando recensetur, vt surgat. Et quia post tanta temporum spatia recensita Amalech facta memorantur, vtcunque nobis insinuatur: quia tales aliquando post longa tempora respiscant. Ipsa autem eius opera exprimuntur, cum dicitur: Quomodo restitit ei in via cum ascenderet de Aegypto.) Israël videns deum dicitur. Qui: quia de Aegypto perhibetur ascendere, nouiter conuersos insinuat: qui peccatorum tenebras, & ima deserunt, & ad lumen veritatis accedunt, & montem boni operis ascendunt. In via autem Amalech Israël restitit: quia libido ad perfectionis summam tendentibus arma voluptatis obiicit: & corda, quæ potest, gladio immundæ suggestionis ferit. Et quia valde fortis, & violenta est pugna fornicationis, non quomodolibet obuiasse Israëli: sed restitisse perhibetur. Resistere quidem, forti oppugnationi instare est. Hos nimirum resistentes Amalechitas videbat Israëlita ille ascen-
Roma. 7. dens, cum dicebat: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Vnde & ad auxiliatorem respiciens, ait: Infelix ego, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia domini nostri Iesu Christi. Resistere ergo Amalech dicitur: quia dum in carne sumus, libidinis fortia bella sustinemus.

Sed quid de Aegypto ascendentibus resistere dicitur? Ecce qui D
ad tertij cœli se secreta sustulerat, resistentes motus carnis habebat. Merito igitur non solum nouitios, sed etiam magna virtute præditos, Israël de Aegypto ascendens, insinuat. Aegypti quidem nomine huius mundi tenebræ designantur. Israël autem de Aegypto ascendit: quia electi omnes dum sancte viuendo proficiunt, ad supernam patriam pertingere conantur. Et quia quamdiu in carne sunt, carnis legem legi mentis contrariam habent: sibi vtique perualidos motus Amalech resistentem vident. Huius nanque violentia passionis ostenditur, cum eadem, quæ recensentur Amalech, bella describuntur. Nam pugnante Israële, cum eleuabat manus Moyses vincebatur Amalech: & vincebat ille, cum iste manus deponeret. Quid est autem, quod
Exo. 17. contra alios solis armis pugnabat Moyses, contra Amalech verò non solis armis, sed etiam virtute orationis? Quæ autem virtus, & instantia supplicationis erat tunc necessaria, vbi si manus deponeret, Amalech victoriæ honorem daret. Sed profecto magnum certamen fornicationis ostenditur, quod tanta virtute, tanta difficultate superatur. Arma igitur exercitus, oratio intentissima necessaria est. Arma quidē necessaria sunt: quia qui contra fornicationem pugnare volunt, vincere nequeunt, si non cæteris virtutibus muniuntur. Exercitus (vt supra ostendimus) exempla patrum, & scripturarum præcepta sunt: quæ quidem quilibet etiam considerare debet, ac illis sic mentem occu-
E pare, vt lasciuiæ inquinamenta non spectet. Sed exemplis atque doctrinis instructus, de se confidere nequaquam potest. Leuet ergo manus suas, leuet mentem: vt opere bono, & deuotione resplendeat, qui abscindere perfectè à se libidinis bellum tentat. Quid item est, quod depositis manibus vincitur, nisi quia sæpe per audaciam praui operis, ipsa etiam tollitur pulchritudo castitatis? Sæpe ex toto non tollitur, sed cum infirmantibus operibus infirmatur. Inter opera quidem, & labores spirituales, contra stimulos carnis fortes sumus, sed si quasi fessi, à solitæ conuersationis rigore torpescimus, vel mollescimus, dum paulatim negligimus, aculei carnis insurgunt, qui quasi depositis Moysi manibus Israëlem vincunt. Ne ergo manus lassescant, Aaron & Vr lapidem supponant, & graues Moysi manus deponi nequaquam sinant. Aaron quidem mons *fortitudinis*, Vr *ignis* vocatur. Quando enim lassescimus, consideratis cœlestibus roboramur. Mons ergo fortitudinis quid est, nisi altitudo supernæ contemplationis? Quæ profecto, quia in electo corde sine magna charitate non est, mons fortitudinis Moysi adstare rectè perhibetur. Qui nimirum lapidem supponunt, & manus sustinent: quia qui summa cœlorum præmia ardenter aspicit, fortitudinem magnam sumit, & bene operari, & conditorem exorare non desinit. Quia ergo valida sunt & omnino violenta bella carnis, ascendenti Israëli Amalech restitisse aptè perhibetur. Regi igitur propheta præcipit, dicens:
Audi vocem domini. Recensui quæcunque fecit Amalech Is- F
raëli.) Quid est, quod dicit: Audi vocem domini,) nisi quia castè viuere volentibus, contra fraudes fornicationis spiritus subtiliter vigilandum est. Quasi dicat: Considerare non desinas, quantis insidiis sibi subdere electos parat. Et idcirco non dixit. Recensui, quòd restitit Israëli, sed Audi vocem domini, recensui quomodo restitit Israëli.) Quasi dicat: Si modum insidiarum cognoscis, hostem superare facilius valebis. Meritò igitur subintulit, dicens: Nunc ergo vade, & percute Amalech, & demolire vniuersa eius.) Quasi dicat. Quia nosti quemadmodum ire debeas: Vade, & demolire vniuersa eius,) & sic eum deleas, vt aliquid de eo vltra non viuat. Sed quis ita sibi subiicere carnem, quis vnquam sibi restringere mentem potuit, quis sic manere in carne, vt de carne turpes motus nullos sustineret? Quis ita refrænare cogitationem potuit, vt ad eam immunditiarum obscuritas per cogitationem nulla peruenire? Sed si de carne non tollitur turpitudo motionis, tamen turpitudinis robur eneruatur, cum motus quidem simplex in carne est, sed in motu pruritus libidinis nullus est. Hic quidem motus Amalechita non est: quia menti non lambit, quam oblectare non poterit. Non potest tolli menti, quod aliquo modo immunda nō videat, sed in mirabilem vsum puritatis deducitur, vt immunda vidēs, nulla delectationis labe maculetur. Quisquis

ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ergo sic præest carni, quisquis sic mentem regit, ideo præst, ideo regit: quia Amalech cuncta demoliri fortiter potuit. Sed iam quæ sunt eius vniuersa, subsequenter exponit, dicens:

Non parcas ei, & non concupisces ipsius aliquid, sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum & lactentem, & bouem & asinum, & ouem & camelum.) Quis est hic, qui parcit Amalech, nisi qui aut in cogitatione, aut in ore, aut in carne lasciuiæ aliquid retinet. Nam plærique turpitudinis opera non exercẽt, sed linguam à turpi locutione non cohibent. Plærique per opus luxuriam vitant, per cogitationem non vitant. Quidam nihil turpe agunt, sed quod actu refugiunt, corde concupiscunt. Parcit ergo Amalech, qui blandimenta lasciuiæ, aut in locutione, aut per intentionem, aut per cogitationem tenet. Dicit itaque:

Non parcas ei,) quia de tam nequissimo vitio nihil accendi debet in mente, nihil permitti ardere in opere. Dicat ergo:

Non parcas ei,) vt omnes libidinosi motus, omnes obscœnæ locutiones prorsus permantur in corpore. Dicit ergo: Non concupisces ipsius aliquid,) vt penitus eradicetur à cogitatione. Quid enim est libido nisi ignis? Et quid de carne & mente exortæ virtutes nisi flores? Quid item turpes cogitationes nisi paleę? Quis etiam nesciat, quia si in paleis ignis negligenter extinguitur, ex praua scintilla, quæ remanet, omnes paleæ accenduntur. Qui ergo virtutum flores in mente non vult exurere, ita debet libidinis ignem extinguere, vt per tenuem scintillam nunquam
H posit ardere. Carnalium etiam cogitationum stipulas auferat, ne dum is qui extingui non potest, calor naturalis accenditur, vires virtutum, qui per se accendi nequeunt, quasi per admistas paleas exurantur. Quid est ergo: Non parcas ei, & non concupisces ipsius aliquid,) nisi quia luxuria omnis in carne perfecte domanda est, & à mente radicitus extirpanda? Potest etiam intelligi: Non parcas ei, & non concupisces ex eo aliquid,) quia & viri, & mulieres, paruuli, & lactentes interfici præcipiuntur. Nam mulieres concupisci poterant, paruuli, & lactentes ad misericordiam prouocare. Qui ergo sunt viri interficiendi, quæ mulieres, qui paruuli, qui boues, quæ oues, qui cameli, qui asini subtiliter considerandum est. Qui enim sunt Amalechitæ viri, nisi suadentes motus turpitudinis? Viri etenim sunt: quia violenter suggerunt, & corruptis mentibus semina prauitatis infundunt. Mulieres sunt mentis concupiscentiæ, quæ prædictis motibus ad fœtus impios substernũtur. Sed & paruuli, & lactentes qui sunt, nisi qui de Amalechitarum virorum, & mulierum commistione generantur? Nam si motus malæ suggestionis quasi adulter in mente recipitur, concupiscentia quasi meretrix imprægnatur. Ipsa ergo concupiscentia, si nepharium effundere partum finitur, libidinum motus iam non solum mente, sed etiam in carne generantur. Qui dum nascuntur paruuli sunt: quia adhuc carni violentiam mouendo non inferunt. Lactentes verò sunt, cum tenui, & negligenti cogitatione nutri-
I untur. Qui enim iam libera cogitatione motus turpes in carne reficit, non iam lac paruulis, sed cibum adultis impendit. Lac ergo paruulorum Amalechitarum tenuis est cogitatio immunditiæ: quia si motus turpis per cogitationem non pascitur, quasi negato sibi lacte paruuli necantur. Quod profecto lac meretrix mater porrigit: quia dum ardor concupiscentiæ mentem præuenit, quasi ex pessima cordis vbertate agitatur, vt peiores motuum soboles in carne nutriantur. Quid verò in boue nisi consilium fraudulentum accipitur, quod exemplo veterum carnis voluptatem suggerit, qui inter carnis opera omnipotenti deo placuere? Nam quasi discretionis vomere scindere terram cernitur, sed si ex deliberatione suscipitur, iugo turpitudinis colla miseræ mentis illaqueat, quem per simulationem gestat. Quis autem nomine innocentum vita signatur. Vnde electi omnes re-
Ioan.10. demptoris nostri voce oues nominantur, cum dicit: Oues meæ vocem meam audiunt. Quæ est ergo ouis Amalech, nisi simulatio innocentiæ? Nam quidam dum & ipsam formam humani corporis, & proprietates sexus vtriusque, dum insitam libidinem membris considerant, quasi naturali bono se hoc posse vti licenter putant. Quasi ergo ouis Amalechita est, quando continentibus illud quasi bonum suggeritur, quod vere bonum non esse liquido comprobatur. Quid etiam in camelo signatur? Sed camelus ruminat, & vngulam nequaquam findit.

Quid ergo in camelo signatur, nisi cogitatio quædam luxuriæ, K
quæ quasi à ratione incipit: sed per discretionem non finitur? Nam dum cogitat, quasi intus camelus ruminat: sed dum quod cogitat, per veritatem non disponitur, eius vngula diuidi non videtur. Nonnulli etenim continentiam professi, dum à carnis concupiscentia superantur, in coniugali vita saluari posse confidunt. Quidam & dum Apostoli licentiam audiunt: vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquæque suum virum: sine dis- *1.Cor.7.*
cretione personarum omnes in hoc præcepto concludi, & sacerorum ordinum viros coniugali copula vti posse fatentur. Huiusmodi enim sensus Amalechita camelus est: quia quasi ex ratione incipit, sed ad irrationabilem vitam trahit. Quid ergo asinus, nisi aperta nequitia fornicationis accipitur? Quosdam enim diabolus in apertum chaos fornicationis inuehit, quibus- *vbi supra.*
dam per fraudes illudit. Asinus etiam aliena onera portare consueuit. Doctor verò gentium dum virum sui corporis potestatem non habere, sed mulierem docuit: item nec mulierem sui corporis habere potestatem, sed virum: quid aliud, quàm aliena onera eos portare iussit? Asini ergo nomine, robur coniugalis copulæ designatur: quia electi coniuges inuicem onera sua fortiter portant, ne per carnis infirmitatem in fornicationis baratrum remissius corruant. Asinus ergo interficiendus est, sed Amalechita: quia copula coniugalis in honestate thalami roboranda est, sed à turpitudine interficienda. Debent quidem conjuges debitum sibi inuicem reddere, sed turpiter conuenire non debent. Asinus ergo Amalech interficitur, cum in bonis coniu- L
gibus charitas tenetur honestæ copulæ: sed omnis obscœnitas vitatur in turpi coniunctione. Omnia igitur Amalech demoliri iubentur: quia qui castè proponunt viuere, de blandimento carnis in se aliquid retinere non debent. In carne quidem esse debent, vt bona per carnem agant: sed sic debent à carnis voluptate per mentis sublimitatem discedere, vt contumelias de carne non tollerent. Tales quidem eos esse volebat, quibus Apostolus loquebatur, dicens: Vos autem in carne non estis, sed in *Roma.8.*
spiritu. Sed qui Amalech delere præcipitur, quibus adiutoribus ad hæc sufficiat attendamus. Nam sequitur: Præcepit Saul populo & recensuit eos quasi agnos.) Agnorum nomine solent viri magnæ prudentiæ designari. Vade per Ioannem di- *Apoca.*
citur, *Vidi supra montem Syon agnum stantem*, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentia nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Qui enim nomen agni assumpserant, agni dicebantur. Ipsos etiam exponens, ait, Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Quid est ergo, quod cum Amalech deleri precipitur, quasi agni regis milites recensentur: nisi quia cum fornicationis spiritum delere prædicando volumus, perfectorum exempla producere debemus. Quotquot enim pudicitiæ gloria insignes secularibus conuertendis ostendimus, velut tot milites quasi agnos recensitos ad Amalech bella portamus. Possunt autem horum recensitorum nomine ipsi ministri diuinæ prædicationis intelligi. Qui si agni ergo sunt: quia per gloriam perfectæ pu- M
dicitiæ iam illis virginibus, cum Christo in regno gaudentibus, similantur. Quibus profecto verbis ostenditur, quia qui prædicationis ministerium sumunt: præcipuo castitatis fulgore ante decorandi sunt: quia si per incontinentiam defluunt, continentes alios facere nequaquam possunt: & ad tantæ lucis bonum prouocare non prævalent, qui eius radios in propriæ conuersationis fulgore non habent. Bene ergo dicitur recensuit eos quasi agnos: quia pudicos valde esse eos oportet, qui fornicationis effugare spiritum per accepti ordinis potestatem debent. Vnde in Euangelio eis dominus dicit: Sint lumbi vestri præ- *Luc.12.*
cincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: vt verbum prædicationis subditi audiant, sed eos ad bonum castitatis, quod audiunt, exempla lucidissimæ conuersationis trahant. Vnde bene perfecto numero designantur, cum subditur: Ducenta millia peditum, & decem millia virorum Iuda.) Peditum nomine electi figurantur, non cum alta prædicant, sed cum per bona exempla cœlestis itineris rectitudinem aliis demonstrant. Pedites quidem gressibus currunt, quo producere arma volunt. Quid verò sunt exempla castitatis, nisi cœlestium militum terris impressa vestigia? Nam vt vitia libidinum in lubri-

cis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cis feriant, ad cordium eorum tenebras, cum bonorum exemplorum luce festinant: & quasi gressu peruenientes, hostes perimunt: qui postquam per opera cognoscuntur, corda peccatorum ad pudicitiæ bonum trahunt. Cum ergo per exempla castitatis peccatorum cordibus tenebras immunditiarum destruunt, pedites rectè nominantur. Et quia non solum prætextu corporalis munditiæ splendidi sunt, sed etiam luce cordis, ducenta milia esse perhibentur. In centenario quippe, & millenario numero, omnis decalogi summa concluditur. Perfecti ergo viri in ducentis millibus continentur: quia per diuinam gratiã tam corporis continentia, quàm integritate mentis ad summam pudicitiæ arcem peruenere. Tam enim in corpore, quàm in mente habent perfectionem intentionis. Vel quia non remissè aut negligenter deo per pudicitiam seruiunt, centenarium habent operis: & quia ei seruire non desinunt, habent millenarium multiplicationis.
Sed fortes, & assidui sunt ad continentiam corporis, perfecti & instantes ad circunspectionem cordis perfectione virtutis. Talem
1.Cor.7. quidem etiam viduam Apostolus esse præcipiens, ait: Vt sit sancta carne, & spiritu. Sancta quippe carne, & spiritu est: si perfectione castitatis, qua fulget in corpore, fulgeat etiam in mente. Quod si viduæ tales sunt, quales esse iussæ sunt virgines? De illis nanque pluribus, sub vnius descriptione dictum
Psal.44. est. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. In eodem quoque Psalmo laudatur eadem regina, cum dicitur: Omnis
B gloria eius filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis circumamicta varietatibus. Quid est enim vestitus aureus, nisi decor, & honor corporis virginalis. Vestitus quidem dicitur, quia foris fulget in corpore: aureus autem, quia præcellit dignitate. Omnis autem metalli species auro inferior est. Sic nimirum omnis pudicitia alia, decori virgineo comparari non potest. Quid est ergo quod dicitur, omnis gloria filiæ regum ab intus, si foris esse gloria vestitus aurei prædicatur? Si enim foris est aliqua magna aurei vestitus gloria, intus omnis gloria videri non potest. Quid est ergo, quòd omnis gloria intus esse perhibetur: nisi quia & illa quæ foris est gloria, cum aliis innumeris intus esse cognoscitur. Aurea enim virginitas non est, si foris est, & intus non est. Quia ergo intus, & foris est: quia eadem splendet in corpore, eadem fulget in mente: omnis gloria filiæ regum intus esse sentiri conuenienter potest. Omnis gloria intus est: quia foris sola, intus sola non est. Quia enim multæ sunt virtutum claritates in mente virginis, sic virgineus splendor asseritur: vt intus omnis gloria prædicetur. Hoc nimirum est, quod subsequitur. In fimbriis aureis circũamicta varietatib⁹. Fimbriæ enim aureæ sunt claritates à mente nunquã deficientes. Fimbriæ quidẽ finales vestimẽti partes sunt. Quæ idcirco in spõsę Christi decore laudantur: quia nulla est virtutum gloria, si lucere ante vitæ consummationem desistat. Regina ergo amore dicitur, in vestitu aureo virginitas prædicatur. Sed omnis gloria intus, &
C in fimbriis aureis, & varietate circumamicta asseritur: vt innumeris virtutibus adiuncta integritas, vsque in finem deduci sentiatur. Bene itaque contra Amalech ducenta peditum millia recensentur: quia illi ad debellandos immundos spiritus idonei sunt per exempla castitatis, qui eam tenere didicerunt & in luce operis, & in splendore circunspectionis. Quia item eruditi, ac perfecti sunt verbo Dei, decem millium virorum Iuda numero demonstratur. Viri etenim sunt fortitudine, Iuda autem prædicatione. Iuda etenim confitens interpretatur.
Sed denario numero designantur: quia perfectionem doctri-
Exod.31. næ per gratiam spiritussancti consecuti sunt. Vnde & Moysi decem legis præcepta tribuuntur, quæ dei digito scripta sunt. Quid est enim digitus dei, nisi spiritussanctus. Qui cum legem scripsit, hanc vtique in decem præceptis edidit: quia etsi in ea carnale aliquid foris protulit, intus hanc spiritualis intelligentiæ perfectionem signauit. Decem millia igitur virorum Iuda contra Amalech producenda sunt, vt fornicationis spiritus aptis viribus superetur. Lambit quippe suggestione: quia lenia & blanda consulit: sed res, quas lambendo consulit, per cogitationum phantasias ostendit. Ergo vt mens obscœna, sibi à dæmonibus ostensa, non videat: electorum exempla reuelanda sunt. Et vt eam suggestionibus turpibus immundus spiritus delinire non possit, lingua prædicatorum debet per pudicitiæ laudem tangi. Lingat hanc prædicator, vt malignus D spiritus lingere nequaquam possit. Et hanc verbis oblectet: ne cui cœlestia desunt, hanc diabolus per suggestionum oblectamenta dilaniet. Contra duplex ergo bellum cordis: quia duplex est necessarium bonum auxilij bene contra Amalech & pedites, & viri Iuda parari perhibentur. Si quis autem alios per pedites, alios per viros Iuda vult intelligi, sensus apertè veritatis patet: quia summi doctores habent, qui docere nesciunt prædicatione, prodesse autem valeant opere. Sed iam recensiti ad tanta prælia, audiamus, qua arte subsequenter dimicent. Sequitur: Cúmque venisset Saul ad ciuitatem Amalech, tetendit insidias ad torrentem.) Quis hic torrens est, nisi ille de quo per Psalmistam
Psal.109. dicitur: De torrente in via bibit. Torrens quippe decursum nostræ mortalitatis designat. Saul ergo in torrente insidias tendit, quando prædicator Ecclesiæ æternis præmiis considerationem nostræ mortalitatis inserit. Vt enim lubricas animas quasi per fraudem capiat, modo cœlestia loqui inchoat, sed repente ad exponendam æternarum pœnarum acerbitatem conuertitur, vt securæ in carnis delectatione mentes terreantur. Quasi enim per fraudem educit, & per insidias percutit, dum læta loquens, ad audiendum prouocat, & mortis tristia inserit, vt audiant lubrici, quod expauescant. Saul ergo ad Amalech ciuitatẽ venit, cum doctor, munita per illicitum amorem corda peccatorum, dulcedine æternæ iucunditatis attrahit. Sed insidias ei in torrente ab-
E scondit: quia mortis considerationem inducit: vt quasi ex insidiis erumpentem contra se militem peccator videat, & dum se velociter moriturum considerat, moram peccati tendere vltra pertimescat. Sequitur: Dixit Saul Cyneo, discede ab Amalech, ne forte inuoluam te cum eo. Tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israël cum ascenderet de Aegypto.) Quis est Cyneus, qui cum Amalech habitare cognoscitur, qui & discedere cogitur, ne cum eo pariter inuoluatur? Sed fortasse hic ille
1.Corin.7. est de quo dicit Apostolus: Vxori vir debitum reddat, similiter & vxor viro. Cui etiam nomen conuenit: quia Cyneus possideus dicitur. Qui profecto coniugati quia coniugio obligati sunt, relinquere omnia non coguntur. Quid est ergo, quòd Cyneo dicitur: Discede ab Amalech,) nisi quia his verbis in coniugibus omnis obscœnitatis turpitudo damnatur? Cum Amalech quidem coniuncti sunt, qui meretricio more iunguntur. Quos discedere ab Amalech doctor præcipit, cum ad honestatem coniugalem eos reuocare contendit. Quasi dicat. Si continere ab inuicem non potestis, honorabile connubium vobis sit, & thorus immaculatus. Ab Amalech itaque discedere est, coniuges seipsis vti non ad turpitudinem meretriciæ obscœnitatis, sed ad temperantiam honestatis, & ad fructum propaginis. Vnde & idem doctor egregius de vidua, quæ iuxta e-
Ibidem. ius consilium sic permanere non potest, dicit: Quod si se non continet, nubat, tantum in domino. Non in Amalech, sed in domino, vt quæ à nuptiis abstinere non præualet, obscœnos gestus in fœdere nuptiarum vitet. Cui etiam comminatur, dicens: F
Ne inuoluam te cum eo.) Inuolui peccatoribus, est æterna pœna damnari. Vnde & de nequam seruo in Euangelio dominus dicit, Ligatis pedibus, & manibus proiicite in tenebras exteriores. Modo ergo prædicatores auditores reprobos non inuoluunt: quia etsi verbum contemnunt, redire tamen ad pœnitentiam donec viuunt cum volunt, possunt. Instanter ergo coniugibus coniugalis honestas imperanda est: quia valida mulctatione dicitur, Abite, recedite absque læsione. Discedite ab Amalech ne inuoluam te cum eo.) Absque læsione quidem nunc, non tunc receditur: quia qui per omnia turpibus similantur, eorum læsionis expertes non erunt. Qui etiam fecisse cum filiis Israël de Aegypto ascendentibus misericordiam dicitur: quia infirmi sanctæ Ecclesiæ filij dum perpetuæ continentiæ bonum seruare nequeunt, coniugij miseratione suscipiuntur. Ab Aegypto quidem ascendunt: quia luxuriæ, & fornicationis tenebras deserunt. Et misericordiam à Cyneo suscipiunt: quia coniugij
1.Corin.7. indulgentiam promerentur. Vnde & doctor gentium dicit: Hoc dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Et quia sancta Ecclesia electis subditis bona, quæ loquendo exhibet, persuadet. Sequitur: Et recessit Cyneus de medio Amalech,) De medio quidem Amalech discedit coniunx, de

parte

Universidad de Deusto
Biblioteca

C parte non potest: quia & si gestus vitat turpitudinis, vitare non potest affectum voluptatis. Ignem quippe temperare per honestatē cōiuges possunt. De medio igitur Amalech exeunt: & quia etsi carnalibus desideriis omnino carere nequeunt, ipsum tamen carnis impetum, sub præcepto honestatis vinculo moderantur. Sequitur: Percussitque Saul Amalech, ab Euilat donec veniret Sur, quæ est è regione Aegypti. Euilat parturiens interpretatur, Sur angustia: Aegyptus tenebræ. Concupiscentia autem peccatum parit. Merito igitur parturientis nomine concupiscentia designatur. Propheta etiam impœnitētis cordis angustias incurrere metuens, obsecrat dicens: Ne absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum. Doctor ergo ab Euilat vsque Sur Amalech percutit, cum in auditorum suorum cordibus vitia conceptæ delectationis comprimit, & finem deliberationis. Sur etiam percutit: cum eas mentes videtur ad pudicitiæ amorem trahere, quæ in luxuriæ fœtore proposuerant vitam finire. In angustia enim sunt, qui capti iam malæ consuetudinis laqueo constringuntur. Et notandum: quia Sur è regione Aegypti esse ostenditur: quia qui in luxuria vitam finire deliberat, modo in interioribus tenebris clauditur, à quibus ad exteriores perducatur. Sed etiam liber iste claudatur, vt ad consequentis considerationem per silentium veniamus.

Lucæ.1.

Psal.68.

Caput II.

REx Saul qui principia bona habuit, sed in bonis, quæ cœperat, nequaquā perseuerauit, per sacræ historiæ textum ostenditur: vt in eo imitanda, & cauenda videamus. Sic nimirum & mālè cultas segetes carpimus, quę ad messionem spinis admistæ consurgunt. Bene quidem eas legere nouit qui sic curat spicas carpere, vt spinas studeat euitare. Sic dum horti cura negligitur, cum holere, quod reficit, nascitur vitia, quæ pungit. Quasi enim malè cultos agros ingredi cautè discipulos præcipiebat dominus, cum dicebat: Super cathedram Moysi sederunt principes, & Pharisæi. Quæcunque dixerint vobis facite, quæ autem faciunt facere nolite. Quasi dicat: Quia mista sunt acta, & verba reproborum, sic vtendi sunt: vt in eis sumatur, quod viuificat: vitetur, quod necat. Hinc iterum prænuncians, dicit: Venient ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Hucusque ergo regem Saul, strenuè regni curam gerentem, libenter attendimus: contemptorem iam dominicæ iussionis, in quo vitari & abiici debeant, subtiliter videamus. Nam sequitur: Apprehendit Agag regem Amalech viuum, omne autē vulgus interfecit in ore gladij. Et pepercit Saul & populus Agag, & optimis gregibus ouium, & armentorum: & vestibus, & arietibus, & vniuersis, quæ pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea. Quicquid verò vile fuit & reprobum, hoc demoliti sunt.) Verbum domini fuit. Nunc vade & percute Amalech, & demolire vniuersa eius. Non parcas eis, & non concupisces ex eis aliquid. Apertè ergo transgressor per inobedientiam extitit, qui implere præceptum domini per superbiam recusauit. Dominus quidem prophetæ præcepit, dicens, ne parcas ei, & non concupisces ex rebus ipsius aliquid. Hic verò & peperciſſe, & omnia electa eius concupiuisse ostenditur: vt dum transgressionis modus ostenditur, quàm sit detestabilis inobedientiæ culpa monstretur. Quod si carnis bella describimus, magnos esse lapsus regios inuenimus. Vnde & dominus in Euangelio dicit: Si sal euanuerit, in quo salietur? Reges verò Ecclesiæ eius sunt prædicatores, sicut supra iam ostensum est. Quis ergo est Agag rex Amalech, nisi sensus carnalis? Nam cum ex anima rationalitatem, ac sensualitatem habeamus, rationalitas menti, sensualitas carni adscribitur, & per illam cum angelis, per istam cum brutis animalibus conuenimus. In illa quò altius extollimur, supernis ciuibus appropinquamus. Per istam verò quo ad carnis blandimenta dilabimur, carnaliores (vt ita dixerim) inuenimur. Vnde & visis, & concupitis iam filiabus hominum, iam impletis in luxuria voluptatibus, de his qui puritatis merito filij dei vocabantur, in Genesi dominus minatur, dicens: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, eo quod caro sit. Caro quippe homo efficitur, quando sensui carnis ratio subiugatur. Rex ergo Amalech vigor est sensus carnalis, qui motibus turpibus imperat, vt captiuam rationem ad illecebras obscœnitatis trahat. Bene autem carnali sensui nomen congruit Amalechitæ regis. Agag quippe meditans, siue loquens interpretatur. Meditari quippe ei est, phantasmata lasciuiæ interna meditatione colligere. Et loqui ei est, carnem motibus turpibus ad libidinem excitare. Quasi enim magnum clamorem locutionis habet: quia carnem pulsando ardentius commouet. Nam & meditando colligit, quod loquendo exponat: quia vnusquisque carnali sensui subditus, quo liberius lasciuiæ simulachra intus conspicit, eo validiores motus turpitudinis foris sentit. Meditatur ergo per internam visionem turpitudinis, loquitur autem per exteriorem motum delectationis. Rex ergo Amalech loquens, & meditans dicitur: quia illis labentia blandimenta carnis excitare potest, quibus per turpes cogitationes illudit, & quos per experientiam blandæ motionis erudit. Sed notandum: quia quo liberius meditatur, eo & liberius loquitur: quia carnem eo fortius commouet, quo causas suæ commotionis intus impressas per cogitationem tenet. More etenim ignis quo attentius insufflatur, magis accenditur: quia si flatus immundæ cogitationis deest, ardor libidinosæ commotionis adesse non potest. Rex ergo Israël contra Amalech regem pugnat, cum doctor Ecclesiæ contra fornicationem disputat. Quem victum capit: quando ad veniam conuersos peccatores non solum pœnitentes, sed etiam confitentes accipit. Quasi ergo Amalech regem iam vinctum tenet, qui carnalem sensum, in conuersis peccatoribus per amorem pudicitiæ, iam rationi subiectum videt. Sed quid est, quod vinctus viuit: nisi quia nonnulli sunt, qui propriis passionibus non mouentur: sed auditis alienis obscœnitatibus, mouentur? Pugnantes, fortes sunt: sed victores cadunt. Qui enim expugnatum regem, viuum seruauit: liquet quia in eiusdem bel li triumpho capti sibi regis persona placuit. Quid verò aliud faciunt, qui ab aliis peccatorum confessionem recipiunt: nam dum cogitant, quæ confitentes fecerunt, ad scelera, quæ audiunt, inardescunt. Nam sæpe *dum audiunt, quibus se alij blandimentis* obruerant, *amare ipsi incipiunt*: quæ iam eorum exhortatione morientes, illi confitentur. Iam ergo in vrbe sua victus, & captus est Agag, sed à victore seruatur, cum quod detestatur à subditis, diligitur à prælatis: quia carnalis sensus in eis vigere *incipit*, qui in illis vigorem iniquæ dominationis amisit. Et quia dum pastores corruunt, ad præcipitium, subiecti comitantur, rex vinum Agag cœpisse dicitur, sed idem rex, & populus eidem regi, & quibusque Amalech optimis peperciſſe memorantur. Parcere enim affectæ mentis est amore eius, cui parcit. Quod certè libidinis vitio conuenit: quia vt placere incipit, mentem in sui amorem trahit. Quia etiam vehemens est virtus illius, statum habere non nouit: quia nimirum cito perficit, si à se hanc cito euigilans animus non expellit. Nam dum mentem inuadit, se per innumeras turpitudinum cogitationes spargit. Vnde & bene optimis gregibus, & armentis Saul, & populus peperciſſe memoratur. Cogitationes quidem libidinum greges, & armenta dicuntur: quia & innumeræ sunt, & de contemplatione immunditiæ in reprobo corde pascuntur. Optimi etiam sunt, nō probatione bonitatis, sed appetitu eligentis. In corde etenim reprobo quia nihil diligitur carius, optimi greges dicuntur: quibus alia nulla comparantur. Sed optimi dicuntur pro cæcitate cordis, armenta verò pro reatu transgressionis. Reprobis quippe mentibus magnum non est, immunda cogitare: sed coram deo peccatum paruum non est, in templo Dei, hoc est in regenerato spiritu, immunda reponere. Parcit ergo non solum ouibus, *sed armentis*: quia qui per amorem libidinis, quasi paruas immunditiæ culpas aspicit: quasi paruis modo parcit, sed merita pœnarum parua non inuenit. Possunt autem ouium nomine leuiores luxuriæ cogitationes intellegi, armenta verò fortiores, & molestiores. Quibus vtique rex, & populus parcit cum reprobus doctor, & subditi tam leuibus, quàm fortibus immundæ cogitationis vexationibus substernuntur. *Quid* verò est parcere vestibus, nisi damnatæ iam menti *immunda* deliberare? Si enim

Idem.8.

Matth.5.

Universidad de Deusto

A enim aureus vestitus sponsæ virginalis gloria est: quæ sunt vestes Amalech, nisi fœda inquinamenta luxuriæ? Sed vestimenta dicuntur: quia eorum velamine tam anima, quàm corpus inficitur. Quia enim animâ fœlat, & corpus perpetratio luxuriæ, non vestis, sed vestes nominantur. Sed (vt dixi) parcere deliberare, per affectum mentis immunda diligere est. Infelix verò anima sic capta, sic illaqueata: quia nitris impulsionibus ad deliberatam prauitatem perpetrandam cogitur bene post oues, armenta, & vestes, arietibus peperciſſe memorantur. Quasi enim arietum cornua sibi in lenes libidinum ictus placent: qui hoc in se vinum retinere nititur, vnde ad immunditiæ mortem perforetur. Arietibus ergo parcit, qui præcipitationis suæ ictus gratanter recipit. Pungitur quippe, vt carnis suæ desideriis seruiat: sed quod se fortiter pungit, leuiter oblectat. Quia item per innumeros modos obscœnitatis mentem libido illicit, non solum his nominatis rebus, sed omnibus quæ pulchra erant, peperciſſe memorantur. Omnia quæ sibi immunda anima de luxuriæ voluptate gratanter fingere cernitur, Amalech pulchra nominantur. Appetere hæc quippe nullatenus posset, si vehementer sibi eorum species non placeret. Sed quia casus victorum asseritur, dicitur: Nec voluerunt disperdere ea.) Quasi dicat: Possent disperdere, si voluissent. Nam nil facilius quàm libido vincitur, si omnis immunda cogitatio deuitetur. Tanto igitur facilius disperdi potest, quanto vnusquisque cogitare alia, quàm
B carnis oblectamenta potest. Quia enim duas simul res imaginari non possumus, dum quicquid est aliud cogitamus, cogitare immunda non possumus. Celer ergo & facilis victoria libidinis est, circunspectio cogitationis: si quoties carnalia obuiant, ad aliquid omnium recurramus, quod libidinis non sit blandimentum. Hoc quidem facile stantibus, non lapsis facile dixerim: quia qui perpetratione peccati immundi spiritus seruus efficitur, nec carnis cogitationes libere potest vitare, nec ad alias cito recurrere. De victoribus ergo dicitur, noluerunt ea disperdere, qui potuerunt: quia ante casum à liberis facilè peccata vitantur, sed si nolunt vitare cum possunt, postea non possunt si volunt: quia perfectè velle non possunt. Quibus vtique per se
Ioan.8. veritas dicit: Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Quasi dicat: Quia sponte liberi esse desiistis, potestatem adipiscendæ libertatis in vobis iam non habetis. Quid verò est, quod dicitur, Quicquid verò fuit vile & reprobum, hoc demoliti sunt:) Nisi quia nonnulli maiorum delectationum vsu, minores fastidiunt? Reprobum quidem, & vile eis est, quod electione eorum, quæ magis placent, vilipendunt. Quia enim delicatiora peccata expetunt, quædam reprobant: & quia preciosiora peccata approbant, vilia minora putant. Bene ergo dicitur, Quicquid vile fuit & reprobum, hoc demoliti sunt.)

Quia delicatiora peccata eligunt, & quæ minus placent, quasi inepta reprobant, & velut vilia contemnunt. Ista verò omnia moC raliter intellecta, libidinum pugnas, atque victorias, sed ad historiam superborum, & inobedientium tumorem designant. Nam præceptum à domino Saul fuerat, vt Amalech sic deleret, vt alicui eorum non parceret, nihilque concupisceret. Qui ergo & regi Amalech peperciſſe, & optimis quibusque rebus asseritur, superbus & inobediens apertè monstratur. Sed fortasse præceptum contempsit: quia hoc à propheta, non à domino audiuit. Qui certè sic prophetâ audire debuit, vt auctoritatem attenderet, quam præmisit. Nam præcepturus propheta vt Amalech regem percuteret, præmisit dicens: hæc dicit dominus, vt præceptum quod per hominem audisset, quasi hominis despicere non auderet. Ne item ministerium eius rex elatus vilipenderet item præmisit, dicens: Me misit dominus, vngere te in regem, Quasi dicat: Per illum tibi dominus regale ministerium præcipit, per quem te in dignitatem regiam sublimauit. Tanto igitur humilius obedire debuit, quanto hunc esse à deo missum apertius agnouit. Sed dum missum Prophetam spreuit, mittentem pariter dominum contempsit. Vnde subdit: Factum est verbum domini ad Samuelem, dicens: Pœnitet me quòd constituerim regem Saul: quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit.) Ille prophetæ verba se non audire credidit, sed dominus se derelictum conqueritur, dum verba sua opere non impleta ostendit. Nunc Ecclesiæ dominus loquitur, dicens: Qui vos audit, me audit: & qui vos D spernit, me spernit. Qui ergo per inobedientiam à prædicatorum verbo discedunt, dominum derelinquunt: quia ab illis recedunt, per quorum ministerium diuinæ voluntati præsentes fiunt. Verba domini tunc opere non implent: quia foris homines loquuntur, intus verò in hominibus deus loquitur. Non ergo ipsi sunt qui loquuntur, sed spiritus sanctus. In prædicatoribus ergo contemnenda non est foris vilitas carnis, quorum mentes tam dignanter incolit sublimitas deitatis. Quid est ergo, quod pœnitere dominus dicitur, cum mutari affectibus non credatur? Sed quia cum mutabilibus summa immutabilitas loquitur, more eorum, quibus cum loquitur, dum pœnitere dicitur, displicere sibi superborum temeritas designatur. Pœnitere enim solemus, cum mala nobis illi retribuunt, quibus nos honores, aut dona impendisse memoramus. Quia ergo more nostro omnipotens deus de superbi regis ingratitudine queritur, dignitatẽ regiam contulisse se illi, pœnitere perhibetur. Quod profecto ad cumulum magnæ damnationis de superbis dicitur: quia quod sunt, iam non ad meritum, sed ad pœnam sunt, qui in voluntate dei non sunt. Pœnitere ergo dei est, voluntatem in reprobis non habere, cum à se honores impensos meminit, sed eos, quibus bona contulit, male vti bonis, quæ contulit agnoscit. Hanc quippe pœnitentiam suam deus verbis aliis per Malachiam prophetam Iudæis insinuat, dicens: Non est mihi voluntas in vo- *Malach.1.*
bis, & sacrificium non suscipiam de manu vestra. Quantum ergo cauenda sit inobedientiæ culpa cernimus, si his verbis domini quam districtè percutitur, attendamus. Nos autem in bello Amalech fornicationis pugnam descripsimus, qui nobis omnino deleri per sacra eloquia iubetur. Merito igitur de lapsis in carnis bello doctoribus intelligi potest, hoc quod dominus queritur, dicens: Pœnitet me, quod constituerim regem Saul, quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit.) Verbum quippè eius præceptum prædicatoribus est: Sint lumbi vestri præ- *Luc.12.*
cincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Qui ergo verbum in prædicatione habet, & in præcinctu castitatis non habet, loquendo dei esse cernitur, sed operando deum derelinquere probatur. Foris diuina exequitur, sed occultè dum in carnis voluptate resoluitur, verba domini opere non implere, declaratur. Dominũ quippe derelinquit, mala proponendo, verba eius non implet, prohibita præsumendo. Bene ergo dicitur, Pœnitet me, quòd constituerim regem Saul.) Quasi dicat: Quem præesse aliis tunc volui, modo nolo: quia quem humilem prætuli, nunc superbientem & elatum transgressorem cerno. Quod nimirum de quibuslibet lapsis non dicitur: sed de his, quorum lapsus ostenditur, & pœnitentia nequaquam præuidetur. Nam de iustorum casu scriptum est. Septies in die cadit iustus, & resurgit. Eorum certè casus quodammodo status eorum est: quia ali- *Prouer.14.*
quando permittuntur cadere, vt semper valeant fortius stare. Permittuntur, vt in malis corruant, ne summa virtutum dona E per elationem perdant. Hi profectò & si verba domini quandoque non implent, à domino non recedunt, quia ad tempus relinquuntur, vt æternaliter teneantur, & in modico desipiunt, sed post modicum resipiscunt. Dum ergo Saul, non solum verba domini opere non implesse, reprehenditur, sed ipsum dominum reliquisse, quos melius, quàm lapsos, & impœnitentes significat? De quibus profectò per prophetam dicitur. Percusserunt fœdus cum morte, & inferno. Cum morte quidem fœ- *Esaiæ.28.*
dus percutere est, mala audacter perpetrare, & ea semper agenda promittere. Mala quippe indesinenter faciunt, sed diligendo, quod faciunt, quasi à mortis amicitia se nunquam recedere, pollicentur. Hi quippe in mortis fœdere quanto insensibiliores fiunt, viscera matris Ecclesiæ tanto acrius miserando quatiuntur. Vnde bene subiungitur: Contristatúsque est Samuel, & clamauit ad dominum tota nocte.) Samuel quidem contristatur, quia de perditione subditi summus prædicator affligitur. Et tota nocte ad dominum clamat, quia pro restitutione lapsi diuinam misericordiam deuotis precibus obsecrat. Clamare quippe doctori est, pro peccatis subditorum magnis desideriis omnipotentis Dei misericordiam postulare. Qui tota nocte clamat, cum per affectum totam illius peccati caliginem suscipit, & pro ea, quasi pro proprio crimine,

deo

Universidad de Deusto
Biblioteca

G deo pœnitens ſatisfacit. Tota ergo nocte prædicatori clamare eſt, totam ſubditi cauſam ſuſcipere, & omnem caliginem peccati illius, deuotæ compunctionis affectu deſtruere conari. Sed quid eſt, quod clamaſſe dicitur & dominum non reſpondiſſe, niſi quia ea quam dixi cordis impœnitentis caligo in illa, pro qua clamat, Saul culpa ſignatur. Reſponderet quidem dominus, ſi vocem clamantis exaudiret. Sequitur: Cumque de nocte ſurrexiſſet Samuel, vt iret ad Saul mane, nunciatum eſt Samuëli, quòd veniſſet Saul in Carmelum, & erexiſſet ſibi fornicem triumphalem.) Quidnam eſt peccatoris vita, niſi nox? Et quid iuſti lux aliud, quàm dies? Vnde & per Paulum conuerſis pec-
Ephe.5. catoribus dicitur: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. De nocte autem prædicatori ſurgere eſt, ab alienæ culpæ ſuſceptione affectum mentis erigere. Quaſi enim in nocte iacet doctor, quando alieni peccati tenebras luget, quia ab alta innocentiæ ſuæ ſecuritate deponitur, vt in imo alienæ conſiderationis peccatorum caligo deſtruatur. De nocte ergo ſurgit, cum ab afflictione ſe erigit, & mane ad reum venire diſponit, quia occultè per compaſsionem plangit, & aperta increpatione per zelum percutit. Nocte etiam luget doctor, ſed mane ad arguendum venit, quia intus peccantem ſubditum diligit, ſed palam errantem arguere nequaquam erubeſcit. Quaſi enim mane luceſcit, cum doctor aperire crimen, quod latet, incipit.
Quid ergo eſt, quod in Carmelum veniſſe, & fornicem ſibi
H triumphalem erexiſſe is, ad quem venit, aſſeritur, niſi quia profectus mali liquido prædicatur? Poſt inobedientiæ quidem culpam triumphalem arcum, vel fabricam erigere eſt, mala agere, & de eorundem malorum perpetratione ſuperbire. Quaſi enim triumphalia ſigna erigunt, quando cum quadam oſtentatione ea proferunt, quibus aliis ſe excellere arbitrantur. Quòd certè tam arrogantibus, quàm lubricis doctoribus conuenit. Illi quidem dum magna dicunt, ſe in ſublime æſtimationis erigunt, & quales ſe intus aſpiciunt, per iactantiam, & oſtentationem foris innoteſcunt. Cúmque & illud, quod per ſe alij proficiunt, ad fauorem propriæ laudis trahunt, quid aliud videntur agere, niſi altum victoriæ ſignum, in ſigni titulo demonſtrare? Nonnulli verò & cum turpiter viuunt, & honeſtiſsimè loquuntur, conſiderant verborum honeſtatem, non tamen reputant propriæ vitæ turpitudinem. *Cum ergo non rebus operum, ſed ſplendore verborum apparere geſtiunt: nimirum triumphalem arcum fabricant, in quo ſe quaſi victores extollant.* Et quia turpium verbo, turpes plærique alij reſipiſcunt: poſt expugnatum Amalech, eis in Carmelum venire eſt. Et fornicem triumphalem erigere: de extincta in ſubiectis libidine, inaniter coram ſimplicibus gloriari. Carmelus quidem mollis, ſiue tener interpretatur. Qui enim teneri huius nomine, niſi in ſancta conuerſatione rudes intelliguntur? Qui etiam molles vocantur, niſi qui adhuc per vſum virtutis non ſunt
I in inchoata bonitate ſolidati. In Carmelo igitur ſignum victoriæ erigunt, quia rudibus, & debilibus ſe oſtendunt: ne à peritis fortibus quales in veritate ſunt, inueniantur. Hi enim non in verbis, ſed in operibus fulgorem victoriæ quærunt: quia arbores non in decore foliorum iudicant, ſed in ſapore pomorum
Matth.7. probant. Vnde & dominus docens, ait: A fructibus eorum cognoſcetis eos. Quia ergo laudari inaniter appetunt: quia probatiſsimorum virorum iudicia fugiunt, & rudibus ac debilibus aliud, quàm ſunt ſe eſſe mentiuntur, Saul in Carmelum veniſſe, & fornicem ſibi triumphalem erexiſſe dicitur. Quid verò eſt, quod in Galgala tranſit, niſi quia eo modo, quo ſe ſimplicibus, & religioſis oſtendit: in religioſis, & doctis innoteſcere appetit. Galgala quippe (iam multoties dixi) rota nominatur. Quidam verò intra ſanctam Eccleſiam & eruditi in ſacra ſcriptura ſunt, & religioſi non ſunt: quia virtutem ſcripturæ, videlicet charitatem non habent. Qui dum loquentes facundos viros, & carnales audiunt, verba quæ ſciunt, admirantur. Sed diſcutere non poſſunt eorum occulta, quæ neſciunt. Bene igitur Saul in Galgala tranſire dicitur, quia qui fauorem de facunda locutione quærunt, id quod cupiunt, non apud eruditos religioſos: ſed apud ſimplices, & rudes, aut apud irreligioſos ſapientes inueniunt. Sed ſummi viri, cum reprobi bona docent, electis ſubditis magis timent: ne quos lingua ædificant, manu, id eſt, operatione peruertant. Quia ergo diu in mi- K
niſterio prædicationis lubrici doctores dimittendi non ſunt, aptè illatum eſt: Venit ergo Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocauſtum domino, initia prædarum, quæ attulerat de Amalech.) Venit quippe ad Saul, vt ſuperbum deponat: quem humilem ad regni culmen extulerat. Quem qualis erat, inuenit: non qualem ſe ſuperbiæ ſignis oſtenderat. Quid eſt ergo, quod holocauſtum domino Amalech primitias offert, niſi quia nonnulli & prauè viuunt, & placere ſe deo per aliorum profectum arbitrantur? Et quia non parum placere credunt deo, quod offerunt non ſacrificium aut victimam, ſed holocauſtum offerre perhibetur. Initia verò prædarum dicuntur, vt in Samuele ſummi & electi antiſtitis vigilans ſtudium deſignetur, à quo malorum principia velociter comprimuntur. Quaſi dicat: Valde feſtinus occurrit, quo abſente nec initium holocauſtorum habere liberum potuit. Poſſunt initia prædarum intelligi electa quæque de prædis. Quæ aperto ore lubrici, ſed occulta cæcitate percuſsi offerunt, quando inde ſe placere deo credunt, quod in auditoribus ſuis ea perimunt, quæ in ſe viuere permittunt. Quaſi enim indiſcretè afferentem apertius reprehendens dicat: Illud viuum offerebat, quod melius offerret extinctum. Nam ſi iuxta verba domini prædam omnem in Amalech extingueret, holocauſtum omnino acceptabile omnipotenti deo obtuliſſet. Sic nimirum & doctor lubricus ſi cuncta blandimenta carnis, quæ loquendo reprobat, volendo reprobaret: L
holocauſtum combureret, quod reprobari non poſſet. Quid eſt ergo, quod dicitur: quia Offerebat prædarum initia, quæ attulerat de Amalech:) Niſi quia cæci cordis caligo damnatur, quod ſic de eo reputat, quod prodeſt aliis, vt videre negligat, quod obeſt ſibi? Quaſi dicat: De illo quaſi victor gaudebat, victor in aliis: quod in ſe viuum, & inuictum portabat. Et quia plærunque tam dementer inſaniunt, vt etiam ipſis electis, & ſummis prædicatoribus prætextum virtutis offerre conentur, ſequitur: Et dum veniſſet Samuel ad Saul, dixit Saul, Benedictus tu à domino, impleui verbum domini.) Verbum domini fuit, vt Amalech delere debuiſſet. Quid eſt autem, quod dicit, Impleui verbum domini:) niſi quia culpa *fornicationis, quò fœdior cernitur, eò à reprobis ſtudioſius occultatur. Quia ergo ij qui eidem fornicationis vitio ſubiecti ſunt, ſemper latere appetunt*, in eorum typo & Amalech Saul demoliri deſpexit, & ad Samuelem dixit: Impleui verbum domini.) Quaſi dicat: Et in aliis libidinem domui, & in meipſo eius blandimenta peremi. Et quia blanda adulatione ſummi viri flectere mentem nititur, præmiſit dicens: Benedictus tu à domino.) Quaſi dicat: Hoc quidem ego egi, ſed agere non meis viribus, ſed tuis meritis, & interceſsionibus potui. Sed perfecti viri audire laudes ſuas poſſunt, à rigore autem iuſtitiæ flecti nequeunt. Quare & ſubditur: Dixitque
Samuel: Et quæ eſt hæc vox gregum, quæ reſonat in auri- M
bus meis, & armentorum, quam ego audio?) Vox gregum, & armentorum Amalech, fama turpitudinum eſt. Quando de minoribus luxuriæ culpis quilibet diffamatur, vox gregum reſonare dicitur. Quando item de criminoſioribus, & obſcœnioribus accuſatur, vox armentorum. Quaſi ſub falſæ virtutis ſuæ ſimulatione reconditum denudet, dicens: Tu te proprio ore iuſtificas, ſed immunditiarum tuarum turbæ per omnium ora clamant. Sed iam qui excuſationes prætendere cœpit, quibus defenſionibus obiectæ infamiæ crimen euadat, videamus, ſequitur: De Amalech adduxerunt ea. Pepercit populus melioribus ouibus & armentis, vt immolarent domino deo tuo: reliqua occidimus.) Quid eſt, quod ait, de Amalech adduxerunt ea, & non dixit, adduximus? Sed quando reprobi arguuntur, culpas aliquando negando tegunt, aliquando in alios tranſferunt. Tegunt quidem negando, cum latere poſſunt: ſed dum quaſi in aperto deprehenſi tenentur, quod negare nequeunt, aliis adſcribunt. Horum ſiquidem mores Saul inſinuans, ait: De Amalech adduxerunt ea, pepercit populus melioribus ouibus, & armentis.) Quaſi dicat: Malum, quod auditur, ex *populi* fragilitate penſandum eſt, non ex virtute paſtoris. Peccata quidem ſubditorum in prælatorum comparatione deſpicienda ſunt.

Dicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Dicit ergo de Amalech adduxerunt ea. Quasi dicat, Hoc, quod de turpi vita resonat, verum est, sed tamen eadem turpitudo in paruulis viguit, non in magnis. Adhuc item eandē culpam leuigans ait, Pepercit populus melioribus ouibus & armentis, vt immolarentur domino deo tuo.) Quasi dicat: Verè peccauit populus, sed nō ad mortem: quia peccata operis, iam me exhortante, delere nititur humilitate cōfessionis. Greges quippe Amalech, & armenta domino immolantur, quando lubrici, & incontinentes ad confessionem veniunt, & quod nequiter egerunt, pœnitendo delere satagunt. Dicit ergo, pepercit populus, id est, peccato indulsit. Sed adduxerūt ea vt immolarentur:) Quia in quibus se cecidisse populus recolit, iam se confitendo, & pœnitendo, compungit. Meliores vero greges, & armenta (vt supra) electiora peccata luxuriæ designantur. Quasi dicat: Et si grauiter deliquit populus, arguendi non sumus: quia pro magnitudine criminis habet lamenta compunctionis. Quid est, quod ait, Vt immolarētur domino deo tuo.) Sed fallacium per hoc consuetudo ostēditur, qui dum summis viris latere appetunt, adulantur. Quid enim est, quòd deum suum singulariter adserit, nisi quia eum familiarem dei amicum ostēdit? Domino (inquit) deo tuo.) Non meo, sed tuo: quia ego peccator, tu singulariter sanctus es. Sed mirabili vsu fraudis fallaces sic se tegunt, vt proferant, & iustificent, vt accusent. Accusationis quoque modum sic temperant, vt accusando iusti appareant, ne excusando inno
B tescant. Dum enim suum deum dicit, illum quidem extollit, se minuit. Sed dum adducta ab Amalech adserit, quę domino immolentur: tacitè profert non vnde reprehendi debeat, sed laudari. Et adhuc addens, dicit: Reliqua vero occidimus.) Occiduntur quidē peccata, quę dimittuntur. Viua quidē peccata sunt, quæ aut in mente adhuc per concupiscentiam regnant, aut quæ per conuersionem contempta, sed per pœnitentiam adhuc non sunt deleta. Illa quidem viuūt adhuc ad voluptatem, ista viuunt ad pœnam: quia & si iam peccare deseruimus, nisi commissa plangamus, cōmissorum obligatione retinemur. Sed maiora minoribus, leuiora maioribus tribuit. Nam quid est, quod dicit: Reliqua occidimus:) Nisi quia sunt paruissima peccata maioribus, quæ sola confessione lauantur. Quæ doctores occidunt, quando humiliter confitentibus, apostolica auctoritate dimittunt. His enim verbis omnibus quia se fallaces tegere nituntur, non prodere, qua electorū prædicatorum auctoritate reprobentur adiungitur: Dixit enim Samuël ad Saul. Sine me, indicabo tibi, quę locutus sit dominus ad me nocte.) Quid est, quod ait. Sine me, & indicabo tibi:) nisi quia dum fallaces verbositati insistunt, examinantibus prælatis, loquendi locum non tribuūt. Quasi dicat. Si à verbositate non desinis, ea quæ audire debes, loqui me non permittis. Potest etiam hoc verbo adulatoris intētio derideri: qui dum blandimento laudis placere se credit, eos quos laudat, se quasi tenere eisdem laudibus arbitratur. Ta-
C le est ergo ac si laudatorem suum electus præsul honesta gratuitate derideat, dicēs: Qui me laudas, loqui tibi dura non possum. Sine ergo, id est, permitte me loqui, & ea quæ sum locuturus, intellige. Et quia (vt dixi) placere se laudando adulatores credunt, audire ab eis dura, quos laudant, nequaquam putant. Quasi ergo iam lęta, & prospera auditurus subsequitur Saul, dicens: Loquere.) Sed electi viri cum laudes suas audiunt, inter fomenta laudis à rigore iustitię nō mollescūt. Nam qui reproborum acta despiciūt, excipere verba nequaquam possunt. Quia ergo flecti laudibus nequeunt, laudatores improbos & subtili ratione discutiunt, & districtis sententiis insequuntur. Vnde sequitur: Et ait Samuël, nónne cùm paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israël factus es? Vnxitque te dominus in regem super Israël, misitque te dominus in viam, & ait: Vade, interfice peccatores Amalech, & pugnabis contra eos vsque ad internitionem eorum. Quare ergo non audisti vocem domini, sed versus ad prædam es, & fecisti malum in oculis domini?) His quippe verbis superbi regis inobedientia subtiliter examinatur: quia ei prius dona collata obiicit, deinde audaciam transgressionis per eiusdem culpæ exquisitionem ferit. Subtilis nanque examinatio est, quando sic versutus quisque peccator discutitur, vt ei culpæ excusatio nulla relinquatur, vt hunc ad mortem flagitij quasi vinctum dei sententia teneat, cui peccati confugiū nul D
lum restat. Vt ergo omnis via fugiēdi fallacibus superbis obstruatur, memorantur ei, & sublimitas dignitatis & modus ministerij, cum dicit: Nónne cùm paruulus esses in oculis tuis caput in tribubus Israël factus es, & ait tibi dominus, interfice peccatores Amalech?) Et vt circundatum iam & obsessum ratiocinationibus capiat, manum culpæ iniicit, dicēs: Quare ergo non audisti vocem domini, sed versus ad prędā es, & fecisti malum coram oculis domini? Quasi dicat: Ecce quid eras, quid factus es: quid debuisti facere, ecce quid fecisti: ecce quantum ab eo, quod debuisti exercere, recesseris. Dum ergo intulit, dicens: Quare fecisti malum in oculis domini? Quasi fallacem reum circundando comprehendit. Sed in hoc loco notandum est: quia dum rex superbus arguitur, electionis eius tempora memorantur: vt tumor cordis sentiatur, non adfuisse eligendo, sed ex culmine creuisse prelato. A domino quidem bonus electus est, sed dum creuit ex culmine, decreuit elatione. Dicit ergo: Cum esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israël factus es, modo versus ad prędam, fecisti malum in oculis domini.) Quasi dicat: Per veritatem humilitatis regnum promeruisti, sed nunc prætextu humilis, veritate tumidus regnum perdis. Quid enim sunt oculi cordis, nisi aspectus rationis? Nam qui integros visus rationis habet, perfecte illuminatus est. In oculis ergo suis est humilis, qui se perfecte respicit, & humilem perfecta visione cognoscit. His ergo verbis lapsi regis, non solum prætérita humilitas, sed etiam rationis acuitas commēdatur: quia vide- E
licet tantus erat ratione, vt se perfectè cognosceret: & tantus virtute, vt se subtiliter intuens, vere humilē videret. Quia igitur cum arguitur, eius præterita memorantur, quid aliud, quā his quæ habebat, carere describitur. Nam superbire nequeunt, nisi qui prius oculos cordis perdūt. De libidinosis verò valde clarius cōstat: quia in fornicationis barathro se núquā obruerent, si à luce intimæ gloriæ non ante caligarent. Qui quia alta pudicitiæ præcepta contemnunt, etiam tumoris arguuntur. Qui ergo deponere præpositum regem venerat, dicit: Cum esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israël factus es, nunc fecisti malum in oculis domini.) Quasi dicat. Superbus modo, & cæcus iustè deponeris, qui prius vidēs, & humilis regnū sortiri meruisti. Nam & superbi Pharisæi ab ipsa veritate cæci nominantur, quæ ad discipulos ait: Sinite eos, cæci sunt, & duces cæcorū. Quæ vtiq; cæcitas spe- *Matth. 15.*
cialiter libidinosis adscribitur: quia nulla sunt vitia, quæ spissiores tenebras menti ingerant, quā libido. At nunc plerosq; videas stetisse clericos, sacerdotes corruisse. Quibus certè per Samuëlis imperium dicitur: Cum esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israël factus es.) Quasi dicat: Cum in minori ordine illuminato corde pudicitiæ præcepta seruaueris, nūc amissis oculis in fornicationis barathro corruisti.
Ad prædā versus es:) Quia diuina præcepta violenta præ- F
sumptione rupisti. Quia enim prohibente, & quasi minis armato & obstante deo ad violandū sacrarium castitatis irrumpunt: quasi per rapinā prædæ, Amalech electa ad domini terram ducūt. Et quia quantum possunt, lubrici prędicatoribus abscōduntur, in conspectu domini malum Saul fecisse reprehenditur. Quasi enim minans, & terrēs prædicator in carnis voluptate lapso dicat crimen immunditiæ hominibus quidē absconditur, sed vidēti omnia non cælatur. Hæc quidem & his similia cū impœnitentes audiunt, terreri nequaquā possunt. Vnde & si iam ratiocinatione capti sunt, velut angues per lubricum dilabi à tenentis se manibus satagunt. Caudam proferunt, caput abscondūt: quia videntur iam extrema operum, sed earundē tegitur qualitas actionū. Vnde & sequitur: Et ait Saul ad Samuëlem, imò audiui vocem domini, & ambulaui per viā qua misit me dominus: & adduxi Agag regem Amalech, & Amalech interfeci.) Quasi enim occulta tegens, aliorū discooperta proferens, se lubricus doctor de profectu prædicatiōis cōmēdat, dicēs: De subditorū culpa reprehendi nō debeo, sed laudari, quā in delinquentibus prædicādo delecti. Amalech peusi: qa fornicatiōis spirit' in auditorū meorū cordib' līguæ meæ gladio corruit. Rex & si viuit, adduct' est: qa & si sensus carnis quādiu sumus in carne, oīno pdi nō pōt, capt' est, vt capi potuit: quia prævalere ratiōi nō potest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Ipſos ſubditos correptos, & peccata confitentes oſtendere geſtiens, ſubiunxit, dicens: Tulit autem populus de præda, oues & boues, primitias eorum, quæ cæſa ſunt vt immolaret domino deo ſuo in Galgalis.) Quãdo armatorum violentia alicuius aliquid propriũ tollitur, præda nominatur. Vitia autem carnis, & animæ: quia diabolo ſuggerente propagantur, eius velut propriũ ſunt. Quiſquis ergo in ſe nuper remiſſus, nunc autem violentus vitia deſtruit, prædam facit: quia quæ aliena ſunt, potenter rapit. Et notandum: quia cædere & præda dicitur, vt alia mortua relicta, alia viua delata eſſe doceãtur. Cæduntur quidẽ oblectamenta libidinis: quando virtute ſupernæ intentionis depellũtur à corde, & contritione ſpiritus reciduntur à corpore. Sed viua ad immolandum deducuntur: quia & ſi cõuerſione peccatoris, carnis aut mentis delectamentum deſeritur, pœna præteritæ delectationis penitus non deletur. Cædantur ergo vitia primitiæ viuæ ad immolandum nullatenus ſeruẽtur: vt qui vim peccati in cõtemptum oblectationum potẽter perimit, viuere ſibi ad immolandum timeat pœnã delectationis. Primitiæ ergo cæſorum quid ſunt, niſi delectationes peccaminum? Has quidẽ offerre dicitur, qui coram deo ſacerdotibus cõfitetur. Et oblata immolantur: quando eorum pœna pœnitẽdo deſtruitur. Quaſi enim in primitiis cæſa offeruntur, & per poſteriora viuunt:
H quando aliquis peccata confitetur, & immolare, hoc eſt, coram deo mactare pœnitendo non nititur. Dũ ergo cæſorum primitiæ reſeruari ad immolandum dicuntur, quorundã error confunditur: qui peccata deſerunt, nec tamen plangunt. Quia ergo non ſolum cõfitenda ſunt peccata, ſed etiam pœnitentiæ auſteritate delenda, dum boni doctoris Saul typum ſimulat, ſubiectos ſuos cæſorum primitias immolandas tuliſſe aſſeuerat. Quia etiam ratione ſcripturarũ modus pœnitentiæ decernendus eſt, in Galgalis primitiæ immolandę deducuntur. Boues autem non ſolum, ſed & oues ad immolandum ſeruantur: vt qui circa ſalutem ſuã ſolliciti ſunt, ſic delere pœnitendo magna ſtudeant, vt minora plãgere nõ omittant. De ſuperbis autẽ manifeſtum eſt: quia cum ſemper magni videri appetant, notari peccatores erubeſcunt. Deprehẽſi etiam reſiſtunt, & in his etiam iuſti apparere cupiunt, quæ agunt. Quid eſt ergo, quod ait Imo audiui vocem domini.) Samuel autem dicit: Sine me, & indicabo tibi quid locutus ſit mihi dominus nocte. Et poſt pauca. Quare verſus ad prædam es & feciſti malũ corã oculis domini? Patet ergo quàm mirabiliter tumeat, qui tunc ſe iuſtificare appetit: quãdo dominum ſe reprehendere de peccato recognoſcit. Si vero idcirco ſic reſpondiſſe creditur, quia verba prophetæ, non domini eſſe credidit, ſed prophetæ: videmus adhuc imitatores Saul, qui dum in propria eruditione confidunt, maiorũ iuſſa, quæ audiunt, & per tumorem deſpiciunt, & meliorare permutando credunt. Quid eſt ergo, quod dicit: Imo audiui vocem domini, & adduxi Agag regem Amalech?) Sed tale eſt, ac ſi dicat: Et quod præceptũ fuit implere ſtudui, & quod
I minus erat ſuppleui. Agendum fuit, vt Amalech percuteretur: ſed quia deo auxiliante vincitur, ſupplẽdum erat, vt quæ in eius immolarentur ſacrificio ſeruarentur. Quod apertè in ſuperbis apparet: quia cum apertam culpam cælare non poſſunt, permutare aut minuere conantur. Quaſi dicat: Et ſi iudicas apertas culpas operis, attendenda eſt occulta ſimplicitas intentionis. Culpa quidem eſſet de Amalech aliquid aſſerre, niſi allata deo deberent immolari. Hoc quidem ſæpe in monaſteriis accidit, cum quiſq; nimis religioſus ſubditus ſpiritualium prælatorum imperiis adiicere præſumat: cum regularem communem vitam deſpicit, & propriæ ſequitur arbitrium voluntatis. Dum enim meliorare vitam eligendo, quam obediẽdo nititur, quid aliud quã apertam inobedientiam intentione virtutis colorare monſtratur? Quem profecto locum non ſolum ſubditi ſed etiam prælati intueri ſubtiliter debent. Subiecti quidem notare ſubtiliter debent: quia ex eo Saul deo diſplicuit, quod deo immolare præter prophetæ præceptum tentauit. Subtiliter notẽt prælati: quia demoliendi Amalech propheta regi præceptum dedit. Sic enim debet doctor laudare communia, vt ſingulorum propria nõ contemnat. Illa quidem communis vita laudatur, quæ charitate coniungitur, vitiis mediantibus non fuſcatur. Apoſtoli quidem ſententia eſt: quia vnuſquiſque proprium donum K
habet à deo, vnus quidẽ ſic, alius vero ſic. Quorum ergo ci- 1. Cor.
bi, & menſa communes ſunt, debent attendere non ſolũ cõmune bonum refectionis, ſed proprietatẽ paſſionis: vt pariter comedant, ſed contra fornicationis ſtimulos certare per abſtinentiã pariter nõ contemnant. Eius vero caro amplius domanda eſt, cui carnis ſtimulus magis infeſtus eſt. Iam ergo non excitare communis eſt vita, vbi communitas refectionis attẽditur: ſed contra ſingularem pugnam pugnare ſingulariter perhibetur. Nec doctor bene præcipit, ſi nõ præcipit, vnde Amalech percutitur, ſed vnde viuit. Præcipiat ergo doctor, ſed vt fornicationis ſpiritus ſuperetur. Nõ obedire, ſubiecti refugiant, ſed vbi ſuperbię crimen incurritur: non vnde barathrum mortis deuitatur. Inobediẽtes autem dum tumẽti corde maiorum iuſſa non faciunt, cum meliorare, quod eis iniungitur conantur ſua opera deo offerre dum cupiunt, ſemetipſos tollunt. Nam per alias virtutes noſtra ei impendimus, per obedientiam noſmetipſos exhibemus. Samuel ergo ſubiungẽs, ait: Nunquid vult deus holocauſta & victimas nõ potius vt obediatur voci domini?) Quid enim ſunt bona electorum hominum opera, niſi victimæ & holocauſta? Cum L
ergo holocauſta, & victimas per legem offerri dominus præcepiſſet, quid eſt, quod dominus holocauſta, & victimas nolle dicitur, velle autẽ vt ei obediatur, pollicetur: niſi quia quæ præter obedientiam fiunt, holocauſta, & victimæ non ſunt? Quaſi dicat: Tunc bona ſunt bona opera, quãdo à præpoſitorum conſcientia non diſcordant. Si vero hoc ideo dicitur, vt virtus obedientię cõmendetur. Liquet quam ſublime bonum ſit, quod victimis, & ſacrificiis excellit. Quid eſt ergo, quod, quia dicitur: Vult vt obediatur voci domini:) Niſi quia omnia bona opera poſtponẽda ſunt his bonis, quæ iubẽtur. Nã cũ bene prælati iubent, bona quæ ex arbitrio ſubiecti eligunt, prælatorũ imperiis poſtponuntur. Ipſa vero opera illis poſtpoſita, holocauſta & victimæ nominãtur, vt nõ ſolum ſentiantur nõ eſſe cõferenda maiorum imperiis, minorum parua, ſed maxima. Holocauſta quidẽ eorum ſunt, qui ſe omnino ſubtrahere volunt à publico operis, vt deo ſe totos *per amorem combuſtos offerant in ſecreto cõtemplationis.* Victimę ſunt eorum, qui ſe à communi publico nequaquam ſeparant, ſed ſingulari virtute agunt, vt virtutes aliorum diſtrictius viuendo tranſcendãt. Hęc quidem, & huiuſmodi cũ bonorum rectorũ permiſsione aguntur, victimę, & holocauſta ſunt quæ deus probat, cum vero ſic fiũt, vt per ea maiorũ præcepta negligantur, audiant, qui offerunt, quid à domino miſſus ad inobedientem regẽ propheta loquitur. Nũquid vult deus holocauſta, & victimas, & nõ potius, vt obediatur voci domini?) Quaſi iuſſa patrum velut minora deſpiciẽtes, & ſua quaſi maiora exhibentes terreat, dicens: Hoc quia ma- M
gnum agere putatis, paruum & abiectum deſpicitis, ſed ſi apertè cernitis, per hoc domino nõ placetis. Bene autem dum ſuperborũ opus diſcutitur, propheta acute exquirit, dicens:

Nunquid vult deus holocauſta & victimas, & non potius vt obediatur voci domini?) Exquirit ſiquidẽ vt ſuperbiæ tumor paſtorali auctoritate feriatur. Dicit: Nunquid vult deus holocauſta & victimas.) Quia qui ſequi propriam voluntatem eligunt, deo placere ſe putant, ſed deus eorum opera cum magna & ingentia ſunt, nequaquam probat. Sed iam quibus laudibus obedientia prædicanda ſit, ſubiunxit atque ait: Melior eſt enim obedientia quam victimæ, & auſcultare magis quam offerre adipem arietum.) Quia enim ſuperius ait: Nunquid vult deus holocauſta & victimas? Nũquid vtrunque obedientiæ laudibus ſubiiciens, dum victimas & arietũ adipem poſuit, in adipe holocauſtum intellexit. Quicquid melius eſt, bono vtique melius eſt. Illa autẽ holocauſta & victimæ, quas non vult deus, bona minimè ſunt. Quid eſt ergo quod in obediẽtię laudes dicitur: Melior *eſt* obediẽtia quàm victimæ, & auſcultare quã offerre *adipẽ* arietum,) niſi quia tunc obedientia melior eſt, cum holocauſtum & victima mala non eſt. Quaſi ergo ſuperbientes, inobediẽteſque ad tanti boni conſiderationem reducat, dicens: Et ſi nil à vobis per præſumptionem fieret, obedientiæ virtus operibus, quæ eligitis melior eſſet. Liquet ergo, quo ſita ſit culmine, quam diuinis oblationibus propheta vidit altiorem, Quod ſi

(vt ſupra)

Universidad de Deusto
Biblioteca

A (vt supra) spiritualem sensum sequimur, victimæ ad magnæ cõuersationis austeritatem, holocausta ad compunctionem vitæ secretioris referẽda sunt. Melior est enim obedientia quàm victimæ, & auscultare magis quàm offerre arietum adipem.) Quia longè altioris meriti est propriam voluntatẽ alienæ semper voluntati subiicere, quàm magnis ieiuniis corpus atterere: aut per cõpunctionẽ se in secretiori sacrificio mactare. Quid est enim adeps arietum, nisi pinguis & interna deuotio electoris? Adipem ergo arietum offert, qui in studio secretæ conuersationis deuotæ orationis affectum habet. Melior est tamẽ obedientia quàm victimæ, & quàm offerre adipem arietum.) Quia qui perfectè voluntatem præceptoris sui implere didicit, in cœlesti regno, & abstinentibus, & flẽtibus excellit. Hoc certè quia contra superbientem, atque apertè domini mandata contemnentem dicit, non confert bonum, quod fecit, bono quod cõtempsit sed boni simulationem destruit, melioris boni ostensa veritate. Quasi dicat: Et si pro excellentiori virtutum gloria excellens bonum quærebas, bonum obedientiæ quod excellentibus etiam excellit, eligere potius debuisti. Sic profectò loquens simulationem boni argumentãdo destruit, sed subiungendo, patens inobedientiæ malum apertè confundit, dicens: Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatrię nolle acquiescere.) Quidnam est, quod ariolis, & idololatris repugnantes, & acquiescere nolentes
B à propheta simulantur, nisi quia arioli diuina cognoscere atque absconsa diuinare nitebantur: idololatræ autem figmẽtis se venerãdo subdidere? Qui autem repugnant prælatorum imperiis, ideo vtique repugnant: quia diuinam voluntatem se scire melius æstimant. Quasi ergo peccatum ariolandi est repugnare: quia velut contempto diuino altari ad aras dæmonũ respõsa percipiunt dum cordis sui præstigiosis, ac superbis adinuentionibus credunt: & salubribus prælatorum consilius, cõtraria sentiendo refragantur. Nolle autem acquiescere idololatriæ sceleri simile dicitur quia nimirũ in inobedientiæ suæ obstinatione nemo persisteret, si propositi sui figmentum in corde quasi idolum non gestaret. Dum enim agẽda, in corde cõcipit quasi idolum facit. Et dum conceptum mentis propositum se acturum deliberat, quasi ad adorandum simulachrum se inclinat. Quasi ergo scelus idololatriæ, est nolle acquiescere, quia quisquis in propria deliberatione obstinatus est, idcirco foris in maiorum contemptum erigitur, quia intus eis quæ fingendo statuit propositi sui simulacris incuruatur. Sed quærendum valde est, cur repugnare ariolãdi peccato, & nolle acquiescere sceleri idololatriæ comparatur? Scelus quippe non nisi magnum peccatum dicitur, peccatum verò etiam quod leue est nominatur, sed si ab ara dicebantur arioli eo quòd respõsa percipere consulendo consueuerant, idololatrię peccatum in eius cõparatione scelus erat: quia demẽtius erat lapides adorare, quàm sub specie diuinorũ, falsa bene viuendi respõsa
C percipere. Cur ergo repugnare peccatum per similitudinẽ esse dicitur, acquiescere autem nolle scelus? Sed repugnare, est ab imperantis voluntate disidere. Plærique autem ad horam repugnare videntur, dum statim propositorum imperia non recipiunt, qui tamen eisdem imperiis post modicum acquiescũt. Nolle autem acquiescere, quid est nisi & iunctæ obedientiæ repugnare, & in eiusdem repugnationis obstinatione persistere. Non enim acquiescunt, qui in cordis sui proposito inuincibiles sunt, & quæ decernunt agere nullius auctoritate prętermittunt. Merito igitur in cõparatione repugnandi scelus nolle acquiescere dicitur, quod maius valde, atq; horribilius peccatori esse videatur. Quia ergo qui huiusmodi sunt rationib' nõ vincũtur, qua pœna cohibeãtur propheta intulit dicens: Pro eo quòd abiecisti sermonem domini, abiecit te dominus ne sis rex.) Quid est enim quod Saul abiicitur, nisi quia incorrigibilis iudicatur. Quasi ergo dicat: Quia cuncta salutis consilia respuis, pro culpa peruicacię non debes verbis vlterius corrigi, sed abiectionis pœna damnari. Quantum itaque timeri debeat inobedientiæ culpa ostenditur si hoc attentè consideretur: quia propter hanc etiam reges deponuntur. Quid est quod ait: Quia proiecisti sermonem domini proiecit te dominus? Sed sermo proiicitur, quãdo in sui sublimitate venerabiliter non seruatur: proiicere enim est de manu aliquando labi in terram, aut negligenter finere aut violẽter iactare. Sermo autem domini, quia salubria loquitur cœlestis aut sublimis est. Qui in terram negligenter proiicitur, quando per desidiam non impletur. Per contemptum vero proiicitur, quando hunc superbi, & inobedientes tumenti corde repellunt & manu operationis obseruare dedignantur. Quia verò nõ proiicere sed abiicere sermonem reprehenditur, hoc signat, quia dum superbi proprium arbitrium sequuntur, à domino longè fiunt. Abiicere enim est, aliquid lõge repellere. Qui enim aliorum ducatum dignè suscipiunt, non solum per obedientiam deo vicini sunt, sed etiam illos ei vicinos faciunt, qui per vitia, & scelera ab eo longe sunt: tale est igitur, ac si dicat: Longe ab ordine dignitatis expelleris, quia dignitatis eiusdẽ merito prę- D
sens esse noluisti. Meritũ quippe dignitatis est, obseruatio diuini verbi. Quod cum abiicitur, quia meritũ dignitatis amittitur, ipsa quoque dignitas amouetur. Libet ergo intueri, quãta per inobedientiam superbis pereant humiles, quanta lucrẽtur. Illi dum implere propriæ voluntatis arbitrium gaudent, deo magnos operum labores exhibent, & laborũ præmia nulla habent: Isti dum se deserunt, dum alienę voluntatis arbitriũ sequuntur, æternæ sublimitatis gloriam promerentur, vnde & per beatissimam Mariam domini redemptoris nostri genitricẽ, dicitur: Deposuit potẽtes de sede, & exaltauit humiles. Potentes quidem de sede dominus deponit, cum inobediẽtes superbos abiicit, & humiles exaltat, quia æterna gloria obedientes glorificat, superbos autem verba non corrigunt, sed tãtum dum amittere honores trepidant, humilitatem quam non habent simulant, ne gloriæ culmen perdant, vnde & subditur. Dixitq́ue Saul ad Samuelẽ: Peccaui quia pręuaricatus sum sermones domini, & verba tua. Quid est quòd Saul à propheta vocem domini non audisse, & malum in oculis eius fecisse reprehenditur & se peccasse minimè fatetur: sed cum se abiici de regno cõspicit, se peccasse & præuaricasse domini sermonem, & eius verba fatetur, nisi quia superbi ad contemnenda verba humilium audaces sunt, sed electorũ more honores, quos ambiunt, contemnere non possunt? Audaces quidem sunt, vt maiorum contemnant imperia, sed parati non sunt vt alta relinquant. Econtra autem humiles ad maiorum imperia prompti sunt, & ad alta perdenda securi. Quia enim nõ terrena, sed cœlestia appetunt, terrenæ sublimitatis alta despiciunt, laborare pro cœlestibus conantur, Subdi libenter volunt, præferri refugiunt. Saul ergo obedire deo refugiens, perdere regnum timens, quid aliud nobis, quàm superborũ mores insinuant qui cum prævalent, videri parui: aut peccatores vitant: cum cogũtur humilitatis virtutem simulant. Sed cum compulsi confitentur peccatum quod accusant loquendo minuunt. Quia & qui se peccasse sermonem domini prævaricando perhibuit, E
eandem prævaricationem dispensatione potius quam voluntate se incurrisse memorauit, dicens: Timens populum, & obediens voci eorum. Quasi dicat peccatum quod feciſſe reprehendor tanto leuiori pœna feriri debet, quanto commissum non cõstat per malitiam sed per infirmitatem. Studio autem & voluntate peccare, magna prævaricatio est: infirmitate verò peccare, tanto tolerabilius est, quanto is qui peccato subiacẽt, eiusdem peccati viribus impar est. Et quia eadem cordis sui versutia se prævalere simpliciũ doctorum humilitati æstimant, quasi iam suasim subiunxit, dicens: Sed nunc porta quæso peccatum meum, & reuertere mecũ, vt adorem dominum.) Corrigibilia equidẽ peccata portantur, quia postquàm à delinquentis voluntate discedunt, purgari satisfactione salubriter possunt. Nõ autem portantur peccata eorum in quorum mentibus per impœnitudinem inuiscerata sunt. Vnde & Ioannes ait: Est peccatum ad mortem, ne pro illo oret quis. Peccatum quippe ad mortem est, quòd ab eo committitur qui respicere nunquam potest. Quod nimirum peccatum à præpositis non portatur, quia sacerdotum orationibus aut oblationibus nõ deletur. Saul autem per omnia superbos obstinatosq́ue designans, & tumere nõ cessat, & peccatum suum portari obsecrat, importabile onus cõgerit, & quasi leue portari petit. Hoc quidem toties in ecclesia agitur, quoties hi, qui magna scelera libenter committunt, eorum magnitudinẽ non attendunt. Importabilia congregant, & hæc leuia, atque nul-

Luc. 1.

1. Ioan. 5.

1. Ioan. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G lius esse ponderis pensant. Peccata sua suis prępositis abscondunt, & vt vix inueniri possint & argui, quantum possunt eadem peccata leuigant, ne quis eis præsunt, eorũ grãditudinem attendant. Ad peccatum etiã fortes sunt, ad flenda peccata debiles: volunt quid empeccati delectationibus resolui, sed pœnitentiæ nolunt acerbitate purgari. Quid est ergo quod dicit:

Porta peccatũ meum:) Nisi quia & peccatorum dulcedinẽ in seipsis excipiunt, sed onerare prælatos onere eorũdem peccatorum volunt. Quidã etiã spõte ad cõfitendum veniunt, sed pro quibus se accusant, non ipsi lugent sed pœnitere alios obsecrãt: fide sola saluari æstimãt, per pœnitentiã reuertere abiecti non curant. Vnde & Saul subdit, dicens: Et reuertere mecum vt adorem dominum. Quasi enim recedens est prædicator, cum impudentes abiicit, dicit ergo: Reuertere mecum vt adorem dominum,) Cum eo tantum à cõmunione electorum non diuidi putat, quod fidẽ communem seruat, vel certè dominum adorare est, subdi religioni fidei, & custodiæ bonæ operationis. Quia verò fictos hypocritas Saul insinuat. Sequitur: Ait Samuel ad Saul: Nõ reuertar tecum, quia proiecisti sermonẽ domini, & proiecit te dominus, ne sis rex.) Quid est ergo quòd propheta portare peccatũ pœnitentis regis renuit, nisi quia hunc non vere pœnitentem vidit? Cui ea quæ prius abiectionis verba respondit, quia eum immutãdũ minimè co-
H gnouit. Qua nimirum prophetæ cõstantia quidã nimis clemẽtes huius temporis sacerdotes arguuntur, qui cõuersatione infirmi sunt, temeritate fortes. Sese vix sustinent & portanda suscipere aliorum onera audent: leuia sua non ferunt & importabilibus se subiiciunt. Ecce fortis propheta refugit suscipere onus regalis peccati: vt sacerdos ecclesiæ timeat, & peccatorũ importabilium pondera subire pertimescat. Plerunque autem sic aliena peccata susciplat, vt tamen ea, quę expianda suscipit, flere eum à quo sint cõmissa, permittat. Vnde & Samuel portare peccatum regis minimè promisit, & tamen eum quem retulit, abiectum planxit. Nam de eo post pauca scriptum est. Lugebat Samuel Saul, quoniam dominum pœnitebat, quod constituisset eum regem super Israël. Non quidem promisit ei portare peccatum regis, vt rex illud flere studeret. Sed tamen quem repulerat flebat: vt dominum ei propicium faceret. Ad literam vero dum sententiam propheta ingeminat, irreuocabilẽ diuinæ æquitatis sentẽtiam mõstrat, qua sic peccator proiicitur, vt redire ad diuinæ misericordiæ manum nunquã permittatur. Potest & aliter intelligi quòd reuerti secum prophetam, vt adoret dominum, rogat. Nã sancti viri qui dominum peccando non deserunt, ad eum necesse non habent vt pœnitendo reuertãtur. Reuerti enim abeuntis est. Quod nimirum peccatoribus per peccatum à domino recedentibus conuenit,
I iustis permanentibus non cõuenit. Quid est ergo quòd reuerti cum peccãte Saule iustus Samuel petitur, nisi quia electi prędicatores pro lapsis subditis velut pœnitentes affliguntur, & quasi recedentes veniunt, dum lapsos subditos paterna afflictione comitantur. Cum eis ergo reuertuntur, cum peccata subditorum & ipsi subditi, qui peccauerunt, & prælati qui steterunt, pariter plangunt. Tale est igitur, ac si dicat: iam te paternis visceribus adhærere per increpationem prædicationis mihi agnoui, quem nec lõgius peccare reliquisti. Quia ergo te obiurgãte resipui mecum redire te rogo: quia propriis viribus ad tantæ prauitatis magnitudinem delendam nequaquam sufficio. Sed tanti affectus preces recipiẽdæ essent, si ex cordis veritate procederent, aptè ergo hypocritæ responsum est: Nõ reuertar tecũ.) Quasi dicat: per te sacrificare deo nescio quem veritate humilitatis deo subditum non attendo: & quæ priora ingeminans, ait: Quia proiecisti sermonem domini, proiecit te dominus ne sis rex: & quia versuti & abiiciendi, & deserendi sunt, Sequitur: Et cõuersus est Samuel, vt abiret.) In qua profecto maiorum decessione magis hypocritæ amissionẽ tẽporalis honoris timent, quã æternæ hęreditatis. Vnde & quiescere etiam derelicti non possunt, sed ea quæ agere per se non audent, impetrare aliis interuenientibus studẽt, bene ergo subiungitur: Ille autẽ apprehendit summitatem pallij eius quæ scissa est.) Quæ sunt vestimẽta doctoris, nisi docere sibi adhærentium subditorum qualitates. De quibus profecto vestibus
Isa.42. magno pastori per prophetam repromittitur. Viuit dominus, quia his omnibus velut vestimentto vestieris. & per Psalmistã K
canitur. Dominus regnauit, decorẽ induit, induit dominus for *Psal.*
titudinẽ. Induit quippe decorẽ qui ad seipsum splẽdidas fidelium mẽtes, quasi vestimẽta cõiunxit. Saul ergo Samuelis pallium apprehẽdit, cum superbus quisq; & abiectus honorẽ culminis sibi deseri à summis viris per cohærentes sibi dilectos & familiares quærit: & quia pro reprobo perfectorum auditorũ nullus obsecrat, nõ palliũ sed pallij summitatẽ, id est, extremitatẽ apprehẽdisse perhibetur, sed ea extremitas scinditur, quia qui inutilia suggerit, reprobatur. Cum enim minor indiscreta rogãs repellitur, velut vestimenti summitas scindi perhibetur. Velut enim pars pallij summi prophetæ scissa est, quãdo male suggerenti Petro respondit, dicens: Vade retro me satana, non *Matt.*
enim sapis ea quæ dei sunt, sed quæ hominum. Hinc itẽ præci- *Marc.*
pit dicens: Si manus tua vel pes tuus scãdalizat te, abscinde eũ, & proiice abs te: item si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te. Quibus nimirum verbis nõ solũ summitas pallij, sed etiã media abscindẽda designatur, quia cum male suggerunt, perfecti etiam auditores cõtemnendi sunt. Hinc nan- *Mat.20.*
que est, quòd Zebedæi filij, simul cum matre vnus ad dexterã, alter verò ad siniſtrã redẽptoris sedere petunt, sed quasi bonæ petitiõis ignari, repellũtur. Velut enim partẽ chlamydis domi L
nus scidit, cum ea membra, quæ mouebant scãdalum, increpãdo cõfutauit. Et notãdum, quia nõ totũ pallium, sed pars pallij scinditur, quia dum bonus mala suggerit, in eo quod male suggerit, repelli debet, & in eo, quòd aliter bonus est, ex dilectione retineri. Per vestimẽtũ etiã rectoris cõuersatio designatur, Psalmista attestãte, qui ait: Sacerdotes tui induantur iustitiam. Sũmitas ergo pallij apprehẽditur, quãdo doctor de magna sanctitate laudatur, cum illud in eius laudẽ dicitur, quod decorum foris ostẽdit. Sed quia iustorũ plura sunt bona, quæ latẽt, pallij tantum summitas apprehendi potest, quia parum est, quod de electi doctoris iusticia cernitur, multũ vero quod occultatur. Ipsum vero parum, quod scitur cum apprehẽditur, scinditur, quia iusti suis laudibus nõ tenentur. Quia enim eas in momẽto cõtemnũt quasi scissura pallij teneri nequeũt. Tenetur quidem pars scissa vestimenti, propheta non tenetur, quia verum est quod de iusti laude dicitur, & tamen iusti dum cõtemnunt quod audiũt, quasi scissurã *in tenẽtis manibus relinquunt.* Maiorũ ergo *quia* quædã sciri possunt, quasi pars apprehenditur. Cùm vero totum scitur à paruulis quòd agetur si laudatur, ni-
hilominus abiiciendum est: quia aliquid bonorum operũ per *Mat.14.*
vanitatẽ tenendum nõ est. Hinc nanque est quod dum Ioãnes
adhuc adolescens cõprehensum iam dominũ sequitur, per pal- M
liũ tenetur, & relicto pallio nudus fugisse describitur. Per vestimentum nãque adolescens capitur, quãdo de bonæ cõuersationis initio collaudatur: sed relicta sindone nudus profugit, qui laudes quas audit vilipendit. Nudum nanq; fugere, est laudabilem vitã habere, sed electæ vitæ laudẽ despicere. Quasi enim nudus fugit, qui de ornatu virtutum sibi per vanã gloriam nihil adscribit. Potest etiã idcirco nudus fugisse intelligi, quia qui per partes sindonis captus asseritur, reliquisse sindonem perhibetur: quia plerunque in electorum cõscientia agitur, vt per hoc, quod ex parte laudantur: nõ pars meritorum, sed omne bonæ vitæ meritum perdidisse suspicentur. Samuelis ergo pallium scinditur, quia laudes suas electi doctores vilipẽdunt. Et quia laudibus non flectuntur seueritatem prioris sententię replicat dicens: Scindit dominus regnum Israël de manu tua hodie. Perfecti etenim viri quia à rigore iustitiæ nulla laude mollescunt: tales ante quales post laudis suæ testimonium sunt, & quæ prius dixerant eadem post repetendo confirmãt. Sed quærendum est, quid significet hoc quod dicitur hodie.) Si enim reproborũ vita nox est, quid est quòd in die Saul regnum scinditur, sed si nox est vita pastoris reprobi cũ eius regnum scinditur, diẽ facit. Dies quippe nõ fit, nisi cum nox recedit. dicit ergo: Hodie.) Quia caligo inobedientis damnari *Ioan.13.*
perhibetur, vnde & exeunte Iuda dominus dicit. Nunc clarificatus est filius hominis, quia noctem vitę illius vidit discedere, & purã lucem iustitiæ in aliis discipulis permanere, dicitur etiã: Hodie. Quia amoto superbo regi humili regnũ tradebatur. Vnde & subditur: Et tradidit illud proximo tuo, meliori te.) Cum ergo dies dicitur, nõ abiecti regis lucidum aliquid cernitur,

A cernitur, sed substituti gloria prædicatur, qui de regni culmine magnę virtutis debebat splendore radiare. Et diuinæ sententiæ incōmutabilitatem asserens subdit, dicens: Porrò triumphator in Israël non parcet & pœnitudine non flectetur.) Quis enim huius triumphatoris nomine, nisi conditor humani generis intelligendus est? Nam occultos aduersarios quicūque superat eius virtute vincit qui ei gratiam superandæ tentationis impendit. Quid est quod triumphator nō parcere dicitur, cum Samuel rogatur, quia cum prædicatores peccantibus subditis irascuntur, cum superbos, aut lubricos diuina sententia feriunt: non impetu furoris sui, sed diuinæ voluntatis iudicium exequuntur? Quasi certè dicat: Ego quidem non meā, sed illius sentētiam protuli, qui quod decernendo profert, reuocari non potest. Non ergo parcit, & pœnitudine non flectitur: sed eis qui nec à peccatis suis desinere, nec peccatorū possunt, quæ diligunt, pœnitere. Et causam subiiciens ait: Neque enim homo est vt agat pœnitentiam.) Quasi dicat: Et iterum esse ei est, cui mutabilitas nulla est. Potest etiam triūphatoris nomine substituti regis perfectio designari: qui & multorum triumphorum gloriam habiturus erat, & cōtra voluntatem conditoris parcere alicui non auderet. Vnde & in hoc
Infra.27. ipso eodem libro, de eo scriptum est: Et percutiebat Dauid omnem terram, nec relinquebat viuentem virum, & mulierem. De eo etiam dicitur: Neque enim homo est, vt agat pœ-
B nitentiam. Quid enim hoc loco homo, nisi carnalibus passionibus subditus designatur? Quasi adhuc superbum mordeat, dicens: Te modo peccatōrum pœnitet, cum audaciæ tuæ sententiam percipis, sed ille pœnitentiam non aget, qui vt homo, & inobedientiæ, & tumori non subiacet. Et ille adhuc in ore suo confitetur, dicens: Peccaui.) Ipsius autem confessionis qualitatem ostendit, quia subiunxit, dicens: Sed nunc honora me coram senioribus populi mei, & coram Israël.) Liquet, quam pœnitudinem gerat qui adhuc honorari desiderat. Nam si sui peccati hunc veraciter pœniteret, inhonorari potius, quàm honorari concupiuisset. Admirari igitur libet proiecti cordis duritiam. Vt vir dei mandatum conditoris exequens, dicit: Proiecit te dominus ne sis rex.) Econtra verò, qui abiectionis sentētiam suscipit, per appetitum elationis honores quærit. Quid est ergo, quod dicit: Peccaui.) Cōfessionem quidem peccati non honor, aut gloria, sed vtilitas, & contemptus sequi debet. Quid enim prodest confiteri flagitia, si confessionis vocem non sequitur afflictio pœnitentiæ?
Pœnitentiæ partes tres. Tria quippe in vno quoque consideranda sunt veraciter pœnitente: videlicet, conuersio mentis, confessio oris, & vindicta peccati. Nā qui corde non conuertitur, quid prodest ei si peccata confiteatur? Peccatum, quod diligitur, confitendo minimè deletur. Nonnulli quidem sunt, qui peccata confitendo aperiunt, sed non conuertendo, nequaquā detestantur. Hi profecto confitendo nihil agunt, quia quod loquendo eiiciunt, a-
C mando introducunt. Vnde & salubriter confiteri volentibus,
Roma.10. scriptura insinuat, dicens: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Quid est corde credere ad iustitiam, nisi voluntatem dirigere ad fidem, per dilectionem operantem. Cum ergo quis cordis intētionem ad iustitiam perarmorem dirigit, per initium bonæ voluntatis fructū habet bonæ conuersionis. Hic certè iam ad salutem cōfitetur, quia plus loquendo de vulnere eiicit, quàm conuersione cōpunxit. Tertia ergo species, id est, vindicta quasi medicina necessaria est, vt apostema reatus, quod conuersione cōpungitur, confitēdo purgetur, afflictioniſque medicina sanetur. Ergo qui corde ad iustitiam non credit, confessionē ad salutem nequaquam facit: quia velut malæ arboris folia ostendit, cuius altas radices figit in corde. Signum ergo veræ confessionis non est in oris cōfessione, sed in afflictione pœnitētiæ. Tunc nanque bene cōuersum peccatorem cernimus: cum digna afflictionis austeritate delere nititur, quod loquendo cōfitetur. Vnde Ioannes Bapti-
Matt.3. sta male conuersos Iudæos ad se confluentes increpās, ait: Genimina viperarum quis ostendit vobis fugere à vētura ira? Facite ergo dignos fructus pœnitentiæ. In fructu ergo, nō in foliis aut ramis pœnitentia cognoscenda est. Quasi arbor quippe bona voluntas est. Cōfessionis ergo verba quid sunt aliud, nisi folia? Non ergo nobis folia propter seipsa, sed propter fructum expetēda sunt: quia ideirco omnis cōfessio peccatorum D recipitur, vt fructus pœnitētiæ subsequatur. Vnde & dominus *Mar.11.* arborem foliis decoram, fructu sterilem maledixit: quia cōfessionis ornatum non recipit, sine fructu afflictionis. Saul ergo qui confitetur, & honorari vult, non affligi, & humiliari, quid designat, nisi eos, qui cōfessionem sterilem habent, & fructum non habent: qui decorem confessionis verbis humilibus præferunt, sed verborum virorem non humilitate pœnitentiæ sequuntur. Sed quid antiquos attēdimus, cum nunc tantā lapsorum regum multitudinem videamus. Cæteruatim nanq; nunc in flagitia corruunt, non solum subiecti debiles, sed etiam prælati, & sacerdotes negligentes. Lubrica peccādo agunt, qui ordine ministerij sacramentis cœlestibus deputati sunt. Sed plærique illorum dum quodāmodo ad cor redeunt, se errasse confitentur. Qui tamen sic volunt contra se peccata proferre, vt velint adhuc de officio sacri ordinis honorari. Turpes in secreto se proserūt, sed foris præter ordinis celsitudinem videri humiles erubescunt. Quid ergo isti nisi abiectos se vident, & tamen velle honorari audent. Sępe autem non à seipsis veniunt, sed inuiti capiuntur, abiectionis suæ mandata percipiunt & tamen rogant, vt honorentur. Volunt quippe immunda agere, sed audēt sacris altarib' inhærere. Ecce quot Saules attēdimus, E quot reges lapsos à sanctæ ecclesiæ culmine contemplamur. Quorum profecto singulis dicendum est; quia proiecisti sermonē domini, proiecit te dominus ne sis rex, vt ministerium cœleste non agant, quos terrena flagitia inquinare nō cessent. Sed hoc profecto dicere possumus, lubricis tamē ministris suadere nō possumus. Nam Saul & abiectum se audiuit, & regnauit, quia immundi sacerdotes se sacerdotali culmine deiectos per luxuriæ inquinamenta cognoscunt: & tamen cōtra dei voluntatem sacra mysteria tractare non desinunt. Sed rex contra domini voluntatem regnans, nō est rex, sed tyrannus fuit, quia sacerdos indignus, qui merito suę inquinationis abiicitur, cum ministrare præsumit, ad tantæ gloriæ culmen damnandus a-
scendit. Vnde & tyrannos terrere volens, cœli ille magnus se- *1. Corin.11.*
nator: Qui manducat panem (inquit) & bibit sanguinem domini indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. Plęrunque autem instanti confessione agitur, vt confitentibus de cordis etiam conuersione credatur. Aliquando reproborum falsam humilitatem electi prædicatores accipiunt, vt exemplo eorum alij ad salutem perducantur. Duo quippe in hypocritis agnoscunt, vnum intus, alterū foris. Intus quidem purum malum, foris bonum simulatum. Vtrunque detestantur, sed sæpe prætextum boni in eis simulant, vt qui bonum foris cernunt, malum interius nesciunt, boni, quod aspiciunt, exempla sequantur. Bene ergo subiunctum est: Reuersus ergo Samuel secutus est Saul, & adorauit Saul dominum.) Per malum quippe, F quod interi⁹ latebat, audire meruit: Proiecit te dominus, ne sis rex. Sed vt prætextu boni ad eiusdem boni veritatem alios traheret, Samuel Saul sequi voluit, & eum adorare dominum vidit. Quandoque etiam mala regum, & terræ magnorum toleranda sunt: ne exasperati ad peiora dilabantur. Deos quippe gentium filij Israël sæpe coluerunt. Vnde & de con- *Supra.7.*
uersis à Samuele superius dictum est: Abstulerunt filij Israël de medio sui Baalim, & Astaroth. Et fortasse si abiectus rex secum ad adorandum dominum reuertentem prophetam non cerneret, dæmonum simulachra adoraret. Et proiicit ergo eum, & cum eo reuertitur, quia in potentibus huius seculi sic est damnanda iniquitas, vt bonum, quod habent, exasperati non perdant. Sępe enim mali sunt in occulto, & bonum quod cernitur, alij deuotius imitantur. Mala certè potentum seculi, magna eis mala sunt: sed bona, quæ proferunt ad exemplum fidelium magis quàm bona aliorum prosunt. Bene ergo Samuel cum abiecto rege reuertitur, quia electi prædicatores seculi potentes, & pro iniquitate percutiunt, & pro exemplo bona agere quædam sinunt. Vnde & sequitur: Dixitque Samuel: Adducite Agag regem Amalech. Et oblatus est ei Agag pinguissimus tremens.) Reges Dominum adorant, quando superbi, & contemptores sē ad domini mandata facienda humiliant. Adorant lubrici, quando Deo subiiciuntur per

G obedientiam caſtitatis. Aliquando autem adorare ſe ſimulant: quia nonnulli prætextum humilitatis, aut caſtitatis habent, ſed dum habere in veritate bonum creduntur alij per bonum quod credunt, mali operis vſum perdunt. Agag ergo regem Samueli tradunt, quia ſenſualitatis ſuæ vigorem confitendo proferunt. Quando enim confitentur peccata luxuriæ quę per vigorem carnis commiſerunt, quid aliud quàm Amalech regem interficiendum prophetis offeruntur? ſed quid eſt quod pinguiſsimus Agag dicitur, ſed ſenſualitatis vigor in aliis pinguis, in aliis macer eſt? Quid eſt ergo quod pinguis offertur, niſi quia à ſubditis regis reprobi ducebatur? Nam ſæpe negligentes ſunt ſubditi, ſed dum electi paſtoris ſui exempla cõſpiciunt inter mala quæ faciunt ingemiſcũt. Per fragilitatem carnis ad immunditias cadunt, ſed percuſsi exemplis maiorum omnino gaudere inter immunditiæ oblectamenta non poſſunt. In quibus ergo pinguiſsimus eſt Agag: niſi in illis de quibus dicitur: Lætãtur cum malefecerint, & exultãt in rebus peſſimis? Subiecti nanque laſciui doctoris tanto audacius peccant, quanto maiorum ſuorum nulla coram poſita habent exempla quæ videant. Sed valde dementius ſe præcipitant, cum in paſtoribus ſuis bonum quod ſequantur, non vident: & cuius exemplo pereant, malum vident. In his quippe Agag pingueſcit, quia gaudenter, ſecurè & liberè vigor carnis in luxu-
H riæ voluptate diſtenditur, qui vſu illecebræ, nulla re obuiante, fraudatur. Pinguiſsimus ergo interficiendus offertur, quando illi conuertuntur, qui in voluptate luxuriæ valde lætati ſunt, quaſi enim traditur rex, quando is qui menti imperabat, carnalis ſenſus Chriſti ſacerdotibus per confeſsionem reuelatur nutrire etiam ignem pinguedo ſolet. Bene ergo Amalechitæ regi adſcribitur, quia dum mentem fornicationis ſpiritus obtinet, quo dulcius, ac ſæpius illic per turpes cogitationes paſcitur, ad augendum ignem concupiſcentię vberiora ſibi fomenta tribuuntur. Tremẽs vero dicitur quia carnalis ſenſus quando ſpiritualibus viris per confeſsionem traditur, infirmatur: Signum ergo dat tremens quia membrorum robur non habet. Dum ergo infirmari vigor ſenſualitatis incipit, quid aliud quàm rex Amalechitarum tremit? Vel tremere dicitur quia rigorem pœnitentiæ plærique dum conuerti incipiunt, expaueſcunt. Et quia carnales quique relinquere oblectamẽta carnis ſolita ſine mœrore non poſſunt, ſequitur: Dixitque: ſiccine ſeparat amara mors.) Hoc quippe dicere carnali ſenſui eſt, mentem pro amiſsione voluptatis ſolitæ triſtitiæ conuerſione pulſare. Quia enim magna amaritudinis tela nuper cõuerſi patiuntur: quaſi rex, cui ſeruierant, de morte queritur, quia in eis carnalitas ſine magna tribulatione minime necatur, interrogare ergo de ſeparatione mortis carnali ſenſui eſt, triſtem adhuc conuerſi mentem de præteritæ delectationis a-
I miſsione pulſare. Sed & modus ſeparationis exquiritur, cùm dicit: Siccine?) Quaſi enim viſis auſteritatibus quibus ſubdenda eſt, dicat menti ſenſualitas ſua, læta pro tam triſtibus ſpernis? Hanc certè vocem Samuel audit, quia tentatum cor ſubditi, quibuſdam indiciis electus prædicator agnoſcit. Sed quid prodeſt agnoſcere, ſi contra id quod intus in corde ſubiecti infremit, aliquid ipſe non dicit? Sequitur ergo. Et ait Samuel: Sicut fecit mulieres abſque liberis gladius tuus, ſic abſque liberis erit inter mulieres mater tua.) Quæ eſt mater carnalis ſenſus, niſi originalis culpa. Quia enim ante peccatum primi hominis nulla membris libido inerat, rex Amalechita non erat. Erat quippe ſenſus carnis ſed turpis ac libidinoſus non erat, ſed ſtatim vt ad culpam cecidit, pruritum membrorum ſenſit: quia obedientem motum carnis habere non potuit, quando ipſe deo inobediens fuit. Culpa ergo originalis mater contumelioſi ſenſus carnis rectè intelligitur, quia ex illa naſcendo prodiit, qui eſſe ab illa cœpit. Vnde & Apoſtolus quaſi ſeueriſsimi tyranni legem carnalis ſenſus exhorrens, non
Roma.7. ſolum ipſum regem ſed matrem oſtendit, dicens: Itaque iam non ego operor illud, ſed quod inhabitat in me peccatum. Peccatum nanque quod ſe non operari perhibuit, motum carnis intellexit. Peccatum autem in ſe inhabitans, originalẽ culpam. Quia ergo ex originali culpa fit peccatum motionis carnis, dum regem carnalem ſenſum attendimus, matrem eius eſſe primam culpam rectè nominamus. Liberi autem huius ma- K
tris ſunt omnes concupiſcentiæ peccata, & vitia. Abſque liberis vtique ſit mater, quando omnis à carne, omnis à mẽte iam culpa remanere videtur: ſine liberis nanque tunc eſt, quia & ſi à carne nulla iam turpitudo eſt, ſi nulla iam regnat cõcupiſcẽtia in mente, manens tamen in nos illa culpa, nunc doctoris virtute perdi non poteſt. Quid eſt enim quod ait Apoſtolus: Iã non ego operor illud: ſed quod inhabitat in me peccatum: ex illa quidẽ culpa, quam ex vitioſa naturæ noſtræ radice contrahimus, habemus, vt corrumpi vitiorum paſsionibus valeamus. Lex ergo inordinata membrorum quãdo præter voluntatem noſtram membra mouet, nos non hoc operamur, ſed quod inhabitat in nos peccatum. Velle quidem nobis tũc adiacet, ſed adhuc poſſe non inuenimus, ſi quidem vellemus, vt nobis inuitis, aliquid in nobis moueri non poſſet. Et hi fortaſſe peſsimæ matris conceptus, quibus culpa illa imprægnatur ſi in turpes actus, & obſcœnos ſinuntur effundi, quaſi naſci perhibentur. Filij ergo ſunt motus, qui non ſolum naturaliter intus ſunt, ſed qui in turpibus & obſcœnis operibus manifeſtantur. Mater ergo Agag ſine liberis fit quando originalis culpa ſic reſtringitur, vt nullos actus, aut motus edere permittatur. Vel fortaſſe ſine liberis fit, quia liberos habuit. Quando ergo peccatores conuerſi eſſe turpes tam actu, quàm geſtibus luxu- L
riæ deſinunt, quaſi mater habitans in eis culpa filiis orbatur. Et notandum, quia ſine filiis fieri dicitur mater per comparationem. Sicut (inquit) ſine liberis fecit mulieres gladius tuus, ſic erit ſine liberis mater tua.) Virtutes mentis, ex quibus bona opera procedunt matres ſunt: gladius verò Agag luxuriæ telum dicitur: qui nimirum mulieres abſque liberis facit, quia cuncta bona opera libido interficit. Vel certè mulieres fidelium mentes intelliguntur, filij verò ſanctarum mentium bonæ cogitationes, virtutes & bona opera ſunt. Agag verò gladius matres abſque liberis facit, quia delectatio luxuriæ ſi euaginari quaſi gladius ſinitur, ab eis nimirũ omnes bonæ cogitationes: omnes virtutes, & bona opera necantur. Acuta quippe peſtis huius delectationis, ſi à mente recipitur, dum libet attentius in munda cernere mundum, & ſanctum cogitare nihil poteſt, & dum ardenter ad nefarij operis expletionem pertrahit, virtutis aliquid agere nihil permittit. Et quia per ei' combuſtionem omnia pereunt, *non ſolum Agag filij, ſed omnes mulierum filij trucidantur*. Abſque liberis ergo matres facit, quia delectatio luxurię ad inſtar gladij dum fructus mentium percutit, virtutis cogitationes, aut operis bonum viuere nequaquam ſinit. Sicut ergo abſque liberis fecit matres, ita & mater eius fit abſque liberis, cum ſic peccator conuertitur, vt M
præter culpam nobis inſitam naturalem, nil conuerſis de obſcœnis operibus aut motibus remanere videatur. Vnde & aptè ſubiungitur: Et in fruſta concidit Agag Samuel coram domino in Galgalis.) Quod in fruſta conciditur, per paruas particulas mortuus ſecatur. Agag quippe interficitur, quando carnis vigor abſtinentiis, vigiliis ac ſpiritualibus meditationibus ſic eliditur, vt nihil laſciuum, nihil libidinoſum mouere ſentiatur. Interfici quippe eius eſt, carnem turpiter mouere non poſſe. Sed interfecti cadauer integrum eſt, quando eius motus remanet, libido non remanet: quando ſolo pondere mentem grauat, cum videlicet membris ſimplex ac naturalis inſidet motus carnis, ſed libidinoſi nil habet ardoris. Hoc ipſum autem quia electorum mentes grauiter tolerant, quaſi regis mortui integrum cadauer portant: quid verò eſt quod in fruſta conciditur, niſi quia nec ipſi naturali motui relinquere vigorem volunt. In fruſta ergo conciditur, quia quoties pulſat, necatur. Dum ergo vices motuum conuenire non ſinuntur, quaſi cadauer Agag in fruſta conciditur. Vel fortaſſe talis eſt Agag iſte, vt niſi conciſus in fruſta mori non poſsit. Vt enim ſuperius dixi.) more ignis libido ſuccenditur, & ſi negligenter extinguitur, adiacens ſtipula velociter inflammatur. Magnus quoque ignis diſperſus ſæpe extingui melius poteſt. Nam cum in vnum multi carbones conueniunt ingentem maſſam prunarum faciunt. Ne ergo extinguens comburatur prunarum maſſa ante ſapienter diſpergitur, vt per ſingulorum carbonum fruſta velociter extinguatur. Quid enim

A enim cogitationes luxuriæ, quid sunt libidinosi corporis motus: nisi carbones ignis? Qui nimirum si in corde, aut in carne cõueniunt, comburere cito possunt, extingui facile nunquam possunt. Dispergatur ergo ignis in frusta, concidatur Agag & custodiatur mens, vt immundas cogitationes dispergat, ne vnam alteri adhærere permittat. Quia enim agere non potest, vt innoxia nunquam cogitet, agat quod potest, vt statim cogitationem eiiciat, quæ negligenter ad mẽtem intrat. Sic nimirum quasi ignem maximum in carbones singulos & velociter diuidit, & celeriter extinguit: si omnes flammas cogitationum sic separat, vt coniungi in mente neque per negligentiam, neque per desiderium signat. Sic nimirum & motus corporis vigorem mentis reprimit, cum ad inuicem conuenire minime permittit. Motus quippe illecebrosus carnis si per cogitationem minimè pascitur, conuenire cum altero non videtur. Glutinum quippe illecebrosorum motuum immunda cogitatio est, quia qui libenter immunda videt statim carnem ad amata cõcupiscendo violenter mouet quo libentius, ac morosius cogitat, quasi carbones carbonibus, turpes turpioribus motus ligat. Teneat ergo sortem custodiam animi, qui potenter vult dispergere motus carnis. Intus quippe ante Agag diuiditur, vt foris pariter in frusta diuidatur, quia qui cogitationes malas conuenire non patitur, ei nimirum turpes motus carnis quasi in frusta diuiduntur. Sic nimirum Agag pinguissimus occiditur si in frusta diuidatur: quia sensum carnis cum immundis motibus, cum in corpore tum in anima, tunc potenter extinguimus: si ad eius singulas insidias, singulari intentione vigilemus. Vnde & sapiens ille diligenter admonet, dicens: Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit: & de neglecto mors exit: vita nãque procedit, cum cor seruatur, quia dum immunditia omnis repellitur, ad virtutes conuersorum spiritus animatur. In frusta ergo Agag à profana conciditur, quando per doctorum consilium singulæ immunditiarũ particulæ, & in corpore auditorum, & in mente perimuntur. Bene autem & coram domino & in Galgalis cõcidi perhibetur, quia illi minutias illecebrosarum cogitationum, & turpiũ motuum diuidere potenter possunt: qui & de omnipotente deo & de sanctis scripturis cogitare sapienter sciunt. Sed (vt dixi) simulata bona malorum, sæpe doctores non pro ipsis, sed pro aliis sustinent, quia quod simulatè agunt non simulatoribus, sed vidẽtibus prodest. Sæpe quidem electi simulata bona malorum vident, sed quia qui corda nesciũt, bonum quod fulgere videtur exterius, imitantur. Saul Samuelẽ vt secum ad adorãdum dominum reuerteretur, rogauit, sed ille reuersus, Agag in frusta concidit, quia electi doctores per opera, quæ reprobi faciunt, electos ad bene viuendi studia cõuertunt. Sed quia idipsum dispensatiuè, id est, propter aliud faciunt, cum dispensationis necessitas transit, ipsos reprobos, quos quasi ad bona opera sequuntur, ad reprobi cordis impœnitudinẽ lapsos deC serunt. Bene itaque subditur: Abiit autem Samuel in Ramatha, Saul verò ascendit in domum suam in Gabaa, & non vidit Samuelem vltra vsque ad diem mortis suæ.) Quæ est domus transgressoris, nisi consuetudo praui operis? Quisquis enim in peruersã consuetudine clauditur: quasi in domo conuersatur. In domum ergo suam Saul ascendit, quando reprobus quisque post increpationem doctorum ad mali operis vsum redit. Quasi enim ad plana descendit, quãdo humilitatem simulat, vt presulum mandata cognoscat. Quid est verò: quod prius Samuel abire quam Saul in domum suam ascendere dicitur? Sed (vt dixi) cum necessitas aliorum non est, manere cum versuto electus prædicator non potest, & quia in absentia doctoris simulator proficit, Saul in domum non abiit, sed ascendit. Ascendere quippe reprobis est, de malo ad peius proficere. Cum item descendere superbus dicitur, ascendere perhibetur. Ascẽdere quippe in domum suam superbo, est superbiendo vsque ad mensuram, qua damnandus est, se extollere. Domus nanque superbi est nequitiæ suæ mensura. Dum enim per prospera seculi agere tyrannidem, turbare terram, premere bonos, innocentes affligere permittuntur, quid aliud quàm ascendere superbi videntur? Sed quia præfinitum est à deo quantum noceant quantum sæuiant, quantũ per tyrannidem se extollant, vsque ad domum suam ascendere permittuntur.

Prouer. 4.

B

Domus nanque eorum mensura nequitiæ est in qua semper e- D
runt: quia vbi ad plena flagitia venerint: rapiuntur per mortem & per æterna tormenta puniuntur. Quasi enim in domo manet qui à conuersationis suæ pœnis egredi nunquam potest. Quod non solum de superbis, sed & de luxuriosis, & omnibus reprobis conuenienter intelligi potest. In ascensu quippe, & non in domo adhuc erant de quibus dicitur: Nondum impleta sunt peccata Amorrhæorum. Hinc item beatus Paulus Apostolus dicit: Vt impleat peccata sua. Ergo ad domum ascendunt, quando profectu mali ad opera nequiora proficiunt, pro quibus æterna tormenta sustinebunt. Samuel autem in Ramatha abire dicitur. A reprobis quippe diuisi doctores non eunt, sed abeunt. Vadunt quippe, quando corrigẽdos deserunt, quia quos velut irati dimittunt, ab eis postmodum bona emendatione inuitati redeunt. Abire ergo doctoris est impœnitentes impios perpetua animaduersione deserere. Sic enim peccata ad mortem per impœnitudinem operantes deserunt, vt ad eos redire vlterius non cogantur. Bene ergo dixit:

Gene. 15.

1. Thessa. 2.

Nõ vidit Saul Samuelem vltra vsque ad diem mortis suæ.) Et quia hoc esse agendum in summæ veritatis contemplatione percipiunt, in Ramatha abire memoratur. Consummata nanque visio est intimæ veritatis ratio perfecta. Ne ergo prædicatorum districtio nimia esse carnalibus iudicetur, cum ab ecclesiæ communione reprobos in perpetuum separant, audiant: quia postquã Samuel in Ramatha venit, Saul vltra non vidit: quia illum doctor æternaliter diuidit, quem pertinere ad electorum numerum non cognoscit. Sed hoc fiducialiter creditur, si in forma Samuelis prædicatorum sanctæ ecclesiæ charitatis affectus districtius videatur. Districtionis quippe zelus ostenditur, quia non vidisse Saul vsque ad diem mortis suæ memoratur. De affectu verò charitatis subiunctum est. Veruntamen lugebat Samuel Saul, quoniam dominum pœnitebat, quod constituisset regem Saul super Israël.) Quid enim est, quod luget, quem cernere dedignatur: nisi quia & cum zelo rectitudinis sancti doctores habent affectum magnæ charitatis, ipsa autem charitatis magnitudo ostenditur, quia proiectum regem plangere perhibetur. Quo ergo affectu electorum subditorum peccata plangunt, qui pro proiectis reprobis plangere tam affectuose didicerunt? Instantia nanque luctus ostenditur quia subiunctum est.

E

Caput. III.

DIXIT dominus ad Samuelem: Vsquequo tu leges Saul, cum ego proiecerim eum, ne regnet super Israël.) Cui enim dicitur vsquequo tu leges, instanter lugere declaratur. Magnus ergo est affectus sanctorum etiam cum austeritatem vindictæ exterius proferunt. Nã foris sæuiunt, sed intus per amorem liquescunt. More matrũ paruulos verberãt, sed affectũ gemunt cum paruulis quos castigant. Sed quid est quod dominus ait:

Cap. 16.

F

Vsquequo tu leges Saul, an potest mater filium morientem cernere, & per scissionem viscerũ nequaquã flere? Mortuum sine luctu tolerat, quæ moritur, sed infirmatur. Quid est, quod dicit: Vsquequo tu luges Saul? Nisi quia perditi nimis lugẽdi non sunt. Nam sæpe doctor de perditione subditi vehemẽter affligitur, sed respectu summæ iustitiæ consolatur. Hoc ergo dicere dei ad prophetam quid est, nisi prædicatoris mẽtem per internum solatiũ ab afflictione releuare? Et quia lapsis prælatis electi per diuinam misericordiam subrogantur, subiungens dominus, ait: Imple cornu tuum oleo, & veni mittã te ad Isai Bethlehemitẽ. Prouidi enim in filiis eius mihi regem.) Quasi enim lugentẽ consolans, ait: Cur proiecti persona plangitur, cum melior subrogatur. Vnde & Saul non prouisus. Dauid autem prouisus ostenditur. Quantum ergo, & qualis fuerit, citata consideratione pensetur, qui iudicio & electione dei omnipotentis decernitur. Quid est autem, quod deus prouidet, & propheta ad vngendum mittitur, nisi quia sanctæ ecclesiæ spirituales mores describuntur, quæ constituere nulla cernitur, nisi quæ præeligere & præordinare deum contem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G platus. Veni (inquit) mittam te ad Isai Bethlehemitem.) Præuidi enim in filiis eius regem. Quasi dicat: A te nihil præsumas, sed illum quem præuidi, ordinando subsequeris. Vnde & paulo post subdit, dicens: Et vnges quem monstrauero tibi. Quid est hoc, nisi quia prophetæ esse debent, qui in culmine ecclesiæ alios volunt ordinare. Præuisum nanque à deo cognoscere possunt, si ad inueniendam personã eligendi pontificis, sacras consulunt scripturas. Quasi enim loquente deo ostenditur, cum talis pastor eligitur, qualis per sacrũ eloquium commendatur. Ad literam verò Samueli venire à domino dicitur, vt à reprobi & abiecti regis compassione reuocetur. Si verò luctu assiduo lapsi restitutionem poscebat, ei venire fuit, à tali intentione quiescere. Et cornu suum oleo impleuit, quia pastoralem sublimitatem in vngendo rege laudis nitore temperauit. Cornu quippe aspero Saul impetiit, quia peccantem velut magno impetu prostrauit, dicens: quia proiecit sermonẽ domini, proiecit te dominus, ne sis rex. Quid est ergo quod cornu impleri oleo præcipitur, nisi quia vngendi regis iustitia commendatur? Quasi dicat rex. Qui modo vngitur, non erit increpatione feriendus. Sed miræ laudis fauore prædicandus, non eget impeti sed foueri, ad Isai Bethlehemitem mittitur, vt rex qui eligitur permansurus esse doceretur. Per patriarcham quippe Iacob longe ante regni mãsuri status ostensus est, quia dixit: Non deficiet sceptrũ de Iuda, & dux de fœmoribus eius, donec veniat qui mittendus est. In filiis ergo Isai rex præuisus adseritur, vt rex qui vngi præcipitur, non vt Saul recessurus, sed durabilis doceatur, quasi propheta in abiecti angustia tabescentem excitet, dicens: Cur abiectus pro culpa plangitur, cum tam laudandus subrogetur. Hæc autem ad literam tetigimus, nunc sub literæ narratione, prælatorum nostrorum electionem videamus. Quid est quod cornu oleo implere præcipitur, nisi quia talis in sancta ecclesia pastor eligẽdus est, qui non argui velut trãsgressor debeat, sed ad exemplum aliorum miris laudibus commendari? Cornu nanque telum animaliũ est. Auctoritas autem, & increpatio summi antistitis quid sunt aliud nisi tela? Cornu quippe feriunt, quando peccatoribus per increpationem acumina coniunguntur. Ferire etenim cornu, est peccatores acutè redarguere. Cornu ergo oleo impletur, quando prædicatoris sublimitas non habet asperitatem minarum, sed blandimenta fauorum. Vel cornu oleo impletur, quando electo pastori simul datur & sublimatus culminis, & virtus vnctionis: quando & sublimis gradus ascenditur: sed qui ad alta sustollitur, meritorum vbertate repletur. Cornu ergo pleno sacerdotes vnguntur, qui ad summum gradum perueniunt cum plenitudine gratiarum. Quia verò oleo ignis accenditur, oleum doctoris amor est cordis. In quo ignis accenditur: quia in pinguedine oris virtus, & gratia ardet spiritus sancti. Quia ergo pinguedinem magnæ charitatis habere doctor debet, rex qui vngi præcipitur, pleno cornu vngi perhibetur. Dicitur etiam plenitudo cornu pro perseuerantia gratiarum, nam qui ante finem deficiunt, vngi cornu plenitudine non merentur. Adhuc quoque dicendum de cornu huius plenitudine est, quia idcirco præcipitur, quia magna vnctione indiget, qui de sua plenitudine replere alios debet. Vnde & Moyses tam plenus extitisse dicitur, vt de spiritu eius dominus tulisse, & aliis dedisse doceatur. Vel cornu prophetæ impletur, cum põtificalis sublimitas ad perfectiora docenda præparatur. Quando enim ecclesiæ principes ordinantur, eis quæ agere debeant semiplena prædicanda non sunt. Cornu ergo pontifices implent, quando plenas, atq; perfectas virtutes proferunt, quas electi ecclesiæ principes imitentur. Quia verò ipsi qui vngunt, esse spiritales debent, cornu iubentur implere. Cornu quidem de carne est, sed clausum in carne nõ est. Cornu ergo spiritualis cõuersatio doctoris est. Cornu verò oleum effundit cum ille alta prædicat, qui hæc alta conuersatione demonstrat. Cornu ergo oleo implere, est prædicationem magnarum virtutum in alta conuersatione suscipere. Et in capite effundit quando in mente illius imprimit, qui ad summum ordinem nouus venit. Quando ergo electi promouentur pleno cornu vnguntur, quia ad altitudinem ordinis proficiunt virtute perfectionis. Sed propheta ad Isai Bethlehemitem mittitur, rex in eius filiis præuidetur, quia ille pastor eligitur, qui

Supra.15.

H

Gene.49.

I

Num.11.

ecclesiastica religione eruditus est. Bethlehem igitur quæ domus panis dicitur, quid aliud, quàm vnamquanque designat domum religionis? Panis nanque nomine doctrina perfectionis ostenditur, Paulo attestante, qui ad conuersionem debiles excitans, ait: Lac vobis potum dedi non escam. Nõdum enim poteratis, sed necdum potestis. Si enim lac paruulorum est, panis non est nisi perfectorum. Vnde & de perfecti viri robore dictum est in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius: panis ei datus est. In domo ergo panis rex ad vngendum quæritur, quia vtiliter promouentur, qui in perfectæ conuersationis ordine nutriuntur. Ille etenim facere fortes alios potest qui remissa & negligenti conuersatione nutritus non est. In domo igitur quæritur panis, quia in promouendo antistite, quærendum est robur conuersationis. De congregatione quidem debili ferè nunquam accipitur persona virtutis. Vnde bene in Isai filiis quæritur, qui salus domini, aut certè salus absolutè nominatur. Salus quidem rectè prælatus dicitur. Quid enim sunt peccata & vitia nisi languores animarum? Electus autem prædicator per integritatem sanę doctrinæ, per soliditatem innocentiæ, per splendorem electæ vitæ salus domini rectè nominatur. Alij quidẽ sunt doctores, quorum sermo serpit sicut cancer. De horum quippe familia rex non assumitur, quia ægras mentes ad salutem non ducit, sed interficit. Et notandum, quia Isai alio nomine Iesse dicitur. Duplex quidem nomen habet, quia bonus doctor nõ semper in pace est. In pacis quidem tempore salus domini dicitur, vt bellorum munera quasi intra domus secura vestibula sanare doceatur. In bello autem Iesse nomen habet, quia & seipsum fortiter munit, & alios valenter protegit. Iesse quippe insulæ leuamen dicitur. Quid autem insulæ nomine, nisi mentes tentationum fluctibus vallatæ intelliguntur? Insulæ quidem sunt: quia & si magnos conflictus sustinent, non mouentur. Vnde & electorum victoriam Psalmista prędicans, ait: Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Dominus quidem regnat, quando eius sedem electas videlicet mentes turbo hostium nullus inquietat: sed lætatur terra quia solida corda doctorum gratulantur. Lætantur insulæ, quia cum eius gratiam tentamenta superant, maiorum auditores hilarescunt. Terra quidẽ est mens fortis, & firma lingua doctoris. Insula verò dicitur, cor forte subiecti quod adhuc tentamẽtis impetitur, nec tamen mouetur. Quid est ergo quod Iesse leuamen insulæ dicitur: nisi quia per robur doctorum minorum corda subleuantur. Nam inter tot fluctus tentamentorum corruerent, si non maiorum robore ad altæ vitæ desyderium eorum corda leuarentur. In Isai ergo, & Iesse filij rex latere describitur, quia illi vtiliter ad ecclesiæ culmen veniunt, qui electorum magisterio & pacem custodire, & disponere, siue conficere spiritualia bella didicere. Bene ergo dicitur: Prouidi enim in filiis eius mihi regem.) In his quippe, non in aliis rex præuidetur, quia ad culmen ecclesiæ per diuinam gratiam nulli perueniunt, qui electorum magisterium per omnes temporũ ordines non sequuntur. Sequitur: Et ait Samuel: Quomodo vadam? Audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait dominus: Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices: Ad immolandum domino veni. Et vocabis Isai ad victimam, ego ostendam tibi quid facias.) Quid his verbis ostenditur, nisi quia tyrannorum versutia, atque sæuitia quandoque est pia fraude deludenda? Præcepto nanque domini de armento vitulus tollitur, immolatio simulatur, & ad regiam vnctionem peruenitur: quia dum nocere tyranni cupiunt, obiicienda sunt ei quædam quæ credant, vt nocendi aditum non inueniant. Sic tyranni deludendi sunt vt caueatur culpa mendacij. Quod tunc bene perficitur cum illud fit quod asseritur, sed quod fit sic dicitur vt cæletur: quia ex parte dicitur, & ex parte reticetur. Prophetæ nanque Samueli præcipitur, vt ad vngendum regem vadat, & se immolaturum Domino nonregem vncturum asserat, vt immolans verum dicat, & vnctionem cælans tyranni sæuitiam, vera dicens, deludat. Quia enim immolaturus abiit, paulo post manifestè exponit, vbi dicit: Sanctificauit ergo Isai & filios eius, & vocauit eos ad victimam. Sed iam melius agitur, si quid spiritualiter designent ista, videamus. Quid est ergo, quòd vitulum in manu prophe-

K

1. Corin.

Esa.33.

L

M

Psal.96.

ta tollit,

A ta tollit, & sic ad vngendum regem peruenit? Sed vitulus quid est, nisi splēdor imaginis redemptoris. Quia enim eum, quem eligit, conformem facere redemptori studet: quando formam ipsam redemptoris prædicat quasi vitulum in manu portat. Et quia splendorem dominicæ conuersationis (quem prædicat) in virtute operis monstrat, vitulum quem de arméto suscipit, per manum ducit. Vitulum nanque in manu tollere, est prædicationem dominicæ conuersationis seruare in virtute operis. Sic nimirum vadens non occiditur, aliter occideretur, quia qui dicit, & non facit, oris proprij gladio condemnatur. Quid est quod dicere iubetur. Ad immolādum domino veni? Quid est item quia facit, quod dicit, dum venit & immolat: nisi quia tantæ debet esse efficaciæ qui alios promouet, vt bona non solum dicat, sed persuadeat. Immolationis quidem victima, quæ in prophetæ manu videt in altari cognoscitur. Quid est enim cor electi auditoris: nisi altare dei? Quando enim bona doctor loquitur ore, & ostendit opere, vitulus in manu est. Quando autem & quod dicit, & agit, auditoribus persuadet, victima in altari est. Tunc ergo immolat, quando electa corda per amorem suscipiūt hoc quod in verbo, & exemplo doctoris radiat de imitatione redemptoris. Sequitur: Et vocabis Isai ad victimam. Fortasse hoc locus iste insinuat, quòd præter prælatorum conscientiam subditi promouendi non sunt. Isai prius

B ad victimam vocatur, vt bonum quod subire subiectus cernitur, prius in magistri sui mente fundetur. Bene subiungitur. Et ostendam tibi quid facias. Idipsum quoque exprimens, ait:

Et vnges quem monstrauero tibi. Nisi enim Isai prius vocetur, ei quæ facienda sunt, non pandentur, quia sine magistri voluntate aliquid de subiecti persona faciendum non est. Illo ergo vocato, quod est faciendum ostenditur, quia cum voluntate religiosi doctoris: subiecti humilitas ad arcem sustollitur prælationis. Quid est autem, quod dicitur. Vnges quē, monstrauero tibi, nisi quia electi pastoris æquales discipuli omnes non sunt. Sunt nanque ex illis alij vtiles ad obediendum, alij & humiliter obediunt, & iubere discretè didicerūt, dicit ergo:

Vnges quem monstrauero tibi.) Vt cum ad culmen sacerdotij persona quæritur: cum magna subtilitate requiratur. Quibus nimirum verbis ordinatoribus ecclesiarū in electione aliorum nihil suum relinquitur. Quem (ait) monstrauero tibi, illum vnges.) Qui sunt qui vngunt, quos non monstrat Deus: nisi qui carnali affectu ad ecclesiarum culmen ordinandos ducunt, qui non merita discernunt, sed p'sonas accipiunt? Isti quidem reges vngunt, sed non qui à Deo monstrantur. Quod suum est faciunt, quod Dei est tollunt. Dei quidem personam monstrare, est ordinatoriis præbere vn-

C ctionem. Dum ergo ipsi sibi monstrant, quos vngant, habere Deum cooperatorem nolunt. Vnde & per prophetam Oseam de talibus electis dominus queritur, dicens: Ipsi regnauerunt, non ex me, principes extiterunt, & ego ignoraui. Dicitur ergo electis, quod audire non possunt reprobi. Vnges quem monstrauero tibi,) vt nullus promoueatur, nisi qui dignus tanto ordine scripturarum sanctarum laude decernitur. In eis quidem dominus loquitur, ibi qualis & quantus esse debeat magister Ecclesiæ memoratur. Ille ergo monstratus à domino eligitur qui per sacrum eloquium commendatur. Hæc quidem mali rectores contemnunt, boni faciunt. De bonorum ergo obedientia rectè subiungitur: Fecit ergo Samuël, quod locutus est ei dominus, Venit in Bethlehem, & admirati sunt seniores ciuitatis, occurrentes ei.) Ad historiam seniores admirantur, quia illuc venire propheta non erat solitus. Quo in loco fortasse signatur, quia electi doctores vix aliquando videri in publico debent, esse frequentes in secreto negociis ciuilibus vacui, spiritualibus pleni. Miraculum ergo fit populi, in publico vila persona pastoris. Mirantur quod exeat, quem secreti cultorem sciebant. Qui quia in magna populi veneratione sustollitur, seniores ciuitatis & admirati, & ei occurrisse referuntur. Quia vero non populus, sed seniores admirantur, perfecta doctorum virtus ostenditur: qui non à paruulis & simplicibus, sed à magnis & eruditis prædicatur. Qui etiam de pacifico ingressu prophetæ scisitantur. Quasi ergo ingressum non pacificum minabatur, qui dicebat: Quid

Osee. 8.

vultis in virga veniam ad vos: an in spiritu mansuetudinis? D
Quid est ergo quod dicūt: Pacificus ne est ingressus tuus. Ni- 1. Cor. 4.
si quia electi fideles dum bene spiritualium doctorum acta cō
siderāt, in eis vtique diuinam voluntatem pensant? Quia enim
esse Samuëlem prophetam sciebant? vtique quia diuinæ dispē-
sationis secreta cognouerat. Dum ergo de pacifico ingressu
interrogant quid aliud interrogando faciunt quàm diuini cō-
silij nosse velle secretum. Vtinam & nos quotiens sanctos viros cernimus, inquirere de pacis nostræ securitate studeremus, & diligenter ab eis scire, quales à deo cernamur, qui cognitionis nostræ oculos non habemus. Pacificus ergo ingressus doctorum est, cum ad eos veniunt qui non sunt pro culpa feriendi, sed pro iustitia prædicandi. Qui ergo promoturum iustū venerat respondit, dicens: Pacificus, ad immolandum domino veni. Sanctificamini, & venite mecum vt immolemus.) Cū doctoribus vt immolent, vadunt: qui intentionem ad superna dirigunt. Et coram euntibus Propheta immolat quando id doctor, quod verbo pronunciat, in assistentium cordibus per amorem ligat. Sed vt historiam paululum attendamus, vigilanter est discutiendum quod dicitur: Sanctificamini & venite mecum.) Si enim interesse sacrificiis non audent, nisi san- E
ctificanti, quid de sacrificantibus cēsendum? Sanctificare enim *Sanctificare quid.*
purgare est. Quantum ergo puros decet esse pontifices vbi inuitatæ ad sacrificium non nisi sanctificatæ admittendæ sunt plebes? Sanctificatio quippe corporis pudicitia est, sanctificatio mentis charitas, & humilitas. Sanctificetur ergo ad sacrificium inuitatus, sed magis ille cogitur à quo inuitatur. Notent sacerdotes, quæ inuitatis dicant: Venite mecum.) Secum quippe sanctificati veniunt si cum mundis plebibus ad Dei obsequia mundi sacerdotes accedunt. Secum quippe ire est, mundi cum mundis accedere. Nam si mundæ sunt plebes non mundi sacerdotes secum non veniunt, quia æquali puritatis ordine non incedunt. Audiant huiusmodi quid aliter Propheta admonet, dicens: Mundamini qui fertis vasa domini. Audiāt item, quod *Esaiæ. 52.* dicit, Lauamini mundi estote. Quia ergo mundandæ sunt ple- *Esaiæ. 1.*
bes dicit: Sanctificamini.) Quia item summi viri in cōtinuo mundiciæ suę statu semper debent permanere, & ad formam suæ puritatis alios trahere, subdit, Et venite mecū,) Sed quia seniores ad victimam inuitantur, quid per typum demōstrat, nisi quia ad eligendum antistitem, siue ad vngendum, & consecrandum plures sapientes, atque religiosi viri vocandi sunt. Qui nimirum sanctificantur, & veniunt si proponunt, vt in electione illa carnale aliquid non sequantur. Sanctificari quidē eis est, ad præbēda dona sancti spiritus spiritualem, & sanctam intentionem adducere. Bene autem in typo electorum & de Isai, & eius filiis dicitur: Sanctificauit ergo Isai, & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium.) Et quia per sacra eloquia dominum eligendos antistites monstrare docuimus, iam qua- F
les monstret, qualesque reprobet subsequenter loquentibus sacræ huius historiæ mysteriis, videamus. Sequitur: Cumq; ingressi essent vidit Eliab, & ait, Num coram domino est Christus eius. Et dixit dominus ad Samuëlem. Ne respicias vultum eius, neque altitudinem staturæ eius, quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominum iudico. Non enim videt ea, quę apparent, dominus autem intuebitur cor.) Quid enim est sapientibus ingredi, nisi ad subtile discretionis sacrarium intrare: Sed ingressus Eliab vidit, quia illum esse dignum prælatione sanctæ Ecclesiæ pastor agnoscit: qui & fortitudinem habet boni operis, & sciētiam veritatis. Quid est autem quod ei dominus nec staturam eius, nec vultū aspicere præcipit: nisi quia in sancta Ecclesia, nec opus, nec scientia sine humilitate prædicatur? Quid est enim vultus alicuius, nisi exterior conuersatio, per quam noscitur? Et quid est statura eius, nisi altitudo scientiæ, per quam ad superiora sublimatur? Quos ergo Eliab rectius q̄ bona agentes, & eruditos significat: sed arrogātes? Vnde & Eliab Deus meus pater interpretatur. Hoc quippe eius nomen quod audent præsumere. Quid nanque est, q̄ deus meus pater dicitur: nisi quia dum fortiter bona agunt, spiritualia sapienter intelligūt, se per singulare meritum in filiorum dei numerum transisse gloriantur. Nam pater non meus, sed noster omnipotenti domino dicerent, si per humilitatem se cum electis cæteris in

G ris in ſupernæ generationis ordine communiter viderẽt. Merito ergo repellitur, quia in ſpirituali culmine non niſi humiles præſeruntur. Subtiliter ergo Propheta de vngendi perſona exquirit, dicens: Num coram domino eſt Chriſtus eius?) Modo hoc fit, quando ſummus doctor, & vitam & intelligentiam eligendi cognoſcit, ſed adhuc de humilitatis virtute perquirit. Sed vultum & ſtaturam eius abiectum videt, quando ei quicquid pulchrum habet in opere, quicquid altum in eruditione ineſt ei, abſque humilitatis virtute cognoſcit. Merito igitur Dominus dicit: Proieci eum, nec iuxta intuitum hominis iudico, quia homo videt in facie, Deus autem intuebitur cor.) Quaſi dicat: Homines ſolent magna opera, & ſcientiæ verba laudare, ego autem nec verba, nec opera laudo, quæ in humilitate vera fundata non video. Indignitatis quippe ſuę repulſam, qui eiuſmodi ſunt, expaueſcerent: ſi attentè audire vellẽt, quod ad Prophetam dominus dicit. Ne reſpicias vultum eius neque altitudinem ſtaturæ eius, quia proieci eum.) Pro magno nanque habent, quod arrogantes faciunt, ſed ecce tam vile eſſe à domino dicitur, vt nec reſpiciendum eſſe iudicetur. Sed iſto amoto, quid ſequatur oſtenditur. Et vocauit Iſai Aminadab, & adduxit eum corã Samuële. Qui dixit: Nec hũc
H elegit dominus.) Aminadab interpretatur vrbanus. Merito igitur domino conſulto repellitur, quia ſancta Eccleſia ad regimen animarum nõ eligit negotiis ſecularibus ſtrenuum, ſed ſpirituali conuerſatione decorum. Vrbani quidem ſunt, qui poſtpoſita intentione cœleſtium, exterioribus ſtudiis ſe oſtendere ſtrenuos conantur. Nec hunc ergo elegit dominus, quia pij paſtoris ſtudio cœleſtia, non terrena prouideri fideliũ gregibus debent, non infirma & labentia, ſed ſublimia & æterna. Adduxit autem Sama, De quo & ait: Etiam hunc non elegit dominus.) Sama audiens interpretatur. Quid ergo Sama deſignat, niſi obedientes, & ſimplices? Audire quidem eis eſt ea, quæ à maioribus iubentur, obediendo perficere. Vnde &
Pſalm. 17. de obedientia gẽtilis populi per Pſalmiſtam dicitur: Populus, quem non cognoui, ſeruiuit mihi, obauditu auris obediuit mihi. Quid eſt autem, quod non eligi à domino dicũtur: niſi quia in Eccleſiæ culmine non ponuntur imperiti humiles, ſed humiles ſapientes: qui & facere iuſſa ſciant, & quę facienda ſunt, ſapienter iubeant? Facere quidem eum oportet, & docere. Faciat ergo humiliter, doceat ſapienter. Quia ergo qui facere per humilitatem ſciunt, & iubere per eruditionem neſciunt, in dignitatem regiam adſumendi non ſunt, Sama ad regnum à domino non eligi perhibetur. Hinc ergo hinc ſimplices, & inobedientes colligant, quàm pœnaliter ad prę eminendum ſe ingerunt, ſi omnipotens deus nec illum ad regimen ſuſcipit, qui
I per humilitatem obedientiæ audiens vocatur. Et quia plures ſancta Eccleſia huiuſmodi tam ſimplices: & bene viuentes, quàm humiles ſapientes habet, ſequitur: Adduxit itaq; Iſai omnes filios ſuos coram Samuële. Et ait Samuël: non elegit domin' ex iſtis.) Quia in ſeptenario numero ſoleat perfectio deſignari, teſtatur Eſaias propheta, qui dona ſancti ſpiritus in
Eſaiæ. 11. redemptore noſtro manentia adſerens, ait: Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris domini. Quid eſt ergo quod hi, qui à prædicationis officio repelluntur, ſeptenario numero deſignantur cum idem numerus perfectionem deſignet, quam alius niſi de ſancti ſpiritus infuſione non habet? Sed conuenienter hoc adſeritur, quia pluribus gratia ſpiritus ſancti ad bene viuendũ datur, ad docendum non datur. Qui quia plures ſunt, & in bona operatione perfecti, aptè ſeptenario numero continentur. Item quia robuſta faciunt, & ſubtilia non intelligunt, à regni gubernatione repelluntur, & ſeptem ergo ſunt filij, & eorum aliquis ad animarum regimen non adſumitur, quia & ſi bene viuendo regere fortiter ſemetipſos ſciunt, tueri alios fortiter per doctrinam nequaquam poſſunt. Nunquam ſe tam in ordinando præcipitet ordinator Eccleſię, quia & ſi plures habet qui ad ſuſcipiendam animarum curam non ſunt idonei, qui tamen præeſſe poſsint, ei deeſſe non poſſunt. Quærat ergo doctor inſtanter, non deficiat quærere: donec latentes poſsit inuenire. Magnæ quidem electorum virtutes quaſi theſauri omnipotẽtis dei fere ſemper in occulto ſunt. More etenim timo- K
ratorum diuitum omnipotens Deus facit: quia ne virtutũ theſauros perdat, hos & in electis mentibus collocat, & ipſas mentes per ſecretum cælat. Quærat ergo, qui ordinare imo ornare Eccleſiæ caput capit, occultos theſauros. Chriſti ſponſam ornare geſtit, ſed non poteſt, niſi occultos ſpõſi theſauros ad eius ornatum producat: & non deſiſtat, donec latentes inueniat. Sed quid hortor paſtores quærere, cum niſi Deus oculos proferat nequeant inueniri? Quid eſt enim aliud vnges quem mõſtrauero tibi? Tamen quærendi ſunt, quia niſi quæſiti dñs, minime monſtrantur. Nam & dominus ſe mõſtraturum promittit, & tamen propheta quærere nititur, vt inuenire mereatur. Vnde & dominus quærendi inſtantiam imperat dicens: Quæ- *Matth.*
rite & inuenietis, petite & accipietis, pulſate & aperietur vobis. Quærens ergo propheta, & tot iam repulſis: quære te perſeuerans, quid nobis inſinuat niſi vt nulla diſpenſatione indigni ad culmen religionis venire permittantur? Nam cum in plærisque ſanctæ Eccleſiæ negotiis ſalubris ſit diſpenſatio, lætalis profecto & mortifera eſt, vbi aut cæci per ignorantiam, aut irreligioſi ſapientes, aut ad ſecularia negotia proiecti, ad aliorum primatum venire permittuntur. Hi enim ig- L
norando, illi ſciendo, & non faciendo, ſubditorum animas perimunt: illi item negligendo ſpiritualia, ſequendo carnalia, & terrena. Illi quidem totis viribus laborant, vt laudentur, quæ dicunt: iſti quæ dicant, neſciunt: illi ad hoc omni intentione conantur, vt inter ſummos ſeculi abundantius honorentur. Qui profecto tanto peiores prioribus ſunt, quanto illi in ſpiritalibus, iſti in carnalibus, & ſecularibus apparere ſublimes volunt. Horum finis deſiderium eſt, fulciri diuitiis, honoribus extolli, potentum huius ſeculi familiaritatibus ſublimari. De quibus omnibus reprobæ mentis affectibus oriri poteſt negligentia animarum ſubditorum, contemptus Chriſti, & Eccleſiæ dilapidatio facultatum. Quærat itaque doctor, vt nulla diſpenſatione indignos præferat: quia quod lætiferum eſt, nunquam permitti debet. Vnde & ſubditur: Dixítque Samuël ad Iſai: Nunquid completi ſunt filij?) Quid eſt, quòd alium quærit: niſi quia non debet ante quærens quieſcere, quàm mereatur inuenire? Et quia ſæpe abiecta foris, & vilia, intus excelſa ſunt, ſequitur: Qui reſpondit: Adhuc reliquus eſt, & qui paſcit oues.) *Quid eſt reliquus niſi abiectus? Abiectum dico à ſe, non à deo:* quia à deo per ſuperbiam quis abiicitur, à ſe abiectus eſt, qui vilis & humilis æſtimatur. Vel reliquus dicitur qui in aliorum comparatione eſſe aliquid, non videtur. Abiectus ergo humilis dicitur, quia contemni ſe videt, & tolerat: oſtendi, nequaquam curat, ſed oues paſcit, quia cogitationes ſimplices in contemplatione æternæ hæreditatis nutrit. De his certè paſcuis electorum à domino di- M
citur: Ingredientur, & egredientur, & paſcua inuenient. Intus quippe habent paſcua contemplationis, foris paſcua boni operis. Intus mentem deuotionibus impinguant, foris ſe piis operibus ſatiant. Merito paruulus iſte dicitur oues paſcere, quia electus quiſque humilis eſt, & ſterilis non eſt, qui quotidie magna agit, ſed de ſe magna non ſentit. Merito ergo non ſolum paruulus, ſed paſtor adſeritur: quia qui verè humiles ſunt, foris ſe deiiciunt, ſed per internam ſocietatem in ſummis, & æternis paſcuis immorantur. Nam ſcriptum eſt: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Quæ au- *1. Petri. 5*
tem gratia: niſi vt ſumma videant & cognoſcant: cognoſcant & diligant: atque ad ipſa delicta quaſi pingues, & fortes currant? Hic itaque quia valde idoneus eſt, inſtanter exhiberi iubetur. Nam ſequitur: Et ait Samuël ad Iſai: Mittite, & adducite eum: Neque enim diſcumbemus priuſquàm ille veniat.) Quid eſt autem non diſcumbemus priuſquam veniat? Quem requirit: niſi quia in obſeruatione ieiunij, celebranda ſunt ſacramenta vnctionis. Nobis autem non ſolum ipſa ſacramenta, ſed vis ſacramentorum attendenda eſt. Nam quidam cibi ſunt, qui ſi non cauentur, vngere bene reges nequaquam ſinunt. Exteriora quidem Eccleſiæ negotia quidam cibi animæ ſunt, qui ab electis deuotè adminiſtrantur. Sed ſi negotiorum multitudine anima ſaturetur, ad ſuſcipienda ſpiritalia intrare perfectè non ſinitur. Cum ergo *ſpiritualia in-*

ſtant,

A ſtant, exteriora differantur, quia cum magna mentis quiete diſponenda ſunt. Sequitur: Miſit ergo & adduxit eum.) Rex futurus adducitur, quando ab occultationis ſuæ latibulis humiles producuntur. Latent quidem, ſed in paſcuis: quia & ſi hominibus intra carnis vilia, & infirma ſe tegunt: magna eſt ſupernæ contemplationis latitudo, in qua morantur. Sed qualis iam prælatus appareat, videamus. Sequitur enim & dicit:

Erat autem rufus & pulcher aſpectu, decoraq; facie.) Quid eſt quòd tãta pulchritudo regis adſeritur: niſi quia magnis virtutum fulgoribus ornari debet perſona doctoris. Nam de re-
Iob. 26. demptore dictum eſt: Spiritu eius ornauit cœlos. Cœli nanq; ſunt ſublimes prædicatores. Qui profecto cœli à ſpiritu ornati ſunt: quia virtutes quibus emicant, à ſpiritu ſancto percipi-
Exo. 39. unt: Quid eſt ergo, quòd rufus adſeritur, niſi quia in rubra ſepe materia charitatis feruor deſignatur? Vnde & in veſte pontificis coccus ponitur bis tinctus, vt duplici veſtiatur charitate. Rufus ergo dicitur per ardorem charitatis: quia dum ardentia præcepta charitatis exhibet, quaſi per calorem rubet. Quid itẽ eſt pulcher aſpectu, niſi interna contemplatione conſpicuus? Quaſi enim pulchrum aſpectum habet, qui decore viſionis radiat, in interna contemplatione. Quid ergo facies deſignat, niſi exteriorem gloriam honeſtatis? Nam quia per faciem quiſque cognoſcitur, decor faciei eſt præclara honeſtas conuerſa-
B tionis. Quaſi enim per faciei decorem cernitur, qui in omni geſtu corporis ſplendidus inuenitur. Rufus ergo amore eſt, pulcher aſpectu propter ſcientiam, decora facie ſplendidus honeſtate. Quia verò charitatis feruor per ſancta opera demonſtratur, poteſt per ruborem ipſe labor operis deſignari. Qui enim nimis laborat, faciei ruborem repreſentat: quia dum intus incaleſcit, foris in vultu ruborem trahit. Sic nanque eſt omnis ſpiritalis labor. Quia enim vnuſquiſque quanto amplius pro æterna vita laborare conatur, tanto feruentius ad laborandum ſancti ſpiritus ardore ſuccenditur: velut inferueſcendo ruborem excitat, quem foris portat. Rufus ergo eſt doctor labore pij operis, pulcher aſpectu in fulgore contemplationis. Decor verò faciei ipſa eſt pulchritudo charitatis. Per alias quippe virtutes, formam ſanctitatis accipimus, per ipſam charitatem ipſam formam nobis quaſi mirabili decore veſtimus. Illæ aliæ virtutes corpus iuſtitiæ ſunt, charitas verò huius corporis facies *rectè intelligitur. Per faciem quippe, non per corpus vnuſquiſque cognoſcitur.* Nam ſi corpus videas, & faciem non videas,
Matth. 25. eum, cuius ſolum corpus aſpicis, non agnoſcis. Quid verò eſt aliud, quòd fatuis virginibus reſpondetur à ſponſo, neſcio vos. Ecce per magnos labores virginitas conſeruatur, ipſa quoque virginitas magna, & incomparabilis virtus agnoſcitur. Quid eſt ergo, quod fatuæ virgines à ſponſo non cognoſcuntur, niſi quia corpus habent, quo ſubſiſtant, decorem verò non habẽt
C faciei, quem ſponſus agnoſcat. Habent quidem laborem in cõſeruando corpore, non habent decorẽ vultus in perfecta charitate. Quæ nanque tria eo, quo ponuntur ordine, in electi cõuerſatione proficiunt. Nam pulchros contemplationis aſpectus habere non præualet: niſi qui prius ſe in labore pij operis vehementer exercet. Aeternæ quidem lucis gaudia illius ſummi luminis immenſitas, æternus vigor ille ſplendoris ineffabilis, quo laborioſius quæritur, ſe quærentibus laxius aperitur. Qui ergo iam talis eſt, idoneus quidem ad docendum cernitur: ſed niſi decora facie fulgeat, niſi mentem charitatis perfectæ radiis illuſtratam gerat: dignus tanta celſitudine non probatur. Sit ergo rufus paſtor, vt non ſit remiſſus in opere, ſit pulcher aſpectu, videlicet ſublimis in eo contemplatio: ſit decora facie, vt totum robur operis, & altitudo contemplationis ſupernæ maieſtatis oculis notum ſit per ineffabilem pulchritudinem charitatis. Hęc quippe tria immenſi decoris inſignia, quia ſanctæ Eccleſiæ doctor habere debet, pro omnibus Petrus adſumitur, & an amet redemptorem tertio interrogatur.
Ioan. 21. Primo nanque ei dicitur: Petre amas me, vt per amorem agere fortia ſtudeat. Secundo, vt in contemplãdo, alta cognoſcat: tertio, vt perfectæ charitatis affectu, & erga proximũ ferueat, & ad ſpeciem conditoris feruentius inardeſcat. Talis ergo, ac tantus tam pulcher, tam decorus puer, quo teſtimonio proferatur, audiamus. Nam ſequitur: Surge, & vnge eum,) ipſe enim eſt. Quid eſt, Surge, & vnge eum?) An tantus erat parD uulus, vt ſedendo vngi non poſſet? Sedendo quippe, tangere alta non poſſumus. Magna ergo eſt virtus, magna celſitudo humilium, ſi ad eorum ſumma nec prophetæ pertingunt. Surgit ergo propheta, cum ſe pontifex in miram electi prædicatoris venerationem erigit. Nam foris humilem quaſi videndo conſpicit, ſed interius eius meritum niſi ſe in interna contemplatione erigat, non agnoſcit. Surgere ergo doctor præcipitur: quia cui tanta vult ſacramenta impendere, eius ante cognoſcere meritorum ſublimitatẽ debet, Quid eſt ergo, quod dicitur: Surge, & vnge eũ, quia ipſe eſt:) Niſi ſublimi ſublimia ſacramenta ſublimiter præbe. Nam ſæpe indiſcreti paſtores negligentem, & reprobam accedentium vitam ſciunt, & eos promouere non metuunt. Hi profecto vngunt, & non ſurgunt, quia quibus ſacramenta vnctionis tribuunt, in alto ſitos meritorum loco nõ cernunt. Quando igitur doctor ſublimis oſtenditur, eius ordinator ſurgere monetur, quia per miniſterium, tunc dignè tribuuntur ſacramenta vnctionis, cũ vngendus in alta conſpicitur ſublimitate virtutis. De quo nimirum, quia ipſe eſt, dicitur: Si ergo ipſe eſt, alius non eſt, quia niſi his virtutibus fulgeat, neceſſe eſt vt ordinẽ tantæ celſitudinis non attingat. Quem ergo monſtraturum ſe dominus promiſit, rufum & pulchrum aſpectu, & decora facie oſtendit, dicens: Ipſe eſt enim:) Quia nullus debet ſubire culmen regiminis, qui E
robur non habet magni operis: ſcilicet contemplationis ſcientiam, & feruorem charitatis. Bene ergo ſubiungitur. Tulit igitur Samuël cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum ſuorum.) Cornu olei tollitur, vt tota vita pontificis ſpiritualis eſſe doceatur. Cornu olei tollitur, vt in excellenti liquore magiſter Eccleſiæ vir eſſe ſtudeat magnæ miſericordiæ. Oleo vngitur caput regis, quia lucere ſuper candelabrum debet per flãmam verbi. Cornu oleum recipit: vt increpando, purget: & miſerando, per blandimentum trahat. Cornu etiam recipit in ſublimitate ordinis, oleum ad fomẽta virtutis. Sed pleno cornu vngitur, vt virtus pontificis plena doceatur: Cornu nãque plenum in vnctione ſua habet: ſi tam in virtute miſericordiæ, quàm charitatis, & verbi perfectus eſt. Plenum etiam cornu in vnctione ſua habere cognoſcitur, cuius omnis poteſtas per miſericordiam diſpenſatur. Ipſa quippe auctoritas ſanctæ Eccleſiæ cum ſine miſericordia eſt, nulla eſt: quia tunc ſpiritualis eſt rigor diſciplinæ, cum à linimento non vacat miſericordiæ. Cornu ergo & oleum ſimul oſtenditur: vt diſciplina ſemper cum miſericordia teneatur. Cornu nanque oleo plenum dicitur, vt vbicunque cornu acumen exhibet, exhibeat refuſæ gratię vnctionem. Sed dum ad vngendum regem vnctio ducitur: cornu foris cernitur, intus plenitudo olei occultatur. Porter igitur Propheta cornu foris, intus oleo repleat: foris textũ inſinuet, intus ſacramenta declaret. Sciat ergo propheta, quod tribuat: ſciat rex vnctus exhibita recipiendo, quid agat. Quid F
eſt ergo, quod foris eſt cornu, intus oleum: niſi quia plerunq; ſubditorum duritia meretur, vt paſtoris increpationem ſentiat, ſed miſericordiæ eius aliquid non attendat. Rector ergo cornu exhibet, in quo oleum latet: quia cum quis acriter ex charitate corrigitur, pœna ſentitur, charitas non videtur. Sæuus enim rector aſpicitur, qui ſic increpat, quaſi qui non amat, quaſi qui vehementer odit, ſic obiurgat. Quid tunc à compunctis cernitur: niſi cornu acumen, quo acrius feriantur? Sed quia valde intus pius paſtor diligit, quem foris arguendo ferit: quid aliud, quàm cornu increpando monſtrat, oleum diligendo cælat? Plenũ ergo cornu in vnctione regis adſeritur, vt in electo predicatore perfectum vtrunque eſſe doceatur. Nam acutus ad arguendum eſſe debet, mollis ad miſerendum. Perfectè feriat, vt omnem vim morbi perfectè cõfodiat: perfectè per miſericordiam vngat, vt plagas, quas pungit, ad ſanitatem reducat. Si enim minus violenter, quàm debet, ferit, plus, quod latet, non eiicit. Et ſi violenter ferit, & abundè non vngit, percuſſum per auſteritatem interficit, & ſaluti non reddit. Sit ergo integrum cornu, integra olei plenitudo: vt auſterè per cornu feriantur vulnera, & per oleum foueantur. Sed quid eſt, quod in medio fratrum vngitur: niſi quia virtutis exempla circunquaque ſpargere iubetur? In medio fratrum vngitur:

vt tantæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G vt tantæ vnctionis fieri participes omnes possint. Qui enim in medio ponitur, ab omni parte videtur. Oleo quippe in medio aliorum vngitur: quia qui in aliorum exemplum positus est, nullam sui partem habere obscuram debet: vt hunc omnes aspiciant, & ab eo lucis exemplum sumant. Vnde & sancta animalia in circuitu oculos habere describuntur: quia electus doctor dum ardorem charitatis, dum virtutem misericordiæ, dum zelum rectitudinis ex dono sancti spiritus recipit, quasi globum habitat luminis, qui eum ex omni parte circunstantibus fulgentem reddit. Vel in medio fratrum vngitur, vt vnctum & medium se esse semper arbitretur. Agnoscat ergo dignitatem suam, & vim dignitatis exerceat: quia vnctus est. Videat se medium, & communis conditionis hominem: vt pares sibi esse eos, quibus eminet, recognoscat. In medio ergo fratrum vngitur, vt sit humilis, & sublimis. Sublimis ordine, humilis æstimatione. In medio item vngitur: vt se priuato amore non diligat, sed ex omni quod præeminet lucra aliorum quærat. Vnde & Saul solus in extrema parte ciuitatis vnctus fuisse perhibetur. Quid est enim, quòd solus à solo inungitur, nisi quia de culminis potestate per amorem priuatum debebat intumescere. Dum enim de accepta dignitate se singulariter amare voluit, velut fomentum luminis solus tulit. Vnde & puer, qui comitabatur prę mittitur: quia electorum nullus eius exempla sequitur, qui diuina auctoritate reprobatur. Dauid
H ergo in medio fratrũ vngitur: quia electus doctor de eo, quod singulari sublimitate sustollitur, singulari amore nequaquam gloriatur. Et quia per ministerium hominum spiritualia in electis rectoribus dona cumulantur, adiunctum est: Et directus est spiritus domini in Dauid à die illa, & in reliquũ.) Spiritus quippe domini post vnctionem dirigitur: quia foris sacramẽta percipimus, vt intus sancti spiritus gratia repleamur. Foris nanque homo, intus Deus operatur, & non homo. Foris nanque homo surgit, intus se spiritus dirigit: quia ordinem religionis homo homini præbet, sed in eum, cui ordo datur, spiritus dirigitur, vt foris sublimitatem suscipiat ordinis, & intus robur sancti spiritus. Foris ordo committitur, vt quæ Dei sunt, agere debeat, intus dirigitur spiritus, vt quod iniungitur, potenter agat. Magnum quippe est onus ordinis, magna fragilitas carnis. Onus ergo tantum quia debili committitur, dirigitur spiritus, vt debilis roboretur, & magnum onus tanto gratius ferat, quanto ipsum omnipotens spiritus fortius ad ferendum iuuat. Sed dirigi spiritus dicitur, vt conuersus à rege
I superbo sentiatur. Se ergo spiritus in alterum dirigit, quando eiusdem spiritus gratia superbos, ac fictos fugit. Vnde & scriptum est, Spiritus domini disciplinæ effugiet fictum. Hinc & per semetipsum in Euangelio ait, Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quo vadat. Spiritus quidem venit & vadit, quia reprobos deserit, electos adsumit. Et quia iudicium omnipotentis Dei imperscrutabile est, vnde veniat, & quo vadat homo nescit: quia sciri non potest an qui in gratia, quam recipit, perseuerare in perpetuum debeat. Ab eo igitur, qui desecit, venire spiritus dicitur, ire ad eũ, qui perseueraturus est, quia alios in tempore deserit, alios adsumit, nec tamen deserit. Vnde & in typo electorum de Dauid dicitur: Directus est spiritus domini in Dauid à die illa in reliquum.) In die quidem vnctionis dirigitur, quando sic foris Christi sacramenta percipimus, vt intus sancti spiritus gratia repleamur. Et in reliquum dirigitur spiritus: qui à gratia, quam percipit, nunquam recedit. Hanc quippe gratiam directi spiritus sic prædicatoribus adscribimus, vt omnibus ordinibus sanctæ Ecclesiæ tribuamus. Quisquis enim redemptoris nostri fidem suscipit, per redemptionis nostræ baptismum renascitur, & spiritus sancti gratia ab omni peccato redimitur. Vnde & electis redemptis eiusdem spiritus sancti donum insinuans Paulus apostolus, ait: In quo signati estis in die redemptionis. Si ergo consideremus populum dudum in circunciſione superbum spiritum sanctum amittere, videmus pariter in baptizatos eiusdem spiritus directionem. In quo nos quidem dirigimur, quia per superbiam illi sancti spiritus gratiam perdiderunt. Quid est ergo, quod dicitur: A die illa & in reliquum,) Nisi quia sancti spiritus gratia sic recipitur, vt in ea electi vsque in finem perseuerare doceantur? Multi quidem K post remissionem peccatorum peccata ad mortem faciunt, in quibus nimirum spiritus in reliquum dirigi non videtur. Dirigitur ergo spiritus in electis tantum in die illa in reliquum: quia reprobis in exortu fidei per spiritum sanctum peccata dimittuntur, sed spiritus sancti gratiam postmodum per iniquitatem perdunt. Dirigitur nanque in reliquum, sed in Dauid, quia manu fortis interpretatur. Manu quidem fortis est qui Diabolo præualet: & bonum, quod accipit, per perseuerantiam vsque in finem tenet. De quibus certè dominus ait: Qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit. *Matth.24.* Quod si vniuersalis Ecclesiæ status conspicitur, spiritus domini in Dauid in reliquum directum videmus: quia electos sanctæ Ecclesiæ, ab eiusdem Ecclesiæ primordiis spiritus sancti gratia replere cœpit, quos vsque ad mundi finem custodire non desinit. Iam quippe iuxta propositum nostrum claudi liber ad finem debet, sed ad memoriam redit, quia principia voluminis ad conuersationem retulimus redemptoris. Et quia per Ioannem initium: & finis idem re- *Ioan.1.* demptor noster adseritur, optimo liber fine clauditur, si in redemptoris nostri narratione consumetur. Dauid ergo manu
L fortis ipsum redemptorem humani generis insinuat, qui antiquo hosti præualuit, & de eius potestate electos tulit. Qui Bethlehemitæ Isai filius dicitur: quia de eo populo nasci voluit, quem scripturarum sanctarum scientia quasi ex pane faturauit: Domus quippe panis Iudæa fuit, quæ solidum scripturarum cibum in spirituali intelligentia, quasi ex pane habuit. Quid verò Samuël, nisi (vt iam sæpe diximus) nouorum prædicatorum ordinem signat. Quid verò Dauid, nisi redemptorem insinuat? Ad eum ergo vngendum Samuël mittitur. Vngere quippe eum est, eius incomparabilem sanctificationem ignorantibus prædicare. Nam quasi vngitur, quando nescientibus opinionis eius odor aperitur. Hunc nanque vn- *Coloss.2.* gebat, qui dicebat, quia ei se infudit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Sed quid tantum nouos prædicatores ad eius vnctionem recepimus, cum eum etiam veteres tam venerabiliter vnxisse videamus? Quid enim melius, ac suauius redolet, quàm illud, quod in eo propheta Esaias effudit, dicens: Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapi- *Esaiæ.11.* entiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Hic item, qui tenetur in manibus Dauid, ei loquens, ait: Spe- *Psalm.44.* ciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis. Et post pauca: vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Hunc autem Daniel vnxit, & omnis vnctionis *Danie.9.* sacramentum Iudæis præbuit, dicens: Cum venerit sanctus
M sanctorum, cessabit vnctio vestra. Ad vngendum ergo Propheta mittitur, quia eius odor à paruulis nunquam capitur, nisi per prædicatorum ora pendatur. Vnde & tres illæ mulie- *Matth.16.* res aromata prę parant, vt in sepulchro redemptorem vngant. In sepulchro quidem Iesus vngitur, cum resurrectionis eius gloria prædicatur. Vnde & cum veniunt, Iesus non inuenitur: quia cum bene de dominica morte disputant, mortuum iam resurgentem monstrant: & quasi veniendo, non inueniunt: quia vbi bene mortis causam cognouerũt, vitam esse redditam per illius mortem inueniunt. Sed quid est, quod implere cornu oleo iubetur? Quid nanque fuit austeritas legis: nisi cornu acuitas? Quasi enim cornu percussit: dum peccata non per misericordiam indulsit, sed pœnam infligendo, vindicauit. Cornu ergo oleo impletur: quia talis rex vngitur, quia peccata hominum misericorditer dimittat, non per legis austeritatem puniat. Nam Moysi cornu præferebant, qui de ea, *Ioan.8.* quæ in adulterio deprehensa fuerat, Domino dicebant: Moyses iubet huiusmodi lapidare, tu quid dicis de ea? Sed qui pleno cornu vnctus fuerat, dicit: Qui sine peccato est vestrum, primus in eam lapidem mittat. Quasi cornu feriendi ille assumpserat, qui dicebat: Hic si esset Propheta, sciret quæ, & *Luce.7.* qualis est hæc mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix est. Sed qui ex plenitudine cornu vnctus Iesus fuerat, totum remittebat, dicens: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Hinc de peccatorum assumptione murmurantibus

Universidad de Deusto Biblioteca

A nibus dicit: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Cornu ergo pleno ad vngendum Dauid propheta mittitur, quia illum
Matth. 9. modo doctores prædicant, qui duritiam legis soluit, & omne, quod rigidum prætulit, per gratiæ suæ fomenta reparauit. An non vngebat eum ille, ad eum vngendum missus, de quo dici-
Ioan. 1. tur: Fuit homo missus à deo, cui nomen erat Ioânes, hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine. Sed audiuimus, quomodo missus fuerat, audiamus, quomodo vn-
Idem. 2. gat: Ecce (inquit) agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Potest per cornu, regni eius videlicet, sanctæ Ecclesiæ sublimitas
Supra. 2. designari, quæ magna est, sed austera, & superba non est. De quo nimirum cornu superius per Annam Samuëlis matrẽ di-
Luc. 1. citur. Sublimabit cornu Christi sui. Hinc namque per Zachariam dicitur: Erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui. Cornu quidem salutis quid est, nisi sublimitas ecclesiasticę potestatis. Nam quod antiquis nusquã dicitur, modo vniuer-
Matth. 16. sali Ecclesię dicitur: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Quod profecto cornu erectum, & oleo plenum dicitur: quia sancta Ecclesia cum sublimitate potestatis, extendit viscera miserationis. Et quia per damnatæ humanitatis vitium facilius in auctoritatem potestatis extolli possimus, quàm flecti ad molliciem pietatis: bene non cornu, sed
B præparare oleum iubetur. Qui enim imple cornu tuum oleo dicit, cornu sine oleo esse signauit. Quid est hoc, nisi quia irasci, & arguere etiam inconsulti possumus: sed flecti ad misericordiam: nisi ex magna meditatione non possumus. Quasi dicat: Zelum, quem naturaliter habes, imple oleo: quod si nõ habes ex te, habere potes ex virtute. Quod certè ei dicitur, qui vngere redemptorem mittitur: vt qui in officio prædicationis ponitur, diues esse misericordia semper conetur. Potest hoc cornu mentis affectus ostendi. Quod certè cornu impleri præcipitur, quia perfectè debet redemptoris nostri vnctio, id est, sanctificatio, ante sciri, quàm sufficiẽter valeat prædicari. Cornu ergo impletur, quãdo bene sanctitas redemptoris agnoscitur. Et pleno cornu vngitur, quando optimè prædicatur. Nam Ioannes quia prædicando vngere venerat, quasi cornu impleuit sciendo: vt eum vngere bene loquendo potuisset. Si autem bene scire impletionem volumus, audiamus, quod in euange-
Luc. 3. lio dicitur: Factum est verbum super Ioannem Zachariæ filiũ in deserto. Cornu ergo pleno eum vnxit: qui perfectè prius à verbo doctus est, quàm verbi diuinitatem, & assumptam hominis naturam loqui potuisset. Sed veniens, in manu vitulum habuit, quia vt dignus præco redemptoris fieret, carnem suam deo per abstinentiam mactauit. Potest etiam vituli, appellatione ipse dominus designari. Quid ergo est, quòd propheta
C in manu vitulum tulit: nisi quia qui Iesum vult prędicando ostendere, per mortificationem carnis debet eius, quem prædicat, passiones imitari? Vitulum quippe in manu tenere, est similitudinem passionis Christi in virtute operationis ostendere. Aliter enim qui ad vngendum regem venit, occiditur: quia nimirum in salutis suæ periculum prædicator veritatis efficitur, qui verbum, quod ore prædicat, praua operatione conculcat. Samuël itaque ad vngẽdum regem veniens, in manu vitulum tulit: quia præcursor domini se prius mirabilem per supernæ conuersationis fulgorem præbuit, & sic bonum tantę gratiæ nesciẽtibus indicauit. Sed quid est, quòd quæri inter filios Isai iubetur: nisi quia & de veteri populo nasciturus erat, & æqualem nullus habiturus? Quæri itaque præcipitur, vt ei rationabi-
Ioan. 7. liter credamus. Et quia per semetipsum dicit: Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum, bene Samuëli à patre dicitur. Vnges quem monstrauero tibi.) Quasi enim mõstratum vnxerat prius, qui ab eo, quem vnxerat, audiebat: Beatus
Matt. 16. es Simon Bar-iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in cœlis. In Bethlehem ergo mittitur, quia cum secũdum carnem quæritur Christus, natus ex Iudæorum populo inuenitur. Venit etiam in Bethlehem: quia ordo prędicatorum ante Iudæam conuertere studuit, & postea gentibus redemptoris fidem prædicauit. Quid est autem quod seniores ciuitatis mirantur, nisi quia qui ad maturitatis sensum peruenerant, in tantæ nouitatis prædicatione stupebant? Sed admirantes ei occurrunt, quia prędicationem veritatis libenter audiũt.

Occurrere quidem prædicatoribus est, verbum fidei, quod prę D
dicant, desideranter audire. Qui de pacifico ingressu eius interrogant. Quid est ingressus pacificus, nisi cum præsentia pacis venerit? Hanc item pacem ostendit, qui ait: Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Quid est ergo quod de pacifico *Ephe. 2.*
ingressu interrogant: nisi quia patrum promissionem electorum Iudæorum corda desideranter expectabant. Quasi nutantes, qui expectabant, dicant: Nunquid nam venit pax, quæ se venturam tanto temporũ spacio præcurrẽte prædixit? Et quia noui doctores quod antiqui patres promiserant, exhibitum narrant, dicunt: Pacificus.) Quasi dicat: Nos non futura promittimus, sed præsentia pacis dona monstramus. In ingressu nostro præsens est, in verbo nostro futura non est. Iam iustus Simeon vidit, iam tenuit & adorauit, dicens: Nunc dimittis ser *Luc. 2.*
uum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Iam pastoribus apparuit, iam missa de cœlis diu expectata pace, angelorum multitudo cantauit: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Et quia non solum prædicare pacem venerat, sed etiam persuadere, subdit dicens: Ad immolandum veni.) Quid est sacerdoti immolare, nisi redẽptori nostro corda electorum per amorem cõiungere? Quasi dicat: Vos an venerit, scire vultis, sed non prodest sciri, nisi prosit amari. Ad immolandum ergo domino veni.) Hinc est, quòd E
Paulus eos, in quibus immolare non poterat, expellit dicens: *1. Cor. 16.*
Qui non amat dominum Iesum, anathema sit. Sed inuitatis ad victimam dicitur: Sanctificamini & venite.) Iudæi idcirco nobiscum ad fidei sacrificium venire nequeunt, quia dominũ Iesum ex scripturis iudicare nolunt, sed solo odio audire eius prædicationẽ refugiunt. Vnde per semetipsum dominus queritur, dicens: Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, *Ioan. 15.*
peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent, quia viderunt, & oderunt me, & patrem meum. Quid est ergo, quod dicitur: Sanctificamini & venite.) Sed sanctificari auditoribus est: ad audiendum puræ mentis secretum præparare. Sanctificari quippe eis est, odium de corde proiicere, & ad audiendum verbum prædicationis intentionis puritatem parare: Sãctificatis ergo venire præcipitur, quia venire nihil prodest, qui intentionem puritatis audiendo non habent. Et quia per doctores sanctos sanctus loquitur spiritus dicit: Venite mecum.) Quasi dicat: Sic loquentem attendite, vt vobiscum credatis audientem, quia sic loquor, vt audiam, dum ipse sum qui loquor, & locutionem administro. Et quia in initio nascẽtis Ecclesiæ multi ex Iudæis, & deuotè audierunt, & fideliter crediderunt, bene dicitur, quia Isai & eius filij sanctificati à Samuële sunt, & ad victimam inuitati. Sed in septem Isai filiis rex non inuenitur. Quid enim septem Isai filij nisi omnes sunt synagogæ perfecti? Qui ad prophetam veniunt, sed eorũ nul- F
lus eligitur, quia electus prædicator, & perfectos synagogæ filios aspicit, & ex eis redemptorem humani generis nullum credit. Adducit ergo omnes priores filios, vt cum perfectos omnes aspicimus, redemptoris excellẽtiam cogitemus. In quibus profecto nisi paruulus adducitur, rex esse à domino non monstratur, quia nimirum cum redemptori nostro magnos viros conferimus, quantum excellat eius dignitas videtur. Non inuenitur ergo in aliis, quia puri homines sunt. Quæritur ergo in pascuis puer, qui pascit oues: quia vsque ad mortem patri obe *Esaiæ 53.*
diendo se subdit, generationem tamen eius quis enarrabit? Paruulus quippe dicitur, quia humilitatis eius gratia commendatur. Paruulus ergo dicitur qui minoratus ab angelis per Psal- *Psalm. 8.*
mistam perhibetur. Sed paruulus oues pascit, quia per humilitatem est humilis, & per maiestatem sublimis. Hic laborat & esurit, sed ibi de gloria maiestatis suæ angelos pascit. Dũ enim de plenitudine gloriæ eius omnes accipiunt, quasi in illis beatissimis pascuis per puerum saturantur. Paruulus etiam pastor adseritur, quia de carnis eius assumptione, superni ciues ineffabiliter gaudent. Gaudium quippe illud ineffabile beatorum ciuium quasi ouium cibus est. Hic ergo adduci instanter præcipitur, hic donec veniat discubitus necesse est differatur. Discũberet quippe antequam veniret, si plebs in alium credidisset. Expectari ergo debuit qui beatarum animarum singularis, & vnicus cibus fuit. Vnde & per semetipsum dicit: Ego sum pa- *Ioan. 6.*
uis viuus, qui de cœlo descendi. Sed quia qui ascendit, ipse est, qui

G qui descendit, illuc mittitur, vt adducatur. Mitterenanque ad
Ephe. 4. pasca est, mentem supra angelos vsque ad æqualitatem æterni patris extendere. Et inuenire eum, est summo patri eum per omnia æqualem credere. Adducit autem eum, qui etiam ad redemptionem humani generis per assumptam humanitatẽ venisse iam asserit. Miserat nanque, & adduxerat eum hic, ad quẽ
Ibidem. 3. in eius typo mittitur, cum dicebat: Qui de cœlo venit, super omnes est. Paruulum pascentem oues adducebat Esaias, cùm
Esaiæ. 9. dicebat: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Sed quia doctoris fides ad salutem sibi tantum, non etiam auditoribus proficit, mitti & adduci præcipitur, vt vnusquisque fidem eius habeat, per quam saluari mereatur. Ire etenim singuli, & adducere eum debent, quia firmiter debent eum credere per diuinitatem æterno patri æqualem, & per humanitatem naturæ nostræ participem. De cuius etiam descriptione dicitur, quia erat rufus, & pulcher aspectu: & decora facie. Rufus quippe, quia lancea vulne
Esaiæ. 63. ratus: Rufus, quia ex passione rubicundus. Vnde & per Prophetam ei dicitur: Quare rubrum est indumentum tuum? Rufus quippe extitit, qui candorem tantæ innocẽtiæ precioſi sanH guinis rubore colorauit. Pulcher etiam aspectu fuit, quia & resurgendo immortalitatis pulchritudinem induit, & mortales nos ex magna charitate respexit. Quasi enim aspectus sui pulchritudinẽ repromittens discipulis, ait: Iterum videbo vos,
Ioan. 14. & gaudebit cor vestrum. Hinc item repromittens ait: Vado parare vobis locum, & veniam, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis. Quis est decor faciei, nisi eius gloria maiestatis? Facies nanque eius perfecta cognitio est. Hanc
1. Corin. 13. etiam Paulus commemorans ait: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Decor ergo faciei quid est, nisi splendor æternę diuinitatis? Qui nimirum de cor modo creditur, non videtur, tunc nõ creditur, sed videtur,
1. Ioan. 3. quia Apostolus ait: Cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Vnde & Moysi quærenti eundẽ faciei decorem, respondit, posteriora mea videbis. Quicquid de illius diuinitate cõtemplari nũc possumus, non est ipse decor, sed velamentum decoris. Posteriora quidem cernimus, vt sequamur, sed dum sequendo peruenimus ad eum, anteriora, id est, faciei decorem cernimus. Rufus ergo in seculo fuit, pulcher in paradiso, decora facie perennis in cœlo. Potest & omnis hæc trina pulchritudo in hac præsentis vitæ eius conuersatione cognosci. Rufus quippe extitit, quia feruenter amauit eos, pro quibus animam posuit. Pulcher aspectu fuit, quia omI nia nouit. Decora facie, quia bona omnia fecit. Sed quæ illa aspectus pulchritudo? Nemo nouit patrem, nisi filius. Hũc item
Matth. 11. Petrus admirans, ait: Nunc scimus, quia scis omnia, & non est
Ioan. 16. opus, vt quis te interroget. Decorem faciei turbæ intuentium
Marci. 7. protestantur, quę dicunt: Bene omnia fecit, & surdos fecit au-
Matth. 8. dire, & mutos loqui. Hinc item alij admirantes, dicunt: Qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei? Decor ergo faciei quid est, nisi pulchritudo sanctitatis. Quid item est decor faciei, nisi splendor conuersationis eius incomparabilis, quia per omne, quod egit, incomparabili luce gratię resplenduit. Hunc
Psalm. 44. nanque faciei decorem Psalmista admirans, ait: Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis. Hanc
Hebr. 1. Paulus prædicans, ait: Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portans omnia verbo virtutis suæ, purgationẽ peccatorum faciens, sedet ad dexterã maiestatis in excelsis, tãto melior angelis effectus, quanto differentius prę illis nomen hæreditauit, cui enim dixit aliquando angelorum filius meus
Matth. 17. es tu, ego hodie genui te? De hoc igitur rectè prophetæ præcipitur. Surge & vnge eum, ipse est enim.) Petrus quoque apostolus non solum prophetæ, sed summus patriarcha, vidit in- K
narrabilem lucem sulam desuper, nubem obumbrantem, ciamantem patrem, hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Ibi dicit: Ipse est enim.) Hic dicitur: hic est filius me⁹ dilectus. Ibi quia in typis ostendebatur, quasi absentior cernitur, dum dicitur. Ipse est. Hic autem quia iam reuelata claritas eius erat, præsentior cernitur, quia dicit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Hic ergo vngendus est, hic laudandus, & perpetuis fauoribus demulcendus. Sed quis dignè laudare sufficiat, cum non sufficiat gloriam videre, quam laudat. Quid est, quod Petrus cadit, cum vocem audit insonantem tanti verba præconij? Sed paruulus erat, adhuc videbat, quod videre non sufficiebat. Videbat & quia videndo cadebat, significat, quod ad id non poterat attingere, quod merebatur videre: Nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in spi *1. Cor. 12.*
ritu sancto. Quia ergo Petrus nondum illam plenitudinem spiritus acceperat, prædicare Iesum quasi paruulus non valebat. Ergo surgere iubetur prius, & visionem nemini dicere, donec à mortuis resurrexisset. Post resurrectionem quippe acceptu-
rus erat spiritum sanctum. Vnde scriptum est, nõdum erat spi- *Ioan. 7.*
ritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Non debebat ergo Petrus ante resurrectionem visionem dicere, quoniã quidem bene vidit, sed antequam spiritum haberet, non intellexit. Quid est ergo, quòd ad Samuëlem dominus ait: Surge & vnge eum.) Quid est, quod surgere iubetur, vt vngat, nisi quia multum oportet eum erigi ad superna, qui sublimitatem domini gestit prædicare. Sed quantum erectus erat Petrus, qui ad tanta videnda sustollebatur? Sed si ille adhuc altiorem statũ L
perfectionis expectat, quis tantę prędicationis officium subire non metuat? Si prophetam dominus surgere ammonet, prædicare dominum audet, qui per lapsum prauitatis iacet? Hinc
est enim ꝙ vnicuique prædicatori per Esaiam prȩcipitur: Su- *Esaiæ. 40.*
per montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Syon. Mõs excelsus perfectio doctrinæ, & operis est. Surgat ergo, qui vngere regem præcipitur, in sublimia se extendat. Surgat in alto opere, surgat in alta contemplatione, surgat in sapiẽtia verbi, surgat in virtute charitatis. Ille quidem qui prædicando vngitur tantus est, vt vix ad eum à sublimibus perueniatur. Et fortasse Paulus hunc ideo vngere poterat, quia dicit: Nostra con- *Philip. 3.*
uersatio in cœlis est. Ideo hunc vngere poterat, quia ad tertij cœli secreta se erexerat, & in paradiso arcana verba audiebat.
Quia ergo dominus Iesus sublimiter à sublimibus prædicari *2. Cor. 12.*
debet, surgere propheta prȩcipitur, quia eum, per quem ipse signatur, vngere iubetur. Alta quidem, imò altissima hæc perfectæ conuersationis virtus est, sed à multis perfecte perficitur. Magna quidem sublimitas hæc est, sed tam sublimes Ecclesia sancta multos habet. Nam ex quo synagogam repulit, in innumerabilem celsitudinem virtutis sanctam Ecclesiam sublimauit. Bene ergo dicitur: Et directus est spiritus domini Dauid à die illa in reliquum.) Dies quidem est fides redemptoris. In
qua nimirũ, & sancta Ecclesia illuminatur, & repulsa synago- M
ga mira cæcitate deprimitur. In die ergo illa spiritus sanctus in Dauid dirigitur, quia eius gratia synagogæ tollitur, & sanctæ Ecclesiæ electis datur. Dirigitur enim quia illos deserit, istos adsumit. Sed in die dirigitur, quia qui in fide redemptoris illuminatus non est, in sese dirigentem spiritum habere non potest. Spiritus ergo in die dirigitur, quia fidei lumẽ habentibus datur. Dirigitur autem in Dauid, quia hunc sola sancta Ecclesia susciꝑit, quæ corpus est redemptoris. Sed quia auctore deo ea, quæ proposuimus, de libro Regum tractando compleuimus, orandus est summus atque omnipotens spiritus, vt qui verba per quem voluit protulit, tam scribenti, quàm legenti tribuat affectum virtutis. Amen.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

OPERA S. GREGORII

Universidad de Navarra
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

OPERA S. GREGORII

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca